




AMBROSII CALEPINI DICTIONARII OCTOLINGVIS ALTERA PARS,

Nunc etiam infinitis penè Latinis, & à Latinis Auctoribus vsurpatis tum puris, tum barbaris vocibus, his notulis || || inclusis, illustrata, & aucta.

EDITIO NOVISSIMA.



LVGDVNI,

Sumpt. Hæred. PETRI PROST, PHILIPPI BORDE, & LAVRENTII ARNAVD.

M DC. LXVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



M



M LITERA vna est ex iis, quas Græci Grammatici ἡμίφωνα ἁπλᾶ, καὶ ἀμετάβολα, hoc est, semiuocales simplices, & immutabiles, Latini liquidas appellant. In compositione & deriuatione migrat in n, sequente d, vel t, vel c, vel q: vt tantum tantundem, idem identidem, Eorum eorumdem, Num nuncubi, nunquis nunquam. Sic circunquaque, tanquam, nanque, quenque, quanque, quicunque. Similiter Am præpositio sequentibus f, vel c, vel q, mutat m, in n, vt anfractus, &c. Vide in dictione *Anfractus*. M in interiori eius ... sonum colligit, compressis labris, concluso ore: quem postea mugitu quodam non sine molestia extrudit. Eius potissimùm infelicitas apparet, quum claudit dictiones: quod quum Latina lingua nimis quàm sæpe patiatur, habetur & ipsa infelicior. Græca quum in nulla dictione id ferat, hoc etiam nomine censetur beatior. Huius elementi mugientem sonum fugientes Poëtæ Latini, curant id elidendum in carmine sequente vocali. Eius soni tamen maior & minor obscuritas deprehenditur à loci situ: augetur & his modis, idémque minuitur, quibus & aliæ mutæ, vt suprà dictum est. ‖ In numeris M, est nota millenarij, nempe à prima litera nominis *Mille*; vt C significat centum; ex simili ratione. Vide suprà de littera C & D. ‖
... non extritum in versu. Ennius *lib. 1. Annal.*

Dum quidem vnus homo Româ totâ superescit.

Idem *lib. 10.*

Insignita ferè tum millia militum octo.

Lucr. *lib. 7.*

——namque officium quod corporum extat.

Idem. *lib. 2.*

Nam quod fluuidum est è leuibus atque rotundis   Est.

Et *lib. 3.*

Namque papauerum aura potest suspensa leuisque.

Ibidem.

Sed dum abest quod auemus, id exsuperare videtur.

Et *lib. 5.*

Sollicitare suis vllum è sedibus vnquam.

Et *lib. 6.*

——séque simul cum eo commiscuit ignis.

M A.

Mâ: μᾶ, mulier fuit vna ex iis quæ Rheam sequebantur, cui Iupiter Bacchum tradiderat educandum: quæ interrogata à Iunone cuius esset infans, ἄρεος, hoc est, Martis, respondit. Vnde factum est. vt Bacchus apud Caras Masaris fuerit appellatus. Ipsa quoque Rhea Mâ appellata fuit, cui Lydi taurum immolabant: vnde Lydiæ vrbs Mastaura fuit nominata. Vide Stephanum in dictione *Mastaura*.

... Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.* μὰ, τ' Ἀπόλλω.

... acæ, μάκαι Stephano. Populi sunt felicis Arabiæ, Carmanis oppositi, nardo, myrrha & thure abundantes. Autor Mela *lib. 3.*

Macareæ, μακαρέαι, vrbs Arcadiæ, à Macareo Lycaonis filio condita, quam Stephanus à Romanis Beatam vocari tradit. ¶ Gentile est Macareates, μακαρεάτης, eodem Stephano teste.

Macareus, μακαρεὺς, Æoli filius, qui cum Canace sorore concubuit. Vide Epist. Canaces apud Ouid.

Macaria, μακαρία, locus beatæ vitæ.

Macarismus, μακαρισμὸς, beatificatio, beatitudo. Macarismi, hymni & troparia in commemorationem beatitudinis Sanctorum. Μακαρίζω, est beatifico.

Macaria, μακαρία, Herculis filia fuit, quæ se pro incolumitate publica manibus deuouit. Vide Cælium & Erasmum *in prouerbiis.* ¶ Cyprus item insula olim ob insignem fertilitatem Macaria dicebatur. Autor Plin. *lib. 5. c. 30.*

MACARIOS, μακάριος, viri proprium est: quo nomine duo commemorantur à Suida, viri pietate iuxtà ac eruditione insignes. Est autem Græcum nomen, quod nos beatum interpretamur.

Macariontes, beatitudo. Tertull. ‖

Macaros, μάκαρος. Nomen est Cretæ insulæ à temperie cæli. Plinius *lib. 4. cap. 12.*

Macci, stolidi, fatui. Non. ‖

Macco, oppidum Brachmanarum, populorum Indiæ, apud Plin. *lib. 6. cap. 17.*

Măcēdnon, μακεδνὸν, Pindi montis Thessaliæ regiuncula, in Herodot. *lib. 1.*

Măcĕdŏnĭă, μακεδονία, latissima Europæ regio, duobus olim regibus & orbis terræ imperio clarissima, antea Æmonia & Emathia appellata, quæ à tenuibus initiis, regum prudentia, gentísque fortitudine eo magnitudinis excreuit, vt centum quinquaginta potita sit populorum. { Ein herrliche weite landtschafft Europa zwischen Thracien / Epiro / vnd Dalmatien gelägen. } Hanc à Septentrione à Dalmatia Mœsiáque montana seiungunt: ab Occasu mari Adriatico, siue Ionio: ab Ortu Ægæo abluitur. Meridianam oram Epiroticæ gentes, & ipsa Græcia excipit. Dicta Macedonia à Macedone quodam Osiridis, siue (vt Stephanus & Solinus scribunt) Iouis filio, & Thyiæ filiæ Deucalionis. Hinc deducitur gentile Macedo, onis, μακεδὼν, & possessiuum Macedonicus, a, um, μακεδονικός.

Măcĕdo, μακεδὼν, qui ex Macedonia ortus est. Liu. *lib. 6.*

Quum tibi sacrato Macedo seruetur in antro.

Cic. *5. Tusc.* Alexander Macedo, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nónne tertio & trigesimo anno mortem obiit? Triginta Sardi, sexaginta Macedones. Plaut. *Merc. sc. 1. a. 1.*

Măcĕdŏnĭcŭs, μακεδονικὸς, quidquid Macedonia est, vnde Mare Macedonicum, quod est Ægæi pars, Macedoniam ab ortu abluens. Leno me militi Macedonico vendidit, Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 1.*

Macedonius, a, um. Ouid. 12. *Metamorph.*

Quid clypeo, gladióque, Macedoniáque sarissa.

Ab illo milite Macedonio. Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 2. & sc. 6. a. 4. & sc. 7. a. 4.* In quibusdam tamen libris legitur *Macedonico.*

Macedoniensis miles. Plaut. *Pseud. sc. 4. a. 4.*

‖ Macella, septa, claustra. Turn. Item genus teli, quod vno tantum cedit mucrone. Rhodig. ‖

Măcēllă, μάκελλα, vrbs Italiæ, sic dicta ἀπὸ τοῦ μαλακισθῆναι ἐν αὐτῇ Φιλοκτήτην, hoc est, quod Philoctetes in ea ægrotauerit. Gentile Macellæus. Steph.

MĂCELLVM, li, à μάγειρος, vel μάχαιρα. locus Romæ, quò venalia omnia, quæ ad victum humanum pertinebant, contrahebantur. { ὀψοπωλεῖον. GALL. *Boucherie, marché.* ITAL. *Piazza, mercato.* GERM. Ein speißmarckt / an dem man allerbey essige speß / als fleisch / eyer / käß / &c. feil hat. HISP. *Carniceria, ò pescaderia.* ANGL. *The shambles or place where flesh is sold.* } Plaut. *in Aulul. sc. 5. a. 2.* Venio ad macellum, rogito pisces: indicant caros: agninam caram, cara omnia. Cicer. *2. de Diuinat.* Si Epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. Dictum Macellum, teste Varrone & Festo, à Macello quodam homine improbissimo, qui in vrbe latrocinium exercebat, quo damnato, Censores Æmylius & Fuluius statuerunt, vt in domo eius obsonia redderentur, redactis in ærarium eius bonis. Alij Macellum dictum putant, quòd ibi fuerit hortus, quem Macellum à Lacedæmoniis appellatum ferunt. Et Iones ostia hortorum Macellotas vocant, vt ait Varr. *lib. 4. de L. L.* Donatus à mactandis pecoribus deriuat. Sequere me ad Macellum, Plaut. *Aulul. sc. 4. a. 1.* Eo ad macellum vt piscium quicquid est pretio præstinem, idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Circa macellum dispositi custodes lege sumptuaria, Suet. *in Cæsar. cap. 43.*

Măcēllārĭŭs, ij, dicitur venditor eorum, quæ ad victum pertinent: non solùm carnium, sed omnium obsoniorum, quinetiam panis & frumenti venditor: nam hæc omnia in macello venundabantur. { ὀψοπώλης. GALL. *Vendeur de toutes viandes.* ITAL. *Venditore d'ogni viuenda.* GERM. Ein speißverkeuffer. HISP. *El carnicero ò el que vende pescado y otras cosas.* ANGL. *A seller of all maner of victailles.* } Varro *lib. 3. c. 4.* Duo sunt ornithonis genera: vnum delectationis causa, vt Varro hic fecit noster sub casmo: quòd amatores inuenit multos: alterum fructus causa, quo genere macellarij, & in vrbe quidem habent loca clausa, & rure maximè conducta, in Sabinis, quod ibi propter agri naturam frequentes, apparent turdi. Suet. *in Cæsar.* Ea quæ ad epulum pertinebant, quamuis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparebat.

Măcēllārĭŭs, deductum nomen à macello, vt Macellaria taberna. { ὀψοπώλου ἐργαστήριον, ὀψοπώλιον. } Valerius Maxim. *lib. 3. c. 4.*

‖ Macellōta, æ, ostium hortorum apud Iones. Varro. ‖

Măcĕr, cra, um, à μακρὸς, quòd macri longi sint. Exilis, extenuatus, gracilis, macilentus. { רזה *razeh.* ἰσχνὸς, λεπτός. GALL. *Maigre.* ITAL. & HISP. *Magro.* GERM. Mager / dürr. ANGL. *Leane.* } Virg. *3. Eclog.*

Heu heu quàm pingui macer est mihi taurus in aruo?

Col. *lib. 2. c. 9.* Nam vel pinguissima, vel macerrima humo iaciatur. Sipontinus à Græco μακρὸς deduci putat. Illi enim μακρὸ longa dicunt: quæ autem tenuia sunt, longiora videntur. ¶ MACER μάκερ, est etiam poëtæ proprium, qui de herbarum viribus scripsit.

‖ Macellus, μάκελλος, pro macellon. ‖

Măcēllŭs, a, um, macilentus, Lucil. *lib. 6.*

Si nosti, non magnus homo est, nasutu', macellus. Nonius.

Est ergo diminutiuum à *Macer*: vt nigellus à *niger*. ¶ Fuit præterea Macellus, hominis improbissimi, & seditiosi nomen, quo capitis damnato, redactísque in ærarium eius bonis, ædes etiam eius dirutæ sunt

tant, eáque in area extructum est ædificium, venundandis obsoniis destinatum: quod ab eius nomine macellum fuit appellatum.

[illegible]cilentus, Macie extenuatus, interprete Festo, macer, gracilis. {רזה razéh. λεπτόχρως, σφικώδης. GALL. Fort maigre. ITAL. Macilento, assottigliato, dimagrato. GERM. Außgemägert. HISP. Cosa muy magra, flaca. ANGL. Very leane.} Plaut. in Asin. Macilentis malis rufulus, aliquantum ventriosus. Idem in Capt. Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates? AR. dicam tibi, macilento ore, naso acuto, corpore albo & oculis nigris.

[illegible]cies, macritudo, & macror, siue macor, corporis extenuationem significant. {רזון razón כחש chachasch. λεπτότης, ἰσχνότης. GALL. Maigreté, maigreur. ITAL. Magrezza. GERM. Die mägere/ oder magerheit. HISP. Magreza. ANGL. Leanenes.} Plaut. in Capt. Ossa atque pellis sum misera macritudine. Pacuuius, Corpúsque meum tali mœrore, errore, macrore senet. ——— Vixque ossa texit macies, Ouid. Eleg. 8. lib. 3. Trist. Colum. lib. 6. cap. 14. Est etiam illa grauis pernicies, quum pulmones exulcerantur: inde tussis & macies. Plin. lib. 10. cap 63. Verres subantis audita voce, nisi admittatur, cibum non capit vsque in maciem. Virg. 3. Æneid.

Quum subitò è syluis macie confecta suprema
Ignoti noua forma viri, miserandaque cultu Procedit.

[illegible] 3. Georg.

Ipsa autem macie tenuant armenta volentes.

[illegible]éo, ces, macui, Macero, macer sum, siue fio, consumor, & conficior. {כחש chachasch נרזה nirzah. ἰσχναίνομαι, πωτήκομαι. GALL. Estre maigre. ITAL. Dimagrare, smagrirsi. GERM. Mager sein. HISP. Enmagrecer, ensflaquecer. ANGL. To be leane.} Plaut. in Aul. sc. 5. a. 3. Quia ossa atque pellis totus est, ita cura macet.

[illegible]esco, scis, Macer fio. {כחש chachasch נרזה nirzah. ἰσχναίνομαι, λεπτύνομαι, μακεδνόομαι. GALL. Deuenir maigre. ITAL. Dimagrare, diuenir magro. GERM. Mager werden. HISP. Enmagrecer, ensflaquecer. ANGL. To waxe leane.} Colum. lib. 1. cap. 9. Constat arua segetibus eius scilicet hordei) macescere. Varro 3. de re rust. cap. 16. Tum propter laborem asperantur & macescunt. Maceror, macesco, consenesco, & tabesco. Plaut. Capt. sc. 2. a. 1.

[illegible]cio, as, Macrum facio. {הרזה razah. ἰσχναίνω, λεπτύνω. GALL. Amaigrir. ITAL. Immagrire. GERM. Ermagern/ mager machen. HISP. Enmagrecer à otra cosa. ANGL. To make leane.} Cuius compositum est Emacio, de quo vide suo loco.

[illegible]créo, es, Macer fio: à quo macresco eiusdem significationis. {כחש chachasch נרזה nirzah. λεπτύνομαι. GALL. Deuenir maigre, s'amaigrir. ITAL. Dimagrare, diuenir magro. GERM. Mager werden. HISP. Enmagrecerse. ANGL. To waxe leane.} Col. lib. 6. c. 3. Dabimúsque operam, ne penuria cibi macrescat pecus. Varro, Quia earum aspectus ad desiderium macrescere facit volucres inclusas. Martial. lib. 13.

Ne nimis exhausto macresceret inguine gallus.

[illegible]cero, as, Consumo, conficio, attenuo: & de corpore & animo dicitur, à macer. {דק dak כחש chathasch הרח heráh. λεπτύνω, σκήπτω. GALL. Amagrir, rendre maigre, amollir, atendrir, destremper. ITAL. Macerare, amollire nell' acqua, smagrire. GERM. Außmerglen/ außmagern. HISP. Enmagrecer, curtir ò remojar. ANGL. To mak leano, to soke in water.} Horat. in Carm.

Humor & in genas furtim labitur, arguens,
Quàm lentis penitus macerer ignibus.

Plut. in Capt. sc. 4. a. 3. Multos iste morbus homines macerat. Idem etiam scribens in Milite, At hoc me facinus miserum macerat, meúmque cor, corpúsque cruciat. Terent. in Andr. Tu modò anime mi, noli te macerare. Ibidem, Sed quid ego, cur me excrucio? cur me macero? ¶ Accipitur etiam frequentissimè pro humore aliquo emollire, vel in aqua quippiam asseruare, quoad salsedinem aliúmve saporem deponat. {Beinen/ weich machen.} Terent. in Adelph. Salsamenta hæc, Stephanio, fac macerentur pulchrè. Colum. lib. 1. Piscinas duas, alteram anserinis, alteram, in qua lupinum, vlmi vimina & virgas atque alia, quæ sunt vsibus nostris apta, maceremus. Cato cap. 156. dixit, Macerare brassicam in aquam. ¶ Est etiam macerare aliquando proluere, madefacere. {שטף schataph.} Plin. lib. 11. cap. 41. de Poppea. Totum corpus illo lacte macerabat. Idem lib. 16. cap. 10. iubet podagricos macerare pedes in decocto verbenacæ. Vitruuius etiam iubet calcem coctam diu macerari antequam fabri ea vtantur. Ego tuo mœrore maceror, macesco, consenesco, Plaut. Capt. sc. 2. a. 1. Satis me curâ & lacrymis maceraui, ibid. sc. 1. a. 5. Quæ miseriæ miserè macerant. Mox contabefacere. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Macerat & coquit eum solicitudo, Quintil. Item Macerare se tormentis, Senec. c. 3. de consol. ad Mart. Macerari (dolore) Idem c. 8. de consol. ad Polyb.

[illegible]ceratus, a, um, Mollis & tener factus. {נרך narach נשטף nischtaph. ἐμβαχείς, εκπλυθείς. GALL. Destrempé maceré. ITAL. Macerato, immolato. GERM. Geweicht/ lind gemacht. HISP. Curtido ò remojado. ANGL. Made leane soked.} Plaut. Pœn. Macerato pingues fiunt auro in Barbaria boues.

[illegible]ceresco, Maceror, hoc est, madefio, & mollificor. {נשטף נרך narach nistaph. ὑγραίνομαι. GALL. Se destrenper & amollir. ITAL. Macerarsi. GERM. Weich werden. HISP. Remojarse. ANGL. To be made weet and soked.} Cato de re rust. cap. 92. Frumento curculio ne noceat, non mures tangant, lutum de Amurca facito, palearum paulum addito, finito macerescant.

[illegible]acro, as, Macero: cuius compositum est Emacro, quod est, valde macrum facio. {כחש chuchásch נרזה nirzah. ἰσχναίνω. GALL. Amaigrir. ITAL. Dimagrare. GERM. Außmagern. HISP. Enmagrecer à otro enflaquecer. ANGL. To mak leane.} Plin. lib. 18. Terram emacrari hoc satu, scilicet milij existimantes.

[illegible]ceria, æ, & Maceries, ei, Paries, siue murus, vel congeries lapidum in vnum compactorum, siue intrita, aut alio genere ferruminis, cuiusmodi parietes ferè eos esse videmus, quibus vineæ claudi solent. {גדר ghadhér. τὸ τεῖχον, θριγκός. GALL. Muraille seiche sans mortier. ITAL. Muro secco senza calcina. GERM. Ein solche maure in welcher die stein an einander nit gepflastert sind/ ein stein mauren. HISP. La albarada de pidras sinbarro. ANGL. A wall of stone without morter made in steede of a mounde.} Terent. in Adelph. Iube hanc maceriam dirui. Var tamen aliter lib. 3. de re rust. c. 12. Quis ignorat septa è maceriis ita esse oportere in leporario, vt tectorio tecta sint, & sint alta? Cato de re rust. c. 15. Maceria si ex calce, & cæmentis, vel silice ædificetur. Maceriam dicere apud Caium l. 17. D. com. præd. pro maceriam imponere, facere siue agere. Si precariò vicinus, inquit, maceriam duxerit, id est, imposuerit. ¶ Legitur quandoque maceries pro macie, vel macilentia, λεπτότης. Afranius, Si ille hæc nunc sentit, facere illi satis vis, quanta illius mors sit maceries tibi. Nonius.

MACESTUS, Μάκεστος, fluuius est Mysiæ in Rhindacum influens. Plinius lib. 5. c. 31.

Machæră, æ. {חרב cheréb. μάχαιρα. GALL. Glaiue ou espee. ITAL. Spada, scimitarra. GERM. Ein dägen HISP. Espada. ANGL. A sword, a falcon.} Sica, gladius, culter. Quod nomen impositum est à Græcis, à verbo μάχομαι, quod est pugno. Iuuenal. Satyr. 7.

——— *ames nomen victúmque machera.*

Apul. lib. 9. de Asin. Comminabatur sese concisurum cum machæra frustatim. Ita me machæra & clypeus benè iuuent, Plaut. Curc. sc. 4. a. 4. Vbi Elephantum clypeatus machæra, ibid. sc. 1 a. 3. Machæræ obiicere, ibid. sc. 4. a. 4. & sc. 2. a. 5. & Menach. sc. 1. a. 1. & in Pseud. sc. 7. a. 4. vbi obscœnè. Item Suet. in Claud. c. 15. proclamante quodam, præcidendas falsario manus, carnificem statim acciri cum machæra mensaque lanionia flagitauit. Machæra Herculanea, i. magna, vt quæ vulgò espee à deux mains, apud Iul. Capitolin. in Pertinace.

Machærium, μαχαίριον, sicula. Plaut. Aulul. sc. 2. a. 9. Tu machærio [illegible]gium murænam exdorsua. Ibi quidam accipiunt Machærio vt nom[illegible] proprium coqui, sed cultelli coquinarij genus esse monet Guliel.

‖Machæron, viridis cōpositio medica cōtra morbos articulares. Onom M.‖

Măchærŏphŏrŭs, Gladium ferens, sicarius. {μαχαιροφόρος. GALL. Poignardier, maistre d'escrime. ITAL. Schermitore, spadaccino. GERM. Der ein dägen tregt. HISP. Esgremidor, que trahe spada. ANGL. A sword bearer.} Cic. ad Quint. fratrem lib. 6. Hominem portaui ad mare octophoro, machærophoris centum sequentibus.

Măchærŏpœŭs, Faber gladiorum {μαχαιροποιός, GALL. Fourbisseur, faiseur d'espées. ITAL. Spadaio. GERM. Ein messerschmid. HISP. El que haze espadas, espadero. ANGL. That maket swordes.} Quo nomine dictus est Demosthenis pater ab officina gladiorum, quam Athenis egregiam, multisque opificibus seruis instructam habebat.

‖Machæropola, μαχαιροπώλης, qui machæras vendit, πωλεῖ.

Machæropolium, μαχαιροπωλεῖον, locus, vbi machæræ πωλοῦνται, i. e. venduntur.‖

Machærus, untis, Μαχαιροῦς Steph. Arx Iudææ, secundum olim ab Hierosolymis dignitatis locum obtinens, Plin. lib. 5. c. 16.

Machalaum, nomen Græcum, compositum ex μάχη, quod pugnam significat, & ἀλαός, cæcum & errantem. Oppidum in Brixiano agro, Insubrum clade nobile.

‖Machănos, December mensis, lingua Bizantinâ. [illegible]

Machaon, Μαχάων, filius fuit Æsculapij & Arsinoes (alij Coronidis, alij Hesiones filiæ Meropis, alij Xanthiones filium faciunt) Podalirii frater, & medicus insignis, qui etiam cum reliquis Græciæ principibus ad Troiam venit. Tandem ab Eurypylo occisus. Virg. 2. Æneid.

——— *Pelidésque Neoptolemus, primúsque Machaon.*

Deo eo etiam Homer. 2. Iliad Ab eo Machaonius deducitur. Hinc Machaoniam artem poëtæ vsurpant pro medicina.

‖Machi, impii, perditi. Rh.

Machil, tunica talaris, hyacinthina habens tintinnabula multa Cath.‖

MĂCHĬNĂ, Molitio, inuentum, opus, instrumentum. {כלי מחי mechi chali. μηχανή. GALL. Machine, subtile inuention. ITAL. Inuentione, trouata macchina. GERM. Ein gerüst oder rüstzeng. HISP. Fabrica, sutil inuencion. ANGL. Aginne or engine.} Hinc Mechanicus faber, seu opifex eorum operum, quæ ingenio simul & manibus fiunt. Et Mechanica ars, fabrilis. Itaque artes diuiduntur in liberales & mechanicas. Asconius, Machina dicitur, vbi non tam materiæ ratio, quàm manus atque ingenij ducitur. Plin. lib. 19. cap. 2. de Spartho loquens, Qui volet miraculum æstimare, quanto sit in vsu omnibus terris nauium armamentis, machinis ædificationum. Et machinas bellicas, ἑλεπόλεις, opera fabrilia vocantur quibus in bello vtimur. Virg. 2. Æneid.

Quò molem hanc immanis equi statuêre? quis autor?
Quidve petunt? quæ religio? aut quæ machina belli?

Horat. 2. Epist. 2.

Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum.

Vitr. lib. 10. c. 19. Constituebatur autem in ea arietaria machina, quæ Græcè κελωνὴ dicitur, in qua collocabatur taurus perfectus in torno, in quo insuper constitutus aries, &c. ¶ Murales machinæ Plin. lib. 7. c. 56. Aliquando etiam ponitur pro dolo, fallacia & arte. Plaut. in Bacch. Aliquam machinabor machinam. Cicer. 3. de natur. deor. Nec quid inde auferam, nec quem dolum ad eum, machináмve commoliar, scio quicquam. Idem ad Brutum, Ad reliquos hic quoque mihi labor accessit, vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem. Quintil. Omnes ad amplificandam orationem quasi machinæ. Plaut. Milit. sc. 1. a. 2. Intus paraui magnas machinas. (i. dolos.) At disturba qua statuisti machinas. Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Illæc machina meas onerat scapulas. Idem Amph.

Măchĭnālis, & hoc le, quod ad machinas spectat. μηχανικός. vt, Machinalis scientia. Plin. lib. 6. c. 37. Grande & Archimedi Geometricæ & machinalis scientiæ testimonium M. Marcelli contigit.

Măchĭnārĭus, rij, qui machina tractoria operatur onera in altitudinem sublata collocans. Paul. l. si putatur. ad leg. Aquil. Si machinarius hominem prætereuntem occiderit. Machinarius mensor, qui norma in metiendo vtitur, vt ij qui probant opera à fabris materiariis facta. Vlp. l. 7. D. si mensor fal. mod. &c. Etsi mensor machinarius fefellerit, hæc actio dabitur. Nam μηχανὴς verbo hanc normam nominauit, vt artificiosam à decempedali distingueret. Illius formam cognosce ex Vitruuio lib. 9. c. 2. Hæc ex Hotomano.

Măchĭnŏr, aris, Cogito, per dolum aliquid molior. {זמם zamám. μηχανάομαι, μηχανεύω. GALL. Machiner trouuer quelque finesse. ITAL.

ITAL. Macchinare, imaginare. GERM. Erdencken/understehn/zurüsten mit list. HISP. Buscar y pensar cosa de ingenio. ANGL. To deuise or inuent some ginne or ingenious work.} Frequentiùs enim in malam partem accipitur. Plaut. *in Casin.* Illa nubet mihi: machinare quod lubet. Nisi aliquam corde machinor astutiam, idem *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Liu. *lib.* 1 *ab Vrbe*, Confestim Turno necem machinatur. Salust. *in Catil.* Iam tum non Consulibus, sed plerisque Senatoribus perniciem machinabatur. Dicitur autem machinari à μηχανάομαι, quod est inuenio. Vnde μηχάνημα, inuentum & molimen dicitur. Cic. 3. *de natur. deor.* Niobe parumne ratiocinari videtur, & sibi ipsa nefariam pestem machinari? Machinari pestem in omnes, idem dixit Cic. *in Catil.* ¶ Accipitur etiam machinari in bonam partem, pro inire rationem & viam agendi aliquid. Idem 2. *de Diuin.* Nam primùm aliæ mares, aliæ fœminæ sunt: quod perpetuitatis causa natura machinata est.

Măchĭnāmĕntum, pro machina capitur. { מחי *mecli* כלי *cheli*. μηχανή. } Liu. 4. *bell. Pun.* Turres contabulatas, machinamentáque alia quatiendis muris portabant. Tacit. *lib.* 15. Adiabeni quum promouere schalas & machinamenta inciperent, facilè detrusi. Machinamenta de tormentis dixit etiam Senec. *c.* 20. *de consol. ad Mart.*

Măchĭnātŏr, oris, Machinarum inuentor & artifex. { חרש *charasch*, μηχανοποιός. } Li. 4. *bell. Pun.* Archimedes is erat, vnicus spectator cæli syderúmque, mirabilior tamen inuentor ac machinator tormentorum bellicorum operúmque, quibus ea quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perleui momento ludificaretur. De machinatorum arte Senec. *Epist.* 89. ¶ Machinator item dicitur, doli alicuius & fraudis consutor. { זומם *zomém*. μηχανορράφος. } Cic. *in Catil.* Improbissimus machinator omnium scelerum, hoc est, inuentor & autor.

Măchĭnātĭo, Inuentio, astutia, fallacia, ars, inuentum, consilium, dolus. { זמה *zimmáh* עלילה *taliláh*. μηχάνημα. GALL. *Inuention & subtil moyen, engin.* ITAL. *Inuentione, astutia.* GERM. Ein listige erdenckung oder erfindung. HISP. *Sutil inuencion de ingenio.* ANGL. *A deuising or subtill working.* } Colum. *lib.* 6. *cap.* 2. Hac machinatione consequemur, vt etiam contumaces boues grauissima onera non recusent. ¶ Interdum etiam pro ipsa machina. Cæs. 2. *bell. Gall.* Primus irridere ex muro atque increpitare vocibus, quòd tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur. Liu. *lib.* 4. *bell. Pun.* Salust. *Iugurth.* 128. aggeribus, turribúsque, & aliis machinationibus locus importunus.

Machinatus, us, machinatio. μηχανή. Apul. *in Apol.* Itaque apud omnes intemperantissimè gloriatur me suo machinatu reum postulatum.

Machinatus, a, um, μεμηχανημένος. Salust. apud Macrob. *Satur. lib.* 3. *c.* 13. Præterea cum sedenti in transenna, demissum victoriæ simulachrum cum machinato strepitu tonitruum, coronam ei imponebat.

Măchĭnōsŭs, a, um, πολυμήχανος, machinis confectus, vel dolis excogitatus: vt, Nauigium machinosum, apud Suet. *in Neron c.* 34. Repententique Baulos in locum corrupti nauigij, machinosum illud obtulit.

‖ Machio. Isidorus *lib.* 19. y. Machiones dicti à machinis, in quibus insistunt propter altitudinem parietum. Ergo quasi machinones. Inde est *masson* cæmenta ..., cum sibilo & crasse pronuntiato CH. *Massonner* cæmenta ... et dici. *Machines* exponit instrumenta ædificiorum, corrupte.

Machir, cibus. Cerda. ‖

Maclyæ, μάκλυες, Herodoto, Populi Africæ supra Nasamones quos Androgynos esse tradit Calliphanes, vtriusque naturæ inter se vicibus coeuntes. His Aristoteles tradit dextram mammam esse virilem, læuam muliebrem. Vide Plin. *lib.* 6. *c.* 2.

Machlis, fera est Scandinauiæ insulæ peculiaris, alcæ similis, sed nullo suffraginum flexu. Vnde dormitura non cubat: sed arbori se acclinans somnum capit: quæ à venatoribus antè succisa, quum semel ceciderit, erigere se non potest: eáque sola ratione capitur: aliàs miræ velocitatis: labrum ei superius prægrande: ob id retrogaditur in pascendo, ne in priora tendens inuoluatur. Vide Plin. *lib.* 8. *c.* 15.

‖ Macholus, horreum sine tecto. Gloss. Cod. Il. antiq. ‖

Macidos, vrbs Thraciæ, quam Ptolemæus Madi nominat degenere vocabulo. Vide Vadianum in Melam *lib.* 3. *in descriptione Thraciæ.*

Măcĭdātŭs, Liquoris infusione madens. { נשטף *nischtáph*. GALL. *Mouillé, trempé.* ITAL. *Bagnato.* GERM. Genetzt/ befeuchtigt. HISP. *Mojado.* ANG. *wett* } Apul. *lib.* 8. Ille spongiis macidatis tumores comprimere.

‖ Macies, ei, macritudo. Cath. ‖

Macir Plinio, aliis Macer, μάκιρ Dioscoridi, Cortex est subrufus & magnæ radicis, qui ex India aduehitur, detractus ex arbore sui nominis. Vide Plin. *lib.* 12 *c.* 8. Officinis *Macis* appellatur.

Macistus, μάκιστος Stephano, oppidum est Triphyliæ, hoc est, Elidis, quod Caucomes inhabitarunt: ita dictum à Macisto fratre Phryxi. Plin. *lib.* 4. *c.* 6. Macistum enumerat inter Arcadiæ ciuitates.

Măcra, Campus est Iudææ, teste Strabone *lib.* 16.

Macras, Regio Iudææ, mari proxima: de qua idem Strabo *ibid.*

Macra, fluuius est ex Apennino fluens, Liguriam ab Hetruria diuidens, vt scribit Plin. *lib.* 3. *c.* 5. & iuxta Lunam ciuitatem in Tyrrhenum mare influens. Vide Strab. *lib.* 5. ¶ Est & insulæ nomen in Carcinite sinu, teste eodem Plinio *lib.* 4. *c.* 13. à Ptolemæo Marcalla dicitur.

Macris, μάκρις, Insula est exigua Eubœæ adiacens, olim eius pars, donec impetu maris fuit abscissa. Vide Plin. *lib.* 2. *cap.* 88. Stephanus Eubœam ipsam olim Macrim vocatam tradit.

Macritius, μακρίτιος, vir Cous fuit, Sinopes celeberrimæ Ponti vrbis conditor. Vide Steph. in dictione *Sinope.*

Macrobij, μακρόβιοι. Populi sunt Æthiopiæ, vltra Meroen, vt inquit Solinus, quibus dimidio protensior est vita, quàm nostra. Iustitiam colunt, amant æquitatem, plurimùm valent robore, & forma sunt pulcherrimi.

Măcrŏbĭŭs, μακρόβιος. Viri consularis nomen est, qui fuit Seruij coætaneus, qui in somnium Scipionis commentariorum libros duos, aliósque septem Saturnaliorum conscripsit.

Macrocenij montes, vide *Macrocremnij.*

‖ Macrocensa, longiores recessus. Lex. gr. 6. ‖

Macrocephali, μακροκέφαλοι. Populi sunt Themiscyræ regionis quæ Ponto & Colchidi proxima est. Horum meminit Plin. *lib.* 6. *c.* 4. & Mela *lib.* 1.

Macrochir, μακρόχειρ. Cognomen fuit Artaxerxis Assyriorum regis, illi impositum quòd alteram manum haberet longiorem, Latini L...gimanum vertunt.

Macrŏchīră, μακρόχειρα. Tunica manicata, quæ & chirodota appella... Lamp. Macrochiras ex purpura ad vsum suum reuocauit. Has Ro... induere fuit indecorum. August. *lib.* 2. *de Doct.* Talares ac manicatas ...nicas habere apud veteres Romanos flagitium erat.

Macrŏcōlă, orum. { μακρόκωλα. ITAL. *Carta reale.* GERM. Regal pa... ANGL. *Paper royall.* } Teste Hermolao *in Plin.* maiores & longi... chartæ, quas nos hodie chartas regias vocamus: quo etiam nomine ... tullus chartæ quoddam genus appellauit. Cicer. *ad Attic. lib.* 13. Sed ...men ego non despero probatum iri Varroni: & id quoniam impen... fecimus in macrocola, facilè patior teneri. Arbitratur autem Her... laus Macrocolum dici ἀπὸ τῦ μακρῦ κώλε, quasi longum membr... vel potiùs longam membranam. Quod si ita est, vnico l, scriben... videtur: quemadmodum & protocolon. Nam vtriusque eadem vid... origo. Est enim Protocolon prima illa charta in qua scribæ acta ... ter delineant, ornatiùs & ampliùs, quoties res poposcerit, descri... Macrocolorum meminit Plin. *lib.* 13. *c.* 12. de generibus chartarum ... quens. Præterea (inquit) in chartis spectatur tenuitas, densitas, ca... & læuor. Primatum mutauit Claud. Cæsar. Nimia quippe August... nuitas tolerandis non sufficiebat calamis. Ad hoc transmittens lit... lituræ metum afferebat auersis, & aliàs indecoro visu pertransl... Igitur & secundo corio facta sunt statumina è primo subtegmine. ... xit & latitudinem. Pedalis erat mensura & cubitalis, macrocolis. ...tem Plin. Sunt qui Macrocollum scribant gemino ll, putantes dictum ... ἀπὸ τῆ κόλλης, hoc est, à glutine, quo chartæ glutinantur.

‖ Macrocosmus, μακρόκοσμος, magnus mundus; qui constat ex cæ... terra & creaturis contentis in iis. ‖

Macrocremnij, montes sunt non procul ab Istri fluminis ostiis. Plin. ... *cap.* 12.

‖ Macrocurunæ, longæ coronæ. lex. gr. 6. ‖

Măcrŏlŏgĭă, μακρολογία, Sermonis prolixitas: cui opponit βραχυλογία, ... siue Laconismus. μακρολογεῖν enim Græcis est multa loqui, & pr... sermone vti.

Macrōnēs, μάκρωνες. Populi Iberiæ, Albanis finitimi. Plinius *lib.* 6. ...

Macrontichos, μακρὸν τεῖχος, oppidum est Thraciæ non procul ab Istrum Cherronesi, ita dictum à longo muro, quem Miltiades ibi à Propo... ad Melanem sinum duxit, Cherronesum à reliqua excludens Thr... Autor. Plin. *lib.* 4. *c.* 11.

Macropolis, μακρόπολις, Agri Syracusani oppidum, quod & Euryal... pellatur. Steph.

Macryes, μάκρυες, Libyæ populi sunt Stephano, idem opinor, cum iis, Herodotus & Plinius, Machlyes vocant. Vide *suprà.*

‖ Macte, vide *Mactus.* ‖

Mactĕæ, vel Mactea, dicuntur pretiosa edulia. { מטעמים *malhammin* ... GALL. *Viandes exquises & de grand pris.* ITAL. *Cibi di m... zo.* GERM. Schleck/köstliche speissen. HISP. *Manjar magnifico y c...* ANGL. *Deintie dishes.* } Suet. *in Caligula c.* 38. Multis venenat... teas misit. Quo in loco nonnulli legunt Mattyas, alij Metteas. Martialem legitur Mactea pluralis numeri & neutri generis. *M...* (inquit) *sola iuuant.* Vide exactiùs infrà in dictione *mattya.*

Mactĭcus, qui habet magnas malas, & os patens, quasi mala... Festus.

Macto, as, Interficio. { טבח *tabách* שחט *schachát*. σφάζω. GALL. ... *occir, mettre à mort.* ITAL. *Occidere, amazzare.* GERM. Mengen/erschlachten. HISP. *Matar.* ANGL. *To kill, to slaye.* } Mactare morte, s... cio, malo, dãno, infortunio, & simpliciter etiam mactare. Cic. *de ...* *responsis*, Clodius diuisores omnium tribuum domi suæ crudel... morte mactauit. Idem *in Catil.* Nónne hunc in vincula duci, ... mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Plaut. *in ...* Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri. Dotatæ mactãt & ... damno viros. Idem *in Pœn.* Diuitem audacter solemus mactare in... nio. Idem *in Amph.* At ego certè cruce excruciatum mactabo. ... magna re mala mactari cupis. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Mediocriter te infortunio: idem *Curc. sc.* 3. *a.* 4. Hac dextra regem mactaui, idem ... *pbitr.* Tractum videtur à sacris: mactantur enim hostiæ quæ imm... tur. Dicimus autem mactare hostiam alicui Deo, vt,

Cœlicolûm regi mactant in littore taurum.

& mactare deûm hostia minus quidem vsitatum, sed tamen à ... bus dictum. Cic. *in Vatin.* Quum inaudita & nefaria sacra susc... quum inferorũ animas elicere, quum puerorũ extis deos manes m... soleas. *Natam mactare Dianæ*, Ouid. 13. *Met.* Atque inde iocandi sionem arripuit Plaut. *in Amph.* Sacrifico ego tibi. *Amph.* Qui? Sos. ... enim te macto infortunio. Iocus enim ex ambiguitate verbi qua... ¶ Mactare Orco i. ad Orcum demittere, & præcipitare. Liu. *lib.* 9. *ab* ... Sacratos more Samnitium milites, eóque candida veste, & paribus ... dore armis insignes, eos se Orco mactare Iunius dictitans, quũ int... signa, &c. ¶ Dictũ putant macto, quasi magis aucto, hoc est, Augeo. ... prius quàm victimam immolarent, thus, aut vinũ super eam funde... Vnde Mactum esse taurum dicebant, thure, vel vino cumulatã ho... quasi magis auctam. ¶ Hinc mactare pro magis augere, veteres ... runt. Cic. *de Repub.* Ferunt laudibus, mactant honoribus. ¶ Quan... pro præcipitare. Accius, Aut illorum copias fundam in campo, aut ca... vram, aut castra mactabo in mare. Quandoque pro honorare. Plau... men honestè mactatum reducam domum. ¶ Quando... pro v... Cic. 6 *Verr.* Quum videant ius ciuitatis illo supplicio esse mactatu...

Mactātus, ta, tum, participium. { נשחט *nischat*. ἐσφαγμένος, τεθυμ... GALL. *Tué.* ITAL. *Amazzato.* GERM. Geschlacht. HISP. *Matado.* A... *Killed.* } vt Hostia mactata. Horat. 1. *Carm. Ode* 19.

Mactata veniet lenior hostia.

Ouid. 5. *Metam.*

Vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras Dicitur vlt...
Illo ministro mactata corpora capta.

idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Mactandŭs, mactanda, dum. Senec. *Troad.* mactanda virgo est Tessa... sto ducis.

atus, huius mactatus. { טבחה ti'ebáh חבח tébaeh. φόνευσις. GALL. ...uerie, assommement. ITAL. Vccisione. GERM. Schlachtung/ Metzgung. HISP. Matança. ANGL. Kailling, or slaying. } Lucr. lib. 1.

——— *Nubendi tempore in ipso*
Hostia conciderat mactatu mœsta parentis.

...ctātŏr, oris, { טבח tabbách θύτης, σφαγεύς. } Senec. *Troad.* Perge mactator senum.

...torium, μακτώριον, vrbs Siciliæ, apud Steph.

...tră, Arca panaria. { משארת máscheráh. quæ κάρδοπος à Græcis di... itur, à verbo Græco μάττω, quod significat subigo, vel pinso. GALL. ...e, buche, ou may. ITAL. *Madia, panaia, arcella.* GERM. Ein brotkorb oder kaste. HISP. *Arca para guardar el pan.* ANGL. *A kneaging ...ough.*

...ctrismus, saltationis genus. ‖

...tŭs, a, um. { רב ráb. ἐπαυξηθείς. GALL. *Augmenté, amplifié.* ITAL. *...ccresciuto.* GERM. Fürtreffenlich / gemehrt. HISP. *Crecido.* ANGL. *...gmented, more increased.* Putatur esse dictio composita ex aduerbio ...agis, & nomine auctus. Solus autem vocatiuus vtriusque numeri ab ...oc nomine est in vsu, in numero singulari Macte, & in plurali macti, ...ibus propriè vtimur, quum aliquem ob rem bene cœptam laudamus, ad perficiendum adhortamur. ‖ Solemne est veteribus *macte*, iun... re cùm *virtute:* ‖ vt Virg. *lib. 9. Æneid.*

Macte noua virtute puer, sic itur ad astra.

...Act. Philocteta,

Macte his armis, macte virtute patrum.

...ucill.

Macte, inquam, virtute simulque his viribus esto. ‖

...artial. *lib. 12.*

Macte animi quem rarus habet, morúmque tuorum.

... *lib. 5.* Venerande pudici Doctor macte animi. Cicer. *Attic.* Macte ...irtute esto. Plin. *lib. 2. cap. 12.* in laudem Astrolog. Macti ingenio este ...eli interpretes, rerúmque naturæ capaces. Stat. *lib. 7. Thebaid.* *Macte ...imo iuuenis.* Simillimum est illud apud Græcos, ἐν πυγαῖς, ἐν πυγαῖς, ...ibus vtuntur regnauiter & feliciter gesta. ¶ His autem dictionibus ...acte & Macti, quamuis vocatiui sint, attamen ex vsu autorum tam ...o nominatiuo, quàm pro accusatiuo licitè vtimur, non ratione, sed ...toritate. Liuius *lib. 2. ab Vrbe*, Iuberem macte virtute esse, si pro mea ...atria ista virtus staret. Idem *lib. 4. ab Vrbe*, Macte virtute seruili esto, ...perata Repub. Mactus virtute Diomedes *lib. 1.* Item Macte virtute ...to, dicitur Sanguinolentis & ex acie redeuntibus. Senec. *Epist. 67.* Et ...uius *7. ab Vrbe*, Macti virtute, inquit Decius, milites Roman. este. ...Ponitur aliquando aduerbij significatione, Plaut. *in Mil. sc. 5. a. 2.* Is ...nabit meretricem macte Athenis Atticis, id est, valde vehementer, & ...antum poterat amabat. Macte, absolutum. Cic. *Attic. 15.* Seruulos au...n dicere eum & agripetas eiectos à Butrotiis. Macte. Sed amabo te ...scribe mihi totum negotium.

...VLĂ, læ, Sordes, siue labes, nota, ignominia, infamia. { מום múm חברבורה chabarburáh. κηλὶς, σπίλος. GALL. *Tache, macule.* ITAL. *...cchia.* GERM. Ein mackel/ ein masen oder fleck. HISP. *Mancha ò Mã...a.* ANGL *A spotte, reproche, or blemish.* } Plin. Fullones eas maculas è ...stibus tollunt. Virg. 3. *Georg.*

——— *Ne maculis infuscet vellera pullis,* *Nascentem.*

...icentes maculæ, Stat. 1. *Syl.* Cicer. Cuius vt adolescentiæ maculas, ...ominiásque prætereum. ¶ Quandoque pro retis foramine, seu pla... ponitur. Idem *in Verr. a. 7.* Reticulum ad nares sibi admouebat, te...issimo lino, minutis maculis, plenum rosa. Varro *lib. 2.* pro *reti* po...t. Septum totum grandibus maculis integitur, ne eò inuolare aquila ...ssit, néve ex ea euolare aues. ¶ Maculæ item in corpore dicuntur, ...orum varietates, à reliquo corporis colore differentes. Plaut. *in Ca...uis.* Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Atra bilis ...tat hominem, de rabioso id dicitur. Item, exigam omnes maculas ...erorum tibi, Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Macularum varietate conspicua ...nsa, Senec. *cap. 1. de tranquill.* ¶ Marmora item variegata maculis, ...ta dicuntur. Idem *Epist. 116.* Delectant nos ingentium maculæ co...nnarum. ¶ Eleganter dicimus, Delere maculam. Cic. *pro lege Man.* ...lenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. ...uere maculam. Idem *pro Sest.* Quoniam illa in Repub. macula regni ...blicati maneret, quam nemo iam posset eluere. ¶ Inurere macu...n. Idem *in Salust.* Nónne tibi videret æternas inurere maculas, quas ...iqua vita eluere non possit? ¶ Afficere macula. Idem *pro Rosc. Com.* ...rogationis ipsius cæremoniam polluerit, maculáque affecerit, id est, ma...llam imposuerit.

Măcŭlōsŭs, a, um, Sordidus, immundus, plenus maculis, notatus. { נקוד ...kúdh טלוא taluá רמא ramé ῥυπαρὸς, κατάστικτος. GALL. *Plein de ta...ches & macules, tacheté.* ITAL. *Macchiato, taccato, sporco.* GERM. Mas...htig/ wüst. HISP. *Manchado, manzillado.* ANGL. *Spotted here and ...there, full of spottes.* } Plaut. Sordida & maculosa facie. Cic. 2. *Phil.* Au...ionis verò miserabilis aspectus: vestis Pompeij non multa, eáq; macu...sa. ¶ Maculosus, notis, siue maculis conspersus. Virg. 1. *Æneid.*

Succinctam pharetra ac maculosæ tegmine lyncis.

Maculosus homo, per translationem dicitur immundus & impurus. ...aculoso corpore, notis, per pectus dispersis. Suet. *in August. cap. 80.* ...Cettera suffusas habet maculosa lituras. Ouid. *Eleg. lib. 3. Trist.* Cic. *At...ic. lib. 1.* Non enim vnquam turpior in ludo talario consessus fuit: ...res aculosi senatores, nudi equites, &c. Tacit. *lib. 17.* Auaritia & libidine ...ædus, & maculosus. Horat. 4. *Carm. Ode 5.*

——— *mos, & lex maculosum edomuit nefas.*

...facŭlo, as. Fœdo, turpo, conspurco, inquino. { טנף tinnéph טמא timmé. ...μιαίνω, κηλιδόω GALL. *Maculer, tacher, souiller.* ITAL. *Macchiare, spor...care.* GERM. Beflecken/ verunsaubern. HISP. *Manchar ò manzillar, ensu...ziar.* ANGL. *To defile, to spotte.* } Plaut. *Capt.* Viden' tu illi maculari cor...us totum maculis luridis? Virg. 3. *Æneid.*

Et terram tabo maculant.

...7. *Metamorph.*

——— *Exiguo maculauit sanguine ferrum.*

... 10. *Æneid.* translatè,

Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen,

Pulsus ob inuidiam solio sceptrisque paternis.

Cic. *pro Mil.* Túque ex tuo edito monte Latialis sancte Iupiter, cuius ille lacus, nemora, finésque sæpe omni nefario stupro & scelere macularat. ¶ Hinc Commaculatus & Immaculatus, qui est sine macula.

Măcŭlātĭo, μίανσις, σπίλωσις. Iulius Firmicus *Matheseos lib. 1.* Vir omni infamia maculationéque pollutus.

Macyberna, vide *Meciberna.*

Macynia, μακυνία, oppidum est Ætoliæ, in Taphiasso monte situm, de quo Strabo *lib. 10.* & Plin. *lib. 4. cap. 2.* Apud Stephanum Macrynia legitur, sed corruptè, quod & ipsa literarum series, & alphabetici ordinis lex satis indicat.

Madaura, μάδαυρα ciuitas in confinio Getuliæ sita, & Numidiæ, à qua Apuleius Madaurensis est appellatus.

Madaurense, Plin. *lib. 5. c. 4.* Vrbs in Africa libera.

MĂDĔO, es, Madidus sum, & humore aliquo conspersus. { נשטף nischtáph שטף scuttáph רוה raváh רטה ratáh. βρέχομαι. GALL. *Estre trempé ou moüillé, estre moiste* ITAL. *Essere humido, bagnato, molle.* GERM. Feucht vnd naß sein. HISP. *Mojarse, ser humedo.* ANGL. *To beweit or meist.* } Plinius *lib. 8. c. 25.* Tergoris ad scuta galeásque impenetrabilis, præterquam si humore madeat. ¶ Madere metu, ... præ timore, sudore aspersum esse. Plaut. *in Mostell.* Hei mihi quum istæc blanda dicta, quò eueniant cogito, madeo metu. ¶ Madere vino, est ebrium esse. Martial. *lib. 11.*

Hic totus volo rideat libellus,
Et sit nequior omnibus libellis,
Qui vino madeat, nec erubescat.

Item sine adiuncto ablatiuo Vino, vt apud Plaut. *Most. sc. 4. a. 1.* Madet homo, (i. ebrius est.) Et, Madent in corde parietes. *Ibid. sc. 3. a. 1.* Viden' vt madidè madeam. (i. sim ebrius.) Idem *Pseud. sc. 2. a. 5.* Hinc Madens, id est, potus. Sueton. *in Claud. cap. 33.* ¶ Madere pro coctum esse, Iam hæc madebunt faxo. i. cocta erunt. Plaut. *Menæch. sc. 2. a. 2.* Ouid. 13. *Metamorphor.*

——————— *arripit ensem:*
Hoc ait vtendum est in me mihi: quique cruore
Sæpe Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit.

Idem 1. *Fast.*

Sparsaque cælesti rore madebit humus.

Sermonibus madere. Horat. 3. *Carm. Ode 21.*

Non ille, quanquam Socraticis madet
Sermonibus, te negliget horridus.

Madet, id est, refertus & plenus & quasi ebrius est præceptis Socratis. Iure madens, (de Iureconsulto,) Martial. *Epig. 50. lib. 7.* Sic Madere vitiis, Gell. *c. 8. lib. 13.* Osque madens fletu, Ouid. *Eleg. 5. lib. 3. Trist.* Iam hæc madebunt faxo, (i. cocta erunt.) Plaut. *Menæch. sc. 2. a. 2.* Et quo ista eueniant madeo metu: Idem *Mostell. sc. 1. a. 2.* Hoc enim magis placet quàm quod Acron ait, Madet, id est, fluit. Ense madens, id est, cruore madens hausto ab ense. Stat. 3. *Thebaid.*

Mădēsco, scis, habet significationem passiuam innatam, idémque ferè est quod madidum fieri, humescere, siue humectari. { נשטף mischtaph שטף scuttáph רוה raváh רטב ratáb. ὑγραίνομαι. GALL. *Estre moüillé.* ITAL. *Essere bagnato.* GERM. Naß werden. HISP. *Mojarse, ser mojado.* ANGL. *To be west or moiste.* } Colum. *lib. 11. cap. 3.* Hæc enim res efficit, vt in coctura celeriùs madescat, & viridem colorem sine nitro conseruet. Ouid. *Eleg. 9. lib. 1. Trist.*

——— *Nec sæuis victa madescit aquis.* (nauis sup.)

¶ Aliqui hoc discriminis constituunt inter Madescere & Madefieri, Madescere nos sudore, vel alio humore ex nobis proueniente: Madefieri extrinsecus veniente. Sed hoc non est omnino verum. Col. *lib. 7.* Stabuletur sicco loco, ne humore madescant vngulæ. ¶ Hinc componitur Permadesco, quod est valdè madidus fio. διάβροχος γίνομαι. Idem *lib. 2.* In id tempus conuenit inter peritos rei rusticæ, non esse arandum, nisi si magnis (vt fit nonnunquam,) subitaneis imbribus, quasi hybernis pluuiis terra permaduerit.

Madens, (i. potus.) vide suprà.

Mădĕfăcĭo, cis, Madidum facio, humore aspergo. { שטף scatáph רוה rivvah. δεύω, διυγραίνω, βρέχω. GALL. *Ramoistir, moüiller, tremper.* ITAL. *Bagnare, immolare, inhumidire.* GERM. Naß machen/ befeuchtigen/ netzen. HISP. *Mojar.* ANGL. *To make wett or moist.* } Cic. 1. *de Diuin.* Vaticinatum, madefactum iri minus xxx. diebus Græciam sanguine. Virg. 5. *Æneid.*

——— *Humum viridésque super madefecerat herbas.*

Colum. *lib. 2. cap. 4.* Quum post longas siccitates leuis pluuia superiorem partem glebarum madefecit, inferiorem non attigit.

Mădĕfīo, habet significationem passiuam, idémque est quod madidus fio, vel humore aspergor, aqua perfungor. { נשטף nischtáph שטף schuttáph רוה ravéh רטב ratób. διαίνομαι. GALL. *Se moüiller.* ITAL. *Essere bagnato, essere immolato.* GERM. Naß werden. HISP. *Ser moiado.* ANGL. *To be made wet or moiste.* } Suet. *in Cæsar.* Quum decidisset in mare per ducentos passus, euasit ad proximam nauem elata læua, ne libelli quos tenebat, madefierent. Ouid. 8. *Met.* — *madefactaque terra cruore est.* Idem 15. *Met.* *Emariique iterum madefient cæde Philippi.*

Mădĭdŭs, a, um, Aliquo liquore respersus ⋊ Siccus. { נשטף nischtáph שטף scutáph. רוה ravéh. רטוב ratób. διάβροχος. GALL. *Humide, moüillé, moiste.* ITAL. *Humido, bagnato.* ANGL. *wet or moist.* } Ouid. 1. *Metamorph.*

Tum quoque vt ora Dei madida rorantia barba *Contigit.*

Virg. 5. *Æneid.*

——— *madidáque fluens in veste Menœtes.*

Ouid. 1. *de arte amand.*

Fac madidas videat, si potes, illa genas.

Madidum, (i. elixum.) Mart. *Epigr. 97. lib. 1.* & tepidum. *Epigr. 71. lib. 1* ¶ Madida quæ apposita, (i. coacta.) Plaut. *Men. sc. 3. a. 1.* Ponitur aliquando pro ebrio. Idem *in Amphitr.* Faciam vt fit madidus sobrius, id est, efficiam vt videatur ebrius, quum nihil biberit. Te reddam madidum, si viuo, probè. Idem *Aul. sc. 5. a. 3.* Madidum, nihili, incontinentem. Idem *Asin. sc. 2. a. 5.* paulò antè, Siccum, frugi continentem. ¶ Quandoque idem quod imbutus re aliqua. Mart. *Epigr. 96. lib. 1.*

Si quis Cecropiæ madidus, Latiæque Mineruæ Artibus

¶ Hinc Semimadidus, ἡμιβρεγμένος. Colum. *lib.* 1. Sed quandocunque arabitur, obseruabimus ne lutosus ager tractetur, néve exiguis nimbis semimadidus.

Madidè. Viden' vt madidè madeam? Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5.

Madido, das, Madidū facio. { שטף *schatáph.* רוה *rivvách.* ὑγραίνω. GALL. *Moüiller.* ITAL. *Bagnare, inhumidire.* GERM. Naß machen. HISP. *Mojar otra cosa* ANGL. *To mak wett or dank.* } Claud. *lib.* 2. *de rapt. proserpina,*

——— *ille nouo madidantes nectare pennas*

Concutit, & glebas fœcundo rore maritat.

Madifico, as, Madefacio. { שטף *schatáph* רוה *rivváh.* βρέχω, ὑγραίνω. GALL. *Moüiller.* ITAL. *Bagnare, inhumidire.* GERM. Netzen/naß machen. HISP. *Mojar otra cosa.* ANGL. *To make moist.* } Plin. *lib.* 38. *c.* 7. Et si contra epiphoras feruentes oculorum anguli subinde madificentur.

Mador, oris, Humiditas ⋈ Siccitas. { ריר *ri* לשד *leschádh.* ἰκμὰς, ὑγρασία. GALL. *Moisteur, humidité.* ITAL. *Humidita, bagnamento.* GERM. Nesse oder feuchte. HISP. *Mojadura, humedad.* ANGL. *Moistenesse, dakenesse* } Salust. *lib.* 3. *histor.* Quasi par in oppido festinatio, & ingens terror erat ne e latere noua munimenta madore infirmarentur. Nam omnia oppida stagnabant redundantibus cloacis aduerso æstu maris.

Madulsa, æ, Ebrius, quòd quasi madidus sit vino: apud Plaut. *in Pseud.* { רוה *ravéh* שכור *schichchór.* GALL. *Yure, yurongne.* ITAL. *Imbriaco.* GERM. Truncken/vol weins. HISP. *Borracho, embriago.* ANGL. *Drunken.* } Festus legit Madusa sine l, his verbis, Madusa, ebrius, à Græco μαδᾷν deductum, vel quia madidus sit vino.

Madian. { מדין *midhján.* μαδιάμ. } Vrbs quædam ab vno filiorum Abraham ex Cethura sic vocata, quæ (teste Hieronymo) est trans Arabiam ad meridiem in deserto Sarracenorum contra Orientem maris Rubri. Vnde vocantur Madianei, & Madianea regio. Legimus & filios Chobab filij Raguelis Madianitæ soceri Mosis. Legimus & filias Madian. Sed hæc ciuitas homonyma eius, iuxta Arnonem & Ariopolim, cuius ruinæ nunc tantummodo demonstrantur.

Maditus, μάδυτος, ἡ μάδυδα, vrbs Hellesponti, Gentile Madytius, vel Madyteus. Steph.

Madon, herba est, quæ à Latinis Vitis, à Græcis ἀμπελολεύκη, dicitur, Huius sarmenta longis & exilibus internodiis geniculata scandunt. Folia habet pampinosa ad similitudinem hederæ. Plin. *lib.* 28. *c.* 1.

Mæa, μαῖα, ciuitas ad Hellespontum, Stephano.

Mæander, μαίανδρος, cum diphthongo, qui & Mæandrus. Fluuius Phrygiæ, siue Mæoniæ, qui oritur è lacu in monte Aulocrene, plurimísque affusus oppidis, & repletus fluminibus crebris ita sinuosus redditur flexibus, vt sæpe ad fontem credatur reuerti. Vide Plin. *lib.* 5. *c.* 29. Ouid. *lib.* 9. *Metamorph.*

Non secus ac liquidis Phrygius Mæander in vndis

Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque.

Mæander, inquit Strabo, flexuosus est, quoniam alueus multas recipit mutationes, & multum limum deducens modò huic, modò illi ripæ adiicit. Hunc Poëtæ fingunt Oceani & terræ filium fuisse, & Cyaneen Nympham genuisse, quam postea Miletus Solis filius oppressit, & ex ea Caunum & Byblidem suscepit. Vide Ouid. 9. *Metam.* Item *lib.* 8. cùm loquitur de labyrintho. Et *in Epist. Deianira,*

Mæander toties qui terris errat in iisdem,

Qui lapsus in se sæpè retorquet aquas.

¶ Hinc obliquitates omnes Mæandros veteres appellarunt: vt quum res agitur non simpliciter, sed vafris & obliquis consiliis: sumpta metaphora à fluuio Mæandro, qui sinuosus ac flexuosus labitur: vnde & nomen habere videtur, quasi oberret, quærens hominum consortia. Cic. *in Piso.* Quos tu mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula, flexionésque quæsisti? ¶ More Mæandri illud dicitur, quod tortuosè, flexuoséque fit. Colum. *lib.* 8. *cap.* 17. Oportebit autem nonnullis locis molas intercidi more Mæandri, paruis, sed angustis itineribus. ¶ Mæander etiam, teste Nonio, picturæ genus est, in morem labyrinthorum flexuosis ambagibus implexum, quod oris chlamydum addi solet. Virg. 5. *Æneid.*

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum

Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

Vbi Seruius, Mæandro duplici, flexuoso. Et hoc dicit, Erat in chlamyde, flexuosa, & inter se remeabilis purpura, in modum Mæandri fluminis Cariæ prouinciæ. Festus neut. gener. Mæandrum vocat hoc genus picturæ. Mæandrū, inquit, genus picturæ, dictum à similitudine flexus amnis, qui appellatur Mæandrus. ¶ Hoc etiam nomine dictus est mons Indiæ.

Mæcenas, vide Mecœnas.

Mæchlinia, Brabantiæ vrbs celebris. { vulgò Mechel. }

Mædi, μαιδοὶ, populi sunt supra Macedoniam siti. Triballis & Dardani vicini: quorum meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 1. Scribitur autem hæc dictio per æ diphthongum in prima syllaba, ad differentiam Medorum, qui in Asia sunt, Parthis finitimi.

Mæmacterion, μαιμακτηριών. Mensis September, ita appellatus à turbido aëre.

Mæna, mænæ, μαινὶς, Aristoteli, Piscis est marinus, qui Latinis Alecula, siue Alec dicitur, interprete Theodoro, ex quo salsamenta fieri solent. Plin. *lib.* 13. *c.* 7. Quin è Muria salsamentorum recoquitur, iterúmque consumpto liquore ad naturam suam redit: vulgò è mænis iucundissimus. Cic. 2. *de finib.* Qui enim voluptatem ipsam contemnunt, his licet dicere se acipenserem mænæ non anteponere. Accipitur autem mæna aliquando pro ipso salsamento, quod ex mæna conficitur, in qua significatione vsus est Persius *satyr.* 3.

Disce: neque inuideas quòd multa fidelia putet,

In locuplete penu, defensis pinguibus vmbris,

Mænaque quòd prima nondum defecerit orca.

Mænades, μαινάδες, dictæ sunt mulieres, quæ insanientium ritu Bacchi Orgia celebrabant: vnde & Bacchæ dicuntur. Mænades autem dictæ sunt à verbo Græco μαίνω, quod significat insanire. Iuuen. *Satyr.* 6.

——— *crinémque rotant vlulante Priapo Mænades.*

Mænalus, μαίναλος Stephano, in singulari numero mascul. gener. teste Diomede, & in plurali Mænala, neut. gen. Arcadiæ mons altissimus; non procul ab Argis, pinis refertus. ita dictus ἀπὸ τοῦ μαίνω, quod est furere, & insanire: aut certè à Mænalo Lycaonis filio: vt annotauit Scholiastes Theocriti. Virg. 10. *Eclog.*

Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem Mænalus.

Idem 8. *Eclog.*

Mænalus, argutúmque nemus, pinósque loquentes

Semper habet.

Idem 1. *Georg.*

——— *tua si tibi Mænala curæ,*

Huc ades ô Tegeæe fauens.

¶ Est & Mænalus, Stephano μαίναλος, nomen ciuitatis Arcadiæ à Mænalo Lycaonis filio.

Mænalius, a, um, quod est ex Mænalo. Vnde Bacchus dictus est Mænalius. Et aper Mænalius, quem Hercules Eurystheo attulit, & Versus Mænalius, id est, Arcadicus. Virg. 8. *Eclog.*

Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

Mænalis, idos, μαιναλὶς, Patronymicum fœm. Ouid. 3. *Trist. eleg.* 11.

Cúmque truci Borea, Mænalis vrsa videt.

Positum est pro adiectiuo, id est, vrsa Mænalia, & intelligit Arcton.

Mænaria, μαιναρία, Insula est in mari Ligustico: ita dicta à mænis piscibus, quorum ibi magna capitur copia. Meminit insulæ huius Plin. *lib.* 3. *cap.* 6.

Mænobora, μαινόβωρα. Vrbs Mastienorum. Gentile, Mænoboreus. Steph. qui alibi Mastianos ad Herculis columnas habitare scribit.

Mænoles, μαινόλης, dictus est Dionysius, quòd Latinè totum furentem significat: siue quòd vino contrahitur ebrietas, quæ species est insaniæ: siue quòd à mulieribus furentibus, quas Bacchas vocabant, aut Mænadas, sacra eius celebrabantur.

Mænomenon, mel, μαινόμενον μέλι. Genus est mellis venenati, quod in Ponto ex Rhododendri flore contrahitur: ita dictum ab insania quam gignit. Plin. *lib.* 21. *cap.* 13.

Mæonia, μαιονία, Lydia, est regio minoris Asiæ, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Mysiæ, à Meridie Cariam amplectens, ad Occasum supra Ioniam excurrens. Ita dicta à Mæone fluuio, vt Stephano placet. Mæoniam Strabo *lib.* 13. κατακεκαυμένην χώραν, hoc est, exustam regionem vocat, eámque arboribus prorsus carere tradit, præter vitem vini iucundissimi feracem. Summam autem camporum faciem cinerulentam esse petrosam & nigram adustionis quandam similitudinem retinentem. Imminet autem Mæoniæ Tmoli montis rupes altissima, ex qua Pactolus fluuius defluit aureas trahens arenas: vnde & Chrysorrhoas dicitur. ¶ Inde Bacchus dictus est Mæonius. Virg. 4. *Georg.*

———*Cape Mæonij carchesia Bacchi.*

¶ Item Lydi dicti sunt Mæonidæ, & mulieres Lydiæ Mœonides, Ouid. 6. *Metam.*

Mæonis elusam designet imagine tauri Europam.

Quo in loco Mæonis accipitur pro Arachne puella Lydia.

Mæon, onis. pen. gen. corr. μαίων. Pater fuit Homeri. vnde & ipse dictus Est Mæonides: ipsiúsque poëmata, Carmina Mæonia passim appellantur à poëtis. Martialis,

Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.

Mæonides nullas ipse reliquit opes, Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Mæotis, μαιῶτις. Palus Scythica in regione Septentrionali iuxta Phasidis ostium, hyeme congelascens. Tanaim, aliósque innumeros ferè recipiens fluuios, & Cimmerico Bosphoro à Ponto Euxino discreta. Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

Tardior antiqua visa Mæotis hyems.

Ita dicta ab accolis, qui Mæotæ appellantur: de quo vide testimonium Plinij in dictione *Mæotæ.* Lucan. *lib.* 3,

Quáque fretum torrens Mæotidos egerit vndas.

¶ Aliquando vtimur hoc nomine tanquam patronymico fœminino. Iuuen. *Satyr.* 15.

Tale quid excusas Mæotide sæuior ara Ægyptus?

Quo in loco Aram vocat Mæotidem, quæ erat in Taurica regione Thraciæ, quæ non procul abest à Mæotide palude.

Mæoticus, a, um, vt Mæotica tellus, Mæotica vnda, quæ passim leguntur apud Poëtas.

Mæotæ, μαιῶται. Dicti sunt populi Scythiæ, non procul à Mæotide palude, quæ ab illis nomen sumpsit. Plin. *lib.* 4. *c.* 12. à Buge supra Mæotin Sauromatæ, & Essedones: at per oram ad Taniam, vsque Mæotæ: à quibus locus nomen accepit.

Mæotrum, μαιωτρον, præmium quod obstetrici datur à verbo μαιόομαι obstetricem ago. Μαῖα obstetrix.

Mæreo, Mæstus, & Mæstitia, vide *Mœreo.*

Mæsius, Osca lingua maiorem significat. Quare Maius mensis qui à maioribus nomen habet, apud Oscos Mæsius dicebatur, vt autor est Festus apud Varr. *lib.* 6. *de L. L.* Est pappus Mæsius, i. pater maior, aut senex.

‖ Magalia, Afrorum tuguria. Item pars Carthaginis. ‖

Magar, Pœnorum lingua villam, siue tuguria pastoritia significat, quæ & Magalia Virgilio dicuntur, quamuis Magaria (secundùm Seruium) dici debeant. { כרות *cheróth* נאות *neóth.* } Virg. 1. *Æneid.*

Miratur molem Æneas magalia quondam.

Vide in adnot. Constantini in Salust. *in Iugurth. fol.* 66. vbi de Africa.

‖ Magaris, macula. lex. 92. b. ‖

Magarsus, μάγαρσος, oppidum Siciliæ iuxta Mallum, de quo Plin. *lib.* 5. *c.* 27. Stephano Verruca est editissima, non oppidum.

Magas, adis, siue Magadium, μαγάς, καὶ μαγάδιον. Instrumentum est musicum, tabula quadrata repanda (ὑπόκυφος) quæ in se recipit citharæ chordas, & efficit sonum. ¶ Dicitur etiam ea pars lyræ in qua plectrum illiditur, i. vbi percussio chordarum fit manu dextra. Iugum verò dicitur, vbi sinistra manu chordæ premuntur. Budæus. ‖ ¶ Magadium, μαγάδιον, parua magas. ‖

Magdeburgum. Vrbs præclara Germaniæ: vulgò Madenburg.

Magdolus, μάγδωλος, Ægypti oppidum apud Stephanum, cuius incolæ dicuntur Magdolitæ.

‖ Magereme, ferculum. lex. 92. b.

Magerme, machinamentum magicum. Insidiæ magicæ. l. 92. b. ‖

Magi, μάγοι. Populi sub Caucaso monte siti è regione Bactrianorum, quorum meminit Plin. *lib.6.cap.23.*

..gia, vide *Magus.*

..gia, μαγία. Illyrici oppidum est Stephano, cuius incolæ Magiatæ dicuntur,& Magiani. ¶ Est & Magia fontis nomen in agro Syracusano, apud eundem.

..gicæ, Magicus, vide *Magus.*

..ida, Patinæ, aut catini species. Varroni est masor, vnde & magida nomen habet.

..inor, aris, quasi tardè conor, & nugor, inquit Festus.

..giros, { מבשל me aschschél אפה ophél. μάγειρος. Angl. *A cooke.*} Latinè coquus dicitur. Vnde Archimagirus, ἀρχιμάγειρος, princeps ..quorum.

..irium, diminut. μαγειρεῖον, coquulus.

..is, idis. { משארה mischearáh. μαγίς. Germ. Ein Multen. Angl. *A kneading trough.* } vt ex Polluce docet Bud. Idē est quod mactra: hoc est, vas illud in quo farinæ subiguntur. ¶ Nonnunquam etiam rotundæ mensæ genus, tripodi imponi solitum, vt eiusdem Pollucis testimonio probat Budæus ¶ Idem autor est hoc nomine etiam appellari posse orbiculatum instrumentum, quo panifices, & dulciarij pistores, quos *pastillarios* vocamus, subigendis farinis opificij sui vtuntur, *Rondellum* appellant. Est etiam genus lancis eiusdem formæ Plin. *lib* 33. *cap.*11. Cornel. Nepos tradit, tympana, se iuuene, appellata stateras & lances, quas antiquas Magidas appellauerunt, *Platellam* nostri vocant.

Magis, aduerbium, Plus. { יותר iother. μᾶλλον, ἐπιπλέον, ἐπιπλεῖστον. Gall. *Plus, dauantage* Ital. *Piu.* Germ. Mehr. Hisp. *Mas en comparacion* Angl. *More.* } vnde Magis àc magis, ἐπιπλέον ἐφεξῆς. deducitúrque à Magnus, & præter naturam aliorum aduerbiorum, quæ vim comparandi habent, terminatur in iis, quum reliqua omnia similia sint aduerbio comparandi neutri generis. Magis cum positiuo, implet vicem comparatiui cum casu. Ouid. 2. *Metam.*

———puráque magis pellucida gemma.

Magis quàm, Cicer. *de Amicitia,* Vereor ne inuidi magis quàm amici sint. Quod magis mereri. Senec. *cap.3. lib.7. natur.* Quàm magis, tam magis. Quint. Magis rectius. Arnob. *lib.1.*

Quis magis optato queat esse beatior æuo.

Virgil. *in Culice.* Insperata magis sæpe accidunt, quàm quæ speres. Plaut. *Mostell sc.3. a.3.* ¶ Iunctum Comparatiuo, fustibus sum mollior, magis, quàm vllus Cinædus. Idem *Aulul. sc.2. a.3.* Magis maiorem in modum in se concipiet metum. Idem *Amph.* Magis multò facilius patior verba, quàm verbera. Idem *Menæch. sc.6. a.5.* Neque me miserior fœmina est, neque vlla videatur magis. Idem *Amph. sc.1. a.5.* Non Inuenias hoc certo magis certius. Idem *Capt. sc.4. a.3.* Iampridem frigida non laui magis libenter. Te faciam ex læto lætantem magis. Idem *Ps. sc.3. a.1.* Neque ego homines magis asinos vidi vnquam. *Ibid sc.2. a.1.* Non vidi magis facere ludificare, & magis miris modis. Idem *Merc. sc.6. a.2.* Quis me Athenis magis est, cui Dij sint propitij. Idem *Aulul. sc.1. a.5.* An Sycophantam magis esse dicam, nescio. Idem *Curc. sc.1. a.4.* Magis est posse dici, i. potiùs dici potest. Vlpian. *D. lib.26 tit.4. l.5.* An ergo & prouocare se inuicem secundùm superiorem clausulam possint? Et magis est posse dici admittendam prouocationem. ¶ Iungitur interdum comparatiuo. Plaut. *Pœnul.* Argentum, nisi qui dederit, nugas egerit. Verùm qui dederit, magis maiores egerit. ¶ Mage ponitur interdum pro magis. Idem *in Trucul.* Quem ęcastor mage amo, quàm dudum. A quo fit compositum Demagis, quod significat valde magis, & pro nimis à veteribus ponebatur, teste Festo.

Magister, tri, à magis: vel q. μάγιας ἴσως. Præceptor, pædagogus. { מורה meréh מלמד melammédh רב rab שליט schallit. διδάσκαλος, καθηγητής. Gall. *Maistre.* Ital. & Hisp. *Maestro.* Germ Ein meister. Angl. *A maester.*} Ter. *in Andr* —nam antea Quî scire posses, aut ingenium noscere, Dum ætas, metus, magister prohibebant? Cic. *de Amicitia,* Quæ disputata ab eo meminisset, magister meus Scæuola. Quamuis etiam Magistri nomen ad omnes transferri possit quibus præcipua cura rerum incumbit. Hinc magistri pagorum, societatum, vicorum, collegiorum dicuntur, ἐπιστάται, qui pagis, societatibus, vicis, & collegiis præsunt. Hoc ipsus magister me docuit. Plaut. *Aul. sc.1 a.3.*

———Sui iussis obtemperat Inda magistri Bellua,

Ouid *Eleg.6. lib.4. Trist.* Facit hic quod pauci, vt sit magistro suo obsequens. Plaut. *Curc. sc.2 a.2.*

Sæpè tui Iudex (in scriptis sup.) *sæpe magister eram.*

Ouid. *Eleg.7. lib.3 Trist.* ¶ Magistri nauium Liuius 3. *dec.*4. Et Cæsar *lib.2. de bell. ciuil.* Magistri vicorum. Sueton. *in August. cap.30.* Et *in Tiber cap.76.* ¶ Magister scindendi opsonij. Senec. *cap.17. de vita beat.* Autor est harum rerum ac magister Liu. *lib.10. d.4.* ¶ Magister equitum, ἵππαρχος, cui summa potestas erat in equites: vulgus Gallicum *Connestabilem* appellat. Varro 4. *de lingua Lat.* Magister equitum dicebatur, quòd summa potestas ei esset in equites & Accensos; Addebatúrque semper Dictatori, cui summa potestas erat in populum, à quo & magister populi dicebatur. Cic. 1. *de finibus.* Rectius magister populi (is enim est Dictator) quàm Sylla qui trium pestiferorum vitiorum, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magister fuit. ¶ Magister pecoris, pastor: Varro 2. *de re rust. cap.10.* Contra pernoctare quenque ad suum gregem, esse omnes sub vno magistro pecoris, eum esse maiorem natu potius quàm alios, & peritiorem quàm reliquos. ¶ Magister ludi, & Ludimagister vno verbo dicitur. Cicer. 1. *Verr.* Si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis alienis orationibus compositum dedit, vno verbo discesseris. Magister liberorum, Liuius *lib.5. ab vrb.* ¶ Magister morum, censor. Cic. *ad Appium lib.3.* Eò breuior est hæc epistola, & vt aduersus magistrum morum molestior. ¶ Magister nauis est, cui potius nauis cura mandata est, vt docet Vlpian. *de exerc. act. lib.1.* Cic. 5. *Verr.* Misit in Siciliam literas ad Carpinatium, quum esset magister scripturæ, & sex publicanorum. ¶ Magistri etiam dicuntur in actionibus publicis qui bona vendebant. Idem *ad Attic. lib.2.* Vnà agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus & Publius Scipio & is quem putabant fore magistrum, si bona vænirent. L. Potius. Vide Cœlium Rhodig. *antiq. lect. lib.11. cap.5.* Quintilian. Eius mater dum vixit, ludum; mortua, magistros habuit (auctionum.) locus est. Magister olim dicebatur venditor patrimonij eius, qui soluendo non esset, quia illis bonis vendundis ab omnibus creditoribus authoritate Prætoris præponebatur, vt dixit Iustinian. *titulo de succes.* ¶ Magister sacrorum, princeps, & sacri ipsius pontifex, aliisque sacerdotibus maior. Liuius *lib.9 belli Maced.* Ne quis magister sacrorũ, aut sacerdos esset. Capitolinus *in Antonino* de Saliorum sacerdotio, Fuit in eo sacerdotio & præsul, & vates, & magister.

‖ Magisteria, æ, dignitas magistri. ‖

Magistra, { מורה morah מלמדה melammedhah שלטת schalléteth. διδάσκαλος ἡ. Gall. *Maistresse.* Ital. & Hisp. *Maestra.* Germ. Ein meisterin. Angl. *A maistres, a ladie.*} Cic. 1. *de fin.* Magistra ac duce natura. Idem *pro Rosc. Amer.* Vita autem hæc rustica, quam tu agrestem vocas, parsimoniæ, diligentiæ, iustitiæ magistra est. Quint. *lib.1. cap.* Certissima loquendi magistra consuetudo. Ouid. *Epist.5.*

Quid grauis Antenor, Priamus quid suadeat ipse
Consule: queis ætas longa magistra fuit.

Magistra, vti natura, Senec. *Epist.45.*

Magistellus, li, diminutiuum, Paruus magister.

Magisterium, rij, magistri dignitas, seu officium. { שלטון schiltón משטר mischtar. ἀρχή. Gall. *Maistrise & gouuernement.* Ital. *Magistero,* Germ. Ein meisterschafft. Hisp. *Dignidad del maestro.* Angl. *A maisters dignitie or office, maistership.*} Nam magisteria sic à magist. o videntur deduci quomodo à ministro ministeria. Sueton. *in August.* Auus municipalibus magisteriis contentus: abundante patrimonio, tranquillissimè senuit: id est, magistratibus & muneribus municipij sui. Cic. *de senectute.* Me verò & magisteria delectant à maioribus instituta: & is sermo, qui more maiorum à summo adhibebitur magistro in poculo. Plin. *lib.8. cap.40.* Inter se exercent etiam magisteria. Magisterium Equitum. Sueton. *in Tiber. cap.3.* Magisteria sacerdotij. Idem *in Calig. c.22.* Magisterij successor, de Theophrasto qui successit Aristoteli in schola. Gell. *cap.5. lib.13.* Item Virtute id factum est tua vt magisterio tuo. Plaut. *Mostell. sc.1. a.1.* ¶ Magisterium, magistri artificium. Cels. *lib.5. c.27.* Postque nullo nouo magisterio, sed iam supraposito vlcus erit implendum, & ad sanitatem perducendum.

Magistro, as, { נהג nahagh רעה ratáh. προστατεύω. } Modero, guberno. Autore Festo.

Magistratus, us, Hi qui in potestate aliqua sunt constituti. { אלהים elohim שרים sarim זקנים zekenim סגנים seghanim שטרים schoterim. οἱ ἐν ἀξιώματι, οἱ ἐν τέλει, οἱ ἐν ταῖς ἀρχαῖς, οἱ πολιτευόμενοι. Gall. *Magistrat ou officier.* Ital. *Magistrato.* Germ. Die oberkeit/oder oberherrn. Hisp. *El que tiene oficio para regir, Magistrado.* Angl. *A magistrat.*} Vt sunt Consules, Proconsules, Prætores, Proprætores, & alij qui ciuitates & prouincias regunt. Cic. *ad Papyrium Pætum.* Quem magistratus comprehendi & vinculis teneri iusserat. Idem *lib.3. de legib.* Videtis igitur hanc esse magistratus vim, vt præsit, præscribátque recta & vtilia, & coniuncta cum legibus. Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus: veréque dici potest, magistratum legem esse loquentem: legem autem mutum magistratum. Idem 1. *de Offic.* Est igitur proprium munus magistratus intelligere se gerere personam ciuitatis, deberéque eius dignitatem & decus sustinere, seruare leges, iura describere, & fidei suæ commissa meminisse. Atque in hac significatione veteribus etiam vsitatum fuit magistratus, vt optimates & similia. Autor est Sosipater *lib.1.* ¶ Modò ipsam potestatem, seu officium. { שלטון schiltón משטר mischtár. πολιτεία, τέλος. Germ. Das ampt der oberkeit } Cic. Nam istum in vrbem magistratum gerebat. Idem *de Amic.* Vbi eos inueniemus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes, amicitiæ non anteponant: Magistratum alij maiores, vt Consules, Censores, Prætores. Alij præter hos dicebantur minores: vt Ædiles. Quæstores, Tribuni. Vide Gell. *c.14. lib.13.* ¶ Venustè dicimus, Creare magistratum, Dare magistratum, Gerere magistratum, Habere, Mandare magistratum, Abire magistratu, Accipere magistratum, Venire in magistratum, Magistratum imminuere: quod est derogare iuri & prærogatiuis officij. ¶ Magistratum ingredi, pro inire. Salust. *Iugurth.*87. vbi primùm magistratum ingressus est.

Magmata, μάγματα. Pastilli & massæ factæ ex vnguentorum fæcibus odôris gratia, ἀπὸ τοῦ μάσσειν, quod est terere & miscere & in massam redigere, Plin. *lib.10. c.2.* Siccis odoribus constant: quæ diapasmata vocantur: nam fæces vnguenti Magmata appellant.

‖ Magmatarius, μυρεψός. Gloss. id est, qui magna facit, frequenter coquit. ‖

Magmentum, inquit Festus, veteres dixerunt, quasi maius augmentum. Varro de hac voce ita *lib.4. de L.L.* Magmentum, inquit, à magis quod ad regionem magis pertinet. Itaque propter hoc montana fana, constituta certis locis quod id imponeretur macte. Erat autem daps quæ profanabatur Iano Syluano, Marti, Ioui dapali, &c. Meminit Arnob. *lib.1.*

‖ Magmentaria, fana, vasa sacra, quibus magmenta & exta sacra imposita aræ inferebantur. ‖

Magna Græcia, dicta est ea pars Italiæ, quæ à Tarento vsque ad Cumas est, vel (vt Plin. *lib.3.* refert) quæ à Locris Italiæ fronte ad Tarentum vsque protenditur. { Ein landschafft Italiae gegen Griechenland/ jetz vnder Calabria } sic dicta, (vt Festus putat) quòd multæ magnæque ciuitates in ea fuerint à Græcis conditæ. Vide Iustin. *lib.20.* Virg. 3. *Æneid.*

Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis.

In ea Italiæ parte Pythagoras Philosophus, Architas, Parmenides & Zeno eiusdem sectatores & Ennius poëta viguerunt. A quibusdam tota Italia dicta est maior Græcia. Ouid. *in Fast.*

Itala nam tellus Græcia maior erat.

‖ Magnalia, μεγαλεῖα. Onom. id est, magnifica opera. ‖

Magnanimus, Magnanimitas, vide *Magnus.*

Magnarius, { μεγαλέμπορος. Gall. *Qui a grand maniement d'affaire grand negotiateur.* Ital. *Che ha gran maneggio.* Germ. Ein grosser gwerbs man / der mit grossen kauffmanschafften vmbgaht/ein kauffher. Hisp. *Grande negociador.* Angl. *That hath many affaires hand busines.* } Apud Apuleium pro magno negociatore ponitur, à negotiorum magnitudine, tanquam clarus in obeundis magnis mercaturis.

Magnata,

Magnata, μάγνατα Ptolemæo, vrbs Hyberniæ, à qua Magnatæ populi vocati sunt. Vide Ptolem. *lib.2.c.2.*

Magnātēs, { חורים *chorim* שרים *sarim* סגנים *seghanim* רוזנים *rozenim.* μεγιστᾶνες. Gall. *Nobles, puissans, les grands.* Ital. *Nobili, potenti.* Germ. Die grosgeachte / fürnemme. Hisp. *Los grandes en dignidad, y nobleza.* Angl. *Noblement.* } Dicuntur nobiliores, & potentiores, quorum magna est potentia, & autoritas.

Māgnēs, etis. { μαγνῆς. Gall. *Vne pierre qu'on appelle aimant.* Ital. *Calamita pietra.* Germ. Ein Magnetstein / der eisen an sich zeucht. Hisp. *La piedra ayman y manceuo del hierro.* Angl. *The lodestone, that hath propertie to drawe yro to it,* } Generis masculini, Genus lapidis, ad se ferrum attahentis. Plin. *lib.36.cap.16.* Quid ferri duritia pugnacius? sed cedit, & patitur mores: trahitur namque à magnete lapide: domitrix illa rerum omnium materia ad inane nescio quid currit: atque vt propius venit, assistit, tenetúrque, & complexu hæret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam Heracleon. Magnes appellatus est ab inuentore, vt ex Nicandri sententia tradit Plinius *lib. 36. cap.16.* qui cùm pecus pascens, pedem fortè haberet ferratum, crepidas ferreis clauis compactas, animaduertit lapidem hunc ferro adhærescere. Alij a Magnesia dictum volunt Lydiæ regiuncula, in qua lapidem hunc primum volunt esse inuentum circa Heracliam vrbem. vnde & Heracleon appellarunt. In qua sententia est Lucret. *lib.6.* vbi sic scribit,

Quod superest agere incipiam, quo fœdere fiat
Natura, lapis hic vt ferrum dicere possit,
Quem magneta vocant patrio de nomine Graij,
Magnetum quia sit patris in finibus ortus.

Cic. I. *de diuinat.* Vt si magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat & trahat: at rationem cur ita fit, afferre nequeam.

Māgnēticus, a, um. Claud. *de magnete,*

——— Venerem magnetica gemma figurat.

Magnes, μάγνης Suidæ, Atheniensis antiquæ Comœdiæ scriptor tempore Epicharmi, docuit fabulas nouem, vicit duabus. ¶ Magnes item alter Smyrneus puer, præ cæteris mortalibus formosus: poëtica insuper & musica ornatus, corona insignis aurea, atque habitu molliore indutus, ciuitates obibat multis dilectus, præsertim Gygi Lydorum regi. Parentes autem probrum huiusmodi perosi, capta occasione comam eius inciderunt, vestem ornatúmque omnem lacerauerunt. Qua re commotus Gyges, Magnesiis bellum intulit, quibus tandem superatis reuertens, Sardibus panegyricum celebrauit magnificentissimum. Suid.

Magnēsĭă, μαγνησία, Macedoniæ regio Thessaliæ annexa, de qua Plin. *lib. 4. cap. 9.* ¶ Est & Magnesia, Ioniæ oppidum ad Mæandrum fluuium, distans ab Ephesio (sicuti scribit Plinius *lib.5. cap.29.*) XVI. M. pass. circa quam L. Scipio Asiaticus Antiochum regem victum magna clade affecit.

Māgnēssă, æ, μάγνησσα Stephano, Mulier è Magnesia regione Thessaliæ annexa, aut è Magnesia Ioniæ ciuitate. Horat. *lib.3. Carm. Ode 7.*

Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens.

Masculinum eius est Magnes, etis: quod de se facit fœmininum Magnessa, quemadmodum à masculino Cres fit fœmininum Cressæ.

Magnetes, μάγνητες, qui & Magnesij, μαγνήσιοι, Populi vocati sunt. Lucret. *lib. 8.*

Et Magnetes equis, Menyæ gens cognita remis.

Māgnētēs, tum, { μάγνητες. Gall. *Senateurs.* Ital. *Senatori.* Germ. Radsherren / Regenten. Hisp. *Senadores.* Angl. *Senatours, shi reffis.* } Apud Macedones erant, qui apud nos Senatores dicuntur, siue principes & capita vrbis: vnde & summum magistratum vocant *Magnetarchen,* teste Liuio *lib. 5. bell. Maced.*

Māgnŭs, a, um, à μέγας: vt à παχὺς pinguis ab ἔχις anguis, à δασὺς densus. Grandis, arduus. { גדול *ghadhól* רב *rab.* μέγας. Gall. *Grand.* Ital. & Hisp. *Grande.* Germ. Groß. Angl. *Great.* } Comparatiuum est Maior, superlatiuum Maximus. Virg. *1. Georg.*

Heu magnum alterius frustrà spectabis aceruum.

Idem 2. *Æneid.*

Tum magnum exitium (quod dij prius omen in ipsum
Conuertant) Priami imperio, Phrygibúsque futurum.

Cic. *in Orat.* Magnum opus & arduum Brute conamur. Idem I. *de Orat.* Studio acriore, otio ac facultate discendi maiore & maturiore, & labore atque industria superiore. Ouid. 13. *Metam.*

——— quæritur istis.
Quàm mihi maior honos.

Cic. *Quint. fratr. lib.1.* Eum tibi commendo maiorem in modum, hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum. Idem *de Amic.* Sed hi ne comparentur Catoni maximo & spectato viro. Ouid. *ad Liu.*

Maximus ille armis, maximus ille toga.
Solus vtroque idem diceris Magnus in orbe,

Tibull. *lib. 4.*

Parua magnum decus vrbis Vlyssem,

ibidem.

———Vbi sunt ingentia magni Verba viri?

Ouid. 13. *Metam.*

At tibi qui possit magnis se accingere rebus,

Tibull. *lib.4.* Homo admodum magnis pedibus, magno capite, acutis oculis. Plaut. *sc.7.a.4.* Magna est præda cum magno malo. Idem *Asin. sc.2 a.2.* Legatus publicè magnai reipublicai gratia. Idem *Mil. sc.1 a.2.* Magnum iter. (i. longum.) Cæs. *1. bell. ciu.* ¶ Maior, ad annos relatum, pro longiore æuo. Terent *Eunuch.* Verùm illa si viuit, annos nata est, sedecim, Non maior. Martial. *lib. 9.*

——— maior erat mensibus illa tribus.

Maior potitus est hostium. (i. filius maior natu.) Plaut. *Capt. sc.5. a.3.* Puerum te vidi puer: At ego te video maior maiorem. (de virili ætate.) *Ibid. sc.4. a. 3.* Maior herus. Vide *Herus.* Tu, an ille maior? Ambo pares. Plaut. *Men. sc. vlt. a.5.*

Vt ego maiores, sic me coluere minores.

Ouid. *Eleg. vlt. lib.4. Trist.*

——— Quanto est dux milite maior,

idem 13. *Metam.*

Hinc tibi laus maiórve, minórve,

Tibull. *lib.4.* ¶ Magno natu. Liuius 3. *ab Vrbe,* Consurgit P. Scaptius de plebe magno natu. Idem 6. *bell. Pun.* Inter hæc è media turba obs[...] dium mulier magno natu, Mandonis vxor, &c. ¶ Maior natu. Cice[...] *Tusc.* Anno ante natum Ennium, qui fuit maior natu quàm Plaut[...] Næuius. ¶ Maximus natu Liu *1. bell. Pun.* Ita enim maximus natu[...] iis in consilio respondit. ¶ Magnum facere, id est, magnum al[...] præstare. Horat. 1. *Serm. sat.10.*

At magnum fecit, quòd verbis Græca Latinis
Miscuit.

Cic. I. *Acad.* Magnum est efficere vt quis intelligat, quid sit illud [...]rum & simplex bonum, hoc est, magni laboris, vel magnæ vtilita[...] ¶ In maius. Salust. *Iugurth.* 110. Virtutem Marij in maius celeb[...] i. ἐπιπλέον. ¶ Quod maius est. Cic. *de amicit.* Quod si tanta vis [...]bitatis est, vt eam vel in eis, quos nunquam vidimus, vel (quod m[...] est) in hoste etiam diligamus. ¶ Nihil maius, aut carius [...] prius, aut potius: nihil antiquius. Salust. *Iugurth.* 69. Sibi nihil [...] maius quidquam, aut carius auctoritate Senatus. ¶ Concipere m[...]re animo. Ouid. 15. *Metam.* Viribus maiora audere. Virg. 10. *Æn[...]*. Maior morbus, qui & comitialis dicitur. Celsus *lib.3. cap.2.* Inter [...]tissimos morbos est etiam is, qui comitialis, vel maior nomina[...]tur. ¶ Magno absolutè, pro magno pretio. μεγάλου. Apul. Me denique pauperculus quidam hortulanus comparat quinquaginta numis, sed magno aiebat. Varr. *lib. 3. de re rust.* Piscinæ ædificantur magno. Virg. 9. *Æneid.*

——— Hoc Italicus velit, & magno mercentur Atridæ.

Cic. 5. *Verr.* Qui, vt ais, magno vendidisti. Eiusdem significationis est genitiuus Magni, verbis æstimationem importantibus iunctus. Cic. *Cass. lib.15.* Magni erunt mihi literæ tuæ. id est, habebo eas in pretio. Plin. *Epist.2. lib.3.* Itaque magni æstimo, dignitati eius aliquid astruere. ¶ Magnum, pro valde, μέγα. Plaut. *Mil.* Eho an dormit Sceledrus intus? LVC. Non naso quidem: nam eo magnum clamat, tetigit calicem. ¶ Magnum inclamare. Gell. *c. 9. lib. 5.* Item maximum exclamare. Plaut. *Most. sc. 2. a. 2.* Idem *ibid.* Atque ille exclamat derepente maximum. ‖ ¶ Magni dij, Penates vrbium custodes. ¶ Magna Numina, Iupiter, Neptunus, Apollo, &c. Cerda, Virg. ‖ ¶ Optimus maximus non solùm de Deo dicitur, sed etiam de fundo, agro, domo, & aliis. Cels. *in l. quum venderes ff. de contrah. empt.* Quum venderes fundum, non dixisti, Vt optimus maximúsque est: verum est quod Qu. Mutio placebat, non liberum, sed qualis esset, fundum præstari oportet. Adolescens est escæ maximæ (i. plurimi cibi.) Plaut. *sc.1. a.1.* Vt quique sunt optimi maximi hunc morem habent. *Ibid. sc. 2. a. 4.* ¶ Maximi vnde cognominati Valerij & Fabij. Plutarch. *in Pomp.* ¶ Pontifex maximus, qui primus in Pontificum collegium venerat qui omnem sacrorum potestatem, & cæteros sacerdotes sibi subiectos habebat. Minores autem post illum reliqui, & minimus, qui adoptatus erat postremus. ¶ Maximæ dignationis Flamen (inquit Festus) Dialis est inter quindecim Flamines: & quum cæteri discrimina maiestatis suæ habeant, minimi habetur Pomonalis: quod Pomona leuissimo fructu agrorum præsidet, hoc est, pomis. Maiores Flamines appellabantur patricij generis. Minores, plebeij. ¶ Maximus Curio, cuius autoritate Curiæ, omnésque curiones reguntur. ¶ Maximi annales appellabantur, non magnitudine, sed quòd eos Pontifex Maximus confecisset. ¶ Maiorem consulem. L. Cæsar apud Festum, putabat dici, vel eum penes quem fasces sint, vel eum qui prior creatus sit. Prætorem autem maiorem vrbanum, minores cæteros. Maximum Prætorem putant dici alij eum, qui maximi imperij sit: alij, qui ætatis maximæ in collegio: quanuis Augurum decretum sit, quòd in salutis augurio Prætores maiores & minores appellantur, non ad ætatem, sed ad vim imperij pertinere. ¶ Magnum annum dicunt mathematici, quo septem sydera errantia expletis propriis cursibus in eundem locum redeunt, siue ad idem pūctum reuertuntur. ¶ Maximam hostiam ouili pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore. ¶ Maxima mulcta, antiquitus erat boum triginta & duarum ouium, μεγίστη ζημία. Sed quum in fraudem mulctæ dictæ soluerentur boues ouésque parui pretij, idcirco constituti sunt postea in singulas oues deni æris, in boues verò æris centeni. Erat itaque mulcta maxima trium millium & viginti æris, hoc est, trecentarum & duarum drachmarum. ¶ Magnum socerum appellat vir vxoris suæ auum. Magnam socrum, vir vxoris suæ auiam. ‖ ¶ Maior domus, œconomus Cod. ll. antiq. ‖ Maior socer, vxoris meæ proauus. Maior socrus, vxoris meæ proauia. Maior patruus aui & auiæ patruus. Maior amita, aui & auiæ amita. Maior auunculus, cui & auiæ auunculus. Maior magistratus, Consul dicitur. Hæc Festus. Magnè, valde. Tacit.

Māiōrēs, { אבות *abóth.* πρόγονοι, προπάτορες, προλαβόντες, οἱ ἄνωθεν τῆς γενεᾶς. Gall. *Les ancestres.* Ital. *Nostri vecchi, antenati.* Germ. Die voreltern / oder vorfahren. Hisp. *Los padres subiendo arriba, antepassados, mayores.* Angl. *Forebeares.* } Intelligi possunt quicunque aui, abaui, proaui, ataui, tritaui, & ante hos in infinitum: sicut minores, qui etiam post trinepotes futuri sunt, Declamat. *in Salust.* Ego meis maioribus virtute præluxi, vt si prius noti non fuerint à me, accipiant initium memoriæ suæ. Cæs.4. *bell. Gall.* Quòd Germanorum consuetudo hæc sit à maioribus tradita, quicunque bellum, &c.

Non tua maiorum contenta est gloria fama,

Tibull. *lib. 4.* Maiorum meorum fretus virtute (loquitur seruus de fraudibus.) Plaut. *Pseud. sc.1. a.2.* Virtute Deûm & maiorum nostrorum diues sum satis. Item *Capt. sc.2. a. 2.* Et in *Aul. sc. 3. a.1.* Ibi mei maiores sunt siti (de seruo.) Idem *Merc. sc. 4. a. 2.*

——— Maioris frater Atridæ,

Ouid. 13. *Met.* ¶ Accipiuntur etiam Maiores indifferenter pro omnibus qui ante nos fuerunt: quemadmodum Minores pro posteris: vtrúmque his duobus nominibus in duabus hisce significationibus, tantùm in numero plurali.

Maius, vt Maius æquo dolere. Senec. *c.7. de consol. ad Mart.* Nam quis te maiora gerit castrísve, forόve? Tibull. *lib.4.*

——— Dictis vt non maiora supersint.

Maiusculus, diminutiuum, tam ad corpus, quàm ad ætatem refertur. Plinius *lib.* 26. *cap.* 6. Folia sunt maiuscula, quàm hederæ. Cicer. *Dolabellæ. lib.* 9. Sed quid ago? quum mihi sit incertum tranquilliore sis animo, an vt in bello, in aliqua maiuscula cura negotióve verſere, lacior longius.

... animus, mi, qui magni eſt animi. { גאה *ghéeh.* μεγαλήτωρ μεγαλόψυχος. GALL. *Courageux, magnanime.* ITAL. *Magnanimo.* GERM. ... tic gemütig/eines dapfern gemüts. HISP. *De grande animo, magnanimo.* ANGL. *Stout, of a loftie harte.* } Cic. I. *Offic.* Itaque viros fortes, & magnanimos, eoſdem bonos & ſimplices, veritatis amicos, minimé que fallaces eſſe volumus. Ouid. 3. *Triſt. Eleg.* 5.

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtrare leoni.

Idem 13. *Metam.*

Néve ea magnanimus fruſtrà memorauerit heros.

Virg. 4. *Georg.*

Magnanimóſque duces totiúſque ex ordine gentis
Mores, & ſtudia, & populos, & prælia dicam.

Magnanimi viri, freti virtute & viribus ſuperbi. Plaut. *Amph.*

Cognoram à parua virgine magnanimam,

Catul. *de com. Beren.*

Magnanimitas, atis, Fortitudo, animi elatio. { גאון *ghaón.* μεγαλοψυχία. GALL. *Magnanimité, grand cœur & courage.* ITAL. *Magnanimità.* GERM. Groſsmütigkeit. HISP. *Grandeza de animo, magnanimidad.* ANGL. *Valiantneſſe of heart, & courage.* } Sic definit Speuſippus, Magnanimitas eſt moderatus contingentium vſus vrbana cum hominibus conuerſatio, magnificentia cum ratione. Cicer. I. *Offic.* Nam quum omnis honeſtas manet à partibus quatuor, quarum vna ſit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, &c. Plin. *lib.* 7. *cap.* 25. Idem magnanimitatis præbuit exemplum cui comparari non poſſit aliud, &c.

Magnifacio. Plaut. *Pſeud. ſc.* I. *a.* 2. Omnes res perinde ſunt vt eas magnifacias. (i. vt eas magni parui exiſtimes.) Idem *ibid. ſc.* I. *a.* 4. Te amo, & metuo, & magnifacio.

MAGNIFICVS, a, um, Liberalis, ſplendidus. { אדיר *addir.* μεγαλοπρεπής. GALL. *Magnifique, honorable.* ITAL. *Magnifice, ſplendido.* GERM. Groſsthatig/herrlich/prächtig. HISP. *Magnifico y liberal.* ANGL. *Magnifick, that doth great actes, ſumptuous.* } Qui magnis in rebus pro dignitate, in ludis, in rebus diis ſacris, in ædificiis, in epulo publico ſumptum facit. Plaut. *Aſin.* Extemplo facio facetum me, atque magnificum virum, Dico me eſſe atrienſem. Terent. *Heaut.* Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis. Cic. I. *Offic.* Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia. Magnifica verba, Terent. *Eunuch.* Vrbes magnificæ, Ouid. 2. *de Pont.* Magnifica domus, Plin. *lib.* 17. *c.* I. Magnifica prælia, Velleius. Magnifica verba rebus confutuere, Liu. *lib.* 7. *d.* 4. Tua magnifica verba, & tuas magnas minas. Plaut. *Curc. ſc.* 4. *a.* 4. Magnificas opes. Ouid. 4. *Faſt.* Satin' magnificus tibi videtur. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* I. ¶ A Magnificus fit comparatiuus Magnificentior, & ſuperlat. Magnificentiſſimus. Cic. 2. *de fin.* Ad altiora quædam & magnificentiora, mihi crede Torquate, nati ſumus. Idem 2. *Offic.* L. Craſſus Qu. Mutio magnificentiſſima ædilitate functus eſt. Magnificentiſſimas res gerere. Velleius. Magnificiſſima dicebant antiqui pro magnificentiſſima. Re enim vera magnificens dici non poteſt, vnde magnificentiſſima videtur deduci. Feſtus.

Magnificentia, æ, eſt (vt inquit Cicer. 2. *de Inuent.*) rerum magnarum & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione agitatio, atque adminiſtratio. { אדר *édher* גדלה *ghedhullàh.* μεγαλοπρέπεια. GALL. *Magnificence.* ITAL. *Magnificenza.* GERM. Groſsthätigkeit/pracht. HISP. *Magnificentia, grandeza de animo.* ANGL. *The doing or archieuing of great thinges, noble and ſumptuous prouiſion.* Idem de *Amic.* Nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia. Idem *contra Rullum*, Hoc vix eſt liberi populi: vix veſtrorum amicorum magnificentiæ. Quintil. *lib.* 4. *c.* 2. His tribus narrandi virtutibus adiiciunt quidam magnificentiam, quam μεγαλοπρέπειαν vocant.

Magnificè, aduerbium, Lautè, honorificè, liberaliter, ſplendidè. { μεγαλοπρεπῶς. GALL. *Magnifiquement.* ITAL. & HISP. *Magnificamẽte.* GERM. Herrlich/ prächtlich. ANGL. *Noblie, ſumptuouſlie.* } Terent. *in Adelph.* Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id virtus quin ſuperet tua. Brutus *ad Cicer.* Iuuat enim magnificè loqui: & certè decet aduerſus ignorantes. Plin. *lib.* 13. *c.* 7. Siccæ fici ſtomachum lædunt, gutturi & faucibus magnificè vtiles, Cic. I. *Offic.* Hæc præſcripta ſeruantem licet grauiter, magnificè, animoſéque viuere, atque etiam ſimpliciter, fideliter & vitæ hominum amicè. Magnificè volo ſummos viros accipere. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* I. Magnificè hominem compellabo. *Ibid. ſc.* 4. *a.* 2. Vt magnificè infert ſeſe? *Ibid. ſc.* I. *a.* 4. ¶ Magnificius Cato pro Magnificentiùs dixit, ſeruata recta formatione à poſitiuo magnificè. Vide *Feſtum.*

Magnifico, as, Extollo, exalto. { רומם *romém* הגדיל *highdil.* μεγαλύνω. GALL. *Magnifier, exalter.* ITAL. *Eſſaltare, magnificare.* GERM. Groſs machen/ erheben. HISP. *Engrandecer.* ANGL. *To magnifie, to praiſe or extoll.* } Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Magnificant & vituli, qui nondum herbam guſtauerint, fimum. Idem *lib.* 17. *cap.* 9. Archeſilaum quoque magnificat Varro. Plaut. *Men. ſc.* 4. *a.* 2. Te vnum ex omnibus Venus voluit me magnificare.

Magnificatio, μεγαλοποιία. Macrob. *Saturn. lib.* 5. *cap.* 13. Hinc diuerſarum inter heroas ſuos perſonarum varia magnificatio.

Magniloquus, qui magna loquitur. { μεγαλορρήμων. GALL. *Qui parle d'vn haut ſtyle, beau & magnifique parleur.* ITAL. *Che parla coſe grande.* GERM. Der groſſe ding redt oder rümt / prächtig in der red. HISP. *El que habla grandezas.* ANGL. *That ſpeaketh with an high ſtyle.* } Martial. *lib.* 2.

Candida κοινὰ φίλων, hac ſunt tua Candide πάντα,
Quæ tu magniloquus nocte diéque ſonas.

Tacit. *in vita Agricolæ*, Atque illi modò cauti ac ſapientes prompti poſt euentum, ac magniloqui erant.

Magniloquentia, { μεγαλορρημοσύνη. GALL. *Parole ou ſtyle de haut appareil, magnifique & hautaine parole.* ITAL. *El parlar de coſe grande.* GERM. Ein red von hohen vn groſſen dingen. HISP. *Grandeza de palabras.* ANGL. *A ſpeaking with an high ſtyle.* } Cic. *in Orat.* Quò ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ ſit accommodatior. Homeri magniloquentia. Cic. *Caſ. lib.* 13. *Epiſt.* Magniloquentia Græcarum facundiarum. Gell. *c.* 7. *lib.* 3.

Magnipendo, is, Permagni facio, magnifacio, bene æſtimo. { הוקיר *hokir.* περὶ πολλοῦ ποιέομαι. GALL. *Fort eſtimer & priſer.* ITAL. *Stimar molto.* GERM. Groſs achten / groſs ſchetzen. HISP. *Eſtimar ò apreciar mucho.* ANGL. *To ſet muche by.* } Plaut. *Curcul.* Neque eum ad me adire, neque me magnipendere viſus eſt. Liuius, Romanorum nemo id authoritatis aderat, vt promiſſa eius magnipenderentur. Terent. *Adelph.* Ego quoque à meis me amari & magnipendi poſtulo. Non magnipendo, ne duit. Plaut. *Aſin. ſc.* 4. *a.* 2. Oleum haud magnipendis. Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* I.

Magnitas, pro Magnitudine apud antiquos. Accius, Namque ſat frugi neque dici poteſt pro magnitate.

Magnitudo, Copia, amplitudo. { גדלה *ghedulláh* רוב *rob.* μέγεθος. GALL. *Grandeur.* ITAL. *Grandezza.* GERM. Groſſe. HISP. *Grandeza, generalmente.* ANGL. *Greatneſſe, biggeneſſe.* } Cic. *pro Roſc. Amer.* Magnitudo æris alieni. Magnitudo animi, id eſt, excellentia, præſtantia. μεγαλοψυχία. Idem 4. *de finib.* Quæque ab iiſdem de temperantia, de modeſtia, de magnitudine animi, de omni honeſtate loquuntur. Multitudinem animi ſuperbia imitatur in animis extollendis. Idem *in Partit.* ¶ Magnitudo periculi pro grauitate. Idem *pro Quintio*, Primùm magnitudo periculi ſummo timore hominem afficit.

Magnè, μεγάλως. Cornel. Tacitus *lib.* II. Sponte an coactus tam magnè peccauiſſet, nihil referre.

Magnò, idem. Fides rerum auctori ſuo magnò imputata. Senec. *cap.* I. *de conſ. ad Mart.* Item, *Empta tibi magnò tibi alia.* (ſuprà, non paruo.) Ouid. *Eleg.* I. *lib.* I. *Triſt.*

Magnopere, aduerb. Valde, vehementer. { מאד *meódh.* μέγα. GALL. *Grandement, beaucoup.* ITAL. *Grandemente.* GERM. Gröſslich/ hefftig/ ſeer. HISP. *En grande manera.* ANGL. *Greatlie.* } Plaut. *in Trucul.* Malam rem is & magnam: magnopere ſerua viaticum. Terentius *Heaut.* Meminiſtine me eſſe grauidam, & mihi te magnopere interminatum, Si puellam parerem, nolle tolli? Lucret. *lib.* 3. Sed in omnibus rebus Magnopere à vera lapſi ratione videntur. Cicer. *ad Caſſium lib.* 15. Ego cæterarum rerum cauſa tibi Romæ magnopere properandum cenſeo. ¶ Manoperè facere. Idem 7. *Verr.* Quid, inquam, magnoperè potuit Cleomenes facere, iſtius auaritia nauibus exinanitis? Non magnoperè laboro: quòd imperiti dicunt, Non multum curo. Idem *pro Roſc. Comœd.* Et quorſum recidat reſponſum tuum, non magnoperè laboro. ¶ Magno opere ſeparatim aliquando legitur. Plaut. *Caſ.* Atque id non tam ægrè eſt iam viciſſe villicum, Quàm id expetiuiſſe opere tam magno ſenem.

Maximè, Præcipuè, in primis, ſummè, vehementer. { מאד מאד *meódh meódh.* μάλιστα. GALL. *Grandemẽt, principalement, ſur tout.* ITAL. *Maſſimamente, ſopra tutto.* GERM. Vorauſs/fürnemlich/&c. HISP. *Mayormente.* ANGL. *Greatlie, ſpeciallie.* } Cic. *Lentulo*, Vel etiam id, quod mihi maximè libet. Idem *pro domo ſua*, Intuemini pauliſper animis iuuentutem, & maximè eos qui, &c. Idem I. *de nat. deor.* Quæ ratio poëtas, & maximè Homerum impulit. Idem I. *Offic.* Vt quiſque maximè opis indigeat, ita ei primùm opitulari. Idem I. *de Orat.* Dicere quàm maximè ad veritatem accommodatè. Cum illi pugnabãt maxumè, ego fugiebam maxumè. Plaut. *Amph.* Item Arbitratu tuo maximè. Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 2. ¶ Interdum eſt affirmantis reſponſio. Terent. *in Eunuch.* Tu Parmeno huc fac illi adducantur. P. Maximè. Nunquid peccatum eſt? C. Imò maximè. Plaut. *Pſeud. ſc.* 5. *a.* I. Facilè ventum vt gaudeam. P. Maximè (aſſentientis.) Idem *Curc. ſc.* 3. *a.* 2. Recede. C. Maximè (concedentis.) *Ibidem ſc.* I. *a.* 3. ¶ Iunctum ſuperlatiuo, Maximè grauiſſimam, Liu. *lib.* I. *dec.* 5.

Maximoperè, aduerb. { מאד מאד *meódh meódh.* ὑπερφυῶς. GALL. *Grandement.* ITAL. *Grandiſſimamente.* GERM. Gantz hefftig/ zum höchſten. HISP. *Mayormente.* ANGL. *Greatlie.* } Cic. *Epiſt.* A te maximoperè peto, & quæſo. Non raró diuiſum legitur. Opere à me petiuit maximo. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 3. Me opere orauit maximo. Idem *Mil. ſc.* I. *a.* I. Maximo opere herus te orauit. Idem *Moſt. ſc.* I. *a.* 2. Item Maximo opere. Gell. *c.* 13. *lib.* 16.

Maximitatem, veteres pro magnitudine dixerunt, Lucilius, Neque ad hoc me rogas inani maximitate.

Magnus Portus, μέγας λιμήν, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum eſt à portus ſpatio ita appellatum: vt tradit Plin. *lib.* 5. *c.* 2.

Mago, Nobilium aliquot Pœnorum ducum nomen fuit: quorum primus rem ac diſciplinam Carthaginenſium vehementer auxit. Is ante bellum Punicum, vt Liuius & Trogus referunt, cum cxx. nauibus bello Tarentino auxilio venit Romanis: ægrè ferens Italiam ab externis inuadi. Cui actæ à Senatu gratiæ auxiliaque remiſſa. Duos moriens filios reliquit, Aſdrubalem & Annibalem, de quibus antè ſcripſimus. ¶ Mago, Annibalis frater, cauſa victoriæ apud Trebiam fuit, ſed apud Locros à Manlio clauſus, ab Annibale liberatur. Liuius quoque *lib.* 30. ſcribit Magonem Annibalis fratrem, in agro Inſubrium vulneratum, quum in Africam per legatos reuocatus nauigaret, apud Corſicam obiiſſe. ¶ Mago alius à Scipione capitur, apud Carthaginem in Hiſpania, Romámque per Lælium mittitur. ¶ Mago denique Afer, qui de re ruſt. duodetriginta volumina ſcripſit, de quo Colum. *lib.* I. Veruntamen Carthaginenſem Magonem, vel ruſticationis parentem veneremur. Nam huius octo & viginti memorabilia illa volumina ex Senatuſconſulto in Latinum ſermonem conuerſa ſunt. Huius magonis meminit & Seruius, quem Virg. *in Georg.* ſcribit eſſe imitatum. Item M. Varro *de re ruſt. lib.* I. *cap.* I. & Plinius *lib.* 18. *c.* 2. ¶ Mago item oppidum eſt in minoribus Balearibus, vt ſcribit Pomponius *in fine lib.* 2.

Magog, { מגוג *magoth.* μαγώγ. } Nomen viri, filij Iaphet, proprium à quo (vt ait Ioſephus *lib.* I.) Magogæ dicti ſunt, qui à Græcis Scythæ dicuntur.

Magudaris, ſiue (vt alij ſcribunt) Magydaris, μαγύδαρις, Caulis eſſe creditur ex laſerpitij radice enaſcens. Plin. *lib.* 9. *c.* 3. Alij tradunt laſerpitij radicem fuiſſe maiorem cubitali, rubétque in ea ſuper terram

Hoc

Hoc inciſo profluere ſolitum ſuccum ceu lactis ſupernato caule quem Magydarin vocarunt. ¶ Eſt etiam Magudaris laſerpitij ſpecies, vt teſtatur Plin. *eodem lib. & cap.* Alterum, inquit, genus eſt quòd Magydaris vocatur, tenerius, & minus vehemens ſine ſucco. Plaut. *in Rudent.* Si tibi confidis fore multam magudarim. Colum. *lib.* 6. *cap.*16. Facit & radix, quam Græci vocant μαγύδαριν. Vulgus noſtra conſuetudine vocat laſerpitium. Vbi tamen quædam exemplaria, σίλφιον habent, non μαγύδαριν.

Măgŭs, i, { מכשף *mechaſchſcéph.* μάγος. GALL. *Magicien, enchanteur.* ITAL. *Mago, incantatore.* GERM. Ein weiſer/weiſſager. Item, Ein zauberer. HISP. *Hombre ſabio en el arte magica,* ‖ *magico, en cantador.* ‖. ANGL. *An enchanter a witch.* } Dictio Perſica, qua apud eos ſignificatur ſapiens, vel ſacerdos, vt docet Apul. *Apolog.* I. Sic enim Perſæ Magos vocant, vt Græci Philoſophos, Latini ſapientes, Galli Druidas, Ægyptij Prophetas, ſiue Sacerdotes, Inde Gymnoſophiſtas, & Aſſyrij Chaldæos, à Chaldæa Aſiæ regione. Eſt etiam Magus vulgò qui maleficas & omnibus legibus vetitas artes exercet. Nam quum Magi apud Perſas potiſſimum deorum cultui vacare ſolerent, in tantum poſtea aucta eſt eorum vanitas, vt non ſolùm obſeruatione ſyderum futura prædicere, ſed artibus quibuſdam, & maleficiis, & ſcire ſe omnia, & facere poſſe profiterentur.

Măgīă, æ, { כשף *chaſcháph.* μαγεία. GALL. *Art magique, enchanterie.* ITAL. *Magia, incanteſimo.* GERM. Weisheit vnd verſtand heimlicher vnd verborgner dingen. Item, Zauberey oder zauberkunſt. HISP. *La arte magica.* ANGL. *Sorcerie, witchcrafft.* } Vox eſt Perſica, quam illi ferè accipiunt pro ſapientia, & perfecta rerum naturalium cognitione. Vnde & Magi ab illis appellabantur, quos Græci vocant Philoſophos. Duplex tamen traditur Magiæ ſpecies: quarum altera, quam iam diximus, nihil aliud eſt quàm naturalis philoſophiæ ſumma & perfecta cognitio, quam Pythagoras, & Plato, & Empedocles, cæteríque inter Philoſophos præſtantiſſimi, veluti ſanctiorem quandam diſciplinam indefatigabili ſtudio, longinquíſque peregrinationibus conquiſiuerunt. Altera quam Goëtiam, γοητείαν, vel Thurgiam vocant, dæmonum inuocatione, infandíſque incantationibus conſtat, quam & leges omnes execrantur, & Plinius artem inteſtabilem vocat, irritam & inanem. Noſtri magicas præſtigias vocant, eò quòd rerum veritatem ementiantur: hominum mentes fallacia perſtringentes. ¶ Huius magiæ plures ſunt ſpecies: Hydromantia, ὑδρομαντεία, quæ fit ex aqua. ¶ Axinomantia, ἀξινομαντεία, quæ fit ſecuribus & aliis dolabris. ¶ Lecanomantia, λεκανομαντεία, quæ fit peluibus, quas Græci λεκάνας vocant. Nam apud Perſas erant Magi Lecanomantici dicti, vt *lib.* 5. docet Strabo, quaſi ex peluibus diuinantes. Nam vaticinantes peluim accipiebant aqua plenam, dæmonibus congruentem, in profunda tepentibus. Vbi autem dæmon illapſus erat, aqua edebat ſonum quendam fatidicum. ¶ Catoptromantia, κατοπτρομαντεία, quæ fit per ſpecula; de qua Spartianus in Iuliano intellexit, quum ait, Carmina profana incantauerunt, & ea quæ ad ſpeculum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis incantando futura reſpicere dicuntur. ¶ Pyromantia, πυρομαντεία, quæ fit per ignem. Hanc Amphiaraus primus inuenit. ¶ Geomantia, γεομαντεία, quæ fit per terram. ¶ Chiromantia, χειρομαντεία, per lineamenta manuum. ¶ Necromantia, ſiue Necyomantia, νεκρομαντεία, ἢ νεκυομαντεία, quæ fit per euocationes vmbrarum, & per inferorum colloquia, à qua Necromantici, quorum incantamentis mortui reſuſcitati, diuinare, ad interrogata reſpondere videntur. Quam nonnulli etiam Sciomantiam vocari putant. Quidam inter Necyomantiam, Sciomantiámque diſtinguunt, quòd in Necyomantia ad erigendum cadauer ſit ſanguis neceſſarius: in Sciomantia ſola ſufficiat vmbræ euocatio. ¶ Capnomantia, καπνομαντεία, quæ fit ex fumo aræ, cuius motu futura cognoſcebant: à qua Capnomantæ dicuntur. ¶ Goſcinomantia, κοσκινομαντεία, quæ fit per cribrum. Quo genere etiam hodie mulieres aliquot in Gallia vtuntur, ad inueſtigandas res furto ablatas. Ex hoc Magiæ fonte deriuati ſunt apud Italos Hetruſci aruſpices, apud Indos Brachmanes & Gymnoſophiſtæ, apud Gallos Druidæ, & Bardi, apud Siculos Galeotæ: vbique autem terrarum Aſtrologi, qui & Chaldæi vocantur: quanuis alibi ſint nati.

Măgĭcē, huius magices. Magia, ars incantandi. { μαγική, γοητεία. GALL. *Art magique.* ITAL. & HISP. *Arte magica.* GERM. Die zauberkunſt/ſchwartzkunſt. ANGL. *VVitchcraft, ſorcerie.* } Plin. *lib.* 30. *c.* I. Si non expers ſedes eius tota Thrace magices fuiſſet.

Magĭcŭs, a, um, adiect. { μαγικὸς, γοητικός. GALL. *Appartenant à art magique.* ITAL. *Pertinente ad arte magica.* GERM. Zauberiſch/das zu dem zaubern oder zauberkunſt gehört. HISP. *Perteneciente à arte magica.* ANGL. *Belonging to witchcraft.* } Quod ad magum, vel etiam magicen pertinet: vt, Magicas artes, Magicas herbas dicunt, quibus magorum vanitas gloriatur. Virg. 4. *Æneid.*

Teſtor chara deos, & te germana, tuúmque
Dulce caput magicas inuitam accingier artes.

Idem 8. *Eclog.*

Coniugis vt magicis ſanos auertere ſacris
Experiar ſenſus.

Plin. *lib.* 25. *cap.* 3. Nec alia dico magico portenta, niſi vbi cauenda ſunt, aut coarguenda, in primis fide eorum damnata. De magica arte vide eundem *lib.* 30. *c.* I. & 2.

‖ Magodus, μαγῳδὸς, eſt vox compoſita ex μάγος & ᾠδή: qui cantu magna refert.

Magyriſſa, lebes, olla. Gl. gr. b.

Macholum, vel Macholus, horreum ſine tecto. Gall. *Machais.* ‖

Maia, media, obſtetrix. Gloſſ. Iſid. μαῖα eſt obſtetrix: de quo ſuprà in *Maotrum.* Cur autem *media?* Quia media inter parientem & fœtum naſcentem. Ita Anglis *midwife*, quaſi media mulier. Poſſit etiam legi *medica.* Ita Heſych. Μαῖα περὶ τὰς τικτούσας ἰατρὸς καὶ ὀμφαλοτόμος, quæ medica eſt circa parientes & vmbiliſeca.

Māiă, μαῖα, Atlantis filia fuit ex Pleione Nympha, ex qua Iupiter Mercurium ſuſcepit. Virg. 8. *Æneid.*

Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.
At Maiam (auditis ſi quicquam credimus) Atlas,

M A 1

Idem Atlas generat, cæli qui ſidera fulcit.

¶ Fuit & altera hoc nomine Fauni filia, cui in mellario vaſe, non mel ſed vinum ſacrificabant. ¶ Maiam item Græci amitam & materteram vocant: item nutricem & obſtetricem: denique mulieres omnes na[illegible] grandiores honoris gratia Maias ſalutabant. ¶ Eſt item Ma[illegible] crorum genus maximum, apud Ariſtot. *lib.* 4. *animal.* μαῖα, à ber[illegible]

Maĭālēs, Porci caſtrati. { χοῖροι τομίαι. GALL. *Porcs chaſtrez.* IT[illegible] *caſtrati.* GERM. Barg. HISP. *Puercos caſtrados, ò marranos.* A[illegible] *ded hagges or ſwyne.* } Varro 2. *de re ruſt. c.* 4. Caſtrantur ver[illegible] modiſſimè anniculi vtique, nec minores quàm ſemeſtres. Q[illegible] nomen mutant, atque è verribus dicuntur Maiales.

‖ Maiātæ, inſulæ de ſquamis ferreis, quas viri geſtabant inſutas bi[illegible] Nouar. ‖

Māiēſtās, atis, A magnitudine dicta eſt. Eſt enim decus, amplitudo, & [illegible]gnitas vel populi, vel Senatus, vel Principis, Imperatoríſve, aut et[illegible] priuati magni viri, atque alterius adeò inanimatæ rei. { היה *hodh hadhár.* σεμνὸν μεγαλειότης, ἀξιωματικὸν, ἀξίωμα. GALL. *Maieſté, e[illegible] lence de dignité.* ITAL. *Maieſta.* GERM. Fürträffenlichkeit/herrlic[illegible] oder würdigkeit/maiſtet. HISP. *Majeſtad del Rey ò principe.* ANGL. *M[illegible] jeſtie, excellencie.* } Horat. 2. *Epiſt.* I.

——— *ſed neque paruum*
Carmen maieſtas recipit tua: nec meus audet
Rem tentare pudor, quum vires ferrè recuſent.
Maieſtas adeò comis vbique tua eſt,

Ouid. *Eleg.* I. *lib.* 2. *Triſt.* Maieſtas virorum. (i.) Imperium in vxore[illegible], Liu. *lib.* 34. *de lege Oppia.* Et infrà de Matronis eadem Oratione, Maieſtas Africani. Velleius. Maieſtas orandi. (i.) Eloquentia. Quint. Maieſtas naturæ Deorum. Idem. Maieſtas operis. (i. ſtatuæ Iouis Phidiæ) Deum æquauit. Idem. Maieſtatis Iudicia cogere, & de iis. Suet. *in Tib. c.* 18. In fidem Maieſtatis. (i.) vt perſuaderet eſſe Deos. Idem *in Neron. c.* I. Maieſtas Præneſtinarum ſortium. (i. numen.) Idem *in Tib. c.* 63. De lege Maieſtatis. Idem *in Neron. c.* 32. Maieſtatem minuere, quid ſit, docet Iulius Seuerianus. Maieſtatis deſcriptionem vide apud Ouidium *initio lib.* 5. *Faſtor.* Hinc Maieſtatis crimen, Iureconſulti definiunt, quod aduersùs populum Rom. vel ſecuritatem eius committitur. Et Rei maieſtatis dicuntur, qui eiuſmodi criminis accuſantur. ¶ Maieſtas etiam dea credita eſt, Honoris & Reuerentiæ filia, de qua Ouidius,

Donec Honor, placidóque decens, Reuerentia vultu,
Corpora legitimis impoſuêre toris.
Hinc ſacra Maieſtas, quæ mundum temperat omnem,
Quáque die partu eſt edita, magna fuit.
Nec mora, conſedit medio ſublimis Olympo
Aurea, purpureo conſpicienda ſinu.

¶ Maieſtas populi dicebatur: Autoritas autem, ſenatus. Populus enim ſciſcere ſolebat, & iubere: Senatus cenſere, & autor eſſe. Cic. 3. *Philipp.* Tantus autē conſenſus municipiorum, coloniarúmque prouinciæ Galliæ, vt omnes ad autoritatē huius ordinis, maieſtatémque pop. Rom. defendendam conſpiraſſe videantur. Apud Saluſt. Memmius Quirites alloquens ait, Maieſtas veſtra, diuina & humana omnia hoſtibus tradita ſunt. *Ibid.* Maiores veſtri parandi iuris, & maieſtatis conſtituendæ gratia. Rurſus, hoſti acerrimo prodita ſenatus auctoritas, proditum imperium veſtrum. ¶ Maieſtas nominis, eſt magnitudo, ſiue dignitas, Martial. *lib.* I. Quum pars libri & maior, & melior ad maieſtatem ſacri nominis tui allegata ſit. ¶ Maieſtas alicuius loci, eſt eius præſtantia, ſiue excellentia. Liu. I. *ab Vrbe,* Concepit animo eam magnitudine Iouis templi, quæ digna Deûm, hominúmque rege, quæ Romano imperio, quæ ipſius etiam loci maieſtate eſſet. ¶ Maieſtas in oratione, eſt grauitas. Cic. *de Amic.* Quanta in oratione maieſtas. ¶ Imminuere, vel minuere maieſtatem, eſt aliquid committere contra dignitatem, vel amplitudinem populi, aut principis. Hinc Lædere maieſtatem, vel Soluere maieſtatem. Idem *de Partit.* Maieſtas eſt imperij, atque in omni populi Romani dignitate: quam minuit is qui per vim multitudinis, rem ad ſeditionem vocauit. Et deinde, Exiſtit illa diſceptatio, minuerit maieſtatem, qui voluntate populi Romani rem gratam, & æquam per vim egit. Idem 2. *de Orat.* Tamen ab illo maieſtatem imminuebam, negabam, &c. Suet. *in Claudio Cæſ. c.* 16. Ex quibus verbis apparet maieſtatem populi Romani læſam maiores ob id exiſtimaſſe, quòd ciuis Romanus aſſeclam ſe regi, & comitem præbere non dubitaſſet contra morem maiorum, vt creditam pecuniam reciperet. Contra, Retinere maieſtatem, eſt quod vulgus ait, Seruare autoritatem. Sic *in Oratore,* Ius omne retinendæ maieſtatis Rabirij cauſa continebatur. ¶ Conſtituere maieſtatem, eſt lapſam, aut labantem dignitatis amplitudiníſque partam exiſtimationem confirmare. Saluſt. Maiores noſtri parandi iuris, & maieſtatis conſtituendæ gratia per ſeceſſionem armati bis Auentinum montem occupauere. ¶ Conſeruare maieſtatem, eſt idem quod retinere. Cicer. *pro Cor. Balbo,* de Gaditanorum fœdere loquens, Adiunctum illud etiam eſt, quod non eſt in omnibus fœderibus: Maieſtatem populi Romani comiter conſeruent. Hoc eſt (inquit Budæus) obſequium obſeruantiámque liberis non indignam, nec indecoram imperio Romano, populóque benignè exhibeant: & vt comiter obſequioſum ſe ille populus Populo Rom. præbeat, curétque vt imperium ſemper penes Romanos ſit.

Maior, Maiores, vide *Magnus.*

‖ Maiulium, edulij genus, maza quædam & olus. ex eo dicebatur, quòd menſe Maio potiſſimum fieret, etſi tota æſtate in vſu eſſet. Græcis θριδακίνη à θρίδαξ, id eſt, lactuca. ‖

Maiuma, æ. Ludus quidam, ſeu feſtiuitas, de qua *C. lib.* II. *tit.* 46. Clementiæ noſtræ placuit, vt Maiumæ prouincialibus lætitia reddatur: ita tamen, vt ſeruetur honeſtas? & verecundia caſtis moribus perſeueret.

Māius, { μαῖος, σκιρροφοριών. GALL. *Le mois de May.* ITAL. *Maggio.* GERM. Der May. HISP. *El mes de mayo.* ANGL. *The moneth of may.* } Menſis tertius, à maioribus dictus, (vt inquit Macrobius) quorum conſilio Reſpub. gerebatur: ſicut Iunius à iunioribus, qui rem armis gerebant. Poſtquam enim Romulus populum Roman. in maiores, minoréſque diuiſit, vt altera pars conſilio, altera armis Rempub. tuerer

retur: in honorem vtriusque partis hunc Maium, sequentem Iunium vocauit. Ouid. 5. *Fast.*

Hinc sua maiores tribuere vocabula Maio,
Iunius à Iuuenum nomine dictus adest.

...unt qui Maium à Maiestate dea denominatum velint, quòd flamen ...alis Calendis Maiis huic deæ rem diuinam faceret. Alij à Maia ...rij matre, propterea quòd hoc mense mercatores omnes Maiæ & Mercurio sacrificare soliti erant. Quam opinionem attingit ...n Ouidius *loco iam indicato.*

Aut tu materno donasti nomine mensem
Inuentor curuæ furibus apte fidis.

...aius mensis, vel à Maia matre Mercurij, vel à Maioribus. Plutarch. ... *Num.* Hoc mense Romæ Lemuria celebrabantur: templáque om...ia clausa erant, putabatúrque id tempus nuptiis contrahendis parum ...sse idoneum: quæ opinio ad nostra etiam tempora permanauit. Vide ...uid. *citato loco.*

...ius, a, um, adiectiuè, ad Maium pertinens.‖

...lă, æ, est pars faciei eminens inter oculum, nasum & buccam, quæ & gena dicitur. { לחי *leçhi*, γνάθος, σιαγών. GALL *La iouë, ou la maschoire.* ITAL. *Guaucia.* GERM. Ein wange / der oberteil des backens so ...mb etwas erhaben ist. HISP. *La mexilla de la cara.* ANGL. *The cheek, or cheek bone.* } Ita appellata quòd rotundam speciem mali præ se ferat. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Infra oculos malæ homini tantum, quas prisci genas vocabant: ibi ostenditur pudor. Virg. tamen *lib.* 3. *Georg.* equino generi malas tribuit, quum ait,

——— *quo tempore Glauci*
Porniades malis membra assumpsére quadrigæ.

Plaut. *in Trinum.* —at pol ego etiamsi vetet edam, atque ambabus malis expletis vorem: & quod illi placeat præripiam potissimum. Virg. 5. *Æneid.*

———*Duro crepitant sub vulnere malæ.*

Lucret. *lib.* 5.

Inuentas molli vestit lanugine malas.

Nequiter ferire malam malè discit manus. Plaut. *Amph.* Pugno malam si percussero. Idem *Asin sc.* 3. *a.* 2. Iam crepabunt manu malæ tibi. Idem *Merc. sc.* 5. *a.* 2. Cerussam cedo, qui malas oblinam. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Malis mandare, est malis committere & comesse. Lucret. Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus. Apud Cic. 4. *Tusc.* Impius hortatur me frater, vt meos malis Miser mandarem natos. Cic. *in Orat.* Malam à maxilla dictam esse ostendit, abiectis mediis literis. Quinetiam (inquit) verba sæpè contrahuntur, non vsus causa, sed aurium. Quomodo enim ex Axilla, Ala facta est, nisi fuga literæ vastioris? quam literam etiam è maxillis, è taxillis, è vexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellet.

Malabăthrum, μαλάβαθρον Dioscoridi, folium nardi odore, quòd ex India aduehitur: cuius duo sunt genera. Alterum in Indiæ paludibus quibusdam gignitur, nullisque hærens radicibus, lenticulæ modo aquis innatat. Alterum in Syria, copiosiúsque etiam in Ægypto arboribus eiusdem nominis detrahitur. Ex vtroque vnguentum conficitur odoratissimum, quod Malabathrinum, & foliatum appellatur. Scribitur & Malobathrum, per quartam vocalem in secunda syllaba.

Malaca, μαλάκη Stephano. Ciuitas in Hispania Bætica. Mela *lib.* 2. Siga oppidum è regione Malacam vrbem Hispaniæ contemplatur.

Mălăchē, μαλάχη, Species est maluæ ventrem emolliens: vnde & nomen habet. Nam Græci μαλακὸν dicunt quod Latinis est molle. Plin. *lib.* 20. *c.* 21. Duo maluarum genera amplitudine folij discernuntur. Maiorem Græci Malopen vocant in satiuis: alteram ab emolliendo ventre dictam putant Malachen.

Malachio, liber secundus Regum. Pap.‖

Malachra, quam alio nomine Maldacon vocant, arbor est in Bactriana regione magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus exudans, quod Bdellium vocant. Plin. *lib.* 12. *c.* 9.

Mălăchītēs, μαλαχίτης, Gemma spissius virens: ita dicta à colore maluæ, quæ Græcè μαλάχη dicitur. Eadem & Molochites appellatur: nam Græci μαλάχην & μολόχην pro eodem dicunt. Plin. *lib.* 37. *c.* 9. Non translucet molochites spissius virens, à colore maluæ nomine accepto, reddendis laudata signis, & infantium custodia quadam, innato contra pericula ipsorum medicamine.

Mălăcŭs, a, um, Mollis, delicatus. { רך *rach* ענג *Hanóth*. μαλακός. GALL. *Mol.* ITAL. *Delicato, molle.* GERM. Weich / lind. HISP. *Muelle, blando.* ANGL. *soft, delicat.* } Plaut. *in Bacch.* Pro lorica malacum capiam pallium, id est, molle & effeminatum. *Ibidem,* Hic nostra agetur ætas in malacum modum: hoc est, molliter & suauiter.

Mălăcĭă, ciæ, { μαλακία. GALL. *Tranquillité de mer, quand la mer est calme, foiblesse.* ITAL. *Bonaccia de mare, bonaccia calma languidezza.* GERM. Die meerstill. HISP. *Bonança en la mar ò calma, flaqueza.* ANGL. *Calmenesse of the sea.* } Tranquillitas quum maris fluctus omnino quiescunt & languent, neque vlla aura commouentur. Senec. *Epist.* 68. Non est tranquillitas, Malacia est. Cæsar 3. *bell. Gall.* At conuersis in eam partem nauibus, quò ventus ferebat, tanta subitò malacia ac tranquillitas extitit, vt se loco mouere non possent. Lucretius pellaciam à pelliciendo appellat, Subdola quum ridet placidi pellacia ponti. ¶ Est etiam malacia, mollities quædam prægnantium & defectio, quum modò hoc, modò illud appetunt: adeò vt ne terra quidem, aut carbonibus extinctis abstineant, quod vitium alio nomine κίττα, hoc est, pica vocatur. Prouenit hoc incommodum à conceptu potissimum mense tertio, nequeunte fœtu omnia ad se delata alimenta absumere. Plin. *lib.* 25. *c.* 6. Malicorium expetitur grauidarum malaciæ, quoniam gustatu mouet infantem. *Ibidem,* Horum semen edendum præcipiunt in malacia prægnantibus. ¶ Malacia stomachi, hoc est, deprauatus appetitus, propter oris ventriculi affectum ab humorum erodentium copia. Idem *lib.* 18. *c.* 17.

Mălăcisso, sas, Mollio, subigo. { הרך *heràch*. μαλακίζω. GALL. *Amollir & pestrir, rendre lasche.* ITAL. *Amollire, domare.* GERM. Weich machen. HISP. *Ablandar.* ANGL. *To mak soft.* } Plaut. *in Bacch.* Ah nimium ferus es. P. mihi sum. S. malacissandus es.

Mălasso, sas, Mollio, subigo, maturo. { הרך *heràch*. μαλάσσω. GALL. *Amollir & pestrir, vendre lasche.* ITAL. *Far molle, maturare.* GERM. Erweichen / beeren. HISP. *Hazer muelle, madurar.* ANGL. *To mak tender and ripe.* } Commalasso, quod est mitigo, maturefacio, Varro. In dolore adiaphoron esse, quòd philosophia commalassaret eam partem, quæ concuti cupiditatibus solet.

Malaxare malas dixit Laberius. Gell. *c.* 7. *lib.* 16.

Malacostracon, μαλακόστρακον, Græci vocant, quòd mollem habent testam. Vnde Malacostracos pisces, μαλακοστράκους ἰχθύας vocamus qui testam quidem habent, sed tamen molliorem, vt in cancrorum genere animaduerti potest. Pisces enim omnes, aut squamis teguntur, vt mugil & Cyprinus: aut molli cute, quos μαλακοδέρμους vocant Græci: vt polypus & sepia: aut testis durioribus, qui ὀστρακόδερμοι à Græcis appellantur, quales sunt ostreæ, purpuræ, & buccinæ: aut molliore testa, quos μαλακοστράκους iam diximus appellari.

Mălagma, malagmatis, μάλαγμα, Fomentum, ad rem duram emolliendam superpositum. Malagmata enim contusa, & super cutem imposita, abundè mollificant à Verbo Græco μαλάττω, id est, mollio. his enim molliuntur apostemata & matura fiunt. Col. *lib.* 7. Cuminum conteritur, eique adiicitur exiguum picis liquidæ & axungiæ, vt lentorem malagmatis habeat. Expeditum malagma, Cels. *lib.* 5. *c.* 14.

‖Malandria, vulnera circa ceruices equorum. Onim. M.

Malatium, pomarium. Isid. Gloss. locus vbi multa poma.‖

Malchus, μάλχος. Sophista fuit Byzantius, qui scripsit historiam à Constantino vsque ad Anastasium. Suidas.

Mălē, aduerb. Vide *Malus.*

Malea, μαλέα, μάλεια, penultima indifferente. Promontorium Laconiæ, quod per quinquaginta millia passuum in mare protenditur, vbi periculosa est nauigatio propter aduersos ventorum flatus. Hinc est illud prouerbium, Quum ad Maleam deflexeris, domesticos obliuiscere. Virg. *lib.* 5.

Ioniόque mari, Maleæque sequacibus vndis.

Stat. *lib.* 7. *Thebaid.*

———*Rauca circunsonat ira Maleæ.*

Dicta Malea à Maleo Argiuorum Rege, qui in ea pulchrum templum construxit, quod Maleoticum appellauit. ¶ Maleacus sinus, vide *Mallacus.*

Maledico, Maledictum, Malefacio, vide *Malus* adiectiuum.

‖Maleforus, september Byzantinis. Pap.‖

Maleuentum, Hirpinorum vrbs, postea auspicatioris ominis gratia Beneuentum appellatum. Vide Plin. *lib.* 3. *c.* 11.

Maleuolentia, vide *Malus* adiect.

Meleus, μάλειος, per simplex l, mons est Oretum, Indicæ gentis, iuxta quem vmbræ æstate in Austrum, hyeme ad Septentrionem iaciuntur.

Maliaca, Hispaniæ Tarraconensis vrbs, Ptolemæo *lib.* 2. *cap.* 6. vulgò *Malgrado.*

Maliacus sinus. { μαλιακὸς κόλπος. GERM. Die meer schoß gegen Euboea / in der Locrenser landtschafft. } Locrorum Epicnemidiorum est, è regione Eubœæ, in quem Sperchus fluuius influit, teste Ptolemæo, ita dictus à Malieo oppido, cuius meminit Steph.

Malicorium, Putamen mali granati. { σίδιον. GALL. *L'escorce d'vne grenade.* ITAL. *Scorza di melagrana, & di pomo granato.* GERM. Granatapffelrinden. HISP. *Corteza de granada.* ANGL. *The bark or pairing of a pomegarnette.* } Plin. *lib.* 24. *c.* 11. Huius aridis foliis, vt malicorio coria perficiuntur. Idem *lib.* 23. *c.* 6. Vulgus coria maximè perficere illo nouit: ob id malicorium appellant medici.

Maliea, μαλίεια, vrbs Thessaliæ, à qua populi malices, & mare vicinum Malieum dicitur. Vide Strab. *lib.* 13.

Μαλιεύς Stephano, vrbs dicta à Malo filio Amphictionis, aut Amyti Bœoti. Hinc sinus Maliacus. Gentile Maleus & Maleates: quod etiam à Malea promontorio Laconiæ deriuatur. Steph. Vide *Melos.*

Maligno, Malignus, vide *Malus* adiect.

Malimnus, μάλιμνος, Siciliæ mons est apud Theocritum, pomis refertus.

Malitia, vide *Malus* adiectiuum.

Mallada, μαλλάδα, vrbs Persica, gentile Malladenus. Steph.

MALLĔVS, lei, q. mollius, à mollio. Fabrile instrumentum notissimum, ita dictum quòd res duras molliat, quasi molleus: vel quòd quæ dura sunt, molliuntur ad ignem, vt malleis flagellentur. { פטיש *pattisch.* σφῦρα. GALL. *Maillet ou marteau.* ITAL. *Martello.* GERM. Ein hammer. HISP. *Martillo.* ANGL. *An hammer.* } Varro *de re rust. lib.* 1. *cap.* 22. Corbes, fiscinæ, tribulla, mallei & rastelli. Plaut. *in Menæch.* Quam tu nunc mihi nauem narras? MEN. ligneam, Sæpè tritam, sæpè fixam, sæpè excussam malleo. ‖ ¶ Est & instrumentum medicum à ferula.‖

Mallĕŏlŭs, malleoli, diminutiuum à malleus, Paruus malleus. { σφύριον. GALL. *Maillet.* ITAL *Martellino.* GERM. Ein hämmerlein. HISP. *Pequeño martillo.* ANGL. *A litle hammer.* } ¶ Ab huius etiam similitudine vocatur malleolus. { μόσχευμα. GALL. *Marquote de vigne, ou le sarment.* ITAL. *Sarmento di vitte.* GERM. Ein iung räbschoß / schüßling / ein heurige räbgerten. HISP. *El sarmiento.* ANGL. *A yuong shote or branthe of a wine.* } Nouus palmes vitis innatus prioris anni flagello, dictus quòd in ea parte quæ deciditur, ex veteri sarmento prominens vtrinque malleoli speciem præbet, & plantationi aptus est. In qua etiam sententia fuisse Plin. videtur *lib.* 17. *cap.* 21. surculum vtrinque capitulatum è duro seri consueuisse, eóque argumento malleolum etiam nunc vocari. Cicer. *de senect.* Malleoli, plantæ, sarmenta, vites, traduces, propagines, nónne ita afficiunt, vt quemuis cum admiratione delectent. Dicuntur etiam malleoli, fasciculi ex pice, sulphure, aliisque id genus ignis fomitibus confecti, ad incendenda ædificia accommodati. Idem *in C...ilin.* Desinant insidiari domi suæ, Consuli circunstare tribunal præ...ris vrbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolósque ad incend... dam vrbem, facésque comparare. Idem *pro Milone,* Dominus in cli...o Capitolino scutis referta, plena omnia malleolorum ad vrbis incen...a comparatorum.

Mallĕŏlāris, & hoc malleolare, à malleolus fit. { μοσχευματικός. GALL. *Appartenant à marquote ou sarment.* ITAL. *Pertinente à sarmento di vite.* GERM. Das eines iungen räbschoß ist. HISP. *Pertenesiente à sarmiento.* ANGL. *Belonging to the yonge branche of a wine.* } Collumel. *lib.* 3.

lib. 3. Virgam malleolarem non amplius, quàm ſex gemmarum eſſe conuenit.

Mālleātūs, a, um, quod malleo factum, aut contuſum eſt. { חלום *halúm.* σφυρωτός. GALL. *Battu ou accouſtré au maillet, martelé.* ITAL. *Marteliato.* GERM. Gehemmert/mit dem hammer geſchlagen. HISP. *Martillado, ò hecho al martillo.* ANGL. *Made or beaten with an hammer.* } Vnde malleati libri dicuntur, qui malleo percuſſi complanati ſunt: quod ferè fieri ſolet antequam libri compaginentur. Vlpian. *l. librorum appellatione. de legat.* 3. Sed & præſcripti libri; nondum malleati, vel ornati continebuntur. Colum. *lib.* 12. *cap.* 19. Iſque qui præerit huic decoquendo, cola iuncea, aut ſpartea, ex crudo, id eſt, non malleato ſparto præparata habeat.

Mālleātŏr, { הלם *holem.* ὁ σφύρᾳ ἐλαύνων. GALL. *Qui vſe de maillet, ou de marteau.* ITAL. *Martellatore.* GERM. Ein hammerer/der mit dem hammer ſchlagt. HISP. *Aquel que maja ò martilla.* ANGL. *That worketh with an hammer.* } Martial. *lib.* 12.

Illinc paludis malleator Hiſpanæ
Tritum nitenti fuſte verberat ſaxum.

‖Mallus, μαλλὸς, vox Græca eſt longa lana, vellus.‖

Malli, μαλλοί. Indiæ populi, à Mallo monte vicino ita dicti. Autores Plin. *lib.* 6. *c.* 17. & Strab. *lib.* 15.

Mallia, nomen proprium, apud Suet. *in Auguſt. c.* 70.

Mallois, entis, μαλλόεις Locus in Lesbo, vbi Apollinis templum eſt, ἀπὸ τῶ μήλα τῆ μαλλῆς. Steph.

Mallos, μαλλὸς, Ciliciæ oppidum clariſſimum, à Mallo conditore ita appellatum, vt ex Callimachi ſententia refert Steph. Lucr. *lib.* 3.

Mallos & extremæ reſonant Naualibus Ægæ.

Hodie vulgò *Malo.*

Mallōtes, μαλλώτης, à Græcis appellatur mons Ida ab ouium multitudine. Nam μαλλωτὴ apud eos ſignificat vellus, vel pellem lanatam. Vide Cælium *lib.* 15. *c.* 1.

Mallus, μάλλος. Mons eſt in ea parte Indiæ, quæ eſt intra Gangem, à quo vicini populi Malli, μαλλοὶ appellantur. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 17.

Māllŭuĭum, uij. Vas in quo lauantur manus. { χειρόνιπτρον. GALL. *Baſſin ou vaiſſeau à lauer les mains.* ITAL. *Lauatoio da mani.* GERM. Ein handbecke. HISP. *El plato ò fuente para aguamanos.* ANGL. *A baſon to waſh the handes in.* } & fœminino genere malluuiæ (vt Feſt. ait) ſicut pelluuium & pelluuiæ, quo lauantur pedes.

Mālo, mauis, mauult, malui, malle, Magis velle. { בחר *bachár* רצה *ratſath.* προαιρεῖσθαι. GALL. *Aimer mieux.* ITAL. *Voler più toſto, amar meglio.* GERM. Lieber wollen. HISP. *Mas querer.* ANGL. *To loue or well rather.* } Cic. *de clar. Orat.* Meo iudicio multò ſtare malo, quàm aliorum. Idem 1. *Tuſc.* Næ ego haud paulò hunc animum malim, quàm omnium fortunas. Ad Atticum *lib.* 14. Tamen arbitror malle te, quietam ſenectutem potius agere, quàm ſollicitam. Mauis vituperari falsò, an verò laudari, Plaut. *ſc.* 3. *a.* 1.

Poſſe Meleteas nec mallem mittere chartas.

Tibull. *lib.* 4. Emortuum me mauelim letho malo. Plaut. *ſc.* 3. *a.* 4. Laudari multò malo, quàm culpari, idem *Moſt. ſc.* 3. *a.* 1. ¶ Legitur & mauolo, mauellum, mauelim, pro malo, mallem, malim. Idem *in Aſin.* Amari mauolo, mi gnate, me abs te. Idem *in Amphitr.* Experiri iſthuc mauellem me, quàm mihi memorari. Idem *in Aulul.* Mortuum egomet mauelim letho malo, Quàm non ego illi dem hodie inſidias ſeni.

Malobathrum, i, μαλόβαθρον φύλλον. Folium eſt nardi odorem referens, cuius duæ ſunt ſpecies: alterum in quibuſdam Indiæ paludibus gignitur, nullíſque hærens radicibus lenticulæ modo aquis innatat. Alterum in Syria, copioſiúſque etiam in Ægypto, arboribus eiuſdem nominis detrahitur. Ex vtroque vnguentum, vel oleum exprimitur odoratiſſimum, quod & malobathrinum, & foliatum vocatur, eóque matronæ & effœminatiores aliquot viri Romæ vti ſolebant ad vngendos capillos. Horat. 1. *Carm.*

Cum quo morantem ſæpe diem mero
Fregis coronatus nitentes malobathro Syrio capillos.

Scribitur & malabathrum, μαλάβαθρον Dioſcoridi. Vide *ſuprà.*

‖Malobathrarius, qui malobathrum vendit. Apud Plaut. *in Aul.* 35. ita quidam legunt: vbi alij Murrobathrarij, alij Myrobrecharij, qui μύρῳ βρέχουσι, vnguento capillitium vngunt.‖

Maloion, μαλοῖον, à quibuſdam appellata eſt herba quam Dioſc. λυχνίδα στεφανωματικὴν, hoc eſt, lychnidem coronariam appellat.

Malſane, μαλσούνη, oppidum eſt felicis Arabiæ, à quo fit gentile Malſantes. Steph.

Maltha, æ, μάλθη, Cera erat pici liquidæ commiſta, tabulis cerandis idonea, ἀπὸ τῆς μαλθακίας, hoc eſt, à mollitie nomen habens. Hoc tamen nomine appellatur limus quidam flagrans, magna in copia proueniens in ſtagno quodam Samoſatæ vrbis Comagenes, natura tam admirabili vt aqua accendatur, nec niſi terra reſtinguatur. Hoc limo Samoſatei vrbem ſuam, Lucullo oppugnante defenderunt, hoſtes vnà cum armis exurentes, vt autor eſt Plin. *lib.* 2. *cap.* 107. ¶ Eſt præterea maltha materia quædam duriſſima ex calce viua, adipe ſuillo ſubacta aduersùs omnem annorum iniuriam inuicta. Vide eundem *lib.* 36. *c.* 24. Vide & μάλθη in Conſtantini Lexico. ¶ Hinc deducitur verbum Maltho, as, quod eſt maltham alicui inducere, vel maltha oblinere, quod fiebat in iis præcipuè monumentis, quæ æterna eſſe volebant, & aquæ reſiſtentia. Plin. *loco iam demonſtrato,* Quæ malthantur oleo, perfricantur ante. Itémque veteres malthas appellabant molles, à Græco quaſi μαλακούς. Lucil. *lib.* 18. Inſanum vocant quam maltham ac fœminam dici videt.

Malthinus, mollis & effœminatus, à malthæ mollitie. Horat.

Malthinus tunicis demiſſis ambulat.

qui Mecænas fuit, ſi Senecæ creditur. Maltha etiam dicebatur mollis, i. μαλθακός. Lucil. apud Non.

Inſanum, quem maltham & fœminam dici iubet.

‖Maltho, as, μαλθόω, maltha imbuo.‖

Malua, Africæ fluuius Cæſarienſem Mauritaniam à Tingitana dirimens, teſte Ptolem. *lib.* 4. *c.* 1. Plin. *lib.* 5. *c.* 2. Maluanam appellat.

Mālvă, æ, { μαλάχη καὶ μολόχη. GALL. *Maulue.* ITAL. *Herba malua.* GERM. Pappelen/ein kraut. HISP. *La malua.* ANGL. *An hearbe called a malowe.* } Herba eſt notiſſima, cuius duo genera poſuit Plin. *lib.* 20. *cap.* 21. quæ foliorum amplitudine diſcernuntur. In ſatiuis maiorem Græci Malopen: altera ab emolliendo aluo Malachen dixêre. Cicer. Gallo *lib.* 7. Ita ego qui me oſtreis & murænis facilè abſtinebam, à beta & malua deceptus ſum. Mart.

Vtere lactucis, & mollibus vtere maluis.

Māluăceus, a, um. { μαλάχινος. GALL. *De maulue.* ITAL. *Di malua.* GERM. Das der pappelen iſt. HISP. *Coſa de malua.* ANGL. *Of the maloffe.* } Plin. *lib.* 21. *c.* 4. Alia funditur è caule maluaceo.

Mālvs, lj, fœm. gen. arbor cuius fructus eſt Malum, notiſſimum pomi genus. { תפוח *cappúach.* μηλέα. GALL. *Pomier.* ITAL. *Il melo, il pomaro.* GERM. Ein öpffelbaum. HISP. *Mançano.* ANGL. *An appletrie.* } Virg. *Eclog.* 3.

Malo me Galatea petit, laſciua puella.

Tractum nomen à Græcis, qui malum, μῆλον dicunt. Vnde Melimela dicuntur. Virg. 3. *Eclog.*

Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.
Vt miſſum ſponſi furtiuo munere malum,

Catull. *ad Ortalum.* Huc pertinet verſus vulgaris, quem & vetus Vocabul. allegat,

Mala Mali malo mala contulit omnia mundo.

Mala Mali, i. os maligni ſpiritus Satanæ, *omnia mala* peccatum & pœnam, *contulit mundo,* i. in mundum intulit, *malo,* quod contra Dei mandatum edi ſuaſit. ¶ Malum granatum. Plin. *lib.* 15. *cap.* 8. Malum Perſicum. Idem *lib.* 25. *cap.* 14. ‖ Mala inſana, poma duræ concoctionis, ideo non ſana, pulcherrima tamen. Onom. M. ‖ Plura alia malorum genera inuenies apud ipſum Plin. & Columell. *lib.* 5. *cap.* 10. & Varro. *de re ruſtic. lib.* 1. *cap.* 59.

Malum Punicum, Malum granatum. { רמון *rimmon.* ῥοιά. GALL. *Pomme de grenade, vne grenade.* ITAL. *Mala grana, pomo granato.* GERM. Ein granat-apffel. HISP. *La granada.* ANGL. *A pome garnette.* Dictum Punicum, quod è Pœnorum regione primùm in orbem noſtrum ſit tranſlatum. Martial. *lib.* 1.

Aut imitata breues Punica mala roſas.

Et granatum à granorum multitudine.

Mālum terræ, à Latinis vocatur herba, quæ à Græcis Ariſtolochia dicitur: cuius quatuor ſunt ſpecies, quas recenſet. Plin. *lib.* 25. *c.* 8.

Malinus, adiectiuum, Factus ex malo. { μήλινος. GALL. *Choſe faite de pomier.* ITAL. *Coſa fatta di melo.* GERM. öpffelbäumin. HISP. *Coſa hecha de mançano.* ANGL. *Made of an appletree.* } Colum. *lib.* 7. *cap.* 8. Eſt etiam non ingrati ſaporis muria præduratus, atque ita malim ligni, vel culmi fumo coloratus.

Mālŭs, li, maſc. generis. Arbor nauis, quòd inſtar mali ſit in ſummitate, vel quaſi cingitur, quaſi quibuſdam malis, quorum volubilitate faciliùs leuantur vela. { תרן *tóren.* ἱστός. GALL. *Le mas ou arbre d'vn nauire.* ITAL. *L'arbore della naue.* GERM. Ein ſägelbaum. HISP. *Maſtil de la naue.* ANGL. *The maſt of a ſchip.* } Virg. 5. *Æneid.*

Lugentique manu malum de naue Sereſti Erigit.

Ouid. *Epiſt.* 5.

——— rigido pendentia lintea malo.

Cic. *de ſenect.* Vt, Siqui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alij malos ſcandant, alij per foros curſent. Lucan. *lib.* 2.

Antennas, proram, malos tonſáſque natantes.

Mălvs, a, um, Improbus, ſceleſtus, perditus)(Bonus. { רע *rah* רשע *raſchah.* κακός, φαῦλος. GALL. *Mauuais.* ITAL. & HISP. *Coſa mala, coſa cattiua.* GERM. Böß. ANGL. *Schrewd, naughtie, euill.* } Cic. 3. *Offic.* Philoſophi quidam minimè mali illi quidem, ſed non ſatis acuti. Ouid. 4. *Triſt.*

——— Leuior fortuna malorum.

Pœnas exerere malorum, hoc eſt, caſtigare malos. Virg. 6. *Æneid.* Mala ætas. Plaut. *Aul. ſc.* 1. *a.* 1. Atque vt te dignam mala malam ætatem agas. Homo malus. Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 4. ô hominem malum! Vt diſſimulat? ô facinus indignum & malum! *Ibid. ſc.* 5. *a.* 5. Certum eſt bonum eſſe potius quàm malum. *Ibidem,* Doctus, verſutus, malus. Idem *Pſeud. ſc.* 8. *a.* 1. Bonus animus in re mala dimidium eſt mali. Idem *ſc.* 5. *a.* 1. Iureiurando malo rem quærunt. Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 1. Caue ſis malam rem (i. malum.) Idem *Men. ſc.* 1. *a.* 1. Haud malum huic pondus pugno. (i. paruum, leue.) Idem *Amph.* Socium ad malam rem quærit. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 2. Malam rem quæro cum lucro. Idem *Aul. ſc.* 3. *a.* 4. Mala es, malè merenti bona es. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 1. Malus clandeſtinus eſt amor, damnum merum. Idem *Curc. ſc.* 3. *a.* 1. Malum vobis quæritis. Idem *Aſin. ſc.* 4. *a.* 2. Malam rem effugies nunquam. *Ibidem.* Malus & malitioſus homo, Gell. *c.* 2. *lib.* 9. Nullus qui leuet malum. (i. morbum.) Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Triſt.* Malum vlcus, vide *Vlcus.* Mala frigora. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 5. *Triſt.* bonis & malis rebus, (i. ſecundis & aduerſis.) Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Triſt.* Sic mala pugna. (i. aduerſa.) Sueton. *in Calig. c.* 51. Qui malam faciem habet, liber non eſt. (i. turpem.) Quintil. Malum Ingenium & Inconſtans in eligendo genere dicendi, Suet. *in Auguſt. c.* 86. Omnia mala ingerebat. (i. conuicia.) Idem *Men. ſc.* 1. *a.* 5.

‖Mala manſio, arca, in quam coniecti ſerui malefici, dicta etiam *robur.* Turn. *Codex robuſtus,* aliis.‖ ¶ Dicimus etiam poëtam malum qui indoctus eſt, imperitus. Malum imperatorem, qui imperatorias artes non callet, qui rei militaris eſt imperitus. Malum Grammaticum, qui eſt rudis. Malum iudicem, qui eſt iniquus. Malam faciem, quæ eſt deformis. ¶ Mala manſio, genus tormenti videtur fuiſſe. Vlp. *l.* 7. *D. depoſit.* Si hominem, apud te depoſitum, vt quæſtio de eo haberetur, ac propterea vinctum, vel ad malam manſionem extenſum ſequeſter ſoluerit. Idem *in l.* 15. *de iniuriis.* Quæſtionis verbo etiam ea, quam malam manſionem dicunt, continebitur. Ex Hotomano. ¶ Præterea malum ſubſtantiuè ſumitur pro labore, afflictione, & anguſtia. ταλαιπωρία, δεινόν. Virg. 2. *Georg.*

Aſſuetúmque malo ligurem.

Plaut. *Pœnul.* Si quid boni promittunt, pro ſpiſſo euenit: id quod mali promittunt, præſentarium eſt. Terent. *in Andr.* Quid facias illi qui dederit damnum, aut malum? Cic. 5. *Verr.* Tu niſi malo coactus, rectè facere

cere nescis. *Ibidem*, Nam vi, malo, plagis adductus est, vt frumenti daret, non quantum haberet, sed quantum cogeretur. Fessus malis. Ouid. *9. Metam.*

Causa capútque malorum.

Virg. 12. *Æneid.*

——— Opes irritamenta malorum.

Ouid. 1. *Metam.* Deforme malum. Idem 3. *de arte*, Fatale malum. Idem 5. *Trist.* Affligi malo. Quintil. *in Procem. lib.* 6. Ego vel hoc vno malo sic eram afflictus, vt me iam nulla fortuna posset efficere felicem. ¶ Item sumitur pro malignitate, iniustitia. Seneca, Imbecillum, insontémque damnare summum est malum. ¶ Item malum, pro interiectione, perinde ac si diceremus, Prohnefas. Qui loquendi mos per interrogationem & honestus, & vsitatus est. Gell. Quæ (malum) ista ratio est. Plin. *lib. 7. c. 55.* Quæ (malum) ista dementia, est iterari vitam morte. Terent. *in Adelph.* Quod hoc (malum) infelicitatis? in eundem sensum Cic. *ad Atticum* dixit. Qui (malum) isti Pindenissij? Quæ hæc, malum, Impudentia est. Plaut. *Men. sc. 2. a. 5.* Quid tibi, malum, hæc clamatio est. Idem *Mostell. sc. 1. a. 1. bis.* Nam quid, malum, rogitas, quid ago. *Ibid sc. 1. a. 2.* ¶ Item, Malum militibus meis qui quieuerint. (Minantis.) Liu. *lib. 4. ab vrb.* Quid tu (malum) curas crudum, an coctum edam. Plaut. *Aul. sc. 2. a. 3.* Quas malum nugas, satin tu sanus es? Idem *Amph.* ¶ Aliquando capitur Malum pro paruo, sicut bonum pro magno. ¶ Peior, & hoc peius, comparatiuum. { κακίων, καὶ χείρων. GALL. *Pire, plus mauuais.* ITAL. *Peggiore, men' buono.* GERM. Bösser. HISP. *Peor, menos bueno.* ANGL *Noro naughie.* } Cic. 2. *Tuscul.* Turpitudo peius est quàm dolor. Nunquam peius facinus feci, nec scelestius. Plaut. *Men. sc. 1. a. 3.* Peiorem non potui cocum conducere. Idem *Pseud. sc. 2. a. 3.* Quid peius muliere, aut audaciis. Idem *Mil. sc. 3. a. 2.* Duæ mulieres peiores vna. Idem *Curc. sc. 1. a. 5.* Peior illi res familiaris, quàm mens erat. Velleius. ¶ Peius, aduerb. Deterius, magis & vehementius. Cic. *lib. 7. Epist.* Postremò vix verisimile fortasse videatur, oderam multò peius hunc quàm illum ipsum Clodium. Idem *Mil. sc. 1. a. 2.* Se ait non odisse quemquam peius. Quid illa pote peius muliere memorarier. Idem *Mostell. sc. 3. a. 1.* Peius cœno turpes mores colliniunt, &c. *Ibidem.* ¶ Pessimus, superlatiuum, vt, Omnium pessimus poëta, Catul. *ad Marcum Tullium.* Pessuli pessimi. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 1.* Derides? Pessimus homo. Idem *Pseud. sc. 2. a. 5.* Salue multum serue Atheniis pessime. *Ibid. sc. 3. a. 1.* Pessimum est facinus malè facere. Idem *Amph. sc. 1. a. 2.* Homo pessime & nequissime. Idem *Menæch. sc. 2. a. 3.* Plurimas res pessimas affert mala ætas. *Ibid. sc. 2. a. 5.* Ex bonis pessimis sunt. Idem *Capt. sc. 1. a. 5.* ¶ Pessime, aduerb. Cic. 5. *Verr.* Intelligit secum actum esse pessimè. Pessimè ornatus eo. Plaut. *Aulul. sc. 6. a. 4.* Vt pessimè in medium processerim. (i. aui sinistrâ, *à la malheure.*) Idem *Capt. sc. 4. a. 3.* Pessimè metui, ne mihi, &c. Idem *Curc. sc. 3. a. 5.* ¶ Peiorare, verbum à comparatiuo peior factum, pro deteriorem reddere, quemadmodum meliorare, meliorem reddere. Paul. *lib. sentent. 2. c. 19.* Homo liber qui statum suum in potestate habet, & peiorare eum & meliorem facere potest.

Mălĕ, Prauè, nequiter, flagitiosè, incommodè, grauiter, improbè. κακῶς. GALL. *Mauuaisement, mal.* ITAL. & HISP. *Malamente, iniquamente.* GERM. Bößlich/vbel. ANGL. *Shrewdly, naughtily.* } Cic. *Attic.* O factum malè de Alexione. ¶ Aliquando ponitur pro valdè. Idem *de clar. Orat.* Addebat etiam idque ad rem pertinere credebat, scriptores illos malè mulctatos, id est, magna pœna affectos. Similiter quum dicimus, Malè formido, malè maceror, Malè metuo, Malè timeo, Malè odi, significat valdè, multum, siue vehementer. Minus malè timui. Plaut. *Aul. sc. 4. a. 1.* Vxorem malè odi, idem *Men. sc. 3 a. 1.* Formido malè, ne hic nomen commutem, idem *Amphitr.* (i. valdè.) ¶ Malè feriati. Gell. *c. 21. lib. 10.* Malè pedatis. Suet. *in Othon. c. 11.* Malè doctorum hominum inuidentia. Gell. *c. vlt. lib. 20.* Malè litterati. Idem *cap. 3. lib. 17.* Malè solertes. *cap. 12. lib. 10.* Malè plenæ legiones. Liu. *lib. 5. d. 4.* Malè dissimulata, (pro ægrè.) Suet. *in Tib. cap.* 42. ¶ Aliquando valet ægrè, difficillimè. Virg. 3. *Georg.*

Heu malè tum mites defendit pampinus vuas.

¶ In compositione habet vim negationis, δυς, vt Malesanus, Malefortis. Ouid. *lib. 4. Fast.*

Nondum tradiderat victas victoribus artes
Græcia, facundum sed maleforte genus.

Malè viuere, est pauperrimè, & in egestate, vel anxiè, & solicitè viuere. ¶ Malè loqui, est maledicere. Malè habet me hæc res, me angit, vexat, solicitat, torquet. ‖ Maleloquax, maledicus. Tertull. ‖ ¶ Malè docere quid sit, hæc Terentij verba docebunt *in Heaut.* Malè docet te mea facilitas multa, id est, causa est tibi, vt malè agas: arripis inde ansam malè faciendi. ¶ Malè consulere in aliquem est quod illi sit incommodo agere. ¶ Malè acceptus inopia rerum dicitur, qui propter inopiam malè tractatur. ¶ Malè aliquem verbis accipere, est iniuria afficere. Malè animatus erga aliquem, qui illi malè afficitur, & qui illum odit. ¶ Malè esse animo tum dicitur, quum ictu alicuius mœroris perculsus animus non sustinet corpus, sequitúrque collapsio membrorum. Animo malè est, aquam velim. Plaut. *Amph. & Curc. sc. 3. a. 1.* ¶ Malè aliquid cuipiam credere, est non tuto credere. Idem *in Pœn.* Malè credam, & credam tamen. Horat. 2. *lib. Sermonum*, pratensibus optima fungis Natura est: aliis malè creditur. ¶ Malè cadere, id est, malè succedere, & præter spem alicui. Cæs. *in comment.* Vbi tantos suos labores, & apparatus malè cecidisse viderunt, &c. ¶ Malè audio, Laboro aduersa fama, maledictis vexor. { ἀδοξῶ, ἀδοξίομαι, κακῶς ἀκούω. GALL. *Auoir mauuais bruit, estre diffamé & mal renommé.* ITAL. *Hauer cattiua fame, hauer malnome.* GERM. Ein böß geschrey haben. HISP. *Ser infamado.* } sicut, Benè audio, laudor. Cuius antitheton est Maledico. Terent. *in Andr.* Si pergat maledicere, peius audiet. Cicer. *in Orat.* Non quod libenter malè audiam, sed quia ego causam non libenter relinquo, Idem *ad Atticum.* Hanc nonnulli amici Appij ridiculè interpretantur, qui me idcirco putent benè audire velle, vt ille malè audiat. ¶ Malè cogito de te, id est, malè affectus sum erga te, & minimè æquo in te sum animo. κακοπιθυμοῦμαι. Ouid. *in Epist.*

Didûs non tamen Ænean, quanuis malè cogitet, odi.

Cælius *Ciceroni*, Et ipse facilè animaduerteram, malè eum de me cogitare. Huic contrarium est, Benè cogito. εὐνοῶ. ¶ Malè conciliatus pro magno emptus. Terent. *Eunuch.* Fugitiue prodi, malè conciliare. Vbi Donatus, Malè, magno significat, vt Plaut. *Amphitr.* Hæc nox scita est exercendo scorto conducto malè. Ergo, Malè conciliate: magnò empte significat. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Exite hinc, agite, ite ignaui, malè habiti, & malè conciliati. i. nimio empti. ¶ Malè iudico, κακῶς κρίνω, κακῶς φρονῶ, malè censeo, malè opinor. ¶ Malè mereor de te, κακῶς ποιῶ σε, te iniuria afficio, tibi noceo, & incommodo. Cuius contrarium est, Benè mereor, εὖ ποιῶ σε, εὐεργετῶ, Cic. 1. *de finib.* Malè credo, mererer de meis ciuibus si ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem. Benè merenti benè profuerit: malè merenti par erit. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 2.* Benè merenti malè refertur gratia. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* Plura vide in *Mereor.* ¶ Malè opto tibi, κακῶς εὔχομαί σοι, malè precor, vel imprecor tibi rem aliquam malam. ¶ Malesuadus, pen. prod. Qui malè suadet. Idem *Mostell.* Perij hercle, ni ego illam pessimis exemplis enecasso. Illa hanc corrumpit mulierem malesuada vulgi lena. Fames malesuada. Virg. 6. *Æneid.*

Et metus & malesuada fames & turpis egestas.

Amor malesuadus sceptri. Stat. 1. *Thebaid.* ¶ Malè vertere, est in perniciem vertere. { κακῶς τρέπειν. GALL. *Venir en ruine, venir à mal.* ITAL. *Succeder male.* GERM. Vbel erschiessen. HISP. *Tener mal prouecho.* } Terent. *in Adelph.* Minis viginti tu illam emisti. quæ res tibi vertat malè. Vbi Donatus, Vertumnus dicitur Deus, qui rebus ad opinata reuertentibus præest. Sæpè autem malè cedit, quòd bono futurum putatur: & hoc est, malè vertisse: vt ille gladius, qui muneri datus, adminiculum reginæ fuit pereunti. de quo Virg. 4. *Æneid.*

——— ensémque reclusit
Dardanium, non hos quæsitum munus in vsus.

¶ Malè volo tibi, Odi te: quòd & malè cupio dicitur. { κακονοῶ. GALL. *Vouloir mal.* ITAL. *Voler male.* GERM. Vbel wöllen. HISP. *Mal querer.* } Malè sobrius (mox potus.) Ouid. 5. *Fast.* Me & meos fustibus malè contuderunt. Plaut. *Aul. sc. 1. a. 3.*

Maledeus, κακοδαίμων, qui & *malegenius.* Seneca *in Thyeste*,

Quis maledeorum Tantalo viuas domos
Ostendit iterum?

Mălĕdīco, Maledictis afficio, maledicta, conuitia, probra, contumelias coniicio, maledictis exagito, incesso, prosequor, insector. { גדף *ghiddéph* חרף *cheréph* אר *ar* קלל *killél.* κακολογέω, κακηγορέω. GALL. *Mesdire, iniurier, blasmer.* ITAL. *Maldire.* GERM. Vbelreden/lestern/schmähen. HISP. *Injuriar, y dezir mal.* ANGL. *To beackbite, to report ill, to slaunder.* } Terent. *in Eunuch.* Nescis, cui maledicas nunc viro.

Nec se magnanimo maledicere sentit Achilli,

Ouid. 15. *Metam.* Non sanus satis, qui ipsus maledicas tibi, Plaut. *Men. sc. 2. a. 2.* Qui mihi maledicas homini ignoto, *ibid. sc. 2. a. 3.* Ne vlli verbo maledicat. Idem *Asin. sc. 3. a. 4.* Interdum etiam diuisim vsurpatur. Nolo huic malè dici. Idem *sc. 2. a. 1.* Insanit huic quidem, qui ipse malè dicit sibi, idem *Men. sc. 2. a. 2.* ‖ ¶ Maledicere diei, est diem pro infelici habere, & tanquam ærumnosum infamare, quatenus eo aliquid aduersum nobis aduenit. ‖

Mălĕdĭcŭs, a, um, maledicentior & maledicentissimus; qui procliuis est ad maledicendum, aut obtrectandum dicax. { מגדף *meghaddéph* מחרף *mecharéph.* βλάσφημος. GALL. *Mesdisant.* ITAL. *Che dice male d'ogni vno.* GERM. Zuübel reden geneigt/schmachredig. HISP. *Maldiziente.* ANGL. *An ill reporter, a bakbiter or slaunderer.* } Cic. *pro Flac.* In tam suspiciosa, & maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. Idem 1. *de finib.* Homo natura maleuolus, & maledicus. Idem *pro Flac.* Qui in vberrima re turpe compendium in maledicentissima ciuitate, in suspiciosissimo negotio maledictum omne, non modò crimen effugit. Idem *in Merc.* At ego pol maledicentiorem, quàm te noui neminem.

Maledicentissimus liber. Gell. *c. 13. lib. 3.* Maledicentissima carmina. Suet. *in Cæs. c. 75.*

Mălĕdĭcentĭă, Obtrectatio, dicacitas. { גדופה *ghidduphâh* גדוף *ghiddúph.* κακηγορία, δυσφημία. GALL. *Detraction.* ITAL. *Detrattione.* GERM. Vbelredung/schmächung. HISP. *Detraccion.* ANGL. *Backbiting, slaundering.* } Gell. *lib. 3. cap.* 3. Ob assiduam maledicentiam, & probra in principes ciuitatis, &c.

Mălĕdĭcē, aduerb. Contumeliosè. { κακολόγως, δυσφήμως. GALL. *Par detraction, en mesdisant.* ITAL. *Mordendo, è dicendo male.* GERM. Schmählich/mit vbel reden. HISP. *Maldezientemente.* ANGL. *Backbitingly, or slaundrouslie.* } Cic. 1. *Offic.* Quod maximè tum solet euenire, quum studiosè de absentibus detrahendi causa, aut per ridiculum, aut seuerè, aut maledicè, contumelioséque dicitur.

Mălĕdĭctum, cti, Conuitium, probrum, contumelia. { חרפה *cherpâh* גדופה *ghidduphâh.* λοιδορία. GALL. *Malediction.* ITAL. *Parole iniuriose, è discortese.* GERM. Ein schmachwort/lesterwort. HISP. *Maldicho, injuria de palabras.* ANGL. *Backbiting, slaundering, ill reporting* } Indignis si malè dicitur, maledictum est, si dignis bene dicitur, benedictum est. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 4.* An tibi malam rem vis pro maledictis dari? Idem *Men. sc. 2. a. 3.* Maledicta expectet. (i. obiectô stuprô.) Idem *Amph.* Satin' hæc pro sano, maledicta maledictis respondeo. Idem *Men. sc. 5. a. 5. & Pseud. sc. 2. a. 1. & Asin. sc. 3. a. 1.* Cic. *ad Quint. fratr. lib. 2.* Quum omnia maledicta, versus denique etiam obscœnissimi in Clodium & Clodiam dicerentur. Ouid. 5. *Metam.*

——— maledictaque culpæ
Additis, & non est patientia libera nobis.

¶ Figere omnes maledictis. Cic. 1. *de nat. deor.* Congerere maledicta. Quint. *lib. 7. c. 3.* Coniicere maledicta in vitam alicuius. Cic. *pro Fl.* Vexare aliquem probris, & maledictis, idem *pro Flac.*

Mălĕdĭctĭo, onis. { גדופה *ghidduphâh* גדוף *ghiddúph.* κακηγορία. GALL. *Malediction, detraction.* ITAL. *Il dir male, detrattione.* GERM. Ein schmachred/übelredung. HISP. *Maldiçion, detraccion.* ANGL. *A cursing, à backbiting.* } Cic. *pro Cælio*, Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam.

Mălĕfăcĭo, Malo aliquem afficio, malum adfero. { הרע *herah* הרשיע *hirschiah.* κακῶς ποιῶ σε, κακουργῶ. GALL. *Malfaire, nuire.* ITAL. *Far male.* GERM. Böses thun. HISP. *Mal hazer.* ANGL. *To do euid, to noye.* }

Cic.

Cic. *ad Brutum lib. Epist.* 11. Dij isti Segulio malè faciant, homini nequissimo omnium qui sunt, &c. Idem *ad Attic.* Quòd si iste Italiam relinquet, faciet omnino malè. Et Malefacio compositum. Terent. *Adelph.* Neque tu verbis vnquam solues, quòd mihi re malefeceris. Patroni qui pro illis malè quæ fecerunt loquantur. Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 4. Nemo est cui amplius malè plus lubens faxim. Idem *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. Istud malefactum arbitror, quia non latus fodi *Ibidem sc.* 2. *a.* 3. Quod ei malefeci nolim te succensere. (i. in lapidicinas condidi.) Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 5. Malè morigerus malefacis mihi. (i. molestus es.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1.

Mălĕfactum, i)(Benefactum. { רע *rah* רעה *raɦáh* נזק *nézek.* κακέργημα. Gall. *Malfaict, ou meffaict.* Ital. *Maleficio, ingiuria, danno.* Germ. Ein ûbelthat oder ein böse thadt. Hisp. *Malhecho.* Angl. *An euill deed.*} Cic. 1. *Offic.* Benefacta malè locata, malefacta arbitror. Ex Ennio. Idem *de Inuent.* 2. Deinde aduersarius malefacta augebit, Insignia malefacta. Lucret. *lib.* 3. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Neque malefactis fuga est. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Tua quoque malefacta iterari possunt. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Omnibus malefactis teneri. Idem *in Amph.* Ego istis pro dictis ac malefactis furcifer te accipiam.

Mălĕfĭcus, a, um. Perniciosus qui damnum infert, & qui nocet alteri, improbus, scelestus. { מרע *merah* רע *rah.* κακοεργός. Gall. *Malfaisant, nuisant, dommageable.* Ital. *Colui che fa male.* Germ. Schädlich/ das etwas ûbels oder schadens thut/ schadhafft. Hisp. *Malhechor.* Angl. *An euill doer, a shred persone.* } Cic. 7. *Verr.* In externorum hominum & maleficorum, sceleratorúmque custodias, in prædonum, hostiúmque, tu tantum numerum ciuium Romanorum includere ausus es. Plin. *lib.* 11. *cap.* 52. Oculi quibuscunque sunt longi maleficos esse indicant: qui carnosos à naribus angulos habent, malitiæ nota præuenti. Varr. 3. *de re rust. c.* 7. Vt locus omnis sit illustris, néve quæ serpens, aliúdve quid animal maleficum introire queat. Maleficum frondibus animal, capra. Plin. *lib.* 12. *cap.* 17. Non vidi hominem magis malum & maleficum. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Satin' magnificus tibi videtur? P. Pol atque etiam maleficus. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Interdum idem est quod veneficus. { מכשף *mechaschschéph.* } Hinc Maleficas mulieres dicimus incantatrices, quæ & sagæ dicuntur: & Maleficas artes, pro incantationibus & veneficiis.

Mălĕfĭcium, ij, Malefactum, iniuria, facinus. { רעה *raɦáh* חמס *chamas.* κακούργημα. Gall. *Malfaict, ou meffait.* Ital. *Maleficio.* Germ. Ein vbelthat/misshandlung. Hisp. *Maleficio, ò malhecho.* Angl. *A mischieff or mischieuous deede.* } Bud. Maleficium dicitur, quicquid improbè admissum est. Vlpian. *l.* 1. *ff. si fam. furt. fec. dic.* Vtilissimum id edictum Prætor proposuit, quo dominus prospiceret aduersùs maleficia seruorum. Cic. *pro Rosc. Amer.* Vt si dissimulare omnes cuperent se scire, ad quem maleficium pertineret. Idem 2. *Offic.* Vt ne illi quidem, qui maleficio & scelere pascuntur, possint fine vlla particula iustitiæ viuere. Committere maleficia, & admittere maleficia, apud eundem *pro Sext. Roscio Amer.* Temperare à Maleficio, Cæs. 1. *bell. Gall.* Neque homines inimico animo data facultate itineris per prouinciam faciendi, existimabat temperaturos ab iniuria & maleficio. Idem 2. *de bell. ciu.* Legio in foro consedit sine maleficio.

Malĕficè. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Maleficè neque sycophantiosè, &c.

Mălĕfĭcentĭă, æ, Damnum, iniuria, facinus. { רע *rah* רעה *raɦáh* נזק *nézek.* κακοεργία. Gall. *Malfaisance.* Ital. *Maleficio, danno, ingiuria.* Germ. Beschädigung. Hisp. *Malhecho, daño, injuria.* Angl. *A mischieuous deede.* } Cæsar *lib.* 1. *bell. Gall.* Sibi esse animo iter facere per prouinciam fine vlla maleficentia. Plin. *lib.* 9. *c.* 9. Abest enim illa lasciuia, maximè tamen rostris cancularum maleficentiæ assimilati.

Mălĕfĭcĭōsē, aduerb. Insidiosè, nequiter, callidè. { κακούργως, ὑβριστικῶς. Gall. *Malicieusement.* Ital. *Malitiosamente.* Germ. Bosshafftiklich. Hisp. *Maliciosamente, y astutamẽte.* Angl. *Mischieuouslie, wickidlie.* } Cic. *pro Cæcin.* Quum hoc nouæ litis genus tam maleficiosè intenderet. Sic enim legit Calepinus: quum tamen constet, *Malitiosè* ibi, non maleficiosè legendum esse: nam Maleficiosus & Maleficiosè Latina non sunt.

Malegenius, κακοδαίμων. Vide *Maledeus.*

Malesuada Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Malesuada vulgi lena.

Mălĕvŏlus, Inuidus liuidus. κακόνοος. Gal. *Malueillant.* Ital. *Maluoglienta, nemico.* Germ. Bösswillig Hisp. *Cosa que mal quiere à otro, mal quisto* Angl. *Euill willie, despit full.* Cic. 3. *Tusc.* Nam illam quidem noueram ex commemoratione alienorum malorum ad maleuolos consolandos esse accommodatam. Idem *ad Brutum*, Atque illo die cognoui paulò plures in senatu maleuolos esse, quàm gratos. Maleuoli solatij genus est turba miserorum. Senec *c.* 12. *de consol. ad Mart.* Garruli & maleuoli. Plaut. *Curc. sc.* 1 *a.* 4.

Mălĕuŏlēns, tis, Maleuolus. { κακόνοος. Gall. *Malueillant.* Ital. *Maluogliente.* Germ. Vbel wöllend Hisp. *Malqueriente.* Angl. *that willech euill.* } Plaut. Viuo maleuolente genio natus. Est miserorum vt maleuolentes sint, & inuideant bonis. Idem *Capt. sc.* 4 *a.* 3. Manu malam rem mittunt maleuolentibus. (i. inimicis.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4.

Malĕuŏlentĭă, æ, Inuidia, odium. { κακόνοια, δύσνοια. Gall. *Malueillance. & enuie.* Ital. *Maleuoglienza.* Ger. Bösswilligkeit. Hisp. *Malquerẽcia.* Angl. *Grudge malice.* } Cicer. 4. *Tuscul.* Maleuolentia est voluptas ex malo alterius, fine emolumento suo. Item *ad Quint. frater. lib.* 1. Quanquam illorum erit verius iudicium obtrectatione & maleuolentia liberatum

Ma[licorium], putamen mali granati. Eius igitur mali est corium.

M[ă]lĭgnvs, a um, qui malo est, & deprauato animo, & consuetudine maleuolus, vt interpretatur Nonius; parum gratus & memor in referenda gratia: cuiúsque est contrarius, Liberalis & benignus. { רע *rah* רשע *raschá* κακόθυμος, φθονερός. Gall. *Maling. malicieux, mauuais.* Ital. *Maligno, scelerato, che ha mal' animo* Germ. Bosshafftig/ vngûtig/ missgunstig. Hisp. *Maligno, malicioso.* Angl. *Malicious, that beareht euill will that oweth grudge.* } Plinius, homo malignus & inuidus. ¶ Interdum idem quod iniquus, & alienus. Terent. *Hecyr.* Sed vt fit, postquam hunc alienum ab sese videt, Maligna multò & magis procax facta illicò est. Hinc maligna via, quæ angusta & ardua est. Virg. 1. *Æneid.*

Aditúsque maligni.

Maligna lux, quæ subobscura est. Virg. 6. *Æneid.*

Quale sub incertam lunam, sub luce maligna.

¶ Interdum idem quod parcus, & minimè liberalis: γλίσχρος, φειδωλός, cuius antitheton est Benignus. Hinc Malignus ager dicitur, hoc est, sterilis, quíque domino suo se quodammodo ingratum exhibet, seménque sibi creditum parum liberaliter refundit. Virg. 2. *Georg.*

Difficiles primùm terræ collésque maligni.

Laudatores quoque malignos dicimus qui intra modum & frigidè laudant, adeò vt præ inuidia ex meritis laudibus aliquid detrahere videantur. Quintil. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus. Maligno sermone carpere. Suet. *in Aug. cap.* 27.

Non fuit ingenio fama maligna meo,

Ouid *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Mălĭgnĭtās, tatis, quæ est peruersa, & deprauata voluntas. { רעה *raɦáh* רשע *reschah* רשעה *rischáh.* κακοθυμία. Gall. *Malignité, mauuaistié, mal-vueillance.* Ital. *Malignità.* Germ. Boss hafftigkeit / vergunst. Hisp. *Malignidad.* Angl. *Malice, ill, will, grudge.* } Plaut. *in capt. sc.* 1. *a.* 3. Nam hercle huic diei, si liceat, oculos effodiam lubens, Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi. ¶ Quandoque pro parsimonia ponitur Liu. Malignitas conferendi ex priuato. Et *lib.* 5. Malignitas prædæ partitæ. Interdum pro inuidia. Idem *lib.* 34. *& lib.* 8. *d.* 4. Suet. *in Calig. cap.* 34. Nec minore liuore ac malignitate, quàm superbia sæuitiaque, &c.

Mălĭgnē, aduerb. Peruersè, deprauatè, &, quod Cicero dicit, malitiosè parum candidè, & cum quadam parsimonia. { κακοθύμως, κακεντρεχῶς. Gall. *Malicieusement.* Ital. *Malignamente, scarsamente.* Germ. Vngûtiklich/ vntrewlich. Hisp. *Maliciosamente, y astutamente.* Angl. *Maliciouslie.* } Liu. 3. *ab Vrbe.* Malignè Senatus in vnum diem supplicationes Consulum nomine fecit Laudare aliquem malignè. Horat. 2. *Epist.* 1.

———Neque enim bene facta malignè
Detrectare meum est,

Ouid. 13. *Metamorph.*

‖Malina, inandatio maris maior.

Malinus, a, um, μήλινος, ad malum, pertinens, ex malo arbore factus.‖

Mălĭtās, atis, legitur apud Vlp. *l.* 5. *D. quod met. caus.* eodem modo vt Bonitatem dicimus: in vulgatis tamen eo loco contra autoritatem Pandectarum Florentinarum legitur *mali.*

Mălĭtĭă, æ, Peruersitas quæ virtuti, seu bonitati contraria est. { רעה *raɦáh* רשע *rescáh* רשעה *rischáh.* κακία. Gall. *Malice.* Ital. *Malitia.* Boßheit/ boßfertigkeit/ schalkheit. Hisp. *Malicia, astucia.* Angl. *Malice, grudge.* } Seneca. In hoc summa bonitas, in illo extrema malicia. ¶ Propriè autem Malitia est quum quis data opera malè agit. Senec. *Epist.* Hoc habent inter cætera boni mores, placent sibi, & permanent: leuis est malitia, sæpe mutatur non in melius, sed in aliud. ¶ Frequenter autem in vsu est pro versutia. ῥᾳδιουργία. Cic 4. *Tusc.* Huius igitur virtutis contraria est vitiositas: sic enim malo quàm malitiam appellare, quam Græci κακίαν appellant. Nam malitia, certi cuiusdam vitij nomen est: vitiositas omnium. ¶ Antiquis Malitia vocabulum medium fuisse videtur, quod & in bonam partem accipi poterat. Hinc malitiam malam, legimus apud Plaut. *in Aulul.* Equidem (inquit) te ciuem sine omni malitia mala etiam Semper sum ratus, & nunc arbitror. ¶ Accipitur etiam quandoque Maltia pro inclementia, vel intemperie. Plin. Quod modò cæli, modò terræ malitia facit. Varro, id sæpe accidit malicia soli.

‖Malitiositas, malitia. Tertul.‖

Mălĭtĭōsŭs, Versutus, callidus, astutus, fallax. { רע *ráh* רשע *rascháɦ* עקוב *ɦakób.* ῥᾳδιουργός, πανοῦργος. Gall. *Malicieux.* Ital. *Pien di malicia, malitioso.* Germ. Bosshafftig/ boßfertig. Hisp. *Malicioso, astuto.* Angl. *That beareth ill will, malitious.* } Cic. 3. *Offic.* Hoc autem celandi genus quale sit, cuius hominis, quis non videt? certè non aperti, simplicis, non ingenui, non iusti viri non viri boni: versuti potiùs obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Malitiosa iuris interpretatio, Idem 1. *Officior.* Malus & malitiosus homo Gell. *cap.* 2. *lib.* 9.

Mălĭtĭōsē, aduerb. Callidè, dolosè, versutè. { πανούργως. Gall. *Malicieusement, par finesse tromperie.* Ital. *Maliciosamente.* Germ. Boßfertiklich, auß bösen list. Hisp. *Maliciosamente y astutamente.* Angl. *Maliciouslie, by deceit and guile.* } Plaut. *in Mil. sc.* 6. *a.* 2. feci insipienter, at non malitiosè tamen, id est, non feci vt deciperem. Cicer. 2. *Verr.* Maliciosè necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere. Idem *in Orat* Et in eligendo fecit malitiosè. ¶ Malitiosiùs gerere rem mandatam Idem *pro Rosc. Amer.*

‖Mallenus, lanatus. L. gr. b. Mallos, vellus, lana promissa.

Maloborum vnguenti genus, Pap.

Maluasia, nomen corruptum ex Monembasia, quod oppidum sic ab angustiis accessus dicitur. Inde Maluaticum vinum, quod Monembaticum.‖

Mamaus, μάμαος. fluuius est Peloponnesi, in tractu Thriphiliaco, non procul à Pylo, qui olim Amathus dicebatur. Author. Strabo *lib.* 8.

Mamarcina μαμάρκινα, vrbs Ausoniæ Gentile Marmacinæus Steph.

Mămblĭa, oppidum Æthiopiæ, ab ea parte, qua Africam spectat. Autor Plin. *lib.* 8. *cap.* 20.

Mambre. { ממרא *mamré* μαμβρή. } Mons iuxta Hebron.

‖Mamburgus, curator. aduocatus. Mamburgium, curatio. L. I.‖

Mămĕrcŭs, Præsul fuit Viennensis, qui, teste Ptolemæo Lucensi, anno CCCCLIV. supplicationes primus instituit, quas Rogationes nostri vocant, ob frequentes terræmotus, quibus ea regio infestabatur. Volaterranus. ¶ Mamercus item Pythagoræ filius creditur, insigni humanitate, à quo Æmylia gens Romę appellationem traxit. Plutarch. *in Num.*

‖Mamers, Mauors, Mars, Oscorum linguâ. Cam.‖

Mămertus, Oscorum prænomen, à Marte deductum quem illi Mamertem appellarunt

Mamers, lingua Oscorum dictus est, qui à Romanis detractione vnius syllabæ Mars, & à Poëtis per epenthesim Mauors appellatur. ἄρης.

Mamertes, Corinthius filios fratris sui Sisaponis libidine regnandi interfecit

terfecit maximo suo malo. Nam vbi Sisapo factum resciuit, eum membratim discerpsit, vt est autor Ouid. *in Ibin.*

Māmertīnī, μαμερτῖνοι. Populi Campani, qui quum Messanam colonos misissent, ipsi quoque Mamertini potius, quàm Messanenses sunt vocati: & vinum eorum, cuius ager ille feracissimus est, Mamertinum. Plin. *lib.* 15. *cap.* 6. Martial. *lib.* 13.

Amphora Nestorea tibi Mamertina, senecta
Si detur, quoduis nomen habere potest.

Dicti à ciuitate Mamertia, quæ à Lacedæmoniis subuersa fuit, quòd Messenij quinquaginta virgines Lacedæmonias violare tentassent, & non consentientes, eas occidissent. Stephan. μαμέρτιοι vocant.

Mamilia, æ, Telegoni filia, à quo Mamiliorum familia nomen traxit.

Māmīllānă, fici genus est, à mamillarum similitudine ita dictum: cuius meminit Plin. *lib.* 15 *cap.* 18.

MAMMĀ, æ, dicitur receptaculum lactis in fœmina, quo fœtum educat, quod & vber dicitur. { שד *schad.* μαζὸς θηλή. GALL. *Mammelle, tette.* ITAL. *Poppa, mamma.* GERM. Die brust oder dutten. HISP. *La teta.* ANGL. *A dug, teat, or pappe.* } Iuuen. *Satyr.* 1.

Et nuda teneat venabula mamma.

Ecquid videor tibi mammam adire? mox, Tun' meam vis mammam adire? Plaut. *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. Vbi mamma manicula opprimitur. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Mammas habent & capræ. Plin. *lib.* 11. *cap.* 40. Quibus solida vngula, nec supra geminos partus, hæc omnia binas habent mammas, nec alicubi quàm in fœminis. ¶ Mammæ etiam porcarum dicuntur. Martialis *lib.* 2.

Quicquid ponitur, hinc & inde verris.
Mammas suminis, imbricémque porci, &c.

Μάμμη quoque Græca dictio est, qua significatur Auia, id est patris, seu matris mater. ¶ Hoc etiam nomine infantuli matrem, vel nutricem appellant, sicut Patrem Tatam. Martial. *lib.* 1.

Mammas, atque Tatas habet Afra.
——— sed ipsa tatarum
Dici & mammarum maxima mamma potest, quasi abmatrix.

Dicitur ab Ammonio τήθη τρόφος, μαμμὰ, & μάμμη. Plaut. *in Mostell.* Nunc comessatum ibo ad Philolacheten, vbi nos hilari ingenio, & lepido accipiet. Ecquid tibi videor mammam Adire? Cato, qui cibum ac potionem Buas, & Pappas vocant, & patrem Tatam, & matrem Mammam. Mamma, in surculis arborum, parua illa extuberantia corticis, è qua prosiliunt & enascuntur rami. Plin. *lib.* 6. *cap.* 16. de illo inserendi genere loquens, quam emplastrationem vocant. Ergo amputatis omnibus ramis, ne succum auocent, nitidissima in parte, quáque præcipua cernatur hilaritas, exempta scutula (ita ne descendat vltra ferrum) cortici imprimitur ex alia cortex par cum sui germinis mamma: sic compage densata, cicatrici vt locus non sit, & statim vnitas fiat, non humorem, non afflatum recipiens.

Māmīllă, æ. Quamuis diminutiuum nomen sit à mamma, quod geminata consonante scribitur, vnico tamen m contentum est, primámque syllabam corripit, quæ in voce mamma, vnde deducitur, est producta. { τίτθιον. GALL. *Mammelle, petite tette.* ITAL. *Mămelle.* GERM. Ein düttlin. HISP. *Pequeña teta.* ANGL. *A litle teat or pappe.* } Iuuenal. *Satyr.* 6.

Illa loqui recta facie, strictisque mamillis.

¶ Mamillæ pensiles in capris, Varro *lib.* 2. *de re rustic. cap.* 3. Duas vt mamillas pensiles habeant, quòd hæ fœcundiores sint, &c. Vbi sunt, quibus vos oculi estis, vitæ, suauia, mamillæ, &c. Plaut. Mamillæ sinistræ admouere gladium, quà cor emicat Velleius.

‖ Mamillana ficus, à mammæ similitudine. Plin. *lib.* 15. 18.

Mammo, lacto, θηλάζω, mammam præbeo. Ita posteriores Græci μαμμιζω, dicunt pro nutrio. ‖

Māmmŭlă, æ, aliud diminutiuum nomen à Mamma. μαζίον. Celsus *lib.* 7 *cap* 26. Fœmina breuius vrinæ similiter & rectius iter habet, quòd mammulæ simile inter imas oras super naturale positum, &c.

Māmīllārĕ, ris, Velum, siue fascia, aut quoduis aliud amiculi genus, quo mulieres mammas tegere consueuerunt. { ἐπιμαστίδιον. GALL. *Vn gorgias ou gorgeret de quoy les femmes couuroyent les tettes.* ITAL. *Velo de coprire le mammelle.* GERM. Ein brusttuch. HISP. *Faxas para faxar las tetas.* ANGL. *A gorget, a kerchef where with women couer there pappes.* } De quo est distichon illud apud Martial. *lib.* 14.

Taurino poteras pectus constringere tergo.
Nam pellis mammas non capit ista tuas.

‖ Mamillaria, fici genus, à mamillarum similitudine.

Mamillarium, forcipula. l. gr. b. ‖

Mamluchus, vox Arabica. Scalig. *lib.* 3. *Chronol. canon.* Mamluch Arabicè est ἀργυρώνητος, mancipium ære emptum, item αἰχμάλωτος, qui bello captus in seruitutem redactus est. In genere autem talis apostata, qui à fide Christiana deficit, *Mamluc* appellatur. A Christianis emtos intellige, quos illi vendiderant, παρ' αὐτῶν, non ὑπ' αὐτῶν.

Māmmātŭs, ta, tum, quod mammarum similitudinem refert, μαστοειδής. Hinc tegulæ mammatæ dictæ sunt, quæ balneis adhibentur, & aquæductibus.

Mammĕātŭs ta, tum, Mammosus, μαστώδης. Plaut. Cuius amicam mammeatam vidimus.

Māmmōsŭs, sa, sum, quicquid magnis est mammis. { μαστώδης. GALL. *Qui a grandes mămelles.* ITAL. *Che ha gran mammelle.* GERM. Mit großen dutten. HISP. *Tetudo, que tiene grandes tetas.* ANGL. *That hath great pappes.* } Martial. *lib.* 14.

Mammosas metuo, tenera me trade puella.

Varro *lib.* 2. *cap.* 9. canes etiam mammosas appellat. Et apud Plin. *lib.* 15. *cap.* 15. Pyra mammosa. Apud eundem *lib.* 12. *c.* 34. Thus mammosum dicitur, pro fœminino, ad differentiam masculi thuris. ¶ Mammosum panicum. Idem *lib.* 18 *cap.* 7.

Mammona ממון *mammòn.* μαμμωνᾶς. } Vox est Syriaca, diuitiarum deum significans, quem Græci πλοῦτον vocant: accipiturque pro ipsis diuitiis.

Mamphur, lignum rotundum, loro circunuolutum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis. Festus.

Māmūrĭŭs, μαμούριος. Faber ærarius laudatissimus, qui tempore Numæ floruit, & Saliorum ancilia confecit, ad similitudinem eius quod de cælo deciderat. de eo Plutarch. *in Num.* De hoc sic scribit Festus, Manurij Veturij nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant: hac de causa, Numa Pompilio regnante, è cælo cecidisse fertur ancile, id est, scutum breue, quod ideò sic appellatum est, quia ex vtroque latere erat recisum, vt summum infimúmque eius latus medio pateret: vnâque edita vox est, Omnium potentissimam fore ciuitatem, quandiu id in ea mansisset. Itaque facta sunt eiusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci cæleste posset. Probatum opus est Mamurij Veturij, qui præmij loco petiit, vt suum nomen Salij inter carmina canerent. Hæc ille Ouid. 3. *Fastor.*

Inde sacerdotes operi promissa vetusto
Præmia persoluunt Mamuriúmque vocant.

Mamurra, Formis natus, eques Romanus, & præfectus fabrorum C. Cæsaris in Gallia, qui primus Romæ in Cælio monte parietes domus suæ marmore incrustauit, nullámque in ædibus columnam habuit, nisi è marmore: omnésque solidas è Carystio, aut Lunensi. Hic est ille Mamurra Catulli Veronensis carminibus proscissus, qui domum eius dixit habere, quicquid habuisset Comata Gallia. Hæc Plin. *lib.* 6. *cap.* 6.

Mamzer. *Deut.* 23. 2. Non egredietur Mamzer, hoc est, de scorto natus, in Ecclesiam Domini, scilicet, vt publico aliquo munere fungatur.

‖ Mana, mater, Manita, parua mater. Gloss. gr. b.

Manea, tributa. Cerda.

Manabile, quod manare potest. Lucr. ‖

Manæthus, μανεθώς, Ægyptius fuit ex Diospoli vrbe ortus, qui de Physiologia, & de Astrologia iudiciaria carmen reliquit. ¶ Fuit & alteri hoc nomine Mandesius, sacerdos apud Ægyptios. Vtriusque meminit Suidas.

Manalis, vide *Mano.*

Mānceps, pis, qui aliquid à populo emit, conducítve, quia sublata manu significat se autorem emptionis esse, conductor, redemptor, publicanus. { ἐργολάβος. GALL. *Vn acheteur ou fermier des choses publiques.* ITAL. *Chi compra ò piglia afitto del publico.* GERM. Ein kauffer oder Entpfahet/ein solcher der von einer oberkeit oder einer gemeind etwas umb ein benampt gelt kaufft oder nur entpfächt/als da sint zöll/zähenden/ &c. HISP. *El que compra ò arrenda en almoneda.* ANGL. *An byer of publik thinges.* } Cic. *pro Rosc. Amer.* Hominis studiossimi nobilitatis manceps sit Chrysogonus. Paul. *l qui fideiussor. ff. locati.* Qui fideiussor extitit apud mancipem pro colono publicorum prædiorum, hoc est, apud publicanum. Cicer. 3. *Verr.* Si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse. Quo in loco Manceps pro redemptore sartorum tectorum, dictus est. Manceps, qui in auctione aliquid emit. Mancipes sunt publicanorum principes Romani homines, qui quæstus causa si decumas redimunt, Decumani dicuntur: si portum aut pascua publica, Portitores, aut Pecuarij: quorum ratio scriptura dicitur. Hi omnes exigenda à sociis suo periculo exigunt, & Reipubl. repræsentant, prouidentes tamen in illa redemptione commodis suis. Licèt autem si moderatè fiat æstimare in cellam Prætori frumentum mancipi, pro frumento pecunias ab aratoribus accipere non licet. Ascon. *in Diuinat.* Sueton. *in Vespas. cap.* 1. Non negarim iactatum à quibusdam Petronij patrem è regione transpadana fuisse mancipem operarium, id est, conductorem mercenariorum, & operariorum seruorum, vt opera orum ad quæstum vteretur. Plin. *lib.* 10. *cap.* 43. videtur Mancipem accepisse pro Magistro officinæ qui operis redemptis vtitur ad quæstum: aut certè pro eo quem Græci Propolam vocant, qui minoris emit, vt carius vendat. Hinc (inquit Plin.) siue æmulatione incitatus manceps proximæ sutrinæ, siue iracundia subita vt voluit videri, excrementis eius imposita calceis macula exanimauit. In hac etiam significatione hoc nomine vsus est idem Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Aut aliquis præualens manceps annonam flagellet. Hæc ferè Bud. ¶ Quandoq; accipitur pro eo, qui dat aliquid mancipio. Plaut. Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alium quenquam. Antea autem dixerat, Egon' ab lenone mancupio aliquid accipiā, quibus sui nihil est? Item manceps dicitur, qui emit mācipatione, quòd in solenni emptione emptor manu rem capiebat. ¶ Metaphoricōs hac dictione vsus est Plin. *Epist. lib.* 2. Sequuntur auditores actoribus similes, conducti, & redempti mancipes, conuenitur à conductis, & redemptis in media basilica. Mancipes, inquit, id est, ij qui causidicos in causis agendis, conducta ad hoc corona vulgi plaudentis, laudandos redemerunt.

‖ ¶ Mancipi res, quæ in nostro sunt mancipio, & abalienari possunt solemni iure L. I. ‖

Mancinus, μάγκινος, Consul fuit Romanus, quid quòd ignominiosam cum hostibus pacem erat pactus, ad liberandos religione Romanos, hostibus fuit deditus.

Manciolæ, arum i. Manus Gell. *c.* 7. *lib* 19 Manciolis dixit pro manibus.

MĀNCIPIVM, pij, vel mancupium, Homo in bello captus, & seruituti addictus. { שבי *schabi* עבד *hebed.* ἀνδράποδον. GALL. *Esclaue & serf.* ITAL. *Mancipio, schiauo.* GERM. Ein leibeigner mensch/ als da sind die man erkaufft/im krieg fahet/&c. HISP. *Sieruo ò sierua esclauo* ANGL. *A drudge, a slaue* } Varro, Mancipiū dicitur, quòd manu capiatur. Plaut. *Sticho*, Damna euenerunt maxima misero mihi, ita me mancipia miserum affecerunt malè. ¶ Neque tamen solùm de homine in bello capto dicitur, sed de omnibus rebus quæ manu capiuntur, teste Varr. Mancipiorum negotiatores (id est, Mangones.) Quintil. Bone vir lepidum mancipium. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 5. ¶ Aliquando pro dominio & potestate dicitur: Sic materfamilias dicitur esse in mancipio mariti. Gell. *cap.* 3. *lib.* 4. hoc est, in eius dominio, & potestate. ¶ Mancipio dare, est rem solenni illa venditione, de qua paulò post, alienare: transfertur tamen & ad alia, & significat in potestatem & dominium trade[re]. Lucr. *lib.* 3.

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus vsu.

Ibi Gifanius: Dare mancipio rem aliquam dicebant olim, quod posteriores dominium facere, proprium facere, Sic mancipio accipere, est eodem modo emere. Plaut. *in Curc. sc.* 2. *a.* 4. Memini, & mancipio tibi dabo cv. egóne à lenone quicquam mancipio accipiam, quibus sui nihil est, nisi vna lingua? Idem *ibidem*, Quis tibi hanc dedit mancupio? aut

A commander.} ¶ Mandatores item Budæus ait impulsores esse delatorum, intérque delatores numerari. Suet. *in Tib.* inter aduersa temporum & delatores mandatorésque erant. Qui locus intelligendus est de mandatore causæ, hoc est, eo qui mandat alicui, & instruit eum ad accusationem, dando probationes, allegando accusationes, cuius fit mentio *in l. 2. §. Imperator. & l. 22. §. fin. & l. 2. & 24. de iure fisci, D.*

Mandātārĭus, cui dantur mandata peragenda. ὁ ἐπιτεταγμένος.

Mandātum, & participium, & nomen esse potest. Participium, vt mandatum est mihi ἐπιτέτακται, apud Plautum. מצוה *metsuvvéh.* Cic. *pro Rosc. Amer.* In priuatis rebus, si quis rem mandatam non modò malitiosius gessisset, &c. ¶ Nomen, vt apud Quintilianum, Mandata tamen tua fili perago. ¶ Et est propriè Mandatū, Datum negotium sine mercede exequendum. {מצוה *mitsvah.* ἐντολὴ ἐπίταγμα. GALL. *Mandement, commission, charge.* ITAL. *Ordine, carico, commendamento.* GERM. Ein befelch/ geheiss. HISP. *El mandado.* ANGL. *Commission, charge, à commandement.*} Salust. C. Manlius ex suo numero legatos ad Martiū regem mittit, cum mandatis huiusmodi. Eleganter dicimus, Venire cum mandatis, Mandata, & legatos mittere. Mandata accipere ad aliquem. Habere mandata ab aliquo. Facere mandata. Mandata dirigere, persequi, conficere. Mandata addere, Exhaurire mandata, id est, exequi & absoluere. Dare mandata de aliquibus. Dare mandata alicui ad aliquem. Item mandata reddere. Suet. *in Tib. c. 16.* Perferre, Plaut. Quintilian. Quorum exempla ex Cicerone, & aliis multa suppeditantur. Hoc mihi etiam in mandatis dedit, Plaut. *prolog. Amph.*

Nec mandata dabo (moriens)

Ouid. *Eleg. 1. lib. 3. Trist.* Mandata peragere.

Vt peragas mandata liber,

idem *Eleg. 1. lib. 1. Trist.* Veluti mandata perferet. Quintilian. Dicam ei mandata esse facta. Plaut. *Asin. sc. 2. a. 5.* Qui tua quæ tu iusseris mandata perferat. Idem *Capt. sc. 2. a. 2.*

Mandatus, us, Quarta declinatione apud Iurisconsultos legitur. Caius, si mandatu meo Titio credideris. Iulianus, Mandatu creditorum.

MANDO, is, i, sum, Perottus à manu & dando mandere dici existimat, quòd manu cibus admouetur, quemadmodum & à manu ducenda dicimus manducare. Sed malunt alij, à manu edere, vt sit mandere de manu edere. Cibum dentibus conficio. {אכל *acchál.* μασάομαι. GALL. *Mascher, manger.* ITAL. *Masticare.* GERM. Keuwen. HISP. *Mascar ò comer.* ANGL. *To eat, to chew.*} Cic. *1. de natura deorum,* Alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. Serenus, Purgatur cerebrum mansa radice pyrethri. Diomedes *lib. 1.* ¶ Accipitur etiam pro rodere, vel mordere. Virg. *4. Æneid.*

Stat sonipes ac fræna ferox spumantia mandit.

Huius compositum est Remando, ἀναμασάομαι, quod est rursus mando, rumino. Plin. *lib. 10.* Pontici quoque mures simili modo remandunt.

Mānsĭto, frequentatiuum. Plaut. *in Amph. sc. 3. a. 4.* Mutatos Atticos in Arcadia homines & sæuas belluas mansitasse. τὸ *mansitasse*, hic apud Plaut. significat mansisse & formatur à supino verbi maneo, es; de quo infrà post *Mansio.*

Māndo, onis, Edax, qui assiduè mansit. {זולל *zolél* φάγος. GALL. *Vn grand mascheur ou mangeur.* ITAL. *Mangione* GERM. Ein frass HISP. *Gran comedor, que mucho come.* ANGL. *A great eater or chewer.*} Lucil. apud Nonium, Atque omnes mandonum gulæ.

MĀNDVCO, as Mando. {אכל *achál.* μασάομαι. GALL. *Manger ou mascher.* ITAL. *Mangiare, mansticare.* GERM. Essen/käwen zerbeissen. HISP. *Comer ò mascar.* ANGL. *To eat or chew meate.*} Suet. *in Aug.* Qui in balneo demum post horam primam noctis duas bucceas manducaui prius quàm vngi inciperem. Quid sit propriè, docet Diomedes *lib. 1.*

Māndūcor, aris, {נאכל *neechál.*} Deponens apud antiquos. Lucilius *lib. 14.* (vt citat Nonius.)

———illud qui faciat, quod manducamur in ore.

¶ Eius compositum est commanducor, Plin. *lib. 20.* Huius cucurbitæ commanducatæ succus stomacho admodum prodest, Plaut. *Mil sc. 6. a. 2.* Occisam suem plus sapere cum manducatur.

Mānsŭs, participium, Dentibus confectus & tritus. {μασηθεὶς. GALL. *Masché* ITAL. *Masticato.* GERM. Gekeuwt. HISP. *Mascado.* ANGL. *Chewed.*} Quint. *lib. 10. c. 1.* Cibos mansos ac propè liquefactos demittimus. Cic. *2. de Orat.* Atque omnia minima mansa (vt aiunt) nutrices infantibus pueros in os inserant.

Mānsūtĭūs, à mandendo, Edacem significat, inquit Festus, πολυφάγος.

Māndūcatus, cibus, & Commanducatus, non tam significat comestum, quàm mansum, & dentibus comminutum, masticatúmque, qui deinde pro medicamento imponi solet. διαμεμασημένος, διαμασηθείς.

Māndūco, onis, Edacem significat, teste Nonio. {זולל *zolél.* ἀδηφάγος. GALL. *Vn grand mascheur ou mangeur, goulu.* ITAL. *Mangione, gran mangiatore.* GERM. Ein frass oder frässiger. HISP. *Comilon que mucho come.* ANGL. *A great eater or chewer.*} Hæc enim omnia ferè idem denotant, Madones, Manducones, Manduci Mansutij, Comedones, Comedi, Edones, Edaces, Epulones, Lurcones, Gurguliones, Helluones, Parasiti, Gulones, Phagones, Liguritores, Nepotes, Catillones.

Māndūcŭs, i, Manduco, onis, teste Nonio. Plaut. *in Rud.* Quid si aliquò ad ludos me pro manduco locem? Manduci effigies in pompa antiquorum inter cæteras ridiculas, & formidolosas imagines ire solebat. Erant enim laruato capite humano maxillas vasta magnitudine, vastísque armatas dentibus habentes: qui oris hiatu, dentiúmque crepitū sese in vtramque partem viæ dum flecterent, ridentem turbam vertebant in fugam. Quædam exemplaria hoc in loco apud Plautum habent *Manduca.* Festus legit *Manduce* à nominatiuo Manduces, vel mandux. Iuuenalis ad hunc morem respicit,

———tandémque redit ad pulpita notum
Exodium, quum persona pallentis hiatum,
In gremio matris formidat rusticus infans.

Varro *lib. 6. de L. L.* Manducum, obsonium quoddam esse ait, cuius rei testimonium vt ille non profert sic quoque non extare arbitror.

Māndōnĭŭs, Dux Hispanus, partes Romanorum cum Scipione Africano in Hispania iuuit: deinde Scipione ægrotante, seditionem agitare in Romanósque insurgere cœpit: quem quum Scipio morbo libe[ratus] comprehendisset, veteris officij memor, tantùm castigatum verb[is di]misit. Liu. *lib. 28.*

Māndrā, æ, {ארוה *vravàh.* μάνδρα. GALL. *Estable à bœufs, che[uaux] ou autres beste.* ITAL. *Mandra.* GERM. Ein vichstelle/vichstall. HI[SP.] *cobre ò rebanno de bestias.* ANGL. *An houell or couering, a stable.*} Iunca, cubile, & receptaculum ouium, boum, aliorúmque huius[modi] ¶ Item agmen ipsum veterinorum, aut aliorum brutorum ani[ma]tium. Iuuenal. *Satyr. 3.*

———& stantis conuitia mandræ
Eripiunt somnum Druso.

Probus scribit Mandram esse vici ostium, ina[…] exum, vel a[…] aut breue, & vile ædificum, quod angustat […]titudinem vici: gens vehiculum, quo trabes portantur: quod Græcè Mandron di[cunt.] Martial. *lib. 5.*

Vixque datur longas mulorum vincere mandras,
Quæque trahi multò marmora fune vides.

Māndrăgŏrā, æ, {דודאים *dudhaim.* μανδραγόρας. GALL. *Mandr[agore.]* ITAL. *Mandragora.* GERM. Alraun. HISP. *Mandragola.* ANGL. *A m[an]dragger hearbe.*} Herbæ soporiferæ genus est, quod alio no[mine] appellatur Circeium. Eius duæ sunt species, quas & sexu disting[uunt.] Nam candidam, marem putant: nigram fœminam. Ferunt mala [ma]lanarum nucum magnitudine. Mandragoram fossuri ab aduer[so] vento cauent, & Occasum spectant. Vis eius in poculo somnifera, ac etiam olfactu. Colum. *lib. 10.* Mandragoræ pariat flores. De hac [her]ba vide Plin. *lib. 25. c. 13.*

‖ Mandratur, cauillatur. Isid. gl. ‖

Mandreni, & Mandianitæ, μανδρηνοὶ καὶ μανδιανῖται, Populi Arabiæ. V[tun]tur autem Arabes duobus his typis gentilium. Stephan.

Māndro, fuit nauicularius quispiam, qui aspirante fortuna, tandem fa[ctus] ctus est Imperator: vnde etiam factus adagio locus in eos, qui præ[ter] meritum ad opes euecti, pristinæ conditionis non meminerunt.

Māndrŏpŏlĭs, μανδρόπολις. Oppidum est Phrygiæ àquo Gentile Mandro[po]polites μανδροπολίτης, Steph.

‖ Mandualis, cancellus, qui desuper tumulum stat. Cod. legum antiq.

Mandŭlus, census clausuræ horti. Pap. ‖

Mandurium μανδύριον. Oppidum Iapygiæ, hoc est, Apuliæ: à quo fit g[en]tile Mandurinus. Steph.

‖ Mandya, vestis militaris genus. Poll. ‖

Mānĕ, {בקר *bóker* πρωΐ, ἕωθεν. GALL. *Le matin, au matin* ITAL. *La [matti]na* GERM. Morgenfrū. HISP. *La mañana* ANGL. *The morning, ea[rly.]*} Diei principium, quum dies clarus est: ab omine boni nominis. [Ma]num enim veteres bonum dicebant, vt ait Seruius Teste autem N[onio] Manum veteres clarum dixêre. Macrob. *lib. 1. Saturnaliorum,* […] ¶ Mane dictum esse à Manibus, quòd exordium lucis ab inferio[ribus] partibus emergat. Varro à manando deriuat, quòd cum Sole ma[net] dies ab Oriente. Hinc Manij & Lucij, qui nati sunt manè, & luce. ¶ Iunctum inuenitur sæpè adiectiuis, migrátque in nomen substantiuum Martial. *lib. 1.*

Sed manè totum dormies,

Persius *Satyr. 3.*

———Iam clarum manè fenestras intrat.

¶ Iunguntur quoque ei aduerbia. Cic. *3. ad Atticum,* Bene manè h[æc] scripsi ¶ Inuenitur iunctum genitiuo: vt, Manè diei Hirc. *de bell. Afr.* Præsertim quum milites à mane diei ieiuni stetissent defatigati. M[a]nè & mani veteres dixerunt, quemadmodum Here & heri, propter cognationem literarum E & I, autore Donato. Seruius mani ablatiuū esse dicit à manè, adducens Plauti exemplum, A mani vsque ad vesperam. Idem, à mane *In Amphitr.* pugnata pugna à mane vsque ad vesperam. Et nisi datur de te supplicium a mane vsque ad vesperam, idem *Mi[l.] sc. 6. a. 2.* Auctio fiet manè diei septimi. Idem *Men. sc. vlt. a. 5.*

MĀNĔO, es, mansi, sum, Commoror, in aliquo loco me contineo. {עמד *hamadh* חנה *chanáh* שכן *scachán* ישב *iaschàb.* μένω. GALL. *Demeu[rer] & s'arrester, ne bouger.* ITAL. *Restare remanere* GERM. Bleiben/sich [in] einem ort halten. HISP. *Quedar.* ANGL. *To tarie, to abyde.*} Cic. *lib. 3. Offic.* Cyrillum quendam suadentem vt in vrbe maneret. Virg. *1 Æneid.*

———Manet imperterritus ille,
Hostem magnanimum opperiens.

Quandoque expectare ἀναμένειν, περιμένειν. Plaut. Ego hîc te manebo. Quandoque futurum esse instare imminere. μένειν. Cic. *2. Phili[pp.]* Cuius te fatum sicut Curionem, manet. hoc est, cuius fatum tibi imminet, sicut Curioni. Quandoque inhærere, fixum esse. Virg. *1 Æneid.*

———manet alta mente repostum
Iudicium Paridis.

¶ Quandoque durare, persistere, perstare, Terent. *in Hecyr.* Manere affinitatem hanc inter nos volo si vllo modo possit, quod spero fore. ¶ Manere promissis idem quod stare promissis Virg. *2. Æneid.*

Tu modò promissis maneas, seruataque serues
Troia fidem.

¶ Mane, gaudentis aliquando particula, non opperiri iubentis, inqu[it] Donatus. Terent. *in Adelph.* Si quidnam foris crepuit? s[ed] mane, ipse ex[it] foras. Mane, manè, ecca exit. Plaut. *Men. sc. 2. a. 1.* Hinc intrò abeam Mane. (reuocantis) *ibid. sc. 2. a. 2.* Mane suffundam aquulam. i. [pro]cedere egredere, idem *Curc. sc. 3. a. 1.* Nunc te nox, quæ me mansisti […] Idem *Amph.* Quid faciam, maneam, an abeam? Idem *Curc. sc.* […] Quin tu hîc manes? A. Mox si voles manebo. (ambiguè de mortu[o quia] abire non poterit.) Idem *Asin. sc. 3. a. 3.* Etiam parasitum manes? […] pectas. Idem *Men. sc. 4. a. 2.* lecti sedendo dolent manendo medi[…] *Ibid. sc. 3. a. 2.*] ¶ Huius composita sunt, Commaneo, emaneo, emi[neo,] immineo, obmaneo, permaneo, præmineo, promineo, de quibus suis [lo]cis. Maneri, Impersonale. Cic. *Attic. lib. 8.* Id si est, in Italia forta[sse] manebitur.

‖ Maneries, conditio, sors, ratio. ‖

Mansurus, Particip. vt, Vrbs mansura. Virg. *3. Æneid.*

Mānsĭ[o]

at vnde emisti? Et milit. sc. 1. a. 1. Me sibi habeto, & ego me illi mancipio dabo. Ex hoc loco facilè intelligitur quid sit mancupio dare & accipere, inquit Passer. Lucret. lib. 3.

Vitaque mancipio nulli datur,

est, nulli ita datur, vt propriam ac perpetuam habeat. Nihil dat fortuna mancipio. Senec. Epist. 73. Mancipio non dedit natura eum, sed commodauit. Idem cap. 10. de consol. ad Polyb. Item Mancipiorum negligens domina fortuna. ¶ Sui mancupij esse est nullius dominio subiectum esse. Brutus ad Ciceronem, Quærendū esse arma putasti, quibus dominari prohiberentur Antonius. An scilicet vt illo prohibito roremus alterum, qui in eius locum reponi pateretur, an vt esset ei ius, & mancipij Regis Republica? Quo loco Sui mancipij Rempublicam dixit Brutus, quæ nullius dominio subiecta esset antequam Augustus imperium occupasset. ¶ Inde res mancipi, vel (vt antiqui loquebantur) res mancupi dicuntur, quæ in nostro sunt mancipio, hoc est, quæ nostro dominio, iuri, aut potestati sunt subiectæ, quæque modis iure Ciuili institutis, vt mancipatione, in iure, cessione, &c. alienari & distrahi possunt, quales sunt prædia in Italico solo, tam rustica, quàm vrbana, eorúmque iura, item serui, & quadrupedes quæ dorso collóve domantur, veluti boues, muli, equi, asini. Cæteræ res nec mancipi sunt, quoniam modis iure Ciuili institutis alienari non possunt. Hæc ferè Vlp. Instit. cap. 19. ¶ Emptio mancipi, dicebatur solenne quoddam genus emptionis, quod fiebat inter solos ciues Ro. præsentibus non minus quinque testibus puberibus Romanis, & eo qui libram tenebat, Libripensque vocabatur, quibus præsentibus, is qui mancipium accepit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio: isque mihi emptus est hoc ære, æneaque libra. Deinde ære percutit libram: idque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretij loco. ¶ Sunt itaque emptio mancipi, & mancipatio, quasi relata & ἐκ τῶν πρός τι. Nam respectu venditoris contractus hic dicitur Mancipatio: contrà respectu emptoris, dicitur Emptio mancipi. De his latiùs diximus in dictione Libripens. Quod autem attinet ad Grammaticæ rationem, in hisce locutionibus, Res mancipi, vel mancupi, Res nec mancipi, Emptio mancipi, & similibus, Mancipi genitiuus est à Mancipium, abiecta vltima vocali per apocopen: quanquam non desunt qui aut nomen indeclinabile putent, aut datiuum esse à Manceps: qui certè falluntur, vt alibi latiùs docuimus. Huiusmodi emptionis meminit Plin. lib. 33. cap. 3. Qua consuetudine (inquit) in iis emptionibus, quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur.

Mancipo, pas, à nomine Mancipium fieri videtur: idémque est quod in mancipium, hoc est, in dominium alterius trado, vendo, obligo, vel quouis modo alieno. { שבה schabáh מכר machár. ἀνδραποδίζω, λιεμάω, χειρόω. GALL. Se dessaisir & saisir vn autre de quelque possession & droit. ITAL. Mancipare, alienare. GERM. Zu einem aigenthumb gäben/an frömbde hand geben. HISP. Agenar, vender. ANGL. To giue possession and right of any thing to an other. } Plaut. in Curc. Alienos mancipatis, alienos manumittitis, alienis imperatis: Nec vobis autor vllus est, nec vosmet estis vlli. Cicer. Philip. 2. Tum iste venditum atque mancipatum tribunatum consiliis nostris opposuit. Mancipatum emphaticῶs dixit, quod plus est quàm venditum. Compositum est Emancipo, de quo suo loco.

Mancipātus, quoque partic. Addictus in dominium alicuius traditus { שבוי schabúi נשבה nischbáh נמכר nimchár. χειρωθεὶς, ἀνδραποδισθεὶς. GALL. Mis ou vendu entre les mains de son seigneur. ITAL. Venduto, obligato, mancipato, dato ò venduto in seruitù. GERM. Verpflicht/ vnderworffen/ verbunden. HISP. Vendido, apropriado. ANGL. Selled or giuen ouer in the, the power of an other. } Cicer. in Cato. Maior. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, &c.

Mancipatus, huius mancipatus, ἀνδραποδισμός. In mancipatum venire. Plin. lib. 9. cap. 35. de vnione loquens, Et hoc tamen æternæ penè possessionis est, sequitur hæredem in mancipatum, venit vt prædium aliquod, id est, solennitates eæ adhibeantur, quæ solent in iis rebus, quæ sunt mancipi. Budæus.

Mancĭpātio. Est genus venditionis inter solos ciues Ro. vsitatum fieri solitum, solenni quodam ritu, de quo suprà in dictione Mancipium. { שביה schebijáh שבות schebút ממכר mimchár. χείρωσις, ἀνδραποδισμός. GALL. Saisie apres auoir acheté. ITAL. Vendita. GERM. Verkauffung oder vbergäbung zu eigenthumb. HISP. Aquella obra de comprar ò apropriar. ANGL. Selling before witnesse vpon warrantize, felling of landwith seisin. } Mancipatio (inquit Boet. 3. Com. in Topic. Cic.) est imaginaria quædam venditio. Ea res sic agitur: adhibitis nō minus quàm quinque testibus ciuibus Romanis puberibus, & eo qui Libripens dicitur. is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio: isque mihi emptus est hoc ære, æneáque libra. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei, à quo mancipium accipit quasi pretij loco.

Mancus propriè dicitur, qui altera manu caret, mutilatus, imperfectus, ἀπηρὴς χωλός. GALL. Manchot, mutilé. ITAL. Che ha vna mano sola, debole. GERM. Der nur ein hand hatt/ presthaff/ vnvolkommen. HISP. Manco de manos. ANGL. Lame vnperfyte. } Quanquam & pro debili accipitur & pro infirmo, cuius scilicet membrum aliquod naturales suas actiones probè obire non potest. Cicer. pro Rabir. Quintus Scæuola confectus senectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus & debilis. Ouidius 3. Fast.

Et licèt antiquo manibus collatus Epeo
Sit prior, irata Pallade mancus erit.

Transfertur & ad res inanimatas. Cic. 3. de finib. Qui mancam fore putaueruant sine aliqua accessione virtutem.

Mandane, es, μανδάνη. Astyagis Medorum regis filia fuit, quæ patri per quietem visa est tantum vrinæ reddere, vt totam Asiam inundaret. Quare quum ex Magis didicisset fore vt qui ex filia sua nasceretur, filiæ imperium obtineret, Medorum nemini eam tradere voluit vxorem, sed Cambysem quemdam, mediocris dignitatis hominem sibi generum delegit: ex quo quum illa grauida esset effecta, rursus Astyages somniauit, ex filiæ vtero vitem egredi, quæ totam Asiam obumbraret. Quo somnio exterritus, filiam grauidam ad se accersit, filiúmque ex ea natum cuidam ex intimis familiaribus, Harpago nomine, tradit necandum. Qui quum per se ipse tam triste ministerium nollet exequi, Mitridati regio pastori negotium illud committit. Huic vxor erat nomine Spaco, quæ sub idem ferè tempus mortuum enixa erat partum. Quare quum regium puerum intueretur forma insigni præditum, eum pro suo educauit: qui postea ab auo agnitus, & in Persidem ad matrem remissus, vbi primùm adoleuit, Harpagi instinctu Astyagi bellum intulit, eúmque in prælio captum quo ad vixit, penes se habuit. Vide Herodot, lib. 1.

Mandanes, μανδάνης, Gymnosophista fuit insignis apud Indos, quem quum Alexander per internuntios ad Iouis filij epulum vocari iussisset, & parenti amplissima præmia, detrectanti verò grauissimum proponeret cruciatum, constantissimè ferunt respondisse: nec illum Iouis filium esse, nec magnæ parti terrarum imperare; necesse illius donis permoueri, cui nulla esset satietas, nec minas pertimescere, quòd viuenti India abundè multa esset suppeditatura: mortem verò tantùm abesse vt formidaret, vt multis etiam votis eam expeteret, quæ se se marcida senio carne liberatum, in puriorem melioremque vitam vindicaret. Vide Strab. lib. 15.

Mandaræ, μανδαραί. Oxytonum, pars Cyri Macedoniæ: Incolæ μανδάραι, paroxytonum. Steph.

Mandianitæ, vide *Mandreni, & Madian.*

Māndātārĭus, Mandatum, vide *Mando.*

Māndĭbŭlă, læ, in qua dentes sunt siti, quæ & Maxilla dicitur. { לחי léchi. γνάθος, γένυς. GALL. Maschoire. ITAL. Mascella. GERM. Ein kinbacken. HISP. La quixada, assientos de los dientes. ANGL. The iawbone, orcheekbled. } Sunt autem duæ mandibulæ, superior scilicet, & inferior, à mandendo.

|| Mandibularij, manducatorij, mansorij musculi è corporibus orientes. L. M. ||

Mandiburgus, quod & Mamburgus, curator, aduocatus: Mamburgium, curatio. Vox est feudistarum; vetus Germanica. Vide Mamburgus.

MĀNDO, das, Committo. { הפקיד hiphkidh. παρατίθημι, παραδίδωμι. GALL. Mander, bailler charge ou commission. ITAL. Commettere, imporre. GERM. Befelhen/ vbergeben. HISP. Mandar. ANGL. To giue in charge or commandement. } vt quum quid memoriæ mandatur, committúrve, vt memoriter teneatur. Liu. 3. Heren. Quoniam nuperrimè dictum facilè memoriæ mandatur, vtile est, quum dicere desinamus recentem aliquam relinquere in animis auditorum, firmam argumentationem. Gell. Memoriæ mandatum, Platonem philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse. Cic. pro Sext. Hæc fama celebrantur, monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. Nam mandare monumentis, aut annalium, aut literarum, est scribere, & posteritati relinquere. Aliquando vtrunque coniungimus, Mandare aliquid memoriæ & literis. Idem 2. Philipp. Quid huic facias, qui hoc literis, memoriæque mandauit. Lactant. lib. 6. O ingenia hominibus indigna, quæ has ineptias protulerunt, miseros atque miserabiles, qui stultitiam suam literis, memoriæque mandauerunt. Est etiam Mandare memoriæ, in memoria figere & ediscere: quod etiam dicitur animo mandare. Cic. de Amic. Cuius disputationis sententias memoriæ mandaui. ¶ Mandare terræ semina: idem est quod seminare. Colum. lib. 3. Semina quam recentissima terræ mandare conuenit. Interdum Mandare ponitur pro committere, iniungere. { צוה tsiuuáh παραγγέλλω, ἐπιτίθημι. } Plaut. in Curc. Mandatum est mihi, vt has tabellas ad eum ferrem. Terent. in Adelph. Huic mandes, si quid rectè curatum velis. Sic Plaut. Asin. sc. 1. a. 1. Eidem homini si quid rectè curatum velis mandes. Mandaui vt illi daret operam. Idem Curc. sc. 3. a. 2. Quid fecisti? L. Quod mandasti, feci, tui honoris gratia. Ibid. sc. 3. a. 4. Mando quasi manui, vel in manum do, quo sensu etiam ponitur, pro tradere. Terent. Andr. Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei. Hanc mihi in manum dedit. Plaut. Men. sc. 2. a. 5. Ludibrio habeor. Vnde? Ab eo cui me mandauisti viro. Item, Mandare domesticis vltionem. Sueton. in Calig. c. 38 Et mandare alicui excusationem, *Donner charge de s'excuser.* Idem in Othon. c. 6. Alij febrem simulasse aiunt, eámque excusationem proximis mandasse, si quæreretur. Mandare suis aliquà moriendo, Ouid. Eleg. 2. lib. 1. Trist. Hoccine mandauit tibi cum peregrè iit senex. Plaut. Most. sc. 1. a. 1. Mandatum est mihi, vt has tabellas ferrem. (i. imperatum.) Idem Curc. sc. 1. a. 3. Satin' habes si mandata quæ sunt facta refero? Idem Capt. sc. 3. a. 2. Et à manu danda manasse constat, quod in dandis accipiendísque mandatis manus sibi inuicem dare mos erat. ¶ Mandare in vltimas terras, est mittere, ablegare, amandare. ¶ Mandare animis, & mentibus, est memoriæ committere, & memoriæ tenere. Cic in Catil. Attendite quæso, diligenter quæ dicam, & ea penitus animis vestris mentibúsque mandate. ¶ Mandare fidei alicuius, est committere eius fidei. ¶ Mandare se fugæ, est fuga salutem sibi quærere. Similiter mandare vitam fugæ, est fugiendo vitam seruare, & tueri. ¶ Mandare literis, est scribere. ¶ Mandare aliquem humo, est humare, sepelire. ¶ Mandare tumulo, idem. ¶ Mandare vinculis, est vinculis addicendum censere. Cic. in Catil. in Senatu. Cæsar non dubitat P. Lentulum æternis tenebris vinculísque mandare. ¶ Mandare versibus. Est carmine aliquid conscribere: apud eundem pro Archia. ¶ Item mitto, vel scribo,

Carmina quæ mando qualiacunque legas,

Ouid. Eleg. 6. lib. 1. Trist. ¶ Mandare honores alicui est honores tribuere. ¶ Mandare magistratum, est decernere. Cic. pro Planc. Populus in mandandis magistratibus non inanis est dignitatis iudex. Cæsar 3. de bell. ciu. Mandauerat his magistratus. ¶ Mandare curam, vel curas aliis, est eas aliis relinquere, siue committere. Mandare infra mortuos, pro mittere & ablegare dixit Cic. pro Quint. Is non modò ex numero virorum exturbatur, sed, si fieri potest, infra etiam mortuos mandatur. ¶ Mandare vetustati, est posteritati relinquere. ¶ Composita huius verbi sunt, Amando, Admando, Commendo, Demando, Præmando, & Remando, de quibus suis locis.

Māndātor, verbale, qui alteri mandatum aliquod iniungit. { מצוה metsauvéh. ἐντειλάμενος, παραθέτης GALL. Qui donne charge ou commission de faire quelque chose. ITAL. Chi commette ad alcuno vna impresa. GERM. Ein befelcher/ heisser. HISP. Mandador, el que manda. ANGL.

Mānsĭo, onis, à Maneo. { מעמד mahamádh עמידה ʿemdáh מושב moschâ. GERM. Ein bleibung/ wohnung. ANGL. A taryng, abyding. } Actus ipse manendi, aut quiescendi in alio loco: cui contrarium est Decessio. Cic. *ad Sulpit lib.* 4. Is mecum sæpè de tua mansione, aut decessione communicat. ¶ Ponitur etiam pro stationibus in quas se milites expeditionis tempore quiescendi causa recipiebant, quæ annonis & pabulis ex vicinorum collatione instruebantur. Sueton. *in Tit. Vespasian. c.* 19. Deinde ad primam statim mansionem febrim nactus, quum inde lectica transferretur, &c. ¶ Ponitur quandoque pro itinere vnius diei. { מסע *massah.* } Plin. } *lib.* 12. *cap.* 14. Mansionibus octo stat regio thurifera à monte excelso. Idem *lib.* 6. *c.* 23. A Copto camelis itur aquationum ratione mansionibus dispositis.

‖ Mansionarius, a, um, manens vel ad manendum pertinens. Vetus Vocab.

Mansionatici, hospitum susceptiones, seu susceptores. Cod. legum antiq.

Mansionaticum, hospitij, seu mansionis expensa. vnde Mansionaticus. L. I. ‖

Mānsito, as, Maneo frequentiùs & crebriùs. Διαμένω πολὺς μένω GALL. *Demeurer souuēt.* ITAL. *Molto & spesso dimorare.* GERM. Offt vnd dick bleiben oder wohnen. HISP. *Quedar muchas vezes.* ANGL. *To tary or abyde often.* } Tacit. *lib.* 13. Quippe mansitasse vnà conuincebatur. Idem *lib.* 14. Quum vetere ex more familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitauerat, ad supplicium agi oporteret. Plaut. *Amphitr. sc.* 3. *a.* 4. statim in principio: Olim est auditum, mutatos Atticos in Arcadia homines, & sæuas belluas mansitasse, nec vnquam denuò parentibus cognitos. Mansito, à Mando, mandis. Vide *Mando, is.*

Manes, ium, Seruius putat per antiphrasim dictos ab antiquo nomine adiuncto, manus, mana, manum, quod pro bono veteres in vsu habebant, tanquam qui minimè bono esse hominibus crederentur. { מתים *methim.* δαίμονες. GALL. *Les esprits & ames des trespassez.* ITAL. *Anime infernali.* GERM. Die Gaister der abgestorbnen/ oder die gaister so bey der abgestorbnen gräber stehn. HISP. *Animas de muertos.* ANGL. *The spirites and ghostes of the dead.* } Putabant enim veteres Manes esse deos inferos, eósque inter numina læua numerabant: placabántque eos sacrificiis, ne nocerent. Alij putant hoc nomine appellatas fuisse animas separatas à corpore: vnde videmus vestuta sepulchrorum monumenta Diis manibus esse inscripta. In qua etiam sententia videtur fuisse Apuleius *de dæmonio Socratis.* Manes (inquit) animæ dicuntur melioris meriti, quæ in corpore nostro genij dicuntur, corpori renuntiantes. Lemures, quum domos incursionibus infestarent, Laruæ appellabantur: contrà si æqui & fauentes essent, Lares familiares. Sunt etiam qui putent Manes eosdem esse quos vetustas Genios appellauit: duósque Manes corporibus ab ipsa statim conceptione assignatos fuisse, qui ne mortua quidem corpora deserant: consumptísque etiam corporibus, sepulchra inhabitent. Quare qui sepulchra demoliebantur, Deos manes violare putabantur. Cic. 2. *de legibus*, Deorum manium iura sancta sunto. Plaut. *Amphitr.* Quem si compereto, Telebois sacrificabo manibus. Atque eandem ob causam Manes pro ossibus ipsis, & sepulchris ponuntur. Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Parce precor, manes solicitare meos.

Ibidem, simulachra, cineres, ossa, busta. In quo significatu etiam Liu. *lib.* 1. *bell. Maced.* Quintil. Iuro per illos manes (filij) numina doloris mei. Item,

Perque feros manes hospita semper erit.

(id est, Sarmaticas inter vmbras.) Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Persius *Satyr.* 1.

——Nunc non è manibus illis

Nascuntur violæ?

Vbi Cornutus, Manes pro ossibus Persium posuisse scribit. Idem *Sat.* 5.

Indulge genio, carpamus dulcia nostrum est

Quòd viuis: cinis & manes, & fabula fies.

¶ Quandoque Manes dicuntur pœnæ. Virg. 6. *Æneid.*

Quisque suos patimur manes.

Vbi Seruius, Manes, id est, supplicia, quæ sunt apud manes. ¶ ‖ Manes lædere, est offendere animas defunctorum: vt violatione sepulchri aut aliis ingratis rebus sed nos Christiani fugiamus has impuras phrases. ¶ Manes pro loco manium, quem fingebant h. e. sepulcro, vbi ordinariè eos habitare opinabatur malè credula gentilitas. Pers. *sat.* 1.

——— nunc non è manibus illa,

Nunc non è tumulo fortunatáque fauilla

Nascentur violæ?

Idem *sat.* 5. dicit,

——— cinis & manes & fabula fies.

hoc est, corpus tuum crematum, (pro more veterum) mutabitur in cinerem, anima exuta erit corpore, & non amplius eris homo. Horat. lib. 4. od. 6. ait:

Iam te premet nox, fabulæque manes.

Est tenebrosa oratio de re tenebrosa: plena implicatorum troporum. ¶ Manes pro pueris. Virg. Æneid. 6.

——— Quisque suos patimur manes. ‖

Mānēs, μάνης, Hæresiarcha fuit, tempore Aureliani Cæsaris, genere Brachmanes, tantæ dementiæ, vt se Spiritum Paracletum esse assereret à Christo promissum, à quo Manichæorum secta fluxisse traditur. Hic tandem à Persarum rege, quòd eius filium, quem repulsis omnibus medicis sanandum susceperat, interemisset, viuus excoriatus est. Autor Suid.

Manesis, fluuius, siue potius torrens, Locrorum Epicnemidiorum, Thronion præterfluens: interdum tam exiguus, vt transeuntis vix tingat pedes: interdum tam latus, vt in bina diffundatur iugera. Alio nome Boagrius appellatur. Vide Strab. *lib.* 9.

Manēsium, μανήσιον, Phrygiæ oppidum, à diuite quodam, cui Manes nomen fuit, ita appellatum. Steph.

Manethus, vide paulo antè *Manetus.*

Manethusa, vrbs Cretæ insulæ. apud Pomp. Melam *lib.* 2.

‖ Manganarius, μαγγανάριος, qui facit mangana, instrumenta bellica.

Manganula, μαγγάνεια. Gloss. præstigiæ sunt. ‖

Māngōnes dicti sunt magistri formæ puerorum, & mentiendi coloris artem præcallentes, qui homines vendebant. { σωματέμποροι, ἀνδραποδοκάπηλοι. GALL. *Fardeurs, regrateurs, maquignons.* ITAL. *Venditori & mercatanti d'huomini.* GERM. Auffmutzer vnd verkauffer der Menschen/ oder pferdt vnd anderer dingen/ die man außbutzt/ außstreicht vnd ziert auff den kauff. HISP. *Pregoneros que venden esclauos.* ANGL. *VVhich painte and sett out old thinges to sell the deraras horse coursers, huesters.* } Solebant enim pueris puellísque, quo faciliùs vendi possent, artificio quodam inducere colorem fuco, ac verum robur inani sagina mentiri, vt cariùs venderent. Martialis,

Millia pro puero centum me mango poposcit.

Sueton. *in Domit.* Castrari mares vetuit: spadonum, qui residui apud mangones erant, pretia moderatus est. Idem *August. c.* 69. Adultas ætate virgines denudare tanquam Thoranio mangone vendente. De mangone & nouitio puero per rostra iacto, & publicanis. Quintil. *in declam.* Mangones vitia vænalium occultant. Senec. *Epist.* 81. Mangonum periphrasi, negotiatores mancipiorum. Quintil. Plinius, Thynni sanguine oblitos pueros pubescere negant Mangones. ¶ Aliarum quoque rerum Mangones dicuntur, qui merces poliunt, atque interpolant vt pluris vendant Vide Plin. *lib.* 36. *c.* 13. Decussi fragmenti paululum, quod in lamina ferrea teratur, efficacissimum, experimento excusant mangones gemmarum. ¶ Nec mares tantùm, sed etiam fœminæ, Mangones vocantur. Plin Mango obstetrix erat.

Māngonizo, as, Orno, compono rem ad alliciendos emptores. { μαγγανεύω, σωματεμπορῶ. GALL. *Regratter, rabiller, farder.* ITAL. *Ornare le cose accio che piu facilmente se vendano* GERM. In dem kauff auß butzen/ aufmutzen/ mangen. HISP. *Afeytar lo que se vende* ANGL. *To paint old thinges and sett y ame out.* } Plin. *lib.* 23. *c.* 1. Succus radicis vitis nigræ, cum eruo, lætiore quodam colore, & cutis teneritate mangonizat corpora. ¶ Hodie etiam mangonizantur panni siue linei, siue lanei. ¶ Quin & equos mangonizatos vænire videmus. Hos Græci ab equis comendis ἱπποκόμους vocant.

Māngōnĭcus a, um, quod ad mangonem pertinet. { σωματεμπορικός. GALL. *Appartenant à fardeur, frippier, ou regratteur.* ITAL. *Cosa pertinente à tale venditore.* GERM. Das zu einem gehört der alte oder sunst vngeschaffne ding zu dem kauff außbutzt. HISP. *Cosa perteneciente à pregoneros.* ANGL. *That belongeth to an huester or lyk man.* } Plin. *lib.* 21. *c.* 26 Radix hyacinthi bulbacea, mangonicis venalitiis pulchrè nota, quæ in vino dulci illita, pubertatem coërcet, & non patitur erumpere. Sueton. Necessarióque ad magonicos quæstus sustinendæ dignitatis causa descendit.

Māngōnĭum, ij, Artificium quod ad res faciliùs vendendas adhibetur { μαγγανεία, σωματεμπορεία. GALL. *Fardemēt. desguisement, regratement, fripperie.* ITAL. *Acconciamento, & rabellimento di cose vechie per meglio venderle.* GERM. Mangmeysterey / die kunst deren dingen so man verkauffen will ein farb anzustreichen/ vnd außzubutzen. HISP. *El afeyte de lo que se vende.* ANGL. *Painting or setting out of old lhinge.* } Plin. *lib.* 10. *c.* 50. Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet, hîc clune, alibi pectore tantùm gallinarum laudatis.

‖ Mani, idem quod manè. ‖

Mănĭæ, maniarum, μανίαι, Deformes personæ, autore Festo. ¶ Manias item laruas, quas nutrices pueris minitari solent appellant. ¶ Item Mania dea, Larium mater, cui olim sacrificabant. ¶ Maniæ etiam dicebantur ficta quædam ex farina in hominum figuras, quòd deformes essent, quas etiam Maniolas appellabant. Autor Festus.

Mănĭă, æ, Insania, furor. { שגעון *schighphaʿon.* μανία. GALL. *Troublemēt d'esprit, folie.* ITAL. *Turbamento d'animo, pazzia.* GERM. Vnsinnigkeit. HISP. *La locura.* ANGL. *Madnesse woodnesse.* } Cic. 4. *Tusc.* Græci μανίαν vnde appellent, non facilè dixerim: eam tamen ipsam distinguimus nos melius, quàm illi. Hanc enim insaniam quæ iuncta stultitiæ patet latiùs, à furore disiungimus. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo: quem nos furorem, melancholiam illi vocant: quasi verò atra bili solùm mens, ac non sæpè, vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Aiacem, Orestem furere dicimus. Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum vetant duodecim Tabulæ. Itaque non est scriptum, Si insanus, sed, Si furiosus esse incipit. Stultitiā enim censuerunt, id est, incōstantiam sanitate vacantem, posse tamen tueri mediocritatem officiorum & vitæ communem cultum, atque vsitatum. Furorem autem esse rati sunt mentis ad omnia cæcitatem, quod maius est quàm insania, &c.

‖ Maniaces, monile, torques. Suid. ‖

Mănĭcă, æ, Pars vestis qua manus teguntur. { χειρίς. GALL. *Manche gam, gantelet.* ITAL. *Manica.* GERM. Ein ermel an einem kleid. HISP. *Guante de la mano, ò manga de la vestidura.* ANGL. *A sleeue, a maniecle.* } Virg. 9. *Æneid.*

Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.

¶ Hinc manicata vestis, quæ manicas habet: quas velut probrosas, & minimè viriles notat poëta, quòd prisci Romani breues, & circa humerum desinentes vestes primò gestauerint, Cic. *in Catil.* Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videris, manicatis, & talaribus ac tritis tunicis, velis amictos, non togis. ¶ Manicæ etiam dicuntur manuum vincula, quemadmodū Pedicæ, vel Compedes, vincula quibus pedes ligantur. { אזקים *azikim.* πέδαι. } Virg. 2. *Æneid.*

——— manicas atque arcta leuari,

Vincla iubet Priamus.

Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Iniicite huic manicas mastigiæ. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Vbi manus manicæ complexæ sunt. ¶ Aliquando etiam Manicæ per translationem dicuntur vincula nauium. Lucanus,

Ast alias manicæque ligant teretésque catenæ.

¶ Item Manicæ, thecæ sunt ex ferro, quibus brachia & manus contra hostium iniurias muniuntur. Iuuenalis,

Quale decus rerum, si coniugis auctio fiat.

Balteus, & manicæ, crista crurisque sinistri

Dimidium tegmen.

Brasseletum Gallicum vulgus appellat. ¶ Et Manicæ dicuntur, quibus aduersum vim frigoris manus muniuntur, χειρῖδες. Plin. iunior *ad Marcum*, Ad latus notarius cum libro, & pugillaribus, cuius manus, hyeme manicis muniebantur, vt ne cœli quidem asperitas vllum studij tempus eriperet.

‖ Manicare, per manum tenere. Item frequenter manere. Sol manicat, radios emittere incipit. ‖

Mănĭcātŭs, a, um quod habet manicas. { ὁ χειριδωτός. GALL. *Qui a manches.* ITAL. *Chi a maniche.* GERM. Das ermel hatt. HISP. *Cosa de largas mangas.* ANGL. *That hath sleeues or manicles.* } vt Manicata tunica. Cic. *in Cat.* Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videris, manicatis, & talaribus tunicis, velis amictos, non togis. Colum. *lib.* 11. *c.* 1. Quæ vtraque prohibeatur optimè pellibus manicatis & sagatis cucullis.

Manichæi, Hæretici, vide suprà *Manes.*

‖ Maniclauium, manualis claua, aclis. ¶ Etiam pro flagello & bacillo accipitur Græcis poster. μαγκλάβιον. vide Gloss. Græcob. Meurs. ‖

Manico, as, Festinare, manè ire, manè consurgere, vel manè conuenire: & dicitur à manè. Quædam glossa dicit super illud *Luc.* 21. Omnis populus manicabat ad eum, i. manè venire accelerabat. Et producit primam.

Mănĭcōn, μανικόν. Sthryemi herbæ species est, quam si quis drachmæ pondere sumpserit, variæ species ac lætitiæ plenæ animo obuersantur: quod pondus duplo maius mentis excessum triduo affert, triplo mortem. Alio nomine Dorycnion appellatur, quòd cuspides in præliis eo tingerentur. Vide Plin. *lib.* 21. *c.* 31. Ea putatur esse, quæ hodie in officinis *Solatrum mortale* appellatur.

Mănĭcŭlă, æ, diminutiuum, Parua manus. { χειρίον. GALL. *Petite main.* ITAL. *Piciola mano.* GERM. Ein hendlin. HISP. *Pequeña mano.* ANGL. *A litle hand.* } Plaut. *in Rud.* Duæ connexæ maniculæ & secula. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Maniculà mamma opprimitur. ¶ Manicula item dicitur transuersa regula in stiua aratri, ita dicta quòd manu bubulci teneatur. Autor Varr. *lib.* 4. *de L.L.*

Manuductus, μεσόχορος Gloss. qui in medio choro stans manuum plausu signa dabat. an *Manuductor*, aut potiùs *manudoctor*. ‖

MĂNĬFĔSTVS, a, um, adiectiuum, clarus & apertus: ab antiquo adiectiuo Manus, quod clarum significabat, (teste Nonio) & verbo Facio. Vel à manu ferendo, vt Infestus ab inferendo. Vnde manifestus fur, quasi manibus furtum ferens deprehensus. גלוי *ghalúi.* δῆλος φανερός. GALL. *Manifeste, clair, & euident.* ITAL. *Manifesto, chiaro, aperto.* GERM. Offenbar/heiter. HISP. *Cosa manifesta y clara.* ANGL. *Manifest, cleare, plaine.* } Cic. 4. *Verrina*, Manifestis in rebus hominem iam teneri videbitis.

Hei mihi cur nimium quæ sunt manifesta requiro?

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Iungitur pulchrè genitiuo: vt Manifestus sceleris, aut mendacij: cuius scelus, aut mendacium omnibus palàm est. Salust. *in Iugurtha*, A Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti, &c.

Quid facerem per quod fierem manifesta doloris,

Ouid. 5. *Fast.* Furti manifesti, & nec manifesti, siue manifesto furto prehensorum pœna, & quid sit Gell. *c.* 18. *lib.* 11.

Mănĭfestē, aduerbium. Palàm, perspicuè, clarè, non obscurè. { φανερῶς. GALL. *Manifestement, clairement, euidement.* ITAL. *Manifestamente, chiaramente, apertamẽte.* GERM. Offentlich/ klärlich. HISP. *Manifestamente, y claramente.* ANGL. *Clearlie, plainelie.* } Cic. *in Catil.* vt tota res à verbis manifestè deprehenderetur.

Mănĭfestĭssĭmè, Scæuola *D. lib.* 33. *tit.* 2. *l.* 32. Nisi manifestissimè probetur, aliud testatorem sensisse.

Mănĭfestō, aduerbium eiusdem significationis. Cic. *pro Cluent.* Oppianici facinus manifestò compertum, ac deprehensum. Prehensus in furto, & manifestò verberatus, Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Quid cum manifestò tenetur? Anguilla est, elabitur. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Haud hominem manifestò teneo. *Ibid. sc.* 7. *a.* 4. Manifestò teneri hominem magis non vidi. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4.

Mănĭfesto, as, verbum, Palàm facio. { גלה *ghaláh.* φανερόω. GALL. *Manifester, declarer.* ITAL. *Manifestare, dichiarare.* GERM. Eröffnen/entdecken. HISP. *Manifestar y declarar.* ANGL. *To manifest, to mak plaine.* } Hoc vtitur frequenter Iustinus histor. vt *lib.* 41. Hoc etiam ipsorum vocabulo manifestatur. Ouid. *lib.* 13. *Metam.*

Insidias prodet Manifestabitque latentem.

Mănĭfestārĭŭs, manifestaria, manifestarium, Manifestus. { גלוי *ghalúi.* δῆλος, φανερός. GALL. *Manifeste, clair.* ITAL. *Manifesto.* GERM. Offentlich. HISP. *Manifesto y claro.* ANGL. *Manifest, plaine.* } Vt, Res manifestaria. Plaut. *in Milite*, Mitte Sceledre: manifestaria res est. ¶ Fur manifestarius, αὐτόφωρος, vel Adulter manifestarius, qui in ipso furto, vel adulterio deprehensus est, καταφωρος μοιχός. Idē *in Aul. sc.* 4. *a.* 3. Capio fustem, obtrunco gallum furem manifestarium. Gell. *c.* 7. *lib.* 1. Ne vt in Plauti Comœdia Mœchus, ita in Ciceronis oratione solœcismus esset manifestarius. Et Plaut. *Mil. sc.* 5. *a.* 2. (de stupro, siue furto loquens) manifestaria res est, inquit. Dicitur quoque manifestarium pignus pro manifestè & disertè obligatum. Paulus *l.* 6. *D. in quibus caus. pign.* Est differentia obligatorum propter pensionem, & eorum quæ ex conuentione manifestarij pignoris nomine tenentur.

‖ Manifex, manum dans. Gloss. Isid. tanquam, qui manum facit. ‖

Manilius Octauius, à quo Manilij fluxêre: is Tusculanorum dux, & Tarquinij gener, ad quem ille post fugam se recepit, eiúsque auxilio Romanis intulit bellum. Liu. *lib.* 1.

‖ Maniolæ, imagines deformes, quibus terrentur pueruli. ¶ Idem ‖ Insulæ ex aduerso Indiæ extra Gangem, in quibus tradunt nauigia, quæ clauos ferreos habent, detineri, nec vlterius progredi, nequando lapis Herculeus, qui circa ipsas gignitur, illa ad se trahat. Eas tenent Anthropophagi, Manioli dicti: sicuti scribit Ptol. *lib.* 7.

MĂNĬPVLVS, i, à manu fit, & propriè significat manualem herbarum fasciculum, quem manu quis apprehendit metendo. { אלמה *alummáh* עמיר *ãamir.* δράγμα, ἐγκαλίς. GALL. *Vne poignée, vne iauelle, vn boteau.* ITAL. *Manipolo, brancho d'herbe.* GERM. Ein büschele so groß als es einer in der hand fassen mag/ein handuol. HISP. *El manojo de hierua.* ANGL. *A bottell an handfull.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 28. Iustum est vna opera iugerum in die desecari, alligaríque manipulos tria millia ducenta, quaternorum pondo. Manipulos fœni hîc vocat Plinius, quos nostri *Batellos* vocant, inquit Budæus. ¶ Ponitur etiam pro exigua militum manu, quæ vnum sequitur signum. { λόχος, μανίπλος. GALL. *Vne chambrée de dix homme de guerre.* ITAL. *Manipolo.* GERM. Ein burß oder pott kriegsleutt. HISP. *Seña de cada esquadra.* } Et in legione quidem erant triginta manipuli. Dictus manipulus (vt inquit Varro) quod vnà plures militum manus iunguntur. ¶ Seruius docet manipulos esse signiferos, quòd imperante Romulo, quum Romani & Latini sub vno centurione bellum aggressuri essent, manipulo herbæ hastæ alligato pro signo veterentur. Ouid. 3. *Fast.*

Pertica suspensos portabat longa maniplos,
Vnde maniplaris nomina miles habet.

At Veget. *lib.* 2. scripsit manipulum vocari contubernium decem tantummodò militum sub eodem tentorio degentium, quòd coniunctis manibus dimicabant. Terent. *in Eunuch.* Cedò alio: vbi centurio est Sanga & manipulus furum? hoc est manus militum. Manipulus quid, & manipulares. Plutarch. *in Rom.* In legione (inquit Gell. *c.* 4. *lib.* 16. Sunt Centuriæ sexaginta: Manipuli triginta: Cohortes decem. Miles pulchrè centuriatus es extincto in manipulo. Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. ¶ Inde Commanipulones, qui in eodem manipulo sunt, & Commanipulatio, quibus nominibus vtitur Spartianus. Manipulus quoque est militis tegumentum manus. Quare valdè importunos & gnauiter imperitos esse eos necesse est, qui hoc vocabulo pro tegumento manus, (quod Græci, χειρῖδα, vel χειρόθηκην vocant) vti recusant. Sueton Sed cùm ad conspectum eius concitus leo impetum fecisset, manum manipulo inuolutam Lysimacus in os leonis immersit, arreptáque lingua feram exanimauit.

Mănĭpŭlārĭs, e, quod ad manipulum pertinet, quódque est de manipulo: vt Miles manipularis, vnus è manipulo: quem & Manipularem absolutè vocabant. { εἷς τῶν στρατιωτῶν, ἐν τοῖς στρατιώταις. GALL. *Qui est de la chambre ou compagnie de dix hommes de guerre.* ITAL. *Della squadra di dieci homini.* GERM. Das zur rot kriegsleut gehört. HISP. *El que esta de baxo de esquadra.* ANGL. *That is of the band of ten souldiours.* } Plaut. *in Mostell.* Conueniunt manipulares: eccos, prædam participes petunt. Cic. *ad Attic. lib.* 9. Et me vna hæc res torquet, quòd non omnibus in rebus labentem, vel potius ruentem Pompeium, tanquam vnus manipularis secutus sim. Cæs. 7. *bell.* Tres suos nactus manipulares, atque ab iis subleuatus, murum ascendit. Quid manipularis. Plutarch. *in Rom.* Ouid. 3. *Fast.* Et Plut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Conueniunt Manipulares. *Ibidem.* prædam participes petunt. Manipulares sequimini me, inquit ductor primi pili, paulò pòst dicuntur eiusdem centuriæ Cæsar. Manipularius, aliud adiect. à manipulo, vt, Habitus manipularius, apud Suet. *in Calig. cap.* 9.

Mănĭpŭlātim, aduerb. Per manipulos. κατὰ λόχον. GAL. *par petites bandes.* ITAL. *Di squadra in squadra.* GERM. Durch alle rotten/rottechtig/mit rotten der kriegsleutt. HISP. *De esquadra en esquadra.* ANGL. *By bandes.* } Plaut. *in Pseud.* Manipulatim mihi Munigeruli facite ante ædes iam hîc adsint. Liu. *lib.* 8 *ab Vrbe*, Et quod antea phalanges similes Macedonicis erant, hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse.

‖ Manit, ædificat. Isid. gloss. ‖

MĂNĬVS, Prænomen est, quo Romanorum quidam appellati sunt, quòd mane nati essent: quemadmodum Lucij dicebantur, qui prima luce nascebantur. Hoc prænomine appellatus est Martius quidam, qui (vt scribit Plin. *lib.* 18. *c.* 5. in summa annonæ caritate populo singulos frumenti modios singulis assibus vendidit. Cornutus *in Pers. Sat.* 1. Manios dici ait homines indecori vultus, quibus pueri terrentur, à manibus fortè, quòd Manes & laruas referre videntur.

Mānlĭānă, vrbs Lusitaniæ, Ptolemæo: vulgò *Mons Maior.* ¶ Manliana item Tuscorum vrbs, Ptolemæo: hodie *Mallianum*, Pontificum villa.

MĀNLĬVS Capitolinus, Prænomine Marcus, Romæ magnæ in primis vir nobilitatis, qui re malè gesta à Consulibus ad Alliam contra Gallos Senones videns in mœnibus vrbis parum esse præsidij, lecta mille iuuenum manu arcem Capitolinam occupauit, & à vi hostium seruauit intactam. A qua tamen ipsa arce, quod in affectati regni suspicionem venisset, postea præcipitatus est: cautúmque est Senatusconsulto, nequis ex Manlia gente Marcus diceretur. De huius fortitudine, vide Plin. *lib.* 7 *cap.* 28. Liuium *lib.* 6. Historiam hanc scribit Seruius, enarrans illud Virg.

In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis.

De eo & eius supplicio vide Plutarch. *in Camillo.* ¶ Fuit & T. Manlius Torquatus, cognomento imperiosus, quòd sæuissimi exempli autor fuerit, filio suo maximæ spei iuuene, quòd contra imperium suum in hostem pugnasset, quanuis pugnatum esset feliciter, virgis cæso, & securi percusso. Atque inde, Imperia Manliana dicta, apud Liu. *dec.* 1. *lib.* 4. De hoc vide Gellium *lib.* 9. *c.* 13. ¶ Manlius Torquatus alius fuit, qui ob ingenij & linguæ tarditatem à patre in prædia rusticana relegatus fuit; patrémque iudicio exemit à Marco Pomponio accusatum, vt scribit Liuius *lib.* 4. *decadis* 1. ¶ Manlius Volso, cuius meminit Liuius *lib.* 8. *de bello Maced.* Cneus Manlius Volso (inquit) Consul in Asia acceptis à L. Scipione copiis, & exercitu lustrato contra Gallogræcos bellum gessit, eísque superatis reuertens, quum in æde Bellonæ triumphum peteret, decem legati, qui cum eo missi fuerant, resistere: inter quos L. Furius Purpurio, & L. Æmilius Paulus dicebant, se legatos Cn. Manlio datos, pacis fœderísque cum Antiocho ineundi gratia: Manlium autem operam dedisse, vt eam pacem turbaret, multósque nobiles viros in exercitu sua temeritate morti obiecisse: vicit tamen amicis atque cognatis suffragantibus, res feliciter gestas, & exercitum integrum reportatum dicentibus, vt triumphus ei decerneretur. ¶ Manlius item alius fuit, proconsul Hispaniæ: cuius meminit Liuius *lib.* 50. Autor Valer. Maximus *lib.* 6. *cap. de seueritate.* ¶ Manlius item Torquatus, alius Ciceronis temporibus vir doctus, ex Rhodia disciplina Molonis, natura ad dicendum nec satis solutus, neque expeditus

expeditus. Cui si vita suppeditasset, sublato ambitu Consul factus esset. Plus facultatis habuit ad dicendum, quàm voluntatis. Itaque studio huic non suffecit. Hæc Cicero. ¶ Fuit præter hos L. Manlius Torquatus, cui etsi non erat (inquit Cicero) oratio, quam Græci politicen dicunt: erant in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam & reconditæ: summa verborum & grauitas, & elegantia: atque hæc omnia vitæ decorabat grauitas: me quidem admodum delectabat. Pædianus autem de eodem sic scribit, L. Torquatus, qui P. Syllam patris competitorem in Consulatu accusauit, qua accusatione & ipse Sylla & collega damnati sunt. Rursus eum accusauit, quòd in coniuratione Catilinæ fuisset: defenditur à Cicerone, cuius extat oratio. ¶ L. Manlius pictor egregius, apud quem quum Seruilius fortè cœnaret, filiósque eius deformes animaduerteret: Non similiter (inquit) Manli fingis & pingis Ad quem Manlius, In tenebris (inquit) fingo, in luce pingo. Author Macrobius. ¶ Manlius, etiam alius fuit cognomento Antiochus, conditione seruus, arte astrologus ac poëta vna cum Plotio poëta mimorum, & Taberio Erote Grammatico conseruus, ex Asia vna naui aduectus, teste Plinio *lib.* 35. *cap.* 17. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine, ex vtero mortuæ matris exectus, quem idem *lib.* 7. *c.* 9. scribit, Carthaginem cum exercitu esse ingressum. ¶ Manlius item Mathematicus, Romæ Augusti temporibus fuit. Huius mentionem facit idem *lib.* 36 *cap.* 10.

Mānlĭānă imperia, dicuntur dura, seuera & crudelia: quemadmodum à Græcis tyrannis & credulitas, φαλαρισμὸς vocatur, Tractum prouerbiū ab historia quam scribit Liu. *lib.* 4. *ab Vrbe*, de Manlio Torquato, qui filium, quòd contra edictum suum cum hoste pugnasset, virgis cæsum securi iussit percuti. Vide Erasmum *in Chiliad.* ¶ Sunt & Matiana, malorum genera ab insitore sic dicta, vt tradit Plin. *lib.* 15. *c.* 14.

‖ Manna, esculentum aliquid, quod celebrant diuinæ literæ, μάννα. ‖

Mānnă, { מן *man.* μάννα δροσομέλι, ἀερόμελι, Gall. *Manne, comme miel qui tombe du Ciel.* Ital. *Māna*, Germ. Miltaw/Himmelbrot. Hisp. *Manna.* Angl. *Heauenly foode called man.* } Manna, Hebraicum, vel certè Syriacum est vocabulum, quo significatur ros melleus matutinus, teste Cælio *lib.* 13. *c.* 56. qui à Corn. Celso Ros Syriacus appellatur. Galenus *lib.* 3. *de alimentis*, autor est, hoc mellis genus copiosissimè colligi in Libano Syriæ monte, eiúsque regionis rusticos expansis humi velleribus, concussísque arboribus plena sæpe fictilia eius roris domum referre. ¶ Manna thuris, μάννα λιβάνου Dioscoridi: Micæ thuris sunt è maioribus guttis, vecturæ concussione elisæ. Omnis enim thuris substantia in antiqua medicina trifariam diuisa fuit, in thus, corticem thuris, & eiusdem manna, quam & pollinem thuris nonnulli appellarunt. A Græcis etiam ὑποσεισμα, à concussu dicitur: nihílque habet commune cum melle Aetio, quod voce ab Hebræis detorta recentiores Manna appellant. Vide Plinium *lib.* 12. *cap.* 14. & Dioscor. *lib.* 1. *cap.* 72.

Mānnī, orum, Equi sunt exigui tolutim vestigia glomerantes: qui & Asturcones ab Asturia regione Tarraconensis Hispaniæ, & Gradarij appellantur. { οἱ μάννοι, τὰ ἱππάρια. Gall. *Cheualets.* Ital. *Caualetti.* Germ. Zelter röslin. Hisp. *Cauallos enanos, y pequeños.* Angl. *A litle ambling naige.* } Horat. *in Epod.*

Et Appiam mannis terit.

Vide Senec. *cap.* 88. Sammonicus *cap. de vulner.* Siue fimus manni. Vide *infrà*.

‖ Mannire, monere: in ll. Veter. Mannita, monitio. ex Germanico Mahnen/ quod est moneo. ‖

Mānnŭlus, li Equinus pullus. { ὁ μάννος, ἱππάριον μικρόν. Gall. *Cheualet, petit cheual.* Ital: *Polledro, caualetto.* Germ. Ein füln. Hisp. *Cauallo, potro, hijo de cauallo.* Angl. *A litle horse or colte.* } Martial *lib.* 12.

Nusquam est mulio, mannuli tacebunt.

Plin. *Epist.* 67. Habebat puer mannulos multos, & iunctos, & solutos: habebat canes maiores, minorésque. ¶ Dicti autem sunt Mannuli, siue, vt est apud Horatium, Manni, quòd mansuetudine manum sequantur: vt scribit Acron. *in illud Horatij lib.* 3. *Carm.*

Si per obliquum similis sagittæ Terruit mannos.

Mannacarta, μαννάκαρτα, vrbs Arabiæ, Gentile Mannacartenis. Steph.

Manneos, μάννεος, Regio media inter fluuios, in qua habitant Arabes, Manneotæ μαννεῶται. Steph.

Mānnvs, filius fuit Tuisconis Dei, aliàs Teutonis, à quo alemanni se dici gloriantur. Vide in *Alemanni.*

Mano, as, are. Propriè destillo & minutatim fluo. { נטף *nataph* נזל *nazal.* μυδάω, ῥέω, Gall. *Sortir, sourdre, couler.* Ital. *Stillare, sorgere, colare.* Germ. Tropfen/ tropfechtig rünnen oder fliessen. Hisp. *Manar como agua de fuente, destilar.* Angl. *To spring, drop, or ruine out.* } Tractum à Græcis, qui μανὸν rarum, & sine densitate appellant. Festus Manare à Manè aduerbio dictum putat, Solísque proprium esse existimat, quum orientes radij splendorem iactare incipiunt: sed frequentiùs ad aquam & ad humores refertur. ¶ Per translationem vsurpatur pro descendere, fluere, procedere. { בא *ba.* πορεύομαι. } Et huiusmodi res, quæ manat, quandoque in nominatiuo ponitur. Virg. 3. *Æneid.*

Tum gelidus toto manabat corpore sudor.

Quandoque in accusatiuo. Plin. *lib.* 14. Arborum succo manantium picem, resinámque aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa feruntur. Liuius *lib.* 10 *d.* 4. Manantia sanguine spolia. Catull. *ad Ortallum,*

——— *Letheo gurgite*

Pallidulum manans alluit vnda pedem.

¶ Quandoque in ablatiuo. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Cultrum ex vulnere Lucretiæ extractum manantem cruore præ se tenens, id est, fluentem, vel stillantem. Quandoque pro disseminari, dispergi, serpere, percrebrescere accipitur, atque id quidem translatè. Cic. 2. *Tusc.* Latius enim manabit hæc ratio, & aliquando maiorem locum, quàm de vno dolore occupabit. ¶ Sic fama, vel rumor rei alicuius dicitur manare, diuulgari, crescere, dilatari, & proferri latiùs. Liu *lib.* 7. *ab Vrbe*, Diuisa enim erant per Campaniæ vrbes, manauerántque à Capua consilia in exercitum omnia. Cic. 14. *Philipp.* Quum vt scitis, hoc triduo, vel quatriduo tristis à Mutina fama manaret. ¶ Sic manat malum, apud eundem *Philipp.* 3. Manantia vlcera, Plinius *identidem*, pro iis quæ serpunt accipit,

vt *lib.* 3. *cap.* 3. Budæus. ¶ Huius verbi composita sunt, Emano, & Permano: quæ vide suis locis.

‖ Manabilis, e, quod manare per aliquid potest, seu penetrare in intima partes. Lucr. *lib.* 1.

Nec capere humorem, nec item manabile frigus,

Nec penetralem ignem, quibus omnia conficiuntur. ‖

Mānālĭs fons dictus, quia aqua ex eo perpetuò manat. ¶ Manalis vrceolus, siue gutturnium. Vas dicebatur ex quo aqua in pollubrum dimittitur. πρόχοος. ¶ Manalis lapis, Ostium est Orci, per quod animæ inferorum ad superos manant, qui dicuntur Manes. Manalem lapidem etiam vocabant petram quandam, quæ erat extra portam Capenam, iuxta ædem Martis, quam quum propter nimiam siccitatem in vrbem protraherent, insequebatur statim pluuia: cúmque, quòd aquas manaret, Manalem lapidem dixêre. Festus. ‖ Fulgentius Placiades de locis obscuris, Labeo, inquit, qui disciplinas Etruscas Tagetis, & Bacchetidis xv. voluminibus explanauit, ita ait, Fibræ iecoris sandaracei coloris si fuant, manales tū verrere est opus petras, id est, quas antiqui solebāt in modū Cylindrorū per limites trahere pro cōmutanda pluuiæ inopia.

Mānŏbārbŭlŭs, Teli genus simile plumbeæ pilæ, quo vtentes milites ipsi Manobarbuli dicti sunt. Hi postea à Maximiano Cæsare, quòd se fortiter in Illyrico gessissent, Iouiniani, & Herculiani dicti sunt. Sipontinus putat esse vocabulum peregrinum. Vide *Martiobarbulus.*

Manon, μάνον Spongiæ genus minus spissum, & mollius, ἀπὸ τοῦ μανότητος hoc est, à raritate appellatum. Plin. *lib.* 9. *cap.* 45. Spongiarum tria genera accepimus: spissum, prædurum & asperum; tragos id vocatur: minus spissum & mollius, Manon: tenue densúmque, ex quo penicilli, Achilleum.

‖ Manopera, manus opera, Germ. handleistung.

Monos, maunos, monos, monilis genus. Poll. Tiraq.

Manseres, illegitimi de scorto nati, aut ex virgine viduáve nobili, patre verò ignobili. L. I. ‖

Mānsĭstĕrnă, Aquæ vrna, id est vrceus. ὑδρία Plaut. *in Bacchid.* Effer mansisternam cum aqua foras. vox est spuria licèt in Onomast. quoque sit *Mansisterna*, ὑδρία, vide *Nasiterna.*

Manstutor. Plaut. *Truc. sc.* 4. *a.* 4. Video eccum, qui manstutorem med adoptauit bonis. *Med*, inquit Turnebus, ibi pro *me* scribendum est, vt hiatus obstruatur, qui versum violaret. Ibi, vt manceps est, qui manu capit: ita manstutor, qui manu tuetur & tenet, quíque possidet. Meurs legit *manitutorem.* Acidalius, *qui me suis tutorem*; & τὸ *suis* in omnibus libb. veteribus esse ait. Sed quomodo de fœmina? Verbalia in *or*, veteribus erant communia.

‖ Mansucius, Festus: Mansucium edacem, à mandendo scilicet, aliter Mansucum. ‖

Mānsvētvs, a, um. Mitis, cicur, quasi manu assuetus, quòd omnia quæ sunt natura fera, manuum permulsione mitescant. { ענו *anáv.* ἤθεσι χειροήθης, πρᾶος, ἥμερος. Gall. *Doux & traictable, priué & apprinoisé.* Ital. *Mansueto, dolce, traittabile* Germ. Senfft/zam/geschlacht. Hisp. *Manso.* Angl. *Meeke, tame, milde.* } Virg. 7. *Æneid.*

Ille manum patiens, mensæque assuetus herili.

Terent. *in Andr.* Hæc ego putabam esse omnia humani ingenij, Mansuetique animi officia. Cic. 3. *Philipp*, Illud quæro, cur tam subitò mansuetus in senatu fuerit, quum in edictis tam fuisset ferus? Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 6.

Numinis vt læsi fiat mansuetior ira.

Idem *in Ibin.*

Huic igitur meritas grates, vbicumque licebit

Pro tam mansueto pectore semper agam.

Cic. 2. *de Orat.* In moribus suis erga necessarios declarandis mansuetissimus. Festus, Mãsuetus, neque misericordia mœstus, & neque crudelitate sæuus, sed modestia temperatus, Nequeo te interdictis facere mansuetam meis. Plaut, *Asin. sc.c.* 1. *a.* 3. Reddam te ex fera fame mansuetum (aliàs mansuetem.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Bestiæ mansuetæ, etiam placidæ, & cicures dicuntur. Plin. trifariam diuidit animantia. in placida, fera, & inter hæc media. Nam hirundines, apes, delphini, nec placida sunt, nec fera, sed mediæ inter vtrumque naturæ.

Mānsuētē, aduerb. Placidè, clementer. { πρᾴως. Gall. *Doucement, paisiblement* Ital. *Dolcemente.* Germ. Gütiklich/senfftiklich/lieblich. Hisp. *Dulce y mansamente.* Angl. *Meekelie, gentlie.* Cicer. *pro Marcel.* At verò quum aliquid clementer, mansuetè, iustè, moderatè, sapienter factum, in iracundia præsertim, quæ est inimica consilio, & in victoria, quæ natura insolens & superba est, aut audimus, aut legimus, quo studio incendimur, vt eos sæpe, quos nunquam vidimus, diligamus.

Mānsuētūdo, mansuetudinis, Lenitas, clementia, facilitas, &, vt inquit Speúsippus, constantia animæ aduersùs iræ impetum immobilis. { ענוה *hanaváh.* πρᾳότης. Gall. *Douceur, humanité, priuauté.* Ital. *Mansuetudine, humanità.* Germ. Sanfftmut. Hisp. *Mansedumbre.* Angl. *Meekenesse.* } Cic. 1. *Offic.* Quid ad hanc mansuetudinem addi potest, eum, qui cum bellum geras, tam molli nomine appellari?

Mānsuēfăcio, is Mansuetum reddo, domo, cicuro. { למד *limmadh.* ἡμερόω. Gall. *Apprivoiser, adoucir, domter.* Ital. *Domesticare, far mansueto.* Germ. Zam machen/zämmen. Hisp. *Amansar.* Angl. *To mak, to tame.* } Plin. *lib.* 8. *c.* 16. Primus autem hominum leonem manu tractare ausus, & ostendere mansuefactum. Liu. *lib.* 3. *ab Vrbe* Paulatim permulcendo, tractandóque mansuefecerant plebem. Cic. 1. *Tusc.* A quibus mansuefacti, & exculti, à necessariis artificiis ad elegantiora defluximus. ¶ Mansuefactum. Cæsar. multáque erant intra eum locum mansuefacta, quibus interim iumenta pascerentur. id est, vt ipse dicit, inter munitiones sata. Budæus.

Mānsuēfĭo, Mansuetus fio, mansuesco, cicuror. { למד *lummadh.* ἡμεροῦμαι, Gall. *S'apprivoiser.* Ital. *Mitigarsi, diuenir mansueto.* Germ. Zam werden. Hisp. *Ser amāsado.* Angl. *To waxe meeke or tame.* } Cæs. 6. *bel. Gall.* Sed assuescere ad homines, & mansuefieri, ne paruuli quidem excepti possunt.

Mānsuēs, etis, Antiqui dicebant pro mansueto. { ענו *hanáv.* τιθασός. Gall. *Doux, traittable, priué, apprivoisé.* Ital. *Mansueto.* Germ. Sanfft oder senfftmütig/ zam. Hisp. *Manso, amansado.* Angl. *Meeke, gentill.* } Plaut. *Asin.* [*sc.* 2. *a.* 1.] Reddam ego te ex fera fame mansuetem,

suetem. Accius *Meleagro*, Nunc me matrem mansues misericordia capsit.

Mansuesco, is, Mansuetus fio, mitesco. {למד *lummádh*. τιθασσεύομαι, ἡμερόομαι. GALL. *Deuenir doux & priué, & s'adoucir & appriuoiser.* ITAL. *Diuenir domestico, lascia la saluatichezza.* GERM. Zam werden/ senfftt oder mild werden. HISP. *Amansarse, ser amansado.* ANGL. *To waxe meeke.*} Colum. *lib.* 7. Nam per hæc blandimenta triduo feræ mansuescunt. Virg. 4. *Georg.*

Nesciáque humanis precibus mansuescere corda.

Idem 2. *Georg.*

Tellus mansuescit arando.

Varro *lib.* 1. *de re rust.* pro mansuefacio vsus est. Sic ex animalibus, quum propter eandem vtilitatem, quæ possent syluestria deprehenderent, ac concluderent & mansuescerent. Fortasse legendum *mansuefacerent.*

Mānsuētarij, qui feras mansuefaciunt. {מלמדים *melammedhim.* τιθασσευταί. GALL. *Appriuoiseurs, qui appriuoisent les bestes sauuages.* ITAL. *Coloro che domesticano le fiere.* GERM. Thierzämmer. HISP. *Los que amansan ò doman animales brauos.* ANGL. *VVhichtameth wild beastes.*} Lampridius *in Heliogab.* Habuit leones, & leopardos, quos edoctos per mansuetarios, subitò ad secundam mensam iubebat accumbere. Iul. Firmicus *lib.* 8. *Matheseos*, Septentrione oriente nati, erunt mansuetarij ferarum.

Mansus (ait Cuiac. *in lib.* 1. *feud. tit.* 1.) est fundus, vnde quis se & familiam suam tueri satis commodè potest, & præterea vectigal, siue censum domino referre, &, quod veteres dixere, hæredium.

‖ Manta, mane. Non. Plaut. ‖

Māntălŭs, Μάνταλος, Phrygiæ oppidum, ita dictum à Mantalo conditore. Gentile Mantalenus, Μανταληνός. Steph.

Māntārĕ, veteres pro manere vsurpabant, teste Nonio, μένειν. Plaut. *in Pseud.* At dabit, parabit aliquid hos dies, manta modò. Cæcilius *Nypolimeo apud Nonium.* In voltu eodem, in eadem mantat malitia. Plaut. *Pseud.* —nos herus apud ædem Veneris mantet.

Māntēlum, manteli, & Mantelium, mantelij, & Mantele, mantelis, composita dictio ex Manus, & tela, idem quod mantile, linteolum quo manus tergere solemus. {χειρόμακτρον. GALL. *Seruiette ou toüaille à mains, ou nappe.* ITAL. *Mantile, touaglia.* GERM. Ein handzwehel/ tischzwel. HISP. *Pañizuelo de manos ò toüalla.* ANGL. *A table napking, a towell.*} Ouid. *lib.* 3. *Fastorum.*

Dixerat ad dextram villis mantele solutis.

Martial. *lib.* 12.

Mantele è mensa sustulit Hermogenes.

Aliqui hoc in loco legunt *Mantile:* quod tamen in idem recidit, vt suo loco dicemus. ¶ Mantelia, seu Mantela accipiuntur etiam pro penulæ genere, quo se, vt lorica milites, solent munire: siue pro thorace, quo pectus armatur. Græci hanc μανδύαν vocant, vt Suidas ait. Plin. *lib.* 7. *c.* 2. Ossibus humanorum capitum bibere, cutibúsque cum capillo pro mantelibus ante pectora vti. ¶ Ponitur metaphoricῶs, pro tegmine quolibet, siue velamento in quo fraudis aliquid & fallaciæ lateat. Plaut. *in Capt. sc.* 3. *a.* 3. Nec mendaciis subdolis mihi vsquam mantelum est meis. Ponitur ibi pro pallio, latebra, aut quouis alio tegmine, quo dolus tegi possit.

Māntis, mantis, Latinè, vates, diuinus. {קסם *kosém.* μάντις. GALL. *Deuin, sorcier.* ITAL. *Indouino.* GERM. Ein weissager/oder warsager. HISP. *A deuino ò adeuina.* ANGL. *A diuinour or soothsayer.*} Cicer. 1. *de diuin.* Nam Athenienses omnibus semper publicis consiliis diuinos quosdam sacerdotes, quos Mantes vocant, adhibuerunt.

Māntēum, {דביר *debir.* μαντεῖον.} Locus oraculis dicatus. Cicer. *lib.* 2. *de finib.* Vt quasi de manteo promanant medicamenta illa Epicurea, dolor si grauis, breuis: si longus, lenis. Vetera exemplaria habent, de narthecio. Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. Ab Epheso manteum aliud colophoniorum.

Māntĭcē, mantices, Diuinatio. {μαντική. GALL. *L'art & science de deuiner.* ITAL. *L'arte d'indouinare.* GERM. Die kunst deß weissagens. HISP. *Arte para adeuinar.* ANGL. *The art of sooth saying or telling of thinges to come.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Sequitur μαντική vestra quæ Latinè Diuinatio dicitur.

Māntĭă, æ, Diuinatio, vaticinium. {קסם *késem.* μαντεία. GALL. *Diuination.* ITAL. *Diuinatione, profetia.* GERM. Weissagung. HISP. *Diuinacion.* ANGL. *Diuination, sooth saying.*} A Mantia per compositionem fiunt Necromantia, Hydromantia, Pyromantia, & alia huiusmodi, quorum penultima producitur. Vide suprà in dictione *Magia.*

Manthyrea, Μανθυρέα, vicus Arcadiæ, Gentile Manthyreus.

MĀNTĬCĂ, æ, Casaubono est vox peregrina, notans balneum, aut zonam, quæ veteribus instar peræ fuit. Posset deduci à *manu*, sicut *mantissa* & *mantellum.* Perula viatoria, qua scilicet iter facientes viaticum, aliáve necessaria circunferunt. {כיס *chis* צרור *tserór.* πήρα. GALL. *Bourse ou gibeciere, besace ou bissac.* ITAL. *Bisaccia.* GERM. Ein wadsack/ ein sack in welchen einer alle ding thut wann einer vber feld reißt. HISP. *Las argueñas, ò alforjas, ò mochilla.* ANGL. *A bagge of leater, purse or pouche.*} Finxit Æsopus mortales singulos binas habere manticas, quarum altera ante pectus, altera à tergo propenderet: sed in priorem aliena vitia conijcere, in posteriorem sua. Hinc ortum est prouerbium, homines non videre quod in tergo manticæ est, hoc est, quum aliena vitia acutissimè videant, in suis prorsus cæcutire. Catul. *ad Varrum,*

Sed non videmus, manticæ quod in tergo est.

Māntĭcŭlă, pro parua mantica, in qua (vt ait Festus) pecunias suas tenuiores solent recondere, τὸ πηρίδιον.

Māntĭcŭlārĭă, dicuntur ea quæ in frequenti vsu habentur, & quasi manu tractantur. Frequens enim ad manus tergendas vsus fuit manteolorum: vnde hæc trahitur similitudo. Festus.

Māntĭcŭlārĭŭs, dicitur fur, qui inferens se confertæ multitudini, marsupia aut secat, aut artificio doloso aperit, & euacuat, ablata pecunia. {βαλαντιοτόμος. GALL. *Coupebourse.* ITAL. *Tagliaborse.* GERM. Ein seckelraumer / ein seckel abschneider. HISP. *Ladron, cortabolsas.* ANGL. *A purse cutter.*} Dictum à manticulis, in quibus tenuiores, teste Festo, pecuniam recondebant.

Mantĭcŭlātĭo, Astus & fraus, furtum, incisio loculorum, κατασκεύασμα.

Māntĭcŭlŏr, aris, est, autore Festo, furandi gratia manticulas attrectare. {τεχνάζομαι. GALL. *Desrober.* ITAL. *Far l'arte del furbo, vccellare à borse mariuolare, rubbare.* GERM. Einem zum seckel greiffen darauß zu stälen. HISP. *Robar.* ANGL. *To steall, to pike a purse.*} Inde ponitur, pro aliquid dolosè ago. Pacuu. Ad manticulandum astu aggreditur. Hoc verbo etiam vsus est Plaut. *in Capt. sc.* 1. *a.* 4. Sume, posce, prome quiduis: te facio cellarium. Nam herclè nisi manticulatus probè hæc fuisti, petito, Æternum tibi dapinato victum, si vera autumas.

Māntĭchōră, μαντιχώρας, Bestia in India quæ triplicem dentium ordinem, & hominis faciem vnà cum corpore leonino habet, humanas carnes maximè affectans. Plin. *lib.* 8. *c.* 21. De manticora sic scribit Ælian. *lib.* 7. *cap.* 2. Apud Indos (inquit) nascitur immenso robore animal, cui Indorum lingua Manticora nomen est, magnitudine maximi leonis, colore rubrum, canis modo villosum, facie eadem propè quæ hominis, dentium triplici vtrinque ordine acutissimorum, caninis maiorum, auribus hominis similibus, nisi quòd hæ & grandiores & villosiores sunt: oculis cæsiis, & his non dissimilibus hominis: pedibus & vnguibus iisdem, qui leonis. Summa cauda illi scorpionis modo terreni, aculeo plus quàm cubitali armata: reliquum caudæ vtrinque aculeis cuspidatum est: quos, tanquam tela, siquis insequatur, eminus iaculatur. Humanis carnibus maximè delectatur: quocirca complures homines interficit: nec singulos duntaxat homines inuadit, sed plures collectos solùm interemit. ¶ Ideo Indicè Manticora appellatur, quòd bestia sit hominum conficientissima, ex rebus quas gerit, nomen trahens. Vide plura apud Ælianum *loco iam indicato.*

Māntīlē, is, generis neutri. Mantelum, linteolum ad detergendas manus factum. {χειρόμακτρον. GALL. *Seruiette ou toüaille à mains, nappe.* ITAL. *Manile, touaglia.* GERM. Ein handzwehel/ tischzwehel. HISP. *Pañizuelo de manos, toüalla.* ANGL. *A seruiett, a towell.*} Virg. 4. *Georg.*

———*tonsisque ferunt mantilia villis.*

Seruius inquit, maiores mappas villos habuisse. Epigramma est apud Martialem *lib.* 14. de mantili, siue Gausapa villosa, Nobilius villosa tegant tibi lintea citrum, Orbibus in nostris circulus esse potest. Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Cutibúsque cum capillo pro mantilibus ante pectora vti. Quo tamen in loco, in plerisque Plinij codicibus Mantelibus legitur per secundam vocalem in antepenultima.

Māntīnēă, Μαντίνεια, vrbs Arcadiæ, quæ postea Antigonia dicta fuit, in adulationem Antigoni eius, qui Philippo Persæ patri curator regni fuit. Sed postea Hadriani Imperatoris iussu rursus Mantinea fuit appellata.

Māntĭnēŭs, a, um: vt, Prælium Mantineum, quod inter Thebanos & Lacedæmonios eorumque socios apud Mantineam contigit: in quo Epaminondas Thebanorum dux victoria iam propemodum potitus cecidit. Vide Xenoph. *de rebus Græcorum lib. vlt.* & Plutarch. *in vita Epaminondæ.*

Māntis, Diuinus, vel vates. Vide post *Mantelum.*

Mantīssă, Lingua Tusca, autore Festo, dicitur additamentum rei, quæ venditur, id est, pauxillum illud quod adiicitur ponderi: ita dictum quòd manu addatur. {πρόσθεμα. GALL. *Addition au poix.* ITAL. *Giunta.* GERM. Ein zugab das man in einem kauff gibt. HISP. *Añadidura al peso justo.* ANGL. *An addition to that which is sold.*} Lucilius, Mantissa obsonium vincit.

Māntĭŭs, Μάντιος, Melampi filius ex Iphianassa filia Præti & pater Polyphidei, & Cliti, Homer. *lib.* 15. *Odyss.*

Manto, as, are, pro mansito. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Vsque dum mantant, domum parietes ruunt.

Māntō, huius Mantûs, Μαντώ, Mulier fatidica fuit Tiresiæ Thebanorum vatis filia. Quæ quum post patris obitum Creontis, & Thesei tyrannidem fugeret, primùm in Asiam venit: vbi Apollinis Clarij templum condidit, deinde etiam in Italiam, vbi ex Tiberi fluuio (vt poëtæ fabulantur) vel ex Tyberino rege Ocnum peperit: qui postea ad Padum fluuium vrbem condidit, quam à nomine matris Mantuam appellauit.

MĀNTŬĂ, æ, Μάντουα, ἢ Μάντυα Stephano, vulgò *Mantoua.* Vrbs est clarissima ab Ocno filio Tyberis, & Mantus Tiresiæ Thebani vatis filiæ ad Padum condita, & à nomine matris eius Mantua appellata. Vnde Virg. *lib.* 10. Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris Fatidicæ Mantûs, & Tusci filius amnis, Qui muros, matrísque dedit tibi Mantua nomen. Poëtarum clarissimo illustrissimóque Virgilio Marone gloriatur Mantua, cuius felix ingenium tam omnes efferre debent, quàm imitari nulli possunt.

Māntŭānŭs, a, um, Μαντουανός, ἢ Μαντουάτης. à Mantua deductum nomen, vnde Mantuanus Homerus, Virgilius dictus est. Fama mantuana, Stat. 4. *Sylua.*

‖ Mantuelis, chlamys. Casaub.

Mantum. Isid. *lib.* 19. 24. Mantum Hispani vocant, quòd manus tegat tantùm. Est enim breue amictum. ‖

Mānŭbĭæ, & Manubrium, vide post *Manus.*

Manum, dicitur clarum, Mane, post tenebras diei pars prima. Nonius.

‖ Manus, a, um, bonus. Quia immanis est inclemens: manus fuerit bonus, & clemens. ‖

MĀNVS, us, à manando dicta est, quòd ex brachiis manat, vel quòd ex ea manent digiti. {יד *jadh.* χείρ. GALL. *Main.* ITAL. & HISP. *Mano.* GERM. Ein hand. ANGL. *The hand.*} Ouid. *Epist.* 17.

Iam tibi formosam porriget illa manum.

Catull. *Berecyntia*,

Niueis citata cepit manibus leue tympanum.

Virg. 1. *Æneid.*

Tendentémque manus Priamum conspexit inermes.

Finem non operiri, sed manu facere. (i. vim vitæ suæ adferre.) Senec. *Epist.* 59. Manu sua finem vitæ fecit. Idem *cap.* 19. de vita beata. Manu facere orbitatem, i. scribendo exhæredare. Idem *c.* 19. *de consi. ad Mart.* Manus nostræ oculatæ sunt. Plaut. *Asin. sc.* 7. *a.* 1. Talos posuit in manum. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Si stimulum cepero in manum. Idem

Aul.

Aul.prolog. Manus leuis artificis. (i.docta & facilis.) Martial. *Epigr.* 52. *lib.* 6. In auro nihil præter manus pretium intertrimenti fit. Liu. *lib.* 4. *d.* 4. Manus solent ad id decurrere quod dolet. Senec. *c.* 17. *de consol.ad Helu.* Da mihi optima manum fœmina salutantis. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Vbi manum iniicit benignè. *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. Impuris illis omnibus adij manum. *Ibid. sc.* 5 *a.* 2. Manu salutem mittunt beneuolentibus. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Cedo manum in salutando. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. & *Curc. sc.* 3. *a.* 2. & *Pseud. sc.* 5. *a.* 4. Manum osculabantur veteres. Suet. *in Tib. c.* 72. Manus lauabant post epulas. Senec. *Epist.* 89.

——— *Tutius est fictis contendere verbis,*
Quàm pugnare manu,

Ouid. 13. *Metam.* Crepabunt manu malæ tibi, Plaut. *Mil. sc.* 5. *a.* 1.

——— *Quamuis manus vltima cœpto Defuit.*

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.* Manus demens studiis irata, idem *Eleg.* 1. *l.* 4. Manum commodare (ad necem.) Velleius. Manu reddere. (i. Manu propria.) Suet. *in Tib. c.* 34. Manus summa operibus excolendi defuit. Quintil. Quædam ingenia manu, vt aiunt, facienda sunt. Senec. *Epist.* 53. In maledicto plus iniuriæ, quàm in manu. Quintil. Manu prima deformatum Marmor. Idem. Manu strenuus. Gell. *c.* 8. *lib.* 4. Non subducta ceruice, nec manibus oppositis recipere ferrum. Senec. *c.* 11. *de tranq.* In manibus victoria. Liu. *lib.* 5. *d.* 4. Manus penulis continere. Suet. *in Galba c.* 16. Manu promptus, vide *Promptus.* Item, A manu seruus. Idem *in Cæs. c.* 74. Item, Manus remittere, *Quitter la main*, in ludo. Idem *in August. c.* 71. ¶ Plena manu. Senec. *Epist.* 33. hoc est, ampliter, copiosè, prolixè, minimèque malignè. Cic. *Attic. lib.* 2. At herclè alter tuus familiaris Hortensius, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè nostras laudes in astra sustulit. ¶ Manu breui, Vlpianus *l.* 43. §. 1. *ff. de iur. dot.* eleganter posuit pro directò, & sine ambagibus. Quoties, inquit, extraneus accepto fert debitori dotis constituendæ causa, siquidem nuptiæ insecutæ non fuerint, liberatio non sequitur: nisi fortè sic accepto tulit, vt velit mulieri in totum donatum: tunc enim credendum est breui manu acceptum à muliere & marito datum, id est, quasi mulier non per acceptilationem & circuitionem illā, sed directò per manum ipsius creditoris, pecuniam accepisset, & marito dedisset. ¶ Contrà, Manu longa Iauolenus figurata locutione dixit, pro flexuosè & obliquè. *l.* 79. *ff. de solut.* Ex Hotomanno. ¶ Manufactus, χειροποίητος, vna dictione, siue duabus ✠ Naturalis. Celsus. Naturales, vel manu factæ nationes. Cic. 3. *de finib.* Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manufactis tam compositum, tàmque compactum, & coagmentatum inueniri potest? ¶ Manus præterea instrumentum, & telum nauale dicitur, quo naues harpagonibus raptæ tenentur: à manus humanæ similitudine, Plin. *lib.* 7. *c.* 56. Anacharsis harpagonas, manus Pericles Atheniensis inuenit. ¶ Item Manus, multitudo vocatur, vel exercitus. Virg. 6. *Æneid.*

Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.

Idem 6. *Æneid.*

——— *Iuuenum manus emicat ardens*
Littus in Hesperium.

Manus hæc Ciceronem insequebatur. (i. turba, natio.) Quintil. Mota manus procerum est. i. multitudo. Ouid. 13. *Met.* Denique vt voluimus, nostra superat manus, (i. exercitus.) Plaut. *Amph.* Sic manus clientum. Suet. *in Tib. c.* 1. Manus equitum. Idem *in Cæs. c.* 14. Manu facta irrumpere. Cæs. *lib.* 3. *bell. ciu.*

Sic sit tibi serua manus,

(i. turba ancillarum.) Ouid. *lib.* 5. *Fast.* ¶ Accipitur etiam Manus pro potestate: vt quum dicimus, rem aliquam in manu nostra esse sitam, quod Græci dicunt, διὰ χειρὸς εἶναι. Lucanus *lib.* 1.

In manibus vestris, quantus sit Cæsar, habetis.

Salust. *in Iugurth.* 60. neque mihi in manu fuit, Iugurtha qualis foret. Hinc mulieres in manu conuenire dicebantur, quum per coëmptionem matresfamilias factæ essent: de qua re Boëtius *in Topic.* & Vlp. *in Institut.* In manu mancipióque (viri) esse matrimonij caussa. Gell. *c.* 3. *lib.* 4. Quia tibi in manu est quod credas. At ego quod dicam mea in manu est, id est, liberum, arbitrarium. Plaut. *Merc. sc.* 4. *a.* 3. Quibus est ea res in manu. (i. in potestate.) Idem *prolog. Amph.* Istuc tibi est in manu. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Cui plus in manu sit, quàm tibi, (i. potestatem maiorem habet dandæ pecuniæ.) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. In manu & tutela. Liuius. ¶ Manumittere, Est de seruo liberum facere, libertatem dare. ἀφίημι. Cic. *pro Cælio*, Adsunt serui ex cognatorum sententia manumissi. ¶ Manumissus, liberatus à potestate domini. ἄφετος, ἐλευθερωθείς. Nam quandiu quis in seruitute est, manui, hoc est, potestati subditus est. ¶ Interdum verbum hoc diuiditur: dicimúsque, Mittere manu, vel emittere manu. Plaut. *in Aul.* Igitur orabo, vt manu me mittat. Frequentiùs coniunctim scribitur. Alienos manumittitis, alienísque imperatis. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Ibo igitur, orabo vt manu me mittat, (quia aurum reperi.) Idem *Aul. sc.* 1 *a.* 5. Volo me emitti manu. *Ibid.* Et *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Dicitur & manu emittere. Liu. *lib.* 4. *d.* 3. Et manu emissus, vide *Emissus.* ¶ Hinc Manumissio, quæ est datio libertatis. Cic. *pro Cælio.* Sed scire cupio, quid habeat argumenti ista manumissio. Erat autem mos in manumissione, vt dominus caput, aut aliud membrum serui tenens, diceret, Hunc hominem liberum esse volo, & mittebat eum è manu. Inde manumissio dicta est, & manumissus, à potestate liberatus. Manumissioni vacaturus tribunal conscendit. Suet. *in Galba cap.* 10. ¶ Item Manus capitur pro proboscide elephanti, quòd ea in decerpendo pabulo pro manu vtatur elephantus. Curt. *lib.* 4. de elephãto loquens, Præcipuè terribilis illa facies erat, quum manu arma virósque corriperent, & super se regentibus traderent. Idem *de eodem*, Copidas vocabant gladios leuiter curuatos, falcibus similes, quibus oppetebant belluarum manus. ¶ Nonnunquam pro scriptura manuum. Quint. *lib.* 1. *de Orthographia*, Caussa, Cassus, Cicero & Virgilius scripserunt: sic manus eorum docent. Cic. *ad Attic. lib.* 4. Occupationum mearum, vel hoc signum erit, quòd epistola librarij manu est. *Ibid. lib.* 11. Quibus tibi videbitur, velim des literas nomine meo: nostri familiares signum requirent, & manum: dices iis, me propter custodias eas vitasse. Budæus. Manus in ludo dicitur, id quod sibi tollit qui proiecit Venerem. Augustus in quadam Epist. quam recitat Suet. *c.* 71. *in Augusto.* Ego perdidi viginti millia nummûm meo nomine: sed quum effusè in lusu libe-

ralis fuissem, vt soleo plerunque. Nam si, quas manus remisi cuique, exegissem, ac retinuissem, quod cuique donaui, vicissem vel L millia. ¶ Manum conserere, est prælium incipere, & comminus pugnare, συμβάλλειν, συμπλέκεσθαι. Propriè tamen Manum conserere, nihil aliud est, quàm manus coniungere. Apud Iurisconsultos autem Manum conserere dicebantur litigantes, quum in agrum, aut aliam rem, de qua lis erat, profecti, præsente Prætore rem litigiosam manu apprehendebant, iúsque suum in re præsenti vindicabant. Postea tamen propagatis Italiæ finibus, Prætoribúsque aliis negotiis occupatis: placuit vt litigantes, sine Prætore in agrum prociscerentur, glebámque inde in ius ad prætorem deferrent, & in ea, tanquam in toto agro, vindicarent, aduersariúmque ex iure manu consertum ad Prætorem vocarent. Vide e[a] quæ de hoc annotauimus in verbo *Consero.* Vsus autem obtinuit, [vt] verbo ad rem militarem translato, Manum conserere, pro pu[gnare], inire prælium, cum hostibus signa conferre, dimicare, certare diceretur. ¶ Manu salutem quærere. Salust. *Iugurth.* 84. Aulo omnes infesti, ac maximè qui bello sæpe præclari fuerunt, quòd armatus dedecore potius, quàm manu salutem quæsierit. ¶ Malum obiectũ mala manu. Plaut *in Amphitr.* Nescio quid autem mali est mala obiectum m[an]u. id est, nescio quis veneficus eius mentem incantauit. Manu autem [di]xit, quia non verbis solùm fascinant, sed etiam venenis manus op[e] adhibitis. Virg. *in Æneid.*

Spargere qui somnos cantúque manúque solebat.

¶ Manibus prælium facere, est manus conserere. Salust. *in Iugurtha*, Romani pro ingenio quisque, pars eminus glãde, aut lapidibus pugnare: alij succendere, ac modò murum suffodere, modò scalis aggredi, cupere manibus prælium facere. ¶ Manu docere, est apertè docere. Cic. 1. *de nat. deor.* Epicurus autem res occultas, & penitus abditas non modò viderat animo, sed etiam sic tractauit, vt manu doceat nos, eam esse vim & naturam deorum. ¶ Primas & secundas manus, apud Quintil. *lib.* 5. Hermolaus vocari posse ait, quando fessis recentes succedunt: sed tamen potiùs ictus significari videntur, vt ait Budæus. ¶ Inter manus arripere aliquem, est collatis simul manibus aliquem sublimem ferre. Plaut. *in Most.* Arripite hunc intrò actutum inter manus. Inter manus aliquid esse dicitur per translationem, pro in potestate esse. Virg.

Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras.

¶ Versari inter manus, est in vsu esse. ¶ In manum dare. Terent. *in Phorm.* Eho dic quid velis dari tibi in manum, vt herus desistat litibus? Vbi Donatus, Datur ei in manum, qui separatim accipit, sine arbitris, aut interprete: vt præuaricator, aut iudex corruptus. Plaut. Si mihi dãtur duo talenta argenti numerata in manum. Sic in manum latio apud Cic. *in Philipp.* id est, captura & turpis largitionis sordes. ¶ Sub manu esse, id est, ad latus, expeditum, promptúmque in vsum, siue esse in promptu, & in proximo. ¶ In manus sumere librum, pro eo quod est librum legere. Quintil. & Cic. ¶ Esse in manibus liber dicitur, qui editus est, & legitur. ¶ Manus remittere in aleæ ludo, est collusori iactum condonare, quem sua quisque manu damnosum iecit. ¶ Manu capere, bello quærere. Salust. Populus Romanus quascunque vrbes, & agros manu ceperat, Regi donat. ¶ Succedere sub manus, est aliquid benè, & ad optatum contingere. ¶ Rem ad manus venire, est etiam ad contentionem & pugnam venire. ¶ Venire ad manum, i. ad curationem quæ manu chirurgici fit, non autem medicamentis. Cels. *lib.* 8. *c.* 4. Tum demum ad manum scalprúmque veniendum est, i. εἰς τὴν χειρουργίαν. ¶ Per manus tradere, de manu in manum, quo vtitur Cic. *ad Cæsarem lib.* 7. Totum denique hominem tibi trado de manu, vt dicitur, in manum tuam istam. ¶ Per manus tradita disciplinà, vel res gesta dicitur, quæ non monumentis literarum, sed verbo tantùm traditur, & maioribus ad posteros sine literis transmittitur, quemadmodum sacrorum mysteria olim tradi solebant. ¶ Præ manibus, pro in manibus, vel inter manus. Plaut. *in Bacch.* Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit præ manibus. ¶ Præ manu dare, est quod vulgò dicitur, Ante omnia, vel ante manum dare, Gallico sermone, *Auancer.* ¶ Quàm leuissima manu teneri scalpellus debet, inquit Celsus *lib.* 7. *c.* 19. id est, maximè suspensa, vt attingat, non imprimat. *lib.* 8. *c.* 2. dicit, Suspendenda magis manus. ¶ Tollere manus, Modus est loquendi, quo signum lætitiæ significamus. Cic. *Cæs.* Sustulimus manus, & ego, & Baldus: tanta fuit opportunitas, &c. ¶ Tendere manus, est petentis auxilium, vel misericordiam implorantis signum. Idẽ *lib.* 3 *bell. Gall.* Hedui manus tendere, deditionem significare. ¶ Plus est illi in manu, quàm tibi, id est, ditior est te. ¶ Nihil illi est in manu, id est, nihil habet. Habere enim in manibus dicuntur, qui aliquid possident, & diuites sunt. ¶ Manus tua hæc est, hoc est, hi fauent tibi, & te iuuant. ¶ Manus vetant prius, quàm penes sese habeant, quicquam credere. Plaut. *in Truc.* id est, nihil credã te daturũ, nisi priùs numraueris. ¶ Manus multas poscit hoc opus. Plin. *in Ep.* 158. id est, hoc opus est multi laboris. ¶ Manus oculatæ dicuntur à Plaut. *in Asin.* quæ re ipsa aliquid volunt exhiberi, non oratione promitti. Semper (inquit) oculatæ nostræ sunt manus: credunt quod vidẽt. ¶ Manu fingere est arte, curáque formare, tractũ à plastis, qui è molli luto manu imagines faciunt. ¶ Manum ferulæ subducere, est iã aliquo modo in literis profecisse, & desinere in ludo literario versari. Nam Grammatici solent puerorum manus ferula percutere. Iuuen. *Sat.* 1. Et nos ergo manũ ferulæ subduximus. ¶ Manũ de tabula tollere nescire, est in re aliqua conficienda nimis anxium esse. Tractum ab Apellis elogio de Protogene, quòd dicebat illum manũ de tabula tollere nescire. ¶ Manum non verterim, prouerbialis est Hyperbole, qua vtimur, quoties nos rem aliquam súsque déque ferre volumus significare, & de ea nos nihil esse solicitos. ¶ Manum sub pallio habere dicuntur Rhetores, qui inter agendum non commouentur. Nam bona pars actionis in manibus consistit. Quæ omnia vide latiùs in Adagiis Erasmi. ¶ Manus iniectio, dicitur quoties nulla iudicis autoritate expectata, rem nostram nobis vendicamus. χειρῶν ἐπιβολή, de quo vide in *Iniicio.* ¶ Manibus ac pedibus quicquam obire, id est, summa diligentia. Illis enim verbis extremum conatum significamus. ποσὶ τε καὶ χερσὶ θελήγειν. Terent. *in Andr.* Quem ego credo manibus pedibúsque obnixè omnia facturum. ¶ Seruiad manum, vide *Ad* præposit. ¶ Ad manum. In promptu, in proximo, & parabile. πρόχειρον. Senec. Ad manum est quod sat est. Sub manum. i. promptè. Suet. *in Aug. c.* 49. Sub manu, quod aiunt, nascatur consilium.

silium. Senec. *Epist.* 71. Manu peccare, i. manu offendere, ferire, vt qui non intra verba solùm desipiunt, sed etiam manu peccant. Cels. *lib.* 3. *c.* 18. Ex his autem eos, qui intra verba desipiunt, aut leuiter etiam manu peccant, onerare asperioribus coërcitionibus superuacuum est. ‖ Manus mortua, possessio immortalis, qualis est Ecclesiæ. L. I. ‖

Mănĭcŭlă, maniculæ, diminut. Vide suprà post *Manicon.*

Mantĭŏlă, æ, diminut. item à manus. Parua manus. Nonius, Mantiolis tene illis.

Mănŭālis, e, quod extensæ manus altitudinem habet, vel quod amplecti manu possumus. Plin. *lib* 24. *c.* 13. Ob id incipientibus hydropicis efficax, manualibus scapis eius in tribus heminis atque decoctis vsque ad tertias. ¶ Manualis fasciculus lini. { ὁ δράγμα ὁ χειροπληθιαῖος, ὁ ϗ ἡ χειροπληθής. GALL. *Qu'on peut empoigner ou tenir à la main.* ITAL. *Quanto si può tenere in mano.* GERM. Ein handvol / das man in einer hand fassen mag. HISP. *Cosa que se puede tener en la mano.* ANGL. *That may be comprehended in te hand.* } Apud Plin. *lib.* 19. *c.* 1. est, qui manus implet: nostræ verò ætatis medici Manipulum vocant. Manuale quid sit, Martial. *Epigr.* 80. *lib.* 14.

‖ Manualium, candelabrum. L. gr. b. ‖

Mănŭārĭus, a, um, quod ad manum pertinet. { ἐγχειρίδιος. GALL. *Appartenant à la main.* ITAL. *Ciò che appartiene à la mano.* GERM. das zu der hand gehört. HISP. *Cosa perteneciente à la mano.* ANGL. *Belonging to the hand.* } vnde, Æs manuarium, quod manuum labore acquiritur. Gell. *c.* 13. *lib.* 18. Hoc ære quasi manuario collecto, cœnula parabatur. Alij optimi Grammatici æs manuarium exponunt, æs in alea partum, quòd in aleæ lusu manus dicantur, ipsæ ludendi vices; & Gellius ab alea hoc caput sic exordiatur: Saturnalibus Athenis alea quadam festiua & honesta lusitabamus.

Manuarius substantiuum, pro fure. Et Manuari pro furari dixit Laberius apud Gellium *c.* 7. *lib.* 16.

‖ Manulea, χειρία, manica. Gloss. ‖

Mănŭleātus, a, um, Manicatus. { χειριδωτός. GALL. *Vestu d'vn habillement ayant manches.* ITAL. *Vestido di habito con maniche.* GERM. Das ermel hatt. HISP. *Vestido de vestidura con mangas.* ANGL. *Clothed with a garment that hath sleeues.* } Plaut. *in Pseudolo.* Manuleatam tunicam hominem habere addecet, hoc est, tunicam manicas prolixiores habentem. ¶ Manicatum, aut Manuleatum hominem dicimus, indutum tunicis manicatis. Suet. *in Calig. c.* 52. Gemmatásque indutus penulas, manuleatus in publicum processit.

Mănŭleārĭus, qui vestimenta manicata conficiebat, ὁ χειριδωτῶν χιτώνων ποιητής. Plaut. *in Aul.* Aut manulearij, aut myrobrecharij.

MANVBRIVM, brij, à manu, Capulus cuiuscunque rei appellatur, quòd manu teneatur. { נצב *nistsáb.* κώπη, λαβή. GALL. *Manche.* ITAL. *Manica.* GERM. Ein höfft / ein handthab. HISP. *Empuñadura, como de espada.* ANGL. *An handle, hilt, or hafte.* } Plaut. *Aul.* Exemi ex manu manubrium. Plin. *lib.* 16. *c.* 43. Hyginus fieri iubet manubria rusticis, carpinea, iligna certea. Colum. *lib.* 11. *cap.* 2. Vel facta manubria aptare, quorum optima sunt iliguea.

Mănūbrĭŏlum, li, diminutiuum, Paruum manubrium. { τὸ λαβίον, τὸ κωπίον. GALL. *Petit manche.* ITAL. *Manicheto.* GERM. Ein höfftlin. HISP. *Pequeña empuñadura.* ANGL. *A litle hafte.* } Cels. *lib.* 7. *c.* 7. Lini duo capita apprehendere, & per ea recto vngue, si qua parte oculo inhæret, manubrio scalpelli diducere, donec ad angulum veniat.

‖ Manubriatus, manubrio præditus Ammian. *lib.* 25. *Manubriatos cultros* dicit.

Manubria, fulmen in lingua Hetrusca. ‖

MANVBIÆ, arum, dictæ sunt, quòd manu capiantur ab hostibus. { שלל *schalál* בז *baz.* λάφυρα. GALL. *La despouille & le butin qu'on a gaigné sur les ennemis.* ITAL. *Preda, botino* GERM. Beut oder raub so dem feynd abtrungen ist. HISP. *Botin, el despojo de la caualgada.* ANGL. *Boetie or spoile of the enemies.* } Est enim præda ab hostibus capta. Asconius scribit, Manubrias esse prædas Imperatorum pro portione de hostibus capta. Cic. 5. *Verr.* inuidiæ augendæ causa, Manubias vocat signa & tabulas quæ è Sicilia Verres, tanquam hostium spolia deportauerat. Nónne, (inquit) perspicuum est, Verrem esse qui vestras villas suis manubiis ornet? ¶ Spolia quoque quæsita de hoste nobili per deditionem, Manubias veteres dicebant, de quibus vt vellent constituerent Gell. verò *lib.* 13. *c.* 23. quid præda à manubiis distet, his verbis declarat, Nam præda, inquit, dicuntur corpora ipsa rerum, quæ capta sunt: Manubiæ appellatæ sunt pecuniæ, quæ à Quæstore ex venditione prædæ redactæ sunt. Dicit tamen quosdam non ignobiles scriptores, aut temerè, aut incuriosè quædam pro manubiis, & manubias pro præda posuisse: sed qui propriè locuti sunt, sicut Cic. *in Orat. de lege Agrar.* Manubias pecuniam dixisse. Quod, inquit, ad quenque peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. Quo in loco M. Tullius manifestè distinguit Prædam à Manubiis: vt annotauit Nonius Marcellus: qui prorsus eadem de Manubiis sentit, quæ Gellius. Ex manubiis pecunia illata ærario, Velleius. Ex manubiis inscriptio, Gell. *c.* 24. *lib.* 13. Manubiæ de præda ciuili, Suet. *in Calig. c.* 41 ¶ Manubias facere, est prædari. Cic. *in Verr.* Qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecit. ¶ Est quoque cùm iactus fulminum Manubiæ dicantur, κεραυνοβολία. Senec. *lib.* 2. *quæst.* autor est, Ioui tres manubias dari, quarum prima monet, secunda prodest, tertia adhibitis consilio diis emittitur. ‖ ¶ Manubiæ præda, quæ manu capta est. Gloss. ‖

Mănŭbĭālis, e, quod ad manubias pertinet. { ἀπὸ τῶν λαφυρῶν χρήματα. GALL. *Du butin.* ITAL. *Di botino.* GERM. Das zu der beut oder dem raub gehört. HISP. *Cosa de botin.* ANGL. *Belonging to bootie.* } vt, Manubialis pecunia, quæ ex venditione manubiarum contracta est. Suet. *in August.* Quo autem facilius vndique vrbs adiretur de sumpta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit.

‖ Manubiare, vigilare, pernoctare. Gloss. Isid. An fortè *manicare* scripsit. ‖

Mănŭbĭārĭus, adiect. Manubiarum particeps. Plaut. *in Trucul.* Amicus mihi esto manubiatus. ‖ Turnebus exponit, qui manubias affert & spolia; amicus fructuosus. Alciat legit *manubriarius*, tanquam sit facilis, promptus, quo quis ceu manubrio vtitur.

Manubla iteratio doctrinæ. Gloss. Isid. An *manubia?* vt sit similitudo à manubia fulminis terilorati.

Manucodiata, quam paradiseum, vel paradisi auem, & apodem indicam appellat Gesnerus, in Molucris insulis, mortua intecta aut mari colligitur: quæ viuens nunquam videri solet, quoniam pedibus careat, caudaque & alis in orbem extensis sponte sustineatur. ‖

Manumitto, & Manumissio, vide *Manus.*

Mănŭŏr, aris, Manu aufero, furor, κλέπτω. Accius, Manuatus vestem amicæ. Laberius apud Gellium *c.* 7 *lib.* 16.

‖ Manupletium, χειροπληθής. Gloss. manipulus, fasciculus manum implens. ‖

Mănŭprĕtĭum, dictio composita, Merces pro opera manus. Cic. *in Pison.* Quum verò ista tibi prouincia manupretium fuerit non euersæ per te, sed perditæ ciuitatis. Da mihi inaures. M. fiat. Cedo aurum, ego manupretium dabo. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 3.

‖ Manutergium, Isid. *lib.* 17. 26. Facitergium, à tergendo faciem, vel manus vocatur.

Manutius, magnas manus habens. Gloss. Isid. in vet. vocab. est, Manutus, a, um.

Măpālĭă, orum. { כרות *cheróth* נאות *neóth.* καλύβαι, οἰκίδια. GALL. *Lagettes, maisonnettes à la mode des Perses.* ITAL. *Capane.* GERM. Hütten / hirten heüßle. HISP. *Majadas como de ganado cabaña.* ANGL. *Cottages bulded round lyk euens.* } Punica lingua, agrestes casæ dicuntur, autore Festo, in quibus quia nihil est secreti, solet id vocabulum solutè viuentibus obiici. Seneca, Ego P. C. interrogare vobis permiseram, vos mera mapalia fecistis, i. vos dissoluti fuistis, & à disciplina recessistis, inconditéque & perturbatè omnia egistis. Sunt autem quasi rotundæ cortes, vt inquit Cato *lib.* 4. *orig.* Liu. 9. *bell. Pun.* Familiæ aliquot cum mapalibus, pecoribúsque suis (ea pecunia illis est) prosecuti sunt regem. ¶ Mapalia, inquit Seruius, idem significat quod Magalia, hoc est, Afrorum casas: sed Magalia, ma producit, Mapalia verò corripit. Virg. 3. *Georg.*

——Et raris habitata mapalia tectis.

Item 4. *Æneid.*

Vt primùm alatis tetigit magalia plantis.

Măpĕtă, μάπητα, Sarmatiæ Asiaticæ vrbs, autore Ptolem. *lib.* 5. *c.* 9. Vulgò *Copa.*

MAPPĂ, æ, Linteum quo mensa sternitur, aut certè quo manuum sordes in mensa abstergimus. { ὀθόνη. GALL. *Nape.* ITAL. *Touaglia.* GERM. Ein tischlach oder tischzwahl. HISP. *Los manteles ò touajas.* ANGL. *A table cloth, à table napking, a towell.* } Nam in conuiuium pro se quisque mappam afferebat. Mart. *lib.* 12.

Attulerat mappam nemo, dum furta timentur.

Plin. *lib.* 19. *c.* 1. Ardentes in focis conuiuiorum vidimus mappas, sordibus exustis, splendescentes igni magis quàm possent aquis. ¶ Mappam (inquit. Quint. *lib.* 1. *c.* 9.) vsitatum Circo nomen Pœni sibi vendicant. idcirco autem dicit mappam Circo vsitatam, quòd in ludis Circensibus Prætor soleat præsidere, qui mappæ missione signum dabat ineundi certaminis. Mart. *lib.* 12

Cretatam Prætor quum vellet mittere mappam,
Prætori mappam surripit Hermogenes.

Septimius Florens, Cognosce dementiam de vanitate: misit dicunt, & nuntiant inuicem, quod simul omnibus visum est. Teneo testimonium cæcitatis: non vident missum quid sit, & mappam putant: sed est diaboli ab alto præcipitati figura. ‖ ¶ Mappam etiam vulgò vocamus tabulam, in qua pictus est mundus, vel aliud aliquid, quia est extensa tanquam mappa. ‖ ¶ A Mappa verò fit diminutiuum mappula.

‖ Mapparius, qui mappam in circo mittebat. ‖

Maracha, μαράχη, vrbs Indica, Gentile Marachius, Steph.

‖ Maranus, apostata. ‖

Maras, μάρας Suidæ, nomen proprium viri ex Berœa Syriæ ciuitate, qui vt ditissimus, ita humanissimus, & officiosissimus in omnes tum ciues, tum hospites extitit. Vide Suidam.

Mărăsmŭs, μαρασμός. Tabes, hoc est, totius corporis, vel partis alicuius siccitas, quæ accidere solet, humore natiuo vi caloris absumpto. A verbo Græco μαραίνομαι, quod est tabesco. ¶ Hinc Febris marasmodes à medicis appellatur hecticæ species, quæ contingit ex febri ardente adeò propagata, vt humorem totius corporis absumat. Vide Galen. *de different. feb. lib.* 1 *cap.* 10.

‖ Maratha, in rubis nascentia mora. Item templum maius. L. gr. b. ‖

Marathesium, μαραθήσιον, Ephesiorum oppidum in Caria: cuius incolæ dicuntur Marathesij, Steph.

Mărăthōnĭă, μαραθωνία, oppidum Thraciæ, non procul ab Abderis: cuius incolæ dicuntur Marathoniatæ. Steph.

Mărăthōn, μαραθών, Attici agri ciuitas, distans ab Athenis circiter decem millia passuum, non procul à Tricorytho, & Rhamnunte: morte Icari regis interfecti insignis, victoriáque Thesei, tauro Marathonio superato: similiter & Miltiadis gloria, qui ibi centum millia ex Darij Persarum regis exercitu profligauit. ¶ Est & Marathon, exiguum oppidulum Phocidis ad mare, non procul ab Anticyla, vt est videre apud Strab. *lib.* 9.

Marathonius, a, um, μαραθώνιος. Vnde Taurus Marathonius, qui apud Marathonem à Theseo interfectus est. Hic est Taurus amatus à Pasiphae, quem Hercules ex Creta eò abegit.

Mărăthrum, { μάραθρον. GALL. *Du fenouil.* ITAL. *Finocchio.* GERM. Fenchel. HISP. *Hinojo.* ANGL. *Fenell.* } Latini fœniculum dicunt de Marathro Hippomarathro. Vide Plin. *lib.* 20. *c.* 10.

Mărăthrītēs. μαραθρίτης οἶνος. GALL. *Vin de fenouil.* ITAL. *Vino di finocchio.* GERM. Fenchelwein. HISP. *Vino de hinojo.* ANGL. *VVyne of fenell.* } Vinum eo modo dictum quo Aromatites: nempe quòd marathrum infusum habet: valétque ad visus imbecillitatem adiuuandam. Colum. *lib.* 12. *cap.* 35.

Marathus Iulius, nomen authoris. Suet. *in Aug. c.* 94.

Mărăthŭs, thi, μάραθος, antiqua Phœnicum ciuitas: cuius meminerunt Plin. *lib.* 5. *c.* 20. & Strabo *lib.* 16. ¶ Stephanus item Marathrum vrbem in Acarnania collocat.

Mărăthūsa, æ, μαραθοῦσα, Stephano, Insula ante Ioniam, Asiæ regionem, non

non procul à Clazomenis, cuius meminit Plin. *lib.5.c.31.* ¶ Est & Marathusa, Cretæ insulæ oppidum, apud eundem *lib.4.c.10.*

‖ Marca, vide *Marcha.*‖

Marcærum, μαρκαῖον, mons Troadis, iuxta Geraghitem, incolæ Marcæissij. Steph.

Mărcēllă, μαρκέλλα, nomen mulieris Romanæ, quæ quum à matre rogata esset, gauderétne se nupsisse: ita valdè, respondit, vt amplius nolim.

Mărcēllus, nomen viri clarissimi Romani proprium, cuius res gestæ, & à Liuio, & ab aliis literis traditæ sunt. Hic Gallorum ducem singulari certamine fudit, spolia legit. Annibalem primus vinci posse docuit: Syracusas per tres annos obsedit, & tandē expugnauit, quinquies Consul. Qui postremo consulatu, dum ad occupandum collem quendam cum paucis proficisceretur, insidiis circunuentus, occisus est, magnificéque ab hoste Annibale virtutis causa elatus. Marcellus quasi Martius. Plutarch. *in Marcello initio.*

Mărcĕo, es, ui, Putreo. { נמק *namák* נבל *nabál.* σήπομαι, μαραίνομαι. Gall. *Estre flestri, pourri & gasté.* Ital. *Marcire.* Germ. Faulen/verwelcken. Item, Abnemmen oder krafftloß werden. Hisp. *Marchitarse.* Angl. *To wither, to corrupt, to waxe rotten.*} Martial. *lib.5.* Marcentes tibi porrigentur vuæ. ¶ Nonnunquam idem quod langueo, tabeo & tabesco. Ouid. 1. *Amor. Eleg.13.*

Cur ego plector amans si vir tibi marcet ab annis.

Cels. *lib.2. c.2.* Si marcet animus, si corpus torpet, si moueri loquíque piget. Liu. 3. *bell. Pun.* Sed qui pugnent, marcere Campana luxuria, &c. Vigebat in hac parte miles: in illa marcebant omnia, Velleius. Marcere & oscitare, Senec. *cap.2. de tranq.*

Mărcēsco, Putresco. {נמק *namák* נבל *nabal*, ἀπομαραίνομαι. Gall. *Devenir ou estre pourry ou gasté.* Ital. *Marcersi, guastarsi.* Germ. Anheben faulen. Item, Krafftloß werden. Hisp. *Marchitarse, ser marchito.* Angl. *To waxe rotten or withered* } Plin. *lib.10 c.48.* Corpus occisæ statim marcescit. Ponitur quandoque pro languesco. Sueton. *in Calig.* Marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Liu. 8. *bell. Pun.* Ad hæc equitem marcescere desidia. Marcescere otio. Idem *lib.5.d.4.* Marcescente stomacho (aliàs *marcente.*) Suet. *in Calig 58.* ¶ Huius composita, Emarcesco & immarcesco, de quibus suis locis.

Marcha, terminus, finis.

Marchio, princeps, qui præest marchiæ, id est, limiti. Germ. Marckgrave/ quasi limitis comes; quem vocant liminarcham, ex Latino, & Græco.

Mărcĭdŭs, a, um, adiectiuum, Putridus, languescens. { נבל *no el.* σαπρὸς μαραινώδης. Gall. *Flestri, pourri.* Ital. *Marcio, marcito.* Germ. Faul/welck. Hisp. *Cosa murchita ò mustia.* Angl. *Rotten, vnlustie, withered.* } Plin. *lib.11. c.37.* Fessis equis aures marcidæ Idem *in Panegyr.* Alij marcidi somno, hesternáque cœna redundantes, comitiorum suorum nuntios opperiebantur.

Mărcŏr, marcoris, Putredo, vel languor, & consumptio, quæ & Tabes dicitur. { מק *mak.* σηπεδὼν, σῆψις. Gall. *Flestrissure ou pourriture* Ital. *Marcia.* Germ. Feule / verwelckung / verzeerung. Hisp. *Marchitura.* Angl. *VVithering, vnlustinesse.* } Plin. *lib.22. c.92.* Si ferri, vel chalybis aliqua rubigo, vel panni marcor affuerit. Celsus *de lethargo lib.3.c.20.* In hac marcor, & inexpugnabilis penè dormiendi necessitas.

Mārcĭpŏr, Marci puer, hoc est, famulus: sicut Publipor, Lucipor, & alia huiusmodi. Plin. *lib.33.c.1.* Singuli Marcipores, Luciporésve, dominorum gentiles, victum in promiscuo habebant. Quibus verbis significat Plinius, priscos Romanos singulis seruis contentos fuisse: quare Marcipores, quasi Marci pueri vocabantur, hoc est, ministri & asseclæ, vt Græci παῖδας, vocant seruos. Quod in numerosa familia postea fieri non potuit. Fabius *lib. 1.* In seruis iam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur à domino: vnde Marcipores, Publipores.

Mārclūdās, Latro fuit insignis in sylua Dodonea, vt scribit Tortellius.

Mārcōmāni, vnico n, μαρκομανοί. Populi Germaniæ, quos Cæsar cum Ariouisto Germanorum rege superauit. Hos Bohemos, vel Morauos putant esse. Vulgò Die Mehren. Stat. *lib.3. Syluar.*

Qua modò Marcomanos post horrida bella, vagosq; Sauromatas.

Vide Strab. *lib.7.*

Mārcŭlŭs, diminutiuum à Marco, inquit Festus. ¶ Est etiam nomen instrumenti, quo fabri ærarij vti solent. { פטיש *pattisch.* ὁ ῥαιστὴρ, χαλκέων σφῦρα. Gall. *Vn marteau de chauderonnier.* Ital. *Martello di magnano.* Germ. Ein hammer oder dergleichen werckschirr der kettzschmiden. Hisp. *El martillo de hierro.* Angl. *A coper smithes hammer.*} Plin. *lib. 7. cap. 56.* Tegulas inuenit Cinyra Agriopæ filius & metalla æris. vtrunque in insula Cypro: item forcipem, marculum, vectem, incudem. Martial. *lib. 12.* Nec cogitandi spatium, nec quiescendi in vrbe locus est pauperi, negant vitam ludi magistri manè, nocte pistores, ærariorum marculi die toto. Et tamen Caper Grammaticus scribit *Martulus* à Matte, non marculus. Ergo illo authore Martulus dicendum pro malleo, quod vulgaris lingua retinet.

Marcus Antonius orator, vide in *Antonio.*

Mārdī, μάρδοι. populi Asiæ, supra Pontum, non procul à Colchide: quorum meminit Plin. *lib. 5. cap. 6.* ¶ Stephanus Mardos quosdam inter Hyrcanos collocat.

‖ Mardochea dies, μαρδοχαϊκὴ ἡμέρα, 2. *Macch.* 15. 37. Intelligitur *Purim*, quo Iudæi celebrabant memoriam liberationis, Dei beneficio præstitæ per consilium Mardochæi. Vide infrà *Phur.* ‖

Mārdŏnēs, μάρδονες, gens Epirotica.

Mardŏnĭŭs, μαρδόνιος, ex præcipuis fuit Persarum Satrapis, quem Xerxes prælio nauali apud Salaminem à Themistocle superatus, cum trecentis armatorum millibus in Græcia reliquit. Hunc postea Pausanias speciosissima victoria apud Platæas superauit: vbi & Mardonius ipse occubuit, ab Aimnesto quodam Lacedæmonio interfectus. Vide Herodot. *lib. 9.*

Mărĕ, huius maris, à Syriaco *Marath.* seu Hebr. *Marah*, amarum esse: siue *Marar*, quod idem significat. Nisi malis à μαραίνω. Pelagus, oceanus, æquor, dictum (vt putatur) ab amaritudine aquarum. {ים *iam.* θάλασσα. Gall. *La mer.* Ital. *Mare.* Germ. Das meer. Hisp. *La mar.* Angl. *The sea.* } Virg. 2. *Æneid.*

——— *vastum maris æquor arandum*

Idem 2. *Æneid.*

——— *quum Iupiter æthere summo*
Despiciens mare veliuolum: terrásque iacentes.

Cic. 1. *Tusc.* translatè, Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio.

Pro te vel rapidas ausim Maris ire per vndas,

Tibull. *lib.4.* A mari supero per Apennini dorsum. Suet. *in Cæs. c. 44.* Mare haud est mare, vos estis mare acerrimum. Nam in mari reperi, hîc elaui bonis. Plaut. *Asin. sc 2. a.1.* Oras Italicas quâ egreditur mare; aliàs, quas adgreditur mare. Idem *Men. sc.1.a.2.* Quisnam ille fluuius est, quem non recipiat mare. Idem *Curc. sc.1.a.1.*

Sæpe maris pars intus erat,

Ouid. *Eleg.10. lib.1. Trist.*

——— *Contentus parte dolorum*
Exiguum pleno de mare (i. mari) demat aqua,

idem *Eleg.2. lib. 5.* ¶ Magnum mare, i. mare Mediterraneum. Isid. *lib.13.c.16.* Mare magnum est, quod ab occasu ex Oceano fluit, & in Meridiem vergit, deinde ad Septentrionem tendit: quod inde magnum appellatur, quia cætera maria in comparatione eius minora sunt. Cic. 1. *de diuinat.* Iamque mari magno classis cita texitur. Plin. *lib. 9.* Intrant è magno mari Pontum verno tempore gregatim. Lucret.

Ille quoque ipse viam, qui quondam per mare magnum
Strauit.

Vbi de Hellesponti angustiis loquens ad maris totius Mediterranei magnitudinem respexit. Græci ob magnitudinem & vastitatem ἅλα-δίαν dicunt. Magnum mare etiam dicitur, quod inflatur intumescítque tempestate, atque in altum attollitur & incuruatur. Salust. *in Iugurth.* Nam vbi mare magnum esse, & sæuire cœpit ventis in MS. *ventus cœpit.* ¶ Maximum autem illud mare, quod totam terram ambit, à velocitate Oceanum appellant. Illud verò, quòd inter Abylam & Calpen irrumpens, Africam diuidit ab Europa, Mediterraneum mare vocatur. Vtriusque autem maris partes à prouinciis quas alluunt, varia sortiuntur nomina. Sic Oceanum Atlanticum vocamus mare illud quod ab Occidente Atlantem montem alluit. Britannicum quod Britanniæ: Germanicum, quod Germaniæ est proximum. Ad hunc etiam modum sinus ille maris, quem Mediterraneum mare vocamus, à regionibus quas alluit, varia inuenit nomina. Nam vbi Hispaniam alluit, Ibericum appellatur: vbi Liguriam, Ligusticum, vbi Tusciæ proximum est, Tuscum mare, vel Tyrrhenum appellatur. Sed hæc latiùs suis locis. Mare cælo miscere, est omnia turbare, nihilque non facere. Virg. de Iunone omnia aduersùm Troianos tentante,

———*maria omnia cælo*　　*Miscuit.*

Iuuenal. *Satyr.6.*

———*clames licèt, & mare cælo*
Confundas, homo sum.

Mari terráque quærere, id est, vbique. Plaut. *in Pœn.* postquam eas perdiderit, Mari terráque illas vsquequaque quærit. Sic Cicero, Terra maríque conquirere. ¶ Mare quandoque pro sinu maris vsurpatur. ‖ ¶ Mare iunci, seu carecti, est. ‖ Mare rubrum, ἐρυθρὰ θάλασσα, Sinus maris est, Arabiam felicem à meridie alluens ab angustis Arabici sinus vsque ad sinum Persicum extensus. Rubrum appellatum, non quòd aqua eius re vera sit rubra (vt plerique putauerunt,) sed quòd eiusmodi appareat, à subiectæ arenæ rubedine, vel Solis repercussu, siue, (quod magis placet) imitatione Græcorum, qui mare hoc Erythræum appellarunt, ab Erythra rege Persei & Andromedes filio, qui ea in ora imperauit. vbi etiam sepulchrum eius ostendi solet, teste Strab. *lib.16.* Latini itaque rati Erythræum à Græcis dictum: quòd ἐρυθρὸν, hoc est, rubrum esset, ipsi quoque Rubrum mare appellarunt. Vide latiùs apud Strab. *loco iam indicato.* Hebræi vocant mare Suph, hoc est, procellosum, vel caricosum, seu fruticosum. Contendúntque pro rubro sic fuisse Latinè vertendum. Mare mortuum. Iustinus *historiar. lib. 30. de Iudæa.* In ea regione lacus latus est, qui propter immobilitatem mortuum mare dicitur. Hic Asphaltites lacus, Iosepho, Plinio Solino. Cum mari comparata vita. Senec. *c. 9. de cons. ad Polyb.* Mare mortuum, vita sine fortunæ telis. Idem *Epist.68.* ‖ ¶ Mare salis, est lacus ille salsugine infectus, mistus cœlesti pluuiæ, qua fuerunt euersa Sodoma, Gomorrha, Adama & Zeboym, cum suis vicis & villis: is lacus dicitur *Asphaltites*, & mare mortuum, id est, inhabile ad alendum animalia viuentia. ¶ Mare fusum, erat vas æreum, amplum in templo, vbi sacerdotes ad altare ascensuri antè manus & pedes ab luebant. ¶ Mare vitreum, ante thronum Dei, sancto Ioanni in visione Apocalyptica ostensum, videtur fuisse ingens lacus, ad instar eius maris, quod olim in templo erat ad vsus sacerdotum. ¶ Mare in sacris & profanis literis aliquando significat copiam, non tantum rerum multarum & profundarum, sed etiam hominum: qua mare capax est, & multas vndas, easque variis animantibus diuites, continet. ‖

Mărīnŭs, a, um, quod mare incolit, vel quod est in mari. vel ex mari. { θαλάσσιος, ἐνάλιος. Gall. *De mer, marin.* Ital. *Marino.* Germ. Das in dem meer wohnet. Hisp. *Cosa de mar.* Angl. *Of the sea.* } vt piscis marinus, marina aqua, Ostreæ marinæ, apud Plin. *lib.10.cap.69.* Cic. 2. *de natura deorum*, Probabile est igitur præstantem intelligentiam in syderibus esse, quæ & æthercam partem mundi incolunt, & marinis terrenísque humoribus longo interuallo extenuatis aluntur.

———*Siue marinas flumine cogit aquas,*

Ouid. *Eleg. 10. lib 3. Trist.* ¶ Transmarinum autem dicimus quod trans mare est. ὑπερπελάγιος: vt Transmarinæ merces, & Transmarinus triumphus.

Mărĭtĭmŭs, a, um, quod ad mare est, vel quod ad mare, vel in mari fit { ἐπιθαλάττιος παράλιος Gall. *Maritime, qui est ou demeure aupres, ou sur le bord de la mer.* Ital. *Maritimo.* Germ. Das an daß meer stoßt/ das deß meer ist. Hisp. *Cosa cerca de la mar.* Angl. *That dwelleth by the sea coast.* } vt, Ora maritima. χώρα ἐπιθαλάττιος. Gens maritima, Bellum maritimum, Cic. *ad Attic lib.2* Quod extremum est, te in Arpinati videbimus, & hospitio agresti accipiemus, quia maritimum hoc contempsisti, Plaut. *Cist.* Modò quod suasit, dissuadet: quod dissuasit, id ostentat. Maritimis moribus mecum experitur, ita meum frangit amantem animum. Id est, periculum de me ita facit, vt mare quum

quum iactatur variis fluctibus. ¶ Accipitur etiam aliquando maritimus, pro eo quod ex mari est, vel quod ad mare pertinet: pro marino. Cic. 2. *de nat. deor.* Æstus maritimi multum accedentes & recedentes. Sic etiam Plaut. *in Rud.* Fluctus maritimos dixit pro fluctibus marinis. Aqua maritima, pro marina, Cels. *lib.* 4. *c.* 2.

Maria, μάρεια, Lacus est Alexandriam à meridie alluens, multis Nili fossis auctus, portum habens altero qui ad mare est, multo vtiliorem. Alio nomine dicitur Mareotis: vt testatur Strabo *lib.* 17. ¶ Stephano item Marea oppidum est Mareotidi lacui adiacens.

Mărĕōtis, idis, μαριῶτις. Lacus in Ægypto, Alexandriam à Meridie alluens, multis Nili fossis tum à superioribus partibus, tum à latere adauctus, portum habens nobilem, eóque qui ad mare est, multò vtiliorem. Autor Strab. *lib.* 17. ¶ Mareotis præterea appellatur pars illa Libyæ, quæ est inter Cyrenaicam regionem & Ægyptum, à Ptolomæo Marmarica appellata. Eius descriptionem vide apud Plinium *lib.* 5. *cap.* 6. ¶ Est præterea mareotis pars Epiri, in qua vinum optimum nascitur: vnde Mareotides vuæ dictæ sunt. Virg. 2. *Georg.*

Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ.

Colum. *lib.* 3. *c.* 2. Mareoticæ vites.

Mărĕōtæ, μαριῶται, populi sunt in ea parte Libyæ, quæ Ægypto proxima est, quæ Mareotis Plinio, Ptolemæo Marmarica appellatur. Vide Plin. *lib.* 3. *c.* 6.

Mareplacidæ, arum, genus est nauium. Gell. *c.* 25. *lib.* 10.

Mareschalcus, Marschalck in Germanica lingua sonat, ἱπποκόμος, equorum administer, qui equorum curam gerit.

Mārgā, æ. Genus terræ in modum Cretæ albæ, qua rustici vtuntur ad agros stercorandos. Vide Plin. *lib.* 17. *c.* 6.

Margana, æ, siue Marganæ, arum μάργανα, ἢ μαργάναι, oppidum Indiæ, vt ex Martiani sententia tradit Stephan.

Mārgaēa, μάργαια, nomen fontis in agro Syracusano, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 8. quo etiam nomine dicta est vrbs in Elide: cuius meminit Stephanus.

Mārgărīdēs, μαργαρίδες, Palmæ sunt à margaritis nomen trahentes, quoniam & breues & candidæ, & rotundæ sunt, acinis, quàm balanis similiores. Plin. *lib.* 13. *c.* 4.

MARGARITA, æ, vel margaritum. i, { ברלח *bedhólach* פנינים *peninim*. μαργαρίτης. GALL. *Vne perle.* ITAL. *Perla.* GERM. Ein pärlin. HISP. *Aljofar menudo, ò perla gruessa.* ANGL. *A pearle.* } Lapillus candidus est in conchis nascens, quem Romani vnionem vocant, quòd nulli duo reperiantur indiscreti. Plin *lib.* 9. *cap.* 35. Principium ergo culménque omnium rerum pretij margaritæ tenent. Et *paulò pòst*, Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, haud promptis rebus: in tantum, vt nulli duo reperiantur indiscreti. Cicer. 6. *Verr.* Nego vllam gemmam, aut margaritam fuisse quin abstulerit. Tacit. *in vita Agricol.* Ferè Britannia aurum & argentum, & alia metalla gignit & Oceanus Margarita, sed suffusca, & liuentia, Galli sua lingua vocant *Perle*. Non gemmæ, non margaritæ te flexerunt, Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Helu.* Monilia & margaritæ sunt fœminarum, Quintilian. Margaritas aceto liquefactas sorbere, Sueton. *in Calig. cap.* 37. ¶ Margaritum in neutro genere, Sosipater tamen reprehendit. Ita enim ait, Margaritum dicere vitiosum est, propterea quòd Græca nomina in ης terminata, transeunt in a, vt χάρτης, charta, ὁ καὶ ἡ ἀθλήτης, athleta, ὁ μαργαρίτης, margarita. Vsus est tamen, eodem teste, Varro ipse linguæ Latinæ κηλὼν *lib.* 8. *Epist.* Et præter eum Valgius *in epigrammate.*

Mārgărītārĭi. { μαργαριτέμποροι. GALL. *Vendeurs de perles.* ITAL. *Venditori di perle.* GERM. Perlin krämer / die mit pärlin vmbgehn. HISP. *Vendedores de aljofares menudos, ò gruessas perlas.* ANGL. *That selleth pearles.* } Negotiatores, mangonésque margaritarum, apud Firmicum.

Mārgărītĭfer, a, um, adiect. quod fert margaritas. { μαργαριτοφόρος. GALL. *Produisant perles.* ITAL. *Che produce perle.* GERM. Das pärlin tregt oder gebirt. HISP. *Cosa que trahe ò cria aljofar ò perlas.* ANGL. *That beareth pearles.* } Plin. *lib.* 32. *c.* 11. Concharum genera, inter quæ & margaritiferæ cochleæ.

Mārgĭānā, μαργιανή. Regio Asiæ maioris, inclytæ apricitatis (vt inquit Solinus) ambitu stadiorum mille quingentorum, difficilis aditu propter arenosas solitudines: in qua Antiochus Antiochiam extruxit: vt *lib.* 10. & 11. scribit Strabo.

Margion, μάργιον, ciuitas Phrygiæ, postea Apollonia dicta.

MĀRGO, tam masculini, quàm fœminini generis, vniuscuiusque rei extremitas. { כנף *chanáph* יד *jadh.* ᾤα, κράσπεδον. GALL. *Le bord de quelque chose que ce soit, la marge, la frontiere.* ITAL. *Margine.* GERM. Das eusserst an einem ietlichen ding / das bort. HISP. *El margen ò cabo de alguna cosa.* ANGL. *To brimme or edge of a thing, te margen.* } Ouid. *lib.* 1. *Metamorph.*

——— *Nec brachia longo*
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Iuuen. *Satyr.* 1.

——— *Plena iam margine libri.*

Margines testudinis. Plin. *lib.* 9. *cap.* 10. Dentes non sunt testudini, sed rostri margines acuti, superna parte inferiorem claudente pyxidum modo. Margines fluminum. Varr. 3. *de re rustic. cap.* 5. Quum habeam sub oppido Cassino flumen, quod per villam fluat, liquidum, & altum marginibus lapideis, latum pedes LVII. ¶ Margines imperij. Plin. *lib.* 12. *cap.* 20. Quin & in nostro orbe feritur extremo in margine imperij, qua Rhenus alluit. Gramineus margo fontis, Ouid. 3. *Metamorph.*

Vixque hæsit in Imperij margine terra tui, idem *El.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Mārgĭnĕūs, a, um, & marginatus, a, um. { λαγματωθείς, πρεμπωθείς. GALL. *Margé, qui a grand bord.* ITAL. *Di grande orlo ò margine.* GERM. Daß ein groß bort hatt. HISP. *Cosa que tiene margen.* ANGL. *That hath a bordeur or brimme.* } vt, Marginata tabula, apud Plin. *lib.* 35. *c.* 12. quæ marginem habet latissimum. Marginandas vias. Liu. *lib.* 1. *dec.* 5.

Margus, fluuius Asiæ, quem Ptolem. *lib.* 3. *c.* 10. duobus fontibus ex montibus Seriphiis descendere tradit, & per Massagetas, qui margianis vicini sunt, ac Dorbicas in Oxum amnem deferri.

Mārĭā, { מרים *mirjám.* μαρία. } Fœmininum est à nomine Marius, & accentum in antepenultima habet: nam penultimam habet correptam, quemadmodum & Marius. Claudian. *in nupt. Honorij.*

Præparat & pulchros Maria, sed luce minores
Eligit ornatus.

¶ Pro Deipara Virgine vult Valla Mariam nominatiuo casu legi, quemadmodum Abraham, indeclinabile, & accentu in vltima. Nam apud Lucam *cap.* 1. vbi legimus, Et nomen Virginis Maria, Græca lectio habet Mariam. Hebræi verò Mirjam dicunt duabus tantùm syllabis: vt in Exodo *cap.* 15. legitur de sorore Aaronis prophetissa. Nos i consonantem vertimus in primam vocalem. Hæc ferè Erasmus *in annot. in Lucam.*

‖Maria Magdalena, sic dicta à Magdal, quod erat oppidum in litore maris Galilææ in tribu Nephtalica.‖

Mariaba, μαρίαβα Stephano, Metropolis Sabæorum est. Strabo *lib.* 16. Iuncti sunt his Sabæi, eorúmque metropolis Mariaba.

Mariæburgum, vrbs alia Prussiæ, alia verò Liuoniæ.

Mārĭāmmĭa, æ, μαριαμμία, Phœnices oppidum, cuius incolæ dicuntur Mariammitæ. Autor Paus. *lib.* 6.

Mārĭāna Cōlōnĭa, Corsicæ insulæ ciuitas, ita dicta à C. Mario septies Consule, qui eò coloniam deduxit. Autor Plin. *lib.* 3. *c.* 6.

Mārĭānæ fossæ, Narbonensis prouinciæ oppidum est, quod hodie *Aquas mortuas* vocant: ita dictum à vicina fossa à C. Mario ad mare vsque ducta. Vide Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 10. Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. & Strab. *libr.* 4.

Mārĭāndynum, μαριανδυνία Stephano, Regio in Asia sita est, Bithyniæ contermina, vbi Hercules Cerberum canem tricipitem ad superos traxisse dicitur: quem ferunt ibi virulentam spumam in saxis euomuisse, ex qua ibi natum volunt aconitum. Eius regionis incolæ dicti sunt Mariandyni, qui olim, teste Herodot. *lib.* 1. Crœsi regis imperio paruerunt. Horum meminit Strab. *lib.* 8. & Valer. Flacc. *lib.* 4. *Argon.* Et Mariandynûm penetrauit ad vrbes.

Mārĭānūs, Ptolemæo Hispaniæ Bæticæ mons, vulgò *Sierra Morena*, saltus Castulonensis.

Mārīcā, Dea habita fuit litoris Minturnensium iuxta Lyrim amnem. Horat. *lib.* 3. *Carm. Ode* 17.

Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Littoribus tenuisse Lirim.

¶ Fuit etiam Marica Fauni vxor & regis Latini mater, testatur Virg. *lib.* 7. *Æneid.*

——— *rex arua Latinus & vrbes*
Iam senior longa placidas in pace gerebat.
Hunc Fauno & nympha genitum Laurente Marica
Accipimus.

Maridunum, μαρίδουνον, Britanniæ insulæ vrbs. Ptol. *lib.* 1. *c.* 3.

Marinus, Maritimus. Vide *Mare.*

Marionis, μαρίωνις, Germaniæ ciuitas Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 12. Vulgò Lunenburg. Item altera eiusdem regionis eidem authori, Vulgò Lubec.

Maris, fluuius Agathyrsorum in Istrum fluens, teste Herodot. *lib.* 4.

Mārīscæ, ficus grandiores, sed insipidæ, quas à Græcis βάσυνγα appellari tradit Festus. { פגים *paghgim.* GALL. *Figues foles.* ITAL. *Fichi sciapiti.* GERM. Ungeschmackte feygen. HISP. *Vn cierto genero de higo sin sabor.* ANGL. *wild or vnsauery figges.* } Mart. *lib.* 14.

Infanti melimela dato, fatuásque mariscas.

Plin. *lib.* 15. *cap.* 18. Cato de ficis serendis ita meminit, Ficos mariscas in loco cretoso, & aperto serito. Colum. *lib.* 10. Purpuræque chelidoniæ, pinguésque mariscæ. Vocantur ficus duplices. ¶ A fructus huius similitudine etiam Mariscæ dicuntur, tubercula vlcerosa, quæ ex præpostera libidine circa podicem nascuntur: & fortasse eadem sunt cum illis, quæ Martial. *in Cæcilianum*, Ficos appellat. Iuuen. 2. *Satyr.*

Cæduntur tumidæ, medico ridente mariscæ.

Mārīscūs, mascul. gener. vel Mariscum generis neutri, Genus iunci maioris, quem ὁλόσχοινον Græci vocant, hoc est, totum iuncum. Ex eo fiunt tegetes, & marinæ nassæ, vt ait Plin. *lib.* 21. *c.* 18.

MĀRĪTVS, i, Vxoris vir, à nomine Mas, maris. { בעל *bá'al* איש *isch.* ἀνήρ, ἀκοίτης. GALL. *Mary.* ITAL. *Marito.* GERM. Ein eheman. HISP. *Marido de muger legitima.* ANGL. *An husband or maried man.* } Plaut. *in Cas.* Quid agis tu marite, mi vir? vnde ornatu hoc Aduenis? *Ignara puella mariti*, hoc est, virgo, Horat. 2. *Epist.* 1. *Iura violata mariti*, Ouid. 2. *de Arte.* Vbi sunt amatores mariti? quid cessant? Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Dites damnosi mariti. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4.

Quæ si non esset, cælebs te vita deceret:
Nullaque cui posses esse maritus erat.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Cúmque fefellit amans aliqua nouitate maritum,
Plauditur.

idem *ibidem.* ¶ Ponitur aliquando simpliciter pro masculo, & de aliis quoque animantibus dicitur: vt de gallinacio apud Colum. *lib.* 8. *cap.* 15. Rarior est in his auibus, maritis bonitas.

Olentis vxores mariti,

dictæ capræ, Horat. 1. *Carm. Ode* 17. Maritæ dicuntur mulieres nuptæ. { בעולות *behulóth.* συνοικοῦσαι. GALL. *Femmes mariées.* ITAL. *Donne maritate.* GERM. Eheweiber. HISP. *Mugeres legitimas caʒadas.* ANGL. *Maried women.* } Ouid. *lib.* 2. *Fast.*

——— *dura cum sorte maritæ*
Reddebant vteri pignora rara sui.

Hinc maritos pro coniugibus. Vide infrà *Maritus, a, um.* Papinianus posuit *in l.* 52. *in fin. D de donat. inter virum & Vxorem.* Nam quo casu, inquit, inter cæteras condictio nascitur, inter maritos nihil agitur. Transfertur autem ad arbores vitiferas, quales sunt vlmi & populi, cæteræque id genus arbores, quibus vites applicantur, quásque suis clauiculis complectuntur. Plin. *lib.* 14. *cap.* 1. Iam in Campano agro populis nubunt vites, maritásque complexæ, atque per ramos earum procacibus brachiis, geniculato cursu scandentes cacumina æquant. ¶ Maritæ domus. Liu. 7. *bell. Pun.* Vagabatur enim tum vno, aut altero

ro comite per maritas domos dies noctésque, i. per domos maritorum adulterium committebat cum maritis vxoribus. ¶ Marita pecunia, Plaut. *Epid.* Pulchra ædepol dos pecunia est. P. quæ quidem ædepol non est marita. Quasi dicat, Fateor pecuniam esse pulchram dotem: sed eam pecuniam quæ non sit vxori coniuncta. id est, dummodo extra matrimonium habeatur.

Mārīto, as, Viro trado, seu associo, { בעל *bahál.* συνοικίζω. GALL. *Marier, conioindre.* ITAL. *Maritare.* GERM. Verehelichen. HISP. *Ayuntar marido y muger, cazar.* ANGL. *To marie.* } Sueton. *in Vesp. cap.* 14. Vitelli hostis sui filiam splendidissimè maritauit, dotauítque etiam, & instruxit. Tacit. *lib.* 12. Capto rursus initio, quando maritandum principem cuncti suaderent, deligi oportere fœminam nobilitate, puerperiis, sanctimonia insignem. Sueton. *in August. cap.* 34. Retractauit leges de ambitu, de maritandis ordinibus. ¶ Neque solùm de hominibus, sed etiam de aliis dicitur: vt de arboribus, quæ vites sustinent. Colum. *lib.* 3. Sexto anno si iam videbitur firma, maritabitur hoc modo. de arbore loquitur. Et *lib* 4. *cap.* 1. Et ideo maritandis arboribus nemo minorem bipedanea scrobem vitibus comparat. ¶ Maritari etiam dicuntur canes. Varro 2. *de re rustic. cap.* 9. Tum enim dicuntur catulire, id est, ostendere se velle maritari. ¶ Maritari, Prægnantem fieri, Solinus *cap.* 36. In proximis Vlyssiponis equæ lasciuiunt mira fœcunditate. Nam spirante Fauonio vento concipiunt, & sitientes viros aurarum spiritu maritantur.

Mārītālis, e. { γαμήλιος, γαμικός. GALL. *Appartenant à mariage ou mari.* ITAL. *Pertinente à maritaggio, ò maritato.* GERM. Das zu dem eheman oder der verehelichung gehört. HISP. *Cosa perteneciente à casamiento ò à marido y muger.* ANGL. *Belonging to mariage or an husband.* } Colum. *in Proœm. lib.* 12. Xenophon Atheniensis eo libro P. Syluine, qui OEconomicus inscribitur, prodidit maritale coniugium sic comparatum esse natura, &c. Capistrum maritale. Iuuenal. *Satyr.* 6.

Stulta maritali iam porrigit ora capistro.

Vestis maritalis. Ouid. 2. *de Arte,*

Lusa maritali Gallica veste manus.

Mārītŭs, a, um, adiect. Idem quod coniugalis. { σύζυγος. GALL. *Marié, conioint ou lié auec.* ITAL. *Coniugale.* GERM. Das der ehe leuth ist / ehelich. HISP. *Cosa de marido y muger.* ANGL. *Maried.* } Liuius *lib.* 7. *tertij bell. Punic.* Vagabatur cum vno, aut altero comite per maritas domos dies noctésque. Sueton. *in August. cap.* 44. Maritis è plebe proprios ordines assignauit, (id est, matrimonio iunctis.) Ouid. 2. *Fast.*

——— Dura cum sorte maritæ
Reddebant vteri pignora rara sui.

Ibidem,

Tu rapis: hic castas, duce se, iubet esse maritas.

Vide suprà *Maritus,* i. Idem *in Epist. Paridis ad Helenam,*

An pudet, & metuis Venerem temerare maritam,
Castaque legitimi fallere iura tori?

¶ Sic maritum oliuetum per translationem dixit Colum. *lib.* 3. *cap.* 11. Rarissimum (inquit) arbustum, vel oliuetum, quod non fuerit maritum, vineis destinatur. ¶ Marita pecunia, hoc est, dotalis, apud Plaut. *in Epid.* Pulchra ædepol dos pecunia est. P. Quæ quidem ædepol non est marita.

Marium, Μάριον, Stephano, oppidum fuit in Cypro insula, teste Plinio *lib.* 5. *cap.* 31.

Mārĭŭs, qui septies Romæ Consul fuit, ex municipio Arpinate humili loco fuit natus, multósque annos in villa Ciuernate vitam rusticam egit procul ab vrbanis deliciis. Hic per ordinem primis honoribus functis, legatus Metellum in Numidia criminando, Consulatum adeptus, Iugurtham captum ante currum egit. In proximū annum Consul vltrò factus Cimbros in Gallia apud Aquas Sextias, Teutonas in Italia vicit, déque his triumphauit. Victus à Sylla Minturnis in palude latuit: inuentus & in custodiam traditus, immissum percussorem Gallum vultus autoritate deterruit: acceptáque nauicula in Africam traiecit, vbi diu exulauit. Mox Cinnana dominatione reuocatus, cæsis inimicis, septimo Consulatu (vt quidam ferunt) voluntaria morte decessit. Hic quum in cruribus varices haberet, præbuit varicosum crus medico secandum: & dum secaretur, neque suspirans, neque supercilia contrahens, pertulit sectionem, fixísque oculis cruciantem se medicum spectauit. Quúmque medicus alterum crus secare vellet, minimè assensum præbuit, dicens, Curationem tanto dolore dignam esse non arbitror. ¶ Habuit filium Marium nomine, qui quum esset viginti septem annorum, Consulatum inuasit: quem honorem mater tam immaturum fleuisse fertur. Hic patri sæuitia similis, Curiam armatus obsedit, & inimicos trucidauit: tandem & ipse crudelissimo mortis genere Catuli manibus ad inferos missus est.

Mărĭānŭs, a, um, Cic. 1. *de lege Agrar.* Quid ergo ait Marianus, Trib. pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit? Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 3.

Aut quibus in campis Mariano prælia signo Stent.

Marmaces, Μάρμακες, populi Æthiopiæ: quorum meminit Hecatæus *in descriptione Asiæ.*

Marmarica, Μαρμαρική. Regio Africæ, quæ (vt Ptolem. *lib.* 3. scribit) ab occasu terminatur Cyrenaica prouincia, à Septentrione Ægyptiaco pelago, ab Oriente Ægypto, à Meridie interioris Libyæ parte, quæ Ægypto contermina est. Plin. *lib.* 5. *c.* 6. Mareotidem appellat. Populos habet Adirmachidas, Marmaridas, & Mareotas.

Marmaridæ, populi sunt Marmaricam Libyæ regionem incolentes. Inter hos sunt Psylli, qui habent saliuam præsens aduersùs omnia venena remedium afferentem. Horum opera vsus est Cato quum reliquias Pompeiani exercitus per deserta Libyæ ad Iubam perduceret.

Marmaridius, Magi nomen, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Marmărītēs, μαρμαρίτης. Herba à quibusdam appellatur, quam Dioscorides καπνὸν, nos Fumariam, vel fumum terræ dicimus. Est autem ex iis nomenclaturis, quas inter notha Dioscoridis reiiciunt eruditi.

Marmăritis, μαρμαρῖτις, Herbæ genus, quam alio nomine Aglaophotim vocant, propter admirabilem colorem. Nascitur in Marmoribus Arabiæ, qua de causa Marmaritis vocata est. Vide Plin. *lib.* 24. *cap.* 17.

Marmarium, μαρμάριον, Eubœæ insulæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Marmarij, & Marmarini, vnde & Apollo Marmarinus dictus, qui insigne ibi habebat templum. Strabo *lib.* 10.

Marme, es, Μάρμη, oppidum Phœnices: cuius incolæ Marmæi, μαρμαῖοι, appellantur. Steph.

MARMOR, ōris, { שיש *scháiisch.* μάρμαρος. GALL. *Marbre.* ITAL. *Marmo.* GERM. Ein marmelstein. HISP. *Piedra marmolena, marmol.* ANGL. *Marble stono.* } Genus lapidis durissimi, & solidissimi: cuius diuersa sunt genera. ¶ Quoddam enim album, Parium dicitur à Paro insula: quare & in Liguria olim Lunensium lapidicinæ dederunt. ¶ Aliud Laconicum, quod est viride, & cunctis hilarius. ¶ Aliud Luculleum, quod ferè atrum erat, quo delectatus Lucullus illi nomen indidit. Marmor Alexandrinum. Senec. *Epist.* 87. ¶ Aliud Ophites à maculis serpentum, quibus distinguitur, nomen accipit. ¶ Aliud Porphyrites, quod est rubrum, candidis interuenientibus punctis, quod & Leucostictos vocatur. ¶ Basaltes ferrei coloris & duritiæ, vnde nomen mutuatur. ¶ Onychites ex Arabiæ montibus est, ex quo vasa potaria in Germaniam afferuntur. ¶ Alabastriten quoque candidum cauare solent ad myrothecia: quoniam vnguenta incorrupta seruare creditur. Sunt & alia marmoris genera, quæ breuitatis causa omitto. Vide Plin. *lib.* 36. *c.* 7. Templum de marmore. Vir. 4. *Æneid.*

Præterea fuit in tectis de marmore templum.

Incisa notis marmora. Horat. 4. *Carm. Od.* 8. Virg. 6. *Æneid.*

——— Solido de marmore templa.
Inclusaque gelu stabunt vt marmore puppes,

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Idem *ibid. Eleg.* 3. *lib.* 3.

Mărmŏrāre. Lamprid. *in Alex. Seuero,* Hoc genere marmorandi statuas Colosseas in vrbe multa locauit.

Mărmŏrārĭŭs, qui marmora vel polit, vel secat. Seneca *epist.* 89. Non enim adducor, vt in numerum liberalium artium pictores recipiam, non magis quàm statuarios, marmorarios, aut cæteros luxuriæ ministros.

Mărmŏrātĭo, onis, Constructio ex marmore. { μαρμάρωσις. GALL. *Bastiment de marbre.* ITAL. *Fabrica di marmo.* GERM. Ein bauw oder besetze auß marmelstein. HISP. *Encaladura de marmol.* ANGL *A bulding of marble stone.* } à Marmoro, ras, quod est ex marmore construo. Apul. *lib.* 3. *Flor.* Quid igitur superest ad statuæ meæ honorem? pauimenti marmoratio, nec proscenæ contabulatio, nec scenæ columnatio, sed nec culminis æris pretium, & artificis ministerium, quæ mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus, iniquè defuêre.

Mărmŏrātŭs, a, um, ex marmore factus, vel marmore obductus. { μεμαρμαρωμένος. GALL. *Paué ou reuestu de marbre.* ITAL. *Coperto di marmo.* GERM. Mit marmelstein bedeckt / gemarmelt. HISP. *Edificio de piedra marmol cubierto de marmol.* ANGL. *Paued or ouerlayed with marble stone.* } vt Marmorata pauimenta apud Cic. 2. *de legibus.* Varro *lib.* 3. *de re rust.* substantiuum vsurpauit. Intrinsecus (inquit) quasi leuissimo marmorato toti parietes, ac cameræ oblinuntur, & extrinsecus circum fenestras, nemus aut lacerta arrepere ad columbaria possit.

Mārmŏrĕŭs, a, um, ex solido marmore factus. { μαρμάρινος, μαρμάρεος. GALL. *De marbre.* ITAL. *Marmoreo, de marmo.* GERM. Marmelsteinin. HISP. *Cosa de marmol.* ANGL. *Made of marble.* } vt, Sepulchrum marmoreum. Plin. *lib.* 31. *c.* 1. Varro autor est, Pitium quendam Prætura functum marmorei signi faciem habuisse propter id vitium. Cic. *pro domo sua,* Columnæ marmoreæ ex ædibus meis spectante Populo Romano ad socerum Consulis portabantur. Ouid. 4. *Metam.*

Marmoreum ratus esset opus.

Marmoreæ moles peribunt. Senec. *cap.* 18. *ad Polyb.* ¶ Tecta marmorea, & sola marmora, apud Cicer. *in Parad.* Ceruix marmorea, hoc est, candida, niuei marmoris similitudine, Virg. 4. *Georg.* Sic Ouid. *lib.* 4. *Fast.*

Aurea marmoreo redimicula demite collo.

Idem *ibidem,*

——— Marmoreo pallet adusta gelu.

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Terraque marmoreo est candida facta gelu.

Mărmŏrōsŭs, a, um, adiectiuum. { μαρμαροειδής. GALL. *Plein de marbre, dur comme marbre, ressemblant à marbre.* ITAL. *Pieno di marmo, duro come marmo, simile à marmo.* GERM. Dem marmelsteun gleich / hart wie marmelstein. HISP. *Cosa llena de marmol, ò que tiene marmol, ò semejante à marmol.* ANGL. *Full of marble, resembling marble.* } Quod marmoream formam, vel duritiem habet. Plin. *lib.* 33. *c.* 12. Sil. propriè limus est: optimum ex eo quod Atticum vocatur. Pretium in libris XXXII. Proximum marmorosum sub dimidio Attici pretio.

Marnan, Μάρναν, templum Iouis Cretensis in Gaza Palæstinæ. Vocantur autem puellæ in Creta Marnan. Steph.

Māro, nis, opifex fuit figulus, siue (vt alij putant) magi cuiusdam viatoris mercenarius, Virgilij Latinorum poëtarum principis pater.

‖ Maren, lusus genus. L. gr. b. ‖

Mārŏnĕŭs, a, um, Stat. *lib.* 4. *Syluarum,*

——— tenues ignauo pollice chordas
Pulso, Maroneique sedens in margine templi,
Sumo animum.

Mārōnēā, Μαρώνεια. Steph. Ciconum ciuitas, præstantissimo vino laudata. ¶ Inde Maroneus, a, um, Tibull. *ad Massalam,*

Victa maroneo fœdatus lumina Baccho.

Maronis, Germaniæ ciuitas. Ptol. *lib. c.* 12. vulgò Lunenburg. Vide *Maironis.*

Mārpēsŭs, Μάρπησσα Stephan. Mons in Paro insula: à quo Marpesius, a, um, μαρπήσσιος: vt, *Marpesia cautes,* apud Virg. 4. *Æneid.* id est, Parius lapis.

Mārpēssă, Μάρπησσα Homero, filia Eueni, & speciosa inter paucas nympha, vxórque Idæ, omnium illius seculi virorum formosissimi: mater Cleopatræ pulcherrimæ fœminæ, vxoris Meleagri. ¶ Hanc maritus tam perditè fertur admasse, vt quum eam Apollo rapere conaretur, sumpto arcu & sagittis, raptorem inuadere non dubitaric. Verùm quum eius recuperandæ spes nulla superesset, mater eam pro Marpessa Halcyonem nominauit, propterea quòd fatum Halcyoni simile

simile sortita videretur. Vide Homer. 9. *Iliad.*

Marplacidæ, nauigij genus, quo Siculi vtebantur.

Marra, ferreum instrumentum, ad excindendas herbas accommodatum. { מחרשה *mactareschah.* τὸ μάῤῥον. GALL. *Vne marre de vigneron.* ITAL. *Marra* GERM. Ein eckheuwle/ein krautbauwe. HISP. *Almadana o marra.* ANGL. *A mattock or pikax.* } Col. *lib.* 10. Contundat marra, vel fracti dente ligonis. Iuuen. *Satyr.* 3.

———Ne marra, & sarcula desint.

Marrubij, populi fuerunt Italiæ, circa Fucinum lacum habitantes, sic dicti, vel à Rege Marrubio, vel quòd circa mare habitent. Virg. 7. *Æneid.*

Quin & Marrubia venit de gente sacerdos.

Marrubium, ij, Herba satis nota, quæ exulcerare vesicam putatur. Græci πράσιον, alij Linostrophon, quidam Philopæda, nonnulli Philochares appellant. { GALL. *Herbe appellée du Marrubium.* ITAL. *Marrubio.* GERM. Weisser Andorn/oder Marobel. HISP. *Marrubio, Marrojos.* ANGL. *An herbe called marrubium, or horehound.* } Plin. *lib.* 20. *cap.* 22. ¶ Est & Marrubium nigrum, πράσιον μέλαν, & βαλλωτὴ à Græcis appellatum: quod & Marrubium fœtidum nonnulli nominant, apud Diosc. *lib.* 3. *c.* 115. & 118. Vnde dicti, Cato apud Priscianum *lib.* 9.

Marrucini, populi Italiæ in regione Marsorum. Silius *lib.* 8.

Marrucina simul Frentanis æmula pubes.

Mars, Deus, belli præses ab antiquis creditus. { ἄρης. GERM. Der Gott deß kriegs. } Dictus, vt ait Varro *lib.* 4. *de L. L.* quòd maribus in bello præsit. Siue à Sabina dictione Mamers: quo nomine Sabini Martem dicebant: à poëtis Mauors dicitur per epenthesim, quòd magna vertat. Hic Iouis & Iunonis filius fuisse fingitur: vel, vt Ouidius fabulatur, solius Iunonis. Quum enim olim Iuno turbata, eò quòd animaduertisset Iouem maritum percusso capite sine muliere procreasse Mineruam, versùs Oceanum proficisceretur, vt scrutaretur quo pacto & ipsa sine viro parere posset, & in itinere fatigata, secus fores Floræ Deæ, coniugis Zephyri, consedisset, interrogata ab ea fertur, quam ob causam ad Oceanum pergeret, qua cognita, facturam se voti compotem Deum pollicita est, si id Iuno Iouem celaret. Quod quum Iuno iureiurando affirmasset, mox illam Flora monuit, in Campis Olenis florem esse, quo tacto statim conciperet sine viro: id experta Iuno, concepit, & peperit filium, quem Martem nominauit. Hunc ferunt postea cum Venere concubuisse, eósque Vulcani fallaciis tam obscœnè iacentes catena inuisibili ligatos, omnium deorum risui expositos fuisse: tandem Neptuno intercedente, à Vulcano solutos esse. Sororem habuit Bellonam, belli deam. Sacrum ei fecerunt lupum & picum: quos in Dei huius tutela esse credi voluerunt. Salios habuit sacerdotes, de quibus infrà. Marti vltori dicare gladium. Suet. *in Caligul. c.* 24.

Nec aperti copia Martis Vlla fuit.

Ouid. 13. *Metamorph.* Quantumque ego Marte feroci in acie valeo, *ibidem.*

Vtque suo Martem cecinit grauis Ennius ore,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Et fora Marte suo litigiosa vacent,

idem 4. *Fast.*

———Finitimo cinctus premor vndique Marte,

idem *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.* Dubio marte equo descendere, Velleius.

Iam simul audacis veniunt Martis,

Tibull. *lib.* 4.

Seu libeat duplicem, seu iunctum cernere Martem

Te manet inuictus Romano Marte Britannus,

idem *ibid* Martia Roma, Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Vsurpatur sæpissimè pro ipso bello, μετωνυμικῶς. Virg. *Eclog.* 10.

Nunc insanus amor duri me Martis in armis

Tela inter media, atque aduersos detinet hostes.

Liu. *lib.* 1. *ab Vrb. cond.* Aliquandiu ibi Marte incerto, varia victoria pugnatum fuit. ¶ Est etiam Mars stellæ nomen quatuor & viginti mensibus, & sex diebus minus ferè orbem lustrans. ¶ Marte nostro aliquid dicimus facere, quoties aliquid nostro ingenio nullius adiuti auxilio conficimus, ἀνδρὸς θελήσεως. Cic. 3. *Offic.* Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed, vt dicitur, nostro Marte. dixit Virg. *in Æneid.*

Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem, i. non fauentem & secundum.

¶ Mars communis dicitur, quòd incertus ac varius belli euentus sit. Cicer. 11. *Philipp.* Sed vt concedam incertos esse exitus belli, Martem communem, tamen pro libertate, vitæ periculo decernendum.

Martius, a, um, quod ad Martem pertinet, aut ad bellum, ἄρειος, ὁ τῷ ἄρεως, vt Martia auis, Marti dicata. Ouid. *Fast.* 5.

Martia picus auis gemino pro stipite pugnat.

August. *lib.* 3. *de ciuit. Dei*, Nullo Martio impetu territi sedarentur inimici. Martias hastas nunciatum mouisse, Gell. *c.* 6. *lib.* 4.

Martia cùm durum sternit arena forum,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Interdum bellicosum significat, vt Martios populos. ¶ Martius campus, Planities quædam fuit in agro Romano, inter Tyberim, & antiquam vrbem sita: hodie vrbis pars: ita dictus, quòd Tarquinio in exilium acto (cuius hic erat) Marti fuerit consecratus ἄρεως πεδίον. Liu. *lib.* 2. *ab Vrbe*, Ager Tarquiniorum qui inter vrbem & Tyberim erat consecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Idem, Campus etiam Tyberinus campus dictus est, donatus à Tarratia virgine. Gell. *cap.* 7. *lib.* 6. Plutarch. *in Valer.* Item est & mons Martius (locus.) Plutarch. *in Camill.* ¶ Martius mensis. { μάρτιος μουνυχιών. GALL. *Le mois de Mars.* ITAL. *Marzo.* GERM. Mertz. HISP. *El mes de Março.* ANGL. *The moneth of marche.* } Primus olim anni mensis apud Romanos, quem Romulus genitori suo dicauit. Ouid. 3. *Fastor.*

A te principium Romano ducimus anno.

Primus de patrio nomine mensis erit.

Plutarch. *in Num.*

Marticola, qui Martem colit. Ouid. 5. *Trist. Eleg.* 4.

Nec patria est habitata tibi, sed ad vsque niuosum

Strymona venisti, Marticolámque Getam.

Martianus, adiect. μαρτιανὸς, vt, Fœdus Martianum. Cicer. *pro Cornelio Balbo*, Qui & veterem illam speciem fœderis Martiani, semper omni sanctionem Marte duxerunt.

Martigenus, a, um, adiect. Marte genitus. ἀρηϊγενής. Plaut. *in Amph.* Martigenam ille aggressus beluam magnus Europæ quæstor, anguineos, Repentè hostes peperit seminio.

Martialis, e. ἄρειος. quod est natum sub Martis stella, vel qui Martis sacris seruit. Cicer. *pro Aul. Cluent.* Martiales quidam Latini appellabantur, ministri publici Martis, atque ei Deo veteribus institutis, religionibúsque Larinatium consecrati. Martiales ludi. Sueton. *in Claud. cap.* 4. ¶ Martialis est præterea nomen Poëtæ proprium qui Epigrammatum festiuitate nomen sibi celebre & illustre promeruit.

Martulus, vide *Marculus.*

Marsi, μαρσοὶ Stephan. Populi Italiæ Picentibus, Æquiculanis, & Samnitibus finitimi, à Marso Circes filio orti, qui saliua sua serpentum morsibus medebantur. Vide Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Quinetiam regio ipsa eodem nomine effertur. Cicer. *pro domo sua*, Is in Marsis natus est. ¶ Sunt & Marsi Scythiæ populi apud Herodot. *lib.* 4. ¶ A Marsis, fit Marsicus, a, um: vt Marsicum bellum, quod Romani cum Marsis gesserunt.

Marsippus, vrbs Phœniciæ, μάρσιππος, gentile Marsippeus, Stephan.

Marsus, Circes filius, qui Marsorum genti in Italia nomen dedit, vt testatur Plin. *lib.* 7. *c.* 2.

Marspiter, penultim. corrupt. Mars pater, ἄρης: sicut Iupiter, & Iouis pater, vt Iouis sit nominatiuus, hoc est, ipse Iupiter, & ipse Mars. Gell. *lib.* 5. *cap.* 12.

Marsupium, pij, Loculi, sacculus numorum. { כיס *chis.* μαρσύπιον. GALL. *Gibbeciere, bourse.* ITAL. *Borsa.* GERM. Ein seckel oder täsch. HISP. *La bolsa.* ANGL. *A bagger of leather, a vallet.* } Cato *de liberis*, Et quod perspicuum est, maiorem curam habere marsupij nostri; quàm vitæ nostræ. Plaut. *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Vt bene nummatum seruaretur marsupium. Paulò pòst crumena dicitur. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 2. Cedo dum huc mihi marsupium. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Cùm inspicio marsupium. *Ibid. sc.* 7. *a* 5. Rectè obsignatum est in vidu-marsupium. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Obsoluit marsupium, &c. Festo autem dicitur Massupium. Verro 3. *de re rust. c.* 17. Magis ad oculos pertinent, quàm ad vesicam: & potiùs marsupium domini exinaniunt, quàm replent.

Marsyas, μαρσύας, Tibicen fuit è Phrygia, ea temeritate, vt ipsum etiam Phœbum ad cantus certamen auderet prouocare: à quo & victus, & excoriatus est. Vide etiam apud Ouidium *libr.* 6. *Fastor.* Est & Marsias, siue Marsya, Asiæ minoris fluuius Apamiam alluens: quem Poëtæ fabulantur ortum esse ex Nympharum, & Satyrorum lachrymis, Marsiam deflentium. Ouid. 5. *Metamorph.*

Illum ruricolæ, syluarum numina, Fauni,

Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,

Et Nymphæ flerunt, & quisquis montibus illis

Lanigerósque greges, armentaque bucera pauit,

Fertilis immaduit, madefactaque terra caducas

Concepit lachrymas, ac venis perbibit imis.

Quas vbi fecit aquas, vacuas emisit in auras.

Inde petens rapidum ripis decliuibus æquor,

Marsya nomen habet, Phrygiæ liquidissimus amnis.

Vide Liuium *lib.* 8. *d.* 4.

Marsya, æ, μαρσύα, oppidum Phœnices: vnde Marsyeni. Steph.

Marsyas, Periandri filius, Pellæus historicus, nutritus vnà cum Alexandro Magno. Scripsit res Macedonicas libris decem à primo rege vsque ad Alexandrum. Item de rebus Atticis libros duodecim. ¶ Marsyas Philippeus historicus superiore recentior. Marsyas Tabenus; qui scripsit de Tranquillitate libros duodecim: fabulosa libris septem, & quædam alia de patria sua. Autor Suid.

Martha, mulier fatidica. Plutarch. *in Mario.*

Martes, is, Fera exigua, ex genere mustelarum: cuius pellis summo habetur in pretio. { ANGL. *A fulmer or polecatte.* } Mart. *lib.* 10.

Venator capta marte superbus adest.

Martia, Catonis Vticensis vxor fuit, quam postea, quum ex ea aliquot liberos sustulisset, Hortensio amico concessit: eóque mortuo sub initium bellorum ciuilium rursus eandem duxit. Qua in re Cato maleuolorum reprehensione non caruit, qui vacuam & pauperem eam dimissam esse calumniabantur, vt postea Hortensij testamento locupletatam reciperet. Autor Plutarch. *in vita Catonis.*

Martia aqua, quæ & Aufeia, omnium toto vrbe aquarum clarissima fuit à nono lapide structis fornicibus in vrbem perducta: ita dicta ab Anco Martio Romanorum rege, qui eam primus in vrbem ducere auspicatus est. Vide suprà in dictione AVFEIA, & apud Plin. *lib.* 31. *cap.* 3.

|| Martinalia, Hadrian. Iunius dicit, quæ Græcis πιθοίγια. Festum, inquit, quo relinebant plena musto dolia, vt in Martinalibus passim obseruari videmus hodie vocamus S. Merins tag ||

Martiobarbuli, plumbatæ, & milites qui huiuscemodi plumbatis vtebantur. Vegetius *lib.* 1. *cap.* 17. Plumbatarum quoque exercitatio (quas Martiobarbulos vocant) est tradenda iunioribus. Nam in Illyrico dudum duæ legiones fuerunt, quæ sena millia militum habuerunt: quæ, quòd his telis scienter vtebantur & fortiter, Martiobarbuli vocabantur. Quidam Grammaticus maximi nominis satis insulsè etymologiam commentus est à Martis barbis, siue barbulis piscibus, id clariterque ita dici vult; ego perridiculè, Secutores etiam in gladia orio ludo massa plumbea aduersùs retiarios depugnabant, vt author Isidor. *lib.* 18. *cap.* 55.

Martion, Smyrnæus medicus, de quo sic Plin. *lib.* 28. *c.* 4. Martion Smyrnæus, qui de simplicibus affectibus scripsit, rumpi scolopendras marinas sputu tradit: item rubetas, aliásque ranas.

Martius, cognomen Anci, quarti Romanorum regis, qui Numæ Pompilij nepos fuit, æquitate & religione auo similis. Latinos bello domuit, & Auentinum Ianiculúmque montes vrbi addidit, noua mœnia oppido circundedit: syluas ad vsum nauium publicauit: salinarum vectigal instituit: carcerem primus ædificauit: Ostiam coloniam maritimam

mis commeatibus opportunam in ostio Tyberis deduxit. Author Liu. 1. *ab Vrbe.* De Mauortiorum familia & vnde, Plutarch. *in Coriol. & in Numa.*

Martyr, is. { עד *hedh.* μάρτυρ. } à Græcis dicitur quē nos testem vocamus Quo factum est, vt qui sanguinis suis pignore Christo diuinitatis testimonium dederunt, Martyres vocentur. ¶ Hinc martyrium μαρτύριον testimonium. ¶ Item martyrium pro templo martyribus dicato ponitur apud Impp. *in l.2. & 3. C.de sacrosf.ecclesiis.*

Maruda, mensuræ genus, quod heminas sex capiebat. Autor Iulius Pollux.

Mărŭllŭs, Tribunus plebis cum Flauio, coronas Cæsaris dictatoris statuis detraxit, eósque qui primi Cæsarem regem salutauerant, in vincula duci iussit. Quamobrem Cæsar Marullum magistratu priuauit. Author Plutarch. *in Cæsare.* ¶ Marullus item poëta mimographus sub Antonino principe, apud Spartianum. ¶ Pomponius item Marullus, Grammaticus. Romæ profitebatur, sermonis Latini exactor molestissimus, quum ex oratione Tiberium reprehendisset, affirmante Atteio Capitone, & esse illud Latinum: & si non esset, futurum certè. Iam inde mentitur (inquit) Capito: tu enim Cæsar ciuitatem dare potes hominibus, verba non potes. Pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum epigrammate ostendit,

Qui caput ad læuam didicit, glossemata nobis
Præcipit: os nullum, vel potius pugilis.

Marum, μάρον Dioscoridi, herba est surculosa, flore origani, sed odoratiore, foliísque multò candidioribus: quæ circa Magnesiam & Tralleis copiosa gignitur. Plin. quoque *lib.12.c.24.* in Ægypto marum nasci tradit, sed peius quam Lydium, maioribus foliis ac variis.

Marus, (quod hîc pro nomine montis perperam legebatur,) vide *Tmarus.*

Mās, maris, mascul. gen. Masculus)(Fœmina. { זכר *zachár.* ἄῤῥην, ἄρσην. GALL. *Masle.* ITAL. *Maschio.* GERM. Ein mann oder mansbild. HISP. *El macho.* ANGL. *The male.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Bestiæ aliæ mares, aliæ fœminæ sunt. Liu. *lib.8.bell.Pun.* Cære porcus biceps, & agnus mas, idémque fœmina. Col. *lib.8 c.2.* Contumax ad concubitum dedignatur gallina, admittere marem, Varro 3. *de re rust. c.12.* Quis item nescit, paucos si lepores mares in fœminas intromiserit, breui tempore fore vt impleatur leporarium? Col. *lib.6.c.24.* Mense Iulio fœminæ maribus plerunque permittendæ. Interdum Mares sumuntur pro fortibus & magnanimis. Horat

Et maribus Curiis & decantata Camillis.

Vt contrà, malè marem vocat Catullus, Effeminatum & mollem. Plaut. *Mil. sc.5.a.2.* Non hi me mărem, sed fœminam esse rentur.

‖ Masca, venefica striga in ll. Long. ‖

Māscŭlēsco, is, ere, est masculum fieri. { עוכר *nizchár* ἀῤῥενόω. GALL. *Deuenir masle.* ITAL. *Immarchirsi.* GERM. Zu einem man werden. HISP. *Hazerse macho ò mas resio.* ANGL. *To turne to the male kind.* } Plin. *lib.18. cap.13.* de rapis & napis loquens, Genera eorum Græci duo prima fecere, masculinum, fœmininúmque: & ea serendi modo ex eodem semine. Densiore enim satu masculescere, hoc est, ex fœminis masculos fieri.

Māscŭlo, as, Masculum animum induo, firmo, roboro. { חזק *chizzék.* ἀῤῥενόω GALL. *Faire masle* ITAL. *Immaschire.* GERM. Manlich vnd gehertzt machen. HISP. *Hazer macho.* ANGL. *To mak of the male kind.* } A quo commasculo. Apuleius 2. *de Asino.* His cognitis, animum meum commasculaui.

Māscŭlētum, i, locus in quo plantæ vinearum masculæ consitæ sunt. Plantæ autem masculæ sunt, quæ non subiguntur vt palmites alios emittant: sed altiùs crescunt, & in altum attolli permittuntur. Plin. *lib.17.cap.22.* Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum vsque pedamentum emitti: quod alij dracones, alij Iuniculos vocant, vt faciant quæ Masculeta appellant.

Māscŭlus, li, substantiuum diminutiuum. { זכר *zachár.* ἀῤῥενάριον. GALL. *Masle.* ITAL. *Maschio.* GERM. Ein männlin. HISP. *Macho.* ANGL. *Male.* } Plaut *in Cist.* Bona fœmina, & malus masculus hîc te volunt. Aliquando adiectiuum est, idem significans quod masculinus, vt Mascula facies, ἀῤῥενωπία. Mascula Sappho, dicta est ab Horat *lib.1. epistol.* eo quòd tribas esset, & in portentoso mulierum concubitu viri vice fungeretur. ¶ ‖ Masculus, a, um, virilis, quod & masculinus. ‖ Mascula proles, Horat. 3. *Carm.6.*

Sed rusticorum mascula militum proles,
Sabellis docta ligonibus
Versare glebas.

¶ Aliquando accipitur pro forti, & vehementi, & quod virum decet. Sic mascula bilis dicitur à Persio 5. *Satyr.*

——*calido sub pectore mascula bilis intumuit.*

Plin. *lib.12. cap.14.* quandam thuris speciem Thus masculum appellat ad differentiam fœminini. Idcirco autem thus masculum quidam dici putant, quòd testium speciem habeat.

Māscŭlīnŭs, a, um, quod est maris, siue masculi. { ἀῤῥενικός. GALL. *De masle* ITAL. *Di machio.* GERM. Männlich. HISP. *Cosa de macho.* ANGL. *The maleking.* } Plin. *lib.18. cap.13.* Genera eorum Græci duo prima fecere, masculinum fœmininúmque, & ea serendi modo ex eodem semine.

Masalia, Cretæ fluuius. Ptolem. *lib.3.c.17.* Hodie *Mesauo.*

‖ Masaria, supellex L. gr.b. ‖

Masaris, μάσαρις, Bacchi cognomen apud Caras: de cuius origine sic fabulantur: In comitatu Rheæ cui Iupiter Bacchum alendum commiserat mulierem fuisse, cui nomen erat Ma: quam quum Iuno rogasset cuius is esset puer, ἄρεος, hoc est, Martis, illa respondit. Qua voce à vulgo excepta, Bacchus deinceps Masaris dictus est, quasi τὸ μᾶς ἄρεος.

Masdorani, Asiæ populi, iuxta Parthiam, & Carmaniam desertam incolentes. Horum meminit Ptolem. *lib. 6.c.17.*

Masanorada, μασανωράδα. Vrbs Cariæ, à Masanorado Cyndapsi filio; gentile Masanoradeus. Steph.

Maschane, μασχάνη. Vrbs Scenitarum Arabum, ὡς τῶν καλουμένων ἀρά... Steph.

Mascoti, μάσκοτ⊛, vrbs Libyæ, & alia prope Hesperides. Steph.

Masdoranus, mons Asiæ, qui Parthiam ad orientem ab Asia dirimit Author Ptol *lib.6.c.5.*

Mases, μάσης, vrbs Argiuorum. Homer. οἵ τ' ἔχον Αἴγιναν μάσητά τε ... dicitur etiam μάσητ⊛ in recto, Ciues Maserij, Steph.

Masetis, μασῆτις. Palus quædam & vicus, & insula. Steph.

‖ Masgidium, μασγίδιον, templum, locus adorationis, in specie templum Saracenorum è lignis fabricatum: templum Mahometanum. ‖

Māsĭnīssā, Numidarum rex fuit, acerrimus primùm nominis Romani hostis, postea verò fidelissimus socius. Hic ad extremam vsque senectam mira valetudinis prosperitate vegetóque corporis robore vsus est, adeò vt nonagesimo ætatis anno filium genuerit, itérque quamuis prolixum faciens, equum nunquam ascenderit, nullo imbre nullóque frigore adduci potuisset, vt capite operto fuerit, teste Cicer. *in lib. senect.* Ouid. 6. *Fastor.*

Postera lux melior, superat Masinissa Syphacem.

De hoc multa Liu. *lib.3.bell. Punici.*

Masius, μάσιον Steph. Gordyæorum montium pars est, supra Nisibim, ... Armenia dirimitur à Mesopotamia. Author Strab *lib.11.*

‖ Masora, est traditio, vox Hebr.

Masoretha, vel Masoritha, auctor Masoræ. ‖

Māspĕtum, maspeti, penult. corr. μάσπετον Dioscoridi, Caulis est laserpitij ferulæ similis. Plin. autem *lib.19.cap.3.* folia laserpitij hoc nomine tradit appellari.

Māspĭī, μάσπιοι, Gens Persica, apud Steph.

Māssā, Libyæ fluuius, Ptolemæo.

Māssā, massæ, Farina macerata, & aqua subacta. { בצק ערס *haras batsek.* μάζα GALL. *paste, masse, chose massiue & espoisse.* ITAL. *Past & simil cose spesse.* GERM. Ein teig. Item, Ein klots. HISP. *La massa de pan y tal cosa semejante.* ANGL. *Paast all thing thick and massie lyk paast, masse or wedge.* } ¶ Significat etiam quicquid densum est, spissúmve ac similitudinem farinæ subactæ: vt Massa auri, Massa ferri, hoc est, pila, & veluti moles. Colum *lib.12.c.15.* Quidam ferri massas exurunt, ita vt ignis speciem habeant. Virg. 1. *Georg.*

——*Massam picis vrbe reportat.*

Ouid. 4. *Fast.*

Æs erat in pretio; Chalybis iam massa placebat.

Masso, as, are, In massam redigere, Conglobare, Condensare Lucret *lib.1.* Quòd si fortè vlla credunt ratione potesse ignes in cœtus stringi massaréque corpus.

Māsŭlā, diminutiuum { τὸ μαζίον, ἡ μαζίσκη. GALL. *petite masse.* ITAL. *picciola massa.* GERM. Ein teiglen oder klötzlin. HISP. *Pequenna pasta.* ANGL. *Alitle masse.* } Colum. *lib.12. cap.38.* Post hæc complures ex ea massulæ fiunt, & ita per latera seriæ in mustum demittuntur, &c.

Massaca, μάσσακα. Steph. Indorum oppidum est, apud Arrianum.

Māssæsylĭā, μασσαισυλία, siue, vt apud Steph. & Strab. legitur, μασσαισυλία vnico σ, Africæ regio, à Mauris Malucha fluuio (quem Strabo Molochat appellat) dirempta. Vide Strab. *lib.17.* & Plin. *lib.5. cap.2.* ¶ Huius regionis populi Massæsyli vocati fuerunt, quos Plinius testatur sua ætate extinctos fuisse, regionémque eorum à Getulis fuisse occupatam.

Māssăgĕtæ, μασσαγέται, populi Scythici in Asia vltra mare Caspium qui quum per deserta discurrunt, equorum suorum sanguinem cum lacte bibunt. Apud hos senio confecti, in frusta cæduntur, admistísque ouilis carnibus à suis eduntur: qui verò morbo intereunt, feris deuorandi obiiciuntur. Infestissimi sunt hospitibus, neque cum vicinis populis vllam seruant amicitiam, aut fidem. Vxores habent communes, cum quibus etiam in publico coire non verentur. Solem præcipuè venerantur, cui & equum immolant: cæteros deos habent neglectui. Vide Strab. *lib.11.* & Herodot. *lib.5.* Stat. *in Achilleide,*

Lactea Massagetæ veluti qui pocula fuscant
Sanguine puniceo, &c.

¶ Nominatiuus singularis est Massageta, vel Massagetes. Lucr. *lib.3.*

Longaque Sarmatici soluens ieiunia belli
Massagetes, quo fugit equo.

Māssārĭs, vua est, quæ ex vite syluestri cum flore in Africa decerpitur: medicinæ tantùm, & odoramentis idonea. Vide Plin. *lib. 12. cap.vlt. & in proœm.lib.23.*

Māssĭā, μασσία Stephano oppidum Hispaniæ vlterioris, non procul à Tartesso, circa quod lateres fiebant ex terra pumicosa, qui siccati non mergebantur in aqua. Vide Plin. *lib.35.c.14.*

Massica, regio Bæticæ Tartesiis opposita. hanc Vitruuius Maximam appellat.

Māssĭcŭs, Mons Campaniæ, optimi vini ferax. Silius *lib.7.*

Massicus vuiferis addebat nomina glebis.

Hinc Massicum vinum, inter Campana vina olim laudatissimum. Plin. *lib.14.c.6* Certant Massica æquè ex monte Gaurano, Puteolos Baiásque spectantia. Horat *lib.1.Carm.Ode 1.*

Est qui nec veteris pocula Massici,
Nec partem solido demere de die Spernit.

Plaut. *Pseud. sc.2. a.5.* Massici montis fructus ebibere. Docet Seruius, Massicus in plurali facere Massica. Virg. *lib.7.*

——*Vertunt felicia Baccho Massica.*

Māssĭlĭā, { μασσαλία. GALL. *Marseille.* GERM. Marsilien } vrbs in Narbonensi Prouincia, à Medis Astyage imperante condita, circa secundam & quadragesimam Olympiadem, annis ante quàm Virgo pareret D.C.XIII. post obitum Dauid regis annis CCCCLXXXIV. Diruta deinde, à Phocensibus instaurata est, qui Cyri tyrannidem fugientes destituta Græcia in hunc sinum nauigarunt. Olim Massiliæ studia ingenuarum doctrinarum adeò floruerunt, vt Romani pro Attica peregrinatione Massiliense peterent gymnasium ad disciplinas capessendas. Plaut. *in Casina.* Massilienses mores, tanquam optimos & probatissimos dixit. Vbi (inquit) tu es, qui colere mores Massilienses postulas? Massiliensium mores & instituta summis laudibus extollit Cicero, cùm alibi sæpè, tum præcipuè *in Oratione pro L.Flacco*, cuius hæc sunt verba, Neque verò te Massilia prætereo, quæ L. Flaccum militem quæstorem cognouisti: cuius ego ciuitatis disciplinam atque grauitatem, non solùm

num Græciæ, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam iure dicam. Quæ tam procul à Græcorum omnium regionibus, disciplinis, linguisque diuisa, quum in vltimis terris cincta Gallorum gentibus, Barbariæ fluctibus alluatur: sic optimatum consilio gubernatur, vt omnes eius instituta laudare facilius possint, quàm æmulari. Inclytam autem fuisse clarissimo gymnasio in Agricolæ vita Tacitus quoque testatur, quum socerum scribit Agricolam statim paruulum sedem ac magistram studiorum Massiliam habuisse, locum Græca comitate & prouinciali parsimonia mistum ac bene compositum. Lege Strab. *lib.* 4. De eius veteribus institutis multa Valer. *lib.* 2. Vide Senecam *cap.* 8. *de consol. ad Heluiam.* Plutarch. *in Solon.* Mercator Massiliam condidit. De origine verò & primis initiis non pauca Iustinus *lib.* 43. hæc vini optimi ferax fuit: vnde Martial. *lib.* 13.

Tu me Massilia ponere vina putes.

¶ A Massilia fiunt, Massiliensis, Massilianus, Massilioticus, μασσαλιὺς, μασσαλιώτης. Vnde Massilienses viri. Plaut. *Menach. sc.* 1. *a.* 1. Massilienses, Illirios sumus præteruecti. Massiliana vina, & Massilioticum ostium Rhodani, quod Massiliæ proximum est. Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. Libyca appellantur duo Rhodani ora modica: ex his alterum Hispaniense, alterum Metapinum: tertium, idémque amplissimum, Massilioticum.

Massyli, μάσσυλοι Stephan. populi Africæ, Cæsariensi Mauritaniæ, & Massæsylis proximi. Hi neque frænis, neque ephippiis vtuntur, sola contenti virga, qua equos regunt.

Massylus, a, um, adiectiuum. Virg. 4. *Æneid.*

Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos.

Massylius. a, um, Lucan. *lib.* 4.

Et gens quæ nudo residens Massylia dorso
Ora leui flectit frænorum nescia virga.

Massylæus, a, um, Martialis *lib.* 9.

Et Massylæum virga gubernat equum.

Mastaura, μάσαυρα, Lydiæ ciuitas: ita dicta, quòd in ea Rheæ, Bacchi nutrici (quæ Mâ Lydis appellatur) taurus soleat immolari. Vide suprà in dictione MA. Huius incolæ dicti sunt Mastaurenses. μασαυρεῖς, καὶ μασαυρεῖται Stephano, quorum meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Mastiani, μαστιανοὶ, & alibi μασιηνοὶ, populi iuxta Herculis columnas, ab vrbe Mastia. Stephan. Sixtus, inquit *alibi*, vrbs Marinorum corruptè, vt videtur.

Mastiche, es, cum aspiratione in vltima syllaba, μαστίχη Dioscoridi. { GALL. *Du mastich.* ITAL. *Mastice.* GERM. Ein gummi auß dem baum lentisco. HISP. *El almastica goma de lentesco.* } teste Plin. *lib.* 12. *c.* 17. lacryma est, quam lentiscus arbor gummi modo sudat.

‖ Masticinus, a, um, Isid. *lib.* 19. 28. vbi agit de coloribus vestium.

Mastico (medicis vsitata vox) contero cibum in ore, inter dentes. Est autem verbum Italicum, *masticare*, quod Galli *mascher*, Hisp. *mascar*, dentibus cibum molere; Germani käuen.

Masticatorium medicis est commansum, apophlegmatismus, quod ore commansum pituitam capitisque humores deducit. ἀπομασσημα. ‖

MASTIX, igis, Scutica, flagrum siue lora quibus mancipia cæduntur. { שוט *schot* שוטט *schotét.* μάστιξ GALL. *Fouet, verges à fesser.* ITAL. *Staffile, scorregiata.* GERM. Ein geissel. HISP. *El açote.* ANGL. *A whip to whipe seruandes wich.* } à Græco verbo μαστίζω, flagris cædo. ¶ Inde Homeromastix appellatus est Zoilus ille Homeri calumniator. Vide infrà in dictione ZOILVS.

Mastigophorus, μαστιγοφόρος. Dicebatur seruus flagellifer, qui scilicet agonothethas in sacris certaminibus comitabatur, virgas præferens, ad submouendam turbam, & cohibendas seditiones. Bud.

MASTIGIA, Verbero, verberibus dignus. { μαστιγίας. GALL. *Digne d'auoir du fouet, batable.* ITAL. *Huomo da bastone, pezzo d'asino.* GERM. Der geisslens wärt ist. HISP. *Açotadizo.* ANGL. *A knaue worthie to be scourged.* } Plaut. *sc.* 4. *a.* 3. Crucior lapidem non habere, vt illi mastigiæ cerebrum excutiant. Reddin' an non virginem Mastigia? Idem *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Exi culina, sis foras, mastigia. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2.

Mastigeus, ea, um. Plaut. *in Trinum.* Aggrediundus est hic homo mastigeus.

‖ Mastromiles, magister militum. Const. L. græc. b. ‖

MASTRVCA, vestis genus, qua Sardi vtebantur. { ἡ μαστρύκη. GALL. *Vne sorte d'habillement duquel vsent les Sardes.* ITAL. *Veste vsata da Sardi.* GERM. Ein gattung eines kleids der völcker in Sardinia. HISP. *Vestidura propria de los de Cerdeña.* ANGL. *A king of garment which the Sardes vseth.* } Cicer. *pro Scauro*, Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum mastruca mutauit? Prudentius,

———*mastrucis proceres vestire togatos*, i. vestibus scorteis, vt exponunt Grammatici.

Mastrucatus, qui mastruca vtitur. { ὁ μαστρυκωτὸς, μαστρύκην ἐνδεδυμένος. GALL. *Vestu de tel habit Sardian.* ITAL. *Vestito di tale habito.* GERM. Mit einem solchen Sardinischen kleid angethan. HISP. *Vestido de Aquella vestidura.* ANGL. *Clotheth with agarment of the Sardinians.* Cicer. *de prou. Cons.* Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à Proprætore vna cohorte auxiliaria gesta.

Masturbari, fœdum verbum. Martial *Epigramm.* 42. *lib.* 9. *& Epist.* 203. *lib.* 14.

Mastus, { שד *schád.* μαστός } Latinè mamma, & propriè animalium est Per translationem tamen Masti etiam appellantur tubuli mammati in fontibus, & aquæductibus, quos Latinorum nonnulli Mammas, Varro etiam Papillas vocat. Virg. *lib.* 7. Athenis (inquit) ex huiusmodi locis & fontibus masti vsque ad portum Piræeum ducti sunt salientes. A Cassiodoro etiam Vbera appellantur. Quando (inquit) pulchrius est Claudiam aquam per tot sicca montium iuga lauacris, & domibus liquores purissimos fistularum vberibus immisisse. Plin. *lib.* 26. *c.* 15. herbam etiam huius nominis esse dicit, quę potui indita, pilos mammarum à parte nascentium aufert.

Masurius, μασούριος, Eques Romanus fuit tempore Tiberij, Iureconsultus non incelebris, qui publicè de iure scripsit.

Matæotechnia, ματαιοτεχνία, Superuacua atque inutilis artis imitatio, & vanitas artis dicitur, quæ scilicet artifici nihil affert commodi. Eiusmodi fuit ars eius, qui ciceris grana ex spatio satis longinquo in acum sine frustratione iniiciebat, μάταιος enim vanum dicitur, τέχνη ars.

‖ Mataris, teli genus, minus lanceâ. Steph. ‖

Matаurus, μάταυρος Siciliæ oppidum Locrorum opus, cuius incolæ dicuntur Matаurini. Steph.

Mataxæ, inquit Budæus, sunt manipuli & fasciculi cannarum quos Vitruuius romice alligari iubet, Ipsaque, inquit, tectoria abacorum & speculorum diuisionibus circa se prominentes habent expressiones. Existimo autem ex Æmari Rauconeti sententia, diuisiones abacorum formas esse quadratas in tectorio prominentes: speculorum autem diuisiones formas esse rotundas. Hæc Turnebus.

Matella, Matellio, vide Matula.

Mateola, apud Plin. & Catonem. genus est sarculi. Cato *de re rust. cap.* 46. Quum taleam demittes, pede tantùm opprimito: si parum descendit malleolo, aut mateola adigito: cauetóque ne librum scindas, quum adiges.

MATER, huius matris. Notæ significationis nomen est, à Græco μήτηρ. { אם *em* GALL. *Mere.* ITAL. & HISP. *Madre.* GERM. Ein mutter ANGL. *A mother.* Cic *pro A Cluent.* Nam Sassia mater huius Habiti (mater enim à me nominis causa, tametsi in hunc hóstili odio & crudelitate est, mater, inquam, appellabitur: neque vnquam ita de suo scelere & immanitate audiet vt naturæ nomen amittat. Virg. 8. *Eclog.*

———*crudelis tu quoque mater.*

Carentes matre priuigni, Horat. 3. *Carm. Ode* 24. Mater abest, nihil iubeo Romane requiras. Ouid. 4. *Fast.*

Mater, ait virgo. mota est Dea nomine Matris.)
Quid facis in solis incomitata locis.

(Honoris verbum.) *Ibidem* Triste matribus agmen. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Mart.*

Quam multas matres fecerit ille Deus (Iuppiter.)

Ouid. *Eleg.* 1 *lib.* 2. *Trist.* Dum aduentu matris prosilit (virgo) excutitur malum. Catull. *ad Ortalum.*

Me pia detinuit coniux, pia mater Achillem.

Ouid. 13. *Metamorph.*

Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas.

Sine matre creata carmina Palladis exemplo, idem *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.* Mater tu (ei) eadem hera es. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Salutem dicito matri & patri. Idem *Capt. sc.* 3. *a* 2. Vtrùm te spem, an matrem salutem (i. qui vt mater mihi das lucis tuendæ copiam (Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. ¶ Aliquando tamen pro nutrice vsurpatur, Plaut. vtramque significationem complexus est, Ita forma simili pueri, vt mater sua Non internosse posset, quæ mammam dabat. Neque adeò mater ipsa, quæ illos pepererat. ¶ Sumitur etiam hoc nomen latiùs, vt & de brutis animantibus dicatur, quæ fœtum ediderunt. Mater, inquit Nonius, quæ quoduis animal partu edit. Virg. 3. *Georg.*

———*excretos prohibent à matribus hœdos.*

¶ Mater mellis, apis. Varr. 2. *de re rust. c.* 5. Denique ex hoc putrefacto nasci dulcissimas apes, mellis matres. ¶ Transfertur & ad arbores, quæ matres dicuntur ob propagines, quæ ex ipsis nascuntur. Plin. *lib.* 12 *c.* 5. Superiores eiusdem rami in excelsum emicant, syluosa multitudine, vasto matris corpore ¶ Luxuries auaritiæ mater. Cic. 2. *de Orat.* ¶ Sapientia omnium bonorum mater. Idem 2. *de legibus.* ¶ ‖ Mater matrima matrem viuam habens: hic pater patrimus, pater habens patrem viuum. ‖

Matercula, æ, diminutiuum à mater { τὸ μητρίδιον, μητρίδιον. GALL. *Petite mere.* ITAL. *Picciola madre.* GERM. Ein müterlin. HISP. *Pequeña madre.* ANGL. *A litle mother.* } Cicer. *pro Flacc.* Nunc denique materculæ suæ festiuus filius, aniculæ minimè suspiciosæ purgat se per epistolam. Horat 1. *epist.* 7.

Dum pueris omnis pater & matercula pallet.

Maternus, a, um, quod matris est { μητρικός. GALL. *De mere.* ITAL. *Di madre.* GERM Mütterlich. HISP. *Cosa de madre.* ANGL. *Of the mother.* } vt, Maternus, paternúsque sanguis. Cicer. *pro Rosc. Amerin.* Idem *pro Cluen.* quo est nomen amantius indulgentiúsque maternum. Ouid. 3. *Metamorph.*

———*maternaque tempora complet.*

Virg. 4. *Æneid.*

———*materno veniens ab auo Cyllenia proles.*

Vbera materna, Statius 1. *Thebaid.* Maternus animus, Terent. *in Heaut.* Res maternæ atque paternæ absumptæ, Horat 1. *Epist.* 16.

Sed neque materno quòd sum generosior ortu,

Ouid. 13. *Metamorph.* Maternus illius animus in nos. Senec. *cap.* 1. *de consol. ad Heluiam.*

Et modò maternis tecta videtur aquis,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Materfamilias, vxoris species est. { בעלת הבית *baʿaláth habbáyth.* οἰκοδέσποινα. GALL. *Mere de famille, la maistresse ou dame de la maison.* ITAL. *Patrona di casa, donna, madonna* GERM. Ein haußmutter. HISP. *Muger casada y dueña de caza.* ANGL. *The good wif or maistress of the house.* } Non enim quæuis vxor statim materfamilias est, sed ea sola, quæ in mariti manu mancipióque est, aut in eius in cuius manu mancipióque est maritus, ita dicta, quoniam non in matrimonium tantùm sed in familiam quoque mariti, & in sui hæredis locum venit. Festus dicit, non antè matrem familiæ dici, quàm vir eius paterfamiliâs appelletur: nec posse hoc nomine plures in vna familia appellari, sed vnam tantùm matremfamiliâs dici. Vlpianus *l. pronuntiatum. ff. de verb. signific.* aliter hoc nomen interpretatur. Matremfamiliâs (inquit) accipere debemus eam, quæ non inhonestè, sed honestè & cum dignitate vixit. Matrem enim familiâs à cæteris fœminis mores discernunt atque separant: proinde nihil interest nupta sit, an vidua, ingenua, an libertina. Nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matremfamiliâs, sed boni mores. Liu. 4. *bell. Macedon.* Et quum tibi viro liceat purpura in veste stragulata vti, matremfamilias tuam purpureum amiculum habere non sines? Iusta materfamilias, & Pellex, contraria. Liu. 9. *bell. Mac.* Hunc iusta matrefamilias, illum Pellice ortum esse. Vide hac de re plura apud. Gell. *lib.* 18. *cap.* 6. & apud Boetium *in comment. in Topic.*

pic. Cicer. Materfamiliâs quoque dicitur quæ est sui iuris & emancipata, Vlpian. *in l. post mortem. ff. de adopt. & emanc.* Per supremi Regis regnum iuro, & matremfamiliâs Iunonem. Quæ sit & quid differat à matrona, Gell. *cap.6. lib.* 18. Porrò quod ad vocis huius compositionem attinet, Familiâs antiquus est genitiuus Græcorum imitatione formatus: qui genitiuum fœmininorum in a purum desinentium mittunt in as.

Mātĕr māgnă, dicebatur Tellus deorum (vt vestutas credidit) omnium mater, à Græcis Cybele dicta, cui sus prægnans mactabatur, quæ hostia est propria terræ. κυβέλη. Dicitur & mater alma, quòd omnia alat. ¶ Itē mater deûm, quòd omnia generet. ¶ Vocatur item Mater Phrygia à monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma vocant.

Mātĕr mātrīmă, Illa quæ quum mater sit, adhuc matrem habet viuentem. Vide infrà in dictione *Matrimus.*

Mātĕr Mātūtă, Aurora dicitur, quam antiqui, teste Festo, ita appellarunt, à vetusto nomine Manum, quod illis bonum significabat. λευκοθέα. Hanc Poëtæ fingunt fuisse Ino Cadmi filiam, quæ Athamantis furorem metuens, vnà cum Melicerta filio sese in mare præcipitauit: qui quum nusquam conspicerentur, in marinos deos mutati credebantur: atque ipsa quidem à Græcis λευκοθέα, & à nostris Mater Matuta: Melicertes autem ab illis παλαίμων, & à Latinis Portunus appellatus est Cicer. 1. *Tuscul.* Ino Cadmi filia λευκοθέα nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris.

Mātērtĕră, matris soror, quasi mater altera, inquit Festus. { μητραδέλφη. GALL. *La sœur de ma mere, ma tante.* ITAL. *Zia.* GERM. Der mutter schwester. HISP. *Hermana de la madre, tia.* ANGL. *The sister of my mother, myne aunte.* } Cicer. 2. *de Oratore,* Quorum nostra erat matertera, &c. Idem 1. *de diuinat.* Puellam defatigatam petiisse à matertera, vt sibi concederet paulisper, vt in eius sella requiesceret. Ouid. 1. *Metamorph.*

———tu tantùm fida sorori
Esse velis, prolisque mea matertera dici.

Pater meus istum gestauit. At mea matertera. Plaut. *Curt. sc. 2. a. 5.* ¶ Matertera magnæ auiæ, maior proauiæ, maxima abauiæ meæ soror dicitur: de quibus Iurisconsultus *in l. Iurisconsultus. D. de grad. cognat.*

Mātrāliă, matris Matutæ festa, tertio Nonas Iunij celebrari solita μητρῷα. Ouid. *lib. 6. Fast.*

Ite bonæ matres, Vestrum Matralia festum,
Flauaque Thebanæ reddite liba deæ.

MĀTRŌNĂ dicitur, inquit Gell. *lib. 8. cap. 6.* quæ in matrimonium cum viro conuenit, etiamsi liberi adhuc non sint suscepti. { בעלת הבית *bahalath habbaiith.* οἰκοδέσποινα. GALL. *Dame maistresse d'vne maison* ITAL. *Patrona di casa, matrona.* GERM. Ein eerlich eheweib. HISP. *Matrona, señara de casa.* ANGL. *The good wife housewife.* } Quippe appellationem habet à matris nomine, non adepto, sed cum spe & nomine mox adipiscendi. Vnde ipsum quoque Matrimonium vocatum est, quoniam eo vir & vxor coniunguntur, vt illa mater fiat Plaut. *Cas.* Non matronarum officium est, sed meretricum, Viris alienis, mi vir, sublandirier. Cicer. 3. *de natura duorum.* Natio quoque dea putanda est: quæ quia partus matronarum tueatur, à nascentibus natio nominata est. Ouid. 2. *Metamorph.*

Senserat hoc olim magni matrona tonantis.

Vt matronarum hîc facta pernouit probè, vbi earum luxus recensetur. Plaut. *Aulul. sc. 5. a. 3.* Deripiamus aurum matronis palàm *Ibid. sc. 6. a. 4.* Matronæ, non meretricum est vnum inseruire amantem. Idem *Mostell. sc. 3. a. 1.* ¶ Distinguitur autem matrona à matrefamiliâs, quòd materfamiliâs dicatur, quæ per correptionem in manum mancipiúmque viri conuenit, & in sui hæredis locum: viróque intestato, veluti filia, succedit. Matrona autem, quæ & vxor vsu diceba-tur, quæ in lecti tantùm consortium veniebat, non etiam bonorum. Vide Boët. *in Trop. Ciceronis.* Vide suprà in diction. *Materfamil.* Vide & Gell. *cap. 6. lib. 18.*

Mātrōnālis, e, adiect. apud Liu. 4. *bel Maced.* Matronale decus apud Col. *lib. 12. in proœm.* Matronalis labor, qui proprius matronæ est. Matronales genæ. Ouid. 2. *Fast.* de Lucretia,

Quæque potest narrat: testabant vltima, fleuit,
Et matronales erubuêre genæ.

{ γυναικεῖος, ὁ τῆς οἰκοδεσποίνης. GALL. *De matrone, de femme d'honneur.* ITAL. *Di femina honorata.* GERM. Das eines eeren weibs ist. HISP. *Cosa de matrona.* ANGL. *of a matron or a woman of honour.* } Matronalis decus. Liu. *lib. 34.* SC. de matronali iure ac de fœminis fumosis. Suet. *in Tiber. cap. 35.*

Mātrōnă, Vulgò *Marne.* Nomen est fluuij Campaniam, Galliarum alluentis: de quo sic Ausonius *in Mos.*

Non tibi se Liger ante feret, non Axona præceps,
Matrona non Gallos Belgósque intersita fines.

Mātrōnāliă, qui erant dies matronis festi, quibus viri pro conseruatione coniugij diis supplicabant. De iis Plutarch. *in Rom.*

Mātrĭcīdă, æ, qui matrem occidit. Hinc matricidium matris occisio. μητροκτόνος, μητραλοίας. GALL. *Homicide & meurtrier de sa mere.* ITAL. *Vcciditor della madre.* GERM. Der sein mutter ertödet. HISP. *El que mato à su madre* ANGL. *That killeth his mother.* } Cic. *ad Quint. Fr. lib. 1.* Quem scribis certissimum matricidam.

Mātrĭcīdĭum, ij. { μητροφονία, μητροκτονία. GALL. *Homicide fait de sa mere.* ITAL. *Homicidio de madre.* GERM. Ertödtung oder totschlag seiner mutter. HISP. *Matança de madre.* ANGL. *A killing or murdering of the mother.* } Cic. 1. *de Inuent.* Orestes si accusetur matricidij.

MATRIMONIVM, ij, est maris & fœminæ cōiugatio. { חתנה *chatunáh.* συζυγία, ἐπιγαμία. GALL. *Mariage.* ITAL. *Matrimonio.* GERM. Die ehe oder ehestant. HISP. *Casamiento, matrimonio.* ANGL. *Mariage.* } Cicer. 5. *Verr.* Vectius affinis, cuius sororem habes in matrimonio. Idem *pro Cluent.* Sassiam in matrimoniū ducere cupiuit. Idem, quæ nuptiæ non …urnæ fuerunt: erant enim non matrimonij dignitate sed sceleris socie… coniunctæ. Idem 2. *Philipp.* Curio te à meretricio quæstu abducit, & … quam stolā dedisset in matrimonio stabili, & certo collocauit Nunqu… caussam dicis quin te hoc multem matrimonio? Plaut. *Amphitr.* Nullis matrimoniis diuertentibus, (id est, coniugibus.) Gell. *cap. 3. lib. 4.* Matrimonij caussa esse cum aliquo *Ibidem.* In matrimonium amare meretricem. Quintil. Egóne me patiar hîc esse in matrimonio, vbi vir compilet quicquid domi est. Plaut. *Menæch. sc. 1. a. 4.* ¶ Matrimonia contrahere, dimittere, tenere. Sueton. *in Calig. c. 25.* Dictum autem matrimonium, à matris nomine, quia ideo nubunt fœminæ vt matres aliquando fiant. Et vt Gell. *c. 6. lib. 18.* loquitur, à matris nomine non adepto, sed cum spe mox adipiscendo. Vide in voce *Matrona,* & in voce *Nuptiæ.*

Matrimonialis, e, quod ad matrimonium pertinet. { γαμικόν. GALL. *De mariage* ITAL. *Di matrimonio.* GERM. Das dem Ehestand zu gehört. HISP. *Cosa matrimonial.* ANGL. *Of mariage.* } Aug. *lib. 13. de ciuit.* Quid concubitus coniugalis, qui secundùm matrimonialium præscripta tabularum procreandorum fit causa liberorum?

Matruelis, dicitur qui ex matris fratre prognatus est. Vlpian. *l. 1. ad legem Pomp. de parr.* { ἀδελφιδοῦς ἐκ γυναικῶν, ὁ ἀνεψιὸς ἐκ μητραδελφῆς. GALL. *Le fils ou la fille du frere ou de la seur de ma mere.* ITAL. *Figliuolo ò figliuola del fratello di mia madre.* GERM. Meiner mutter bruders kind. HISP. *El primo, hijo del hermane de la madre.* ANGL. *An auntes child, a mother sisters child.* }

Mātrēscĕrĕ, est matri similem fieri. μητρώζειν. GALL. *Estre fait semblable à sa mere.* ITAL. *Assimigliarsi alla madre.* GERM. Der muter gleich werden. HISP. *Semejarse à la madre.* ANGL. *To be lik to the mother.* } Pacuu. Vtinam nunc matrescam ingenio, vt meum patrem vlcisci queam. Nonius.

Mātrĭmŭs, mi, { ὁ ἔτι μητέρα ζῶσαν ἔχων. GALL. *De qui la mere est encor viuante.* ITAL. *Colui che ha madre encora viua.* GERM. Deß sein mutter noch läbt. HISP. *El que tiene a su madre viua.* ANGL. *whois mother liued yet.* } Qui matrem adhuc habet superstitem, quemadmodum patrimus qui patrem. Cic. *de Arusp. resp.* Si puer ille patrimus, ac matrimus terram non tenuit. Reliqua vide infrà in dictione *Patrimus,* & suprà, *Mater, Matrima.*

Mātrīx, icis Fœmina, quæ fœtus gratia tenetur. { GALL. *Vne portiere, vne femelle qu'on garde pour porter des petits* ITAL. *La femina di qualcunque animal che se tiene per razza.* GERM. Ein iedes weiblichs geschlecht darnon man Junge zeucht/ein zuchtmutter. HISP. *La madre ò que puede sorlo.* ANGL. *A damme or mother.* } Colum. Sint ergo matrices robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus. Idem *lib. 17. cap. 3.* Vt eadem ratione matrices ineantur. ¶ Medici accipiunt pro vtriculo, qui in fœminis iunctus est vesicæ, ad recipiendum semen, & continendum fœtum accommodatus. רחם *réchem.* μήτρα. Vide Gell. *lib. 2. c. 7.* ¶ Matricem arborem dixit Suet. *in Aug.* ex qua stolones succreuerunt. Et ex ea arbore, inquit, continuò nata soboles, adeò paucis diebus adoleuit, vt non æquipararet modò matricem, verumetiam obtegeret. Matrix autem arboris appellatur, quod in medio ligni, vel caudicis continetur, à nonnullis cor, ab aliis Medulla dicitur, à Theophrasto, μήτρα. Vide Ruellium. *lib. 1. c. 2.* ¶ Matrices etiam vrbes dicuntur quæ à Græcis appellantur μητροπόλεις, ex quibus multæ aliæ vrbes natæ & ductæ sunt.

Matricula, diminutiuum à matrix Catalogus, descriptio, index, numerus.

Matricularius, Ecclesiæ œconomus.

MĀTĔRĬĂ, riæ, seu Materies, ei, à *mater.* Est ex qua aliquid fit. { ὕλη. GALL. *Matiere comme bois à bastir, marrain ou autre chose.* ITAL. *Materia, sogetto.* GERM. Allerley zeug oder materi darauß man etwas macht. HISP. *Madera, o materia.* ANGL. *Ael maner of stuffto work vpon.* } vt Materia libri membrana est, & atramentum. Ouid. 2. *Metamorphos.*

Regia Solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante auro, &c.

Et *paulò post,*

Materiam superabat opus: nam Mulciber illic
Æquora celarat media cingentia terras, &c.

¶ Materia domus, calx, lapides, ligna, saxa, & tegulæ: quaquam Materiæ appellatione præcipuê intelligantur ligna, quæ ædificis aptantur. Liu. Multam materiam ceciderat miles. Quintil. *lib. 7. cap. 1.* Opera extruentibus satis non est, saxa, & materiam, & cætera ædificanti congerere vtilia, nisi disponendis eis, collocandísque artificum manus exhibeatur. Colum. *lib. 3.* vocat materiam lignum, quod est intra corticem. Quasi cuneum ferreum (inquit) vel osseum inter corticem & materiam lene dimittito, ne lædas, aut rumpas corticem. Idem *lib. 5. cap. 6.* Materiam vocat palmitem, qui de nouello nascitur: & in tenero alligatus dependet. ¶ Materies de equis etiā dicitur: Colum. *lib. 6. c. 27.* Equinū pecus tripartitò diuiditur: est enim generosa materies quæ circo sacrísq; certaminibus equos præbet. ¶ Accipitur etiam Materia pro argumento libri, aut orationis, aut carminis. { ὑπόθεσις. GALL. *Argumēt, matiere subiect.* ITAL. *Argomento, soggetto.* GERM. Der inhalt alles das dauon in einem buch oder geschrifft gehandlet wirt. HISP. *Argumento materia.* } Horat *de Arte Poët.* Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam viribus. Sueton. *de clar. Gram.* Ad exercitanda discentium ingenia, æquales inter se committere solebat proposita non solùm materia quam scriberent, sed & præmium quod victor auferret.

Non hæc ingenio, non hæc componimus arte,
Materia est propriis ingeniosa malis,

Ouid. *Eleg. 1. lib. 5. Trist.*

Diuitis ingenij est immania Cæsaris acta
Condere, Materia ne superetur opus,

idem *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Et se (Iouem) *materiam carminis esse iuat.*

idem *ibid.*

Materiæ scripto conuenit esse suæ.

ibid. Eleg. 1. lib. 5.

Materiámque tuis tristem virtutibus imple.

idem *Eleg. 3. lib. 4. Trist.* Materiam belli præbere, Velleius.

Sentit amans sua damna, ferè tamen hæret in illis
Materiam culpæ prosequitúrque suæ,

Ouid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

Quos in materia prosperiore iuues.

idem

idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Materia Triumphorum, Sueton *in Caes. c.* 22. Materiam tumultus subducere, idem *in Tiber. c.* 22. Nec quid materiae praeberent conspirandi. (i. occasionis.) Idem *in Galba c.* 9. Cicer. *ad Attic. lib.* 2. Quod me, vt scribam aliquid hortaris, crescit mihi quidem materies, vt dicis, sed tota res etiam nunc fluctuat, &c. Materia benefaciendi. Plin. *in Paneg.* 61. Delibasse quaedam, seu potius demonstrasse contentus: largam ac propè intactam benefaciendi materiam filio reseruauit. ¶ Materia tamen & materies videntur aliquo modo diuersa esse. Materiam enim rectè appellamus arboris, panni, cerei, & aliarum omnium rerum quibus opifices vtuntur: non autem materiem. Materies enim potiùs animum & ingenium spectat. Cornel. Front. *de differ. vocab.*

Mātĕrĭālĕ, quod est materie ὑυλ…, μηχανικὸς, à quo Materialiter τεχνικῶς. aduerbium. Vnde materialiter aliquid sumi dicitur, quum non forma rei sed materia significatur. Vtitur hac voce Macrob. *comment. lib.* 2. *c.* 12. Materialis influxio. Vox maximè in scholis Philosophorum trita.

Mătĕrĭārĭŭs, ij, substant. dicitur qui materiam ad aedificia suppeditat. {ὑλουργός. GALL. *Charpentier ou boscheron.* ITAL. *Maestro de legnami, chi prepara la materia à i muratori.* GERM. Der daß holtz eines bauws zuürst oder zuhin ferggt. HISP. *El carpentero.* ANGL. *A carpenter.*} fitque à materia cuius nomine ligna ad fulciendum, aedificandúmque necessaria, idoneáve significantur. Plaut. *in Milit.* Addunt fabri, architectíque, eam quidem ad rem haud imperiti. A. Si non nos materiarius remoratur, quo quidem opus est, Noui indolem nostri ingenij, citò erit parata nauis.

Mātĕrĭārĭŭs, a, um, adiectiuum. {ὑλικός. GALL. *Appartenant à matiere.* ITAL. *Partinente à materia.* GERM. Das zu dem holtzwerck gehört. HISP. *Cosa perteneciente à materia.* ANGL. *Belonging to mater.* vt Materiarius faber, Faber lignarius: & Materiaria fabrica, lignaria. Plin. *lib.* 7. *c.* 56. Fabricam materiatam Daedalus, & in ea serram, asciam. &c. inuenit.

Mātĕrĭŏr, aris, materiam caedo. Deponens, verbum est castrense, ea forma dignum, qua Lignor, {ὑλοτομεῖν. GALL. *Charpenter.* ITAL. *Fabricare.* GERM. Holtz fellen/sich mit holtz versähen. HISP. *Obrar de madera, maderar.* ANGL. *To dresse any stuff for building or other work.*} Propriè enim mi…es materiari dicuntur quum materiam caedunt ad conficiendum vallum. Caesar. 7. *bell. Gall.* Erat eo tempore & materiari, & frumentari, & tantas munitiones fieri necesse.

Mātĕrĭātŭs, a, um, adiectiuum, quod ex materia confectum est. {ὑλικὸς ξυλόφρακτ…. GALL. *Faict de marrain.* ITAL. *Fatto de legnami.* GERM. Auß allerley zeug gemacht. HISP. *Maderado de madera y otra cosa.* ANGL. *That is made of any stuff.*} Sic Cicer. *lib.* 3. *Officiorum*, vocat aedes malè materiatas, quae ex mala, & improba materia sunt confectae.

Mātĕrĭātio, & materiatura, deducta videntur à verbo *Materio*, quod tamen nusquam (quod quidem sciam) legitur. Vtroque tamen vsus est Vitruu. *lib.* 4. *cap.* 2. In aedificiis omnibus insuper collocatur materiatio variis vocabulis nominata. Et *paulò pòst*, E quibus rebus, & à materiatura fabrili in lapideis & marmoreis aedium sacrarum aedificationibus.

Mātĕrĭs, huius materis. {ἡ ξυλεία, τὸ ὕλημα, ἡ ὑλοτομία. GALL. *La charpenterie d'vn edifice.* ITAL. *Legname d'vna fabrica.* GERM. Ein langer pfeyl doch thürtzer dam ein glän. HISP. *A quella obra de maderar.* ANGL. *A dresing ob timber for buildging* Teli genus post lanceam longius, Sisenna, Gallia materibus. Sueui lanceis configunt. Foeminini generis est, Nonius.

Mātĕrnŭs, Matertera, vide *Mater*

MĂTHĒSIS, is, μάθησις, vel Mathema, tis, μάθημα, disciplina, fitque à verbo μανθάνω, quod & disco significat, & doceo. Propriè autem de iis dicuntur artibus, quae firmis demonstrationibus constant: cuiusmodi sunt Geometria, Astrologia, Musica, & Arithmetica.

Măthēmătĭcŭs, μαθηματικὸς, à nomine Graeco μάθημα, quod disciplinam significat. Dicitur propriè, qui Geometriae, Musicae, Arithmeticae, Astrologiaeq; disciplinas nouit. Nam hae propriè Mathematicae scientiae, vel disciplinae dicuntur, eò quòd discantur planè, & per demonstrationem aliquam percipiantur. Philosophia verò, vt Logica, cum aliis, non dicuntur disciplinae, quia non firmissima demonstratione, vt illae, sed ratione quadam, & studij inuestigatione percipiuntur. Cic. 1. *de Orat.* Quis ignorat, ij qui Mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, & quàm recondita in arte, & multiplici, subtilique versentur? Iuuenal. *Satyr.* 14.

Nota mathematicis genesis tua.

Mathematicis vrbe pulsi. Suet *in Tiber. c.* 36.

Matiania, ματιανὴ, pars Mediae, Steph. ex Strab. *lib.* 12. Hyope, inquit *alibi*, vrbs est ματιανῶν.

Mătīnŭs. Mons est Calabriae, authore Prophirione, apibus abundans. Lucan. *lib.* 9.

——— & calidi lucent luxeta Matini.

Mătīnŭs, a, um, adiectiuum: vt apis Matina. Horat. 4. *Carm. Ode* 2.

——— Ego apis Matinae
More modóque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum circa nemus, vuidique
Tyburis ripa operosa paruus
Carmina fingo.

¶ Cacumina Matina, idem *Epod.* 16.

——— quan…o
Padus Matina lauerit Cacumina.

Matium, Cretae insulae oppidum est, apud Plin. *lib.* 4. *c.* 12.

Matralia, vide *Mater.*

Matresco, Matricida, Matrimus, Matrimonium, Matrix, vide *Mater.*

Matrona, Matronalis, vide *Mater.*

Mātrīcī, Festo, Homines dicuntur malarum magnarum, atque ore latè patenti.

Matrinus, μάτρινος, fluuij nomen in Piceno, non procul ab Adria vrbe: de quo Strab. *lib.* 5. & Ptol. *in descriptione Italiae.*

Mătta, Storia, & teges, quae fit ex cannabe, lino iunco, palma, scirpo, aut sparto: vbi stuppa, vel foenum, vel lanae rudiores, aut quid simile infertum est. {κάλαδοπος, ψίαθος. GALL. *Loudier, materats ou matelats, natte.* ITAL. *Stuoia, coperta imbotrita di stoppa, di gottone o d'altra cosa.* GERM. Ein sergen oder decke auß häw/ strow/ hanff/ binzen vnd der gleichen dingen gemacht. HISP. *Estra de esparto y juncos, colthon.* ANGL. *A matt.*} Ouid. 6 *Fastor.*

At dominus, Discedite, ait plaustróque morantes
Sustulit: in plaustro scirpea matta fuit.

‖ Mattarius, qui in matta dormit.

Matteola, delicatus cibus, diminutiuum ex mattea.

Mattea, vide *Mattya.* ‖

Mattiacum, Germaniae oppidum, calidis fontibus nobilitatum, de quibus sic scribit Plin. *lib.* 31. *c.* 2. Sunt & Mattiaci in Germania fontes trans Rhenum, quorum haustus triduo feruet. Circa margines verò pumicem faciunt aquae, fortassis ea est vrbs, quam Germani sua lingua vocant Baden/ quae est in ditione Marchionis Badensis, vbi hoc etiam tempore Thermae sunt magnificentissimae, & celeberrimae. Hinc Mattiacas pilas quidam dictas existimant sphaerulas ex odorato sapone constantes, quòd fortassis praestantissimè apud Mattiacum conficerentur, Martialis *in distichis.*

Si mutare paras longaeuos cana capillos,
Accipe Matticas (quò tibi calua) pilas.

Idem *paulò antè*, Causticam spumam pro eodem posuisse videtur, quum ait,

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos,
Captiuis poteris cultior esse comis.

‖ Mattus, tristis. Gloss. GERM. Mat. GALL. *Mat.* est defessus, fractus labore. Iisdem GERM. Mat & Mate / pauper, miser, vilis, non magni pretij. ‖

Mattici, vide *Matrici*

Mattyă, ae, quid sit ostendit Caelius *lib.* 9. *c.* 12. his verbis, Mazam (inquit) putant ex farina, oleo & aqua confici solitam: Suidas etiam ex lacte, vnde mox paulò nata & mattya est, dictáque eo nomine pretiosa omnia edulia, vt scribit Athenaeus. Martial. *lib.* 10. *Epig.* 59.

Diues & ex omni posita est instructa macello
Coena tibi, sed te mattya sola iuuat.

Suet *in Calig.* Et multis venenatas mattyas misit.

MĂTVLĂ, ae, q. madula, à *madeo.* vas est in quod vesicam leuamus quod & Matella & Scaphium dicitur: quanquam Scaphium propriè mulierum esse volunt. {ἀμίς, οὐροδόχη, σκαφίον. GALL. *Pot à pisser, vrinal.* ITAL. *Orinale, boccale de orinale.* GERM. Ein brunntzkachel. HISP. *Orinal.* ANGL. *A pissepot.*} Plaut *in Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Iam hercle ego vos pro matula habebo, nisi matulam datis. ¶ Pro meticuloso, vanóque accipere videtur. Idem *in Persa.* Tacen, annon taces? nunquam ego te tam esse matulam credidi. Quid metuis?

Mătĕllă, à matula, vas in quod vrinam reddimus. {οὐρητρὶς, ἀμὶς, ἀγγεῖον οὐρηρόν. GALL. *Pot à pisser* ITAL. *Orinale.* GERM. Ein brunntzkachel. HISP. *Orinal.* ANGL. *A pissepot.*} Martial. *lib.* 10.

Dispereant. si tu Pyladi Praestare matellam
Dignus es.

Graeci σκαφίον vocant. Matellam crepitu digitorum poscere. Idem Mart. *Epigr.* 119 *lib.* 14. ¶ Sunt tamen qui ita matellam distinguunt à scaphio, vt illa virorum sit, hoc mulierum tam ad ventris onus, quàm ad vrinam excipiendam accommodatum. Matellam verò, quòd angustiore esset ore, vrinae tantùm excipiendae fuisse vtilem. ¶ Est item Matella, aquarium vas, teste Nonio. Plautus *Amphitruone*, Ne tu postulas, matellam vnam tibi aquae infundi in caput. Varro *Endymionibus*, vt à Nonio citatur, Diuitum aphocaschias ad communem reuocat matellam.

Mătellĭo, vasis aquarij genus, teste Varrone *lib.* 4. *de ling. Lat.* ita dictum à Matula, à cuius figura tamen nonnihil recedit. Varro *de vita pat.* Postularet truellum matellionem, peluim. Cicer. *in Paradoxis*, Quid enim censes, si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissimè tractantem, &c. ¶ Matellio item Pompeio Festo vas est, in quod vrina redditur: quod & Matella appellatur.

MĀTVRVS, a, um, Coctus, temperatus, & propriè de fructibus dicitur. Vide Gell. *c.* 11. *lib.* 10. {מבשל בשל *boschél mubschál* πέπειρος, ὡραῖος. GALL. *Meur, auancé, hasté.* ITAL. *Maturo.* GERM. Zeitig HISP. *Cosa madura* ANGL. *Ripe hasted.*} Cic. *in Caton.* Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi velluntur: si matura, & cocta, decidunt.

Tondetúrque seges maturos annua partus,

Tibull. *lib.* 4.

Maturúmque vtero molliter aufer onus,

Ouid. 2. *Fastor.* Per translationem ponitur quandoque pro sene: vt Maturus aeui homo, id est, senex, & perfectam aetatem habens. Virg. 5. *Aeneid.*

——— Aeui maturus Acestes.

Ausonius,

Maturus aeui nec rudis diiudicem.

¶ Matura aetas, senilis: quasi omnino perfecta, & tempus debitum assecuta. ὡραία ἡλικία, ὥρα τῆς ἡλικίας. Maturi centuriones, (id est, qui iam debebant dimitti. Sueton. *in Calig. c.* 44. Matura militiae progenies. Liuius *lib.* 2. *d.* 4. ¶ Ponitur interdum pro celeri, & festino, siue repentino: vt matura senectus. *Celsus*, Ignauia corpus hebetat, labor firmat: illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. Cicer. 7. *Verr.* Vt etiam illa vox, & illa imploratio. Ciuis Romanus sum, quae saepè multis in vltimis terris opem inter barbaros, & salutem tulit, ea mortem illius acerbiorem, & supplicium maturius ferret. ¶ Maturum malum. Plaut. *in Pseud.* Mittam hodie huic suo Die natali malam rem magnam & maturam. ¶ Maturum facere, est citò expedire Gell. *lib.* 3. *c.* 6.

Hunc stirps Oceani maturis nixibus aethra
Edidit,

Ouid 5. *Fast.* Item,

Seu matura dies fato properat mihi mortem,

Tibull. *lib.* 4. In herum matura, in se sera condecet capessere, Plaut. *Aulul. sc.* 1. *a.* 4. Matura virtute, correcta fortuna temporis Velleius. ¶ Maturum censeo, si rem seruare vis, faciendum. ¶ Quandoque pro graui ac constanti. Cic. *pro Cecinna*, Siquis quod spopondit, qua in re verbo se vno obligauit, id non facit maturo iudicio, sine vlla religione iudicis condemnatur. ¶ Virgo matura viro, Gel. *lib.* 12. *c.* 7. Virginem habens iam maturam viro. Horat. 3. *Carm. Ode* 6.

Motus doceri gaudet Ionicos matura virgo.

¶ Virginitas matura toris, apud Stat. 3. *Achil.* ¶ Eius composita sunt duo immaturus, præmaturus, de quibus alibi.

Maturior. Ouid. 13. *Metamorph.*

Si mora pro culpa est, ego sum maturior illo, (i. prior veni.)

Mātūrissĭmŭs, superlatiuum. Col. *lib.* 4. *c.* 19. Fœcundos, & quàm maturissimos surculos viti detraxerit. Idem *lib.* 11. *c.* 3. Horum autem rubotum semina quàm maturissima eligi oportet.

Mātūrrimus, aliud superlatiuum. Tacitus *lib.* 12. Robur ætatis quàm maturrimum precari.

Mātūrĭtās, atis, propriè est perfecta coctio succi in fructibus. { πέπανσις. GALL. *Meureté, maturité.* ITAL. *Maturità.* GERM. Zeitigung. HISP. *Madureza, ò presteza.* ANGL. *Ripenesse.* }. Cicer. *de Orat.* Non potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assecutum. Idem *de natur. deorum.* Commutationes temporum quadripartitæ, ad maturitatem frugum aptæ. Colum. Nos quoque medicatam fabam sic comperimus, quum ad maturitatem producta sit, minus à curculione infestari. ¶ Transfertur & ad alia: vt, Maturitas orationis, maturitas sceleris, Maturitas ætatis. Cicer. *Sulp. lib.* 4. *Epist.* Tamen hoc studium quotidie ingrauescit, maturitate credo ætatis, ad prudentiam. Idem *de senect.* Sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat. ¶ Maturitas virtutis. Cicer. *pro Cal.* Quæ studia in his iam ætatibus nostris contractiora esse debent: in adolescentia, tanquam in herbis significant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ. Maturitas (in ingeniis,) Indicium exitij. Senec. *c.* 23. *de consol. ad Mart.* ¶ Accipitur item Maturitas pro tempore maturo, siue opportunitate Cic. *ad Attic. lib.* 1. Inducendi senatusconsultum maturitas nondum est. Idem *ad Quint. fratrem lib.* 3. Sed eius rei maturitas necdum venit, & tamen nunc appropinquat. Maturitatem mortis precari. Suet *in Tib. c.* 61.

Mātūrē, aduerbium, Tempestiuè, in tempore, opportunè. } ὡραίως. GALL. *Meuremēt, de bonne heure, à temps, soudainement.* ITAL. *Atempo, presto.* GERM. Zeitlich/bey zeiten. HISP. *Maduramente ò presto.* ANGL. *In season, in dew tyme.* } Salust. *in Catil.* Prius quàm incipias [consulito: & vbi consulueris, maturè opus est facto. Quid propriè sit, docet Gell. *c.* 11. *lib.* 10. ¶ Aliquando significat citò, & tardè simul. Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 3. Qui homo vix maturè quæsiuit pecuniam, nisi eam maturè parcit, maturè esurit. ¶ Comparatiuum Maturiùs. Cic. 4. *Acad.* Quò quidem & maturiùs venimus.

Mātūrissĭmē, vel maturrimè, superlatiuum. Cic. 3. *de Orator.* Quippe qui omnium maturrimè ad publicas causas accesserim. Idem *pro Cecinna*, Nam vt quæque res est turpissima, sic maximè, & maturissimè iudicanda est. ¶ Pro eodem etiam legimus Maturatè. Liu. 2. *bell. Maced.* Iussis cæteris, quantum maximè possent, maturatè sequi. Plaut. *Milit.* Iube maturatè illam exire huc. Idem *Pseud.* at maturatè propera: vides iam diei multum esse.

Mātūro, as, Maturum facio, perficio. { בשר basch ál הבשיר hibschil. πεπαίνω GALL. *Meurir, haster, auancer.* ITAL. *Maturare.* GERM. Zeitig machen. HISP. *Madurar.* ANGL. *To make ripe, to hast.* } Cicer. *in Caton.* Primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. Interdum maturare est accelerare, ita vt adhibeatur industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas: ex quibus duobus contrariis fit maturitas, vt neque aliquid citius, neque serius fiat. Hoc temperamentum Augustus Græcè ita exprimere solebat σπεῦδε βραδέως, quæ significant, Accelera tardè. Vnde Virg. *lib.* 1. *Georg.* quasi contraria, separauit Maturare, & Properare quum ait,

Frigidus agricolam si quando detinet imber,
Multa forent, quæ mox cœlo properanda sereno
Maturare datur.

At Plaut. coniunxit, in *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Matura & propera. Nam propero. ¶ Hinc maturè fit, quod tempestiuè fit. Idem *Æneid, lib.* 1. Maturare fugam, quod est, quasi cum maturitate, id est, in tempore & cum commodo vestro discedite. Salust. videtur simpliciter posuisse pro properare, quum ait, Antonius Catilinam cum exercitu persequi maturet. Sic Liu. *lib.* 10. Inde comitiorum causa Romam profecturus maturauit. His exemplis manifestum est, Maturare absolutè dici posse. & Maturare rem aliquam. ¶ Maturare cœpta, est maturè absoluere. Liuius 4. *bell. Punic.* Domum ad cœpta maturanda, redire iubet. ¶ Maturare alicui mortem, hoc est, accelerare, vt apud Ciceronem *pro Cluent.* Huic mortem maturabat inimicus. ¶ Maturare iram, est mitigare, & lenire. ¶ Maturor eiusdem significationis cum maturesco. πεπαίνομαι. Plin. *lib.* 15. *cap.* 18. Contrà nouissima sub hyeme maturatur chelidon.... Quintilianus, Maturatur & concoquit labor ille (ediscendi.)

Mātūrātio, verbale. Author ad Herennium *lib.* 3. Dolus. consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentiones, & cæteras res.

Mātūrātŭs, participium, Maturus factus, coctus. { בשר boschél מבשר mu schál. ὁ πεπανθείς, ὁ πέπειρος GALL. *Auancé, hasté, meuri, meur* ITAL. *Affretato. maturato.* GERM. Zeitig worden. HISP. *Madurado, maduro presto.* ANGL. *Made ripe hasted.* } Cicer. *in Catilinam*, Deinde maturata dulcescit. ¶ Maturatum negotium dicitur acceleratum, aut maturè perfectum. Et apud Plinium, Maturata concoctio, id est, perfecta. ¶ Maturato opus est, hoc est Opus est celeritate & maturitate Liu. 4. *bell. Punic.* Sed quod volebant, non quàm maturato opus erat, gnauiter expediebant. Item 1. *ab Vrb.* Vt cum singulis fidelibus amicis veniant: ita facto, maturatóque opus esse: rem atrocem incidisse, &c.

Mātūrātē, id est, Festinanter. De hoc diximus in aduerbio *Maturè.*

[illegible]rēsco, à Maturo, Maturū fieri. { בשר baschal. πεπαίνομαι. GALL. *Se [illegible], deuenir meur.* ITAL. *Maturarsi.* GERM. Zeitig werden/reiff werden. HISP. *Madurarse.* ANGL. *To waxe ripe.* } Plin. *lib.* 11. Quum mella cœperint maturescere, abigūt fucos Col. *lib.* 4. Nam & quæ maturescere incipient, tempestiuè leguntur: & quæ nondum maturitatē ceperunt vuæ sine dispendio differuntur. ¶ Maturescere dicitur homo, quum nondum grauis est, sed iam incipit grandior esse. Senec. *c.* 23. *de consol. ad Mart* Quæ citò maturuerunt, citò occidunt. ¶ Et apostema maturescere dicitur, quum non discutitur, sed perducitur ad maturitatem vt vel frangi per se, vel ferramento aperiri possit.

Mātūrēscēns, participium. { בשר boschél גמר ghomél. ὁ ἀκμάζων, ὑποακμάζων. GALL. *Se meurissant, deuenant meur.* ITAL. *Che si fa maturo.* GERM. Zeitigend. HISP. *Que se haze maduro.* ANGL. *waxing ripe.* } Plin. *lib.* 20. *c.* 3. Malus Assyria omnibus horis pomifera est: aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis subnascentibus.

MĀTŪTĂ, A nostris Aurora, à Græcis λευκοθέα, hoc est, alba dea. { שחר scáchar. GALL. *L'aube du iour.* ITAL. *Aurora.* GERM. Die morgen rõte. HISP. *Alua, madrugada.* ANGL. *The break of the day.* } ita dicta eò quòd matutino tempori præsit: vt ait Cic. *lib.* 1. *Tuscul.* sic inquiens, Quid Ino Cadmi filia? nónne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris? Hæc fuit filia Cadmi nomine Ino, Athamantis vxor, quæ mariti insaniam fugiens in mare sese præcipitauit vnà cum Melicerta filio: quorum corpora quum nusquam inuenirentur, pro diis marinis habiti sunt: & Ino quidem à Græcis λευκοθέα, à nostris Matura dicta est: Melicerta autem à Græcis Palæmon, à Latinis Portunus est appellatus. De Dea Matuta Plutarch. *in Camill.* Ouid. 6. *Fastor.*

Mātūtīnŭs, a, um, & Matutinum tēpus. } ἑωθινός. GALL. *Du matin, matinal.* ITAL. *De la matina, matutino.* GERM. Die zeit des morgens vnnd herbrächenden tags. HISP. *Cósa de la madrugada.* ANGL. *Earlie, soone in the morning.* } quum scilicet Matuta, hoc est, Aurora incipit apparere, Cic. *Attic. lib.* 1. Itaque quum bene completa domus est, tempore matutino, quum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quocum aut iocari liberè, aut suspirare familiariter possimus. Quare te expectamus, &c. ¶ Matutinis omnibus, pro quolibet manè, dixit Plin. *lib.* 10. *cap.* 43. Coruus omnibus matutinis euolans in rostra. Quintil. Eodem matutino venire. ¶ Matutinò, pro manè. Idem Plin. dixit *lib.* 9. *cap.* 10. & subauditur *tempore.* Ferunt, inquit, & pastum egressas noctu, auidéque saturatas lassari, atque matutino summa in aqua obdormiscere. Diomed. *lib.* 1. ¶ Matutinus homo. Virg. 8. *Æneid.*

Nec minus Æneas se matutinus agebat.

Vbi Seruius, Rem temporis ad personam transtulit.

Mātūtīnum, i, Manè, τὸ πρωινόν. Quint. *lib.* 11. *c.* 18. Pridie ad se venire litigatorem, aut eodem matutino iubent.

Matycethæ, ματυκέθαι. populi Scythiæ Europææ. Steph.

‖ Matylla, edulium sitim conciens, quo in media compotatione vtebantur. Poll.

Mattumānus, qui graciles habet manus. L. gr. b. ‖

Mauŏlo, mauis. Idem quod Malo: quod frequens est in Plauti Comœdiis. Experiri istuc mauelim (aliàs mauellem) quàm mihi memoratier. Item *Amph.* Liber esse an seruus esse mauelis. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Mori se miserè mauolet. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Nolo metui, amari mauolo. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Emortuum me manuelim letho malo. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Ostium crepuit. P. Crura mauellem. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Vt mauelim lupos apud oues linquere. *Ibid.*

Mauors, qui & Mars, quòd magna vertat, vt ait Cicer. *lib.* 1. *de nat. deor.* ἄρης. Vnde Mauortius, a, um, vide *Mars.*

‖ Mauortis, vestis quædam mulierum & monachorum ‖

MAVRĬTĀNĬĂ, μαυριτανία. Africæ regio extrema, versùs Gaditanum fretum, & Occidentalem Oceanum. In ea Antæus gigas regnasse dicitur ab Hercule victus. Est autem duplex, Cæsariensis à Cæsarea, & Tingitana à ciuitate Tingi. Dictáque est Mauritania, ἀπὸ τοῦ μαύρου, quod inter cætera significat obscurum, vel nigrum, quòd nigros habeat colonos. Gignit simias, dracones, struthiones, &, elephantes.

MĀVRĪ, μαυροί, ἢ μαυρούσιοι, populi sunt, qui Mauritaniam Africæ regionem Occidentalem versùs Gaditanum fretum incolunt. Eos fuisse Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentium multitudine, in hæc loca peruenisse multi crediderunt, vt Strabo *lib. vlt.* scribit. Salustius certè *in Iugurtha*, Mauros & Numidas, reliquósque qui maritimam Africam cultiorem reddiderunt, Medos, Armenios, Persas, & Phœnices fuisse indicat. Hi Romanis, bellis Punicis, maximè autem contra Iugurtham gestis, innotuerunt. Vide Strab. *lib. vlt.*

‖ Mauricè Maurorum more. Gell.

Mauron, nigrum. Cath. ‖

Maūrŭs, nomen gentile est, vt Gallus qui è Gallia originem habet: Mauritanus verò vt Gallicus. ¶ Dicimus enim virum Maurum, & bellum Mauritanum. Ouid. 6. *Fast.*

——*Et letho Consulis omnes*
Attoniti Mauras pertimuere manus.

Maūrūsĭŭs, a, um, μαυρούσιος, à nomine Maurus. Silius *lib.* 10. Et multa thorax perfossus cuspide, & hærens Loricæ interdum Maurusia pendet arundo. Sic Tellus Maurusia, apud Claudianum 3. *Panegyr.*

Maūrūsĭăcŭs, a, um, Martial. *lib.* 12.

Et Maurusiaci pondera rara citri.

Maūsōlŭs, μαύσωλος, Cariæ regis nomen, quem Theopompus scripsit, referente Suida, nulla à re pecuniæ cupiditate abstinuisse. Hunc tam ingenti amore prosecuta est vxor Artemisia, vt eius fato perfuncti cineres, vino permistos tradatur ebibisse. Ad hæc sepulchrum eidem sumptuosissimum extruxit, vt in sequenti dictione dicemus. Gell. *cap* 18. *lib.* 10.

Maūsōlēum, μαυσωλεῖον. Mausoli regis Cariæ sepulcrum ab Artemisia vxore extructum, tanta operis magnificentia, vt inter septem orbis miracula fuerit numeratum. Martial. *de Amphitheatro Domitiani*;

Ære nec vacuo pendentia Mausolea
Laudibus immodicis Cares in astra ferant.

Mausolei fores sponte patefactæ. Sueton. *in Neron. cap.* 46. ¶ Ab operis huius similitudine sepulchra omnia sumptuosiora, Mausolea sunt appellata. Hinc & Suetonius sepulcrum Cæsarum, Mausoleum appellauit.

appellauit. De Mausoleo vide plura apud Plin. *lib.* 36. *cap.* 5. & apud Herodot. *lib.* 7.

Mausōli, μαυσωλοὶ, dicti sunt Cares Asiæ populi, à Mausolo rege Artemisiæ viro. Steph.

Maūsŏs, μαυσὸς, agri Corinthij vicus est. Steph.

Māxiēs, μάξυες, Africæ populi, à Troianis (vt ipsi gloriantur) orti, qui dextram partem capitis comatam gestant, sinistram radunt, & corpus minio tingunt. Autor Herodot. *lib.* 4.

Māxillă, æ, non est diminutiuum à Mala (vt putauit Priscianus,) sed Mala à Maxilla fit per detractionem mediæ syllabæ, sicut docet Cicer. *in Oratione ad Brutum.* Vide suprà in dictione *Mala* {לחי *lechi.* σιαγὼν, γνάθος. GALL. *La maschoire.* ITAL. *Mascella.* GERM. Ein kinbackē es sey der vnder oder der ober. HISP. *La quixada ò mexilla de la cara.* ANGL. *the iaubone or cheekebone.*} Est autem Maxilla, in qua fixi sunt dentes: quamuis etiam de parte exteriore quandoque dicatur, quæ barbam emittit. Persius *Satyr.* 4.

Tu quum maxillis balanarum gausape pectas
Inguinibus quare detonsus gurgulio extat?

Suet. *in Tiber. c.* 21. Miserum populum Romanum sub lentis maxillis erit, (vulgò, *edi iit.*) ¶ Hinc Maxillaris, & hoc re, quod ad maxillam pertinet: dens maxillaris, γομφίος, qui etiam dicitur Molaris. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Maxillarésque ita sanari dentes præcipuè putant.

‖Maxima, substantiuè, est Philosophis regula principalis & illustris, quia maxima, i.e. potissima est; magni vsus, & ampla, catholicum theorema. Gallis est vsitata vox maximæ, vt Italis massima, enumeratio generalis, firma propositio, χυρία δόξα.

Maximātes, Summates. Optimates. Lucil.‖

Maxĭmīnŭs, μαξιμῖνος, natione Thrax, Romanorum Imperator, suffectus est in locum Alexandri Seueri, à militibus interfecti; qui & ipse ab exercitu suo cæsus est, quum Aquileiam nequicquam obsideret. Vide Herodian. *lib.* 8.

Măxĭmūs Maximopere, vide *Magnus.*

Māză, μάζα, panis genus est constans farina, oleo & aqua, aut etiam ex lacte, teste Suida. Vide Cælium Rhodig. *lib.* 9. *c.* 12.

Mazæna, μάζαινα, Palæstinæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Mazæneni, μαζαινηνοί.

Mazaca, μάζακα Stephano, ciuitas Cappadociæ sub monte Argeo, quam Tiberius Archelao pulso, & Cappadocia in prouinciæ formam redacta, nominauit Cæsaream. Hinc Mazacenius, & Mazaces, Mazacis, in genitiuo, μαζακηνὸς, μαζακεὺς. Suet. *in Neron.* Turba Mazacum.

Māzæum, μαζαῖον, Bithyniæ oppidum, teste Steph. in dictione ἀμαζόνιον.

Māzæi, μαζαῖοι, Pannoniæ populi sunt. Strab. *lib.* 7

Mazares, μαζάρης, ex Medorum Satrapis fuit, qui Priennēses in Cyri ditionem redegit. Vide Herodot. *lib.* 1.

Mazyes, μάζυες, Libyæ populi inter Nomades, diuersi ab iis, quos ab Herodoto, Maxias vocari suprà ostendimus.

Māzăra, as, genus teli quo antiqui in bello vtebantur, Cæs. 1. *bell. Gall.* & nonnulli inter carros, totásque mazaras, ac tragulas subiiciebant, nostrósque vulnerabant.

Mazax, μάζαξ, Africæ populus, qui in torquendis missilibus non est inferior Medis. Beroardus in illud Lucani *lib.* 4.

——— aquaturúsque sagitas
Medorum, tremulum quum torsit missile Mazax.

Mazeras, fluuius in ora maris Hircani. Plin. *lib.* 6. *c.* 16.

Māzŏnŏmum, μαζόνομον, μαζονόμιον. {ANGL. *A charger or great platter wherin meate is cariet.*} Græca dictio, qua lanx grandior significatur ad ferenda obsonia in mensam. Horat. 2. *Serm. Satyr. vlt.*

Mazonomo pueri magno discerpta ferentes
Membra gruis.

Varr. *lib.* 3. *de re rust. c.* 4. Vt in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, vbi delicatè cœnitaret, & alios videret turdos in mazonomo positos coctos, alios volitare circa fenestras captos.

M E

MĒ pro mihi, inquit Festus, dicebant antiqui. Ennius *lib.* 2. Si quid me fuerit humanius, vt teneatis, &c. Me scis cum illo non conuenire. i. mihi. Gell. *c.* 5. *lib.* 12. *& c.* 9. *ibidem.* Quid fiat me nescio, Plaut. *Mil sc.* 3. *a.* 1. Imperti me quod cōmentus es, (pro mihi.) Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Vt qui me opus sit Insputari. (i. mihi.) Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Licet me id scire quicquid fit. Idem *Ps. sc.* 1. *a.* 1. Vocem loquentis me audire visus sum. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Me faciat quod volt magnus Iuppiter. pro mihi, vel de me *Ibid. sc.* 6. *a.* 5. Si magis me instabūt (pro mihi.) Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. ¶ Idem me pro ego, qui me quid rerum agitem patri perferat. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 1. Item mauolo amari me. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 5. Eius iussu huc me affero. Idem *Amph. sc.* 4. *a.* 3. Hoc ego nunquam ratus sum me vt tibi fuerem supplex. Idem *Ps. sc.* 2. *a.* 5. Vbi me vacat. sicut & *in Asin. sc.* 1. *a.* 1. Ego me id facere studeo. Item si ego, me sciente paterer vicino fieri iniuriam. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 1. Non vides, me vt madidè madeam? Idem *Ps. sc.* 2. *a.* 5. Quis me æquè fortunatus erit. (i. ac ego.) Idem *Curc. sc.* 2. 1. Me mauelim esse viduam, (pro ego vidua.) Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. Emori me malim. Idem. *Asin. sc.* 3. *a.* 4. ¶ Idem si me exquiret. pro ex me, idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2.

Mĕāpte, compositum ex ablatiuo Mea, & particula pte extra compositionem nihil significante: vt Meapte causa, ἐμῆς ἕνεκα, i. mea propria Ter. *in Heaut.* Ita me dij ament, vt ego nunc non tam meapte causa Lætor, quàm illius, quam ego scio esse honore quouis dignam.

Meārŭs, μέαρος Ptolemæo, fluuius Hispaniæ in ora Asturum. Pompon, Mela *lib.* 3. Vulgò Mearon.

‖Meatim meo more vt tuarim, tuo more,‖

Meatus, us, vide in dictione *Meo, as.*

Mecaphroditon, μηκαφρόδιτον. Species est papaueris, spumeum habens semen: vnde etiam à Dioscoride μήκων ἀφρώδης, hoc est, spumeum papaueris appellatur.

Mĕcāstŏr, νὴ τὸν κάστορα. Iurandi aduerbium, Mecastor, ait Festus, & Mehercules iusiurandum erat, quasi diceretur: ita me Castor, ita me Hercules: vt subaudiatur Iuuet. Nç ego mecastor mulier misera Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 4 *&* 5. Itē *sc.* 2. *a.* 4. Mecastor pulcher est. Idem *Mil sc.* 1. *a.* 1. Mecastor dignus est, Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Noui hominem haud malum mecastor. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Terent. *in Hecyr.* Salue mecastor Parmeno. Vbi Donatus, Olim salutantes addebant iusiurandum, vt hoc sedulò facere viderentur.

Mĕcestus, μήκιστος, Troadis fluuius, in Rhyndacum influens: cuius meminit Strab. *lib.* 2.

‖Mechamemāta, ingeniosa manuum opificia. Sidon.‖

MĒCHĀNĬCVS, opifex, qui artē illiberalem exercet. {חרש *chàrasch.* βαναυσουργός, μηχανικός. GALL. *Mechanique, faiseur de machines ou d'autres œuures mechaniques* ITAL. *Artigiano* GERM. Ein handwercker/ oder handwercks man. HISP. *Oficia de qualquier arte* ANGL. *A handie craftisman, a man of occupation.*} ἀπὸ τῆς μηχανῆς: quod inuentionem significat. Suet. *in Vesp. c.* 18. Mechanico quoque grandes columnas exigua impensa perducturum in capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit.

Mēchānĭcŭs, a, um, Ars mechanica, βαναυσουργία, quæ manu exercetur: cuiusmodi est ars fabrilis. Vnde artes diuiduntur in liberales, & mechanicas, id est, vt Cic. vocat, illiberales.

‖Mechanopeus, mechandurgus, machinarum fabricator. Poll.

Mechimenium, mendicimonium, inopia. Non.‖

Mĕcistum, μήκιστον, Triphyliæ oppidum est Steph. Est autem Triphylia Peloponensi regio littoralis, quæ & Messenia dicitur.

Mĕcisteus, μηκιστεύς. Fuit ex sociis Aiacis Telamonij, vt scribit Homer. *lib. Iliad.* 13.

MĔCOENĀS, μαικήνας, cum œ diphthongo. Propriū nomen equitis Romani, viri clarissimi, & apud Augustum potentissimi, cui, velut vnico studiorū patrono Virgil. Georgica sua, & Horatius libros Carminum inscripsit. Delicatum hunc fuisse, non solùm cultu ac moribus, sed etiam stylo commemorat. quare eum Augustus Malacinum vocabat, & exagitabat frequenter vt cacozelum, teste Tranquillo. Horat. 1. *Carm.*

Mecœnas atauis edite regibus.

Fuit vir hic in prouehendis cùm omnium disciplinarum, tum præsertim poëticæ cultoribus adeò benignus, vt ab eo hodie etiam studiorum patroni, qui in subleuanda doctorum hominum egestate se munificos præbent, Mecœnates appellentur. Mecœnatiani horti. Suet. *in Tiber. cap.* 15.

Mecœnaticus, a, um, à Mecœnas. Suet. *in Neron. cap.* 38. E turri mecœnatica prospectans.

Mĕcōn, onis. μήκων. Steph. Vrbs est Peloponnesi, non procul à Corintho, quæ postea Sicyon appellata est, teste Strab. *lib.* 8.

‖ Mĕcōn, papauer.‖

Mĕcōnium μηκώνιον Succus est papaueris, teste Dioscor. adeò frigidus, vt epotus exitium afferat. Item humor in vrinaculo excrementum fœtus. L. M.

Mēcōnitēs, μηκωνίτης, gemma est papaueris similitudinem exprimens, de qua Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Mēcōnis μηκωνὶς, lactucę atrç genus: à copia lactis soporiferi, μήκωνα enim Græci papauer dicunt. De hoc videas Dioscorid. *lib.* 6. *c.* 17. & Hermolaum Barbarum *in eundem lib.* 4. *c.* 68. & Plin. *lib.* 8. *c.* 19.

Mē cum, cum me per transpositionem præpositionis, Vnà, simul. {עמי *himmi.* μετ' ἐμοῦ. GALL. *Auec moy.* ITAL. *Meco, con meco.* GERM. Mit mir. HISP. *Con migo.* ANGL. *with me.*} Cic. *in orat. ad Brut* Ex eo Mecum & Tecum: non Cum me, & Cum te, vt esset simile illis vobiscum, atque nobiscum. Interdum mecum μετ' ἐμαυτοῦ, πρὸς ἐμαυτὸν, significat intra me. Terent. *in Hecyr.* Haud propterea te rogo, vt hæc proferam, sed vt tacita mecum gaudeam. Sic Secum, Tecum, Nobiscum, & Vobiscū. Hoc quidem quoquò ibo, mecum erit, mecum feram. (de Thesauro.) Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 3. Quid tibi commercij mecum est, senex. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Quid tibi est mecum & tecum? (sup. rei.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Etiam mutire audes, aut mecum loqui? Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 5. Quid tibi rei mecum est. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Quid mecum tibi vnquam fuit negotij, *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. &c. ¶ Mecum pulchrè cum Simul iungitur. Idem *in Bacch.* Atque vt eum mecum ad te adducam simul. ¶ Similiter cum Vnà. Terent. *in Hecyr.* Vt colloqui mecum vnà possit. ¶ Interdum hæc tria coniungimus, Mecum, Vnà, Simul, idem *in Heaut.* Clinia hæc fieri videbat? M. quidni? mecum vnà simul. ¶ Mecum facere, significat mecum sentire: quod & Latinè dicitur, à me facere, barbarè pro me facere. Cic. *pro Cæcin.* Rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur verbo me excludi dicebat.

Mĕcybĕrnă μηκύβερνα, oppidum Maritimum Orientali tractu Macedoniæ, non procul à Pallene: à quo & vicinus sinus Mecybernæus dicitur. Mĕminit huius oppidi Plin. *lib.* 4. *c.* 10.

Mēdabā, μήδαβα. Steph. Nabathæorum oppidum.

Mĕddix, Summi magistratus nomen erat apud Oscos. Ennius,

Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter.

‖Aliter scribitur Medix proueniens à μέδω imperiū teneo, regnator sum. Medde, pro melle, antiq. Lips.‖

Mēdēā, μήδεια, Insignis incantatrix fuit, Æetæ Colchorum regis filia, quæ quum Iasonem perditè deamaret, facilem illi ad aureum vellus aditum præbuit, sopito peruigili dracone, qui noctes, diésque illud asseruabat. Quo facto patris iram metuens, Iasonem in Græciam sequuta est, patremque insequentem discerptis Absyrti fratris membris, & per viam dispersis, retardauit. Repudiata deinde ab Iasone, filios suos, quos ex eo susceperat, occidit, Glaucámque Creontis filiam, cum qua Iason secundas contraxerat nuptias, incensa regia, viuam cremauit, ipsúmque etiam Iasonem impatientia doloris manus sibi inferre coëgit. Medea Peliam concoxit senem. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3.

Medēis, Medeidis, fœminin. gen. Patronymicum, positum pro possessiuo Ouid. 2. *de arte amandi.*

Non faciunt vt vincat amor Medeides herba.

Mĕdergā, pro me erga, id est, Erga me, dixerunt antiqui, interposito d. propter hiatum vocalium. Plaut. *in Epid.* quasi quid filius meus Deliquisset mederga. Pro mecum antiq. Lips.

Mĕdĕōn onis, μηδεών. Duorum vicorum nomen est apud Strab. *lib.* 9. quorum alterum in Phocide collocat ad sinum Crissæum: alterum in Bœotia, non procul ab Onchesto.

MĔDEOR, deris, à *meditor*, vel à μῆδος, cura, consilium. Medicor, do, medicinam alicui facio, aut adhibeo. {רפא *rapha* גהה *gahah.* ἰάομαι

ἰάομαι, ἰατρεύω. GALL. Medicinner, remedier. ITAL. Medicare GERM. Heylen/artzneyen. HISP. Amelezinar. ANGL. To remede, to heale, to cure. } A Medius fieri videtur, quod ad medium temperamentum, quoad fieri queat, æger debeat reduci. ¶ Est autem Mederi, remedium afferre. Et construitur ferè cum datiuo. Cic. *pro Quintio*, Ita fit, vt ego qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, &c. ¶ Quandóque cum accusatiuo. Terent. *in Phorm.* Quas, quum res aduersæ sint, minus mederi possit. ¶ Inuenitur etiam Medetur impersonale. Plin. *lib.* 27. Ex eo medetur oris vlceribus perunctis hoc succo foliis pusillis. ¶ Dicimus etiam Mederi contra morbum. Plin. *lib.* 9. *cap.* 13. Contra serpentium ictus medentur.

Mĕdĕndo, gerundium, quod etiam in passiua significatione inuenitur, vt annotauit Seruius in illud Virgilij 12. *Æneid.*

Exuperat magis, ægrescitque medendo:

id est, dum ei medetur. Huius verbi compositum est Immedeor, quod est intus medeor. Col. *lib.* 6. Si oportebit palorum capita, & imas partes misto fimo cum cinere oblinere, & ita totos eos immederi.

Mĕdēlă, æ Idem quod medicina, siue morbi remedium { רפואה *rephuáh* רפאות *ripheúth* מרפא *marpé* גהה *ghebáh* ארוכה *acuchâh.* ἰατρεία, ἄκεσις, ἀκεσμός. GALL. Medicine ITAL. & HISP. Medicina GERM. Ein artzney. ANGL. A remedie to cure. Gell. *cap.* 1. *lib.* 15. Qua medela, quáque solertia ignem defenderes. Idem *cap.* 1. *lib.* 20. & *c.* 11. *lib.* 16. Herbarum succis, & incantationibus facere medelarum miracula.

Medesicastes filia Priami notha, vt scribit Homerus.

Medi. Catull. *de com. Beren.*

Cum medi irrupere nouum Mare (i. Persæ.)

Mēdĭă, { מדי *madhai.* μηδία.} Regio Asiæ, à Septentrione Hyrcano mari, ab Occasu maiori Armenia & Assyria discreta: à Meridie Persiden, ab Ortu Hyrcaniam habens & Parthiam, quæ Costæorum montibus ab ea excluditur. Strabo *lib.* 11. Mediam in duas diuidit partes: quarum alteram Maiorem vocat, cuius caput Ecbatana facit: alteram Minorem, quæ & Atropatia dicta est ab Atropato duce, qui eam à Macedonum impetu tutam præstitit. Est autem Media bona sui parte montosa & frigida: & fere tota sterilis, excepta regione quæ sub Caspiis portis in humili & concauo iacet solo, quæ opulenta est, rerúmque omnium necessariarum ferax, præterquam olei. In ea campus est latissimus, quem Hippoboton vocat, in quo equorum quinquaginta millia pasci dicuntur. Regium id armentum est, Mediam Solinus dictam putat à Medo, Ægei & Medæ filio. Hinc medicus, a, um, prima syllaba longa. μηδικός: vt Malum medicum, quod & Citreum appellant,

Mĕdĭastīnus, vide *Medius.*

Mēdĭca, æ, { μηδική. GALL. *Herbe appellée grand Treffle ou foin de Bourgongne* ITAL. *Medica, trefoglie.* GERM. Burgundisch oder Medisch hew. HISP. *Trebol.* } Herba est trium foliorum semper virens, in equorum pabulis laudatissima: quæ semel sata decem annos durat, singulísque annis quater, aut interdum sexies demessa, sua semper sponte succrescit, ita dicta quòd in Media abundet. Seruius scribit Medicam à Medis in Græciam fuisse translatam, quo tempore Romani eam inuaserunt. Col. *lib.* 7. Ad maciem nulla res tantum, quantum Medica potest. Vide Catonem *de re rust. c.* 41. & Varr. *lib.* 1. *de re rust. c.* 42. & Col. *lib.* 7. Hieronymus Tragus fœnográcum syluestre vocat. Idem lotum syluestrem siue Libycum esse suspicatur, Rustici quidem apud nos in Polonia, folia trifolij maioris sui ad vomitum prouocandum edunt, aduersus crapulam præsertim: nimia enim sui dulcedine & nescio qua incredibili qualitate nauseam ciet.

Mĕdĭco, as, & Medicor, aris, Medeor. גהה *ghahâh* רפא *raphá.* ἰατρεύω. GALL. Mediciner, remedier. ITAL. Medicare GERM. Heylen/artzneyen. HISP. *Amelezina, ò curar dolencia.* ANGL. *To heale, to cure.* Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Semina vidi equitem multos medicare ferentes.

Ouid. 1. *Amor. Eleg.* 14.

Dicebam, desiste tuos medicare capillos,
Tingere quàm possis, iam tibi nulla coma est.

Eius passiuo vsus est Plin. *lib.* 16. *cap.* 27. Ficus sola ex omnium arborum fœtu maturitatis causa medicatur. Sed hoc rariùs. Frequentiùs enim vtimur, verbo deponente Medicor: quòd modò cum datiuo iungitur Virg. *Georg.*

———Senibus medicantur anhelis.

Terent. *in Andr.* Eius labore, atque eius dolore, Gnato vt medicarer tuo. Modò cum accusatiuo Virg. *lib.* 11. *Æneid.*

Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Eualuit

Ego istum lepidè tibi medicabor metum. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 2.

Mĕdĭcātŭs, a, um quod medicamentis admistis est infectū. { נרפא *nirpá.* φαρμακωθείς. GALL. *Medeciné, mixtioné de quelque drogue ou liqueur.* ITAL. *Medicato, mescolato di qualche liquore medicinale.* GERM. Mit artzney vermischt/vermengt. HISP. *Amelezinado, mesclado con melezina.* ANGL. *Healed, mixed with some drogge or licour.* } vt Medicatæ fruges. Virg. 6. *Æneid.*

Melle soporatam, & medicatis frugibus offam.

¶ Sic Medicata pocula, Medicatæ ficus, Medicatus sapor, Medicatus odor. Martial. *lib.* 9.

Santonica medicata dedit mihi pocula virga.

Plin. *lib.* 23. *c.* 7. *de ficis* Nouissimæ salubriores, quàm primæ: medicatæ verò nunquam. Idem *Epist.* 17. Color cæruleo albidior, viridior & pressior, sulphuris odor, sapórque medicatus, vis, qua fracta solidantur. Medicata suffitione vina Col. *lib.* 1. *c.* 6. Tela medicata veneno, Silius *lib.* 7. Medicatus pro venenatus, & toxico infectus. Suet. *in Claudio.* Et veneno quidem occisum conuenit. Alij domestico conuiuio per ipsam Agrippinam, quæ boletum medicatum auidissimo ciborum talium obtulerat

Mĕdĭcātĭo, verbale. { רפואה *rephuáh* רפאות *ripheúth* מרפא *marpé* גהה *ghebáh* ארוכה *aruchâh.* ἰατρεία, ἀκεσμός. GALL. *Medicament, medecine, remede.* ITAL. *Medicamento, remedio.* GERM. Artzneyung/heilung. HISP. *Melezina, medecina.* ANGL. *Healing, curing.* } Colum. *lib.* 2. *cap.* 10. Potest tamen etiam citra istam medicationem cineri mista commodè seruari.

Mĕdĭcŭs, i, qui artem medendi nouit. רפא *rophé.* ἰατρός. GALL. *Medecin.* ITAL. *Medico* GERM. Ein artzt. HISP. *Medico curador de dolencias.* ANGL. *A phisicion.* } Huius duo sunt scopi, vt scilicet præter naturam affectos, quoad eius fieri potest, ad naturalem statum sciat reducere: aut si id fieri non queat, vt saltem dignoscat qui sanabiles sint, & qui deplorati. ¶ Officium medici (vt inquit Asclepiades) est, vt tutò, vt celeriter, vt iucundè curet. Vocantur quoque medici, ἀσκληπιάδαι, παιῶνες à Græcis Plut. *in Rud.* Imò ædepol vna litera plus sum, quàm medicus. c. num tu medicus es? L. tetigisti acu. Cic. *pro Cluentio.* Iam hoc quoque probè iniquissimè comparatum est, quod in morbis corporis, vt quisque est difficilimus, ita medicus nobilissimus, atque optimus quæritur: in periculis capitis, vt quæque causa difficillima est, ita deterrimus, obscurissimúsque patronus adhibetur. ¶ Cura solers medicorum Ouid. 1. *de Pont. Eleg.* 7. Celer, atque fidelis medicus, Horat. 2. *Serm. Satyr.* 3. Conuocare medicos, Catullus. Medici musici. Gell. *c.* 10. *lib.* 3. Numo sum conductus, plus iam medico. Plaut. *Menæch. sc.* 6. *a.* 5. Obsecro hercle medice, propera quicquid facturus face. Idem *Menæch. sc.* 5. *a.* 5. Medici musici. Gell. *c.* 10. *lib.* 3. Lumbi sedendo docent manendo mecum dum se ex opere recipiat & de eorum insolentia. Plaut. *Menach. sc.* 3. *a.* 5.

‖Medicifici, medicifices, medici. Lips. ‖

Mĕdĭcŭs, a, um, quod est medici. { ἰατρικός. GALL. *De medecin* ITAL. *De medico* GERM. Artzneyisch. HISP. *Cosa de medico* ANGL. *Of a phisicion.* } Virg. *lib.* 3. *Georgic.*

Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor Abnegat.

Ars medica, Tibull. *lib.* 2. *Eleg.* 3. Ope medica iuuare aliquem, Ouid. 2. *Amorum* Plin. *lib.* 8. *c.* 16. Vnde medicas manus hominis sciunt? ¶ Medicinæ rei solers Mithridates. Gell. *c.* 16. *lib.* 17.

‖Medica, herba equorum pabulo optima. Plin. Colum. ‖

Mēdĭcum malum vide, *Media.*

Mĕdĭcīnă, æ, Ars medendi. { רפואה *rephuáh* רפאות *ripheúth* מרפא *marpé* גהה *ghebáh* ארוכה *aru hâh.* ἰατρική. GALL. *L'art de medecine.* ITAL. & HISP. *Medecina.* GERM. Die kunst der artzneyen/oder ein artzney. ANGL. *The art of medicine.* } Cic. 5. *de finib.* Quoniam vt medicina valetudinis, nauigationis gubernatio, sic viuendi ars est prudentia.

Tu curæ requies, Tu medicina venis,

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

———Quorum (malorum) *medicina quiésque*
Nulla nisi in studio est

idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* Medicinam factitare, Quintil. Scribonius Largus *operis initio.* Quamobrem spernendi sunt, qui medicinam spoliare tentant vsu medicamentorum, non à medendo, sed à potentia, effectúque medicamentorum ita appellatam. ¶ Modo, pharmaca, & remedia, quibus quis curatur, significat. Cic. *ad Attic lib.* 16. Sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. Idem 2. *de Orator.* Sicut medico diligenti, priusquam conetur ægro adhibere medicinam, non solùm morbi eius, cui mederi volet, sed etiam consuetudo valentis, & natura corporis cognoscenda est. ¶ Somnus medecinæ curæ. Ouid. 1. *de Ponto. Eleg.* 2.

At puto quum requies, medicinaque publica curæ
Somnus adest, solitis nox venit orba malis.

¶ Ahibere medicinam reipubl. Cic. *pro Sest.* Et cohortari ausus est accusator in hac causa vos iudices vt aliquando essetis seueri, aliquando medicinam adhiberetis reipubl. Non ea est medicina, quum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur atque integræ, carnificina est ista, & crudelitas. ¶ Afferre medicinam. Cic. *in Catil.* Deinde singulis medicinā consilij, atque orationis meæ, si quam potero afferam. ¶ Facere medicinam. Idem *Terentia*, ita sum leuatus, vt mihi deus aliquis medicinā fecisse videatur. Plaut. *Cistel.* confidam fore, Si medicus veniat, qui hoc morbo facere medicinam potest. Nullus (eo) melius medicinam facit. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Viden' vt anus tremula medicinam fecit. (i. suffundit aquam ne crepent cardines.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Medicinas vitiorum ferre. Gell. *c.* 1. *lib.* 5. ¶ Parare medicinam. Ouid. 1. *de remed.*

Principiis obsta, serò medicina paratur
Quum mala per longas inualuère moras.

¶ Medicinam, inquit Nonius, dicimus & venenum: tractum à Græcis, qui venenum φάρμακον appellant. ¶ Medicinæ inuentorem Chironem Centaurum perhibent: hic inuenit herbarum vires. Nonnulli Æsculapio hoc tribuunt. apud Ouid. 1. *Met.* Medicinæ inuentionem sibi Appollo vendicat. Inuentum (inquit) medicina meum est. Plurimum deinde medicinæ contulit Hippocrates eámque ita excoluit, auxit atque illustrauit, vt cæteris longè anteponendus sit, ac Parens Medicinæ habēdus videatur. Galenus verò princeps Interpres Hippocratis inter Medicinæ auctores secundum locum meritò sibi vendicat. ¶ Medicinæ tria genera veteres fecêre: διαιτητικὴν, χειρουργικὴν, καὶ φαρμακευτικήν: quarum prima victus ratione, altera manu, tertia pharmacis medetur.

Mĕdĭcīnæ, arum, Medicorum tabernæ, vicus thurarius, tabernæ aromatariæ, vbi pharmacopolæ degunt & pharmaca venduntur. { ἰατρεῖον GALL. *Boutiques de medecins ou apothicaires.* ITAL. *Speciarie, boteghe di medicina* GERM. Ein Apoteck/Ein ort darin man artzneien feil hatt. HISP. *Tiendas de especias, o botica de medicinas.* ANGL. *The phisicions shopes.* } Plaut. *in Amph.* Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia: Apud emporium, in macello, in palæstra, atque in foro, in medicinis, in tonstrinis, apud ædes omnes sacras. Facite illic homo in medicinam (tabernam) sublimis ablatus fiet. (aliàs in medicinas.) Idem *Menach sc.* 6. *a.* 5.

Mĕdĭcīnālis, e, adiectiuum, quod ad medicinā pertinet. { ἰατρικός. GALL. *Medecinal.* ITAL. *Medicinale.* GERM. Das zur artzney dient HISP. *Cosa perteneciente à la medicina, medicinal.* ANGL. *Belōging to healing.* } vt, Herba medicinalis, πόα ἰατρική. Cucurbita medicinalis. σικύα ἰατρική, vasculum ore angusto, inferne latius, quo sanguis exugitur cute prius scalpello incisa. Nomen accepit à cucurbita hortensi, quam similitudine refert. Plin. *lib.* 32. *c.* 10. Quippe eadem ratio earum, quæ cucurbitarum medicinalium, ad corpora leuanda sanguine. Celsus, Vix vlla perpetua præcepta ars medicinalis recipit. Medicinalis verò digitus dictus est minimo proximus, vt inquit Macrobius, quem & Anularem veteres appellarunt, quòd in eo digito veteres anulum potissimum gestabant

stabant. Cuius rei rationem hanc reddit idem Macrob. *lib. vlt.* neruum scilicet quemdam à corde ad hunc digitum proficisci: ideóque potissimum anulo, veluti corona quadam circundari.

Mĕdĭcābĭlĭs, e, cui adhiberi medicina potest, curabilis sanabilis. { ἰάσιμος, ἰατεύσιμος. GALL. *Qu'on peut guerir, medicinable.* ITAL. *Atto à essere medicato* GERM. Das zu artzen vnd zu heilen ist. HISP. *Cosa que se puede amelezinar, y curar.* ANGL. *That mabe healed or cured.* } Ouid. I. *Metam.*

Hei mihi quòd nullis amor est medicabilis herbis.

Idem. *Epist.* 5.

———nulla medicabilis arte

Læsa pudicitia est.

Sunt tamen qui legant, *reparabilis.* ¶ Quandoque ponitur pro medicinali. Col. *lib.* 7. *c.* 10. Quippe ligni succus medicabilis, epotus intestini tumorem compescit.

‖Medicabulum, locus medicandi. Apul.‖

Mĕdĭbĭlĕ, Medicabile, ἰάσιμος. Festus.

Mĕdĭcāmĕn, inis, medicina. { רפאות *ripheúth* מרפא *marpé* גהה *ghehâh* ארוכה *arucháh.* ἄκεσμα. GALL. *Medecine, remede, medicament.* ITAL. *Medicamento.* GERM. Artzney. HISP. *Melezina.* ANGL. *Medecine, remedie to cure.* } Plin. *lib.* 7. *c.* 16. Fœcũditatis in fœminis prærogatiuã accepimus, inunctis medicamine oculis, saluam infici. Ouid. 2. *de Arte,*

Ergo, age, & irata medicamina fortia prabe,

illa ferè requiem sola doloris habent.

Cicer. *in Pison.* Et quum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses, meministi excusatione te vti valetudinis: quòd diceres, vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari. ¶ Accipitur & medicamen pro colore, quo lanæ medicantur, hoc est, inficiuntur, seu tinguntur: vnde & pro succo purpuræ posuit. Plin. *lib.* 29. *cap.* 28.

Mĕdĭcāmĕntum, i, Medicina: quo videlicet homines, ac cætera animalia curantur. { רפאה *rephuáh* רפאות *ripheúth* מרפא *marpé* גהה *ghehâh* ארוכה *arucháh.* ἄκεσμα, φάρμακον. GALL. *Medicamẽt, remede.* ITAL. *Medicina.* GERM. Ein Artzney. HISP. *Melezina.* ANGL. *Medecine, a remedie to cure.* } Scribonius Largus *initio operis.* Inter maximos quõdam habitus medicos Herophilus, fertur dixisse medicamenta diuinum munus esse. Cicer. 3. *Offic.* Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, ne illo medicamento vnquam postea vteretur, &c. Idem 2. *de natura deorum,* Medicamentorum salutarium plenissimæ terræ Celsus *lib.* 7. *cap.* 4. In eo medicamini locus nullus est. ¶ Sumitur quandoque Medicamentum pro veneno, sicut venenum pro medicamento: quoniam Græci vtcumque φάρμακον vocant. Caius Iureconsultus *de verb. signific.* Qui venenum dicit, adiicere debet bonum, vel malum: nam & medicamenta, venena sunt: quia eo nomine omne continetur quod adhibitum naturam eius cui adhibitum est mutat. Quum id quod nos Venenum appellamus, Græci Pharmacum dicunt, apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocẽt, hoc nomine continentur. Vnde adiectione alterius nominis distinctio fit. Medicamento & venenis recoxit Peliam Medea. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Vide Fab. Quintil. *declam.* 246. ¶ Medicamenta amatoria dicuntur philtra, aut alia quæuis venena, quæ ad amorem conciliandum dantur. Medicamenta soporifera quibus somnus accersitur. ¶ Medicamentum autem à remedio quomodo differat, vide infrà in voce *Remedium.*

Mĕdĭcāmĕntārĭŭs, ij substantiuum, qui medicamenta conficit. { רפא *rophe.* φαρμακοποιός. GALL. *Medecin, qui appreste les medecines.* ITAL. *Colui che fa medecine.* GERM. Der artzneien macht/Ein Apoteker. HISP. *Medico ò que adoba melezinas.* ANGL. *That maketh or prepaireth medicini.* } Plin. *lib.* 19. *c.* 6. Sectiui duo genera: hoc herbaceum, folio incisuras eius euidentibus, quo vtuntur medicamentarij. ¶ Medicamentaria, Ars conficiendi medicamenta. φαρμακοποιία. Plin. *lib.* 7. *c.* 56. Medicinam contendunt Ægyptij apud ipsos repertam: alij ab Arabo Babylonis, & Apollinis filio: herbariam & medicamentariam à Chirone.

Mĕdĭcāmĕntōsŭs, quod remedium adfert, & medicamenti vice est. { ἰατρικός. GALL. *Medicinal, portant medecine.* ITAL. *Medicinale, che porta medicina.* GERM. Heilsam/Krefftig zur artzney. HISP. *Cosa medicinal.* ANGL. *That bringeth remedie.* } Cato *c.* 15. Et primum scito, de omnibus brassicis nulla est illiusmodi medicamentosior.

Mĕdĭĕtas, vide *Medius.*

Mĕdĭmnŭs, { μέδιμνος. ANGL. *A measure containing sixe bushelles.* } Genus mensuræ, teste Budæo, quæ senos capit modios: Galli sua lingua *Minam* vocant. Cic. 5. *Verr.* Sed tritici septẽ millia medimnũ ex Nymphonis arationibus edicta pœna, &c. Dicimus & Medimnum neut. gen. Idem *ibid.* In iugere Leontini agri medimnum ferè tritici seritur.

Mĕdĭŏcrĭs, Mediocritas, Mediocriter, Medioximus, vide *Medius.*

MĔDĬŎLĀNVM, μεδιόλανον, vulgò *Milano.* { GERM. Meiland. } Vrbs est Cisalpinæ Galliæ metropolis, populi multitudine refertissima, agrique bonitate felicissima, annis CCCLIX. ante Christi aduentum à Gallis Insubribus condita, & à nomine relicti ab eis Mediolani (vt putat Volaterranus) ita appellata. Quanquam sunt nonnulli, inter quos est Ambrosius, qui à sue dimidia parte lanata Mediolanum appellatum putent. In hac etiam sententia videtur fuisse Sidonius Apollinaris. Verisimilior tamen apparet Volaterrani opinio, præsertim quum ipse etiam Ptolemæus Mediolanum oppidum in Gallia Lugdunensi recenseat inter Ligerim & Sequanam fluuios. De origine huius vrbis ita scribit Liu. *lib.* 5. *decad.* 1. Galli per Taurinos, saltúsque Iuliæ Alpis transcenderunt: fusisque acie Tuscis haud procul Ticino fluuio, quum, in quo consederant, agrum Insubrium appellati audissent, cognomen Insubribus pago Heduorum: ibi omen sequentes loci, condidere Vrbem, quam Mediolanum appellarunt. Ex hac vrbe Statius Cæcilius poëta comicus originem traxit. ¶ Est præterea Mediolanum, siue Mediolanium, teste Ptolem. Britanniæ oppidum. ¶ Item aliud inferioris Germaniæ oppidum in Coloniensi diœcesi, quod hodie Monasterium vocant. ¶ Strabo *lib.* 4. aliud huius nominis oppidum collocat inter Xantones Galliæ Aquitaniæ populos, quod hodie idem esse credimus quod vulgò *Saintes* vocant. Vrbs est (inquit) Xantonum Mediolanum ad Oceanum vergens, inter Aquitanos maximè arenosa, & agro tenui, ex milio alimoniam captans, reliquis fructibus sterilis. Huius etiam Mediolani, & alterius in Gallia Cisalpina meminit Stephanus. Μεδιόλανον πόλις ἀκυλ(?)ίας, & οἱ οἰκοῦντες Μεδιολάνιοι, & πόλις ἄλλη τῆς ἰταλίας λαμπροτάτη.

Mediolanensis, & hoc Mediolanense, μεδιολάνιος, qui ex Mediolano est, vel Mediolanum habitat. Cic. *in Pisonem.*

Mĕdĭŏlum, μεδίολον, oppidum est Celtiberorum in tractu Tarraconensi Hispaniæ, apud Ptolem. *lib.* 2. *c.* 6. Putatur ea esse quæ hodie *Medina celi* appellatur.

Mĕdĭŏmātrĭcēs, μεδιομάτρικες, populi sunt inter Belgas Leucis & Eburonibus vicini, Meteñses scilicet, & his vicini Lotharingiæ populi. { Die Metzer oder Westerreicher. } Plin. & Strab. Mediomatricos vocant Vulgò *Metz en Lorraine.*

Mēdĭōn, μήδιον, herba est Mediæ peculiaris (vnde & nomen accepit,) in locis vmbrosis, petrosisque nascens. Romani trifolium odoratum vocant. Vide Dioscorid. *lib.* 4. *c.* 20.

Mĕdĭōn, μέδιον, oppidum in finibus Ætoliæ. Polyb. *lib.* 28.

Mĕdĭŏxŭmī Dij; vide *Mediocris* in *Medius.*

Mĕdĭpontŭs, Instrumentum funarium, quod apud Catonem *c.* 3. numeratur inter ea quæ necessaria sunt ad conficiendum oleum. Medipontus in instrumento funario, erat, quem Medi Xerxis pontem vocabant. χελίαν Herodotus appellat: ad cuius imitationem hic factus videri possit. Funium enim ponte Xerxes Hellespontum iunxerat: cuius tamen qui vsus in torculari esset non facilè est dicere. Fortè ad traducendum vsui erat. Verisimile etiam est vehementissimos funes fuisse, quibus ad premendum vehementiùs oleum vterentur. Ex Turnebo.

MEDITOR, aris, quasi medio animo verso, cogito & mente perpendo, considero, expendo, commentor. { הגג *haghág* חשב *chaschab.* μελετῶ, φροντίζω, φιλοσοφέω. GALL. *Mediter, penser diligemmment, & attentiuement.* ITAL. *Pensare, curare.* GERM. Betrachten/Bedencken/Nachsinnen. HISP. *Mucho pensar.* ANGL. *To muse or studye on a thing, to recorde in ones mynde.* } Plaut. *in Amphitr.* Ea nunc meditabor quomodo illi dicam, quum illò aduenero. Haud in malè meditantem, malè dicax es. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Vt te accusem meditabar. Idem. Sycophanta nequam est, nugis meditatur malè. Idem *Ps. sc.* 7. *a.* 4. & *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Terent. *in Andr.* Venit meditatus alicunde ex solo loco. ἐσκεμμένος. Plin. *in Panegyr.* Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore seruamus, hoc singuli quoque meditati teneamus, &c. Meditati inquit, id est, præparata oratione. ¶ Interdum exercere. Virg. 6. *Eclog.*

Agrestem tenui meditabor arundine musam.

Plaut. *in Sticho,* Simúlque ad cursuram meditabor Me ad ludos Olympiæ Gell. *c.* 15. *lib.* 9. Meditans & exercens eloquentiæ Latinæ facultatem. & Suet *in Neron. c.* 40. Prædictum à Mathematicis olim erat, fore vt quandoque destitueretur, &c. quo maiore venia meditaretur citharœdicam artem, &c. ¶ Inde meditationes, μελέται, σκέμματα, in Romana militia dicebantur exercitationes, & imaginarij quidam conflictus, qui citra sanguinem fiebant. Nam ars militaris, teste, Vegetio, vt cæteræ omnes artes, meditatione perficitur. ¶ Meditari alicui insidias, vel dolum, idem est quod tendere insidias vel dolum. Virg. 5. *Eclog.*

Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis

Vlla dolum meditantur,

Meditati sunt doli probè. Plaut. *Ps. sc.* 1. *a.* 4. ¶ Seruius putat Meditor dictum esse, quasi melitor, à verbo μελετῶ, per immutationem l in literam d. Interdum enim hæ duæ literæ sibi mutuo cedunt: vt Sella pro Sedda Hinc meditari apud Virgilium pro canere 1. *Eclog.*

Syluestrem tenui musam meditaris auena.

¶ Reperitur etiam hoc verbũ in passiua significatione. Ter. *in Phormion.* Meditata sunt mihi omnia mea incommoda. πεφροντισμένα. Cic. 1. *Officiorum.* Leuiora enim sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea que mediata & præparata inferuntur. Diomedes Grammaticus *lib.* 1. Medito, inquit & meditor differunt. Nam, vt putat Plin. (nẽpe *in arte Grammatica,* de qua se scripsisse testatur *in historia præfatione*) Meditare est secum cogitare, Meditari voce dicere.

Mĕdĭtātē, Cogitatè. { ἐσκεμμένως. GALL. *Poury auoir pensé de long temps.* ITAL. *Pensatamente per longo tẽpo.* GERM. Mit betrachtung/mit erwegung. HISP. *Con mucho pensamiento.* ANGL. *Pansinglywith meditation and studye.* } Plaut. *in Bacch.* Næ tu illorum mores perquàm meditatè tenes, quasi dicat, probè calles illorum mores, illósque ad vnguem nosti ex longa meditatione, vsu & experientia. Nouisse me tuos mores meditatè, decet. Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 1.

Mĕdĭtātĭo, onis, Commentatio, exercitatio. { הגיון *highajón.* μελέτη. GALL. *Grand pensement* ITAL. *Gran pensiero* GERM. Ein Betrachtung/übung. HISP. *Grande pensamiento.* ANGL. *Great pansing and musing. sadlie.* } Cicer. 2. *de Orat.* Quos locos multa commentatione, ac meditatione paratos, atque expeditos habere debetis. Idem 2. *de diuin.* Multi naturæ vitium meditatione, atque exercitatione sustulerunt: vt Demosthenes. Idem. 2. *Tusculan.* Stulta est meditatio futuri mali. Meditationes, pro conflictibus imaginariis, vide suprà in *Meditator.*

Mĕdĭtāmen, nis, meditatio. Catullus *in carmine nuptiali,*

Aspice vt nupta secum meditamina quærant.

Mĕdĭtāmĕntum, ti, Meditatio. Tacitus *lib.* 20. Et cæteris belli meditamentis militem firmabant. Idem *lib.* 15. Nomina summæ curæ, & meditamenta.

Mĕdĭtābŭndŭs, Cogitabundus. { σκέπτης ὁ ἐπὶ φροντίδων. GALL. *Pens(...)* ITAL. *Pensoso.* GERM. Betrachtig. HISP. *El que mucho piensa, pensatiuo.* ANGL. *Pansiue* } Et aduerbium mirabundè, cogitabundè, φροντικῶς.

Mĕdĭtātīuum, dictio ficta à Grammaticis, qui meditatiuum verbum appellant, quod sensum quendam meditandi videtur habere, cuiusmodi sunt Esurio, Micturio & similia: quæ Valla desideratiua vocat, quòd desiderium significent, actus per verbum primitiuum significari.

‖Meditatorium, locus meditationi & lectioni destinatus Nouar.‖

Meditrīna, Medicamentorum dea. Festo.

Mĕdĭtrīnālĭā, orum Sacra deæ Meditrinæ, Mos erat, ait Festus, Latinis (...) populis, quo die quis primùm gustaret mustum, dicere ominis gra(...) Vetus nouum vinum bibo: veteri nouo morbo medeor. A quibus

his etiam Meditrinæ deæ nomen cœptum: eiúsque sacra Meditrinalia dicta sunt. Varr. *de L.L. lib.* 5. Meditrinalia, dies dictus est à Medendo: quod (vt ait Flaccus) Flamen Martialis dicebat hoc die solitum vinum nouum & vetus libari, & degustari medicamenti causa: quod facere solent etiam nunc multi, quum dicant, Nouum vetus vinum bibo, nouo veteri morbo medeor.

|| Mediator, proxeneta, pararius, conciliator, in contractibus seu quæstor. ||

Mĕdĭŭs, a, um, à μέσος. quod non mensuratum æqualiter distat ab extremis. { μέσος. GALL. *Qui est au milieu, moyen.* ITAL. *Mezzo.* GERM. Das mittlest/das in der mitten ist. HISP. *Cosa media entre dos cabos* ANGL. *That is in the middest.* } quamuis etiam Medium dicatur quicquid inter duo extrema est, etiamsi non æqualiter distet ab vtroque. Virg. 7. *Æneid.*

Interea medium Æneas iam classe tenebat
Certus iter.
Arma viri fortis medios mittantur in hostes,

Ouid. 13. *Metam.* Nihil metuo, nisi ne medius disrumpar miser. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Medios serra dissecare. Suet. *in Calig. c.* 27. Media de plebe. Vide *Plebs.* Media sermonum relinquere Gell. *c.* 4. *lib.* 18. In medio relinquere aliquid. Velleius. Dubiũ se mediúmque partibus præstare. Idē. Sed est natu grandior media est mulieris ætas. Item post mediam ætatem, qui mediam vxorem ducit domum. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Media litiũ manus, & sequester, & interpres. Quint. Decem medij dies. (i. interiecti.) Senec. *c.* 14. *de tranquill.*

Medio defenditur Istro,

(i. Interposito. Ouid. *Eleg.* 14. *lib.* 3. *Trist.* Quis è medio. (i. è vulgo.) Gell. *c.* 12. *lib.* 9. ex medio sumpta verba. Quintil. Medium vinum. (i. nihil.) Gell. *cap. vlt. lib.* 13. Media & communia verba. Idem *c.* 9. *lib.* 12. Medium pignus Concordiæ inter Cæsarem & Pompeium Iulia. Velleius. Si media nox est, siue est prima vespera, Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Medius in eo bello Eumenes fuit animo. Velleius. Medij nec in alterius fauorem inclinati. Liu. 10. *d.* 4. Medij & neutrius partis Suet. *in Cæs. c.* 7. Medij & neutram partem sequentes. Idem *in Nero. c.* 2. Quandoque idem valet quod in commune, siue in communem vsum. Virg. 1. *Georgic.*

Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat. In medium quærebant.

Idem 11. *Æneid.*

Consulite in medium & rebus succurrite fessis,

Cic. 1. *Offic.* Et omnes vtilitates in medium afferre mutatione officiorum. Aliquando, Medium est è duobus temperatum quiddam & admistum quæ inter se contraria sunt. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Medium erat Anco ingenium, hoc est, procliue tam ad pacis, quàm ad belli artes: ita religione Numam auum suum exprimens, vt militarem disciplinam non negligeret. ¶ Aliquando pro dubio ponitur. Liu. 9. *bell. Mecedon.* Medio responso spem ad voluntatem interpretantibus fecerat, cessurum patrum autoritati esse. ¶ Quandoque manifestum. Virg. 2. *Æneid.*

———*Medióque ex hoste recepi.*

Ibidem,

Quanquam in media iam morte tenetur

Vtrobique exponit Seruius medium pro manifesto. In priore tamen exemplo, non ineptè interpretari possumus, E medio hoste, pro, E mediis hostibus, vel E medio hostium ¶ Quandoque intercedens, aut potiùs importunus, & incongruus. Idem 1. *Æneid.*

Ne qua scire dolos, mediúsve occurrere possit.

¶ Accipere aliquem medium, hoc est, medium amplecti. Liu. 1. *ab Vrbe*, Multo & ætate, & viribus validior, medium arripit Seruium, elatúmque è curia in inferiorem partem per gradus deiicit. Sic apud Terent. *in Andria*, Accurrit, mediam mulierem complectitur. ¶ Ponere in medio, vel, quod idem est, Proferre aliquid in medium, est Publicè exponere, & omnibus ea de re iudicandi potestatem facere. Cic. *de nat. deor.* Ponam in medio sententias Philosophorum. ¶ Vocare in medium, idem ferè est, quod vocare in dubium, & clariùs de re aliqua velle cognoscere. Idem *in Cluent.* Rem in medium vocare cœperunt, & causam illam totam deposcere. ¶ Venire in medium. Est in disputationem, & controuersiam venire. Idem 1. *de finibus*, Prima veniat in medium Epicuri ratio, ¶ Procedere in medium, est in coronam prodire: & interdum idem cum superiori. ¶ Relinquere aliquid in medio. Velleius. Est indecisum, & controuersum aliquid relinquere, nihilque de eo statuere. ¶ In medio esse, vel positum, aut situm esse in medio, est manifestum esse, facilè, vel in promptu. Cic. 4. *Verr.* Tabulæ positæ sunt in medio. ¶ Aliquando in medio esse, est, Dubium esse, vel incompertum, vt apud Sueton. Quod discrepat, in medio sit: hoc est, indecisum relinquatur. ¶ In medium consulere, est in commune consulere, vel ad communem vtilitatem: de quo suprà dictum est. ¶ Pellere de medio, vel è medio, est extra cœtum aliorum pellere. Ennius apud Cicer. *pro Muræna*, Pellitur è medio sapientia. Sueton. *in Tiber. cap.* 10. è medio se mouere. Recedere de medio, est se subducere, & occultare. Cicer. *pro Sext. Rosc.* Recede de medio, per alium transigam. ¶ Sumere argumenta de medio, est ex rebus manifestissimis, & omnibus notis argumenta sumere. ¶ Tollere de medio, pro occidere. Idem *pro Rosc. Amer.* Perfacilè hunc hominem incautum, & rusticum, & Romæ ignotum, tolli de medio posse. ¶ Medio excedere pro mori. ¶ E medio discedere, pro secedere & occultari, ait Budæus. Medio tempore, pro Interea. Sueton. *in Cæsare*, Medius pro mediocri. Liu. *lib.* 6. *ab Vrbe.* Apparebátque nec veri iudicij mediam gratiam, nec falsi offensionem fore. Velleius, Medius eloquentia Pompeius. (i. mediocris.) ¶ Priscianus Medium dictum putat à modo, hoc est, à mensura: vnde & modium, & differentiæ causa Medium dici existimat, mutato o in e. Alij malunt à Græco μέσος deducere, quod idem est quod medius. ¶ Hinc dimidius, a, um, quasi per medium diuisus.

Media vocabula dicuntur quæ in bonam & in malam partem accipi possunt, μέσα à Græcis dicta. Qualia sunt tempestas, Valetudo, Facinus, Dolus Gratia, Industria, Periculum, Venenum, Contagium: & apud veteres Honor, quo etiam significabatur iniuria. Vide Gell. *lib.* 12. *c.* 9. & *c.* 4. *lib.* 18. Vide *suprà.*

Mediale, is, neutr. gen. Solin. *c.* 65. Lignum omne atque mediale, eadem ferme & facie & nitore, qui est in lapide gagate. Id est, omnes hebeni partes, tam exteræ, quam mediæ, seu medullaceæ, sir... sunt gagati lapidi. Idem *c.* 33. Comperta arbor est pinei generis, ... mediale Autumni tempore succino lacrymat.

Mĕdĭanum, idem quod medium verbum architectonicum. { ANG. *The middle or middest.* } Vlp. *l.* 5. *§.* 2. *D. de his qui deiecer.* Quod si ex mediano cœnaculi quid deiectum sit, veriùs est omnes teneri. Adiectiuè. Vitruuius persæpe medianas columnas dicit, ad differentiam angularium & mediana epistylia, &c. Ex Hotomano.

|| Mediapontus, instrumentum funarium. Turn. ||

Mĕdĭĕtas, tis, Alicuius pars media. { חצי *tá've: h.* μεσότης. GALL. *Le milieu, la moitié.* ITAL. *Metá.* GERM. Das halb theil/mittel mässigkeit. HISP. *El medio de dos extremos, mediania.* ANGL. *The half of any ting.* } Hac voce Cic. non ausus est vti, vt testatur *in libello de Mundo, siue Vniuersitate.* Sic enim *ibi* habet, Vt in singulis essent bina media; vix enim audeo dicere medietates quas Græci μεσότητας vocant: sed quasi ita dixerim, ita intelligatur. ; erit enim planius.

Mĕdĭŏcris, e, Medium tenens, modestus, temperatus. { μέτριος. GALL. *Mediocre, moyen, ne trop grand ne trop petit.* ITAL. *Mediocre, mezzado.* GERM. Mittelmässig. HISP. *Mediano,* ANGL. *Moderat, nether to much nor to litle.* } Cicer. *de Oratore*, Hæc sunt omnia ingenij vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ. Idem *Tusc.* Omne enim malum etiam mediocre magnum est. Idem *de Amicit.* Nec verò negligenda est fama, nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet beneuolentiam ciuium. Non mediocri incedo iratus iracundia. Plaut. *Curc. sc.* 3 *a.* 4. Mediocri macto infortunio. *Ibid.* Mediocres viri quibus opponuntur eminentissimi. Velleius.

Mediocriculus, diminutiuum à mediocris Aliquantulum mediocris. vet. Vocab. Varro, (vt annotat Festus) *mediocriculum exercitum* dixit.

Mĕdĭŏcrĭtas, Medium, vt ait Nonius, modus { μέτριον, μετριότης. GALL. *Mediocritè, ne trop, ne peu, moyen.* ITAL. *Mediocrità ne troppo ne poco.* GERM. Mässigkeit/zimligkeit. HISP. *La mediania entre dos cabos.* ANGL. *Mediocritie, a mea sure or meane.* } Cic. *lib.* 1. *Offic.* Eadem ratio est habenda vestitus: in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est, Col. *lib.* 4. Mediocritas in electione loci maximè probatur, quoniam in confinio boni, malíque posita est.

Mĕdĭŏcrĭtĕr, aduerbium, Quodam modo prudenter & moderatè. { μετρίως GALL. *Mediocrement.* ITAL. *Mediocremente.* GERM. Ziemlicher weiss/Mässiglich. HISP. *Medianamente.* ANGL. *Meanelie, measurablie.* } Cic. 5. *Verr.* Quod mehercule iudices, mihi non mediocriter ferendum videtur. Idem 2. *Tusculan.* Nemo mediocriter doctus ignorat. Terent. *in Andr.* Horum ille nihil egregiè præter cætera Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.

Mĕdĭŏxŭmŭs, vel medioximus, Mediocrem, siue medium significat. { μέσος. GALL. *Mediocre, moyen.* ITAL. *Mediocre.* GERM. Mittelmässig. HISP. *Cosa mediocra y cerca del medio.* ANGL. *Moderat, net her to much nor to litle.* } Vnde Medioxumi dij vocantur; potestatis mediæ. Seruius *in lib.* 8. *Æneid.* dicit Herculem esse communem deûm, vtriusque naturæ medium inter mortalitatem, & diuinitatem. Esse enim numina aliqua tantùm terrestria, aliqua tantùm cælestia, aliqua media quos deos Apuleius Medioxumos vocat. Plaut. *in Cistell. sc.* 2. *a.* 1. Ita me dij, deæque superi atque inferi & modioxumi, &c. Meurs. tamen testatur, in veteri codice esse *inferi & medigrumi.* quod, inquit, vt Plauti putem, facilè animum inducor. *Ibid.* Medioxumam quam duxi vxorem: ex ea nata est hæc virgo.

Mĕdĭuscŭlŭs, putauit Calepinus diminutiuum esse ab adiectiuo Medius, deceptus corrupto Plinij loco, quem ex *lib.* 11. *c.* 37. citat ad hunc modum, Oculos vnicolores nulli cum candore omnibus mediusculo differente. Qui locus hodie sic restitutus est, Oculus vnicolor nulli cum candore omnibus medius color differens.

Mĕdĭŭs fidius. Aduerbium est iurandi ex tribus compositum, putatúrque idem significare quod mehercules: quasi dicas, ita me Iouis filius amet. νὴ τὸν Ἡρακλέα Nam Δία, Græci dicunt quem nos Iouem. Fidium autem pro filio dictum videtur: quia antiqui pro l. literam d, sæpissimè collocabant. ¶ Quidam interpretantur, Per diui fidem: quidam per diurni temporis, i. diei fidem. Hæc Festus. Alij sic exponunt, Medius fidius, hoc est, Per deum Fidium, nam fidius Deus, est qui fidei præest. Plaut. *in Asin.* Per Deum fidium credis iurato mihi. Cicer. *ad Brut.* Ego medius fidius non existimo tam omnes deos auersos. ¶ Fidij dei, alia duo fuerunt nomina: nam & Sancus, & Semicaper appellabatur: fiebátque ei sacrum Nonis Iunij in colle Quirinali: vbi templum habebat à Sabinis (vt putatur) primum dedicatum: qui in vrbem recepti, deos quoque patrios in vrbem transtulerunt. Ouid. 6. *Fast.*

Quærebam Nonas Sanco, Fidióne referrem,
An tibi Semicaper: tunc mihi Sancus ait,
Cuicunque ex istis dederis, ego munus habebo,
Nomina terna fero sic voluere Cures.

Mĕdĭē, μέσως. Moderatè. Vlp. *D. lib.* 13. *tit.* 7. *l.* 25. Cùm dicere vult iudici & mediam viam tenēdam esse, sic inquit: Mediè igitur hæc à iudice erunt disponēda, vt neque delicatus debitor, neque onerosus creditor audiatur.

Mĕdĭastinus q. *medius* in ædibus, *stans* ad obsequia. { μεσοστάτης, μεσίτης. GALL. *Seruiteur qui sert en choses viles, vn souillon.* ITAL. *Famigliaccio.* GERM. Ein Sudelbub / ein knecht so man zu aller groben vnnd sudelechtigen haussarbeit braucht / ein Haussbossler. HISP. *Sierno de poco precio* ANGL. *A drudge, a kitchin slaue.* } Mancipium abiectius est, teste Budæo, quod vilissima & sordidissima ministeria obire domi cogitur, qualia sunt domum verrere, purgamenta efferre, ligna congerere, & huiusmodi alia facere: ab hoc ita dictum, quòd in media domo ad imperia omnium nutúsque soleat excubare. Cicer. *in Catil.* Magnoperè contemno exercitum collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mediastinis decoctoribus, ex iis qui vadimonia deserere, quàm illum exercitum maluerunt. Col. *lib.* 1. *c.* 9. Mediastinus qualiscunque status possit esse, modò perpetiendo labori sit idoneus. *Ibid.* Separandi sunt aratores a vinitoribus, atque à mediastinis Horat. 1. *Epist.*

Tu mediastinus tacita prece rura petebas.

Lucil. *Villicum Aristocratem mediastinum, atque bubulcum*

Vlp. *lib.* 1. *D. naut. caup. stabul.* Qui mediastini opera fungitur, non continetur: vt purpurarij, atriarij, focarij, & his similes. ¶ Priscianus *Mediastinos* interpretatur, seruos esse abiectissimos lauantibus in balneis ministrare solitos: itáque appellatos existimat, quòd in medio balnei stare soleant, ad sordidissima quæque ministeria parati. ¶ Mediastinum appellant medici membranas in ventre hominis medio, quæ sunt veluti medius quidam paries, diuidens thoracem totum in duos veluti ventriculos. Legend. Beroaldus *in Indice Columellæ.*

Mĕdĭastūtĭcus, Summus apud Campanos magistratus erat. Liu. *lib.* 6. *dec.* 3. Mediastuticus (qui summus magistratus apud Campanos est) eo anno Seppius Lesius erat loco obscuro, tenuíque fortuna ortus, &c.

Mĕdĭterrānĕus, a, um, quod est à mari remotum, quasi in media terra. Maritimus. {μεσόγειος. GALL. *Qui est au milieu de la terre.* ITAL. *Chi sta intra terra.* GERM. Das sam landt oder erdreich ist. HISP. *Cosa lexos de la mar y en medio de la tierra.* ANGL. *That is in the middle of the earth.*} Cæsar. 5. *bell. Gall.* Nascitur ibi plumbum in mediterraneis regionibus in maritimis ferrum. Mediterraneis agris abditus. Suet. *in Tiber. c.*12. Quintilian. *lib.* 5. *c.*10. Montanus, an planus: maritimus an mediterraneus. Cic. 1. *de natur. deor.* Ita fit vt mediteranei mare esse non credam. Mediteraneum mare, ἡ ἔσω θάλασσα, quod ex Oceano inter Abylam Mauritaniæ & Calpen Hispaniæ promontorium irrumpens, per medias terras diffunditur, Africámque dirimit ab Europa.

Mĕdĭterrĕus, adiectiuum, Mediterraneus Festus, Mediterream melius quàm Mediterraneam Sisenna dici putat, Antiquum.

Mĕdĭtullĭum, lij, non medium terræ, sed procul à mari, quasi meditellium ab eo quod est tellus τὸ μέσον. Cicer *in Top.* dicit, tullium in hoc verbo extensionem esse vocabuli nihil significantem Apuleius *lib. de philosophia,* Nec solum quòd careant redundantia, & egestate, sed quòd in meditullio quodam vitiorum sitæ sunt.

Mĕdmă, μέδμη. Steph. Oppidum in agri Brutij littore, vnà cum portu. Plin. *lib.* 1. *c.* 5.

Mĕdmassă, μέδμασσος Steph. Oppidum Cariæ, cuius meminit Plin. *lib.*6. *cap.*29.

Mĕdōn, μέδων, Nothus fuit Oilei, ex matre Rhyna, teste Homero *lib.*2. *Iliad.* alius Troianus, apud Virg. 6. *Æneid.* Medontáque,

Mĕdŏăcus, siue Meduacus, μεδόακος, Venetorum fluuius Patauium alluens, qui nunc vulgò *Brenta* dicitur. Nam ostia Padi Plinius describens, ait Pars eorum & proximum portum facit Brudulum, sicut Edronem Meduaci duo, & fossa Clodia Strabo scribit Medoacum vocari & portum & fluuium. Idem supra Venetos Carnorum, & Meduacorum fuisse gentem tradit. Vide Plin *lib.* 3. *c.*16.

MĔDVLLĂ, æ, est quod in mediis est ossibus. Sic autem dicta est, quòd sit in meditullio ossium. Alij, quòd in ossibus fit media; sed minus rectè. { מוח móach. μυελός. GALL. *Mouëlle* ITAL. *Midollo.* GERM. Das marck. HISP. *Meollo, o tuetano del huesso.* ANGL. *The merrow within the bone.*} Plaut. *in Stich.* At ego perij, cui medullam lassitudo perbibit. Plin. *lib.* 11. *cap.* 32. Et medulla ex eodem videtur esse, in iuuenta rubens, & senecta albescens. Cicer. 4. *Tuscul.* Quum autem hic feruor concitatióque animi inueterauerit, & tanquam in venis medullísque insederit, tum existit & morbus, & ægrotatio. Idem 5. *Tuscul.* Tu verò Metrodore, qui omne bonum in visceribus medullísque condideris, &c.

Cùm penitus mœstas exedit cura medullas,

Catull. *de com. Beren.*

Hæc mihi semper erunt imis defixa medullis,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.* Hoc (dictum) si quis in medullas demiserit. Senec. *cap.* 11. *de tranquill.* ¶ Medulla mellis, de re maiorem in modum suaui dicebatur. Vnde & Ennius apud Cic. *de claris orator.* M. Cornelium Cethegum, Suadæ medullam appellat, ob singularem suauiloquentiam. Nam quod optimum est, id natura videtur intimè recondidisse. Gell. *cap.* 4. *lib.* 18. Non primam cutem, sed medullas, & sanguinem Salustij tenere. Vnde & illa passim obuia, in medullis, & medullitus amare, non dissident à simulacro prouerbiali. Erasm. ¶ Hinc emedullo, ἐκμυελόω, quod est medullam extraho. Plin. *de limonio,* Item graueolentiam aliarum emendat, radicis emedullatæ vncia in vini Falerni heminis tribus decocta. ¶ Per translationem significat declaro. Plaut. Narra iam rem nobis omnem, atque emedulla.

Mĕdullŭlă, diminut. μυελίδιον. Catull. *ad Thallum epig.* 22. Cinæde Thalle mollior cuniculi capillo, vel anseris medullula, vel inula mollicella.

Mĕdullĭtŭs, aduerbium est, significans, Ex ipsis medullis, vel vsque ad medullas { ἐκ μυελῶν. GALL. *Profondement, affectueusement.* ITAL. *Profondamente, affettuosamente.* GERM. Von dem innerstē herauß/innitlich. HISP. *Profondamente y afectuosamente.* ANGL. *Deepelie, affectuouslie euen frome the heart.*} Varro, Medullitus Aquiloniam seruat frigedinem. ¶ Per translationem significat intimè, vel ex intimo animo & affectu. Plaut. *in Mostell. sc.* 3. *a.* 1. vt Videas medullitus me amare.

Mĕdullĭă, μεδουλλία Steph. Latij oppidum, Albanorum opus, cuius meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Mĕdullīnă, μεδουλλῖνα Plutarcho, Puellæ cuiusdam Romanæ nomen, quæ à patre in tenebris vitium passa, quum ex detracto ei annulo stupri autorem agnouisset, capillis eum ad aram pertraxit, patrémque primùm, deinde etiam seipsam ad expiandum flagitium interfecit. Vide Plutarch *in Parallelis.*

Mĕdūsă, μέδουσα. Fuit filia Phorci ex Ceto marina belua: quæ vnà cum duabus sororibus Euryale & Stenione, Gorgadas insulas in Oceano Æthiopico tenuisse feruntur. Vnde & *Gorgonides* appellantur. Hæc quum esset insigni forma, etiam habuit inter alia decoris insignia crines proximè ad auri colorem accedentes, quorum splendore captus Neptunus, in Mineruæ templo cum ea concubuit, ex quo concubitu natus est Pegasus equus. Quam iniuriam Minerua graui & iniquo animo ferens, Medusæ crines quibus maximè amatori suo placuerat, in angues mutauit, qui ea vi essent, vt omnes eam aspicientes in lapides verterentur. Quamobrem quum nemo tam immane monstrum intueri posset. Perseus Iouis & Danaes filius Mercurij talaribus, & falcato ense accepto, Palladis item scuto, vt ære repercussam effigiem eius videre impunè posset, ex improuiso, quum ipsa anguésque sopiti essent, adoratus, vno sed eo validissimo ictu peremit, & in patriam rediens quum eiusdem caput secum deferret, contigit vt guttæ sanguinis decidentes per solitudines Africæ mutarentur in serpentes. Vide Lucan. *lib.* 9. Squallebant latè Phorcinidos arua Medusæ. ¶ Inde Medusæus, a, um. Vide in dictione *Pegasus.*

Mĕdūsă, μέδουσα, A quibusdam appellatur herba, ea quam Romani Veneriam, siue Lanceolam, Dioscorides λογχῖτιν appellauit. Habet hæc herba florem inuerso pileolo similem, qui theatralis laruæ & histrionicæ personæ formam refert: ex cuius medio, quasi ex aperto & hiante ore, se profert quædam quasi lingua candido colore. Ob quam causam & Medusam appellarunt, à Gorgonis, abscissi capitis similitudine. Nam etiam hodie in antiquis monumentis Medusæ caput ita effictum videmus, vt quam maximè potest, aperto ore, linguam exerat. Vide Marc. *in Dioscor.*

Medyllia μεδυλλία, vrbs ab Albanis condita Romanorum colonia, Gentile Medillinus. Steph.

Mega, id est, magnum, Promontorium Mauritaniæ Cæsariensis, inquit Ptolemæus.

Mĕgăbyzī, μεγάβυζοι, siue Megalobysi. Dicebantur Ephesiæ Dianæ sacerdotes. Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Pinxit & Magabyzi sacerdotis Ephesiæ Dianæ pompam. Rursus, Ephesi verò est Megabyzi sacerdotis Ephesiæ sepulcrum. Vide Hesych. & Appianum *lib.* 5. *ciuilium.* Eunuchos esse oportebat. Vnde & pro imbellibus ac mollibus poni consueuerunt, quales sunt spadones. Quint. *lib.* 5. *cap.* 12. An verò statuarum artifices pictorésque clarissimi, quum corpora quàm speciosissimè pingendo fingindóve effingere cuperent, nunquam tamen in hunc ceciderunt, errorem, vt Bagoum, aut Megabyzum aliquem in exemplum operis assumerent sibi, sed Doryphorum illum aptum vel militiæ, vel palæstræ: aliorum quoque iuuenum bellicosorum & athletarum corpora decorare existimarunt, &c.

Megadomesticus, μεγαδομέστικος, magnus domesticus. Eutropio, Domesticus maior.

Mĕgæră, μέγαιρα cum diphtongo in pen. Vna è furiis. Nam μεγαίρω Odi, siue inuideo Latinè denotat. Claud. Inuectiua prima in Rufinum Improba mox surgit tristi de sede Megæra.

Mĕgălĭum, μεγαλεῖον, vnguentum à magnificentia sic appellatum, eò quòd excusserit Telinum antè se cantatissimum: alij à Megaleo, inuentore Siculo Atheniensi dictum malunt. Vide Diosc. *lib.* 1. *c.* 6. & Hermolaum *in Plinium.*

Mĕgallēsĭă, rum, μεγαλήσια, dies sacer magnæ matri deorum. Ludi quoque qui celebrabantur ante templum in ipso Magnæ matris deûm conspectu, Megalesia, siue Megalensia dicebantur, & ludi Megalenses. {Die fästtag vnd schauwspyl der grossen Götten Cybeles.} Liu. *lib.* 2. *ab Vrb.* M. Iunius Brutus ædem magnæ matris deûm in palatio dedicauit & Ludos ob eam dedicationem factos, Megalesia appellauit, Cicer. *de Arusp. respon.* Nam quid ego de illis loquar, quos in palatio nostri maiores ante templum in ipso Matris magnæ conspectu Megalensibus fieri celebraríque voluerunt. Patricij Megalensibus militare soliti sunt plebs Cerealibus, Gell. *c.* 2. *lib.* 18.

Megalographia, μεγαλογραφία. Pictura magni sumptus, & magnarum personarum, aut rerum deformatrix atque figuratrix, vti deorum, pugnarum, fabularum. Et μεγαλογράφος, qui magna pingit.

MEGALŎPŎLIS, μεγάλη πόλις, Arcadiæ vrbs, post Leuctricum bellum condita: quæ dimidia sui parte Orestia vocabatur, ab Orestis aduentu. Ex hoc oppido ortum traxerunt Cercidas, præstantissimus legislator, Ægesias Peripateticus Theophrasti discipulus, Acesodorus qui de vrbibus scribit, & Polybius Historicus. ¶ Megalopolis item Asiæ oppidum fuit postea Aphrodisias dictum, inter Lycum & Mæandrum fluuios situm quod Stephanus Cariæ attribuit: quanquam in Græcis codicibus Icaria corruptè legitur pro Caria. Tertia eiusdem nominis ciuitas in Iberia collocatur ab eodem Stephano, ¶ Alia item vrbs Megalopolis Germaniæ est. { vulgò Mechelburg. }

Mĕgălŏpŏlītæ, μεγαλοπολῖται, Megalopolis incolæ. Stephanus.

Mĕgălŏprĕpīă, אדר edher. μεγαλοπρέπεια. GALL. *Magnificence.* ITAL. *Magnificenza.* GERM. Grosthätigkeit/herrligkeit HISP. *Franqueza.* ANGL. *Magnificence.* } Magnidecentia, vel munificentia, quæ inter magnos viros versatur magnísque in rebus. ¶ Et Megaloprepes, μεγαλοπρεπής, dicitur, qui huiusmodi magnidecentia, aut munificentia vtitur: quem Magnificum quidam appellant.

Mĕgălŏpsychĭă, μεγαλοψυχία, Magnanimitas: & Megalopsychus, μεγαλόψυχος, Magnanimus.

‖Megaloschemus, μεγαλόσχημος, monachus. L. gr. b.

Mĕgără, æ, μέγαρα, vrbs est Achaiæ in confinio Atticæ, & Peloponnesi, patria Euclidis Geometræ: ita dicta à Megario Apollinis filio. Vrbis eius meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 7. & Seruius Sulpit ad Cic. *lib.* 4. *Epist.* Pro eodem dicitur Magara, orum, plurali numero. Plin. *lib.* 16. *c.* 39. Megaris diu stetit oleaster in foro Col. *lib.* 10.

Iam Megaris veniant genitalia semina bulbi.

¶ Est item Magara, montis nomen in Sicilia apibus abundantis, qui vrbem habet eiusdem nominis in radice sitam. ¶ Fuit præterea hoc nomine filia Creontis, & vxor Herculis.

Mĕgărŭs, a, um, adiectiuum Virg. 3. *Æneid.*

Pantagiam Megarósque sinus.

Mĕgărĕus dictio trisyllaba, μεγαρεύς nomen fuit patris Hippomenis & nepotis Neptuni, ex Onchesto Bœotiæ oppido oriundi. Ouid. 10. *Met.*

Nanque mihi genitor Megareus: Onchestius illi
Est Neptunus auus: pronepos ego regis aquarum.

¶ Fuit præterea eodem nomine Appollinis filius, qui Megaris à se conditis nomen fecit

Mĕgăris, idis μεγαρίς, Regio est Achaiæ, in confinio Atticæ & Peloponnesi, ita dicta à Megaris, præcipua eius tractus vrbe. Plin. *lib.* 4. *c.* 7. Attingit Isthmū parte sui, quæ Megaris appellatur à colonia Megara

hac regione præstantissimi mittebantur bulbi, qui ab ea dicti sunt Megarici. Idem *lib.19.c.5.* Proxima his est bulborum natura quos Cato in primis ferendos præcipit, celebrans Megaricos. ¶ Est præterea Mégaris, insulæ nomen inter Neapolim & Pausilypum sitæ, teste Plin. *lib.3.c.6.* ¶ Megaris item Nisæa vocabatur, à Niso Pandionis filio. Item Nisæa nauale Megaridis. Steph.

Megasa, μέγασα, vrbs Libyæ, in qua πρόβατα & ἔρωτες. Steph.

Mĕgēs, μέγης, vnus ex Græcorum principibus, qui ad Troiam profecti sunt: de quo Homerus *in Catalogo nauium.*

Mĕgĭstānĕs, גדולים *ghedholim* שרים *sarim.* μεγιστᾶνες. GALL. *Grands personnages & excellens.* ITAL. *Magnati, grandi personaggi.* GERM. Die fürnembsten. HISP. *Grandes en dignidad.* ANGL. *Excellent, or noble men.* } Dicuntur proceres primatésque. nam μέγιστος, Latinè dicitur Maximus. Corn. Tacit. Megistanas Armenios, qui primi à nobis defecerant, pepulit sedibus. Suet. *in Caligul.c.5.* Regem etiam regum & exercitatione venandi, & conuictu megistanum abstinuisse.

Megiste, μεγίστη, vrbs & insula Lyciæ, à Magisteo quodam. Steph.

Mĕhercŭlē, iurandi aduerbium, Per Herculem, medius fidius, mecastor. νὴ Δία, ἢ τὸν Ἡρακλέα, Cic. *Att. lib.10.* Epistola tua gratissima fuit meæ Tulliæ, & mehercule mihi, Strenue, mehercule, Isti. Plaut. *Ps. sc.7. a.4.* ¶ Dicimus etiam Mehercules in eadem significatione. Festus. Mecastor, & Mehercules iusiurandum erat, quasi diceretur, Ita me Castor, ita me Hercules: vt subaudiatur, iuuet. Cic. *in Orat.* Imperatum est inquit, à consuetudine, vt peccare suauitatis causa liceret: & Pomeridianas quadrigas, quam Postmeridianas libentiùs dixerim, & Mehercule, quàm Mehercules.

Meīo, is, dissyllabum tertiæ coniugationis. Significat vrinam emitto. השתין *hischtin.* οὐρέω, ὀμιχέω. GALL. *Pisser, vriner.* ITAL. *Orinare pisciare.* GERM. Brunzen. HISP. *Mear, vrinar.* ANGL. *To pisse, to make water.* } Diomedes præteritum quidem proprium Meij esse dicit, sed minxi esse in vsu. Persius *Saty.7.*

> ———*sacer est, pueri, locus, extrà meiyte.*

Horat. *2. Serm. Satyr.7.*

> *Ditior aut forma melioris meiat eodem.*

Martial. *lib.3.*

> *Minxisti currente semel Pauline carina.*
> *Meiere vis iterum, iam Palinurus eris.*

Iuuen *Satyr.1.*

> *Cuius ed effigiem non tantùm meiere fas est.*

¶ Mictum, mictu in supino. Horat. *1. Serm. Satyr.8.*

> ——— *atque in me venit mictum atque cacatum*
> *Iulius & fragilis Pedacia.*

Mula meiens, Catullus.

Meionis, μειονίς, Cyprus olim dicebatur, Stephanus.

Mĕl, lis, à Græco μέλι, notæ significationis est. { דבש *debasch.* GALL. *Miel.* ITAL. *Mele.* GERM. Honig. HISP. *Miel.* ANGL. *Honie.* } Gorrhæus, Mel est succus dulcis, calidus & siccus, in ventriculis apum elaboratus & ore redditus ex matutino rore fieri, vt & cera ex floribus, proditur. Est autem initio, vt aqua, dilutum & primis diebus feruet, vt musta, séque purgat. Vigesimo die coalescit, mox obducitur tenui membrana, qua feruoris ipsius spuma concrescit Cic. *de senect.* Villáque tota locuples est, abundat lacte, caseo, melle Idem *3. de finib.* Mel etsi dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis non comparatione cum aliis dulce esse sentitur. Virg. *4. Georg.*

> ———*hinc cæli tempore certo Dulcia mella premes.*

Ibidem,

> *Feruet opus, redoléntque thymo fragrantia mella.*

Ibidem,

> ———*& spumantia cogere pressis Mella fauis.*

Plaut. *in Truc.* In melle sunt linguæ sitæ vestræ, atque orationes, Corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto. Tuus sum alumnus, mel meum Idem *Most. sc.4. a.1.* O melle dulci dulcior mihi tu es. Idem *Asin. sc.3. a.3.* Mel meum anime mi. Idem *Curc. sc.3. a.1. & Ps. sc.4. a.2.* Sunt qui dicant mel esse sudorem, alij syderum saliuam, alij purgantis se aëris succum. Constat sanè ex aëre decidere, syderum maximè exortu, sublucanis temporibus. Vnde sub primam auroram, folia arborum melle roscida inueniuntur. ¶ Mel vernum, dicitur Anthinum mel. Æstiuum ὡραῖον, Quod per se fluxit, Acœton, vocatur quòd sine retrimento fit. Mel syluestre, Ericæum, ab erica frutice, quam & gisarum nominant, folia habet tamarici similia. Acraton, Mel purum atque integrum, quod neque acescere cœpit, nec vllum passum est vitium. Vide Plin. *lib.11.c.14.*

Mĕllĭcŭlum, diminut. blandientis. { μελίτιον. ANGL. *Darling. sweet. heart or honie.* } Plaut. *Casi.* Meum corculum, melliculum, verculum, Idem *Curc.* Egón' apicularum opera congestum non feram, Ex dulci oriundum melliculo dulci meo?

Mĕllārĭŭs, a, um, quod ad mel pertinet. { μελιτοποιϊκός. GALL. *Appartenant à miel.* ITAL. *Pertinente à mele.* GERM. Das zu dem honig gehört. HISP. *Perteciente à miel.* ANGL. *Belonging to honie.* { Plin. *lib.21. cap.14.* Vasa mellaria, aut fauos lauari aqua præcipiunt.

Mĕllārĭum vide *Melittones.*

Mĕllārĭŭs, rij, qui mellis opus exercet. { μελιτουργός. GALL. *Celuy qui a le gouuernement des mousches à miel, & qui en retire le miel.* ITAL. *Chi ha in gouerno le api & il melo.* GERM. Honig waeher/ der mit honig vmbgeht HISP. *El colmenero.* ANGL. *That hath rule of the bees and honie.* } Varr. *lib.3. de re rust. c.16.* Ad extrema, qua mellarij fauum eximere possint, opercula imponunt alueis.

Mĕlĭtūrgūs, μελιτουργός, Latinè Mellarius dicitur, qui mellificium exercet. sic enim interpretatur Varr. *lib 3. de re rust.*

Mĕllātĭō, onis, Mellis vindemia, quum mel eximitur. { μελίτωσις. GALL. *Cueillette de miel.* ITAL. *Raccolta del mele.* GERM. Honigsamlung. HISP. *La castrazon de las colmenas.* ANGL. *The tyme of drowing, hiues to tak outhonie.* } Plin. *lib.11.c.16.* Hæc ergo mellatio fine vindemiæ & vigiliarum occasu, Idibus Nouembris ferè includitur. Idem *lib.11.c.15.* Æstiua mellatione decimam partem Thasio Dionysio apibus relinqui placet.

M[illegible], a, um, quod ex melle est, vel mellis dulcedinem refert ipso gustu. { μελιτώδης. GALL. *De miel, ou luy ressemblant.* ITAL. *Di mele, souaue.* GERM. Das von honig ist/ honigsüß. HISP. *Cosa de materia de miel.* ANGL. *Of honie, or lik honie.* } vt, Melleus sapor, apud Plin. *lib.15.c.14.*

Mĕllillŭs, a, um, diminutiuum, à Melleus. μελίσσειος. Plaut. *in Casin.* Mea vita, mea mellilla, mea festiuitas, Sine tuos ocellos deosculer, voluptas mea. Quanquam non absurdè fortassis legendum *Mellila,* vt sic diminutum nomen intelligere possimus à nomine Mel: vt Mea mellilla, plurali numero dictum intelligimus, pro Mea mella, vel meæ deliciæ.

Mĕllītŭs, a, um, quod est melle conditum. { μελιτώδης, μελίχρος. GALL. *Fait de miel, ou doux comme miel.* ITAL. *Mellato* GERM. Mit honig angemacht/ oder vermischt. HISP. *Cosa dulce como miel.* ANGL. *Sweet lik honie, or layed with honie.* { Placentæ mellitæ. Horat. *1. epist.10.*

> *Vtque sacerdotis fugitiuus, liba recuso,*
> *Pane egeo iam mellitis potiore placentis.*

Plin. *lib. 36. cap. 19.* Melitites succum remittit dulcem, mellitúmque tusus. Varro *3. de re rustica cap. 16.* Et faui melliti intus ponendi à faucibus longè. ¶ Mellitus puer, pro suaui & iucundo Cic. *ad Att. lib.1.* Ita sum ab hominibus destitutus, vt tantum requietis habeam, quantum cum vxore, & filiola, & mellito Cicerone consumitur. Catullus *ad Iuuencium,*

> *Mellitos oculos tuos Iuuenci,* &c.

Mĕllĭflŭŭs, a, um, ex quo fluit mel, vel fluere videtur μελίρρυς, μελίρρυτος, hoc est, dulce, iucundum, vt Melliflua oratio Mellita, in Cœna in Neron. *cap.27.* Vbi sunt quibus oculi, vitæ suauia mellita Plaut. *Pseud. sc.2. a.1.*

Mĕllĭfĭco as, Mel facio. { μελιτοποιῶ. GALL. *Faire du miel.* ITAL. *Far mele.* GERM. Honig machen. HISP. *Hazer miel las abejas.* ANGL. *To make honie.* } Virgilius, in quodam Epigrammate.

> *Sic vos non vobis mellificatis apes.*

Mĕllĭfĭcŭs a, um, { μελιτοποιός. GALL. *De miel.* ITAL. *Di mele.* GERM. Das honig macht. HISP. *Cosa hecha de miel.* ANGL. *Of honie.* } Colum. *lib.18.* Vt ab opere mellifico euocatæ apes fœtibus expleant. ¶ Item Mellificatio, onis. μελιτοποίησις.

Mĕllĭfĭcium, ij, Mellis factio. { μελιτοποίησις. GALL. *Façon de miel, accoutrement de miel.* ITAL. *Artificio di far mele.* GERM. Honig machung/ honigwerck. HISP. *Aquella obra de hazer miel.* ANGL. *The making of honie.* } Varr. *de re rust. lib.3. cap.16.* Sed vt hoc aptissimum ad sanitatem apum sic ad mellificium thymum. Idem, Quod ad mellificium bonum vehementer prodest. Colum. *lib.9. cap.12.* Apes magis mellificiis, quàm fœtibus student.

Mĕllĭfer, a, um, Ferens mel. { μελιτοφόρος. GALL. *Qui porte miel.* ITAL. *Chi porta mele.* GERM. Das honig bringt oder samlet. HISP. *Cosa que trae miel.* ANGL. *That bringeth or beareth honie.* } Ouid. *15. Metam.*

> *Nónne vides quos cera tegit sexangula fœtus*
> *Melliferarum apium sine membris corpora nasci.*

Mĕllĭgĕnŭs, a, um, quod est eiusdem generis cum melle. { μελιειδής. GAL. *De miel.* ITAL. *Di mele.* GERM. Das der art oder gattung des honigs ist. HISP. *Cosa de miel.* ANGL. *Of honie.* } Plin. *lib.16.c.7.* Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni succi, hoc est eiusdem succi cuius est mel ipsum.

‖ Mellona & Mellonia, mellis dea.

Mellonis pagina, charta Nili. Auson. ‖

Mĕlăbăthrum, μελαβάθρον. Herba est quæ alio nomine Parthenium dicitur, chamæmelo adeò similis, vt pro ea sæpe fallat legentem. Vide Diosc. *lib.3.*

Mĕlænā, μέλαινα. Insula est in ostio maris Adriatici, quæ alio nomine Corcyra dicitur, vt docet Plin. *lib.3.c.26.* Statius *lib.12. Thebaid.*

> *Icarij, Celeique domus, viridísque Melæna.*

Mĕlæne μέλαιναι, oppidum in Arcadia, à Melenæo Lycaonis filio cõditum inter Hæream, & Megalopolim. Plin. *Melanæam.* vocat *lib. 4. c.6.* Stephanus *Melænas.*

Melamborius, ventus vehemens. Strabo habet vocem *lib.4.* vbi Casaubonus probat lectionem μελαμβόρειος, nisi quis, ait, μελαμβορέαν malit, vt dicti sunt παλιμβορέαι, apud Theophrastum.

Melampea, μελάμπεια, vrbs Lydiæ à Melampo quodam. Gentile Melampeus. Steph.

Mĕlāmpĕlŏs, μελάμπελος. Herba est, quæ alio nomine Helxine dicitur: quidam etiam ex Latinis Vitem nigram appellant. De hac Diosc. *lib.4.*

Mĕlāmphyllŏn, μελάμφυλλον. Herba est aculeata, folio in nigredinem tendente: vnde & nomen accepit. Alio nomine Acanthus dicitur. Vide Plin. *lib.22. cap.22.* & Dioscor. *lib.3.* & quæ suprà annotauimus in dictione Achantus.

Mĕlāmphyllŏn, μελάμφυλλον. Nomen est montis in Thracia, apud Plin. *lib.5. cap.11.*

Mĕlāmphyllŭs, μελάμφυλλος. Insula est Ioniæ adiacens, ante Ephesum, quæ notiori nomine Samus appellatur. De hac Plin. *lib. 5. cap.31.* & Strab. *lib.14.*

Mĕlāmpyros, μελάμπυρος. Herba est in segetibus nascens, teste Theophrasto, quæ aliàs Miagros appellatur, Latinè atrum frumentum.

Mĕlāmpŏdĭŏn, μελαμπόδιον. Genus est nigri hellebori, ita dictum à Melampode quodam, qui eo vti in diuinationibus solebat, vel à pastore eiusdem nominis, qui primus hanc herbam inuenisse dicitur, dum capras eo purgari animaduerteret. Vide Plin. *lib.25.c.5.*

Mĕlāmpūs μελάμπους, Amythaonis Argiui, & Dorippes filius, teste Homer. Odyss. *lib.15* Nomen autem accepisse fertur, eo quòd mater infantem exposuerat toto corpore tectum, præterquam pedibus qui à sole atro colore attracto, nomini causam dederunt. Augurio claruit, Byantem item iuuit in auferendis bobus Iphiclo, quas ille Neleo restituit, accepta eiusdem filia, Pero nomine in vxorem. Filias quoque Prœti furiis agitatas sanitati mentis restituit, quarum vnam Iphianassam nomine in coniugem accepit, vt superiùs traditum est. Virg. *lib.3 Georg.*

> *Phyllirides Chiron, Amythaoniúsque Melampus.*

Vide Tibull. *lib. 4.* &c. ¶ Et quoque Canis nomen apud Ouid. *lib.13 Metam.* à pedum nigredine impositum.

Melania æ, fœm. gen. Idem quod nigritia, seu nigredo. Plin. *lib. 24. c. 8.* Et lentiginem & carcinomata, melanias quoque veteres, addito melle emendant.

emendant. Meminit etiam Hermolaus.

Mĕlanchætes μελαγχαίτης. Canis nomen apud Ouidium *lib.* 3. *Metam.* ἀπὸ τῆς μελαγίνης χαίτης, hoc est, à pili nigredine impositum.

Mĕlanchŏlĭă, cum accentu in penultima, Latinè dicitur atra bilis, quæ sæpe in furorem agit homines. { μελαγχολία. Gall. *Melancholie*. Ital. *Maninconia, humor maninconico*. Germ. Melancholey. Hisp. *Melancolia*. Angl. *Melancholie*. } Cicer. 3. *Tusc.* Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo, quem nos furorem, melancholiam ipsi vocant quasi verò atra bile solùm mens, ac non sæpe vel iracundia grauiore vel timore, vel dolore moueatur. ¶ Melancholiæ varias species, vide apud Galen. *in tract. de Atra bile*.

Mĕlănchŏlĭcŭs, qui nigra bile plurimùm abundat. μελαγχολικός. Gall. *Melancholique*. Ital. *Maninconico*. Germ. Voll schwartzer gallen oder Schwartz geblüt. Hisp. *Melancolico*. Angl. *Melancholick*. } Plin. *lib.* 20. *cap.* 7. Dantur & melancholicis candidæ copiosiores, &c. Cic. 1. *Tuscul.* Aristoteles quidem ait, omnes ingeniosos melancholicos esse: vt ego me tardiorem esse non molestè feram. Idem 1. *de diuin.* Aristoteles eos etiam qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis præsagiens, atque diuinum. Vide Plutarch. *in Lysandr.*

|| Melancholicæ, μελαγχολικῶς, per melancholiam. ||

Mĕlănchlænī, μελάγχλαινοι, Scythiæ populi, à nigris vestibus quas ferunt ita nominati, Steph.

Mĕlănchŏryphŭs, μελαγκόρυφος, Auis, quæ & Ficedula dicitur: sed Ficedula tantùm autumno ab edendis ficis, aliis temporibus melancoryphus vocatur, quod κορυφὴν μελαίναν, hoc est, verticem nigrum habeat, Latinè atricapillam dicere possumus. Plin. *lib.* 37. *c.* 8. Sunt qui in Arabia inueniri eas dicant in nidis auium, quas Melancoryphos vocant.

Mĕlănchrænă, μελάγχραινα, Sibylla Cumana à quibusdam dicta est, Aristot. *in mirabilib.*

Melancranis, μελάγκρανις, iunci genus, quasi magniceps, à magno capite, quod Græcis μέλαν κράνον ||

Mĕlandĭă, μελανδία, Regio Sycioniæ, gentile Melandius. Stephanus.

Mĕlandryum, μελάνδρυον Ruellius interpretatur intimam, durissimámque roboris materiam, quæ cortice & alburno detractis relinquitur.

Melanea, μέλαινα, Stephano. Oppidum est in Arcadia. Plin. *lib.* 4. *c.* 6.

Melanes, vel Nigri, Montes iuxta deserta Arabiæ. Ptolem. *lib.* 6. *c.* 17. Hodie mons Sinai, mons S. Catharinæ, Sur desertum Hebræis, à Mauris Tur dicitur.

Mĕlănĕŭs, per tres syllabas, & penult. corr. μηλανεύς, numeratur inter canes Actæonis, apud Ouid. 3. *Metamorph.*

Harpalos, & Melaneus, hirsutaque corpore Lacne.

¶ Est & centauri nomen apud eundem 12. *Metam.*

Mĕlanĭŏn, μηλάνιον, flos est subnigri coloris Latinè violam nigram possumus interpretari.

Mĕlănippĭŏn, μελανίππιον, Pamphyliæ fluuius, apud Hecatæum *in descriptione Asiæ.*

Mĕlănŏrrhīzŏn, μελανόρριζον. Herba est, quam alio nomine Veratrum nigrum appellant. Nomen habens à radicis nigredine, μέλαν enim nigrum est, & ῥίζα, radix. de hac Dioscorid. *lib.* 4.

Mĕlantērĭă μελαντηρία. Alio nomine Atramentum metallicum appellatur quo medici vtuntur ad putrefactam, siue excrescentem carnem consumendam. Vulgus *gallorum Armentum* vocat.

Mĕlănthĭă, μελανθία, filia fuit Deucalionis ex Pyrrha, & soror Hellenis.

Mĕlănthĭŏn, μελάνθιον. Herba est, siue potiùs frutex pusillus, à seminis nigredine nomen habens, quod à Plin. *lib.* 20. *c.* 17. *Gith.* appellatur, & à quibusdam *Melaspermon*. Officinæ *Nigellam* vocant.

Mĕlănthĭŭs, μελάνθιος. Pastor caprarum Vlyssis, qui, quòd & rem domini absentis vna cum procis absumpsisset, & heræ, filióque herili semper se molestum præbuisset, post reditum Vlyssis, à Telemacho, trucidatus est. Homerus *Odyss. lib.* 22. Fuit item hoc nomine quidam Atheniensis, cuius celebratur illud in Gorgiam æmulum suum dictum: Hic nobis concordiam suadet, qui tres in vna domo concordes efficere non potuit. ¶ Præter hos & pictor nobilis fuit hoc nomine Pamphili Macedonis discipulus. de quo *lib.* 25. *c.* 10.

Mĕlănthō. μελανθὼ, filia fuit Protei senis cui consuetudo erat positis vestibus dorso delphinum insidere, atque sic per maria vagari. Qua re cognita Neptunus se in delphinum tansformauit, illámque blandiendo illexit, vt dorso suo insideret, transuectæque in aduersum littus stuprum obtulit. Ex quo concubitu Amycum natum fuisse quidam prodiderunt: quem tamen Seruius Melites filium facit.

Mĕlănūrŭs, μελάνουρος, penult. prod. Piscis est saxatilis, nigricantem habens caudam Lippius *in* 3. *Oppian.*

Haud facili paruus Melanurus fallitur arte.

Ennius tamen contra orthographiæ rationem penultimam corripuit, primámque, quæ per ε scribitur, licenter produxit in hoc versu,

Melanurum, turdum, merulam, timbrámque marinam.

¶ Est præterea Melanurus, serpentis genus, præcipuè in Libya & Arabia nascens, vipera minus, sed ad inferendam perniciem multò velocius. Morsi ab eo siti torquentur immodicéque bibentes sibi necem inferunt, Cauda lineis duabus nigris distinguitur (vnde & nomen accepit) corpore reliquo albicante. Vide Cæl. *lib.* 25. *c.* 33.

Melanion, μελανίων, dictus est Hippomenes, eò quòd pomis certamen confecerit. Quamuis corruptè apud Propertium *Mymalion* pro Melanyon legatur, cùm inquit,

Mimalyon nullos fugiendo Tulle labores,
Sæuitiam duræ contudit Iasidos, &c.

Malim penultimam per iota.

Mĕlăpĭum, Mali genus, ex μῆλον malum, & ἄπιον pirum. vulgò *pommepoire*, ita dictum ab Appij mali similitudine. Plin *lib.* 15. *c.* 14.

|| Melarium, locus malis recondendis in ll. sal. ex Italico *mela*, i. e. malum pomum. ||

Mĕlās, μέλας, multorum fluuiorum nomen est. Nam vnum esse in Mygdonia ostendit Ouid. *lib. Metam.* 2. Mygdoniúsque Mela. ¶ Rursum alium nauigabilem esse qui Ciliciam à Pamphylia diuidat, scribit Plin. *lib.* 5. *c.* 27. ¶ Alium item in Thracia collocat idem *lib.* 4. *cap.* 11. ¶ Item alium in Bœotia, qui à Parnasso profluens Mineruæ sacer dicitur à Poëtis, quia ripæ eius oliuis sint refertæ. Stat. *lib.* 7. *Thebaid.*

Palladiúsque Melas Hecateia gurgite nutrit
Flumina.

Is vnus omnium Græciæ fluuiorum ab ipso fonte nauigabilis, atque circa solstitium æstiuum, vt Nilus, stata accipiens incrementa: nec longus excurrit, sed in lacus & cuniculos delapsus, modica sui parte Cephiso infunditur. Huius fluminis aqua oues nigras efficere scribit Plin. *lib.* 2. *c.* 103. Eius etiam meminit Herodotus *lib.* 17. postremò alium esse in Sicilia, autor Ouid. *Fast. lib.* 4. quum de fluminibus, & de locis Siciliæ, quæ peragrauerat Ceres, loquens ait,

Sacratúmque Melan, pascua læta boum.

|| Melectos, melior antiq. Fest.

Mele, mela, specillum vulnerarium chirurgicum, quo aliquid illinitur, aut infunditur vulneri, Poll.

Mele, carmina, modulationes, cantiones suauissimæ. Lucr. ||

Mĕlĕāgĕr, & Meleagrus, μελέαγρος Suidæ, fuit OEnei Calydoniæ regis filius ex Althæa coniuge quo recenter nato, visa sibi est mater tres Parcas igni assidentes videre, manúque stipitem tenentes, æqualem puero cum stipite vitam assignare. Recedentibus itaque Parcis, Althæa extinctum stipitem diligentissimè asseruauit. Adulto deinde Meleagro, quum spreta ab OEneo Diana, immensæ magnitudinis aprum immisisset, qui omnem regionē latè vastabat, Meleager collecta robustissimorum iuuenum manu, aprum interfecit, capútque eius Athalantæ Iasij Argiuorum regis filiæ, quæ prima aprum vulnerauerat, velut partem spolij dedit, Quod quum auunculi sui vi puellæ auferre conarentur, vtrunque occidit. Nuntiata itaque fratrum morte, Althæa doloris impatientia in furorem versa, fatalem illum stipitem in ignem coniecit, quo exusto, Meleager etiam exustis intus intestinis omnibus consumptus est. ¶ Nominis huius nominatiuus tripliciter effertur, Meleager, Meleagrus & Græco more Meleagros. Ouid. 6. *Metam.*

Nec tamen illa sui successu lætior ictus,
Quàm Meleager erat.

Ibidem,

Inscius atque absens flamma Melagrus eadem
Vritur

Et paulò antè,

——donec Meleagros, & vnà
Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis.

Mĕlĕagrēă, μελεαγρεία, Calydo vrbs dicitur, quoniam Meleager in ea imperauit.

Mĕlĕagrĭdĕs, { μελεαγρίδες. Gall. *Gelines d'Afrique*. Ital. *Galline d'India*. Germ. Indianische hüner Hisp. *Gallinas moriscas*. Angl. *Hemes of Afrike*. } Gallinæ Africanæ sunt, quas vulgus Indica gallinas vocat. Has Ouid. *lib.* 8. *Metam.* fabulatur Meleagri sorores fuisse, doloris impatientia, quem ex morte fratris conceperant, in has aues conuersas, Plin. *lib.* 10. *c.* 16. Simili modo pugnant Meleagrides in Bœotia Africæ, hoc est, gallinarum genus gibberum, variis conspersum plumis. Varr. *lib.* 3. *de re rust.* Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας appellant Græci. Hæc nouissimè in triclinium ganearium introierunt è culina, propter fastidium hominum. Vide ea quæ in dictione Gallina annotauimus de tribus gallinarum generibus.

Meleneis, vicus in Antiochide tribu. Callimachus *Melenas* vocat. Tribulis Melenæus, Steph. Vide *Melane.*

Mĕlēs, etis, μέλης fluuius est Ioniæ, Smyrnam alluens, ad cuius ripas natus fertur Homerus. Meminerunt fluuij huius Plin. *lib.* 5. *c.* 19. & Strabo *lib.* 12.

Mēles, lis, fœm. gen. { Germ. Ein dachß. Angl. *Abrockobadger*. } Animal, quod & Taxus, siue Taxo dicitur, quòd sit mellis auidissimum & aluearibus semper infestum, in cauernis viuens, asperum, mordáxque magnitudine vulpis, colore felis, ex cuius pelle pharetras, & canum collaria obtegunt. Plin. *lib.* 8. *c.* 38. hanc esse ait melibus in metu solertiā, vt sufflata cute distentæ, ictus hominum, & morsus canum arceant.

Meleteæ chartæ. Tibull. *lib.* 4.

Posse Meletaas nec mittere chartas,

Mĕlēsĭgĕnēs, μελησιγένης. Nomen proprium poëtarum principis, qui postea à cecitate dictus est Homerus. Melesigenes autem appellatus est (vt refert *in vita eius* Herodotus) à Malete fluuio Smyrnam alluentē, ad cuius ripas natus creditur.

Meleti sinus μελήτου κόλπος, à Meleto fluuio dictus, antea Smyrneus, Steph.

Meletius, Præsul fuit in Ægypto Vitianæ sectæ, vt scriptum est in Historia Tripartita.

Mĕlĭă μελία, à Græcis dicitur arbor quam Latini Fraxinum vocant. Vide Ruellium *lib.* 1. *cap.* 81. ¶ Est & Melia Cariæ oppidum, apud Hecatæum *lib.* 1. *Genealog.*

Mĕlĭă terra, μηλία γῆ. Terræ genus est Eretriæ cinereæ non dissimile quódque digitis confricatum stridorem reddit trito pumici similem, Vires habet in medicina easdem ferè cum alumine, paulò tamen ignauiores. Pictoribus etiam vsui est, ad diuturniorem colorum firmitatem. Plin. Melinum vocat, nomine deducto à Melo insula, vna Sporadum, vnde aduehi solet.

Melibocus, μηλίβοκος, Germaniæ mons. Superest in Catti Meliboci, qui est tractus Germaniæ, vulgò Katzenelnbogen. h. e. Cattorum arcon, seu cubitus,

Mĕlĭbœă, μηλίβοια Stephano, vrbs est Magnesiæ, quæ est Græciæ regio, annexa Thessaliæ, teste Plin. *lib.* 4. *c.* 9. Patria Philoctetæ Pæantis filij: à quo Melibœus, a, um, μηλιβοεύς. Item Melibœus. μηλιβοιος, nomen pastoris ab eo impositum, quod boum curam habeat.

Mĕlĭcĕrĭs, dis μελικηρίς, Abscessus species est ex pituitæ affluxu generati. qui humorem in se continet, mellis & crassitudinem & colorem referentem. Vnde & nomen accepit Plin. *lib.* 21. *de Meliloto*, Peculiariter contra meliceridas efficax. Celsus *lib.* 5. hoc abscessus genus, μελικηρίδα vocari asserit, nomine sumpto à fauo, cuius similitudinem refert.

Mĕlĭcertă, siue Melicertes, μελικέρτης, Inûs & Athamantis Thebarum regis filius, cum quo mater, quum virum videret furere, in mare se præcipitauit, amboque deorum miseratione in numina marina sunt commutati: Ino quidem in Leucotheam, quam & Matutam ma[illegible]

vocant: Melicerta verò in Palæmonem, quem Latini Portunum appellant. Vide *Matuta*.

Mĕlĭchrōs, μελίχρως, Gemma eſt mellei coloris: vnde & nomen habet Plin. *lib.* 37. *c.* 1. Colos appellauit chryſolithum aureus, chryſophraſum herbaceus, melleus melichrota.

Mĕlĭchrysŏs, μελίχρυσος. Gemma quæ ex India mittitur, quaſi per aurum ſyncero melle tranſlucente. Plin. 37. *c.* 9.

Mĕlĭcrătŏn, μελίκρατον, potus eſt confectus ex aqua & melle, qui à Latinis Aqua mulſa dicitur. Nomen accipit ἀπὸ τοῦ μέλιτος, hoc eſt, à melle, & verbo κεράω & κεράννυμι, quod eſt miſceo, ſiue tempero.

Mĕlĭcus, a, um, idem quod muſicus. { μελικός. Gall. *Muſicien.* Ital. *Muſico.* Germ. Ein ſinger/ der geſang macht oder ſich in denen übt. Hisp. *Dulce en canto.* Angl. *A muſicien.* } A Græco nomine μέλος, quod carmen, ſiue cãtum ſignificat, vnde poëtæ Lyrici, Melici dicti ſunt. Auſonius, Tu melicos, lyricóſq; modos. Cic. *de opt. gen. Orator.* Poëmatis enim tragici, comici, epici, melici etiam, atque dithyrambici, &c.

Mĕlĭcæ, Gallinæ, teſte Col. *lib.* 8. *c.* 2. vulgò appellatæ ſunt, quæ Medicæ dici debuerant. Melicæ grues, aliàs Mellicæ præſtantiſs. Gell. *c.* 16. *lib.* 7.

Meligine, μελιγύνη, Inſula eſt maris Adriatici, ante Dalmatiam ſita. Ptol. *lib.* 2. *cap. vlt.*

Meligunis, μελιγουνὶς, Inſula eſt Siciliæ adiacens, vna ex Æoliis, quæ notiore nomine Lipara dicitur. Plin. *lib.* 3. *c.* 9.

Melilōtos μελίλωτος, quaſi dulcis & mellea lotos. Herba eſt croco ſimilis, frequens in Campania, quæ quòd coronamentis adhiberi ſolet, Sertula Campana appellatur à Latinis. De hac Plin. *lib.* 21. *c.* 11. & Ruell. *lib.* 3. *cap.* 35. Ouid.

Pars thyma, pars flores, pars meliloton amans.

Mĕlĭmēla { μελίμηλα. Angl. *Mellow apples.* } vtrobique per ſimplex l, dicuntur poma muſtea, ſiue dulcia, quaſi mellea mala. Nam μέλι, vel, μῆλον malum ſignificat. Varro *de re ruſt. lib.* 1. *c.* 59. Quæ antea muſtea vocabant, nunc melimelam appellant. Eadem vulgò Nana vocantur, à paruitate arborum è quibus proueniunt. Plin. *lib.* 15. *c.* 14. Muſtea à celeritate miteſcendi quæ nunc Melimela dicuntur à ſapore melleo. Martial. *lib.* 7.

Infanti melimela dato, fatuáſque mariſcas.
Nam mihi quæ nouit pungere, Chia ſapit.

Vide Colum. *lib.* 5. *c.* 10.

Melīnă, æ, μηλίνη, vt Feſtus ait, genus tibiæ acutiſſimi ſoni. ¶ Eſt & genus veſtis, vel à calore, vel à melo inſula, vnde afferebatur, ſic dictæ. Plaut. *in Epid.* Vbi ergo eſt? niſi ſi in vidulo. Aut ſi in melina attuliſti. ¶. Eſt quoque potionis genus ex melle. Idem *in Pſeud. ſc.* 4, *a.* 2. Dulce promat indidem. Et quid habet? Murrhinam, paſſum, defrutum, Melinam, &c.

Mĕlĭnŏphăgi, μελινοφάγοι, Thraciæ populi ita dicti, quòd panico veſcantur. Steph.

Mĕlĭnum, i, { μέλινον. Gall. *Meliſſe,* Ital. *Meliſſa.* Germ. Meliſſenkraut/ oder Bynkraut. Hisp. *Torongil.* Angl. *Baulme hearbe.* } Apiaſtrum vocat Varro *lib.* 2. *de re ruſtic. cap.* 16. ¶ Eſt & melinum (vt ait Plin. *lib.* 23. *cap.* 6.) oleum ex flore malorum. ¶ Eſt & vnguentum. Idem *lib.* 13. *cap.* 1. Amaracinum in Coo: poſtea eodem loco prælatum eſt melinum. ¶ Melinum quoque coloris candidi ſpecies eſt, à Melo inſula, vna Sporadum, nomen habens, vbi præſtantiſſimum effoditur, Dioſcorid. *lib.* 5. Meliam terram vocat Plin. *lib.* 35. *cap.* 6. Melinum, candidum, & ipſum eſt, optimum in melo inſula, In Samo quoque naſcitur, ſed eo non vtuntur pictores, propter nimiam pinguedinem. Plaut *in Moſtell. ſc.* 3. *a.* 1. Neque ceruſſam, neque melinum, neque aliam offuciam.

‖ Melion, meliorem dicebant antiqui. Feſt. ‖

Melior, Meliuſculus, Melioro, & Melioreſco. Vide *Bonus.*

Mĕlĭpēctă, μελίπηκτα, Cibaria mellita, cuiuſmodĭ ſunt placētæ mellitæ.

Mĕlĭphyllum { μελίφυλλον. Gall. *Meliſſe.* Ital. *Meliſſa.* Germ. Meliſſenkraut/oder Honigblat. Hisp. *Torongil.* Angl. *Baulme hearbe.* Herbæ nomen eſt, quæ alio nomine dicitur Apiaſtrum. Varro *lib.* 3. *de re ruſt. c.* 16. Reliquum thymo, & cythiſo obſeuiſſe, & apiaſtro quod alij μελίφυλλον, alij μελισσόφυλλον, quidam μέλινον, appellant. Virg. 4. *Georg.*

———huc tu iuſſos aſperge liquores
Trita meliphylla, & cerinthæ ignobile gramen.

Vbi Seruius annotauit, Meliphylla per ſyncopen eſſe dicta, quaſi meliſſophylla.

Mĕlĭpōntŭs, quem & Melipontum vocari ſuprà oſtendimus. Funis genus eſt, quod à Catone non vno in loco numeratur inter ea quæ neceſſaria ſunt oleum conficientibus. Cato *c.* 68. Vbi vindemia, & oleitas facta erit, præla extollito, funes, torculos melipontos, ſubductuarios, aut in carnario, aut in prælo ſuſpendito.

‖ Melis animal, vide *Meles.*

Melis haſta à ligno mali dicta. Feſt. ‖

Mĕlīſſa μέλισσα oppidum Libyæ, cuius incolæ dicuntur Meliſſæi. Steph. ¶ Fuit præterea Meliſſi Cretenſium regis filia, quæ vnà cum ſorore Amalthea, Iouem caprino aluit lacte. ¶ Fuit & Nympha, quæ mellificium primò inuenit: vnde data eſt occaſio fabulæ, Melliſſam in apem fuiſſe conuerſam. Col. *lib.* 9. *c.* 2. Nec ſanè ruſtico dignum eſt ſciſcitari, fueritne mulier pulcherrima ſpecie, quam Iupiter in apem conuertit. ¶ Fuit Meliſſa item Periandri Corinthiorum tyranni vxor, quam ille, concubinarum delationibus temerè credens, quum grauida eſſet, pedibus conculcans interemit. Vide Laërt. *in vita Periandri.*

Mĕlīſsŏphyllum { μελισσόφυλλον, Gall. *Meliſſe.* Ital. *Meliſſa.* Germ. Meliſſenkraut/oder ymbenblatt. Hisp. *Torongil.* Gall. *Baulme herbe.* } Herba eſt balloræ ſimilis, quæ & Apiaſtrum & Citrago & Meliphyllum, & Melinum appellatur. Galli Meliſſam vocant. Nomen habet ἀπὸ τῶν μελισσῶν, hoc eſt, ab apibus quæ eo tantopere oblectantur, vt ſi eo aluearia perungantur, nuſquam diffugiant. De hac herba vide Colum. *lib.* 9. *c.* 8. & Varr. *de re ruſt. lib.* 3. *c.* 16.

Mĕlīſſus, μέλισσος, Cretenſium rex fuit antiquiſſimus, qui primus diis ſacrificauit: cuius filiæ Meliſſa & Amalthea fuerunt, quæ Iouem infantem melle & lacte caprino aluerunt. ¶ Fuit item Meliſſus, Grammaticus muneri datus Mæcenati, & manumiſſus ab eo. Autor Tranquillus: ¶ Meliſſus præterea Samius, Parmenidis auditor, philoſophus ciuibus ſuis charus, quibus præcepta plura dedit, Rempublicam adminiſtrauit, ...ſique in bello præfuit, vt refert Apollodorus.

Mĕlĭtă, vel Milite, es, μελίτη, vulgò *Malta.* Inſula eſt non procul à Pachyno Siciliæ promontorio. Ouid. *Faſt.* Fertilis eſt Melite. Eſt etiam Melite, ſiue Melita, vrbis nomen in hac ipſa inſula, à Carthaginenſibus (vt refert Diodorus) condita, textrinis pretioſiſſimarum veſtium in primis nobilis. Cic. 6. *Verr.* Inſula eſt Melita, iudices, ſatis lato ab Sicilia freto, periculoſóque diſiuncta: in qua eſt eodem nomine oppidum, quò iſte nunquam acceſſit: quod tamen iſti textrinum per triennium ad mulierem veſtem conficiendam fuit.

‖ Melitæna, μελίταινα, herba quæ meliſſophyllum. Nicandro μελίκταινα, à μέλι mel. ‖

Mĕlĭtæŭs, a, um, & Melitenſis, μελιταῖος Sthephan. vt Melitæi catuli, μελιταῖα κυνίδια, quæ ad fœminarum delicias ex Melita aduehebantur. Plin. *lib.* 3. *cap. vlt.* Melita, vnde Melitæos canes appellari autor eſt Callimachus.

Mĕlĭtēnē, μελιτηνὴ, Cappadociæ regio, prætenta Armeniæ maiori, non procul ab Euphrate. Plin. *lib.* 6. *c.* 3.

Mĕlītēs, μηλίτης, gemma ſic dicta à colore mali Cydonei, quod μῆλον κατ' ἐξοχὴν, dicitur. Plin. *lib.* 37. *c.* 11. ſic ait, Melites mali coloris, nec plura addidit.

Mĕlĭtītēs, maſcul. gen. μελιτίτης, genus potionis dulcis (vt ait Plin. *lib.* 14. *cap.* 9.) factæ ex melle & muſto, hoc eſt, ex congio mellis, & quinque congiis auſteri muſti, & cyatho ſalis, vnà feruefactis. Diſtat autem à mulſo, in quo binis vini, ſinguli mellis congij admiſcentur, vt docet Dioſcor. *lib.* 5. ¶ Eſt præterea Melitites, lapis cinericei coloris, qui coti attritus, vel cum liquore contuſus, liquorem dulcem emittit: vnde & nomen accepit. Vide Plin. *lib.* 36. *c.* 19. & Galen. *lib.* 9. *ſimpl.*

Melitoma, μελίτωμα, opus dulciarium ex melle: placentula mellita. μελιτόω eſt melle condio.

Mĕlīttæă, μελιτταία, Theſſaliæ oppidum, Steph. ciuis Melitæus, Theopomp. & Philon μελίθειαν vocant: vide *Melitæus.*

Melituſa, μελιτοῦσα Steph. Illyrici oppidum, cuius incolæ Melituſæ & Melituſij appellantur.

Mĕlīttōnēs μελιττῶνες, vel μελισσῶνες, Aluei, in quibus apes nutriuntur Varro *de re ruſt. lib.* 3. *c.* 16. Melittones ita facere oportet, quos alij μελιττοτροφεῖα appellant. Eadem quidem Mellaria. Gell. *cap.* 20. *lib.* 2. Vulgus Gallicum vocat *Ruches.*

Mĕlĭturgŭs, vide *Mel.*

Mĕlĭtŭs μέλιτος, nomen alterius ex accuſatoribus Socratis.

Mĕlīum, μήλιον. Herba eſt in aquis & locis vliginoſis naſcens, ſemen habens lini ſemini non diſſimile, aliquando tamen maius & firmius, & præ leuore ſplendens. Alio nomine Satyrion rubens appellatur. Vim habere creditur incendendi ad libidinem. Diſcor *lib.* 3. Altera ſpecies eſt quam vulgò *palmam Chriſti* appellant.

Mĕlĭus, comparat. à Bene, & Meliuſculè, vide *Bene* in *Bonus.* Dij meliùs faciant. Plaut. *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1.

Melizandrus, μελίζανδρος, Poëta Mileſius, Lapitharum & Centaurorum bellum ſcripſit, vt eſt autor Ælian. *de varia hiſt.*

Melizōmum, μελίζωμον. Condimentum quoddam vocat Apicius ex mellis deſpumati miſtura confectum.

Mella, μέλλα, fluuius Galliæ, iuxta quem Amello herba frequens naſcitur. Seruius.

Mĕllārĭa, æ, oppidum Hiſpaniæ in tractu Bætico, Pomponij Melæ patria. vt ipſe teſtatur Geographiæ ſuæ. *lib.* 2.

‖ Mellax, adultus adoleſcens, Gl. gr. 6. ‖

Mēllācium, ἕψημα Muſtum ad mediam partem decoctum, quam Sapam, appellamus, vt inquit Nonius.

Mēllĭfĭcātĭo, Mellificator, Mellifico, Mellitus, vide *Mel.*

Melligo, inis, { μελίπωμα. Angl. *Mildow en corne.* } Succus è lachrymis arborum, ſiue florum, quem apes deuorant, poſtea ad alueos regreſſæ euomunt, operáque componunt. Plin. *lib.* 11. *c.* 6. Primùm itaque fauos conſtruunt, ceram fingunt, deinde ſobolem, poſtea mella. Ceram ex floribus, melliginem è lacrymis arborum, quæ glutinum pariunt, ſalicis, vlmi, arundinis ſucco, gummi, reſina. ¶ Ponitur & pro quocunque ſucco floreſcentis fructus adhuc atque immaturi. Plin. *lib.* 2. *c.* 27. In prima lanugine demittitur vua, eiúſque melligo, reliquum corpus ſole coquitur.

Mēllĭlŏquŭs. Cui oratio ſuauis inſtar mellis, ex ore profluit, μελίγηρυς, μελίφωνος.

Melo, nomen fluuij, qui & Nilus, & Geon appellatus eſt. Auſon. *in Ænigmate,* Melonis albam paginam. ‖ ¶ Idem eſt quod meles animal, vide *Meles.* ‖

Mēlŏbŏsĭs, μηλόβοσις, Nympha eſt, Oceani & Tethyos filia, teſte Heſiodo *in Theogonia;* ſic dicta ab ouibus paſcendis.

Melocabus, Germaniæ vrbs, apud Ptol. *lib.* 2. *c.* 11. Choburg.

Mĕlŏcārpŏs, μελόκαρπος. Herba eſt, quæ alio nomine Ariſtolochia longa appellatur. Dioſc. *lib.* 3. *c.* 4.

Mēlŏelsă, μηλόεσσα, Inſula eſt ex Syrenuſis vna, è regione Lacinij extremi Italiæ promontorij, non tam à pomorum, quàm à pecoris abundantia dicta. Vide Plin. *lib.* 3. *c.* 10.

Mēlŏlōnthă, μηλολόνθη, Scarabæi genus eſt, colore viridi naſcens.

Mēlŏmĕlī, μηλόμελι Confectio quædam ex malis cydoneis melle obrutis in lagæna. Rationem conficiendi docet Colum. *lib.* 12. *c.* 45. & Dioſc. *lib.* 5.

Melonēs, quaſi μήλωνες, i. pomei. à μῆλον malum. { Gall. *Melons, Pompons.* Angl. *Milow fruit.* } A Palladio dicuntur, qui ex genere peponum ad malorum rotunditatem accedunt: à quibuſdam, facto ex malo & pepone nomine, Melopepones appellantur. ¶ Eſt & melo, qui piriformis dicitur, qui pirum refert.

Mēlŏnŏmŭs, μηλονόμος, ouium paſtor. Nam μῆλον & poma, & oues ſignificat.

Melopepones, μηλοπέπονες. Fructus ſunt ex genere peponum, qui màli figuram rotunditate imitantur. Non pendent hi, ſed humi rotundantur & odorem iucundiſſimum habent vbi maturuêre. Palladius *Melones,* vocat. Vide Ruel. *lib.* 1.

Mĕlŏs; { .זמירה Zemiráh, μέλος. Gall. *Douceur de chant, melodie.* Ital. *Dolcezza di cãto melodia.* Germ. Der lieblich thon deß geſangs. Hisp. *El canto dulce.* Angl. *Swetneſſe of muſicke, melodie.* } generis neutr. & indecli

indeclinabile est, aut certè defectiuum: nam genitiuum, & datiuum singulares, totúmque pluralem numerum apud Latinos non habet. Ablatiuo Melo vsus est Lactant. Firmian. *in Hymno de Resurr. Dominica.*

Fitque repercusso dulcior aura melo.

Apud Græcos, τὸ μέλος, τοῦ μέλεος. Est autem Melos cantus suauitas, ex apta vocis modulatione, & flexu proficiscens. Pers. *in proœm.* Stat. Coruos Poëtas, & Poëtridas picas Cantare credas Pegaseum melos. ¶ Hinc multa, de quibus mox, deducuntur.

Mēlŏs, μῆλος, gen. fœm. insula est Cretæ adiacens, vna Sporadum, & vrbs in eadem insula. Strab. Melos insula inter Cretam, Peloponnesúmque interuallo æquali sita, à Peloponneso promontorium Scyllæum, à Creta Dictynnæum habens. Inter Cycladas numeratur à Pomponio *lib.2. cap.1.* Hanc priùs (inquit Stephanus) Phœnices habitauerunt: vnde & Biblos vocata est à Bybliis Phœnicibus, item Zephyria. Hinc Diagoras Melius, & Socrates, & Aristophanes. In Thessalia verò populi quidam μηλιεῖς dicuntur. Est & vicus Acarnaniæ, à quo Melius, vel Malicus Doricè. A Melius etiam formatur Melicus, Meliacus, & regio Melis, Steph. Vide *Mala.* De vrbe Thessaliæ, & de Byblide insula quoque suprà diximus.

Mēlŏs, & Melaria, μῆλος καὶ μηλάρια, duo oppida in finibus Hispaniæ: à malis sic dicta. Fertur enim Hercules aurea mala illuc ex Libya attulisse. Steph. *in Belo.* Vide *Meloessa.*

Melus, μῆλος, filius Mantûs, à quo Melois Lesbi locus. Steph.

Melodus, μελῳδὸς, qui carmina modulatur. Melodus, a, um, tanquam adiectiuum: vt sit melicus. Sidon. *lib.9. epist.15.*

Potuisset ista semper efficaciùs
Humo atque gente cretus in Ligustide
Proculus melodis (al. *meledes*, malè) *insonare impulsibus.*

Ita Ausonius,

Liquit canentes qui melodas virgines.

μέλος est carmen, & ᾠδὴ cantus. Melodes (μελῳδὴς) Græci non dicunt; &, si dicerent, Latinis foret *melodibus impulsibus.* In Onomastic. quidem habetur μελώδης, sed pro Latino membrosus.

Mĕlōdĭă, {זמירה zemiráh. μελῳδία. GALL. *Melodie, doux chant.* ITAL. *Melodia.* GERM. Ein lieblich oder süß gesang. HISP. *Canto dulce.* ANGL. *Sweetnesse of musicke, melodie.*} cum accentu in penultima. Dulcis cantus, siue melleus.

Mēlōtă, æ, & Melote, es, μηλωτή, Dici potest pellis ouina vnà cum lana corpori detracta. μῆλον enim à Græcis dicitur, qui à nobis ouis.

‖ Melotis, auricularium specillum. Onom. M.

Melotius, lapis viridis, & grandis Ægypti. Isid. ‖

Mēlōthrum μήλωθρον. herba est, quæ alio nomine ἄμπελος λευκὴ, hoc est, vitis alba appellatur. De hac Diosc. *lib.4.*

Mĕlpŏmĕnē, μελπομένη. Vna ex Musis, tragœdiarum inuentrix à modulando nomen trahens. Vide *de Musarum inuentis.*

Melpomene Tragico proclamat mœsta boatu.

Vide *Musa.*

Memaliarus, μεμβλίαρος, vnus ex Cadmi sociis, Theram insulam condidit. Steph.

Membliārŭs, μεμβλίαρος, Insula est maris Ægæi, vna Sporadum, non procul à Thera & Anaphe. Plin. *lib.4. c.12.*

MĔMBRVM, i, à μέλος, q. melbrum. Propriè dicitur caro artus tegens. {μέλος. GALL. *Membre.* ITAL. *Membro.* GERM. Haut vnd Fleisch damit die glider deß leibs vberzogen sind. Item Ein jetlichs glid. HISP. *Miembro.* ANGL. *A member.*} vnde Membrana, superior membri pars dicitur, hoc est, pellis ipsa. Silius,

——— *& venis malè iuncta trementibus ossa*
Extant consumptis visu deformia membris.

¶ Accipiuntur tamen etiam membra pro singulis corporis partibus: vt manus, pes, auris, membra dicuntur. Ter. *in Adelph.* Membra metu debilia sunt. Cic. 3. *de finibus.* Iam membrorum, id est, partium corporis, alia videntur propter eorum vsum à natura esse donata, vt manus, crura, pedes, &c. alia autem nullam ob vtilitatem, quasi ad quendam ornatum, vt cauda pauoni. Virg. 6. *Æneid*

Quò sequar? aut quæ nunc artus, auulsáque membra,
Et funus lacerum tellus habet?

Ne quid sui membri commoueat in tenebris. Plaut. *Asin. sc.1. a.4*
Membri rupti tali. Gell. *c.1. lib.20.*

Diuidet haud aliter quàm si mea membra relinquam.

Ouid. *El.3. lib.1. Trist.* Nihil interest quibus membris cinædi sitis, prioribus, an posterioribus, (i. pudendis.) Gell. *c.5. lib.3.* Vt eius membra & ossa, & artus comminuam. Plaut. *Men. sc. a.5.* ¶ Membra principalia & principes partes sunt in animante, Cor, cerebrum, iecur. Quomodo autem differant membra in artubus, vide in dictione *artus.* ¶ Sumitur etiam membrum pro parte cuiusque rei. Plin. *Epist. 17. lib.1.* Adhæret dormitorium membrum, transitu interiacente, hoc est, pars domus quieti corporum dicata. Ouid. *Eleg.3. lib. 1. Trist.*

——— *Et caræ dulcia membra domus.*

Item *ibid.*

Dissoluere quassata parcite membra domus.

¶ Item,

Dulcia conuictus membra fuere mei.

Ponticus & Battus,

idem *El. vlt. lib.1. Trist.* Membra Imperij, Suet. *in Aug. c.48.* Cic. 1. *de nat. deor.* Omnes autem eius partes, atque omnia membra tum facillimè nascuntur, quum totæ quæstiones scribendo explicantur. Columella præterea, & Apuleius partem domus, membrum nominant. Et Vlp. *de manumissionibus.* Quæri, inquit, potest, si fabris duobus, vel pictoribus templum, vel membrum depictum esset. De orationis membris ita Autor ad Herennium. Membrum, omnis appellatur res breuiter absoluta, sine totius sententiæ demonstratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur. Cicer. *in Oratore.* Quæ Græci κόμματα, & κῶλα nominant, nos rectè incisa & membra dicimus. ¶ A membrum fiunt adiectiua, Bimembris, δίκωλος, Trimembris, τρίκωλος, Quadrimembris, τετράκωλος, hoc est, duarum, trium, quatuor partium.

| Membrulum, paruum membrum. ‖

Mĕmbrātĭm, aduerbium, Significat per membra singula, per partes. {κατὰ μέλη. GALL. *Par membres, par pieces, membre à membre.* ITAL. *Membro à membro.* GERM. Von einen glid zu dem andern, in stucks weiss. HISP. *Miembro à miembro.* ANGL. *By member and member, by partes.*} Plin. *lib.9. c.15.* Hi membratim cæsi, ceruice & abdomine commendantur. Idem *lib.1. c.37.* Itaque nunc per singulas partes corporis, præter iam dictas, membratim tractetur historia. Cic. *in partit.* Narratio autem accusatoris erit, quasi membratim gesti negotij suspiciosa explicatio. Quint. *lib.9. c.4.* Vbicunque acriter erit & instanter, pugnacitérque dicendum, membratim, cæsímque dicendum.

MĔMBRĀNĂ, æ, Pellis exterior quæ membra tegit, & generaliter pro quauis tenuiori pellicula accipitur. {עור hor דק dak. δέρρις. GALL. *Taye, petite peau.* ITAL. *Pelle sottile.* GERM. Die eusserst haut deß leibs. HISP. *La tela.* ANGL. *The vppermost skinne of any thing.*} Cicer. 2. *de natur. deor.* Quæ primùm oculos membranis tenuissimis vestiuit & sepsit. Lucret. *lib.4.*

Membranas mittunt vituli de corpore summo.

Plin. *lib.9. c.29.* Membranam inter illa meræ tenuitatis extendit. ¶ In ligno quoque membrana est. Idem *lib.13. de tilia.* Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana. ¶ Membranæ etiam dicuntur chartæ pergamenæ ex pellibus animalium factæ. {περγαμηναί. GALL. *Parchemin.* ITAL. *Carta pecora.* GERM. Pergament. HISP. *Pergamino.* ANGL. *Parchement.*} Earum vsus Pergami, regnante Eumene inchoauit: magnámque earum vim Rex Attalus Romam misit, vt pecunia chartæ pellibus pensaretur. Vnde Pergaminarum nomen ad hanc vsque diem, tradente sibi inuicem per manus posteritate seruatum est. Quintilian. *lib. 10. cap.3.* Illa quoque minora non sunt transeunda, scribi optimè ceris, in quibus facillima est delendi ratio, nisi fortè visus infirmior membranarum potiùs vsum exegit. Plin. *lib. 7. cap.21.* In nuce inclusam Iliada, Homeri carmen in membrana scriptum, tradidit Cicer. Mart. *lib.1.*

Hos eme, quos arctat breuibus membrana tabellis.

Horat. *de Arte,*

——— *Membranis intus positis delere licebit*
Quod non edideris.

¶ Differt autem Charta à Membrana, quòd Membranæ pelliceæ sunt & Pergami primùm inuentæ, vnde & Pergamenæ sunt appellatæ, Chartæ autem ex papyro olim in Ægypto fiebant, vt Plin. ostendit: apud nos de centonibus certo quodam modo maceratis, & glutino concretis formantur. Chartam ex papyro in victoria Magni Alexandri intis formantur. Chartam ex papyro in victoria Magni Alexandri inuentam scribit Varro, antea palmarum foliis scriptitatum fuisse: deinde de quarundam arborum libris, postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis & schedis confici cœpta. Ptolemæus autem chartas, Eumenes verò membranas, quum vterque eorum maximas haberet bibliothecas, inuenerunt: quorum alter Pergami, alter Ægypti rex fuit. Plinius autem putat chartarum vsum Numæ temporibus fuisse, idque autoritate Cassij Heminæ confirmat, qui Cn. Terentium scribam, agrum suum in Ianiculo repastinantem, inuenisse ait arcam in qua Numa rex situs esset, & in ea libros eius è charta scriptos. Sed Numam, pluribus ætatibus ante Alexandrum fuisse constat. ¶ Membrana item pro Superficie, figura, & simulachro aliquo rerum: vt, Membrana fumi, coloris, &c. Lucret. *lib.4.*

At contrà, tenuis summi membrana coloris
Quum iacitur, nihil est quod eam discerpere possit, &c.

Ibidem.

Dico igitur rerum effigies tenuésque figuras
Mittier ab rebus summo de cortice earum:
Quæ quasi membranæ, vel cortex nominanda est.
Quòd speciem ac formam similem gerit eius imago.

Mĕmbrānŭlă, diminutiuum. {τὸ ὑμένιον. GALL. *Taye, petite peau* ITAL. *Pelle sottile.* GERM. Ein permentin HISP. *La tela.* ANGL. *A thinne out ward skinne.*} Cic. *ad Attic. lib.4.* Iisque imperes, vt sumant membranulam ex qua indices fiant.

Mĕmbrānācĕŭs, a, um, quod similitudinem membranæ habet. {ὑμενώδης. GALL. *Semblable à parchemin.* ITAL. *Simile à membrana.* GERM. Dem pergament gleich. HISP. *Cosa semeiante à pergamino.* ANGL. *That is lyk parchement.* Plin. *lib.16. c.31.* Quibusdam cortex membranaceus, vt viti. Idem *lib.10. c.61.* Volucrum animal parit vespertilio tantùm, cui membranaceæ pinnæ vni.

Mĕmbrānĕŭs, quod ex membranis est. {δέρρινος, περγαμηνός. GALL. *De parchemin.* ITAL. *Di carta pecora.* GERM. Permentin/auß perment gemacht. HISP. *Cosa de pergamine.* ANGL. *Made of parchement.*} Vlp. *l. librorum appellatione. ff. de legat. 3.* Quòd si in codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis.

‖ Membranum, hymen, eugium, claustrum virginale. Suppl. ‖

Mĕmbrāri, significat per membra formari, ἀρθροῦσθαι, quo verbo vtitur Censorinus *in lib. de die natali.*

Mĕmbrātūră, est membrorum positura. διαμέλισις.

Mĕmbrōsŭs, a, um, μελώδης, qui magna habet membra.

Mĕmĕcylŏs, μεμίκυλος, Species est arbusti. Plin. *lib.15. cap.24.* de vnedone loquens, Duobus tamen hoc nominibus apppellant Græci, Comaron, & memecylon. Ex quo apparet totidem esse genera & apud nos. Vide Dioscor *lib.1.*

Memet, Pronomen compositum, pro Meipsum. Plaut *Cistell.* Sed nunc ego memet moror.

MĔMĬNĪ, à Meno antiquo verbo fit, quo veteres vsi sunt pro recordor, & in mentem reuoco: a quo prima syllaba geminata fit præteritum Memini, sicut à Pungo Pupugi. Sed & Memino veteres dixerunt; vnde participium *meminens.* Ausonius *in commem. profess. Burdig.2.*

Viuit adhuc, aui, quod periit, meminens.

Sidonius *Epist.10.*

Sicque oppidò meminens.

{זכר zachar. μιμνήσκω. GALL. *Se souuenir, auoir memoire.* ITAL. *Ricordarsi.* GERM. Ich bin eingedenck. HISP. *Recordarse.* ANGL. *To remember.*}

Et quanuis sit præteriti temporis, in præsenti tamen ferè semper accipitur, teste Valla *in Ruden.* Plaut. *Epid.* Lunulam atque anellum aureolum

lum in digito. v. memini mi homo. e. Non meministi me inaurem ad te afferre natali die? Idem *Asin.* In ius voco te. le. non eo. me. non is? memento. le. memini. Terent. *in Andr.* Facturum quæ voles, scio esse omnia. p. memini. Cic. *pro Quint.* Meminit, vetus est, de scurra multò faciliùs diuitem, quàm patremfamiliàs fieri posse. Virg. 2. *Æneid.*

Quanquam animus meminisse horret, luctúque refugit, Incipiam.

Memor meminit. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Quid longissimè meministi? Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Heus memento mihi dare dimidium. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Memoria memini. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Aliud est meminisse. aliud scire. Senec. *Epist.* 33. Plaut. tamen pro scire posuit, *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Memini ego istuc, id est, scio. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. distinguit Memini & scio. Ouid. 9. *Metam.*

Dum loquor, horror habet, pársque est meminisse doloris.

Requirit genitiuum, vel accusatiuum. Terent. *in Eunuch.* Faciam vt huius loci diéique, meíque semper memineris. Idem & totidem verbis Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Faciam vt huius diei locique meique semper memineris. Item,

At sine me fati non meminisse mei,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

——Cogor meminisse dolore Temporis illius,

Idem 13. *Metam.* Virg. 9. *Eclog.*

——numeros memini, si verba tenerem.

Ouid. *Epist.* 21.

——meminerant omnia amantes.

Cic. *de senect.* Omnia quæ curant senes, meminerunt. Hic rem non meminit suam, Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. *Potes hoc meminisse.* Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. Monet quod memet meminit. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Si potes istuc memoriter meminisse, idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Præcepta facito vt memineris, idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Memento. li. memini. (aut minantis, aut intestantis. (Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Sed quum significat, mentionem facio, recusat accusatiuum, postulátque ablatiuum cum præpositione de, vel genitiuum. Quintilian. *lib.* 11. *c.* 2. De quibus multi meminerunt. *Ibidē*, Neque omnino huius rei meminit Poëta ipse. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. De palla memento amabo. In priore significatione iungitur tam cum præterito infinitiui, quàm cum præsenti. Virg. 9. *Eclog.*

Nanque sub OEbaliæ memini me turribus altis
Coricium vidisse senem.

Facito vt memineris conuenisse me quid dotis afferret. Plaut. *Aul sc.* 4. *a.* 1. Memento promisisse. c. Meminero. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Oro te meminisse vt memineris. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Virg.

Cantando puerum memini me condere Soles.

Cic. *Appio*, Ad me adire quosdam memini. Idem *Papyrio lib.* 4. Nec tamen eas cœnas quæro, vt magnæ reliquiæ fiant. Quod erit magnificum sit & lautum. Memini te mihi Phameæ cœnam narrare: temperius fiat, cætera eodem modo. Memini fieri Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Meministi me dicere tibi. Idem *Pseud. sc.* 6. *a.* 4. Meministi Atriensem vendere asinos. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Cic. *Attic. lib.* 1. De comitiis meis, & tibi me permisisse memini. Idem *pro Rosc. Amor.* Meministi me ita distribuisse initio causam. ¶ Huius compositum est, Commemini, de quo suo loco.

Mĕmŏr, huius memoris, omnis gen. secundùm Priscanum, à verbo memini qui rei alicuius recordatur. { זכר זוכר *Zochér* זוכר *Ze-húr* μνημονικὸς, μνήμων. Gall. *Memoratif; qui à memoire, & se souuiët.* Ital. *Ricordeuole, memore.* Germ. Eingedenck. Hisp. *El que se recuerda.* Angl. *Myndfull.*} Plaut. *in Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Aduerte ergo animũ & fac sis promissi memor. Idem *Capt.* Nunquid vis? p. venias tempori. a. memorem mones. Virg. 4. *Æneid.*

Et bene apud memores veteris stat gratia facti.

Idem 6. *Æneid.*

Quique sui memores alios fecêre merendo.

Horat. 2. *Serm. satyr.* 6.

Viue memor quàm sis æui breuis.
Cùm memor accitos semper dolor admonet annos,

Tibull.

Et iussi sonos memores essemei,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Inde alios aliósque memor componere versus,

Tibull. *lib.* 4.

Gaud. méque tui memorem, téque fuisse pium,

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.*

Sitque memor nostri necne referte mihi.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. Et memor sum & diligens, vt quæ imperes compareant. Plaut. *Amphitr.* Memorem immemorem facit, qui monet quod memor meminit. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Item,

Este mei memores,

Ouid. *lib.* 13. *Metam.* ¶ Quum autem de inanimatis rebus dicitur, significat rem cuius nos memores sumus. Virg. 1. *Æneid.*

——sæuæ memorem Iunonis ob iram.

Horat. *lib.* 1. *Carm.*

——Siue puer furens
Impressit memorem dente labris notam.

hoc est, tam vehementem, vt non facilè excidat memoria. Ouidius *Epist.* 17.

Et vocem memori condidit ante tuam.

Idem 4. *de Ponto. Eleg.* 2.

Carmina sola tibi memorem testantia curam.
Non data sunt, quid enim, quæ facis ipse darem?

Huius contrarium est Immemor, de quo suo loco.

Mĕmŏrĭă, æ, (vt inquit autor ad Herennium *lib.* 1.) Est firma animi rerum & verborum dispositionis perceptio, item recordatio, ætas, antiquitas. { זכר *Zécher* זכרון *Zicharón* μνήμη. Gall. *Memoire.* Ital. *Memoria, rimembranza.* Germ. Gedächtnuß. Hisp. *La potencia de se recordar, memoria.* Angl. *Memorie, remembrance.* { Cic. 2. *Inuent.* Memoria est, per quam animus repetit illa quæ fuerunt. Idem *de clar. Orat.* Quorum memoria & recordatio in maximis nostris grauissimisque curis iucunda sanè fuit. Idem *ad Plancum lib.* 10. *Epist.* Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi. Terēt. *in Andr.* In memoria habeo, διὰ μνήμης ἔχω. Vbi Donatus, Plus est, quàm si dixisset, Scio. Nam quæ scimus, possumus obliuisci: quæ verò memoriæ commendamus, nunquam amittimus. Pacuuius, Pérque nostram egregiam humanitatem, quam memoria firmauit. Memoriæ consulendum quæ magnis viris æternitatem promittit. Senec. Memoria (tua) est optima. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Huius memoriæ scriptor est Herodotus. (i. rei memorandæ.) Gell. *c.* 9. *lib.* 5. Memoriæ datum, pro mandatum. Idem *c.* 1. *lib.* 7. Homo in nostra memoria doctissimus. Idē *c.* 22. *lib.* 1. *&* *c.* 6. *lib.* 18. In nulla memoria, *cap.* 10. *lib.* 16. In vetere memoria. Idem *c.* 4. *lib.* 15. Ad litteras memoriásque veteres se dediderat. Item in memoriis veteribus scriptum est. Idem *c.* 6. *lib.* 4. *&* *c.* 12. *lib.* 20. *&* 24. *lib.* 10. *c.* 5. *lib.* 5. Idem *c.* 2. *lib.* 14. A maioribus memoria sic accepi. Idem *c.* 2. *lib.* 14. Dabimus te in omnem memoriam clarissimum caput. Senec. *c.* 14. *de tranq. vit.* In memoriam redeo. Item in memoriam regredior audisse me. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 5. Sacra patris eius memoria. Quintil. Vsus & Memoriæ filia sapientia. Gell. *c.* 8. *lib.* 13. Memoriæ non est, pro nō memini. Idem *c.* 11. *lib.* 12. Et quantum nobis memoriæ est. *c.* 16. *lib.* 7. Memorias de Commentariis & scriptis. Idem *c. vlt. lib.* 20. *&* *c.* 18. *lib.* 11. Memoriam & reliquias suas commendare (de mox morituro.) Suet. *in. Othon. c.* 10. Idem *in Claud. c.* 11. Excidentes in memoriam reponuntur vnius admonitione verbi. Quintil. Quid sit memoria docet Diomed. *lib.* 1. Nominis huius in oratione varius est vsus. Dicimus enim, Insidere in memoria, Memoriæ affigere. Memoriæ mandare, dare. Idem Gellius *c.* 1. *lib.* 7. Cui opponitur memoriæ eximere. Suet. *in Claud. c.* 11. Memoria custodire, Memoriam alicuius sibi proponere, In memoria esse alicui, memoriam alicuius vsurpare, Memoriæ alicuius dare operam, Memoriam tenere, Memoria continere, Memoria complecti, Memoriam alicuius tenere, Memoria meminisse, Memoriæ prodere, Memoriam alicuius rei prodere, Memoriæ tradere: Memoria est, pro eo quod est, Memini: Memoria cadit, vel intercidit, Memoria falli, Memoria repetere, In memoriam redigere, In memoriam reuocare, Reducere in memoriam, In memoriam redire, Referre memoriam alicuius, Omni memoria, vel in omni memoria, pro omni tempore: Superiori memoria, pro superiori tempore: Vsque ad hanc memoriam, id est, vsque ad hoc tempus: Vt mea memoria est, id est, quantum possum meminisse, aut reminisci: Memoria mea factum non est illud, id est, quantum meminisse possum. Quarum loquutionum testimonia passim bonos autores legenti occurent.

Mĕmŏrĭŏlă, diminut. Cic. *ad Attic. lic.* 12. Sed quod scribis igniculum matutinum γεροντικώτερον, est memoriola vacillare.

Memorialis, e, adiect. vt, Memorialis liber, id est, enchiridion ad iuuandam memoriam. Suet. *in Cæsare c.* 56. Epistolæ quoque extant ad Senatum, quas videtur primùm ad paginas, & formam memorialis libri conuertisse.

‖ Memoriale, μνημόσυνον. Onon.

Memoriales adiutores, in iure ciuili dicuntur quæstores ex diuersis scriniis assumpti, qui leges & rescripta perscribebant, aut perscribi curabant ¶ Memoriales item, seu commonitoriæ, literæ quibus instruebantur Legati de singulis, ad quæ mittebantur, agenda. Scriban. ¶ Memoriales etiam, qui militum gesta notabant, vt pro meritis præmia acciperent. Panciro. ¶ Item scrinio præfecti. ¶ Item, qui suarum scripturarum memoriam conseruabant. ‖

Mĕmŏrĭter, & memoriosè aduerb. imperiti dicunt, Mente tenus, de memoria, ex memoria. { μνημονικῶς. Gall. *Par memoire par Cœur.* Ital. *Ricordandosi, & hauendo à mente.* Germ. Außwendig. Hisp. *De memoria.* Angl. *By hart, redelie, with good, remembrance.* } Cic. *de Amicit.* Qu. Mutius Augur Scæuola multa narrare de C. Lælio socero suo memoriter & iucundè solebat. Quæ illic res sunt gestę memorat memoriter. Plaut. *Amph.* Si potes istius memoriter meminisse. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. *&* *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Sic etiam dicimus, Memoriter cognoscere, Memoriter memorare, enumerare, pronuntiare, complecti rem, recitare, respondere, Memoriter colligere, Memoriter meminisse, Memoriter narrare, Memoriter respondere, Memoriter exponere, Memoriter vocare.

Mĕmŏrācŭlŭm, μνημόσυνον. Apuleius *in Apologia*, Me sanctissimè tot sacrorum signa, & memoracula custodire.

Mĕmŏrābĭlĭs, le, qui est dignus memoria, laudabilis, præclarus, excellens. { נזכר *nizchár.* ἀξιόμνηστος, ἀξιόλογος. Gall. *Memorable, digne de memoire.* Ital. *Memorabile.* Germ. Gedächtwirdig. Hisp. *Cosa digna de memoria.* Angl. *VVorthie of memorie or remembrance.* } Colum. *in præfat. lib.* 1. Quum tot alios Romani generis intuear memorabiles duces. Cic. *de Amic.* Quum accepissemus à patribus maximè memorabilem C. Lælij, & Pub. Scipionis familiaritatem fuisse. Ter. *in Heaut.* Heus tu, non fit sine periculo facinus magnum & memorabile. Virg. 4. *Æneid.*

——magnum & memorabile numen.

Idem 2. *Æneid.*

——nanque & si nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est

Cic. 3. *de finibus*, Si enim sapiens aliquis miser esse possit, næ ego istam gloriosam memorabilémque virtutem non magno æstimandam putem. Memorabilis dulcedine carminum, Hesiodus. Erit mihi factum mortuo memorabile, Plaut. *Curc. sc.* 5. *a.* 3. Nec istuc bellum, nec memorabile, *ibid. sc.* 1. *a.* 1.

Mĕmŏro, as Ad memoriam reduco: item simpliciter narro. { μνημονεύω, Gall. *Penser & rememorer, reduire en memoire.* Ital. *commemorare, ricordare.* Germ. In gedächtnuß bringen/widerholen. Item Erzelen. Hisp. *Recordar à alguno.* Angl. *To bring in remembrance, to make mention, to recite or reporte.* { Plaut. *in Pœn.* Memorandum mihi, si noui fortè, aut si sunt cognati mihi. Idem *in Capt. sc.* 3. *a.* 5. Memorādum mihi. ¶ Intendum est dicere, narrare, seu exponere, recitare, λέγειν, ἱστορεῖν. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Herculémque in ea loca Geryone interempto, boues mira specie abegisse memorant. Virg. 1. *Æneid.*

Musa mihi causas memora.

Plaut. *in Trin.* Agedum nomen tuum primum memora mihi. Idem *in Amph.* Ibi nunc meus pater memorat legiones hostium, vt fugauerit, hoc est, commemorat, vel narrat. Ouid. 13. *Metam.*

Qui

Qui nunc, vt memorant, saxa mouet gemitu.

Quæ illic res gestæ sunt memorat memoriter. Plaut. *Amph.* Eandem patriam & patrem memorat. Idem *Men. sc. vlt. a.* 3. Seruus an liber esse maueliꝭ memora mihi. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Occidi, si tu verè memoras, Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Nomen si memoret modò, idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Quid illa pote mulière peius memorarier. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Latinus biblior. interpres aliquando memoror vsurpat, vt deponens, pro recordor. Virg. *in Culice*,

Et tibi sancte puer memorabitur, & tibi certè
Gloria perpetuum lucens mensura per æuum.

Id Scaliger exponit; tibi memorabuntur absenti illa, quæ solent dici inter pocula: nempe ea quæ sequuntur, *& tibi certè.* Tibi tanquam deo alicui in conuiuiis libabunt, tuóque honori bibent homines cum hac & ista acclamatione. ¶ Huius composita sunt, Commemoro, & Rememoro, quod est in memoriam reduco. Legitur & passiuum Memoror. Plaut *in Amph.* Experiri istuc mauellem me, quàm mihi memorarier. Salustius, incredibile memoratu est, quàm facilè coaluerint.

Mĕmŏrātŏr, oris, verbale qui memorat. { מזכיר ma*z*chir. ὁ μνημονεύτης. GALL. *Raconteur.* ITAL. *Raccontatore.* GERM. Ein erzeler. HISP. *Recordador.* ANGL. *That maketh Mention, or reporteth.* } Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 1.

Nec non ille tui casus memorator Homerus.

Mĕmŏrātŭs, us, Memoratio, commemoratio. { זכר *z*echér זכרון *z*ichcharón. ἀνάμνησις. GALL. *Memoire.* ITAL. *Rimembranza.* GERM. Wirdegedächtnuß/widerholung. HISP. *Obra de recordarce.* ANGL. *A reporting or making of mention.* } Gell. *lib.* 11. *cap.* 4. Eos versus non minus frequenti, assiduóque memoratu dignos puto, quàm philosophorum de officiis decreta. ¶ Pro ingenti. Rutgers.

Mĕmŏrātĭssĭmŭs, superl. Celeberrimus. ἀπομνημονευτότατος. Gell. *lib.* 8. *c.* 4. Herodotus scriptor historiæ memoratissimus. Memoratissima imago Ialysi. Idem *cap. vlt. lib.* 15.

Mĕmŏrōsus, & Memoriosus, si, qui memoria præditus est. Corn. Fronto *de diff. voc.* Memoriosus habet ad dicta factáque memoriam.

Mĕmŏrĭōsē, aduerb. Idem Corn. Fronto, Memoriosè qui facit, ostendit in omni re naturæ bonum. Vide *Memoriter.*

Mĕmmĭŭs, Ciuis Romanus, qui de ambitu postulatus fuit à Quint. Curtio, teste Cicerone ad Quintum fratrem *lib.* 3. à quo Memmiorum familia.

Memnon, teste Homero, filius fuit Tithoni fratris Laomedontis ex Aurora susceptus qui cum maxima Orientalium populorum copia in auxilium venit Priamo, & in pugna ab Achille occisus, vel (vt alij tradunt) à Thessalis insidiis occisus est: qui cùm in rogo cremaretur, precibus Auroræ in auem mutatus est: ex eadémque pyra multæ aliæ aues euolarunt, quæ Memnonides vocantur. Has ferunt quotannis ex Æthiopia ad Memnonis sepulchrum, quod est iuxta Ilium, aduolare. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Eoásque acies & nigri Memnonis arma.

Strabo *lib.* 15. vbi sepulturæ eius mentionem facit. Memnonius color. id est, niger. Ouid. 3. *de Ponto Eleg.* 3.

Memnonio cygnos esse colore putem.

Multi enim putant Memnonem Æthiopem fuisse.

‖ Mempanis torporibus. Isid. gl. ‖

Mĕmphĭs, { מף *moph* נף *noph*. μέμφις. } Vrbs Ægypti regia, ab Ogdoo Rege condita, & à nomine filiæ eius appellata. { Ein haupt stat Egypti. } Hæc inter omnes Ægypti vrbes secundùm ab Alexandria locum obtinuit, pyramidibus, & regum sepulchris, in primis insignis. Eius ambitus traditur fuisse centum & quinquaginta stadiorum. Sita est hæc vrbs in loco totius Ægypti opportunissimo; vbi Nilus in duas scissus partes literæ Δ, speciem præbet: quo fit vt portuosissima sit, omníque penè ex parte nauigiis aditum præbeat. Vulgus hodie *Alcayrum* vocat. ¶ Hinc fiunt duo patronymica, vnum masculini generis, Memphites, æ, alterum fœm. Memphitis, idis, Tibull. *lib.* 1. *Eleg.*

Barbara Memphitem plangere docta boum.

Iuuen. *Satyr.* 15.

———*ánne aliam tetra Memphitide sicca*
Inuidiam facerent nolenti surgere Nilo?

Mĕmphītĭcŭs, a, um, adiect. Ouid. 2. *de arte amandi.*

Neu fuge Niligenæ Memphitica sacra iuuencæ.

Mĕmphītēs, æ, vel is, μεμφίτης, Lapis pinguis varióque colore, in membris secandis, vel vrendis citra omne periculum sensum adimens, de hoc Dioscor *lib.* 5.

Mĕmprĭcŭs, Rex Britanniæ, qui fratem Malyn exuit vita, vt eo mortuo regnaret. Autor. Volaterranus.

‖ Mempsis, querimonia.

Memptica, accusatoria, expostulatoria.

Memptimœria, crebra querela de suâ sorte. ‖

Men. Pacuuius apud Gell. *cap. vlt. lib.* 15. Men' me seruasse, vt essent qui me perderent? Men' hodie conuenisse re audes dicere, Plaut. *Men. sc.* 8. *a.* 5. Abi ad Acheronte venefica. Idem *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Men' rogas. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4.

Mĕnă, μαίνη, apud Romanos fuit dea, quæ menstruis fluxibus præesse putabatur. Quo etiam nomine dictus est piscis quidam breuis, μαινὶς, qui hyeme candidus, æstate nigrior fit: sed tunc Mæna cum diphthongo scribitur. Cic. *de finib.* Qui voluptatem contemnunt, eis licet dicere, se accipenserem mænæ non anteponere. Martialis *lib.* 11.

———*& caudam cibij breuésque mænas.*

Hunc piscem eundem esse cum halece Theodoro credimus, qui ex Aristot. Helecem vertit, quem ille μαινίδα appellat.

Mĕnæchmŭs, μέναιχμος, Philosophus Eudoxi auditor, qui Platonis temporibus vixit, & scripsit libros tres, in libros Platonis de Republ. ¶ Menæchmus item Sicyonius historicus, qui scripsit historiam Alexandri Magni. Meminit vtriusque Suidas. Item est quoque Menæchmus nomen proprium viri. Plaut. *Menach. sc.* 1. *a.* 2. Audin' Menæchme, &c.

Menæchmi, μέναιχμοι. Apud Plautum cœmedia, in qua fratres gemini introducuntur eiusdem nominis, qui indiscreta similitudine miros aspicientium errores excitant.

‖ Menagyrta, μηναγύρτης, qui singulis mensibus aliquid colligit. ‖

Mĕnălcās, μενάλκας, Pastoris nomen apud Virg. 3. *Eclog.*

Menalīppā, æ, vel Menalippe, es, μελανίππη, fuit Antiopes Amazonum reginæ soror. Hæc ab Hercule capta dicitur in bello quod contra Amazones gessit, quam quum Antiopæ sorori restitueret, accepit pretium, arma reginæ & balteum. Nam hæc quoque ex eo bello reportare fuerat iussus ab Aristeo. Iuuen. *Satyr.* 8. Sirma vel Antigones, seu personam Menalippes.

Menalippides, μελανιππίδης, Poëta Melius genere, scripsit Dithyrambicorum plures libros, & poëmata epica, & epigrammata, & elegos. ¶ Huius ex filia nepos Menalippides iunior, item poëta, scripsit Lyrica & Dithyrambica. Vixit, mortuúsque est apud Perdiccam regem Macedoniæ Suidas.

Menalippus, μελάνιππος, Thebanus quidā fuit, qui Tydeum in pugna apud Thebas lethaliter vulnerauit. Qui quum mortem appropinquare videret, adeò impatienter tulit, vt ferè in rabiem versus sociis iusserit, vt vulneratoris caput ad se deferrent. Sic enim apud Statium vociferatur

———*caput ô mihi si quis Apportet Menalippe tuum.*

Qui postquam illud multo sanguine fuso detulissent, mordicus arripuit, ac ceruici non aliter, ac canis rabidus, dentes infixit: quúmque illud bestiali ritu deuoraret, occubuit. ¶ Fuit & alter Menalippus Tydei frater, quem Tydeus in venatu fertur peremisse, óbque id fratricidium exulasse. ¶ Fuit & tertius Menalippus Troianus, quòd virtute præstaret, à Priamo filij loco est habitus.

MĕNĂNDER, μένανδρος, Poëta comicus, Theophrasti discipulus, strabus fuit, mente acutus, amore in mulieres insanus. Scripsit fabulas LXXX. & epistolam vnam ad Ptolemæum regem, aliáque nonnulla soluta oratione. Hæc Suid. Quint. *lib.* 10. *cap.* 1. Menander meo quidem iudicio diligenter ad cuncta quæ præcipimus efficienda, sufficiat. Ita omnem vitæ imaginem expressit, tanta in eo inueniendi copia, eloquendi facultas, ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus. Ouid. 2. *Trist.*

Fabula iucundi nulla est sine amore Menandri.

Legitur & Menandros, Græcorum more. Idem *lib.* 1. *Amor.*

Dum fallax seruus, durus pater, improba lena
Vixerit & meretrix blanda, Menandrus erit.

¶ Menander autem Loadiceus sophista, scripsit commentarios in artem Hermogenis, & in præexercitamenta Minutiani. Suidas. ¶ Menander alius Simoni Mago successit, non solùm eius referens impietatem, sed longè maioribus superans portentis. Se se enim iactitabat seruatorem esse ex Olympo, ad hominum salutem demissum, docebátque nullo alio pacto Angelos ab hominibus vinci, aut cogi posse, quàm artis magicæ disciplina & baptismo à se traditis, ex quibus solis immortalitatem humano generi contingere posse asseuerabat. Hæc Irenæus.

Menandréus, adiect. μενάνδρειος. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 6.

Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim Tanta.

Mĕnăpĭi, μενάπιοι, populi qui ad vtranque Rheni ripam habitant, proximi Vbiis, Eburonibus, & Sicambris. Vnde coniecturam facere possumus esse eos, quos hodie Iuliacenses vocamus & Cliuenses: quanuis Menapiorum olim latiores fuisse videntur fines, quàm hodie sunt Iuliacensium, & Cliuensium. { Die Geldrer im Herzogthumb Gülch. }

Menarchus. Est nomen proprium. Plaut. *Capt. prologo.*

Menaria, lege *Manaria.*

‖ Menaulum, iaculi species. Leo. const. ‖

Menceps, mente captus. Priscian. *lib.* 1.

MĕNDĂ, æ, & Mendum, i, à minus. propriè est defectus. hinc emendo. Error, erratum, vitium. { משגה *mischghéh* משוגה *meschughah* שגגה *schegagháh* עקשות *tikkeschúth.* πλάσμα. GALL. *Faute.* ITAL. *Menda, errore.* GERM. Ein fäler oder irthumb. HISP. *Tacha, ò manzilla, ò mentira, error y fatta.* ANGL. *An errour à faut inwritting.* } Cecinna Ciceroni *lib.* 6. *fam.* Mendum scripturæ litura tollere. Ouid. *lib.* 1. *de arte.*

Nocte latent mendæ, vitióque ignoscitur omni.

Cic. *Attic. lib.* 2. Castritianum mendum nos corrigemus, &c. Idem 4. *Verr.* Quod mendum ista litura correxit. Quam mendam, legit Nonius. id quod Victorius admonuit. Ouid. *Amor. Eleg.* 5.

In toto nusquam corpore menda fuit.

Menda esse videbatur in hoc verbo, Gell. *c.* 7. *lib.* 1. Neque menda, neque vitium in eo verbo. Idem *ibidem.* Mendæ indoles inoleuit in plureis libros. Gell. *c.* 5. *lib.* 20. ¶ Hinc etiam fit verbum Emendo, as, quod est quasi mendas tollo. Remendo, Latinum non est: quanuis id recensuerit Calepinus in deriuata à nomine Mendum, deceptus corrupto loco Columellæ, quem sic citat ex *lib.* 3. *c.* 17. Quidam flagellum totum, sicut erat matri detractum, crediderunt rationi conuenire, ídque per gemmas quinas, vel etiam per senas partiri, complures tale oleaster remendauerunt: quod ego minimè probo. Quo in loco castigatiora exemplaria sic habent, *Taleolas terræ mandauerunt.*

Mĕndōsŭs, a, um, quod est erroribus plenum, corruptus, vitiatus. { נעקש nekkásch מעקש metukkásch. πλημμελής. GALL. *Incorrect, plein de fautes.* ITAL. *Pieno d'errori, scorretto.* GERM. Voll fäler. HISP. *Cosa llena de mentiras y erratas incoregible.* ANGL. *Full of erroures, or faultes.* } vt, Exemplar mendosum, apud Plin. *in Epist.* & Cic. 4. *Verr.* Cur seruus societatis, qui tabulas confecerit, semper in Verrutij nomine certo ex loco mendosus esset? Idem 2. *de Orat.* Deinde singulorum generum partes, in quo & deesse aliquam partem, & superare mendosum est. Idem *de clar. Orat.* Quanquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior. ¶ Accipitur quandoque pro vitioso & deprauato. Ouid. 2 *Amor.*

Non ego mendosos ausim defendere mores.

Horat *in Serm.*

Mendosa est natura.

Mĕndōsē, incorruptè, inemendatè, corruptè, deprauatè. { πλημμελῶς ψευδῶς. GALL. *Auec beau coup de fautes.* ITAL. *Scorrettamente, con molti falli.* GERM. Fälschlich/vnfleissiklich/mit vil fäler. HISP. *Mentirosamente, con muchas erratas.* ANGL. *VVith many faultes.* } Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 3. De Latinis verò quò me vertam nescio, ita mendosè scribuntur & væneunt. Idem 1. *de Inuent.* Neque eò dico, quòd eius

quam condit, mihi mendosissimè scripta videatur, &c. Persius *Satyr.5*

——— mendosè colligis, inquit

Stoicus, hic autem mordaci lotus aceto.

Mĕndācĭum, cij, est orationis vanitas. { שקר *schéker* כזב *cházab* כחש *cháchasch.* ψεῦδος. GALL. *Mensonge, menterie.* ITAL. *Bugia, menzogna.* GERM. Ein lugen HISP. *Mentira.* ANGL. *A lie or leasing.* } Ouid. *Epist.* 21.

Nec vos decipiant blandæ mendacia linguæ.

Cic. *pro Cluent.* Homo qui esset totus ex fraude & mendacio compositus. Idem *pro Murana*, Improbi hominis est mendacio fallere. Mendacium dicere etiam sapienti concessum, Quint. Dij te perdant cum istis tuis omnibus mendaciis, Plaut. *Pseud. sc.2. a.3.* Mendacium quod commentus fui, (i.dolus.) *Ibid. sc.3.a.2.* Si dixero mendacium solens meo more fecero. Idem *Amphitr.* Nec mendaciis subdolis meis est mantellum. Idem *Capt. sc.3.a.1.* O hominem lepidum te quoque etiam dolis, & mendaciis. Idem *Pseud. sc.1.a.4.* Mera iam mendacia fundis. *Ibidem.* Magnum & imprudens mendacium. Cic. *pro Cluent.* Dicere mendacium, & Mentiri, quid differant, vide in verbo, *mentior, ris.*

Mēndāciŭncŭlūm, li, diminut. Paruum mendacium. { τὸ μικρὸν ψεῦδος ἢ ψευδολόγημα. GALL. *Petite mensonge, petite menterie.* ITAL. *Bugia bierda.* GERM. Ein kleine lugen. HISP. *Pequeña mentira.* ANGL. *A litle lie.* } Cicer. *lib.* 1. *de Orator.* Quod tamen est mendaciunculis aspergendum.

Mēndāx, cis, Vanus, futilis, qui dicit mendacium. { כחש *chechásch* כוב *chozéb.* λογοποιὸς ψεύστης. GALL. *Menteur.* ITAL. *Mendace, bugiardo.* GERM. Lugenhafftig. HISP. *Mentiruso.* ANGL. *A lier.* Cic. *pro Rosc. Com.* Quid interest inter periurum & mendacem? qui mentiri solet, peierare consueuit. Idem 2. *de diuin.* Mendaci homini ne verum quidem credere solemus. Virg. 8. *Æneid.*

Raptabátque viri mendacis viscera Tullus

Per syluam & sparsi rorabant sanguine vepres.

Splendidè mendax, Horat. 3. *Carm. Ode* 11. Fuit mendax mihi, hoc est, falsò mihi persuasi, Ouid. *Epist.2.* ¶ Et genitiuo iungitur: vt, Mendax huius rei, id est, de hac re mentitur. Plaut. *in Asin. sc.2. a.5.* Si huius rei esse mendacem inueneris. Et speculum mendax esse querere tuum, Ouid. *Eleg.7. lib.3. Trist.* Mendacem & gloriosum reperias apud Cloacinæ sacrum. Plaut. *Curc. sc.1.a.4.* Haud mendacia tua verba. Idem *sc.2. a.2.* Verum amo, mendacem odi. Idem *Most. sc. 3.a. 1.* ¶ Mendax fit Comparatiuum mendacior, Superlatiuum Mendacissimus, & Aduerbium Mendaciter, ψευδῶς.

Mēndācĭlŏquus, qui loquitur Mendacium. { כחש *chechách* כוב *chozéb.* ψευδολόγος. GALL. *Menteur, qui dit mensonges.* ITAL. *Che dice bugie, bugiardo.* GERM. Ein lugenreder oder lugemaul. HISP. *El que habla mentiras, mentiroso* ANGL *A lier, that telleth le asiuges.* } Plaut. *in Trin.* Nihil est profectò stultius, neque stolidius, neque mendaciloquus, neque argutum magis.

Mendæ, Μένδαι, vrbs Siciliæ propè Palicos. Vnde Mendæus Steph.

Mende, Μένδη, vrbs Thraciæ à Mende, vel Mendi muliere. Inde vinum Mendæum. Steph.

Mendes, Μένδης, vrbs Æpypti iuxta Lycopolin, vbi Pana & hircum colunt. Ciuis Mendesius, aut Mendites, Steph.

Mendesicum Μενδησικόν. Vnum ex Nili ostiis, autore Plin. *lib.5. cap.10.*

Mendesium, Μενδήσιον, Ægypti oppidum, cuius incolæ Mendesij, Μενδήσιοι, appellantur. Herodot. *lib.* 2. dictum existimat à Pane, qui ibi sub hirci specie colebatur. Hircus enim Ægyptiorum lingua Mendes appellatur. Ab hoc etiam oppido vicinum Nili ostium Mendesium dictum fuit. ¶ Mendesium quoque vocatur nobilissimi vnguenti genus, quod ex hac vrbe præstantissimum mittebatur: de quo Plin. *lib.13. c.1.*

Mēndĭcŭlă, πτωχικὴ στολή. Vestis à Mendice dicta, quod magistratus nomen erat apud Oscos, vt ait Festus. Plaut. *Epid.* Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam?

Mendicium, & Mendicum, (inquit Festus) dici putant velum, quod in prora ponitur.

Mēndīcus, qui victum ostiatim quæritat. { רש אביון *rasch. ebión* πτωχὸς προσαίτης. GALL. *Mendiant, qui demande l'aumosne.* ITAL. *Mendico, pitocco.* GERM. Ein bättler. HISP. *Mendigo, el que pide mendigando.* ANGL. *A begger.* } Et, vt refert Festus, Verrius dictum putat à mente, quòd mentem eius fefellerit fortuna: vel à medendo, quòd premeretur omnes, vt vitæ suæ medeatur cibo: vel quòd manu indicet. Plaut. *in Trin.* Semper mendici molesti sunt. Idem *Persa*, Cum hac dote poteras, vel mendico nubere. Quid tibi nos, mendice homo, est tactio? Idem *Aulul. sc.2.a.3.* Cicer. 5. *Tuscul.* Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest, quanuis sit sapiens. Apud Ciceronem *pro Murena*, legimus superlatiuum Mendicissimus, pro miserrimo pauperrimóque. Solos (inquit) sapientes, si distortissimi sint, formosos, si mendacissimi, diuites. ¶. Interdum accipitur pro infirmo & imbecillo, Cic. 3. *de Orat.* Instrumentum autem hoc forense, litigiosum, acre, tractum ex vulgi opinionibus exiguum sanè ac mendicum est, hoc est, infirmum & inualidum, quódque mendici in morem alienum postulet auxilium.

Mendiculus, diminutiuum. { ὁ πτωχίσκος GALL. *Belistreau, cagnardeau.* ITAL. *Mendico picciolo.* GERM. Ein bättlerlin. HISP. *Mendigo pequeño.* ANGL. *A litle poore begger.* } Cic. *in Catilina*, Collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus, &c.

Mendico, as. Vitæ alimenta postulo ostiatim. { שאל *scaál*, προσαιτέω, πτωχεύω. GALL. *Mendier, demander l'aumosne.* ITAL. *Mendicare.* GERM. Bättlen/heuschen. HISP. *Mendigar.* ANGL. *To begge, to ask his almouse.* } Iuuen. *Satyr.6.*

Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem.

Mendicare sibi malum, per metaphoram dixit Plaut. *in Amph.* Quia senecta ætate à me mendicas malum. Veteres etiam mendicor pro mendico dicebant, vt idem Plaut. *in Vidularia*, Malim moriri meos, quàm mendicarier. Boni ministrantur, illum nunc irrident mali. Ex Nonio. Pater vænibit potius, quàm te sinam egere, aut mendicarier, Plaut. *Mostell. sc.3.a.1.* Mendicare semper aliquid, Apul. *Apolog.1.* Mendicare stillicidia, Senec. *cap.* 11. *de tranquill.* Histrionem cogis mendicarier, Plaut. *Capt. prolog.* Item, Opus est. M. Scio, vt mendices. *Ibid. sc.4.a.2.*

Mēndĭcāns, participium. { שאל *scholé.* πτωχεύων, προσαιτῶν. GALL. *Mendiant.* ITAL. *Mendicante.* GERM. Bättlend. HISP. *Mendigo.* ANGL. *Begging.* } Plaut. *Capt. sc.2.a.2.* decere videatur magis Me saturum seruire apud te, sumptu & vestitu tuo, Quàm illic, vbi minimè honestum est, mendicantem viuere.

Mēndĭcātŭs. Aliud participium: vt Cibo mendicato pasci, Ouid. *6. Trist.*

Mendicatio, verbale. Seneca *Epistola* 102. Quid sibi vult tam fœda vitæ mendicatio?

Mēndĭcĭtās, Inopia, paupertas, egestas. { רש *rosch* חסרון *chesrón.* πτωχεία. GALL. *Mendicité, pauvreté, iusques à mendier d'huis en huis.* ITAL. *Pitocheria, mendicatione.* GERM. Bättelwerck/bättlerey/grosse armut vnd mangel. HISP. *Mendiguez.* ANGL. *Extreme pouertie, beggerie.* } Cic. *pro Flacc.* Potuit dare Sextilius? nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis. Plaut. *Ruden.* Mendicitatem mihi obtulisti opera tua, Dum tuis ausculto magnidicis mendaciis. Cic. 5. *de finib.* Quum & mendicitatem multi perpetiantur, & viuant. Idem *in Catil.* Vt omnes animi cruciatus, & corporis egestas, & mendicitas consequatur. Qui se properent ad mendicitatem detrudere. Idem *Men. sc.3.a.1.*

Mendicè, cui opponitur plena manu. Senec. *Epist.33.*

Mēndĭcĭtĕr, Miserè, & tenuiter. πτωχῶς.

Mēndĭcĭmōnĭum, Inopia, πτωχία, qua voce vsus est verborum insignis innouator Laberius, vt refert Nonius. Et Gell. *c.7. lib.16.*

Mendicabulum, Mendicatio ipsa, siue ipse mendicus. { רש *resch* חסרון *chesrón.* πτωχεία. GALL. *Mendicité.* ITAL. *Pitoccheria, mendicatione.* GERM. Ein abbättlung oder ein bättler. HISP. *Mendiguez.* ANGL. *Beggerie.* } Plaut. *in Aul. sc.5.a.4.* Nam istos reges memorare nolo, hominum mendicabula.

Mendum, vide *Menda.*

Menecina, Μενεκίνη, vrbs mediterranea OEnotriæ, à qua Menecinæi, Μενεκινεῖοι. & Meneceni populi. Steph.

Menecrates, Μενεκράτης, Æliano teste, medicus fuit Syracusanus, qui ab ægrotis aliam mercedem non stipulatur, quàm vt ipsum Iouem appellarent, se se autem illius seruos faterentur. ¶ Alter Menecrates comicus poëta fuit, vt scribit Suidas.

‖ Mene, defectus lunæ. Item luna. Cath. ‖

Mĕnēdēmĭum, Μενεδήμιον, vrbs Lyciæ, Gentile Menedemius, vel Menedemicus. Steph.

‖ Menedēmus, à Luna & populo quis dictus. Plaut. ‖

Mĕnĕdēmŭs, Μενέδημος, Philosophus ex Eretria ciuitate, à quo Philosophi Eretriaci dicti sunt. Eretria verò in Eubœa est, vt inquit Strabo *lib.* 9. Hic militiam primò exercuit, postea ad Platonem concessit. Fuit honestate & grauitate insignis, status corporis in sene, vt in iuuene, firmus & validus. Et quum primus ab omnibus ludibrio haberetur, postea tanta in admiratione habitus, vt ciuitatis gubernacula ei traderentur. Obiit vitæ suæ anno septuagesimo tertio. ¶ Fuit & alius Menedemus Lampsacenus Cynicus, qui in tam prodigiosam venerat superstitionem, vt sumpto habitu Furiæ, prodiret, dictitans se exploratorem ex inferis venisse, delaturum dæmonibus mortalium peccata. Pullatus ambulabat cum tunica talari adstricta balteo puniceo. Arcadicum pileum gestabat, cothurnos tragicos, virgam in manu, autor Laërtius. ¶ Item alius Rhodius, Aristotelis auditor, de quo vide Aristotelis iudicium apud Gellium *lib.13. cap.5.*

Menelætus. { Μενελαέτος. ANGL. *An hauke called a saker* } Auis ex aquilarum genere, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans, quæ sola fœtus suos alit, frequénsque versatur in montibus, Vide Plin. *lib.10. cap.3.*

Menelaus, Μενέλαος, filius Atrei, & Æropes, vt Homerus tradit, Plisthenis verò vt Hesiodus, & frater Agamemnonis, rex Spartæ qui Helenam Iouis, & Ledæ filiam, vxorem habuit: quam quum Paris Priami filius eo absente rapuisset, legatos ad Paridem misit qui illam repeterent: sed quum reddere nollet, omnes totius Græciæ principes ad bellum conuocauit: qui collecto maximo exercitu, ad vnum omnes sub Agamemnone rege in excidium Troianum coniurarunt. Qúmque iam tota Phrygia, atque Mysia deuastata, Ilium Priami regiam decennali bello oppugnassent, tandem fraude magis, quàm viribus expugnauerunt: ita Helena recepta post octauum erroris annum, domum rediit. Virg. *lib.2. Æneid.*

Et Menelaus & ipse doli fabricator Epeus.

Menelaus legatus cum Vlisse venit Troiam, Ouid. 13. *Metam.*

Menelaus, Μενέλαος, vrbs Æpypti. Strab. *lib.* 14. & regio Menelaites. Est etiam Menelaium, Μενελάιον, patua regio Spartæ, Gentile, Μενελαΐδης, possessiuum Menelaicus: sed ab Ægyptia vrbe Menelaites dicitur Stephan.

Menephron, viri proprium qui cum matre occubuit, autore Ouid. *lib.7. Metam.*

‖ Meneo olim erat pro moneo.

Menerua veteribus, quod postea Minerua.

Meneruo, moneo antiqua vox, vnde *promeneruat* monet, in Saliari carmine. Scalig. ‖

Mĕnēs, Μήνης, teste Herodoto, primus omnium hominum in Ægypto regnauit, sub quo tota Ægyptus præter Thebaicam plagā palustris fuit.

Mĕnĕsthĕus, Μενεσθεύς, viri fortis nomen, qui vnà cum Adrasto & Thydeo profectus est ad bellum Thebanum. Vide Strab. *lib.* 6. *Thebaid.*

Mĕnĕsthō, Μενεσθώ. nomen Nymphæ, à memorando dictum.

Mĕnĕsthĭŭs, Μενέσθιος, fuit Arithoi & Philomedusæ filius, ex Arna ciuitate, quem Paris in bello Troiano occidit Hom. *in initio lib.7. Iliad.*

Meniana, Ædificia appellata sunt à Menio Censore, inquit Festus, qui primus in foro vltra columnas tigna proiecit, quo ampliarentur superiora spectacula. Ascon. autem huius verbi originem sic explicat Menius quum domum suam venderet Catoni & Flacco Coss. vt ibi basilica ædificaretur, exceperat ius sibi vnius columnæ, super quam tectum proiiceret ex præuolantibus tabulatis, vnde & ipse, & eius posteri spectare munus gladiatorum possent. Ex illo Menia columna vocitata est. Ex quibus apparet error Porphyrionis, cùm scribit Menium scurrilitate notissimum post abrosum patrimonium vendidisse domum

quam habuerat ad forum spectantem, vna sibi recepta columna, vnde gladiatores spectaret, quæ ex eo Menij columna nominabatur. Super hac columna, (vt nonnulli tradiderunt, (Menius tectum proiecit & tabulata: vnde & ipse & posteri eius spectare munus gladiatorium possent. Vnde factum putatur, vt omnia id genus ædificia Menia vocarentur. Suet. *in Calig.* Pauci è proximis Menianis spectabant.

‖ Meniaticum, tributum menstruum. Lex. gr. b. ‖

Mēningēs, μήνιγγες: Membranæ duæ sunt, cerebrum circunquaque contegentes, quarum exterior, quæ aduersùs cranij impressiones cerebri veluti propugnaculum est & tegumentum, Crassa, siue Dura meninx appellatur: & vulgò *Dura mater.* Hæc cranium intus succingit, inter se & alteram meningem tantum relinquens spatij, quantum cerebri pulsibus satis est. Est autem hæc cribri ritu perforata, duplicatúrque, vt commodiùs venas muniat, quas in se habet ad summum capitis verticem ascendentes. Altera cerebro penitus coniuncta est, quæ quod tenuissimæ illi membranæ (quam in fœtu χόριον, id est, secundas vocant) persimilis sit, χοροειδὴς appellatur *Pia mater.*

‖ Menimgophylax, membranæ custos. lamina ænea, quâ chirurgi vtuntur in capitis vulneribus curandis. L. M. ‖

Mēnīnx, μῆνιγξ, nomen insulæ, ex aduerso minoris Africæ (vt docet Plin. *lib.* 5. *c.* 7.) quæ in longitudinem patet triginta tantùm millia passuum, in latitudinem viginti quinque. Vulgò *Gelues.*

‖ Menior, melior antiq. Scalig. ‖

Mēnīppūs, Μένιππος, Phœnix philosophus Cynicus, conditione seruus, qui nihil memoria magnopere dignum reliquit, præter Nænias aliquot, Testamenta, & Epistolas, & id genus crebris salibus, Cynicáque mordacitate refertas: ad quarum imitationem. M. Varro Satyras conscripsit, quas ab illius nomine Menippeas appellauit, vt tradit Macrobius *in Saturn.* Hic ad rem augendam tam auidus fuisse dicitur, vt etiam nauticum fœnus exerceret, Qua ratione immensam pecuniæ vim breui congessit, quam quum per insidias sibi comperisset esse ereptam, laqueo vitam finiuit. Hæc Diogenes Laërtius. ¶ Fuit item, teste Suida, Menippus quidam Poëta Comicus. ¶ Alius item Stratonicensis, tota Asia disertissimus, præceptor Ciceronis, vt ipse in Bruto testatur. Pòst à me (inquit) Asia tota peragrata est, cum summis quidem oratoribus, quibuscum exercebat ipsis iubentibus, quorum erat princeps Menippus Stratonicensis: meo iudicio, tota Asia illis temporibus disertissimus: & si nihil habere molestiarum, nec ineptiarum, Atticorum est, hic orator in illis numerari rectè potest. Hactenus Cicero *in Bruto.*

‖ Meniscor, inusitatum, vnde comminiscor, reminiscor,

Meniscus, μηνίσκος, lanula.

Menisterium, mensa, in qua posita conuiuij pocula. Lex. gr. b. ‖

Mēnīus, Lycaonis filius, qui quum patre in lupum verso, & domo conflagrante Iouem detestaretur, ab eodem fulmine percussus est.

Mēnīūs Cos. Romanus, anno ab vrbe condita 430. deuictis nauali prælio priscis Latinis & Antiatibus, eorum rostra nauium ærata in foro posuit, appellaríque forum Rostra cœpit. Autor Liu. *lib.* 8. & Plin. *lib.* 34. *cap.* 5.

‖ Menianus, a, um, ad Menina pertinens. ‖

Mēnlēārīā, Μενλεάρια Ptolemæo *lib.* 2. *cap.* 6. Hispaniæ vrbs: vulgò, *Marcia.*

Mēnōdōtūs, Μηνόδοτος. Medicus insignis, ætate Serapionis, cuius meminit Galenus *in Therapeut.*

Mēnoecēūs, Μενοικεύς, Thebanus filius Creontis, qui pro patriæ salute sanguinem suum, atque adeò vitam ipsam sponte profudit. Nam quum Thebanis eo tempore, quo ab Argiuis obsidebantur, redditum esset oraculum, vrbem saluam fore, si vltimus ex Cadmi posteris, spontanea se morte manibus eius deuoueret, intelligens Menœceus oraculum illud ad se pertinere, nihil cunctatus, suo sibi gladio necem consciuit. Vide Stat. 10. *Thebaid.*

Mēnoēcīs, Μηνοικίς, Vrbs Phocensium vltima quæ ad Occasum vergit.

Mēnoētēs, Μενοίτης, nomen vnius ex sociis Æneæ. Virg. 5. *Æneid.*

Rectorem nauis compellat voce Menœten.

Mēnoētīūs, Μενοίτιος, teste Homero, filius Actoris ex Ægina, quam vitiatam Iupiter illi in coniugem dederat. Hic postea relicta Ægina matre Opuntem Locrorum se contulit: ibique Patroclum ex Sthenele vxore suscepit, qui ab eo Menœtiades appellatur. Ouid. *in Epist. Penel*

Siue Menœtiadem falsis cecidisse sub armis, &c.

Menoles, vide Menoles cum diphthongo.

Menologium, μηνολόγιον, liber in quo mensium ratio redditur, à μὴν mensis, & λόγος ratio.

Mēnōn, onis, Μένων, Arrogantissimus Sophista, Socratis ætate: cuius meminit Plutarchus in libello, quem περὶ πολυφιλίας inscripsit.

Mēnōphīlūs, Μηνόφιλος, Eunuchus fuit, cui Mithridates à Pompeio victus filiam seruandam dedit in arce quadam: quam quum Manlius Priscus obsedisset, defensoré(que deditionem parantes Menophilus sentiret, puella interfecta, gladium in viscera sua compegit, veritus ne captiua raperetur & violaretur. Autor Ammianus Marcel. *lib.* 16.

Mēnōscā, Μένοσκα Oppidum Vardulorum in Tarraconensi Hispania. cuius meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 20. & Ptolemæus *lib.* 2. *cap.* 6.

Menosgada, vide *Monosgada.*

Menothārūs, Μηνόθαρος, fluuius in Mæotim influens, cuius meminit Plin. *lib.* 9. *cap.* 7.

Mens, tis, fœm. gen. & olim quoque in recto *mentis.* Animus, intelligẽtia, memoria. דעת *dehâth.* νοῦς. GALL. *Entendement, pensée, esprit, memoire.* ITAL. *Mente, pensiero, memoria.* GERM. Der verstand/vernunfft/das gemüth. HISP. *Entendimiento ò memoria.* ANGL. *The mynd. the vnderstanding the thoght.* } Est princeps animæ facultas, qua solus homo præditus cæteris antecellit animantibus, quáque res incorporeas, & ab omni materia abstractas contemplatur. Hinc fit, vt mentem plerique dictam existiment quasi eminentem, siue quòd inter omnes animæ facultates maximè emineat, siue quòd per eam inter animalia plurimùm emineamus. Ouid. 15. *Metam. Mente deos adiit.*

Vt tibi solicita sensibus ereptis mens excidit,

Catull. *de com. Beren.*

—Vt longi tædia belli

Mente ferant placida,

Ouid. 13. *Metam.* Bona mente, vel mala facere Quintil.

— Mea semper placuerunt otia menti,

Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Sic igitur carmen, recta si mente legatur,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

— Tota tibi mente, mihíque

Gratulor,

idem *Eleg.* 8. *lib.* 1. Mens in querelis. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Melius est, mulier, sanam mentem sumere. *Ibidem.* Hæc sola sanam mentem gestæ mearum familiarium, idem *Amph. sc.* 1. *a.* 5.

Hac ego summotus qua possum mente videbo,

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Qui duo corporibus, mentibus vnus erant.

idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* & quod natura negabat Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit. Cic. *de senect.* Homini siue natura, siue Deus, nihi mente præstantius dedit. Idem *pro Rabirio*, Itaque cùm multis aliis de causis virorum bonorum mentes diuinæ mihi atque æternæ videntur esse, tum maximè, quòd optimi & sapientissimi cuiusque animus, ita præsenti in posterum, vt nihil nisi sempiternum spectare videatur. Idem 2. *Offic.* Hominis autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquirit, aut agit, videndíque & audiendi delectatione ducitur. Lactant. *lib.* 7. Primùm non idem est mens & anima. Aliud est enim, quo viuimus, aliud quo cogitamus. Nam dormientium mens, non anima sopitur: & in furiosis mens extinguitur, anima manet. Et ideo qui mentis compotes non sunt, non excordes, sed dementes appellantur. Mens ergo, (id est, intelligentia) vel augetur, vel minuitur pro ætate: anima in statu suo semper est. Et ex quo tempore spirandi accepit facultatem, eodem vsque ad vltimum durat, donec emissa corporis claustro, ad suam sedem reuolet. Thales Milesius, Velocissimum (inquit) omnium quæ sunt, est mens: nam tantæ celeritatis est, vt vno temporis puncto cælum omne collustret, maria peruolet, terras & vrbes peragret. Inter animum quoque & mentem interest, quòd Mens sit cogitationis, consiliíque subtilitas quædam, certæ orationi consentanea. Ideo amentes, & dementes dicuntur, qui nullo consilio vtuntur. Animus verò est vitæ, & voluntatis fundamentum. Plaut. *in Cistell.* Exanimor, differor, distrahor, diripior, ita nullam mentem animi habeo. Idem *in Epid.* Pauor territat mentem animi, neque est vbi meas collocem spes. Item Ouid. *El.* 1. *lib.* 3. *Trist.* Iuro hunc animum fauisse tibi & qua sola potui mente, fuisse tuum. Catull. *ad Ortalum,*

Nec potis est dulces Musarum expromere fœtus

Mens animi.

Et Gell. *cap.* 2. *lib.* 15. Mentem animúmque. Ex quibus testimoniis clarissimè ostenditur, Mentem esse rem diuersam ab Animo. Alioqui enim ineptè, & à Cicerone regnum animi menti datum, & à Plauto animi mens dictum esset. Similiter etiam Terent. *in Andria*, Animum & Mentem res diuersas facit. Mala (inquit) mens, malus animus. ¶ Accipitur quandoque pro voluntate, sententia, siue (vt vulgus loquitur) intentione. Virg. 1. *Æneid.*

—In primis regina quietum

Accipit in Teucros animum mentémque benignam.

Cicer. 4. *Tuscul. quæst.* Humanus autem animus qui deceptus est ex mente diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo (si hoc est fas dictu) comparari potest. Hic igitur si est excultus, & si eius acies ita curata, vt nec necetur erroribus, fit perfecta mens, id est, absoluta ratio, quod est idem quod virtus. Ponitur quandoque Mens pro consilio, γνώμη. Virg. 1. *Æneid.*

— Nostram nunc accipe mentem.

Quandoque pro animo. Cic. 1. *de Orat.* Ego autem defendebam hac eum mente fuisse, &c. ¶ Suæ mentis esse dicuntur, qui sibi rectè prospiciunt, & bonam mentem habent. Idem *in Pisonem.* Hic si mentis esset suæ, nisi pœnas patriæ, &c. ¶ Deponere mentem mentúmque in gremiis mimarum, dixit idem *in Anton. Philipp.* 3. ¶ Huius composita sunt, Amens, Demens, Vehemens. ¶ Mente captus, pro amente accipitur, ἄνους, παράφρων, quemadmodum Oculis captus, pro cæco. Festus. Mente captus dicitur, quum mens ex hominum potestate abiit. Mente lapsi (i. furiosi.) Suet. *in August. c.* 48. & Senec. *epist.* 36. Item egentes mentis. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Qui legis Electram & egentem mentis Orestem.

Venit in mentem illa res, vel illius rei, vel de illa re, id est, illius rei memini. Cicero. Scin' quid nunc in mentem venit mihi? Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Venit in mentem mihi petere argentum. Idem *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Vt lepidè, vt astutè de speculo in mentem venit malæ! Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. *Ibidem sc.* 4. *a.* 1. In mentem venit modò (mox.) Iam memini. Et, Non cuiquam eorum in mentem venit rectè facere. (i. non sua sponte cogitat. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. In mentem venit te esse bouem, & me asellum. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. ¶ Nunc verò mihi in mente fuit. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Quid istuc in mente est tibi, mi vir, percontarier. Idem *ibidem sc.* 3. *a.* 1. ¶ Mens ei redire dicitur, qui cùm desiperet resipiscit. Cels. *lib.* 3. *c.* 18. Leuatóque accessionis impetu, protinus mens redit.

Mentio, nis, à supino Mentum. Quod à Meno verbo antiquo deducitur, teste Valla *lib.* 3. { זכר *Zécher* זכרון *Zichcharón.* ὑπόμνησις, μνεία. GALL. *Mention, memoire.* ITAL. *Mentione, memoria.* GERM. Meldung/gedenckung. HISP. *Mencion, ò memoria.* ANGL. *Mention.* } Mentionem facere alicuius est commemorare, sermonem de eo habere. Terent. *in Eunuch.* Si quando illa mentionem Phædriæ faciat, &c. Cicer. *ad Sulpitium lib.* 13. Deinde credas mihi affirmanti velim, hominem esse neminem qui vnquam mentionem tui sine tua summa laude fecerit. ¶ Dicimus etiam Mentionem facere de aliquo. Mentionem habere alicuius. Quintil. Incidere in mentionem alicuius. Plin. *lib.* 2. *cap.* 8. In mentione terræ dicetur, id est, dum terræ faciemus mentionem. Item pro loqui: Vbi mentionem fecero de filia. (i. loqui cepero.) Plaut. *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Fac mentionem cum Auunculo mater mea, (i. loquere) *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Item Iacta mentio. (aliàs facta.) Velleius. Inferre mentionem, Liuius 9. *d.* 4.

Mentiŏr, iris, à menda, adeóque à minus. Etenim qui minus quàm op-

est,dicit , is veritatem imminuit , dicitúrque mendax. Contra id quod
in mente est loquor , fingo , comminiscor. { כחש *chichésch* כזב *chizzéb*. ψεύδομαι. ψευδολογέω. GALL. *Mentir, feindre*. ITAL. *Mentire. dir bugie*. GERM. Liegen. HISP. *Mentir*. ANGL. *To lie, to faine, to inuent false thinge*. }Plaut. *in Amph*.—verbero , mentiris nunc! At iam faciam , vt verum discas dicere. Terent. *in Heaut*. Non est mentiri meum, id est, non consueui mentiri. Vide ne me ludas. P. Haud mentior. Plaut.. *Curc. sc. 3. a. 2*. Tun' me mentiri ais? A. Mentiris , inquam, meæ corruptor familiæ. Idem *Amph*. Mentiri pro testimonio. Gell. *cap. 1. lib. 20*. Assentiendum est , quicquid hic mentibitur. Plaut. *Milit. sc. 1. a. 1*. Item , Vt vera esse inducat quæ mentibitur. *Ibid. sc. 2. a. 2*. Ego vt te aduersum mentiar mater mea. Idem *Aul. sc. 3. a. 4*. Non taces tu? Non mentior. Idem *Men. sc. 7. a. 5*. Quid mihi sit boni, si mentiar? Idem *Most. sc. 1. a. 2*. Item mentiri verum robur. Fab. *cap. 16. lib. 2*. Qui enim mentitur, non ipse fallitur , sed alterum fallere conatur. Qui verò mendacium dicit, tum etiam fallitur , quum credit se verum dicere. Hinc Nigidius apud Gell. *cap. 11. lib. 11*. Vir bonus præstare debet, ne mentiatur: prudens , ne mendacium dicat. ¶ Aliquando tamen Mentiri , est per imprudentiam falsum dicere , sicut & mendacium dicere. Cicer. *lib. 4. Tusculan*. Nunc ad philosophos veniam , qui negant amorem stuprum esse , atque in eo litigant cum Epicuro non multum mentiente. ¶ Interdum est fingere , simulare , imitari , & velle videri id quod non est: vt quum quis dicit. Mentiri sexum , Mentiri colorem suum fuco. Martial. *lib. 1*.

Mentitúrque virum prodigiosa Venus.

Colum. *in præfat. lib. 1*. Attonitíque mirantur æstus effœminatorum, quòd à natura sexum viris denegatum muliebri motu mentiuntur , decipiántque oculos spectantium. Quint. *lib. 2. cap. 15*. Et mangonum, qui colorem fuco, & verum robur inani sagina mentiuntur. Plin. *lib. 37. c. 8*. Inficitur , candorémque mentitur. ¶ Et dicimus Mentiri aduersùs aliquem, Mentiri in aliquem , Mentiri alicui, & Mentiri de aliquo : quorum passim exempla occurrunt. Mentibor , pro Mentiar , apud Plautum *in Mil*. Vide suprà. ¶ Huius compositum est Ementior , quod est, apertè, seu publicè ostendo , quod non est καθυποκρίνομαι. Item Mentiturus , a, um. Ouid. *Eleg. 3. lib. 4. Trist*.

(Hæc) *Non mentitura tu tibi voce refer.*

Item mentitus, a, um, Quintil. Mentitum colorem exuere. Idem.

Hos non mentito reddidit ore sonos ,

Ouid. 6. *Fast*. Dixit me periurum & scelestum. Pol haud mentitum est, (aliàs) mentitus est. Mentitus est. Plaut. *Pseud. sc. 6. a. 4*.

MĒNSĂ, æ, q. mesa, quia ponitur in loco medio. Et olim dicebant *mesa*, vt *tesus*, pro *tensus*. Ad quam accumbimus cibum sumpturi: dicta, (inquit Varro) quasi mesa , id est , media , quòd inter duos statueretur. שלחן *schalcan*. τράπεζα. GALL. *Table*. ITAL. *Mensa , tauola*. GERM. Ein tisch. HISP. *Mesa en que comemos*. ANGL. *A table*. } Virg. *Æneid*.

Pars epulis enerant mensas, & plena reponunt.

Pocula.

Duo autem fuerunt apud Romanos pretiosissima mensarum genera. Citrea, scilicet, & Acerua , de quibus apud Martialem *lib. 14*. Epigrammata duo. Ouid. 12. *Metam*.

Hinc pede conuulso mense Pellæus acerna

Strauit humi Pelates deiecto in pectora mento

Ad vmbras.

Cic. 6. *Verr*. Tu maximam & pulcherrimam mensam citream à Luradio abstulisti. Horat. 1. *Serm. satyr. 3*.

———modò sit mihi mensa tripes , &

Concha salis puri, & toga , quæ defendere frigus

Quamuis crassa, queat, &c.

Mensa varietate maculata conspicua. Senec. *cap. 1. de tranquill*. Peniculo nomen fecit mihi. Ideo quia mensam quando edo detergeo. Plaut. *Men. sc. 1. a. 1*.

———Scamnis considere longis

Mos erat, & mensa credere adesse Deos.

Ouid. 6. *Fast*. Cereales cœnas dat , ita mensas extruit. Plaut. *Men. sc. 1. a. 1*. Te dormitare aiebas, mensa ablata est. Idem *Amph*. Communicabo te semper mensa meâ. Idem *Mil. sc. 1. a. 1*. ¶ Quandoque ponitur pro prandio, vel cœna. Iuuenal. *Satyr. 1*.

———quum de tot præclaris orbibus, & tam

Antiquis vna comedunt patrimonia mensa.

Vnde & Primæ, & Secundæ mensæ, id est, quæ in principio, & in conuiuij fine fercula apponuntur , vulgus *Introitum & exitum* mensæ appellat. Ouid. *de Nuce*,

Poma cadunt mensis non interdicta secundis.

Cic. *ad Attic. lib. 14*. Secundam mensam dixit in numero singulari. Hæc (inquit) ad te scripsi , apposita secunda mensa. Accipitur etiam mensa pro abaco numulariorum, quemadmodũ apud Græcos τράπεζα: vnde & ipsi numularij à Cicerone Mensarij vocantur, quos Græci vocant τραπεζίτας. Cic. *in Pison* Quid ? stipendium militibus per omnes à ciuitatibus mensis palàm propositis , esse numeratum; Gell. *cap. 2. lib. 14*. Mensæ rationibus probari datam pecuniam. Plaut. *Curc. sc. 3. a. 5*. Decem minas dum soluit omnes mensas transiit. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1*. Isti postquam à mensa surgunt. (de argentariis,) &c. ¶ Accipitur quandoque pro disco , siue quadra, qua vtimur in mensa ad epulas in frustula conscindendas. Fieri solet frequentiùs ex ligno, aut stanno, olim etiam ex pane. Virg. 7. *Æneid*.

Accisis coget dapibus consumere mensas.

¶ De mensa mittere, id est, de iis quæ apposita erant mensæ, Cicer. *ad Attic. lib. 5*. Discubuimus omnes præter illam: cui tamen Qui de mensa misit, illa reiecit. Antiqui mensam vasorum quadratam habuerunt, vocauerúntque Vrnarium: de quo vide Varronem. ¶ Fuit & mensa vinaria rotunda , nomine Cylibantum, ἀπὸ τοῦ κύλικος : sic enim Græci calicem vocant. Altera erat quadrata vna columnella subnixa, Cartibulum vocabatur. Autor est idem Varro *de Ling. Lat. lib. 14*.

‖ Mensægerulus, qui mensam gerit. Poll. ‖

Mēnsŭlă, æ, diminutiuum. { τραπέζιον. GALL. *Petite table*. ITAL. *Picciola tauola*. GERM. Ein tischlin. HISP. *Pequeña mesa*. ANGL. *A litle table*. } Plaut. *in Mostell. sc. 3. a. 1*. Cedò aquam manibus , puer, appone hîc mensulam.

‖ Mensule, mappa. Lex. gr. b.

Mensarium, quod est in mensa Cath. ‖

Mēnsārĭūs, rij, qui & Argẽtarius à Latinis, à Græcis. { τραπεζίτης, ἢ κολλυβιστής dicitur. GALL. *Banquier, caissier, changeur*. ITAL. *Cassiere, bãquiere*. GERM. Ein wechssler. HISP. *Banquiero, o caxero cambiador*, ANGL. *An exchanger or banker*. } Liu. *lib. 7. ab Vrbe*. Solutionem æris alieni in publicam curam verterunt: quinque viris creatis , quos mensarios à dispensatione pecuniæ appellarunt. Cic. *pro Flacc*. Cum ciuitate mihi res est acerrima, & conficientissima litterarum , in qua numus moueri nullus potest , sine quinque Prætoribus , tribus Quæstoribus, quatuor mensariis , qui apud illos à populo creantur. Mensarius & Numularius iidem sunt, apud Suet. *in Cæs. cap. 4*.

Mēnsŭlārĭi iidem , qui numularij , vt patet ex Caio *l. 47. D. de pact*. alios autem numularios ab argentariis fuisse, patet ex *l. 9. de excep*. Vtrũ igitur Mensularij dicti sint à mensulis , quas in minore negotiatione, quàm illi, qui argentarij dicebantur , exercebant , an interdum pro argentariis sumantur , & mensariis , difficile dictu est.

Mēnsĭō, onis. Vide *Metior*.

Mēnsĭs, is, à Mentior deducitur , quasi numerus dierum mensus. { חדש *chedhosch*. μὴν. GALL. *Mois*. ITAL. *Mese*. GERM. Ein monat. HISP. *El mes*. ANGL. *A monath*. } Cic. *lib. 2. de nat. deor*. qui quia mensa spatia conficiunt , Menses nominantur. Macrobius à Græco μὴν, id est, à Luna tractum: nam Lunæ curriculo mensis conficitur. Terent. *in Adelph*. Compressu grauida facta est , mensis hic decimus est. In decem mensibus homo ederetur. Gell. *cap. 1. lib. 14*. Alter decimo pòst mense nascetur puer quàm seminatus, alter mense septimo. Plaut. *Amphitr*. Alter peperit decumo mense pòst. Idem *Aul. sc. 6. a. 4*. Vel sex opperibor menses. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1*. Septem menses sunt cùm nemo in hasce ædes intro retulit pedem. Idem *Mostell. sc. 2. a. 2*. ¶ Mensum pro Mensium. Ouid. 5. *Fast*.

Cùm tua sint, cedántque tibi confinia mensum.

Et iterum idem *ibidem* , Nec tu dux mensum Iane biformis eras. Item Plaut. *Most. sc. 1. a. 1*. Ita vetus Codex paucorum mensum sunt relictæ reliquiæ. Horat. 2. *Epist. 1*.

Qui vel mense breui , vel toto est iunior anno.

Stat. 1. *Syl*.

———stupet ipse labores

Annus, & angusto bisseni limite menses.

Virg. 3. *Georg*.

Sæpe diem noctémque, & totum ex ordine mensem

Pascitur.

Terent. *in Adelph*. Hæc dum dubitas menses abierunt decem. Virg. 4. *Eclog*. Et incipient magni procedere menses. ¶ Menses in plurali , sunt mulierum menstrua. Plin. *lib. 21. cap. 25*. Ciet menses è vino pota. Idem *lib. 21. cap. 21*. Prodest & orthopnoicis, & anhelationi mulierúmque mensibus retardatis. Mensis etiam in singulari idem significat. Plin. *lib. 28. cap. 4*. Multa genera morborum primo coitu , soluuntur, primóque fœminarum mense. Hinc Trimestris , τρίμηνος , trium mensium, August. *lib. 13. de Ciuitate*, Arcades, quorum anni trimestres fuerunt. ¶ Bimestris duorum mensium. De vario numero mensium in anno, Plutarch. *in Num*.

Mēnstrŭŭs, a , um, quod est vnius mensis. { μηνιαῖος , ἐπιμήνιος. GALL. *D'vn mois , ou qui vient de mois en mois*. ITAL. *Di vn mese*. GERM. Das eines monats ist. HISP. *Cosa que vienne de mes en mes*. ANGL. *Of one moneth, or that cometh enerie moneth*. } Cic. 1. *de nat. deor*. Huius hanc lustrationem eiusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet, Varro *de re rust. lib. 1. cap. 27*. Et quando tempora duorum generum sunt, vnum annale , quod Sol circuitu suo finiuit : alterum menstruum, quod Luna circumiens comprehendit, &c. Cic. *pro Rosc. Com*. Quid est, quòd negligenter scribamus aduersaria? quid est , quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ æternæ. Menstrua cibaria, apud Cic. 5. *Verr*. quæ sunt vnius mensis. Sic Opus menstruum, Menstrua vita. Menstruum iussus miles secum ferre. Liu. 4. *d*. 5. Frumentum menstruúmque gratuitum. Suet. *in Neron. c. 10*. Menstruæ supplicationes. Idem *in Galba cap. 4*. ¶ Menstruum etiam ponitur aliquando pro alimento in singulos menses legato: vt Annuum, quod in singulos annos. Vlp. *in l. qui pœnis, ff. de cess. bonor*. Si quid misericordiæ causa fuerit relictum, putâ, menstruum, vel annuum alimentorum nomine. ¶ Menstrua soluere, i. sacra soluere , quæ mense quoque debeantur. Salustius, Conuentum vitantes ad menstrua soluenda montem ascendunt.

Mĕnstrŭā, orum, substantiuum, pluralis numeri. Menses mulierum profluuium est, & purgatio frigidi & indigesti humoris , quem natura quasi noxium expellit. { נדה *niddháh* דוות *devóth*. τὰ καταμήνια , τὰ ἐπιμήνια. GALL. *Le flux de sang qui vient és femmes tous les mois, leur male sepmaine*. ITAL *Flusso di sangue che patiscono le done ogni mese*. GERM. Die vierwochige kranckheit der weiber. HISP. *La purgacion de la muger*. ANGL. *A flixs of blood that à women hath monethlie*. } Dicta sunt autem Menstrua , quòd vnoquoque mense mulieribus , quæ eius ætatis sunt, vt possint concipere, soleant accidere : vnde etiam Menses appellamus. Menstrui sanguinis virus describit Plin. *lib. 7. cap. 15*. Fœminæ quibus sanguis per menstrua non respondet. Cels. *lib. 4. c. 4. Ibid*. Mulieri, cui menstrua non feruntur. Rursus *lib. 6. c. 18*. Fœminæ quibus menstrua non proueniunt.

Mēnstrŭālĭs, le, quod singulis mensibus fit. μηνιαῖος. GALL. *D'vn mois qui se fait par chacun mois*. ITAL. *Cosa che si fa ogni mese*. GERM. Das alle monat geschicht. HISP. *Cosa que se haze cada mes*. ANGL *That is done ouerie moneth*. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 3*. Qui solebam menstruales epulas ante adipiscier. Menstrualis mulier , quæ menstrua patitur, ἡ τὰ ἔμμηνα ἔχουσα. quæ mulieribus singulis mensibus accidere solent , Plin. *lib. 19. cap. 10*. Omnia verò accessu mulieris menstrualis flauescunt. Idem *lib. 7. cap. 15*. Solum autem animal menstruale mulier est.

Mēnsūrā, vide *Metior*.

Mensurnus, à mense; sicuti diurnus à die Hygin.

Menta, & Mentula, virga virilis. Cic. lib. 9. epist. 22.

Mēntagrā , æ , Morbus dictus à mento , à quo incipit & faciem quidem collum,

collum, pectus, manúsque fœdo quodam furfure occupat. { λειχὴν. GALL. *Male dartre.* ITAL. *Infermità che viene al mento.* GERM. Ein böse raud so an dem knye anfächt vnd weit vmb sich frißt. HISP. *La buba o empeyne de la barba.* ANGL. *A tatter or ring worme.* } Vide Plin. *lib.* 26. *c.* 1. & ea quæ annotauimus in dictione *Lichen.*

Mente captus, vide *Mens.*

Mĕntercōsă, μεντέρκωσα, ciuitas est Hispaniæ, in finibus Celtiberiæ. Ptol *lib.* 2. *cap.* 6.

Mēntēsă, μέντησα, oppidum Hispaniæ, in plaga Australi Celtiberiæ. Ptol. *lib.* 2. *cap.* 6.

Mēnthă, æ, { ἡδύοσμος. GALL. *Herbe appellée menthe* ITAL. *Menta herba.* GERM. Müntz/ein kraut. HISP. *La yerua buena.* ANGL. *Mynte.* } Herba vulgò nota, etiam hodie apud nos nomen retinens: ita dicta à Græca dictione μίνθη. Sic enim olim hæc herba à Græcis vocabatur à nomine Menthes Cocyti filiæ, quam Proserpina, cum Plutone deprehensam in hanc herbam commutauit: quæ postea commutato nomine propter odoris suauitatem dicta est ἡδύοσμος. Plin. *lib.* 19. *c.* 8. ¶ Menthæ nomen suauitas odoris (hoc enim significat Hedyosmos) apud Græcos mutauit quum alioquin Mintha vocaretur: vnde veteres nostri nomen declinauerunt. Scribitur etiam *Menta* sine aspiratione.

Mēnthāstrum, Syluestre olus dictum, quòd mentham imitetur, quasi syluestris mentha. { ἡδύοσμος ἄγριος. GALL. *Du pouliot, ou de la menthe sauuage.* ITAL. *Mente saluatica.* GERM. Wilde müntz. HISP. *El mastrãço.* ANGL. *VVild minte.* } Plin. *lib.* 20. *c.* 4. Diosc. *lib.* 3. *cap.* 40.

Mēntīgo, inis. Genus morbi, quod pecudes inuadere solet. λειχὴν. Colum *lib.* 7. *c.* 5. Est autem mentigo, quam Pastores Ostiginem vocant, mortifica lactentibus. Ea plerunque fit, si per imprudentiam pastoris emissi agni, vel etiam hœdi roscidas herbas depauerint: quod minimè committi oportet: sed quum id factum est, velut ignis sacer, os atque labra fœdis vlceribus obsidet.

‖ Mentilla, minima. Sup. ‖

Mēntiŏr, iris, vide *Mens.*

Mēntōās, μεντώας, fluuius olim dicebatur, quem nunc (Eustathio *in Dionysium* teste) Istrum, siue Danubium appellamus. { Die Thonauw.

‖ Mentonalis, sepes, quæ ad mentum vsque hominis staturæ mediocris pertingit. in ll. vet.

Mentor, cogito, à menisćor inusitato. vnde commentor. ‖

Mēntor, oris, μέντωρ. Mirus fuit in vasis cælandis artifex. Iuuen. *Satyr.* 8. Raræ sine Mentore mensæ. Plin. *lib.* 33. *cap.* 11. L. verò Crassus orator duos scyphos habuit, Mentoris artificis manu cælatos sestertiis c. Idem *lib.* 12. Mentori quotidie testimonium perhibet Capitolinus Iupiter, & Diana Ephesia, quibus fuêre consecrata eius artis vasa.

Mēntōrēŭs, a, um. Propert. *lib.* 1.

Lesbia Mentoreo vina bibas opere.

Mentōrēs, μέντορες. Stephano, Populi fuerunt in Illyrico, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 21.

Mentum, cogitatum. Fest. ¶ Item notum. Lucr.

Mĕntum, i, ab eminendo: à gula enim eminet. { שפם *sapham.* γένειον. GALL. *Le menton.* ITAL. *Mento.* GERM. Das knye. HISP. *La barba de hombre ò muger.* ANGL. *The chinne.* } Et quamuis Plin. 11 *lib. cap.* 37. dicat mentum nulli præter hominem esse, Plautus tamen *in Menæch.* porcis etiam menta tribuit. Glandonicam (inquit) suillam, lardum, pernam. Itidem autem sinciput, aut menta porcina. Item Virg. 3. *Georg.* de boue,

Et crurum tenus à mento palearia pendent.

Cic. 1. *Tusc.* Mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus. Virg. 3. *Georg.*

Nec minus interea barbas, incanáque menta
Cinyphij tondent hirci, setásque comantes
Vsum in castrorum & miseris velamina nautis.

Ecce autem ædificat, Columnam mento suffulcit suo, Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2.

Mentyrna, μεντύρνα, vrbs Samnitum in Italia. Gentile Mentyrnæus.

Menus, lege *Mœnus.*

Menus, vir inter Samnitas natus, qui mirè solitudinem amabat, in qua nequid per otium perperam faceret, apes curabat.

Menythīās, μενυθιάς. Steph. Insula est Æthiopiæ adiacens, iuxta Prassum promontorium: cuius meminit & Ptolem. *lib.* 4. *cap.* 6. Vulgò *Madagascar ò Isla de S. Iorge.*

Mēnūthīs, μενουθίς. Vicus Ægypti non procul à Canopo: cuius incolæ Mēnuthitæ μενουθῖται, vocantur. Steph.

‖ Menytrum, μήνυτρον, quod indici & exploratori datur à μηνύω indico.

Mentana, October mensis Iouis. Isidor. ‖

Mĕo, as, q. magis eo: vel à μέω, μαίω quæro. Vado, vltro citróque eo. { הלך *halá h.* πορεύομαι. GALL. *Aller à trauers, passer, trauerser.* ITAL. *Andare.* GERM. Gehen. HISP. *Andar, ir.* ANGL. *To go, or flowe.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 18. *de accipensere*, Vnus omnium, squamis ad os versis, contra aquam nando meat. Idem *lib.* 6. *cap.* 14. Interruptis angusto transitu iugis, ita vt vix singula meent plaustra. Anima means in membra diuersa. Lucan. *lib.* 3. Mobilitas meandi per magnum inane. Lucret. *lib.* 2. ¶ Est item meare, fluere, manare. { נזל *nazál* נגר *nighghár.* ῥεῖν. } Vnde Meatus quos Græci πόρους vocant. Plin. *lib.* 20. *cap.* 22. Succus maluæ decoctæ, poros, hoc est, meatus suaues facit. Huius composita sunt, Commeo, Immeo, Permeo, Remeo, & Transmeo, de quibus suis locis.

Mĕātŭs, Itio, incessus, cursus. { הלך *helech* הליכה *halí hah.* ἡ πορεία, ὁ πόρος, ἡ βάσις. GALL. *Cours, passage.* ITAL. *Corso, passaggio.* GERM. Ein gang oder bewegung. HISP. *Corrida, passamiento.* ANGL. *A going, or flowing.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 38. Aues solæ (inquit) vario meatu feruntur, & in terra, & in aëre. Item *lib.* 2. *cap.* 8. Meatus syderum, hoc est, cursus & motus astrorum. Meatus etiam dicuntur πόροι, in corpore. Idem *lib.* 20. *cap.* 21. Succus maluæ decoctæ, poros, hoc est, meatus suaues facit.

Mĕābĭlis, & hoc bile, adiectiuum, quod meat. { βατὸς, πορευτός. GALL. *Qui passe facilement & va par tout.* ITAL. *Che passa facilemente per tutto.* GERM. Gangig/durchtringig. HISP. *Cosa passadera por lugar.* ANGL. *That goeth easilie throug all.* } Plinius *lib.* 2. *cap.* 1. Vitalem & per cuncta rerum meabilium aërem, id est, qui facilè per omnia meat & fluit.

Meaculum, via per quam meatur: vt, Meaculum venarum.

Meopte. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Hominum auaritia, non meopte ingenio. Meopte ingenio id reperi. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1.

Mĕōn, μῆον Dioscoridi, Herba est folia habens aniso non dissimilia, quam Plin. *lib.* 20. *cap.* 23. *Meu* appellat.

MĔPHĪTĬS, huius mephitis. Terræ putor ex aquis maximè sulphuratis, que corruptis prouenieus. { θειώσης ἀποφορὰ. GALL. *Vne puanteur de la terre, & des eaux ensoulfrées.* ITAL. *Puzza di terra solforata.* GERM. Starcker gestanck so von dem erdtrich oder geschwäbelten wasseren hehr dempft. HISP. *Hedor de la piedra, tierra y agua jufre.* ANGL. *A stinke of the earth.* } Est & in nemoribus grauior ex densitate syluarum. Virg. *lib.* 7.

——— nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, sæuámque exhalat opaca mephitim.

¶ Alij Mephitim Deum esse volunt, Leucotheæ connexum: sicut est Veneri, Adonis Dianæ Viribus. ¶ Alij Iunonem intelligunt, quam aërem esse constat. Omnis autem putor nonnisi ex corruptione aëris nascitur, sicut bonus odor de aëre incorrupto: vt sit Mephitis odoris grauissimi, id est, graueolentiæ. Hæc Seruius *in locum Virg. iam citatum.*

Mĕphītĭcŭs, a, um, apud Sidonium Apollinarem pro fœtulento, μυδαλέος.

Mepte. Plaut. *Men. sc.* 8. *a.* 5. Certissimum est meptè potius fieri seruum, quàm te emittam manu.

Mĕră, μέρα, proprium nomen sacerdotis Veneris. Stat. *lib.* 8. *Theb.*

——— Ægææ Veneris quos Mera sacerdos
Ediderat perhibente Dea.

¶ Mera item Prœti & Antiæ filia fuit, quæ quum venationi dedita, Dianam per nemora sequeretur, à Ioue visa & dilecta est, qui sumpta Dianæ figura, cum ea concubuit. Quapropter quum postea ob patrati sceleris pudorem timens ne denuo deciperetur, vocanti se Dianæ obsequi nollet, ab eadem sagittis confossa occubuit. Tandem in canem est mutata. Ouid. *lib.* 2. *Metam.*

Et quos Mera nouo latratu terruit agros.

¶ Est etiam alterius canis nomen; de qua supra in dictione *Eregone.*

MERĂCVS, a, um. Merus, solidus, purus, immixtus. נקי *nak* בר *bar.* ἄκρατος. GALL. *Pur.* ITAL. & HISP. *Puro.* GERM. Lauter oder vnuermengt. ANGL. *Pure, cleare, not mixed.* } Plin. *lib.* 13. *cap.* 1. Meracis potionibus per viginti dies ante Canis ortum, totidémque postea suadet Hesiodus vti. Vnde vinum méracum dicitur, quod nihil habet aquæ admistum. Et meracum vocabulum, (i. merum Latinum.) Gell. *cap.* 18. *lib.* 1. Horat. 2. *Epist.* 2.

Expulit helleboro bilem, morbúmque meraco.

Propertius.

Ah pereat quicunque meracas reperit vuas,
Corripitque bonas nectare primus aquas.

Calepinus putauit huius dictionis Penultimam syllabam corripi, adducens hunc versiculum ex Lus. *in Priapum*, *Constitui meracas, edidicique notas.* Sed quoniam hic versiculus mendæ suspicione non caret, tanti apud nos esse non debet, vt receptissimorum poëtarum testimoniis quæ iam adduximus, debeat præferri.

Mĕrācŭlŭs, diminutiuum, ἀκρατότερος, πάνυ ζωρός. Plin. *lib.* 20. *cap.* 19. Opium ex vino meraculo, si protinus detur, scorpionum ictibus resistit.

Mĕrācĭŏr, comparatiuum, & Meracissimus superlatiuum. Itaque Meracius bibere dicuntur ij, qui minus aquæ vino miscent, ἀκρατέστερον, ἀκρατέστερον, ζωρότερον.) (Dilutius, qui plus aquæ adhibent. Celsus præcipit hyeme meracius bibendum esse, æstate dilutius. Cic. 3. *de nat. deor.* Vt si medicus sciat eum ægrotum, cui iussisset vinum sumere, meracius sumpturum, statímque periturum, magna sit in culpa.

‖ Merarcha, μεράρχης, qui iustæ parti præest, μέρους ἀρχή.

Merarchia, μεραρχία, agmen constans è viris bis mille quadraginta octo.

Meraria, γεῦσις. Gloss. vasculum quo merum gustabant in caupone. Gloss. Isid. Meraria popina.

Mercada, mercatus, vox barbara in ll. à Germanica marckt. Aliter mercatum, neutro genere. Guil. Episc. Parisiensis in addit. Prohibetur Sacerdotibus, ne mercata frequentent. Latinè dicimus Mercatus, ûs. ‖

Mĕrcālĭs, Mercator, Mercatura, Mercatio, Mercatus, participium Mercatus, adiect. vide *Mercor.*

MĔRCES, edis, A merendo ære, inquit Varro *lib.* 4. *de L. L.* Præmium, stipendium. { שכר *sa hár.* μισθὸς. GAL. *Loyer, salaire.* ITAL. *Mercede, salario.* GER. Ein belohnung/Idlohn. HISP. *Iornal, y salario de cada vn dia.* ANGL. *A reward or hyre.* } Iuuen. *Satyr.* 7.

Scire volunt omnes, mercedem soluere nemo.

Merces mihi gloria detur, (suprà, facti præmia.) Ouid. 3. *Fast.* Cupio mercedem dare (ei) qui nullum commonstret mihi. Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Mercedem vbi eris nactus. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Dromo mercedem retulit. (sup. operæ locatæ.) *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Iam medico mercede est opus. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 3. Pro vapulando mercedem petam. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Meritam mercedem dabo (sceleris.) Idem *Capt. sc. vlt. a.* 5. Qui mercedis domino demeret Petasus. (i. quanti conductus est, Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Cic. *pro Sext. Rosc.* Interim mihi videris Eruci vna mercede duas res assequi velle: nos iudicio perfundere: accusare autem eos ipsos, à quibus mercedem accepisti. Merces quisque mortis suæ. (In proscriptione.) Velleius. Sui quisque periculi merces foret. Petronius. (Roma) Ipsa sui merces erat, & sine vindice præda. ¶ Quandoque ponitur pro reditu annuo qui ex agris percipitur. Nam pensio est reditus qui percipitur ex locatione prædiorum vrbanorum Cic. 2. *de finib.* Vides igitur si amicitiam sua charitate metiare, nihil esse præstantius: sin emolumento, summas familiaritates prædiorum pretiosorum mercede superari. Suet. *in Cæs cap.* 20. Publicanos remissionem petentes, tertia mercedum parte releuauit. (i. eius pecuniæ, quam ex locato debebant.) ¶ quandoque pro pretio & damno. Cic. *ad Lent.* Tamen in molestia gaudeo te eam fidem cognoscere hominum, non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoueram.

Mercedŭlă,æ,diminutiuū. {τὸ μισθάριον. GALL. *Petit salaire*. ITAL. *Picciolo salario*. GERM. Ein löhnlin/ein kleine besoldung. HISP. *Pequeño jornal*. ANGL. *A litle reward*.} Cic. I. *de Orat*. Itaque vt apud Græcos infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in iudiciis oratoribus. Mercedulas exigere à discipulis. Quintil.

‖Mercedarius, qui dat mercedē pro labore sibi impenso. Gloss. Isid. Vet. Voc. Mercedarius seruus, vel alius, qui distribuit pecuniā sub domino suo.

Mercedinus mercenarius, quòd mercede se tueatur. Fest.

Mercedinias dixerunt à mercede soluenda. Fest. Ibi Scaliger. Mercedonias sub intellige dies.‖

Mercenarius,rii, qui mercedis gratia operam suam alicui præstat, operarius. { שכיר *sa hir*. μισθοφόρος, μισθωτὸς, θητικός. GALL. *Mercenaire, qui fait quelque chose pour auoir salaire*. ITAL. *Chi lauora à salario*. GERM. Ein taglöner. HISP. *El peon jornalero de vn dia*. ANGL. *That is hiree for a reward, a hireling*.} Columell. Siue mediarum facultatum dominus ex mercenariis aliquem recusantem iam quotidianum illud tributum, qui vectigalis esse non possit, ignarum rei, cui præfuturus est magistrum fieri iubet. Cicer. I. *Offic*. Illiberales & sordidi quæstus mecenariorum omnium: quorum operæ, non quorum artes emuntur.

Mercenarius, a, um, qui mercede conductus est, emptus, redemptus, venalis { שכיר *sa hir*. ἐμμισθος, μίσθιος, μισθοφορικός. GALL. *Appartenat à loyer, ou à salaire*. ITAL. *Cosa pertenecciente à salario*. GERM. Umb lohn bestellt oder gedingt. HISP. *Cosa pertenecciente à iornal de cada vn dia*. ANGL. *Hired for a reward*.} vt mercenarij testes apud Ciceroné *in Epistol*. & mercenarium prætoris decretum, apud eundem *in Verrem*. Mercenarius, & Gratuitus sunt contraria. Cicer. I. *de Leg*. Quid liberalitas? gratuitáne est, an mercenaria? Si sine præmio, benigna est & gratuita: si cum mercede, conducta. Vos mercenaria, & opera forensis. Quintil.

Mercimonium, vide *Merx*.

Mercŏr, aris, deponens est, Emo, mihi comparo, pretio concilio. { מכר *mathár* קנה *kanáh*. ἀπονγκταπ ὠνέομαι, ἐμπορεύομαι. GALL. *Marchander, acheter*. ITAL. *Marcare*. GERM. Werben/gewerbschafft oder kaufft manschaft treiben. Item kauffen. HISP. *Mercar ò comprar*. ANGL. *To vse merchandise, to bie*.} Terent. *in Heaut*. Inde adeò, quòd agrum in proximo hîc mercatus es. Cic. *lib*. I. *Offic*. Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus quòd statim vendant. Plaut. *in Epid*. Mercatus te hodie est de lenone Apœcides? Qui scias mercari furtiuas. Plaut. *Curc. sc*. 2 *a*. 5. Qui hinc à nobis est mercatus mulierem Idem *Pseud. sc*. 2. *a*. 2. Terent. *in Eunuch*. Quidam eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi. Mercari ad certa summam. Cic. *ad Gallum lib*. 7. Sed essent, mi Galle, omnia facilia, si & ea mercatus esses quæ ego desiderabam, & ad eam summā quam volueram. ¶ Mercari Græca fide, est vbi non verbis, neque stipulationibus, sed præsenti pecunia res agitur. Ob leuitatem enim Græcis nihil habebatur fidei, nisi præsentem pecuniam numerassent. Plaut *in Asin*. Cætera quæ volumus vti, Græca mercamur fide. ¶ Mercari præsenti pecunia. Idem *in Capt*. Quos tam grandi sum mercatus præsenti pecunia. ¶ Composita sunt, & Commercor. *Ibid*. Pater ergo captiuos commercatur alios. ¶ Præmercor, ante alios mercor, vt scilicet carius vendam.

Mercātŭs, a, um, particip. { ὠνησάμενος. GALL. *Qui achete, ou qui est acheté*. nam modò actiuè, modò passiuè ponitur. ITAL. *Mercante*. GERM. Gekaufft. HISP. *Mercador ò comprador*. ANGL. *Visin or making marchādise that bieth*.} Actiuè, vt apud Terent. Agrum in proximo mercatus es, id est, emisti. ¶ Passiue. { נמכר *nimchar* נקנה *nikneh*. ἐμπορευθείς. GALL. *Acheté* ITAL. *Comprato*. GERM. Das gekaufft ist. HISP *Comprado*.} Plin. *lib*. 37. *c*. 2. HSCLM. trullam vnam non ante multos annos mercatam à matrefamiliās nec diuite.

Mercātŭs, us, Mercatura mercatio. { מקנה *miknáh*. ἐμπόρευμα. GALL. *Marchandise, achet. traffic*. ITAL. *Mercato*. GERM. Ein kauffmanschaft oder kauffung. HISP. *Mercadaria, obra de mercar*. ANGL. *Merchandise, or bying*.} Plaut. *in Most*. Ædes filius tuus emit. TE. ædes? TR. ædes. TE. Euge Philolaches patrissat, & iam homo in mercatum auortitur. ¶ Aliquando etiam pro loco accipitur, ad quem mercatores emendi, vendendique gratia conueniunt, quem etiam appellant Emporium, vel Forum. {ἐμπόριον. GALL. *Marché*. ITAL. *Mercato*. GERM. Ein marckt/ein ort an welchem man marckt oder măß halt. HISP. *Mercado, lugar de mercar ò comprar*.} Liu. *lib*. I. *ab Vrbe*, Tullus ad Feroniæ fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehensos querebatur. Cic. *lib*. I. *Offic*. Quorum tanquam ad mercatum bonarum artium, profectus sis, inanem redire turpissimum est. Abij cum patre Tarentum ad mercatum. Plaut. *Menæch. sc. vlt. a*. 5. Mercatus & ludi funebres (Olympiorum) Velleius. Terent. *in Adelph*. emptæ mulieres complures, & item hinc alia quæ porto in Cyprum, nisi eo ad mercatum venio, damnum maximum est Quem in locum Donatus annotauit, Mercatum aliquando accipi pro ipso tempore, quo negotiatores ad emendum & vendendum conueniunt: hoc est, pro ipsis nundinis. Sic Plautus *Asin. sc*. 4. *a*. 2. Asinos vendidit mercatori Pellæo mercatu. (i. in ipsis nundinis.) GALL. *A la foire*.

Mercātĭo, onis, verbale, Emptio. { מקנה *miknáh*. ἐμπόρευσις. GALL. *Achet, marchandise*. ITAL. *Il mercare*. GERM. Kauffmanschafft oder kauff. HISP. *Obra de mercar*. ANGL. *Merchandise, bying*.} Gell. *lib*. 3. *c*. 3. Pecunia omni in mercationibus perdita.

Mercātŏr, oris, qui in exportandis, aut importandis mercibus operam suam collocat. {סחר *socher*. παλιγκάπηλος, ἔμπορος. GALL. *Marchand*. ITAL. *Mercante*. GERM. Ein kauffman/krämer. HISP. *Mercader ò comprador*.} Horat. I. *Epist*.

Impiger extremos currit mercator ad Indos.

Cic *in Orat*. Neque me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos & Lælios multi venalitij, mercatorésque superarunt. Iuuenal. *Satyr*. 14. Sacci mercator olentis Horat. *de arte*,

Mercatórve vagus, cultórque virentis agelli.

Cepi tabellas, consignaui, dedi mercatori, qui ad herum deferat. Plaut. *Merc. sc*. I. *a*. 2. Periphanes Rhodo mercator diues. Idem *Asin. sc*. 4. *a*. I.

Mercātūră, æ, negotiatio, seu actus mercandi, סחר *sáchar*. ἐμπορική. GALL *Marchandise*. ITAL. *Mercantia*. GERM. Gewerbschafft/kauffmanschaft/ handtierung/ kauffen vnnd verkauffen. HISP. *Mercaduria*. ANGL. *The thrade of merchantes in bying*.} Mercaturæ olim honos habitus. Plutarch. *in Solon*. Cic. *lib*. I, *Offic*. Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est: sin magna & copiosa, multa vndique apportans, multis sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda. Dicimus autem. Facere mercaturam, pro exercere. Idem 7. *Verr*. Alios qui à prædonibus erant capti, quum mercaturas facerent, &c. Idem *de lege Agrar*. Hanc verò emendi & vendendi quæstuosissimam ac turpissimam mercaturam, alienam actione Tribunitia, alienam dignitate pop. Rom. semper putaui.

Mercālĭs, le, Vendibilis, {ὤνιος. GALL. *Vendible*. ITAL. *Vendible mercantesco*. GERM. Verkeüffig oder feil. HISP. *Cosa que se puede vender*. ANGL. *Saleable*.} Columella *lib*. 7 *c*. 6. Ex his singula capita quæ videntur esse robustiora, in supplementum gregis reseruantur, cætera mercalibus traduntur: id est, vendibilibus. Quædam exemplaria hîc legunt *Mercantibus*, non mercalibus. ¶ Hinc componitur promercalis, de quibus infrà.

Mercedinum mensis intercalaris. Plaut. *in Num*. Mercedonius dicitur ab eodem, *in Cæsar*.

Mercēdŭlă, Mercenarius, vide *Merces*.

Mercŭrĭālĭs, herba est insigniter aluum ciens. { λινόζωστις. GALL. *Herbe appellée mercuriale ou foirolle*. ITAL. *Mercorella*. GERM. Dingelkraut/ kūrkraut/ oder Mercurius kraut. HISP. *Mercuriales, ortiga muerta*.} Huius duo genera, masculus & fœmina. Plin. *lib*. 25. *c*. 5. Linozostis, seu parthenion, Mercurij est inuentum, ideo apud Græcos Hermupoan multi vocant eam, apud nos omnes Mercurialem.

Mĕrcvrĭvs, Iouis & Maiæ filius, ita dictus à mercibus, eo quòd negotiatoribus præsidere existimetur. A Græcis ἑρμῆς dicitur ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, hoc est, ab interpretando. Variis à Poëtis appellatur nominibus: nam modò Ligius dicitur, modò Argiphontes, modò Nomius, modò Cyllenius. ¶ Præter hunc tres alij fuisse Mercurij dicuntur: vnus Cæli & Diei filius; alter Liberi & Proserpinæ: tertius Iouis & Cyllenes, quem fama est, ob Argi cædem profugum, literas Ægyptiis ostendisse: verùm omnes ad Maiæ filium referuntur. Alas in capite, & in pedibus ponunt, volentes signare, velocem ferri per aëra sermonem. Ideo deorum nuntium dictum putant, quoniam per semonem omnia cogitata enuntiantur. Dictus est Deus facundiæ, quòd hominibus eloquentiam præstare putabatur. Habitus Deus mercatorum, palæstræ, furum, κτήσιος, κερδῷος, Lyram inuenit: Hermaphroditum ex sorore Venere genuit: Martem è carcere liberauit: Argum interemit: Prometheum in Caucaso religauit. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine Ægyptiorum sacerdos superioris (vt putatur nepos, qui à Græci ἑρμῆς τρισμέγιστος, hoc est, Mercurius ter maximus dictus est, quòd & summus esset sacerdos & sapientissimus philosophus, & rex potentissimus. ¶ Est etiam Mercurius vnus ex septem planetis, cuius corpus cunctorum syderum minimum, ferè semper subest radiis solaribus, à quibus, non recedit longius, quàm viginti octo gradus. Ideo ab Astronomis στίλβων dicitur, quod est radians. Vnde etiam solatus & perustus fingitur, quòd Soli vicinior sit, quā reliquæ stellæ. Cic. *lib*. 3. *de nat. deor*. quinque Mercurios commemorat: Mercurius (inquit (Vnus Cælo patre, Die matre natus, cuius obscœnius excitata natura traditur, quòd aspectu Proserpinæ commotus sit. Alter Valentis & Phoronidis filius, is qui sub terris habetur, idem Trophonius. Tertius, Ioue tertio natus ex Maia, ex quo & Penelopa Pana natum ferunt. Quartus Nilo patre quem Ægyptij nefas habent nominare. Quintus, quem colunt Pheneatæ, qui & Argum dicitur interemisse, ob eámque causam Ægypto præfuisse, atque Ægyptiis leges & literas tradidisse. Hactenus Cic. Virg. 4. *Ænied*.

Tunc sic Mercurium alloquitur, ac, talia mandat, &c.

Mercurius, argentum viuum: metaphoricè; quia mobile est, vt Deum Mercurium fingunt velocem.

Mercurius, Ἑρμῆς καὶ τραῦμα ζώου, Gloss. i. e. vulnus animalis.

‖ Mercurius communis, ἑρμῆς κοινὸς, quia liberalis est. quod est apud Martialem *lib*. 2.

Quod nulli calicem tuum propines.
Humanè facis, Herma, non superbè.

Mercurius terrestris (ἑρμῆς χθόνιος) à Gentilibus habitus est animarum deductor, Ideo eum πομπαῖον vocant.‖

Mercŭrĭŏlŭs, diminutiuum à Mercurius apud Apuleium *in Apologia*, Ita minutatim ex tabulis compacta crassitudine Mercuriolum expediri potuisse.

‖Mercurialis, e, ad Mercuriū pertinens Mercurius statua Hermæ effigies ‖

Mercŭrĭālēs, videntur fuisses sodales ex collegio aliquo in honorem Mercurij instituto. Cic. *ad Quint. fratr. lib*. 2. M. Furium Flaccum, equitem Romanum, hominem, nequam, Capitolini & Mercuriales de collegio eiecerunt. Hoc collegium ex mercatoribus fuisse docet Liu. *lib*. 8. Certamen Consulibus inciderat, vter dedicaret Mercurij ædem: Senatus à se rem ad populum reiecit, vtri eorum dedicatio iussu Populi data esset, eam præesse annonæ: Mercatorum collegium instituere, solemnia pro Pontifice iussit suscipere.

Mĕrdă, æ, à μέρδω, σμέρδω. & hoc à μείζω. Cibi excrementum. { צואה *tsoáh* צאה *tseáh* אשפות *aschpóth*. σκῶρ, μινθος. GALL. *Merde, estron*. ITA. *Merda*. GERM. Dreck. HISP. *Estiercol, mierda*. ANG. *Dierte, dung*.} Horatius *lib*. I. *Serm*.

Mentior at siquid, merdis caput inquiner albis
Coruorum, atque in me veniat mictum atque cacatum
Iulius.

Merdo, as, χέζω, à quo permerdo, de quo suo loco & conspurco.

Merè aduerbium. Vide *Merus*.

Mĕrendă, æ, Cibus, autore Nonio, qui datur post meridiem. { τὸ ἀπό-δειπνον, ἢ μετ' ἄριστον φαγεῖν. GALL. *Le gouter*. ITAL. *Merenda*, GERM. Das abenteßen oder abentbrot HISP. *La merienda del medio dia*. ANGL. *A boier, a none meale, meat of ter moone*.} Vnde & Merendo, as, Plaut. *in Most*. Videsis, ne fortè ad merendam quopiam diuorteris, atque ibi melius quàm satis fuerit, biberis. Festus. Merendam antiqui dicebant, pro prandio quòd scilicet medio die caperetur.

Merendágius alumnus, quòd merenda nostra fruatur. Seneca *controuerſ. lib* 10.*in* 4.Buſſus, Oſtende nobis merendarios tuos, Labienus commodiùs, Oſtende nobis alumnos tuos.

‖Merendiam, δείλη. Gloſſ. Δείλη eſt pomeridianum tempus ‖

Mereo, es, & Mereor, eris, deponens, indifferenter efferunt præteritum merui, vel meritus ſum: & propriè ſignificat aliquid facio, quamobrem aut præmium accipere dignus ſim, vel pœnam pati. { μισθοδοτοῦμαι, τίεμαι, ἀξιόομαι, ἄξιός εἰμι. Gall. *Meriter, deſeruir.* Ital. *Meritare.* Germ. Verdienen/ beſchulden Hisp. *Merecer.* Angl. *To merite, to deſerue.* Et in hac ſignificatione frequentiùs vtimur verbo Mereor, præterquam in præterito, quo indifferenter vtimur. Et tam in bonam partē accipitur, quàm in malam. Plaut. *in Moſtell.* Quid merear, quamobrem mentiar? Quintil. *lib.* 4. *cap.* 1. Nam vt optabile eſt plus fauoris mereri: ſic proximum odij minus.

Si mereor, ſtudiis adſit amica meis,

Ouid. 3. *Faſt.* Mereri comitia & facere. Quintil. Cic. 1. *de nat. deor.* Quid enim mereas, vt Epicureus eſſe deſinas? Terent. *in Ander.* Vnum hoc ſcio, hanc meritam eſſe, vt memor eſſes ſui. Plaut. *in Trinummo.* Non videor meruiſſe laudem, culpa caruiſſe arbitror. Meruit nomen clarum Quintil. Qui ſcis an iſtuc (malum) tibi eueniat? Nunquam merui: Tu meruiſti: & nunc meres Plaut. *Moſtell. ſc.* 1. *a* 1. Neque re, neque verbis de te merui, vt faceres quod facis, (i. vt me irrideres.) Idem *Aul. ſc.* 4. *a.* 1. Accipiam hominem, quibus dictis meret. Idem *Men. ſc.* 1. *a.* 5. Te, vt digna es, perdam, atque vt de me meres. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 1 Nam illa tuo facit Iuſſu, nihil quicquam meret, (ſup. mali.) *Ibidem.* Quanti conducta chlamys: quid meret machæra? quid mercedis, quid meret? quantillo argento ſe conduxit? Idem *ſc.* 7. *a.* 4. Meruiſſe me fateor maximum malum. Idem *Merc. ſc.* 6. *a.* 2. Vt vt erga me merita eſt. Idem *Amph. ſc.* 1. *a.* 5. Quid de te merui qua me cauſſa perderes? Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 3. Ter meruiſti culpam. *Ibidem ſc.* 1. *a.* 5. Bene merenti male refertur gratia. Idem *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1. Benè merenti, benè profuerit, malè merenti, par erit. Idem *Capt. ſc.* 2. *a.* 2. nunquam poſſum referre gratiam vt meritus eſt de me. Idem *Moſt. ſc.* 3. *a.* 1. Magis amabunt cùm videbunt benè merenti (me) gratiam referre. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 1. Ad carnificem dabo. Meritus eſt. Idem *Capt. ſc. vlt. a.* 5. ¶ Mereri de aliquo benè, malè, præclarè, εὐεργετῶ, illius contrarium, κακῶς ποιῶ, idem eſt quod conferre aliquid boni, vel mali in aliquem, & hoc ferè cum altero horum aduerbiorum Benè, vel Malè, vt Benè mereri de aliquo, εὐεργετῶ, eſt aliquid beneficij in aliquem conferre. Virg. 4. *Æneid.*

Si bene quid de te merui.

Malè mereri de aliquo, κακῶς ποιῶ idem eſt quod offendere. Plaut, *in Curc. ſc.* 3. *a.* 1. Heus tu mulier, malè mereri de immerente inſcitia eſt. ¶ Interdum ſine his aduerbiis, Mereri de aliquo, quod modò in bonam, modò in malam partem pro rerum ratione dicitur. Cic. 6. *Verr.* Talis ille vir fuit, ita de populo Romano meritus, vt non vni familiæ ſed vniuerſæ ciuitati commendatus eſſe debeat, hoc eſt, tam multa beneficia in populum Romanum contulit. ¶ Mereo etiam ſignificat ſtipendia facio in militia, μισθοφορῶ hoc eſt, ſtipendij gratia milito: & tunc datiuum, aut ablatiuum requirit, vel abſolutè ponitur. Lucan. *lib.* 10. Ære merent paruo Stat. *lib.* 14. *Theb.*

——— *non hi tibi ſolùm Amphiarae merent.*

Lucr. *lib.* 6.

Sceua viro nomen, caſtrorum in plebe merebat,

Ouid, 3. *Faſt.*

——— *totidem Pilanus habebat*

Corpora, legitimo quique merebat equo.

Dicimus etiam merere pedibus Liu. 4. *belli Punici*, Vt ij omnes quos Cenſores notaſſent pedibus mererent. ¶ Aliquando etiam accuſatiuo iungitur, vt apud Suetonium, Prima ſtipendia meruit. Et in hac ſignificatione vix vtimur verbo deponente Mereor. Non autem dicimus Mereri pedibus, vel Mereri ſtipendia: ſed, Merere pedibus Merere equo merere ſtipendia. ¶ Hinc Emeriti milites dicuntur, qui militia perfuncti ſunt, quíque legitimum militiæ tempus expleuerunt. Plin. *lib.* 11. Nouiſſiméque feſſis, & iam emeritis inchoatæ. Nonnunquam etiam paſſiuè ſumitur, vt apud Quintilianum, Emeritis huic bello ſtipendiis. Et per tranſlationem Emeriti boues dicuntur, quibus ſenio debilitatis vacatio ab opere datur. Emeriti verò ſenes, ſolent habere eos, qui pro ſe laborent qui dicuntur pro alio opus agere, ¶ Item Mereo ſimpliciter ponitur pro militare, & in militia eſſe. Cic. 7. *Verr.* Clamabat ille miſer, ſe ciuem Romanum, municipem Coſſarum meruiſſe cum L. Pretio ſplendidiſſimo equite Romano, qui Panhormi negotiaretur. Liu. *lib.* 1. *dec.* 3. Cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio ſub Aſdrubale Imperatore meruit. ¶ Accipitur etiam Mereo, pro turpem quæſtum facio, ἐργάζομαι, ἑταιρῶ. Inde Meretrices dicuntur, quæ corpore quæſtum faciunt: & Meritorij pueri, qui quæſtus gratia proſtituuntur. Vnde Gell. *cap.* 18. *lib.* 2. à domino Lenone ad merendum puer coactus. Item Scorta meritoria. Sueton. *in Claudio. cap.* 15. & Meritoria taberna, diuerſorium mercenarium, quò quæſtus gratia hoſpites accipiuntur. ¶ Compoſita ſunt, Commereor, Demereor, Emereor, Promereor: ſiue Commereo, Demereo, Emereo, Promereo: de quibus ſuis locis.

Meritus, a, um nomen ex participio, Debitus, conueniens. { ראוי *ráui.* ἄξιος. Gall. *Merité, deſerui.* Ital. *Meritato, conuenieñti.* Germ. Billich/ gebürlich. Item, Verdient/beſchuldt. Hisp. *Merecido, conueniente.* Angl. *Deſerued, due.* Virg. 1. *Æneid.*

——— *meritos aris imponet honores.*

Idem. 1, *Æneid.*

Et pater Anchiſes paſſis de litore palmis

Numina magna vocat, meritóſque indicit honores.

Ouid. *in Ibin.*

Huic igitur meritas grates, vbicumque licebit,

Pro tam manſueto pectore ſemper agam.

¶ Meritus verò cùm eſt participium, ſignificat eum qui aliquid meruit. Plin. *lib.* 7. *cap.* 30. de Cicerone, Primus in toga triumphum linguæque lauream merite. Vide exempla *ſuprà.* ¶ Paſſiuè etiam interdum accipitur Idem *lib.* 7. *cap.* 18. quæ Cannis corona merita, Virg. *Æneid.* 8.

——— *meritâ accendit, Mezentius ira.*

✠ Immeritus. ἀνάξιος. Idem 3. *Æneid.*

Poſtquam res Aſiæ, Priamique euertere gentem

Immeritam viſum ſuperis.

A quibus Meritiſſimus; & Immeritiſſimus. Terent. *in Phorm.* Iamdudum te omnes nos accuſare audio immeritò, & me omnium horum immeritiſſimum. ¶ Meritum meum eſt: hoc eſt, meritus ſum. Terent. *in Heaut.* Hui, tam graues hos quæſo? M. ſic meritum eſt meum Idem *in Phorm.* Faciámque, & dicam. B. Benignè dicis, M. Pol meritum eſt tuum, id eſt, meritus eſt. ¶ Sic merito meo. Plaut. *in Aſin.* —nemo enim me accuſauit Merito meo. hoc eſt, propter peccatum à me admiſſum *Ibidem*, Decet verecundum eſſe adoleſcentem Argyrippe. AR. ædepol pater. Merito tuo facere poſſum, id eſt, meritus es tuis in me beneficiis, vt illud preſtem. ¶ Pro merito, hoc eſt, ita vt meritus eſt quiſpiam. Terent. *in Phorm.* Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia. ¶ ‖ Merita militiæ, commoda præmietur emeritis debita. Lex. I C. ‖

Meritiſsimus, ſuperlat. Plin. *Epiſt. lib.* 5. *Pontio*, Quod mihi cognitum eſt non fama, qua alioquin optima & meritiſſima fruitur.

Meritum, i, dicitur quum vel malè vel benè de aliquo meremur. Eſt enim vocabulum medium, quod tam in meliorem, quàm in deteriorem partem accipi poteſt. Quando in bonam partem accipitur, idem ferè eſt quod beneficiũ. { חסד *chéſedh.* στοργὴ, ἔργον, ἀγαθοποιΐα. Gall. *Merite.* Ital. *Merito.* Germ. Ein verdienſt oder gutthat/wolthat. Hisp. *Merecimiento.* Angl. *Deſerte, wor thineſſe.* } Plancus Ciceroni, Quid enim pro maximis tuis, ac penè immortalibus in me meritis, præſtare amplius poſſim? Virg. 9. *Æneid.*

——— *Meriti tanti non immemor vnquam.*

Ouid. *Epiſt.* 12.

Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas.

Idem 8. *Metam.*

Nil agis, ah fruſtrà meritorum oblite meorum?

Denique cum meritis impleueris omnia Cæſar,

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.*

Ipſe quoque (liber pater,) *atherias meritis inuectus in arces,*

idem *Eleg.* 4 .*lib.* 5. *Triſt.*

——— *Meritis expendite cauſſam,*

idem. 13. *Metam.* Idem Merita formæ, idem *in Epiſt.* Sapphus,

Et formæ meritis tu mihi Phœbus eris.

Quum in peiorem, idem quod peccatum, culpa, ἀξία. Ouid. *Epiſt.* 5.

Leniter ex merito quicquid patiare ferendum eſt,

Item Vatinius *ad Ciceronem* Scis meam fortunam: neſcio quomodo facilè obtrectatores inuenire, non meo mehercule merito. Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 1. Quod tibi malè facere potero faciam; meritóque id faciam tuo. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 3. & *ſc.* 1. *a.* 5. Et Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Triſt.* ¶ Dicitur etia Meritum, pro mercede, vt annotauit Budæus ex illo Terentij *in Phorm.* Egóne illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem? Nihil ſuaue meritum eſt, id eſt: nihil mihi mercedis ſuaue eſt, vt ego illam cum illo nuptam feram.

Meritiſſimum, ſubſtantiuum, hoc eſt, maximum meritum Plaut. *in Aſin.* —iube aduenire, quæſo, Meritiſſimo eius, quæ volet faciemus.

Meritò, aduerbium. Non iniuria, dignè, iure { ἀξίως, ἀξίως. Gall. *A bon droit & à bonne cauſe, en l'ayāt merité.* Ital. *Degnamente, meritamēte.* Germ. Billitlich / auß verdienſt. Hisp. *Dignamente, merecidamente.* Angl. *VVith good cauſe, worthelie.* } Terent. *in Adelph.* Benè facis, meritò te amo. Cic. 5. *Verr.* Quanquam meritò ſum iratus Metello, tamen hæc quæ vera ſunt, dicam. Ago gratias meritò magnas, Plaut. *Capt. ſc.* 1. *a.* 4. Meritóque vobis bona ſe facere quæ facit. Idem *prolog. Amph.* Ego te amo, tu me amas, meritò vterque fieri exiſtimat. Idem *ſc.* 3. *a.* 1. Vt te accuſem meritò meditabar. Idem *Aul. ſc.* 5. *a.* 3. Perfidiæ laudes gratiáſque habemus meritò magnas. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 3. Meritò ea tibi euenerant à me, Idem *Capt. ſc.* 3. *a.* 2. Superlatiuum habet Meritiſſimò, itidem aduerbium, citra tamen comparatiuum. Cic. *de Orat. lib.* 1. Primùm Scæuolæ te dediſti, quem omnes amare meritiſſimò pro eius eximia ſuauitate debemus. P. Gallio, Cui ego meritiſſimò omnia volo & debeo, hæres eſto. Quintil.

Merito, as, frequentatiuum à Mereo. { μισθοφορεῖν Gall. *Meriter, deſſeruir, gaigner.* Ital. *Guadagnare.* Germ. Gewinnen. Hisp. *Merecer y ganar.* Angl. *To deſerue.* } Plin. *lib.* 7. *c.* 31. Quippe quum iam apud maiores Roſcius hiſtrio H-S, quinquaginta annua meritaſſe prodatur. Haud in malè meritantem malè dicax, es. Plaut. *Curc. ſc.* 2. *a.* 4. ſic legit Paſſer. pro *meditantem.*

Meritorius, a, um, quod quæſtus gratia locatur. שכיר *ſachir* μίσθιος. Gall. *Meritoire, mercenaire, de louage.* Ital. *Che ſi da per guadagno, che ſi da à nolo* Germ. Das man vmb gelt oder gewünn willen außleiht. Hisp. *Coſa alquilada pro precio.* Angl. *That is ſettfor gaino.* } Hinc equi meritorij & meritoriæ rhedæ, ζευγημίσθια. Meritoria vehicula. Tranq. *in Calig. cap.* 39. Quicquid inſtrumenti veteris aulæ erat, ab vrbe répetit, comprehenſus ad deportandum meritoriis vehiculis. ¶ Meritorium quoque cœnaculum idem Trãquillus dixit, pro ablocatitio diuerſoriorũ ta de Vitellio ſcribens, Satis conſtat exituro viaticum defuiſſe: tanta egeſtate rei familiaris, vt vxore & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis domum in reliquam partem anni ablocaret. ¶ Pueri meritorij, dicuntur ſcorta maſcula, quæ ad turpem quæſtum proſtituuntur: quemadmodum mulieres, quæ corpus ſuum virorum libidini proſtituunt, Meretrices appellantur: vtrique à merendo dicti, quòd corpore ſuo mereant, hoc eſt, turpem quæſtum faciant. Cic. *in Anton.* Ingenui pueri cum meritoriis, ſcorta cum matribusfamiliâs verſabantur. Scorta meritoria. Suet. *in Calig. cap.* 15. Meritoria artificia, (i. artes mercenariæ.) Senec. *Epiſt.* 89. Meritoria ſunt loca quæ mercede locantur à merendo dicta. Vlpian. *lib.* 13. *D. de vſufruct.* Quod autem dicit meritoria non facturum, ita accipe quæ vulgò *Diuerſoria*, vel *Fullonica* appellant. Hinc Taberna meritoria, diuerſorium atque hoſpitium mercenarium, quò cuique introire licèt dari mercedem. ¶ Ratio verò meritoria, quaſi vilis & malè coëmpt... ¶ Aliquando Meritorium abſolutè dicitur pro taberna mercede conducta Iuuenal. *Satyr.* 3.

——— -nam

——— *nam qua meritoria somnum*
Admittunt.

Meretricum cellæ, interpres Iuuenal.

MERETRIX, cis. Impura mulier, quæ corpore turpiter meretur. Quia est ex supino *meritum*, analogia poſceret *meritrix*. sed illud obtinuit. זונה *Zonáh* ἑταίρα, πόρνη GALL. *Paillarde, putain.* ITAL. *Meretrice.* GERM. Ein hur oder Dirn/ ein gemeine mäd. HISP. *Puta.* ANGL. *An harlott, or hoore, à strumpet.* } Hæc etiam Proſtibula dicitur, ſiue à proſtando, ſiue (vt alij putant) quòd pro ſtabulis, hoc eſt, ante diuerſoria ſoleat habitare. Vnde & Plautus *in Ciſtell. & Men ſc. 7. a. 5.* Intro ad bonam meretricem: in via ſola proſtibula ſanè eſt. Idem *Truc.* Meretricem ego itidem eſſe reor, Mare vt eſt, quod des deuorat, nunquam abundat. Idem *in Capt.* Hic neque periurus leno eſt, nec meretrix mala. Ouid. 1. *Amor. Eleg. 15.*

Dum fallax ſeruus, durus pater, improba lena
Viuet, dum meretrix blanda, Menandrus erit.

Horat. 1. *Serm. ſatyr. 4.*

——— *à turpi meretricis amore Quum deterreret.*

Eſca eſt meretrix, illex, Plaut. *Aſin. ſc. 3. a. 1.* Meretrix tantiſper blanditur, dum illud quod rapiat videt. Idem *Men. ſc. 3. a. 1.* Meretrices hunc morem habent, ad portum mittunt. *Ibid. ſc. 2. a. 2.* Meretrices nuſquam blandiores. *Ibid. ſc. 1. a. 2. & ſc. 3. a. 2.* Leno eam vult meretricem facere. Idem *Curc. ſc. 1. a. 1.* Condignè hæc meretrix fecit, vt mos eſt meretricibus. Idem *Menſc. 5. a. 5.* Matronæ, haud merretricum eſt vni inſeruire Idem *Moſtell. ſc. 3. a. 1.* Meretrices ſunt illecebræ argentariæ. Idem *Men. ſc. 4. a. 2.*

Mĕrĕtrīcŭlă, diminutiuum. { ἑταιρίδιον, πόρνη, δίπτλης. GALL. *Petite putain, petite paillarde.* ITAL. *Picciola meretrice.* GERM. Ein hürlin. HISP. *Pequeña puta, putanilla.* ANGL. *A litle hoore.* } Cic. 5. *Verr.* à mereticula commendari.

Mĕrĕtrīcĭŭs, a, um, quod eſt meretricis, quod pertinet ad meretricem. { ἑταιρικός. GALL. *De paillardes, appartenant à putains.* ITAL. *Coſa da meretrice.* GERM. Hüriſch. HISP. *Coſa de puta.* ANGL. *Belonging to hoores.* } vt ars meretricia Terent. *in. Heaut.* Ignaram artis meretriciæ. Idem *in Andr.* Ac meretricios amores nuptiis glutinas? Idem *in Eunuch.* Quis homo pro mœcho vnquam vidit in domo meretricia Deprehendi quenquam? ¶ Meretricia diſciplina. Cic. 5. *Verr.* Meretriciæ opes. Idem *pro Cælio.* Turba meretricia Ouid. 5. *Faſt.* Et *Eleg. 1. lib. 2. Triſt.*

Corpora veſtales oculi meretricia cernunt. (nuda.)

Mĕrĕtrīcĭum, cij. זנות *Zenúth.* ἑταίρησις. GALL. *Paillardiſe & puterie.* ITAL. *Arte meretricia.* GERM. Hurenwerck/ hurerey. HISP. *Arte de puterias, puteria.* ANGL. *Harlottrie.* } Tranq. *in Calig.* Additúmq; ad caput legis, vt teneretur publico, & quæ meretriciū, & quæ lenociniū feciſſent.

Mĕrĕtrīcĭē aduerb. In modum meretricis. { ἑταιρικῶς. GAL. *A la facon d'vne paillarde.* ITAL. *A foggia di meritrice.* GERM. Auff hüriſche weiß. HISP. *En manera de vna puta.* ANGL. *After the faſhion of an hoore.* } Plaut *in Milit.* Quàm dignè ornata incedit, haud meretricè.

Mĕrĕtrīcor, aris Scortor, lupor זנה *Zanáh* ἑταιρεύω, πορνεύω. GALL. *Paillarder, putaſſer.* ITAL. *Putaneggiare.* GERM. Hurerey treiben. HISP. *Putanear.* ANGL. *To playe the hoore or harlot.* } Aulus Gellius, Thais meretricando magnam pecuniam demerebat. Col. *lib. 1. cap. 1.* Quippe plurimum affert mali, ſi operatio meretricandi poteſtas fiat.

‖Merĕrigæ, manifeſtæ turpitudines. Pap. ‖

Mĕrgæ, arum, { τὰ θέλγηθρα, τειόδοντα ὄργανα θερισμοῦ. GALL. *Vn iauelier, fourche.* ITAL. *Forcole, forche.* GERM. Ein korn gabel oder ſchauſel. HISP. *Las harcas para traſtonar manojos.* ANGL. *A petchforke.* } Furculæ ſunt autore Feſto, quibus acerui frugum fiunt: dictæ à mergis volucribus. Vt enim illi ſe in aquam mergunt dum piſces perſequuntur: ſic meſſores furcas in fruges mergunt, vt eleuare poſſint manipulos. Plaut. *in pœn.* Palas vendundas ſibi mergas datas, Vt hortum fodiat, atque vt frumentum metat. ¶ Alij mergas ferramenta eſſe exiſtimant, quibus olim in frugibus demetendis vtebantur. Nam in rariore ſegete ea metendi erat ratio, vt culmi medij falce inciderentur, ſpicæque inter duo ferramenta diſtringerentur, quæ à Colum. *Mergæ* appellantur. Sic enim habet ille *lib. 1. c. 21.* Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus ſerriculatis, atque iis vel roſtratis, vel denticulatis medium culmen ſecant: multi mergis, alij pectinibus ſpicam ipſam legunt, idque in rara ſegete facillimum in denſa difficilimum eſt. Plin. *lib. 18. cap. 30.* *Morgites* appellat.

Mĕrgĕs, ĭtis Manipulus ſpicarum. { עמיר *Hamír.* τὸ δέσμιον, τὸ φακίολον. GALL. *Vne poignée ou iauelle d'eſpies de blé.* ITAL. *Faſcio de ſpiche.* GERM. Ein korngarb. HISP. *El manojo.* ANGL. *A knit ſhel or bot tell of cares of corne.* } à mergendo dictus, inquit Seruius. Virg. *lib. 1. Georg.*

Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,
Prouentúque oneret ſulcos.

Mergites quoque à veteribus dicebantur ferramenta quædam, quibus in rariore ſegete meſſores ſpicas ſolent diſtringere, quæ & Mergæ vocantur à Columella, vt ſuprà ſuo loco oſtendimus. Plin. *lib. 18. cap. 30.* Stipulæ alibi media falce præciduntur, atque inter duos mergites ſpica diſtringitur. Sed legendum putant, *iterum è deſecta mergite.* Nam Varro *lib. 1. de re ruſt. c. 50.* In Vmbria falce ſecundùm terram ſuccidunt ſtramentum: & manipulum, vt quemque ſubſecuerunt ponunt in terra. Vbi eos fecerunt multos, iterum eos percenſent, ac de ſingulis ſecant inter ſicas & ſtramentum.

MĔRGO, is, ſi, ſum, Immergo, ſubmergo, aqua obruo. { השקיע *hiſchkiáh* δύω. GALL. *Plonger en l'eau, mettre tout dedans l'eau, & l'en couurir.* ITAL. *Attuffare porre ſotto aqua.* GERM. Eintuncken/ in das waſſer ſtoſſen/ tauſſen. HISP. *Cabullir baxo del agua.* ANGL. *To drowne or plunge in te water, to dip.* } Plin. *lib. 9. cap. 38.* Rurſúſque mergitur lana carminata, donec omnem ebiberit ſaniem. Virg. *Æneid. 9.*

——— *quis te, Palinure, deorum*
Eripuit nobis, medióque ſub æquore merſit?

Manifeſtiùs etiam Plin. *lib. 9. cap. 44.* Pyſcantium cymbas ſpeculatur, occultúſque adnatans mergit. Suet. *in Calig. c. 20.* Mergere ſcripta flumine Ebrietas, non vt mergat nos, ſed deprimat curas. Senec. *cap. 15. de tranquill.* Merſi ſomno & vino Liu. 1. *d. 5.*

Cùm graue nexa ſimul retia mergat onus.

Ouid. *Eleg. 4. lib. 3. Triſt.*

——— *Imóque ſub æquore merſit*
Incolumen toties vna procella ratem,

idem *Eleg. 1. lib. 3. Triſt.* Quos Seiani odium, vel amor merſerat. (i. perniciem attulerat.) Senec. *Eleg. 56.*

Te tamen eſt vno iudice merſa parum. (ſup. mea fortuna.)

Ouid. *Eleg. 11. lib. 3. Triſt.* ¶ Per tranſlationem autem Mergere dicimus pro obruere, inuoluere, ſeu implicare Virg. *Æneid. 6.*

Sed me fata mea & ſcelus exitiale Lacæna,
His merſère malis.

¶ Huius compoſita ſunt, Demergo, Emergo, Immergo, Submergo: quorum ſignificata vide ſuis locis. Mergi, pro, ære alieno obrui. Vlpianus *in l. quid ergo, de contraria & vtili actione tutelæ.* Neque enim in hoc adminiſtrantur tutelæ vt mergantur pupilli. id eſt, ære alieno obruantur. Budæus.

Merſurus, particip. fur. temporis βαπτίσων. Ouid. *in Ibin,*

Sic te merſuras adiuuet ignis aquas.

Mĕrſo, ſas, Sæpe mergo. { κυβιστάω, βαπτίζω. GALL. *Plonger en l'eau ſouuent.* ITAL. *Attuffare ſpeſſo.* GERM. Offt oder emſig eintuncken. HISP. *Cabulir baxo del agua muchas vezes.* ANGL. *To plunge or dip often.* } Col. *lib. c. 4.* Quarto die, ſi eſt vicinia maris, ad littus deducta merſatur ouis. Virg. 1 *Georg.*

——— *Balanúmque gregem fluuio merſare ſalubri.*

Catullus,

Fluctibus fortunæ merſor.

Merſito, as, are, frequentatiuum à frequentatiuo Merſo. Solinus *c. 57. ad finem* Quo quis acrior fuerit, ſpeique maioris, eo profundiùs nares merſitat in bibendo de pullo equino.

Mērto, tas, frequenter mergo, pro merſo, vt pulto, pro pulſo. Accius *Deiphobo,* Vel hic qui in ea parte effrænata impudentia præſentem præſens dictis mertare inſtituit. Hæc Nonius. Feſtus, *Mertat,* pro merſat antiqui dicebant, Fabius verò Quint *lib. 1. c. 6.* Et hæc ipſa (inquit) ſ, litera, ab his nominibus excluſa, in quibuſdam ipſa alteri ſucceſſit. Nam Mertare, atque Pultare, dicebant. Item, Mertare Nonius accipit pro mœrentem facere. Apud Accium *in Myrmidonibus,* Quod ſicut decuit, iſta res mecum, aut meus mertaret dolor, iamdiu inflammari naues vidiſſent ſuas.

‖Mergula. Gloſſ. Mergulæ αἴθυια. vide *Mergulus.*‖

Mĕrgŭlŭs, li, Funiculus ille qui in lychno flammam nutrit, ellychnium. { פתיל *pathil.* ἐλλύχνιον. GALL. *La meche.* ITAL. *Stoppino, lucignolo* GERM. Ein decht. HISP. *La macha del candil.* ANGL. *The meih of a candle.*

Mĕrgus, goris ὑδρία. Genus vaſis, quod nonnulli ſitulam appellant, ita dictum, quòd puteo mergatur, dum eo aquam haurimus.

‖Mergoræ ſitulæ, quibus aqua de puteo trahitur. Gl. Iſid. Vet. Vocab. legiſſe videtur *mergora,* neutro genere vt inde finxerit Mergus, oris. Sed vocem Hiſpanis vſitatam fuiſſe puto fœminino genere *mergora, æ* ‖

Mĕrgus, gi, { αἴθυια. GALL. *Vn oiſeau appellé plongeon.* ITAL. *Smergo.* GERM. Ein teucher oder teuchent. HISP. *Cueruo marino.* ANGL. *A cormorant.* } Auis ita dicta, quòd ſe in aquam, captans cibum, aſſiduè immergat, teſte Varro. *lib. 4. de ling. Lat.* & Ouid. *Metam. 11.* de Æſaco priami filio, ita ſcribente.

Æquor amat, noménque manet, quia mergitur illi.

Virg. 5. *Æneid.*

——— *immotáque attollitur vnda*
Campus, & apricis ſtatio gratiſſima mergis.

Ouid. 1. *de Ponto, Eleg. 7.*

Nam prius incipient turres vitare columbæ,
Antra feræ, pecudes gramina mergus aquas,
Quàm malè ſe præſtet veteri Græcinus amico.

Huius auis natura eſt, vt ſæpe mergens aurarum ſigna colligat & præuidens tempeſtatem futuram, properè medio reuolet ex æquore, & ad littorum tuta cum clamore contendat. ¶ Eſt & Mergus in vite, vt docet Colum. *lib. 4. cap. 15.* Quum ſupra terram iuxta ſuum adminiculum vitis curuatur, atque ex alto ſcrobe ſubmerſa perducit ad vacantē palum. Pallad. Mergum dicimus, quoties velut arcus ſupra terram reſinquitur, alia parte vitis in foſſa. Et *paulò pòſt,* Mergi verò poſt biennium reſcinduntur, in ea parte quæ ſuprà eſt, & in loco iuſtas vites relinquūt. Hodie Galli vulgò mergum in vinea appellant *marquotte,* quaſi mergottam per diminutionem, alij *courſon, brin.* Carolus Steph.

Mergina, μεργίνη. A Romanis vocatur illa, quam Græci σμίλακα τραχεῖαν, hoc eſt, ſmilacem aſperam vocant. Vide Dioſcorid *lib. 4.*

Meribibulus, vide *Merus.*

MĔRĪDĬĒS, ei, Medius dies, quaſi medidies. { צהרים *tſahoráiim.* μεσημβρία. GALL. *Midi.* ITAL. *Mezzo giorno, mezzodi.* GERM. Der mittag. HISP. *Medio dia* ANGL. *The midde day.* } Nam (vt inquit Varro d, antiqui, non r, hoc loco dicebant: ſed ſuauioris pronuntiationis gratia mutatum eſt d, in r, quod & confirmat Cic. *in Orat. ad Brutum,* dicens, Ipſum meridiem, cur non medidiem? credo, quòd erat inſuauius. Plaut. *in Moſtell.* Heus iam appetit meridies. id eſt, inſtat, appropinquat. Horat. 3. *Carm. Ode.* 28.

Inclinare meridiem ſentis.

Terent. *in Adelph.* — præter hæc, Meridie ipſo faciam vt ſtipulā colligant. Semper autem maſculinum eſt, quia certum dici tempus ſignificat. Meridie quidam interiungere ſoliti Senec. *cap. vlt. de tranquill.* Quotumo die huc perueniſti? Altero ad meridiem (aliàs alto adhuc meridie. Plaut. *Pſeud. ſc. 7. a. 4.* ¶ Annotandum & illud, veteres meridiem pro media nocte dixiſſe: quomodo & æquidiale pro æquinoctio. Varro *in Marcipore,*

Repentè noctis circiter meridiem,
Cùm pictus aër feruidis lacte ignibus,
Cæli choreas aſtricas oſtenderet. Nonius.

Mĕrīdĭānŭs, a, um, quod ad meridiem ſpectat. { μεσημβρινός. GALL. *De midi.* ITAL. *Di mezzo di.* GERM Mittägig. HISP. *Coſa de medio dia.* ANGL. *Of the midde day.* } Sic Plin. *lib. 2. cap. 19.* Meridianum Solem dicit, & *lib. 13. cap. 4.* Orbem meridianum. ¶ Meridianò, pro meridie, id eſt, hora

hora meridiana. Plin. *lib.2.c.26.* Emicant & faces, nonnisi quum decidunt, visæ, qualis Germanico Cæsare gladiatorum spectaculum edente, præter ora populi meridianò transcurrit. ¶ Meridianus pro gladiatore. Suet. *in Claud.cap.34.* Bestiariis, meridianísque adeò delectabatur, vt etiam prima luce ad spectaculum descenderet: & meridie dimisso ad prandium populo præsideret, præterque destinatos etiam leui, subitáque de causa quosdam committeret. ¶ Inde fit compositum Pomeridianus, de quo *infra.*

Mĕrīdĭānŭs, siue Meridianus circulus, μεσημβρινὸς κύκλος. Vnus est ex sex maioribus sphæræ circulis, per polos mundi, & verticem nostrum ductus, qui vnà nobiscum mutatur pro locorum & regionum, in quibus sumus, ratione. Dictus meridianus, quòd Sole in nostro hemisphærio ad circulum hunc accedente, apud nos fit meridies: & rursus media nox, quum in inferiore hemisphærio Sol ad eundem peruenerit. Vide Scalig. *in lib.1.sphær.* Manil.

Mĕrīdĭo, as, & Meridior, aris, deponens, significat somnum meridianum capio. {μετ' ἄριστον τρώγω. GALL. *Merienner, reposer ou dormir à midi.* ITAL. *Mangiare ò vero dormire doppo mezzo giorno.* GERM. Zu mittag oder zu imbiß essen. HISP. *Merendar ò comer, ò dormir à medio dia.* ANGL. *To dyne.*} Plautus, Ientando, meridiando, comessando, pergræcando vitam ducere. ¶ Aliquando significat somnum meridianum capio, ἐν μεσημβρίᾳ καθεύδω. Cornel. Cels. *lib.1.c.2.* Longis diebus meridiari potiùs ante cibum, vtile est: sin minus post eum per hyemem totis noctibus conquiescere. Suet *in Nerone c.6.* Missos à Messalina vxore Claudij, qui eum meridiantem, quasi Britannici æmulum strangularent. Idem *in Calig.c.38.* Gloriatúsque est expergefactæ somno Cæsoniæ, quantum egisset, dum ea meridiaret.

Mĕrīdĭātĭo, Quies meridiana. μεσημβρία, ἀνάπαυλα. GALL. *Merienne, le repos ou dormir sur le midi, ou sur le soir.* ITAL. *Esso dormire à mezzogiorno.* GERM. Die mittags ruw/mittags schlaff. HISP. *Aquella obra de dormir à medio dia dormir la siesta.* ANGL. *The rest of the midde day.* } Cic. *lib.2.de diuinat.* Tunc & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus antea vti non consueueram.

‖ Meringa, est pellicula in aure vbi fit auditus Ita Vet. Vocab. ‖

Mĕrĭŏnēs, μηριόνης. Fuit teste Homero *lib. Iliad.2.* Auriga Idomenæi, & cum eo dux nauium, quæ è Creta venerant ad Troiam, Marti, vt ait, Martis arbitrio comparandus. Meminit Ouid. *13. Metam.*

Mĕrĭs, μηρίς, herba est, quæ alio nomine Tripolium appellatur. de hac Dioscorides *lib.4.*

Mĕrĭsmos, μερισμός, ‖ diuisio: à μερίζω, diuido. ‖ A Græcis dicitur figura apud Rhetores, quam Latini Distributionem vocant: quum scilicet genus in species, aut totum in partes dissecamus, ordine discreto: que sententiarum figura diuisioni ac partitioni affinis est. Nam dispositio (quæ vtrunque complectitur) est, autore Fabio, vtilis rerum ac partium in loco distributio. Huc etiam pertinet διάλυσις, id est dissolutio, quum dispersa distributione dissipantur: quali Cicer. vsus est *in Epist. ad Luceium secunda familiarium lib.5.* Transferam animum ad ea quibus secundæ res ornantur, aduersæ adiuuant.

Mĕrĭtō, aduerbium, Merito, Meritas, Meritorius, Meritum, Meritus, vide *Mereo.*

Meritus, mons Thraciæ, apud Plin. *lib. 4. c.11.*

Mermeros. Vnus ex Centauris. Ouid. *Metamorph.12.*

Quique pedum nuper certamine vicerat omnes
Mermereos, accepto tum vulnere tardior ibat.

μέρμερος autem Latinè curiosus interpretatur, à verbo μερμηρίζω, cogito & consulo.

Mermessus, μερμησσός, vrbs Troadis, Sibyllæ Erythrææ patria, vt Stephano placet. qui etiam ab vrbis huius rubedine Erythræam eam appellatam existimat. Straboni tamen magis credendum existimo, qui *lib. 14.* Erythræam Sibyllam dictam existimat, ab Erythris Ioniæ vrbe, non procul à Clazomenis sita.

Mĕro, per iocum dictus est Tiberius Cæsar, pro Nerone: quòd impendio vinosior esset. Suet. *in Tiberio Cæsare,* In castris tyro etiam tum propter nimiam vini auiditatem, pro Tiberio, Biberius: pro Claudio, Caldius: pro Nerone, Mero vocabatur.

Mĕrŏbĭbŭs a, um, vide *Meribibulus.*

Meroctes, Lapillus porracei coloris, qui lacte sudat. Plin. *lib.37.c.10.*

Mĕrŏē, roes μερόη. vulgò *Saba*, dictio trisyllaba, insulæ Nili Metropolis, à qua & tota insula Meroë dicitur, vulgò *Saba.* De hac ita scribit Herodotus, Meroë fuit olim regni caput: clypei figuram ea insula imitatur, ad tria millia stadiorum cum Nilo protensa, accolunt pastores eam, qui passim venantur, & agricolæ qui aurifodinas habent. Hanc Cambyses condidit, appellauítque à nomine sororis Meroës. Quum enim Ægyptum omnem occupasset, Meroën secum vsque ad Ægyptios duces processit: quæ quum ibi mortem obiisset, vrbi nomen indidit. De hac Lucan. *lib.10.*

——— gurgite rupto
Ambitus nigris Meroë fœcunda colonis.

Patet longitudine stadiorum tribus millibus, latitudine mille. Effodiuntur in ea aurum, argẽtum, æs, ferrum, ebenũm. Præterea fert & lapidum multiplex genus: distátque à Syene quinque millibus stadiorum, vltra quam est torrida zona. Exuperat omnes alias Nili insulas quas circiter septingentas esse scribit Diodorus *libro 1. & 17.* Strabo *libro 16.*

Mĕrŏpē, es, μερόπη, vna filiarum Atlantis ex Pleione Nympha, cuius stella ex septem Pleiadibus obscurissima apparet, quòd quum sorores omnes diis nupsissent, sola Sisypho nupserit homini mortali. Ouid. *4. Fast.*

Mĕrŏpĭă, μεροπία, vulgò *Sifano.* Insula est vna Cycladum, quæ aliis nominibus & Siphnos & Acis appellatur. de hac Plin. *lib.4. c.12.*

Mĕrŏpĭs, μεροπίς, insula est Cariæ adiacens, quæ notiore nomine Cos appellatur. Plin. *lib.5.cap.31.* Vulgò *Lango.*

Mĕrŏps, μέροψ. ANGL. *Bird which eateth bees.*} Auis est, teste Æliano, pietate in parentes volucribus cæteris præstans: nam vbi primùm per ætatem volare potest parentes in altissimis specubus reconditos alit. Infesta in primis est aluearis, apésque absumit: vnde & Apiastra à quibusdam appellatur. Virg. *4. Georg.*

Absint & picti squallentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis meropésque, aliaque volucres.

Plin. *lib.10. cap.33.* Nec verò iis minor solertia, quæ cunabula in terra faciunt, corporis grauitate prohibitæ sublime petere. Merops vocatur, genitores suo reconditos pascens, pallido intus colore pennarum, supernè cyaneo, priori subrutilo. Nidificat in specu sex pedum defossa altitudine. Græcis μέροψ est epitheton hominis, ex eo dicti, quòd μείρει ὄπα, diuidit vocem, & articulatos sonos effert. Et merops auis vocem edit, quodammodo instar hominis, qui ore in rotundum clauso sonaret, *grulgruru arurul*, sono tam alto, quàm oriolus. Petr. Bellon. ¶ Meropes præterea diuersarum linguarum homines dicuntur à μείρω, diuido, & ὄψ, per o breue, quod vocem significat. ¶ Est etiam Merops Gigantis nomen, vnius ex iis qui Iouem de cælo deturbare conati sunt: a quo insula Cos Meropis appellata existimatur.

Mĕrŏpŭs, μέροπος, Mons Græciæ iuxta Thessaliam, variis præruptus anfractibus: qui vndique referiente Echo voces diuersas reddit, vnde etiam appellationem sortitus est.

Meros, siue Merus, μηρός. Mons est in finibus Indiæ, in cuius radice Dionysius in Indiam proficiscens, Nysam vrbem condidit Curt. *lib.7.* Nysa sita est sub radicibus montis, quem Meron accolæ appellant. Inde Græci mentiendi traxere licentiam, Iouis femine Liberum patrem esse celatum Græcè enim μηρὸς femur significat.

‖ Mersinium, funis. Lex.gr.b. ‖

Merso, & Merto, vide *Mergo.*

‖ Mertium. Apul. *lib. 8.* specta denique, quale cœlesti prouidentia mertium reportauerit, i. præmium meritum.

Mĕrŭlă, Auis sic dicta, quòd sola volet, & solitaria pascatur: quasi mera volãs. {κόσσυφος. GALL. *Vn merle.* ITAL. *Merlo vccello.* GERM. Ein amsel. HISP. *La mirla* ANGL. *An owsell, abrid called a black mack.* Hanc tamen etymologiam, vt superstitiosam & plus iusto curiosam ridet Fabius *lib. 1.cap. 10.* ita Varronem vellicans, Sed huic tanti fuit vertere, vt merula, quia sola volat, quasi mera volans nominaretur. De huius auis natura Plin *lib.10.cap.29.* Merula ex nigra ruffescit, æstate canit, hyeme balbutit, circa solstitium muta. Rostrum quoque in auiculis, in ebur transfiguratur duntaxat maribus Horat. *2. Serm satyr 8.*

Vidimus & merulas poni, & sine clune palumbes.

Idem *de Arte,*

Intentus merulis auceps.

¶ Est etiam piscis saxatilis, Plinio teste *lib.32. cap. 11.* { GERM. Merschleie. ANGL. *A whiting.* } Hoc nomine etiam dictus est fluuius: qui Albingæ vrbis latus alluit: alio nomine Cinta dictus, quia centenis amnibus augetur.

‖ Merulus, κόσσυφος. In Gloss. tribus. Scribit κόσσιφος: vt & apud Suid. Vet.lex. κόψιφος. sed Varro *lib.8.de L.L.* dici coruum, turdum, non dici coruam, turdam: contrà dici pantheram, merulam, non dici pantherum, merulum. Recentioribus tamen etiam dici cœpit *merulus,* vt auctori Philomelæ.

Et merulus modulans tam pulchris concinit odis,
Nocte mente tamen carmina nulla canit. ‖

Mĕrŭs, a, um Solus, immixtus, vnicus. { נקי *naki.* ἄκρατος. GALL. *Seul.* ITAL. & HISP. *Solo.* GERM. Allein/lauter/ vnuermischt. ANGL. *Onlie, alone tot mixed.* } Ostentatores sunt meri. Plaut. *Curc. sc.1 a. 4.* Amor clandestinus damnum est merum *Ibid. sc. 1. a. 1.* Quæ in nos dicis aurum & argentum merum est. Idem *Asin. sc. 3. a. 1.* Quæ memini, mora mera est monerier. Idem *sc. 3. a 2.* Mera mendacia fundis. Idem. *Pseud. sc. 1. a.4.* Merum condidicit bibere, foribus dat aquam. Idem. *Curc. sc.3.a.1.*

Sed linguam nimio non tenuisse mero,

Ouid. *Eleg. 1. lib.2.Trist.*

Lapsave sunt nimio verba profana mero.

Quicquid meris adiicietur affectibus. Quint. Mera indulgentia. Senec. *c.8 de consol.ad Polyb.* Mera estis mortuaria glossaria. Gell. *c.7 lib 18.*

Lacte mero veteres vsi narrantur & herbis,

Ouid. *4. Fast.* Terent. *in Phorm.* Nihil habet, nisi spem meram. Merum, inquit Festus, antiqui dicebant solum. At nunc merum, purum appellamus. Hinc merum furtum, quod ab omni datione seiunctum est, merum officium Prætoris, quod à iudicis officio secretum est: mera pœna, quæ à rei persecutione seiuncta est: merum imperium, quod in rerum capitalium quæstionibus versatur, & à priuatarum rerum iurisdictione purum est. Reliqua vide apud Hotomanum, Cic *lib. 2. de Orat.* Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano, meri principes αὐτοχειρίᾳ ἔργοις exeunt. Idem *3. de nat. deor.* Vehementiùs quidem inuectus es in meram Stoicorum rationem. Idem *ad Attic. lib.4.* Venerat horis duabus antè Cherippus, mera monstra nuntiarat. Idem, Quid est igitur quod laborem? amicos habet, meras nugas, &c. Plaut. *Curc. sc. 3. a. 1.* Hanc amas, meras nugas. Paulò antè, persolæ nugæ. Idem *in Amphitr.* Eam ego, vt matre fuerat natum vini eduxi meri. Idem *Men. sc.1. a.1.* Nugæ sunt meræ. ¶ ‖ Merus bellator excellens. Plaut. ¶ Merum imperium habens ius gladij vsque ad mortem inclusiuè. Lex I.c. ‖

Mĕrum, substantiuum, Vinum aqua nõ dilutum. { יין *jajin* תירוש *tirósch.* ἄκρατον. GALL. *Vin pur & sans eau, & sans aucunes mixtion.* ITAL. *Vino puro.* GERM. Wein der lauter vnnd allein ist / vnuermischter wein. HISP. *Vino puro y no mezlado.* ANG. *VVyno not alayed.* } Plin. *lib.23.c.1.* Merum quidem remedio est contra cicutas, coriandrum aconitæ, viscum, meconium, argentum viuum. Ouid. *15. Metam.*

——— odiúmque meri permansit in vndis.

Idem *9. Metam.*

Haud alio vultu, quàm si conuiua iaceres
Inter plena meri redimitus pocula sertis.

Virg. *3. Æneid.*

Tum pater Anchises magnum cratera corona
Induit, impleuitque mero, diuósque vocauit,
Stans celsa in puppi.

Merè, aduerbium, ἀκράτως, purè. Plaut. *Trucul.* Interim illa Hamũm vorat, si semel amoris poculum accepit merè.

Mĕrĭbĭbŭlŭs, i, qui vinum sine aqua bibit. { ἀκρατοπότης. GALL. Qui boit vin

Ala

vin sans eau. ITAL. Colui che beue il vino senza aqua. GERM. Der eitel oder lauter wein trinckt ohn wasser. HISP. Beuedor de vino sin agua. ANGL. That drinketh wine vith out water. } August. Quum temeti auidior esset, quadam die ab irata ancilla per conuitium appellata est meribibula, quæ res tantum ei pudorem iniecit, vt postmodum sobria prorsus fuerit. Et hoc quidem nomen diminutiuum est. Sicut enim Bibulus diminutiuũ videtur à Bibus, quo extra compositionem non vtimur, ita Meribibula, vel Merobibula, à Merobiba: quo nomine licentiosa compositione vsus est Plaut in Curc. Anus hic recubare solet, custos, ianitrix: nomen est lenæ Multibiba, atque Merobiba.

Mĕrūsĭum, sij, μερύσιον, Siciliæ locus 70. à Syracusis stadiis distans: cuius incolæ Merusij dicti sunt. Autor Stephan.

‖ Mervvorphim, vox in Longobard. ll. est proiectio de equa. ‖

MERX, cis, Res quæ à mercatoribus venales importantur, aut exportantur. { מכר mécher. ἐμπολή. GALL. Marchandise, danrée. ITAL. Merce. GERM. Kauffmanschaft/wahr. HISP. Mercaderia. ANGL. Marchandise, ware that is bought ande sold. } Cic. lib. 3. de Repub. Phœnices primi mercaturis, & mercibus suis auaritiam & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Græciam. ¶ Singularis huius vocis numerus minus est vsitatus. Legitur tamen apud Plin. lib. 12. cap. 25. Sarmenta quoque in merce sunt. Plaut. in Cistell. Mala merx hera hæc, & callida. Idem in Milit. Sicuti merci pretium stat pro virtute vt væneat. Quæ improba est, pro mercis vitio dominum pretio pauperat. Idem Persa, Merx tuã mala est. Quintil. lib. 1. c. 12. Sordidæ mercis negotiator. Gestat mercem sine fuco, Horat. 1. Serm. satyr. 2. Frequentius verò in plurali. Idem in Arte,

Vt præco ad merces turbam qui cogit emendas.

Cic. 7. Verr. Mercibus ademptis in vincula coniectos esse mercatores. ¶ Esculentæ merces apud, Colum. lib. 12. hoc est, ea quæ hominũ esui accommodata venduntur. Fallaces & fucosæ merces, Cic. post Rabir. Posth. Mutare merces, Ouid. 1. Trist. Eleg. 2. Si æs habent dant mercem. (i. panem & vinum) Plaut. Asin. sc. 3. a. 1. Mala merx est. (de lenone.) Idem Pseud. sc. 1. a. 4.

Mĕrcĭmōnĭum, eiusdem significationis: nomen quidem antiquum, sed quod tamen non reformidauit exactissimus verborum censor Laurentius Valla, qui eo statim in fronte versionis Latinæ Herodoti Græci historici vsus est, & Plaut. in Curc. sc. 4. a. 4. Sed quid agit meum mercimonium apud te (de puella empta.) Idem in prologo Amph. Vt vos in vostris voltis mercimoniis emundis vendundisque, &c.

‖ Mercion, mercatus. Lex. gr. b. ‖

Mĕsă, μέσα teste Vitruuio, sunt partes mediæ ædium, quas idem Latinè Medianas appellari asserit.

Mesancylum, i. teli missilis genus, inquit Festus. legitur & apud Gellium, sed corruptè in editis libris.

Mĕsāpĭă, Mesapus, vide Massapia.

Mesanites sinus, μεσανίτης κόλπος, Persici sinus pars est. Steph.

Mĕsăræum, μεσάραιον. Vide Mesenterium.

Mĕsărchŏn, μέσαρχον, dicitur corpus illud venosum, per quod hepar, veluti per manum, chylum ex ventriculo attrahit. Alio nomine Mesenterium dicitur, quod vide.

‖ Mesarnum, tributum dimidiatæ ouis. Buleng. Lex. gr. b.

Mesatium, lorum ab equo ad alium equum tendens. Poll. ‖

Mĕsaūlī, μέσαυλοι, Ædium itinera dicuntur, quæ inter duas aulas, id est, duo atria sunt interposita. A nonnullis etiam Andrones vocantur, teste Cælio Rhodig. lib. 27. c. 2.

‖ Mesaulium, μεσαύλιον, & μέσαυλοι. Suid. mediana ianua, in aulæ meditullio locus. Cæl.

Mesaton, magistratus ad quem litis deferebant arbitrium. Lex. gr. b.

Mese, μέση, media, absolutè sic dicitur chorda media inter septem ordine iunctas. Deinde metonymicè sonus, qui ea pulsata oritur. ‖

Mĕsēntĕrĭum, μεσεντέριον, Crassa quædam & adiposa membrana est, multis & neruis, & venis, & glandulis intertexta, medium inter intestina situm obtinens: vnde & nomen accepit. Huius veluti manus cuiusdam opera, iecur chylum à ventriculo attrahit, per eas venas, quas mesaraicas vocant. Alio nomine Mesaraum appellatur.

Mĕsēs, mesæ, μέσης, Ventus inter Boream, & Cæciam medius: vnde & nomen habet. { ITAL. Griego tramontana. GERM. Einer auß den nordtwinden beiseits gegen Auffgang. } Huius meminit Plin. lib. 2. c. 47.

Mĕsēmbrĭă, μεσημβρία. Vulgò Meesember. Megarensium colonia, quam antea Menebriam vocabant, quasi Menapolim, id est, Menæ ciuitatem. Eius enim ædificator Menas appellabatur: Bria verò sermone Thracio ciuitas vocatur. Hæc Strabo lib. 7. Mesembraici portus meminit Ouid. 1. Trist. Eleg. 9.

Mĕsĭă, vide Masia.

‖ Mesiticum, μεσιτικόν, æs, quod pro loco, in foro, mercibus vendendis soluebatur. μέση & forum Græcis posterioribus: quia id plerumque est in medio vrbici. Gloss. gr. b. Meursij.

Mesobolum, & Mesabum, μεσόβοιον & μέσαβον, medium inter boues iunctos lignum. Suid. nempe à μέσον & βοῦς. ab aliis exponitur lorum, quo temo iugo alligatur: ab aliis iuge γλυφή, vbi ceruices boũ ligantur. ‖

Mĕsŏchŏrŭs, μεσόχορος. Qui in medio turbæ stans, reliquis canendi, vel aliud agendi signum proponit, Sidonius.

——nullus ibi lirystes,

Choraules mesochorus, tympanistria, psaltria canit.

Vide Cælium Rhod. lib. 4. cap. 14.

Mĕsŏ[illegible]anĭum, μεσοκράνιον, Vertex capitis, medium cranij locũ obtinens.

Mĕsŏlă, μεσόλα, Messeniaci agri oppidum, inter Taygeteum montem, & Messenem vrbem situm. Gentile est Mesolates. Stephano.

Mĕsŏlĕucŏs, μεσόλευκος, Gemma, quam mediam linea alba distinguit: de qua Plin. lib. 37. c. 10. ¶ Est præterea hoc nomine herba quædam habens candidam lineam per folium discurrentem. Idem lib. 27. c. 11 Leuce Mercuriali similis, nomen ex causa accepit per medium folium candida linea transcurrente, quare Mesoleucon quidam vocant. μέσος nanque medius est, & λευκός albus.

Mesŏmēdes, μεσομήδης, Poëta Lyricus ex Creta oriundus, Adriani Cæsaris [illegible]bertus: in cuius gratiam scripsit laudes Antinoi, qui Adriano in deli[illegible] erat. Suidas.

Mĕsŏmĕlās, μεσομέλας, Gemma est nigram habens venam, quemlibet colorem per medium secantem. Plin. lib. 37. cap. 10.

Mĕsŏn, μέσον πρόσωπον, autore Festo, Persona Comica appellatur, aut coqui, aut nautæ, aut eius generis: dicta ab inuentore eius Mesone Comœdo, vt Aristophanes ait Grammaticus. Rectiùs quidem videtur manare à fonte Græco, μέσον nanque medium significat. Porrò coquorum, nautarum, cerdonum, atque huiusmodi opificum personæ mediæ sunt: vt quæ neque seruiles videantur, quum liberæ sint operæ: neque omnino liberæ, quum mercenariæ. Est enim merces, vt ait Cic. autoramentum seruitutis. Proinde mediæ sunt & mistæ personæ, qui μέσα πρόσωπα dici possunt: vt κατὰ τὸ στρατιωτικὸν, dicimus in Comœdiis. ¶ Fuit præterea Meson, μέσων, quidam Astrologus, qui Atheniensibus in expeditionem Siciliensem profecturis, quum ipse quoque ad id bellum delectus esset, imminentem toti exercitui cladem prospiciens, propriis ædibus ignem iniecit, furoremque tam scitè assimulauit, vt veluti insanus, & bello parum idoneus, domi fuerit relictus. Vide Plutarch. in Nicia, Alcibiade, & Pyrrho. Item apud Cæl. lib. 11. c. 76.

Mĕsŏnaūtă, qui medium inter nautas, id est, remiges, locum obtinens, reliquis remigandi signum præbet, eodem modo dictus, vt { μεσόναυτος. ANGL. That hath middroome or place amangest the mariners or rowers. } Ex Hotomano Vsus est hoc vocabulo Vlpian. in l. 1. D. de naut. caup. stab. Sed de exercitore solummodo prætor sentit, nec enim debet, inquit, Pomponius per remigem, aut mesonautam obligari, sed per se vel per nauis magistrum.

‖ Mesonestimas, quarta septimana Quadragesima dicta Lætare. Lex. gr. b. ‖

Mĕsŏnўctĭŏn, μεσονύκτιον, Media nox. ‖ nox intempesta. Item hymnus media nocte cantatus. Lex. gr. b. ‖ Vide latiùs suprà in dictionibus Aurora & Dies.

‖ Mesopentecoste, septimana quarta post Pentecostem. Lex. gr. b.

Mesophryum medium superciliorum spatium, metopium Poll. ‖

Mesoplurium, μεσοπλεύριον τὰ μεσόπλευρα, vel μεσοπλεύρια, quæ inter costas sonat, quæ Græcis πλευρά.

Mĕsŏpōntĭŭs, μεσοπόντιος, cognominatus est Neptunus, qui apud Eressum Lesbi insulæ ciuitatem colebatur Steph.

Mĕsŏpŏtāmĭă, { ארם נהרים arám naharáijm. μεσοποταμία. } Regio maioris Asiæ inter Euphratem & Tigrim, vnde nomen habet: μέσος enim medium sonat, & ποταμός fluuium Tacit. lib. 5. Mox repetita amicitia regis, multo apud eum honore, præfectus campis: qui Euphrate & Tigri inclytis amnibus circunflui, Mesopotamiæ nomen acceperunt. Habet hæc regio Tigrim ab Oriente, & Euphratẽ ad Occidentem: à Meridie Babyloniam, ab Aquilone Caucasum. ¶ Mesopotamiam impinguat Euphrates (vt inquit Solinus) annuæ inundationis excessibus terris superfusus Hæc regio etiam dicta est Seleucia, vt lib. 6. refert Plinius.

‖ Mesoria, interualla, ac pausæ horarum canonicarum. L. gr. b. ‖

Mĕsŏsphærum, μεσόσφαιρον, Indici nardi folium, vt magnitudine, ita & pretio, medium è triplici specie locum obtinens. Vide Plin. lib. 12. c. 12.

Mĕspĭlŭs, li, { μέσπιλος. GALL. Meslier, ou mefflier, ou nefflier ITAL. Nespolo. GERM. Ein nespel baum. HISP. Nispero. ANGL. A medler tree. } Genus arboris, cuius fructus Mespilum. { μέσπιλον. GALL. Mesle, meffle ou neffle. ITAL Nespolo frutto. GERM. Ein nespel. HISP. Nisperofruta. ANGL. A medler fruite, } dicitur. Palladius de insitionibus, Mespiláque exarmat pugnacibus horrida membris. Hæc arbor foliis est prius rubris, quam deciduis, radice quæ euelli non potest, ignota Italiæ Catonis æuo.

Mesquita, templum Mahmedanum, vox facta ex Arab. Masgid. Masgidiũ.

Mĕssăbă, μεσσαβα, vrbs Carum. Gentile Messabeus, Steph.

Messālă, æ, μεσσάλας, dictus Valerius Coruinus, quia Messanam in Sicilia expugnauit, & vrbis captæ in se translato nomine, Messana primò, paulatimque vulgò permutante literas, Messala dictus est. Hinc Valeria familia Romæ florentissima, ex qua Messala Coruinus orator nobilis ortum habuit. Hic quum prouectior ætate esset, ante biennium quàm moreretur, adeò memoriæ sensum amisit, vt vix paucula verba coniungeret, & nominis quoque sui immemor esset. Tandem verò vlcere ori innato, seipsum inedia confecit: autor Cælius, & Crinit. lib. 1. cap. 12. Is orator fuit (Fabio teste lib. 10. c. 1.) nitidus & candidus, & quodammodo præ se ferens nobilitatem suam: viribus tamen minor. Illius familia Coruini cognomentum tulit à coruo, qui Valerio Tribuno, vni ex maioribus aduersùs Gallum pugnanti, suppetias tulit, vt meminit Gell. lib. 9. cap. 11. Liu. lib. 7. Vide Sueton. in Tib. cap. 70.

Mĕssālĭnă, μεσσαλῖνα, nomen filiæ Barbati Messalæ, consobrini Claudij Imperatoris. Tandè à Claudio supplicio affecta, quum C. Silio nupsisset. Autor Tranquillus in Claudio Prodigiosam huius libidinem lege apud Iuuenal Satyr. 6. Tacit. lib. 11. & Plin. lib. 10. cap. 62.

Mĕssānă μεσσήνη, vrbs est Siciliæ, propinqua Peloro promontorio à Messenis Achaiæ populis condita, & à nomine relictæ ab illis vrbis ita appellata. Silius lib. 15. Incumbens Messana freto, niuibúsque reuulsa. Huius incolæ primùm Messanenses dicti: postea quum Mamertini, è Campania eò colonos misissent, ipsi quoque Mamertini sunt vocati. Fuit inde origo primi belli Punici, vt Florus tradit lib. 2. Eius ager feracissimus est vini, quod Mamertinum appellatur, Mart.

Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta

Si detur, &c.

Messapeæ, μεσσαπέαι, Laconici agri locus, in quo Iupiter colebatur, vt ex Theopompi sententia refert Stephan.

Messapia, μεσσαπία, Regio est in extremis finibus Italiæ, peninsulæ forma. Isthmo non admodum lato, qui est inter Brundusium & Tarentum, continenti adhærens. Eadem & Iapygia dicta est. { Die landtschafft Calabria zu hinderst in Italia. } Vide Strab. lib. 6. & Plin. lib. 3. c. 11.

Messapion, μεσσάπιον, Eubœæ insulæ mons, ita dictus à Messapo quodam, qui inde in Italiam coloniam deduxit. Steph.

Mĕssāpŭs, μέσσαπος, vnus ex fortissimis Italiæ ducibus, qui Turno aduersùs Æneam suppetias tulit. Virg. 7. Æneid.

At Messapus equûm domitor, Neptunia proles,

Quem neque fas igni quenquam, vel sternere ferro.

Meſſeis, μεσσηΐς, Theſſaliæ fons eſt, non procul à Pharſalo oppido, cuius meminerunt Plin. *lib.4.c.8.*& Strab. *lib.9.*

Meſſene, μεσσήνη, ciuitas Græciæ in Peloponneſo, à quo Meſſenij dicti ſunt, qui in Sicilia ad Pelorum promontorium vrbem condiderunt, quam à nomine patriæ ſuæ μεσσήνην appellarunt. Latini η id a longum commutato, vocant Meſſanam. De Meſſeniis ita ſcribit Hieronymus *in Iouinianum*, Spartiatæ, & Meſſenij diu inter ſe habuêre amicitias, in tantum, vt ob quædam ſacra etiam virgines ad ſe mutuò mitterent. Tandem verò Spartani Meſſenios, propter frequentem defectionem, in ſeruitutem redegerunt, eóſque durius etiam quàm reliquos ſeruos tractarunt ne denuò res nouas molirentur. Hinc adagium natum, Seruilior Meſſena. Hi ſe nota literæ M. cognobiles reddebant.

Meſſenio, nomen ſerui, apud Plaut. *Men. ſc.2.a.2.*

Meſſias, vox Syriaca ad Græcam terminationem facta. Græcè ὁ χριστὸς Chriſtus, Latinè Vnctus. GERM. Geſalbter / dicitur.

Meſſio, Meſſor, Meſſorius, vide *Meto.*

MESSIS, is, Tempus metendi & ipſæ etiam ſegetes. { קציר katsir. θερισμὸς, ἀμητός. GALL. *La moiſſon, le temps de la moiſſon.* ITAL. *Ricolta.* GERM. Die ernd. HISP. *Mies.* ANGL. *The harueſt.* } Virg. 5. *Eclog.*

Ante focum, ſi frigus erit: ſi meſſis, in vmbra.

Idem 1. *Georg.*

Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes.

Dicitur autem meſſis propriè de his rebus quæ metuntur, quemadmodum Varro autor eſt *lib.1.de re ruſt.* Interim tamen ſæpè etiam de vuarum, pomorum & aliarum omnium rerum prouentu dicitur. Ouid. 3. *de Ponto:*

Triſtia per vacuos horrent abſynthia campos,
Conueniénſque ſuo meſſis amara loco eſt.

¶ Per tranſlationem accipitur pro multitudine cuiuſuis rei. Plaut. *in Trinum.* Neque quicquam hîc vile eſt, Niſi mores mali: eorum licet iam meſſem metere maximam. Euentus rebus in omnibus velut horna meſſis magni fit. Idem *Moſtell. ſc. 3. a. 1.* Quid attinet meſſis ad lauationem, nihilo plus quàm lauatio ad meſſim. *Ibidem.* ¶ Interdum idem eſt quod Meſſio, ſiue actus metendi, θερισμὸς. Cic 1. *de Orat.* Tamen nemo tam ſine oculis, tam ſine mente viuit, vt quid ſit ſemêtis ac meſſis, quid arborum putatio, ac vitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant omnino neſciat. Meſſibus pro tẽpore meſſis. Plin. *lib. 22. c.13.* Semen colligi meſſibus oportet per meſſes. Idem *lib.23.cap.7.* Radix per meſſes inciſa ſuccum dat aptiſſimum dentium dolori. Meſſim accuſatiuus, pro meſſem, apud Plaut. *in Moſtell.* Vide *ſuprà.*

‖ Meſſicula, parua meſſis. Cath.‖

Meſſura Vide *Meto.*

Meſſoa, μέσσοα, vrbs Laconiæ, & tribus eiuſdem. Gentile Meſſoates. Stephanus.

Meſſonium, Ptolemæo, *lib.2. cap.13.* Germaniæ vrbs: vulgò Maydburg. in Saxonia.

Meſſogis, μέσσωγις. Mons Lydiæ: inde Meſſogites, optimi vini ferax. Stephanus.

Meſthles, μέσθλης, Dux Mæonum, qui vnà cum fratre Antipho Troianis ſuppetias tulit aduersùs Græcos. Homer. *lib.2. Iliad.*

Mĕt, Piam, & Te, ſyllabicæ ſunt adiectiones extra compoſitionem nihil ſignificantes: in compoſitione autem aliquid addentes ſignificationis dictionum cum quibus componuntur: vt, Egomet, Quiſpiam, Tute. Sed Met iungitur caſibus omnibus pronominis primæ perſonæ, tam pluralis, quàm ſingularis numeri, abſque genitiuo plurali: vt Egomet, memet, noſmet, & reliqua. Secundæ verò perſonæ obliquis tantùm caſibus: vt, Tuimet, tibimet. Nominatiuo non addunt, ne verbum putetur Tumet à Tumeo: ſed Tute, Tutemet profertur. Aduerbio Tanquam coniunxit etiam Plaut. Phædrome ſerua me. Ph. Tanquammet genium meum. *In Curc. ſc.2.a.5.* Item, Voſmet, vide *Vos.* Et quidem ſic iuncta diſcretionem ſignificat: vt ipſemet, id eſt, ipſe per ſe, & non per alios. ¶ *Pte* iungitur cum ablatiuis horum quinque pronominum, Mea, Tua, Sua, Noſtra, & Veſtra: vt Meapte, Tuapte, Suapte, Noſtrapte, Veſtrapte. Vel cum eorum maſculinis, aut neutris: vt Meopte, Tuopte, &c. Tute tibi tuopte ingenio prodes plurimum. Plaut *Capt. ſc.3.a.2.* Vide *Tute.* *Te*, ſimiliter cum pronomine ſecundæ perſonæ idem efficit: vt Tute id feciſti, id eſt, tu ipſe per te, & non per alium. Sed hoc ſoli nominatiuo iungitur, nam Tuite, aut Tibite non dicimus. In accuſatiuo aliquando legimus Tete, ſed tunc diuiſæ potiùs videntur dictiones, maioris effectus cauſa figuratè geminatæ, quemadmodum etiam aliquando legimus Meme. ¶ *Ce*, verò iungitur obliquis horum pronominum. Hic, Ille, Iſte in I, literam deſinentibus: vt Huiuſce, Hiſce, Hoſce, Haſce, Iſtiuſce, & Illiuſce: vnde fiunt compoſita, Huiuſcemodi, Iſtiuſcemodi, & Illiuſcemodi. Interdum etiam inuenitur iunctum cum caſibus horum pronominum deſinentibus in c. literam: vt Hicce, hæcce, hocce: pro quibus tamen frequentiùs vtimur, Hiccine, hæccine, hoccine. Virg.

Hocce erat alma parens, quòd me per tela, per hoſtes
Eripis?

Terent. Hoccine eſt credibile, aut memorabile factum? ¶ Hicce, ſeu hiccine, οὗτοι. Sicce, ſiue ſiccine, οὕτωσί. Hiccine, hanccine, illiccine, ἐκεινοσί. Iſticcine, illanccine. Idem, illanccine mulierem dixit, pro illámne.

Mĕtă, æ, Congeries, ſeu ſtrues in acutum tendens, ſeu turbo inuerſus: ita dicta quòd eſſet poſita in dimenſo ſpatio: vel quia eam metiantur quadrigæ circuncurrentes. { מצברת maſtſe'áh סוף ſoph. κῶνος. GALL. *Vn but ou borne, ou autre choſe large par bas & montãt en pointe.* ITAL. *Meta*, GERM. Ein jedes ding ſo da vnden breitlecht vnnd oben außgeſpitzt iſt wie ein kegel. HISP. *El termino.* ANGL. *Any thing broad beneath and ſharp aboue, abutte.* } ¶ Moris enim erat ſepties metam luſtrare Propert. *lib.2. Eleg.*

Aut prius infecto depoſcit præmia curſus,
Septima quàm metam triuerat antè rota.

Quum enim iam carceribus emiſſæ, ad metam veniſſent quadrigæ, erat opus vt circum ipſam flecterentur Meminit Suet. *in Caſ.c. 39.* Quòd laxius dimicaretur, ſublatæ metæ. (è circo.) Idem *in Claud c.21.* Circus maximus, marmorei carceres metæ aureæ. Virg. 5. *Æneid.*

Hic viridem Æneas frondenti ex illice metam.
Conſtituit ſignum nautis.

Hinc etiam agrorum termini, quòd pyramidali figura fieri ſoleãt, Metæ vocantur. ¶ Eadem etiam ratione Metæ fœni vocantur, quæ ita cõgeſtæ ſunt, vt inferiori parte latiores, ſupernè in anguſtum deſinant conum. Col. *lib. 19. c. 2.* Certè quicquid ad eum modum, quod debet, ſiccatum erit, in metas conſtrui conueniet, eáſque ipſas in anguſtiſſimos vertices exacui. Sic enim commodiſſimè fœnum defenditur à pluuiis. Sic metæ trianguli vocantur Pyramides, à Gellio *cap. 20. lib. 1.* Per tranſlationem verò quoniam meta collocari conſueuit in fine circi, vel alterius ſpatij, in quo quadrigæ certabant, factum eſt, vt Meta accipiatur pro quocunque termino ac fine, ὅρος, πέρας. Virg. *lib.1. Æned.*

His ego nec metas rerum nec tempora pono.

Ouid. *ad Liuiam,*

Tendimus huc omnes, metam properamus ad vnam,
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.

Idem *Eleg.8.lib. 4.Triſt.*

Nec procul à metis, quas penè tenere videbar:
Curriculo grauis eſt facta ruina meo.

Gell. *c.22. lib. 2.* Meta Orientis ſolſtitialis. Et Ouid. *Eleg.8.lib.1.Triſt.*

Detur inoffenſæ vita tibi tangere metam.

¶ Hinc perueniſſe ad metam dicuntur qui iter aut aliud opus perfecerint. ¶ Meta lactis, dicitur caſeus, qui factus eſt ad formam metæ πρὸς κωνοειδῆ. Mart.

Fert ille ceris cana cum ſuis mella,
Metámque lactis Saſſinate de ſylua.

¶ Meta item ſignificat inferiorem partem molæ ſub qua catillus, id eſt, ſuperior pars vertitur, quemadmodum autor eſt Paulus *in l.18.D. de inſtruct. & inſtrum. leg.*

‖Meta, & Metium (vox barbara) eſt pretium quod donatur, quando ſponſam maritus ſponſat in ll.vet.

Meta, μετὰ, præpoſitio Græca eſt cum, item trans, vltra.‖

Mĕtŭlă, æ, diminut. legitur apud Plin. iun. *in epiſtolis.*

Mĕtăbăsĭs, μετάβασις, Latinè Tranſitio: figura qua monemus quid dictum ſit, & proponimus quod ſupereſt, vt Cic. *pro Deiotaro*, Habetis crimina inſidiarum: nihil enim dixit amplius, & paulò pòſt ſequitur, Reliqua pars accuſationis duplex fuit. Huius figuræ Fabius (quam eſſe ait, quum ſenſus non mutatur, ſed forma loquendi) longè diuerſum exemplum adducit. *lib.9. c.3.* ex Virg. *Æneid.lib. 1.*

Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur. quid non mortalia pectora cogis.
Auri ſacra fames?

Mĕtăbŏlē, μεταβολὴ, quam quidem Traiectionem interpretantur. Figura eſt quæ fit contrariis ita tranſpoſitis, vt à priori poſterius oppoſitum proficiſcatur: vt apud Terent. *in Andria*, Quoniam id fieri quod vis non poteſt, id velis quod poſſit.

‖Mĕtăbŭlum, fauſta nauigatio. Iſid. gl.‖

Mĕtăbŭs, μέταβος, Siſyphi filius fuit, teſte Steph. & nepos Æoli, qui Metapontum in Italiæ finibus condidit

Metacarpium, vola pars manus, à iunctura vſque ad digitorum craſſitiem vbi infra digitos aperitur. Poll.

Mĕtăchoeum, μετάχοιον, Arx Bœotiæ, inter Orchomenum & Coroneam, quam alij Metachœrum appellant. Steph.

‖Metagogus, conductor, Tertull.‖

Mĕtăgōnium, μεταγώνιον, Promontorium Africam à Numidia diuidens, ita dictum, quòd angulare ſit. Ab hoc promontorio Numidia ipſa Metagonitis dicitur. Autor Plin. *lib.5.cap.3* & Mela *lib. 1.* Vulgò *Cabo de tres arcas.*

Mĕtălēpsĭs, μετάληψις, Figura eſt, quæ fit quum aliqua dictio aliud à propria ſua ſignificatione, ex iis quæ anteceſſerunt, ſignificat: vt apud Virg. 1. *Eclog.*

Poſt aliquot, mea regna videns, mirabor ariſtas.

Poſt aliquot (inquit) ariſtas, hoc eſt, poſt aliquot æſtates, vel poſt aliquot annos. Nam ex ariſtis æſtates, ex æſtatibus annos intelligimus. Idem 1. *Æneid.* Speluncis abdidit atris. Vbi ex atris, tenebroſæ: ex tenebroſis, profundæ intelliguntur. Latinè Tranſumptionem vocare poſſumus. Deducitur enim ἀπὸ τοῦ μεταλαμβάνειν, quod inter cætera ſignificat tranſmitere.

‖Metalepticus, a, um, μεταληπτικός, ή, όν participatiuus: metalepſin habens Metalepticè per metalepſin.‖

MĔTĂLLVM, i, { μέταλλον. GALL. *Metail.* ITAL. *Metallo.* GERM. Ein metall / ein jedes ertz ſo man auß dem erdtrich grabt / als gold / ſilber / eiſen / &c. HISP. *Metal.* ANGL. *Metall* } Dicitur quæuis materia dura, è terræ viſceribus effodi ſolita: vt aurum, argentum, cuprum, ſtannum, plumbum, & ſimilia. Dictum putatur à verbo Græco μεταλλῶ, vel μεταλλεύω, hoc eſt à fodiendo, vel perſcrutando. Alij dictum putant παρὰ τὸ μετὰ τὰ ἄλλα ζητεῖσθαι: eo quòd vix illa metalli vena inuenitur, quin alterius metalli vena in propinquo poſtea inueniatur Plin. *lib.33. c.6.* Id quoque in ſterili ſolo, atque etiam in montibus, & vbicunque vna inuenta vena eſt, non procul inuenitur alia. Hoc quidem & in omni ferè materia vnde Metalla Græci videntur dixiſſe. Virg. 2. *Georg.*

Hæc eadem argenti riuos, æriſque metalla.
Oſtendit venis, atque auro plurima fluxit.

Ouid. 4. *Faſt.*

Omnia purgat edax ignis, vitiúmque metalli
Excoquat.

Horat. 1. *Epiſt.* 10.

Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret.

¶ Metallum miniarium, Fodina ex qua effoditur minium, μιλτωρυχία, ſicut Argentarium, ex quo argentum, & Plumbarium, ex quo plumbum effoditur. Plin. *lib. 33 c. 7.* Celeberrimum ex Siſaponenſi regione in Bætica miniario metallo, vectigalibus populi Romani nullius diligentiore cuſtodia.

Mĕtăllărĭi, ſiue Metallici μεταλλεῖς. GALL. *Tireurs de metaux.* ITAL. *Cauatori de metalli.* GERM. Ertzgraber / die zu einer ſtraff in das bergwerck

Dampt

verbampt find. HISP. *Cauadores y sacadores de metal.* ANGL. *Diggers of metall out of the earth.* } Qui in metallis versantur, & præcipuè qui ad effodienda metalla damnati sunt: de quibus apud Iurisconsult. *ff. de pœnis,& C. de metall.*

Mĕtāllĭcŭs, a, um, quod ad metallum pertinet. { μεταλλικός. GALL. *De metaile.* ITAL. *Di metallo.* GERM. Das zu ertz gehört. HISP. *Cosa de metal.* ANGL. *Belonging to metall.* Plin. *lib.* 27 *cap.* 4. Fuêre, qui traderent in Iudæa super Hierosolymam eius naturam metallicam. ¶ Metallicum atramentum, Corpus est metallicum, quod mulomedici excrescentem in iumentorum vlceribus carnem consumunt. μελαντηρία. Vide suprà in dictione *Melanteria.*

Mĕtāllĭcŭs, substant. Metallarius, qui metallis effodiendis & purgandis operam dat. { μεταλλεύς. GALL. *Tireur de metail.* ITAL. *Cauatore de metalli.* GERM. Ein ertzknap/bergknap. HISP. *El que anda à buscar mineras, sacador de metal.* ANGL. *A purger of metall or digger.* } Plin. *lib.* 34 *cap.* 16. Lauant eas arenas metallici, & quod subsidit coquunt in fornacibus.

Mĕtāllĭfĕr, Metallum gignens. { ὁ ἡ μεταλλοφόρος. GALL. *Qui porte metail, où il y a mines de metail.* ITAL. *Che produce metallo.* GERM. Das ertz oder metall tregt. HISP. *Casa che trace ò cria metal.* ANGL. *That bringeth metall.* } Stat. *sylu. lib.* 4.

Anne metallifera reperit iam mœnia Luna?

Mĕtămŏrphōsĭs, μεταμόρφωσις. Transfiguratio, seu transformatio Latinè: dicitur à verbo Græco μεταμορφῶ, quod significat transformo. Hoc nomine Ouid. & Apul. libros transformationum inscripserunt.

Metanœa, μετάνοια; pœnitentia, mentis mutatio, νοῦς est mens, μετὰ trans, notat mutationem. Auson. *epigr.* 12.

Sum dea, quæ facti non factique exigo pœnas,
Nempe vt pœniteat, sic metanœa vocor.

Meurs. in Gloss. Græcob. μετανοίας inclinationes. Reuerentiæ, vt vulgò loquuntur.

Mĕtăpă, æ, μέταπα. Acarnaniæ oppidum, apud Polyb. *lib.* 5. cuius gentile est Metapœus. Steph.

MĔTĂPHŎRA, æ, μεταφορά, Translatio à Cicerone dicitur, fitque quum nomen, aut verbum ex proprio loco in eum transfertur, in quo aut proprium deest, aut translatum proprio melius est: vt, *Classique immittit habenas,* Virg. *Æneid.* 6.

‖ Metaphoricus, a, um, sumtus per metaphoram. Metaphoricè, μεταφορικῶς, modo metaphorico.

Metaphrăsis, mutatio in aliud orationis genus. ‖

Mĕtăphrenum, μετάφρενον. Pars illa corporis, quæ præcordiis à tergo est obiecta. ita dicta quod μετὰ τὰς φρένας, hoc est, post præcordia sita sit.

Metaphysica, metaphysicorum, tantùm pluraliter, supernaturalia vocant. Quum tamen verè, & ex ipsius operis, quod conscripsit Aristoteles, titulo, μετὰ τὰ φυσικὰ scribatur, q. d. postnaturalia. Metaphysica quid, Plutarch. *in Alexand.*

Mĕtăplăsmŭs, μεταπλασμός, dici potest transformatio. Est autem, teste Donato, translatio recti, solitique sermonis in alteram speciem, metri vel ornatus, vel necessitatis gratia, vt Agreste in ablatiuo, pro agresti. Fit autem à verbo μεταπλάττω, quod est transformo.

‖ Metaplasticus, a, um, transformatiuus. Metaplasticōs dicitur apud poëtas vsurpari id, quod propter necessitatem mutare consueuerunt. quod idem barbarismus dicitur in soluta oratione conscribenda. Fest. ‖

Metapinum, teste Plin. *lib.* 3. *c.* 4. vnum est ex ostiis Rhodani.

Mĕtăpŏntĭs, tidis, μεταποντίς, Insula est in mari Carpathio, inter Rhodum & Gnidum sita, recentiore nomine Syme appellata, à Syme Ialysi filia. Vide Steph. in dictione *Syme.*

Mĕtăpŏntum, μεταπόντιον Ptolemæo, quasi transpontum, dictum est oppidum Italiæ in sinu Tarentino: à quo Metapontini populi à Pyliis, qui Nestore duce è Troia nauigauerunt, conditum: adeò terræ prouentu, & agricolatione felix, vt ea gratia auream æstatem Apollini Delphico, aliquando donum obtulerit. Pomponius. *lib.* 2.

‖ Metassæ, bidentes, quæ nec agnæ sunt, quia illæ necdum dentes ediderunt: neque adasiæ, quia iam eiecerunt, ideò aptæ sacrificij bidentes, quod duos dentes habeant. Cerda.

Metastasis, μετάστασις, remotio, translatio, cùm culpam vel in rem conferimus, quæ in iudicium vocari non possit, vel in personam, quæ non acceperit ipsa malum. μεθίστημι est transloco, transpono.

Metasyncrisis, metaporopoeasis, est exiguorum meatuum transmutatio ad statum naturalem. L. M. ‖

Mĕtăthĕsĭs, μετάθεσις, Latinè transpositio, quum vna littera necessitatis causa, ex vno dictionis loco in alium transponitur, vt Tymbre pro Tymber. Virg. 10. *Æneid.*

At tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.

Mĕtātŏr, & Metatio, vide in verbo *Meto.*

Mĕtāum, μέταον, Lesbi oppidum, à Meta quodam Tyrrheno, ita appellatum. Stephan.

Mĕtaurŭs, & Metaurum, μέταυρον. { Metro ein flus in Italien. } Vmbriæ fluuius per Flaminiam decurrens, & inter Fanum Fortunæ, & Senogalliam in mare defluens. Iuxta hunc fluuiuum Claudius Nero Consul, cum Liuio Salinatore ad internecionem eius exercitu deleto, Asdrubalem interfecit. Plin. 3. *cap.* 14. Nunc in ora flumen Æsis, Senogallia, Metaurus fluuius, colonia Fanum Fortunæ, Pisaurum cum amne. Lucan. *lib.* 2.

In læuum cecidêre latus, velóque Metaurus,
Crustumiúmque rapax.

Horat. *lib.* 4. *Carm. Ode* 4.

Quid debeas, ô Roma Neronibus,
Testis Metaurum flumen.

quo in loco Metaurum flumen, neutro genere protulit, sicut alibi Rhenum, Quum flumen Rhenum aut pluuius describitur arcus.

Metaxa, sericum rude. In Cod. *Iust. lib.* 10. *tit.* 8. *l.* 10. Serico blattæ, & metaxæ species.

Metaxarius, μεταξάριος, metaxæ, i. serici negotiator.

Metaxatus, μεταξωτός, sericus.

Metaxiaticum, tributum, quod metaxarij soluebant. μεταξιατικόν.

‖ Metaxylogia, μεταξυλογία, est παρεμβολὴ, siue ἐπεμβολὴ, cùm in medio orationis causa aliqua, vel circunstantia rei interponitur. μεταξὺ in medio: λόγος sermo. ‖

Mĕtĕlĭs, μέτηλις, oppidum Ægypti, non procul ab Alexandria, recentiore nomine *Bechis* appellatum: à quo vicinus Nomus Metelites dictus est. Steph.

‖ Metella. Veget. *lib.* 4 6. Inuentum quoque remedium est, vt de ligno crates facerent, quas metellas vocauerunt, lapidibúsque complerent. Aliter legitur, *metilas,* & *medullas.* An potiùs *metulas*: vt sit diminutiuuum à metu? quod metarum instar erigerentur. ‖

Mĕtĕllŭs, μέτελλος, Cæciliorum familiæ cognomen, ex qua non pauci fortissimi, Reíque pub. vtilissimi ciues orti: in primis L. Cæcilius Metellus Pontifex Maximus, quem adeò impeditæ ac balbutientis linguæ fuisse tradunt, vt multis mensibus fatigatus, tortúsque sit, dum meditaretur dicenda in æde Opiferæ dedicanda. Hic fuit ille Metellus, qui, test. Plin. *lib.* 7. *cap.* 44. conflagrante æde Vestæ, Palladium Troia aduectum, subtraxit ab incendio, magna quidem pietate, sed euentu misero. Nam dum in flammas auidiùs se coniiceret, orbatus est visu. Iuuen. *Satyr.* 3.

Da testem Romæ tam sanctum, quàm fuit hospes
Numinis Idei: procedat vel Numa, vel qui
Seruauit trepidam flagranti ex arce Mineruam.

Hic Metellus etiam primo bello Punico de Pœnis speciosissimum egit triumphum, XIII. ducibus hostium, & CXX elephantis in eo ductis. ¶ C. Metellus, à domita Macedonia Macedonicus est vocatus, Prætor Pseudophilippum, & Achæos, quos bis prælio fudit, triumphandos Mummio tradidit. Inuisus plebi ob nimiam seueritatem, & ideo Consul ægrè factus. De hoc Liu. *lib.* 59. ¶ Memorantur alij plures Metelli, vt Balearicus, Vittatus, quem Plinius Diadematum vocat. ¶ Metellus prætera Numidicus, qui de Numidiæ rege Iugurtha triumphauit. Cuius meminit Cic. & item Aulus Gell. *c.* 6. *lib.* 1. *& lib.* 6. *c.* 11. ¶ Metellus Creticus à deuicta Creta dictus, cuius meminit Plutarch. *in Pomponio.* ¶ Metellus Dalmaticus, à deuictis Dalmatis. Autor Pædianus *in act.* 3. *contra Verrem.* ¶ Metelli, Plebeij fuêre, vt ait Liu. *lib.* 19. verùm clari victoriis & magistratibus, Cæciliique omnes appellati.

Mĕtĕmpsychōsĭs, μετεμψύχωσις, Latinè reddi potest Animæ transmigratio, hoc est, transitus animarum, ex vno corpore in aliud. Putabat enim Pythagoras nihil interesse inter animam hominis, quam rationalem animam vocamus, & brutorum animantium: sed mortuo homine eius animam transmigrare in corpora brutorum. Vnde Ouid. Pythagoreorum dogma *lib.* 15. *Metam.* explicans ait,

Morte carent animæ, sempérque priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt, habitántque receptæ.

Ex hoc Pythagoræ dogmate inducta est ab esu animalium abstinentia, ne fortè (vt festiuiter ait Tertull.) bubulam quis de aliquo proauo suo opsonaret. Hieron. Probabo non Empedoclis, & Pythagoræ vos dogma sectari, qui propter μετεμψύχωσιν, id est, transformationem, omne quod mouetur, & viuit, edendum non putant.

Mĕtĕōra μετέωρα, à Græcis dicuntur, Mista imperfecta, quòd in sublimi, hoc est, in aëre generentur: cuiusmodi sunt pluuiæ, niues, grandines, faces ignitæ: de quibus tractat Aristoteles *tribus primis libris meteorologicis:* nam *quarto* qualitates persequitur. Vox Philosophis vsitata planè à monumentis scriptorum veterum abest.

‖ Meteoroleſches, æ, μετεωρολέσχης, qui de rebus sublimis nugatur. μετέωρα sunt sublimia, λέσχη, nugatio.

Meteorologus, μετεωρολόγος, qui de meteoris disserit. Meteorologia, doctrina de meteoris. ‖

Mĕtĕōroscŏpŭs. μετεωροσκόπος, qui sublimia respicit. ¶ Accipitur pro stolido, rebúsque gerendis inutili. Græca vox.

‖ Methium, sponsalitia, vel nuptialis donatio. Cod. ll. antiq.

Methodium, idem quod methodus, sicut exodium exodus ‖

MĔTHŎDŬS, μέθοδος, ex μετὰ & ὁδὸς, aspirato componitur. Methodum appellat Quint. *lib.* 1. *Institut.* quam Cicero viam, artem, & rationem vocat: & alibi breue dicendi compendium vertit, quasi breuem viam, qua quàm celerrimè ad peritiam, propositum nobis in discendo finem, perueniamus. ¶ Deinde est ipsa aliqua disciplina compendio & ordine tractata: vt cum Cels. *lib.* 1. *in pref.* ait: Medicinam ita finiunt, vt quasi viam quandam, quam μέθοδον Græci nominant, eorúmque quæ in morbis communia sunt, contemplatricem esse contendant. ¶ Est etiam μέθοδος, fraus, illusio: vnde μεθοδεύω, machinor, decipio: nempe via quadam compendiaria circumueniendo. Similiter τέχνη, artem & fraudem significat. Scribens ad Theonem ait Ausonius.

Vale beatis nomen à Diuis Theon
Methodus sed ista sæpe currentem indicat.

¶ Methodus in Dialecticis est δεῖξις, seu ἔλεγχος argumentorum, quũ examinantur syllogismi, aut τῇ ἀντιστροφῇ, aut τῇ ἀπαγωγῇ εἰς ἀδύνατον, aut τῇ ἐκθέσει. Propterea dicuntur syllogismi μεθοδευτικοὶ, cum his modis exiguntur. In Grammaticis autem, vt etymologiis, v. g. methodus Theonis nominis est disquirere vtrùm à verbo θέω, an παρὰ τοὺς θεούς. Theoni igitur suum nomen παρὰ τοὺς θεοὺς μεθοδεύεται. Auson. αὐλμεθοδεύη παρὰ τὸ θεῖν. Hæc ex Scalig. Auson *lib.* 2. *cap.* 20.

Mĕthŏdĭcī, μεθοδικοὶ, à methodo dicti sunt qui rationem artis, & discendi compendia sequuntur, ¶ Et Amethodi, ἀμέθοδοι, hoc est, à via, & ratione docendi, discendíque abhorrentes, quasíque auij. Hæc ex Budæi annotat. in *Pandectas.*

Methodice, es, fœm. gen. est pars Grammatices, rationem loquendi tradens. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 15.

Mĕthōnē, μεθώνη, vulgò *Medo,* Ciuitas est littoralis Peloponensi, in Messoniaca regione, quam quum obsideret Philippus Rex Macedonum, Alexandri magni pater, oculum amisit ictu sagittæ, quam iecerat Aster oppidanus, cui quoque inscriptum erat, Aster telum Philippo immisit in oculum. Valer. Flaccus *lib.* 1.

Neleidésque Periclymenus, quem parua Methone, &c.

Huius meminit Ptolemæus *lib.* 3. *cap.* 16. Hodie *Modone.*

Methone, Stephan. vrbs Thraciæ, Homerus, per τῶν, διὰ δ' ἄρα μηθώνην καὶ θαυμάκιαν ἐνέμοντο. Ciuis Methoneus. Alia est Macedoniæ, abundat vino, quòd Græci μέθυ vocant: vnde nomen. Alia est Laconiæ, cuius gentile Methonæus. Quarta Persidis. Quinta Eubœæ.

Methuriades, μεθουριάδες, Stephan. siue (vt apud Plin. legitur) Methurides, insulæ quatuor sunt in sinu Megarico, non procul à Trœzene. Vide Plin. *lib.4.cap.12.*

Methydrium, μεθύδριον Steph. Arcadiæ oppidum est, de quo Strab. *lib.8.* & Plin. *lib.4.cap.6.*

Methymna, vel Methymne, μήθυμνα, vrbs Lesbi, apud quam nascitur generosum vinum. Ouid. 1 *de arte amandi.*

Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.

Methymnæus, a, um, μηθυμναῖος. Ouid. *lib.11. Metam.*

Et Methymnæa potiuntur littore Lesby.

Ab hac vrbe ortum habuit Arion citharœdus nobilis, quem Herodotus à prædonibus in mare proiectum, & à Delphine incolumem deuectum in portum ad Tænarum fabulatur.

Methymnias, adis, fœm. gen. μηθυμνιάς. Ouid. *Epist.21.*

Nec Pyrrhiades. Methymniadésque puellæ.

Metia porta, Vide infrà in *Metius.*

Meticulosus, vide *Metuo.*

Mĕtrŏchūs, μητίοχος, fuit, teste Herodoto *lib. 6.* Miltiadis Atheniensium ducis filius, qui cùm à Phœnicibus captus, ad Darium Persarum regem, contra quem bellum gerebat, adductus esset, donatus ab eo amplissimis ædibus, diuitiis auctus, data vxore Persica, ex qua liberos susciperet, & magno in honore habitus fertur.

Mētĭŏr, iris, mensus, Mensuro, dimetior, iudico, æstimo. { מדד *madhah.* μετρέω, ῶ. Gall. *Mesurer.* Ital. *Misurare.* Germ. Mässen oder außmässen. Hisp. *Medir.* Angl. *To measure.* } Cic. 2. *de nat. deor.* Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporum circumscriptio metiebatur. Idem 1. *Offic.* Etiam si dinumerare se stellas, aut metiri mundi magnitudinem posse arbitraretur. Idem *de Amic.* Iã virtutem ex consuetudine vitæ, sermonísque nostri interpretemur: nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia. Idem *in Cat.* Neque enim ipsorum conuiuiorum delectationem corporis voluptatibus magis, quàm cœtu amicorum & sermonibus metiebar. ¶ Aliquando ponitur pro transire, & abire. Virg.

——magnum qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum cursu metitur equor.

Composita eius sunt, Permetior, hoc est, ad finem vsque metior, vel peragro. Virg. 1. *Æneid.*

Nos tumidum sub te permensi classibus æquor. id est, euecti, vt inquit Seruius.

Ouid. *Eleg.4. lib.1. Trist.*

—— Erecta sideribus totis Distantia mensos, (i. emensos.)

¶ Remetior, Rursus metior, ἀναμετρέω. Virg. *lib. 2. Æneid.*

Arma deósque parant comites, pelagósque remenso
Improuisi aderunt.

¶ Metiri stipendium Curt. *lib.3.* Ex pecunia deinde Babyloniæ Macedonibus equitibus sexcenti denarij tributi, peregrinus eques quingenos accepit, ducenis pedestrium stipendium mensum est.

Mēnsōres, à Metior appellantur agrorum finitores. { מודד *modhésth.* μετρηταί. Gall. *Arpenteurs, mesureurs.* Ital. *Misuratori.* Germ. Außmässer veldmässer. Hisp. *Medidores.* Angl. *masurers.* Colum. *lib.6.c.1.* Ego non agricolæ, sed mensoris officium esse dicebam. ¶ mensores præterea sunt (inquit Vegetius *lib.2.c.7.*) qui in castris ad podismum demetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel hospitia in ciuitatibus præstant. Hoc in loco Podismus est dimensio pedibus facta. Hi etiam Metatores (autore Budæo) dicuntur.

Mēnsĭo, onis, à verbo metior, Mensura, dimensio. מדה *middádh* ממד *memédh.* μέτρησις. Gall. *Mesurement, mesurage.* Ital. *Misuramento.* Germ. Ein mässung. Hisp. *Obra de medir, medimiento.* Angl. *A measuring.* { Cic. *in Orat.* Aures, vel animus aurium nuntius naturalem quandam in se continent vocum omnium mensionem.

Mēnsūră, æ Instrumentum quo metimur, vnde & nomen habet; aut quo rei alicuius quantitatem deprehendimus. { מדה *middáh* ממד *medáh.* μέτρον. Gall. *Mesure.* Ital. *Misura.* Germ. Ein maß oder mäß. Hisp. *Medida.* Angl. *A Measure.* } Plin. *lib.7.c. 56.* Mensuram & pondera Phidon Argiuus, aut Palamedes (vt maluit Gellius) inuenit. Ouid. *Eleg. vlt lib.4. Trist.*

Curia restabat claui mensura coacta est.

¶ Transfertur etiam ad alia. Plin. *lib.2.c.1.* Quasi verò mensuram vllius rei posset agere, qui sui nesciat. Plin. iun. *in epist.* Ex illo enim mensuram beneficij tui prorsus intelligo. Mensura corporum humanorum, apud Solin. *cap.5.*

Mētis, μῆτις, Nympha Oceani & Tethyos filia, sic dicta à consulendo: μῆτις enim consilium significat. Huius meminit Hesiod. *in Theog.* ¶ Est & vrbs in Mediomatricibus sita, huius nominis. { Metz. }

Mētĭscŭs, Turni auriga, de quo Virg. *lib.12. Æneid.*

Aurigam Turni media inter lora Metiscum Excutit, &c.

Sunt qui scribendum putent *Methyscus*, etymon eius deducentes à Græco verbo μεθύσκομαι, quod est inebrior.

Mētĭūs suffetius, Dux Albanus tempore Tulli regis Romanorum, qui quòd ex præscripto fœderis ad belli societatem contra Fidenates vocatus, euntibus in hostem Romanis, suos prælio eduxerat, iussu Tulli duabus admotis quadrigis discerptus est. Vide Liu. *lib.2. ab Vrb.* Currendum est extra portam Metiam. Plaut. *Pseud. sc.3. a.1.*

Metius geminus, Dux Tusculanorum, superatus à Romanis bello Latino. ¶ Metius item Curtius, Sabinorum dux contra Romulum, ob raptas Sabinas acriter pugnauit.

Metius carus, Delator insignis, de quo Plin. 1. *Epist. ad Vocanium & lib.6. ad Hispanum.*

Mĕto, is, messui, messum, Fruges seco, & fructus colligo. { קצר *katsár.* θερίζω, ἀμάω. Gall. *Moissoner recueillir le grain, aouster.* Ital. *Mietere.* Germ. Schneiden/ernden. Hisp. *Segar.* Angl. *To reape or mowe.* } Propriè enim segetes meti dicuntur, & herbæ, quum falce aliòve instrumento resecantur. Cic. 3. *de Orat.* Vt sementem feceris, ita & metes. Cæsar 4. *bell. Gall.* Tum dispersos depositis armis, in metendo occupatos subitò adorti. ¶ Vuas quoque metere dixit Virg. 2. *Georg.* pro colligere vuas, seu vindemiam facere.

Sarmenta (inquit) & vallos primus sub tecta referto.
Postremus metito.

¶ Item pro depascor, apud eundem 4. *Georg.*

Illæ continuò saltus syluásque peragrant,
Purpureósque metunt flores.

¶ Metere maximam messem malorum, dixit Plaut. *in Trin.* pro, maximam malorum hominum copiam inuenire. Vide in dictione *Messis.* Idem *in Epidico*, Mihi istic nec seritur, nec metitur, hoc est, ista res nihil ad me pertinet, vt quæ neque meo periculo fiat, neque emolumento. Vide Erasmum *in Chiliad.* ¶ Huius composita sunt, Demeto, Emeto, & Præmeto, de quibus suis locis.

Mĕssĭo, Ipsa metendi, id est, fruges, vel herbas secandi actio, à verbo Meto, metis. Hanc vocem negat esse Latinam Diomedes *lib.1.* Messura enim dicitur (inquit,) non Messio. Vide paulò infrà { קציר *katsir.* θερισμός. Gall. *Moissonnement.* Ital. *Il miettere.* Germ. Schneidung/ das ernden. Hisp. *miesse ò mies.* Angl. *Reaping, mowing.* }

Mĕssŏr, is, dicitur qui metit. { קוצר *katsir.* θεριστής, ἀμητής. Gall. *Moissonneur.* Ital. *Mietitore.* Germ. Ein schnitter. Hisp. *Segador.* Angl. *A reaper, à mower.* } Virg. *Georg.1.*

——quum flauis messorem induceret aruis Agricola.

Cic. 3. *de Orat.* Non mihi oratores antiquos, sed messores videris imitati, Virg. 2. *Eclog.*

Thestylis & rapido fessis messoribus æstu
Allia, serpillúmque herbas contundit olentes.

Plaut. *in Capt. sc.5 a.3.*—rogas? Sartor, satórque scelerum, & messor maxume.

Mēssōrĭŭs, a, um, quod ad Messorē pertinet. { θεριστικός. Gal. *Appartenant à moissonneur.* Ital. *Pertinente à mietitore.* Germ. Das deß schnitters ist. Hisp. *Cosa perteneciente à segador.* Angl. *Belonging to à reaper or mower.* } Cic. *pro Sestio.* Messoria se corbe contexit.

Messura, θερισμός, Messio. Diomedes Grammat. *lib. 1.* Metor meteris cùm ad fructum, ex quo perfectum fit Messus, non metitus sum: messuram enim dicimus, non messionem: & futuro actiuo messurus, passiuo metendus.

‖ Metoche. Propriè μετοχὴ est participatio, à μετέχειν participare.

Metœcia, sacrificia de receptis in ciuitatem colonis. Athen.

Metœcium, pensio, vectigal, quod incolæ quotannis persoluunt. ¶ Item locus carceris, Tributum quod extra patriam habitantes persoluebant. Athen.

Metœcismus, translatio incolarum, habitatio apud exteras gentes.‖

Mĕtœcūs, μέτοικος. Qui de vna ciuitate in aliam migrauit habitandi animo, Latinè aduena dici potest, vel inquilinus. Pompon. *de verb. signific. l. pupillus*, Parœcum, πάροικον appellat. Specialiter Metœcus est, qui iussu magistratus in aliam ciuitatem pœnæ causa transfertur. De Metone Astrologo Plutarch *in Alcibiad.*

Mētōnymĭă, μετωνυμία, cum accentu in penultima, Latinè transnominatio. Figura est, vel potiùs tropus, quum causa pro effectu, subiectum pro adiuncto, aut contrà ponitur, vt cùm Cererem pro pane & frugibus, Bacchum pro vino ponimus: ferrum pro armis: Italiam pro Italis, &c. De hac videndi sunt Rhetores. Neque enim huius loci est exempla adducere ex autoribus, & paginas implere.

‖ Metonymicus, a, um, ad metonymiam pertinens.

Metonymicè, metonymico more.

Metopa, μετόπη, vocabulum architectorium.‖

Mĕtōpĭōn, μετώπιον arbor est in Africa Æthiopiæ subiecta nascens, ex qua Ammoniaci lacryma in subiectas arenas distillat. Plin. *lib.12.c.28.* Ergo Æthiopiæ subiecta Africa Ammoniaci lacrymam stillat in arenis suis. Inde & nomen etiam ab Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor, quam Metopion vocant. Hactenus Plin. Dioscoridi verò Metopion, ferula est in Syria nascens, ex qua galbanum distillat. ¶ Est & Metopion olei genus ex amaris amygdalis confectum, teste Plin. *lib.15.c.7.*

Mĕtōpŏscŏpŭs, μετωποσκόπος, Latinè frontis inspector interpretari potest, ἀπὸ τοῦ μετώπου, quod frontem significat, καὶ σκοπεῖν, quod est contemplari, inspicere, considerare. Sunt enim Metoposcopi, qui ex frontis & oris lineamentis, quid cuique euenturum sit, diuinant. Suet. *in Tito*, Quo quidem tempore aiunt metoposcopum à Narcisso Claudij liberto adhibitum, vt Britannicum aspiceret, constantissimè affirmasse, illum quidem nullo modo, cæterùm Titum, qui tum propè adstabat, vtique imperaturum. Plin. *lib.35.c. 10.* Imaginum similitudines adeò indiscretè pinxit, vt (incredibile dictu) Appion Grammaticus scriptum reliquerit, quendam ex facie hominum adiuuantem) quos Metoposcopos vocant) ex iis dixisse, aut futuræ mortis annos, aut præteritæ.

Mētŏr, is, Metas & terminos pono, diuido, desinio, metior. { מדד *madhádh* תכן *tichchén,* גבל *ghabál* חנב *chanáb.* μετρέω, ὁρίζω, Gall. *Alignor, mettre bornes, mesurer, assoir.* Ital. *Per meta, misurare.* Germ. Außzylen/außmarcken/außmässen. Hisp. *Aposentar, poner termino.* Angl. *To sert marches and boundes, to mensur.* } Gell *lib.1.c.1.* Nam quum ferè constaret curriculum stadij, quod est Pisis apud Iouem Olympium, Herculem pedibus suis metatum, idque fecisse longum pedes sexcentos. Virg. *lib.2. Georg.*

——si pinguis agros metabere campi, Densa sere.

¶ Metari castra, id est, describere & collocare, τάττω. Salust. *in Iugurtha*, Sylla pariter cum ortu Solis castra metabatur. Et simpliciter Metari, pro castra metari, Liu. *lib.4.d.5.* Et metari frontem castrorum. Idem *ibid.* Item, Metata castra, passiuè. Vide infrà, in *Metatus.* Metari cœlum. Ouid. 1. *Fast.*

Nos quoque sub ducibus cœlum metabimur illis,
Ponemúsque suos ad vaga signa dies.

¶ Inuenitur etiam Meto, metas. Virg. *in Culice*, Metabat sese circum loca. ¶ Compositum à Metor est Emetor, penultima producta, perfectè metior. διαμετρέω. Lactant. *de Opificio Dei.* Nam si peritus architectus, quum magnum aliquod ædificium facere constituit, primò omnium cogitat quæ summa perfecti ædificij futura sit, & antè emetatur, quem locum leue pondus expetat.

Mētātĭo, nis, ipse metandi, hoc est, collocandi, diuidendi, vel disponendi actus. { מתכנת *mathchóneth.* μέτρησις, καταμέτρησις, διάθεσις, διάταξις. Gal. *Assiete, alignement.* Ital. *Ordine, dispositione.* Germ.

Außzylung/ ordnung./setzung. HISP. *Aposentamiento.* ANG. *A measuring or bounding of landes.*} Colum. *lib.* 9. *c.* 15. Hæc in quincuncem vinearum metatio expeditissima ratione conficitur.

Metator, is, Mensor qui arbores in seminario, vel arbusto disponit, & ordine quodam digerit. { מדד modhédh. μετρητής, διαπήκτης, διαπήκτωρ. GALL. *Qui assiet, qui plante les arbres à la ligne.* ITAL. *Chi piãta gli albori con ordine & dispositione.* GERM. Ordner/außsetzer/außzyler. HISP. *Aposentador, el que planta ò assienta los arboles por orden.* ANGL. *A planter of trees by order and rankes.* ¶ Item qui locum futuro ædificio, aut castris collocandis metitur, aut qui agrum, aliúmve quemuis locum in certas distribuit partes. Cic. *in Philipp.* Saxa castrorum antea metator, nunc vt sperat, vrbis. *Ibidem*, Saxa peritus metator & callidus vrbem iam decempeda sua diuiserat. Lucan. *lib.* 1.

Hesperios audax veniam metator in agros.

Pro eodem Cic. *in Philipp.* Decempedatorem dixit. L. Antonius (inquit) agri publici & priuati æquissimus decempedator. Metatores etiam dici possunt, qui iussu atque autoritate principis militibus diuersoria assignant: quíque in castris, figendis tentoriis locum vnicuique ostendunt. Vegetius *lib.* 2. *c.* 7. Metatores (inquit) in castris dicuntur, qui præcedentes, locum castris idoneum eligunt. Hi etiam Mensores dicuntur, vt *suprà* suo loco docuimus.

Metatorium, hospitium, quod aduenienti hospiti paratur. Græcis ἀπαρτισμός.

Metatus, particip. quod aliquando passiuè acceptum, videtur esse à verbo Metor. Horat. *lib.* 2. *Carm.*

Nulla decempedis metata priuatis
Opacam porticus excipiebat Arcton.

Liu. *lib.* 4. *dec.* 5. Metata castra.

‖ Metorchium, interstitium inter plantarum ordines. Colum.

Mettagyrta, μητραγύρτης, ærusçator, æsculator magnæ matris Idææ.‖

Mĕtrĕnchytæ, μητρεγχύται. Instrumenta sunt medicorum, per quæ medicamenta in vterum iniiciuntur. Lynacrus vertit vterinos clysteres. Vide Galenum 5. *Methodi.*

Mĕtră, Erisichthonis cuiusdam Thessali filia, meretrix liberali forma, ad quam qui commeabant adolescentes, corporis copiam non assequebantur, nisi equos, boues, amplissimáque deferrent munera: quia nondum id temporis repertus fuerat gemmarum vsus. Porrò Thessali per iocum dicebant: Metram Erisichthonis verti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus donabantur: vnde fluxit prouerbium, Mutabilior Metra Erisichthonis. Ouid. *lib.* 8. *Metam.*

‖ Metreos, October mensis Bythiniis. Pap.‖

Mĕtrēta, æ. Genus vasis constans ex duobus batis. { μετρητής. GALL. *Vne sorte de mesure contenant, selon la supputation de Budée, soixante septiers.* IATL. *Misura di dieci congij.* GERM. Ein meß helt zwölff congios/das macht sechs vnnd dreissig maß. HISP. *Cierta medida antigua.* ANGL. *A vessell or measure of ten gallones.* } Quod (inquit Budæus *lib.* 5. *de asse,*) Dioscorides metretam dixit, Plinius cadum transtulit, quod & ipsum Græcum est, sed vtroque nostri vtuntur, Metretam enim Cato, & Columella dixerunt. Est autem congiorum decem, vt autor est Dioscorides *lib.* 5. his verbis, Ἔστι δὲ ἡ μετρητὴ χόες δέκα. Legend. ἔστι δὲ ὁ μετρητὴς χόες δώδεκα. Ita in editione Basileensi de anno 1529. nisi quòd ibi est χόες ι. excidit β. debebat enim esse ιβ. Et sic in Matthioli versione *lib.* 5. *c.* 45. Implet autem metreta congius duodecim. Vide Martinium *in suo Etymologico.* Decem autem congij sexaginta sextarios valent, id est, amphoram & quadrantem. Pollux tamen *in* 10. *de vocabulis* ait, Cratinum cõicum metretam amphoram appellasse. Iuuen. *Satyr.* 3.

——*Capiti incutit ille metretam.*

De hoc nomine plura apud Budæum *lib.* 2. *de Asse.*

‖ Metriasmus, medietas. Pap.‖

Metricus, a, um, vide *Metrum.*

‖ Metroacum, μητρῳακόν, carmen à matre deorum. aliter Galliambicum.‖

Metrocles, μητροκλῆς, Cynicæ sectæ Philosophus, & discipulus Cratetis, qui Hipparchiam sororem eius in matrimonium habebat. Vide Laërtium.

Mĕtrŏcōmĭă, μητροκωμία. Sic est inter vicos, vt Metropolis inter vrbes, à suísque coloniis agnoscitur. Est enim propriè Metrocomia vicus, vel pagus, vnde in alios vicos ductæ sunt coloniæ: quemadmodum Metropolis vrbs est, ad quam deductæ coloniæ, velut ad matrem originem suam referunt. Vide annot. Budæi. Vtitur hac voce Iustinianus *in Codice, tit. non licere habitatoribus metrocomiæ possessiones suas ad extraneum transferre*, & Iurisconf. *l. vlt. de exact. tribut.* Latinè Matrix villa dici potest, quemadmodum Metropolis, Matrix ciuitas. Nam μήτρα matricem significat, & κώμη vicum, siue villam.

Mĕtrŏdōrŭs, μητρόδωρος. Pictor, & Philosophus Atheniensis, Carneadis auditor. Cic. *de Orat. lib.* 1. Erat, inquit, etiam Metrodorus, qui cum illis vnà illum ipsum Carneadem diligentiùs audierat. ¶ Fuit præterea Metrodorus quidam Scepsius, qui postea relicta philosophia, ad ciuilium rerum administrationem sese contulit. Hic oratori in scriptis suis, quàm philosopho vicinior fuit, nouóque quodam dicendi genere multos à sui imitatione deterruit. Propter nominis tamen famam, quanquam pauper erat, clarum coniugium apud Carthaginienses assequutus, Carthaginiensis ciuis est habitus. Quúmque amicitiam Mithridatis regis sibi conciliasset, ad illum cum vxore profectus, honore maximo ab eo affectus est. Nam iuri dicundo præfectus dicitur fuisse, cum potestate tam ampla, vt ab eo ad regem prouocare non liceret. Quæ tamen res ei non feliciter cessit. Nam quum hominum aliquot improborum odium incurrisset, legatus ad Tigranem Armeniorum regem missus à Mithridate desciuit. Quamobrem comprehensus à Tigrane, inuitus ad Mithridatẽ remissus est, quo in itinere, siue regis opera, siue morbo (nam vtrumque dicitur) extinctus est. Hæc Strabo *lib.* 13. Huius etiam meminit Cic. memoriámque eius commendat *Tuscul. quæst. lib.* 1. Non quæro, inquit, quanta memoria Simonides fuisse dicatur, quanta Theodectes, quanta is, qui à Pyrrho ad senatum missus est legatus, Cineas, quanta nuper Carneades, quanta qui modò fuit, Scepsius Metrodorus, quanta noster Hortensius. Hactenus Cicero. ¶ Fuit & Metrodorus quidam Chius, qui vniuersum sempiternum esse dicebat. ¶ Fuit item Metrodorus Lampsacenus, Epicuri discipulus, fidissimúsque amicus. Strabone, Diogeneque testibus.

‖ Metropăter, Mater & pater. Tertull.

Metrophamelius, materfam. L. gr. b.‖

Mētrŏpŏlĭs, { אם em. μητρόπολις. } Dicitur vrbs, teste Budæo *in prioribus annot. in Pand.* ex qua coloniæ deductæ sunt, quales multæ ex Athenis missæ sunt, & ab vrbe Roma. Latinè Matricem ciuitatem dicere possumus. Nam μήτρα matricem sonat, & πόλις ciuitatem. Nam quemadmodum in pecore ex matricibus noui semper fœtus: ita ex metropoli nouæ ciuitates propagantur. Potest & ἀπὸ τ̃ μητρὸς compositum videri. Sic enim se habet Metropolis ad coloniam, vt mater ad filiam: id quod illo Thucydidis loco manifestè declaratur, Ἀποικία δὲ μὲν πᾶσα εὖ πάσχουσα τιμᾷ τὴν μητρόπολιν, ἀδικουμένη δὲ, ἀλλοτριοῦται. id est, Colonia beneficio affecta honore Metropolim suam persequitur: iniuria autem affecta, ab ea alienatur. Metropoles, inquit Suidas, dicuntur quæcunque ciuitates colonias deduxerunt. Latinè dici possent Matrices vrbes.

Mētrŏpŏlītæ, μητροπολῖται, qui ex Metropoli oriundi sunt, quíve metropolim inhabitant.

Mētrŏpŏlītēs, μητροπολίτης, Metropolitanæ ciuitatis incola.

Mētrŏpŏlĭs, μητρόπολις, vrbs Phrygiæ, teste Stephano, à Cybele Deûm matre condita. ¶ Item alia eiusdem nominis in conuentu Apameno. ¶ Tertia in conuentu Ephesiorum ad Caystrum fluuium. ¶ Stephanus præterea alias septem enumerat, quarum primam in Lydia, secundam in Thessalia collocat, tertiam Acarnaniæ, quartam Scythiæ attribuit, reliquas tres in Ponto, superiore Thessalia, & Eubœa constituit.

METRVM, i, Mensura, dimensio. { שירה schiráh שיר schir מזמור mizmór. μέτρον. GALL. *Mesure.* ITAL. *Misura.* GERM. Ein maß oder maß. HISP. *Medida.* ANGL. *Measure, dimension.* } Et quoniam metiuntur versus, à nostris dicũtur Metra Col. *lib.* 3. *c.* 10. Nã idipsum censuisse maiores nostros non dubium est, quanuis nullo alio sit scripto proditum, exceptis, quæ retulimus metris Virgilianis. ¶ Hinc fiunt per compositionem Monometrum, quod vnica mensura maiori, hoc est, duobus pedibus constat. ¶ Dimetrum, quod duabus mensuris, hoc est, pedibus quatuor. ¶ Trimetrum, quod sex pedibus. ¶ Tetrametrum, quod octo pedibus, siue quatuor mensuris constat, quem numerum pedum rarò supergredimur. ¶ Pentametrum dicitur, quod quinque habet mensuras minores, quas vocamus pedes. ¶ Hexamettum, quod sex minoribus mensuris, seu pedibus constat.

Mĕtrĭcŭs, a, um, μετρικός, quod ad metrum, hoc est, ad versum, siue ad mensuram pertinet: vt Ars metrica, μετρική, & Lex metrica. Plin. *lib.* 11. *c.* 27. Arteriarum pulsus in modulos certos, legésque metricas per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus. Metrici, (i. qui metra faciunt.) Gell. *c.* 14. *lib.* 18.

Mĕtŭo, is, ui, Timeo. { ירא iaré. δεδιέναι, φοβοῦμαι. GALL. *Craindre, auoir peur.* IAL. *Temere.* GERM. Förchten. HISP. *Temer.* ANGL *To feare, to dread.* { Varro à motu animi deductum putat, quum id, quod malè casurum putat, mens refugit. Quúmque vehementiùs in mouendo, vt à se abeat, foras fertur, Formido appellatur: si autem ex horrore venturæ rei vehementer tundatur pectus, a pauiendo Pauor dicitur. Pauire enim tundere est. Inde pauimentum, quòd pedibus pauiatur, id est, tundatur, & quia in hac perturbatione frigescimus, ab horrendo Horror dicitur, vt à tremendo Tremor. Et propriè Metuere, seruorum est: Vereri liberorum. Cic. *in Cat.* Metuebant enim serui, verebantur liberi, charum omnes habebant. Serui qui cùm culpa carent, metuunt, ij sunt heris vtibiles, non qui metuunt malum promeriti. Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Sanè ego illum metuo ne quid malè faxit mihi. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Sed metuo ne serò veniam. *Ibid. sc.* 7. *a.* 5. Metuò maximè. P. Quid metuis? Ne nos perdiderimus. Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 1. Deos, quos maximè æquum est metuere. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Et nunc eum malè metuo miser! *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Quam (Iunonem) me vereri & metuere est par maximè. Idem *Amph. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Quærit Aristoteles *in problem.* Cur tremunt qui metuunt An propter refrigerationem? Deficit enim calor, atque contrahitur. Hinc Virgilius,

——*gelidúsque per ima cucurrit*
Ossa tremor.

Metuentibus aluus funditur, algor & sitis prouocatur, testiculi contrahuntur, dentes crepitant, & arietantur. ¶ Dicimus Metuo te, & Metuo tibi, quemadmodum Timeo te, & Timeo tibi: quæ sic differunt, vt Metuo, vel Timeo te, idem sit quod metuo, nequid mihi mali inferas: Metuo, vel timeo tibi, nequid tibi mali accidat. Terent. *in Enuch.* Metuebant omnes iam me. Vt quum absim me ames, metuam absentem. (pro absenti inquit Passerat. si vera est lectio.) Plaut. *Amph. sc.* 3. *a.* 2. Metuo a, vel ab. Cic. *ad Attic. lib.* 9. Sed quum eadem metuam ab hac parte. Metuo Reip. malum ab eo. Nolo metui, amari mauolo abs te, mi gnate. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 5.

Cur spolieris, erit, non cur metuaris ab hoste,

Ouid. 13. *Metam.* Quid à nobis metuit? Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Cic. *Attic. lib.* 1. Metuo de vita. Idem *Attico lib.* 3. Metuere pro aliquibus. Celsus *lib.* 3. *c.* 11. Non metuo quin meæ vxori latæ suppetiæ sint, id est, certò scio latas esse suppetias. Plaut. *Amph.* Metuo vt. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Ornamenta quæ locaui metuo ne non possim recipere. Cicero, Metuo vt ne pereat. Item, Nihil metuo, nisi medius disrumpar. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 2. Item hunc seruum metuebam, ne vxori renunciaret. *Ibid sc.* 4. *a.* 2. Metuo autem fit à me & tuo, pro tueor, i. mihi caueo, quia metus cautio est.

Mĕtŭens, nomen ex participio. { ירא iaré φοβούμενος, δεδιώς, GALL. *Craignant, craintif.* ITAL. *Temente.* GERM. Forchtsam/oder förchtend. HISP. *Temeroso.* ANGL. *Fearing.* { Cic. *pro red. in Sen.* Nam Consules, modesti legúmque metuentes, impediebantur lege, non ea quæ de me, sed ea, quæ de ipsis lata erat. Idem *pro domo sua.* Homines legum, iudiciorúmque metuentes. Metuens pueris, mihi formidans. Plaut. *Amph.*

Mĕtŭentĭŏr, comparat. Ouid. 6. *Fast.*

Regis opus placidi, quo non metuentius vllum
Numinis ingenium terra Sabina tulit.

Mĕtŭendŭs. Cic. *ad Arusp. resp.* Eodem ferè tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræ motus horribilis, cum quibusdam multis metuendísque rebus.

——Sic pugnat, sic est metuendus Vlysses.

Quid.13.*Metam.*

Mĕtūtŭs, particip. Lucret.*lib.5.*

Nam cupidè conculcatur nimis ante metutum.

Mĕtŭs, Timor, horror, formido, & (sicut Vlpianus scribit) de instanti, vel futuro periculo, mentis trepidatio. {יראה *iereáh* פחד *pachádh.* φόβ@ δέ@. GALL. *Peur, crainte.* ITAL. *Timore, tema, paura.* GERM. Ein forcht. HISP. *Miedo, espanto temor.* ANGL. *Feare, dread.*} Cic. 4. *Tusc.* Metus est opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur. *Ibidem.* Ægritudini finitimus est metus: est enim metus, & ægritudo præsentis, sic ille futuri mali: itaque nonnulli metum Præmolestiam appellabant, quòd esset quasi dux consequentis molestiæ. Ista quò eueniant madeo metu, Plaut. *Mostell.sc.1.a.2.*

——Videóque trementem

Pallentémque metu, & trepidantem marte futuro.

Quid.13.*Meta.* Fugiat capite obuoluto cum summo metu, Plaut. *Most. sc.1.a.2.* Ego istum tibi lepidè medicabor metum, idem *ibid.* In metu esse maximo. Idem *Pseud.sc.3.a.4.& Asin.sc.1.a.1.* Item, Per metum, pro metu, vel præ metu. Idem *Aul.sc.3.a.1.ibid. sc.4.a.2.* Metum atque fugam meis perduellibus iniiciam. Idem *Pseud. sc.1.a.3.* *Pone metum,* (i. abiice, amoue.) Ouid. *Eleg.7.lib.3.Trist.* In metu aliquem ponere, pro metuere, dixit Cic. *ad Attic.* Quid autem, inquit, absurdius hunc metuere, alterum in metu non ponere? Metus autem tam actiuè, quàm passiuè sumitur, teste Gellio *cap.12.lib.9.* Nam metus hostium, rectè dicitur, & quum timent hostes, & quum timentur. Et Metus meus quo ego metuo alios: itémque meus, quo metuor ab aliis. Salustius apud Nonium, Ad bellum excitabat metus Pompeij victoris, hoc est, quo Pompeius metuebatur. Sic, Deûm metum parentum amorem, & cognatûm concordiam. Plaut. *Amph.* ¶ Item, Capitur interdum pro religione, quia, vt ait Seruius, ex metu nata est religio. Virg. *lib.7.*

——Multósque metu seruata per annos.

Mĕtĭcŭlŭs, diminutiuum. Hinc

Mĕtĭcŭlōsŭs, significat Timidum. {חרד *charédh.* ψοφοδεής, δειλός. GALL. *Craintif, poureux.* ITAL. *Pauroso, timido.* GERM. Forchtsam. HISP. *Medroso, o temeroso,* ANGL. *Fearefull.*} Plaut. *in Most.* Nescis quã meticulosa res sit ire ad iudicẽ? Idem *in Amph.* Nullus est hoc meticulosus æquè.

Mĕtys, Purgamentum ceræ, ex quo partem alueі priorem apes allinunt. Hæc Sipontinus. Plin. tamen *lib.11.c.7.* (vnde Sipontinus hæc videtur esse mutuatus) primum ceræ fundamentum Commosim appellat. Quare libet suspicari, Perottum deprauato Plinij vsum esse exemplari.

‖ Mefitium, templum minus L.gr.b.‖

Mēu, per duas syllabas, μῆον. Dioscor. Herba est caule, foliísque aniso non absimilis: de qua Plin. *lib.20.c.23.*

Mĕuānĭă, μηυανία Ptolemæo, vulgò *Meuania.* Ciuitas Vmbriæ, inclyta Propertio alumno, sita ad viam Flaminiam, armentorum & gregum ferax, Lucan. *lib.1.*

——tauriferis vbi se Meuania campis explicat, &c.

Plin. *lib. 35.cap.14.* In Italia quoque lateritius murus Aretij & Meuaniæ, est. Huius vrbis incolæ dicuntur Meuanates. Plin. *lib.3 c.14.*

Mĕuĭŭs, Poëta ineptissimus, Virgilij & Horatij temporibus, vtrique æquè inuisus, quòd poëmata illorum insectaretur, & ex alienæ laudis obtrectatione gloriam aucuparetur: vnde & Virgilio mastix vulgò appellatus est. Virg.8.*Eclog.*

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui:

Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Horat, *lib.1.Carm*

Mala soluta nauis exit alite.

Ferens olentem Meuium.

Mĕŭs, a, um, pronomen possessiuum, vt meus ager. {שלי *li.* ἐμός. GALL. *Mien, mon.* ITAL. & HISP. *Mio.* GERM. Mein. ANGL. *Myne, my.*} Quum verò dico, Meus sum, perinde est ac dicerem, Meæ potestatis sum, αὐτεξούσι@. ¶ Persius Satyra.

——Postquam meus à Prætore recessi.

Me miserum, si te iam pudet esse meam (vxorem,)

Ouid. *Eleg.3.lib.4.Trist.* Aue mi Cai, meus ocellus. Gell *c.7.lib.15.* Anime mi, meus ocellus. Plaut. *Asin.sc.3.a.3.* Meo cibo & sumptu educatus est. Idem *Men.sc.5.a.5.* Mea hæc habeo, meo peculio emta. Idem *Pseud.sc.7.a.4.* Oculus meus, pro, ocule mi. Idem *Most.sc.3.a.1.* Quid tibi mea, aut quid agam, curatio est? Mei tergi facis hoc, non tui fiducia. *Ibid.sc.1.a.1*

At quæcunque meæ poterunt audere Camenæ, (i.ego,)

Tibull.*lib.4.*

Id mea me multis docuit regina querelis,

Catull *de com. Beren.*

At non per dubias errant mea carmina laudes,

Tibull. *lib.4.* Exurgite qui terrore meo occidistis. (i. mei.) Plaut. *Amph.* O mea commoditas, ô mea opportunitas, salue.

Et meus hic rectè est, (ensis,)

Ouid.13.*Metam.* ¶ Aliquando etiam, Meus, Tuus, Suus, substantiuè accipiuntur: facíleque in eis subauditur substantiuum aliquod, Amicus, Familiaris, vel domesticus. Virg. *lib.4.*

——dulcésque meorum Reliquias.

& *lib.3.*

——Cape dona extrema tuorum.

Terent. *in Phorm.* Ego meorum solus sum meus. Item, Meus carnifex, (apud eundem *in Andria*) qui me excarnificat. ¶ Meum est, hoc est, Mei officij est. ἐμὸν ἔργον ἐστί. Sic tuum, suum, nostrum, & vestrum est, id est, tuum, suum, nostrum, & vestrum officium est, meum munus, meæ partes. Meum non est, id est, non est mea natura. Terent. *in Heaut.* non est mentiri meum.

——Neque enim benefacta malignè

Detrectare meum est,

Ouid.13. *Met.* Maledictis tu eam ductare postulas. A. Non meum est. L. Nec meum est, vt mittam gratiis. Plaut. ¶ Mea, Mea tu, & huiusmodi, muliebria sunt blandimenta, sine quibus, inquit Donatus, non progreditur colloquium fœminarum, & maximè trepidantium. Terent. *in Adelph.* Modò dolores, mea tu, occipiunt primulum. Idem *in Ennucho,* Heu obsecro mea Pythias, quid istucnam monstri fuit? Meum est, pro Meum est inuentum, excogitaui ipse. *Ibidem,* Tuum obsecróne hoc dictum erat? vetus credidi. THRAS. Audieras? GNA. sæpè: & fertur in primis. THR. Meum est. id est, ego ipse huius dicti autor sum. ¶ Mea quidem sententia, pro vt ego sentio, vt opinor. Idem *in Adelph.* Et errat longè, mea quidem sententia. Plaut. *Men.sc.3.a.1.* Meo quidem animo. (i. vt mihi videtur.) ¶ Mea est descriptio, apud Cic. *de senect.* pro Egomet descripsi. ¶ Meo pretio, in prologo Hecyræ, interpretatur Donatus pro Pretio à me facto, & à me statuto. Meus illic homo est. (i. à me decipietur mox.) Plaut. *Mil.sc.3.a.2.& Pseud.sc.3.a.1. & sc.2.a.2.* Item, Meus hic est, hamum vorat. (de eo, qui dolo circumueniendus est.) Idem *Curc.sc.1.a.3.* ¶ Mea vnius salus. Cic. *in Vatin.*

Mĕzĕntĭŭs Tyrrhenorum Rex, summus deorum contemptor, à subiectis populis ob immanem crudelitatem cum tota familia expulsus, qui vnà cum Lauso filio fugiens, ad Turnum Rutulorum regem peruenit, cum quo aduersùs Æneam profectus est, sed inauspicatò: Æneas enim ipsum cum filio in pugna interfecit. Virg. *lib.11.*

At Iouis interea monitis Mezentius ardens.

Succedit pugnæ, &c.

Fuit impius in homines sine deorum respectu, inquit Macrobius.

M I

M I, μοί, dandi casus, è genitiuo *Mis*, pro mihi. Virg.6. *Æneid.*

——Et mi genus ab Ioue summo.

¶ Mi, vocatiuus à Meus. Terent. *in Adelph.* O mi Æschine, ô mi germane. Idem *in Phorm.* Mi patrue, salue. Quo in loco, MI, vim blandimenti habet. Idem *in Enuch.* Ne crucia te obsecro, anime mi Phædria: Fœminarum, inquit Donatus, oratio, etsi non blanditur, blanda est tamen. Gell. *c.7.lib.15.* Aue mi Cai. Plaut. *sc.3.a.3.* Da mi anime. Idem, Salue mi patrone, *Men.sc.7.a.5.* Perij mi pater. *Ibid sc.2.a.5.* Mi, inuidiosè rogitantis. Terent. *in Hecyra*, Illius dices culpa factum. SOSTR. haud equidem dico mi Laches. Donat.

Mĭăcŏrŭs, μιάκωρ@. Chalcidis oppidum, apud Theopo. *lib.25.* referente Stephano. A quo fit gentile Miacorius.

Mĭcă, micæ, Puluisculus ille, qui in arena quasi argentum fulget. {פרת *path.* ψίξ, ψιχίον, ψῆγμα. GALL. *Miette, mie petit morceau comme ce qui reluit parmi le sablon.* ITAL. *poluere che lampeggia nella sabbia, brisa di pane.* GERM. Ein glesslin/ist das glizerend büglin in dem sand eben wie silber. HISP. *La migaja.* ANGL. *A litle thing that shyneth amangest the sand, à crumine of bread or of any other thing.*} A quo & panis, & omnium rerum frustula, quæ tractantibus nobis aliquam rem inde emicant, Micas appellamus. Vnde est illud, Nam & catelli comedunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Catullus.

Nulla in tam magno est corpore mica salis.

Ouid. 1. *Fast.*

Ante deos homini quod conciliare valeret,

Far erat, & puri lucida mica salis.

Horat. 3. *Carm. Ode 22.*

Mollibit auersos penates

Farre pio & saliente mica.

Vbi Porphyrion, Salientem micam salis granum intellige, quòd saliat quum in ignem missum sit. ¶ Micæ auri, ψήγματα χρυσοῦ. Lucret.

Ex aurique putat micis consistere posse.

‖ Miccotrogus, qui pauxillum rodit, μικκὸν τρώγει. Apud Plaut. *Stich. 12.* Epitheton parasiti, qui escas alienas rodit, ad instar muris ‖

Mĭco, as, ab ico, propter ictum radiorum. Propriè est subinde, & per interualla, vt micæ faciunt, fulgeo, & resplendeo, corusco. {ברק *barák* נגה *nagah.* ἀστράπτω, διαστίλβω. GALL. *Reluire par fois, estinceler, ietter luer.* ITAL. *Resplendere, folgorare, rilucere.* GERM. Gleissen/glitzern/zwitzern. HISP. *Resplandecer.* ANGL. *To glister and shine by fittes, to sparkle or twincle as starres.*} Virg. 1. *Æneid.*

——crebris micat ignibus æther.

Idem *lib.10.Æneid.*

Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum.

Et quoniam talis quædam variatio, dum digitis sortimur, apparet, per translationẽ Micare capitur pro digitis sortiri, ἐπαλλάττειν τοὺς δακτύλους Varro, Micandum erit cum Græco, vtrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. ¶ Est autem Micare digitis, lusus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, vt repentè porrectis digitis, certantium vterque numerum diuinet. Huius meminit Cic. *lib.2. de diuin.* Quid enim sors est? Idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras. Ab hoc ludi genere tractum est, vt qui certissima esset fide, quíque vir bonus existimaretur, eum antiqui dignum dicerent, qui cum in tenebris micaretur. Idem *lib.3.Offic.* Hæc nónne turpe est dubitare, Philosophos, quæ ne rustici quidem dubitent? A quibus natum est, id quod iam tritum est vetustate prouerbium. Quum enim fidem alicuius, bonitatémque laudant, dignum esse dicunt qui cum in tenebris mices. Porrò qui cum in tenebris mices, ei liberum est, si velit, fallere. Proinde dignus qui cum in tenebris mices dicitur, qui fit vsque adeò certa fide, vt nec si tuto possit velit quempiam mendacio fallere. Ex Erasmo. ¶ Et quia splendor tremulus est, & intermissis vicibus monetur, factum est, vt Micare accipiatur pro certis interpositis interuallis moueri ἀμείβεσθαι. Virg *lib.3.Georg.*

——& linguis micat ore trisulcis.

Cic. *de nat.deor.* Iam verò venæ, & arteriæ micare non desinunt quasi quodam igneo motu. Huius composita sunt, Dimico, hoc est, pugno, & Emico. διαστίλβω, extra splendeo. Intermico, inter, vel in medium mico. August. *lib.8.de Ciuit.* Id quoque vel altissimis tenebris rapidissimo coruscamine lumen candidum intermicare. Promico, ἀποστίλβω. Extendo, vel longè iaceo splendeóque. Habent autem hæc omnia penultimam correptam.

Michale, μιχάλη, fœmina venefica inter Centauras. Seneca *Herc. OEth.* Hoc docta Michale Thessalas monuit nurus: Vnam inter omnes luna quam sequitur astris relictis.

Micipsa, Numidarum rex, Masinissæ regis filius, qui Iugurtham Manstabulis fratris filium, vnà cum Adherbale & Hyempsale filiis regni participem reliquit. Autor Salust. *de bello Iugurtino.*

Micrò

Mĭcrŏlŏgĭa, μικρολογία, à Græcis appellatur, anxia cura circa minutula, & sedulitas quouis modo rem augendi. Is quoque qui rem vilem magni facit, & tenuissimum lucellum vndecunque aucupatur, Micrologus, μικρολόγος, appellatur.

Mĭcrŏpsychus, μικρόψυχος. Gall. *Pusillanime, de peu de cœur.* Ital. *Pusillanimo, di poco animo.* Germ. Klein mütig. Hisp. *Medroso, ò temeroso, de poquillo coraçon.* Angl. *That hath no courage or spirites.* } Pusillanimis dicitur, & timidus. Nam ψυχὴ, anima, & μικρὸς paruus. Plin. *lib. 22. cap. 24.* Inuenio apud autores hunc potum bibendum alsiosis: item, animi humilis, ac præparci, quos illi dixere micropsychos.

Mĭcrŏpsychĭă, μικροψυχία, pusillanimitas.

Mĭcrŏsphærŏn, μικρόσφαιρον, Nardi folium est, ex tribus speciebus, vt minimum, ita & longè præstantissimum. Vide Plin. *lib. 12. c. 12.*

Mictŭrio, micturis. Verbum desideratiuum à Meio. Idem quod cupio meiere, vel teneor cupiditate meiendi. { οὐρητιάω. Gall. *Auoir faim de pisser, vouloir vriner.* Ital. *Desiderare di orinar.* Germ. Mich brunnert/es thut mir not zubrunnen. Hisp. *Hauer gana de mear.* Angl. *To desire to pisse, or vrine.* } Iuuenal. *Satyr. 6.*

Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic.

quanquam videtur hic idem significare, quòd mingere absque desiderio, qua in significatione vsus est quoque Cornutus in Persium *Satyr. 1.* Pueris ne in loco sacro micturiant, anguium pictura terrori est.

Mictyris, Pauperculum pulmentum pulmentaria vtentibus, aut aliquod genus herbæ, & ius mœnarum benè habet se mictyris. Ex Nonio.

Midæum, vel Midæ, arum, μιδάειον, Phrygiæ oppidum Stephano. Plin. *lib. 5. c. 32.* Midaion appellat.

Midās, μίδας, Gordij bubulci filius, & rex Phrygum, qui cunctos penè reges pecuniæ abundantia antecessit. Huic (vt est in fabulis) propter Bacchū hospitio susceptum, concessum est, vt quicquid vellet optaretve, futurus voti compos: optauit autem, vt quicquid corpore contigisset in aurum verteretur quod, annuente Baccho, factum est. Sed quum cibus, & potus contacti etiam in aurum mutarentur, sensit tandem stolidus, se stultè petiisse: & facti pœnitens, orauit Bacchum, vt hoc munus auferret: tum Bacchus iussit, vt in Pactolo flumine se lauaret, & sic liberaretur. Quod quum fecisset, cœpit deinceps Pactolus aureas arenas trahere. Postea quum Phœbus & Pan carmine certarent, & Midas iudex electus cum Tmolo monte (qui Phœbum victorem pronuntiauerat) secundū Pana iudicium tulisset, indignatus Apollo, asininas ei auriculas addidit, quas tam scitè occultauit, vt nemo sciret præter solum tonsorem: qui quum rem inauditam tacere non posset, fossam ingressus proclamauit, Aures asininas habet rex Midas. Deinde fossam terra adoperuit, successúque temporis creuerunt illic arundines, quæ commotæ vocem quam tonsor infoderat, reddiderunt. Vide Ouid. 11. *Metam.*

——arguitur tamen, atque iniusta vocatur.
Vnius sermone Midæ. Nec Delius aures
Humanam stolidas patitur retinere figuram, &c.

Nonnulli dicunt, quum inter Apollinem & Marsyam decertantes iudex constitutus esset, & ipse pro Marsya sententiam tulisset, auriculis asininis à Phœbo fuisse donatum. Hinc natum est prouerbium, Auriculas asini Midas habet: quo vtimur in stolidos, & crassis auribus: pinguíque iudicio homines. Alij narrant, quum præteriret aliquando Liberi patris asinos, atque eos afficeret iniuria, iratum Bacchum Midæ auriculas asininas addidisse. Sunt qui dicant huic aures natura prælongas fuisse: & asininarum instar prominentes: atque hinc fabulæ locum ortum esse: quanquam pluribus placet, hac allegoria significatum Midam tyrannum coryceos ac subauscultatores dimittere solitum, per quos quæcunque per omnem regionem vel fierent, vel dicerentur, cognosceret, nimirum illis vtens aurium vice. Proinde quum vulgus admiraretur, ab illo resciri etiam ea quæ clam ac procul fierent, occasionem fabulæ datam esse, vt Midas diceretur auriculas asini habere. Vel quod nullum aliud animal acrius audiat, quàm asinus, excepto mure: vel quòd aures habeat omnium longissimas. Persius, Auriculas asini quis non habet? Ferunt nonnulli primùm poëtam scripsisse, auriculas asini Midas rex habet: deinde metu Cæsaris scripturam mutasse, Quis non habet? Hæc ex Erasmi Chiliadibus. ¶ Est etiam vermiculus in fabis nascens, inquit Theophrast. *lib. 4. de plantarum causis*, & Hermolaus in Plinium *lib. 21. c. 19.* ¶ Item felicissimus iactus in ludo tesserarum à Mida beatissimo rege nomen habens.

Midĭă, siue Midea μιδεία. Steph. Oppidum in agro Argiuo ita dictum à Mida Aloë filia, quum antea Persepolis appellaretur, Meminit huius Homerus *lib. 2. Iliados.*

Mĭēză, μιέζα, oppidum Macedoniæ, quod olim Strimonium vocabant: à Mieza Beretis Macedonis filia cognominatum. Autor Stephan. Huius oppidi meminit Plin *lib. 31. c. 2.*

Midion, genus nauigij, apud Fest. Pomp.

‖ Migma, mistura, ferrugo: μίγμα, à μιγνύω misceo. ‖

Mĭgro, as, à Magar Hebr. Est, inquit Valla, domicilium muto, & aliò me ad habitandum confero relicta priore habitatione, demigro, in alium locum me confero. { צער *tsahátb* גלה *ghalah* נסע *nasah.* μεθοικίζω, μετοικέω. Gall. *Desloger, changer de logis, aller demeurer d'vn lieu en autre.* Ital. *Mutar stanza, andare ad habitare altroue.* Germ. Außziehen / auß einer wohnung oder behausung in ein andere ziehen. Hisp. *Mudarse de casa à otra.* Angl. *To go out of one place to an other for to dwel, to flitte.* } Liu. *lib. 1. ab Vrbe.* Et Romā inde frequenter migratum est à parentibus maximè, & propinquis raptarum. ¶ Migrare ex vita, pro mori, μεταλλάττειν τὸν βίον. Cicer. *lib. 6. de Republ.* Antequam ex hac vita migro, conspicio in meo regno & his tectis P. Cornelium Scipionem. Idem *de finibus 1.* Non dubitat, si ita melius sit, migrare de vita, id est, mori. Hoc est magis feliciter de vita migrare, quàm mori. Velleius, loquens de metello. Ego in cœlum migro: Iuppiter apud Plaut. *Amphitr.* Migrare certum est iam nunc è fano foras. Idem *Curc. sc. 3. a. 1.* Item, fac sis, vaciuas Pseudole ædes aurium, mea vt migrare dicta possint, quò volo. Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* ¶ Legitur interdum Migrare actiuè pro transferre, μεταβάλλειν. Gell. *lib. 2. cap. 29.* Ita Cassita nidum migrauit. ¶ Apud antiquos in vsu fuit, Migrassit pro Migrauerit, vt apud Cicer. 3. *de leg. XII. Tabul.* Quisquis earum rerum migrassit, noxiæ pœna par esto. Migrare in mucronem. Plin. *lib. 11. cap. 37.* Aliis ad iactum pluribus modis, supina, conuersa, conuexa, omnia in mucronem migrantia, id est, cuspidem acuminatum habentia, veluti mucro. ¶ Huius composita sunt Commigro, Demigro, Emigro, Immigro, Remigro, Semigro, Transmigro: quorum significata vide suis locis.

Mĭgrātio, tionis, Commigratio, discessio. { גלה *gholáh* טלטלה *taltelàh.* מסע *massáh.* μετοίκησις. Gall. *Deslogement, changement de logis.* Ital. *Diloggiare, il mutar stanza.* Germ. Das außziehen von hauß zu hauß/ verenderung derwohnung. Hisp. *Mudança de casa.* Angl. *Changing of lodging or habitation a flitting.* } Cicer *fam. 9.* Migrationem, & emptionem feliciter euenire volo, tuúmque in ea re consilium probo. Idem *Tuscul. 1.* Sin vera sunt quæ dicuntur, mortem esse migrationem in eas oras, quas, qui vita excesserunt, incolunt, id multò iam beatius est.

Mihi, pronomen datiui casus ab Ego. ex *mi*: mi ex μοί. Spiritus interpositus est plenioris soni & distinctionis gratiâ. Si bonam famam mihi seruasso, sat ero diues. Plaut. *Most. sc. 1. a. 1.* Dij te omnes mihi seruent. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1. & sc. 1. a. 4.* Nisi quid in te est auxilij mihi. *Ibid.* Nimia mira mihi hodie exorta sunt. Idem *Men. sc. 7. a. 5.* Palla est mihi surrepta, *ibid. sc. 4. a 2.* Rem mihi esse dicito. *Ibid. sc. 1. a. 5.* Hoc (ense) ait, in me vtendum est mihi, Ouid. 13. *Metam.* Varium vsum habet. {לי *li.* ἐμοί, μοί. } Ad meam vtilitatem hoc spectat. ad meum, in commodum. Terent. *in Adelph.* Si quid peccat, Demea, mihi peccat. Sic Plaut. *Men. sc. 4. a. 2.* Mihi dolebit, non tibi, si quid stultè fecero. ¶ Aliquando quantum ad meum iudicium, vt interpretatur Donatus *in illud Adelph.* Nam is mihi est profectò seruus spectatus satis, Cui dominus curæ est. ¶ Aliquando A me. Idem *in Heaut.* Syrus est prehendendus, atque adhortandus mihi. Tacta mihi tandem ora Sarmatis. (i. à me.) Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

Liberior fratri sumpta mihique toga,

idem *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

——— Non hæc mihi crimina fingi
Scit bene Tydides. (i. à me,)

idem 13. *Metam.*

Illa nocte mihi Troja victoria parta est,

idem *ibid.* (i. à me.) ¶ Aliquando, In me, Circa me Terent. *in Hecyr.* Vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris. ¶. Item apud me Plaut. *Menæch sc. 3. a. 1.* Superior sis mihi. (i. potior apud me.) Item, Quid mihi tristis es (i. contra me, vel vocat.) *Ibidem sc. 2. a. 4.* Et, malignitate onerauit omnes mortales mihi. (i. in me.) Idem *Capt. sc. 1. a. 3.* ¶ Item mihi pro me. Idem *Pseud. sc. 2. a. 3.* Nimis velim, qui certum mihi faciat. ¶ Mihi pro mei: Quantum æris mihi sit, & quantum alieni. Idem *Curc. sc. 1. a. 3.* ¶ Item pro meo, Peccato mihi. Terent. *Hecyr.* ¶ Pro Me. Quid mihi futurum est, Plaut *Menæch. sc. 2. a. 4.* ¶ Pro Mea,

Nec tanto careat mihi nomine charta,

Tibull. *lib. 4.* ¶ Item eleganter dicimus, Mihi scribo, mihi lego, mihi bibo, esurio, edo, curro, &c. pro, scribo pro me, lego pro me, &c Ouid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

Ipse mihi (quid enim faciam) scribóque legóque.

Mihi esurio, non tibi. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.* It dies mihi cesso. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* Item, Mihi sapio, mihi credo, Ego mihi video Vide *Credo* suprà. ¶. Aliquando mihi & Tibi in oratione ponuntur festiuitatis tantùm gratia. Cicer. *in Pison.* Is mihi etiam gloriabitur se omnes magistratus sine repulsa assequuturum? Mihi crede, seu Credas mihi velim, affirmantis sunt particulæ, quæ idem significant, quod certè. Cic. Tuis (mihi crede) litteris perlectis, exilui gaudio. ¶ Mihimetipsi datiuus est ab Egometipse: quo vsus est Cic. *pro Quintio.* Breuitas postulatur, quæ mihimetipsi amicissima est. Plaut. *Mostell. sc. 3. a. 1.* Cupio mihimet approbarier.

Mĭhĭpte, pro mihiipsi posuit Cato. ἐμαυτῷ. Festus.

‖ Milago, piscis super aquas volitans. Isid. ‖

Milax, μίλαξ. A Galeno appellatur frutex hederæ similis, quem Similacem vocat Dioscorides Vterque duas eius facit species, asperam & læuem. Vide infrà in dictione *Smilax.*

Milciades, lege infrà *Miltiades.*

‖ Mile, milia pro mille, millia, antiq. Casaub. ‖

Miles, itis, gener commun. vulgò q. mollis κατ' ἀντίφρασιν aliis à moles Rectissimè à millies: quia primùm legio erat trium millium, singulæque tribus mittebant mille milites. { אישׁהמלחמה *ischhammilchamáh.* στρατιώτης. Gall. *Soldat, homme de guerre, gendarme.* Ital. *Soldato.* Germ. Ein kriegsman. Hisp. *Hombre armado para la guerra, soldado.* Angl. *A man of ware, a souldiour.* } Dicitur quicunque militiam exercet, autore Valla *lib. 6. cap. 12.* sed propriè qui pedes militat: à militia, id est, à duritia, quam pro Repub. sustinet dictus, aut à multitudine, aut à malo, quod arcet, aut à mollitie per contrarium (vt Festus putat.) Itémque Donatus eo quòd nihil molle, sed potiùs asperum quid gerat. Vel à mille, quasi millesimus quisque quòd trium millium prius legio fiebat, & singulæ tribus, Tatiensium, Ramnensium, Lucerum, mille milites mittebant. Eutropius scribit militem dictum à Mille, quòd cum Romulus initio mille ex populo delectos armasset, à numero milites appellauit. Donato placet ita dictum κατ' ἀντίφρασιν, quòd minimè sit mollis. Quis hic ferat tot Grammaticorum ineptias? Plaut. *Capt. prolog.* Meretrix mala, miles gloriosus.

Miles vbi emeritis non est satis vtilis armis:
Ponit ad antiquos quæ tulit arma, lares.

Ouid. *Eleg. 8. lib. 4. Trist.* Cedit miles, æs petit. (i. stipendium à priuatis.) Plaut. *Aul. sc. 5. a. 3.*

Laudis assiduo vrgeat certamine miles,

Tibull *lib. 4.* De Militum cibariis detrahere graue crimen. Quintil. ¶ Miles pro latrone,

Discolor, vt rectò grassetur limite miles.

Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* De Iureiurando & excusationibus militum. Gell. *c. 4 lib. 16.* Milites pro militibus Cæsar *2. bell. ciuil.* Et Liuius sæpè. Cicer. *pro lege Manil.* Qui extrema pueritia miles fuit summi Imperatoris Idem *pro Corn. Balb.* C. Marius P. Africani discipulus ac miles. ¶ Leuis armaturæ milites. Cæsar *8. bell. Gall.* Quibus celeriter subueniunt

ueniunt leuis armaturæ milites. Qui pedites erant, & expediti milites. ¶ Ærarij milites, vt ait Varr. 4. *de L. L.* dicuntur ab ære, quòd stipendia facerent. ¶ Aurati, & Argentati milites in Samnitium militia. Liu. 9. *ab Vrb.* Tunicæ auratis militibus versicolores, argentatis linteæ candidæ. ¶ Causarij milites, hoc est, morbo, aut debilitate affecti, ob ídque cessare coacti. Idem 6. *ab Vrb.* Tertius exercitus ex causariis senioribus à Luc. Quintio scribatur, qui vrbi, mœnibúsque præsidio sit. ¶ Legionarij & Auxiliarij milites. Asinius Pollio *Ciceroni lib.* 10. *Epist.* Militem non modò lignatium, sed ne auxiliarium quidem vllum quoquam misit. ¶ Tria autem sunt (vt inquit Seruius) militum genera, Euocati qui non milites, sed pro milite erant. Vnde Consul solebat dicere, qui vult Remp. saluam, me sequatur. Nam diuersi ad diuersa loca propter cogendos exercitus mittebantur. Virg. 9. *Æneid.*

Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem.

Salust. Ab his omnes euocatos centuriones. Tumultuarij qui necessitate aliqua electi ad vnum duntaxat bellum, militant, quando vicinum periculum vobis singulos iurare non patitur. Virg. *lib* 7.

——— simul omne tumultu
Coniurat Trepido Latium.

¶ Sacramento religati, qui post electionem in Rempub. iurabant, se non recessuros à præscripto Consulis, nisi post completa stipendia: quod militare sacramentum dicebatur. Hi plenam militiam habebant, eràntque quinque & viginti annis obligati: vt apud eundem in illud Virg. 2. *Æneid.*

Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura.

De his tribus militiæ generibus vide Bud. *in Pandectas.* Milites pro apparitoribus iudicum & magistratuum. Vlp. *in l in eadem ff. ex quibus caus. maiores.* In eadē causa sunt & qui à militibus statoribúsque, vel à municipalibus ministeriis adseruantur: si probentur rei suæ superesse non potuisse.

‖ Milesius, sermo voluptuarius.

Milesius, a, um, quod ex vrbe Mileto. ‖

Mīlētŏpŏlĭs, μιλητόπολις, vrbs in minore Asia, inter Cizicum, & Bithyniam, ad Rhyndacum amnem, cuius meminit Strabo *lib.* 12.

Mīlētŭs, μίλητος, filius fuit Apollinis, & Argeæ Cleochi filiæ: vel (vt Ouidius censet) Deiones, qui quum Minoa Cretensium regem iam senem regno priuare vellet, à Ioue territus, in Samum, deinde in Cariam Asiæ regionem fugit, ibíque oppidum condidit: quod de suo nomine Miletum appellauit, eiúsque incolas Milesios. Ouid. *lib.* 9. *Metamorph.*

Tunc erat inualidus, Deionidémque iuuenta
Robore Miletum, Phœbóque parente superbum
Pertimuit, credénsque suis insurgere regnis:
Haud tamen est patriis arcere penatibus ausus.
Sponte fugis, Milete tua, celerique carina
Ægeas metiris aquas & in Aside terra
Mœnia constituis positoris habentia nomen.

Alij tamen aliam afferunt nominis rationem: vide in dictione sequenti. Inde Miletis, idis, Patronymicum, id est, Byblis, Mileti filia. ¶ Est præterea vrbs in finibus Ioniæ & Cariæ, autore Herodoto: ædificata à Mileto Solis, & Deiones filio, vt testatur Ouid. 9. *Metamorph.* Strabo *lib.* 12. à Sarpedone conditam mauult, Iouis filio, & Minois ac Rhadamanthi fratre: & ab eo Miletum appellatam fuisse ab altera eiusdem nominis vrbe, quam in Creta reliquerat. Vrbem hanc præstantissimæ lanæ prouentus nobilitauit, ex qua fiebant Milesia stragula, quæ ob insignem mollitiem in prouerbium cesserunt, Martialis *lib.* 8.

Nec Miletus erat vellere digna tuo.

Et Virg. *lib.* 3. *Georgic.*

——— quamuis Milesia magno
Vellera mutentur Tyrios incocta colores.

Vbi Seruius, Milesia vellera, id est, lanæ pretiosissimæ. Nam Miletus ciuitas est Asiæ, vbi tinguntur lanæ optimæ. Idem 4. *Goorgic.*

——— Milesia vellera Nymphæ
Carpebant, hyali saturo fucata colore.

Cicer. *in Verrem*, Nam quid à Milesiis lanæ publicè abstulit. ¶ Eadem est Anactoria nominata ab Anacte quodam, Cæli & terræ filio. Fuit autem hæc vrbs coloniis à se conditis in primis fœcunda, quæ octoginta & amplius vrbium per omia maria metropolis extiterit. Oraculum habuit antiquitus Branchidarum appellatum, postea Apollinis Didymæi. Ex Mileto ortum traxerunt viri memoratu digni, Thales vnus ex septem sapientibus, qui primus Physiologiæ, ac Mathematicæ autor inter Græcos est habitus: & Anaximander eius discipulus. Item huius discipulus Anaximenes, & Hecatæus, qui scripsit historiam, & Æschines orator, non ille qui cum Demosthene contendit, sed alter qui sibi sumpta nimia in Pompeium licentia, in exilium missus est. Hinc & Timotheum musicum ortum ferunt, & Pittacum philosophum. ¶ Alia fuit eiusdem nominis vrbs in Creta, teste Hom. *lib.* 2. *Iliad.*

Mīlēsĭj, μιλήσιοι populi à Mileto vrbe dicti sunt, qui quum priùs potentes essent & opulenti, deliciis deinde addicti & opes, & potentiam amiserunt. Hinc Milesius sermo dicitur voluptuarius, à Milesiorum moribus lasciuis. Apuleius *in Asino aureo*, At ego tibi sermone isto Milesio varias fabellas conseram, auréisque tuas beneuolas lepido susurro permulceam. Vnde apud Plutarch. *in Crasso*, Milesij libri & Milesiæ delitiæ. Martianus Capella, Nam certè mythos poëticæ etiam diuersificatis delicias Milesias, &c. Et μιλησιακῶν librorum impudicorum autor Aristides, apud Plutarchum *in Crasso*, de quibus Ouid. *in Epist. ad August.*

Vertit Aristidem Cicena, nec obfuit illi
Historia turpes inseruisse iocos.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Iunxit Aristides Milesia crimina secum.

‖ Miliens, millies. Sup. ‖

Miliaria, auis, dicta quòd milio vescatur, & pinguescat, κεγχρίς. Huius meminit Varro *lib.* 3. *de re rust. cap.* 5. ¶ Miliaria etiam herba est, quæ milium necat. Plin. *lib.* 22. *cap.* 25.

Miliarium, vas aënum grande ad aquam calefaciendam: vide *Milliarium.*

Milias, lege *Milyas.*

Milichiæ, fontis nomen in agro Syracusano, teste Plinio *lib.* 2. *c.* 8.

Milessia, μιλήσια, vrbs Epidaurus dicta, vt suprà ex Stephano diximus.

Mīlĭtĭa, æ, Bellum, & rem militarem significat. { מלחמה *milchamách* צבא *tsabá.* στρατεία. Gall. *Guerre, le temps de la guerre.* Ital. *Militia soldo.* Germ. Ein krieg/kriegs rüstung. Hisp. *La guerra, ò tiempo de la guerra.* Angl. *warfare or warre* } Cic. 3. *de Offic. de Vlysse*, Sed insimulante eum tragœdia, simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse. Horat. *lib.* 1. *Serm. Satyr.* 3.

O fortunati mercatores grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Contrà mercator, nauium iactantibus Austris
Militia est potior; quid enim? concurritur: horæ
Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.

¶ Quandoque per metaphoram pro quouis exercitio, munere & officio sumitur. Cic. *ad Atticum lib.* 5. Grata hæc & magna mihi quæ nondum laboriosa ex illa vetere militia. Hinc militiæ casus, cùm alicuius militia, hoc est, munus alicuius eorum, qui publica principis negotia gerunt, per eius mortem cecidit, quasi dicas caducam militiam, caducum officium, de qua *Nouell.* 53. apud Iustinianum. ¶ Militiæ nomen dare est, inquit Budæus *in annot. ad Pandect.* ad delectum respondere, noménque suum in militum album describendum edere. Cic. *in Philip.* Re & veritate nobis milites sine vlla recusatione summo etiam cum studio nomina dant, id est, ἑαυτοὺς ἐνδιδόασιν ἀπογράφεσθαι. Militiam vrbanam sequi, dixit Cicer. *pro Murana*, in iudiciis versari & cum aduersariis in foro contendere. ¶ Imaginariam militiam. Sueton. *in Claud.* vocat pugnam simulatam ad spectatorum delectationem exhibitam. A militia fit compositum, Commilitium, hoc est, ipsa belli societas, & Commilito, onis, qui nobiscum militat, στρατιώτης. Cicer. *pro Deiotaro*, Hic verò adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit. ¶ Militiæ, genitiuus aduerbij vice positus, sicut domi. Terent. *in Adelph.* vnà à pueris paruuli sumus educati: vnà semper militiæ & domi fuimus. Salust. Sed mihi multa legenti, multa audienti, quæ populus Rom. domi militiæque, mari atque terra præclara facinora fecit. Detrectare militiam. Ouid. 13. *Metam.*

——— Detrectauique furore
Militiam ficto.

Sueton. *in Claud. cap.* 24. Militias equestres ordinare. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Aspera militiæ iuuenis certamina fugi.

Senec. *Epist.* 47. Per militiam Senatoriam auspicari vaco scriptura militiæ. Diomed *lib.* 1.

Mīlĭto, as, Militiam exerceo, & stipendia facio, mereo. { צבא *tsaba.* στρατεύω, ὁπλίζω. Gall. *Guerreyer, militer, suiure, ou faire la guerre.* Ital. *Militare, essercitare l'arte de la guerre, guerreggiare.* Germ. Kriegen/ im krieg vmb sold dienen. Hisp. *Estar ò andar à la guerra, guerrear.* } vt, Hic sub Cæsare militauit. Plin. *in Præfat. lib.* 23. Militare didicisset sub Annibale. Cic. *Offic.* 1. Qui in eadem legione militabat. Militare mercede. Curt. Græcis mercede apud Persas militantibus.

Mīlĭtātŭr, nulla certa & definita persona. Plaut. *in Persa*, Illa militia militatur magis. Legitur & Militor passiuum. Horat. *Epod.* 1.

Libenter hoc & omne militabitur
Bellum in tuam spem gratiæ.

Mīlĭtārĭs, re, quod ad milites, aut militiam pertinet, bellicosus. { στρατιωτικός. Gall. *Militaire, de guerre.* Ital. *Cio che appartiene à militia.* Germ. Krieglisch/das tum krieg dienet. Hisp. *Cosa perteneciente à la guerra.* Angl. *Belonging to warrefare.* } vt, Militaris homo. Plaut. *Epid.* — scio te esse quidem hominem militarem. Salustius, Præmittit illis homines militares. ¶ Militaris via, quæ vulgò communis dicitur, alio nomine Regia, Consularis, Prætoria, aut Publica, λεωφόρος. ¶ Dicta est autem militaris, quòd à militibus sterneretur, vel quòd milites in bellum proficiscentes, per eam iter facerent. Quintil. stratum iter militari labore vocat. Eiusmodi fuerunt Romæ Salaria, Flamina, Appia, Æmilia. ¶ Ætas militaris, hoc est, robusta, & ad militiam apta. Tacitus *lib.* 2. Referebat habitasse quondam septingenta millia ætate militari. militaris eloquentia. (i. virilis, non effœminata, Impolita.) Sueton. *in Cæs. cap.* 55. ¶ Militaris ignominia sanguinis. Gell. *cap.* 8. *lib.* 10. Ita disciplina militaris. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Militaris, ac rusticus, (pro Imperito.) Quintil. Dabo in timorem militarem aduenam. Suprà, qui adest à milite. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. ¶ Signa militaria. Cicero *in Catil.* Quum arma, quum secures, quum fasces, quum tubas, quum signa militaria, quum Aquilam illam, &c. ¶ Timor militaris. Plautus *Pseud.* sic ego illum dolis Atque mendaciis dabo in timorem militarem aduenam

Mīlĭtārĭs herba, quam & Dioscorides στρατιώτην appellat. Herba est quæ aliis nominibns Achillea, Millefolium, & Supercilium Veneris appellatur. Militaris dicta, quòd ab ea milites vulnerati petere soleant præsidium.

Mīlĭtārĭŭs, adiect. Antiqui vsurpauerunt pro militaris, στρατιωτικός. Plaut. *in Pseud.* Quin hinc metimur gradibus militariis?

Mīlĭtārĭtĕr, aduerb. significat more militum, seu more militiæ. { στρατιωτικῶς. Gall. *En homme de guerre, en façon de la guerre.* Ital. *Da soldato.* Germ. Auff kriegische weiß/kriegisch. Hisp. *A manera de guerra a la soldada.* Angl. *warre like, lik a warrier.* Liu. 5. *ab Vrb.* Aduersùs hæc Tempanij oratio incomposita fuisse dicitur, cæterùm militariter grauis, non suis vana laudibus, non crimine alieno læta.

Mĭlĭvm, lij, Genus frugis, à mille dictum est (vt putat Festus) propter multitudinem granorum. { דחן *dóchan.* κέγχρος. Gall. *Du millet.* Ital. *Miglio.* Germ. Hirß. Hisp. *El mijo,* Ang. *A kind of graine or corne namen millet.* } Martialis *lib.* 12.

Frumentum, milium, ptisanámque, fabámque
Solebas vendere

Plin. *lib.* 18. *cap.* 10. Milio Campania gaudet præcipuè, pultémque candidam ex eo facit: fit & panis prædulcis. *Ibid. c.* 7. Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum est, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo: adolescit ad pedes altitudine septem

prægrandibus

prægrandibus culmis. Lobas vocant, omnium frugum fertilissimum.

Miliarius, adiectiuum (κεγχεῖος.) Quod ad milium pertinet, vel quod est milij. Miliaria auis, quæ milio vescitur & pinguescit. Varro *de re rustica lib.3 cap.5.* Igitur testudo fit magna, in qua millia aliquot turdorum ac merularum includere possint. Quidam cum eo adiiciunt præter eas aues alias quoque, quæ pingues væneunt carè vt miliariæ ac coturnices.

Mille, vel mile, substantiuum, & neutri generis. à χίλια. hinc μίλιον, & milliare. { אלף éleph. χιλιά:. Gall. *Mille.* Ital. *Mille.* Germ. *Tausent.* Hisp. *Mil.* Angl. *Athousand.* } Declinatúrque in vtroque numero, quamuis in sing. num. genitiuus, & datiuus non inueniantur. Ablatiuus, quamuis hodie in vsu non sit, inuenitur tamen apud antiquissimos. Lucilius *lib.9.* vt citat Gell. *lib.1.c.16.*

Tum milli nummûm potes vno quærere centum.

Vbi, Vno milli numorum dixit, pro vnis mille numis. Gell. *ibidem.* q.d. potes vnis mille numis acquirere centum millia. ¶ Construitur autem mille substantiuum cum genitiuo, vtroque numero. Cic. *in Antonio*, Quis vnquam in illo Iano inuentus est, qui L. Antonio mille nummûm ferret expensum? Sic Mille talentûm dixit Liuius *lib. 7.d.4.* Et, Vel manè possum mille cantharûm (potare.) Plaut. *Menach. sc.2.a.1.*

Est aliquid de tot Graiorum millibus vnum à Diomede legi.

Ouid. 13. *Metam.* Quot millia passuum declamasti? Quintil. Quot Philippei? A. Duo millia. Plaut. *Amph.* Item,

Millia qui nouies distat ab vrbe decem,

Ouid. *Eleg.vlt.lib.4.Trist.*

Inter tot populi, tot scripti millia nostri,

Idem *Eleg.1.lib.2.Trist.*

Libros mille locis plenos nominis esse tui.

Ibidem.

Nempe ego mille meo protexi pectore puppes.

Idem 13. *Metamorph.* Quadrigarius *lib.3. Annal.* Ibi occiditur mille hominum. Varro *lib.7.rerum human.* Plus mille & centum annorum est. Plaut *in Milite*, Qui mille annorum perpetuò viuunt, hoc est, quod Græci χιλιάδα vocant. Aliquando mille adiectiuum est pluralis numeri tantum, & indeclinabile, quemadmodum & Centum: vt quum dicimus, Mille nummi, mille propugnacula. Nec licet dicere, Millia homines, quia substantiua non cohærent: sine copula non dicitur. Decem millia, & ducenti homines, quod ita intelligitur, decem millia hominum, & ducenti homines rectè dici potest. Georg. Valla putat, Mille adiectiuum etiam scriptura differre à substantiuo, quod illud gemina consonante scribi debeat, hoc vnico l contentum sit, quemadmodum ile, & Cubile, & reliqua eiusdem terminationis.

Millesimus, a, um, adiect. Ordinis numerus est à mille formatus. { χιλιοστός. Gall. *Millieme.* Ital. *Millesimo.* Germ. *Tausigst.* Hisp. *Cosa de mil en orden.* Angl. *The thousandi in order.* } Cic. *ad Attic. lib. 19.* Fecisti mihi pergratum, quòd Serapionis librum ad me misisti: ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) millesimam partem vix intelligo. Idem *de fato*, Quanquam id millesimo ante anno Apollinis oraculo editum esset.

Millefolium, millefolij, Herbæ genus est, quod Græci μυριόφυλλον appellant: de quo vide Plin. *lib.24.c.16.*

Millefolia, æ, Panacis genus est, ab Achille inuentum, vnde Achilles appellatur, ἀχίλλειος. Plinius *lib.25.cap.5.* Aliqui & hanc Panacem Heracleon, alij Sideritin, & apud nos Millefolium vocant, cubitali scapo, ramosam, minutioribus quàm fœniculis foliis vestitam ab imo.

Millepeda, æ, Animal est (teste Plinio *lib.29.c.6.*) è vermibus terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactúque contrahens se. χιλιόπους. Oniscon Græci appellant, alij Tilon, qui multo pedum agmine scatet, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta. Hieron. *contra Iouinian.* Coge Syrum, Africum & Atabem, vt Vermes Ponticos glutiat: ita eos aspiciet vt muscas, multipedes & lacertos.

‖ Millesies, mille. quod vide. ‖

Milliarius, a, um, Mille librarum, { χιλίων λιτρῶν. Gall. *De mille.* Ital. *Miglaio.* Germ. *Das tausent begreifft / das tausent pfundig ist.* Hisp. *Cosa de mil.* Angl. *Of a thousand or belonging to a thousand.* } Vnde Apri milliarij apud Columellam dicebantur mille librarum, qui apponebantur in cœnis Romanorum. Seneca *lib.21. Epistol.* Non magnam rem facis, quod viuere sine recto apparatu potes, quòd non desideras milliarios apros, nec linguas phœnicopterorum, & alia portenta luxuriæ iam nota animalia fastidientis. Plin. *lib.17. c.12.* Milliarias vocari multas oleas narrant à pondere olei, quòd ferant annuo prouentu. Et milliarius grex apud Varro. *de re rustica lib.2. cap.108.* Item milliaria porticus, apud Suet. *in Ner cap.3.* Vestibulum eius fuit, in quo colossus CCXX. pedum staret. Ipsius effigiei tanta laxitas, vt porticus triplices milliarias haberet.

Milliarium, rij, Mille passuum spatium, milliare. { μίλιον. Gall. *L'espace de mille pas, vne demi lieuë.* Ital. *Miglio.* Germ. *Ein meil wägs tausent schrit lang.* Hisp. *La milla.* Angl. *The space of a thousand passes, a myle.* } Cic. *ad Attic.lib.8.* Postea audiui à tertio milliario tum eum esse: πολλὰ μαθεῖν, καὶ ῥαθυμεῖν δῆτα. Hoc etiam millium dicitur. Vide Bud. *in priore Annot. in Pand.* Milliarium quódque octo stadiorum erat. Plutarch. *in Graccho.* Itaque huius octaua pars stadium vocatur, passus continens 125. Passus autem ex quinque constat pedibus, & singuli pedes è quatuor palmis: singuli autem palmi quatuor digitis. ¶ Milliarium, vas æneum, altum, & angustum, multarúmque mensurarum capax (vnde & nomen à mille, non autem à milij forma, vt voluit maximus Grammaticus) quod Græcè ἰπνολέβης: huius maximus vsus in balneis. Cato *de re rust.* inter orbem & milliarium vnum digitum interesse oportet. Palladius *lib.1.* Vas æneum milliario simile, id est, altum & angustum, vespere inter aluearia collocemus, & in fundo eius proprium lumen accensum. Seneca *quæst. natur. lib.4. cap.9.* Sequitur, vt quemadmodum minora balnearia, & minora milliaria citiùs calefiunt, sic, &c. Rursus *lib.3. cap.24.* Facere solemus dracones, & milliaria, & complures formas, in quibus ære tenui fistulas struimus per decliue circumdatas, vt sæpe eundem ignem ambiens aqua per tantum fluat spatij, quantum efficiendo calori sat est. ¶ Milliarium aureum, Romæ in foro columna erat, in quam omnes viæ Italiæ competebant & desinebant. Sic dictum, quia milliaria continebant. Sueton. Vt se in foro sub æde Saturni ad milliarium aureum opperirentur. Plutarch. ὁ χρυσοῦς εἰρημένος κίων, εἰς ὃν αἱ τετμημέναι τῆς Ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσι. Meminit & Tacitus, & Plin. *lib.3.*

Milliare, Milliarium, hoc est, mille passuum spatium. Cicer. *ad Attic. lib.6.* Accepi tuas literas ad quintum milliare Laodiceæ. quas legi libentissimè.

Millies, aduerb. est numerandi, idem significans quod vulgò aiunt mille vicibus. { χιλιάκις. Gall. *Mille fois.* Ital. *Mille volte* Germ. *Tausentmal.* Hisp. *Mil vezes* Angl. *A thousand tymes.* } vt, Millies te vidi. Sic Decies, Centies, & huiusmodi. Cic. *in Verr. a.5.* Millies audiui. Terent. *Phorm.* At enim tædet iam audire eadem millies. Cic. 1. *Offic.* Millies oppetere mortem quàm illa pati maluisset. Millies periurare mauellem. Plaut. *Pseud. sc.5.a.2.*

Millus, siue Millum, li, Collare canum factum ex corio, multis clauis ferreis eminentibus aduersùs impetum luporum, aut aliarum ferarum. { δεραιμαβ@. Gal. *Vn colier, comme celuy qu'on met aux chiens, ayant des picquans par dehors.* Ital. *Collare da cani.* Germ. *Ein dornechtig halßband so man den hunden anlegt* Hisp. *Collar del petto.* Angl. *A mastriues coller male of leather and nailes.* } Scipio Æmilianus ad populum: Nobis (inquit) reique publicæ præsidio eritis quasi millus cani. Dictus millus, à multitudine clauorum, hoc est, à mille clauis: vel quasi melinus, quòd ex pelle animalis melis ferè hæc collaria fiunt. Varro *de re rust. lib. 2. cap. 9.* Ne vulnerentur canes à bestiis, imponuntur his collaria quæ vocantur millum, id est, cingulum circum collum ex corio firmo cum clauis capitatis, cui intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri.

Milo, μίλων. Ciuis Romanus ex municipio Lanuuino, qui quum P. Clodium Tribunum plebis multa seditiosè in Republica molientem occidisset, frustrà à Cicerone defensus elegantissima illa oratione, quę etiam hodie omnium manibus teritur, Massiliam damnatus in exilium profectus est: vbi quum aliquando vidisset orationem Ciceronis pro se scriptam, multo meliorem ea, quæ in iudicio habita erat, dixisse fertur: Si sic orasset Cicero, non ego Massiliæ barbatos mullos esitarem. Hæc Dionysius *in Roman. hist.* ¶ Fuit alius hoc nomine athleta Crotoniates, qui taurum in Olympico certamine ictu nudæ dextræ occidisse dicitur, & sine fatigatione per stadij spatium supra humeros portasse, totúmque eo die comedisse. Huic malum tenenti digitis nemo poterat extorquere: dum constitisset, nemo vestigio educere. Quum autem nimia neruorum fiducia arborem in parte media hiantem diducere vellet, brachiis hinc inde constrictis, & deficiente conatu retentus, lupis fuit præda. De eo vide Gell. *cap. 16. lib.15.* ¶ Est & Milo, siue Milus, nomen montis Indiæ, in quo homines auersis plantis nascuntur, octonos digitos in singulis pedibus habentes. Autor Plin. *7.cap.2.*

Milonia, μιλωνία, oppidum Samnitium, apud Dionysium *lib. 16. Antiquit.*

Miltiades, per t, in secunda syllaba, μιλτιάδης, Suid. Dux Atheniensium clarus, qui decem millibus suorum ciuium & Platæensibus auxiliariis mille, profligauit Persarum sexcenta millia in campis Marathoniis. Autor est Iustinus *lib.2.* Postea tamen peculatus damnatus, in carcere & vinculis mori ab Atheniensibus coactus est. Autor Valer. Maximus *lib.5.cap.3.* & Æmilius Probus, qui eius vitam eleganti breuitate conscripsit.

Miluius, pons, Romam iuxta Mart. *Epig.14.lib.3.*

Miluus, & Miluius, vtroque modo dicitur, Auis rapacissima: à molli volatu (vt quibusdam placet) vel fictitio nomine à voce quam edit. { דיה dajjah. ἰκτῖνος. Gall. *Vn milan, ou vn hua, ou vne escoufle.* Ital. *Nibbio.* Germ. *Ein weihe.* Hisp. *Milano.* Angl. *Akite.* } Ouid. *lib.3.Fast.*

Iuppiter alitibus rapere imperat: attulit illi
Miluius, & meritis venit in astra suis.

Pulmentum ei pridem eripuit Miluius. Plaut. *Aulul. sc. 1. a. 2.* Terent. *in Phorm.* Non rete accipitri tenditur neque miluio. Plin. *lib.10. cap.10.* Miluij in eodem accipitrum genere magnitudine differunt. Notatum in his rapacissimam & famelicam semper alitem nihil esculenti rapere vnquam ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara. ¶ Ab huius auis similitudine piscis quidam Miluius, siue Miluus dicitur, quòd se saltu supra mare attollens, milui in modum volare videatur. Idem *lib 9. cap.26.* Volat hirundo sanè quàm similis volucri hirundini: item miluus. ¶ Ponitur & pro sydere cælesti, in quod miluus, qui Ioui elapsum anulum retulit, fertur mutatus. Ouid. *lib.3. Fastorum*,

Stella Lycaoniam verget decliuis ad arcton
Miluius, hac illa nocte videnda venit.

¶ Item Miluus per translationem de homine rapaci dicitur. Plaut. *in Pœnulo*, Tenens me arctè mea voluptas malè ego metuo miluos, Mala ista bestia est, ne fortè me auferat pullum tuum.

Miluinus, adiect. à nomine Miluus, quod ad miluum pertinet. { ἰκτινώδης. Gall. *De milan, hua ou escoufle.* Ital. *Di nibbio.* Germ. *Weihin oder des weihens.* Hisp. *Cosa de milano.* Angl. *Belonging to akite.* } Miluiæ tibiæ dicuntur quæ in accentus exeunt acutissimos. ¶ Item, Miluinæ vngulæ, pro manibus rapacibus. Plaut. *in Pseudolo*, An tu inuenire postulas quenquam coquum, Nisi sit miluinis, aut aquilinis vngulis?

Miluina appetentia. Plaut. *in Menæch.* i, vehemens, ab auis rapacissimæ & famelicæ natura. ¶ Miluinus pes, herbæ nomen est apud Colum. *lib. 11. cap. 7.* quam nonnulli eandem esse putant cum coronopo. Plaut. *Menæch. sc. 3. a.1.* Quæ mihi madida apposita miluinam suggerunt.

Milyas, acis, μιλυάς, Regio est in minore Asia, Cariæ, & Lyciæ finitima: cuius incolæ Miliæ, μιλύαι, appellati sunt, à Milya Cragi vxore, quum antea Solymi appellarentur. Vide Steph. & Strab. *lib.12.*

Mimalion, adolescens fuit qui Atalantam puellam Arcadiæ venatricem amauit. Sunt qui eundem & Meleagrum dictum fuisse putent. Ouid. 3. *de Arte* (& *alibi*,)

Mimalion humeris Atalanta crura ferebat, &c.

Quædam exemplaria legunt *Melanion.*

Mīmallĭs, μιμαλλὶς, A Callimacho Insula dicitur, quæ ab aliis Melos, à nonnullis Zephyria vocatur, teste Plin. *lib.4.c.12.*

Mīmāllŏnēs, μιμαλλόνες, Bacchæ mulieres, à Mimante Thraciæ, vel (vt alij malunt) Ioniæ monte, vel à μιμέομαι, verbo Græco, quod imitor significat, quòd Liberum patrem imitarentur, & ad eius imitationem cornua ferrent. ¶ Inde mimallonis, idis, patronymicum fœm. quo ferè in eadem significatione vtimur. Ouid. *lib.1. de arte amandi.*

Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis.

Mīmallŏnēŭs, mimallonea, mimalloneum Pers. *Satyr.1.*

Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis.

Hæ quoque Bassarides, & Thyades & Ogygides vocatæ sunt.

Mīmās, antos, μίμας, Mons Ioniæ in minori Asia, testibus Plinio & Strabone; vel vt Suidas mauult, Thraciæ, vbi sacra, & certamina quotannis fieri Baccho consueuerunt. Ouid. *2. Metamorph.*

Et tandem Rhodope niuibus caritura Mimásque.

¶ Mimas etiam gigantis nomen fuit, quem Iupiter fulminauit. Horat. *lib.3. Carm.*

Sed quid Typhoëus, & validus Mimas, &c.

Mīmērmnŭs, μίμνερμος Suidæ, Ligyrtiadæ filius, Colophonius, aut Smyrnæus, aut Astypalæensis Elegiarum scriptor. Natus fertur Olympiade XXXVII. quod si est, septem sapientibus antiquior est. Quidam tamen eodem tempore vixisse illum dicunt. Vocatus fuit Ligyastades, propter concinnitatem & dulcedinem carminis. Scripsit libros multos Hæc Suid. Propert. *lib.1. Eleg.9.*

Plus in amore valet Mimermni versus Homero:
Carmina mansuetus lenia quærit amor.

Mīmēsĭs, Alienorum morum imitatio. { μίμησις. Gall. *Art pour contrefaire toutes gestes & contenances.* Ital. *L'arte da imitare i gesti & le parole d'altri.* Germ. Ein erdichte nachthining frömbder gebärden. Hisp. *Arte para contrahazer las personas.* Angl. *A following of others maners, te art to counterfait gestures.* } Alio nomine à Græcis dicitur ἠθοποιία Quintilian *lib.9. cap.2.* Imitatio morum alienorum, quæ ἠθοποιία vel (vt alij malunt) μίμησις dicitur, iam inter leuiores affectus numerari potest. Est enim posita ferè in eludendo, sed versatur in factis & in dictis: in factis, quod est ὑποτυπώσει vicinum: in dictis, quale est apud Terent. *in Eunuch.* At ego nesciebam, quorsum tu ires, Paruula hinc est abrepta: eduxit mater pro sua: Soror dicta est: cupio abducere, vt reddam suis. Donat. *super illo Terentij loco in Phorm.* Ad precatorem, abeam credo, qui mihi sic oret, nunc omitte quæso hunc. cæterùm post hac si quicquam, nihil precor, &c. Mimesis, inquit, dicitur, vbi non verba modò, verumetiam gestum vocémque fingimus alienam ¶ Idem *alibi*, Mimesis, est quando aliqua verba sic pronuntiamus vt vana videantur. Mimesis igitur figura est cognata ironiæ, quando alterius verba, seu gestum imitamur: quod ferè deridentes, improbantésque facimus.

Mīmnēdŭs, μιμνηδὸς, oppidum Lydiæ, apud Hecateum *in descriptione Asiæ.* Steph.

Mīmvs, i, qui dicta aliorum imitatur gesticulando ea exprimens. { μῖμος. Gall. *Bateleur, bouffon, qui contrefait tous gestes & contenances.* Ital. *Mimo, buffone, beffatore.* Germ. Ein gauckler so närrischer weiß anderñ leuten Jre wor oder werck vnd geberd nacht thut. Hisp. *El momo, contrahazedor de personas.* Angl. *He that counterfaiteth others gestures and maners.* } A μιμέομαι. (vt Diomed. inquit) quod significat imitor. Histrio verò personatus in scena Comœdias & Tragœdias, voce & corporis gestu agit. Inde Pantomimi, id est, omnium personarum imitatores, effictorésque. Et Archimimi, pro histrionum principibus. Hæc fusiùs à Budæo declarātur *in procœmio Annotat. in Pandect.* Mimi olim dicti familiares. Senec. *Epist.* 47. Mimi centunculo vti, Apul. *Apolog.1.* Mimis similia omnia negotia humana. Senec. 15. *de tranquill.* Vtrùm simulator & mimus fuerit. Sen. *Epist.* 26. tanquam mimo, aut insomnio delectare. Gell. *cap.8. lib* 13. De Mimis & eorum obscœna materia, Ouid. *Eleg.1. lib. 2. Trist.* Mimum vitæ transigere. Sueton. *in August. cap.99.* ¶ Mimi etiam dicuntur poëmata, sine vllo pudore lasciuiam imitantia: quod genus Latini vocant Planipedias. Ouid. *2. Trist. Eleg.1.*

Scribere si fas est imitantes turpia mimos,

Sueton. *in Cæsare*, Decius Laberius eques Romanus mimum suum egit Cic. *pro Cælio*. Mimi ergo est iam exitus, non fabulæ. Talia poëmata referta erant sententiis. ¶ Mimus quoque pro ridiculo facto, & quasi fabula risu digna translatè ponitur. Sueton. *in vita Othonis cap.* 1. Quare diducto matrimonio sepositus est per causam legationis in Lusitaniam: & satis visum, ne pœna acrior mimum omnem diuulgaret: Qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit, Cur Otho mentito sit quæritis exul honore? Vxoris mœchus cœperat esse suæ. Dicimus etiam, Mimo subseruire, pro contrariam vocem in symphonia fingere, hoc est, figmentum, vel fabulantem adiuuare.

‖ Mimulus, diminutiuum. ‖

Mīmă, æ, { ἡ ὑποκριτής. Gall. *Celle qui contrefait tous gestes & contenance.* Ital. *Dona che contrafa gli altrui gesti.* Germ. Ein gaucklerin mit außtruckung vnd nachthuung frömbder geberden. Hisp. *La muger contrahazedora de personas.* Angl. *A wanton winche she theat counterfaiteth or hers gestures.* } Cic. *in Philipp.2.* Vehebatur in essendo Tribunus pleb. lictores laureati antecedebant, inter quos aperta lectica mima portabatur: quam ex oppidis municipales homines honesti obuiam necessario prodeuntes, non vero illo, & mimico nomine, sed Volumniam salutabant.

Mīmŭlă. dimin. à Mima, quod gesticulatricem significat, ἡ ἀπλῆς ὑποκριτής. Cic. 2. *in Anton.* Venisti Brundusium in sinum quidem & complexum tuæ mimulæ. Mimiambus, Scribunt Mimographi mimiambos, comœdiásque versibus Iambicis, vt Laberius, Virgilius, Romanus, de quo Plin. *Epist. lib.6. Caninio*, Scripsit mimiambos tenuiter, argutè, venustè, atque in hoc genere eloquentissimè.

‖ Mimarius, morio. Isid. gl. ‖

Mimiambus. Mimiambi sunt versus iambici, minùs vsitati. Sophron. (de qua Varro 4. *de L.L*) scripsit mimiambos, sed prosa oratione. Eius imitatione mimiambos quoque scripsit Herodotus vetus scriptor, versibus Hipponacteis: quem sequutus Martius Romanus poëta. Terentianus Maurus de metris:

Hoc mimiambus Mattius dedit metro.
(Nam vatem eundem est Attico thymo tinctum
Pari lepore consecutus & metro.)

Intelligit Herodotum, cuius scazantas adducit Stobæus, apud quem tamen corruptè ἡμιάμβους pro μιμιάμβους legitur. Apud Gellium Mattius citatur in mimiambis.

Mīmŏgrăphŭs, Lasciui poëmatis scriptor, vt fuit Philistio, vt Publicus, vt Laberius.

‖ Mimologus, μιμολόγος, qui mimos recitat. ‖

Mīmĭcŭs, a, a, um, adiectiuum à Mimus, sicut à Satyrus, Satyricus; quod ad mimum pertinet. Cic. *de Orat.* 2. Vitandum est oratori vtrumque ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus. Senec. *cap.11. de tranquill.* Mimicæ ineptiæ.

Min. Auson.

Et quod germano mixtum malè lethiferum Min.

quem versum, inquit Turneb. *lib.* 23. 30. de minio intelligo, lethali pharmaco & homines necante, quod in argentariis metallis reperitur.

Min' pro Mihíne, Figura synæresis, qua Persius vtitur *Satyr* 1. Quis leget hæc? Min' tu istud ais?

Mĭnă, Acmna. { מנה *manéh.* Græcè μνᾶ. } Atticum est vocabulū, quo tam in appellatione rei numariæ, quàm ponderalis Athenienses vtebantur. Constabat autem ex drachmis Atticis centum: erátque maior Romana libra drachmis quatuor, nam hæc nonaginta sex tantùm pendebat drachmas. Fannius *apud Priscianum*,

Accipe præterea paruo quam nomine Graij
Mnam vocitant, nostrique Minam dixère priores.
Centum hæ sunt drachmæ: quòd si modò dempseris illis
Quattuor, efficies hanc nostram denique libram,

Sed hoc de mina noua intelligi debet, quæ & Solonis mina à quibusdam appellatur. Constat enim minam Atticam antiquitus fuisse drachmarum tantùm septuaginta quinque: quæ auctis postea à Solone ponderibus, Mina vetus appellata est: de qua intelligi debet quod subdit Fannius *apud Priscianum*, Attica quæ fiet quartam si dempseris hinc mna. Quo tamen in loco Fannius sentire videtur, Minam Atticam eam esse, quæ constat septuaginta quinque drachmis, quam nos Minam veterem vocauimus: alteram verò quæ centum constat drachmis, Minam Græcam vocari. Sed hoc non esse verum; facilè Plinij autoritate conuinci potest, qui *lib.2. cap. vlt.* vbi ex professo Atticorum ponderum interpretationem tractat, subdit *in fine capitis*, Mna, quam nostri Minā vocant, pendet drachmas Atticas centum. Vide plura eius rei testimonia tam Græca, quàm Latina apud Georg. Agricolam. Quoties autem apud scriptores minæ mentio occurrit, de mina noua intelligendum est quæ epitriti portionem habet, ad minorem, seu veterem minam: quemadmodum & talentum maius ad talentum minus. Continet itaque Mina, si de pondere intelligas, vncias duodecim, & semissem. Quòd si de re numaria sit sermo, Mina ad monetæ Gallicæ æstimationem reducta, valebit circiter libras Turonenses septendecim, & semissem. Tantum enim conficiunt centum drachmæ, singulæ tribus solidis Turonensibus & semisse æstimatæ. Budæus æstimat Minam aureis coronatis decem: quod in idem recidit, modò sanè intelligas singulos coronatos ab eo triginta quinque duntaxat solidis Turonensibus æstimari. Triginta minas pro capite tuo dedi. Plaut. *Mostell. sc.3. a.1.* Istuc verbum vile est viginti minis. *Ibid. sc.3. a.3.* Emi puellam paruulam decem minis. Idem *Curcul. sc.2. a.4.* Si credis numo (te docebo:) si non, ne mina quidem. Idem *Pseud. sc.2. a.3.* Quatuor Minis emi istam pallam: quatuor minæ perierunt. Idem *Menæch. sc.3. a.1.* Viginti minis æstimabantur serui. Idem *Capt. sc.2. & 3. a.2.* Aliàs me poscit (leno) pro illa, (amica) triginta minas: Aliàs talentum magnum. Idem *Curc. sc.1. a.1.* Emi de illo virginem triginta minis: & pro veste, & auro decem concedunt minæ. Idem *ibidem*. Leno me vendidit militi viginti minis, dedit quindecim minas, &c. Idem *Pseud. sc. 1. a 1.* Iam ducentæ fieri possunt præsentes minæ, *Ibid. sc.3. a. 1.* ¶ Mina etiam mensuræ genus est qua agri metiuntur: qui & Modius dicitur, & Actus quadratus. Habet in latitudine pedes centum viginti, & in longitudine totidem. Vide Varr. *de re rustic. lib.1. cap.10.* ¶ In pecore item ouillo, Minę dicuntur, quæ ventre sunt glabro. Idem *lib.2. cap. 2.* Emptor stipulatur prisca formula, illasce oues, sanas rectè esse, vti pecus ouillum, quod rectè sanum est extra luscam: surdam, minam, id est, ventre glabro. ¶ Minam autem dici volunt, quòd minus habeat. ¶ Minam etiam (vt scribit Festus) Ælius vocitatam ait mammam alteram lacte deficientem, quasi minorem factam.

Mĭnācĭæ, arum, à Plauto dicuntur, quas nos hodie Minas vocamus. ἀπειλή: vt *in Truc.* Melius, te munere certare mecum, quàm minaciis. Idem *in Rud.* Minacias ego istas flocci non facio tuas.

Mĭnæ, arum, Comminatio, minitatio, mali denuntiatio. { ἀπειλή. Gall. *Menaces.* Ital. *Minaccie.* Germ. Trawung. Hisp. *Amenazas.* Angl. *Threates, menacinges ater in wordes or signes.* } Larua vmbratilis, tu me minis territas. Plaut. *Amph.* Idem *ibidem sc.7. a.4.* Ostendam quid sit herum fallere minis. Et *Asin. sc.3 a.2.* Minis expletus. Terent. *in Andr.* Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, huius minas. Cicer. *ad Attic. lib.1.* Minæ Clodij contentionésque, quæ mihi proponuntur, modicè me angunt. Liu. *2. ab Vrbe.* Destitutus tum quoque inter tantas fortunæ minas: metuendus magis quàm metuens. Virg. *3. Æneid.*

Dij prohibete minas, dij talem auertite casum.
Aduersúsque minas frigoris arma parat.

Ouid. *4. Fast.*

Se (hyeme) rigidas incutiente minas.

idem *Eleg. 10. lib. 1. Trist.* ¶ Quandoque etiam dicuntur eminētiæ murorum, quas pinnas ἐπάλξεις vocant, teste Seruio; & à Minor. aris, deriuatur, quód inter cætera extare & eminere significat. Virg. *8. Æneid.*

———*pendent opera interrupta minæque*
Murorum ingentes.

Minet

‖ Minet, eminet Luer. ‖

MINOR, aris, Minas infero, terrorem alicui incutio denunciatione periculi. { ἀπειλέω, ἐπαναστείνομαι. GALL. *Menacer.* ITAL. *Minacciare.* GERM. Trôwen. HISP. *Amenazar.* ANGL. *To threaten or menace.* } Perij, minatur mihi oculos exuere. Plaut. *Menach. sc. 2. a. 5.* Minatur sese abire. Idem *Asin. sc. 3. a. 3.* Et *Menach. sc. 2. a. 5.* Illum metuo vt minatur ne quid malè faxit mihi. Cicer. 1. *Tuscul.* Cui quum Lysimachus Rex crucem minaretur. Istis quæso ista horribilia minitare purpuratis tuis. Ouid. *Epist.* 10.

Multa mihi terræ, multa minantur aquæ.

Terent. *Heaut.* Abiturum se abs te illico minabitur. ¶ Item eminere, extare, efferri. Virg. 2. *Æneid.*

——— *geminique minantur*
In cælum scopuli.

Falsò hîc citatur Virgil. Nam ibi poëta alludit ad Gigantum fabulam.

Minans, antis, particip. { ἀπειλῶν. GALL. *Menaçant, qui menace.* ITAL. *Minacciante.* GERM. Trôwend. HISP. *Amenazador, que amenaza.* ANGL. *Threating.* } Ouid. 2. *Fastorum,*

Edidit impauidos ore minante sonos.

Idem 5. *Metam.*

Rident Pæonides, spernúntque minantia verba.

¶ Composita huius verbi sunt, Comminor, & Interminor, quæ habent penultimam correptam.

Minatio, nis, Minæ, vel actus comminandi, comminatio. { ἀπείλησις. GAL. *Menacement.* ITAL. *Minacciamento.* GERM. Trôuwung. HISP. *Amenazamiento.* ANGL. *A threating.* } Cic. *de Oratore* 2. Execrationes, admirationes, minationes.

Minanter, aduerb. Minaciter. { ἀπειλητικῶς. GALL. *En menaçant, par menaces.* ITAL. *Minacciosamente.* GERM. Mit trôuwen. HISP. *Amenazando.* ANGL. *Threatinglie.* } Ouid. *lib. 3. de arte amandi,*

Multaque submissè, multa minanter agant.

Minitor, aris, Frequentatiuum, sæpè, vel impetuosè minor. { ἀπειλέω. GALL. *Menacer, ou fort menacer.* ITAL. *Minacciare.* GERM. Offt oder hefftig trôuwen. HISP. *Amenazar.* ANGL. *To threat en often.* } Plaut. *in Curcul. sc. 4. a. 4.* Mihin' malum minitare? C. Atque ædepol non minitabor, sed dabo. Qui minus mihi liceat minitarier populo. Idem *Amph.* Minitaris tibi te vitam esse amissurum. Idem *Asin. sc. 3. a. 3.* Imperito plagas minitaris. Idem *Capt. sc. 2. a. 5.* Noli minitari. Scio crucem futuram mihi sepulchrum. Idem *Mil. sc. 4. a. 2.* Erit vbi te vlciscar. Quid minitare? habeo tergum. Idem *Pseud. sc. 2. a. 5.* Caue quisquam quod ille minitetur flocci fecerit. Idem *Men. sc. 6. a. 5.* Cic. 2. *Catil.* Vobis atque huic vrbi ferro, flammáque minitantur. ¶ Pro eodem etiam legimus Minito, as, præsertim apud antiquos. Plaut. *Amphit.* Quid minitabas te facturum si istas pepulissem fores? Idem *Capt. sc. 5. a. 3.* Breue spatium est perferendi quæ minitas mihi.

Minitans, tis, particip. { ἀπειλῶν. GALL. *Menaçant, qui menace.* ITAL. *Minacciante.* GERM. Hefftig vnnd vil trôwend. HISP. *Amenazador.* ANGL. *That menaceth or threateneth.* } Cic. 7. *Verr.* Quem iam ingredientem nauem & Verri nimis atrociter minitantem, à se retractum esse, & asseruatum, &c.

Minitabundus, Valde minans, quasi plenus minarum. { ἐπαπειλῶν. GALL. *Menaçant, vsant de menaces, plein de menaces.* ITAL. *Minacciante, pieno di menaccie.* GERM. Voll trôwens / stets trôuwend. HISP. *Cosa que mucho amenaza, llena de amenazas.* ANGL. *Threathening.* } Liu. 9. *bell. Maced.* Etenim tum quoque minitabundus petebat.

Minitabiliter veteres dixerunt pro minaciter. ἀπειλητικῶς. Pacuuius *in Antiopa,* Minitabiliterque increpare dictis sæuis incipit.

Minax, cis, qui frequenter minatur. { ἀπειλητικός. GALL. *Menaceur, ou qui menace.* ITAL. *Minaccioso.* GERM. Trôuwig / der da trôwt. HISP. *Cosa que mucho amenaza, amenazador.* ANGL. *That threateneth often,* } Virg. *lib. 3. Georg.*

——— *& ire viam, & fluuios tentare minaces.*
Audet & ignaro sese committere ponto.

Cicer. *pro Font.* Induciomarus iste minax atque arrogans. Idem Cæsar minaces & acerbas literas ad Senatum misit. Ouid. *Eleg. lib. 2. Trist.*

Edictum quamuis immite mináxque.

Minacissimus, superlat. Sueton. *in Calig.* Aduersùs quoque barbaros minacissimus.

Minaciter, aduerb. ἀπειλητικῶς. GALL. *En menaçant, par menaces.* ITAL. *Minacciosamente.* GERM. Mit trôuwen. HISP. *Mucho amenazando.* ANGL. *Threateningly,* } Liu. *lib. 2.* Minaciter fremunt, id est iurgiosè & cum minis. Plautus *in Stich.* An potiùs tentem leuiter? an minaciter? scio lites fore. Cic. *in Philipp. 5.* Num putatis P. C. dixisse eum minacius, quàm facturum fuisse?

Minæi, siue, vt apud Steph. legitur, Minnæi, duplicato n, μιναῖοι, Populi sunt in regione Arabiæ, mari rubro adiacentes, qui primi commercium thuris fecere, nec præter hos Arabes, alij thuris arborem vident. Vnde ab ipsis thus ipsum Minæum dictum est, teste Plinio *lib. 12. c. 14.*

Minas, gigantum, cuius meminit Horatius 3. *Carm. Ode 4.*

Sed quid Typhœus & validus Minas.

Mincius, Venetorum fluuius, qui ex Benaco lacu defluens, alium prope Mantuam lacum efficit: & inde rursus, multis torrentibus auctus, effluit in Padum. { GERM. Ein fluß in Lombardey. } Virg. 4. *Georg.*

——— *Tardis vbi Mincius errat*
Flexibus.

Ab hoc Virgilius Minciades dictus. Iuuen. Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.

MINERVA, Disciplinarum dea, quæ Græcè Pallas dicitur, ἀθηνᾶ. } GERM. Die göttin der kunst vnd weißheit. } Et à minando dicitur, quasi vim minetur. Solet enim pingi ægide & hasta formidabilis. Aut à minuendo (vt placet Cicer. *lib. 2. de natur. deor.*) Aut (vt alij malunt) à monendo, quòd rectè moneat. Festus, Minerua dicta quòd benè moneat. Hanc enim veteres pro sapientia colebant. Cornificius verò quòd fingatur, pingatúrque militaribus minitans armis. Mineruæ armigeræ festa quinque. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Vide *Quinquatrus.* Flauæ tutela Mineruæ nauis. Idem *Eleg. 9. lib. 1. Trist.* Eadem & Tritonia à Poëtis appellatur, quòd Ogygis regis temporibus circa Tritonidem Africæ paludem virginali facie dicatur apparuisse: ab Homero etiam γλαυκῶπις, quasi glaucos habens oculos. ¶ Palladis autem nomen accepisse putatur ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc est, à iaculando, vel vibrando. Pingitur enim quasi manu hastam tenens eámque vibrans. Prima olei & lanificij inuentrix creditur extitisse: ob quæ erga humanum genus beneficia, diuinos honores meruit, sapientiæque & bonarum omnium artium dea habita est. ¶ Fabulantur autem Poëtæ Mineruam ex cerebro Iouis esse prognatam: quo commento significare volunt humaniorum literarum disciplinas humani ingenij non esse inuentum, sed ex Iouis cerebro, hoc est, ex inexhausto diuinæ sapientiæ fonte ad hominum vsum esse depromptas. Pingui, seu crassa Minerua aliquid facere, est simplicius, rudius, vel indoctius aliquid facere. Columella *in Præfat. lib. 1.* Potest enim nec subtilissima, nec rursum (quod aiunt) pingui Minerua res agrestis administrari. ¶ Inuita Minerua aliquid facere: idem est, quod repugnante ingenio, vel repugnante natura aliquid aggredi. Horat. *de Arte,*

Tu nihil inuitâ dices, faciésue Mineruâ.

¶ Sus Mineruam, subaudi docet, vel monet: tritissimum est prouerbium, quo vtimur, quoties indoctus aliquis eum conatur docere, à quo ipse sit magis docendus. Vide Erasmi Adagia.

Minerual, & mineruale, à Minerua deductum nomen, erat quasi præmium quod dabatur præceptori, sicut cœna, & huiusmodi quasi magisterij merces paucis diebus à scholasticis dari solita ante Quinquatria, per quos dies pueri vacabant. διδάκτρον. Varro 3. *de re rustic. cap. 2.* Quin simul ac promiseris mineruał, incipiam, inquit Ouid. 3. *Fasto.*

Nec vos turba feri sensu fraudata magistri
Spernite: discipulos attrahit illa nouos.

Mineruium, Mineruæ templum, vt Dianæ Dianium. Varro *lib. 4. de L. L.* Ceroliensis quarticeps circa Mineruium, i. Athenæum. Vtitur & Liuius *lib. 45.* & Arnobius. Sic dicitur Ianium, Iani templum, Varro vbi suprà.

Mineus, μινύας, vir quidam fuit Thebanus, cuius filiæ in vespertiliones mutatæ fuerunt, vt fabulatur Ouid. 4. *Metamorph.* eo quòd Bacchi sacra spernerent, nec illum pro Deo haberent. Hinc

Mineias & Mineis, Patronymica fœmina, apud eundem Ouid. 4. *Metamorphos.*

MINGO, is, minxi, minctum. Vrinam facio, meio. Diomed. *lib. 1.* { השתם *hischtim.* οὐρέω. GALL. *Pisser, vriner.* ITAL. *Pisciare, orinare.* GERM. Brunnen / harnen. HISP. *Mear, orinar.* ANGL. *To pisse, to mak vater.* } pro quo magis vtimur Meio. Vnde & Permingo. κατουρέω. Horatius,

Hunc perminxerunt calones, atque caballi.

¶ Hinc Micturio, & Mictito, tas, quæ vide suis locis.

Minaria, Minarius, Miniacius, Miniatus, vide *Minium.*

Minilius, mons Thessaliæ, postea Orchomenus dictus est.

Minio, fluuius est Tusciæ, non procul à Cærete oppido, vulgò *Menone.* Virgilius *lib. Æneid. 10.*

Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in aruis.

Minimus, minimé. Vide *Paruus.*

Minio, as, are, vide *Minium.*

‖ Miniscor, recordor, mente voluo. Fest. Aliter meniscor, à mæneo, i. è moneo. ‖

MINISTRO, as, Seruio, porrigo, præparo, administro. { שרת *scheréth* כבן *chibén.* ὑπηρετῶ, διακονῶ, ὑπουργῶ. GALL. *Administrer, seruir.* ITAL. *Ministrare, seruire.* GERM. Dienen / darreichen. HISP. *Seruir, ministrar.* ANGL. *To serue, to giue a thing in seruing.* } Plaut. *in Curcul.* Tu tabellas consignato, hic ministrabit, id est, seruiet. *lib. 2.* Idque facile factu dixit, quoniam filij sui pocula in conuiuio regi ministrarent. Virg. 1. *Æneid.*

Iamque faces & saxa volant, furor arma ministrat.

Varro 3. *de re rust. c. 17.* Quum non paulò sumptuosius, quàm ego, his ministret victum. Mihi pleno de fonte ministrat, Ouid. *Eleg. 1. lib. 5. Trist.* Atque vt ministres mihi, &c. (Alloquitur Iupiter Mercurium.) Plaut. *in Amph.* Huius composita Administro, subministro, quorum significata vide suis locis.

Ministrator, is, qui ministrat administrator, adiutor. { משרת *mescharéth* כבן *chopén.* ὑπηρέτης. GALL. *Seruiteur, ministre, administrateur* ITAL. *Seruitore.* GERM. Ein diener. HISP. *El que sierue, sieruo.* ANGL. *That serueth or giueth in seruing.* } Cic. 2. *de Orat.* Vt quum teipsum Sulpiti obiurgabam, quòd ministratorem peteres non aduersarium.

Ministratrix, & ministriæ Ministra, administra. { משרת *mescharáth.* ὑπηρετική. GALL. *Seruante, chambriere.* ITAL. *Seruitrice, cameriera.* GERM. Ein dienerin / dienstmagt. HISP. *Sierua, la que sirue.* ANGL. *She that serueth or giueth.* } Cicer. 1. *de Orat.* Sed vt omnes comites atque ministratrices esse diceres. Tu tamen ministras leges. Ita enim legitur in emendatis exemplaribus.

Ministratorius, adiectiu. quod ad ministratorem pertinet. { ὑπηρετικός. GALL. *Chose pour seruir.* ITAL. *Cosa da seruire.* GERM. Das zu dienen gehört. HISP. *Cosa para tal seruicio.* ANGL. *That belongeth to seruice.* } vt ministratorij vrceoli, apud Martial. *lib. 4. Epigr. 105.*

Minister, ri, à minùs, vel à μελετᾶν, vel à manu, q. manister. Qui inseruit & ministrat, ministrator, administer. { משרת *mescharéth* כהן *cohen* ὑπηρέτης. GALL. *Seruiteur ou ministre.* ITAL. *Ministro.* GERM. Ein diener / gehülff. HISP. *Sieruo* ANGL. *He that ministreth or serueth.* } Cicer. 1. *de Orat.* Infimi homines mercedula adducti, ministros se præbent in iudiciis oratoribus. Valer Flac. *in Argon.*

Taciti sedent ad iussa ministri.

Cic. *de Amic.* Vt aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniuriam. Minister aliquando οἰνοχόος. (i. qui vinum ministrat.) Qua etiam significatione dicitur ministrare. Cic. Cum maioribus poculis ministraretur. Catull. Minister vetuli puer Falerni. Illo dicunt mactata ministro corpora. Ouid. *Eleg. 2. lib. 4. Trist.* ¶ Huius fœmininum est ministra, ὑπηρέτις. Cic. 1. *de finib.* Ministræ & satellites voluptatum, virtutes.

Littera sermonis fida ministra mei.

Ouid. *Eleg. 7. lib. 3. Trist.*

Minister,

Minister,ra,rum,adiect. Ouid.*epist.*20.

Lumina propositi facta ministra tui.

‖ Ministeriales,vasalli,militares Heurm. Cod.ll.antiq. aut ministri eius,vt Pincernæ,Discerptores,Cellarij,& huiusmodi.Pancirol.

Ministeriani,qui præerant castris Principum.L.IC. Buleng.

Ministeriarches,princeps ministerij. Cath. ‖

Ministerium, ij, Opera quæ à ministris præstantur,obsequium. { שרת *scaréth.* λειτουργία,ὑπηρεσία.GALL.*Ministere, seruice, maniement.*ITAL. *Ministerio.* GERM.Ein dienst oder dienung. HISP.*Seruicio, ministerio.* ANGL.*Seruice, the charge or office to do a thing, the work.* } Virg.7. *Æneid.*

Abstinuit tactis pater, auersúsque refugit
Fœda ministeria: & cæcis se condidit vmbris.

Plin.*lib.*10. *cap.*71. Et minor varietas in pedum ministerio. Virgil.6. *Æneid.*

——— Pars ingenti subiere pheretro
Triste ministerium.

Ouid.11. *Metamorph.*

Somne quies rerum, placidissime Somne deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris,
Fessa ministeriis mulces, reparásque labori,&c.

Sub ministerij honorifici titulo relegatus Cyprum Cato,inquit Velleius. ¶ Ministerium pro sacrificio,*lib.*1. *ab vrb.*dixit Liuius: vt Ministrum pro eo qui mactat,Ouid.suprà in *Minister.* ¶ Aliquando ministeria accipiuntur pro ministris,sicut Seruitia pro Seruis. Paulus Iureconsultus, Vrbica ministeria dicimus etiam, quæ extra vrbem nobis ministrare consueuerunt.

Minitor, & Minitabiliter. Vide *Minor, aris, in Mina.*

MINIVM, ij, Pigmenti genus est laudatissimi coloris, quod in argentariis metallis cum argento viuo inueniri solet. { שרשר *scarchar.* μίλτος. GALL. *Vermeillon.* ITAL. *Minio.* GERM. Minien/ bergzinober. HISP. *Bermellon.* ANGL. *Vermillon, read, synople.* } Maxima eius copia, teste Plin.*lib.*33.*c.*7.effoditur in Hispania, sed hoc durum est & arenosum. Optimum nascitur supra Ephesum in Cilbianis agris. Quo pacto autem purgetur minium, docet idem Plinius *paulò pòst*, arenam esse colore cocci, quæ teri consueuit, & deinde lauari, abiectisque purgamentis, quæ in aqua supernatant, minium in fundo inueniri, Nonnulli per errorem Minium idem esse putant cum cinnabari, quum propriè cinnabaris sit sanies draconis morientium elephantum pondere elisi, vtriusque animalis sanguine permisto. Idem *loco iam citato,* Comperitque vulgò pro cinnabari Indico in medicamenta minium addi inscitia nominis, quod esse venenum docebimus inter pigmenta. Ouid.*Eleg.*1.*lib.*1.

Nec titulus minio,nec cedro charta notet.

Miniaria, æ, Locus in quo foditur minium. μιλτωρυχία. Plin.*lib.*33.*cap.*7. Sisaponensibus autem miniariis suæ venæ arena sine argento excoquitur Auri modo probatur.

Miniarius, adiectiuum, vt Miniarium metallum. Plin.*ibidem*, Celeberrimus ex Sisaponensi regione in Bætica miniario metallo, &c.

Miniacius,a,um,quod est ex minio, μιλτώδης. Vitr. *lib.*7. Parietes passim expolitione miniacia expoliebantur.

Miniatus, & per diminutionem Miniatulus, idem est quòd rubrum, quasi minio tinctum. μιλτοπάρῃος Homero. Vnde cerulam miniatulam veteres dixerunt, quam nos rubram dicimus. Et miniatula cera aliquid notare pro eo quod est, loca corrigenda annotare. Cicer. *ad Dolabellam in Epistol ad Attic. lib.*15. His literis scriptis me ad σωπήξεις dedi, quæ quidem vereor, ne miniatula cera tua pluribus locis notandæ sint. Idem *ad Attic. lib.*16. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

Minio,as,are,μιλτόω,Minio tingere.Plin.*lib.*33.*cap.*7.Hac religione etiam nunc addi in vnguenta cœnæ triumphalis, & à Censoribus in primis Iouem miniandum locari.

‖ Miniographus,qui minia scribit.Cath ‖

Minius,μίνιος,fluuius Hispaniæ,iuxta Abubricam Callęcorum oppidum, vastissimo ore in Oceanum profluens,vulgò,*Miño.* De hoc Plin.*lib.* 4. *cap.*20.& Ptol.*lib.* 2.*cap.*6.

‖ Minnurius,morio, stultus,malus Gl.Isid.Vulcanus corrigit, Mimarius. An possit retineri Minarius: vt sit vox à Gallico *mine* gestus. ‖

Mino,as,Duco.{ נהג *nahágh.*ἄγω.GALL.*Mener,conduire.* ITAL. *Menare, condurre.*GERM.Füren oder treiben.HISP.*Lleuar,guiar.*ANGL.*To leard or conueigh.* } Festus, Agasones equos agentes, id est, bene minantes. Apud Antiquos etiam pro minor legitur, à quo Minito, tas, vt *suprà* docuimus ex Prisciano. Vtitur interpres Iuuenalis *Satyr.*6. & Auson. *Epistol.* 66.

Minoa,μίνωα, vulgò *Altemura,* vrbs in Amorgo insula, vna Cycladum. Item altera in Siphno insula, vna Sporadum. Tertia in Sicilia. Atque hæ quidem tres enumerantur à Stephano. Strabo præterea *lib.*9. Minoam fuisse emporium tradit in agro Attico, decem & octo stadiis à Megariis distans, quod postea Nyssæam appellarunt.

Minois, idis, μινωΐς. Insula est vna Cycladum, quæ notiore nomine Baros appellatur: de hac Plin. *lib.*4. *c.* 12.

Minor, aris, vide *Mina.*

Minor, comparat. à paruus, quod vide.

‖ Minoro, minuo.Minoror, inferior fio.

Minoratio,actio minuendi, exinanitio, status minor, ἐλάττωσις. ‖

Minoum, μίνωον. Oppidum est Cretæ insulæ, à Minoë rege ita appellatum. Recensetur à Plin. *lib.*4.*cap.*12.

Minos, μίνως, Iouis,& Europæ filius,Rex Cretæ,qui primus Cretensibus leges dedit. Hic quum haberet vxorem Pasiphaen, & illa ex tauro genuisset Minotaurum Dædalum,quòd bouem ligneã fabricasset,sub qua latens cum tauro vxor concubuerat,persecutus in Siciliam peruenit,vbi à Cocali regis filiabus est interfectus, (vt Aristoteles refert) iuxta Camerinam vrbem, & apud inferos propter insignem iustitiam iudex factus. Virg.6.*Æneid.* Quæsitor Minos vrnam mouet. Minos thure & vino sine tibicine supplicauit. Suet.*in Tiber.cap.*70.

Minoius,a,um, μινώϊος. possessiuum:vt,Minoia regna.Virg.6.*Æneid.*

Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna.

Minous,a,um,aliud adiect. Ouid.*in Ibin.*

Si tua contigerit Minoas puppis arenas.

¶ Taurus Minous,pro Minotaurus.Stat.1. *Achil.*

Minois,idis,Patronymicum fœm.Ouid.8.*Metam.*

Protinus Ægydes rapta Minoide Diam Vela dedit.

Quo pacto autem Minos iudex habeatur inferorum propter iustitiam, non video, quum violator fuerit hospitij, & raptor (vt Suidas ait) Ganymedis,& multa alia commisisse dicatur à vera iustitia non parum abhorrentia.

Minotaurus, μινώταυρος, ex Minoë, & tauro dictio composita, Monstrum biforme ex portentoso Pasiphaës cum tauro concubitu progna- tum: quod iussu Minois (vt fabulantur poëtæ) Labyrintho inclusum humanis carnibus vescebatur. Huic quotannis Athenienses ex præscripto fœderis septem ex suis liberis mittebant deuorandos. Sed tertio anno Ægei filius Theseus sorte missus,Minotaurum occidit, & ab Ariadne accepto fili glomere, fuga euasit. De hoc Virg. 6. *Æneid. in principio.*

Hic crudelis amor tauri suppostáque furto
Pasiphaë mistúmque genus prolésque biformis,
Minotaurus inest.Veneris monumenta nefandæ.
Hic labor,ille domus,& inextricabilis error.
Magnum reginæ,sed enim miseratur amorem
Dædalus,ipse dolos tecti,ambagésque resoluit,
Cæca regens filo vestigia.

Seruius credit Taurum scribam fuisse Minois, qui absente rege cum Pasiphaë concubuit in domo Dædali: & quia Pasiphaë eodem tempore gemellos peperit, quorum alter Minoi, alter Tauro esset similis, factus est locus fabulæ, vt Minotaurum biforme monstrum peperisse dicatur.

‖ Minso,as,frequenter mingere,& dicitur à mingo. A minso minsito,aliud frequentatiuum. Minsabilis,e, quod facilè mingitur. Minsatorius, vas ad mingendum,quod recipit vrinam. Minsaterium, idem. Ita Vocab. Vet. Est vox barbara. Videtur facta vox ex sibila pronuntiatione Gallica literæ G. ‖

Minthe, μίνθη, A poëtis Cocyti filia fuisse fingitur, quam quum Persephone cum Plutone deprehendisset, in herbam sui nominis commutauit. Nam μίνθη à priscis Græcis dicebatur herba, quæ postea ab odoris suauitate ἡδύοσμος appellata fuit. Latini vnius tantum literæ immutatione Mentham vocant. { GERM. Müntz. } Hanc fabulam tangit Ouid.10.*Metam.ad finem,*

———An tibi quondam
Fœmineos artus in olentes vertere minthas,
Persephone licuit?

Minthes, μίνθης, mons est Peloponnesi, non procul à Pylo: de quo Strab. *lib.*8.

Minthos, { μίνθος. ANGL.*Dunge,or a flour growing in dunghilles.* } Præter vulgatam illam significationem, qua apud Græcos excrementa hominum significantur,etiam floris nomen est in sterquilinis enascentis, quo mirum in modum afficiuntur hirci. ¶ Alij caprarum recrementa, hoc nomine significari volunt, quibus frigentium hircorum nares pastores illinunt, & ita commoto sternutamento curant. Vide Cælium, Rhod.*lib.* 10.*cap.*12.

Minturnæ.μιντοῦρναι Ptolemæo,oppidum in Campania inter Sinuessam, & Formias,ad Lyrim fluuium habens propinquas paludes, in quibus Marius delituit fugiens proscriptionem Syllæ.

MINVO,is,ui,utum,Imminuo,comminuo,deminuo,detraho,detrogo,extenuo,eleuo,debilito,decessionem de summa facio. { גרע *gharáh* המעיט *himhit.*ἐλαττόω,μειόω.GALL. *Amoindrir,appetisser,diminuer, menuiser.* ITAL.*Minuire,menorare.*GERM.Windern/ringern. HISP. *Desmenusar, menguar.* ANGL.*To lessen,or to make lesse.* } Plin. Radix commanducata dentium dolorem minuit. Cic.*ad Attic.*Si putares meam molestiam minui posse. Idem *in Catil.* Ne quid summa dignitate Reip. minueretur.Terent. *in Prolog. Heaut.* Vt aliqua pars laboris minuatur mihi. Cæsar 3.*bel.Gall.* Nam & nostris militibus spem minuit, & hostes ad pugnandum alacriores effecit. Hoccine est pietatem colere, Imperium matris minuere. Plaut. *Asin.sc.*1. *a.* 3. Minuit luctus tempus. Ouid. *Eleg.*6.*lib.*4.*Trist.* ¶ Huius composita sunt, Comminuo, Diminuo, Imminuo,de quibus vide suis locis.

Minurio,exili voce loquor,aut cantillo.

Minurizo,idem.

Minutio, Imminutio, detractio. { מגרעה *migraháh.*μείωσις,ἐλάττωσις. GAL. *Menuisement, diminution.* ITAL.*Diminutione.*GERM.Minderung.HISP.*Desmenuzamiento,ameguamiento.* ANGL. *A diminishing, making lesse.* } Gell.*lib.*16.*cap.*5. Ve particula tum intentionem significat,tum minutionem. Quint.*lib.*4.*cap.*3.

Minutus, a, um, & particip.& nomen esse potest. Participium significat comminutum, hoc est, minus factum, imminutum, diminutum, breuem,paruum,exiguum. { גרוע *gharúah* נגרע *nigráh.* ἐλαττωθείς. GALL. *Amoindri,menuisé,appetisé.*ITAL.*Minuto,menouto.*GERM. Geminderet.HISP.*Menudo,desmenuzado,amenguado.*ANGL. *Diminished,made lesse.* } vt,Minuta spes,pro imminuta, apud Tacitum *in vita Agricolæ.* Cic.7.*Verr.* Reticulum ad nares admouebat, tenuissimo lino minutis maculis,plenum rosæ. Minuta itinera facere.Suet. *in August. cap.*82. Et pueri minuti.*cap.*83. ¶ Aliquando ponitur pro pusilli animi homine,&c.vt Nonius ait,scrupuloso,solicito, anxio, vt à Græcis dicitur λεπτομερής. Cic.1.*de fin.*Est autem alij minuti,& angusti,& omnia semper desperantes:aut maleuoli, inuidi, difficiles,lucifugi.

Minutissimus,superlat. Sueton. *in Caligula.* Tandem flagitante populo proposuit quidem legem, sed & minutissimis literis & angustissimo loco,vti ne cui describere liceret.

Minutulus,diminut.λεπτομερίς,ἐρος,μικρόπτερος.Plaut.*in Pœnulo*: Si minus curassint,quum veniant heri domum, Nutrices pueros infantes minutulos.vsus est Gell.*cap.*5.*lib.*17.

‖ Minutum, portio minuta,parua, vt temporis, & ponderis. ¶ Est etiam nummi species.Marci 12. t. Minuta duo,quod est quadrans. ‖

Minutatim,per minutas partes,frustatim. { κατὰ λεπτὸν. GALL. *par le menu,petit a petit.* ITAL. *A minuto.*GERM. Stuckweiß. HISP. *Desmenuzado*

nuzado en pieças. ANGL. *By litle and litle, by piece and piece.*} Colum. *lib.8.cap.* 14. Nasturtium confectum minutatim. ¶ Aliquando enim accipitur pro paulatim. Varr. *lib.1.de. re rust.* Tum ita ad subigendum vt minutatim assuefaciant, & vt tyronem cum veterano adiungant. Imitando enim faciliùs domantur. Minutatim ætas tibi eximet tristitiam. Senec. *cap* 8. *de consol.ad Mart.*

Minūtim, aduerb. In minutas partes, significat frustatim, vel etiam detentim { λεπτομερῶς. GALL. *Par pieces menues, fort menu, par le menu.* ITAL. *Minutamente.* GERM. Zu kleinen stucklin. HISP. *Desmenuzado en pedacos.* ANGL. *By litle partes or pieces.* } Colum. *lib.* 5. Insequitur deinde fossor, qui crebris bidentibus æqualiter & minutim soli terga comminuat.

Minutè. Gell. *cap.9.lib.2.* Nimis minutè ac propè frigidè. Minutiùs. Quintil. minutiùs ac scrpulosiùs.

Mĭnūtĭă, æ, Contemptibilis paruitas cuiuscumque rei, inquit Sipontinus. { דק *dak.* σκύβαλον, λεπτόν. GALL. *Petite piecette, morcelet.* ITAL. *Minuzzia.* GERM. Ein klein stuckle. HISP. *Parte pequeña de cada cosa.* ANGL. *The litle dome of any thing or a very litle peece.* } Lactantius *de ira Dei*, Hæc (inquit) per inane irrequietis moribus volitant, & huc atque illuc feruntur, sicut pulueris minutias videmus in sole, quum per fenestram radios, ac lumen immiserit. ¶ Minutia etiam dicta porta Romæ, à Minutio, quòd minutij sacello proxima esset. ¶ Et Minutia, virgo Vestalis, quæ propter suspicionem stupri viua defossa est. Liu. 8. *ab Vrbe.*

Mĭnūtăl, genus edulij, quod ex concisis minutatim oleribus fit, autore Apicio. { μυττωτός. GERM. Ein gehacks kraut / oder lungen mass. ANGL. *A hotch port, a paste made in a pott.* } Fiebat inter cætera marino pisce liquamine, oleo, vino, porris, & coriandro. Martial. *lib.* 11.

Hinc exit varium coco minutal.

Et Iuuenal. *Satyr.* 14.

‖ *Hesternum solitus medio seruare minutal.*

Minutalia terræ, mineralia. ¶ Item minutiæ. Tertull.

Minutarius, propola, negotiator, qui minuta vendit. Bud. ‖

Minutia, Familia non ignobilis Romæ fuit.

Mĭnūtĭŭs, cognomento Augurinus, Præfectus annonæ Sp. Melium regnum Romæ affectantem, re ad Senatum delata, coarguit, qui postea à Seruilio Hala, cùm à dictatore Quintio vocatus parente imperanti recusasset, est interfectus. Huic, quòd farris pretium trinis nundinis ad eam vilitatem redegisset, vt asse modius væniret, tantum à plebe habitum est honoris, vt collata in capita stipe vnciaria, ænea ei statua extra portam trigeminam fuerit collocata. Autore Plin. *lib.* 34. *cap.* 5. *& lib.* 18. *cap.* 3.

Mĭnŭrĭzo, Succino, leniter & submissa voce cano: μινυρίζω enim cantillo significat, & modulatè concinno. { GALL. *Chanter bas.* ITAL. *Cantar sotto voce.* GERM. Klein singen vnd leiblich. HISP. *Cantar baxo.* ANGL. *To sing with a lowe voice.* Sidonius *lib.* 1. *Epist* Diluculo autem philomela inter frutices silerum Prognen, & inter aceres minurizantem. ¶ Hinc Minurizationes, μινυρισμοί, dicti sunt, teste Festo, auium minorum cantus.

Minŭs, Minusculum, vide *Minor* in *Paruus.*

Minya, μινύα Stephano. Thessaliæ oppidum, à quo nonnulli Argonautas Minyas vocatos existimant: quanquam alij nominis huius originem ad Myniam regem referre malint.

Mĭnyæ, μινύαι, populi Thessaliæ, qui Iasonem in Colchos proficiscentem secuti sunt: qua dictione frequenter vtitur Valer. Flac. *in Argonaut.* pro ipsis Argonautis. Ouid. *lib.* 7. *Metamorph.*

Iámque fretum Miniæ Pegasæa puppe secabant.

Alij dicunt fuisse populos Bœotiæ circa. Iolcum montem habitantes: quos ita dictos volunt à Minya rege Orchomeni filio Chrysæ, & Nepote Neptuni.

Minyas, μινύας, Chrysæ filius à quo Minyæ, quibus imperauit, nomen acceperunt. Hic quum mortales omnes suæ ætatis opibus superaret, primus omnium gazophylacium recondendarum pecuniarum gratia extruxit. De hoc Pausanias, Cælius Rhodiginus *lib.* 29. *cap.* 25.

Mĭnyeŭs, per quatuor syllabas, siue Minyeius (vt apud Homerum legitur) per quinque, fluuius est Thessaliæ, postea Orchomenus dictus, vt scribit Plinius *lib.* 4. *cap.* 8. Hunc Strabo *lib.* 8. eundem facit cum Anigro. Homer. *lib.* 11. *Iliad.* iuxta Arenen. in mare defluere tradit,

Ἔστι δέ τις ποταμὸς Μινυήϊος εἰς ἅλα βάλλων,
Ἐγγύθεν Ἀρήνης.

‖ Minytica, ex alto causas detergentia. Tiraq. ‖

Mirabilis, Miraculum, Mirificus, & alia, vide *Miror.*

‖ Mirach, abdomen, vox Arabica. ‖

Miritus, vide *Meritus*

Mirmillōnes, erant pugiles Retiariorum aduersarij: nam digladiantium alter Retiarius, alter Mirmillo appellabatur. De Mirmillone Retiarium consequente, Quintil. Item Turneb. *cap.* 4 *lib.* 3. *Aduersar.* Festus, Retiario, inquit, pugnanti aduersùs mirmillonem cãtatur, Non te peto, piscem peto. quid me fugis Galle? Quia mirmillonicum genus armaturæ Gallicum est, ipsíque Mirmillones antè Galli appellabantur: quorum galeis piscis effigies inerat. Quod genus pugnæ institutum est à Pittaco vno ex septem sapientibus, qui aduersùs Phrinonem dimicaturus, propter controuersias finium, qui erant inter Atticos, & Mitylenæos, reti occultè allato impediuit Phrinonem. Mirmillonum armaturam rescidit Caligula. Sueton. *in Calig. cap.* 55.

Mirobriga, μιρόβριγα Ptolemæo, vulgò *Chiudad Rodrigo.* Hispaniæ vlterioris vrbs in conuentu Cordubensi. Plin. *lib.* 3. *cap.* 1. Mirobricam vocat per secundam consonantem in vltima syllaba.

Mio as, pro Miror, Varro *Eumenidib.* Hospes quid miras. Nonius.

MĪROR, aris, Admiror, stupeo, in admirationem rapior. { תמה *tamáh.* θαυμάζω. GALL. *S'esmerueiller & esbahir.* ITAL. *Ammirare, stupire.* GERM. Verwundern HISP. *Marauillarse* ANGL. *To meruell, to wounder or be astoneid at a thing.* } Virg. 1. *Æneid.*

Artificúmque manus inter se, operúmque laborem
Miratur.

Miror te non stultam stultè facere. Plautus *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Meum seruum Strobilum miror vbi sit. Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 4. Vin'

etiam dicam quod magis miremini. Idem. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Quod miretis magis. Matt. *Epigr.* 43. *lib.* 4. Ne quis miretur qui sim, paucis eloquar. Plaut. *Aulul. Prolog.* Non queo mirati satis. Idem *Capt sc.* 1. *a.* 4. Mirabar si non, &c. Senec. ¶ Mirari etiam est, cum voluptate intueri. Virg. 2. *Georg.* Seu quis Olympiacæ miratus præmia pugnæ. Item nescire, quia (vt Donatus inquit) admiratio ab ignorantia descendit. Terent. *in Andr.* Miror vnde sit. ¶ Item aliquando ponitur pro extollo, laudo & gloriosè de aliquo sentio. Martial. *lib.* 13. qui se mirantur, in illos Virus habe. ¶ Construitur hoc verbum cum accusatiuo, & cum genitiuo. Virg. 11. *Æneid.*

Iustitiæ ne priùs mirer, belline laborum.

Græcismus est (Græci enim dicunt θαυμάζω τ' ἀρετῆς) subauditúrque causa, vt Græcè ἕνεκα. ¶ Quandoque absolutè ponitur. Ouid. *lib.* 13. *Metamorph.* Dúmque moror, mirórque, simul fugit omnis in vndas. ¶ Huius composita sunt, Admiror, Demiror, Emiror: quorum significata vide suis locis.

Mīrātĭo, Admiratio, obstupefactio. { תמהון *timmahón.* θαυμασμός. GALL. *Admiration.* ITAL. *Ammiratione.* GERM. Verwunderung. HISP. *Marauilla.* ANGL. *Merueyling, woundring.* } Cic. 2. *de Diuin.* Causarum enim ignoratio, in re noua mirationem facit.

Mīrātŏr. { תמה *tomeáh.* θαυμαστής. GALL. *Esmerueilleur, qui, s'esmerueille.* ITAL. *Chi si marauiglia.* GERM. Der sich verwundert. HISP. *El que se marauilla.* ANGL. *He that merueyleth.* }

Mīrātrīx, cis fœmininum: vt, Turba miratrix. Iuuen. *Satyr.* 4. Item, Fama miratrix, apud Senec *in Hippolyto*, Fama miratrix senioris æui.

Mīrāndŭs, a, um Admiratione dignus { θαυμάσιος. GALL. *digne d'admiration.* ITAL. *Degno damiratione.* GERM. Wundersam / verwunderens wert / wunderbar. HISP *Cosa digna de marauilla.* ANGL. *Meruaylous* } Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Nihil est mirandum melius si non sit tibi, &c. Terent. *in Andr.* Mirando hoc tanto, tam repentino bono. Cicer. 6. *Verr.* Quoniam mirandum in modum Græci rebus istis, quas non contemnimus, delectantur.

Mīrābūndŭs, qui miratur. } θαυμάζων. GALL. *Qui s'esmerueille, ou fait de l'esbahi.* ITAL. *Pieno di marauiglia.* GERM. Der sich verwundert. HISP. *El que mucho se marauilla.* ANGL. *That woundreth and is astonied.* } Liu. 5. *bell. Pun.* Extemplo improuida res pauorem incutit Pœnis, mirabundíque vnde tot hostes tam subitò exorti, &c.

Mīrŭs, a, um, à μείρω, quòd anima inter mirandum se huc ac diuidat illuc. admiratione dignus, mirabundus, admirandus, magnus, egregius. { נפלא *niphlá* פלא *pele* פליא *pali.* θαυμάσιος. GALL. *Merueilleux, digne d'admiration.* ITAL. *Marauiglioso.* GERM. Wunderbar. HISP. *Marauilloso.* ANGL. *Merueylous, wounderfull.* } Plin. *lib.* 2. *cap.* 108 Hipparchus & in coarguendo eo, & in reliqua omni diligentia mirus, adiicit stadiorum paulo minus xxv. millia Idem *lib.* 12. *cap.* 9. Mira arborum natura. Et *lib.* 9. *cap.* 55. Miræ ad canendum solertiæ. Virg. 4. *Æneid.*

Præterea fuit in tectis de marmore templum,
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat.

Plaut. *in Amphitr.* Enimuerò illud præter alia mira, miror maximè, si hæc habet pateram illam. Mirum & magnum feceris facinus. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Neque mirum, neque nouum fecit, nec secus quàm alij solent. Idem *in Asin.* In extremo. Num mirum hic, aut nouum quispiam facit. Idem *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. Toties monere mirum est. Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Mirum est lolio victitare te tam vili tritico. Ibid. *sc.* 3. *a.* 2. Tanta mira in ædibus facta sunt. Idem *in Amphit.* Maxima memorauit mira. Ibid. Mira memoras. Idem *Menech. sc. vlt. a.* 5. *& Amphitr. sc.* 3. *a* 4. Quæ mira videò postquam aduenio peregrè? Idem *Amphitr.* Mira videntur hîc testare. Idem *Menech. sc.* 3. *a.* 2. Nimia mira mihi exorta sunt. Item, Mira sunt hæc, & nihilominus quàm insomnia. Ibid. *sc.* 7 *a.* 5.

Et Dea per lucos mira locuta suos,

Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Hinc Permirus, a, um, penult. prod. Cicer. *App. Pul.* Illud verò mihi permirum accidit, tantam temeritatem fuisse in eo adulescente. ¶ Apud veteres mira pro monstris atque horrendis sumuntur. θαύματα, τέρατα. Plaut. *in Amph. sc.* 1. *a.* 2. 4. 5. Mira memoras, nimis formidolosum prædicas facinus. Exempla in Plauto habes modò citata. Virg. autem *Georg.* 4. de Proteo canens, res huiusmodi admirandas, & portentosas vocat Miracula, Omnia (inquit) commutat sese in miracula rerum. ¶ Mirum ni, id est, mirandum nisi, vel ponitur pro certè, profectò Plaut. *in Amphit.* Mirum ni hic, me quasi murænam exossare cogitat. Terent. *in Andr.* Age igitur vbi nunc est ipsus? c. Mirum ni domi est. ¶ Mirum, responsio aduerbij cuiusdam formam habens. Terent. *Eunuch.* Rex te ergo in oculis. T. scilic. G. Gestare. T. verùm credere omnem exercitum, Consilia. G. Mirum. ¶ Hinc Mirius antiqui dixerunt, pro Magis mirum. Varr. Nunquid hoc mirius. ¶ Mirum in modum, id est, in maiorem modum vide *infrà.* ¶ Mirium in modum, & Mirandum in modum, θαυμαστὸν ὅσον, θαυμάσιον ἡλίκον, id est, maiorem in modum, vel supra modum Plaut. *in Amphit.* Vterque deluditur dolis mirum in modum. Cic. *Metello.* Marcellum tuum Consulem factum, téque ea lætitia esse affectum, mirandum in modum gaudeo. ¶ Mirum quantum, eiusdem significationis. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe* Mirum quantum illi viro hæc nuntianti fides fuerit.

Mīrē, aduerbium, pro miro modo, siue mirabiliter. { θαυμαστῶς, θαυμασίως. GALL. *Merueilleusement.* ITAL. *Mirabilmente.* GERM. Wunderbarlich. HISP. *Marauillosamente.* ANGL. *Merueylouslie wound erfullie.* } Cic. *ad Attic.* Puero mancipia mirè fauent.

Mīrĭfĭcŭs, a, um, Mirabilis, mirus. { נפלא *niphlá* פלא *péle* פליא *pali.* θαυμάσιος. GALL. *Meruilleux, admirable.* ITAL. *Mirabile.* GERM. Wunderbar / das verwunderung bringt. HISP *Marauiloso.* ANGL. *Merueylous, wounderfull.* } Cic. *in Cat.* Mirificos fructus ferunt. Mirificus homo in doctrinis & præstigiis Gell. *cap.* 15. *lib.* 6. ¶ Hinc superlatiuum mirificissimus. Terent. *in Phorm.* Quidnam arbitraris, nescio, atqui mirificissimum, scilicet facinus.

Mīrĭfĭcē, aduerbium, pro Mirum in modum, mirabiliter. { θαυμαστῶς. GALL. *Merueilleusement.* ITAL. *Marauigliosamente.* GERM. Wunderhafftig. HISP. *Marauillosamente.* ANGL. *wounder fullie.* } Cic. 4. *Acad.* Delectabatur autem mirificè lectione librorum.

Mīrĭfĭcō, as, Mirabilem facio. { הפליא *hiphli.* θαυματοποιῶ. GALL. *Faire*

merueil

merueilleux. Ital. *Far marauiglioso.* Germ. Wunderſam machen. Hisp. *Hazer marauilloso.* Angl. *To make merueylous or wounderfull.* } Plaut. *in Amph.* Quanquam adeò Thebani ciues modo miro mirificabant.

Mīrābĭlĭs, & hoc mirabile, Mirus, mirificus. { נפלא *niphlá* פלא *péle* פלאי *pali.* παράδοξος, θαυμαστός. Gall. *Admirable, merueilleux.* Ital. *Mirabile.* Germ. Wunderbar/das zu verwundern iſt. Hisp. *Marauilloso.* Angl. *Merueylous.* } Cic. *lib.* 3. *Offic.* Quare ex multis mirabilibus exemplis, haud facilè quis dixerit hoc exemplo, aut laudabilius, aut præſtantius. Tibul. *lib.*4.

Alter dicat opus magni mirabile mundi.

Mīrābĭlĭtās, Miratio, ſtupor. { פלא *póle.* θαῦμα. Gall. *Merueille.* Ital. *Marauiglia.* Germ. Verwunderung/ erſtummung. Hisp. *Marauilla.* Angl. *Merueyling, woundering.* } Cic. *lib.* 5. *ad Attic.* Ea erga, & hæc animi deſpicientia mirabilitatem magnam facit.

Mīrābĭlĭtĕr, aduerbium, Mirificè. { θαυμαστῶς. Gall. *Merueilleuſement.* Ital. *Mirabilmente.* Germ. Wunderbarlich. Hisp. *Marauillosamente.* Angl. *Merueylouſlie.* } Cic. *ad Caſ. lib.* 13. Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit.

Miracula, ſcortum turpe. Varro *lib.* 6. *de cauſ. L L.*

Mīrācŭlum, dicitur quicquid admirationem afferre poteſt, quaſi ſit contra naturam, portentum, prodigium, monſtrum. { פלא *péle.* θαῦμα. Gall. *Miracle.* Ital. *Miracolo.* Germ. Ein wunder oder wunderwerck. Hisp. *Milagro o marauilla.* Angl. *A meruell, a wounder.* } Liu. *lib.* 2. Adiiciunt miracula huic pugnæ Suet. *in Calig. c.* 51. Miracula locorum irridere. Item, Miracula Medelarum faciunt Marſi. Gell. *c.* 11. *lib.* 16. Silentio proximæ noctis ex ſylua Arſya ingentem auditam vocem. ¶ Hinc Accius perſonas diſtortas, oribus deformes, miriones appellat. ¶ Miracula ſeptem mundi ſunt hæc, Templum Dianæ Epheſiæ, quod ſummæ magnificentiæ fuit, & admirationis apud Priſcos. Ducentis viginti annis conſtat factum eſſe à tota Aſia. Columnæ centum viginti ſeptem à ſingulis regibus factæ, ſexaginta pedum altitudine: ex his triginta ſex cælatæ. Simulacrum ipſius, deæ ex hebeno eſſe tradunt. Plin. *lib.* 7. *cap.* 38. *& lib.* 16. *cap.* 40. *& lib.* 36. *cap.* 5. *&* 14. Secundum, Mauſoli regis ſepulchrum Idem *lib.* 35. *cap.* 14. Tertium coloſſus Solis apud Rhodios. Idem *lib.* 34. *cap.* 7. Quartum, Iouis Olympici ſimulacrum quod Phidias fecit ex ebore, Idem *lib.* 7. *cap.* 18. *& lib.* 14. *cap.* 3. *& lib.* 35. *cap.* 8. *& lib.* 36. *cap.* 5. Quintum muri Babylonis, quos Semiramis regina conſtituit. Sextum, Pyramides in Ægypto. Idem *lib.* 36. *cap.* 12. Septimum, Domus Cyri Medorum regis, quam Ménon arte prodiga, illigatis auro lapidibus fabricauit. Vide Senec. *de conſol. ad Polyb. cap.* 1. ¶ Miraculum etiam pro monſtro & re horrenda aut turpi dicitur, per ſynecdochem ſpeciei. Nam illud eſt inter mera, Feſtus monet, antiquos *miracula* dixiſſe res turpes.

Mirio, perſona diſtorta, mira, i. deformis.

Mis, antiquus genitiuus pro *mei.* Plaut. *Trinum. ſc.* 4. *a.* 1. Quos penes mei poteſtas boni, miſque foret & meæ vitæ. aliter legitur *mei.*

Miſach, vnus ex tribus pueris, de quibus Daniel.

Mīsănthrōpos, { μισάνθρωπος. Gall. *Qui hayt les hõmes.* Ital. *Che ha in odio gli huomini.* Germ. Ein leutſcheuher / der mit niemandt kein gemeinſchafft haben mag. Hisp. *Aborrecedor de los hombres.* Angl. *He that hateth and abhorreth the companie of men.* } Oſor hominum, qui homines odit, qui fugit hominum congreſſus, quaſi μισῶν τοὺς ἀνθρώπους. Hoc cognomine præcipuè eſt dictus Timon quidam Athenienſis, qui hominum genus vniuerſum peroſus, nullius congreſſum admittebat præterquam vnius Alcibiadis, quo ſe idcirco delectari aiebat, quòd ſciret eum aliquando populo Athenienſi magni mali cauſam futurum.

‖ Miſanthropia, tale vitium. ‖

Mĭscĕo, es, miſcui, miſtum, per ſ, non per x, Tempero, turbo, confundo, immiſceo, admiſceo. { מסך *maſach* ערב *haráb* בלל *balál.* μίγνυμι, μισγω, κυκάω. Gal. *Meſler, brouiller, mixtionner,* Ital. *Meſchiare, meſcolare.* Germ. Miſchen/vermiſchen/verwirren. Hisp. *Mezclar ò enturbiar.* Angl. *To mixe, to mingle.* } Virg. *Æneid.*

Interea magno miſceri murmure pontum
Emiſſámque hyemem ſenſit Neptunus, & imis
Stagna refuſa vadis.

Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Vinum aqua miſcere Staphilus docuit. Colum. *lib.* 6. *cap.* 4 Multi largo ſale miſcent pabula. Idem *lib.* 7. *cap.* 5. Cæleſtis aqua pari menſura lacti miſcenda eſt Cicer. *pro Sexto Roſcio.* In tenebris ruebant, omnia miſcebant, hoc eſt, perturbabant. Miſcere ſeditiones, Liu. *lib.* 5. *d.* 4. Miſcere certamina. Idẽ *lib.* 2. *ab vrb.* Agitandum aliquid miſcendúmque rati. Idem *lib.* 5. *d.* 4. Miſcere ſumma imis, Velleius.

Atque ea (*oſſa*) *cum foliis & Amomi puluere miſce,*

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Triſt.* miſcuiſti cum illa lacrymas tuas. Senec. *cap.* 1. *de conſol. ad Helu.*

Miſcetur vaſta multa per ora freto.

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Triſt.* Armis tumultúque omnia miſcebant. Velleius. Antiquas miſcuerátque comas Canities, Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Triſt.* Dulce & amarum vna nunc miſces mihi. (cùm legis Epiſtolam Amicæ) Plaut. *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 1. ¶ Quandoque eſt potum miniſtrare, κεράννυμι; tractum à commiſtione calidi & frigidi: aut certè aquæ & vini. Iuuenal. *Satyr* 5. neſcit tot millibus emptus Pauperibus miſcere puer. ¶ Miſcere abſolutè, pro Miſcere omnia. Cicer. *ad Quint. fratr. lib.* 2. Pompeius abeſt, Appius miſcet. ¶ Miſcere contractum, Paulus dixit, pro facere contractum, & contractu cum aliquo implicari. ¶ ‖ Miſcere etiam de concubitu dicitur. ‖ ¶ Huius compoſita ſunt, Admiſceo, Commiſceo, Immiſceo, Intermiſceo, Permiſceo, vnde Promiſcuus. Miſcuerunt, triſyllabum apud Virg. 2. *Georg.* 16.

Miſcuerúntque herbas, & non innoxia verba.

Sic *&* 3. *Georg.*

Miſceri ex Cic. 3. *Offic.* Nec verò finis bonorum & malorum, qui ſimplex eſſe debet, ex diſſimilibus miſceri, & temperari poteſt.

Mīſtŭs, particip. Temperatus, confuſus, turbatus. { בלול *balúl.* μιγνύμενος, συμπεφυρμένος, μιχθείς. Gall. *Attrempé, meſlé* Ital. *Meſcolato, temperato,* Germ. Gemiſcht oder vermiſcht. Hisp. *Templado, mezclado.* Angl. *Mixed, or mingled.* } Liu. 3. *ab. Vrbe.* Ea colluuio Miſtorum omnis generis animantium, &c. Metuo malum mœrorem ne mixtum bibam. Plaut. *Aul. ſc.* 4. *a.* 1.

Mĭſtūră, æ, Temperatura, confuſio, & moderatura, vt ait Nonius. { מזג *mézeth.* μίξις. Gall. *Meſlange, mixtion.* Ital. *Meſcolanza, miſtione.* Germ. Ein vermiſchung. Hisp. *Meſcladura.* Angl. *A mixture or mingling.* Col. *lib.* 7. *c.* 5. Nam ea miſtura palatum, atque lingua, totúmque os perfricatur, Quintil. etiam eo verbo vſus eſt.

Mĭſcĕllānĕus, a, ,um, quod variatum ex rerum commiſtione, nullo obſeruato ordine, conflatum eſt. { בלול *balúl.* Gall. *Meſlé, mixtioné.* Ital. *Meſcolato.* Germ. Das vermiſcht iſt. Hisp. *Mezclado.* Angl. *That is mixed or mingled of ſundrie.* } Gell. *lib. vlt. cap.* 11. Quia variam & miſcellaneam & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiuerunt, eò titulos quoque ad eam ſententiam exquiſitiſſimos indiderunt. Emendatiores codices hîc habent *Miſcellam,* non Miſcellaneam. Itaque hic locus Gellij pertinet ad verbum Miſcellus, de quo paulò Infrà, Sic Apul. *in Metamorphoſ.* Miſcellaneam turbam vocat, ex promiſcua colluuione hominum diuerſi ordinis, atque dignitatis conflatam. Nec mora (inquit) cum magna irruptione patefactis ædibus magiſtratibus, eorúmque miniſtris, turbæ miſcellaneæ cuncta completa.

Mĭſcĕllānĕă, orum, dicuntur quæcunque ex variis diſſimilibúſque rebus nullo ſeruato ordine, ſunt commiſta. { σύμμικτα. Gall. *Meſlanges.* Ital. *Meſcolamẽti, miſcugli.* Germ. Miſchlet Vilerley ding on ordnung zuſamen getragen. Hisp. *Mezclamientos.* Angl. *A Gallemalfrey or hotchpott or anything ſo mixed.* } Vnde nonnulli opera ſua, in quibus res variæ nullo ordine tractantur, Miſcellanea vocauerunt. ¶ Inter ludos quoque miſcellanea dicebantur, in quibus varia ſpectacula nullo ordine exhibebantur: ita dicta à permiſtis ſpectaculis ſiue (vt aliis placet,) à confuſis conceſſibus, quod in iis ſedendi ordo, vt in iuſtis ludis, non ſeruaretur. Iuuenal. *Satyr.* 11.

——*Sic veniunt ad miſcellanea ludi,*

Imò illic genus cibi eſt, vt annotauit Paſſer. Laudans interpretem in hunc locum. Tu ipſum adi.

‖ Miſcellania, vltima cœna. Salmaſ. ‖

Miſcelliones appellantur qui non certæ ſunt ſententiæ, ſed variorum mixtorúmque iudiciorum. Feſt. Ergo quia miſcelli.

Mĭſcĕllŭs, a, um, adiect. quod miſtum eſt. { בלול *balúl.* σύμμικτος. Gall. *Meſlé.* Ital. *Mechio.* Germ. Vermiſch von mancherley dingen Hisp. *Mezclado.* Angl. *Mixed, or mingled.* } Miſcellos ludos Lugduni edidiſſe Caligulam, ſcribit Suet. *in Calig. c.* 20. Varro *lib.* 3. *c.* 7. Miſcellum vocat columbarum genus, quod nec agreſte eſt nec domeſticum ſed ex vtroque temperatum. Ex his duabus ſtirpibus (inquit) fit miſcellum tertium genus fructus cauſa, atque incedunt in locum vnum. Gell. *c. vlt. lib. vlt.* Variam & miſcellam & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiuerunt. ¶ Item miſcellæ vites, quæ omni agro conueniunt, quòd cæteris vbique vtiliter miſceantur, Cato *de re ruſt. c.* 6. Cæteræ vites, & de his miſcellæ maximè, in quemuis agrum conueniunt. Varr. 1. *de re ruſt. cap.* 54. Nam & præcox & miſcella, quam vocant nigram, multo antè coquitur. Miſcellas vuas vocat Cato *cap.* 23. quibus prælіganeum vinum fit, quod operarij bibant. ¶ ‖ Miſcella doctrina, varia. ¶ Miſcelli columbi, neque agreſtes, neque domeſtici. ‖

Mĭſcĕllŭs, μίσκελλος. Crotonis vrbis in magna Græcia conditor: de quo vide infrà in dictione *Syracuſa.*

Mĭſcĕră μίσκερα. Oppidum Siciliæ, apud Steph.

Miſellus, vide *Miſer.*

Mīsēnŭs, μισηνός, Vulgò *Monte Miſeno.* Promontorium eſt Campaniæ non procul à Cumis, nomen habens à Miſeno Æneæ tubicine illic ſepulto Virg. 6. *Æneid.*

At pius Æneas ingenti mole ſepulchrum
Imponit, ſuáque arma viro, remúmque, tubámque
Monte ſub aërio, qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur, æternúmque tenet per ſecula nomen.

Horat. *lib.* 2. *Serm Satyr.* 4.

Oſtrea Cyræus, Miſeno oriuntur echini.

Mĭsĕr, a, um, Flebilis calamitoſus, ærumnoſus, infelix. { עני *hani* שומם *ſchomém.* ἄθλιος, δύστηνος, τάλας. Gall. *Miſerable, malheureux, piteux.* Ital. *Miſero, Meſchino.* Germ. Arbeitſalig / Elendthafft / leidenhafft. Hisp. *Coſa mezquina ò deſdichada.* Angl. *Miſerable, wretched.* } Ter. *Eunuch.* Apparet ſeruum hunc eſſe domini pauperis, Miſeríque. Idem *Heaut.* Nemo eſt miſerior me. Miſer & pauper orator. Quintil. Perij, perditus ſum miſer. Plaut. *Curc. ſc.* 2. *a.* 1. (de amante.) Tu fortunatus. ego miſer. Idem *Moſtell. ſc.* 1 *a.* 1. Et miſer & fortunatus ſum. Idem *Capt. ſc. vlt. a.* 5. Drachmis miſeri. i. egentes Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 3. Perdidi infelix miſer. Idem *Aulul. ſc.* 6. *a.* 4. Ego illum miſerum habebo. Idem *Aſin. ſc.* 2 *a.* 5. Næ ego murier miſera. Idem *Menach. ſc.* 2. *a.* 4. Qui me miſeram arguit ſtupri. i. innocentem. Idem *Amphitr.* Oſſa & pellis ſum miſera macritudine Idem *Cap ſc.* 2. *a.* 1. Miſer ſum, nuſquam inuenio argentum. Idem *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 1. Miſerorum turba maleuoli ſolatij genus eſt. Senec. *cap.* 1. *de conſol. ad Mart.* Nulla domus, quæ non inueniat in miſeriore ſolatium. Idem *ibid.* Me victitare pulchrè, te miſeris modis. Plaut. *Moſtell. ſc.* 1. *a.* 1. Facilè eſt miſerum irridere. Idem *Curc. ſc.* 1. *a.* 2. Se miſerum prædicat (ambiguè de ægroto & infelice. Idem *Menach ſc.* 5. *a.* 5. ¶ Miſer animi. Idem *in Milite,* Quid illam miſeram animi excrucias, quæ nunquam malè de te merita eſt? Miſer animo, & miſer ex animo. apud eundem in Truculento, & Sticho. Sic Gell. *c.* 1. *lib.* 14. Miſer ex animo, vel è fato. ¶ Interdum miſer pro ægroto: nam agritudo genus eſt infelicitatis, Plaut. *in Pœnulo,* Miſeram eſſe prædicat buccam, Fortaſſe medicos nos arbitratur. ¶ Interdum ponitur pro innocente Cic. *pro Mil.* Miſeros interdum ciues optimè de republ meritos. ¶ Inuenitur etiam pro interiectione dolentis poſitum, ac ſi diceremus, Nefas. δειλόν. Virg 6. *Æneid.*

Cecropidæ iuſſi (miſerum) ſeptena quotannis
Corpora natorum.

¶ Miſer aliquando blandientis eſt, Seruius ad illud *Æneid.* 4.

Sed fugite, ò miſeri,

annotat: Aut blandientis particula eſt, vt in Terentio, Terram intuens modeſtè miſer: aut reuera miſeri, qui ad Cyclopes delati. ¶ Miſerrimum

ferrimum miseriarum. Cic. *ad Quint. frat. lib. 3. Epist.* Quod de fratre, vbi eum visuri essemus, nesciebamus: quem quidem ego, nec quo modo visurus, nec vbi dimissurus sum, scio, id est, maximum & miserrimum mearum miseriarum. Plaut. *Menæch. sc. 2. a. 5.* Omnium hominum exopto vt fiam miserorum miserrimus. Idem *Capt. sc. 1. a. 3.* Miser homo est, sed ille miserior, & ille miserrimus. Cæsar. 2. *bell. ciuil.* Miserrimus exercitus, qui inopia conflictatur. Miseram me, Dolentis & mœrentis particula, Terent. *Andr.* Miseram me quod verbum audio? Vbi Donatus Miseram me proprium est mulierum quum loquuntur, aut aliis blandiuntur. ¶ Miserum aliquando interponitur, tanquam sit pro eheu Virg. *Æneid. 6.*

——————tum pendere pœnas
Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis
Corpora.

Ibi Seruius: Miserum, dolentis interiectio: ac si diceret, nefas: vt

——————sequiturque (nefas) Ægyptia coniux.

Vicem scil. interiectionis subit. Sic Galli vsurpant *helas*, ἐλεῶ.

Misĕllŭs, a, um, diminutiuum est à Miser. { ταλαίπωρος. GALL. *Pouret, poure, petit malheureux.* ITAL. *Meschinello.* GERM. Ziemlich arbeitsälig/ elend. HISP. *Meschino ò dedicando vn poco.* ANGL. *wretched.* } Plaut. Censen' misello mali aliquid factum? ¶ Misellum pallium. Idem *in Rud.* Heu, sum redactus ad hanc vsque vnam tuniculam. Et ad hoc misellum pallium? Cic. *ad Attic. lib. 3.* Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo præter inuidiam & ignominiam nominis mei, tuere quoad poteris. Idem *Ad Terentium*, Sed certè quoquo modo res se habebit, illius misellæ & matrimonio & famæ seruiendum est!

Mĭsĕrē, aduerb. Infeliciter. { ἀθλίως, ταλαιπώρως. GALL. *Miserablement, mal-heureusemẽt.* ITAL. *Miseramente, infelicemente.* GERM. Jämerlich/ elendiglich. HISP. *Mezquina, ò desdichadamente.* ANGL. *wretchedlie, miserabile.* } Cicer. Neque commoueri eius desiderio non possum, qui tam miserè periit. Miserè & beatè viuere idem opposuit, *de finib. lib. 3.* Malè & miserè sudare, Gell. *cap. 15. lib. 9.* (de damnato capitis.) Cum labore magno & miserè viuere. Plaut. *prolog. Aul. & ibid. sc. 1. a. 2.* Item, Ego sum miser miserè perditus. *Ibidem. sc. 6. a. 4.* Heu me miserum, miserè perij. Quandoque significat Valde, nimis. Idem *Curcul.* Viden' vt miserè moliuntur, neque queunt complecti satis, Ter. *Andria*, nam omnes nos quidem Scimus, quàm miserè hanc amarit. Idem *Adephis*, Nescio, nisi quia tam miserè hoc esse cupio verum, eo vereor magis. *Ibidem.* nam hunc diem Miserè nimis cupio, vt cœpit, perpetuum in lætitia degere. Idem *Heaut.* Eam miserè amat.

Mĭsĕrĭtĕr, Miserabiliter. { οἰκτρῶς GALL. *Miserablement.* ITAL. *Miserabilmente.* GERM. Elendiglich / erbärmlich. HISP. *Miserablemente.* ANGL. *wretchedlie. miserablie.* } Laberius apud Nonium, Mens incorrupta miseriter corrumpitur.

Mĭsĕrĭă, æ, Infelicitas, calamitas. { עני *ŏoni* שממה *scemamáh* רעה *raháh* שואה *schoth* און *áven.* ἀθλιότης, ταλαιπωρία. GALL. *Misere malheur.* ITAL. *Miseria, infelicità.* GERM. Arbeitsäligkeit/ Jamer vnd elend. HISP. *Meseria, desdicha.* ANGL. *Miserie, wretchednesse.* } Cic. 2. *Tuscul.* Gentes nostras flebunt miserias. Plaut. *Amphitr.* Miserrima istæc miseria est seruo bono. &c. Cic. 3. *de fin.* Ita qui processit aliquantulum ad virtutis aditum, nihilo minus in miseria est, quàm ille qui nihil processit. Nimia est miseria esse pulcrum hominem nimis. Plaut. *Men. sc. 1. a. 1.* Quæ te miseria & cura contabefacit (de amore.) Item, Quæ te miseriæ tam miserè macerant. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.*

Mĭsĕrĭtūdo, vox antiq. pro Miseria. { עני *ŏoni* שממה *schemamáh* רעה *rahâh* שואה *schoáh* און *áven.* ἀθλιότης. ANGL. *wretchednesse.* } Accius qui felix miseritudine factus est aliena. Idem *in Alphesibœa*, Miseritudo eorum ista est liberum. Ex Nonio.

Mĭsĕrĕŏr, eris, ertus, vel miseritus, verbum deponens, Misericordia moueor, ægritudine quadam animi ex alicuius infortunio afficiór. { חנן *chânan* רחם *richám.* ἐλεῶ, οἰκτείρω. GALL. *Auoir pitié & compassion.* ITAL. & HISP. *Hauer misericordia y compassion.* GERM. Sich erbarmen/ erbärmd tragen. ANGL. *To haue pitie or compassion.* } Habet enim animi passiuum affectum. Virg. 1. *Eclog.*

Nil nostri miserere, mori me denique cogis.

Brutus *Cicer.* aut miserebor vestri. Cic. *pro. Corn. Balbo*, Miserimini eius qui non de suo peccato, sed huius summi & clarissimi viri facto disceptat. Virg. 2. *Æneid.*

——————miserere laborum
Tantorum, miserere animi non digna ferentis.

Mĭsĕrĕo, antiqui vsurpabant pro misereor. { חנן *chânan* רחם *richám.* ἐλεῶ. Ennius *in Hecuba, apud Nonium*, Miserete manus, date ferrum, vt me anima priuem, Est ἐλεεῖτε. sed posteriores solùm impersonale receperunt: vt, Miseret me tui, miseret me pœnæ, miseret me vicem tuam. Deriuatum à *miseresco* mansit. etsi etiam Terent. Miserescat me tui, vide infrà *Miseresco.*

Mĭsĕrĕt, Impersonale, simili modo commotionem animi & affectum habet, sicut Misereor, ἐλεῶ, vel οἶκτος γίνεται. { ANGL. *It pitieth.* } Idem enim est, Miseret me illius, & Misereor illius: quia vtrunque significat. Ex illius miseria angorem suscipio. Cicer. Miseret me infelicis familiæ. Virg. 5. *Æneid.*

Si te lapsorum miseret, quæ munera Niso　Digna dabis?

Si huius miseret, ecquid das, qui benè sit. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 3.* Egetur acriter. B. Misereat, si familiam alere possim misericordia. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* Neminis misereri certum est, quia mei miseret neminem. (alias nemo.) Idem *Capt. sc. 3. a. 5.* Nihilne te mei miseret? B. Inanis, accedas. Idem *Ps. sc. 3. a. 1.* Neque te mei tergi misereret, si hoc non effecissem. *Ibid. sc. 2. a. 5.* ¶ Miseret me, eadem forma, inquit Festus, dicitur, qua piget, pœnitet, tædet. Ter. *in Eunuch.* — quid est? P. Miseret me. itaque vt ne viderem, miserat huc effugi foras. ¶ Miseret me vicem illius. Ter. *in Heaut* Ita me dî amabunt, vt nunc Menedemi vicem Miseret me, tantum deuenisse ad eum mali.

Mĭsĕrētŭr, apud vetustissimos legitur pro Miseret. Turpilius *in Epiclero*, Quàm matris, nunc patris me miseretur magis. Nonius.

Mĭsĕrēsco, scis Moueor misericordia, misereor, ad misericordiam traduco { חנן *chânan* רחם *richam.* οἰκτίζομαι. GALL. *Auoir pitié & compassion.* ITAL. *Moruersi à misericordia.* GERM. Sich erbarmen/ erbärmd

vberkommen / zu mit leiden bewegt werden. HISP. *Hauer misericordia, y compassion.* ANGL. *To haue pitie, mercie or compassion.* Virg. 2. *Æneid.*

His lachrymis vitam damus, & miserescimus vltrò.

Plaut. *Epid.* Siquid est homini miseriarum, quo miserescat, miser ex animo est. Virg. 8. *Æneid.*

At vos ô superi, diuûm tu maxime rector
Iupiter, Arcadij quæso miserescite regis.

¶ Inde compositum Commiserescit. Ter. *in Hecyr.* Demum tam ægrè tulit, vt ipsam Bacchidem, si adesset, credo commiseresceret.

Mĭsĕrēscit, impersonale, cum significato sui verbi. Ter. *in Heaut.* Atque inopis te miserescat mihi.

Mĭsĕrĭcōrs, dis, omn. gen. quem alterius miseret, ad misericordiam propensus, lenis, mitis. { חנון *channún* רחום *ractúm.* ἐλεήμων. GAL. *Misericordieux.* ITAL. *Misericordioso.* GERM. Barmhertzig. HISP. *Cosa que ha misericordia, piadoso.* ANGL. *Mercfull mecke.* } Cic. 4. *de fin.* Nec misericordem iudicem esse oportere. Idem *pro Lig.* Si honesto, & misericordi mendacio salutis ciuis calamitosi consultum esse vellemus.

Mĭsĕrĭcordĭŏr, comparatiuum antiquum, quo vtitur Plaut. *in Rud.* Nulla misericordior est me fœminarum.

Mĭsĕrĭcordĭă, est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis, inquit Cic. 4 *Tusc.* { רחמים *ractamim* חנינה *chaninâh* חסד *chésedh* ἔλεος, ἐλεημοσύνη. GALL. *Misericorde & cõpassion.* ITAL. & HISP. *Misericordia, compassion.* GERM. Barmhertzigkeit. ANGL. *Mercie, pitie.* } Idem *pro Deiot.* Non debeo tentare, quónam modo dicendo misericordiam tuam commouere possim, ipsa enim occurrere solet supplicibus, nulla oratione euocata Idem 3. *Tusc.* Quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus aduersis, sic inuidentia ægritudo est ex alterius rebus secundis. Ex Stoicorum placitis vitium animi Seneca misericordiam dixit esse, Vitium, inquit, animi est misericordia: nec miserebitur sapiens, sed succurret. Ita & Cic. 3. *Tusc.* tanquam Stoicus dixit, Si sapiens in ægritudinem cadere posset, posset & in misericordiam, posset & in inuidentiam. Autor *in oratione pro Ligario*, Nulla de tuis virtutibus plurimis nec gratior, nec admirabilior misericordia est: popularem enim orationem occasio requirebat. Ter. *in Andr.* Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt: Amor, misericordia huius, nuptiarum solicitatio. Cic. *pro Rosc. Amer.* Prædia mea tu possides, ego aliena misericordia viuo.

Mĭsĕrĭcordĭtĕr, aduerb. significat, Cum misericordia. { ἐλεημόνως. GALL. *misericordieusement.* ITAL. & HISP. *Misericordiosament.* GERM. Barmhertzilich. ANGL. *Mercifullie.* }

Mĭsĕror, aris, Queror, conqueror, deploro. { חנן *chanán* רחם *rictam.* οἰκτείρω. GALL. *Auoir pitié & compassion.* ITAL: & HISP. *Hauer misericordia.* GERM. Beweinen oder klagen/ ein hertzlichs bedauren tragen. ANG. *To haue pitie and compassion.* } Festus Miseratur is qui conqueritur aliena incommoda. Salust. *in Iugurth.* Eos multa pollicendo, ac miserando casum suum, confirmat. Cæsar. 1. *bell. Gall.* Abditi in tabernaculis aut suum fatum querebantur, aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur, id est, deplorabant. Idem 2. *bell. ciu.* Suam mortem miserabantur, deflebant. Virg. 4. *Georg.*

Contusósque animos, & res miserabere fractas.

Idem 10. *Æneid.*

Ingemuit miserans grauiter, dextrámque tetendit.

Idem 12. *Æneid.*

——————& Turni sortem miserantur iniquam.

Miserati animi, pro animo Idem 10. *Æneid.*

Iuuenémque animi miserata repressit.

¶ Hinc Commiseror, & verbale Commiseratio, quæ est significatio misericordiæ qua ex alicuius infelicitate mouemur: quum scilicet vel ex aspectu alicuius, vel oratione, vel etiam cogitatione adducimur, vt eius misereamur οἰκτιρμός. Liu *lib. 1. ab Vrb.* Agmen migrantium impleuerat vias, & conspectus aliorũ mutua miseratione integrabat lacrymas. Autor ad Heren. *lib. 3.* Commiserationem breuem esse oportet.

Mĭsĕro pro Miseror dicebant veteres: vt Accius *in Athamante*, Aque ita de illis merui, vt iure hæc nunquam miserarem mala.

Mĭsĕrātĭo, nis, commiseratio, ægritudo, qua ex alicuius rebus aduersis mouemur. { רחמים *ractamim* חנינה *chaninâh* חסד *chésedh.* οἰκτιρμός. GALL. *Pitié, compassion.* ITAL. *Pietà, compassione.* GERM. Ein erbärmd oder erbarmung/ bedaurung. ANGL. *A quella obra de misericordia, compassion.* ANGL *Pitié, compassion.* } Plin. *Epist. 51.* Quod me recordantem fragilitatis humanæ miseratio subit. Cic. *Luceio. lib. 5.* Quem enim nostrûm ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat

Mĭsĕrāndŭs, Miseratione dignus. { ἐλεεινός. GALL. *Miserable, de qui on doit auoir pitié & compassion.* ITAL *Degno di misericordia.* GERM. Das zu erbarmen ist/ erbärmlich. HISP. *Lo que merece misericordia* ANGL. *To be pitied.* } Cicer. 2. *Tuscul. ex Sophocle*, Accede, accede nate, assiste, miserandum aspice Euisceratum corpus lacerati patris. Idem 1. *de Orat.* Hunc in minimis, tenuissimísque rebus ita labi, vt aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur. Pudenda ac miseranda oratio. Suet. *in Tiber. cap. 65.*

Mĭsĕrābĭlĭs, e, Miseratione dignus, flebilis miserandus. { ἐλεεινός, οἰκτρός. GAL. *Miserable de qui on doit auoir pitié & compassion.* ITAL. *Degno di misericordia.* GERM. Erbärmlich/ kläglich/ jämerlich. HISP. *Cosa digna di misericordia.* ANGL. *To be pitied.* Ouid. *in Ibin*,

Sisque miser semper, nesis miserabilis vlli.

Liu. 1. *ab Vrbe*, Euentus tamen belli minus miserabilem dimicationem fecit, quòd nec acie certatum est, & tectis modò dirutis alterius vrbis, duo populi in vnum confusi sunt *Ibid.* Voces etiam miserabiles exaudiebantur, mulierum præcipuè. ¶ Miserabile pro miserabiliter, nomen pro aduerbio. Virg. 2. *Æneid.*

——————Miserabile cæsis
Hostibus insultans. Seruius.

Mĭsĕrābĭlĭtĕr, Miserè. { ἐλεεινῶς, οἰκτρῶς. GALL. *Miserablement.* ITAL. *Miserabilmente.* GERM. Erbärmlich/ egendilich. HISP. *Miserablemẽte.* ANG. *Miserably, wretchedly.* } Cicer. 1. *Tusc.* Etsi enim flemus quum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur. Liu. 3. *ab Vrbe*, Prosequutur

tur coniuges, liberíque, cuinam se relinquerent in ea vrbe, in qua nec pudicitia, nec libertas sancta esset miserabiliter cogitantes.

Miserănter, aduerb. Cum commiseratione. { ἐλεεινῶς. GALL. *Auec pitié & compassion.* ITAL. *Con pietà & compassione.* GERM. Erbärmlich. HISP. *Con compassion y misericordia.* ANGL. *with pitie & compassion.* } Gell. *lib.* 10. *cap.* 3, Etquid est aut ampliter insigniterve, aut lacrymosè, aut miseranter, &c.

Miserus, i, pen. prod. μισηρός oppidum Macedoniæ, apud Stephan, cuius gentile est Misetius, μισήτιος.

‖ Misfactum, scelus. Lex. gr. b. malè factum. ‖

Misgetes, μίσγετες, Populi Iberum Steph.

Misocali, μισόκαλοι, Græco vocabulo appellantur, qui ab omni literarum elegantia, nitoréque dicendi abhorrerent, tanquam inuenusti & honestatis osores.

Misogynia, penult. prod. Odium mulierum. μισογυνία. quale fuit in Euripide tragœdiarum scriptore, qui mulieres ferè omnes maiorem in modum exosus fuisse dicitur: vnde & μισογύνης, id est, osor mulierum dictus.

Mispila, μίσπιλα, Medorum oppidum apud Xen. *lib.* 3. *expeditionis Cyri minoris.* Gentile est Mispilates.

Missenia, (quod hîc corruptè legebatur) vide *Messenia.*

Missile, Missio, Missus vide *Mitto.*

Misna, seu Misena, Meissen, V. E. Saxoniæ, ad Albim fl. sub A. Magdeburgensi.

Mistrylus, nomen coqui apud Martialem.

Misy, os, μίσυ, Corpus est metallicum, quod in fodinis ærariis supra Chalcitim & Sori inuenitur, colore subflauo in morem sulphuris ignē iam experti. Vulgus *Vitriolum* appellat. ¶ Misy præterea Plin. *lib.* 10. *c.* 3. tuberis genus est, suauitate odoris & saporis præcipuum, quod in Cyrenaica prouincia nascitur, nostratibus carnosius.

‖ Mitĕa, affectio, vel vulnus nasi. L. gr. b. ‖

Mitella, vide *Mitra.*

Mitesco, mitescis, vide *Mitis.*

‖ Mithradath, nomen proprium legis, dominum significans. Delrius. ‖

Mithras, μίθρας, cum h, à Persis dicitur Sol: cuius simulachrum effingebant rictu leonis, cum tiara, vtraque manu bubula premens cornua. Solem enim multæ gentes pro deo coluerunt: alij aliis eum appellantes nominibus. Statius *lib.* 1. *Thebaid.*

> *Adsis, ô memor hospitij, Iunoniáque arua*
> *Dexter ames seu te roseum Titana vocari*
> *Gentis Achemeniæ ritu seu præstat Osirim*
> *Frugiferum, seu Persei sub rupibus antri*
> *Indignata sequi torquentem cornua mithram.*

Strabo *lib.* 15. Persæ cœlum Iouem putant: colunt Solem, quem Mithram vocant. Apuleius pro summo sacerdote & principe sacrorum vsus est *lib. vlt.* Ipsúmque mithram illum, suum sacerdotem, præcipuum sacrorum ministrum decernit.

Mithriaca, orum, μιθριακά. Sacra Mithræ (sic enim Persæ Solem appellabant) quæ in antro fieri solent, boue inde cornibus educto, quem post hymnorum concentum Soli immolabant. Lamprid. *in Commodo*, Sacra Mithriaca homicidio verò polluit, quum aliquid ad speciem timoris vel dici, vel fingi soleat.

Mithrax, μίθραξ, Gemma est variis coloribus contra Solem refulgens. de qua Plin. *lib* 37. *c.* 10. Mithrax à Persis accepta, & rubri maris montibus multicolor contra Solem variè refulgens.

Mithridates, μιθριδάτης, Rex Ponti fuit, vi tanta & animi & corporis, vt sex iuges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur. Hic dissidentibus Romanis sociali bello, Nicomedem Bythynia, Ariobarizanem Cappadocia expulit: Græciam insulásque omnes excepta Rhodo occupauit: sed postea à Sylla apud Dardanum fusus, à Lucullo profligatus & exutus regno, rursus à Pompeio victus, tandem à Parnace filio in turre obsessus, venenum sumpsit. Quúmque id sæpiùs frustra bibisset, quòd aduersum venenum multis antea medicaminibus corpus firmauerat, immissum percussorem Gallum, citò autoritate vultus territum reuocauit: & in cædem suam manum trepidantis adiuuit. Laborauit infamia maximæ crudelitatis: nam Laodicem coniugem & sororem, prætereà matrem, fratrémque, ac tres filios impuberes, totidémque filias interfecit. Iuuenal. *Satyr.* 14.

> *Ocyus Archigenem quære atque eme quod Mithridates Composuit, &c.*

Vide Plutarchum, Appianum, Iustinum & Valerium. De Mithridate & antidoto Mithridiatico vide Gellium *cap.* 16. *lib.* 17. ¶ Alius etiam Mithridates qui Bruti epistolas collegit. de quibus si modò illius sunt, his verbis iudicium fecit. τὰς βρέτου ἐπιστολὰς ἐθαύμασα πολλάκις, ὡς μόνου δεινότητος, καὶ συντομίας χάριν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἡγεμονικοῦ φρονήματος ἐχούσας χαρακτῆρα.

Mithridaticum antidotum, μιθριδατικὸν ἀντίδοτον, à rege Mithridate nomen habet, quòd primus hoc commistionis genus credatur inuenisse, & aduersùs venena eo se præmuniuisse Plin. *lib.* 25. *c.* 2. Vni ei excogitatum quotidie venenum bibere, præsumptis remediis, vt consuetudine ipsa innoxium fieret. Primo inuenta genera antidoti, ex quibus etiam vnum eius nomen retinet. Illius inuentum autumant, sanguinem anatum Ponticarum miscere antidotis quoniam veneno viuerent.

Mitigo, as, vide *Mitis*

MITIS, e, qui facilè mittit. Lenis, dulcis, mansuetus, suauis. { ענו *hanáv.* πρᾶος, πρᾳΰς, ἐπιεικής. GALL. *Doux, debonnaire.* ITAL. *Mansueto, humano, piaceuole.* GERM. Milt/sanfftmütig/gütig. HISP. *Manso ò blando.* ANGL. *Mecke gentle, mylde,* } Ouid. *Eleg lib.* 3. *Trist.*

> *Quod pro te vt voueam, miti pietate mereris.*
> ——*Ego mite parentis*
> *Ingenium verbis ad publica commoda verti,*

idem 13. *Metam.* Cic. *de senect.* Facit persæpe sibi audientiam diserti senis compta & mitis oratio ✕ Immitis, ἀπηνής, id est, asper, sæuus, crudelis. Virg. 1. *Æneid*

> *Troas relliquias Danaum atque immitis Achilli.*

¶ Quandoque mitis pro tranquillo, & immitis pro procelloso & inquieto. Idem *lib.* 9.

> *Mitis vt in morem stagni placidæque paludis.*

Cic. *Attic.* 7. Ita bellè nobis flauit ab Epeiro lenissimus Auster & mitis. Ouid. 1. *Fast.*

> *Hinc alia Satyris incendia mitia præbent.*

¶ Quandoque pro maturo, ὥριμος. Virg. 1. *Eclog.*

> ——*sunt nobis mitia poma,*
> *Castaneæ molles.*

Plin. Immitia adhuc & cruda poma. ¶ Superlat. Mitissimus, a, um, Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4.

> *Tu verò tua damna dole mitissima coniux* (i. piissima.)

¶ Mitior & mitius. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Mitius exilium oro. Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist*

> *Cæsare nil ingens mitius orbis habet.*

Et *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

> *Mitius immensus quo nihil orbis habet,*

ibidem, &c. A mitis fiunt aduerbia mitiùs & mitissimè. Cæsar 7. *bell. Gall.* Quàm mitissimè potest, legatos appellat. Ouid. 15. *Metam.*

> ——*similes aliorum respice casus,*
> *Mitiùs ista feres.*

Mitius ac moderatius esse in ærumnis. Senec. *c.* 3. *de consol. ad Mart.*

Mitēsco, is, Mansuesco { למד *lummádh.* πραΰνομαι, ἡμεροῦμαι. GALL. *Deuenir doux & traitable, s'adoucir.* ITAL. *Mansuefarsi.* GERM. Zam werden/milt werden/&c. HISP. *Amansarse. ablandarse* ANGL. *To waxe meek and gentle.* } Plin. *lib.* 21. *c.* 25. Vt feræ domi educatæ mitescunt. Liu *lib.* 5. *ab Vrb.* Mitescunt discordiæ Et *lib.* 3. *bell. Pun.* Mitescit hyems. ¶ Aliquando tranquillus fio. Apul. Conflaccescunt fluctus mare mitescit. ¶ Aliquando maturesco, πεπαίνομαι. Plin. *lib.* 15. *c.* 13. Reliquorum pomorum velocitas citò mitescentium transuolat. Gell. *c.* 5. *lib.* 15. Vuas à sole mitescere tempus est.

Mītigo, as, Placo, reconcilio, quasi mitem ago. { החליק *hechelik* שבח *schibbáh* השביח *hischbiach* השקיט *hischkit.* πραΰνω. GALL. *Adoucir, amollir.* ITAL. *Mitigare, indolcire.* GERM. Miltern/versönen/ begütigen. HISP. *Amansar ò ablandar.* ANGL. *To appaise, mitigate or assuage.* } Cic. 7. *Verrin.* Neque in parentum luctu atque lacrymis, te mei nominis commemoratio mitigauit. Virg. 5. *Æneid.*

> *Iunonis grauis ira & inexaturabile pectus,*
> *Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla.*

Mitigare metus. Quint Mitigat iras tempus Ouid. *El.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Mitigandæ ferociæ (doloris) efficacissimum tempus. Senec. *c.* 8. *de cons. ad Mart.* Mitigare atrocitatem temporum. Suet. *in Tib. c.* 65. ¶ Item ponitur pro coquere & maturum reddere πεπαίνειν. Cic. *lib.* 4. *de Republica*, Quúmque autumno terras ad concipiendas fruges patefaceret, hyeme ad concipiendas relaxarit: æstiua maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. Idem 2. *de nat. deor.* Arborum autem confectione, omnique materia & culta & syluestri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, & ad mitigandum cibum vtimur. i. coquendum. ¶ Huius compositum est Commitigo, de quo suprà.

Mītigātio, nis, nomen, Placatio. { שקט *scheket.* πραΰνσις. GALL. *Appaisement, adoucissement.* ITAL. *Mitigatione. placamento.* GERM. Milterung. HISP. *Obra de amansar ò ablandar.* ANGL. *Asswaging, appaising.* Cic. 3. *de Orat.* Omnisque ad omnem animi motum impulsio, & si ita res feret, mitigatio.

Mitigātōrius, adiectiuum, quod habet vim mitigandi. { πραϋντικός. GALL. *Lenitif, qui a vertu & puissance d'adoucir.* ITAL. *Lenitiuo, c'ha virtu di placare.* GERM Kräfftig zu miltern. HISP. *Cosa que puede amansar ò ablandar.* ANGL. *That hath vertue and force to asswage.* } Plin. *lib.* 28. *c.* 6. Contra renum & lumborum, vesicæque cruciatus in balinearum soliis pronos vrinam reddere mitigatorium habetur.

Mītifico, as, Mitem ac placidum reddo, mitigo. { החליק *hechelik* שבח *schibbách* השביח *hischbiách* השקיט *hischkit.* ἐκμειλίσσομαι. GALL. *Rendre doux & appaiser* ITAL. *Mansuefare, domesticare.* GERM. Zam machen/miltern. HISP. *Amansar ò ablandar.* ANGL. *To mak meek and appease.* } Plin. *lib.* 8. *c.* 7. *de elephantis*, Capti celerrimè mitificantur hordei succo. ¶ Mitificare cibum, concoquere. Cicer. 2. *de diuin. de gallis loquens*, Depulso enim de pectore & in omne corpus diuiso, & mitificato cibo, cantus edere quietè satiatos.

‖ Mitolinum, filum è lino. L. gr. b. ‖

MITRĂ, æ, { משנפת *mistnephet.* μίτρα. GAL. *Mitre.* ITAL. *Mitra.* GERM. Ein Bischoffshut/oder haube. HISP. *Mitra, ornamento de la cabeça.* ANGL. *A miter.* } Dictio barbara qua significatur quoddam capitis ornamenti genus, hoc est, pileus incuruus, quo primum Ionij, deinde Ægyptij, Syri, Phryges, & Lydi vsi sunt. ¶ Aliquando tamen & pro muliebri corona ad ornatum capitis adolescentularum accipitur, ex qua pendebant fasciolæ, quæ Phylla dicebantur, quòd foliorum instar dependerent. Nostri quoque Pontifices mitris vtuntur, quum rei diuinæ operam dant. Et apud Græcos non solum pro ornatu capitis, sed etiam pro fascia in loricæ modum contexta, ad latera defendenda vsui erat. Virg. 9. *Æneid.*

> *Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.*

Ouid. *i Epist. Deian.*

> *Ausus es hirsutos mitra redimire capillos.*

¶ Fuit etiam mitra zonæ genus quoddam, quam solebant primùm parentes, & Dianæ consecrabant, quam ob causam eam λυσίζωνην cognominabant. Vide Cælium. Rhodig. *lib.* 16. *c.* 10.

Mitellă, diminutiuum, Parua mitra, μιτρίον. Virg.

> *Copa Syrisca caput Graia redimita mitella.*

Apud Celsum *lib.* 8. *cap. in fracti brachij curatione.* Si quidem is maximè brachij naturalis habitus est, idque inuolutum mitella commodissimè excipitur, quæ latitudine ipsi brachio, perangustis capitibus collo inijcitur, atque ita commodè brachium ex ceruice suspenditur. Hic mitella, fascia est lata, ex cuius lateribus dependent tæniæ, siue redimicula. Est verò mitella inuolutum brachium excipere. Vulgò *porter son bras, à escharpe.* Mitellam refert calantica Anglica, qua & viri noctu caput rediminunt.

Mītrŭlă, æ, aliud diminutiu. Solinus *c.* 40. Serpens est penè ad semipedem longitudinis alba quasi mitrula lineatus caput. de basilisco.

MITTO is, misi, missum. { שלח *scalách.* πέμπω. GALL. *Enuoyer.* ITAL. *Mandare.*

Mandare. GERM. Schicken/senden. HISP. Embiar. ANGL. To send.} Cic. in Catone, Hunc librum ad te de senectute misimus. Nullam salutem mittere scriptam solet? Manu salutem mittunt beneuolentibus: eadem malam rem mittunt maleuolentibus Plaut. Ps. sc. 2. a. 4. Mittam hodie huic suo die natali malam rem Ibid. sc. 3. a. 1. Mitto in comitium. (i. ire iubeo.) Idem Curc sc. 1. a. 3. Misi parasitum in Cariam petere argentum. Ibid sc. 3. a. 1. ¶ Pro dimittere: sed tum mœsta virum mittens (i. dimittens à te.) Catull. de coma Beren. Mitte me, sis, (quia complexus erat.) Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Nunc te nox, quæ me mansisti mitto. Idem Amph. Cur me retentas? &c. Mitte quæso. Idem Asin. sc. 3. a. 3. Ariolos aruspices mitte omnes. Idem Amph. Mitto scrutati. (i. desino.) Idem Aul. sc. 3. a. 4. Mitte istum. (quem tenes sup.) Idem Curc. sc. 2. a. 5. Abire non sinam. P. Mitte. (i. sine abire.) non omitto. Plaut. Mil. sc. 5. a. 2. Mittis, an non mittis? Ibid. ¶ Interdum deponere, ἀφιέναι. Virg. 1. Æneid.

——mœstúmque timorem Mittite.

Terent. in Adelph. Hera lacrymas mitte. ¶ Item donare. Virg. 9. Eclog. Hos (illi quod nec bene vertat) mittimus hœdos. Mittere munus hero die natali. i. offerre Plaut. Pseud. sc. 1. a. 3. bis. Hic est quam tibi misi natali die. Idem Curc. sc. 2. a. 5. ¶ Mittere metum, pro dare, & signa timoris. Cæs. lib. 1. bell. ciuil. Si placuimus, signum mittite. Plautus Capt. sc. vlt. a. 5. idest, date. Item Tibi misi mulierem. Et, Non meum est ad te vt mittam gratis. Ibid. sc. 3. a 1. & sc. 3. a. 3. ¶ Mittere in consilium est dimittere iudices ad sententiam ferendam, vbi orator dixerit, Dixi. Autor Asconius. Cicer. pro Cluentio. Cur Stalenum, quum in consilium iretur, Cluentius & Canutius abesse patiebantur, & quum in consilium mittebant, Stalenum iudicem, qui pecuniam dederant, non requirebant? Budæus. ¶ Mittere in possessionem prætor dicitur, quum seruandi crediti causa vel ventris, vel dotis, legatorúmve nomine, damníve infecti causa rerum custodiam alicui mandat, non vt possideat, sed vt in possessione sit. Hotom. Sic, Mittere in concordiam aliquos. Gel. c. 12. lib. 2. Item mitti & dimitti caussa in rem aliquam dicitur. Quint. ¶ Missum facere, est deponere à nostra consuetudine, familiaritate, potestate, arbitrio demittere. Ter. in Phorm. Missum te facimus. ¶ Mitti ex ipsius ore. (i. proferri.) Cæsar. lib. 1. de bell. ciu. Mittere vocem liberam aduersùs aliquem. Liu. lib. 5. d. 4. ¶ Mittendus animus in præteritum. Senec. c. 10. de consol. ad Polyb. Mittere oculos per viam. Quintil. Non sunt mittendæ in longinquum cupiditates. Senec. c. 10. de tranq. ¶ Mitti sanguis dicitur, quum fit phlebotomia, φλεβοτομεῖν, ἀφιέναι αἷμα. Cornel. Celsus lib. 2. Mitti sanguis debet ex brachio. Idem, Sanguinem incisa vena, mitti nouum non est. Mittere, pro Transmittere. Cic. in libello ioculari. vt Quint. vocat lib. 8. c. vlt. Fundũ Varro vocat, quem possum mittere funda. Talos mittere pro iacere, seu iactare. Propert. Vocem mittere, pro Emittere. Liu. Cicer. & alij. Mitto vitam duram, pro Taceo. Cicer. 3. Verr. Vt mittam cætera, quo tandem pudore tales viros, &c. ¶ Huius composita sunt Admitto, Amitto, Committo, Immitto, Omitto, Permitto, Prɇmitto, Promitto, Remitto, Manumitto, Summitto Transmitto, de quibus suis locis.

Mĭssŭs, a, um particip. eas significationes habet quas Mittto. { שלוח schalúach. πεμφθεὶς GALL. Enuoyé. ITAL. Mandato. GERM. Beschickt/gesendt. HISP. Ebiade. ANGL. Send. }

MISSA substantiuè, idem quod missio, vt Græci, finita populi concione, dicebant λαοῖς ἄφεσις, sic Latini, Ite, Missa est. h. e. dimissio. cœtus dimittitur, ire licet domum. Bellarminus lib. 1. de Missa cap. 1. dicit: Probabilissima est eorum sententia, qui Missam dicit volunt à missione, populi, vt idem sit missa quod missio: sicut idem sunt apud veteres collecta & collectio, & Græcè συλλογὴ, & σύλληξις, & peccati remissa & remissio, Ibidem recitat quinque acceptiones Missa apud scriptores Ecclesiasticos. sunt autem istæ, Primò accipitur simpliciter pro missione. Secundò pro diuino officio. Tertiò pro illa parte liturgiæ, quæ est ab offertorio vsque ad finem, quæ propriè dicitur Missa fidelium. Quartò pro tota celebratione diuini officij, in quo σύναξις, consecrabatur; vt comprehendat simul missam cathecumenorum & fidelium. Quintò pro ipsis collectis seu precibus, quod dicitur in liturgia. sic ille.

Missale, liber continens quæ in Missa peraguntur. ‖

Mĭssŭs, us, substantiuum, quartæ declinationis, Immissionem ferarum, aut gladiatorum in arenam significat. Imò sunt missiones curruum. Vide Turneb. & Seruium. { משלוח mischlách משלח mischóach. משלחת mischlacháth. ἄφεσις, θηριομαχία. GALL. Iettement. ITAL. Mettere in contesa le fiere ne spettacoli GER. Die herfürlassung der thieren oder fechter zu einem schawspyl. HISP. Echamiento. ANGL. A sending or putting forth. } Suet in Domitiano, In his Circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spatiis ad quina corripuit. Centum missus circenses sunt, inquit Seruius, vnius diei: centu m enim currus mittebantur, ob id dixit in Georg. Virg.

Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.

Vltimus autem missus ærarius vocabatur. Rursus Suetor. in Claudio, Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam interiecta per quinos missus venatione Hæc Budæus. Missus ordinarius in Circensibus. Interpres Iuuenal. Satyr. 11. ¶ Aliquando sumitur pro immissione ferculorum. { ἐπιφορά GALL. Mets. ITAL. Misso. GERM. Ein tracht einer malzeit. HISP. El majar, ò cosa que se leua en plato. ANGL. A messe or dishe of meate borne to the table. } Ita Lampridius scribit, Heliogabalum celebrasse tale conuiuium, vt apud amicos singulos singuli missus appararentur: & aliquando omnes missus sola carne phasianorum struxisse Budæus.

Mĭssĭo, Actus ipse mittendi. { משלח mischlách משלוח mischlóach משלחת mischlachat. πομπή. GALL. Enuoy. ITAL. Il mandare. GERM. Schickung/sendung. HISP. Obra de embiar. ANGL. A sending. } Cic. ad Att lib. 1. De literarum missione sine causa abs te accusor. Legatorum missio. Idem 7. Philippica. Non sine causa legatorum istam missionem semper timui, nunquam probaui: quorum reditus quid sit allaturus ignoro. ‖ Missio gratiosa, quæ per ambitionem & gratiam impetrata est. Liuius, Et quorum ante emerita stipendia gratiosa missio sibi visa esset. ‖ ¶ Missio ponitur etiam pro dimissione. ἄφεσις, ἀποπεμψις. Suet. in Cæsare c. 70. Missionem continuò efflagitauit. Missiones facere veteranorum. Idem in Tib. c. 48. Missionum commoda. (in Militia.) Idem in Aug. cap. 49. Idem ibid. c. 45. Gladiatores sine missione edi prohibuit. Huiusmodi missionum in re militari multa sunt genera. Est enim honesta, quæ, emeritis stipendiis ab Imperatore indulgetur. Est causaria qua quis propter valetudines à laboribus militiæ soluitur. Vnde, Causarij milites, dicuntur à Liuio. Est & ignominiosa, quum quis propter delictum sacramento soluitur. Vide Exautoro. ¶ Item, Sanguinis Missio. Suet. in Calig. c. 29. GALL. la saignée.

Mĭssĭto, as, frequentat. Sæpè mitto. { πεμπάζω. GAL. Enuoyer souuent. ITAL. Mandar spesso. GERM. Offt schiken. HISP. Embiar à menudo. ANGL. To send often. } Liu. 9. ab Vrbe. Quod incolumi Hernico nomine simul cum iis Samnites auxilia missitauerant, Salust. Iugurth. 83.

Mĭssĭcŭlo, as, item frequentatiuum à mitto, idem quod mittito. } πεμπάζω. GAL. Enuoyer souuent. ITAL. Mandar spesso. GERM. Offt vnnd dick schicken/widerumb schicken. HISP. Embiar à menudo. ANGL. To send often. } Plaut. in Epid. —empta est ancilla, quòd tute ad me literas missiculabas.

Mĭssĭlis, adiectiuum, quod facilè mittitur. Missile, quem per se subsistit. Telum quod manu mittitur. } ὀϊστός, βέλος. GALL. Toute sorte de dard. ITAL. Ogni sorti di dardo. GERM. Das leicht zuwerffen oder zuschiessen ist/als da sind pfeil/schäfelin/ stein/ &c. HISP. La lança que se tira. ANGL. A dart or any such thing } Virg. Æneid.

——sed pellere vallo
Missilibus certant.

Plin. lib. 28. cap. 4. Ferunt difficiles partus statim solui quum quis tectum, in quo sit grauida, transmiserit lapide, vel missili, ex his quæ tria animalia singulis ictibus interfecerint hominem, aprum, vrsum. Missiles lapides. Liu. 1. ab Vrbe. Pontus missile disci. Prop. lib. 3. Eleg. 14. Missilia saxa, & missilia tela, Liu. 2. & 5. ab Vrbe, Missilia tormenta. Plin. lib. 8. c. 21 Ouid 3. Fast.

Sed tamen in dextra missilis hasta fuit.

Suet in Aug. cap. 98. & in Neron. cap 11. Diripere res missiles. Missilia etiam dicuntur munera quæ à principibus populo spargebantur, vt putà, bellaria, lintea, odores, vnguenta, ἐπιδόσεις. Idem in Calig. Sparsit & missilia variarum rerum, & panaria cum obsonio viritim diuisit. Idem in Nerone. c. 21. Quare spectaculum multiplicatis missilibus in serum protrahebatur,

Missorium, concha modica, vbi aliquid liquoris immittitur. Vet. Voc In Gloss. Græcob. Meurs. μισσόριον, siue μινσώριον missorium. Ibi Græcos & Latinos citat, illis vocibus vsos.

Mistarius, quo miscemus. Non. & citat hunc vers. Lucil. ex lib. 5.

Vrceus aut longa geminus mistarius ansa.

Mitylēne, es, μιτυλήνη, & Mitylenæ, arum, Vrbs in Lesbo iuxta Mithymnam, à cuius nomine nunc omnis insula Mitylene appellatur. Vulgo Metelin. Martial. lib. 10.

Quum tibi non Ephesos, nec sit Rhodos, aut Mitylene.

Dicta Mitylene, vt Diosc. lib. 4. scribit, à Mitylene Machari filia. Hæc nunc Metelinum dicitur, vrbs clara Pittaco ex septem sapientibus vno, & Alcæo poëta, & Antimenide fratre eius, & Diophane oratore, & Theophane Pompeianarum rerum scriptore, qui Magno Pompeio admodum familiaris fuit, & ab eo in concione militum ciuitate donatus, vt testatur Cicer. pro Archia, De hac scribit Vitr. lib. 1. Magnificenter & eleganter ædificatam fuisse, sed non prudenter positam: in qua Auster cùm flat, homines ægrotant: quum Corus, tussiunt: quum Septentrio, restituuntur in salubritatem. A Mitylenis recepit vxorem, Pompeius: (An Mitylenæis?) Dicuntur etiam Mitylenæ, arum, Cæsar lib. 3. de bell. ciuil.

‖ Miua, conditum de cydoniis. Miua simplex solùm fit ex succo cydoniorum & saccharo.

Miurus, μείουρος, ου, cauda carens, extrema parte mutilus. à μειόω, minuo & οὐρὰ cauda. Ita miurus versus dicitur in fine claudicans ‖

Mius, pro Meus, vnde Mi, in vocatiuo. Diomedes lib. 1.

Mitys, μίτυς, υος, Vir quidam, cuius statua eum, à quo interfectus fuerat Mitys, collapsa oppressit. Aristot. c. 10. de Arte Poëtica.

Mitterim, insula vltra Britanniam sex dierum nauigatione, vt lib. 4. Plin. scribit, In ea candidum plumbum prouenit.

‖ Mixis, mistio. Tertull. ‖

Mīxŏbărbărī, μιξοβάρβαροι, dicebantur qui ex altero parente Græco, altero Barbaro prognati erant: quo nomine dicti fuerunt Medeæ liberi, quos illa ab Iasone repudiata Ægeo peperit. Nonnulli recentiorum, detorto nonnihil vocabulo, Mixobarbaros vocauerunt, qui quum Barbari essent, Græcè tamen nocent.

‖ Mixolydius, μιξολύδιος, quasi mixtus Lydius: modus in Musicis. ‖

Mixtārĭūs, idem quod mistarius. Onom. Mixtarius κύαθος.

M N

Mna, { מנה manéh. μνᾶ. Græcè, Latinè, Mina } id vide

Mnas, Pirata fuit, qui temporibus Pompeij oram Italiæ prædatoria classe infestabat, vt est autor Plutarch in Antonio

Mnasyrium, μνασύριον, locus est in Rhodo insula non procul à Lyndo oppido: cuius meminit Strab. lib. 4.

MNĒMŎSYNĒ, זכרון Zichcharón. זכר Zécher. μνημοσύνη. } Memoriam significat. Poëtæ Musarum matrem faciunt, quòd omnium scientiarum thesaurus memoriæ beneficio acquiratur, & conseruetur. ¶ Inde Mnemosynum. { זכרון Zichcharón זכר Zécher. μνημόσυνον. } Dicitur Monumentum, vel pignus quod ad nostri memoriam relinquimus. Catullus, Mnemosynon mei sodalis, id est, monimentum.

‖ Mnemonicus a, um, memorialis, ad memoriam pertinens. ‖

Mnēmŏnĭcă, orum, μνημονικὰ, scil. παραγγέλματα, autore Herent. lib. 3. præcepta quæ memoriam adiuuant. Quemadmodum (inquit) qui literas sciunt, possunt id quod audierunt scribere. & recitare quod scripserunt ita qui mnemonica didicerunt, possunt, quæ audierunt, in locis collocare, & eæ his memoriter pronuntiare.

‖ Mnemusium, monumentum. L. gr. b. ‖

Mnēsarchŭs, μνήσαρχος, Inter principes philosophorum Ciceroni numeratur, Academ. quæst. lib. 4.

Mnesimachus, μνησίμαχος, Poëta comicus: cuius fabulæ tres enumerantur à Suida.

Mnesitheus, μνησίθεος. Medicus Atheniensis, cuius meminit Galenus *de arte curandi ad Glauconem.* ¶ Mnesitheos quoque à quibusdam vocatur herba, quæ notiore nomine Buphthalmus appellatur. Vide Dioscor. *lib.* 3.

Mnester, μνηστὴρ, Agrippinæ matris Neronis libertus. Is Agrippina à Satellitibus Neronis interempta, ferro se transfixit: incertum charitate in patronam, an metu exitij. Author Cornel. Tacit *lib.*4. Latinè procum significat. Nam μνηστεύω, idem est quod puellæ nuptias ambio.

Mnestheus, μνησθεὺς, proprium nomen viri Troiani, vnius ex comitibus Æneæ, qui ab Assaraco rege originem traxit. vt autor est Virg. 11. *Æneid.*

Et genus Assaraci Mnestheus.

Nonnunquam verò causa metri additur e post m, vt fiat dictio trisyllaba Menestheus Idem 10. *Æneid.*

Nec Lycio genitore minor, nec fratre Menestheo.

Nam aliter non potest consistere versus, vt annotauit Seruius.

Mneuis, μνεῦις, Suidæ, Bos Soli sacer, quem Heliopolitæ pro deo colebant in septo eum nutrientes. Autor Strab. *lib.*17.

M O

Möäb, { מאב *moáb.* μωὰβ.} Arabiæ ciuitas, quæ & Areopolis nominatur.

Mobilis, Mobilitas, Mobiliter, vide *Moueo.*

Mocarsus, μώκαρσος, proparoxytonum, Parua regio Thraciæ, Gentile μωκαρσὸς, oxytonum. Steph.

Mocata, μώκατα, vrbs Bithyniæ. Gentile Mocatenus, Steph.

Mocle, μώκλη, vicus Phrygiæ, incolæ Mocleni. Steph.

Mŏdĕrātē, Moderatio, Moderator, Moderatrix, Moderatus, Modero, Modestè, Modestia, Modestus, Modicè, Modificum, Modifico, vide *Modus.*

‖ Modismus, certus modiorum numerus. L.gr.b. ‖

MŎDĬVS, ij, vt inter dictos nostræ ætatis ferè conuenit, mensuræ genus fuit, continens sedecim sextarios, { איפה *ephàh.* μέδιμνος, ἢ μέδιμνος, qui etiam μόδιος. GALL. *Vn muy ou vn boisseau.* ITAL. *Maggio* GERM. Ein maß/wirt bey vnß gemeinlich fur ein sesterz genommen. HISP. *Celemin ò almud.* ANGL. *Abushell.* } Cicer. *de Amic.* Verùmque illud est quod dicitur, Multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ munus expletum sit. Idem 2 *Offic.* Ne Marco quidem Seio vitio datum est, quòd in caritate asse modium populo dedit. Volusius Mæsianus, Quadrantal, inquit, quod nunc plerique amphoram vocant, habet vrnas duas, modios tres, semodios sex, congios octo, sextarios octo & quadraginta, heminas sex & nonaginta, quartarios centum nonaginta duos, cyathos quingentos septuaginta sex. Ex quibus Volusij verbis facillimè colligi potest quantū modius contineat. Nam quum dicit Amphoram, quam antiqui Romani Quadrantal vocabant, continere tres modios, sextarios autem octo & quadraginta, sequitur necessariò, Modium tertiam partem esse XLVIII. sextariorum, quæ est sedecim sextariorum. Lapsus est itaque Perottus, & post eum alij, qui Modium, esse putauerunt duorum & viginti sextariorum: quanquam vtrobique librariorū (vt arbitror culpa Sextertiorum legatur, non Sextariorū. ¶ Hinc fit compositum Semodius, quod significat modij dimidium. Col. *lib.*2. Eadem quatuor modiis, nonnunquam tribus, aliquando etiam duobus ac semodio iugerum occupat. ¶ Modius vini Parisinus, tricenos senos sextarios nostros capit. Sextarius autem octonas eas quas pintas dicimus. Budæus. ¶ Modius tritici Parisinus, quatuor & vinginti medimnos Atticos capit. ¶ Modius agri, Actus quadratus, qui latus est pedes centum viginti, & longus totidem: Mina etiam Latinè dicitur, teste Varr. 1. *de re rust. c.*10. ¶ Modium neutro genere etiam dicitur, Plin. *lib.*18. *c.*16. Id præstant in iugera modia vicena.

‖ Modius, satyra quædam Varronis fuit. ‖

Modiatio, nis, pro eodem, *in l. quum non frumentum, C. de vsuris,* Quum non frumentum, sed pecuniam fœnori te accepisse alleges, vt certa modiatio tritici præstaretur: ac nisi is modius sua die fuisse oblatus mensurarum, &c.

Mŏdĭŏlŭs, diminut. { πλήμνη, χοινιξ. GALL. *Vn petit muy ou boisseau.* ITAL. *Moggio picciolo.* GERM. Ein sesterlin oder viertelin. HISP. *Pequeño celemin ò almud.* ANGL. *Alitle bushell.* } Est quarta pars modij, vt putat Sipontinus innixus Plauti loco *ex Cistell.* vix exculpsi vt diceret, Quia ei promisi modiolum vini dare. Ex quo Plauti loco satis constat modiolum esse genus mensuræ: cuius tamen fuerit capacitatis neque ex hoc loco deprehendi potest, neque alibi, meminime legisse. ¶ Hoc etiam nomine dictum est paruum vas quadratum ad hauriendum ex puteo aut lacu, aut flumine aquam. Horum autem modiolorum (vt est apud Frontinum *de aquaductibus*) alius est erogatorius, alius acceptorius, vt multis in locis intueri licet. Vitruuius. Ita quum rota à calcantibus versabitur, modioli pleni ad summum elati, rursus ad imum reuertentes infundent in castellum ipsi per se quod extulerunt. ¶ Modiolus etiam est vas mensurarium potui paratum, vt phiala, vt trulla: non tamen poculum, inquit Scæuola *in l. Seia. ff. de auro & argento legat.* Hæc Budæus. ¶ Modiolus in rota cui affixi sunt radij. Plin. *lib* 9. *c.*4. Apparent & rotæ appellatæ à similitudine, quaternis distinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus vtrinque claudentibus. ¶ Est præterea modiolus instrumentum chirurgicum. Celsus *lib.*8. *cap.*3. Excidunt verò os duobus modis: si paruulum est, quod læsum est modiolo, quem χοινίκιον Græci vocant: si spatiosus, terebris. Deinde subdit, Modiolus ferramentum concauum, & teres est, imis oris ferratum, per quod medium clauus ipse quoque interiore orbe cinctus demittitur.

Mŏdĭālis, e. A modio, quod est vnius modij. { μεδιμναῖος. GALL. *D'vn muy.* ITAL. *D'vn moggio.* GERM. Das ein sester halt. HISP. *Cosa de vn celemin.* ANGL. *Of. one bushell.* } Plaut. *in Captiuis sc.* 3. *a.* 4. Aulas, calicésque omnes confregit, nisi quæ modiales erant.

Mŏdŏ quando habet o finalem corr. significat tempus præsens, vel paulo antè præteritum, vel nondum præteritum, sed statim futurum { עתה *tattáh.* ἄρτι. GALL. *A ceste heure, tantost, n'a gueres.* ITAL. *Mo her, hora, solamente, pùre.* GERM. Jetzund/eben erst. HISP. *Agora, poco ha passado.* ANGL. *Now, euen now.* } vt, Modò id ago. Terent. *in Eunucho,* Modò ait, modò negat. Sic etiam dicimus, Modò dicebam, modò veni, modò faciam. Crepuit Lenonis ostium. P. Cruta mauellem modò. (pro quidem, aut quid simile.) Plaut. *Pseud. sc.*1. *a.*1. Sine modò. (minantis.) *Ibid. sc.* 4. *a.*1. Vide *Sino.* Quandudum istud factum est? iamdudum, pridem modò. Idem *Amphitr.* Dic modò quod te iubeo. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 1. Tace modò *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Crucior modò si interfectus, &c. Idem *Capt. sc.* 3. *a.*5. Nequeo exorare lacrumam vt exprimant vnam modò Impera quid vis modò. Ambigue. Idem *Menæch. sc.*4. *a.*2. Modo vtendum. (i. modicè.) Quintil. Operare sex dies, saltem modò. Plaut. *Pseud sc.*3. *a.*1. Modò ego abeam. (i. dummodò.) *Ibid.*

Fert benè præcipites nauis modò facta procellas,

Ouid. *Eleg.*6. *lib.*4. *Trist.* Caue modò ne priùs accumbas. Plaut. *Mostell. sc.*4. *a.*1. Si scies me latum pedem modò Imposuisse in vndam. *Ibid. sc.*2. *a.*2. Si modò viuit. Ouid. *Eleg.*9. *lib.*4. *Trist.* Modò ne communia solus occupet. Ouid. 13. *Metamorphos.* In quantum modò hominis est. Senec. *c.*17. *de consol. ad Polyb.* ¶ De tempore præterito testimonium est apud eundem *in Eunucho.* Quàm dudum? DO. Modò. Vbi Donatus, Nota modò apertè pro tempore præterito dictum esse, id est, iamdudum. Nam qui vitiauerat virginem, non modò, sed longè antè vestem mutauit cum Eunucho. ¶ In vsu est aliquando pro duntaxat, solum tantummodo, μόνον. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Euentus belli minùs miserabilem dimicationem fecit quòd nec acie certatum est, & tectis modò dirutis alterius vrbis, duo populi in vnum cofusi sunt. id est, solum vel tantùm vnius vrbis tectis dirutis. Quintil. *lib.* 2. *c.* 16. Quidam enim circa res omnes, quidam circa ciuiles modò versari Rhetoricem putauerunt. ¶ Aliquando idem est quod Si modò, Dum modò μόνον. Ter. *in Heaut.* Modò liceat viuere, spes est. Virg. *lib.*4. *Æneid.*

Si modò quod memoras factum fortuna sequatur.

¶ Hinc & Solummodo, Tantummodo, &c. modò, ἀπὸ τούτου, quod significat Posthac. Quòd si Modò producta vltima syllaba proferatur, datiuus, vel ablatiuus casus est à modus. ¶ Modò, pro saltem. Terent. *in Adelph.* Vtinam hoc sit modò defunctū. ¶ Modò pro interdum Propert.

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodonteis turba lauatur aquis:
Et modò Taygeti crines aspersa pruina.
Sectatur primos per iuga longa canes.

¶ Modò non, idem est quod Ferè, vel propemodum: vt, tantùm non. Terent *in Phorm.* Modò non auri montes pollicens. Item pro *quidem* vel *tamen.* Cic. 1. *de diuin.* Nemo aliter philosophus sensit in quo modò esset authoritas.

Mŏdŭlŏr, Modulatio, Modulator, Modulatus vide *Modulus in Modus.*

MŎDVS, di, Temperatio mediocritas, ratio. { דרך *dérech* חק *chók* מדה *memadáh.* מדה *middáh.* μέτρον, τρόπος. GALL. *Moyen, maniere, & facon, mesure, regle, fin.* ITAL. *Modo, misura, regola.* GERM. Ein maß/weiß/gattung. HISP. *Manera, medida.* ANGL. *Amaner fachion, or measure.* } Ratio verò iubet nequid nimis, sed omnia cum moderamine fiant. Vnde Quomodo & Quemadmodum dicimus, id est, qua ratione, & Admodum pro Satis, quasi secundum rationem. Notáda locutio, Maior quàm pro modo, i. ὑπέρμετρος. Cels. *lib.* 5. *cap. de Theriomate,* Maior quàm pro modo vlceris inflammatio. Et Propemodum, ferè, quasi parum absit à modo, hoc est, à ratione. Et mirum in modum, Maiorem in modum, quasi præter id quod ratio postulat. Commodum, aptum, conueniens: quasi cum modo & ratione. Plaut. *Pœn.* verùm hoc vnum tamen cogitato, modus omnibus in rebus soror est optimum habitu. Cic. *de Orat.* In omnibúsque rebus videndum est quatenus: etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quàm parum. Idem *de senect.* Nam habet natura, sicut aliarum omnum rerum, sic viuendi modum. Idem. 1. *Offic.* His enim rebus quæ tractantur in vita, modum quendam adhibentes & ordinem, honestatem & decus conseruabimus. Col. *lib.*2. Est autem modus in siccando fœno, vt neque peraridum, neque rursus viride colligatur, id est, mensura quædam & moderatio. Idem *lib.*3. in quo scrobe destinaueris nuces serere, terram minutam in modum semipedis ponito. id est, mensuram. Ad immodicum modum insolescere, Gell. *cap.*3. *lib.*7. Intra modum Gell. *cap.*8. *lib.* 1. Est modus, quo id pati vxorem oportet. Plaut. *Menæch. sc.*4. *a.*5. Quis modus dandi Nam tu nunquam expleri potes Lena. Quid modi est ductando? Idem *Asin. sc.*3. *a.*1. Nec finis nec modus adhibitus. Velleius. Quid modi amplexandi facies? *Ibid. sc.*2. *a.*5. Quid modi futurum est illum quærere? Plaut. *Menæch. sc.*1. *a.*2. Ita nunc seruitium est: profectò modus haberi non potest. Idem *Curc. sc.*3. *a.*2. Modum impositurus incrementis Cæsaris Pompeius. Senec. *cap.*14. *de consol. ad Mart.* Ipse modum statuam carminis, Illa (hyems) fui Ouid *El.* 10. *lib.* 1. *Trist.* Modus regnat in omnibus. Quintil. Modò pecuniæ is triumphus priores excessit. Velleius Debueras illis (annis) imposuisse modum. Ouid. *Eleg.*13. *lib.* 3. *Trist.*

Quis tibi, Naso, modus lacrymosi carminis, &c.

Idem *Eleg.*1. *lib.* 5. *Trist.* ¶ Modus etiam dicitur quantitas, Cicero *in Verr.* 5. Tamen antiquum modum sationis nulla ex parte exequi potuit hoc est, quantum soli arari, & seri antea consueuerat. Agri reliquit ei non magnum modum. Plaut. *prologo Aul.* Item modum alimentorum rumpit inopia Senec. *de consol. ad Mart. cap.*11. Idem *pro Flacco.* voluisti magnum agri modo censere. Exequi delicta pro modo (id est, pro magnitudine.) Sueton. *in Cæs. c.*67. Magnum modum legionis effecerat. Velleius. Modum ciuilem concupiscere dignitatis. Idem.

In non credendos corpora versa modos,

Ouid. *Eleg.*1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Hinc sunt illa translata, Statuere, Constituere, Terminare, Apponere, Adhibere, Definire, Habere, retinere modum, hoc est, in rebus omnibus moderatione vti. Colum. *lib.*2. Atque rursus in Sole siccata, & mox refrigerata reconditur: si maior est modus in horreo: si minor, in vasis oleariis, salsamentariísque. Cels. *lib.*6. *c* 8. Mel cum exiguo modo resinæ. ¶ Interdum dicitur finis, seu euentus. { סוף *sóph.* πέρας. } Iuuenal.

Imponitque modum sapiens, & rebus agendis.

Virg. *lib.*4. *Æneid.* Sed quis erit modus? Item variè vsurpatur; vt hic scripturæ modus non recipit ista: Alibi forma operis: Velleius. Mihi molesta

molesta est quoquo modo. Plaut. *Men sc.2. a. 5.* Malis perdidi modis quod dedi. Idem *Ps.sc.3. a. 1.* Ornatus incessi in nouum modum. Idem *Prolog. Amph.* GALL. *Aller vestu à la nouuelle mode.* Nostras more nostro & modo instruximus. Idem *ibid. sc.1. a.1.* (de legionibus loquitur) miserum esse omnibus modis, Idem *Aul. sc. 4. a. 4.* Meo modo loquar quæ volam. Idem *Asin. sc. 2. a. 1.* nouo modo in scenam peruenit. Idem *Ps. sc. 5. a. 1.* &c. In modum vxoris habuit. Suet. *in Cal. c. 24.* (i. pro vxore.)

In modum tumuli concaua surgit aqua,

Ouid. *Eleg. 10. lib. 1. Trist.* In humano modo humana ferre. Senec. *c. 3. de consol. ad Mart.* ¶ In metu sum maximo triplici modo. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 4.* Semper istoc modo moratus viuere debebas. Idem *Mostell. sc. 4. a. 1.* ¶ Accipitur etiam Modus pro mensura illa quam musici inter canendum obseruare solent. Cic. 1. *de Orat.* Solet idem Roscius dicere, se quò plus ætatis sibi accederet, eò tardiores tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum. Hinc illud *in titulis Comœdiarum Terentij*, Modos fecit Flaccus Claudij filius tibiis paribus, dextris & sinistris. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

Scribere conabar verba soluta modis.

Senec. *Epist. 89.* Flebiles modi in musica. Et Ouid *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Infregisse suis fortia facta modis. de Achille.

Mŏdŭlŭs, li, diminutiuum est à nomine modus. Mensura. { מדה *middád* מִמַד *memád.* μέτρον. GALL. *Petite mode & mesure.* ITAL. *Misuretta.* GERM. Ein maß. HISP. *Pequeña medida ò manera.* ANGL. *A litle maner of measure.* } Sueton. *in Nerone*, Scrobem coràm fieri imperauit, dimensus ad sui corporis modulum. ¶ Modulos etiam vocabant veteres architecti particulas quasdam, ad quas totum opus solent dimetiri: vulgus hodie *Paruum pedem* vocat Paulus *in l. non solum. ff. de oper. noui nuntiatio.* Sed vt probari possit quid postea ædificatum sit, modulos sumere debet is qui opus nouum nuntiat. ¶ Erant præterea moduli, quædam mensuræ in aquæductibus, quibus aqua ex castellis ad priuata ædificia duci solet. Vlpianus *l. damni infecti. D. de damno infecto.* Vnde Labeo putabat eum, qui modulorum, aut riui faciendi causa opus faceret, etiam satisdare debere. Hæc ferè omnia ex Budæo. Est etiam modulus, idem quod modulatio, vel ipse cantus, aut flexus vocis, vel ipsa (vt loquuntur) cantus mensura. Plin. *lib. 11. c. 37.* Arteriarum pulsus in modulos certos, legésque metricas, per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus. Idem *lib. 7. cap. 56.* Lydios modulos Amphion, Dorios Thamiras Trax, Phrygios Marsyas Phryx inuenit. ¶ Modulus, siue Modus potest etiam dici id cantionis genus, quod Galli cantores vocant *vn mottet.*

MODVLOR, aris, Dimetior, siue cum mensura & numerorum ratione compono. { זמר *Zimmér* נגן *nighghén.* μετρέω, μελῳδέω, κατωλέω. GALL. *Chanter, prononcer, ou iouër de mesure & musique, composer par mesure.* ITAL. *Misurare, comporre con misura.* GERM. Außmässen/ nach gewisser maß ordnen/ mässen/ singen. HISP. *Medir, componer algo con medida.* ANGL. *To measure, to fonde or tak the measure of any thing, to sing by measure.* } Gellius *lib. 1. c. 1.* Scitè subtilitérque ratiocinatum Pythagorã philosophum dicit, in reperienda, modulandáque status longitudinísque eius præstantia. ¶ Sic modulari carmen, est componere, vel cantare. Virg. 7. *Eclog.*

Carmina descripsi, & modulans alterna notaui.

Idem 10. *Eclog.*

Carmina pastoris Siculi modulabor auena.

Cic. *in Oratore*, Ipsa enim natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem, nec vna plus, nec à postrema syllaba circa tertiam: quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem sequatur industria.

Mŏdŭlātŭs, a, um, particip. Ad modum factus, cantatus, vt Modulata cantica. { מזמר *meZummar* מנגן *menughghán.* κατωλήθείς. GALL. *Faict & composé par mesure.* ITAL. *Fatto con misura.* GERM. In weiß vnnd maß nach dem schlag gestelt. HISP. *Hecho con medida.* ANGL. *Done or song by measure.* } Quintilian. *lib. 9. cap. 2.* Nomen ductum à canticis ad aliorum similitudinem modulatis. ¶ Sonus modulatus. Senec. *Agam* —non quæ verno nobile carmen Ramo cantat querula Ædonis Ityn, in varios modulata sonos.

Mŏdŭlātŭs, us, ui, Modulandi actus, modulatio. { זמירה *Zemiráh* זמרה *Zimráh.* μέλος συμμετρία. GALL. *Mesure de musique.* ITAL. *Misura è proportione di musica.* GERM. Das singen nach dem schlag. HISP. *Medida de musica.* ANGL. *Atunning or singing by measure.* } Idem quod modulatio. Seneca *Hercul. furente*, Cuiúsque muros natus Amphion Ioue Struxit canoro saxa modulatu trahens.

Mŏdŭlātĭo, onis, { זמירה *Zemiráh* זמרה *Zimráh.* μέλος, εὐρυθμία. συμμετρία. GALL. *Mesure de musique, melodie.* ITAL. *Misura di musica, melodia.* GERM. Eins gesangs weiß. HISP. *Medida de musica, melodia.* ANGL. *A musicall measure, a pleasant tunning.* Quintil. Quorum alterum modulatione, alterum canore, ac sonis constat.

Mŏdŭlāmĕn, inis, neutr gen. { זמירה *Zemiráh* זמרה *Zimráh.* } Modulatio. Author Philomelæ,

Nam quamuis aliæ volucres modulamina tentent.

Nulla potest modulis æquiualere tuis.

Cassius Parmensis, Donec modulamine syluas auulsósque suis scopulos radicibus egit.

Mŏdŭlāmentŭm. idem quod modulamen, Gell. *lib. 1. c. 7.* Id potius ἐπιμελεία τῆ λέξεως, modulamentis orationis M. Tullij conuenisse.

Mŏdŭlātŏr, is, qui modulatur. { מזמר *meZammér* מנגן *menaghghén.* ῥυθμοποιός, μουσουργός. GALL. *Faiseur de chançons, chanter.* ITAL. *Chi insegna à cantare, cantore.* GERM. Ein gesangdichter/ein singer. HISP. *El cantor que canta suaue* ANGL. *That singeth by measure.* } Columell. *in præfat lib. 1.* Placitæ disciplinæ consectentur magistrum vocis, & cantus modulatorem.

Mŏdŭlātē, aduerbium, Concinnè, & cum mensura, { ῥυθμικῶς· μετ' ᾠδῆς. GALL. *Auec mesure.* ITAL. *Con misura.* GERM. Nach der weiß. HISP. *Con medida.* ANGL. *By measure.* } Cic. 2. *de nat. deor.* Si ex oliua modulatè canentes tibiæ nascerentur, num dubitares, quin esset in oliua tibicinis quædam scientia?

Mŏdĭfĭcŏr, aris, Dimetior, metior, mensuro. { מדד *madhádh.* μετρέω. GAL. *Mesurer.* ITAL. *Misurare.* GERM. Messen/maß machen. HISP. *Medir.* ANGL. *To measure.* } Gell. *lib. 11. cap. 1.* Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam modificatus est: atque ita id colligit quod erat consequens, tantò fuisse Herculem corpore excelsiorem quàm alios, quantò Olympicum stadium cæteris pari numero factis anteiret. Cicer. 3. *de Oratore*, Verba illa modificata esse debebunt. ¶ Hinc modificatio, pro temperantia, modo, vel mensura μετριότης. Senec. *epistol. 89.* syllabarum enarratio, verborum diligentia, fabularum memoria, versuum lex ac modificatio.

‖ Modificatio variè dicitur,

I. Rhetorica in verbis, opposita natiuæ simplicitati significationis.

II. Logica, in præpositionibus quæ dicuntur modificatæ oppositæ absolutis.

III. Musica, vt cùm cantus dicitur modificatus, oppositus simplici.

IV. Ethica, vt actio modificata, i. e. certa moderatione constans. ‖

Mŏdĭcŭs, a, um, Paruus, pusillus, exiguus { מעט *mehát* צעיר *tsahir.* ὀλίγος, μέτριος. GALL. *Moyen, mediocre, petit.* ITAL. *Poco, picciolo.* GERM. Klein. HISP. *Pequeño, poquillo, mediano.* ANGL. *Litle small, betwene theiwo.* } vt, Modica pecunia. Plin. *lib. 10. c. 55.* Sed inuentum, vt oua in calido loco imposita paleis, igne modico fouerentur. Horat. 2. *Epist. 2.*

——*ex modico, quantum res posset, aceruo*

Tollam.

Col. *lib. 6. c. 2.* Humilis enim & modica corporatura pecori operarij debet esse. ¶ Sic immodicum quod plus æquo est magnum, ἄκρατος, ἄμετρος. Col. C. Licinius damnatus est, quoniam in magistratu rogatione tribunitia quam promulgauerat, immodica possidendi libidine transcendisset. Refertur etiam ad numerum, vt idem sit quod exiguo numero. Plaut. In angiportu turba est domum modici introierunt. Cic *ad Paradox.* Meam autem quoniam pecuniam cõtemnis, & rectè: est enim ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica: de me silebo, de te loquar. Sic immodicos, dicimus nimis multos. Martialis, Atriáque immodicis arctat imaginibus. ¶ Propriè tamen Modicum dicitur, non cui aliquid sit imminutũ, sed quod nón excedat modum, & modestum est, & temperatum. μέτριος. Plaut. Cui animus modicus, continens, expers ambitionis. Sufficientia sibi (i. modica) possidere. Quint. Modica est (anus capit quadrantal) ambiguè de modiali. Plaut. *Curcul. sc. 2. a. 1.* Modica & modesta forma. (i. mediocris.) Gell. *c. 11. lib. 5.* Modicus virium. Vell. Modicus voluptatum. Tacit. *lib. 1.* Salust. *Iugurth. 103.* de Mario, animus bello ingens, domi modicus. Rursus *in orat. Marij pag. 188.* primò iudustrios, supplices, modicos esse, dehinc per ignauiam & superbiam ætatem agere.

Mŏdĭcum, i, Aliquando nomen per se subsistens. { מעט *mehát.* ὀλίγον. GALL. *Peu.* ITAL. *Poco* GERM. Ein kleins/ein wenig. HISP. *Poco, pequeño.* ANGL. *A litle of any thing.* } Iuuenal, *Satyr. 8.*

——*modico contentus agebas.*

Mŏdĭcellŭs, a, um, diminutiuum, à Modicus. { ὁ μετριώτερος, ὑπομέτριος. GALL. *Petit.* ITAL. *Piccillino.* GERM. Daß klein. HISP. *Poquillo* ANGL. *Litle.* } Suet. *in Neron. c. 48.* Decubuit super lectum modicella culcitra, vetere pallio stratum, &c.

Mŏdĭcŭm, aduerbium, Parum. { מעט *mehát.* τὸ ὀλίγον, τὸ μέτριον. GALL. *Vn petit, moyennemẽt.* GERM. Wenig. HISP. *Medianamente, poco.* ANGL. *Litle.* } Idem Ædepol id modicum curat.

Mŏdĭcē verò, temperatè, moderatè. { μετρίως. GALL. *Temperement, moyennement, assez petitement.* ITAL. *Moderamente temperamente.* ANGL. *with measure, moderatlie, temperatlie.* } Idẽ *in Milit.* Modicè sapit. Hoc est mediocriter & temperatè, moderatè Varr. *de re rust.* Quum aër est modicè temperatus. ¶ Immodicè, nimis, vel intẽperatè, ἀμέτρως. Col. *lib. 2.* Magísque conducere agricolæ, frequenter id potius, quàm immodicè facere. ¶ Aliquando etiam Modicè idem videtur significare quod parum. Plin. *lib. 6. c. 23.* Ædificia modicè à terra extantia.

Modicò pro paulò, Apul. *Apolog. 1.* Modicò prius. i. paulò ante. Passer.

MODEROR, aris Rego, moderationem adhibeo, modum statuo, pono, guberno, rego. { נהג *nihégh* רעה *rahah.* πρυτανεύω, διοικῶ, ὁδηγῶ, ἐπιστατῶ, ἐφιεύω, χαλιναγωγῶ. GALL. *Moderer. regir, gouuerner.* ITAL. *Moderare, reggere.* GERM. Mässigen/ In maß halten / meistern / regieren. HISP. *Regir y templar.* ANGL. *To gouerne, guide and rule.* } Variè autem cum dandi & accusandi casu construitur. Sal. Fortuna cuius libido gentibus moderatur. Cic. *de nat. 3.* Deus cœlum versans, terram tuens, maria moderans. Idem *Academ.* Mens, quæ omnia moderetur, moueat, regat. Et *de Orat. 1.* Senatum seruire populo, cui populus ipse moderandi, & regendi sui potestatem tradidisset? Idem *in Verr. 5.* —Venti & tempestates res rusticas moderantur. Plaut. *in Curc.* Linguæ moderandum est. Suet. *in Aug.* Nec successum victoriæ moderatus est Ter. *Heaut.* Ex sua libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit. Cic. 5. *Tusc.* Tibicines, iique qui fidibus vtuntur, suo, non multitudinis arbitrio cantus numerósque moderantur. ¶ Linguæ moderari. Plaut. *Curc.* Sed interim crepuere fores, linguæ moderandum est mihi, hoc est, tollendum est, mihi. ¶ Dicitur & Modero, ras, in eadem significatione. Salust. Vbi hoc exemplo per Senatus decretum Consul gladium eduxerit, quis illi finem statuet, aut quis moderabit? Accius *in Epigonis*, apud Non. Video vt te impietas stimulat, neque moderat metus.

Mŏdĕrātĭo, nis, Temperatio. { μετριότης, εὐταξία. GALL. *Gouuernement, mesure.* ITAL. *Gouerno, misura, temperamento.* GERM. Mässigung. HISP. *Regimiento y templança.* ANGL. *A gouerning, guiding, or temperance* } Cic. *de senect.* Moderatio modò virium adsit, & tantum quantum quisque potest nitatur. Vide *Modestia.* ¶ Secare magna cum moderatione Cels. *lib. 7. c. 7.* quod & temperata manu ibidem dixit.

Mŏdĕrāns, participium. { מנהג *menahég* רעה *roheh.* κυβερνῶν, διοικῶν. GAL. *Qui modere & gouuerne, qui donne mesure.* ITAL. *Chi gouerna & de norma & regula ad altri.* GERM. Regierend/leitend. HISP *Et que da medida y regimiento.* ANGL. *That guideth or gouuerneth, that giueth measure.* } Iuuenal. *Satyr. 10. de Demosthene.*

——*sauis & illum*

Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ.

Torrentem & pleni moderantem fræna theatri.

Mŏdĕrāntĕr, aduerb. Moderatè. { μετρίως. GAL. *Temperémẽnt, moderément.*

ment. ITAL. *Temperadamente, moderatamente* GERM. Mässiglich. HISP. *Templadamente.* ANGL. *Moderatlie,with measure.* } Lucr. *lib.* 2.

Quis regere immensi summam,quis habere profundi
Endo manu validas potis est moderanter habenas?

Ouid. 1. *Metamorphos.*

——————moderantius oro:
Curre, fugámque inhibe, moderantius insequar ipse.

¶ Huius compositum est Præmoderor, antè moderor.

Mŏdĕrātŭs, adiect. Temperatus. { ὁμαλός, μέτριος. GALL. *Temperé, moderé.* ITAL. *Moderato, temperato.* GERM. Mässig/bescheiden. HISP. *Templado moderado.* ANGL. *Temperat, moderat.* } Cic. *de senect.* Moderati enim, &nec difficiles senes, nec inhumani tolerabilem agunt senectutem. Ouid. 1. *Trist. Eleg.* 8.

Nec solet irasci, neque enim moderatior alter.

Moderatior. Aiax, idem 13. *Metamorph.*

Mŏdĕrātĭssĭmŭs, superlatiuus. Iulius Capitolinus *in M. Antonino,* Fuítque per omnia moderatissimus in hominibus deterrendis à malo.

Mŏdĕrātē, aduerbium, Adhibita moderatione. ἀτάκτως, μετρίως. GALL. *Temperémēt, moderément.* ITAL. *Temperamente, moderamente.* GERM. Mässiglich/bescheidenlich. HISP. *Templadamente, medianamente.* ANG. *Temperatlie, moderatlie.* } vt, Moderatè dictum Cic. *pro Fonteio,* Ab his quicquam sanctè aut moderatè dictum putabis? Idem 1. *de fin.* Qui autem, si maximè hoc placeat, moderatiùs tamen id volunt fieri, &c. Idem 3. *de legibus,* Quæ res quum sapientissimè, moderatissiméque constituta esset à maioribus nostris nihil habui (sanè non multum) quod putarem nouandum.

Moderatius ac mitius esse in ærumnis. Senec. 3. *de consol ad Mart.*

Mŏdĕrātĭm, aduerb Lucret. *lib.* 1.

——————naturaque rebus
Paulatim tribuit moderatim crescere cogens.

Mŏdĕrātŏr, is, Rector, gubernator. { מנהג menahe3h רעה roʿéh διοικητὴς, ἐπιστάτης. GALL. *Gouuerneur, maistre & regent.* ITAL. *Chi regge, chi ha imperio, chi gouerna, gouernatore.* GERM. Ein regierer/fürer vnnd leiter in gewisser maß. HISP. *Regidor, ò templador.* ANGL. *Aruler, a gouernour or guider.* } Cic. *lib.* 1. *Tusc.* Hæc igitur, & alia innumerabilia quum cernimus, possumúsne dubitare quin his præsit aliquis conditor, vel effector, si hæc nata sunt, vt Platoni videtur, vel si semper fuerunt, vt Aristoteli placet, moderator tanti operis & muneris? Idem 2. *de nat. deor.* Postea quum vidissent motus eius finitos & æquabiles, omniáque ratis ordinibus moderata, immutabilique constantia, cœperunt intelligere inesse aliquem non solùm habitatorem in hac cælesti & diuina domo sed etiam rectorem & moderatorem, & tanquam architectum tanti operis, tantíque muneris. ¶ Moderator iuuentæ, Præceptor & pædagogus Martial. *lib.* 2

Quintiliane vagæ moderator summe iuuentæ.

Ouid. 2. *de Pont. Eleg.* 5.

Succedátque suis orbis moderator habenis.

Tibull. *lib.* 4.

validisque sedet moderator habenis.

Mŏdĕrātrīx, Gubernatrix, rectrix. { מנהגת menahehgéth. κυβερνήτειρα, διοικήτειρα. GALL. *Gouuernante.* ITAL. *Gouernatrice.* GERM. Ein regiererin. HISP. *Regidora, gouernadora* ANGL. *Awo mā that guideth and ruleth.* } Cicer. 1. *de inuent.* Moderatrix rerum sapientia Idem 3. *de nat. deorum,* Eius autem vniuersæ fictricem & moderatricem diuinam esse prouidentiam.

Moderamentum, Gell. *c.* 6. *lib.* 13. Moderamenta vocum. i. accentus.

Mŏdĕrāmĕn, inis, Moderatio, gubernatio. תחבולה tachbuláh διοίκησις GALL. *Gouuernement, regiment.* ITAL. *Gouerno.* GERM. Regierung, leitung. HISP. *Regimiento.* ANGL. *Gouernemt, or rule.* } Ouid. 3. *Metam.*

Obstupui, capiátque aliquis moderamina, dixi,

de nauis moderamine, hoc est, gubernatione intelligit, quam κυβέρνησιν vocant Græci. Idem 2. *Metamoph.*

Vltima prona via est & eget moderamine certo,

de quorum moderamine loquitur, quod ἡνίοχεῖν vocant Græci. Sumere moderamina mundi. Claud *de laudib. Serenæ.*

Ingenium est quod eget moderamine nostro,

Ouid. 13. *Metamorphos.*

Moderabilis, & hoc moderabile, quod moderatum est. Ouid. 1. *Amorum Eleg.* 6.

Nox & Amor, Vinúmque nihil moderabile suadent
Illa pudore vacat: Liber, Amórque metu.

MŎDĔSTŬS, a, um, à Medico, qui animi elationi, cæterísque cupiditatibus moderatur, & in rebus omnibus modum seruat ✕ arrogans. { צנוע tsanúaḥ ענו ḥanáv. κόσμιος, ταπεινόφρων. GALL. *Modeste, temperé.* ITAL. *Modestamente, acostumato, temperato.* GERM. Züchtig/bescheiden/sittig. HISP. *Modesto y templado, moderado.* ANGL. *Demure and medest.* } Ter. *in adelph.* Proba & modesta, vbi Donatus, Proba sibi, & modesta apud alios. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.*

Ne mea sint timeo vota modesta parum.

Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Auro contra cedo modestum amatorem. Modesta & modica forma. Gell. *cap.* 11. *lib.* 5. Idem *Hecyr.* Hæc ita vti liberali esse ingenio docet, Prudens, modesta, incommoda, atque iniurias viri omnes ferre, & tegere contumelias. Modestus vultus, id est, ipso aspectu modestiam quandam præ se ferens. Terent. *in Andr.*—& vultu, Sosia, Adeò modesto, adeò venusto, vt nihil suprà. Cicer. Nam & modestum hominem cognosces & prudentem. Idem *pro Planco* Adolescentis modestissimi pudor. Idem *contra Rullum,* Plebs optima & modestissimi mores. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Modestior nunc quidem est de verbis, prout dudum fuit.

Mŏdĕstē, Cum modo & temperatè. { κοσμίως. GALL. *Modestement, auec mesure.* ITAL. *Modestamente, con misura.* GERM. Züchtiglich/bescheidenlich/mässiglich. HISP. *Modestamente y templadamente.* ANGL. *Demurlie, modestlie.* } Cic. *contra Rul.* In ea vestri isti satellites modestè insolentiam suam continebunt. Modestè parere dixit idem *de leg.* 3. Ter. *in Phorm.* Animus qui modestè isthæc ferat. Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Cui cor modestè sit situm. Varro, Non eos optimè vixisse, qui diutissimè vixerunt, sed qui modestissimè

Mŏdĕstĭă, æ, { ענוה ḥanaváh. τὸ κόσμιον, κοσμιότης, εὐταξία. GAL. *Modestie, attrempance.* ITAL. *Modestia, mediocrita.* GERM. Mässigkeit oder mässigung/zucht. HISP. *Templança, moderacion* ANGL. *Modestie, sobrenesse, humilitie.* } & Moderatio μετριότης, hunc habet ordinem, vt modestia fundamentum, soliditas, & basis ipsa virtutis sit, ex qua gignitur moderatio, quæ temperat aurigatúrque modos in factis & dictis, & cæteris talibus, quæ agendi officio vtuntur. Autor ad Heren. *lib.* 1. Modestiam ita definit, vt sit in animo continens moderatio cupiditatum. Cic. 1. *Offic.* Sic fit, vt modestia scientia sit opportunitatis idoneorum ad aliquid agendum temporum. Claud. 8. *Paneg.*

Seruat inoffensam diuina modestia vocem,

Quint, *lib.* 5. *c.* 7. Nam sæpè qui aduersùs insectantem pugnassent, modestia mitigantur. Cic. 1. *de diuinat.* Vbi ille paulò antè sapiens virginali modestia? Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 1. Hæc est tempestas, mihi quæ modestiam omnem detraxit. Senec. *cap.* 3. *de cons. ad Polyb.* Est quædam & dolendi modestia. (i. modus, moderatio.)

Mŏdĭpĕrātōrēs, dicuntur, teste Nonio, qui in conuiuiis modificandi autoritatem habent, quasi modum imperantes, συμποσίαρχοι. Varr. *rer. humanar, lib.* 20. vt citat idem Nonius, In conuiuiis instituti sunt modiperatores atque magistri. *Lib.* 4. *de Analogia,* Magistros simpliciter vocat, & lex magistra, i. συμποτική, erat Posthuma. Catullus,

Vt lex Posthumiæ iubet magistra,

Vide Plin. *lib.* 14. *cap.* 12.

MOECHVS, Adulter, scortator. { נאף noéph מנאף menaéph. μοιχός. GALL. *Adultere, paillard.* ITAL. *Adultero.* GERM. Ein ehebrecher. HISP. *Adultero de casada* ANGL. *An adulterer or lecherous persone.* } Plautus *in Amph.* illa illum censet virum suum esse, quæ cum mœcho est, Ter. *Eunuch.* Nunc minatur porò sese id quod mœchis solet. ¶ Huius fœmininum est Mœcha, μοιχὴ idem quod adultera. Martial. *lib.* 10.

ad nocturna iaces fastosa limina mœchæ.

¶ Mœchus mulierum. Plaut. *in Milit.* Herus meus ita magnus mœchus est mulierum, vt neminem fuisse æquè, neque futurum credo. ¶ Mœchus vxoris suæ, *in Epigram. quodam* apud Suet. *in Othone c.* 3.

Vxoris Mœchus cœperat esse suæ.

Mœchocinædus, adulter, idémque mollis. Lucilius,

Imberbi, androgyni, barbati mœchocinædi.

Mœchimonium, pro Adulterium dixit Laberius apud Gell. *c.* 7. *lib.* 16.

Mœchisso, as, are, Per Adulterium polluo. { נאף naáph. μοιχεύω. GALL. *Adulterer, paillarder.* ITAL. *Adulterare.* GERM. Mit dem ehebruch beflecken HISP. *Adulterar concasada.* ANGL. *Tho committ adulterie or whoredome.* } Plaut. *in Cas.*—in adulterio dum mœchissat, Casinam credo, perdidit.

Mœchŏr. aris, Adulteror, scortor, cubile alterius ingredior. { נאף naáph. μοιχάζω. GALL. *Adulterer, commettre adultere, paillarder.* ITAL. *Commettere adulterio.* GERM. Die ehebrechen/ehebruch begehn. HISP. *adulterar los casados.* ANGL. *To commit adultery, to play the harlotte.* } Cat.

Mentula mœchatur, mœchatur Mentula certè.

Memagus, Ptolem. Galliæ vrbs.

‖ MOENE, murus Ennio. Plurale vsitatum est Mœnia, à mœnio, quod veteribus pro munio, vt pœnio pro punio. ‖ { חומות chomóth. τείχη. GALL. *Les murs d'vne ville.* ITAL. *Mura, muraglie.* GERM. Die ringkmauren einer statt. HISP. *Los muro de la ciudad ò villa.* ANGL. *The walles of a citie.* } Veteres enim œ & u, indifferenter vtebantur. Et propriè dicuntur, quæ vrbem cingunt. Virg. 2. *Æneid.*

——& mœnia pandimus vrbis.

Cic. 3. *de nat. deor.* Diligentioréque vrbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis Item.

Mœnia qui forti Troiana sub Hercule cepit.

Ouid. 13. *Metam.* Sub mœnibus vrbis procubuere, idem 13. *Metam.*

——Vrbis se mœnibus hostes Continuere diu,

Ibidem,

——Iliaci Neptuna mœnia muri,

Auson. Mœnium magnitudo hodiéque vires vrbium ostētat. Veleius.

Sæuus anhelanti mœnia lustrat equo,

Ouid *Eleg.* 1. *lib.* 4 *Trist.* Magnam rem incipissis magna mœnis mœnia. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. (i, construis.) Virg. 9. *Æneid.*

——ingenti clamore per omnes
Condunt se Teucri portas, & mœnia complent.

Idem 1. *Æneid.*

O fortunati, quorum iam mœnia surgunt.

¶ Mœnia mundi, i. cœlum, quasi vrbs mundus sit cœli mœnibus septa, Lucret. *lib.* 2.

Lunámque efficerent, & magni mœnia mundi.

¶ Hinc fit submœnium quod est sub mœnibus. Vnde Submœnianæ, vel Summœnianæ, meretrices dictæ quæ sub mœnibus in fornicibus prostabant. Martial. *lib.* 8. Conuiua Zoili quisquis potest esse, Summœnianas cœnet inter vxores. Et pomœrium, quasi post mœnia, de quo suo loco. ¶ Mœne singulariter protulit Ennius, teste Festo, Apud emporium in campo hostium pro mœne.

Mœnio, is, ire. Plaut. *Mil. sc.* 2 *a.* 2. Rem magnam incipissis, magna mœnis mœnia. Vide *Circummœnio.*

Mœnītŭs, Mœnibus cinctus. { τειχισθείς. GALL. *Enclos de murs.* ITAL. *Cinte di mura.* GERM. Mit ringkmauren vmbgeben oder bewart. HISP. *El encierro de muros* ANGL. *Inclosed or enuironned with walles.* } Plaut. *in Bacchide,* Quum Priami Pergamum diuino mœnitum manu. Participium est antiqui verbi mœnio: quo veteres vtebantur pro munio, quemadmodum & Pœnio pro Punio.

Moeniana, vide *Meniana.*

Mœnus, siue Mœnis, vulgo Meyenò, Meno. { GERM. Der Mein. } Fluuius est Germaniæ per agrum Franconiensem in Rhenum defluens. de quo Plin *lib.* 9. *c.* 15. Pompon. *lib.* 3. Mœnim vocat. In Rhenum, inquit, influunt Mœnis & Lupia.

Mœra, æ, Parca, μοῖρα. Liuius Andronicus, Quando aduenit dies quem profata mœra est. Alij scribunt *mora.*

MOERĔO, es, mœstus per œ diphthongum, & rarissimè mœreor, Tristor, dolore afficior, in mœrore & luctu sum: deduci putatur ἀπὸ τῆς μοίρας, quo nomine Græci Parcam significant, siue mortem. Varro tamen

à marcēdo dictum putat, quòd mœrore corpus marcescat: ita per æ scribendum videretur. {אבל anáh נעצרה nebitsáh נכאה a'ál דאב daáb דאג daáh. συϛέλλομαι, σκυθρωπάζω Gall. *Estre triste & dolent, se contrister.* Ital. *Essere dolente, attristarsi.* Germ. Trawren / trawrig sein / betrübt sein. Hisp. *Entristecerse.* Angl. *To be sorowfull and sadde.*} Cic. *de Amicitia*, Quocirca mœrere hoc eius euentu, vereor ne inuidi magis sit, quàm amici. Horat. *Epod.* 15.

Eheu translatos aliò mœrebis amores.

Aliquando etiam inuenitur cum accusatiuo constructum. Cic. *Terent.* A te quidem omnia fieri fortissimè & amantissimè video, nec miror, sed mœreo casum eiusmodi, vt tanti tuis miseriis meæ miseriæ subleuentur. ¶ Item ponitur pro deploro, vt apud eundem *lib.* 1. *Tusc.* At illa sicut acerbissimam rem mœret, ὀδύρεται. Et iterum, Quum grauiter filij mortem mœreret.

Mœrĕŏr, eris, passiua voce infrequens admodum, Cic. tamen ita *pro Sextio*, Nos pulsi eramus, inquit, vos taciti mœrabimini. Vnicū quoque exemplum est apud Varro. *lib.* 6. *de L. L.*

Corpora Graiorum mœrebar mundier igni.

Mœro, as, Mœrentem & tristem facio. {עצב hitsfés הכאה hiebéah. λυπέω. Gall. *Contrister, faire marri.* Ital. *Dolersi, attristare.* Germ. Betrüben / traurig machen. Hisp. *Entristecerse.* Angl. *To mak sorowfull and sadde.*} Pacuuius, Nam me multis mœrauit modis. Nonius.

Mœrēns, tis, participium. Dolens. {עצוב 'atsúb נכאה nieheéh דוי dauvai λυπούμενος, ὀδυρόμενος. Gall *Qui est dolent & marri.* Ital. *Chi sta dolente.* Germ. Traurend. Hisp. *El que tiene tristeza, triste.* Angl. *Mourning.* Virg. 1. *Æneid.*

——— *& dictis mœrentia pectora mulcet.*

Ouid. *Epist.* 11.

Interea patrius vultus mœrente satelles
Venit.

Mœrŏr, is, Dolor, tristitia, luctus. {אניה anijáh תאניה taanijah עצב 'etséb. λύπη. Gall. *Tristesse & douleur de cœur, marrisson, dueil.* Ital. *Grauezza, dolore, noia.* Germ. Traurigkeit / kummer. Hisp. *Tristeza ò lloro.* Angl. *Mourning saddenesse.*} Cic. *Att. lib.* 1. Mœrorem minui, dolorem non potui. Iuuenal. *Satyr.* 10.

Inque perpetuo mœrore, & nigra veste senescant.

Ita Diis placitum est, voluptati vt mœror comes consequatur. Plaut. *Amphit.* Malum mœrorem metuo, ne mixtum bibam. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 1. Sed tamen in tantis mœroribus Ortale mitto hæc carmina. Catul. *ad Ortalum.* Mihi mœrores anteuertunt gaudiis. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Mœrorum maculas exigam. *Ibidem.*

‖ Mœrus, murus. Æn. 10. Aggeribus mœrorum: ibi Seruius, pro murorum antiquè. nam veteres pleraque eorum, quæ nos per u, dicimus, per diphthongum pronuntiabant. Hinc est mœrorum, pro murorum, & contrà pœnio pro punio. ‖

Mœstŭs, a, um. Tristis, dolore oppressus. {עצוב 'atsúb נכאה nieheéd דוי dauvái. κατηφής, σκυθρωπός. Gall. *Triste & dolent.* Ital. *Mesto, triste.* Germ. Traurig. Hisp. *Triste, mustio, lloroso.* Angl. *Sadde sorowfull.*} Virg. 1. *Æneid.*

——— *& mœstas promere voces.*

Cæsar 7. *bell. Gall.* At ij qui ab Alexia processerant, mœsti, propè victoria desperata, se in oppidum receperunt. Ouid. 4. *Trist. Eleg.* 4.

Alter ab alterius funere mœstus erat.

Virg. 2. *Æneid.*

In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi.

Timor mœstus. Idem 1. *Æneid.* 12.

——— *Reuocate animos, mœstúmque timorem*
Mittite.

Vbi Seruius, Mœstum timorem, quòd mœstos & solicitos faciat. vt, Mors pallida, & tristis senectus.

Semper mœsta tua carmina morte canam.

Catul. *ad Ortal.*

Cùm penitus mœstas exedit cura medullas.

Idem *de com. Beren.*

Détque tuus mœsti signa doloris amor.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Quem videam æquè esse mœstum, vt quasi dies sic dicta sit. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 5. Abeo mœstus ad forum. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 3.

Effuge ne dubita mœstum soror effuge tectum. (i. funestum.)

Ouid. 3. *Fastor.*

Sentiet officium mœsta fauilla pium.

idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. ¶ Mœstior, comparat. Mœstissimus, superlat.

Mœstĭtĭă, & mœstitudo, inis, Mœror, vel vehemens tristitia. {אניה anijáh תאניה taanijáh עצב 'etséb. κατήφεια. Gall. *Tristesse, dueil.* Ital. *Tristezza* Germ. Traurigkeit / kummer / hertzleid. Hisp. *Dolencia, tristeza, lloro.* Angl. *Saddenesse, sorowfulnesse, heauinesse of heart.*} Plautus *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Cui tanta mœstitudo obtigit. Cic. 1. *de fin.* Sapientia enim est vna, quæ mœstitiam pellat ex animis. Tacit. *lib.* 3. Cæsar flexo in mœstitiam ore, suam inuidiam, &c.

Mœstē, aduerb. {λυπηρῶς. Gall. *Auec douleur & tristesse.* Ital. *Con dolore, con maninconia.* Germ. Trauriglich. Hisp. *Con dolencia ò tristeza.* Angl. *Saddelie, heauilie.*} Autor ad Herenn. Tum clementer, mœstè, hilariter.

Mœstitĕr, aduerb. antiquum, pro Mœstè. Plaut. *in Ruden.* Obsecro tam mœstiter vestitas?

Mœri, orum, pro muris, {חומות chonóth. τεῖχος. Gall. *Les murs ou murailles.* Ital. *Mura.* Germ. Mauren. Hisp. *Muros.* Angl. *walles.*} Virg. 10. *Æneid.*

Quin intra portus, atque ipsis prælia miscent
Aggeribus mœrorum.

Vbi Seruius Mœrorum, pro Murorum, antiquè. Nam veteres pleraque eorum, quæ nos per u, dicimus, per œ diphthongum pronuntiabant. Hinc est mœrorum, pro murorum, & contrà Punio pro pœnio.

Mœris, μοιρὶς, Insula est in mari Lycio: de qua Plin. *lib.* 5. *cap.* 31. ¶ Fuit præterea hoc nomine Ægyptiorum rex, cuius opus est lacus inter Arsinoitem & Memphitem Nomen manu factus, circuitu CCCCL. M. pass. qui ab illo Mœridis lacus appellatur. de hoc Plin. *lib.* 5. *c.* 5.

Mœsia, μυσία, vulgò Seruia, Seruice, vel *Bosna.* {Mœsy oder Mossen.} Prouincia est Europæ iuxta Danubium, quæ à Pannonia ad Pontum vsque protenditur In ea sunt Dardani, Mœsi, & Triballi, Pontóque contermini Scythæ.

Mogam, primùm dicebatur, quæ postea Cappadocia, nunc Cæsarea à Cæsare, vt refert Iosephus: vt suprà dictum est in Cæsarea.

‖ Mogor, prouincia Asiæ vastissima, cuius incolæ superioribus annis, per Patres Soc. Iesv, Euangelicam doctrinam audire cœperunt. ‖

Moguntia, μογοντία V. A. & Academia Germaniæ, ad Rhenum fluuium. Vulgò *Mogoucia.* A Gallis vocatur *Maience.* Germ. Mentz.

Molæ, vxores Martis. Gell. *cap.* 21. *lib.* 13. Molas Martis.

Mŏla, æ, nomen habet à mole, quòd saxi mole frumenta leguminàque ea terantur. {רחים rechaijm טחנה tachanáh. μύλη. Gall. *Vne meule.* Ital. *Macina.* Germ. Mülе. Hisp. *Muela.* Angl. *A mill.*} Alij à mouendo dictam putant, quòd quæ in eam coniiciuntur, motu lapidis comminuantur. Iuuenal. *Satyr.* 8.

——— *tritòque trahunt epiredia collo.*
Segnipedes, dignique molam versare nepotis.

Sed cesso Pseudolum facere, vt det nomen ad molas, (aliàs ad molarum coloniam) Plaut. *Ps. sc.* 6. *a.* 4. Item, Verbera, compedes, molæ. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Ouid. 3. *de Arte,*

Illa sonat raucum quiddam atque inamabile ridet,
Vt rudit à scabra turpis asella mola.

Cicer. *ad Att. lib.* 12. Vt Rhodi videretur mollis potius, quàm Moloni operam dedisse. ¶ Puniceæ. Ouid. 6. *Fast,*

Inde focum seruat pistor, dominámque focorum,
Et quæ puniceas versat asella molas.

¶ Molas antiqui ab asinis Asinarias, alias à manu manuarias, à trudendo Trusatiles appellabant. Hinc Molas trusatiles circumagere. Gell. *c.* 3. *lib.* 3. Hæ versatiles quoque dicuntur à vertendo. Hinc Plin. *lib.* 36. *cap.* 18. Idem molas versatiles Volsiniis inuentas, quarum aliquas & sponte motas inuenimus in prodigiis. Sumunt quoque molæ nomina ex rebus, quæ per eas comminuuntur: vnde molas frumentarias dicimus, & molas fabarias ¶ Molæ oleariæ dicuntur, è quibus ex nucibus, aut ex semine aliquo oleum exprimitur. Et Latinè quidem mola, Græcè μύλος, siue μύλη dicitur: vnde Amylum, ἄμυλον, placentæ genus sine mola factum ex tritico. In molendinis, vt nunc vocant vulgò, superiorem partem Metam vocant, μύλαξ: inferiorem verò Catillum ὄνος. ¶ Accipitur etiam quandoque mola, μύλη, pro mandibula, siue maxilla. ¶ Dicitur præterea aliquando mola, caro informis & inanima in vtero mulieris, sine viri semine genita: quæ licèt his quoque accidat quæ coitu vtuntur, quoties menstrua vitiosa sunt, aut semen viri ad formandum fœtum debile est, atque ineptum, frequentiùs tamen his accidit quæ à coitu abstinent, solitæ aliàs coire, quales viduæ sunt, in quibus fit huiusmodi tumor præter naturam, quum semen sanguine mistum, indurescit in carnem: quamuis aliquando ex solo spiritu fiat mola quæ mouetur natura tentante eam expellere. De hac Arist. *lib.* 4. *de generat. animal.* Quum ex humore conceptus stetit, tunc mola gignitur, idque in mulieribus meritò aut solis, aut maximè. ¶ Præterea Mola, à molito farre, dicitur far tostum, & sale sparsum, quòd eo molito hostiæ sparguntur. ὀλοχύτης Plin. *lib.* 12. *c.* 18. Nec minus propitij erant dij mola salsa supplicantibus, imò verò (vt palàm est) placatiores. Plaut, *in Amphit.* —— prodigiali Ioui, aut mola salsa hodie, aut thure comprecatum oportuit. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 3.

Tu quum pro vitula statuis dulcem Aulide natam
Ante aras, spargísque mola caput, improbe, salsa.

Lucret. *lib.* 1.

——— *iam fundere Bacchum*
Cœperat, obliquóque molas inducere cultro.

‖ ¶ Mola pro dente molari, apud Latin. vet. interpr. Ergo mola etiam maxilla vetti potest. ¶ Mola, os cui dentes inhærent. ‖ ¶ Inspergere molam. Cic. 2. *de diuinat.* Caput est in iecore, cor in extis: nam abscedet, simul ac molam ac vinum insperseris. ¶ Apud antiquos post glandes & arbusta vsus farris in honore fuit, seruatus in tantum, vt sacrificium non fieret sine sale & farre. Virg. 8. *Eclog.* Sparge molam. Hinc Immolo, as, de quo suo loco.

Mŏlārĭs, is, substantiuū, generis masculini, Dens maxillaris {טחנה tochánáh. μυλίτης. Gall. *Dent mascheliere.* Ital. *Mascellare.* Germ. Ein stockzan darauff man die speiß woll zermalet. Hisp. *La muela para mascar.* Angl. *The chek tooth.*} A mola pro maxilla deducto nomine, quòd cibum à cæteris dentibus confractum dentes maxillares molant. ¶ Aliquando etiam molaris accipitur pro molæ fragmento. Ouid. *lib.* 3. *Metam.*

—— *Aut comes, inquit, ero: dixit, dextráque molarem Sustulit.*

Stat. *lib.* 3. *Theb.*

——— *Vastéque sudes, fractique molares.*

Mŏlārĭs, e, adiectiuum. {μυλικός. Gall. *Propre ou conuenable à faire meule de moulin.* Ital. *Cosa da far macina.* Germ. Das der müle ist. Hisp. *Cosa para hazer muela* Angl. *Off a mill*} vt Lapis molaris, ex quo mola fit. Plin. *lib.* 36. *c.* 23. Vtilior eadem ex effosso lapide, quàm ex ripis fluminum collecto: vtilior è molari, quia est quædam pinguior natura eius. Molari lapidi signum exculpere. Quintil. ¶ Hunc quidam Pyriten vocant, quòd ei insit plurimus ignis, quem πῦρ Græci dicunt: vel frumento, quod πυρὸς nominant, quòd eo conteritur. Vide infrà.

Mŏlārĭŭs, a, um, quod ad molam pertinet. {μυλικός. Gall. *De meule.* Ital. *Da macina,* Germ. Das zu der müle gehört. Hisp. *Cosa de muela.* Angl. *Of a mill.*} vt, Asinus molarius quo vtimur ad molam. Cato *de re rust. c.* 11. Molarium asinum vnum.

Molarium, μυλάνιον. Gloss. An pretium molarium, μύλης ὠνή, certa sc. portio farinæ, quam molitor mercedis loco sibi sumit.

‖ Molacio, molitio. Gloss. Delr. ‖

Mŏlo, is, molui, molitum, Mola tero. {טחן tachan. ἀλέω, μύλλω. Gall. *Mouldre.* Ital. *Macinare.* Germ. Malen. Hisp. *Moler.* Ang. *To grind.*} Terent. *in Phor.* Molendum vsque in pistrino, vapulandum. Plin. *lib.* 7. *cap.* 56.

c. 56. Ceres frumenta inuenit, quum antea glande vescerentur: eadem molere,&c. Cæsar *lib.* I *commentar.* Trium mensium molita cibaria cibi vnumquemque domo efferre iubet. Nimio lubentius edo molitum,quàm molitum præhibeo, Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. ¶ Molere, vt eius compositum Permolere, etiam obscœnè sumitur. Vide *Permolere.* Commolo, simul molo, συναλήθω. Lactant. *de Opific.* Contritos & commolitos dentibus cibos colligit:& conglobatos vi sua deprimit, & transmittit ad ventrem. Emolo, perfectè molo. Habent autem hæc penultimam correptam.

Mōlĭtūră, { טחנה *tachánah.* τὸ ἄλημα. GALL. *Moulture.* ITAL. *Macinatura.* GERM. Das malen. HISP. *La moledura ò obra de moler.* ANGL. *Agrinding.* } Plin. *lib.* 15. *c.* 23. Molitura etiam præstant ieiunio fœminarum quandam imaginem panis.

Mōlĭtŏr, qui molit { טחן *tochen.* μυλωθρὸς, ἀλήθης. GALL. *Meusnier.* ITAL. *Mugnaio, mulinaro* GERM Ein müller. HISP. *Molinero ò el que muele.* ANGL. *Amiller.* } Vulgò *molendinarius* dicitur. Et molitrix, quæ molit, μυλικός. Est & molitor penultim. product. à molior. Vide suo loco.

Mŏlēndĭnārĭŭs, a, um, quod ad molendinum pertinet. { μυλικός. GALL. *Appartenant à mouldre.* ITAL. *Da molino.* GERM. Das zu der müle oder malen gehört. HISP. *Cosa Para moler.* ANGL. *That belongeth to grinding or to a mil.* } vt, Asina molendinaria. Paul. Iureconsul. Asinam molendinariam negant ea appellatione contineri.

‖ Molendinarius, qui molam curat.

Molendinum, domus vbi molitur farina & teritur. Vet. Vocab. & ipsa mola. ‖

Mŏlētrīnă, æ, à molendo, Pristinum olim dicebatur, quo tempore frumenta tundebantur, non molebantur. { רחים *rechájm.* μύλων, μυλωθρικόν. GALL. *Vn molin.* ITAL. & HISP. *Molino.* GERM. Ein ziechmüle/ ein wasser müle ANGL. *A hand mill or querne.* } Cato *in Thermum*, (vt citat Nonius) carcere, neruo, moletrina. Bud. credit etiam hoc nomine appellari posse aquarium molarum loca.

Mŏlīle, lis, instrumentum quo aliquid molitur, siue imminuitur, vel id quod molæ, aut collis boum, vel humeris seruorum ad alligatur ad trudendas molas { μηχάνημα τοῖς βραχίοσι. } Cato *c.* 104. Molas asinarias vnas,& trusatiles vnas, Hispanienses vnas, molilia tria, abacum vnum *ibidem*, Iuga plostraria duo, iugum asinarium vnum, molile vnum. Est. verò Molile, scapus, vel manubrium quo mola trusatilis mouetur.

Mōlēs. { כבד *chebedh* משא *massá.* ὄγκος, βάρος. GALL. *Toute chose grãde, puissant & massiue.* ITAL. *Grandezza, mole* GERM. Ein last/ etwas das groß vnd schwär ist. HISP. *Grandeza, ò pesadumbre.* ANGL. *Apile of wood or anysuch thing.* } Res magua & ingentis ponderis: nomen habens à mouendo, quòd ægrè moueatur. Festus, Moles pro magnitudine sæpe poni solet. Virg. 6. *Æneid.*

——— *totámque infusa per artus*
Mens agitat molem, id est, magnitudinem mundi.

Colum. *lib.* 4. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Idem. *lib.* 2. *cap.* 2. Atque hoc modo tota mole corporis totóque pondere nititur. Ouid. *Epist.* 2.

Est sinus adductos modice falcatus in arcus,
Vltima prærupta cornua mole rigent.
Opposui molem clypei texique iacentem,

idem 13. *Metam.*

Non ea te moles Romani nominis vrget,

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Architectus Atheniensium molis (de portu) Gell. *cap.* 13. *lib.* 1. ¶ Molem & montes, apud Virg. pro molem montium, *lib.* 1. *Æneid.*

Hoc metuens molémque & montes insuper altos Imposuit.

Quoniam verò quæ magna sunt difficilia esse consueuerunt, capitur quandoque moles pro re difficili atque ardua. Idem *ibid.*

Tanta molis erat Romanam condere gentem.

Quint. Operum mole difficiles ciuitates. ¶ Et in mari moles opera dicuntur, siue aggeres, quibus excluditur aqua. Cic. *ad Attic. lib.* 4. Constat enim aditus insulæ esse munitos mirificis molibus. Accipitur & pro motu. Virg. 5. *Æneid.*

Inde Gyam ipsámque ingenti mole chimæram Consequitur

Sueton. *in Calig. cap.* 37.

Mŏlēstŭs, a, um, Grauis, odiosus, importunus. { כבד *chabéd* כשה *kaschéh.* ἀνιαρὸς, λυπηρὸς, ὀχληρός. GAL. *Facheux, ennuyeux* ITAL. *Molesto.* GERM. Vberlegen/ vberlästig/ beschwärlich. HISP. *Pesado, ò ennojoso.* ANGL. *Grieuous, painefull, troublous.* } Dictum putat Passerat. à pœna seruorum & mola, qua nihil illis grauius & odiosius. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Non fuit molesta seruitus. Item, Nolo tibi molestos esse nos. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Dabo malum mihi, si pergis molestus esse. Idem *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Lege agito mecum, molestus ne sis. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 3. Parua res voluptatum præ quàm quod molestum est. Idem *Amphit.* (i. comparatione molestiæ.) Qui moram occupato molestam obtulit. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Molestus ne sis, non tuo hoc fiet modo. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Cicer. *de Amic.* Molesta veritas est: siquidem ex ea nascitur odiũ. Idem *de senectut.* Importunitas autem & inhumanitas omni ætate molesta est. Terent. *in Andr.* Molestus ei certè fuero, atque animo morem gessero. ¶ Modesta tunica dicebatur alimentis ignium illita & intexta, qua reos in pœnam induebant. Iuuenal. *Satyr.* 8. Et Martial. *Epigram.* 25. *lib.* 10.

Ausi quod liceat tunica punire molesta.

Vide Cælium Rhodig. *lib.* 10. *cap.* 5. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 4. Quid feci isti, quæ mihi molesta est quoquo modo. Insanus es, qui molestus es homini ignoto. Idem *ibid. sc.* 2. *a.* 2. Molestus etiam interdum difficilis dicitur, vt separatio molesta. Vlpian. *in l. si seruus, §. itẽ, ff. ad legem Aquiliã.* Item si quis frumento arenam, vel aliud miscuerit, vt molesta separatio sit: quasi de corrupto agi poterit.

Mŏlēstĭă, æ, Solicitudo & grauitas. { דאגה *deagháh* דאבה *deabáh* עצב *étséb* עצבון *bitssabón.* δυσχέρεια, ἀνία. GALL. *Ennuy & fascherie.* ITAL. *Molestia fastidio.* GERM. Vberlegenheit/ verdruß/ beschwerd. HISP. *Pesadumbrey ennojo.* ANGL. *Painefullnesse, greuousnesse.* } Cic. 4. *Tuscul.* Molestia, ægritudo permanens. Idem *de senect.* Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, vt non modò omnes absterserit senectutis molestias, sed effecerit mollem etiam & iucundam senectutem. Ter. *in Eunuch.* si sapis neque præterquam quas ipse amor molestias Habet; addas. Inde fit compositum Præmolestia. Cicer. *lib.* 4. *Tusc.* Alij metum præmolestiam appellant, id est, anticipationem molestiæ, quasi metus sit præuius dux molestiæ futuræ. Plaut. *Asinar. sc.* 2. *a.* 3. & *in Amph.* Amoui ab ostio maximam molestiam. (de homine molesto.) Damno & molestiæ esse. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 4. Ne moræ molestiæque imperium habeat seruus frugi sibi. *Ibid.* Molestiam naso exhibere. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Odio, & malo, & molestiæ sunt Lenones, vt pulices pedésque. Idem *Curc. sc.* 2 *a.* 4.

Mŏlēstē, aduerb. Grauiter, ægrè. ἀνιαρῶς. GALL. *Auec ennuy & fascherie* ITAL. *Con despiacere, con affanno.* GERM. Vberlästiglich/ mit beschwerd vnnd verdruß. HISP. *Grauemente y ennojadamente.* ANGL. *Grenouslie, painfullie, with trouble.* } Cic. 4. *Acad.* Non molestè (inquit) fero nos hæc contulisse. Idem 2. *Verr.* Cupiebã dissimulare, me id molestè ferre: cupiebam animi dolorem vultu tegere,& taciturnitate celare.

Molēsto, as, molestia afficio, & quasi molem affero. { עצב *bitsseb.* ἀνιάω. GALL. *Molester, fascher, donner ennuy* ITAL. *Molestare, fastidire.* GERM. Beschwären/ vberlägen sein. HISP. *Agrauiar ò ennojar.* ANGL. *To vexe, to disquiet, to trouble.* } Modest. ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem molestari volo.

Moletrina, Molile, vide *Mola.*

Mōlĭor, iris, à mouendo, vel à molibus. Significat rem aliquam magnam & ponderosam moueo. { הניע *heniab* עולל *bolell* חרש *charásch.* δυσκινέω, μηχανάομαι. GALL. *Mouuoir auec peine.* ITAL. *Mouere con difficulta.* GERM. Ein last von seinem ort rucken vnnd entwegen. Item, mit arbeit anderstehn/ zuthun/ zurüsten. HISP. *Dificultosamente mouer.* ANGL. *To moue, to force, to streigne him selfe to do any thing.* } Liu. *lib.* 9. *ab Vrbe,* Num montes moliri sua sede paramus. Dicitur autem de omnibus rebus grauibus, quæcunque vel ingenio, vel corpore aguntur, & significat ædificare, parare, meditari, machinari, inuenire, excogitare, vt ex sequentibus locis apparebit. Virg. 3. *Æneid.*

——— *classémque sub ipsa*
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Idem 6. *Æneid.*

Inde datum molitur iter.

Idem 12. *Æneid.*

——— *Et manibus molitur habenas.*

Idem *lib.* 1. *Georg.*

Insidias auibus moliri incendere vepres.

Apuleius, Dum mihi moliuntur insidias. Virg. 1. *Æneid.*

——— *Pars ducere muros, Molirive arcem.*

)(Demoliri. Idem *ibidem,*

Molirive moram, aut veniendi poscere causas.

Idem 1. *Georg.*

Ipse pater media nimborum in nocte corusca
Fulmina molitur dextra.

Colum. *in Præfat.* Qui bella molitur, armorum & militiæ gnaros adhibeat. Moliri simpliciter positum etiam inuenitur: vt apud Plautum *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Viden' vt miserè moliuntur, nec queunt complecti satis? Idem, Aliquid moliar, quò me hoc discrimine liberem. Cic. *de vniuersitate*, Mundum efficere moliens Deus, terram primùm ignémque coniunxit. Idem 3. *de Legibus*, Qui aliquod munus efficere molitur. Idẽ *lib.* 1. *Tusc.* Quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, vnde horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues. Col. *lib.* 2. Et ideo minoribus aratris moliuntur, id est, operantur.

Ecce meus patruus ferrum mollitur in illas (palmas,

Ouid. 3. *Fast.* Hoc crudeliter aduersùs te fortuna molita est. Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Heluiam.* Paruula molientium opera. (i. fodientium.) Suet. *in Neron. c.* 31. Portarum obices moliri: videtur posuisse Liu. *lib.* 6. pro labefactare. Moliri terram dicuntur cultores. Idem *lib.* 10. *d.* 4. Item, Moliuntur obtinere. Idem 2. *d.* 5. ¶ Aliquando passiuè Moliri, pro retardari. Lucil. *lib.* 7. Mutilamur, molimur, subducimur. ¶ Huius composita sunt, Amolior, Admolior, Demolior, & Remolior. quorum significata explicantur suis locis.

Mōlītŭs particip. ἐργασάμενος, μηχανησάμενος. Cic. *lib.* 1. *de finib.* Molita quippiam impietas.

Mōlītĭo, nis, verbale, Ipse moliendi actus, conatus ipse, & machinatio. { עלילה *baliláh.* GALL *Effort pour faire quelque chose.* ITAL. *Sforzo che si fa par fare qualche cosa.* GERM. Zurüstung/ das vnderstehn. HISP. *Esfuerço para hazer alguna cosa.* ANGL. *A forcing and streigning him self in doing any thing.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt?

Mōlīmĕn, inis. Nisus & conatus quo aliquid molimur, & conamur. { עלילה *baliláh,* πραγματεία, καταβολή. GALL. *Effort.* ITAL. *Sforzamento.* GERM. Ein arbeitsame vnderwindung oder zurüstung / das vnderstehn. HISP. *Esfuerço.* ANGL. *Indeuoun or going about to do a thing.* } Liu 2. *ab Vrbe*, Res tamen suo ipsa molimine grauis certaminibus in annum extrahitur, Ouidius 1. *de Pont. Eleg.* 3.

Magna tenent illud nomen molimina rerum.

Idem 12. *Metamorphos.*

——— *solidóque reuellere dumo*
Annosam pinum magno molimine tentat.

¶ Pro eodem etiam dicimus Molimentum. Liu. 7. *bell. Macedon.* Et eo minoris molimenti ea claustra esse, quod in fluminis modum, longum & angustum, & vadosum ostium portus sit. Idem *lib.* 5.

Mōlītŏr, qui aliquid machinatur, conatur, struit, aut efficit. { חרש *choresch.* σκευαστὴς, κτιστής. GALL. *Qui s'efforce de faire quelque chose* ITAL. *Chi si sforça di fare qualche cosa.* GERM. Ein vndersteher oder zurüster/ der etwas grosses zuhanden nimpt. HISP. *El que se esfuerça para hazer algo.* ANGL. *He thath diuiseth and forceth him seif in doing any thing.* } Cicer. *de Vniuer.* Hanc igitur habuit rationem effector mundi, molitórque Deus, vt vnum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis absolueret. Maximorum molitores scelerum. Senec. *cap.* 7. *de tranquil.* ¶ Molitor rerum nouarum, apud Sueton. *in Domit. cap.* 10. Molitrix nouarum rerum. Idem *in Claud. Neron. cap.* 35.

Mōlītrix, pen. cor. Vide *Molitor,* in *Mola.*

Mollis, e, *Tener, non durus*, tactui cedens: à mouendo, quasi mobilis, quòd in quancunque partem facilè trahi ac moueri possit. {רך *rach.* μαλθακὸς μαλακός. GALL. *Mol, delicat.* ITAL. *Molle, tenero.* GERM. Weich/lind. HISP. *Muelle ò blando al sentido del tocar.* ANGL. *Soft tender, nice*} Virg. 2. *Georg.*

Qui nemora Æthiopum molli carentia lana.

Cic. 3. *de Orat.* Sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus & fingimus. Egi mollem in studiis vitam Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Trist.*

——— *Molli sub veste locatum* (malum)

Catul. *ad Ortalum,*

Assuetus studiis mollibus ipse fui,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.* Fustibus sum mollior miser magis, quàm vllus Cinædus. Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 3. Teneris labellis molles morsiunculæ. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1.

——— *Tua Cæsar*

Fiat ab ingenio mollior ira meo,

Ouidius *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Quique facis doctâ per mollia saxa manu.

idem 3. *Fast.* Molliora facere (de statuis) vel duriora, vel minus rigida. Quintil. Mollissima dulcedo carminum Hesiodi.

Mollia præbuerint, posteriora grauant. (fata sup.)

Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Purpureus molli fiat in ore pudor,

ibid. Eleg. 3.

Viue sine inuidia, mollésque inglorius annos
Exige,

idem *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

Ad duram verbis mollibus vsus erat,

idem 6. *Fast.*

Flent pariter molles animis virgóque senéxque,

idem 4. *Fast.*

Ni fuerit læsi mollior ira Dei,

idem *Eleg. lib.* 1. Animi iacentis res, & mollis frontis. Quint.

Molle cupidineis, nec inexpugnabile telis
Cor mihi,

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Nec nocet authori mollem qui fecit Achillem,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Dum veniet placido mollior aura Deo,

idem *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Item Molles Cleopatræ. (i. Spadones.) Senec. *Epist.* 88. Molle fastigium. Cæsar. *lib.* 2. *de bell. ciu.* Molli manu lenire aspera. Quintilian. Molli articulo tractare. Idem, Mollis digitorum gesticulatio. Sueton. *in Tiber. cap.* 68. ¶ Cum homine iunctum in deteriorem partem ferè accipitur, pro effœminato, languido & inerti. Cic. 1. *de Orat.* Quis hoc philosophus tam mollis, tam languidus, tam eneruatus, tam omnia ad voluptatem corporis, dolorémque referens probare posset? Ibem *de clar. Orator.* Solutus & mollis in gestu. Liu. 1. *bell. Maced.* Quum in publico epulatus, reuerteretur domum temulentus prosequentibus mollibus viris, qui ioci causa conuiuio celebri interfuerant. ¶ Molle ingenium, hoc est, docile, cuíque facilè quicquid discit imprimitur. ¶ Mollis animus, hoc est, tractabilis, flexibilis, placabilis, qui scilicet facile accipit offensiones, & facile deponit. Cic. *Attic. lib.* 1. Quanta sit in Qu. fratre meo comitas, quanta iucunditas, quàm mollis animus & ad accipiendam offensionem, & ad deponendam, nihil attinet ad te, qui ea nosti, scribere. ¶ Quoniam verò ea quæ tenera sunt pro voluntate nostra facile tractamus, & quocunque lubet ducimus, factum est vt Mollis quandoque pro domito sumatur. Virg. 3. *Georg.*

Belgica vel molli melius feret esseda collo.

¶ Quandoque pro facili. *Ibid.*

——— *iuuat ire iugis qua nulla priorum*
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.

¶ Quandoque pro maturo, πέπων. Idem 1. *Eclog.*

——— *sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles.*

¶ Mollia vina, dicuntur defæcata, & asperitate carentia, vt annotauit Seruius in illud Virg. 1. *Georg.*

Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina.

¶ Quandoque pro opportuno ac tempestiuo, εὔκαιρος. Idem 4. *Æneid*
Sola viri molles aditus, & tempora noras.

¶ Quandoque pro remisso, & contemnendo, χαῦνος. Idem 3. *Georg.*

——— *Tua Mecœnas haud mollia iussa.*

¶ Quandoque pro suaui, iucundo, & placido. Idem,

——— *Mollésque sub arbore somni.*

¶ Hinc Mollior, & Mollissimus. Liu. 4. *bell. Macedon.* Volo id quàm mollissima via consequi. Colum. *lib.* 6. *c.* 1. Corpore denso breuique, colore rubeo, vel fusco, tactu corporis mollissimo.

Mōllĭcŭlus, a, um, Mollis, ἁβρὸς, ἁπαλός. GALL. *Molet, douillet.* ITAL. *Delicato, tenerello.* GERM. Weichlechtig/ item, ein zättling. HISP. *Luxurioso ò delicado.* ANGL. *A litle pretie soft thing, a fine litle tender one.*} Plaut. pro tenello & delicato posuit, quum inquit *in Casina,* — sed lepide volo Molliculus escas, vt ipsa mollicula est. Catull. *ad Aurelium,*

Qui me ex versiculis meis putastis,
Quòd sint molliculi, parum pudicum.

Mōllĭuscŭlus, vt Molliculus Catullo Plin. *Epist. lib.* 1. Facit verius quosdam sanè, sed data opera molliusculos, leniusculósque, duriusculos quosdam.

Mōllĭcellus, diminut. à Molliculus, μαλάκιος, Catull.

Cinæde Thalli mollior cuniculi capillo,
Vel anseris medulla, vel inula mollicella.

Mollimentum. Senec. *cap.* 10. *de tranq.* Mollimentum calamitatum consuetudo.

Mōllĭtĭes, ei, quæ & Mollitia, æ, Mollitudo. {מרך *móreeh* רפיון *riphjón* μαλθακία, μαλακότης, χαυνότης. GALL. *Mollesse, delicatesse.* ITAL. *Mollitie, delicatezza.* GERM. Weiche/lindsanie. HISP. *Molledura, blandura, ò delicadeça.* ANGL. *Softenesse, tendernesse, nicenesse.*} Plin. *lib.* 1. *cap.* 1. Item omnium auriculæ ac nares, quæ modicum eminent flexili mollitia. Idem *lib.* 13. *cap.* 9. Sed vbi nux illi, huic pomum, differens breuitate ac mollitie. Mollitiis fluens vltra feminam (Sardanapalus) Velleius. Incessu ipso vltra muliebrem mollitiam fluere. Senec. 14. *de tranq.* Vos/ quæ in munditiis, mollitiis, delitiis ætatulam agitis. Plaut. *Ps. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Crebrò in malum, pro languore & inertia capitur. Salust. Sed inertia & mollitie animi alius alium expectantes cunctamini. Terent. *in Eunuch.* Abi sis, nihil dicis Parmeno: Eiiciunda hercle hæc mollities animi: nimis me indulgeo. Cicer. 1. *de finib.* Qui officia deserunt mollitia animi, id est, laborum & dolorum fuga. § Mollities maris, Placiditas, tranquillitas. {שקט *scheketh.* μαλακία.} Plin. *de Vir. illustr.* Vbi per mollitiem maris anguis proximum Æsculapij fanum petiit. Colum. *lib.* 7. *cap.* 2. Ex his rursus quicquid conceptum est, maternam mollitiem, paternum & auitum retulit colorem.

Mōllĭtūdo. ✕. Duritis. {מרך *móreeh* רפיון *riphjón.* μαλακότης. GALL. *Mollesse, delicatesse.* ITAL. *Tenerezza.* GERM. Weiche. HISP. *Molledura, ò blandura.* ANGL. *Softnesse, delicatnesse.*} Cic. 2. *de nat deor.* In pulmonibus autem inest raritas quædam, & assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima. Idem 3. *de Orat.* In ipso tactu inest & mollitudinis, & læuitatis modus. ¶ Accipitur & pro facilitate & flexibilitate. Autor ad Heren. *lib.* 3. Mollitudo vocis, quum eam torquere pro commodo nostro possumus.

Mōllĭtĕr, aduerbium, Leniter, non duriter. {μαλακῶς, πρᾴως. GALL. *Mollement, delicatement.* ITAL. *Mollemente.* GERM. Sanfftiklich zärtlich/ sittigklich. HISP. *Muellemente, ò blandamente.* ANGL. *Softelie, tenderlie.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 10. Mira naturæ cura molliter semina collocandi. Cic. 2. *de natur. deorum.* Et cubilia sibi, nidósque construunt, eósque quàm possunt mollissimè substruunt, vt quàm facillimè oua seruentur. Ferre molliter, id est, placidè, æquo animo. Idem *de senect.* Quod ferendum est molliter sapienti. Idem 2. *de finib.* Aberat enim omnis dolor: qui si adesset, nec molliter ferret, &c. In vitio posuit Salustius *Iugurth.* 117. minus molliter ægritudinem pati, i. minus fortiter, & iniquiore animo. ¶ Aliquando significat delicatè. {ἁβρῶς, μαλακῶς. GALL. *Delicatement.* ITAL. *Delicatamente.* GERM. Gütlich/zartlich. HISP. *Delicadamente.* ANGL. *Delicately, easely.*} Ter. *in Adelph.* Ædepol, Syrisce te curasti molliter. Plaut. *Pœn.* Ego id quæro hospitium, vbi ego curer molliùs. Quã regi Antiocho curari hospites solent. Molliùs loquētur serui de spectaculis. Quint. Molliùs curari. Senec. *c.* 2. *de tranq.* ¶ Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.* Dij tibi dent molliter in patria posse viuere tua. Quid autem propriè sit Molliter viuere, Senec. *Epist.* 83. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Molliter siste me, aliàs sustine me, caue ne cadam. Alij molliter agant. ego confligam cum mœrore tuo. Senec. *Epist.* 1. *de cons. ad Mart.*

Mōllĭùs, comparatiuum. Tacit. *lib.* 18. Et amici adulantes, molliùs interpretabantur vnius legionis eam seditionem.

Mōllĭo, is, iui, vel mollij, mollitum, Molle reddo, lenio, mitigo. {הרך *heráeh.* ἀμαλάσσειν, μαλακίζω. GALL. *Amollir, adoucir.* ITAL. *Far molle, mollificare.* GERM. Weichen/ lind machend. HISP. *Amollentar, ò ablandar.* ANGL. *To make soft and tender, to asswage or mittigat.*} Horat. 1. *Serm. satyr.* 4.

——— *dum ferrum molliat ignis.*

¶ Accipitur & pro sedare, mitigare, siue placare. {השקיט *hischkit* שבח *schibbéach.* ἐκμαλάσσω.} vt, Mollire mare, Mollire ventos. Gell. *lib.* 9. *cap.* 1. Sed postea, quum Brundusium aduentaremus, mollitique essent venti maris, percunctatus ego eum sum, quænam illa ratio esset pauoris sui. Accius *Telepho,* Remísque nixi, properiter nauem in fugam tradunt subter saxa ad læuam, qua mons mollibat mare. Mollire impetum, Reprimere. Liu. 3. *ab Vrbe,* Propalam obuiam ire cupiditati parum ausi, obsecundando mollire impetum aggrediuntur. ¶ Mollire animos, mites facere. Cic. 2. *Tusc.* Molliunt animos nostros, ita sunt deinde dulces, vt non legantur modò, sed etiam edificantur. Mollire iras, Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe,* Eloquióque virum morbísque iráque furentem molliet. Ouid. 13. *Metam.* Vt molliet ipse mutati pœnam conditione loci. Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Indocili numero cum naue mollit opus (fossor.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Mollitámque manu (Cererem) *duret in igne focus,*

idem 6. *Fast.* Ipso interuallo molliente. Senec. *cap.* 15. *de cons. ad Helu.* ¶ Fut. mollibit reperitur apud Horat. *Ode* 13. *lib.* 2. *Carm.* ¶ Mollire animos pro effœminare. Cic. 5. *Tus.* Sed nos vmbris, deliciis, otio, languore, desidia animum infecimus: opinionibus, malóque more delinitum molliuimus. Salust. Loca amœna, voluptuosa facilè in otio feroces militum animos mollieraut, id est, effœminauerant. Lanam mollire. Ouid. 3. *Fast.*

——— *lanam mollire puellæ*
Discant, & plenas exonerare colos.

¶ Huius compositum est Emollio, quòd est valde mollio, ἐκμαλάσσω, Plinius, Quæcunque emolliri opus sit, anserino adipe curantur. Et Præmollio, ὀργάζω, & Remollio.

Mollimentum, mollimenti, Lenimentum. Seneca *de tranquill. vitæ* Nullo nomine melius de nobis meruit natura, quàm quòd calamitatum mollimentum consuetudine inuenit.

Mōllēsco, is, Mollis, aut Placatus fio. {רך *rach.* ἀμαλάσσομαι. GALL. *S'amolir* ITAL. *Amollirsi, placarsi, acquetarse.* GERM. Weich werden/ sanfft oder begütiget werden. HISP. *Hazersemas muello, ò ablandarse.* ANGL. *To waxe soft.*} Claud. *lib.* 1 *de rapt. Proserp.*

——— *ditisque seueri*
Ferrea lasciuis mollescant corda sagittis.

Ouid. 4. *Metam.*

Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
Semiuir, & tactis subitò mollescat in vndis.

Idem 1. *de Pont. Eleg.* 7.

Pectora mollescunt, asperitásque fugit.

Plin *lib.* 12. *cap.* 17. Ladanum visu aridum, statim tactu mollescere.
¶ Hinc componitur Remollesco. Ouid. 1. *Metam.*

——— *precibus si numina iustis*
Victa remollescunt, si flectitur ira deorum.

Cæsar, Vinum ad se omnino importari non sinunt: quòd ea re ad laborem ferendum remollescere, atque effœminari arbitrentur.

Mōllifico,as, & Mollefacio, is, idem quod mollio, μαλάσσω.

Mōllipēs, pedis, qui mollem habet pedem. { μαλακόπους. GALL. *Qui a le pied mol & tendre.* ITAL. *Huomo chi à i piedi molli.* GERM. Lind fussig. HISP. *El que tiene los pies muelles o blandos.* ANGL. *Tender and soft footed.* { Cic. *de diuinat.* Mollipedésque boues spectantes limina cæli.

Mōlēstra, æ; pellis ouina. { μηλωτή. GALL. *Peau de brebis.* ITAL. *Pelle pecorina.* GERM. Ein schafffal. HISP. *Pellejo o cuero de oueja.* ANGL. *A sheepes skinne.* { Mollestras (inquit Festus) antiqui vocabant pelles ouinas, quibus galeas extergebant.

Mōllicīnă, æ, Vestis, (inquit Nonius) à mollitie dicta: μαλακὸν ἱμάτιον. Mæuius *in Epidico*, Mollicinam, crocotam, chirodotam, ricam, ricinium.

Molo, molis, vide *Mola.*

Mōllūgo, inis, species est lappaginis, similis anagallidi, nisi quòd ramosior est, ac pluribus foliis, aspera alioqui, & graui odore. Plin. *lib.*26.*cap.*10. Quidam eandem credunt, quam Dioscorides vocat Hippophæston.

Mōllūscă, æ, τὸ κάρυον, μαλακόδερμον. Nux est è genere iuglandium, cortice adeò molli, vt vix attrectata statim frangatur: vnde & nomen accepit. Hæc etiam nux Persica appellatur, quòd è Perside primùm ad nos sit transuecta: cuius rei optimus testis est Sueuius apud Macrobium, qui hoc nucis genus eo tempore quo Alexander Macedo cum regibus Persarum bellum gessit, in Græciam translatum affirmat. Meminit huius nucis & Plin. *lib.* 15. *cap.* 22. aitque eam maturescentem putamen suum rumpere. Macrobius putauit Moluscam eandem esse cum malo Persico, adducens Sueuij testimonium, qui idem esse ostendit Persicum & Molluscam: sed in hoc fallitur Macrobius, quòd putat Sueuium de pomo Persico loqui, quum de nuce loquatur. Vide Ruel. *lib.*1.*cap.*89.

Mōllūscum, Vber est aceris arboris, quemadmodum & Bruscum. Sed bruscum intortius est crispum, molluscum verò simplicius sparsum: & si magnitudinem mensarum caperet, haud dubiè prælatum à veteribus fuisset. Plin. *lib.*16.*c.*16. Pulcherrimum verò est bruscum, multóque excellentius etiamnum molluscum.

Molo, μόλων, Orator Alabandensis, qui Rhodi claruit Ciceronis ætate: cuius meminit Plutarch. *in vita Cic.* & Strab. *lib.*14.

Molochath, Africæ fluuius, Mauritaniam Cæsariensem a Massesylorum regione dirimens. Plinio & Salustio *Mallucha* dicitur.

Moloche, quæ & Malache, μολόχη, ἡ μαλάχη. Herba est notissima, quam Latini Maluam appellant.

Moloche agria, μολόχη ἀγρία. Herba est inter syluestris maluæ genera annumerata Galeno. Plin. Hibiscum interpretatur, *lib.*20.*c.*4. pastinacæ similem facit.

Mŏlŏchĭnūs color, qui purpuram inclinat, quòd malua flori similis sit, μαλάχινος, Græci enim μαλάχην maluam dicunt.

Mŏlŏchĭnārĭŭs, Molochini coloris infector. Cæcilius *in Pausimacho*, (vt citat Nonius) Carcasina, molochina. Plaut. *in Asin. sc.*5.*a.*3. Astant molochinarij, petunt fullones.

Mŏlŏchites, μολοχίτης, gemma est non translucens, spissa viriditate maluæ colorem referens: vnde & nomen accepit. Nam maluam Græci μολόχην, καὶ μαλάχην appellant. Plin. *lib.*37. *cap.*8. Non translucet molochites, spissiùs virens, à colore maluæ nomine accepto, reddendis laudata signis, & infantium custodia quadam, innato contra pericula ipsorum medicamine.

Mŏlorchŭs, μολόρχος, dictus fuit seniculus Arcadicus, qui ad expugnationem leonis Nemeæi proficiscentem Herculem suscepit comiter hospitio. Cuius beneficij nomine Hercules illi sacra solennia instituit, quæ Molorchæa dicebantur. Quin & leo ipse à nomine eius Molorcheus, μολόρχειος, à poëtis dicitur. de hoc Statius *lib.*4. & Seruius *in* 3. *Georg.* Tibull. *lib.* 4.

Lata Molorchæis posuit vestigia tectis
Galades.

Mŏlōrthŭs, idem quod perpendiculum, hoc est, plumbum à filo & gnomone dependens, quod à summo ædificio deorsum demissum, rectitudinem eius, vel obliquitatem indicat. κάθετος. Dictus autem putatur Molorthus, quasi μόλυβδος ὀρθός, hoc est, plumbum rectum, fine prioris dictionis in compositione euphoniæ gratia abiecto.

Mŏlōssia, μολοσσία, Regio, pars Epiri, à Molosso Pyrrhi & Andromaches filio nominata: cuius incolæ etiam appellantur Molossi, μολοσσοί. } Scribit Theopompus fuisse XIIII. Epirotarum gentes, è quibus celeberrimi fuerunt Chaones, & Molossi. In hac regione nascebantur egregij canes, qui & ipsi Molossi dicti sunt. Virg. 3. *Georg.*

Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed vna,
Velocis Spartha catulos, acrémque Molossum
Pasce sero pingui.

Molossici canes parasiti (quibus opponuntur venatici.) Plaut. *Capt. sc.*1.*a.*1. ¶ Legitur &

Molossus, a, um. Ouid. 1. *Metam.*

Nec contentus eo, missi de gente Molossa,
Obsidis vnius iugulum mucrone resoluit.

Molossi, μολοττίδες κύνες, ex Molossia Epiri regione mittebantur, vnde & nomen acceperunt. Poëtæ fabulantur canes hosce originem traxisse à cane æneo, à Vulcano fabricato, quem ille Ioui, Iupiter Europæ, Europa Procridi, Procris Cephalo dono dedit. Vide Iulium Pollucem *lib.* 5.*cap.* 5.

Mŏlōssŭs, μολοσσὸς, Pes metricus, dictus est ab eius regionis saltatione: vel quòd odas eo pedis genere magna ex parte constantes Molossi in templo Iouis canere consueuerunt, in memoriam Molossi filij Pyrrhi & Andromaches: à quo postea festa Molossia dicta sunt. Vel (vt alij volunt) quòd Molossi ad bellum procedentes, huius modulata compositione vtebantur. Constat autem tribus longis, vt Æneas.

‖ Molossus, organum, ὄργανον μολοσσὸν, conueniens Molossinæ ἐμμελείᾳ, i. e. modulatiori. Athen.

Molossicum, carmen ex Molossis, vt apud Diomedem *lib.*4. ex Cælio Basso:

Romani Gallis deuictis sunt victores.

Molshemium, Molsheim, oppidum Alsatiæ, sedes hodie Episcopi, & Capituli cathedralis Agentinensis: habet Academiam ann. 1618. à Leopoldo Archiduce, & E. Argentinensi fundatam. ‖

Mōlŭcrum. Lignum quadratum est, autore Festo, quo veteres immolabant. Item illud quo molæ vertuntur, (al. legitur, *quo rotæ vertuntur.* al. *verruntur.*) quod Græci μύλακρον, dicunt. ¶ Item tumor ventris, qui etiam virginibus accidere solet. Molucrum vocatur. Afranius, Ferme virgini, tanquam grauidæ mulieris crescit vterus: molucrum vocatur, transit fine doloribus.

Molus, μῶλος, vxorem habuit Siden Mentari filiam, & nomen dedit insulæ, Stephan.

Molucha, vide *Mulucha.*

Molus, Homero vir fuit Cretensis, & Merionis, aurigæ Idomenei pater.

Molybdana, μολυβδάνη, vrbs Mastienorum. Autor Stephan.

Mōly, μῶλυ. Herba est Homeri carmine celeberrima. de qua sic scribit Plin. *lib.* 25.*cap.*4. Laudatissima herbarum est, Homero teste, quam à diis vocari putat moly: & inuentionem eius Mercurio assignat, contráque summa veneficia demonstrat. Nasci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt, specie illa Homerica, radice rotunda, nigráque, magnitudine cæpe, folio scillæ: effodi autem difficulter, Græci autores florem eius luteum pinxère, quum Homerus candidum scripserit. Ibidem plura. Nomen habere putatur παρὰ τὸ μωλύειν τὰς νόσους.

Mŏlybdænă μολύβδαινα Est (inquit Plin. *lib.* 37. *cap.* 18.) quæ aliàs *Galena* vocatur, plumbi & argenti vena communis. ¶ Est etiam (vt idem asserit *lib.*25.*cap.*13.) genus herbæ, sic dictæ, quòd nomine Plumbago dicitur.

Mŏlybdītis, μολυβδῖτις, Argenti spuma, quæ fit ex plumbi fusura. Plin. *lib.*33 *c.*6. Fit in iisdem metallis, & quæ vocatur spuma argenti. Genera eius tria: optima, quam chrysitin vocant: secunda, quam argyritin: tertia, quam molybditin. Deinde subdit, Chrysitis ex ipsa vena fit, argyritis ex argento, molybditis ex plumbi fusura, quæ fit Puteolis, & inde nomen habet.

Mŏlycrĭa, μολυκρία, oppidum est Ætoliæ, non procul ab Antirrhio promontorio, quod Rheum Molycritum appellauit Thucidides *lib.*2.

Mŏlyndēă, μολύνδεια, Stephano, Lyciæ oppidum.

Mŏlyris, idis, μολυρίς, Aristoteli, locustæ genus, quæ frumenta depopulatur.

Mŏlys, μῶλυς, Libyæ oppidum, à quo fiunt gentilia Molytes, & Molyates, Steph.

Mŏlyză, μώλυζα, ab Hippocrate appellatur, alij caput cum ipsa coma. Vide Ruel. *lib.*2.*c.*85.

‖ Momar, Siculi stultum vocant. Fest. ‖

Mŏmĕmphĭs, μώμεμφις, Ægypti oppidum, à quo Momemphitica præfectura apud Strab. *lib.*17.

MŎMĔN, inis, id est, momentum. Lucret. *lib.* 3.

Momine vti paruo possint impulsa moueri.

Mŏmĕtum, à momen, & hoc à moueo dicitur qualecunque spatium temporis, & qualecunque pondus, siue magnum hoc sit, siue paruum. רגע *rethah*, ἡ ῥοπή, ἡ στιγμή. GALL. *Moment.* ITAL. & HISP. *Momento.* GERM. Ein enderung/ verruckung oder neigung es sey der zeit/ deß gewichts/&c. ANGL. *A moment, the estimation or value of a thing, a weigt or poise.* } Momentum id propriè putat esse Passerat. quod (licèt sit perexiguum) lanci impositum eam mouet ac deprimit. Gellius *lib.*14.*c.*1. Momentum, punctum, cursum temporis transuolantis, eadem sunt, idémque significant. Cicer. *Trebat.* Omnia momenta obseruabimus, neque vllum prætermittemus tui iuuandi & leuandi locum. Idem 3. *de finib.* In his momenta sunt maxima ad beatè viuendum. ¶ Accipitur etiam frequenter Momentum pro minimo puncto temporis, quod Græci ἄτομον vocant, vel ἀκαρές. { Ein augenblick. } Horat. *lib.*1 *Serm. satyr.*1.

——quid enim? concurritur: hora
Momento cita mors venit, aut victoria læta.

Sueton. *in August. c.*49. Ad Epistolas omnes horarum momenta nec diei modo, sed & noctis, quibus datæ significarentur, addebat. Idem *in Cæsar. cap.*65. Sed (militem, siue exercitum) paratum & intentum momentis omnibus, quo vellet educeret. { GALL. *A tous momens, à toute heure, à vn instant.* } ¶ Nonnunquam etiam pro aliarum rerum minima quantitate. Plin. *lib.*30.*cap.*7. Prosunt & combustæ vt cinis earum bibatur in vino, addito resinæ momento. ¶ Momentum etiam iuxta eum modum dicitur, quo multi dicunt Res parui, vel magni momenti: id est, quæ magnum, vel paruum pondus, & vim habet. GALL. *Qui est de grande ou petite importance.* Seneca, Nunquid vt concordat res, magni momenti est? *c.*11. *de consf. ad Mart.* Liu. *lib.*5. *ab Vrbe*, Rege superato nullum momentum in solis per se Gallorum copiis fore. Cic. 4. *de finib.* Sic errare Zenonem, qui nulla in re, nisi in virtute, aut vitio, propensionem ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse diceret. Idem *in Verr.* Cuius testimonium propter turpitudinem vitæ, sordésque domesticas, nullius momenti putaretur. Brassica nullius momenti in medicina. Plin. *lib.* 20. *c.* 9. ¶ Momentum pro exiguo loci spatio, siue interuallo. Idem *lib.*8.*c.*34. Sol autem quotidie ex alio cæli momento, quàm pridie oritur. Quintil. In parua momenta diducere corpus.

Mŏmĕntānĕŭs, a, um, quod est caducum, & quod facilè mutatur ac deficit, πρόσκαιρος, ὀλιγοχρόνιος.

Mŏmĕntārĭŭs, à, um, quod in momento fit. { ἀκαρής. GALL. *Ce qui se fait en vn moment.* ITAL. *Cio che si fa in vn momento.* GERM. Augenblicklich. HISP. *Cosa que se haze en vn momento.* ANGL. *That is in a momen.* { Ambros. Syros verò Elisæus, quos obsidentes in ciuitatem induxerat, momentaria cæcitate percussos, quum quò ingrederentur videre non poterant, &c. Sed nemo me autore Ambrosium imitatur, Theologum quidem summum, sed Latinæ linguæ autorem parum locupletem.

Mŏmentōsŭs, a, um, momenti multum habens, id est, ponderis. { ὁ μεγάλην ῥοπὴν ἔχων, ὁ πολὺ διαφέρων, ὁ καὶ ἡ προσκαίρος, ἐπικαίρος. GALL. *De grande importance.* ITAL. *Di molta importanza.* GERM. Erschießlich/ das vil vermag/ fürdersam. HISP. *Cosa de grande peso.* ANGL. *Of great*

great importance.} Quint.*declam.*13. Nunc verò differendum mihi est, quàm momentosa sit huius animalis rapina. Loquitur de apibus, quæ ita leuiter flores decerpunt, vt nulla appareat rapinæ iactura.

Mōmēnto, as, are, Vno momento, siue exigua re dirigere & æquare. Cornut. *in Pers. Sat.*5. Reuera scis iustitiam in lance pensare, & ipsius dubiæ lancis rectitudinem calles discernere, & curuam regulam momentare.

‖ Momus, μῶμος, dedecus, ignominia, reprehensio ‖

Mōmŭs, i, μῶμος, Deus nocte matre (inquit Hesiodus) ac somno patre progenitus. Huic adeò mos est, ipsum quidem nihil operis edere, sed aliorum deorum opera curiosis oculis contemplari, & si quid est omissum, aut perperam factum, id summa cum libertate carpere. { Ein Schelter/dem nichts gefelt. } Nam μῶμος Græcè reprehensionem sonat. Vide de eo fabulam apud Lucianum *in dialogo de hæresibus*.

Mōnă, μῶνα, Insula est inter Britanniam & Hyberniam sita, vt docet Plin. *lib.*4.*cap.*16. Cornel. Tacit. *lib.*14. Igitur Monam incolis validam, & receptaculum perfugarum, aggredi parat, nauésque fabricatur plano alueo aduersùs breue littus, & incertum. Idem *in Iulij Agricolæ vita*, Monam insulam, cuius possessione reuocatum Paulinum, rebellione totius Brittanniæ suprà memoraui, redigere in potestatem animo intendit.

Mŏnābæ, μοναβαὶ, Isauriæ oppidum: à quo fit gentile Monabates. Stephanus.

Mŏnăchŭs, i, Solitarius. { כמר *chamár*, μοναχὸς, ἀσκητής. GAL. *Moine, solitaire.* ITAL. *Monacho solitario.* GERM. Ein münch/der ein abgesündert einzig leben fürt. HISP. *Monje. solitario, solo.* ANGL. *A monke.* { ἀπὸ τοῦ μονάζειν, quod est in solitudine viuere. Primi enim monachi, quo contemplationi, sacrarum literarum studio, atque orationi commodiùs vacare possent, hominum cœtus fugiebant, & in vastissimas se conferebant solitudines. Hinc

Mŏnastērium. { μοναστήριον, ἀσκητήριον: antiquitus φροντιστήριον. GALL. *Monastere.* ITAL. & HISP. *Monasterio.* GERM. Ein einöde/closter/ein abgesündert ort. ANGL. *A monasterie* } ‖ locus vbi homines solitarij degunt à μονάζω solitarius sum. Aliquando Græcis scriptoribus dicitur μονή, i.e. mansio. Isid. *lib.*15.4. Monasterium vnius monachi, id est, solitarij habitatio. Sed latiùs etiam vsurpatur, pro habitatione plurium Monachorum. ‖

Monachium, μοναχεῖον pro conuentu & sodalitate monachorum. *l.* 13. *C. de sacrosanct. eccles.* Sanctimonialis mulier, siquid vel testamento, vel codicillo Ecclesiæ, martyrio, clero, aut monachio relinquendum crediderit, id omnibus modis ratum firmúmque consistat.

‖ Monialis, monacha. inde hic & hæc monialis, & hoc moniale. & componitur sanctimonialis. Sic Vet. Voc. Sed monialis videtur esse ab Hispanico *monia*, (i.e. monacha) factum ex mongo masculino, quod est monachus. Italis *monaco* est monachus: *monaca* monacha. Sanctimonialis autem simpliciter est deriuatum à sanctimonia. Vide & *Nonna*.

Monacris, Arcadiæ mons, quasi solus vertex, siue sola summitas, vt notat Tortelius.

Monacum, ciuitas Bauariæ, vulgò München/ vide Cambodunum. Est & alia Herciniæ syluæ. { Wald münchen. }

‖ Monacus, vehiculi genus ab vno iumento ducti. Gloss. A.L. ‖

Monacœda. Ptol. *lib.*2. *c.*2. insula iuxta Orientalem plagam Hyberniæ alio nomine Monarina dicta.

Monapia, μοναπία, Insula est inter Hyberniam, & Britanniam, cuius meminit Plin. *lib.*4. *c.* 16. In emendatioribus exemplaribus *Menapia*, non Monapia legitur.

‖ Monarcha, μονάρχης, qui solus imperat: à μόνος solus, & ἀρχὴ imperium. ‖

Mŏnārchĭā, æ, μοναρχία, cum accentu in penult. Est vnius principatus quem Suet. appellat Arbitrium orbis terrarum. Hac qui potitur, Monarcha, μονάρχης dicitur.

Mŏnăs, adis, μονὰς à μόνος deducitur, & significat vnitatem. { GALL. *Vnite.* ITAL. *Vnita.* GERM. Die einzige zaal. HISP. *El numero de vno, vnidad.* ANGL. *One.* }

‖ Monasterium, Münster / olim Mimigedum totius VVestphaliæ caput, V. E. sub A. Coloniensi: in qua Anabaptistæ noui scilicet regni sedem superiori seculo collocarunt. ‖

Mŏnaulus, μόναυλος, Tibia simplex: μόνος enim solus interpretatur, & αὐλὸς, tibia. Martial. *lib.*14.

Sæpe duas pariter, sæpe monaulon habet.

Plin. *lib.*6. *c.*56. monaulon, id est, vnicam & simplicem tibiam, Mercurius inuenit.

Monazo, μονάζω, solitarius viuo. Vnde *C. lib.*10. *l.*26. Quidam ignauiæ sectatores, desertis ciuitatum muneribus, captant solitudines ac secreta, & sub specie religionis sub cœtibus monazonton congregantur. μοναζόντων, i. solitariorum monachorum, ineptè *mona cuncta* legebatur.

Mŏnēdŭlă, Auis ex graculorum genere, quasi monetula, quòd monetas surripiat. { κολοιός. GALL. *Chucas ou chouëtte.* ITAL. *Monachia.* GERM. Ein eule. HISP. *La graja.* ANGL. *A daw, a cadesse.* } Cic. *pro Val. Flacco*, Non plus aurum tibi, quàm monedulæ committendum. Huic enim aui furacitas argenti atque auri præcipuè est. Plin. *lib.* 10. *c.* 29. Insubrium tractu examina graculorum, monedularúmque: cui soli aui furacitas auri argentíque præcipuè mira est. Ouid. 7. *Metam.*

Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.

Plaut. *Asin. sc.*3. *a.*3.

‖ Monela, monitio. Tertull. vt sequela, sequutio. ‖

Mŏnĕo, es, ui, itum, priùs meneo, à mens. hinc meniscor. Admoneo, suadeo, hortor, præcipio. { הזהיר *hizhir.* ἀναμιμνήσκω, παραινέω GALL. *Admonnester, auertir, conseiller.* ITAL. *Auisare, ricordare, ammoniro, auertire.* GERM. Warnen/vermanen. HISP. *Amonestar, recordar.* ANGL. *To warne, to counsayle, to put in mynde or remembrance.* } Quin mone quid erro. Plaut. *Mostell. sc.*3. *a.*1. Qui monet, quasi adiuuat. De eo qui consilium dat periurij. (Idem *Curc. sc.*1. *a.*3. Nunquid vis? PH. venias tempori. E. Monitorem mones. Idem *Capt. sc.*2. *a.*1. Memini, mora mera est monerier. *Ibid. sc.*3. *a.*2. Toties monere, mirum est. Idem *Mil. sc.*4. *a.*2. Abscede moneo, molestus ne sies. (verba minantis & iubentis cauere.) Idem *Amphitr.* Rectè mones. *Ibid. sc.*3. *a.*4. Ne me mone, ego istum curabo. Idem *Asin. sc.*2. *a.*5. Te mihi, & me tibi consulere, & monere æquum est. Idem *Aul. sc.*3. *a.*1. Est paucis quod vos monitos voluerim. Idem, *Capt. prolog.* Hoc te monitum volueram. Idem *Capt. sc.*2. *a* 2. Meliusculum est monere: Memento promisisse te. Idem *Curc. sc.*2. *a* 4. Monendus, ne me moneat. Idem *Pseud. sc.*1. *a.*4. Memorem immemorem facit, qui monet quod memor meminit. *Ibid* Haud malè mones. *Ibid. sc.*2. *a.*5. Mones rectè, sciam rectè monuisse, si tu rectè caueris. Idem *Men. sc.*2. *a.*2. Cic. *ad Quint. fratr.* Tu me de retinenda Sestij gratia literis monuisti. Idem *ad Attic.* Id ipsum me mones, quod triduo antè cogitaram. Idem *de Amic.* Sed quum tot signis natura declaret quid velit, obsurdescimus tamen nescio quomodo: nec ea quæ ab ea monemur, audimus. *Ibid.* Nam & monendi sæpe amici sunt & obiurgandi; & hæc accipienda amicè quum beneuolè fiunt. Plaut. *in Pseud.* At hoc volo monere te, monendus ne me moneas ¶ Interdum Monere, est temporis, horæ, diei, loci, personæ admonere. παρακαλεῖν. Terent. *in Heaut.* — sed vt diei tempus est, Monere oportet me hunc vicinum Phaniam ad cœnam vt veniat. ¶ Variè hoc verbum construitur. Nam & monere aliquem aliquid, & de re aliqua, & alicuius rei dicimus. Cic. *in Catil.* Sed eos hoc moneo, desinant furere. Idem 2. *de diuin.* Quod idem dici de Moneta potest: à qua, præterquam de sue plena quid vnquam moniti sumus? Terent. *in Andr.* Habeo pro illa re, illum quod moneam probè. Valer. Max. Ab eo qui proximè assidebat, solutæ à se legis suæ admonitus ¶ Moneris pro monueris, Prisci dicebant. Pacuuius *in Armorum iudicio*, vt citatur à Nonio, Dic quid faciam? quod me moneris, effectum dabo. Idem *in Chryside*, Dij monerint meliora. ¶ Moneo admoneo, & submoneo, ita separat Corn. Front. *de ver. differ.* Monet, inquit, aliquis propter beneuolentiam: Admonet, vt confirmet memoriam: Submouet, vt possit ordinatè pronuntiare. Igitur in monente beneuolentia, in admonente memoria, in submonente officium. ¶ Composita sunt, Admoneo, Commoneo, Emoneo, Præmoneo, & Submoneo, quorum significata vide suis locis.

Mŏnĭtum, ti, quod quis monet, monitio, admonitio. παράκλησις, παραίνεσις. GALL. *Auertissement, admonition.* ITAL. *Auiso, documento, ammonitione.* GERM. Ein warnung/oder ermanung. HISP. *Amonestamiento.* ANGL. *An admonition or warning, a consayle.* } Cic. 4. *de finib.* Itaque quæ sunt eorum consolationes, quæ cohortationes, & etiam monita à consilio scripta ad summos viros Virg. 8. *Æneid.*

——— *cum Hetrusca resedit.*
Hoc acies campo, monitis exterrita diuûm.

Ouid. 3. *de Arte.*

Hæc quoque pars monitis erudienda tuis.
His ego si monitus prius ipse fuissem.

Idem *Eleg.*4. *lib.*3. *Trist.*

Mŏnĭtŭs, us. Monitio. { παράκλησις. GALL. *Aduertissement, admonition, remonstrance.* ITAL. *Ammonitione.* GERM. Ein warnung/ ermanung. HISP. *Amonestamiēto.* ANGL. *A warning or putting in remembrance.* } Liu. 1. *ab Vrbe*, Seu voce cælesti ex Albano monte missa (nam id quoque traditur (seu aruspicum monitu. Iuuenal. *Satyr.*14.

Et læuo monitu pueros producit auaros.

Virg. 4. *Æneid.*

Multaque præterea vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant.
Ecce Iouis monitu, rex iubet.

Ouid. 13. *Metam.*

Mŏnĭtŏr, is, qui nos alicuius rei monet. { παραινέτης, ὑπομνηματιστής. GALL. *Ammonesteur, auertisseur.* ITAL. *Ammonitore, auisatore.* GERM. Ein ermaner/warner. HISP. *Amonestador.* ANGL. *A warner, one that putteth in remembrance.* } Cic. *in Catil.* Fortasse minus erunt, hoc monitore & autore huiusce sententiæ, mihi populares impetus pertimescendi. Externus monitor. Statius 3. *Syl.*

——— *nec enim externo monitore petendus*
Virtutis tibi pulcher amor.

Terent. *Heaut.* Monere oportet me hunc vicinum Phaniam ad cœnam vt veniat: ibo vt visam si domi est; nihil opus fuit monitore: iam dudum domi Præstò apud me esse aiunt. ¶ Dicuntur præterea monitores, qui in iudicio summissa voce oratorem admonent eorum quæ dicenda sunt. Cic. *in diuin. in Verr.* Video mihi non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus tenet. Appellare ciues per monitorem, id est, nomenclatorem, inquit Bud. Cic. *pro Murena.* ¶ Sic etiam in scena monitores dicuntur, autore Festo, qui histriones, eorum quæ dicenda agendáve sunt, monent. Galli vocant *Protocolles.* Item monitores dicuntur serui à colono præfecti, vt operariorum veluti vinitorum, & aratorum turbam obeuntes vnumquemque moneant, & segniores castigent. Colum. *lib.* 1. *c. vlt.* Senec. *c.* 9. *de cons. ad Mart.* In Monitoris intempestiui caput.

Mŏnĭtŏrĭus, a, um, quod monet παραινετικός. vt, Liber monitorius. Fulmen monitorium, apud Senecam 2. *nat. quæst.* quod homines præmonet de rebus futuris.

Mŏnĭtĭo, Adhortatio, admonitio. { παραίνεσις. ὑπόμνησις. GAL. *Admonition, auertissement.* ITAL. *Amonitione, auiso.* GERM. Ein warnung. HISP. *Amonestamiento.* ANGL. *A warning or aduertishment.* } Cic. *lib.*3. *Offic.* Habenda ratio & diligentia est, primùm vt monitio acerbitate, deinde obiurgatio contumelia careat.

Moneres, μονήρης, nauis quæ vno remorum ordine ducitur.

Monesio, ære fabricatus à Vulcano canis Cephali, &c. Pollux *quinto.*

Moneta, dicta est Iuno à monendo. Quum enim, vt inquit Cic. *lib.*1. *de diuin.* terræ motus factus esset, vt sue plena procuratio fieret, vox ab æde Iunonis ex arce extitit, quocirca Iuno Moneta cognominata est. Lucan. *lib.*2.

Numina miscebit castrensis flamma Moneta.

Item, Monetæ Iunonis templum vbi domus fuerat Tatij. Plutarch. *in Rom.* Et vbi domus Manlij. Idem *in Camill.*

Mŏnētă, æ, à monendo dicta est, quòd nos signi impressione, vel autoris, vel pretij moneat. { νόμισμα. GALL. *Monnoye.* ITAL. *Moneta.* GERM. Müntz oder gelt. HISP. *La moneda.* ANGL. *Money or coyne.* } Ouid. 1. *Fast.*

Victa

Victaque concessit prisca moneta nouæ.

Martial. *lib.* 1.

Et centum dominos noua moneta.

¶ Quo etiam nomine dicta est Iuno. Cic. *lib.* 1. *de diuin.* Post cladem illam maximam à Senonibus Gallis factam, audita vox ex arce Iunonis fuit, ex quo Iuno illa appellata Moneta est. ¶ Moneta etiam forma est typúsque monetæ. Macrob. pro vtero translatè ita vsurpauit, *lib.* 1. *com. cap.* 6. Verùm semine semel intra formandi hominis monetam locato, hoc primùm artifex natura molitur.

Mŏnētālis, e, quod ad monetam pertinet. { νομισματικός. GALL. *Ce qui appartient à la monnoye.* ITAL. *Cio che s'appartiene à moneta.* GERM. Das zu der müntz gehört. HISP. *Cosa de moneda.* ANGL. *Belonling to money.* } Apul. *de Asin.* Plotina pretiosissimis monilium, & auro monetali zonis refertis incincta. ¶ Monetales Triumuiri dicti sunt (sicut scribit Pompon. Iureconsultus *lib.* 2. *de orig. iur.*) æris, argenti, atque auri flatores. Cic. *ad Attic. lib.* 10. de Vulteio loquens, Monetali autem adscripsi, quod ille ad me Proconsulem, id est, in summa epistola scripsi, Vulteio monetali. Bud.

¶ Monetarius, a, um, & hoc monetarium, locus monetæ, qui etiam dicitur hoc monetum. Vet. Vocab. ‖

Mŏnētārĭŭs, qui monetam cudit. { ἀργυροκόπος. GALL. *Vn monnoyeur, batteur ou forgeur de monnoye.* ITAL. *Monetario.* GERM. Ein müntzer. HISP. *Monedero, forjador de moneda.* ANGL. *A coy ner of money.* } Firmicus, Habentes horoscopum sub signo hoc, erunt monetarij. Vtitur & ea voce Vopiscus in Aureliano. Suidas, μονητάριοι οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνῖται.

Monetium, oppidum Iapodum prope Istriam. Strab. *lib.* 7.

Mŏnīlĕ, à moneo. { חרוז *charuz* עדי *hadhi* חלי *chali.* ὅρμος, περιαύχενιον. GALL. *Collier, carquant.* ITAL. *Collana, monile.* GERM. Ein halßzierd/etwas das man vmb den halß legt oder daran henckt zur zierd. HISP. *Collar ò cadena de oro.* ANGL. *A coller or ie well that women vseth about thore neckes, an enche.* } Ornamentum gutturis, quod solet de collo virginum pendere Græcè ὁρμίσκος nuncupatur, inquit Hier. dictum quòd gestantem virtutis admoneat, nam primò ob aliquod egregium factum dari solebat. Ouid. 10. *Metam.*

Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo.

Quintil. Monilia & Margaritæ sunt fœminarum, inquit. ¶ Neque solùm illud monile dicitur, quod ex hominum, verumetiam quod ex equorum, aliorúmve animalium collo dependet. Virg. 7. *Æneid.* de equis Latini,

Aurea pectoribus demissa monilia pendent.

Gell. *lib.* 5. *cap.* 5. Equitatum frænis, ephippiis, monilibus, phaleríque præfulgentem. Ouid. 6. *Fast.*

Quem (Asinum) *tu diua memor de pane monilibus ornas.*

Suprà, *Panis dependet asellus.* Idem. *ibid.* Monile etiam segmentum dicitur, quod quibusdam bracteolis, quasi præsegminibus constat.

Mŏnĭmentum, vide *Monumentum.*

‖ Mono, quod in nonnullis vocibus sequentibus Græcis legitur, est ex μόνος solus, solitarius, vnicus. ‖

Monobambylum, μονοβάμβυλον, simplex conclaue palatij secretius, in quo congregabatur clerus Patriarcham nouum electurus.

Mŏnŏbĕlī, μονόβελοι. A Lamprid. *in vita Heliogab.* vocantur qui solo obelo, hoc est, longitudine conspiciendi sunt, quasi sint tantùm verua, ὀβελὸς enim est verua.

Mŏnŏcĕrōs, otis, { ראם *réem.* μονόκερως. GALL. *Vne licorne.* ITAL. *Alicorno.* GERM. Ein einhorn. HISP. *Vnicornio.* ANGL. *An vnicorne.* } Animal vnicum cornu gerens, quod & Vnicornis appellatur Habet equinum corpus, caput ceruinum, mugitum horridum. Plin. *lib.* 8. *c.* 21. Asperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo similem, capite ceruo, pedibus elephanto, &c.

Monocherium, μονοχείριον, armilla vnius brachij: vt dextrocherium. Gloss. μονοχέρια mamillares. Meurs. legit *manuales.*

Mŏnŏchŏrdum. { μονόχορδον. GALL. *Vn manicordion, ou espinette.* ITAL. *Manicordo.* GERM. Ein gattung eines seitenspyls/so gleiche seiten hat. HISP. *Minacordio en la musica.* ANGL. *Clauichordes.* } Instrumenti musici genus est, ita dictum, non quòd vnam chordam, sed quòd omnes chordas vnius vocis habeat, nisi paniculi nexu distinguantur.

Mŏnŏchrōmătă, μονοχρώματα. Picturæ dicebantur, quæ non variis, vt hodie, sed singulis coloribus constabant. Plin. *lib.* 33. *c.* 7. Cinabari veteres, quæ etiam nunc vocant monochromata, pingebant. Idem Plin. *lib.* 35. *c.* 3. autor est, primum picturæ genus fuisse lineare, quod nullis adhibitis coloribus, rei pingendæ similitudinem circumductis lineis exprimebat. Dehinc huic successisse alterum picturæ genus quod singulis coloribus rerum imagines imitatur: ídque postea inuenta operosiore pictura, monochromaton esse appellatum

Monochromateus adiect. Plin. *lib.* 35. *c.* 5. Quia monochromata genera picturæ vocauerint, qui deinde, &c.

‖ Monoclŏnus, a, um, μονόκλονος, ον. Pollux 4. *cap.* 9. ait, λῆμα μονόκλωνον, tibiæ cantus simplex. κλόνος est sonus, strepitus. ‖

Mŏnŏclŏnos μονόκλωνος, Species est artemisiæ, à ramuli vnitate ita appellata, quemadmodum πολύκλωνος à ramulorum multitudine. Vide Dioscor. *lib.* 3.

‖ Monocolus, a, um, μονόκωλος, ον, vnum membrum habens, vt cùm dicimus, Periodus est, vel μονόκωλος, vel πολύκωλος.

Monocosmum. Meurs. in Gl. gr. b. κόσμον, iumentum, μονόκοσμον, vehiculum vno iumento trahi solitum.

Monoculus μονόφθαλμος. Onom. Vox composita ex Græco, & Latino, qui μόνον (i. e. vna) oculum habet.

Monocuncta vide *Monato.*

Monodus, μονῳδὸς, qui solus canit. scil. fine choro ‖

Monodia, cum accentu in pen. μονῳδία, Lugubris cantus, qui fit à præfica in defunctorum funeribus, quasi vnius cantus. Nam cæteris flentibus sola præfica canit. Huiusmodi cantus etiam Nænia dicitur.

Monodus, penult. corr. μονόδους, Prusiæ Bithiniæ regis filius, qui dentium loco os vnum continuum habuit in suprema oris parte, vt tradit Plin. *lib.* 7. *cap.* 16. Vnde etiam Monodus dictus est, quasi μόνον ὀδόντα ἔχων, eò quòd quodammodo vnicum eúmque perpetuum haberet dentem.

Monœcus, cum œ diphthongo, μόνοικος, Portus & statio quædam Liguriæ, ab Albinga oppido distans stadiis quadringentis & octoginta. à Monœci portu vsque in Hetruriam vniuersam litus cōtinuum omnino sine portu est, exceptis quibusdam paruis stationibus ad iactandas anchoras, neque ipse est multarum, aut magnarum capax nauium. Arcem habet munitissimam, non procul à Nicea, quam hodie vocant itali *Monicho.* Lucan. *lib.* 4.

——— *solus sua littora turbat*

Circius, & fida prohibet statione Monœci:

Nominis rationem ad Herculem referunt, qui ibi ædem habebat, in qua solus colebatur.

Mŏnŏgămŭs. { μονόγαμος. GALL. *Qui a esté marié vne fois.* ITAL. *Colui che ha hauuto vna moglie sola.* GERM. Der nur ein eheweib genommen hat. HISP. *Casado vna vez.* ANGL. *That hath bone ones maried.* } Vnius vxoris vir. Vnde & *Monogamia.* Hieron. Quam sancta sit monogamia, hinc ostenditur, quòd bigamus in clerum eligi non potest. Græca vox, & nulli veterum vsitata.

‖ Monogamium, conditio monogami: vnæ solæ nuptiæ: vnam tantùm vxorem habuisse. ‖

Mŏnŏgĕnĭŏn, μονογένειον. Herba est insignis, quæ notiore nomine Pæonia appellatur. Legitur ita in quibusdam Dioscoridis codicibus. A doctioribus tamen hæc nomenclatura, vt pleræque aliæ ex Brusfelsij Onomastico huc translatæ inter notha Dioscoridis numerantur, & scribendum *Menomgenion*, à luna.

Mŏnŏgrammi, homines macri, pertenues, & decolores. { μονόγραμμοι. GALL. *Maigres, eschars, sans couleur.* ITAL. *Magro senza colore.* GERM. Magere/dürre vnnd vbel gefarbte leut. HISP. *Muy magros, flacos sin color.* ANGL. *Leane men without any gotd colour.* } Cicer. *lib.* 2. *de natur. deor.* Dij ab Epicuro Monogrammi dicuntur. Translatio ducta est ab antiquissimo picturæ genere, quæ solis lineis rei similitudinem exprimebat, non additis reliquis, quæ iustam picturam absoluunt. Hanc Græci μονογράμμους vocant. Plin *lib.* 33. *c.* picturam linearum appellat.

Monolithas, i. μονολίθους, columnas, h. e. solidas, non autem structiles, vocauit ita Laberius apud Nonium Marcellum, Cùm prouincias despoliauit, columnas monolithas, &c. Tales videntur Lugduni in æde *d'Esnay*: quod Athenæum fuit. Ipsæ conflatiles esse creduntur, siue fusiles, quod rei adauget miraculum molis tantæ magnitudinis.

‖ Monolium, pro monili, minus Latinè, vt adnotauit Egnetius & Rhodiginus *lib.* 4. 7. ‖

Mŏnŏlŏgĭŏn, μονολόγιον. Sermo per omnia sibi similis, vel eadem orationis facies, quum nulla varitate leguntur, Græca vox.

Mŏnŏlōrēs, Vopiscus *in Aureliano*, Prægrandes vestes ipse primus militibus dedit, cùm antè non nisi rectas purpureas accepissent: & quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & vsque ad penteloros: quales hodie lineæ sunt. Compositio facta est à loro.

Mŏnŏmăchĭă. { μονομαχία. GALL. *Combat de seul à seul.* ITAL. *Duello.* GERM. Ein kampff in welchem nur zwen mit einander streiten. HISP. *El desafio de vno por vno.* ANG. *A combut of to hand to hand.* } A Latinis duellum, vel singulare certamen appellatur, quod fieri solet ad eruendam rei alicuius veritatem, vel ad purgationem inducendam: ídque hunc in modum, vt qui se sic probaturum purgaturúmve aliquid obtulerit, & vicerit, probasse, vel purgatus esse credatur: sin succubuerit in probatione defecisse, vel obiecti criminis conuictus esse putetur. Hoc tamen probationis genus hodie iure etiam ciuili est eliminatum. Nam in otio ciuili & domestica quiete, cruenta spectacula sibi non placere, Imperator attestatur *l. vnica, C. de gladiatoribus.*

¶ Qui hoc certaminis genere congrediuntur. Monomachi. μονομάχοι, dicuntur.

‖ Monomœria, μονομοιρία, minutia partium. Scal.

Monopolium, semita angusta, per quam vni tantùm patet accessus l. g. b. ‖

Mŏnŏphăgī, μονοφάγοι, dicebantur, teste Athenæo, qui seorsum cibum sumebant, more diuerso à Romanis, qui simul cum amicis accumbebant: vnde & Cœnam appellabant, ἀπὸ τῆς κοινωνίας. ¶ Dicuntur præterea Monophagi, qui eodem perpetuo victu vtuntur: quæ viuendi ratio etiam monophagia μονοφαγία, appellatur.

Mŏnŏpŏdĭum, μονοπόδιον, dicitur mensa vnico tantùm pede subnixa, Liu. 9. *bell. Maced.* Et quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, monopodia & abacos Romam aduexerunt.

Monopola, μονοπώλης, qui solus merces alicubi diuendit.

‖ Monopolis, Monopoli, V. E. exempta, in regno Neapolitano, ex veteris Egnatiæ ruinis creuit. ‖

Monopolium, lij, μονοπώλιον, dicitur quum penes vnum aliquem rei alicuius vendendæ potestas est, ἀπὸ τοῦ μόνῳ πωλεῖν. Hoc enim fit quum vnus solus aliquod genus mercaturæ vniuersum emit: vt solus vendat, pretium suo modo statuens: quod genus hodie in multis rebus seruatur, vt in coraliis Africæ apud Hipponem, alumine in Sicilia & Hetruria, vuis passis in Achaia, bitumine in Iudæa: quod bitumen quia Græci Asphalton vocant, omne monopolium vulgò Asphaltium dicitur. Plaut. habes murinam & calamum, potes monopolium instituere. Legimus apud Iustinianum, monopolia non esse admittenda, quoniam non ad commodum Reipubl. sed ad labem, detrimentáque pertinet. Nomen vsurpauit Monopolij Sueton. *in Tib. cap.* 30. & 71.

Monopolium in legibus est, Schädlicher vorkauff. ¶ Monopolium etiam dicitur pentio illa, quæ Principi, vt monopolij alicuius exercitium permittat, quotannis penditur. ‖ ¶ Monopolium statio, vbi res vna venditur tantùm. Gloss. Isid.

Monops, μόνωψ, Feræ genus est Pæoniæ peculiare, magnitudine tauri, quòd cùm ab insequentibus vrgetur, acre & igneum stercus excernit, quòd si in venatorum quempiam inciderit, mortem repentè affert. Autor Ælian. *lib.* 7. *c* 8.

‖ Monopteros μονόπτερος, vna ala cinctus, à πτερὸν ala. Vide *Scripteros.*

Monopticus mimus. Gloss. Isid. cum notis defectus. An mimus, qui vno oculo videt, altero clauso, cæcum repræsentans. ‖

Mŏnŏptōtŏn, μονόπτωτον. Vnius casus, quod vnum modò habet casum: vt Natu, quum aliquem maiorem, aut minorem natu dicimus. Reliqui

liqui enim casus non sunt in vsu. ¶ Aptota, ἄπτωτα, verò dicuntur, quæ sine casu sunt, hoc est, nomina quæ inflecti non possunt.

‖ Monoptotus, a, um, μονόπτωτος, ον, vnum solum casum habens.‖

Monosceli, μονόσκελοι, homines Indici singulis cruribus, σκέλος enim crus dicitur. Hi & Sciopodes vocantur, quòd in maiori æstu humi iacentes σκιᾷ ποδὸς, hoc est, vmbra pedis se protegant. Vide Plinium *lib.2.cap.2.*

‖ Monostichus, a, um, μονόστιχος, ον, vno ordine constans vno versu.

Monostichon vnus versus, subaudi ποίημα στίχος versus.

Monostrophus, a, um, μονόστροφος, ον, vnam tantùm habens strophen i.e. conuersionem. Vet. Voc. Monostrophus dicitur oda illa, quæ tantùm vnam metri varietatem habet. Vide *Strophe.*

Monostylus, a, um, μονόστυλος, ον, vnam columnam habens. στύλος est columna.

Monosyllabus, a, um, μονοσύλλαβος, ον, vnam syllabam habens. de syllaba infrà.

Monotessaron, vnum ex quatuor.

Monotomus, qui vno tantùm tenore progreditur.

Monotrophus, μονότροφος, qui solus pascitur.‖

Mŏnŏxylă, μονόξυλα, Lintres sunt, ex vnico ligno (vt vox ipsa statim indicat) excauatæ: quibus Ægyptij per stagna, & Nili inundationes vtuntur. Strabo *lib.3.* Plin. *lib.6.c.23.* Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becarim conuehitur, vocatur Cottona.

‖ Monoxylus, a, um, μονόξυλος, ον, vnico ligno constans.

Mons Albanus, *Montaulban*, siue *sainct Theodard de Montaulban*, V. E. Montis Albani, ad Tarnem fl. sub A. Tolosano.

Mons Amanus, *Monte Negro* ad mare Mediterraneum.

Mons Altus, *Montalto*, V. E. Piceni, sub A. Firmano.

Mons Flasconius: Ferratio, Mons Physconis: *Monte Fiascon*, notum hodie opidum, ad lacum Vultiniensem.

Mons ferratus, Regio Italiæ, cuius fines sunt hinc Padus, inde Apenninus & Tartarus amnis ex superiore parte, montes proximi Moncauerio, vbi Pedemontium incipit.

Mons sanctus, ὄρος ἅγιον, Vide *Psentris.*

Monspessulum, Galliæ Narbonensis vrbs. { Montpellier in Langendock. }

Mons regius, vrbs celebris Prussiæ. { Künigsberg in Preussen. }

Mons S. Annæ, in Mysnia. { Sant Annen berg. }

Mons, huius montis, Terræ tumor altissimus, ab eminendo, quasi eminens dictus. { הר hár. ὄρος. Gall. *Vne montagne, vn mont.* Ital. *Monte, montagna.* Germ. Ein berg. Hisp. *El monte, altura de la tierra* Angl. *A montane.* } Itaque aliquando mons dicitur pro omni eo quod eminet, vt dixit Virgilius, — præruptus aquæ mons. Tacitus *lib.4.* Cæli temperies hyeme mitis obiectu montis. Virg. 12. *Æneid.*

——— totúsque remugit
Mons circum, & vocem latè nemora alta remittunt.

‖ ¶ Mons, quia est multa terra in altum congesta, vt mare multa aqua profundum: ambo pro multitudine vsurpantur.‖

Mons saxeus, Salustius *Iugurth.128.* Ille quoque euersus mons est (Athos.) Catull. *de com. Ber.*

Monte nec Inferior prora puppique recurua
Insilit, & pictos verberat vnda Deos,

idem *Eleg.3.lib.1.Trist.*

Me miserum quanti montes voluuntur aquarum,

idem *Eleg.2.lib.1.Trist.* Mali mœroris montem maximum conspicatus sum. Plaut. *Mostell. sc.1.a.2.* Pici, qui aureos montes colunt. Idem *Aul. sc.5.a.4.* Quibus cunctis montes maximi aceruí frumenti sunt. Idem *Pseud. sc.2.a.1.* ¶ Montes & lacus in triumpho, Ouid. *Eleg.2. lib.4. Trist.* ¶ Mons Martius, locus Plutarch. *in Camil.* ¶ Mons Massicus, vide *Massicus.* ¶ Sumitur quandoque pro saxo. Virg. 6. *Æneid.*

Prensantémque vncis manibus capita aspera montis
Ferro inuasisset.

¶ Sic aliquando saxum pro monte, vt apud eundem, Saxi de vertice pastor. ¶ Hinc septimontium, locus qui habet septem montes, quo est nomine Roma appellata. ¶ Montes aureos polliceri, prouerbialis hyperbole de iis qui immensa promittunt, spésque amplissimas ostentant. Vide *Chiliades.*

Mōntĭcŭlŭs, diminutiuum, Paruus mons. { ὄχθος, βουνός. Gall. *Montagnette, petite montagne.* Ital. *Monticello.* Germ. Ein bärglin. Hisp. *Pequeño monte, montessillo.* Angl. *A litle montane.* } Dicitur & monticellus. Hoc verbum Calepinus de suo addit.

Mōtānŭs, a, um, quod est ex monte. { הררי horarí. ὀρεινός. Gall. *De montagne.* Ital. *Montano, di monte.* Germ. Das deß bergs ist/ oder vom berg kompt. Hisp. *Cosa montañosa, ò de monte.* Angl. *Of a montane.* } vt Montani imbres. Ouid. 11. *Metam.*

Panaque montanis habitantem semper in antris.

idem 2. *Fast.*

Campus erat, campi claudebant vltima colles,
Syluáque montanas occulere apta feras.

Cicer. *contra Rull.* Ligures montanos, duros, atque agrestes docuit ager ipse, nihil ferendo nisi multa cultura, & magno labore quæsitum. Liu. *lib.4.d.4.* Ad montanos proficisci. Ouid. *Eleg.11.lib.3.Trist.*

Cinctáve montanis vt pauet agna lupis.

Montanus pro montosus, vt Plin. *lib.5.c.27.* Montana nunc sunt omnia, id est, plena montibus & montosa.

Mōntōsŭs, a, um, Locus montibus plenus. { ὀρεινός. Gall. *Montagneux plein de montagne.* Ital. *Montuoso.* Germ. Bergechtig. Hisp. *Cosa de monte, ò lleno de montes.* Angl. *Full of montanes.* } vt, Montosa regio, non montuosa. Plin. Nascitur in montosis & asperis, aliquando & herbosis. Virg. *lib.7.*

Et te montosæ misere in prælia Nursæ.

Cic. *de Amicitia*, Quum locis etiam ipsis montosis delectemur, & syluestribus.

Monticola, & qui montes incolit. Ouid. 1. *Metam.*

Et Nymphæ, Satyrique & monticolæ Syluani.

Mōntĭgĕnă, In monte genitus, ὀρεσιγενής.

Mōntĭuăgŭs, penult. corr. qui per montes vagatur. { ὀρεσιπόλος. Gall. *Qui court, fuit ou vague par les montanes.* Ital. *Che vaga per monti.* Germ. Bergschweiffig. *Cosa que vaga por los montes.* Angl. *That wandereth on the montanes.* Cic. 5. *Tuscul.* Quid bestiæ, nónne frigus? non famem, non montiuagos atque syluestres cursus, atque lustrationes patiuntur.

Mōnstro, as, à Moneo, Ostendo, declaro, indico, demonstro, { הרה horáh הודיע hodhiáh הראה hereáh. δείκνυμι. Gal. *Mõstrer & enseigner* Ital. *Mostrare.* Germ. Zeigen. Hisp. *demonstrar como de la vista.* Angl. *To shewe, to tell.* } Si scis, monstra quod bibam. Plaut. *Men. sc.1. a.5.* Quoties monstraui tibi morem vt viro geras. *Ibid. sc.2 a.5.* Hæc ei monstra, præcipe. Idem *mil sc.2.a.1.* Non periculum est ne quid rectè monstres. Idem *Pseud. sc.3. a.1.* Propera mihi monstrare, vbi ostium Lenonis ædium *Ibid sc.1.a.4.*

Alter humum, de qua fingantur pocula monstrat,

Ouid. *Eleg.1.lib.2.Trist.* Item Monstratus, a, um. idem *Eleg.11.lib.3. Ibidem,*

Nec mora monstratis crudeliter ignibus vstus. (Perillus.)

Terentius *in Adelphis*, Scio vbi sit, verùm hodie nunquam monstrabo. ¶ Monstrare aliquando, pro docere. Plaut. *in Bacchid.* Iam perdidisti te atque me, atque operam meam, qui tibi nequicquam sæpe monstraui bene. Cic. *lib.1 de diuinat.* Qui semitam non sapiunt, alteri monstrant viam. Monstrare, pro Probare. Vlpian *in l.1. §. qui aduersus, ff. de postulando*, Qui aduersus ea fecisse monstretur: & pro aliis interdicta postulatione repellitur, & pro æstimatione iudicis extra ordinem pecuniaria pœna multatur. ¶ Huius composita sunt, Commonstro, Demonstro, & Præmonstro.

Mōnstrātĭo, nis { δεῖξις, ἐπίδειξις. Gall. *Demonstration, enseignement.* Ital. *Dimostratione, lo insegnare.* Germ. Zaigung/weisung. Hisp. *Demonstracion, enseñamiento.* Angl. *A shewing or telling.* } Terent. *in Adelph.* Defessus sum ambulando, vt Syre te, cum tua Monstratione magnus perdat Iupiter.

Monstratus, huius monstratus, pro Demonstratione. Senec. *in consolat. ad Martiam*, Vtque ignotarum vrbiũ monstratus nouo hospiti gratus est.

Mōnstrātōr, oris. { ὑφηγητής, ὁδηγός. Gall. *Monstreur, qui monstre.* Ital. *Monstratore.* Germ. Ein zaiger. Hisp. *El que demonstra, enseñador.* Angl. *A shewer or teller.* } Virg. 1. *Georg.*

Adsis ò Tegeæ fauens, oleæque Minerua
Inuentrix, vncique puer monstrator aratri.

Senec *cap.25. de consol. ad Mart.* Monstrator ignotarum vrbium gratus est hospiti.

Mōnstrābĭlĭs. δεικτός, δεικτικός Gall. *Digne d'estre mõstré & cogneu.* Ital. *Degno di essere mostrato & conosciuto.* Germ. Zeigenswärt/vernampt. Hisp. *Digno de ser mostrado y conocido.* Angl. *VVorthie to be shewen.* } apud Plin. *Epist.107.* Nescio an noris hominem, quanquam nosse debes, est enim probitate morum, ingenij elegantia, operum varietate monstrabilis.

Mōnstrum, monstri, à monstrando dictum est, quòd aliquid significando demonstret, portentum, prodigium, ostentum. { מופת mophéth. τέρας. Gall. *Monstre.* Ital. *Mostro, miracolo.* Germ. Ein wunder ding/ ein vnnaturlich/vnnd vngewonlich ding. Hisp. *Monstro.* Angl. *A wounderfull & strange thing againsit the common course of nature.* } Pro monstro est, quando qui sudat, tremit. Plaut. *Asin. sc.2.a.2.* Monstrum Caligula dicitur. Suet. *cap.21.* Prodigiosa corpora, & monstris insignia. Quintil. Cic. 2. *de nat. deor.* Monstra prædictiones & præsensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ futura sunt, portendi, prædici? ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur. Virg. 3 *Æneid.*

Horrendum & dictu video mirabile monstrum.

Idem 2. *Æneid.*

Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.

Ibidem,

Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.

Cic. 5. *Verr.* Non mihi iam furtum, sed monstrum ac prodigium videbatur. Virg. etiam Polyphemum vnoculum, monstrum horrendum, ingens appellauit. Et sic quicquid est natura deforme, hoc est præter naturam, monstrum, & res monstrosa est Terent. *in Eunuch.* Quid istuc nam monstri fuit? Donat. Monstrum est omne contra naturam: si igitur eunuchus est, & vitiauit virginem, contra rerum naturam factum est ¶ Quandoque monstrum, φάσμα, ponitur pro documento, vt apud Virg. 3. *Æneid.*

Monstra deûm refero.

¶ Monstrum alidicimus, vbi quid occulti vitij latêre significamus. Haud scio an inde ducitur metaphora, quòd monstra ob pudorem clanculum aluntur, & occultantur. Terent. *in Andr.* Quamobrem? nisi si id est, quod suspicor, Aliquid monstri alunt. Vide latiùs *in Adagiis Erasmi* Cornel. Fronto. *de differ. vocab.* Ostentum, portentum, prodigium & monstrum, ita distinguit: Ostentum, inquit, est, quod præter consuetudinem offertur, atque idcirco raritas admirationem facit: portentum, quod porrò & diutiùs manet, futurúmque postmodum aliquid significat. Prodigium: quod mores faciunt per quod detrimentum expectatur, Monstrum verò, quod est contra naturam, vt minotaurus. Hæc Fronto. Sed tamen ab autoribus Latinæ linguæ hæc differentia curiosè obseruata non est.

‖ Monstrum generali significatione sit aliquid visendum seu notabile quod monstratur. Specialiter

I. Obseruabile monitum, seu documentum.

II. Res inusitata, quæ nobis stupenda occurrit & terribilis.

III. Est auersabile facinus, cuius aliquem in luce & aperto pudeat sicut monstrosi partus.

IV Est aliquid ita inusitatum, vt sit præter naturam.

V. Est ita inusitatum & tremendum, vt excedat omnem naturam. Ita quædam miracula monstra dicuntur; fiunt enim aliqua monstra præter communem cursum naturæ, vt tamen causæ secundæ aliquo modo appareant: quædam autem talia sunt, vt naturaliter fieri, aut nasci non potuerint.‖

Mōnstrōsŭs, a, um, quod monstrum refert, quod est contra naturam. { τερατώδης. Gall. *Monstreux.* Ital. *Mostruoso*, Germ. Das ein vnnaturlich vnnd wunder seltzame gestalt hatt. Hisp. *Milagroso.* Angl. *Monstruous,*

struous, against nature.} Monstrosi concubitus. Suet. *in Tib. c.* 43. Monstrosæ raritates. Gell. *c.* 16. *lib.* 3. Lucan. *lib.* 1. Monstrosique omnium partus. Cic. 2. *de diuin.* Quid minus mirum, quàm illam monstrosissimam bestiam vnam euertisse, sortes dissipauisse? Gell. *c.* 10. *lib.* 16. Monstrosissimum hoc, &c. Item

Monstruosus, a, um. Sueton. *in Caligul. cap.* 16. Monstruosæ libidinis Spinthria.

Mōnstrōsè, aduerbium, Præter naturam. { τερατωδῶς. GALL. *Monstrueusement, contre nature.* ITAL. *Mostruosamente, contra natura.* GERM. Unförmlich/Scheußlich/unnatürlich. HISP. *Monstruosamente, contra natura.* ANGL. *Monstruouslie, against nature.* } Cic. 3. *de diuin.* Nihil tam præposterè, tam inconditè, tam monstrosè cogitari potest, &c.

Mōnstrĭfĕr, ra, rum, adiectiuum, Monstrum referens. { τερατοφόρος. GALL. *Monstrueux.* ITAL. *Mostruoso.* GERM. Das ein wundersame gestalt hat. HISP. *Monstruoso.* ANGL. *Monstruous or representing a monstre.* } Plin. *lib.* 6. *cap.* 30. Animalium hominúmque effigies monstriferas circa extremitates eius gigni minimè mirum, Lucil. *lib.* 5.

——— mundúmque coërces
Monstriferos agit vnda sinus.

Monstrificabilis, e, idem quod monstrifer. Lucilius, Nunc ignobilitas his mirum ac monstrificabile.

Mōnstrĭfĭcŭs, a, um, qui monstra dicendo, vel faciendo profert. { τερατοποιός. GALL. *Monstrueux.* ITAL. *Mostruoso.* GERM. Das wunder seltzam ding macht. HISP. *Monstruoso.* ANGL. *Monstruous.* { Plin. *lib.* 21. *c.* 5. Inuenta in his & ratio inserendi, monstrificis hominum ingeniis. Idem *lib.* 6. *c.* 15. Sed nihil facilè reperiatur mulierum profluuio magis monstrificum.

Mōnstrĭfĭcè, aduerb. { τερατωδῶς. GALL. *Monstrueusement.* ITAL. *Mostruosamente.* GERM. Wunder/seltzamlich/ scheuzlich. HISP. *Monstruosamente,* ANGL. *Monstruonslie.* } Plin. *lib.* 28. *c.* 11. Equarum virus à coitu in lychnis accensum, Anaxilaus prodidit, equinorum capitum visus repræsentare monstrificè.

‖ Montaltum, olim *Vffugum, Montalto,* V. E. Calabriæ. ‖

Montanus, Poëta, cuius meminit Ouid. 4. *de Ponto, Eleg.* 16.

Mōntānŭs, Montigena, Montiuagus, Montosus, vide *Mons.*

MŎNVMĒNTVM, i, vel etiam monimentum per i, dicitur quicquid nos monet, vt tituli, sepulchra, statuæ, fana, porticus, carmina, historiæ, documenta, præceptiones, sapientum monita, libri, & cætera eiusmodi. { מצבת *matsétsĕthá* זכרון *Zichcharón.* μνημεῖον, μνῆμα, GALL. *Memoire, monument, souuenance.* ITAL. *Memoria, monumento.* GERM. Ein gedächtnußzeichen / etwas daß vnß eines vergangenen dings erinnert / ein gedächtnuß. HISP. *Memoria, ò recordacion, amonestamiento.* ANGL. *A moniment, or remembrance of any thing doone.* Cicero *ad Cæsarem,* Sed ego quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor, ad memoriam magis spectare debere posteritatis, quàm ad præsentis temporis gratiam. Ouid. 13. *Metam.*

At puto, funeribus dotabere regia virgo,
Condetúrque tuum monumentis corpus auitis.

Cic. 1 *Tusc.* Quid testamentorum diligentia? quid ipsa sepulcrorum monumenta? quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? Florent. Iureconsl. *l. monumentum, ff. de relig. & sumpt. funerum,* Monumentum generaliter est res memoriæ causa in posterum prodita, in quam si corpus, vel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum: si verò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum, quod Græci κενοτάφιον appellant. Varro *lib.* 5. *de lingua Latina,* Monumenta à monendo, quæ sunt in sepulchris. Et ideo secundùm viam, quò prætereuntes admoneant, & se fuisse, & illos esse mortales. Ab eo cætera quoque scripta ac facta memoriæ causa Monumenta dicta. Hactenus Varro. Rerum gestarum monumenta, sunt historiæ, vel annales, quæ virorum fortium memoriam ab interitu vindicant, quæque posteros admonent, vt illorum exemplo, pericula omnia pro patria intrepidè subeant. Cic. *de Orat.* Rerum gestarum monumenta, & vetustatis exempla oratori nota esse debent. Idem *de finib.* Vt enim nos ex annalium monumentis testes excitamus eos, quorum omnis vita consumpta est in laboribus gloriosis, Monumenta quæ Cæsar. 2. *bell. ciu.* vocauerat ornamenta templi. Quintilian. Monumentum aliud, aliud tumulus. Velleius. Fecit virtutis suæ monimentum Carthaginem, quod monimentum fuerat aui, &c. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Statuam vineam, quæ tuo gutturi sit monumentum. Idem *ibidem sc.* 1 *a.* 3. Vult dare auream statuam faciundam factis monumentum suis. Velleius. Monumenta virtutis Pompei sunt Syria & Pontus. Idem, Et monumenta eius victoriæ & triumphi. ¶ Item Senec. Elequentiæ monimentis. (*i. scriptis & ingenio.*) Idem, Monumenta ingenij sui comburere. Quint. Oratio scripta est monimentum orationis habitæ Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

——— Maiora libelli
Et diuturna magis sunt monumenta mei.

¶ Monumentum etiam dicitur pignus, aut res aliqua, memoriæ causa apud aliquem relicta: Græci μνημόσυνον vocant. Virg. *Æneid.*

——— quem candida Dido
Esse sui dederat monumentum & pignus amoris.

¶ Monumentum etiam dicitur pro munere & dono, quòd ea memoriæ eorum qui acceperunt inhæreant. Persius *Satyr.* 3.

——— neque inuideas.
Et piper & pernæ, Marsi monumenta clientis.

Monumentarius, ad monumentum pertinens. Apul.

Mŏnychă, chæ, cum y, & ch aspiratio, μόνυχα. Nomen est matris diui Augustini, cuius vitæ sanctimoniam, & ipse diuus Augustinus, & Maphæus Vegius Laudensis vates literis mandauere.

Mŏnychŭs, μόνυχος, vnus fuit Centaurorum, de quo Iuuen. *Satyr.* 1.

——— Quantas iaculetur Monychus ornos.

¶ Ductum autem est hoc nomen à Græco μόνυξ, quod perinde est, acsi Latinè solungulum dicas. Hoc autem proprium equorum est epitheton, qui vnicam & solidam habent vngulam. Quo fit, vt & centauris tribuatur, quibus Poëtarum fabulæ equinos tribuerunt pedes.

Mŏnymă, μονύμη, Mithridatis vxor, quæ in desperatione rerum profligatarum, detractum è capite diadema collo circumligasse traditur, seséque ex eo suspendisse; & quum corporis pondere laqueus ille diruptus esset, dixisse, Execrandum diadema, neque in tam tristi ministerio mihi profuisti, móxque quum super illud humi abiectum insputasset, eunucho regio iugulandam sese obtulisse.

Mŏnymŭs, μόνυμος, Corinthij cuiusdam trapezitæ seruus: qui quum magno philosophiæ amore teneretur, Diogeníque in primis operam dare cuperet, simulata insania monetam heri spargere cœpit, eóque modo ab illo dimissus, ad philosophiæ studium se conuertit, & Diogeni se totum tradidit. Vide Laërtium.

Mŏpsĭum, μόψιον, Agri Pelasgici oppidum in Thessalia, apud Strab. *lib.* 9.

Mopsos, μόψος, Liberum Ciliciæ oppidum, ad Pyramum fluuium situm, teste Plin. *lib.* 5. *c.* 27 Strabo *lib.* 14. μόψου ἑστίαν appellat.

Mŏpsŏpĭă, μοψοπία, Attica regio à Mopso rege sic dicta, vt autor est Strab. *lib.* 9.

Mŏpsus, μόψος, nomen proprium viri vatis, qui (vt Pomponius Mela refert) in finibus, Pamphyliæ Phaselim vrbem condidit. ¶ Fuit & alter Mopsus Lapitha, id est, Thessalus (vt Strab *lib.* 9.) qui fuit Ampyci & Chloridis filiæ Orchomeni filius. ¶ Alius fuit cum quo certauit Calchas de peritia diuinandi, Apollinis filius.

Mŏră, æ, Expectatio, temporis dilatio, cunctatio. { עקבה *bikkebáh.* διατριβὴ, ὑπερημερία ἀναβολή. GALL. *Demeure, retardement, delay.* ITAL. *Indagio, dimora.* GERM. Ein verzug oder verhinderung. HISP. *La tardança, ò detenimiento.* ANGL. *Tarring fluyor delay* } Mora nulla tibi est: licet ire accubitum. Plaut. *Menæch. sc.* 4. *a.* 2. Mora habuit quominus. Vell. Par hominum moram hanc induxerunt. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1.

Si mora pro culpa est, Ego sum maturior illo.

Ouid. 13. *Met.* Præter hanc, moram non facies mihi. (*i. molestus non eris.*) Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Mora ius sibi fecit dolor. Senec. *c.* 1. *de cons. ad Mart.* Tibi moram dicti creat. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Fames & mora bilem in nasum conciunt. Idem *Amph.* Ne moræ molestiæque herile imperium habeat sibi seruus frugi. Idem *Aul.* 1. *a.* 4. Mora mera est monerier. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Si alia memorem mora est. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Caue in te mihi sit mora. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Ne mora quæ sit. Idem *Pseud. sc.* 2 *a.* 1. Quis est qui moram occupato molestam obtulit. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Ærumna creuit auctâ morâ. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Hos frustrà per omnes moras exitu prohibere conatus. Sueton. *in Cæsar. cap.* 34. Non decrescit mora quod naturale est. Senec. *cap.* 8. *de consol. ad Mart.* Si auaritia dimisit (re,) ambitio moram non faciet. Idem *c.* 13. *de cons ad Helu.*

Nec mala tam longa nostra leuata mora.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Quies nulla (malorum) nisi in studio Pieridúmque mora, idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* Item, Longa referre mora est, idem *lib* 13. *Metam.* Mora segnis, vide *Segnis.* Plaut. cui mora semper obfuit, diligentia profuit. Cic. 6. *Philipp.* Itaque bellum nefarium illatum Reipublicæ quum viderem, nullam moram interponendam insequendi Antonium putaui. Terent. *Andr.* Nec mora vlla est, quin eam vxorem ducam. Virg. 3. *Æneid.*

Hic tibi nequa moræ fuerint dispendia tanti.

Idem 3. *Eclog.*

——— In me mora non erit vlla.

Terent. *Andr.* Sed sequere me intro, ne in mora illi sis. Frangere moras portarum, id est, frangere portas quæ nos morantur. Stat. 10. *Theb.*

——— rapite arma moràsque
Frangite portarum.

Moram redimere. Salust. *in Iugurh.* 74. Sed Iugurth. primùm tantummodo belli moram redimebat.

Mŏrŭla, æ, diminutiuum à mora διατριβή. Aug. *lib.* 11. *Conf.* Quæro quoniam dies dicitur non tantùm morula Solis super terram, secundùm quod aliud est dies, aliud nox.

Mŏrāmĕntum, i, Mora. { עקבה *bikkebah.* μέλλησις. GALL. *Demeure, retardement, delay.* ITAL. *Dimora.* GERM. Ein verhinderung. HISP. *Tardança.* ANGL. *Taryingstay or delay.* } Apul. *in Floridis.* Hisce igitur moramentis omnibus, qui volunt equitare, ad victorem sibimet equum deligunt.

Mŏrātor, verbale, Retardator, cunctator. { מעקב *meŏakkeb* מתמהמה *mithmahméah.* μελλητής, ἐφεκτικός. GALL. *Retardeur, dilayeur.* ITAL. *Dimoratore, tardatore.* GERM. Ein verhinderer. HISP. *Tardador.* ANGL. *A taryer, delayer or stayer.* Liu. 2. *ab Vrbe.* Quatuórque tribunorum aduersùs vnum moratorem publici commodi auxilio defectum. Coss. habent.

Mŏrātōrĭus, a, um. { ὑπερθετικός. GALL. *Chose pour retarder.* ITAL. *Cosa da tardare.* GERM. Das deß verzugs ist. HISP. *Cosa para tardar à otra.* ANGL. *A thing for to tary vpon.* } Paulus Iureconsf. Quo minus prædium iure pignoris distrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur. hoc est, cautio quæ datur vt quis differat & expectet.

Mora vaticana, χαμαίβατος. A Romanis vocatum fuisse rubi fructum, autor est Diosc. *lib.* 4. *c.* 35.

‖ Moracia, sunt morosi & anxij & iracundi difficiles senes, vnde quidam moraceas nuces, duras esse dixerunt: à quo fit

Moracillum, h. e. duriusculum. ‖

Moralis, Moratus, vide *Mos.*

‖ Morauia, Marhern/Germaniæ prouincia, Marchionatus titulo decorata ad regnū Bohemiæ. Est in ea Olmutensis E. Prugensi A. suffraganeus. ‖

MŎRBVS, i, Ægritudo corporis, vel mala affectio contra naturam, quæ vsum eius faciat deteriorem. Cælius apud Gell. *c.* 2. *lib.* 4. vbi plura de differentia morbi & vitij. { חלי *chóli* מחלה *machaléh.* νόσος, νόσημα. GALL. *Maladie.* ITAL. *Morbo, male.* GERM. Ein kranckheit/sucht. HISP. *Dolencia, enfermedad, mal.* ANGL. *Sicknesse, disearse or sore.* } Apud Iureconsultos scriptum est, Morbum & vitium inter se differre: id quod Ciceronis loco ostenditur *lib.* 4. *Tusc.* Morbum esse totius corporis corruptionem, veluti febris est. Ægrotationem, morbum cum imbecillitate. Vitium quum partes corporis inter se dissident. Ex quo paruitas membrorum, distortio, deformitas. Cic. *Attic. lib.* 11. Tulliæ meæ morbus, & imbecillitas corporis me exanimat. Idem 1. *in Catil.* Vt homines ægri morbo graui, quum æstu, febríque iactantur. Idem 2. *Offic.* Quapropter in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leuiter ægrotantes, leuiter curant: grauioribus autem morbis periculosas curationes, ancipites adhibere coguntur. Te igitur morbus

bus agitat hepatarius? Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Heu herclè morbum acrem & durum! Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Non tu scis, quantum isti morbo facias mali? *Ibid. sc.* 5. *a.* 5. Quid morbi esse dixeras. *Ibid. sc.* 4. *a.* 5. Morbos cognitos ante remedia: Et cupiditates natas esse ante leges Liu. *lib.* 34. Ei de repentè tantus morbus incidit. Plaut. *Men. sc.* 2 *a.* 5.

—Meo comes est insania morbo.

(i. poëticæ.) Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. ¶ Item morbus eum inuasit grauis (de inopia pecuniæ.) Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Cui tu abiens affers modum. (i. ægritudinem.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Morbus cui inspuitur ei venit. Idem *Capt. sc.* 4. *a* 3. Comitialem intelligit morbum, quem leuari, aut etiam arceri sputando, i. sputo, siue oris saliuâ credidit antiquitas. Virg. 3. *Georg.*

————— Omniáque in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.

Galenus *in tract. de differentiis morborum.* Morbus (inquit) est affectus contra naturam, primò vitians actionem. Quare quum actio vitiata non fuerit, morbi nomen non meretur. Euenit autem tripliciter, vt actio impediatur. Aut enim id contigit ex primarum qualitatum intemperie, aut ex partium immoderatione, aut ex solutione vnitatis. ¶ Dicuntur tamen etiam morbi in animo vitia inueterata & corroborata vsu: vt est auaritia, ambitio. Cic. *Tusc.* Quomodo autem in corpore est morbus, ægrotatio, & vitium: sic in animo Declamat. *in Cic.* Grauiter, & iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli, si te scirem iudicio magis, quàm morbo animi, petulantia ista vti. Morbus iræ & affectus. Gell. *c. vlt. lib.* 1. Quid autem morbus *in xij. Tab.* Cælius docet apud eundem Gell. *c.* 1. *lib.* 20. Et dicimus, Affici graui morbo, Laborare morbo, Conualescere ex morbo, &c. ¶ Morbus maior, i. Celso *lib.* 3. *c.* 23. Comitialis, ἡ ἐπιληψία, νόσος μέγας, & ἱερὸς, i. magnus & sacer, Hippocr. σεληνιακὸς Tralliano, caducus, Herculeus, infantilis Lucretio, sonticus Gellio, fœdus αἰσχρὸς Galeno 3. *de locis affect.*

Mōrbĭdŭs, a, um, quod est morbo infectum, ægrotum, infirmum. { חלה *choléh* דוי *dávuai.* νόσερος, ἐπίνοσος, νοσηματώδης. GALL. *Malade, maladif, mal sain.* ITAL. *Morbato, infetiato.* GERM. Siech/kranck. HISP. *Doliente ò enfermo.* ANGL. *Sicke, sore.* } Plin. *lib.* 8. *c.* 18. Atque ita profluuio sanguinis morbidum aliàs corpus exonerat. Lucret. *lib.* 6. languens quem consulit agricolarum Copia, conueniens ex omni morbida parte Varro 3. *de re rust. cap* 16. Aut quum sunt apes morbidæ propter primores vernos pastus, Morbida vis quæ morbum affert. Lucr. *lib.* 6.

—————— vnde repentè
Mortiferam possit cladem conflare coorta
Morbida vis hominum generi, pecudúmque cateruis
Expediam,

Idem, Fit morbidus aer. Et Senec. *de consol. ad Martiam,* Homo morbidus fit multis caussis.

Mōrbĭfĭcŭs, a, um, quod morbum infert. { מחלה *machaléh.* νοσοποιός. GALL. *Qui porte maladie.* ITAL. *Che apporta morbo.* GERM. Das kranckheit bringt/ vngesund. HISP. *Cosa que haze ò trae dolençia.* ANGL. *That causeth sicknesse.* }

Morbilli, vulgò dicuntur ἐξανθήματα, siue tanquam parui morbi siue tanquam paruorum morbi. Iuniores eis vulgò laborant.

Mōrbōsŭs, a, um, Obnoxius morbo, & valetudinarius dicitur. { חלה *choléh* דוי *davai.* νοσερός. GALL. *Mal sain.* ITAL. *Mal sano.* GERM. Kranck/ der vil kranck wirt. HISP. *Doliente ò enfermo, ò de mucha dolencia* ANGL. *Sick or sickelie.* } Cato *de re rust. c.* 2. Ferramenta vetera, seruum senem, seruum morbosum, & siquid aliud supersit vendat. Qui propriè dicatur morbosus, vide Gell. *c.* 2. *lib.* 4.

‖ Morcuslus superciliosus. L. gr. b. ‖

MŏRDĔO, es, momordi, & Memordi Gell. *c.* 9. *lib.* 7. & olim morsi, morsum, Dentibus lædo. { נשך *nasch hách.* δάκνω. GALL. *Mordre.* ITAL. *Mordere.* GERM. Beissen. HISP. *Morder.* ANGL. *To bite.* } Lucan. *lib.* 3.

Exhibuit primus chalybem, franósque momordit.

Plaut. *in Trin.* ni fugissem (inquit) medium credo præmorsissem. Ouid. 13. *Metam.*

———— manúque
Pabula decerpsi, decerptaque dente momordi.

Cic. *pro Rosc. Amer.* Latrant, & mordent carnes. ¶ Translatè lædere & obtrectare significat. Terent. *in Eunuch,*—inuidere omnes mihi, Mordere clanculum: ergo non floccipendere. ¶ Idem pungere, siue dolore afficere. Cic. *ad Attic. lib.* 13. Valde me momorderunt epistolæ tuæ de Attica nostra, Herba quoque mordere dicitur, id est, sapore acri pungere. Plin. *lib.* 12 *c.* 19. Hunc mordebit obiurgatio. Quint. Quod diffundit animum, vel mordet. Senec. *Epist.* 67. Hoc tene, hoc morde. (i. ne obliuiscere.) Idem *Epist* 79. Odium mordet. Quintil. Efferatur & mordeat frænos. (animus poëtæ sup.) Senec *c. vlt. de tranq.*

Tu caue defendas quamuis mordebere dictis,

Ouid. *Eleg. lib.* 1. *Trist.*

Nec liuor iniquo dente momordit opus Vllum,

idem *Eleg.* 1. *vlt. lib.* 4. *Trist.* ¶ Mordere, est aliquando edere, vt Iuuenal. *Sat.* 5.

—— Sordes farris mordere canini, i. cantabri, vt exponit scholiastes aliter panem sordidum caninum, i, frangere morsu, *Sat.* 15. Ita *Sat.* 6. Ostrea mordet, i. comedit. Coniungit *Sat.* 15.

———— sed qui mordere cadauer
Sustinuit, nil vnquam hac carne libentius edit.

¶ Composita sunt Admordeo, Commordeo, Demordeo, Immordeo, Obmordeo, Præmordeo, Remordeo. de quibus vide suis locis.

Mōrsŭs, a, um, participium. { נשוך *naschú. h.* δηχθεὶς GAL. *Qui est mors* ITAL. *Morso, morsicato.* GERM. Gebissen. HISP. *Mordido* ANG. *Bitdem.* } Plin *lib.* 26 *c.* 3. Datur morsis à cane rabioso, ne rabidi fiant.

Mōrsŭs, us, nomen, propriè dicitur actus mordendi. { נשך *néschech.* δῆγμα. GALL. *Morsure.* ITAL. *Morso, morditura.* GERM. Ein biß. HISP. *Bocado, ò mordedura.* ANGL. *A bite.* } Cic. *de diuinatione lib.* 2. Quid Aristolochia ad morsus serpentum possit, &c. Idem 2. *de Fato,* Philoctetes vlceratus serpentis morsu. Lacerare morsu artus suos. Quint. Catull. *lib.* 1. *Epigr.*

Atque acres solet incitare morsus.

¶ Accipitur etiam Morsus pro dolore & ægritudine. Cic. 3. *Tuscul.* Itaque & dolor corporis, cuius est morsus acerrimus perferetur spe proposita boni. Morsus necessarius in discessu, vel amissione carissimorum Senec. *cap* 7 *de consol. ad Mart.* ¶ Nonnunquam etiam pro detractione. Horat. *lib.* 1. *Epist.*

Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat, non odio obscuro, morsúque venenat.

Mōrsĭūncŭlă, æ, diminutiuum, Paruus morsus. { δηγμάτιον. GAL. *Petite morsure.* ITAL *Picciola morditura.* GERM. Ein bißlin. HISP. *Pequeño bocado.* ANGL. *A litle bitte.* } Plaut *in Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Compressiones arctæ amantum corporum. Teneris labellis molles morsiunculæ. Item Morsus pro coniunctione & nexu, vbi lorica cum fibulis connectitur. Silius *lib.* 7.

Strage super lapsus sociûm qua fibula morsus
Loricæ crebro laxata resoluerat ictu.

Mōrdāx, qui mordet, { δηκτικὸς GALL. *Mordant, poignant.* ITAL. *Mordace, morditore* GERM. Beissig/ item, ein nachreder / hinderstecher. HISP. *Cosa que muerde, ò maldize.* ANGL. *That bytheth, that stingeth with teeth or wordes.* } Plin. *lib* 16. *c.* 24. Mordacia sunt quibusdam folia, vt vrticis Plaut. *in Trucul.* Nunc tibi iam, amabo, ianua est mordax mea quo introire Metuas mea voluptas? Mordax folium: hoc est, pungens, & tactum, vel gustum feriens Mordax homo, Detractor. Liuidus & mordax. Horat. 1. *Serm. satyr.* 4. Mordacissimus superlat. Plin. *lib.* 17. *c.* 18. Mordax equus & calcitro. Gell. *cap.* 2. *lib.* 4.

Non ego mordaci distraxi carmine quenquam.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Mōrdācĭtās, { τὸ δηκτικὸν, ἡ δηκτικὴ δύναμις. GALL. *Aspreté mordante.* ITAL. *Mordacità.* GERM. Beissung oder stechung etlicher kreuter/ das brennen. HISP. *Aquella obra de morder, ò maldezir.* ANGL. *Abiting, sharpenesse of woordes.* } Plin. *lib.* 21. *c.* 16 Iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas.

Mordices, dentes quibus mordemus: tanquam à *mordex*; sicut dicitur *tumex.* Plaut. *Aul sc.* 2. *a.* 2. Asini me mordicibus scindant, boues incursent cornibus. Vt cornua instrumenta substantialia feriendi, ita mordices. Hic tamen per mordices intelliguntur oblocutiones, & inimicæ operationes per cornua Non. *c.* 2. Mordicitus & mordicus pro morsu. apud Plautum Tornebus ac Lambinus legi volunt *mordicus.* Gruterus suspicatur *mordicitus.*

Mōrdĭcŭs, aduerb. Mordendo, { ὀδὰξ. GALL. *Auec les dents, en mordant.* ITAL. *Co denti.* GERM. Mit beissen. HISP. *A bocados.* ANGL. *By byting, by the teeh.* } Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 5. Manum arripuit mordicus Idem *Menach. sc.* 3. *a.* 1. Oportebat iam nasum ademptum mordicus. ¶ Aliquando significat arctè, & quasi morsu ac dente. Sueton. *in Cæs.* Elata læua, ne libelli, quos tenebat, madefierent paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis. ¶ Mordicus tenere per translationem, pro summa pertinacia tueri. Cic. 4. *de finib.* Quum id fugiunt, re eadem defendunt, quæ Peripatetici verba tenent mordicus.

Mōrdĭco as, Dolorem affero, perinde acsi morsu læderem. δάκνω.

Mōrsĭcātim, Mordendo. { ὀδὰξ, δηκτικῶς. GAL. *En mordant.* ITAL. & HISP. *Mordendo.* GERM. Mit beissen. ANGL. *By byting.* } Varro Sicut pupilli incedunt, & in labellis morsicatim lusitant. ex Nonio.

Mordiæum, μορδιάιον. Ciuitas Pisidiæ, Appollonia postea dicta, Steph.

Mordritus, vel Mordritum, vox Germanica, Mörderey/ quæ significat latrocinium. Extat in ll. Ripuar. *tit.* 15.

Morella, in officinis dicitur solanum hortense. { GALL. *Morelle* HISP. *Mora morella.* }

Mōrētum, ti, { μορετόν. GALL. *Certain gasteau, tartre ou tourteau faite de farine, laict, vin, fromage, & herbes.* ITAL. *Torta di farina, latto, vino, formaggio, & altre sorti d'herbe.* GERM. Ein fladen kuchen so auß milch/ wein/ kaß vnd etlichen kreutern gemacht wirt. HISP. *El almodrote ò salsa semejante.* ANGL. *A kinde of cake made of mick, wine, cheese and herbes.* } Genus libi ex lacte, vino, caseo, & herbis confectum, quale describitur à Virgilio in eo opusculo cui titulus est *Moretum.* Ouid. 4. *Fast.*

Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum
In domina mensis? an sua causa subest?
Lacte, mero veteres vsi narrantur, & herbis
Sponte sua si quas terra ferebat, ait,
Candidus elixa miscetur caseus herba,
Cognoscat priscos, vt dea prisca cibos.

Dictum autem est Moretum (vt non obscurè significat. Virg. *loco iam indicato*) à verbo Græco μορέω, quod inter cætera significat abrado.

Tum demum digitis mortaria tota duobus
Circuit, inque globum distantia contrahit vnum,
Constet vt effecti species neménque moreti.

Morganatica, nuptiale donum. vox Germana corrupta, apud feudistas. Hotomanus docet, esse Morgengabe/ matutinum munus. Id erat quod sponsus die nuptiarum sponsæ manè salutatæ coram propinquis & amicis ante conuiuium nuptiale donabat.

Morgentium, μοργέντιον: Vrbs Italiæ, ἀπὸ μοργήτων, vocatur etiam Morgentina, Gentile, Morgentinus, & Morgites. Steph.

Mōrgŭs fluuius est ex Alpibus defluens, vnus eorum qui à Pado excipiuntur de quo Plin. *lib.* 3. *c.* 16.

Morgyna, μόργυνα, vrbs Siculorum Gentile Morgynæus Steph.

‖ Moria vox Hebræa, mons ille, in quo templum ædificatum est à Salomone. Schimel. in lex. ad vocem *Moria:* Iuxta Hebræos in isto monte fuit,

I. Altare, in quo sacrificarunt, Adam creatus, Abel, Kain.
II. Altare, in quo sacrificauit Noah, egressus arcâ.
III Colligatus Isaac.
IV. Altare extructum tempore Dauidis & Salomonis.
V. Ierusalem & templum. ‖

Moria, μωρία, stultitia. vox Græca.

Moriei μορίεις, Populi Indiæ ligneas domos habitantes. Steph.

Mōrīnī, μορίνοι, Populi sunt inter Belgas ad Oceanum Britannicum Baletibus, & Neruiis vicini, quorum oppidum mediterraneum, Ptolemæo teste, fuit Teruanna, τερυάνα, etiam hodie nomen retinens. { Die Bolanger.

Bolanger. } Hi à Virgilio Extremi hominum appellantur, quòd (vt diximus) Oceano sint proximi, breuissimúsque ab eis, vel ipso Cæsare teste, in Britanniam, sit traiectus.

Mōriones, μωραίνοντες, Stulti, Principium deliciæ. Mart. *lib.* 8.

Morio dictus erat, viginti millibus emi.

Morion, Lapidis pretiosi nomen. Plin. *lib.* 37. *c.* 10 Morium Indicæ quæ nigerrimo colere transflucet, vocatus Pramnium: in qua miscetur & carbunculi color, Alexandrinum: vbi Sardæ, Cyprium.

Moriseni, Traciæ populi, circa Ponti littora incolentes: quorum meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 11.

Mōrmyrā, Piscis est marinus, variis coloribus pictus, cuius meminit Ouid. *in Halieut.* referente Plin. *lib.* 32. *c. vlt.*

Mōrŏchthūs, μόροχθος, Lapis est in Ægypto nascens, quem nonnulli à lacteo colore Galaxiam & Leucographia appellant. Vtuntur eo lintea-riorum officinæ ad candorem vestium, propterea quòd mollis sit, & facillimè diluatur. autor Diosc. *lib.* 15.

Morior, vide *Mors.*

Mŏrŏr, aris, Expecto, Opperior. { נעגן *nebethán* התמהמה *hithmah-meáh* קוה *kauáh.* περιμένω. Gall. *Retarder, detenir, amuser, attendre.* Ital. *Aspettare, indugiare.* Germ. Verziehen/warten. Hisp. *Esporar lo que ha de venir, tardar.* Angl. *To tarie, to abyde.* } Lentulus Senatui, inter epistolas Ciceronis: Diutiùs morari, aut expectare præsidium non necesse habui. Nihil hoc Curionem morabatur ab spe. Cæs. 2. *de bell. ciuil.* Absoluto Claudio negauit Tibull. se Gracchum morari. Liu. *lib.* 3. *d.* 3. Te moraris mihi cùm obloqueris. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Nunquid me morare. *Ibid sc. vlt. a.* 5. Tametsi occupatus moramur (te.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Non morabor argentum, quin feras. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Neque diem decet me morari. Idem *Capt. sc.* 3. *a* 2.

———Oculos paulum tellure moratos
Sustulit ad proceres.

Ouid 13. *Metam.* ¶ Dicitur & Moro, moras, are, Diomedes *lib.* 1. ¶ Aliquando etiam accipitur pro curo, vel laboro. Plaut. *in Aul.*—pallas purpuram Nihil moror quæ in seruitutem sumptibus redigunt viros. Idem *ibid. sc.* 3. *a.* 4. Nihil moror istas magnas dotes dapsiles, hoc est nihil curo, nihil facio, οὐδέν μοι μέλει. Ego istam domum, neque qui homines sitis noui. Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Nihil moror tergum mihi negotiosum esse *Ibid.* Alieno vti nihil moror. (i. non placet.) *Ibid. sc* 3. *a.* 2. Nihil morantur Laconas Imi subsellij viros. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3 Ego istius complexum nihil moror: Meum autem hic aspernatur. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Si vis porrò dicam, Nihil moror. (i. non placet audire.) Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Ego te mancupem nihil moror. (i. nolo.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. ¶ Sæpissimè etiam Morari, est detinere, retardare { עקב *hikkéb.* ἀπέχειν, ἀνέχειν. } Quintilian. *in Mathematico*, Quid me adhuc pater retines? Quid moraris abeuntem? Plaut. *in Epid.* Nihil ego te moror. Item Morari, manere. χρονίζειν. Cæsar *bell. Gall. lib.* 2. Itaque paulisper apud oppidum morari, agrósque Rhemorum depopulari, &c. Lauabo vt rem diuinam faciam, ne affinem morer. (i. expectare cogam. Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 4. Nihil morabitur (conuiuas:) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. ¶ Morari oculos voluptate. Senec. *cap.* 1. *de tranq.* Cur didici, litteráque est oculos vlla morata meos, Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

Et pater est aliqua fraude morandus, ait,

idem *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Item hærere, dubitare. Virg 2. *Æneid.*

Quid ve moror, si omnes vno ordine habetis
Achiuos.

Et in his omnibus significationibus habet primam correptam. ¶ Morari verò prima producta, apud Suet. *in Neron. c.* 33. pro insanire, desipere. { כסל *chasál* נמהר *nimhár.* μωραίνειν. Gal. *Folastrer.* Ital. *Impazzire.* Germ. Unsinnig sein. Hisp. *Hazer bouerias.* Angl. *To playe the foole.* } quod ostendit Suetonius, solitum inquiens esse dicere Neronem, desiisse Claudium inter homines morari, nam Græci μωρὸς stultum vocant & fatuum. Videbatur dicere, Claudium desiisse manere & viuere inter homines: quum intelligi vellet, eum desiisse per mortem delirare & desipere, qui viuus delirauerat.

Mōrāns, antis, participium. Virg. 4. *Georg.*

————nanque morantes
Martius ille æris rauci canor increpat.

Vbi Seruius, Morantes, id est, tardè incedentes. ¶ Composita à Moro, sunt Commoror, Demoror, Immoror, & Remoror, de quibus suis locis.

Morator publici commodi. Liu. 2. *ab Vrbe.*

‖ Mormolijceum, terriculum: à μορμολύττω, terreo.

Mormyra piscis. Plin.

Morochthus, μόροχθος, lapis quidam Ægyptius, alio nomine γαλαξίας & λευκογραφίς, eo vtuntur ad dealbandas vestes. ‖

Mōrŏs. { כסיל *chesîl* הולל *holél.* μωρός. Gall. *Fol.* Ital. *Stolto.* Germ. Ein narr/tor. Hisp. *Loco, bouo.* Ang. *A foole.* } Græca dictione appellatur, qui Latinè stultus. Plaut. *in Trin.* Amor mores hominum moros, & morosos efficit. ¶ A quo morari verbum prima longa. Vide paulò antè in verbo *Moror.* vide *Morus.*

Mōrŏlŏgŭs, gi, stulta & inepta loquens { μωρολόγος. Gal. *Qui parle follement. & sottement.* Ital. *Che raggiona pazzie.* Germ. Der vil torechtigs geschwetz oder narren tädung treibt. Hisp. *El que habla bouerias.* Angl. *That speaketh folis olie.* } ¶ Vnde & sermones huiusmodi Morologiæ, μωρολογίαι, dicuntur: qui & periphrastricôs Morologi sermones appellantur, à Plauto *in Pseudolo*, Nec molestum esse, nec semonibus morologis, μωρὸς enim stultus, λόγος sermo. Plaut. *in Pers.* Morologus fio hoc est, sermone stulto vti incipio,

Morosus, vide *Mos.*

Mōrphēus, μορφεύς, somni minister est, qui (vt in fabulis est) iussu domini quoscunque vultus hominum fingit, verba ipsa, mores item & gestus imitans Ouid. *lib.* 11. *Metam.*

Excitat artificem, simulatorémque figuræ Morphea, &c.

Mōrphnūs, μορφνός, Aquilæ genus, circa paludes & lacus vitam præcipuè agens: ab Homero Percnos, ab aliis etiam Plancus & anataria appellatur. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 3. vbi sex aquilarum genera enumerat Melænaeton, Pyrgagon, Morphnon, Porcnopteron, Gnesion, & Haliæeton, &c.

Mōrs, tis, σωματος καὶ ψυχῆς διάλυσις, hoc est, animæ & corporis dissolutio, Lethum, interitus, obitus. { מות *máveth* תמותה *temuthâh.* τὸ χρεὼν καταστροφὴ, κατάλυσις, θάνατος. Gall. *La mort.* Ital. *La morte.* Germ. Der todt. Hisp. *La muerte.* Angl. *Death.* } Cic. *Tusc.* 1. Sunt enim qui discessum animi à corpore putent esse mortem *Ibid.* A malis igitur mors abducit, non à bonis. Mors (inquit Seneca) est naturæ lex, tributum, officiúmque mortalium, malorúmque omnium remedium. Hæc à veteribus dea credita est, Noctis & Erebi filia, quæ in mortales omnes vitæ necísque haberet potestatem. Stat.

In scopulis mors sæua sedet.

Cic. 1. *Tusc.* Mors non est interitus, omnia tollens, atque delens: sed quædam quasi migratio, commutatióque vitæ, quæ in claris viris, & fœminis dux in cælum solet esse. Horat. 1. *Epist.* 17.

————Mors vltima linea rerum est.

Virg. 2. *Æneid.*

———————crudelis vbique
Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago.

Ouid. 14. *Metam.*

At verò fuga vos ab acerba morte reduxit.

Morte simplici punire. Suet *in Cæs. c.* 74. In morte esse. Gell. *cap.* 13. *lib.* 6. Morte sua defunctus. Suet. *in Cæs. c.* 88.

Semper mœsta tua carmina morte canam,

Catull. *ad Ortal.* Mors instat à tergo. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Inter vitam & mortem morbis detinere. *Ibid.* Crudelitas in qua Mors beneficium erat. Idem *c.* 15. *de tranq.*

Finitis gaude tot mihi morte malis.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Desperata victoria in mortem dimicabatur, Velleius.

Inter gemina nantem confinia mortis. i. Inter Scyllam & Carybdim,

Tibull. *lib.* 4. Nisi mors animum meum à te abalienauerit Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Ciceroni morte stetit vindicta libertatis. Velleius. Mors tenet quicquid abstulit. Senec. *c.* 6. *de consol. ad Mart.* Cras necessum erit mortem exequi. (i. obire.) Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Euenit in dolore & labore, vt mors obrepat interim. *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Cur me morti dedere optas. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Quousque? vsque ad mortem excrea. Mors fatalis, vide *Fatalis.* ¶ Accipitur quandoque Mors pro aliarum rerum interitu, etiam inanimatarum. Plin. *lib* 14. *cap.* 22. Hinc rerum omnium obliuio, mórsque memoriæ. Legitur etiam nonnunquam in numero plurali Mortes. Cicer. 2. *de finib.* Præclarè mortes sunt imperatoriæ. Plin. *lib.* 13. *cap.* 21. Qua in domum illata, difficiles partus fieri produnt, mortésque miseras. Quintilian. *declam.* 2. Contra verbera, & experimenta telorum, mortium pertulere patientiam. Mortes fenerauerunt, Seneca.

Mŏrĭŏr, eris, & iris, Obeo, intereo, excedo, decedo, è vita migro, vitam cum morte commuto, nunc tertij, olim etiam quarti ordinis. { מות *meth* גוע *ghauáh.* μεταλλάττω, καταλύω, ἀποθνήσκω. Gall. *Mourir.* Ital. *Morire.* Germ. Sterben. Hisp. *Morir.* Angl. *To die.* } Ouid *lib.* 4. *Metamorph.*

At strepitum mortémque timens, cupidúsque moriri.

Plaut. *Rud.* —acta hæc res est, certum est moriri, quàm hunc pati Lenonem in me grassari. Moriri miserè mauolet, quàm non perfectum reddatur. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1 Periculum ne interea moriamur fame. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Væ virgis quæ in tergo morientur meo. Idem *Capt. sc* 4. *a.* 3. Se facturum diuitem si moriatur mater sua. (Mox, Periculum ne interea moriamur fame.) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Certúmne est tibi istuc? Non: Moriri certius. Idem *Capt. sc.* 5 *a.* 3. Morior Simo (dolore sup.) Haud te sinam emoriri, nisi mihi argentum redditur. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4.

Pars etiam quædam mecum moriatur oportet,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.*

Protinus vt morior non ero terra tuus.

idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* priusquam moritur, mihi dedit anulum. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a* 5. Is quoniam moritur, (i. postquam.) Idem *Aul. prolog.* Ait ad se in somnis illum venisse mortuum. Mox, Hoc sibi dixisse mortuum. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 2. Vtinam meus nunc mortuus pater nuncietur *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Vbi viuos homines mortui incursant boues. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Mortuus est Demenætus. Metaph. vt dicitur, perij.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Mortuus est, loces efferundum. Idem *Aul. sc* 5. *a.* 3. Dies iam dimidiatus est mortuus ad vmbilicum. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. (i. Iam meridies est.) Hominem inter viuos quæritamus mortuum *Ibid sc.* 1. *a.* 2. Qui mortuis cœnam coquat, Nam solus is coquere, quod mortuis placeat, potest. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Mortuâ re, verba nunc facis. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. August. *lib.* 3. *de ciuit. Dei*, Non inportunè, neque incongruè arbitror dicere, etsi non humana industria, iudicio fortasse diuino, vt hoc verbum quod est Moritur, in Latina lingua nec Grammatici declinare potuerint ea regula, qua cætera talia declinantur. Nanque ab eo quod est Oritur, fit verbum præteriti temporis Ortus est: & siqua similia sunt, quæ per præteriti temporis participia declinantur: ab eo verò quod est moritur, si quæramus præteriti temporis verbum, responderi solet, Mortuus est, u, litera geminata. Sic enim dicitur mortuus, quo modo Fatuus, Arduus, Conspicuus, & siqua similia, quæ non sunt præteriti temporis, sed quoniam nomina sunt, sine tempore declinantur Illud. verò, quasi declinetur quod declinari non potest, pro participio præteriti temporis ponitur nomen. Conuenienter ergo factum est, vt quemadmodum id quod significat, non potest agendo. ita ipsum verbum non posset loquendo declinari. Horat. 3. *Carm Ode.* 2.

Dulce, & decorum est pro patria mori,
Mors & fugacem persequitur virum,
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus, timidóque tergo.

Vir. 4. *Æneid.*

Quin morere vt merita es, ferróque auerte dolorem.

Idem 5. *Æneid.*

O felix vna ante alias Priameia virgo,
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori.

¶ Mori

‖ ¶ Mori morte, est certò mori. ¶ Mori alicui rei in diuinis literis est nunquam perinde non affici ea, atque si mortuus esses. ¶ Mori in peccatis, est manere & perire in peccatis, & ob ea damnari. ¶ Quid autem est, mori legi, est, desinere legi, adhærere & confidere, quasi per ipsam iustus quis, & saluus esse possit. ‖ ¶ Moriar, iurãdi verbum, quemadmodum Disperеam, Cic. *ad Attic. lib.* 8. Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. Moritur dies, i. occumbit Sol, dies clauditur Papinius,

Iam moriente die rapuit me cœna benigni Vindicis.

Ob id dies componi, & comburi dicebatur. Vide Comburo, & Compono. Plaut. Dies quidam iam ad vmbilicum dimidiatus est mortuus. ¶ Composita huius verbi sunt, Commorior, Emorior, Immorior, & Præmorior: de quibus suis locis.

Moriens, particip. præs. temp.

Mortuus, particip. præterit. Vnde Mortuo verba facere, pro frustrà, vel suadere, vel orare, perinde quasi mortuo quis loquatur. Plaut. *Pseud.*

Mŏrĭbūndŭs, Moriens, morti vicinus. { מת *meth.* θανατιῶν, θνῄσκων. GALL. *Qui se va mourant, qui se meurt.* ITAL. *Morendo, chi va morendo.* GERM. Sterbend. HISP. *Moriendo, ò del todo muerto* ANGL. *Dying, readie to die.* } Liuius 6. *bell. Punic.* Atque ita gladio quem veste texerat, per aduersum pectus transfixus, ante pedes Imperatoris moribundus procubuit.

Mōrtālĭs, e, qui morti subiectus est, ✠ Immortalis { θνητός. GALL. *Mortel.* ITAL. *Mortale.* GERM. Tödtlich/sterblich. HISP. *Mortal ò que puede morir.* ANGL. *Subiect to death mortal.* } Quintil. *lib.* 5. *cap.* 12. Inclarissimum solem mortale lumen inferre. Cic. 3. *de natur. deorum*, Mortale igitur omne animal, & dissolubile, & diuiduum sit necesse est Horat. 2. *Serm. satyr.* 6.

——terrestria quando
Mortales animas viuunt sortita.

Occidisti hercle. Quem mortalem? Omnes tuos. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 2. Ante omnes minimi mortales Pretij. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 5 Malignitate hic dies onerauit omnes mortales mihi. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Omnes mortales sciunt. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 1.

———Aspiciunt oculis superi mortalia Iustis,

Ouid 13. *Metam.* Publica conditio mortalis nata es, mortales peperisti. Senec. *c.* 11. *de cons. ad Mart.*

Mŏrtālĭs, substantiuum, Pro homine. { ὁ βροτὸς, ὁ θνητὸς ἄνθρωπος. GALL. *Homme mortel.* ITAL. *Huomo mortale.* GERM. Ein mensch so sterblich vnnd hinfellig ist. HISP. *Hombre mortal.* ANGL. *A mortall man.* } Salust. *Iugurth.* 67. multos mortales capit. Plin. *lib.* 12. *c.* 17. Tanta mortalibus suarum rerum satietas est, alienarúmque auiditas. Cic. 7. *Verr.* Nam istum paucis horis primæ actionis omnium mortalium sententiis condemnaui. Ouid. 2. *Metam.*

Ides deos hominésque voco, nec contigit vllum
Vox mea mortalem.

Plaut. *Pseud. sc.* 8. *a.* 4. Nimis hic mortalis versutus. (i. homo.)

Mortalior, comparatiuum. Plin. *lib.* 34. *cap.* 14. Eadémque prouidentia nihil in rebus mortalius faciente, quàm quod infestissimum mortalitati.

Mortālĭtās, atis, ✠ Immortalis. { τὸ θνητόν. GAL. *Mortalité, ce qui est subiet à mort.* ITAL. *Mortalità.* GERM. Tödtligkeit/sterbligkeit. HISP. *Mortalidad ò condicion de morir.* ANGL. *Mortalitie.* } Cic. 1. *de natura deor.* Aut non omne quod ortum sit, mortalitas consequatur. ¶ Mortalitas etiam pro hominibus mortalibus. Plin. *lib.* 2. *c.* 76. Mortalitas ipsa inuenit sibi medium quiddam. Idem *lib.* 7. *cap.* 40. Vana mortalitas, & ad circunscribendum seipsam ingeniosa. Mortalitatem ignorare stulti: impudentis recusare, Senec. *cap.* 11. *de consol. ad. Polyb.* Ius mortalitatis, *ibid.* 17. Mortalitatis exempla colligere ridiculum. Idem *cap.* 12. *de consol. ad Mart.*

Mŏrtĭfĕr, siue mortiferus, a, um, pen. corr. Lethifer, lethale, quod mortem affert. { θανατηφόρος. GAL. *Mortel, qui fait mourir.* ITAL. *Mortifero.* GERM. Das den todt bringt/tödtlich. HISP. *Cosa matadera, ò que trahe muerte.* ANGL. *Deadlie, that causeth death.* } Colum. *lib* 7. est etiam mortiferus serpentis ictus Plin. *lib.* 10. *cap.* 50. Pullis anserum vrtica mortifera contactu. Cic. 1. *Tusc.* Et quum penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, vt non ad mortem trudi, verùm in cælum videretur ascendere. Virg. 6 *Æneid.*

——mortiferúmque aduerso in limine bellum.

Celsus *lib.* 5. *cap.* 16. Nam musculus percussus mortiferus est, præcisus sanitatem recipit. Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Mart.* Mortifera multa homini.

Mortiferè, aduerb. Lethaliter. Plin. *epist.* 60. Ægrotabat mortiferè.

Mŏrtŭālē, quod ad mortuos pertinet { νεκρικά. GAL. *Mortuaire.* ITAL. *Che appartiene à morti.* GERM. Das zu den todten gehört HISP. *Cosa perteneciente à mortuorio.* ANGL. *That belongeth to the death* } Plaut. *in Asin. sc.* 1. *a.* 4. Hæc sunt non nugæ: non enim mortualia. ¶ Vnde Emortualis dies, in quo quis est mortuus: sicut Natalis, in quo quis natus est. *Ibid.* Idem *Pseud. sc.* 8. *a.* 4. Certum est enim hunc emortualem facere ex natali die.

Mortuarius, a, um. Gell. *c.* 7. *lib.* 18. Mortuaria Glossaria. Scalig. in Varronem legit *Mortualia.*

Mŏrtĭcīnŭs, a, um, pen. prod. quod est exangue, corruptum, & sponte sua mortuum. { מת *meth.* θνησιμαῖος. GAL. *Qui est mort de soy mesme, & qui n'a point esté tué.* ITAL. *Morto da se.* GERM. Der von in selbs gestorben ist/aterschelm. HISP. *Muerto de su voluntad* ANG. *That is dead by the self.* } Vnde Morticinam carnem dicimus animalium quæ non sunt mactata, sed per se mortua. Plinius Sola hæc auis in eo genere morticina carnem non attingit. Varr. 1. *de re rust. cap.* 9. Morticinæ ouis non patiuntur vesci carne

Mŏrtĭcīnī, Claui dicuntur pedum, quòd velut morticina caro sit, quam Græci. θνησιμαῖον vocant ἧλοι. Plin. *lib.* 22. *c.* 23. Clauis pedum, qui vulgò morticini appellantur, &c.

Morsĭcātim, Morsiuncula, Morsus, vide Mordeo.

Mŏrtam, vnam esse ex Parcis dicunt quas veteres Latini tres esse putauerunt, eásque natiuitati & morti præsidere. Earum nomina fuerunt Nona, Decima, & Morta, quo commento illud videntur voluisse significare, tempestiuum partus tempus esse mensem nonum & decimum: qui verò ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortuos nasci aut natos statim mori, Sipontinus *ex Martiano.*

Mōrtārĭum, in quo res, quæ resoluendæ sunt, pistillo contusæ teruntur. { מדוכה *medochah.* θυεία, ὅλμος, ἴγδη. GALL. *Vn mortier.* ITAL. *Mortaio.* GERM. Ein mörsel HISP. *El morteropara majar.* ANGL. *A morter* } Plaut. *in Aul.* Cultrum, securim, pistillum, mortarium, Quæ vtenda vasa semper vicini rogant. Lapis mortariorum, θυΐτης, ex quo mortaria confici solent. Plin. *lib.* 36. *c.* 22. Autoribus curæ fuere lapides mortariorum quoque, nec medicinalium tantùm, aut ad pigmenta pertinentium, ¶ Huius diminutiuum est Mortariolum, θυείδιον. Hieronymus *in Numeris*, Ponent cum eo thuribula, mortariola, cyathos, & crateres ad vina fundenda. ¶ Est & mortarium locus, & susceptaculum in quo calx, siue intrita subigitur seruatúrve, quæ loca etiam hodie vulgò *Mortaria* appellantur. Budæus, Mortarium locus est vbi arenatum, rutro subigitur. Vitruuius. *lib.* 7. *cap.* 3. Græcorum verò tectores non his rationibus solùm vtendo faciunt opera firma, sed etiam mortario collocato, calce & arena ibi confusa, decuria hominum inducta, ligneis vectibus pinsant materiam, vt ita ad certamen subacta tunc vtantur.

Mŏrtĭcĭnŭs, Mortifer, Mortualis, vide *Mors.*

Mortuum mare, Straboni dicitur, quia nihil viuum gignit ἀσφαλτίτης. Lacus est in pentapoli Syriæ, qui nihil præter bitumen gignit, nihil in eo graue submergitur. { Das todtmeer/ ist ein stinckender See in Syria. Vnde & Asphaltites vocatur, siue ab eo quòd Græci bitumen ἄσφαλτον appellant, siue ἀπὸ τῆς ἀσφαλείας, hoc est, à securitate, eò quòd corpora viua ei innatent, tutáque sint à submersione. Hinc mortuum mare vita sine infortunio. Senec *Epist.* 68.

Morus, a, um, id est, stultus, a, um. Plaut. *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Ego stulta ac morâ multum *Ibidem. sc.* 1 *a* 3. Morus es. Et *Men. sc.* 2. *a.* 4. More moro vtimur maximè. Vide *Moros.*

Mŏrŭs, i, Arbor. { μορέα, συκάμινος. GAL. *Vn meurier.* ITAL. *Moro albero.* GERM. Ein maulbeer baum. HISP. *El moral arbor.* ANGL. *A. mulberry tree.* } Morum, fructus, συκάμινον, à mora, id est, tarditate, vt quidam putant: nam postrema omnium arborum morus floret, propter quod prudentissima arbor dicitur, quia lædi se à frigore non sinit: neque nisi planè frigore peracto germen emittit: sed quum cœpit, in tantum vniuersa germinatio erumpit, vt vna nocte peragat, etiam cum strepitu. Sunt qui à Græco id nominis deriuent: μαυρὸν enim nigrum dicitur. Plin *lib.* 16. *cap.* 44. In hoc arborem mori eximiam ætate nostra adamauit Passienus. ¶ Mora quoque in rubis sunt, sed multùm ab his differentia. Colum. *lib.* 3. *de pruno*, Morum ab Idibus Februariis vsque in æquinoctium vernale rectè seres.

Morus Pyramea arbor sub qua occubuerunt Pyramus & Thysbe. Fabula est apud Ouid *lib.* 4. *Metam.*

Moryllij, μορύλλιοι, Macedoniæ populi in occasum vergentes, iuxta Alantenses & Lyncestas. Plin. *lib.* 4. *c.* 10.

Morychus, μόρυχος. Cognomen Bacchi apud Siculos cuius faciem vindemiæ tempore musto & recentibus ficis oblinere consueuerunt. Vide Erasmum *in prouerbio* Morycho stultior.

Mōs, moris, est vitæ institutum consuetudine firmatum. { דרך *deréch.* ἔθος, ἦθος. GAL. *Maniere, coustume, façon de faire.* ITAL. *Costume, vsanza.* GERM. Sitten/brauch/gewonheit. HISP. *Costumbre.* ANGL. *A maner or fashion, à custome.* } Varr. ait, Morem esse institutum animi, quod sequi debeat consuetudo. Cic *pro Cluent* Non mos, consuetudóque seruata. Cic. *de clar. Orat.* Mos est hominum, vt nolint eundem pluribus in rebus excellere. Virg. 1. *Æneid.*

Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram.

Idem 4 *Æneid.*

Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere more feræ,

Mores natura pudicos tibi dedit, Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

Doctaque non patrio carmina more canis.

Ibidem.

Quamuis fortuna, vt mos est illi, me aduersa fatigèt,

Tibull. *lib.* 4. Habent hunc morem meretrices. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 2. & *sc.* 2. *a.* 4. & *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Mos est meretricibus, Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5 Et *prolog. Amph.* An mos ita est hic, vt peregrinis aduenientibus narrent fabulas. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. Vt nunc mos est maximè, quid mirum si amat. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Nostri amores mores, consuetudines. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Nouisse mores me tuos decet (suprà animum.) Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Amator meretricis mores sibi emit auro & purpurâ (i. morigeram reddit sibi.) Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Mos obliuisci hominibus. Idem *Capt. s.* 3. *a.* 5. Maxima pars hominum hunc morem habent. (i. vitiû.) *Ibid. sc* 1. *a.* 2. Nos nostras more nostro & modo instruximus legiones. Idem. *Amph.* Moribus præfectum mulierum hunc factum velim. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Antiquis adolescens moribus. Idem *Capt. sc.* 2. *a* 1. ¶ Quæ vni præcipuè morem geras. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Cape tabellas. lege. P. Mos tibi geretur Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Is senex hospiti amanti morem gerit Idem *Mil sc.* 1. *a.* 2. Bene morem gerere hero. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2 Vni modo gessi morem. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Pater nunc intus suo animo morem gerit. Idem. *prolog. Amph.* Fiat, geratur mos tibi. Itē Feci more meo: Fecit more hominum, idem *Aul. sc.* 4 *a.* 2. Soror facis more tuo. (in laudem.) Idem *Aul sc.* 3. *a.* 1. ¶ Interdum sumitur pro consuetudine approbata, quæ habetur pro lege. Cic. 1. *Offic.* Quæ more aguntur institutísque ciuilibus. Idem *contra. Rull.* Est hoc in more positum institutóque maiorum. ¶ Mores plurali numero, τρόποι. consuetudo cuipiam familiaris, & in habitum recepta, à qua benè, vel malè morati dicimur. Est enim vocabulum medium, quod tam in bonam, quàm in malam partē accipitur. Plaut. *in Trin.* Nam hic nimiū morbus mores inuasit bonos. Ita plerunque omnes iam sunt intermortui. Sed dum illi ægrotant, interim mores mali, Quasi herba irrigua, succreuerant vberrimè. ¶ Mores grauiores, item mores maiores, coniugum vitia & minus honestas actiones leui vocabulo & honesto Iureconsulti vocant. Vlpian. *lib.* 4 *Instit. tit.* 6. Mores grauiores sunt adulteria tantum. leuiores omnes reliqui. Maritus propter maiores mores præsentem dotem reddit. propter minores, senûm mensium die. ¶ Mores cæli. Plin. *lib.* 14. *cap.* 1. Siccique tantum gratia ex his pluribus modis ad

cæli mores, ſolique ingenia. Mores, de equis. Columell. *lib.6.c.29.* Mores autem laudantur qui ſunt ex placido & concitato mitiſſimi. Moribus, pro more & conſuetudine. Cic. Tribuni appellati negarunt ſe in mora eſſe quominus ſeu legibus, ſeu moribus mallet, inquireret. Virg.1.*Georg.*

——*Varium cæli perdiſcere morem.*

¶ Transferre ad morem. Cic. *in Orat.* Græcorum prudentiam poſſe ad noſtrum morem, vſúmque transferri, Morem gerere, Obedire. Terent *Eunuch.* Mos gerendus eſt Thaidi. Cic. *pro Muræna,* Geſtus eſt mos & voluntati & dignitati tuæ More bono, aut malo. Saluſt. *Iugurth.*87. Sed bono vinci ſatius eſt, quàm malo more iniuriam vincere. ¶ Hinc fit Moratus, Moralis, Morigeratus, &, quod hodie in vſu non eſt *Moſculus* diminutiuum, quod apud Catonem legitur.

Mōrātŭs, nomen eſt, non participium, à nomine mos, dicitúrque vtplurimum de eo qui bonis laudatíſque moribus eſt præditus. ἠθικὸς, εὐτρόπος. GAL. *Morigené, apprins & accouſtumé.* ITAL. *Coſtumato.* GERM. Wolgebärdt/der guter ſitten vnnd gebärden iſt/item, vbelgebärdt. HISP. *Bien acoſtumbrado.* ANGL. *That hath goodor badde maners.*} Plaut. *in Aul. vt ſc.4. a.1.* Dummodo morata rectè veniat dotata eſt ſatis. Cic. *Tuſc.* Quotus enim quiſque philoſophorum inuenitur, qui ſit ita moratus, ita animo ac vita conſtitutus, ratio poſtulat? Idem *de clar.* Quæque erant propria cùm præſtantis viri in Republ. tum bene moratæ & bene conſtitutæ ciuitatis. ¶ In malam partem vſus eſt Plaut. *in Truc.* Noui ego hominum mores. Ita nunc adoleſcentes morati ſunt. Item Terent. *in Hecyr.* Sed quid mulieris vxorem habes, aut quibus moratam moribus? Ita morata eſt hæc ianua, extemplò ianitorem vocat. Plaut. *Aſin. ſc.3. a.2.* Iſto more moratam, ibi placere. *Ibid. ſc.1. a 3.* Reliquit filium pariter moratum, vt eius pater fuit. Idem *Aul. prologo.* Moratus eſt eius moribus pater *Cap. ſc.2. a.1.* Nec quicquam exornata eſt benè, ſi morata eſt malè Idem *Moſt. ſc.3. a. 1.* Semper iſtoc modo moratus viuere debebas *Ibid. ſc.4 a.1,*

Mōrālis, e. Ad mores pertinẽs. { ἠθικός. GAL. *Moral, appartenãt aux mœurs.* ITAL. *Morale, che s'apartiene à coſtumi.* GERM. Das zu ſitten vnnd der zucht gehört. HISP. *Coſa perteneciente à coſtunbres.* ANG. *Belonging to maners.* } Cic. *de fato* Quia pertinet ad mores, quos ἤθους Greci vocant, nos eam partem philoſophiæ de moribus appellare ſolemus: ſed decet augentem linguam Latinam nominare moralem, explicandáque vis eſt, ratióque enunciationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant. ‖ Morale aliquando naturali opponitur. Vtrumque bonum eſt.

I. *Archetypum* { *Naturale*, Deus ſumma eſſentia & vita. / *Morale*, ſapientia, ſanctitas & beatitudo diuina increata.

II. *Ectypum* { *Naturale* { vtile, / ſuaue, ſeu delectabile. / *Morale*, ſapientia, ſanctitas & beatitudo creata & Angelis & hominibus.

Sic & malum naturale & morale dicimus. Aliquando *morale*, diſtinguitur non tantùm à *naturali*, ſed etiam à *rationali*; vt cum philoſophia ex tribus illis differentiis diuiditur ‖

Mōrālĭtās, ἠθοποιΐα. Macrob *Saturn. lib.5.c.5.* Sunt præterea ſtyli dicendi duo, diſpari moralitate diuerſi.

Mōrĭgĕrŏr, aris, Morem gero, obſequor & quaſi ad alterius voluntatem mores transformo { שמע *ſchamáh.* χαρίζομαι, ὑπουργέω. GALL. *Faire au gré d'aucun, obeyr.* ITAL. *Compiacere.* GERM. Gehorſam ſein / wilfätig ſein. HISP. *Obedecer complazer.* ANG. *To obeyr, to be at commandemẽt.* } Cic. *in Orat.* Voluptati autẽ aurium morigerari debet oratio. Terent. *in Adelph.* Si adoleſcẽti eſſes morigeratus Plaut. Morigero, dixit *in Amph* Volo deludi illum dum cum hac vſuraria Vxore nunc mihi morigero. Idem *Capt. ſc. 1. a.2.* Vos morigerari (ſeruituti) mos bonus eſt. ¶ Item Ore morigerari obſcœnè dixit Suet. *in Tib. c.44.*

Morigeratio, ὑπουργία. quaſi obedientia. Afranius, Si poſſent homines delinimentis capi, omnes haberent nunc amatores anus: Ætas & corpus tenerum & morigeratio, Hæc ſunt venena formoſarum mulierum Mala ætas nulla delinimẽta inuenit. Hinc Aduerb. Morigerè, πειθηνίως.

Mōrĭgĕr, & Mōrĭgĕrŭs, pen. corr. Obediens, obſequens, morem gerens { שמע *meáh.* πειθήνιος. GALL. *Obeyſſant, qui fait au gré d'aucun.* ITAL. *Obediente.* GERM. Gehorſam/willfärig. HISP. *Coſa obediente à otra coſa.* ANGL. *Obedient, pliant, readie to do as one wald.* } Plaut. *in Caſin.* Vt tibi morigerus hodie; vt voluptati fuit; Terent. *in Andr.* Siue hæc te ſolum ſemper fecit maximi, Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus. Vna viuis meis morigera moribus. Plaut. *Men. ſc. 3 a.1.* Malè mihi morigerus tace. Idem *Curc. ſc.3. a.1.* Tibi Vt morigera, atque vt munifica ſim bonis, proſim probis. Idem *Amphitr.* Malè morigerus malefacis mihi. Idem *Pſeud. ſc.2. a. 1.* Meóne æquum eſt morigerum patri; (ſup. eſſe.) *Ibid.* Bene morigerus fuit puer. (obſcœnè.) Idem *apt. ſc. 2. a. 5.* Morigeri mihi peſſuli fiant. *Suprà,* Morem mihi gerite Idem *Curc. ſc.2. a.1.*

Mōrōſĭs; μώρωσις, ἡ μωρότης. Vitium principalis animæ facultatis, non modò memoriam, verumetiam Vſum rationis imminuens, vox Græca.

Mōrōſŭs, a, um, Curioſus, diligénſque, qui nimis exactè omnia fieri expoſcit. { קשה *kaſcéh.* δύσκολος, δύστροπος, δυσάρεστος, ἀσωμάτακτος. GALL. *Faſcheux & difficile à ſeruir, malaisé à contẽter.* ITAL. *Difficile à cõtentar, faſtidioſo.* GERM. Zuuilgeſüchtig/mühſälig/vngeſchlacht. HISP. *Intratable, enfadoſo,* ANGL. *VVayward, froward, diuers to pleaſe* } Moroſus (inquit Porphyr.) is eſt qui multorum morum inter ſe contrariorum eſt. Vnde Senectus meroſa. Eſt enim hoc ſenum præcipuum vitium, vt difficilibus & faſtidioſis ſint moribus. Cic. *lib.1. de Orat.* Vſque adeò moroſi ſumus, vt nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes. Suet. *de Cæſar. cap.45.* Circa corporis curam moroſior, vt non ſolùm tonderetur diligenter, ſed etiam velleretur. Idem *de ſenect.* At ſunt moroſi, & anxij & iracundi, & difficiles ſenes: ſi quærimus, etiam auari: ſed hæc morum vitia ſunt non ſenectutis. Senec. *cap.1, de tranq.* Querulus & moroſus ſtatus.

Mōrōſē, aduerbium. δυσαρέστως, δυσκόλως. GALL. *Chagrinemẽt, faſcheuſement, difficilement.* ITAL. *Con difficulta, nota & faſtidio.* GERM. Zuuilgeſuch/vngeſchläch lich. HISP. *Intratablemente y enfadoſamente* ANGL. *VVaywardly.* } Plin. *lib.18.c.13.* Terram non moroſè eligit, penè vbi nihil aliud ſeri poſſit. Cic. *de clar. Orat.* M. Piſo iracũdius reſpuebat ineptias hominum, ſiue moroſè, vt putabatur, ſiue ingenuo liberóque faſtidio Moroſiſſimè, Suet. *in Aug. cap.66.*

Mōrōſĭtās, atis, Morum grauitas, & difficultas, quum nulla res ſatisfacere alicui poteſt. { קשי *keſchi.* τὸ δυσάρεστον. GAL. *Quand aucun eſt difficile à ſeruir ou contenter.* ITAL. *Difficulta di ſeruire ad alcuno.* GERM. Eigenſinnigkeit/vngeſchlachter ſitten da einem nichts gut gnugiſt. HISP. *Aquella intra ſtabilidad y enfado.* ANGL. *VVaywardneſſe, frowardneſſe, diuerſneſſe to pleaſe.* } Cic. *de ſenect.* At moroſitas tamen, & ea quæ dixi, vitia habent aliquid excuſationis. Suet. *in Tib. c.70.* Moroſitas & affectatio nimia in ſcribendo

‖ Moroſus, aliquando barbarè à mora. Vet. Vocab. habet verſum.

Mos me moroſum, mora me facit eſſe moroſum.

Ita Gabriel. *diſt.15.14. quæſt. dub.3. lib.4.* Moroſus dicitur qui non tradit rem, quam tradere tenetur, licèt eam tradere intendat.

Morphæa, quædam infirmitas, ſcilicet, quando aliquis mutatur in alium colorem, & dicitur à morphe mutatio. Vet. Vocab. imò μορφὴ, eſt forma. ergo à formæ mutatione.

Morphnus, μορφνὸς, aquilæ genus: quæ & percnus, à colore vel nigro, vel vario. μορφνὸς, ἡ, ὸν, eſt obſcurus, a, um. περκνὸς, niger.

Morottum, μόροττον, corticibus aliquid nexum, quo mutuò ſe in cerealibus percutiebant. ‖

Moſa, μῶσα, fluuius inſignis Galliæ Belgicæ, ex Vogelo monte, non procul à Lingonum finibus profluens. Et per Eburonum, Menapiorum, ac Sicambrorum agrum labens, tandémque in finibus Batauorum accepto Rheno in Oceanum ſe exonerans. { Die maaß. } ¶ Meminerunt huius fluuij Plin *lib.4.c.14. & 15.* Tacit. *lib.2. & 20.* Cæſar. *de bello Gall.*

‖ Moſcharium, vitulus. L.g.b. ‖

Mōſchātŭlă, { *Peri moſcatelli.* } Pyra quædam dicuntur, teſte Sipontino quæ odorem moſchi referunt. ¶ Eſt autem moſchus animalculum ſimilitudine muris: binos in ſuperiore mandibula dentes habens, & totidem in inferiori, eóſque ad interiora recuruos, in cuius corpore iuxta vmbelicum apoſtema ſanguinolentum naſcitur, quod vnà cum pelle exciſum ſiccatúmque, præſtantiſſimum ſpirat odorem, & inter primas hominum delicias habetur, cibíſque & medicinis & vnguentis paſſim adhibetur. Hunc etiam odorem ab animalis nomine Moſcum vocant Arábes. Veteribus enim creditur fuiſſe incognitus. Hinc itaque pyri quoddam genus Moſcatulum dicitur, quod ad hunc odorem proximè accedat. ¶ Alio nomine Superba pyra dicta ſunt, quòd celeritate quadam matureſcendi principatum inter pyra videantur velle obtinere. Vox minimè Latina, ſed quæ autoris ingenium elegans redolebat qui excogitauit.

Mōſcheūtŏn, μοσχεύτὸν, roſæ genus, è caule maluaceo fuſum, folia habens oleacea. Vide Plin. *lib.2.c.4.*

Moſchi, μόσχοι, populi ſunt Aſiæ, Albanis & Iberibus finitimi, à quibus pars Tauri montis in Septentrionem declinans, Moſchij nomen accepit. Vide Plin. *lib.5.c.27. & lib.6.c.10.* Lucan. *lib.3.*

——*ſæuiſque affinis Sarmata Moſchis.*

Moſchos, Grammaticus & poëta Syracuſanus: Ariſtarchi familiaris, qui ſecundus à Theocrito ſcripſit carmen Bucolicum. Suidas.

Moſcho prognatum patre. Plaut. *Men. ſc.4. a.2. & ſc. vlt. a.2.* bis.

‖ Moſchus, μόσχος, Græca vox, eſt vitulus, item metaphoricè tenellus ramus, pullulus.

Moſchus, vox exotica, pretioſum quoddam odoramentum.

Moſes, is, & Moſi. { משה *moſchéh.* μωσῆς, μωϋσῆς. } Sicut & Achilles, lis, li, nomen inclyti Iudæorum ducis, qui Iſraelitas ex Ægypto & Pharaonis tyrannide eduxit. Iuuen. *Satyr.4.*

Tradidit arcano quocunque volumine Moſes.

Arator,

——*non hac ieiunia Moſes Condidit.*

Quidam Moyſes efferunt per tres ſyllabas y litera interpoſita, & prima ſyllaba contra artem correpta. Sedulius, Quid quòd & Heliam & clarum videre Moyſen. Scribit Ioſephus ex euentu rerum nomen ei impoſitum fuiſſe: eò quòd à Pharaonis filia de flumine ſit ſeruatus.

Moſynœci, μοσυνοίκοι, populi Aſiæ versùs Septentrionem, qui (vt Pomponius *lib.1.* refert.) turres ligneas ſubeunt, notis corpus omne perſignant, in propatulo veſcuntur, promiſcuè concumbunt, & palàm reges deligunt, vinculíſque arctiſſima cuſtodia tenent. Dicti autem μοσυνοίκοι, quaſi turricolæ, à turribus quibus domorum vice vtuntur. Hos Plin *lib.6 c.4.* vocat Moſymos, quanuis in omnibus ferè exemplaribus Moſſymos legamus geminato ſſ. Alij Moſynos. Tibull. *lib.4.* Getas rigat (Tanais) atque Moſynos.

Mŏsylŏn, μόσυλον, Promontorium Æthiopiæ, emporium habens eiuſdem nominis. Stephan.

Mŏtăcīllă, auis ſemper mouens caudam, vulgò *Cauda tremula* dicitur. { σεισοπυγίς. GAL. *Vn oiſeau qui remuë touſiours la queuë.* ITAL. *Cutrepola.* GERM. Ein waſſer ſteltz. HISP. *La pezpita ò aguzanieue, aue nota.* ANGL. *A wag tayle or water ſwallow.* } Autor. Varr. 4. *de ling. Latina.*

‖ Motaciſmus eſt, quoties in m literam vocalis ſequitur: vt bonum auum, iuſtum amicum. Sed & hoc vitium aut ſuſpenſione m literæ, aut detractione vitamus. Iſid. *lib.1.31.* ‖

Mōthō, us, μωθώ, Arabum vicus, in quo Antigonus Macedo à Rabilo rege fuit interfectus: quæ etiam cædes vico nomen fecit: nam Motho Arabum lingua mortis locum ſignificat. Steph.

Motabilis, Motus, vide *Moueo.*

Motieni, μοτιηνοί, parua regio Iberiæ, colonia à Romanis deducta, Phlegon Mutienum μυτιηνὸν vocat. Gentile *Motienus.* Steph.

Mŏtyē, es, μοτύη, Siciliæ oppidum, ita dictum à Motye quadam muliere, quæ Herculi eos indicauit, qui boues eius abegerant. Hæc Stephanus ex ſententia Hecatæ.

Mŏvĕo, es, Moui, motum, Remoueo, dimoueo, in alium locum transfero, deiicio, depello, { הניע *heniah* טלטל *tiltél* הניד *henidh.* κινέω. GAL. *Mouuoir, remuer,* ITAL. *Mouere.* GERM. Bewegen. HISP. *Mouer.* ANGL. *To moue, to put or come out of one place to another.* } Terram mouiſſe. Gell *c.28. lib.2. & c.6. lib.4.* Et de procurando terræ motu, & mouiſſe haſtas Martias. *Ibid.*

——Moke

——— *Molle*
Cor mihi, quódque leuis caussa moueret erat. (ad amorem.)
Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*
Quóque loco est vitis de palmite gemma mouetur,
idem *Eleg. 12. lib. 3. Trist.*
Nec nisi lusura mouimus arma manu,
ibid. *Eleg. 1. lib. 4.*
Musaque quæ mouit, motam quoque leniet iram,
idem *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*
Et moueo Primum (verbis) *Priamóque Antenora iunctum,*
idem 13. *Metam.*
Arma animum notura virilem.
idem *ibid.* Omne mouemus hoc tibi Tribull. *lib. 4.* Inde mouetur opus, idem 4. *Fast.* ¶ Mouere corpus ad numeros: mox, Tripudiare, Senec. *cap. 15. de tranq.* ¶ Pro Incipere, Quid enim vetat inde moueri? (i. ab eo carmen incipere?) Ouid. 3. *Fast.*
Sic me quæ video, non videóque mouent. (i. angunt.)
Idem *Eleg. 6. lib. 4. Trist.* ¶ Pro amouere: Moue abs te moram. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.* Veste data tegitur, vetat hanc fortunam moueri: (i. amoueri.) ¶ Quíque moues Cœlum. (i. celator.) Ouid. 3. *Fast.* Saxa moues gemitu, idem 13. *Met.* Mouerat ingenium. (i. excitauerat,) idem *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* ¶ Mouere crimen alicui. Suet. *in Claud. cap. 16.* Item, Mouere se in aliquam partem, pro studio partium Cæs. 2. *de bell. ciu.* Mouere conditiones deditionis. Suet. *in Cæs. c. 75.* Nihil ab hoste motũ. Liu. 10. *d. 4.* Mouere sese ad motũ fortunæ. Cæs. 2. *de bell. ciu.* Mouere expectationem. Suet. *in Cæs. c. 42.* Nihil motum ex antiquo. (i. mutatum de vetere consuetudine, aut contra eum tentatum.) Rerum mouentium furtum non fieri, sed fundi, aut ædium. Gell. *c. 18. lib. 11.* Item, ¶ Pro persuadere. Ouid. 13. *Metam.* Mota manus procerum est, (i. persuasa est.) ¶ Item pro moliri. Liu. 7. *bell. Pun.* Audendo aliquid mouere. ¶ Mouere sibi inuidiam. Suet. *in Cæs. c. 78.* & mota mentione regni. *Ibid. c. 79.* ¶ Pro moliri. Liu. *lib. 7. bell. Pun. & dec. 4. lib. 3.* Audendo aliquid mouere. Item mouere vocem pro loqui. Liu. *lib 3. ab vrbe.* Cæsar 3. *bell. Gall.* Postero die castra eo loco mouent. Cic. *lib. 3. Offic.* Quid ergo: nónne nocet, qui quodam quasi veneno perficiat, vt veros hæredes moueat, in eorum locum succedat? ¶ Mouere animum, est inducere, allicere. Virg. *lib. 3. Georg.*
Non vmbræ altorum nemorum, non mollia possunt
Prata mouere animum.
Seruius, Mouere animum, in sui desiderium illicere. ¶ Mouere pro discedere, quod militare verbum est: est enim mouere castra, quæ est locutio rerum scriptoribus crebrò vsitata. Cic. *ad Attic. lib. 9.* Hæc autem scribebam pridie Non 14. die postquam ille Canusio mouerat. ¶ Mouere loco, idem *ad Quint. fratr. lib. 2.* Exarsit dolor, vrgere illi, vt loco nos mouerét. ¶ Mouere ex opinione. Idem 3. *de nat. deor.* Nec me ex ea opinione, quã à maioribus accepi de cultu deorum immortalium vllius vnquam oratio, aut docti, aut indocti mouebit. ¶ Mouere Senatu, vel de Senatu. Cic. *pro Cluent.* Vt alter de Senatu mouere velit, alter retineat. Liu. 9. *bell. Maced.* Septẽ mouerunt Senatu. ¶ Sic moueri statu. Idem *lib. 10. bell. Pun.* ¶ Mouere aluum, vel ventrem: hoc est, ciere aluum. Cato *de R. R. c. 115.* Viuum ad aluum mouendam. Martial. *lib. 11.*
Prima tibi dabitur ventri lactuca mouendo.
¶ Arma mouere. Plinius, Scribonius arma Illyrico contra Claudium mouerat. Virg. 12 *Æneid.*
Tum demum mouet arma leo.
¶ Bellum Mouere. Liu. 8. *ab Vrbe,* Quia toties iam Sidicini, aut ipsi mouerant bellum, aut mouentibus auxilium tulerant. ¶ Mouere risum pro excitare. Horat. 1. *Epist. 3.*
Ne si fortè suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus.
¶ Signa mouere, se acciugere, in hostem impetum facturum, quod b. lè Virg. à re militari transtulit 3. *Georg.*
Signa mouet, præcépsque oblitum fertur in hostem.
¶ Mouere stomachum alicui pro irritare. Cic. *ad Attic. lib. 6.* In quo tamen ille mihi. risum magis quàm stomachum mouere solet. ¶ Mouere tragœdias, significat verbis rem atrocem, & indignam efficere, quale est opus tragicorum, de rebus atrocibus semper mœstísque loquentium. Sicut econtrariò, Comœdias agere pro ridiculè ac dicaciter loqui. Quint. *lib. 6. c. 1.* Nam in paruis litibus mouere tragœdias tale est, quale si personam Herculis & cothurnos aptare infantibus velis. ¶ Mouet me. Papinius *Cod de furt. l. parui refert.* Nec me mouet, præsens homo fuerit nécne. ¶ Mouentur res magnæ, hoc est, commouentur, excitantur. Cic. *ad Quint. fratr. lib. 9. Epist.* Itaque magnæ mihi res moueri videbantur. Aliquando inuenitur mouere positum pro moueri, Gellius *lib. 4. cap. 6.* Vt terram mouisse nuntiari solet, eáque res procuratur: ita in veteribus memoriis scriptum legimus, nunciatum esse Senatui in sacrario, in regia hastas Martias mouisse. hoc est, motas esse. Bud. Similiter & participium Mouens passiuè ponitur. Dicuntur enim à Cicerone res mouentes pro mobilibus, quæ scilicet mouentur: quanquam mouentes res eæ propriè dicuntur, quæ mouentur per se, mobiles autem quæ aliunde & extrinsecus. ¶ Moueo istæc, aut curo. Irrisio apud Terent. *in Andr.* Ego istæc moueo, aut curo. ¶ Composita huius verbi sunt, Amoueo Admoueo Commoueo, Dimoueo, Emoueo, Permoueo, Remoueo Semoueo Summoueo. de quibus vide suis locis.
‖ Motum, μοτὸν, vel μοτὸς, linamentum vulnerarium, linteum carptum, quod vulnerum cauis ad ea implenda inditur ‖
Mōtŭs, a, um, particip. Commotus, excitatus. { געש ghohásch מתגעש mithghahesch. κινηθείς. GALL. Meu, esmeu, remué. ITAL. *Mosso.* GERM. Bewegt. HISP. *Mouido.* ANGL. *Moued, stirred.* } Virg. 1. *Æneid.*
——— *Sed motos præstat componere fluctus.*
Liu. 4. *bell. Maced.* Nullis minis, nullis terriculis se motas, sperantes satis opis & auxilij sibi in Romanis esse. Mota mens. (i. furens.) Senec *t. vlt. de tranq.* Mota manus procerum. (i. persuasa est.)
Mōtūs, us, Ipsa motio. { מנד menódh נידה nidháh מטלטלה metalteláh. κίνησις. GAL. *Mouement, remuëment, esmeute.* ITAL *Moto, mouimento.* GERM. Bewegung, HISP. *Mouimiento.* ANGL. *A mouing, a stirring.* } vt, Motus animi, Motus terræ. Cic. *de Amic.* Quibus rebus ad illum primum motum animi, & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardescit beneuolentiæ magnitudo. Ouid. *Epist. 18.*
Sæpe per assiduos languent mea brachia motus.
Suet. *in Claud. c 35.* Motu ciuili. (i. bello.) Horat. 3 *Carm Ode 6.* Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo. ¶ Motus pro commotione, siue perturbatione. Cic. *pro Flac.* Videtis quo in motu temporum quanta in conuersione rerum ac perturbatione versemur. Idem. *pro domo sua,* Magnificentissimus ille totius Italiæ motus, municipiorúmque concursus. ¶ Motus pro causa. Plin. *Epist. 4. lib. 3.* Audisti consilij mei motu ‖ ¶ Apud Physicos motus sunt:

I. Substantiales { Generatio. / Corruptio.

II. Accidentales, ratione. { *Quantitatis* { Augmentatio. / Diminutio. — *Qualitatis.* Alteratio. — *Loci,* Motus localis, antè, retrò, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, & in orbem.

Est & quidam quasi motus respectu temporis, successio. Sed illa aliunde petenda. ‖
Mōtĭo, verbale, Motus. { מנד *menódh* נידה *nidháh* מטלטלה *metalteláh* κίνησις. GALL. *Mouuement, remuëmnt.* ITAL. *Moto mouimento.* GERM. Bewegung. HISP. *Mouimiento.* ANGL. *A mouing, a stirring.* } Cic. 2. *de natur. deor.* In corporum etiam motione, atque gestu multò cernunt subtiliùs. ¶ Motio febris, i. commotio. Cels. *lib. 3. c. 5.* Nam si post alteram febrem motio manet: vulgò dicimus *il est encor esmeu.*
Motiuncula, diminut. Seneca *de tranq. vitæ cap. 2.* Qui ex diuturno grauíque mobo expliciti, Motiunculis, leuibúsque offensis perstringuntur. Idem *Epist. 54.* Leuis motiuncula decipit.
Mōtŏr, is, verb. { מטלטל *metaltél.* κινητής. GAL. *Remueur.* ITAL. *Motore.* GERM. Beweger. HISP. *Mouedor.* ANGL. *A mouer, stirrer.* } Mart. *lib. 11.*
Cunarum furas motor Charideme mearum,
Et pueri custos assiduúsque comes.
Mōto, as, frequentatiuum à Moueo. { σείω, σοβέω. GALL. *Remuër souuent.* ITAL. *Mouere spesso.* GERM. Offt oder efftig bewegen. HISP. *mouer muchas vezes.* ANGL. *To moue often.* } Virg. 5. *Eclog.*
Siue sub incertas Zephyris motantibus vmbras.
Idem *Eclog. 6.*
Tum verò in numerum Faunósque, ferásque videres
Ludere: tum rigidas motare cacumina quercus.
Plaut. *in Amphitr.* Neque se luna quoquam motat, státque vti exorta est semel. Gell. *cap. 3. lib. 11.* Motandi corporis gratia spatiamur, aut vectamur, &c.
Mōtŭāntŭr, pro motantur, dixit Plaut. *in Trucul.* Næ vt in æstu motuantur iræ.
Mōbĭlĭs, le, qui facilè mouetur, instabilis, varius, inconstans. { εὐκίνητος. GAL. *Meuble, mobile, inconstant* ITAL. *Mobile, volubile.* GERM. Beweglich. HISP. *Cosa mudable ò mueble.* ANGL. *That is easilie moued inconstant.* } Plin. *lib. 11. c. 37.* Supercilia homini & pariter & alternè mobilia Horat. 2. *Serm. Satyr. 3.*
——— *In amore hæc sunt mala, bellum,*
Pax rursum: hæc siquis tempestatis propè ritu
Mobilia, & cæca fluitantia sorte laboret
Reddere certa: sibi nihilo plus explicet, ac si
Insanire petat certa ratione modóque.
¶ Mobili animo esse, hoc est, leui, & inconstanti. Qu. Metell. *ad Cicer. lib. 5.* Etiam mobili in me meósque esse animo, non sperabam. ¶ Quorum contraria sunt, Immobilis, ἀκίνητος: & Immobilitas, ἀκινησία.
Mōbĭlĭtās, { εὐκινησία. GALL. *Habilité à se mouuoir, vitesse.* ITAL. *Agilitá & leggerezza.* GERM. Beweglig keit. HISP. *La habilidad para se mouer.* ANGL. *Moueablenesse, or habilitie in mouing.* } Virg. *Æneid.*
Fama malum, quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, viréisque acquirit eundo.
Cic. 2. *de nat. deor.* Necesse est quòd animal in eo gignatur, idem quoque sensu acerrimo, & mobilitate celerrima esse. Cæs. 2. *de bell. ciu.* Mobilitas nauium. i. celeritas. ¶ Mobilitas etiam pro inconstantia & leuitate accipitur. Cic. 7. *Philipp.* Quid est enim inconstantia, mobilitate, leuitate, cum singulis hominibus, tum verò vniuerso Senatu turpius? Salust. *Iugurth. 78.* Profectò fidem mutassent: tanta nobilitate sese gerunt. i. vsque adeò mobili sunt animo.
Mōbĭlĭtĕr, aduerbium, Celeriter, { εὐκινήτως. GAL. *Legerement, en se mouuant.* ITAL. *Con agilità.* GERM. Beweglicher weiss / mit bewegen. HISP. *Mouible y mudablemente.* ANGL. *Spedelie, hastelie.* } Cic. 2 *de nat. deor.* Animaduersúmque sæpe est, cor animantis alicuius euulsum, ita mobiliter palpitare, vt imitaretur igneam celeritatem.
Mōbĭlĭto, as, are. { εὐκίνητον ποιῶ. GALL. *Remouuoir, faire Mobile.* ITAL. *Far mobile* GERM. Beweglich machen. HISP. *Hazer mouible.* ANGL. *To make mouable.* } Lucret. *lib. 3.*
Inde calor motus, & venti cæca potestas
Accipit: inde aër, inde omnia mobilitantur.
‖ Mouita, malitia. in ll. barbar. Gallis *maueſtié.* s non pronuntiato. *Mauuais* eis est malignus. *Mal* malus: plurali *Maux.* ‖
Mŏx, à moueo: tam citò, quàm te moueas, Statim motu facto celeri. { פתאם *pitheóm* פתע *péthah.* εὐθύς, αὐτίκα. GALL *Tout incontinent, tantost apres.* ITAL. *Tosto, incontinente presto.* GERM. Bald, HISP. *Luego ò subito.* ANGL. *Anon, by and by.* } Terent. *in Andr.* Mox ego huc reuertar. ¶ significat etiam Paulo pòst, vel postea. Cic *lib. 1. de Orat.* Verùm illa mox: nunc de ipsa exercitatione quid sentias quætimus. ¶ Mox pro deinde, Plin. *lib. 12. c. 12.* In nostro orbe proximè laudatur Syriacum nardum, Mox Gallicum, tertio loco Creticum. ¶ Quam mox. Terent. *in Phorm.* Dum expecto quàm mox veniat.
‖ Motarabes, Christiani Arabibus in Hispania mixti: quorum liturgia seu Missa per Leandrum Hispalensem conscripta extat *tom. 6.* Bibliothecæ veterum Patrum. ‖

M V.

Mu, particula terrorem significans Plaut *in Cæco,* Quis tu es qui duçis me?

me? mu, peri hercle, Afer eſt. ¶ Hinc mu facere pro mutire. Lucilius *ſatyrarum.lib.3.*

Me non laudare hominem quenquam neque mu facere vnquam.

‖ Mū minimum aliquid ſignificat, Varr. *lib.* 1.de L.L. ex Ennio.

Quod minimum eſt,neque vt aiunt, μῦ facere audeat. ‖

Idem,mut facere,quo vſus eſt Apuleius Platonicus.Dicitur autem prouerbaliter de illis, qui præ nimia timiditate ne mutire quidem audent. Varro *vbi ſuprà* & citat Soſipater,Mu,inquit,canum eſt,vnde dicuntur mutire, vt γρῦ porcorum,vnde grunire.

Mvcōr,is Lanugo, quæ diutino ſitu contrahitur, quemadmodum in pane, carne,aliiſque huiúſmodi fieri videmus. { αὐχμὸς,εὐρώς. Gal. *Moiſiſſure.* Ital. *Muffa.* Germ. Schimmel/iſt das grauw wollechtig ding. Hisp. *El moho.* Angl. *Mouldineſſe, muſtineſſe hoarneſſe.* } Col. *lib.*12. *c.*4.Ne ſitu pecora mucorem contrahant.

Mūcĭdūs, a, um, quod mucorem ex vetuſtate contraxit. { נקה *nikkúdh* αὐχμώδης, εὐρώδης. Gal. *Moiſi.* Ital. *Muffo.* Germ. Schimmlig/ grauw von ſchimmel. Hisp. *Mohiento ò mohoſo.* Angl. *Mouldy.* Iuuen. *Satyr.*14.

——neque enim omnia ſuſtinet vnquam
Mucida cærulei panis conſumere fruſta.

Martial.*lib.*8.

Argenti furioſa ſui quum ſtemmata narrat
Garrulus,& verbis mucida vina facit.

Mūcōsŭs,a, um,adiectiuum, ſignificat id quod mucore obductum eſt.Inde per metaphoram mucoſi naris dicuntur homines ſtulti & imprudentes, quemadmodum è contrario prudentes emuncti. Cornutu *in Perſium.*

Mvcĕo, es, ui, Mucidus ſum: à quo Muceſco,mucidus fio, à mucorem contraho.{ עבש *ʿabáſch.* σήπομαι. Gal. *Se moiſir,eſtre ou deuenir moiſi.* Ital. *Muffarſi,eſſer muffo.* Germ. Schimmlig oder grauw werden. Hisp. *Enmohecerſe.* Angl. *To waxe hoare and mouldie.* } Plin.*lib.*18.Iterúmque exporrigi in ſole ſuper lintea: quod niſi feſtinatò peragatur,lurido colore muceſcere,Cato *de re ruſt.*Vini ſingulæ vrnæ dabuntur,quod neque aceat,neque muceat.

Mvcro,nis,propriè cuſpis,& acumen enſis,ac telorum. {חדוד *chaddúh.* ἀκωκὴ,αἰχμή. Gal. *La pointe ou le bout aigu de quelque choſe que ce ſoit.* Ital. *Punta di arma aguzza, ſpada.* Germ Ein ſpitz beſonder an einem jettlichen gewer. Hisp. *La punda de qualquier coſa aguda, eſpada.* Angl. *The point or edge of a ſword or knife* } Martial.*lib.*4.

Tabuit in calido vulnere mucro tener.

Apul. Circulatorem aſpexi equeſtrem ſpatham præacutam infeſto mucrone deuoraſſe. Senec. *ad Lucil.* Gladium bonum dices, non cui deauratus eſt balteus, nec cui vagina gemmis diſtinguitur ſed cui ad ſecandum ſubtilis eſt acies, & mucro munimentum omne rupturus. ¶ Figuratè pro enſe, ſicut Tectum pro domo. חרב *chéreb.* Ouid *lib.*1. *Metamorphoſ.*

——iugulum mucrone reſoluit.

¶ Accipitur etiam Mucro,pro ſummo cuiuſuis rei accumine.Vnde apud Plin.herbarū,dentiū,vnguium mucrones dicuntur:vt *lib.*18 *c.*15.Mirū, pardos, pantheras,leones,& ſimilia,cōdito in corporis vagina vnguium mucrone, ne refringantur, hebetentúrque, ingredi. Mucronem Tribunitium exacuere, apud Cic. 3.*de Leg.*Quis (inquit) vnquam tam audax, tam inimicus nobis fuiſſet,vt cogitaret vnquam de ſtatu noſtro labefactando, niſi mucronem aliquem Tribunitium exacuiſſet in nos?

Mucrōnātŭs, a,um, quod eſt acutum, & ad mucronis ſpeciem formatum חד *chadh.* ὀξύς. Gal. *Pointu, aigu.* Ital. *Aguzzo.* Germ. Geſpitzt. Hisp. *Coſa de punta agudo.* Angl. *That is poynted and ſharpe.* } Plin. *lib.*32.*c.*2.Trebius Niger autor eſt xiphiam,id eſt,gladium, roſtro mucronato eſſe, à quo naues perfoſſæ merguntur in Oceano.

Mucula, Perſarum lingua appellatur gemma,cordis colorem habens:vnde & Telicardios appellatur. Plin. *lib.*37.*c.*10.

Mvcvs, (quod & muccus) à mugo, pro quo nunc mungo dicitur. Nariū humiditas, & craſſior pituita. { μύξα,κόρυζα. Gall. *Morue ou morueau de nez.* Ital. *Mocco.* Germ. Ein naſenbutz/ſchnuderkengel. Hisp *El moco,humor de las narizes.* Angl. *Sneuell,the filth of the noze.* } Catullus,

Mucúſque & mala pituita naſi.

Mūcōsŭs, a, um, muco plenus. { μυξώδης,κορυζῶν, κορύζης, μυσός. Gall. *Morueux.* Ital. *Muffoſo,moccoſo.* Germ. Schnuderechtig/ſchleimechtig. Hisp. *Mohoſo, à mocoſo.* Angl. *Filthie nozed, ſnattie* } Columella *lib.*6.*c.*7. Sequitur torminum vitium, quorum ſignum eſt cruenta & mucoſa ventris proluuies. Cornutus *in Perſium*, à mucore mucoſum deducit. Vide ſuprà in *Mucor.*

‖ Mucculentus, mucciplenus,

Muccinium, quo narium mucum rapimus,vulgò minùs appoſitè *ſudarium.* Eraſmo *ſtrophiolum.*

Muſa,idem quod mucus,vel mucor. Vocab. vet. Ital. *muffa* eſt quæ Gallis *moiſiſſure*, mucor, vel mucus.

Muffula, uox à Gallis ſumta. *Mouffles*, aliter *mitaines*, hibernæ manicæ, chirothecæ hibernæ.

‖ Muger mucoſus.Feſt. & Paulus: Muger dici ſolet à caſtrenſibus, quaſi muccoſus is,qui talis malè ludit. Siue ſimpliciter tanquam mucer, ex mucus, ſiue tanquam muciger. ‖

Mugĭl, mugilis, & Mugilis in nominatiuo, q. maximè agilis. Genus piſcis capitoſi: vnde etiam à Græcis κέφαλος appellatur. Hic omnium piſcium ſquamis intectorum velociſſimus eſt, teſte Æliano *lib.*12. *cap.*19. adeò vt reti implicitus, in ſublime ſeſe iaculetur, retiáque quantumuis alta tranſiliens, ſpem piſcatoris eludat. Plin. *lib.*9,*cap.*17. Mugilum natura ridetur, in metu capite abſcondito, totos ſe occultari credentium.

Mvginor, aris, Murmuro eſt, interprete Nonio. { נרגן *nirghan.* γογγύζω. Gall. *Murmurer.* Ital. *Mormorare.* Germ. Murmlen. Hisp. *Murmurar.* Angl. *To murmure.* } Lucilius. Muginamur,molimur, ſubducimur. Feſt.nugari interpretatur, & tardè conari. Cic. *Attic.lic.*16. De Ocella dum tu muginaris, nec mihi quicquam reſcribis, cepi conſilium domeſticum.

Mvgio, is, iui, vel ij, itum, Boo. { געה *ghaʿáh.* μυκάομαι. Gal. *Mugler, hurler.* Ital. *Muggire.* Germ. Lüyen wie ein rind. Hisp. *Bramar como buey, bouear.* Angl. *To bellowe, to roare.* Factitium verbum à voce boum. Ouid. *Eleg.*11.*lib.*3.*Triſt.*

Mugiet, & veri vox erit illa bouis.

Autor ad Heren. *lib.*1.Vagire,mugire,murmurare,ſibilare. ¶ Per tranſlationem accipitur pro grauiter ſonare. Lactant. *lib.*7. Cur emicent fulgura, cur tonitrua mugiant. ¶ Huius compoſita ſunt, Admugio, Emugio, Immugio, Remugio. de quibus vide ſuis locis.

Mūgītŭs, Boatus. { μύκηθμος μύκημα. Gal. *Buglement, le cri d'vn bœuf, vache ou taureau.* Ital. *Muggio de boui.* Germ. Das lüyen oder rinderſchrey. Hisp. *Bramamiento, obra de bramar como buey.* Angl. *A bellowing, a roaring.* } Ipſa boum vox. Liu.1. *ab Vrbe*, Inde quum actæ boues,quædam ad deſiderium,vt fit,relictarum mugiſſent. Virg.2. *Georg.* Mugitúſque boum. ¶ Per tranſlationem etiam mugitus dicitur quiuis ſonitus. Vnde Mugitus nemorum.Plin. *lib.*18.*c.*35 Equidem & montium ſonitus, nemorúmque mugitus prædicunt. Sueton. *in Galba c.*18. Mugitui ſimilis terræ motus.

Mugius,cognomen Romani cuiuſdam à frequenti murmuratione, à quo mugiona porta, cui ipſe aliquando præfuit,nominata eſt. Vide dictionem ſubſequentem.

Mugonia porta (vt apud Sipontinum legitur,) vel Mugiona, (vt potiùs legendum abitror) vrbis Romæ porta fuit,ita dicta à mugitu, quòd per eam venale pecus intraret.Hæc & Trigonia appellata eſt,hoc eſt,trium angulorum.Feſtus Mugionam appellatam putat, non à mugitu, ſed à Mugio quodam, qui huic portæ aliquando præfuiſſe creditur.

Mula, Mularis,vide *Mulus.*

Mvlcĕo,es, ſi, ſum, & ctum Lenire, mollire, blandiri,mitigare,dulcem facere,delectare.{ החליק *hechélik* הרך *herách* המתיק *himtik* פתה *pittáh.* καταψάω, καταρρέζω,θέλγω. Gall. *Adoucir, appaiſer alecher,amadoüer.* Ital. *Mitigare intenerire,indolcire.* Ger. Streichlen/begütigen/verſünen/ſänfftigen. Hisp. *Mitigar,halagar.* Angl. *To pacifie,to aſſwage.* } Priſcianus, Mulceo, mulſi, mulſum, & mulctum, vnde Cicero in contentione Metelli, Permulſa, atque recreata. Varro *in Sat.* Capite permulſo. Saluſt. *lib.*4.*hiſt.* Dein lenita iam ira, poſtera die liberalibus verbis permulcti ſunt.Ouid.4. *Triſt.Eleg.*1.

Paſtor arundineo carmine mulcet oues.

Virg. 1. *Æneid.*

——& dictis mœrentia pectora mulcet.

Ceruix mulcetur dextra. Cic *in Arato.* Virg.7. *Æneid.*

Æthera mulcebant cantu.

Auræ mulcent florem, Catullus *in carm. nupt.* Virg.1. *Æneid.*

Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos.

Ouid. 2. *Faſt.*

——Et æquoreas carmine mulcet aquas.

Idem *Eleg.*1. *lib.*2. *Triſt.*

Plurima mulcendis auribus apta refert.

Item, ſumma mulcebit ariſtas, idem 5. *Faſt.* Et vana vulnera mulcet ope, *ibidem.* ¶ Huius compoſita ſunt. Demulceo, Permulceo, καταψήχω,ἐπιψήχω, ἐξομαλίζω, placeo, mollio, *lib.* 3.*ad Herenn.* ¶ Nam læduntur arteriæ,ſi ante, quàm vox bene permulſa eſt,acri labore compelletur, id eſt, mollificata. Gellius *lib.*1. Nihil adeò in congredientis hoſtibus, atque in principiis præliorum ad ſalutem virtutémque aptius rati, quàm ſi permulcti ſonis mitioribus, non immodicè ferocirent.

Mulſus, a, um. à Mulceo, Diomed.*lib.*1.

Mūlcēdo, inis, Permulſio, blandimentum. { חלקה *chelkáh.* θέλγητρον. Gall. *Adouciſſement, alechement.* Ital. *Mitigatione, eſſo intenerire.* Germ. Sänfftigung. Hisp. *Halago* Angl. *A mittigatting aſſwaging.* } Gell. *lib.*19 *cap.*9. Quæ nullas voluptates, nullámque mulcedinem Veneris, neque Muſæ haberet.

Mūlcĭbĕr, Mulciberis, & per ſyncopen Mulcibris. Eſt enim tertij ordinis, rariùs ſecundi. ἥφαιστος. { Der hinckend Vulcanus/ein gott deß feurs. } Eſt autem Mulciber Vulcanus, ita dictus à mulcendo,id eſt,molliendo ferro. Mulcere enim mollire, ſiue lenire eſt, quòd ignis omnia mulceat: id eſt, mulſi, molliat, vincat, ac domet. Ouid.2. *de Arte*,

Mulciberis capti Márſque, Venúſque dolis.

Apud Cic. *lib.*2.*Tuſc.*legitur in patrio caſu, *Mulcibri* ſecundæ declinationis, & trium ſyllabarum, Iouíſque numen Mulcibri adſciuit manus. Donatus putat Vulcanum Mulciberem dictum à mutilando, quòd claudus à poëtis fingatur, & mutilatus. Fuit enim Mulciber Iouis ex Iunone filius, quem quum parentes infeliciſſima forma eſſe vidiſſent, ex cælo in Lemnum inſulam præcipitarunt: ex qua ruina intorto pede fertur claudicationem contraxiſſe.

‖ Mulco,as, pugnis calcibuſque afficio. Gloſſ.Arab. ‖

Mūlctă,vide *Multa,æ.*

Mūlctră, Mulctrale, vide *Mulgeo.*

Mvlgĕo, es, mulſi, vel xi, ſum, & mulctum. Lac è mammis exprimo. { מצץ *matſáts* התיך *hittich.* ἀμέλγω. Gal. *Tirer le laict d'vne mammelle.* Ital. *Mugnere, cauare il latte* Germ. Mälcken. Hisp. *Ordeñar, ò chupar la leche.* Angl. *To milke or ſtroke* } Priſcian. Mulgeo quoque mulſi facit,quanuis differentiæ cauſa quidam mulxi protulerunt, quia Mulceo quoque mulſi facit, Virg. 3.*Georg.*

Quod ſurgente die mulſere, horiſque diurnis,
Nocte premunt.

Idem 3.*Eclog.*

Hic alienus oues cuſtos bis mulget in hora.

¶ Mulgere hircos, prouerbium de re palam abſurda. Idem 2. *Eclog.*

Qui Bauium non odit,amet tua carmina Maui,
Atque idem iungat vulpes, & emulgeat hircos.

Eius compoſita ſunt Emulgeo, & Immulgeo,de quibus ſuis locis.

Mvlctra, æ, Vas in quo mulgetur, in quo lac excipitur. { עטין *ʿatín.* πέλλα,ἀμολγεύς. Gal. *Le pot dedans quoy on tire le laict.* Ital. *Secchia doue ſi mugne.* Germ. Ein mälckkübel/oder mälcklern. Hisp. *El jarro è herrada,para ordeñar.* Angl. *Amik payle.* } Virg.3.*Georg.*

Quam magis exhauſto ſpumauerit vbere mulctra
Læta magis preſſis manabunt vbera mammis.

Idem 3.*Eclog.*

Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus.

Colum.

Colum. *lib.*8.Sed mulctra quum est repleta lacte,non sine tempore aliquo debet esse. ¶ Interdum accipitur pro ipso lacte emulcto: vt apud Colum. *lib.*8.*c.*17.Et nuces digitis fractæ sunt, dandæ, nec minus elixum molle sorbum, quíque sunt cibi, sorbilibus proximi, vt mulctra, recens caseus,si loci conditio, vel lactis annona permittit.

Mŭlctrālĕ, is, Mulctra, vas quo excipitur lac, quod ex animalium vberibus emulgetur. { עטין *‏ʿatin.*ἀμολγεύς.} Virg.3.*Georg.*

——*Implebunt mulctralia vaccæ.*

Mŭlctrum, i, Mulctra, πέλλη.Horat. *in Epod.*

Illic iniussæ veniunt ad mulctra capellæ.

Mulctus, us, m.g. ἀμολξις,verbale Col. *lib.*2.*c.*11. Sed horum sunt discrimina quædam, & à pastionibus, & à pecudum natura, & à mulctu de lactis loquitur discriminibus.

Mŭlgos,as,Palàm facio,dimulgo,diuulgo. { הודיע *hodiah.* δημόω. GALL. *Manifester,publier.* ITAL. *Manifestare,far palese.* GERM. Offenbar oder landtprecht machen. HISP. *Manifestar,publicar.* ANGL. *To publish,to diuulgate.* } Plaut. *in Cist.* pro puella seruulus nequam qui dominum mulgat,atque villicum. ¶ Huius composita sunt,Dimulgo, & Promulgo: de quibus alibi.

MULIĔR,is,A mollitie(vt inquit Varro)dicta est, immutata & detracta litera, quasi mollier. Imò (inquit Passerat.) Mulier dicitur à molendo, quòd molatur & permolatur. Et certè propriè Mulier dicitur, quæ virgo non est { נקבה *nekebáh* אשה *ischschá.* γυνή. GAL. *Femme.* ITAL. *Donna.* GERM. Ein weib oder fraw. HIPS. *Muger.* ANGL. *A woman.* } Vlp. *l.alioquin.ff.de contrahend.empt.* Quòd si(inquit) ego me virginem emere putarim,quum esset mulier,emptio non valebit.Hinc Cicero obiurgatus quòd sexagenarius Popiliam virginem duxisset, Cras mulier erit,inquit.Mulier sæpè vocatur cōtemptim à Sosia Alcmena vxore principis Thebanorum. Item ab ipso Amphitruone, apud Plaut. *in Amph. sc.*3 *a.*2. Mulier es, audacter Iuras, idem *ibid.* Tibi ego misi mulierem. (de scorto.) Idem *Asin.sc.*3.*a.*1.Mulieres duæ sunt peiores vna (ex vetere poëta.) Idem *Curc.sc.*1.*a.*15.Iterum contemptim. Idem *Men.sc.*1.*a.*5.Quæ res te agitat mulier. Et; Non tu scis mulier. Et passim:Quid peius muliere,atque audacius. Idem *Mil.sc.*3.*a.*2. Næ ego mulier misera. Idem *Men. sc.*2. *a.* 4. Omnium mulierum vitum, & omnium virorum mulierē Cæsarem Curio pater dixit. Suet. *in Cæs.c.*52. Magnus amator mulierum. Plaut. *Men.sc.*1.*a.*2. Meretrix mulier. *Ibid.sc.*4.*a.*1. Mulier rectè olet,vbi nihil olet. Idem *Most.sc.*3.*a.*1. Neque eques, neque pedes æquè confidenter facit, ac mulieres faciunt. Idem *Mil.sc.*5.*a* 2. Meretrices mulieres nusquam blandiores.Idem *Men.sc.*1.*a.*2.¶De mulierum loquacitate, idem *Aul.sc.*3.*a.*1. Earum mores & malitia, & doli describuntur ab eodem *in Mil. sc.*2.*a.*2. ¶Mulieribus vinum prohibuit Numa,eásque loqui vetuit, nisi coram maritis: & portenti loco habita mulier in iure caussam agens. Plutarch.*in Numa.* ¶ Item vni fœminarum datum est ius testimonij, & vt esset testabilis. Gell. *cap*,7. *lib.*6 Horat.*de Arte*,

——*vt turpiter atrum*
Desinat in piscem mulier formosa supernè.

Idem 2.*Serm.satyr.*5.

——*mulier si fortè dolosa*, &c.

Cic. *pro Mur.* Mulieres omnes propter infirmitatem consilij maiores in tutorum potestate esse voluerunt, Caius tamen scribit, Mulieris nomine etiam virginem viripotentem contineri. Et Plaut. *Curc.c.* 3. *a.*1. Heus tu mulier (de virgine.) Item *sc.*3.*a.*2.*Ibid.* Emit de Lenone virginem.(mox.) Vt mulierē à Lenone abduceret.Et *Pseud.sc.*2.*a.*2. Mercatus est à nobis mulierem. (i.puellam, siue virginem) Vlpian. vno in loco vtroque significato vsus est,*in l.quæritur. ff.de ædil.edict.* Mulierem ita arctam, vt mulier fieri non possit, sanam non videri constat. Eandem dixit mulierem, & non mulierem. Primùm pro quauis fœmina: secundò pro ea quæ est nupta. Salust. *in Iugurtha*, Quum interim Hiempsa reperitur, occultans se in tugurio mulieris ancillæ, quo initiò pauidus & ignarus loci profugerat. ¶ Mulier aliquando etiam pro vxore ponitur, vt apud Scæuolam *in l.*93.*D.de leg.& fideic.lib.*32.Semproniæ mulieri meæ reddi iubeo ab hæredibus &c. Et apud Suet. *in Aug.c.*69.Per cuiusque mulieres exquirere consilia. (i.vxores.

Mŭliercŭlă,æ,dim. { γυνάιον,γυναικάριον.GALL. *Petite femme femmelette* ITAL. *Feminella, donnicula.* GERM. Ein weiblin/ fräuwlin HISP. *Pequeña muger ò mugercilla.* ANGL. *A litle woman.* } Cic. 5. *Tusc.* Leuiculus manè noster Demosthenes qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ.Plaut.*Pseud.sc.*3.*a.*1. Vt Lenoni surriperem mulierculam.

Mŭliebrĭă, muliebrium, tantùm plurali numero, dicuntur menstrua. { נדה *niddáh* דרך נשים *dérech naschim.* τὰ γυναικεῖα, τὰ ἔμμηνα. } Interdum sumuntur pro muliebri natura, τὸ γυναικεῖον: sicut Virilia pro pudendis viri. Interdum pro præpostera libidine, quum quis sexus sui oblitus, alterius libidini obsequitur, & mulieris quodammodo partes suscipit. γυναικιζόμενος. Quint. Nobilis adolescens à Centurione muliebria passus. Sic Salust. *in Catilin.* Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere. ‖ ¶ Muliebria pati, de impudicitia flagitiosa & detestabili: quam damnat Apostolus *Rom.*1.&1.*Cor.*6.‖

Mŭliebrĭs, e, quod ad mulieres pertinet, seu quod est, aut fuit mulieris. γυναικεῖος, γυναικώδης. GALL. *De femme, appartenant aux femmes.* ITAL. *Donnesco.* GERM. Weibisch oder weiblich HISP. *Cosa perteneciente à mugeres.* ANGL. *Of a woman, or belonging to a woman.* } Plaut.*in Men* Muliebris malitia.Idem *in Epid.* Muliebris animus,timidus & inconstans. Idem *Mem.sc.* 2. *a.*1.Muliebre vestimentum.Virum æquum est virile, & mulierēm muliebre vestimentum dare foras.*Ibid. sc.*2.*a.*4. Nihil muliebre præter corpus. Velleius. Muliebri fecisti fide, Plaut. *Mil.sc.*5.*a.*2.Vltra muliebrem mollitiem incedere Senec. *c.*15.*de tranq.* Cic.1.*Offic.* ex Ennio. Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres.Idem *pro Cælio*,Alueúsne ille, an equus Troianus fuerit,qui tot inuictos viros miliebre bellum gerentes tulerit ac texerit? Idem *pro Milone*,Muliebri & delicato ancillarum puerorúmque comitatu. ¶Muliebris folliculus,Fœtus receptaculum, quod & vulua,siue vterus appellari consueuit.μήτρα.

Mŭliebrĭtĕr, aduerbium, Molliter, effœminatè, more mulierum.{γυναικείως.GALL. *En femme,en mode & maniere de femme.* ITAL. *Da femina, da donna, mollemēte.* GERM. Weibisch/nach weibischer art. HISP. *Mugerilmente, muellemente.* ANGL. womannuhly, fayntli. } Iustin. Quæ non muliebriter hostium aduentu territa. Cic.2. *Tusc.* Nequid abiectè, nequid timidè,nequid ignauè,nequid seruiliter muliebritérve faciamus in dolore, maximè prouidendum est Sen.*c.*15.*de tranq.* Muliebriter & ignauè perire.

Mŭlĭĕrōsus, qui nimium appetit mulieres, effœminatus, libidinosus. { φιλογύνης,φιλογυναιος.GALL. *Trop amoureux de femmes.* ITAL. *Feminieri,volto all' amor delle donne.* GERM. Weibsbegirig/weibisch/den weibern ergäben. HISP. *Dado à mugeres.* ANGL. *Effeminat,that hath to great alust of women.* } Cic.*de fato*, Hunc scribunt ipsius familiares, & ebriosum, & mulierosum fuisse. ¶ Nonnunquam idem quod muliebris, vel effœminatus. Plaut.*in pœn.* Sanè genus hoc mulierosum est tunicis demissitiis.

Mŭlĭĕrōsĭtās, { ἡ γυναιμανία,ἡ φιλογυνία. GALL. *Amour de femme desraisonnable.* ITAL. *Inclinatione & animo voltó alle donne.* GERM. Weibsbegird. HISP. *Vicio de sedar à las mugeres,* ANGL. *Rankenesse to warde women.* } Cicer. 3. *Tusc.* Similitérque cæteri morbi, vt gloriæ cupiditas, vt mulierositas, vt ita appellem eam, quæ Græcè φιλογυνία,id est, amor mulierum dicitur.

Mŭlĭĕrārĭus, mulieribus deditus { φιλογύνης. GAL. *Feminin, adonné aux femmes.* ITAL. *Femmineo.* GERM. Ein weibs begiriger. HISP. *Mugeril.* ANGL. *That haunteth inordinately.* } Iulius Capitol. Mulierarius fuit inter primos amatores.

Mŭlĭĕro, as, Effœmino. { γυναικίζω, θηλύνω. GAL. *Effeminer,debiliter.* ITAL. *Effeminare,far molle.* GERM. Weibisch machen. HISP. *Debilitar ò enflaquecer,hazer mugeril.* ANGL. *To make effeminate or weak.* } Varro apud Nonium, Et res, & misellus ille pauper amat, habétque ignem intus acrem:hic ephebum mulierauit.

Mulio vide *Mulus.*

Mŭllĕi,orum, Calcei regum Albanorum erant, purpurei coloris, postea patritiorum,à mullando, id est, à suendò,vt ex Titinio probat Festus Cato *orig. lib.*7. Qui magistratu curulem cepisset, calceos mulleos allucinatos (scribend.*allutatos*,vel potiùs *allutacinato.*)cæteri perones. Vopiscus *in Aureliano*,Calceos mulleos,& cereos & albos viris omnibus abstulit,mulieribus reliquit.

Mŭllo,as,are; antiquum verbum, ἀπὸ τοῦ μύειν, Græco verbo quod suere significat.

‖ Mullotes, mutus.Gl.gr.b. ‖

MULLUS,per duplex ll. { τρίγλα. GAL. *Vn poisson nommé barbeau ou surmulet.* ITAL. *Treglia,barbio à Venetia.* GERM. Ein merbarb. HISP. *El barbo.* ANGL. *A fish called a barbill.* } Genus piscis marini,maximæ nobilitatis & gratiæ:tanti autem pretij, vt à Plin. *lib.* 9. *c.* 17. memoriæ proditum sit, Asinium Celerem virum Consularem Claudij Cæsaris temporibus mullum vnum octo millibus numorum emisse:quum tamen,eodem Plinio teste,hic piscis duarum librarum pondus rarò excederet.Horat.*lib.*6.*Serm.satyr.*2.

——*laudas insane trilibrem Mullum.*

Martial.

Nolo mihi ponas rhombum mullúmque bilibrem.

Sueton. *in Tib. c.* 34.Trésque mullos xxx. millibus nummûm venisse. (i.venditos & emptos fuisse) grauiter conquestus est.Idem *ibidem cap.* 60 Piscatori,&c. qui nullum obtulerat, eodem pisce perfricare faciem iussit. (in pœnam sc.propter asperas squammas.) Habent autem mulli in inferiore labro geminam barbam: vnde peculiari epitheto Barbati & Barbatuli appellantur à Cic. *in Paradox.* & Varr.*lib.*3. *de re rust.* Hinc & vulgò Venetiis, *Barbones* vocant. Mullorum autem nomen acceperunt (vt ex Fenestellæ sententia docet Plinius) à colore mulleorum calceamentorum. Romani seruato Græco vocabulo, etiam hodie Triglam appellant.

Mŭllŭlŭs, Diminutiuum τριγλάριον.GAL. *Vn petit barbillon.* ITAL. *Picciola treglia,picciolo barbio.* GERM Ein bärbelin. HISP. *Pequeña barbo.* ANG. *A litle barbill fiche.* } Cic.*in Paradox.* Et videant aliquem summis populi beneficiis vsum barbatulos mullulos exceptantem de piscina & pertractantem.

MULSUM, i, Potio ex melle & vino. { οἰνόμελι. GAL. *Vin miellé ou emmiellé.* ITAL. *Vino melato.* GERM. Ein mätt auß honig vnd wein gemacht. HISP. *la clarea compuesta de vino y miel.* ANG. *A drinke of onie and wine.* } à mulcendo(vt quidam putant)hoc est,mollicendo,eo quòd vini austeritas mellis dulcedine molliatur. Plin. *lib.*22.*c.*24.scribit mulsum ex vetere vino vtilissimum fieri, quod facillimè cum melle concorporatur. Mihi ob iactum Cantharo mulsum date. Plaut. *Asin. sc.*2. *a.*5.Mulsi Congialem plenam faciam tibi, ô fides fideliam. Idem *Aul. sc.*2 *a.*4. De hoc Martialis.

Attica nectareo turbatis mella Falerno,
Misceri decet hoc à Ganymede merum.

Hoc si calidum bibatur, vocem permulcet, si frigidum, exasperat. Cic. *lib.*2.*de Orat.* Quum vocem in dicendo obtudisset suadebat Granius, vt mulsum frigidum biberet simulac domum rediisset. Perdam (inquit) vocem, si id effecero. Vlpian. vini apellatione ait mulsum non contineri,œnomeli contineri: interpretatúrque οἰνόμελι, vinum dulcissimum Quæ sententia si vera est, mulsum non erit idem quòd œnomeli. Si quis tamen ea quæ paulo antè de mulso ex Plin.annotauimus, diligentiùs conferat cum iis quæ Diosc.*lib.*5.*c.*9.tradit de confectione œnomelitos,facilè intelliget alterum ab altero non differre.Vtrunque enim fit ex vino vetustissimo,& optimo melle, & confert ægrotis.

Mulsĕŭs, a, um, Dulce, quódque mulsi saporem refert. { μελιηδής. GAL. *Doux.* ITAL. *Dolce.* GERM. Das süß oder geschmack ist wie ein weinmätt. HISP. *Dulce.* ANGL. *Sweet that gusteth of hodie and wine.* } Col.*lib.*12. *c.*45. Hæc ratio non solùm ipsa mala custodia, sed etiam liquorē mulsei saporis præbet Plin. *lib.*21.*c.*19. Vtriusque radix mulsei saporis est.

Mŭlsŭs a,um. adiectiuum, quod habet aliquid mellis admistum:vt,Aqua mulsa. ὑδρόμελι. ANGL. *That hath amy honie admixed.* } potio ex aqua & melle confecta. Plin. *lib.*21. *c.*24. Rursus naturam rerum pernoscere volentibus,in mellis operibus,& aqua mulsa tractari debet. Col. *lib.*9. *c.*12.Rorem marinum aqua mulsa decoctum.Lac mulsum. Plin. *lib.*9. *c.*22. Exemplum quoque lacte mulso augetur ¶ Dicta mulsa, hoc est, suauia

suauia. apud Plaut. *in Rud.* Idem *in Casin.* Mea mulsa dixit, blandientis affectu, pro eo quod est, Mea suauitas.

MVLTA, æ, { ענש tónesch. πρόστιμον, ἐπιτίμιον, ζημία. GALL. *Amende peine pecuniaire.* ITAL. *Pena condannatione in danari.* GERM. Ein buß oder straff. HISP. *La pena que se pone en dinero.* ANGL. *An amercement, a fine, a forfaire.* } Pœna pecuniaria, quæ pro delicti magnitudine variè irrogabatur, ita dicta, teste Varone, quòd multa simul imperabantur, idque contra antiquorum consuetudinem, qui singulas tantùm, aut certè vnius generis res multæ nomine exigebant. Festus tamen autor est vocabulum hoc Oscum esse, non Latinum. In hoc autem Multa differt à Pœna, quòd Pœna generali nomine dicitur omnium delictorum correctio. Multa verò specialis est peccati, cuius animaduersio pecuniaria est. Pœna τιμωρία, contrà non tantùm pecuniaria, sed & capitis, & existimationis irrogari solet. Et multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam dicit: Pœna non irrogatur nisi qua lege, vel quo alio iure specialiter singulis delictis constituto. Suprema multa, teste Gell. *lib.* II. *cap.* I. apud priscos erat in singulos dies triginta boum, & duarum ouium: minima ouis vnius. Postea tamen cùm in multæ dictæ faudem pecora minimi pretij soluerentur, constitutum est lege Aterina, vt in singulas oues æris deni, in boues centeni soluerentur: hoc est, pro singulis bobus denarij decem pro singulis autem ouibus denarius vnus. Erat itaque multa suprema trium millium, & viginti æris, seu trecentarum & duarum drachmarum: quas si ad Gallicæ pecuniæ æstimationem reducas, inuenies libras Turonenses duas & quinquaginta, & solidos septemdecim. Dicimus autem in eadem ferè significatione, Dicere multam, ἐπιβολὴν ἐπιβάλλειν, Infligere multam, irrogare multam, & Facere multam, quorum postremo vsus est Cato *lib.* 3. *Orig.* Imperator, inquiens, noster, siquis extra ordinem depugnatum iuit, ei multam facit. Item edicere multam. Liu. *lib.* 2. *ab Vrbe*, Multam irrogare, & prædes poscere. Gell. *cap.* 19. *lib.* 7. Multam subire nocentes, Ouid. 5. *Fast.* Pignus capitur & dicitur multa Senatori, qui nec adest. Gell. *c.* 7. *lib.* 14. Multæ punitio quæ olim. Idem *c.* 1. *lib.* II. ¶ Multam dicere propriè erat iudicis, vel magistratus, exigi tamen non poterat, nisi populus rectè multarum videri censuisset. de hoc multa scribit Budæus *in Pand.* Multam (inquit) dicere antiqui tum dicebant, quum ad populum, & in comitio multa disceptanda irrogabantur, quod ipsi certare multam dicebant. Liu *lib.* 5. *bell. Pun* Sp & L Caruilij, quum rem inuisam, infamémque cernerent, ducentûm millium æris multam M. Posthumio dixerunt: cuius certandæ quum dies aduenisset, consiliúmque frequens plebis adesset, vna spes videbatur esse, si Casca Trib. pleb. qui propinquus erat, cognatúsque Posthumo prius quàm ad suffragium tribus vocarentur, intercessisset. Idem *paulò pòst*, Hæc quum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta essent, vimque eam contra rempublicam pernicioso exemplo factam Senatus decerneret, confestim Caruilij Trib. pleb. omissa multæ certatione, rei capitalis diem Posthumio dixerunt: ac, ni vades daret, prehendi à viatore, atque in carcerem duci iusserunt. His verbis apparet, moris fuisse, vt Tribuni pleb. multam dicerent, quæ postea populi suffragiis, vel irrogaretur, vel abrogaretur, vel etiam remitteretur: quo tempore Multa certari dicebantur. Non enim Tribuni damnare multæ poterant, sed tantùm rogare populum: apud quem quum reus non iure multarum se contenderet, lis illa multatitia disceptabatur. Hæc Bud. ¶ Nonnulli hodie scribunt Mulcta per c, eiúsque originem referunt ad verbum Mulgeo: quia quemadmodum pecora, dum mulgentur, suo spoliantur lacte: ita cui multa dicitur, emungitur, & veluti emulgetur pecunia. Ita tamen à veteribus scribi non solere, ex iis quæ paulo antè ex Varrone adduximus, satis potest intelligi. Multam committere, est quum quis aliquid committit propter quod multa est afficiendus. Cic. *pro Cluentio*, Nihilominus enim potest, vt illam multam non commiserit, accepisse tamen ob rem iudicandam pecuniam, &c. Budæus, Multa ei esto, vt Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 4. Hæc multa ei esto vino viginti dies, vt careat, id est, interdicatur ei vino.

MVLTO, as, Punio, condemno multam dico, vel irrogo. { ענש tanásch. ζημιῶ, ἐπιζημιῶ, προστιμῶ, ἐπιτιμάω. GALL. *Condamner à l'amende, punir.* ITA. *Punire, condennare.* GERM. Straffen/ein straff auflegen. HISP. *Imponer pena de dinero, condenar.* ANGL. *To amorce, to punishe by the purse, to put, to afine.* } Et construitur cum ablatiuo, vel genitiuo, ponitúrque pro Priuo. Virg. II. *Æneid.*

— Multatam tristi morte Camillam.

Curtius *lib.* 2. Is quoque insulas præsidiis occupat, pecunia multat. Tacit *lib.* 13. Vt quidam accusatorum eius exilio multarentur Cic. 5. *Verr.* Multos crudelissimè per vim morte esse multatos. Virg. *in Priap.*

Quod si perdiderim, patria multabor.

¶ Interdum lacerare, mutilare, verberare, dissoluere, Terent. *in Adelph.* Ipsum dominum atque omnem familiam multauit vsque ad mortem. Plaut. *Amph.* Nisi vsque ad mortem malè multassitis. Aliquid emendant Mulcare. Tacit. *sub. finem lib.* I. Mulcato corpore pro Mutilato. nisi sit mendum. Colum. *lib.* 2. *c.* 4. Quo euenit, vt in iteratione quoque scamna fiant, & boues iniquitate operis maximè multentur. ¶ Interdum agere, & voti compotem facere. Neuius *in colace apud Nonium*, Et vobis quidem gratias ago, quum votis me multatis meis. ¶ Interdum male tractare. Colum. *lib.* I. *c.* 2. Nam illud vetus est Catonis, Agrum pessimè multari, cuius dominus quid in eo faciendum sit, non docet sed audit villicum. ¶ Multare matrimonio, est repudiare coniugem, & diuortium facere. Plaut. *in Amph.* Nunquid causam dicis quin te multem matrimonio? Pseudolus viginti commodis multauit minis. Idem *Pseud. sc.* 7 *a.* 4. Me malis multauit modis. Idem *ibidem.* Virtutem filij morte multauit Manlius. Quintil. ¶ Multatus est, pro multauit. Suet *in Aug. c.* 21. Neque vnquam rebellantes grauiore multatus est pœna, quàm, &c.

‖ Multarium, ἡ θυία. Gloss. lege *Murtarium* pro mortarium. Gloss. Phil. θυία mortarium. ‖

Mŭltātĭtĭŭs, a, um, quod ex multa fit, vel quod ad multam pertinet, siue quod nomine multæ exigitur. τελμημένος προστιμος. GALL. *Qui provient des amẽdes*, ITAL. *Riscosso per condannagione* GERM. Das der buß oder der straff ist. HISP. *Cosa de pena de dineros.* ANGL. *That cometh of amercement.* Liu. *lib.* 10 *ab Vrbe*, ex multatitia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi facti. Et *lib.* 7. *bell. Pun.* Ædiles plebis ex multatitio argento signa ænea ad ædem Cereris dedêre.

Multatus, a, um malè multatum cornu aciei. Velleius. Multatus à patria contumeliosissimè. Hesiod. Multata fece libertatis, idem Vell.

Multatio, verbale τίμησις. Cic. *pro Rab. perduell. reo.* Misera est ignominia iudiciorum publicorum misera multatio bonorum, miserum exilium Plin. *lib.* 18. *c.* 13. Multatio quoque nonnisi ouium boûmque impendio dicebatur.

MVLTVS, a, um, notæ significationis. { רב rab. πολύς. GALL. *Beaucoup.* ITAL. *Molto.* GERM. Vil. HISP. *Mucho.* ANGL. *Much, many.* } Cicer. *pro P. Sest.* Et in cæteris, quæ rerum potitæ sunt, multis fortissimis atque optimis viris, iniustis iudiciis tales casus incidisse. Gell. *c.* 9. *lib.* 20 celebri hominem fama, & multo nomine GAL. *Et de grand renom.* Cæs. *lib.* I. *de bell. ciu.* Multum frumentum prouisum. Cum multo sanguine fudi, Ouid. 13. *Metam.* Virg. Multæ antiquitatis homo Gell. *c.* 12. *lib.* 5. Multam salutem tibi me iussit dicere. Plaut. *Curc. sc.* I. *a.* 3 *& Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Iam hos multos dies gestas tabellas, *ibid. sc.* I. *a.* I. Pauci è multis amici certi homini. *Ibid. sc.* 3. *a.* I. Verba multa facimus. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. sup. nimis. Tibull. *lib.* 4.

Quin largita tuis sunt multa silentia votis.

Item, Multos annos est. Vide *Annus.* Multa ea de re opinio. (.i. varia.) Gell. *c.* 16. *lib.* 3. *&c.* Multus in opere, hoc est, continuus, assiduus. Salust. *in Iugurth.* Ioca atque seria cum humillimis agere in operibus) in agmine, atque ad vigilias multus esse. Multus in eo fuit, siue in ea re. Cic. 4. *Acad.* Ad multum diem, idem *ad Attic. lib.* 13. Multo die, hoc est, bona diei parte transacta. Cæs. I. *bell. Gall.* Multo denique die per exploratores Cæsar cognouit, & montem à suis teneri, &c. Sic, Multa nocte. Cic. *ad Quintum fratr. lib.* 2 Multa nocte veni ad Pompeium. Multo manè, idem *ad Attic.* ¶ Multò tanto, ea forma dicitur, qua altero tanto: quod Græci dicunt, πολλαπλασίως. Plaut. *in Rud.* Ego multò tanto miserior, quàm tu Labrax. ¶ Multus, pro multiplici. Plin. *lib.* 19. *c.* 3. Radice multa, crassâque. ¶ Multus homo es, i. es Pathicus quasique multiplex. Catullus,

Multus homo es Naso, nec tecum multus homo, i. nec tecum hominum frequentia: quia tetram libidinem exerces remotis arbitris, aut incomitatus es, téque auersantur homines, & refugiunt, propter obscœnitatem) *sed descendis Naso: multus es & pathicus.*

Mŭltùm, aduerbium, valde, vehementer. { מאד meódh. πολύ. GALL. *Beaucoup.* ITAL. *Molto.* GERM. Hefftig oder vil. HISP. *Mucho.* ANGL. *Much, or greatlie* } Plaut. *in Persa*, Dic me illam amare multùm Cic. *ad Gall. lib.* 7. *Epist.* Sed opinor Cassium vti non ita multùm sorore. Idem *de senect.* Adsum amicis, venio in senatum frequens, vltróque affero res multum & diu cogitatas. Multùm colloqui. i. diu. Cæs. *lib.* I. *de bell. ciu.* Salue multũ serue catenis pessimè. Plaut. *Pseud sc.* 3. *a.* I Ego stulta ac mora multum. Idem *Mil. sc.* 4. *a.* 2 Odiosi diu & multum. Idem *Capt. sc.* I. *a.* I. Amare multum ait, vt hoc deferas. (i. orare.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 3.

Mŭltò, { πολλῷ, πολὺ, μάλιστα. GALL. *De beaucoup.* ITAL. *Assai piu.* GERM. Vil. HISP. *De mucho mas.* ANGL. *Muche.* } Cum dictionibus Alius, Aliter, Secus Antè, Pòst, Præstò, Malo, Antecedo, Excello: item cum comparatiuis, aut superlatiuis: aut eorum vim habentibus elegantem in oratione vsum habet. Terent. *in prologo Andriæ.* Verùm aliter euenire multò intelligit. Cic *in Verr.* Cui quemadmodum resistam multò mihi antè est, iudices, prouidendum Idem *Attico*, Non multò pòst quàm tu à me discessisti. Idẽ, Multò secus euenit. Salust Multò præstat beneficij, quàm maleficij memorem esse. Cic. *de Amic.* Sed obsequium multò molestius, quòd peccatis indulgens præcipitem amicum ferri sinit. Idem *pro lege Manil.* Magna ac multò maxima parte, non modò vtilitatis, sed dignitatis atque imperij caruit. Multo maximè dissensum est. Gell. *c.* II. *lib.* 3. Nec nihil, nec multò plus edes. Plaut. *Capt sc.* I. *a.* 4. Magis multò faciliùs patior verba, idem *Men. sc* 6. *a.* 5. Haud multò pòst. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* I. Haud multò pòst scribis. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 4. Haud multò prius abduxit mulierem. Idem *sc.* 6. *a.* 4. Si quid ille deliquerit, multò tantò illum accusabo amplius Idem *Men sc.* 2. *a.* 5. Pater venibit multò potius quàm te sinam. Idem *Most. sc.* 3. *a.* I.

Mŭltĭtūdo, inis, Frequentia & copia. { רב rob. πλῆθος. GALL. *Multitude.* ITAL. *Moltitudine.* GERM. Die vile. HISP. *Muchedumbre de cosas.* ANG. *A multitudine.* } Cic. *de Orat. lib.* 2. Habet enim multitudo vim quandam talem, vt quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non possit. Idem 2. *Tusc.* Est enim philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consultò fugiens, eíque ipsa & suspecta & inuisa, &c.

Mŭltăngŭlŭs, a, um. Multos angulos habens. { πολύγωνος. GALL. *Qui a plusieurs coins ou anglets.* ITAL. *Che ha molti cantoni.* GERM. Das vil ecken hatt/eckechtig. HISP. *Cosa de muchos rincones.* ANGL. *That hath ma ny corners.* } Lucret. *lib.* 4.

Esse minora igitur quædam, maioráque debent,
Multa rotunda, multis modis multangula quædam.

‖ Multesimus, a, um, vnum è multis. Quod Græcis est πολλοστημόριον (& vna voce πολλοστημόριον) Latinis veteribus erat pars multesima, i. e. pars minima. Lucret. *lib.* 6.

Et videas cœlum summai totius vnum,
Quàm sit paruula pars, & quàm multesima constet. ‖

Mŭltĭbarbŭs, qui habet multam barbam. { πολυγένειος. GALL. *Qui a grand barbe* ITAL. *Chi ha molta barba.* GERM. Wolgebart/der vil barts hat. HISP. *Cosa que tiene mucha barba.* ANG. *That hath agreat beard.* } Apul. *in Florid.* Multibarbus, spinis obsitus & pilis.

Mŭltĭbĭbŭs, dicitur qui multi est potus, helluo. { סבא sobé. πολυπότης. GALL. *Grand beuueur, qui boit beaucoup* ITAL. *Che beue molto.* GERM. Ein grosser trincker. HISP. *Cosa que mucho beue.* ANGL. *That drinketh much.* } Plaut. *in Curcul. sc.* I. *a.* I. Nomen est lenæ multibiba atque merobiba.

Mŭltĭcăuātŭs, a, um, Multa habens caua. { πολύτρητος. GALL. *Qui a beaucoup de trous.* ITAL. *Di molti caue ò fori.* GERM. Wolgehölt oder gelöchert. HISP. *Cosa que tiene muchos agujeros.* ANGL. *That hath many holes.* } Varro 3. *de re rust. c.* 16. Fauus est quem fingunt multicauatum è cera, quum singula caua, singula latera habeant.

Multicauus,a,um Multum habens concaui. { πολύτρητος. GALL. *Qui a force trous.* ITAL. *Che ha molto concauo.* GERM. Wol gehölt oder gelöchert. HISP. *Cosa que tiene muchos agujeros.* ANGL. *That hath manyholes.* } Ouid. *lib.*8. *Metam.*

Pumice multicauo, nec leuibus atria tophis
Structa subit.

Multicaulis, e, Multos habens caules. πολύκαυλος. GALL. *Qui a plusieurs tiges.* ITAL. *Di molti gambi.* GERM. Das vil stengel hat. HISP. *Cosa que tiene muchos tallos.* ANGL. *That hath many stalkes.* } Plin. *lib.*21. *cap.*16. Est & illa differentia, quòd quædam in iis multicaulia ramosáque sunt, vt carduus.

Multicolor, is, omnis generis, quod habet multos colores, versicolor, discolor. { πολύχρους. GALL. *De beaucoup de coleurs.* ITAL. *Di molti colori.* GERM. Das vilerley farben hatt. HISP. *Cosa de muchos colores.* ANGL. *Of diuers colours* } Plin. *lib.*17. *cap.*10. Gell. *c.* 16. *lib.*11. Sicuti multicoloria multiformia dicimus.

Multifacio, is, Magni æstimo. { הוקיר *hokir.* περὶ πολλοῦ ποιέομαι. GALL. *Estimer beaucoup.* ITAL. *Estimare molto.* GERM. Hoch oder grossachten. HISP. *Estimar en mucho precio.* ANGL. *To esteme muche.* } Sicut magnifacio, & paruifacio. Cato, Neque fidem, neque iusiurandum, neque pudicitiam multifacit. Festus.

Multifarius, a um, Varium, quod multis modis possit diuidi, vel quod est ex multiplici specie. { πολυειδής, πολύτροπος. GALL. *De diuerses sortes & manieres.* ITAL. *Vario.* GERM. Mancherley/vilerley. HISP. *Cosa de muchas maneras* ANG. *Manifold.* { Gellius *lib.*5. *cap.*6. Militares coronæ multifariæ sunt.

Multifariè, aduerbium, Variè, multis modis. { πολλαχῶς. GALL. *En plusieurs ou diuerses manieres & façons.* ITAL. *Variamente, in diuerse maniere.* GERM. Auff mancherley weise. HISP. *En muchas maneras.* ANGL. *Many, foldly, many wayes.* { Plin. *lib.*6 *c.* 54. Et tamen multifariè priscos seruare ritus.

Multifariam, aduerbium, idem quod multifariè. { πολλαχόσε. GALL. *En plusieurs sortes.* ITAL. *Variamente.* GERM. Auff mancherley weiss/auff vilerley gattung. HISP. *En muchas maneras.* ANGL. *Many foldly, by sundry fashions.* { Cic. 2. *de Orat.* Quò esset multifariâ defossum. Idem 1. *de Legib.* Hodie multifariam nulla sunt. Suet. *in Calig. c.*18. Scenicos ludos & assiduè, & varij generis multafariam fecit.

Multifer, a, um, Multa ferens, fertilis. { πολυφόρος. GAL. *Fertil, qui porte & produit plusieurs ou diuerses choses.* ITAL. *Fertile.* GERM. Das vil tregt. HISP. *Fertil, cosa que mucho trahe.* ANGL. *Fertile, that bringeth many thinges.* } Plin. *lib.*16. *cap.*8. Tam multifera sunt, & tot res præter glandem pariunt robora Idem *de brassica*, Nullo æquè genere multifero, donec sua fertilitate consumatur.

Multifidus, a, um, quod in multas partes finditur, & multas diuisuras habet. { πολυμερής, πολυσχιδής. GALL. *Fendu en plusieurs parts.* ITAL. *Fesso in molte parti.* GERM. Das in vil theil gespalten. HISP. *Cosa hendida en muchas partes.* ANGL. *Hauing many cliftes ant creuises.* } Plin. *lib.*11. *cap.*37. Cornua nulla quibus multifidi pedes. Mart. *lib.*14.

Multifido buxus quæ tibi dente datur.

Ister multifidus. Lucan. *lib.*3. Linguæ multifidæ. Valer. Flacc. *in Argon.* Faces multifidæ. Ouid. 6. *Metamorph.*

——— *Timauus*
Multifidus, quòd in multa ostia fissus
In mare prorumpat.

Martial. *lib.*8.

An tua multifidum numerauit lana Timauum.

Multiforis, e, quod est multorum foraminum { πολύτρητος. GALL. *Qui a force trous.* ITAL. *Di molti buochi è pertuggi.* GERM. Löcherechtig/vol löchern. HISP. *Cosa de muchos agujeros.* ANGL. *That hath many holes.* } Plin. *lib.*8. *c.*55. Iniiciant eas in specus, quæ sunt multifores in terra. Pro eodem etiam dicimus Multiforus, a, um. Ouid. *lib.* 12. *Metam.* Longáque multifori delectat tibia buxi.

Multiforatilis, Multiforis, πολύτρητος: vt, Tibia multiforatilis, apud Apul. *in Flor.*

Multiformis, e, Varius, quasi multiplicis formæ, aut variæ. { πολύμορφος. GALL. *De diuerses manieres & façons.* ITAL. *Vario, di forme diuerse.* GERM. Mancherley oder vilerley gestalt. HISP. *Cosa de muchas formas y maneras.* ANGL. *Of many fashions.* } Plinius *lib.*11. *cap.*36. Oculi contuitu multiformes. Columell. *lib.* 2. *cap.*9. Vt per anni diuersa tempora, mala, pruna, pyrum, multiformes nuces, ac ficum præbeat. Cicer. 1. *Academic.* Ex iis autem ortæ variæ sunt, & quasi multiformes.

Multiformiter, aduerbium, Variis modis. { πολυμερῶς. GALL. *En diuerses sortes & manieres.* ITAL. *In diuerse maniere.* GERM. Auff vilerley weiss. HISP. *En muchas formas.* ANGL. *By diuers fashions.* } Gell. *lib.*9. *cap.*5. Plato ante hos omnes ita variè, & multiformiter disseruit de voluptate. Plin. *lib.*36. *c.*37. Pestilentiæ, quæ solis obscuratione contrahitur, ignis suffitu multiformiter auxiliari certum est.

Multigeneris, & multigenere, significat quod est multorum generum. { πολυειδής. GALL. *De plusieurs sortes* ITAL. *Di molte maniere.* GERM. Vilerley geschlecht oder gattung. HISP. *Cosa de mucho generos ò especies.* ANGL. *Of diuers kindes.* } Plin. *in Capt.* Multis & multigeneribus opus est tibi militibus.

Multigenus, a, um, Multigeneris. Plin. *lib.*11. *cap.*1. Multa hæc & multigena terrestrium volucriúmque vita.

Multiiugus, a, um, & multiiugis, e, pen. corr. quod est multiplex, varium, multum & numerosum. { πολύτροπος. GAL. *De diuerses sortes.* ITAL. *Di molte sorti, vario.* GERM. Mancherley/manigfaltig. HISP. *Cosa de muchas maneras.* ANGL. *Of diues sortes and kindes.* } Vbi iugus nihil significat, sicut in Postliminium, Meditullium & huiusmodi. Prima pars in multiiugum multum significat, reliqua pars protractio sola est, nihil significans. Cic. *ad Attic. lib.*14. Verum tamen de Rep. multa cognoui ex tuis literis, quas quidem multiiuges accepi vno tempore à Vestorij liberto. Gell. *cap.*2. *lib.*10. Multiiuga pactio. Multiiuga dona. Idem *c.*11. *lib.*2. Multiiuga disputatio. Idem *cap.*2. *lib.*14. Et *cap.*16. *lib.*11. vbi agit de huius nominis compositione.

Multiloquus, qui multa loquitur. { πολυλόγος, πολύφωνος. GALL. *Qui parle beaucoup, grand parleur.* ITAL. *Colui che parla molto.* GERM. Ein schwetzer/der vil tandtrein tandtman. HISP. *El que habla muchas cosas.* ANGL. *That speaketh much.* Plaut. *Pseud. sc.*2. *a.*3. Multiiugum & gloriosum coquum.

Multimodus, a, um, Multiplex, varius. { πολύτροπος. GALL. *De plusieurs & diuerses sortes.* ITAL. *Di molti modi.* GERM. Vilerleyweiss/mancherley gattung. HISP. *Cosa de muchas maneras.* ANGL. *Manifold, of sundrie sortes.* } Liu. 1. *bell. Pun.* Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda, multimoda arte distineri cœpti sunt, & non sufficiebant.

Multimodis, aduerb. variè, apud Lucretium sæpiùs: sicut & *omnimodis.*

‖ Multinodus, a, um. Apul. *lib.*5. Colubrum multinodis voluminibus, *serpentem.* ‖

Multinominis, e. Apuleius *lib.*11. Deæ multinominis, diuinis imperiis.

Multinuba, æ, qui vel quæ multis nupsit. Cornutus *in Persium, Satyr.*1.

Multinumus, adiect. { πολυχρήματος. GALL. *De baucoup de pecune & profit.* ITAL. *Di molti danari.* GERM. Vil gelt gewinnend. HISP. *De muchos dineros y prouecho.* ANGL. *Very riche.* } Varro 3. *de re rustic. c.*17. Ego enim vno seruulo, hordeo non multo aqua domestica, meos multinumos alo asinos, id est, quorum opera multos paro numos.

Multipartitus, a, um, adiectiuum. { πολυφυής. GALL. *Diuisé en plusieurs parties.* ITAL. *Diuiso in piu parti.* GERM. In vil abgetheilt. HISP. *Partido en muchas partes.* ANGL. *Deuided in to many partes.* } Plin. *lib.*6. *cap.*19. Namque vita mitioribus populis ludorum multipartita degitur.

Multipes, multipedis, vel multipeda, æ. Vermis est pilosus, multis pedibus arcuatim proserpens, qui & Centipeda, & Millepeda appellatur. { ὄνισκος. GALL. *Vne chatepeluse, vne sorte de ver velu, qui se trouue en abondance és arbres quand les fruicts commencent à se former, ver qui a plusieurs pieds.* ITAL. *Verme di molti piedi.* GERM. Ein würmlin das vil füss hat/ ein esel. HISP. *El ciento pies gusano ponçoñoso.* ANG. *A worme that hath many feete.* } Plin. *lib.*21. *c.*25. Ad multipedum morsus cum melle. Idem *lib.*29. *c.*6. Millepeda, ab aliis Centipeda, aut multipeda dicta, animal est è vermibus terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactúque contrahens se. Item multipes, huius multipedis, adiect. Qui multos pedes habet. Plin *lib.*11. *cap.*45.

Multiplex, icis, omnis gen. Varius, inuolutus, multas plicationes habens. Simplex { πολλαπλάσιος. GAL. *Qui a plusieurs plus, de plusieurs & diuerses sortes.* ITAL. *Inuoluppato è doppio, vario.* GERM Vilfaltig. HISP. *Plegado muchas vezes, de muchas maneras.* ANGL. *Manifold, of diuers sortes.* } Sueton. *de clar. Grammat.* Multiplici variáque doctrina censebatur. Plaut. *in Epid.* Simul ærumnam multiplex exercita Habet paupertas. Virg. 4. *Æneid.*

Hæc tum multiplici populos sermone replebat
Gaudens.

Cic. *de Amic.* Quî fieri poterit, si ne in vno quidem quoque vanus animus erit, idémque semper, sed varius, commutabilis, multiplex.

Multipliciter, aduerbium Titulus est apud Plin. De eodem multiplicius, *lib.*7. *cap.*14. πολλαπλασίως.

Multiplicabilis, e, quod potest multiplicari, & nonnunquam idem quod multiplex. { πολλαπλασιαστός, πολύπλοκος. GALL. *Qui se plie & entortille en plusieurs plis.* ITAL. *Che si può multiplicare.* GERM. Das vilfaltig zu machen. HISP. *Lo que se puede multiplicar.* ANGL. *That is pliant or may be folded.* } Cic. 2. *Tuscul.* Hæc interemit tortu multiplicabili Draconem auriferam obtutu asseruantem arborem. Carmen est è Sophocle à Cicerone versum.

MVLTIPLICO, as, are, Multiplex reddo, aut facio. { הרבה *hirbáh.* πολλαπλασιάω. GAL. *Multiplier, accroistre, augmenter.* ITAL. *Multiplicare* GERM. Vilfaltig machen/meeren. HISP. *Multiplicar ò acrecentar.* ANG. *To multiplie, to augment.* } Plin. *lib.*34. *c.*8. Primus hic multiplicasse varietatē videtur. Cic. *ad Quint. fratr.* Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia cōcurret, vt multiplicata gloria discedamus. Ouid. 2. *de remed.*

Flumina collectis multiplicantur aquis.

Idem *Eleg.*1. *lib.* 4. *Trist.*

Cogitur & vires multiplicare suas (dolor inclusus.)

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 4

Quæ mala sunt longa multiplicata die.

Multiplicatio. { מרבית *marbith.* πολλαπλασιασμός. GAL. *Multiplication, accroissement.* ITAL. *Multiplicatione, accrescimento.* GERM. Vilfaltigung/meerung HISP. *Acrecentamiento.* ANG. *A multiplying or augmenting.* } Columella *lib.* 3. *c.* 2. Nam si sordidus, aut vilis est, feracissimam quanque serere conducit, vt multiplicatione frugum reditus augeatur.

Multipotens, tis, omnis generis, qui multum potest. { πολυκρατής. GAL. *Fort puissant, qui peut beaucoup.* ITAL. *Huomo che pue molto.* GERM. Gewaltig/vil vermögend. HISP. *Lo que mucho puede.* ANG. *Of great might and power.* } Plaut. *in Bacch* —nequius nihil est Quàm egens consilij seruus, nisi habet pectus multipotens. Vbicunque vsus fiet. Idem *Trin.* Salsipotenti multipotenti Iouis fratri tibi Nerei Neptune Lætus, lubens laudes ago.

Multiscius, qui multa scit & multarum rerum scientiam habet. { πολυμαθής, πολυΐστωρ. GALL. *Qui sçait beaucoup.* ITAL *Che sa molto.* GERM. Vil wissend. HISP. *El que mucho sab.* ANGL *That kneweth much.* } Apuleius *in Apologia*, Meminerat Homerum poëtam multiscium, vel potiùs multarum rerum apprimè peritum.

Multisonosus, a, um. { πολύηχος. GALL. *Qui rend diuers sons.* ITAL. *Che rende suoni diuersi.* GERM. Das vil getöns gibt. HISP. *Cosa que suena por muchas partes.* ANGL. *That giueth diuers soundes.* { Claudian. *de mulabus Gallicis.*

Esseda concordes multisonora trahunt.

Multisonus, adiectiuum. πολύφονος. Martial. *lib.*1.

Sic vbi multisona feruet sacer Atthide lucus.

Multitia, orum, Iuuenal. Sat.

——— *cùm tu multitia sumas.*

Vet. schol. exponit, vestes intextas sub stamine, quibus solent vti puellæ.

Multiuagus, a, um, qui multum vagatur, errans. { πολυπλανής. GALL. *Qui vague en plusieurs sortes, qui ne se peut arrester.* ITAL. *Che vaga*

molto. GERM. Vilſchweiffig / vmbſchweiffig. HISP. *Coſa que vaga por muchas partes.* ANGL. *That erreth and wandereth much.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 37. Ferunt non mutare ſedem columbas, multiuaga alioqui aue. Multiuagus lunæ curſus, apud eundem *lib.* 2. *c.* 10.

‖ Multiuius, a, um. Apul *lib.* 9. Complurium iumentorum multiuij circuitus. *Ibid.* Vngulas multiuia circumciſione in enorme veſtigium porrecti. ‖

Mūltŏpĕrĕ, ea forma dixit Plautus qua magnopere, vt *in Merc.* Multopere in mundo ruſtico ſe exercitum. { σφόδρα, πάνυ. GALL. *Moult, beaucoup.* ITAL. *Grandemente.* GERM. Hefftig. HISP. *En grande manera.* ANGL. *Greatlie.* }

Mūltĭtiă, orum, Indumenta dicebantur munitiſſimis filis contexta, ita à multis filis, & propterea ſubtilibus appellata. { πολύμιτα. GALL. *Draps & accouſtremens de ſoye, dont le tiſſu eſt moult deſlié & ſubtil.* ITAL. *Veſti di fili ſottili.* GERM. Kleine vnnd zarte kleider. HISP. *Veſtidura de ſeda ſutil.* ANGL. *Cloth wouen of many ſmall threades, taffetie.* } Vel à mulcendo, quoniam carnem demulceant. Et tantùm pluraliter declinatur. Iuuenal. *Satyr.* 2.

——— quæro an deceant multitia teſtem.

Ibidem,

——— ſed quid
Non facient aliis quum tu multitia ſumas
Cretice?

Mūltĭuŏlūs, a, um, qui multarum rerum deſiderio tenetur. πολύβουλος. GALL *Ayant diuerſes volontez, qui veut beaucoup.* ITAL. *Che vuole molto.* GERM. Vilwöllend / vilwenckig. HISP. *Coſa que quiere muchas coſas.* ANGL. *That willeth many thinges.* } Catull. *ad Mallium.* Multiuola eſt mulier. ¶ Plus, ris. { יותר *iothér.* πλέον, πλεῖον. GALL. *Plus, d'auantage.* ITA. *Più.* GERM. Mehr. HISP. *Mas.* ANGL. *More.* } Generis neutr. in obliquis verò, & numero plurali trium generum, ſecundùm Priſcianum, comparatiuum eſt, ſignificatione tantùm, non voce, à Multum, quamuis Gell. *lib.* 5. *c. vlt.* ex Capitonis autoritate putauerit eſſe abſolutum, hoc eſt, poſitiuum. Aut dimidium, aut plus feres. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2 *a.* 1. Quos dū feras, tibi plus noceas. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 1. Nemo eſt cui amplius malè plus lubens faxim. Idem *Aul. ſc.* 2. *a.* 3. Plus illi eſt in manu, quàm tibi. (i. maiorem habet eius rei poteſtatem) Idem *Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Oculis carebis, qui plus vident, quàm quod vident, idem *Mil. ſc.* 4. *a.* 2. Ne minus, aut plus, quàm tu ſapiet. Idem *Aſin. ſc.* 1. *a.* 4. Plus oportet ſcire, quàm loqui. Idem *Mil. ſc.* 5. *a.* 2. ¶ Pluris pretij. Saluſt. *Iugurth.* 1 1 2 neque pluris pretij coquum, quàm villicum habeo. ¶ Plus nominatiuo aliquando iungitur. Liu. *de bell. Maced.* Plus quinquaginta hominum millia ceciderunt. Plus duo millia. Liu. *lib.* 9. *d.* 4. ¶ Aliquando accuſatiuo. Terent. *in Enunch.* Non plus triduum. Vitruu. *lib.* 7. Aſſeres directi diſponantur inter ſe, nec plus ſpatium habentes pedes binos. Quin ſuſpirabo plus ſexcentos in dies. Plaut. *Men. ſc.* 4. *a.* 5. Plus annum. Liu. *lib.* 9. *d.* 4. & vbique, *lib.* 6. *d.* 4. Plus partem dimidiam. ¶ Aliquando ablatiuo. Plaut. *Men. ſc.* 1. *a.* 3. Plus triginta annis natus ſum. In quibus omnibus locutionibus intelligitur particula Quàm, quæ plerunque etiam exprimitur. Mihi vno te plus eſt etiam quàm volo. Idem *Amph.* Plus anno hoc ſcio. Idem *Curc. ſc.* 1. *a.* 1. Sat ſcio multo plus occiſam ſuam ſapere. Idem *Mil. ſc.* 6. *a.* 2. Id ſatis ſcio, & plus nimio merui mali. *Ibid.*

Quem nimio plus eſt indoluiſſe ſemel,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.* Plus petendo excidere formulâ. Suet. *in Claud. cap.* 14. Nihilo plus, vide *Nihilo.* ¶ Iungitur aliquando & genitiuo, communi more omnium nominum quæ per ſe ſubſiſtunt: vt plus ſapientiæ, apud Plaut. *in milite.* Liu. *lib.* 10. *ab Vrbe*, Paulo plus viginti millium exercitus fuit. Item, Non habet plus ſapientiæ, quàm lapis. Plaut. *Mil. ſc.* 2. *a.* 2. ¶ Item iungitur verbis emendi & vendendi, & omnibus æſtimationem quandam ſignificantibus in genitiuo. Cic. *pro Quint. Roſc.* Ager nunc multo pluris eſt quàm tum fuit. Non eſt in heri ædibus ſeruus, qui ſit pluris. Plaut. *Aſin. ſc.* 4. *a.* 2. ¶ Inuenitur etiam apud Antiquos in ablatiuo. Idem *in Cæco*, Plure altero canto, quanto eius fundus eſt. Idem *Men. ſc.* 3. *a.* 4. Id ita eleganter exprimit, Bis tanto pluris tibi redimam aliam pallam. (i. veſtem.) Lucilius, Plure vendunt, quod pro minore emptum antiquè. Aliquando temporis aduerbium fit, idem ſignificans quod Diutius. Terent. *in Hecyra*, Vt cum matre vnà plus eſſet. ¶ Plures pro Multi, paſſim apud autores legitur. Cic. 2. *de finib.* Plures dies manere non poteſt. Plin. *lib.* 9. *cap.* 12. Aquatilium tegmenta plura ſunt. ¶ In plurali numero. Plura dicimus, & Pluria. Donatus, Antiqui hoc Complure, & hæc Compluria, quod noſtri Complura dicunt. Cic. *in Orat.* Confirmanda genera compluria. Credo quia veteres hic & hæc Pluris, & hoc Plure, non hoc plus dicebant. Hæc ille. Gell. *c. vlt. lib.* 5. verò refert, Capitonem docuiſſe Pluria Latinum eſſe: Plura verò barbarum. Nunc autem de vſu & Pluria, & Plura dicimus. Vnde & compluria & Complura. Terent. *in Phorm.* Multa aduenienti, vt fit, noua hîc compluria. ¶ Sed inter ſe differunt Plura & complura, quòd plura de duobus dici poſſit, Complura nonniſi de maiore numero. Eſt præterea illud comparatiuum, hoc minimè, ideóque non regit caſum. ¶ Complurimus non reperitur, ſed tantùm plurimus. Eſt etiam Plus aduerbium. Plus ſatis, πλέον τοῦ ἱκανοῦ dicimus, pro eo quod eſt abunde & plus quàm ſatis. Terent. *in Enunch.* Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. ¶ Plus minus, Plus minúſve, Plúſue, minúſve, in eadem ſignificatione vſurpantur, pro Circiter, frequentiùs tamen inuenitur Plus minus: vt, Dies plus minus triginta pro eo quod eſt, paulo plus, aut paulo minus, hoc eſt, circiter. ¶ Dicimus etiam Plus, plùſque, pro eo quod eſt in dies vehementius. Cic. *Attic. lib.* 6. Quem mehercule plus, plúſue in dies diligo. Plus plúſque ſatis ſoſpitent iſtuc. (i. magis magíſque. Plaut. *Aul. ſc.* 5. *a.* 3. Item, Aut plus, aut minus, quàm quod opus erat. Idem *Men. ſc.* 4. *a.* 5. Hinc Perplures compoſitum, idem ſignificans quod permulti. Plin. *lib.* 13. *c.* 24. Spondétque iugero eius annuos perplures, vel mediocri ſolo reditus. ¶ Vnde Perplurimum, aduerbium, vt Perplurimum refert, apud eundem *lib* 2. *c.* 54 ¶ Item deriuatiua, Pluralis, & plurale à vulgò Grammaticis fictæ voces πληθυντικός, & Pluratiuus, à, um, eiuſdem ſignificationis, vt apud Macrobium, Pluratiuus numerus. Et Gell. *c.* 16. *lib.* 1 & *c.* 8. *lib.* 19. & *c.* 5. *lib.* 20. ¶ Pluſculus, a, um, diminutiuum à Plus. { παραπολύς. GAL. *Vn peu d'auantage, vn peu plus.* ITAL. *Vn poco più.* GERM. Ein wenig mehr. HISP. *Vn poco mas.* ANGL. *Somewhat more.* } Quamuis, Plus maſculinum, fœmininúmve genus non habeat: idémque ſignificat quòd Paulò, vel aliquanto plus. Terent. *in Phorm.* Tum pluſcula ſupellectile opus eſt. ¶ Inde fit compoſitum Compluſculus. Idem *in Hecyr.* Primum dies compluſculos. ¶ Pluſculum, li, neutri generis. Col. *lib.* 12. *c.* 47. Deinde exiguum aceti piperati, & pluſculum mellis, aut mulſi adiiciunt. Cic. 2. *de Orat.* Verū vt aliquando ad cauſas deducamus illum, quem conſtituimus, & eas quidem, in quibus pluſculum negotij eſt. Cic. *Luccio lib.* 5. Pluſculum etiam, quàm concedit veritas amori noſtro largiare. Inuitauit ſe in cœna pluſculum. Plaut. *Amph.* ¶ Plurifarius, adiectiuum, Varius, multiiugus, multifarius. { πολύχοος. GAL. *En pluſieurs ſortes & manieres.* ITAL. *Vario, di molti ſorti.* GERM. Vilerley / manifaltig. HISP. *Coſa de muchas maneras.* ANGL. *Manifold.* } Sueton. *in Claud.* Cæſar gladiatoria munera plurifaria ac multiplicia exhibuit. Quædam exemplaria hîc legunt Plurifariam, ſignificatione aduerbij. ¶ Plurifariam, adu. Pluribus modis, ſiue pluribus locis, multifariam. { πλεοναχῶς. GAL. *En pluſieurs ſortes.* ITAL. *A molti modi, in multi luoghi.* GERM. Vilfältiklich / Vilerley weiſs. HISP. *En muchas maneras.* ANG. *Of many ſortes* } Suet. *de Tib.* Cubicula plurifariam diſpoſita, tabellis ac ſigillis laſciuiſſimarum picturarum adornauit. Gell. *c.* 9. *lib.* 16. & *c.* 24. *lib.* 10. Et Suet. *in Aug. c.* 46. & *c.* 80. ¶ Plurimus, a, um, Superlatiuum à Multus. { πλεῖστος. GAL. *Beaucoup plus.* ITAL. *Aſſaiſſimo.* GERM. Gantz vil / vberauß vil. HISP. *Mucho mas.* ANGL. *Very mani.* { Plaut. *in Aulul.* Quod me ſolicitat plurimis miſerum modis. Quandoque pro longo & porrecto. Virg. 1. *Æneid.*

Iámque aſcendebant collem, qui plurimus vrbi
Imminet.

Vnde apud eundem, Nux plurima: id eſt, longa, qua ſignificatur amygdalum. Ouid. *Eleg. vlt lib.* 4. *Triſt.*

——— In toto plurimus orbe legor.

Plaut. *Men. ſc.* 1. & 2. *a.* 2. Sycophantæ plurimi. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 4 Pro eius factis plurimis peſſimíſque dixi cauſſam. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 5. Res plurimas peſſimas adfert ſecum ſenectus. ¶ Plurimum cum genitiuo: vt, Plurimum ætatis, plurimum iucunditatis. Cic. Nam quòd in publicanorum cauſis, vel plurimū ætatis meæ verſor, vehementérque illum ordinem obſeruo, &c. Idem 1. *de finib.* Itaque ne iuſtitiam quidem rectè quis dixerit per ſeipſam optabilem, ſed quia iucunditatis vel plurimum afferat. Plurimi genitiuus verbis æſtimandi iungitur. Cic. 3. *de finib.* Sic bonum hoc, de quo agimus, eſt illud quidem plurimi æſtimandum: ſed ea æſtimatio genere valet, non magnitudine. Plaut. *Bacchid.* Imò vnicè illum pluri pendit. ¶ Plurimùm, aduerbium, Permultum. } מאד *meód meódh.* πλεῖστον. GALL. *Beaucoup, la plus part du temps.* ITAL. *Molto, la più parte del tempo.* GERM. Vberauß vil. HISP. *Mucho mas, la mayer parte del tiempo.* ANGL. *Greatumlie, very much.* } Cicer. *de Amic.* Plurimùm ſibi confidit. ¶ Quandoque valet Vtplurimum, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Terent. *in Phorm* Domum ire pergam, ibi plurimum eſt. Plaut. *in Mil. ſc.* 3 *a.* 2. Mihi credo plurimùm. ¶ Pluralis & hoc plurale, apud Grammat. quod plura comprehendit, vel plures: vt, Pluralis numerus, qui & Pluratiuus numerus dicitur, apud Macrobiū.

Mūlucha, fluuius Mauritaniæ, Maſſæſylorum fines à Cæſarienſi Mauritania diſtinguens. de quo Strab. *lib.* 17. Poſt Mauritaniam (inquit) eſt Maſſæſylorum regio à Molachath flumine (ita Mulucham nominat) initium ſumens, &c. Vbi indicat, trans flumen in ortū Maſſæſylos eſſe, ſicut Plin. Intelligendum ergo Mulucham regnorum terminum fuiſſe, Bocchi quidem Orientalem, Iugurthæ verò occiduum, diuerſa ratione: quemadmodum aliquando Rhenus Romani imperij ab ortu, & ſeptentrione terminus fuit: rurſum verò Germanorum ab occaſu, & Meridie limes: vt quod mihi in ortum proſpicienti dextrum eſt, id tibi in occaſum verſo ſiniſtrum ſit. Sic. Rubiconem veteris Italiæ olim, & Togatæ Galliæ terminum fuiſſe intelligimus. Ita *in Iurgurtha* Saluſtius, Haud longè (inquit) à flumine Mulucha quod Iugurthæ Bocchíque regnum diſiungebat. Et alibi apud eundem, Bocchus, inquit, Ego flumen Mulucham, quod inter me & Micipſam fuit non egrediar, neque id Iugurtham intrare ſinam. Hactenus Saluſtius. Sunt qui hoc nomen neutro genere efferendum putent (in quibus eſt & Caper inſignis Grammaticus) vnde apud Saluſtium *loco iam citato*, Mulucha legendum putant, non Mulucham: quemadmodum etiam in exemplaribus quibuſdam vetuſtiſſimis ſcriptum offendimus.

MVLVS, per ſimplex l, à molâ. Animal quod ex aſino & equo generatur. { פרד *péredh.* ἡμίονος, ὀρεύς. GAL. *Vn mulet.* ITAL. & HISP. *Mulo.* GERM. Ein mauleſel / maulthier. ANGL. *A mule.* } qui autem ex equo & aſina genitus eſt pullus, Hinnulus dicitur. Plin. *lib.* 8. *c.* 44. Ex aſino & equa mulus gignitur menſe duodecimo animal viribus in labore eximium. Et *paulò poſt*, Equo & aſino genitos mares, Hinnulos antiqui vocabant: contráque Mulos, quos aſini & equæ generarent. Vide de hoc latiùs in dictione HINNVS. Muli pretio ſuperat equos (quibus vehentur matronæ.) Plaut. *Aul. ſc.* 5. *a.* 3. *Ibidem.* Ancillas, mulos, Muliones. Item Mulos curauit & fricauit Ventidius. Gell. *cap.* 4. *lib.* 15. Muli Mariani furculæ ſunt, teſte Feſto, quibus religatas ſarcinas, viatores gerunt: quarum vſum quia Marius inuenit, Muri Mariani poſtea ſunt appellati, ἡμίονοι μαριανοί. Vide Plutarch. *in Mario.* Plaut. Ærumnulas vocat. Front. *lib.* 4. *Stratag.* C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maximè exercitus agmen oneratur, vaſa & cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit, ſub quibus & habile onus, & facilis requies eſſet. De Mullo piſce, ſuprà in *Mullus.*

‖ Mulicurius, qui mulos curat. Gloſſ. ἡμιονόκουρος. Illud κουρος in fine eſt ex Latino, vt in *viocurus.* Quare malè quidam ſubſtituunt ἡμιονουρος. Meurſ. in Gloſſ. gr. b. ‖

Mūlă, æ, fœminini generis. { פרדה *pirdáh.* ἡ ἡμίονος. GALL. *Vne mule.* ITAL. & HISP. *Mula.* GERM. Ein mauleſelin. ANGL. *A she mule.* } Plin. *lib.* 8. *cap.* 44. Gignitur mula ex equo & aſina, ſed effrænis & tarditatis indomitæ. Iuuenal. *Satyr.* 7.

——— Munda nitet vngula mulæ.

Fœta mula. Idem *Satyr.* 3.

——— Et fœta comparo mula.

Mulæ ſaginatæ, &c. omnes vnius coloris. Senec. *Epiſt.* 88. Mulæ Pomiliæ.

liæ. Mart.*lib.*14. *Epigr.* Item Suet. *in Galba c.* 4. Cum mula pepererit.

Mūlāris, e, adiectiuum à mulo. { ἡμιονικὸς. GALL. *De mulet ou mule.* ITAL. *Da mulo, ò mula.* GERM. Mauleßlisch. HISP. *Cosa perteneciente à mulo ò mula.* ANGL. *Of à mule.* } Colum.*lib.*6.*cap.*27. Est enim quæ circo sacrísque certaminibus equos præbet: est mularis quæ pretio fœtus sui comparatur generoso.

Mūlio, nis, qui mulos clitellarios, siue quadrigarios ducit. { ἀστραβηλάτης, ὀρεοκόμος. GALL. *Mulatier.* ITAL. *Mulatiere.* GERM. Ein eseltreiber. *Harriero, ò mulatero.* ANGL. *That ruleth or guideth mules.* } Iuuen. *Satyr.*3.

Nam mihi commota iamdudum mulio virga.

Plaut. *Aul.sc.*5.*a.*3. Ancillas, mulos, muliones, pedisequas. ¶ Mulius, mulij, quòd hîc legebatur pro mulione, Latinum non est: quanuis Calepinus deceptus inemendata Horatij lectione, putauerit indifferenter pro eodem dici Mulionem & Mulium. Locus Horatij, qui Calepino imposuit, est ex *lib.*2.*Serm.satyr.*7.

Audit cum magno blateras clamore, furísque,
Miluius.

Sic enim legi debere, & constanti castigatiorum exemplariorum consensu, & Acronis autoritate constat: qui Miluium insignem fuisse asserit Horatij temporibus parasitum. ¶ Est præterea mulio genus culicum. Plin.*lib.*11.*c.*18. Impugnant eas naturæ eiusdem degeneres vespæ atque crabrones, & è culicum genere, qui vocantur Muliones.

Mūlĭōnĭūs, a, um, quod ad mulionem pertinet. { ἀστραβηλατικὸς. GALL. *Appertenant à mulatier.* ITAL. *Pertinente à mulatiere.* GERM. Das deß eseltreibers ist. HISP. *Perteneciente à mulatero, ò harriero.* ANGL. *That belongeth to the ruler of mules.* } Cic. *pro Sest.* Mulioniam penulam arripuit, cum qua primùm Romam ad Comitia venerat, &c.

Mumastes, μυμάστης, Cariæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Mumasticæ.

‖ Mumia, caro humana balsamo condita: item alia, quæ quidem non mortua, sed occisa sanandi vim habet. Etiam Chymicis *Mumia* est balsamum, seu seminalis humor. ‖

Mŭmmĭūs, prænomine Lucius in primis Romæ & nobilitate & gloria rerum gestarum clarus, qui Corinthum bello captam diruit, Italiamque vasis Conrinthiis, æneísue signis impleuit. Autor Plin. *lib.* 34. *cap.*3.*&* 7.

‖ Muna, munera militibus data. Gloss. Isid. ‖

Mŭndă, oppidum est Hispaniæ Bæticæ multis cladibus & funeribus celebre. Ad Mundam enim Cæsar cum Pompeij filiis manus conseruit, in quo prælio tanta strages facta dicitur, vt Cæsar obsidens victos congestis corporibus vallum circum vrbem struxerit. Lucan. *lib.* 1.

Vltima funesta concurrunt prælia Munda.

Vide Plin.*lib.*3.*c.*1. Vulgò *Mundeçara.*

Mundicina, mundities. Apul. *Apol.* Mundicinas dentium: vt in fame, cùm dentes non habent, quo occupentur, defectus cibi.

MVNDVS, a, um, quod est purum, tersum, politúmque. ✕ Immundus. { טהור *tahór* נקי *naki.* καθαρὸς, κόσμιος. GALL. *Net, pur.* ITAL. *Mondo, polito, netto.* GERM. Sauber/rein/wol gefegt. HISP. *Limpio, ò afeytado.* ANGL. *Neate, cleane.* } Plaut. *in Cist.* Neque munda es adæquè vt soles. Terent. *in Eunuch.* Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius, Nec magis compositum quicquam. Horat. 1. *Epist.*5.

Iamdudum splendet focus, & tibi munda supellex.

Idem *Satyr.*7.

——— *vnde*
Mundior exiret vix libertinus honestè.

¶ Mundior iusto cultus. Liu.*lib.*9.*ab Vrbe.*

Mŭndŭlŭs, Delicatus, mollis, diminutiuum, qui nimia munditia vtitur, vt placeat mulierculis, ὁ καλλωπιστής. Plaut. *in Trucul.* Nunc ego istos mundulos vrbanos amasios Hoc ictu exponam.

Mŭndŭs, i, substantiuum, dicitur ornatus muliebris: quo scilicet mulier mundior fit. { κόσμος γυναικεῖος. GALL. *Ornement.* ITAL. *Ornamento.* GERM. Weiberzierd / das die weiberbrauchen sich damit zuzier en vnnd butzen HISP. *Las joyas de la muger.* ANGL. *The whole attyre, iowels or ornaments of women.* } In cuius nominis appellatione continetur speculum, inaures, armillæ, anuli, gemmæ, & similia, quibus mulier ornatur. Cato *pro lege Oppia.* Imò alius, Liu.*lib.*4.*d.*42. apud eundem *lib.* 34. Munditiæ ornatus, & cultus, fœminarum indicia sunt: his gaudent, & gloriantur. Hinc Mundum muliebrem appellarunt nostri maiores. Idem 2. *bell. Maced.* Non aurum modò iis, sed & postremò vestem, mundúmque omnem muliebrem ademit. Colum. *lib.* 12. *c.*3. Postea mundum muliebrem, qui ad dies festos comparatur. Dicitur & Mundum, neutro genere, Lucil. Legauit quidam vxori mundum omne penúmque. ¶ Hinc etiam

Mundus accipitur pro eleganti illa ornatáque totius vniuersi machina, quæ ex omni eo constat, quod cæli ambitu continetur. { עולם *tolám.* GALL. *Le monde, l'vniuers.* ITAL. & HISP. *Mondo.* GERM. Die welt. ANGL. *The world.* } Nam sicut Græci κόσμον, quod apud eos ornatum significat, ita nos à perfecta, absolutáque elegantia vocamus Mundum, quòd nihil eo sit mundius & pulchrius, & ornatius. Hæc ex Plinio *lib.*2.*cap.*1.*&* 4. Catull. *de com.Beren.*

Omnia qui magni dispexit lumina mundi.

Tibull.*lib.*4.

Téque (Manet) interiecto mundi pars altera Sole.

Ibidem.

Alter dicat opus magni mirabile mundi,

Ouid.13. *Metam.*

Nec Clypeus vasti cælatus imagine mundi.

Idem 4.*Fast.*

Otia mundus agat.

Cic. *de finib. bon.& mal.lib.*3. Mundum autem censent regi numine deorum, eúmque esse quasi communem vrbem, & ciuitatem hominum, & deorum, & vnumquenque nostrûm huius mundi esse partem, ex quo illud natura consequitur, vt communem vtilitatem nostræ anteponamus. Idem 2. *de nat deor.* Mundus est quasi communis deorum, atque hominum domus, atque vrbs vtrorumque. ¶ Mundus lucens, i. mundus superior, cœlum, vt, Mundus inferior, i. terra. Cic. *de vniuers.* Mundum Deus ad volubilitatem rotundauit, comitéque eum sapientia, quam optimæ mentis effecit, circúmque cælum æqualiter distribuit, vt hunc varietate distinctum, benè Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus. ¶ In mundo aliquid esse, veteres dicebant, cùm in promptu, & in manibus aliquid esse significare vellent. Plaut. Quia sciebam in mundo fore. Idem *Asin.sc.*1.*a.*2. Aut mihi in mundo sunt virgæ. Et *ibid.sc.*1.*a.*2. Hariolari occeperunt sibi esse in mundo malum. Item, Pristinâ in mundo scibam. Idem *Pseud.sc.*5.*a.*1. Vide Victor.*c.*20. *lib.*8. Ennius, Tibi vita, seu mors in mundo est. Vsus est quoque Cælius, Annæus Cornutus, & alij veteres, vt autor est Sosipar. *lib.* 1. ¶ Mundus etiam dicitur fossa quædam in vrbe condenda. Plutarch. *in Rom.* Et τὸ πᾶν.

Mundi mœnia, cælum, Lucretio & Manilio.

‖ Mundo nomen impositum ab eo mundo, qui suprà nos est. ‖

Mŭndānŭs, a, um, quod mundi est. { κοσμικός. GALL. *Du monde.* ITAL. *Mundano.* GERM. Wältlich. HISP. *Cosa del mundo.* ANGL. *Of the world.* } Vnde interrogatus Socrates philosphus, cuias esset, mundanum se esse respondit. Vide Cic. 5. *Tusc.*

‖ Mundialis homo mundi statu. Isid. Intellige, Mundialis, homo mundani status. Est autem mundialis, adiectiuum, idem quod mundanus.

Mundibusdium, defensio, patrocinium.

Mundicina, mundities. Apul ‖

Mŭndĭtĕr aduerb. καθαρῶς, κοσμίως. Plaut *in Pœn.* Nam quum sedulò munditer eos habeamus, vix ægrè amatorculos inuenimus.

Mŭndĭtĭēs, ei, & Munditia, æ, Lautitia, puritas, elegantia, nitor. { נקיון *nikkajón* טהרה *tahoráh* טהר *tohar* בר *bor.* καθαριότης. GALL. *Netteté.* ITAL. *Modezza, politezza.* GERM. Sauberkeit/reinigkeit/auffmutzung. HISP. *A feyte, limpieza.* ANGL. *Cleanesse, pikednesse.* { Cic. *lib.*1.*Offic.* Adhibenda præterea munditia est, non odiosa nec exquisita nimis, tantùm quæ fugiat agrestem & inhumanam negligentiam. Ita munditiis dignè habiti (in conuiuio.) Plaut *Pseud. sc.* 1.*a.*5. In munditiis, delitiis, mollitiis ætatem agitis. *Ibid.sc.*2.*a.*1. Munditiæ sermonis. Gell. *cap.*24.*lib.*10. ¶ Munditia, illecebra est animo amantum. Plaut *Menæch. sc.*2.*a.*2. Ouid.3.*de Arte,*

Munditiis capimur, ne sint sine lege capilli.

Munditiarum & lautitiarum studiosissimum multi prodiderunt. Suet. *in Cæs.c.*46. Colum. *lib.*9.*c.* 14. Nec quanuis amantissimas munditiarum, offendunt odore suo. ¶ Munditias facere, apud Catonem *cap.*2. Salust. *Iugurth.*103. de Mario: Non Græca facundia, neque vrbanis munditiis sese exercuit. *Ibid.* 112. ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem conuenire.

Mŭndĭfĭco, Mundum facio. { נקה *nikkáh* טהר *tihár.* καθαροποιῶ. }

‖ Mundium dominium, & dicitur à *mundus.* Vet. Voc. sed hoc est Germanicum, in ll. veterib. & significat tutelam. Inde Mundius, qui sui iuris est, neque sub tutorum potestate: qui scilicet seipsum iam tuetur. ‖

Mundo, as, Detergo, purifico, purgo. { נקה *nikkáh* טהר *tihér.* καθαίρω, καθαρίζω. GAL. *Nettoyer, monder.* ITAL. *mondare, nettare.* GERM. Seubern/reinigen. HISP. *Limpiar ò afaytar.* ANGL. *To make cleane, or neate.* } Plin.*lib.*15 Ob id crebriùs vasa mundanda. ¶ Hinc componitur Emundo, expurgo, sordibus libero, ἐκκαθαίρω. Colum. *lib.*2. Quædam pluuiis diebus, vt bubilia, & ouilia, debent emundari.

‖ Mundualdus, tutor. ‖

Mūnĕro, as, vide *Munus.*

MVNGO, is, xi, ctum, quasi mucum ago, Mucum è naribus educo. { מצץ *matsats.* μύσσω. GAL. *Mouscher.* ITAL. *Moccare.* GERM. Die nasen butzen. HISP. *Limpiar los mocos* ANGL. *To snuff, a candle, to make cleane or wipie the nose.* } Id enim Mungere est, quum è naribus mucus trahitur. Vnde Emungo fit, ἀπομύσσω, de quo suprà. Inuenitur etiam Mungor deponens. Cato *de liberis educandis,* Neque mungentur libertatem. Alij legunt *emungentur.*

Munĭceps, vide *Munus.*

MVNIO, is, iui, vel nij, itum, significat Fulcio, vallo, circundo, defendo. { בצר *bitsfér* חזק *chizzek* גנן *ghanán.* ὀχυρόω, τειχίζω, ἀσφαλίζω, ὁμαλ. GAL. *Fortifier, munir, garnir.* ITAL. *Fortificare, guarnire.* GERM. Bewaren/befestigen. HISP. *Fortalecer, ò guarnecer.* ANG *To fence, to fortifie, to make strong.* } Plaut. *in Milit.* Magnum illic honorem incipis, si magna munis mœnia. Idem *in Persa,* Vt munitum muro tibi visum est oppidum? P. Si incolæ bene sunt morati, pulchrè munitum arbitror. Columella, Quantúmque res patietur à frigore & tempestatibus muniemus. Plaut. *in Mil. sc.* 2. *a.* 2. Tibi muni viam qua cibatus commeatúsque ad te & legiones tuas tutò possit peruenire, hîc pro *cibatus.* Pass. legit *cibus.* ¶ Munire viam, substernere & sternere, siue facere: ídque interdum lapidibus, quales sunt viæ Romanæ à plerisque portis, in multorum dierum iter stratæ. Cic. *pro Mil.* ideóne Appius ille Cæcus viam muniuit, non qua populus vteretur, sed in qua sui posteri impunè latrocinarentur? ¶ Et per translationem pro præparare, & aditum sibi quodammodo patefacere. ὁδοποιεῖν. Cic. 1. *Tusc.* Abiit ad deos Hercules, nunquam abiisset, nisi quum inter homines esset, eam sibi viam muniisset. Sic dicimus Munire ripam, Munire alueum, Munire aditum, quum illa vel reficimus, vel reparamus.

‖ Munitas, conditio eius, qui munis est; quasi officiositas: sicut immunitas est eius, qui immunis. Vet. lex. Munitas λειτουργία. Gl. iur. μόνιμος λειτουργία. ‖

Mūnĭtĭo, nis, Munimentum, vallum, agger. { מבצר *mibtsár* מצור *matsór* מצורה *metsuráh* מצודה *metsudhah.* περιτειχισμὸς φραγμός. GAL. *Fortification ou forteresse, munition, defense.* ITAL. *Munitione, guarnimento.* GERM. Befestigung / schantz. HISP. *Fortalecimiento ò guarnicion* ANGL. *A fortiseing, a fort or stronge old.* } Cic.8.*Philipp.* Antonius Mutinam operibus munitionibúsque sepsit. Idem 3. *de Orat.* Fons qui totus fluctibus operiretur, nisi munitione, ac mole lapidum à mari disiunctus esset. Cæs. 3. *de bell.ciu.* Munitione flumen à monte seclusit Sueton. *in Calig.cap.*27 Ad munitiones viarum damnare.

Mūnīmĕn, inis, siue Munimentum, ti, Munitio, quæ propriè castrorum est, cæterarúmque rerum, quæ contra aduentum hostium muniuntur, siue vallo, siue fossa, siue alio quouis modo, quo hosti aditus præcludatur. { מבצר *mibtsar* מצור *matsór* מצורה *metsuráh* מצודה *metsudah.* ἐπιτείχισμα, ἀσφάλισμα, ἐπιτείχισμός, ἀλεξητήριον φράγμα. ANG. *A fort*

fort strong hold. {Salust. in Iugurth. 60. munimēta regni me habiturum. Liu. 1. ab Vrb. Quiritum quoque fossam haud paruum munimentum à planioribus aditu locis, Anci regis opus est. Ouid. 13. Metamorph.

——— *Fossas munimine cingo.*

¶Munimen ad imbres, vel ad æstum, hoc est, quo imbres, vel æstum arcemus. Virg. 2. Georg.

———*hoc effusos munimen ad imbres,*
Hoc vbi hiulca siti findit Canis æstifer arua.

Munītŏr, huius munitoris, qui munit. Liu. 7. ab Vrbe. Et ab hastatis, principibúsque qui pro munitoribus intenti armatíque steterant, prælium initum.

Munito, as, munire cupio, desiderat. est verbum, non frequentatiuum. Cic. pro Rosc. Amer. Quæ quidem dominatio, Iudices, in aliis rebus antea versabatur, nunc verò quam viam muniret, quod iter affectet, videtis.

Munīs, vide *Munus.*

MVNVS, eris, à murus, seu mœnibus. Fuit enim munus onus muris reficiendis. {שחד *scochád* מנחה *minchāh* מתנה *mattanáh* מתן *mattán* מתת *mattáth* שי *schai.* δῶρον, γέρας. GALL. *Don, present.* ITAL. *Dono, presente.* GERM. Ein gaab oder schenck. HISP. *Don ò dadiua, ò beneficio.* ANGL. *A gift, or present.* } Munus propriè est quod necessariò subimus, lege, more, imperióve eius, qui iubendi habet potestatem. Dona autem propriè sunt, quæ nulla necessitate, iure, aut officio, sed sponte præstantur: Quæ si non præstentur, nulla reprehensio est. Et si præstentur, plerunque laus quædam est. Sed in summa in hoc ventum est, vt nō quodcunque munus idem quod donum accipiatur, ac quod donum fuerit, id munus dicatur. Verba Martiani sunt, *D. de verb. sign.* Tribus autem modis dicitur. ¶ Primò, pro dono: vnde Munera dari, ac mitti dicuntur. Dictum Munus (vt inquit Varro) quòd qui mutuo animo sunt, id dant officij gratia. Plaut. in Truc. Melius te munere certare mecum, quā minaciis. Muneri accipere seruos. Suet. in Galb. c. 10. Catul. ad Ort.

Et missum sponsi furtiuo munere malum.

Idem *de com. Beren.*

Pristina vota nouo munere dissoluo (i. dono ex voto.)

Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.

Non modò fortunæ munere factus eques.

Idem Eleg. 5. lib. 4. Trist. Te præsta constanter ad omne munus amicitiæ. Et, Prælatus munere sortis, idem 13. Met. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1 Facite multa munera conueniant huc ab amatoribus. (natali die, scilicet.) Ouid. 3. Fast. Grauidæ munera vitis amans. (anus) Idem Eleg 11. lib. 3. Vt munus munere penses. Terent. Enuch. Munus nostrum ornato verbis quod poteris. ¶ Deinde pro officio, siue Munere. {כהנה *chehunnáh* פקדה *pekuddáh.* } Nam munera publica sine labore, atque onere exercitari non possunt, vnde immunitas appellatur & immunis. Plin. lib. 16. c. 4. Vacatio munerum omnium ipsi, patríque & auo paterno concessa. Cic. ad Brutum. Quanquam enim Lamia summo splendore, summa gratia est, magnificentissimo munere Ædilitio, tamen, &c. Liu. 4. bell. Pun. Ita inter se munera belli partiti sunt, vt Epicides præesset custodiæ vrbis, Hippocrates, &c. Susceptum Reip. munus explere, Cic. de prouin. Consul. Munera regis exequi. Idem de senect. Masinissa senex, omnia regis officia & munera exequitur Grammatici, oratores, medici & philosophi vacationem habent munerum ciuilium. Hinc municipes dicuntur qui in ciuitatem recepti, munera cum ciuibus sustinent. Ouid. 13. Met.

——— *Duri fugientem munera belli.*

Plaut. Asin sc. 2. a. 4. Munus adolescentuli fungare (de re venerea.) idem in Amph. Tuam rem curet, & munus fungatur tuum (de adultero.) Suet. in Cæs. c. 67. Munere officiorum remisso. Liu. lib. 6. d. 4. munera belli. Idem lib. 5. bell. Pun. Nequi eorum munere vacaret, neu dono militari virtutis ergo donaretur. (i. ne missionem haberen) vt ipse Liuius interpretatur initio lib. 6. Gellius etiam pro priuato onere posuit, quem dixit, adhibendas puero nutrices, ne ad dolores, quos enitendo mater tulisset, munus quoque nutricationis graue ac difficile accederet. ¶ Tertiò pro spectaculis, seu ludis, qui à principe populo quasi muneris loco exhibentur, ἀγῶνες. Nanque id genus oblectamenti antiqui Munera nominarunt, quòd populus tali spectaculo perinde ac munere quodam capiebatur. Suet. in Cæs. Bestias quoque ad munus populi comparatas trucidarant. Mart. lib. 1.

Prisca fides taceat, nam post tua munera Cæsar,
Hæc iam fœminea vidimus acta manu.

¶Munus gladiatorium dicebatur, quum in spectaculis multa gladiatorum paria exhibebantur. Suet in Cæs. Edidit spectacula varij generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim vrbe tota.

Mūnŭscŭlum, i, diminutiuum, Exiguum munus. { τὸ δωρημάτιον. GALL. *Vn petit don, vn petit present.* ITAL. *Picciol dono* GERM. Ein kleine schencke oder gab. HISP. *Donatiuo pequeño.* ANGL. *A litle gift.* { Cic. 5. Verr. Quam tu totam insulam cuidam tuorum sodalium, sicut aliquod munusculum condonaras. Virg. 4. Eclog.

Ac tibi prima puer nullo munuscula cultu, &c.

Catul. *Argon.*

Non ingrata tamen frustrà munuscula diuis Promittens.

Munerabundus, munerantis gestum habens. Apul.

Mūnĕrārĭūs, qui ludos gladiatorios exhibet populo, vnúmque, vel plura gladiatorum ad spectacula pugnatura producit. ἀγωνοθέτης, ἀθλοθέτης. Suet. in Domit. c. 10. Patremfamiliās, quòd Thracem mirmilloni parem, munerario imparem dixerat, detractum è spectaculis in arenam, canibus obiecit. Quint. lib. 8. c. 3. Munerarium Augustus primus dixit. Qui verò familiam gladiatorum habet, gladiatoré sque domi instituit, ac postea vendit, à laniando dicitur Lanista. Hinc nonnunquam legimus, Lanistas vendidisse gladiatores munerariis.

Mūnĕrārĭūs, a, um, adiectiuum, Seneca quæst. natur. cap. vlt. Iam speculum ornatus tantùm causa adhibitum nulli non vitio munerario, necessarium factum est.

Mūnĕrātio, δωρεὰ δόσις, Vlpian. D. lib. 27. tit. 3. l. 1. Si munus nuptiale matri pupilli miserit, non eum pupillo imputaturum Labeo scripsit, nec perquam necessaria est ista muneratio.

Mūnĕrālis, adiectiuum, quod ad munus pertinet. { δωροδόκος, δωρηματικός. GALL. *Appertenant à don.* ITAL. *Pertinente à dono.* GERM. Das zu der gab gehört. HISP. *Cosa perteneciente à don, ò dadiua.* ANGL. *Belonging to a gift.* } Hinc muneralis lex, περὶ δώρων, qua Cincius cauit, ne cui liceret munus accipere. Plautus, Nec muneralem legem, neque lenoniam rogo: fuerit nécne, flocci æstimo.

Mūnĕro, as, & Muneror, aris deponens. Dono, beneficium in aliquem confero. {שוח *schachádh.* δωρέομαι. GALL. *Remunerer, faire present, donner.* ITAL. *Donare, prestare.* GERM. Begaben/schencken. HISP. *Remunerar.* ANGL. *To giue a gift, to reward, to recompense a good turne.* { Plaut. in Capt. & dij potestatem dabunt, Vt beneficium bene merenti nostro merito muneres. Ter. in Heaut. Nam disciplina est eisdem munerarier Ancillas primùm, ad dominas qui affectant viā. Cic. 2. de Inuent. Aliud alij commodi aliquo adiuncto incommodo muneratur. Macrob. 1. Saturn. c. 7. Ianus quum Saturnum classe prouectum excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiam iuris, ferum illum & rudem ante fruges cognitas victum in melius redegisset, regni eum societate munerauit. ¶ Munerari, Vlp. l. 1. de vacat & excusat. pro munus gerere & sustinere posuit, Qui, inquit, in fraudem ordinis, in honoribus gerendis, cùm inter eos ad primos honores creari possint, qui in ciuitate munerabantur, euitandorum maiorum onerum gratia, &c. Hotomanus. ¶ Hinc remunero, ἀντιδωρέομαι. Liu. lib. 2. ab Vrbe, Tum Mutius quasi remunerans meritum.

Mūnis, e, inquit Festus, Officiosus. Plaut. in Merc. Dico eius pro meritis gratum me, & munem fore. de hoc vocabulo ita Nonius. Munes, inquit, apud veteres dicebantur non à largitione quæ ignota erat, sed consentientes ad ea quæ amici vellent: vt etiam munificus, de quo infrà. Compositum huius est Immunis.

MVNIA, orum, Opera lege debita: & officia, quæ publicè præstantur. {שקדה *pekuddáh* כהנה *chehunnáh.* ἔργα, τέλη. GAL. *La charge, l'office, ou le deuoir.* ITAL. *Vffici.* GERM. Die pflicht oder ämpter so einer schuldig ist. HISP. *Los oficios.* ANGL. *Offices or charges due to be done.* { Cic. pro Murana. Hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum. Colum. lib. 12. c. 1. Sic enim & magistri singulorum officiorum sedulò munia sua exequuntur. Liu. 1. ab Vrbe, Interim Seruio Tullio iubere populum dicto audientem esse, eum iura esse redditurum, obiturúmque alia regis munia. Ibidem, Censum enim instituit, rem saluberrimam tanto futuro imperio, ex quo belli pacísque munia non viritim, vt antea, sed pro habitu pecuniarum fierent. Senec. cap. 14. de consol. ad Mart. Munia Imperatoria obire. Et munia ducis obire. Velleius. Hinc Immunis, ἀτελής: qui ab eiusmodi onere liber est. ¶ Item Communis, de quo diximus suo loco.

Mūnĭcĭpālĭs, e, quod ad municipes pertinet. Cic. 3. de legib. Vtinam isto animo, atque virtute in summa Repub. versari nobiscum, quam in municipali maluisses. Municipales homines dicuntur, qui in municipiis degunt, hoc est, in iis oppidis, quæ ciuitatis Romanæ ius sunt adepta. Cic. ad Attic. lib. 8. Multum mecum municipales homines loquuntur, multùm rusticani, Cæs. lib. 1. de bell. ciu. Municipes, dixit pro eiusdem municipij. De hoc nomine legendus Gell. c. 13. lib. 16. Budæus municipales homines interpretatur, pro simplicibus, & imperitis: fortassis idcirco, quòd homines in municipiis degentes minus astu & calliditate valeant, quàm vrbani. Municipalis pro ignobili, vili & obscuro. Tacit. lib. 4. Séque ac maiores & posteros municipali fœdabat adultero. Iuuenal. de Cicerone, Municipalis eques. ¶ Municipalia sacra vocantur, quæ ab initio habuerunt municipes ante ciuitatem Romanam acceptam, quæ obseruare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo facta fuissent. al. adsuessent. al. adsuissent. antiquitus. Municipale ius, dicitur priuatum ius vniuscuiusque ciuitatis. Municipalia magisteria, vocantur administrationes, & officia sui municipij.

Mūnĭcĭpĭă, orum, dicebantur ciuitates suo iure & legibus vtentes, muneribus tamen populi Romani, & honoribus fungentes. Capiebant enim munera, honores & magistratus cum ciuibus Romanis: à quo nomen sibi vendicauere, nulla populi Romani lege astricti. Erant itaque municipiorum incolæ, qui municipes dicebantur, meliore conditione quàm coloni, Municipiorum iura iam penitus obliterata sunt. Municipem (inquit Vlpianus) facit aut ciuitas, aut manumissio, aut adoptio, quoniam Municeps est, & qui liber in municipio natus est, & qui in municipio à seruitute se liberauit, & qui ciuitatem quancunque assequutus est. Propriè tamen Municipes dicuntur, qui in ciuitatem Romanam recepti munerum participes fiunt. Sed abusiuè nunc Municipes dicimus, suæ cuiusque ciuitatis ciues. Quo nomine tam Oratores, quàm Poëtæ vtuntur. Iuuen. Satyr. 4.

Iam princeps equitum, magna qui voce solebat
Vendere municipes facta de merce siluros.

Cic. in Bruto, Non dubito quin scias non solùm cuius municipij sim, sed etiam quàm diligenter soleam municipes Arpinates tueri.

¶ Mūnĭcĭpĭa, quidam putant à munitionibus dicta, alij à munificentia, quòd munificæ essent ciuitates, primaque origo oppidorum, quæ ciuitates dictæ sunt, municipia nominata. Hæc Siculus Flaccus.

‖ Municipatus, conditio municipis: item veri ciuis status. ‖

Mūnĭcĭpātim, significat per municipia: sicut Oppidatim, per oppida. Suet. in Iulio c. 14. Senatu vniuerso in socios facinoris vltimam statuente pœnam, solus municipatim diuidendos custodiendósque publicatis bonis censuit.

Munico, largiter impertior, à munis: vt κοινωνῶ à κοινωνός. Fest. Municus pro communitas dicit Verrius à muniis, i. operibus.

Mūnĭfĭcŭs, a, um, adiectiuum, Liberalis, facilis. {נדיב *nadhíb.* μεγαλοπρεπής, δίεξωσις. GALL. *Courtois, franc & liberale.* ITAL. *Cortese, liberale.* GERM. Freygebig. HISP. *Cortes, franco y liberal.* ANGL. *Courteous free and liberal.* } Apud antiquos, non à largitione, quæ nulla erat, sed consentiens appellabatur ad ea quæ amici vellent, autore Nonio. ¶ Nunc autem munificus pro liberali ponitur, quasi munera largè præbens: de quo in dictione *Liberalis.* Munificus amicus. Liu. 3. bell. Maced Mitis & munificus amicus fuit. Ouid. 3. Amorum Eleg. 5.

Te dea munificam gentes vbicumque loquuntur.

Idem 4 de ponto Eleg. 1.

Nec mihi munificas arca negauit opes.

Munificus laudis, id est, qui largiter laudat. Claudian. 7. Paneg.

Munificus laudis, sed non & prodigus auri.

Plaut.

Plaut. *Amph.* Tibi morigera, atque vt munifica sim bonis, prosim probis. ¶ A Munificus, fit Munificentior & Munificentissimus. Cicer. *pro Rosc. Com.* Semper liberalissimus, munificentissimúsque fuit. Cato tamen Munificior, & munificissimus dixit. Festus, Munificior à munifico identidem Cato dixit, quum nunc munificentior dicamus, quamuis Munificens non sit in vsu.

Mūnĭfĭcē. aduerb. Largè, abundanter. { μεγαλοπρεπῶς. GALL. *Largement, liberalement.* ITAL. *Cortesemente, abondeuolmente.* GERM. Freygäbiglich/reichlich. HISP. *Francamente, liberalmente.* ANG. *Liberalie, bountifullie.* } Cic. *de nat. deor.* Sic haud scio, an melius fuerit humano generi motum istum celerem cogitationis acumen, solertiam, quam rationem vocamus, quoniam pestifera sit multis, paucis admodum salutaris, non dari omnino, quàm tam munificè, & tam largè dari. Munificè & æquè tueri societatem coniunctionis humanæ. Cic. *5. defin.* Munificè prædam largiri. Liu. *1. ab Vrbe.*

Mūnĭfĭco, are, Ditare, beatum facere. { העשיר heẽeschir אשר ischechér. πλουτίζειν. GALL. *Faire dons & presens, enrichir.* ITAL. *Arricchire, far beato.* GERM. Begaben/reich machen. HISP. *Enriquecer à otro, hazer bienauenturado.* ANGL. *To giue gift, and make riche.* } Lucret. *lib. 2.* de Cybele deorum matre,

Ergo quum primum magnas inuecta per vrbes,
Munificat tacita mortales muta salute,
Ære atque argento sternunt iter.

Mūnĭfex, cis, masc. gen. quamuis etiam aliis generibus iungatur. { ὁ καὶ ἡ τελεσφόρος, ὁ καὶ ἡ σωτηλής. GALL. *Qui fait sa charge & son estat.* ITAL. *Che fa il suo vfficio.* GERM. Der sein ampt thut oder verrichet. HISP. *El que haze el suo officio.* ANG. *That doeth his charge and office.* } Munifices, autore Festo, qui non vacabant, sed munus principi faciebant. Contrà beneficiarij dicebantur, qui vacabant muneris officio. ¶ Munifices item à Vegetio *lib. 2. c. 7.* dicuntur milites, qui munera faciunt: quibus immunes non obstricti sunt. Inde illud Plinianum per Metaphoram dictum *lib. 11. cap. 40.* Vno verò ex omni turba relicto, sola munifex mamma quæ genito fuerat attributa, descendit. ‖ ¶ Munifex etiam est liberalis, largifluus: sicut munificus. ‖

Mūnĭfĭcentĭă, æ. { נדבה nedhabáh. μεγαλοπρέπεια. GAL. *Liberalité & largesse.* ITAL. *Cortesia, liberalità.* GERM. Freygäbigkeit. HISP. *Franqueza, liberalidad.* ANGL. *Liberalitie bountie.* } Plin. *lib. 27. c. 1.* Nec dubiè superata hoc modo posset videri etiam rerum naturæ ipsius munificentia, si humani operis esset inuentio. Suet. *in Tib. c. 48.* Munificentia animi Salust. *in Iugurth.* 55.

Munigerulus. Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 1.* Munigeruli assunt ante ædes.

Munychia, μουνυχία. Tumulus est in Cherronesi formam curuatus, ingressum habens angusto ore, à quo murus 40. stadiorum longitudine protendebatur, Athenarum vrbem cum Piræo, duobúsque aliis portubus connectens. ¶ Hinc

Munychius, a, um, possessiuum. Ouid. *6. Metam.*

Munychiósque volans agros gratámque Mineruæ
Despiciebat humum.

¶ Fuit item

Munychia Dianæ cognomen, quæ apud Pygellam, non procul ab Epheso colebatur, vt refert Strab. *lib. 14.*

Munychion, μουνυχιών, apud Athenienses decimus mensis, nempe primus vernorum, inter ἐλαφηβολιῶνα & θαργηλιῶνα. ‖

MVRÆNĂ, Piscis est longitudine non dissimilis anguillæ, & fœminini tantum sexus. { μύραινα. GAL. *Murene.* ITAL. *Morena.* GERM. Ein meerfisch dises namens/ ist in der form wie ein Aal oder schlang. HISP. *Murena.* ANG. *Alamprey.* } Nam masculus, teste Plinio *lib. 9. c. 23.* Myrinus vocatur, robustior quàm Muræna, & vnicolor. Fuit autem hoc piscis genus apud veteres in maximis deliciis, partim ob præstantiam saporis, partim ob insignem viuacitatem. Nam quum reliqui pisces aut tædio carceris, aut vitio piscinarum facilè intereant, solæ murænæ ad quotidianos vsus viuariis inclusæ diutissimè possunt asseruari. Constat enim autoritate Plinij *lib. 9. cap. 55.* C. Hircium ex viuariis suis Cæsari Dictatori sex millia murænarum mutuò appendisse. Mansuescunt autem murænæ, & de manu cibum capiunt: vnde à quibusdam suprà quàm credi posset, feruntur adamatæ. Nam & Crassus Murænam in viuario suo mortuam fertur vt filiam defleuisse, & tumulo condidisse: & Antonia Drusi murænæ à se amatæ inaures addidisse. Optimæ autem inter murænas habebantur quæ capiebantur in freto Siculo: quas Macrobius *Saturn. lib. 3.* Flutas vocari asserit his verbis: Accersebantur ad piscinas vrbis ab vsque freto Siculo (illæ enim optimæ esse creduntur) tam murænæ, quàm anguillæ, & vtraque ex illo loco Plotæ, à Latinis Flutæ vocantur, quod in summo supernatantes, sole torrefactæ curuare se, & in aqua mergere desinunt, atque ita facilè capiuntur. Mart. *lib. 13.*

Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo,
Non valet exustam mergere sole cutem.

Gell. verò *cap. 16. lib. 7.* Muræna Tartessia optima. Plautus *in Aulular. sc. 6. a. 2.* Congrum, murænam exdorsua quantum potes. Idem *in Amphitr.* Mirum ni hic me quasi murænam exossare cogitat. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* Exossabo ego illum vt Murænam coquus. ¶ Est autem Muræna duplex, Marina & Fluuiatilis. Marina rostrum habet, quale anseres: Fluuiatilis, quæ à quibusdam Galeos dicitur, multò minor est marina; vtpote quæ cubiti longitudinem non multùm excedat. Paulus Iouius in eo libello, quem de Romanis piscibus edidit, arbitratur eandem esse quæ à Plinio Mustella, & à nobis à lambendis petris *Lampetra* dicitur. ¶ Est & Muræna, μυραίνας, cognomen viri Romani in familia Licinia ab eo pisce deductum. Ciceronis extat oratio *pro Murana.*

Mūrænŭlæ, Ornamenta circundata collo instar murænarum & catenæ ex auro quibus mulieres ornantur. { קשר kischscúr. μυραινίδες. GAL. *Collier.* ITAL. *Collare.* GERM. Köstliche hals zierd/ oder kettinen so man zur zierd am alß henckt. HISP. *Collares ò cadenillas de oro.* ANG. *Ornaments and chaines hangring downe frome the necke.* Hieronym. ad Marcell. his verbis, Aurum colli sui, quod murænulam vulgus vocat (quòd scilicet metallo in virgulas lentescente quædam ordinis flexuosi catena contexitur) absque parentibus vendidit. ¶ Potest etiam Murænula esse diminutiuum à Muræna, vt sit parua muræna.

Mūrālis, Muratus, vide *Murus.*

‖ Murceus, ignauus. Onom. Murcei νωθεῖς. ‖

Mŭrcĭă, teste Hermolao *in Plinium*, Socordiæ dea habita fuit: quemadmodum Strenua, solertiæ & strenuitatis. Nam Murcidum antiqui ignauum & inertem appellabant, teste Festo. Habuit autem hæc dea sacellum sub monte Auentino, qui & ipse antiquitus murcus appellatus est.

‖ Murcia, *Murcia*, vrbs primaria regni Murciæ in Hispania, habet Episcopum Toletanum A. suffraganeum, qui & Carthaginiensis dicitur. ‖

Murcidos, antiqui, teste Festo, ignauos appellarunt & stultos κωθεῖς. Plaut. *in Epid.* Væ tibi murcide homo.

Mŭrcī, dicti sunt homines timidi & ignaui, qui vt militiæ periculum effugerent, pollices sibi amputabant. { ἀσχημονοι. GAL. *Mornes, sots, mal-auisez.* ITAL. *Stolti, poltroni, da poco.* GER. Träg/ zaghafft/ faule leut mit denen nichts auß zurichten ist. HISP. *Locos, bouos.* ANGL. *Dastardes or cowardes.* } Cæl. Rhod. *lib. 18. c. 21.* Inter Gallos non ferè compertus, qui militiæ detrectandæ causa pollicem sibi præcideret: quod genus ioco Murcos dicunt.

‖ Murcinarius, mutilus. Gl. Isid. à *murcus.* ‖

Mūrcĭŏlum, i. Col. Semen lentisci vocat, velut à figura muricis, quòd buccini specie visatur is folliculus, nisi quis pro languido accipiat, quando & numen socordiæ Murciam deam vocabant. Hæc Hermolaus *in 33. cap. lib. 9.* Plinij.

MVREX, icis, Piscis marinus ex concharum genere, à purpura diuersus: qui per excellentiam etiam Conchylium dicitur. { πορφύρα, κογχύλιον. GAL. *Vn certain poisson en escaille, du sang duquel on souloit teindre en couleur de pourpre.* ITAL. *Pesce di mare c'ol cui sanguine si tingue la porpora.* GERM. Ein gattung meer schnecken dem gleich so die purpurfarb gibt. HISP. *La cócha con que se haza la purpura.* ANG. *A shellfish of the licour wher of purple colour was made.* Plin. *lib. 9. c. 35.* Conchylia & purpuras omnis ora atterit. Ex muricis humore fit color, qui & ipse Murex, siue Conchylium dicitur. Virg. *4. Eclog.*

Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti Murice.

Vnde vestis tincta murice, quæ & Conchyliata dicitur. Idem *4. Æneid.*

——— Tyrióque ardebat murice lana.

¶ Fuerunt item Murices in mensarum deliciis: vnde de iis sic scribit Mart. *lib. 13.*

Sanguine de nostro tinctas ingrate lacernas
Induis: & non est hoc satis. esca sumus.

¶ Accipitur interdum pro acumine, siue asperitate saxi prominentis. Virg *5. Æneid.*

——— Et acuto in murice remi
Obnixi crepuêre.

¶ Interdum murices sunt tribuli, τρίβολοι, hoc est machinulæ ferreæ, dolosæ, tetragona forma, quæ in quancunque partem incubuerint, vnum, aut plures aculeos infestos protendunt. Valer. Maxim. *lib. 3.* Suadentibus quibusdam, vt circa mœnia vrbis, quam obsideret, ferreos murices spargeret, ne subita eruptione hostes impetum in præsidia nostra facere possent, &c. Tribulorum meminit Vegetius *lib. 3.* In armario muricibus præfixo destituti homines ad cruciatum. Gell. *cap. 4. lib. 6.*

‖ Muriaticus, a, um, muria conditus, ταριχηρός. ‖

Mūrĭcātŭs, a, um, quod est muricis modo factum. { κογχυλιωτός. GALL. *Fait en façon de pourpre.* ITAL. *Fatto à foggia di porpora.* GERM. Gespitzt. HISP. *Hecho à guiza de abrojos.* ANGL. *Made with many windinges.* { Plin. *lib. 30. c. 23.* Vtrique folia pauca, spinosa muricatis cacuminibus Muricati gressus, Fulgentio. id est, formidolosi, & pauendi. Intuebamur (inquit) arua, quibus adhuc impressæ bellantium plantæ: muricatos (quod aiunt) sigillauerunt gressus. Et formidine menti nondum extersa, hostes in vestigiis pauebamus: terrorem enim pro sui memoria miles hostis hæredem reliquerat.

Mūrĭcātim, aduerbium, Conuolutim, in modum muricis. { ἑλικοειδῶς, κογχυλοειδῶς. GAL. *En façon de pourpre, ou en tortillant.* ITAL. *A foggia di porpora.* GERM. Als ein meerschneck gebogen. HISP. *A manera de abrojos.* ANGL. *Roundly and by winding about.* } Columell. *lib. 9. cap. 33.* Vertice muricatim intorto, margine in mucronem emisso. Budæus.

‖ Muricidus μυοκτόνος, qui murem cedit. ‖

Mūrĭlĕgŭlŭs, i, à muricibus legendis, siue colligendis, nomen habet. Cæl. Rhod. *lib. 8. cap. 11.* Murilegulos Iureconsulti muricis & purpurarum perquisitores nuncupant. Meminit Iustinianus *lib. 11. Codicis, tit. de monetariis, & murileg.*

‖ Murilegus latus. Gloss. Isid. à muribus legendis. ‖

Mūrgĕntīnī, μοργεντῖνοι, Populi Siciliæ: à quibus Vitis Murgentina nomen accepit, quam & Pompeianam nonnulli appellant. Vide Plinium *lib. 3. cap 8. & lib. 14 cap. 11.*

Mūrgis, oppidum in ora maritima Bæticæ, à quo Murgitana regio. Plin. *lib. 3. c. 1.* Vulgò *Muxacra.*

Mūrgĭso, iners, desidiosus: à mora & desidendo dictus, inquit Festus.

MVRIĂ, æ, genus liquaminis, quod ex thynno pisce conficiebatur. { ἅλμη. GALL. *Saumeure.* ITAL. *Salamuoia.* GERM. Ein soß oder bruy von einem meerfisch gemacht. Item, Ein jedes saltzlab oder gesaltzne brüye. HISP. *Sarmuera ò salmorejo para adobò.* ANGL. *A salte licour.* } Persius *Satyr. 6.*

Tingat olus siccum muria vafer in calice empta.

De Muria epigramma est Mart. *lib. 13.*

Antipolitani fateor sum filia thynni:
Essem si scombri, non tibi missa forem.

Horat. *Satyr. 8.*

Vt melius muria quàm testa marina remittat.

¶ Muria etiam dicitur salsugo, hoc est liquor ex sale resolutus, quam Salmuriam vulgò dicimus. Colum. *lib. 12. cap. 25.* Quoniam quidam, imò etiam ferè omnes Græci, aqua salsa, vel maria mustum condiunt, eam quoque partem curæ non omittendam putaui. Plin. *lib. 31. cap. 8.* Muria quoque, siue illa salsugo spissat, mordet, extenuat, siccat Quintilian. Durati muria pisces. Muria cruda, i. ἅλμη, ὠμοτέρη καὶ γλυκεῖα,

γλυκεῖν,hæc dilutior. Muria crudelissima.ἅλμη δεινῶς ἁλμυρὰ καὶ ἀκρα-τος, hæc salsissima. de his apud Celsum & Columellam, cui & muria matura,est ἅλμη ἀκριβής, temperata.

Mūrĭes,ei.Idem quod muria, hoc est, liquor ex sale resolutus,ἅλμη. Cato c.88.Si natabit, ea muries erit,qua vel carnem, vel caseos,vel salsamenta condias.Festus, Muries est, quemadmodum Veranius docet, ea quæ fit ex sale sordido, in pila pinsato, & in ollam fritilem coniecto, ibique operto,gypsatóque, & in furno percocto, cui virgines Vestales serra ferrea secto, & in seriam coniecto, quæ est intus in æde Vestæ in penu exteriore,aquam iugem, vel quamlibet, præterquam quæ per fistulas venit,addunt, atque ea demum in sacrificiis vtuntur.

Muriaticus, a, um, quod muria conditum est. { ἁλμυρώδης. GAL. *Qui sent la saumure,ou est accoustré en saumure.* ITAL *Acconcio en salamoia.* GERM. Gebeizt in einem salzlab. HISP. *Adobado en salmuera.* ANGL. *Being long in brine or salt licour.* } Plaut.*in Pœn.*—soror cogita Amabo, nos item perhiberi quasi salsa muriatica.Esse autumantur,sine omni lepôre, & sine suauitate, nisi Multa aqua vsque & diu macerantur, olent, salsa sunt, tangere vt non velis.Item nos sumus eiuscemodi,mulieres sunt admodum insulsæ, atque inuenustæ, sine munditia & sumptu.Idem, Scit muriatica vt macerent,i.salsamenta.

Murylius,vide *Murex.*

MVRINA,æ,vel Myrina,æ,siue, vt alij scribunt.Myrrhina, siue Murrhina. { μυῤῥίνη. ANGL.*Hippocras wine.*} Potionis genus (inquit Festus) quod Græci nectar vocant: quod quidam dici putant ab vuæ murrhinæ nomine Plin. item *lib* 14.*c.*13. Ex Plauti sententia murinam ostendit vini dulcioris genus esse. Laudatissima (inquit) apud priscos vina erant myrrhæ odore condita: vt apparet in Plauti fabula, quæ Persa inscribitur: quanquam in ea & calamum addi iubet Ideo quidam aromatite delectatos maximè credunt. Sed Fabius Dorsennus decernit his versibus,Mittebant vinum pulchrum,murinam.Et *in Acharistione*,Panem, & polentam,vinum,murrhinam Scæuolam quoque & Lælium, & Atteium Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam *in Pseudolo* sit,Quòd si opus est, vt dulce promat indidem, ecquid habet? c. rogas? Murrhinam,passum defrutum,mella.Quibus apparet, non inter vina modò murrhinam,sed inter dulcia quoque nominatum.Hactenus Plinius. Gellius quoque *c.* 23.*lib.* 10. Murrhinam inter dulces potiones enumerat quæ mulieribus Romæ in vsu esse consueuerunt.Romanas (inquit) mulieres bibere solitas ferunt loream, passum,murinam, & quæ id genus optant potu dulcia. vbi quidam codices Murrhinam habent geminata littera rr.

Murinus,a,um,Adiect. vt Murinus odor.Plaut.*Pœn.*Tanta ibi copia venustatum aderat,suo quæque loco sita nitidè, Arabius,murinúsque omnis odor complebat. Murinus autem à Mure,vide *Mus.*

MVRMVR, Tantùm est neutri generis, quamuis Euangeliorum interpres semel in masculino genere vsus sit. המית *hamith* לחש *láchasch* תלונה *telunáh.* ψόφος, ψιθυρισμός. GALL. *Murmure, bruit.* ITAL. *Mormorio.* GERM. Ein gereusch oder getöß eines fliessenden wassers/ein gemummel.HISP. *Ruido ò murmullo de gente.* ANG. *Murmure,bruite.*} Est autem propriè Murmur, lenis aquæ strepitus: tametsi & pro alio quocunque strepitu poni consueuerit. Nomen est fictitium, teste Quintil *lib.*8.*cap.*6 quemadmodum & Mugire,& Sibilare. Virg.10. *Æneid.*

———ceu flumina prima,
Quum deprensa fremunt syluis,& cæca volutant
Murmura.

Cicer.3. *de Orat.* Nam & odor vrbanitatis & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, sunt ducta à cæteris sensibus. Idem *in Arato*,Nec metuens canos minitanti murmure fluctus. Ouid. 1.*Metam.*

———qui postquam voce.manúque
Murmura compressit,tenuere silentia cuncti.

Idem *ibid.lib.*13.*Metam.*

———Vulgique secutum
Murmur erat.

Ibidem,

Desine Tydidem vultúque & murmure nobis
Ostentare meum.

Mūrmŭro, as, Leniter strepo, & sonum aquæ fluitantis similem edo. { המה *hamáh* נרגן *nirghán* הלין *helin.* μορμύρω. GALL.*Murmurer. bruire* ITAL.*Mormorare.* GERM. Tösen/rauschen HISP *Murmurar ò hazerruido.* ANGL. *To murmure.* } Vnde fremitum murmurantis maris,dixit Cic. 5.*Tuscul* Quamuis etiam indifferenter de quouis alio sono dicatur.Plin. *lib.*18.*cap.*35 Pallidi nanque, murmurantésque ignes, tempestatum nuntij sentiuntur. Plaut.*in Casin.* Mihi inanitate iamdudum intestina murmurant,hoc est,crepant,κορκορυγῶσι. ¶ Murmurare item contradicere aliquando significat, & secreto murmure indignationem ostendere. Idem *in Mil.* Verùm vbi dies decem continuos ire ad eundem instat, Tametsi dominus non inuitus patitur,serui murmurant. Idem *in Aul.* Vt scelesta sola secum murmurat. ¶ Antiqui etiam in eadem significatione vsi sunt verbo deponente Murmuror. Varro, Romæ in balneis plodere cœpimus, & murmurari. Nonius. Huius composita sunt,Admurmuro & Commurmuro,Immurmuro,Submurmuro,de quibus suis locis.

‖ Murmurabundus.Apul. Qui cunctorum obstinatione confusus indigna murmurabundus,quum vellet exurgere. ‖

Mūrmŭrātĭo. { המית *hamith* לחש *lác ásch* תלונה *telunáh.* μορμυρισμός. ὁ ψιθυρισμός.ψιθυρισμός.GAL.*Murmurement, bruyement* ITAL. *Il mormorare.* GERM. Ein gereusch/ein murrung/brummlung. HISP. *Murmuramiento,ruido.* ANG *A murmuring.* } vt,Murmuratio aquilarum.Plin.*lib.*10.*c.*3 Murmuratio querula. *Ibidem*

Mūrmŭrillo, as, Submurmuro. לחש *lacl ásch.* ὑποτονθορύζω.} Plaut.*in Rud.* Quid murmurillas tecum, & te discrucias?

Mūrmŭrillum,li, Exigua & submissa murmuratio.{ לחש *lac. ásch.* ὑποτονθορυσμός.GALL.*Petit bruit.*ITAL.*Picciolo mormorio.* GERM. Ein gemurmel/ein kleins getöß. HISP. *Pequeño ruido.* ANGL. *A rumbling.* Plaut.*in Rud.* Palàm age, nolo murmurillum, neque susurrum fieri mihi.

Murœla,μουρσέλα,Pannoniæ superioris vrbs: apud Ptol.*lib.*1.*c.* 15. Vulgò *Moreck.*

‖ MVRRA.Gloss.Phil.μύρον vnguentum,murra.

Murratus. Fest. Murrata potione vsos antiquos indicio est, quòd etiam nunc ædiles supplicationes diis addunt ad puluinaria,& quòd XII. tabulis cauetur,ne mortuo indatur,vt ait Varro in antiq. *lib.*1. nempe vt nectar quoddam,seu deorum potus.‖

Mūrrānŭs, priscus Latinorum rex, à quo postea Latini omnes reges Murrani sunt dicti.Autor Seluius, Scimus enim(inquit) plerunque fieri, vt primi regis reliqui nomen possideant, vt apud Romanos Augusti vocantur, apud Albanos Syluij, apud Persas Arsaces, apud Ægyptios Ptolemæi, apud Athenienses Cecropes.Hæc Seruius.

MVRRHA, Lapidis pretiosi genus est, odoris præstantia commendabile, & colorum varietate insigne, subinde circumagentibus se maculis in purpuram, candorémque, & tertium ex vtroque ignescentem, veluti per transitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente. Nascitur in Oriente apud Parthos, & præcipuè in Carmania. Creditur esse humor, Solis calore sub terra condensatus. Amplitudine nusquam excedit paruos abacos, crassitudine autem raró tanta, vt poculis potoriis sufficiat: qua in re præcipuus erat vsus murrhæ. Martial.*lib.*4.

Si calidum potas,ardenti murrha Falerno,
Conuenit, & melior fit sapor inde mero.

Mūrrhĕŭs,a, um, μύῤῥινος, quod ex murrha est. Iabolenus Iureconsultus scribit, Murrhea vasa, quæ ad vsum edendi, & bibendi causa reperta sunt, esse in supellectili.

Mūrrhĭnŭs, a, um, vel (vt alij scribunt) Myrrhinus, μύῤῥινος, quod ex Murrha confectum est,vt, Abaci murrhini, Trullæ murrhinæ, Pocula murrhina. Sueton. *in August* Alexandria capta nihil sibi præter vnum murrhinum calicem ex instrumento regio retinuit. ¶ Murrhina substantiuè, dicuntur vasa murrhina, quæ apud veteres summo erant in pretio, partim ob colorum varietatem, partim propter gratiam odoris. Plin. *lib.* 37. Oriens murrhina mittit: inueniuntur enim ibi pluribus in locis, nec insignibus, maximè regni Parthici: præcipuè tamen in Carmania. Humorem putant sub terra calore densari. Amplitudine nusquam paruos excedunt abacos, crassitudine rara, quanta dictum est, vasi potorio. Splendor bis sine viribus, nitórque verius quàm splendor. Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candorémque, & tertium ex vtroque ignescentem,veluti per transitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente Et *paulò pòst*, Aliqua & in odore commendatio est. De incredibili murrhinorum pretio vide Plin. *eodem cap.*Martial. *lib.*13.

Surrentina bibis? nec murrhina picta, nec aurum
Posce,dabunt calices hæc tibi vina suos.

‖ Murrhina, factitia potio, dulcis.

Murrio.Gloss. Isid. Murrire,clamare, propriè murium.

Murro.Gl.Isid.Murrat, murmurat. Sic Germani dicunt murren.‖

Murrobathrarij.Plaut. *Aul.sc.*5.*a.*3. Aliàs, *Myrobrecharij.*

Mūrsă,μοῦρσα, Ioniæ oppidum, Adriani Cæsaris opus. Gentile est Mursæus,μουρσαῖος.Autor Steph.

Mūrtĭă, æ, Veneris cognomentum, à myrtho arbuscula illi sacra impositum: inde primùm Myrtea dicta est, & deinde corrupto nomine Murtia.Plin.*lib.*15.*c.*29. Ara fuit Romæ vetus Veneris Myrteæ, quam nunc Murtiam vocant.Festus hanc deam Murceam appellat,& sub Auentino eam sacellum habuisse tradit. Murceam autem dictam vult siue quòd homines murceos,hoc est,ignauos & inertes redderet:siue quòd Auentinus,sub quo sacellum habuit olim Murcus fuerit appellatus.Varro à Murtio dictum putat, qui locus fuit Romæ,in quo sacellum Murtiæ Veneris erat: vel ab vrceis, quòd is locus esset inter figulos, vel à murteto ita dictus, *lib.*4. *de L.L.*

‖ Murta,idem quod myrtus. ‖

Murtatum, farciminis genus ex intestino crasso, vt autor est Varr.*lib.*4. *de L.L* ex murto factum. Meminit Plin.*lib.*16.*c.*19. Et alius baccæ vsus fuit apud antiquos antequam piper reperiretur, illam obtinens vicem, quondam etiam generosi obsonij nomine inde tracto, quod etiamnum murtatum vocatur.

‖ Murtetum, μυρτεὼν.locus,vbi myrtus nascitur.

Murthlacum *Mourthley*,V.olim E.Scotiæ: cuius sedes inde Aberdoniam translata per S. Dauidem Scotiæ Regem, teste Boëtio *lib.*11.‖

MVRVS,i, a muniendo dictus, propriè est lapideus, aut lateritius vrbis ambitus: quum Paries propriè sit domorum. { חומה *chomáh.* τεῖχος. GALL.*Mur,Muraille.*ITAL.*Muro, muraglia.* GERM. Ein maur HISP. *Muro de la ciudad ò villa.*ANGL. *A wall.* } Maceria verò, siue Maceries, quæ constat ex lapidibus, sine calce, aut alio genere ferruminationis. Cæs.7 *bell. Gall.*Portas claudere, murum complere cœperunt. Murorum destructione punire ciuitates, Sueton. *in Galb. c.*12.Murus inexpugnabilis philosophia, Senec.*Epist.*83.

Vixque breuis tutos Murus ab hoste facit,

Ouid.*Eleg.*3.*lib* 5.*Trist.*

——— Porta vitam, muróque tueri.

idem *Eleg.* 1.*lib.*4.*Trist.*

——— Custodia muri
Submouet infestos clausáque porta Getas,

idem *Eleg.vlt lib.*3. *Trist.* Syluani lucus extra murum est auius. Plaut. *sc.*3.*a.*4.Structis muris exsurgunt oppida.Tibull *lib.* 4. Muri vrbis sancti, non portæ.Plutarch.*in Romul.*Cicer.*de nat.deor.* Muri vrbis, quos vos sanctos esse dicitis.Virg.4.*Eclog.*

Quæ tentare Thetin ratibus,quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos.

Ouid. 11.*Metam.*

——— Phrygiaque tyranno
Ædificat muros, pactus pro mœnibus aurum.

Horat 3.*Carm.Ode* 3.

Ter si resurgat murus aheneus,
Autore Phœbo.

¶ Murus per translationem. Cic.7. *Verr.* Ad omnes enim meos impetus quasi murus quidam boni nomen Imperatoris opponitur. Murus item

item dicitur agger sine fossa. Varr. 1. *de re rust. c.* 14. Ad viam Salariam, & in agro Crustuminio videre licet locis aliquot coniunctos aggeres cum fossis, ne flumen agris noceat. Aggeres qui faciunt sine fossa, eos quidam vocant muros, vt in agro Reatino.

Mūrālis, e, quod ad murum pertinet. { τειχικός. GAL. *appartenant à muraille.* ITAL. *Cio ch'appartiene à muro.* GERM. Das zu der maur gehört. HISP. *Cosa perteneciente à muro.* ANGL. *Belonging to a wall.* } Vt, Muralis corona, quæ donari solebat ab Imperatore ei qui primus murum conscendisset. De qua legendus Gell. *cap.* 6. *lib.* 5. Plin. *lib.* 16. *cap.* 4. Cedunt iis murales, vallaréſque: & aureæ, quanquam pretio antecedentes. Liu. 3 *bell. Pun.* Vtique postquam corona aurea muralis proposita est, &c. Pila muralia quibus verberantur & quatiuntur muri. Cæs. 7. *bell. Gall.* Aut ex vallo & turribus traiecti pilis muralibus interibant, Machinæ murales, quibus muri diruuntur. Plin. *lib.* 7 *cap.* 56. Muralis herba, περδίκιον, παρθένιον, Cels. *lib.* 2. *cap.* 33. quæ vulgò *Vitriolum* dicitur, quòd vasa mirum in modum confricata purificet, ideóque Vrceolaris à veteribus dicta. Eadem Parietaria vocatur, quòd in muris frequentur nascatur, & Perdicium, quoniam perdices ea præcipuè pascantur. Plin. *lib.* 22. *cap.* 27. & Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 43. Tormentum murale. Virg. 12. *Æneid.*

——— murali concita nunquam
Tormento sic saxa fremunt.

Mūrātŭs, a, um. { περιτειχισμένος, ἐντειχής. GALL. *Muré* ITAL. *Murato.* GERM. Gemaurt. HISP. *Cosa fortalescida de muros, murado.* ANG. *That is waded or hath walles.* } Quod muros habet: hinc vrbes muratæ dictæ, hoc est, muris circundatæ.

MVS, muris, exiguum animal, incola domus nostræ (vt Plinius loquitur) rosor omnium rerum. { עכבר *achbar.* μῦς. GALL. *Vn rat, ou vne souris.* ITAL. *Sorice, topo.* GERM. Ein mauß. HISP. *Raton.* ANG. *A mouse.* } Exiguum animal est, à Diosc. κατοικίδιος, hoc est, domesticus ad aliorum discrimen dictus. Distinguitur à Sorice, quod Sorex maior sit mure, clariúsque strepat, vt docet Erasmus *in prouerbio*, Sorex suo perit indicio: vtrunque est animal nobis infestum; sorices tamen quia maiore sunt corpore, plus afferunt detrimenti. Colum. Si serpens, aut mus soréxve in mustum ciderit. Murem certè nec ferum iure dixeris, nec placidum, qua nunquam mansuescit, vt inquit Plin. Virg. 1. *Georg.*

——— sæpe exiguus mus
Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit.

Horat. *de Arte,*

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Cic. *Att. lib.* 14. Sed quod quæris quid arcessierim Chrysippum: tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt: itaque non solùm inquilini, sed & mures migrauerunt. Ouid. 2. *Fast.*

Qua breuis occultum mus sibi fecit iter.

Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 1 Quasi mures semper edimus alienum cibum. De muribus vide Plin. *lib.* 8. *cap.* 57. Mus araneus est quem Græci μυγάλην appellant, composito nomine ἀπὸ τοῦ μυὸς & γαλῆς, hoc est, à mure, & mustella, quòd muris magnitudine sit, mustellina specie, ore oblongo, cauda gracili, versu dentium quadruplici, vt inquit Aëtius. Abundat his insula Britannia. Plin. *lib.* 29. Et ipse mus araneus contra se remedio est, diuulsus, & impositus. Murium marinorum meminit idem Plin. *lib.* 9. *cap.* 19. ¶ Mures, i. Martes ex quibus parantur pellitæ penulæ. Senec. *lib.* 4. *Epist.* Non hodiéque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur, ac murium, quæ tactu mollia & impenetrabilia ventis sunt. Iustinus historicus de Scythis, Lanæque vsus ac vestium ignotus, & quanquam continuis frigoribus vrantur, pellibus tamen ferinis, aut marinis vestiuntur. ¶ Mures cæci apud Samonicum *cap. de serpent. morſ.* id est, Plin. *lib.* 8. *cap.* 18. mures aranei. Cæci tamen non sunt, sed minus oculati, obtusiúsque cernentes.

Mus Indicus, vide *ichneumon.*

‖ Muris nomen ad diuersa animalia accomodatur, ob similitudinem, quæ est inter ipsa, non tantùm in terra, sed & in mari. Plin. *lib* 9. 18. marinos mures intelligit testudines.

Mures Africani, pantheræ, apud Plaut. Pœn. 5. 1.

Mures metaphoricè, qui insidiantur alicui, vt escis mures. Ita & parasiti mures, & apud Plaut. *Rudent.* 2. 2. mures maritimi, pro piscatoribus. aliter *fures* legitur.

Murinus color, à muribus: qualis est asinorum.

Murinum hordeum, phœnix, herba hordeo similis, breuis ac humilis, & ferè inutilis: vnde nomen esse videtur.

Mus piscis, μῦς.

Mus araneus. Colore quidem similis mustelæ γαλῆ, magnitudine autem muri: aliquantò tamen minor, rostro porrecto & acuto: vnde GERM. Spitzmauß. ‖

Mŭscŭlŭs, i, Modò diminutiuum est, & significat paruum murem. { μύσκος. GALL. *Petit rat, petite souris.* ITAL. *Topolino.* GERM. Ein meußlin. HISP. *Ratoncillo.* ANGL. *A litle mouse.* } Plin. Deturgente Nilo musculi reperiuntur. Cicer. 2. *de Diuin.* Nam & musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri. ¶ Musculi, vt à medicis accipiuntur, sunt partes corporis carnosæ, neruorum fibris motus gratia circumiectæ, venísque & arteriis conspersæ, illis quidem ad alimenti distributionem, his autem ad natiui caloris custodiam, quæ omnia tenuis complectitur tunica, musculum definiens. { GAL. *Muscles.* ITAL. *Muscoli.* HISP. *Morezillos.* ANGL. *The branne of the arme or other place.* } Tres autem musculi vniuscuiusque sunt partes, origo, medium, & exitus, quibus caput planè neruosum est: medium, carne, neruis & arteriis extuberat: extremum in tendonem, confusis neruorum & vinculorum fibris desinit. Plaut. *in Amphitr.* Quid dicas noui, cicatricem in dextro musculo ex illoc vulnere, Quod mihi impegit Pterela. Plin. *lib.* 20. *cap.* 21. Item conuulsis, luxatis, tumentibus musculis, neruis, articulis imponitur. ¶ Item Musculus genus piscis parui, qui paruo moderamine caudæ iter regit balænæ ne in scopulum impingat. Est enim Balæna ludiciosa, & penè exoculata, quæ quum fortè aliquò profectura est, indiget hoc pisciculo præuio, qui eam deducat, & reducat. de hoc Claudianus *lib.* 2 *in Eutropium*, Sic ruit in rupes amisso pisce sodali, Bellua, sulcandas qui præuius edocet vndas, Immensúmque pecus paruo moderamine caudæ Temperat, & tanto coniungit fœdera monstro. Plin. *lib.* 3. *cap.* 52. Balænæ musculus, quandoque prægraui superciliorum pondere obrutis eius oculis, infestantia magnitudinem vasa prænatans demonstrat, oculorúmque vice fungitur. Musculos etiam dixerunt antiqui minores machinas quibus protecti liberatores, fossas congestis lapidibus, lignis, & terra, non solùm complent, sed etiam solidant, vt turres ambulatoriæ sine impedimento vehantur ad murum. Sunt minores vineis subtilioréſque, maiores autem, & firmiores pluteis. Cæsar. 7. *bell. Gall.* A castris longurios, musculos, falces, reliquáque, quæ eruptionis causa parauerat, profert. Idem 3. *bell. ciu.* Scalas, musculósque ad repentinam oppugnationem fieri, & præparari iussit. Musculi autem machinæ formam describit Cæs. *lib.* 2. *de bell. ciu.* Et Veget. *c.* 16. *lib.* 4.

Mŭscŭlōsŭs, a, um. { μυώδης. GAL. *Musculeux, qui a beaucoup de muscles* ITAL. *Pieno di muscoli.* GER. Meußlechtig/vollmeuß fleisch HISP. *Cosa de muchos musculos.* ANGL. *Hauing great braunes or strong sinewes.* } Celsus *lib.* 5. *c.* 20. At si neruosus, aut musculosus is locus est, commodius est cerato miscere.

Mūrīnŭs, a, um, Possessiuum à mure deductum. { μύειος. GAL. *De rat.* ITAL. *Di topo.* GERM. Meusin/das von meusin ist. HISP. *De raton.* ANGL *Of a mouse* } Plin *lib.* 13. *cap.* 8. Murino fimo contra calculos illinire ventrem potest. ¶ Murinus color, qualis ferè est asinorum. Colum *lib.* 3. *cap.* 37. Murinus quum sit in asino vulgaris, tamen non optimè respondet in mula. Murinum hordeum, herbæ nomen. Plin. *lib.* 22 *c.* 25. Est & herba Phœnicia appellata à Græcis, a nostris verò Hordeum murinum. Hodie a vulgò Sterilis auena appellatur, teste Ruellio *lib.* 3. *c.* 96.

Mūscerda, æ, Murinum stercus. { μυόχοδον. GALL. *Crote, ou merde de rat ou de souris.* ITAL. *Sterco di topi.* GERM. Meuß=dreck. HISP. *Estiercol de los ratones.* ANGL. *Muse dung.* } Plin. *lib.* 23. *cap.* 6. Præterea, vt Varro noster tradit, murinum fimum, quod item muscerdas appellat.

Mūscĭpŭla, Machina ad capiendos mures. { μυοφόνον, παγίς. GAL. *Souriciere, ratiere.* ITAL. *Trappola à prender topi.* GER. Ein meusfall. HISP. *Ratonera para tomar ratones.* ANG. *A mouse trappe.* } Varr. 1. *de re rust. c.* 8. Necnon si parit humus mures, huius minor fit vindemia, nisi totas vineas oppleueris muscipulis. Vsus est Senec. *Epist.* 48.

‖ Muscipulor, decipio. Vet. Vocab. Gloss. Isid. Muscipulator, deceptor, alterplex. i. e. qui duplex est, aliud sentit, aliud loquitur. ‖

MVSA, æ, Cantus. { μοῦσα. GAL. *Muse.* ITAL. & HISP. *Musa.* GERM. Ein gesang oder lied. ANGL. *A song.* } Musæ dictæ παρὰ τὸ μῶσθαι, i. ab inquirendo (inquit Diodorus) quòd ea inquirant, hominésque doceant, quæ ignorantur. Alij aliter, vide infrà. Virg. 8. *Eclog.*

Pastorum musam Damonis & Alphesibœi.

Idem 6. *Eclog.*

Agrestem tenui meditabor arundine musam.

¶ Crassiore musa. Quint. *lib.* 1. *c.* 10. 2. 17. Libet propter quosdam imperitiores crassiore (vt vocant) musa dubitationem huius vtilitatis eximere. Iocosa musa. Ouid. 3. *Trist. El.* 2. Pedestris musa. Horat. *Serm. Satyr.* 6. Solers lyræ musa. Idem *de Arte.* Nec potis est dulces Musarum exponere fœtus. Mens animi. Catull. *ad Ortalum.*

Inque suum furtim Musa trahebat opus,

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Vita verecunda est, Musa iocosa mihi,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Me quoque Musa leuat, &c. sola comes fugæ,

idem *Eleg.* 1 *lib.* 4. *Trist.* Cane musa receptus. Idem *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.* Gratia Musa tibi quod viuo. *Ibid. Eleg vlt.*

Hei mihi, cur vnquam Musa locuta mihi est?

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* A liberali Musa non abhorrens Gell. *cap.* 3. *lib.* 9. Eiusdem Musæ vir. (i. studij) Gell. *cap.* 10. *lib.* 9. ¶ Hinc Musica, μουσική, Ars & facultas canendi. Et Musicus, μουσικός, musicæ peritus. ea vide. ¶ Poëtæ Musas nouem finxerunt, easdémque deas, Iouis, & Memoriæ filias, quæ poëtis & Musicæ præessent. Oportet enim virum eruditum, ac doctum, intelligentia memoriáque vigere. Has dixerunt in Helicone habitare, qui mons Bœotiæ est, Phocidi affinis: à quo Heliconides, & Heliconiades appellantur. Distat autem Helicon non procul à Parnasso Phocidis monte, æmulus illi & altitudine & ambitu: rupes amborum saxea est. ¶ Quin & Parnassum habitare Musæ dicuntur: vnde & Parnassides dictæ. ¶ Et quoniam Phocidi confinis Aonia est, etiam Aonides appellantur. ¶ Alio etiam nomine dicuntur Cithærides, vel Cithæriades ab Atticæ regionis monte, qui Cithæron dicitur, quem similiter Musis sacrum esse dicut. Initium habet à Megaricis & Atticis montibus, finitur propè Thebas. ¶ Pierides item dictæ à Pieria, quæ regio est Macedoniæ, Emathia ante dicta. Hæc Musarum patria, domúsque est, à nemore item appellata, cui nomen est Pieris. ¶ Thespiades, à Thespia oppido Heliconi propinquo. ¶ Hippocrenides, ab Heliconis pulcherrimo fonte, qui à Græcis Hippocrene dicitur, hoc est, equi fons, ἵππον equum vocant, κρήνην fontem. vnde & à nostris Fons Caballinus vocatur, & Pegaseius, quod Pegasus eo loco saxum vngula feriens, fontem dicatur aperuisse. Hunc equum putant esse qui inter sydera collocatus est. Quamuis alij Bellerophontis equum esse dicant. ¶ Libethrides vocatæ sunt à fonte Macedoniæ, in ea regione, quæ Magnesia dicitur. Hic fons Libethros, Musis est sacer, & spelunca eodem in loco, quæ Libethra appellatur. Item Pimpleides, seu Pimpleæ, à Pimpla Thraciæ monte, vel à fonte Pimpleo in radice eius montis sito. ¶ Castalides à fonte Castalio, in radicibus Parnassi, Musis sacro, qui à Castalia Nympha nomen assumpsit. ¶ Nouem autem Musæ finguntur, quibus hæc nomina imposita sunt. Primam enim à bonitate vocis dixere Calliopen. ¶ Secundam Clio, à gloria & celebritate rerum gestarum, quas canit quæ eadem Historica dicitur. ¶ Tertiam, ἐρατώ, Erato, vel à canendis amoribus, vel quòd cantus omnibus expetatur. Ouid. 2. *de Art.* Nunc mihi, si quando puer, & Cytherea fauete, Nunc Erato: nam tu nomen amoris habes. ¶ Quartam à voluptate, ac lasciuia cantus θαλείαν Thaliam: θάλλειν enim virere, germinare, florere est. ¶ Quintam μελπομένην, Melpomenen, à canendo: μέλπομαι enim canto & modulor significat

ἀπὸ τοῦ μέλπειν ποιεῖν, hoc est, à concentu faciendo: vnde & Tragœdiis præsidere putabatur. ¶ Sextam τερψιχόρην, ἀπὸ τοῦ τέρπειν τοὺς χορούς, hoc est, delectandis choreis: vnde à quibusdam dicitur Citharistria. ¶ Septimam εὐτέρπην, Euterpen, à suauitate concentus, quasi bene delectantem. Hæc à nonnullis Tibicina dicta est, & præcipuè tibiarum cantui creditur præsidere. ¶ Octauam Polyhymniam, quod multa canendo sit, & vigeat memoriæ magnitudine, aut si Polymniam scribas, quòd memoria excellat. ¶ Nonam οὐρανίαν, Vraniam, quasi cælestem, vel à cælestium rerum cantu, vel à cantus diuinitate. οὐρανὸν enim Græci vocant cœlum. ¶ Vnde autem dictæ sint Musæ, inter scriptores non satis conuenit. Plato *in Cratylo*, ἀπὸ τοῦ μῶσαι dictas putat, hoc est, ab inquirendo: vnde ab antiquis interdum vocatæ sunt Mosæ. Alij Musas dictas putant quasi ὁμοίας, quòd inter omnes disciplinas similitudo sit, & , quoddam quasi cognationis vinculum, quo inter se omnes coniunguntur, & copulantur: vnde & Musæ ita pingi solent, vt se mutuò tenentes, choros ducant. ¶ Sunt etiam qui Musas dictas putent ἀπὸ τοῦ μυεῖν, quod significat, bona honestáque disciplina instituere. Musarum nomina & inuenta exequitur Virg. *in Epigram.*

Clio gesta canens transactis tempora reddit.
Melpomene Tragico proclamat mœsta boatu.
Comica lasciuo gaudet sermone Thalia.
Dulciloquis calamos, Euterpe flatibus vrget.
Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu.
Carmina Calliope libris heroica mandat.
Vrania cæli motus scrutatur & astra.
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.
Mentis Apollineæ vis has mouet vndique Musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Musæ item pro humanitate, doctrina & litteris accipiuntur. Cicer. 5. *Tusc.* Quis est enim omnium qui modò cum musis, id est, cum humanitate & cum doctrina, habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quàm illum tyrannum? ¶ Auersus à Musis, insulsus & ineptus ad literas. Cic. *pro Archia.* ‖ ¶ Musa tessella variè picturata. vide *Musicum* ¶ Musa quoque est planta, quam quidam palmarum generi asscribunt.

Musach. 1. *Reg.* 16. 18. Musach quoque Sabbati, quod ædificarent in templo. Vet. Vocab. Musach erat arca, in qua reponebantur donaria regum, vel principum ad reficienda sartatecta templi. ‖

Mvsĭcă, æ, & Musice, ces, Scientia canendi vna liberalium artium, quæ vim & rationem canendi demonstrat. { μουσική. Gal. *Musique.* Ital. *Musica.* Germ. Die kunst artlich vnd wolzusingen. Hisp. *El arte de la musica para cantar.* Ang. *Musick.* } Hæc apud Græcos tanti olim fuit, vt iidem Musici & vates, & sapientes iudicarentur. Cuius scientiæ quum se imperitum Themistocles confessus esset (vt inquit Cicero) indoctior habitus est. Suet. *in Ner. cap.* 20. Occultæ musicæ nullus respectus. Et apud Gell. *cap. vlt. lib.* 13. Musica abscondita nulli rei est. ¶ Musicæ appellatione (inquit Budæus) prisci humanitatem literarum significabant: in qua ingenuos homines docebant otium contemnere, animúmque recreare. Recentiores verò ad numerorum modulationem hoc verbum transtulerunt: quia musica velut ludus animi est, & à curis vexati requies. Hinc Priscian. *lib.* 1. *part.* 2. Artem possidere Musicæ. (i. litterarum.)

Mūsĭcă, orum. Cicer. 1. *de Orat.* Quis musicis, quis huic studio litterarum quod profitentur ij, qui Grammatici vocantur, penitus se dedidit, quin, &c. Idem 5. *Tusc.* Musicorum verò perstudiosum accepimus.

‖ Musicarius. Paul. ad illud Manilij *lib.* 4.

Per varios cantus modulatáque vocibus ora,

annotat: Eiusmodi Calliopicos vocat Firmicus. ᾠδικούς. Ptolemæus, & φιλομούσους. Fortasse etiam Musicarios suspiceris in vetere inscriptione Romana.

COLOCASIO
VERNÆ DVLCISS.
ET MVSICARIO
INGENIOSISSIMO:

nisi intellexeris de Musicorum instrumentorum artifici, quod fortasse verius. ‖

Musicor, aris, Palæmon Grammaticus *cap. de pronomine.* At enim (inquit) studium fuit omnibus musicari latinitatem. (i. Euphoniæ latini sermonis consulere & concinnitati.

Mvsĭcvs, a, um. Ad musicam pertinens. { μουσικός. Gall. *Appartenant à Musique.* Ital. *Musico, pertinente à musica.* Germ. Das zu der kunst des singens gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à la musica.* Angl. *Belonging to musick.* } Plin. *lib.* 2. *cap.* 22. Sed Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum, quantum absit à terra Luna. Quintilian. *lib.* 1. *cap.* 12. Aut musicis notis cantica excipiat. Sueton. *in Ner. cap.* 22. Musici agones. (i. certamina musica.) Idem *ibidem cap.* 12. Musicum, Gymnicum equestre. ¶ Artem tractare musicam periphrasticôs dictum est fabulas & cœmediam scribere. Ter. *in Prolog. Phorm.* In medio omnibus palmam esse positam, qui artem tractant musicam. ¶ Musicum studium. Idem *in Heaut.* Repente ad studium hunc se applicasse musicum. Item Gell. *cap.* 9. *lib.* 19. Ad rem musicam facili ingenio. (i. ad litteras.) Priscianus *fol.* 1. *pag.* 2. Artem Musicæ possidere (i. litterarū.) Et Gel. *c.* 10. *lib.* 3. Medici Musici. (i. docti, litterati.) Idē *c. vlt. lib. vlt.* Profanū vulgus à ludo Musico diuersū. (i. litterario, siue àlitteris alienū.

Mūsĭcŭs, i, Cantor, qui nouit, aut docet musicam. { ὁ μουσικός. Gal. *Musicien.* Ital. *Musico.* Germ. Ein singer/ der diser kunst des singens wol bericht ist. Hisp. *Cantor che canta musica.* Angl. *A musicien.* } Cic. 3. *de fin.* Ergo in Græcia musici floruerunt. Idem 1. *Offic.* In fidibus musicorum aures vel minima sentiunt. Idem 2. *Tuscul.* Si absurdè canat is qui se haberi velit musicum.

Mūsĭcē, Ponitur pro integrè vt nihil desit. { μουσικῶς. Gall. *Musicalement, en musique.* Ital. *Musicalmente.* Germ. Gentlich. Hisp. *Con musica, musicalmente.* Angl. *After the maner of musick.* } Nam musicam veteres encyclopædiam dixêre, in qua omnes sunt comprehensæ disciplinæ. Musicè etiam delicatè significat, & genialiter: nam musicos opiparè & genialiter viuere manifestum est. Plaut. *in Mostell.* Musicè hesclè agitis ætatem: itaque vti vos decet, Vino, & victu, piscatúque probo electili Vitam colitis.

Mvsevs, a, um, μουσεῖος, α, ον, quod Musarum est: vt, Lepor museus. Lucret. *lib.* 4.

Deinde quod obscura de re tam lucida pango
Carmina, museo contingens cuncta lepôre.

Mūsēum. { μουσεῖον. Gall. *Lieu consacré ou dedié aux Muses, vne estude.* Ital. *Museo, luoco consecrato alle muse.* Germ. Ein ort da man guten künst obligt/als ein studierstub. Hisp. *Lugar consagrado à las musas studio.* Ang. *The house of a learned man, a studie.* } Locus est Musis, & studiis consecratus. Strab. *lib. vlt.* scribit apud Alexandriam fuisse celeberrimum museum. Plin. Iun. *lib.* 1. *Epist. ad Fundanum*, ô mare, ô litus, verum, secretúmq; muscon quàm multa inuenitis! quàm multa dictatis! Philostratus in vita Apollonij Tyani μουσεῖον, vocat locum vbi Musæ colebantur, & responsa reddebant: quasi Musarū sacrarium. ¶ Est præterea Museum μουσεῖον, opus ex pumicibus constructum, ita dependens, vt imaginem specus imitetur. Plin. *lib.* 36. *c.* 21. Non prætermittenda est & pumicum natura, appellantur quidem ita & cætera saxa erosa annis: in ædificiis Musea vocant, dependentia ad imaginem specus arte reddendam.

Mūsă Antōnĭŭs, Augusti medicus fuit, cuius meminit Horat. *lib.* 1. *Epist. ad Vallum.* Plin *lib* 19. *cap.* 8. Diuus certè Augustus lactuca conseruatus in ægritudine fertur prudentia Musæ medici. Eiusdem meminit & Suet. *in August.*

Mūsēum, μούσιον, Locus est circa Olympum Macedoniæ montem, Musis consecratus. Steph.

Musæus, μουσαῖος, Poëta insignis, Orphei tempore, vnus ex Argonautis. de quo extat versus,

Ancus erat Romæ quo Martius optimus auo,
Musæus Graiis floruit in partibus.

Quod epigramma si verum est, Musæus non fuit vnus ex Argonautis, quo expeditionem fecerunt in Colchos ante tempora Troiana. Potest tamen hoc de alio quopiam Musæo intelligi. Nam tres commemorantur à Suida, omnes poëtæ, inter quos præcipuus fuit Musæus Eumolci filius, Atheniensis, qui amores Erûs & Leandri carmine heroico descripsit. De huius laudibus extat honestissimum Virg. elogium. 6. *Æneid.*

Musæum ante omnes: medium nam plurima turba
Hunc habet, atque humeris extantem suspicit altis.

Mvscă, æ. Paruum animal volatile, nulli non notum. זבוב Zebúb. } μυῖα. Gall. *Vne mouche.* Ital. & Hisp. *Mosca.* Germ. Ein flieg/oder muck. Angl. *Aflie.* } Plaut. *in Curcul.* Item genus est lenonum inter homines, meo quidem animo. Vt muscæ, culices, pedésque, pulicésque. Varr. 3. *de re rust. c.* 6. Non vt muscæ liguriunt, quòd nemo has videt: vt illas, in carie, aut sanguine, aut adipe. ¶ Eius diminutiuum est Muscula, Boetius, Quid imbecillius homine, quem morsus musculorum necat?

‖ Muscula μυῖα ὑποκοριστικῶς. Gloss. i.e. parua musca.

Musco, nis, magna musca. Vet. Vocab. ‖

Mūscārĭŭs, a, um, quod ad muscas pertinet. { μυιῶδης. Gal. *de mousches.* Ital. *Di mosche.* Germ. Das der fliegen ist. Hisp. *Cosa de moscas.* Angl. *Belonging to a flie.* } Plin. *lib.* 29. *cap.* 6. Aranei muscarij telæ, & præcipuè spelunca ipsa imposita per frontem ad duo tempora. Vbi Muscarium araneam vocat, qui venatur muscas.

‖ Muscarij claui. Vitruu. *lib.* 7. 3. Cùm paries totus luto inquinatus fuerit, tunc in eo opere cannæ clauis muscariis perpetuæ figantur. Ibi Philander: Muscarios clauos interpretor, qui sunt vmbellati. i. capite latiore, & expresso in orbem cacumine. ‖

Mūscārĭum, ij, Flabellum, quo muscæ abiguntur. { σόβη. Gall. *Vn esuentoir ou autre instrument à chasser les mouches.* Ital. *Ventaglio.* Germ. Ein fliegen wädel. Hisp. *Moscadero.* Ang. *A flie flappe.* } Cuiusmodi ex caudis pauonum confici solent, quæ muscaria pauonina vocat Mart. *lib.* 14. *Epigram.* 67. & 71. Hieronymus *ad Marcellam*, Quod autem matronis offertis muscaria, paruis animalibus ventilandis, elegans significatio est, debere luxuriam citò restringere, quia muscæ morituræ oleum suauitatis exterminant. ¶ Erant & Muscaria bubula, quæ ex boum caudis conficiebantur, pulueri vestibus excutiendo idonea, quorum etiā meminit idē Martialis *loco iam indicato* ¶ Ab horum similitudine herbarum quoque comæ in orbem radiatæ, cacumináque in fasces coacta, Muscaria appellantur. Plin. *lib.* 12 *c.* 26. Semine in muscariis dependente, vt ferulæ.

‖ Muscellarium, muscipula, à muscellus, i. musculus. Vide *Muscipula* ‖

Muscĕrdă, Muscipula, Musculus, vide *Mus.*

‖ Muscetum & musculetum, locus vbi abundant muscæ. Vet. vocab.

Muscinus, μυῖνος. Onom. i. ad muscas pertinens.

Muscio, μυιαγρός. Onom. i. qui muscas captat. Aliud *mustio.* id vide ‖

Mvscvs, i, Viridis herba, seu potiùs lanugo, in corticibus arborum & circa fontes & loca humidia nascens. Ita Diomedes *lib.* 1. Herba quæ in parietibus, aut corticibus arborum hæret. { μνίον, βρύον. Gall. *Mousse.* Ital. *Muscho, muffache nasce sulla cortecciade gli alberi* Germ. Mieß so an den bäumen furnemlich wachst. Hisp. *El mobo de los arboles.* Angl. *Mosse.* } Virg. 6. *Eclog.*

musco circundat amaræ
Corticis.

Colum. *lib.* 4. *cap.* 24. Iam verò muscus, qui more compedis, crura vitium deuincta comprimit, sitúque ex veterano macerat, ferro distringendus, & eradendus est.

Mūscōsŭs, a, um, quod musco opertum est. { βρυώδης. Gal. *Plein de mousse.* Ital. *Pieno di musco.* Germ. Miessechtig/vol mieß. Hisp. *Lleno de moho* Angl. *Full of mosse.* } Vnde dicuntur Muscosi fontes, & muscosa prata, apud Varr. 1. *de re rust. c.* 9. Cicer. *ad Quint. frat. lib.* 3. Nihil muscosius. Plin. 12 *c.* 2. Muscosi pumices.

Mūscārī, est musco tegi. βρυάζω. Vnde Emuscari, est musco liberari. Col. *lib.* 11. *c.* 2. Oleæ putantur, & emuscantur.

Mūsēă, museorum, vide *Museum.* in *Musa.*

Mūsĭcă, vide *Musa.*

Mūsīmōn, is, mascul. gener. Animal ouillo pecori non dissimile, villo tamen

tamen caprino similius, Hispaniæ & Corsicæ familiare. Plin. *lib.8.c.49.* Est & in Hispania, & maximè in Corsica, non maximè absimile pecori, genus musimonum, caprino villo quàm pecoris velleri propius, quorum è genere, & ouibus natos prisci Vmbros vocauerũt. Infirmissimum pecori caput: quamobrem auersum à sole pasci cogendum. Nonius aliter, Musimones, inquit, asini, muli, aut equi breues. Lucil. *lib. 6.* Pretium emit, qui vendit equum musimonem.

‖Musium caltum, ab eo, quod curat, id est, videt. ‖

MVSIVVS, a, um, continuè tessellatus, ex Græco μουσεῖος, inserto u, sicut ex ἀργεῖος, argiuus. Hinc

Musiuum, substantiuè, opus eximia compositione tessellatum: sicut tessellatum & fictile pauimentum dicit Suet. in Iulio *c. 46.*

Musiuarius, a, um, ad musiuum pertinens.

Musiuatius, artifex qui musiua facit.

‖ Mussio, animal in vino nascens. Gl. A. L.

Mussipontum, opidum Lotharingiæ, *Pont à Mousson*, ad Mossan fl. habet Academiam, auctoritate Gregorij XII. Papæ anno 1572. à Carolo Lotharingiæ Cardinale institutã. Rector Academiæ perpetuò est aliquis ex societate Iesu, idque decreto Sixti V.

Musso, as, vide Mutio in *Mutus*.

MVSTACE, es, siue potiùs Mustax, cis, Lauri species, quæ maximo folio constat, flaccidóque & albicante: ita dicta quòd mustaceis soleat subiici. Plin. *lib. 15. cap. 30.* Duo lauri genera tradit Cato, Delphicam & Cypriam: Pompeius Lenæus adiecit, quam Musticam appellauit, quoniam mustaceis subiiceretur. Hanc esse folio maximo, flaccidóque & albicante. Ex quo Plinij loco apparet nominatiuum huius dictionis potius videri Mustax, quàm Mustace, quippe quæ accusatiuum faciat Mustacem: qua etiam declinatione vsus est Ruellius.

Mŭstācĕŭs, æ, Mustaceum, i, Libi genus est, constans ex farina siliginea musto conspersa, caseo, cumino, aniso, adipe, & ramentis lauri, quod in nuptiis adhiberi solet. Iuuen. *Satyr. 6.*

Si tibi legitimis pactam, iunctámque tabellis
Non es amaturus, ducendi nulla videtur
Causa, nec est cur cœnam & mustacea perdas.

Cato *de re rust. c. 121.* vsus est hoc nomine in masculino genere. Mustaceos (inquit) sic facito: farinæ siligineæ modium vnum musto conspergito, anisum, cuminum, adipis pondo duo, casei libram, & de virga lauri deradito eòdem addito: & vbi definxeris, lauri folia subtus addito dum concoques. Dicta sunt autem Mustacea à Musto, quo farina conspergebatur: non (vt quidam putauerunt) à mustace lauri genere: quum è contrario, vel ipso Plinio teste, constet, hoc lauri genus à Mustaceis nomen accepisse, quòd mustacis soleat subiici. Vide ea quæ de hoc annotauimus in dictione *Laureola*.

MVSTELLA, æ, siue Mustela, vnico l, { חלד choledh. γαλῆ. GALL. *Vne belette.* ITAL. *Donnola.* GERM. Ein wiselin. HISP. *Comadreja, huron.* ANGL. *A weesell.* } Animal est paruum, sed oblongum, flaui coloris, quod columbariis, aliisque id genus auiariis maximè insidiatur, oua exorbens, ipsásque etiam aues enecans. Plin. Mustellarum duo facit genera magnitudine distantia, syluestre, quod Græci ictidem vocant: & alterum domi nostræ oberrans, quod suos quotidie transfert catulos, & serpentes persequitur. Plin. *lib 29. cap. 4.* ¶ Est etiam Mustella, γαλέος, piscis nomen apud eundem *lib. 9. c. 17.* proximam à scato bonitatem obtinentis: quem Paulus Iouius *in eo libello*, quem de piscibus Romanis edidit, multis argumentis ostendit, eundem esse quem nos à lambendis petris Lampetram vocamus. ¶ Item Mustela viri nomen proprium, qui Ciceronis valde studiosus fuit, vt ipse testatur, scribens *Attico lib. 12.* Idem *2. Philipp.* dicit hunc gladiatorum principem fuisse.

Mŭstēllīnŭs, a, um, adiectiuum. Fit à mustella. { γαλέειος. GAL. *Appartenant à belette.* ITAL. *Pertinente à donnola.* GERM. Das der wiselin ist. HISP. *Perteneciente à comadreja.* ANGL. *Belonging to a weesell.* } Terent. *in Eunuch.* Hic est vetus, vietus, veternosus senex, Colore mustellino. Plin. *lib. 30. c. 14.* Aut ex vtriculo mustellino per genitale effluentes aquas.

Mŭstrĭcŏla, æ, est machinula, autore Festo, ex tegulis in qua calceus nouus insuitur. Afranius, Mustricolam in dentes indam tibi.

MVSTVM, i, Recens vinum. { תירוש tirósch. γλεῦκος, οἶνος νέος. GAL. *Du moust, vin doux qui vient de la cuue.* ITAL. *Mosto, vino nuouo.* GERM. Most/vnüerlassener wein. HISP. *El mosto de las vuas.* ANGL. *New wyne, or any drink that is new and fresh.* } Ouid. *4. Fast.*

Præmia de lacubus proxima musta tuis.

Plin. *lib. 23. cap. 1.* Musta differentias habent naturales has, quòd sunt candida, aut nigra aut inter vtrumque, aliáque ex quibus vinum fiat: alia ex quibus passum. Cicer. *de clar. Orat.* Sic ego istis censuerim & nouam istam quasi de musto ac lacu feruidam orationem fugiendam, &c. Virg. *1. Georg.*

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.

Ouid. *2. de Arte,*

Qui properant noua musta bibant: mihi fundat auitum
Consulibus priscis condita testa merum.

Ne musta in lacu statim austera sint. Quintil.

Nec cumulant altos feruida musta lacus.

Ouid. *Eleg. 10. lib. 5. Trist.* Vide plura in *Lacus*, suprà.

Mŭstŭs, a, um, Recens. { חדש chadásch. νέος. GAL. *Nouueau fait, freschement fait.* ITAL. *Nuouo.* GERM. New als der most. HISP. *Fresco, nueuo.* ANGL. *New and freshe.* } Plaut. Mustam iuuencam dixit. ¶ Mustum (inquit Nonius) non solùm vinum, verumetiam nouellum quicquid est, rectè dicitur. Næuius in Gymnastico, Vtrum est melius, virginem, aut viduam vxorem ducere? virginem, si musta est.

Mŭstārĭŭs, a, um, quod ad mustum pertinet. { γλευκικὸς ἐπιτήδειος. GALL. *Appartenant à moust.* ITAL. *Pertinente a mosto.* GERM. Das zu dem most gehört. HISP. *Perteneciente a mosto.* ANGL. *Belonging to swet wyne.* } Vt Mustarius vrceus, in quo mustum reponitur. Cato *de re rust. cap. 11.*

Mŭstĕŭs, a, um, Dulcis, & musti saporem referens, { γλυκύτερος. GALL. *Doux comme moust.* ITAL. *mostoso.* GERM. Süß vnd geschmackt wie most. HISP. *Dulce, mostoso.* ANGL. *Sweet, lyk new wine.* } vnde Poma mustea. Plin. Est tanta musteis pomis suauitas, vt finis mandendi nonnisi periculo fiat. ¶ Dicitur etiam Musteus recens idem quod mustus. Idem *lib. 12. c. 7.* Amaritudo grano eadem quæ piperi musteo creditur esse. Colum *lib. 8. c. 13.* Transfertur in vasa fictilia mel, quæ paucis diebus aperta sint, dum musteus fructus deferuescat.

Mustulentum, vt vinolentum, quod odorem habet musti, aut oblitus musto ac madens. Plaut. *in Clit.* Nam ista mustulentus æstus nares attigit. Ex Nonio.

Musulmannus, Turca, vox Arab. Græcis μουσουλμανίζειν est Musulmanicam religionem profiteri.

Musulum, cinnamomi genus ex Musulo vrbe aduecti. Gloss. Græcol. Meurs.

‖ Musurgus, μουσουργός, qui musica ratione cantus temperat & modulatur: qui μούσης ἔργον facit.

Muta, cauea, auiarium, Italica vox. Frid. II. nuper *de Venat. l. 2.* Quædam in conseruando sanas, etiam quando iam mutant pennas, in domuncula, quæ dicitur muta. Inde Græcis recentioribus μουτάρειν in mutam includere, μουτωτός in mutam inclusus. Gloss. gr. b.

Mut facere non audet, vt apud Apuleium Platonicum de prouerbiis scriptum est *lib. 2.* Churisius. ‖

Mūtābĭlĭs, Mutabilitas, vide *Muto*.

MVTILVS, a, um, Truncatus, aut membro aliquo necessario diminutus mancus. { חרוץ charúth חרוץ charúts גרוע gharuáh מקצץ mekutstsáts. κολοβός, κυλλός. GALL. *Mutilé qui n'est point entier, coupé.* ITAL. *Tronco, tagliato.* GERM. Gestümplet/ eines glids beraubt. HISP. *Mocho ò desmochado.* ANGL. *Mutilat, cutte.* } vnde boues, aut capri, qui cornua non habent, mutili dicuntur. Horat. *1. Serm. Satyr. 5.*

——————— ô tua cornu
Ni foret execto frons (inquit) quid faceres, quum
Sic mutilus minitaris?

Ouid. Turpe pecus mutilum. Col. *lib. 8.* scribit meliorem esse arietem mutilum, quàm cornutum. Cæsar. *6. bell. Gall.* Harum est consimilis capri figura & varietas pellium: sed magnitudine paulò antecedunt, mutilæque sunt cornibus. ¶ Et per translationem mutilus pro imperfecto. Cic. *in Orat.* Sed quum mutila quædam & hiantia locuti sunt, quæ vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant Thucydidis. ¶ Sunt qui distinguant Mutilum à Manco, Vt, Mutili dicantur hi quibus ferro, vel alia re aliquod membrum exectum sit: Manci verò, quibus membrum naturæ vitio desit. Iuuenalis, ex eo tanquam Mancus, & extinctæ corpus non vtile dextræ. Debiles autem, quibus membrum vel vulnere vel morbo inutile sit redditum.

Mŭtĭlo, as, pen. corr. Trunco, aliquid detraho, diminuo. { כרת charáth גרע gharah קצץ kitstséts. κολοβόω, πηρόω. GALL. *Mutiler, couper.* ITAL. *Troncare, tagliare.* GERM. Gestümplen. HISP. *Desmochar ò cortar membro.* ANGL. *To mayme.* } Terent. *in Hecyr.* Ego te propterea sedulò & moneo, & hortor ne cuiusquam misereat, Quin spolies, mutiles, laceres, quenquam nacta sis. Huius composita, Admutilo, Dimutilo. de quibus suis locis.

Mŭtĭlātŭs, a, um, Truncatus, diminutus. { כרות charúth חרוץ charúts גרוע gharúah מקצץ mekutstsáts. κολοβωθείς, πηρωθείς. GAL. *Mutilé, coupé.* ITAL. *Troncato.* GERM. Gestümplet. HISP. *Desmochado.* ANGL. *Maymed.* } Plin. *lib. 8. cap. 5.* Certè Cato quum Imperatorum nomina annalibus describeret, eum qui fortissimè præliatus esset in Punica acie, Surum tradidit vocatum, altero dente mutilato. Ouid. *de Nuce,*

At mihi sæua nocent mutilatis vulnera ramis.

Cicer. *3. Philipp.* In Galliam mutilatum duxit exercitum, id est, diminutum.

Mūtŭlŭs Lapis in pariete prominens, quadrangulus ferè, inferiore tamen sui parte nonnihil imminutus. Varr. *lib. 3. c. 7.* Sed pro columbariis in pariete mutulos, aut palos in ordinem, supra quos tegeticulæ cannabinæ sint impositæ. Idem *lib. 3. c. 16.* Eas aluos ita collocant in mutilis parietis, vt ne agitentur, néve inter se contingant.

Mŭtĭnă, Vulgò *Modena*. Ciuitas est Galliæ Cisalpinæ in Flaminia, quondam Romanorum colonia, vbi Antonius D. Brutum obsedit, quem Hircius & Pansa Consules, victo Antonio liberarunt. Lucan. *lib. 1.*

His Cæsar Perusina fames, Mutinæque labores.
Accedant fatis.

Cic. *Philipp. 5.* Anton. circunsedit Mutinam firmissimam & splendidissimam populi Romani coloniam.

Mutinensis color, μυτινήσιον χρῶμα dicitur natiuus, à Mutinensibus lanis, ex quibus natiuo colore pani fiebant. Varro, Nam & ludere alacrem vidimus Mutinensi tunica.

Mutio, is, vide *Mutus*.

Mutito, vide post *Muto*.

Mūtĭŭs, Vir Romæ clarus, qui accepta potestate à senatu, in castra Porsenæ regis, tum temporis Romanos obsidentis solus intrauit, eo animo vt regem interficeret: sed quum regem non cognosceret, satellitem purpura indutum pro rege occidit. Hinc comprehensus, & ad regem perductus, iussus est & coniuratos si qui essent indicare. Mutius verò vt ostenderet se nullo supplicio vinci posse, & vt pœnam de dextra sua exigeret, quod in cæde aberrasset, ipsam igni impositam in conspectu regis sibiipsi adussit: vnde illi postea Scæuolæ cognomen, quod sinistra manu vti cogeretur. σκαιὸν enim Græci sinistrum vocant. Ita Rex eius fortitudinem admiratus, liberum dimisit. Mutius igitur, regi vt grati animi significationem aliquam daret, indicauit trecentos iuuenes in eum similiter coniurasse. Qua re territus Porsena, bellum acceptis obsidibus deposuit. Martial.

Vrere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc spectare manum Porsena non potuit.

Vide Liuium *lib. 1. ab Vrbe condita.* Fuerunt præterea alij Mutij, quorum facta illustria multis prosequitur Raphaël Volaterranus *lib. 17.*

MVTO, as. Vario immuto, commuto, innouo. { החליף hecheliph שנה schinnáh המיר hemir ἀλλάττω, μεταβάλλω. GALL. *Muer, changer.* ITAL. *Mutare, variare.* GERM. Endern/verwandlen. HISP. *Mudar.* ANGL. *To change.* }

change.} Plin. lib.7.cap. 29. Colorem multa ad similitudinem loci, & maximè in metu. Vnde mutare sententiam dicimus. Ἐ ϖαραγνώμ... ἐξίστασθ. Terent. in Phorm. Haud scio hercle, vt homo est, an mutet animum. Cic. ad Gall. lib. famil. 7. Sin autem sententiam mutasti, ego habebo. ¶ Quandoque aliud pro alio accipio, permuto, ἀλλάττομαι, ἐξαλλάττω, καταλλάττομαι. Salust. in Iugurth. Statuit tamen Metellus pecoris, & mancipiorum prædas certatim agere, eáque mutare cum mercatoribus vino aduectitio, & aliis talibus. Idem ibid. neque ab Hispanis emendi, aut mutandi copia erat, id est, permutandi. Rursus, Freto diuisi ab Hispania, mutare res inter se instituerunt. Ouid. El.2. lib.1. Trist.

——— Non latum mutandis mercibus æquor
Aro.

Mutare, pro eo quod est emere, aut vendere, Antiqui sæpe dicebant. Col.c.9.lib.7. Porcus lactens ære mutandus est. Idque Græcorũ exemplo apud quos sæpè isto modo ponitur verbum ἀλλάττειν. Quia antiquissima ratio contrahendi, vt Aristoteles & Iureconsulti docent, permutatio est. Plaut. Capt.sc.1.a. 1. Si queat inuenire qui cum mutet filium. Item, Si quem reperire posset cum quo mutet suum captiuum. Idem ibid.prolog. (Cum) hoc illum me mutare confido fore. Ibid.sc.2. a.1. ¶ Aliquando sine ablatiuo. Virg.4. Eclog.

——— nec nautice pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.

¶ Mutare consilium. Cic. ad Attic.lib.3.& ad Quint. frat.lib.3. Mutare decretum, & mutare ius. Idem 3. Verr. ¶ Mutare factum Ter. in Andr. Haud muto factum. Vbi Donatus, Vetustè: non me pœnitet. Idem Donatus in Phorm. Sic enim veteres dicebant, Muto factum, & Nolo factum, quum alicuius rei eos pœnitebat. ¶ Mutare fidem. Plaut. in Milit. Sed ne istam amittã, & hæc mutet fidem. Mutare sacramentum. Suet. in Claud. c.13. Mutare personam. Senec. c. 6. de consol. ad Mart. Colore mutari initio dicendi. Quint. Mutare prætextam & virilem togam. Gell. cap.4. lib.18.

Quamuis in cinerem corpus mutauerit ignis.

Ouid. Eleg.3. lib.3. Trist. Mutare se aliò, est se aliò habitatum transferre. μετοικίζειν. Varro Fac te aliquò cum omni familia mutes. ¶ Pace bellum mutare, est loco belli pacem accipere. Salust. in Catil. Nemo, nisi victor, pace bellum mutauit. Mutare neutrum absolutum, pro variare. Liu. lib.5. ab Vrbe, Annona ex anteuecta copia, nihil mutauit. id est, Quoniam vrbs frumento abundabat propter anteuectam copiam, annonæ pretium non creuit Gell. cap.12.lib.18. Mutare, pro Mutari dixit. Et cap.3.lib.13. pro varium esse, siue variare. Mutans Particip. præsens: aliquando accipitur pro eo qui mutatur, Quint. lib.1.c.10. Diu enim mutantibus (scilicet verbis) repugnandum: sed abolita atque abrogata retinere insolentiæ cuiusdam est, & friuolæ in paruis iactantiæ. ¶ Huius composita sunt, Commuto, Demuto, Immuto, Permuto, de quibus suis locis.

‖ Mutim, pro mutem. Lips.

Muto, nis, πέος. Onom. i. e. veretrum. ‖

Mūtātŭs, a, um, Particip. { משנה meschunnéh שנה schonéh. μεταβληθεὶς, ἀλλοιωθεὶς. GALL. Mué, changé. ITAL. Mutato. GERM. Geendert/verwandlet. HISP. Mudado. ANGL. Changed.} Plin. lib.3.c.11. In secunda regione Hirpinorum coloniæ vna Beneuentum, auspicatius mutato nomine, quæ quondam Maleuentum. Virg.2. Æneid.

Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo.
Hectore, qui redit exuuias indutus Achilli!

Mūtātĭo, nis, Commutatio. { חליפה chaliphâh תמורה temuráh. μεταβολή. GALL. Mutation, changement. ITAL. Permutatione. GERM. Enderung/verwandlung. HISP. Mudança. ANGL. A changing.} Cic.12. Philip. Consilij mutatio optimus est portus pœnitẽti. Idem pro Quint. Loci, non ingenij mutatio. Vt mutatio inter me & illum nostris fiat filiis. Plaut. Capt. sc.2.a.2. ‖ ¶ Mutationes, loca cursus publici vbi equi mutabantur. Pancirol.

Mutatorius, a, um. vt, mutatoriæ vestes, 2. Reg. 5. 22. quæ non continuè gestabantur, sed per vices. ‖

Mūtābĭlĭs, e, à muto, Inconstans, qui facilè mutatur, varius. { μεταβλητός, εὐμετάβολος. GALL. Muable, inconstant. ITAL. Mutabile, instabile. GERM. Wanckelbar/vnbestendig/das sich leichtlich endern läßt. HISP. Mudable, que se puede mudar. ANGL. Tha maybe changed, vnconstant.} Virg.4. Æneid.

——— varium & mutabile semper Fœmina.

Mutabilis vulgi animus. Liu. 2. ab Vrb. Mutabili ratione labuntur planetæ. Cic. de Vniuers. ¶ A quo Immutabile.

Mūtābĭlĭtās, tis, Mobilitas, varietas. { חליפה chaliphâh תמורה temuráh. εὐμετάβολον, ἀστασία. GALL. Muableté, inconstance. ITAL. Mutabilità, legerezza, inconstanza. GERM. Wanckelmütigkeit. HISP. Aquella possibilidad de mudarse, inconstancia. ANGL. Varietie, vnconstancie.} Cic.4. Tusc. Hæc inconstantia, mutabilitásque mentis, quem non ipsa grauitate deterreat? Item cap.11.lib.7.

Mutulus, vide *Mutilus.*

Muttuo, aduerbium, & Mutuo, mutuas, vide *Mutuum.*

MVTVS, A mugiendo quidam deduci putant. { אלם illém. ἄφωνος, κωφός. GALL. Muet. ITAL. Muto. GERM. Ein stumm. HISP. Mudo. ANGL. Dumme.} Nam quamuis mutus loqui non possit, prorumpit tamen in vocem, quæ mugitus potius, quàm sermo videtur. Vel dicitur Mutus, quasi minutus, quòd eo sensu minutus sit. Vel dicitur à mussando, quod non aliud quàm inconditum quendam sonum edat. Muta reperta nulla mulier. Plaut. Aulul sc.3.a.1. Quis ait hoc? quasi muti silent. Idem Capt. sc. 1. a. 3. Mutis gregibus maxima animalia præsunt. Senec. Epist.91. Mutus aspectus miserorum mouet. Quint. Muti magistri libri. Gell. cap.2. lib. 14. Cic. Cornif. lib. 12. Mutum esse satius est, quàm quod nemo intelligat, dicere. Plin. lib.10 cap.29. Merula canit æstate, hieme balbutit, circa solstitium muta. Cicer.3. de legibus, Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus: veréque dici potest, magistratum legem esse loquentem: legem autem, mutum magistratum. Virg.12. Æneid.

Scire potestates herbarum, vsúmque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.

Vbi Seruius, Artes mutas dixit, quasi minus celebres, vel comparatione musicæ. ¶ Mutæ item artes dicuntur picturæ, quæ quum non loquantur, res tamen ipsas exprimunt. Cicer. 3. de Orat. Etsi hoc in his quasi mutis artibus est mirandum, & tamen verum: quanto admirabilius in oratione, atque in lingua? De arte picturæ. ¶ Mutæ dicuntur literæ quædam ex consonantibus, quòd præ aliis modicum, & veluti mutum quendam reddant sonum: ἄφωνα. ¶ Mutæ cicadæ dicuntur cicadæ minores, non quòd nihil canant, sed quòd parum canant. ἄφωνοι τέττιγες. Quintilian. cap. 16. lib. 1. Muta animalia. de Apibus. ‖ ¶ Muta exta dicuntur, quibus nihil diuinationis aut responsi elicitur. ‖

Muti, Lapides in agrorum diuisionibus dicebantur, sine inscriptione appositi, ideo quia nulla significatione apparerent, quoto loco numerarentur. Ex Hygino.

Mūtĕo, es, ui, a quo Mutesco, Mutus fio, vel mutorum more taceo. { נאלם neelám. κωφοῦμαι. GALL. Deuenir muet. ITAL. Ammutire. GERM. Stumm sein/erstummen. HISP. Emmudecer. ANGL. To waxe dumme.} Lact. lib.7. Quum in exitu lingua mutescat. ¶ Hinc Immutesco, & Obmutesco, de quibus suis locis.

Mutitio, nis. Quid tibi hanc rem curatio est, aut mutitio? (i. cur mutis?) Plaut. Amphit.

MVTIO, is, iui, vel ij, itum, Timidè & imperfectè loquor, mu facio, { לחש lacháſch. γρύζω. GALL. Parler entre ses dents, grommeler, gronder. ITAL. Mutire, parlar con temore, & imperfettamente. GERM. Einsreden/gibzen. HISP. Hablar como entre dientes, querer hablar y no osar del todo. ANGL. To whisper, to mutter.} Terent. in Andr. Itaque hercle nihil iam mutire audeo, id est, verbum efferre. Plaut. in Curc. Viden' vt aperiũtur ædes festiuissimè? non mutit cardo, id est, non crepitat. Si mutiuero, dato me excruciatum. Idem Mil. sc.6. a. 2. Etiam mutis? Iam tacebo. Plaut. Amph. sc.1.a.1. Non mutit cardo, est lepidus. Idem Curc. sc.1.a.1. Nunquã vllum verbũ mutit cùm aperitur (ostiũ.) Ibid. Etiámne verbum mutire audes? Idem Menæch. sc.1.a.5.

Mūtĭto, as, Mutua conuiuia agito. ἀλληλοποιῶ Gell. lib.2. c.24. Principes ciuitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est, mutua inter se conuiuia agitarent, vt apud Virg. in Æneid.

Mutuaque inter se læti conuiuia curant.

Alij legunt *mutuitarent*, alij *mutitarent*, ret, in ent, à Mutatione ferculorum.

Muttum, ti, verbum est à verbo Mutio, quod rectiùs antiquo more muttio scribi videtur. Hinc Gallica dictio, *vn mot.* Cornutus in Persium, Prouerbialiter dicimus, Muttum nullum emiseris, id est, verbum, eodem modo ne mu, aut mut feceris. de quibus suprà in dictione *Mu.*

Mūtĭcŭs, a, um. { חרוה charúth חרוץ charúts גרוע gharûah מקצץ mekustsats. κολοβός. GALL. Mutilé. ITAL. Truncato. GERM. Gestümplet/abgebrochen. HISP. Desmachado. ANGL. Maymed.} vt Spica mutica. Varro 1. de re rust. c.48. Spica mutica dicitur, quæ non habet aristam: ex enim quasi cornua sunt spicarum. Quibus verbis ostendit Varro, spicam dici muticam, quasi cornibus mutilatam, Quam etiam interpretationem probat Cælius lib.3. cap.10.

MVSSO, as, Submissa voce loquor, & secretè, occultéq; quod celatũ velim, quasi murmuro. { לחש lachasch μύζω, γρύζω. GALL. Parler bas & entre ses dents, grommeler. ITAL. Parlar sommesse. GERM. Muderen/brummlen vnd nicht heiter außsagen. HISP. Hablar como entre dientes. ANGL. To whisper, to mutter often} Plaut in Aulul. sc.3.a.3. Neque occultum id haberi, neque per metum mussari. Quin participem pariter ego te, & tu me vt facias. ¶ Aliquando vsurpatur pro tacere, & quasi obmutescere. Ennius apud Festum, Non decet mussare bonos. Terent. Sile, cela, occulta, tege, tace, mussa. ¶ Aliquando pro dubitare Virg. lib.11.

——— mussat Rex ipse Latinus,
Quos generos vocet.

¶ Mussare, murmurare, inquit Festus. Ennius, In occulto mussabant. Seru. Mussare, queri. Virg.11. Æneid.

Flent mœsti, mussántque patres.

Mūssĭto, as, Frequentatiuum à musso, hoc est, multum & frequenter musso, & quod apertè dicere non audeo, clàm murmuro. { לחש lachasch. μύζω. GALL. parler souuent bas & entre les dents. ITAL. Mussare, parlar sotto voce. GERM. Vil mudern vnd brummlen. HISP. Hablar como entre dientes. ANGL. To muter, to speak softlie and often.} Quicquid est mussitabo potius quàm inteream malè. Plaut. Mil. sc. 3. a.2. Ergo mussitabis, si sapis. Ibidem sc. 5. a.2. Liuius lib. 1. Haud mirum esse Superbo inditum Romæ cognomen: iam enim ita clàm quidam mussitantes, vulgò tamen eum appellabant. Idem lib. 7. Mussitantésque inter se rogitabant, num quem plebeij cos. pœniteret. Plaut. in Milit. Illi inter se certant donis, ego mecum mussito. Terent. Adelph. Verùm cogito id quod res est: quando eum quæstum acceperis, Accipiunda, & mussitanda iniuria adoscentium est. Vbi Donatus, Mussitanda, patienda, considerãda cũ silentio Mussitare enim propriè est dissimulandi causa tacere. Cur ea mussitabas. (i. tacebas.) Plaut. Ps. sc.5.a.1.

Mūssĭtābūndŭs, Multùm mussitans, & quod non satis tutò apertè dici possit, clàm murmurans. { לחש locḣésch. μύζων.}

Mutuus apud Arnob. & Lactantium, August. est Priapus. ¶ Mutuus etiam dicebatur Deus qui mutiter, efficerétque ne quid emanaret, sed clam esset, & tacitum & occultum.

MVTVVM, vi, dicitur, ab eo, quod de meo tuum fit: vel quia res quæ redduntur, mutantur, & propriè sine vsura. { משה maschschéh. δάνειον. GALL. Prest, emprunt. ITAL. Scambio, prestanza. GERM. Ein gelihens/das man entlehnet. HISP. Prestado. ANG. Alone, that which is borrowed.} Paulus Iureconsultus, Mutuum damus, recepturi non eandem speciem quam dedimus, alioquin aut commodatum erit, aut depositum: sed idem genus. Nam si aliud genus, veluti pro tritico vinum, recipiamus, num erit mutuum? ¶ Mutuum item aduerbialiter ponitur, pro mutuo. Cic. pro Flacco, Pecuniam sumpsit mutuùm à schola Item amant se mutuùm, id est, inter se amant.

Mutua

‖ Mutuarius, a, um. Apul. *lib.* 11. Ipse mutuarias operas cum vicinis tuis cambias. ‖

Mūtuō, aduerb. Inuicem, inter se. {ἀλλήλους. GALL. *L'vn l'autre.* ITAL. *Scambieuolmente.* GERM. Einander/gleichlich. HISP. *A vezes.* ANGL. *Course about, one after an other.*} Cicero, Mutuò se amabant. ἀλλήλους, id est, inter se amant, quod venustimè alibi dixit Plancus Ciceroni, Fac me mutuò diligas, id est, fac mihi in amore respondeas, & me vicissim ames. Idem, *in Epist.* Te vt diligas me, si mutuò me facturum scis, rogo. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Mutuò hæc bona accepimus.

Mūtuē, aliud aduerb. Cicer. Cn. Pomp *lib.* 5. Nulla in re tam lætari soleo, quàm meorum officiorum conscientia, quibus si quando non mutuè respondetur, apud me plus officij residere facillimè patior.

Mutuitare, verbum desideratiuum, mutuari cupere. Plaut. *in Mercat.* Conclamitare tota vrbe, & prædicare, Omnes parcerent mutuitanti credere.

Mūtŭo, as, are à moueo, motum. Aliis *mutuum* putatur dici, quòd ex meo fiat tuum: vel quasi μοὶ τὸ, mihi tuum. Varro deducit à voce Siculâ μοῖτον. Sed Cuiacius μοῖτον ducit à Latino mutuum. Mutuum dare. הלוה *hilváh.* δανείζειν. GALL. *Prester, bailler à vsure.* ITAL. *Dare à cambio, dare in prestio.* GERM. Leihen. HISP. *Emprestar alguna cosa à alguno.* ANGL. *To lead or pleasure a man with the vse of thing for a while.*} Plaut. *in Trin.* Si quis quid mutuauerit, sit pro proprio perditum. Nam ego talentum, mutuo quod dederam talento. Hoc inimicum mihi emi, amicum vendidi. ¶ Significat etiam mutuum accipio. Cæcilius, Ad amicos currat mutuatum, mutuet causa mea. Qua in re autem differant Mutuare, & Commodare. vide in dictione *Commodo.*

Mūtŭŏr, aris, deponens, Mutuum, vel mutuo accipio & propriè dicitur de iis quæ numero, pondere, vel mensura pari, non eadem specie redditus. { לוה *laváh.* δανείζομαι. GALL. *Emprunter, prendre à vsure.* ITAL. *Prendre à cambio, pigliare in prestito.* GERM. Entlehnen. HISP. *Tomar lo emprestado de otro.* ANGL. *To borovv.*} Plaut. Decem minas à patre mutuatus, quod etiam dici potest, Sumpsit mutuum, vel mutuò. ¶ Mutuari per translationem, pro aliunde sumere. Cic. *de nat. deor.* Mutuemur hoc quoque verbum, dicatúrque tam æther Latinè, quàm dicitur aër. Idem *de Fato*, Orator ab Academicis subtilitatem ingenij mutuatur. Vide Bud. *in Epist.*

Mutuitans, particip. tanquam à frequent. Mutuito, Rogitans mutuum. Plaut. *Mercat.* mutuitanti credere.

Mūtŭātĭo, nis, Mutui acceptio, alienæ rei vsurpatio. { משכה *máschschá* נשי *neschi.* δάνεισις, δανεισμός. GALL. *Emprunt.* ITAL. *Prestito.* GREM. Entlehnung. HISP. *Emprestado.* ANGL. *Borrowing.* } Cic. *pro Flacco*, Itaque quum Roma clam esset profectus, multósque minutis mutuationibus fraudauisset, in Asiâ venit. Idem 3. *de Oratore*, Translationes quasi mutuationes sunt, quum quod non habeas, aliunde sumas. Idem, Multari ea pœna, quæ sine mutuatione & versura possit dissolui.

Mūtŭātŭs, id est, Mutuò sumptus. { ANGL. *Borovved.* } Cicer. *de fin.* Aliter mutuatam, aliter inuitatam. Idem *alio loco*, Hæc ab illo viro, quemadmodum multa solet ab eo, mutuata sunt.

Mūtŭātĭtĭŭs, a, um, quod mutuò datur. δανειστός vt pecunia mutuatitia. Gell. *lib.* 20. *cap.* 1. Maximéque in pecuniæ mutuatitiæ vsu, atque commercio.

Mutuus, a, um, dicitur, quod mutuò datum acceptúm ve est. Plaut. *Asin. sc. vlt. a.* 1. Nam si mutuas non potero (sup. pecunias) accipere, certum est sumam fœnore. Item, Saltem tute si pudoris egeas sumas mutuum. Plaut. *Amph.* Illa me amat, Et ego cum illa nolo facere mutuũ. P. Quid ita? Ph. quia facio proprium, amo pariter simul. Potes mihi drachmam mutuam dare. Idem *Ps. sc.* 1. *a.* 1. Misi petitum argentum à sodali mutuum. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Nullus est quem roges mutuum, &c. Quin nomen ipsum interiit Mutuum. Idem. *Pseud sc.* 3. *a.* 1.

Coniugibus nostris mutua cura sumus?

Ouid. 2. *Fast.* Mutuas pecunias sumere. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Mutua officia vsurpare cum aliquo. Suet. *in Tib. cap.* 11. Cic. *ad Attic.* Ille mihi HS. quatuordecim non reddidit, quæ dedi eius filio mutua. Sic sæpe ab eodem dicitur Sumere, accipere pecunias mutuas. ¶ Mutuus idem aliquando quod pariter æquabilitérque respondens, ἀντίστροφος. Cic. *ad Attic.* Tua voluntas erga me, meáque erga te par atque mutua. Sic mutuus amor, mutua voluntas, id est, alterius in alterum par æqualis. Sic mutuum cum aliquo facere, id est, idem ac par. Plaut. *in Trin.* Lesbon. Quid agit filius? P. Benè vult tibi. L. ædopol mutuum mecum facit Idem *in Curcul.* Eam volt meretricem facere, ea me deperit, Ego autem cum illa facere volo mutuum.

Musirum, Indiæ Emporium, cuius meminit Plin. 6. *c.* 23.

‖ Muzarabes, Christiani mixti Arabibus Bibl. SS. Patrum. ‖

M Y

‖ My facere hæsitare, vix loqui audere. ‖

Mya, μύα, genus conchæ, siue Margaritæ in freto circa Bosphorum Thracium vniones rufos, ac paruos gignens. Plinius *libr.* 9. *cap.* 35. ¶ Est item Mya, insula in sinu Ceramico, cuius meminit idem Plin *lib.* 5. *cap.* 31.

Myacanthon, μυάκανθος, herba est, quæ alio nomine Corruda, hoc est, syluestris asparagus dicitur: de qua Plin. *lib.* 8. *c.* 9. ¶ Myacantha verò quibusdam herba est, quæ à Dioscoride μυρσινάκανθα, à Latinis Ruscus appellatur. Cuius nomenclaturæ rationem hanc reddunt, quòd herba hæc in carnario suspensa, aculeis suis mures à lardo, carnéque salsa arceat. Vide Marcellum Virg. *in Dioscor.*

‖ Myagra, muscipula quâ mures intercipiuntur. Onom. M. ‖

MYIA, μυῖα, Græcis muscam sonat, quo etiam nomine appellatur ludus quidem puerilis, quum aliquis obductis oculis, extensísque manibus collusores quærit, Græca vox.

Myiagrus μυίαγρος, Muscarum Deus, qui & Myodes dicitur, teste Plutarcho, & Achor. { GERM. Der muckengott. } Plin. *lib.* 10. *c.* 8. Inuocant & Ægyptij Ibes suas contra serpentum aduentum: & Elei Myiagron deum muscarum, multitudine pestilentiam afferente, quæ protinus intereunt, qua litatum est illi Deo, ¶ Est item Myiagrus, Nobilis statuarij nomen apud Plinium *lib.* 34. *c.* 8. ¶ Myiagrus præterea herba est ferulacea, foliis similibus rubiæ, tripedanea, semine oleoso. Fit item ex eo oleum, quod oris vlceribus eo perunctis medetur. Græcis μελάμπυρον appellant, quasi nigrum frumentum: vulgus Gallorum vocat Camelinam, teste Ruellio *lib.* 3. *c.* 126.

Myaces μύακες, pisces sunt ex concharum genere, qui muricum modo coaceruantur, viuúntque in locis algosis, & vbi dulcis aqua copiosa mari miscetur: gratissimi autumno. nam procedente hyeme amaritudinem contrahunt, colorémque rubrum. Reliqua vide apud Plinium *lib.* 32. *cap.* 9.

Mycălē, micales, μυκάλη. Mons est Ioniæ, inter Mæandrum & Caystrum fluuios, non procul ab Epheso: ad quem Iones vniuersi conuenire solent sacrificiorum causa, quæ Panionia vocabant. Autor Herodotus *lib.* 1. ¶ Est item Mycale insula Ioniæ adiacens, cuius meminit Plin. *lib.* 5. *c.* 31. ¶ Mycale præterea veneficæ nomen est, apud Ouid 12. *Metam.*

Mycalessus, μυκαλησσός. Mons in Mediterraneo Bœotiæ, oppidum habens eiusdem nominis. Vtriusque meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 7. ¶ Stephanus Mycalessum nomen accepisse existimat à mugitu bouis, quæ Cadmum in Bœotiam perduxit.

Mycēnæ mycenarum, & Mycena, mycenæ, μυκῆναι. Vrbs Peloponesi, non procul ab Argis, quam Perseus Danaes filius extruxit, & in qua postea regnauit Agamemnon: à Mycena Nympha sic appellata. Virg. 6. *Æneid.*

Eruet ille Argos, Agamemnoniásque Mycenas.

Mycēnæŭs, a, um, μυκηναῖος. Nomen adiect. à Mycenis deductum. Virg. 1. *Æneid.*

Ipse Mycenæus magnorum ductor Achiuûm.

Ouid. *Eleg.* 1 *lib.* 2. *Trist.* Téque mycenæo amata duci.

Mycēnĭs, mycenidis, μυκηνίς. Gentile fœmin. à Micenis Argiui agri oppido deriuatum: quo poëtæ pro Iphigenia Agamemnonis Mycenarum regis filia vtuntur. Ouid. 11. *Metam.*

Victa dea est, nubémque oculis, obiecit & inter
Officium, turbámque sacri, vocésque precantum,
Supposita fertur mutasse Mycenida cerua.

Mycerinus, Cleopis Ægyptiorum regis fuit filius, qui postquam patri successit in regnum, ita paterna facta perosus est, vt & templa ab eo clausa reserarit, & populo pyramidum operibus exhausto, & ad extremum calamitatis afflicto, res suas agendi fecerit potestatem: quinetiam præ regibus omnibus iustitiam exercuisse fertur. Herodot. *lib.* 2.

Mychthonia, μυχθονία, vide *Mygdonia.*

Myci, populi de quibus Hecatæus. Steph.

Mycōn, myconis μύκων, nomen egregij pictoris patria Atheniensis: cuius meminit Plin. *lib.* 35. *c.* 6. ¶ Fuit etiam hoc nomine insignis statuarius, qui 87. Olympiade floruit. Idem *lib.* 34. *c.* 8.

Mycŏnē, mycones, & Myconos, myconi, μύκονος. Insula vna ex Cycladibus, non procul à Delo. Virg. 3. *Æneid.*

Quam prius Arcitenens oras & littora circum
Errantem, celsa Gyaro, Myconéque reuinxit.

Ouid. 7. *Metamorphos.*

Hinc humilem Myconem, cretosaque rura Cimoli.

Sub hac insula fabulantur poëtæ sepultos esse gigantes, postremò ab Hercule interfectos: vnde factus est locus prouerbio, Omnia sub vnam Myconum: quod in eos dici consueuit, qui res natura disiunctas, eodem opere conantur complecti. Stat. *lib.* 1. *Achil.*

Cyclades hinc spreta, Myconos, humilisque Seriphos.

Mycŏnĭŭs, a, um, μυκώνιος, nomen à Mycono, seu Mycone insula. Accipitur pro caluo, quòd eius insulæ homines sine capillo gignerentur: vt tradit Steph. & Plin. *lib.* 11. *c.* 37.

Mydia, Insula, quæ etiam Delos dicitur, vna ex Cycladibus.

Mydon, μύδων, teste Homero *lib.* 5. *Iliad.* Atymnis filius, & Pylæmenis ducis Paphlagonum auriga, ab Antilocho Nestoris filio in bello Troiano interemptus.

Mydrĭāsĭs, μυδρίασις. Vocatur morbus oculorum, quum pupilla quidem ipsa colorem non mutat, sed videtur vltra naturalem situm, multò latior, interim vt visum omnem adimat, interim vt partem, res verò ipsæ minores quàm sint, appareant: contrario in phthisi maiores: in qua pupilla contrahitur, corrugatúrque. Latini pupillæ dilatationem vocant.

Mydusa, μύδουσα. A quibusdam recensetur inter nomenclaturas Anchusæ herbæ: & legitur sanè in Græcis quibusdam Dioscoridis exemplaribus, à doctioribus tamen inter eius scriptioris notha reiicitur.

Myes, etis, μύης, vrbs Ionica, Gentile Myesius. Steph.

Mygălē, mygales, μυγάλη, Animal mediam inter murem & mustellam speciem habens, quod Latini murem araneum appellant. Vide suprà in dictione *Mus*

Mygdŏnĭă, μυγδονία, Regio littoralis Macedoniæ, in qua Niobe Tantali filia, vxórque Amphionis in saxum versa est, à Mygdone rege sic dicta. ¶ Est & altera Mygdonia, Asiæ regio, in ea Phrygiæ parte, quæ Troadi superiacet, ad Rhyndacum amnem, & Dascyliticum lacum. Strab. *lib.* 12. Vtriusque incolæ dicti sunt Mygdones.

Mygdonus, fuit frater Otrei, ac, teste Porphyrio *in Iliad.* 3. ambo fratres Hecubæ regis Priami vxoris, & Cissei filij ambo reges in Thracia: & à Mygdono, eius filius Chorœbus Mygdonides dictus est. Malim μύγδων Mygdon, qui fratrem habuit Edonum, à quo Edoni Traciæ populi. Stephan & alibi, A Mygdone, inquit, Mygdonia dicta est, vt etiam Herod. à Mygdone rege, Mydon filium habuit Gerastum. Steph. *in Parthenopoli.* Mygdonis, idos, fœm. gen. Patronymicum. Ouid 6. *Metam.* Mygdonidésque nurus.

Mygisi, μύγισοι, vrbs Cariæ. Hinc Mygisia Mineruæ, & Mygisais. Stephan.

‖ Myiagros, μυίαγρος, μυοθήρας, muscarum venator, à μυῖα musca, & ἄγρα captura.

Myinda, ludus, vbi quis, obstructis pileo teniáue luminibus fugientes tantisper exquirit pulgatus interim, dum prehenderit aliquem.

Mylăcris μυλακρίς, Blattæ genus, magnitudine cicadæ, circa molas nascens, vescénsque farina. Pollux autor est mylacridem apud Aristophan. accipi pro gallina.

Mylæ, μύλαι, Stephano, oppidum Siciliæ, de quo Senec. *lib. 4. natural. quæst.* Circa Messanam & Mylas fimo quiddam simile malè profert, feruétque & æstuat non sine calore fœdo. Vnde illic stabulari Solis boues fabula est. Suet. *in August. c. 16.* Vulgò *Milazo.*

Mylaces, gens Epirotica. Lycophron, κεράης δὲ γείτων, ἡ δὲ μυλάκων ὄρος. Stephan.

Mylantia, μυλαντία, Promontorium in Camiro. vulgata exemplaria habent ἐν κανόνῳ Rhodi. Hinc dij Melanij. Fuit autem illic Mylas quidam, qui molæ vsum primus reperit. Autor Steph.

Mylasa, μύλασα, Liberum Cariæ oppidum, ita dictum (si Stephano credimus) à Mylaso Æoli abnepote. Meminit huius oppidi Plin. *lib. 5. cap. 29.*

Myle, myles μύλη, herba est radicem habens paruo bulbo similem, contrahentis facultatis: quæ cum farina loliaca dehiscentem sanat vuluam. Autor Gal. *lib. 7. simpl.*

Mylisin, μύλισιν, Gens Phrygiæ. Steph.

‖ Mylitta Chaldeis, teste Herodoto, Venus dicebatur μύλιττα, quod merè Chaldaicum est. ‖

Mylon, vrbs Ægypti, μύλων, ciuis Mylopolites. Steph.

Mylœcus, μύλοικος, genus est vermiculi ex blattis, quòd circa molas ferè solet nasci. Autor est Plin. *lib. 30. c. vlt.*

Myndūs, myndi, μύνδος, Cariæ oppidum maritimum, ad radicem Phœnicis montis, è regione Coæ insulæ. Autores Plin. *lib. 5. c. 29.* Ptolem. *lib. 5. c. 2.* ¶ Fuit in eadem Caria & alterum eiusdem nominis oppidum, quod postea ad recentioris differentiam Palæmyndum appellauere.

Myndones, μυνδόνες, populi Libyæ. Steph.

Mynetes, vide *Menetes.*

Myoctŏnŏs, μυοκτόνος, Aconitum herba, ita dicta, quòd è longinquo mures interficiat. Plin. *lib. 27. c. 3.*

Myodes, μυώδης, Muscarum deus, qui & Achor, & Myiagrus appellatur. Plin. *lib. 29. cap. 6.* Nullum animal musca minus docile existimatur, minorísve intellectus: quo mirabilius est, Olympiæ sacro certamine, nubes earum, immolato tauro deo, quem Myodem appellant, extra territorium inde abire.

Myon, μύων, vrbs Locrorum in Epiro, ciues μύωνες, vel μυωνεῖς. Steph.

Myonia, μυωνία, vrbs Phocidis, ciues Myones, vel Myoneis. Steph.

Myonesus, μυόνησος, vrbs, vel parua regio, inter Teon & Lebedon Insularis Myonesius. Steph.

Myonēsūs, Insula est ante Ephesum, cuius meminit Plin. *lib. 5. cap. 31.*

Myŏpăro, {μυοπάρων. GALL. *Vn galion ou brigantin.* ITAL. *Vna sorte di naue, come brigantine ò galeone.* GERM. Ein raubschiff. HISP. *Naue ligera de cossario* ANGL. *A brigantine, à galione.*} Genus nauigij piratici, habens formam quandam mediam inter onerariam & longam triremen: de quo vide Bayfium *de re nauali.* Cic. *lib. 3. de Orat.* Nam quum quæreretur ex eo quo scelere impulsus, mare haberet infestum vno myoparone. Eodem (inquit) quo tu orbem terræ. Idem *in Verrem,* Illi statim myoparonem egregium de sua classe ornatum atque armatum dederunt. Salust. *lib. 3. hist.* Et fortè in nauigando cohors vna grandi phaselo vecta à cæteris deerrauit, maríque placido à duobus prædonum myoparonibus circumuenta. Meminit Gell. *c. 25 lib. 10.*

Myōpēs, {μύωπες. GALL. *Qui ont la veuë courte.* ITAL. *Coloro che haano la vista corta.* GERM. Obersünige / blinzende / die von fern nicht sähen. HISP. *Visojos, que veen poco.* ANGL. *Poore blind or sund blind.*} Dicuntur à Græcis, qui rem aliquam nisi propiùs oculis admotam, non vident, limísque & semiclausis oculis intuentur. Μύωπες (inquit Aristoteles) λέγονται οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντες. Hoc vitij genus à Grecis μυωπία, vel μυωπίασις appellatur: contrarium nobis accedit in senectute, vt scilicet longiusculè dissita commodiùs videamus. Dicti Myopes, ἀπὸ τοῦ μύειν τὰ ὦπα, hoc est, à claudendo visu Nyctalopes autem dicuntur, qui quum interdiu clarissimè perspiciant, aduentante nocte hebetioribus sunt oculis.

Myŏphŏnŏn, μυόφονον. Herba est muribus exitialis: vnde & nomen accepit, eadem fortassis cum ea quam alibi Myoctonon, & Aconitum appellari docuimus. Meminit Myophoni Plin. *lib. 11. c. 9.*

Myosora, μυὸς ὦτα, herba est, quam & Alsinem, & verbum ex verbo exprimentes, Muris auriculam vocant Latini. Folia enim, quum primùm erumpunt, murinæ auri habet non dissimilia. Alcines verò nomen accepit, quòd algidis locis gaudeat, & opacis. Gallis *Muronis* nomine notissima est, eáque solent auicularum escam fastidientium appetitum recreare. ¶ Refertur & alterum Myosotan genus à Dioscoride, quod & Myositis, μυὸς ὦτις, diminutiua forma appellatur, plures ab vna radice caules mittens, aliquatenus ab imo rubentes, & concauos: folia autem angusta, nigrescentia, & in acutum desinentia, flosculos verò cæruleos, anagallidis colorem exprimentes. Quidam putant esse Officinarum Pilosellam: licèt descriptio ei vsquequaque non conueniat. Posteriorem hanc speciem describit Plin. *lib. 27. c. 12.* Priorem verò *lib. 26. c. 4.*

Myp̄sei, seu Nypsæi, teste Herodot. *lib. 4.* populi sunt Thraciæ, qui Dario Thraciam oppugnante, vltrò sese dediderunt. Vide *Nipsa.*

Myra, μύρα, vna ex maximis Lyciæ vrbibus, cuius meminit Strabo *lib. 14.*

Myracanthon, μυράκανθον, herba aculeata, quæ & Eryngion & centum capita appellatur. Radicem habet odoratam: vnde & Myracanthi nomen accepit.

Myrcinus, μύρκινος, oppidum Thraciæ ad Strymonem amnem, quod & Myrcynnia appellatur, Steph.

Myrgetæ, μυργῆται, populi Scythiæ.

Myriandrus, μυρίανδρος, vrbs Syriæ, in sinu Isaico sita: qui & ipse Myriandricus ab ea appellatur. Vide Plin. *lib. 2. c. 108.*

Myrĭās, myriadis, Numerus decem millium. {רבוא *ribbô.* μυριάς. GALL. *Dix mille.* ITAL. *Decima di migliaia.* GERM. Ein zaal die zehen tausent begreifft. HISP. *Diez millares.* ANGL. *Ten Thousand.*} Vnde Myriarchus siue Myriarcha, μυριάρχος, ἡ μυριάρχης, dictus est decem milium præfectus.

Myrīcā, {ערער *tarhár.* μυρίκη. GALL. *De la bruyere, dequoy on fait verges à nettoyer robes.* ITAL. *Tamarice* GERM. Tamarische stauden. HISP. *El tamariz* ANGL. *Heath to mak broomes of.*} Genus humilis virgulti, cuius sunt duæ species: satiua, quam & Thamariscem vocat Plin. *lib. 13. c. 21.* altera syluestris, quam in Achaia Priam syluestrem vocant. Hanc Ruellius esse arbitratur, quam Galli lingua vocant *Bruyere.* Virg. 4. *Eclog.*

Non omnes arbusta iuuant, humilésque myricæ.

Ouid. 3. *de Arte,*

Nec densum foliis buxum, fragilésque myricæ.

Idem 10. *Metam.*

Perpetuóque vires buxus tenuésque myricæ.

Myricæ, myricæ, μυρίκη, Insula est maris rubri, apud Stephanum.

Myrigus, Myricuntis, μυρικοῦς, Troadis oppidum est è regione Tenedi: cuius incolæ dicuntur Myricusij.

Myrina, μυρίνα, Regina fuit Amazonum, quæ triginta millia peditum & duo millia equitum in exercitu habuisse dicitur. Autor Diodorus *lib. 4.* ¶ Fuit præterea, teste Homero, vrbs in Æolide eiusdem nominis: itē alia in occidentali parte Lemnij insulæ, cuius meminit Ptolem. *lib. 3. Geograph.* & Galen *lib. 9.* de facultatibus simplicium medicamentorum.

Myrinus, μύρινος, ab Aristot. vocatur mas murænæ, qui dentes extra os habet. Plin. *lib. 9. c. 23.* Aristoteles myrinum vocat marem, qui generat: discrimen esse, quòd myræna varia & infirma sit: myrinus vnicolor, & robustus, dentésque extra os habeat.

Myrīnūs, μύρινος, Apollinis cognomentum à Myrina Æolidis vrbe, in qua religiosissimè colebatur. Vnde & Myrini campi appellati.

Myrĭŏphyllŏn, μυριόφυλλον, herba est, alio nomine Achillea dicta ab Achille Chironis Centauri discipulo, qui eam traditur inuenisse. Myriophyllon appellata à multitudine tenuium foliorum: vnde & Millefolium à Latinis appellatur Vide Plin. *lib. 14. c. 16.*

Myrĭstĭcā nux, {μυριστικὸν κάρυον. GALL. *Noix muscate.* ITAL. *Noce Moscata* GERM. Ein muscatnuß HISP. *Nuez moscada.*} A quibusdam appellatur, quam nos hodie Nucem odoratam, vel muscatam vocamus. In qua etiam opinione est Hermolaus Barbarus *in Dioscoridem.* Et certè non video cur ita appellari non possit, modò sciamus diuersam esse à glande myrepsica, quam Plinius vocat Myrobalanum.

Myrlea, μύρλεια, oppidum Bithyniæ, ita dictum à Myrlo Colophoniorum duce, vel Myrlea Amazone: postea Apamia appellata: à nomine Apames, quæ Prusiæ Zelæ vxor fuit. Nam quum Demetrius & hanc & vicinam Cium euertisset, vtranque Prusiæ dedit; qui eas denuo à fundamentis erexit, & Cium quidem de nomine suo Prusiadem, Myrleam autem à nomine vxoris Apaniam appellauit. Autor Strab. *lib. 14.*

Myrmēcĭă, {μυρμηκία. GALL. *Certaines verrues sur le corps qui formillent & demangent.* ITAL. *Porri delle mani.* GERM. Die gattung wartzen sogerstauug genenn werden. HISP. *Berrucas ò verrugas de las manos.* ANGL. *Certaine wartes.*} Verrucæ sunt, lupini amplitudine, ferè in palmis manuum, & plantis pedum nascentes: ita dictæ quòd formicæ in morem pungant. Celsus. *lib. 5. cap. vlt.* quatuor enumerat genera verrucarum, vel potiùs vlcusculorum verrucæ similium: ἀκροχορδόνα, Thymnium, Myrmecium, & Clauum, de quorum differentiis vide ipsum.

Myrmēcĭdēs, μυρμηκίδης. Insignis sculpendi eboris artifex fuit, qui quadrigam ex ebore confecit adeò minutam, vt muscæ alis tegeretur, & nauim, quam apicula pinnis absconderet. Plin. *lib. 36. c. 5.* Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis musca. Cic. 4. *Acad.* Vt etiam inter deos Myrmecides minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur.

Myrmecites, μυρμηκίτης, gemma, quæ innatam repentis formicæ effigiem habet. Plin. *lib. 17. c. 11.*

Myrmēcium, μυρμήκιον, Phalangij genus, formicæ simile capite, aluo nigra, guttis albis distinguentibus. Hæc ferè Plin. *lib. 22. c. 4.*

Myrmēcŏlĕo, μυρμηκολέων, exiguum animalculum, formicis aduersum, quod se sub puluere abscondit, & formicas frumenta gestantes interficit, & interfectas consumit. ¶ Est autem dictio ex formicæ & leonis nominibus composita: quasi Formicoleonem dicas. Nam quemadmodum leo imbecilliorum animalium, ita hoc animaculum formicarum prædam agit: quum tamen volucribus nihil aliud sit, quàm formica. Hinc bibliorum interpres *in lib. Iob.* Myrmecoleo periit, eo quòd non habeat prædam.

Myrmēcĭās, μυρμηκίας, gemma nigra, eminentias, quasdam habens similes verrucis. Plin. *lib. 37. c. 10.*

Myrmĭdōnēs, μυρμιδόνες, Thessaliæ populi fuerunt, qui Achillem ad bellum Troianum sunt secuti. Hi ex Ægina insula ortum traxerunt, Peleúmque patria profugum secuti, in Thessalia sedes fixerunt. Æginetas enim Myrmidonas dictos constat, teste Strabone. *lib. 7.* Quòd agricolæ strenui essent, perpetuóque in fodienda terra formicarum more versarentur. Ouid. *lib. 7. Metam.* nominis rationem ad hanc refert fabulam. Quum pestilētia in Ægina crudelissimè esset grassata, eamque insulam viris propemodum exhausisset, Æacus, quum ad radicem quercus infinitum propemodum formicarum numerum cōspexisset, Iouem traditur orasse, vt sibi parem virorum numerum concederet, precibúsque eius vix absolutis formicas in viros fuisse commutatas.

Myrmilon, huius Myrmilonis, μυρμίλων, histrionis nomen apud Iuuenalem *Satyr. 6.*

——aut Myrmilonem exprimat infans.

Myrmīsūs, μύρμισσος, vrbs est Asiæ, in ora Hellesponti, non procul à Lampasco Gentile est Myrmissius, μυρμίσσιος. Steph.

Myrŏbălănūm, μυροβάλανος, glans est arboris similis heliotropio, magnitudine nucis auellanæ, quam Discorides βάλανον μυρεψικὴν appellat, hoc est, glandem vnguentariam. Glandis huius nucleus Græcarum nucum more tritus, humorem reddit, quo ad pretiosa vnguenta pro oleo vtuntur. Nascitur in Æthiopia Ægypto & Arabia, quæ Iudæam ab Ægypto disterminat. ¶ Habet autem hæc dictio omnes syllabas breues: vnde carmen heroicum ingredi non potest: ad quod alludit Martialis *in Apophoretis.*

Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex vnguento constat & ex balano.

Retinet

Retinet hæc glans etiam hodie nomen suum in pharmacopolarum officinis. Vide de hoc plura dictione *Balanus*.

Myrobrechi, μυρόβρεχοι, vasa vnguentaria, quasi vnguento stillantia. μύρον Græci vnguentum vocant, βρέχω, stillo, pluo, & irrigo. Hinc Plaut. *in Aul.* Myrobrecharios, μυροβρεχεῖς, pro vnguentorum confectoribus accipit ad capillos madefaciendos. Ait enim aut manulearij, aut myrobrecharij. Suet. *in Aug. c.* 86. Cuius (Mæcenatis μυροβρεχεῖς) cincinnos vsquequaque persequitur, & imitando per iocum irridet.

Myron, μύρων, Statuarius insignis fuit, Ageladis discipulus Cic. 6. *Verr.* Verùm vt ad illud sacrarium redeam, signum erat hoc quod dico, Cupidinis è marmore, ex altera parte Hercules egregiè factus ex ære, is dicebatur esse Myronis, vt opinor. Hæc ille. Ex huius operibus præcipuam laudem meruit bucula ex ære veræ vaccæ simillima multis poëtarum versibus celebrata. Ouid. 3. *de Ponto*,

Vt similis veræ vacca Myronis opus.

Propert.

Atque aram circunsteterant armenta Myronis
Quattuor artificis inuida signa boues.

Myrōn, μύρων, vrbs Lyciæ, à Myrone, vel Myro fluuio profluente, vel potiùs à Myra. Vsurpatur in fœminino & neutr. gen. μυρεύς.

Myronis, insula, μύρωνις νῆσος, in Arabico sinu est. Gentile Myrononisites, vel Myrononesæus Steph.

‖Myrophōræ, vocatæ tres Mariæ cum vnguentis ad sepulcrum Christi accedentes. L. gr. b. ‖

Myrŏpōlă, Vnguentarius, vnguentorum venditor. { רקח rukéah μυροπώλης. GALL. *Parfumeur, vendeur de senteurs, odeurs ou onguëts.* ITAL. *Profumiere.* GERM. Ein apotecker/der allerley salb verkaufft. HISP. *El que vende vnguentos olorosos.* ANGL. *A seller of sweet oyles and perfumes.* } Plaut. *in Casin.* Myropolas solicito omnes vbicunque vnguentum est lepidum.

Myrŏpōlium, locus vbi vnguenta venduntur. { μυροπώλιον. GAL. *Le lieu où on vend senteurs, odeurs ou vnguens.* ITAL. *Profumeria.* GERM. Ein apoteck HISP. *La tienda donde se venden los vnguentos olorosos.* ANGL. *A place where oyles and perfumes ar sold.* } Plaut. *in Amph.* Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia. Latinè Vnguentaria taberna dicitur. Suet. *in Augusto.* Et modò vnguentariam tabernam, modò pistrinum Aritiæ exercuisse obiicit.

Myrŏthēcium, μυροθήκιον, Vnguentorum repositorium. Cic. scribit se myrothecium Isocratis totum consumpsisse in commētario Consulatus sui scribendo, hoc est, pigmenta oratoria, *Epist. ad Attic.*

MYRRHĂ, { מר mor. σμύρνα. GALL. *Myrrhe.* ITAL. & HISP. *Mirra.* Myrrhen. ANGL. *Myrrhe.* } Arbuscula est in Arabia nascens, altitudine quinque cubitorum, non sine spina, caudice duro & intorto, cuius cortice inciso defluit lacryma, quæ & ipsa myrrha vocatur, seu stacte. Eius præcipua virtus est, vt mortuorum cadauera incorrupta conseruet. Vide Plin. *lib.* 12. *c.* 15. & 16. Ouid. 1. *Fast.*

Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas.

¶ Myrrha præterea Cyniræ Cypriorum regis fuit filia, quæ nefando patris amore capta, quum aliquot noctes auxilio nutricis cum illo concubuisset, tandem illato lumine agnita, quum illam pater vellet occidere, noctis beneficio elapsa, in Arabiam profugit, vbi in arborem sui nominis est conuersa, Ouid. 10. *Metam.*

Myrrhēŭs, a, um, quod ex Myrrha est. μύρρινος, Propert.

Myrrheáque in Parthis pocula cocta focis.

Myrrhĭnūs, a, um, μύρρινος quod myrrham habet admistam, vel quod myrrha est conditum. Suet. *in Aug. c.* 71. Myrrhinus Calyx. Et Martial. *epigr.* 113 *lib.* 14. Myrrhina vasa.

Myrrhăpĭă, siue, vt apud Plin. legitur. Myrapia, μυράπια. Genus pyrorum, quod odorem gratissimum reddit. Plin *lib.* 4. *c.* 15.

Myrrhine, myrrhines, μύρρινη. Fluuius est Troadis, alio nomine Sebastopolis dicta Autor Plin. *lib.* 5 *c* 30.

Myrrhĭs, idis, μυρρὶς, oleris genus cicutæ simillimum, foliis aliquāto minoribus & breuioris caule, saporis & odoris iucundi Vulgus herbariorum vocat *Cicutariam.*

Myrrhītēs, μυρρίτης, gemma quæ myrrhæ colorem habet, odorémque vnguenti. Plin. *lib. vlt. c.* 10.

Myrsĭlūs μύρσιλος, Myrsi filius vltimus ex Heraclidarum genere. Lydiæ Rex, alio nomine Candaules appellatus, qui quum vxorem haberet formosissimam, non contentus secreta voluptatum suarum conscientia, Gygi cuidam ex satellitibus suis, nudam eam ostendit. Quam rem illa indignè ferens, Gygem ad viri necem impulit, seséque illi & Lydorum regnum tradidit. Autor Herodot. *lib.* 1.

Myrsinites, μυρσινίτης, teste Plin. *lib.* 26 *c.* 8. Species est tithymali, & foliis myrthi acutis compungentibus, sed mollioribus. ¶ Item Myrsinites gemma est, quæ melleum colorem nigricantem habet, & myrti odorem. Plin *lib.* 37. *c.* 10.

Myrsinus, myrsini, μύρσινος. Oppidum Elidis, teste Stephano, postea Myrtotium appellatum, cuius meminit & Homerus *in Catal. nauium.*

Myrsūs, μύρσος. Proprium nomen fuit patris Candaulis, à quo & ipse Myrsilus dictus fuit. Herodot. *lib.* 1.

Myrtĭlīs, oppidum est in ora Lusitaniæ, ad Oceanum, cuius meminit. Plin. *lib.* 4. *c.* 22.

Myrtĭlūs, μυρτίλος, Mercurij ex Phaëtusa, sed Myrto Amazone filius auriga OEnomai, qui à Pelope curuli certamine cum Hippodamia OEnomai filia certante, pecunia corruptus, axi in certamine vectem non obiecit, vt Hippodamiæ currus dissolueretur, & Pelops victor euaderet. Quod quum fecisset, à Pelope victore præmium postulauit: qui ab OEnomao moriente antè rogatus, vt Myrtili factum vlcisceretur, eundem in mare præcipitauit, quod ab eo Myrtoum dictum est. Claudian.

——— nam perfidus obice regis
Prodidit OEnomai deceptus Myrtilus axem. &c.

¶ Fuit item Myrtilus quidam Comicus Atheniensis, Lysidis filius & Hermippi Comici frater: cuius fabulæ commemorantur à Suida.

Myrtopetalum, μυρτοπέταλον. Herba est quam alio nomine Polygonaton appellant à multitudine geniculorum Autor. Plin. *lib.* 27. *c* 12.

Myrtoum pelagus, μυρτῷον πέλαγος. Pars maris Ægæi, seu quod est inter Ægæum & Ionium. Nomen habens à Myrtilo Mercurij filio, qui in id proiectus fertur: siue (vt Plin. tradit. *lib.* 14. *c.* 11.) ab exigua insula non procul Carysto Eubœæ oppido sita, quæ cernitur à Geresto, Macedoniā petentibus. Incipit à Megarico sinu, Cretámque alluit, & Atticam Occiduámque Cariæ orā, habétque insulas plurimas, Cythera, Calauriam & quæ Æginam cingunt, & Salaminē, & ex Cycladibus plerasque: quod verò contiguū est, iam Ægæū existit. Autor Strab. Ouid. *in Ibin,*

Proditor vt saui periit auriga tyranni,
Qui noua Myrtoe nomina fecit aqua. &c.

MYRTVS. { μυρσίνη. GALL. *Vn arbre appellé meurte.* ITAL. *Mirto.* GERM. Myrtenbaum/welsche oder frembde heydelbeer. HISP. *Arrayan morisco que se labra.* ANGL. *Myrt.* } Arbor saporis præcipui producens, ex quibus vinum fit, quod Myrtien vocant. Gellius *c.* 6. *lib.* 5. Frondem Veneris appellat. Quintilian. Myrti tonsæ & Platani steriles. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Fœtet anima vxoris tuæ. D. Myrrham olet. Dicebant & veteres in fœminino murta. Varr. *lib.* 4. *de L. L.* Murtatum, inquit, à myrta, quòd ea largè fartum intestinum crassum. sic enim rectè legitur vt est in antiquis, quum & Cato in hoc sexu vsus sit. De murtato autem vide suprà suo loco.

Myrtaceus, a, um, adiect. idem quod myrteus, vt apud similitudinem myrtacei folij Cels. *lib.* 7. *c.* 17.

Myrtidanum, μυρτίδανον, vini genus myrti syluestris baccis conditum, Plin. *lib.* 14. *c.* 16. Ramis teneris cum suis foliis in albo musto decoctis, tusis, libram in tribus musti congiis deferuere faciunt, donec duo supersint Quod ita syluestris myrti baccis factum est, Myrtidanum vocant.

Myrtētum, Locus myrtis consitus. { μυρσινών GALL. *Vn lieu planté de meurtes.* ITAL. *Luogo doue sono piantati molti mirti.* GERM. Ein ort da vil myrtenbäum stehen. HISP. *Arrayanal.* ANGL. *A place planted with myrth.* } Plaut. *in Aulul.* Nescio qui Ceruus è myrteto prosiluit. Horat. *lib.* 1. *Epist ad Vallum.*

———sanè myrteta relinqui,
Sulphura contemni vicus gemit.

Myrtēŭs, a, um, quod ex myrto est. { μυρσίνινος. GAL. *De meurte.* ITAL. *Di mirto.* GERM. Von myrtenbaum/oder von welschen heydelberen. HISP. *Cosa de arrayan* ANGL. *Of myrte.* } Tibullus.

Et gerit insigni myrtea serta coma.

¶ Hinc mirteam Venerem prisci appellauerunt. Plin. *lib.* 15. *c.* 29. Ara fuit Romæ vetus Veneris Myrteæ, quam nunc Murtiam vocamus. Gell. *c.* 6. *lib.* 5. Oualis corona myrtea est. ¶ Myrteus color à Palladio in equis numeratur. Isidorus colorem pressum in purpura explicuit. Petronius Arbiter, Vltimo cynædus superuenit, myrtea subornatus gausapina. Myrteum folium, Cels. *lib.* 7. *cap.* 2. Myrteum idem sæpe posuit *lib.* 6 pro oleo myrtino.

Myrtĭnūs, a, um, eiusdem significationis, vt oleum myrtinum. μυρσινέλαιον. Plin. *lib.* 23. *c.* 4. Oleo myrtino illitum statim resoluitur.

Myrtuosus, a, um, aliud adiect. à Myrtus. Plin. *lib.* 12. *c.* 13. Frutice myrtuoso, palmi altitudine.

Mys, Myos, μῦς nomen fuit cælatoris, qui claruit argento cælando. Mart. *lib.* 8.

Quis labor in phiala, docti Myos, ánne Myronis?

¶ Et item Mys, piscis marini genus, cuius meminit Plin. *lib.* 32. *c.* 11. Hunc & muram marinam appellant, & in littore oua parere asserunt, scrobéque facta ea terra operire: trigesimóque die terra refossa, fœtum in aquam ducere Vide eundem *lib.* 9. *c.* 51.

Mysia, μυσία, vulgò *Bosina* & *Seruia* Regio est minoris Asiæ ad Hellespontū, Troadi contermina: cuius incolæ Mysi dicti sunt, abiectissimæ conditionis homines, sortísque adeò contemptæ vt cesserint in prouerbium. Quoties enim hominem nullius pretij volebant denotare, Mysorum vltimum esse dicebant, Cic. *pro L. Flacco*, Nanque, vt opinor, Asia vestra constat ex Phyrigia, Mysia, Caria, & Lydia. Vtrum igitur nostrum est, an vestrum hoc prouerbium, Phrygem plagis solere fieri meliorem? Quid de tota Caria? nónne hoc vestra voce vulgatum est, Siquid cum periculo experiri velis, in Care id potissimum esse faciendū? Quid porrò in Græco sermone tam tritum, atque celebratum, quàm si quis despicatui dicitur, vt Mysorum vltimus esse dicatur? Strabo etiam Mysos constituit in Europa in confinio Pannoniæ ad Dannubium fluuium, putátque Mysos Asiæ populos ab his vt originem, ita & nomen duxisse. Sed hi à Plinio non Mysi, sed Mœsi appellantur.

Mysomacedones, μυσομακεδόνες. Populi sunt Asiæ in tractu maioris Mysiæ Macedonibus oriundi: vnde & nomen habent. Meminit horum Plin. *lib.* 5 *c.* 29.

MYSTĒRĬĂ, { סודות sodhóth. μυστήρια. GALL. *Mysteres, secrets concernans les choses diuines* ITAL. *Mysterij.* GERM. Geheimnüsse. *Los secretos del sacrificio.* ANGL. *Mysteries, secret matters.* } à Græcis dicuntur sacra quædam arcana, quæ Latini seclusa vocant: ita dicta, quòd ea δεῖ μύσαντας τηρεῖν ἔνδον, hoc est, quòd ea intus oporteat occludere, nec cuiquam profano explicare. Nefas enim erat alicui aperire mysteria, qui sacris non esset initiatus. Vnde Poëta nescio quis occæcatus fertur, quòd mysteria enuntiasset. Hinc non sine mysterio fieri dicimus, quod occulta aliqua sacrorum ratione perficitur. ¶ Vnde Mystæ dicti sacra discentes, mysteriorum periti, discipuli, & initiati sacris alicuius numinis, vt apud Ausonium, Senecam & Papinium. ¶ Et Symmistæ, consacerdotes, eisdem sacris initiati, Qua dictione Apuleius, Sidonius, & Hieronymus vtuntur. Mystæ qui dicantur, Plutarch *in Alcibiad.* In mysteriis autem tradebantur multa arcana, quæ in vulgus enuncianda non sunt, quum (autore Tertulliano) omnibus mysteriis silentij fides debeatur. Scribit Eusebius *lib.* 2. *de præparatione Euangel.* in sacris Isidis & Serapidis fuisse Harpocratis simulacrum, quod digito labiis impresso admonere videretur, vt silentium fieret. ¶ Mysteria etiam quædam festa dicebantur in honorem Cereris celebrari solita quæ & initia dicebantur: de quibus nonnulla diximus in verbo Initior. Cicer. *ad Attic. lib.* 6. Faciésque me in quem diem Romana incidant Mysteria, certiorem, & quomodo hyemaris. Putatur autem hoc sacrorum genus ab Eleusine Attici agri oppido in reliquas terras exportatum. Ibi enim duo erant mysteriorum genera: maiora, quæ Cereri sacra erant: & minora, in honorē Proserpinæ filiæ eius instituta. Et quoniam vtrorumque ceremoniæ summo studio occultabantur, factum est, vt Mysteria pro arcanis accipiamus. Cic. *ad Atticum*, Neque enim sunt epistolæ nostræ, quæ si perlatæ non

non sint, nihil ea res nos offensura sit: quæ tantum habent mysteriorum, vt eas ne librariis quidem ferè committamus.

Mystăgōgŭs, mystagogi, Sacrorum custos, qui custodiæ sacrorum est præfectus. { כמר chamár. μυσταγωγός. GALL. Sacristain. ITAL. Sacrastano. GERM. Der vber heylige ding zu hut verodnet ist / ein sacrist / der einen vber gehympte ding füren kan. HISP. Guardador de los secretos, sacristan. ANGL. A churchewarden. } Cic. Verr. 6. Itaque iudices ij, qui hospites ad ea quæ visenda sunt ducere solent, & vnumquidque ostendere, quos illi mystagogos vocant, conuersã iã habent demonstrationẽ suam.

Mystĭcŭs, a, um, ἀναγωγικός, μυστικός, propriè quod in arcanis deorum sacris fiebat, qualia erant Bacchi Orgia, quæ noctu clàm à solis mulieribus celebrabantur. ¶ Vnde mystica sacra pro arcanis sacris dixit Mart lib. 8.

Non per mystica sacra Diodymenes.
Nec per Niliacæ bouem iuuencæ,
Nullos denique per deos, deásque
Iurat, Gellia, sed per vniones.

‖ Mystici, Senatores secretiores Concilij, non Secretarij. Codin. Item Arcanorum Principis conscij. Buleng. ‖

Mystia, μυστία, vrbs Samnitum, ciues Mystiani. Autor Steph.

Mystūs, genus piscis, qui à Plinio lib. 32. cap. 11. numeratur inter genera lacertarum.

Myteserata, μυτισέρατα, Castellum Siciliæ, gentile Myteseratinus. Stephanus.

Mythŏlŏgĭa, æ, μυθολογία. A Latinorum nonnullis, Affabulatio dicitur, hoc est, fabulæ explicatio. ¶ Vnde Mythologi dicuntur, qui rationes reddere conantur, quare fabula vnaquæque fuerit excogitata.

Mytilene, Mytilenides, Mytonides, Myton, &c. Vide suprà in Mitylene, cum prima per iota.

Mytĭlŭs, μύτιλος, Piscis est ex genere concharum, in arenosis potissimum locis proueniens, cuius exusti cinis causticam vim habet, non secus ac muricis. Vide Plinium lib. 32. c. 9. & lib. 9. c. 51. Mart. lib. 5.

Sumitur inciso mytilus ore mihi.

Mytistraton, μυτίστρατον, oppidum iuxta Carthaginem. Gentile Mytistratius. Stephan.

Myus, myuntis μυοῦς, vna ex duodecim Ioniæ vrbibus, triginta à Mæandri ostio distans stadiis: quam postea ob hominum paucitatem Milesij incoluerunt. Autor Strabo lib. 14.

Myxă, { μύξα, GALL. Morue, morueau. ITAL. Mocco GERM Schnuder / rotz auß der nasen. HISP. El moco. ANGL. Suattinesse, or filth of the noze. } apud Græcos, propriè pituitæ excrementum è naribus fluens, qui & Mucus dicitur: vnde μύξων, mucosus appellatur, hoc est, nares muco sordidas habens. Μυξωτὴρ verò ipsum narium foramen appellatur. ¶ Hinc etiam Myxos prominens pars lucernæ vocatur, ex qua profertur ellychinium, quemadmodum ex naribus mucus. Quare Græci quoties volunt ellychnium produci, vt luceat clariùs, ἐκμύξαι τὸν λύχνον dicunt: nostri verò Emungere lucernam. ¶ A Myxos fit Dimyxos, quæ est lucerna duo ellychnia habens: Trimixos, tria: Polymixos, multa. Mart. lib. 14.

Illustrem quum tota meis conuiuia flammis,
Tétque geram myxos, vna lucerna vocor.

Myxōn, myxonis, μύξων, piscis est, apud Romanos olim in deliciis habitus. Plinius lib. 35. cap. 12. De vasis fictilibus loquens, Tripatinum appellabatur summa cœnarum lautitia: vt erat murænarum: altera luporum: tertia myxonis piscis, inclinatis iam scilicet moribus. Hinc piscem nonnulli Banchum vocauêre. Idem lib. 32. cap. 7. de iecore huius piscis loquens, Auribus, inquit, vtilissimum bati piscis vel recens, sed inueteratum vino. Item Banchi, quem quidam Myxona vocant.

‖ Mypinum, siue imisenum, imisium, bombycini leuissimi species. Anastas. in Hib.

Myxos, arbor. H.P. ‖

NOTÆ ANTIQVORVM.

‖ M. Marcus, Mutius, Martius, monumentum, mulier, miles, meum, mos, mus. In numeris mille significat, quod mala scribendi consuetudine inductum est. Nam cum his notis CIↃ. apud veteres mille significarentur, errore quodam ex tribus istis notis M. factum est.

M. A. Macuuius. Mag. magistratus militis ager. M A G. EQ. magister equitum. M A G. M I L. magister militum. M A I. maior. M A N. L. manifestus locus. M A. O P P. manifestum oppidum. M. T E R. manifestum territorium. M. Æ M. Marcus Æmilius. M A T. P. F E C. S. E T. S. P Q. E. mater piissima fecit sibi, & suis posterisque eorum. M A R. maritus. M. A V R. Marcus Aurelius. M A X. maximus.

M. B. mulier bona.

M C. mancipio. M. C. Marcus Cicero, vel Marcus Censor. monumentum condidit. M. C. F. mortis causâ fecit, fuit. M. C. M. mortis causâ manumissus. M. C. V. manu consertum vocauit. M. C S. Marcus Cæsar.

M. D. O. mihi dare oportet.

M. E. M. municeps eius municipæ. M E N S. menses. M E R. S. Mercario sacrum. M E N S. I A N. mensis Ianuarij. M E S. menses.

M. F. Marci filius. malâ fide. malè fidus. M. F. P. malæ fidei possessor. M. F A. Marcus Fabius. M F. F. manifestum fecit.

M. H. E. mihi hæres erit. M. H. malus, magnus homo. M H P. Θ Υ. Mater Dei.

M. I. maximo Ioui. M I L. miles, militauit, millia. M I N. minor. M. I N T E R. morte interuentus. M. I. miles, maleficus

M. L. militis locus. Marci libertus. M. L. C. R E G. I N S T. Marcus Lepidus ciuitatem regere instituit. M. L. P. R. militum primus. M. L. Q. V. melius quicunque velit. M L T. milites.

M M. militem, milites. M M. A. monumentum accepit. M. M A N. Marcus Manlius. M. M A R C. Marcus Marcellus. M M. L. monumenti locus memoriæ latonæ. M. M. mulier mala. M M. L E. memoria legatorum. M M. P. monumentum posuit. M. M. P. malo mancipio potestate. M M. R. G memoria Regis. M M T. monumentum.

M. N. meo nomine. millia nummûm. M N F. L. manifestus locus M N M. manumissum. M N. municipalis, municeps.

M O. modo, mors.

M. P. malè positus, Marcus Pacuuius, maximus Princeps M. P. malè positus. M. P. D. maiorem partem diei. M. P O P. Marcus Popilius

M. R. miles Romanus, militia Rauennatis. M. Reg. militiæ Regiensium.

M. S. menses, molestus. M. S. P. memoriæ suæ posuit.

M. T. F. E. malo tuo factum est. M. T. C. Marcus Tullius Cicero.

M V. Mutius. M V. F. Mutij filius. M. V I. mensibus sex. M V L. B. mulier bona. M V L. M. mulier mala. M V L. P. mulier pessima. M V N R. munerabilis. M V N. municipium, municeps. ‖

N



LITERA, vna semiuocalium, ab antiquis inter liquidas commemorata, quæ si primum in dictione locum teneat, aliquando sumit ante se g, vt Narus, Gnarus, vnde Ignarus: Nauus, Gnauus, vnde Ignauus. Aliquando etiam in compositione c litera, quę statim subsequitur post n, vertitur in g, vt Quadringenti, pro Quadrincenti, Quingenti, pro Quincenti. Sed in quibus n non fuerit, seruatur c, vt Ducenti. ‖ N inter E & s posuisse veteres vt mollius proferent author est Ant. August. lib. 2. c. 6. emend. vt in dictione quotiens, & vicensimus, trigensimus & quadragensimus perpetuo in Pand. Flor. Prot. N L nota erat, non liquere ‖ qua iudices in amplianda caussa vtebantur, quum nondum satis vel conuictus esset reus sceleris, vel etiam non planè defensus.

N A

Naarda, νάαρδα. Vrbs Syriæ iuxta Euphratem: inde Naardanus. Steph.

Nabatha, ciuitatis cuiusdam nomen est.

Nabathæa. { נביות nebajóth. ναβαθαία Dionysio, ναβατηνή Steph. } Regio Arabiæ, Syriæ contermina populosa in primis, & pascuis abudans: cuius metropolis est Petra, trium, aut quatuor dierum itinere distans ab Hiericunte, teste Strab. lib. 16. Hinc Nabathæus, a, um, ναβαθαῖος, Iuuen.

Et quos deposuit Nabathæo bellua saltu.

Et quia Nabathæa regio Orientem spectat, factum est vt Nabathæus accipiatur pro regionibus & populis ad Orientem vergentibus. Ouid. 2. Metamorph.

Eurus ad auroram, Nabathæaque regna recessit.

Nābĭs, Giraffa, Lingua Æthiopum camelopardalem significat, animal camelo simile capite: collo, equo: pedibus & cruribus boui: albis maculis rutilum colore distinguentibus, quod animalis genus Cæsaris Dictatoris ludi Circenses primùm Romæ ostenderunt. Autor Plin. lib. 8. cap. 18.

‖ Nabitâ, nauita. Gl. Isid. ‖

Nabius, Tarraconensis Hispaniæ fluuius. Ptolem. lib. 5. cap. 6. Narium dicit Mela.

Nabrīssă, νάβρισσα, Ptol. lib. 2. c. 4. aliis Nebrissa, hodie Veneria cognominata, Hispaniæ Bæticæ ciuitas est.

‖ Nabla, nablum, vel nablium, Suidæ lib. 10. νάβλα, vbi agnoscit esse barbarũ & exoticum nomen ‖ instrumentum musicum, quod & Psalterium appellatur. { נבל nébel. νάβλιον. GALL. Vn Psalterion. ITAL. Strumento musico detto salterio. GERM. Ein music instrument / psalter genant. HISP. Psalterio ANGL. A musicell instrument called al so psalterion. } Quid lib. 3. de arte amandi.

Disce etiam duplici genialia nablia palma
Plectere: conueniunt dulcibus illa modis.

Nācæ, inquit Festus, vulgò appellantur Fullones, quòd nauci sint (vt voluit Curiatius) id est, nullius pretij. Quidam inde dictos malunt, quod omnia ferè opera ex lana νάκη dicantur à Græcis. { כבסים chobesim. } Hæc Festus. Alij scribunt νάκη, quia νακτὰ, i. coactilia, à νάσσειν, νάκος & νακῆς. νάσσειν verò est cogi, quod de lana consiliari dicitur. Apuleius Asini aurei lib. 9. Maritus foris apud nactam proximum cœnitabat. Rursus in 2. Apolog. Quid illi existimant nactæ, non putabo. Persius,

Non pudet in morem disiuncti viuere nacæ, potiùs nactæ,

vt apud Horat.

Non qui fundatis immundus nacta lucernis.

Nacta, æ, vide Naca.

Nacolla, νάκολλα τά, aliàs νακολία vel νακόλεια, vrbs Phrygiæ à Nacole nympha, vel à Nacolo Dascoli, filio, aliàs Nacolæ, Gentile Nacolaus. meminit eius Stabo lib. 12.

Nacone, νακώνη, vrbs Siciliæ Gentile Naconæus Steph.

Nacria, νακρία, vide Nucria.

Næ, per diphthongum scriptum, Græca dictio est significans Vehementer, valde, vel nimis. { אכן achén. ναί. GALL. Certainement, en verité, certes. ITAL. Certamente. di certo. GERM. Fürwar / warlich. HISP. Ciertamente, en verdad. ANGL. Verklie. } Terent. in Prolog. Andr. Faciunt næ intelligendo, vt nihil intelligant. Hoc est, quum plus quàm opus sit velint intelligere, in eorum numero sunt habendi, qui nihil intelligunt. ¶ Sæpiùs tamen affirmandi aduerbium est, idem significans quod certè, vel vtique.

vtique Cicer. *Curioni*, Incredibile quàm cupiter facere videar, qui his rebus intersim: næ tù videris multò antè prouidisse quid impediret. ¶ Idem *Trebatio*, Næ ego multo libentiùs emerim diuersorium Tarracinæ. Idem *in Catil.* Næ illi vehementer errant Ædepol næ adueni tempore. Plaut. *Menæch. sc.7. a.5.* Sum næ ego mulier misera. *Ibid. sc. 2. a.5.* Næ ego mecastor mulier misera. *Ibid. sc. 2. a. 4.* At næ hercle id dixisti, cum cruciatu. Idem *Curc. sc.3. a. 1.* Ædepol næ me expleui probè *Ibid. sc. 1. a. 3. & Menæch. sc. 2. a. 1. Milit. sc. 5. a.2.* Ædepol ne Idem *Menæch. sc. 5. a.5. & Pseud. sc. 7. a. 4.* ¶ Item pro siquidem. Idē *Amphit. sc. 1 a. 3.* Næ hanc inchoatā transigā comœdiam.

Nænĭă, æ, Næniæ arum, (vt apud Ouid 6. *Fast.* Græcum nomen est, a Græco νεάτη deductum, id est, vltimum. Erat enim vltimum quod defunctis caneretur carmen, quod in funere laudandi gratia cantabatur ad tibiam ante cadauer sepultum. Alio nomine ἐπικήδιον, siue μονῳδία, Græcis dicitur. Diomed. Apud Romanos id carmen, quod cum lamentatione extremum atque vltimum mortuo accinitur, Nænia dicitur. Acron verò docet esse fictitium nomē à similitudine vocis eorū qui querūtur, & dolent. Quint. *lib. 8. c. 2.* Tertius est huic diuersus trāslationis modus quum res communis pluribus, in vno aliquo habet nomen eximium: vt carmen funebre, propriè Nænia dicitur. Ouid, 6 *Fast.*

Ducit supremos Nænia nulla choros. (de pompa funebri.

Næniáque in volucres Marsa figurat anus,

idem *ibid.* ¶ Item pro fine, dixit Plaut. *sc. 1. a. 5.* Id fuit Nænia ludo. i. finis. ¶ Impropriè vsus est pro ineptia cuiuslibet cantus, aut sermonis. Sic Hieronymus *contra Rufinum*, Nisi fortè non fuit impræsentiarum, qui tuas emendaret nænias. Hoc carmen Simonides poëta lyricus ex Cea insula primus instituisse dicitur. Horat.

——— *sed ne relictis*

Musa procax iocis Ceæ retractes munera næniæ.

Sidonius pro Epitaphio posuit: Nennia, inquit, marmori incisa per hendecasyllabon. Pompon. Festus Nænia est, inquit, carmen quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Nænia (inquit Nonius Marcellus) ineptum & inconditum carmen, quod à conducta muliere, quæ Præfica diceretur, iis, qui propinqui non essent mortuis, exhiberetur. Varro *de vita popul. Rom. lib. 4* Ibi à muliere næniam cantari solitam ad tibias, & fides. Cic. *de leg. 2.* Honoratorum virorum laudes in concione memorant, eásque etiam ad cantus, & ad tibicinē prosequuntur: cui nomen est Næniæ: quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. ‖ ¶ Nænia quo edulio in minutas partes conciso, quibusdam ad hoc allegantibus ex Arnob. *lib. 7.* Quid tædæ? quid næniæ? quid offæ? sed legendum *tæniæ.* ¶ Nænia soricina apud Plaut. *Bacch. 4. 8.* quid sit disceptant eruditi. Putatur dici rem vilem, soricem ipsum, qui captus multis vulneribus confoditur, tanquam dicas cadauer muris. ‖ ¶ Næniam quoque deam veteres coluere, cui sacellum, autore Festo, extra portam Viminalem erat dedicatum.

Næssus, ναισσός, vrbs Thraciæ, patria Constantini regis, à quo etiam condita est, gentile Naisatanus, vel Nesitanus. Steph.

Næuĭă, ναυΐα. Nomen mulieris, à næuo sic appellatæ.

Næuĭus Poëta antiquissimus fuit, cuius extat epitaphium apud Aul. Gell. *cap. 24. lib. 1.* Arrogantiæ (vt inquit Gellius) Campanæ plenum. Hic & Comœdias scripsit, quæ passim citantur à Nonio, & Festo, & Bellum Punicum primum, in quo ipse stipendia fecit, literis prodidit, vt refert Gellius ex autoritate Varr. Hinc Adiect. Næuianus. Cicer. *de clar. Orat.* Illius autem ætatis qui sermo fuerit, ex Næuianis scriptis intelligi potest.

Nævŭs, Corporis insigne, seu genitiua macula. { מוּם *mum.* ὑπερσάρκωσις. GAL. *Marque ou tache naturelle, signe noir en l'homme.* ITAL. *Neo.* GERM. Ein anmall/ein masen welchen eines mit ime auß mutterleib bringt. HISP. *El lunar, señal negro en el hombre.* ANGL. *A mole, a naturall marcke in our natiuitie.* } Cic. *de nat. deor. 1.* At est corpori macula næuus illi tamen hoc lumen videbatur. Plin. *lib. 22. c. 25.* Farina decocta in aceto tollit næuos. Gell. *c. 1. lib. 12.* Vbera quasi quidam Næuuli.

Næuŭlus diminutiuum à næuus, σπιλίδιον, κηλίδιον, parua macula. Gell. *lib. 12. c. 1.* An tu quoque, inquit, putas naturam fœminis mammarum vbera quasi quosdam næuulos venustiores, non liberorum alendorum sed ornandi pectoris causa dedisse?

Næuosus, adiectiuum, qui næuis plenus est.

‖ Nagarba, manipulus fasciculus spicarum, in conum erectus. ‖

Nagis vel Nacidos, vrbs inter Ciliciam & Pamphiliam à Nagide gubernatore condita. Gentile Nagidæus. Est & insula Nagidusa, Steph.

Nagnata, vide *Magnata.*

Nagnia, Vilumbrorum vrbs in Italia Ptol. *lib. 3. c. 1.*

‖ Nago, vacillo, huc & illuc fluctuo. Gl. Isid. Gall. *nager.* ex Græco νήχω. ‖

Naiades, à singul. nominatiuo Naias, vel Naides, à Nais ναιάδες, dicuntur nymphæ fontium, & fluuiorum ἀπὸ τοῦ νάειν, quod, est fluere. { GERM. Die götin der brunnen vnd flüssen. } Porrò hæc dictio nunc tribus, nunc quatuor syllabis effertur. Virg. *Ecl. 6.* Ægle Naiadum pulcherrima, &c. Calphurnius *Eclog. 2.*

Adfuerunt sicco, Dryades pede, Naiades vdo, &c.

Ouid. 4. *Fastor.*

Naiada vulneribus succidit in arbore factis,

Illa perit, fatum Naiados arbor erat.

¶ Est item Nais Nymphæ cuiusdam nomen propriū apud Virg. 2. *Ecl.*

Nāĭcŭs, a, um, Propert. *lib. 2.*

Supposita excipiens Naica dona manu.

Naim, ciuitas Galilææ, duobus millibus distans à monte Thabor. Quo nomine Hebræis significatur fluctus, siue commotio.

Nais, fluuius qui ex Tauro monte nascens, in Pontum mergitur,

Nais, ναΐς, meretrix insignis Steph. *in Eucarpia.*

Nalcua, ναλκύα, vrbs Britanniæ, Ptol. Nunc vulgò dicitur *Ossiforda.*

Nam Coniunctio caussalis, quæ in oratione primum tātùm locum sortitur. { כִּי *chi.* γάρ, οὖν. GALL. *Car.* ITAL. *Percioche, perche.* GERM. Dann HISP. *Ciertamente, coniunçion porque causal.* ANG. *For.* } Plancus Cic. *lib. 10. famil. Epist.* Lepidus ne mediocrem quidem equitatum habebat. Nam etiam ex paucitate eius, non multis ante diebus, decem, qui optimi fuerant, ad me transierunt. Nam quid id refert mea? (i. Quidnam) Plaut. *Curc sc. 1. a. 3.* Nam quò te dicam ire. (i. quonam) *ibid. Curc. sc. 1. a. 1.* Sceleſtissimam te arbitror, s o. Nam quamobrem, (pro quamnam ob rem.) Idem *Amphitr. sc. 1. a. 2* Nam quid modi futurum, (pro quidnam modi. Idem *Menæch. sc. 1. a. 2.* Nam cur istuc dicis? pro curnam) Idem *Amphitr.* ¶ Item pro Equidem, vel næ. Iam pax est inter vos duos? Nam quia vos tranquillos video, gaudeo. *Ibidem sc. 3 a. 3.* Quæ mira video postquam aduenio peregrè. Nam verum est quod olim est auditum fabularier. (i. equidem.) *Ibid. sc. 3. a. 4.* Nam quousque? (pro quónam vsque?) Idem *Asin. sc. 1. a. 1.* In ædibus quid tibi mei nam erat negotij, (pro quidnam.) Idem *Aulul. sc. 2. a. 3.* Cedo cerussam. Am. quid cerussa opus? Nam quî malas oblinam, scilicet. Idem *Mostel. sc. 3. a. 1.* Nam si pulchra est, nimis ornata est (pro, si verò, vel si autem.) *Ibid.*

Nam te non alius belli tenet aptius artes, (pro autem, vel præterea) Tibull. *lib. 4.* Nam quid me rogitas? (pro quidnam) Plaut. *Mostell. sc. 1. a. 2.* Non salutas? Nulla est mihi salus dataria. Nam Pol tantundem accipies, Idem *Pseud. sc. 2. a. 4. i.* Equidem. Nunquam dedisti. Nam pol vna dedi die (pro atqui sanè. Idem *Men. sc. 3. a. 2. 3.* Nam, de inepta ratione Vinciri decet qui rectè asseruandus. Nam ego vinciri volo *Ibid. & Trinum initio.* Terent. *in Andr.* Quidnam hoc rei est: quidnam hic vult veterator sibi? Nam si hîc mali est quicquam, hem, illic est huic rei caput. Idem *in prolog. Andriæ.* Nam in prologis scribundis operam abutitur. Aliquando pro autem, vel simili discretiua particula. Cicer. *lib. famil. Epist. 5.* Pro iis rebus nullam mihi abs te relatam, esse gratiam, tu es optimus testis: contrà etiam esse aliquid abs te profectum ex multis audiui: nam comperisse me, non audeo dicere, ne fortè idipsum verbum ponam quod abs te aiunt falsò in me solere conferri. Idem *in Salust.* Nam quòd in vxorem, atque filiam meam tam petulanter inuectus es. ¶ Solet autem hæc particula *Nam* in compositione postponi, præterquam in *Nanque*, vt Quisnam, vt videre est in exemplo Terentij paulò antè citato ex *Andria*, Quidnam hoc rei est? Olim etiam præponebatur: vt apud eundem. Nam quæ est anus à fratre egressa meo? Vbi *Nam* quæ accipitur pro Quænam. ¶ Nam, etiam pro etenim sæpissimè vsurpatur. Cic. *in Orat.* Nam est longè aliter in versibus. Idem, Nam qui audiunt, hæc duo animaduertunt. Budæus. ¶ Nam pro atqui, sæpe apud Cic. & Plaut. vt *in Capt. sc. 1. a. 3. initio.* Nam pro præterea. Nam ego vos nouisse credo, vt sit pater meus. Plaut *in prolog. Amph.* Nam certò illic vidi, pro atqui. Idem *Milit. sc. 4. a. 2.* Vbi bis diuersè ponitur. Item (Nam) ter repetitum est diuersè in *Pseud. sc. 1. a. 2.*

Namnetæ, ναμνῆται, (alij legunt ναμνῆται) Galliæ Celticæ populi ad Oceanum siti, alio nomine Namnetis dicti: quorum oppidum Condiuincum commemoratur à Ptol. *lib. 2. c. 8.* Vulgò *Nantes.*

‖ Namurcum, *Namur, Namea*, V. E. Belgij, ad Mosum fl. sub A. Cameracensi: caput comitatus Namurcensis, & senatus prouinciæ sedes,

Nancerium. Vide *Lotaringia.*

Nangasacum, *Nangasaci* V E. Iaponiæ, sub A. Goano. ‖

Nannetum, vrbs Britanniæ ducatus. Vulgò *Nantes.*

Nānque, Coniunctio est, qua causa redditur, vt Nam, *que* fere otioso. { כִּי *chi.* γάρ. GALL. *Car.* ITAL. *Per cioche.* GERM. Dann. HISP. *Ciertamente, porque.* ANGL. *For.* } Plancus *Ciceroni. 10. Epistol. famil.* Namque assiduis internuntiis cum Lepido egi, vt omissa omni contentione, reconciliatáque voluntate nostra, communi consilio Reipubl. succurreret. Virg. *in Tityro.*

Nanque erit ille mihi semper deus,

¶ Significat etiam idem quod Sed, seu Verum. Cic. *1. de Orat.* Namque illud quare Scæuola negasti? ¶ Namque si non dabis flagitabere. Plaut. *Ps. sc 5. a. 1.* (pro atqui.) Namque intus potate haud tantillo minus. Idem *Mostell. sc. 1. a. 2.* ¶ Namque etiam pro non primo loco, γάρ. Plin. *lib. 2 c 11.* Defectus eius (Solis) lunæ magnitudinem haud dubia ratione declarat, sicuti terræ paruitatem ipsa deficiens. Nanque cùm sint tres vmbrarum figuræ, &c.

Nancio, pro nanciscor. Prisc. *lib. 10.*

Nāncīscŏr, eris, nactus, A Nancio, cis, fit, secundùm Priscianum, & æquè in bonam & malam partem ponitur, Acquiro, adipiscor, assequor, inuenio. { מָצָא *matsa* קָנָה *kanáh.* καταλαμβάνω, τυγχάνω, ἀνευρίσκω. GALL. *Recouurer, trouuer, rencontrer.* ITAL. *Acquistare, ritrouare, asseguire.* GERM. Bekommen/überkommen/erlangen. HISP. *Hallar adquirir, conseguir.* ANGL. *To gett, to obteine, to find.* } Terent. *in Phorm.* Non triumpho ex nuptiis tuis, si nihil nanciscor mali? Salust. Homines adulescentes summam potestatem nacti. Cicer. *de senect.* ad vitem transtulit, Vitis vt sese erigat, clauiculis, quasi manibus, quicquid est nacta complectitur. Aliquando est casu inuenire. Idem *de Natur. 2.* Alter alterius, vbicunque nactus est oua, frangit. Et *de clar. Orat.* Nactus sum etiā, qui Xenophontis similem se esse cuperet. Idem *de Natur. 3.* At verò aut honoribus aucti, aut re familiari, aut si aliud quippiam nacti sumus fortuiti boni, aut depulimus mali, tum diis gratias agimus. Idem *App. Pul.* Pluribus verbis ad te scribam, quum plus otij nactus ero. Idem *de finib. 1.* Quoniam nacti te sumus aliquando otiosum, rectè audiam quid sit. Lactant. *lib. 6.* Si ducem nactus fuerit, qui dirigat ad meliora titubantem. Hinc Renanciscor quod à veteribus positum est pro reprehendo teste Pompeio. Nullúmne nactus qui posset reparare exercitum. Plaut. *Capt. sc 2. a. 1.* Valentiorem aduersarium nactus si erit. *Ibid. prolog.* Cupio malum nanciscier Idem *Asin. sc. 2. a. 2.* Nactus nescio, quem vbi cœnes. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Littora nacta (nauis) (i. appulsa.) Ouid. *Eleg. 9. lib. 1. Trist.* Mercedem vbi eris nactus remeas. Plaut. *Asin. sc. 3. a. 1.*

Nānĭum, νάνιον. Nomen fictum à Comicis, pro muliere parua, sed pulchra, per diminutionem, blandiendi causa, sicut Glycerium, & huiusmodi. Plaut. *in Prolog. Amphitr.* Etiam histriones Nanio in proscenio hic Iouem inuocauerunt. De ea muliere Athenæus.

Nānum, νάνον, Græci vas aquarium dicunt humile & concauum, quod vulgò vocant situlum barbatum. ¶ Vnde Nani pumiliones appellantur. Hæc ad verbum ex Festo. Meminit Varro: quanquam locus apud Varr. mirificè corruptus est: quem ita legendum putat Scaliger. Vas aquarium vocāt Futum, quo in triclinio allatam aquam infundebant: postea accessit Nanus cum Græco nomine, &c.

Nānŭs, na, um, { גַּמָּד *ghammadh.* νάνος. GALL. *Nain ou nainte.* ITAL. *Nano.* GERM. Ein zwerg/oder kurtz erdmänlen. HISP. *Enano.* ANGL. *A dwarf, à very litle persone.* } teste Gell. *lib. 16. c. 7. & lib. 19. c. 13.* Græcum

cum vocabulum est, quo vocauerunt breui corpore hominem paululùm supra terram extantem, quem Latinè Pumilionem dicimus. Nec de hominibus tantùm, sed de aliis quoque rebus dicitur. Vnde etiam mala nana, quæ alio nomine Melimela vocantur.

‖ Nanus, νάνος genus placentæ Caseo & oleo præparatæ. Athen. *lib.*14. 14. An quod parua? ¶ Nanus Græci vas aquarum dicunt humile & concauum, quod vulgò vocant situlum barbatum.

Naophilax, templi custos.‖

Năpææ, ναπαῖαι, Syluarum deæ, quæ & Dryades dicuntur: nam, νάπη, siue, νάπος, Græcis Saltum significat, siue locum syluosum. Naides autem, vel Naiades dicuntur fontium nymphæ, sicut Oreades montium, Hamadryades arborum, quæ cum arboribus nasci credebantur, & cum iisdē interire. Nereides verò maris nymphæ sūt appellatæ. Virg. 4. *Georg.*

——Faciles venerare Napæas.

Năpæi, ναπαῖοι, populis in Lesbo, ita dicti ab vrbe Napa: vnde & Apollo Napæus dictus est.

Napara, orum, νάπατα, τά, Æthiopiæ, vrbs est: olim Candaces reginæ regia: cuius meminit Strab. *lib.*17.

‖ Napellus herba venenata; quæ sic vocatur à figura napi in radice apparentis. ‖

Năphthă, νάφθας, bituminis flos tenuissimus, circa Babylonem copiossimè proueniens, cui est tanta cum igne cognatio, vt flamma transiliat in eam vndecunque visam. Petroleum. Autor Plin. *lib.*2.*cap.*105. Vulgus Oleum Nedeæ vocat. Ex hoc conficitur ignis penè inextinguibilis, quem Græcanicum appellant. Vide Plutarch. *in Alexand.*

Năpītæ, ναπῖ), populi in Scythia, quorum caput vicus Napis, qui & Napatæ nominantur. Steph.

Năpvs, { βουνιάς. Gall. *Nauet ou naueau.* Ital. *Nauone.* Germ. Ein ronde rüb/steckrub. Hisp. *El nabo.* Angl. *A nauewe or turnep.*} Herba est rapo forma, temperamentóque simillima: quam Galli, seruatis prisci nominis non obscuris vestibus, *Nauettam* appellant. Col. *lib.*2. *c.*10. Napus deuexam terram amat, & siccam. Vide Plin. *lib.*20 *cap.*4. Huius diminutiuum est Napunculus.

Năpīnæ, loca napis consita. { βουνιῶνες. Gall. *Vne nauettiere, lieu où croissent force nauets.* Ital. *Luogo da seminarui nauoni.* Germ. Ein rubgarten oder rubacker. Hisp. *La semiente de nabos.* Angl. *Beddes of nauewes.*} Colum. *lib.*11.*c.*2. Napinæ, itémque rapinæ siccaneis locis per hos dies fiunt.

‖ Napocaulis, ex duobus oleribus compositum nomen habet, quia, dum sit sapere napo similis, non in radice, sed in thyrso conscendit, vt caulis. Isid. *lib.*17.*c.*10.

Napura, funiculus. ‖

Năr, νάρος Steph. Sabinorum fluuius in Fiscello monte nascens, qui per vrbem Narniam fluens, Tyberi immiscetur. Lucanus *lib.*1.

——Qui Nar Tyberino illabitur amni.

Virg. *lib.*7.

Sulphurea Nar albus aqua.

Mela præterea eiusdem nominis fluuium in Illyride constituit, qui ex Adrio monte profluens, non procul ab Epidauro in mare Adriaticum illabitur. Plin. Ptolem. & Strabo Naronem vocant.

Narame, (quod pro Dalmatiæ, siue Illyridis fluuio ineptè legebatur.) Vide naro.

Naracustuma, ναρακύστομα. Secundum Istri fluminis ostium, apud Plin. *lib.*4. *cap.*12.

Narcassis, vrbs æstuaria in Hispania. Steph.

Narbis, ναρβίς, vrbs Illyriæ. Steph.

Nărbo, ναρβῶν, cognomento Martius, olim amplissimum fuit Galliæ Braccatæ emporium, teste Strab. *lib.*4. hodie tutissimū Galliarum aduersùs Hispanos propugnaculū: à quo tota ea pars Galliarum quæ olim Romanorum fuit prouincia, nomen accepit. Narbonam vocat Cæsar 2. *de bell.ciu.* sed in aliis legitur *Narbonem.* { Gall. *Narbonne.* Germ. Narbunen/ein statt in Languendock gegen dem Ronceuall am oberen meer gelegen.} Martium autem Narbonē ex eo dictum putant, quòd eò Cæsar ex Martia legione colonos deduxerit. Cicer. *pro Fonteio*, Est in eadem prouincia Narbo Martius, colonia nostrorum ciuium, speculum pop. Romani, ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. Suet. *in Tiber.c.*4. Narbona colonia in Galliam deducta.

Nărbōnēnsis Gallia, ναρβωνίτης, teste Plin. *lib.*3.*c.*4. dicta fuit tota illa Galliarum pars, quæ interno mari alluitur, antè Braccata dicta à braccis villosæ vestis genere, quibus ea regio præcipuè vtebatur: quum reliqua Gallia à studio nutriēdæ comæ, Comata diceretur. {Die landtschafft Gallia so da begreifft die Prouintz/Languendock/Delphinat/vnd die Saphoyer. } Hæc olim fuit Romanorum prouincia, quam à Narbone Martio, amplissimo eius regionis emporio, hodie munitissimo Galliarum propugnaculo, Narbonensem prouinciam appellabant. Diuiditur ab Italia amne Varo, & Alpium iugis: à reliqua autem Gallia latere Septentrionali Iura & Gebenna montibus.

Narcassus, νάρκασσος, vicus & vrbs Cariæ, inde Narcasseus, Steph.

Narce, νάρκη, torpedo: affectio & piscis

Nărcīssvs, { νάρκισσος. Gall. *Narcisse.* Ital. *Narcisso.* Germ. Ein narcissen rößlin. Hisp. *Vn cierto genero di lirio.* Angl. *A kind. of lilly.*} Lilij genus radice carnosa atque odora flore purpureo, folia in radice habens ad similitudinem foliorum arundinis: sed aliquanto crassiora. Dictus à νάρκη (vt Plin. autor est. *lib.*21. *c.*19. quod stuporem Latinè significat. Nam odor eius caput aggrauat Eius duo sunt genera, vnum purpureo flore, alterum herbaceo. ¶ Poëtæ fabulantur Narcissum puerum fuisse Cephisi amnis, & Lyriopes Nymphæ filium, tanta formæ præstantia, vt quum aliquando ad fontem bibiturus accessisset, conspectæ suæ imaginis amore captus, quum nulla potiendi amoris spes esset, nimio desiderio contabuerit, & in florem sui nominis commutatus sit. Vide Ouid. *lib.*3. *Metam.* Huius monumentum in ora Bœotiæ fuisse tradunt, quod cum silentio viatores præteribant. Vnde & σιωπηλόν, hoc est, taciturnum appellabant. ¶ Est & Narcissus nomen fluuij, & nomen liberti potentissimi Claudij.

Nărcīsīnūs, a, um, ναρκίσσινος, quod ex narcisso fit: vt oleum narcissinum, ναρκισσέλαιον. Plin. *lib.*21. *c.*19. Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias. Inde etiam Narcissinum vnguentum, quod ex flore narcissi fieri solebat, sed statim obliteratum est: vt refert idem Plin. *lib.*13.*c.*1.

Nārcīssītēs, ναρκισσίτης. Gemma appellata est, quæ narcissi colorem habet, venis hederæ distincta. Huius meminit Plin. *lib.*37.*cap.*11.

Nārcōtĭcă, ναρκωτικά. Medici nostri temporis appellant medicamenta; quibus stupor conciliatur, ac torpor, aduersùs sensum doloris & cruciatum. ἀπὸ τῆς νάρκης, quod stuporem significat.

‖ Narcoticus, a, um, ναρκωτικός, ή, όν, habens vim conciliandi torporem, aduersùs doloris sensum. ‖

Nardosphærum, vide *Hardosphærum.*

Nārdvs, { נרד *nerd.* ἡ νάρδος.} fœmin. gen. & Nardum neutri, Frutex est teste Plinio *lib.*12. *c.*12. graui & crassa radice, sed breui ac nigra, fragilique, quamuis pingui, situm redolente, vt cyperi, aspero sapore, folio paruo densóque, cacumina in aristas se spargit: ideò gemina dote nardi spicas, & folia concelebrant. Eius duo sunt genera, Indicum & Syriacum, non quòd ex iis regionibus afferatur, sed quòd montes, in quibus nascitur, aut Indiam, aut Syriam spectent. Retinet hæc herba etiam hodie nomen suum in officinis. ¶ Est præterea herba huic non dissimilis, quam ob id Pseudonardum vocant, folio crassiore, carnoso, angusto, colore languido in candidum vergente, frequentibus spicis in aristas sparsis, flosculis purpureis. Gaudet petrosis locis & apricis; tanta suauitatis fragrantia, vt omnes flores odoris suauitate prouocet: qua dote in vestibus inseritur. Duo etiam huius sunt genera, vnum procerius adolescit, & maiorem spirat odorem: quod quia non minus, quàm nardum placet, sibi spicæ nomen apud nos arrogauit. Vulgus *Aspicum* vocat. ¶ Alterum tum amplitudine, tum odore minus, quod quia balneis & lauacris experitur, *Lauanda* vulgò, & *Lauandula* appellatur: quam nonnulli malè putant esse nardum Celticam, vt postea docebimus. Vtraque pseudonardi specie Narbonensis prouincia maximè abundat, adeò vt & montes, & campi iis vestiantur. Nardus autem Gallica, siue Celtica, herba est ab hisce diuersa, folia habens longiuscula, & flauescentia, florémque luteum, quæ, teste Plinio, cum radice velli solet, & in manuales fasciculos digeri. Hæc alio nomine appellatur Saliunca: vt docet Ruellius *lib.*2. *c.*6.*&* 7.ex quo hæc excerpsimus. ¶‖Nardus pistica, vel nardum pisticum apud Euangelistas. Gloss Isidori, Nardum pisticum chrisma siue impostura. ¶ Nardus Italica, lauendula ab odore aromatico nardi. vide *Lauandula.* ¶ Nardus montana, Valerianæ paruæ persimilis herba quia nardo viribus similis vrinam plus mouet, quàm aut Indica, aut Syriaca nardus. Label ¶ Nardus rustica herba, asarum, floribus purpureis, odore nardi. Haselcourt.‖¶ Ex nardo fiebant pretiosissima vnguenta, quibus Romani solebant capillos delibutos gestare. Tibull. *lib.*2. *Eleg.*2.

Illius puro distillent tempora nardo.

Nārdīnūs, adiect. vt Nardum pyra, dicuntur ab odore, scilicet quæ nardum redolent, ναρδίζοντα. Plin. *lib.*15.*c.*13. Pyra ab odore myrapia, laurea nardina. ¶ Nardinum pen. corr. νάρδινον vnguentum ex nardo factum, addito omphacio, balanino, iunco, costo, amomo, myrrha, & balsamo. Alio nomine dicitur Foliatum. Plin. *lib.* 13.*c.*1.

‖ Nardificat, fragrat. Gloss. A. L. Græcis ναρδίζειν, est nardum ore referre.

Nardites ναρδίτης, vinum nardi odore conditum.

Narditis, idis, ναρδῖτις, nardus montana. ‖

Nārēs, { חנאף *aph.* ῥῖνες. Gal. *Narines.* Ital. *Narice, buchi del naso.* Germ. Die naßlöcher. Hisp. *Las narizes.* Angl. *The nosethrilles.* } Propriè nasi latiores partes, in quibus sunt spiracula, à naritate, siue gnaritate, (vt inquit Donatus) quòd nos odoratu doceant præstò ac propè esse quòd adhuc oculi non vident. Siue, vt alij volunt, quòd per eas odor, vel spiritus nare non desinat. Vel à Græco ῥῖνες per inuersionem literarum vt τέγω tenet, Cicer. 2. *de natura deorum.* Itémque nares, eo quòd omnis odor ad superiora fertur, rectè sursum sunt. Persius *Satyr.* 1.—balba de nare locutus. Ouid. 1. *de Arte.*

Inque caua nullus stet tibi nare pilus.

Virg. *lib.*3. *Georg.*

Collectúmque premens voluit sub naribus ignem.

Ouid. vsus est singulari pro naso, *Pandaque naris erat.* ¶ Naribus aduncis indulgere, à Persio *Satyr.* 1. dictum est, Murmellio teste, pro naribus in rugam contractis irridere, & subsannare, Verba Persij sunt,

——nunc non è manibus illis,
Nunc non è tumulo fortunatáque fauilla
Nascentur violæ? rides, ait, & nimis vncis
Naribus indulges.

Simile est illud apud Horatium *lib.*1. *Serm.Satyr.*6.

——Naso populum suspendis adunco.

De quo latiùs in dictione *Nasus.* ¶ Emunctæ naris homo, is dicitur qui nares habet emunctas & purgatas, hoc est, qui facilè rem subodorat: vnde & pro prudenti & sagaci accipitur. Horat. *lib.*1.*Serm.Satyr.*4.

Hinc omnes pendet Lucilius hosce secutus,
Muratis tantùm pedibus, numerisque facetus,
Emunctæ naris, durus componere versus.

Obesæ naris iuuenis, apud Horatium *Epod.*12. qui nihil olfacit. Corrugare nares. Idem 1.*Epist.*5.

——ne sordida mappa
Corruget nares.

Plaut. *Curc.sc.*2.*a.*1. Flos veteris vini naribus obiectus est.

‖ Nario, is, iui, nares fricare. i.e. illudere. Germ. Enien narren.

Nario subsannans. Gloss Isid. à *nare*, qui naribus vncis indulget.

Naris propriè nasi foramen: sed & latior nasi pars, in qua illa foramina; etiam aliquando totus nasus, synecdochicè. ‖

Narica, est genus piscis minuti. Plaut. Muriaticam video in vasis stanneis naricam bonam, & canatam, & taguma, quinas fartas conchas piscinarias. Naticem piscem leges apud antiquos per t, non per r, & videtur à natando dictus. Hæc Festus.

‖ Narita, ostrei genus, formâ buccinis proximâ. Græcis ναρίτης. ‖

Naritia, vide *Narycium*

Naritius dux Vlyssis. Ouid. *Eleg.4.lib.1. Trist.* Vide *Neritius.*

Narmalis, νάρμαλις, vrbs Pisidiæ, gentile Narmaleis.

Nārnĭă, νάρνια Stephano, vulgò *Narni.* Vmbriæ ciuitas, per quam Nar fluuius, νάρ Stephano, labitur, à quo & nomen accepit. Liu. *lib.* 10. A Nare flumine Narina appellata.

Narniensis, ναρνιάται, Narinæ populi.

Naron, siue Naro, onis, νάρων, vulgò *Narenta*, fluuius Dalmatiæ, siue Illyrij, iuxta Epidaurum in mare Adriaticum influens: quem Pomponius Mela, Narem appellat. Vide suprà in dictione *Nar.*

Nārōnă. Liburniæ oppidum, oppositum Naroni fluuio: vnde & nomen accepit, à Solonio LXXII. M. pass. distans. Autor Plin. *lib.4.c.22.*

NARRO, as, Dico, recito, enarro, recenseo. { ספר *sippér* אמר *amár* השתעה *hischtahâh.* διηγέομαι. GALL. *Raconter, reciter, conter.* ITAL. *Narrare, racontare, dire.* GERM. Erzellen/sagen. HISP. *Contar historias ò razones, dizir.* ANGL. *To shew, to declaire, to rehearse, to make mention.* } Narrare. i. narum, siue gnarum facere: vnde gnarigare dicebant narrare, Festus, Passerat, gnarrare. Vet. gl. Terent, *in Eunuch.* Narra istuc quæso quid fiet. *ibid.* Tu isti narrato omnem rem ordine, vt factum siet. Propert. *lib.2. Eleg.* 1.

Nauita de ventis, de tauris narrat arator.

¶ Fabellam narrare surdo asello, Horat. 2. *Epist.* 1. Quid narras? Admirantis vox, non interrogantis, inquit Donatus, Terent. *Adelph.* Quid (malum) bone vir mihi narras? equidem perij. An hîc ita mos est, peregrino vt aduenienti narrent fabulas? Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 5. Vxor quid hic narrauit tibi? *Ibid. sc* 2. *a.* 4. Narrare somnium. Idem *Curc. sc.* 1. *a* 2. *& sc.* 2. *a.* 2. Quod argentum? quas tu mihi tricas narras? Ibid. *sc.* 2. *a.* 5. Quid morbi esse dixeras, narra senex. Idem *Menæch. sc.* 4. *a.* 5. Quid epistola ista narret. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Quid ait? quid narrat? quid dicit tibi? *Ibid. sc.* 6. *a.* 4. Narrando fallere tempora labentia tardè, Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Narrant pro Dicunt. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Solui enim pericula & metus, narrant. Huius composita Denarro, Enarro, & Prænarro.

Nărrātĭo, nis, quæ est rerum gestarum expositio, alicuius rei longa commemoratio, & ponitur pro ea orationis parte à Rhetoribus, qua quemadmodum res gesta est de qua agitur, solet exponi. { פרשה *paraschâh* שנינה *scheninâh.* διήγησις. GAL. *Narration, recit.* ITAL. *Narratione.* GERM. Erzellung. HISP. *Obra de contar ò dezir, narracion.* ANGL. *Narration, a telling of any thing.* } Cic. 2. *de Orat.* Obscura narratio totam occæcat orationem. Idem *in Orat.* Credibiles non historico, sed propè quotidiano sermone dilucidè explicatæ narrationes.

Nărrātĭuncŭlă, Parua narratio. { διηγημάτιον. GALL. *Petit recit & narration.* ITAL. *Picciola narratione.* GERM. Ein kleine oder kurtze erzellung. HISP. *Pequeña narracion.* ANG. *A litle narration.* } Quint. *lib.* 10. *c.* 9. Narratiunculas à poëtis celebratas notitiæ causa, non eloquentiæ tractandas puto.

Nărrātŏr, is, qui narrat. { מספר *mesappér.* διηγητής. GAL. *Racontant, qui recite ou conte.* ITAL. *Chi narra ò racconta.* GERM. Ein erzeller. HISP. *Contador assi.* ANG. *That maketh narration or mention of any thing.* } Cic. 2. *de Orat.* Cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.

Nărrātŭs, a, um, participium. { מספר *mesuppár.* διηγηθείς. GALL. *Narré, recité, raconté.* ITAL. *Narrato, raccontato.* GERM. Erzelt. HISP. *Contado, narrado.* ANGL. *Recited, mentioned.* } Ouid. 3. *de Ponto, eleg.* 2.

Fabula narrata est postquam vulgaris ab illo,
Laudarunt omnes facta, piámque fidem.

Nārrātŭs, us, ui. { פרשה *paraschâh* שנינה *scheninâh.* διήγησις. } Ouid. 6. *Metam.*

——— veniet narratibus hora
Tempestiua meis.

Nārrābĭlĭs, e. { διηγητός. GALL. *Qui se peut raconter.* ITAL. *Che si puo raccontare.* GERM. Das zu erzellen ist. HISP. *Cosa que se puede assi contar.* ANGL. *That may be rehersed and declared.* } Ouid. 2. *de Ponto, eleg.* 2.

Lingua sile, non est vltrà narrabile quicquam.

Nārsēs, ναρσῆς, Suidæ, Eunuchus, Iustiniani principis cubicularius: bibliopola prius, deinde ob animi virtutem patritiatus honore auctus, vir religione pietatéque præditus. Is in locum Belisarij ducis in Italiam missus, decem annos variis euentibus pugnauit, tandémque Gothos insigni prælio fudit ad Anienem fluuium, quem & ponte primus instrauit: quarum rerum nequando vlla temporum diuturnitate memoria obscuraretur, saxo eas insculpendas curauit insigni epigrammate, quod etiam hodie in Anienis ponte legitur. De quo vide apud Volaterranum.

‖ Narta, νάρτη Putatur esse νάρκαφθον, vel νάσκαφθον, quod & λάκαφθον, aroma corticosum, simile sycomori libro, quod iucundi odoris gratia suffitur‖

NĀRTHĒCĬĂ, æ, ναρθηκία. Species ferulæ humilioris, quæ ad iustam altitudinem narthecis non assurgit, folia habens maxima, vt quæque terræ proxima. Dicta videtur Narthecia per diminutionem, à fruticis humilitate: quare etiam à quibusdam Ferula minor, & ab aliis Ferulago appellatur. Plin. *lib.* 13. *cap.* 12. de ferula loquens, Duo eius sunt genera: Narthecia Græci vocant assurgentem in altitudinem, Nartheciam verò semper humilem.

Nārthēcĭum, ij, { ναρθήκιον. ANGL. *Aspicerie, a place to keep spice in.* } Dicitur repositorium medicamentorum ita dictum quòd narthecis, hoc est, ferulæ lignum ad medicamenta asseruanda esset accomodatissimum: vnde primò Narthecia appellata sunt vasa medicamentaria, quæ ex ferula conficiebantur: postea verò quæuis vasa in hunc vsum comparata, quamuis ex ferula confecta non essent, hoc nomine dici cœperunt. Cic. 2. *de fin.* Iam doloris medicamenta illa epicurea tanquam de narthecio promant. Martial. *lib.* 14. *Epigr.* 78.

Artis opes medicæ narthecia cernis habere.

Nārthēcūsă, ναρθήκουσα, insula est in mari Carpathio, cuius meminit Plin. *lib.* 5. *c.* 31.

NĀRTHĒX, icis, νάρθηξ. Arbuscula est, lignum foris corticis loco habens, intus autem ligni loco fungosam medullam. Plin. *lib.* 13. *c.* 22. Ferulam appellat, ponítque duo genera ferularum, Nartheca, quæ in iustam excrescit altitudinem: & Nartheciam, hoc est, minorem ferulam, quæ non altè ab humo attollitur. Et ferulam, inquit, inter externas dixisse conuenit, arborúmque generi ascripsisse: quoniam quarundam naturæ (sicut distinguemus) lignum omne corticis loco habent, hoc est, forinsecus: ligni autem loco fungosam intus medullam, vt sambuci: quædam verò inanitatem, vt arundines. Ferula calidis nascitur locis, atque trans maria geniculatis nodata scapis. Duo eius genera. Nartheca Græci vocant assurgentem in altitudinem: Nartheciam verò semper humilem. Hæc ille. A Narthex autem dicti sunt.

Narthecophori, ναρθηκοφόροι, Bacchi ministri, quasi Thyrsigeri, Nam thyrsi antiquitus etiam ex ferulis fiebant.

‖ Narthex etiam est insula ad Samum. Strab. *lib.* 14.

Natus, gnarus, id vide.

Narus, vrbs Liuoniæ, ad fluuium eiusdem nominis, qui Liuoniam à Moscorum ditione dirimit.‖

Nārycium, ναρύκιον, quod & Naryx, νάρυξ, & Naryce, ναρυκή, dicitur, oppidum fuit Locrorum vetustissimum: à quo Aiax Narycius, & populi Narycij dicti sunt. Virg. 3. *Æneid.*

Hic & Narycij posuerunt mœnia Locri.

Abundat autem pice optima quæ Narycia dicitur. Virg. 2. *Georg.*

Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum,
Naryciæque picis lucos.

Nasale, ornamentum equorum. Gloss. Isid. Vet. Vocab.

Nasile, quod nasum protegat.

Năsămōnēs, νασαμῶνες, sunt populi Libyæ, nauium Syrtibus inuolutarum spoliatores. Lucanus *lib.* 9.

Hoc tam segne solum raras tamen exerit herbas,
Quas Nasamon, gens dira legit qui proxima ponto
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis
Syrtis alit, nam littoreis populator arenis
Imminet, & nullos portus tangente carina
Nouit opes: sic cum toto commercia mundo
Naufragiis Nasamones habent.

¶ Hinc Nasamonius & Nasamoniacus adiectiua.

Nasamonites, νασαμωνίτης, gemma, quæ quum sanguinea sit, scatet nigricantibus venis. Plin. *lib.* 17. *c.* 10.

NASCŎR, eris, natus, notæ significationis. { נולד *noládh.* φύομαι, γίνομαι, γεννῶμαι. GALL. *Naistre.* ITAL. *Nascere.* GERM. Geboren werden. HISP. *Nacer.* ANG. *To be borne.* } Plin. *lib.* 10. *c.* 53. Aues omnes in pedes nascuntur contra quàm reliqua animalia. Salust. L. Catilina nobili genere natus fuit magna vi animi & corporis. ‖ ¶ Nasci, pro in lucem & notitiam prodire, postquam antè formatum fuit. Ita in symbolo dicimus, *Natus ex Maria Virgine.* ¶ Pro quoquomodo oriri, seu produci. ¶ transfertur etiam ea vox ad diuina Sic enim filius Dei, λόγος, dicitur natus ab æterno à Patre, h. e. ineffabili ac incomprehensibili modo, eóque sanctissimo de substantia Patris genitus esse, tanquam imago eius perfectissima. ¶ Nasci in cordibus nostris dicitur Christus, non quod ibi ille existere incipiat, sed quatenus eius cognitio & amor ibi esse incipit.‖ ¶ Natus laudi, & ad laudem. Cic. *pro Sext.* Qui se patriæ, qui ciuibus suis, qui laudi, qui gloriæ, non somno, non conuiuiis, non delectationi natos arbitrantur. *Ibid.* Nam quid ageret vir ad dignitatem & gloriam natus? Horat. 1. *Epist.* 2.

Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.

Ad nascendos homines vim habere (certum aliquem numerum sup.) Gell. *c.* 10. *lib.* 3. Quos lege nascendi superstites optamus. Senec. *c.* 10. *de consul. ad Martiam.*

Tactáque nascenti corpus haberet humus,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Nascenti mors determinata. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Nasci impunè nulli contigit. *Ibidem c.* 13. Omnia nostra scripta dum nascuntur, nobis placent. Quintil. Neque postquam sum natus, habui nisi te seruum. Plaut. *Amphitr.* Cicer. *de senectute*, Mortuus est (quum ego quinque & sexaginta annos natus, legem Voconiam voce magna & bonis lateribus suasissem) annos septuaginta natus: tot enim vixit Ennius. Idem *de Amicitia.* Magna etiam dissidia, & plerunque iusta nasci. ¶ Huius verbi composita sunt, Annascor, Connascor, ¶ Enascor, Ex re aliqua nascor. ἐκφύομαι. Iustinus *lib.* 1. Hic per somnum videt ex naturalibus filiæ (quam vnicam habebat) vitem enatam, cuius palmite omnis Asia adumbratur. ¶ Denascor, decresco, deficio, morior, ἀποφύομαι. Cassius *Hemina lib.* 2. *Animalium*, Quæ nata sunt omnia, denasci aiunt. ¶ Innascor, intus nascor. ἐμφύομαι. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Sed illud odiosum, quod in hac elatione & magnitudine animi, facillimè pertinacia & nimia cupiditas principatus innascitur. ¶ Internascor, In medio nascor, διαφύομαι. Col. *lib.* 5. Ne autem pampinarius palmes internatus, &c. ¶ Obnascor, Circumnascor, περιφύομαι. Renascor, rursus nascor, ἀναγεννῶμαι. Lactant. *lib.* 7. Itaque renasci eas putauerunt. Pronascor, Ortum habeo, προέρχομαι. Ter. *in Phorm.* Aiunt illam ciuem Atticam, bonam, bonis prognatam.

‖ Nascendus, a, um, qui nascetur.‖

Natus, a, um, participium à Nascor. { נולד *noládh*, γεννητός. GALL. *Nay ou né.* ITAL. *Nato.* GERM. Geboren. HISP. *Nacido.* ANGL. *Borne.* } Terent. *in Heaut.* Annos sexaginta natus es, aut plus eo, vt conicio. Pro re nata, hoc est, pro præsenti rerum statu, & vti res nunc se habent. Cic. *ad Attic. lib.* 3. Animaduertendum posse pro re nata te non incommodè ad me in Albanum venire. *Ibid.* in his locis pro re nata non incommodè possunt esse. ¶ Ita natus locus est. (i. eiusmodi est loci à natura situs.) Liu. 9. *ab Vrb.* ¶ Natus sermo super cœnam. Suet. *in Cas. c.* 87. Pauper natus in armis. Tibull. *lib.* 4.

Si memor es de quo mihi sit Proserpina nata,

Ouid. 4. *Fast.* Neque postquam sum natus intra portam penetraui pedem. Plaut. *Menæch. sc.* 4. *a.* 2. Vsus natæ rei ita erat. Gell. *cap.* 13. *lib.* 13. Natum eum nemo putat. Martial. *epigr.* 27. *lib.* 10. *& Epigram.* 63. *lib.* 8. Plus triginta annos sum natus cum Interea. Plaut. *Men. sc. plus triginta.* Securáque in otia natus, Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.* Homo quando hic natus est, similis est nouarum ædium. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. fratres germanos duos geminos vna matre, vno patre natos, vno die. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Seni huic fuerunt filij nati duo. Idem *Capt. prolog* Auctus nato filio. Gell. *c.* 1. *lib.* 12. Facinus apud nos natum nouum. Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 1. Suum repetunt, alienum reddunt nato nemini. Idem *sc.* 3. *a.* 1. Libera ego sum nata. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5.

Nātus, i, nomen substantiuum, Gnatus, filius, sicut nata, siue gnata pro filia. Dissimulabat cultu natum. Ouid. 13. *Metam.* Concede huc mea nata. Plaut. *Menach. sc. 2. a. 5.* ¶ Nati, pro libris, qui sunt fœtus ingenij, Ouid. *Eleg. vlt. lib. 3. Trist.*

Tres mihi sunt nati, contagia nostra secuti. (i. libri amorum.)

Idem *El. 1. lib. 3. ibid.* { ילד jéledh. ὁ παῖς. GALL. *Vn fils.* ITAL. *Figliuolo.* GERM. Ein sohn HISP. *Hijo.* ANGL. *A sonne.* } ἡ παῖς. GALL. *Vne fille.* ITAL. *Figliuola.* GERM. Ein tochter. HISP. *La hija.* } Virg. 1. *Æneid.*

Nate mea vires, mea magna potentia solus.

Idem 3. Æneid.

Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Cic. *de Amic.* Primùm ex ea charitate, quæ est inter natos & parentes, quæ dirimi, nisi detestabili scelere, non potest. Virg. 1. *Æneid.* Maxima natarum Priami. Horat. 2. *Serm. Satyr. 3.*

Tu quum pro vitula statuas dulcem Aulide natam
Ante aras, spargisque mola caput, improbe, salsa.

¶ Natorum appellatio (inquit Modestin. ad nepotes extenditur. ¶ Addimus quandoque, & dicimus Gnatus, Gnata, quæ semper sunt substantiua. ¶ Natos etiam pullos equarum dixit Col. *lib. 6. c. 27.* Id præcipuè genus pecudis amore natorum, nisi fiat potestas, noxam trahit.

Nātū, Ablatiuus est solus sine nominatiuo, aliòve casu vsitato, iungitúrque cum his adiectiuis Magnus, Paruus, & grandis, ἡλικίᾳ. Cic. *in Cat.* Quanquam eum colore cœpi, non admodum grandem natu, sed tamen iam ætate prouectum. Terent. *Adelph.* Id mea minimè refert, qui sum natu maximus. Liu. 1. *ab Vrbe*, Sed de istis rebus in patria maiores natu consulemus. Plaut. *Aulul. sc. 3. a. 1.* Sed est grandior natu: media est ætas mulieris. (i. non est Iuuenis.) Item, Magno natu quidam Liu. 2. *ab Vrb.*

Nātio, nis, genus hominum (inquit Festus) qui non aliunde, sed ibi nati sunt. { גוי ghoi לאם leóm. ἔθνος. GALL. *Nation, gent.* ITAL. *Natione.* GERM. Ein volck das in einem Land geboren ist. HISP. *La nacion.* ANG. *A nation or cuntry.* } Plaut. *in Menach.* Nanque Epidamnea natio est hæc ita hominum, Voluptarij, atque potatores maximi. Plin. *lib. 12. cap. 25.* Color in quacunque natione præfertur rufus. Erudita illa Græcorum natio. Cic. 1. *de Orat.* Inanes & barbaræ nationes. Idem *ad Quint. frat. lib. 1.* Idem *de prouinc. consul.* Cæsar cum acerrimis nationibus Germanorum & Heluetiorum, præliis multis felicissimè decertauit. Idem *pro Font.* Verùm etiam exteris nationibus ac gentibus ostendere, &c. Dimidiam partem nationum vsque omnium subegit. Plaut. *Curcul. sc. 1. a. 3.* Ita est hominum natio, sunt potatores maximi. Idem *Menæch. sc. 1. a 2.* Gell. *c. 11. lib. 15.* Si vlla meretrix meam domum introiuit, & omnium nationum postremissimum, nequissimúmque existimatote. Nationis autem vocabulum latius extenditur, quàm Gentis: nam in eadem natione plures possunt esse gentes. Neque enim omnes qui eiusdem sunt nationis, ex eadem sunt gente. ¶ In pecoribus quoque (vt inquit Festus) bonus prouentus fœturæ, bona natio dicitur. ¶ Dicitur & de rebus inanimitatis. De melle, Plin. *lib. 11. c. 24.* Mellis causas atque differentias nationésque & iudicationem, in apium ac deinde florum natura diximus. De resina. Idem *lib. 14. c. 6.* Resinam è supradictis arboribus gigni docuimus, & genera eius & nationes in ratione vini, ac posteà in arboribus. ¶ Natio quoque ordinem, societatem, sectam & genus hominum significat. Cicer. *pro Sest.* Nimirum hoc illud est, quod de me potissimum in accusatione quam ei, quæ esset nostra natio optimatium.

Nātio, nomen deæ, natiuitatum præsidis. de qua sic Cic. 3. *de nat. deor.* Furiæ deæ sunt, speculatrices, credo, & vindices facinorum, & sceleris. Quòd si tales dij sunt, vt rebus humanis intersint, Natio quoque Dea putanda est: cui, quum fana circuimus in agro Ardeati, rem diuinam facere solemus: quæ quia partus matronarum tueatur, à nascentibus Natio nominata est.

Nātālis, e. Natalitius, quod ad natiuitatem pertinet { γενεθλιακός. GALL. *De la naissance ou natiuité.* ITAL. *Natale.* GERM. Das der geburt ist/ oder darzu gehört. HISP. *Cosa perteneciente al nacimiento, natiuidad.* ANGL *That belongeth to the natiuitie or birth.* } Vnde Natalis dies dicitur is, quo quis natus est. γενέθλιος. Cic. *ad Atticum lib. 3.* Natali die tuo scripsisti epistolam. Ter. *in Phorm.* Porrò autem alio, vbi erit puero natalis dies. Cicer. *Attic. lib. 6* Quum is dies casu Bruti natalis esset. Idem 2. *de Diuinatione*, Chaldæis in prædictione, & in notatione cuiusque vitæ ex natali die minimè credendum. Agere diem natalem. Cic. *de finibus.* Vocatus ad cœnam? E. Quid dum? quia mihi est natalis dies. Plaut. *Capt. sc. 2. a. 1.* Hic est (anulus) quem tibi misi natali. Idem *Curc. sc. 2. a. 5.* Hodie meus est natalis dies, volo (vos) magnificè accipere. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.*

Lucifer amborum natalibus adfuit idem:
Vna celebrata est per duo liba dies.

Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Mittam huic suo die natali malam rem. Plaut. *Ps. sc. 3. a. 1.* Emortualem (diem) facere ex natali die. *Ibid. sc. 7. a. 4.* Natalis adest. Ouid *Eleg. 13. lib. 3. Trist.* ¶ Item, De die natali ac eius ritu. Idem Ouid. *Ibid.* ¶ Interdum supprimitur substantiuum Dies, vt quod facilè queat intelligi. Virg. 2. *Eclog.*

Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola.

¶ Natale solum, Patria in qua quis natus est. πατρίς. Ouid. 1. *de Ponto*,

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

¶ Dicitur & Natalis de rebus inanimatis pro nascens. Plin. *lib. 37. c. 4.* Similis est huic quidem Arabicus, minor tantùm, similiter & nascens, cæterùm pallor gentis, & in auro non nisi excellentissimo natalis, de Adamante. Natalis vrbis, id est, dies qua condita fuit vrbs. Idem *lib. 14. c. 4.* Ea cæli temperies fulsit quam cocturam vocant, Solis opere natali vrbis DC. XXXIV. id est, vrbe condita. Ci *pro Flacc.* O Nonæ illæ Decembres quæ me Consule fuistis: quem ego diem verè natalem huius vrbis, aut certè salutarem appellare possum. De Natali, vide Sueton. *in Calig. c. 26.* de Natali vrbis Romæ, Plutarch. *in Rom.* Natales magnorum virorum celebrare. Senec. *Epist. 65.* Qui memor accepti per me Natalis, i. vitæ. Ouid. 5. *Fast.* Natalis item dicitur semen è quo aliquid nascitur. Plin. *lib 17 cap. 10.* E cupresso fœmina pilulæ collectæ, quibus docui mensibus, siccantur sole: ruptáque emittunt semen, formicis mirè expetitum: ampliato etiam miraculo, tantuli animalis, cibo absumi natalem tantarum arborum.

Nātālēs, plurali tantùm numero, id est, generis nobilitas. Diomed. *lib. 1.* { מולדת molédheth משפחה mischpachah. γένος. GAL. *Parenté, parentage, famille.* ITAL. *Famiglia, parentato.* GERM. Das herkommen von der geburt/ der stamm/ das geschlecht. HISP *El estado en que cade vne nasce, parentesco.* ANGL. *To stock and familie where of one cometh, parētage.* Ius libertatis quod natura principio generi humano æquabiliter tribuit, vt alter alterius ne pareret imperio: vel ius Ingenuitatis, quod Seruitus & manumissio ademit. Hinc restituere natalibus est quum princeps liberis ingenuitatis ius ac dignitatem tribuit. Et restituti natalibus sunt, qui quum liberti essent, eo loco beneficio principis habentur, quasi nunquam serui fuissent. *l. 3. D. de bon. libert l. 4. D. de iure aureor. anul.* ¶ Dicitur tamen natalibus restitui non modò libertus, sed etiam plebeius & ignobilis, quum ad nobilitatem asciscitur, quamuis à nobilibus ortus non est. Itaque natalibus restituere, i. quòd vulgò dicitur *Nobilitare.* Cornel. Tacit. Aderat Cornelius Fuscus vrgens ætate claris natalibus. Plin. *in Epist. ad Messennium lib. 3.* in malam partem accepit, pro ignobilitate & sordibus generis, Nonnunquam (inquit) candidatus, aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat, ¶ Iuuenal. *Satyr. 6.* etiam pro celebritate diei natalis sumpsit,

Palmam inter dominas virtus natalibus æquat.

id est, non aliter à victoria exhilaratur, quàm si dies natales celebrentur. ¶ Natales, etiam pro annis accipiuntur. Sappho *Phaoni in ep. Heroid.* Sex mihi natales ierant. Tot enim dies celebrantur natales, quot aguntur. ¶ Natales diuersarum gentium. Plin. *lib. 7. c. 11.* Diuersarum quidem gentium natales tam concordi figura reperire, super omnem esse taxationem. Natales videtur vsurpasse pro origine, & generis principio.

|| Natalia, pro die natali.

Natalis, pro festo die aut solemnitate. ¶ Pro semine, genere & prosapia. ¶ Natalis Deus, genius, qui colebatur à viris. ¶ Natalis Dea, Iuno. ||

Nātālĭtĭūs, a, um, quod ad Natales, siue ad natiuitatem pertinet, natalis { γενεθλιακός. GAL. *De natiuité, appartenant à naissance.* ITAL. *Della natiuità.* GERM. Daß zu der geburt geört. *Cosa pertenneciente à nacimiento.* ANGL. *That belongeth to the natiuitie or birth.* } Cic. 2. *de diuinatione.* Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. Et *paulò pòst*, Chaldæi notant sydera natalitia.

Nātālĭtĭă, orum, Celebritates quibus quis diem suum natalem colit, siue ipsum conuiuium quod quis natali suo die amicis præbet. γενέθλια. Cic. *de Philipp.* Hodie non descendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. cui? neminem nominabo: putatore eum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum Ballioni. Natalitia prædicta, id est, diuinationes astrologorum, inquit Budæus. Cicer. 2. *diuinat.* Sic isti disputant, qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. Et *paulò pòst*, Notent sidera natalitia.

Nātīuūs, a, um, quod nullo artificio confectum est, sed tale omnino est, quale nascitur, naturalis, genuinus. { γνήσιος. GAL. *Natif, naturel, qui vient de nature.* ITAL. *Natiuo.* GERM. Natürlich/angeboren. HISP. *Cosa natural nacido.* ANGL *Natiue, naturell* } Plin. *lib. 31. cap. 7.* Sunt & montes natiui salis, vt Indis Oromenus. Gell. *lib. 12. cap. 1.* Propterea obliteratis, & abolitis natiuæ pietatis affectibus. Cato apud Gell. *c. 3. lib. 7.* Cogitate quanto nos nostri natiui cautiùs facimus. Et natiuæ lanæ, apud Plinium *lib. 8. cap. 47.* dicuntur, quæ natiuum colorem retinent. ¶ Natiuum malum, id est, innatum, ingenitum. Cic. *pro domo sua*, Nonne fuit eo maior adhibenda medicina, quæ & illud natiuum, & delectum malum sanare posset? ¶ Natiui Dei, qui nascuntur, & occidunt. Cicero *de natura deorum 1.* Anaximandri autem opinio est natiuos esse deos, longis interuallis orientes, occidentésque. ¶ Natiua verba quæ primitiua, seu primæ positionis vocant Grammatici: quibus opponuntur Reperta, id est, deriuata. Cicer. *in Partition*: Simplicia verba partim natiua sunt, partim reperta. Natiua ea quæ significata sunt sensu: Reperta, quæ ex his facta sunt. ¶ Natiuus color, naturalis, qui nulla arte, sed natura producitur, modò in albedinem tendat, modò in nigredinem: non tamen perfectè aut albus, aut niger. Plin. *lib. 26. c. 4.* Natiuus calor albus, Leucophæus appellatur, ab eo quòd Græci album vocant λευκόν, & φαιός, fuscum, siue pullum. Huic contrarius Bæticus, vel Pullus vocatur. Plin. *lib. 32. c. 10.* Iecur rubetæ, vel cor adligatur in panno leucophæo, & quartanis prodest. Hinc Leucophæati, qui rudiori alba veste, ac vili, & natiui coloris induti sunt. Martial. *lib. 1.*

Amator ille tristium lacernarum,
Et bæticatus simul & leucophæatus.

|| Natiuum, pro nato, seu orto ||

Nātĭuĭtās, atis, Ortus. { הולדת hulédheth מולדת molédheth. γένεσις, γέννησις. GAL. *Natiuité, naissance.* ITAL. *Natiuita, Nascimento.* GERM Die geburt. HISP. *Nacimiento.* ANGL. *Natiuitie, birth.* Vlp. *l. 1. ff ad municipal.* Municipem aut natiuitas, aut adoptio facit. || ¶ Natiuitatis terra, est patria. *Gen. 11. 28.* ¶ Natiuitatis vultus. *Iac. 1. 23.* ¶ Natiuitatis rota. *Iac. 3. 6.*

Natiuitus, ex natiuitate. Tertull. ||

Nātūră, æ, dicta est ab eo quòd aliquid nasci faciat diuinus omnium rerum ordo quo omnia mouentur, oriuntur & occidunt. { φύσις. GAL. *Nature.* ITAL. *Natura.* GERM. Die natur. HISP. *Natura, naturaliza.* ANGL. *Nature.* } Hanc quidam Deum esse dixerunt, à quo omnia sunt creata. Senec. *lib. 4. de benef.* Natura hoc mihi præstat. Non intelligis te, quum hoc dicis, mutare nomen Deo? Quid enim aliud est natura quam Deus, & diuina ratio toti mundo, & partibus eius inserta? Plinius *vbique* Naturam parentem, rerúmque opificem appellat. Ouid *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Inuida me spatio Natura coërcuit arcto (Ingenij.)

Ibid Eleg. 7. lib. 3.

Nam tibi cum facie mores Natura pudicos,
Et raras dotes, ingeniúmque dedit.

Naturam sibi facere rei alicuius. Quint. ¶ Natura pro situ. Cæs. 1. *bell. ciu.* cognita natura locorum. Item, Fluminis natura. *Ibid.* ¶ Accipitur interdum pro vi, & ingenita rei alicui virtute & potentia: vnde arborum atque herbarum naturas dicimus. Plin. *lib. 12. c. 14.* Hæc concreta densantur

stantur,vbi loci natura poscit.Cic.*de somn. Scipion.* Animæ natura propria,atque vis,vt ipsa à se ipsa moueatur.Virg.*lib.4.Georg.*

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam.

Ter.*in Eunuch.*Si qua habitior paulò,pugilem esse aiunt, deducunt cibum: Tametsi bona est natura,reddunt curatura iunceas.¶ Naturæ satisfacere, & naturæ concedere dicimus pro mori Cic.*pro Cluent.* Vos auditis de eo in quem iudices non estis, de eo quem non videtis, de eo quem odisse non potestis, de eo qui & naturæ & legibus satisfecit,quē leges exilio, natura morte mulctauit. Salust. *in Iugurth.* Pater vti necesse erat,naturæ concessit:fratri, quem minimè decuit,propinquus per scelus etiam eripuit.¶Est in rerum natura, i. euenit aliquando, contingit,sic Cels.*lib.7.c.2.* Est etiam in rerum natura, vt cutis latiùs excidenda sit. ¶ Et,In rerum naturam cadere, dixit Quintilianus (vt notauit Budæus) pro Interdum accidere. ¶ Natura pro corpore. Suet. *in Tib.c.3.* Naturæ vitia esse,non animi.¶ Aliquando etiam Natura accipitur pro genitalibus, tam virilibus,quàm fœmineis, quæ & à Græcis dicitur φύσι..Cic 1.*de diuinat.* Parere quædam matrona cupiens, dubitans,essétne prægnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam: retulit: negauit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse. Plin. *lib.22.c.13.*Si quadrupedes fœtum non admittunt,vrtica naturam fricandam monstrat. Suet.*in Tib. c.45.* Hircum vetulum capris naturam ligurire. Dicta autem Natura quòd in eo membro nascendi vis sit.¶ Quinta Natura.Cic. 1.*Tusc.* Aristoteles longè omnibus (Platonem semper excipio,)præstans & ingenio,& diligentia, quum quatuor genera illa principiorum esset complexus, è quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam censet esse,è qua sit mens. ¶ Naturâ,ablatiuus, pro Naturaliter apud Quintil.*lib.1.*Fieri natura, cui opponitur, Fieri quodam instituto. Cic. *in Orator.* ‖ de natura vniuersali, vide Martinium in suo Etymologico, vbi de natura vniuersali quà Logicam,quà Physicam, & quà Astronomiam: item quæ fiunt secundùm, præter, contra & supra naturam, prolixè.

Naturæ deum dicunt profani Scriptores non eum qui naturæ vniuersæ, cœlo, terræ,mari præest: sed hominis genium, qui naturam cuiusque regit, fouet,tuetur,curat, sanat. Horat.*lib.2.ep.2.*

Scit genius, natale comes qui temperat astrum,
Naturæ Deus humanæ, mortalis in vnum.
Quodque caput, vultu mutabilis, albus & ater.

Naturabilis,e, naturalis. Apul. Flor. Naturabilia contemplatus. Sic *rationabilis* pro rationali.‖

Nātūrālis, e, quod secundùm naturam est. { φυσικός. GAL. *Naturel.* ITAL. *Naturale.*GERM. Naturlich. HISP. *Natural.* ANGL. *Naturall.*} Vnde Naturalis filius dicitur, qui naturaliter ex nostro semine est prognatus: ὁ γόνῳ γεγονὼς παῖς,cui opponitur filius adoptiuus,ὁ θετός. Apud Suet.*in Tiber.c.52.* Naturalis filius & adoptiuus opponuntur. Filiorum, inquit, neque naturalem Drusum, neque adoptiuum Germanicum, patria charitate dilexit. ¶ Naturalia desideria, pro cupiditate coëundi dixit Columella *lib.4.c.24.* de vaccis loquens, Atque (inquit) in id ferè tempus naturalia congruunt desideria. Idem *lib.4.c.27.*Equæ desideriis naturalibus anguntur. Liu.*lib.4.d.5.* Naturalis P. Scipio. (sup.filius.) Aliter, quàm apud Iurisconsultos. Item Quint. Naturalis pater. ¶ Diuinatio naturalis, cui opponitur Artificiosa præsensio. Cic. 1. *de diuinat.* ¶ Lex naturalis.Idem 1.*de nat. deor.* Legem naturalem diuinam esse censet Zeno, eámque vim obtinere, rectà imperantem, prohibentémque contraria.¶ Naturale est, Plin.*lib.11.c.37.* Plerisque verò naturale, vt nictare non cessent, quos pauidiores accipimus.

Nātūrālĭă, plurali numero, dicuntur Pudenda.{ בשר *basás.*αἰδοῖα. GAL. *Les parties honteuses.* ITAL. *Le parti vergognose.* GERM. Die scham geburts glider.HISP.*La natura del hombre ò muger.* ANGL. *The secret or priuie membres.* } Cels.*lib.7.c.18.*de colis morbis, Ac Erasistrati aut Cratonis compositio rectè super purulenta naturalia imponitur,i. genitalia.Colum.*lib.6.c.28.*Si equa marem non patitur, detrita scilla naturalia eius linuntur,quæ res accendit libidinem. Idem *lib. 9. de gallinarum pullis,*Plumulæ sub cauda,clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinatæ durescant, & naturalia præcludant. Naturale, numero singulari eodem sensu protulit Celsus *lib.7.c.26.* Fœmina breuius vrinæ similiter & rectius iter habet: quod mammulæ simile, inter imas oras super naturale positum, non minus sæpe auxilio eget.

Nātūrālĭtĕr, aduerb.hoc est, à natura, vel secundùm naturam. κατὰ φύσιν, GALL.*Naturellement.* ITAL.& HISP. *Naturalmente.* GERM. Naturlich ANGL.*Naturallie.*} Cic.*de senect.* Quod enim homini naturaliter insitum est,eo vti decet: & quicquid agas, agere pro viribus. Naturaliter dissimillimi.Velleius.Colum.*lib.3.c.16.*Naturaliter infœcunda vitis Cæsar.3.*de bell.ciu.*

‖ Naturale, pars corporis sexum discernens: id quo viri sumus, aut fœminæ.vsitatius plurali *naturalia* eo sensu.‖

Nāsīcā ναυσικᾶ..P.Scipionis cognomen fuit. Hic adhuc adolescens à Senatu vir optimus iudicatus Magnam matrem deorum hospitio suscepit, donec ei templum ædificaretur: vnde à Iuuenale Hospes numinis Idæi appellatur. Huius etiam ductu Tiberius Gracchus seditiosis concionibus statum Reipubl. labefactans fragmentis subselliorum in concione est oppressus.Vide Cic.*in Orat.pro C.Rabirio perduellionis reo.*

‖ Nasio, subsannans.Gloss.Isid.‖

Nāsĭternă, æ, vas aquarium, ansatum, ac patens, ὑδρία. Varr.*lib.1.de re rust.c.22.* Vt ex ære ahena, vrceos, nasiternam faceret.

Nasium, Ptolem.autore *lib.2.c.9.* Galliæ Belgicæ vrbs.

Naso nomen est autoris. Suet.*in Cæsar.c.9.*

‖ Naso dictus Ouidius, quia magnum nasum habuit.Vet.Vocab.‖

Naspus,νάσπος,vrbs Thraciæ.Steph.Vide *Nestus.*

Nāssă,genus vasis piscatorij ex vimine contextum, quò quum intrauerit piscis,exire non potest. { κύρτος.GAL. *Vne nasse.*.ITAL. *Nassa.* GERM. Ein reuse darin man die fisch faht. HISP. *La nassa o garlito para pescar.* ANGL.*Aweele or bowet to tak fishe.*} Plaut.*Mil.sc.6.a.2.* Nunquam ex ista nassa hodie escam petam.Cicer.*lib.15.ad Attic.* Ex hac nassa exire constitui, non ad fugam, sed ad spem melioris mortis. Silius *lib.5.*

Haud secus,ac vitreas solers piscator ad vndas,
Ore leuem patulo texens de vimine nassam.

Nastaid,iurare per pectus suum. In ll.Aleman.

‖ Nastale, is, cingulum, vel fibula,quod restringit pallium circà collum.‖

Nāstēs, νάστης, fuit frater Amphimachi, æquum cum illo in Caras habens imperium, qui Priamo aduersùs Græcos suppetias tulerunt, teste Homero *lib. Iliad.2.*

Nāstūrtium, herba hortensis est notissima, quam Græci κάρδαμον vocant.{ GAL. *Cresson alenois.* ITAL. *Nasturzio.* GERM. Kresssich.HISP. *Nastarcio,verros.*ANGL.*Cresses.*} Venerem inhibens, animúmque exacuens.Eius (teste Plin.*lib.25.c.13.*)duo sunt genera,Albū scilicet,quod purgatiuam vim habet, bilémque in aqua denarij pondere potum detrahit. Alterum est nigrius, quod capitis vitia purgat,visum clarificat, commotas mentes sedat ex aceto sumptum, Vtrumque cerebrum purgat, mentémque mirificè excitare creditur: vnde factus est locus prouerbio, vt homines socordes & somnolentos nasturtium edere iubeamus.Nasturtium autem à nasi tormento appellatum esse, autor est Plin.*lib. 10. c. 8,* quòd scilicet mordacitate quadam nasum torqueat,& sternutationes prouocet.

Nastus,νασὸς, placenta è melle, vuis passis, aliísque condimentis.

Nāsŭs, i, dicitur ea pars capitis quæ à superciliorum confinio oriens, & quasi æquali porrecta iugo, vtranque aciem simul & discernit, & munit. { אף *aph.*μυκτήρ, ῥίς GALL. *Le nez.* ITAL. *Naso.* GERM. Die nasen. HISP.*La nariz.*ANGL.*The nose.*} Duo autem eius spiramina, geminíque hiatus, quos veluti quidam paries per medium ductus interrepit, Nares vocantur. Cicer.2.*de natur.deor.* Nasus ita locatus est, vt quasi murus oculis interiectus esse videatur. Persius *Satyr.3.*

Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.

¶ Nasus culicis, Mart.*Epigr.96.lib.14.*Si amabas, nasum oportebat abreptum mordicus. Plaut. *Men.sc.3.a.1.* Cum naso odos obsecutus est meo, da vicissim gutturi meo gaudium. Idem *Curc. sc.2.a.1.*Sagax nasum habet,canem esse par fuit.*Ibidem.* Fames & mora in nasum bilem conciunt.Idem *Amph.*Matilento ore, naso acuto.Idem *Capt.sc.4.a.3.* vt sciat alieno naso, quam exhibeat molestiam. *Ibidem sc.1. a. 4.* (de odore tetro.) ¶ Nasus vigilans.Iuuenal.*Satyr.1.*

Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso.

Ibi Britannicus: Qui reuera non dormiat, sed somnum vigilet. à Cepio quodam sumtum, qui Paracreachon dictus est, quòd dormientem simularet, quò impunitiùs vxor mœcharetur.illud,Non omnibus dormio,vt Festus & Cœlius Rhodigin.*lib.21.cap.16.* scribit, vnde Beroaldus *vigilantem nasum* putat clamosum & obstreperum,quum scilicet altiore somno oppressus homo stertit sonantiùs, vt, homine quiescente,nasus tamen non dormire videatur. Ergo vigilanti est rhonchissanti. ¶ Aliquando nasus pro sagacitate, acrimonia, & dicacitate: ita Habere nasum eum dicimus, qui venusta quadam & scita irrisione alium deridet.Metaphora ducta est à canibus, qui narium olfactu abstrusissima quæque inuestigant. Horat.1.*Serm.Satyr.6.*

Nec quòd auus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint,
Vt plerique solent,naso suspendis adunco
Ignotos, vt me libertino patre natum.

Plin. Primus Lucilius condidit styli nasum, i.scripsit Satyram, quæ acerbitatem quandam & acrimoniam styli habet in vitiis insectandis. Mart.*lib.1.* Non cuique datum est habere nasum,i.acrimoniam ad deridendum, & dicacitatem. Item, Et pueri nasum rhinocerotis habent.

‖ ¶ Nasus tortus,Leuit.21. 18. ¶ Nasus vigilans.Iuuen.*Sat.1.*

Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso.

¶ Nasus pro iudicio,ἀγχίνοια. ¶ Nasus, ira, multiplici tropo.¶ Pro irrisione, & contemtu.¶ Nasus sermonis, mordax & inuectiua acrimonia. ¶ Nasus rhinocerotis, longus ad similitudinem rhinocerotis cornu, quod id animal in naribus habet.Vetus est prouerbium,Nasus rhinocerotis,de iis, qui facilè quemuis irrident, quòd homines,quò longiore naso sunt,eo maiores rhonchos edant,propter quod & nasuti dicuntur. ¶ Nasus pro ansa,per metaphoram, quia eminet instar nasi, seu rostri, & ea vas prehendi potest.

Nasutus,magnum nasum habens.Horat.*Sat.2 lib.1.*

——— *ô crus,ô brachia! verùm*
De pygis,nasuta,breui latere ac pede longo est.‖

Nāsūtī.Dicaces,reprehensores,& derisores, qui doctè alios norunt irridere. {μυκτηρισταί,χλευασταί.GALL.*Moqueurs,railleurs.*ITAL. *Beffeggiatori.*GERM. Nasweisse/Die eines meysterlich spotten konnen. HISP. *Mofadores,escarnidores.*ANG.*Mockers, scorners or taunters.*} Martial. *lib.13.*

Nasutus sis vsque licèt, sis denique nasus.

Idem formauit comparatiuum, Nihi nasutius hac, maligniúsque est. Nasutissimus homo. Mox, nullius ingenij. Senec. Et per diminutionem Nasutulus. Apuleius. Nasutula mulier ac dicacula. ¶ A Nasus fit verbum Denaso, sas,ἀπορρινόω. Plaut. *Capt.* Os denasabit tibi mordicus.

Nāsūtĭssĭmŭs,superlatiu.Senec.*in vlt.Suasoria*, Cœstius homo nasutissimus, dissimulauit exaudisse se.

Nasutulus. Adiectiuum diminut.Apuleius, Nasutula mulier atque dicacula.

Nātālēs,vide *Nascor.*

Natatilis, Natatio,vide *Nato.*

Nātēs, natium, Caro est conglobata versùs os sacrum, sedendi officio aptissima,à nitendo, vt quidam existimant.{ שת *schethi,* λαγόνες, γλουτοί, πυγαί.GALL.*Les fesses.*ITAL.*Natiche.*GERM. Die Afsbacken. HISP *Las nalgas.*ANGL. *The hippes or buttockes.*} Ibi enim est caro firmior, quàm in cæteris membris, ne premente corporis mole ossibus offendatur Horat.1.*Serm.Satyr.8.*

Nam, displosa sonat, quantum vesica, pepedi
Diffissa nate ficus.

Idem *Epod.8.*

Quum sit tibi dens ater,& rugis vetus
Frontem senectus exaret,
Hiétque turpis inter aridas nates
Podex,velut crudæ bouis.

Mart.*lib.4.*

Alea parua nuces,& non damnosa videtur.

Sæpe tamen pueris abstulit illa nates.

¶ Hæ etiam alio nomine Clunes dicuntur. Iuuenal.

Ad terram tremulo descendunt clune puellæ.

‖ Nathinæus, vox Hebræa, Latinis deditítius.‖

Natinatores, Seditiosi, negotiosi, vocabantur, & Natinatio, negotiatio. Festus.

‖ Natino, fluctuo.‖

Nātio, Natiuus, vide *nascor.*

Natiso, Venetiæ fluuius, Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 1.

‖ Nāto, natas, vide *No, nas.*

Natolia, veteribus Asia minor.‖

Natrix, ὕδρος, gen. masc. & fœm. Genus serpentis etiam aquas veneno inficiens, à nando nomen habens { Angl. *A serpent of the wather.* } Plin. *lib.* 15. Matrix quum speciem anguis significat, masculinum quoque inuenitur. Cic. 4. *Acad.* Cur omnia nostri causa quum faceret, tantam vim natricum, viperarúmque fecerit? cur mortifera tam multa passim dispersit? Lucan. *lib.* 9. Et natrix violator aquæ. Suet. *in Calig. c.* 11. *Metam.* dixit: Natricem populo Romano alere. ¶ Item Natrix Plin. *lib.* 27. *c.* 12. herba est, cuius radix euulsa virus hirci redolet. ¶ Natrix quoque mulier dici potest natans, sicut Natatrix. ‖ ¶ Natrix videtur & flagrum esse, ad instar natricis serpentis.‖

Natura, Natus, vide *Nascor.*

‖ Naua flumen. Tacit. *lib.* 20. Inter Treueris comitantibus vitato Moguntiaco Loingium concessit, fidens loco, quia pontem Nauæ fluminis abruperat. Hinc corrige illud in Ausonij Mosella,

Transieram celerem nebuloso flumine nauem.

Scribe *Nauam.*‖

Nauale, Nauarchus, vide *Nauis.*

Naualia, Ptol. *lib.* 2. *cap.* 12. Vrbs Germaniæ, vulgò *Soul.*

Nauaria, pars Hispaniæ Septentrionalis, versùs Arcton. Vasconibus adiacet, ad Meridiem verò Tarraconiam habet regionem.

Nāvcī, Putamen nucis, siue oliuæ nucleus, seu membranula quæ in nucis iuglandis medio est. { σκέμμα. Gall. *La coquille ou petite taye d'vne noix, chose de nulle valeur.* Ital. *Scorza della noce.* Germ. Nuß scheiff/das böglin in der nuß. Hisp. *La cascara de la nuez.* Ang. *The huske or inner skinne of a nutt.* } & accipitur pro re nihili. Plaut. *in Mostell.* Qui homo timidus erit in rebus dubiis, is nauci non erit. Cic. 1. *de diuinat.* Non habeo denique nauci Narsum augurem.

Naucifăcio, Nihili facio, vilipendo, ne nauci quidem dignum iudico. { περὶ ὀλίγου ποιέομαι. Gall. *Ne tenir conte, n'estimer rien.* Ital. *Stimar niente* Germ. Für nichtsachten/gering halten. Hisp. *Tener en poco precio.* Angl. *To regard nothing or sett litle by.* } Plaut. *in Bacch.* Perij, hoc seruum meum non naucifacere esse ausum.

Naucleriacus, Nauclerus, vide *Nauis.*

Naucratis, Ναύκρατις Stephano, ciuitas in Ægypto, à Milesiis condita, qui tum mari potiebantur, teste Strab. *lib.* 17. Eius incolæ Naucratitæ appellantur.

‖ Narcupes, ad eundum acutum habens pedem. Gloss.‖

Naufragium, vide *Nauis.*

Nauĭă, æ. Lignū cauatū vt nauis, quo in vindemiis vti solent, inquit Fest.

‖ Nauia ficus in comitio appellatur ab Attio Nauio augure.‖

Nauiculor, Nauigo, vide *Nauis.*

Nāvis, à Græco ναῦς. { אניה *onijáh* ספינה *sephináx.* Gall. *Nauire, nef.* Ital. & Hisp. *Naue.* Germ. Ein schiff. Angl. *A ship.* } Ouid. 1. *Fast.*

Acta per æquoreas hospita nauis aquas.

Moderamen nauis pro gubernaculo. Idem 15. *Metam.*

——— & innixus moderamine nauis, in alta Puppe caput posuit.

Virg. 5. *Æneid.*

Rectorem nauis compellat voce Menœten.

Naue mea vento forsan eunte suo,

Ouid *Eleg.* 5. *lib.* 3. Meministi te mecum exire è naui. Plaut. *Menæch. sc.* 9. *a.* 5.

Fert bene præcipites nauis modo facta procellas, Qualiter exiguo soluitur imbre vetus,

Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Si tamen hæc nauis vento ferretur amico.

idem *El* 4. *lib.* 1. *Ibid.* Si qua peregrina nauis in portum aduenit. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 2. parata naui, clauo hæreret sedulo. Idem *Amph.* Ego quantum possum mihi nauem paro. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Prandi in naui. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Quid cesso abire ad nauem dum saluo licet? *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Vter vestrûm aduectus naui mecum? Idem *sc. vlt. a.* 5.

Dum licet, & spirant flamina nauis eat.

Allegoricōs. Ouid. 4. *Fast.* ¶ Nauis & Reip. comparatio apud Liuium *lib.* 34. ¶ Frangere nauem, idem quod naufragium facere. Ter. *in Andria.* Nauem is fregit apud Andrum insulam. Plaut. *in Men. sc.* 4. *a.* 1. Perij misera, quam tu nunc mihi nauem narras? ME ligneam. Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo. ¶ Actuariæ naues, quæ remis agebantur: vide suprà in dictione ACTVARIVS. Hircius *de bell. Alexand.* Nauibus actuariis, quarum numerus erat satis magnus magnitudine quanquam non satis iusta ad præliandum, rostra imposuit. Has adiunctis nauibus longis, & numero classis aucto, militibus veteranis imposuit, &c. ¶ Rostratæ naues, dictæ à rostris: quæ quia ex ære fiebant, æratæ etiam dicebantur. Virg. 8. *Æneid.* In medio classes æratas, Actia bella Cernere erat. Liu. 4. *decad. lib.* 6. Vna & octoginta rostratis nauibus multis præterea minoribus, quæ aut apertæ, rostratæ, aut sine rostris, speculatoriæ erant, Delum traiecit. ¶ Naues apertæ. Liu. *lib.* 5. *dec.* 4. contrariæ tectis. ¶ Æratæ dicuntur Cæsari *lib.* 3. *de bell. ciu.* ¶ Fluuiatiles naues quibus vehimur in fluuiis, apud Liuium *lib.* 10 *decadis* 1. ¶ Naues lusoriæ, quæ huc illuc solebant discursare, vt quas in excubiis in Danubio aduersùs Barbaros Romani habebant. Seneca, Cui triremes & æratas non mitterem lusorias & cubiculares, & alia ludibria Regum in mari lasciuientium mittam. Ac ludere nauis dicitur quæ huc & illuc velut lasciuia quadam currit Seneca, vbi naues luserunt, hauriuntur. ¶ Frumentariæ naues, onerariæ, ad frumentum vehendum aptæ. Cæsar *lib.* 3. *bell. Gall.* ¶ Longæ naues ab onerariis differebant: siquidem onerariæ velis duntaxat incitabantur: longæ verò etiam remis agebantur. Lentul. *in epist* Cic. *lib.* 12. A classe discesserunt, nauíque longa profugerunt, onarariis relictis. ¶ Naues marinæ, quibus mari vehimur, ad differentiam fluuiatilium, *l. Iulia repetundarum, ff. de vacation. & excusat. muner.* ¶ Piscatoriæ naues, ad pisces capiendos paratæ. Liu. 3. *decad. lib.* 3. ¶ Prædatoriæ naues, & Naues piraticæ, apud eundem 3. *decad. lib.* 9. *& decad.* 4. *lib.* 4. Plaut. *Men sc.* 2. *a.* 1. Eleganter & allegoricōs, de meretriciis insidiis: Nauis, inquit, prædatoria stat in portu. Ducit lembum directum nauis prædatoria (i. ducit metrix herum meum sub dio erectum & quasi cruci affixum lembus enim nauicula leuis est.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Prætoria nauis quam Græci ναυαρχίδα vocant, nostri vulgò *Capitaneam.* Liu 3. *decad. lib.* 1. ¶ Speculatoriæ naues. Idem *decad.* 4 *lib* 6 *& dec.* 4. *lib.* 5. Turritæ naues, quibus ad libram turres imponebantur. idque non solùm ad proram, sed etiam ad puppim, vt testatur Appianus *de bell. ciuilibus.* ¶ Naues frumentariæ, Cæs. 3. *de bell. ciu.* ¶ Vinaria nauis apud Vlp. *l. vulgaris. ff. de furtis.* Constratæ naues, κατάφρακτα πλοῖα, quæ & tectæ dicebantur: de quibus Plin. *lib.* 7. *c* 56. Eæ tegebantur pellibus. Cæs. *lib.* 3. *de bell ciuil.*

Nāuĭcŭla, æ, est parua nauis, qua vel in mari, vel in flumine circunuehimur. { πλοιάριον. Gall. *Petite nauire, nasselle.* Ital. *Nauicella.* Germ. Ein schifflin. Hisp. *Nauezica, ò nauezilla.* Angl. *A litle ship.* } Quo nomine appellari possunt quæ plurimæ Venetiis scita in primis atque eleganti forma ad aquam traiiciendam visuntur. Cic. *Acad.* 4. Ita sermone confecto, Catulus remansit: nos ad nauiculas nostras ascendimus, Idem *Att. lib.* 14. Deinde ad epulas Vestorij nauicula, subauditur. Idem *ad Quirit.* post reditum, Cum parua nauicula traiecit in Africam.

Nāucellă, diminut. à Nauicula, quo vtitur Martianus Iurisconsultus *in tractatu de fundo instructo.*

Nāuālis, e, adiect quod ad naues pertinet. { ναυτικός. Gal. *De nauire* Ital. *Nauale.* Germ. Das zu schiffen gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente à las naues.* Angl. *That belongeth to a ship.* } Hinc naualis corona, qua donabatur qui primus in nauem hostium armatus transilisset. Virg.

Tempora nauali fulgent rostrata corona.

¶ De nauali corona, Gell. *c.* 6. *lib.* 5. Prælium nauale, Plin. *lib.* 6. *cap.* 1. Bellum nauale. Cicer. *pro lege Manil.* Certamen nauale. Virg. 5. *Æneid.* Disciplina naualis, Cicer *pro lege Manilia.* Pugnæ nauales & pedestres. Idem *de senect.* Socij nauales, pro remigibus, apud Liuium 1. *&* 34. *bell. Punici.* Ouid. *lib.* 1. *Fast.*

——— Sed cur naualis in ære Altera signata est: altera forma biceps. (i. forma nauis.)

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

In caua ducuntur quassæ naualia puppes.

¶ Naualia vasa, in quibus onera recondita in naues imponuntur. Vlp. *l.* 19. *D. de aur & argent. leg.* Vasorum appellatio generalis est: dicimus vasa Vinaria & Naualia. Vbi nonnulli reponunt niualia, quod & Vlpiani sententia repudiat & loquendi consuetudo. Niuaria enim per R. legendum esset. Ex Hotomano.

Nāuāle, is, substantiuum, vel Naualia, um, in quibus stant, vel fieri solent naues. { νεώσια, νεώσοικοι, ἐπίνεια. Gall. *Vn haure.* Ital. *Arsenale.* Germ Ein schifflende/item, das ort an welchem man schiff macht. Hisp. *El ataraçana de las naues.* Ang *A dokor hauen where shippes ar layd vp or made.* } Virg. 4. *Æneid.*

Diripiéntque rates alij naualibus? ite

Ouid. *lib.* 3. *Metam.*

Haud aliter quàm sic siccum nauale tenerent.

Cic. *Offic.* 2. Atque etiam illæ impensæ meliores, muri, naualia, portus, aquarum ductus.

Nāuārchŭs, i, Præfectus classis, qui à prætoribus, vel consulibus, in prouinciis constitui solebant, vt in mari versarentur, maritimásque suæ prouinciæ partes à piratis defenderent. { רב החבל *rab hachobel.* ναύαρχος. Gall. *Pilote & patron de nauire.* Ital. *Capitano d'armata di mare.* Germ. Ein schiffherr/der oberst vber ein gantze armada Hisp. *Capitan sobre la mar.* Angl. *The shipmaister, the pilote.* } Hanc Græci eadem ratione ναυαρχίδα vocant, quod in ea nauigaret nauarchus. Cic. 2. *Verr.* Sumptum omnem in classem frumento, stipendio, cæterísque rebus nauarcho suo quæque ciuitas semper dare solebat. *Ibid.* An quod forum Syracusanum nauarchorum sanguine redundauit?

Nāuclērus, i. { רב החבל *rab hachobel.* ναύκληρος. Gal. *Pilote de nauire, ou patron de galere.* Ital. *Nocchiero, padrone di galera.* Germ. Ein schiffherr der da sugt das die steurleut das schiff recht leiten. Hisp. *Nauchel, piloto ò patron de la naue.* Angl. *The shipmaister or pilote.* } Qui naui præest, & nautarum cuique munia sua præscribit. Cicer. *Nauicularium* vocat, & *Nauiculatorem.* Plaut. *in Mil* Cubare in naue lippam, atque oculis turgidis Nauclerus dixit, qui illas aduexit mihi.

Nāuclērĭăcŭs, a, um, { ναυκληρικός. Gal. *Appertenant à patron de galere.* Ital. *Pertinente à padron di galera.* Germ Das dem schiffherren oder schiffman zu gehört. Hisp. *Coas pertenesciente à nauchel, piloto ò patron de la naue.* Angl. *That belongeth to the pilote.* } Quod ad nauclerum pertinet, Plaut. *in Mil.* Facito vt venias huc ornatu nauclericario.

Nāuclērĭŭs, a, um, eiusdem significationis. Plaut. *in Asin.* Volo mei patris me similem, qui causa mea nauclerio ipse ornatu per fallaciam, Quam amabam abduxit ab lenone mulierem.

‖ Naucum ait Atejus Philologus poni pro nugis.‖

Nāufrăgŭs, qui naufragium passus est, qui iactura facta omnia sua amisit. { ναυαγός. Gall *Qui est eschappé du peril de la mer, apres auoir perdu le nauire où il estoit.* Ital. *Che è fugitto dal pericolo del mare: è ancho chi non ha fugitto ma morto ò andato male* Germ. Ein schiffbruch/oder/der ein schiffbruch erlitten hatt. Hisp. *El que escapa de la naue quebrada, ò que es muerto en tal peligro.* Angl. *He that is scaped, after a shipwreck.* } Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 3.

Ille venena libens, & naufragus ebibat vndas.

Cic. *de Inuentione* 3. Duo quidam quum iam in alto nauigarent, & eorum alterius nauis, alterius onus esset, naufragum quendam natantem, & manus ad se tendentem animaduertunt: misericordia commoti nauim ad eum applicauerunt, hominem ad se sustulerunt. Ouid. *in Ibin.*

Siue per immensas iactabor naufragus vndas.

Nāufrăgŭs, a, um, adiectiuum. { ὁ καὶ ἡ ναυαγός. Gall. *Qui fait perdre ou rompre*

rompre le nauire. ITAL. Chi fa rompere la naue. GERM. Schiffbrichig/ das schiffbruch bringt. HISP. Que haze quebrantar la naue. ANGL. Perteining, to shipwreck, or that causeth shipwreck. } vt, Mare naufragum, in quo naufragia fiunt. Horat. 1. Carm. Ode 16.

——— nec mare naufragum,
Nec saeuus ignis, &c.

Corpora naufraga, Virg. 3 Georgicor. Tempestas naufraga, Valer. Flac 1. Argonaut. Vnda naufraga, Tibul. lib. 1. Eleg. 4. Idem 4. Fast.

Et vos Nisaei naufraga monstra canes.

Item,

Et redit in tumidas naufraga puppis aquas.

Idem Eleg. 1 lib. 2. Trist.

(Ne) Naufraga seruatis omnibus vna foret. (Carina.)

Idem Eleg. 1. lib. 2 Trist. ¶ Naufragus etiam translatè, qui bona dissipauit, vel qui quauis re alia calamitosus est, & res suas in desperatis & profligatis habet. Cic. in Catil. Quòd si se eiecerit, secúmque suos eduxerit, & eodem caeteros vndique collectos naufragos aggregauerit, extinguetur, atque delebitur non modò haec tam adulta Reipub. pestis verùm etiam stirps ac semen malorum omnium.

Naufrăgium, ij, nauis fractio, submersio. { ναυάγιον, ναυαγία. GAL. Brisement & perte de nauire. ITAL. Naufrago. GERM. Ein schiffbruch HISP. Quebrantamiento de la naue. ANGL. Shipwreck, losse on the sea. } Cic. pro Deiotaro, Itaque quùm esset ei nuntiatum, Domitium naufragio periisse, te in castello circumsideri: de Domitio dixit versum Graecum, &c. Idem famil. Epist. 16. Interea qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt. ¶ Translatè verò pro calamitate, damno, iactura, vel exitio vsurpatur. Cic. famil. 4. Versor in eorum naufragiis, & bonorum direptionibus Ex naufragio tabula. Idem ad Atticum 4. Perspice aequitatem animi mei, & ludum, & contentionem Seleucianae prouinciae, & meam hercle cum Caesare suauissimam coniunctionem. Haec enim me vna ex naufragio tabula delectat, id est, ex communi Reip. calamitate & iactura hoc mihi vnicum subsidium, hae amicitiarum reliquiae. Ouid. Eleg. 5. lib. 1. Trist.

Naufragij tabulas, qui petiere mei.

Nauifrăgus, a, um, eiusdem significationis: vt, Fretum nauifragum. Ouid. 14. Metamorph.

Liquerat & Zancle, aduersáque moenia Rhegi,
Nauifragúmque fretum, gemino quod littore pressum
Ausonia, Siculaque tenent confinia terrae.

Saxa nauifraga, Statius 5. Thebaid.

Naufrăgor. Naufragium facio, nauem frango. { ναυαγέω. GAL. Rompre le nauire. ITAL. Rompere la naue. GERM. Ein schiffbruch erleiden. HISP. Quebrantar la nao en la mar. ANGL. To make shipwreck. } Per synedochen de eo, qui alias calamitates, & iacturam patitur, aut aliquid volens, vel nolens amittit & excutit.

Nauĭcŭlātŏr, ris, Nauicularius, nauclerus, ναύκληρος, ναυκράτωρ. Cic. pro lege Manil. Maiores vestri saepe mercatoribus, ac nauiculatoribus iniuriosiùs tractatis bella gesserunt.

Nauĭcŭlārĭus, ij, qui naui praeest, caeterísque imperat, suáque vnicuique munia distribuit { רב החבל rab hachobel. ναύκληρος. GALL. Pilote, ou patron. ITAL. Nocchiero. GERM. Ein schiffherr/schiffleiter/ der auffseher damit das schiff recht gefürt werd. HISP. Nauchel, Piloto. ANGL. A shipmaister or pilote. } Cic. Tironi lib. 16. Mare magnum & difficile tibi restat: si poteris cum Mescinio, cautè is solet nauigare: sin minus, cum honesto aliquo homine, cuius autoritate nauicularius mouetur. Idem 7. Verr. Malo, inquam, te isti generi hominum, quàm mercatoribus, & naucilariis inimicum, atque infestum putari.

Nauĭcŭlārĭă, ae, Nauis administratio, vel quaestus ex nauigatione. { ναυκληρία. GALL. L'art & science de conduire & gouuerner vn nauire. ITAL. Arte di gouernar naue. GERM. Die kunst zu schiffen/oder der gewyn mit schiffen. HISP. La arte de gouernar y regir la naue. ANGL. The art of gouerning a ship. } Nauiculariam facere. Cic. 7. Verr. Quid eos loqui qui videbant: quid existimare eos qui audiebant, arbitrabare? Inanem te nauem esse in Italiam ductorum nauiculariam te, quum Romam venisses, esse facturum.

Nauĭcŭlāris, ναυτικός Hermogenianus D. lib. vlt. tit. 4. l. 1. Patrimonij sunt munera rei vehicularis, item nauicularis decemprimatus.

Nauĭcŭlŏr, aris, propriè otiosus nauicula vehor. { πλέω. GAL. Aller sur l'eau en vn nauire. ITAL. Barcheggiare. GERM. Im schiff faren. HISP. Nauegar por su plazer. ANGL. To sayle or go by a ship. } Martia. lib. 3.

Piger Lucrino nauiculatur in stagno.

Nauĭgium, ij, Omne genus nauis, quo nauigamus. { אניה oniÿáh ספינה sephináh עברה ‏‎habaráh. πλοῖον. GAL. Toute sorte de nauire. ITAL. Nauilo vasello. GERM. Ein jede gattung eines schiffs. HISP. Naue ò el nauio. ANGL. All sort of ship, sayling. } Col. in praefat. lib. 1. Iámque qui aedificare velint, fabros & architectos aduocent, qui nauigia mari concredere, gubernandi peritos: qui bella moliri, armorum & militiae gnaros: & ne singula prosequar, ei studio quod quis agere velit, consultissimum rectorem adhibeat. Cicer. 2. de nat. deor. Arborum sectio magnos vsus adfert ad nauigia facienda. Caesar, Hi primùm nauigia hostium lapidibus ac fundis repellebant. Nauigia speculatoria, apud Caesarem lib. 4. bell. Gall. pro nauibus exploratoriis, quas vulgò Brigantinas appellant. Speculatoria, inquit, nauigia impleri iussit. ¶ Accipitur aliquando Nauigium pro ipsa nauigatione, vt in l. qui Romae, ff. de verb. oblig Idque creditum esse, in omnes nauigij dies ducentos sub pignoribus & hypothecis, mercibus à Beryto comparatis.

Nauĭgiŏlum. diminutiuum. { πλοιάριον GALL. Vne barque, vne fiette. ITAL. Picciola barqua, GERM. Ein schifflin. HISP. Pequeño nauio ANGL. A berke, à boate. } Lentul. Cicer. lib. 12. famil. Tantum enim abfuit vt illorum praesidio nostram firmaremus classem, vt etiam à Rhodiis vrbe, portu, statione, quae extra vrbem est, commeatu, aqua denique prohiberentur nostri milites: nos vix ipsi singulis cum nauigiolis reciperemur.

Nauĭgĕra, um, qui nauem fert, aut sustinet. { πλοιοφόρος. GALL. Portant nauire. ITAL. Chi porta naue. GERM. Der ein schiff tregt. HISP. Que trae naue. ANGL. That beareth a ship. } vt, Mare nauigerum. Lucret. lib. 1.

Quae mare nauigerum, quae terras frugiferentes
Concelebras.

Plin. lib. 9. c. 30. Nauigeram similitudinem & aliam in Propontide visam sibi prodidit Mutianus.

Nāuĭgo, as. Naui iter facio, nauim ago, naui vehor. { πλέω, ναυτίλλομαι. GALL. Nauiger. ITAL. Nauigare. GERM. Schiffen. HISP. Nauigar. ANGL. To sayle. } Quod verbum tametsi neutrum est, tamen accusatiuum nonnunquam recipit. Virg. 1. Aeneid.

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat aequor.

Cic. 2. de finibus. Maria ambulare, terrámque nauigare dixit, de Xerxe. ¶ Saepiùs absolutè. Idem famil. 16. Quum rectè nauigare poterit, tum nauiges. Ibid. Si poteris, cum Messenio nauiga: solet is cautè nauigare. ¶ Nauigo in mari, idem de Inuent. 2. Quum iam in alto nauigarent. Ter. in Andr. Huius periculo fit, ego in portu nauigo, id est, à periculo absum, tutus sum. Hoc enim significat, In portu nauigare: propterea quòd qui adhuc in mediis fluctibus nauigant, hi ventorum & aestus arbitrio feruntur: qui verò iam portum attingunt, omni periculo sunt defuncti. Vide Erasmi Adagia. ¶ Eius composita, Annauigo, Enauigo, & Renauigo. Nauigatur, Impersonale. Cic. pro Manil. Quum aut hyeme, aut referto praedonum mari nauigaretur.

Nāuĭgātĭo, Cursus est marinus. { πλοῦς. GAL. Nauigation. ITAL. Nauicatione GERM. Schiffung oder schiffart. HISP. Nauegaçion. ANGL. A saylyng. } ¶ Prima nauigatio dicitur, cùm saeuitiam hyemis, qua mare clausum esse fertur, vere primùm nauigantibus aperitur. Cic. lib. 2. Epist. ad Qu. fratrem: Iidem aiebant nuntiare te prima nauigatione esse träsmissurum. Paulo antè dixerat, Atque clausum mare scio fuisse, Iterum, Tu mi frater, simul ac ille venerit, primam nauigationem (dummodo idonea tempestas sit) ne omiseris. Caes. lib. 5. bell. Gall. Corus ventus nauigationem impediebat.

Naūmăchĭă, ae, Pugna naualis, nauale bellum. { ναυμαχία. GALL. Guerre sur la mer ou par mer. ITAL. Guerre nauale. GERM. Ein streit so auff dem wasser auff den schiffen geschicht. HISP. Pelea ò batalla naual. ANGL. A fighthin on the sea or warre by the sea. } Martial. lib. 1.

Do tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis:
Vis, puto, cum libro Marce natare tuo.

Sueton. in Claud. cap. 21 Quin & emissurus Fucinum lacum, naumachiam antè commisit. ¶ Interdum accipitur pro loco vbi fit pugna. Idem in Tiberio, Semel triremi vsque ad proximos naumachiae hortos subuectus est.

Naūmachĭārĭi, qui nauale praelium committunt. { ναύμαχοι, GALL. Combatans sur la mer. ITAL. Coloro che combattono in mare. GERM. Kriegsleut so auff dem wasser auff den Schiffen streiten. HISP. Peleadores de naues ANGL. Fighters on the sea. } Suet. in Claud. cap. 21. Proclamantibus naumachiariis Hi etiam ἐπιβάται dicuntur Graeca voce. ¶ Naumachiarius, a, um, adiectiuum, vt Pons naumachiarius. Plin. lib. 16. cap. 39. Concremato ponte naumachiario.

Nāuĭgābĭlis, e, quod potest nauigari. { πλώϊμος, πλωτός. GALL. Nauigable, commode pour nauiger. ITAL. Che si puo nauigare. GERM. Das man schiffen kan / schiffreich. HISP. Cosa que se puede nauegar. ANGL. That may be sayled on. } Liu. lib. 5 bell. Maced. Nam simul primum anni tempus nauigabile praebuisset mare. Columell. lib. 1. cap. 2. Ne procul à mari, aut nauigabili flumine, quod deportati fructus & per quod merces inuehi possint.

Nauita, vide Nauta.

|| Nauilio, ψάλτης. Lex. Graec. Vet. intellige nablio. nempe qui nablizat.

Nauithalumus, inquit Baptista Pius in annotat. prior. c. 181. est nauis pompatica, & apta genio oblectando, quae secum instrumenta deliciarum affert.

Naulium, Noli, V.E. Liguriae sub A. Genuensi. ||

Nāulŭm, i. { ναῦλον, πορθμεῖον. GAL. Le salaire qu'on baille pour estre passé l'eau. ITAL. Nolo di naue. GERM. Der schifflon. HISP. El nolito ò el frete dela nao. ANGL. The fraite for passage ouer the sea. } Pretium quod soluitur pro vectura in naui. Iuuen. Sat. 8. Furor est post omnia perdere naulum. Vlp. l. 6 D. qui pot. in pign. Si quis in merces sibi obligatas crediderit, vel vt saluae sint, vel vt naulùm exoluatur.

|| Naumachia, pugna naualis. Gloss. ναυμαχία, nauale bellum. μάχη ἐν νηΐ.

Naumachiarius, a, um, ad naumachiam pertinens.

Naumachiarius, qui nauale praelium committit.

Naumburgum, vel Narburgis. Naumburg, V. E. Germaniae ad Salam fl. sub. A. Magdeburgensi.

Nurpactum, hodie Lepanto, vrbs à Turcis anno 1499. capta: ad cuius sinum Christiani insignem illam victoriam contra Turcas anno 1571. obtinuerunt, duce Ioanne Austriaco. ||

Nāupēgŭs, Nauium architectus, ναυπηγός dicitur apud Tarentenum in l. vlt. D. de immunit.

|| Naurigus, nauis princeps. Nauregus, nouareticus. Gloss. Isid. ||

Nāută, & Nauita, ae, fiunt à naui & itare, quasi naui itans. Pass. { מלח mallách. ναύτης, ναυτίλος. GALL. Marinier, matelot, batelier, nautonnier. ITAL. Nocchiero, marinare, nauigante. GERM. Ein schiffman / der ein schiff fürt. HISP. Marinero. ANGL. A mariner. } Qui se in naui agenda exercet: & quicunque in naui est, nauis ducendae gratia. Cicer. famil. 15. Solent nautae festinare quaestus sui causa. Ter. in Phorm. Saluas audiui ex nauta, qui illas vexerat. Cicer. ad Attic. lib. 10. Nauitam ipse audire videor iam euocantem. Plaut. Men. sc. 1. a. 2. Nauitis nulla voluptas maior, quàm quum ex alio terram conspiciunt.

Nautepibatae, ναυτεπιβάται, dicuntur qui nauem conscendunt, & nauli loco nautarum officio funguntur. Vide Alciat. lib. 2. dispunct.

Nāutĭcŭs, Nauta. { ναύτης. GAL. Marinier. ITAL. Marinaro. GERM. Ein schiffman. HISP. Marinero. ANGL. A mariner. } Plin. lib. 9. c. 31. Quod vbi videre nautici, statim pluribus anchoris nauigia infraenant. Liu. lib. 8. bell. Pun. Metúmque etiam ex terra nauticis praebuit.

Nāutĭcŭs, a, um, quod est nautarum. { ναυτικός. GALL. De nautonnier. ITAL. Di nauigante. GERM. Schiffmännisch / das der schiffleuten ist. HISP. Cosa di marinero, ò piloto. ANGL. That belongeth to a mariner. } Virg. lib. 3.

Nauticus exoritur vario certamine clamor.

Cic. de nat. deor. Propter nauticarum rerum scientiam plurimis maritimis

timis rebus fruimur. ¶ Nauticus panis dicitur, quem hodie *Biscoctum* vocamus. Plin *lib.22.c 25.* Nauticus panis rursus, atque iterum coctus sistit aluum Virg. 4. *Eclog.*

Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces.

¶ Nauticus cantus, κέλευσμα. Cic. 2. *de natura deorum.* Idémque iuuenibus visis, auditóque nautico cantu. ¶ Nautica pecunia quæ & traiectitia dicitur, quam creditor vsque ad certum locum, vel in omne itionis & reditionis tempus suo periculo præstat, qua de causa permissum est, vt eius nomine & ex pacto vsuram petat grauissimam, quæ nauticum fœnus & vsura maritima dicitur Ex Hotoman. De Nautico fœnore, vide Plutarch. *in Cato. Cens.* ¶ Nautica pyxis est vasculum ligneum, planum, & rotundum, altitudine duorum, aut ad summum trium digitorum. In huius vasculi fundo rotula quædam est versatilis papyracea. Hanc rotulam papyraceam planam sustinet ferramentum tenue & velut bipartitum, in centro verò ænea quædam & acuminata turricula defixa est, quæ stylo, seu cuspidi acutæ insidet, atque hinc inde voluitur in æquilibrio. Vbi autem conquiescit eius pars, quam lilij imagine nautæ insigniunt, & in qua ligula, seu ferramentum magnete confricatum definit, ibi Septentrio & Polus Arcticus ostenditur, quocunque contorto clauo nauis impellatur. Quî autem fiat, quòd pars ferramenti siue ligulæ, ea, quæ ad magnetem affricata est, Septentrioni obuertatur, id nullius hominis adhuc ingenium potuit peruestigare. Cæterum in eius, quam diximus, rotulæ circulo, ductæ sunt à centro ad circumferentiam 32. lineæ æqualiter distantes in hunc vsum: 1. vt designent cæli cardines & ventos, quos 32. nautæ numerant: 2. vt denotent terræ ac maris spatia celebrioribus partibus distincta per gradus, in quos lineæ incurrunt. Inuenta autem est hæc pyxis ante annos 300. à Flauio quodam Melphi, qui in Campania, regni Neapolitani prouincia, habitauit. Vide Keckerman *tract. de re naut.*

Naulă, æ, fœm. gen. ναῦλα. Genus instrumenti musici, quod idem cum Psalterio esse quidam tradunt.

Naulium, i, diminutiuum. Ouid. 3. *de Arte,*

Disce etiam duplici genialia naulia palma
Vertere, conueniunt dulcibus illa modis.

Vide Cælium *lib.9.c.4.*

Naulium, ciuitas in Liguria, à portu & turribus, inclita: & vadorum Sabatiorum portus, à quo decem millibus distat Sabatia.

Nāulŏchum, ναύλοχον, Locrorum oppidum est, teste Plin. *lib. 4. cap. 3.* ¶ Est item Naulochum, siue Naulochus, Thraciæ oppidum, non procul ab Hæmo monte: cuius meminit idem Plin. *lib. 4. cap. 11.* Steph. præterea Naulochum vrbem in Ionia collocat, alio nomine Smyrnam appellatam. Sueton. *in Aug. cap. 16.*

NĀVO, as, Do, confero, adhibeo. { שם השלים *scham hischlim.* προσέχω κατατίθημι. GALL. *Accomplir, s'employer à faire quelque chose.* ITAL. *Empire, compire.* GERM. Fleiß anwenden/ gefliſſen erzeigen. HISP. *Hinchir dar.* ANGL. *To force himself, and giue diligence in doing any thing.* } Cicero *lib. 2. de Oratore,* Iam mihi videor nauasse operam quòd huc venerim. Idem *App. Pulchro,* illud pugna & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur, vt quum hîc tibi satisfecerimus, istic quoque nostram in te beneuolentiam nauare possimus, id est, conferre, vel ostendere, vel (vt inquit Budæus) nauo animo adhibere & præstare. Tractum verbum à nautis, quum sunt auxilio aliis in gubernandis nauibus. Naues enim quum ex naualibus in mare deducuntur, maximo hominum auxilio indigent. Studium suum alicui nauare. Cicer. *ad Attic. lib. 15.* Nauare & efficere opus aliquod. Idem *ad Attic. lib. 9.* Vtinam hac miseria aliquod Reipubl. πολιτικόν opus efficere, & nauare mihi liceat.

Naupactus, ναύπακτος, oppidum est Ætoliæ, non procul à Locris. ita dictum (inquit Stephanus) ἀπὸ τῶν τῶν Ἡρακλειδῶν ναυπηγίας, hoc est, ab Heraclidarum naualibus. Hodie vocatur Lepanthum, per Turcas Venetis ereptum. Vide Strab. *lib. 9.* Plaut. *Milit. sc. 1. a. 2.* publicè legatus Naupactum fuit. ¶ Hinc Naupactius, a, um, ναυπάκτιος, & Naupacteus penultima producta, ναυπάκτιος. vt, Naupacteus Achelous. Ouid. 2. *Fast.*

Nauplia, æ; ναυπλία. Agri Argiui oppidum est, & portus Argorum: qui & inde nomen accepit, quòd naues eò soleant applicare. Autor Strab. *lib. 8.*

Nauplius, ναύπλιος, Palamedis pater fuit, qui vt mortem filij falsa Vlyssis accusatione oppressi, vlcisceretur, Græcis tempestate laborantibus, ex Caphareo monte ignem ostendit, bonámque classis partem ad ignem, tanquam ad vicinum portum, annauigantem, in asperrimos scopulos pellexit, miserandóque perdidit naufragio. Postea verò quum intellexisset Vlyssem & Diomedem, quibus eas insidias potissimum struxerat, incolumes euasisse, doloris impatientia seipsum in mare præcipitem dedit. Suet. *in Ner. c. 39.* Transeuntem eum Isidorus Cynicus in publico, clara voce, corripuerat, quòd Nauplij mala benè cantitaret, sua bona malè disponeret.

Naupliades, ναυπλιάδης. Patronymicum masculinum, quod pro Palamede accipitur, Nauplij filio. Ouid. 13. *Metam.*

——— *Timidi commenta retexit*
Naupliades animi.

Item,

Sed neque Naupliades facinus defendere tantum. ibid.

Nauplius, piscis est sepiæ similis, de quo vide Plin. *lib. 9. cap. 30.*

Nauportus, ναύπορτος. Strab. *lib. 7.* oppidum est Istriæ, Tauriscorum colonia, ad fluuium Corcoram.

Nauportus, Istriæ fluuius est inter Æmoniam & Alpes nascens, nomen habens ab Argo naue, quam Argonautæ humeris eousque delatam per hunc fluuium subuexerunt. Autor Plin. *lib. 3. c. 18.*

Nauscio, is, it, de grano fabæ dicitur, quum nascendi gratia se aperit, quod non sit dissimile nauis formæ. Festus.

Nausea, æ; זרא *zara* געל *ghoál.* GALL. *Appetit de vomir, vomissement.* ITAL. *Mouimento di vouitare.* GERM. Ein vnwillen / eygentlich ein solcher vnwil so das kotzen bringt. HISP. *Alteracion o disposition para vomitar, vomito.* ANGL. *Appetit of vomitting, or vomitting, lothing.* } Stomachi ad vomitum ex graui odore perturbatio, & concitatio. Cic. *lib. 16. familiar.* Festinare te nolo ne nauseæ molestiam suscipias æger. Idem *ad Atticum 5.* nauigauimus sine timore & nausea. Plinius *lib. 20. cap. 14.* Nauseas cum sale & polenta in frigida aqua pota inhibet. A naui deductum nomen, ex cuius sentina mouetur vomitus, vel ex cuius frequenti & inordinato motu, subuertitur stomachus, & ad vomitum concitatur. Senec. *cap. 1. de tranq.* Non tempestate, sed nauseâ vexor. ¶ Accipitur etiam aliquando Nausea pro quauis molestia, vel fastidio: vnde mouere nauseam, idem est quod molestiam procreare.

Nauseola, diminut. à nausea. { ναυτίδιον, μικρὰ ναυτία. GAL. *Petit vomissement.* ITAL. *Picciolo vomito.* GERM. Ein kleyner vnwillen. HISP. *Pequeño vomito.* ANGL. *A litle appetit or lothing.* } Cic. *ad Attic. lib. 14.* Nauseolam tibi tum ansam o::ij dedisse facilè patiebar.

Nauseosus, sa, sum, qu̇od nauseam inducit. { ναυτιώδης. GALL. *Qui induit & prouoque à vomir.* ITAL. *Cosa che prouoca à vomitare.* GERM. Das vnwillen bringt oder zukotzen macht. HISP. *Cosa que haze vomitar.* ANGL. *That causeth to vomite.* } Plin. *lib. 16. cap. 18.* Radice crassa, madida, nauseosa.

Nauseo, seas. { זהם *Zihém* קץ *kats.* ναυτιάω. GAL. *Vomir.* ITAL. *Vomitare, hauer nausea.* GER. Vnwillen haben HISP. *Vomitar.* ANGL. *To vomite, to loth a thing.* } Nausea laboro, & vomitu infestor, ad vomitum impellor, vomendi appetitum habeo, vomo. Cic. *Philipp. 2.* Non dissimulat P. C. apparet esse commotum: sudat, pallet: quiliber, modò ne nauseet, faciat quod in porticu Numicia fecit. Plaut. *in Amph.* Lassus sum hercle è naui, vt vectus sum hoc, etiam nunc nauseo. Cic. *Fabio Gallo,* tu tamen quum audisses ab Anitio (vidit enim me nauseantem) non modò mittendi causam habuisti, sed etiam visendi. Nauseare, pro contemnere & respuere, quod qui nauseant, cibos fastidiunt. Idem *1. de nat. deor,* Quàm bellum erat Vellei confitere potius nescire quod nescieris, quàm ista efficientem nauseare, atque ipsum sibi displicere.

Nauseator, verbale Senec. *Epist. 54.* Illud scito Vlyssem non fuisse tam irato mari natum, vt vbique naufragia pateretur: nauseator erat.

Nausicæ, ναυσικάη, Alcinoi Phæacum regis filia, & Aretes, quæ quum exisset ex vrbe cum pedissequis, iuissétque ad flumen lotura vestes, vidit Vlyssem, naufragum in littore sedentem, nudum arborum ramis circumtectum, cui oranti & vestes dedit, & in regiam patris sui ire iussit. de hac Martialis *lib. 2.*

Si mihi Nausicaë patrios concederet hortos,
Alcinoo possem dicere, malo meos.

Nausimenes, ναυσιμένης, vir Atheniensis, cuius vxor quum liberos in incestu deprehendisset, indignitate facinoris perterrita vocem amisit.

Nausithous, ναυσίθοος, Rex Phæacum, Neptuni filius, & Peribœæ Eurymedontis filiæ, & Pater Alcinoi.

‖ Naustibulum, vas alui simile. videtur à nauis similitudine. Fest. ‖

Nautea, { ἀνάγυρος. ANGL. *Curriors bleache, an hearbe that curriors doe vse.* } Herba est, inquit Festus, granis nigris, qua vtuntur coriarij: vel aqua coriariorum: vel (vt Nonius inquit) aqua ex nauis sentina veniens. Plaut *in Asin. sc. 2. a. 5.* Nauteam bibere malim si necessum est, quàm illam oscularier. Idem *in Curc. sc. 2. a. 1. & sc. 2. a. 5.* Omnium vnguentûm odor præ tuo nautea est.

Nauticus, vide *Nauis.*

Nautilus, ναυτίλος, piscis marinus ita dictus, quòd nauigantis effigiem habeat: ναυτίλλομαι enim apud Græcos significat Nauigo. Plin. *lib. 9. c. 29.* Inter præcipua autem miracula est, qui vocatur Nautilos, ab aliis Pompilos. Supinus in summa æquorum peruenit, ita se paulatim subrigens, vt emissa omni per fistulam aqua, velut exoneratus sentina, facilè nauiget. Postea duo prima brachia torquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit: qua velificante in auras, cæteris subremigans brachiis media cauda vti gubernaculo, sese regit. Ita vadit alto, Liburnicarum gaudens imagine, & siquid pauoris interueniat hausta se mergens aqua.

NAVVS, a, um, Celer, strenuus, gnarus, assiduus: à nauium celeritate dictus. Vel potiùs, quòd in naui sit semper aliquid agendum. Vide & Donatum in Nauiter. { שקד *schokédh* טרד *torédh* אביר *abbir* מהיר *mahir.* δραστήριος, φιλεργός. GALL. *Prompt, diligent, soigneux, soudain* ITAL. *Diligēte, sollicito, presto,* GERM. Eufrig/emsig/ anhebig/handfest/fleissig. HISP. *Diligēte, industrioso, ligero.* ANGL. *Diligent, sturring, quick, actiue, valiant.* } Liu. *lib. 3. ab Vrbe,* In Fabio minus in bono constans, quā nauū in malitia ingenium. Huius contrarium est ignauus. Columella *lib. 11. cap. 1.* In agresti negotio dici vix potest quid nauus operarius ignauo & cessatore præstet. ¶ Interdum nauus dicitur, quasi sciens & cognoscens. Idem *lib. 8.* Sit autem vigilans, impiger, industrius, nauus omnium quas pascit. Quo tamen in loco *Narus* potiùs, siue *Gnarus* legendum videtur.

Nauitas, atis, siue Gnauitas diligentia strenuitas. { מהרה *meheráh.* ἐπιμέλεια. GALL. *Soudaineté, diligence, soing.* ITAL. *Diligenza.* GERM. Fleiß/anhaltung. HISP. *Diligencia.* ANGL. *Diligence, quicknesse valiantnesse.* } Cic. *in Epist. lib. 10. ad Funnium,* Istámque operam, nauitatem animum in Rempublicam, celeritati præturæ anteponendum censeo, Vnde Ignauia, traditas, desidia.

‖ Nauities, idem quod *Nauitas.* ‖

Nauiter, siue Gnauiter, Diligenter, strenuè. { ἐπιμελῶς. GALL. *Diligemment, soigneusement.* ITAL. & HISP. *Diligentemente.* GERM. Fleissiglich/ensigklich, hurtigklich. ANGL. *Quickelie, valiantlie.* } Colum. *lib. 1. cap. 1.* Vt in itinere conficiundo sæpè maturius peruenit is qui nauiter, & sine vllis concessationibus permeabit, quàm is qui quum vnà profectus sit vmbras arborum, fonticulorúmque amœnitatem vel auræ refrigerationem captauit: sic in agresti negotio, &c.

Nauius Accius, insignis Augur fuit, qui sub Tarquinio Prisco Romanorum rege floruit: quem Liuius *lib. 1. ab Vrbe condita* fabulatur nouacula cotem discidisse. meminit huius Cicero sæpe *in lib. de diuinat.*

Naxia, Cos est, signis marmoreis poliendis, & gemmis scalpendis accommodata, ναξία, ἀκόνη. Inuenitur in Cypro insula: vt inquit Plin. *lib 16. cap. 7.*

Naxus, νάξος, vulgò *Nicsia,* Insula in mari Ægæo, vna ex Cycladibus, cæteras superans: antea Strongyle dicta. Hæc Dia pòst appellata fuit. Verùm quum Cares ex Lamia profecti duce Naxo eam occupassent, à Duce Naxum appellarunt. Hanc Dionysiada à vinearum fertilitate dici

ci scribit Plin. *lib.*4. *cap.*12. Vel quia (vt alij volunt) solæ Naxiæ mulieres octauo mense pariant, quoto & Liber pater natus creditur. Siue quis fons in ea vino fluat. Distat à Delo septem millibus.

Naxius, a, um, νάξιος, vnde Naxius ardor, apud Columellam, quo significatur Ariadnes coronæ sydus. Nam (vt ferunt poetæ) in insula Naxo relicta Ariadne à Theseo, nuptias cum Baccho fecit, coronámque, quam à Venere, & Horis dono acceperat, inter sydera relata fuit.

Nazaræus, ναζαραῖος, ἢ ναζωραῖος, Consecratus dicitur: & à Nazareth Nazarenus Christus dictus est. ¶ Idem monachorum genus apud Turcas. Lex. gr. b.

Nazaretha, ναζαρέθ, patria Domini nostri Iesu Christi.

‖ Nazarenus, A. titularis, in regno Neapolitano, & D. Tranensi. ‖

Nazarenus aliquando idem, quod Christianus: qui scilicet ipsum Nazarenum seruatorem suum confitetur.

‖ Nazianzus, V. olim E. postea M. sub P. Constantinopolitano. ‖

N E.

Ne, dehortatiuum, seu prohibitiuum aduerbium est, & iungitur magis imperatiuo, quàm subiunctiuo, inquit Donatus. { אַל al. μή. GALL. *Ne.* ITAL. *Non, accioche non.* GERM. *Nicht.* HISP. *Porque no.* ANGL. *No, not.* } Ne plora. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.*4. Ne feceris. (id sup.) Idem *Men. sc.* 4. *a.*2. Ne erres, vide *Erro.* Vapulare te iubeo. Ne me territes quæso. Idem *Curc. sc.*4.*a.*4. Vel tu ne faceres tale in adolescentia. i. non debuisti facere. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.*1. Benignè fecit, ne iratus esset. Idem *Mil. sc.*6 *a.*2. Mihi molestus ne sis. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Dum ne ob malefacta peream, parui æstimo. Idem *Capt. sc.* 5. *a.*3. Idem *in Persa*, Abi, ne iura, satis credo. Terent. *in Andria*, Ne sæui tantopere. Virg. 3. *Æneid.*

Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito.

Terent. *in Eunuch.* Si certum est facere facias: verùm ne pòst conferas culpam in me. *Ibid.* Hic nebulo magnus est, ne metuas. Peri. P. Ne time. Plaut. *Men. sc.*2. *a.*1. Ne prosit, néve mihi noceat, ne frustra sis. Vide *Frustrà.* Vtrum spémne, an salutem te salutem. Idem *Pseud. sc.*2. *a.*4. &c. Item, Ne me nequidquam serues. Idem *Men. sc.*2. *a.*1. ¶ Iungitur quum iurantis est, & obtestantis, optatiuo. Cic. 7. *lib. Epist. ad Gallum*, Sed ne viuam, si tibi concedo. Terent. *in Phorm.* Quod vtinà ne Phormioni id suadere in mentem incidisset. ¶ Ne pro vt non, vt ne nisi, i. vt non nisi. Cels. *lib.*4. *c.*4. Cùm accessit id quoque ne, ne nisi recta ceruice spiritus trahatur, ὀρθόπνοια. Martial. *lib.* 1.

Lex hac carminibus data est iocosis,
Nec possint, nisi pruriant, iuuare.

Vbi adiunctiuam particulam esse tradunt Grammatici ¶ Ne pro non. Plaut. Nisi tu ne vis. Terent. Quid ne es alacris? id est, cur non. Idem *in Andr.* Ego id agam, mihi qui ne detur, i. ἵνα μή. Lucret.

Illa quoque in Solis qua lumine cernere quimus,
Ne quibus id faciant plagis, apparet apertè.

¶ Quandoque rationalis, pro ergo. Virg. 1. *Æneid.*

——*Méne incepto desistere victam?*

Catull.

Alloquar, Audieróne vnquam tua verba loquentem.

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Sumne ego mulier misera. Súmne ego infelix. Vide *Sum* pro an, & pro certè, antiquè. Emitteréisne nec ne eum manu. Idem Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. ¶ Ne pro quin, idem. *Amph. sc.* 3. *a.* 4. Ne te sacruficem nunquam euades. (i. quin.) ¶ Ne, pro sine priuatiua particula plerunque in Latina lingua ponitur, vt scribit Gell. *cap.*21. *lib.*13. ¶ Ne subauditum. Plaut. *Pseud. sc.*2. *a.*1. Amor prohibet faciam. i. ne fac. ¶ Quandoque causalis. Idem 2. *Æneid.*

Ne recipi portis, aut duci in mœnia possit,

id est, vt non, ἐφ' ᾧ μὴ, ἐφ' ᾧ τε μὴ, ὡς μὴ, ὅπως μή. ¶ Quandoque pro Vt Cicer. *Curc.* Vt non vereremur, ne nimis citò mitteremus. ¶ Ne nihil, id est, Vt aliquid. Idem *Pato*, Ne amicis nihil tribuamus, epulamur: id est, vt amicis aliquid tribuamus. ¶ Quandoque Nedum. Terent *in Andr.* Ne vacuum esse nunc me ad narrandum credas. ¶ Plerunque dubitatiua, ἤ. Virg 11. *Æneid.*

Iustitiane prius mirer, belline laborum.

Apud oratores, Ne interrogatiuum rarò geminatur, sed loco posterioris vtimur aduerbio An: vt, Bonúsne, an malus? Aliquando etiam sic, Eundum mihi, nécne sit, ignoro. Et per interrogationem. Cic. *pro dom.* Taménne arbitraris id me posse obtinere? ἢ μή. ¶ Quidam superuacuum addunt An, hoc modo, Nescio an bene faciam, nécne. ¶ Quandoque confirmatiuè. Virg. 11. *Æneid.*

Tantáne me tenuit viuendi nate voluptas,
Vt pro me hostili paterer succedere dextræ?

Quo tamen in loco quidam (quos quantitas reprobat: nam *Ne* illic corripitur, vt notum est) exponunt Næ pro vtique, cum diphthongo scribentes. ¶ Quandoque interrogatiua est. Terent. Egóne? Tu ergo. ¶ Quandoque habet vim interrogandi, & dubitandi simul. Idem *in Andr.* Datúrne illa hodie Pamphilo nuptum? Quandoque vim extenuandi habet, & nedum valet. Salust. Secundæ res Sapientum animos fatigant: ne illi corruptis moribus victoriæ temperent, hoc est, tantum abest, vt illi victoriæ temperent. At næ, ναὶ, cum diphthongo Græca dictio est, idem significans quod certè, vel vtique, de qua dictum est suo loco. ¶ Composita à Ne, aduerbia negandi sunt, Nec, Neque, μηδὲ, μήτε. Nequà, Nequo, Nequicquam, Neutiquam, Neutique, Nequaquam, Necubi, Nedum, & alia. ¶ Aliquando, Ne accipitur pro Vt, præsertim quum subiungitur post aliquod horum verborum, Metuo, Timeo, Vereor. Eiusdem enim significationis sunt hæ orationes, Vereor ne moriatur, & Vereor vt moriatur. ¶ Interdum etiam vtrunque coniungimus: vt apud Cic. Metuo vt ne pereat. Terent. *in Eunuch.* id vt ne fiat, sola hæc res est remedio. Idem *in Andr.* Apprimè in vita vtile, vt ne quid nimis. In quibus omnibus exemplis, Vt, surperfluit, ornatúsque potius, quàm necessitatis causa additum. ¶ Vt ne, Ne, vacat. Gell. *cap* 8. *lib.*6. ¶ Quandoque Ne idem est quod neque, οὐδὲ: & hoc ferè subsequente particula Quidem. ita tamen, vt inter Ne & Quidem dictio aliqua intercedat. Cic. *de Amic.* Nunquam illum ne minima quidem re offendi. ¶ Ne dicam. Si hæc clausula sequatur substantiuum, adiectiuum sequens in accusatiuo ponitur. Cic. *pro rege Deiotaro*, Crudelis Castor, ne dicam sceleratum & impium, qui nepos, &c. si substantiuum postponatur huic particulæ, id est, si interiiciatur inter adiectiuum & substantiuum, vtrunque erit in nominatiuo: vt, Crudelis, ne dicam sceleratus & impius Castor. Hæc ex Valla *lib.* 3. *c.* 20. Sunt & aliæ dicendi formulæ à particula Ne, profectæ, quibus vtimur deprecandæ longitudinis causa, Ne vos, vel, Ne te diutiùs teneam: vel, Ne te pluribus teneam. Item, Ne multa, Ne multis, Ne plura, Ne pluribus, Ne longus sim, Ne longum sit, Ne longum faciam, &c. id est, vt breui expediam, ad summum, vt breuiter dicam. ¶ Ne sit sanè, videri certè potest. Cic. 4. *Acad.* Barbari dicunt, Cape quod ita non sit. Liuius, Ne sint vera quæ Athenienses modò legati de libidine regis dixerunt. Cic. *pro Cælio*, Obliuiscor iam iniurias Clodia, depono memoriam, &c. ne sint hæc in te dicta quæ dixi.

‖ Nea, noua, Neos, nouus. ¶ Est item ‖ Nea, νέα, insula prope Lemnum, in qua nonnulli volunt Philoctetem hydri morsu fuisse interfectum. Plin. *lib.*2. *c.*87. de insulis, enatis, Inter Lemnum & Hellespontem Nea.

Neæra, νέαιρα, nomen est nymphæ, quæ peperit Soli duas filias Phaëthusam & Lampetiam, quæ armenta Solis transeunti Vlyssi iuxta Siciliam ostendit. ¶ Est etiam mulieris nomen proprium apud Virg. *Eclog.* 3.

——*Dum fouet ille Neæram.*

Neæthus, νήαιθος. fluuius est in extremis Italiæ finibus, non procul à Lacinio promontorio, & Crotone vrbe. Vide Plin. *lib.*6. *c.*11.

Nealces, νεάλκης. Pictoris nomen, qui Venerem pinxit, Naumachiam Ægyptiorum & Persarum. Item asellum bibentem in littore, & crocodylum ei insidiantem. Autor Plin. *lib.*35. *c.*10.

Neandrus, νέανδρος. Troadis oppidum, postea Perperenne nominatum, teste Plin. *lib.*5. *c.*30. Steph. Neandriam, νεάνδρειαν, appellat.

Neapolis, {νεάπολις. ITAL. *Napoli.* GERM. *Naples* } Ciuitas est Campaniæ à Chalcidensibus condita, quæ quum à Cumanis esset euersa, ingruente acerbissima peste, ita iubente Apollinis oraculo, ab iisdem splendidiùs est restituta: bonáque ciuium eò translata, ad differentiam veteris vrbis, Neapolis est appellata. Hæc & Parthenope dicitur, à nomine Sirenis ibi sepultæ. Autor Plin. *lib.*3. *cap.*3. Suid. Νεάπολις πόλις Ἰταλικὴ ἀοίδιμος, ἐν ἧ παρθενόπης ἵδρυται σῆμα ἀγαλμα, πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι νεαπόλεις. ¶ Est & Neapolis, Africæ oppidum, vt scribit Pomponius Mela *lib.* 1. ¶ Est item eius nominis Cariæ vrbs ad Iasum sinum, eodem autore. ¶ Neapolis, quæ & Leptis magna. Ptolem. *lib.*4. *cap.*3. vrbs iuxta Syrtim paruam, quam *Tripolim* hodie vulgus appellat.

Neapolitanus, a, um, qui ex Neapoli est, νεαπολίτης.

Nearchus, νέαρχος, Iuuenis eximiæ pulchritudinis, cuius meminit Horat. *lib.*3. *Carm.*

Nebis, apud Ptolem. *lib.*2. *cap.*6. Tarraconensis Hispaniæ fluuius, Benis Straboni dictus *lib.* 3.

‖ Nebrias, νεβρίας, species piscis. ‖

Nebrides. {νεβρίδες. GALL. *Peaux de daim ou de cerf.* ITAL. *Pelli di daino ò di ceruo.* GERM. *Gembsen oder hirschhaut.* HISP. *Pellejos de gama ò cieruo.* ANGL. *The hides of does or hartes.* } Damarum, seu ceruorum pelles, quibus vti veteres in Bacchi sacris solebant, νεβρὸς enim dama, seu ceruus est. ‖ ¶ Nebrides Dianæ, cerui Dianæ. Gl. Isid. ‖

Nebrites, νεβρίτης. Gemmæ species est, Libero patri sacra, à nebridum pellium similitudine, quibus in Liberi sacris vtebantur. Plin. *lib.*37. *cap.*10.

Nebrodes, νεβρώδης, mons in Sicilia, cui damarum copia nomen dedit. Est & vnum ex Bacchi cognominibus.

Nebros, νεβρὸς, Clarissimus ex Asclepiadis fuit in Co insula, vel Pythiæ testimonio, vnde & Nebridæ dicti, ex quibus & Hippocrates. Stephanus in *Co.*

Nebula, æ, עָנָן hanan עָב hab, νεφέλη, ὀμίχλη. GALL. *Vne broüée, broüillart nuée.* ITAL. *Caligo, nebbia.* GERM. *Ein nebel.* HISP. *Niebla.* ANGL. *Miste, a cloude.* } Sic differt à Nube, quòd nebula vapor sit è terra atque aquis surgens, quæ siue statim euanescit, siue in altum sublata, conuertitur in nubem. Nubes quocunque tempore fieri possunt, Nebulæ nec æstate calida, nec nimio frigore existunt, inquit Plin. *lib.*2. *cap.*60. Atra nebula. Virg. 2. *Æneid.* Humentes nebulæ. Stat. 9. *Theb.* Liuens nebula. Sil. *lib.*6.

——*tandem exhalauit in auras*
Liuentem nebulam fugientis ab ore veneni.

Nebula erroris. Iuuenal. *Satyr.*10.

——*pauci dignoscere possunt*
Vera bona, atque illis multum diuersa, remota
Erroris nebula.

¶ Quasi per nebulam audire, est leuiter, & non attentè audire. Plaut. *in Capt. sc. vlt. a.* 5. Nunc ædepol demum in memoriam regredior, audisse me quasi per nebulam, Ægionem meum patrem vocarier. Ex spiritu atque anhelitu nebula constat. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Nebulæ quæstionum, Gell. *cap.*9. *lib.*8. Nebulæ dolia summa tegunt (cùm florent vina.) Ouid. 5. *Fast.* Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1.

Qua quasi per nebulam scimus atque audiuimus.

¶ Nebula pulueris, puluis excitatus & aërem offuscans, tanquam nebula. Lucil. *lib.* 5.

——*multa pulsata pedum vi*
Pulueris exhalat nebulam nubésque volantes.

¶ Nebula, panis tenuis, instar nebulæ alicuius, vt sunt placentæ & placentulæ, quæ vix tactæ rumpuntur. Vet. Vocab. In Græcismo dicitur,

Aëris est nubes, nebula de flumine surgunt.
Ac panis nebula tibi subtilissimus extat.

Est quidem etiam *nebula* pannus tenuissimus. Sed vera tamen lectio est *panis.* ¶ Nebula erroris, cæcitas mentis, ignorantia veri & boni. Iuuenal. *Sat.*10.

Omnibus in terris, qua sunt à Gadibus vsque
Auroram & Gangen, pauci dignoscere possunt
Vera bona atque illis multum diuersa, remotâ
Erroris nebula.

¶ Nebulæ pro nugis. Pers.

Grande locuturi nebulas Helicone legunto,

id est, figmenta inania & nugacia poëtarum. Plaut. *in Pœnulo*, Cuius ego

ego vel nebulæ cyatho ſeptem noctes non emam. vbi pro te nihili. Inde Nebulones dicti. ¶ Nebula linea, i. tenue amiculum lineum, quod nec panni crebritatem, nec telæ denſitatem, ſed nebulæ tenuitatem pellucidam æmulatur. Petron. Arbiter, Palàm proſtare nudam in nebula linea. vide *Ventus textilis.*

Nebularium, ij, Ædificium, à ſubiicienda meſſe per nubilum tempus. ὑποσίφιον ἢ ἀποσίφελον στρόβολον.

Nĕbŭlōnēs, & Tenebriones. { ἐνδεοὺς ἄξιοι, ἀλίδανοί. GALL. *Vauneants, trompeurs, faineants.* ITAL. *Huomini da niente, ciurmadori, cicaloni.* GERM. Nichts ſollende Leut/die mit bubenwerck vmbgehn/ loteersbuben/ehrloſſe. HISP. *Hombres de poca eſtima.* ANGL. *A knaue, a lyingering follow.* } Dicti ſunt fures, nugatores, vani, nullius pretij homines, qui mendaciis & aſtutiis ſuis nebulam quandam & tenebras obiiciunt: vel quòd ad fugam fugitiuis nebulæ ſunt accommodatæ: vel quòd molles ſunt, inanes, & vani, vt nebula, vt Donatus inquit. Lucilius, Nugator quidam ac nebulo fit maximus multò, Cicer. *ad Attic. lib.* 1. Totum inueſtiga, cognoſce, perſpice, & nebulonem illum, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amoue. Terent. *in Eunuch.* Nebulonem hunc certum eſt ludere. *Ibid.* Sanè quòd tibi nunc videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt. Horat. 1. *Serm. ſatyr.* 1.

——non ego auarum
Quum verè te fieri, vappam iubeo, aut nebulonem.

Idem. 1. *Epiſt.* 2.

Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati,
Sponſi Penelopes, nebulones, Alcinoique.

¶ Nebulo homo. Gell *c.* 6 *lib.* 16. Nebulonis hominis facetias riſi. Item, nebulo egregius, *cap. vlt. lib.* 13.

‖ Nebulor ἀρχιστῶ, Gloſſ. Græcol. Eſt inutilem fieri, aut eſſe, inſtar nebulæ, nebulonem eſſe. ‖

Nĕbŭlōsŭs, a, um, Nebulis tectus, nebulis & nubibus plenus, tepidus, & frequentibus nebularum humoribus conſperſus. { νεφελώδης. GALL. *Nebuleux, plein de nuées & broüillarts.* ITAL. *Nuuoloſo.* GERM. Näblechtig oder niblig. HISP. *Coſa llena ò cubierta de nieblas.* ANGL. *Full of miſt or cloudes.* } Cato *de re ruſt. c.* 6. Ager ſi nebuloſus eſt, rapa, raphanos, milium, panicum, ibi maximè ſeri oportet. Colum. *lib.* 2. *c.* 10. Eaque nec macrum, nec nebuloſum locum patitur. Gell. *cap.* 2. *lib.* 20. Nebuloſo nomine vocari. (i. obſcuro.)

‖ Nebuloſitas. Arnob. *lib.* 7. Non, ſi mille tu pondera maſculi thuris incendas, cœlumque hoc totum redundantium vaporum nebuloſitate cludatur. ‖

Nĕc, Neque, & Necdum, Coniunctiones ſunt diſiunctiuæ, quæ ferè geminatæ in oratione collocantur, aut etiam ſingulæ, ſed tamen ita, vt ferè ſemper præcedat negatio. { ואין veen ולא velo. μηδὲ, οὐδὲ, οὔτε, μήτε. GALL. *Ne,* ITAL. *Ne.* GERM. Nicht. HISP. *Porque no.* ANGL. *Nether, nor.* } Nec rectè in nos dicis. Plaut. *Aſin. ſc.* 3. *a.* 1. Nec viuam, nec mortuam. Idem *Curc. ſc.* 3. *a.* 5. Nec quicquam quàm. Sueton. *in Claud. c.* 10. Nam nec edo, nec emo, niſi quod eſt cariſſimum. Plaut. *Men. ſc.* 1. *a.* 1. Emitteréſne necne eum manu. Idem *Cap. ſc.* 5. *a.* 3. Nec rectè, vide *Rectè.* ¶ Nec non vt tempora noras, Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4 *Triſt.*

——Nec non in corpore noſtro
Pectora... ſunt potiora manu,

idem *lib.* 13. *Metam.* Nec etiam. Suet. *in Auguſt. c.* 66. ¶ Nec, ſemel poſitum initio orationis. Nec te vltrò oraui. Plaut. *Men. ſc.* 3. *a.* 4. Ita ponitur Neque *ibidem*, de quo infrà. ¶ Item, Nec manifeſti furti pœna duplex Gell. *c.* 18. *lib.* 11. Cic. *de Amic.* Nec enim melior vir fuit Africano quiſquam, nec clarior. Terent. *in Eunuch.* Occidi, neque virgo eſt vſquam, neque ego, qui illam è conſpectu amiſi meo. Cic. *de Amic.* Neque quicquam vnquam, niſi honeſtum & rectum, alter ab altero, poſtulabit: neque ſolùm colent ſe inter ſe, ac diligent, ſed etiam verebuntur. ¶ Nonnunquam ſignificat non: vt, Nec video quorſum res euadat. Cic. *lib.* 3. *de Legibus*, Senatori qui nec aderit, aut cauſa, aut culpa eſto. Verba ſunt legis antiquæ, quibus hoc ſignificatur, Senatori, qui ad ſenatum vocatus non conuenerit, aut culpam imputari oportere, aut iniungendam neceſſitatem cauſæ legitimæ excuſandæ. Hæc Budæus *in poſterioribus annotat.* Plaut. *Aul ſc.* 1. *a.* 1. Nec nunc queo comminiſci, quid ille inuenerit. (i. non queo.) Terent. *in Andr.* Audiui iam omnia. D. ah, ne tu omnia. Idem *in Heaut.* Vt hanc lætitiam nec opinanti primus obiicerem, hoc eſt, non opinanti, & præter expectationem. Cic. *in Offic.* Nec opinatò, pro inopinatò aduerbij loco. ἀπροσδοκήτως. Idem *lib.* 3. *de finibus*, Quum incidiſſet, vt alterum nec opinatò videremus, ſurrexit ſtatim. ¶ Reſoluuntur autem ferè hæ coniunctiones, per negationem & coniunctionem diſiunctiuam, vt hæc oratio, Nec fuit Africano vir melior, nec clarior, ſic ferè exponitur, Africano non fuit vir melior, aut clarior. Sed ſi ſequatur Enim, vìm ſimplicis negationis habet. vt, Nec enim id facerem, id eſt, non enim id facerem. Quandoque ſignificat Etiam. Quintilianus, Perſolui gratia non poteſt, nec malo patri, id eſt, etiam malo patri. ¶ Factum eſt autem Nec à Neque, per apocopen duarum extremarum literarum, & q, quòd finem Latinæ dictionis tenere non poſſit, in c, commutato. ¶ Neque quid velim, neque quid nolim magni facitis. Plaut. *Aſin. ſc.* 3. *a.* 1. Factis neque malis, neque improbis. Idem *Aul. ſc.* 4. *a.* 1. Neque leges, neque æquum colunt, Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 2. Neque ego inſanio, neque ego pugnas cœpio. *Ibid. ſc.* 5. *a.* 5. Neque veriſimile, neque verum. Idem *Moſt. ſc.* 1. *a.* 1. Neque refugit & adhortatus eſt. Suet. *in Caſ. c.* 63. Et *in Aug. c.* 44. Neque quicquam melius eſt. Plaut. *Pſeud ſc.* 7. *a.* 4. Neque hominem magis malum vidi. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 4. Neque tibi occupare patrem, neque tibi præripere poſtulo. Idem *Men. ſc. vlt. a.* 5. ¶ Neque non, initio periodi, Gell. *c.* 23. *lib.* 13. Neque non illa quoque, &c. Item, Initio orationis, Plaut. *Men. ſc. vlt. a.* 4 Neque te defraudandi cauſa poſco. Idem *Pſeud. ſc.* 7. *a.* 4. Neque quicquam melius eſt. ¶ Neque, quater poſitum. Vide apud eundem *in Pſeud ſc.* 4. *a.* 1. ¶ Necdum non adhuc. { μήπω. GAL. *Non point encore.* ITAL. *Non ancho.* GERM. Noch nicht. HISP. *Ni aun, ni agora.* } Virg. 1. *Æneid.* Necdum etiam cauſæ irarum, ſæuíque dolores Exciderunt animo. Cic. *ad Attic. lib.* 6. Caſſius ineptas literas miſit: necdum Bibuli erant allatæ, ¶ Nequedum, idem quod necdum, id eſt, Et nondum. Cic. *ad Quint. fratr lib.* 3. Sed eius rei maturitas nequedum venit, & tamen iam appropinquat. Idem *ad Attic. lib.* 14. Nequedum Roma es profectus. ¶ Nec eo minus. { GAL. *Non autrement.* ITAL. *Ne punto manco, ne niente manco.* GERM. Nicht deſto minder. HISP. *No otramente.* Pro nihilo ſecius dixit Suet, Tranquil. *in Othone, c.* 4. Nec eo minus alium alia vita militum demerebatur. ¶ Neque ſecius eo, pro Nihilominus, idem *in Domic. cap.* 11. Item, Nec quicquam aliud, pro Tantùm, idem *in Nerone cap.* 43. Neque quicquam quàm, pro Tantùm, idem *in Claud. Cæſar.* Has formulas loquendi notauit Eraſmus *in Sueton.* tu inde exempla petito.

Necepſo, nomen autoris, de quo Firmicus *lib.* 8. ſic inquit, Hunc locum diuinus ille Necepſo, vt remedia valetudinum inueniret, diligentiſſimè quidem (vt diuinum tanti viri potuit ingenium) manifeſtis tractatibus explicauit.

Nĕcēſsĕ, & neceſſum indeclinabile. Gell. *cap.* 7. *lib.* 2. & *c.* 2. *lib.* 16. Dicitur quod vi aliqua cogente fieri opus eſt. { ἀναγκαῖον. GALL. *Neceſſaire.* ITAL. & HISP. *Neceſſario.* GERM. Notwendig/ von nöten. ANGL. *Needfull, neceſſarie.* } à Ceſſo verbo deductum, quòd non ſit in eo ceſſandum. Olim, teſte Donato, declinabatur, hic & hæc Neceſſis, & hoc Neceſſe, & Neceſſus, a, um, ex quibus hodie manſerunt Neceſſe & Neceſſum. Terent. *in Eunuch.* Sed neceſſe eſt, huic vt ſubuenias. Cicero *ad Atticum*, Eo minus neceſſe habeo ſcribere, aut etiam cogitare quid ſim facturus, id eſt, eo minus mihi opus eſt, ſiue opus habeo. Plaut. *in Stich.* Nunc auctionem facere decretum eſt mihi, Foras neceſſum eſt quicquid habeo, vendere. Cæſ. 1. *de bell. ciu.* Ne neceſſe habeant ad vltimum ſupplicium progredi. (i. ne velint.) Plaut. *Aſin ſc.* 2. *a.* 5. Video iurato mihi neceſſe eſſe eloqui, quicquid roges. *Ibidem ſc.* 1. *a.* 1. Neceſſe eſt hodie Sicyoni me eſſe, aut cras mortem exequi. Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 4.

Nĕcēſsĭtās, atis, Vis. { צרך tsórech. χρεία, πεῖσις, ἀνάγκη. GALL. *Neceſſité.* ITAL. *Neceſſità.* GERM. Notwendigkeit. HISP. *Neceſſidad.* ANGL. *Neceſſetie, neede.* } vt, Neceſſitas mihi incumbit eundi Mutinam. Neceſſitas me ſubigit, vt te rogitem. Plaut. *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 1. Neceſſitatis ſuæ nulli gratiam facit natura. Senec. *c.* 10. *de conſol. ad Polyb.* Nullis neceſſitatibus adſtricti municipes. Gell. *cap.* 13. *lib.* 16. Famem & cæteras neceſſitates pati. Suet. *in Caſ.* 68. Idem neceſſitas pro inopia, *in Tib. cap.* 47. Apud Quintilian. Neceſſitas eſt vis qua quis cogitur aliquid facere. Cic. 10. *Philipp.* Sed mihi neceſſitatem attulit paulò plura dicendi ſententia, eius qui rogatus eſt ante me. Idem *poſt reditum, ad Quirit.* Fatali aliqua quaſi neceſſitate mihi, cum fortuna belligerandum fuit. Idem *pro Cluent.* Neceſſitate coactus feci. Idem 2. *Offic.* Datur neceſſitati venia. ¶ Nonnunquam pro inſtantibus & neceſſariis negotiis ſumitur. Plin. *lib.* 4. *Epiſt.* Collegæ optimi meíque amantiſſimi, de communis officij neceſſitatibus proloquuti, excuſare me, & eximere tentarunt. ¶ Aliquando appellatione neceſſitatis, ius quoddam & vinculum religioſæ coniunctionis, hoc eſt, ſanguinis familiaritatíſve ſignificatur, συνήθεια, οἰκειότης. Cæſar. *in ſuaſione legis Plautia*, Equidē mihi videor pro noſtra neceſſitate, non labore, non opera, non induſtria defuiſſe. Neceſſitas & neceſſitudo, quid, & an differant, vide apud Gell. *c.* 3. *lib.* 13. ¶ Neceſſitas etiam aliquando impropriè & catachreſticè vſurpatur pro infallibilitate, quam barbarè vocamus, h. e. pro ea certa notitia, ob quam falli iudicium alicuius nequit. ¶ Neceſſitas in diuinis litteris ſignificat 1. vim cogentem oppoſitam libertati. 2. Pro anguſtia, afflictione, miſeria 3, Pro indigentia, egeſtate, defectu rerum, quibus opus eſt, quibus indiget vitæ vſus; quæ egeſtas nos quaſi in arctum cogit. 4. Pro opere, ſeu onere publico, quod alioqui reipubl. neceſſitate eſſet faciendum. ¶ Neceſſitas Diomedea. Dicitur de his qui neceſſitate aliquid faciunt. ¶ Neceſſitas dulcis & triſtis. Caſaubon. *in Athen. lib.* 2. *c.* 3. exponens illud Bacchylidis γλυκεῖ' ἀνάγκα, *ô neceſſitas dulcis, quæ venis & oriris è poculis*, ait: ἀνάγκαν, vocat mellitiſſimus poëta τῶν φρενῶν ἔκστασιν, cùm poto liberaliùs vino, homo ſuæ ſpontis non eſt, neque mentis ſanæ. Hanc neceſſitatem vocat γλυκεῖαν, quia erat aliud olim ananeææ potionis genus, cuius triſtis neceſſitas.

Nĕcēſsĭtūdo, inis, aliquando idem eſt, quod neceſſitas, hoc eſt, vis illa vrgens, quæ nos ad aliquid faciendum cogit. Saluſt. *in Iugurth.* Coactus rerum neceſſitudine ſtatuit armis certare. ¶ Præterea neceſſitudo, eſt coniunctio quædam affinitatis, vel ſanguinis, vel etiam meritorum. אהבה *ahuḃáh* ידידות *iedhidhúth* מודעת *modḣahath.* GALL. *Eſtroite amitié & alliance.* ITAL. *Amicitia ſtretta.* GERM. Geſippſchafft/ verwandtſchafft. HISP. *Amiſtad.* ANGL. *Neceſſitie night frendſhip.* } Cicer. *famil.* 13. Multos tibi commendem neceſſe, quando omnibus nota noſtra neceſſitudo eſt tuáque in me beneuolentia. Saluſt *In Iugurth.* Etiam antea Iugurthæ filia Boccho nupſerat: verùm ea neceſſitudo apud Numidas, Mauróſque leuis ducitur. De Neceſsitudine & Neceſsitate legendus Gell *c.* 3. *lib.* 13. ¶ Aliquando Neceſsitudo ponitur pro neceſſario, id eſt, cognato, vel affine. Suet. *in Auguſt.* Remiſit tamen hoſti iudicato neceſsitudines, amicóſque omnes.

Nĕcēſsārĭŭs, a, um, dicitur aliud, quod omnino fieri neceſſe eſt: vt, Neceſſarius eſt mihi aduentus tuus, { ἀναγκαῖος. GALL. *Neceſſaire,* ITAL. & HISP. *Neceſſario.* GERM. Notwendig. ANGL. *A neceſſarie thing.* { Cic. *Verr.* 5. Quò minus miremini Siculos re neceſſaria nulla coactos, auxilium à patronis, à Conſulibus, à Senatu, ab legibus, à iudiciis petiuiſſe. Idem 10. *Philipp.* An quum illum neceſſarium, & fatalem penè caſum non tulerimus, hunc feremus voluntarium. Idem *pro Quint. Roſc* Illa ſuperior fuit oratio neceſſaria, hæc erit voluntaria. Idem 2. *de nat. deor.* Nos è terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros neceſſariam. Idem 1. *Offic.* Ad vſus vitæ neceſſarios expetuntur diuitiæ. ¶ Sic neceſſarius hæres apud Iuriſconſultos dicitur, Seruus hæres inſtitutus, quia ſiue velit, ſiue nolit omnino poſt mortem teſtatoris protinus liber & neceſſarius hæres fit. ¶ Neceſſarium dictu. Plin. *lib.* 11. *c.* 24 Plura autem horum ſunt genera, nec dictu neceſſaria in tanta notitia. Non neceſſarium bellum ſuſcipere. Item, Non neceſſariis bellum duci (i. magno incommodo.) Cæſ. *lib.* 1. *de bell. ciuil.*

Neceſſarior, magis neceſſarius, ἀναγκαιότερος, vel ἀναγκαιέστερος, apud Tertull. & Ambroſ.

Nĕcēſsārĭī, dicuntur cognati, vel affines, vel amici, & hi quibus vti familiariter ſolemus quòd neceſſaria inter eos officia conferantur, autore Feſto. מודעים *modhaḃim* רעים *reḃim.* οἱ ἀναγκαῖοι, προσήκοντες. GALL. *Parens & alliez.* ITAL. *Parēti, amici, ſtretti.* GERM. Geſipts/verwandte. HISP. *Amigos*

gos, parientes. ANGL. *Nere, freindes, kinsmen.* } Cic. *Planco lib.* 13. *Epist.* Nec dubito quin scias, in iis necessariis, qui tibi à patre relicti sunt, me tibi esse, vel coniunctissimum. Marcus Cicero *familiar.* 11. Vitio mihi dant quòd mortem hominis necessarij grauiter fero. Idem *pro Cluent.* Quamobrem tota ista res per Stalenum potius, hominem ab vtroque alienissimum, sordidissimum, turpissimum, quàm per bonum aliquem virum ageretur, & amicum, necessariumque communem. Vide Gell. *cap.* 3. *lib.* 13.

Necĕssāriē, & Necessariò, aduerb. { ἐπάναγκες. GALL. *Necessairement.* ITAL. & HISP. *Necessariamente.* GERM. Nowendiglich. ANG. *Necessarlie, of necessitie.* } Cic. 1. *de Inuent.* Necessariè demonstrantur ea quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec pobari possunt Idem 4. *Tusc.* Nullisque vnius disciplinæ legibus astricti, quibus in Philosophia necessariò pareamus. Terent. *in Andr.* Tum necessariò se aperiunt & timent.

Nĕco, as, aui, atum, vel necui nectum, Interimo, vel interficio. { המית *hemith* קטל *katál.* κτείνω. GALL. *Tuer, occir, mettre à mort.* ITAL. *Vccidere, amazzare.* GERM. Tödten / ombbringen. HISP. *Matar.* ANGL. *To slay, to kill.* } Diomed. *lib.* 1. & Priscian. ita distinxerunt hæc præterita, vt Necaui, sit quasi ferro occidi. Necui, quasi suffocaui: idémque omnino iudicabant de participiis Necatus & Nectus. Sed hæc differentia sæpissimè confunditur. Valla ita distinguit, vt Necatus generalem habeat significationem, Nectus specialem: putátque hoc posteriori non esse vtendum, nisi addito certo genere mortis: idque frequentiùs in compositis: nam simplex Nectus raro legitur. Liu. *lib.* 21. Fame, frigore, illuuie, squallore enecta. Sic etiam dicimus Enectus siti, Enectus morbo: non autem Enectus ferro: quod teste Valla, nusquam legitur. Necatus autem dicitur tam is qui ferro, quàm qui alio quouis modo interiit. Autor ad Herennium *lib.* 3. Si accusator dixerit à reo hominem veneno necatum. Nec de homine tantùm dicitur: sed de aliis quoque. Colum. *lib.* 2. Sic omnes radices herbarum perruptæ necantur. Fame neco, λιμοκτονέω, Suet. *in Tib. c.* 54. Hostes fame necauit. Cic. *ad Attic. lib.* 9. Parentem, patriam fame necandam putent. Morsu necare. Ouid. 2. *de remedio amoris,*

Parua necat morsu spatiosum vipera taurum.

¶ Necaturus, participium. Idem 1. *Trist. Eleg.* 2.

Opprimet hanc animam fluctus frustráque precanti,
Ore necaturas accipiemus aquas.

¶ Composita, Eneco, Interneco, & Perneco. Lien necat, renes dolent. (i. lien valdè me cruciat. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Hospes necauit hospitem captum manu. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 2.

Nĕcātor, ris, occisor, interfector, ἀνδροφόνος. Macrob. *Saturn. lib.* 1. *c.* 12. Marti esset dicatus, Deóque plerunque hominum necatori.

‖ Necolatum, stultum. Gl. Isid. ‖

Necos, filius fuit Psammitichi & Ægypti rex cui filius Psammis in regno successit, teste Herodoto *lib.* 7.

NECROMANTIA, Diuinatio, quæ fit euocatis ad sua cadauera spiritibus. { νεκρομαντεία. GALL. *Nicromancie.* ITAL. *Negromancia.* GERM. Die kunst des warsagens mit beschwerung der Todten. HISP. *Nigromancia.* ANGL. *Necromencie, soothsaying by callingthe dead.* } Vulgus corruptè dicit *nigromantia*, quasi nigra ars, quia est commercium cum nigro dæmone. Eius duas faciunt speices, Necyomantiam, & Sciomantiam. Necyomantiam vocabant, quum ad recens cadauer, calido sanguine oppletum, vmbra, vel dæmon aliquis magicis carminibus euocatus, per os ipsius cadaueris futura prædicebat. Huiusmodi Necyomantiam depingit Lucanus *lib.* 6. vbi à Thessalica quadam malefica reuocatus ad vitam miles recenter occisus, Sexto Pompeio euentum belli Pharsalici prædicit. ¶ Sciomantiam autem vocabant, quum euocata tantùm vmbra futura discebant. Dicta est autem Necromantia ἀπὸ τοῦ νεκρὸς, quod mortuum significat, vel cadauer: καὶ τῆς μαντείας, hoc est, à diuinatione. Est enim diuinationis quodam genus, fieri solitum per vmbras, aut cadauera mortuorum. Hinc

Necromantæ, νεκρομάντεις dicti sunt, qui hoc magiæ genere vtuntur.

‖ Necromanticus, qui necromantiæ deditus, νεκρομαντικὸς corruptè nigromanticus, GERM. Schwartz künstler ‖

Necrŏcorinthĭi, νεκροκορίνθιοι, hoc est, Corinthiorum defuncti, dicebantur vasa Corinthia, tam ænea quàm fictilia, quæ euersa Corintho ex mortuorum sepulchris eruebantur Vide. Strab. *lib.* 8.

Necrŏpŏlĭs, νεκρόπολις, Ægypti oppidum est, triginta, non amplius stadiis ab Alexandria distans. ita dictum, quod ibi Cleopatra, admota vberibus aspide, sese interemerit.

‖ Necrothytus, a, um, νεκρόθυτος, ον, mortuis immolatus. ‖

NĔCTĂR, ris, νέκταρ. GALL. *la boisson des dieux des payens.* ITAL. *Nettare.* GERM. Ein tranck der Götter. HISP. *La pocion que beuen los dioses, clarea* ANGL. *The drink of the goddes, of the heathen.* } Deorum (vt inquit Festus) potionem significat. Cic. *lib.* 1. *Tusc.* Non enim ambrosia deos, aut nectare, aut iuuentute pocula ministrante lætari arbitror. Ouid. 4. *Metam.*

Protinus imbutum cælesti nectare corpus
Delituit, terrámque suo madefecit odore.

¶ Dictum putatur nectar à priuatiua particula νη, & verbo κτείνω, quod est occido: quòd non eorum qui moriuntur, sed immortalium deorum sit potus. ¶ Per translationem accipimus pro quouis vino dulciori. Virg. *in Daphnide,*

Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar.

¶ Interdum etiam pro melle. Idem. 1. *Æneid.*

——— *aut cum liquentia mella*
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.

¶ Pro odore suauissimo. Lucret. *lib.* 2.

Sicut amaricini blandam stactæque liquorem
Et nardi floram, nectar qui naribus halat,
Cùm facere instituas.

¶ Pro qualibet re suaui, non tantùm corporali, sed etiam spirituali, authore Ambros.

Nectărĕus, a, um, νεκτάρεος, quod nectaris saporem refert, aut odorem, vt Falernum nectareum, apud Martialem *lib.* 13. Flores nectarei, apud Claudianum *de nupt. Honorij.* Est & Nectarea herba, aliis nominibus

Calepini Pars II.

Helenion, & Medica, & Symphyton, & Idæa dicta: ex qua conficitur vini quoddam factitij genus quod Nectarites appellatur. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 16.

Nectarea herba, ex qua vinum factitium *Nectarites.*

NECTO, is, nexui & nexi, nexum, ligo, iungo. { קשר *kaschár.* πλέκω. εἴργω. GALL. *Attacher, nouër, lier ensemble.* ITAL. *Ligare, annodare.* GERM. Knüpffen / zusammen binden. HISP. *Trauat, atar, nudar.* ANGL. *To knitt, to tie.* } Virg. 6. *Ecloga,*

Ille dolum ridens, quò vincula nectitis? inquit.

Horat. 1. *Carm Ode* 29.

Non antè deuictis Sabææ
Regibus, horribilique Medo
Nectis catenas.

Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 9.

At tibi qui nostro nexisti retia lecto.

Nectere aquam, dixit Propert. pro gelu constringere, *lib.* 4 *eleg.* 3.

Africus in glaciem frigore nectit aquam.

¶ Nectere magicum verbum. Virg. *Eclog.* 8.

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,
Necte Amarylli modò & Veneris dic vincula necto.

¶ Eleganter nectere dolum alicui dicitur, pro dolis circunuenire. Liu. *ab Vrbe lib.* 1. & *lib.* 7. *bell. Pun.* Vndique dolus Regi nectitur.

Protinus incedunt Charitis nectúntque coronas,

Ouid. 5. *Fast.* ¶ Aliquando Nectere est in vincula & compedes conijcere, quemadmodum diuites fœneratores homines nobiles, miseris obæratis qui soluendo non erant, facere solebant. De qua re Liuius *ab Vrbe,* Eo anno plebi Romanæ velut aliud initium libertatis factum est quòd necti desierunt. ¶ Huius verbi composita Annecto, Connecto, Internecto, Obnecto, & Subnecto: quorum significata vide suis locis.

Nexus, Participium, πεπλεγμένος. Cic. 3. *Tusc.* Omnes enim inter se nexæ & iugatæ sunt, de virtutibus. Aliæ ex aliis aptæ & necessitate nexæ causæ. Idem 5. *Tusc.* Causa causæ nexa rem ex se gignit. Idem *de diuin.* Manus nexæ ex ordine, Ouid. 8. *Metam.* ¶ Nexa res pignori, Martianus *in l. res quæ ff. de iur. fisci.* Res autem nexas pignori distrahere procuratores possunt. Pedes per mutua nexi Virg. 7. *Æneid.*

‖ Nexus, a, um, Aptus iunctus: item captiuus. Iust. *lib.* 21. Non carcerem nexis, sed ciuitatem cædibus replet. Cic. *in Tusc.* Omnes vnitates inter se nexæ ex iugatæ sunt. Idem *de deuin.* Cum causa causæ nexa rem ex se gignit. Idem *de fato*, ex æternitate quędam vera esse & ea non esse nexa causis æternis, & à fati necessitate esse libera. ‖

Nexa res, alicui pignori obligata. Lex. I. C.

Nexi, liberi homines operas suas pro pecunia, aut ære alieno locantes. ‖

Nexus, us, ui, πλοκὴ, ipsa ligatio Plin. *lib.* 8. *c.* 11. Bellantésque cum iis perpetua discordia dracones tantæ magnitudinis, vt & ipsos circunflexu facili ambiant, nexúque nodi præstringant. Arcto luctantia pectora, Ouid 6. *Metam.* ¶ Nexus, nodus. Plaut. *in Milit.* Idem & cum nexu in humero læuo, expapillato brachio præcinctus.

Nexum, siue Nexus, genus obligationis ciuilis qua corpus etiam vt pignus afficitur. Varro. *de L. L. lib.* 6. Nexum Manilius scribit esse, omne quod per libram & æs geratur, in quo sint mancipia. Mutius, Quæ per æs & libram fiunt, vt obligentur, præterquam quod mancipio detur. Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit de quo quærit. Nam idem quod obligatur per æs & libram, neque suum fit inde nexum dictum. Liber qui suas operas in seruitute pro pecunia quam debebat, dum solueret, nexus vocabatur, vt ab ære obęratus. Hoc C Pupillo vacare Sylla dictatore, sublatum ne fieret & omnes qui bonam copiam iurarent, ne essent nexi dissoluti. Festus *lib.* 12. In nexu sunt hæc, testamenti factio nexi datio, nexi liberatio. Nexum æs apud antiquos dicebatur pecunia quæ per nexum obligatur. Cic. *Cecinna,* vt non sustulerint horum nexa & hæreditates. Idem *in Epist.* proprium te esse scribis mancipio & nexu. Vide Liu. 2. & 8. Cic. *in Topicis,* vbi Manlium sequitur.

‖ Nexilis, e, nectendo factus.

Nexo, as, vel is, vt Probo placet, nexui. ‖

Nĕcŭbi, Ne alicubi, in nullo loco, { μήπου, ἵνα μήποτε. GALL. *Nulle part, en nul lieu.* ITAL. *Che non e inqualche luogo.* GERM. Nienen. HISP. *En ningun lugar.* ANGL. *In no place,* } vt Iussi necubi mihi præstò sis, id est, ne in vllo loco sis. Varro. *de re rust. c.* 45. Si erunt imbres sequuti, videndum necubi aqua consistat. Lucan.

Necubi suppressus pereat gener.

Necuia, νεκυΐα, vrbs Vmbrorum Gentile, Necuiates. Steph.

Nĕcundĕ, ne alicunde, Ne ex aliquo loco. μήποθεν. GALL. *De peur que de quelque part.* ITAL. *Che non da qualche luogo.* GERM. Nienenhår. HISP. *De ningun luga.* ANGL. *Least out of any place.* } Liu. *lib.* 2. *bell. Pun.* Circunspectus necunde impetus in frumentatores fieret.

‖ Necunquem, necunquam quemquam, Fest. ‖

Necya, { νεκύσια. GALL. *Les festes des trespassez.* ITAL. *Festa de i morti.* GERM. Seelgråt / festtag oder etwas anders so man den abgestorbnen zu lieb halt. HISP. *Mortuorios, ò fiestas delos muertos.* ANGL. *The feates of the dead.* } Quasi mortuaria, résque funebris, & ad mortuos pertinens, & etiam mortuorum festum, quum pro impetranda defunctorum Manibus quiete, mortuorum sepulchra cum facibus & cereis frequentabantur.

Necyomantia, vide *Necromantia.*

Necydalus, i. { νεκύδαλος. GALL. *Vn certain ver dont s'engendre le ver qui faitla soye.* ITAL. *Verme che fa la seta, caualliere della seta.* GERM. Ein seidenwurm. HISP. *El guzano de que se haze la seda.* ANGL. *A kinde of worme wherof the silk worme is engendred.* } Quid sit, docet Plin. *lib.* 11. *cap.* 22. his verbis, Est & alia horum origo è grandiore vermiculo, gemina protendens sui generis cornua. Hi erucæ sunt. Fit deinde quod vocatur Bombylis: ex ea necydalus: ex hoc in sex mensibus Bombyx, Ex quibus Plinij verbis constat, Necydalum genus esse vermiculi, aut certè insecti, quod deinde post sex menses transformatur in bombycem.

Nede, νέδη, vel νεδία, vrbs Arcadiæ à Nede Nympha. Inde νεδιόσιος. Stephanus.

Nedon, νέδων, vrbs & locus Laconiæ, vnde Minerua Nedusia. Steph.

Nēdum, significat, Non solùm. { μὴ ὅτι, μὴ ὅπως δὴ, μήτοιγε, μήτιγε. GALL.

H Non

Non seulement. ITAL. Non pure. GERM. Also fert ist es/ich wil geschweigen. Item, nicht allein. HISP. No solamente. ANGL. Not only. } Duobus modis in oratione collocari solet. Vno, quum vtranque sententiam eodem claudimus verbo: vt, Funderem pro te sanguinē, nedum pecuniam. Alterum quum suum vtrinque sententiæ verbum accommodamus: vt, Funderem pro te sanguinem, nedum tibi pecuniam crederem. Negatiuè sic, non funderem pro te obolum, nedum pro te sanguinem funderem. Quum autem affirmamus, id quod grauius est, maiorísque momenti, in prima orationis parte ponendum: quum negamus, id quod minoris. Plus est enim fundere sanguinem, quàm pecuniam: & minus est & leuius, perdere, aut credere obolum, quàm perdere, aut fundere sanguinem. Hæc Valla. lib. 2. c. 8. Nedum, aliquando pro Non solùm, & post se recipit. Sed etiam Cic. *ad Attic lib.* 10. Tu quoniam quartana cares, nedum morbum remouisti, sed etiam grauedinem, te vegetum nobis in Græcia siste, & literarum aliquid interea, &c. Nedum, pro ne. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 1. Volo perscrutari nostri an alieni simus, & nedum quispiam nos immutauerit. Videtur pro An, vel pro Num.

NĔFĀNDVS, a, um quod non est fandum. à nefas, quod ne fari quidem liceat, infandus, execrabilis. { בליעל *belijaħal.* ἄῤῥητος, αὐότιος. GALL. *Chose qui n'est point à dire ne raconter, tant est meschante.* ITAL. *Nefando, scelerato, de non dire.* GERM. Schandtlich/das es nicht zusagen ist. HISP. *Cosa illicita por religion indignat de ser dicha.* ANG. *Abominable, excrable, vn worthie to buspoken, or hard.* } Cicer. *de nat. deor.* 1. At verò nefandum quidem auditu est, crocodilum, aut ibin, aut felem violatum ab Ægyptio. Idem *ad Brutum*, Contráque eius arma nefanda, prædia quæ oblata sunt, Cæsaris consilio & autoritate firmaui Virg. 11. *Æneid*

Hoc caput, ô ciues, hæc belli summa nefandi,
Ferte faces properè, fœdísque reposcite flammis.

Ouid. 6. *Metam.*

———atque vtinam fecisses antè nefandos
Concubitus, vacuas habuissem criminis vmbras.

Virg. 3. *Æneid.*

———satis est gentem effugisse nefandam.

Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.*

Ausa atque ausura multa nefanda manu.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4.

———Non inuidiosa nefandis
Nec cupienda bonis regna Thoantis erant.

¶ Pro eodem etiam apud antiquos legitur Nefas, antis. Lucilius *lib.* 7.

Tantalus qui pœnas ob facta nefantia luit.

Nĕfāndĭssĭmŭs, superlatiu. Iustinus *histor. lib.* 18. Ausúsne es nefandissimum caput, illa purpura & auro ornatus in conspectum tot miserorum ciuium venire?

‖ Nefans Nonius *cap.* 1. Nefantia pro nefanda. Lucil. *Sat.* 3.

Tantalus, qui pœnas ob facta nefantia pendit.

Idem *lib.* 29. dissociat atque omnia nefantia. ‖

Nĕfas, Impium facinus & execrabile, quasi non fas. { בליעל *belijáħal.* ἀθέμιτον. GALL. *Chose si meschante qu'elle n'est point à dire ne raconter* ITAL. *Scelerita, sceleraggine.* GERM. Ein vnsegliche schand/ groß laster/hoch vnd theur verbotten. HISP. *Illicito per religion, ò de no dezir y menos de no hazer.* ANGL. *An execrable deed.* } Cic. *ad Trebonium*, Mihi nefas sit obliuisci, Autor carminis ad Pisonem,

Seu capitale nefas operosa diluis arte.

Vg. 4. *Æneid.*

Illa dolos, dirúmque nefas in pectore versat.

Ouid. 10. *Metam.*

——— at tu dum corpore non es
Passa nefas animo ne concipe.

¶ Non turpe ab eo vinci, quin vincere nefas. (i. ἀδύνατον.) Velleius Item, Nefas laudare Catonem, idem Velleius. Repullit ille nefas Ouid. 2. *Fast.*

——— Nefas visu, mediis altaribus anguis
Exit.

idem 2. *Fast.* & *Eleg. vlt. lib.* 4. ¶ Nefas & Prò nefas, irascentis vox. Diomedes *lib.* 1. ¶ Nefas fit. Cic. *de amic.* Æquè autem nefas fit, tale aliquid & facere rogatum, & rogasse. ¶ Nefas dictu. Idem *de senect.* Quorsum igitur, & tam multa de Maximo? Quia profectò videtis nefas esse dictu, miseram fuisse talem senectutem. Nefas habere. Idem *de natura* 3. Mercurius quem Ægyptij nefas habent nominare. ¶ Nefas vltimum, id est, parricidium. Senec. *lib.* 1. *de clementia*, *c.* 23 Pater tuus plures intra quinquennium culeo insuit, quàm nominibus seculis insutos accepimus. Multo minus audebant liberi nefas vltimum admittere, quandiu sine lege crimen fuit. ¶ Nefas, nefarius homo. Virg. *Æneid.* 2.

Exstruxisse nefas tamen & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas, i. nefariam fœminam.

¶ Nefas, infamia, dedecus indignum, quod scilicet pati non est iustum. Idem *Æneid.* 5.

——— hoc vincite ciues
Et prohibete nefas.

Ibi Seruius, Nefas modò opprobrium, quod est viro forti in quocunque certamine perdere. ¶ Nefas, pro impossibili. Plato *in Timæo.*

Nĕfārij, Scelesti, sacrilegi. ita dicti à farre, quòd ne digni quidem sint, qui farre vescantur. { בליעל *belijáħal.* ἀνόσιοι, ἐναγεῖς. GALL. *Pleins de toute meschanceté.* ITAL. *Scelerati, ribaldi.* GERM. Lasterhafft/schandtlich/nicht werr deß in meldung beschähe. HISP. *Detestables, scelerados, vellacos.* ANGL. *VVicked full of all kenauerie and mickief.* } Nonius, Nefarij proprietatem *lib.* 1. *de vita populi Romani* Varro patefecit. A farre, quod adoreum est, quo scelerati vti non debeant. Asconius scribit, Nefarium dici, quod sacra polluit, farre pio solita celebrari: ergo Nefaria sacrilegia. ¶ Alij malunt huius nominis originem ad Fari verbum referre: vnde & Nefas, & Nefandus deriuationem trahunt: vt nefarium dicatur, quod adeò est sceleratum, vt ne fari quidem, hoc est, nominare debeamus. ¶ Nefarius, a, um, id est, profligatus, perditus, nequam. Cic. *pro Sylla*, Horum ego fasces eripere de manibus, & gladios extorquere potui, sicut feci: voluntates verò conscceleratas, ac nefarias ne sanare potui, nec tollere. Idem *ad Lentulum lib.* 1. Subitò exorta est, nefaria Catonis promulgatio. Facinus nefarium. Cæsar. 7. *bell. Gall.* Latrocinium nefarium Cic. 3. *Verr.* Scripta nefaria. Catull. *ad Fund.* ¶ Nefarium, substantiuè, apud Liuium *lib.* 9. *ab Vrbe*, Nisi eo nefario Rempub. obstrinxeris, quod ominari horret animus. ¶ Hinc Nefariè aduerbium, hoc est, sceleratè, impiè. Cic. 2. *Verr.* Quum multa in deos homínésque nefariè fecerit.

Nĕfāstŭs, a, um, adiectiuum: vt Nefasti dies: quibus non licet fari, hoc est, quibus non licet Prætori ius dicere ἀποφράδες ἡμέραι. Ouid. 1. *Fast.*

Ille nefastus erit per quem tria verba silentur.

Varro *lib.* 5. *de ling. Latina*, Vocantur dies nefasti, per quos dies nefas fari Prætorem, Do, Dico, Addico. Liu. *ab Vrbe* 1. Nefastos, fastósque dies fecit: quia aliquando nihil cum populo agi vtile futurum erat. ¶ Nefasti dies, vt inquit Festus, N. litera, notabantur. Atri dies, vulgò perperam Nefasti. Gell. *c.* 17. *lib.* 5. ¶ Nefastus pro nefas, i. quod non licet. Statius *Thebaid.*

Et Triplicis mundi summum, quem scire nefastum est.

¶ Accipitur aliquando Nefastus pro Nefario. Plin. *lib.* 20. *cap.* 11. Eaque causa, ne inter nefastos frutices damnetur, Cic. 2. *de legib.* Quæque Augur iniusta nefasta vitiosa dira dixerit, irrita, infestáque sunto. ¶ Nefasta terra, pro infausta & ominosa. Liu. 6. *ab Vrbe*, Neque terra sit nefasta victoriæ suæ.

NĔFRĒNDĒS, { νεβροί. GAL. *Petits couchons seurez.* ITAL. *Porcelli.* GERM. Spinferckelin/ferckling so erst entwehnet sind. HISP. *Cochinos.* ANGL. *Toung pigges.* } Dicuntur à Varro. *lib.* 4. *c.* 4. porci qui nomine lactentis amisso, nondum fabam frendere possunt, id est, frangere. Terent. Scaurus *de Orthograph.* Nefrendes porci sunt sine dentibus, quia fabam frendere non possunt. ¶ Antiqui, teste Festo, Nefrendes Arietes dicebant, quòd dentibus frendere non possunt. Alij dicunt Nefrendes, infantes nondum frendentes, id est, frangentes. Liuius Andronicus, Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem ¶ Sunt qui nefrendes testiculos dici putent, quos Lanuuini appellant Nebrundines, Græci νεφρούς, Prænestini Nefrontes. Hæc Festus.

‖ Nefrenditium, annale tributum, quod certo tempore rustici dominis, vel discipuli doctoribus afferre solent, duntaxat sit carneum, vt porcellus.

Nefrendus. Vet. Vocab. Nepherendus, i. m. g. id est, porcus domesticus carens testiculis.

Nefrens, qui frendere nequit. ‖

Nĕgābŭndŭs, Negatio, Negatiuus, Negito, vide *Nego.*

‖ Negibundus antiqui pro negantem dixerunt. Cato. nempe Negibundus pro negabundus: vt artire pro arture; impetrire pro impetrare. Onom. Negabundus ἔξαρνος.

Negino, nego, more veteri. ‖

Negla νέγλα, Oppidum Arabiæ, Gentiles Neglius, vel Neglites. Steph.

NĔGLĬGO, exi, ectum. Antiquè neglegi, Diomed. *lib.* 1. Contemno, sperno, quasi ne legendo quidem dignum iudico. { בוז *bázach.* ῥαθυμέω, ῥᾳστωνέω, ὀλιγωρέω, ἀλογέω, ἀμελέω. GALL. *Negliger, mespriser, ne tenir conte.* ITAL. *Sprezzare, non curare.* GERM. Verachten/versaumen/verliederlichen. HISP. *Menospreciar, no curar.* ANGL. *To neglect, to lightlie, to contemne.* } Cic. *lib.* 4. *famil.* Periculum fortunarum, & capitis sui, pro mea salute neglexit. Terent. *in Adelph.* Pecuniam in loco negligere maximum interdum est lucrum. Veteres etiam neglego dicebant. Idem *in Phorm.* Quia egens relicta est misera, ignoratur parens negligitur ipsa. *Ibidem*, Narrabat sæpe interea mihi senex, se hunc neglegere cognatum suum. Vsus est quoque hoc verbo Varro *lib.* 4. *de ling. Lat.* Non videbatur consentaneum neglegere, quod antè Rex Latinus finxisset.

Negligens, omn. gen. qui nihil curat. Cic. *de Amic.* Et in illis quidem parandis curam adhibere: in amicis eligendis negligentes esse. Tacit. *lib.* 19. Amicorum inimicorúmque negligens. Plin. *Epist.* 78. Negligens de alieno, Obtegere (ædes (negligens fuit. Plaut. *Mostel. sc.* 2. *a.* 1. perditi, negligentes, ingenio Improbo. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Negligens mancipiorum dicam fortunam negligens lenocinij. Sueton. *August. cap.* 79. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Non negligentes religionis Galli. Vide *verbo seq.*

Nĕglĭgēntĭă, æ, Incuria & indiligentia. { ἀμέλεια, ὀλιγωρία. GALL. *Negligence, nonchalance.* ITAL. *Negligenza.* GERM. Liederligkeit/versaumnuß/hinläßigkeit. HISP. *El descuydo.* ANGL. *Slakenesse in doing any thing.* } Cic. 3. *famil*, Quanquam me nomine negligentiæ tibi suspectum esse doleo, tamen, &c. Negligentia tua feci: id est, quòd te negligam. Terent. *in Phorm.* Nam neque negligentia tua, neque odio feci tuo: Negligentia Deûm, contemptus est apud Liu. *lib.* 3. *d.* 30. Non negligentes religionis Galli. Idem, Liu. *lib.* 5. *ab vrb.*

Nĕglēctĭo, Negligentia. Cic. *pro Murana*, Amicorum neglectio.

Nĕglēctŭs, us pro contemptu, Terent. *in Heaut.* Hæc res neutiquam neglectui est mihi. { בזיון *bizzajón* בוז *buz* בוזה *buzáh.* ἐν παρέργῳ μέρει. GALL. *Mespris.* ITAL. *Disprezzo.* GERM. Verachtung HISP. *Menosprecio.* ANGL. *Contempt, and light settingby.* } At Neglectus, a, um, particip. Contemptus, non curatus. Cicero 3. *de finibus*, Abiectus & neglectus vir.

Nĕglĭgēntĕr, aduerbiū. { ἀμελῶς. GALL. *Negligemment, par mespris.* ITAL. *Negligentemente, con disprezzo.* GERM. Liederlich/hinläßiglich. HISP. *Negligentemente, con descuido y menosprecio.* ANGL. *Soluthfullie, slaklie.* } Terent. *in Andr.* Ah tantámne rem tam negligenter agere? ¶ Aliquando significat Per contemptum. Suet. *de claris Grammaticis*, de Orbilio loquens, Librum etiam, cui est titulus Perialogos, edidit, continentem querelas de iniuriis quas professores negligenter ab ambitione parentum acciperent.

Nĕgo, as, ex Non, & ago, pro Dico, compositum est Renuo, inficias eo. { כחש *chichésch* מאן *meén.* ἀπόφημι, ἀπείπω, ἀρνέομαι, ἔξαρνός εἰμι, φημὶ. GAL. *Nier.* ITAL. *Negare.* GERM. Leugnen/verneinen. HISP. *Negar.* ANGL. *To denie.* } Cic. *pro Milone*, Negant intueri lucem fas esse eum, qui à se hominem occisum fateatur. Idem *de clar. Orat.* A Mauio, si fateris, sumpsisti multa: aut si negas, surripuisti. Qui promisi? T. linguà C. Eâdem nunc nego. Plaut, *Curc. sc.* 3. *a.* 5. T. Negas? C. Nego hercle verò. *Ibidem*, Nullus sum. A. Imò es, Me negato, omnium nequissimus. Idem

Idem *Asin. sc.2. a. 5.* Si tuum negas esse me, sine abire liberum. Idem *Men. sc.7. a. 5.* Nego enimuero, & me aduenire nunc aio. Idem *Amphitr.* Tun' Amphitruo? Nego me dicere. (pro dicturum.) Idem *Curc. sc. 1. a. 5.* Et negat accipere) pro, accepturum.) Gell *cap. 9. lib. 6.* Nimio hæc impudenter negas. Plaut. *Men. sc.2. a. 5.* Negabas te daturum, tamen das. Idem *Pseud. sc.2. a. 5.* Ne nega. Idem *Asin. sc.2. a.2.* Poma negat regio. Ouid. *Eleg. 10. lib. Trist.*

——Vox mihi fessa loquendo
Dictandi vires, siccaque lingua negat,

idem *Eleg. 3. lib. 3. Trist.* Arma negate mihi omnia, idem. 13. *Metam.* ¶ Interdum accipitur pro Recuso, vt non ad verba solùm, verumetiam ad facta extendatur. Terent. *in Andr.* Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges. ¶ Mart. *Epigr. 7. lib. 13.* Negare cœnæ, tertio casu dixit. ¶ Huius composita sunt, Abnego, Denego, Pernego. quod est perfectè & constanter nego. Plaut. *in Asin.* Vbi creditum quod tibi sit datum esse pernegaris. Subnego, Aliquantum nego. ὑπαρνέομαι. Cic. *Trebat. in præfatione Topic.* Veruntamen quod præsenti tibi propè subnegare, &c. Et habent penultimam correptam.

Negătĭo, nis, recusatio. { כחש *chácháſch.* ἀπόφασις, ἄρνησις. Gall. *Negation, niement ou deniement.* Ital. *Negatione.* Germ. Leugnung/verneinung. Hisp. *Negacion, obra de negar.* Angl. *A denying, a naye.* } Cic. *pro Sylla.* Eandem vim esse negationis huius, quàm si extra coniurationem hunc esse se scire dixisset. Idem *de partit.* Negatio, inficiatióque facti. Idem 2. *de inuentione,* Disparatum est id, quod ab aliqua re per oppositionē negationis separatur hoc modo, sapere & non sapere. ¶ Negatio postposita negationi, non semper habet vim affirmandi, sed interdum magis negandi: vt quum altera pro vniuersali ponitur, & particulares sequuntur, hoc modo, Nullas accepi à te literas, nec breues, nec prolixas. Virg. *lib. 3. Georg.*

——nulla, neque amnem
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

¶ Item vna sola negatio postposita negationi negat, ita tamen vt sequens iungatur cum Quidem. Cic. *Lentulo,* Neque errarent, ne aduersarij quidem. In huiusmodi enim locutionibus subauditur semper pars aliqua prioris membri: vt quum dico, Non tibi hoc persuaderet, ne Deus quidem: desideratur nominatiuus Aliquis, vel similis: hoc modo, Nemo hoc tibi persuaderet, ne Deus quidem, cui omnino est credendum. Terent. *in Heaut.* Agrum in his regionibus meliorem neque pretij maioris habet nemo. ¶ Aliquando etiam duæ negationes inueniuntur positæ pro vna. Varro *de vita populi Romani,* Qua abstinentia viri, mulierésq; Romanæ fuerint, quòd a rege munera eorum noluerit, nemo accipere, &c. Quòd si *voluerit* legendum, facili errato ab vna in alteram literam? Tres negationes pro vna ponuntur. Terentius *in Andr.* Neque haud dicas tibi non prædictum. ¶ Aliquando etiam præpositiones negant, sed hoc solùm in compositione: vt indoctus, idem est quod non doctus. Sic etiam apud Græcos φρονέω, idem est, quod sapio: παραφρονέω, idem quod desipio.

Nĕgătīuŭs, a, um, & negatorius, a, um, quod negat. { מכחש *mechechéſch* מאן *meén.* ἀρνητικός, ἀποφατικός Gall. *Negatif, qui nie.* Ital. *Negatiuo, che nega.* Germ. Das da leugnet. Hisp. *El que niega o cosa para negar.* Angl. *That denieth.* } vt dictio negatiua. ¶ Actio negatiua, siue negatoria, apud Iurisconsultos quæ verbis concepta negantibus, per quam aut libertatem, aut seruitutem vindicamus. *l. 5. D. si vsusfr. petat. l. 2. §. 4. D. de seruit. vind.*

Nĕgāntĭă, æ, negatio. { כחש *chácháſch.* Angl. *A denying.* } Cic. *in Topic.* Deinde addunt coniunctionem negatiuam, sic, Non & hoc est, & illud.

Nĕgĭto, as, frequentatiuum. Plaut. *Merc.* Abnuere, negitare adeò me natum suum. Idem *Bacchid.* Vix quidem negito.

Nĕgātŭs, a, um, participium. { מכחש *me huchásch.* ἀρνηθείς, ἀποφαθείς. Gall. *Nié.* Ital. *Negato.* Germ. Abgeschlagen. Hisp. *Negado.* Angl. *Denied, refused.* } Ouid. 15. *Metam.*

Nitimur in vetitum semper, cupimúsque negata.

Idem *Eleg. 8. lib. 4. Trist.*

Nec tamen errori vita negata meo est.

Horat. 3. *Carm. Ode 2.*

Virtus recludens immeritis mori
Cælum, negata, tentat iter via.

Nĕgāns, tis, particip. seu nomen ex participio. { מכחש *meehachéſch* מאן *meén.* ἀρνούμενος, ἀχαρίσαι ὤν, ἴχαρις ὤν, ἀποφάσκων. Gall. *Niant, qui nie.* Ital. *Negante.* Germ. Leugnend. Hisp. *Negador, que niega.* Angl. *Denying, refusing.* } Cic. *in Topic.* Sunt etiam valdè contraria alia, quæ appellantur negantia, ea ἀποφατικά Græci, contraria aientibus: vt, Si hoc illud non est. ¶ Negatur impersonale. Ouid. 3. *de arte,*

Si tibi per tutum placidúmque negabitur iter.

Nĕgōtĭum, ij, Occupatio munus, opus: à Nec, & otium, quasi non otium hoc est, opus, sicut à Nec, & lego, Negligo: c, mutata in g, sicut in Quingenti, quamuis à centum deductum sit. { ענין *hinján.* πρᾶγμα, ἀσχολία, ἔργον. Gall. *Negoce, affaire, charge, soing.* Ital. *Affare, negotio.* Germ. Ein geschäfft. Hisp. *El negocio* Angl. *Busines, affaire* } Horat.

——aliena negotia curo

Cic. 1 *Offic.* Peregrini officium est, nihil præter negotium suum agere. Idem *pro Flacco,* Non debuit, quum prætor esset, suum negotium agere. Tuum illic negotium actum. Senec. *cap 6. de consol. ad Mart.* Negotij plenus sum. P. Paulò pòst magis (futurus sup) quia tibi damnum dabo & malum. Plaut. *Pseud. sc. 3 a. 1.* Magna res est. Quid negotij est? Idem *Curc. sc. 2. a. 5.* Et *Mil sc. 2. a. 2. & sc. 3. a. 2.* Quid hoc negotij est Neminem meum dictum magnifacere? Idem *Asin. sc. 4. a. 2.* Transcurre citò, ita negotium est. (i. ita res postulat.) Idem *Mil. sc. 6. a. 2.* Propera pellegere, ita negotium est Idem *Pseud. sc. 2. a. 4.* Celere obiectum mihi est negotium. Idem *Curc. sc. 3. a. 2.* Qui cum opulento homine cœpit habere negotium, aut rem. Idem *Aul. sc. 4 a. 3.* Cum istoc negotij mihi nihil est. Idem *Curc. sc. 1. a. 4.* Tace. P. quid negotij est? C. Ostium crepuit. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Teneo, quid sit hoc negotij. Idem *Capt. sc. 5. a. 3.* Apage te à me, si quid est negotij. (i. rei.) Idem *Amph.* Quid istuc negotij dicam (esse.) Idem *Men. sc. 3. a. 1.* Quid est negotij quanióbrem succenses mihi: Idem *Capt. sc. 4. a. 3.* Neque herile negotium plus curat. (de concubina) Idem *Mil. sc. 6. a. 2.* Vah! C. Quid negotij est? Idem *Aul. sc. 1. a. 2.* Miror quid sit hoc negotij. Idem *Men. sc. 4. a. 2.* Quid hoc est negotij? quid deliqui? Idem *Capt. sc. 5. a. 3.* Age tuum negotium. Senec. *c. 8. de tranquill.* Negotiis alienis se offerunt. *Ibid. c. 12.* Tuum illic negotium actum est. Idem. *c. 6. de consol ad Mart.* ¶ Negotium dare, est imperare, in mandatis dare, mandata dare, mandare. Cæsar *lib. 2. commentariorum,* Ipse quum primùm pabuli copia esse inciperet, ad exercitum venit: dat negotium Senonibus, reliquísque Gallis qui finitimi Belgis erant, vti ea, quæ apud eos gerantur cognoscant. ¶ Aliquando negotium, accipitur pro labore & molestia. πραγματεία. Cic *Cornificio,* Etsi periniquo patiebar animo, te à me digredi: tamen eo tempore non consolabar, quòd & in summum etiam otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotiis discedere. Idem *Fabio.* Adhibui diligentiam, quoties Senatus fuit, vt adessem, plurimúmque in eo negotij habui. Idem *Attic. lib. 4.* Nolo enim negotij Quintum fratrem habere quicquam. Terent. *in Prologo. Andriæ,* Poëta quum primùm animum ad scribendum appulit, id sibi negotij credidit solùm dari, Populo, vt placerent quas fecisset fabulas. Quo in loco Negotium, teste Donato, accipitur pro cura, & molestia. πραγματεία. ¶ Facessere negotium, est molestiam exhibere. πρᾶγμα παρέχειν. Cic. *App. Pulchro.* Quum est allatum ad nos de temeritate eorum, qui tibi negotium facesserent. Gell. *c. 16 lib. 3.* Factúmque esse (ei mulieri) negotium (i. in ius vocatam esse.) Quintilian. Facere innocenti negotium (pro accusare.) Plaut. *Men. sc. 9. a. 5.* Huic exhibui negotium (i. molestiam.) Idem *Mil. sc. 5. a. 1.* Quid tibi negotij mecum est? (i. cur me mo-raris, aut mihi molestus es?) Idem *Amph.* Illi meus amor Insonti exhibuit. Suet. *in Calig. c. 40.* Negotium componere. i. litem. ¶ Gell. *cap. 16. lib. 3.* Negotio rei tunc paruæ postulante. ¶ Idem *cap. 15. lib. 1.* Sine iudicij negotio loqui. i. sine ratione & cura. Idem *c. 25. lib. 1.* Non id Varroni negotium fuit. i. non curauit. Cæsar *lib. 3. bell. ciu.* Negotium vnius diei. i. quod facilè transigi potest. ¶ Sueton. *in Cæsar. c. 23.* In magno negotio habere. i. maximi ducere ¶ Est mihi negotium Terent. *in Adelph.* Mirabar quid hîc esset negotij tibi. ¶ Aliquando negotium accipitur pro controuersia, vel dissensione. Cic. *ad Attic. lib. 7.* verum tamen video mihi cum homine audacissimo, paratissimóque negotium esse. Cælius *Ciceroni lib. 8. Epistolarum,* Vt existimarent homines, Pompeio cum Cæsare esse negotium. ¶ Item, Negotium dicitur factum, de quo est quæstio, vnde dicta est Constitutio negotialis. ¶ Negotium pro remedio apud Plaut. *in Cap. sc. 3. a. 3.* Neque hic hac re negotium est, quin malè occidam. id est, nullo remedio occurri potest quin malè occidam ¶ Negotium est, apud eundem *in Milite,* pro Ita oportet, Sic res postulat. ¶ Nullo negotio pro facilè. Cic. *ad Attic. lib. 8.* Iurabat ad summam, quod nullo negotio faceret, amicissimum mihi Cæsarem esse debere *Ibid. lib. 4.* Cato, qui tenere Siciliam nullo negotio potuit. Negotium pro πρᾶγμα. Quintilian. *lib 3. c. 5. circa finem,* Causa est negotium, cuius finis est controuersia. Negotium est congregatio personarum, locorum, temporum, causarum, modorum, casuum factorum, instrumentorum, sermonum, scriptorum & non scriptorum. Causam nunc intelligimus ὑπόθεσιν, negotium περίστασιν. Peristasis Latinè circunstantia dici potest.

Nĕgōtĭŏlum, diminutiuum. πραγμάτιον. Cic. *ad Quint. fratr. lib. 4.* Erit nescio quid negotioli.

Nĕgōtĭŏr, aris, Negotia gero & mercaturæ operam do. { סחר *sachár* πραγματεύομαι, ἐμπορεύομαι. Gall. *Traffiquer, negocier.* Ital. *Negotiare trafficcare* Germ. Wärben/handtieren/kaufmanschaft treiben. Hisp. *Negotiar, mercadear.* Angl. *To bie and sell, to exercise bussines.* } Cicer. *lib. 3 Officiorum,* Quùm se Siracusas otiandi causa, non negotiandi contulisset. Idem Seruius Sulp. *lib. 13. Epist.* M. Curius qui Patris negotiatur, id est, mercaturæ operam dat ¶ Negotiari animas, apud Plin *lib. 29. cap. 1,* est, accepto pretio homines interimere, & veluti vendendarum animarum negotiationem exercere. Nec dubium est, inquit, omnes istos famā nouitate aliqua aucupātes, animas statim nostras negotiari, hoc est, anima & vita nostra ad quæstum & negotiationem suam abuti.

Nĕgōtĭātōr, Præfectus negotiationis. { סחר *sochér.* ἐμπολεύς, ἔμπορος. Gall. *Negociateur, marchand, traffiqueur, facteur.* Ital. *Mercante, fattore.* Germ. Ein gewerbsman. Hisp. *Negociador, mercador.* Angl. *A trafficker, a merchant.* } Vnde Labeo, Negotiatores serui videntur, qui præpositi sunt negotij exercendi causa, veluti qui ad emendum, aut locandum & conducendum præpositi sunt. Cic. *lib. 1. Epistolarum ad Quintum fratrem,* Improbus negotiator, paulo cupidior publicanus. Idem 5. *Verrina,* Qui plus existimet apud lectissimos senatores, pecuniam quàm apud tres negotiatores metum valere. Mercis sordidæ negotiator. Quintilianus *lib. 1. cap. 12.* Quod sit tamen rectè quis consideret inter mercatorem & negotiatorem hoc interesse videbit: vt mercator dicatur qui exportandis, aut importandis mercibus operam dat, eásque vendit. Negotiator verò non qui merces distrahit, sed qui in coëmendo vino, frumento, & vendendo tuendísque & arandis agris, suam industriam ponit. Mancipiorum negotiatores, i. mangones. Quintilian. ¶ Item, Negotiatores erant, vt decumani, aratores, pecuarij, qui vectigalia publica redimebant, vnde perspicuum est, aliud esse à mercatore. Passer.

Nĕgōtĭātrīx, Paulus *D. lib. 34. tit. 2. l. 32.* Cùm testatrix negotiatrix fuerit.

Nĕgōtĭātĭo. { סחר *sáchar* מסחר *mischár.* ἐμπορεία, ἐμπόριον. Gall. *Traffiq, marchandise.* Ital. *Traffico.* Germ. Gewärb/handtierung mitt kauffmanschaft. Hisp. *Aquella obra di negociar.* Ang. *Bying and selling, merchandise.* } pro Mercatura Quintil. vsus est. Colum *lib. 1.* Hæc enim negotiatio curam villici auocat. Cic. *Cecinna lib. 6.* Vt ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare. Abominanda negotiatio. Quintil. de patronis mercedem poscentibus. Negotiatio dicitur in mercaturis faciendis, veluti negotiatio sagaria. *l. 52. D. pro socio* Hotoman.

Nĕgōtĭōsŭs. a, um quod est negotiis plenum. { πραγματώδης, πολυάσχολος. Gall. *qui a boucoup d'affaire.* Ital. *Difficile, pieno de fattiche.* Germ. Geschäfftig/mitt geschäfften beladen. Hisp. *Lleno de negocios.* Angl. *That hath muche bussines to do.* } Salust. Prudentissimus quisque, quasi maximè negotiosus erat. Plaut. *Asin. sc. 3. a. 3.* Negotiosus est interdius. Idem *Pseud sc. 2. a. 2.* Negotiosus est, res agitur apud iudicem Negotiosa cogitatio. Cels. *lib. 4. vlt.* Circuncisa omni negotiosa cogitatione

cogitatione, & actione. Est enim res negotiosa, id est, difficilis, & in qua multum sit negotij & laboris. Plaut. *in Sticho.* Ædepol rem negotiosam: quid sit, nihil etiam scio. Cic. *pro Murena,* Habuit hic Lege Titia prouinciam tacitam & quietam: tu illam, cui quum Quæstores sortiuntur etiam acclamari solet: Hostiensem, non tam gratiosam & illustrem, quàm negotiosam & molestam. ¶ Negotiosi dies, hoc est, profesti, diebus sacris oppositi. Tacit. *lib.* 13. Eóque oportere diuidi sacros, negotiosos dies, queîs diuina colerentur, & humana non impedirent. Negotiosum tergum, Cui facessitur negotium. Plaut. *Mil. sc.* 5. *a.* 2. nihil moror, negotiosum mihi esse tergum.

Nĕgōtĭōsĭŏr, comparatiuus. Seneca. 2. *de ira c.* 11. Quid crudelitate negotiosius.

Nĕgōtĭālĭs, e, Ad negotium pertinens. {πραγματικός. GALL. *Appartenant à charge ou negoce* ITAL. *Pertinente à carico, ò negocio.* GERM. Das zu einem geschäfft gehört. HISP. *Perteneciente à negocio.* ANGL. *Belonging to bussines.*} vt, Constitutio negotialis apud Rhetores. Cic. 1. *de inuentione,* Hæc constitutio partes duas videtur habere iuridicialem & negotialem. Quintil. *lib.* 1. *c.* 21. Eíque locum in Ethice negotialem assignant, id est, πραγματικόν.

Nĕgōtĭārĭŭs, adiect. Spartian. *in Firmo,* Naues quoque ad Indos negotiarias sæpe misit. Lamprid. *in Alex. Seuero,* Aurum negotiatorium & coronarium Romæ remisit, id est, quod negotiatores principibus pendere solebant.

‖ Negumate, in carmine C N. Marci vatis significat negate, cùm ait: Quamuis mouentium duorum negumate. Scaliger, lego, inquit, neginate, vel negunate. Neginare pro negare: vt natinare pro natare.

Nehustan, 2. *Reg.* 15. 4. de serpente æneo, quem Ezechias confregit, *Vocauitque nomen eius Nehustan.* ‖

Neium, νήϊον, mons Ithacæ, à quo νηιάδες, dictæ, vel, vt alij volunt quòd versentur ἐπὶ τὰ νάματα, id est, ad aquas: inde νήϊος, vel ναϊάδες & ὑπονήϊον compositum.

Neiure, iniuria: à ne, i. non.

Neiuuare. Ita quidam legunt Plaut. *Trinum sc.* 2. *a.* 2. Deserere illam, & neiuuare in rebus aduersis pudet. al. deiuuare, Lips. desiuare, vel desinere, i. deserere.

Neleus, νηλεύς, Neptuni filius ex Tyro Nympha Salomonei filia, qui à Pelia fratre pulsus, in Laconiam venit, vbi Pylon vrbem condidit: cuius rex fuit, teste Homero *Odyss.* 11. Huic vxor fuit Chloris, Amphionis Orchomeni regis filia, ex qua duodecim filios suscepit, quos postea omnes præter vnicum Nestorem tum fortè ablegatum, Hercules euerso Pylo interfecit.

Nēlīdēs, æ, νηλείδης, Patronimicum à Neleo Pyli rege, & Patre Nestoris formatum. Ouid. 12. *Metam.*

Bis sex Nelidæ fuimus conspecta iuuentus.

‖ Nema, atis, νῆμα, filum *Dig.* 39. 4. 16. 7. Nema sericum, i.e. stamen, seu filum. ‖

Nĕmāusŭs, teste Strab. *lib.* 4. Ciuitas est Narbonensis Galliæ olim florentissima, vtpote quæ quatuor & viginti vicorum fuerit metropolis. vulgò *Nimes.* {Nymis.} Vnde Nemausenses populi. Sueton. *in Tiber. cap* 13.

Nĕmĕā, vel Nemee, es, νεμέα. Sylua est Achaiæ inter Cleonas & Phliuntem, vbi in honorem Herculis, qui in ea sylua leonem occiderat, sacra quædam certamina celebrari consueuerunt, quæ ab hac sylua Nemæa dicta sunt. Hoc etiam nomine dicta est tota regio syluæ huic vicina. Martial. *lib.* 1.

Non Marathon taurum, Nemee frondosa leonem,
Arcas menalium non timuisset aprum.

Nĕmēæŭs a, um, per quatuor syllabas, quod est ex Nemea sylua, vel regione. νεμεαῖος. Ouid. *in Epist. Deian. ad Herculem,*

Nempe sub his animam pestis Nemeæa lacertis Edidit.

Nĕmĕæă, νέμεια. Sacra fuerunt Græciæ certamina, ita appellata à Nemea Peloponnesi sylua, in qua fieri consueuerunt in honorem Herculis, qui in ea sylua leonem fertur occidisse, seu potiùs in honorem Archemori pueri in ea sylua à serpente occisi. Nemæorum victores apio coronabantur. Vide *suprà* in dictione certamen.

Nĕmĕsĭs, νέμεσις, Nomen cuiusdam deæ, quæ facinorosos & delinquentes punire putabatur, vt ex Catullo & Ausonio licet intelligere. Ea quoque Rhamnusia dicitur, quòd in Rhamnunte Asiæ oppido templũ, & simulachrum Phidiacum habuerit. Insuper eadem fertur remuneratrix benefactorum, vnde apud Statium *lib.* 13.

Est dea, quam Nemesim dicunt, dea magna, poténsque,
Quæ bona cælestum concessu cuncta deorum
Possidet.

Hanc quidam Fortunam dixerunt, cui primus Adrastus rex templum ædificauit. Vnde & Adrastia, ἀδράστεια cognominatur. Romani quoque huic deæ templa dicauere. ¶ Hoc etiam nomine dicta Tibulli amica. Martialis *lib.* 4.

Vssit amatorem Nemesis lasciua Tibullum.

Nĕmĕsĭs, νέμεσις, appellatiuè est indignatio; & specialiter ea, quæ ex improborum prosperiore successu nascitur: sicut misericordia est dolor ex proborum ærumnis.

Nĕmĕsĭs, νεμεσις, est distributio; à νέμω distribuo. νεμητα particulones.

Nemesia, orum, νεμέσια, festum Nemesis, quo parentabant defunctis. Harpocr. In Suida est Νεμέσια.

Nemestrinus, nemorum Deus. Arnob. *lib.* 4.

Nemetobriga, Ptol. *lib.* 2. *c.* 6. Hispaniæ Tarraconensis vrbs.

Nemetes, populi quidam ad Rhenum. Plin. *lib.* 4. 17. Rhenum accolentes Germaniæ gentium in eadem prouincia, Nemetes, Tribochi, Vangiones. Tacit. *de mor. Germ.* Ipsam Rheni ripam haud dubiè Germanorum populi colunt, Vangiones, Treboci, Nemetes. Vulgò intelliguntur Spirẽses. Pirchaymerus vult, Vangiones esse Spirenses, Nemetes VVormatienses. Rationem addit Irenicus, quòd Ptolemæus, qui in descriptione Rheni solitus sit à Meridie in Septentrionem decurrere, primùm meminit Vangionum, deinde Nemetum. Sig. Gemblacensis tamen, qui ante annos scripsit circiter quingintos, VVormatiam Vangionem vrbem vocat. Abrahamus Ortel. *in Thesaur. Georg.* Slauoni a parte totam Germaniam appellant. Est enim illis Germanus *Nemiz.*

‖ Nemetum, ciuitas, id est spira *Speir,* V. E. sub M. Maguntiacensi. ‖

Neminia, fons est in agro Reatino, vario ortu annonæ mutationem significans. Autor Plin *lib.* 2. *c.* 103.

NĒMO, inis, gen. communis, compositum videtur à Ne & homo. οὐδεὶς οὐδείς, οὔτις. GALL. *Nul homme, ou nulle femme, nulli.* ITAL. *Nessuno, niuno.* GERM. Niemants. HISP. *Ninguno.* ANGL *No man* } Nam de solis dicitur hominibus. Terent. *in Eunuch.* Nemo est quem ego magis nunc cuperem videre, quàm te, Nemo homo, pro nemo omnino Mart.

Nemo quater missos currere sensit equos.

Cic. *lib.* 13. *famil. epist.* Posteaquam mecum in bello, atque in re militari fuit, tantam in eo virtutem, prudentiam, fidem tantámque erga me beneuolentiam cognoui, vt hominem neminem pluris faciam. Ne nemo quispiam potest minoris conducere. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. alienum reddunt nato nemini. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Túne id audes dicere quod nemo vnquam homo antehac vidit? Idem *Amphitr.* Huc nemo intromittit (me.) Idem. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Scio me incerto daturum hoc homini nemini. Idem, *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Alienum hominem Intromittat neminem. *Ibid. sc.* 4. *a.* 3. Nemini credo qui largè blandus est pauperi. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Neminis misereri certum. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Me homo nemo deterruerit. Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Nemo it inficias. i. non nego. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Quo nemo adæquè parcus Iuuentute omni ex Attica. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Quo hominum nemo fortunatior. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. ¶ Nemo quisquam. Gell. *c.* 7. *lib.* 12. ¶ Nemo vnus, Cæs. 3. *de bell. ciu.* & Gell. *c.* 15. *lib.* 18. ¶ Nemini non. Suet. *in Cæs. c.* 75. ¶ Nemo hominum pro Nemo est hominum. Terent. *in Eunucho,* Ego formidolosus? nemo est hominum qui viuat minus. ¶ Nemo pro vllus. Cic. *fam.* 9. Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini: vt summa seueritas animaduersionis non modò non inuidiosa, sed etiam popularis esset, & cùm bonis omnibus, tum infimo cuique gratissima, Idem 2. *Offic.* Quòd quum omnibus est faciendum, tum haud scio, an nemini potius quàm tibi. Dicitur verò *Nemo* non tántùm de hominibus sed etiam diis: quod annotat quoque Vet. Vocab. ¶ Non nemo, hoc est, nonnullus. Cic. *pro lege Manil.* Quum esset non nemo in Senatu, qui diceret, non oportere, &c. ¶ Nemo etiam nonnunquam de fœminis dicitur. Terent. *in Andr.* Hoc scio vnum ego, neminem peperisse hîc. Plaut. *Casin.* Vicinam neminem amo meritò magis, quàm te.

Nemo homo, i. planè nullus, pleonasmo. Ter. *Eunuch. sc.* 3. *a.* 5. Nunquis hic est? nemo est nunquis hinc me loquitur? nemo est.

Nempè aduerb. confirmantis, quod aliquando cum interrogatione ponitur, aliquando sine interrogatione. { אכן *achén.* δηλαδή, δηλονότι, μὴ Δία. GALL. *Certes, certainement.* ITAL. *Certamente* GERM. Nemblich. HISP. *Ciertamente.* ANGL. *Surelie, verely.*} Lucr. *lib.* 4. *de vi Veneris:*

Nempe alia quoque sunt; nempe hoc sine viximus ante;
Nempe eadem facit & scimus facere omnia turpi.

Cic. *pro Ligario,* Apud quem hæc dico? Nempe apud eum qui quum hoc sciret, me tamen ante quàm vidit, reipublicæ reddidit. Hic, Nempe, vim respondendi elegantem habet post interrogationem. Idem *pro Milone,* Quid ergo tulit Pompeius? nempe vt quæreretur. Plaut. *in Menæchmis,* Nempe iubes? M. Iubeo herclè verò. Sine interrogatione posuit Terent *in Andria.* Nempe hoc sic esse dicturum opinor patrem. Quintilian. Nempe enim in hoc plurimum laboris exhausimus, vt Rethoricam ostenderemus bene dicendi scientiam & vtilem, & artem & virtutem esse.

Nempte capi Troiam prohibebant fata sine illo,

Ouid. 13. *Metam.*

Nempe ego mille meo protexi pectore puppes,

ibidem.

——— Hectora qui perdere posset Nempe dedit.

ibid. Sed tamen tu nempe eos asinos prædicas, Plaut. *Asin sc.* 2. *a.* 2. Nempe ita animati estis. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Nempe hoc est, quod illi dedi. Idem *Menæch. sc.* 3. *a.* 3. (i. scilicet.) Nempe in foro. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Pa. Obloquere. Pe. Fiat maximè. Ph. Etiam taces? Pa. Nempe obloqui me iusseras. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Pa. Quid agis? Ca. Viuo. Pa. Nempe vt dignus es. *Ibidem sc.* 1. *a.* 2. Nempe tu illam dicis (assentientis.) Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Ire quo voles, nempe Iubes? Idem *Menach sc.* 7. *a.* 5. Nempe tu illius seruos. Idem *Pseud. scen.* 7. *a.* 4.

Nemur, nisi, etiam, vel nempe, inquit Fest. significat.

NEMVS, oris, neutri generis. { יער *iátar.* אשר *éschel.* νέμος, ἄλσος. GALL. *Bois, forest.* ITAL. *Bosco, selua.* GERM. Ein lustwald. HISP. *Bosque, silua, moheda.* ANGL. *A groue of pleasure or forest.* } Propriè dicitur sylua voluptatis causa comparata, & plena amœnitatis: ἀπὸ τοῦ νέμειν, hoc est, à pascendo, siue quòd nemoris glandibus olim homines victitarint, siue quod in eo greges atque armenta depasci soleant. Nemora (inquit Festus) significant syluas amoenas. Virg. 6. *Æneid.*

Interea videt Æneas in valle reducta
Seclusum nemus, & virgulta sonantia syluis.

Idem *eodem,*

———atque inimica refugi
In nemus vmbriferum.

Ouid. 6. *Fast.*

Est nemus arboribus densum, secretus ab omni
Voce locus, si non obstreperetur aquis.

Horat. 1. *Carm. Ode.* 1

———me gelidum nemus
Nympharúmque, leues cum Satyris chori
Secernunt populo.

Suet. *in August. cap.* 72. Nemoribus (ædes) excoluit. ¶ Nemus etiam, teste Sipontino, peculiariter appellatur locus quidam haut longè ab Aricia, in quo lacus est, quod Speculum Dianæ Dicitur. Hinc Aritia dicitur nemoralis.

Nemus loci nomen. Turneb. *Aduersa, c.* 20. *lib.* 24. ¶ Item Nemus Cæsarum, de loco sacro. Suet. *in Aug c.* 43.

Nĕmōrōsŭs, a, um, Nemoribus abundans. { ὑλώδης. GALL. *Plein de bois,* ITAL. *Boscheroso, pieno de boschi.* GERM. Waldechtig / das voll wälden ist. HISP. *Lleno de mohedas ò de montañas.* ANGL. *Full of trees forrestes.*}

forreſtes.} Plin. *epiſt.* 161. Modicus collis aſſurgit, antiqua cupreſſu nemoroſus, & opacus. Colum. *lib.* 2. *c.* 2. Montem ſublimem & aſperum nec nemoroſum, & herbidum maximè probauerunt. Ouid. *epiſt.* 15.

Eſt locus in media nemoroſis vallibus Idæ.

Virg. 2. *Æneid.*

Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

Nĕmŏrēnsĭs, e, quod ex nemore eſt, aut quod in nemore natum eſt. { ὁ ὑλικός, ὁ ὑλώδης. GALL. *De bois, bocage.* ITAL. *Di boſco, boſchereccio.* GERM. Das auß dem wald iſt. HISP. *De montaña ò moheda.* ANGL. *Of a foreſt.*} Col. *lib.* 9. *c.* 4. Sed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorenſe, quod ex ſparto atque arbuto prouenit. ¶ Nemorenſis rex dicebatur, qui Dianæ Aricinæ ſacrificiis præerat. Suet *in Calig.* Nemorenſi regi, quòd multos iam annos potiretur ſacerdotio, validiorem aduerſarium ſubornauit. In Nemorenſi villa Cæſaris Idem *in Cæſ. c.* 46.

Nĕmŏrālĭs, e, adiect. quod eſt in nemore. { ὁ κατ᾽ ἄλση ἀλητώδης, ὑλώδης. GAL. *De bois ou foreſt.* ITAL. *Di boſco è ſelua.* GERM. Das deß walds iſt. HISP. *De boſque y ſelua.* ANGL. *Of a foreſt.*} Martial *lib.* 13.

Mittit præcipuos nemoralis Aricia porcos.

Nemorale templum & Nemorale ſtagnum, hoc eſt, nemori Aricino vicinum Ouid. 1. *de Arte,*

Ecce ſuburbanæ templum nemorale Dianæ.

Idem 14. *Metam.*

Quaque colunt Scythicæ ſtagnum nemorale Dianæ.

Nĕmŏrĭuăgŭs, a, um, quod in nemore vagatur. { ὁ κατ᾽ ἄλση ἀλώμενος, ὁ ὑλονόμος. GALL. *Vagant par les bois.* ITAL. *Vagante per boſchi.* GERM. Waldſchweyffig / das in dem wald umbhär ſchweyfft. HISP. *Que erra y vaga por las montañas.* ANGL. *That erreth throught the forreſt.*} vt aper nemoriuagus. Catull. de Berecynthia, vbi cerua ſyluicultrix, vbi aper nemoriuagus.

Nemut, niſi etiam, vel nempe. Cato Meminit Feſt. Si nempe, à nam.

Nenu, pro Non, apud antiquos reperitur. Lucil. Sed tamen hoc dicis, quid hoc eſt, ſi nenu molleſtum eſt. Varro, Si hodie nenu venis, cras quidem veneris, &c. Ex Nonio.

Nĕo, nes, neui, netum, ſignificat filum torqueo: éſtque proprium mulierum. { טוה *tauáh.* νήθω, κλώθω. GALL. *Filer.* ITAL. *Filare.* GERM. Näyen / ſpynnen. HISP. *Hilar.* ANGL. *To ſpine.*} Iuſtinus *lib.* 1. Inuenit eum inter ſcortorum greges purpuram colo nentem. Plin. *lib.* 33. *c.* 3. Superque omnia netur, atque texitur lanæ modo, & ſine lana. Silius *lib.* 7.

——— *donum Quod noſtra neuere manus*

¶ Hinc Perneo compoſitum.

Nĕŏbūlē, Νεοβούλη, Lycambis filia, quæ quòd archilocho poëtæ promiſſa negaretur, Iambis inſectari cœpit Lycamben Archilochus, eúmque ad laqueum dicitur adegiſſe. Vide *ſuprà* in dictionibus, *Archilochus & Lycambes.*

Neoburgum, vrbs ad Danubium. Alia eiuſdem nominis in Thuringia ſita eſt.

Nĕocæsărīă, æ, Νεοκαισάρεια, vrbs Cappadociæ, quam Lycus amnis præterfluit. Autor. Plin. *lib.* 6. *c.* 1.

‖ Neocaſtrum, ſeu Nouocaſtrum *Nicaſtro,* vrbs calabriæ, gaudet titulo Epiſcopatus, & comitatus, ſub A. Rhegienſi. ‖

Nĕŏclēs, clis, Νεοκλῆς, Philoſophus Athenienſis, Epicuri frater, Suidas.

Neodunum Ptolemæo *lib.* 2. *c.* 8. Galliæ Lugdunenſis ciuitas.

Nĕŏgămŭs, i { νεόγαμος. GALL. *Eſpoux.* ITAL. *Spoſo.* GERM. Der neuwlich geweybt hat / ein neuwer Ehman. HISP. *Nouio.* ANGL. *A brydgroome.*} Qui recens vxorem duxit.

Nĕŏmēnĭă νεομηνία, Latinè Nouilunium, vel prima dies lunæ, aut menſis. Græci enim menſes ſuos ad Lunæ curſum dirigebant, & à primo nouilunij die menſes ſuos auſpicabantur.

Neon, Νέων, vrbs Phocidis, Herodot. *lib.* 8. Gentile, Neonius & Neonæus. Stephan.

Nĕŏphytŭs νεόφυτος. Nouellus, quaſi νέον φυτόν, hoc eſt, nouum germen, noua planta.

Nĕŏptŏlĕmŭs, mi, Νεοπτόλεμος, Pyrrhi Achillis filij cognomen fuit, ab eo impoſitum, quod admodum adoleſcentulus primum tyrocinium in bello poſuerit Toiano. Græcis enim νεοπτόλεμος, tyronem, vel nouum militem ſignificat. ¶ Neoptolemus vetus Tragœdus. Suet. *in Cal. c.* 57.

Neoris, Iberiæ oppidum inſigne, iuxta Harmaſtim fluuium. Autor Plin. *lib.* 6. *c.* 10.

Nĕŏtĕrĭcŭs, a, um, Recens. { עתה *chadháſch.* νεωτερικός. GALL. *Moderne, nouueau.* ITAL. *Freſco, nouello.* GERM. Neuw. HISP. *Moderno.* ANGL. *One of late tyme, new, a freſhwater ſouldiour.*} à comparatiuo Græco νεώτερος formatum. Vnde Neoterici ſcriptores dicuntur recentiores, quibus opponuntur antiqui, vel priſci.

Nĕŏtĕrĭcē, aduerb νεωτερικῶς, Nouè. Aſconius Pædianus *in Diuinat.* Hoc quod leuiter à Cicerone dictum, & neotericè putant.

Nĕŏtĕchītæ, Νεοτειχῖται, Æolidis populi ſunt quorum vrbs νέον τεῖχος, hoc eſt, Noua mœnia, commemoratur à Stephano.

Nĕpa, æ, Animal venenatum, cauda feriens, quod Latinè Scorpius dicitur, nam, teſte Feſto, Nepa Africum eſt. { σκορπίος. GALL. *Vn ſcorpion.* ITAL. *Scorpione.* GERM. Ein ſcorpion. HISP. *Eſcorpion ò el alacran.* ANGL. *A ſcorpion*} Cic. *lib.* 3. *de finibus.* Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornibus vti videas boues, nepas aculeis, ſuam cuique naturam eſſe ad viuendum ducem. Huius nominis prima corripitur. Manil. *lib.* 2.

——— *pietate ad ſydera ductam*

Erigonem, ictúque nepam, ſpolioque leonem.

Natura huius eſt, vt in parietum latibulis deliteſcat, & quum aliquid ſenſerit, retrocedat Plaut. *Caſin.* Receſſim cedam ad parietem, imitabor nepam: Captandus eſt horum clanculum ſermo mihi. ¶ Feſtus, Nepa Afrorum lingua ſidus, quod Cancer appellatur: vel, vt quidam volunt, Scorpius. ¶ Nepa etiam herba. Sic Latinè vertit Gaza eam, quæ Theophraſto σκορπίος: geniſta ſpinoſa.

Neparcus, non parcus. Reſpondet Græco ἀφειδής.

Nĕpenthēs, neutri gen., νηπενθές. Herbæ genus eſt, quæ vino iniecta triſtitiam diſcutit, animíque hilaritatem inducit: vnde à quibuſdam eadem eſſe putatur cum bugloſſo, quæ teſte Plinio, eandem habet vim. Ab hac exhilarandi virtute huic herbæ nomen creditur inditum, à νη priuatiua particula, & πένθος luctus. Plinius *lib.* 21. *c.* 21. Attribuunt & hilaritatis vim eidem potæ in vino, quam nepentes illud prædicatum ab Homero, quòd ea triſtitia omnis aboleatur

Nĕpĕtă, Νέπετος Suidæ, ciuitas Hetruriæ, quæ Plinio Nepet, & vulgò dicitur *Nipi*, à qua Nepeſini, Νεπεσῖνοι. Silius,

Hos iuxta Nepeſina cohors, æquique Phaliſci

¶ Nepeta etiam, ſiue Nepita nomen eſt herbæ, quam Dioſcorides ſecundam calamithæ ſpeciem facit. Vulgus herbariorum à pulegij ſimilitudine, Pulegium vocat agreſte. { GERM. Katzenkraut.} De hac meminit Plin. *lib.* 20. *c.* 14. & Colum. *lib.* 8. *c.* 7.

Nēphălius, a, um, νηφάλιος, ον, ſobrius: à νήφω ſum ſobrius.

Nēphălĭă, νηφάλια. Sobriorum feſta erant, in quibus non vinum, ſed aqua mulſa libabatur. Græci enim νηφάλιος, ſobrios vocant. Apud Athenienſes fiebat νηφάλια θυσία, id eſt, ſobrium ſacrificium, Soli, Lunæ, Memoriæ, Nymphis, Auroræ, & Veneri, in quo ξύλα νηφάλια, id eſt, ligna ſobria cremabantur, quæ ſcilicet ex vite, ficu, & moro non eſſent. Vide Chiliad. Eraſmi.

Nĕphĕlē, Νεφέλη, Latinè ſonat nubem. Nomen proprium vxoris Athamantis, & matris Phryxi & Helles. vnde Ouidius, Hellen Nepheleida dixit.

Nephelæus, adiect. νεφελαῖος, vt, Pecus Nephelæum Aries qui Phryxum & Hellen per mare vexit. Valer. 1. *Argonaut.*

I decus & pecoris Nephelæi vellera Graio

Redde tholo.

Nephelococcygia Νεφελοκοκκυγία. Confictum vrbis nomen apud Ariſtoph. Comicum & Steph.

Nephthalitæ, Νεφθαλῖται, populi denominati in Oriente, vt ſcribit Ioſephus. Steph.

Nephritis, νεφρῖτις, è lumborum vertebris prima, ſicut poſtrema, ἀσφαλίτης.

Nephrĭtis, νεφρῖτις, ſcil. νόσος, Renum morbus, quum ſcilicet calculo aut vlcere renes infeſtantur, νεφροί enim Græcis renes ſunt; propriè ſic vocatur lithiaſis. Vnde Nephritici dicti, νεφριτικοί, qui renum morbo laborant.

Nĕpĭtă, vide *ſuprà Nepeta.*

Nĕpōs, qui ex filio filiáve natus eſt, teſte Feſto: quod natus pòſt ſit patri quam filius. { נכד *néchedh.* ἔκγονος, υἱωνός. GALL. *Nepueu.* ITAL. *Nipote,* GERM. Ein enckel / ein kindskind. HISP. *Nieto.* ANGL. *A nephew.*} Cic. *pro Deiotaro,* Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratum & impium, qui nepos auum in diſcrimen capitis adduxerit. Eius relatiuum eſt Auus, ſicut Proauus relatiuum eſt Pronepotis, & Proauia Proneptis. Etenim Proauus, aui paterni, vel materni pater: & Abauus proaui paterni, vel materni pater: item proauiæ paternæ vel maternæ pater: à quo Abauia, relatiuúmque eius Abnepos, à quo Abneptis. Huius rurſus pater dicitur Atauus, Ataui autem pater Tritauus: quibus reſpondent relatiua At nepos, & Trinepos, Atneptis, & Trineptis. Qui verò poſt trinepotem ſunt, Minores dicuntur: ſicut poſt tritauos Maiores. ¶ Nepos ex fratre, idem eſt qui nepos fratris. Nam quod hîc antea ſcriptum erat, Nepotem ex fratre, aut ſorore eſſe, nihil aliud quàm filium fratris, aut ſororis, ineptum eſt. Appellatur enim ille non nepos fratris, ſed filius. Paul. *in l vlt. ff. de grad.* Illud, inquit, notandum eſt, non quemadmodum patris matriſque fratres & ſorores: ita fratris ſororiſque filios filiáſque nomen ſpeciale cognationis habere: ſed ita demonſtrari fratris ſororiſque filios filias. Nepotem autem ex fratre poſt fratris filium conſtitui apertè docet Caius *in l.* 7. *D. de legit. tutor.* Veluti, inquit, frater eodem patre natus fratris filius nepóſue ex eo. Item Imp. *l.* 7. *C. de nuptiis.* Quod verò eruditi nonnulli illa verba Suetonij *in Cæſar. cap.* 83. ita loquentis, ſed nouiſſimo teſtamento tres inſtituit (Cæſar) hæredes ſororum nepotes, C. Octauium, &c. ita interpretantur, Nepotes ex ſororibus, id eſt, ſororum filios, planè abſurdum eſt: quum ſatis conſtet Octauium ex Accia Iuliæ ſororis C. Cæſaris filia natum eſſe. Ex Hotomano. Nam, vt ex Sueton. *in Auguſt. cap.* 4. clarum eſt Iulia ſoror Cæſaris, mater fuit Acciæ, ſiue (vt *ibi* legit Caſſaubonus) Atiæ, quæ mater fuit Octauij. præterea *ibidem. cap.* 7. ipſa Iulia vocatur Auia Octauij, & ipſe Cæſar, maior eius auunculus i. auiæ maternæ frater. Cæterùm quem vulgò vocant nepotem, (GALL. *nepueu*) apertè vocat eum Suetonius ſororis filium *cap.* 63. & apertiùs *cap.* 64. *infrà ibidem*, vbi nepotes Auguſti appellat filios ex Iulia eius filia natos GAL. *Petits fils, arriere fils*, Neptes eiuſdem Iuliæ filias. Vide *Neptis* Sic itaque intelligendus eſt Velleius cùm ait, Nepos ſorori Cæſaris Iuliæ Caius Octauius. i. filius filiæ ſororis ipſius Cæſaris. (*le petit fils.*) Idem Vell. Nepos Africani ex filia Tiberius Gracchus. Et Quintil. *initio lib.* 4. Nepotes ſororis. Plaut. *Mil. ſc.* 1. *a.* 1. Bombomachides Neptuni nepos, &c. ¶ Inuenitur tamen interdum poſitum pro filio ſororis: quem Galli vocant *Nepueu*, vt apud eundem *Amph. ſc.* 4. *a.* 4. Ego ſum Amphitruo Gorphones nepos. Atqui Gorgophone fuit Amphitruoni Amita, non Auia, vt notat Paſſer. quippe ſoror fuit Alcei patris Amphitruonis. Hic Alceus Plauto *prologo Amphitr.* dicitur Argus, i. Argiuus Nonio interprete, quia Argis oriundus. ¶ Quandoque nepotes, Poſteri, ἀπόγονοι, vocantur. Virg. 6. *Æneid.*

Fortè recenſebat numerum, claróſque nepotes,

id eſt, poſteros & ex ſtirpe ſua naſcituros. ¶ Per tranſlationem etiam Nepotes dicuntur tenellæ vitium fruticationes, quæ poſtremo loco exoriuntur. ita dictæ, vel quòd nulli alteri rei ſint vtiles, quàm abſumendis vitis alimentis quum ipſæ vuas non ferant: vel quòd ad ſucceſſionem veterum palmitum, veluti nepotes in maiorum ſuorum locum ſuccreſcant. Colum *lib.* 4. *cap.* 6. Ex eo loco vnde nepotem ademeris, confeſtim alterum fundit. *Ibidem.* Omnes eius intra id ſpatium nepotes enatos ſæpiùs decerpemus. ¶ Nepos etiam dicitur de mulis. Idem *lib.* 6 *cap.* 37. itaque eiuſmodi emiſſarius nepotibus magis, quàm filiis vtilior eſt. ¶ Item nepotes dicuntur homines nequam, diſſoluti & decoctores. ἄσωτοι. Cic. 2. *Catilina*, Quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quis perditus inueniri poteſt, qui cum Catilina non familiariſsimè vixiſſe videatur? Idem *in Rull.* Vt in rebus tuis ita in Republ. luxurioſus nepos Sine dubio autem diſſolutos & homines perditos, nepotes, veteres appellarunt, quòd qui pueri, patre mortuo, in aui tutelam

iam veniunt, tales euadere consueuerint. Nam & indulgentiores patribus ferè sunt aui, & si seueri esse velint, facilè propter ætatis imbecillitatem à pueris patrio metu solutis contemnuntur. Sextus Pompeius Nepotem dictum putat, quòd res familiaris ei maior non sit, quam ei cui pater & auus viuunt. Nam quòd antea hîc scriptum fuit à Nepa scorpione dici Nepotem, vel inde falsum esse intelligitur, quòd Nepa Africum vocabulum est, teste Festo: Romani autē tam longè suæ linguæ originem petere non consueuerunt. ¶ Nepos autem antiquis, & de fœmina dicebatur. Ennius *apud Nonium*, Dia nepos quas ærumnas retulisti. Sed nunc *neptis* dicitur. ¶ Nepos in diuinis literis per periphrasim dicitur *filius filij*. Deinceps numerantur *filij tertiorum*, seu tertianorum, *filij quartorum*. ¶ Nepos proprium aliquando est: vt Iuuen. *Satyr.* 8.

Segnipedes dignique molam versare Nepotis. i. molere in pistrino. Ille Nepos Romæ habebat pistrinum, de quo & Martial.

Bis vicine nepos.

Nepotalis, nepotibus conueniens, luxuriosus.

Nĕpōtŭlus, diminutiuum, υἱωνίδιον. Plaut. *in Milite bis sc. vlt. a.* 5. Sic te saluum hinc mittimus ire Venerium nepotulum.

Nĕpōtŏr, Luxuriosè & prodigiosè viuo. {ἀκολασαίνω. Gall. *Viure ou faire prodigalemēt.* Ital. *Lussuriare, viuere prodigalmente.* Germ. Im sauß läben/prassen/demppfen. Hisp. *Luxuriar, glotonear.* Angl. *To leuerie touslie.*} Seneca *de benefic. lib.* 1. *c.* 15. Veto liberalitatē nepotari. hoc est, in prodigalitatem verti, & in eum conferri qui nequiter profusurus sit. Tertul. *in Apologetico*, Aristippus in purpura nepotatur.

Nĕpōtātŭs, huius nepotatus, Voracitas, & vitæ luxuries, ἀσωτία. Asia scurrilitate ac nepotatu nobilis.

Nĕptis, is, qui ex filio filiáve nata. Est enim fœmininum à nepos, {ἐγγόνη. Gall. *Niepce.* Ital. *Nezza, nipote.* Germ. Ein kindtstochter/ein näsin. Hisp. *Nieta.* Angl. *A neece.*} Cic. *de clar. Orat.* Ergo illā patris elegantia tinctam videmus, & filias eius Mutias ambas, quarum sermo fuit notus, & neptes Licinias. Sueton. *in Cæs. cap.* 27. Octauiam sororis suæ neptem, conditione Pompeio detulit. (Gall. *La petite fille ou l'arriere fille de la sœur.*) Vide in *Nepos* Ouidius *Epist.* 8.

——— *Arbitrium neptis habebat auus.*

‖ Nepticula, parua neptis. Item vestis breuissima, Pap. ‖

Nĕpōtīnŭs, a, um, ad nepotem pertinens: item luxuriosus, ἄσωτος, ἀκόλαστος, ἄσωτος. Gall. *Desordonné, desreiglé.* Suet *in Calig.* Nepotinis sumptibus omnium prodigorum ingenia superauit.

‖ Nepotor, nepotem ago, nepotinis sum moribus, i. e. luxuriosus. ‖

Nĕptūnŭs, ποσειδῶν, Saturni & Opis filius, maris deus dictus est à nando, mutatis literis primis (vt inquit Cic. *lib.* 2. *de nat. deor.*) vel (vt Varroni placet) à nubendo, hoc est, tegendo, quòd vt cælum nubes, ita mare terras tegat. Dicit enim Varro, Neptuus est deus maris, vel ipsum mare, quod terras nubat, id est, cooperiat. Neptunum autem, vt est in fabulis, mater abscondit, ne à patre deuoraretur, eique postea, expulso Saturno, aquæ in sortem ceciderunt, vt *suprà* de Ioue dictum est. Vxorem habuit Amphitritem, ex qua plurimas nymphas suscepit. Tridentem habet pro sceptro. Muros Troianos iuuante Apolline condidit. Habe Nuptune gratiam tibi. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 2. Neptunus in Tragœdiis (Latinis.) Idem *prologo Amph.* Hæc ad Neptuni pecudes condimenta, Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3.

‖ Neptunus equestris, ἵππιος. vide suprà *Hippius*.

Neptuni equi. Turn. *lib.* 26. 23. Equos Neptuni intelligo hippocampos, qui priores pedes habeāt, posterioribus careant, sed pontū legant & natent. ‖

Nĕptūnĭŭs, a, um, ποσειδώνιος, possessiuum. Tibull. *lib.* 4.

Cessit & ætnæa Nepunius incola montis.

Plaut. *Mil. sc.* 5. *a.* 1. In locis Neptuniis templisque turbulentis.

‖ Neptuniæ aquæ, Liu. *lib.* 39. Molem ad Neptunias aquas, vt iter populo esset. ‖

Nĕptūnālĭa, ποσειδώνια, Neptuni sacra, quæ & Salaria à Salo dicuntur Diomed. *lib.* 1.

Nĕptūnīnē, es, Patronymicum est fœmininum à Neptunus. Catull. *in Arg.*

Tene Thetis genuit pulcherrima Neptunine?

Nĕqua, aduerb. significat Ne per aliquem locum, aut Ne aliqua ratione, μήπη. Virg. 1. *Æneid.*

Ne qua scire dolos mediúsve occurrere possit.

¶ Est & nequa compositum à Ne, & quis, quæ, quod: pro Ne aliqua. Cic. *in Verr. act.* 1. Tamen nequa deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat.

Nĕquālĭă, detrimenta Fest. i. nugæ à nequam pro prauo.

Nequam, nomen indeclinabile, quod apud veteres significabat hominem nullius pretij, quòd ne tanti quidem sit, quanti quod habetur minimi. {בליעל belisjaal. ἀχρηστος, ἀχρεῖος. Gall. *Vauneant, meschāt.* Ital. *Huomo da niente* Germ. Ein nichts sollender mensch/ein schalk/ Lotters. bub. Hisp. *Hombre de poca estima.* Angl. *A man of no price à knaue.*} Varr. Nequam ex Ne & quicquam, media syllaba extrita componi ostendit *lib.* 4. *de ling. Lat.* Quidam à nequeo, quòd nihil queat, nullique rei sit aptus. Caper docet Nequam significare non malum, sed inutilem: quod vel ex eo apparet, quòd Cic. 2. *de Orat.* Seruo nequam opponit Seruum frugi. Iisdem (inquit) verbis & laudare frugi seruum possumus: & si est nequam, iocari. ¶ Nequam vitis, Inutilis, Colum. *lib.* 3. *c.* 10. *ad finem*, Nisi tamen (quod est absurdum) crediderunt id translatum & abscissum à sua stirpe, destitutúmque materno alimento, frugiferum, quod in ipsa matre nequam fuisset. ¶ Aliquando etiam Nequam accipitur pro lasciuo, petulanti, libidinoso, & prodigo. Cic. 2. *Philipp.* O hominem nequam (nihil enim possum magis propriè dicere.) ergo vt te catamitum nec opinato quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret, idcirco vrbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbasti? Gell. *lib.* 7. *c.* 11 Persuadenti cuidam adolescēti Lucano, qui apprimè summo genere natus erat, sed luxuria & nequitia pecuniam magnam consumpserat, &c. Plura de ea re exempla vide apud Gell. Cic. *pro Deiot.* Dij te perdant fugitiue: ita non modò nequam & improbus, sed & fatuus & amens es. ¶ Nequam pro nequitia & malo. Vnde iocus Plauti, Vin' tu illi dare nequam nunc? AG. Cupio. MI. ea me dato vbi ludit ex ambiguo, quia ea nequam malum hominem significat ¶ Pro nequiter vsus est Plaut. *in Pœnul.* Dicatque locum sibi velle liberum præberier, Vbi nequam faciat clàm, ne quis sit arbitrer. Malum & nequam est seruus. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Vbi sunt nequam homines, qui polentam pinsitant. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Sectatus es hōmo nihili nequam bestiam. (i, simiam.) Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Quanquam nequam es (equus. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Quanquam nequam homo es, rectè mones. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 4. Diues malus, frugi habetur: si pauper haud malus, nequam. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Opus est, vt mendices, (here) tanto nequior es, (quòd seruus mendici) *Ibid. sc.* 4. *a.* 5. ¶ Item homo ingenuosissimè nequam C. Curio. Velleius. Sycophanta nequam est, i. non satis callidus. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1.

Nĕquĭor, & Nequissimus. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Si (ego emoriar) te sit Athenis nemo nequior. Item Nequius videtur opponi prudenter apud Liuium *lib.* 1. *decad.* 5. Ego sum in vsu nimio factus nequior. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1 Vsus ædium nequior. *Ibid.* Colum. *lib.* 1. *c.* 1. Nulla est nequissimi hominis amplior custodia, quàm quotidiana operis exactio. Nam illud verum Marci Catonis oraculum, Nihil agendo homines malè agere discunt.

Nĕquĭtĕr, à Nequam, Luxuriosè, intemperanter, profusè. {ἀκολάστως. Gall. *Meschamment.* Ital. *Maluagiamente.* Germ. Lästerlich. Hisp. *Malamente, y luxuriosamente.* Angl. *VVickedlie, lik a knaue.*} Cic. 3. *Tusc.* Aderit temperantia, quæ est eadem moderatio, à me quidem paulò antè appellata frugalitas, quæ te turpiter, & nequiter facere nihil patiatur. Idem 2. *de finib.* Ille porrò malè, prauè, nequiter, turpiter, cœnabat, id est, cum nequitia. Eius contrarium est Frugaliter, quemadmodum Nequitiæ Frugalitas opponitur. Cato apud Gell. *c.* 1. *lib.* 16. Nequiter facere, & nequiter factum. Idem, Nequiter ferire malam malè discit manus, Plaut. *Amph.* Fugere & facere nequiter. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. Nimis prouectum est nequiter. *Ibid. sc.* 5. *a.* 5. Quis illam surripuit? Factum ædepol nequiter. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Item, Desubito facere nequiter cuiuis facilè est, pro Improbè. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2.

Nĕquĭtĭă, æ, Improbitas, malitia, denique vitium omnia cætera in se complectens. ⚹ Frugalitas. {בליעל belijjáál. ἀχρειότης, ἀκολασία, μοχθηρία. Gal. *Meschanceté.* Ital. *Maluagità.* Germ. Schalckheit/boßheit/ vppikeit. Hisp. *Maldad* Angl. *VVickednesse, knauerie.*} Vt enim Frugi à fruge, id est, à fructu per quandam animorum fœcunditatem: ita Nequitia à sterilitate, hoc est, à nihilo nominata est. Nihil est enim quicquid fluit, soluitur, liquescit, & semper perit. Hinc nequam iidem & perditi ac profligati, postremúmque omnium hominum dicti. Cic. 3. *Tuscul.* Reliqua igitur, & quarta virtus, vt ipsa sit frugalitas necesse est: eius enim videtur esse proprium, motus animi appetentis regere: & sedare, semperque aduersantem libini moderatam in omni re seruare constantiam: cui contrarium vitium Nequitia dicitur. Frugalitas, vt opinor, à fruge, qua nihil melius è terra oritur. Nequitia ab eo (etsi hoc erit fortasse durius: sed tentemus, & lusisse putemur, si nil sit) quod nequicquā est in tali homine, ex quo nihil irem dicitur. ¶ Sæpè tamen Nequitia pro lasciuia, & libidinosa illecebra, & pro cultu vitæ prodigo, atque effuso accipitur. Hinc Aphricanus (referente Gellio) *cap.* 11. *lib.* 7. scripsit, Mala, probra, flagitia, quæ homines faciunt, in duabus rebus esse, Malitia, & Nequitia. Nequitia, inquit Donatus, propriè libidinosa inertia dicta est, quòd nihil queat, nullique rei apta sit. Terent. *in Adelph.* Id misero restat mihi mali si illum potest, Qui alicui rei est, etiam eum ad nequitiam adducere Cic. *pro Roscio Amerino*, Si domus hæc potius habenda est, quàm officina nequitiæ & diuersorium flagitiorum omnium domus eius. Ouid. 1. *Fast.*

Nequitia est quæ te non sinit esse senem.

Cic. *in Verr.* Ex mulierum morsu vestigia libidinis atque nequitiæ. Nequitia pro Improbitate. Senec *Epist.* 42

——— *Ludi quoque semina præbent*   *Nequitiæ.*

Ouid *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Nequitia pro inertia. Liu. *lib.* 2. *bell. Pun* vide Gell, *lib.* 7. *cap.* 11.

Nequities, ei. {בליעל belijjaal.} Horat. 2. *Serm. satyr.* 1.

Ilum aut nequities, aut vafri inscitia iuris,
Postremum expellet certè viuacior hæres.

‖ Nequitus, prodigè, sceleste. Fest. ‖

Nĕquāndo, Ne vllo tempore. {μήποτε. Gall. *Afin que quelque fois ou quelque tēps ne.* Ital. *Accio che à niun tempo.* Germ. Das nicht etwan. Hisp. *En ningunt tiempo.* Angl. *Least at any tyme.*} Sicut, Siquando, si aliquo tempore. ἄποτε. Cic. *ad Attic. lib.* 10. Tu tamen eas epistolas quibus asperiùs de eo scripsi, aliquando concerpito, nequando quid emanet: ego item tuas.

Nĕquāquàm, aduerb. negandi: significat enim Non, vel nullo modo. {אין ajin אפס éphes. μηδαμῶς, οὐδαμῶς, μὴ δῆτα, οὐδαμῶς. Gall. *Nullement, en nulle façon.* Ital. *A niuna maniera, à guisa alguna, per niente, à niun modo* Germ. Gar nicht/in keine weiß noch wäg. Hisp. *En ninguna manera.* Angl. *No or no wis.*} Cic. *in Catone Maiore*, Est illud quidem Læli aliquid: sed nequaquam in isto sunt omnia.

Nĕquĕ, vide *Nec.*

Nequeo, nequiui, & nequi, nequitum, nequire, ἀδυνατέω, ἀσθενέω. Non ire interpretatur Festus. Significat autem Non posse. Cicer. *de Amic.* Cuius autem aures clausæ veritati sunt, vt ab amico verum audire nequeant, huius salus desperanda est. Plaut. *Milite*, heu mihi, nequeo, quin fleam, Quum abs te abeam. Horat. 2. *Serm. sat.* 5.

Quam nequire proci recto depellere cursu.

Si dictis nequis perduci, vt hæc credas. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1.

Haud timeo si iam nequeam defendere crimen,

Ouid. 13. *Metam.* Si id facere nequeat, det illi locum, qui queat. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Nequeon' te facere mansuetam. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Nequeo me continere, quin loquar. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1.

Nequitum & Nequitur pro non posse dixerunt veteres. Pacuuius, Sed quum contendi nequitum, vt clàm intendenda est plaga. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. Nequita facta: (aliàs, facta nequitia.) Idem *in Satyrione* Retrahi nequitur quoquò progressa est semel.

Nĕquĭcquam, aduerbium, Non, nullo modo. {לא lo אין ajin אפס éphes. μάτην. Gall. *Non, pour neant.* Ital. *Non.* Germ. Nit. Hisp *No.* Angl. *No.*} Virg. *Georg.*

Nequicquam pinguis palea teret area culmos.

Sed hoc rariùs: frequentiùs in vsu est pro frustrà. {שוא schav. μάτην. Gall.

GALL. *En vain.* ITAL. *In vano.* GERM. Umbsunst/vergäbenlich. HISP. *En vano.* ANGL. *In Vaine.*} Idem *Æneid.2.*

Arma diu senior desueta trementibus æuo
Circundat nequicquam humeris.

Vera dico, sed nequicquam, quia non vis credere Plaut. *Amph.* Cupio id, quod te nequicquam cupere intelligo. Idem *Asin. sc.1.a.1.* Ne istuc nequicquam dixeris.i. impune *Ibid. sc.3. a.3.* Nolo faciat. C. At enim nequicquam neuis. Idem *Pseud. sc.5.a.1.* Ne me nequicquam serues hodie, ducam scortum. Idem. *Men. sc.2.a.1.* Nequicquam exornata es benè, si malè morata es. Idem *Most. sc.3.a.1.*

Ne tua dicta vagis nequicquam credita ventis,

Catull. *ad Ortalum.*

Nequinum, Vmbriæ oppidum, teste Plin. *lib 2. c.14.* quod nunc Narnia dicitur: ob incolarum libidinosam inertiam. A quo Nequinates, qui nunc Narnienses, vulgò *Narni.*

Nĕquĭnunt, pro Nequeunt. id est, Non possunt, dixerunt antiqui. Fest.

Nĕquĭs, {μηδὶς. GALL. *Qu'aucun ne.* ITAL. *A fine che alcuno non.* GERM. Das nicht einer/das nicht jemandts. HISP. *Ningun.* ANGL. *Least any.*} Ex Ne & quis, pro Ne aliquis, hoc est, vt nullus Prop.

Vtere, nequis eat liber amore deis.

Vide *Nequa.*

Nĕquĭd nĭmĭs. {μηδὲν ἄγαν. GALL. *Que quelque chose ne.* ITAL. *Accio che niuna cosa.* GERM. Nicht zuuil. HISP. *Que ninguna cosa.* ANGL. *Least any thingto muche.*} Sententia peruulgata, admonemur in rebus omnibus modum seruare. Terent. *in Andr.*— nam id arbitror Apprimè in vita esse vtile, vt nequid nimis.

Nerabŭs, bi, νήραβος, Syriæ oppidum. apud Stephan cuius incolæ Nerabij appellantur.

Nĕrēĭdēs, νηρηίδες. Maris nymphæ, Nerei, & Doridis filiæ, humanam effigiem habentes: quarum nomina sunt Nesæ, & Cymothoë, & alia, quæ apud Hesiodum *in Theogonia* enumerantur. Nominatiuus singularis est Nereis, penultima indifferente. Ouid. 1. *Metam.*

Sed memor admissi Nereida colligit orbam

Nĕrēsŭs, νηρησος, oppidum est in Cea insula, cuius meminit Æschines *Epist.1. ad Polycratem.*

Nĕrĕus νηρεύς, Deus maris est (vt docet Hesiodus *in Theogonia*) Oceani & Tethyos filius, qui ex Doride vxore, eadémque sorore maximā Nympharum turbam suscepit, quæ à nomine patris Nereides appellantur. Hinc Orpheus *in Argonaut.* deorum antiquissimum appellat: vnde & Grandæuus à Virgilio dicitur 4. *Georg.*

———hunc & Nymphæ veneramur, & ipse
Grandæuus Nereus.

Tibull. *lib.4.*

Vexit & Æolios placidum per Nerea ventos.

¶ Figuratè vsu est pro mari. Persius *Satyr.1.*

Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin.

Nĕrĭo, nis, vel Neriene, es, & apud antiquissimos Nerio, æ, νερίωνη, Martis vxor. Plaut. *in Truc.* Mars peregrè adueniens salutat Nerienem vxorem suam. Gell. *lib.13.c.21.* docet Sabinum esse vocabulum, quo significatur virtus & fortitudo, vnde & pro vi, potestate & maiestate Martis accipitur. Vide Gellium.

Nĕrĭs, idis, νηρις, oppidum est Peloponnesi, in agro Messeniaco. Stephanus. ¶ Est item Neris Dioscoridi nardi montani genus, in Syria, Ciliciáque nascens, ramulis & folio eryngij, eiusdem naturæ cum Nardo Gallico.

Nĕrĭtæ, νηρῖται. Sunt ex concharum genere, quæ per maria nauigant, præbentes concauam sibi partem, alteram verò flanti auræ instar veli opponentes. Hæc Plin *lib.9.c.33.*

Nĕrĭtŭs, νήριτος, mons est in Ithaca insula: cuius meminerunt Strab *lib. 10.* Plin. *lib.4.c.12.* Hinc Neritius, adiect. quo nomine Vlyssem intelligit Ouid. 1 *Trist. Eleg 4.*

Pro duce Neritio docti mala nostra poëtæ
Scribite: Neritio nam mala plura tuli.

¶ Est item Neritus, siue (vt apud Plin. legitur.) Neritis, peninsula Acarnaniæ adhærens, alio nomine Leucadia appellata opere accolarum olim à continenti abscissa, denuóque reddita ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium. Virg. 3. *Æneid.*

Dulichiúmque, Saméque, & Neritos ardua saxis.

¶ Neritus item, siue Neritum, neutri generis, peninsulæ huius oppidum est, quod recentiores Leucadem appellarunt, teste Plinio *lib 4. cap.1.*

Nĕrĭum, νήριον, frutex est, foliis amygdalæ, sed maioribus. & pinguioribus, quæ quadrupedibus sunt venenum, homini autem contra serpentes præsidium. Rhodophane aliàs dicitur, quòd florem rosæ, folium lauro simile habeat. Vulgò in officinis dicitur *Oleander.* Meminit. Plin. *lib.24.cap.11.*

Nĕrĭum, νήριον Ptolem. *lib.6.cap.6.* Promontorium Tarraconensi Hispaniæ iuxta Artabos, vulgò *Finis terra.*

Nĕro, νέρων, teste Gellio *lib.13.c.21.* verbum Sabinum est, quo significatur virtus & fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos à Sabinis oriundos accepimus, vir egregia ac præstanti fortitudine, Nero appellatus est. Sabini autem id nomen à Græcis accepisse videntur, qui vincula & firmamentum membrorum νεῦρα dicunt, nostri neruos. ¶ Ex hac familia fuit Claudius ille Nero qui Asdrubalem Annibali fratri suppetias ferentem iunctis cum Liuio collega copiis, superauit. ¶ Fuit item hoc cognomen Romanorum Imperatorum illi ex Claudij principis adoptione partum: omnium quos terra tulit, crudelissimi. Imò prænomen fuit huius, non cognomen. Suet. *in Claud. c.1.* Olim Decimum: mox Neronem prænomine &c. At Tiberij cognomen, Nero fuit, non prænomen. Idem Suet. *in Tib. c.1.* Hinc proprium nomen in appellatiuum commutatum est, vt Nerones nunc crudeles dicantur. ¶ A Nerone autem fiunt duo Adiectiua. Neroneus & Neromanus, quorum illo vtitur Stat. 1. *Sylu.* hoc Martial. *lib.12.*

Nĕrua, XIII. Romanorum Imperator fuit, Flauio Domitiano, cui successit, dissimillimus. Hic quum liberos sibi nullos genuisset, Ælium Traianum sibi adoptauit, qui illi etiam in Imperio successit.

NERVVS, i. {גיד ghidh. νεῦρον. GALL. *Nerf* ITAL. *Neruo.* GERM. Ein spanader oder sehnader. HISP. *Nieruo.* ANGL. *A sinew*} Prima sunt in corpore animalis sensus motusque instrumenta, à cerebro & spinali medulla orta, totius corporis membris mouendi sentiendique vim conferentia. Cic. 2. *de nat. deor.* Nec. enim dij venis, neruis, & ossibus continentur. Et *paulò post,* Huc adde neruos, à quibus artus continentur, corúmque implicationem toto corpore pertinentem. Ouid. 12. *Metam.*

Nec graue vulnus erat, sed rupti vulnere nerui
Deficiunt, motúmque negant, virésque volandi.

Neruus vnde dictus sit, docet Gell. *c.21. lib. 13.* ¶ Quandoque Neruus pro robore & viribus vsurpatur: in neruis enim robur maximè existit. Horat. 2. *Serm. satyr 11.*

——— sine neruis altera quicquid
Composui, pars esse putat.

Terent. *in Eunuch.* digna adeò res est, vbi tu neruos intendas tuos. hoc est, vbi vniuersas ingenij tui vires expromas. Est enim neruos intendere, siue omnibus neruis contendere, vel, Omnes neruos contendere, totis viribus conari, & omnem solicitudinem, atque operam adhibere, summa vi, summóque studio niti. Cic. 5. *Verr.* Omnibus enim neruis mihi contendendum est, atque in hoc elaborandum vt omnes intelligant, &c. Idem 2. *Verr.* Magnum fortasse onus, & mihi periculosum, veruntamen dignum in quo omnes neruos ætatis, industriæque meæ contenderem. Ouid. *Eleg. 4. lib. 4. Trist.*

Non careat neruis candor vt iste suis.

¶ Neruus pro chorda arcus. Virg. 5. *Æneid.*

Primaque per cælum neruo stridente sagitta
Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras.

Idem 10. *Æneid.*

———neruóque aptare sagittas.

Neruos retrò tendimus expulsuri tela. Quint. ¶ In neruum ire, prouerbium ductum à sagittariis, qui nimium contendendo arcum, aut arcus neruum rumpunt, aut neruum sibi aliquem lędunt. Terent. *in Phorm.* Cæterùm quum argentum repetent, nostra causa scilicet in neruum potius ibit, id est, decipiet, ait Donatus. Vide Erasmum *in Chiliadibus.* ¶ Neruos Reipub. Cicero pro lege Manilia appellat milites, classes & vectigalia, quòd in his consistat omnis Reipublicæ fortitudo & robur Etenim (inquit) si vectigalia neruos esse Reipublicæ semper duximus, eum certè ordinem, qui exercet illa, firmamentum cæterorum ordinum rectè esse dicemus. ¶ Neruus etiam vinculi genus est, quo pedes, aut ceruices impediuntur. καταρράκτης. Ex quo est illud Catonis, Fures priuatorum furtorum in neruo, atque in compedibus ætatem agunt, fures publici, in auro atque in purpura. Plaut. *in Aul. & Asin. sc.2.a.3.* Neruos, catenas numellas, pedicas, boias. Idem, Perfidiosè captus, eo ædepol neruo ceruices probat. Nudus alcator in neruo. Quintil. Item, Ego te in neruum: haud ad prætorem hinc rapiam. Plaut. *Aul. sc. 3. a.4.* Tu in neruo iam iacebis, nisi mihi argentum redditur. *Ibidem.* Ita te neruo torquebo, vt Catapultæ solent. (de debitore.) *Ibid.* Credo deos voluisse, vt te apud me in neruo enicem. (de fure.) Idem *Aul. sc.3. a.4.* ¶ Item nerui dicuntur chordæ citharæ. Cicero 1. *Tusc.* Summam eruditionem Græci sitam censebant in neruorum vocúmque cantibus. Propertius,

——— hac carmina neruis Aptat

Neruorum spatia complere (in cithara.) Quintil. Vox, vt nerui, quo remissior, eo plenior. Idem. ¶ Est & Neruus membrum virile, Iuuen.

——— Mensura incognita nerui.

Nĕrŭlŭs, dimin. {τὸ νεύριον GALL. *Petit nerf.* ITAL. *Picciolo neruo* GERM. Ein spanäderlin. HISP. *Pequeño nieruo.* ANGL. *A litle sinew.*} Cic. *lib. 10. ad Attic.* Si nerulos tuos adhibueris.

Nĕrŭiæ, ab antiquis dictæ sunt fides, siue chordæ musicorum instrumentorum. {מיתרים metharim. χορδαὶ GALL *Cordes d'instrumens de musique.* ITAL. *Corde de stromenti.* GERM Seiten. HISP. *Cuerdas de nieruo en la musica* ANGL. *String yes of instruments of musick.*} Varro *in Satyra,* quæ ὄνος λύρας ἀκούων inscribitur, Scientia doceat, quemadmodum in Psalterio tendamus neruias. Gell. *c.7. lib.9.* Neruiæ in fidibus certo tempore sponte sonant. ¶ Obseruatum est & Neruium neutr. gener. Varro *ibidem,* Et id dicunt suam Briseidem producere, quæ eius neruia tractare solebat Ex Nonio.

‖ Neruina, crumena. Sic Priscianus legit illud in Plaut. *Truc. a.5.* Pecua ad hanc collo in neruina ego obligata defero. ‖

Nĕrŭōsŭs, a, um, quod multos habet neruos. {νευρώδης. GALL. *Nerveux, plein de nerfs.* ITAL. *Neruoso, nerbuto.* GERM. Aderechtig. item, starck inn gliedern. HISP. *Cosa de muchos nieruos.* ANGL. *Pitthie, that hath grosse and many sinewis.*} Plin. *lib. 11. c. 37.* Ideo nulla est ei caro, sed neruosa exilitas. ¶ Per translationem Neruosus dicitur fortis & vehemens, quod omne robur in neruis consistat. Sic neruosus orator, qui magnam vim & copiam ad dicendum affert. Cic. *de clar. Orat.* Quis Aristotele neruosior? ¶ Hinc fit Neruosè pro audacter, validè firmiter. {νευρωδῶς, ἰσχυρῶς. GALL. *Vigoreusement. puissamment.* ITAL. *Arditamente, vigorosamente.* GERM. Mitt stercke. HISP. *Poderosamente, fuertamente.*} Plancus *ad Cic. lib. 10.* Vt vigilanter, neruoséque nos, qui stamus in acie, subornes. Idem *de Orat.* Dicitur enim non Peripateticorum more (est enim illorum exercitatio elegans, iam inde ab Aristotele constituta) sed aliquando neruosiùs.

Nĕrŭōsĭtās, apud Plin. *lib. 19. c 1.* Neruositas filo æqualior. {τὸ νευρῶδες. GAL. *Vigueur, force.* ITAL. *Vigore, forza.* GERM. Stercke. HISP. *Neruosidad, fuerça.* ANGL. *Strength or hauing of many sinews.*}

Nĕrŭĕŭs, a, um, quod est ex neruo. {νεύρινος GALL. *De nerf* ITAL. *Di nerno.* GERM. Das auß adern ist. HISP. *Cosa de materia de neruios.* ANGL. *Of a sinew.*}

Nĕrŭĭcŭs, a, um, dicitur qui neruis laborat. {νευρικός. GALL. *Qui a douleur de nerfs qui a les nerfs debilitez.* ITAL. *Che patisce infirmita di nerui.* GERM. Der an dem geäder etwas kranckheit oder gepräßten hatt. HISP. *El que padece el mal de los neruios* ANGL. *That hath the gouttor douleur in the sinews.*} Vitruu. *lib.4.* Aquę neruicos & podagricos efficiunt, sulphurosi fontes neruorum labores reficiunt. Ita enim legit Calepinus: quum tamen in omnibus exemplaribus *Neuricos* legamus, vt proculdubio legendum est. Fit enim a Græca dictione νεῦρον. quæ nobis neruum sonat.

Neruij, νέρβιοι, fuerunt populi inter Belgas Attrebatibus vicini, ad Scaldem fluuium, omnium Belgarum fortissimi, & maximè feri: de quibus Cæsar *lib.2. comment.* meminit: Hi nunc *Tornacenses* dicuntur, vulgò *Tornay*. { Das Hennigeuw oder Dörnic. }

Nerulani, populi in Latio iuxta Romam, quorum meminit Plin. *lib.3. cap.5.*

Nerulum, oppidum in Lucanis, quod vi captū repentino aduentu Æmilij testatur, Liu. *lib.9. ab vrb cond.* ¶ Inde Nerunolenses dicti sunt. Suet. *in August.* Manibus colybo decoloratis Nerulonensismensarij.

Nesa, Regio montana iuxta Ætnam.

Nesapus, qui non sapit, (inquit Terent Scaur. *de Orthographia*) quia ne, pro non, antiqui dicebant.

Nescio, is, Ignoro, me fugit, me præterit: ex Ne, & scio. { לא ידע *lo iadhah.* ἀγνοέω, οὐκ οἶδα. Gall. *Ne sçauoir, ignorer.* Ital. *Non sapere.* Germ. *Nicht wissen.* Hisp. *No saber.* Angl. *Not to knowe, to be vnskifull or ignorans.* } Nescio debet proferri, vt s, litera posteriori syllabæ hæreat. Nam venit à Ne.i.Non, & scio. Terent. Scaurus *de Orthog.* Plaut. *Amph.* Me miseram, quid agam nescio Idem *Asin. sc.1.a.1.* Verùm meam vxorem nescis qualis fiet. Idem *Aul. prolog.* Illa illum nescit. Idem *Mil. sc. 5.a.2.* Quin ex hoc rogem, quod nesciam? Idem *Curc. sc.3.a.5.* Vehementer te perire cupio. Ne tu me nescias Idem *Mil. sc.3.a.2.* Quid fuat me nescio. Idem *Pseud. sc.1.a.1.* Atque id, vnde futurum dicam, nescio. Cic. *1. de Orat.* Nemo in eo, quod nesciat, disertus esse potest. Terent. *in Eunuch.* Tu pol si sapis, Quod scis, nescis, neque de Eunucho, neque de vitio virginis. Donatus admonet esse prouerbium, Quod scis, nescis, sumptum à Dialecticorum ludis, in quibus hujusmodi quidam scrupi proponi solent, Facio, & non facio, Sum amicus, & non sum amicus, Audio, & non audio. Hoc autem prouerbio summa taciturnitas, certáque in tacendo fides significatur: dum quis videlicet, quod scit perinde contines, ac dissimulat, quasi nesciat. Simile est *in Heaut.* Tu nescis quod scis, Dromo, si sapies. D. mutum dices. ¶ Nescio quid, locutionis forma, quoties rem aliquam, eiúsve causam nobis ignotam esse volumus significare. Idem *Ibid.* Nescio quid tristis est, non temerè est, metuo quid siet Cic. *pro Quintio*, Postea quam nescio quid impedit, & in commune contulit, mediocri quæstus contentus esse non poterat Terent. *in Heaut.* Faciam, sed nescio quid profectò mihi animus præsagit mali. Plaut. *Men sc.2 a.5.* Nescio quid velitati estis inter vos.

Tu breue nescio quid victa telluris habebas,

Ouid. 2. *Fast.*

Hoc quoque nescio quid nostris appone libellis,

idem. ¶ Nescio quis, Cic. *de Amic.* Quinetiam si quis asperitate ea est, & immanitate naturæ, vt hominum congressus fugiat, atque oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accipimus. Ibi nescio quis maxima voce exclamat Plaut. *Amph.* Ibi nescio quis me accepit. Idem *Curc. sc.2.a.5.* Nescio quem loqui autumat. Idem *Amph.* Cum altero nescio quo osculantem vidi. Idem *Mil. sc.3.a.1.*

Terraque nescio quo non placet ista modo,

Ouid. *Eleg.3 lib.3. Trist.* Nescio qui herum sublimem ferunt. Plaut. *Men sc.6. a.5.* ¶ Nescio quomodo Cic. *de Amic.* Serpit enim nescio quomodo per omnem vitam amicitia. Nescio quo pacto, idem *de Amic.* ¶ Nescire Latinè. Idem *de clar. Orat.* Non enim tam præclarum est scire Latinè, quàm turpe nescire. ¶ Nescitur. Idem *ad Attic. lib.7.* Inde vtrùm consistere vspiam velit, an mare trasire nescitur. Idem *4. Acad.* Vt stellarum numerus par an impar sit, nesciatur. Nescire aliquem pro Non cognoscere. Plaut. *Menæch.* Quem tu hominem me arbitrare v. nescio te ego? M Scis tu me? v. non te noui? Vbi Nescio te ego? significat, Putas te mihi non esse notissimum. Nescio, cum Infinitiuo. Nescis nec in pace nec in bello viuere. Cicero.

‖ Nescienter, negligenter. Prud. ‖

Nescius, a, um. Ignarus, qui aliquid nescit, siue ignorat. { ἀνεπιστήμων. Gall. *Qui ne sçait, ou ne cognoit point, ignorant.* Ital. *Ignorante, che non sa.* Germ. *Vnwissend, das kein wissen tregt.* Hisp. *No sabidor, ignorante.* Angl. *Vnskil full, ignorant* } Cicero *famil.1. ad Luceium*, Neque tamen hæc quum scribebam eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum, & iam institutarum. id est, neque tamen ignorabam. Idem *pro Deiotaro*, Iratum te regi Deiotaro fuisse non erant nescij Virg. 1. *Æneid.*

Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ.

Idem 4. *Georg.*

Nesciaque humanis precibus mansuescere corda.

Viuit (attonitus) & est vita nescius ipse sua,

Ouid. *Eleg.3. lib.1. Trist.*

Nesciaque est vocis quod barbara lingua Latinæ,

idem *Eleg.3. lib.5. Trist.* Quod nescibo id nescium tradam tibi Plaut. *Men. sc. vlt. a.5. & Capt. sc.2. a.2.* ¶ Interdum passiuè accipitur pro ignoto, siue incognito. Idem *in Rudente*, Nunc tibi amplectimur genua egentes opum, quæ in locis nesciis Nescia spe sumus, vt tuo recipias tecto, seruésque nos. id est, in locis incognitis, & incerta spe. Vide Gell. *c.12. lib.9.*

Nesææ, es, siue Nesæa, æ, νησαίη. Nympha marina, Nerei & Doridis filia, παρὰ τὸ νεῖν. hoc est, à natando dicta. Autor Hesiodus *in Theog.*

Nesei, populi Indiæ, Oceano proximi, de quibus Plin. *lib.6. c.20.*

‖ Nesi, pro siue, positum est in lege ædis diuinæ Auentinensis. Fest. ‖

Nesiōn, νησίον, insula in Campano litore inter Pausilypum & Puteolos, quæ alio nomine dicitur Nesis, νησίς. Lucan.

——*Tali spiramine Nesis.*

Huius nominis obliquos producit Papinius, Syluáque quæ fixam Pelago Nesida coronat. Item. Sannazar *Eclog.1.*

Huc illuc dum Pausilypi latus omne pererro.

Piscosámque lego celer, Nesida Phasedo.

Senec. *Epist.54.*

Nespetus, νήσπετος, vrbs Italiæ, Gentile. Nespesinus. Steph.

Nesson, νέσσων, vrbs Thessaliæ, Gentile Nessonites. Steph.

Nessūs, νέσσος, nomen est Centauri Ixionis, & Nubis filij: qui quum Deianiram rapere vellet, ab Hercule sagitta confixus est. Vide fabulam latiùs apud Ouid *lib.9. Metam* Inde

Nesseus, a, um, pen. prod. Ouid. *in Epigr. Deianira,*

Ibira Nesseo misi tibi texta veneno.

Nessotrophēum { νησσοτροφεῖον. Angl. *A place or coope where drakes or auckes or keept to be madefatte.* } Locus vbi anates clausæ aluntur & pascuntur. νῆσσαι anates Græcis dicuntur, & τρέφω, alo. Col. *lib.8. c.15.* Media deinde parte nessotrophij lacus defoditur in duos pedes altitudinis, spatiúmque longitudini datur & latitudini quantum loci conditio permittit.

Nestōr, νέστωρ. Filius fuit Nelei & Cloridis, teste Homero *lib. Odyss.11.* qui adhuc adolescens bellum gessit, etiam tum viuo patre, aduersus Epeos Peloponnesi populos, qui postea Elij dicti sunt: & deinde quum Pirithoi nuptiis interesset, aduersus Centauros, qui Hippodamiam rapere conabantur, strenuè pugnauit. Postremò belli Troiani tempore, iam senior effectus, vt idem Homerus *in 2. Iliadis* scribit, quinquaginta nauibus cum reliquis Græcis principibus ad Troiam venit, quum natus annos nonaginta, iam tertiam hominis ætatem viueret, vt ipse ait apud Ouid. 11. *Metam.* quum trecentesimum annum ageret: vbi consilij dexteritate tantum Græcorum rebus profuit, vt Agamemnon profiteri non dubitaret, breui se Ilium fuisse expugnaturum, si decem sibi contigissent Nestores. Nam preter summam prudentiam ętatis diuturnitate collectam, tanta præterea eloquentia excelluit, vt ex eius ore melle dulcior fluere diceretur oratio. Vxorem habuit Eurydicem Clymeni filiam, ex qua septem filios, & vnicam filiam suscepit. Ouid *lib.13.*

Qui licet eloquio fidum quoque Nestore vincat.
Non tamen efficiet desertum, vt Nestora crimen
Esse rear nullum.

idem 13. *Metam.*

‖ Nestoriani, populi Christiani per Syriam, & alias prouincias Orientales. ‖

Nēstōrides, νεστορίδης, patronymicum, & Nestorius, νεστόρειος, possessiuum.

Nestos, νέστος, vrbs & fluuius Illyriæ. Hinc Nestius, & regio, νεστίς, Steph. Vide *Nastus*, & *Nestus*.

Nestus, νέστος, Thraciæ fluuius est, in Hæmo monte nascens, & Abderam vrbem præterfluens. Vide Plin. *lib.4. c.11.*

Nesus νῆσος, Græcè, quod Latinè insula. Est & nesus vrbs Iberica Steph.

Nessus, νεσσος, Thraciæ vrbs condita à Constantino Imperatore, patria eiusdem. Steph. autor.

‖ Nete, νήτη, ad verbum est nouissima. ‖

Nete synemmenon, νήτη συνημμένων, vltima colligatarum, scil. chordarum.

Nete hyperbolæon, νήτη ὑπερβολαίων, vltima excellentium.

Nerorsum, fusum, fusile. gl. Isid.

Netum, filum ‖

Neu, pro Néve, abiecta vltima litera per apocopen. { ולא *velô.* μήτε. Gall. *Que non.* Ital. *Che non.* Germ. *Das nicht.* Hisp. *Que no.* Angl. *That nether.* Virg. 2. *Æneid.*

Neu recipi portis, aut duci in mœnia possit.

¶ Hæc particula geminata elegantem vim habet. Cæsar. *lib.1. bell. ciu.* Flens Petreius manipulos circuit, militésque appellat: neu se, neu Pompeium absentem Imperatorem suum aduersariis ad supplicium tradant, obsecrat. Operam obsecro mihi des, neu finas mihi fieri tantam iniuriam. Plaut. *Men. sc.7. a.5.*

Neuceria, νευκερία, vrbs est Vmbriæ, vide *Nuceria*.

Neuē, idem quod Ne aut: & interdum idem quod Neque. μήτε. Cicero, Peto à te ne id à me, néve in hoc reo, néve in aliis quæras. Idem *in Orat.* Néve vastiùs syllabæ deducantur.

Neuius, vide *Nauius*

‖ Nevma, æ, Iubilus. Voc. Eccl. Cath.

Neumaticus, modulator dulcis. Cath.

Neunquam, nullo modo. ‖

Neuōlo, neuis, neuult, quasi Non volo, vel Nolo. Plaut. *in Trin.* Filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu meuis. Nolo faciat. At enim nequicquam neuis. Idem *Pseud. sc.5. a.1.* Nisi neuis. Idem *Curc. sc.1. a.1.* Neuult. Idem *Most. sc.2. a.1.* οὐκ ἐθέλω. Titinius *Setina*, Ipsius quidem, hercle, ducere sanè neuult. Ex Nonio.

Neurās, adis, νευράς: Ionum, lingua herba appellata est, quæ alio nomine Poterion dicitur, neruorum dissolutiones iuuans: vnde & nomen accepit. Nam quos neruos Latini, Græci τὰ νεῦρα appellant. Hæc etiam in vino pota, ranarum quas Rubetas nominant, veneno medetur. Vnde & Phrynion vocatur. Plin. *25. c.10* Sunt & ranis venena, rubetis maximè. Auxiliatur ei Phrynion in vino potum. Aliqui neurada appellant, alij poterion, &c. Eadem & Paronychia appellatur, quod ταῖς παρωνυχίαις, hoc est, abscessibus circa vngues medeatur.

Neuris idis, νευρίς, insula est Propontidis, Cyzico adiacens, aliis nominibus Elaphonnesus & Proconnesus dicta. Autor Plin. *lib.5. c. vlt.*

Neurī, νευροί, populi Scythiæ Europeæ ad Borysthenem amnem, quorum meminit Plin. *lib.4. c.12.*

Neuris, νευρίς. Herba quam alij solanum, alij vesicariam appellant. Diosc. *lib.4. c.74. & 75.* Hermolaus *in eundem*.

Neurobatæ, νευροβάται. Qui omnifariam prorepunt, qui ambulant super neruos, & funes nerueos. Nam τὰ νεῦρα Græci neruos dicunt Iul. Firm. *lib.7. Matheseos*, Oriente Ingeniculo, quem ἐγγόνασιν Græci appellant, natium testimonio vero Martis & Lunæ, erunt Funambuli, oribatæ, & qui talia pertractent.

Neuroides, νευροειδής, species est syluestris lactucæ: quæ also nomine Limonium appellatur, multò minoribus foliis quàm Beta satiua, vndecim interdum caules habens. Autor Plin. *lib.20. c.8.*

Neurospaston, νευρόσπαστον, herba est quam Græci κυνόσβατον, Lat. Rubum caninum appellant Folium habet vestigio hominis simile, vnam autem nigram, in cuius acino neruum habet: vnde & nomen accepit. Autor Plin. *lib.24. c.14.* Sunt item Neurospastia, imagunculæ, quæ neruis quibusdam, & fidiculis occultis mouentur, perinde ac si viuerent. Horat. *2. Serm. satyr.7.*

Duceris vt neruis alienis mobile lignum.

Vide Cælium Rhod. *lib.7. c.16.* Vt, inquit, fidiculis neurospasta mouentur, sic tua libidine, vt neruis, aut fidicula traheris. Hæc Turnebus. Hoc se habuisse in suis aduersariis Lambinus etiam affirmat, vbi eum locum interpretatur.

Neuter,a,um, à ne,i.non, & vter. { οὐδέτερος, μηδέτερος. GALL. *Ne l'vn ne l'autre.* ITAL. *Ne l'vno ne l'altero.* GERM. Keiner/weder diser noch jhener. HISP. *Ni vno ni otro de dos.* ANGL. *Nether the one nor the other.* } In genitiuo Neutrius, olim etiam Neutri Neutræ, quemadmodum Nullus, Solus, & similia. ¶ Est autem Neuter, Vtrique contrarium, significátque, Nec hic, nec ille. Dicendum autem est, Neuter alterum, non autem Neuter neutrum: nam si ita efferimus, Neuter alterum diligit, hoc significat, neque ille hunc diligit, neque hic illum. Quòd si Neuter neutrum dicimus, perinde est ac si hoc dictum sit, ne si quidem ipsum vtrumque diligere. Quoties edixi vt neuter iretis ad me cum querimonia. Plaut. *Men. sc. 2. a.* 5. P. Nos non nouisti P. Neutrum noui. Idem *Men. sc. 5. a. 2.* Sit in neutrum conspiciendus eques. (i. neque diuitiis, neque paupertate.) Ouid. *Eleg. 1 lib. 2. Trist.*

Neutrè, & Neutrò, aduerbium significat nec ad vnam partem, nec ad aliam. { μηδετέρωσε. GALL. *Ne vers vn costé, ne vers l'autre.* ITAL. *Nell'vno, nell'altro luogo.* GERM. Weder auff dise noch auff jhene seiten. HISP. *Ni à vna parte ni à otra.* ANGL. *Nether to the one part nor to the other.* } Liu. *5. ab Vrbe*, Et neutrò inclinata spe torpebat, id est, in neutram partem.

Neutrālis, e, vulgò Grammaticis vox vsitata. οὐδέτερος. GAL. *Neutre.* ITAL. *Neutrale.* GERM. Das der zweien keins ist/Vnparteyisch. HISP. *Cosa neutral, de ninguna parte.* ANGL. *Neutrall, of none of the twoo.* } Quint. *lib. 1. c.* 4. Aut quæ fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant.

‖ Neutralia, vestimenta, quæ in neutra parte villos habent. Plin. ‖

Neutrōbī, idem quod Neutrò, apud Plaut. *in Aul sc. 4. a. 1.* & te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat, Neutrobi habeam stabile stabulum.

Neutiquam, Nequaquam vel nullo modo. { לא *lo* אפס *éphes.* μηδαμῶς. GALL. *Nullement, en nulle maniere.* ITAL. *In niuna maniera, per niente, ànissun mod.* GERM. Gantz gar nicht/ keins wägs HISP. *En ninguna manera.* ANGL. *No in no wise.* } Habet enim aliquid assertionis. Ter. *in Hecyr.* Illud visum est Pamphilio neutiquam graue. Id neutiquam mihi placet. Plaut. *Capt. sc. 4. a* 3. Vide Gell. *c. 13 lib* 16.

Nex, cis, Propriè mors, quæ ferro, aut alia vi fit, violenta mors. { מות *máveth*. φόνος. GALL. *Mort.* ITAL. *Morte.* GERM. Der todt. HISP. *La muerte violenta.* ANGL. *Death.* } Neci datus dicitur, qui quouis modo interfectus est: quamuis Festus necidatum intelligi velit, qui sine vulnere interfectus est, vt veneno, aut fame. Ausonius *in Monosyllabis*,

Sera veneno potu abstulit Annibalem nex Sisenna.

Quoniam neque mea nex neque intercessio posse videtur illorum dementem reprimere audaciam. Cic. *pro Milone*, Insidiatori verò, & latroni quæ potest afferri iniusta nex? In necem alterius aliquid facere, id est, in damnum & fortunarum euersionem. Vlpian. *de crim. stellionatus*, Si quis imposturam fecerit, vel collusionem in necem alterius. Cæs. 6. *bell. Gall.* Viri in vxores, sicut in liberos, vitæ necísque habent potestatem. Artifices necis, qui nouum aliquod necis genus comminiscuntur. Ouid. *de Arte*,

——— *neque enim lex iustior vlla est,*
Quàm necis artifices arte perire sua.

Tantus amor necis est. Idem *Eleg. 8. lib. 3. Trist.* Et illi pro mercede complexus dedit. Idem *Eleg. 4. lib. 4. Trist.*

Ergo aut exilio vires subducit Achiuis,
Aut nece (Palamedis.)

Idem 13. *Metam.* Necem à Græco dici certum est (inquit Festus) νεκρὸν enim mortuum dicunt Græci.

‖ Necula, parua nex. Cath. ‖

N I.

Ni, pro Nisi, per apocopen, id est, Si non, subiunctiuo iungitur. { לולי *lulé.* εἰ μὴ. GAL. *Si non, si ne.* ITAL. *Si non.* GERM. Wo nicht. HISP. *Si no.* } Terent. *in Phorm.* Nam ni hæc ita essent, cum illo haud stares. Dij me perdant si ego tui quicquam abstuli, níve adeò abstulisse vellem. Plaut. *Aul. sc. 3. a.* 4. Dij me faciunt quid volunt, ni te liberasso, & ni scapham enicasso. Idem *Most. sc. 3. a. 1.* Ni mala, ni stulta sis, ni indomita, pro nisi esse. Idem *Men. sc. 2. a. 1.* Quid ego ni negem, pro Quidni. Idem *Amph. sc. 1. a. 1.* Quippe ego te ni contemnam. (i. quidni) Idem *Pseud. sc. 1. a.* 4. Ni piget, vide *Piget.* ¶ Nisi si, Seneca sæpiùs, vt c. 13. *de tranq.* & Plaut *Men. sc. 1. a. 2.* Nisi si historiam scribimus pro nisi. Idem, Nisi si aliquam astutiam machinor. Idem *Capt. sc. 3. a.* 1. Pudica est nisi si est osculando impudicior. Idem *Curc. sc. 1. a. 1.* ¶ Nisi ne, *ibidem.* ¶ Nisi neuis, vide *Neuolo.* ¶ Nisi pro si non. Quid tibi in meis ædibus erat negotij nisi ego iusseram. Idem *Aul. sc. 2. a* 3. ¶ Pro Sed: Exit domo. S. Domo P. Te vidente. Video. Nisi mirum est facinus, qui potuerit hunc transire. Idem *Mil sc. 4. a. 2.* ¶ Pro Præter:

Si tamen extinctis aliquid nisi nomina restant.

Ouid. *Eleg. vlt. lib. 3. Trist.* Nisi minantis: Nisi mihi vasa reddi iubet. Plaut. *Mil. sc. 3. a. 2.* Nisi refers. Idem *Aulul. sc. 1. a.* 1. ¶ Quandoque etiam indicatiuo Terent. *in And* Mirum ni domi est. Vbi sciendum est est, Ni, Nisi, Quàm, & Præterquam semper repetere eosdem casus qui præcesserunt: vt, Quid est animal, nisi corpus cum anima concretum. εἰ μὴ. Nulli placet, præterquam mihi. Præter verò semper exigit accusatiuum: vt, Nulli placet, præter me. ¶ Ponitur interdum Ni, pro Ne. Virg. 3. *Æneid.*

Inter vtranque viam lethi discrimine paruo,
Ni teneant cursus, certum est dare lintea retro.

Quem in locum vide ea, quæ annotauit Seruius. Plaut. *in Menæch.* Ni mala, ni stulta sis. i. ne. Hæc particula etiam nonnunquam vsurpata est in sponsionibus, & in iudicio recuperatorio. Cic. *in Ver. act.* 4. Sponsio facta est cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni socium te sibi in decumis dictitaret. Idem P. Rabirius Apronium in sponsione lacessiuit, ni Apronius dictaret te sibi in decumis esse socium. Hæc Bud. *in Epist.* ¶ Interdum Nisi aduersatiuæ particulæ vim habet, vt idem ferè significet, quod Sed. Cic. *lib. 13. Epist. famil.* De te nihil possum iudicare, nisi illud mihi certè persuadeo, te talem virum nihil temerè fecisse. *Ibidem*, Nec cur illa tantopere contendat video, nec cur tu repugnes, nisi tamen multo minus tibi concedi potest, quàm illi, laborare sine causa. Quid mihi, nisi malum, vestra opera est. Plaut. *Pseud. sc 2. a.* 1. Nihil metuo, nisi ne medius disrumpar miser. Idem *Curc. sc. 1. a. 2.* Nisi occupo mihi aliquod consilium, hi me ad se auferent. Idem *Men. sc. 2. a. 5.* Id vnde futurum dicam nescio, nisi quia futurum est. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Meus est nisi me. *Ibid sc. 3. a. 1.* Hoc te nisi fortè non vis monitum volui. Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Nisi quidem ambulaui dormiens. Idem *Mil. sc. 3. a.* 2. Nisi quis meliorem conditionem afferat. Idem *Capt. sc. 2. a. 1.* Non sum qui sum, nisi hanc iniuriam vltus fuero. Idem *Men. sc. 2. a.* 3. Quis igitur nisi vos narrauit mihi. Idem *Amphitr.* Eo ad forum nisi quid vis. Idem *Asin. sc. 1. a. 1.* Nisi quidem mauis agitari virgis. Idem *Milit. sc. 2. a.* 2. Nisi vnum hoc faciam, vt in puteo cœnam coquant. Idem *Aul. sc. 4. a. 1.* Nisi quidem vestra crura nihili penditis. Idem *Men. sc. 6. a. 5.* Nihil paueo, nisi vnum. *Ibidem sc. 2. a.* 4. Item Hortensis, Omnibus oratoribus, nisi M. Tullio, clarior. Gell. *cap. 5. lib.* 1. Cum aduerbio Mirum venustè coniungitur. Cic. *de Orat. 2.* Quid ploras pater? mirum ni cantem. Plaut. *Pseud. sc. 7. a.* 4. Tu nisi mirum est, perdidisti mulierem. ¶ Nisi pro præterquam, vel præterquam quòd, πλὴν ὅτι, nisi quod, πλὴν ἀλλ' ἤ. Salust. *Iugurth.* 120. Quid responsuros creditis, nisi, sese liberos quàm optimos voluisse?

Niæthōs, lege *Neathus.*

‖ Nibarus, splendidus. Gl. Isid.

Nibatismus, genus saltationis barbaricæ. ‖

Nibis, νίβις, vrbs Ægypti. Gentile Nibites. Steph.

‖ Nibita, aqua ex nubibus facta. Gloss Isid. ‖

Nīcærchus, νικαίαρχος, pictor fuit sua ætate eximius: qui inter alia Venerem inter gratias & Cupidinem pinxit: & Herculem tristem insaniæ pœnitentia. Plin *lib. 35. c. 11.*

Nīcāndĕr, νίκανδρος, vel Nicandrus. Colophonius Grammaticus, & Poëta Medicus tempore Attali illius, qui Gallogræcos vicit. Scripsit de Theriacis, alexipharmacis, & de agricultura. Præterea Curationum collationes, & Prognostica Hippocratis versibus edidit, aliáque complura. Autor Suidas. Cic. *de Orat.* Nicandrus homo ab agro remotissimus, de agricultura tamen diligentissimè scripsit, tanta vis eloquentiæ.

Nicānōr νικάνωρ. Alexandrinus Grammaticus, sub Adriano principe, æqualis Hermippo Berytio: cuius scripta enumerantur à Suid.

Nicarchus, νίκαρχος, Philosophus fuit Corinthius, sub Periandro, cuius meminit Plutarchus *in symposio septem Sapientum.*

Nicasia, νικασία, insula est exigua circa Naxum: à qua insulani Nicasij νικάσιοι, appellantur Steph.

Nicator, νικάτωρ, cognomen fuit Seleuci potentissimi regis, (vt Appianus autor est *in Syriacis*) bello semper inuicti.

Nicatoris, νικάτορις, Syriæ oppidum, à Seleuco Nicatore conditore, ita appellatum: cuius incolæ dicuntur Nicatoriæ. Stephanus.

Nicerotianum, νικηρωτιανὸν. Laudatissimi vnguenti genus, ita dictum ab artifice Nicerone. Martial. *lib. 6.* Laudas pinguia Nicerotiana.

Nicea, siue potiùs Nicæa per diphthongum, νίκαια Stephan. & Suidæ, multarum vrbium nomen est, quarum vna est Galliæ, non procul à Varo fluuio, à Massiliensibus condita. Altera Asiæ & Bithyniæ metropolis, quam primus Antigonus Philippi filius condidit, & Antigoniam nominauit. Postea Lysimachus à nomine vxoris, Antipatri filiæ, Nicæam appellauit. Vrbis ambitus stadiorum sexaginta fuit, in figura quadrata in campo sita. Habuit quatuor portas ad rectos angulos: quæ ex vno lapide, qui ad medium gymnasium positus erat, omnes cernebantur. Hic iubente Constantino clarissima illa synodus celebrata est, trecentorum decem & octo Episcoporum, in qua perfidum Arrij dogma conuulsum sublatúmque est. ¶ Tertiam huius nominis vrbem Stephanus apud Locros Epicnemidios constituit: quartam in Illyride: quintam in India: sextam in Corsica insula: septimam in Leuctris Bœotiæ: & octauam in Thracia.

Nicephorium, rij, νικηφόριον, oppidum est Mesopotamiæ, non procul ab Euphrate fluuio, ab Alexandro magno conditum. Autor Plin. *lib. 6. cap. 26.*

Nicetes, νικήτης. Smyrnæus sophista, Adriano principi gratissimus ab eóque Musæo Ægyptio ascriptus. Quum causas tentaret, foro etiam aptissimus videbatur. Adeo ingenium ad vtranque dicendi rationem accommodauit, vt genus iudiciale sophistica quadam facultate exornauerit: sophisticum verò & vmbratile forensibus aculeis roborauerit. Genus dicendi antiquum, & politum retinuit, lasciuus nihilominus, & dithyrambicus visus. Ex Philostrato.

Nicias, νικίας, Pyrrhi medicus, qui olim ad Fabricium veniens, ei promisit Pyrrhum se veneno necaturum. At ille auersatus facinus Pyrrho rescripsit, vt à Nicia sibi caueret. Curtius. ¶ Nicias Grammaticus Romæ familiaris Pompeio & Ciceroni, qui eius in epistola quadam ad Atticum meminit: item Epistola ad Dolabellam. Tranquillus. ¶ Nicias item nomen viri Atheniensis nobilissimi. Aristoteles scribit tres viros Athenis eodem tempore æquè potentes fuisse, Niciam Nicerati, Thucydidem Mylesium, & Theramenem Anonis Thucydides hic natu, aliquantum maior, multa cum Pericle clara pro Republica gessit. Post mortem Periclis ad Niciam primæ partes delatæ sunt. Missus igitur Imperator vnà cum Demosthene altero duce contra Syracusanos, qui Gilippum Lacedæmoniorum ducem auxilio accersiuerant, infeliciter pugnantes ambo à Syracusanis in bello capti sunt, in carcerémque coniecti, sibi manus intulere. Nicias Marco Crasso ex nostris comparatur a Plutarcho in Parallelis, quòd & diuitiis abundauerit, & eundem ferè exitum hic apud Siculos, ille apud Parthos inuenerit. ¶ Nicias alius Atheniensis pictor, qui, teste Plin. *lib. 35 cap.* 11. diligentissimè mulieres pinxit, lumen & vmbras custodiuit: atque vt eminerent è tabulis picturæ maximè curauit. Hic eam in artem tanta contentione animi incubuisse dicitur, vt cibum sumere sæpe oblitus fit. Ælianus *de varia historia.*

Nicētēriă, { νικητήρια. ANGL. *Rewardes of games for victorie, as rings collars of gold.* } Sunt præmia relata ex victoria, vt torques. Iuuen. *Sat* 3. Et ceromatico fert niceteria collo Dicta Niceteria, à νικῶ, quod est vinco. ¶ Niceteria præterea dicuntur sacrificia, & publica conuiuia, quæ victoria adepta victores facere solent Budæus *in Pand.*

Nico νίκων, fuit vnus ex tredecim principibus Tarentinorum, qui coniurarunt in Annibalem: tandémque comprehensus cum Philomelo, ad

Annibalem deductus est. de quo Liu. *decad.* 3.

‖ Nicocinia, substantiæ. Gloss. gr.b.‖

Nicocreon, ontis, νικοκρέων, Cypriorum tyrannus, qui Anaxarchum philosophum malleis ferreis cædi iussit. Vide *Anaxarchus.*

Nicolaus, Damascenus, Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς, Peripateticæ sectæ philosophus, Herodi Iudæorum tetrarchæ, & Augusto Cæsari familiaris, qui vniuersarum rerum historiam libris 80. complexus est. ¶ Nicolaus alius fuit ex Myra Lyciæ ciuitate, flagrantissimus Christianæ religionis propagator, qui sub Constantino Cæsare vixit. ¶ Fuit item Nicolaus quidam Sophista, ex eadem vrbe ortus, Dioscoridis Grammatici frater, qui artem Rhetoricam conscripsit, & Meditationes quasdam. De his omnibus vide plura apud Suid.

‖ Nicolai panes, placentæ ab Augusto ita appellatæ, quòd iis donatus fuerit à Nicolao Damasci. Pallud.

Nicolaitæ, hæretici vxorum communionem admittentes.‖

Nicomachus, νικόμαχος. Nomen patris Aristotelis philosophi. ¶ Nicomachos quinque tradit Suidas: primum ex Alexandria Troadis poëtam tragicum, qui scripsit tragœdias vndecim. Secundum Atheniensem, item tragicum, qui vicit Euripidem & Theognim, Nicomachum item Medicum, Machaonis filium, Æsculapij nepotem qui scripsit de medicina libros sex, & de philosophia vnum. Reliquos duos, patrem & filium Aristotelis recenset ambos medicos: quorum filius scripsit commentarios in Physica patris. Sextum Nicomachum addit Plinius pictorem, Aristodemi filium & discipulum, qui pinxit raptum Proserpinæ (quæ tabula fuit Romæ in delubro Mineruæ in Capitolio, supra ædiculam Iuuentutis) Scyllámque quæ erat in templo pacis. Autor Plin. *lib.* 35. *cap.* 2.

Nicomedes, νικομήδης. Nomen regis Bithyniæ, Romanorum maximè studiosi, qui olim raso capite sumpsit pileum, & se Romanorum libertum vocauit. Hic in adolescentia eo nomine malè audiuit, quòd turpi obsequio sibi Cæsarem crederetur conciliasse.

Nicomedia, νικομήδεια. Vulgò *Nichor*, nautis *Comidia*. Ciuitas Bithyniæ à Nicomede rege qui eam condidit, appellata. In huius vrbis villa Magnus Constantinus obiit, qui quum vellet in Iordane fluuio baptizari, atque idcirco Hierosolymam peteret, morte præuentus ab Eusebio Nicomediensi Episcopo, Arrianæ perfidiæ sectatore baptizatus est. Quæ res Christiani principis fidem apud plerosque in dubium vertit. Sed non est verisimile eum principem, qui per omnem vitam Arriani dogmatis hostis fuerat, in extremo spiritu ei dementiæ consensisse, quam summo studio de suo imperio prius eliminauerat.

‖ Nicon, is, ἴκων, in Hierosolymitana obsidione, maxima Iudæorum helepolis.‖

Niconia, æ, νικωνία, oppidum est Ponti ad Istri fluminis ostia, cuius incolæ dicuntur Niconiatæ. Autor Stephan. & Strabo *lib.* 7.

Nicophanes, νικοφάνης. Nomen pictoris insignis, cuius meminit Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Annumeratur (inquit) his & Nicophanes, elegans & concinnus, ita vt vetusta opera pingeret propter æternitatem rerum impetuosi animi, & cui pauci comparentur. Cothurnus ei, & grauitas artis.

Nicophoros, νικοφόρος, frutex est, ex generibus hederæ, alio nomine, Smilax appellatus. Vide Plin. *lib.* 24. *cap. eod.*

Nicopolis, νικόπολις, vulgò *Preuesia*, ciuitas Epiri à victoria Augusti sic appellata, qui quum Cleopatram, & M. Antonium apud Actium prælio superasset, in proximo littore vrbem condidit, & à victoria sua Nicopolin appellauit. ¶ Est & Nicopolis alia in Bithynia: item tertia in minori Armenia: & quarta inter Ciliciam & Syriam, ab Alexandri victoria ita appellata, qui ibi Darium superauit, quum antea Issus diceretur.

Nicostrata, νικοστράτη, Euandri mater, quæ quòd fatidica esset, à carminibus Latinè Carmenta est appellata.

Nicostratus, νικόστρατος. Macedo, orator inter decem secundus, tempore M. Antonij, & Dionis Chrysostomi, & Aristidis Oratoris æqualis, scripsit nonnulla, vt autor est Suidas. ¶ Fuit item alter Nicostratus poëta comicus, cuius meminit Athenæus *in Dipnosoph.* Nicostratus citharœdus, & Laodocus, quum inter se certarent, dixit Nicostratus Laodocum esse in magna arte paruum, se autem in parua magnum, satiúsque esse non domum diuitiis, sed artem studio & diligentia augere. Ælianus *de varia historia.* ¶ Nicostrati Quintilianus meminit, quem senem se adolescentem ait vidisse. Sed intelligit Pancratiastem, de quo Pausanias.

Nicere (vnde nictere, id est, signum facere, vt manum mouere, aut ea minari. Plaut. *in Trucul* Emoriere, ocyus si manus niceris. Quid si manus nicerim?

Nicotiana, herba, quæ & hyoscyamus Peruuianus, herba sacra, aut sancta herba, Nicolao Monardi *Tabaco.* Americæ insulæ *petum* appellant.

Nicto, is, Ad canes pertinet, quum sentiunt odorem leporum, seu perdicum. { ῥύζω GALL. *Iaper*, *vrler*. ITAL. *Abbaiare.* GERM. Dem gespor nach leis bellen/wirt eigentlichvon den hunden verstanden. HISP. *Gañir, ladrar.* ANGL. *To yaulpe lyk a dogge when he hath the sente of a thing.* } Festus, Nictit canis in odorandis vestigiis ferarum leniter ganniens: vt Ennius *lib.* 10. Veluti si quando vinculis venatica veneno capta solet, si fortè ex nare sagaci sensit, voce sua nictit, vlulat: quæ ibi accita est, vnde ipsa gannitio. Hæc Festus.

Nicto, as, frequentatiuum verbi Niueo, es. Est oculis signum dare, altero vel vtroque clauso. { קרץ *karáts.* σκαρδαμύττω. GALL. *Cligner les yeux* ITAL. *Far di cenno, accennare.* GERM. Mit den augen wincken oder ein zeychen geben HISP. *Hazer ò dar señal con los ojos.* ANGL. *To winck to winckle with the eyes.* } Plaut. *in Asin. sc.* 1. *a.* 4. Nec illa vlli homini nutet, nictet, annuat. Non herclè nuto, neque nicto tibi. Idem *Menæch. sc.* 2 *a.* 4. Plin. *lib.* 11. Plerisque verò naturale est, vt nictare non cessent, quos pauidiores accepimus. Pro eodem etiam legitur Nictor deponens. *Ibidem cap.* 37. Grauiores alitum inferiore gena conniuent, eædem nictantur ab angulis membrana obeunte. ¶ Nictari (inquit Festus) est oculorum, & aliorum membrorum nisu sæpè aliquid conari. Lucret. *lib.* 4. Hic vbi nictari nequeunt insistereque alis. ¶ Hinc deducuntur verbalia Nictatio & Nictus. Cæcin. *in Pugil.* Tamen inter laudandum hunc timidum Tremulis palpebris percutere nictu: hic gaudere & mirarier. ¶ Compositum, est Annicto, quod est nictu alicui quippiam significo. ὀφθαλμιῶ. Festus, Annictat, sæpe leuiter oculo annuit.

Nictatio, oculorum conclusio & apertio. { ῥιπή. GALL. *Clignement des yeux.* ITAL. *Esso accennare con gli occhi.* GERM. Winckung oder nickung mit den augen HISP. *Obra de hazer ò dar señal con los ojos.* ANGL. *A wincking or twynckling.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Nec genæ quidem omnibus: ideo neque nictationes iis, quæ animal generant.

Nidamentum, locus vbi nidulantur aues, apud Plaut. *in Rud.* In neruo mille hodie nidamenta congerer.

Nideo, es, ui, cuius compositum, Renideo in frequentiori est vsu, Resplendeo, splendeo. { נגה *nagháh* στίλβω. GALL. *Resplendir, reluire.* ITAL. *Splendere.* GERM. Scheinen/gleissen. HISP. *Resplendecer.* ANGL. *To shyne or glister.* } Strab. *lib.* 10. *Theb.* Emicat effigies, & sparsa orichalca renident. Plin. *lib.* 7. Neque in recessu gemmæ, aut in deiectu renident Horat. *lib.* 2. *Carm.* Non ebur neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Modò redoleo, vnde Nidor, oris, de quo *infrà.*

NIDVS, i. Auium domicilium: à nidore (vt putatur) quòd mali odoris sint auium cubilia. קן *ken.* νοσσιά, καλιά. GALL. *Vn nid.* ITAL. & HISP. *Nido.* GERM. Ein vogelnäst/Näst ANGL. *A nest.* } ¶ Quandoque tamen Nidus accipitur pro fœtu auium, quasi continens pro contento. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

——— ipsæque volantes
Ore ferunt publicem nidis immittibus escam.

¶ Quandoque pro quodam vasis genere à nidorum similitudine. Varro, Lymphaque è lacuna fontium allata nidos implent. ¶ Et nidi dicuntur, in quibus merces in tabernis separatim tenentur, νικισκοι. Martial. *lib.* 1.

De primo dabit, alteróve nido
Rasum pumice, purpuráque cultum.

Nidulus, diminutiuum, Paruus nidus. { τὸ νοσσίδιον. GALL. *Petit nid.* ITAL. *Nidetto.* GERM. Ein nästlin. HISP. *Pequeño nido.* ANGL. *A litle nest.* } Gell. *lib* 2. *c.* 29. De auiculæ nidulo lepidè, atque iucundè præmouet.

Nidifico, Nidum facio. { קנן *kinnén.* νοσσεύω. GALL. *Faire vn nid, nicher.* ITAL. *Far nido.* GERM. Nisten. HISP. *Anidar ò hazar ò poner nido.* ANGL. *To buid or make a nest.* } Virg. *in quodam Epigram.*

Sic vos non vobis nidificatis aues.

Col. *lib.* 8. *c.* 15. Pedalia in quadratum cubilia, quibus nidificent aues.

Nidificus, adiectiuum. apud Senec. *in Medea*, Quodcunque tellus Vere nidifico creat.

Nidulor, aris. Nidifico. { קנן *kiunén.* νοσσοποιῶ. Plin. *lib.* 11. Aliud rursus eorũ genus, qui è fimo ingentes pilas auersis pedibus voluntant, paruósque in his contra rigorem hiemis vermiculos fœtus sui nidulantur. Cassita habitat nidulatúrque in segetibus. Gell. *c.* 29. *lib.* 2. ¶ Aliquando est ouis incubare. Varro, Deinde dies illos, quibus halcyones hyeme in aqua nidulantur, eos quoque septem esse dixit. Gell. *c.* 10. *lib.* 3.

Nidor, is, { ריח *reách.* κνῖσσα. GALL. *L'odeur & flair de quelque chose qui est au feu ou bruslé.* ITAL. *Odore di cosa arrostita.* GERM. Ein geschmack eines gebratnen oder geröften dings HISP. *Odor suaue del manjar assado* ANGL. *To sauour or smelbosany thing burned or rosted.* } Odor rei adustæ: vt apud Virg. 12. *Æneid.*

——— illi ingens barba reluxit,
Nidorémque ambusta dedit.

¶ Propriè tamen de carnibus assis & cæteris epulis coctis dicitur, à nitore ignis. Martial. *lib.* 1.

Pasceris & nigra solo nidore culina.

Suet. *in Claud. c.* 33 Ictúsque nidore prandij. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Exi nidor è culina, de homine. Interdum pro rixu. Horat. 2. *Serm. sat.* 7.

——— Nasum nidore supinor.

Sic enim Porphyrio interpretatur. Acron. verò Nasum (inquit) nidore supinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Nidor autem à nimio odore tractum. Nidor pro putore, apud Apuleium. Nidor differt ab odore. Plin. *lib* 13. *c.* 1. Cedri tantùm & citri suorum fruticum in sacris fumo conuolutum nidorem verius quàm odorem nouerant.

Nigella, æ, { קצח *kétsach.* μελάνθιον. } Frutex est pusillus, ramulis tenuibus altitudine palmorum duorum, foliis paruis, senecionis herbæ similibus, in cacumine capitulum habens exiguum ceu papaueris, in quo semen nigrum, acre, odoratum includitur, in officinis etiam hodie nomen seruat, à Gallis *Poyureta* appellatur.

NIGER, a, um, Nigri coloris, ater. { שחר *schachór.* μέλας. GALL. *Noir.* ITAL. *Nero, oscuro, moro.* GERM. Schwartz HISP. *Negro, escuro.* ANGL. *Blacke.* } Cic. *lib.* 1. *de diuin.* Nescio, qui ille diuinus si oculis captus sit, vt Tiresias fuit, possit quæ alba sint, quæ nigra, dicere. Plaut *in Capt. sc.* 4. *a.* 3. Macilento ore, naso acuto, corpore albo, & oculis nigris. Ouid. *Epist.* 17.

Ipsa vides cælum pice nigrius, & freta ventis.
Turbida.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Stamina de nigro vellere facta mihi.

Virg. 4. *Georg.*

Et nigram mactabis ouem lucúmque reuises.

Vua nigerrima. Catullus *Epigram.* 17. *ad Coloniam.* ¶ Per translationem tamen ponitur quandoque pro mortuo. Iuuen. *Satyr.* 1.

Instituitque rudes melior Locusta propinqua
Per famam & populum nigros efferre maritos.

Quandoque pro noxio. Virg 2. *Georg.*

——— & nigris exesa chelydris.
Creta.

¶ Quandoque pro malo. Iuuen. *Satyr.* 3.

——— Nigrum in candida vertunt.

Solebant enim prisci, quod bonum & laudabile erat, creta, vel alba linea notare: contrà, quod turpe fuisse, nigra signabant Persius,

Quæque sequenda forent, & quæ vitanda vicissim,
Illa prius creta, mox ex carbone notasti.

¶ Niger homo pro perfidioso, malísque moribus prædito. Horat. *Serm. lib.* 1. *Sat.* 4.

——— absentem qui rodit amicum,

Qui non defendit alio culpante, solutos
Qui captat risus hominum famámque dicacis,
Fingere qui non visa potest, commissa tacere
Qui nequit: hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Cic. *pro Cecinna*, Nec minus niger, nec minus confidens, quàm ille Terentianus est Phormio. ¶ Niger lapis in Comitio locum funestum significat, vt alij, Romuli morti destinatum, sed non vsu obuenit, vt ibi sepeliretur, sed Faustulum nutritium eius ibi sepultum fuisse. Fest. ¶ Niger pro alto & profundo. Virg. *in Georg.*

Quà niger humectat flauentia culta Galesus.

Sic apud Homerum, πηγὴ μελάνυδρος. Aqua profunda nigra apparet, quia ad fundum non penetrant lucis radij. Nigerrimus superlatiuus. Plin. *lib.* 15. *c.* 25. Cerasorum Aproniana maximè rubent, nigerrima sunt Actia. ¶ Nigra vena, id est, mediana.

Nīgellŭs, a, um, Subniger. {שחרחר *schecharchór.* ὑπομέλας. GALL. *Vn peu noir.* ITAL. *Alquanto nero.* GERM. Schwartzlecht/zimlich schwartz. HISP. *Negro vn poco.* ANGL. *Somewhat black, blacckish.*}

Nīgrēdo, inis, & Nigrities, ei, & Nigritia, æ, Color niger. {שחור *schechór.* μελανία, μελανότης. GALL. *Noirceur, noireté.* ITAL. *Negrezza* GERM. Schwartz. HISP. *El negror.* ANGL. *Blacknesse.*} Plinius, Capillorum nigritiam dixit, *lib.* 9. *c.* 26. Nimiæque eius nigritiæ dat austeritatem. Idem *lib.* 13. *c.* 9. Materies nigritia nihil differens à loco. Cornel. Celsus *lib.* 8. *c.* 2. Si nigrities est, aut si caries ad alteram quoque partem ossis transit, oportet excidi.

Nīgrĭtūdo, inis, Nigredo. {שחור *schechór.* μελανότης.} Plin. *lib.* 10. *c.* 26. Nulla Veris initio apparet nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit. de passeribus.

Nĭgrĕo, es, Niger sum, à quo nigresco, niger fio. {שחר *schachar* קדר *kadhár.* μελαίνομαι. GALL. *Deuenir noir, se noircir, estre noir.* ITAL. *Diuenir nero, farsi nero* GERM. Schwartz sein/schwartz werden. HISP. *Ennegrecerse.* ANGL. *To waxe black.*} Claud. *lib.* 3. *de rapt. Proser.* Nunc sibi mutatas liceat nigrescere vestes. Colum. *lib.* 12 *c.* 48. Oliuæ quum nigruerint, nec adhuc maturæ fuerint, sereno cælo, distringere manu conuenit. Plin. *lib.* 8. *cap.* 32. Tunc rostra eorum nigrescunt. Virg. 11. *Æneid.*

——— & tenebris nigrescunt omnia circum.

Æquora nigrescunt ventis, Ouid. *Trist. Eleg.* 3. Cælum nigrescit ab Austris, idem 5. *Fast.* Venæ nigrescunt sanguine, idem 3. *de Arte.*

Nigro, as, Nigrum reddo, denigro. {הקדיר *hikdir* μελαίνω. GALL. *Noircir, faire noir.* ITAL. *Far nero.* GERM. Schwertzen HISP. *Negreçer, ò hazer negro.* ANGL. *To make black.* Lucret *lib.* 2.

Aut ea quæ nigrant, nigro de semine nata.

¶ Vnde denigro, as, Hieronymus, Denigrata est facies. ¶ Interdum est nigrum esse. Colum. *lib.* 7. Parandi sunt boues nouelli, quadrati, magnis membris, cornibus proceris, & nigrantibus, & robustis, &c. Plin. *lib.* 9. Rubens color nigrante deterior.

Nigrŏr is, Nigredo, nigritudo. {שחור *schechór.* μελανία. GAL. *Noirceur.* ITAL. *Nerezza.* GERM. Schwertze. HISP. *Negrura.* ANGL. *Blacknesse.*} Cic. *lib.* 1. *de diuin.* Noctisque & nimborum occæcat nigror.

Nigrĕfacio, is, {הקדיר *hikdir.* μελαίνω. GALL. *Noircir, faire noir.* ITAL. *Far nero.* GERM. Schwartz machen. HISP. *Hazer negro.* ANGL. *To make black.*} Nigrefio μελαίνομαι, notæ significationis.

Nigrĭco, as. Parum nigresco. {ὑπομελαίνομαι. GALL. *Estre noir, ou tirer sur le noir.* ITAL. *Essere neretto, oscurir.* GERM. Schwertzen/sich auff die schwertze ziehen. HISP. *Negreçer por de fuera.* ANGL. *To waxe somewhat black.*} Plin. *lib.* 10. *c.* 3. Viribus præcipua, colore nigricans, sola aquilarum fœtus suos alit, id est, aliqua nigredine tincta, vel subnigra. Idem *lib.* 9. *c.* 38. Color sanguinis concreti nigricans aspectu.

Nĭgĭdĭŭs, figulus, Philosophus Pythagoricus Romæ floruit Cæsaris, Ciceronis & Varr. tempore. Hic, teste Gellio, multa de re grammatica edidit volumina, quæ ad nostra secula non peruenerunt.

Nīgris, νίγεις, fluuius est interioris Æthiopiæ, eiusdem cum Nilo naturæ. Nam calamum gignit, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 8. & papyrum, eiusdémque generis animantes, quæ in Nilo gignuntur, iisdémque etiam temporibus augescit. Dictus Nigris propter solitudines nigri pulueris emmentibus, interdum velut exustis cautibus. ¶ Stephanus Nigretem, νιγρῆτα, appellat, accolásque ipsos Nigretas: quorum meminit & Strabo *lib. vlt.* Plinius *lib.* 5. *cap.* 8. Nigritas nominat. ¶ Item Nigris fons est in Æthiopia, quem nonnulli caput Nili esse crediderunt. Idem *lib.* 5. *cap.* 9.

Nĭhĭl, vide *Nihilum.*

NIHILVM {אפס *éphes* בלימה *belimáh.* οὐδέν, οὐδαμῶς. GAL. *Rien.* ITAL *Niente.* GERM. Nichts. HISP. *Nada.* ANGL. *Nothing.*} Ex non, & hilum componitur: quod, autore Festo, significat id quod grano fabæ adhæret. Cic. 1. *Tuscul.* Tum illud quod Sysiphus versat saxum, sudans nitendo nec proficit hilum. ¶ Inde fiunt Nihilum & Nihil per apocopen, quæ significant quantitatis priuationem. ¶ Inuenitur etiam pro aduerbio negandi positum. Terent. *in Andr.* Nihil circuitione vsus es, id est, non. Nunquid iratus es mihi? nihil profectò. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Nihil te mi miseret! *Ibidem sc.* 3. *a.* 1. Nil tu me saturum monueris. (i. non.) Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Nihil est, quà huc transire possit, i. nulla via. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Inuenitur etiam Nihili οὐδενὸς, ἄξιον, trium generum; quasi qui nihili quidem; hoc est, nullius pretij sit Cic. 4. *Tusc.* Nequitia ab eo quòd nequicquam sit in tali nomine, ex quo idem Nihili dicitur. Posset tamen non absurdè: Nihili, in huiusmodi locutionibus genitiuus à Nihilum existimari. Dicitur enim Nihilo in ablatiuo. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Minus nihilo est. Et *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Quid ad lauationem messis. Nihilo plus quàm lauatio ad messem. *Ibidem*, Nihilo quàm tu amata fui. (sub. minus.) Nihilo secius, vide *Secius.* Item, Nihilo hercle magis facietis, &c. Idem *Merc. sc.* 9. *a.* 5. Atriensis? L. Nihilo magis intus est. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Item, De nihilo, id est, pro nihilo, siue nulla caussa. Liu. *lib.* 4. *d.* 4. Nihilo sum certior, &c. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. De nihilo dicunt contumeliam alteri. (i. nulla de caussa *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Item, Nihili imperium heri seruus facit. Idem *Pseud sc.* 7. *a.* 4. Nihili seruus (i. nequam.) *Ibidem*, Madidus, nihili, incontinens: cui opponitur siccus, frugi, continens. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Iis, qui nihili sunt, quid pretij detur. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Siue sim nihili. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. (de amante) Vetus est nihili coctio. Idem *Asin sc.* 3. *a.* 2. Nihili bestia (simia.) Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Homo nihili sectatus nequam bestiam. *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Prospicio vos nihili meam gratiam facere. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Me nihili faciat, nec saluum velit. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Nihil ex nihilum, per apocopen. Istuc quidem nihil est (eleuantis sua facta.) Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Nihil est quicquid ille dicit. (si nugatur.) Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Nihil hac docta doctius. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. In hoc (penu) aut iam nihil est, aut iam nihil erit. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 4. Postquam nihil fit clamore, hominem posco de lento debitore. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Nihil equidem paueo nisi vnum. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 4 Postquam nihil fit clamore, hominem posco (de lento debitore) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5.

Luce nihil, gestum nihil est, Diomede remoto,

Ouid. 13. *Metam.*

Quid facis interea qui nil nisi prælia nosti?

idem 13. *Metam.* Quando nihil est amator amare desinat. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Nihil ago tecum verba I. C. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Nec nihili nec multo plus. Nihil est, quod perdam domi. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Nihil metuo, nisi ne disrumpar. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Nihil hoc confidentius. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Nihil hoc nomine audacius. *Ibidem.* Nihil est ad illum ignotum mittere. i. nihil proderit. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Nihil est. i. nihil promoueo. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Vbi nihil habebis, gemes. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Nihil mihi tecum: te non appello. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Nihil moror, vide *Moror.* Nihil quicquam, vide *Quicquid* Nihil verbum, pro vili. Plautus *Sticho.* Nihil quidem hercle verbum, ac vilissimum. Nihil iunctum cum genitiuo, vt Nihil falsi, Nihil gratiæ, &c. Terent. *Adria.* Ne miseram nihil pol falsi dixi senex. ¶ Nihil pro non, aduerbij vice aliquando ponitur. Vide infrà *Nil.*

‖ Nihil censi, nihil iudicati. Gl. Isid ‖

Nĭhĭldum. Nondum, vel nihil adhuc, {οὐδὲν πω. GALL. *Rien encor.* ITAL. *Niento sin hora.* GERM. Noch nichts. HISP. *Aun no.* ANGL. *Nothing yet.*} Cic. *Cass.* Et quanquam nihildum audieramus, nec vbi esses, &c. Nihil etiam dum. Vide infrà *in Nil.*

Nĭhĭlĭfacio, Nihili æstimo. {בזה *bazáh* בז *baz.* παρ' οὐδὲν τίθεμαι, μηδὲν τίθεμαι. GALL. *Ne faire ou tenir conte de quelque chose, ne l'estimer rien.* ITAL. *Disprezzar.* GERM. Nichts schetzen/nigents fürhalten. HISP. *Estimar nada.* ANGL. *To estenne regard, or set at nothing.*} Plaut. *in Milit.* Sed me excepit, nihili facio quid faciat cæteris.

Nĭhĭlī pendo, is, ere, Nihili facio. {בזה *bazáh* בז *baz.* ἐν οὐδενὸς μηδενὸς ποιοῦμαι.} Plaut. *in Mostell* Video te nihili pendere omnes homines præ Philolache. Vide suprà *Nihil.*

Nĭhĭlōmĭnŭs. Non minus. {οὐδὲν ἧττον. GALL. *Neantmoins, ce nonobstant.* ITAL. *Non meno* GERM. Nichtdesto minder. HISP. *No menos.* ANG. *Neuerthelenesse.*} Cic. *Figulo*, Tamen nihilominus eis conficior curis: vt ipsum quod viuam, peccare me existimem. Dicitur & nihilo minùs: & minus nihilo, diuisim, de quo vide *Nihil.*

‖ Nihilosecius, non aliter. Pap. ‖

Nil, Per syncopen factum est à Nihil. {אפס *éphes* בלימה *belimáh*, οὐδέν. GALL. *Rien.* ITAL. *Niente.* GERM. Nichts. HISP. *Nada.* ANGL. *Nothing.*} Et modò nomen est, vt Nihil bonitatis. Nihil loci, vide *Locus.* Nihil est hic Sycophantis quæstus. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Quibus sui nihil est, nisi vna lingua. (de lenonibus.) Idem *Cur. sc.* 2. *a.* 4. Nihil pudet. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4.

Nec dare thura libet, nil exorantia diuos,

Ouid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.* Nihil etiam dū harpagauit. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Modò aduerbium. Terent. *in Andr* Nil me fallis. Nil agis, vide *Ago.*

‖ Nilum, nihilum. Lucr. ‖

Nīlĭon, νείλιον, gemma est colorem habens fumidæ topazij, aut aliquando mellæ. Plin. *lib.* 37. *c.* 8. India & has generat, & nilion fulgore hebeti, & breui, & quum intuare, fallaci. Est autem color fumidæ topazij, aut aliquando melleæ. Iuba in Æthiopia gigni tradit, & in littoribus fluminis, quem Nilum vocauimus, & inde nomen trahere.

Nīlis, νειλίς, lacus est inferioris Mauritaniæ, non procul ab Oceano, quem Nili aquæ stagnantes efficere creduntur. Vide Plin. *lib* 5. *c.* 9.

Nīlŭs, {שיחור *schichór.* νεῖλος.} Ægypti fluuius fluuiorum maximus. Gell. *c.* 7. *lib.* 10. à Nileo rege sic dictus, vel à nouo inferendo luto, quòd sua inundatione totam feracem reddat Ægyptum. Seruius Nilum dici existimat; quasi νέαν ἰλύν, hoc est, nouum trahentem limum, quòd oblimet Ægyptum & oppleat. Vnus est ex maioribus totius orbis fluuiis. A quibusdam Geon dictus, quasi terra, antea Melo vocabatur. Habet septem ostia. Virg. 6. *Æneid.*

Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.

Nomina ostiorum hæc sunt, Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Phamiticum, Mendesicum, Taniticum & Pelusiacum. Nascitur in monte inferioris Mauritaniæ, non longè ab Oceano stagnante ibi lacu, quem vocant Nilidem: deinde condit se itinere aliquot dierum, rursúmque erumpit alio lacu maiore in Mauritania Cæsariensi iterúmque arenis receptus: per deserta viginti dierum spatio fertur ad proximos Æthiopas, & denuò prosilit fonte, qui Nigris dicitur. Inde Africam ab Æthiopia disterminans, móxque Æthiopas medios secans, plerasque insulas facit, quarum clarissima est Meroë, cuius metropolis etiam Meroë vocatur. Æthiopes Astapum vocant, quod illarum gentium lingua significat aquam è tenebris profluentem. Circa Meroën in duo dispergitur brachia, Astabores læuo alueo dictus: dextro Astusapes: nec ante quàm concordibus aquis iunxerit, Nilus appellatur. Postremò septem (vt dictum est) ostiis exonerat se in mare Ægyptiū, Ægyptíque inferiorem partem, dextra, læuáque diuisus, amplexu suo determinat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco: propter quod aliqui Ægyptum inter insulas posuere, ita se diuidente Nilo, vt triquetram terræ figuram faciat. Idcirco multi à Δ Græcæ literæ similitudine Delta vocauerunt. Augetur Nilus circa æstiuum solstitium mirum in modum, & per totam spatiatur Ægyptum, terram pluuiis omnibus destitutam aquis suis irrigat, fœcundissimóque limo obducit. Causas incrementi Nili vide apud Lucan. *lib.* 10. A Nilus fiunt adiectiua Niloticus, ica, icum, νειλῷος: vt, Nilotici pisces: & Niliacus, a, um, νειλιακός, Mart.

Niliacus primùm puer hic sit natus in oris.

¶ Nili

¶ Nili quoque apud veteres capiuntur pro fossis, seu canalibus, quæ spectaculis circundari solent, aut quibus aqua ad priuata ædificia duci consueuit: qualibus etiam hodie videmus magnatum insulas esse cinctas. Cic. 1. *de legib.* Ductus verò aquarum, quos isti Euripos, & Nilos vocant. Vide latiùs in dictione *Euripus*. Niligenus, aliud adiectiuum à Nilo fluuio, apud Ouid 1. *de Arte*,

Neu fuge Niligenæ Memphitica sacra iuuencæ, id est Isidis.

Nilus, regio quædam. Strab. *lib.* 16. vbi de chelonophagis: In mediterranea est regio quædam fluuialis, quæ Isidis dicitur, & alia quæ Nilus.

‖ Niligena, Νειλογενής, genitus à Nilo, vel in Ægypto.

Niliacus, & Niloticus, ad Nilum pertinens, Ægyptiacus: vt Nilotica papyrus, Tunica Nilatis, acu picta ab Ægyptiis. ‖

Nimbus, insula non longè à Gyaro, quam Callimachus Agathusam vocat.

Nĭmbŭs, i, Repentina & præceps pluuia, imber. { גשם *ghescem.* νιφάς, ὄμβρος. GALL. *Vne gelée, vne ondée de pluye froide, qui vient tout à coup.* ITAL. *Pioggia subita, nimbo.* GERM. Ein geschwinder platzregen. HISP. *Neuada de lluuia, ò viento buelto con agua.* ANGL. *A shower of rayne.* } Liu. 1. *ab Vrbe.* Subitò coorta tempestas cum magno fragore tam denso regem operuit nimbo, vt conspectum eius concioni abstulerit. Ouid. 1. *Metam.*

——— *densi funduntur ab æthere nimbi.*

Virg. 1. *Æneid.*

Inuoluêre diem nimbi, & nox humida cælum
Abstulit.

¶ Accipitur & pro vento. *Ibidem*, Nimbrorum in patriam, loca fœta furentibus austris, Æoliam venit. ¶ Interdum pro nube, νέφος, qua dij dicebantur in terras descendere. Lucilius, Cum nimbo cælitus descendit Iupiter. Nimbus per translationem pro repentino & præcipiti casu. Cic. *Attic. lib.* 15. Quid autem iste in domo tua casus armorum? Sed hunc quidem nimbum citò transiisse lætor. ¶ Nimbus item vasis genus, quo vina, vnguenta, & alij liquores funduntur. Mart. *lib.* 14. *Epig.* 112.

A Ioue qui veniet, miscenda ad pocula largas
Fundet nimbus aquas, hic tibi vina dabit.

¶ Nimbus pro ornamento muliebri, vide *Nimbatus*.

Nĭmbōsŭs, a, um, Nimbum inducens, vel imbri & ventis obnoxius & infestus, pluuiosus. { ὀμβρώδης. GALL. *Pluuieux.* ITAL. *Piouoso.* GERM. Witterig/das vol platzregen vnd vngewitters ist. HISP. *Lluuioso.* ANGL. *Full of shower, raynie or stormi.* } Virg. 1. *Æneid.* Fluctu nimbosus Orion. Plin. *lib.* 8 c. 10. Campus est montis subiacens nimbosis. Virg. 3. *Æneid.* Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis.

Nĭmbĭfĕr, hoc est, ferens nimbos. ὀμβροφόρος.

Nĭmbātŭs, a, um, Vnguentatus, siue vnguento perfusus, à nimbo vase. Plaut. *in Pœn.* Quam magis aspecto tam magis est nimbata, & nugæ meræ. Alij nimbo ornata, ideo fucata. Est verò Nimbus (teste Isidoro *lib.* 20. *cap.* 30. fasciola transuersa ex auro assuta in linteo, quod est in fronte fœminarum.

Nĭmīrum, aduerbium confirmandi, sine dubio, certè, videlicet, nempe. δῆτα, δήπουθεν, ἀμέλει, ἦ που. GALL. *Certainement.* ITAL. *Certamente.* GERM. Gewißlich/onzweifel/freilich. HISP. *Ciertamente.* ANGL. *Truly, without doubt, that is to say.* } Componitur ex particula Ne (qua veteres pro Non) & mirum: quasi dicas, Mirum non est. Cic. *Attic.* Itaque nimirum hoc illud est quod Cæsar scripsit, se velle vti consilio meo. ¶ Aliquando ad responsionem adhibetur. Quintil. *lib.* 12. c. 1. Demus id quod nullo modo fieri potest, idem ingenij, doctrinæ, studij pessimo atque optimo viro, vter melius dicetur orator? nimirum, qui homo quoque melior.

Nĭmĭs, Plus æquo, plus satis { מאד מאד *meódh meódh.* λίαν, ἄγαν. GAL. *Trop.* ITAL. *Troppo.* GERM. Zuuil HISP. *Demasiado.* ANGL. *To much.* } Terent. *in Andr.* Nequid nimis. Cic. 1. *de Orat.* Nō sumus nimis auidi: tua ista mediocri eloquentia contenti sumus. Nimis stultè faciunt. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. & *sc.* 1. *a.* 5. Nimis metuebam malè. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. & *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Scite nimis lubet vbi fient? Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Nimis verecundè tandem. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 4. Legiones educunt suas nimis pulchris armis præditas. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Nimis similis est mei. *Ibid.* Nimis verecunda es. Idem *sc.* 2. *a* 3. Nimis lepidè verba fecit ad parsimoniam. Idē *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Nimis vellem habere perticam. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Nimis sollicitum me habuit. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Si pulcra est, nimis ornata est. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Nimis diu abstineo manum. *Ibid.* ô Nimis doctum dolum. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Nimis velim lapidem. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Nimis velim (dari mihi sup.) qui certum faciat. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Nimis beat, quod commeatus est trans iam parietem. (Aliàs transtinet parietem.) *Mil. sc* 6. *a.* 2 Sed nimis sum stultus, nimium fui indoctus. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Nimis superbè B. Nimis molestus. *Ibid.* Nimis ea lenta vincula escaria. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Nimis quàm. Idem *Capt. sc.* 2 *a.* 2. Nimis quàm cupio, vt impetret. Et Gell. *c.* 1. *lib.* 14. Nimis quàm, &c. Item Quintil.

Nĭmĭum, nomen pro aduerbio, Nimis multum. { מאד מאד *meódh meódh.* ἄγαν. GALL. *Trop.* ITAL. *Troppo.* GERM. Zuuil. HISP. *Demasiado.* ANGL. *To much.* } Terent *in Adelph.* Nimium istoc abisti: hic propter hunc assiste. Cicer. 4. *Academ.* De quo nimium diu etiam disputo. Nimium libenter edi. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Nimium est mortalis graphicus. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Nimium te habui delicatum. Idem *Menach. sc.* 2. *a* 1.

Heu nimium fati tempora lenta mei,

Ouid. *Eleg.* 1 *lib.* 4. *Trist.*

Male conuicti nimium memor iste furoris,

idem 13. *Metam.*

Non erat hoc nimium, nunquam nisi magna loquenti,

ibidem,

Dij quos experior nimium constanter iniquos,

idem *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Facundiâ nimium quantò præstabilis. Gell. *c.* 3. *lib.* 18. Item, Nimium quàm delectabiliter. Idem *c.* 1. *lib.* 15. ¶ Nimium nimiúmque, admodum Tibull. *lib.* 3. *Eleg.* 6.

Iam venit iratus nimium nimiúmque Seuerus.

¶ Nimium quantum, i. valdè. Ita nec nimio maior, aut minor.

Nĭmĭō, Ablatiuus, comparatiuis solet iungi. Cicer. *ad Attic. lib.* 10. Sed quia te nimio plus diligo. Plaut. *in Bacch.* Quom ego sapere nimio censui plus quam Thalem *Ibidem*, Vixisse nimio satius est, quàm viuere. Nimio plures. Liu. *lib.* 9. *d.* 4. Nimio celeriùs venit, quod molestum est. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Satis & plus nimio merui mali. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Fuisse, quàm esse nimio mauelim. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Nimio confidentius, id est, Gell. *c.* 16. *lib.* 10. Nimio facilius fiet quod pudet, quàm quod piget. Plaut *Pseud. sc.* 3. *a.* 1.

Quem nimio plus est indoluisse semel.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Nimio libentius edo molitum (ab aliis) quàm molitum (à me) perhibeo. Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Nimio expectatior venire potuit. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 2. Factus sum nimio nequior. *Ibid sc.* 2. *a.* 1 ¶ Item iunctum non comparatiuo inuenitur. Sueton. *in Calig. c.* 45. In hoc quoque nimio præter modum Intemperans. Ita Passer, legit Cassaubon. verò, *in hoc quoque mimo.*

Nĭmĭŏpĕrē, aduerbium eadem formâ dictum, qua Magnopere, & Minimopere. { מאד מאד *meódh meódh.* λίαν ἐκ περισσοῦ. GALL. *Grandement.* ITAL. *Grandement.* GERM. Gar zuuil/vil zuuil. HISP. *Muy mucho grandemente.* ANGL. *To much greatlie.* } Cic. *in Parad.* Quos ædificia magnifica nimiopere delectant. Dicitur & nimio opere diuisim. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Ne nimio opere sumat operam.

Nĭmĭē aduerbium, Nimis, supra modum, & interdum idem quod valdè. { מאד מאד *meódh meódh.* ἄγαν. ANGL. *Beyonde measure, out of measur.* } Plaut. *in Milit.* — nam nulli mortali scio Obtigisse hoc, etsi duobus, tibi & Phaoni Lesbio, Tam nimiè vt amarentur.

Nĭmĭŭs, a, um, quod modum excedit, nimis magnus. { גדול מאד *ghadhól meódh* סרח *foréach* עדף *ꞇodheph.* ὁ ἄγαν. GALL. *Demesuré, qui est trop excessif* ITAL. *Troppo intemperato.* GERM. Vnmässig/vil zu groß/oder hefftig HISP. *Demasiado.* ANGL. *That is exceessiue, to much.* } Plaut. *in Mil. sc. a.* 1. Nimia est miseria, pulchrum esse hominem nimis. Nimio ego periculo hanc abstuli pallam. Idem *Menæch. sc.* 3. *a.* 1. Ne nimio opere sumat operam Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Nimia memoras mira. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. bis & ter *sc.* 1. *a.* 5. Vide *Mirus, a, um.* Nimij Boreæ vis sæua. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. Reperi ego hodie diuitias nimias. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 5. Ad huius sapientiam nimius nugator fuit Thales. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2.

Qui nimia nouerat artis opem, (de Æsculapio.)

Ouid. 6. *Fast.*

Lapsave sunt nimio verba profana mero.

idem *Eleg.* 5. *lib.* 3.

——— *Eram nimio iunctus amore tibi.*

idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.* Terent. *in Heaut.* Nulla adeò ex re istuc fit, nisi ex nimio otio. Nimius animi, ἄγαν μεγαλήτωρ, nimis magno animo, animi impotens. Liuius, Manlius nimius animi, quum alios principes sperneret, &c. Sermonis nimius erat. Tacit. *lib.* 19. Nimius in decernendis honoribus, & tanquam prodigus. Cic. *Brut. lib.* 5. *Epist.* Et cum ablatiuo sine Præpositione, apud Plin. *lib.* 14. *c.* 2. Eæ minus fertiles vino, acinis & fæce nimiæ. Nimium absolutè. Cic. 4. *Tusc.* Nam quod aiunt, nimia resecari oportere, naturalia relinqui: quid tandem potest esse naturale, quod idem nimium esse possit?

Nĭmĭĕtās, atis, superfluitas. { סרח *serách.* περισσεία. GAL. *Superfluité, trop grande abondance.* ITAL. *Superfluita.* GERM. Vberfluß/vberuilc. HISP. *Muchedumbre ò demasia y superfluidad.* ANGL. *Superfluitie.* } Columell. *lib.* 4. *cap.* 24. Naturalia congruunt desideria, quoniam nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciuiunt. Plin. *lib.* 14. *cap.* 6. Exoleuit hoc quoque nimietate copiæ. Vsus est Apul. *Apolog.* 1.

Ninæa, νιναία, vrbs in OEnotrorum mediterraneo. Gentile Ninæus, vel Ninæeus. Steph.

Nĭngo, is, vel Ninguo, is, xi, Niue pluere. { השליג *hischligh.* νίφω. GALL. *Neiger.* ITAL. *Neuare* GERM. Schneyen HISP. *Neuar.* ANGL. *To snow.* } Priscianus ningo quoque ninxi, vnde & Nix, sicut à duxi Dux, à rexi Rex. Virg. *lib.* 3 *Georg.*

Interea toto non secius æquore ningit.

Sunt qui Ninguo dictum velint, à ningue, cuius nominatiuus erat Ninguis, quod antiqui pro niui vsurpabant. Lucret. Albas effundere ningues. Apuleius *in Herm.* Aspera hiems erat, omnia ningue canebant. Nunc dicimus Nix, χιών. de quo suo loco.

Nĭnguĭdŭs, a, um, Niuosus, vel niue abundans. { νιφόεις, χιονώδης. GALL. *Neigeux, plein de neiges.* ITAL. *Neuoso.* GERM. Schneyerig/vol Schnee. HISP. *Cosa neuada ò llena de nieue.* ANGL. *Snowie or full of snowe.* } Ausonius *ad Paulinum*,

——— *Barcino me bimaris ninguida linguit*
Oppida Iberorum,

‖ Ninguis niuis. Gloss. Arabicol Prisc. *lib.* 6. Nix niuis, antiqui etiam ninguis dicebant. ‖

Ningulus, nullus. Marcius vapas, Ne ningulus mederi queant. Fest. pro nec vllus. ‖

Niniue, es, נינוה *niniuéh* νινεύι Suidæ, pen. corr. } Vrbs Assyriorum ad Tigrim fluuium sita. ita appellata à Nino conditore Beli filio. August. *lib.* 15 *Ciuit.* Niniues ciuitatis Magnæ Ninus Beli filius conditor: vnde nomen ex illius nomine deriuatum est, vt à Nino Niniue vocaretur. Populi in ea habitantes, Niniuitæ, νινευῖται, pen. prod. dicuntur. Ptolemæus in descriptione Assyriæ vrbem hanc Ninum, νίνον, appellat: quo nomine ferè ab omnibus rei geographicæ scriptoribus censetur. Vide Plin. *lib.* 6 *c.* 16. & Strabonem *in princ lib.* 16.

‖ Ninna, vox nictricum à נין, filius. Vide *Lallus*. ‖

Ninnarius, cuius vxor mœchatur & tacet. Gl. Isid Et Gloss. Arabicol. Ninnarius mirio, cuius vxor mœchatur, ipse tacet. Vet. Vocab. Nimmarus maritus. ‖

Ninoe, es, νινόη, Cariæ oppidum est, aliàs Aphrodysias appellatum, Lelegum, Pelasgorum colonia, si Stephano credimus.

Nīnŭs, νίνος, Beli filius, & Semiramidis vir, primus Assyriorum. Nam Belus solam habuit Babylonem, Ninus verò totam Assyriam partam armis obtinuit.

Nĭŏbē, νιόβη, nomen filiæ Tantali sororis Pelopis, vxorísque Amphionis quæ in saxum versa est ex dolore, vt poetæ fingunt, quum ex fœcundissima matre ad orbitatem redacta, extinctos vidisset filios, filiasque

que omnes, quos Apollo & Diana sagittis confixerant. Quæ in saxum versa dicitur, quoniam ex nimio dolore attonita obmutuit, ac veluti lapidescens malis diriguit. A Statio in syluis Sipyleia mater dicta Niobe, quoniam facta saxea turbine venti in Sipylum patriam rapta est, vbi fixa cacumine montis Liquitur, & lacrymis etiam nunc marmora manant. ¶ Fuit & altera Niobe Phoronei filia, ex qua Iupiter Osirim suscepit, qui & Serapis dictus est.

Nīphātēs νιφάτης. Mons supra Assyriam, ad finem maioris Armeniæ, Tauri pars ex quo Tigris nascitur, vt refert Strab. *lib.* 11. Virg. 3. *Georg.* Addam vrbes Asiæ domitas, pulsúmque Niphaten. Dictus Niphates à niuibus. ἀπὸ τῆ νιφάδος, ἢ ἀπὸ τῦ νίφειν.

Nīphaēus, νιφαῖος, nomen viri proprium, ab equis interfecti, apud Virg. 10. *Æneid.*

Nīphē, es, νίφη, vna ex comitibus Dianæ à niueo candore appellata Ouid. 3. *Metam.*

Excipiunt Laticem Niphéque, Hypanisque, Rhanisque.

Nīpsā, νίψα, Thraciæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Nipsæi, νιψαῖοι. Stephanus.

Niptrā, νίπτρα, dicuntur lauacra, à νίπτω, quod significat lauo: quo nomine dicta est tragœdia Pacuuij, quam citat Cicero. *Tusc.*

Nīrēus, νηρεύς, Charopi & Aglaiæ filius, Græcorum omnium formosissimus, quemadmodum Thersites omnium maximè deformis. Ouid. *lib.* 4. *de Ponto,*

Tam mala Thersiten prohibebat, forma latère,
Quàm pulchra Nireus conspiciendus erat.

Nis, pro nobis veteres scripsere, sicut Im pro Eum. Festus.

Nīsă, æ, νίσα, oppidum Siciliæ, cuius meminit Thucyd. *lib.* 3. ¶ Est & nomen puellæ rusticæ, apud Virg. *in Pharmaceut.* ¶ Item Persis hasta.

Nīsēă, νισαία oppidum in sinu Megarico, vbi Megarensium erant naualia, teste Thucyd. *lib.* 2. ¶ Est item Nisæa, Parthienes regio, cuius caput fuit Alexandropolis, ab Alexandro conditore ita appellata. Vide Plin. *lib.* 6. *c.* 26. Hæc regio præstantissimos alebat equos, qui ab ea Nisæi appellabantur, teste Strabone *lib.* 11.

Nisaea, (quod hîc pro Nymphæ nomine corruptè legebatur.) Vide *Nesaea.*

Nisan, mensis septimus Iudæorum, in anno ciuili, cuius initium est à Septembri: primus autem mensis in anno sacro, respondens partim Martio, partim Aprili nostro. Initium capit à nouilunio, quod proximè præcedit, aut sequitur æquinoctium vernum, seu ingressum Solis in arietem.

‖ Nisæi equi, optimi & maximi, quibus reges in primis Persiæ vtebantur. ‖

Nīsi, { לולי lulé. ὦ μὴ, εἰ μὴ. } Dictio exceptiua. Vide supra *Ni.*

Nisibis, νίσιβις, oppidum est Arbelitidis, quæ est regio Syriæ propinqua, in qua Alexander Darium superauit, alio nomine Mygdonio appellata. Nisibim autem Antiochus fertur condidisse, & à nomine suo Antiochiam appellasse. Vide Plin. *lib.* 6. *cap.* 13.

Nissa, æ, νίσσα, Bœotiæ oppidum est, apud Homerum in Catalogo nauium.

‖ Nisus, auis, quæ alio nomine dicitur haliæetus. Sic rectè Vet. Vocab. ‖

Nīsūs νῖσος, nomen regis Megarensium, qui (vt in fabulis fertur) à Scylla filia sua fatali capillo spoliatus, in auem sui nominis conuersus fuit. Virg. 1. *Georg.*

Apparet liquido sublimis in aëre Nisus.

¶ Fuit & alius hoc nomine, Hyrtacis filius, indissolubili amicitiæ vinculo Euryalo coniunctus, vt satis copiosè describit Virg. *lib.* 9. *Æneid.*

Nīsūs, us, vide *Nitor*, eris.

Nisyros, νίσυρος Homero, insula est in mari Carpatio, vna Sporadum: quam Poëtæ fabulantur olim Coo adhæsisse, Neptunique sceptro inde fuisse auulsam.

Nitedula, Nitella, vide *Niteo.*

Nĭtĕo, es, nitui, Splendidus, cultus, politus sum. { צחצ tsach. στίλβω, καλλωπίζομαι. GALL. *Estre poli & net, reluire de netteté.* ITAL. *Splendere, rilucere, esser polito.* GERM. Scheinen/gleissend sein/hüpsch vnd wol außgebutzt sein HISP. *Resplendecer, ser polido.* ANGL. *To glance or glister.* } Plaut. *in Pseud.* Tibi hoc præcipio, vt niteant ædes. ¶ Nitere vnguentis, fulgere purpura, Cic. *in Catil. Ibidem* 4. *de finibus*, illorum vides quàm niteat oratio.

Nam mihi cum magnis opibus domus alta niteret.

Tibull. *lib* 4.

Et nitet inducto candida barba gelu,

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Nitēns, participium, Micans, splendens, cultus & ornatus. { צחצ tsach. διειδὴς, στίλβων. GALL. *Reluisant.* ITAL. *Lampeggiante.* GERM. Gleissend/glitzerend. HISP. *Resplendicente.* ANGL. *Shyning or glistring.* } vt, Equi nitentes, Virg. 6. *Æneid:* Galea nitens. Idem 9. *Æneid.* Oculi nitentes. Idem 1. *Æneid.* Astra nitentia. Ouid. 6. *Fast.* Læta nitens arbor. Gell. *c.* 1. *c.* 12. ¶ Nitens pro pingui & obeso. Virg. *Æneid.* 3.

——— *superóque nitentem*
Cœlicolam regi mactabam in littore taurum.

Quæ saginata sunt nitere dicuntur.

Nitesco, is, ere, Nitidum fieri { צחצ tsach. ἀποστίλβω. GALL. *estre poli & net, reluire de netteté.* ITAL. *Esser polito, risplendere,* GERM. Gleissend oder scheinend werden. HISP. *Respendecer, ser polido.* ANGL. *To waxe glistring or neate.* } Cic. 1. *Tusc.* Cælum nitescere, arbores frondescere. Plin. *lib.* 37. *c.* 12. Et alias omnes gemmæ mellis decoctu nitescunt, præcipuè Corsicæ. ¶ Composita sunt Eniteo, quod est clarè, seu valdè niteo. ¶ Per translationem verò significat celebrem esse, εὐδοκιμεῖν. *Lib.* 4. *ad Heren.* Nunc hoc signi est, ipsos artis scriptores non potuisse in omnibus elocutionis partibus enitere. ¶ Et ab eo enitesco: de quo suo loco.

Nitor, is, Splendor in quacunque re dicitur. { נגה noghah. αἰγλότης. GALL. *Netteté, beauté reluisante lueur, resplendisseur* ITAL. *Splendore, politezza* GERM. Glantz/schein HISP. *Limpieza ò resplendor.* ANGL. *Glistring, neatnesse.* } Cic. *in Catone*, Tum Lysandrum intuentem purpuram eius, & nitorem corporis. Ipse nitor galeæ prodet latentem. Ouid. *lib.* 13. *Metam.* Columel. *lib.* 2. Verum ex his maximè serendum quod robur dicitur, quoniam & pondere, & nitore præstat. Eloquij nitor. Ouid. 2. *de Ponto Eleg.* 2.

Nunc tibi & eloquij nitor ille domesticus adsit,
Quo poteras trepidis vtilis esse reis.

Generis nitor, *ibid. Eleg* 9. Marmorum nitor Plin. *lib.* 22. *c.* 1.

Flammineus vt rapidi Solis nitor obscuretur,

Catull. *de com. Beren.*

Nĭtĭdŭs, a, um, Splendidus, clarus, lucens. צחצ tsach. φαιδρὸς, κομψός. GALL. *Resplendissant, net bien poli.* ITAL. *Splendido rilucente.* GERM. Gleyssig/glitzerig. HISP. *Luzido ò resplendeciente.* ANGL. *That shyneth, neate gay.* } Plaut. *in Stich.* Facite, sultis, vt nitidæ ædes meæ sint quum redeam domum. Idem *in Milit.* Tum autem illa ipsa est nimium lepida, nimisque nitida fœmina. Cic *in Orat.* In picturis alios, horrida, inculta, abdita & opaca: contrà alios nitida, læta, collustrata delectant. Colum. *lib.* 12. Far quod appellatur Clusinum candidioris & nitidi coloris. Nitidúmque Orionis ensem. Ouid. 13 *Metam.*

Integer est melior nitidis gladiator arenis,

idem *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist* Item, Nitidissimũ caput oleo & vnguento. Plaut. *Pseud. sc* 2. *a.* 1

Si bene floruerint olea, nitidissimus annus (erit sup.)

Ouid. 5. *Fast.* Plaut. *Aul. sc.* 5 *a.* 3. Aliquantò facias rectius, si nitidior sies.

Nĭtĭdĭtās, Accius, Formæ nitiditate præclarus regi.

Nĭtĭdē, Nitidius, Nitidissimè, Aduerb.

Nĭtĭdĭŭscŭlē diminutiuum A Nitidius comparatiuo καθαρωτέρον. Plaut. *in Pseud.* Neque ego amatorem mihi inuenire vllum queo, Qui amet me, vt curet tandem nitidiuscule.

Nĭtĭdo, as, Nitidum facio. { קלקל kilkál. καλλωπίζω. GALL. *Rendre ou faire net & reluisant* ITAL. *Lustrare.* GERM. Glitzerend oder glantzend machen. HISP. *Limpiar ò hazer lazir.* ANGL. *To cause, to glister and mak neate.* } Colum. *lib.* 12 *cap.* 3. Ferramenta detersa nitidentur, atque rubigine liberentur.

Nitela, æ, Nitor Solinus *cap.* 35. Nam præcipua viris gloria est in armorum nitela. Apud eundem *cap.* 36. Depurgant in minium nitelas pulueris. Nitelas interpretantur micas pulueris auri, quæ inter arenas reperiuntur.

Nĭtēllă, æ, dicitur res quæ læuigat sordes, & expolit. καλλωπιστέρ. GALL. *Vn instrument d'atourneresse, curedent.* ITAL. *Curadenti, nettadenti.* GERM. Das glat vnd gleissend macht. HISP. *Mondadiente* ANGL. *A tooth or ear piker or any such lyk instrument.* } Vnde Apuleius vtitur pro dentificio os ipsum & dentes honestante. Misi (inquit) vt petisti tibi munditias dentium: Nitellas oris, ex Arabicis frugibus Tenuem, candificum, nobilem puluisculum Complanatorem tumidæ gingiuulæ, Conuerritorem pridianæ reliquiæ, Nequa videatur tetra labes sordium. Restrictis forte si labellis riseris.

Nĭtēdŭlă, æ, Muris exigui genus esse docet Seruius, alij vermem esse putant nocte lucentem, quæ etiam dicitur noctiluca. { ἡ λαμπυρὶς, ἢ λαμπυρίς. GAL. *Vne espece de souris, ou plustost ver luisant, qui apparoist quand les bleds sont meurs.* ITAL. *Specie di topo picciolo.* GERM. Ein kleine mauß. HISP. *La luziernaga que luze de noche.* ANGL. *A globerd or glowworme* Cic. *pro Sestio*, Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula Rempub. conaretur arrodere. ¶ Est & Nitedula, cicindela, quæ noctu lucet.

Nitiobriges, populi Narbonensis Galliæ apud Ptolemæum, vicini Ruthenis. Hodie Montem Pessulanum vocant. Vulgò *Montpelier.* Meminit Cæs. *bell. Gall lib.* 7.

Nĭtŏr, eris, nixus, & nisus. Conari sub onere. { יגע iaghah עמל tamál הרה harah סמך samách. ἐρείδω. GALL. *S'efforcer* ITAL. *Sfarzarsi.* GERM. Vnderstehn mit arbeit/streben. HISP. *Estribar, esforçarse.* ANGL. *To indeuour, to take paine, to leane to.* } Virg. 3. *Georg.*

Post valido nitens sub pondere faginus axis
Instrepat.

¶ Interdum incumbere, firmari, sustentari. ἰσχυρίζομαι, ἐπισκήπτομαι, διατείνομαι, Idem 6. *Æneid.*

Ille vides pura iuuenis qui nititur hasta.

¶ Ab hac significatione manauerunt translationes & variæ & multæ Cic. *pro Milone*, Ei autem viro mors parabatur, cuius in vita nitebatur salus ciuitatis. Idem *lib.* 1. *Offic.* Est igitur adolescentis maiores natu vereri, ex hísque diligere optimos ac probatissimos, quorum consilio atque autoritate nitatur, id est, fulciatur, gubernetur, instituatur. ¶ Niti gradu apud Pacuuium legitur, pro Ambulare Ardua per loca agresti & trepidante gradu nititur. ¶ Niti alis, id est volare. Virg. *lib.* 4.

Hic primum paribus nitens Cyllenius alis
Constitit.

Niti læua, vide *Nixus.* Sumptu suo labore nituntur, vt alij sibi similes expetant. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Sibi confidere, & in se niti. Gell. *c.* 29. *lib.* 12. ¶ Quandoque etiam significat dare operam, laborare, conari, πειρῶμαι Terent. *in Adelph* Quapropter nitar, experiar,

Te tamen aggrediar, mecúmque reducere nitar.

Ouid. 13. *Metam.*

——— *A terris surgere nititur aër.*

Tibull. *lib.* 4. Niti in aduersa (de ascensu.) Quintil. Regem nihil contra se nisurum existimabat. Cæs. *de bell. ciu.* Cicer. *de senect.* Moderatio modò virium adsit, & tantum quantum quisque potest, nitatur. Huius composita sunt Annitor, Connitor, συντείνομαι, ἀγωνίζομαι, quod est totis viribus nitor, Cic. *lib.* 1. *Offic.* Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere (si discendi labor est potius, quàm voluptas) tantum fac vt efficias. ¶ Enitor, pario, ἀποτίκτω. Plaut. *Amph.* Geminos Alcmena enititur. Vnde enixæ dicuntur mulieres, quæ partus dolore leuatæ sunt. Itẽ Eniti, est multo conamine & labore aliquid perficere. φιλοτιμέομαι. Salust. *in Iugurth.* Ab adolescentia ita se enixum, vt ab optimo quoque probaretur: id est, multo conatu, & labore id se perfecisse, vt ab optimo, &c. Colum. *lib.* 2. Sed nec in media parte versuræ consistat, détque requiem in summa. vt spe cessandi totum spatium bos agilis enitatur: id est, exaret, perficiat. Hinc enixè, aduerbium, σπουδαίως. Quod & enixim dicitur. ¶ Innitor, inhæreo, firmor. Idem *lib.* 6. Quò plus Solis mediæ arbores, quibus vitis applicata, & religata innititur, accipiant. ¶ Obnitor, ἀντερείδομαι, ἀνθίσταμαι, ἀνθέλκομαι, διατείνομαι, contra nitor, obluctor, induror, obfirmor. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Versaque

Versáque in obnoxios vrgentur cornua vasto
Cum gemitu, id est, contrà obluctantes.

Hinc aduerb. Obnixè, διαπιεσμένως. ¶ Pernitor, valdè nitor, Seu Pernix, perseuerans, à pernitendo tractum est. ¶ Renitor, ἀντιτείνω, ἀντεξάγω, contrà nitor. ¶ Subnitor, suffulcior. Virg. *lib. 3.*
Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro.
Aliquando est sursum nitor, Cæcilius *in Annal.* Et Latini subnixu animo ex victoria consilium ineunt. Habent autem omnia hæc penult. prod.

‖ Nixæ ὠδῖνες, i. e. parturientium dolores, à nitendo i. e. enitendo.
Nixè munitè. Gl. Isid. à niti, quatenus est saluum esse. ‖

Nisus, huius nisus, Conatus. Virg. 1. *Æneid.*
——— *nisúque immotus eodem,*
Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.
Colum. *lib. 1. c. 3.* Quia minoris apportentur eò, quò facili nisu perueniatur. Nisus pro gradu. Cic. 1. *Tusc.* Sedato nisu.

Nixus, a, um, participium. Innixus, vel incumbens, fultus, sustentatus. { נגע jaghéah סמך samé-h. ἐρειδόμενος, πιεσθείς. GALL. *Qui s'est appuyé.* ITAL. *Apoggiato, sustentato* GERM. Gestützt/angelänt. HISP. *Sostenido.* ANGL. *That taketh paines, thath leanethto.* } Cic. 7. *Verr.* Stetit soleatus Prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicáque talari nixus in littore. Ecce autem auortit se, nixus (aliàs nisus) lectà. Plaut. *Milit. sc. 1. a. 2.*
Ille Deus, bene quo Romana potentia nixa est.
Ouid. *Eleg. 2. lib. 5. Trist.* Nixi genibus, pro supplices. Liu. *lib. 2. d. 5.* Et Sueton. *in August. cap. 52.*

Nixus, us, substantiuum, Parturientium labor. יגיע ieghiah יגע ingbah. ἡ πίεσις, ἡ ὠδίν, vel ὠδῖνες. GALL. *Peine & trauail d'enfant.* ITAL. *Trauaglio di donna che s'affatier per partorire.* GERM. Die geburts arbeit/die arbeit so die weiber haben mit gebären. HISP. *El estribadero ò dolor del parto.* ANGL. *Childe bearing, deliurance of childe.* } Virg. 4 *Georg.*
——— *haud fœtus nixibus edunt.*
Gell. *lib. 12. c. 1.* Quàm diutinum puerperium, & quàm laboriosi nixus fuissent. ¶ Dicitur etiam Nixus de alio quouis conatu. Quintil. *lib. 2. cap. 13.* qui totius corporis nixu in id quod semel inuasit, incumbit. Ouid. 5. *Fast.*
Hunc stirps Oceani maturis nixibus æthera
Edidit.

Nixus, i, Sidus cæleste, quod Iulius Firm. Ingeniculum vocat, ἐγγόνασιν. Cic. *in Arato*, Iam dextrum genu, & decoratam lumine suram Erigit, ille vagans vulgato nomine Nixus. Quem nocte extinctum atque exortum vidimus vna, *Ibidem*, Hic ille exoritur conuerso corpore nixus, Aluum, crura, humeros, simul & præcordia lustrans, Et dextræ radios cũ læto lumine iactans. Hunc Higinus Herculem esse ait, qui dextro genu nixus, sinistro pede, capitis Draconis dexteram partem opprimere conatur.

Nixi dij, qui (vt Iuno Lucina, siue Ilithyia, i. εἰλείθυια) parientium nixibus præsidere putabantur. Festus, Nixi dij appellantur tria signa in Capitolio ante cellam Mineruæ genibus nixa, velut præsidentes parientium nixibus. Itaque legendum cum antiquis codicibus apud Ouid. *in Met.*
——— *Tendénsque ad cælum brachia magno*
Lucinam, Nixósque pari clamore vocabam.
Opigenam etiam (inquit Festus) Iunonem matronæ colebant, quòd ferre eam opem in partu laborantibus credebant.

Nixurio, is, nixurij, Niti volo, seu cupio, aut conor facere. φιλονεικέω Nigid. apud Nonium, Nixurit qui niti vult, & in conatu sæpius aliqua re perpellitur.

Nixor, aris, nixatus sum, nixari, Nitor, hoc est, fulcior, sustentor. { סמך samách. ἐρείδομαι, πιέζομαι. } Lucret. *lib. 4.*
Et violare fidem primam, & conuellere tota
Fundamenta, quibus nixatur auita, salúsque.
Idem *lib. 3.*
Hoc est aduerso nixantem trudere monte
Saxum.

Nixij dij, inquit Festus tria signa in Capitolio ante Cellam Mineruæ genibus nixa, velut præsidentes parientium nixibus. Vide *Partus.*

Nitibundus, a, um, Vehementer nitens. προθυμούμενος, ἐοικώς. Gell. *lib. 1. c. 11.* Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum, tibiarúmque concentu, verùm conspiratu tacito nitibundos.

‖ Nitria, mons in Ægypto circa Scetin. ‖

Nitrites nomos, νιτριωτικὸς νόμος Straboni, Præfectura est in ea parte Ægypti, quæ est supra Memphim, nomen habens à duabus nitrariis, quæ plurimum ferunt nitri. Vnde Plin. *lib. 4. c. 9.* & Strab *lib. 16.*

NITRVM, succus concretus, sali finitimus. נתר néther. νίτρον. GALL. *Nitre.* ITAL. *Nitro.* GERM. Raweer/Salpeter. HISP. *Salitre.* ANGL. *Saltepeter.* ἀπὸ τοῦ νίζειν, vt quidam putant, eò quòd abluendi purgandíque habeat facultatem: siue, vt alij malunt, à Nitria Ægypti regione, in qua copiosissimè prouenit. Nam distat à salis Ammoniaci specie, nonnulli que existimant esse salis genus. Sicut enim salem feruor conficit Solis, in petram aquas marinas durando, ita in nitrariis, vbi æstate pluuiæ prolixiores telluri infunduntur, ardor nimius aquas excoquit in petram sali simillimam, sed nihil gelidi rigoris nisi salsi saporis habentem, quæ tamen iuxta naturam salis durare in caliditate, & nubiloso aëre fluere ac liquescere solet. Gignitur copiosissimè in Nitrite Ægypti nomo, aqua Nili in nitrarias immissa: parciùs apud Medos canescentibus siccitate conuallibus: præstantissimum autem in Clitis Macedoniæ. Dioscorides fossile præferre videtur, quod leuius est, & sine pondere, roseo colore, aut albo: & spongiarum modo fistulosum. Putant nonnulli inter Nitri species esse numerandum, quod vulgi (vt opinor) vocabulo nonnulli *Sal nitrum*, alij *Sal petra*, vocant, eóque Pharmacopolæ pro nitro vtuntur, decepti corrupta Plinij lectione *lib. 31. c. 10.* Sal nitrum sulphuri concoctum in lapidem conuertitur. Ita enim vulgò legitur: quum tamen castigatiora exemplaria sic habeant, Sal & nitrum sulphuri concoctum, &c. Verisimilius est itaque illud quod hodie vulgò *Sal nitrum* vocant, veteribus fuisse incognitum, nouitiúmque esse inuentum, non ita pridem ad bellicorum tormentorum vsum excogitatum.

Nitrosus, a, um, νιτρώδης, quod nitrum habet, vel nitri saporem. Plin. *lib. 31. c. 10.* Aquæ verò nitrosæ pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus densandi. Nitrosus locus. Idem *lib. 20. c. 19.*

Nitraria, æ, νιτρία, νιτρωρυχία, locus vbi nitrum fit, aut effoditur. Plin. *lib. 31. c. 19.* Sunt tibi nitrariæ, in quibus & rufum exit à colore terræ.

Nitratus, a, um, adiectiuum, ὁ νιτρώδης, cui nitrum admistum est. Martial. *lib. 13.*
Nitrata viridis brassica fiat aqua.
Colum. *lib. 12. c. 55* Nitratam aquam suffundito.

‖ Nitura, genitura. leg. *gnitura* contracte: aut natura. ‖

Niualis, Niueus, vide *Nix.*

NIVEO, es, nixi, nictum, quod minime est in vsu, à quo conniueo. Vide in dictione *Nicto.*

Niuesco, albesco. Tertull. *de pallio.*

Niuitor, niue conspergor. Gloss. Cyr.

Nix, niuis, notæ significationis. { שלג schélegh. χιών. GALL. *Neige.* ITAL. *Neue.* GERM. Schnee. HISP. *La nieue.* ANGL. *Snow.* } Plin. *lib. 17. c. 2.* Quando nix, aquarum cælestium spuma est. Virg. 10. *Eclog.*
Pérque niues alium, pérque horrida castra secuta est.
Niue candidiores equi, Ouid. 8. *Metamorphos.* Eluctari niues. Tacitus *lib. 19* Et vix quieto agmine niues eluctantibus, patuit quantum discriminis adeundum foret. Capitis niues, apud Horat. 3. *carm. Ode 13.* pro canis, te quia rugæ Turpeni, & capitis niues.
Nix iacet & iactam non sol pluuiæque resoluunt:
Indurat Boreas perpetuámque faciat,
Ouid. *Eleg. 10 lib. 3. Trist.* Iterum, Nix iacet: &, Nix iactata sub arcto. *Ibid.* Vino niuem diluere & glaciem addere. Senec. *Epist. 79.* De niue manat aqua. Ouid. *Eleg. 1. lib. 3. Trist.*
Vere prius flores æstu numerabis aristas,
Poma per Autumnum, frigoribúsque niues.
idem *Eleg. 1. lib. 4. Trist.* De Niuis potatione, Mart. *Epigr. 117. & 118. lib. 14.* ¶ Ab antiquis Ninguis appellabatur. Lucretius Gelidas effundere ningues. Vide in verbo *Ningo.* ‖ ¶ Nix, aquarum cælestium spuma aliter prima, pro spuma. ‖

Niualis, e, quod ad niuem pertinet, vt, Niualia loca, obnoxia niuibus, in quibus plurimum ningit. { χιονώδης, νιφετώδης. GALL. *De neige.* ITAL. *Neuale, neuoso.* GERM. Schneyerig/zu dem Schnee gehörend. HISP. *Cosa de nieue, ò cosa fria.* ANGL. *Of snow.* } Plin. *lib. 16. c. 8.* Nascitur in petrosis, apricis, & iisdem niualibus. Niualis dies, hoc est, niuosus, quo scilicet plurimum niuis è cælo dilabitur. Liu. 1. *bell. Punic.* Erat fortè brumæ tempus, & niualis dies, Niualis aqua. Gell. Qui aquam niualem frugibus sanè & arboribus fœcundam diceret, sed hominibus potu nimio insalubrem esse. Col. *lib. 1. c. 1.* Niuale cælũ dixit, quod sæpe niues inducit: ait enim, Cælum porrò neque niuale vinea, neque rursus æstuosum desiderat. ¶ Osculum niuale, metaphoricôs pro frigido. Mart. *lib. 7.*
Audes tu tamen osculo niuali
Omnes obuius hinc & hinc tenere.

Niuarius, a, um, vt Niuarium colum. { χιόνος ὑλιστὴς, ὁ χιὼν ἐναποκεῖται, ὁ διηθεῖται. GALL. *Où on met la neige, où par où on la coule.* ITAL. *Sacco da colar neue.* GERM. Ein schneesechte/ein sack oder geschirr das durch man das schneewasser seight. HISP. *El coladero para nieue.* ANGL. *A colander or strainer wherein snow vas strained.* } Bayfius, Colum niuarium, vas quo aqua ex niuibus colari solebat. Nos hodie colo vtimur ad lac colandum, & est vas ligneum quod fundum linteum habet annexum. Saccus niuarius. Plin. *lib. 24.* Nitrosæ, aut amaræ aquæ, polenta addita mitigantur, vt intra duas horas bibi possint. Qua de causa & in saccos niuarios additur polenta. Bayfius, Vtebantur Romani & sacco niuario, quo liquidius merum potarent: & erat lineus. Niuaria lagena. Mart. *Epigr. 116. lib. 14.*

Niuatus, a, um, quod est niue refrigeratum. { νιφοψυχής. GAL. *Meslé ou rafraichi auec de la neige.* ITAL. *Rinfrescato di neue.* GERM. Mit Schnee keltet. HISP. *Mezclado ò cubierto de nieuo, resfriado con nieue.* ANGL. *Couered or made cold with snow.* } Suet. *in Neron.* Refotus sæpiùs calidis piscinis, ac tempore æstiuo niuatis.

‖ Niuesco, albesco. Tertull. ‖

Niueus, a, um, quod est ex niue. { χιονικός. GALL. *Neigeux, qui est de neige.* ITAL. *Neuoso, cio che è di neue.* GERM. Das auß Schnee ist. HISP. *Cosa de nieue ò cosa blanca.* ANGL. *Of snow.* } vt, Massa niuea, Niueus liquor, Cic. 2. *de diuin.* Virg. 5. *Georg.*
Sed iacet aggeribus niueis informis & alto
Terra gelu latè.
Vsus est Martialis pro candido, & Virg. *lib. 8. Æneid.*
Dixerat, & niueis hinc atque hinc diua lacertis
Cunctantem amplexu molli fouet.
Ebur niueum, Ouid. 10. *Metam.* Interea niueum mira feliciter arte Sculpsit ebur, &c.

‖ Niuica, aqua ex niuibus. Gloss. Isid.

Niuiet νίφει. Gloss. Phil. Leg. *niuet*, vel *niuit.* νίφει, vel νείφει, Gloss. Gr. νίφει, Ninguit.

Niuitet, niue consperget. Gloss. Cyr. χιονίζομαι, niuitet. ‖

Niuosus, a, um, Niue abundans. { χιονόβολος, χιονώδης. GALL. *Neigeux, abundant en neiges.* ITAL. *Neuoso, che abonda di neue.* GERM. Schneerig/schneechtig/vol schnee. HISP. *Cosa llena de nieue.* ANGL. *Full of snow.* } Colum. *lib. 2. cap. 9.* Ea locis prægelidis ac niuosis, vbi æstas est humida, & sine vaporibus rectè committitur. Niuosa hyems. Liu. *lib. 5. ab Vrbe*, Niuosa grando. Idem 1. *bell. Punic.* Et mox aqua leuata vento, quũ super gelida montium cacumina concreta esset, tantum niuosæ grandinis deiecit, vt omnibus omissis procumberent homines. Ouid. *El. 4. lib. 5. Trist.*
——— *Adusque niuosum*
Strymona venisti.

Nixurio, Nixus, a, um, Nixus, huius nixus, vide *Nitor.*

N O

No, nas, naui, natum, proprium est piscium. { שחה sachàh צף tsaph. νήχομαι. GALL. *Nager.* ITAL. *Nuotare.* GERM. Schwimmen. HISP. *Nadar.* ANGL. *To swimme.* } Plin. *lib. 9, c. 17.* de accipesere, Vnus omnium squamis

mis ad os versis contra aquam nando meat. Quanquam & de aliis rebus rectè dicitur in aqua fluitantibus. Ouid. 1. *Metam.*

Nat lupus inter oues, fuluos vehit vnda leones.

Virg. 1. *Æneid.*

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

Inter gemina nantem confinia mortis. (i. nauigantem.)

Tibull. *lib.* 4.

——— *Cúmque iuuentus*

Per medium classe barbara nauit Athon,

Catul. *de com. Beren.* ¶ Nare sine cortice, prouerbialis metaphora est, de iis dici solita qui suo iam marte sibi possunt consulere, nullo alieno egentes subsidio. Translatio sumpta est ab iis qui natandi non satis periti, suberis corticem corpori subiiciunt, donec eum in arte profectum fecerint, vt cortice deinceps non egeant. Quasi pueris, qui nare discunt, scirpea induitur ratis faciliùs vt nent. Plaut. *Aulul. sc.* 1. *a.* 4.

——— *artem nandi præcipit, ille trochi,*

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Inter gemina nantem confinia mortis. (i. nauigantem.)

Tibul. *lib.* 4.

——— *Cúmque iuuentus*

Per medium classe barbara nauit Athon.

Catul. *de com. Beren.*

‖ Nabilis, e, ad nandum habilis, à no. Vet. dict. ‖

Nătō, as, frequentatiuum est verbi No, nas, & proprium est piscium. { שחה *sacháh* שפת *tsaph.* νήχομαι, νέω, κολυμβάω. GALL. *Nager.* ITAL. *Nuotare.* GERM. Schwimmen eins schimmens. HISP. *Nadar.* ANGL. *To swimme.* } Mart. *lib.* 1. Sacris piscibus hæ natantur vndæ. Cicer. *Tusc.* 1. Natura bestias nantes aquarum incolas esse voluit. Nant, seu natant, tamen volucres, & bestiæ & homines. Virg. *Æneid.* 1.

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

Cic. *de nat. deor.* In quo quidem magis tu mihi natare visus es, quàm ipse Neptunus. ¶ Col. *de Arbor.* per translationem pro serpere posuit. Alioqui etiam nouella vinea quæ ex refectione enata fuerit, vim inutilem habebit, summa parte terræ natantibus radicibus. ¶ Quandoque pro trepidare. Ouid. *lib.* 6. *Fastor.*

Nox erat, & viris oculique animique natabant.

¶ Dicitur etiam de nauibus. Virg. 4. *Æneid.*

——— *& littore celsas*

Deducunt toto naues, natat vncta carina.

¶ Interdum pro madere, manare, seu diffluere. Cic. *Philipp.* 3. Natabant pauimenta vino, madebant parietes, &c. Virg. 3. *Æneid.*

——— *saniéque aspersa natarent*

Limina.

¶ Huius composita sunt Abnato, Annato, παρανήχομαι, iuxta nato, siue ad aliquem locum nauigo. Virg. *lib.* 1. *Æneid.* Hinc pauci vestris annauimus oris. Sic & *lib.* 6. Connato, συγκολυμβάω, simul nato. Plaut. connatat nobiscum, id est, riualis est. Denato, deorsum nato, καταnήχομαι, Obnato, contra, seu citra nato: vt in æquore fuluis Obnatat vmbra fretis. Prænato, antè nato. Plinius, Prænatante pisciculo frontem suam spargit. Renato, rursus nato, vel natando reuertor, ἀνανήχομαι. Supernato, super vndis sto, non mergo, ἐπινήχομαι. Plin. *lib.* 24. Postea supernatans aqua tollitur spongiis. Transnato, vltra nato, διανήχομαι, διακολυμβάω. Liuius, Magonem cum equitatu flumen transnatasse.

Nătālŭs, us, Ipse natandi actus. { νῆξις. GALL. *Nagement.* ITAL. *Esso nuotare.* GERM. Das Schwimmen. HISP. *Obra de nadar.* ANGL. *Swimming.* } Claud. *lib.* 3. *de raptu Proserpina,*

Lucus erat propè flumen Atim quod candida præfert

Sæpe mari, pulchróque secat Galatea natatu.

Segnis natatus, Idem *de Torpedine.*

Nătābŭla. { τὰ νήχεια. GALL. *Lieux où l'on nage.* ITAL. *Luoghi doue si nuota.* GERM. Orter da man schwimmet. HISP. *Nadadero, lugár de nadar.* ANGL. *Places to swimme in.* } ab Apuleio dicuntur natationes, hoc est, piscinæ natatoriæ.

Nătātŏr, is, verbale, qui natat. { שחה *socheh.* κολυμβητής, νήκτης. GALL. *Nageur.* ITAL. *Che nuota.* GERM. Ein schwimmer. HISP. *Nadador.* ANGL. *A swimmer.* } Ouid. 1. *de remed. amor.*

Pugnat in aduersas ire natator aquas.

‖ Natatorius, a, um. *Ioh.* 9. 7. 11. Laua in natatoria Siloa. ‖

Nĕtātōrium, & Natatio à natando dicuntur, & à Græcis κολυμβήθραι, βαπτιστήρια dicuntur.

Nătātĭlis, qui natat, vel natare potest: sicut Volatilis, qui volat, vel volare potest. νευστικός, πλωτός. GAL. *Qui peut nager.* ITAL. *Che nuota.* GERM. Schwimferig / das da schwimmt oder schwimmen kan. HISP. *Cosa de agua que pueda nadar.* ANGL. *That may swimme.* Aug. *lib.* 11. *de ciuit.* Talem ille creauit animam, qua per rationem & intelligentiam omnibus esset præstantior animalibus terrestribus, & natatilibus, & volatilibus, quæ mentem huiusmodi non haberent.

Nătātĭlĕ, substantiuum, locus est vbi natant pisces, aut anates, & similia. κολυμβήθρα, βαπτιστήριον. GALL. *Le lieu où nagent les poissons, canes ou canarts.* ITAL. *Doue nuotano pesci, anitre & simili.* GERM. Ein ort da die thier schwimmen es seyen Fisch/Gens/Enten/&c. HISP. *Nadadero donde nadan los pescados.* ANGL. *A place where fisches swimmet.* } Varro *lib.* 3. *de re rust. c.* 5. Circum falere & natalitia sunt excauata anatum stabula.

Nătātitĭŭs, a, um, quod natat, νηκτικός.

Noa, Syenitarum oppidum est ad Nilum fluuium. Plin. *lib.* 6. *c.* 29.

Noæ, Νοαι, vrbs Siciliæ. Gentile Noëus, Steph.

Noās, Νόας, Thraciæ fluuius est, ex Hæmo monte nascens, & in Istrum influens. Autor Herod. *lib.* 2.

NOBILIS, e, illustris, clarus, celeber, quasi noscibilis, vt ita dicam, dignus, cuius nomen omnibus cognitum sit, à Nosco, vnde & pro noto ponitur. { אדיר *addir* נאדר *needhár* הדור *hadhúr* הדר *hadhár* קרוא *karú* keri אציל *atsil* נודע *nodáx* יקר *jakár* יקיר *jakkir* נכבד *nicbádh* בכבודים *henei orim.* γνώριμος, εὐγενής. GALL. *Noble, Excellent, fort cognu.* ITAL. *Nobile, chiaro, cognosciuto.* GERM. Edel/berümpt / fürtreffentlich. HISP. *Noble ò notable, y conocido.* ANGL. *Noble, excellent, famous.* } Virg. 7. *Æneid.* Est locus Italiæ medio sub montibus altis Nobilis. ¶ Sic illustris, Egregius, Insignis, Præcipuus, non laudis nomina sunt, sed tam in malam quàm bonam partem accipiuntur. ¶ Nobilis itaque pro eximio & excellenti in quacunque re ponitur, siue bona, siue mala. De bona, vt quum ad generis dignitatem refertur. Salust. *in Catil.* Nobili genere natus fuit. Cic. 1. *de diuinat.* Nobili loco natus. De mala, Liuius, Nobilis ille clade Romana locus. Plaut. *in Rud.* Qui se scelere nobiles fieri volunt. Nobilis & obscura origo opponuntur. Sueton. *in Vitell. cap.* 1. ¶ Facinus nobile, idem quod insigne. Cicer. 4. *Verr.* Accipite nunc aliud eius facinus nobile, & multis locis sæpe commemoratum. ¶ Nobilis ad, id est, vtilis per excellentiam dicitur. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Vitulis quidem marinis ad multa quoque nobile fel. Homo omnium nobilissimus, Cicer. *Lentulo lib.* 1. *Epistol.* In te enim homine omnium nobilissimo similia inuidorum vitia perspexi. Velleius, nouitatis nobilissimæ. Item, Cimbri suis nostrísque clauibus nobiles. Idem

Nobilis est Canace fratris amore sui,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Nobiles & acerbæ inimicitiæ, Liuius *lib.* 7. *bell. Pun.* ¶ Inimicitiæ nobilissimæ. Idem 9. *bell. Macedonici*, verùm enimuerò quum sint nobilissimæ sibi cum Consule inimicitiæ, qui ab eo quemquam aspectare æquum esset? Hinc sunt illa crebrò vsitata, Nobilis genere, Nobili loco, Summo, Honesto, Claro loco natus.

Nobilissimus, Græca scriptura apud historicos Græcos, νωβελίσιμος, corruptè. magna dignitas erat, quæ cœpit Constantini & Licinij temporibus, ea & minores ipsorum Imperatorum filij ornabantur. cùm crearentur, coronabantur, & vestis quoque illis purpurea erat aureo limbo. Fœminæ, quibus hic honor obtingebat, dicebantur nobilissimæ. Vide Gloss. Græcob. Meursij. Ad eam dignitatem qui promoti participes quodammodo imperij erant, & iam Cæsarianæ maiestatis, velut designati hæredes. Ideo purpureâ quoque veste, quæ sola Principem decet, vtebantur. Eo titulo gaudebant Principum filiæ & sorores. Lindenbr. in Amm. *lib.* 14.

Nōbĭlĭtās, atis, Generis, vel alterius rei excellentia & dignitas. { אדר *éder* הדר *hédher* הדר *hadhár* כבוד *chabódh* יקר *jekár.* εὐγένεια. GALL. *Noblesse, excellence, bruit & renommée.* ITAL. *Nobilità, fama, dignitá per virtu.* GERM. Adel/fürtreffenheit. HISP. *Nobleza ò hidalguia.* ANGL. *Nobilitie, renowme excellentie of kinned.* { Colum. *lib.* 4. Deprehendi potest nobilitas in gestu. Cicer. *pro P. Sest.* Omnes boni semper nobilitati fauemus: & quia vtile Reip. nobiles esse homines, dignos maioribus suis: & quia valet apud nos clarorum hominum, & benè de Rep. meritorum memoria. His contraria sunt, Ignobilis, ἀγεννής, & ignobilitas, ἀγένεια.

Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis

Altera nobilitas,

Item, Nobilitate potens, Ouid. 13. *Metam.*

Et quacunque minor nobilitate fera est,

idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

In quo pars magna nobilitatis erat.

idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Quid sit nobilitas, docet Cicer. apud Nonium in *Veterascere.* ¶ Nobilitas pro fama, & nominis celebritate. Idem Cicer. 4. *Acad.* Studiosus nobilitatis fuit. ¶ Nobilitas vetus opponitur nouitati. vide Salust. *Iugurth.* 119.

Nōbĭlĭto, as, Nobilem reddo, honore augeo, dignitatem addo, decoro, honesto. הדר *hadhár* כבד *chibbédh.* ἐνδοξάζω. { GALL. *Anoblir, mettre en bruit & credit.* ITAL. *Nobilitare, far noble.* GERM. Edel machen/berümpt machen/fürträffenlich machen. HISP. *Ennoblecer ò hazer noble.* ANGL. *To make famous, or to bring to great renowme.* } Cicer. *de senect.* Neque enim ex te vnquam es nobilitatus, sed ex lateribus & lacertis tuis. ¶ Aliquando notum facio & celebro, vel infamem reddo, γνωρίζω Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Testis est Phalaris, cuins est præter cæteros nobilitata crudelitas. ¶ Nobilitare aliquem flagitiis. Terent. *Eunuch.* Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas flagitiis, & eundem indicas. Vbi Donatus, Duas res significat simul: & cogis flagitia facere, & facientem indicas. Nobilitatur carminibus. Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Heluiam.*

Nōbĭlĭtĕr, aduerb. Insigniter & decorè, { εὐγενῶς. GAL. *Noblement, excellement.* ITAL. *Nobilmente.* GERM. Adelich/herrlich. HISP. *Noblemente ò notablemente.* ANGL. *Excellentlie, noblie.* } Plin. *lib.* 34. *c.* 8. Possidonius, qui & argentum cælauit nobiliter.

Nŏcĕo, es, ui, itum, Obsum, aut damnum, aut iniuriam alicui infero. { הרע *heráh.* σίνομαι, βλάπτω. GALL. *Nuire.* ITAL. *Nuocere.* GERM. Schaden thun. HISP. *Dañar.* ANGL. *To hurt, to harme, to annoye.* } Col. *lib.* 2. Non nocebitur ei nocturnis roribus, aliisve ex causis, dum à pecore & auibus vendicetur. Cic. 3 *Offic.* Eodem modo constitutum est, vt non liceret sui commodi causa nocere alteri. Ouid. 5. *Metam.*

——— *nocuit sua culpa duobus.*

Virg. 10. *Eclog.*

Surgamus: solet esse grauis cantantibus vmbra.

Iuniperi grauis vmbra nocent & frugibus vmbra.

Horat. 1. *Epist.* 2.

——— *nocet empta dolore voluptas.*

Plaut. *in Milite*, cum accusatiuo iunxit, Iura (inquit) te non nociturum esse hominem de hac re neminem.

Huic modo ne prosit, néve mihi noceat ingenium,

Ouid. 13. *Metam.* Quos dum ferias tibi plus noceas. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Ego ne quid noceat, caueo. (i. ne me fallat.) *Ibid. sc.* 5. *a.* 1. Neque diem me decet memorari: neque nocti nocerier. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. (i. me nocti obstare, nec decedere aduenienti. Nocere noxam. Liuius 9. *ab Vrbe*, Atque ob eam rem noxam nocuerunt, ex priscis legibus. Item Paulus *l.* 63. *D. ad Falcid.* Eadem causa est eius serui qui noxam nocuit: nec enim delinquendo quisquam pretiosior fit. Nihil nocet. Cicer. *ad Attic. lib.* 12. De quo nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo erit locutus.

Nŏcētŭr impersonale. Cicer. 4. *Verr.* Confirmat his curaturum se esse ne quid ei per filium suum noceretur.

Nŏcēns, nocentis, participium & nomen ex participio, qui iniuriam, aut maleficium commisit, aut qui alteri nocuit, damnúmve intulit { מרע *merah.*

κεϱαὸς βλάπτων, ἀδικέων. GALL. Nuisant & portant dommage. ITAL. Chi nuoce ò danneggia, colpeuole. GERM. Schadend/schädlich. HISP. Dañoso. ANGL. That annoyeth or doeth iniurie.} Cicer. 2. Offic. Ita habendum est religioni, nocentem aliquando nefarium, impiúmque defendere. Idem pro Sextio. Neque nocentes sunt, nec natura improbi. Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist. Famulósque nocentes. ¶ Hinc Nocentior, & Nocentissimus Horat. Epist. 3. Edat cicutis allium nocentius. Ouid. 1. Metamorphos.

Iamque nocens ferrum, ferróque nocentius aurum
Prodierat.

Cic. 2. Verr. Se auarissimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentissimæ victoriæ non posse innocentes, ἀναπίληπτοι, οἱ καϑαϱέπτισς καϱαι, qui ab omni iniuria maleficióve abstinet. ¶ Innocentia, ἀκακία, ἀϐλαϐία, de quibus suis locis.

Nŏcentĕr aduerb. {βλαϐεϱῶς. GAL. Auec nuisance, pour nuire. ITAL. Con nuocimento, per nuocere. GERM. Schädlich. HISP. Con daño. ANGL. with annoying or hurtefully.} Col. lib. 8. c. 2. Robusta crura, nec longa, sed infestis velut sudibus nocenter armata.

Nŏcŭŭs, adiect. qui nocet. Plin. lib. 10. c. 2. Pecori præcipuè nociuam.

Nŏcŭŭs, qui nocet. מרע meráh, βλαϐεϱός, πήμων. GALL. Qui blesse & nuit, nuisant. ITAL. Che nuoce, nuocente. GERM. Schädlich/der schaden thut. HISP. Cosa dañosa. ANGL. That hurteth or annoyeth.} Cic. 3. de Leg. Magistratus: nec obedientem & nocuum ciuem mulcta, verberibus vinculísque coërcento. Correctiora exẽplaria legunt noxium. ¶ Innocuus, ἀϐλαϐής, qui non nocet. Quandoque tamen passiuè sumitur pro eo cui non nocetur. Sed de hoc suo loco.

Nŏctēscĕrĕ, Noctu, vide Nox.

Nŏctŭă, æ, Auis à tempore noctis dicta. {תחמס tachmás, γλαὺξ. GALL. Hibou ou chathuant. ITAL. Cinetta. GERM. Ein nachteul. HISP. La lechuza. ANGL. An Owle.} Plin. lib. 10. cap. 17. Noctuarum contra aues solers dimicatio: maiore circundatæ multitudine resupinæ pedibus repugnant, collectæque in arctum, rostro & vnguibus totæ teguntur. ¶ Noctuas Athenas ferre, prouerbio dicuntur ij, qui eò rem aliquam afferunt, vbi eius maxima copia. Ferunt enim noctuarum maximam vim Athenis esse. Venustius fiet, si metaphora ad res animi transferatur: vt si quis doceat doctiorem, carmina mittat poëtæ, consilium det homini consultissimo. Cic. ad Torquatum lib. 6. Sed rursus γλαῦκ' εἰς Ἀϑήνας, qui hæc ad te. Idem ad Quintum fratrem lib. 2. Ego te libenter, vt rogas quibus vis adiuuabo, & tibi versus, quos rogas, hoc est, Athenas noctuam mittam. Vin' afferri noctuam quæ tu tu vsque dicat tibi. Plaut. Menach. sc. 2. a. 4.

Nodia, herba est (inquit Plin. lib. 24. c. 19.) coriariorum officinis nota, quæ alio nomine Muralis dicitur. Nomas curat, efficacissimámque ex vino, aut posca pota aduersùs scorpiones vim habet.

Nŏdŭs, i, Vinculum, ligatura. {צרור tjerór אסר esur. ἅμμα, σύνδεσμος. GALL. Vn nœud. GALL. Nodo, groppo. GERM. Ein knopff. HISP. El ñudo. ANGL. A knotte.} Cicer. de Vniuers. Omnia autem duo ad cohærendum tertium aliquid requirunt, & quasi nodum, vinculúmque desiderant. Virg. 8. Eclog.

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores.

Idem 1. Æneid.

Nuda genu, nodóque sinus collecta fluentes.

Horat. 3. Carm. Ode 21.

Segnésque nodum soluere Gratiæ.

Sic dixit, quia semper inter se coniunctæ & implexæ sunt, vt à Seneca dicuntur Gratiæ manibus implexis & consertis esse. Hoc stringere nodo manus dixit Ambros. lib. de Virgin. Senec. Epistol. 88. Herculaneus nodus: vel, vt alij, Nodus Herculeus, ‖ἅμμα ἡϱακλεῖον.‖ prouerbij speciem habet pro vinculo arctissimo, & quod non facilè solui possit. Fertur enim Hercules nodi quoddam genus ostendisse, in quo neque principiũ neque finis appareret: propter quod posteris & admirationi fuit, & religioni: eóque nectendi genere vti solent in obligandis vulneribus. Plin. lib. 28 cap. 6. Vulnera nodo Herculis præligare, mirum quanto ocyor medicina est. Huiusmodi etiam nodo, autore Festo, nouæ nuptæ cingulum, boni ominis causa, vinciebatur, quem maritus deinde in lecto soluebat: quo commento significare volebant, indissolubile futurum earum nuptiarum vinculum. Noua nupta præcingebatur nodo Herculis vincto cingulo laneo. In caduceo angues implexi Herculani nodi speciem repræsentant. Macrob. Hi dracones parte media voluminis sui inuicem in nodum quem obligantur. ¶ Dicitur præterea nodus in arbore, & in digito, eminens ille callus, vbi veluti colligati simul rami esse apparent. συστϱοφή. Colum. lib. 3. Eius imam partem, quam in terram demissurus es, acutissima falce iuxta nodum rotunda plaga amputato. Liuius 1. ab Vrbe, Baculum sine nodo aduncum tenens. ¶ Arundinei nodi, Claudianus de Torpedine ¶ Corporum nodi pro articulis. Plin. lib. 11. cap. 37. Nerui nodos corporum, qui vocantur articuli, alijubi interuentu, alibi ambitu, alibi transitu ligantes. ¶ Crura sine nodis. Cæsar. 6. bell. Gall. ¶ Articulorum nodi. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed quibus Ceruix è multis vertebratísque orbiculatim ossibus flexilis ad circumspectum articulorum nodis iungitur. ¶ Accipitur & nodus pro ænigmate, vel quæstione aliqua difficili, & generaliter pro quacunque difficultate. Cælius ad Cic. famil. 8. Incideramus enim in difficilem nodum. Idem Attic. lib. 5. Dum hic nodus expediatur. Liu. lib. 10. d. 4. Nodum erroris exsoluere. Hinc est vetus illud prouerbium, Nodum in scirpo quæris: quod dici solet in homines vehementer scrupulosos, & anxios, qui etiam in re facillima scrupulum inueniunt. Tractum est prouerbium à læuitate scirpi, quem constat omni prorsus carere nodo. Terent. in Andr. At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me malè habet. P. Dignus es cum tua religione odio: nodum in scirpo quæris. ¶ Nodus item in exercitu densa peditum multitudo, quod non facilè possit resolui. Autor Sipontinus. Equidem Cæl. Liuium, Salustium, quàm Sipontinum sequi mallem. ¶ Cælestis nodus, sydus piscium olim dicebatur. Cic. in Arato, Quam veteres soliti Cælestem dicere nodum. ‖ ¶ Nodus curuax, vide Curuax. ‖ ¶ Nodus Gratiarum. Turnebus. lib. 19. cap. 29. Segnésque nodum soluere Gratiæ, dicitur ab Horat lib. 3. Ode 21. quod inter se semper coniunctæ & implexæ sunt. ¶ Nodus Herculanus, difficilis. ¶ A nodus fiunt Enodis, ἄδεσμος, Inenodabile, Internodium, de quibus diximus suis locis.

Nŏdŭlŭs, diminutiuum. {ἁμμάτιον. GALL. Petit nœud. ITAL. Picciolo nodo. GERM. Ein knöpfflin. HISP. Pequeño ñudo. ANGL. A litle knott.} Plin. lib. 25. cap. 1. Dein nudantibus se nodulis in fæce nigri vini, vel Græci mense Martio macerantur.

Nŏdōsŭs, a, um, qui multos habet nodos. {πολύπλοκος. GALL. Noüeux, nouailleux, plein de nœuds. ITAL. Pieno de nodi, nodato. GERM. Knöpffechtig. HISP. Cosallena de ñudos. ANGL. Full of knottes.} Lucan. lib. 8.

Tunc neruos, venásque secat, nodosaque frangit
Ossa.

Ouid. 1. de Pont. Eleg. 2.

Tollere nodosam nescit medicina podagram.

Horat. 2. Serm. Satyr. 3.

——— adde Cicutæ
Nodosi tabulas centum.

Acron, Nodosi, scrupulosi diligentis in accipiendis cautionibus.

Nŏdo, as, Nodos facio, ligo in nodos. {קשר kaschár אסר asár. δεσμεύω, πλέκω. GALL. Nouër. ITAL. Ligare, annodare. GERM. Knöpff machen/knüpfen. HISP. Atar, ñudar, hazer ñudo. ANGL. Tok knitte, totie knottes.} Plin. lib. 37. c. 3. Tanta copia inuecta, vt retia arcendi feris podium protegentia succinis moderentur. Lactant. de Offic. Deus igitur solidamenta corporis, quæ ossa dicuntur, nodata & adiuncta inuicem, neruis alligauit atque construxit. Virg. lib. 4. crines nodantur in aurum Cat. de re rust. c. 33. Vites benè nodentur per omnes ramos. Vbi docet quomodo vites alligari debeant arborum ramis. ¶ Huius composita sunt, Enodo, quod nodatum erat soluo, λύω. ¶ Per translationem significat declaro, expono. Gellius lib. 2. Ad hunc modum Iulianus enodabat, diiudicabátque veterum scriptorum sententias, quas apud eum adolescentes lectitabant. Interdum Enodare, est arbores à nodis purgare, & enodes facere. Colum. lib. 5. cap. 5. Quæ vlmus à positione benè prouenerit, eius summæ virgæ falce debent enodari. Commodo, & Innodo sunt eiusdem significationis cum simplici: & habent penult. prod.

Nŏdātĭo, nis, pro nodositate. Vitruu. lib. 2. c. 9. Præcisa alte circiter pedes viginti, & perdolata propter nodationis duritiem.

Nŏdĭnŭs. Deus quem D. August. in lib. de ciuit. Dei. ex Varrone scribit cultum fuisse à Veteribus Romanis, putantibus Proserpinam frumentis præpositam germinantibus & proserpentibus: geniculis verò nodísque culmorum deum Nodinum: inuolucris autem illis folliculorum, deam Volutinam: quum folliculi patescunt, quò exeat spica, deam Patelenam: quum segetes nouis aristis exæquantur. Hostilinam deam: quia hostire ac hostimentum veteribus exæquationem significabat, Floram quoque adiicit, & Lactucinam ac Matutam, quæ florentibus, lactescentibúsque ac maturescentibus præsint frumentis.

Noditis dicitur Deus, quia ad nodos perducit res sacras: &, quia præest frugibus terendis, Noduterensis. Arnob. lib. 4. cont. gent. 15. Aug. lib. 5. de ciuit. Dei cap. 8 Nodotus: rectiùs, vt videtur. Ideo apud Arnob. velim Nodutus. Nodutis sonat vt deæ nomen, & terminatione quoque magis Græca, quàm Latina.

Noëga, oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Astarum in peninsula Pisici. Autor Plin. lib. 2. c. 20.

Nŏëgæum. Amiculi genus, autore Festo, prætextũ purpura, coloris candidi: vnde etiam pro candido quandoque ponitur. Liu. Andro, Lacrymas de ore noëgæo detersit.

Nŏēma, atis, νόημα, est sententiæ quoddam genus, quum aliud intelligitur quàm videtur dici: vt si quis dicat, Aliquem nasum cubito emungere, quum velit indicare ipsum esse salsamentarium. Aliud exemplum ponit Quintil. lib. 8. cap. 5. de muliere quadam, quæ quum fratrem sæpiùs è ludo gladiatorio redemisset, tandem dormienti, ne toties vitæ discrimen subiret, pollicem præcidit. Quo nomine quum frater aduersùs eam talionis ageret, Eras, inquit, dignus qui integram haberes manum, hoc est, vt iterum in arenam descenderes, & nullo te redimente interficereris.

Noëmagus, vide Neomagus.

Nola, νῶλα Ptolemæo, Campaniæ vrbs mediterranea, quam Virg. ob aquã sibi denegatam è carmine suo erasisse dicitur. Hanc priùs Sidicinum fuisse dictam scribit Plin. lib. 3. c. 2. ‖ ¶ Item Nola, æ, illud tintinnabulum, quod appenditur collo canum, vel pedibus auium; vel aliud, quod appenditur frenis & pectoribus equorum, vt cum quodam sonitu incedant equi, & dicitur à Nola ciuitate, quod ibi primùm fuit factum tale instrumentum, & ampliato nomine inuenitur nola pro qualibet parua campana, vel pro qualibet campanella refectorij. & con. ṅọ. Sic Vet. Vocab. Addit versum grammaticum,

Cuius cella nolis resonent hunc tangere nolis. ‖

Nolo, contractum ex non volo, seu neuolo. Ita Græcis ἀϐουλέω ex α priu. & βούλομαι. vide ἀϐούλητος, non volitus. οὐ ϑέλω, ἀϐουλέω. GALL. Ne point vouloir, ne vouloir point. ITAL. Non volere. GERM. Nicht wöllen. HISP. No querer. ANGL. To wil not.} Nolo ego te malè præcipere. Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1. Num non vis me Interrogare te? Idem Aulul. sc. 3. a. 1. Nam non vis hisce me ire obuiam. Idem Mostell. sc. 4. a. 1. Ego vos nolo ambos. Idem Curc. sc. 3. a. 5. Aut satisfaciat mihi, atque adiuret insuper nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit. Idem Amphitr. Idem valet. In Asin. Neque illud dixi, neque dictum volo. Neque quid velim, neque quid nolim facitis magni. Ibid. sc. 3. a. 1. Nisi non vis illa referri, Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Trist. Hoc te, nisi fortè non vis, monitum volo. Plaut. Capt. sc. 1. a. 2. Terent. in Eunuch. Noui ingenium mulierum, Nolunt vbi velis, vbi nolis cupiunt vltrò. Idem in Eunuch. —nolo me in via Cum hac veste videat. Cicer. in Orat. Libenter etiam copulando verba iungebant: vt Sodes pro Si audes: Nolle, pro Non velle: Non nolle, pro velle. Idem 4. Verr Vt quum tabulas nouo magistro traderem, exempla literarum ipsi habere non nollent. ¶ Nolens participium. Lucan. lib. 1.

——— quamuis nolente Senatu
Traximus imperium.

¶ Veteres neuolo, neuis, neuult, dicebant. Plaut. Filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu neuis.

Nolen

Nolentia, actus nolentis, apud Tertul.

‖ Noltis, non vultis. Noluntas, non voluntas Lucil.‖

Noluntas, actus quo quis non vult? tanquam ἀβέλησις. Gloss. Araticol. Noluntas, ab eo quòd nolumus.

Nŏmădēs, um, νομάδες, Africæ populi inter Zeugitanam regionem & Mauritaniam siti, qui postea literis aliquot mutatis Numidę appellati sunt. Hos scribit Salustius ex Persis ortum traxisse, qui Herculem in Hispaniam sunt comitati: eóque mortuo, in Africam traiecisse, locáque occupasse Oceano proxima, alueósque nauium inuersos, pro tugariis habuisse: deinde paulatim per connubia sibi Getulos miscuisse, posteáque Numidiæ nomo propter multitudinem à parentibus digressos, possedisse ea loca quæ proximè Carthaginem Numidia appellatur. Hæc ille. Dicti autem sunt Nomades ἀπὸ τῦ νέμειν, hoc est, a pascendo, quòd pastionibus præcipuè vacarent herbísque vno in loco depastis, papiliones suos curribus aliò transueherent. Sunt & alij Nomades in Scythia supra Mæotim Agathyrsis & Basilidis finitimi, quorum meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 12.

Nŏmæ νόμαι, vlcera quæ depascunt, vorántque serpendo corpus. Plin. *lib.* 23. *c.* 4. Tosti autem, & cum melle triti nomas repurgant.

Nomæi, νομαῖοι. Populi qui postea Scythæ dicti sunt. Steph.

Nŏmărchĭă, æ, & Nomarcha, æ, vide in dictione *Nomos*.

Nomba, νόμβα. Vrbs Iudææ, Gentile, Numbæus, Steph. ex Iosepho.

Nŏmĕn, inis. {שם *schem*. Gall. *Non* Ital. *Nome.* Germ. Ein nam. Hisp. *Nombre.* Angl. *A name.* } Quasi nouimen (inquit Festus) à Nosco, quòd notitiam faciat: nam per id quo quicquid nominamus agnoscitur. Aut à Græco ὄνομα, abiecto o. Propriè autem nomen dicitur, teste Nonio, proprium vocabulum singulorum, hoc est, quo singulæ res appellantur. Inde Nomino, quod est nomen alicui rei impono. Te ne dicat, nomen nominet. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Paratum nomen puero, Posthumus. Idem *Aulul. sc.* 3. *a.* 1. Aliud nomen quærendum est mihi. Idem *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. Quicquid est nomen tibi. Gell. *c.* 1. *lib* 4. & Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a* 5. *&* *Pseud sc.* 1. *a* 2. Nomen commutare, mutare. Idem *Aulul. sc.* 5 *a.* 1. & alibi. Ibo ad tres viros, Ibique vestra nomina, faxo erunt. (i. deferam nomina.) Idem *Asin. sc.* 2. *a* 1. Et, Ad tres viros ego deferam tuum nomen. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 3. Iniuria es. Falsum nomen possidere postulas. (i. alienum, aut certè non tuum.) Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Quid est tibi nomen, Syrus, Id nomen est mihi. Idem *Pseud. sc.* 2. *a* 2. *Ibidem* Quid est tibi nomen? Harpax. Iterum *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Quid nomen esse dicam isti seruo? Simiæ. Nomen diu seruitutis ferant. (nequam serui.) Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Adire nomen Inuidiosæ fortunæ Cæsaris Velleius de Augusto eius hærede.

Vt nostrum tantis inscribam nomen in actis,

Tibullus *lib.* 4. Pol tibi istuc nomen (furciferi) credo actutum fore. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Est mihi nomen Menæchmus. Idem *Menæch. c. vlt. a.* 5.

Rebus adest nomen, nominibúsque pudor,

Ouid *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Quid nomen illi? Leno Balbio. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a* 4. Quomodo nomen factum Menæchmo tibi. Idem *Menæch. sc. vlt. a.* 5. Nomen & argumentum Comœdiæ eloquar. Idem *Milite, sc.* 2. *a.* 1. Nomen Onagros & huic fabulæ. Idem *Asin. prolog.* Quo nos vocabis nomine? libertos. Idem *Asin sc.* 3. *a.* 3. Iuuentus nomen indidit Scorto mihi. Idem *Capt. sc* 1. *a.* 1. Commutare nomen alicui. Idem *Ps. sc.* 2. *a.* 1. Vno nomine ambo eratis. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Nomini muliebri datum Ius in lachrymas. (i. sexui.) Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Heluiam.* Muliebre nomen prætendere, *ibid. c.* 16.

Et plures quorum nomina magna vigent,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib* 5. *Trist.*

Nec mihi ius ciuis, nec mihi nomen abest,

idem *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.* Nomen clarum meruit inter patronos. Quint.

Idque tuo nuper scriptum sub nomine Cæsar (opus)

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Nullo nomine melius natura de nobis meruit, quàm, &c. Senec. *c.* 10. *de tranq.*

Et superest sine me nomen in orbe meum,

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. ¶ Latini nominis socij, (id est, gentis.) Liuius *lib.* 34. Nomen enim Latinum apud Liuium sæpè pro gente vsurpatur. Sic Ouid.

Romanum si modò nomen amant (Dij)

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Iterum *Ibid.*

——— *Moles Romani nominis vrget.*

Et Velleius, Nomini Romano inuisa Carthago. ¶ Nomen stipendij imponere prouinciæ. (i. stipendiariam facere.) *Rendre tributaire, taillable*, Sueton. *in Cæs. cap.* 25. ¶ Nomen dare in coloniam, Liu. *lib.* 4. *d.* 4. & Senec. *cap.* 7. *de consol. ad Hel.* Quod tibi est, nomen fecit mihi. Plaut. *Menæch. sc. vlt. a.* 5. Nomen autem fit dupliciter. Aut enim vniuerso generi imponimus, quod Grammatici Nomen appellatiuum vocant: vt quum animal vtens ratione Hominem dicimus nominari. At singulis rebus peculiare nomen imponimus, quod illi cum alio non sit commune. Hoc à Grammaticis nomen proprium appellatur. Quod sic definitur à Cicerone, Nomen est quod vnicuique personæ attribuitur, quo quæque suo proprio & certo vocabulo appellatur. Hoc rursus diuiditur in Prænomen, Nomen, Cognomen, & Agnomen, vt Publius, Cornelius, Scipio Africanus. ¶ Prænomen interdum vna, interdum duabus, interdum tribus literis notabatur: vt, C. Caius, Gn. Gneus, Sex. Sextus. Fuitque nonnulla ratio prænominis: nam & Quintum ideò dixerunt, quod quinto fortassis loco natus esset: Lucium, quod initio lucis exortus: Manium mane: Gneum, à corporis effigie. ¶ Nomen, quod gentis & familiæ originem declarat, quódque omnibus, qui ex eadem gente sunt, commune est, vt Cornelius. ¶ Cognomen, quod nomini subiungitur tractum ab aliquo vel corporis vitio, vel commodo, vel aliquo euentu, vt Scipio. ¶ Agnomen quod cognomen sequitur, & quemadmodum cognomen, à corporis, siue mentis adiunctis, aut aliis euentis ducitur, vt Africanus à deuicta Africa. Sæpe autem Cognomen pro Agnomine ponitur. Cicero, Scipio ille, cui Africano fuit cognomen. Idem *ad Attic.* Téque non cognomen solùm Athenis deportasse, sed humanitatem & prudentiam intelligo. Romani plerunque tribus vti solent nominibus, nonnulli etiam quatuor: vt P. Cornelio Scipio Africanus: vbi Publius est prænomen Cornelius nomen propriè dictum, Scipio cognomen, Africanus agnomen. Et nomen quidem atque cognomen omnium eiusdem familiæ commune erat, prænomen verò tantùm singulorum. Prænomen enim erat, quo fratres à se mutuo distinguebantur: vt pater appellabat ex duobus filiis alterum Publium, alterum Lucium, nec se aliter inter se fratres ipsi vocabant. Prænomina Patritiorum Improborum non indebant aliis. Gell. *c.* 2. *lib.* 9. Quidam etiam à vestimento cognomen sortiti sunt, vt Antonius Caracalla. Quidam à pecore minori, vt Porcius, Scropha. Quidam à pecore maiori, vt Equitius, Taurus. Quidam à piscibus, vt Sergius, Orata, Muræna. Quidam ab arboribus, vt Fronditius. Quidam ab ea re quam optimè sererent, vt Fabius, Lentulus, Cicero, Piso: quamuis hoc nonnulli à pinsendo dictum putent. Pisum autem cognomen inde tractum putatur, quòd qui primus in ea familia hoc cognomine dictus est, pili vsum inuenerit. ¶ Aliquando Nomen pro decore, gloria, fama, exstimatione, prædicatione & sermone, hominum vsurpatur. Virg. 2. *Æneid.*

Auulsúmque humeris caput, & sine nomine corpus

Ibidem. ———

——— *& nos aliquod noménque decúsque Gessimus.*

Ouid. 10. *Metam.*

——— *Magnum & memorabile nomen.*

Multo nomine Grammaticus. Gell. *cap.* 9. *lib.* 20. Nomen clarum inter patronos meruit. Quintil. nomen captare, (i. famam.) Senec. *cap.* 9. *de tranquill.* ¶ Nomen etiam accipitur pro gente: vt apud Virg. nostrúmque in nomen ituras. ¶ Nomina præterea dicuntur, teste Budæo, capita, vel (vt hodie loquimur) articuli rationis argentariæ, in quibus descripta sunt nomina debitorum, quibus pecuniæ expensæ feruntur Cicer. 3. *Verr.* Satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres? neque in tuas tabulas vllum nomen referres, quum tibi tot nominibus acceptum Curtij referrent? quid proderat tibi expensum illi non tulisse? ¶ Nonnunquam nomen accipitur pro ipso debitore. Colum. *lib.* 1. *cap.* 7. Vel optima nomina non appellando fieri mala, fœnerator Alphius dixisse verissimè fertur. hoc est, etiamsi optimi sint debitores, si tamen diutius debitum exigere distuleris, negligentia tandem eos fieri non soluendo. Cic. *in Epist.* Ego sum assecutus, vt bonum nomen existimer. ¶ Sæpe etiam Nomen accipitur pro ipso debito Idem *ad Attic. lib.* 16. Nomina mea per Deos expedi. Idem *ad eundem lib.* 6 Salaminos autem adduxit, vt totum nomen Scaptio vellent soluere. Nomen est quicquid in accepti, vel expensi tabulas refertur. Nomina facere (de debitore.) Senec. *cap.* 1. *&* 24 *lib.* 1. *de benefic.* ¶ Nomen profiteri & edere, pro dare dixit Liuius *lib.* 2. *ab. vrb.* ¶ Item, Nomina collis habet, pro nomen. Ouid. 3. *Fastor.* ¶ Nomen deferre, vide *Deferre.* Nomina recipere. Liu. 9. *ab Vrb.* Est. vt opinor, redigere in reorum tabulas. ¶ Nomina in socios transcribere. Idem, Perdidi meo nomine ccc. Sueton. *in August. cap.* 71. De nomine, prænomine, cognomine, vide Plaut. *in Coriola. & in Mario.* ¶ Item videtur nomen quoque accipi pro ipso creditore. Cicer. *pro Quint.* Cùm æris alieni aliquantum esset relictum, quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret, &c. ¶ Ponitur etiam nomen aliquando pro causa. Cicer. *de Amic.* ab amicitia Qu. Pompeij meo nomine se remouerat vt scitis, Scipio. Idem *in Vat.* Non tam tuo, quàm Reip. nomine. Cæs. 3. *bell. Gall.* Odisse etiam suo nomine Cæsarem, & Romanos. Quo nomine mirari eos conuenit. Velleius, i. qua de causa. Cels. *lib.* 6. *in curat. oculor.* Et acres cibi non alio magis nomine his nocent, quàm quòd lacrymas mouent. ¶ Nomen cum pars orationis est, aliquando transit in aduerbium: vt Toruúmque tuetur: id est, toruè δεινὸν ὁρῶν. Item aduerbium in nomen, vt apud Persium. Iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras. Nomina tamen in aduerbium migrantia suam sæpe seruant quantitaté: vt apud Virg. 3. *Eclog.* Transuersa tuentibus hirquis. Nam Transuersa quum aduerbium sit, a tamen breuis, quia venit ex nomine, quum sint in a terminata aduerbia longa. ¶ Nomina per diuersos casus loco aduerbiorum ponuntur. Per nominatiuum, vt Fors pro Fortè, Recens pro Recenter. Per genitiuum, Militiæ pro in Militia. Per datiuum, vt Vesperi, Ruri, Sorti per sortem. Per accusatiuum, vt Toruum pro Toruè, Clarum pro Clarè. Per ablatiuum, vt Rure, Domo.

Nōmĭno, as, Appello, nomen impono, nomen indo. { קרא *kará.* ὀνομάζω. Gal. *Nommer.* Ital. *Nominare.* Germ. Nennen/ein namen geben. Hisp. *Nombrar ò poner nombre.* Angl. *To name* } Cic. *de Amic.* Amor enim ex quo Amicitia est nominata, princeps est ad beneuolentiam coniungendam Interdum accipitur pro nominatim compello. Plaut. *in Most.* Hem quis me nominat? Idem *in Asin.* Alienum hominem intromittat neminem, Quòd illa aut amicum, aut patronum nominet Contumeliæ causa aliquem nominare. Sueton. *in Tiber. cap.* 27. Quem te nominem Deum Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Quem vides eum ignoras, eum nominas quem non vides Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Nominandi Istorum, quàm edundi copia *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. ¶ Nominare aliquando est Proferre, declarare, vt vulgò dicimus, & exprimere. Cicer. *pro Cælio,* Multi à me summi viri prædicarentur, quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo æris alieni, sumptus, libidinis nominarentur. ¶ Est etiam Nominare, præsentem sistere, & vt iuris Pontificij scriptores dicunt, Ius patronatus habere: hoc est, nominare designandum. de quo vide testimonium in dictione *Nominatio.* Denomino quod idem est, quod nomino, seu nomen alicui impono: παρονομάζω. Colum. *lib.* 4. Quippe vniuersæ regiones regionúmque singulæ penè partes habent propria vitium genera, quæ consuetudine sua denominant.

Nōmĭnātus, nomen ex participio pro celebri. { קרוא *karú* נקרא *nikra* קריא *keri.* ὀνομαστός. Gall. *Nommé, renommé.* Ital. *Nominato, celebrato* Germ. Benampt/Nammhafft. Hisp. *Nonbrado, bien afamado.* Angl. *Named, renowmed.* } Cicer. 6. *Verr.* Quid illa Attalica tota Sicilia nominata ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es? Plin. *lib* 12. *cap.* 19. Vicina est Bactriana, in qua Bdellium nominatissimum. Nominati coloni. Velleius.

Nōmĭnātim, aduerbium Per singulorum nomina. { ὀνομαστὶ ἐξονομακλήδην. Gal. *Nómement, par nom & surnom, expressément.* Ital. *Nominatamente, nominando vnò à vno.* Germ. Nammlich/Mit nammen. Hisp.

Nombradamente.ANGL.*Name by name,namely*.} Plin.Quum villico omnes nominatim assignati essent. Liu. *lib.2.ab Vrbe*, Dimisso Senatu, Consules in tribunal ascendunt, citant nominatim iuniores. ¶ Dicitur tamen & de vno: vt Tenens cruentum pugionem Brutus, nominatim Ciceronem inclamauit. ¶ Aliquando etiam accipitur pro Expressè. Cic.*lib.3 Offic.*Qudiquid enim est in prædio vitij id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. Nominatim ✕ Generatim. Idem *ad Att.lib.9*. Tanta erat in illis crudelitas,tãta cum barbaris gentibus coniunctio, vt non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata. Nominatim ciuitatibus fortissimum quemque euocare. Cæs. *lib.1. de bell. ciu.*

Nōmĭnātĭo, nis,verbale. { קריאה *keriáh.* ὀνομασία, ὀνομάτωσις. GALL. *Nomination, denombrement* ITAL. *Esso nominare.* GERM. Nennung/ Benamsung. HISP. *Obra de nombrar.* ANGL. *A naming.* } Plin.73. Mihi verò etiam gratulatione dignum videtur, quod successori Iulio Frontino principi viro, qui me nominationis die per hos continuos annos inter sacerdotes nominabat tanquã in locum suum cooptaret. Budæus,Nominatio est, vt vulgò hodie appellatur:id enim nomen in ea significatione vulgus nostrũ retinuit. Brutus *ad Cic.* Bibulus in Pansæ locum petere constituit: eam nominationem à te petimus. ¶Nominatio,figura Rhetorum,de qua autor ad Heren.*lib.4*.Nominatio est prima quæ nos admonet, vt cui rei nomen aut non sit,aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis causa.

Nominatiuus casus, ὀνομαστικὸς, à Grammaticis dicitur quòd nominat rem, & rectus, quòd à nullo cadit.

‖ Nominalia, dies, quo nomina imponebant infantibus. ‖

Nōmĭnālĭs,ὀνομαστικός.Nomen est Census Grammatici. Diomedes *Grammatices lib.1.* Vbique enim deficit Latinus sermo,ideo quia duo appellatiui nominales sunt copulati.

Nōmĭnātŏr, is, Vlp. *D.lib.27. tit.8.l.1.* Nec nominatores magistratuum ex hac causa tenebuntur.

Nōmĭnĭto, as, are, frequentatiuum à Nomino. { συχνὰ ὀνομάζω. GALL. *Nommer souuent.*ITAL.*Nominare spesso.* GERM. Offt vnd dick nennen. HISP.*Nombrar muchas vezes.* ANGL.*To name often.* } Lucr.*lib.3*.Suscipere hunc motum,quem sensum nominitamus Idem *lib.4*.Quę quasi membrana, vel cortex nominitanda est.

Nōmenclātŏr,is, vel (vt quibusdam placet) Nomenculator,à nomine calando, id est, vocando. qui memoriter vnemquenque nominatim vocare,& nomina omnium de memoria subiicere potest { ὀνοματολόγος. GALL.*Nommeur,celuy qui sçait les noms d'vne multitude.*ITAL.*Colui che sa il nome d'ogni vno.* GERM. Der einem jeden mit seinem namen rüffen kan. HISP. *El que llama à los otros,y que tiene los nombres de todos.* ANGL. *That calleth the names of a multitude by order.* } Cicer.*ad Attic.lib. 4.* Ad vrbem ita veni,vt nemo vllius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non venerit. Horum opera vtebantur potissimum candidati, vt sibi in prensando suffragatores, nomina ciuium suggererent. Vnde laudatur Cato, quòd legem seruarit quæ candidato nomenclatores adesse vetat, vt per seipsum sine nomenclatore nominatim salutaret ciues Romanos. Hi & Fartores quoque dicebantur, quod salutatorum nomina (vt ait Festus) velut infarcirent petitorum auribus. Cicero etiam Monitores vocat *in Mureniana.* Nam si nomine appellari abs te ciues tuos honestum est, turpe est eos notiores esse seruo tuo,quàm tibi. Si etiam noris, tamen per monitorem non appellandi sunt, Nomenculator seruus.Suet. *in Aug. c.19.* Et Nomenculatores.Idem *in Calig.c.41.* Nomenclator persalutat.Senec. *cap. 12.de tranquill.*

Nōmenclātĭo, & Nomenclatura, pro nuncupatione, & nominatione. { ὀνομασία, ὀνοματολογία. GALL.*Denombrement de noms & surnoms de plusieurs choses.* ITAL. *Il nominare.* GERM. Rüffung mit dem namen/ Benamsung.HISP.*Obra de llamar por nombres.*ANGL.*A numbring and calling of names by order.* } Coll *lib.3.c.2.*Quare prudentia magistri est, eius nomenclationis aucupio, quo potiri nequeat studiosos non demorari. Plin. *lib.2.* Iouem quidem, aut Mercurium, aliterve alios inter se vocari,& esse cælestis nomenclaturæ.

‖ Nominosus,famosus celeber.Gl.Isid.‖

Nōmentum, Νωμεντὸς Stephano, vulgò *Lamentana.* Oppidum in Latio, non procul ab Roma. Mart.*lib.13.*

Si vicina tibi Nomento rura coluntur.

¶ Hinc Nomentana via Romæ. Suet.*in Neron.c.48.* quà itur Nomentum: & Nomentani, Νωμεντῖνοι, qui Nomentum habitant. Dictum Nomentum à Nomento conditore.

Nōmĭsma,νόμισμα, vide *Numus*,& *Numisma.*

Nŏmĭus, νόμιος, dictus est Apollo, quasi pastor, siue quod cælo exulans (vt fabulantur poëtæ.) Admeti regis pecus pauerit siue (vt se haberet res) quòd Solis calore omnia hæc inferiora pascantur & vegetentur.

Nomia dea, νομία θεὰ Pales. Gloss.nempe dea νομίων pastorum.

Nŏmŏs, Græca dictio est, quæ quum accentum habet in posteriori νομός, significat præfecturam: qua etiam voce Latini vtuntur in hac significatione. Plin. *lib.5. cap.9.* Summa pars contermina Æthiopiæ Thebais vocatur: diuiditur in præfecturas oppidorum (quas Nomos vocant) duodecim. ¶ Inde Nomarchæ dicti sunt qui nomis præsunt, quos Præfectos Latini vocant. Et Nomarchia pro Nomo, vel præfectura. ¶ Nomos etiam legem significat, vel institutum: sed tunc apud Græcos scribitur νόμος, cum accentu in priore. Suet. *in Neron. cap. 20.* Inchoatum absoluere nomon musica. i. cantilenam numeris constantem.

Nŏmŏdĭdactēs,qui legem docet, νομοδιδάκτης.

Nomodidascalus,νομοδιδάσκαλος,legis doctor.

‖Nomodotes, Primicerius lectorum, Iurisperitus.Suid.Lex.g.b.‖

Nŏmŏphylăcēs,νομοφύλακες, Legum custodes & seruatores, ἀπὸ τοῦ νόμου, id est,à lege,& φύλακος, hoc est,custode. Col. *lib.12.* Non satis visum est bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos ciues creassent,quos Græci νομοφύλακας appellant.

Nomos,νόμος, lex, à νέμω rego. est enim regula vitæ & morum.¶ Item præfectura, regio cuius est certus præfectus & administrator. Nomos.Prosopites,præfectura Ægyptiaca, sic dicta apud Herodot.Prolemæum & Stephanum.

‖ NOMOTHESIA,de legibus tractatio legis latio.‖

Nŏmŏthĕtæ, { מחוקקים *mechokekim.*νομοθέται. GAL.*Legislateur.*ITAL. *Legislatori.*GERM.Gesatzgeber.HISP.*Los que dan ò ponen la ley.*ANGL. *A lawmaker or prescriber of lawes.* Latini legiferi dicuntur: vnde Solon apud Athenienses Nomothetes dictus & Lycurgus apud Laced monios.

Nŏn,negatiua dictio. { לא *lo* אין *en.*οὐ,οὐκ.GALL. *Non, ne, non pas.*ITAL. *Non no.*GERM Nein/nicht.HISP.*No.*ANGL.*No.*} Accommodari potest omnibus modis præterquam Imperatiuo,Indicatiuo, Ter. *in Eun.*Non te dignum Chærea fecisti. Optatiuo, Plaut.*in. Men.*Non negem, si noperim.Subiunctiuo, Virg.*1.Georg.*

———*non illa quisquam me naue per altum*
Ire neque à terra moneat conuellere funem.

Infinitiuo, Terent.*in Phorm.*Amo te,& non neglexisse habeo gratiam. Non tu scis quantum isti morbo facias mali? (pro Num.) Plaut *Men. sc.5.a.5.*Non hinc emigrasti?(pro nónne.) *Ibid.sc.2.a.5* Sic,Non tu scis quapropter,&c.Non equidem scio,*Ibid.sc.1.a.5.* Non tu istas meretrices nouisti *Ibid.sc.4.a.2.* Si credis, numo:si non,ne mina quidem.Idem *Pseud.sc. 2. a. 3.* Tibi credam? Cur non? *Ibidem sc. 3. a. 1.* Non tu istinc abis? *Ibid. sc.7. a.4.* Non taces? Non herclè verò taceo. Idem *Menæch.sc.2 a.4.* Non ego te vidi indutum palla exire? *Ibid. sc.2.a.3.* Non tu abis quo dignus es? *Ibidem.* ¶ Non loquens,pro Muto. Gell. *cap.9.lib.5.* ¶ Non subauditum:Sed id quam facilè mihi fit, haud sum falsus.(pro quam non.) Plaut.*Men.sc.2.a.5.*¶ Non fine, vide *Sine.*Non si.Tibull.*lib.4.*

Ipse mihi non si præscribat carmina Phœbus.

Ouid.*Eleg.4.lib.4.Trist.*

Aut sine me fati non meminisse mei.

Doli non sunt doli, nisi astu colas. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 2.* ¶ Non pro nécne: fit Non sit nescio. Idem *Asin. sc. 4.a.2.* ¶ Non, pro non solùm. Velleius,Nõ sæculi sui,sed omnis æui optimus. ¶Non vsitatior, (pro minus vsitata.Gel.)*c.13.lib.15.*¶Non,dum negationi præponitur, affirmat: vt Nonnihil tibi debeo:id est,aliquid tibi debeo. Quum verò postponitur, magis affirmat: vt si dixero, Nihil non tibi debeo, significat omnia tibi debeo.Ouid *lib.3.Fastorum,*

Multa tibi memores,nil non debemus Elisa,

id est, debemus multa tibi,quum fueris de nobis merita, sed Elisæ debemus omnia. ¶ Non autem, rectè dicimus: at non dicimus, Non verò .οὐ μὴν, vt Amicus Cæsaris sum, non autem assentator: vel,Assentator verò non. ¶ Non ita pridem, hoc est, non multo tempore antè: οὐ πρὸ πολλοῦ, πρὸ μικροῦ. ¶ Non modò significat non solùm. {μὴ ὅτι, οὐχ ὅτι, οὐ μόνον. GALL. *Non seulement.* ITAL. *Non solamente.* GERM.Nicht nur/nicht allein. HISP. *No solamente.* } vt, Non modò te diligo, sed etiam amo. Non vtique, id est,non restrictè, non præcisè, Vlpian.*l.21. D. mand.* Sed si non vtique vnius, sed vtriusque mandatum intuitus id fecerim.Sic Pomponius *ad leg. Aquil.* Dominum enim lex Aquilia appellat, non vtique eum, qui tunc fuerit, cùm damnum daretur. ¶ Quandoque ponitur pro Nedum. Treb.*Ciceroni* Non enim nescit quanti te faciam, & quàm pro veterrimo amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modò tanto bono gaudeam. ¶ Nonnullus,aliquis. { ἔστιν ὅς,ἔνιος. GALL. *Aucun,quelqu'vn.*ITAL. *Alcuno.* GERM.Etwar/etlicher.HISP.*Alguno.*} Cic.*pro Murana,*Consiliũ tuum nonnulla in re forsitan emendare possim. Nonnullum periculum est, ne id mihi eueniat. Plaut. *Capt. sc.1.a.1.* ¶ Nonunquam significat aliquando, ἐσθ' ὅτε,ἐνίοτε.Non sobrius,pro ebrio accipitur.{οὐ νήφων.GALL. *Yurõgne.*ITAL.*Inbriaco.* GERM.Nicht nüchter/das ist/Vol vnd truncken. HISP.*Borracho, embriago.* }Martialis,

Et non sobria verba subnotasti,

¶Non tacendus, hoc est, nominandus & laudandus ῥητὸς, Mart.*ad Licianum*, vir Celtiberis non tacende gentibus. Num non vis. Vide *Nolo.*

Nōndum. {οὔπω,μήπω,οὐδέπω.GALL.*Non encore.*ITAL.*Non encora.*GERM. Noch nicht.HISP.*Aun no.*ANGL.*Not yet.*}Aduerbium,significans Necdum,neque dum,nihil dum, etiam nunc non.Cic. *in Epist.famil.* Nondum satis constitui. Idem *in som. Scipio.* Cuius quidem anni nondum vicesimam partem scito esse conuersam de magno anno loquitur.

Nónne, Aduerbium interrogandi, ex Non & ne compositum. Virg. *1. Georg.*

———*nónne vides,croceos vt Tmolus odores*
India mittit ebur? &c.

Cic.*7.Verr.* Nónne publicè vidicaremus?

Nonnihil,indeclinabile, Aliquid,vel Aliquantum.Cicer.*pro Quintio,*Nonnihil commoueo. Nonnihilo æstimare.Cic.*4.de fin.* Non quia bonum sit valere,sed quia nonnihilo æstimandum.

Nonnullus,vide in *Non.*

Nonnunquam,vide in *Non.*

Nonnusquam, Aduerb. in aliquibus locis, siue alicubi. Gell. *cap.23 lib.13.* Plin. *lib.14.cap.19.*Nonnusquam vini fæce acetóque condiunt.

Nona,æ, vna ex Parcis, Latini Nonam,Decimam, & Mortam, Parcas dixere: quod tempestiuum tempus partus, sit & nono & decimo mense, qui verò ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortui nascantur, aut paulò pòst moriantur.Vide ea que annotauimus in dictione Morta, & quæ ea de re scripta sunt apud Gellium *lib.3 c.16.*

Nōnăcrĭs, νώνακρις. Plin. *lib.4.cap.6.* Mons est Arcadiæ:aut (vt alij malunt) regiuncula montosa,cum oppido eiusdem nominis. Vitruu.*lib.8. c.3.*Est in Arcadia Nonacris nominata, quæ habet in montibus stillantes ex saxo frigidissimos humores. Hæc autem aqua στυγὸς ὕδωρ appellatur,quam neque argenteum, neque æneum, neque ferreum vas potest sustinere, sed dissilit ac dissipatur, conseruare autem eam & continere,nisi vngula mulina nil potest.

Nōnăcrĭus,a,um, νωνακρίνος,νωνακριάτης,νωνακριάτης.Ouid.*in Fast.*Et macri & vati paret Nonacrius heros.¶Item Nonacrinus, crina,num.Idem, Quid fuit asperius Nonacrina Atalanta?

Nōnæ,arum, { νῶναι. GALL. *Les nones du mois.* ITAL. *Le none de ciascun mese* GERM. Etliche gewisse tag in einem jeden Monat so bey den alten Nonae

Nonae geheissen haben. Hisp. *Las nonas de cada mes.* Angl. *Certaine dayes of the moneth called nones.* } Quasi nouæ, propter initium obseruationis: vel quòd ab eo die semper ad Idus nouem dies putentur: siue ad imitationem Tuscorum, qui nonas vocabant nonū quemque diem, quo regem suum salutabant, & de propriis negotiis consulebant. ¶ Erant autem Nonæ, in Martio, Maio, Iunio, & Octobri sex illi dies, qui Calendas sequuntur: reliqui verò menses quatuor tantùm habebant nonas: iuxta vulgatos versus,

Sex Maius Nonas, October, Iulius & Mars.
Quattuor at reliqui.

Nonæ dies inauspicatus. Suet. *in Aug. c.92.* Nonæ caprotinæ quæ, Plutarch. *in Rom.*

‖Nonæ, & Decimæ, de partibus frugum in ver. legib.‖

Nonageni, Nonagies, Nonaginta, Noningenti, vel Nongenti, Nonariæ, Nonus, vide *Nouem.*

‖Nonarius, a, um ad nonam pertinens.‖

Nonaria, impura mulier, meretrix. Persius *Sat. 1.*

Si cynico barbam petulans nonaria vellat.

Ideo sic dicta vt, Cornutus annotat, quòd non nisi à nona hora talibus liceret prostare, ne consuetæ exercitationes manè à iuuentute intermitterentur. Consuetudo erat olim apud Romanos, vt vsque ad horam nonam de commodo reipubl. disputarent, neque alicui delectationi ante horam nonam vacarent. Gemm. gemmar. Nonaria est meretrix, quoniam ad nonam vsque dormit: etiam quia ante nonam non licuit ire ad lupanaria.

‖Noneolæ vocantur papillæ, quæ ex faucibus caprarum dependent. Pal. apud Fest. Quidam legunt *nauolæ.* In Gloss. Isid. est Nomicolæ tabercula, quæ sub mento capræ sunt. Varr. *lib. 2. de R.R. c. 3.* vocat *sub rostro mamillas pensiles,* quas quæ capræ habent, eas fœcundiores dicit.

Nonna, femininum à Nonnus. Hier. *de custod. Virg. ad Eustoch.* Castæ vocantur & nonnæ. Ita nunc quoque vulgò vocantur monachæ virgines.

Nonnula rete ad capiendas aues. Gl. Isid.

Nonnus vox Ægyptiaca Gloss. Arabicol. Nonnus maior, nempe in monasterio

Nonnus, poëta Panopolitanus, qui dionysiaca de Bacchi progenie & rebus gestis scripsit, & Ioannem Euangelistam carmine heroico transtulit.

Nononcium, quòd nouem vnciarum fit.

Nonussis, vide infrà verb. *Nouem.*‖

Nonymna, νώνυμνα, vrbs Siciliæ, ciuis Nonymnæus. Steph.

‖Norax, peccator, criminosus Gl. Isid.‖

Nŏrbă, Cæsarea, Lusitaniæ vrbs, Ptolemæo *lib. 2. cap. 5.* Vulgò *Alcantara.*

Nōrĭcum, νωρικόν. Regio est Germaniæ habens ab Occasu Ænum fluuium qui medius est inter Vindelicos & Noricos: à Septentrione Danubium, ab ortu Solis montem Cecium, qui Pannoniam superiorem disterminat à Norico: à Meridie montem Curnancam qui est super Istriam. { Das Beyerland mitt sampt dem Ital. } Eam nunc regionem bona ex parte *Bauariam* appellant. Sunt qui vulgò *Stiria & Carinthia* vocent.

Nōrĭcus, um, νωρικός. Hor. *lib. 1. Carm.*

———quas neque Noricus
Deterret ensis.

Virg. *3. Georg.*

Tum sciat aëris Alpes & Norica siquis
Catella in tumulis, &c.

Nŏrmă, æ. { קו *kav* פלס *péles* משקל *mischkál.* κανὼν, γνώμων. Gall. *Vne esquierre ou reigle.* Ital. *Norma, regola, squadra.* Germ. Ein winckelmaß. Hisp. *La esquadra de cantero, regla,* Angl. *A rule or squire.* } Fabrorum instrumentum quo omnia dirigunt, metiunturque, quæ & Regula dicitur. Plin. *lib. 36. c. 22.* Structuram ad normam & libellam fieri, & ad perpendiculum respondere oportet. Vitruu. *lib. 7.* Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. Nostrates *Quadram* vocant. Vnde quæ recta, dimensáque sunt, ad normam facta dicuntur. ¶ Per metaphoram etiam norma accipitur pro lege, formula & præscripto. Cic. *pro Mur.* Et primum M. Catoni vitam ad rectam rationis normam dirigenti, & diligentissimè perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo. Cicer. *in Lælio,* Nunquam ego dicam C. Fabricium M. Curium, Tiber. Coruncanum, quos sapientes maiores nostri iudicabant, ad istorum normam fuisse sapientes. ¶ Norma loquendi. Horat. *de arte,*

———— volet vsus
Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.

¶ A norma fiunt adiectiua Adnorme, & Enorme.

Nōrmālis, e, Ad normam factus. { κανονικός, πρὸς γνώμονα. Gall. *Fait à l'esquierre.* Ital. *Fatto in squadra.* Germ. In das winckelmaß gestelt. Hisp. *Hecho à la esquadra.* Angl. *Made af ter a rule ou squire.* } vt, Normalis angulus, Quintil. *lib. 11. cap. vltim.* de pronuntiationis gestu loquens. Sinistrum brachium eousque alleuandum est, vt quasi normalem illum angulum faciat, super quod ora ex toga duplex æqualiter sedeat.

‖Normalis linea ἡ κάθετος: linea, quæ ad perpendiculum cadit, i.e. πρὸς ὀρθάς.‖

Nōrmātus, a, um, quod est ad normā factum, & directum, διαμεμετρημένον. Coll. *lib. 2. c. 13.* Antiquam illam ciconiam infiximus, vt tanquam supposito vasi ad perpendiculum normata insisteret.

‖Noro, as, noui, scio.‖

Nōrmānnĭă, Regio Galliæ vltra Sequanam flumen, quæ à Carolo Magno deuicta, fidem Christianam suscepit: ita dicta à Nortmannis Cimbricæ Cherronesi populis qui eam regionem occuparunt. Normanniæ autem nomen, Germanorum proculdubio vocabulum est, qui *Nort,* Septentrionem appellant, & *Man,* virum. A Cæsare totus ille tractus inter Armicoras ciuitates numeratur.

Noruegia, Regio in Europa, Septentrionalis, versùs Oceanum Germanicum sita: sub imperio regis Danorum. Vulgò *Nouerga.*

Nōs, nostrum, vel nostri, plurale est ab Ego, mei, vel mis. { אנחנו *ana chnú.* ἡμεῖς. Gall. *Nous.* Ital. *Noi.* Germ. Wir. Hisp. *Nos otros.* Angl. *Wei.* } Nos inter nos. Cic. *ad Pompeium lib. 5.* illud non dubito, quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt, Resp. nos inter nos conciliatura coniunctúraque sit Terent. *in Adelph.* Quasi non norimus nos inter nos. Nos iam defessi sumus (dicendo tu.) Plaut. *Men. sc. 2. a. 4.* Item, Nullus huc commeatus à nobis (i. ex domo nostra. Idem *Milit. sc. 3. a. 2.* ¶ Nosmet, pro Nosipsi. Item *in Rud.* Si non moneas nosmet meminimus. ¶ Nosmetipsi. Cic. *4 de fin.* Sed primum positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis. Nosmetipsi inter nos Cicer. *ad Attic. lib. 4.* sed vt nosmetipsi inter nos coniunctiores simus, quàm adhuc fuimus

Nŏstĕr, a, um, pronomen possessiuum. { ἡμέτερος. Gall. *Nostre* Ital. *Nostro.* Germ. Vnser. Hisp. *Nuestro.* Angl. *Our.* } Noster absolutè pro noster filius familias. Ter. *in Phorm.* Noster quid ageret nescire: & illam ducere cupiebat, & metuebat absentem patrem. Languida non noster peragit labor otia. Tibull. *lib. 4.*

Vtque tui mihi sic fiat tibi copia nostrûm.

Ita vetus editio, pro *Nostri.* Ouid. 13. *Metamorphos.* Deûm virtute & maiorum nostrûm Plaut. *Capt. sc. 2. a. 2.* Nostrum amborum vicem *Ibid. sc. 3 a. 2.*

Iucundum nostri nescia tempus agis,

Ouid. *Eleg. 3. lib. 3. Trist.* Hic noster est circiter triennium. (in seruorum numero.) Plaut. *Milit. sc. 3. a. 2.* Tacere nostrorum solus scio. (i. familiarium, & conseruorum.) *Ibid. sc. 2. a. 2.* Noster nostre qui est magister curiæ. Idem *Aulul. sc. 2. a. 1.* Tu me alienabis nunquam Noster. Idem *Amphitr.* Item, Perscrutari volo, nos nostri, an alieni simus. (i. ex nostra familia.) Mox.: Certè equidem noster sum. Idem *Milit sc. 2. a. 2*

Non te deficient nostra memorare camœna,

Tibull. *lib. 4.*

Vestrum est dare, vincere nostrum est,

Ouid. *4. Fast.*

Flagrant odio tua pectora nostro,

idem *Eleg. 9. lib. 4. Trist.*

———Quæ nos non fecimus ipsi
Vix ea nostro voco.

idem *13. Metam* ¶ Noster, pro Nostras. Terent. *in Eunuch.* Haud similis virgo est virginum nostrarum. Donatus, Nostrarum ciuium scilicet, id est, terræ ac patriæ nostræ: vt Virg. *2 Georg.* Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. Nostra pro mea, moraliter dictum, autore Donato, Terent. *Eunuch.* Estne vt fertur forma? P. Sanè. CH. at nihil ad nostram hanc.

Nōstrāptĕ culpa. Terent. *in Phorm.* Nostrapte culpa facimus.

Nōstrās, nostratis, omnis generis à Noster, significátque è nostra gente, vel patria. { ἡμεδαπός. Gall. *De nostre pays.* Ital. *Di nostra patria ò setta.* Germ. Vnsers lands. Hisp. *De nuestra tierra ò vando.* Angl. *Of our ton trey or hoshold.* } Cicer. *Pæto. lib. 7.* Mirificè capior facetiis, maximè nostratibus. Plin. *lib. 15. cap. 11.* Quæ candidiora, nostratia, odoris præstantissimi.

Nōsco, is, noui, notum, quod & Gnosco olim dicebatur, vnde agnosco, cognosco, Notum, & cognitū habeo, notitiā alicuius habeo. { ידע *jadháh* הכיר *hichchir.* γνώσκω. Gal. *Cognoistre, sçauoir.* Ital. *Conoscere.* Germ. Kennen. Hisp. *Conocer.* Angl. *To knaw.* } Cic. *1. Tuscul.* Et nimirū hanc habet vim præceptum Appollinis, quo monet vt se quisque noscat. Quum igitur, Nosce te, dicit: hoc dicit, Nosce animum tuum. Ego te simitu noui cum Parthaone. Plaut. *Menach. sc. · a. 5.* Quasi quid in rem sit possimus noscere Idem *Pseud. sc. 3. a. 2.* Tam facilè hanc noui, quàm me. Idem *Curc. sc. 2 a. 5.* Si me nouisti minus, ego sum Lyconides. Idem *Aulul. sc. 6. a 4.* Carnifex, ego te nō noui, Abin'ab aspectu meo Idem *Capt. sc. 4. a. 3.* Neque qui sitis noui, neque scio. Idem *Milit. sc. 5. a. 2.* Quid istuc sit nequeo noscere. (.i. intelligere & assequi quid dicas.) Idem *Asin. sc. 1. a. 1.* Sauream non noui L. At nosce sanè. *Ibid. sc. 4. a. 2.* Herus istunc nouit, atque herū hic. (de spectata fide.) *Ibid.* Hac dextra vt nosti regem mactaui. Idem *Amphitr.* Vt meam sententiā noscere possis. Idem *Aulul. sc. 2. a. 3.* Nosce imaginem: mox, Cognosce signum. Idem *Pseud. sc. 2. a. 4.* Vt magis noscas (ingenium hominis.) Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Etiam derides, quasi nomen non noueris. Non negem si nouerim. Idem *Menach. sc. 2 a. 2.* Signum noscis? (anuli sup.) Quidni nouerim? Idem *Curc. sc 1. a. 3.* De forma noui. De colore non queo nouisse. *Ibid. sc. 1. a. 2.* Da mihi operam Tametsi non noui dabo. *Ibid. sc. 2. a. 2.* Nunquid aliud me vis? Ne me noueris. Ambiguè, id est, ne curiosè obserues quid agam, vel ne meam vim experiare. Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.* Noui hos pugnos meos. Idem *Curcul. sc. 3. a. 5.* Cylindrus ego sum. Non nosti nomen meum. Idem *Men. sc. 2. a. 2.* Ego te non noui: Neque nouisse adeò volo. Idem *ibidem.* Terent. *in Andr.*—Nam antea Qui scire posses, aut ingenium noscere, Dum ætas metus, magistri prohibebant? ¶ Bene nosse, γνώριμον εἶναι. quod de discipulo atque auditore dicitur. Cicer. *4. Academ. quæst.* Bene autem nosse Carneadem Stratonicus Metrodorus putabatur. Vbi Carneadis discipulum fuisse significat. Idem *1. de Orat.* Erat (inquit) Metrodorus, qui cum illis, vnà ipsum illum Carneadem diligentius audierat. Ex factis noscere rem Plaut. *Mostell. sc. 3. a. 1.* Nouisse mores tuos, me decet. Idem *Milit. sc. 1 a. 1.*

Clypei celamina nouit. mox, *intelligit,*

Ouid. *13. Metam.*

At simul intonuit fugiunt nec noscitur vlli,

idem *Eleg. 4 lib. 1. Trist.*

— Tanquam noua vulnera nouit. (i. sentit.)

idem *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

— Vt tempora noris,

ibid. Eleg. vlt lib. 4.

Quid facis interea, qui nil nisi prælia nosti?

Idem 13. *Metam.* Neque istum Pseudolum mortalis quid sit non noui, neque scio. Plaut. *Ps. sc. 7. a. 4.* ¶ Noscere, aliquando vim suam auget, & planè cognitum, testatum, compertum, exploratum habere significat, clarum habere. Virg. *lib. 4. Georg.*

Et patriam sola & certos nouere penates.

¶ Habet & alia composita, vt Dignosco, Internosco, Pernosco, quæ

vide suis in locis. Fit autem nosco à Græco: nam Græci *γνώσκειν*, dicunt cognoscere: *γνωστὸν* cognitum, *γνῶσιν*, notitiam. Hinc Latini veteres non nosco, sed Gnosco dicebant, & Gnotum, cognitum, & Gnoro pro scio.

Nōtŭs, a, um, Cognitus, perspectus, exploratus. { ידוע *iadhúah* נודע *nodháh*. *πρόδηλος, γνώριμος*. GALL. *Cognu.* ITAL *Conosciuto.* GERM. Bekant. HISP. *Conocido.* ANGL. *Knowen.* } Plin. *lib.* 16. *cap.* 18. Alpina & hæc arbor, nec vulgò nota. Date viam noti atque ignoti. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 3. Notos hospitésque quærebat. Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Omnibus amicis notísque edico meis à me vt caueant. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 11.

——— Notum spectantia cœlum,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Notaque non tardè facta Thalia mea est,

idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Notum facere Senatui. Sueton. *in Aug. c* 63. *&* 88. ¶ Notus, pro gnaro, vel eo qui nouit, Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Ita herus meus est imperiosus. B. noui: notis prædicas. ¶ Notus, *νῶτος*. dorsum, tergum. ¶ Notus, *νότος*, ventus, auster, ventus à meridie flans. est humidus. Hinc Ouid.

——— pluuióque madescit ab austro.

Nōtŭs, notior, notissimus, nomen ex participio. Cic. *pro Muran.* Tua verò nobilitas Serui Sulpiti, tametsi summa est, tamen hominibus literatis & historicis est notior: populo verò & suffragatoribus obscurior. Idem 4. *Academ.* Cui erant, quæ paulò antè dixi, notissima. ¶ Notus, amicus, & charus. Virg. *lib.* 7.

——— Et notis compellat vocibus vltrò.

Idem 2. *Eclog.*

——— Hîc inter flumina nota.

id est, chara: vt inquit Seruius.

Nōtio, nis, Cognitio, demonstratio, manifestatio. { דעה *deháh* דעת *dáhath* הכרה *hachcharáh*. *ἐπιβολή, ἔννοια*. GALL. *Cognoissance, intelligence.* ITAL. *Cognitione, demonstratione.* GERM. Erkantnuß. HISP. *Obra de conocer, conocimiento, demonstracion.* ANGL. *Knowledg, vnderstanding quaentance.* } Cic. *lib.* 3. *Offic.* Explica atque excute intelligentiam tuam, vt videas quæ sit in ea species, forma, & notio boni viri. Propriè autem Boëtius *comment.* 3. *Topic.* Notio, intellectus est quidam, & simplex mentis conceptio, quæ ad res plures pertineat à se inuicem differentes. Plin. *lib.* 17. *cap.* 28. Cuius rei rationem, notionémque eodem volumine tradidit Cicer. 1. *de Leg.* Dei notionem nullum animal est quod habeat, præter hominem. ¶ Notio pro cognitione causæ. Tacit *lib.* 3. Tiberius dilata notione de iure flaminis, Gellius *cap.* 18. *lib.* 17. Notiones Censorias exercere. i. Iudicia & animaduersiones.

Nōtĭtĭă, æ, Cognitio, à Notus, quæ & Notio dicitur. { דעה *deháh* דעת *dáhath* הכרה *hachcharáh*. *γνῶσις*. GALL *Cognoissante.* ITAL. *Notitia.* GERM. Ein erkantnuß/ wissenheit. HISP. *Conocimiento.* ANGL. *Aknawing or knawledg.* } Terent. *in Heaut.* Quanquam hæc inter hos nuper notitia admodum est. Cic. *de senect.* Qui sermo, quæ præcepta, quanta notitia æquitatis. Quint. *lib.* 4. *cap.* 2. Protinus iudex notitia rerum instituendus videtur.

Et sunt notitia multa minora tua,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Augurium ratio est & coniectura futuri,
Hac diuinaui, notitiámque tuli.

idem *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.* ¶ Notitia etiam est amor, & in specie coniugalis. per Synecd. Ita *γνῶσις* de eo Scriptura loquitur: etiam aliquando scriptores profani. Cæsar *lib.* 6. *de bell. Gall.* Intra annum verò vicesimum fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent. Ita Ouid. de illicito amore.

Turpiter illa virum cognouit adultera virgo,

¶ Notitia, breuis, vel libellus, quo descriptio status administrationis & diœceseos continetur. vt ille, qui dicitur, *Notitia vtriusque imperij.* ¶ Notitiæ alicuius subtrahere, id est, impedire ne rescisçat. Cels. *lib.* 1. *cap.* 5. Itaque si quæ sunt qua exasperatura eorum animos sunt, optimum ea dum ægrotant, eorum notitiæ subtrahent. Rursus *lib.* 6. *in cura ocular.* Vitandaque cura domesticorum, quorum etiam si quid tale incidit, eius notitiæ subtrahendum.

Nōtĭtĭēs, ei, Notitia. Vitruuius *lib.* 6. *in Proœm.* Ideo notitiei parum est assecuta.

Nōtĕo, es, ui, à quo Notesco, notus fio. { נודע *nodháh*. *γνωρίζομαι*. GALL. *Venir en bruit & cognoissance, estre notoire.* ITAL. *Essere fato noto.* GERM. Bekant werden. HISP. *Ser notorio y conocido.* ANGL. *To bekome knoowen.* } Lactant. *lib.* 1. Quod quia fieri non potuit, vt huiusmodi per seipsam ratio diuina notesceret, non est passus hominem diutiùs errare. Propertius,

Nec minus hac nostri notescet fama sepulchri.

Nōtĭfĭco, as, Notum facio. { הודיע *hodhiah*. *γνωρίζω*. GALL. *Donner à cognoistre, notifier.* ITAL. *Far noto.* GERM. Kund thun/ zuwissen thun/ bekant machen. HISP. *Hazer notorio y conocido.* ANGL. *To make kenowe.* } Ouid. *lib.* 1. *de Ponto. Eleg.* 2. Atque modum pœnæ notificare velis. Gell. *lib.* 9. *c.* 3. Philippi arma, vímque toti Græciæ cauendam, metuendámque, inclytæ illæ Demosthenis orationes, concionésque notificant. aliás, *vocificant.*

Nōscĭto, as, Frequentatiuum à Nosco. ידע *jadhah* הכיר *hichchir*. *ἐπιγινώσκω, γνωρίζω*. GALL. *Cognoistre ou recognoistre,* ITAL. *Conoscere, ô reconoscere.* GERM. Erkennen. HISP. *Conocer.* ANGL. *To knoow.* } Plaut. *in Cist.* Nunc vestigia, siqua sunt, noscitabo Liu. *lib.* 3. *ab Vrbe*, Circumspectare omnibus fori partibus Senatorem, raróque vsquam noscitare. Licétne? P. Inquire iubeo, & placidè noscita. Plaut. *Mil. sc.* 6 *a.* 2. Meam formam noscito. Idem *Men. sc.* 9. *a.* 5. Item Quint. & Gel. *cap.* 2. *lib.* 9. Vt te esse philosophum noscitemus.

Nōscĭtābūndŭs, a, um, { ידע *jodhéah* מכיר *machchir*. *Διαγινώσκων ἐοικὼς, ἐπιγνούς*. GALL. *Recognoissant.* ITAL. *Riconoscente.* GERM. Als ein kennender/ anfahend erkennen. HISP. *Que mucho conoce.* ANGL. *Knawing.* } Gell. *lib.* 5. *cap.* 14. *de leone.* Deinde sensim atque placidè, tanquam noscitabundus ad hominem accedit. hoc est, tanquam noscitans, siue agnoscens

Notor, is, qui aliquid notum facit, à nosco verbale. primò scil. ex analogia, qui noscit aliquem; deinde & qui notum facit. Senec. *Epist.* 39. Qui notorem dat, ignotus est.

Nōtōrĭŭs, a, um, adiectiuum manifestus. { ידוע *jadhuáh* נודע *nodháh* גלוי *ghalúi*. *δῆλος*. GALL. *Notoire manifeste.* ITAL. *Notorio, manifesto.* GERM. Kündtlich/ bekant/ das heiter am tag ist. HISP. *Notorio, muy conocido, manifesto.* ANGL. *manifeste.* } vt Notoria iudicia, Paulus *in l. ab accusatione ff. ad Senatuscons. Turp.* Nuntiatores, qui per notoria indicia produnt, notoriis suis assistere iubentur. *& C. de accus. l. ea lege.* Verùm falsis nécne notoriis insimulatus sit, perpenso iudicio dispici debet. Dicuntur autem Notoria denuntiationes criminum, elogia quibus crimina ad magistratus deferuntur. Hotoman.

Nōscōpĭŏn, *νοσκόπιον* Lyciæ vrbs est apud Plin. *lib.* 5. *c.* 27.

Nŏsŏcŏmīum, Hospitium ægrotantium pauperum, locus in quo recipiuntur & aluntur pauperes ægroti. { *νοσοκομεῖον*. GALL. *Hospital.* ITAL. *Hospitale spedale.* GERM. Ein Siechenhauß/ ein ellend herberg/ Spital. HISP. *Enfermeria, hospital posada por los emfermos.* ANGL. *An hospital or spitell.* } Hieron. *ad Ocean.* Censum quem habere poterat distribuit, dilapidauit, ac vendidit, & in pecuniam congregatum, vsibus pauperum præparauit. Et primò omnium nosocomio, id est, languentium villam instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus atque media miserorum membra refoueret. Vtitur Iustinian. *l. illud.* 16 *& l. sancimus.* 18. *C. de sacros. Eccles.*

‖Nosonarius, sponsus. Gl. g. b.‖

Nŏsŏră, *νόσορα*, insula est maris Rubri, teste Steph. cuius incolæ dicuntur Nosoreni.

Nostĕr, vide *Nos.*

NŌTĂ, à nosco, is, deducitur, Cuiuscunque rei signum. { אות *oth* חתם *chétem* נקודה *rekuddáh*. *σημεῖον. σύνθημα, σύμβολον, στίγμα*. GALL. *Note, marque.* ITAL. *Nota, segno.* GERM. Ein zeichen. HISP. *Señal.* ANGL. *A not or mark, a token.* Festus, Nota nunc significat signum: vt in pecoribus, tabulis, libris, literæ singulæ, aut binæ. Nunc ignominiam. Plin. *lib.* 11. *c.* 36. Mammas homo solus è maribus habet: cætera animalia mammarum notas tantùm. Cic. *in Part.* Literatura constat ex literarum notis. Pacis an ista nota est? (laurus) Ouid *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.* Vbi non paruæ columnæ notæ, idem 6. *Fast.* Nota interiore animi patefacta Suet. *in Tib. c.* 54. Ex notis corporis Magi prædicebant futura. Velleius, Quibus corporis notis, vel cicatricibus. Suet. *in August. c.* 65. Qui notis scribebant, vtebantur locis & imaginibus. Quintil.

Grandibus in tumulis marmore cæde notis,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Vsurpatur & pro scriptura. Curtius *Ciceroni*, Quare Cicero mi perseuera constanter nos conseruare, & Sulpitij successori nos de meliore nota commenda. ¶ Sunt etiam notæ, vulgò *chiffres d'escripture.* Sueton. *de Cæsare.* Extant ad Ciceronem, item ad familiares domesticis de rebus, in quibus siqua occultiùs perferenda erat, per notas scripsit. hoc est, sic structo literarum ordine, vt nullum verbum effici possit: quæ siquis inuestigare & persequi vellet, quartam elementorum literam, id est, d, pro a, & perinde reliquas commutet. Gellius *de notis Cæsaris* sic scribit. In epistolis Cæsaris inueniuntur literæ singulariæ sine coagmentis syllabarum, ex quibus verba confici nulla possunt. ¶ Notis scribere est compendioso scribendi genere excipiendo vti. Modestinus, Eos qui notis scribunt acta præsidum, Reipubl. causa non abesse certum est. Sueton. *de Tito*, E pluribus comperi, notis quoque excipere velocissimè solitum. Huiusmodi exceptores sunt hodie in Curia parlamenti miranda solertia, omnia propemodum dicta, aduocatorum quoque, nedum iudicum excipientes. Quales olim etiam in iudiciis fuisse Romanis, multis testimoniis constat. Alij Grammatici tradunt, Notis scribere, non esse compendio quodam verba complecti ad celeritatem, sed quibusdam fictis signis comprehendere: ídque pueros doceri consuetum fuisse, non tantùm scribere. Cassianus martyr, qui puerorum stylis confossus Christo animam reddidit, notis scribere docuit. Prudentius,

——— magister literarum sederat,
Verba notis breuibus comprendere cuncta peritus,
Raptimque punctis dicta præpetibus sequi.

Iterum,

Fictis notare verba signis imbuens.

Aliud enim esse notis, aliud literis scribere ostendit Manilius,

Hic & scriptor erit felix, cui altera verbum est:
Quique notis linguam superet cursúmque loquentis.

Notis scribere opponitur quod dicebant scribere sermonibus. Varro apud Seruium, In foliis palmæ interdum notis, interdum sermonibus scribebant. ¶ Nota pro infamia, & ignominia. Lucil. *lib.* 30. Quem scis scire tuas omnes maculas notásque. Suet. Variis affectus notis. Cic. 3. *Offic.* O turpem notam temporum. Eximere notæ, id est, remittere infamiam. Gell. *lib.* 4. *cap. vlt.* Nota censoria submoueri à Rep. Velleius, Notas inurere. Idem

Ille notas veteres & longi dedecus æui Sustulit,

Ouid. 5. *Fast.*

Districtus minima nec tamen ille nota,

(nempe Propertius ob amandi præcepta.) Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Notæ vocum. i. prosodiæ. Gell. *c.* 6. *lib.* 13. ¶ Aliquando nota refertur ad laudem. Ouid. *lib.* 1. *Fast.*

Ille Numantina traxit ab vrbe notam.
Est vbi non parua parua columna nota.

Idem 6. *Fastor.* ¶ Est item nota signum quo aliquid notatur. Cicer. *Quint. Valerio*, Reliquis epistolis tantum faciam, vt notam apponam eam, quæ mihi tecum conuenit, & simul significem de numero esse Curpij amicorum. Liuius, Edit nomina eorum quibus conuentus opus esset, instruit etiam secretis notis, per quæ haud dubiè cognoscerent sua mandata esse: id est, dat signa quibus fidem faceret. ¶ Notæ etiam accipiuntur pro indiciis. Celsus *lib.* 2. *cap.* 6. Nec tamen ignorare oportet, in acutis morbis fallaces magis notas esse & salutis & mortis. Idem in longis quoque morbis tales notas non habentibus, scire licet increscere, si somnus incertus est. ¶ Nota pro cicatrice, quæ est nota vulneris, stigma. Synecd. gen. ¶ Pro interpretamento, quo aliquid

quid

quid explicatur, aliquando & reprehenditur. Synecd. partis & metaph. ¶ Nota etiam est signum, quo vtebantur celeriter aut occultè scripturi, qui ex eo dicti Notarij *Notis scribere*, διὰ σημείων γράφειν. Vide Martinium *in lexico etymologico*, Buxtorf. *in abreuiat.* & M. Claud. Duret. *in lib. Thresor de l'histoire des langues de cest vniuers, cap.* 19.

Nŏtābĭlis, e, qui notari, hoc est, considerari debet & nosci. { ידוע *iadhúah* נודע *nodhah* גלוי *ghalúi* γνωστός. GALL. *Notable.* ITAL. *Notabile.* GERM. Mercklich/bekantlich/scheinbarlich. HISP. *Notable, cosa que puede ò deue ser conocida.* ANGL. *worthie to be noted and marked.* } Colum *lib.* 3. *cap.* 21. Quia maior pars putationis per id tempus administratur, quo vitis neque folium notabile gerit, &c. id est, per quod nosci possit. Notabilis, insignis, apertus. Notabilis fauor in bonam partem. Sueton, *in Calig. cap.* 14. Notabiles res raritate. Idem *in August. cap.* 72. Notabiliora erant. Idem *in Tiber. cap.* 29. Notabile hoc in eo fuit. Idem *in Neron. cap.* 38. ¶ Vsurpatur etiam in malam partem. Quintil. Notabile verbum & veluti macula. Notabilia ad reprehensionem. Idem. Plin. *lib.* 36. *cap.* 5. Notabilis fœditas vultus Hipponacti. Quo in loco notabilis accipitur in deteriorem partem. In meliorem accipitur apud Cicer. *ad Lucceium, lib.* 3. *Epist.* Si exitu notabili concludantur.

Nŏtābĭlĭtĕr, aduerbium. { γνωρίμως. GALL. *Notablement, euidemment.* ITAL. *Notabilmente.* GERM. Mercklich. HISP. *Notablemente.* ANGL. *Notabile, euidentlie.* } Plin. *Epist.* 5. Expalluit notabiliter, quamuis palleat semper. id est, ita vt perciperetur. Tacitus *lib.* 17. Quibusdam vt tumultu notabilius turbantibus Suet. *in August. c.* 87.

‖ Notaria, scripturæ compendium. Buling. ‖

Nŏtārĭus, ij, Scriba publicus, seruus publicus qui acta in iudicio, vel extra iudicium notis, vel literis excipit. { γραμματεύς, σημειογράφος. GALL. *Notaire, escriuain sous vn autre* ITAL. *Notaro, notare.* GERM. Ein auffzeichner/Schreyber/Notary. HISP. *Notario, que escriue lo que otro dize* ANGL. *Ascriuener or notarie.* Plin. *in Epist.* Notarium voco, & die admisso, quæ formaueram, dicto. Mart. *lib.* 10. Nec calculator, nec notarius, vel ex Maiore quisquam circulo coronetur. Notarius quid sit, Mart. *Epigram.* 217. *lib.* 14. Item de iis & eorum vsu, Plutarch. *in Catone Vticen.* ¶ Notarius item qui aliquid dorso fert, baiulus. Gloss. Basil. νωτάριος ὁ βαρυβαστάκτης, i. qui grauia onera fert. Suid. νωτάρης ὁ ἐπὶ νώτω αἴρων ἢ βαστάζων. Ergo ei est vox composita à νῶτος & αἴρω, vt sit qui dorso aliquid tollit ferendum.

Nŏto, as, frequentatiuum à nosco In quo est animaduertendum, quum à notus sit deductum, corripi tamen penultimam. Composita enim à notus mutant o, in i, corr. vt Agnitus, cognitus, quum ignotus seruauerit o. Est autem notare, animaduertere. { רשם *raschám* סמן *samán* διασημαίνειν, σημειόω. GALL. Noter, signer, marquer. ITAL. *Notare.* GERM. Warnemmen/mercken. HISP. *Notar, señalendo señalar.* ANGL. *To not, to obserue, to marke and consider.* } Lactant. *lib.* 2. Cursus syderum & defectus notauerunt. Ouid. 2. *Metam.*

Qua tenuit lauum venientem prima notauit Mercurium.
Nec titulus nimio nec cedro charta notetur,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Vidi ego confusos vultus, visósque notaui,

idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

——— Cum te delicta notantem,

ibid. Eleg. 1. *lib.* 2. *Trist* Vt me morésque notaret Cæsar meos *Ibidem.* Genitale notantia tempus. (liba) *Ibid. Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

Vt neque diuitiis nec paupertate notanda est (domus.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Notari ignominia est ignominiæ nota affici à Censore, vel imperatore ob turpitudinem, vel scelus aliquod commissum Vnde Senatores ob flagitium aliquod Senatu moti, ignominia notari dicebantur: quemadmodum & Equites, quibus equus adimebatur: & milites, quia alicuius flagitij causa exautorabantur. Cicer. *Cecin.* Deinde vt eam in ciuitatem boni viri, & boni ciues nulla ignominia notati non reuertantur: in quam tot scelerum condemnati reuerterunt. ¶ Potest etiam à nota deduci, vt sit notare signum, notámve apponere. Iuuenal. Sed quæ Fabricius Censor notet. ¶ Notare pro notis quibusdam, & compendiis literarum aliquid breuiter perstringere, & apud Fabium: Quantum notando consequi potuerant. Suet. *in Galba*, Quia notata, non perscripta erat summa. ¶ Notare etiam ab alio dictata scribere. Hinc factum est, vt qui dictata notis excipit, Notarius appelletur, σημειογράφος. ¶ Notarunt hoc annales, pro Scriptum est in annalibus. Plin. *lib.* 8. *cap* 51. ¶ Item ignominia afficere, ἀτιμάζειν. Cic. *de senect.* Sed notandam putaui libidinem nimiam. ¶ Composita huius verbi sunt, Annoto, Connoto, Denoto, Prænoto, de quibus suis locis.

Nŏtātŭs, a, um, participium. Scriptus, item celebris, { σημειωθείς. GALL. *Noté.* ITAL. *Notato.* GERM. Verzeichnet. HISP. *Notado.* ANGL. *Noted, marked.* } vel nomen ex participio. Cic. 3. *Tusc.* Verbis Latinis melius quàm Græcis hæc notata sunt. Idem *pro domo sua*, Notatissimus omnium scelerum, libidinúmque maculis.

Nŏtātĭo, notationis, verbale, Animaduersio, quæ & Nota dicitur. { σημείωσις. GALL. *Note, notation, remarquement.* ITAL. *Auertimento.* GERM. Warnemmung/gemerckt HISP. *Nota, ò notacion.* ANGL. *Marking, noting, or obseruing of any thing.* } Cic. 2. *de diuinat.* Cœli enim distributio, quam antè dixi, & cæterarum rerum notatio, docet vnde fulmen venerit, quò concesserit. *Ibidem*, Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusque vitæ ex natali die, minimè esse credendum. Temporum notatio. Idem *de clar. Orat.*

Nŏtēsco, vide *Notio, in verbo Nosco.*

‖ Notha, peregrina. Ah. ‖

Nŏthĭa, νοθεῖα, τά, Græci vocant portionem illam bonorum, quæ ex testamento patris nothis poterat obuenire. Crudele enim iudicabant, quibus vitam dedissent, nihil ad vitæ alimenta relinquere: neque rursus æquum videbatur nothum filio legitimo adæquari. Ea itaque moderatio adhibita est, vt liceret parenti à lege statutam portiunculam nothis relinquere: quæ Nothia ab illis vocabantur.

Nŏthŭs, apud Græcos dicitur, teste Quint. *lib.* 3. *c.* 8. qui ex vxore non legitima natus est. { ממזר *mamzér.* νόθος. GALL. *Bastard.* ITAL. *Bastardo.* GERM. Ein banckart/ein lediges oder vnehlicher. HISP. *Bastardo, ò no legitimo.* ANGL. *A bastard.* } Latinum eius rei nomen (vt Cato quadam ratione testatur) non habemus: ideóque vtimur peregrino. Virg. *lib.* 7. Supposta dare matre nothos furata creauit. Nothus ante legitimum natus legitimus habetur: post tantum ciuis. Quintil. *ibid. cap.* 8, *lib.* 3. ¶ Nothum Græci appellant quicquid non legitimum, verum, nec germanum est, vt Nothum Atticismum dicunt, non verum schema Atticum, sed adulterinum, spuriúmque. ¶ Nothi pulli. Col. *lib.* 8. *c.* 10. Omni autem horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt. ¶ Nothos etiam appellant Arabicos elephantes, Indicis minores: teste Plin. *lib.* 8. *c.* 1.

Nŏtĭă, æ, νοτία, gemma est cum imbribus cadens, vnde & Ombria alio nomine dicitur eandem vim habens quàm Brontia. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Notiæus, i Dorsago, medulla dorsi. Reliqua quæ in vertebris continentur. Spondilionis occupant nomen, vt inquit Iulius Pollux.

Notifico, Notio, Notitia, Notities. vide *Nosco.*

Nŏtĭum, νότιον, oppidum est Ioniæ non procul à Colophone: cuius meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. ¶ Est item Notium Calydnes insulæ oppidum. Idem *lib.* 5. *c.* 31. Calydne insula cum tribus oppidis, Notio, Nisyro, Mendetero. Vulgò *Cabo de Mar.*

Nŏtĭum Mare, νότιον, πέλαγος, à Græcis dicitur ea maris Mediterranei pars quæ est inter Ligusticum & Siculum: alio nomine à Tuscia, quam alluit, Tuscum appellatum. Plin. *lib.* 3. *c.* 5. A Ligustico vsque ad Siciliam insulam, Tuscum, quod ex Græcis alij Notium, alij Tyrrhenum, è nostris plurimi inferum vocant.

Nŏtŭs, i, { νότος. GALL. *Le vent de Midi.* ITAL. *Austro.* GERM. Der Sudwind/wind von Mittag. HISP. *Viento de medio dia.* ANGL. *The sowth winth.* } Ventus Meridionalis quem nos Austrum appellamus: ita dictus ἀπὸ τοῦ νοτίδος, hoc est, ab humiditate.

Nŏtĭŭs, a, um, νότιος. Idem quod Australis, & humidus. Nam Græci νότον vocant, quem nos Austrum.

Nŏvācŭla, æ, Culter rasorius, culter tonsorius. { תער *táhar.* ξυρός. GALL. *Vn rasoir.* ITAL. *Rasore, rasoio.* GERM. Ein scharmesser. HISP. *La nauaja para raer pelos.* ANGL. *A raser.* } A Nouo, as, quòd faciè nouare, id est, nouam quodammodo & recentiorem facere videatur. Cic. 1. *de Diuin.* Ita cotem in comitium allatam, inspectante & rege & populo, nouacula esse discissam. Aliquando etiam accipitur pro quouis cultro. Col *lib. vlt. cap* 45. Raporum quàm rotundissima sumito, eáque, si sint lutosa, detergito. & summam cutem nouacula decerpito. Nouacula secare fauces. Suet. *in Calig. c.* 23.

Nŏuālis, is, gen. fœmin. & Nouale genere neutro secundùm Seruium, diuersis modis exponi solet. { ניר *nir*, νεός, νέωμα, νεωτὸς. GALL. *Terre qu'on seme de deux ans l'vn, varet ou gueret.* ITAL. *Terra non seminata gia due anni.* GERM. Ein Brachfeld/oder ein Neuwer/Auffbruch eines Felds oder Ackers. HISP. *La sementera echa en Baruecho.* ANGL. *A fallow fied that is to be sowen the nixt yearé* } Paulus Iure cōsult. dicit esse terram proscissam, quæ anno cessat. Sic Varro, Qui intermittitur à nouando Noualis ager dicitur. Sic Plin. Nouale est (inquit) quod alternis annis seritur. Idem sentire videtur Festus, Noualis, inquit, ager nouæ relictus sementi. Seruius Noualem esse aruum credit tunc primum ad sementem proscissum. Alibi tamen noualem interpretatur terram quæ per singulos annos semine renouatur. Virg. 1 *Eclog.*

Impius hac tam culta noualia miles habebit?

Deplorebat enim agrum, in quo instruendo magnopere laborasset. Quint. *in Milite Mariano*, Mox ingentibus lacertis humum fodere, segnem futuris noualibus eruere syluam. Sed Virgilius in sensum priorem accipit. Alternis, inquit, idem tonsas cessare nouales. Et segnem patiere situ durescere campum.

Nŏuă Mœniă, νέον τεῖχος, Sarmatiæ vrbs in Europa. Ptolem *lib.* 5. *c.* 5. Hodie *Album castrum* appellant. Stephanus quoque eiusdem nominis vrbem in Æolide constituit, cuius ciues Neotichitas ait appellari. Vulgò Weissemburg.

Nŏnānŭs, i, fluuius est in agro Pitinate trans Apenninum, qui æstiuis solstitiis supra modum augetur, & circa brumam siccatur. Vide Plin. *lib.* 1. *cap.* 103.

Nŏuārĭă oppidum est Italiæ in tractu transpadano: cuius meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 17. Vulgò *Nouara.*

Nŏuēllŭs Torquatus, Mediolanensis quidam fuit temporibus Tiberij Cæsaris, qui gestis honoribus è Prætura ad Proconsulatum vsque peruenit. Hic Tricongius cognominatus est, quòd tres congios vini vno impetu epotauerit, adeóque siccauerit, vt nihil prorsus, reliquerit quod ad pauimentum posset elidi. Autor Plin. *lib.* 14. *c.* 22.

Nŏvem, à Nouus, quòd sit nouissimus, id est, vltimus numerus inter simplices. Numeri nomen. { תשע *teschâh.* ἐννέα GAL. *Neuf.* ITAL. *Noue.* GERM. Neun. HISP. *Nueue.* ANGL. *Nyne.* } Virg. 5. *Æneid.* Iámque dies epulata nouem gens omnis & aris Factus honos. Cic. *Quinto Frat.* In nouem & dies & liberos distributus sermo.

——— Nouémque
Addiderat lustris altera lustra nouem

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Nouies, Aduerbium. { ἐννάκις. GAL. *Neuf fois.* Ouid. *Eleg. vlt. lib* 4. *Trist.*
Millia qui nouies distat ab vrbe decem.

Nŏuēnārĭŭs, rij, { תשיעי *teschîhi* ἐννεάς. GALL. *Neufuiesme, neufuain.* ITAL. *Numero di noue.* GERM. Das neuntest/oder das neun inn sich begreifft. HISP. *Causa de nueue.* ANGL. *The ninth, of nine.* } Nouenarius, a, um, Varro, Quo pacto erunt in mulis & pastoribus nouenæ partes vbi nec admissuræ, nec fœturæ obseruantur? Sed do in hominibus posse nouenarium retinere numerum. Plin. *lib.* 17. *cap.* 11. Sulco qui nouenarius dicitur.

Nonus, ἔνατος, Adiect. numerale. Plin. *lib.* 18. *c.* 21. Et à semente non nisi nonis mensibus in aream redeunt.

Nonarius, a, um. Persius *Satyr.* 1.

Si Cynice barbam petulans nonaria vellat

Nonariam meretricem hîc dicit, quia apud veteres à nona hora, hoc est, tertia promeridiana prostabant, ne manè omissa exercitatione illò irent adolescentes.

‖ Nouember, mensis inter Octobrem & Decembrem. Ita dicitur à *nouem*, quia

quia nonus à Martio, qui olim apud Romanos ordiebatur annum; atque ita Februarius claudebat. *Ber* autem est productio vocis flexæ. vide *December*. Germanis est Wintermonath / i.e hibernus mensis. Attingit hiemem & frigore suo adducit. ||

Nouēnus a, um. { תשיעי *teschii* i. ἐννατ@. ANG. *Nyne.* } Martial. *lib.* 10. Annos addite ter precor nouenos. Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Nouenorum ita concepta dierum. Liu. 7. *bell. Pun.* Decreuere item Pontifices, vt virgines ter nouenæ per vrbem euntes carmen canerent. Terga nouena boum, Ouid. 12. *Metam.*

Nŏuēndĭum, Nouem dierum spatium { ἐννέα ἡμέραι. GALL. *Espace de neuf iours.* ITAL. *Spatio di noue giorni.* GERM. Neun tag lang. HISP. *Espacio de nueue dias.* ANGL. *The space of nyne dayes.* } à quo Nouendiale sacrificium dicebatur, quod nouem diebus continuis fieri solet ad expiationem prodigiorum. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Romanis quoque ab eodem prodigio nouendiale sacrum publicè susceptum est, seu voce cælesti ex Albano monte missa, (nam id quoque traditur) seu aruspicum monitu. Mansit certè solenne, vt quandocunque idem prodigium nuntiaretur, feriæ per nouem dies agerentur.

Nouendialis, e. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 2 Cocus ille nouendialis est, in nonum diem solet ire coctum. Item, Liu. *lib.* 1. *ab. Vrb.* Nouendiale sacrum. de quo vide in præcedente dictione.

Nŏūncĭum, ἐννεαούγκιον. Dodrans, hoc est, pōdus, vel mensura nouem vnciarum.

Nonagesimus, ἐννενηκοστός, vltimus ex nonaginta. Cic. *de senect.*

Nonagenarius, qui nonaginta annos natus est.

Nonagenarius, pro Nonagesimo, vt Nonagenarius motus. Plinius *lib.* 2, *cap.* 15.

Nōnāgēnī, æ, a. tantum, pluraliter. { תשעים *tischîim.* ἐννενήκοντα. } Numerus est distributiuus à Nonaginta.

Nōnāgiēs. ἐννενηκοντάκις. GALL. *Nonante fois.* ITAL. *Nouanta volte.* GERM. Neuntzig mal. HISP. *Nouenta vezes.* ANGL. *Nynetie tymes.* } à Nonaginta numerale aduerbium.

|| Nonaginta, nouies decem: à nonus, sicut ἐννενήκοντα ab ἐννέα. Ginta est ν κοντα. ||

Nōuĭngēntī, vel (quod vsitatius est) per syncopen Nongenti, æ, a. { ἐνακόσιοι. GALL. *Neuf cens* ITAL. *Nouecento.* GERM. Neunhundert. HISP. *Nueuecientos.* ANGL. *Nyne hundred.* } Idem quod nouies centum. Pro eodem etiam dicimus Noningeni, & per syncopen Nongeni.

|| Nonussis, nouem assium numus, Var. *lib.* 5. *L. L.* ||

Nŏuēm vĭæ, ἐννέα ὁδοὶ Stephano, Ciuitas Thraciæ, quæ & Amphipolis ἀμφίπολις dicitur.

Nŏvērcă, æ, dicitur quam pater meus post meæ matris obitum, nouam vxorem ducit, & dicitur respectu priuigni. { μητρυιά. GALL. *Marastre,* ITAL. *Matrigna.* GERM. Ein stieffmuter. HISP. *Madastra.* ANGL. *A stepmother, a mother in law.* } à Nouus & hercisco: quia est noua diuisio familiæ; vel ex νέα & ἀρχὴ, quia est noua gubernatio familiæ. Virg. *in Buc.* Est mihi namque domi pater, est iniusta nouerca. Cic. *in Orat.* Ab hac indole iam illa matura, vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex. Istuc apud Nouercam quærere. Plaut. *Ps. sc.* 3. *a* 1. (Ambiguè de eo, qui est iniquus & infestus.) Quorum est nouerca Italia. Velleius. Item Quorum est mea Roma nouerca Petronius.

Nŏuērcālis, e. { ὁ τῆς μητρυιᾶς μητρυιακός. GALL. *De marastre.* ITAL. *Di matrigna.* GERM. Stieffmüterlich. HISP. *De madastra.* ANGL. *Of a stepmother.* } Quod nouercæ proprium est: vt, Odium nouercale, quo nouerca priuignum prosequitur. Tacit. *lib.* 1. Manus nouercales. Senec. *Herc. fur.* Stimuli nouercales, Claudianus *lib.* 2. *de rapt. Proserp.*

|| Nouercaliter, more nouercarum. ||

Nŏuērcārī, est nouercarum more agere, hoc est, malignè & inimiciter: μητρυιάζειν.

Nouissimus, Nouitas, Nouitius, vide *Nouus.*

|| Nouidunum, seu Equestrium ciuitas, *la ville de Nion, entre Geneue & Lausanne*, in prouincia Lugdunensi quana. ||

Nouium, νόουιον, Tarraconensis Hispaniæ vrbs, in tractu Artabrorum, non procul à Nerio promontorio.

Nouius, fluuius Britanniæ. Ptolem. *lib.* 2. *c.* 3.

Nouo, nouas, vide *Nouus.*

Nouum comum, κῶμον, Galliæ Cisalpinæ oppidum est ad Latium lacum situm: antea Comum appellatum, donec deductis eò à Diuo Iulio quinque colonorum millibus auctius factum, Nouum comum appellatum est, & oppidani Nouocomenses. Vide Strabonem *lib.* 5.

Nŏvŭs, a, um, propriè dicitur recens, & quod nuper factum est, vel cœptum. { חדש *chadhásch.* νέ@. καινός, GALL *Nouueau, neuf* ITAL. *Nouo.* GERM. Neuw. HISP. *Nueuo.* ANGL. *New fresh.* Ouid. 1. *Metam.*

In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora

Terent. *in Adelph.* Nouus maritus anno demum quinto & sexagesimo Piam, atque anum decrepitam ducam? *Ibid.* Et noua nupta eadem hæc discε. Noua nupta, vide in *Nupta.* Nouarum ædium similis est homo quando natus est. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Vt Spinther ad aurificem ferres, vt fieret nouum. (suprà reconcinnati.) Idem *Men. sc.* 3. *a.* 4.

Nec noua quod tecum loquor est iniuria nostra,

Ouid. *Eleg.* 4 *lib.* 4. *Trist.*

———*Admonitu fit nouus ipse dolor,*

idem *Eleg.* 6. *lib.* 3.

Supplicium patitur non noua culpa nouum,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Nouus amator Catulo subblanditur. Plautus *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Neque mirum neque nouum fecit, nec secus, quàm alij solent. *Ibid sc.* 2. *a.* 5. & *Most sc.* 4. *a.* 1. Facinus apud nos natum nouum. Idem *Mil. sc.* 3 *a.* 2. Vult te nouum herus veteri domino operam dare. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Iubeas nouum spinter reconcinnarier. Idem *Menæch. sc.* 3. *a.* 3. Nouo consilio opus est, noua res obiecta est. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2.

Fortior in fulua nouus est luctator arena,

Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Noua pictura interpolare vis opus lepidissimum. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Nouo modo qui prouenit in scenam nouum aliquid afferre addecet. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. ¶ Accipitur quandoque pro magno & mirando, incredibili & inopinato, παράδοξ@. Virg. 3. *Eclog.*

Pollio & ipse facit noua Carmina.

Idem,

Quis furor iste nouus.

Vt genitor luctúque nouo tardetur.

(i. ingenti & inopinato.) Ouid. *El.* 9. *lib* 3. *Trist.* Noua re (i. inopinata.) Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Et Nouus aduentus. Idem *lib.* 3. *de bell ciu.* ¶ Item Nouus pro ignoto. Plaut. *Ps. sc.* 4. *a.* 2 Iste Pseudolus nouus mihi est. (i. ignotus.) Ætate anni noui. (i. veri.) Gell. *c.* 1. *lib.* 18. Nouæ Tabulæ, vide *Tabula* Nouis auctus hymenæis. Catull. *de Com. Beren.* Irrupere nouum mare *Ibid.* Nouum orbem. Tibull. *lib.* 4. Noui homines dicuntur, quorum nulli maiores clari fuere, sed ipsi per seipsos clari esse incipiunt, & magistratus in ciuitate assequi. Plutarch. *in Caton. Censore.* Cicer. *T. Fabio. lib.* 4. *Epist.* Adeptus es, quod non multi homines noui: amisisti quæ plurimi homines nobilissimi. ¶ Nouum pro charo, per meton. causæ & Synecd. gen. quia nouitas quædam, vt, iucunda, amorem gignit ¶ Noui sales, i verni dies. Virg. *Georg.* ¶ Nouis rebus studere, nouas res moliri, dicuntur, qui statum reipubl. innouare satagunt per Syned.

Nouē, & Nouiter aduerbia, { καινῶς, νεαρῶς, νέως. GALL. *Nouuellement.* ITAL. *Contra l'vso, & il costume.* GERM. Newlich. HISP. *Nueuamente.* ANGL. *Newlie, lately.* } Autor ad Herennium *lib* 1. Nequid ambiguè nequid nouè dicamus Plin. *in Paneg.* Vidimus delatorum iudicium, quasi grassatorum, quasi latronum: non solitudinem illi nouiter, sed templum sed forum insederant.

Nŏuĭssĭmŭs, superlatiuum. Vltimus, postremus: quia quæ recenter fiunt, vltimum locum habent. { אחרון *actarón.* ἔσχατ@. GALL. *Le dernier.* ITAL. *Vltimo.* GERM. Das allerlezt. HISP. *Vltimo.* ANGL. *The last of all.* } Gell *c.* 21. *lib.* 10. Falsus est, cùm asserit nusquam fuisse vsum verbis his (nouissimus & nouissimè) Ciceronem, cùm non semel vsus fuerit. Cic. *lib.* 1. *de Orat.* Quæ duo sunt ad iudicandum nouissima. Idem *pro Roscio Comœdo*, Itaque perbreui tempore qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit comœdos.

Hæc est Ausonio sub iure nouissima (tellus)

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Dum me terrarum pars penè nouissima Ponti, &c. *habet.*

Idem *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

Barbara me tellus orbísque nouissima magni Sustinet,

idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

Nŏuĭssĭmē, aduerbium, Postremò. { ἐπὶ τέλει, ἐσχάτως. GALL *Finalement* ITAL. *Finalmente, vltimamente.* GERM. Zum allerletzten. HISP. *Vltimamente.* ANGL. *Last of all, finallie.* } Suet. *in Neron. c.* 11. Nouissimè naues, Insulæ, agri. Item pro postremò, aut tandem, Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Heluiam.* Ad postremum dixit Plancus *Epist. ad Cic. famil.* 10. Denique quòd ad omnes casus coniunctiores Reipublicæ esse volebam vt nouissimè ab omni omnium solicitatione auersus, eos tales vobis præstare possem, quales adhuc fuerunt. Gellius hîc fallitur: vt in *Nouissimus* diximus. Cels. *lib.* 7. *c.* 7. Primùm id fieri non potest. Deinde, Nouissimè cùm humor aliquis, &c. id est postremò, tandem vltimò. ¶ Nouissimè etiam ad tempus postremum refertur, vt νεωστὶ, vulgò *dernierement.* Plancus Ciceroni *Epist. lib.* 10. Quo ego interprete nouissimè ad Lepidum sum vsus.

Nŏuĭtās, atis)(Vetustas, antiquitas. { νεότης. GALL. *Nouueauté, nouuelleté.* ITAL. *Nouità.* GERM. Dei newes. HISP. *Nouedad ò innouacion.* ANGL. *Newnesse freshnesse.* } Cic. *de Amic.* Nouitates autem si spem afferunt, vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ: vetustas tamen suo loco conseruanda est. Nouitas rei pro re inopinata & inexpectata ac repentina. Cæs. 1. *de bell. ciu.*

Cúmque fefellit amans aliqua nouitate maritum,

Ouid *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Virg. 1. *Æneid.*

Res dura, & regni nouitas me talia cogunt

Moliri.

Ouid, 4. *Metam.*

——— *dulcique animos nouitate tenebo.*

Cic. 2. *de diuin.* Eúmque errorē, quem tibi rei nouitas attulerit, naturæ ratione depellito. ¶ Nouitas pro generis ignobilitate, quemadmodum homines noui dicuntur ignobiles. Salust. *in Iug.* Nouitatem meam contemnunt, ego illorum ignauiam: mihi fortuna, illis probra obiectantur. Cic. *ad Lentulum*, Nouitati esse inuisum meæ. Velleius, Cicero nouitatis nobilissimę.

Nŏuĭtĭŭs, a, um, quod est nouum. } חדש *chadhásch.* νεαρός. GAL. *Nouice, tout nouueau.* ITAL. *Nouitio, nouo.* GERM Das neuw ist, neuwling. HISP. *Nueuo.* ANGL. *New or newish.* } vt Nouitiū opus, quod est nuperrimè factū. Nouitia mancipia, teste Martiano *ff. de ædil. edict.* intelliguntur, quæ nondū annum seruierunt: quibus opponuntur Veterana. Vlp. *eodem titulo*, Plerique solent mancipia, quæ nouitia non sunt, quasi nouitia distrahere, ad hoc vt pluris vendant. Præsumptum est enim ea mancipia, quæ rudia sunt, simpliciora esse, & ad ministeria aptiora, dociliora, & habiliora, Trita verò & veterana mācipia difficile est reformare. Plin. *lib* 13. *c.* 1. Nouitium vinum resinatum nulli conducit. Ter. *in Eunuch.* Abducit secum ancillas, paucæ, quæ circum illam essent, manent. Nouitiæ puellæ. Cic. *pro Domo*, Syrum nescio quem, de grege nouitiorum factum esse Consulem. Nouitium inuentum. Plin *lib.* 17. *c.* 21. Inuentum nouitio funditur malleolus. Idem *lib.* 23. *c.* 1. Vinum ieiunos bibere nouitio inuento inutilissimū est. Legendus Gell. *c.* 5. *lib.* 6. vbi reprehendens Alphenum Iureconsultum, docet Nouitium dictum, non quod magis sit nouum: sed quòd à nouo dictum inclinatúmque sit: Alphenus contra existimauit nouum Nouitium dici per augendi figuram, quasi magis nouum. Quæ sententia Passeratio probatur. Item Nouitij à patriciis differunt. Nouitium mango fecit per rostra prætextatum. Fab. Quint. *declamat.* 340. Nouitij vt instituuntur. Idem *c.* 20 *lib.* 1. Interpres Iuuenal. *Satyr.* 7. Isti Nouitij semidocti. Gell. *c.* 7. *lib.* 16.

Nouitiolus, paruus nouitius. Tertull.

Nŏuo, as, Nouum facio, innouo, inuento. { חדש *chiddésch.* νεόω GALL. *Innouer, faire quelque chose de nouueau.* ITAL. *Far di nouello, rinouellare.* GERM. Erneweren, etwas newes machen. HISP. *Renouar ò innouar.* ANG. *To mak new* } Salust. *in Catil.* Consul. optimum factu ratus, noctem quę instabat antè capere, nequid eo spatio nouaretur. Cicer. *ad Caton famil.* 15. Qui

15. Qui nouari aliquid volebant. Cic. 3. *de legib.* Nihil habui sanè, non modò multum, quod putarem nouandum in legibus. Nouare item est verbum Iurisconsultis vsitatum, pro debitum in aliam obligationem transferre. Ouid. 1. *Fast.*

Ingratos nulla prole nouare viros,

Tibull. *lib* 4.

——Nam cura nouatur

Cùm memor accitos semper dolor admonet annos.

Vnde Nouatio, de qua paulò pòst. Huius composita sunt, Innouo, καινοτομέω, νεωτερίζω: & Renouo, ἀνακαινίζω. de quibus vide suis locis.

Nōuāns, participium. { מחדש mechaddésch. } Virg. 4. *Æneid.*

Æneam fundantem arces, ac tecta nouantem Conspicit.

Nŏuāndus, a, um, Ouid. 8. *Metam.*

——etiam mihi sæpe nouandi

Corporis, ô iuuenes, numero finita potestas.

Nŏuātŭs, a, um, { מחודש mechuddásch. νεωθείς. GALL. *Innoué, renouuellé.* ITAL. *Rinouellato.* GERM. Erneuwert/ neuw gemacht. HISP. *Renouado.* ANGL. *Make new.* } Ouid. 2 *de Remedio,*

Admonitu recreatur amor, vulnúsque nouatum,

Scinditur, infirmis culpa pusilla nocet

Nŏuātŏr, Nouatrix Ouid. 15. *Metam.*

——rerúmque nouatrix.

Ex aliis alias reddit natura figuras.

Nŏuātĭo, nis. { ἀνανέωσις. GALL. *Innouation, renouuellement.* ITAL. *Rinouamento.* GERM. Ein neuwerung. HISP. *Renouamiento.* ANGL. *A making new, or renewing.* } Dictio est Iurisconsultis vsitata, qua illi vtuntur pro prioris debiti in aliam obligationem aut naturalem, aut ciuilem transfusione. quod tripliciter fit, primùm cum vnius personæ obligatio in alterius personæ obligationem nouatur: secundò, cùm alterius generis obligatio, in verborum obligationem nouatur: tertiò, cùm verborum obligatio in alteram formam commutatur. Hotomanus.

Nŏuĕllŭs, a, um diminutiuum. { שתיל chaddásch. νεόφυτος. GALL. *Nouuelet, nouueau planté.* ITAL. *Nouello* GERM. Ein newschoß/ das neuwlecht ist. HISP. *Nouillo.* ANGL. *New, fresh.* } Virg. 3. *Eclog*

Atque mala vites incidere falce nouellas.

Cic. 5. *de finib.* Itaque & viuere vitem, & mori dicimus arborémque & nouellam, & vetulam, & vigere & senescere. Ouid. 4. *de Pont. Eleg.* 12.

——tu dúxque, comésque fuisti.

Quum regerem tenera fræna nouella manu

‖ Nouellæ constitutiones, & elliptice *Nouellæ*, i. e. nouæ, vel extremæ: quia post codicem æditæ erant, atque ita extremæ, ideo à Græcis παρὰ μετὰ τὸν κώδικα & aliquę post βασιλικῶν libros. ‖

Nŏuĕllo, as, are, Nouum agrum colere, seu nouas vites pangere. { νεόω, νεάτω. GAL. *Planter de nouueau.* ITAL. *Piantare di nuouo.* GERM. Ein neuwen auffbruch oder ein neuwsetz machen. HISP. *Poner vides en majuelo.* ANGL. *To mak new.* } Suet. *in Domitiano,* Edixit nequis in Italia nouellaret. ¶ Huius compositum est Renouello, de quo vide suo loco.

Nŏuĕllētum, Vinea ex nouellis vitibus consita. { τὸ νεόφυτον. GALL. *Vn lieu complanté de ieune ou nouuelle vigne.* ITAL. *Virginale nouo & giouane.* GERM. Ein neuwsatz mit räben. HISP. *Lugar plantado de vides nueuas en majuelo.* ANGL. *A place planted with new vynes.* } Paulus Iureconsult. *in l. veluti, ff. de impens. in rebus dotalib. fact.* Veluti si nouelletum in fundo factum sit.

Nouellitas, nouitas. Tertull.

Nŏx, noctis, à noceo, quòd oculis noceat: vel à Græco νύξ Hinc enim & Nyctelius dictus Bacchus, quòd eius sacra noctu celebrarentur. { ליל lájil. GALL. *Nuict.* ITAL. *Notte.* GERM. Die nacht. HISP. *Noche.* ANGL. *Night.* } ¶ Est autem Nox, terræ vmbra, vel (vt Speusippus ait) vmbra diei contraria, & Solis priuatio. Cic. 2. *de nat. deor.* Ipsa vmbra terræ Soli officiens, noctem efficit. Virg. 2. *Georg.*

Et quantum longis carpent armenta diebus.

Exigua tantum gelidus ros nocte reponet,

Idem 2. *Æneid.*

—— & iam nox humida cælo

Præcipitat suadéntque cadentia sydera somnos.

Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 11.

——lasciua gaudia noctis.

——Quorum nox conscia sola est.

idem 11. *Metam.*

Et veniunt æstus, & nox immensa videtur,

idem *El.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Neque diem me morari decet, neque nocti nocerier. Plaut. *Curcul. sc.* 3. *a.* 2. Vna nocte & die perdocere. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. vbi alterum vacat. Ea si memorem, Nox diem adimat. *Ibidem sc.* 3. *a.* 2.

Illa tegi cæca condita nocte velim,

Ouid *El.* 6. *lib.* 3. *Trist.* Hic ero vsque ad noctem, saltem intromittar domum. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Vt esset noctes & dies hunc annum totum, idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Dies noctésque potent. Idem *Asin sc.* 3. *a.* 3. Nox Immunis est ab expeditione redeuntum militum. Senec. *cap. vlt. de tranq.* Diem, aquam, Solem, Lunam, noctem, Hæc argento non emo. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a* 1. Pactus legibus noctem huius, & cœnam sibi dare *Ibid.* De nocte Cæsar *lib.* 1. *bell. ciu.* Nocte hac emigrasti, Plaut *Men. sc.* 2. *a.* 5. Noctem huius opto, & vini cadum. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Hanc tibi noctem dono dabo *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Alterna noctes amica frui. *Ibid. sc.* 2. *a* 5. Adiudicato cum vtro istam noctem sies Idem *Men. sc.* 3. *a.* 1.

——Spreto noctisque hostisque periclo,

Cuius equos pretium pro nocte poposceret hostis.

(i. opera nocturna exploratoris.) Ouid. 13. *Metam.* Noctem incustoditam speculari. Tacit. *lib.* 2. Dies noctésque bibite. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Nox pro noctu. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Nox, si voles, manebo. ¶ Æquare nocti ludum, est, ludere totam noctem. Virg. 9. *Æneid,*

——felix si potinus illum

Æquasset nocti ludum, in lucémque tulisset.

¶ Supremam noctem agere. Idem 6. *Æneid.* ¶ Dare noctes alicui, de meretricibus dicitur. Horat. *Epod.* 15.

Non feret assiduas potiori te dare noctes.

Calepini 11 *pars.*

¶ Hinc locare noctes. Ouid. 1. *Amor. Eleg.* 10.

Sola locat noctes, sola locanda venit.

Negare noctem, quum admittere amatores noctu negant. Idem 1. *Amor. Eleg.* 8.

Sæpe nega noctem, capitis modò finge dolorem, &c.

¶ Poscere noctem, Rogare noctem: amatorum sunt, Ouid. 1. *Amor. Eleg.* 8. & *lib.* 2. *Amor. Eleg.* 2. ¶ Nox pro somno: vt exturbare noctem, Stat 10. *Theb* Talia vociferans noctem exturbabat, &c. ¶ Nox æterna, pro morte. Virg. 10. *Æneid.*

—— in æternam clauduntur lumina noctem.

¶ Nox animi, hoc est, ignorantia, & cæcitas. Ouid. 6. *Metam.*

Tantaque nox animi est,

Nox pro nocte, aut noctu Decemuiri in XII. tabulis posuerunt, vt ex Gellio intelligitur *c.* 1. *lib.* 8. Lex enim erat hæc. Si nox furtum faxit, &c. ¶ Noctes & dies: id est, continuè, semper. Plaut. *Merc.* Obiurgare pater ob hæc me noctes, & dies. Virg. 6. *Æneid.*

Noctes atque dies patet atri ianua Ditis

¶ Noctis partes sunt Vespera, Crepusculum, Prima fax, Concubium, Nox intempesta, Ad mediam noctem, Media nox, De media nocte Gallicinium, Conticinium, & Diluculum. Vide Censorinum *de die natali;* & ea quæ suprà annotauimus in dictione *Dies.* ¶ Diuidunt etiam milites noctem in vigilias quatuor, quæ singulæ trium horarum spatio supputantur, quoniam seruant castra vicissim per vigilias. Hinc prima vigilia, Secunda, Tertia, & Quarta. Vnde Lucan. *lib.* 7. Tertia iam vigiles commouerat hora secundos. ¶ A nox fiunt Pernox. παννύχιος, Noctua, Nocturnus, Noctesco, Pernocto, Noctiuagus, Noctiluca, Binoctium, Trinoctium, Quadrinoctium, & huiusmodi.

Nocticula, parua nox. ‖ Item nocticula, id est, læna.

Noctianus, nocte custos, vigilis νυκτοφύλαξ. Gloss. leg. *vigil.* ‖

Nŏctu, pro nocte, vtebantur antiqui. { νυκτός. GALL. *De nuict.* ITAL. *Di notte.* GERM. Zu nacht/ bey nächtlicher weil. HISP. *De noche.* ANGL. *In tyme of night.* } Quadrigarius conuenit Senatum noctu multa domum dimitti. Plaut. *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Haud falsum euenit somnium, quod noctu hac somniaui. Idem *Curcul sc.* 1. *a.* 2. Hac noctu quod somniaui. Idem *Amphitr.* Nónne hac noctu, nostra nauis huc ex portu Persico venit. Hac noctu in portum aduecti sumus. Idem *ibidem.* Item, Credo hac noctu Nocturnum obdormisse ebrium. *Ibid.* & *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Vide Gell *cap.* 1. *lib.* 8. ¶ Noctu verò aduerbium, νύκτωρ, significat per noctem. Salust, Diu, noctúque laborare, festinare. Plaut. *Ps. sc.* 3. *a.* 1. pietatem istam amplexator noctu pro Phœnicio. *Ibid. sc.* 7. *a.* 4 Noctu in vigiliam quando ibat miles. ¶ Aliquando etiam legitur Nox pro noctu, vt est in XII. Tabulis, Si nox furtum factum sit, si im aliquis occisit, iure cæsus esto, Vbi im, accusatiuum dixerunt ab is, & Occisit pro Occiderit. Vide Macrobium *lib.* 1. *Saturn. cap.* 4. & Gell. *cap.* 1. *lib.* 8.

‖ Noctua, vide suprà ‖

Nŏctūrnŭs, a, um, quod est noctis. νυκτερινός, ἔννυχος. GALL. *Chose de nuict, nocturne.* ITAL. *Di notte.* GERM. Nächtlich/ das der nacht ist. HISP. *Cosa de noche.* ANGL. *Of the night.* } vt nocturna lux: sicut à Die Diurnus. Claudianus,

Omnia quæ sensu voluuntur vota diurno,

Tempore nocturno reddit amica quies.

Cic. 4. *Verr* Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum suarum Somnia nocturna. Horat, 4. *Carm.* Visus nocturni. Tacit. *lib.* 20. Nocturni temporis licentia. Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* Nocturnum iter. Suet. *in Tiber. cap.* 6. Nocturnum vinum edormire. Gell. *cap.* 10. *lib.* 6.

Dulcia nocturna portans vestigia rixæ,

Catull. *de com. Beren.* Opera vt largus es nocturna. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Nocturni pro furibus, quòd noctu præcipuè grassentur fures. Petron. Arbiter, Aduocati tamen, iam penè nocturni, qui volebant lucri facere, flagitabant vt apud se vtraque deponerentur. ¶ Nocturnus pro noctis Deo. Plaut. *in Amph.* Credo Nocturnum obdormiuisse ebrium. ¶ Nocturnus etiam, i. vesper. Papinius.

Roscida iam nouies cælo diuiserat astra

Lucifer, & totidem lunæ præuenerat ignes

Mutato nocturnus equo.

Dicitur etiam Noctifer à Catullo.

‖ Nocturnus, a, um, Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Tu cum noctuis oculis. *al. nocturnis.* ‖

Nocturnus, i noctis Deus Plaut. *Amph.* Credo ego hac noctu Nocturnum obdormisse ebrium,

Nocticolor. Gell *c.* 7. *lib.* 19.

‖ Nocticorax, vide *Nycticorax.* ‖

Nŏctĭfĕr, Perpetuum epitheton est stellę vespertinæ, quam Hesperum, siue Vesperum appellamus. { νυκτοφόρος. GALL. *Qui apporte la nuict.* ITAL. *Chi porta la notte.* GERM. Der abenestern so die nacht bringe. HISP. *Que trahe la noche.* ANGL. *Thar bringenth or toke, noth night.* } Catull *in carmine nuptiali,*

Nimirum Eoos ostendit noctifer ignes.

Dicitur etiam Nocturnus, vide *suprà.*

Nŏctĭfŭga, qui noctem fugit νυκτιφυγών.

Nŏctĭlūcă, dicitur luna quæ noctu lucet. { ירח jaréach. νυκτιλαμπής. GAL. *La lune qui luit de nuict.* ITAL *La luna che luce di notte.* GERM. Das nachtliecht/ Der mon. HISP. *La luna que luce de de noche.* ANGL. *The moone that shyneth by night.* } Horat. 4. *Carm. Ode* 6.

Lesbium seruate pedem, meique

Pollicis ictum,

Ritè Latonæ puerum canentes,

Ritè crescentem face Noctilucam,

Prosperam frugum, celerémque pronos

Voluere menses.

¶ Noctilucam etiam quidam appellarunt animalculum exiguum, quod nocturno tempore lucet, æstate præsertim, segete iam matura, & messi vicina Alio nomine *Nitedula* dicitur.

Noctipuga, Lucilius vocauit obscœna, quòd noctu pungant, atque excitent Venerem.

Nōctēscĕrĕ, est obtenebrari. { חשך chaschá: h. συσκοτάζειν. GALL. *Se faire nuict* ITAL. *Fagsi notte*. GERM. Nachten/nacht werden. HISP. *Anochecer, hazerse noche*. ANGL. *To waxe night or dark.* } Furius apud Nonium,

Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.

Gell. *cap.* 11. *lib.* 18.

Nōctēs Atticæ, νύκτες ἀττικαί. Gellij opus ita appellatum) vt ipse testatur *c. vlt. totius operis*) quòd hybernis noctibus in Attico agro fuerit elucubratum.

Nōctĭuăgŭs, qui nocte vagatur. { νυκτιπόρος. GALL. *Errant, & vagant de nuict.* ITAL. *Che va vagabundo di notte.* GERM. Der zu nacht vmbeinander schweifft. HISP. *Cosa que anda de noche*. ANGL. *That errethor wandereth by night.* } Virg. 10. *Æneid.*

——— *almaque curru*
Noctiuago Phœbe medium pulsabat Olympum.

Deus noctiuagus, Sopor. Stat. 10. *Theb.* Strepitus noctiuagus Faunorum. Lucret. *lib.* 4.

Nŏxă, delictum, siue culpa. { אשמה aschmáh נזק nézek רע rah רעה rahâh. αἰτία. ANGL. *An offence or faulte.* } Caius *l. plebis. D. de verb. sign.* Noxæ appellatione omne delictum continetur. Liu. *lib.* 3. Alia omnis penes milites noxa erat, qui nequid ductu atque auspicio rectè gereretur, vinci se per suum atque illorum dedecus patiebantur. ¶ Noxa item damnum & vitium ex aliqua re contractum significat. { Die straff von wegen einer missethat/oder die missethat selbs/vbelthat. } Hinc capere noxam & concipere & contrahere apud Columellam dicuntur serui ex nimio labore. Hinc noxam nocere apud Liuium, i. noxā committere, & Noxius seruus, qui noxā nocuit. i. damnum intulit, & ob eam causam obnoxius est. Hinc eundem seruum vel quadrupedem quæ damnum dedit, Noxæ dedere præcisa locutione dicimus, pro noxæ nomine dedere, i. ob damnum & noxam quam intulit. Quemadmodum *Verr.* 5. Lucri & accessionis dare frequentissimè pro lucri & accessionis nomine. ¶ Transfertur autem eleganter hoc à Liuio: Obrui, inquit, Ætnæ ignibus, aut mergi freto illi Insulæ satius esset, quàm velut dedi noxæ inimico Consuli. Hinc noxis solutus dicitur seruus, noxio contrarius, ob cuius noxam nihil debetur, vel qui nemini est obnoxius, quasi liber & solutus omni obligatione quæ ex noxa contrahitur. Ex Hotomano. Eximere noxæ, Est gratiam criminis facere, hoc est, Remissionem dare. Liu. *lib.* 8. *ab Vrb.* Tum dictator silentio facto, Bene habet (inquit) Quirites, vicit disciplina militaris: vicit imperij maiestas, quæ in discrimine fuerunt an vllæ post hanc diem essent: non noxæ eximitur. Q. Fabius qui contra edictum Imperatoris pugnauit, sed noxa damnatus donatur populo Romano, donatur Tribunitiæ potestati, precarium non iustum auxilium ferenti. Budæus Noxam luere pecunia. Liu. 8. *d.* 4. Noxa liberare reum. Quint. Noxam sarcire de furto. Gell. *c.* 18. *lib.* 12. Liu. *lib.* 9. *ab vrb.* In noxa esse, Idem in crimine Idem *lib.* 2. *d.* 4. Suet. *in Aug. c.* 67. Noxæ arguere, (i. culpæ & criminis.) Liu. 3. *d.* 4. Nihil his, aut sociis eorum noxæ eorū fraudiue. Idem *lib* 4. *d.* 4. ¶ Noxā caput sequitur, i. obligatio à pœna suum auctorem. ¶ Heroum filij noxæ. Id Græci sic efferunt, ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα. Sensus est; præstantium & clarorum parentum liberum plurimum à paterna virtute degenerare, & damna reip. euadere *Noxa* ergo hîc est res noxia, seu inutilis.

Nŏxālĭs, e, vnde Noxalis actio, dicitur quæ aduersùs nos instituitur, non propter vitium à nobis contractum, aut culpam, sed ob noxam, hoc est, damnum à seruo, aut pecude nostra datum βλάβης δίκη. Caius *in l.* 1. *ff. de noxalibus action.* Noxales actiones appellantur, quæ non ex contractu, sed ex noxa, atque maleficio seruorum aduersùs nos instituuntur: quarum actionum vis & potestas hæc est, vt si damnati fuerimus, liceat nobis deditione corporis, quod deliquit, euitare litis æstimationem. Vide *suprà* in *Noxa.*

‖ Noxax, criminosus. Acc. ‖

Nŏxĭă, Culpa. { אשמה aschmáh נזק nézek רע rah רעה rahâh. αἰτία. GALL. *Faute, offence, coulpe.* ITAL. *Colpa.* GERM. Die schuld einer sünd oder vbelthat. HISP. *Culpa.* ANGL. *An offence or fauete.* } Ter. *in Phorm.* Meministin' olim vt fuerit nostra oratio In re incipiunda ad defendendam noxiam? Plautus, Amicum castigare ob meritam noxiam. Ter. *in Enuch.*—vnam hanc noxiam Mitte, si aliam vnquam vllam admisero, occidito. ¶ Noxiæ esse, hoc est, fraudi esse, aut vitio, vel culpæ ascribi. Liuius, Si domum abire vellent, publica fide accepta, nihil eam rem noxiæ futuram, quòd se hostibus iunxissent. ¶ Noxiam & noxam pro eodem accipi contendit Valla *lib.* 6. Tamen noxiam pro noxa, i. Peccati pœna, aut damno, rarò scriptum reperias. Noxia, i. damno. Liu. *lib.* 1. *d.* 5.

‖ Noxilis, nocens. Gloss. Isid. à noxa. In Gloss. βλαβερός nocibilis. ‖

Noxit, pro nocuerit. Lucil.

‖ Noxitudo, pro noxia Accius *armorum Iudicio* ocule noxitudo oblitteretur Pelopidarum, ac per nos sanitescat genus. Non. ‖

Nŏxĭŭs, a, um, quod nocet. { מרע meráh רע rah. βλαβερός. GALL. *Dommageable, qui porte dommage.* ITAL. *Noceuole, nocente*, GERM. Schädlich/ Item Schuldig. HISP. *Dañoso.* ANGL. *That offendeth, or hurteth, noysome.* } Salust. Quæ nisi quæsita erant, & nisi vindicatum in noxios, quid erit reliquum. Liu 5. *ab Vrbe*, Qui noxij ambo, alter in alterum, &c. Virg. 6. *Æneid.* Igneus est ollis vigor, & cælestis origo Seminibus quantum non noxia corpora tardant. Ouid. *in Ibin*,

Inque tuis opifex, vati quod fecit Achæo,
Noxia luminibus spicula condat apis.

Idem 10. *Metam.*

Nec metuens atro crinitas angue sorores,
Quas facibus sæuis oculos atque ora petentes
Noxia corda vident.

¶ Noxius, cum genitiuo. Tacitus *lib.* 5. vt noxium coniurationis ad disquisitionem trahebat. Ouid. *Eleg.* 1. *lib* 2. *Trist.*

Cur aliquid vidi? Cur noxia lumina feci?

¶ Cuius contrarium est Innoxius, culpa carens innocens, qui non nocet. Plaut. *in Aul.* Heu Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis, Vt inopem atque innoxium abs te atque abs tuis, me irrideas. Noxius de parricida. Suet *in Claud c.* 34. ¶ Obnoxius, idem est quod astrictus, vel obligatus: de quo suo loco.

Nŏxĭŏr, Cōparatiuus à noxius. Senec. *lib.* 1. *de Clementia. c.* 13. Omnibus reis noxior ac solicitior.

Noxiosus, idem quod noxius, Senec. 1. *de Clement.* Si noxiosissimo cuique animali in nos daretur potestas, &c. Idem *Epist.* 71. Quod animi perditi noxiosíque habent, non habebunt illi quos aduersùs hos casus instruxit longa meditatio.

N V

Nubæ, νοῦβαι Steph. Populi sunt Libyæ, ad sinistrum Nili flexum habitantes, in multa diuisi regna, teste Strabone *lib.* 17.

Nŭbēs, { ענן hanán עב hab. νεφέλη. GALL. *Nue, ou nuée.* ITAL. *Nuuola, neboia.* GERM. Ein wolck. HISP. *La nuue.* ANGL. *A cloude.* } Est vapor humidus in sublime elatus è terra per æstum: siue aër in liquorem coactus, cuius densitas haud dubiè Solem obumbrat: vnde etiam nomen accepisse creditur, à nubendo scilicet, hoc est, tegendo, quod solem obnubat. Sunt tamen qui eius originem referant ad dictionem Græcam νέφος, quæ nebulam significat, vel nebulum. Cicer. *de diuinat.* Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. Virg. 5. *Æneid.* ——— *& alis*

Plaudentem nigra figit sub nube columbam.

Idem 3. *Æneid.*

Inuoluêre diem nimbi, & nox humida cælum
Abstulit: ingeminant abruptis niuibus ignes.

Idem 1. *Georg.*

Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
Collecta ex alto nubes.

¶ Nubes peditum per translationem, pro multitudine & densitate vsurpauit. Liu. 5. *bell. Macedonici*, Rex contra peditum equitúmque nubes iactat, & consternit maria suis classibus. Liu. *lib.* 4. *d.* 4. Telorum velut nubes Idem *lib.* 2. *d.* 5. Nubes locustarum. Nubes animi.

Vt tamen hanc animi nubem dolor ipse remouit,

Ouid. *El.* 3. *lib.* 1. *Trist.* Armorum nubes, Statius 4. *Thebaid.* Belli nubes. Virg. 10. *Æneid.* ¶ Nubis in nominatiuo apud Plautum *in Merc.*—nonne ex aduerso vides? Nubis atra, imbérque instat.

Nūbĕcŭlă, æ, diminutiuū, Parua nubes. { νεφέλιον. GAL. *Petite nuée.* ITAL. *Nuuoletta.* GERM. Ein wölcklin. HISP. *Nube pequeña.* ANGL. *A litle cloude.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 15. Nubecula quamuis parua, ventum procellosum dabit. ¶ Per translationem accipitur pro supercilio, tristitia vultus, frontis contractione. Cicer. *in Pison.* Neque tam fui timidus, vt qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reip. nauem gubernassem, saluámque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem.

Nūbĭfĕr, Nubes ferens. { νεφελοφόρος. GALL. *Portant muées.* ITAL. *Chi porta nuuole* GERM. Der das gewülck bringt. HISP. *Que trahe nuues* ANGL. *That bringeth or causeth cloudes.* } Vnde Nubiferi montes dicuntur, ita editi, vt nubes sustinere videantur. Ouid. 2. *Metam.*

Aëriaque Alpes & nubifer Apenninus.

¶ Nubifer notus, qui nubes affert, siue gignit. Idem *Epist.* 2.

Te dare nubiferis linea vela Notis.

Nūbĭfŭgŭs, adiectiuum, qui nubes fugat. { νεφελολάτης. GALL. *Qui chasse les nuées.* ITAL. *Che caccia le nuuole.* GERM. Der die wolcken vertreibt. HISP. *Que desbarata las nuues.* ANGL. *That putteth away or dissolueth cloudes.* } Col *lib.* 10. Nec tam nubifugo borea Latonea Phœbe Purpureo radiat vultu.

Nūbĭgĕnă, æ, ex nube genitus. { νεφεληγενής. GALL *Engëdré de nuée.* ITAL. *Generato di nuuola.* GERM. Auß dem gewülck erboren. HISP. *Engendrado de nuue.* ANGL. *That is engendred of à cloudes.* } Col. *lib.* 10. Mox vbi nubigenæ Phryxi, nec portitor Helles, &c. ¶ Nubigenæ dicũtur centauri, quòd ex nube sint nati. Quum enim Ixion Iunonem deperiret, oblata est illi nubes, quæ imaginem Iunonis repræsentaret, cum qua congressus, genuit Centauros. Statius 5. *Thebaid.*

Luxuriant Lapitharum epulæ, si quando profundo
Nubigenæ caluere mero.

Feri nubigenæ. Ouidius 12. *Metamorphos.* Bimembres Nubigenæ Virg. 8. *Æneid.*

——— *tu nubigenas inuicte bimembres*, &c.

Amnes nubigenæ, Statius 1. *Theb.*

Nubiger, a, um, Adiect. nubifer. Papinius,

Quis tibi tuum tenero permisit plaudere collo
Nubigeros clypeos, intactaque cædibus arma

Nūbĭlŭs, a, um, Fuscum, nubibus tectum. { συννεφής. GALL. *Nubileux ou nebuleux, obscur.* ITAL. *Fosco, nubilo.* GERM. Gewülckt/ dunckel von wolcken. HISP. *Nubloso, ò anublado.* ANGL. *Dark, cloudie.* } Plin. *lib.* 16. *c.* 26. Pyrus, & amygdala, etiamsi non pluat, sed fiat austrinum cælum atque nubilum, florem emittunt.

Nubila sunt subitis tempora nostra malis,

(metaph.) Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Tempora si fuerint nubila, solus eris,

idem *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

Nubila promissi stryx mihi testis erit,

idem 3. *Fastor.*

Nubila nascenti seu mihi parca fuit,

idem *El.* 4. *lib.* 5. *Trist.* ¶ Nubilus color obscurus. Plin. *lib* 9. *c.* 35. Inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina serenum.

Nūbĭlum, substantiuum, ipsam nubem significat. { τὸ νέφος. ANGL. *Dark wether.* } Plin. *lib.* 2. *c.* 61. Rhodi & Syracusis nunquam tanta nubila obduci, vt non aliqua hora sol cernatur. Ouid. 7. *Metam.*

——————— *nubila pello,*
Nubiláque induco: ventos abigóque, vocóque.

Virg. 6. *Æneid.*

Et pater omnipotens densa inter nubila telum Contorsit.

(Regem ostensurus propter nubilum distulit. Suet. *in Nero. c.* 13. Tristitiā quoddam nubilum ducunt oculi. Quintil.

Nūbĭlārĭum, ij, locus, quò propter nubes conferuntur frumenta semitrita. ὑπόστεγον. Col. *lib.* 1. *c.* 6. Huic areæ nubilarium applicari debet, maximè in Italia, propter inconstantiam cæli, quo collata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber accesserit. ¶ Dicitur & Nubilar. Idem *lib.* 2. *c.* 21. Quòd si falcibus seges cum parte culmi demessa sit, protinus in aceruum, vel nubilar congeritur.

Nūbĭlo, as, are, Nubilum fieri, nubibus obscurari. { ענן *kanán.* ζοφῶδ. GALL. *Couurir des nuées, rendre obscur & nubileux, obscurcir.* ITAL. *Nuuolare.* GERM. Gewülckt werden HISP. *Nublar.* ANGL. *To waxe darke or claudie.* } Vnde nubilitat aër, apud Varr. *de re rust.* Plin. *lib.* 37. *cap.* 7. Callistratus fulgorem carbunculi debere candidum esse posuit, extremo visu nubilantem. Hinc componitur Obnubilo, de quo vide suo loco.

Nūbĭlŏr, aris, deponens. Nubilo. Cato *de re rust. c.* 88. Vbi nubilabitur, noctu sub tecto ponito: quotidie quum sol erit, in sole ponito.

Nūbĭlōsŭs, a, um, quod est nubibus plenum. { νεφελώδης, ζοφώδης. GALL. *Nebuleux, plein de nuées.* ITAL. *Nuuoloso.* GERM. Wolckechtig. HISP. *Lleno de nuues.* ANGL. *Cloudie or full of cloudes.* }

NVBO, is, psi & nuptus sum, in præt. in sup. nuptum, Velo, operio, tego, obnubo. { העיב *hebib* כסה *chasah.* καλύπτω. GALL. *Couurir.* ITAL. *Coprire, velare.* GERM. Bedecken. HISP. *Cubrir.* ANGL. *To couer.* } vnde nubes dicta creditur, quòd cælum obnubat. Quoniam verò sponsæ apud veteres dum viro tradebantur, nubere, hoc est, velare capita solebant, factum est vt Nubere vsurpetur pro viro tradi. { התחתן *hithchattén* נשא *nasá.* γαμεῖν, συνοικεῖν. GALL. *Prendre mari, espouser mari.* ITAL. *Maritare.* GERM. Mannen/ein man nemmem. HISP. *Casarse la muger.* ANGL. *To be maried to some man.* } Est enim proprium mulieris. Quò libeat, nubant: dum dos ne fiat comes. Plaut. *Aulul. sc.* 5. *a.* 3. Eho! An tu huius nupsisti patri! (obscœnè.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Quò eam faciliùs nuptum, si vellet, daret. Plaut. *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Filiam despondi. Ego hodie nuptum huic dabo. Idem *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. & *sc.* 1. *a.* 4. Quàm minimo sumptu filiam vt nuptum darem *Ibid. sc.* 5. *a.* 2. Terent *in Andr.* Aiebant hodie filiam meam nubere tuo gnato. Non enim vir, sed mulier propriè nubit. Licet quandoque figuratè, vel peruerso naturæ ordine præposterè dicatur. Pomponius *in Pannuceatis*, vt citat Nonius, Sed meus frater maior, postquam vidit me inde eiectum domo, nupsit posterius dotatæ vetulæ, varicosæ Aphræ. Iuuen. *Satyr.* 2. Quid quæris? nubit amicus. ¶ Sunt qui dicant virum tum nubere, quum seruit vxori, séque illi subiicit, quæ sibi parêre debebat. Vnde Martialis *lib.* 8. Vxori nubere nolo meæ. Senec. *controuers.* 6. *lib.* 7. in Titulo, Tyrannus permisit seruis vt dominabus suis nubant. Vtroque autem modo dicitur, & Nubere alicui, & cum aliquo Nubere. Cicer. *Marc. Catoni.*, Regis Parthorum filium, quocum esset nupta regis Armenorum soror. ¶ Nubere in familiam claram. Idem pro *Cælio*, Quum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisset. Nubere in domum Liu. *lib.* 4. *ab vrb.* Et Nupta in domo. Idem *lib.* 6. *ab vrb.* ¶ Nubere dicuntur etiam arbores vitibus, & vites arboribus, pro coniungi & implicari. Plin. *lib.* 34. *cap.* 1. In Campano agro populis nubunt. de vitibus. ¶ Nubitur, Plaut. *Persa*, Hîc cum mala fama facilè nubitur, Dum dos, si nullum vitium vitio vortitur. ¶ Dare nuptum viro. Idem *Casi.* Ancilla Casina vt detur nuptum nostro villico Huius verbi composita sunt, Connubo, συνοικίζομαι, συνοίκω, quod est Matrimonio iungor, quasi Simul nubo. Apul. Nescientibúsque parentibus puellari ætate connupseramus. Hinc Connubium, ius legitimi matrimonij. Denubo, Innubo, quod propriè significat, ad domum viri transire. Vnde & pro transire simpliciter sumitur. Lucil. *lib.* 6. *Satyr.* Suam enim inuadere, atque innubere censet. Hinc Innubus, qui vxorem nunquam duxit: & Innuba, quæ viro nunquam fuit tradita. Obnubo, abscondo, tego, περικαλύπτω. Statius,

Obnubitque comas, & temperat astra Salero.

Pronubo, Nuptiis præsum: à quo Pronubus, Pronuba, quæ duo penultimam corripiunt: quemadmodum & Innubus, & Innuba: cætera omnia habent penultimam productam.

‖ Nubentes apud Tertull. *lib. adu. Hermog.* sunt iteratores nuptiarum. Nupto frequentat. ex nubo. Gl. Isid ‖

Nūptŭs, a um participium, In matrimonio collocatus. { נשא *nissá.* γεγαμημένος. GAL. *Marié, espousé.* ITAL. *Maritato.* GERM. Vermählt. HISP. *Desposado, casado.* ANGL. *Maried.* } Cic. *pro Sestio*, Sestius C. Albini filiam duxit, ex qua hic est puer & iam nupta filia. Idem 6. *Verr.* Mulier nupta vni, proposita omnibus. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Me miserum si turpe putas mihi nupta videri.

Dum quidem cum illo nupta eris Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Qui cum Alcmena est nupta. Idem *Prologo Amph.* Quid ego tibi deliqui, si cui nupta sum. Idem *Amph. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Nupta verba, hoc est, obscœna, & lasciuiosa, qualia sunt mulierum, quæ viro traditæ verecundiam dedidicerunt: ea autem virgines nequaquam decent. Idem *in Dyscolo*, referente Festo. Virgo sum, nondum didici verba nupta dicere. ¶ Huius antitheton est, innupta, ἄγαμος, quæ nondum accepit virum, vt innuptæ puellæ, apud Virg. 2. *Æneid.*

Nūptŭs, i. Nuptæ maritus. { חתן *chatán.* ὁ γήμας. GALL. *Espoux, le noueau marié.* ITAL. *Sposo, marito.* GERM. Ein breutigam/der man welchem eine vermählt ist. HISP. *Nouio, esposo.* ANGL. *A bridegrome or new maried man.* } quamuis raRò sit in vsu, nisi apud veteres, vt apud Plaut. *in Cas.* Lubet Chalinum quid agat scire nouum nuptum; id est maritum, vt exponit Priscianus.

Nūptă, æ, substantiuum, quæ nupsit. { כלה *challáh.* γαμετή. GALL. *Qui est mariée.* ITAL. *Sposa.* GERM Ein braut. HISP. *Nouia, ò esposa* ANGL. *A bride.* } Vnde Nouam nuptam dicimus, quæ iam recens viro tradita est. Catull. *in Epithalamio Mallia*,

Prodeas noua nupta venit dies.

Ter. *in Adelph* Ea noua nupta eadem hæc discet. Apud duos vna nupta esset. Gell. *cap.* 23. *lib.* 1. Dum tete abstineas, nupta, vidua, virgine. Plautus *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Vna ex duobus nupta fieret. Gell. *loco citato* & Plautus *Men. sc.* 1. *a.* 5. Estne nouis nuptis odio Venus? Catull. *de com. Ber.*

Sic æquet tua nupta virum bonitate,

Ouid. *Eleg.* 5 *lib.* 4. *Trist.* Noua nupta rapiebatur trans lumen. Plutarch. *in Rom.*

Nūptŭs, us, pro ipso nubendi actu. { חתנה *chatunnáh.* γάμησις. GALL. *Mariement, mariage.* ITAL. *Il maritarsi.* GERM. Das mannen/verheuratung/vermählung. HISP. *Obra de casarse.* ANGL. *Mariage, wedding.* } Hinc nuptui dare, vel nuptui collocare: συνοικίζειν. Cæs. *lib.* 1. *bell. Gall.* Et sorores suas nuptui in alias ciuitates collocasse. Plin. *de viris illustr.* Eo die Numantini fortè solenni nuptu filias locabant. Nuptum & tedas passa. Statius 5. *Syluarum.*

Nūbĭlĭs, is, quæ est apta & matura viro, viripotens. { ἐπίγαμος ὡραία. GALL. *Mariable, & se dit des filles.* ITAL. *Da marito.* GERM. Mannbar. HISP. *Donzella casadera.* ANGL. *Apt or readie to be maried.* } Virg. 7. *Æneid.* Iam matura viro, iam plenis nubilis annis. Cic. *pro Cluent.* Nubilis filia, & Liu. 9. *de bell. Punici*, Nubilis virgo. Ouid *lib.* 2. *Trist. El.* 1.

Nubilis hac virgo, matronáque, virque, puérque
Spectat.

Nūptŭrĭo, is. Nubere cupio, { γαμησείω. GAL. *Desirer de se marier, auoir faim d'estre mariée.* ITAL. *Bramare di maritarsi.* GERM. Begird haben zu mannen oder sich zu verheuraten. HISP. *Auer gana de se casar.* ANGL. *To desire to be maried.* { Apuleius *in Apolog.* Ea si nupsisset homini rusticano, indecrepito seni sponte, eam diceres sine vlla magia iam olim nupturisse.

Nūptĭæ, arum, Matrimonium, coniunctio maris & fœminæ omnis vitæ consortium continens. { חתנה *chatunnáh.* γάμος. GALL. *Nopces.* ITAL. *Nozze.* GERM. Hochzeit. HISP. *Casamiento ò bodas.* ANGL. *The solemnitie or tyme of mariage.* { Propriè tamen dicuntur cæremoniæ, & solennitates in ducendis vxoribus, ipséque nuptiarum dies, ita dictæ proculdubio à nubendo, quod propriè significat Velo, vel tego. Sed quoniam noua nupta, dum viro tradebatur flammeo præ pudore caput obuoluebat, factum est, vt Nubere accipiatur pro Tradi viro: & Nuptiæ pro maris & fœminæ cõiunctione. Cic. *pro Cluent.* Nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ concordiæ *Ibid.* Nuptiæ non matrimonij dignitate, sed sceleris societate coniunctæ. Cœnabis apud me, hodie fient nuptiæ. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Cedo, Nuptias adorna. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Sed nuptias hodie quin facimus? num quæ caussa est? (Mox.) Ibo igitur & parabo. nunquid me vis! *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. Venimus coctum ad nuptias. (i. pro nuptiis.) *Ibid sc.* 2. *a.* 3. Repudium? rebus paratis & exornatis Nuptiis? *Ibid sc.* 6. *a.* 4. Nuptiis similia omnia hominum negotia. Senec. *cap.* 15. *de tranq.* Veteres in nuptiis maximè omina obseruabant, id quod Virgil ostendit, — primísque iugarat Ominibus. Et rursus 4. *Æneid.*

——— *Prima & tellus & Pronuba Iuno*
Dant signum.

Ita & Stat de infausti Adrasti nuptiis, commemoratis prodigiis ait,

——— *Cunctos tamen omnia rerum*
Dicta mouent, variisque metum sermonibus augent.

Hæc ex Turnebi Aduersat.

Nūptĭālĭs, e, quod ad nuptias pertinet. { γαμικός. GALL. *De nopces, nuptial* ITAL. *Nuttiale.* GERM. Hochzeitlich. HISP. *Cosa de casamiento ò bodas.* ANGL. *Perteining to mariage.* } vt, Nuptialis thalamus, nuptialis cœna. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Tu vt hodie aduenien s cœnam des sororiam, Hic nuptialem cras dabit. Nuptialis vox. Liu. *ab Vrbe.* Nuptiales faces, & Nuptialia dona. Cic. *pro Cluent.*

Nūptĭālĭtĕr, aduerbium, quod significat more nuptiarum. γαμικῶς.

Nūptĭālĭtĭŭs, idem quod nuptialis, γαμικός. Vlt. *l.* 194. *de verb. signif.* Munus esse donum cum causa vtputa natalitium, nuptialitium.

‖ Nuptorium, domus & locus nubentium. gl. Isid. ‖

Nŭcāmēntă, κύτταρα, κύτταροι, teste Plin. *lib.* 16. *c.* 10. dicuntur quædam quasi paniculæ dependentes ex ramis abietis & piceæ Ruellius, Cæterùm ea quæ callo squamatim compactili pendent è ramis nucum, roborum, piceaRũ, appellantur Nucamenta: vel ideo quòd sint quasi quædam naturæ rudimenta, pineam nucem facere condiscentis, vel quòd apertissimè in nucibus propendêre cernantur. Græci etiam Cyttara appellare consueuerunt

Nuceria, νουκερία, vulgò *Nocera.* Ciuitas Campaniæ, cuius populi dicti sunt Nucerini, & ager Nucerinus. Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Haud procul à monte Vesuuio ager Nucerinus est: & nouem M. passuum à mari ipsa Nuceria.

Nuces, vide *Nux.*

Nucleus, vide *Nux.*

Nuctutiæ, nauium, siue nauigij genus. Gell. *cap.* 25. *lib.* 10.

Nudipedalia, vide *Nudus.*

Nuditanum, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, apud Plin. *lib.* 3. *c.* 1.

Nudo, as, vide *Nudus.*

Nūdĭūstĕrtĭŭs, { שלשום *schilschóm.* πρώχθες. GALL. *L'autre hier, deuant hier.* ITAL. *L'altr' hieri.* GERM. Vorgestern. HISP. *Anteahier.* ANGL. *Two dayes agoe.* } & Nudiusquartus, composita sunt (inquit Festus) à Nunc, & die tertio, & quarto: quasi dicas, nunc est tertius, & nunc est dies quartus: sempérque de die præterito dicuntur. Nuper die quarto. Idem Gell. *cap.* 24. *lib.* 10. Dicitur & Nudiusquintus, & Nudiussextus. Plaut. *in Mostell.* Nam heri & nudiustertius, Quartus, quintus, sextus, vsque postquàm hinc peregrè eius pater Abit. Idem *in Curc. sc* 1. *a.* 1. & *sc.* 3. *a.* 1. Nudiusquartus parasitum misi in Cariam. Cic. 5 *Phil.* Recordamini qui dies nudiustertius decimus fuerit, quantus consensus vestrûm, quanta virtus, quanta constantia.

NVDVS, a, um, à nudus, i nunc dies, scil. me aspicit sine veste. Nisi malis ex næ & udus. quod est sine tegmine, apertus, intectus. { עירם. *beróm.* γυμνός. GALL. *Nud.* ITAL. *Nudo, ignudo.* GERM. Nackend/bloß. HISP. *Desnudo.* ANGL. *Naked.* } Virg. 1. *Æneid.*

Nuda genu, nodóque sinus collecta fluenteis.

Nuda pulchra mulier, quàm purpurata pulcrior. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Nudus vinctus centum pondo es. Idem *Asin sc.* 1. *a.* 2. Nudus in neruo (aleator) apud Quintil. Nudo pede pressa vua. Ouid *El.* 6. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Nudus pro paupere & egente. Cic. *pro Flac.* Quoniam nudus te delectarat, semper nudum esse voluisti. Qui iocus est ambiguo: quo nudo, inquit, in flore ætatis oblectatus est, cum semper nudum, hoc est, fortunis omnibus spoliatum atque euersum esse voluisti. Nudum nuces legere. Iocus ex similitudine apud Cic. *lib. de Orat.* 2. Cùm innumerabilem Magio præfecto pecuniam dixisset datam: ídque Scaurus tenuitate Magij redargueret: Erras, inquit, Scaure. Ego enim Magium non conseruasse, dico, sed tanquam Nudus nuces legeret, in ventrem abstulisse. ¶ Nudus ab amicis, & nudus à propinquis, qui nullos habet amicos, aut propinquos. Cic. *pro domo sua.* Tam inops autem ego ab amicis? aut tam nuda Respubl.a magistratibus? Sic, Nuda vrbs præsidio. Idem *Att. lib.* 7. Nudum in causa destituere, apud eundem. ¶ Nudo vesti-

menta detrahere, est commodum sperare ab eo qui nihil habet quod auferri queat. Plaut. *in Asin.* Me defraudato. I. Maximas nugas agis: nudo detrahere vestimenta me iubes. Nudus item Insepultus, siue Mortuus. Virg. 5. *Æneid.* Nudus & ignota Palinure iacebis arena. Idem *Ecl.* 13. Et freta destituent nudos in littore pisces Seruius Sic,

Traduntur ducibus mœnia nuda sitis, (cæsis principibus,)

Ouid. 2. *Fast.*

Ipsa virum rapui, simulachraque nuda reliqui. (i. Cæsaris)

Idem. 3. *Fast.*

——— *Nudos sine arbore campos,*

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Et mensas ossaque nuda videt,*

Idem 2. *Fast.*

Sub nuda positum cernere possit humo,

Idem *Eleg.* 5. *lib.* 1. *Trist.* Nudæ valles, apertæ. Liuius *lib.* 8. *d.* 4. Sueton. *in Tiber. cap.* 17. In nudo cespite cibum capere. ¶ Nudus per metaphoram accipitur pro plano & claro, & quod nullo prætextu, aut coloribus est velatum, ψιλὸς, vt quum Nudam veritate dicimus, & Nudam simplicitatem. Nudæ artes Rhetorum quorundam. Et Nuda præceptorum traditio. Quintil. Nudos artus probationum & velut carne spoliatos. Idem Quint.

Vixque meus capiet nomina nuda liber,

Ouid. *Eleg* 1. *lib.* 1. *Trist.* Nuda vina *Ibid. Eleg.* 10. *lib.* 3. Nudam Cæsaris iram. Nuda pax. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* Nudum certamen habetur. (i. solum.) Idem 13. *Metam.* Item, Turpi ac nuda fuga Velleius.

Nūdē, aduerbium, simpliciter, & non fucatè. ψιλῶς.

Nūdĭtās, atis, Simplicitas: & quandoque sumitur pro inopia. { עירום *Eeróm.* γυμνότης. GAL. *Nudité pauureté.* ITAL. *Nudita.* GERM. Die blosse. HISP. *Desnudez.* ANGL. *Nakednesse, want of any thing.* } Quintil. *lib.* 10. *c.* 2. Tenuitas ac nuditas, placuit, &c.

Nūdo, as, Nudum facio, detego, aperio, nudum constituo. { פשט *pasehát* פרק *paráh.* γυμνῶ, ψιλῶ. GALL. *Desnuer, mettre nud, descouurir.* ITAL. *Nudare.* GERM. Entblössen/ nackend machen. HISP. *Desnudar.* ANGL. *To mak naked or bare, to vncouer.* } Cicer. 7. *Verr.* Repentè hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac diligari, & virgas expediti iubet. Nudatur arbor foliis. Plin. *lib.* 16. *c.* 22. Quum quædam primæ germinent, & inter nouissimas nudentur. Nudare viscera. Virg. 1. *Æneid.*

Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.

Nudare gladios, pro distringere. Liu. 8. *bell Punic.* Nudata castra. Cæsar 2. *bell. Gall.* Nudatus defensoribus murus. *Ibid.* Nudare scelus aliquod, Indicare, patefacere. Liu. 5 *bell. Macedon.* Iam enim & id magis in dies, Ætoli defectionem nudabant. Nudare animos. (i. aperire voluntatem.) Idem 3. *d.* 4. & 4. *d* 4. Et Nudare littora. (i. deserere se præsidiis.) Cæs. 3. *de bell. ciu.* ¶ Nudati opere censorio. Vide Sueton. *in Cæs. c.* 41. A Nudo fit compositum Denudo, Enudo, pen. prod. ἀπογυμνόω, de quo infrà suo loco.

Nūdĭpĕdālĭā, Sacra erant Hierosolymis, vt scribit Hieronymus contra Iou. γυμνοπόδεια. De his meminit Egesip. *lib.* 2. *bell. Iud.* Nudipedalia Ethnicorum quoque erant, quæ pro pluuia impetranda indicebant. Tertull.

‖ Nudipes Gloss. vt Græcis γυμνόπους; qui nudo pede est, nec calceato: ἀνυπόδητος. ‖

NVGÆ, arum, à Non, & ago, componi videtur, quòd qui nugatur, nihil agat. { לצון *latsón.* φλυαρία, λῆρος, ὕθλος. GALL. *Baueries, bourges, gaberies.* ITAL. *Ciancie, baie.* GERM. Vnnütze/ nichtsollende ding/ es seyn wort oder werck. HISP. *Los desuarios de vanas palabras.* ANGL. *Triffles toyes.* } Sunt enim aut res nullius pretij, aut sermones leuium rerum ac nullius ponderis, & plerumque scurriles, ioculatoriíque. Hinc Catullus, poëmata sua vocat Nugas, vt de inanibus minimeque seriis rebus agentia. Plaut. *in Men.* Nugæ sunt meræ. Idem *in Trin.* Hic postulet frugi esse, nugas postulat. Nugas garris. C. Soleo, propterea viuo facilius. Idem *Ps.* 6. *a.* 4. Item, Quid dicit tibi? Nugas theatri. Verba, quæ in Comœdiis solent. (q. d. res nihili, ridicula, siue facetias. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Hanc amat, nugas meras. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Non fuit liber. nugas agit. i. loquitur. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Non potes probare nugas. (i. persuadere) te nihil habere, quod falsum est. Idē *Aul. sc.* 1. *a.* 5. Maximas nugas agis. (i. dicis) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Hæ sunt non nugæ. Non enim mortualia. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4 Nugas ludificabitur, garriet. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Sycophanta nequam est, nugis meditatur malè. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. ¶ Nugarum ludus, de quæstionibus friuolis. Gell. *c.* 13 *lib* 6. ¶ Nugæ, de vnguentis. Martial. *Epigr.* 101. *lib.* 5.

Nugarium, futile, inutile. Nugarium vnguentum. Narrensalb.

Nūgāx, is, trium generum, & Nugator, qui meras nugas loquitur, nugigerulus. ‖ inutilis. Gloss. pro nugax, vel nugans. ‖ { לצין *lotséts* לץ *lets.* φλύαρος. GALL. *Vain, plein de baueries.* ITAL. *Cianciatore.* GERM. Ein leichtfertiger/ der gern mit vnnützen dingen vmbgeht oder daruon redt. HISP. *Vano, loco, que mucho desuaria.* ANGL. *That speaketh only triffles or toyes.* }

‖ Nugicus, nugas canens. Cath. ‖

Nūgĭgĕrŭlŭs, qui vana nuntiat, qui nugas circumfert. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Vbi nugigerulis res soluta est omnibus. { לצין *lotsets* לץ *lets* ὑθλοφόρος. GALL. *Portant baueries.* ITAL. *Che porta ciancie.* GERM. Ein märstrãger/ der vnnütze ding vmbher tregt zu klappern. HISP. *El que trahe nueuas vanas.* ANGL. *A teller of triffles.*

Nūgĭgĕr, a, um, idem, vt Nugigera manus, hoc est, vana, & quæ seipsam fefellit. Cic. *ad Att. lib.* 4. Dices, Vellem iampridem: scio te voluisse & me: ast nugigeram manum fuisse. Aliqui codices sic habent: Ast me mastigiam germanum fuisse, emendat Mala spina, vt in malis non malè. Est enim planè corruptus, & deprauatus locus,

Nugiparus, qui nugas parit. Gloss. Isid.

Nugi-polyloquides, vox Plauti, per comicam licentiam ficta, *in Pers. sc.* 4. *a.* 6. Est autem qui nugas πολλὰς, i. multas loquitur. Ian. Guilielm. legit *Nugidoliloquides*, qui nugas dolosas loquitur.

Nūgĭuendŭs, i, ab antiquis dicebatur (inquit Nonius) qui aliquid mulieribus venderet. { לצין *lotséts* לץ *lets.* λῃρωπώλης. GALL. *Vn vendeur de bourdes* ITAL. *Che vende baie.* GERM. Der schlechte vnnütze wahr verkaufft/ als kinderding oder weyberding. HISP. *joyero de joyas de mugeres.* ANGL. *A seller or triffles or toyes.* } Nam omnia quibus mulieres vtuntur, pro rebus vanis atque inutilibus habentur. Plaut. *in Aul. sc.* 5. *a.* 3. Nugiuendis res soluta est omnibus.

NVGOR, aris, Vana loquor & nugas ago. { לץ *lats.* σπερμολογῶ, ὑθλέω, φλυαρέω. GALL. *Dire bourdes, bauer, resuer.* ITAL. *Cianciare.* GERM. Mit eytelen vnd vnnützen dingen vmbgehn. HISP. *Desuariar en vanas palabras.* ANGL. *To triffle, to speak a thing vameet for the porpose.* } Cic. 2. *de diuin.* Democritus tamen non inscitè nugatur.

Nūgātŏr, qui meras nugas loquitur. { לצין *lotséts* לץ *lets.* σπερμολόγος. GAL. *Iaseur, baueur, causeur.* ITAL. *Cianciatore che sempre dice parole vane.* GERM. Der mitt eyteln vnnützen dingen vmbgeht. HISP. *El que desuaria en vanas palabras.* ANGL. *A triffler, à dallier.* } Idem *in Capt. sc.* 2. *a.* 2. Euge pol Thalem talento non emam Milesium: nam ad sapientiam huius nimius nugator fuit. Cic. *pro Flac.* Neque in istum nugatorem tanquam in aliquem testem inuehar. Nugator homo Gell. *c.* 2. *lib.* 12, Item, Nugatorem lepidum lepidè est nactus. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4.

Nūgātōrĭŭs, a, um, Nugalis, leuis, inanis, futilis, nullius momenti & ponderis. { φλυαρώδης. GALL. *Plein de bauerie & iaserie.* ITAL. *Pieno di ciancie.* GERM. Der voll vnnützes liederliches dings ist. HISP. *Lleno de desuarios.* ANGL. *Triffling vaine, that triffleth.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Tota res Vellei nugatoria est. Idem *pro Cecinna*, Omnino ad probandum, vtramque rem videam infirmam, nugatoriámque esse.

Nūgālĭs, e, quod est nugis plenum. φλυαρώδης. Gell. *lib.* 1. *c.* 2. Sed theorematibus tantùm nugalibus dilatrantes, obiurgatione iusta incessiuit. Nugalia quædam loqui, siue disserere, mittere. Idem *c.* 16. *lib.* 3. & *c.* 1. *lib.* 4. & *c.* 17. *lib.* 7.

Nūgāmĕntă, nugæ { לצון *latsón.* ὑθλήματα. GALL. *Bourdes.* ITAL. *Ciancie.* GERM. Eytelige vnnd vnnütze ding/ narrenwerck oder narrenkleidung. HISP. *Desuarios de vanas palabras.* ANGL. *A toyes or triffling thing.* } Apuleius *lib.* 1. A quorum istorum nugamenta hæc comparasti?

NVLLVS, a, um, Ne vllus. { οὐδεὶς οὔτις. GALL. *Nul,* ITAL. *Niuno, nessuno.* GERM. Keiner. HISP. *Ninguno.* ANGL. *None or noman.* } Compositum est ab vllus, quasi non aliquis, vel ne vnus quidem. Cic. *de Amicitia.* Sic munitus est, vt nullo egeat. Horat. 1. *Epist.* 1.

Nullius addictus iurare in verba magistri,

Tibull. *lib.* 4.

Nulla mihi statuent finem te fata canendi.

Et nulla incœpto perlabitur vnda liquore,

ibid. Item, Nulla nec exustas habitant animalia partes. *Ibid.* Hic patera nulla in cistula est. Plaut. *Amphitr.* Vbi satur sum, nulla crepant intestina. Idem *Menach. sc.* 5. *a.* 5. Magna res est. Ph. Nulla est mihi. Ambiguè, de negotio & bonis Idem *Curcul. sc.* 2. *a.* 5. Perij. (Mox:) nullus sum. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Quam abduxisti à Lenone? nullam abduxi. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Nullus eo meliùs medicinam facit. Idem *Menach. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Quem ego hominem nulli coloris noui. (pro nullius.) Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4 ¶ Nullus, leuis, & inanis. Cic. *de Amicitia*, Nulla hæc igitur amicitia, quum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est. Plaut. *Trin.* Nullum beneficium esse duco id, quod cui facias, non placet. ¶ Nullus pro non. Terent. *Hecyr.* — si quæret me, vt Tum dicas: si non quæret, nullus dixeris. Cicer. *Attic. lib.* 11. Philotimus non modò nullus venit, sed ne per literas quidem, aut per nuntium certiorem facit me quid egerit. Ita Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 1. In tonstrinam, vt iusseram venire, Is nullus venit. Cicer. *de prouin. consul.* Nisi C. Virginius legatus vir fortis, & innocens interuenisset: vnum signum Byzantij ex maximo numero nullum haberent. Terent. *Andr.* Liberatus sum, Daue, hodie tua opera. DAV. At nullus quidem. Plaut. *Trinummo*, Nullus credas: nulla est mihi vita expetenda sine te. ¶ Nulli consilij, pro nullius. Terent. *Andr.* — quandoquidem tam iners, tam nulli consilij Sum. Nullis literis, id est, illiteratus. Plin. *Epistol.* 115. Video etiam multos paruo ingenio, literis nullis, vt bene agerent, agendo consecutos. Homo nulli rei, pro, nullius. Gell. *cap.* 9. *lib.* 15. & *cap.* 2. *lib.* 9. & *lib.* 13. *cap. vlt.* Musica abscondita nulli rei est. ¶ Nullus sum: frequens apud Comicos pro perij, vel occidi. Terent. *in Andria*, Nullus sum, οὐδεὶς εἰμι, id est, non sum, Et plus est dicere, Nullus sum, quàm perij Nam qui periit, corpus est reliquum: qui verò nullus est, ita est, ac si natus non sit. Cicer. *de senect.* Nolite putare me, quum à vobis discessero, nusquam aut nullum fore. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Nullus sum. A. Imò es, Ne negato, omnium nequissimus. Nullus. (i. Incertus: siue Ignotus.) Liuius *lib.* 4. *ab Vrbe.* Patre nullo. (i. incerto ignoto.) ¶ Nulli modo, pro nullo modo. Macrob. *lib.* 1. *in som. Scip.* ni sit mendum. ¶ Inter nullus autem & nemo multum interest. Dicitur enim Nullus de rebus omnibus. Nemo verò tantùm de hominibus, Autor est Cornel. Fronto *in. lib. de diff. vocabulorum.*

Nullum, id est, nulla res. Iust *lib.* 5. Alcibiades Athenis insimulatur mysteria Cereris, initiorum sacra, nullo magis, quam silentio sacra, enunciasse. Quint. *lib.* 1. *c.* 107. Et, hercle, Deus ille princeps parens rerum fabricatórque nullo magis hominem separauit à cæteris, &c. quàm dicendi facultate.

Nūllĭbi, significat in nullo loco. { οὐδαμοῦ. GALL. *En nul lieu.* ITAL. *In niun luogo.* GERM. Niener. HISP. *En ningun lugar.* ANGL. *Nowhere.* }

‖ Nullo, barbarè, nullum facio, muto. Gl A.L.

Nullatio, mutatio.

Nullatenus, nulla parte tenus, nulla ratione. ‖

Nūllŭsdum, i, nullus in hunc diem, nullus adhuc. { οὐδεὶς πω. GALL. *Nul encore iusques à present.* ITAL. *Niuno sin hora.* GERM. Noch bißhär keiner. HISP. *Ninguno hasta agora.* ANGL. *No man yet.* }

Num. { הלא *haló.* μῶν, ἆρα, ἆρ'. GALL. *N'est ce pas? n'est-il pas?* ITAL. *Anforse.* GERM. Ist es? HISP. *Por ventura alguno?* ANGL. *whither.* } Interrogatiua particula est, quæ negatiuam præ se fert responsionem, sicut contrà Non interrogatiuè acceptum affirmandi vim habet. Est itaque Num, idem quòd An, siue Nunquid. Cicer. 1. *Acad.* Quid igitur est hic? num sophistes? Et *paulò antè*, Num censes Ennium dixisse? Num qui minus vestra opera vtor? (pro nunquid, vel qua in re.) Plaut. *Ps. sc.* 2. *a.* 1. Vel Num pareleon est, Num quem alium, Non me quæritas. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Num non vis me Interrogare te? Idem *Aulul. sc.* 3. *a.* 1. Num laruatus est, an territus? Idem *Men. sc.* 4. *a.* 5. Num confidit? (de Sycophanta.)

phanta. Idē *Pſſ* 7.*a*.4. Num mentior? *Ibid ſc*.1.*a*.4. Num ancillæ aut ſeruæ tibi reſponſant? *Ibid.ſc.*1.*a* 4. Num non vis me ire obuiam. Idem *Moſtell ſc*.4.*a*. 1. Num quid cauſæ eſt, quin te in piſtrinum condam? Idem *Pſſc*.5.*a*. 1. Num mea gratia pertimeſcit? *Ibi.ſc*.2. *a* 5. Num mirum, ille aut nouum quippiam facit? Idem *Moſt.ſc*.4.*a*.1. ¶ Numnam eiuſdem ſignificationis, Cicer. 1.*de ſomn. Scip.* Numnam aſpicis quæ in templa veneris? Pro eodem etiam dicimus An num. Cic. 2.*de Diuin.* An num imperatorum ſcientia nulla eſt.

Nūmă Pompilius, νυμᾶς. Ex Curibus Sabinorum vrbe ortus, ſecundus à Romulo Romanorum rex, iuſtitia & pietate inſignis, qui pacatis finitimorum odiis, quò truces efferatóſque longa militia animos ad pacis artes traduceret, ad deorum cultum animum adiecit: primúmque ad infimum Argiletum Iani templum condidit, quod apertum bellum: clauſum, pacem indicaret. Deinde Dialem, Martialem, & Quirinalem Flamines creauit, Salios item duodecim Marti aſſignauit, virgines Veſtales ſacrauit, Pontificem maximum primus declarauit, dies faſtos, nefaſtóſque condidit: annum in duodecim menſes diuiſit. Quæ omnia quò maiore apud imperitam plebem in veneratione eſſent, ſimulauit ſibi cum Ægeria Nympha nocturnos congreſſus eſſe, eiúſque ſe monitu, quæ acceptiſſima diis eſſent, ſacra inſtituere. Poſtremò vbi maxima cum reuerentia & ſuorum, & finitimorum creuiſſet, quadragintáque annis regnaſſet, diem ſuum obiit. Vide Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe condita.*

Numana, oppidum eſt Piceni, à Siculis conditum, teſte Plinio *lib* 3. *cap.* 13.

Nŭmāntĭă, νυμαντία, ἡ νομαντία Stephano, quibuſdam *Cæſar-Auguſta*: aliis verò *Soria*, Celtiberorum inſignis fuit vrbs, quæ quum à Romanis fruſtra obſeſſa fuiſſet per annos quatuordecim, tandem ab Africano cuius Paulus pater Perſea vicit, fame potius, quàm viribus eſt deleta. Quum enim fame laborarent, nec iis daretur iuſti certaminis copia, omnia ſua, & ſeipſos igni concremarunt. Florus. *lib*.2.

Nŭmāntīnŭs, a, um, νομαντῖνος, ἡ νυμαντῖνος Stephano, Numantiæ incola. Quod etiam cognomen Scipionis Æmiliani fuit, qui Numantiam expugnauit.

Nūmārĭŭs, adiectiuum, Numarius, rij, Numatio, Numatus. Vide *Numus.*

Numatius Planctus, Nobilis fuit Romanus, Iulij Cæſaris temporibus, qui primus Lugdunum coloniam deduxit. Ad hunc extant Ciceronis aliquot epiſtolæ, & Horatij carmen. Sunt qui ſcribant Munatius.

Nūmĕlla, genus vinculi lignei, ad diſcruciandos noxios paratum, quò & collum & pedes immittuntur, κύφων. Plaut. *in Aſin.* Qui aduerſum ſtimulos, laminas, crucéſque compedéſque, Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias. ¶ Feſtus Numellam vinculi genus eſſe aſſerit, quo quadrupedes deligantur. { Angl. *A collar or leash to tie abeaſt in.*} Varro *lib*.2.*de re ruſtica, cap*.9. de canibus loquens, Conſuefaciunt quoque, vt alligari primùm poſſint leuibus numellis: quas ſi abrodere conantur, ne id conſueſcant facere, verberibus eos, deterrere ſolent. Col. *lib*.6.*c*. 19. de bobus cæteriſque magnis animalibus, Vbi (inquit) poſſunt etiam numellæ fabricari, vt inſerto capite deſcendentibus per foramina tegulis ceruix teneatur. Idem *de ouibus & capris, lib*.7 *cap*.8. Nonnulli antequam pecus numellis inducant, virides pineas nuces in mulctram demittunt.

‖ Numellatus, numellâ ligatus. Gl. A. I. ‖

Nūmĕn, inis, à nuo, propriè nutus, voluntas & poteſtas Dei eſt. { שם *ſchem*. θεῶν, θελὴ, τὸ θεῖον. Gall. *La volonté & puiſſance de Dieu, diuinité.* Ital. *Diuinità, voluntà di Dio.* Germ. Der Göttlich gewalt oder will. Hisp. *La voluntad y poder de Dios.* Angl. *Goddes will and power.*} à Nuo, is, quod veteres pro volo vſurpabant. Virg. *Æneid.*

——non hæc ſine numine diuûm

Eueniunt.

Idem 4. *Eclog.*

Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.

Vnde diuerſa numina, id eſt, diuerſæ poteſtates in vno Deo eſſe poſſunt: ſicut de Iunone ſcribitur, quòd fuerit dicta Curetis, quia vtetetur curru & haſta: quia partubus præeſſet, Lucina: quia præeſſet nuptiis, Pronuba. ¶ Aliquando Numen ſumitur, pro ipſo Deo, δαίμων, τὸ δαιμόνιον. Virg. 4. *Æneid.*

Spero equidem mediis (ſi quid pia numina poſſunt)

Supplicia hauſurum ſcopulis.

Numinis ira dedit mihi plus exitij. (i. Auguſti ira.) Ouid. *Eleg*. 8. *lib*.4. *Triſt.*

Iuppiter ingeniis præbet ſua numina vatum,

idem *ibid. Eleg*.4.*lib*.4. Numen ſuum intueri. (i. Cæſarem. (Senec. *c*.7. & 12. *de conſol. ad Polyb.*

Venerit in magni templum tua Numina Martis,

Ouid. *Eleg*. 1. *lib*. 2. *Triſt. & Eleg.* 1. *lib.* 2. *ibidem.* Iuro per illos manes (filij) numina doloris mei, Quintil. ¶ In legibus catachreſticè pro maieſtate imperatoria. ¶ Aliquando pro habitu atque ornatu, vt interpretatur Nonius. Virg. 2. *Æneid.*

Vadimus immiſti Danais, haud numine noſtro.

Quem tamen locum aliter interpretatur Seruius, Haud nomine noſtro (inquit) id eſt, Aut diis contrariis, aut quia in ſcutis Græcorum Neptunus, in Troianorum fuerat Minerua depicta. ¶ Diuinum numen. Cicer 4 *Acad* Quis enim poteſt, quum exiſtimet ſe curari à Deo, non & dies & noctes diuinum numen horrere? ¶ Numen Senatus tranſlatè pro autoritate, ſeu poteſtate. Idem 6. *Philipp* Magna vis eſt magnum numen vnum & idem ſentientis Senatus. Numina diuûm, Oracula. Virg. 2. *Æneid.*

——quæ ſint ea numina diuûm

Flagitat.

Seruius. Conceptum numen pectore. Lucan. *lib.* 5. Manifeſto numine, id eſt, manifeſto deorum iudicio. Virg. 11. *Æneid.*

Fatalem Æneam manifeſto numine ferri.

¶ Numen, pro nutu. Lucret *lib*.2.

Terrificus capitum quatientes numine criſtas.

Nūmĕnĭŭs, νουμήνιος, Miſenæ regionis (quæ mari rubro proxima eſt) ſub Antiocho præfectus, qui Perſas eodem die nauali, & equeſtri certamine vicit: geminâque eodem in loco Ioui & Neptuno trophæa erexit. ¶ Fuit & Numenius Platonicæ ſectæ philoſophus, quem Origenes non dubitat cæteris omnibus philoſophis anteponere. Hinc ferunt, quum Platonis dogmata cum Moſis myſteriis conferret, illud identidem aſſeruiſſe, Platonem ſibi prorſus videri Moſem alterum, Attica eloquentia diuinitatis arcana rimantem.

Numentana via. Vide *Nomentana.*

Numeria, dea numeri. Gloſſ. Iſid. Ex Auguſt. *lib*.4. *de ciuit. Dei, lib*.11. vbi dicit, Numeria, quæ numerare doceat.

Numerius, νυμέριος, numerò, id eſt, citò natus, ſine parentis magna difficultate. Varr

Nŭmĕrŭs, eſt collectio vnitatum. { מספר *miſpar*. ἀριθμός. Gall. *Nombre. Numero.* Germ. Ein zaal. Hisp. *Cuenio cogido de vnidades numero.* Angl. *A numbrer.*} Itaque vnitatem dicunt non eſſe numerum, ſed principium numeri. Cicer. *de ſomn. Scipionis.* Hi duo numeri, quorum vterque plenus alter altera de cauſa habetur. Augebis ruri numerum genus ferratile. Plaut. *Menach. ſc*.1.*a*.1. Eximere ſe numero viuorum. Senec *c*.3. *de conſol. ad Martiam.* Nihil ſibi numero deeſſe ſentiebat (amiſſo altero filio.) Idem *cap*.4. *de conſol. ad Mart. cap.* 16 *de conſol. ad Heluiam.*

Teſſera quos habeat numeros diſtante vocato,

Ouid. *El*. 1. *lib*.2. *Triſt.* In numerum ſtipendiorum ea veniunt. Senec. *c*.3. *de tranq.* Peperit decumo menſe pòſt: numerum cape. Plaut. *Aulul. ſc*.6 *a*.4. Habui numerum ſedulò. Idem *Pſeud. ſc*.2.*a*.4.

Atque vtinam numero nos non eſſemus in illo,

(poëtarum.) Ouid. *Eleg*. 1 *lib* 5. *Triſt* Tot numero libri. Gell. *c*.3 *lib*.14. Numerum equitum falſum referre. Cæſ. 3. *de bell. ciuil.* Numerum frumenti cogere. Idem 2. *de bell. ciu.* Numerum ciuitatis implere. Quintil. *declam.* 319 Item, Singulo numero, pro ſingulari. Gell. *cap*.8. *lib*.19. ¶ Aliquando vim & magnitudinem ſignificat ad quantitatem relatum. Cic. *lib*.3. *Offic.* Si exempli gratia, vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit. ¶ Interdum ad ordinem. Virg. 3. *Æneid.* Digerit in numerum. In ordinem redigere, vel numero eximere. Quint. Extra numerum es mihi. Plaut. *Men ſc*.2.*a*.1.

Vt careant numeris tempore prima ſuis,

Ouid. *Eleg*. 7. *lib*. 1. *Triſt.* ¶ Et quoniam omnis concentus, & omnis harmonia numeris conſtat, frequenter etiam Numerus pro ratione harmoniaca ponitur, quam Græco vocabulo ῥυθμὸν appellamus. Virg. 9. *Eclog.*

——numeros memini ſi verba tenerem. (Foſſor cantat.)

Indocili numero cùm graue mollit opus,

Ouid. *Eleg*. 1. *lib*.4. *Triſt.*

Ad numeros, antiquaque ſacra reuerti

Suſtinet in tantis hoſpide Muſa malis,

idem *ibid*. (i. ad poëſim)

In numerum pulſa brachia verſat aqua,

(Remex) (Celeuma.) Idem *ibid*. Ad numeros mouere corpus. (Mox tripudiare. (Senec *c*. 5. *de tranq*.

Sponte ſua carmen numeros veniebat ad aptos,

Ouid. *Eleg vlt. lib*. 4. *Triſt.* ¶ Numeros quos vocant Palæſtrici doctores, Quint. ¶ Oratorius eſt quidem numerus & poëticus. Cic. *in Orat.* Quidquid eſt, quod ſub aurium menſuram aliquam cadit, etiamſi abeſt à verſu (nam id quidem orationis eſt vitium,) Numerus vocatur: qui Græcè vocatur ῥυθμός. ¶ Aliquando etiam accipitur pro certa ratione atque ordine. Idem *lib*. 11. Hetruſcíque duces, equitúmque exercitus omnis Compoſiti numero in turmas. ¶ Siderum curſus numeróſque dignoſcere. Quintilian. ¶ Numerus etiam dicitur ordo, ſtatus, gradus cuiuſque, & locus quo eſt habendus, τάξις. Saluſt. Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex ſuo numero legatos ad Martium regem mittit, i. ex iis qui partium ſuarum erant. ¶ In numero eſſe, id eſt, annumerari Cic. *ad Sulp. famil*. 13. in primiſque libertus eius L. Coſſinius Anchialus homo & patrono & patroni neceſſariis (quo in numero ego ſum) probatiſſimus. ¶ In numeros nomen referre. Plin. *in Epiſt.* Neque enim adhuc nomen in numero relatum eſt, ideóque liberum eſt nobis Syluanum in locum ſuum ſubdere. In numero (inquit) id eſt, in ordinem, Tribunorum ſcilicet. Milites quoque nondum in numerum relati dicunt, quum delecti quidem ſunt, nondum tamen in ſuos ordines peruenere. Numeri enim pro albo, in quo lecti milites conſcribuntur, quem Græci κατάλογον appellant ¶ Numeri etiam appellabantur in re militari centuriæ & cohortes legionéſque militum: in qua ſignificatione quoque ἀριθμὸς poſuit Syneſius. Sueton *in Veſpaſiano*, Reuocatis ad officium numeris parumper. Alij tamen *muneris* ſcribunt Hoc vocabulum frequentiſſimum apud Marcellinum & Iuriſconſultos. ¶ Numerus pro honore, vel exiſtimatione. Cicer. 2. *Philipp.* Itaque quem locum apud ipſum Cæſarem poſt eius ex Africa reditum obtinuiſti? quo numero fuiſti? qua exiſtimatione? quo gradu dignitatis? Numero, vel in numero aliquo haberi, vel eſſe. Varr. *de re ruſtic. lib.* 1. *cap.* 17. Quod quum ita ſit, minus ſe putant deſpici atque aliquo numero haberi à domino. Cicer. 3. *de Oratore.* Sine hac ſummus orator eſſe in numero nullo poteſt. ¶ A numerus fit adiectiuum Innumerus, a, um, ἀναρίθμητος, quod eſt ſine numero, hoc eſt, infinitum. ¶ In numerato eſſe pecunia dicitur, quum eſt in promptu: ἀριθμητὰ χρήματα: vt, Habeo pecuniam in numerato: hoc eſt, non valorem, ſed pecuniam ipſam promptam paratámque Vnde de actore dicente ex tempore dictum eſt, teſte Quintiliano *lib ſexto, cap. tertio.* Ingenium eum in numerato habere, hoc eſt, ſemper promptum paratúmque ad omnia: ſicut de Pollione Aſinio, ſeriis iocíſque pariter accommodato, dictum eſt, Eſſe eum horarum omnium. ¶ Omnibus numeris abſolutus. Plin. *Epiſt.* 215. Legi enim librum omnibus numeris abſolutum. Cicer. 2. *de Diuinat.* Itáne verò quicquam poteſt caſu eſſe factum, quod omnes habet in ſe numeros veritatis? Idem 2. *de natura deorum*, Perfectum expletúmque omnibus ſuis numeris & partibus. Per omnes numeros cognoſcere aliquid. Quint. ¶ In numeris, vt maximus eſt quiſque, ita primo loco ponitur: vt, Vigintiquinque, Trigintaſex, ſed ſi copula intercedat, is numerus præponitur, qui minor eſt; quoties infra centum, & ſuprà viginti loquimur: vt, Vnus & viginti, Duo & viginti. Cicer. Plato vno & octo-

geſi

geſimo anno ſcribens mortuus eſt. Iſocrates quarto & ſeptuageſimo, cum librum, qui Panegyricus inſcribitur, ſcripſiſſe dicitur, vixítque quinquennium pòſt. cuius magiſter Leontinus Gorgias centum & ſeptem compleuit annos. Ex quibus verbis colligitur, ante centum præponi numerum minorem, poſt centum verò poſtponi. Eodem modo loquitur ſupra viginti millia vſque ad centum millia: vt, Milites noſtri ſex & viginti millia erant: vel, Milites noſtri erant vicies & ſexies mille: vel, Militum nobis erant viginti ſex millia. Etenim hæc nomina, dum copula carent, compoſita videntur: vt, Vndecim, Duodecim, Septendecim, Vigintiduo, Vigintitria: quemadmodum illa, Vndeuiginti, Duodeuiginti. Eodem modo Vndeuigeſimus, Duodeuigeſimus, Vndecenteſimus, Duodecenteſimus, Vndemilleſimus, Duodemilleſimus, & reliqua ſimiliter. ¶ Numeri autem illi quibus ordinem ſignificamus, quales ſunt, Secundus, Tertius, Centeſimus, & reliqui huiuſmodi, ſignificant vltimum ex eo numero: vt ſecundus, id eſt, vltimus ex duobus: Tertius vltimus ex tribus: Centeſimus vltimus ex centum. Licèt primus non ſignificet vltimum ex vno, ſed ipſum vnum, in ordine tamen ad multos ſubſequentes. Aliquando tamen non pro vltimo ex eo numero vſurpantur, ſed pro vno quolibet ex toto numero: vt, Centeſimam partem bonorum patris aſſecutus ſum, hoc eſt, vnam ex centum. ¶ Aliquando pro bis tantùm, ter centum: vt, Hic ager centeſimum fructum extulit, hoc eſt, centies tantum, quantum ſementis acceperat. Plinius, Admiſcetur huic far, vt mitiget amaritudinem eius: & tamen ſic quoque ingratiſſimum ventri eſt. Naſcitur qualicunque ſolo cum centeſimo grano: ipſúmque pro lætamine eſt, id eſt, cum centum granis, ſiue centuplo grano. ¶ Affine hiſce ſignificatum habent nomina illa numeralia, Simplus, ἁπλοῦς, Duplus, διπλοῦς, Decuplus, δεκαπλοῦς, & ſimilia: hoc eſt, ſemel tantùm, bis tantùm, decies tantùm. ¶ Sunt præterea, Binarius, Ternarius Tricenarius, Centenarius, & ſimilia, quæ ſignificant non multiplicationem: ſed numerum aliarum rerum, quæ non nominantur: vt, Lapis centenarius, non quòd centuplum ſit, ſed centum librarum. Homo centenarius, quòd centum annos ſit natus. Grex centenarius, centum capitum grex. Dicimus etiam Binarium, Ternarium, Centenarium numerum, quia numerus omnia complectitur. Itaque rectè dicimus, Centenarium numerum annorum ingreſſus eſt: non autem, Centenarium annum: & Millenarium numerum pondo vehit nauis: non autem Millenaria pondo. ¶ Item, Singulum, Binum, Trinum, ſiue Ternum, Quaternum, Quinum, Senum, Septenum, Octonum, Nouenum, Denũ, Vndenum, Duodenum, Ternumdenum. Quaternumdenum, Quinumdenum, Senundenũ, vel Denumquaternum, Denumquinum, Denumſenum, Denumſeptenum, Denumoctonum, Denumnouenum, Vicenum, Tricenum, Quadragenum, Quinquagenum, Sexagenum, Septuagenum, Octogenum, Nonagenũ, Centenum: quibus oratores vtroque numero vtuntur, ſed frequentiùs plurali, præſertim vbi ſubiectum nomen cui adduntur, tantùm pluraliter declinatur: vt, Binæ literæ, Binæ nuptiæ, Bina arma, Poëtæ verò frequentiùs ſingulari vtuntur: ſed oratores ferè propriam vſurpant ſignificationem horum nominum. Binus enim, ſiue Bini, ſignificat ſingulis duo. Ternus, ſiue Terni, ſingulis tres: vt, Creabantur olim bini. Conſules. i. per ſingulos annos duo, & accepimus omnes à Cæſare bina talenta: id eſt, ſingulis data ſunt à Cæſare duo talenta. At poëtæ, aliíque ſcriptores, pro ſuis ferè primitiuis hæc nomina accipiunt. Virg 1. *Æneid.*

Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Idem,

Gurgite ſepteno rapidus mare ſubmouet amnis,

id eſt, ſeptem gurgitibus. Idem,

Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra.

Plinius, prodigioſa ſunt quæ circa hoc tradit Theophraſtus, autor alioqui grauis, ſeptuageno coitu durare libidinem contactu eius, id eſt, ſeptuaginta coitibus. Sed in his omnibus notandum eſt, à triginta tricenum dici, g in c mutata, ſicut pro vigeno Vicenum. Tricenum verò à trecentum, quia hæc omnia ſupra centum quidem contrahuntur, non item infrà. Nam duceni dicimus pro Ducenteni. Triceni pro Trecenteni, Quadringeni, Quingeni, Sexceni, Septingeni, Octingeni, Nongeni, vel Noningeni: pro Quadringenteni, Quingenteni, Sexcenteni, Septingenteni, Octingenteni, Nongenteni, Centeni autem & milleni, propter dictionum breuitatem non contrahuntur. ¶ Sunt item nomina numeralia, Simplex, Duplex, Triplex, Quadruplex, Centuplex, & ſimilia: à quibus ſimplicitas, duplicitas, & reliqua. Et aduerbia Simpliciter, Dupliciter, cum reliquis. ¶ Item aduerbia numeralia, Bis, Ter, Quater, Decies, Centies, Millies. In quibus notandum, ſicut ſuperiora illa, quæ diximus, ſupra centum contrahuntur, infra centum minimè: ita hæc è diuerſo infra centum contrahi, vltra verò non: vt, Vicies pro Viginties, Tricies, pro Triginties, Quadragies, Quinquagies, Sexagies, Septuagies, Octogies, Nonagies: cætera verò non contrahi, Quinquies, Sexies, Septies, Octies, Nouies, Decies, Centies, Ducenties, Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcenties, Septingenties, Octingenties, Noningenties, Millies, Bis millies, Ter millies, Decies millies, Vices millies. ¶ Numeri autem apud Latinos ſic notari ſolent, vt vſque ad quinarium per vnitates ſcriberentur: quinarius autem per quintam vocalem v. Denarius autem per x. quæ eſt decima conſonans apud Græcos. L. litera, quinquagenarium numerum repræſentabat, c. centenarium, D. quingenarium, M. millenarium. ¶ Quòd ſi numero alicui tranſuerſa linea ſuperducatur, tot ſignificabit millenarios, quot per ſe valebat vnitates. Ad hunc modum Ī, millenarium ſignificabat: V̄, quinque millia: X̄, decem millia. ¶ Vnitas duos habens à tergo apoſtrophos, ad hunc modum IƆƆ: quinque denotat millia. Quòd ſi etiam totidem à fronte ponantur apoſtrophi, hunc in modum, CCIƆƆ decem fient millia: quæ & aliter hoc modo notari ſolent, X̄. Quinquaginta millia ſic ſcribi conſueuerunt, IƆƆƆ. Centum autem millia, ſic, CCCIƆƆƆ, qui numerus legitur apud Cicer. *lib. 2. ad Caninium.* Saluſt. Quod (inquit) ſcribis ad me de drachmis CCCIƆƆƆ. nihil eſt quod cuiquam in iſto genere commodare poſſim. Quingenta millia ita notari ſolent CQƆ. q. litera quæ in voce Quingenti prima eſt, inter duos apoſtrophos interpoſita. Millies autem mille in hunc modum ſcribi conſueuit CMƆ. Ex Probo. ¶ Numeri pro teſſeris. Nam in talis figura laterum pro numero erat, qui in teſſeris adſcriptus erat.

Ouid. *de Arte,*

Seu ludet numeróſque manu iactabit eburnos,
Tu bene iactato, tu bene iacta dato.

Et *lib. 3.*

Et modò tres iactet numeros, modò cogitet aptè
Quam ſubeat partem callida, quámque vocet.

Notis quibuſdam veteres vtebantur numeros ſignificantibus, quas deinde ad literarum formam ſcribendi conſuetudine, paulatim conuertit librariorum inſcitia. quas quidem notas, & earum ſignificationes è regione ſubiiciam. Atque hæ tredecim ſunt totidem, quot Priſcianus agnoſcit: ab eo tamen quiddam eſt, cui diſſentire cogar.

Antiquæ notæ:		*Signifiatio.*
I	1	vnus
V	5	quinque
X	10	decem
L	50	quinquaginta
C	100	centum
IC	500	quingenta
CIƆ	1000	mille
IƆƆƆ	5000	quinque millia
CCIƆƆ	10000	decem millia
IƆƆƆ	50000	quinquaginta millia
CCCIƆƆƆ	100000	centum millia
IƆƆƆƆ	500000	quingenta millia
CCCCIƆƆƆƆ	1000000	decies centena millia.

NON erat autem, inquit Plinius, apud veteres numerus vltra centum millia. itaque & hodie multiplicantur hæc, vt decies centena millia, aut ſæpiùs dicatur. Atque hæ notæ, ſi figuram conſideres, eædem omnes ſunt, niſi quòd in quinque primis deprehenditur diſſimilitudo. nam cùm ſcribimus CIƆ, ſiue IƆƆ, & inde quæ ſubſequuntur duabus tantùm vtimur notis, I & C, hoc tamen obſeruantes, vt C poſt I, non tanquam auerſa, ſed quaſi reſpiciens conſtituatur, ſic vnamquanque ſummam, quàm volueris immenſam, explicari primis quinque notis animaduertes. Hæc eſt prima conſideratio: ſequitur altera, quòd à prima nota ad vſque eas, quas in extremo poſui, alternis modò in quincuplum, ſumma creſcit, modò in duplum: quod, ipſas notas qui perſequi ſingulas voluerit, intelliget. Priſcianus autem hanc rationem tractat imperitè, primum mille ſic ait notari, X, & decem millia ſic, CXƆ. in quo repugnat vetuſtatis obſeruatio. triplex n. genus eſt, quod antiquitatem maximè teſtatur, lapides, libri, numi. & cùm ego in ſingulis non ita negligenter ſim verſatus, nunquam tamen X pro mille comperi, nunquam CXƆ pro decem millibus, ſed idem labat in ſua ſententia: infert enim paulò pòſt: Decem millia, quod veriſimilius eſt, notatum per M, circunſcriptam ex vtroque latere, & M putat mille ſignificare, quia nominis prima ſit litera. quorum alterum concedo, vt M mille valeat: alterum, quia cum ratione pugnat, concedere non poſſum, vt M, ideo mille ſignificet, quòd in verbo mille princeps occurrat litera. mihi enim dubiũ non eſt, quin M inde ſit deriuata, quòd veteres pro quingentis hac vtebantur figura IƆ: vnde contra Priſciani ſententiam, qui de origine D neſcio quid ridiculè comminiſcitur, facta eſt D, negligentia ſimul & ignorantia deſcribentium; dum antiquas notas elementa putant, ergo pro quingentis, vt dixi ſcribebant IƆ, pro mille CIƆ: vnde fluxit M, errorem creante ſimilitudine, quòd M, quandoque ita ſcribunt ClƆ, vt minimum diſcrepare videatur à CIƆ. In antiquis autem libris & alias figuras pro mille vſurpatas licet animaduertere, vt ω & CIƆ, quas peperit minus accurata librariorum feſtinatio, id agentium, vt CIƆ vno calami ductu perficerent etiam ∞ & ∞ pro mille reperias: quæ deriuatæ ſunt ab CIƆ corruptæ ſcilicet à corrupta. Quæritur etiam, cur L quandoque pro I. poſita reperitur, vt in hac figura CCCLƆƆƆ & ſimilibus: huius quoque mutationis culpam ſuſtinet librariorum inſcitia: qui cùm antiquam notam l, longiuſculam viderent, exempli gratia ſic, CCClƆƆƆ, decepti ſimilitudine conſonantem L putarũt, & pro CCClƆƆƆ, ſcripſerunt CCCLƆƆƆ. Hæc de numerorum notis. Reliqua erant nonnulla, quæ quia ſatietati legentium placet occurrere, prætermitto. hac de re paulò pleniùs agetur in libris de quæſitis per epiſtolam. Ex Pauli Manutij *commentario in Epiſt. ad Atticum.*

Nŭmĕrè, & Numerò, aduerbium, veteres pro nimium citò dicebant, autore Feſto. Imò etiam pro aduerbio temporis. Paſſer. {GALL. *Bien à poinct, à temps.*} Plaut. *in Amphitr.* Numerò mihi in mentem fuit. (aliàs, nunc verò.) Non admodum numerò ignota fuit hiſtoria. Gell. *c. 1. lib. 10. ſub finem.* Plaut. *Menach. ſc. 2. a. 2.* Menæchme, numerò huc aduenis ad prandium. Idem *in Milit.* Haud etiam numerò hoc dicis. Idem *in Caſ.* O Apelles, ô Zeuxis pictor, cur numerò eſtis mortui. Hinc exemplum vt pingeretis? ¶ Numerò etiam eſt ad numerum, numeratò, ordine, ſine hæſitatione.

Nŭmĕrōsŭs, a, um, quod magno conſtat numero, magnus, multus, innumerus. {πολύς. GALL. *Qui eſt en grand nombre.* ITAL. *Numeroſo.* GERM. Groſz anzaal. HISP. *Coſa de mucho numero o cuento.* ANGL. *In great number.*} vt, Numeroſus populus, Numeroſa multitudo, Numeroſa cohors. Plin. *lib. 7. cap.* 44. Numeroſa varietas. Idem *lib. 9. cap.* 17. Numeroſus partus. Idem *lib. 11. cap.* 40. Quæ numeroſo fœcunda partu, hæc plures habet mammas. Numeroſa verò oratio quæ numeris oratoriis conſtat. ῥυθμικὸς λόγος. Cic. *in orat.* Id numeroſum eſt in omnibus ſonis, atque vocibus, quod habet quaſdam impreſſiones, & quod metiri poſſumus interuallis æqualibus. Detinuit noſtras numeroſus Horatius aures, Ouid. *Eleg. vlt. lib 4 Triſt.* Paulò numeroſius opus dicitur argumentoſum. Quintil.

Nŭmĕrōsē, aduerbium, Sonorè & per numeros, hoc eſt, per menſuras, ſiue dimenſiones muſicas. διερρύθμως, ἐν ῥυθμῷ. GALL. *Par meſure.* ITAL. *Con miſura.* GERM. Der menſur oder dem ſchlag nach/in gewiſſer zaal. HISP. *Con medida.* ANGL. *By dimenſion and meaſure.*} Cic. 3. *de Orat.* Et tamẽ eam coniunctionem, ſicuti verſum, numeroſè cadere, & quadrare, & perfici volumus. Idem 2. *de nat. deor.* Quid ſi platani fidiculas ferrent numeroſè ſonantes?

Nŭmĕrōsissĭmē, Apul. *de Deo Socratis*, Familias numeroſiſſimè comparant. Quam numeroſiſſimè verſare ſcripta. Quintil.

Nŭmĕrōsĭtās, πολυανθρωπία. Macrob. Saturn. *lib. 5. c. 20.* Sed Ariſtophanes

adiecit Gargara, ad significationem numerositatis innumeratæ.

Nŭmĕrālĕ, quod ad numerum pertinet, à Grammaticis ficta vox, præclaris Latinæ linguæ autoribus, si Calepini iudicio standum est. Studiosi politiorum literarum ab imitatione scriptorum veterum non discedunt: tanquam scopulum minus Latinum verbum sibi vitandum ducentes. {ἀριθμητικόν. GALL. *Appartenant à nombre.* ITAL. *Che si appartiene à numero.* GERM. Das zu der zaal gehört. HISP. *Cosa perteneciente al numero.* ANGL. *Perteining to a number.* } vnde numeralis scientia, quæ tractat de numeris, Græcè Arithmetica dicitur. Et apud Grammaticos Nomina numeralia, quibus vtimur in numerando: vt, Vnus, Duo, Tres. Et aduerbia numeralia, vt Bis, Ter, &c.

Nŭmĕrābĭlis, e, quod numerari potest. {εὐαρίθμητος, ἀριθμητός. GALL. *Qui se peut nombrer.* ITAL. *Che si puo annumerare.* GERM. Zalbar/das wol zuzellen ist. HISP. *Cosa que se puede contar.* ANGL. *That may benumbred cäsilie.* } Cuius contrarium est innumerabile, quod numerari non potest. Horat. *de Arte,*

Quo sanè populus numerabilis, vtpote paruus
Et frugi, castúsque, verecundúsque coibat.

‖ Numerarius, ἀριθμητής. Gl. Cyr. i. e. numerator.

Numeria dea numeri. Gl. Isid.

Numeriùs, numerò, id est, citò natus sine parientis difficultate. ‖

Nŭmĕro, as, Supputo, per numeros recenseo, vel colligo & metior. { ספר *saphár.* ἀριθμέω. GALL. *Nombrer, conter.* ITAL. *Annumerare.* GERM. Zehlen. HISP. *Contar por numeros.* ANGL. *To number, recken or cast a counte.* } Virg. 3. *Eclog.* Bísque die numerant ambo pecus alter & hœdos. Cic. *de Amicit.* Nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia, virósque bonos eos, qui habentur numeremus, Paulos, Catones, &c. Idem 4. *Verr.* Numerare omnes non est necesse. Tu quæ pro capite mihi iam iamque argentum numeras. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Sit hæc præstituta numerando argento dies. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum. Idem *Asin sc.* 3. *a.* 1. Hic sunt quinque argenti lectæ & numeratæ minæ. Idem *Pseud. sc.* 7. *a* 4. ¶ In numerato habere ingenium. Quintilian. ¶ Numerare pecuniam, pro præsentem pecuniam dare, soluere. Cicer. *ad Planc.* Atticus, qui ciuitatem conseruatam cuperet, pecuniam numerauit de suo. ¶ Interdum supprimitur accusatiuus. Plaut. *in Asin.* Numerari iussit seruulo Leonidæ. Cicer. *pro Quintio*, Sed Romæ quotidie, simul atque hic sibi hi cannuisset numeraturũ se dicebat. Numerare, pro habere, & censere. Idem 3. *Verr* Qui collega Timarchidis prope numerabatur, id est, habebatur, & censebatur. ¶ Nullo loco numerare, id est, nihili facere. Idem 2. *de fin.* Idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem. ¶ Huius composita sunt Annumero, Connumero, Dinumero, Enumero, Pernumero, & Renumero: quæ vide suis locis.

Numeratio, verbale, ἀρίθμησις. Col. *lib.* 11. *c.* 1. Sed vbi æris numeratio exigitur, res pro nummis ostenditur.

Nŭmĕrātim, aduerbium, significat per numeros. κατ' ἀριθμόν. Diomedes *lib.* 1.

Nŭmĕrātū, aduerbij loco positum. {GALL. *Par compte.* ITAL. *Numeratamente.* GERM. Mit zehlen/gezelt. HISP. *Contando por numeros.* ANGL. *Bireckening.* } Cic. *ad Attic. lib.* 12. Mihi & res, & conditio placet: sed ita, vt numeratò malim, quàm æstimatione. id est, malim numerari mihi, quàm æstimari.

‖ Numerarchæ, Chiliarchæ, tribuni millenarij. Buleng.

Numerij, celeriter nati homines, quia numerò facti videbantur. ‖

Nŭmĕstrānī, populi Italiæ, in tractu Lucanorum, Vrsentinis, & Volsentanis proximi: quorum meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 11.

Nŭmīcĭus, fluuius in Latio, in quo repertum cadauer Æneæ, & Anna soror Didûs sese submersisse fertur. Hic postea decreuit & in fontem redactus, qui & ipse postea exiccatus est, sacris Vestæ (cui ex hoc fluuio modò libari fas erat) vnà interceptis. Ouid. 3. *Fast.*

Corniger hanc tumidis rapuisse Numicius vndis
Creditur.

Virg. 7. *Æneid.*

——— Hæc fontis stagna Numici.

Vbi Numici per apocopen dixit pro Numicij.

‖ Numida, qui vendit herbas, vel qui alit pecora ad vendendum. Gl. Isid. ‖

Nŭmĭdĭă, νομαδική, vulgò, *Il regno di Tunis*, pars Africæ, inter Cæsariensem Mauritaniam, & Carthaginensem regionem, cuius populi à Latinis Numidæ, à Græcis Nomades, νομάδες dicuntur, quasi in pascuis inter armenta degentes: ἀπὸ τοῦ νέμειν, quod est pascere. Erat enim ea gens rei pecuniariæ in primis studiosa: & ob id ad lætiora pabula cùm vsus requirebat, magalia sua transferebat: quemadmodum & Hamaxobitæ, qui plaustris domos suas circumferebant. Plin. *lib.* 5 *cap.* 3. Numidæ verò, Nomades, à permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est, domos plaustris circumferentes. Hi à Virg. *lib.* 4. *Æneid.* Infræni Numidæ appellantur, quòd equos non fræno, quemadmodum nos consueuimus, sed virgula duntaxat regerent. Cursores & Numidæ in comitatu delicatarum Senec. *epist.* 88.

Nŭmĭdicus, a, um, νομαδικός: vt lapis Numidicus, qui inter generosa marmora annumeratur. A Papinio Libycus silex appellatur. Et pauimenta Punica à veteribus dicebantur, quæ ex Marmore Numidico strata erant. Numidicæ crustæ. Senec. *Epist.* 87. Numidicæ aues. Suet. *in Calig. cap.* 22. è lapide Numidico columna. Idem *in Cæs. cap.* 85. Vide suprà *Nomades.*

Nŭmĭdĭānă pyra, A patria nomen sortita: quorum meminit Plin. *lib.* 11. *cap.* 15.

Nŭmĭtŏr, Filius Procæ Albanorum regis, & Amulij frater, Romuli & Remi auus maternus. Hic Rheam Syluiam filiam habuit, quam Amulius pulso Numitore fratre Vestalem virginem fecit, ne quando sobolem haberet, quæ patruum vlcisceretur. Postea verò senex à Romulo & Remo nepotibus, occiso Amulio, in regnum restitutus est. Virg. *lib.* 6.

Et Capys & Numitor, & qui te nomine reddit
Syluius Æneas, &c.

Vide Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe.*

Nŭmĭsmă, Numosus, Numularius, vide *Numus.*

NVMVS, Moneta, Numisma. { אגורה *aghoráh.* νόμισμα. GALL. *Monoye.* ITAL. *Denaro, moneta.* GERM. Ein müntz/pfennig. HISP. *Dinero, moneda.* ANGL. *Monoy or coine.* } ἀπὸ τοῦ νόμου, hoc est, à lege appellationem accepit, o in u commutato: quum enim olim permutatione mercium homines vti solerent, lege vsus numi introductus est. Nummum argenti inuenire nequeo. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Non feres hinc argenti nummum. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Diuidere argenti nummos in viros. Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 2. Inaures da mihi faciundas, pondo duûm nummûm. Idem *Menach. sc.* 1. *a.* 2. Numosum conductus, plus iam medico mercede est opus. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 3. Tu isto genere natus numum non habes. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Me nemo potest me minoris nemo conducere. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Istáne causa tibi numum dabo? *Ibid.* Item, Ecce tres numi ad emendum opsonium (de aureis.) Idem *Menach. sc.* 1. Quanti veneunt hîc porci sacres? *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Siquid numo sarciri potest, &c. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 1. Nunc eris hinc numo diuitior. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Ne quisquam credat numum edicam omnibus. *Ibid. sc.* 5. *a.* 1. Rescribere numos. Vide *Rescribere.* Mihi præterea vnum numum ne duis. Idem *ibid.* Numus Philippeus aureus, vide *Philippi.* Alio etiam nomine dicitur Numisma, quod ab eodem etiam fonte creditur deriuatum. Quapropter vtrunque, vnico m, scribendum videtur. Sunt tamen nonnulli, qui nummum geminato m, scribendum putent, eo quòd videant primam vbique produci, quæ in dictione numisma corripitur: vt apud Martialem *lib.* 1. Cur data sunt equiti bis quinque numismata? Sed hoc in loco cæterísque omnibus, in quibus huius nominis prima syllaba corripitur: quidam Nomisma legendum contendunt, per quartam vocalem. Vtcunque scribas, illud certè constat primam in dictione Numus semper produci, quæ contrà in Nomine numisma apud probatos autores semper corripitur: quamuis nonnulli inter recentiores, nullo veterum exemplo ausi sint producere. ¶ Numus autem aliquando generale nomen est, idem significans quod Numisma: & de qualibet pecunia, siue moneta dici potest, siue aurea sit, siue argentea, atque adeò ære. Plaut. *in Pseud sc.* 3. *a.* 1. Nimis sum miser, nummum nusquam reperire argenti queo. Cicer. 1. *de finib.* Vnde si secutus esset eorum sententiam, qui honesta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent, ne numum quidem attigisset. ¶ Aliquando etiam speciale nomen est pecuniæ æreæ, quæ alio nomine Sestertius, vel coniunctim numus sustertius appellabatur: valebátque æstimatione Gallicæ pecuniæ decem denariolos Turonenses & semissem, hoc est, quartam partem denarij argentei. Cicer. 4. *Verr.* Facta est sponsio sestertiis quinque: coegit Scandilius quinque illa millia numûm dare ac numerare Apronio. Et rursus *inferius*, Cogit Scandilium Apronio ob singularem improbitatem atque audaciam prædicationémque nefariæ societatis, H.S. quinque millia mercedis nomine, ac præmij dare. Vbi hoc notandum est, Ciceronem Quinque sestertia, Quinque millia sestertiûm, & quinque millia nummûm pro eodem dixisse. ¶ Numus pro didrachma, siue binis drachmis. Plaut *in Trucul.* De mina vna deminui modò quinque numos, mihi detraxi partem herculanam Mina autem centum fuit drachmarum, pársque herculana decima. ¶ Numus adulterinus, non legitimus, κίβδηλον νόμισμα. Cicer. *lib.* 3. *Offic.* Quærit etiam, si sapiens adulterinos numos acceperit imprudens pro bonis, quum id nescierit, soluturúsne sit eos, si cui debeat, pro bonis.

Nŭmŭlus, diminutiuum, Paruus numus. { κερμάτιον, νομισμάτιον. GALL. *Petite monnoye.* ITAL. *Picciola moneta.* GERM. Ein pfennigslin. HISP. *Pequeña moneda.* ANGL. *Litle or small monei.* } Cicer *ad Att. lib.* 1. Si iudicium est: triginta homines populi Romani, leuissimos ac nequissimos, numulis acceptis ius, & fas omne delere. Idem, Tu si tuis blanditiis à Sicyoniis numulorum aliquid expresseris, velim me facias certiorem.

Nŭmĭsma, vel Nomisma, atis, vtrunque enim dicimus. { אגורה *agoráh.* νόμισμα. GALL. *Monnoy.* ITAL. *Danari, moneta.* GERM. Ein müntz. HISP. *El numo ò moneda.* ANGL. *Money or coine.* } Græca dictio est, idem significans quod Numus, ἀπὸ τοῦ νόμου, hoc est, à lege, vnde & Numus dictus putatur. Nam quum ante percussum numisma homines mutuò permutationis commercio vterentur, postea lege introductus est vsus numi. De hoc latiùs in dictione *Numus.* Habet autem hoc nomen primam syllabam correptam quæ in dictione *Numus* producitur: vnde Græcorum more Nomisma per o, in carmine scribendum esse plerique arbitrantur, quum alioqui sæpiùs per u, scribamus. Horat. 2. *epist.* 1. Retulit acceptos regale nomisma Philippos. Mart. *lib* 1.

Cur data sunt equiti bis quinque nomismata? quare?

Nŭmātŭs, qui numis abundat. { πολυχρήματος. GALL. *Riche, pecunieux.* ITAL. *Danaroso.* GERM. Geltreich/der vil bargelt hat. HISP. *Rico de dineros.* ANGL. *Riche, wealthie in money.* } Plaut. *Amph.* Vt benè numatum seruetur marsupium. Cic. *de lege Agrar.* Volitat enim ante oculos istorum Iubæ regis filius adolescens, non minus benè numatus, quàm benè capillatus. Horat. 1. *Epist.* 6.

Et genus, & formam regina pecunia donat:
Ac bene nummatum decorat Suadela, Venúsque.

Nŭmātĭo, nis, Numorum abundantia & affluentia. { πολυχρηματία. GALL. *Richesse d'argent, abondance d'argent & deniers.* ITAL. *Abondanza di danari.* GERM. Reichtumb an bargelt. HISP. *Abondancia de dineros.* ANGL. *Richesse, plentie of money.* } Cic. 2. *Phil.* Pone ante oculos lætitiam Senatus populíque Romani, confer eam cum numatione tua, tuorúmque: tum intelliges quantum inter laudem & lucrum intersit.

Nŭmāriŭs, a, um, quod ad numos pertinet. { χρηματικός. GALL. *De monnoye.* ITAL. *Cio ch'appartiene à danari.* GERM. Das zu der müntz oder dem gelt gehört. HISP. *Cosa perteneciente al dinero.* ANGL. *Perteining to money* } Vt res numaria. Cicer. 3. *Offic.* Vt res numaria de communi sententia constitueretur. ¶ Numarius interpres pacis & concordiæ, apud eundem *pro Cluent.* i. mercenarius, & qui ob id pecunias accepisset. Numarium iudicium, quod acceptis pecuniis corrumpitur. Idem. 2. *Verr.* Ecquod iudicium Romæ tam dissolutum, tam perditum, tam numarium fore putasti, quo ex iudicio te vlla salus seruare posset? Numarij iudices sordidi & corrupti. Idem *ad Att. lib.* 1. Numaria theca. Idem *ad Att. lib.* 4. Numaria difficultas. Suet. *in Tib. c.* 48.

Nŭmāriŭs, ij, qui numis deditus est. { χρηματιστής. GALL. *Addonné à l'argent, corrompu par argent.* ITAL. *Dato à danari.* GERM. Geltsüchtig/dem gelt ergeben. HISP. *Corrompido con dineros.* ANGL. *That is geuen to money.*

money.} Hieron. *ad Marcel.* Volo in numarios inuehi sacerdotes.

Nūmŭlārĭŏlŭs, diminutiuum. Senec. *controuers.9.*

Nūmŭlārĭŭs, ij, ἀργυραμοιβὸς Budæo. GALL. *Banquier, changeur.* ITAL. *Banchiere.* GERM. Ein wechßler. HISP. *Cambiador, bãquiero.* ANGL. *An exchanger or banker.* } à numis permutandis dicitur quem nos Campsorem vocamus, qui scilicet pecuniæ permutationem exercet. Numularius, & Mensarius. Idem Suet. *in Aug. c.4. & in Galb. c.9.* Horum autem officium vilius erat quàm argentariorum, qui non tam pecuniarum permutationem, quàm maiorem negotiationem exercebant, acceptique & expensi rationes conficiebant, quas non faciebant numularij. Dicuntur autem numularij à numulis, quòd maioris pretij numis acceptis, numulos, id est, minusculam monetam per partes reddebant: aut certæ regionis acceptam pecuniam, regionis alterius pecunia permutabant. Hotomanus.

Numularia, æ, herbæ nomen, centimorbia vulgò, Mattheolus lunariam minorem vocat, fortè echicos altera Plinij, pulegio similis, vt Gesnerus in Iulio admonet. Hanc quidam falsò elatinem esse putant.

Nunc, {התה *hattáh.* νῦν, τὸ νῦν. GALL. *Maintenant, à cest heure, à present.* ITAL. *Hora, adesso.* GERM. Jetz/jetzund. HISP. *Agoral, luego.* ANGL. *Now.* } Aduerbium est temporis, quod tempus præsens significat: ita dictum à Græco νῦν, υ, in u, commutato, & in fine addita litera c. Cor dolet, cùm scio, nunc vt sum, & vt olim fui, Plaut. *Mostell. sc.2. a.1.* Nunc postquam nihili sum. *Ibid.* Nunc dum libet, licétque pota. Idem *Menæch. sc.1. a.1.* Nunc redeo, nunc tum video. (subauditur primùm.) *Ibid. sc.3. a.4.* Nunc iam meus es. (GALL. *Desmaintenant.*) Idem *Pseud. sc.5. a.1.* Quid nunc, dolétne? *Ibid. sc.5. a.1.* Quid nunc? (ellipticws) dictura es (amplius sup.) Idem *Curc.* Loquere nunc iam. Idem *Mostell. sc.2. a.2.* Nunc illinc venit (pro nuperrimè.) Idem *Menæch. sc.4. a.2.* Hoc agite nunc iam. (i. nunc maximè.) Idem *Prolog. Asin & Pseud. sc.5. a.1.* Festinate nunc iam quantum lubet. Idem *Menæch. sc. 3. a. 3.* Abscede nunc etiam, etiam nunc, etiam Ohe nunc. Idem *Aulul. sc.1. a.1.* Nunc demum experior ob alios caliginem mihi obtigisse. Idem *Milit. sc.4. a.2.* Soluite istum nunc iam. Idem *Capt. sc. 2. a.2.* Nunc ego te experiar. (i. in tanto periculo.) Idem *Pseud. sc.1. a.1.* Molestus ne sis, nunc iam i rus. Idem *Mostell. sc.1. a 1.* Nunc (pro tunc.) Liu *lib 4. d.5.* Nunc animæ tenues. (i tunc.) Ouid. 1. *Fast.* Nunc irascentis & dolentis, Liu. *lib. 34.* & Cicer. *pro Archia, &c.* ¶ Interdum ponitur pro Tandem, vel serò. Virg. 8. *Eclog.* Nunc nunc scio quid sit amor. ¶ Interdum pro Sed accipitur, sine vlla temporis significatione. Cic. 1. *de diuinatione.* Quæ quidem multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino confusa & perturbata cernimus. Nunc item concedendi aduerb. Plaut. *Truculento,* Haud mansisti vt ego darem, tute sumsisti tibi: nunc habeas vt nactus. hoc est, Age habeas, vel habeas sanè. Nunc pro Autem, qua in significatione frequens est apud optimos scriptores, & habet gratiam, si in loco vtaris. Quint. *lib. 1. cap. 1.* Nam bona facilè mutantur in peius: nunc quando in bonum verteris vitia? id est, quando autem. Nunc temporis, id est, hoc tempore, vt dicitur, Tunc temporis, pro illo tempore. Nunc ipsum, pro Hoc ipso momento & puncto temporis Cicer. *ad Attic lib. 12.* Nunc ipsum ea lego, ea scribo, vt ij, &c. *Eidem,* Nunc ipsum sine te esse non possum. ¶ Dicitur & Nunc nuper, pro Non ita pridem. Terent. *in Eunuch.* Idem Mænandri Phasma nunc nuper dedit. Quo in loco, teste Donato, Nunc adiectum est tollendæ ambiguitatis causa Est enim Nuper ex iis dictionibus, quas veteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant.

NVNCIVS, ij, vel potiùs Nuntius, qui nunciat & quod nunciatur {מלאך *maleách.* ἄγγελος, ἀγγελία. GAL. *Messager, ou message.* ITAL. *Messo, messagero, nuncio.* GERM. Ein bott oder bottschafft. HISP. *Mensajero ò mensaje.* ANGL *A messenger.* } Nuncij dicti fortasse quia per eos noua sciuntur. Passer. Plaut. *Capt. sc.2. a. 2.* Ego ad parentes hunc remittam nuntium. (i. mittam.) Hunc stratioticum nuncium percutiam. Idem *Pseud. sc.2 a.2.* Virg. 2. *Æneid.*

——— *& nuntius ibi Pelidæ genitori.*

Nuntio Prætoris accersitus. Cic. 6. *Verr.* ¶ Nuntium remittere vxori, pro repudiare vxorem. Idem *ad Att. lib.* 1. Deinde ex Senatusconsulto Consules rogationem promulgasse: vxori Cæsarem nuntium remisisse. Nuntium remittere virtuti, virtuti valedicere, & ab ea deficere. Idem *ad Cassium,* Iam biennium, aut triennium est, quum virtuti nuntium remisisti. ¶ Nuntius, quod nuntiatur. Plaut. *in Sticho,* Suo nunquam æquè patri nuntium lepidum attulit. *Ibid.* Citus præcucurri, vt nuntiarem nuntium exoptabilem. Item, Allati nuntij per dispositos equites. Cæsar. *lib. 3. de bell. ciu.* Bonis nunciis afficit homines Mercurius, Et nunciis præest, &c. ¶ A nuntius fit internuntius ἄγγελος, qui inter duos medius est ad aliquid tractandum. Vide suo loco.

Nūncĭum in neutro genere, pro re quæ nunciatur. {בשורה *besoráh.* ἀγγελία. GALL. *Message.* ITAL. *Messagio.* GERM. Ein bottschafft. HISP. *Mensaje.* ANGL. *A Message.* } Catul. *de Berecynthia,* Geminas deorum ad aures noua nuntia referens.

Nunciolum, paruum nuntium Nuntiolus, paruus nuntius.

Nūncĭă, æ, fœm. gen {מבשרת *mebasséreth.* ἡ ἀγγελιαφόρος, ἡ ἀγγέλλουσα. GALL. *Messagere.* ITAL *Messaggiera.* GERM. Ein bottschafft/verkünderin. HISP. *Mensajera.* ANGL *She that telleth tydinges.* } Plin. *lib. 15. c. 30.* Romanis præcipuè lætitiæ victoriarúmque nuntia additur litteris, & militum lanceis pilisque. Cic. 1. *de legib.*

Nuntia virgo Iouis miranda visa figura,

Ouid. *Epist.* 6.

Cur mihi fama prior, quàm nuntia littera venit?

Idem 1. *Metam.*

Nuntia Iunonis varios induta colores

Concipit Iris aquas.

Nūncĭo, as, vel potiùs Nuntio per t, Moneo, significo. {בשר *bissár.* ἀγγέλλω, ἀπαγγέλλω. GALL. *Dire ou porter nouuelle, annoncer.* ITAL. *Nunciare, annonciare.* GERM Sagen/zuwissen/ thun/anzeygen. HISP. *Traher mensaje ò nueuas* ANGL. *To tell to reporte to warne, to tell tydinges or newes.* } Terent. *in Hecyr.* At istos inuidos dij perdant, qui hæc libenter nuntiant. Plaut. *Capt.* Nunquid aliud vis patri nuntiari? Cicer. *ad Brutum,* Ita enim Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermibus, perterritis metu, fracto animo fugisse Antonium. Nunciare bellum, pro denunciare & indicare. Liu. *lib. 6. d. 4.* Epistolæ, quibus nunciauit. (i. scripsit.) Gell. *cap. 3. lib. 9* Nunciauit luctus tibi lugenti. Senec. *cap. 2. de consol ad Helu.* Quæ ad patrem vis nunciari? Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Salutem dicito Patrono. c. Nunciabor Idem *Curc. sc. 2. a. 4.* Istæc nunciabo, suprà dicito. Idem *Milit. sc. 2. a. 2.* Qui te nuntiaret mortuum. Idem *Mostell. sc. 2. a. 1.* Vtinam ad me pater mortuus nuncietur. *Ibid. sc. 3. a. 1.* ¶ Huius composita sunt Annuncio, Denuncio, Enuncio, Obnuncio, Prænuncio, Pronuncio, Renuntio: quorum significata vide suis locis.

Nūncĭātĭo, nis, Ipse denunciandi actus. {בשרה *besoráh.* ἀγγελία. GALL. *Nonciation, annoncement.* ITAL. *Ambasciada, & messo.* GERM. Anzeigung/verkündigung. HISP. *Obra de traher mensaje.* ANGL. *A declaring, a shewing or telling of tydinges or newes.* } Cicer. 2. *Phil.* Nos enim nunciationem solam habemus, Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem.

Nūncĭātŏr, qui rem quampiam nunciat. Apud Iureconsultos, Nunciatores dicuntur delatores criminum, ex quo eorum indicia notoria dicuntur. Paulus *lib. 6. ad Turpil.* Nuntiatores qui per notoria indicia produnt, notoriis suis assistere iubentur. Ex Hotomano.

Nuncoreus, Sesostridis filius, qui obeliscum, qui nunc visitur Romæ in Vaticano, curauit excidendum. Autor Plin. *lib. 6. c. 11.*

Nuncubi, Aduerb. compositum ex nunquid & alicubi. Ter. *Eunuch.* Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier? Vbi Donatus, Nuncubi. Nunquid alicubi.

NVNCVPO, as, Nomino, appello, voco. {קרא *kará* נקב *nakáb.* χρηματίζω, ὀνομάζω, ὀνομαστί ποιῶ. GALL. *Nommer, dire nommément & expressement.* ITAL. *Nominare, appellare.* GERM. Nennen. HISP. *Nombrar por nombre.* ANGL. *To name, to call by some name.* } Liu. *lib. 1.* Quem Iulium eundem Iulia gens autorem sui nominis nuncupat Varro *in Medo,* Quis tu es mulier, quæ me insueto nuncupasti nomine? Se esse philosophum nuncupauit. Apul. *Apol.* 1. Cicer. 2. *de natura deorum,* Itaque tum illud, quod erat à deo datum, nomen ipsius dei nuncupabant: vt quum fruges Cererem appellamus. Nuncupata vota dicuntur, quæ Consules & Prætores, quando in prouinciam proficiscuntur, faciunt ¶ Nuncupare vota, Est alicui diuorum vota polliceri & destinare. Plin. *in Paneg.* Nuncupare vota & pro æternitate Imperij, & pro salute ciuium solebamus. *Ibid.* Quo maiore fiducia iisdem illis votis, quæ ipse pro se nuncupari iubet, oro & obtestor, si bene rempul. si ex vtilitate omnium regit. Cicer. 3. *Philipp.* Neglectísque sacrificiis solennibus, ante lucem ea vota quæ nunquam solueret, nuncupauit. Nuncupandi voti exemplum apud Liuium *lib. 6. d. 4.* ¶ Nuncupare testamentum, est viua voce supremam voluntatem declarare. Plin. *lib. 14. cap. 22.* Alij testamenta sua nuncupant: alij mortifera loquuntur, redituràsque per iugulum voces non continent. ¶ Inde Nuncupatiuum testamẽtum dicitur, quo testator viua voce, quæ post mortem agi velit, declarat. ¶ Et Nuncupatus hæres dicitur, qui voce testatoris hæres pronunciatus est: differtque ab hærede scripto: de quo vide Iustin. *Institut. de testament.* Nuncupati inter hæredes. Suet. *in Aug. cap. 16.* & plura *in Calig cap. 38.* ¶ Item nuncupata pecunia, id est, vt ait Curtius *in lib. de officio Iurisconsulti,* nominata, certa, nominibus propriis pronuntiata. Quum nexum faciet, municipiúmque, vti lingua nuncupassit, ita ius esto.

Nūncŭpātĭo, operis dedicatio. Plin. *in præfat, operis,* Sed hæc ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione. ¶ Nuncupatio item hæredis institutio. Suet. *in Calig.* Quo metu cùm iam & ab ignotis inter familiares, & à parentibus inter liberos palam hæres nuncuparetur: derisores vocabat, quòd post nuncupationem viuere perseuerarent: & multis venenatas macteas misit. Nuncupatio fausta (dedicationis,) Senec *cap. 13. de consol. ad Martiam.*

Nūndĭnă, æ, Romanorum dea, à nono die nascentium dicta qui & Lustricus dicitur. Erat autem Lustricus dies, quo infantes lustrabantur. Is autem erat in masculis nonus, in pueris verò octauus. Vide Macrob. *lib. 1. Saturn. ca. 16.*

NVNDINAE, arum. A nono die dictæ sunt, quasi nouendinæ. {עזבונים *hizzebonim.* πανήγυρις. GALL. *Foire, marché public.* ITAL. *Fiera, marcato.* GERM. Meß/oder jarmarckt. HISP. *Feria ò mercado.* ANGL. *A faire or market.* } Nundinæ quid. ¶ Item Trinum nundinum spatium datum reis, Plutarch. *in Coriolan.* ¶ Postridie nundinas, dies inauspicatus. Sueton. *in August. cap. 92.* ¶ Ius nundinarum petere. Idem Sueton. *in Claud. cap. 12.* Institutæ autem eo consilio perhibentur, vt rustici octo diebus in agris essent, & nono die repeterent vrbem ad mercatum, legum accipiendarum causa: & vt scita atque consulta frequentiore populo referrentur, & trinundino proposita, à singulis atque vniuersis facilè noscerentur. Vnde etiam mos tractus, vt leges trinundino die (τρίτῃ ἀγορᾷ apud Athenæum) promulgarentur. Cic. *contra Rullum pro lege Agr.* Ille Capuam, nundinas rusticorum, horreum Campani agri esse voluerat. Col. *lib. 11. cap. 1.* Villicus non vrbem, non villas nundinas, nisi vendendæ, aut emendæ rei necessariæ causa frequentauerit. ¶ Dicitur & Nundinum, neutro genere. Liu Postquam verò comitia Decemuiris creandis, in trinum nundinum indicta sunt. Sic enim legunt nonnulli. Castigatiora tamen exemplaria habent Trinundinum. Trinũdinus autem dies, vel Trinundinum, siue Trinum nundinum, dicebatur dies tertiarum nundinarum, qui prædici antè solebat, vt notior esset vniuersis.

‖ Nundinum, idem quod Nundinæ: Trinum nundinum, & trinas nundinas, eodem sensu dicimus.

Nundina, Romanorum dea, à nono die nascentium nuncupata; qui lustricus dicitur. Vide *Lustricus.* ‖

Nūndĭnālĭs, e, quod pertinet ad nundinas. {πανηγυρικός. GALL. *Foire.* ITAL. *Che si appartiene à mercati.* GERM. Das zu der meß oder jarmarckt gehört. HISP. *Cosa pertenecienta à ferias.* ANGL. *Belonging to the faire or market.* } Plaut. *in Aul. sc. 1. a. 2.* Coquus ille nundinalis est, in nonum diem solet ire coctum.

‖ Nundinalis, ad nonum diem pertinens: & nominatim ad Nouendiales ferias. Plaut. *Aul. c. 4.* Cocus ille nundinalis est: in nonum diem solet ire coctum. ‖

Nūndĭnŏr,

Nundinor, aris, Palàm vendo, publico mercatu distraho {סחר sachár. καπηλεύω, ἀγοράζομαι. GALL. Marchander, faire marchandise, negocier en foire. ITAL. Vendere in publico, vendere al mercato. GERM. Offentlich verkauffen / feil haben als in einer meß / vnd sein gewin damit suchen. HISP. Negociar ò vender en ferias. ANGL. To mak merchandise, to sell and bie openly in the merkat.} Iul. Firmic. lib. 6 Matheseos, Quæstus & libidinis causa pudorem duobus fratribus nundinabit, & ad coitum fratrem inuitabit, & filium. Suet. in Tito Vespas. Suspecta & rapacitas, quod constabat in concionibus patris nundinari, præmiarique solitum. deinde propalam alium Neronem & opinabantur & prædicabant. Cicero sæpius Nundinari pro emere posuit, in Verrem, Ab isto pueri annorum senûm septenûmque denûm Senatoriũ ordinẽ nundinati sunt. Idem 3. Philipp. Vna in domo omnes quorum intererat, totum imperium populi Romani nundinabantur.

Nundinatio, nis. Ipse nundinandi actus. {עזבון izzabón סחר sachár, vel sáchar מסחר mischár. καπηλεία. GALL. Vente ou achet. ITAL. Vendita ò compra. GERM. Feil habung / das kauffen vnnd verkauffen. HISP. La obra de negociar à las ferias. ANGL. Bying or selling openlie.} Cic. de lege Agrar. Hinc vos quas spoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem iuris, ac fortunarum fore putatis? Nundinatio iuris, idem Verr 4. sæpè.

Nundinator, qui nundinas frequentat. {καπηλευτής. GAL. Marchand, qui hante les foires. ITAL. Mercante che va alle fiere. GERM. Ein krämer/der die messen vnd jarmärckt braucht vnd besucht. HISP. Aquel negociador. ANGL. A merchant that haunteth the faires.} Festus, Nundinis rustici conueniebant mercandi & vendendi causa, túmque nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores.

Nundinarius, a, um, quod ad nundinas pertinet, vel quod nundinis deputatum est. {πανηγυρικός. GAL. Appartenant aux foires. ITAL. Pertinente alle fiere. GERM. Das zu der meß gehört oder verordnet ist. HISP. Pertenesciente à ferias. ANGL. Belonging to faires.} Plin lib. 11. c. 17. His commerciis Carras oppidum aperuere, quod est illis nundinarium. Idem lib. 8. c. 15. de suibus, Quin & duces in vrbe forum nundinarium, domósque petere discunt.

‖ Nundinaticium, ostentatium caput non velatum. Tertull.

Nundinium, nundinum, nundinatum tempus. Salmas. ‖

NUNQUAM, Nullo tempore. {לא לעולם lo leholám. μήποτε, οὐδέποτε. GALL. Iamais. ITAL. Mai. GERM. Nimmermehr/zu keiner zeit. HISP. En ningun tiempo, jamas. ANG. Neuer.} Nunquam possum referre gratiã. Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1. Nunquam herclè aufugiet. Idem Menæch. sc. 1. a. 1. Nunquam quisquam faciet, quin ea sit. Idem Milit. sc. 5. a. 2. ¶ Nunquam pro non: Nunquam id argentum tam benè collocassem. Idem Most. sc. 3. a. 1. Nunquam factum est. (id est, non.) Idem Amph. sc. 2. a. 2. bis. Nunquam etiam quicquam verborum prolocutus est perperam. Ibid. (id est, non.) Introire in ædes, nunquam licitum est. Ibid. sc. 1. a. 2. (i. non) Item, Nunquam quicquam animo meo fugit ægrius Ibid. Nunquam erit tam auarus quin te emittat manu. Idem Capt. sc. 3. a. 2. à quo Nonnunquam, quod significat Aliquando. Idem in Mercat. Nonnunquam ædepol quisquam illam habebit potius, quàm ille, quem ego volo.

Nunquamnon, Semper, omni tempore. {לעולם leholám. διὰ παντὸς, ἀδιαλείπτως. GALL. Tousiours. ITAL. Sempre. GERM. Nimmermehr nicht/allwägen. HISP. Siempre. ANGL. Euer, at all tymes.} Suet. in Tib. Turbatiore cælo nunquam non coronam lauream ceruice gestauit, quòd fulmine afflari negetur id genus frondis.

Nunquando μήποτε, Num aliquando. Et habet accentum in antepenultim. sicut Aliquando. Cic. de Amic. Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, Nunquando amici noui digni amicitia, veteribus sint anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere solemus.

Nunquis, nunqua, nunquod, vel nunquid, Num aliquis. {μήτις. GALL. Y a-il quelque autre chose? ITAL. Vi é pui altro. GERM. Ist jemandts? oder etwas. HISP. Ay por ventura algo mas? ANGL. VVhither is any.} Ter. in Eun. Nunquid vis? Ibidem, Nunquis hic est? nemo est, nunquis hinc me sequitur? nemo homo est. Nunquid iratus es mihi? Nihil profectò. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 5. Nunquid aliud me vis? Idem Milit. sc. 6. a. 2. & Curc. sc. 2 a. 4. & Aulul. sc. 3. a. 1. & sc. 4. a. 1. & sc. 2. a. 2. & Amphit. sc. 3. a. 1. & sæpè alibi, Nunquid caussæ est, quin te condam in pistrinum. Idem Pseud. sc. 5. a. 1. ¶ Pro eodem etiam aliquando legimus Nunquisnam, & in neutro genere, Nunquidnam, præsertim apud Comicos. Terent. in Andr. Ehodum dic mihi: nunquidnam amplius tibi cum illa fuit Charine?

‖ Nunsio, vel nansio, titubo, dubito. Gl. A. L. ‖

Nuntio, as, are, Nuntius, vide Nuncio.

Nuo, nuis, cum suis compositis, vide in dictione Abnuo.

NUPER, aduerbium, q. nouo opere: vt semper q semiopere: & toper, i. citò, q. toto opere. Non longo ante tempore, superioribus, siue proximis diebus. {νεωστί, ἀρτίως, ἔναγχος. GALL. N'agueres, il n'y a pas long temps. ITAL. Di nuouo, poco fa. GERM. Kurtzlich / nicht lang hievor/zu nächst. HISP. Poco tiempo ha. ANGL. Latelie, not long agoe.} hoc est, ante paucos dies, vel menses. Virg. 1. Eclog.

——— Nuper me in littore vidi.

Boëtius, Hoc autem quod nuper diximus. ¶ Quandoque de longiore tempore dicitur, Cicer. 2. de diuinat. Neque aute philosophiam patefactam, quæ nuper inuenta est, hac de re communis vita dubitauit. ¶ Hinc nuperrimè superlatiuum, hoc est, recentissimè. Gell. cap. 4. lib. 6.

Nuperus, a, um, quod recens est, quod nuper fuit. {חדש chadásch νεώτερος, νέος. GALL. Recent, nouueau. ITAL. di nuouo. GERM. Neuw/kurtzlich. HISP. Cosa de poco tiempo. ANGL. Mew, late.} Plaut. Capt. sc. 5. a. 3. Recens captum hominem, nuperum, nouitium.

Nupsia, νυψία, oppidum est ad Nilum fluuium, in tractu Syenitarum: cuius meminit Plin. lib. 6. c. 29.

Nupsis, oppidum est Arabiæ, Nomadibus proximum: de quo Plin. lib. 6. cap. 100.

Nupta, Nuptiæ, Nuptus, vide Nubo.

‖ Nura, cauda. Gl. g. b. ‖

Nursia, vrbs antiqua Sabinorum, ex qua Qu. Sertorius, vir rei militaris est. Virg. 7. Æneid.

——— quos frigida misit
Nursia, & Hortinæ classes, populique Latini.

Vbi Seruius, Frigida Nursia, vel quia re vera talis est, vel frigidam dixit, quasi venenosam, & nocentem, Gracchi nanque vbique in concionibus suis Nursinos sceleratos appellauere. Scimus autem Virgilium amare historiarum rem per transitum tangere. Hæc ille. ¶ Huius oppidi incolæ dicti sunt Nursini: quorum meminit Plin. lib. 3. c. 12.

Nursinus, a, um, adiect. Martial. lib. 13.

Nursinus poteris parcius esse pilas.

Nurus, filij vxor. {כלה challáh. ἡ νυὸς, ἡ νύμφη. GALL. Bru, la femme de mon fils. ITAL. Nuora. GERM. Eins sons weyb. HISP. La nuera, muger del hijo. ANGL. My sonnes wife, a daughter in law.} Cic. 2. Philipp. Reiecta mater amicam impuri filij tanquã nurum sequebatur. ¶ Poëtæ Nurum sæpe pro sexu tantùm ponunt. Ouid. 2. Metam.

Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis,

id est, fœminis Latinis. Martial. lib. 4. Atque inter Latias gloria prima nurus.

——— Romanas erudiúntque nurus,

Ouid. Eleg. 1. lib. 2.

Cúmque bonis nuribus pro sospite Liuia nato
Munera dat,

idem Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Ausonias matrésque nurus. (i. matronas.)

idem Eleg. 1. lib. 2.

‖ Nus, mens. Tertull.

Nuscum, Nosca, v. e. regni Neapolitani, sub A. Salernitano. ‖

NUSQUAM, Aduerbium loci est, In nullo loco. {οὐδαμοῦ. GALL. En nul lieu, nulle part. ITAL. In niun luogo. GERM. Niergent oder nienen/an keinem ort. HISP. En ningun lugar. ANG. In no place, no where.} Terent. in Eunuch. Ille autem bonus vir nusquam apparet. ¶ Nusquam gentium, id est, nusquam omnino. Plaut. in Amph. Sed quid ais? num obdormisti dudum? A. nusquam gentium. Terent. in Adelph. Næ ego homo sum infelix, primùm fratrem nusquã inuenio gentium. Nusquam erat Pompeius corpore, vbique nomine. Velleius. Cùm libella tibi nusquam est. Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4. Id quod nusquã est, vides. Idem Milit. sc. 3. a. 2. Nusquam ego quicquam deliqui. Idem Men. sc. 2. a. 5. Nusquam inuenio salutẽ (argenteam.) Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Quærit quod nusquam est gentium. Ibidem sc. 4. a. 1. Minore nusquã bene fui dispendio. Idem Menæch. sc. 2. a. 3. Operam nusquam melius potui ponere, quàm quod te amo. Idem Most. sc. 3. a. 1. Nusquam esse (de mortuo) Gell. cap. 8. lib. 7. ¶ Nusquam ad locum, Plaut. Aulul. Nam ad ædes nostras nusquam adiit quanquam propè. Idem Mil. sc. 5. a. 2. Te nusquã mittam, nisi mihi das Firmatam fidem. (i. emittam, siue abire sinam.) Terent. in Eunuch. Detineo te, fortasse tu profectus aliò fueras. P. Nusquam.

Nusquamnon, vbique, Nonnusquam, alicubi. {πανταχοῦ. GALL. En tout lieu, par tout. ITAL. In ogni luogo. GERM. Nienennicht/ allenthalben. HISP. Donde quiera. ANGL. Euerie where, in all place.}

‖ Nutinare, ingenium, genitura. Gl. Isid. ‖

NUTO, as, frequentatiuum est à Nuo, quod propriè est frequenti capitis inclinatione aliquid significo. {קרץ karáts מעד maiádh מט mat. νεύω, σαλεύω. GALL. Faire signe en baissant la teste, bransler, hocher. ITAL. Acennare col capo chinandolo. GERM. Mit dem haupt offtnicken vnd damit etwas zumercken geben. HISP. Mouer ò inclinar la cabeça. ANGL. To signifie by nodding or shaking of the head.} Plaut. in Asin. Nec illa vlli homini nutet, nictet, annuat. Nutat ne loquar, Non herclè nuto, neque nicto tibi. Et isti non nutasse. Idem Men. sc. 2. a. 4. ¶ Accipitur & pro vacillare, labascere & ruinam minari. Cic. 6. Verr. Illud signum interea nutabat, quum vectibus subiectis conarentur submouere. Catull. de com. Beren.

Impellens nutantibus aëra pennis.

Gell. c. 23. lib. 2. Frigere & nutare à Menandro Cæcilius visus. Nutantes: ciuitates retinere. Suet. in Cæs. c. 4. Nutantia nemora. Senec. cap. 18. de cons. ad Mart. ¶ Nutantem, ambiguè positum, apud Suet. in Calig. c. 38. ¶ Transfertur & ad animum, vt idem ferè sit quod hærere, & dubitare in quam potissimum partem te inclines. Cic. 1. de nat. deor, Democritus nutare videtur in natura deorum.

Nutatio, verbale, Plin. lib. 11. cap. 37. A cerebro proficiscitur somnus hinc capitis nutatio. hoc est, inclinatio & decliuitas capitis dum somnus vrget.

‖ Nutabundus, nutandi similis. Apul. Nutabundus tamen, & tot plagarum dolore saucius. ‖

NUTRIO, is, iui, vel ij, secundùm Priscianum, Educo, alo. {האכיל heechil רבה ribbáh אמן amán. τρέφω. GALL. Nonrir. ITAL. Nutrire. GERM. Ernehren/erziehen. HISP. Criar. ANGL. To nouris, to bring vp.} Plin. lib. 11. c. 40. Balænæ, vitulíque mammis nutriunt fœtus. Nutrire translatè. Cels. lib. 4. cap. 11. Si extremæ partes corporis frigent, calidis fomentis nutriendæ, i. fouendæ. Et cap. 18. Desidere oportet in aqua calida, sæpiúsque ipsam anum nutrire. Sic enim legendum ex veteri codice. Idem. lib. 5. c. 28. De apostematibus tractans dixit, Tum si qua in alis, vel inguinibus sunt, siue linamento nutrienda sunt, i. tractanda, carne implenda. Et lib. 6. c. de vlcerib. dixit vlcera oculorum lenibus medicamentis nutrienda esse. Rursus, Oculorum morbi lenibus medicamentis nutriuntur, i. curantur, tractantur. vide & lib. 7. c. 14. ¶ Inuenitur etiam Nutrior, agendi & patiendi significatione. Virg. lib. 2. Georgic.

Hoc pinguem & placidam paci nutritor oliuam,

id est, nutrito, vel nutrias. Col. lib. 12. c. 30. Quanto magis æstus erit, eo sæpiùs conuenit vinum nutriri, refrigerarique, & ventilari. Ibidem, nutritum vinum operimus, atque oblinimus.

Nutritus, us, Nutrimentum. {אכילה achiláh. τροφή. GALL. Nourrissement. ITAL. Nodrimento. GERM. Ein ernehrung/narung. HISP. Mantenimiento. ANGL. Nourishing.} Plin. lib. 22. c. 25. Multi senectam longam mulsi tantùm nutritu tolerauere.

Nutrico, as, Nutrio. {האכיל heechil רבה ribbáh אמן amán. τρέφω, τιθηνέω. GALL. Nourrir, alimenter. ITAL. Nutrire. GERM. Ernehrung/erziehen. HISP. Criar. ANGL. To nourish, to bring vp. Plaut. in Mil.

Bona

Bona mea inhiant certatim, nutricant & munere. Idem *in Merc.* Nec pecus ruri pascere, nec pueros nutricare.

Nūtrĭcŏr, aris, deponens, Nutrico, alo. { Angl. *To nourish, to bring vp.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Omnium autem rerum, quæ natura administrantur, seminator, & sator, & parens (vt ita dicam) atque educator, & altor est mundus: omniáque sicut membra sua, & partes suas, nutricatur, & continet. Columell *lib.* 8, Nam suburbanus (inquit) lactens porcus nutricandus est. Varro 1. *de re rustica, cap.* 23. Quòd ea sole nutricantur.

Nūtrĭcātĭo, nis, Educatio { τιθήνησις. Gal. *Nourrissement.* Ital. *Nutrimento.* Germ. Ernehrung/aufferziehung. Hisp. *Obra de criar, mantenimiento.* Angl. *Nourishing, vp bringing.* Gellius *lib.* 12. *cap.* 1. Ne ad dolores, quos in enitendo tulisset, munus quoque nutricationis graue ac difficile accederet.

Nūtrĭcātŭs, us, ui, Nutricatio. Varro. 1. *de re rust. c.* 47. Contrà herba in pratis ad spem fœnisecíæ nata, non modò non euellenda in nutricatu, sed etiam non calcanda.

Nūtrĭtĭŭs, ij, qui nutrit, siue qui curam habet infantium, & adultorum, vt viuant. { אמן *omén* τροφὸς, τροφεὺς. Gall. *Nourricier, qui nourrit.* Ital. *Balio, colui che nutrisce.* Germ. Ein ernehrer. Hisp. *El amo que cria,* Angl. *That nourishet.* } Cæs. 3. *belli ciuilis.* Nutritius eius pueri eunuchus.

Nūtrītĭŭs, a, um. { τρόφιμος. Gal. *Appartenant à nourrir.* Ital. *Pertinente à nutrire.* Germ. Das zu der ernehrung vnnd erziehung gehört, Hisp. *Perteneciente à criar.* Angl. *That belongeth to nourish.* } Colum. *lib.* 3. *n.* 3. Ne incrementa duritia sua reuerberet, sed tenero velut nutritio sinu recipiat, & cœlestes admittat imbres.

Nutritium, ij. Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Heluiam*, Illius materno nutritio, conualui.

Nūtrītŏr, is, qui nutrit. { אמן *omén.* τροφεύς. Gal. *Nourricier, qui nourrit.* Ital. *Chi nutrisce, & allena.* Germ. Ein ernehrer/erzieher. Hisp. *El que cria, criador.* Angl. *He that nourisheth.* } Stat. 10. *Theb.*

Vertice sic Pholoes volucrum nutritor equorum.

Lætatur, &c.

Suet *de clar. Gramm.* M. Antonius Gnypho, ingenuus in Gallia natus, sed expositus, & à nutritore suo manumissus.

Nūtrīx, cis, quæ nutrit. { אמנת *oméneth* מינקת *menéketh*, τιθή, γυνὴ, θηλάζουσα, θηλαζομένη. Gall. *Nourrice.* Ital. *Nutrice, balia.* Germ. Ein ernehrerin/ein säugamm. Hisp. *El ama que cria.* Angl. *She that nourisheth, a nouryce.* } Terent. *in Eunuch.* Nutricem accersitum iit, quæ illam aluit paruulam. Cic. *de Amic.* Isto enim modo nutrices & pædagogi iure vetustatis plurimum beneuolentiæ postulabunt. Idem 3. *Tusc.* Vt penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Perij mea nutrix, vterus dolet. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a* 4. Equiram ex gnata pedisequa nutrice anu. *Ibid. sc.* 6. *a.* 4. Inuoco almam meam nutricem. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Nutrix, pro Seminario (inquit Budæus) in quo tenella adhuc semina depanguntur, deponunturque. Plin. *lib.* 17. *cap.* 10. Omnia ea non statim moris est in sua locari, sed priùs nutrici, dari, atque in seminariis adolescere, iterúmque migrare.

Nūtrĭcŭlă, diminut. { τιθηνίδιον. Gall. *Petite nourrice.* Ital. *Picciola nutrice.* Germ. Ein ernehrerin. Hisp. *Pequeña ama.* Angl. *A litle nouryce.* } Iuuenal. *Satyr.* 7.

Gallia, vel potiùs nutricula causidicorum.

Nūtrīcĭă, orum, gen. neutr. Merces nutricis. { τὰ τροφεῖα. Gall. *Le salaire d'auoir nourri.* Ital. *Salario di balia.* Germ. Der säugammen lohn. Hispan. *Salario ò saldado del ama.* Angl. *The reward of à nourice.* } vt in titulo *de variis & extraordinariis cognitionibus, circa finem.*

Nūtrīmentum, i, Alimentum, hoc est, vt medici definiunt, quicquid substantiam nostram augere potest. { אכילה *achiláh* אכל *óchel* מאכל *maachál.* τροφή. Gall. *Nourrissement.* Ital. *Nutrimento* Germ. Narung Hisp. *Mantenimiento.* Angl. *Nourishment, foede.* } ¶ Transfertur & ad res inanimatas. Cic. *in Orat.* Sed quod educata huius nutrimenti eloquentia est, ipsa se postea colorat & roborat. ¶ Accipitur & pro ipsa nutritione, siue educatione. Suet. *in Calig.* Quantum per hanc nutrimentorum consuetudinem fauore & gratia valuerit, id est, quòd in castris educatus sit, vt ait Bud. ¶ Nutrimentorum locus, pro vbi quis nutritus est. Suet. *in Aug. cap.* 5.

Nūtrīmĕn, inis, idem quod Nutrimentum. { אכילה *achiláb* אכל *óchel* מאכל *maachál.* τροφή. } Ouid. 15. *Metam.*

Naturaque suum nutrimen deerit edaci.

Nūtŭs, ῥοπή, νεῦμα, & Nuto, tas, νευστάζω. Vide in verbo *Abnuo.*

Nŭx, à nocendo dicta, quòd satis noceat. { אגוז *egóz.* καρύα, κάρυον. Gall. *Noix.* Ital. *Noce.* Germ. Ein nuß/oder andere frucht dergleichen/mit einer harten schalen. Hisp. *Nuez.* Angl. *A nutte, or nutte tree, commonlie a wall nutte or wall nutte tree.* } Non ego vitam tuam emam vitiosa nuce. Plaut. *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Te amatorem inuentum esse Inanem, quasi cassam nucem, idem *Pseud. sc* 3. *a.* 1. Nuces Thasiæ optimæ, Gell. *cap.* 16. *lib.* 7. Nuce ardenti crura suburere, vt mollior pilus surgat. Sueton. *in Aug. cap.* 68. Ouid.

———quoniam sata lædere dicor

Cultus in extremo margine fundus habet.

Siue quòd linguæ noceat. Vel quòd vt nox aërem, ita nux succo suo corpus atrum faciat. Constat nucis nucleum esse difficilem contactu, dolorem capitis inferentem, tussientibus inimicum. Græci κάρυον vocant, à grauedine capitis. κάρα enim caput significat. Est autem nux generale omnibus, quæ duro operimento teguntur, vt sunt castaneæ, amygdalæ, & huiusmodi, τὰ κάρυκα, Virgilius,

Castaneæque nuces mea quas Amaryllis amabat.

¶ Pomum verò de iis propriè dicitur, quæ mollem habent corticem: quamuis etiam pro nucibus aliquando accipiatur, vt apud Plin. *lib.* 15. *c.* 22. Ab his locum amplitudine vindicarunt, quæ cessere autoritati, nuces iuglandes, Et *paulò pòst*, solum hoc pomum natura compactili operimento clausit: nanque sunt bifidæ putaminum carinæ, nucleorumque illis quadripartita distinctio, lignea incursante membrana. Cæteris quicquid est, solidum est, vt in auellanis & ipso nucum genere, quas antea abellinas, patrio nomine vocabant. ¶ Malum verò non quodcunque pomi genus tenuioris, atque carnosi dicitur, sed illud tantùm quod sui nominis arboribus producitur: his scilicet, quas malos vocamus: quemadmodum Pyra, quæ pyrus producit. Hoc modo Mala citrea, siue Medica dicimus, Mala cotonea, Mala punica, & similia.

¶ Nuces spargere. Virg. *Eclog.* 3.

Sparge, marite, nuces: tibi deserit Hesperus OEtam.

Ibi Seruius: Varro spargendarum nucum hanc dicit esse rationem, vt Iouis omine matrimonium celebretur, vt nupta matrona sit Iuno. Nam nuces in tutela sunt Iouis; vnde & *iuglandes* vocantur, quasi Iouis glandes. Nam illud vulgare est, ideo spargi nuces, vt à rapientibus pueris fiat strepitus, ne puellæ vox, virginitatem deponentis, possit audiri. ¶ Relinquere nuces, est omissis nugis puerilibus ad maiora negotia conuerti. Est enim nucum lusus soli pueritiæ conueniens, grandiorique ætati indecorus. Pers. *Satyr.* 1. Et nucibus facimus quæcunque relictis, Quum sapimus patruos ¶ Nux Græca, eadem cum amygdala, quæ & Thasia dicitur. Colum. *de arborib. cap.* 22. Quum de amygdala loquitur. Hæc arbor (inquit) an fuerit in Italia Catonis ætate dubitatur, quoniam Græcas nominat. ¶ Nuces amaræ, κάρυα πικρά, i. amygdalæ amaræ, apud Cels. *lib.* 6. *c.* 7. ¶ Nuces iuglandes, quæ & regiæ dictæ sunt. Plin *lib.* 15. *c.* 22. Ab his locum amplitudine vindicarunt, quæ cessere autoritati, nuces iuglandes. de diuersis nucum generibus, vide in dictione *Iuglans.*

‖ Nux, mysticè, *Cant.* 16. 11. Ecclesia est Deo fructifera varietate bonorum operum. ‖

Nucetum, locus vbi nuces nascuntur. Tertull.

Nŭcĕus, a, um, quod est ex nuce. { καρύϊνος. Gall. *De noix.* Ital. *Di noce.* Germ. Nußbaumin. Hisp. *Cosa de nuezes.* Angl. *Of a nutte.* } Plin. *lib.* 16. *c.* 39. Vlmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiam omnem quum effodies, luna decrescente eximito post meridiem.

Nŭcŭlă, æ, diminutiuum, Minuta nux. { καρύδιον. Gall. *Petite noix, noisille.* Ital. *Nocella.* Germ. Ein nüßlen. Hisp. *Pequeña nuez.* Angl. *A litle nutte.* } Vnde & Prænestinæ nuculæ appellatæ sunt. A nucula fit aliud diminutiuum, Nucella.

Nŭclĕŭs, i, veteribus Nuculeus, quod tenerum in nuce includitur. { πυρήν. Gall. *Noyau, cerneau de noix.* Ital. *Gariglio, garrione, quel dentro della noce.* Germ. Ein nußkern. Hisp. *El meollo de la nuez, y fruta seca.* Angl. *A kernell of a nutte.* Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 1. Qui è nuce nucleum esse vult. Frangit nucem; hoc est, qui commodum appetit, ne fugiat laborem. Allegoricas, vide Lambinum in hunc locum. ¶ Inde Enucleo, as, est idem quod declarare, quasi nucleum rei alicuius eruere. ¶ Nuclei oliuarum, Testæ. Vlp. *in l. carbonum ff. de verb. signif.* ¶ Nucleus, item Allij spica, nam multis spicis, seu nucleis compactum est allij caput, Plin. *lib.* 19. *cap.* 6. ¶ Nucleus ferri, ab eodem *lib.* 34. *c.* 14. accipitur pro chalybe. Fornacum (inquit) maxima differentia est: in iis quidem nucleus ferri excoquitur ad indurandum aciem, alióque modo ad densandas incudes, malleorúmque rostra. ¶ In acino Nuclei dicuntur minuta illa grana, quæ vulgò *Vinacea* vocant. Idem *lib.* 23. *c.* 1. Vua passa, quam Astaphida vocant, stomachum, ventrem, interanea tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent: iis exemptis vesicæ vtilis habetur. ¶ Nucleum amisi, prouerbium, Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Nucleum amisi, reliquit pignori putamina. Verba sunt Hegionis vbi resciuisset sibi impositum esse, & herum amissum pro seruo, seruum pro domino retentum: is enim ex quo fructus expectabatur aufugerat, eo relicto, ex quo nihil emolumenti poterat capi. Erasmus, Nucleus apud Vitruu. in pauimentis quid sit, vide in verbo *Statumino.*

Nŭcĭfrangĭbŭlŭm. { Angl. *A nutcracker.* } ioco pro dente accipit Plaut. *Bacchid.* Dentibus enim nuces solent confringi. Mihi cautio est, Ne nucifrangibula excusserit ex malis meis.

Nuciprūnum, nuciprūni, Prunum insitum nuci. Plin. *lib.* 15. *c.* 13.

‖ Nucis pinea στρόβιλα. Gloss. leg. Nuces pineæ. ‖

N Y

Nyctages, hæretici, à somno nuncupati, quòd vigilias noctis respuunt; superstitionem esse dicentes iura temerare diuina, qui noctem ad requiem tribuit. Isid. *lib.* 8. *c.* 1. Νὺξ eis nomen dedit. Finis verò vocis suspectus est. an qui νύκτα, ἄγνυσι, i. noctem frangat.

Nyctălops, νυκτάλωψ, qui noctu cæcus est, quum interdiu clarè videat. Hic etiam Lusciosus dicitur à Latinis. Plinius *lib.* 8. *cap.* 50. De iecore caprino, Restituit vespertinam aciem his quos Nyctalopas vocat.

Nyctalopia, est passio, qua per diem visus potentibus oculis denegatur, & nocturnis irruentibus tenebris redditur: aut vice versa (vt plerique volunt) die redditur, nocte negatur. Isid. *lib.* 4. *c.* 8.

Nyctopola, herba, de qua Plin. *lib.* 21. *c.* 11.

Nyctĕlius, νυκτέλιος, vnum est ex Bacchi cognominibus, tractum ab eo quòd nocturno tempore eius sacra celebrabantur, quæ Nyctelia, νυκτέλια dicta sunt.

‖ Nyctegresia, quasi noctisurgium. ‖

Nyctelia, νυκτέλια, nocturna sacra, quæ noctu celebrabantur, in honorem Bacchi.

Nyctēus, per duas syllabas, νυκτεύς. Neptuni fuit filius ex Celenæ Atlantis filia; quem ex Amalthea Cretensi nympha Antiopum & Nyctimenem suscepisse ferunt, ipsúmque ab hac posteriore turpi amore adamatum, cum eadem nutricis opera ignarum concubuisse: sed scelere cognito Nyctimenem occidere voluit; illa verò fugiens, miseratione Mineruæ in auem sui nominis versa est, & in ipsius tutelam suscepta est, νυκτιμένη enim Græcis noctuam sonat. Vide Ouid. *lib.* 2. *Metam.*

Nyctĕris, idis, νυκτερίς, vespertilionis genus tam minutis pedibus, vt eis carere videatur. Plin. *lib.* 1. *c.* 47. Qui negant volucrem illam sine pedibus esse, confirmant & apodas habere, nycterin & drepanin.

Nycticŏrax, Coruus nocturnus, νυκτικόραξ.

Nyctileia, νυκτιλήια, sacrificia quæ Baccho fiebant, à nocturno tempore dicta. Vnde & Bacchus Nyctileus, νυκτιλεύς, νυκτιλής, vel Nyctelius dictus, quod eius sacra noctu celebrarentur.

Nyctilops, opis, herbæ genus, quod alio nomine Nyctegretum appellatur, ita dictum, quòd noctu è longinquo fulgeat. Eandem & Chenomychon quidam appellant, quod ad primum eius conspectum anseres statim

ſtatim expaueſcant. Vide Plin. *lib.*21.*c.*2.Sunt qui eandem, quam chymiſtæ Lunariam appellant, noctu cum luna lucentem.

Nyctimene, νυκτιμένη, filia Nyctei, ex Amalthea Cretenſi Nympha, quæ nefando patris ſui amore capta, opera nutricis cum illo concubuit, tandémque agnita, quum pater eam vellet occidere, fuga ſe ſubduxit: imploratóque Mineruæ auxilio, transformata eſt in auem ſui nominis, quæ à Latinis Noctua dicitur. Græci etiam γλαῦκα appellant, quæ etiam nunc ſceleris ſui conſcia, lucem fugit, nec niſi noctu volat. Ouid. 2. *Metam*

An quæ per totam res eſt notiſſima Lesbon,
Non audita tibi eſt, patrium temeraſſe cubile
Nyctimenen? aues illa quidem ſed conſcia culpæ
Conſpectum lucémque fugit, tenebriſque pudorem
Celat, & à cunctis expellitur æthere toto.

Nyctophylax, νυκτοφύλαξ, noctis cuſtos: qui nocturno tempore aliquem cuſtodit.

Nyctorix, Babyloniorum regina, maximi animi mulier, & quæ ipſam Semiramidem ſolertia longè ſuperauit. Vide Herodot. *lib.*1.vbi tamen hæc non Nyctorix, ſed Nitorix appellatur.

NYMPHA, Latinè ſponſa. { כלה *challah*. νύμφη. GALL. *Nymphe, eſpouſée*. ITAL. *Spoſa, ninfa*. GERM. Ein braut. HISP. *Eſpoſa, ninpha*. ANGL. *A nymphe, a faire maide or virgine*.} Sed putauerunt antiqui Nymphas aquarum deas eſſe, quaſi lympharum numina: quanuis etiam latiùs Nymphæ nomen accipiatur. Nam & montium deæ præſides ſunt, quas Oreades vocant: quæ arboribus & ſyluis putabantur præſidere, quas Dryades, & Hamadryades, & Napæas. Veteres Græci Nympham dicebant, quam nos mutatione vnius literæ Lympham, hoc eſt, aquam.

Inuenies qui te Nymphem Atlantida dicant,

Ouid. 3. *Faſt.*

Suſtulit hoc Nymphe, cinxitque decentibus herbis,

idem 5. *Faſt.* Neſcio quid, Nymphe, &c. *Ibidem, & Epiſt.* 1. Grata ferunt Nymphæ. ¶ Nymphæ Libethrides, Muſæ dicuntur à Libethro Thraciæ monte Muſis conſecrato. Virg. 7. *Eclog.*

Nymphæ noſter amor Libethrides.

¶ Dicuntur & nymphæ apes quum primùm formam cœperint habere. Plin. *lib.* 11. *cap.* 16. de apibus loquens, Gallinarum modo incubant. Id quod excluſum eſt, primùm vermiculus videtur candidus, iacens tranſuerſus, adhæréntque ita, vt paſcere videatur. Rex ſtatim mellei coloris, vt electo flore ex omni copia factus, neque vermiculus, ſed ſtatim penniger. Cætera turba quum formam capere cœpit, Nymphæ vocantur: vt fuci, ſirenes, atque cephenes. ‖ ¶ Nympha hymen virginitatis index, vide *Hymen*. ‖ ¶ Nympha etiam à rei anatomicæ peritis vocatur caruncula in muliebribus pudendis bifariam prominens, quem Colliculum Latini appellant: cuius vſus eſt, coli orificium tegere, & frigus ab eodem arcere. Hanc carunculam Ægyptij in virginibus ſolent excidere. Vide Galen. *lib.* 15. de vſu partium.

‖ Νύμφη Græcis, & alia ſignificat. Eſt calix roſarum paulùlum ſe aperiens. Item cauitas in inferiore labro. Et inſuper ſumma pars vomeris.

Nymphæ in ethnica theologia ſunt deæ, ita dictæ, quòd nympharum, id eſt, ſponſarum forma apparebant, vt ludebat diabolus temporibus ignorantiæ. ‖

Nymphæum, Lauacrum, vel balneum. { λουτρόν. GALL. *Vn bain*. ITAL. *Bagno*. GERM. Ein bad/wasserbad. HISP. *El baño*. ANG. *A bane or ſtewe, a washing place*. } Plin *lib.* 5. *cap.* 12. Eúmque ſeruatum in nimphæo, donec Corinthum Mummius euerteret tradunt. Iulius Capitol. Opera Gordiani Romæ nulla extāt, præter quędam nymphæa, & balneas. Ioſephus ſcribit Herodem, apud Aſcalonem conſtituiſſe nymphæa, id eſt, lucus & balneas. ¶ Nymphæum, νυμφαῖον, templum Nymphis dicatum. Pliu. *lib.* 2. *cap.* 95. Sunt & in Nymphæo paruæ inſulæ, Saltuares dictæ, &c. Vide Sotionem in Eclogis, vbi de Calamina. ‖ ¶ Item ſaxum in Appolloniatarum finibus, ignem egerens ſub quo fontes tepido fluentes bitumine. ‖

Nymphæă, æ, { νυμφαία. ANGL. *Nenufar, water lillie or water roſe*.} Herbæ genus eſt, in paludibus naſcens; & aquis ſtagnantibus; vnde & nomen accepit, teſte Dioſcoride *lib.*3.*cap.*149. quòd ſcilicet aquoſis locis gaudeat. ¶ Alio etiam nomine Heracleon appellatur, quòd nympha quædam Herculis amore capta, in hanc herbam feratur commutata. ¶ Eſt & altera nymphææ ſpecies, cuius flos Blephara dicitur, foliis ſuperiori ſimillimis, radice alba, ſcabra, flore luteo, nitente, & roſæ ſimili. Autor Dioſc *lib.*3 *c.*150.

Nymphæa, æ, νυμφαία, inſula eſt iuxta mare Adriaticum, in qua Calypſo dicitur habitaſſe. Gentile eſt Nymphæus, νυμφαῖος Stephano.

Nymphæum, νύμφαιον Stephano, Oppidum eſt in Taurica regione, non procul à Boſphoro Cimmerio iuxta Panticapæum, & Theodoſiam, portum habens vtiliſſimum, teſte Strabone *lib.*7.& Plin. *lib.*4. *cap.*12. ¶ Eſt item Nymphæum, locus quidam in ea Macedoniæ parte, quæ mare Adriaticum ſpectat, non procul ab Appolloniatarum finibus, petram habens ignem vomentem, cui ſubſunt fontes, qui aqua tepida, bituminéque ſcatent. Autor Strab. *lib.*7.

Nymphæŭs, νυμφαῖος. Italię fluuius eſt iuxta Velitras, non procul à Circeis in mare influens. Autor Plin *lib.*3.*c.*8.

‖ Nymphagogus, νυμφαγωγός, qui νύμφην ἄγει, i.e. ſponſam ducit ad ſponſum ex domo paterna. ‖

Nymphās, νυμφάς, locus eſt Arcadiæ, cuius incolæ vocantur Nymphaſij. Steph. *ex Pauſania*.

Nympheum, νυμφεῖον, thalamus ſponſi & ſponſæ, à, νυμφεύω, i. nuptui colloco.

‖ Nympheutria, pronuba, ſponſam è paternis ædibus ad ædes ſponſi comitans. nymphagogus.

Nymphius, νυμφίος, ſponſus qui νυμφεύει.

Nymphon, thalamus, nuptiarum domus. Tertull. ‖

Nymphŏdōrŭs, νυμφόδωρος, Medici inſignis nomen, cuius meminit Plin. *lib.*34.*c.*10.

‖ Nympholeptus, νυμφόληπτος, qui à Nymphis εἴληπται, i.e. correptus eſt, furioſus. Vide *lymphor*. ‖

Nysă, νύσα. Vrbs eſt in ea parte Arabiæ, quæ Ægypto conterminà eſt, apud quam (vt Diodor. ait) Bacchus educatus à Nymphis fertur. Vnde & Nyſæus, νυσαῖος, νυσεύς, dictus eſt, ac Dionyſius, à Ioue ſcilicet & Nyſa nomine accepto. ¶ Nyſa etiam ciuitas in India eſt: à Libero patre (vt refert Strabo *lib.*15.) condita, carminibus poëtarum celebratiſſima: ſita ſub radicibus montis quem Meron incolæ appellant. ¶ Alia eſt Nyſa in Bœotia, apud Homer. *in Catal. nauium*, quam tamen in caſtigatioribus exemplaribus Niſſam videmus appellari. ¶ Alia in Caria, apud Plin. *lib.* *cap.* 29. ¶ Eſt item vicus in Helicone, apud Steph Baccho ſacer. ¶ Item oppidum Eubœæ apud eundem, in cuius agro fabulantur eodem die & vites florere, & vuas matureſcere. Ptolem. præter has duas alias eiuſdem nominis vrbes commemorat, quarum alteram in Lycia, alteram in Ionia collocat. Plinius *lib.*8. *cap.*36. Nyſam Indiæ montem eſſe tradit, iuxta quem lacertæ ad 24. pedum longitudinem feruntur excreſcere.

Nyſæa, pro Indiæ oppido, lege Nyſa. Pro emporio autem, ſiue portu Megarenſium, lege *Niſæa*.

Nyſeus, νυσεύς, diſſyllaba dictio, Bacchi cognomen eſt, à Nyſa Arabiæ oppido vbi ferunt eſſe educatum. Ouid. *lib* 4. *Metam.*

Additur his Nyſeus, indetonſúſque Thyoneus.

Nyſeius, adiect. vt Iuga Nyſeia, apud Lucan *lib.*8.

Nyſias, Nyſiadis, Patronymicum fœm. νυσιὰς, vt Nymphæ Nyſiades, apud Ouid. 3. *Faſt.* poſitum pro gentili.

Nyſigena, qui in Nyſa genitus eſt. Catull. *Argonaut Epigr.*59.

Nyſæi, habitatores Nyſæ vrbis: de quibus meminit Cicero ſcribens Silio, *lib.*13.*c.*65.

Nyſæus, adiect. vt chori Nyſæi. Proper. *lib.*3. *Eleg.*17. Palmes Nyſæus, Vitigineus. Sil. *lib.*7. Feſtas Nyſæo redimiuit palmite menſas.

Nyſirus. vide *Niſyrus*.

Nyſsă, νύσσα, per geminum ſſ, repagulum vnde curſores mouentur, ἀπὸ τοῦ νύσσειν, quod inter cætera ſignificat pungere propterea quòd illic incipe-rent equos calcaribus vrgere. ¶ Item ipſa meta, ἀπὸ τοῦ νεύειν. hoc eſt, ab inclinando quòd quum metam attigiſſent, ibi inclinarentur, & flecterentur. Hæc tamen vox, vt pleræque aliæ, quum in vſu Latinorum non ſit, in Græcolatinum Lexicon potiùs erat reiicienda.

‖ Nyſtagmus, νυσταγμός, dormitatio. νυστάζω dormito.

Nyxa, pruna minor damaſcenis. Heriber. ‖

NOTÆ ANTIQVORVM.

N. Non, nomen, Nonius, noſter, numiſma, numerator, &
N A V. naues, nauicula.
N B L. nobiles.
N C. nunc. non certè, Nero Cæſar. Nero Claudius. N. C. S N, C O. S. D. E. notis ciuibus Senatus conſulti ſuffragium datum eſt. N. C. N, P. non clam, neque precariò. N. C. C. non calumniæ cauſâ.
N. E. D. notus & diues. N. E. G. negotiator. N E P T. Neptunalia. N E P. R E D. Neptuno reduci. N E P. S. Neptuni ſacellum.
N. F. C. noſtræ fidei commiſſum. N. F. N, nobili familiâ natus.
N. H. Notus homo.
N. K. C. non calumniæ cauſâ.
N. L. non liquet. Nominis Latini. non licet non longè.
N. M. Nonius Macrinus. non malum. non minus.
N N. noſtri. N. N. Q. N. numerat neque numerum.
N O. nobis. noſtrum. N O B B. nobilibus. N O B. G. nobis generatus. nobili genere. N O B. G. N. nobili genere natus. N O B. F. N. nobili familiâ natus. N O N. A P R. nonis Aprilis. N O R. noſtrorum.
N. P. nihil poteſt, non poteſt.
N. Q. nuſquam, namque, nunquam. N. Q. A. N. numerat, qui annumerat. N. Q. N. nunquid non.
N. R. noſtrorum, noſtrum. N. R. non reſtiterunt. N. R. Nero. N. R. nobis Rhauennas. non reſtituerunt. N R. CL. Nero Claudius. N. R. noſter.
N. S. E. non ſic eſt.
N T. nominatis. N. T. noſtri temporis.
N. V. non vis, non vocat, non valet. N. V. N. D. N. P. O. neque vendetur, neque donabitur, neque pignori obligabitur. N V P. nuptius. N V S. E. P. natus eſt puer. N. V V. non vult.

O



LITTERAM non solùm pro indifferente vocali habuerunt antiqui, sed & pro e, vsurparunt: vt *vorsus* pro versus, *voster* pro vester. Item pro u, vt *seruos* pro seruus, *volgos* pro vulgus. Turneb. Quin & o, litteræ cum au; quoddam commercium fuit. nam veteres *plodo, clostra, coda*, pro plaudo, claustra, cauda dixere. Diomed. *lib.1. Gramm.*

O Aduerbium vocandi. Terent. *in Adelph.* O Ctesipho. C. O Syre, Æschinus vbi est? Virg.1.*Æneid.*

O regina, nouam cui condere Iupiter vrbem, &c.

Plaut. *Mil. sc.* 5.*a.*2. O Sceledre! Et *Pseud. sc.* 5. *a.*4. ô Fortunate! Cedo fortunatam manum. ¶ Nonnunquam etiam Interiectio est, variis seruiens affectibus. Senec. *cap.*17.*de consol.ad Helu.* O quàm multorum egregia opera in obscuro iacent!

Inuita ô regina tuo de vertice cessi,

Catull. *de com. Beren.* O Venus venusta! Hæc est illa tempestas mea. Plautus *Mostell. sc.*3.*a.*1. ô carnificinum cribrum. *Ibid. sc.*1.*a.*1.

——— *ô quanto mitior illa fuit!*

Ouid. 5.*Fast.* O qui, *initio Eleg.*3.*lib.*4.*Trist.* O mihi, *initio Eleg.*4.*lib.*3. *Trist.* & *Eleg.*5.*lib.*4. O ciues ciues. Plaut. *Curc. sc.*1.*a.*5. ô melle dulci dulcior mihi tu es. Idem *Asin. sc.*3 *a.*3. ô lepidum diem. Idem *Aul. sc.*5. *a.*4. ô miserrime. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Est enim aliquando admirandi ὦ Iuuen.

O qualis facies, & quali digna tabella!

¶ Aliquando indignandi. Cic. *in Catil.* O tempora, ô mores, ô paterni generis oblite, materni vix memor. ¶ Aliquando optati aduentus, aut repentè insperatæ rei atque improuisæ occursu perculsi. Terent. O salue, ô Pamphile. O Teuropides here salue! Plaut. *Most. sc.* 2. *a.*2. ô adulescens salue, qui me seruasti! Idem *Men. sc.*9.*a.*5. ô mea opportunitas, ô mea commoditas salue! *Ibid. sc.*2. *a.*1. ô salue insperate multis annis, &c. *Ibid. sc. vlt. a.* 5. Virg. 4. *Æneid.* Adsis, ô placidúsque veni. ¶ Interdum est interiectio dolentis. Cicer. O me miserum, ô infelicem. ὦ τῆς δυσχίας τῆς ἐμῆς. ¶ Exprimit nonnunquam exultantis affectum. Virg. 3. *Æneid.*

O mihi sola mei super Astyanactis imago.

Terent. *Adelph.* O frater, frater, quid ego te nunc laudem? Idem *Andr.* O factum bene, beasti. ¶ Aliquando exclamantis. Idem *in Phorm.* O audaciam, etiam me vltro accusatum aduenit. O hominis impudentem audaciam. Plaut. *Men. sc.*1.*a.*5. facinus Indignum. *Ibid. sc.*6. *a.*5. ¶ Aliquando irridentis. Cic. *de Amic.* O præclaram sapientiam, solem enim è mundo tollere videntur, qui amicitiam à vita tollunt. ¶ Aliquando ponitur pro Vtinam. Virg. 2. *Eclog.*

O tantùm libeat mecum tibi sordida rura,
Atque humiles habitare casas.

Plaut. *Amphitr.* ô Dij faciant. ¶ Aliquando vtrunque coniungimus: ita tamen, vt O præcedat, *Vtinam* sequatur. Ouid. *in Epist. Penelopes*,

O vtinam tunc, quum Lacedæmona classe petebat,
Obrutus insanis esset adulter aquis.

¶ Iungitur quoque ei particula Si: & dicimus O si, & est desiderantis, idem valens quod vtinam. Virg. 11. *Æneid.*

Quanquam, ô si solita quicquam virtutis adesset, &c.

Horatius,

O si vrnam argenti fors qua mihi monstret.

¶ Tacetur quandoque ô, quum accusatiuo iungitur: (nam & nominatiuo & vocatiuo, iunctum legimus, vt patet ex superioribus exemplis) vt apud Plin. iuniorem, Hominem te patientem, ac potiùs durum, ac penè crudelem. Et (sicut docet Donatus) maioris stuporis est hoc modo pronuntiatum, & quandoque meliùs sonat, Terent. *in Eunuch.* Hominem perditum, miserúmque, & illum sacrilegum Plaut *Milit. sc.* 2. *a.*2. Nimis doctum dolum! Idem *Men. sc.*2.*a.*4. Hominem malum! vt dissimulas.

O A

Oätarica, ὠὰ τάριχα, dicuntur mugilum oua, sale condita. ὠὸν enim est, quod nos ouum dicimus, interposita v. euphoniæ causa, τάριχον. falsum dicitur ταριχεύω, seruo, condio, liquefacio, sicco.

Oanus, ni, Ὄανος, Lydiæ oppidum, apud Steph.

Oasis, Ὄασις, oppidum in desertis Libyæ, septem dierum itinere à Thebis distans, quod Herodoti ætate à Samijs tenebatur, vt ipse refert *lib.* 3.

Oāxis, Ὄαξις, fluuius Cretæ insulæ, ab Oaxe Apollinis filio sic vocatus: vnde & Oaxia tellus, Creta appellatur. Virg. *Eclog.*1. Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem, At Seruius putat esse fluuium Mesopotamiæ, cretosum, vehentem limum: vnde à poëta rapidum Cretæ putat appellatum. Quæ tamen interpretatio à doctioribus omnibus meritò reijcitur.

Oāxus, Ὄαξος, ciuitas Cretæ, ab Oaxo Minois ex Acallide filia nepote, vel à situ loci, quod Crepidines Græci Axos vocent. Herodotus quoque *lib.* 4. Oaxum vrbem Cretæ facit, in qua Etearchus pater Phronimæ matris Batti regnauit, qui Cyrenem Libyæ vrbem ædificauit.

O B

ŏb, Præpositio separari & componi potest. Separata causalis coniunctionis locum tenet, & significat propter. { על tál. διά, ἀντί. GALL. Pour, à cause de. ITAL. Per, per cagione. GERM. Von wägen/umb. HISP. Por. ANGL. For. } Virg. *lib.* 11.

Cuius ob auspicium infaustum, moresque sinistros.

Terent. *in Andr.* Ego pretium ob stultitiam fero. Ob hoc verbum te donabo alicui. Item, Ob istuc verbum. Plaut. *Most. sc.*3.*a.*1. Ob eam rem quia te seruaui, me amisisti liberum. Idem *Men. sc.*8.*a.*5. Ob remp. hoc habeo. (i. pro patria pugnando.) Idem *Curc. sc.*1.*a.*3. Patera quæ mihi ob virtutem data est. Idem *Amph.* Ob istanc industriam amabit amplius. Idem *Men. sc.*2.*a.*5. Ob eam rem in carcerem compactum. *Ibid. sc.*5.*a.*5. ¶ Follem obstringit ob gulam (i. per siue ad.) Idem *Aul sc.*1. *a.*2. Ait se ferre ob asinos argentum Atriensi Sauriæ, (paulò ante, pro asinis.) Idem *Asin. sc.*2. *a.*1. *Ibidem*, Itaque ob asinos relatum pretium Sauriæ? Pretium ob stultitiam, vel ob asinos, id est pretium asinorum, vel stultitiæ, ait Donatus. ¶ Veteres etiam pro Ad, vel potiùs contra, & aduersùs, vel ante vsurpabant. Ennius apud Festum, Ob Romam noctu legiones ducere cœpit. Cic. *Papyrio Pæto*, Cuius ob os Graij ora obuertebant sua. Sic dicebant Obire pro adire. Obmoueo pro admoueo. Obiacent pro adiacent Plaut. *in Milite*, Nunc demum experior ob oculos caliginem Prius mihi obtigisse. *Ibidem*, Qui lanam ob oculum habebat. Sic idem *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Experior ob oculos caliginem obtigisse, Idem *Ibid. sc.*2.*a.*2. Glauconiam ob oculos obiiciemus. ¶ Composita significant contra, ἀντί, vt Oppugno, Obiicio. ¶ Quandoque circum: vt Obambulo, Obsideo ¶ Quandoque super, siue coram, siue obuiam, vt Obuenio. ¶ Quandoque Ad: vt Obeo. Dicimus enim, Iste obiuit mortem, hoc est, ad mortem concessit. ¶ Componitur autem cum verbis incipientibus ab a: vt Obaudio: cum c, vt occumbo: d, vt obduco: e, vt obeo: f, vt offero: g, vt oggannio: h, vt obherbesco: i, vt obiicio: l, vt obliterom, vt obmutesco: n, vt obnitor: o, vt oboriori: p, vt oppugno. q, vt obquiniscor: r, vt obruo: s, vt obsto: t, vt obtineo: u, vt obumbro. Sed quoties vocalibus iungitur, vel d, l, n, r, seruatur b, integra. Cū c, mutatur b, in c, præterquam in obscurus, & obscœnus: in quibus duobus, b seruatur & s, additur post b. Cum aliis literis mutatur b, in sequentem literam: vt offero, offendo, opportunus, oppono. Excipitur omitto quod abiicit b: nam perpetuò apud poëtas corripitur. Horat. *de Arte*, Pleraque differat, & præsens in tempus omittat. ¶ Obmutesco seruat vtranque compositionis partem integram. In operio, & compositis Adoperio, & cooperio abiicitur b. De r litera ante diximus. In iis quæ à t incipiunt seruatur b, vt obtrudo. ¶ Ob rem opponitur frustrà Salust *Iugurth.*76. Verùm id frustrà, an ob rem faciam, in vestra manu positum est. Terent. *Phorm.* non pudet vanitatis? D. minimè dum ob rem i. e re. mea ¶ Ob vos sacro, in quibusdam precationibus est, pro vos obsecro, vt sub vos placo, pro supplico. Fest. Sic inter præpositionem eiúsque casum in deprecationibus amant ponere pronomen Vrig. *Æneid.* 8.

Per ego has lacrymas.

Terent. *Andr.* Per ego te deos oro.

‖ Ob vos sacro, in quibusdam precationibus est, pro, vos obsecro, vt sub vos placo, pro supplico. Fest.‖

ŏbăcĕro, as, autore Festo idem est quod obloquor, atque alterius sermoni obstrepo, παρεγκλέω. Sumptum videtur ab acere frumenti purgamento, quod Græci vocant ἄχυρα.

ŏbăcerbo, bas Exacerbo, πικραίνω Festus.

‖ Obæro, as, precio, scilicet ære conducere. ‖

ŏbærātus, a, um, Ære alieno obstrictus, ære alienó oppressus. { ὑπόχρεως, κατάχρεως. GALL. Endebté. ITAL. Obligato pro debito, indebitato. GERM. Mit geltschulden beladen vnnd versteckt. HISP. Obligado por deudas. ANGL. Indebted, oppressed with debt. } Cæsar. *lib.*1. *comment.* omnes obæratos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit. Varro *lib.*1. *de re rust. c.*17. Omnes agri coluntur hominibus seruis, aut liberis, aut vtrisque. Liberis, aut quum ipsi colunt, vt plerique pauperculi, cum sua progenie: aut mercenariis, cum conductitiis liberorum operis res maiores, vt vindemias ac fœnisecias, administrant ij, quos obæratos nostri vocitarunt: & etiam nunc sunt in Asia, atque in Ægypto, & in Illyrico complures.

ŏbambŭlo, as, Deambulo, huc illuc ambulo. { התהלך hithhallēch סחר sachár. περιπατῶ. GALL. Cheminer, coustoyer, aller à l'entour. ITAL. Passeggiare, andare d'intorno quà, e là. GERM. Hin vnd här gehn/spacieren. HISP. Passear, andar en derredor. ANGL. To walk about or against. } Plaut. *in Capt.* Item alij parasiti frustra obambulant in foro. Ouidius 2. *Trist.*

——— *quum solus obambulet ipse.*

Plaut. *Amph.* Famem exepectat obambulans. ¶ Sæpe etiam idem quod circumeo, circumambulo, & sic ferè accusatiuo iungitur περιπατῶ, περιέρχομαι. Ouid. 13. *Metam.*

Ille quidem totam gemebundus obambulat Ætnam.

Virg. *lib.* 3. *Georg.* datiuo iunxit,

Non lupus insidias explorauit ouilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat.

Vbi Seruius exponit, Obambulat pro insidiatur. Liu. 6. *bell. Maced.* obambulare muris, vt facile nosceretur ab Ætolis, cœpit. ¶ Aliquando accipitur pro vnà iunctimque ambulare. Sueton. *in Tib.* Et secretum petenti, nonnisi adhibito Druso filio, dedit, dextrámque obambulantis, veluti incumbens, quoad peregeretur sermo, continuit. ¶ Est item Obambulare, interprete Festo, aduersùs alios ambulare, & quasi ambulanti se opponere.

ŏbambŭlātio, Deambulatio, inambulatio. { הליכה halichāh. περιπάτησις, περίπατος, ἀνάλυσις, περίοδος. GALL. Pourmenement. ITAL. Passeggiamento.

gidmento GERM. Das hin vnd här spacieren. HISP. Obra de passearse. ANGL. A walking about or aginst. } Autor ad Herenn. lib. 3. Propterea quòd frequentia & obambulatio hominum conturbat, & infirmat imaginum notas.

Obareni, ὀβαρηνοί, Armeniæ populi, non procul à Cyro fluuio, quorum meminit Stephan.

Obaresco, Circunquaque aresco. { περιξηραίνομαι. GALL. Se secher à l'entour. ITAL. Seccarsi interno. GERM. Zu rings vmb verdorren. HISP. Secarse en derredor. ANGL. To waxe drie on all partes. }

Obarmo, as, are, Armis tego, armo. { יזן jizzén חלץ chalàts. ὁπλίζω. GAL. Armer. ITAL. Armare. GERM. Waffnen. HISP. Armar. ANG. To arme or weapon. } Horat. 4. Carm. Ode 4.

—————quibus
Mos vnde deductus per omne
Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet, quærere distuli.

Obaro, as, Circum aro, arando excolo. { περιαρόω. GALL. Labourer autour. ITAL. Arare, arare intorno. GERM. Vmbeerren als wan man brachet. HISP. Arar en derredor, labrar la tierra. ANGL. To eare about. } Liu 3. bell. Pun. Et quum hostes obarassent, quicquid herbidi terreni extra murum erat, raporum semen iniecerunt.

Obater, adiectiu. quodammodo ater, & veluti subater. { שחרחר schecarchór. ὑπομέλας. GALL. Vn peu noir, noirastre. ITAL. Alquanto negro, niggreggiante. GERM. Schwartzlecht. HISP. Negro vn poco. ANG. Somewaht blacke. } Plinius lib. 18. cap. 35. Nascens Luna si cornu superiore obatro surget.

Obaudio, is, à nonnullis vsurpatur pro non odio. παρακούω. cuius tamen significationis nullum idoneum ex aliquo veterum profertur testimonium. Olim Obaudio idem significabat, quod hodie Obedio: quod & apertè docet Festus, qui obedio interpretatur pro obaudio. Nestor, non contemnendus Grammaticus autor est Obedio dictum esse ab Obaudio, au, in e, commutato, Vide plura in verbo Obedio.

‖Obauro, auro obduco. Apul. ‖

Obba, æ, poculi genus, autore Nonio, vel ligneum, vel ex spartho, à verbo Obbibo, (vt quidam putant) appellatum: quo verbo etiam Cicero vsus est, pro simplici Bibo. Vel, vt alij malunt à Græco ὠβὴ, quod tribum, vel populi partem, siue turbam significat, { οἱ τῇ τύχῃ πίνειν ἐν συμποσίοις ἐξεσθέντες. ANGL. A bottle. } Varro in Epistol. ad Marullum Vtrùm meridie, an vesperi libentiùs ad obbam accedas. Pers. Satyr. 15. Veientanúmque rubellum Exhalet vapida læsum pice sessilis obba.

Obbibo, is, Bibo { שתה schatáh. πίνω. GALL. Boire. ITAL. Bere. GERM. Trincken. HISP. Beuer. ANGL. To drink. } Cicer. 1. Tuscul. Qui cùm coniectus in carcerem triginta iussu Tyrannorum, venenum vt sitiens obbibisset, reliquum sic è poculo eiecit, vt id resonaret.

OBBRVTEO, es, Obstupeo: quod verbum ab adiectiuo Brutus, ortum traxit, quod olim stupidum significabat, teste Festo, { נבער nibtár. ἀναισθητῶ. GALL. Perdre sens & raison s'abbrutir. ITAL. Perdere i sentimenti, stupirsi GERM. Erstarren/geragen. HISP. Quedar sin sentido, y pasmado. ANGL. To lose sense and mynd, to be brutish. } Afranius, Non possum verbum facere, obbrutui.

Obbrutesco, is, ere, Brutum fieri, rationem amittere. { נבער ni'tár. ἀλογόομαι, νωθρόομαι. GALL. S'abbrutir, perdre sens & raison. ITAL. Perdere la ragione. GERM. Zu einem vnuernunfftigen thier werden. HISP. Hazer se bruto bestial y sin seso ANGL. To naxe british or stupide. } Lucret. lib. 3 An contractu suis è partibus obbrutescat.

Obcantatus, ἐπαοδαῖς. Apuleius in Apologia Dic tu quibus verbis epistolam finierit mulier obcantata, vecors, amens, amans.

Obcæco, as, vel, vt alij scribunt, Occæco, Cæco, videndi sensum adimo. { עור ʿivvér. ἐκτυφλόω. GAL. Aueugler. ITAL. Acciecare. GERM. Verblenden/blind machen. HISP. Cegar otro. ANGL. To blind. } Colum. lib. 4. Veluti ignorantiæ tenebris obcæcata, luce veritatis caruit. Cic. ad Senatum, Quod eo negotium non stultitia obcæcatus, sed verecundia deterritus recusaui. ¶ Accipitur & pro obscurare. Autor Carminis ad Pisonem, Æther terrificis obcæcat sydera nimbis. Cic. 3. de Orat. Narratio obscura totam obcæcat orationem. ¶ Obcæcare fossas in agro, pro obtegere. Colum. lib 2. c. 7. At vbi solutior humus est, aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obcæcantur, ita vt in patentes ora hiantia cæcatum competant. id est, desuper teguntur.

Obcædes, i. occisio, truculentum quid. Plaut. Stich. sc. 2. a. 4. Nolo obcædes catuli vt ludunt, nunc volo. i. aliquid delectabile, & incruentum. Palmer. vult, Nolo obscœnes, i. auidiùs vescaris.

Obcanto, incanto incantando lædo, Bezaubern.

Obdo, is, ex Ob, & do, significat, vt inquit Festus, Oppono. { ἐπιτίθημι. GALL. Opposer. ITAL. Opporre. GERM. Fürthun/fürstossen. HISP. Poner encontrario, opponer. ANGL. To opponer } Terent. in Eunuch. Pessulum ostio obdo. ¶ Aliquando est claudo. Plaut. in Cas. Forem obdo, ne senex me opprimeret. Plin. lib. 6. c. 11. Ab iis sunt portæ Caucasiæ magno errore à multis Caspiæ dictæ, ingens naturæ opus & montibus interruptæ repentè, vbi fores obditæ ferratis trabibus, &c.

Obdormio, Dormio. { נרדם nirdám ישן jaschán. κοιμάομαι, καθεύδω. GALL. Dormir ITAL. Dormire. GERM. Entschlaffen. HISP. Adormescerse. ANGL. To sleupe. } Plaut. in Amph. Sed quid ais, num obdormiuisti dudum? Cic. 1. Tusc. de Endymione, Nescio quando in Latmo obdormiuit: nondum, opinor, experrectus est. Obdormire crapulam, dixit Plaut. in Mostell. Vbi, inquit, somnum sepeliui, omnémque obdormiui crapulam. Idem Curc. sc. 1. a. 3. Obdormiui ebrius. Idem Amph. Credo ego Nocturnum obdormiuisse ebrium. Sed quid ais? ¶ Hinc Obdormisco. Cic. 1. Tusc. Quid melius, quàm in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniuentem somno consopiri sempiterno? Sueton in Claud. Quoties post cibum obdormisceret (quod ei ferè accidebat) oleatum ac palmulatum ossibus incessebatur,

OBDVCO, is, Operio, tego. { צפה tsippáh כסה chissáh. ἐπισύρω, περιβάλλω, συγκαλύπτομαι. GAL. Couurir. ITAL. Coprire. GERM. Vberziehen/bedecken. HISP. Cubrir. ANGL. To couer, to laye before or ouer. } Virg. in Moreto, Et cinis obductæ celabat lumina prunæ. Cic. 2. de nat. deor. Obducuntúrque libro, aut cortice trunci stirpium, quo sint à frigoribus & caloribus tutiores. Cæsar lib 3. de bell. ciu. Obducere fossam inter crates. ¶ Aliquando ponitur pro Detego, aperio. Lucill. Vos interea lumen auferte, atque aulam obducite, id est aperite, vt interpretatur Nonius. ¶ Aliquando pro Adduco, admoueo, προσάγω. Nam, vt suprà docuimus, Ob, in compositione idem valet quod Ad. Plaut. in Pseud. sc. 1. a. 2 Si hos expugno, facilem ego hanc rem meis ciuibus faciam. Pòst ad oppidum hoc vetus continuò meum exercitum Protinus obducam. ¶ Obducere, aduersarium æmulum opponere, atque obiicere. Plaut. in Mercatoris argum. Eum putat vxor illius obduxisse sibi scortum. Sic apud Cic. prima ad Attic Epist. Non esse ἀδύνατον Curium obducere, i. opponere aliis candidatis, & aduersarium illis candidatum obiicere, & contra eos ad prensandum petendúmque deducere, vel aduersarium æmulum adducere. ¶ Aliquando pro inducere ponitur. Plin. lib. 22. c. 25. Torporem autem obducit percusso loco. Cicero 4. Acad. Conatus est rebus tenebras obducere. Obducere frontem, est frontem contrahere, siue corrugare. Quintil. lib. 10. cap. 3. Interrogauit quæ causa frontis tam obductæ. ¶ Obducere diem, dixit Cicer. ad Attic. lib. 16. Nono, inquit, kalend. itur ad Siccam: ibi tanquam domi meæ scilicet: itaque obduxi posterum diem, id est, consumpsi, siue circum illa loca duxi. Obducere vulnus solatij. Senec. cap. 12. de consol. ad Polyb. Obduxit vultum tristitia. Idem cap. de 1. consol. ad Marc. Obducta (vulnera) rescindere ibidem cap. 1. En tegulas, en obductas fores. Paulò ante Opessulatas. Plaut. Amphitr. ¶ Obducere callum dolori, est perpetua doloris assuefactione res aduersas æquiore animo pati. Cicero. 2. Tuscul. Et ipse labor quasi callum obducit dolori. Tracta est metaphora ab iis quorum manus, pedésque ex perpetuis laboribus callis obduruerunt. Illi enim ad ferendos labores magis sunt accommodati.

Obducto, as, frequentat. πολλὺς ἐπισάγω. Plaut. Mercat. Meásque in ædes sic scorta obductarier.

Obductio, Tectio, inuolutio. { צפוי tsippúi כסוי chisúi כסות chesúth. περιβολή. GAL. Couurement. ITAL. Coprimento. GERM. Vberziehung/bedeckung. HISP. Obra de cubrir, cubrimiento. ANGL. A couering. } Cic. pro C. Rab. Carnifex verò, & obductio capitis, & nomen ipsum crucis absit, &c. Obductio capitis, id est, obuolutio, inquit Bud.

Obdulcesco, scis, Dulcesco, dulcis fio. { מתק mathák. ἐπιγλυκαίνομαι. GAL. S'adoucir, deuenir doux. ITAL. Addolcire. GERM. Süß werden. HISP. Endulçar. ANGL. To waxe sweet. }

OBDVREO, es, rui, à quo Obduresco, durior fio. { קשה kaschàh. σκληρύνομαι. GAL. S'endurcir. ITAL. Indurarsi. GERM. Hart werden. HISP. Endurecerse. ANGL. To waxe hard. } Cic. Cornif. Equidem si iam obdurui, vt ludos Cæsaris nostri æquissimo animo viderem: quod est quasi callum obduxi, occallui.

Obduresco, is idem quod Obdureo. { קשה kaschàh. σκληρύνομαι. ANGL. To waxe hard. } Varr 3. de re rust. cap. 14. Earum semen minutum, ac testa molli, diuturnitate obdurescit. ¶ Per translationem, est longa doloris assuefactione res aduersas æquiore animo ferre. Cicer. ad Attic. lib. 10 Exanimauit omnes, qui mecum erant: nam ipse obdurui. ¶ Iungitur aliquando accusatiuo cum præpositione Ad, idem ad Calum lib. 2. Obduruit animus ad dolorem nouum. ¶ Et cum præpositione Contra. Idem 3 Tuscul. Obduruisséque sese contra fortunam arbitrantur. ¶ Item ablatiuo cum præpositione In Idem 7. Verr. Iam verò quum in eiusmodi patientia turpitudinis, aliena, non sua, satietate obduruisset.

Obduro, as. pro Durum reddo. { הקשה hikscháh. πωρόω, σκληρόω. GAL. Endurcir. ITAL. Indurare. GERM. Verherten/hart machen. HISP. Endurecer à otra cosa. ANGL. To make hard. } Horat. 2. Serm. satyr. 5. Persta atque obdura, &c. Catull. Epigramm. 8. ad seipsum, Destinatus obdura, &c. Plaut. Asin. sc. 2. a. 2. Pernegabo, obdurabo, periurabo.

OBEDIO, is, iui, itum, Obtempero, pareo, morem gero, moriger sum. שמע schamáh. πείθομαι, ὑπακούω. GAL. Obeir. ITAL. Vbedire. GERM. Gehorsamen oder gehorsam sein. HISP. Obedecer à otro. ANG. To obey. } Obœdie (inquit Passer.) videtur scribendum: Certè secundam syllabā producit. Ausonius in ludicro VII. sapientum. Is (Solō) me euocauit, venio, dicto obediens. Obeditum est imperio. Velleius. Quid refert me fecisse regibus, vt mihi obedirent, si, &c Plaut. Curc. sc. 3. a. 4 Cic. 3. de legib. Nec verò solum, vt obtemperent obediántque magistratibus, sed etiam vt illos colant, diligántque, præcipimus. Vsurpatur & in deteriorem partem Idem, Dum autem ipse dedecori, ac turpitudini obedierit, non modò Imperator omnino habendus non erit, &c. ¶ Interdum præter datiuum habet & accusatiuum, apposita præpositione Ad. Cic. pro Cæcin. Si seruulis nostris hoc concesserimus, vt ad verba nobis obediant, non ad id quod ex verbis intelligi potest, obtemperent. Obedibo, in futuro pro Obediam veteres dixerunt. Afranius, Meo vt obsequar amori, obedibo tibi.

Obediens, entis, participium. { שמע schomeah. ὑπήκοος, πειθήνιος. GAL. Obeyssant. ITAL. Obediente. GERM. Gehorsam. HISP. El que obedece à otro. ANGL. Obedient, obeying. } Cic. 1. Offic. Appetitum rationi obedientem præbeamus. Idem 3. Offic. Naturæ obediens homo, homini nocere non potest, Migrat interdum in nomen: vnde Obedientior & obedientissimus. Liu. lib. 25. Et vt imperiis virorum nemo obedientior me vno fuerit, ita post mortem, &c. Plin. lib. 16. c. 43. Obedientissima quocunque in opere fraxinus,

Obedientia, æ, Obsecundatio. משמע mischmáh. ὑπακοή. GALL Obeissance ITAL. Obedienza. GERM. Gehorsamkeit. HISP. Obediencia. ANGL. Obedience. } Cic. 1. Offic. Relinquunt enim & abiiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturæ.

Obedienter, Obsequenter { πειθηνίως. GALL. Auec obeyssance. ITAL. & HISP. Obedientemente. GERM. Gehorsamlich. ANGL. Obedientlie. } Liuius 25. bell. Punic. Obedienter curatum est. Idem 5. ab Vrbe. Collatum obedienter missúmque ad exercitum est, Obedientius nihil fecerunt. lib. 8. d. 4.

OBEDO, is, Consumo, quasi circumedo. { אכל achál. περιτρώγω. GALL. Ronger. ITAL. Rodere. GERM. Vmbfrässen. HISP. Comer ò roer en derredor.

derredo. ANGL. To eat abut and gnaw.}

ōbēsŭs, a, um, {נאכל neechál.} Quod propriè (testibus Nonio & Gellio.) *cap.7. lib.19.* accipitur pro gracili, & exili, & circunroso, macilentóque. Næuius, Corpore, pectoréque vndique obeso, ac mente exsensa, tardigenula, senio oppressum. ¶ Aliquando tamen Obesus, teste Nonio, & Festo, accipitur pro vberi & crasso. {דשן daschen בריא bari שמן schamón. πίων, λιπαρὸς, πιμελώδης. GALL. *Gras.* ITAL. *Grasso.* GERM. Feißt/mastig. HISP. *Gordo.* ANGL. *Porsy, quarrie, fatte.* } vt sit Obesus, quasi ob edendum factus. Virg. *lib.3. Georg.* Argutúmque caput, breuis aluus, obesaque terga.

‖ Obesum, gracile & exile. ‖

ŏbēsŏ, as, impinguo, saturo, sagino. {הבריא hibrí. παχύνω. GALL. *Engraisser.* ITAL. *Ingrassare.* GERM. Mesten/feistmachen. HISP. *Engordar.* ANGL. *To mak fattor porsy, to cramme.*} Colum. *lib.8.c.7.* Nonnulli tribus aquæ partibus vnam boni vini miscent, madefactóque triticeo pane, obesant auem. de gallinis.

ŏbēsĭtās, atis, Pinguedo, vel ipse obesorum status, siue habitus. {דשן déschen. πότης. GALL. *Graisseur.* ITAL. *Grassezzar.* GERM. Die feißte vnnd dicke. HISP. *Grossuta gordura.* ANGL. *Fatnesse, grossenesse.*} Col. *lib.6. c.42.* Ne eas steriles reddat nimia corporis obesitas. Plin. *lib.8. c.42.* In magna obesitate. Suet. *in Dom. c.18.* Postea caluitio quoque deformis, & obesitate ventris, & crurum gracilitate.

ŏbĕlĭæ, ὀβελίαι, Panes erant Baccho sacri. ita dicti, vel quòd obolo Alexandriæ venirent, vel quòd in veru torrerentur. Vide Cæl. Rhodig. *lib.9. cap.16.*

ŏbĕlŭs, Veru, siue veruculum. {ὀβελός. GALL. *Vne broche.* ITAL. *Spedo, schidione.* GERM. Ein bratspiß. HISP. *El assador.* ANGL. *A sputte.*} A cuius similitudine virgula quædam, quæ adulterina, aut etiam perperam scripta iugulamus, & confodimus à Græcis ὀβελὸς, à nostris etiam veru dicitur. Hac vsi sunt sacrarum literarum interpretes, quoties denotare volebant aliquid additum in translatione, quod in prototypis non haberetur. Hier. *ad Paul.* Origenis studium me prouocauit, qui editioni antiquæ translationem Theodotionis admiscuit, asterisco, & obelo opus omne distinguens. Sic dictus, quòd obelo, id est, verui sit similis, vel quia tanquam veru superflua iugulat, & confodit.

ŏbĕlīscŭs, sci. {ὀβελισκός. GALL. *Vne aiguille.* ITAL. *Aguglia.* GERM. Ein hoher viereckechtiger stein der vnden für breit ist/ vnd sich je lenger je mehr in die höhe biß zu oberist in ein spitz verleurt. HISP. *Aguja, ò cola que tiene forma de aguja.* ANGL. *A steeple, a great thing of stone or other mater, brode and foure squarre beneath, vp wardes small and sharpe.*} Diminutiuū ab Obelus, magis nomine quàm re: non enim est paruus obelus, sed saxum ingens, in figuram metæ cuiusdam, sensim à proceritate in excelsum consurgens, paulatim gracilescens, specie quadrata, in verticem productum, angustum: manu læuigatum artificis. Visuntur etiam hodie Romæ aliquot obelisci, ea figura, qua iam depinximus: vnus ex Vaticano suburbio iuxta ædem Diui Petri, qui omni ex parte adhuc integer est: alter iuxta ædem Diui Rochi in Campo Martio. Sunt autem Pyramidibus longè minores, Solis numini sacrati, vt ait Plinius *lib.36. cap.8.* propter quod ad radiorum similitudinem fiebant.

ŏbĕlīscolychnĭum, ὀβελισκολύχνιον. Instrumentum militare ab vsu gemino, scilicet veruculi, & lucernæ dictum. Eius meminit Aristot. *lib.4. de partib. anim. & 4. Politic.*

‖ Obelo, verbum factum ex obelus, quo Latini (sed barbarè) exprimunt Græcum ὀβελίζω.

ŏbĕo, is, ij, tum, idem quod adeo. {הלך haláeh. ἰέναι ἐπιέναι. GALL. *Aller.* ITAL. *Ire andare.* GERM. Daran gehn/begehn. HISP. *Andar, ir.* ANGL. *To go or about.*} Nam Ob, pro Ad, quandoque ponitur. Vnde Obire mortem, est adire mortem מת meth גוע ghaváh ספ sáph נספה nispáh. τελευτᾶν τὸ βίον. GALL. *Mourir.* ITAL. *Morire.* GERM. Todt gehn/sterben. HISP. *Morir.* ANGL. *To die,* } Plaut. *in Aul. prologo* Vbi is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit. ¶ Obire morte, quoque dicimus Suet. *in August.* Morte obiit repentina & sine casu. ¶ Similiter Obire diem dicimus, pro eo quod est mori, quasi adire diem fati. Seruius Sulpit. *Cic.* Nuntiatum est mihi Marcellum diem suum obiisse. Obire diem mortis. Gell. *cap.21. lib.17.* Et Obiit diem paulò ante mortem. Plaut. *prolog. Aul.* ¶ Pro eodem etiam dicimus Obire, absolutè. Iuuenal. *Satyr.6.* Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni. ¶ Obire vadimonium, est ire ad vadimonium, id est, die vadimonij se iure sistere. ἀπαντᾶν πρὸς τὴν κρίσιν. Cicer. *pro Quintio*, Vadimonium mihi non obiit quidam socius & affinis meus, &c. ¶ Interdum additur præpositio Ad. Plin. *lib.8. Epist.12. ad Minutianum,* An si litibus tereret, obstrictum esse me crederem obeunti ad mea vadimonia. Vnde Obitum Vadimonium *Ibidem,* Qua tibi hora vadimonium non sit obitum, eadem te hora consilium cepisse, &c. ¶ Aliquando Diem obire, est ad statutum diem se sistere, & præsentem exhibere. Suet. *in Cæsare,* Tamisius adiicit, Crassum, diem cædi destinatum non obiisse. ¶ Aliquando exequi, siue suscipere ἐπιτελεῖν. vt, Obeo legationem, id est, exequor munus, siue officium legationis. Senec. *cap.14. de consol. ad Mart,* Obire munia Imperatoria. Velleius, Obire munia ducis. ¶ Obeo prouinciam, exequor, aut suscipio munus prouinciale. Cic. *pro lege Agraria,* Qui rerum priuatarum causa legationes liberas obeunt. Liu. *1. ab Vrbe,* Eum iura reditorum obiturúmque alia regis munia esse. ¶ Aliquando est peragere, siue perficere. Cic. *ad Attic. lib.8.* Nec verò hæc extrema quisquam iure potest reprehendere, quòd mare non transierim: id enim etsi erat deliberationis, tamen obire non potui. ¶ Quandoque pro circundare. Virg.8. *Æneid.*

——quem fulua leonis Pellis obit totum.

Obire locum & tempus facinoris. Cic. *pro Mil.* etiam aliquando est circuire. περιιέναι. Virg.6. *Æneid.*

——magnas obeuntia terras Tot maria intraui.

¶ Item obire, obuiam procedere. ὑπαντᾶν: vnde obitus pro occursu. Terentius *in Hecyr* Antiquámque adeò tuam venustatem obtines, Vt voluptati obitus sermo, aduentus tuus, quocunque adueneris, Semper fiet. Donat. obitus, occursus. ὑπάντησις. ¶ Obiri, passiuè. Ouidius 1. *Fast.*

Hic vbi virginea campus obitur aqua,

ōbĭtŭs, a, um, particip. ab Obeo, is. {מת meth נספה nispéh. τετελευτηκώς. GALL. *Fini, acheué, mort.* ITAL. *Morto, finito* GERM. Dran gegangen. HISP. *Acabado, muerto.* ANGL. *Ended, dead.*} Ouidius,

Morte obita quales fama est volitare figuras.

Cic. *pro Sest.* Nec verò illorum quisquam, quos à maioribus nostris morte obita positos in illo loco, atque in nostris collocatos videtis.

ōbĭtŭs, us, nomen, Mors, interitus. {מות máveth. τελευτή. GALL. *Fin, mort.* ITAL. *Morte.* GERM. Der todt oder abgang. HISP. *Muerto.* ANGL. *Death.*} Cic. *Attic.* Qui de obitu fratris literas accepissem. ¶ Ponitur etiam pro occasu stellarum & signorum ✶ Ortus. δύσις. Virg. *lib.1. Georg.*

Nec frustrà signorum obitus speculamur & ortus.

Catull. *de com. Beren.*

Qui stellarum ortus comperit atque obitus.

¶ Aliquando pro aduentu, siue aditu. ἀπάντησις. Turpilius, Et quis est, qui interrumpit sermonem meum obitu suo ? ¶ Aliquando idem, quod occursus. Vide *Obeo.*

Obĕquĭto, as, Circum equito. {περιελαύνω, καθιππεύω. GALL. *Cheuaucher autour.* ITAL. *Caualcare intorno.* GERM. Bereyten/vmbreyten. HISP. *Caualgar en derredor.* ANGL. *To ride about.*} Liu. *lib.2.* Veiens hostis, Hetruscíq; eò magis properè agere, lacessere ad pugnam primò, obequitando castris prouocandóque. Nihil frequentiùs eo verbo apud Liuium. Curt. *lib.3.* Alexander ante prima signa ibat: quúmque agmen obequitaret, varia oratione, vt cuiusque animo aptum erat, milites alloquebatur.

‖ Oberos, in ll. Longob. *tit.24 lib.5.* Mulier curtis ruputuram, quod est oberos, facere non potest. ‖

ŏbĕrrō, as, Circumerro. {תעה tahah. περινοστῶ. GALL. *Errer entour, aller çà & là.* ITAL. *Girare, ire intorno.* GERM. Vmbher schweiffen. HISP. *Errar en derredor.* ANGL. *To erte and wander and hither.*} Plin. *17 c.19.* In summa tellure oberrant. Idem *lib.29 c.4. de mustela,* Hæc autem quæ in domibus oberrat. ¶ Oberrare eadem chorda dicuntur citharœdi, qui eodem & nunquam variato cantu fastidium mouent auditoribus Horat. *in Arte,*

——& citharœdus

Ridetur chorda qui semper oberrat eadem,

¶ Persius Oberro circumuolo posuit,

Diues erat Caribus, quantum non miluus oberret.

Obescit, oberit, vel aderit. Fest.

ŎBESCO, as ab esca compositionem habet, quasi esca farcio. {האכיל heechil הבריא hibri. ποτίζω. GALL. *Bailler à manger.* ITAL. *Inescare.* GERM. Atzen/speysen. HISP. *Ceuar para tomar las aues ò peces.* ANGL. *To laye a bayte for fishes or birdes,*} Columell. *lib.8. cap.7.* Nonnulli tribus aquæ partibus vnam boni vini miscent, madefactóque triticeo pane obescant aues, quæ prima luna (quoniam id quoque custodiendum est) saginari cœptæ, vigesima perglíscunt. Alij ibi legunt *obesant.* Vide *Obedo.* Inesco, δελεάζω, est obiecta esca aues, vel aliud quiduis in prædam allicio, & per translationem ostentata spe vtilitatis, decipio. Vide suo loco.

Obesus vide *Obedo.*

Obex, cis, ab obiicio, obstaculum, pessulum vel quoduis impedimentum, {ἐμπόδιον. GAL. *Empesche, obstacle.* ITAL. *Ostaculo* GERM. Ein jedes hindernuß so man braucht im wäg oder durchgang zu weren/ als da sind Rigel/Grender/sperling/&c. HISP. *El estoruio ò obstaculo.* ANGL. *All maner of lett or stoppe as barre, loke or bolie.*} Genitiuum facit obicis. Poetæ tamen vt priorem, quæ natura breuis est, producant, scribunt obiicis geminato i. Fuit olim hoc nomen incerti generis, pòst tantùm masculini. Virg *lib.10.* fœminino genere vsus est,

Ecce maris magna claudit nos obice pontus.

¶ Hinc etiam pessulum seræ in ostio, obicem appellamus, autore Festo. μοχλὸς, κλεῖθρον. Plaut. *in Mercat.* Tibi denique ista lætitiam parit obex.

‖ Obicula, paruus obex. Gl. Isid.

Obfibulare, concludere, circundare. Gl Isid.

Obficus, turpis ludus, impudicus Pap. ‖

ŎBFIRMO, as, are, Firmum propositum, & fixum in animo habeo, & quasi obstinatè in re aliqua persisto. {חזק chizzák. διαβεβαιοῦμαι. GAL. *Affermir ou tenir ferme.* ITAL. *Affirmare ostinatamente.* GERM. Steiff auff seinem kopff oder meinung bleiben/vnd sich nicht wöllen weysen lassen/sich widersetzen. HISP. *Affirmar.* ANGL. *To hold firme or obstinatly.*} Terent. *in Heaut.* Age quæso, ne tam obfirmes te Chreme. Plaut. *in Mercat.* Amens, amánsque, vt animum obfirmo meum. Terent. *Hecyr.* Certum obfirmare est viam me quam decreui persequi. Vbi Donatus, Obfirmare viam, aduersùs omnia obstinatè agere.

ŏbfĭrmātŭs, nomen ex participio. {מחוזק mechuzzák. ἐπιμεμελημένος. GAL. *Affermé.* ITAL. *Affirmato* GERM Gespert/fürsetzlich darin gestehn. HISP. *Affirmado.* ANGL. *Obstinat, stubburne.* willfull.} Feram & perferam animo forti & obfirmato. Plaut. *Amphitr.* Cic. ad *Attic. lib.1.* Incredibile est quanto mihi videatur illius voluntas obstinatior, & in iracundia obfirmatior.

ŏbfĭrmātē, aduerbium, Pertinaciter. {ἐπιμεμελημένως, βιαίως, αὐθαδῶς. GALL. *Fermement, obstinément.* ITAL. *Ostinatamente, fermamente.* GER. Steiff/widerspensticklich/widersetzen. HISP. *affirmadamente* ANG. *Obstinatlie, stubburnelie.*} Suet. *in Tib c.25.* Ad capessendam rem pergentem urgebant, quanquam obfirmatè resistentem.

Obfringo, vide *Offringo.*

‖ Obfusco, refero, vel doni fraudem. Gl. A.L. ‖

ŏbgānnĭo, ὑλακτέω, vide Gannio & Ogannio

ŎBHÆRĔO, es Adhæreo. {דבק dabák. προσκολλῶμαι. GALL. *Tenir à ou contre quelque chose.* ITAL. *Attacarsi.* GERM. Anhencken/behangen. HISP. *Allegarse.* ANGL. *To stick, to any thing.*} Suet. *in Nerone,* Consurgenti ei primùm lacinia adhæsit.

Obhæresco, suprà adæresco. Apul.

ŎBHERBESCO, scis, Herbis obducor, ex Ob, & herbesco. Herbescere verò est herbam fieri, Cic. *in Catil.* Et elicit herbescentem ex eo viriditatem

rem, quæ nixis fibris stirpium, sensim adolescit. Festus, Obherbescere, herbam increscere.

Obhorreo,es,ui,ere. In superficie horreo. Plin. *lib.* 37. *cap* 8. Vilioris est turbæ prasius, cuius alterum genus sanguineis punctis obhorret.

ŏbiăcĕo, es, Circum, aut contrà iaceo, siue obsto. { ἀντίκειμαι. GALL. *Gesir ou estre couché autour ou contre.* ITAL. *Giacere all' incontro ò d'intorno.* GERM. Im wäg ligen/entgegen ligen. HISP. *Estar echado en derredor, ò contra algo.* ANGL. *To lye ab out or against.* } Columell. *lib.* 2. *cap.* 4. Sed vastos cespites conuellit, quibus obiacentibus, impeditum aruum minus rectè potest iterari. Liu. *lib.* 9. *ab Vrbe*, Quum ad alias angustias protinus pergerent, septas deiectu arborum, saxorúmque ingentium, obiacente mole inuenere, id est, contra iacente. Stat. 4. *Theb.*

‖ Obigitat, antè agitat: vt obambulat Fest. ‖

—— vatum qua conscius amnis
Gorgonio percussus equo, quaque obiacet alto
Isthmos.

ŏbĭcĭo, is, Antè iacio, antè pono, porrigo, effero. { השליך *hischlich* הביא *hébi* נתן קבול *nathan kaból.* παραβάλλω, προτείνω. GAL. *Opposer, obiecter, mettre au deuãt.* ITAL. *Opporre, mettere innanzi.* GERM. Fürwerffen/entgegen werffen. HISP. *Contraponer.* ANGL. *To cast before, to oppone.* } Colum. *lib.* 7. Tenerrimã quanque frondem, aut pampinos viris obiici, id est, apponi, vel antè poni. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Flos veteris vini meis naribus obiectus, id est, oblatus. Terẽt *in Heaut.* Vt hanc lætitiam, nec opinanti priùs obiicerem ei domi, id est, offerrem, & in eum effunderem. Huic homini nescio quid est mali, mala obiectum manu. (i. porrectum.) Plaut. *Amph.* Argentum obiicias lenæ. Idem *Asin. sc.* 2 *a.* 4. Item, Obiicere exercitum prælio. Cæsar. 1. *de bell. ciu.* Et, Ob oculos obiiciemus. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a* 2. ¶ Aliquando obstaculo esse & opponere. προβάλλειν, Cic. *pro Fonteio*, Propugnaculum, hostibus oppositum, & obiectum. Obiicere se, vel caput suum periculis, idem est quod exponere: in qua significatione variam habet constructionem: vt facilè erit videre in exemplis, quæ iam subiungemus. Cic. *ad Torquatum*, Ad omnes casus periculorum obiecti sumus. Idem *pro Archia*, Obiicere se in impetus hominum quotidianos. Idem *pro domo sua*, Obieci meum caput pto vestris cæremoniis. ¶ Aliquando infero. Plaut. *in Amph.* Qui multa Thebano populo acerba obiecit funera. ¶ Aliquando repentè ostendo. Claudian.

Extemplò sese mediis obiecit in aruis.

¶ Obiicere alicui mentem, est iniicere, vel dare. Liu. 5. *ad Vrbe*, Respõdit profectò iratos deos Veienti populo illo die fuisse, quo sibi eam mentem obiecissent, vt excidium patriæ fatale proderet. ¶ Obiicere moram, est retardare. Plin. *in Trin.* Sed fores hæ sonitu suo mihi moram obiiciunt incommodè. ¶ Ponitur quandoque pro exprobrare ὑποφέρειν, ὀνειδίζειν. Idem *in Milit.* Me tibi istuc ætatis hominis facinora puerilia obiicere, neque te decora, neque tuis virtutibus. Cic. 6. *Verr.* Non tibi obiicio, quod hominem dignissimum tuis moribus spoliasti. In hac significatione iungitur interdum duobus datiuis Plin. *lib.* 34. *cap.* 3. Camillo enim crimini obiecit Spur. Caruilius Quæstor, quòd ærata ostia haberet in domo. Crimini (inquit) obiecit, hoc est, crimini dedit. ¶ Interdum præter datiuum, ablatiuo cum præpositione De. Brutus *ad Antonium lib.* 11. *Epist. Cic.* Te miramur, quum hæc reticueris, non potuisse continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæsaris obiiceres. Et cum præpositione In. Cic. *pro Cluent.* Doce in illorum indiciis, quid præter hoc venenum Oppianici, non modò in criminis, sed in maledicti loco sit obiectum. ¶ Obiicere vt probrum. Idem *Tusc.* 1. Honorẽ tamen huic generi non fuisse declarat oratio Catonis, in qua obieci vt probrum M. Fuluio nobiliori, quòd is poëtas in prouinciam duxisset.

ŏbiectŭs, a, um, participium, Oppositus. { כתון קבול *nathún kaból.* ἀντικείμενος. GAL. *Opposé, ietté au deuant.* ITAL. *Opposto.* GERM. Entgegen gesetzt. HISP. *Contrapuesto.* ANGL *Opponed, layed or caste before.* } Cic. *pro Fonteio* Propugnaculum hostibus oppositum & obiectum Obiectæ vallo munitiones, apud Liu. *lib.* 3. *ab Vrbe.* Celere mihi obiectum negotium. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a* 2. Noua res mihi subitò obiecta est. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2.

Crimina vidistis pretio quæ obiecta patebant,

Ouid. 13. *Metam.* Obiectus apro à seruo. (i. relictus.) Suet. *in Aug. c* 67. Erat obiectus portis Eritius. Cæs. 3. *de bell. ciu.* ¶ Interdum idem est, quod oblatus. Cic. 2. *de finib.* Obiecta specie voluptatis. Idem 1. *Acad.* Vt si qui tremerent obiecta terribili re. Obiectus ad omnes casus periculorum. Idem *Torquato.* ¶ Obiectus aliquando idem est quod exprobratus, datum vitio. Idem *pro Cluent.* Crimen obiectum non confiteri.

ŏbiectŭs, us, nomen, Opposito, obiecto. { προβολή. GAL *Obiectiom, epposition* ITAL. *Opposition.* GERM. Ein fürwurff/ entgegenwurff. HISP. *Contraposicion.* ANGL *An opponing, or laying before.* } Plin. *lib.* 2 *c.* 10. Obiectu terræ lunam occultari. Virg 1. *Æneid.*

—— insula portum
Efficit obiectu laterum.

Obiectu lapillorum resultans amnis, Quintil.

ŏbiectum, i, Philosophi vsurpabant pro eo quod sensu aliquo percipitur. { τὸ ὑποκείμενον. GALL. *Obiect.* ITAL *Obietto.* GERM. Ein gegensatz einer sinnligkeit/als die farben des gesichts als die getön des gehörs. &c. HISP. *Lo que se contrapone à los ojos.* ANGL. *An obiect.* } Vnde colorem visus obiectum vocant, sonum auditus, odorem olfactus, saporem gustus, & corpus sensibile tactus. Vox in scholis philosophorum vsitata & iactata crebrò in sophistarum concertationibus.

ŏbiecto, as, Frequenter obiicio, oppono, imputo, exprobro. { חרף *cheréph.* ὀνειδίζω, ἐγκαλέω. GAL. *Ietter au deuant, mettre deuant les yeux.* ITAL. *Gittar in occhio* GERM. Zůthinziehen / auffrupffen / fürwerffen. HISP. *Echar ò cõtraponer delante los ojos.* ANGL. *To put before the eys, to cast before.* } Cic. *in Salust.* Qui falsum crimen bonis obiectat. Plaut. *in Trin.* Ne omnino inopiam ciues obiectare possint tibi. Salust. *in Iugurth.* 120. mihi fortuna, illis probra obiectantur. ¶ Hinc Obiectatio, exprobratio, ὀνειδισμός. Cæsar 3. *bell. ciuil.* Idque ita esse cum ex aliorum obiectationibus, tum etiam ex domestico indicio. Interdum ponitur pro expono & offero. παραβάλλομαι. Virg. *lib* 4. *Æneid.*

—— Et corpora bello, Obiectant.

¶ Item, Obiectaculum pro obice & claustro, vt ait Budæus. Varro 3. *de re rust. c.* 17. In Baiano autem tanta ardebat cura, vt architecto permiserit, vt suam pecuniam consumeret, dummodo perduceret specus è piscinis in mare, obiectaculo, quo æstus bis quotidie ab exorta luna ad proximam nonam introire ac redire rursus in mare posset.

Obiectatus, a, um. Liuius *lib.* 9. *ab Vrbe*, Obiectata crimina: nisi Codex errat.

ŏbiectāmentă, Obiectatio, probra. προφέρει ὀνείδεα Homero. Apuleius *in Apologia* 1. Quæ ergo quum intelligerem, non tam crimina iudicis, quàm obiectamenta iurgio prolata, vltro eos ad accusandum crebris flagitationibus prouocaui.

‖ Obinanis, e, in summo inane. ‖

Obinunt, obeunt. Fest.

OBIRASCOR, irasci admodum. Senec *cap.* 2. *de tranquil.* Obirasci fortunæ.

ŏbīrātŭs, adiectiuum, Iratus. { זעף *zahéph.* προσοργισθείς. GALL. *Courroucé.* ITAL. *Sdegnato, & adirato.* GERM. Erzürnt. HISP. *Airado.* ANGL. *Angrie.* } Liu. 1. *ab vrbe*, Aut fortunæ, vt fit, obirati, cultum reliquerant deûm.

ŏbĭtĕr, aduerb. ex Ob, & iter compositum, In transitu, extra propositum. { παρέργως, ἐν παρόδῳ. GALL. *En passant, ce temps passant.* ITAL. *Accidentalmente, à caso.* GERM. In fürgang/ eben anhin/näben anhin HISP. *De camino, de passada, ò à proposito.* ANG. *By the way.* } Perottus: Obiter non est, vt Valla, & alij quidam existimarunt, specialiter, sed quod vulgò dicitur incidenter, h. e. præter propositum, quasi in itinere occurrens. Plin. *in prolog lib.* 11. Vt obiter caueam istos Homeromastigas. Ex *lib.* 18. *cap.* 10. Maior pars Italiæ ruido vtitur pilos, rotis etiam quas aqua verset obiter & molat. Idem *lib.* 11. *cap.* 37. Cuius angustiæ non sinunt vagari incertam aciem; & velut canali dirigunt, obitérque incidentia facilè declinant. Iuuen. *Satyr.* 3.

Atque obiter leget, aut scribet, aut dormiet intus, id est, interim.

ŏbĭnānĭs, e, Inanis & vacuus, nisi aliquid auget compositio. { רק *rek.* κενός. GALL. *Vuide.* ITAL. *Vacuo, voto.* GERM. Gantz lär. HISP. *Vano, hueco, vazio.* ANGL. *Emptie, voide.* } Varro 3. *de re rust. cap.* 4. In his iidem aiunt quum ad lumen sustuleris, quod perluceat id esse obinane. Docet quomodo cognoscas an plena sint oua, an inania, seu vacua.

OBIVRGO, as, Arguo, reprehendo, incuso, increpo. { היכוה *hochiach.* ἐπιτιμάω GALL. *Reprendre, tancer.* ITAL. *Riprendere.* GERM. Ernstlich schelten/straffen mit worten. HISP. *Reprehẽder.* ANGL. *To chide, to rebuk er reprehend.* } Terent. *in Andria*, Nam si illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit: Quid facias illi qui dederit damnum, aut malum? Rectè obiurgas. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Obiurgare flagris aliquem. Sueton. *in Othon. cap.* 2. Ferulis obiurgare. Idem *in Calig. cap.* 10. ¶ Obiurgare à peccatis. Plaut. *in Trinum.* Sed obiurgans me à peccatis, rapis in deteriorem viam. ¶ Obiurgare de re aliqua. Cic. *ad Attic. lib.* 2. Quòd me quodammodo molli brachio de pompeij familiaritate obiurgas, nolim ita existimes, &c. ¶ Aliquando valet idem quod exprobrare. Quintilian. *lib.* 6. *cap.* 4. Cicero obiurgantibus, quòd sexagenarius Popiliam virginem duxisset, cras mulier erit, inquit. Gell. *cap.* 29. *lib.* 13. Obiurgare Iuuenibus peruicaciam. ¶ Transfertur Obiurgare etiam ad res inanimatas. Cic. *ad Quint. frat. lib. Epist* 3. Ea villa quæ nunc est, tanquam philosophia videtur esse, quæ obiurget cæterarum villarum insaniam.

Obiurgito, frequentatiuum. Plautus *in Trinummo*, Rogitas, téne obiurgitem?

ŏbiūrgātĭo, Castigatio, reprehensio. { תוכחה *to hecháh.* ἐπίπληξις. GALL. *Tancement, aigre reprehension,* ITAL. *Aspra riprensione di qualche errore.* GERM. Beschelting/straff mit worten. HISP. *Aquella obra de reprehender* ANG. *A chiding, a rebuking.* } Cic. *de Amic.* Deinde vt obiurgatio contumelia careat.

ŏbiūrgātŏr, qui alterum obiurgat, { מוכיח *mochiach.* ἐπιπλήκτης. GALL. *Repreneur.* ITAL. *Ripprenditore.* GERM. Ein beschelter/der einen mit rauhen worten vmb sein missethat strafft. HISP. *Aquel que assi reprehende, reprehendedor.* ANGL. *A reprehender or rebuker.* Cic. *de lege Agrar* Nam attendite quantas concessiones agrorum hic noster obiurgator vno verbo facere conetur.

ŏbiūrgātōrĭŭs, adiectiuum, quod ad obiurgationem pertinet. { ἐπιπληκτικός. GALL. *Appartenant à reprehension.* ITAL. *Pertinente à riprensione.* GERM. Das zu der beschelltung gehört. HISP. *Perteneciẽte à reprehension.* ANGL. *Perteaning to chiding or rebuking.* } Cicer. *ad Attic. lib.* 13. Vna cum illius obiurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum rescripseram, misi.

ŏbiūro, as, iureiurando astringo { השביע *hischbiáh.* ἐξ ὀμνύω. } Inquit Festus, citans locum ex antiqua fabula, cuius inscriptio erat Penthesilea, formidabant obiurare. Cicer. *pro Cælio*, Fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister, obiurauit Marcum Cælium, sic neminem vnquam parens. Ita enim legit Calepinus, sed corruptè, ibi enim *obiurgauit* legendum est, non *obiurauit.*

ŏblædo, Lædo. { הרע *heráh* נגע *nagháh* נגף *nagháph.* βλάπτω. GALL. *Blesser offenser, mutiler.* ITAL. *Offendere.* GER. Verletzen HISP. *Dañar ò lisiar.* ANGL. *To annoye, to iurt.* } Plaut. *in Casin.* Ne oblæsis manum: hoc est, ne oblæseris.

‖ Oblamentia, vitis nigra apud Diosc. ‖

ŏblanguĕo, es, Langueo, { חלה *chaláh* נחלה *nachaláh* μαραίνομαι, καταπονέομαι, παραχμάζω. GALL *Languir, estre languissant.* ITAL. *Essere languido.* GERM. Erligen / laß vnd müd werden. HISP. *Enflaquecerse.* ANGL. *To be leane and weare away.* } Cic. *ad Tiron.* Literulæ meæ, siue nostræ, tui desiderio oblanguerunt.

Oblaqueo. Isid. *lib.* 17 *c.* 5. Oblaqueare est circa codicem terram aperire, & velut lacus efficere. Hoc aliqui excodicare appellant.

‖ Oblata, per se est adiectiuum.

Oblator συμπαλέστης. Gloss. Philox. i. e. qui offert aliquid, in festo, vt puto. συμπαίζει est vnà celebrare festum. ‖

ŏblātro, as, Circum, aut contra latrare. { ὑλακτέω. GALL. *Abbayer contre, crier apres.* ITAL. *Abbaiare all'incontro.* GERM. Widerbellen/

widerbaffzen. HISP. *Ladrar y malderzir en contrario.* ANGL. *To barke about or againſt.* } Et propriè eſt canum: quanquam etiam per tranſlationem pro obloqui, ſiue obtrectare accipitur. καταλαλεῖν. Vt apud Silium *lib.* 8. — hinc auctus opes largúſque rapinæ, Intima dum vulgi fouet, oblatrátque Senatum. Lactant. *lib.* 5. Qua Demetrianum (ſicut ipſe ait) oblatrantem atque obſtrepentem veritati, redarguere conatur.

Oblātrātŏr, oris, & Oblatratrix, cis. Plaut. *Mil.* Sed nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere.

ŏblātĭo, & oblatus, vide in Offero infrà.

‖ Oblatum furtum, non malo genio, ſed occaſione factum, Gell. ‖

ŎBLECTO, as, Recreo, delecto, lætifico. { שעשע *ſchikaſchab.* ψυχαγωγέω, γω, κηλέω. GALL. *Recreer, reſiouyr.* ITAL. *Recreare, delettare.* GERM. Beluſtigen/ergeɤen. ANGL. *Alegrar ò deleitar à otro.* ANGL. *To delight in aching* } Perottus, A licio fit oblicio, idem ſignificans quod delicio, à quo oblecto. Sunt tamen, qui delecto & oblecto non à delicio & oblicio verbis deduci exiſtimant, ſed à lacto verbo. Plaut. *Aſin.* Oblectabo interea illum. Terent. *in Phorm.* Habebis quæ tuam ſenectutem oblectent. Plaut. *in Pœn.* Amabo, num hi falſo oblectant gaudio nos? Horat. *de Arte*

Interdum ſpecioſa iocis, morataque rectè
Fabula nullius veneris, ſine pondere, & arte,
Valdius oblectat populum, meliúſque moratur,
Quàm, &c.

Terent. *Hecyr.* Dic mihi Philotis, vbi te oblectaſti tam diu? ¶ Habet autem Oblecto interdum cum accuſatiuo ablatiuum cum præpoſitione Cum. Cic. *ad Quint. fratr.* Oblecta te cum Cicerone noſtro quàm belliſſimè. Terent. *in Adelph.* Bono animo eſto, tu cum illa te intus oblecta interim. ¶ Habet & ablatiuum poſt accuſatiuum, eúmque ſine præpoſitione. Cic. *de ſenect.* Num igitur horum ſenectus miſerabilis fuit, qui ſe agricolatione oblectabant? Terent. *in Eunuch.* Me ſperes, me te oblectes, mecum tota ſis. Cic. *ad Cælium. lib.* 2. In communibus miſeriis hac tamen oblectabar ſpecula. Idem *pro Murana,* Ludis tamen oblectamur, & ducimur.

ŏblectŏr, aris, deponens, Oblectatio. Cicer. *ad Quint. fratr. lib.* 2. Ego me in Cumano Pompeiano, præterquam quòd ſine te, cæterùm ſatis commodè oblectabar. Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 1. Sordido vitam oblectas pane. Ego illum hîc interea oblectabo, (de ludis.) *Ibid. ſc.* 2. *a.* 2. Qui vos oblectem hanc fabulam dum tranſigo. Idem *Pſeud. ſc.* 5. *a.* 1.

ŏblectātĭo, nis, Delectatio, recreatio. { שעשועים *ſchaʼaſchuhim.* τέρψις. GALL. *Reſiouyſſance, recreation.* ITAL. *Dilettatione.* GERM. Beluſtigung. HISP. *Obra de deleytar, deleyte.* ANGL. *A delighting taking of pleaſure.* } Cicer. *Acad.* Indagatio ipſa rerum cùm maximarum, tum etiam occultiſſimarum habet oblectationem. Idem 1. *Academ.* Doloris medicinam à philoſophia peto, & otij oblectationem hanc honeſtiſſimam puto.

ŏblectāmentŭm, i, idem. Solatium in malis quæſitum animi fallendi cauſa, aberratio à mœrore, à triſtitia, à doloris ſenſu. Cic. *de ſenect.* Satiari delectatione non poſſum, vt meæ ſenectutis requietem oblectamentúmque noſcatis. Tacit. *lib.* 14. Nec deerant, qui voce, vultúque triſti, inter oblectamenta regia ſpectari cuperent.

ŏblectāmĕn, inis, Oblectamentum. Stat. 3. *Syl.*

Nec deſunt varia circum oblectamina vitæ.

Oblego, contra legare vel contrarium, vel contradicere. Vet Voc.

ŏblēnĭo, oblenis, obleniui, & oblenij, oblenire pro lenire. Senec. *de Ira.* 3. Lectio illum carminum obleniat.

‖ Oblicare ὑποκυρτεῖν. Gloſſ. intellige, obliquare. ‖

ŏblīdo, is, ex Ob & lædo ſignificat lædo, ſuffoco, neco. { הרג *heráb* חנק *chinnék.* λωβάομαι, ἀποπνίγω. GALL. *Suffoquer.* ITAL. *Suffocare.* GERM. Verleɤen/erſticken. HISP. *Ahogar.* ANGL. *To ſteffell, to beate euen, to death.* } Colum. *lib.* 7. *cap.* 3. Ne anguſtiæ fœtus oblidant. Tacit. *lib.* 5. Exin obliſos faucibus, id ætatis corpora in Gemonias abiecta.

ŎBLĬGO, as, Circunligo, aſtringo, conſtringo. { אסר *asár* צרר *tsarár.* ἐνδέω. GALL. *Lier autour ou auec, enueloper.* ITAL. *Ligare intorno, rilegare.* GERM. Verbinden. HISP. *Atar al rededor.* ANGL. *To bind about or with, to fold together.* } Columell. *lib.* 6. *cap.* 28. Siue vt fœmina, ſiue vt maſculis concipiatur, noſtri arbitrij fore Democritus affirmat, qui præcipit vt quum progenerari maſculum velimus, ſiniſtrum teſticulum admiſſarij lineo funiculo, alióve quolibet obligemus: quum fœminam dextrum. Curtius. Ne obligato quidem vulnere, haud ſegniùs deſtinata exequitur. Colum. *lib.* 11. *cap.* 2. Bonus operarius prati iugerum deſecat, nec minus mille ducentos manipulos vnus obligat, qui ſint ſinguli quaternarum librarum. Ait obligaſſe ſe crus fractum Æſculapio, Apollini autem brachium. Plaut. *Menæch ſc.* 3. *a.* 5. Ad obliganda vulnera alterius Senec. *cap.* 1. *de conſol. ad Helu.* ¶ Item Ventis obligo. (i. vela facio.) Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Triſt.* ¶ Per tranſlationem Obligare eſt, deuincire beneficiis & ſibi obſtringere. { אסר *aſár* חוב *chijeb.* κατάπτω. GAL. *Obliger.* ITAL. *Obligare.* GERM. Verpflichten/verbinden. HISP. *Obligar.* ANGL. *To obluhe.* } Cic. *Aulo Trebonio,* Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus nihil etiam. Idem *ad Quintum fratrem lib.* 3. Scaurum beneficio defenſionis valde obligauit. Idem 4. *in Catil.* Hoſtes alienigenæ, aut oppreſſi ſeruiunt, aut recepti beneficiosè obligatos putant. Plin *Epiſt.* 69. Obligabis me, obligabis Caluiſium noſtrum, obligabis ipſum non minus idoneum debitorem, quàm nos putas. ¶ Obligare ſe furti, hoc eſt furti crimen incurrere. Gell. *lib.* 7. *cap.* 15. Quod cui ſeruandum datum eſt, ſi id vſus eſt, ſiue quod vtendum acceperit ad aliam rem, atque accepit, vſus eſt, furti ſe obligauit.

ŏblĭgātĭo, nis. { אסר *eſar.* ἐνοχή, διαπλοκή, ἐπίδοσις. GALL. *Obligation.* ITAL. *Obligo.* GERM. Verbindung. HISP. *Obra de obligar.* ANGL. *Obligation.* } Cicer. *ad Brutum,* Eſt autem grauior & difficilior animi & ſententiæ, maximis præſertim in rebus, pro altero, quam pecuniæ obligatio.

ŏblĭgāns, & Obligatus, participia. Senec. *de benef. lib.* 1. *cap.* 4. Tu me aliquid eorum doce, per quæ obligantium obligatorúmque animi certent. Dapem obſignatam redde Ioui, id eſt, promiſſam, ac debitam. Horat. 2. *Carm. Ode* 7. Differunt tamen ſecundùm Aſconium, Obligatus & Diſtrictus, quoniam Obligatus etiam nodis vinculorum duci poteſt. Diſtrictus manu tantùm, & ſine vinculis.

‖ Obligatores, mercatores. Nouar. Item qui ligaturas faciunt. Cod. ll. antiq. ‖

ŏblĭgūrĭo. is, Multa auidè conſumo, voluptatem & ſuauitatem ex eduliorum immoderato vſu capio, dilapido, profundo, obligurio. { λιχνεύω, καταδαπανάω. GALL. *Conſommer & dependre tout par friandiſe.* ITAL. *Traguggiare.* GERM. Verſchlemmen/vnnüɤiglich verthun vnnd verſauffen. HISP. *Gaſtar en goloſinas.* ANGL. *To waſt much and ſpend verye riotouſlie.* } Vnde etiam pro patrimonium profundere ſumitur. Cic. *in Catil. Orat.* 2. Nihil cogitur niſi cædes, niſi incendia, niſi rapinas: patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas obligurierunt.

ŎBLĪMO, as, ex Ob, & limus, componi videtur, & ſignificat Limo obduco, ſiue limo repleo. { ἐμπηλόω, GALL. *Emplir, ou couurir de boue, fange & ordure.* ITAL. *Coprire di gorra, di lea, di fango,* GER. Mit leymechtigen kath vnd ſchleim vberziehen. HISP. *Enſuziar con cieno.* ANGL. *To couer or fill with claie.* } Cic. *lib.* 2. *de nat. deor.* Ægyptū irrigat, & quū tota æſtate obrutam, oppletámque tenuerit. tū recedit, molitóſque & oblimatos agros ad ſerendum relinquit. Suet. *in Aug. c.* 18. Foſſas omnes, in quas Nilus exæſtuat, oblimatas longa vetuſtate, militari opere detexit. Virg. *lib.* 3 *Georg.*

———*& ſulcos oblimet inertes.*

¶ Per tranſlationem Claudianus *lib.* 3. pro obcæco, ſeu obtundere vel inquinare poſuit, —ſed quòd diſſuaſor honeſti Luxus & humanas oblimat copia mentes. ¶ Eſt & oblimo, à Limo, limas, compoſitum, quo Horat. *lib.* 1. *Serm. ſatyr.* 3. vſus eſt pro conſumo. κατεσθίω,

Rem (inquit) patris oblimare malum eſt.

& hoc ducunt à *lima.* Nam *limare* eſt attenuare.

ŏblĭnĭo, is, Circumlinio. { טח *tach.* ἐπαλείφω, ἐπιχρίω. GALL. *Oindre & froter autour, enduire* ITAL. *Vgnere, fregare intorno.* GERM. Beſtreichen. HISP. *Vntar y fregar en cerco.* ANGL. *To anoynt about or vpon, to rubbe about, to ſmeare ouer.* } Colum. *lib.* 5. *cap.* 9. Sed oportebit talearum capita, & imas partes miſto fimo cum cinere oblinire.

ŎBLĬNO, is, Circùm lino. { טח *tách.* ἐπιχρίω. GALL. *Souiller autour.* ITAL. *Corprire, bruttare, vgnere intorno.* GERM. Beſtreichen/vmbſalben. HISP. *Eſuziar en cerco.* ANGL. *To dawbe or ſmeare ouer.* } Quid opus ceruſſā? Qui malas oblinam Plaut. *Moſt. ſc.* 3. *a.* 1. Colum. *lib.* 5. *c.* 10. Ita cacumina arboris ſumma obleuimus. Varr. 3. *de re ruſt. c.* 8. Qui ita decipiuntur, quum ſe obleuerint viſco. Saluſt. *in Iugurth.* Simul gladium ſanguine oblitum oſtentans.

ŏblĭtŭs, ab Oblinos. Circunlitus, & circunquaque fœdatus. { נטוח *natoách.* περικεχρισμένος. GALL. *Souillé autour.* ITAL. *Vnto, tinto, bruttato, imbruttato, attorno.* GERM. Beſtrichen/beſudlet. HISP. *Enſuziado en derredor.* ANGL. *Dawbed or ſmeared ouer.* } Tibullus,

Oblitus & muſto feriat pede ruſticus vuas.

Oblitus vnguentis, Cic. *in Catil.* ¶ Oblitus ſtultitia atque inhumanitate, dixit idem 5. *in Verr.* Et *ad Papyrium Epiſt. lib.* 9. Facetiæ oblitæ Latio, id eſt, aſperſæ. Idem 7. *Verr.* Vt non cera, ſed cœno obliti eſſe videantur. Parricidio oblitum idem dixit *in Anton.* 11. ¶ Siccine mihi os eſſe oblitum? (aliàs ſublitum.) Plaut. *Curc. ſc.* 4. *a.* 4.

ŎBLĬQVVS, a, um, adiectiuum, Non rectus, indirectus. } עקלתון *hakallathón* עקלקל *hakalkál* עקש *hikkéſch.* καμπύλος, κυρτός. GALL. *Oblique, qui va de trauers & de coſté.* ITAL. *Obliquo, torto.* GERM. Schlim/ſchälb/krumb. HISP. *Tuerto, ò altraues.* ANGL. *A croſſe, awirie, or ouerwhárt.* } Ouid. 2. *Metam.*

Illa deam obliquo fugiente lumine cernens
Murmura parua dedit,

Idem *Epiſt.* 4.

———*Nec obliquo dente timendus aper*

Idem 1. *Amor. Eleg.* 6.

———*aditu fac ianua paruo*
Obliquum capiat ſemi adaperta latus.

Plin. *lib.* 9. *cap.* 29. de cancris loquens, Natant obliqui in caput, id eſt, tranſuerſi, non recti. Obliqua fulmina, Senec. *cap.* 18. *de conſol. ad Martiam.*

ŏblīquĭtās, עקשות *hikkeſchúth.* καμπυλότης. GALL. *Tortuoſité, flechiſſure.* ITAL. *Diſtorgimento trauerſamento.* GERM. Schälbe/krumbe. HISP. *La tortedad.* ANGL. *Croſſeneſſe, awrie, or ower wartneſſe.* } Plin *lib.* 3. *c.* 5. Ni talis obliquitas in latus digredi videretur.

ŏblīque, aduerbium)(Rectè. { πλαγίως, σκολιῶς. GALL. *De trauers, obliquement, de coſté* ITAL. *Di trauerſo, tortamente.* GERM. Krumb/beyſeits. HISP. *Tuertamente.* ANGL. *Croſſelie, awrie, or ouerthwalie.* } Cato *c.* 41. Vitis vtriuſque latus alterum præradito obliquè. Gell. *c.* 17. *lib.* 7. Agendum obliquè, vt cum homine ſtulto exiſtimaui.

ŏblīquo, Curuum facio. { עקל *hikkél* עקש *hikkáſch.* κυρτόω. GAL. *Faire aller de trauers & de coſté, deſtourner.* ITAL. *Far andare à trauerſe, torcere piegare.* GERM. Krumben/krumb machen. HISP. *Entortar ò torcer.* ANGL. *To ſett awrie, to croſſe.* } Plin. *lib.* 6. *c.* 13. At vbi cœpit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus. ¶ Obliquare ſinus (vt apud Virg. *in Æneid.*

Obliquátque ſinus in ventum.)

eſt velum obliquum tendere, quod fecit neceſſariò Palinurus, cùm tranſuerſi venti flarent. ſequitur enim,

Mutati tranſuerſa fremunt.

ŎBLĬTĔRO, as, Aboleo, obſcurū facio, deleo, vel in obliuionem duco. { מחה *macháh* טח *tách.* ἐξαλείφω, καθαιρέω, ἀπαλείφω. GALL *Effacer, abolir.* ITAL. *Dipennare, cancellare.* GERM. Durchthun / außtilgen / In vergäß bringen. HISP. *Raer, borrar, cancelar.* ANGL. *To aboliſh, to croſſe out.* } Cic. *ad Senatum poſt reditum.* Publici in me beneficij memoria priuatam offenſionem obliterauit. Gell. *c.* 14. *lib.* 9. Illo quod ante ſcriptum erat obliterato. (i. deleto.) Idem *c.* 18. *lib.* 9. Obliteratæ leges tacito illiteratóque conſenſu: Neuius apud Gell. *c.* 7. *lib.* 19. Obliteram gentem, pro obliterata, dixit. Obliterato ſuorum caſu. Suet. *in Calig. c.* 10. Vetuſtate obliterata res. Liu. *lib.* 3. *ab vrb.* Suet. *in Tib. c.* 21. *& c.* 52. Obliterari rem ſilentio. Idem *in Neron. c.* 40. *& in Tib. c.* 22. Lactant. *lib.* 6. Ergo idem Dominus ac parens indulgentiſſimus, remiſſurum ſe pœnitentibus peccata promittit, & obliteraturum omnes

omnes iniquitates eius, qui iustitiam denuo cœperit operari. Catull. *Argon.*

Hæc vigeant mandata, nec vlla obliteret ætas.

Liu. 6. *bell. Pun.* Aduersæ pugnæ in Hispania nullius in animo quàm meo minus obliterari possunt. Idem 1. *bell. Pun.* Nondum obliterata memoria superioris belli. ¶ Fit autem Oblitero (vt quidam putant) à litus, quòd ibi notata à fluctibus æquari & tolli soleant. Alij à verbo Obliuiscor deduci malunt, cuius supinum est oblitum: propterea quòd nihil aliud sit Obliterare, quàm æternæ obliuioni tradere. Alij ab oblinendo, hoc est, inducendo, siue delendo, profectum volunt. Alij à literis dici putant, vt sit Obliterare, quasi à literatum monumentis eradere.

Ŏblītēsco, is, ab Oblitco, inusitato verbo, Abscondor, siue delitesco. { נסתר nischár. λανθάνω. GALL. *Estre caché & mussé.* ITAL. *Asconderſi.* GERM. Verligen. HISP. *Esconderse.* ANGL. *To lurke.* } Varr. 1. *de re rust. cap.* 51. Ne æstu rimosa in rimis grana oblitescant, & recipiant aquam.

‖Oblituit, quod fit à latere. Sen.‖

Oblitus, vide *Oblino* & *obliuiscor.*

OBLIVĪSCOR, Memoriam rei alicuius amitto, non recordor, ex memoria depono. { שכח schachách נשה nascháh. ἐπιλανθάνομαι. GALL. *Oublier* ITAL. *Dimenticarsi, scordarsi.* GERM. Vergessen. HISP. *Oluidarse.* ANGL. *To forgett.* } Ab Ob, & leo, leui, quasi obliuiscor: quia deletur aliquid ex memoria: vel, ab oblinendo. Passer. Plaut. *sc.* 2. *a.* 1. Est quod domi dicere penè oblitus fui. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. An egomet me illic reliqui, si fortè oblitus fui? Item *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Lucernam oblitus fueram extinguere. Catullus *de com Beren.*

Anne bonum oblita es facinus.

Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 5. Mos est obliuisci hominum, & non nouisse, cuius nihili faciunda gratia Ouid *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

——*Et oblitam non sinis esse mei.*

Idem 13. *Metam.*

——*Oblitus regisque ducisque meique.*

Verbum est deponens, quamuis aliquando passiuè sumatur. Virg. 6. *Ecloga.*

Nunc oblita mihi tot carmina, pro à me.

Obliuisci aliquid, Plaut. *in Cas.* Non sum ego oblitus officium meum. Virg. *Æneid.*

Quisquis es amissos huic iam obliuiscere Graios.

Obliuisci alicuius rei. Cic. 2. *Verr.* Quæ te obliuisci laudis domesticæ non sinant. Idem *pro Planc.* Memini enim, memini, nec vnquam obliuiscar noctis illius.

Ŏblītŭs, a, um, participium ab obliuiscor. { שכח schocheách, (vel schacheách. ἐπιλελησμένος. GALL. *Oublié, qui s'est oublié.* ITAL. *Dimenticato, che s'è dimenticato.* GERM. Vergessen HISP *Oluidado que se oluida.* ANGL. *Forgotten.* } Ouid. 1. *de Ponto*, Oblitus moris patrij. Virg. 5. *Æneid.*

Oblitus decorisque sui sociûmque salutis.

Ŏblīuio, nis, est memoriæ defectus, siue imbecillitas. { נשיה neschijjáh. λησμοσύνη, λήθη. GALL. *Oubli, oubliance.* ITAL. *Obliuione, smenticanza.* GERM. Vergessenheit oder vergäßligkeit. HISP. *Oluidança.* ANGL. *A forgetting or forget fulnesse.* } Plin. *lib.* 13. *c.* 17. de loto arbore Tam dulcis ibi cibus, vt nomen etiam genti terræque dederit nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ. Venustè dicimus, Huius rei capit me obliuio, Hanc rem obliuione contero, obliuioni do, obliuione deleo, obliuione obruo. Res hæc in obliuione diu iacuit, Hanc rem nulla obscurabit obliuio, Huius rei obliuio mihi subrepit, Hæc res venit in obliuionem, Hanc rem ab obliuione vindicabo: quarum locutionum exempla omnia à Cicerone suppeditantur, & nulli legenti recepros autores non erunt obuia. In obliuione iacuit, Cicer. 3. *Verr.* id est, in obscuro. de homine dictum: cui opponitur, In assidua esse commemoratione.

Ŏblīuĭōsŭs, a, um, dicitur is, qui citò obliuiscitur. { שכח schachéach. ἐπιλήσμων. GALL. *Qui oublie incontinent, oubliant.* ITAL. *Scordeuole.* GERM. Vergeßlich. HISP. *Oluidadizo.* ANGL. *Forgetfull.* } Cicer. 1. *de Inuent.* Acutus, an hebetior: memor, an obliuiosus. Idem *de senect.* Nam quos ait Cæcilius comicus stultos senes, hos significat, credulos, obliuiosos, dissolutos. ¶ Obliuiosus, qui obliuionem inducit. Horat. 2. *Carm. Ode.* 7.

Obliuioso læuia Massico Ciboria exple.

Ŏblīuĭus, a, um, adiectiu. significat id quod obliuione obscuratum est. { נשכח nischách. } Varr. 4. *de ling. Lat.* Verba, inquit, sunt aut aliena, aut nostra, aut obliuia, de obliuiis relinquam, &c ¶ Obliuium, ij, idem quod Obliuio, sæpè & in plurali vsitatum. Horat. *in Serm.*

Ducere solicita iucunda obliuia vitæ.

Virg. 6 *Æneid.*

Securos latices & longa obliuia ponunt.

Cepere te obliuia nostri. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Vtque mea famam tenuent obliuia culpa.

Ŏblŏco, as, Loco, abloco. { שכר sa-hár. μισθαρνέω. GALL. *Alouër à faire*, *arrenter.* ITAL. *Locare, affittare.* GERM. Verdingen. HISP. *Arendar.* ANGL. *To sett for wage, to lett out.* } Iustinus, Quum operam oblocare ad puteos exhauriendos solitus esset. Suet *in Cæs. c.* 26. quæ ad epulum pertinebant quamuis macellariis oblocata, tamen domesticatim apparabat.

‖ Oblogat imperat. Gl. Isid.‖

Oblongŭs, a, um, adiect. Longus, nisi quid addat præpositio. { ארוך arú h ארך erech. μακρός. GALL. *Long.* ITAL. *Longo.* GERM. Daß lang/langlecht. HISP. *Largo.* ANGL. *Long.* } Plin. *lib.* 34. *c.* 12. Figura oblonga maximè probatur Idem *lib.* 10. *c.* 51. Quæ oblonga sint oua, gratioris saporis putat. Horatius Flaccus.

ŎBLŎQVŎR, Obturbo, obstrepo, sermonem alicuius interpello, contradico, { נדבר nidhbár נרגן nirghán. παρεγχέω. GALL. *Parler contre, mesdire. parler mal.* ITAL. *Interrumpere, il parlar ad alcuno.* GERM. Widersprechen/einreden/einem in die red fallen. HISP. *Hablar en contrario, estoruar al que habla.* ANGL. *To gaine say, to blackbyte or report ill.* Cic. *Quint. fratr. lib.* 2 Tu verò vt me & appelles & interpelles, & obloquare & colloquare velim. Idem *pro Cluentio*, Vocat me iamdudum tacita vestra expectatio, quæ mihi obloqui videtur. Virg. pro Accinere posuit *lib.* 6. *Æneid.*

Nec non Threicius longa cum veste sacerdos,
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

¶ Interdum idem est quod detracto, maledico. καταλαλέω. Liu. 1. *ab Vrbe*, Notatos quoque qui ferocissimè obloquuti erant, singulos manu corripuit. Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 1. Lenonis hæ sunt ædes. PA. malè istis eueniat PH. Quí PA. quia scelestam seruitutem seruiunt. PH. Obloquere. PA. fiat maximè. PH. etiam taces? PA. Nempe obloqui me iusseras. Gellius *cap. vlt. lib.* 1. Obloquebatur dum verberabatur, se non meruisse *Il contredisoit* Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 1. Te morare, mihi cum ob loquere

Ŏblŏquūtōrēs, Maledici, detractores. { רגנים rothenim נרגנים nirghanim. κατάλαλοι GAL. *Conterooleurs, qui conterolent & trouuent à dire à tout Mesdisans.* ITAL. *Maldicenti.* GERM. Ein hinderstecher/ein vbelreder. HISP. *Maldeziente.* ANGL. *Backbiters sclaunderers.* } Plaut. *in Milit.* Obloquutor non sum alteri.

‖Oblucino. Fest. Oblucinasse dicebant antiqui mente errasse, quasi in luco deorum alicui, occurrisse.‖

Ŏblŭctŏr, aris, Contrà luctor, aut vehementiùs contra aliquid nitor. { נאבק neebak נפתל niphtál. ἀντιπαλαίω. GALL. *Luicter contre, s'efforcer contre, resister.* ITAL. *Sforzarsi all' incontro.* GERM. Widerstreben/widerfechten/entgegen ringen. HISP. *Luchar en contrario.* ANGL. *To struggle against, to resist greatlie* } Colum. *lib.* 5. Quum in proscindendo, aut duriori solo aut obuiæ radici obluctatus, conuellit armos.

ŎBLVDO, is, Ludo vel, cum aliquo ludo. { צחק tsichék. παίζω, συμπαίζω. GALL. *Se iouër.* ITAL. *Giuocare, scherzare.* GERM. Mit einander schimpffspil treiben. HISP. *Iugar ò burlar.* ANG. *To playe or sport.* } Plaut. *in Trucul.* Quum vident quempiam se aduersare, obludunt, quo custodem Oblectent per ioculum & ludum.

‖ Obmaneo. Fest. Obmanens olim manens, vt permanens.‖

Ŏbmŏlĭŏr, iris. Facta mole obstruo, vel molé obiicio. { ἀποβάλλω, ἐπιβύω. GALL. *Auec peine & trauail mettre au deuant, afin d'empescher passage ou autrement.* ITAL. *Porre con fatica vna cosa auāti à vn luogo per impedire il passo.* GERM. Entgegen bawas/etwas grosses entgegen setzen. HISP. *Empahar el passo con esfuerço.* ANGL. *VVith great labour to sett somo thing against some place where one must needes passe.* } Liu. 7. *bell. Maced.* Sed vndique omnes ad munienda & obmolienda, quæ ruinis strata erant, concurrerunt, id est obstruenda oppositis molibus. Curtius *lib.* 6. Arborum truncos & saxa obmoliuntur.

Ŏbmŏnĕo, es, pro Admoneo, apud antiquos dicebatur, autore Festo. { הזהיר hizhir. παραινέω. }

Obmoueo, admoueo, antiquis. Fest.

Obmurmŭro, as, Contra murmuro. נדבר nidhbár נרגן nirgan. παρεγχέω. GALL. *Murmurer contre quelqu'vn.* ITAL. *Mormorare contra alcuno.* GERM. Wider etwas murren vnd brumlen. HISP. *Murmurar contra alguno.* ANGL. *To murmure against.* } Ouid. *epist.* 17.

Vana peto, precibúsque meis obmurmurat ipse.

Obmurmurare, pro sæpè & tacitè dicere Suet. *in Othon. c.* 7.

Ŏbmūtēsco, scis, quasi mutus fio. { נאלם neelám κωφόομαι. GALL *Se taire comme vn muet.* ITAL. *Ammutire.* GERM Erstummen. HISP. *Emmudecer.* ANGL. *To keep silence, to bedumme.* } Cic. 2. *de finib.* Sed quia tale sit, vt vel si ignorēt id homines, vel si obmutuissent, sua tamen pulchritudine esset, speciéque laudabile. Idem 2. *de Orat.* Ego verò, inquit Crassus, neque Antonium verbum facere patiar, & ipse obmutescam, nisi priùs à vobis impetraro. Vir. 6. *Æneid.*

——*Dixit pressóque obmutuit ore.*

¶ Apud Plin. pro obsolescere, *lib.* 33. *c.* 13. Lydium Sardibus emebatur, quod nunc obmutuit.

Ŏbnāto, as, vide *Nato*, in *No, nas.*

Obnātus, ἐμπεφυκώς, Particip. ab Obnascor Liu. *lib.* 3. *bell. Pun.* Ibi hærentia inter obnata ripis salicta conspiciuntur, hoc est, circum ripas nata.

Ŏbnecto, is, autore Festo, Obligo, verbum maximè in nuptiis frequens. Scaliger monet legendum, nexis, mancupiis frequens est, vel nexiæ, mancupij.

Ŏbnĭgĕr, adiect. Niger, vel subniger, aut, vt quidam volunt, admodum niger. { ὑπομέλας. ἐπιμέλας καλυγώδης μέλας. GALL. *Noiratre ou fort noir.* ITAL. *Poco nero ò molto nero.* GERM. Schwartzlecht oder hefftig schwartz. HISP. *Poco ò muchonegro.* ANGL. *Very black or somewhat blanck.* } Plin *lib.* 8. *c* 23. Radicibus multis & obnigris.

Ŏbnītŏr, eris, obniti, Contrà nitor, obluctor. { נפתל niphtál. ἀντερείδω, ἀνθίσταμαι GAL. *Resister de tout son pouuoir, tenir ferme contre.* ITAL *Sforzarsi all'incontro.* GERM. Entgegen tringen oder sträben/widerhalten/widerstehen. HISP. *Estribar en contrario.* ANGL. *To resist, to withstand.* } Virg 1. *Georg.*

Versaque in obnixos vrgentur cornua vasto
Cum gemitu.

Cic. *pro Mil.* At non P. Clodio mortuo vsitatis iam rebus obnitendum est Miloni, vt tueatur dignitatem suam. Velleius, Fuere qui obniterentur impedire.

Ŏbnīxē, aduerbium, Cum conatu, enixè, totis viribus. { σπουδαίως, διατεταμένως. GALL. *En s'efforçant cōtre, de tout son pouuoir.* ITAL. *Con ogni forza.* GERM. Hefftiglich/mitt allen krefften. HISP. *Estribando con todas fuerças.* ANGL. *VVith all power and force.* } Terent. *Andr.* Pedibus manibúsque obnixè omnia facturum.

ŎBNŎXĬVS, a, um, ex Ob, & noxius componitur. { מחיב mechujjáh אשם aschém. ὑπαίτιος, ὑπόδικος, ἔνοχος. GALL. *Coulpable, qui a deserui d'estre puni pour quelque faute.* ITAL. *Reo, colpeuole, obligato,* GERM. Schuldig/vnderworffen/verstrickt. HISP. *Obligado, subiecto, reo, digno de punicion.* ANGL. *That hath deserueth punishment, giltie, boundē, subiect.* Noxus autem à noxia, aut Noxa deriuatur, quæ à nocendo originem trahunt. Apud antiquos Noxia (vt Festus ait) pro damno capiebatur apud poëtas pro culpa: Noxa verò pro peccato, aut peccati pœna, quæ omnia complectitur Nonius. Nam qui noxius est, damnum sibi plerunque, & aliis: culpam verò sibi infert, postremóque peccati pœnam.

Vnde Obnoxius, id est, noxia, siue, noxa circundatus, vel quasi ob noxiam, siue noxam, notatus, & pœnæ addictus. κατάδικος, κατάκριτος. Propriè enim Obnoxius dicitur, (vt inquit Festus,) qui pœnæ obligatus est ob delictum vtputa siquis morbis obnoxius, ob nimiam cibi intemperantiam: aut si mulier, ob stupri cum aliquo viro consuetudinem, illi obnoxia sit. Perottus: Obnoxius propriè est alicui ob noxam datus, siue is, qui noxæ datur, in eius potestate est, cui datur, fit, vt aliquando pro obligato ponatur: aliquando pro obediente & morigero. Nonnunquam tamen non à noxa sed à noxius hoc vocabulum deducitur, & idem significat, quod suum simplex: vnde obnoxius, & innoxius sunt contraria De hoc vocabulo Gell. *c.17. lib. 7.* Obnoxius pecuniæ fuit. Senec. *c.2. de consl. ad Polyb.* Aduersum, vel obnoxium gratiæ reddere iudicem. Quintil. Quia obnoxij, i. pœnæ ob noxam obligati, trepidi, dubij, incerti, supplices sunt. Inde variæ notiones fluxerunt, & quod ait Plaut. *in Sticho*, non obnoxiè, i. certò, non dubiè, non arbitrariò. Et Ennius apud Gellium *loco citato*, Innoxium vocat intrepidum: & res obnoxias, incertas, dubias, suspensas, sine fiducia. ¶ Senec. *cap.6. de consol. ad Mart.* Vel in naufragio laudandus rector nauigij quem obruit mare clauum tenentem. ¶ Non priuatum modò, sed etiam obnoxium, & trepidum egit. (i. supplicem.) Suet. *in Tib. cap.12.* ¶ Accipitur tamen etiam generaliùs, vt Obnoxius dicatur qui quouis modo est obligatus, seu addictus, Terentius *in Hecyr.* Tum vxori obnoxius sum, ita me olim suo ingenio pertulit. hoc est, vxori propter eius erga me beneficia obligatus sum. Plaut. *Asin. sc.2 a.2.* Adeò vt ætatem ambo ambobus nobis sint obnoxij, nostro deuincti beneficio, Obnoxij ambo sumus (beneficio.) Idem *Capt. sc.1. a.2.* ¶ Obnoxium etiam aliquando dicitur, quod noxæ, hoc est, damno est expositum. Plin. *de viris illustribus*, Illa virgines, puerósque eligit, quorum ætatem iniuriæ obnoxiam sciebat. Sic etiam dicimus arbores, vel regiones ventis, vel tempestatibus esse obnoxias, hoc est, expositas, & (vt ita dicam) subiectas. Colum. *lib.4. cap.15.* Rursus exilis terra, & accliuis, torrénsque æstu, vel quæ vehementiùs procellis obnoxia est, humilius iugum poscit. ¶ Est præterea, quando Obnoxius accipitur pro obediente & morigero. Salust. *in Catil.* Erátque ei cum Fuluia nobili muliere vetus consuetudo cui quum minus gratus esset, quia præ inopia minus largiri poterat, repentè glorians, maria montésque polliceri cœpit, & minari interdum ferro, nisi sibi obnoxia foret, id est, morem gereret. ¶ Interdum Obnoxius, ponitur pro noxio ✕ Innoxius. Ennius, sed virum vera virtute viuere, animatum addecet fortiter, eúmque innoxium vocare aduersus aduersarios: ea libertas est, qui pectus purum & firmum gestitat: aliæ res obnoxiæ nocte in obscura latent. ¶ Obnoxius animus, id est, illiberalis, seruilis & degener dicitur à Plinio *in Præfat. histor. natur.* obnoxij profectò animi, atque infelicis ingenij est, deprehendi in furto malle, quàm mutuum agnoscere. ¶ Obnoxia corpora, dicuntur à Plinio, quæ sunt valetudinaria, *lib.31. c.6.* Nanque paulò diutius, quàm balneis vti oportet. Ac postea frigida dulci, nec sine oleo descendentibus, quod vulgus alienum arbitratur, idcirco non alibi corporibus magis obnoxiis. Seneca *c. 21. de consolation. ad Martiam*, Nulla pars vitæ tam obnoxia, ac tenera est, quàm quæ maximè.

Obnoxiè, aduerbiũ, quod teste Bud. significat seruiliter & trepidè. Vide in *Obnoxius* paulò ante. Ita apud Liu. *lib.3. ab Vrbe*, Obnoxie dicere sententiam. {ἀνελευθέρως δουλικῶς. GAL. Seruilement. par crainte. ITAL Ser uilemẽte, con timore. GERM. Vnderwürfflich/ forchtsamlich. HISP. Seruilment, con miedo.} Item, Obnoxiè (i certò, non arbitrariò.) Passer. ex Plaut. *in Sticho*. Vide Gellium *cap.17. lib 7.* Et suprà in *Obnoxius*. Obnoxiè perire, apud Plaut. *Epid sc.3. a.2.* exponunt variè. Alij. proximè, ἐγγύθως, vt sit, non obstrictum tantùm esse periculo, sed perire. Aliis est clementer, vt agimus cum iis, quibus obnoxij sumus. Vide an possit esse, ex merito, seu ex debito.

Obnoxiosus, apud Plaut. *in Trinum. sc.4. a.3.* aliis qui aliam sibi noxiam habere vult, imperiosus. aliis rectiùs (vt Acidalio) valde obnoxius, vt sit ibi querela, leges moribus, parentes liberis obnoxios esse, cum contrarium ex naturæ ordine obtinere debeat. Sed aliter ibi legitur *Obnoxius*.

‖Obnoxiatio, oppigneratio. In Vet. ll.‖

OBNVBILO, as, are, est quasi caligine quadam & nubilo obtenebrare, hoc est, obscurum facere, & quasi nubibus implere. {החשיך *hechib hesch eschich.* ἐπιλυγάζω. GALL. Obscurcir. ITAL. Annebbiare, imbrunire. GERM. Dunckel vnnd trüb machen/ als mit einem gwülck verdunckeln. HISP. Annublar, escurecer. ANG To mak darke or couer with cloudes.} Gell. *lib.1. c.2.* Ac ne oris quoque & vultus serenitatem Stoici hominis, vnquam vlla posse ægritudine obnubilari.

Obnubilus, adiect. Circumcirca nubilus. {אפל *aphél.* ἐπινεφής, ἐπινέφελος. GALL. Obscur. ITAL. Oscuro. GERM. Finster/ dunckel. HISP. Escuro. ANGL. Cloudie, dark.} vt, Obnubila loca dicuntur obscura, & tenebris obsita, apud Cic. 1 *Tusc.*

Obnubo, is, Abscondo, tego. {חפה *chapháh* חסה *chasáh.* ἐγκαλύπτω. GALL. Couurir. ITAL. Coprire. GERM. Bedecken/ verdecken/ verhüllen. HISP. Cubrir. ANGL. To couer or hide.} Statius 6. *Theb.*

Obnubitque comas, & temperat astra galero.

Festus, obnubuit, caput operit: vnde & nuptiæ dictæ à capitis opertione. Hæc Fest. Cicer. *pro Rabir.* Sed Tarquinij superbissimi regis ista sunt cruciatus carmina, quæ tu homo lenis ac popularis libentissimè commemoras, Caput obnubito; arbori infelici suspendito. Virg. 11. *Æneid.*

——— *cumas obnubit amictu*,

OBNVNTIO, as, Mali aliquid nuntio. {κατεγγέλλω. GALL. Annoncer mauuaise nouuelle, denoncer le mal à venir. ITAL. Nuntiare qualche male. GERM. Böse bottschafft verkünden. HISP. Denunciar, en contrario ò mal. ANG. To tell euill tydinges.} Terentius *Adelph.* Primus sentio mala nostra, primus rescisco omnia, Primus porrò obnuntio: ægrè solus si quid fit, fero. Augures item obnuntiare dicebantur, qui vbi de cælo seruassent, nuntiabant se mali aliquid auspicij vidisse, quod prohiberet nequid eo die cum populo agi posset. Erat autem id potissimum remedium contra perniciosas leges. Cic *pro Sestio*, Quúmque auspiciis religionis parens obnuntiaret, quod senserat. Obnuntiare item pro Resistere & reluctari. Sueton. *in Cæsar cap.20.* Lege autem Agraria promulgata obnuntiantem Collegam armis foro expulit.

Obnuntiatio. {ἡ κατεγγελία, ἡ παραγγελία. GALL. Denoncement de mauuaises nouuelles ITAL. Protesto & auertimẽto di malo incontro. GERM. Verkündigung etwas vbels. HISP. Obra de denuntiar en contrario ò mal. ANGL. A telling of euill tydinges.} Cic. 1. *de diuin.* M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. Item, Obnuntiare per edicta. Suet. *in Cæs. c.20.*

Obolus, i, {גרה *gheráh.* ὀβολός,} Genus ponderis est, conficiẽs sextam partem drachmæ Atticæ, hoc est, æreola sex: singula autem æreola septem continent minutias: quæ à Græcis vocantur λεπτά. ¶ Fuit præterea Obolus minimum numisma apud Athenienses, quod sexies sumptum explebat drachmam Atticam. Plutarch. *in Lysandr. Ibidem*, vnde dictus obolus, ad Gallicæ autem monetæ æstimationem redactum, valet denariolos Turonenses septem. Terent. *in Andr.* Etiam puerum inde abiens conueni Chremis, Olera & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni. Suid. ὀβολὸς ὁ παρὰ Ἀθηναίοις ἐξ ἐστι χαλκῶν, ὁ δὲ χαλκὸς, λεπτῶν, ἑπτά, id est, Obolus quidem apud Athenienses sex est, æreolorum verò septem minutiarum. λεπτὸν autem, id est, minutia indiuisum manet. Quot Philippei? A Duo millia. I. Oboli verò? bis totidem. Plaut. *Amph. sc.4. a 4.*

Oboleo, malè oleo, & grauem odorem reddo, molestum odorem inicio. {ὄζω. GALL. Rendre mauuaise odeur, sentir de loin. ITAL. Putire, rendere cattiuo. GER. Vbel schmecken/ stincken. HISP. Heder, echar desi mal olor. ANGL. To giue an euill sauour, to stinck.} Plaut. *in Most.*—at te Iuppiter, Diique omnes perdant, oboluisti allium Germana illuuies. Sueton. *in Calig. cap 23.* Ille antidotum oboluisset, quasi ad præcauenda venena sua sumptum. ¶ Accipitur etiam interdum pro sentire, siue subolere, Plaut. *in Men. sc. 4. a. 2.* Oboluit marsupium huic istud, quod habes. Idem *Amphitr.*

Obominor, malè ominor. Apul.

‖ Obpopa, instrumentum rusticum Eruendis lapidibus, referens caput vpupæ auis. Salmas.‖

Oborior, Orior, erumpo, adnascor, subnascor ve. {צמח *tsamách.* ἐπιγίγνομαι. GALL. Naistre. ITAL. Nascere. GERM. Instehen/ erwachsen. HISP. Nacer. ANGL. To be borne.} Liu. *lib.1. ab Vrbe*, Aduentu suorum lachrymæ obortæ. Cic. *pro Ligar.* Vide quanta lux liberalitatis, & sapientiæ tuæ mihi apud te dicendi oboriatur. Ouid. *in Metam.* Súntque oculis tenebræ per tantum lumen obortæ. Et Plaut. *Curc. sc.3. a.2.* Tenebræ oboriuntur! Mox, prospicio parum.

Obrauco, raucum facio. Solin.

OBREPO, is, Latenter & tacitè aduenio, sicut & Surrepo. {זחל *zachál.* κλέπτω, ὑπέρχομαι, ὑποδύομαι, παρέρπω. GALL. Se couler doucement, suruenir ou auenir sans qu'on y pense. ITAL. Venire celatamente. GERM. Herzu schleichen/ heymlich herein kriechen. HISP. Entrar à escondidas. ANGL. To creep or come in priuily.} Tractum ab animalibus pedibus carentibus, quæ gressu tacito gradiuntur. & transfertur etiam ad inanimata Iuuenal. *Satyr.9.*

——— *obrepit non intellecta senectus.*

Obrepit fames. Plut. *Pœnul.* Nam nisi clamabis, statim te obrepet fames. Obrepit mors. Idem *Pseud. sc.3. a.2.* atque hoc euenit in labore, atque in dolore, vt mors obrepat interim. Obrepit somnus. Horat. *de Arte*,

Verùm opere in longo fas est obrepere somnum.

Obrepit dies, Cic. *Attic. lib.6.* Obrepsit dies, vt vides: mihi enim ad tertium. Kalend. Sextiles de prouincia decedendum est. ¶ Obrepere in Cic. 1. *de diuinat.* Nullæ ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus. ¶ Significat interdum fallere, siue incautum aggredi. Plin. *lib.36. c.3.* Nec potest videri Scaurus rudi, & huius mali improuidæ ciuitati obrepsisse quodam vitæ rudimento, &c. Obrepsit id Trebatio (i. fefellit specie veri.) Gell. *c. 12. lib. 6.* Obrepere id potest (i. fallere legentem) & aliter atque est, accipi ab eo. Idem *cap.5. lib. 16.* ¶ Obrepere ad magistratus dicitur, qui falsa specie probitatis, & virtutis ad magistratus assumitur. Cic. *pro Planc.* Et doceo Cn. Plancium non obrepsisse ad honores, sed eo venisse cursu, qui semper patuerit omnibus hoc nostro Equestri loco. id est, vt vulgus loquitur, *Per abusum.* Budæus.

Obrepto, as, frequentatiuum, ἐρέπω καὶ λάθρα ὑπεισδύομαι. Plaut. *in Pers.* Opertæne fuerint, nequis obreptauerit.

Obreptio, nis, Latens & fallax aditio. {κλέμμα. GALL. fine & subtile entrée. ITAL. Soprauenimento da nascosto & di soppiatto. GERM. Ein schleichung. HISP. Obra de andar à escondidas. ANGL. A stealing in priuely.} Vlpian. *in l. sed si hac. ff. de in ius. vocando.* Patronum autem appellamus, etiam si capite minutus sit, vel si capite libertus minutus sit, dum arrogetur per obreptionem.

Obretio, is, est reti aliquem circundo, aut reti implico. {יקש *jakósch.* ἐμπλέκω. GALL. Enuelopper, ou enuironner de rets. ITAL. Intrigare. GERM. In ein garn wicklen/ mit einem garn fahen. HISP. Enredar. ANGL. To catch in a nett.} Lucret *lib.3.*

——— *neque aranei tenuia fila*
Obuia sentimus, quando obretimur euntes.

Obrigeo, es, Rigore induresco, rigidus fio. {πήγνυμαι GALL. Estre tout roide de froid. ITAL. Gelare, indurarsi per lo freddo. GERM. Von kelte geragen oder erstarren. HISP. Elarse. ANGL. To be or waxe stiff or hard for cold.} Cicer. 1. *de nat. deor.* Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles, atque incultas videmus, quòd pars earum appulsu Solis exarserit, pars obriguerit niue, pruináque, longinquo Solis abscessu. Idem *in somn. Scip.* Quorum duos obriguisse pruina vides. Columell. *lib.4. cap.32.* Nam vsque in id tempus incrementum capit, ac tum compescitur arundo, quum obriguit hyberno frigore.

Obrima, æ. Vnus est ex tribus fluminibus Apamiam vrbem in Asia celeberrimam ambientibus. Plin. *lib.5. c.29.* Tertius conuentus Apamiam vadit, anteappellatam Cælenas, deinde Ciboron. Sita est in radice montis Signiæ, circunfusa Marsia, Obrima, Orga fluminibus in Mæandrum cadentibus.

Obris ὄβρις, Fluuius est Galliæ Narbonensis, ex Gebenna monte nascens quem Ptol. Obrium, Plin. Obrim appellat. Vide Pompon. *ad finem lib. 2.*

‖Obrizus,

‖Obrizus, a, um, igni excoctus, purgatus, purus, putus. De metallis dicitur: vt aurato obrizum. ‖

Obrizum, i, siue obryzum. { אופיר ophir פז paz. ὄβρυζον ἢ ὄβρυζον. GALL. Or fin, or affiné, qui par plusieurs fois a esté purgé au feu. ITAL. Oro netto, oro forbito. GERM. Gediegen gold. HISP. Oro recozido, puro, acendrado. ANGL. Pure gold perfectelie tried. } Aurum purum dicitur quasi ἀβρυζόν, hoc est, syncerum, delicatúmque: quod sæpe igne candefactum & exustum est, donec nihil habeat alterius metalli admistum. Plin. lib. 33. c. 3 Auríque experimento ignis est, vt simili colore rubeat, quo ignis: atque ipsum obryzon vocant. Hieron. in Ieremiam, putat Obryzum aurum dictum, quasi Ophirisum, quòd ex Ophir insula præstantissimum aurum soleat aduchi. Suet. in Neron. c. 44.

Obrussus, a, um, idem quod obryzus: literis Græcis translatis in Latinas.

Obrussa, substantiuè, auri purgatio, vt fiat obryzum. In vet. libris scribitur obryza, quod planè idem est. tantùm obrussa ad Latinam formam est inflexum.

Ŏbrōdo, is. Circùm rodo. { אכל achál. περιτρώγω. GALL. Ronger tout à l'entour. ITAL. Rodere d'intorno. GERM. Umbnagen. HISP. Roer al rededor. ANGL. To gnawe about. } Plaut. in Amphitr. Enimuero prægnanti oportet, & malum dari. Vt quod obrodat sit, animo si malè esse occœperit.

Ŏbrŏgo, as, quasi obloquor; atque alterius sermonem molestè impedio. { παρειπεῖν. GALL. Deprier au contraire, supplier contre, rompre le parler. ITAL. Rompere il parlare. GERM. Einreden/oder widerreden. HISP. Hablar en contrario, estoruar al que habla. ANGL. To break an others speaking, to pray or request on the contrarie. } Festus, Obrogare legem, est legis prioris infirmandæ causa, legem aliam ferre, ἀντεισφέρειν, παραγράφειν, παρεισφέρειν. Cic. ad Attic. lib. 3. Quod per legem Claudiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare, sine fraude sua non liceat. Idem 1. Philipp. Quid quod obrogatur his legibus Cæsaris, quæ iubent ei qui de vi, itémque ei qui maiestatis damnatus sit, aqua & igni interdici. Obrogare autem legem, propriè est, quum aliquid ex prima lege immutatur, teste Vlpian. Instit. cap. 1.

Ŏbrŭmpo, is, idem quod rumpo. { קרע kará' שבר schábar. διαρρήγνυμι. GAL. Rompre. ITAL. Rompere. GERM. Abbrechen. HISP. Quebrar, rompet. ANGL. To breake } Varr. 3. de re rust. c. 16. vi radicem prenderint, quem educere velint, è terra obrumpunt collum. de Anseribus loquitur. Alia exemplaria habent, abrumpunt.

Ŏbrŭo, is, Infodio, terra, lapidibus aliáve re operio. { קבר kabár כסה chisáh. συγκαλύπτω, κατακαλύπτω, καταχώω. GAL. Couurir de terre ou d'autre chose. ITAL. Coprire, sotterrare, sepelire, coprire, sotto terra. GERM. Überfallen/mit erden/steinen/ oder dergleichen dingen bedecken. HISP. Enterrar. ANGL. To couer and ouerwhelme. } Cic. de senect. Nec verò quenquam senum audiui oblitum, quo loco thesaurum obruisset. Suet. in Calig. c. 59. Obruere corpus leui cespite. ¶ Obruo & Eruo contraria. Cic. 4. de finib. Nam qui sciet, vbi quidque positum sit, quáque eò veniat, is etiam si quid obrutum erit, poterit eruere. ¶ Transfertur etiam ad animum. Quintilian. Tot voluptates obruere possunt vnum dolorem. Liu. lib. 3. ab vrb. Obrutus sceleribus. Item, Ius vi obrutum, Velleius. Quem obruit mare clauum tenentem. (de rectore nauigij.) Senec. cap. 6. de consol. ad Mart. Obruere affectum, vel dolorem. Idem cap. 16. de consol. ad Helu.

——— Cur Obruis infelix nulla procella caput,

Ouid. Eleg. 2. lib. 3. Trist. Obruerat Vatinium dignatione Brutus. (ſi cùm scilicet ei legiones extorsit) Velleius. ¶ Venustè dicimus Obruere lapidibus, telis & aliis id genus, id est, lapidare, & telis lapidibúsque operire ad necem. Obruere situ vetustatis, Obruere nubibus, Obruere itinera strage, id est, cooperire, Obruere se vino, id est, inebriari, Obruere ære alieno, Obruere memoriam alicuius rei, Obruere nomen alicuius. Obruere copia sententiarum, Obruere magnitudine negotij, Obruere obliuione, Obruere risu, Obruere testimoniis. Quorum omnium exempla inuenire est facile. ¶ Hinc Adobruo, & Inobrutus, de quibus suis locis.

‖ Obrytus, vide Obrutus. ‖

Obsæuio, is, idem quod sæuio, siue in alium sæuio. { κατανοικτίζω. GALL. Se monstrer rude & maupiteux, estre cruel. ITAL. Incrudelire. GERM. Uber einem grimm oder wütend sein. HISP. Encruelecerse. ANGL. To be good angrie against one. } Plaut. in Epid. Tu is es, qui per voluptatem in mea ærumna obsæuisti grauiter.

Ŏbsălūto, as, Salutandi gratia sese offerre alicui, dicebant antiqui: vt, Consalutare pro Salutare. Festus.

Ŏbsătūro, ras, significat satietatem, & quodammodo fastidium rei alicuius inducere. השביע hisbiah. ἀποκορέννυμι. GALL. Saouler entierement. ITAL. Satiare a fatto. GERM. Gantz vol vnd maßleidig werden. HISP. Mucho hartar y del todo. ANGL. To fill veryfull, to cause bethsomnesse by filling. } Terent. in Heaut. Næ tu propediem, vt istam rem video, istius obsaturabere.

‖ Obscurio in ll. Longob. est carceris custos. ‖

OBSCOENO, as, significat obscœnum, id est, malum omen affero. Passeratius hic emendat, Obscœuo, as, significat Obscœuum, &c. Et apud Plaut. in Asin. loco infra citato legit Obscœuarit, u quintam vocalem, pro n consonante substituens. { μαλωι v. GAL. Apporter ou denoncer malheur ou malencontre. ITAL. Dar cattiuo augurio. GERM. Etwas vnglückliches vnd böses bedeuten. HISP. Dar mal aguero. ANGL. To denonce or tell euill tydinges. } Plaut. in Asin. sc. 1. a. 1. Sed quid illuc, quòd exanimatus currit huc Leonida? Metuo ne illic obscœnauerit meæ falsæ fallaciæ. Passerat, vt dictum est, legit hic Obscæuarit: confirmátque suam lectionem altero Plauti loco in Pseud. sc. 2. a. 1. Malè facis mihi, cum sermone huic obscœuas.

Ŏbscœnus, a, um, vnde dictum sit, inter Grammaticos non conuenit: alij enim à cœno deductum putant: alij à canendo. Varro à Scena. Festus ab Oscis. Scal c. 34. de caus. L. L. ab Obs & κοινοῦ: vnde cœnum nostrum, Sic igitur esset obscœnum, quod circumcirca κοινὸν, i. pollutum. Meursius, scœnum, pro cœnum, vt scœlum, pro cœlum, & scœna, pro cœna, Hinc obscœnus, scœno, siue cœno obnoxius. Quicquid est, vsus obtinuit, vt per œ diphthongum scribatur. Duas autem præcipuè habet significationes. ¶ Aliquando enim obscœnum idem est, quod inauspicatum. { ἀπαίσιον. GAL. Qui porte ou signifie quelque malencontre à venir. ITAL. Di mal augurio. GERM. Unglücklich/ abscheuhlich. HISP. De mal aguero. ANGL. That signifieth euill tydinges or some mischance to come. } Virg. 12. Æneid.

——— Nec me terrere timentem
Obscœnæ volucres, hoc est, infelices & malum omen afferentes.

Idem 1. Georg.

Obscœnique canes, importunaque volucres.

Idem 3. Æneid.

Obscœnámque famem, quæ prima pericula vito.

Vbi Seruius, Obscœnam: aut quæ homines etiam ad obscœna compellit: vt Malesuada fames: aut certè quam obscœna auis prædixerat. Et apud Suet. in Galb. c. 4. Obscœnum ostentum, pro lætissimo accepit. Gell. c. 14. lib. 13. Mons obscœnis auibus ominosum. ¶ Aliquando etiam idem quod turpe & immundum. { טמא tamé נבל nabál. ἀναισχυντος, αἰσχρός. GALL. Vilain, ord & sale. ITAL. Sporco, immondo. GERM. Unflätig/unsauber/wüst. HISP. Turpe, feo, y suzio. ANGL. Filthie, foule. } Cic. 5. Tusc. Nam & obscœnas voluptates, de quibus multa apud illos habetur oratio, &c. Ouid. 2. Trist.

Arguor obscœni doctor adulterij,

Idem 2. de Arte,

——— non denique possunt
Partibus obscœnis opposuisse manus.

Horat. 2. Epist. 1.

Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem.

Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Narrat in obscœno corpora prensa toro.

Item ibidem,

Est & in obscœnos deflexa tragœdia risus.

Idem,

Turpiáque obscœna vidimus exta canis,

idem 4. Fast.

——— Obscœni forma virilis,

ibidem.

——— Mimos obscœna iocantes,

idem Eleg. 1. lib. 2. Trist. ¶ Obscœna cantare & probra; idem lib. 3. Fast.

Ŏbscœnē, aduerb. Impurè. αἰσχρῶς, ἀσελγῶς. GALL. Vilainement, ordement, impudiquement. ITAL. Lordamente, dishonestamente. GERM. Unflätiglich. HISP. Fealmente, y suziamente. ANGL. Filthely, dishonestlie. } Cic 1. Offic. Latrocinari, fraudare, adulterari, re turpe est: sed dicitur non obscœnè.

Obscœnissimus, superlatiuus. Velleius Paterculus hist. 2. Obscœnissimarum rerum autor & minister.

Ŏbscœnĭtās, tis, Impuritas. { נבלה nebaláh נבלות nablúth. αἰσχρότης, ἀσέλγεια. GALL. Vilenie, impudicité. ITAL. Dishonestà ò bruttezza. GERM. Unflätigkeit/vnreinigkeit/wüste. HISP. Fealdad, suziedad y torpeza. ANGL. Villanie, ribauldrie, filthinesse. } Cic. 1. Offic. Si rerum turpitudine adhibeatur orationis obscœnitas. Idem pro Flacc. Cuius de probris adulteriis ac stupris extant Æmonensium literæ: quas ego non solùm propter longitudinem, sed etiam propter turpissimam obscœnitatem verborum prætereundas puto. Suet. in Claud. c. 15. Obscœnitatis in fœminas reus.

Ŏbscœuo, as, are, verbum antiquitate obsoletum, quasi scœuum, id est, malum omen afferre. Plaut. in Asin. sc. 1. a. 2. Metuo quòd illic obscœuauit meæ falsæ fallaciæ, ex Nonio.

ŎBSCVRVS, a, um, Latens, absconditus & sine lumine. { אפל aphél. σκοτεινὸς, ἀμαυρός. GALL. Obscur. ITAL. Oscuro. GERM. Dunckel/ finster. HISP. Escuro. ANGL. Obscure, dark, without light. } Perott. Obscura vult ex eo dici, quòd, quæ lumine carent, curam nobis obiiciunt. Scal. c. 39. de caus. L. L. ducit Obs, & cura. Virg. 9. Æneid.

Vidimus obscuris primum sub mœnibus vrbem.

Idem 2. Æneid.

——— si quos obscura nocte per vmbram
Fundimus insidiis.

Tibull. lib. 4.

——— Obscuras accessit ad oras.

In obscuro iacent multorum egregia opera. Senec. c. 1. de cons. ad Helu. ¶ Obscura ratio: difficilis & cuius sententia non facilè potest percipi: ἀσαφὴς λόγος. ¶ Vsurpatur quandoque obscurum pro ignobili: ἄσημος: sicut clarum pro nobili: quæ metaphora inde tracta est, quòd viri nobiles omnibus conspicui sint & cogniti: contrà qui humili loco sunt nati, tanquam in tenebris agentes, nemini innotescant. Cic. lib. 1. Offic. Qui magna sibi proponunt obscuris ortu. ¶ Ponitur aliquando pro astuto & facili: vt obscurus vir, apud eundem 3. Offic id est, Non candidus, nec apertus.

Ŏbscūrē, aduerb.)(Palàm { בסתר beséther. ἀμαυρῶς, σκοτεινῶς. GALL. Obscurement, couuertement. ITAL. Obscuramente, opertamente. GERM. Dunckel/nicht heiter/vnuerstentlich. HISP. Escuramente. ANGL. Darkelie, obscurelie } Cic. 4. Acad. Alterum quidem, vt videmus palàm: alterum vt suspicamur, obscurius est. ¶ Obscurè aliquid ferre, est dissimulanter ferre: sic vt nemo agnoscat notas animi commoti. Cic in Parad. Itaque istam paupertatem, vel potiùs egestatem, ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulisti.

Ŏbscūrĭtās, tatis, Opacitas, tenebræ. { אפל óphel אפלה apheláh מאפל maaphál חשך chóschech. σκότος, ἀσάφεια. GALL. Obscurité ITAL. Scurità. GERM. Dunckelheit. HISP. Escuridad. ANGL. Darkenesse. } Plin. lib. 20. c. 1. Obscuritates, & vitia oculorum sanat. ¶ Transfertur etiam ad alias res, & pro difficultate ponitur, & aliquando pro ignobilitate. Cic. 4. de finib. Sed inest in rebus ipsis obscuritas. Idem lib. 1. Offic. Quorum autem prima ætas, propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatur.

Ŏbscūro, as. Supprimo & obscurum reddo. { החשיך hecheschich העיב hehib. σκοτίζω, ἀμαυρόω. GALL. Obscurcir. ITAL. Oscurare. GERM. Verdunckeln/verfinsteren. HISP. Escurecer. ANGL. To shadow, to mak dark. } Cic. 1. de nat. deor. Ætneorum ignium tenebræ finitimas regiones obscurauerunt. Idē 2. de finib. Lumen lucernæ obscuratur & offunditur luce Solis. Idem pro Archia, Neque enim est dissimulandum,

quod obscurari non potest, sed præ nobis ferendum. Suet.*in Tib.c.70.* Obscurare stylum. Idem, Non obscuratur eius memoria tāta patris imagine. Velleius, & Catull. *de com. Beren.*

Flammeus, vt rapidi Solis nitor obscuretur.

¶ Est item obscurare, extenuare, humiliémque & obscurum reddere: cui opponitur celebrare. Salust. Sed profectò fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis, quàm ex vero celebrat, obscurátque.

Obscūrātĭo, nis.{ אפל *óphel* אפלה *aphelàh* מאפל *maaphál* חשך *thóschech* σκοτισμός. GALL. *Obscurcissement.* ITAL. *Oscuramento.* GERM. Verdunklung/verfinsterung. HISP. *Obra de escurecer à otro.* ANG. *A making darke.*} Vt Obscuratio Solis, apud Plin. *lib.37.c.26.* Cic 4. *de finib.* In quibus propter eorum exiguitatem obscuratio sequitur.

Ŏbsĕcro, as, ex Ob, & adiectiuo sacer, Per sacra rogo, obtestor, precor. חלה *chilláh* התפלל *hithpallél.* ἀντιβολῶ, λιταρῶ. GALL. *Prier auec obtestation, prier affectueusement, au nō des dieux ou des choses sainctes & sacrées.* ITAL. *Pregare, scongiurare.* GERM. Umb Gottes willen bitten. HISP. *Rogar conjurando.* ANGL. *To pray or request with obtestation or affectuouslie.*} Terent. Obsecro te, quamprimùm hoc me miserum libera metu. Obsecrare, inquit Donat. est iratos rogare. Terent.*in Eunuch.* Exclusit, reuocat, redeam? non si me obsecret. Obsecro te per Deos, & homines. Plaut. *Mil.sc.6.a.2.* Vbi est is obsecro te? Idem *Most.sc.1.a.1.* Eloquere obsecro te. Idem *Curc.sc. 3. a. 2.* Pro dij obsecro vestram fidem. Idem *Most sc. 1. a. 2.* Resecro quod dudum obsecraueram. Idem *Aul.sc.5.a.4.*(aliàs *sc.7.*) Vide *Resecro* infrà. Perij, obsecro te, nutrix. *Ibidem.* Mihi auus huius obsecrans concredidit auri thesaurum. Idem *Aul. prolog.* Tuam fidem obsecro. Idem *Amphitr.* Item Obsecro te (mox.) Obsecro te hospes defende. Idem *Asin.sc.4.a.2.* Obsecro quantus, & quàm validus est? Idem *Amph.* Obsecro te hoc vnum, Idem *Capt. sc.1.a.2.* Additur aliquando ablatiuus Precibus. Marcell.*ad Cic. lib. 4.* Quum mihi Caius Marcellus frater amantissimus rei non solùm consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret. ¶ Ponitur quandoque aduerbij significatione pro cedò: éstque veluti rogantis cum interrogationis particula. Terent.*in Eunuch.* Obsecro an is est, id est, dic quæso. Dic mihi obsecro verùm herclè serio. Idem *Pseud.sc.3.a.1.* Obsecro, parentésne meos mihi prohibeas? Idem *Curc sc.2.a.1.* Eloquere obsecro herclè. *Ibid.sc. 3. a. 1.* Osecro herculè, cur me derideculi gratia sic saluтas. Idem *Capt. sc. 1. a. 2.* Obsecro, etiámne hoc negabis? *Ibidem.* An obsecro herclè habent quoque Gallinæ manus. Idem *Pseud. sc.1.a.1.* Quem in locum obsecro (migrauit,) Idem *Men.sc.2.a.5.* Quid illic homines ad me currunt obsecro? Dij immortales, obsecro, quid oculis aspicio meis? *Ibid. sc.6.a.5.* ¶ Obsecro cum cum duobus accusatiuis. Cic. *pro Quintio*, Itaque te hoc obsecrat C. Aquili, vt quam existimationem, &c.

Ŏbsĕcrātĭo, verbale.{ תחנה *techinnáh* תפלה *tephilláh.* ἀντιβολητικῶς ἐξαιτήσεις. GALL. *Priere affectueuse.* ITAL. *Prego affettuoso.* GERM. Ein fleissige vnd hertzliche bitt. HISP. *Aquella obra de rogar coniurando.* ANGL. *Earnest prayer or request for goddes saike.*} Cic. *pro Font.* Cauete ne periculosum, superbúmque sit eius nos obsecrationem repudiare. Obsecratio in vnum diem populo indicta. Liu *6.bell.Pun.*

Ŏbsĕcŭndo, as, ex Ob, & adiectiuo secundus, quod significat prospe rum: Obsequor, obedio, ad alterius nutum omnia facio. { ואות *iaáth* שמע *schamáh.* πειθαρχέω, ὑπείκω. GALL. *Complaire & faire au gré de quelqu'vn.* ITAL. *Secondare, compiacere.* GERM. Zu willen werden/folgen. HISP. *Obedecer, hazer bien auenturado.* ANGL. *To obey, to do as one wald haue.*} Terent. *in Adelphis*, Sed si vultis potiùs, quæ vos propter adolescentiam Minus videtis, magnis impensè cupitis, consulitis parum, Hæc reprehendere & corrigere me, & obsecundare in loco, &c. Vbi Donat. Nam qui reprehendit, non continuò corrigit: qui corrigit, non illicò obsecundat, id est, lætissimum reddit. Cic. *pro lege Manil.* vsus est pro obsequi. Non modò omnes, (inquit) ciues assenserint, socij obtemperarint, sed etiam venti tempestatésque obsecundauerint. ¶ Inuenitur & obsecundor deponens.

Ŏbsēpĭo, is, Sepibus circundo. { שך *sách.* περιφράττω. GALL. *Enuironner & clorre de hayes, boucher & estouper* ITAL. *Circundare di siepe* GERM. Verzeunen oder vmbzeunen/verhagen. HISP. *Cercar de seto.* ANGL. *To inclo ze with an hedge.*} Plaut. *in Cas.* Vbi illum saltum video obseptum: rogo vt alterum sinat adire. ¶ Obsepire iter ad honores per translationem pro occludere & impedire ✳ Munire viam. Liu. *9.ab Vrbe*, Hæc plebi ad curules magistratus iter obsepit. Cic. *pro Murana*, Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsepiebant. Obsepta via est. Plaut. *Pseud.sc.5.a.1.*

Ŏbsĕquŏr. Alterius voluntati morem gero, inseruio. ואות *iaáth* שמע *schamáh.* χαρίζομαι, ὑπακούω. GAL. *Complaire, obeyr, obtemperer, faire au grè.* ITAL. *Compiacere.* GERM. Folgen/gefölgig sein. HISP. *Obedecer, complazer.* ANGL. *To obey, to do as one wald haue.*} Plautus, Ego sanè cupio obsequi gnato. Terent. *Heaut.* Nos quoque senes æquum est senibus obsequi. Idem *in Andr* Eorum obsequi studiis, aduersus nemini. Iuuenal. *Satyr. 10.*

——— Interea tu obsequere imperio.

Plaut. *Capt.sc.2.a.1.* Alterius obsequor imperio. (i.seruio.) Item, Obsequi pro cedere. Idem *Amphitr.* Bacchæ bacchanti si velis aduorsarier ex insana insaniorem facies, si obsequare, vna resoluas plaga. Idem *Curc.sc.2.a.1.* Naso obsecutus est odor. (i.placuit) Id percupio, obsequi gnato meo. Vide dictionem sequentem. ¶ Obsequi animo suo, vel obsequi animo, est indulgere sibi, siue genialem vitam agere. Idem *in Bacchid* Lubido est homini suo animo obsequi. Vide in dictione sequenti. ¶ Aliquando iungitur cum accusatiuo. Gell. *lib. 2.c. 7.* Sed ea tamen quæ obsequi nos oportet.

Ŏbsĕquēns, Obediens, aliquando nomen, aliquando participium.{ שמע *schoméah.* ὑπήκοος. GAL. *Obeissant.* ITAL. & HISP. *Obediente.* GERM. Folgend/gefolgig. ANGL. *Obedient, pliant.*} Terent. *in Hecyr.* Obsequentem voluptati hominem. Plancus Senatui, Legiones nostra liberalitate nobis obsequentes. Amantes cordi & animo obsequentes. Plaut. *Pseud sc.1.a.5.* Facit id quod pauci, vt sit magistro obsequens. Idem *Curc.sc.2.a. 2.* Amans animo obsequens Idem *Amph. sc. 1 a.1.* Declam.in Cic. Filia matris pellex tibi iucundior atque obsequentior, quàm parenti par est.

Ŏbsĕquēntĕr, tius, tissimè, aduerbia, Obedienter. Liuius *lib. 1.d.5.*{ πειθηνίως, ὑπηκόως. GALL. *Auec obeyssance.* ITAL. *Per obedienza.* GERM. Gehorsamlich/willfertiglich. HISP. *Con obediencia.* ANGL. *Obedientlie.*} Plin. *in Epist.* Vixit in contubernio auiæ delicatæ seuerissimè, & tamen obsequentissimè.

Ŏbsĕquĭum, ij, Ministerium, reuerentia, quum quis id sequitur & facit quod alteri placet.{ משמע *mischmáh.* τὸ ὑπηρετούμενον, θεραπεία. GALL *Plaisir ou seruice, obeissance.* ITAL. *Compiacimento.* GERM. Ein willfaarung/ein willfertiger dienst. HISP. *Plazer y obediencia.* ANGL. *Pleasure, seruice obedience.*} Terent. *in Andr.* Obsequium amicos, veritas odium parit. ¶ Obsequium animo sumere, ait Plaut *in Bacch* pro indulgere sibi & animo obsequi. Cic. *ad Attic.lib.7.* Itaque effeci omni obsequio, vt neutri illorum quisquam esset me charior. Idem *1.de Leg.* Nam qui animus cognitis perceptísque virtutibus, à corporis obsequio indulgentiáque discesserit, &c Idem *in Pison.* Ego Antonium collegam patientia, atque obsequio meo mitigaui. Senec. *cap. 1. de consol. ad Mart.* Molliter & per obsequium assequi dolorem Ouid *6.Fast.*

Arserat obsequio Semele Iouis.

Ŏbsĕquēntĭa. Cæs. *lib.7.bell.Gall.* Factum imprudentia Biturigum, & nimia obsequentia reliquorum.

Ŏbsĕquēlă, Morigeratio.{ משמע *mischmah.* θεραπεία. GALL. *Obeissance.* ITAL. *Compiacimento, compiacenza.* GERM. Gehorsamme. HISP. *Obediencia al plazer de otro.* ANGL. *Obedience.*} Plaut. *in Asin sc.a.1.* Omnes parentes, Litane, liberis suis, Qui mihi auscultabunt, facient obsequelam Idem *Asin.sc.3 a. 3.* A. Quem te nominem Deum? L. Fortunam & Obsequelam.

Ŏbsĕquĭōsŭs, qui facilè obsequitur. { שמע *schoméah.* ὑπηρετικός. GALL. *Seruiable, prompt à faire seruice.* ITAL. *Che compiace facilemente.* GERM. Gefölgig. HISP. *Cosa obediente.* ANGL. *Seruiceable, that obeyeth easilie.*} Plaut. *in Capt.sc.3.a.2.* Nam si meus seruus esses, nihilo secius Obsequiosus mihi semper fuisti.

Ŏbsĕquĭbĭlĭs, qui obsequitur. שמע *schoméah.* θεραπευτικός. GALL. *Seruiable.* ITAL. *Dolce, facile à compiacere.* GERM. Vnderdienstlich/dienstbar HISP. *Cosa obediente.* ANGL. *Seruiceable.*} Gell. *lib.2.c.29* Cognatos affinésque nullos fermè tam obsequibiles esse ait, &c.

Ŏbsĕro, Consero. זרע *zarah* נטע *natáh.* σπείρω, φυτεύω. GALL. *Semer, ou planter.* ITAL. *Seminare, plantare.* GERM. Besäyen/ vbersäyen. HISP. *Sembrar ò plantar.* ANGL. *To sowe or plante.*} Colum. *lib.2.c.9.* Vtatur præceptis eorum, qui vberem campum in singula iugera tritici, quíque & adorei modiis octo obserere præcipiunt. Idem *lib. 3.* Agrum antequam vineis obseras, explorato qualis saporis sit. Varro *1.de re rust.cap.14.* Primum naturale sepimentum, quod obseri solet virgultis aut spinis. Plaut. *Men.sc.7.a.5* Sementem his in ore faciam, pugnósque obseram. ¶ Obserere mores, per translationem dixit idem Plaut. *in Trinum.* pro Imbuere,—hem istic (inquit) Oportet obserere mores malos: si in obserendo possint interficier. ¶ Quandoque obducere, Terent. *in Heaut.* Ea texebat vnà pannis obsita.

Ŏbsĭtus, Inuolutus, tectus, obductus.{ זרוע *zaruáh.* περιειλημμένος. GALL. *Complanté saisi, occupé.* ITAL. *Inuolto.* GERM. Vberzogen/bedeckt. HISP. *Embulto.* ANGL. *VVrapped, compassed, sett about.*} Terent. *in Eunuch.* pro pannoso, squalore, & sordibus cooperto. Video sentum, squalidum, ægrum, pannis annísque obsitum. Plautus etiam dixit senectute consitum. Veteres obsitum pro pleno dicebant, ex eo quòd locus frugibus obsitus, aut sentibus, iis plenus est. Et Lucretius,

——— & lumine conserit arua,

i. opplet, complet. Virg. *in Æneid.*

——— ibat rex obsitus æuo.

Rursus *7.Æneid.* propriè est vsus. At læuem clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos, &c. Horat. *1.Carm. Ode 18.* Variis obsita frondibus. Aër obsitus pallore. Lucan *lib. 5.* Tenebris loca obsita, ex Poëta. Cic. *1.Tusc.* Niuibus obsitum iter. Curtius *lib.5.* Ventum erat ad iter perpetuis obsitum niuibus, quas frigoris vis gelu astrinxerat. ¶ Obsitus, consitus locus. καταφυτευθείς. Liu. *lib 8.bell.Pun.* Fragosa loca, & obsitos virgultis tenebat colles. ¶ Rura obsita pomis. Ouid. *13. Metam.* Varro *lib. 1.de re rust. cap. 14.* Primum naturale sepimentum quod obseri solet virgultis, aut spinis, &c

Ŏbsĕro, as, Occludo, veluti sera imposita. {הגיף *heghiph* נעל *nahál* ἀποκλείω. GALL. *Fermer au verrouil ou à la clef, boucler.* ITAL. *Serrare.* GERM. Verschliessen/als mit schoß vnnd riglen oder dergleychen. HISP. *Cerra con llaue.* ANGL. *To lock, to make close.*} Terent. *in Eunuch.* Tu abi, atque obsera intus.

Ŏbsĕrvo, as, Oculis mentis & corporis seruo, speculor, custodio, noto. שמר *schamár.* ἐφεδρεύω, ἐφορῶ, φυλάσσω, παρατηρέω. GALL. *Obseruer, guetter, espier, prendre garde.* ITAL. *Osseruare, custodire per mente.* GER. Warnemmen. HISP. *Mirar y guardar.* ANGL. *To marke, to obserue, note, and consider, to keep.*} Terent. *in Andr.* Obserues filium, quid agat. Idem *Ibidem* —obseruabam mane illorum seruulos Venientes, aut abeuntes: rogitabam, Heus puer, &c. Ego illas obseruasso fores. Plaut. *Mil.sc.3. a.2.* Illa me rabiosa ab læua obseruat canis Idem *Men.sc.2.a. 5.* Ego inde obseruabo vbi aurum abstrudat. Idem *Aul. sc. 3. a.4.* Væ illi, qui tam indiligenter obseruauit ianuam. Idem *Asin. sc. 2.a.1.* Cœpi obseruare ecquid mihi honorem haberet. Idem *Aul. prologo.* Obseruabo quid agat, hominem. Idem *Men. sc.2.a.3.* Obserua istuc ne quò hinc abeat. Idem *ibid.sc.2.a.5* ¶ Hoc obseruato modò, pro adseruato. Idem *Men. sc.2.a 2.* Obseruare virum desines: mox, seruare. *Ibid.sc.2.a.2.* ¶ Auentinum (montem) receptum & intra pomœrij fines obseruatum. Gell. *cap.14.lib.13.* Obseruare, etiam est verbum augurum. Virg. *6. Æneid.*

Obseruans, qua signa ferant, quò tendere pergant, &c.

Vbi Seruius, Obseruare enim, & de cælo, & de auibus, verbo augurum dicitur. ¶ Obseruare, inquit idem Seruius *in 4. Geor.* est calidè aduertere. ¶ Obseruare item est venerari & admirari homines tantùm dignitatis, vel virtutis cultu. ὑποδύομαι, θεραπεύω. Virg. *lib. 3.Georg.*

Præterea Regem non sic Ægyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Obseruant.

Cic. *Octauio*, M. Aruilius Auianus ab ineunte adolescentia me obseruauit

uauit, sempérque dilexit.

Obseruito, frequentatiuum. Cic. 1. *de diuinat.* Neque solum Deorum voces obseruitarunt Pythagorei, sed etiam hominum, quæ vocant omina.

ōbsĕruāns, participium, vel nomen potiùs ex participio. { מכבד *mechabbédh.* παρατηρῶν. GALL. *Qui prend garde & obserue par honneur.* ITAL. *Chi porta honore ad alcuno.* GERM. Ehrerbietig/der einen in ehren halt/ auff ein acht tragend/ein ehr oder ein dienst zu beweysen. HISP. *Mirar y guardar con honra y acatamiento.* ANGL. *That waiteth on or marketh.* } Cic. *Attic. lib.* 4. Cognoui te mei ita cupidum, vt meherculè paucos æquè amantes, atque obseruantes me habere existimem. Idem *pro Quintio*, Ita credo hominem propinquum, tui obseruantem virum bonum. Idem *ad Quint. fratr.* Fert enim grauiter homo & mei obseruantissimus, & suæ dignitatis retinens, se apud te neque amicitia, nec iure valuisse. Item Gell. *cap.* 15. *lib.* 10.

‖ Obseruanter, πεφυλαγμένως, ex obseruatu. ‖

ōbsĕruātŭs, us, nomen, Obseruatio. { משמר *mischmár* משמרת *mischméreth.* παρατήρησις, εὐλάβεια. GALL. *Obseruation, esgard.* ITAL. *Auertimento, reuerenza.* GERM. Warnemmung. HISP. *Obra de guardar y mirar y acatar.* ANGL. *A marking, or keeping.* } Varro 2. *de re rust. cap.* 7. His maiores qui sunt intelligi negant posse, præterquam quum dentes sunt facti brochi, & supercilia cana, & sub ea lacunæ, ex obseruatu dicunt eum equum habere annos sexdecim.

ōbsĕruātĭo, nis, Animaduersio, attentio. { משמר *mischmár.* משמרת *mischméreth.* παρατήρησις. GALL. *Obseruation, esgard.* ITAL. *Auertimento, reuerenza.* GERM. Warnemmung. HISP. *Obra de guardar, y mirar, y acatamiento.* ANGL. *A notting, marking, or considering.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 10. Mira obseruatio operis. Cic. *de clar. Orat.* Veruntamen natura magis, tum casu nonnunquam, quàm aut ratione aliqua, aut obseruatione fiebat. Plaut. *Milit. sc.* 6 *a.* 2. Certum est obseruationi operam dare. (de custode mulieris.) Apud Valer. Max. pro obseruantia & cultu, *lib.* 1. *c.* 1. Haud Marcello adiecto impensæ impedimento fuit, quò minus religionibus suus tenor, suáque obseruatio redderetur. Vide dictionem sequentem.

Obseruatè, Aduerb. Gell. *c.* 17. *lib.* 2. Obseruatè curioséque animaduertit M. Tullius.

‖ Obseruator, is. Plinius *in Panegyrico*: Nemo obseruator, nemo castigator adsistet. ‖

ōbsĕruāntĭă, æ, vt inquit Cic. 2. *de Inuent.* est per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignamur, reuerentia, honos. { כבוד *chabodh.* αἰδώς, θεραπεία. GALL. *Obseruãce, reuerence.* ITAL. *Osseruanza, reuerenza.* GERM. Ehrerbietung. HISP. *Acatamiento.* ANGL. *Reuerence.* } Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Obsequio & obseruantia regem cum omnibus, benignitate erga alios cum Rege ipso certasse. Cic. *Sulpit. lib.* 4. Seruius tuus, vel potiùs noster, summa me obseruantia colit.
¶ Idem *pro Quintio*, Amicos obseruantia, rem parsimonia retinere.
¶ Obseruantia, pro obseruatione. Suet. *in Aug. cap* 76.

ōbsĕruābĭlĭs, qui idoneus est vt obseruetur, vel veneretur. { נכבד *nichbádh.* αἰδέσιμος. GALL. *A quoy on peut & doit prendre garde.* ITAL. *Osseruabile, degno d'essere osseruato.* GERM. Das man wol warnemmen kan. Item, war dem man ehr entbiet. HISP. *Digno de tal acatamiento y hora.* ANGL. *VVorthie to be reuerenced or taken head to.* } Quint. *lib.* 9. *c.* 1. In morum certamine & aduersos ictus, & rectas, & simplices manus tum videre, tum etiam cauere, & propulsare facile est: auersæ, tectæque minus sunt obseruabiles. ¶ Huius contrarium est Inobseruabilis, de quo suo loco.

ōbsĕs, obsidis, vide *Obsido.*

ŌBSĪDO, is. Obsedi, obsidere, tertiæ coniugationis, & ōbsĭdĕo, es, obsedi, obsidēre, secundæ coniugationis, propemodum idem significant, nisi quòd in Obsido, motus quidam est, vt sit quasi Obsisto: in Obsideo verò quies, quasi Obsto. { צר *tsár.* περικάθημαι, πολιορκῶ. GALL. *Assieger, enuironner.* ITAL. *Assediare.* GERM. Belegen/belägern. HISP. *poner sitio ò cerco à lugar.* ANGL. *To be siege to compasse about, to enuiron.* } Salust. *in Catil.* Permittit illis homines militares sine tumultu, præsidiis collocatis sicuti præceptum erat, occultè pontem obsident. Idem *In Iugurtha*, Armis obsessus teneor, id est, impeditus. Significat itaque Obsido, & Circunsido, quasi Obsepio, & Circunsepio, aut ad obsidendum, siue circunsidendum eo, vel ad obsidendum me loco. Obsideo verò, & Circunsideo, obsessum, hoc est, vallo & fossa septum teneo. Quanquam simpliciter pro Circunsedeo ponatur, vt apud Curtium. Per hos pellices introducebantur alio aditu, quàm quem armati obsidebant. Liu. *lib.* 10. *d.* 4 Obsidere aures. Obsidere angustias. Idem *lib.* 1 *de bell Maced.* Obsidere vias: vbique apud eundem, vt *ibidem*, Obsidere saltum. Idem *lib.* 10. *d.* 4. Cùm Marianæ partes iam triennium obsiderent. Velleius. Item, Obsidere ianuas. Liu. *lib.* 34. ¶ Accipitur interdum Obsidere pro simplici sedere. Terent. *in Adelph*, nunc verò domi Certum obsidere est, vsque donec redierit. ¶ Obsidere stuprum, est per insidias, stupri occasionem aucupari. Cic. *in Catil.* Iacère humi non solùm ad obsidendum stuprum, verumetiam ad facinus obeundum. ¶ Apud Senecam pro circunstare: Varia & incerta pericula humanam vitam obsident. ¶ Aliquando pro morari & detinere. Cic. 1. *Verr.* Vt perspicuum cuiuis esse posset, hominem ab isto quæstum esse: non qui reũ suum adduceret, sed qui meum tempus obsideret, hoc est, qui tempus quod mihi inquirendum depoposci, coarctaret, & me angusto temporis spatio concluderet.

Obsessus, a, um. Ouid. *Eleg* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Fluctus in obsesso gurgite nullus erit.

Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Obsessi rebus omnibus. Ouid. 4. *Fast.*

Et leuis obsesso stabat auena solo.

Quintil. In metris omnes longæ breuésque (syllabæ) inter se obsessæ sunt pares. Nec fera te Tyrio tellus obsessa colono.

ōbsĭdĭŏr, ris, insidias facio. { ארב *aráb.* ἐνεδρεύω. GALL. *Espier, guetter.* ITAL. *Far insidie.* GERM. Laustren/aufsetzig sein. HISP. *Hazer celada, ò acechanças.* ANGL. *To lie in awaite, to tak one.* } Colum. *lib.* 5. *c.* 14. Sed inter Caniculæ, & Arcturi exortum cauendum erit, ne apes intercipiantur violentia crabronum, qui ante aluearia plerumque obsidiantur prodeuntibus.

ōbsĕssi, sunt qui ita in loco aliquo ab hostibus cincti sunt, vt egredi non possint. { נצורים *netsurim.* πολιορκούμενοι. GALL. *Assiegez.* ITAL. *Assediati.* GERM. Belägert. HISP. *Assitiados.* ANGL. *Besett or besieged.* } Cic. *post redit.* Quum vi, ferro, metu obsessi teneremini. Plin. *lib.* 10 *cap.* 5. Dulcissima omnium fagi, vt qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio tradit Cornelius Alexander. Cæs. 1. *bell. Gall.* Tandem omnibus rebus obsessi, quarum iam diem sine pabulo retentis iumentis, aquæ, ligni, & frumenti, inopia, colloquium petunt.

ōbsĭdĭum, ij, & Obsidio, nis, & Obsessio, idem significant. Cæsar *lib.* 6. *& 7. de bell. Gall.* & ab Obsido, siue obsideo fiunt. מצור *matsór.* πολιορκία, ἀποκλεισμός. GAL. *Siege.* ITAL. *Assedio.* GERM. Ein belägerung. HISP. *Sitio ò cerco del lugar.* ANGL. *A siege or besieging of à towne.* } Colum. *lib.* 9. *cap.* 7. Atque vtilissimum est, pro frequentia domicilij, duos, vel tres aditus in eodem operculo distantes inter se fieri, contra fallaciam lacerti, qui velut custos vestibuli prodeuntibus inhians apibus, affert exitium, eæque pauentiores exeunt, quum licet vitare pestis obsidia, per aliud vadentibus effugium. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Coge in obsidium perduelles, nostrIs præsidium para. Idem *ibidem*, Viden' hostes adesse tuóque tergo obsidium. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Herum in obsidione linquet, Inimicûm animos auxerit. metaph. Sæpiùs tamen in vsu est, Obsidio, onis. Cic. *pro Rabirio*, Quum innumerabiles hostium copias in Italia fudisset, atque obsidione Rempublicam liberasset Idem *pro Cornelio. Balb, & pro domo sua.* Obsessio templorum, Occupatio fori.
¶ Pro eodem autem dicimus, Obsidere vrbem, Cingere vrbem obsidione, Claudere muros obsidione, & Facere obsidium: quorum postremo vsus est Gell. *lib.* 15. *c.* 30. Demetrius, inquit, eo ætatis suæ inclitus, cui à peritia, disciplináque faciendi obsidij, machinarúmque solertia ad capienda oppida repertarum, cognomentum πολιορκητής, fuit. ¶ Soluere obsidionem, vel obsidium, est obsessos obsidione liberare. Tacit. *lib.* 4. Primo sui incessus soluit obsidium. Pro eodem etiam dicimus, Eximere obsidione Liu. *lib.* 1. *bell. Pun.* Legati affuerunt orantes, vt se obsidione eximeret.

ōbsĕssŏr, qui obsidet. { צר *tsár.* πολιορκητής, ὁ πολιορκῶν. GAL. *Assiegeur, qui assiege.* ITAL. *Chi assidia vna terra.* GERM. Ein belägerer. HISP. *Que pone sitio, ò cerco à lugar.* ANGL. *He that besiegeth.* Liu. *lib.* 9. *ab Vrbe*, Papyrio quoque, obsessori Luceriæ restiterat. Ouid. *Fast.*

Hic mihi causa moræ viuarum obsessor aquarum
Hic tenuit fontes, officiúmque meum.

Obsessor fori. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Hoc ego fui hodie obsessor fori, (i. diu in foro sedi. Obsessor curiæ, Cic. *pro domo sua.*

ōbsĭdĭæ, arum, Insidiæ. { מארב *maaráb.* ἐνέδρα. GALL. *Embusches.* ITAL. *Insidie.* GERM. Laustrunge/heimliche auffsätz. HISP. *Cela da ò acechanças.* ANGL. *A lying in waite, to deceiue.* } Colum. *lib.* 8. *c.* 2. Dum tamen anus sedula, vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum, aut insidiosorum animalium diripiantur.

ōbsĭdĭōnālĭs, e, est à nomine Obsidio, nis, deductum. { πολιορκητικός. GALL. *Appartenant à siege.* ITAL. *Pertinente ad assedio.* GERM. Das zu der belägerung gehört. HISP. *Perteneciente à sitio.* ANGL *Belonging to a siege* } Vnde corona obsidionalis, quæ ei debebatur, qui obsessos ab hostibus liberasset. Hæc fiebat ex gramine viridi, ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi. Plin. *de vir. illustr.* Quare à Minutio, & eius exercitu obsidionali corona donatus est. Gell. *c.* 6. *lib* 5.

ōbsĕs, sidis, qui traditur imperio alicuius, ea conditione, vt si is, qui obsidem dedit, à fide recedat, recipienti sit potestas in corpus & vitam eius sæuiendi, qui datus est obses. { בן התערבות *ben hattaarubóth.* ὅμηρος. GALL. *Baillé en ostage.* ITAL. *Homo dato in pegno, hostaggio.* GERM. Ein leistbürg / Ein geysel. HISP. *El rehen de las pazes ò treguas.* ANGL. *An hostage or pledge.* } Hic quoniam obsidionis soluendæ causa dari consueuit, inde nomen assumpsit: quanuis Iustus ex Ob, & fides, compositum velit, per mutationem literæ, quòd sit ob fidem datus. Cic. 1. *Verr.* A nobis multos obsides habet populi Rom. Ouid. 1. *Metam.*

——— *missi de gente Molossa*
Obsidis vnius iugulum mucrone resoluit.

Obsides, per translationem Cic. 4. *in Catil.* Habemus enim à C. Cæsare sicut ipsius dignitas & maiorum eius amplitudo postulabat, sententiam tanquam obsidem perpetuæ in Remp. voluntatis. Quint. Obsidem Reip. dare malorum ciuium accusationem.

‖ Obsidutus, status & conditio obsidis, esse obsidem, ὁμηρεία. ‖

ōbsĭdĭānŭs, a, um, vt Obsidianum vitrum, quod ita dictum est, quòd similitudinem habeat lapidis Obsidiani, qui, teste Plin. nigerrimi est coloris, in speculis parietum pro imagine vmbras reddens. Nascitur in India, & in Samnio Italiæ, & ad Oceanum in Hispania: maximè autem in Æthiopia, vbi etiam ab Obsidio inuentus Obsidianus vocatur. Vide *lib.* 36. *c.* 26.

Obsigillo, as, aui, are, abscondere. Senec. *Epist.* 1. *lib.* 21. Nunc multa obsigillant, & aciem vestram vel splendore nimio repercutiunt, vel obscurè retineant. Alludit ad morem antiquum obsignandi anulo, quæ clausa esse volebant.

ŌBSIGNO, as, Signi impressione occludo, & ad literas, cæteráque quæ signo quouis notantur, aut imprimuntur, pertinet. { חתם *chatám.* κατασημαίνομαι, ἀποσημαίνομαι, παρασημαίνομαι, ἐπισφραγίζομαι. GALL. *Seeller & cacheter.* ITAL. *Sigillare.* GERM. Besiglen/ ein sigel darauff trucken. HISP. *Sellar, cerrar con sello.* ANGL. *To scall, to sett a mark on a thing.* } Plaut. *in Curc.* Scribit, & obsignat literas. Idem *in Amphitr.* Eloquere, vbi nunc patera est? c. In cistula Amphitryonis obsignata signo est. Erat signum obsignatum probè. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. In libello obsignato attuli. (i. in Epistola.) Idem *Pseud sc.* 4. *a.* 2. Imaginem obsignatam mittere. *Ibidem.* Rectè obsignatum est in vidulo marsupium. Idem *Men sc.* 7. *a.* 5. ¶ Quandoque sumitur pro eo, quod est, signo notariorum, seu subscriptione eorum, aut testium signare. Cic. *pro Cluent.* Dinea testamentum faciente, quum tabulas prehendisset, Oppianicus qui gener eius fuisset, digito legata deleuit. Et quum id multis locis fecisset, post mortem eius, ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignauit. Cæsar 1. *bell. Gall.* Vulgò totis castris testamenta obsignabantur. Cic. *pro Cluent.* pecuniáque obsignata, quæ ad eam rem dabatur.

ōbsĭgnātōrēs, { חותמים *chothemim*, ἐπισφραγισταί, ἐπισημαντῆρες. ANGL *They*

They which puteth there scales to a deade.} dicti sunt testes, qui testamentum signis suis obsignabant Cic. *pro Aulo Cluentio*, Aiulius, vt constitutum erat, simulat se ægrotare, & testamentum facere velle. Oppianicus obsignatores ad eum, qui neque Asinium, neque Aiulium nossent, adducit. ¶ Potest tamen hodie obsignator dici tabellio, qui in testamentis suum, & testium nomen subscribit.

ōbsĭpo, as. Obiicio, παραβάλλω, vt quum rustici dicunt, Obsipa pullis escam. Festus.

ōbsĭsto, is. Contra sisto, obsto, repugno. { עמד בפנים *hamádh bephanim*, התיצב בפנים *hithjatstseb bephanim.* ἀνθίσταμαι, ἀνθίστημι, ἀντιστατῶ. GALL. *Resister, contredire, s'opposer.* ITAL. *Ostare, far resistenza.* GERM. Widerstehn / entgegen stehen. HISP. *Resistir à otro.* ANGL. *To withstand.*} Hic obsistam, ne se surrepsit mihi. (i. obstabo exire volenti) Plaut. *Mil. sc. 3. a. 2.* Iracundia oculis obstitit. Idem *Asin. sc. 4. a. 2.* Nec quisquam tam audax fuat, qui obuiam obsistat. Idem *Amph.* Et *in Curcul. sc. 3. a. 2.* Obstant, obsistunt, incedunt cum suis sententiis. *Ibid.* Non potest pietate obsisti huic (lenoni.) Idem *Pseud. sc. 3. a. 2.*

Pro te vel solus densis obsistere turmis (ausim.)

Tibull. *lib. 4.* Obstitit Orion. (i. se opposuit,) & excepit ictum, quo cæsus est. Ouid. *lib. 5. Fast.* Cic. 7. *Verr.* Quis enim vnquam istius libidini obstitit? Idem *de senect.* Hoc est illud quod Pisistrato tyranno à Solone responsum est, quum illi quærenti, quâ tandem spe fretus, sibi tam audacter obsisteret, respondisse dicitur, Senectute. Idem 2. *de finib.* Itaque idem natura victus, (cui obsisti non potest) dicit alio loco, &c. Lucan. *lib. 3.* Viribus an possent obsistere iura. Ouid. *Epist. 13.*

Tunc freta debuerant vestris obsistere ventis.

Obsolefio, Suet *in August. c. 88.* Obsolefieri nomen commissionibus.

‖ OBSOLEO, inueterasco, quasi olere. i. e. crescere desino, vt ea, quæ fiunt ὑπέρακμα. ‖

ōbsŏlēsco, scis, eui, vel ui, etum, ex Ob, id est, contrà, & olesco, interposita s, ✕ Olesco, quod significat cresco: Obsolesco, deficio, reiicio, inueterasco, desuesco. { ἀπαρχαιοῦμαι, παλαιοῦμαι, παλαιοῦμαι. GAL. *Aller ou estre hors d'vsage, se desaccoustumer.* ITAL. *Disusarsi, vscir d'vso, inuecchiarsi.* GERM. Veralten / alters halb in abgang kommen / abgehen / auss dem brauch kommen. HISP. *Desacostumbrarse, enuejecerse.* ANGL. *To waxe out of vse.*} Cic. *pro lege Manilia*, Obsoleuit iam ista oratio, re multo magis, quàm verbis refutata, id est, desueuit, siue ab vsu recessit. Idem *pro Cælio*, Chartæ quoque, quæ illam priscam seueritatem obtinebant, obsoleuerunt, id est, inueterauerunt, siue defecerunt. Et hæc præterita ab Obsolesco, non ab Obsoleo sunt. ¶ Nitere. ✕ Obsolescere. Cic. *de lege Agraria*, Non dico hoc solum in Repub. vectigal esse, quod amissis remaneat, intermissis aliis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat.

ōbsŏlētus, participium est, aut nomen ex participio, In desuetudinem inductus, inueteratus. { GALL. *Desaccoustumé.* ITAL. *Disusato.* GERM. In abgang kommen / Veraltet. HISP. *Desacostumbrado.* ANGL. *Out of vse or decayed.*} Cicer. *pro P. Quintio*, Audacem, cupidum, perfidiosum, vulgaria & obsoleta sunt, id est, inueterata, & quæ ab vsu recesserunt. εἰκαῖα, ἀπηρχαιωμένα. Senec. *de consol. ad Polyb.* Obsoleto longo situ animo & hebetato. ¶ Accipitur etiam Obsoletus pro Obscœno, sordido, & detrito. ῥυπαρός. Liu. *lib. 3.* Filiam secum obsoleta veste, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti admiratione in forum deducit. Cic. *in Rul.* Vestitu obsoletiore, corpore inculto & horrido, capillacior quàm antea, barbáque maiore, vt oculis & aspectu denuntiare omnibus vim tribunitiam, exitiúmque minitari Reipublicæ videretur. Colum. *lib. 3.* Sapore certè nihilo differt à cicercula, colore tamen discernitur. Non est obsoletior, & nigro colori propior. Suet. *in Neron. c. 48.* Obsoleti coloris tunica.

ōbsŏlētē, aduerb. { ἀπηρχαιωμένως, πεπαλαιωμένως, ἀπηρχαιωμένως, ἀήθως. GAL. *Hors d'vsage.* ITAL. *Fora d'vso.* GERM. Mit etwas veralteten oder geschlissnen kleidern. HISP. *Fuera de costumbre.* ANGL. *Out of vse.*} Cic. 3. *Verr.* Saltem vt eum, cuius opera ipse multos annos est in sordibus, paulò tamen obsoletius vestitum videret.

‖ Obsolitatus, pollutus, obsoletus. Gl. Isid.

Obsolito, obtero, inquino. G. A. L. ‖

Obsono, as, are Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 1.* Sermone huic obsonas. (i. obstrepis quasi malè sonas.)

Obsonus, Malum sonum habens. Varro, Humili & obsona & tremula voce. Fortasse legebatur *absona.*

ōbsōnĭum, vide *Opsonium.*

‖ Obsopio. Solin. *cap. 18.* de delphino quodam: Qui odoris nouitate obsopitus aliquantisper pro exanimo iactatus. Et *cap. 33.* somno obsopitus. ‖

ōbsorbĕo, es, Obsorpsi, vel obsorbui, obsorptum. Sorbeo. { בלע *billáh* ῥοφῶ. GAL. *Humer tout, engloutir.* ITAL. *Sorbire.* GERM. Absupffen / aussauffen. HISP. *Sorber.* ANGL. *To suppe vp all.*} Plautus *Curc. sc. 3 a. 2.* Vin' aquam? CVRC. Si frustulenta est, da obsecro: herclè obsorbeam.

ōbsordĕo, Sordidus fio, aut obsolesco, inquit Nonius. { התחמש *hitchattá.* ῥυπαίνομαι. GALL. *Deuenir ord & sale.* ITAL. *Lordarsi.* GERM. Wüst oder alt werden. HISP. *Ensuziarse.* ANGL. *To be filthie and slutise.*} Cæsius, Obsorduit iam hæc in me ærumna miseriæ.

ōbstācŭlum, vide *Obsto.*

‖ Obsterno. Apul. *apol.* Vxorem misero puero objicit & obsternit. ‖

OBSTETRIX. icis, quæ parturientium curam habet: ab obstando dicta, eo quòd obsistant dolori, vel certè fœtui, ne laxatis vteri genitalibus claustris in terram defluat. { מילדת *mejallédheth* μαῖα, ὀβστέτρια. GALL. *Vne sage femme, qui aide aux femmes qui veulent enfanter.* ITAL. *Raccoglitrice, la commadre.* GERM. Ein hebamm. HISP. *La partera.* ANG. *A midwife.*} Terent. *in Andr.* Obstetricem accersô. Quæ opem tulerit parienti, Obstetrix dicitur, ait Donatus: vnde & parturientes, Per opem clamant. Plin *lib. 28. cap. 7.* Quæque alia non obstetrices modò, verùm etiam meretrices prodidere. Plaut. *Capt sc. 4. a. 3.* An meæ matri fuisti obstetrix.

ōbstĕtrīco, as. Parturientem adiuuo: siue obstetricis officium ago. { ילד *jillédh.* μαιεύομαι. GALL. *Faire l'office de sage femme.* ITAL. *Far l'vfficio d'allevatrice.* GERM. Einer hebammen werck oder ampt thun. HISP. *Hazer oficio de partera.* ANGL. *To do the office of a midwife.*} Pro eodem etiam vtuntur Obstetricor verbo deponente.

‖ Obstineo. Fast. Obstinet pro ostendit. In veteribus carminibus: Sed iam de cœlo candens aurora obstinet patrem suum. ‖

OBSTINO, as, ab obsto Perott. { חזק *chizzák.* διαβεβαιοῦμαι. GALL. *S'obstiner, s'opiniastrer.* ITAL. *Ostinarsi, essere pertinace.* GERM. Sich gäntzlich widersetzen vnd sperren / beharrlich eigensinnich sein / sich steiff setzen. HISP. *Confirmarse en mal, porfiar.* ANGL. *To be obstinat or stubburne.*} Liu. *lib. 2. ab Vrbe.* Quoniam id certum (inquit) atque obstinatum est, neque ego obtundam. Plaut. *in Aul.* Credo ego iam illum inaudisse mihi thesaurum domi, id inhiat, ea affinitatem hanc obstinauit gratia.

ōbstĭnātus, participium, aut nomen ex participio, Offirmatus, aut perseuerans vt tenere possit, inquit Festus. עז *haz.* αὐθάδης, αὐθάδης, αὐτάρκης. GALL. *Obstiné perseuerant & ayant ferme propos.* ITAL. *Ostinato, perseuerante, di fermo proposito.* GERM. Ersetzt / steiff vnd beharrlich auff seinem fürnemmen. HISP. *Confirmado en mal, porfiado.* ANGL. *Obstinat. stubburne.*} vt Obstinata voluntas, Obstinata pudicitia, apud Liu. 1. *ab Vrbe de Lucretia*, Quo terrore quum vicisset obstinatam pudicitiam, velut victrix libido, &c. Idem 3. *ab Vrbe*, Aduersùs quæ omnia obstinato animo Appius (tanta vis amentiæ verius, quàm amoris mentem turbauerat) in tribunal ascendit. Senec. *cap. 8. de consol. ad Mart.* Pertinax & obstinata tristitia.

ōbstĭnātĭo, Firmitas animi, pertinacia, siue perseuerantia. { חזק *chózek.* τὸ αὔθαδες. GALL. *Ostination.* ITAL. *Ostinatione.* GERM. Ein befestigung des gemüts / eigensinnigkeit / hartneckikeit. HISP. *Aquella confirmacion en mal.* ANGL. *VVillfulnesse stubburnesse.*} Cicer. *de prouinc. Consul.* Quæ omnia ego non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ repudiaui.

ōbstĭnātē, Firmiter. { αὐθάδως. GALL. *Obstinément.* ITAL. *Ostinatamente.* GERM. Verharrlich / eigensinnigklich. HISP. *Confirmadamente en mal.* ANGL. *Obstinatlie stubburnelie.*} Liuius *lib. 2. d. 5.* Obstinatè mori. Item alibi, Obstinatè resistere. Plaut. *Asin. sc. 1. a. 1.* Ita me obstinatè aggressus (de adiurante.) Terentius *in Andria*, Itáne obstinatè operam dat, vt me à Glycerio miserum abstrahat? vbi Donatus, Obstinatè facere aliquid, est in alterius malum cum conatu facere perseueranter, & in alterius perniciem nimis niti.

OBSTIPO, as, are, Claudo. { אטם *atám* סכר *sachár.* ἐμφράττειν. GALL. *Estouper.* ITAL. *Otturare, turtare, stroppare.* GERM. Verstopffen. HISP. *Tapar.* ANGL. *To stoppe chinkes or cleftes.*} Alij interpretantur condésare, obturare rimas, obstruere. Plaut. *in Cistell.* Obstipat aquulam. ¶ Obstipare verticem dixit idem *in Mercat.* pro contorquere, vt cogitabundi solent.

ōbstĭpus, a, um, cui collum riget, & in humerum caput est inclinatum. { ἐπικεκυφώς. GALL. *Qui panche la teste, torcol.* ITAL. *Chi a torto la testa.* GERM. Der pen kopff auff ein seiten tregt / Der den kopff tregt als ob er im an ein rebstäcken gesteckt wäre. HISP. *Cabezcaido.* ANGL. *VVrie neckeded, holding downe the dead toward the shoulde.*} Pers.

——— ærumnosique Solones

Obstipo capite, & figentes lumine terram.

Horat. 1. *Serm. satyr. 5.*

——— Datus sis comicus, at stes.

Capite obstipo.

Col *lib. 7. c. 10.* Febricitantium signa sunt, quum obstipæ sues transuersa capita ferunt, & per pascua subitò, quum paulùm procurrerint consistunt. Plin. obliquum caput dicit, Index, inquit, suis inualidæ: caput est obliquum in incessu. Suet. *in Tib. c. 68.*

OBSTO, tas, titi, titum, Contra sto, Impedio, obsum, repugno. { עמד בפנים *hamádh bephanim* התיצב בפנים *hithjastseb bephanim.* ἀνθίσταμαι, ἀντίστημι. GALL. *Resister, empescher.* ITAL. *Ostare, impedire.* GERM. Darwor sein / Im wag stehen / entgegen stehen. HISP. *Estoruar ò contrariar.* ANG. *To withstand, to stoppe or lett.*} Curtius, Obstant oppido gemini colles. Plaut. *Curc. sc. 3. a. 2.* Obstant, obsistunt, &c. Quintil. Per obstantia erumpere. Vide plura in *Obsisto* suprà Ouid. 4. *Fast.*

Obstitit in media candida turba via.

Terent. *in Andr.* Quid obstat cur non verè fiant? Videtur etiam habuisse supinum Obstatum: vnde legitur participium Obstaturus. Quintil. *lib. 2. cap 12.* Video quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi. Ouid. 13. *Metam.*

——— Obstantia fata remoui.

ōbstātur, Impersonale. Cic. 13. *Philipp.* Neque enim quod quisque potest, id ei licet, nec, si non obstatur, propterea etiam permittitur.

ōbstācŭlum, i, Impedimentum, ab obstando, dictum. { κώλυμα, ἐμπόδισμα. GALL. *Empeschemēt.* ITAL. *Ostacolo.* GERM. Ein widerstand / hindernuss. HISP. *Estoruo ò empacho.* ANG. *A stoppe or hinder, a lett.*} Plaut. *in Pseud.* Ibi nunc oppido opposita obstacula.

‖ Obstitus, a, um, violatus, cui aliquid obstitit. Est enim ab *obstire*, pro obstare. ‖

ōbstrāgŭlum, li, Operimentum, quo aliquid insternitur. { כסוי *chisúi.* ἐπίβλημα, στρῶμα. GALL. *Couuerture, couuerte.* ITAL. *Coberta.* GERM. Ein decke oder vberlitz. HISP. *Cubertura.* ANGL. *A couering to couer any thing with.*} Plin. *lib. 9. c. 35.* Quin & pedibus, nec crepidarum tantùm obstragulis, sed totis socculis addunt. id est, non solùm operimentis, & superioribus partibus socculorum, quas *Planulas* Itali, in his Veneti propiùs accedentes *Zocculas* vocant, addunt margaritas: sed etiam totis socculis.

OBSTREPO, is, ere, Contra aliquem strepitum facio, obloquor, contradico. { παρενοχλῶ. GALL. *Faire bruit pour empescher quelqu'vn.* ITAL. *Interrumpere, far strepito incontro à qualch'vno.* GERM. Vber iemanders ein wäsen machen mitt rauschen / rumplen / widersträben. HISP. *Hazer estruendo contra algo.* ANG. *To whisper ò mutter against.*} Liuius 1. *ab Vrbe*, Primò vterque vociferari, & certatim alter alteri obstrepere. Laudi alicuius obstrepere. Senec. *Hercul. Fur.* Literis obstrepere alicui. Cic. *Metell lib. 5.* Quæ res facit, vt tibi literis obstrepere non auderem. Clamore obstrepi. Idem *pro Marcell.* Sed tamen eiusmodi res, nescio quomodo etiam dum audiuntur, aut dum leguntur, obstrepi clamore militum, videntur, & tubarum sono. Sic obstrepunt huic definitioni. Gell. *cap. 2. lib. 6.*

ōbstrĕ

‖ Obstrepito. Claudianus *lib.* 2. de raptu:

—— Ne turbida sacris
Obstrepitent lamenta choris. ‖

Obstrepitur, impersonale. Liuius 3. *ab Vrbe*, Eos concio audit, Decemuiro obstrepitur.

OBSTRIGILLO, siue Obstringillo, as. Obsto, detraho alicui, repugno. {ἀνθιστάω. GALL. *Mesdire, oster la bonne renommée, contredire.* ITAL. *Ostare, repugnare, ò dir mal di alcuno.* GERM. Widerstehen / widerfechten / darwider sein. HISP. *Estoruar, contradezir, ò refutar.* ANG. *To withstãde, to sclaunder and backbite.*} Varro *lib.* 4. *de vita populi Rom.* Curio quum id fecisset, dicebat amicis, vt illi renunciaretur, se obstrigillaturum, ne triumphus decerneretur: aut ne iterum fieret Consul. Ex Nonio.

Obstrigillator, reprehensor. Sumptum à strigilibus, quibus cùm vehementiùs distringimur, lædimur. Varro, Æmulum illius artis, atque obstrigillatorem.

‖ Obstrigillus. Isid. *lib.* 20. *c. vlt.* quod est de calceamentis: Obstrigilli sunt calcei, qui per plantas consuti sunt, & ex superiori parte corrigia trahitur, vt constringantur; vnde & nominantur. ‖

OBSTRINGO, is, Deuincio, obligo, circunstringo, constringo, adstringo. {אסר *asár* צרר *tsarár.* ἐξαρτάω. GAL. *Lier & estreindre, serrer.* ITAL. *Stringere, obligare.* GERM. Verstricken/zusammen stricken. HISP. *Atar ò obligar.* ANGL. *To bing fast, to ticharde.*} Plaut. *in Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Laqueo collum quando obstrinxero. Idem *in Amphitr.* Amphitruonem collo hinc obstricto traham. Colum. *lib.* 5. Alij viminibus obstringunt. Plaut. *Curc. sc. vlt. a.* 5. Obstringe & abduce in malam crucem. bis. Idem *in Aul. sc.* 1. *a.* 2. follem obstringis ob gulam. ¶ Obstringere sibi aliquem munere, beneficio, &c. Cic. *Seruio lib.* 13. Téque ita existimare volo, quibuscunque officiis in Epiroticis reliquísque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore. Legibus obstringi. Idem 2. *de inuent.* Religione obstringere. Idem 2. *Philipp.* Obstringere se parricidio, periurio, scelere & huiusmodi, est committere parricidium, scelus, peierate. Idem 3. *Offic.* Num igitur se obstrinxit scelere, si quis tyrannum occidit quamuis familiarem? Obstringere se hæreditati, est eam occupare & sibi vendicare. Paulus *in l. suis ad ff. de acquirenda, vel omitt. hæred.* Nam vt quis pro hærede gerendo obstringat se hæreditati, scire debet, qua ex causa hæreditas ad eum pertineat.

Obstrictus, a, um, particip. Obligatus.)(Liber & solutus.

Collo obstricto, vide *Collum.*

Obstrictus, us. Angustia. Senec. *lib.* 5. *natur. quæst.* Per hæc loca quum se exitum quærens tempus tersit, accendat flammam ipso obstrictu necesse est.

Obstrūdo, is, si, sum, ex Ob, & trudo, interposita s. Occludo, seu occulto, abscondo, abdo. כסה *chisáh.* ἀποκρύπτω. GALL. *Serrer, couurir.* ITAL. *Serrare, coprire.* GERM. Verstossen/verbergen. HISP. *Cerrar, cubrir.* ANGL. *To hide, to driue à thing deep and hide in the ground.*} Plaut. *Stich.* Quin tu stâs? obtrusero aliquid strenuè Idem *in Curc.* Obsecro parentésne meos mihi prohibeas? P. Quid? sub gemma obtrusos (aliàs *obtrusos*) habeo tuam matrem, & patrem? Plin. *in Paneg.* Bonos autem otio, aut situ obstrusos, & quasi sepultos. Terra obstrusa. Ouid. *Epist.* 7. Recessu obstrusi. Claud. 7. *Paneg.* ¶ Inuenitur & Obtrudo, quod est inuito, & renuenti aliquid offero, vel do, ὑποβάλλω. de quo infra suo loco. Plaut. *in Curc.* Aliquid priùs obtrudamus, pernam, sumen glandium. Terent. *in Hecyr.* Nunquam ausus sum recusare eam, quam mihi obtrudit pater, id est, inuito despondet.

OBSTRVO, is, Obsepio, occludo, & quasi strue quadam obsisto. {אטם *atám* סכר *sachár.* ἐμφράττω, ἀποκρύπτω, ἐπιλάττω. GAL. *Estouper, boucher.* ITAL. *Chiudere, otturare.* GERM. Vermachen/verschoppen/verbauwen. HISP. *Encerrar.* ANGL. *To stoppe, to shutt vp.*} Cic. *de senect.* Qui iter Pœnis, vel corporibus suis obstruere voluerūt. ¶ Obstruere luminibus, est altiore extructo ædificio, officere aduersis è regione ædibus, quominus lumen recipiant. Cic. *pro domo sua.* Habitare laxè, & magnificè voluit, diásque magnas, & nobiles domos coniungere: ac seuerè contendit, vt Qu. Vestius sibi domum venderet. Quum ille negaret, primò se luminibus eius obstructurum minabatur, &c. Per metaphoram quis dicitur alterius luminibus obstruere, qui nominis eius claritatem obscurat. Idem *in Bruto*, Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. ¶ Obstruere vndas molibus. Lucanus *lib.* 2. Obstruere aures alicui, est obstinatum & inexorabilem reddere. Virg. 4. *Æneid.*

Fata obstant, placidásque viri Deus obstruit aures.

¶ Fauces obstruere. Lucan. *lib.* 5.

Cætera suppressit, faucésque obstruxit Apollo.

Obstructio, verbale, Occultatio. {שכר *séchar.* ἔμφραξις, ἀπόφραξις. GAL. *Bouchement, estoupement.* ITAL. *Otturamento, lo stoppare.* GERM. Verbauwng/verschoppung. HISP. *Encerramiento.* ANGL. *A stopping or shutting vp.*} Cic. *pro Sest.* Sed hæc obstructio, nec diuturna est, nec obducta ita, vt curiosis oculis perspici non possit.

OBSTVPEO, es, & Obstupescó, is, Stupeo, attonitus fio, stupore percellor. {שמם *schamam* קהה *kaháh.* ἐκπλήττομαι. GALL. *S'estonner, s'espouuanter.* ITAL. *Stupire.* GERM. Verstaunen. HISP. *Pasmar, espantar.* ANGL. *To be amazed.*} ¶ Aliquando insensibilis fio, ἀναλγησία. Terent. *in Adelph.* Membra metu debilia sunt, animus timore obstupuit. Idem *in Andr.* Id mihi visus est dicere, Abi citò, & suspende te, Obstupui. Virg. 5. *Æneid.* Obstupuit visu Æneas. Cic. *ad Attic. lib.* 5. Ob hæc beneficia, quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi, nisi verborum decerni sino: statuas æneas, τεμένη prohibeo. Idem *pro Marcell.* Obstupescent posteri certè imperia, prouincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibiles victorias, monimenta, munera, triumphos audientes, & legentes tuos.

Obstupefacio, Animo consterno, & stupidos sensus reddo. {שומם *schomém.* ἐκπλήττω. GAL. *Estonner, espouuanter.* ITAL. *Stupefare.* GERM. Erstaunt machen/verschrecken. HISP. *Espantar à otro.* ANG. *To make amazed.*} Terent. *in Phorm.* Postquam ad iudices ventum est, non potuit cogitata loqui, & ita eum tum timidum obstupefecit pudor. Liu. 2. *ab Vrb.* Adeoque constantia sua & tribunos obstupefecit, & plebem.

Obstupidus, adiectiuum. {שומם *schomém.* ἐμβρόντητος. GAL. *Estonné, espouuanté.* ITAL. *Stupido.* GERM. Erstaunet. HISP. *Pasmado, ò espantado.* ANG. *Amazed, astonted.*} Gell. *lib.* 5. *c.* 1. Consuluisse vniuersos, quasi attonitos, & obstupidos, hoc est, propemodum stupidos factos præ metu.

Obsum, obes, obfui, Noceo, quasi ob, id est, contrà sum. {עמד בפנים *hamádh bephanim* חרה *heráh.* βλάπτω. GAL. *Nuire, empescher.* ITAL. *Nuocer.* GERM. Schaden/oder schädich sein. HISP. *Empecer, ò dañar.* ANG. *To annoy, to hinder.*})(Prosum, quasi antè sum. Plaut. *in Amph.* Factum id Amphitryoni obfuit. Cic. 1. *de Orat.* Fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor: qui tamen non modò non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. Ouid. 11. *Metam.*

—— an abest quoque gloria multis?

Obfuit huic certè. Idem *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.* Non prosit potiùs, si quis obesse potest. Idem *ibid. Eleg.* 4. *lib* 4.

—— Nobis priùs obfuit error.

Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Tibi oberit.

Obsŭo, is, ui, utum. {περιρράπτω, καταρράπτω. GALL. *Couldre à l'entour.* ITAL. *Cucire d'intorno.* GERM. Vmbnäyen/ wol bützen. HISP. *Coser en derredor.* ANGL. *To suow or stricth round about.*} Circunsuere. Ouid. 2. *Fast.*

Quódque pice adstringit, quod acu traiecit ahena,
Obsutum mentha torret in igne caput.

Obsuta lectica. Suet. *in Tib. cap.* 64.

Obsŭrdesco, is, Surdus fio, sensum audiendi amitto. {החריש *hecherisch.* ἐκκωφόομαι, ἀπαμβλύνομαι. GALL. *Estre, deuenir ou faire le sourd.* ITAL. *Assordirsi, diuenir sordo.* GERM. Erdummen/ dumm oder gehörloß werden. HISP. *Ensordecerse.* ANGL. *To be or to waxe deafe.*} Cic. *in som. Scip.* Hoc sonitu completæ aures obsurduerunt. Idem *de Amic.* Sed quum tot signis eadem natura declaret quid velit, obsurdescimus tamen nescio quomodo, nec ea quæ ab ea monemur audimus. Gellius *c.* 1. *lib.* 12. Obsurduit, metaphor.

Obsus, in vetusto Lexico, τὸ δοκιμάζον τὸ χρυσίον, ὅταν πυρωθῇ, i. lapis Lydius, βάσανος, vnde deductum obsus, vbi ὁ βάσανος.

Obtĕgo, is, ere, Operio, & tego. {צפה *tsippáh* חפה *chapháh.* ἀποκαλύπτω. GAL. *Couurir diligemment.* ITAL. *Coprire diligentemente.* GERM. Oberdecken/zudecken. HISP. *Cubrir diligentemente.* ANGL. *To couer.*} Columell. *lib.* 3. *c.* 13. Et quod est durum summis glebis obtegatur. Cic. *in Vatin.* Habet hoc præmium tua indignitas, vt adolescentiæ turpitudo obscuritate & sordibus tuis obtegatur. Tacit. *lib.* 4. Animus audax, sui obtegens, in alios criminator, Virg. 2. *Æneid.*

—— quanquam secreta parentis
Anchisæ domus, arboribúsque obtecta recessit.

Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Ignauia me detexit, post illa obtegere negligens fui. ¶ Obtegere se corpore alicuius, est se tueri alicuius obiectu, atque opposítu. Cic. *pro Sext.* Séque seruorum, & libertorum corporibus obtexit.

OBTEMPERO, as, Morem gero, pareo. {שמע *schamáh.* πειθαρχέω, πείθομαι. GALL. *Obeyr, obtemperer.* ITAL. *Compiacere, obedire.* GERM. Gehorschen/oder gehorsam sein. HISP. *Obedecer y consentir.* ANGL. *To obey.*} Plaut. *in Most.* Sed tu etiámne adstas, nec quod dico obtemperas? Cicer. mihi semper obtemperauit, tanquam filius patri. Plaut. *Amph.* Non ego illi obtempero quod loquitur. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 3. *Trist.*

Quæque suis iussis obtemperat Inda magistri
Bellua.

¶ Interdum pro consulo, prouideo. Terent. Ex qua re minus aut famæ foret, aut rei obtemperans. Figuratè tamen, & frequentiùs accipitur pro morem gero.

Obtemperatio. {משמע *mischmáh.* ὑπακοὴ πειθαρχία. GALL. *Obeissance.* ITAL. *Obedienza.* GERM. Gehorsamkeit. HISP. *Obediencia.* ANGL. *Obedience.*} Cic. *de Leg.* Iustitia est obtemperatio scriptis legibus, &c.

OBTENDO, is, Ante aliquid, & contrà tendo, oppono. {סך *sach* נטה *natáh.* προτείνομαι, προβάλλομαι. GALL. *Tendre au deuant, couurir, opposer.* ITAL. *Distendere, oppore.* GERM. Fürspannen. HISP. *Tender ò contraponer.* ANGL. *To couer ouer, to hange before.*} Cic. *Quint. Fratr.* Vniuscuiusque natura tegitur, & quasi quibusdã velis obtenditur. Suet. *in Neron. c.* 48. Obtenso ante faciem sudario. Plin. *lib.* 5. *c.* 2. Huic par, interiacente valle mons aduersùs Antilibanus obtenditur, hoc est, oppositus est. ¶ Aliquando obtendo idem est, quod excusationem aliquam prætexo. Plin. *Epist.* 159. Nec puduit rationem turpitudini obtendere, egregiam quidem pulchrámque rationem.

Obtendiculum, quo aliquid tegitur. προβλῆμα.

Obtentus, pro Velo, operimento & prætextu. {πρόσχημα, καλυμμα, πρόφασις. GAL. *Couuerture, pretexte.* ITAL. *Coprimento, pretesto.* GERM. Fürwendung. HISP. *Cubierta, pretexto.* ANG. *A pretence or colour, à drawing of a curteine befor.*} Gell. *lib.* 10. *c.* 22. Qui obtentu philosophiæ nominis inutile otium, & linguæ vitæque tenebras sequuntur. ¶ Ponitur aliquando pro extensione. Virg. *lib.* 11. *Æneid.*

Extructósque toros obtentu frondis inumbrant.

Obtentus, est participium. προτεταμένος, προβεβλημένος. Virg. 1. *Georg.*

—— Et obtenta densantur nocte tenebræ. id est, obducta; ait Seruius.

Obtentus, occupatus, acquisitus: ab obtineo.

‖ Obtentus, us, actio obtendentis: & id quod obtenditur, prætextus. ‖

Obtento, as, vide *Obtineo.*

OBTERO, is, Contero, contendo, suffoco. {כתת *chatháth.* ἀποτρίβω. GALL. *Escacher, briser, fouler, broyer, menuyser.* ITAL. *Fracassare.* GERM. Zerträtten/item, zerreiben. HISP. *Hollar ò quebrar.* ANG. *To weare in rubbing, to bruse.*} Liuius, Ab elephantis obtriti sunt, id est, pedibus elephantorum contusi. Catull. *ad Ortalum,*

Troia Rhœteo quem subter littore tellus
Ereptum nostris obterit ex oculis.

Plaut. *Curc. sc.* 4. *c.* 4. Meæ pugnæ præliares obtritæ iacent. ¶ Aliquando significat circum, seu ab omni parte tero, tundo in mortario. Colum. *lib.* 6. *c.* 4. Nonnulli pellem serpentis obtritam cum vino miscent.

Obtritus, us. {מכתה *mechitthah.* κατάτριψις. GALL. *Brisement, foulement.* ITAL. *Rompimento, tritamento.* GERM. Zerträttung/ zerstampffung. HISP. *Hollamiento quebradura.* ANGL. *A wearing in rubbing, a brusing.*

sing.} Plin. *lib.* 18. *c.* 28. Ne herbæ vellantur, obtritúque hebetentur.

ŌBTESTŌR aris, Precor, oro vehementiùs, imploro. { העתיר *hehethir* התפלל *hithpallél*. ἐπιμαρτύρομαι, ἐπιτεθειάζω, ἀντιβολῶ. GAL. *Prier ou demander aide auec adiuration prier de grande affection.* ITAL. *Pregare con scongiuri.* GERM. Hefftig bitten vnnd gar nach beschweren. HISP. *Rogar conjurando.* ANGL. *To obtest, to beseik for goddes saike.* } Hoc verbo vtimur in summis negotiis, & ferè semper cum adiuratione. Ter. *in Andr.* Quod ego per hanc te dextram oro & genium tuum, per tuam fidem pérque huius solitudinem Te obtestor. Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Oro, obsecro, obtestor vos homines demonstratis. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Te obtestor per senectutem tuam. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Te obtestor Hegio, ne tuum animum auariorem faxint diuitiæ meæ. ¶ Aliquando etiam sine adiuratione. Salust. *in Catilinam,* Te atque senatum obtestamur, vt miseris ciuibus legis præsidium, quod iniquitas prætoris eripuit, restituatis. Cic. *pro Flacc.* Quum ego te Flacce cælum, noctémque contestans, flens flentem obtestabar, quum tuæ fidei optimæ & spectatissimæ salutem vrbis & ciuium commendabam. Cæs. *lib.* 7. *bell. Gall.* Matres familiæ passis manibus obtestantur Romanos, vt sibi parcerent.

Ōbtēstātio, verbale. תחנה *techinnáh*, ἐπιμαρτυρία, ἐξορκισμός. GAL. *Requeste auec adiuration.* ITAL. *Esso pregare scongiurando.* GERM. Ein trungenlich ernstliche bitt. HISP. *Obra de rogar conjurando.* ANGL. *An humble desiring, a taking of god to witnesse.* } Cic. *ad Mummium* 13. Phædri obtestationem, sedem, domicilium, vestigia summorum hominum sibi tuenda esse dicit.

Ōbtēxo, is, circumtexo. { περιυφαίνω. GALL. *Tistre à l'entour.* ITAL. *Tessere d'intorno.* GERM. Vmbwäben/zu rings vmb bedecken. HISP. *Texer en derredor.* ANGL. *To weaue round about.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 19. Filis etiam araneus quacunque incesserit, alarum maximè lanugines obtexit. Virg 11. *Æneid.*

——— fundum simul vndique tela
Crebra niuis ritu, calúmque obtexitur vmbra.

ŌBTĬCĔO, es, ere, Taceo: & est propriè de iis quæ nos pudet dicere. { חשה *chaschâh* שתק *schaták* החריש *heeherísch*. κατασιγάω. GALL. *Se taire* ITAL. *Tacere.* GERM. Schweigen. HISP. *Callar.* ANGL. *To keep silence.* } Terent. *in Eunuch.* Virgo conscissa veste lacrymans obticet. Martial. *lib.* 10.

Et queritur nugas obticuisse meas.

Ouid. 14. *Metam.*

Nec prius obticuit, quàm guttura condidit arbos.

Ōbtĭcēntia, æ. Quint. *lib.* 9. *c.* 2. { ἀποσιώπησις. GALL. *Quand on se tait.* ITAL. *Quando si tace.* GER. Stillschweigung/geschweigung. HISP. *Quando se calla.* ANGL. *An holding of peace or silence.* } (quam idem Cicero Reticentiam: Celsus, Obticentiam, nonnulli interruptionem appellant) & ipse ostendit affectus.

ŌBTĬNĔO, es. Adipiscor, vinco, quasi contra teneo. { קנה *kanáh* אחז *achaz* השיג *hissig.* ἐπέχω, κρατῶ. GALL. *Obtenir.* ITAL. *Ottenere.* GERM. Erlangen/gewinnen/behaupten/erhalten. HISP. *Alcançar.* ANGL. *To obteine, to gett.* } Cic. *ad Attic. lib.* 7. Malas causas semper obtinuit, in optima concidit ¶ Obtinere interdum pro seruare, & fortiter tenere. ¶ Interdum significat certum locum & gradum tenere, siue habere. Col. *lib.* 2. Tertium locum obtinet pecudum stercus. ¶ Aliquando retinere & conseruare. Cic. *ad Treb.* Tu si istic commendatione mea dignitatem tuam obtinebis, perferas nostri desiderium. Senec. *c.* 16. *de cons. ad Helu.* Ad obtinendum dolorem. (i. retinendum) defendere nomen muliebre. Plaut. *Men. sc.* 1 *a.* 5. Vsque dum regnum obtinebit Iuppiter. ¶ Obtinere, vel vitiare auspicia. Gell. *c.* 14. *lib.* 13. *Ibid.* retinere, Hæc res non potest Ellebori iugere obtinerier. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Quisque vt steterat iacet, obtinétque ordinem. Idem *Amph.* Si istam firmitudinem animi obtines, salui sumus. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Obtinere Brundusium (*la Garder*) Cæs. 1. *de bell. ciu.* Collaudauit milites quòd duabus tantis icti cladibus prouinciam obtinuissent. Liu. *lib.* 6. *bell. Pun.* Idem *ibid* Oratione pro Scipione. Amissa tanta clade possessionem pop. Rom. & mihi successori integram obtinuistis. ‖ ¶ Obtinere, pro obtinere causam, vel litem, id est, vincere *d lib.* 5. *tit.* 3. *l.* 47. Lucius Titius cùm in falsi testamenti propinqui accusatione non obtinuerit ‖ ¶ Obtinere & Repelli sunt contraria. Cicer. *ad Lentulum lib.* 1. *Epist.* Neque si quid non obtinuerimus, repulsi esse videamur. ¶ Vsurpatur aliquando pro occupare. Plinius *lib.* 12. *cap.* 1. Arbor agros longis obtinens vmbris. Obtinere prouinciam, est Habere prouinciæ gubernationem, vel regimen quod vocant, ad tempus, vt Proconsul, aut Prætor, vel vt Quæstor. Cic. 5. *Verr. &c.*

Ōbtento, as, frequentat. ab obtineo, es. ἐπέχω. Cic. *ad Attic. lib.* 9. Et tamen me spes quædam obtentabat; fore vt aliquid conueniret potius, quàm aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitij admitteret.

Ōbtingit, Obuenit, euenit. { היה *hajáh* בא *ba.* συμβαίνει, συμπαρέπεται. GALL. *Il auient, il est auenu.* ITAL. *Toccare, accadare.* GERM. Widerfaren/begegnen. HISP. *Acontecer ò venir à suerte.* ANGL. *It happeneth or chaunceth.* } Terent. *in Andr.* Nescis quid mihi obtigerit. Idem *in Heaut.* Istuc tibi ex sententia obtigisse lætor. Cic. 1. *Offic.* Ex quo quia suum cuiusque fit eorum quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. Non nisi in tertiis personis legitur. Plautus *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Experior mihi ob oculos caliginem obtigisse. *Ibid sc.* 3. *a.* 2. Plus mali illico assit, si boni obtigit quid. Idem *Amph.* facilè ex optatu obtingent. Idem *Asin sc.* 3. *a.* 3. Cui tanta mala, mœstitudóque obtigit. Idem *Aul. sc.* 6. *a* 4. Hic dies mihi peruorsus, & aduorsus obtigit. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. ¶ Obtingere alicui prouincia dicitur, quæ sorte obuenit. Cic. 3. *Verr.* Quæstor ex Senatusconsulto prouinciam sortitus es, obtigit tibi consularis.

‖ Obtinnio, tinnio. Apul. Ecquid illi aures obtinnirent. ‖

Ōbtōrpesco, is, ab obtorpeo, Torpidus fio, & stupore quodam afficior, obstupesco, sensum mitto. καταβλακεύομαι. GALL. *Estre engourdi, s'engourdir.* ITAL. *Impigrirsi* GERM. Blug werden/erstaunet vnd erzittert werden. HISP. *Entorpecerse.* ANGL. *To fainte for feare, to be very slow or dull.* } Curtius *lib.* 16. Quis crederet sæuam paulò antè concionem obtorpuisse subitò metu? Cic. *pro domo sua,* Miror ei & linguam non obmutuisse, & manum obtorpuisse. Idem 3. *Tusc.* Sed iam subiectus miseriis obtorpui. Ex Euripide versum.

ŌBTŌRQVĔO, es, vehementer torqueo. { עקל *hikkel* עקש *hikkésch.* διαστρέφω. GALL. *Fort tordre.* ITAL. *Torcere forte.* GERM. Vmbträyen. HISP. *Torcer en contrario, ò fuertemente.* ANGL. *To wringe or wrest about.* } Plin. *de vir. illust.* Consuli legibus agrariis resistenti ita collum in comitio obtorsit, vt multus sanguis efflueret è naribus.

Ōbtōrtus, a, um, participium. { מעקל *mehukkál* διεστραμμένος. GALL. *Tors, tourné.* ITAL. *Torto.* GERM. Vmbgeträet/gewunden. HISP. *Torcido.* ANG. *VVringed or wresten about.* } Cicer. 6. *Verr.* Quem obtorto collo in carcerem abripi iussit. Vide Plutarch. *in Publicola.*

ŌBTRECTO, as, ex Ob, & tracto: à in e mutata. Tracto verò frequentatiuum est verbi Traho. { חרף *chereph* גדף *giddéph.* διασύρω, ἀντιπράττω GALL. *Mesdire, detracter, blasmer.* ITAL. *Dir mal.* GERM. Vbelreden/ hinderreden/schmächlich zureden. HISP. *Maldezir.* ANGL. *To sclaunder, to backbite, to report ill.* } Est autem Obtrectare, autore Festo, contra alienam sententiam tractare, seu maledicere: quum scilicet alicuius dicta, aut facta deprauantur. Obtrectat (inquit Erasmus) qui maledicit de alio: detrahit qui minuit laudem alicuius. Cicero *Dolabellæ,* Non tam id laboro, vt si qui mihi obtrectent à te refutentur, quàm intelligi cupio me à te amari. Obtrectare gloriæ. Liu. *lib.* 6. *decad.* 4. Obtrectare commodis. Suet. *in Calig. c.* 35. Obtrectare laudes. Liu. *lib.* 6. Item Obtrectare (simpliciter.) Suet. *in Tib. c.* 10. Reprehendere & Obtrectare. Gell. *c.* 15. *lib* 4. ¶ Accipitur aliquando pro culpare, siue damnare. Plin. *lib.* 9. *c.* 35. Superbo simul ac procaci fastu, vt regina meretrix lautitiam eius omnem apparatúmque obtrectans.

Ōbtrēctātio, Vituperatio. { חרפה *cherpáh* גדופה *gedhupháh.* διασυρμός. GALL. *Detraction, malediction.* ITAL *Detrattione, maldicentia.* GERM. Ein böser kyb daß einer mit schmertzen sicht daß ein anderer bey im auffkompt. Item, Einböse nachred / vbelredung. HISP. *Detracion.* ANGL. *A sclaudering, a backbiting.* } Obtrectatio est, quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo, ex eo quòd alter quoque potiatur eo quod ipse concupierit. Cic. 4. *Tusc.* ¶ Ponitur aliquando pro detractione. Cæsar 2. *bell. ciu.* A quibus & inductum & deprauatum Pompeium queritur inuidia atque obtrectatione laudis suæ. &c.

ŌBTRĒCTĀTOR, is, Maledicus. { מחרף *mecharéph* מגדף *megadhéph.* διασύρτης ἢ διάβολος. GALL. *Detracteur, mesdisant, mesdiseur.* ITAL. *Ditrettatore, maldicente.* GERM. Ein nachreder/verleumbder/ ein vndertruc/ker des andern lobs. HISP. *Maldezidor, que maldize de otro.* ANGL. *A sclaander or backbiter.* } Cic. *de clar. Orat.* Dolebámque, quod non vt plerique putabant, aduersarium, aut obtrectatorem laudum mearum, sed socium potiùs, & consortem gloriosi laboris amiseram.

Ōbtrēctātus, huius tus, idem quod obtrectatio Gell. *lib.* 20. *c. vlt.* Æquum esse puto, vt sine vano obtrectatu considerent.

ŌBTRVDO, is, si, sum, Aduersus alium trudo, obiicio. { הדיח *hiddiach* תקע *takáh.* ἀντωθίζομαι. GAL *Pousser vers ou contre.* ITAL. *Spingere incontro.* GERM. Entgegen trucken/ zutrucken: item, auffstossen. HISP. *Empuxar en contrario.* ANGL. *To put, to with force, to offer or giue to one against his will.* } Hinc obtrudere fores dicitur, qui in ædes ingrediens, foris astantem excludit. Plaut. *in Men.* Iámne abit intrò? abiit: obtrudit fores. Obtrudere, quasi inuito, & renuenti offerre & dare. Terent. *in Andr.*—ea quoniam nemini obtrudi potest, Itur ad me Vbi Donatus, Bene obtrudi. quasi inuito. de hoc vide etiam suprà in verbo *Obstrudo.* Et apud Plaut. *Pseud sc.* 1. *a.* 4. *& Curc. sc.* 3. *a.* 1.

Ōbtrūsus, a, um, participium. Abditus, reconditus. { תקוע *takuáh.* ἀνθωσθείς. GAL. *Poussé contre* ITAL. *Spinto incontro.* GERM. Auffgetruckt oder auffgestossen. HISP. *Empuxado en contrario.* ANGL. *Thrust, or put to by force.* } Cic. *de clar. Orat.* Quò magis expurgandus est sermo & adhibenda quædam obtrusa ratio quæ mutari non potest.

ŌBTRVNCO, Occido: vulneribus conficio, quasi corpus membris mutilatis truncum reddo. { נקף *nakaph.* ἀποδειροτομέω, κατακόπτω. *Decapiter, oster la teste, escoupeller.* ITAL. *Tagliar in pezzi.* GERM. Zerhauwen/enthaupten. HISP. *Descabeçar ò cortar miembro.* ANGL. *To kill, to beheade. to cutt away the toppe.* } Cic. 2. *de nat. deor.* Puerum interea obtruncat, membra articulatim diuidit. Virg. 3. *Æneid.*

Excipit incautum, patriásque obtruncat ad aras.

Liuius *lib.* 1. *ab Vrbe,* Ita regem obtruncant. Capio fustem, obtrunco gallum. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 3. Ipsus Amphitruo regem sua obtruncauit manu. Idem *Amph.* Eum ego obtruncabo (machæra.) Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 2.

Ōbtruncātio. { נקף *nakaph.* διακοπή, ἀφαίρεσις. GAL. *Coupement par le haut, escoupellement.* ITAL. *Troncamento.* GERM. Ein abschneidung oder beschneidung. HISP. *Cortadura de miembros, descabeçadura* ANGL. *A beheading or cutting away of the toppe.* } Col. *lib.* 4. *c.* 29. Quod tum & obtruncatione vitis, & cum eiusdem resectionis fissura præcipit fieri.

ŌBTVĔŌR, eris, obtutus sum, obtueri. Diligenter conspicio. { הביט *hibbith* ראה *raáh.* ὁράω, ἐμβλέπω. GALL. *Regarder fermement.* ITAL. *Guardare.* GERM. Beschauwen / fleyssig etwas schawen. HISP. *Mirar.* ANGL. *To lock or behold stedfastlie.* } Plaut. *in Bacchid.* Num qui numi exciderunt here tibi, quod sic terram obtuere? Idem *in Mostell.* At tu istac nos obtuere, quoniam cornicem nequis conspicari. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Quid est? Quid me nunc obtuere furcifer? Idem *in Amphitr.* Inimicos semper osa sum obtuerier.

Ōbtŭŏr, eris. obtuitus, vel obtutus, obtui: obtueor. Vide infrà in dictione, *Tueor, eris.*

Ōbtūtus, us. quasi obtuitus, id est, aspectus. { ראות *reúth* ראי *roi.* ἀτένισμα. GALL. *Ferme regard.* ITAL. *Lo sguardo.* GERM. Anschawung/ansehung. HISP. *Mirada.* ANG. *Stedfast looking or beholding.* } ab obtueri: ἀποπτεύειν, ἀντοφθαλμεῖν. Virg. 1 *Æneid.*

Dum stupet obtutúque hæret defixus in vno.

Cic. 3. *de Orat.* Qui vultum eius, quum ei dicendum esset, obtutúmque oculorum in cogitando probè nosset. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Semper in obtutu mentem vetat esse malorum. (Musa.)

ŌBTVNDO, is, di, tusum, sine n, sicut fit in aliis à Tundo compositis, quanuis Tusum, à Tundo, n retineat. { קהה *keháh.* ἀμβλύνω. GAL. *Reboucher ou refouler le trenchant ou la pointe, faire mouce, estourdir.* ITAL. *Spuntare, romper la testa, stordire, ribattere il taglio.* GERM. Zerbleuwen / wol stumpff machen. HISP. *Embutir lo agudo heriendo.* ANG. To

To mak the edge of a thing blunt, to mak dull } Est autem propriè Obtundo, totum, seu circum percutio, & hebeto. Plaut. *Men. sc. 2. a. 5.* Fuge domum, quantum potes, ne hic te obtundat (pugnis.) Idem *Amph.* Nam sum obtusus pugnis pessimè, id est, percussus, vel perfractus. Columel. *lib. 4. c. 24.* Obtusa, hebésque & mollis falx putatorem moratur, eóque minus operis efficit, & plus laboris affert vinitori. ¶ Transfertur quoque ad ingenium: ad oculos & ad vocem: vt Obtusum ingenium, & obtusa acies, id est, hebes, & sine acumine. ἀποκεκομμένη. ¶ Obtundere & Acuere sunt contraria. Cic. 1. *Tusc.* Multa enim è corpore existunt, quæ acuant mentem, multa quæ obtundant. ¶ Aliquando significat sæpiùs repetendo eadem, alicui molestiam & fastidium afferre. ἀποκναίειν παρενοχλεῖν. Tractum à fabris qui repetunt ictus tundendo aliquid malleo. Terent. *in Andr.* Obtundis tametsi intelligo. Idem *in Adelph.* Ne me de hac re obtundas sæpiùs. Cic. *antequam iret in exilium,* Quis nunc ego de propriis meis meritis prædicem? Si meministis obtundam, id est, fastidio vos afficiam.

Obtūsŭs, participium. { קהה *kobéh.* ἀμβλυνθείς. GALL. *Rebatu, rebouché, moucé.* ITAL. *Ribattuto, mozzato.* GERM. Zerbleuwt. HISP. *Embotado.* ANGL. *Made blunt or dull.* } vt, Obtusus pugnis pessimè. Plaut *in Amph.*

Obtūsŭs, nomen, pro hebete. { ἀμβλύς, νωθρός. GERM. Toll/eines groben verstandts. ANGL. *Dull, blunt.* } Cic. *in Catone,* Nónne vobis videtur animus is, qui plus cernat, & longius videre, & ad meliora proficisci: ille autem cuius obtusior sit acies, non videre? Aures auditorum obtusæ. Autor *ad Herenn.* Quint. Clara, vel obtusa vox.

Obtūsē, aduerb. Indoctè, stupidè. { ἀμβλέως. GAL. *Lourdement, grossement, sans esprit.* ITAL. *Grossamente, alla grossa, senza giudicio.* GERM. Groblich/toll. HISP. *Sin juizio, gruessamente* ANGL. *Dullie, bluntlie, without spirité.* Cicero 1. *de natura deorum,* Quo quid dici potest obtusius? ¶ Obtunsus legitur apud Plinium *Epistol.* 123. sed minus frequenter & parum vsitatè.

Obtŭrbo, as, Sermonem, vel negotia alicuius interpello. { בהל *bihél.* ἀντιπηχέω, ἀποκναίω, παρενοχλέω. GALL. *Troubler totalement.* ITAL. *Rompere il parlare, interrompere.* GERM. Einen in seinen worten oder wercken/verstören/betrüeben/verwirren. HISP. *Turbar, estoruar el que habla.* ANG. *To vexe or trouble muche.* } Terent. *in Andr.* Itáne verò obturbat? Turbo. Cic. *ad Attic. lib. 1.* Me literæ & scriptio non leniunt, sed obturbant. Suet. *in Aug. c. 86.* Obturbare lectorem. Obturbatur, Impersonale. Plin. *Epist.* 190. Incipit respondere Veiento, nemo patitur, obturbatur, obstrepitur, adeò vt diceret, Rogo. P. C. ne me cogatis implorare auxilium Tribunorum.

‖ Obturbator, is, qui obturbat. ‖

OBTVRO, as. Occludo. { אטם *atám* סכר *sachar.* ἐμφράσσω, πωμάζω, ἐπιβύω. GALL. *Boucher, estoupper, clorre.* ITAL. *Serrare, chiudere, turare.* GERM. Verstopffen / woll vermachen. HISP. *Cerrar.* ANGL. *To stoppe or close.* } Horat. *lib. 2. Epist.*

Obturem patulas impunè legentibus aures.

Cic. *de Fato,* Stupidum esse Socratem dixit, & bardum, quòd iugula concaua non haberet, obstructas eas partes, & obturatas esse dicebat. Plaut. *Aulul. sc. 1 a. 2.* Etiámne obturat inferiorem gutturem. ¶ Festus dicit dictionem esse compositam ex Latina præpositione Ob, & Græca dictione θύρα, quo nomine illi ostium appellant: & ita (si Festo de hac etymologia fidem adhibere velimus) videretur per th aspiratum esse scribendum.

Obtūrāmēntum, quo aliquid obturatur. { שכר *sécher.* φραγμός, πῶμα. GAL. *Bouschon, bondon, estupillon.* ITAL. *Cosa da stoppare.* GERM. Alles daman etwas verstopfft oder verschoppet. HISP. *Aquella cerradura.* ANGL. *VVhereby any thing is stopped, a stoppell.* } Plin. *lib. 16. c. 8.* Vsus eius cadorum obturamentis, de cortice suberis loquens. Idem *lib. 33. cap. 4.* Et repleto stagno excussis obturamentis erumpit torrens tanta vi, vt saxa perualuat.

Obuāgĭo, is. Contra vagio, seu vagitu obstrepo. { ἀντιβαύζω. GALL. *Braire comme petits enfans.* ITAL. *Gridare como i bambini.* GERM. Vmbher grannen oder greinen / wirt von kleinen kindlinen verstanden. HISP. *Llorar como el niño.* ANGL. *To crie as a childe.* } Plaut. *in Pœn.* Nutrices pueros infantes minutulos Domi, vt procurent neúque inspectatum afferant, Ne & ipsæ sitiant, & pueri pereant fame, Néve esurientes hìc quasi hœdi obuagiant.

‖ Obuagulare, conuitium facere ante ædes, differre pipulo. Varro. ‖

Obuāllo, as, Circumuallo. { הקיף *hikkiph* שבב *sabáb.* περιχαρακόω. GAL. *Enuironner de rampars & assieger.* ITAL. *Circundare munire, fortificare, serrare intorno.* GERM. Verbolwercken / verschantzen / oder vmbschantzen. HISP. *Cercar de palizada.* ANGL. *To enuiron or compasse about with a diche or trenche.* } Cic. *de lege Agrar.* Me longo interuallo propè memoriæ, temporúmque nostrorum primum nouum hominem Consulem fecistis, & eum locum quem nobilitas præsidis firmatum atque omni ratione obuallatum tenebat, me duce rescidistis.

Obuārĭcātōrēs, dicebantur, qui cuipiam occurrebant, quò minus is recto iter conficeret, inquit Festus. ¶ Obuarico, as, verò pen. corr. est occurro, obsto, teste eodem.

Obuāro, as. Deprauo, peruerto. { עוה *hivváh.* διαστρέφω. GALL. *Gaster, corrompre.* ITAL. *Guastare.* GERM. Verkeren/verbösern. HISP. *Entortar lo derecho, corromper.* ANGL. *To corrupt.* } Tractum à varis, qui introrsum pedes intortos habent. Ennius *in Achill.* Nam consiliis obuarant, quibus tamen concedit hic ordo Nonius.

Obucula, æ oppidum vlterioris Hispaniæ, in conuentu Astigitano. Cuius meminit Plin. *lib. 3. c. 1.*

OBVĔNĬO, nis, Obtingo, in tertiis personis. { בא *ba* היה *haiáh.* ὑπάρχω, προσγίνομαι, προσέρχομαι. GALL. *Suruenire, venire au deuant, escheor.* ITAL. *Auenire, sopravuenire, accadere, venir all'incontro.* GERM. Begegnen/ zuhanden stossen/sich begeben. HISP. *Venir ò proceder, acontecer.* ANGL. *To chance, to come in the meane tyme, to meete with.* } Plaut. *in Asin.* Sed si occasionem opprimere hanc, quæ obuenit, studet. Quint. *lib. 20. cap. 3.* Expectantes quid obueniat, quid res poscat, quid personam deceat. ¶ Aliquando dicitur etiam de rebus, quæ sortem contingunt. Liuius 10 *ab Vrbe,* Consules inter se prouincias partiti sunt, Scipioni Hetruria, Fuluio Samnites obuenerunt. Cic. 3 *Verr.* Verri sorte prouincia obuenit. Idem 6. *Philipp.* In sortitione prouinciarum, quæ cuique apta erat, ea cuique obuenit. ¶ Obuenire ex hæreditate, vel hæreditatem. Idem *in Verr.* 4. Ita H-S vndecies Q. Dionem, quòd hæreditas ei obuenisset, perdidisse. Suprà dixerat idem per verbum Venio. Varro *de re rust. lib. 1. cap. 12.* Quid potero facere, si huiusmodi mihi fundus hæreditate obueniat? Senec. *Epist.* 91. Sapientia non obuenit: mox, beneficia res non est.

Obuentio, verbale, dicitur emolumentum omne quod tum ex corpore ipso rei, tum ex hominum opera & industria obuenit, veluti pensiones vrbanorum prædiorum, vecturæ iumentorum, &c. ἡ πρόσοδος, ὁ πόρος, ὁ τῆς κληρονομίας ἐπιβάλλων μέρος. Vlpian. *l. magis puto, ff. de reb. eor. qui sub tutel. & cura sunt.* An pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus, quæ conueniri possunt, vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum spe, atque obuentione.

‖ Obuentitia, fortuita. Tertull.

Obuerbero, è regione verbero. Apul. *lib. 7.* Baculo, quem gerebat, obuerberans. ‖

OBVERSOR, aris, deponens, In oculis versor, adsum. { התהלך *hithhallech.* παρίσταμαι. GAL. *Se tourner contre, aller souuent en quelque lieu.* ITAL. *Versarsi intorno.* GERM. Etwan vor sein/etwan schwäben. HISP. *Boluerse ò trastornase al rededor, yr en contrario.* ANGL. *To walk often in one place, to before the eyes.* } Cicer. *pro Sestio,* Sed mihi ante oculos obuersatur Reipublicæ dignitas, quæ me ad se rapit. Obuersari per metaphoram etiam illud dicitur, quod ita animo apparet, vt adesse coràm videatur, & cerni. ¶ Et dicimus Obuersari ante oculos, vel cum datiuo, Obuersari oculis. Liu. 5 *bell. Maced.* Caudinæque cladis memoria, non animis modò, sed propè oculis obuersabatur.

Obuersatio, verbale, ἡ παράστασις, ἀναστροφή. Cic. *pro Mur.* Mœstos amicos, obuersationes, testificationes, seductiones, &c. animaduertebant.

‖ Obuersùs, præpositio. Apul. *lib. 2.* Tunc Orientem obuersùs & incrementa Solis angusti tacitus imprecatus. ‖

Obuerto, Contra verto. { פנה *panáh.* ἀντιστρέφω. GAL. *Tourner vers, ou contre.* ITAL. *Volgere contra.* GERM. Entgegen kehren. HISP. *Boluer en contrario.* ANGL. *To turne against, to turne backe.* } Plin. *lib. 14. c. 21.* Fenestras obuerti in Aquilonem oportere. Cic. *in Arato,* Obuertunt nauem magno cum pondere nautæ. Virg. 6. *Æneid.*

Obuertunt pelago proras.

Idem 2 *Georg.*

——— qua parte calores
Austrinos tulerit, quæ terga obuerterit axi.

¶ Obuersus-sto. pro aduersus. Plin. *lib. 9. c. 17.* Contráque venantes refugere in suas cauernas, & in illis obuersos stare. Colum. *lib. 7.* Plurimum refert, vt pascentium capita sint obuersa Soli, qui plerunque nocet animalibus. Liuius, Tum totam aciem in Samnites obuertit. Plaut. *Pseud. sc. 3. a 4.* Metuo ne in me obuertat cornua. (i. ne me oppugnet.)

OBVIO, as, Occurro, obuiam proficiscor, seu obuius fio, quasi ob, id est, contra viam eo: quemadmodum Deuio, à via recedo. { פגע *pathah* פגש *pathásch* קרה *karáh.* ἀπαντάω. GALL. *Aller au deuant.* ITAL. *Ire incontro, incontrare.* GERM. Begegnen / entgegen kommen oder gehn. HISP. *Venir al encuentro, encontrar en el camino.* ANGL. *To meete in the way.* } ¶ Per translationem ponitur pro occurrere & obsistere. Salust. *in Iuguth.* Tum primùm superbiæ nobilitatis obuiatum. Sic exemplaria quædam impressa, & etiam manuscripta. Alij, obuiam itum est. Sed in Lexico sancti Germani (quod est Critici veteris) *obuiat* exponitur ἀπαντᾷ. Alibi dixit Salust. Ite obuiam iniuriæ. Et, eius sceleri obuiam esse, i. ἀπαντῆσαι. Vide *Occursare.*

Obuĭŭs, a, um, quod alicui occurrit, & tanquam in via oppositum est. { פגע *pogheáh* פגש *pogheśch.* ἐπιτυγχάνων, ἀπαντῶν. GAL. *Qui rencontre, ou qu'on rencontre.* ITAL. *Cio che viene all' incontro.* GERM. Entgegen kommend/od stossend. HISP. *Cosa encontradiza.* ANG. *That which meeteth one.* } Salust. *in Iugurth.* Deinde omnes puberes Numidas atque negotiatores promiscuè vti quisque armatus fuerat obuius interfecit. Lucan. *lib. 1.* infestísque obuia signis Signa. ¶ Obuium se dare alicui. Liu *lib. 1. ab Vrbe,* Romulus, inquit, Quirites parens vrbis huius, prima hodie luce cælo repentè delapsus, se mihi obuium dedit. Procedo obuius Iugurthæ obuius procedit, Salust. *Iugurth.* 68. i. id obuiam. ¶ Obuium esse Cic. *pro Cæcin.* Sin autem ingredienti cum armata multitudine obuius fueris. Liu. *lib. 7. d. 4.* In obuio esse. Quintil. Brutus ex obuio victus. Item, Obuia & illaborata virtus. (i. quæ facilè obuenit, & sine labore.) Tibul *lib. 4.*

——— Lento perfregerit obuia pilo.

¶ Rectè verò dicitur, Obuius tibi fio, Obuius sum tibi, Obuiam me tibi fero, & Obuio tibi. ¶ Obuiùs, & expositus homo dicitur, qui omnes admittit, nec se difficilem præbet in colloquiis. Plin. *Epistol.* 16. Est enim obuius, & expositus, plenúsque humanitatis, quam præcepit.

Obuĭam, Aduerbium loci, occursum denotans, quasi ob, id est, cōtra viam. הקראת *hikráth.* εἰς συνάντησιν. GALL. *Au deuant.* ITAL. *All' incontro.* GERM. Entgegen. HISP. *Encontrando al encuentro.* ANGL *By meeting.* } Terent. *in Phormione,* At ego obuiam conabar tibi Daue. Apud Cic. & alios, procedere obuiam alicui, Prodire obuiam, Properare obuiam, Ire obuiam, Venire obuiam, Mittere obuiam, Obuiam fieri. Cicer. *pro Milone.* Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo. Effundere se obuiam, Obuiam ire periculis, Obuiam ire conatibus. hoc est, obsistere. Obuiam esse, quod est in promptu esse. Plaut. *in Capt. sc. 3. a. 3.* Nec sycophantiis, nec fucis vllum mantellum obuiam est. Nónne vis hisce me obuiam ire. (i. offici) gratia.) Idem *Mostell. sc. 4. 1.* Vide Ire aduorsum. Obuiam ire dolori. Senec. *de consol. ad Mart. cap. 1.* Præcurristi obuiam, vt inficias eas. Plaut. *Menæch. sc. 8. a. 5.* Quis oculis meis obuiam obiicitur. Idem *Pseud. sc. 1. a. 2.* Ne quis mihi obstiterit obuiam. Idem *Capt. sc 1 a. 4.* Eunt obuiam; (pro veniunt) gratulantur. *Ibid. sc. 2. a. 3.* Nec quisquam homo tam audax fuat, qui mihi obsistat obuiam. Idem *Amphitr.* Quod te scio facilè abstinere posse si nihil obuiam est. (de fure.) Idem *Aulul. sc. 2. a 2.* Occedamus hac obuiam. Idem *Pseud sc. 3. a. 1.* & *in Asin. sc. 3.* & *4. a. 2.* Obuiam vltrò deferam ei argentum. *Ibid. sc 8. a. 5.* Vt malus viro optimo obuiam it. *Ibid. sc. 2. a, 5.* Ne obuiam, vide *Obuio.*

Obulco;

Obulco, onis, oppidum mediterraneum vlterioris Hispaniæ in conuentu Cordubensi, cuius meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 1.

Obultroneus, αὐθαίρετος. Gloss. Phil. i. planè vltroneus. Gloss. Cyr. αὐθαίρετος, promptuarius, vltronius, voluntarius.

Obumbro, as, Vmbris vndique obscuro. { הצל *hetsál.* ἐπισκιάζω, ἐπισκοτέω, ἐπηλυγάζομαι. GALL. *Enombrager, offusquer, obscurcir.* ITAL. *Adombrare.* GERM. Beschatten/ allenthalben vberschatten. HISP. *Cubrir con sombra.* ANGL. *To cast a shadowe vpon.* Virg. 1. *Æneid.*

——— obumbrant athera telis.

¶ Per translationem obumbrare pro tueri sumptum. Idem *lib.* 11. —& magnam reginæ nomen obumbrat. ¶ Aliquando pro obscurare. Quintil. *in Proœmio lib.* 8. Fidem amittunt propter id quod sensus obumbrant, & velut læto gramine stragulant. Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Sic quoque in prouerbium cessit, Sapientiam vino obumbrari. Budæus. Obumbrare cum datiuo quoque reperitur. Plin. *lib.* 17. *c.* 21. Meliórque ea vino, quando sibi ipsa non obumbrat, assiduóque sole coquitur, & afflatum magis sentit.

Obuncus, adiectiuum, Vncus & incuruus. { ἐπικαμπής. GALL. *Fort crochu & tortu.* ITAL. *Molto torto.* GERM. Gehäckt/hackechtig/krumb. HISP. *Cosa encoruada ò tuerta.* ANG. *Veriee crooked.* } Virg. 6. *Æneid.*

——— rostróque immanis vultur obunco
Immortale iecur tundens.

Obundo, as, are, κυμαίνω, ab vnda. Stat. 1. *Achill.*

——— latéque dea Sperchios obundat
Obuius, & dulci vestigia circuit vnda.

‖ Obungo, supra vngo. Apul. *lib.* 2. Guttis Arabicis obunctus. ‖

OBVOLVO, is, Circumuoluo. { גלם *ghalám* עטה *hatah* עטף *hatáph.* περιειλέω, περικαλύπτω. GALL. *Enueloper, entortiller.* ITAL. *Inuolgere, volgersi incontro.* GERM. Umbwicklen/verwicklen. HISP. *Boluer al rededor ò al encuetro.* ANGL. *To folde or wrappe together.* } Cic. *in Orat.* Obuoluendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari, &c. Idem 7. *Verrin.* Alij capitibus obuolutis è carcere ad palum rapiebantur. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Vt obuoluto capite fugiat cum summo metu. Item Sueton. *cap.* 51. Caput obuoluere. ¶ Sumitur aliquando per metaphoram pro dissimulo, velo, obtego. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 7. Tu quum sis quod ego, & fortassis nequior, vltro insectere, velut melior, verbísque decoris Obuoluas vitium.

Obustus, Adiect. περίκαυλος, Circumustus: vt Sudes obusta. Ouid. 2. *Metamorphos.*

Qua iuncta est humero ceruix, sude figis obusta.

Robur obustum.

O C

Ocalea, æ, siue Ocalee, es, pen. corr. Ὠκαλέη, Bœotiæ oppidum est, cuius meminit Homerus in Catalogo nauium, Ὠκαλέην, Μεδεῶνά τ' ἐϋκτίμενον πτολίεθρον.

Occa, Instrumentum, quo tracto reptantéque super terram, ferreis dentibus, quibus instructum est, glebæ conteruntur, & agri superficies coæquatur, & semina cooperiuntur. { חריץ *charúts.* βωλοκόπη μα. GALL. *Vne herse ou vn ploustre.* ITAL. *Arpago.* GERM. Ein eggen. HISP. *Instrumento para quebrantar los terrones.* ANGL. *An harrowe or dragges.* } Col. *lib.* 3 *cap.* 28. Deinde viciam permistam seminibus fœni seremus, tum glebas sarculis resoluemus, & inducta occa coæquabimus. Sunt tamen qui legunt hîc, inducta crate. Cratibus enim glebas solere æquari, locupletissimus testis est Virg. 1 *Georg.*

Multum adeò rastris glebas qui frangit inertes,
Vimineásque trahit crates.

‖ Occamen, contusio glebarum. Gloss. Isid. ‖

Occo, as, are, est glebas confringere, & sata operire. { שדד *siddédh.* βωλοκοπεῖν. GALL. *Eblester, herser.* ITAL. *Arpegare.* GERM. Eggen/mit der erden decken. HISP. *Quebrantar los terrones.* ANG. *To harowe.* } Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Semper occant prius quàm sarriunt rustici. Cic. *de senect.* Quæ quum gremio mollito, ac subacto, sparsum semen excepit, primùm id occatum cohibet, ex quo occatio (quæ hoc efficit, nominata est) Palladius. Arbores quæ ablaqueatæ fuerant occare, hoc est, operire iam conuenit. Varro 2. *de re rustic. cap.* 31. Vineas nouellas fodere, aut arare, & postea occare, id est, comminuere, ne sit gleba: quod ita occidunt, occare dicunt. Festus, Occare, & Occationem Verrius dictam putat ab occidendo, quòd cædant grandes globos terræ: quum Cicero venustissimè dicat ab obcæcando fruges iactas. ¶ Huius composita, Deocco & inocco, vide suis locis.

Occatio, nis, ab Occo, as. { משדד *meschaddédh.* βωλοκοπία. GAL. *Hersement de terre pour rompre les mottes.* ITAL. *Arpegamento per rompere le Zolle.* GERM. Das eggen/ oder die egge. HISP. *Obra de quebrantar los terrones.* ANG. *An harrowing.* } Plin. *lib.* 8. *cap.* 20. Aratione per transuersum iterata occatio sequitur. Sic Colum. *lib.* 2. *c.* 8. & Cic. *de senect.*

Occator, ris, qui occat, hoc est, glebas in aruo confringit. { βωλοκόπος. GAL. *Herseur.* ITAL. *Arpegatore.* GERM. Ein egger / der mit der eggen auff den acker fårt. HISP. *Quebrantador de terrones.* ANG. *He that harroweth.* } Plaut. *in Capt. sc.* 5. *a.* 3. quid ego deliqui? AR. rogas? Sartor, satórque scelerum, & messor maxume. T. Non, occatorem dicere debebas priùs: Nam semper occant prius, quàm sarriunt rustici. Sic Colum. *lib.* 12. *cap.* 13. ¶ Occator, Deus Seruius *in* 1. *Georg.* Nomina nominibus ex officiis constat imposita, v. c. ab occasione deus Occator, à Sarritione Sarritor, à stercoratione Sterquilinus, à Satione Sator.

Occatorius, a, um, quod ad occationem pertinet. { βωλοκοπικός. GALL. *Appertenant à herser.* ITAL. *Pertenente à arpegare.* GERM. Das zu dem eggen gehört. HISP. *Pertineciente à quebrantar los terrones.* ANGL. *Perteining to harrowing.* } Colum. *lib.* 4. *c.* 1. Bubulcorum opera tres exigunt, occatoriam vnam, &c.

OCCALLEO, Callosus sum. { ἀποτυλόομαι, ἀποσκιρρόομαι. GALL. *S'endurcir en durillon, se faire des cals.* ITAL. *Hauer calli, far il callo.* GERM. Vil herte schrwyllen haben/ voll schrwyllen sein. HISP. *Hazer callos.* ANGL. *To be hard skinned.* } & per translationem pro obdurescere vsurpatur. ¶ A quo Occallesco, quod est callo obducor. Partes autem illæ callum obducere dicuntur, quæ obdurescunt. Plaut. *Asin sc.* 4. *a.* 3. Qui latera conteram tua, quæ occalluere plagis? Occaluit animus, alibi ait, hoc est, Diutina malorum assuetudine aduersa patienter ferre didicit Longa patientia occalui. Plin. *Epist.* 35. ¶ Fauces gulonum à Seneca dicuntur occaluisse tanquam callum obduxerint ex cibis ardentibus aduersùs sensum feruidorum ciborum, qui vix sufficænat gulam helluonum magis ardentem, quàm ardeat feruens opsonium.

Occallatus, qui callum obduxit. Senec 4. *nat. quæst.* Sed quid sentire possunt emortuæ fauces, & occallatæ cutis ardentibus?

Occillo, occa comminuo. Plaut. *Amph.* os occillet, id est, pugnis contundat.

Occano, & Occino, is, ui, & ini, & ui, secundùm Probum, quum Cano Cecini faciat: & significat contra cano, cantu obstrepo. { ἀντᾴδω, ἐπᾴδω. GALL. *Chanter contre.* ITAL. *Cantare incontro.* GERM. Singen/ entgegen singen. HISP. *Cantar en contrario.* ANGL. *To sing against.* } Liuius, Si pulli non pascentur, si tardiùs ex cauea exierint, si occinuerit auis. Salustius, referente Prisciano, Iussu Metelli cornicines occanuere. Tacit. *lib.* 2. Tum Sentius occanere cornua, tubásque, & erigi scalas iussit. Catullus *Epigr.* 12.

Quum diua mater alites ostendit occinentes,
Remitte pallium mihi meum, quod inuolasti.

¶ Supinum facit occentum.

Occentus, pro concentu, aut ipso occinendi actu, ἐπῳδή. Valer. Max. *lib.* 1. occentúsque soricis auditus, Fabio Maximo Dictaturam, C. Flaminio Magisterium equitum deponendi causam præbuit.

Occento, as, are, frequentatiuum, vide infra suo loco.

Occæco, vide *Obcæco.*

OCCASIO, nis, inquit Festus, est opportunitas temporis casu proueniens. { עלילה *taliláh* תאנה *toanáh.* καιρός, εὐκαιρία. GAL. *Occasion, opportunité.* ITAL. *Occasione, opportunita.* GERM. Ein anlaß/gelegenheit. HISP. *La occasion ò achaque.* ANGL. *Occasion, opportunitie.* } Cicer. 1. *de Inuent.* Occasio est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi opportunitatem. Idem 1. *Offic.* Tempus autem actionis opportunum Græcè εὐκαιρία. Latinè appellatur occasio. Hæc nascitur per hominum actus agendi facultatem non impedientes, vt puer dormiens facit furantibus occasionem. Peccauisti largiter, qui amisisti occasionem tam bonam. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Vbi huic euenit occasio, Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 2. *Ibidem,* Postquam occasio est. Nemo est quin vbi quicquam occasionis sit, sibi faciat benè. Idem *Asin. in fine.* Quid cesso dum datur occasio tempúsque abire? Idem *Menæch. sc.* 3. *a.* 3. si huic occasioni tempus se subterduxerit. Item, Si mecum hanc occasionem opprimere, quæ obuenit, studet. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Quando illæc occasio perit, pôst serò cupit. Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Vt quæque illi occasio est surripere se ad me. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Vbi data est occasio, rape, clepe. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Fuit occasio, si vellet, iampridem argentum vt daret. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Hæc ea occasio est dum dormit. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Nunc est occasio & tempus. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Occasionem reperisti, vbi me perconteris. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. ¶ Accipitur aliquando Occasio pro copia, teste Budæo, Columella *lib.* 9. *cap.* 1. Id fabricatur ex robore, quercu, vel subere: nam oleæ rara est occasio. ¶ Dicimus occasionem capere, occasionem captare, occasionem parere, occasionem esse, occasionem venire, occasionem videri, occasionem dare, occasionem habere, occasionem offerri, occasionem nancisci, occasionem tenere, aut remittere, quæ sunt contraria, occasionem amittere, occasionem amplecti, occasionem arripere. Exempla apud probatos autores sunt inuentu facilia. ¶ Occasionem veteres Romani deam esse putauerunt, Græci Deum, quem καιρὸν vocabant Simulachrum occasionis ita fingebatur, vt pennatis pedibus volubili rotæ insisteret, vertigine quadam velocissima se in orbem circumagens, priore capitis parte capillosa, posteriore glabra. Quo commento occasionis breuitatem & inconstantiam voluerunt significare: quæ nisi quum primum sese offerat arripiatur, statim elabitur è manibus: nihilque nobis remanet præter pœnitentiam, quæ perpetua occasionis fingitur esse comes: ita vt quum occasio effugerit nobis, maneat pœnitentia. De occasionis effigie extat elegans Epigramma apud Ausonium: quod quoniam dignum visum est, quod non tantùm ibi legeretur, hîc etiam adscripsimus.

Cuius opus? Phidiæ qui signum Pallados eius,
Quique Iouem fecit: tertia palma ego sum.
Sum dea, quæ rara & paucis Occasio nota,
Quid rotulæ insistis? Stare loco nequeo.
Quid talaria habes? Volucris sum: Mercurius quæ
Fortunare solet, tardo ego quum volui.
Crine tegis faciem? Cognosci nolo. Sed heus tu.
Occipite caluo es? Ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? Dicat tibi. Dic rogo quæ sis.
Sum dea cui nomen nec Cicero ipse dedit.
Sum dea quæ facti non factique exigo pœnas.
Nempe vt pœniteat, sic Metanœa vocor.
Tu modò dic quid agat tecum. Si quando volaui,
Hæc manet: hanc retinent quos ego præterij.
Tu quoque dum rogitas, dum percontando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.

Occasiuncula, æ, diminut. { τὸ ἀφορμίδιον, ἡ μικρὰ πρόφασις. GALL. *Petite occasion.* ITAL. *Picciola occasione.* GERM. Ein kleiner oder geringer anlaß. HISP. *Pequeña occasion.* ANGL. *A litle occasion.* } Plaut. *in Trinum.* Nam nihil aufero, nimis argutè obrepsisti mea occasiuncula.

Occado, Occasus, vide *Occido.*

Occedo, is, ssi, ssum, ex Ob & cedo, occurro, obuiam eo פגע *paghah* קרה *karáh.* ἀπαντάω. GAL. *Aller au deuant.* ITAL. *Andar al incontro.* GERM. Entgegen trätten/ entgegen gehen. HISP. *Andar en contrario ò al encuentro.* ANGL. *To meete with in the waye.* } Plaut. *in Asin.* Næ tu herclè cum magno malo mihi obuiam occessisti. Idem, Quisquis obuiam huic occesserit irato, vapulauit. Item vbi legitur *in Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Accedamus hac obuiam, legit Passer. *occedamus.*

Occento, as, are, frequentatiuum. Occentare (inquit Festus) Conuitium facere significat, vt apud antiquos, quum id clarè & cum quodam canore fieret, vt procul exaudiri posset, quod turpe habetur, quia non sine causa fieri putatur, Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. quid si adeã fores, Atque occentem

occentem? PA. neque vero, neque iubeo, quando tē video immutatis moribus esse here. Idem *Persa*, at ego intromittere vereor: Hac enim illi noctu occentabunt ostium, exurent fores.

Occēpso, veteres pro incepero posuerunt. Plaut. *in Amphitr.* Ne ego illi puteo si occepso, animam omnem intertraxero. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Si tussire occepsit.

‖ Occhi, arbores, è quibus mel defluit, similes ficis. Onom. Med ‖

OCCĪDO, is, ex Ob & cædo, significat quocunque modo interficio. { חמית hemith קטל katál הרג haragh. φονεύω, ἀποκτείνω, ἀναιρέω. GAL. *Tuer, faire mourir, mettre à mort.* ITAL. *Occidere, ammazzare.* GERM. Tödten/ombbringen. HISP. *Matar.* ANGL. *To kil, to slay.* } Terent. *in And.* Si quicquam mentitum inuenies, occidito. ¶ Aliquando significat enecare, excruciare, & nimium alicui molestum esse. Terent. *in Adelph.* occidunt me quidem, dum nimis sanctas nuptias student facere. Occidisti, quem mortalem? omnes tuos. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Iubes me impetum facere in eum atque occidere. Idem *Menach. sc.* 2. *a.* 5. Occidor, nisi intus propero currere, (vt ibidem eradicari.) Idem *Aulul. sc.* 5. *a.* 5. ¶ Occidis me. (i. enecas.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. ¶ Occisus, a, um, occisam sapere plus multo suem, cùm manducatur. Idem *Milite sc.* 6. *a.* 2. Occisa hæc est res, nisi reperio astutiam. (i. actum est, parum spei reliquum est, res deperdita est.) Sic idem *in Menach. sc.* 2. *a.* 3. Satin' sanus. occisa hæc res est. Et iterum *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. de quo infra. Occisus plus est, quàm cæsus. Quintil. ¶ Quandoque est cædere, ferire, percutere. Terent. *in Adelph.* Ctesipho me pugnis miserum, & istam psaltriam vsque occidit. Vbi Donatus, occidit, vehementer cecidit. Vnde etiam occisum possumus intelligere cæsum, quamuis interfectus non sit. Propriè autem occisus dicitur qui est interemptus. Vlpian. Occisum interemptum accipere debemus, siue gladio, siue fuste: vel alio telo, vel manibus, si fortè strangulauit eum, vel calce petiit, vel capite, vel qualitercunque. ¶ Neque verò homines soli cæteráve animalia occidi dicuntur, verumetiam plantæ: quæ licèt non sentiant, tamē viuere dicuntur. ¶ Differúntque inter se Occisus & necatus: quòd Occisus vulnere, Necatus etiam ictu dicatur. vnde veneno necatos, non occisos dicimus. Occisa res dicitur, desperata & perdita. Plaut. *in Pseud.* Occisa iam est hæc res, hæret hoc negotium. Vnde & Occisiorem & Occisissimum veteres dixere. Idem *in Cas.* Occisissimus omnium qui viuunt.

Occīsio, nis, Interemptio, interfectio. { הרג héregh הרגה hareghâh קטל kétel. φόνος. GALL. *Tuerie, occision.* ITAL. *Occisione.* GERM. Ein ertödtung/todtschlag. HISP. *La matança.* ANGL. *A killing* } Plin. *de viris illustr.* In insidias delapsi, ad vnum occisione perierunt. ¶ Occisione occidere, idem est quod vsque ad internecionem delere, Cic. 14. *Philipp.* Eiúsque copias occisione occiderit, suo exercitu ita incolumi, &c.

Occidio, nis, Occisio, cædes, mors { הרג héregh הרגה harethâh קטל kétel. μιαιφονία. GAL. *Occision.* ITAL. *Occisione.* GERM. Todtschlag. HISP. *La matança.* ANGL. *Slaugter or killing.* } Columella *lib.* 5. *cap.* 5. Sola ea fomenta non aspernatur lactis caprini, quod infusum tantum valet, vt & blandiatur, igneam sæuitiam differens magis, quàm occidionem gregis prohibens. Corn. Tacit. *lib.* 12. Copiæ tum occidione occubuissent. Idem, Ac post multum vulnerum occidioni exempti sunt ¶ Occidione occidere, idem est, quod ad interneciónem delere. Liu *lib.* 8. *bell. Pun.* Quum duo exercitus eorum propè occidione occisi sunt, &c. Nihil certè frequentius. Ita etiam Gell. *c.* 17. *lib.* 15. Exercitus Pop. Rom. Occidione occisus.

‖ Occisito. Fest. Occisitantur, sæpe occiduntur. ‖

OCCĬDO, is, idi, casum: ex Ob & cado Intereo, pereo, perdor. { מות meth גוע ghavvâh אבד abád בא ba. θνῄσκω, ἀπόλλυμαι. GALL. *Mourir.* ITAL. *Morire.* GERM. Sterben zu grund/gehen. HISP. *Morir* ANGL. *To die, to perishe.* } Terent, *in Eunuch.* —occidi, Neque virgo est vsquam, &c. Pulchrè occidi. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Perij interim, occidi. Idem *Aulul sc.* 9 *a.* 4. Exurgite omnes, qui terrore meo occidistis. metaph. i. humi occidistis. Idem *Amphitr.* Nunc enimuero occidi. Idem *Cap. sc.* 4. *a.* 3. Repentè exortus sum, repentinò occidi. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Scilicet occidimus Ouid *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.* Occidit spes nostra, inquit Plaut. *in Mostell sc.* 1. *a.* 2. id est, periit, omissa est, de spe decidimus. ¶ Accipitur aliquando Occido, pro obuenio: vnde Occasio. Neque solùm de homine, cæterísque animantibus, verumetiam de herbis & de arboribus dicitur, quum senescunt, & euanéscunt, Virg. 4. *Eclog.*

——— & fallax herba veneni

Occidet.

¶ Aliquando pro cado, siue descendo. Plaut. *in Rud.* Et alia signa de cælo ad terram occidunt, id est, cadunt. ¶ Hinc & sol occidere dicitur, quia cadere videtur dum mergitur: quemadmodum econtrario Oriri dum videtur surgere. Lactant. *lib.* 3. Videbant siderum cursus in occasum meantium solem atque Lunam in eandem partem semper occidere. ¶ Huius compositum est Præoccido, ante occido. Plin. *lib.* 18. Quarto Kalend. Maij Canis occidit, sydus & per se vehemens, & cui præoccidere Caniculam necesse sit.

Occidens, participium. { אבד obédh. καταδύων, μεθιστάμενος. } Cic. *Epist. ad Sulp. lib.* 4. Profectò aliquid opis occidenti Reipub tulissemus.

Occidens, substantiuum, dicitur plaga, in qua Sol occidit. { מערב mabaráb. δύσις. GALL. *L'occident.* ITAL. *Occidente, ponente.* GERM. Der nidergang. HISP. *El occidente.* ANGL. *The west.* } Quæ & Occidentalis plaga vocatur. δυτικός, δυσμικός. Cicer. 2. *de nat. deor.* Qui has nobiscum terras ab Oriente ad Occidentem colunt. Plin. *lib.* 2. *c.* 67. A Gadibus columnísque Herculis Hispaniæ & Galliarum circuitu totus hodie nauigatur Occidens: Septentrionalis verò Oceanus maiori ex parte nauigatus est.

Occidentālis, quod vergit ad occidentem { δυτικός. GALL. *Occidental* ITAL. & HISP. *Occidentale.* GERM. Des nidergangs/gegen nidergang gelegen. ANGL. *Of the west.* } Plin. *lib.* 19 *c.* 34. Ab Occasu solstitiali & Occidentali latere Septentrionis.

Occaso, verbum antiquum ab Occasum, quod est supinum verbi Occido, idémque significat quod intereo. Plaut. *in Casin.* Satin' propter te pereo ego atque occaso?

Occāsus, a, um, Sol occasus in XII. Tabulis. Gell. *c.* 2. *lib.* 17. & *c.* 7. *lib.* 14. Item post solem occasum & à sole occaso. Idem *c.* 2. *lib.* 3. Item Plaut. *Menach. sc. Per ego.* Absque te esset, nunquam hodie ad Solem occasum viuerem.

Occāsus, us, Interitus, & tā de homine, quàm de rebus inanimatis dici solet. { מות mavéth אבדון abaddón מבוא mabó מערב mabaráb. δυσμή, δύσις. GALL. *Mort, reconsement, occidement.* ITAL. *Morte, occaso.* GERM. Der vndergang/abgang/verdärbung. Item, der nidergang. HISP. *Muerte ò el occidente donde se pone el sol.* ANGL. *Death, the west, the going downe of the sunne frome our sight.* } Cicer. 1. *Acad.* Ac post Lælij nostri occasum. Idem 1. *Catil.* translatè. Totius vrbis atque imperij occasus appropinquat. Et Virg. 2. *Æneid.*

Testor in occasu Troia nec tela nec vlla

Vitasse vices Danaûm.

¶ Interdum dicitur Solis vespertina absconsio, vel transitus ad inferius hemisphærium. Autor ad Herennium *lib.* 3. Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt. ¶ Vsurpatur crebrò pro loco vbi Sol occidit. Cicer. 2. *de nat deor.* Ab ortu ad occasum spatiis immutabilibus commeans sydus. Tu facito ante Solis occasum venias aduorsum mihi. Plaut. *Menach. sc.* 4. *a.* 2.

Ibit in occasum quicquid dicetur ab ortu,

Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

Occiduus, a, um, Occidentalis. δυτικός. Plaut. *lib.* 2. *de raptu Proserpinæ*, Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu Appetis, occiduo ducis ab orbe greges. ¶ Nonnumquam id quod occidit. Ouid. 1. *Metamorph.*

Vesper & occiduo quæ littora sole tepescunt,

Proxima fiunt Zephyro.

¶ Aquæ occiduæ pro mari Hesperio apud eundem 1. *Fast.* Et Senectus occidua, 15. *Metam* Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Et maris occiduas non subeatis aquas. (Vrsæ.)

Occīlāre, Contundere. { כתת chatáth. συγκόπτειν. GAL. *Pestrir.* ITAL. *Pestare.* GERM. Zerstossen. HISP. *Herir ò massar.* ANGL. *To knock & breack in smal pieces.* } Plaut. *in Amph.* Qui mihi aduenienti occilet os. Quidam tamen legunt *Oscillare*, pro inclinare.

Occīno, vide *Occano*

OCCIPIO, is, compositum est à Capio, quemadmodum Incipio, Concipio, præcipio, & similia, significátque idem quod incipo. החל hecmél. ἐγχειρέω. GALL. *Commencer.* ITAL. *Comminciare.* GERM. Anheben/anfahen. HISP. *Començar,* ANGL. *To beginne.* } Primum vnde occipias habes. Plaut. *Ps. sc.* 4. *a.* 1. Aliam occipis fabulam. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Occœpit quæstum inhonestum. Idem *Cap. sc.* 1. *a* 1. Postquam parturire vxor occœpit tua. Idem *Amphitr.* Pergam quò occœpi. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Id occœpi dicere. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Amphitruonem me esse vt occœpi semel esse assimulabo. Idem *Amphit.* Liu *lib.* 1. *ab Vrbe* Agere porrò occœpit. Ter. *in Eunuch.* Interea miles qui me amare occœperat. Idem *in Andr.* si quid narrare occœpi, continuò dari tibi verba censes. ¶ Occipere aliquando pro inire, siue suscipere, vt Occipere magistratum Liu. *lib.* 23. Creatur Marcellus qui extemplo magistratum occideret. Idem *lib.* 41. Collegam qui extemplò magistratum occiperet, creauit. Occepso, vide *suprà.*

Occœpto, as, are Plaut. *Menach.* Iam occœptat insanire primulum.

Occĭpŭt, itis, neutri generis, ex Ob & caput, significat posteriorem capitis partem quæ fronti opponitur. { ערף oréph. ἰνίον. GALL. *Le derriere de la teste* ITAL. *Parte didietro della testa.* GERM Das hindertheil deß haupts. HISP. *El colodrillo.* ANGL. *The hinder part of the head.* } Auson. *in Epigram. simulachri Occasionis & Pœnitentiæ.*

——————— sed heus tu

Occipite caluo es, Ne tenear fugiens.

Occipitium, ij, idem Plaut *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Quæ in occipitio quoque habet oculos pessima, id est, ita versuta, circumspectáque est, vt non sit eam facilè fallere. Frons occipitio prior, priscis agricolis celebratum adagium, atque instar ænigmatis iactatum. Vide Erasmum *in Chiliad.*

‖ Occistrio tabernarius. Gloss. vet. ‖

Occlamito, as, are. idem quod Clamitare & obstrepere. — dormio. Ne occlamites. Plaut *Curc. sc.* 3. *a.* 1.

OCCLŪDO, is, Claudo. { סגר sagár. κατακλείω. GALL. *Enfermer, clorre & enuironner.* ITAL. *Chiudere serrare.* GERM. Beschliessen. HISP. *Encerrar.* ANGL. *To shut e fast.* } Plaut. *in Aulul.* occlude sis Fores ambobus pessulis. Cicer. 4. *Acad.* Quid me igitur Luculle in inuidiam & tanquam in concionem vocas, & quidem vt seditiosi tribuni solent, occludi tabernas iubes? ¶ Occludere linguam. Plaut. *in Milite.* Quippe, si resciuere inimici consilium tuum, tibi Tuopte consilio occludunt linguam, & constringunt manus. hoc est, impediunt ne quid respondere possis. Ædes occludam hinc foris claui laconica. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. (i. claui, vt ita dicam dolosiore & malitiosiore.) Abi intro, occlude ianuam. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 1. Item, Fores occlusæ omnibus sient nisi tibi. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Occluserunt ædes. Idem *Amphitr.* Occlude ostium intus, & ego hinc occludam foris. Idem *Menach. sc.* 1. *a.* 2. Sed quid hoc? Occlusa est ianua interdius. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Ædes fac occlusæ sient. Idem *Menach. sc.* 1. *a.* 2. Non me excludet a se, sed includet domi. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Fores omnibus exclusæ sient, nisi tibi. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4.

Occlusus, aliquando participium, aliquando nomen κατακλειστός. Plaut. *in Trinummo.* Occlusiorémque habeant stultiloquentiam, hoc est, magis occultam & obscuram.

Occo, as, vide *Occa.*

Occŭbo, as. Compositum à Cubo, idem quod occumbo. { מות meth גוע ghavá. θνήσκω. GALL. *Mourir, cheoir.* ITAL. *Morire, cadere.* GERM. Sterben/vmbkommen. HISP. *Morir, caer.* ANGL. *Die, to fall downe.* } Morte occubuit. Liu. *lib.* 1. *d.* 1. Virg. 1. *Æneid.*

——— nec adhuc crudelibus occubat vmbris.

Vide *Occumbo* infrà.

Occulco, as, idem quod conculco. { דרך daráeh. καταπατέω. GALL. *Fouler, inculquer.* ITAL. *Calcare.* GERM. Zutretten/oder zertretten. HISP. *Hollar ò acocear ò pisar.* ANGL. *To go vpon and treade with the feete.* }

Cato *de re rust. cap.* 49. Ita vbi fuerit, ponito in scrobe, aut in sulco, operitóque & bene oculato.

ŏccvlo, occului, occultum, Abscondo, siue abdo: ex Ob & colo, o in u mutata: licèt quidam à celo compositum velint. { צפן *tsaphán* הסתיר *histir* החביא *hechbi.* κλέπτω, συγκρύπτω, συγκαλύπτω, ἀποκαλύπτω, ἐπηλυγάζομαι. GALL. *Cacher, celer musser.* ITAL. *Celare, ascondere.* GERM. Verbergen/verstossen. HISP. *Esconder ò encubrir.* ANGL. *To hyde.* } Virg. 2. *Georg.*

Quod superest, quæcunque premes virgulta per agros
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra.

Cic. *ad Atticum lib.* 15. Appij vulnera non refrico, sed apparent. nec occuli possunt. Idem 2. *Tuscul.* Quæ cæteris in vrbibus mollissimo culpa parietum vmbris occuluntur. Æther occulit deos. Ouid. 2. *de Pont. Eleg.* 8. Sylua occulit feras. Idem 2. *Fast.*

Iupiter occuluit aërem nubibus.

Idem 14. *Metam* Virg. 12. *Æneid.*

——— qua nube fugacem
Fœminea tegat & vanis sese occulat vmbris.

Vitia corporis fuco occulunt Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1.

Ŏccūltŭs participium, Absconsus, abditus. { נסתר *nistár* צפון *tsaphún.* ἀποκεκρυμμένος. GALL. *Caché, mussé secret.* ITAL. *Apiattato, occulto, nescosto.* GERM. Verborgen. HISP. *Escondido, encubierto.* ANG. *Hidde, keept close.* } ¶ Quum autem in nomen transit, idem est quod secretus. κρυπτός, κρύφιος. Plaut. *in Trinum,* In occulto iacebis, quum te maximè clarum voles. In occultis locis prostant lenones. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Non æquum est id occultum haberi. Idem *Aulul. sc.* 3. *a.* 1. In occulto viuunt parasiti. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Vt summa Ingenia sæpe in occulto latent. *Ibid sc.* 2. *a* 1. & *sc.* 1. *a.* 1. Cicer. *ad Mart. lib.* 11. Habeo multò occultiora, quæ vix verbis assequi possum. ¶ Ex occulto, aduerbij vi ponitur pro secretò Plin. *lib.* 9. *cap.* 42. Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens.

Ŏccūltē, aduerbium, Clàm & cautè. { בסתר *besether.* κρυφῆ. GAL. *Secrettement.* ITAL. *Di soppiato, nascosamente.* GERM. Verborgenlich/heimlich. HISP. *Escondidamente.* ANG. *Priuely, closely.* } Cæsar. 1. *bell. ciuil.* Occultè ad exploranda loca proficiscitur. Cicer. 1. *de leg. Agrar.* Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur. Idem 1. *Offic.* Remouent se ab oculis, ipsíque necessitati dant operam, vt quàm occultissimè pareant. Occultè si quis (me) amauit, amet. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Ŏccūlto, as, frequentatiuum est ab oculo, is, Abscondo, abdo. { צפן *tsaphán* הסתיר *histir* החביא *hechbi.* ἀποκρύπτω. GAL. *Cacher celer* ITAL. *Occultare, nascondere, coprire.* GERM. Einsig verbergen/verhälen. HISP. *Esconder ò encubrir.* ANGL. *To hide.* } Virg. 2. *Eclog.*

Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.

Cicer. 1. *Officior.* Quæ enim natura occultauit, eadem omnes qui sana mente sunt remouent ab oculis Cæsar. 2. *bell. ciuil.* Quanto hæc dissimulare & occultare, quàm per nos confirmari præstat. Volui sedulò occultare genus & diuitias meas. Plaut *Capt sc.* 2. *a.* 2. Occultemus lumen & vocem. Idem *Curc. sc.* 1. *a* 1. Aliquò aufugiam & me occultabo aliquot dies. Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 1. Qui vestitu & creta occultant se. Idem *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. Purpura ætas occultanda est. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1.

Ŏccūltātŭs, participium. { נסתר *nistár* צפון *tsaphún.* ἀποκεκρυμμένος. GAL. *Caché, mussé.* ITAL. *Appiattato, occulto, nascosto.* GERM. Wol verborgen HISP *Escondido.* ANGL. *Hidden, keept close* } & Occultè aduerbium occultè, κρύφα, κρυφῆ Cicer. *pro Deiot.* Quod igitur & occultatiùs conari, & efficere cautiùs potuit, id tibi & medico calido, & seruo? vt putabat fideli non credidit? Et hîc Calep. fallitur, *occultiùs* enim legendum est.

Ŏccūltātĭo, nis. { סתר *sether* מחבא *machabé* חביון *chebjón.* κατάκρυψις, κάλυμμα. GALL. *Cachement, cacherte* ITAL. *Nascondimento.* GERM. Verbergung/verhälung. HISP. *Escondrijo.* ANGL. *An hiding.* } Cicer. 2. *de finib.* Quæ libido se non proripiet, ac proiiciet in occultatione proposita aut impunitate, aut licentia? Cæsar. 6. *bell Gall.* Cuius rei nulla est occultatio.

Ŏccūltātŏr, is { מסתיר *mastir* צפון *tsophén* מחביא *machabi.* κλεψίκλοπος, κρυπτικός. GALL. *Cacheur, receleur.* ITAL. *Chi nasconde.* GERM. Ein verberger/Auffenthalter. HISP. *Escondedor.* ANGL. *He t hat hideth.* } Cic. *pro Mil.* Sustinuisset hoc crimen primùm ille ipse latronum occultator & receptor locus.

Ŏccvmbo, is, Morior, mortem oppeto ex Ob & cubo, as, aut certè ab antiquo verbo Cumbo. { מות *meth* גוע *ghaváh* πλάζομαι, θνήσκω. GALL. *Mourir* ITAL. *Morire.* GERM. Vmbkommen/undergehen/sterben. HISP. *Morir.* ANGL. *To die.* } Ouid. 3 *de arte amandi,* Respice Phylacidem, & quæ comes iste marito Fertur, & ante annos occubuisse suos. ¶ Occumbere morte. Cic. 1. *Tusc.* Vt esset qui pro patria morte non dubitaret occumbere Liu. 1. *ab Vrb.* Quem quum vadentem, ad speluncam, Cacus vi prohibere conatus est, ictus claua, fidê pastorum nequicquam inuocans morte occubuit. Idem Liu. *lib* 1. *dec* 1. & *lib.* 8. *dec.* 4. ¶ Pro eodem dicimus Occumbere mortem. Liu. 1. *bell. Maced.* Qui pugnantes mortem occubuissent. Suet. *in August.* Voluntariam occubuisse necem ¶ Et occumbere morti. Virg. 2. *Æneid.*

——— seu certæ occumbere morti.

¶ Occumbere etiam de Sole & stellis dicitur, quum occidunt: videtur

Occubitus syderum pro occasu ‖ Occubitus solis apud vet. interpret. Bibl. *Gen.* 28. 11. *Deut.* 11. 30. *Iud.* 4. 18. ‖

Ŏccvpo, as, ex Ob & capio. Inuado, arripio, mihi vendico, vi detineo, { לקח *lakách* אחז *acház.* καταλαμβάνω, προλαμβάνω, φθάνω, προκαταλαμβάνω. GAL. *Occuper, vsurper.* ITAL. *Occupare, vsurpare.* GERM. Einnemmen/zuvor besinen. HISP. *Occupar ò tomar de primero.* ANGL. *To preuent, to do or take before an other.* } Quintilian. *declamatione* 13. Multa quò nihilominus libera fuerunt, transeunt in ius occupantium, sicut venatio & aucupatio. Ne te ad aliud occupes negotium. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Vnumquemque animo occupa. (i. considera.) Senec. *cap.* 14. *de consol. ad Mart.* Qui hac re occupatos occupat. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 3. Occupare nuptias pactæ alteri. Vell. Luxuria & ornatu occupatæ matronæ. Liu. *lib.* 34. Occupatus sum, non audio (verba excusantis) Quintilian. *declam.* Cicer. *de Amic.* Tiberius Gracchus regnum occupare conatus est. ¶ Occupari sæpe etiam accipitur pro detineri, seu distringi. ἀσχολεῖσθαι. Idem *Offic. lib.* 1. Et in ea funditus delenda occupati sunt, & fuerunt. ¶ Interdum pro occidi. Velleius, Occupatus Cæsar ab ingratis. h. e. occisus ab iis, quos occidere debebat. Sic Occupare est præuenire, siue aliquid ante alium facere. Gell. *cap.* 1. *lib.* 3. Nisi tu occupasses. (i. prior rogasses.) Et *cap.* 3. *lib.* 7. Id priores facere occulpabimus. Item, Opinio vetus occupauit & conualuit. Idem *cap.* 11. *lib.* 4. Occupat occidere. Liu. *lib.* 5. *de* 4. Volo vt prior occupes adire Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Occupat (nos) odium generis humani. Senec. *c.* 15. *de tranq.* (i. præuenit.)

Occupat egressus quamlibet ante rates. (i. præuortitur.)

Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 1. Quam quidem nisi illa ante occupassit, te affliges scio. (i. præuenerit, & antè sustulerit.) Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 4. Occupant bellum facere. Liu. *lib.* 1. *ab vrb.* Primam occupat fugam Cleopatra. Velleius. ¶ Occupatus alicuius rei apud Plinium *lib.* 26. *cap.* 2. Sedere nanque in his scholis auditioni occupatum gratius erat. ¶ Occupatus in alio amore. Terent. *in Andr.* Occupare se ad aliquid. Plautus, Ne quod te aliud occupet negotium. Idem *in Pseud. sc.* 5. *a.* 1. ¶ Interdum est locum tenere, seu vi capere Liu. *lib* 33 Nam & ipsis vocantibus vrbem hanc accepi, non occupaui: id est, non vi cepi. ¶ Aliquando significat, præuenire. Plaut *in Ruden.* Occupas præloqui. Varro *in Ephebo,* Crede mihi plures dominos serui comedere, quàm canes: quòd si Actæon occupasset, & ipse priùs suos canes comedisset. ¶ Aliquando est inuenire. Plaut. *in Menæch.* amplius enim hæreo, Ni occupo aliquod mihi consilium. ¶ Aliquando tenere, possidere. Idem *in Trin.* Familiam optimam occupauit. ¶ Idem aliquando quod exercere, vt occupare pecuniam, id est, exercere, & otiosam non relinquere. Columella *lib.* 1. *cap.* 8. de villico loquens, Néve negotietur sibi pecuniámque domini aut animalibus, aut aliis rebus occuparet. Hinc occupare pecuniam, pro locare fœnori. Cicer. *pro Flac.* Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupauisti. Idem *Verr.* 3. Præterea pecunias occupauerat apud populos & syngraphas fecerat. Hæc ex Hotomano.

‖ Occupatitius, a, um, quod occupatur. Fest. ‖

Ŏccūpātŭs, a, um. quod modò participium est, modò ex participio nomen admittens comparationem. { נלכד *nilkách* אחוז *ac úz.* ἀσχολούμενος. GALL. *Occupé, empesché, saisi, detenu.* ITAL. *Occupato, impedito.* GERM. Vnmüssig/mitt geschäfften behafft. HISP. *Ocupado, tomado de primero empachado.* ANGL. *Lett by bussinesse, occupied.* } Cicer. *ad Attic. lib.* 12. Non dubito quin occupatissimus fueris. ¶ Occupatus & otiosus contraria. Cicer. 1 *Tuscul.* Vt si occupati aliquid profuimus ciuibus nostris, prosimus etiam, si possumus, otiosi. ¶ Dicimus cum datiuo, Occupatus alicui rei. Plin. *lib.* 26. Ego nimium occupatos dixerim, quos id fefellerit. Velleius. In pauca, vt nunc occupatus sum, confer quid velis. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Occupatam ab aliis relinquere materiam.

Ŏccŭpātĭŭs ager, dicitur qui desertus à cultoribus propriis, ab aliis occupatur. καταλημμένον χωρίον.

Ŏccŭpātĭo, Negotium. { ענין *inián* ἀσχολία. GALL *Occupation.* ITAL. *Occupatione.* GERM. Geschäfft/vnmuß. HISP *Ocupaçion* ANGL. *Occupation.* } Cic. *in Orat.* In maximis occupationibus nunquam intermittit studia doctrinæ. ¶ Est etiam occupatio, ἀνθυποφορά, apud Rhetores schema quoddam quum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur: quod fit vel quum rem notam esse putamus auditoribus, vel quum suspicionem excitare maiorem reticendo volumus. A Græcis παράλειψις vocatur. Quale est illud, Cogis me iniuriæ tuæ caussam proferre, Nihil agis, non dicam, sed ipsum tempus eam patefaciet. ¶ Præterea Occupatio, siue præoccupatio, aliud schema dicitur, quum quæ dici ab alio poterant, ea ipsi præueniendo dicimus in aduersarium nostrum, ne nobis postea officiant, detorquentes. Dicta Occupatio, quasi præuentio. nam Occupare, vt suo loco diximus, inter cætera significat præuenire.

Ŏccvrro, is, i, & Occucurri, dixit Tubero apud Gell. *c.* 9. *lib.* 7. occursum, obuius fio, obuiam procedo. קרה *karáh* פגע *pa háh.* ἀπαντάω. GALL. *Rencontrer. aller au deuant.* ITAL. *Occorrere andar all'incontro.* GERM. Entgegen lauffen/entgegen kommen. HISP. *Encontrar, andar al encuentro.* ANG. *To meet with* } Iuuen. *Satyr.* 1.

Occurrit matrona potens.

Cicero *pro Cluent.* per translationem. Sed ego occurram expectationi vestræ iudices, id est, vltrò anteuertam, & præueniam. ¶ Occurrere ad vadimonium. Sueton. *in Calig. cap.* 39. Occurrere ad prædictam horam Cœnæ. Idem *in Claud. cap.* 8. Occurrere non posse ad comitiorum tempus. Liuius *lib.* 7. *dec* 4. Occurrere alicui ad dissidium. Idem *in Calig. cap* 39 Item, Abduxit prædam qui occurrit prior. (i. aduenit) Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4 ¶ Quandoque occurrere, ponitur pro in mentem venire. ἐπέρχεσθαι. Idem *de senect.* Sed mihi, quum de senectute aliquid vellem scribere, tu occurrebas, προσέβαλλες. Theod. Et in hac significatione possumus addere datiuum aliquem, qualis est Animo, vel Menti, vel similem. Cicer. 4. *Academ.* Si id quod officij sui sit, non occurrit animo, nihil vnquam omnino aget Liu. 3. *bell. Pun* Sed occurrebat animis, quantos exercitus terrestres, naualésque, &c. ¶ Aliquando pro offerri, incidere, προσβάλλειν, vt apud Ciceronem, Occurrebat tibi oratio, id est, offerebat se. Colum. *lib.* 2. *cap.* 2. Occurrebant oculis tot paludes. tot etiam campi. ¶ Quandoque pro obstare, siue obsistare, ἀντιστῆναι. Persius,

———Venienti occurrite morbo.

Lucret *lib.* 6.

è portis occurri cuique deceret.

De portis loquitur vrbium, aut castrorum, quibus in hostem eruptio fit, & ei occurritur. Occurritur, Impersonale, Obsistitur, resistitur, repugnatur. Cic. 2. *Offic.* Occurritur item nobis, & quidem à doctis & eruditis, quærentibus satísne constanter facere videamur, qui quum percipi nihil posse dicamus, &c.

‖ Occecurri, pro occurri, quod fuit occucurri: vt peposci pro, poposci memordi, spopondi. ‖

Occursa

Occursaculum, quod occurrit, vt spectrum Apul.

Occursus, us, Ipse occurrendi actus. { פגע pégah קראת keráth תאנה taanáh. ἀπάντησις. GALL. Rencontre. ITAL. Incontro. GERM. Gegenlauff / Begegnung. HISP. Encuentro. ANGL. A meeting with } Plin. lib. 8. cap. 30. Qui ne contrario occursu hebetetur, capsarum modo includitur. Conuictus filij & occursus iucundi. Senec. cap. 5. de consol. ad Mart.

Occursio, nis. Senec. 18. de consol. ad Mart. Ab occursionibus Solis lumen mutuatur suum.

Occurso, as, frequentatiuum, Currendo obuiam eo. { קרה karáh פגע pagah. πολὺς ἀπαντῶ. GAL. Rencontrer. ITAL. Incontrare. GERM. Entgegen lauffen. HISP. Encontrar. ANGL. To meet by running. } Virg. Eclog. 9.

——— & inter agendum
Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.

¶ Aliquando occursare est in memoriam venire. Plaut. in Mil. Nam ita mihi occursant multæ, haud meminisse omnes possum. Plinius Epist. lib. 5. Occursant animo meo mortalitas, & mea scripta. ¶ Occursare numinibus, est adorare, & sacrificiis placare, & præuenire numina, ne nobis noceant Idem in Panegyricis, Atque inter hęc pia mente adire lucos, & occursare numinibus. ¶ Occursare, αἰκτεύειν, occurrere sæpiùs, & aduersari, ἐναντιοῦσθαι, siue ἀνθίστασθαι, quod est obuiare, & obuiam ire, i. ἀπαντᾶν, dicitur. Salust. Iugurth. 119. Et ea agere inter inuidos, occursantes, factiosos, opinione, Quirites asperius est. Vide Obuiare pro ἐναντιοῦσθαι.

Occursatio, verbale, diligens captatio honorum, quum gratiosis hominibus, aut populo occurrimus prius quàm decernatur. ἀπάντησις. Cic. pro Plancio, Facilis est illa occursatio & blanditia popularis.

Occursorius. Apul. lib. 9. vt primùm occursoriam potionem & inchoatum gustum extremis labiis contingebat adolesens.

OCEANVS, ὠκεανός, & per simplex c, Cæli & Vestę filius, & maritus Tethyos, quem poëtæ maris deum efficiunt. Virg 4. Georg.

Oceanúmque patrem rerum Nympháśque sorores.

¶ Oceanus item mare vniuersum appellatur, quod vniuersum circuit terram Britanniam peragrauit Cæsar, nec Oceano continere felicitatem potuit. Senec. c. 14. de consol. ad Mart. Clypei celamina.

Oceanum & terras, cúmque alto sidera cœlo,

Ouid. 13. Metam.

Oceanus ponto qua continet orbem,

Tibull. lib. 4. ¶ Pro eodem etiam neutro genere Oceanum dicitur, præsertim si Mare sequatur: vt Caper & Probus testantur. Irrumpit autem Oceanus in medium terrarum, inter Africam & Hispaniam, Abylam Africæ montem ad dextram. Calpen Hispaniæ ad sinistram relinquens, qui ob altitudinem Herculis columnæ dici consueuerunt, eo quòd testimonio vetustatis laboris Herculei limes illic fuerit consecratus Dictus est autem Oceanus, à Græca voce ὠκύς, quæ velocem significat, vt quidam putant. Suidas verò deducere videtur ab α, priuatiua particula, & κεῖν, quod est σχίζω, mutato α, in ω. Et quamuis nomen sit proprium Oceanus, aliquando tamen non mare vniuersum, sed partes eius significat. Quo modo mare aliquádo totum oceanum ambientem terras, singulas eius partes tantùm aliquando significat. nam a littoribus plerunque accipit nomen Ad dextram siquidem antequam terram intret, Atlanticus dicitur: ad sinistram, Gaditanus: illinc Arabicus, Persicus, Indicus. Hinc Britannicus, Germanicus, Scythicus, & sic de aliis nominibus. ¶ Poëtæ tamen Oceanum pro quocunque mari vsurpant Virg. 2. Æneid Et ruit Oceano nox ¶ Est & Oceanus solium vastum in balneis, omnino lacus, alueúsque maior, ab amplitudine vocatus, & à lauantium quoque strepitu, & marino quasi æstu. Lampridius, Oceani solium primus inter principes Alexander appellauit, quum Traianus id non fecisset, sed diebus solia deputasset. Nam Thermarum magnitudo Romæ quanta fuerit, Ammianus testatur lib. 16. quum inquit, Lauacra in vrbe in modum prouinciarum extructa Ab Oceanus fit Oceanitis, tidis, ὠκεανῖτις, ὠκεανίς, pro filia Oceani. Virg lib. 4. Georg. Oceanitides ambæ.

Oceanine, ὠκεανίνη. filia Oceani. Hesych ὠκεανίνης κόρης τ Στυγός.

Oceana aqua, Venantio in Phœnice, i. marina.

Oceanitis, ideos, ὠκεανῖτις, filia Oceani. Masc. ὠκεανίτης, ex Oceano ortus.

Ocellæ, ab ocellis cognominati sunt, hoc est, ab exiguis oculis, qui scilicet iusto minores haberent oculos.

Ocellatus, Ocellus. vide Oculus.

Ocelum, ὄκελον, Hispaniæ Tarraconensis vrbs in tractu Gallecorum, teste Ptolem lib. 2. cap. 6.

Ocha, æ, ὤχα. Eubœæ insulæ opp. est. cuius meminit Plinius lib. 4. cap. 12.

‖ Ochlagogium, quum turba popularis concitata in vnum locum confluit. Prat. ‖

Ochra. { ὤχρα. GALL. De l'Ochre. ITAL. Ocrea. GERM. Ogger oder berggälst ein gälb erdtrich. HISP. Color de almagra quemada. ANGL. Okre that pinters vse. } Genus est coloris lutei, qui fit ex vsta rubrica in ollis nouis luto circunlitis. Plin. lib 35. c. 6.

‖ Ochros ὤχρος, legumen quoddam, simile cicerculæ, λαθύρω. ‖

Ochus, ὦχος, fluuius, qui in Indiæ montibus ortus, per Bactrianorum regionem fluit. Plin. lib. 6. cap. 16.

‖ Ochtos, limbus, vestis muliebris. Poll ‖

Ocimum, per i nostrum. { ὤκιμον. GAL. Herbe appellée Basilic. ITAL. Basilico. GERM. Basilien / ein kraut / hatt drey fürnemme geschlecht / zwey zame vnnd ein wildes. HISP. Albahaca. ANGL. An herbe called basill } Dioscoridi herba est hortensis pedali altitudine surculosa, ramulis teretibus, folio muralis herbæ, diluti viroris, odoríque fragrantissimi, quam recentiores Basilicam herbam vocant: quo etiam nomine vtitur vulgus. Ductum est nomen, vt putatur, à celeritate nascendi, quòd omnium eorum quæ in hortis nascuntur, celerrimè proueniat, diéque à quo sata est tertio erumpat: vnde etiam à nonnullis per y scribitur, eo quòd à dictione Græca ὠκύς, deriuari putetur. Sed (vt suo loco docebimus) ocymum farraginis quoddam genus est, ab ocimo omnino diuersum. ¶ Ocima cantare. Pers. Satyr. 4.

Dum ne deterius sapiat pannucea Baucis,
Cùm bene discincto cantauerit ocyma vernæ.

Turnebus lib. 15. 3. esse putat; cum non plus quàm oleariam muliereculam sapere. Vide Ocymum.

OCIVM, ij, siue (quod eruditis magis placere video,) Otium per t, propriè vacatio à labore)(Negotium. { שבת schebeth. ἀπραγμοσύνη, σχολή. GALL. Oisiueté, loisir. ITAL. & HISP. Ocio. GERM. Müssiggang / Müss. ANGL Rest or leysure. } Colum lib 2. Sed quum tam otij, quàm negotij rationem reddere maiores nostri consueuerint, nos quoque monendos esse agricolas existimamus, quæ feriis facere, quæ non facere debeant. Autor ad Herennium in Præfat oper. etsi negotiis familiaribus impediti vix satis otium studio suppeditare possumus, & idipsum quod datur otij, libentiùs in philosophia consumere consueuimus, tua nos tamen, &c. ¶ Accipitur etiam Otium pro exercitatione leuiore animi, vel corporis, & relaxatione à grauioribus & magis seriis negotiis. Hinc. Otium literarum pro studio literarum, quòd hoc exercitationis genus oblectamentum potius videri debeat, quàm seria aliqua occupatio. Cicero, Quid dulcius est otio literario: id est, studio, & (vt ita dicam) negotioso otio. ¶ Accipitur etiam Otium pro tranquillitate, pace, quiete. ἡσυχία. Idem in Verr Ergo tunc quum bello fugitiuorum tota Italia arderet, C. Norbanus in summo otio fuit. Idem 1. Famil. Epist. 18. Si antea auditum erit, otium esse in Syria. Otia mundus agat, Ouid. 4. Fast.

Oblitúsque mei ductaque per otia vita,

idem Eleg. vlt. lib. 4. Trist. Quæ meæ placuerunt otia menti carpens. idem Eleg 8. lib 4. Trist Item,

Et petere Aonia suadebant tuta sorores
Otia Iudicio semper amata meo.

(i. amœniora studia, poësim.) Idem Eleg. vlt. lib. 4. Trist.

Non tibi contingunt quæ gentibus otia præstas,

idem Eleg. 1 lib. 2. Trist. Et non exigua otia legentem delectent. Idem Eleg. 7 lib. 1 Trist.

Excutiásque oculis otia nostra tuis (i. carmina iocosa.)

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist. Ad otium repositi mores. Senec. cap 17. de cons. ad Helu. Pacem atque otium dare illis. Plaut. Amphitr. sc. 1. a. 1. Hem: nunc otium est (i. vacat cœnare) Idem Capt. sc. 2. a. 1. In otiis vixerunt. Gell. cap. 2. lib. 17.

Otiosus, vel potius otiosus, Vacans, cessans, liber à negotio, opere solutus. { σχολαῖος, ἥσυχος. GALL. Oisif, oiseux. ITAL. & HISP. Ocio o. GERM. Müssig. ANGL. Idle, that resteth or ceaseth frome labour. } Cic de Claris oratoribus. Quum inambularem in Xysto, essémque domi otiosus. Plin. Epist. 9. Satius est enim (vt Attilius noster eruditissimè simul & facetissimè dixit) otiosum esse, quam nihil agere. ¶ Dicitur & de animo, qui tunc otiosus est, quum tranquillus est securus, & solicitudine vacuus Terent. in Andria, Animo iam nunc otioso esse impero, id est, securo. Nam nisi securus est, nemo est otiosus, vt inquit Donatus. Dies otiosus, pro festo. Cicer. ad Quint. frat. lib. 3. Id perficiam his supplicationum otiosis diebus. Idem de senectute, Si verò habet aliquid tanquam pabulum studij, atque doctrinæ, nihil est otiosa senectute iucundius. Idem 3. Offic. Dicere solitum Scipionem accepimus, nunquam se minus otiosum esse, quàm quum esset otiosus. Quintilian. Otiosus sermo. (i. Inutilis & nullius effectus oratio,) Otiosos homines ad concionem decuit deligi. Plaut. Men. sc. 1 a. 3. Eos esse otiosos à metu iubet. Gell. c. 29. lib. 2. ¶ Otiosa pecunia, dicitur à Iureconsultis quæ in arca iacet nullum suo domino fructum afferens: eique tanquam è regione respondet, Occupata. Nam occupare pecuniam alicui, est fœnori apud eum collocare, & quasi exercere ne otio & inertia languescat. Plin. lib. epist. 10. Pecuniæ publicæ & exactæ sunt & exiguntur, quæ vereor ne otiosę iaceant. Vlpianus etiam in l. 3. de contr. tut. sterilem pecuniam appellat. Ex Hotomano.

Otiosè, aduerb. quod est cum otio. { σχολῇ, ἀτρέμας. GALL. Oisiuement, tout à loisir, sans souci, negligemment, tout bellement. ITAL. Otiosamente, senza pensiero, negligentemente. GERM. Müssigklich. HISP. Ociosamente, negligentemente, sin pensiamento. ANG. Idlelie, at lysure. } Ter. in Adelph. Otiosè nunc iam illico hîc consiste. ¶ Apud Cicer. Otiosè spectare otiosè quærere aliquid, otiosè viuere. Plaut. Ps. sc. 1. a. 4. Ambula citò, Imò otiosè volo Idem Aulul. sc. 6. a. 4. Magna est res, quam ego tecum otiosè cupio loqui.

Otior, aris, ociari, In otio & quiete sum. { בטל batál שבת schabáth נח nach. σχολάζω. GALL. Ne rien faire, estre oiseux, se reposer. ITAL. Ociare, stare in riposo. GERM. Müssig gehen / müssig sein. HISP. Estar en ocio y holgar. ANGL. To beidle, tobeat rest. } Cuius contrarium est, Negotior. Cic. lib. 3. Offic. C. Caninius Eques Romanus, neque infacetus, & satis literatus, quum se Syracusas otiandi, non negotiandi causa contulisset, dictitabat se hortulos aliquos emere velle.

‖ Ocnia, pigritia: Ocna, foramen dolij. Lex. gr. b. ‖

Ocnus, ὄκνος, Tiberis filius fuit ex Manto muliere fatidica, Tiresiæ Thebani filia, qui in Gallia Cisalpina vrbem condidit, & à nomine matris Mantuam appellauit. Virg. 10. Æneid.

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris
Fatidicæ Mantûs, & Tusci filius amnis,
Qui muros matrísque dedit tibi Mantua nomen.

¶ Est etiam Ochnus nomen cuiusdam apud inferos, multis insignium artificum picturis celebrati, quem effinxerunt perpetuò, torquentem funem, astante asella, quæ quantum ille torsisset, statim præroderet. Inde ortum est prouerbium, Ochnus funiculum torquet, quod quum in eos omnes competat, qui non profuturam in re aliqua operam collocant, tum in eos præcipuè, qui quum nihil neque laboris, neque industriæ ad augendam rem familiarem prætermittant, nihilo tamen redduntur ditiores, quòd domi habeant asellam, hoc est, vxorem prodigam, quæ quicquid misellus multis sudoribus corrasit, strenuè profundit. Ad hanc picturam alludit Propertius lib. 4 Eleg.

Dignior obliquo funem qui torqueat Ochno,
Æternúmque tuam pascat asella famem.

Ocquinisco, { נטה natáh השתחוה hischtachavah. GALL. Incliner ITAL. Inclinarsi. GERM. Sich neigen oder biegen. HISP. Inclinarse. ANGL.

ANGL. *To incline.* } Inclino (inquit Nonius) Pomponius *in Pistore*, Nisi nunc aliquis subitò obuiam occurrit mihi, qui ocquiniscat, quo compingam terminum in tutum locum.

Ocrea, æ, Militaris calceamenti genus est ex ære ad obtegendas tibias accommodatum, quo vtebantur tantùm duarum primarum classium milites: reliqui enim caligis tibias muniebant. { מצחה *mitschah.* κνημὶς, τὸ ἀντικνήμιον. GALL. *Houseaux, bottes, greues, armures des iambes.* ITAL. *Gambiera.* GERM. Ein stiffel mitt welchen sich die kriegsleut waaffnen/Beinschynen. HISP. *El calçado como botas ò antipara.* ANGL. *A boote or legge harneys.* } Apuleius, Hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit. Varro ocream dictam ait, quòd opponebatur ob crus. Festus tamen ab antiquo vocabulo ocri dictas esse putat, quòd in modum ocris inæqualiter tuberatæ essent.

Ocreatus, a, um, qui ocreis calceatus incedit. { κνημιδωτός. GALL. *Housé, botté, armé par les iambes.* ITAL. *Stiualato, armate le gambe* GERM. Mitt eisinen stifflen angethan. HISP. *Calçado de botas.* ANGL. *That hath boot or legge harneys.* } Plin. *lib.* 19. *cap.* 2. Ad reliquos vsus laboriosè euellitur ocreatis cruribus, manibúsque tectis manicis, conuolutum osseis ligneísve conamentis. Liu. *lib.* 9. Crus ocrea tectum.

Ocris, antiqua vox, quæ montem confragosum significat, vt apud Liuium Andronicum. Sed qui sunt qui ascendunt altum ocrim? Celsósque ocres aruáque pertrita, & mare magnum. Festus.

Ocrium, siue Ocrion, ὄκριον. Britanniæ insulæ promontorium est, apud Ptolemæum *lib.* 2. *c.* 3. Vulgò *Mont S. Michel.*

‖ Octaeteris, ὀκταετηρὶς, tempus, octannorum: ab ὀκτὼ & ἔτος annus. ‖

Octangulus, vide *Octo.*

Octapodion, ὀκταπόδιον, flammeum Imperatoris, habens multas imagines hierarcarum cum octo lingulis. Codin.

‖ Octastylos, ὀκτάστυλος ον, habens octo columnas in fronte: ab ὀκτὼ & στῦλος. ‖

Octauia gens, à Velitris originem acepit, quam nonnulis Augusti gratiam per assentationem captantes, nobilitate eximia fuisse prodiderunt. Ipse autem Augustus nihil amplius quàm equestri familia ortum se scribit, vetere ac locuplete, & in qua primus Senator suus pater fuerit. M. Antonius libertinum ei proauum exprobrat, Restionem è pago Turino & auum argentarium. Ex Tranquillo. Cic. *in Epistola quadam* (si modò eius autor est) eum nepotem argentarij, & filium adstipulatoris vocat. Vtcunque id fuerit, constat Augusti patrem honestissimum fuisse, magnáque laude Macedoniam prouinciam administrasse, ex ipsius etiam testimonio Ciceronis, qui ad Quintum fratrem scribens hortatur, vt in promerendis sociis vicinum suum Octauium imitetur. Natus est Octauius Augustus M. T. Cicerone, & C. Antonio Consulibus: cui infanti cognomen Thurino inditum est, in memoriam originis maiorum. Postea C. Cæsaris, & deinde Augusti cognomen assumpsit: alterum testamento maioris auunculi, alterum Munatij Planci sententia. De his vide Suetonium *in vita Octauij.* ¶ Octauius Manilius, alius fuit, cum quo Aulus Posthumius Dictator bello Tusculano dimicauit, vt scribit Cicer. 2. *de nat. deor. & in Epistolis ad Attic. lib.* 9. ¶ Alius Octauius Balbus iudex, homo & iuris & officij peritissimus. Cic. 4. *Verrina.* ¶ Alius Octauius Marsus sceleratus & insignis latro, de quo Cic. 11. *Philipp.* ¶ Qu. Octauius à L. Cinna collega in Consulatu interfectus Pædian. ¶ Octauius auitus, & Petelius Faustinus, furta Virgilij adnotarunt, locáque indicarunt vnde carmina essent surrepta, vt ait Seruius. Fecit & hoc idem Macrobius.

Octauiæ, porticus duæ appellantur quarum alteram theatro Marcelli propiorem Octauia soror Augusti fecit, alteram theatro Pompeij proximam Cn. Octauius, Cn. filius, qui fuit ædilis curulis. Pr. Con. Decemuir sacris faciendis, triumphauítque de rege Perse nauali triumpho: quam combustam reficiendam curauit Cæsar Augustus. Festus.

Octauianus, a, um, Cic. 1. *de Diuin.* Ex quo genere sæpe ariolorum etiam & vatum furibundas prædictiones, vt Octauiano bello Cornelij Culeoli, audiendas putauerunt.

Octauianus, Augusti Cæsaris cognomen, inde tractum, quòd ex Octauiorum familia in Cæsarum gentem fuit adoptatus, quemadmodum & Africanus minor dictus est Æmylianus, quòd Pauli Æmilij filius fuerit, à P. Cornelio Scipione adoptatus. Solebat enim in adoptionibus nomen naturalis familiæ vna, aut altera litera extendit ad earum retinendam memoriam.

Octo, { שמונה *schemonah.* ὀκτώ. GAL. *Huit.* ITAL. *Otto.* GERM. Achte. HISP. *Ocho.* ANGL. *Eight.* } Nomen numerale, adiect. indeclinabile. Virg. 1. *Georg.*

——pedes temo protentus in octo.

Octo hominum munus facilè fungitur parasitus, Plaut *Menach. sc.* 4. *a.* 1. Octo virgatores, siue cædebant seruos. Idem *in Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. *& in Asin. sc.* 2. *a.* 3. Omnia octo, prouerbium de re omnibus numeris absoluta. vide Erasmum. ‖ ¶ Octo dies vocamus septimanam vulgò, nempe septem recurrentes in octauum. Ita & Germanicè acht tage. tamen duas hebdomadas dicimus vierzehen tage/ XIV. dies. Mos hic loquendi etiam apud alias gentes inuenitur. ‖

October, mensis autumni secundus. Auson.

Septembri, Octobri autumnus, totóque Nouembri.

Est octauus in anno, quando hic incipit à Martio. Nunc a, cùm Ianuarius sit primus, October est decimus. } בול *bal.* πυανεψιών, GALL. *Le mois d'Octobre.* ITAL. *Ottobre.* GERM. Der Weinmonet. HISP. *El mes de Obre.* ANGL. *The moneth of October.* } ¶ October equus appellatur qui in campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti. Fest.

Octies, aduerb. { ὀκτάκις. GALL. *Huit fois.* ITAL. *Otto volte.* GERM. Acht mall. HISP. *Ocho vezes.* ANGL. *Eight tymes.* } Col. *lib.* 8. *cap.* 8. Nam & octies anno pullos educat. de columbis.

Octauus, a, um, { שמיני *schemini.* ὄγδοος. GAL. *Huitieme.* ITAL. *Ottauo.* GERM. Der achtest. HISP. *Cosa octaua en orden.* ANGL. *The eight.* Horat. *in Epist.* 7.

Strenuus, & fortis, causísque Philippus agendis
Clarus, ab officiis octauam circiter horam
Dum redit, &c.

Octauum, ponitur aliquando tanquam aduerbium pro octies. Liu. 6. *ab Vrbe*, Nam præter Sextium, Luciniúmque latores legum iam octauum Tribunos plebis refectos. Sic Octauum Consulem dicimus, qui octauum gerit consulatum. ¶ Octauò autem consulem, qui octauo anno ab exactis regibus, institutisque Consulibus, fuit Consul. Vide Aulum Gellium *in noct. Attic.*

Octingenti, æ, a. Cic. 4. *Acad.* Mille & octingenta stadia, &c. { ὀκτακόσιοι. GALL. *Huit cens.* ITAL. *Ottocento.* GERM. Acht hundert. HISP. *Ochocientos.* ANGL. *Eight hundred.* }

Octingenarius, a, um, quod ex octingentorū numero constat: vt Octingenarius grex, qui octingentas habet pecudes. { ὀκτακοσιοστός. GALL. *De huit cens.* ITAL. *Di ottocento.* GERM. Das acht hundert begreifft. HISP. *De ochocientos.* ANGL. *Of eight hundred.* } Varro *de re rust. cap.* 10. Septingenarij enim mei (greges) vt opinor octingenarios habuisti.

Octingentesimus, a, um. { ὀκτακοσιοστός. GALL. *Huicentiesme.* ITAL. *Ottocentesimo.* GERM. Der achthunderst. HISP. *Vno de ochocientos.* ANGL. *The eight hundreth.* } Vltimus ex octingentis, vel vnus ex numero octingenario. Cic. *de senect.* Deinde qui minus grauis esset iis senectus, si octingentesimum annum agerent, quàm octogesimum?

Octoginta, adiect. { שמונים *schomonim.* ὀγδοήκοντα. GALL. *Octante, ou quatre vingts.* ITAL. *Ottanta.* GERM. Achzig. HISP. *Ochenta en numero.* ANGL. *Eightie foure secore.* } Cicer *de senect.* Argantonius quidam Gadibus qui octoginta regnauit annos, centum viginti vixit.

Octogenus, adiectiuum, { שמונים *schemonim.* ὀγδοηκοστός. GALL. *Octantiesme.* ITAL. *Di otanta.* GERM. Je achzig. HISP. *Cosa de ochenta.* ANG. *The eighteth.* } Plin. *lib.* 9. *c.* 51. Torpedo octogenos fœtus habens inuenitur, id est, octoginta.

Octogesimus, a, um, { שמונים *schemonim.* ὀγδοηκοστός. GAL. *Octantiesme.* ITAL. *Ottantesimo.* GERM. Der achzigest. HISP. *Ochenta en orden.* ANGL. *The eighteth.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Dentes homini nouissimi, qui genuini vocantur, circiter vicesimum annum gignuntur multis & octogesimo.

Octogies, aduerb. { ὀγδοηκοντάκις. GALL. *Quatre vingt fois.* ITAL. *Quatro volte venti.* GERM. Achzig maal. HISP. *Ochenta vezes.* ANGL. *Eightie tymes.* } Cic *in Pis.* Nónne sestertium centies & octogies, quod quasi vasarij nomine, in venditione mei capitis ascripseras: ex ærario tibi attributum, Romæ in quæstu reliquisti?

‖ Octogild, siue Octogilt. In ll. Longob. id est, mulctæ, capita. ‖

Octonus, a, um, propriè distributiuus numerus, quamuis etiam accipiatur pro Octo. { οἱ κ̀ αἱ κ̀ τὰ ὀκτώ. GAL. *Huit.* ITAL. *Otto.* GERM. Je acht. HISP. *Ocho.* ANGL. *Eight.* } Varro, Nutricare octonos porcos paruulos primò possunt incremento facto, à peritis dimidia pars remoueri solet. Plin. *lib.* 8. *c.* 50. Octonis mensibus ferunt partus: id est, octo mensibus. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Octonos lapides effodere. Item octona loca. Liu. *lib.* 6. *ab Vrbe.*

Octonarius adiect. Plin. *lib.* 31. *cap.* 6. Fistulas denûm pedum longitudinis esse, legitimum est. Et si quinariæ erunt, sexagena pondo pendere: si octonariæ, centena: si denariæ, centena vicena: ac deinde ad has portiones. Denaria appellatur, cùius laminæ latitudo antequam curuetur, digitorum decem est, dimidióque eius quinaria. Loquitur Plin. de aqua per fistulas ducenda. De Octonarij numeri dignitate Plutarch. *in Theseo in extremo.*

Octoiugis, Octo habens iuga. { ὀκτάζυγος. GALL. *Accouplez ou alliez huit ensemble, huit d'vne bande.* ITAL. *Otto da vna banda & vniti insieme.* GERM. Acht einer rott oderburß die zu einander verbunden sind. HISP. *Ochos, ayuntados, iuntamente.* ANGL. *Eight in one couple or bande.* } Liu. *lib.* 5. *ab Vrbe*, Antea trina loca cum contentione summa patritios explere solitos: nunc iam octo iuges ad imperia obtinenda ire.

Octangulus, Res, vel figura dicitur, octo angulos habens, ὀκτάγωνος.

Octipes, huius octipedis, quod octo habet pedes. { ὀκτάπους. GALL. *De huit pieds.* ITAL. *Di otto piedi.* GERM. Achtfüssig. HISP. *De ocho pies.* ANGL. *Of eight feete.* } ita ab Ouidio *lib.* 1. *Fastorum*, hoc epithethon Cancro cælesti signo tribuitur. Octipedis frustrà quæruntur brachia Cancri.

Octuplus, adiect. { ὀκταπλάσιος. GALL. *Huit fois au double.* ITAL. *D'otto doppi.* GERM. Achtfeltig. HISP *Cosa de ocho doblez.* ANGL. *Eight fold.* } Cic. 5. *Verr.* Dicis enim te in Decumanum, si plura sustulerit quam debitum sit, in octuplum iudicium daturum esse.

Octuplicatus, a, um, ὀκταπλασιασθείς. Liu. 4. *ab Vrbe*, Octuplicatóque censu ærarium fecerunt.

Octussis, Numi species ad valorem octo assium. ὀκτάσσαριον νόμισμα. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 3.

Quanti emptæ? paruo, quanti ergo? octussibus.

Octominutalis. Lampridius *in Alexandro Seuero*, Cùm fuisset octominutalis libra, ad duos vnaquæque vtriusque carnis libra redigeretur.

Octodurum, ὀκτόδουρον. Vaccæorum oppidum in Hispania Tarraconensi, cuius meminit Ptolemæus *lib.* 2. *cap.* 6. Vulgò *Toro.* ¶ Est etiam Octodurum oppidum in Alpibus Cottiis, non procul à Centronibus: cuius incolæ Octodurenses, commemorantur a Plin. *lib.* 3. *cap.* 20. Vulgò *S. Mauritio.*

Octophorum, i, ὀκτώφορον. Lectica dicitur, quæ ab octo seruis gestatur, sicut Hexaphorum, quæ à sex seruis ferri consueuit. Sueton. *de Calig.* Interdum adeò segniter & delicatè incessit, vt octophoro veheretur. Martial. *lib.* 6. Octophoro sanus portatur Auite Philippus, id est, octo seruis in lectica.

Octussis, octo asses.

Oculifera, siue Oculiferia. vide Senecam *Epist.* 33.

Oculus, i, dictus est ab occulendo, quod ciliorum teguminibus occulatur. Latent enim oculi sub ciliis, & genis. } עין *haiin.* ὀφθαλμὸς · ὄμμα. GAL. *Oeil.* ITAL. *Occhio.* GERM. In aug. HISP. *Ojo.* ANGL. *The eye.* } Huius oculos in oculis habeas tuis. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Sinapi, oculi vt etillent facit. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Non te ante hunc diem vidi oculis meis. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Vbi sunt quibus oculi estis, quibus vitæ *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Seruum oportet domitos habere oculos, & manus. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Nisi oculos & orationem commutas tibi. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Ob oculos obiicere. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Quid dicam illud quod fugitare te oculos meos video. bis. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Herile Imperium ediscat, vt quod

quod frons velit, oculi sciant. Idem *Aul. sc.*1. *a.*4. Fugin' hinc ab oculis, *Ibid. sc.*3. *a.*4. In oculos inuadi optimum. Idem *Asin. sc.*2. *a.*5. Per oculos iurare. Idem *Menæch. sc.*9. *a.*5. Ad eorum ne quem illa oculos adiiciat suos. Idem *Asin. sc.*1. *a.*4. Pallam reposcis: tibi habe, aufer, vtere vel tu, vel tua vxor, vel etiam in oculos compigite. Idem *Menæch. sc.*3. *a.*2. Oculi ludibundi. Gell. *cap.*5. *lib.*3. Iracundia obstitit oculis. Plaut. *Asin. sc.*3. *a.*2. Lumbi sedendo, oculíque spectando dolent. Idem *Menæch. sc.*3. *a.*5. Benè vale ocule mi. Idem *Curc. sc.*3. *a.*1. Neque corde sapere, neque oculis vti. Idem *Mil. sc.*3. *a.* 2. Oculis mihi signum dedit, ne se aspicerem. Idem *sc.*1. *a.* 2. Viden' tu illi oculos virere, aliàs vrier. Et oculi vt scintillant. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.*5. Apollo imperat, vt ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus. Perij, Minatur mihi oculos exurere. *Ibid.* Eripe oculũ, ab humero, isti, qui te tenet. *ibid. sc.*1. *a.*5. Solentne tibi vnquam oculi duri fieri? an me locustã esse censes. *Ibid.* Sub oculis domini suam probare operam. Cæsar *lib.*1. *de bell. ciu.* Sub oculis Cæsaris accepta clades. Velleius. Oculos hominum conuertere fulgore purpuræ. Sueton. *in Calig. cap.*35. Oculos intendere in cœlum. Gell. *cap.* 4. *lib.*6 Oculos circumferre, vide *Circumferam.* Ab oculis valere. Idem *cap.*20. *lib.*3. Oculis fascinationes fieri, etiam ab iis quibus pupilla est duplex. Idem *cap.*4. *lib.*9. Exhausti oculi fletibus. Senec. *c.*2. *de consol. ad Polyb. & cap.*5. Conturbat & exhaurit oculos. Item defessos exhaustos oculos Senec. *cap.*1. *de consol ad Mart.* Item oculos fluentes continere. *Ibidem*, Oculos exsiccare. *Ibid. cap.* 39. In oculos hoc quotidie incidit. Idem *cap.* 9. Item, Oculis inhærentia ingenia. (i. Oratores & poëtæ viui.) Velleius. Oculis admota virtus reuiiescit. Senec. *cap.*15. *de tranquill.* Ne oculis quidem contingere mulierem. Gell. *c.*8. Oculis requirere aliquem. Idem *cap.* 1. *lib.* 19. Sub oculos venire. Quintil. Et, Oculos Implerere (lacrymis sup.) Senec *cap.*13. *de consol. ad Mart.* Sub oculis tuis formauit studia sua. Idem *cap.*24. *de consol. ad Martiam* Et sub oculis patris posita. *Ibid. cap.*25. Ex oculis pectoréque somnum & socordiam amouere Plaut. *Pseud. sc* 2. *a.* 1. Teneo ego huic oculum face vt oculi locus in capite appareat. Idem *Menæch. sc.* 7. *a.* 5. In oculum vtrumuis conquiescito. P. Oculum vtrum, an in aurem? Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1.

Ille ferox & adhuc oculis hostilibus ardens,

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.*4. *Trist.* Circunspectatrix cum oculis emissitiis, Plaut. *Asin. sc* 1. *a.*1. Truculentis oculis *Ibid. sc.*3. *a.*2. Tu cum noctuinis oculis. Idem *Curc. sc.*3. *a.*1. Lactant. *lib. de Opif.* Vt igitur oculi munitiores ab iniuria, ciliorum teguminibus occuluit. vnde oculos dictos Varroni placet. Sunt autem oculi pars corporis pretiosissima, in quibus (vt Albertus Magnus inquit) maxima indicia amoris & odij existunt. Sunt enim veri cordis nuntij, in quibus animus inhabitat. Terent. *in Adelph.*
—dij me pater Omnes oderint in magis te quàm oculos nũc amo meos
Cicer. 2 *de nat. deor.* Nam & oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere. Plaut. *in Trinum.* quem ego quis sit homo nescio, Neque oculis ante hunc diem vnquam vidi: Virg. 8. *Æneid.*

———*atque oculos per singula voluit.*

¶ Accipimus etiam Oculos pro notis, seu maculis rotundis, quales videmus in pardorum pellibus, & caudis pauonum Plin. *lib.*8. *c.*17 Pantheris in candido breues macularum oculi. ¶ Per translationem posuit Cic. *in Lælio*, Nec verò ille in luce modò, atque in oculis magnus, sed intus, domíque præstantior. Magnus in oculis & luce: id est, coram hominibus. ¶ Dicuntur etiam oculi in arborum surculis, vnde germinant. Cato *de re rustic. c.*6. Ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio serunto. ¶ Habet præterea hoc nomen varios eósque elegantes in oratione vsus Dicimus enim Adiicere oculos rei alicui, pro eo quod est, rei alicuius cupiditate teneri. Cic. 4. *Verr.* Partim planè videbant adiectum esse oculum hæreditati. ¶ Capere rationem oculis apud Plautum, est rem aliquam visu æstimare. Plaut. *in Pseud. sc.*2. *a.*2. Vt ego oculis rationem capio. ¶ Habere alicuius oculos in suis, est videre quid ille velit, aut imperet. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.*3. vide *suprà.* ¶ In oculis aliquid habere, est ad illud valde, sempérque intentum esse, vt interpretatur Budæus, semper aliquid obseruare. ¶ Oculi mei in vultu illius habitare dicuntur, à quo contuendo non mouentur. ¶ Oculum exculpere, idem quod eruere (Excludere.) Idem Excludito herclè oculum si dedero. Plaut *Pseud. sc.*5. *a.*1. Oculos tibi effodiam, ne me obseruare possis. Idem *Aulul. sc.* 1. *a.*1. Alicui oculos effodere, prouerb. Seneca *Epist.* 89. ¶ Oculi alicui dolere dicuntur, quoties aliquid videt quod videre molestum est. ¶ Intendere oculos, est fixis oculis aliquid intueri, & oculos immobiles tenere. ¶ Oculos aliquorum tenere, est in contemplationem sui adducere. ¶ Oculos tollere, per translationem, est refici, recreari, & delectari vt lætiore nuntio de re aliqua, quæ cupidè expectatur. Cicer. *ad Tironem.* Litteræ meæ, siue nostræ, tui desiderio oblanguerunt: hac tamen epistola quam Acastus attulit, oculos paululum sustulerunt. ¶ Aboculus Plaut. suo more formauit superlatiuum Oculissimus, pro charissimus, Salue, valuistin' ostium oculissimum? Et *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Salue homo oculissime. ¶ Oculis captus, Cæcus dicitur: ἀλαὸς, πηπηρωμένος τὰς ὄψεις. Cic. 6. *Verr.* Tametsi in oculis quidem captus in hanc fraudem tam sceleratam decidisti.

Ŏcĕllŭs, diminut. {ὀμμάτιον. GAL. *Oeillet petit œil.* ITAL. *Occhietto.* GERM. Ein Äuglin. HISP. *Pequeño ojo, ojuelo.* ANG. *A lytle eye.*} Catullus *de Acme,*

Et dulcis pueri ebrios ocellos.

¶ Ocellus meus. apud Plaut. *in Asin.* blandientis vox est, Da (inquit) meus ocellus, mea rosa. Idem *Mostell. sc.*3. *& 4. a.*1. Ocellus es meus meum mel. Gell *c.*7. *lib.*15 Mi Cai, meus ocellus iucundissimus.

‖Ocellulus, aliud diminut. Diomedes Grammat. *lib.*1.‖

Oculissimus, charissimus, ab oculo, quatenus est res chara. Ita oculus significatione fit ceu adiectiuum, quum est *charus.*

Ŏcĕllātus a, um, quod ocellos habet, id est, cauernulas quasdam. {πολυόμματος. GALL. *Qui a plusieurs petits yeux.* ITAL *Chi a molti piccioli occhi.* GERM. Äuglechtig. HISP. *Lleno de muchos ojuelos.* ANGL. *That hath many eyes.*}

Ocellatum, i, vel in plurali Ocellata, orum. Suet. *in Augusto c.* 83 Talis, aut ocellatis, nucibúsque ludebat. Hîc, vt putat Passeratius, Ocellata sunt putamina, siue nuclei malorum persicorum. GALL. *Noyaux de pesches*; quæ ab ocellis, h.e. minutis foraminibus, quibus cooperiuntur, Occellata dicta sunt. Casaubonus verò præstantissimus Suetonij interpres scribit Ocellata ibi esse globulos, vel lapideos, vel eburneos, vel ex alia materia quibus olim puellæ ludebant: & frustrà esse Brodæum, cùm inibi Ofsiculis legi voluit: itémque alios qui oscillatis legendum esse contendunt, pro Ocellatis.

Ŏcŭlĕŭs, a, um, Plenus oculis, oculatus. {πανόπτης, πολυόμματος. GALL. *Plein d'yeux.* ITAL. *Occhiuto pieno d'occhi* GERM. Vol augen. HISP. *Lleno de ojos.* ANGL. *Full of oyes.*} Plaut. *in Aul. sc.* 5. *a.* 3. Quos si Argus seruet, qui totus oculus fuit Quem quondam Ioui Iuno custodem addidit. Is numquam seruet. ¶ Per translationem ponitur pro perspicaci, quasi qui totus ex oculis constet. Apuleius, Perspicaciorem ipso Lyncio, vel Argo, & oculeum totum.

Ocularius, adiect. ὀφθαλμικός. Solinus *c.*37. Cuius succus proficit ad ocularium claritatem Loquitur autem de euphorbia. Ocularia ægritudo. Solinus *c.*10. *ad finem*, Aut etiam ocularias dissipant ægritudines. Cels. *lib.*6. *c.*6. Euelpides autem qui nostra ætate maximus fuit ocularius medicus, vtebatur eo quod ipse composuerat.

Ocularia, ὀφθαλμική, {Augentrost/q. oculorum solatium, herba.}

‖Ocularіarius faber in marm. aut is designatur, aut certè ita vocari potest, qui oculos vitreos, seu conspicilla parat. GERM. Brilleg macher. Hodr. Iun.‖

Ŏcŭlātŭs, a, um, qui multos habet oculos, vel qui acutè videt. {πολυόμματος, ὀμματώδεις, ὀξυδερκής. GAL. *Plein d'yeux, qui a bonne veuë.* ITAL. *Occhiuto.* GERM. Voll augen/scharpffsichtig. HISP. *Lleno de ojos.* ANGL. *That hath man eyes, quicke offiht.*} Plaut. *in Truc.* Pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decem: id est, qui præsens fuerit, viderítque. ¶ Plin. Oculatissimum locum appellat conspicuum, *lib.*34. *cap.*6. In qua legatione interfecto, Senatus statuam poni iussit quàm oculatissimo loco in Rostris. Quid si luculentissimo leui immutatione legas? ¶ Oculatam diem vocat. Plaut. *in Pseud. sc.*3. *a.*1. diem præsentem, quo scilicet statim videmus pecuniam nobis annumerari: cui opponit Cæcam diem, qua nihil numeratur præsentis pecuniæ. Eme (inquit) die cæca oleum: id vendito oculata die. Idem *Asin. sc.*3 *a.*1. Semper oculatæ sunt manus nostræ, credunt quod vident. id est, nos oculati sumus, vt pro merce, quam daturi sumus, æs recipiamus videntes.

Ŏcŭlātio, nis, In vitibus pro gemmarum luxuriantium desectione. Plin. *lib.*17. *c* 21. Simplici iugo constat porrecto ordine, quem canterium appellant: meliórque ea vino, quando sibi obumbrat assiduóque sole coquitur, & afflatum magis sentit, & celeriùs rorem admittit. Pampinationi quoque & oculationi, omníque opere facilior.

Oculeus, oculis plenus. Plaut. *Aulul. sc.* 3. *a.*6. Quos si Argus seruet, qui oculeus totus fuit, Quem quondam Ioui Iuno custodem addidit, Is nunquam seruet.

Ŏcŭlĭtŭs, aduerb. instar oculi. Sicut Medullitus, animitus, in modum oculi. {ὀφθαλμηδὸν, ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν. GAL. *De profond des yeux comme ses propres yeux.* ITAL. *Come i suoi occhi.* GERM. Als ire eigne augen. HISP. *Como los ojos.* ANGL. *Euen with his eyes.*} Qui amant ancillam meam oculitus.

Ŏcŭlō, as, Illustro, vel illumino. quasi ex cæco oculatum facio. {הגיה highghiah הופיע hopiah. ὀμματόω. GAL. *Illustrer, illuminer.* ITAL. *Illustrare, illuminare.* GERM. Ein aug geben/erleuchten. HISP. *Alumbrar, esclarecer.* ANGL. *To mak light.*} Tertull. *in Apologet.* sed quia iam expolitos, & ipsa vrbanitate deceptos, in agnitionem veritatis ocularet. Sed hoc vix crediderim apud veteres inueniri. Neque enim oculatus participium est à verbo Oculo, sed potius nomen, sicut Manicatus & Tunicatus.

Ŏcyălŭs, ὠκύαλος. Vnus ex Phæacibus, tempore Alcinoi regis, vt ostendit Hom. *lib.*8. *Odyss.*

Ŏchymum, {ὤκιμον. GALL. *La dragée aux cheuaux ou bœufs* ITAL. *Herbe diuerse per boi.* GERM. Gesäyt auss vilerley kreuter vnd gemüss dem vich zu dem futer oder zur weid. HISP. *Herren pasto para los buyes.* ANGL. *A mixture of sundrie cornes for beastes.*} Farrago est diuersarum herbarum, vel leguminum ad boum pabulum sata, qua ciebant aluum bobus: id erat huiusmodi, Fabæ modios decem, viciæ duos, tantundem & eruiliæ, in iugero autumno miscebant, ac serebant, admista etiam auena Græca, cui non cadit semen. Deductum nomen ab ὠκύς, quod significat Velocem, vel propter celeritatem nascendi, vel quod bobus aluum cieat: quapropter etiam iis datur, vt purgentur. Autor est Varr. *lib.*1. *de re rust. c.*31. Vide de hoc plura in Annotat Hermol Barbari in Dioscorid. *lib.*2. *c.*158.

‖Ocyminus, a, um, ὠκύμινος ad ocymum pertinens.

Ocymustrum, ὠκυμοειδὴς, herba tãquam ocymo similis. folia fert ocymi ‖

Ŏcyŏr, {ὠκύων, ὠκύτερος. GALL. *Plus soudain, plus leger, plus viste.* ITAL. *Più veloce* GERM. Schneller. HISP. *Mas ligero.* ANGL. *More suddaine or swift.*} & Ocissimus, ὤκιστος, ὠκύτατος, Græca quibus tanquam Latinis vtimur, pro Celerior, celerrimus: fiunt à positiuo Græco ὠκύς, quo Latini carent. Plin. *lib.* 2. *cap.*8. Mercurij sydus inferiori circulo fertur, nouem diebus ocyore ambitu, modò ante Solis exortum, modò post occasum splendens. Idem *lib.*16. *cap.*31. Quidam breuitate radicum senescere, celeriùs arbores putant quod coarguunt fici. quartum radices longissimæ & senectus ocyssima est. Scribitur & *ocior*, *ocissimus*, quia voces Latinæ fiunt. Græci autem habent ὠκύτερος, & ὠκίων, ὠκύτατος & ὤκιστος. Priscian *lib.*11. Ocior quasi ab oco, quod in vsu non est, licèt à Græco sit ὠκύς. Gifan. Indice Lucretiano: Ocior & ocius qui per y scribunt, falluntur, vt opinor. nam veteribus omnibus libris repugnat ea scriptura. & Priscianus liquidò indicat per i scribendum. Cùm enim dixisset, multa esse nomina iuncta, aut ab aliis deducta, quo non tamen ignoretur origo, exempli loco addit *Ocior.* Ocior (inquit) quasi ab Oco, quod in vsu non est, licèt à Græco sit ὠκύς. nec satis idonea est eorum ratio, quod scil. à Græco deducatur. hac enim ratione permissa, tota orthographia apud Romanos misceretur ac turbaretur. Sumpserunt enim illi plurima à Græcis, quæ ita tamen vel errore primò, vel prudenter ac paulatim conformarunt, vt parens ignoretur penè. Eadem ratione anculandi verbum, elogium, &c. lege, vt ita dicam, Iunia de ciuitate Romana eiiciunt, sed errant. Seruius *in* 4. *Æneid.* ad illud

illud *ocyus ire equites* annotat. Ocyus positiuus antiquus est, id est, celeriter. nec enim potest esse comparatiuus, vbi nulla est comparatio: aut comparatiuum pro positiuo ponitur; vt senior pro senex. Est autem à Græco nomne comparatum ὠκύς. Sed reuera comparatur, *ociter, ocius, ocissimè.*

‖Ocyter, velociter. Apul. *lib.* 1. Proper ociter. Gl. ociter ταχέως.‖

Ocyus, & Ocyssimè, aduerbia. {ὠκύτερον, ταχύτερον, ὤκιστα, τάχιστα. GALL. *Plus vistement, plus legerement.* ITAL. *Molto presto.* GERM. Eylendts/gantz schnell/fluchs. HISP. *Mas ligeramēte.* ANGL. *Sooner quickelier.*} Quanquam & Ocyter dicatur pro Citò, & perquam promptè. Ter. *in Andr.* Eamus ergo ad eum ocyus. Idem *in Heauton.* — & tu, id quod cupis Quàm ocyssimè vt des. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Non se commouent ocyus pessuli. *Ibid sc.* 2. *a.* 2. Exi, exi: inquam, ocyus.

Ocypete, ὠκυπέτη, vna ex Harpyiis: sic dicta quòd alarum velocitate polleat, ὠκὺς enim celer & citus dicitur: πέτομαι, volo, as. Vide Cælium *lib.* 39. *cap.* 27.

Ocyrrhoe, ὠκυῤῥόη, Nympha fuit, Chiraunis Centauri filia ex Chariclo nympha: ita dicta à celeriter fluendo: ὠκὺς celer, & ῥέω fluo. Poëtæ in carmine abiiciunt alterum r, quòd aliter hexametrum carmen nequeat ingredi. Ouid. 2. *Metam.*

———quam quondam nympha Chariclo
Fluminis in rapidi ripis enixa vocauit Ocyrhoen.

‖Ocys, ὠκὺς εἰα. υ, velox. Hinc est *ocyter* aduerb. id vide.‖

O D

Ōdē, ᾠδὴ ab ᾄδω cano, Cantus, canticum: vnde etiam Horatius carmina sua Odas appellauit.

Odessus, ὀδησσὸς, vrbs est in Mœsia inferiori, inter Axiacem & Borysthenem amnes paululum à ponte Euxino remota. Autor Ptolem. *tabula Europæ* 8. & apud Melam *lib.* 2.

Ōdēum, {ᾠδεῖον. GALL. *Lieu deputé aux chantres ou menestriers pour chanter.* ITAL. *Lugo designato nella casa à cantare.* GERM. Ein gesanghauß / oder ein gemach im hauß in welchem man singt vnd musiciert. HISP. *Lugar para cantar.* ANGL. *A place appointed fors singers or minstrels.*} Locus est in ædibus cantui destinatus, ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, hoc est, à cantu dictus. Cicer. *ad Attic.* 4. Monumentum illud quod tu tollere laudibus solebas, vt odeum laxaremus, & vsque ad atrium Libertatis explicaremus, contempsimus sestertiûm sexcenties. Vide Cæl. *libr.* 38. *cap.* 12. Vitruu. *lib.* 5. *cap.* 9. Pericles Atheniensis inter cætera opera quæ Athenis extruxit, fecit & odeum, in quo certamina musica spectabantur: quod multis sedibus & columnis exornatum fuisse historici prodiderunt.

Ōdefacio, veteres pro olefacio dixerunt, teste Festo.

ŌDI, odisti, odit, verbum defectiuum (vt Priscianus inquit) neque præsens neque futurum, neque participium habet: sed tam præsentis, quàm præteriti temporis significationem retinet. {שנא *sané.* μισῶ, ἐχθαίρω. GALL. *Auoir en haine, hair.* ITAL. *Hauer in odio.* GERM. Hassen. HISP. *Aborrecer.* ANGL. *To hate to disdaine.*} Significat enim Odi, odio habeo & habui. ¶ Veteres dixere Odio, is, it. Vide annotata à Io. Passeratio ad Antonij epistolam ad Hircium & Cæsarem ad ea verba, Ne desere partes, quas Pompeius odiuit. Plaut *Menæch. sc.* 6. *a.* 5. Verbera ego odi, Ait se non quenquam peius odisse. Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 2. adeò vt omnes oderit. Idem *Capt. prologo.* Odi aurum multa suasit perperam, *Ibidē Capt. sc.* 1. *a.* 2. Minimè miror si te odit *Ibid. sc.* 4. *a.* 3. Vt vxorem odi malè. Idem *Menæch. sc.* 3 *a.* 1. Mendacem odi. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Cic. *de Amicit.* Alterum propter crudelitatem semper hæc ciuitas oderit. Idem, Apertè odisse magis ingenij est, quàm fronte occultare sententiam. Horat 1. *Epistol.* 19.

Oderunt hilarem tristes, tristémque iocosi:
Sedatum celeres, agilem gnauúmque remissi:
Potores bibuli media de nocte Falerni
Oderunt porrecta negantem pocula, quamuis
Nocturnos iures te formidare vapores,

Ouid. 2. *de Arte*, amor odit inertes. ¶ Hinc participium Osus: & composita Exosus & Perosus, & Osor verbale, *de quibus suis locis.*

Ōdium, Ira inueterata. {שנאה *sinéah.* μῖσος, ἔχθος. GALL. *Haine, rancune.* ITAL. *Odio.* GERM. Ein haß. HISP. *Ira enuejecida, odio, aborrescimiento.* ANG. *Hatred or disdaine.*} Interdum vtuntur pro importuna quadam assiduitate, molestia, fastidio. ὀχληρία, ἐνόχλησις. Plaut. *in Asin. sc.* 4. *a.* 2. Iam hic me abegerit suo odio. (i. tam odiosus est.) Terent. *in Eunuch.* — tum sicubi eum satietas Hominum, aut negotij siquando odium ceperat.

Estne nouis nuptis odio Venus?

Catull. *de com. Beren.*

——— Flagrant odio tua pectora nostro,

Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.* Odium, non vxor eram. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Item, Tun' me odium vocas? Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1.

——— Hanc odiis exonerate fugam,

Ouid. *Eleg* 3 *lib.* 1. *Trist.* Odio ciuiliter vsus. Idem *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.* Odio, & malo & molestiæ estis vt pulices, pedes, culices. Plaut. *Curcul. sc.* 2. *a.* 4. Odium mitigatur, deponitur, tenetur, sedatur. Cic. *ad Quir. post reditum*, Odium vel precibus mitigari potest: vel temporibus Reip. communíque vtilitate deponi vel vlciscendi difficultate teneri, vel vetustate sedari. Odium igitur in illo est qui odit Aliquando tamē meum, aut tuum odium dicitur, non quo ego, aut tu alium, sed quo alius me, aut te prosequitur. Terent. Nam neque negligentia, neque odio id fecit tuo. In quo negligentia etiam ponitur in eo qui negligitur, quum proprium sit in eo qui negligit.

Ōsus, a, um. {שנוא *sanû* שנין *sanin.* μισῶν. GALL. *Qui a hay ou hait.* ITAL. *Che ha odio.* GERM. Dem da hasser. HISP. *El que tiene odio.* ANGL. *That hat eth or disdaineth.*} Atque eius composita, Exosus & Perosus participia sunt, siue participiorum significatione vsurpantur potiùs. Habent autem actiuam significationem, exigúntque accusatiuum. Festus, Osus sum præteritum esse putat à verbo Odio: quod tamen in vsu non est: nos potiùs à defectiuo Odi deductum putamus Plautus *in Amphitr.* Inimicos semper osa sum obtueri. id est, odi. Gell. *c.* 8. *lib.* 4. Osus eum erat.

Ōsurus. Cicer. *in Lælio*, negabat vllam vocem inimiciorem amicitiæ potuisse reperiri, quàm eius qui dixisset, ita amari oportere, vt aliquando esset osurus.

Ōsor. {שנא *soné.* ὁ μισῶν, ὁ ἐχθρός. GALL. *Qui hait, qui porte haine.* ITAL. *Chi porta odio.* GERM. Ein hasser. HISP. *El aborrecedor.* ANGL. *He that hateth.*} Plaut. *in Asin. sc.* 2. *a.* 5 Madidum, nihili incontinentem atque sorem vxoris suæ: id est, qui odit vxorem suam.

Ōdibilis, e, adiectiuum, {μισητός.} Lamprid. *in Heliog.* Vita, moribus, improbitate ita odibilis est factus, vt eius nomen Senatus eroserit.

Ōdiōsus, a, um, qui odio habetur. {שנוא *sanu* שנין *sanin.* μισητός. GALL. *Odieux, fascheux.* ITAL. *Odioso.* GERM. Hässig/verhasset. HISP. *Cosa aborrecida ò enojosa.* ANG. *That is hated or disdained*} Cic. *de amicit.* Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium. Idem 1. *Offic.* Palæstrici motus sæpe sunt odiosiores, & histrionum nonnulli gestus ineptiis non vacant. Idem *de senect.* Senectus sic plerisque senibus odiosa est, vt onus se Ætna grauius dicant sustinere. ¶ Aliquando capitur pro molesto. λυπηρός, ἐπαχθής. Terent. *in Phorm.* Si porrò esse odiosi pergitis. Haud falsa sum nos (mulieres) odiosas haberi. Plaut. *Aulul. sc.* 3. *a.* 1. Mihi odiosus es quisquis es. Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. *&* *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Odiosus tandem vix ab ægrotis venit Medicus. Idem *Menæch. sc.* 3. *a.* 5. æquum si facias odiosus ne sies. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Sciendum quòd in osus elata quædam copiam, aut affectionem: quemadmodum apud Græcos terminata in ώδης, significare, vt Animosum, Neruosum, Saxosum, Aquosum: quod copiam saxorum, neruorum, ingenij & animi habet. Vinosus, Libidinosus, Mulierosus, Seditiosus, Factiosus, qui amat vinum, libidines, mulieres, seditiones, factiones. Quædam actionem, vt Studiosus, Stomachosus, Contumeliosus: qui operam dat studio, qui stomachatur, qui contumelia afficit. Quædam passionem, vt Odiosus, Inuidiosus: qui habetur odio, & qui inuidetur. Quædam actiuè & passiuè accipi possunt, vt, Formidolosus, Laboriosus, Operosus, Voluptuosus, Religiosus.

Ōdiōsè, aduerbium, Cum odio, stomacho, fastidio. {μισητῶς, δυσχερῶς. GALL. *Odieusement.* ITAL. *Odiosamente.* GERM. Halßslich/mit hass/feindtsäligklich. HISP. *Enojosamēte.* ANGL. *with hatred, spite, fully.* Plaut. *in Bacch.* Caue verò, odiosè facis. Ad Herennium *lib.* 4. Viuis inuidiosè, delinquis studiosè, loqueris odiosè. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 6. Quia nihil est odiosius affectatione.

Odinolyontes, ὀδινολύοντες, pisculi sunt exigui, magnitudinem magnæ limacis non excedentes. quos Græci alio nomine Echeneidas, Latini etiam Remoras vocant ἀπὸ τοῦ λύειν τὰς ὠδῖνας: id est, à soluendo dolore partus Quippe sale asseruatum & alligatum, grauidis partum soluere prodiderunt. Plin. *lib.* 32. *cap.* 1.

Odites, ὀδίτης. Vnus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius, à Mopso interfectus in nuptiis Pirithoi. Ouid 12. *Metam.*

Occubuit frustraque loqui tentauit Odites.

Odius, ὄδιος, Halizonum dux fuit, quem Agamemnon in bello Troiano interfecit. Homer. *lib. Iliad.* 5.

Odo, nis, calceamenti genus. Cuius meminit Vlpian. *l.* 25. *§* 17. *D. de aur. & argent.* Alia, inquit, causa odonum est: quia vsum calceamentorum præstant. Significare videtur soleas laneas, aut lineas, quarum alteras caloris, alteras mundiciei causa induimus. Vdones tamen apud Martial. legimus. Vide *infrà Vdo* Ex Hotomano.

Odœporicon, vide *Hodœporicon.*

‖Odonaria, odonia, vdones. L. g. b.‖

Odontagra, æ, ὀδοντάγρα, instrumentum est chirurgicum dentibus euellendis accommodatum.

‖ Odontitis. lutea herba palustris. H. P.‖

Odontotrimma, ὀδοντότριμμα. A Græcis dicitur dentifricium, hoc est, medicamentum quo dentes fricantur: vt albescant. ἀπὸ τοῦ τρίβειν τοὺς ὀδόντας.

‖ Odontoxestes, instrumentum chirurgicum exesis dentibus eradendis idoneum. Poll.‖

ŌDŌR, is, Nihil aliud est quàm infectus aër, interprete Plin. *lib.* 9. *cap.* 7. {ריח *réach* ὀσμή. GALL. *Odeur, senteur.* ITAL *Odore.* GERM. Ein geschmack oder geruch. HISP. *Olor.* ANGL. *A sauour, smell, or sent.*} Dictus odor quasi olor, litteræ vnius commutatione: dicitur & Odos pro odor, sicut Honos, Lepos. Plaut. *in Capt.* Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum. Idem *in Menæch. sc.* 2. *a.* 1. Ecquid de odore possis, si quid fortè olfeceris, Facere coniecturam. Naso odos obsecutus est meo. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Is odos demissis pedibus in cœlum volat. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Eum in odorem (patinarum) cœnat. *Ibid.* Quarum odore præterire nemo pristinum potest. (i. tetro.) Et, Quorum (piscium) odos abigit. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Vbi vino conspersi fores: De odore scit me adesse. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Sternite lectos, incendite odores. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 2. Omniū vnguentûm præ tuo nautea. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Naso odos obsecutus est meo. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Dianæ arabico fumificem odore. Idem *Milt. sc.* 5. *a.* 2. Vnguenta, odores, corollæ, (in conuiuio) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Virg. 3. *Æneid.*

——— contactúque omnia fœdant
Inmundo: tum vox tetrum dira inter odorem.

Ouid. 2. *Metam.*

Vt tamen ingratus in pectora fudit odores.

¶ Per translationem quandoque ponitur, pro indicio, teste Budæo, vt Odor Dictaturæ. Cic. *ad Attic. lib.* 4. Res fluit ad interregnum, & est nonnullis odor dictaturæ. Gell. *cap.* 14. *lib.* 12. Odor suauitatis in versibus. ¶ Odores & aromata pro eodem accepit Colum. *lib.* 12. *cap.* 20. Quòd si non ita vt præcipimus, permiscueris, subsident aromata & aduruntur. Et *paulò pòst*, Ad prædictum autem modum musti adiici debet odores, nardi folium, iris Illyrica, &c.

Ōdōrus, a, um, quod ex se odorem mittit. {εὔοσμος, ὀσφραντικός. GAL. *Qui flaire bon, qui rend bonne odeur.* ITAL. *Che ha bono odore.* GERM. Geschmackt/schmackreich/wolgeschmackt. HISP. *Cosa de buē olor.* ANG. *That hath and letteth out a sauour.*} Stat. 6. *Theb.*

——— & odore vulnere pinus
Scinditur.

Ouid. 9 *Metam.*

Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum
Sacrarunt: diuésque meo bona Copia cornu est.

¶ Aliquando

¶ Aliquando actiuè pro sagaci & eo qui odoratur. Virg.4.*Æneid*,

——— & odora canum vis.

Ŏdōro,as,Odoratum facio.{ εὐώδη ποιῶ, ἀρωματίζω. GALL. *Donner bonne odeur à quelque chose, la faire sentir bon.* ITAL. *Profumare.* GERM. Ein guten geschmack oder geruch machen. HISP. *Hazer buen olor,perfumare.* ANGL. *To mak to smell and sauour well.*} Colum.*lib.*9.*cap.*4 Qui coloret odorétque mella:hoc est, odorata reddat. ¶ Odoro pro odore repleo. Ouid.15.*Metam.*

Thura super ripas,aris ex ordine factis,
Parte ab vtraque sonant & odorant aëra fumis,

Ŏdōrŏr,aris,deponens, Odorem percipio. הריח *heriach.* ὀσφραίνομαι. GAL. *Sentir & flairer,odorer.* ITAL. *Odorare,sentire odore.* GERM. Schmecken/eines geschmacks innen werden. HISP. *Sacar el rastro por olor.* ANGL. *To fede the sauour of a thing.* } Col. *lib.*6.*c.*2. Deinde nares perfricato, vt homines discant odorari.i.olfacere. Plaut. *Men.* Agedum odorare hanc quam ego habeo pallam.quid olet? ¶ Per translationem est odore quodam suspicionis aliquid sentire:vt apud Cicer.*ad Attic.*Cupio antequam Romam veniam odorari diligentius quidnam futurum sit. ¶ Odorari sagaciùs, est diligenter inuestigare & indagare. Idem *ad Attic. lib.*6. Tu sagaciùs odorabere. Odorari & degustare aliquem, est callidè & clàm explorare quid quisque habeat animi. Idem *ad Attic. lib.*4. Tu velim vt Fabium si quem habes aditum odorere, & istum conuiuam tuum degustes. Plaut. *Milit.sc.*2.*a.*2. Ibo odorans quasi canis venaticus Agedum odorare istam pallam. Quid olet? supra olfacere. *Ibid sc.*2. *a.*1. ¶ Pro eodem etiam legimus Odorare in actiua voce. Cicer *post reditum*, Hi voluptates omnes vestigant & odorant. Ibo odorans quasi canis venaticus Idem *Milit.sc* 2.*a.*2.

Ŏdōrātĭo, nis, Odoris perceptio. { ריח *riach.* ὄσφρησις. GALL. *Flairement.* ITAL. *Odoramento,esso odorare.* GERM. Das schmecken/ die krafft zu schmecken. HISP. *Aquella obra de hazer buen olor.* ANGL. *A sauouring or feeling the smell of a ting.* } Cic.4.*Tuscul.* Et qualis est hæc aurium,tales sunt oculorum, & actionum,& odrationum, & saporum voluptates.

Ŏdōrātŏr,is. { מריח *meriach.* ὀσφραντικός. GAL. *Qui flaire.* ITAL *Che odora bene.* GERM. Ein erschmecker/der ein ding gechwind wol erschmeckt. HISP. *El que saca el rastro por olor.* ANGL. *That smelleth or senteth the sauour of any thing.* } Qui odoratus sensu plurimum valet, vti sunt ex canum genere qui & Odorisequi, & sagaces dicuntur.

Ŏdōrāmĕntum,ti,Pastillus vel aliud quiduis quod odoris gratia tenemus. {נכאת *nechóth.* ὀσφρητικά, ἄρωμα. GALL. *Odeur, senteur.* ITAL. *Odoramento,odore.* GERM. Etwas das wor schmeckt/ein wolriechend täfelein. HISP. *Buen olor.* ANGL. *Any sweet thing that sauoureth well.* } Plin *lib.*21.*c.*27. Omnium odoramentorum atque adeò herbarum differentia est in colore & odore & succo. Col.*lib.*11.*c.*2. Tum etiam salem atque odoramenta quibus condire vnum consueuerunt.

Odoramen, idem Macrob. *lib.*1.*Saturn.in præf.* Confusura videlicet omnium succos odoraminum in spiramentum vnum.

Ŏdōrārĭus,ij substantiuum, qui odores conficit venditque. {רקח *rokeach.* ἀρωματοπώλης. GAL. *Parfumeur.* ITAL. *Profummiere.* GERM. Der wolriechend ding macht vnd verkaufft. HISP. *Perfumero.* ANGL. *That maketh and selleth perfumes.*

Odorarius,a,um,quod ad odores pertinet.vt Odoraria myrrha.Plin.*lib.*12. *c.*27.Pretium eius, quam odoratiam vocant ad XIV.

Ŏdōrātŭs,a,um, Odore repletus, odore perfusus,& qui aliunde odorem accepit. {εὐώδης. GALL. *Plein d'odeurs, qui sent & flaire bon.* ITAL. *Odorato.* GERM. Wolgeschmackt/vol gutes geschmacks. HISP. *Cosa de buen olor.* ANGL. *That swelleth swetlie, replenished with sweet sauour.* } vt Templum odoratum.Plin *epist.lib.*2. Ante cryptoporticum xystus violis odoratus. Horat.3.*Carm.Ode* 20.

Fertur & leni recreare vento
Sparsum odoratis humerum capillis.

Idem 1.*Serm. Satyr.*7.

———prodis ex iudice Dama
Turpis,odoratum caput obscurante lacerna.

¶ Interdum sumitur pro odorifero, id est, quod ex se odorem habet. Plin. *lib.* 21. *c.* 4. *de rosa*, Quibusdam annis minus odorata prouenit. Præterea locis omnibus siccis quàm humidis odoratior. Virg. *lib.*3.*Georg.*

Disce & odoratam stabulis accendere cedrum

Seruius Odoratum pro odoriferam.

Plenaque odorati disponit pocula Bacchi,

Ouid.3.*Fast.*

Festaque odoratis innectunt tempora sertis,

idem *Eleg.*4 *lib.*5. *Trist.*

Odoratus, huius odoratus pro olfactu. { ריח *réach.* ὄσφρησις, ὄσφρανσις. } Cic.2.*de nat.deor* Eorum iucundus non gustatus solùm, sed odoratus etiam & spectatus.

Odoratus, item pro Odore. Plin. *lib.* 25. *c.* 13. Folia coriandri tenuiora, graui odoratu.

Ŏdōrĭfĕr, a,um, adiectiuum, Odorem reddens. { ἀρωματοφόρος, εὔοσμος. GAL. *Odoriferant, qui rend bonne odeur.* ITAL *Odorifero.* GERM. Das wol schmeckt/oder wolschmeckend ding bringt. HISP. *Cosa que da buenos olores.* ANG. *That brintgeth a sauour,or smell* } Plin.*lib.* 1.*c.*17 Eundẽ & ad serpentes fugādas vrunt,in odoriferis syluis frequentissimas. Gens odorifera, Ouid.4.*Metam.* Arabia odorifera, in qua nascuntur odores Plin.*lib.*5.*c.*11.

Odrysæ, ὀδρύσαι, populi sunt Thraciæ. Plin.*lib.*4.*c.* 11. Horum olim amplissimum fuit regnum,ab Abderis Thraciæ vrbe vsque ad Pontum Euxinum,& Istrum fluuium extensum Vide Thucydidem *lib.*2.

Odrysius, adiect. Idem quod Thracius Stat. 1. *Achil.* Carmen Odrysium, id est, Orphei qui Thrax erat. Valer.5.*Argon.*

Odyssea, Odysseæ, Ὀδύσσεια. Homeri opus de Vlyssis erroribus, 24. libris absolutum. Cic *de clar. Orat.* Nam & Odyssea Latina est sic tanquam aliquod opus Dædali, & Liuianæ fabulæ,&c,

O E

OEa, οἴα, Africæ ciuitas est, vna ex tribus quæ Tripolim illam Africanam fecerunt, Solinus, Achæi Tripolim lingua sua signant de trium vrbium numero, Oeæ, Taphræ, Leptis magnæ, &c.

OEagrus, οἴαγρος, nomen est patris Orphei. Est præterea hoc nomine Thraciæ quidam fluuius, à quo Hebrus initium sumit, qui ob id Oeagrius cognominatur. Virg.4.*Georg.*

Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulsum
Gurgite cum medio portans OEagrius Hebrus,&c.

OEanthe, οἰάνθη, καὶ οἰάνθεια Steph. oppidum est Locrorum: apud Plin. *lib.*4. *cap.*3.

OEbares, οἰβάρης, Darij stabularius,cuius industria ipse Darius Persarum regnum adeptus est. Nam cùm placuisset septem Persarum Satrapis, vt postridie singulos equos certum in locum adducerent, cuiúsque equus primus hinnitum edidisset, is Persarum rex declararetur: OEbares re intellecta, domini equum eodem in loco quò conuenturi erant equæ, admisit. Quò quum postridie reduceretur, coitus desiderio rursus hinnitum edidit. Vide Herod. *lib.*3.& Iustin.*lib.* 1.

OEbalia, οἰβαλία, vulgò *Taranto*, Regio in Peloponneso, quæ & Laconia dicitur ab OEbalo Arguli filio. qui rex Laconum fuit. Stat *lib.* 1. *Achill.*

Soluerat OEbalio classem de littore pastor.
Dardanus.

Quod autem Virg *lib.*4.*Georg.*dixit

Namque sub OEbaliæ memini me turribus altis,&c.

ideò posuit,vt ostenderet Tarētum à Laconibus fuisse conditum, quorum pars est OEbalia. OEbaliæ matres Sabinæ. Ouid. 3. *Fast.*

OEbalidæ, οἰβαλίδαι. Dicti sunt Castor & Pollux ab OEbalia Laconiæ regione, in qua nati feruntur. Ouid. 5. *Fast.*

Effugere OEbalidæ cursu potuere sequentes.

Helena quoque illorum soror eandem ob causam OEnobalis dicta est.

OEbalus, οἴβαλος Rex Laconum, Arguli filius, à quo Regio OEbalia.

¶ Alius fuit Telonis Caprearum regis,& Seberidis nymphæ filius, qui bonam Campaniæ partem in ditionem suam subegit. Vide Seruium in Virgilium 7. *Æneid*

Qui (flos) prius OEbalio fuerat de vulnere natus,

Ouid. 13. *Metam.*

OEchălĭă, οἰχαλία, vrbs Laconiæ, ab OEchaleo fluuio eam præterfluente ita dicta, sed postea ab Hercule euersa. Vnde & ea pars Laconiæ, quæ vrbi huic propinqua est, OEchalia appellatur. Virg.8 *Æneid.*

Vt bello egregias idem disiecerit vrbes,
Troiámque ac OEchaliámque

In hac Eurytus regnauit, qui Herculi filiam Iolam ante promissam negauit, quòd filius eum dehortatus, Herculem & vxorem & filios esse interempturum affirmauerat. Quare illum & filios interemit, atque OEchaliam eius vrbem euertit, teste Virg.8. *Æneid.* Ouid *lib* 9. *Met.*

Victor ab OEchalia Cenæo ritè parauit
Sacra Ioui.

¶ Aliæ etiam fuerunt Oechaliæ, vt in Thessalia, & Euboea.

Oecŏnŏmvs, { בן משק *ben mèschek.* οἰκονόμος. GALL. *Maistre d'hostel, despensier.* ITAL. *Dispensiere, maestro di casa* GERM. Ein haußhalter/Schäffner. HISP. *Mayordomo.* ANGL. *A steward, he that keepth the store of an household.* } Tam pecuniæ, quàm frugum, & omnium quæ dominus possidet dispensator & rei familiaris administrator est. ¶ Οἰκονόμος μέγας œconomus magnus, ordinis ecclesiastici munus. administrabat omnia prædia ecclesiastica & illorum reditus. Erat primus cleri post Patriarcham. Vide Gloss. Græcobarb. Meurs.

Œcŏnŏmĭă, æ, Administratio. dispensatio. { οἰκονομία. GALL. *Gouuernement & conduite d'vne maison.* ITAL. *Gouerno di vna famiglia.* GERM. Ein haußhaltung/haußverwaltung/Schaffnerey. HISP. *La mayordomia.* ANGL. *The steward ship or gouuernance of an house.* } ¶ Transfertur tamen ad alia. Nam apud Quintil. *lib.* 1. pro dispositione accipitur, oratoribus & poëtis maximè necessaria, quæ quid quo loco sit dicendum, ostendit. Sic enim *eodem lib. cap.*8. inquit, OEconomia quoque in his diligentior, quàm in plerisque nouorum erit. Idem *lib.*3. *c.* 2. Hermagoras iudicium, partitionem, ordinem, quæque elocutionis sunt, subiecit œconomiæ: sic Græcè appellata ex cura rerum domesticarum, & hîc per abusionem posita, nomine Latino caret.

‖ Oeconomicus, a, um, ad œconomiam pertinens. ‖

Oecŏnŏmĭcă, orum, quæ ad rem domesticam ac familiarem pertinent. τὰ οἰκονομικά. OEconomica, pars politicæ, & eius laus. Plutarch. *in compar. Catonis & Aristid.* ¶ Vnde & OEconomicus Xenophontis pulcherrimus liber est, qui non gubernationem villæ, sed dispensationem vniuersæ domus describit: qui liber est à Cicerone Latinus factus. Componitur enim ex οἶκος, quæ est domus, & νόμος lex.

Oecŭs, { ביתה *bajith.* οἶκος. Domus, siue familia: à quo OEconomus. Ea voce vtitur Plin *lib.*36.*cap.*25.

‖ OEcumĕne, quæ habitatur, οἰκεῖται. Gloss. οἰκουμένη, orbis terrarum subaud. γῆ terra. ‖

Oecŭmĕnĭcŭs, a,um, οἰκουμενικός, Latinè vniuersalis, & ad totum orbem pertinens: vnde OEcumenicum Concilium dicimus. οἰκουμένη enim idem est quod orbis terrarum, terra habitabilis.

‖ Oecus, οἶκος domus: quò homo εἴκει, i.e. recedit, aduersùs externas molestias, tanquam in portum suum. ¶ Est & apud Græcos & Latinos scriptores pars quædam domus, vt maius triclinium, κοιτών, cubiculum: nobilis pars domus, vbi virilia conuiuia celebrabantur.

OEdasticus, vir ponderum, & staterarum rationem optimè callens. ‖

Oedēmă, atis. οἴδημα. Est tumor præter naturā, rarus, & indolens, constans ex frigida partis intemperie cum affluxu pituitæ. Vide Galenum *lib.* 14 *Methodi.c.*4.

Oedipvs, OEdipodis, vel OEdipi, οἰδίπους, Laij Thebanorum regis & Iocastæ filius fuit. { Ein son Lali deß Thebanischen königs/welcher dem wunderthier Sphynx genant/sein frag auffgelößt hat/ vnd es darnach vmbracht. } quem pater quum ex Apollinis oraculo futurum intellexisset vt à filio occideretur, pastori occidendum tradidit: qui misericordia commotus, quum inuitus regiæ stirpi manus inferret, neque tamen regis imperium auderet detrectare, perforatis gladio plantis, viminéque traiecto, ex arbore suspendit, futurum ratus vt ita inedia moreretur. Cæterùm quum Phorbas Polybij Corinthiorum regis pastor illàc iter faceret, audito vagitu eò occurrens, puerum seruauit, reginæque, quæ liberis carebat, magni muneris loco obtulit: à qua,

quæ veluti puer cælitus missus, filij loco est educatus, & à pedibus ex vulnere tumentibus, OEdipus est appellatus. Grandior deinde natu factus, quum fortè Thebas venisset, Laium patrem suum ignorans occidit, Iocastámque matrem duxit vxorem. Postea verò re cognita, tantorúmque à se scelerum pœnam repetens, vtrumque sibi eruit oculum Athenásque in voluntarium concessit exilium. Declinatur autem OEdipus, podis, per tertiam declinationem: vel OEdipipus, OEdipi, per secundam: vt apud Plautum. *in Pœn.* OEdipo est coniectore opus, qui Sphingi interpres fuit. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. OEdipodas facito. ¶ Pro eodem etiam legimus OEdipodes, æ, per primam declinationem. Statius *lib.* 1. *Thebaid.* OEdipodæ confusa domus. ¶ Dauus sum, non OEdipus, prouerbio vsurpatur à Dauo, apud Terentium *in Andria*, quum vellet significare hominem sese rudem, ad intelligenda obscuriora ænigmata minimè parem esse. Tractum est prouerbium à callido, acutóque OEdipi ingenio, quod dissoluto Sphingis ænigmate in vulgi cessit prouerbium.

Œdĭpŏdīōnĭŭs, ab OEdipus deductitur. Lucan.

OEdipodionias infelix Fabula Thebas.

Oedipodionides, Patronimicum masculinum. Stat. 1. *Theb.*

Interea patriis olim vagus exul ab oris
OEdipodionides furtim deserta perrerat
Aoniæ.

‖ OEnagra, οἰνάγρα, quæ & œnothera (ὀνοθήρας) & onuris, frutex est. ‖

OENANTHARION, οἰνανθάριον, Vnguétum œnanthinū est, teste Ægineta, qui non ob id sic nominatum putat, quòd œnanthen resipiat, quum sæpe fiat sine ea, sed à vino & floribus lilij.

OEnānthē, es, οἰνάνθη, flos labruscæ, hoc est vitis syluestris, non tamen cuiuslibet, (nam duæ sunt labruscæ species) sed eius tantùm quæ solum florem, non etiam vuas profert. Colligitur quum optimè olet, siccatur in vmbra substrato linteo, aque in cados conditur. Dicta quasi οἴνου ἄνθος, hoc est, vini flos. Autor Plin. *lib.* 12 *cap.* 28. ¶ Est præterea OEnanthe herba in petris nascens, folio pastinacæ, radice magna, numerosa Autor Plin. *lib.* 21. *cap.* 24. ¶ Est & nomen auis quasi vitiflora, vt ait Gaza. Niphus à colore simili germinantibus vuis dictam coniicit.

OEnānthīnŭs, a, um, adiect. οἰνάνθινος, quod ex œnanthe factum est: vt OEnanthinum vnguentum, quod ex œnanthe, hoc est, flore labruscæ fit. Plin. *lib.* 13. *c.* 1. 14. 16.

Œnānthĭă, vrbs Sarmatiæ in Asia. Ptolem. *lib.* 5. Hodie S. Sophia, aliàs OEnantie.

‖ OEnaria, siue OEnoë, vitis domestica apud Diosc *lib.* 5. *c.* 1.

OEnas, οἰνάς, auis, quæ Gazæ vinago, cuius venatores οἰναδοθῆραι.

‖ OEnesteria, vinalia. Stuck. ‖

Œneus, οἰνεύς. Ætoliæ rex Parthaonis filius, qui ex Althea Thestij filia Meleagrum, Tydeum, & Deianiram genuit, quam Hercules duxit vxorem: licèt alij matrem Tydei Eurigœam appellent. Stat. *lib.* 1. *Theb.*

Vos quæ progenies quanquam Calydonius OEneus, &c.

Fabulantur Poëtæ regem hunc de primitiis, omnibus numinibus sacrificasse, excepta Diana, quæ irata aprum immisit, qui cuncta vastabat, donec à Meleagro occideretur. Hæc Seruius.

OEnēŭs, a, um, quo vsus est Ouid. 8. *Metam.* & OEneius per quatuor syllabas, quo vtitur Stat. 5. *Theb.*

‖ OEnipons, *Inspruck* vrbs egregia, ad OEni ripam sita, sedes Principis & Parlamenti ditionum Austriacarum. ‖

Œnŏāndă, οἰνόανδα, oppidum Gabaliæ, quæ Lyciæ regiuncula est, tria habens oppida, Balburam, Bubonem, & OEnandam. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 25.

Œnŏchēmă, οἰνόχημα. Mons in finibus Africæ.

Œnŏchŏnŭs vide. *Onochomus.*

Œnŏmăŭs, οἰνόμαος, Hippodamiæ pater, Elidis rex, & Pisæ, & ex Marte & Harpina Asopi, seu, vt alij tradunt, Eurythoe Danai filia progenitus qui quum ex oraculo se à genero interfectum iri didicisset, & illa tamen à multis procis ob formæ præstantiam ambiretur, curule certamen procis proposuit, ea lege vt filia victori in matrimonium cederet, victus mortem subiret. Tredecim igitur victis & occisis, Pelops Tantali filius amore eius captus, Myrtilum eius aurigam pretio corrupit, vt axes infirmos & fragiles currus subiungeret. Quo facto OEnomaus vnà cū curru corruit, membrísque omnibus ea ruina collisis, mortuus est. Pelops itaque & coniuge & regno potitus, vniuersam Cherronesum de nomine suo Peloponnesum appellauit. Strab. *lib.* 8. ¶ Alter fuit Peloponnesus in bello Troiano ab Hectore interfectus, teste Homero.

Œnŏmĕlĭ, itos, οἰνόμελι, potio ex melle & vino austero, quam Latini mulsum appellant. Rationem conficiendi, vide apud Diosc *lib.* 5.

Œnŏē, es, οἰνόη, oppidum Græciæ, Atticam à Bœotia disterminans: cuius meminit Thucyd *lib.* 3.

Œnōnē, οἰνώνη, nomen Nymphæ Phrygiæ quæ Paridem adamauit. Ouid. *in Epist.*

Quum Paris OEnone poterit spirare relicta,
Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.

OENŎPHŎRVM, { אשישה *aschischáh.* } Vas vinarium ad ferenda vina aptum: ab οἶνος, vinum, & φέρω, porto. Mart. *lib.* 8. Reddidit œnophori pondera parua sui. Apuleius *Metam. lib.* 8. OEnophoro, quo immistum vino gerebat venenum. Iuuenal. *Satyr.* 6.

——tandem illa venit rubicundula totum
OEnophorum sitiens.

Œnŏphŏrŭs, i, οἰνοφόρος, minister qui vinum in mensa ministrat.

OEnopia, οἰνοπία, insula, Ouidio & Pindaro, quæ aliter OEnone. Pausan. in Atticis.

——nomen ab OEnone nympha.

OEnopia, radicis nomen, quia hospitis Ægyptij medicamentum extitit, de quo poëta scribit,

Miscuit actutum dulci medicamina vino,
Vnde hilaris letúsque mali & fuit immemor omnis.

Œnŏpĭdēs, οἰνοπίδης, Nomen Mathematici ex Chio insula, Anaxagora aliquantò minor.

Œnŏpōla, æ, οἰνοπώλης, venditor vini.

Œnopōlĭum, ij, { οἰνοπώλιον. ANGL. *A wine tauerne.* } Taberna vinaria. Plaut. *in Asin.* Quum à pistore panem petimus, vinum ex œnopolio. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Quos semper videas bibentes esse in œnopolio.

Œnōptæ, οἰνόπται, in Græcorum sympsiis dicebantur, quorum officium erat dare operam vt ex æquo biberetur. Vide Cæl. Rodig.

‖ OEnoteras, vide OEnagra. ‖

Œnōtrĭă, οἰνωτρία, Regio Italiæ, seu ipsa Italia, cuius populi OEnotrij dicuntur, vel OEnotri: ita appellata ἀπὸ τοῦ οἴνου, quòd optima in Italia vina nascuntur: vel (vt Varro putat) ab OEnotrio, Sabinorum rege. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

OEnotrij coluere viri, nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem, &c.

Œnōtrĭdēs, οἰνωτρίδες, dictæ sunt duæ insulæ quæ sunt contra Veliam: Fontia scilicet, & Iscia. Pli.

Œnūssæ, οἰνοῦσσαι. Tres insulæ sunt ante Messenem Peloponnesi vrbem: quarum meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 12. ¶ Est etiam OEnussa exigua insula, Chio adiacens: de qua idem Plin. *lib.* 5. *c.* 31.

OEnutta, οἰνοῦττα, placenta ex vino & melle confecta.

Œsŏphăgŭs, οἰσοφάγος, est, fistula ab ore ad ventriculum vsque protensa & veluti via quædam cibo, potuíque transmittendo destinata. Latinè gulam vocamus. Græcè etiam στόμαχον: quanquam stomachum nonnunquam impropriè pro ventriculo positum inuenimus.

Œstrum, i οἶστρος. GALL. *Vn tahon qui tourmente les bestes l'esté.* ITAL. *Tafano.* GERM. Ein rauſſende bräms. HISP. *La moscarda.* ANGL. *An horse flie that sucketh the blode of beastes.* } Insecti genus est horrisono strepitu, quod Latini Asilum vocant, vulgus Tabanum. Virg. 3. *Georg.*

Est lucos Silari circa ilicibúsque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asilo
Romanum est, OEstrum Graij vertêre vocantes:
Asper acerba sonans, quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta.

Col. *lib.* 9. *c.* 14. scribit nasci in extremis partibus fauorum, amplioris magnitudinis, quàm sunt apes cæteræ, eósque nonnulli putant esse reges. Verùm Græcorum autores οἴστρους appellant, quod exagitent, nec patiantur examina conquiescere. Plin. *lib.* 11. *c.* 6. Nascuntur interdum in extremis fauis apes grandiores, quæ cæteras fugant: OEstus vocatur hoc malum. Eo Iuno in pellicem Io immisso, eam in furorem egit. Ita & poëtæ diuino furore correpti, œstro perciti dicuntur. ¶ OEstrus apum, per metaphoram ab effectu Plin. *lib.* 11. *c.* 16.

OEsime, οἰσύμη, oppidum est in Thracia, siue in ea Macedoniæ parte, quæ Thraciæ proxima est, non procul à Philippis, & Neapoli. Meminit huius oppidi Plin *lib.* 4. *c.* 11.

Œsypum, οἴσυπος, οἰσύπη. Dicitur pinguedo, & sordes hærentes in ouium velleribus nondum purgatis Ouid. 3. *de Arte amandi,*

OEsypa quid redolent, quamuis mittantur Athenis,
Demptus ab immunda vellere succus ouis?

Dictum est autem OEsypum ab oue, quam Græci οἶν vocant quasi οἶος ῥύπος, i. ouium sordes, Vide Plin. *lib.* 29. *c* 2.

Oetă, οἴτη, mons inter Thessaliam & Macedoniam clarus morte & sepulchro Herculis, & copia hellebori, quod optimum in eo nasci traditur. In hoc monte (vt Seruius inquit) stellæ videntur occidere, sicut de monte Ida nasci. A Parnasso vsque Pindum pars in Thermopylas vergens, propriè OEta vocatur.

Œtæus, a, um, οἰταῖος, vnde Hercules OEtæus, nomen Tragœdiæ, apud Senecam.

OEtoscyros, οἰτόσκυρος, lingua Scythica Apollo dicebatur.

Oetŭs, οἶτος, Gygas ingens fuit, filius Aloi, & frater Ephialtis, qui in Creta bellum gessit, vt Salustius refert, Vnde OEtij campi dicti sunt.

O F

Ŏffa, per duplex ff, constabat ex carne ferè porcina Lucanica, quam facere ex mediocri intestino Romanæ mulieres à Lucanis didicêre. { פת *path* ככר *chichchár* אשפר *eschpar.* μᾶζα. GAL. *Vne piece de chair, de pain, de paste, ou autre viande espoisse ou de quelque grosseur, comme vne souppe de pain.* ITAL. *Lucanica, salsiccia, & offella.* GERM. Ein gehöch von fleisch/ein stuck fleisch. HISP. *La pulpa ò la carne sin huesso, soppa.* ANGL. *A soppe, a morsell.* } Est item offa quodlibet carnis frustum. Vnde offam porcinam cum cauda, Offam penitam dicebant: vnde est illud Iuuen. *Satyr.* 2.

——Et patruo similes effundere offas.

¶ Offa etiam cibarium ex frustis panis, in iure pingui, caseo vetere, pipere, & cinnamomo conditis, quæ Iussulata & Caseata dicitur. ¶ Offa & pultem significat, & quicquid est in pultis modum redactum. Virg. 6. *Æneid.*

Melle soporatam & medicatam frugibus offam.

Potest etiam fieri offa ex aliis rebus. Varr. *lib.* 3. *de re rust. c* 53. Cibatui offas positas, hæ maximè glomerantur ex ficis & farre misto. ¶ Ponitur quandoque offa pro massa Plin. *lib.* 9. *cap.* 48. In nostro mari offa in formis colore tantùm lepori similis. ¶ Offæ, & Massæ vocabulis promiscuè vtitur Col. *lib.* 12 *c.* 38. Post hæc complures ex ea massulæ fiunt & ita per latera seriæ in mustum demittuntur, ne altera offa super alteram perueniat. Gell. *cap.* 16. *lib.* 11. Inter os & offam, prouerbium est, Plaut. *Milit. sc.* 1 *a.* 1. Memoria est optima. P. Offa me monet.

Ŏffārĭŭs, ij, Coquus, qui conficit offas μαζοποιός.

Ŏffātĭm, aduerbium. Particulatim, λεπτομερῶς.

Ŏfēllă, æ, diminutiuum, teste Seruio, vnico f scribendū est, contra primitiui naturā, quòd primam syllabam corripiat. Est autem Ofella frustulū carnis μάζιον, ψωμίδιον. GALL. *Petite soupe petite carbonade.* ITAL. *Carbonata.* GERM. Ein stucklin fleisch. HISP. *Pequeña pulpa.* ANGL. *A litle soppe, a litle morsell.* } Vnde porcina ofella dicitur, particula carnis porcinæ, quam in sartagine, craticula, & prunis coquimus. Vitulina à vitulo, quam ad ignem verubus versantes, ad escam paramus. Mart. *lib.* 14.

Parua tibi curua craticula sudet ofella.

Iuuen. *Satyr.* 11.

—————at rudis omni
Tempore & exigua frustis imbutus ofella.

Ŏffŭlă, æ, aliud dimin. ab Offa, ψωμίδιον. Colum. scribens de salsura carnis suillæ

suillæ, ait, Dein offulæ carnis spissæ componuntur, & alternis sal ingeritur Suet. *in Clodio c.* 39.

ōffectōres, inquit Festus, dicuntur lanæ infectores, & propriè ij qui amissum colorem restituunt.

ŌFFENDO, is, i, sum, ex Ob & findo: à quo fit & Defendo, significat Incido casu in aliquem, casu aliquem inuenio, Incurro in aliquid, siue incido, reperio, inuenio. { כשר *chaschál*. προσπίπτω, προσκόπτω, περιτυγχάνω, καταλαμβάνω. GAL. *Offenser, offendre, rencôtrer, chopper.* ITAL. *Offendere, incontrare, urtare.* GERM. An einen stossen/anstossen. HISP. *Ofender ò encontrar.* ANGL. *To finde by chance, to strike and hit a thing vnwares, to offend, to do amisse.* } Verbum naufragorum proprium putat Passeratius, nixus illo loco Ouidij 2. *de Ponto, Eleg.* 14.

Ad veteres scopulos iterum diuertor, & illas
In quibus offendit naufraga puppis aquas.

Æquè ad corpus, & ad animum refertur. Terent. *in Eunuch.* Adueniens offendi quendam mei loci hic atque ordinis hominem haud impurum. Eos ego si offendero, ex vnoquoque eorum eiiciam crepitum polentarium. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Eo more expertem te factam offendi domi. Idem *Amphitr.* Præter me alterum faciam vt offendas domi. *Ibid.* Cubantem eam ego offendi domi. Idem *Milit. sc* 6. *a.* 2. ¶ Et quoniam qui incidunt in aliquid, se lædere sæpe solent in eo in quod incidunt, factum est vt offendere pro lædere vsurpetur. { הרע *herah.* ἀδικεῖν. } Colum. *lib.* 5. *cap.* 9. Deinde arando ne coxam bos, aliámve partem corporis offendat. Cicer. *pro Cluent.* Cecidisse ex equo dicitur & homo infirma valetudine latus offendisse vehementer. Plaut. *Curcul. sc.* 3. *a.* 1. Ne quem capite, aut cubito offendam, aut genu. ¶ Offendere ponitur pro inuenire, sed præter opinionem. { מצא *matsah.* GALL. *Trouuer.* ITAL. *Ritrouare.* GERM. Ongefärdfinden HISP. *Hallar.* } Terent. *Heaut.* Texentem telam studiosè ipsam offendimus. Cic. 2. *de Rep* Sed imitor Archytam illum Tarentinum, qui quum ad villam venisset, & omnia aliter offendisset, &c. Facite vt parata offendam omnia. (i. inueniam præter expectationem, quia nequam serui.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Pater hîc me offendet adueniens ebrium. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Hoccine modo hic rem curatam offendet suam? *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Item Cæsar *lib.* 2. *de bell. ciuil.* Me offenditis, dixit, pro ego ipse in vestram offensionem incurri. Vti (me) septimus casus fit. ¶ Offendere apud aliquem, est infeliciter agere & ignominiam referre Cicer. *pro Cluent.* Quum esset nemini dubium, illum potius iudicari necesse esse quibus apud eos iudices offendisset, quàm eum qui bis iis causam probauisset, id est, damnatus esset, siue contrariam sententiam tulisset. ¶ Offendere apud iudices, est condemnari, inquit Budæus. ¶ Interdum ponitur pro peccare, errare. Cicer. *ad Varr. lib.* 9. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? Liu. 2. *ab Vrbe*, Consulis enim alterius quum nihil aliud offenderit, nomen inuisum ciuitati fuit. ¶ Offendere absolutè posuit Cicer. *in Verr.* pro rem malè gerere, Quum (inquit) multi viri fortes in communi, incertóque periculo belli, & terra & mari offenderint.

ōffensūs, particip. Læsus, vel in aliquam rem impactus. { נכשל *nichschál.* βλαβείς, προσκεκομμένος. GAL. *Offensé. blessé.* ITAL. *Offeso.* GERM. Verletzt/angestossen. HISP. *Ofendido.* ANGL. *Hurt, offended, strikend on a thing vnwares.* } Ouid. 2. *Fastor. Ille iacens pronus matri dedit oscula terræ. Creditus offenso est procubuisse pede.* Offensa voluntas populi. Cicer. 5. *Tuscul.*

ōffensūs, nomen ex participio, Inuisus, odiosus. Suet. *in Iul. Cæsare*, Pompeium assectatus est, offensum patribus, quòd Mithridate victo, &c. Idem Suet. *in Galba c.* 16. Per hæc propè vniuersis ordinibus offensus, vel præcipua flagrauit inuidia apud milites. Cicer. 5 *Verr.* O miserum atque inuidiosum, offensúmque paucorum culpa atque indignitate ordinem senatorium. Offensum, hoc est, inuisum, inquit Budæus.

ōffensiōr, inuenitur pro irato. Sueton. *in Claudio Cæsare*, in Tribunatu Pontificibus offensior, quòd alium quàm se in patris sui locum cooptasset.

ōffensă, æ offensio, onis, & Offensus, us, Lapsus, erratum, incommodum. { מכשול *michschól* מכשלה *maschcheláh* כשלון *chischschalón.* πρόσκομμα, παράπτωμα. GAL. *Offense, faut, choppement* ITAL. *Offensione offesa.* GERM. Anstossung/Strauchlung/Verletzung. HISP. *Ofensa, tropeçadura.* ANGL. *An offence, astrinking or hitting of a thing vnwares, a faute.* } Senec. *in Epist.* Per huiusmodi offensas emetiendum est confragosum hoc iter. Lucret. *lib.* 6. *Non igitur multis offensibus intemerando.* Offensa ferè actiuè sumitur, éstque propriè eius qui offendit. Cic. Quũ tot eius offensas pati non possem, discessi. Sueton. *in August cap.* 66. Offensis interuenientibus ¶ Offensio plerunque passiuè. Idem *de senect.* In corpore ægro odiosa est omnis offensio, id est, omnis molestia & passio. ¶ Offensa opponitur gratiæ. Quintil. *lib.* 4. *cap.* 2. Verùm hoc omittamus, ne minus gratiæ, excipiendo recta, quàm offensæ, reprehendendo praua, mereamur. ¶ Esse in offensa, est offendere. ¶ Offensioni esse, est molestiam afferre. ¶ Offensio fit: id est, molestia. ¶ Offensiones belli, sunt damna, & pericula. ¶ Offensiones ex morbis, sunt læsiones & dolores.

ōffensiūncŭlă, æ, parua offensio. { προσκομμάτιον. GALL. *Petite offense, petit ennuy.* ITAL. *Offesa picciola.* GERM. Ein kleine verletzung oder vnfug. HISP. *Ofensa pequeña.* ANG. *A litle offence or hurt.* } Cic. *pro Planc.* Vidit M. Pisonem in ista ædilitate offensiuncula accepta, summos à populo Romano esse honores adeptum.

ōffenso, as, identidem offendo, lædo, impingo. προσπταίω. Liu. *lib.* 5. *bell. Punic.* Flere omnes repentè & offensare capita. Quintil. Intersistentes offensantésque.

ōffensātio, sicut ab Occursu, Occursatio. Quintil. Offensatione dependentis hastæ.

ōffensātōr, ris, qui sæpe offendit & labitur, siue errat. { ἁμαρτωλικός. πταίων εἰωθώς, ὁ μὴ καλῶς ... ὁ ... GALL. *Qui choppe souuent & trebuche.* ITAL. *Che scappucia.* GER. Ein strauchler oder straucher/der sich offt stoßt. HISP. *El que ofende ò tropieça.* ANGL. *He that stutteth or stammereth.* } vt, Offensator equus. Quint. *lib* 10. *cap.* 2. At idem ille qui excipit, si tardior in scribendo, aut inertior in legendo, velut offensator fuerit, inhibetur cursus. Offensatorem appellat, qui in legendo identidem resistit, aut potiùs, qui perperam legit.

ōffensācŭlum, i, est id quod obiectum est, vt aliquis in ipsum incidat, vel impingat. { מכשול *michschól* מכשלה *maeschcheláh* כשלון *chischschalón.* πρόσκομμα. }

ōffendīcŭlum, i, Impedimentum, obstaculum, obiecta ad impediendum ars. { מכשול *mieschól* מכשלה *maehscheláh* כשלון *chischschschalón.* πρόσκοπη, πρόσκομμα. GAL. *Chose en quoy on se heurte & arreste.* ITAL. *Ostacolo.* GERM. Ein hindernuß/ein strauchel/etwas daran man sich stoßt. HISP. *El tropieço, ò estoruo.* ANGL. *A thing where vpon one striketh him self vnwares.* } Plin. *epist.* 188. Sunt enim in hac offendicula nonnulla: circunfer oculos, & occurrent.

ōffendīmentum, i, Ligaturæ nodus, quo apex retinebatur quum peruenisset ad mentum. Festus.

ōffendix, idem quod offendimentum. Festus.

ŌFFERCIO, is, Impleo. מלא *malé.* ἐμπλήθω. GAL. *Remplir, farcir.* ITAL. *Empiere.* GERM Füllen/oder voll schoppen. HISP. *Hinchir recalcando.* ANGL. *To fill or stuff.* }

ōffertŭs, hoc est, plenus: & ōffertissimus, id est, plenissimus. { מלא *malé.* κορεσθείς, ἔμπλεως. GAL. *Remplie & farci.* ITAL. *Empiuto.* GERM. Gefült/voll geschoppt. HISP. *Hincado, lleno.* ANG. *Filled and stoffed full.* } Plaut. *in Asinar.* Maximas optumitates, gaudióque offertissimas pariter. ¶ Aliquando est pinguissimus. Plaut. *in Capt.* Sine sacris hæreditatem sum adeptus offertissimam.

ŌFFERO, offers, Exhibeo vltrò do. { הקריב *hikrib* העלה *heheláh.* προσφέρω. GALL. *Offrir, presenter.* ITAL. *Offerire, dedicare.* GERM. Antragen/dargeben. HISP. *Ofrecer.* ANGL. *To present, to offer.* } Ter. *in Heaut.* Opportunè te mihi offers. Offerre vitium virgini dicimus, pro eo quod est violare, siue vim inferre. Senec. *cap.* 12. *de tranquill.* Offerunt se alienis negotiis. Quis moram occupato obtulit? Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Opportunè hic se offert. Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 4. Tantum molestiæ hic dies obtulit mihi. *Ibid. sc.* 6. *a.* 4. Vides me caput tuum pro me offerre. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Cui boni tantum offero. (i. nuncio.) *Ibid. sc* 1. *a.* 4. Non desinam toties tibi offerre censuram. (i. proponere.) Senec. 12. *de consol. ad Polyb.*

Nulla tibi aduersis regio sese offeret armis,

Tib. *lib.* 4. ¶ Interdum ponitur pro immittere, ἐπάγειν. Cicer. *pro domo sua*, Domus ardebat in palatio, non fortuitò, sed lato incendio. Interdum obiicere, vt apud eundem *in Lal.* Addendum eodem est, vt ne in criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. ¶ Interdum polliceri. ἐπαγγέλλω. Iustin. Quum ei auxilium obtulisset. ¶ Ponitur aliquando pro opponere. Cic. *ad Brutum*, Romam vt veni, statim me obtuli Antonij sceleri, atque dementiæ. ¶ Offerre religionem est iniicere religionis scrupulum. Idem *ad Plancum lib.* 10. Recitatis literis, oblata religio Cornuto est. ¶ ‖ Offerre cautionem Vlp. *d lib.* 45. 1. *l.* 10. Si dubitet creditor, an fideiussores soluendi sint, & vnus ab eo electus paratus sit offerre cautionem. ‖ ¶ Interdum inferre. Idem *lib.* 3. *Offic.* Reginæ stuprum obtulit. Idem *pro Roscio. Amerin.* Quod supplicium satis acre reperietur, in illum qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum si res postularet, iura diuina atque humana cogebant. ¶ Offerre se liti, est sine mandato, rei ad se non pertinentis iudicium accipere.

Offerenda, antiphona, quæ canitur, cùm oblatio debet celebrari. Vet. Voc.

Offerentia, oblatio, actus offerentis. Tertull.

ōblātŭs, a, um, datus, illatus. Cicer. *ad Attic.* Gaudeo, mihi causam oblatam, in qua omnes sentiant me ab illo alienatum. Idem *de finib.* Stuprum per vim oblatum Lucretiæ. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist. Cuius vt oblata est præsentia.* ¶ Oblatum furtum, dicitur, vt ait Imperator, quum res furtiua ab aliquo tibi oblata est, eáque apud te concepta est vtique si ea mente tibi data fuerit, vt apud te potius quàm apud eum qui dedit, conciperetur. Oblati furti meminit Gell. *cap.* 18. *lib.* 11. Oblatum substantiuè positum. Liu. 5. *decadu lib.* 4. Tum Gallorum effusorum per Illyricum ingens oblatum auaritia dimissum est. Hic ingens oblatum, pro oblata occasione dictum est.

ōblātiōnes, quæ diis offeruntur. propriè dicuntur { קרבנים *korbanim.* προσφοραί, ἀναθήματα. GALL. *Offrandes.* ITAL. *Offerte.* GERM. Opffer. HISP. *Las ofrendas.* ANGL. *Offringes.* } Veteres offerrumenta dicebant. ¶ Vlpian. *D. lib.* 24 *tit.* 1. *l.* 5. Proinde & si maritus ad oblationem Dei vxori donauit.

ōfferūmentās, per quandam translationem Plaut. dixit plagas, percussiones, &, flagella, quòd ea scapulis, & tergo offerantur, quum quis fuste cæditur. Idem *in Rud.* Ni offerumentas habebis plures in tergo tuo, Quàm vlla nauis longa clauos, tum ego ero mendacissimus.

ōfferūmenta, veteres dicebant oblationes, quæ diis offerebantur, autore Festo. ἀναθήματα.

‖ Offertorium, locus vbi reponuntur, vel vbi fiunt oblationes.

Offex, impeditor. Gl. Isid. i. e. qui officit. ‖

ŌFFICIO, is, ex Ob, contra, & facio, Obsum, impedimento sum, noceo. { הרע *heráh.* βλάπτω. GALL. *Nuire, empescher.* ITAL. *Nuocere.* GERM. Schaden/nachteilig sein. HISP. *Empecer, dañar,* ANGL. *To hinder, to stoppe.* } Cic. 3. *Offic.* Demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis. Liu. *lib.* 34. Si quod ius priuatim officiet, id destruere & demoliri. ¶ Officere, & obstare commodis alicuius, apud eundem *pro Sexto Rosc.* Herbæ officium frugibus. Virg. 1. *Georg.* ¶ Officere aliquem dixit Plaut. *in Truc.* Iam hercle ego te hîc affatim officiam. ¶ Officere interdum significat Inficere, vnde Offectores, colorum infectores dicuntur: propriéque ij (si Festo credimus) qui amissum lanæ colorem restituunt. ¶ Officere luminibus apud Iurisperitos pro Obstruere luminibus. Vide *Obstruo* ...

ŌFFICIUM, ij, dicitur quod quisque efficere debet, obseruata locorum, temporum & personarum ratione. { משפט *mischpát* כן *chan* עבודה *habodháh* פקדה *pekudháh.* τὸ καθῆκον, κατόρθωμα, τάξις, τὸ γινόμενον. GALL. *Office, deuoir.* ITAL. *Officio quello che ogn'vn deue fare.* GERM. Ein ampt. HISP. *Oficio, la obra que segun su estado cada vno deue hazer.* ANGL. *Office, duetie.* } Vnde familia bene instituta dicimus omnes in officio esse oportere, id est, agere quæ debent. Cic. ad Terent. *lib.* 14. Tantùm scribo, si erunt in officio amici, pecunia non deerit ✕ Deserere officium, seu Discedere ab officio. ¶ Hoccine boni serui officium?

Plaut. *Mostell. sc.1.a.1.*

——— Officium nostrum tibi carmine factum,

Ie me suis acquité de mon deuoir en te loüant par mes vers, Ouid. *Eleg. 4.lib.4.Trist.* Qui officium suum facere est immemor, est seruus. Plaut. *Ps.sc.7.a 4.* Metuebam ne abiisses: Fuit officium mecum vt facerem, (verba sunt fugitiui.) Idem *Men.sc.1.a.4* Item, Quin tu facis officium tuum, ac fugis. Idem *Asin.sc.2.a.2.* Date mihi viam dum facio meum officium. paulò pòst sequitur, Celere mihi obiectum est negotium. Idem *Curc.sc.3 a.2* Coqui herclè, credo, faciunt officium suum. (i furantur.) Idem *Aul.sc.6.a 4.* Quid me accusas, facio officium meum (inquit Lena.) Idem *Asin. sc.3.a.1.* Scimus nos nostrū officium (nempe serui & captiui.) Idem *Capt. sc.1.a.2.* Fecit officiū hic suum cùm verum confessus est. *Ibid. sc.2.a.2.* Ita improbo ingenio estis vt cogatis officium vestrum malo commonerier. Idem *Ps. sc. 2.a.1* ¶ Dicimus Latinè, Facio officiū meum, Fungor officio meo, & antiquè Officium fungor: item Obeo officium. Exequor officium meum, Persoluo officium alicui receptum, Præsto officium, Seruo officium, Retineo officium, Satisfacio officio, Vsurpo officium, Intermitto officium, Memini officium meum, Commoneo aliquem suum officium: vel, quod frequētius est, sui officij: quæ omnia legendis bonis autoribus passim inuenies. Officia intendere, i. plus debito officium præstare. Salust. *Iugurth.112.* Præterea commeatus spe amplior: Quia Numidæ, sicuti plerique in noua deditione officia intenderent. ¶ Officij duxit, absolutè, per putauit officium suū esse, dixit Sueton. *in Tiber.Cæs.* Et quanquam, inquit, lætus nuntio, tamen officij duxit, quantum in se esset, exorare filiæ patrem. ¶ Donatus officium ab efficiendo dictum putat, quòd sit illud, quod quenque pro conditione suæ personæ facere deceat. Nonnulli etiam à verbo Officio per antiphrasin dictum putant, quòd nemini officiat, sed prosit. Ambros. *lib.1.Offic.* Legimus, Officium dici à nobis posse, nec ratio ipsa abhorret: quandoquidem Officium ab efficiendo dictum putamus quasi efficium: sed propter decorem sermonis vna immutata litera, Officium nuncupari. Vel certè vt ea agas quæ nulli officiant, prosint omnibus. Potest etiam dici & rectè, vt ab Officio, is Officiū deriuetur: ita vt Ob, non contrà, sed circum significet, vt circa quod faciendum est, innitamur. Est itaque propriè Officium, id in quod quisque debet incumbere, vt ipsum pro loci, temporis & personæ qualitate reddat effectum. τὸ νενομισμένον λειτουργεῖν, denique cuius probabilis ratio reddi potest, cur factum sit. Puto me facere posse officium meum, vt cum illo perdiderim fidem. (i.id quod decet lenonem.) Plaut. *Pseud. sc.3.a.1.* (mox) hoc meum officium est.

Ecquid in officio thorus est socialis?

Ouid. *2.Fastor.* Priuati officij mandata habere. Cæsar. *lib.1.de bell.ciuil.* ¶ Officiorum munere remisso, *Le debuoir de leurs charges* Suet. *in Cæsare c.47.* Officia mutuo exercere. Idem *in Aug.c.53.* Et præstare officia quotidiana more clientum. Idem *in Aug.c.60.* ¶ Officium de homine: Nouum denique Officium instituta voluptatibus. (i. ministrum.) Idem *in Tiber. c.43* Item, Nouus in officio & prælatus munere sortis (de pugna sorti commissa.) Ouid. *13.Metam.*

Sentiet officium mæsta fauilla pium.

Idem *Eleg.3.lib.3.Trist.*

Officiis præfuit ille meis, (Cæsar.)

Idem *4.Fastor.* Ab officiis solennibus seducta: (Octauia lugens.) Senec. *cap.2.de consol ad Mart.* Officium solenne (auiæ in neptem.) Idem *c.16. de consol.ad Heluiam. & cap.12.de tranquill.* Item, Ad officium nuptiarum venire. (i.facere copiam sui honoris caussa.) Ipso die nuptiarum. Sueton *in Calig.cap.25.* Officium nuptiarum celebrare. Idem *in Claud. cap.26.* Et *in Neron.cap.28,* celeberrimo officio nuptiarum deductum. (sup. puerum quasi nouam nuptam ad maritum.) Sumitur officium in malam partem, vt in sequenti dictione notatum est. ¶ Et quoniam proprium hominis officium est, alteri pro viribus prodesse, & omnibus quantum in se est gratificari, & benefacere: (neque enim tam nati sumus vt nobis, quàm vt aliis aliquid vtilitatis afferamus) factum est, vt Officium accipiatur pro beneficio. Cic. *de Amic.* Odiosum sanè genus hominum, officia exprobrantium: quæ meminisse debet is in quem collata sunt: non commemorare qui contulit. Colum. *lib.2.cap.15.* Licet filicem sine iniuria vicini, etiam cum officio decidere. hoc est, vt non modò nihil damni inferamus, verumetiam bene de illo promereamur. ¶ Est etiam officium, obsequium, vel honor. Sueton. *in Cæs.* Assidentem coniurati specie officij circunsteterunt. ¶ Magistratus quoque Officium dicitur, vel quia honoris gratia institutus est: vel quia opem populo fert: vel quia ius quod cuique debetur, reddit. ¶ Quandoque pro alicuius artis ratione, ἔργον, vt, Officium Grammatici. Officium medici. Et quamuis Officium propriè ad virtutem pertineat: vt, Hominis officium est pietatem colere; dicimus tamen interdum, Lenonis est officium insidiari pudicitiæ. Accusatoris est officium crimina inferre. ¶ Est autem Officium duplex, teste Cicer. *lib. 1. Offic.* alterum perfectum, quod Græci κατόρθωμα vocant, quod & omnes numeros virtutis continet. Alterum medium pertinens ad institutionem vitæ communis. Idem *lib. 1. de finib.* Quod ratione actum sit, id officium appellamus. ¶ Summo officio præditus homo, is dicitur, qui est officiosissimus, vel integræ vitæ, vel qui omnino id quod decet, strenuè facit. Idem *3. Verr.* Hi rem ad virum primarium summo officio, ac virtute præditum, &c. ¶ Officium pro officiali magistratúsque ministro sæpissimè apud Iurisconsultos. Sueton. in Vespasiano, Quidam ex officio admissionis simul expellens abire Morboniam, (vel, vt MSS.Cod. Morbouiam) pro quo Xyphilinus in Dionis Epitome, εἰς κόρακας, habet) iusserat.

ŏffĭcĭōsŭs, a, um, qui libenter, vel probè officium, seu beneficium alicui exhibet, siue qui obsequitur libenter & gratificatur cui debet. { נדיב *nadhib.* θεραπευτικὸς, εἰς θεραπείας ἕτοιμος. GALL. *Qui fait volontiers plaisir & seruice, seruiable, diligent à faire son deuoir.* ITAL. *Officioso, gratioso, pronto à far piacere* GERM. Seines ampts geflissen/dienstbar/vnd verdienstig. HISP. *Diligente en la amistad.* ANGL. *Freindlie, that is glade to please or do his duetie, seruiceable.* } Cicer. *Octauio*, Hominem prudentem, & officiosum cognosces. Idem *pro Planc.* Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. Ouid. *Eleg. 7.lib.4. Trist.*

——— Cur tua non dextera versus
Quamlibet in paucos officiosa fuit.

Idem *5.Fast.*

——— Videnda
Stella est in cunas officiosa Iouis.

Cicer *Attic. lib.13.* Equidem si ex omnibus esset eligendum nec diligentiorem, nec officiosiorem facilè delegissem Vestorio. Idem *ad Qu. frat. lib.1.* Est ille quidem in me officiosissimus. ¶ Vsurpatur aliquando in malam partem. Nam quum olim Qu. Atterinus defenderet reum libertinum, cui obiiciebatur quòd patroni concubinus fuisset, hac defensione vsus esse fertur: Impudicitia in ingenuo crimen est, in seruo necessitas, in liberto officium. Ex eo impudici & obscœni aliquandiu Officiosi vocati sunt. ¶ Officiosus dolor, à Cic. *1.Tusc.* dicitur qui ex iusta causa suscipitur, & cuius probabilis ratio reddi potest, χρειώδης λύπη.

ŏffĭcĭōsē, aduerb. { ἐπιμελῶς, καθηκόντως. GALL *Conuenablement, en faisant son deuoir, courtoisement, seruiablement.* ITAL. *Cortesemēte, per gentilezza.* GERM. Dienstbarlich / fleissiglich/pflichts oder ampts halben. HISP. *Diligentemente assi, cortesmente.* ANGL. *Freindlie, duetifullie.* } Cicer. *ad Attic.lib.13.* Quæ inimico animo ferant, quum vtrique officiosè pareat. Idem *de Amic.* quorum plerique aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant: eòque magis, si aliquid habere se putant quod officiosè, amicè, & cum labore aliquo suo factum queant dicere.

ŏffĭcĭālis, e, quod ad officium pertinet, vel quod de officio tractat. τὸ περὶ καθήκοντος. GALL. *De seruice.* ITAL. *Officiale.* GERM. Von diensten/zum dienst gehörig. HISP. *Cosa perteneciente al oficio.* ANG. *Belonging to duetie or office.* } Lact. *lib.6.* Quid M. Tullius in suis Officialibus, nónne hoc idem persuadet non esse omnino largiendum? ¶ Officialis etiam minister magistratus vocatur Apul. Sed iussit potestas officialem suum magna seueritudine coërceri.

ŏffĭcīnā. Locus in quo artifices opera faciunt, ab efficiendo dicta. { ἐργαστήριον. GALL. *Ouuroir, officine, boutique.* ITAL. *Bottega.* GERM. Ein werckstatt. HISP. *La tienda donde algo se haze.* ANGL. *A shope, à ware house or wok house.* } Cic. *3.Philipp* Armorum officinas in vrbe videtis. Officina dicendi. Idem *de clar. Orat.* Extitit igitur iam senibus illis, quos paulò antè diximus, Isocrates cuius domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. Idem *2.de Orator.* Clarissima Rhetoris officina. Liu. *lib. 9. d.4.* Officina corruptelarum omnium. ¶ Hinc *Officinator* à Vitruuio *lib.6.* pro fabro ponitur. Quum, inquit, subtiliter officinatoris probabitur exactio. Taberna verò vbi aliquid venditur, quod alibi factum sit: licèt quandoque Officina pro taberna ponatur. ¶ Officina, item ipsa (vt ita dicam) factio, operatio, vel fabricatio. Plin. *lib.11.c.2.* In magnis siquidem corporibus, aut certè maioribus, facilis officina sequaci materia fuit. In his tam paruis, &c. De insectis. ¶ Officinam, gallinarium vocat. Col. *lib.8.c.3.* Totius autem officinæ. (i. ornithonis,) tres continuæ extruuntur cellæ. Et *paulò pòst* Hæc erit officinæ cohortalis dispositio.

‖ Officiperda, qui officium perdit, id est, beneficium malè collocat. Gl. Isid. Officiperdi, qui laboris non habent remunerationem. ‖

ŏffīgo, is, xum, Figo. { תקע *takah.* διελαύνω. GAL. *Ficher & attacher contre.* ITAL. *Ficcare.* GERM. Anhefften. HISP. *Hincar,* ANGL. *To fixe or fasten vpon.* } Plaut. *in Most. sc. 1. a. 1.* Sed ea lege, vt offigantur bis pedes, brachia Aliàs affigantur, item, obfringantur.

ŏffirmo, as, Firmum propositum in animo habeo, & quasi obstinatè in re aliqua persisto. { חזק *chizzák.* διαβεβαιόομαι GAL. *S'obstiner, s'opiniastrer.* ITAL. *Fermare, ostinarsi.* GERM. Steiff sich etwar in erseßen/darwider stellen/sich sperren. HISP. *Confirmarse en mala significacion, porfiar* ANGL. *To be obstinat and wil full.* } Ter. *in Heaut.* Age quæso, ne tam offirmes te, Chreme. Vide *in Obfirmo.*

ŏfflecto, Circum, vel contrà flecto, περικλάω, ἐπικάμπτω. Plaut. *in Asin.* At ego hinc offlectam nauem.

ŏffŏco, as. Aquam in fauces ad sorbendum excipio. { ἀναγαργαρίζω. GALL. *Gargariser.* ITAL. *Gargarizare.* GERM. Gurglen oder ersteckten. HISP. *Hazer gargarismo.* ANGL. *To gargill & washe the mouth or throte* } Quidam non offoco, sed offuco dicunt. Festus.

‖ Offreno, ex opposito freno. Apul. ‖

ŏffringo, is, ex Ob & frango, terræ proprium est, teste Festo, quando iterum transuerso sulco aratur. { שבק *schibbér* רצץ *ritsftáts.* ἐπικλάω. ITAL. *Desrompre desbriser, rompre ce qui auoit esté rompu.* ITAL. *Rompere le zolle della terra.* GERM. Vbergwerch mit dem pflug vber ein geerten acker faren vnd die schollen zerbrächen. HISP. *Arar al traues lo arado.* ANGL *To break in small peeces which was broken before.* } Varr. *lib.1. de re rust.c.32.* Quum prosciderís, offringi oportet i. iterare, vt frangantur glebæ. *Ibid.c.19.* Rursum terram quum primùm arant, proscindere appellant: quum iterum, offringere dicunt: quòd prima aratione glebæ grandes solent excitari: quum iteratur offringere vocant: Tertiò quum arant iacto semine, lirare dicuntur. vt obstringantur (in cruce) bis pedes, bis brachia. (aliàs offigantur, item, affigantur.) Plaut. *Mostell. sc. 1. a. 2.*

‖ Offuco. Fest. Offucare, aquam in fauces ad sorbendum dare. Ergo est quasi offocare. ‖

ŏffūcĭă, æ, Fucus quo mulieres faciei candorem inducunt, aut ruborem. { פוך *puch.* παρὰ δόλος. GALL. *Fard, tromperie.* ITAL. *Beletto.* GERM. Ein weiber beschiss oder farb mit welcher sie ihnen ein erdichte farb machen. HISP. *Engaño.* ANGL. *Paynting that women vse, deceit.* } Plaut. *in Most. sc.3 a.1.* Neque cerussam, neque melinum, neque aliam vllam offuciam. ¶ Per metaphoram autem accipitur pro fallacia, vel techna. Idem *Capt. sc. 5.a 3.* Suis os mihi subleuere offuciis. Gell. *lib. 14.c.1.* Sed id præstigiarum atque offuciarum genus, &c. Rariùs inuenimus hoc nomen in singulari numero.

Offula, æ, vide Offa.

‖ Offulcio, è regione fulcio. Apul. *lib.1. met.* Quod vulnus, qua maximè patebat, spongia offulciens, Panthia. Et *lib.4.* Multis laciniis offulto vulnere. ‖

ŏffundo, dis, Circumfundo, obiicio, aspergo. { שפך *schaphá* περιχέω, καταχέω. GALL. *Espandre quelque liqueur contre ou par dessus.* ITAL. *Gettar d'intorno.* GERM. Angiessen/vmbgiessen/anschütten HISP. *Derramar al redor.* ANGL. *To powre or sprinkle vpon any thing.* } Plaut. *is Trinum*

Trinummo, Adimit animam mihi ægritudo. Stasine tene me. s i. Visne aquam tibi petam? e. Quum iam animam agebat, tum esse offusam oportuit. Idem *Asin. sc. 3. a. 1.* Auceps quando concinnauit aream, offundite cibum. ¶ Per metaphoram etiam dicimus Offundere rei alicui caliginem, noctem, tenebras: pro eo quod est obscurare, vel obtenebrare. Cic. *pro Rosc.* Erant interea qui suis vulneribus mederentur: qui tanquam si offusa Reipub. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omniáque miscebant. Idem 5. *Tusc.* Hic error & hæc doctorum animis offusa caligo est. Ita ferè Liu. *lib. 34.*

Offŭsco, as, Obscuro, denigro, & quasi fuscum reddo. { החשיך *hechesbich.* ἀμαυρόω, ἐπισκοτίζω. Gall. *Offusquer.* Ital. *Offuscare* Germ. Schwartz vnd dunckel machen. Hisp. *Embaçar ò descolorar.* Angl. *To mak dunne or dark.* } Iustinus *histor. lib. 12. de victoria gloria*, Sæuitiæ macula offuscaretur.

O G

Ogdŏas, adis, ὀγδοάς, Latinè numerus octonarius.

Ogdolapis, fluuius nauigabilis ex Alpibus fluens, & iuxta Segesticam vrbem in Saum irrumpens. Vide *Strab. lib. 4.*

Ogdous, ὄγδοος, Ægypti rex Achoreus cognominatus, qui Memphim condidit à nomine filiæ. Autor est Diodorus Siculus.

Oggānnĭo, is, Occino, inculco, eadem ad fastidium vsque repeto. {αὐληκὑζομαι, αὐλίζω. Gall. *Glappir aux aureilles de quelqu'vn, luy rompre les aureilles, & le fascher de paroles.* Ital. *Cianciare.* Germ. In die ohren bleuwen/ offt singen vnd sagen. Hisp. *Gañir.* Angl. *To chat, to wihsper in ones eare and tell often.* } Plaut. *in Asinar. sc. 4. a. 1.* Cui nunquam vnam rem me licet semel præcipere fieri, quin centies eadem imperem atque oggranniam. Idem *in Amph.* B. Oggannis. So. Nec gannio, nec latro. Ter. *in Phor.* Habet hæc ei, quod dum viuat vsque ad aurem oggranniat. In aurem oggannire. Apul *lib. 2.*

Oggĕro, is, αὐξφέρω. Intendo, seu iniicio. Plaut. *Truc.* Vnus eorum aliquis oculum amicæ oggerit, dum illi agant. Idem *Pseud. sc. 2. a. 3.* Boues conuiuas faciunt, herbásque oggerunt.

Oggrassāri, Incedo. { הלך *halach.* ἰσχαζομαι. Gal. *Cheminer, aller.* Ital. *Caminare, andare.* Germ. Dahär treten. Hisp. *Andar con pompa, caminar.* Angl. *To walk, to go.* } Plaut. *in Capt.* Nisi cum pedicis didicistis oggrassari gradu.

Ogyges, ὤγυγης. Thebanorum rex qui Thebas Bœtias ædificauit, circiter mille & quingentos annos ante Vrbem conditam. Sub hoc rege fuit diluuium magnum, teste Augustino *de ciuitate Dei*, non illud quidem maximum, quod Noë temporibus contigisse sacræ literæ testantur: sed tamen maius eo quod Deucalionis seculo bonam terræ partem inundauit.

Ogygius, a, um, vt Thebæ Ogygiæ. Autor Carminis de Ætna, quod Virgilio à quibusdam adscribitur,

Nunc iuuat Ogygiis circundata mœnia Thebis, &c.

Ogygia, ὠγυγία, insula inter Phœnicium & Syriacum mare, ab Ogyge Thebanorum rege, qui in ea regnauit, appellata: in qua Calypso nympha habitauit quæ Vlyssem tempestate eò adactum hospitio & lecto excepit, eiúsque amore capta septem annos apud se detinuit, tandémque, Ioue iubente, dimisit. Homer *in primo Odyss.*

Ogylus ὤγυλος, insula est inter Peloponnesum & Cretam. Steph.

Ogyris, ὤγυρις, insula est ante felicem Arabiam, Erythræi regis monuméto nobilitata. Autor. Plin. *lib. 6. c. 28.* Rufus ex Dionysio, Ogyris inde salo promit caput, aspera rupes Carmanidis, quà te pelagi procul inuehit vndis Regis Erythræi tellus, &c. ¶ Huius insulæ incolæ dicuntur Ogyritæ ὠγυρῖται.

O H

Ōh, ὦ, ἆ, ὢ, ὢ, *Oh.* } Qua vtimur, vbi ex interuallo notos videmus, Comicis vsitata. Terentius *in Adelphis*, Oh quî vocare? ¶ Est etiam admirantis cum contemptu quodam, Terent. *in Andr.* Oh, tibi ego vt credam furcifer? ¶ Aliquando affirmantis vehementiùs. Idem *in Eunuch.* Oh, qui egomet produxi. ¶ Aliquando dolentis & reprehendentis. Idem *in Heaut.* Oh, iniquus es, qui me tanta postules. ¶ Aliquando dolentis & deprehensi. Plaut. *in Cas*—oh perij, Manifestè teneor miser. ¶ Aliquando exultantis ob rem bene gestam Idem *in Mostell. sc. 3 a. 1.* Oh probus homo sum. Idem *in Mostell. sc. 4. a. 1.* Oh oh ocellus es meus, tuus sum alumnus, &c. ¶ Oh oh oh oh, eiulantis est more comico. Idem *in Capt. sc. 2. a. 1.* Oh oh oh oh. L. Eiulatione haud opus est, &c.

Ohe, { ὦ ἄλι .Oh. Germ. Oha/heha/holla. } Interiectio exclamantis & satietatem vsque ad fastidium designat, & iubet modum imponere. Martial. *lib 4.*

Ohe iam satis est, ohe libelli.

Plaut. *Asin sc. 3. a. 1.* Quis nostras sic frangit fores Ohe, inquam, si quid audis. Idem *in Aulul. sc. 1. a 1.* Abscede etiam nunc, etiam nunc etiam: Ohe nunc.

Oho, interiectio admirantis aliquid fieri repentè. Plaut. *in Pœnul.* Oho amabò: quid illuc nunc properas? Aliquando est agnoscentis cum gaudio particula. Idem *in Pseud.* Oho Polymachæroplacides Purus putus est ipsus. Budæus.

O I

Oicles, filius fuit Antiphatis filij Melampi, & pater Amphiarai Argiui vatis. Homer. *lib. 15. Odyss.*

Oīleus, ὀιλεύς, per tres syllabas. Locrorum rex fuit & pater Aiacis illius, quem ab eo Virg. *Oileum* cognominat *lib. 3. Æneid.*

Vnius ob noxam & furias Aiacis Olei.

Oilīdes, Patronymicum masc. Propert. *lib. 4. Eleg. 1.*

Victor Oilide rape nunc. & dilige vatem.

Intelligit autem Aiacem Oilei filium.

Oina, οἶνα Aristoteli *in lib. quem περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων* inscripsit. Tusciæ vrbs est munitissima, in cuius medio collis est editissimus triginta stadiorum, aquas & syluas in vertice habens. Hoc tamen oppidum an vnquam fuerit, viderit Aristoteles. Nemo geographorum eius meminit.

O L

‖ Olax, olidus. Gl. Isid. Planum, quod ab oleo. Vet. Vocab. habet etiam Olacitas, & Olaciter. ‖

Olbia, ὀλβία, Pamphyliæ oppidum iuxta Cataracten fluuium, teste Plin. *lib. 2. c. 27.* Fuit & Olbia Bithyniæ vrbs in extremo Ascanij sinus sita, quæ postea Nicæa appellata fuit. ¶ Est & alia in Sarmatia Europæa ad Borysthenem amnem, quæ & Borysthenis appellatur à Ptol. *tab. 8. Europæ*; cuius etiam Plinius meminit. *lib. 4 c. 11.*

Olbiapolis. ὀλβιάπολις, Oppidum est Galliæ Narbonensis apud Ptolem. *lib. 1. c. 10.* Strabo *lib. 4.* Olbiam vocat.

Olbiopolis, ὀλβιόπολις, ciuitas Sarmatiæ Europææ ad Borysthenem amnem xv. m. pass. à mari recedens. Hanc Milesij condiderunt, teste Strab. *lib 7.* Vnde & Miletropolis appellata est, Ptolæmæus, Olbiam vocat, & Borysthenidem.

Olcachites, ὀλκαχίτης κόλπος. Zeugitanæ regionis, hoc est, Africæ propriè dictæ, sinus est, cuius meminit Ptol.

Ŏlĕa, æ, & Oliua, æ, tam de fructu dicuntur quàm de arbore. { זית *zaith.* ἐλαία, & ἐλάα. Gall. *Oliuier, ou le fruict appelé oliue.* Ital. *Oliua, frutto dell oliuo, oliua.* Germ. Ein ölbaum oder die frucht darion/ die ölbeer. Hisp. *Oliua, azeytuno.* Angl. *An oliue or oliue tree.* } Virg. *lib. 2. Georg.*

Sed truncis oleæ melius propagine vites
Respondent.

Idem 8. *Eclog.*

Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.

Idem 1. *Georg.*

Adsis ô Tegææ fauens oleæque Minerua
Inuentrix.

Plin. *lib. 15. c. 82.* Oleam si lambendo capra lingua contigerit, depauerit primò germinatu, sterilescere autor est M Varro. Cic. 2 *de diuin.* Agricola quum florem oleæ videt, baccam quoque se visurum putat, Mares oleæ, Ouid. 4. *Fast.*

Vre mares oleas, tedámque herbásque Sabinas.

Cic. 3. *de nat. deor.* Quid Aristæus qui inuentor oliuæ dicitur, Apollinis filius, &c. Virg. 2. *Georg.*

Nunc te Bacche canam, nec non syluestria tecum
Virgulta, & prolem tardè crescentis oliuæ.

Idem 5. *Æneid.*

——— tres præmia primi
Accipient, flauáque caput nectentur oliua.

¶ Similiter & pro fructu Olea & Oliua dicitur, ἐλάα. Vnde Olea conditiua Varroni dicitur quæ ad conditura asseruatur. Col. *lib. 11 c. 2.* Tum & olea distringenda est, qua velis viride oleum conficere. ¶ Plaut. *Curc. sc. 1. a. 1.* Vultisne oliuas, aut pulpamentum aut capparim? Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist. c.* Vinctus oliua victor eques. ¶ Gell 7. *lib. 9.* Olearum folia conuehe certo tempore. ¶ Olearum quædam dicuntur Licinianæ, quædam Pausiæ: quædam Sergiæ, quædam Orchites, quædam Regiæ & quædam Radij: aliæ Algianæ, aliæ Nauiæ, aliæ culminceæ, aliæ Circites, aliæ myrteæ: quas solas olearum species in suam notitiam peruenisse scribit Col. *lib. 5. c. 8.*

Ŏlĕum dicimus & Oliuum pro pingui illo olei liquore. { יצהר *jitshár* שמן *schemén.* ἔλαιον. Gall. *Huile.* Ital. *Oglio.* Germ. Oel. Hisp. *Azeyt.* Angl. *Oyle, oliue.* } Oleum ab olea, oliuum ab oliua. Virg. 2. *Georg.*

——— liquidi corrumpitur vsus oliui.

Horatius 1. *Serm. Satyr. 6.*

——— vngor oliuo.

Idem 2. *Serm. Satyr. 4.*

——— Quali perfundat pisces securus oliuo.

Colum. *lib. 9.* Oleum optimum Licinia dat, plurimum Sergia. Virg. 5. *Æneid.*

Cætera populea velatur fronde iuuentus.
Nudatósque humeros oleo perfusa nitescit.

Ecquis pro vectura oliui resoluit: Plaut. *Asin. sc. 4 a. 2.* Tu oleum haud magni pendis, vino te diuinciens, idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Cuius amatores oliui dynamin habent domi maximam, *Ibid.* Habes amatores oleo onustos, *ibid.* Eme die cæca oliuum, Id vendito oculata die. *Ibid. sc. 3. a. 1.*

Nunc vbi perfusa est oleo labente iuuentus

Ouid. *Eleg. 2. lib. 3. Trist.* Oleum foris vtile intus noxium Plutarch. *in Cato. Censor.* Oleum conditiuū pro viridi apponere. Suet. *in Cæs c. 53.* Oleum præbere. (in ludis.) Idem *in Neron. cap. 12.* Oleum cur congelascit. Gell. *c. 8. lib. 17.* ¶ Oleum Syriacum, i. Elæomeli, oleum Syriæ, Celsus *lib. 4. c. 3.* Maximéque oleo vetere, si id non est, Syriaco. Plin. *lib. 15 c. 7.* Sponte nascitur in Syriæ maritimis, quod *elæomeli* vocant. Manat ex arboribus pingue crassius melle, resina tenuius sapore dulci, & hoc Medicis. vide & *lib. 23. c. 4.* ¶ Oleum Romanicū, apud Caton. cap. de oleæ pend. lege, i. populare & vulgare, commune dictum, quod è bacca caduca & matura fit. Oleum autem viride, fit è baccis nondum maturis & strictiuis. ¶ Oleum Medicum, quod in Medica arte parabatur incendiariúmque erat, vt ex Naphtha, & Maltha. Solinus, Apparet herba, qua inficitur oleum quod vocant Medicum: huius olei incendium aqua restingui non potest, sed pulueris iactu. ¶ Oleum viuum, id est, Petroleum, oleum naturale (quod è petris & saxis emanat, éstque bitumen liquidum, vel colamen bituminis, ἄφρα, de qua Io. Xiphilinus in Dionis Epitome, & Rob. Constantin. multis in Lexico, oleum Medeæ. Gratius poëta,

Vulcano condicta domus, quam subter eunti
Stagna sedent venis, oleóque madentia vino

¶ Oleum addere camino, est malo suppeditare fomentum, ac velut alimoniam, quò magis ac magis crescat. Horat. 2. *Serm. Satyr. 3.* Adde poëmata nunc, hoc est. oleum adde camino. ¶ Oleum & operam perdere. Plaut. *in Pœn.* Tum pol ego & oleum & operam perdidi, hoc est, quicquid sumpsi seu rei seu laboris, perdidi. Vide Chiliades Erasmi. ¶ Oleo tranquillior, in hominem minimè iracundum lenique ingenio præditum à natura eius liquoris, quo nihil magis lene. Plaut. *Pœn.*—ita hanc canem faciam tibi oleo tranquilliorem. Est autem vsque adeò tranquilla olei natura, inquit Plin. *lib 2. cap. 103.* mare quoque rem omnium sæuissimam tranquillet: atque ob id vrinantes aiunt oleum ore spargere, quod mitiget elementi naturam asperam, lucémque depor-

portet. ¶ Oleum pro simulachro pugnæ,& pro exercitatione,non pro vero certamine.Cic.1.*de Orat.* Nitidum quoddam genus verborum & lætum, sed palæstræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ & fori, id est,accommodatum iudiciis & concionibus.

Ŏlĕācĕŭs,a,um.quod est simile oleæ.{ ἐλάϊνος. GALL. *Semblable à l'oliuier,ou d'oliuier.* ITAL. *Simile all' oliuo.* GERM. ölechtig / dem öl gleich. HISP. *Semejante al azeytuno,ò de materia de azeytuno.* ANGL. *Lyk vnto an oliue or of an oliue tree.* } Vt Folium oleaceum , Liquor oleaceus. Plinius *lib.* 35.*cap.* 15. Gignitur & pingue liquorisque oleacei. Idem *lib.* 21. *cap.* 4. Alia funditur è caule maluaceo,folia oleacea habens.

‖ Oleago γλοιός. Gloss. Philox. Gr. γλοιὸς exponit strigmentum , destrigmentum,quia vnguentum crassum simile oleo.‖

Ŏlĕāgĭnŭs.a,um,quod ex olea arbore est.sicut Faginus à fago. { ἐλάϊνος. GALL. *D'oliuier.* ITAL *D oliuo.* GERM. ölbeumin. HISP. *Cosa de materia de azeituno.* ANGL. *Made of the oliue tree.* } Virg.1.*Georg.*

Truditur è sicco radix oleagina ligno.

¶ Dicitur etiam oleaginum,quod est coloris olei. Plin.*lib.*37. *c.*5. Post eos autem cecini,ac deinde oleagini:hoc est,coloris olei.

Ŏlĕāgĭnĕŭs,a,um,aliud adiectiuum,idem significans. Varro *lib.* 1.*de re rustica*,Demum in oleagineis seminibus arboris videndum, vt sit de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter præcisum,quas alij Clauolas,alij Taleas appellant.

Ŏlĕāris ,e, quod ad oleum pertinet.{ ἐλαϊκός. GAL. *Appartenant à huile* ITAL. *Cio che s'appartiene à oglio.* GERM. Zu dem öl gehörig. HISP. *Cosa perteneciente al azeite.* ANGL. *Belonging to oyle.* } Plin. *lib.* 34.*c.* 14. Quippe quum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ æquè differant, oleo delicatior fiet acies : id est, cotes quæ oleo asperguntur,qualibus vtuntur tonsores.

Oliuaris, oliuare,idem. Seruius , Trapetis autem & molis oliuaribus..

Ŏlĕārĭŭs , a, um , idem : vt Olearia cella,ἐλαιών.Col.*lib.*1. In sole siccata & mox refrigerata reconditur : si maior est modus , in horreo : si minor,in vasis oleariis salsamentarijsque. Plaut. *Capt.sc.*1.*a.*3. Compacto rem agunt quasi in velabro olearij.

Ŏlĕārĭŭs , ij, qui oleum facit, vel vendit.{ ἐλαιοπώλης. GAL. *Huillier, qui fait ou vend l'huil.* ITAL. *Che fa l'oglio.* GERM. Ein ölmacher. HISP. *Azeytero molinero de azeyte.* ANG. *That maketh or selleth oyle.* } Col. *lib.vlt.*Peritissimi olearij vix patientur ad vnam lucernam opus fieri.

Ŏlĕāstĕr , ri , Olea syluestris. { ἀγριελαία Diosc. GALL. *Oliuier sauuage.* ITAL. *Oliua saluatica.* GERM. Ein wilder ölbaum. HISP. *Azebucne.* ANGL. *A wylde oliue tree.* } Virg.2.*Georg.*

Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus,& strati baccis syluestribus agri.

Ŏlĕāstellŭs , i , frutex est exiguus & surculosus, ramulos habens dodrantales , & folia oleæ:vnde & nomen accepit,χαμελαία. Columella etiam Oleam Calabricam vocat *lib.*12.*c.*49.Verumtamen (inquit) præcipua in hos vsus olea Calabrica,quam quidam propter similitudinem Oleastellum vocant.

Ŏleastrense. Nigri plumbi genus. Plin. *lib.*37.*c.*17.

Ŏlĕāstrĭnum, dicitur oleum quod ex oleastro fit:quo mobiles dentes confirmantur , teste Dioscor. *lib.* 1.ἔλαιον ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας.

Ŏlĕatus,a,um,quod est factum ex oleo,vel quod oleum admistum habet. ἐξ ἐλαίου.

Ŏlĕĭtās, atis, Tempus legendarum oliuarum , hoc est, fructus oleæ.{ ὥρα ἐλαιολογίας, καιρὸς τῶν ἐλαιῶν συλλογῆς , ἐλαίας τρυγητὸς,ἐλαιουργία. GALL. *Le temps de cueillir les oliues & en faire de l'huile.* ITAL. *Tempo di raccogliere le oliue* GERM. Die zeyt zu welcher man die Oliuen oder ölbeeren abliset. HISP. *La cosecha de las oliuas.* ANGL. *The tyme of gathering oliues and making of oyle.* } Cato *de re rust c.*68. Vbi vindemia & oleitas facta erit , præla extollito. Oliuitas , atis , idem,vide infrà suo loco.

Ŏlĕōsŭs , adiectiuum,quod est plenum oleo.ἐλαιώδης. GALL. *Plein d'huile.* ITAL. *Pieno d'oglio.* GERM. ölechtig/vol öl. HISP. *Lleno de azeyte.* ANG. *Full of oyle.* } Plin.*lib.*17. *c.* 12. Semen oleosum quod & fit ex eo medetur oris vlceribus perunctis. ¶ Ponitur & pro pingui. Idem *lib.*38. Ibi quod supernatat , butyrum est oleosum natura.

Ŏlētum, locus oleis consitus. { ἐλαιόφυτον, ἐλαιών. GALL. *Vn lieu où croissent oliuiers, lieu complanté d'oliuiers,olineto.* ITAL. *Olineto,luogo doue sono molti oliui.* GERM Ein ölgarten/ ein jedes ort an dem vil ölbäum stehen. HISP. *Oliuar.* ANGL. *A place planted with oliues.* } Cato *de re rust.cap.*1.Secundo loco hortus irriguus , tertio salictum , quarto oletum , quinto pratum. ¶ Oletum item excrementum humanum , ita dictum ab odoris fœditate. { τὸ ἀποπατηθὲν ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου ἢ κόπρος. GAL. *La fiente de l'homme.* ITAL *La merda dell,huomo.* GERM. Menschendreck. HISP. *Estiercol de hombre.* ANGL. *Ordure or excrement of man, a priuie.* } Verranius *apud Fest.* Sacerdotula in sacrario Martiali fecit oletum. Persius. *Satyr.*1.

——— *Veto quisquam hîc faxit oletum.*

¶ Nonnunquam etiam accipitur pro ipso loco in quo aluum exoneramus. Tacitus *in Nerone*,Gymnasium eo anno dedicatū à Nerone,præbitúmque oletum Equiti ac Senatui.

Ŏlentĭcētum , Sterquilinium, atque oleti locus. Apuleius *in Apolog.* Lingua mendaciorum, & amaritudinum , præministra semper in fœturinis & olenticetis suis iaceat.

‖ Oliua , idem quod olea : vnde & est , inserto u , quanquam digamma Æolica.‖

Ŏlĭuētum,i,locus in quo oliuæ consitæ sunt,Oletum.Idem vt modò dictū est.{ ἐλαιών.ἐλαιόφυτον.GALL. *Vne oliuete.* ITAL. *Olineto doue sono piantati molti olineti.* GERM. Ein ort an welchem vil ölbäum gezeugt sind. HISP. *El oliuar.* ANGL. *A place where oliues is planted.* } Col. *lib.* 3. Melius autem truncis , quàm plantis, oliuetum constituitur. Cicer.*de senect.*Quid de pratorum viriditate , aut arborum ordinibus,aut vinearum , oliuetorúmve specie dicam? Horat.2. *Carm.Ode* 15.

——— *Tum violaria &*
Myrtus, & omnis copia narium
Spargent oliuetis odorem,
Fertilibus domino priori.

Maritum oliuetum. Colum.*lib.* 3.*c.*11.Si nec hæc est, rarissimum arbustum , vel oliuetum quod non fuerit maritum, vineis destinatur.

Ŏlĭuārĭŭs,a, um , quod ad oliuam pertinet.ἐλαϊκός. Col.*lib.*12.*c.*47.Quæ ne possint oleum sorbere , tanquam oliuariæ metretæ imbuuntur liquamine,tum demum & assiccantur.

Ŏlĭuīnă , æ, Cella oliuaria , aut olei maxima copia. Plaut.*in Pseud.* Cuius amatores domi oliuinam habent maximam.

Ŏlĭuĭtas, atis, siue Oleitas, Tempus legendarum oliuarum. { ἀμητὸς τῶν ἐλαιῶν. GALL. *La saison de cueillir les oliues.* ITAL. *Raccolta d'oliue ò oglio.* GERM. Die zeyt ölbeeren abzulesen. HISP. *La cosecha de azeyte ò de las azeytunas.* ANGL. *The tyme of gathering oliues.* } Col.*lib.*12.*c.*50. Media est oliuitas plerumque initium mensis Decembris : nam & ante hoc tempus oleum acerbum conficitur.¶ Interdum ipse olei prouentus. Idem *lib.* 1.*c.*1. Saserna eo libro quem de agricultura scriptum reliquit, mutatum cæli statum sic colligit,quòd quæ regiones antea propter hyemis assiduam vehementiam nullam stirpem vitis , aut oleæ depositam custodire potuerint , nunc mitigato iam , & intepescente pristino frigore,largissimis oliuitatibus,liberisque vendemiis exuberent. Huc etiam pertinet illud Varronis , Tum denique quum omnis lucerna combusta est in lucubrando , oliuitásque consumpta.

Ŏlĭuĭfĕr,adiectiuum , Oliuam ferens.{ ἐλαιοφόρος. GAL *Qui porte & produit oliuiers.* ITAL. *Che produce & porta oliui.* GERM. Das oliuen oder ölbäum tregt. HISP. *Que tiene ò cria oliuas ò azeytunas.* ANG. *That beareth and bringeth forth oliues.* } Mart.*lib.*12.

——— *Betis oliuifera crinem redimere corona.*

Ouid. 3.*Fastor.*

Primus oliuiferis Romam deductus ab aruis
Pompilius menses sensit obesse duos.

‖ Oliuitor, qui colit oliuas.Apul.‖

Ŏlĭuo,as. Oliuarum vindemiam facio , siue oliuas colligo. { ἐλαιολογῶ. GAL. *Cueiller ou vendanger les oliues.* ITAL. *Vindemiare oliue.* GERM. ölbeeren oder ölfrucht ablåsen. HISP. *Hazer cosecha de azeyte.* ANGL. *To gather oliues.* } Plin.*lib.*15 *c.*3. Quippe oliuantibus lex antiquissima fuit , Oleum ne stringito , néve verberato.

Ŏlĕnŭs.Ὤλενος,Bœotiæ vrbs, sic dicta ab Oleno Vulcani filio.¶ Fuit & alia vrbs in Ætolia , iuxta quam fuit aper Calydonius. Strabo *lib.*8.

Ŏlĕnĭŭs,Ὠλένιος,possessiuum est ab Oleno : vnde Capella Olenia vocitata est,Amaltheæ capra , Iouis altrix , propterea quòd circa Olenum Bœotiæ & nata dicatur , & nutrita.Ouid.5.*Fast.*

Nascitur Olenia signum pluuiale Capellæ.

Idem *ibidem.*

Quo petis oleniis inquam tibi missus ab aruis.
Flos dabit.

Ŏlĕo, es , eui, & olui,oletum, vel olitum, Odorem spiro,& emitto. { נתן ריח nathán réach.ὄζω.GALL. *Sentir & rendre odeur.* ITAL. *Olire,rendere odore.* GERM. Schmecken/ein geschmack geben/riechen. HISP. *O'er echando de si olor.* ANGL. *To yeeld a smell or sauour reither good or bad.* } Olere aliquid.Cic.3.*de Orat.*Vnguentum magis laudatur quod terram, quàm quod crocum olet. Horat.

Vita ferè dulces oluerunt manè Camœnæ.

Quid oleant confusa iura nescias , nisi id vnum , vt malè olere intelligas.Plaut *Mostell sc.*3.*a.* 1. Mulier rectè det, vbi nihil olet. *Ibid.* Fœtétne anima vxoris?Myrrham olet.Idem *Aul.sc.*2. *a.*5. Quid olet (palæ?) furtum,scortum , prandium.Idem *Men.sc.*2.*a.*1. Aurum huic olet. Idem *Aul.sc.*4.*a.*1.Metuo ne oleant argentum manus.Idem *Most. sc.*3. *a.*1.‖ Oleo , cresco.composita sunt in vsu,Adolesco, exoletus, inolesco, indoles. ¶ Oleo perdendi significationem habet in *aboleo* : tanquam sit à Græco ὀλέω, pro quo vsitatum est ὄλλυμι , perdo,tanquam sit ab לא, non , nihilum.‖ ¶ Olere aliqua re.Ouid.

Pérque locos sacros , & olentia sulphure fertur.

Propertius *lib.* 4. *Eleg.*

Cur nardo flamma non oluere mea?

Plaut. *Amph.* Olet homo quiddam malo suo. ¶ Aliquando absolutè. *lib.* 21. *cap.* 6. Rosa recens à longinquo olet. ¶ Est autem medium verbum : nam Bene olere , Iucundè olere , & Malè olere dicimus. ¶ Huius composita sunt, Aboleo , Adoleo , Exoleo , Inoleo, Oboleo, Peroleo,Redoleo , Suboleo,Graueoleo , vnde Graueolentia , de quibus suis locis.

Olens , tis , Plaut.*Men.sc.*2.*a.*5. Leonem vetulum olentem , edentulum. (i.graueolentem.)

Olenticetum , locus oleti , malè olens,vt fœturina.

Ŏlĕsco, fit ab Oleo. Idque inter se differunt , quòd Oleo habet significationem naturalem transitiuam, Olesco passiuam innatam.

Ŏlĕtum , pro excremento humano , vide *Oletum in* Olea.

Ŏlĭdŭs, a, um. Dicitur tam illud quod bonum , quàm quod malum odorem habet.{ ὀσμώδης. GAL. *Qui sent fort, soit bien,soit mal.* ITAL. *Che ha odore cosi buono come malo.* GERM. Schmeckend/es schmeckt wol oder vbel/wolgeschmackt / stinckig. HISP. *Hediondo de bueno ò mal olor.* ANGL. *That hath a stroeg sauour either good or bad.* } Martial. *lib.* 1.Olidæque vestes murice. Horat. *lib.*1.*Epist.*

Sed nimis arcta premunt olida conuiuia capra.

Olidus senex de hirco virili. Suet.*in Tib.c.*45.

Ŏlĕrācĭŭs,a,um,vide *Olus.*

Ŏlĕŭs, Ὠλερος , vrbs Cretæ in edito loco sita , vltra Hierapytnam. Hinc Mineruа Oleria , & Festum olerium in eius honorem. Steph.

Ŏlĕum , olei , vide *Olea.*

OLFĂCĬO,is , feci,factum, Odoror, odorem percipio. { הריח heriach. ὀσφραίνομαι. GAL. *Flairer & sentir.* ITAL. *Odorare.* GERM. Schmecken/ein geschmack fassen. HISP. *Oler recibiendo en si oler.* ANGL. *To smel, to feele the smell or sauour of a thing.* } Plin. *lib.* 11.*c.*17. Quónam modo olfaciant delphini , mirum : iidem nec olfactus vestigia habent quum olfaciant sagacissimè. Plaut. *Men.sc.*2.*a.*1. Si quid olfeceris , ecquid poteris de odore facere coniecturam? ¶ Per translationem inuenitur pro subodorari,siue præsentire.Ter. *in Adelph.* an nō sex totis mensibus prius olfecissem , quàm ille quicquam cœperit?

Ŏlfacto , as, frequentatiuum ab Olfacio.{ συνεχῶς ὀσφραίνομαι. GALL. *Flairer & sentir souuent.* ITAL. *Odorar souente.* GERM. Vil vnd offt schmecken. HISP. *Oler mucho y a menudo.* ANGL. *To sent and smell often.* } Plin. *lib.*

lib.10.cap.14. Xenocrates pulegij ramum lana inuolutum, in tertianis ante accessionem olfactandum dari tradit. Plaut. *Menech.sc.2.a.1.* Summum me oportet olfactare vestimentum muliebre. Olfacta igitur hinc. *Ibidem.*

ŏlfactus, a, ctum, participium, quod odoratus sensu percipitur.

ŏlfactŭs, us, facultas olfaciendi, quæ sedem habet in anterioribus ventriculis cranij. { ריח *réach.* ὄσφρησις. GALL. *Flairement, sentement.* ITAL. *Odorato.* GERM. Der geschmack/die krafft zuschmecken. HISP. *El sentido de recebir el dolor.* ANGL. *Smelling or facultie of smelling.* } Plin.*lib. 29.c.4.* Basilici quemetiam serpentes ipsi fugiunt, alios olfactu cantem.&c.

‖ Olfatus molliore sono, pro olfactus, Gl.A.L.g. Olfatum, olfatus, odoratus. Propterea finxerunt verbum *Olfo.* ‖

Olfactōrium, rij, Odoramentum { ὀσφρωλιχὸν, ὀσφραντὴρ. GALL. *Vn bouquet de fleurs, ou pomme de senteurs.* ITAL. *Cosa che si porta per fiutare, come vn mazzetto di fiori.* GERM. Etwas daran man schmeckt/als bisemknöpff/büschelin wolgeschmackter blumen/&c. HISP. *Poma ò buxeta de olor.* ANG. *Any thing that sauoreth vell, a nosegaye.* } Florum, vel odorum fasciculus, delectandis naribus, vel olfactus gratia comparatus. Plin.*lib. 10.c.11.* Ex istis confessa, aut certè verisimilia ponemus, sicut & lethargum olfactoriis excitari.

Oliaros, ὠλίαρος, Insula in mari Ægæo, vna Cycladum; de qua Virg. *lib 3.* Oliaron, niueámque Paron, &c.

Oliba, Ptolem. *lib.2.c.6.* Hispaniæ Tarraconensis vrbs.

Olicana, ὀλικάνα, vrbs Britanniæ, apud Ptolem. *lib.2.c.3.*

ŏlĭdŭs, adiect. Vide *Olus.*

Oligarchia, æ, ὀλιγαρχία, Status Reipublicæ paucorum constans dominatione. Vnde Oligarchici, ὀλιγαρχικοὶ, dicti sunt, qui paucorum dominatione gaudent.

‖ Oligophorum vinum, ὀλιγόφορος οἶνος, quod parum aquæ ferre potest. Ei opponitur πολύφορος. ‖

ŏlim, aduerbium temporis, non solùm præteritum tempus, sed etiam præsens, & futurum significans. { מקדם *mikkedhem* כבר *chetar.* ἐκ παλαιῦ, πάλαι. GALL. *Iadis, le temps iadis, quelque fois.* ITAL. *Altre volt, per il passato, per l'auenire.* GERM. Ein mal/ein fart HISP. *En tiempo passado ò venidero.* ANGL. *In tyme past.* } De præsenti. Virg. *10.Eclog.*

Vestra meos olim si fistula dicat amores.

De futuro Idem *1. Æneid.*

Hunc tu olim cælo spoliis Orientis onustum
Accipies.

Quint.*lib.10.c.1.* Qui olim nominabuntur. Ouid. *Eleg 1.lib.2. Trist.*

——*Nec nominis immemor huius*
Olim placandi spem mihi tolle tui.

Item,

Non vt in Ausoniam redeam mihi forsitan olim.

ibid.& Eleg.1.lib.3 Trist.& Eleg. 8. ibidem. & Eleg.4. lib.4. Trist. De præterito exempla nunquam non occurrunt. Cic. 3. *de Orat.* Sic enim olim loquebantur. Idem *Attic.lib.1.* Ante lucem inambulabam domi, vt olim candidatus. ¶ Interdum incerti est temporis: vt apud Plaut. *in Milit.sc.1.a. 1.* Curare vt splendor meo sit clypeo clarior, quàm Solis radij esse, olim cùm sudum est, solent. (i. tum cùm serenum tempus est.) ¶ Valet etiam Aliquando. Horat. *lib. 1. Serm.Sat.1.* vt pueris olim dant crustula blandi Doctores elementa velint vt discere prima. ¶ Inuenitur interdum pro Iamdudum, vel iampridem apud Plin. *Epist.161.* Olim non librum in manus, non stylum sumpsit. ¶ Aliquando etiam pro nuper. Ter. *in Andr.* Alium esse censes nunc me, atque olim quum dabam. ¶ Vsurpatur interdum pro quouis tempore. Virg. *1.Georg.*

Hic tibi prævalidas olim multóque fluentes
Sufficiet Baccho vites.

Serò venis. Igitur si olim aduenissem, magis tu istuc diceres. Plaut. *Capt.sc.1.a.4.* Idem *in Amph.sc.4. a.4.* Verum est quod olim auditum est fabularier. ¶ Olim particulam fabulæ propriam esse, ait Donatus in illud Terent. *in Eunuch.* Olim fuit isti generi quæstus apud seculum prius. ¶ Olim iam, Iam longo tempore. כבר *chetar.* ἐκ πολλῦ. GAL. *Iadis, il y a long temps.* ITAL. *Cia longo tempo.* GERM. Vorzeyten. HISP. *Y a mucho ha.* } Quint. *in Milit. Mariano*, Olim iam Imperator inter fulgentes virtutes tuas liuor locum quærit.

Olitor, vide *Olus.*

ŏlĭuă, vide *Olea.*

ŏlizon, onis, ὀλιζὼν, Thessaliæ oppidum, cuius meminit Hom. *in Catalog.*

ŏlĭuum, oliui, vide *Olea.*

OLLĂ, genus vasis, ait Nonius, pro quo antiqui dicebant Aula, quia nullam literam geminabant, inquit Festus. { סיר *sir* דוד *dudh.* χύτρα. GALL. *Vn pot de terre.* ITAL. *La pignatta, la pentola.* GERM. Ein irdiner haffen. HISP. *La olla de barro.* ANGL. *A pott of earth.* } Inde Plauti quædam comœdia Aulularia est appellata. Plaut. *Aul.sc.5 a.1.* Aulam maiorem si potes à vicinia quærere. Aulam auri reposco. *Ibid.sc.6 a.4.* Poculum grande, aula magna. Idem *Curc.sc. 3. a.2.* Idem *ibid.sc.1.a.3.* Quid id refert mea? an aula quassa cum cinere effossus siet oculus Idem *Capt.sc.1.a.1.* Frangi aulas in caput (parasiti.) *Ibid.sc.1.a.4.* Iuben astitui aulas (ad ignem) patinas elui. Idem *Capt.* Ollas, calicésque omnes confregit. Col.*lib. 8.cap.8.* Eius pulli singuli fictilibus illis conduntur. ¶ Ipsa ollera legit Catullus. Prouerbij speciem habet, in eos qui quod se facere oportet, faciunt, vt cùm libidinosus scortatur, mœchatúrque, ebriosus potat.

Olla, illa, adiect. Varro *lib.7.de L L* Olla vir arbor, quicquid est, quod me sentio dixisse, templum tectúmque ferto in dextram. Scaliger corrigit, *vetus arbor*, id est, vetus.

Ollar, ollæ operculum. Apud Varr.*lib. 3 de R.R.c.15.*

ŏllŭlă, Parua olla, aulula. χυτρίδιον. GALL. *Vn petit pot de terre.* ITAL. *Picciola pignatta di terra.* GERM. Ein irdins häfflin. HISP. *Pequena olla de barro.* ANGL. *A litle potte of earth.* } Varr. Lecta in secretam corbulam, inde in ollulas addatur.

ŏllaris, e. Vnde ollares vuæ dicuntur, quæ in ollis fictilibus optimè conduntur: χυτρεῖοι. de quibus Col.*lib.12.c.43.* Martial. *lib.7.*

——*illic & vua collocantur ollares.*

ŏllāriă, æ, Temperatura æris, Plin.*lib.34.c.6.* Nouissima est, quæ vocatur ollaria, vase nomen hoc dante, ternis, aut quaternis libris plumbi argentarij in centenas æris additis.

ŏlli, & Ollic, pro illi, & illic scripserunt veteres. Festus Virg. *1. Æneid.*

Olli subridens hominum sator, &c.

Ollus, a, um, pro ille. Gifan. Ind. Lucr. Olim ollus & olle dicebant. etiam ole. antiquissimi enim non geminabant consonantes. Est itaque ollus ab ille. Ita *olæ* illi.

Olo, is, ere, verbum antiquum. Afranius *in fratriis*, Non potest quia illa tacta longéque & multis olet. Pomponius *in Alconib.* Alea ludam, sanè meæ malè olent manus. Idem *in Med.* Non omnes possunt olere vnguenta exotica. Est enim dactylus in tertia sede. Nonius. ¶ ‖ Olo aliquando in compositione scribitur pro *holo*: vt Olochrysum, ὁλόχρυσον, inter nomina semperuiui maioris.

Olochărus, gratiosus L.g.b. ‖

ŏlŏlygŏnēs, ὀλολυγόνες. Mares ranæ, quo tempore vocem mittentes, cient, ad coitum fœminas. Et à verbo ὀλολύζω, quod significat vlulo. ¶ ὀλολυγὼν, acredula, genus auiculæ. Theocr. *in 7.Idyl.* — ἀδ' ὀλολυγὼν τηλόθεν ἐν πυκινῇσι βάτων τρύζεσκεν ἀκάνθαις.

‖ Olomucium, *Olmutz.* V.E. Morauiæ, sub A. Pragensi.

Olophyrmus, ὀλοφυρμὸς, genus lugubris cantilenæ.

Olophytum. Apud Dioscoridem inter synonyma capparis est ὀλόφυτον.

Oloptocus, omnino egens, pauperrimus. L.g.b. ‖

ŎLOR, is. Auis est notissima. quam Græci κύκνον vocant. GALL. *Vn cygne* ITAL. *Cigno.* GERM. Ein schwan. HISP. *El cisne.* ANGL. *A swanne.* } Ouid *Epist.7.*

Ad vada Meandri concinit albus olor.

Sil. *lib. 13.*

Cerua fuit raro terris spectata colore,
Quæ candore niuem, candore anteiret olores.

Sunt qui Holor scribant prima vocali aspirata, quòd putent ita dictum ἀπὸ τῦ ὅλος, κὶ ὡραῖος, quòd sit totus pulcher. Quicquid, id est, eruditorum vsus habet vt sine aspiratione scribatur.

ŏlōrīnŭs, a, um. quod est oloris. { κύκνειος. GALL. *De cygne.* ITAL. *Di cigno.* GERM. Des schwanes. HISP. *Cosa de cisne.* ANGL. *Of aswanne.* } vt color olorinus, hoc est, candidus. Plin. *lib 37.c. 10.* Gasidanem Medi mittunt coloris olorini.

‖ Olouitreum, totum vitreum. Gloss. Isid. Ex Græco & Latino ὅλον vitreum.

Oluatium mensuræ genus. Fest. ‖

ŎLVS, eris, antiquè holus, & helus. dicitur omnis herba satiua quæ in vsu cibario est, ab alendo, quòd oleribus alerentur homines antequam fruges repertæ essent { ירק *jerék* (vel) *járak.* λάχανον. GAL. *Herbe bonne à manger.* ITAL. *Ogni herba bona da magiare.* GERM. Allerley essig kraut das man in den garten zeugt. HISP. *Ortaliza.* ANGL. *All maner of garden hearbes or pott hearbes.* } Varro, ab Olla deducit, Nonius & Festus inter aspirata connumerant. Plaut. *Capt. sc.2 a. 1.* Multis oleribus (cœnabitur sup.) E. Curato ægrotos domi. Idem *in Casin.* Profectò hercle non fuit quicquam olerum. ¶ Ponitur quandoque figuratè pro tenui & quotidiano victu. Horat *2.Serm.Satyr.7.*

——*si nusquam es fortè vocatus*
Ad cœnam, laudas securum olus,

hoc est, dicis nihil esse melius quam parcè & continenter domi viuere, nihil esse melius domestico & quotidiano victu, moderatus enim ferè est, ac minus veletudini officiens. ¶ Olus atrum, voce composita, est herba, quæ Græcis ἱπποσέλινον. Appellatio est à colore: vnde Colum. *pullum olus* vocat. Folia sunt nonnihil nigra. Lobelius à semine atro dictum ait. Idem dicit, ad smyrnium accedere. ¶ Olus aureum est atriplex. Ita Græcis χρυσολάχανον, quia flore luteo, seu aureo. & folia marcescentia è luteo, vel flauo in aureum vergunt.

ŏlŭscŭlum, diminutiuum. { λαχανάριον. GALL. *Petites herbes bonnes à manger,* ITAL. *Ogni herba da mangiare.* GERM. Ein kreutlin. HISP. *La ortaliza.* ANGL. *A litle hearbe apt or good formeate.* } Horat. *2. Serm. Satyr. 6.* Vncta satis pingui ponentur oluscula lardo. Cic *ad Attic.lib.6.* Lancibus & splendidissimis canistris olusculis nos soles pascere. Iuuen. *Satyr. 11.* Curius paruo quæ legerat horto, Ipse focis breuibus ponebat oluscula: quæ nunc Squalidus in magna fastidit compede fossor.

ŏlĭtŏr, qui olera colit, hortulanus, { κηπωρός. GALL. *Iardinier, vendeur d'herbes bones à manger.* ITAL. *Hortolano.* GERM. Ein gärtner. HISP. *Hortelano de hortaliza.* ANGL. *A gardener or seller of hearbes.* } Similiter holitor, λαχανοπώλης qui olera vendit. Col. *lib. 10. c.8.* Ipse ferens olitor diductos pondere qualos. Cic. *ad Tiron.lib. 16.* Sic olitorem ipsum commouebis. Horat. *1 Epist 19.*

—— —— *ad imum,*
Traxerit aut olitoris ager mercede caballum.

Plaut. *Mil.sc.2. a 2.* Olitori nunquam supplicat mulier si qua est mala.

ŏlĭtōrĭŭs, a, um, quod ad olera pertinet. { κηπευτικός. GALL. *Appartenant à herbes.* ITAL. *Pertinente à herbe.* GERM. Das zu dem kraut gehört. HISP. *Pertenesciente à ortaliza.* ANGL. *Belonging to hearbes.* } vt, Forum olitorium vbi venduntur olera. Horti olitorij, & Ostia olitoria, hoc est, ostia hortorum. Plin *lib.19.c.8.* Est lactucæ genus adeò lati caulis, vt ostiola olitoria ex his fabricari prodiderint.

ŏlĕrācĕŭs, adiectiuum, vt Oleraceus frutex: hoc est, herba olerum modo fruticans. Nam etiam olera fruticare affirmat Theophrastus; quæ ipse δενδρολάχανα appellat, voce composita ἀπὸ τῦ δένδρυ & λαχάνυ, hoc est, ex arbore & olere. Nos Fruticantia olera vocamus. Aut etiã Oleraceum fruticem intelligere possumus, qui oleri similis est. Plin *lib.16. c.8.* Eadem præstat hypericon, quam alij Camepityn, alij Corion appellant, oleracco frutice, tenui, cubitali.

ŏlŭsātrum, vna dictio composita, herba est quam Græci Hipposelinum, ἱπποσέλινον vocant: ita dicta à colore foliorum, quòd folia habeat subnigriora: propter quod Columella, Pullum olus appellat. Atque oleris (inquit) pulli radix. Plaut. *Psead.sc.2.a.3.* Feniculum, allium, atrum olus. Vide Plin *lib.19.c.8.*

ŏlympe, es, ὀλύμπη, vrbs Illyridis, cuius incolæ dicuntur Olympei. Autor Stephan.

ŏlympĭă, æ, ὀλυμπία, vrbs Elidis fuit, quinquennali ludorum celebritate, quæ & ipsa Olympia dicebatur, toto orbe celeberrima. Steph. Olympiam eandem putat fuisse cum Pisa. Strabo autem *lib. 8.* videtur indicare

care Pisæ partem fuisse. Cic. 1. *Tusc.* Quum Olympiam venisset, in maxima illa quinquennali celebritate locorum.

ŏlympĭă, orum, τὰ ὀλύμπια, Ludi ab Hercule instituti in honorem Iouis, circa Olympiam Eleæ regionis vrbem: à quo & nomen habent. { Fächtspil/oder schawspil so Hercules bey der stat Olympia der randtschafft Elidis zu ehren Jouis angericht hatt. } Hercules enim Augea Elidis rege superato, repurgatóque eius stabulo, in campis Olympiæ vicinis iuxta Alpeum fluuium, sacrum certamen instituit, quod quinto quoque anno, vel (vt Lycophronis interpres asserit) quinquagesimo mense celebraretur: idque eo consilio, vt in illo certamine Græciæ iuuentus sese pentathlo, hoc est, quinque gymnasticis certaminibus exerceret, cæstibus scilicet, cursu, saltu, disco, & palæstra: iisque velut meditationibus vero certamini præluderet. Huic certamini quinto die finis imponebatur: & victor (qui Olympionices vocabatur) oleastro, vel (vt Aristoteli placet) olea, quæ philostephanos dicitur, coronabatur: tantumque ei honoris habebatur, vt non per portas vrbis, sed per ruinas murorum, sublimis in curru in patriam reueheretur. Horat. 1. *Epist.* 1.

Qui cum pago, & circum compita pugnax
Magna coronari contemnat Olympia.

Cic. *de clar. Orat.* Pugiles exercitati pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt. Idem 2. *de diuin.* Cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vehi. Suet. *in Neron. c.* 12. Olympiæ Cereris spectaculum.

ŏlympĭăcŭs, a, um. Vt Olympiacum certamen, Victoria Olympiaca. Autor ad Heren. *lib* 4 Quasi siquis ad Olympiacum venerit cursum, &c. Virg. 3. *Georg.*

Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ
Pascit equos.

ŏlympĭŏnīces. ὀλυμπιονίκης. qui in olympiaco certamine victor euasit. νίκη quippe victoria dicitur. { GERM. Der in dem Ritterspyl oder schawspyl Olympias den sieg erhielt. } Ælianus *de varia histor. lib.* 10. Duxit ad Olympicum certamen filium suum Pherenice fœmina, prohibentibus eam spectare qui præsidebant; licere id sibi persuasit, quæ patrem & fratres treis haberet olympionicas. Cic. *pro L. Flac.* refert quod apud Græcos esse olympionicen, iudicabatur propè esse maius gloriosius quàm Romæ triumphasse.

ŏlympĭăs, adis, ὀλυμπιάς, quinque annorum spatium. { Ein zeit bey den Griechen so fünff Jar in sich hielt. } siue (vt Lycophronis interpres tradit) quinquaginta mensium: quod Romani Lustrum appellarunt: interuallum scilicet interceptum inter duo Olympia. Græci enim tempora per olympiadas supputabant, ita numerantes. Olympiadis primæ, aut secundæ, aut centesimæ anno primo, vel secundo, vel tertio, vel quarto. Atque vt Consules, ita & in Olympiis victores iterum & tertium dicimus. Plaut. *in Menæch.* Iterum (inquit) Pythia & tertiùm Olympia. ‖ ¶ Et est Olympias ventus Eubœæ peculiaris. ‖

ŏlympĭăs, nomen mulieris proprium, quo nomine dicta Alexandri Macedonis mater, cuius frequens est mentio apud Plutarch. Curtium, & alios.

ŏlympĭēum, ὀλυμπιεῖον, locus in Delo, quem quum Athenienses Adriani sumptu condidissent, Nouas Athenas Adrianas vocauerunt Steph.

ŏlympĭŏdōrus, ὀλυμπιόδωρος, nomen proprium eius qui docuit Epaminondam cantare tibiis.

ŏlympus, i, ὄλυμπος, mons cuius vertex vsque adeò attollitur, vt summa eius accolæ cælum vocent. Propter quod Poëtæ cælum Olympum vocant. Dictus Olympus, quasi ὅλος λαμπρός, hoc est, totus fulgens, solem enim clarum habet, nullísque vnquam nubibus fuscatur. Lucan. *lib.* 2.

——*Nubes excedit Olympus.*

¶ Sunt autem quatuor montes hoc nomine. Primus mons altissimus inter Thessaliam & Macedoniam, qui tamen Thessaliæ ascribitur. Alter in Gallogræcia, vel in Cypro. Alius apud Mysos, ad cuius radices Prusa ab Annibale condita. Quartus, ad Mare rubrum in Æthiopia haud longè ab Heliopoli oppido: qui oriente sole vsque ad quintam diei horam flammas emittit. Virg. 1. *Georg*

Scilicet atque Ossæ frondosum inuoluere Olympum.

Tibull. *lib.* 4.

Et cælo vicinum, liquit Olympium.

Olympius, ὀλύμπιος, Mysius tibicen & poëta Melicus & elegiarum Marsyæ Satyri discipulus, qui citharæ legem dedit, modósque pulsandi reperit & docuit. Floruit ante bellum Troianum. Ab hoc & mons in Mysia nomen accepit. Fuit item alius iunior è Phrygia tibicen tempore Midæ regis. Suidas. ¶ Præter hos fuit & Olympius Nemesianus, qui (vt ait Vopiscus *in vita Cæsarum*) scripsit Halieutica, Cynegetica, Nautica, Olympius item præsul, natione Hispanus, inter Christianos commemoratur scriptores à Gennadio. Edidit librum aduersus eos qui naturæ, non voluntati liberæ & arbitrio peccata nostra ascribunt. ¶ Olympius etiam hexarchorum Italiæ vnus.

ŏlympĭcŭs, a, um, ὀλυμπικός, quod est Olympi, vel quod ad Olympum pertinet: vt Iupiter Olympicus. Dictus est autem Iupiter Olympicus ab Olympo, a quo eruditus & ad virtutem institutus fit. Alij verò à cælo, quem Olympum Græci vocant, in quo regnare fertur. Puluis Olympicus. Horat. 1. *Carm. Ode* 1.

Sunt quos curriculo puluerem Olympicum
Collegisse iuuat

ŏlympĭŭs, a, um, ὀλύμπιος, Cælestis, deductum nomen ab Olympo.

ŏlynthus, ὄλυνθος, Thraciæ vrbs iuxta Atticam regionem, sub Atheniensium imperio, quam quum Philippus Macedonum rex obsideret, nec tamen vi capere posset, eiusdem custodes auro corripit, atque hoc modo suæ ditioni subiecit. Postea verò ab Atheniensibus deleta fertur: quamuis non desint qui à Philippo euersam tradant. Iuuen. *Satyr.* 12.

——*biberat quo callidus emptor*
Olynthi.

Stephanus autor est Olynthum ab Herculis filio Olyntho conditum, & appellatum fuisse: quanquam non desunt qui à Chalcidensium colonia illuc missa conditum malint. Olynthi item, ὄλυνθοι, ficus paruæ, & non maturescentes dicuntur, quas Latini Grossos appellant.

ŏlynthĭăcŭs, a, um, ὀλυνθιακός, vt Olynthiacæ orationes Demosthenis, quibus Athenienses aduersus Philippum incitantur Olynthiis bellum inferentem.

ŏlyră, æ, ὀλύρα. Frugis genus est, quod, teste Plinio, à Latinis Siligo dicitur, olim etiam à Gallis Arinca. Spicam habet semper erectam, neque rubigini obnoxiam, grano candido, leui, & multipliciter tunicato. Columella tritici vitium esse ait: & quamuis candore præstet, pondere tamen inferius esse. Idem autor est triticum omne vliginoso in loco tertia satione in olyram degenerare. ¶ Olyrazea Herodoto vocatur; panificiisque apta habetur. Hanc Germani, quia pollinis perquam boni & candidi sit, in Amylum soluunt, & Ammelkorn/ id est, Amyleum triticum vocant putántque nonnulli, propter huius in panificio candorem & suauitatem, siliginem esse priscorum, vel setanium. verùm secus est. Lobelius *in aduersariis nouis.*

Olyras, ὀλύρας, fluuius est prope Thermopylas, quem fabulantur conatum esse Herculis rogam extinguere. Strabo *lib.* 9.

ŏlysĭppō, Plinius *lib.* 4 *cap.* 12. ὀλυσίππων Ptolemæo, ὀλύσσεια Straboni: Lusitaniæ vrbs, quæ nostris temporibus Vlysbona appellatur. Vulgò *Lisbona.*

O M

ŏmāsum { קרב kéreb. ἐχῖνος. GALL. *La pance ou le gras boyau.* ITAL. *Budellargo, budel gentile.* GERM. Ein feisster darm. HISP *Tripas.* ANGL. *A chitterling.* } Est pinguius atque crassius intestinum, quod nonnulli bubulum esse credunt: apud veteres in mensarum deliciis habitum. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 5.

——*seu pingui tentus omaso.*

Plin *lib.* 8. *cap.* 45. *de bubus*, Socium enim laboris agríque culturæ habemus. Hoc animal tantæ apud priores curæ, vt fit inter exempla damnatus à populo Romano, qui concubino procaci rure omasum edidisse se negante, occiderit bonum, actúsque in exilium, tanquam colono suo interempto.

‖ Omatzium, homagium, fides. Anon. L. g. b. ‖

ŏmbrĭă, ὀμβρία gemmæ species, quam nonnulli Notiam vocant: quæ cum imbribus & fulminibus fertur in terram decidere, quemadmodum Ceraunia & Brontia: eandémque effectum habere quem Brontia narratur, autor Plin *lib. vlt. cap.* 10.

Ombrici, populi iuxta Illyricum, apud Herod. *lib.* 3.

ŏmbrĭŏs, ὄμβριος, vna & prima ex fortunatis insulis, habens in montibus stagnum, & arbores ferulæ similes. Plin. *lib.* 6. *cap.* 32.

Omelysis, ὠμήλυσις, farina hordeacea cruda dicitur, ad differentiam polentæ, quæ torretur.

ŏmen, inis, Augurium quod fit ore, quasi Oremen, inquit Festus. Varro eam ob causam omen ab antiquis dictum esse ait, *lib.* 5 *de lingua Latina.* { נחש náchasch. οἰωνός, κληδών, φήμη, σύμβολον, ὄρνις. GALL. *Augure, presage, que l'on prend sur quelque chose.* ITAL. *Augurio* GERM. Ein loszeichen das man von eines wort oder anderswoher nimpt von künfftigem glück oder vnglück zuweyssagen. HISP. *Aguero.* ANGL. *Good luck or euill luck which is gathered by the word of any man.* } Est enim rei futuræ enuntiatio ori hominis incidens, diuino tamen in furore procurante. Cic. *de diu.* Neque solùm deorũ voces Pythagorei obseruauerunt, sed etiam hominum quæ vocant Omina: quæ maiores nostri, quia valere censebant idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatúmque esset, præfabantur. ¶ Et tam de malo, quàm de bono dicitur. De bono, Liu *lib.* 1. Dextra Hercules data accipere se omẽ, impleturúmque fata, ara condita ac dicata ait. De malo, Virg. 2. *Æneid.*

——*quod dij prius omen in ipsum*
Conuertant.

Suet. *in Cæs. c.* 58. Omine ad melius verso. Item, Faustis omnibus. Idem *in Aug. c.* 57. Fausta omina congerere. Suet *in Aug c.* 98. Omen habetur, bis. Ouid. 2. *Fast.*

Non impunè fuit, nam dicitur omine ab isto
Roma suburbanis incaluisse rogis. (ob deserta parentalia.)

Ominibus secundissimis. Suet. *in Galba cap.* 9. Omen victoriæ. Idem *in Aug. c.* 94. Auspicatis Reipub. ominibus Liuiam duxit vxorem. Velleius. Quasi dirum omen respuat, & in capita inimicorum abire iubeat. Senec. *c* 9. *de consol. ad Mart.*

Omine non fausto femina virque meo,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Idem *lib.* 3. *Fast.* Aptius omen erit. Et Plaut. *Most. sc* 2. *a.* 2. Occidisti. Quem mortalem? omnes tuos. Dij te perduint cum illo omine Dicimus venustè, Accipere omen; Accipere in omen terroris, victoriæ, & similium, &c. Conicere omen in aliquem.

ŏmĭnōsŭs, qui verbo & oratione malum protendit. δυσοιώνιστος. Plin. *Epist.* 14. *lib. tertio.* Notabilis, atque etiam (vt exitus docuit) ominosa res accidit, id est, malum omen portendens. Gell. *lib.* 13 *cap* 14 Montem istum excluserant quasi auibus obscœnis ominosum.

ŏmĭnor, aris. Auspicor, omen capio. { נחש nac ásch. φημίζω, οἰωνοσκοπέω. GALL. *Predire ou pronostiquer bien ou mal encontre.* ITAL. *Prendere da parole augurio.* GERM. Losen/ein vordeutung oder loszeichen abnemmen. HISP. *Tomar aguero, augurar de mala palabra.* ANGL. *To gesse what shall happen, to speake a thing luckelie or vnluckelie.* } Plin. *lib.* 1. *cap.* 2. Cur enim primum anni incipientis diem lætis precationibus inuicem faustum ominamur? ἐπιφημίζω. Curtius, In illo periculo Macedones ominati esse videbantur. Velleius, Ominatus est (moriens) digna & vera de exitu eius. Et Liu. *lib.* 9 *bell. Pun.* Naues cum commeatu redire velut ominatæ alteram prædam venire, (i. diuinantes.) Hinc abominor, de quo supra.

Omino, as, antiqui dicebant, Pompon. Ita sit & tibi bene, qui rectè ominas.

ŏmĭnātōr, is, qui omen capit qui ominatur. { מנחש menachesch. οἰωνιστής. GALL. *Diseur ou pronostiqueur de bon ou mal-encontre.* ITAL. *Chi predice buona ventura ò trista* GERM. Ein loser des künfftigen glücks/oder vnglücks/der auß den loszeichen etwas abnimpt vnd weyssagt. HISP. *El que toma aguero.* ANGL. *A speaker or gesser of thinges to come luckelie or vnluckelie.* } Plaut. *in Amph.* Ob istuc omen ominator capies quod te condecet.

ŏmentum, i, membrana tenuis & pinguis, qua integuntur ventris inferioris partes. יתרת jothéreth. ἐπίπλοον. GALL. *Vne peau grasse qui couure les intestins, la coeffe.* ITAL. *La rete di grasso che cuopre il ventre.* GERM.

GERM. Das netze in dem das eingeweid ligt. HISP. *El redaño de las tripas.* ANGL. *The caule or sewet which coucreth the bowels.* } Persius Sat. 2.

Tot tibi quum in flammas iunicum omenta liquescant.

Constat autem omentum ex duabus tunicis à peritonæo ortis, densis, & subtilibus subiipsis incumbentibus, quamplurimis verò arteriis & venis, pinguedine non pauca, vt ventriculum, cuius fundo insidet, & veluti ἐπιπλέει, i. supernatat, (vnde & à Græcis nomen accepit,) foueat innatúmque calorem per inediam tueatur. Longissimè protenditur in omnia intestina, vt eorum concoctiones, quæ imbecilles sunt, adiuuet. Homini inter animantia longè maximum est, vt quod ad ipsum vsque os pubis extendatur. Autor Galen. *lib. 4. de vsu part. & 6. Anat. administ.* Macrob. καθηγητικῶς. Omentum posuit pro membranis cerebrum ambientibus, quas Græci μήνιγγας vocant. Cerebrum (inquit) quod tactu suo hominem vel torquet, vel frequenter interimit, non suo sensu, sed vestitus sui, id est, omenti, hunc importat dolorem.

‖ Omento, exspecto. Gl. A.L ‖

ōmĕntātŭs, a, um, quod est pingui omento fartum. ἐπιπλώδης. Apicius, Isitia omentata, culpam concisam teras.

ŌMITTO, is, ex Ob & mitto, abiecto b, Rem aliquam penitus dimitto relinquo, ac prætereo. { עזב hazab. ἀπολείπω. παρίημι. GALL. *Omettre, laisser, delaisser.* ITAL. *Lasciar da canto, lasciare.* GERM. Außlassen/vnderlassen/hinlassen vnnd fürgehen. HISP. *Dexar de hazer.* ANGL. *To cease, to lett passe.* } Terent. *in Adelph.* Nunc si hoc omittam, actum, agam. Horat. *lib. 1. Epistol. 1.* Quod petiit, spernit: repetit quod nuper omisit. Hæc tamen differentia non est perpetua. Legitur enim Omittere etiam pro Intermittere, & in aliud tempus differre. Idem *de Arte,* Pleraque differat, & præsens in tempus omittat. Omitte ista quæso, & quod rogo responde. Plaut. *Asin sc. 2. a. 3.* Omittere lacrymas. Senec. *cap. 1. de consol. ad Mart.* Abire non sinam. P. Mitte, Non omitto. Plaut. *Milit sc. 5. a. 2.* Omitte, sine me abire. Idem *Pseud. sc. 3 a. 1.* Omitte re tempus. Cæsar *lib. 1. de bell. ciu.* Cum infinitiuo. Ter. *Eunuch.* Omitte de te dicere, ego te furcifer si viuo. Et, Omitte mirari opes Romæ, Horat. *2. Carm. Ode 29.*

ōmĭssŭs, a, um, participium. { עזוב hazúb. παρααλειφθεὶς, ἀφιημένος. GALL. *Laissé.* ITAL. *Lasciato da canto, lasciato da parte, lasciato da banda.* GERM. Hinlässig. HISP. *Dexado* ANGL. *Letten passe, omited.* } Cicer. *pro Ligario,* Omissa controuersia, oratio omnis ad misericordiam tuam conferenda est. Horat. *1. Epist. 6. Deliciis omissis hoc age.* ¶ Migrat etiam in nomen, & accipitur pro negligente, languido, ac remisso. Ter. *in Heaut.* Vbi te vidi animo esse omisso ✠ Attentus, ϖρόσεχων, vt apud eundem, Attentiores ad rem sumus omnes.

ōmĭssŏr ab re, dicitur qui lucrum negligit, neque solicitus est de acquirendis diuitiis. Terent. *in Adelph.* At enim metuas, ne ab re sint tamen Omissiores paulò.

‖ Ommento, as, obmaneo fixus. Fest. ‖

OMNIS, e, Vniuersus, totus. { כל chol. πᾶς. GALL. *Tout.* ITAL *Ogn'vno, ciascuno.* GERM. Ein jeder/ alles. HISP. *Todo.* ANGL. *All.* } Distributiua dictio, eandem vim habet in vtroque numero. Omnis enim homo, significat idem quod omnes homines. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Non omnem frugem, neque arborem, in omni agro reperire posses. Omnia tibi in hoc sunt, & hic pro omnibus est, Senec. *cap. 7. de consol. ad Polyb.* Omnia parere, & quædam non parere, pro omnibus, Gell. *cap. 7. lib. 2.* Item Velleius. Illi ex omnibus optima volo. Plaut. *Mostell. sc. 4. a. 1.* Ora omnium feres. Ouid. *5. Fastor.* Occidisti B Quem mortalem? C. omnes tuos. Plaut. *Most. sc. 2. a. 2.* Commoditatis omnes articulos scio. Idem *Menæch. sc. 2. a. 1.* Omnibus modis res tib isalua. Idem. *Pseud. sc. 6. a. 4.*

———Dum versat in omnia vultus,

Ouid. *Eleg. 9. lib. 3. Trist.* Dij omnes illum perduint. Plaut. *Men. sc. 1. a. 3.* Euentus rebus in omnibus velut hornus messis magni fit. Idem *Mostell. sc. 2. a. 1.* Vxor resciuit rem omnem vt factum est ordine. Idem *Menæch. sc. 3. a. 4.* Non omnes possunt olere vnguenta exotica. Idem *Mostell. sc. 1. a. 1.* Per omnia fortunam hominis egressus Pompeius. Velleius. Omnibus paruis magnísque miseriis præsulcior. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 3.* Omne transactum reddet. (i. omnia.) Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Ordine omne edissertauit. (i. omnia.) Idem *Amph.* Non omninò omne lucrum vtile homini. Idem *Cap. sc. 2. a. 2.* Omnium hominum exopto vt fiam miserorum miserrimus. Idem *Men. sc. 2. a. 5* Non omnia eadem omnibus æquè suauia. Idem *Asin. sc. 3. a. 2.* Omnis pro vlla, idem *Aulul. sc. 4. a. 1.* Ciuem sine mala omni malitia. (i. sine vlla) Idem *Ibidem. sc. 1. a. 4.* Sine omni suspicione in ara hic assidam, &c. Plin. *lib. 12. cap. 3. de malo Assyria,* Arbor ipsa omnibus hortis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis verò subnascentibus. ¶ Omne genus, & omnis generis, pro eodem. Varro *de re rustic. cap 29* Seminaria omne genus vt serantur Liuius *7. bell. Punic.* Merita inde sua in duces Carthaginienses commemorauit: auaritiam contrà eorum, superbiámque & omnis generis iniurias in se, atque populares. ¶ Omnis cum genitiuo. Liuius *1. bell. Maced.* Macedonum ferè omnibus & quibusdam Andriorum, vt manerent persuasit. ¶ Differt tamen Omnis à toto, quod Omnis ad numerum, refertur, Totus ad quantitatem, Totum dicimus corpus aliquod integrum: vt Tota domus, Omnis, de vniuersis numero distinctis, vt, Omnis grex Confunduntur tamen plerumque. Cic. *pro Quint.* Vsque dum inueniretur, qua ratione res ab vsitata ratione recederet, & in hoc singulare iudicium causa omnis concluderetur, id est, tota Plaut. *Curc sc. 3. a. 5.* Decem minas dum soluit, omnis mensis transiit. (i. totus.) Omne genus, & omnis generis, pro eodem. Varro *1. de re rust. cap. 29.* Seminaria omne genus vt serantur. Liu *7. bell. Pun.* Merita inde sua in duces Carthaginienses commemorauit: auaritiam contrà eorum, superbiámque & omnis generis iniurias in se atque populares. Omnes vniuersi, Gell. *cap. 12. lib. 19.* ¶ Omne, τὸ πᾶν, rerum vniuersitas, summa rerum, quam Lucretius summam summarum dixit. Cicer. *lib. 1. de diuinat.* Vidésne Epicurum (quem hebetem & rudem dicere solent Stoici) quemadmodum quod in natura rerum omne esse dicimus, infinitum esse concluserint. Et præter Plin. Lucr. *lib. 2.*

———qua magnum iaculando contulit omne.

ōmnīno, aduerbium, prorsus, planè. { παντελῶς, παντάπασι, παντως. GAL. *Totalment, entierement.* ITAL. *Al tutto.* GERM. Gentzlich / gantz vnd gar. HISP. *De todo punto.* ANGL. *Troughlie, perfitelie.* } Vnde apud Iureconsʃ. Omnino recessisse dicitur is, qui recessit animo permutandi domicilium. ¶ Ponitur aliquando pro Etiam. Cic. *ad Nigidium lib. 4.* Perfeceráteque fortuna, nequid tale scribere possem, aut omnino cogitare. Idem *pro Quintio,* Mihi perdifficile esse dicebam contra tales oratores non modò tantam causam perorare, sed omnino verbum facere conari. i. sed etiam. ¶ Accipitur etiã omnino aliquando pro tantũmodo. Idem *pro Cluent.* Quinque omnino fuerunt, qui illum vestrum innocentem Oppianicum absoluerent. Cæsar. *lib. 1. de bell. Gall.* Erant omnino itinera duo quibus domo exire possent.

ōmnĭcānŭs. Apuleus *Florid. lib. 1.* Sed enim philosophi ratio & oratio tempore iugis est, & auditu venerabilis, & intellectu vtilis, & modo omnicana.

‖ Omnicarpus, omnia carpens. Lucr. ‖

ōmnĭfărĭām, aduerbium, Omnibus modis, siue omnis generis. { παντοίως. GALL. *En toutes manieres.* ITAL. *A ogni guisa.* GERM. In allwäg. HISP. *En todas maneras.* ANGL. *Many wayes, manifoldlie.* } Gell. *lib. 12. c. 13.* Quum verò omnes terras omnifariam, & vndique versum circunfluat, nihil citra eum est.

ōmnĭfărĭŭs, dicitur, sicut Plurifarius, quo Suetonius vtitur: quod etiam Erasmus annotauit. παντοῖος.

ōmnĭfĕr, a, um, omnia ferens. { παντοφόρος. GAL. *Portant toutes choses.* ITAL. *Che produce ognicosa.* GERM. Alles tragend. HISP. *El que trae todas cosas.* ANGL. *That beareth or bringet all thinges.* } Ouid. *2. Metam.* Sustulit omniferos collo tenus arida vultus.

ōmnĭfōrmĭs, παντόμορφος. Apuleius *in Hermetis Asclepio.* Horum εἰδάρχης, vel princeps est, quem παντόμορφον, vel omniformem vocant, qui vniuersis speciebus diuersas formas facit.

ōmnĭgĕnŭs, a, um. Ex omni genere. { παντὸς γένους, παντοῖος. GAL. *De toutes sortes.* ITAL. *Di ogni sorte.* Allerley / allerley hand oder gattung. HISP. *De todos generos y todas maneras.* ANGL. *Of all sortes.* } Virg. *lib. 8. Æneid.* Omnigenúmque deûm monstra, & latrator Anubis Lucret. *lib. 2.* E quibus omnigenos gignunt, variántque colores.

ōmnĭmŏdŭsa, um. Omnium modorum. { παντὸς τρόπου. GAL. *De toutes manieres.* ITAL. *Vario, d'ogni maniera.* GERM. Allerley weis vnd maaß. HISP. *Cosa de todas maneras.* ANGL. *Of all maners or fashions.* }

ōmnĭmŏdē aduerbium. { πανταχῇ. GAL. *Totalement.* ITAL. *Totalemente.* GERM. In all weiss vnd wäg. HISP. *De todo punto.* ANGL. *Many wayes, or all maner of wayes.* } Lucr. *lib. 2.* Omnimodè expertus fueris quam quisque det ordo.

ōmnĭmŏdĭs, aduerbialiter, Omnibus modis. Lucret. *lib. 1.*

Nec tamen omnimodis connecti posse putandum est
Omnia.

Idem *lib. 3.*

Si non omnimodis, at magna parte animali
Priuatus.

‖ Omnimorbia, herba, quòd multis morbis conueniat. Isid. *lib. 18. 9.* Onom. Omnimorbus πανακής. ‖

ōmnĭpărēns, qui omnia genuit. { παντοτόκος. GALL. *Qui engendre toutes choses.* ITAL *Che genera tutto.* GERM. Die oderder alles gebirt vnd härfür bringt. HISP. *Lo que pare todas cosas.* ANGL. *That engendreth all thinges.* } Virg. *6. Æneid.*

Necnon & Tyrion terra omniparentis alumnum.
Cernere erat.

Sic Lucret. *lib. 5.*

‖ Omnipatens, in omnes partes patens. ‖

ōmnĭpŏtēns, tis. Omnia potens. { שדי schaddáj. παντοκράτωρ. GALL. *Tout puissant.* ITAL. *Omnipotente.* GERM. Allmechtig. HISP. *Cosa toda poderosa.* ANGL. *Almightie.* } Plaut. *in Pœn.* Dij immortales, omnipotentes, quid apud vos est pulchrius? Virg. *1. Æneid.*

Sed pater omnipotens speluncis addidit atris.

Idem *8. Æneid.*

Me pulsum patria, pelagique extrema sequentem
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum
His posuere locis.

Hinc omnipotentia, rerum omnium facultas, παντοδυναμία.

ōmnĭpŏtēntĭssĭmŭs. Vt omnipotentissimus Deus apud Macrobium *comment. lib. 1. cap. 17.*

ōmnĭpŏtēntĭă, Macrob. *lib. 1. cap. 6.* Hæc ab illa omnipotentia solitaria in corporis intelligibilis lineam primam defluxit.

ōmnĭtĕnēns, qui omnia complectitur. παντοκράτωρ.

Omniuagus, a, um. Per omnia vagans. { παμπλανής. GALL. *Vagant ou vagabond par tout.* ITAL *Vagabondo per tutto.* GERM. Das allenthalben vmbher schweifft. HISP. *Que vaga por todas partes.* ANGL. *A vagabound throug all.* } Cic. *2. de natur. deorum,* Quæ eadem Diana omniuaga dicitur, non à venando, sed quòd in septem numeratur tanquam vagantibus.

ōmnĭuălēns Omnia valens. παντοδύναμος.

ōmnĭuŏlŭs, a, um, Omnia volens, vel omnia cupiens: quod epitheton à Catullo Ioui tribuitur, quem poëtæ finxerunt in amoribus admodum inconstantem, omniúmque ferè formosarum concubitus appetentem. Sic enim scribit ad Mallium, Sæpe etiam Iuno maxima cælicolûm Coniugis in culpa flagrauit quotidiana, Noscens omniuoli plurima furta Iouis

ōmnĭuŏrŭs, abiectiuum, qui nullo discrimine quibuslibet vescitur. { παντοφάγος. GALL. *Qui mange & deuore tout.* ITAL. *Che mangia d'ogni cosa.* GERM. Der alles frißt. HISP. *Comillon de todas cosas.* ANGL. *That deuoreth all.* } Plin. *lib. 25. cap. 8.* Bibunt autem lac vaccinum, quoniam boues omniuoræ sunt in herbis

‖ Omophorium, ὠμοφόριον, humerale, vestis Patriarcharum & Episcoporum. ‖

ōmŏplătæ, ὠμοπλάται. Sunt duo ossa lata, vtrinque à ceruice ad scapulas tendentia, quæ Latinis Scoptula operta vocantur. Autor Celsus *lib. 8. cap. 1.*

ōmŏphăgi, ὠμοφάγοι, Qui cruda carne vescuntur, quales olim perhibentur fuisse Ætoli, vt ait Thucyd.

‖ OMPHAX, ăcis, ὄμφαξ, vna acerba, necdum matura. ‖

ōmphăcĭum, ij. ὀμφάκιον Dioscoridi, Succus est vuæ acerbæ, nundúmque maturæ,

maturæ, ἀπὸ τ῀ ὄμφακος, h.e. ab vua acerba ducto nomine. { GALL. *Du verjus.* ITAL. *Agresta.* GER. Empferten/der wein so auß vnzeitigen trauben gemacht wirt. HISP. *Agraz.* ANGL. *Verdiuce.* } Plin. *in prolog. lib.* 23. Omphacium qua fieret ratione, incipientis vuæ pubertate, in vnguentis docuimus. Diosc. *lib.* 4. *c.* 6. docet Omphacium esse succum vuæ acerbæ nondum marurescentis, è Thasia, aut Amminea vite.

Ŏmphăcĭnŭs, a, um. ὀμφάκινος. GALL. *Chose faite de verjus.* ITAL. *Cosa fatta d'agresta.* GERM. Auß vnzeitigen traubeu gemacht. HISP. *Cosa de agraz.* ANGL. *Made of verdiuce.* } Quod ex omphace, hoc est, ex vua acerba conficitur: vt, Oleum omphacinum. ἔλαιον ὀμφάκινον, quod duobus modis fieri posse ostendit Plin. *lib.* 12. *c.* 27. Altero modo ex olea adhuc alba, aut certè iam colorem mutare incipiente, quam Drupam vocat: altero ex vite Psythia aut Amminea, quum sint acini ciceris magnitudine.

‖ Omphacizo, ὀμφακίζομαι, omphaces colligo. dicitur in eos qui immatura aut vilia furantur. Vide Erasmum in prouerb. Siculus omphacizat.

Omphacomeli, ὀμφακόμελι, compositio ex ὄμφαξι & μέλιτι, vuis acerbis, (succo nempe earum) & melle in officinis est *sirupus de agresta.* ‖

Ŏmphălŏcarpon, ἀπαρίνη Dioscoridi, herba est quam alij Ampelocarpon, alij philanthropon appellant, quòd semen gignat hamatum, quod vestibus adhærescens hominum amore teneri videtur. Omphalocarpon autem idcirco appellatum est, (vt non obscurè significat Dioscorid. *lib.* 3. *c.* 103.) quòd semen eius rotunditate quadam vmbilici speciem videatur referre. Apud Plin. *lib.* 27. *c.* 5. Omphacocarpon legitur: facit tamen ratio etymologiæ, quam modò adduximus, vt Omphalocarpon restituendum putemus. Vide Marcellum Virgilium in locum Dioscoridis paulò antè citatum, & Hermolaum in Plinium.

Ŏmphălē, ὀμφάλη. Nomen proprium reginæ Lydiæ, quæ Herculem multis muneribus ornauit, quod anguem iuxta Sagarim fluuium multos homines interficientem interemisset. Hæc, vt Poëtæ tradunt, Herculem sibi seruientem etiam ad lanificium compulit, quum ipsa calathum & colum, cultúsque fœmineos, sagittis & claua, leonísque tegmine mutasset. Alij dicunt, ob Iphiti Euryti regis filij cædem, à Mercurio iussu Iouis Omphalæ Lydorum reginæ fuisse in seruitutem addictum: & inde esse quòd illi seruisse, & calathos subministrasse dicatur. Vide Plutarch. *in Theseo.*

‖ Omphicium, officium. Nicet. L.g.b. ‖

O N

Ŏnæ, ὄναι, ficus sunt prædulces, quæ Tarenti tantùm nascuntur: sic dictæ, quòd propter bonitatem iure emi dicantur. ὠνὴ enim Græcè dicitur emptio, à verbo ὠνέομαι, id est, emo. Apud Plin. *lib.* 15. *cap.* 18 legitur *oniæ.*

ŎNĂGER, gri. Asinus agrestis. { פרא *perè.* ὄναγρος. GALL. *Asne sauuage.* ITAL. *Asino saluatico.* GERM. Ein waldesel oder wilderesel. HISP. *Asno siluestre.* ANGL. *A wilde asse.* } Componitur enim ex ὄνος asinus, & ἄγριος, syluester. Nam in ρος Græca desinentia, quum ad Latinam transeunt declinationem, mutant ρος in er, ἀλέξανδρος, Alexander: ὄναγρος, onager. Varro 2. *de re rust. cap.* 6. Asinorum duo sunt genera. Vnum ferum, quos vocant Onagros: in Phrygia & Lycaonia sunt greges multi. Alterum mansuetum, vt sunt in Italia omnes. Plaut. *Asin. prolog.* Onagos, aliàs onagros, nomen huic fabulæ. ¶ Onager instrumentum bellicum. Veget. *lib.* 44. *cap.* 2. Onager dirigit lapides, sed pro neruorum crassitudine & magnitudine saxorum pondera iaculatur. ¶ Onagri machinæ, quæ vocantur ἁρπαγας, qui iniecti accedentes corripere possunt. Suid. ¶ Legitur aliquando etiam nominatiuus Onagrus. Varro *cit. loco,* Ad seminationes onagrus idoneus, quòd è fero fit mansuetus facilè, ex mansueto ferus nunquam. Cicer. *ad Attic. lib.* 6. Erat præterea cynocephalus in essedo, nec deerant onagri. Alber. *lib. de Animalib.* scribit medullam onagri curare podagram, si ea inungatur: & eius stercus siccatum, & cum vino potui sumptum, valere contra scorpionis ictum.

‖ Onagra œothera, herba, quæ siccata vinum redolet. H.P. ‖

Ŏnchēstŏs, ὄγχηστος, filius fuit Neptuni, qui Onchestum ciuitatem Mycalesso promontorio propinquam condidit, déque suo nomine appellauit.

Ŏnchēstŭs, ὄγχηστος. Bœotiæ vrbs est, non procul à lacu Capayde, vbi Amphyctionum concilium cogi solet, teste Strabo *lib.* 9. Condita putatur ab Onchesto heroe, Neptuni filio, & ab eo nomen accepisse.

Onco Oncana asini. Græcum est ὀγκάω forte ab ὄνος asinus.

Ŏnēsĭcrĭtŭs. ὀνησίκριτος, Philosophus & historicus Æginensis, vt autem Demetrio Magnesio placet, Astypalæus fuit è Diogenis schola. Similitudinem quandã cum Xenophonte habere videtur. Vt enim hic cũ Cyro, ita ille cum Alexandro militauit. Xenophon Cyri Pædiam, Onesicritus Alexandri incunabula & originem scripsit. Similiter vterque persequitur laudes eius, quo Imperatore meruit: stylus insuper vtriusque simillimus. Autor Diog. Laërt. Fuit etiam medicus.

Ŏnēsĭmŭs, ὀνήσιμος, Cyprius, seu Spartata, tempore Constantini magni scripsit de Rhetorica, de statuum differentia, Præexercitationes, Declamationes & alia. Suid. ‖ ¶ Est & Onesimus vtilis sermo, Tertull.

Omfatium, spanum, oleum ex albis oliuis expressum. Poll.

Omirogmus, ὀνειρωγμὸς, insomnium, libidinis imaginatio insomnis, ‖

Ŏnĭscŭs, asellus, vermis. { ὀνίσκος. *Vne cloporte ou vne chenille.* ITAL. *Verme di molti piedi.* GERM. Ein esel/ist ein kleiner wurm mit vil füssen/welchen so man anrürt legt er sich nider als ob er todt wäre. HISP. *Gallina ciega.* ANGL. *A rough worme with many feete.* } Animal pilosum è vermibus terræ, arcuatim repens, & tactu contrahens se. Latini Millepedam, Centipedam, & Multipedam appellant. Quanquam hæ appellationes generaliores sunt, quàm onisci: vt etiam ad scolopendram extendantur, quæ arcuatim non serpit, multóque minor est onisco, sed perniciosior. Vide Plin. *lib.* 29. *c. vlt.* Oniscus, piscis nomen, qui & ὄνος & βάκχος. Athen. *lib.* 3.

Onistis, ὄνιτις, apud Diosc est inter apocyni synonyma. an ab ὀνόω vitupero; est enim venenata herba, quæ canes, lupos, vulpes, pantheras enecat in cibo data.

Ŏnŏbă, ὀνόβα. Ciuitas inter Sacrum promontorium, & Herculeas columnas in Bætica regione. Autor Plin. *lib.* 3. *c.* 1. & Pomp. *lib* 3. Onobalisturia, ὀνοβαλιστυρία. vulgò *Gibraleon* Hispaniæ Bæticæ oppidum est, teste Ptol. *lib.* 2. *c.* 4. in tractu Tudertanorum: idem cum eo quod Plin. & Pomponius, Onobam vocant.

Ŏnŏbătĭs, ὀνοβάτις, apud Cumanos dicebatur mulier in adulterio deprehensa, teste Plutarcho, qui refert Cumanis in more fuisse, vt quum aliqua in adulterio deprehenderetur, in forum deductam, & saxo impositam, spectandam omnibus proponerent: deinde asino impositam per vrbem perueherent: eaque infamia notatam, Obnabatim appellabant.

‖ Onoblitum, ὀνόβλιτον, species bliti. herba linguæ similis, quæ contra fœminarum profluuia in vellere apponitur. Legitur etiam *Onobletum.*

Onobrychis, ὀνοβρυχὶς, herba incultis & aquosis locis nascens.

Onocardion, ὀνοκάρδιον, quasi asini cor.

Onocecis, idis, ὀνοκηκὶς, galla maior. ‖

Ŏnŏcēntaurŭs, ὀνοκένταυρος, Animal monstrosum, quod à parte superiori hominis speciem habet: à parte inferiori, asini præfert imaginem: quemadmodum & Hippocentauros finxit antiquitas, superiori parte hominem, reliqua equum, referentes. Onocentaurorum mentio est in Sacris literis apud Iesaiam.

Ŏnŏchēlŏs ὀνόχειλος, Latinè sonat Labrum asini. Genus herbæ paruo frutice, flore purpureo, asperis foliis & ramis, radice messibus sanguinea, cætero nigra, in locis sabulosis nascens. Hæc à Plin. *lib* 22. *c.* 21 numeratur inter species anchusæ.

‖ Onochiles, ὀνοχειλὲς, herba. ‖

Onochonus, Thessaliæ fluuius, vnus ex iis quos Xerxis exercitus traditur ebibisse. Autor Herod. *lib.* 4.

Ŏnŏcrŏtălŭs, ὀνοκρόταλος. Auis est cygno similis, dicta quòd collum in aqua mergens, spiránsque, veluti ruditum asini edat. ὄνος Asinus, κρόταλος, Crepitus. Plin *lib.* 10. *c.* 47. Olorum similitudinem onocrotali habent.

‖ Onogyrus, ὀνόγυρος, frutex qui aliter ἀνάγυρος, vel ἀνάγυρις. Ingrati odoris sunt folia & flores. vnde prouerbium κινεῖν τ῀ ἀνάγυρον, de iis, qui ipsi sibi mala accersunt.

Onoma, tis, ὄνομα nomen. ‖

Ŏnŏmătŏpœiă, ὀνοματοποιΐα, cum œ diphthongo in antepenultima, nominis fictio: vt Balatus ouium, mugitus boum. Dicta Onomatopœia, quasi τ῀ ὀνόματος ποίησις. A quibusdam nominatio dicitur, qua rei, cui nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, ipsi nomen effingimus, aut imitationis, aut significationis gratia. Inde sunt Rudere, Vagire, Murmurare, Sibilare.

Ŏnōnĭs, quæ à Dioscoride, ἀνωνὶς appellatur, herba est spinosa post Ver, folio rutæ, aculeatis ramis, vt tribulus. Gaudet culto solo, præcipuéque in segetibus prouenit, aratro inimica: vnde & *Resta bouis* vulgò appellatur, quòd in opere boues sæpe sistat.

‖ Onomium. Perottus: Genus vrticæ est, quod onomium vocant, multò cæteris minutius & foliis ferè nihil mordentius.

Onophyllum, ὀνόφυλλον, herba, quam si asini comederint, crepitus reddere dicantur. à πέρδω pedo.

Onos, ὄνος, asinus iumentum laboriosum.

Onosma, ὄνοσμα, herba, quæ & ὀσμὰς. ‖

Ŏnthyrĭon, ὀθύριον, oppidum est Thessaliæ iuxta Arnen, cuius incolæ Onthyriei appellantur. Steph.

Ŏnūphĭs, ὄνουφις. vrbs celebris Ægypti: à qua vicina præfectura Onuphitis appellatur: cuius meminit Plin. *lib.* 5. *c.* 9.

ŎNŬS, eris, quibusdam honus, ab honos. Pondus, sarcina. { משא *massá* סבל *sebel.* φόρτος, φορτίον, ἄχθος. GAL. *Charge, fardeau, faix.* ITAL. *Peso, carico.* GERM. Ein bürde oder ein last. HISP. *La carga, ó el peso.* ANGL. *A lode or burden.* } Cicero *pro lege Manil.* Insula Delos, quò omnes vndique cum mercibus, atque oneribus commeant. Ouid. 7. *Met.*

Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes.

¶ Ponitur aliquando pro negotio, incommodo, molestia. Liu. 3. *bell. Pun.* Exercitum se non in agrum Hirpinum, Samnitémve, ne & ipse oneri esset, sed in proxima loca sociorum Populi Romani adducturum, &c. ¶ Aliquando pro munere, prouincia, partibus, & officio. Cic. 6. *Verr.* Cur ergo tuas partes suscipio? cur tuum onus sustineo? Videtur ratio exigere, vt aspiretur: quum Varro dicat, Honos ab honesto onere: & Honestus, quòd onus sustineat Reipublicæ. Quum autem Honor & Honoro aspirationem habeant, & ab honore deducantur, videtur etiam Onus aspirandum, vt quod in deriuatiuis seruatur, in primitiuis seruari debeat: verùm vsus refragatur. Honus, & honustus, cur aspiretur, vide Gell *cap.* 3. *lib.* 2. Oneri se subtrahere. Quintil. Onus inguinis aufert. (i. testes.) Ouid 4. *Fast.*

Quam graue balista mœnia pulsat onus,

idem *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.* Onus imperij reclamare aliquem. Senec. *c.* 2. *de consol. ad Mart.* Quicquid onerum supra cecidit, sustine. (de cladibus.) Idem *c.* 6. *de consol. ad Mart.*

Impositúmque sibi fama tuetur onus,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

——— Humanum purget, vt ignis onus,

idem 4. *Fast.* Nisi tria grauida carnaria mihi oneri vberi erunt. (aliàs onerata.) Plaut. *Pseud sc.* 2. *a.* 1. Habendum & ferendum hoc onus (seruitutis) cum labore. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Nolo te qui herus mihi es onus istuc sustinere. (de crumena.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Vbi onus nequeam ferre, pariter iaceam ego asinus in luto. Idem *Aul sc* 4. *a.* 1. Cogitabat quantum tu, & ornamentum tuorum esses, & onus, &c. Senec. *de consol. ad Polyb cap.* 3 Si bene fers, magna solatia; si malè, magna onera. metaphor. de amisso filio, & relictis nepotibus. Idem *cap.* 16 *de consol. ad Martiam.* ¶ His autem verbis in oratione pulchrè adhærere solet, Abiicere onus, Alleuare onus. Cicero *pro Rosc. Amer.* Hoc onus vos aliqua ex parte alleuabitis, feram vt potero. ¶ Deponere onus Idem pro Sylla. Ita se gessit in tribunatu, vt onere deposito domestici officij, nihil postea nisi de Reipublicæ commodis cogitarit. ¶ Habere onus. Idem 5. *Verr.* Ego plus oneris habeo, quàm qui cæteros accusarunt. ¶ Imponere onus. Idem *ad Ther.* Nunc quum mihi ab amico officiosissimo tantum oneris imponitur: ego quoque tibi imponam pro tuis in me summis officiis, ita tamen, vt, &c. ¶ Opprimi onere, Premi onere, Suscipere onus, Sustinere onus, & Tollere onus. Testimonia sunt inuenta facilia.

Onĕrōsus, a, um, quod est oneri, siue quod onerat, & grauat. { φορτικός. GALL. *Poisant, chargeant.* ITAL. *Graue, pondegoso.* GERM. Vberlästig / beschwärlich / schwär. HISP. *Graue, molesto, pesado.* ANGL. *He auie, weghtie.* } Plinius *lib.* 22. *cap.* 25. Vomitiones mouit, aluum purgat, capiti & stomacho onerosum, id est, graue & ponderosum. Virg. 9. *Æneid.*

Euryalum tenebræ ramorum onerosaque præda
Impediunt. id est, magni ponderis præda.

Ouid. 1. *Metam.*

Imminet his aër, qui quinto est pondere terræ,
Pondere aquæ leuior, tanto est operosior igne.

Ŏnĕro, as, Onus impono. {עמס *hamás.* ἐπιφορτίζομαι, ἐπαχθίζω. GALL. *Charger, greuer.* ITAL. *Caricare.* GER. Laden / ein bürden aufflegen. HISP. *Cargar de algum peso.* ANGL. *To burden, to lode.* } Onerabo præda participes meos. (i. opplebo.) Plaut. *Psed. sc.* 1. *a.* 2. Onera hunc hominem argento.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Illæc machina meas onerat scapulas. Idem *Amph.* Hic dies onerauit malignitate omnes mortales. Idem *Capt sc.* 1. *a.* 1. Variis onerat caussis. Ouid. *lib.* 3. *Fast.* Onerare laudibus. Liu. 4. *ab Vrbe,* Onerare laudibus & promissis. Idem *lib.* 10. *ab Vrbe.* Onerati larga potione. Suet. *in Tib. c.* 62. Onerat discentem, non instruit librorum copia. Senec. *c.* 9. *de tranquill.* Habes amatores tam probè oleo onustos. Plaut *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Onerata tergoribus carnaria. *Ibid.* Vnde onustam celocem agere te dicam. (i. te ebrium.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Onustum gero corpus. (senectute.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Virg. 1. *Æneid.* Vina bonus quæ deinde cadis oneratus Acestes. Terent. *in Phorm.* Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerum hunc onero pallio. Virg. 1. *Georg.*

Sæpe oleo tardi agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis.

¶ Transfertur etiam ad animum; vt Onerasti me curis: id est, impleſti. Sic onerare lætitia, amœnitate. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Onerare maledictis, iniuriis: id est, iniuriis afficere. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Onerare pugnis, pro pugnos incutere. Onerare laudibus, vehementer laudare. Onerare promissis, Onerare mendaciis, Onerare rationes, id est, dispendiosum esse, Onerare præceptis, est mandata dare. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Onerare populum, est populo nimiis exactionibus grauem esse. Annonam onerare, id est, cariorem facere. Vlpian. *in l. annonam ff. de extraord. criminib.* Onerant annonam etiam stateræ adulterinæ ¶ Huius verbi compositum & contrarium, est Exonero. ἀποφορτίζω, ἀποσκευάζω: de quo vide suo loco.

Ŏnĕrātus, & Onustus, is cui impositum est onus: & Onusta frumento nauis. Cicero 3. *Offic.* { πεφορτισμένος, ἔμφορτος. GAL. *Chargé.* ITAL. *Caricato.* GERM. Geladen / beschwärt. HISP. *Cargado.* ANGL. *Loded, or loode.* { Terent. *in Heaut.* Ancillas secum adduxit plus decem Oneratas veste, atque auro. ¶ Accipitur aliquando pro Pleno. Plaut. *in Sticho,* Itaque onustum pectus porto lætitia, lubentiáque. Idem *in Aul.* Cum genitiuo, Aulam onustam auri. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Quadrilibrem aulam auro onustam. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Exegit foras omnes onustos fustibus. Et *sc.* 2. *a.* 4. Si quis illam inuenerit aulam onustam auri (bis.) Idem *Amph.* Faxo, vt bubulis coriis sis onustus Saturni hostia. Liu. 4. *bell. Maced.* Partim donis, partim spe præmiorum oneratus. Vino epulóque onerati, Salust. *Iugurth.* 113.

Ŏnĕrārĭus, a, um, quod oneratur, vel onerari potest. { מסבל *mesubbál.* φορτικός. GALL. *Appartenant à charge, ou qui peut estre chargé.* ITAL. *Da carico.* GERM. Das man ladt / oder laden vnnd beschwären kan. HISP. *Cosa perteneciente a carga, ò que puede ser cargada.* ANGL. *That is or may be loded or loden with a burden.* } Vnde naues onerariæ, quæ à gestandis oneribus dictæ sunt, naues sunt magnæ, & capaces, óbque id reliquis tardiores: contrà actuariæ, vt minores sunt, ita & celeritate, agilitatéque onerariis præstant: vnde & nomen habent, ab agendi scilicet facilitate. Cic. 3. *Verr.* Eáque in onerariam nauem suam coniicienda curauit. Plin. *Epist.* 173. Sæpe minores maioribus, velut cymbulæ onerariis, adhærescunt.

‖ Ononis, Anonis, herbæ spinosæ genus, in segetibus nascens. Iun.

Ononium, vrticæ genus.

Ononychītes, vox dicta contra Christianos quòd asinum vngulatum adorarent. Tertull.

Onopyxis, carduus, asini cibus. H. P.

Onoscĕli, dæmones asininis cruribus apparentes, varia animalia præ se ferentes. Rh.

Onychea, affectio vnguium. Idem. ‖

Ŏnychĭpūnctă, gemma est ex Iaspidum generibus, quæ & Iasponix, ἰασπόνυξ, dicitur, niueo colore, rutilis punctis stellata: vnde & nomen accepisse videtur. Vide Plin. *lib.* 37. *cap.* 8.

Onytes, æ, ὀνύτης, nomen proprium Thebani cuiusdam qui Æneam secutus, à Turno fuit interfectus. Virg. 12. *Æneid.*

Ille Talon, Tanainque neci fortémque Cethegum,
Tres vno congressu, & mœstum mittit Onyten,
Nomen Echionium, matrísque genus Peridia.

Ŏnyx, ychis. { שהם *schohám.* ὄνυξ } masculini, vel fœmin. gen. frequentiùs tamen masculini. Gemmæ cuiusdam species est humani vnguis candorem referentis, interuenientibus venis quibusdam, sardæ & iaspidis colorem imitantibus. Vide Plin. *lib.* 37. *c.* 5. ¶ Est etiam Onyx marmoris genus, quod à nonnullis Onychites, ab aliis etiam Alabastrites appellatur, in montibus Arabiæ præcipuè nascens: postea etiam in Germania inuentum: quod ad potoria & vnguentaria vasa, primùm cœpit excauari postea etiam lectorum pedes, & sellæ, & solidæ etiam columnæ ex eo fieri cœptæ Autor est idem Plin. *lib.* 36. *c.* 7. & 8. Ex hoc marmoris genere olim etiam pretiosissima fiebat pauimenta: quod non obscurè significat Martial. *lib.* 3. quum ait, Calcatósque tuo sub pede lucet onyx. Figuratè etiam inuenitur Onyx accipi pro vasculo vnguentario ex hoc marmore excauato. Idem *lib.* 7. Vnguentum fuerat quod onyx modò parua gerebat. ¶ Apud Græcos ὄνυξ propriè Vnguem significat, à cuius similitudine hoc marmoris genus, & ipsa etiam gemma nomen acceperunt, quòd scilicet humani vnguis colorem, vt diximus, referant. ¶ Onyx item medicis, oculi affectus est, quum pus sub cornea tunica colligitur ad similitudinem vnguis: vnde & nomen accepit. Latini etiam vnguem appellant: quod tamen nomen etiam alteri oculi affectui tribuitur à Celso, quem πτερύγιον vocant Græci: quum scilicet in adnata membrana quiddam excrescit, à maiori angulo, vt plurimum ortum, ad oculi coronam ita procedens, vt quandoque pupillam operiat.

Ŏnychĭnus, a, um, ὀνύχινος. quod ad onychen pertinet, vel quod ex onyche confectum est: vt, Onychina vasa, Onychina pyra vocat Plin *lib.* 15. *cap.* 15. quæ vnguis colorem referunt. Item Onychina pruna, apud Columell *lib.* 12. *cap.* 10. quæ vnguis formam & similitudinem habent.

O O

‖ Oogala. ᾠόγαλα, puls ex ouis & lacte. Hadr. Iun.

Ooscyphium, ᾠοσκύφιον poculum in oui formam oblongum.

Ootos, ᾠοτὸς, ὁ, corona pretiosissima Irenes, quam ei coniux Ioannes Ducas Imp. ex ouorum prouentu dabat. Meurs. Gl. gr. b. ‖

Ŏŏnæ, ᾠόναι, insulæ in Oceano Septentrionali, in quibus (vt Plin. refert *lib.* 4. *c.* 13.) ouis auium, & auenis incolæ viuunt.

Oopellum, Britanniæ insulæ vrbs, Ptol. *lib.* 2. *c.* 3. Vxellum aliis dicta, hodie Cestria.

O P

Opaca, Onobrychis herba, apud Diosc. *lib.* 3. *c.* 171.

ŎPĀCUS, a, um, ab ops, terrâ, quæ est opaca. Vmbrosus, opertus, tectus. ✠ Apertus. { אפל *aphél* צלצל *tsilitsal.* σκιερός, δενδροκόμος, ἀνήλιος. GALL. *Ombrageux, obscur.* ITAL. *Ombroso.* GERM. Schattechtig. HISP. *Sombroso.* ANGL. *Shadowed or in shadow, darke, obscure* } Virg. 1. *Eclog.*

——— *hic inter flumina nota,*
Et fontes sacros frigus captabis opacum.

Cic. *de Part.* In locis autem & illa naturalia, maritimi, an remoti è mari: plani, an montuosi: læues, an asperi: salubres, an pestilentes: opaci, aprici, &c. Ouid. 2. *Fast.*

Alueus in limo syluis appulsus opacis,

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

Cingit & angustas arbor opaca comas. (i. laurus.)

Ŏpāco, as, Obumbro, cooperio, obscuro. { הצל *hetsál* ἐπισκιάζω. GAL. *Ombrager.* ITAL. *Adombrare.* GERM. Beschattigen / bedecken. HISP. *Hazer sombra.* ANGL. *To shadow or mak dark.* } Virgilius *lib.* 1. *Georg.*

Nunc alta frondes & rami matris opacant.

Colum. *lib.* 5. *cap.* 5. Quum plerunque dicti syderis tempore quædam partes eius regionis sic infestentur Euro, vt nisi teguminibus vites opacentur, veluti halitu flammeo fructus vratur. Cic. 2. *de nat. deor. de Sole,* Vt quum terras larga luce compleuerit, easdem modò his, modò illis partibus opacet.

Ŏpācĭtas, atis. { צל *tsel.* σκιασμός GALL. *Ombragement, obscurité.* ITAL. *Ombreggiamento.* GERM. Beschattigung oder die dunckle vom schatten. HISP. *Aquella escuridad ò sombra.* ANGL. *A shad owing or darknesse of trees.* } Columell. *lib.* 8. *cap.* 17. Plúsque nocet putris vnda quàm prodest opacitas.

Ŏpălus, ὀπάλιος, gemma est in India tantùm nascens colore quidem candida, ita tamen vt ea vario modo & carbunculis tenuior ignis, & amethysti fulgens purpura, & smaragdi virens mare, incredibili pariter mistura transluceant: vnde & inter gemmas pæderotas, hoc est, à pueris in deliciis habitas, numeratur à Plin. *lib.* 37. *c.* 6.

Ŏpālĭă, ὠπάλια festa erant Opi deæ, quæ Saturni vxor putabatur, dicata: quæ mense Decembri paucis diebus ante Saturnalia celebrabantur. Plin. *lib.* 19 *c.* 6. Sunt qui allium & vlpicum inter Opalia & Saturnalia aptissimè seri putent.

Opeconsiua, dies festi Opeconsiuæ deæ instituti, cuius in regia sacrarium, in quod nemo præter virgines Vestales, & sacerdotem publicum introibat. Varro *lib. de ling. Lat.*

‖ Opedum, *Oppedo.* V. E. Calabriæ, sub A. Rhegino. ‖

ŎPĔRA, æ, actio est, & labor, & industria operantis, seu operatio. { פעל *pohal* פעלה *pebulláh* יד *iad.* ἐργασία, ἔργον. GALL. *Labeur, trauail, peine.* ITA. *Opera, fattica, industria.* GERM. Arbeit / fleiß. HISP. *Obra studio, diligenza.* ANG. *Labour, working, paine.* } Cic. *lib.* 1 *Offic.* Non malè præcipiunt, qui seruis vti iubent, vt mercenariis, ad iusta præbenda, & ad operam exigendam, Cæsar 5. *bell. Gall.* Ipse, etsi res erat multæ operæ, & laboris, tamen commodissimum esse statuit. Plaut. *Capt.* Nam tua opera, & comitate, & virtute, & sapientia fecisti, vt redire liceat ad parentes denuò. Cic. 1. *Offic.* Quidam nimis magnum studium multámque operam in res obscuras, atque difficiles conferunt. ¶ Opera interdum accipitur pro Delicto. Liu. *lib.* 1. *decad.* 5. Placuit Lanuuinos, quorum opera instauratæ essent feriæ, hostias præbere: illi enim in precatione errauerant. ¶ Opera ferè ad hunc modum in oratione collocatur. Operam do, Operam impendo, Operam nauo, quod est ad aliquam rem agendam incumbo, & studium laborémque impendo. προσέχω. Cic *Tiron.* Da operam, vt valeas. Hinc dedita opera, dicimus pro eo quod est de industria quasi cura adhibita, & labore impenso: quod & data opera dicitur. Idem *in Epist.* Data opera parabi, qui sic, &c.

‖ Operâ consultâ, consultò, compositò, ἐπιτηδὲς. Gellius *lib.* 6. *cap. vlt.* non sponte, neque opera consulta, sed à militibus forte auxiliariis incensa sunt. ‖ Dicimus etiam Operam conferre in aliquam rem, Operam consúmere in aliqua re: Operas, vel operam dare alicui, pro iuuare: Dare operam in exercitationem aliquam. Dare operam alicui, est audientiam accommodare: Dare operam præceptori, est eum audire: Dare operam funeri, est interesse pompis exequiarum: Dare operam tonsori, est tonderi. Id operam do, id est, curo, laboro. Operam dare ventri & studere somno. Plaut. *Pseud. sc.* . *a.* 1. Viginti minæ bonæ mala opera partę. Idem *in Asin. sc.* 4 *a.* 3. Bona opera, aut mala inuenite argentum. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Certum est obseruationi operam dare. (i. speculari.) Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Occupata est: operæ non est: non potest. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Excusantis operæ si sit plus, tecū loquar (i. si sit plus rei quàm verborum. Lambin. Plaut *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. & *in Merc. sc.* 2. *a.* 5. Operæ non est. (i. otium non est.) Gell *c.* 17. *lib.* 7. vel, vt Lambinus, operæ non est copia, siue facultas. (i. non vacat, non licet.) Sic Liu. 9. *bell. Pun.* Operæ non est vobis audire. Opera consilióque nos adhortante iuuat. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1: Ne nimio opere sumat operam. (i. ne nimiam operam.) Idem

*Curc.sc.*1.*a.*4.Mandaui vt ei daret operam,de aduocato, vel procuretore *Ibid.sc.*3. *a.*2.Vult te nouus herus operam dare fideliter veteri domino.Idem *Capt.sc.*2.*a.*1.Opera huc conducta vestra,non oratio.Idem *Aul.sc.*3.*a.*3.Opera vt largus est nocturna.Idem *Asin. sc.*3.*a.* 3. Opto mihi hunc annum perpetuum huius operas, eodem sensu. *Ibid.* Date benignè hanc operam mihi.(i.audite.)Idem *prolog. Asin.* Redde operam mihi.(i.audi vicissim.) Da mihi operam parumper, paucis est quod te volo.Idem *Aul.sc.*4 *a* 1. Operam hanc surripui tibi. (i.de concubitu.) Idem *Amphitr.* Par pari datum hostimentum opera pro pecunia. (i. concubitus.) Idem *Asin.sc.*3.*a.*1. Faxo & operam & vinum perdiderit simul.Idem *Aul. sc.*5.*a.* 3. Senatui operam dare, aut clientibus. Idem *Asin.sc.*2.*a.*5.Triduum hoc assiduam operam dedi foro *Ibid. sc.*4. *a.*2. Dixit se promissam operam dare,(sup.in foro.)*Ibid.sc.*2 *a.*2.Iussin columnis deiici operas araneorum. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Facie haud videntur mali: opera fallunt. Idem *Pseud. sc.*2.*a.* 1. Operam vt det, (velim sup.) Dabit.(i.coniiciet somnium.)Idem *Curc. sc.*2.*a.*2. Domo abs te afferto ne operam perdas poscere. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 2. ¶ Operam date vestro Imperatori. Cæsar *lib.*3.*de bell.ciu.* Operam dare matrimonio. Sueton.*in Galb.c.*5.Operam dare auspicio. Liu *lib.* 4. *d.* 4. Operam dare tonsoribus,Suet.*in August.*Liu *lib.*4. *ab Vrbe*,Neque Consulibus cum tot populorum bella imminerent operæ erat id negotium. Item Operam dare rebus diuinis.Idem *lib.*2.*d.*4.& auspicio *lib.*8.*d.*4. Inter operas campestres & diuisores Augustū proditum miror Suet.*in August.c.*3.¶ Item Opera forensis, de vili aduocato. ¶ Eadem opera aliquid facere, id est, eadem diligentia, eodem labore. ¶ Opera est mihi, quod barbarè dicitur, habeo ad faciendum, sum impeditus. ¶ Opera tua, opera mea aliquid fieri, quod barbari dicunt tuo medio. Mea opera liber nunquam fies ocyùs. Plaut. *Asin sc.* 2. *a.* 2. Nec sua opera rediget vnquam in splendorem compedes. Idem *Aul.sc.*1.*a.*4. Apicularum opera congestum.Idem *Curc.sc.*1. *a.*1. Vna opera ebur atramento candefacere postules. Idem *Most. sc.*3.*a.*1. Hoc vna opera ad aurificem deferas, eadem via. Idem *Men.sc.*3.*a* 3. Vna opera prohibere me ad cœnam promittat, postules.Vna opera viro pensum dare postules.*Ibid.sc.*2.*a.*5. Iubeas vna opera me piscari in aëre.Idem *Asin. sc.*1.*a.*1.Eadem opera syngrapham à prætore sumes.Idem *Capt. sc.*3 *a.*2. Item, Reprehendam cuncta vna opera, (i.eadem ratione.) Idem *Pseud.sc.*2.*a.*1. Consulta opera, pro dedita.Gell. *c.vlt.lib.*6. ¶ Opera tibi vita est.id est, vitam tibi ex labore comparas. Dicimus etiam perdere operam, Ludere operam, Operam petere,Ponere operam in aliqua re.Ponere operam alicui. Cic.*ad Attic. lib.*13.Faberio operam ponamus. ¶ Bene ponere operam, Præbere operam, Sumere operam, Operas reddere, Tribuere operam alicui rei, Vti alicuius opera ad aliquid faciendum. ¶ Opera etiam rebus inanimatis tribuitur pro actione. Cels.*lib.*7.*c.*2. Necessaria verò opera scalpelli est. ¶ Operam soluere, i. operari, vacare rebus sacris, atque rem diuinam facere. Afranius, Soluo operam Dianæ. ¶ Operæ est, idem quod operæpretium est, Plaut. *in Cas. sc. antepenult.* Neque quò fugiam. Dum mea facta itero, est operæ auribus accipere. Simile est illud apud Persium *Satyr.*6.

Lunai portum est opera cognoscere ciues,

Illa porrò locutio alias induit significationes,vt ex superioribus clarum est. In quibus orationibus tacitè subauditur nominatiuus Pretium. ¶ Opera est, idem quod opus est, quorum omnium testimonia studiosis passim occurrent. ¶ Operas quoque personas ipsas dicimus.αὐτουργοὺς, quæ pretio conductæ aliquid operis faciunt: sicut Custodia pro iis ipsis accipitur, qui aliquid custodiunt. Cic.7. *Verr.* Nauem tibi publicis Mamertinorum operis esse ædificatam. ¶ Operæ publicanorum,quos *Factores* appellant vulgò.Idem *Crassipedi lib.*3. *Epist. famil.* A te peto Cn.Pupium,qui est in operis eius societatis,omnibus tuis officiis,atque omni liberalitate tueare,curésque vt eius operæ (quod tibi facile factu est) quàm gratissimæ sint sociis. De operis Columell.*lib.*2. *cap.*23. abundè tractat. ¶ Aliquando etiam Operas dicimus nebulones conductos ad flagitium aliquod perpetrandum. Cic. *pro Sestio*,Erat autem mihi contentio non cum victore exercitu,sed cum operis conductis, & ad diripiendam vrbem concitatis. ¶ Operæ libertorum, officia sunt quæ liberti patronis gratiæ & remunerationis loco præstant.Hinc Caius *de oper.lib.* Operarum, inquit,editio nihil aliud est,quàm officij præstatio.

ŏpēllă, æ, diminutiuum ab opera, Parua & exigua opera. {πραγμάτιον. GALL. *Petit labeur.* ITAL.*Picciola opera.*GERM. Ein kleine arbeit oder ein kleiner fleiß. HISP. *Pequeña obra.* ANGL. *A litle or small labour* } Horatius 1. *Epist.* 7. Officiosaque sedulitas & opella forensis Adducit febres. Lucretius *lib.*1. Hæc si pernosces parua conducta opella.

ŏpĕrŭlă, æ, aliud diminutiuum ab opera. πραγμάτιον. Apuleius, Operulas etiam in eam conferri, quas adhuc vigenis sacrarium, faciens merebam. ‖ ¶ Operulâ defungi, Vlp. *d.lib. vlt. tit.* 13. *l.*3. negotij in quo operula ista defuncti sunt. ‖

ŏpŭs, Finis, fructúsque operæ, quod ædificando,fingendo, scribendo,aliter vè agendo editum est. {מעשה *maasséh* פעל *pohal* פעלה *pehulláh.* ἔργον, τὸ ποίημα. GALL. *Oeuure, ouurage, besongne.* ITAL. *Opera fatta.* GERM. Ein werck. HISP. *Obra que queda hecha.* ANGL. *A work bussinesse,or labour.*}Terent.*in Heaut.* vtrunque complexus est,quum ait, Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ. Frequens in opere bonarum disciplinarum Gell *c.*15.*lib.*6.Opere censorio nudati. (i.munere censorum,& à Censoribus)Suet.*in Cæs.c.* 41. Ad opus damnati.Idē *in Neron.c.*13.Operis antiqui vasculum,idem *in Cæsare c.*81. Vnde opera autorum dicuntur συγγράμματα.Et opera, tam publica, quàm priuata ædificia dicuntur,ἔργα.Virg.8.*Æneid.*

Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.

Vbi notandum est, quòd quoties non ad laborem corporis, sed ad laborem animi, & ad artem, industriámque respicimus, magis Opus quàm operam dicimus,vt In opere fabrili, In opere rustico, In opere faciundo. ‖ ¶ Operis noui nuntiatio, est aut iuris nostri conseruandi causa, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratia interceßio aduersùs nouum opus in solo molientem. ¶ Operis continentia,i. σῶμα τῆς ἐποχῆς, comprehensio ‖ ¶ Est aliquando opus, idem quod necesse est,cuius est varius vsus.Æquè enim, opus est aliquid, & re aliqua,& vt aliquid fiat,dicitur.Cic.*in Epist.*Nos si quid erit istic opus defendes. Idem *alibi*, Tu quæ istic opus erunt, administrari prospicies. Idem *Curioni*,Dux nobis & autor opus est. Nam mihi istud exquisito opus est.Et,opus mihi quæsito. Plaut.*Curc.sc.*1.*a.*5 & iterum *sc.*3 *a.*2. & *Asin.sc.*2.*a.*2.Opus est hoc exasciatum.(i.hac re exasciata.)Passerat. vel hoc opus inceptū est,vt Lambin.Citiùs quod non facto est vsus, fit, quàm quod facto est opus.Plaut *Amph.*Vt parētur quibus paratis opus est Idem *Men.sc.*5.*a.*5.Quid mihi opus est vita,qui tantū auri,&c.viso opus,cauto opus.Idē *Capt sc.*1.*a.*2 Eiulatione haud opus est.*Ibid.*Quod facto opus est.Idem *Milit.sc.*2.*a.*2.Quid opus est verbis?Idem *Curc.sc.*1.*a.*1.opus est vt fiat(de prandio.)Idē *Men.sc.*3.*a.*2.Quid multis verbis opus est? *Ibid.sc.*2.*a.*3.Tibi opus est,qui te procures.Idem *Curc.sc.*2.*a.*4.Quin depromuntur mihi,quæ opus sunt.*Ibid.sc* 2.*a.*2.opus mihi hoc nomine conuento. *Ibid sc.*3,*a.*2.Plus aut minus, quàm opus erat,dixeram.Idem *Men.sc.*2.*a.*4.Quid opus est me agere ambages.Idem *Pseud. sc.*1 *a.*5.opus quinque inuentis minis. *Ibid.sc.*4.*a.*2. Siue opus est velis,siue opus est remo,Ouid.*Eleg.*9.*lib.*1.*Trist.*¶ Aliquando substantiuè pro eo quod est necessitas, vel res necessaria, & ita ferè ablatiuum postulat. Cic.3 *de Orat.*Acuto nobis homine opus est. Aliquando etiam cum genitiuo. Idem *ad Quint. fratr.* opus erit elegantioris alicuius. Apud antiquos etiam cum accusatiuo. Plaut.*in Truc.*Puero opus est cibum.Idem*Men.sc.*4.*a.*2.Palla reconcinnetur, atque opera addantur, quæ volo.Idem*Asin sc.* 4. *a.* 2. Vt quod operis sibi esset locatum, efficeret.Idem *Men.sc.*4.*a.* 2. Tantum incœpi operis. ¶ Ad opus damnari *in Neron.cap.*31.

Et faceret patrio rure senator opus,

Ouid.3.*Fast.*Et 5.*Fast.*

Martis opus iuuenes animosaque bella gerebant.

Item *lib.*6 *Fast.*

Si nullum ausuri maius eramus opus,(i.facinus.)
Seu sit opus quadratum acies consistat in agmen.

Opus fulgentissimum Cæsaris victæ Galliæ.Velleius,

———*Materia ne superetur opus,*

Ouid *Eleg.*1 *lib.*2.*Trist.*

Inque suum furtim Musa trahebat opus,

idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Nullum de nostris opus momordit liuor, *ibid.* Neque hoc hodie opus efficiam. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. (i. duas res maximas.)Quid opus me agere ambages?*Ibid. sc.* 1. *a.* 5. In opere esse.(i.in actione)pulcherrimum est.Senec. *c.* 3. *de tranquill.* opera pro rebus gestis.Velleius.

Ne tamen omne meum credas opus esse remissum.(i iocosos libellos.) Ouid.*Eleg.*1.*lib.*2.*Trist.*&c. ¶ Opera pro cuniculis Liu.*lib.* 5 *ab Vrbe*, Non vi,sed operibus expugnatos,&c.Idem *lib.* 5. *d.* 4. Operibus vrbem capere. Quintil. explicat, Operibus & cuniculis rem gerere. Idem *supra*, Operum mole difficiles ciuitates. Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* Opus facere in castris.Summo opere bellum parare.Liu.*lib.*1.*ab Vrbe*, Omni opere anniti.(i.conatu.)Nihil frequentius.Bibe,es,fuge: hoc est, eorum opus.Plaut.*Pseud.sc.*2.*a.*1.¶ Nimio opere,vide *Nimiopere*, Idem *Men. sc.* 3.*a* 5. Manendo medicum dum se ab opere recipiat, (i.curatione ægrotorum.

ŏpĕrārĭŭs, ij, substantiuum, qui manu operatur, mercede conductus. {פעל *pôhel.*ἐργάτης,ἐργάτης.GAL.*Ouurier,manouurier.* ITAL.*Manoale, lauoratore.* GERM. Ein arbeiter / werckmann / tagnäter. HISP. *Obrero.* ANGL. *A labourer or workeman.* } vnde Cassius *apud Varron. lib.* 1. *de re rustica cap.* 17. præcipit operarios parandos esse qui laborem ferre possint, nec minores annorum duorum & viginti, & ad agriculturam dociles.Cicero *in Paradox.*Vtrum potius de bonis est quærendum, quid baiuli atque operarij, an quid homines doctissimi senserint?

ŏpĕrārĭă, æ.Plautus *in Bacchid.* Equidē tibi dabo hanc operam.P. at nimium pretiosa operaria es. {ἐργάτις. GALL. *Ouuriere.* ITAL. *Operatrice.* GERM.Ein arbeiterin/tagnäterin.HISP *Obrera,*}

ŏpĕrārĭŭs,a,um,quod labore atque opera fit,siue quod ad operarium pertinet.{ἐργατικός.GALL.*Fait industrieusement,ou appartenant à ouurer.* ITAL.*Fatto industriosamente,pertinente à lauorare* GERM.Das zu dem arbeiten oder den arbeitern gehört. HISP. *Cosa hecha por artificio,ò pertenenciente à obrar.*ANGL.*That is madeby,industrie,that belongeth, to a workeman.* }Plin.*lib.*14.*cap.* 10.Sed inter vina operaria numerantur. Et fit ab Opera. ¶ Hinc Operarius homo, qui operatur Cicer. *Attic.lib.*7. Nam de altero illo minus sum admiratus, operario homine. ¶ Operarij lapides, qui ad opus aliquod accommodari & incidi possunt, & quibus operari possumus. Plin. *lib.* 36. *cap.* 22. Nunc ad operarios lapides transisse conueniat,primúmque cotes ferro acuendo. ¶ Operarius vsus, qui ad opus aliquod faciendum adhibetur, vel qui alicui operi accommodatur. Plin. *lib.*8.*c.*3. Alterius mucroni parcunt ne fit præliis hebes: alterius operario vsu fodiunt radices, impellunt moles. ¶ Operarium pecus, cuius vsum ad operas nostras faciendas conuertimus. Colum. *lib.*6.*c.*2. Humilis enim & modica corporatura pecoris operarij esse debet,hoc est, pecoris illius cuius opera agrum colimus. ¶ Operarius dies:id est,profestus. Hoc quidem malè sumptum ex Caton. corrupto loco.

ŏpĕrōsŭs, a, um, qui rebus gerendis operam dat, inquit Valla,laboriosus. {יגע *iaghéah.*σπουδαῖος,ἐργώδης. GALL. *Penible,de grand labeur,qui trauaille beaucoup.* ITAL. *Facendiere, infacendato.* GERM. Arbeitsam. HISP. *El que es de mucha obra laborioso.*ANGL.*Laborious,that labores with greath earnestnesse.*} Cic. *de senect.* Videtis vt senectus non modò languida non sit,verumetiam operosa, id est, quæ agit, & rebus agendis operam dat. Ouid. *de Nuce*,

Sed puto magna mei est operoso cura colono.

Brachia operosa Cyclopum. Stat.1. *Theb.* ¶ Operosus eius rei quisque dicitur in qua desudat. Ouid. 2. *Fast.*

Disce metu posito vates operose dierum,
Quod petis.

id est,qui in digerendis diariis laboras. ¶ Quandoq; quod multa opera est confectum, aut quod est multæ operæ, quódque ad sui absolutionem multum laboris requirit. Ouid. *in Epist. Briseid.*

Viginti fuluos operoso ex ære lebetas.

Plin.

Plin.lib.18.c.15. Et vicia pinguescunt arua,nec ipsa agricolis operosa: imo sulco sata non sarritur,non stercoratur. Suet. *in Aug. c.72.* Ampla & operosa Prætoria grauabatur. ¶ Operosus, pro efficaci: vt operosa herba. Ouid. 14. *Metam.*

Vtere tentatis operosæ viribus herbæ.

¶ Facilis)(Operosus. Plin. *lib.15.c.23.* Tarentinæ faciles, nec operoso sunt cibo. ¶ Operosior, Operosissimus.Cic.*de leg.2.* Ne quis sepulchrum faceret operosius.quam quod decem homines effecerint triduo. Plin.*lib.14.cap.12.* In nulla parte operosior vita est. Idem *lib.7.cap.53.* Operosissima tamen securitas mortis in M. Ofilio Hilaro ab antiquis traditur. Horat.3. *Carm. Ode 1.*

Cur valle permutem Sabina
Diuitias operosiores.

Operosè,aduerbium,Laboriosè, difficulter. { ἐπιπόνως. GALL. *Auec peine & trauail,difficilement.* ITAL. *Con fatica & difficulta.* GERM.Schwerlich/ mit arbeit/arbeitsamlich. HISP. *Con mucha obra, dificilmente.* ANGL. *VVith paine and diligence.* } Cic. *in Orat.* Quod vel maximè desiderat diligentiam, (est enim quasi structura quædam) nec id tamen operosè. Plin. *lib.18. cap.26.* Dicemus mox paulò operosiùs.

Operositas, atis. { עמל *bamál* יגיעה *jegbiháh.* Quintil.*lib.8.cap 3.* Est etiam quæ περιεργία vocatur, superuacua, vt sic dixerim, operositas. GALL. *Trauaillement, peine grande.* ITAL. *Fattica ò trauaglio inutile.* GERM. Arbeitsame. HISP. *Trabajo, mucha obra.*}

Operæpretium, ab Opera deducitur, Fructuosum ad rem pertinens, opera & labore dignū. { מועיל *mobil.* τὸ πόνου ἄξιον. GALL. *Qui est vtile & conuenable, fructueux.*ITAL.*Fruttuoso.* GERM.Nutzlich/wolzuthun/ der arbeit wert/ fruchtbar. HISP. *Prouechoso.* ANGL. *Profitable, worthie the labour and paine.*} Cic. *de lege Agrar. contra Rull.* Quo in genere est operæpretium diligentiam maximam recordari. Idem 6. *Verr.* Iam vt hæc omnia reperire ac perscrutari solitus sit, Iudices, est operæpretium cognoscere. Liuius 2. *bell.Pun.* Tempus est opulenta vos,ac ditia stipendia facere, & magna operæpretia mereri, id est, magna præmia militiæ, inquit Budæus. ¶ Aliquando voce operæ posita, eleganter pretium desideratur. Pers. *Satyr.6.*

Lunai portum est opera cognoscere ciues.

Vide exempla in *Opera* suprà. ¶ Pretium operæ. Plinius, Id verò audire pretium operæ sit. Facere operæpretium, est facere rem opera, & labore dignam. Liuius *in Præf. operis*, Facturúsne operæ pretium sim, si à primordio vrbis res populi Romani perscripsero, &c. Idem *lib.3. d. 5.* ¶ Operæpretium habere, id est, pretium pro opera & labore Idem *5. bell. Punic.* Seruorum legionibus T. Sempronius consul, toties iam cum hoste signis collatis pugnauit, operæpretium habent libertatem, ciuitatémque. Quintil. Tum operæpretium venit. Item Plaut. *prologo Amphitr.* Operæpretium hic spectantibus. Iouem atque Mercurium facere histrioniam. Idem *Mil.sc.1. a. 1.* Operæpretium non est ea enarrare.

Operor, aris, ab Opera, In opere aliquo faciundo laboro, operam do. {פעל *pabál.*ἐργάζομαι, αὐτουργῶ. GALL.*Ouurer,besongner.*ITAL.*Lauorare,operare.*GERM.Wercken/arbeiten.HISP.*Obrar,trabajar.* ANGL.*To labour,to worke.*} Plin.*lib.11.c.10.*Adolescētiores ad opera exeūt,seniores intus operantur.Colum.*lib.11 c.4.* Si rebus veneris fuerit operatus, vel vir,vel fœmina, debere eos flumine ablui. ¶ Operari superstitionibus.Liu.*lib.10.ab Vrb.*¶ Item rem diuinam facere, sacrificare,ἱερουργεῖν, ἱεροποιεῖν.Iuuenal.*Satyr.12.*

Vt matutinis operatur festa lucernis.

Pomponius,Ad Veneris profectus, est manè vetulus, votum vt soluere:ibi nunc operatus est. ¶ Operari noctes lucerna dicitur, quum circulum suum per noctis tempus absoluit, & post Solis occasum lumen nobis præbet, quod veluti opus eius est. Propert.*lib 3.*

Cynthia iam noctes est operata decem.

|| ¶ Operari venenum.Lamprid *in Commodo*,Primum ei venenum dederunt, quod cùm minus operaretur, per athletā eum strangularunt.|| ¶ Huius verò compositum est Cooperor.

Operatus,a,um,participium.{ἐργασμένος.GAL.*Ouuré.*ITAL.*Chi afatto lauoro.* GERM. Gewerckt. HISP. *Obrado.* ANGL. *VVrougth.*} Quintil. Operatus scholæ.Liu.*lib.4.ab vrb.* Addictum & operatum Reip.corpus. Subdit Passerat,An consecratum est?Virg.3.*Æneid.*

Connubiis,aruisque nouis operata iuuentus.

Liuius *lib.* 10. *ab vrb.* Hostes operati superstitionibus. Item Ouidius 6.*Fastor.*

Vesta faue tibi nunc operata resoluimus ora.

Operatus,absolutè pro Operatus sacris. Tacitus *lib.* 2. Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, viditque se operatum.

Operatio,nis.{פעלה *pebulláh.*ἐργασία,ἐνέργεια. GALL. *Operation, œuure.* ITAL.*Opera.*GERM. Ein werck oder die verbringung deß wercks. HISP. *Obra,*ANGL.*A working.*}Plin.*lib.* 11. *c.24.* Tertium aranearum genus erudita operatione conspicuum. Cic. *Attic.lib.6.*Huius nebulonis operatione si Brutus moueri potest,licèt eum solus ames. Quintil. In Operationis opere. ¶ Accipitur etiam pro sacrificio ἱερουργία. Plaut. vt istæc operatio crimen explet.

Opusculum,diminutiuum ab Opus {πονημάτιον.GAL.*Petit ouurage.*ITAL. *Picciola opera.*GERM.Ein wercklin.HISP *Pequeña obra.* ANGL. *A litle worke.*}Cic.4. *Acad.*Vt etiam inter deos Myrmecides aliquis minutorū opusculorum fabricator fuisse videatur.

OPERIO,is,ui,tum,ex Ob & pario,sed b,abiicitur: vnde & per simplex p, scribitur, Tego. { כסה *chissah* חפה *chapháh.* ἀμπεχόνω, ἐπικαλύπτω, καλύπτω.GAL *Couurir,enfermer,enclorre.*ITAL.*Coprire,serrare,ascōdere* GERM.Bedecken/oder zudecken/ item, beschliessen.HISP. *Cubrir,cerrar, esconder.*ANGL.*To couer or ouerwhelme.*}Propert.*lib.3.*

Atque hinuli pellis totos operibat amantes.

¶ Significat quoque Claudo,Terent.*in Heaut.*Vbi abiere intrò,operuere ostium. Plaut. *Men. sc.4.a.2.* Abiit intrò, operuit fores, Vide in *Operior* vocabulo sequenti.Plin.*lib.* 11.*c.* 37. Morientibus oculos operire, rursúsque in rogo patefacere. ¶ Quandoque celare, abscondere, non patefacere. Idem *Epist.* 60. Abdere lachrymas, operire luctum, amissóque filio matrem adhuc agere.Gell.*c.14.lib.* 13. Operire facinus peiore facinore.

Operior,iris,iri, passiuum, Tegor, offundor. Cicer. 6. *Verr.* In hac insula extrema, est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum à mari disiunctus esset. Plaut. *Pseud. sc.2. a.2.* Iube te sis operiri: beatus si consudaueris. ¶ Sumitur etiam pro Claudi. Idem *Menæch. sc.4. a.2.* Sine fores, sic nolo operiri. Vide in *Operio.*

|| Opertaneus, a, um, quod in operto peragitur. ||

Opertus,a, um, participium, Tectus. { מכסה *mechusséh.* κεκαλυμμένος. GALL. *Couuert.* ITAL. *Coperto.* GERM. Bedeckt. HISP. *Cubierto.* ANGL. *Couered.* } vt montes operti arbore. Ouid. 5. *Metam.* Caput opertum. Horat.2. *Serm.satyr.3.* Æmus opertus nubibus Ouid.4. *de Ponto Eleg.5.* Fores opertæ,idem 2. *Fast.* Lectica operta ferri per oppidum, vt mortuus. Cic.2. *Philipp.* Operti præda,id est, onusti. Plin. *in Paneg.69.* Opertus dedecore, & contumelia, id est, affectus. Cicer. *pro Cluent.& 6. Verr.* Opertis oculis,id est,clausis.Senec.*de benef.4.* Multa reges,præsertim in bello,opertis oculis donant.Ouid.5.*Fast.*

Fana tamen veteres illis clausere diebus:
Vt nunc ferali tempore operta vides.

Idem 3. *Fast.*

Fœmina cur præstet(liba)non est rationis operta.

Item,Operto capite salutare Plaut.*Curc.sc.1.a.3.*Manibus puris,operto capite Deos inuocare.Idem *Amph.* Operti barba & pallio (philosophi.) Gell *c.8.lib.13.* Græci palliati operto capite ambulant. Plaut. *Curc. sc. 3.a.2.* Operto capitulo caldum bibunt. *Ibid.* ¶ Opertum)(Apertum. Idem *Capt.sc. 3.a. 3.* Operta quæ fuere, aperta sunt: patent præstigiæ omnis res palàm est.|| ¶ Opertus Deus Pluto.Cerda.||

Opertus, us, ui. ἐπικάλυψις. Apul.*in Apolog.* Sed enim mundissima lini seges. inter optimas fruges terra exortas, non modò indutui, & amictui, sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque inde rebus sacris vsurpatur.

Opertè,aduerbium,tectè.κρυφίως.Gell.*lib.* 9. *cap.* 11. Eósque more Pythagoræ, opertè atque symbolicè κυάμους appellatos.

Opertum, i, substantiuum. כסוי *chesúi.* ¶ Opertum Bonæ deæ, sacrificij genus erat,quod à solis mulieribus in loco operto fiebat, cuíque virum interesse nefas erat. Cic.*in Paradox.* Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, vt si opertum Bonæ deæ accessisses, exulares. Pro admirabili & occulta scribendi ratione, videtur positum à Gellio *c. 9. lib. 17.* cùm ait,Comminiscitur opertum hoc litterarum admirandum.

Operto,as frequentatiuum est ab Operio,vt inquit Festus.σκεπάζω.

Operimentum, i, dicitur quod aliquid tegit, operculum. { כסות *chesúth* מכסה *michseh.* ἐπίβλημα, σκέπασμα. GALL. *Couuerture.* ITAL. *Coprimento.*GERM.Ein decke. HISP. *Cobertura.* ANGL. *Any ting that couereth.*}Cato *de re rust. cap.* 10. Instragula octo, puluinos sedecim, operimenta decem,mappas tres.Plin.*lib.8.cap.* 42. Detracto oculorum operimento.

Opertorium, ij, Operimentum. { כסות *chesúth* מכסה *michséh* περικάλυμμα.GAL.*Couuerture.*ITAL *Copritura.*GER.Ein decke.HISP. *Cobertura.*ANGL.*A couer.*}Senec. *in Epist.* Ex duabus penulis altera stragulum altera opertorium facta est.

Operculum, i, instrumentum quo aliquid tegitur,operimentum. {πῶμα. GALL. *Couuercle.*ITAL.*Coperchio.*GERM.Ein deckel.HISP. *Tapadero ò cerradura.* ANG. *A thing to couer with.* } Columell. *lib.* 9. Sunt qui à superiore parte foramina ipsis operculis imponant,quod fieri non oportet:nam supersiliens auis, proluuie ventris cibos & aquam conspurcat. Cato *de re rust.c.10.*Operculum aheni vnum. Operculum ambulatorium.Plin.*lib.21.c.14.* Operculum à tergo esse ambulatorium, vt proferatur intus,si magnus sit alueus, hoc est, quod facilè huc, vel illuc moueatur.

Operculo, as, Operculo operio, tego.{πωμάζω. GALL.*Couurir.*ITAL.*Coprire.*GER. Decken mitt einem deckel/zubünden.HISP.*Cubrir.*ANGL. *To couer.*} Colum. *lib.vlt.c.30.* ab eo tempore, quo primùm dolia opercularis,vsque ad æquinoctium vernum,semel in diebus triginta sex vinum curare satis est Idem *lib.12.c.15.*Quæ vasa confestim operculare & oblinere conuenit.

Opertaneus, a, um, adiectiuum: vt, Opertanea sacra, Sacrificia quæ in operto fiebant, quæ & Seclusa dicebantur, ne profanorum oculis polluerentur.Hæc à Græcis μυστήρια appellantur.Ad rem diuinam luteo rostro pedibúsque non videntur: ad opertanea sacra nigræ. Plin. *lib.10.cap.56.*

Operor,Operosus,Operula,vide *Opera,ræ.*

Opes,opum,vide *Ops.*

Ophaus,ὄφαρος,Scythiæ fluuius, in montibus Catheis nascens, & in Lagoum influens.*lib.6.c.8.*

Opheltes,ὀφέλτης,filius fuit Lycurgi regis Thracum,& alumnus Hypsipyles,alio nomine Archemorus appellatus: quem quum nutrix Argiuis Langiam fontem indicatura,in herba reliquisset, serpens interemit. In cuius honorem Argiui Nemeæa certamina instituerunt,quorum victores apio coronabantur.

|| Ophiaca, ὀφιακά τὰ, libri de serpentibus. ὄφις serpens. ||

Ophiasis, ὀφίασις. Vitium est capitis, pueris præsertim familiare, ab occipite plerunque originem ducens, indéque vsque ad aures & frontem paulatim serpens,donec vtrinque fines quasi capite & cauda committantur. Vnde & nomen inuenit.Ophis enim Græcè nobis serpentem sonat.Quacunque hoc malum serpit, cutis emoritur, pilus excidit glabretáque per extimam capitis cutem sparsa, serpentis effigiem relinquunt.

Ophicardelus,gemma est,in qua nigrum colorem binæ lineæ albæ includunt.Plin.*lib.37.c.10.*

Ophidion, ὀφίδιον, q. serpenticulus. Pisciculus est congro similis, multò tamen minor: à serpentis figura nomen habens. Meminit eius Plin. *lib.32.c.vlt.*

Ophineus, ὀφινεύς, Messeniorum vates, qui quotannis natali die furore correptus, futura prædicere solebat.

Ophioctonon,ὀφιοκτόνον,herba quæ notiore nomine Elaphoboscon appellatur:ita dicta, quòd serpentes enecare credatur.Herbariorum vulgus *Gratiam Dei* appellat,teste Ruell.

Ophiogenium, ὀφιογενῶν, herba est, cuius pastu cerui sese aduersùs serpentes muniunt. Alio nomine Elaphoboscon dicitur, hoc est, cerui pabulum.

Ophiogenæ, ὀφιογενεῖς, genus hominum in Hellesponto, quos Crates Pergamus scripsit serpentum ictus tactu solitos leuare, & manu imposita venena extrahere corporibus. ¶ Sunt & alij eodem nomine in Cypro insula. Plin. *lib.* 28. *cap.* 3. Quorum è genere sunt Psylli, Marsíque, & qui Ophiogenes vocantur in insula Cypro: ex qua familia legatus Hexagon nomine, à Consulibus Romæ in dolium serpentium coniectus experimenti causa, circummulcentibus linguis, miraculum præbuit.

‖ Ophioglossum, ὀφιόγλωσσον, herba ita dicta, quia ex pediculo & folij velut sinu tenuis rectusque erit stylus, cacumine velut serpentis linguam proferens. Dodon. ‖

ŏphĭŏmăchus, ὀφιομάχος, pen. corr. Lacerta à Græcis dicitur, quòd cum serpentibus pugnet.

ŏphĭŏphăgi, ὀφιοφάγοι, dicti sunt qui serpentibus vescuntur: cuius generis populos ad sinum maris rubri memorat. Plin. *lib.* 6. *c.* 29.

‖ Ophioscorodon, ὀφιοσκόροδον, tanquam allium anguinum. ‖

ŏphĭŏstăphylŏs, ὀφιοστάφυλος, frutex est ex syluestrium vitium genere, quæ vitis alba, & Græco vocabulo Ampeloleuce vocatur à Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Latinorum nonnulli Serpentis vuam interpretantur, itaque dictam putant quòd in Arabia hoc fruticis genus præsentissimum venenum putetur.

ŏphīŏn, onis, ὀφίων, socius Cadmi fuit, & in Thebis ædificandis adiutor: ita dictus, quòd è serpentium dentibus fingatur prognatus. ¶ Est etiam Ophion nomen filij Oceani, qui cum vxore Eurynome ante Saturnum rerum est potitus. Claud. *lib.* 3. *de rapt. Pros.* Hos onerat ramos exutus Ophion. ¶ Ophion verò, ophij animal fuit Sardiniæ insulæ peculiare, pilo & dentibus ceruo simile: quod Plinius sua ætate interiisse tradit *lib.* 28. *cap.* 10. *&* *lib.* 30. *c.* 14.

ŏphĭŏscŏrŏdŏn, ὀφιοσκόροδον, frutex est, qui notiore nomine Capparis appellatur. Autor Diosc. *lib.* 2.

ŏphĭŏstăphylē, ὀφιοσταφύλη, frutex est idem cum cappari Plin. *lib.* 13. *c.* 23. Capparis firmioris ligni frutex, seminisque & cibi vulgati Quidam eum cynosbaton vocant, alij ophiostaphylen.

‖ Ophis, ὄφις, serpens, draco & dracunculus, herba. ‖

Ophitæ, ὀφῖται, Hæretici quidam fuerunt, qui Christum sub serpentis specie colebant. Interim tamen habebant & viuum serpentem, quem venerabantur & nutriebant.

ŏphītēs, ὀφίτης, marmoris genus serpentis maculas habentis, Lucan. *lib.* 9. Quam paruis tinctus maculis Thebanus ophites. Plin. *lib.* 36. *cap.* 7. duo eius facit genera, alterum molle & candidum, alterum nigricans & durum. Vtrunque capitis doloribus, & serpentium ictibus medetur.

ŏphĭūchūs, ὀφιοῦχος. Cæleste sidus est, quod à poëtis aliquando Anguitenens appellatur, eo quòd hominis effigie fingi soleat anguem manu tenentis. Itaque nonnulli Herculem esse putauerunt, qui adhuc in cunis vagiens angues à Iunone immissos manibus præfocauit. Dictus Ophiuchus, quasi ὀφιόεχος, & per synæresim mutatis o & ε in ου, ὀφιοῦχος. Sunt tamen qui Ophiuchum Æsculapium esse velint: alij Canobanta Getarum regem: alij Phorbantem Triopæ Thessalorum regis filium. Vide Higinum.

ŏphĭūsă, ὀφιοῦσα, insula est in mari Balearico, teste Ptolemæo, x. duabus Pithyusis minor, (nam maior Ebusus dicitur.) propter serpentum copiam inculta: vnde & colubraria à Latinis appellatur. Plin. *lib.* 3. *cap* 5. Ebusi terra serpentes fugat, Colubraria parit: ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus, Græci Ophiusam dixerunt. ¶ Est & altera eiusdem nominis insula non procul à Creta, cuius etiam meminit idem Plin. *lib.* 4. *c.* 12. ¶ Ophiusa item oppidum fuit Sarmatiæ Europææ ad Tyram amnem: de quo idem *loco iam indicato*, Rhodus quoque insula, aliquando propter serpentum copiam Ophiusa dicta fuit: vt tradit Strabo *lib.* 14.

ŏphĭūsĭŭs, a, um, vt Ophiusia arua. Ouid 12. *Metam.*

> *Ipsa suas vrbes, Ophiusiaque arua parabat*
> *Deserere alma Venus.*

ŏphĭūsă, ὀφιοῦσα, herba est in Elephantine Æthiopiæ regione nascens, liuida, difficilisque aspectu: qua pota minas terroremque serpentium animo obuersari tradidit Democritus, eousque vt mortem sibi eo metu damnati consciscant: quare & sacrilegis bibenda dari consueuit. Autor Plin. *lib.* 24. *c.* 17.

ŏphrys, ὄφρυς, herba quædam denticulato oleri similis, foliis duobus, quæ capillis nigredinem inducit Plin. *lib.* 26. *c.* 15.

ŎPHTĂLMIA, vitium oculorum. {ὀφθαλμία GAL. *Mal des yeux.* ITAL. *Morbo d'occhi.* GERM. Buchthumb der augen so einem ein röte vnd ein fluß darein schlecht. HISP. *Dolencia de los ojos.* ANGL. *A disease of the eyes.*} Celsus Lippitudinem appellat, Galenus *Therapeut. ad Glauconem lib.* 2. dicit esse inflammationem eius tunicæ, quæ corneæ adhæret. Idem in Isagoge latiùs hunc morbum describens, Ophthalmia (inquit) est quoties rubet oculi pars candida, extolluntur cilia, simúlque fit ne possint sine dolore coniungi palpebræ, tractatúsque manibus oculus dolet. Negat tamen Iulius Pollux Ophthalmiam esse proprium aliquod oculorum vitium, sed eo verbo significari tradit cauitatem oculorum ex corporis ægritudine. ¶ Ophthalmia etiam dictus est piscis, qui à Plinio vocatur Oculata. Plaut. *in Capt.* Pernam atque ophthalmiam, horæum scumbrum, & trygonem, & cetum.

ŏphthalmus, i, ὀφθαλμός, Latinè oculus dicitur. Hinc.

Ophthalmicus, medicus oculorum Martial. *lib.* 8.

> *Hoplomachus nunc es fueras ophthalmicus antè.*

Hinc Triophthalmus lapis: qui hominis tres oculos simul exprimit. Ægophthalmus, qui oculum capræ habet. Monophthalmus, vnoculus.

ŏphthĭs, ὄφθις, vrbs, Libyæ Mareoticæ, Ægypto proxima. Autor Steph.

Ophyon. vide *suprà Ophion.*

ŏpĭæ, ὀπίαι, populi iuxta Indum fluuium. Stephan,

ŏpĭcus, a, um, Sordidus, immundus, obscœnus. { טמא *tamé.* ὀπικός. GALL. *Ord, sale.* ITAL. *Lordo, sporco, immondo.* GERM. Vnflätig/wüst/ vnsauber. HISP. *Barbaro, suzio.* ANG. *Filthie, foule.*} Mores opicos dixit Iuuenalis, hoc est, impuros, & putidos. Cuius significationis ratio tracta est à moribus Opicorum Italiæ populorum, qui idem Osci esse creduntur, teste Festo, spurcæ, præposteræque libidinis nomine maximè infames. Vnde & verba impudica, Obscœna dicta fuisse Verrius existimauit. Eosdem etiam barbara lingua, & sermone maximè inquinato vsos fuisse accepimus, quemadmodum & Volscos. ¶ Vnde Osce, siue Volscè loqui, est inquinato, & impuro sermone vti. Titinnius *fabula* 5. vt citat Festus, Oscè & Volscè loquuntur: nam Latinè nesciunt. ¶ Hinc etiam barbaros omnes veteres Opicos appellarunt. Cato apud Plin. *lib.* 29. *c.* 1. Nos quoque dictitant Barbaros, & spurcius nos, quàm alios Opicos, appellatione fœdant. Iuuen. *Satyr.* 6.

> *Nec curanda viris opicæ castigat amicæ Verba.*

id est, quæ non Latinè loqueretur, sed Opicè. Opici & agrestes. Gell. *cap.* 9. *lib.* 13. Opicus, id est, indoctus. Idem *cap.* 16. *lib.* 11. *&* *cap.* 21. *lib.* 2. Quid vos Opici dicitis? Et Interpres Iuuenal. *Satyr.* 6. Fuerunt autem Opici, ὀπικοί Stephano, Campaniæ populi quidam à linguarum colluuie dicti, siue à serpentibus, quasi ophici, in quibus numerabantur Baiani, Cumani, Puteolani, Neapolitani: hæ nanque vrbes Opicorum fuisse dicuntur.

ŏpĭfĕr, a, um. Vide *Ops.*

ŎPĬFĔX, cis. Ab opere faciundo deducitur, & artificem non modò rerum, sed etiam verborum significat. { חרש *charásch* אמן *oman.* χειροτέχνης, δημιουργός. GALL. *Ouurier, artisan.* ITAL. *Artefice, artigiano.* GERM. Ein werckmacher/werckmeister. HISP. *Oficial de qualquier arte.* ANGL. *A worker or craftisman.*} Cic. 5. *Tusc.* Et Zeno Citticus aduena quidam, & ignobilis verborum opifex insinuasse se in antiquam philosophiam videtur. Idem *in Catil.* Omne opificum instrumentum, omnis opera ac quæstus, frequentia sustinetur, alitur otio Idem 1. *Offic.* Omnes autem opifices in turpi sunt exercitio. ¶ Opifex mundi ab eodem 1. *de nat. deor.* dicitur Deus omnium rerum conditor. Opifex, (inquit) ædificatórque mundi Deus.

ŏpĭfĭcĭum, ij, Operis confectio, ipsum opus. { מעשה *mahaséh* פעלה *pehuláh.* χειρουργία, κατασκευή, δημιούργημα. GALL. *Oeuure.* ITAL. *Opera.* GERM. Ein werck. HISP. *Obra.* ANGL. *A worke.*} Varro 3. *de re rust. c.* 16. de apibus loquens, nisi opificij eas vrget tempus.

ŏpĭfĭcīna, æ, Opificium, ait Budæus. Plautus *in Milite*, Si eam opificinam nesciam aut malam esse, aut fraudulentam. Vulgò tamen exponitur locus vbi fit aliquod opus & sumitur pro Opificis taberna. GALL. *Ouuroir, boutique.*

Opigena, ab ope dicta est Iuno, quòd ea ferre opem in partu laborantibus credebatur. Vide Parturio.

ŏpĭlĭo, nis, quasi ouilio. Imò quasi Ouipellio, quòd Ouium custodes ouillis pellibus olim se tegerent. Pastor ouium, qui ouium gregem seruat & pascit. { רעה *rohéh.* ποιμήν. GAL. *Vn berger.* ITAL. *Pecoraio, pastore di pecore.* GERM. Ein schaaffhirt/schäffer. HISP. *Pastor de las ouejas* ANGL. *A sheepherd.*} Plaut. *in Asin.* Etiam opilio, qui pascit alienas oues, aliquam habet peculiarem, quæ spem soletur suam. ¶ Sunt tamen qui Vpilio, non Opilio scribant, autoritate Prisciani, qui affirmat o breuem in hoc nomine esse conuersam in u longam, ex literarum affinitate. Et hoc omnino in carmine obseruãdum puto: alioqui enim hexametron ingredi non posset, quòd tres primas syllabas habeat breues. Virg. 10. *Eclog.*

> *Venit & vpilio, tardi venêre bubulci.*

Vbi Seru. Vpilio propter metrum dicit Græcè, vt ὄνυμα, pro ὄνομα. Nam ὀμικρον productionis gratia vertitur aliquando in ου diphthongum, quam vertimus in u longum.

Opilo, (inquit Festus) genus auis est.

ŏpĭmĭŭs, prænomine Lucius, Consul Romæ fuit, quo anno C. Gracchus seditiosis concionibus statum Reipublicæ labefactans cæsus est. ¶ Ab eius nomine *vina Opimiana* dicta sunt, quæ Opimio Consule anno v. c. 632 diffusa erant. Plinius *lib.* 14. *cap.* 4. L. Opimio Consule, quum C. Gracchus Tribunus plebis seditionibus agitatis interemptus est, ea cæli temperies fulsit quam cocturam vocant, Solis opere, natali vrbis DCXXXIIII. Durántque adhuc vina ducentis ferè annis iam in speciem redacta mellis asperi: (etenim hæc natura vinis in vetustate est) nec potari per se queunt, si non peruincat aqua, vsque in amaritudinem cariè indomita.

ŎPĪMVS, a, um, Diues & pinguis. { עשיר *haschir.* דשן *daschén* שמן *schamén.* GAL. *Gras, fertile, riche.* ITAL. *Ricco, grasso.* GERM. Reych/feißt/wolgespickt. HISP. *Gruesso, ò fertil, rico.* ANGL. *Fat, fertile, riche.*} vt, Mensa opima. Stat. *lib.* 15.

> *——— stupet insuetus opima*
> *Sidonius mensa miles faciémque superbi*
> *Ignotam luxus.*

Opima præda. Horat *Epod.* 10.

> *Opima quòd si præda curuo littore*
> *Porrecta mergos iuuerit.*

Cic. *pro Sext. Rosc.* Vt ad illam opimam præclarámque prædam damnatio Sext Roscij velut cumulus accedat. Horat. 1 *Epist.* 2.

> *Inuidus alterius macrescit rebus opimis.*

Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Diuitiæ suntne Opimæ? vnde excoquat seuum senex. ¶ Opimus)(Gracilis. Cic. *de clar. Orat.* Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates consectentur. ¶ Opima spolia, σκῦλα ὀπιμα. Plutarcho propriè ampla & magnifica spolia dicuntur, quæ dux duci detrahit: dicta (vt Varro inquit) ab ope, vel (vt Plutarchus ait) ab opere, quum sit opus egregium ac clarissimum, ducem belli parem sibi ductorem superare. Primus omnium Romulus, cæso Ceninensium duce, Ioui Feretrio opima spolia obtulit. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe.* Virg. 10. *Æneid.*

> *Aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis.*

Vnde ab opere. De spoliis opimis Plutarchus *in Marcell. & in Romul.*

ŏpĭmĭŏr, comparatiuus, quo vsus est Gell. *lib.* 5. *cap.* 14. Nam quas venabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggerebat, hoc est, pinguiora.

ŏpĭmē, Abundanter, lautè. { πιμελῶς, πλουσίως, πολυτελῶς. GALL. *Abondamment, grassement, fertilement, richement.* ITAL. *Abondantemente, grossamente,*

grossamente, fertilmente, riccamente. GERM. Reychlich/oberflüssiglich. HISP. *Fertilmente, y gruessamente.* ANGL. *Fatlie, fertillie. richelie.*} Plaut. *in Bacch.* Omnium ad perniciem instructa domus opimè, atque opiparè.

ŏpĭmo, as, Opimum, seu pingue facio. {הבריא *hibri.* πιαίνω. GALL. *Engraisser.* ITAL. *Ingrassare.* GERM. Mesten feißt machen. HISP. *Engordar à otra cosa.* ANG. *To makfatt.* } Colum. *lib.* 8. *c.* 9. Hyeme tamen offæ panis vino madefactæ, sicut etiam palum bos celerius opimant, quàm cæteri cibi.

ŏpĭmĭtās, atis, Abundantia. { שבע *sabáh.* } Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Maximas opimitates, & gaudio offertissimas. Idem *in Cap. sc.* 1. *a.* 4. Maximas opimitates, opiparasque offers mihi. Ex Nonio.

ŏpīnātōrēs, vt *in l. missi. de exact. tribut. lib.* 10. *C.* describuntur (si menda caret textus) militaris annonæ exactores. Vbi Pyrrhus non opinatores legendum credit, sed opimatores, qui præsunt annonæ opimandæ, ne desit aliquid exercitui, cuiusmodi Viuendarios, { Profiantmeister/ } fortè appellamus. Haloandri lectionem, quæ Opinatores habet, magis probandam puto.

ŏpīnĭo, nis, Existimatio, vel fama de aliquo concepta. { דעת *dáhath.* δόκησις, δόξα. GALL. *Opinion.* ITAL. *Opinione.* GERM. Ein achtung oder achtbarkeit. HISP. *Opinion, pensamiento dudoso.* ANGL. *An opinion.* } Cic. 1. *Offic.* Quorum de iustitia magna esset opinio multitudinis. Idem *Lentulo lib.* 1. Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis. Idem *de Amicitia*, Nam quum conciliatrix amicitiæ virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si à virtute defecerimus. Plus est quod Opinio adiicit, quàm quod natura imperauit Senec *c.* 7 *de consol. ad Mart.* Eius oculi, aures, atque opinio transfugere ad nos. Plaut. *Merc. sc.* 6. *a.* 2. Neque mihi, neque cuiquam pauperi opinione melius res structa est domi. i. etsi homines ita opinentur. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. præsumpta opinio reddit imbecillum. Senec. *cap.* 7. *de cons. ad Martiam.* ¶ Quandoque suspicio, iudicium, siue persuasio, quam habemus de re aliqua, hoc est, id quod de aliqua re sentimus. { Ein wohn. } Cic *ad Oct.* Quod vtinam neque nostra nos opinio, neque tua fides fefellisset. ὑπόληψις. Plautus. *in Amphitr.* Priùs tua opinione hic adero. Terent. *Heaut.* Concurrunt multæ opiniones quæ mihi animum exaugeant. Cæs. 3. *bell. Gall.* Celeriter contráque omnium opinionem confecto itinere, multos in agris inopinantes deprehendit. Tenet vicinitatem opinio. Sueton. *in Aug. c.* 6. Opinionem bonam alicui eripere. (i. existimationem.) Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Polyb.* Et opinionis suæ custos. (i. bonæ existimationis.) Idem *c.* 4. *de consol. ad Mart.* Ne populus habeat opinionem ingrati animi,) id est, ne ingratus existimetur.) Liu. *lib* 5. *d.* 5. ¶ Distinguunt Philosophi Opinionem à Scientia: Opinionem de re incerta, scientiam de re certa esse. ¶ His verbis in oratione pulchrè connecti solet, Obtinere opinionem, Habere opinionem de aliqua re, Imbibere opinionem de aliquo, Fallit me opinio, & fallit opinionem meam: Afferre opinionem de aliquo. Comprehendere ⁂ Remittere opinionem. Adducere quempiam in opinionem, Euellere opinionem ex alicuius animo: Inserere opinionem, & Euellere insitam: Opinio hæc oppleuit vrbem. Vincere opinionem: quorum omnium exempla nusquam non sunt obuia.

ŏpīnĭōsĭssĭmūs, δοξαστικώτατος, appellat Cicero 4. *Acad.* Antipatrum & Archidemum Dialecticos, quasi nouarum opinionum autores. Quid (inquit) duo vel principes Dialecticorum, Antipater, & Archidemus opiniosissimi homines, nónne multis in rebus dissentiunt?

ŏpīnŏr, aris, Puto, suspicor, opinionem habeo. { חשב *chaschab* שבר *sabár.* ὑπολαμβάνω, δοξάζω. GALL. *Cuider, auoir opinion, penser, estimer.* ITAL. *Pensare, imaginarsi.* GERM. Wänen/meinen/schetzen. HISP. *Pensar con opinion.* ANGL. *To haue an opinion, to think, to belue, to deame, to wine or suppose.* } Donatus, Quæ opinantur, putamus: quæ putamus, incerta sunt. Terent. *in Andr.* — num videntur conuenire hæc nuptiis? P. Non opinor Daue. D. Opinor narras? non rectè accipis. Certa res est. Estne hic seruus acceptissimus? H. Opinor. Plaut. *Capt sc.* 5. *a* 3. Atque hic quidem est Euclio, opinor, idem *Aul. sc.* 6. *a* 4. Illecebra exit tandem opinor ante ostium. (affirmantis.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Herclè opinor pernegari non potest. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Habeo, opinor, familiare tergum ne quæram foris. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. (i. nisi fallor, vel certè.) Eandem, opinor, conticuit. (i. certè) *Ibid.* Eam despondisti, opinor, meo auunculo. (i. credo, scio.) Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2 Ere tua, vt opinor, feceris. (i. certò.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Cic. 4. *Acad.* Sapientem nihil opinari, id est nunquam assentiri rei, vel falsæ, vel incognitæ. Idem *pro domo sua*, Falsò multa in vita homines opinantur. Lactant. *lib.* 3. Id enim opinatur quisque, quod nescit. Illi autem qui de rebus naturalibus disputant opinantur ita esse, vt disputant. Opinari de. Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. Quapropter de his, vt libitum cuique fuerit, opinetur. Cicero *in Pisonem*, De vobis Senatus opinatur, non secus ac de teterrimis hostibus. Item *in August. cap.* 61. Malè opinari de aliquo. Et grauissimè opinari. *Ibid. cap.* 67. Nesciunt igitur veritatem: quoniam scientia certi est, opinatio incerti. δόξασμα. ¶ Hinc Inopinatum dicitur, quod præter opinionem accidit. ¶ Hinc sunt aduerbia, Exopinatò, pro ex opinione, & secundùm opinionem. Quintilian. *lib.* 8. *cap.* 5. Iam hæc magis noua sententiarum genera exopinatò, &c. ¶ Necopinatò, compositum à Nec, hoc est, non, & aduerbio opinatò, pro inopinanter, ex improuiso. Liu. 4. *ab Vrbe*, propiúsque aliud nouum malum, necinopinatò exortum est. ¶ Ex necopinatò. Idem *ibid* Ipse parte copiarum paruo circuitu locum maximè secretum ab hostibus petit, vnde ex necopinatò aduersum hostem inuadit. ¶ Paruum opinatu. Plin. *lib.* 29. *cap.* 1. Illa autem quæ timuit Cato atque prouidit, innocentiora multò, & parua opinatu, quæ proceres artis eiusdem in semetipsis fatentur.

‖Opinosa, ingentia certamina Gl. Isid.

Opinosus, opinione plenus. Cath. ‖

ŏpīnātĭo, Opinio, assensio. { מחשבה *machschabáh* דעת *dáhath.* δόγμα, δόξασμα, οἴησις. GAL. *Opinion, iugement non asseuré.* ITAL. *Opinione, giudicio con dubbio.* GERM. Ein meinung die doch ungewiß ist/vnd deren einer sich nit herzlich trauwen darff. HISP. *Opinion, pensamiento dudoso.* ANGL. *A vening or deaming.* } Cicero 4. *Acad.* Herculis quendam laborem exantlatum à Carneade, quòd vt feram & imma-

nem beluam, sic ex animis nostris assensionem, id est, opinationem & temeritatem extraxisset. Idem 4. *Tuscul.* Opinationem autem quam in omnes definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem.

ŏpīnātŏr, qui nihil pro certo confirmat, nihil certi habet, sed opinionem concepit. { δοξαστής, δοξαστικός. GALL. *Cuideur, qui n'asseure rien pour certain.* ITAL. *Chi non afferma cosa alcuna ma dubita del tutto.* GER. Ein wäner/der etwas in wohn/vnd nit im wissen hat. HISP. *Que pensa algo dudando, dudoso.* ANGL. *A deemer.* } Cic. 4. *Acad.* Ego verò ipse magnus quidem sum opinator, non enim sum sapiens.

ŏpīnābĭlĭs, quod opinione concipi potest. { δοξαστόν, εἰκαστόν, ἔνδοξον. GALL. *Qui gist en opinion seulement, dequoy on peut auoir opinion.* ITAL. *Che si puo pensare.* GERM. Das im wohn zufassen ist. HISP. *Cosa que se puede tener opinion.* ANG. *That may be deemed or supposed.* } Cic. 1. *Acad.* Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. Idem *de diuinat.* Artes quæ coniectura continentur, & sunt opinabiles. Gell. *cap.* 1. *lib.* 12. Non verus & naturalis ille amor, est, sed ciuilis & opinabilis.

‖Opinamentum, δόξασμα. Apul. de deo Socratis. Aliquando eorum nonnulla etiam opinamenta habere. ‖

Opinatò. Diomed. *lib.* 1. Item Liuius, & Quintilianus. Vide suprà in *Opinor.*

‖ Opinax, manifestus. Gl. Isid. ‖

ŏpĭpărŭs, a, um, Splendidus, sumptuosus, magnificè apparatus, lautus. { גאה *gheéh* אדיר *addir.* πολυτελής. GAL. *Fort riche & magnifique, somptueux.* ITAL. *Splendido, suntuoso.* GERM. Köstlich/herrlich zugerust. HISP. *Costoso, y de mucho gasto.* ANGL. *Sumptuous, riche, fresh, gaye.* } Plaut. *in Pers. sc.* 1. *a.* 1. Satin' Athenæ tibi visæ fortunatæ, atque opiparæ? Idem *in Mil.* Vino, ornamentis, opiparísque opsoniis. Idem *Cap. sc.* 1. *a.* 4. Maximas opimitates, atque opiparas. Apud Apul. *lib.* 2. *de Asino* (nisi fortè subsit mendum) legitur, Opiparis per tertiam inflexionem. Piscatum (inquit) opiparem expositum video. id est, copiosum. Inde Opiparum conuiuium dicimus, quod lautum est, & magnificum.

ŏpĭpărē, aduerbium, Abundanter, copiosè, lautè, magnificè. { πολυτελῶς. GAL. *Richemēt, largement, magnifiquement, abondamment.* ITAL. *Copiosamente.* GERM. Reychlich vnn köstlich/oberflüssiglich. HISP. *Costosamente, y abundantemente.* ANGL. *Sumptuouslie, gayelie, costelie.* Cic. 3. *Offic.* Opiparè à Pythio apparatum conuiuium.

ŏpĭs, is, Ὦπις, Nympha Dianæ comes, de qua Virg. *lib.* 11.

> *Velocem interea superis in sedibus Opin*
> *Compellabat.*

Vbi prima producitur, quum in Opis ab Ops corripiatur. ¶ Est item Opis vici nomen in Mesopotamia, ad Euphratem fluuium, non procul à Seleucia, vicinarum regionum emporium. Autor Strabo *lib.* 2. *&* 16.

‖Opismus, ὀπισμός, lacti succi collectio ex ὀπίζω. succum colligo.

Opistheline, postilena. Gl. g. b. ‖

ŏpīstŏcŏmæ, ὀπισθόκομοι, teste Polluce, Eubœæ populi dicti sunt, qui crines habebant versùs tergum reflexos: sicut Acrocomiæ dicti fuerunt populi in Thracia, qui antias in fronte muliebriter gerebant demissas.

ŏpīstŏgrăphŭs, { ὀπισθόγραφος. GALL. *Escrit au dos, ou de deux costez.* ITAL. *Carta scritta da due lati.* GERM. Papeyr auff das man auch zu ruck/das ist/auff beid seiten schreiben kan. HISP *Cosa escrita atras.* ANG. *VVrytten on both the sydes.* } Dicitur charta ab vtroque latere scripta, ita dicta, quòd etiam ὄπισθεν, hoc est, à tergo esset scripta: quum alioqui chartæ ferè auersa tantùm pagina conscriberentur. Vlpian. *in l. charta. ff. de bon possess. secund. tab.* Chartæ appellatio etiam ad nouam chartam refertur, & ad deletitiam. Proinde etsi in opisthographo quis testatus sit, hinc peti potest bonorum possessio.

ŏpīsthŏtŏnĭcŭs, { ὀπισθοτονικός. GALL. *Qui a le col panché sur les espaules, à cause des nerfs qui se sont retirez.* ITAL. *Chi ha il collo indurito & volto verso le spalle si che non lo puo piegare.* GERM. Den das haupt hindersich raget/als offtermals den zwergen. HISP. *El que tiene la cabeça enuarada atras.* ANGL. *That hath his head bowing into his neck.* } Dicitur qui rigore ceruicis inflexibili laborat, cuiúsq; caput cōtractione neruorū in posteriorem partem ita trahitur, vt aliò flecti non queat. Vitiū hoc à Galeno Opisthotonos, { ὀπισθότονος. GALL. *Vne douleur de ne pouuoir tourner le col, quand on a le col panché sur les espaules.* ITAL. *Ritiramento del collo verso le spalle.* GERM. Die hindersich haltung oder starrung des haupts/verstrupffung der halß spanadern. HISP. *El enuaramiento de la cabeça atras.* ANGL. *A dolour when one may not turne about his head.* } appellatur: cui contrarium facit Emprosthotonos, quando scilicet mentum pectori annectitur. Tetenos autem quum ceruix recta obriguit ita vt nullam in partem flecti queat.

ŏpīsthŏtŏnŏs. ὀπισθότονος, vide in dictione præcedente.

ŏpīstŏphylăcēs, { ὀπισθοφύλακες. GALL. *L'arriere garde.* ITAL. *Retrogarda.* GERM. Welche zuruck die streitenden verhüten vnnd schiemen. HISP. *Los de la retaguardia.* } Qui in præliis pugnantium terga tuentur.

ŏpĭtĕr, is, vel opitrix, dicitur cuius pater auo viuo mortuus est. Sic dictus quòd obitu patris genitus sit, aut quòd auum post patrem habeat, id est, pro patre. Festus.

ŏpĭtergĭum, vulgò *Oderzo*, Venetiæ mediterraneæ oppidum, etiam hodie nomen retinens: cuius meminerunt Plin. *lib.* 3. *cap.* 19 & Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 3.

ŏpĭtergīnŭs, a, um, Lucan. *lib.* 4.

> *Hic opitergina moles onerata colonis*
> *Constituit.*

In Opitergina rate circumuenti, Et Opitergini obsessi. Quintilian.

Opites. Argiui cuiusdam nomen proprium, quem Hector in bello Troiano interfecit.

ŏpĭtŭlŏr, Adiuuo, subuenio: ab Ope tollenda, id est, ferenda. { עזר *hazár.* ἀρήγω, ἐπικουρέω, παρίσταμαι. GALL. *Aider, secourir.* ITAL. *Aiutare, socorrere.* GERM. Helffen/zuhülff kommen/hülff beweisen. HISP. *Ayudar, dar ayuda.* ANGL. *To aide or help, to succour.* } Terent. *in Andr.* Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, huius minas. Cicer. *ad Seruium Sulp.* Quoniam nihil iam videmur posse opitulari Reipubl. Salust. Sæpe maiores nostri miserti plebis Romanæ, decretis suis ino-

piæ eius opitulari sunt. ¶ Opitulari contra aliquid Plin. *lib.*28. *cap.*8. Et dorso medullam adalligatam contra vanas species opitulari. Hinc Opitulator, *περιστάτης*.

Ŏpĭtŭlātĭo, auxilium. *βοήθεια. D. de minorib. l.* 1. Auxilium eis prætor hoc edicto pollicitus est, & aduersus captiones opitulationem.

Ŏpĭtŭlŭs, dictus est Iupiter, quasi opis lator, *ἀλεξητήριος*, & propriè in rebus dubiis & malis dicitur Festus.

Ŏpĭum ὄπιον, Succus ex papauere, habens per somnum vim (si copiosiùs sumatur) mortiferam *μήκωνος ὀπός*. Plinius. *lib.* 10. *cap.* 7. Aliqui addunt & opium pilulis in die ternis lupini magnitudine, in vini cyatho dilutis.

Ŏplŏmăchŭs, vide *Hoplomachus*.

‖Opo quędam incipientia, Græca sũt ab ὀπὸς succus qui scili. velut ex ὀπῆ, id est, foramine fluit.‖

Ŏpŏbalsămum, {נכבות necbóth. ὀποβάλσαμον.} Succus balsami, qui præ fertur omnibus odoribus vni Iudææ terrarum concessus, vt ait Plin. *lib.* 12. *cap.*25. Arbor ipsa balsamum dicitur, quæ incisa vitro, lapide osseisve cultellis succum mittit, quem Opobalsamum vocant, eximiæ suauitatis ὀπὸς enim à Græcis succus dicitur. Xylobalsamum verò lignum balsami: Carpobalsamum, fructum balsami dicunt.

Ŏpŏcarpăthŏn, ὀποκάρπαθον, Succus carpathi, quem Plin. *lib.*18. *cap.*10. connumerat inter venena.

Ŏpŏpănāx, ὀποπάναξ, Succus panacis herbæ, quæ omnes morbos sanare dicitur Plin. *lib.*20.*c.*24.

Ŏpŏrĭcē, ὀπωρική, genus quoddam medicamenti, ἀπὸ τῆς ὀπώρας, hoc est, à pomis, arborúmque fructibus: quod qua ratione confici soleat, docet Plin. *lib.*14. *cap* 14. his verbis, Vnum etiamnum arboris medicinis debetur nobile medicamentum, quod Oporicem vocant. Fit ad dysentericos, stomachíque vitia, in congio musti albi lento vapore decoctis malis cotoneis quinque cum suis seminibus, punicis totidem, sorborum sextario, & pari mensura eius quod thus Syriacum vocant, croci semuncia. Coquitur vsque ad crassitudinem mellis. Hæc Plin.

Ŏpōrīnŭs, a, um, Autumnalis. { ὀπωρινός. GALL. *Automnal, de l'Automne.* ITAL. *Autonnale.* GERM. Herbstisch. HISP. *Otonnal.* ANGL. *Of the haruest tyme.* } ἀπὸ τῆς ὀπώρας, quod nobis autumnum sonat. Martial *lib.*9.

Si daret autumnus mihi nomen ὀπωρινὸς essem.
Horrida si brumæ sidera, χειμερινός

Ŏpōrŏphylăcĭŏn, ὀπωροφυλάκιον, Custodia pomorum, vel fructuum.

Ŏpōrŏthēcă, æ, locus vbi fructus autumnales conduntur. { ὀπωροθήκη. GALL. *Le lieu où on garde les fruits qu'on amasse en automne, grenier à pommes.* ITAL. *Bottega doue si vendono i frutti autunnali.* GERM. Ein opsfammer/ ein ort darin mã die herbst frucht/ als opfel/ byren/ &c. behaltet. HISP. *Sillero para guardar ò vender fruta otonal.* ANGL. *A place to keep haruest fruit.* } Nam ὀπώρα fructus autumnales significat, & Theca repositorium. Varro 1. *de re rustica cap.* 59. In oporotheca mala manere putant satis commodè *Ibidem.* Et ideò oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem vt fenestras habeant, atque vt perflentur, curant

Ŏportĕt, ab opus, vel ex ob & porta. Impersonale verbum est, Expedit, vtile, aut necesse est. (Quanuis *Oportet*, & *Necesse est* differant, vt patet ex hoc Quintiliani loco, *lib.*1. *c.*1. Dein vt repetitis altius causis diligentissimè ostenderet, quàm id quod erat in matrem dicturus, non oporteret modò fieri, sed etiam necesse esset. Tamen sæpe ponitur pro Necesse est: vt apud Plaut. *Asin. sc.*4. *a.*2. Si is est, eum esse oportet. (i. necesse est, necessariò sequitur.) { δεῖ, χρή. GALL. *Il faut.* ITAL. *Far bisogno, bisognare.* GERM. Man mus oder sol/ es ist von nöten. HISP. *Ser cosa conueniente.* ANGL. *It ought or must.* } Cic. *pro Corn. Balbo*, Oportere, est consentaneum esse officio: Licere, legibus & iuri: Decere, temporibus, & personis. Idem *ad Attic. lib.*6. Hoc fieri & oportet, & opus est. Idem *in Catil.* Quos ferro trucidari oportebat. Istanc ætatem non oportet pigmentum vllum attingere. Plaut. *Most. sc.*3. *a.*1. Commune esse oportet (quod inuenisti.) Idem *Pseud. sc.*7. *a.*4. Tenent, quod se facere oporteat. *Ibid. sc.*4. *a.*2. Quanta summa? septem millia. Tamen esse oportet. Rationem tenes. Idem *Milit. sc.*1. *a.* 1. Est modus quoad vxorem pati oportet vitia viri. Idem *Men. sc.*2. *a.*5. Quid dubitatis ? iam sublimem raptum oportuit. *Ibid. sc.*6. *a.*5. Eas ædes esse oportet. Idem *Asin. sc.*2 *a.*1. Si pudebit quod non oportet: quod oportet non pudebit. Liu. *lib.* 34. ¶ Dicimus autem pro eodem Oportuit facere, & Oportuit factum. Cicer. 3. *Verr.* Hoc quod iampridem factum oportuit, certa de causa nondum adducor, vt faciam. Terent. *in Andria*, Nonne priùs communicatum oportuit ? Idem, Totam rem illi integram seruatam oportuit. Plaut. *Aulul. sc.*6. *a.*4. Scibas non tuam esse: non attactam oportuit. ¶ Aliquando est coniicientis. Idem *in Pseud. sc.*2. *a.* 2. Hunc hominem malum esse oportet. οὗτος μέλλει κακὸς ἄνθρωπος εἶναι, id est, mirum nisi hic homo malus est. Non dissimilis huic oratio fit per Volo. Idem, Liberis consultum volumus, etiamsi posthumi futuri sint. ¶ Inuenitur aliquando personale. Quintil. Disertos satis putat dicere, quæ oporteant. Cæcilius apud Priscianum, Vt ea quæ oportuerint, facta non sint.

Ŏppāngo, is, oppegi, oppactum Affigo, coniungo. { προσπηγνύω, πήγνυμι. GAL. *Ficher pres ou contre.* ITAL. *Attaccare, coniungere.* GERM. Anhefften. HISP. *Hincar, ayuntar.* ANGL. *To fasten or ioyne.* } Plaut. *in Curc. sc.*1. *a.*1. Vbi suauium oppegit fugit.

Oppecto, studiosè pecto. Apul. 11. Ornatum atque oppexum crinium regalium fingerent.

Ŏppĕdo, is, Contra pedo: & per translationem reluctor, reclamo. { καταπέρδω, ἀντιπέρδω. GAL. *Contredire.* ITAL. *Contradicere de alcuno.* GERM. Zu wider sein/ widerstehen. HISP. *Contradezir.* ANGL. *To fart against, to gainesay* } Horat. 1. *Serm. Satyr.* 9.

——vin tu Curtis Iudæis oppedere?

Ŏppĕrĭor, iris, ab ob & pario, Perott. Verbum deponens, gemino pp, scribi debet, Expecto, præstolor. { קוה kaváh יחל ichél. ἀναμένω. GALL. *Attendre.* ITAL. *Aspettare* GERM. Warten/ beitten. HISP. *Esperar.* ANGL. *To tarie for.* } Producit enim primam syllabam, quæ in passiuo Operior corripitur. Silius *lib.*5.

——cedas,
Oramus superis, tempúsque ad prælia dextrum Opperiare.

Supinum facit Oppertum, teste Prisciano, vnde participium Oppertus Terent. *in Phormione*, Si non tum dedero, vnam præterea horam ne oppertus sies. Legitur tamen quandoque participium Opperitus. Plaut. *in Mostell.* Seni non otium erat, id sum opperitus. Idem *in Cistel.* Virtus si adueniet, iube domi opperirier. Vt opperiare sex dies, vel sex opperibor menses, pro opperiar. Idem *Pseud. sc.*3 *a.*1. præ, vel operire. *Ibid. sc.*2. *a.*1. Quem iusseram me illic opperiri. Idem *Aul. sc.*4. *a.*4. Ego te opperiar domi. Idem *Asin. sc.*3. *a.*4. Vise te hic operiar. Idem *Milit. sc.*3. *a.*2. Operiri successionem. Suet. *in Tib. c.*2; Terent *Adelph.* Opperiar hominem hîc, vt salutem, & colloquar. Idem *Andria*, Abi intrò: ibi me opperire. Cic. *Attic.* Ego in Albano opperior, dum ista cognosco Virg. 10. *Æneid.*

——manet imperterritus ille,
Hostem magnanimum opperiens.

Opperitus sum, περιμεμένηκα. Plaut. *in Mostell.* Seni non otium erat, id sum opperitus.

Oppessulare fores. Plaut. *Amph.* Oppessulatas ante fores graditur.

Ŏppĕto, is, ex Ob & peto, Non autem ex Os, & peto (sicut putauit Seruius) vt sit quasi ore terram peto, quum ij qui moriuntur, non ore omnes terram petant. Propriè autem Opeto, idem quod obeo, vel subeo: ferè tamen semper accipitur pro morior. { מות meth גוע ghaváh. ἀποθνήσκω. GAL. *Mourir.* ITAL. *Morire.* GERM. Sterben. HISP. *Morir.* ANG. *To die.* } Sed hoc non tam fit ex natura verbi, quàm propter accusatiuum Mortem, qui in eo quanuis aliquando non exprimatur, semper tamen subauditur. Oppetere mortem pro patria, nihil aliud est quàm subire, vel obire mortem pro patria. Cicero 1. *de diuin.* Æquius esse censuit maturam se mortem oppetere. Virg. 1. *Æneid.*

——ô térque, quatérque beati,
Queis ante ora patrum, Troia sub mœnibus altis
Contigit oppetere!

Cic. 1. *Tusc.* ex antiquo Poëta, Vestras manus peto prius, quàm oppeto, malam pestem hostili manu. Quin malè occidam oppetámque pestem. Idem *Cap. sc.* 3. *a.* 3. Idem *Asin. sc.*1. *a.*1. Vt pestem oppetas. Cic. 1. *Tusc.* Claræ verò mortes pro patria oppetitæ, non solùm gloriosæ rhetoribus, sed etiam beatæ videri solent.

‖ Oppetiturus, i. moriturus. Macrob. Satur. *lib.* 3. 7.‖

Ŏppĭă, vna fuit ex Vestalibus, quæ conuicta stupri, viua defossa est. Cuius scripsit Epitaphium Stroza filius, Vestalis virgo, læsi damnata pudoris, Contegor hoc viuens Oppia sub tumulo. Liu. *lib.*12. hanc Opimiam vocat.

Oppia, Leucadia, locus Romæ. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4.

Ŏppĭānŭs, ὀππιανός, Grammaticus & Poëta insignis, Agesilai & Zenodoræ filius; ex Anaxarbe, siue (vt Suidæ placet) ex Coryco Ciliciæ ciuitate ortus. Scripsit ἁλιευτικά, κυνηγετικά, καὶ ἰξευτικά, versuum viginti millibus: quæ quum M. Antonio, Seueri filio obtulisset, totidem aureas stateras ab eo accepit.

Ŏppĭco, as, Idem quod Pico, hoc est, pice illino. { πισσόω, πισσόω. GAL. *Poisser.* ITAL. *Impegolare.* GERM. Verpichen/ mit päch verstreichen HISP. *Empegar.* ANGL. *La pitch or touer with pitch.* Quod genus picationis fieri antiquitus solebat in doliis, vel cadis vinariis, ne perfluerent. Cato *cap.*110. Mustum si voles totum annum habere, in amphoram mustum indito, & corticem oppicato.

‖Oppidum, *Oppido*, V. E. & Comitatus in Calabria, sub A. Rhegiensi.‖

OPPIDVM, i, siue Ope dictum sit, siue ab Opibus, siue etiam ab Opponendo, vt quibusdam placet, geminato pp scribendum est. { עיר hir. GALL. *Vne ville moyenne, vn grand bourg fermé.* ITAL. *Città, castello.* GERM. Ein statt/ ein vmbgemaurter fleck. HISP. *Ciudad, castillo.* ANGL. *A towne.* } Est autem propriè Oppidum, locus mœnibus conclusus, in quem homines multi habitandi causa conueniunt. Quidam Oppida ab vrbibus distinguunt, vt hæ quidem maiores ampliorésque, illa minora sint & obscuriora. Alij vni Romæ vrbis nomen tribuunt, reliqua omnia oppida appellantes. Sed hæ differentiæ non obseruantur. Sæpè enim indifferenter legimus eandem ciuitatem Oppidum, & Vrbem appellari. Vnde Plaut. *in Persa*, quum Eleusipolim sæpiùs vrbem vocasset, postea subdit, Eleusipolim Persæ cepere in Arabia, plenam bonarum rerum, antiquum oppidum. Sic Seruius Sulpitius, in Epistola illa consolatoria ad Ciceronem de morte Tulliæ, quum numerasset multas insignes vrbes, partim vi hostili, partim terræ motu euersas, subdit, Quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt, Cicer. 6. *Verr.* Segesta est oppidum peruetus in Sciliam, Iudices, quod ab Ænea fugiente è Troia atque in hæc loca veniente, conditum esse demonstrant, Virg. 4. *Eclog.*

——qua cingere muris
Oppida.

Horat. 2. *Epist.* 1.

——aspera bella
Componunt, agros assignant, oppida condunt.

Tibull. *lib.*4.

——structis exsurgunt oppida muris,

Hoc oppidum Ephesus est. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Excidionem condidici facere oppidis. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 4.

Cúmque ducum titulis oppida capta leget.

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* metaphor. pro homine sene. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Hoc ego oppidum admœnire vt capiatur volo. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. eodem sensu.

Ŏppĭdŭlum, i, diminutiuum, Paruum oppidum, { πολίχνιον. GALL. *Citadelle, vilette.* ITAL. *Citadella.* GERM. Ein stettlin. HISP. *Ciudadela, villeta.* ANGL. *A litle towne, or village.* } Cic. *ad Attic. lib.*10. Nec tamen in acie, sed Melitæ, aut alio in loco, siue in oppidulo futurum puto.

Ŏppĭdātim, aduerb. Per singula oppida, { κατὰ πόλεις. GALL. *De ville en ville.* ITAL *Di città en città.* GERM. Durch alle stett/ von statt zu statt. HISP. *De ciudad en ciudad.* ANGL. *Towne by towne.* } vt, Oppidatim discurrere. Sueton. *in Aug. cap.*59 Oppidatim ludos constituere. Idem *in Galba cap.*18.

Ŏppĭdānŭs, i, qui oppidum incolit. { πολίτης. GALL. *Citadin, citoyen.* ITAL. *Cittadino.* GERM. Ein stattman / der in der statt wonet. HISP. *Ciudadano.* ANGL. *That dwellet in a towne, a townes man.* } Cæsar *lib.* 3. *comm.*

comm. Sub vesperum Cæsar portas claudi, milites ex oppiddo exire iussit, ne quam noctu oppidani, à militibus iniuriam acciperent. Idem 2. *bell. ciu.* Vniuersique oppidani, & milites, obuiam gratulantes Antonio exierunt.

Oppĭdānus, um, quod est ex oppido, quod ad oppidum pertinet, vt oppidanum ius. ἀστικός. Cic. *pro Planc.* Vetere quodam in scenicos iure, maximéque oppidano. ¶ Oppidanum dicendi genus, i. non vrbanum, inelegans, nec nitidum, sed velut vicanum & municipale, quod in oppidis, vicis, municipiis non tam integrè atque incorruptè loquerentur, quàm in vrbe. Idem *de clar. Orat.* Quæstores celeriter facti sunt oppidano quodam, & incondito genere dicendi.

Oppĭdō, aduerbium, significat Valde, multum. { מאד *meódh.* κομιδῆ. GAL. *Moult, beaucoup, fort.* ITAL. *Molto.* GER. Vast gar/hefftig. HISP. *Mucho, muy* ANGL. *Muche, verimuche.* } Ortum est autem hoc verbum, teste Festo, ex sermone inter se confabulantium, quantum quisque frugum faceret: vtque multitudo significaretur, sæpè respondebatur, Quantum vel oppidò satis esset. Hinc in consuetudinem venit, vt diceretur Oppidò pro valde, multum. Hæc ille. Terentius *in Heaut.* Dic me hîc oppidò esse inuitam. ¶ Interdum etiam post Oppidò subiungimus particulam Quàm Gell. *lib.* 15. *cap.* 30. Oppidò quàm fiunt in literarum ostentatione inepti, & friuoli. ¶ Accipitur aliquando Oppidò pro statim. Plaut. *in Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Perdidi operam fabrorum Illico, oppidóque venit ignauia. Idem, Reddidi omne argentum oppidò. Oppidò obsepta est via. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Oppidò interij. (i. planè.) Idem *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. *& sc.* 6. *a.* 4. *Aulul.* bis. *& in Asin. sc.* 2. *a.* 2. Perij ego oppidò, Fateor me ex amore huius corruptũ oppidò. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Totus doleo, atque oppidò parij. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Totus deleo, atque oppidò perij. Idẽ *Aul. sc.* 1. *a.* 3. Periere hæ oppidò ædes. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Oppidò quàm, Gell. *c.* 12. *lib.* 17. Et noster Phauorinus oppidò, quàm libens in eas materias dicebat. Idem *cap.* 7. *lib.* 16. Oppidò quàm verba finxit prælicenter. Idem *c.* 7. *lib.* 7. Oppidò quàm peritus fuit.

Oppĭdĭcus, ὁ τὴν πόλιν οἰκῶν. Eius significationis esse putat Calepinus, cuius oppidanus: citans locum Gellij ex *lib.* 2. *c.* 2. vbi sic legit, Hic ego ad nostros iuuenes conuertor. Quid, inquam, vos oppidici dicitis mihi? Sed proculdubio, vt plerisque aliis in locis, ita hîc quoque deceptus est Calepinus mendosis exemplaribus, quandoquidem in castigatis Gellij codicibus, non Opidici legitur, sed Opici.

Oppignĕro, as. Pignori do, pignori obligo. { ערב *harab* עבט *habát* חבל *chabál.* ἐνεχυράζω, ὑποτίθημι. GALL. *Engager.* ITAL. *Impegnare.* GERM. Verpfenden/zu einem pfand geben. HISP. *Empeña, poner prenda.* ANGL. *To lay in pledge or gage.* } Martial. *lib.* 1.

Oppignerauit amodo Claudi mensam
Vix octo numis anulum, vnde cœnaret.

Terent. *in Heaut.* —num illa oppignerare filiam Meam me inuito potuit? Senec. Oppignerare Rempubl. creditoribus. Repignerare, est soluto debito pignus recipere. Vide suo loco.

OPPĪLO, as, Occludo. { אטם *atám* סכר *sachár.* ἐμφράττω. GAL. *Boucher, estouper.* ITAL. *Serrare.* GER. Verstopffen/beschliessen. HISP. *Cerrar.* ANG. *To stoppe or shutt.* } Lucret. *lib.* 6. Fluctibus aduersis oppilare ostia contra. Cic. 2. *Philipp.* Nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset, hísque oppilatis impetum tuum compressisset.

Oppīlātio, vox vulgò medicis vsitata. Vitium enim præclusi iecinoris, aliorúmque intus viscerum, Oppilationem vocant. { סכר *secher.* ἐμφραξις. }

Opplĕo, Impleo. { מלא *malé.* ἀναπλήθω. GAL. *Remplir, emplir.* ITAL. *Impire.* GERM. Zufüllen. HISP. *Hinchir.* ANGL. *To fill full.* } Plaut. *in Rud.* Sed ad prandium vxor me vocat, redeo domum, iam meas opplebit aures sua vaniloquentia. Eos præda onerabo & opplebo. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Inaniis oppletæ ædes atque araneis. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Crebro salicto oppletus Syluani lucus. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. ¶ Item Opplere, est quasi occupare. Varr. *lib.* 3. *de re rust. c.* 4. Ahenus odor nares opplet. Cic. 2. *de nat. deor.* Nam vetus hæc opinio Græciam oppleuit. Idem *post reditum in Senatu*, Mens praua oppleta tenebris & sordibus.

Opplōro, as, Plorando obtundo. καταδύρομαι. Liu. 4. *ad Herenn.* At ille, Quin mihi illum datis, ac vos auribus meis opplorare desinitis?

OPPŌNO, is, Contrà pono, seu ex aduerso pono, obiicio, iniicio. { הציב *hitstsíb* בפנים *bephanim.* ἀντιτείνομαι, ἀντέχομαι, ἐμποδὼν ποιοῦμαι. GAL. *Opposer.* ITAL. *Opporre.* GERM. Entgegen setzen. HISP. *Contraponer.* ANGL. *To lay or put against.* } Cic. 2. *de nat. deor.* E quibus pullos quum excluserunt, ita tuentur, vt & pennis foueant, ne frigore lædantur: & si est calor, à Sole se opponant. Moles fluctibus opponere, Cic. 1. *Offic.* Natura opposuit montes mari.

Opposuit molem clypei, texique iacentem,

Ouid. 13. *Metam.*

Dicitur hoc oculis opposuisse manum,

idem 6. *Fast.* Non oppositis manibus recipere ferrum, Seneca *c.* 11. *de tranquill.* Lucan. *lib.* 2. Opponere vitium virtuti, Cic. 3. *de finib.* Idem *pro Quint.* Minæ iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur. ¶ Aliquando pro Deponere, hoc est, contra alium prouocantem pignus ponere, apud Plaut. *in Curc. sc.* 3. *a.* 2. pono pallium, Ille suum anulum opposuit. Terent. *Phorm.* Ager oppositus est pignori, ob decem minas.

Oppŏsĭtio, nis, Contrarietas, repugnantia. { ἀντίθεσις. GALL. *Contrarieté.* ITAL. *Contrarietà.* GERM. Ein gegensatz. HISP. *Contrariedad.* ANGL. *Contrarietie.* } Cic. 1. *de inuent.* Disparatũ autem est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur: hoc modo, Sapere, nõ sapere.

Oppŏsĭtum, Contrarium. { הפך *héphech.* ἀντίστροφον, ἀντικείμενον, ἐναντίον. GALL. *Contraire, opposite.* ITAL. & HISP. *Contrario.* GERM. Gegensatz/gegentheil. ANGL. *Contrarie.* }

Oppŏsĭtus, us, Oppositio, interpositio obiectio. { ἀντίθεσις. ANGL. *An opposition, or obiection.* } Gell. *lib.* 14. *c.* 5. Quum ille paulisper, oppositu horum vocabulorum commotus, reticuisset, &c. *& lib.* 14. *c.* 5. Cic. *pro Marcel.* Non modò excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus, & corporum pollicemur. Oppositu ædium. Idem *cap.* 5. *lib.* 4. ‖ Oppositus, pro oppigneratus, oppositus pignori. Iuuenal. *Sat.* 11. Lancibus oppositis. ‖

OPPŌRTVNVS, a, um, per duplex pp, ab Ob, & portus compositum putatur, quod nauigantibus vtilissimi, optatissimíque sint portus. Dicitur autem propriè Opportunum, quod nobis commodè, in tempore, & optatò contingit. { טוב *tob.* εὔκαιρος. GALL. *Opportun, conuenable, propre.* ITAL. *Opportuno, à tempo, al bisogno.* GERM. Komlich/wolgelegen. HISP. *Cosa con sazon ò tiempo, conueniente.* ANG. *Apt, conuenient, indue ryme and season.* } Cic. *Cæl. lib.* 2. *Epist.* Quas si satis opportuno tempore accepisti, gratissimum mihi feceris. O hominem opportunum! Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Vir minimè opportunus. Liu. *lib.* 4. *ab Vrb.* Idem *lib.* 1. *d.* 1. Alios sua ipsius inuidia opportunos interemit. Et *lib.* 2. *ab. Vrb.* Opportuna iniuriæ ætas. Idem 6. *ab. Vrb.* Opportunus eruptioni. (i. in quæ eruptio cõmodè fieret.) ¶ Quandoque ponitur pro apto & idoneo. Ter. *in Eun.* Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex vsu tuo, nemo est ¶ Quandoque iungitur datiuo pro procliui & obnoxio. Plin. *lib.* 7. *c.* 52. Fœminarum sexus huic malo videtur maximè opportunus, conuersione vuluæ, Idem *lib.* 18. *c.* 7. Opportuniora morbis corpora, hoc est, procliuiora ad morbos, & quæ citius incidunt in morbum. ¶ E diuerso, Importunum esse, & Importunum fieri dicimus, quæ sunt fiũntve præter rationem loci, siue temporis, aut personarum. Vide suo loco.

Oppŏrtūnē, aduerbium, Tempestiuè, in tempore. { ἐν δέοντι, εἰς δέον. GAL. *En temps & lieu, tout à point.* ITAL. *A tempo, à luogo.* GERM. Komlich/eben zu rechter zeyt. HISP. *Don sazon ò tiempo.* ANGL. *In due tyme, and season.* } quod accidit in loco & tempore. Terent. *in Andr.* Opportunè hic fit mihi obuiam. Opportunè hic se offert. Plaut. *Amphitr. sc.* 4. *a.* 4. tempore opportunéque attulistis (hoc argentum sup.) Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Hæc opportunè allata mihi epistola. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. ‖ Opportunissimè. Cæsar. *lib.* 3. *de bello ciuili.* Sed opportunissimè nuntiis allatis oppidum fuit defensum. ‖

Oppŏrtūnĭtas, Commoditas, tempus occasio. εὐκαιρία GAL. *Oppotunité, commodité, de temps.* ITAL. *Opportunita.* GERM. Gelegenheit der zeyt vnd anderer vmbständen/komligkeit. HISP. *Sazon con tiempo.* ANGL. *Opportunicie, occasionor commoditie, of tyme,* } Cicer. 3. *de finibus.* Et quemadmodum opportunitas, (sic enim appellamus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis, &c. Ipsa opportunitas non potuit opportunius aduenire, quam hæc mihi allata est epistola. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Omnes opportunitas salue. Idem *Curc. sc.* 3 *a.* 2. Opportunitates legum & medelæ. Gell. *cap.* 1. *lib.* 20. ¶ Ponitur quandoque Opportunitas pro facilitate. Plin. *Epist.* 14. Tranquilli stomachum multa solicitant, vicinitas vrbis, opportunitas vitæ, &c. ¶ Quandoque pro vtilitate. Cicero *de Amic.* Tales igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere. Opportunitate bona aduenite, id est, in tempore. Idem *in Epid.* Optima opportunitate ambo autem venistis.

OPPRĪMO, is. Eneco, perturbo, obruo, & amplius aliquid quàm extinguo. { עשק *haschák* לחץ *lacháts* אלץ *alléts* ענה *hinnáh.* ἐφίσημι, ἐπιλαμβάνω, ἐπικαταλαμβάνω. GALL. *Opprimer, abbatre, accabler.* ITAL. *Opprimere, perturbare, vccidere.* GERM. Vndertrucken. HISP. *Oprimir, matar.* ANGL. *To greeue, to oppresse.* } Cic. *in Lælio*, Quamobrẽ primùm danda est opera, ne qua amicorum dissidia fiant. Sin aliquid tale euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppressæ videantur, sensim & lentè intereat, quasi quod extinguitur. ¶ Interdum opprimere ponitur pro cõtinere, seu claudere. ἐπιστομίζειν. Plaut. *in Asin. sc.* 1. *a.* 3. Os opprime. ¶ Interdum pro deprehendere. *Ibidem sc.* 2. *a.* 5. Iam faxo ipsum hominem manifestò opprimas. Idem *in Rudente*, Confugiamus priusquam scelestus leno huc veniat, nósque hîc opprimat. (i. deprehendat.) ¶ Interdum pro violare, βιάζω. vt, Oppressit virginem. ¶ Interdum pro premendo grauare. πιέζειν. Cicero, Qui homini tot miseriis, calamitatibúsque oppresso subueniret. ¶ Interdum pro simplici premere. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Vbi manu mamilla opprimitur. (i. premitur.) Quintil. Oppressus & deprehensus orator. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Si mecum opprimere hanc occasionem quæ obuenit, studet. (i. ea vti,) vel vrgere. ¶ Interdum pro præuenire, occupare, καταλαμβάνειν. Cic. *Cass.* Puto te iam suppudere, quum hæc tertia iam epistola ante te oppressit, quàm tu schedam, aut literam. ¶ Quandoque pro supprimere, celare, tacere. Idem *pro Rosc. Amer.* Est quiddam quod occultatur, quod quo studiosiùs ab ipsis opprimitur, & absconditur, eo magis eminet & apparet. ¶ Interdum pro constringere, συνέχειν. Opprimi ære alieno. Idem *in Catil.* De eo qui non est soluendo. ¶ Opprimere, itẽ pro Extundere, peruincere. id est, violenter impetrare, & violentis precibus. Plaut. Nam si vllo modo posset impetrari ne te abduceret, dedi operam: verùm oppressit.

Oppressio. עשק *hischek* לחץ *láchats.* καταθλίψις. κατάτριψις. GALL. *Violẽce, oppression.* ITAL. *Violenza, oppressione.* GERM. Vndertruckung/vbertrang. HISP. *La opression, violencia,* ANGL. *A greuing, oppression.* } Constrictio, cuius diminutiuum est Oppressiuncula. Plaut. Molles morsiunculæ, papillarum horridularum oppressiunculæ.

Oppressiuncula, verbale. { ἡ μικρὰ καὶ εὐτελὴς θλίψις. GALL. *Petite violẽce & oppression.* ITAL. *Picciola violenza & oppressione.* GERM. Ein kleiner vbertrang. HISP. *Pequeña violencia y opression.* ANGL. *A small greeuing or oppression.* } apud Plautum legitur.

Oppressor, is, vindex, extinctor, victor. { עשוק *haschók.* καθαιρέτης, καταδάλων, καταπνίγων. GALL. *Oppresseur.* ITAL. *Oppressore.* GERM. Ein vndertrucker. HISP. *Oprimidor.* ANGL. *That doeth violentlie and by oppression.* } Brutus *ad Cic. in Epist. ad Brutum*, Petitis vt vindices atque oppressores dominationis salui sint?

OPPRŌBRIVM, ij, ex Ob, & probrum, Infamia, dedecus, quasi obiectum probrum. { חרפה *cherpáh* גדוף *ghiddúph* גדופה *ghiddupháh.* ὄνειδος. GALL. *Opprobre, reproche, outrageuse parole.* ITAL. *Opprobrio, vituperio, infamia, vergogna.* GER. Ein schmaach vnd schand/ein schmüchliche aufstupffung HISP. *El denuesto, verguença.* ANGL. *A reproche or rebuck full speaking.* } Cic. *in Salust.* Quum omnibus matribus familiarum opprobrio esset. Horat. 1. *Epod.* 9.

Sic ego maioris fugiens opprobria culpæ, &c.

Idem 1. *Carm. Ode* 16.

————dum mihi
Fias recantatis amica Opprobriis.

Opprŏbro, as, opprobrio do, obiicio. { חרף *cheréph* גדף *ghiddéph.* ὀνειδίζω. GALL. *Reprocher, dire paroles iniurieuses à quelqu'vn.* ITAL. *Rimprouiare,*

prouiare, rinfacciare, villaneggiare, vituperare. GERM. Zutschmähen / auffrupffen oder fürhin ziehen / schmähen. HISP. Denostar. ANGL. To speak with reproche or reburke. Gell. lib. 1. c. 15. Idem Cato M. Cælio Tribuno plebis vtilitatem opprobrans non loquendi tantùm, verùm etiam tacendi, Frusto, inquit panis conduci potest, vt taceat, vel vti loquatur. Plaut. Most. Egóne id exprobrem qui mihimet cupio id opprobrarier?

Oppròbrātio, verbale. {חרפה cherpáh גדוף ghiddúph גדופה ghidduphâh. ὀνειδισμός. GALL. Reprochement, outrage de paroles ITAL. Rinfacciamento. GERM. Ein verweisung oder auffrupffung zu vnehr / schmähung. HISP. El denuesto. ANG. A rebuiking outrage of wordes.} Gell. lib. 12. c. 11. Tum Cicero inopinata opprobratione permotus.

Opprobrāmentum, i, Opprobrium. {חרפה cherpáh גדוף ghiddúph גדופה ghiddúphah. ὄνειδος. ANG. A reproche or rebuik full speaking.} Plaut. in Merc. Litigare ego nolo vos: quam tuam autem accusari fidem, Multò ædepol, si quid faciendum est damni, facere mauolo, Quàm opprobramentum, aut flagitium muliebre efferri domo.

OPPVGNO, as, Contra pugno, resisto, obsum. {צר tsár נלחם nilchám. πολεμῶ, πολιορκῶ, προσβάλλω. GALL. Oppugner, donner l'assaut. ITAL. Oppugnare, dare assalto. GERM. Bestreiten / betriegen / stürmen. HISP. Combatir. ANGL. To fight against, to assayle.} Cic. pro Sestio, Domus est oppugnata ferro, facibus, exercitu Clodiano Idem Cæl lib. 1. Ibi quintum & vigesimum iam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum munitissimum Pindenissum. Pugnas pugnatas proloquuta est & Ptere lam oppugnatum. Plaut. Amph. Mihi cor retusum oppugnando pectore. Idem Pseud. sc. 4. a. 4. ¶ Oppugnare etiam est obsessorum. Salust. 101 paritérque oppidani aggere oppugnare, sic MSS. libri impressi, agere, oppugnare.

Oppūgnātio, nis. {מצור matsór מלחמה milchamáh. πολιόρκησις. GALL. Assaut. ITAL. Assalto. GERM. Stürmung. HISP. Combatimiento, assalto. ANGL. An assiege or assault.} Liu. 4. ab Vrbe, Nec segnior oppugnatio est, quam pugna fuerat.

Oppūgnātor, ✕ Propugnator. {צר tsar נלחם nilchám. πολιορκητής. GALL. Assaillant, qui donne assaut combatant. ITAL. Colui che da l'assalto. GERM. Stürmer / betrieger. HISP. Combatidor ò combatiente. ANGL. An assaulter.} Cic. pro Corn. Balb. Atque, vtinam qui vbique sunt propugnatores huius imperij, possent in hanc ciuitatem venire, & contra oppugnatores Reipublicæ de ciuitate exterminari.

Oppŭto, as, Puto, vel amputo, propriéque de arboribus dicitur. {זמר zamár סעף seʿéph ἀποκαθαίρω. GAL. Pouer, coupper, & oster les branches superfluës. ITAL. Potare. GERM. Beschneiden / erhauwen. HISP. Cortar ò podar. ANGL. To cutt of bowes, to prune trees.} Plin. lib. 17. c. 21. Opputatur autem quicquid proximo tulit fructum.

Oppŭuīre, ant... uissimi dixerunt pro percutere. {הכה hichcháh μαστιγῶ.} Vnde Oppuuia, verbera dicuntur. Afranius, Oppuuiis pueri coërcentur. Vide in dictione Pauio.

‖ OPS, vsitati casus, opis, opi, opem, ope. Est auxilium, vis qua operamur, potentia. Ideo rectè dicitur ab opus, i. ἔργον. ‖

Ops proprium Filia Cæli ex Vesta, & soror, & coniunx Saturni, quæ & ῥέα dicitur Græco vocabulo, ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, quod est fluere: propterea quòd terra rebus omnibus affluat. Eadem Cybele appellatur, vel a monte atque oppido Phrygiæ Cybelo, vbi sacra eius primò instituta sunt. Vel ἀπὸ τῶν κυμβάλων, quibus in sacris eius vtebantur sacerdotes, Ops autem idcirco dicta putatur, quòd terræ ope vita hominum sustentetur. Vel ab antiquo nomine Ops, quo veteres pro diuite vtebantur, quemadmodum contrà Inopem pauperem & egenum dixerunt. Veteres enim quorum opes præcipuæ in re pecuaria, & agricultura consistebant, terram huiusmodi opum largitricem diuinis prosecuti sunt honoribus, Opémque, hoc est, opulentam nuncupauere. ¶ Hæc etiam Mater Deûm appellatur à poëtis, quòd putarent cælestes omnes in terris fuisse genitos, & ob insigne aliquod meritum in cælum fuisse translatos.

‖ Opis, is, prima longa, nympha, dianæ comes.

Ops adiectiuum, diues, qui opes habet. Fest. ‖

Opes, in numer. plurali dicuntur, Omne id quo possumus aliquid, siue bona fama, existimatio & autoritas sit, siue diuitię, siue bellica copia, siue quiduis aliud. {רכוש reehúsch עשר tósceer. πλοῦτος, κτήματα. GALL. Richesses, biens, cheuance. ITAL. Richezza. GERM. Reychtumb / das vermögen mitt haab vnd gut. HISP. Riquezas. ANGL. Riches goodes, substance.} Virg. 1. Æneid.

Auxilio tutos dimittam, opibúsque iuuabo.

Horat. Serm. lib. 2. sat. 2.

——— puer hunc ego paruus Ofellum
Integris opibus noui non largius vsum.
Quàm nunc accisis videas

Quo in loco Horat. vocat Opes accisas, quæ imminutæ sunt & attenuatæ, quibus opponit Opes integras, hoc est, florentes, & nulla in parte deminutas. Opes contusas dicit Salust. Iugurth. 87.

Ruris opes paruæ, pecus, & plustra,

Ouid 3. Fast.

Nam mihi cùm magnis opibus domus alta niteret.

Item,

Nec mihi detractas possidet alter opes,

idem Eleg 4. lib 4. Trist. Dilacerauisti opes & deartuasti. Plaut. Capt. sc. 5. a. 3. Vis hostilis meas opes fecit cùm isto æquabiles. Ibid. sc. 2. a 2. Magnificas quercus habebat opes. i. glandes. Ouid. lib. 4. Fast. ¶ Apud vetustissimos etiam Ops aliquando inuenitur, vt idem sit quod opem ferens. Accius Quorum genitor fertur esse ops gentibus. ¶ Hinc Inops sine ope, & Inopia: de quibus suis locis. ¶ Obliqui singulares significant auxilium, ἐπικουρία. Ouid. lib. 1. de remed.

Carminis & medicæ Phœbe repertor opis.

Cic. lib. 3. Tusc. Opis egens, dixit, id est, auxilij indiga. Seruatos ciues iudicat huius ope. Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Trist. Spes opes, auxilia segregant à me. Plaut. Capt. sc. 3. a. 3. Spes & opes iacent sepultæ in pectore. (de exanimata metu.) Idem Amphitr. Tibi commendo spes, opésque meas, Idem Capt. sc. 3. a. 1. Arripere opem & auxilium properè. Idem Milit. sc. 2. a. 2. (de re militari.) Vana vulnera mulcet ope. Exitium superabat opem. Ouid. 5. Fast.

Nil opis in cura scirent superesse Deorum,

idem 6. Fast. ¶ Aliquando tamen significant vires, vel potestatem, δυνάμιν Virg. 1. Æneid.

——— grates persoluere dignas,
Non opis est nostræ.

¶ Aliquando vim. Salust. in Catil. Summa ope niti decet, ne vitam silentio transigant: id est, summa vi. Frange opes. (i. vires.) Liu. lib. 8. d. 4. Ex summa ope niti. Gell c. 3. lib. 7. Humana ope inuictus Augustus, (i. viribus.) Velleius. Nec hostiles secutus opes. (i. copias & vires.) Ouidius Eleg. 1. lib. 2. Trist. Experiar opibus, omni copia. (i. omni opum vi.) Plaut Asin. sc. vlt. a. 1. ¶ Aliquando etiam opem in singulari numero legimus pro diuitiis. Cic. 3. Tusc. ex vetusto poëta, O Priami domus, septum altisono cardine templum, Vidi ego te adstantem ope barbarica, id est, opulentia & fastu immani. ¶ Quandoque etiam Opes pro auxilio legimus in numero plurali. Idem ad Quint. fratr. Nunc ita accidit, vt neque Prętores suis opibus, neque nos studio nostro quicquam proficere possimus. Horat. lib 1. Epist.

——— donec in certamine longo
Implorauit opes hominis.

Opĭfer, a, um, Opem ferens. {עוזר ʿozér. βοηδρόμος, βοηθητικός. GALL. Qui donne aide & secours. ITAL. Chi porge aiuto & socorso. GERM. Helffer / der hilff beweiser. HISP. Que trae con sigo ayuda. ANGL. That helpeth.} Ita Iunonem Opiferam appellarunt Romani, quòd parturientibus opem ferre crederetur. Plin. lib. 11. c. 37. Metellum Pontificem linguæ adeò inexplanatæ fuisse accepimus, vt multis mensibus tortus credatur dum meditatur in dedicanda æde, Opiferæ dicere.

Opigena vide Nixidij.

Opsigamium, ὀψιγάμιον, seræ nuptiæ, cùm serò ducitur vxor. Plutarch. in fine Lysandri scribit, quòd Lacedæmone fuerit ἀγαμίου δίκη, καὶ ὀψιγαμίου καὶ κακογαμίου.

‖ Opsimathes ὀψιμαθής, qui serò discere cœpit, ὀψὲ ἔμαθε. ὀψιμάθεια sera eruditio. Contra παιδομαθής, qui à puero didicit.

Opsopœa, obsoniorum apparatus. Athen. ‖

OPVLENTVS, a, um, Diues & opibus abundans. עשיר ʿaschir. πλούσιος. GALL. Riche, opulent. ITAL. Ricco, opulento. GERM. Reich / wolhabend. HISP. Rico y abundāte. ANGL. Riche, wealthie} Plaut. in Amph. Opulento homini hæc seruitus dura est. Cic. de Amic. Vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quàm viri: & inopes, quàm opulenti. Horat. 3. Carm. Ode. 24.

——— Intactis opulentior
Thesauris Arabum, & diuitis Indiæ.

Opulentiores pauperiorum filias debent vxores ducere. Plaut. sc. 5. a. 3. Virg. 1. Æneid.

Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat donis opulentum, & numine diuæ.

Catull. in Iul Cæs.

Eóne nomine vrbis opulentissimæ socer generque perdidistis omnia?

Ne quisquam tam opulentus, qui mihi obsistat. (i. superbus.) Plaut. Curc. sc. 3. a. 2.

Opŭlentĭa & Opulentitas, atis, Opes, diuitiæ. {רכוש reekúsch עשר tóscher. πλοῦτος. GAL. Richesse, abondance. ITAL. Richezze, abondanza. GERM. Reichtumb. HISP. Riquezas, abundancia. ANG. Richesse, welth.} Plaut. in Milit. Quasique eius opulentitatem reueatis. Salust. in Cic. Cui potest esse dubium, quin opulentiam istam ex sanguine & miseriis ciuium paraueris? Plin. lib. 17. c. 1. Tam recens est opulentia, tantóque tunc plus honoris arbores domibus afferebant, vt sine his ne inimicitiarum quidem pretium seruaverit Domitius.

Opŭlentè, & opulenter, Sumptuosè, splendidè, cum opulentia. {πλουσίως, δαψιλῶς, ἀνέδην, ἀφθόνως. GALL. Richemēt, en grand abondance. ITAL. Riccamente, in abondanza. GERM. Reichlich / köstlich / prächtich. HISP. Ricamente y abundatamēte. ANG. Richely, with great wealth.} Salust. Iugurth. 122. neque illos arctè colam, me opulenter. Liu. lib. 1. ab Vrb. Ludos opulentius, instructiúsque, quàm priores reges, fecit. ‖ Apul. in Apol. domus opulentè ornata. ‖

Opŭlento, as, Dito, seu abundantem facio. {העשיר heʿeschir. πλουτίζω. GALL. Enrichir, faire riche. ITAL. Arricchire. GERM. Reich machen. HISP. Enriquecer. ANGL. To make riche.} Columell. lib. 8. c. 1. Quippe villaticæ pastiones, sicut pecuniariæ, non minimam colono stipem conferunt: quum & auium stercore macerrimis vineis, & omni circulo atque aruo medeantur, & eiusdem familiarem focum, mensámque pretiosis dapibus opulentent. Horat. 1. Epod. 17.

Ne perconteris fundus meus, optime Quinti.
Aruo pascat herum, an baccis opulentet oliuæ.

Opŭlesco, Ditesco. {עשר ʿaschár. πλουτῶ. GALL. S'enrichir. ITAL. Arrichire. GERM. Reich werden / reichen. HISP. Ser enriquecido y abundante. ANGL. To waxe riche} Furius,

Quo magis incomptis possint opulescere campis. Nonius.

Opsĭmăthes, ὀψιμαθής, qui iam grandis natu discit, vel qui seriùs ad discendum accedit. Contrà παιδομαθής, qui à puero didicit.

Opsĭmăthia, ὀψιμαθία, sera eruditio, interp. Gell.

OPSONIVM, ij, omne id quod cum pane vescimur. {פתבג pathbag ὀψώνιον. GALL. Toute viande outre le pain & le vin, pitance ITAL. Companatico. GERM. Allerley dässige speiß one wein vnd brot / die näben speiß fuchenspeiß. HISP. Qualquier manjar que no es pan, companage. ANGL. All meat except bread and drink, eates.} Plaut. in Aul. Dat coquos cum opsonio. Iuuenal. Satyr. 11.

——— non tamen his vlla vnquam obsonia fiunt Rancidula.

Horat. 1. Serm. satyr. 2.

Omnia conductis coëmens opsonia nummis.

Adest opsonium: à portu redit de piscatu. Plaut. Most. sc. 1. a. 2. Affer opsonium tribus, quod sit satis. Idem Men. sc. 4. a. 3. Vt dispartitem opsonium bifariam. (i. duos agnos.) Idem Aul. sc. 1. a. 2. Vino, ornamentis opiparis opsoniis. Idem Mil sc. 1. a 2.

Opsōno, as, & Opsonor, aris, deponens. (nam Græcè ὀψωνεῖν per ω, scribunt) Emo seu præparo opsonium. {ὀψωνέω, ὀψωνίζω. GALL. Acheter ou faire prouision de viandes ITAL. Comprare companatico. GERM. Allerley näben speiß einkauffen. HISP. Comprar de comer. ANGL. To laye out money for eates.} Plaut. in Casin. Argento ne parcito, opsonato ampliter.

amplitet. Idem, Cœnæ opsonauit, id est, opsonium emit. Terent. *in Andr.* Vix drachmis opsonatus est decem. Opsonatè pollucibiliter. Plaut. *Most. sc.* 1.*a.*1. Benè opsonaui atque ex mea sententia. Idem *Men sc.*2. *a.*2. Postquam opsonauit herus, & conduxit coquos. (i. opsonium emit.) Item, Quid? non poterat de suo opsonari filiæ in nuptiis? Idem *Aul. sc.*1.*a.*2. Satin' hoc vides, Tribus vobis opsonatum est? An opsono amplius? Idem *Men. sc.*2.*a.*2. ¶ Opsonare famem ambulando, est acuere, & excitare. Cic. 3. *Tusc.* Socratem ferunt, quum vsque ad vesperam contentiùs ambularet, quæsitúmque esset ex eo quare id faceret, respondisse, Se, quò meliùs cœnaret, opsonare ambulando famem.

Ōpsōnĭto, as, frequentatiuum, Sæpe opsono, ὀψωνίζομαι. Næuius, Multi mecum eo die opsonitauêre.

Ōpsōnātŭs, us, Ipsa opsonatio. { ὀψωνία. GALL. *Achet ou prouision de viandes.* ITAL. *Preparatione di viande.* GERM. Einkauffung der kuchenspeiß. HISP. *Aquella obra de comprar de comer.* ANGL. *A laying of money for eates.* } Plaut. *in Truc* Dedi equidem hodie quinque argenti deferri minas, præterea vnam in opsonatum. Opsonatum redeo. Idem *Men sc.*2.*a.*2.

Ōpsōnātŏr, is, verbale, qui emit opsonia. { ὀψώνης. GALL. *Despensier, qui achete viandes.* ITAL. *Spenditore, proueditore di viuande.* GERM. Einkauffer der kuchenspeiß. HISP. *Despensero que compra de comer.* ANGL. *An eate.* } Senec. *ad Lucil.* Adiice opsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt, cuius illum sapor excitet. Plaut. *Mil.* Vel primarium parasitum, atque opsonatorem optimum.

‖ Opsophagus ὀψοφάγος. qui opsonia edit. in Gloss. exponitur *gulosus*, qui nempè ὄψοις inhiat, cupes, popinalium cupediarum auidus sectator. ¶ Fuit etiam cognomen Apicij, qui omnes gulæ proceres longo interuallo superauit.

Opsopœus, ὀψοποιός, qui ὄψα ποιεῖ, id est, opsonia potat.

Opsopola, ὀψοπώλης, qui ὄψα πωλεῖ, qui obsonia vendit. ὀψοπωλεῖον popina. Gloss. Athenis etiam forum ipsum, vbi obsonabantur, ὄψον vocabatur: quod alioqui propriè est cibarium ad panem. ‖

Opteria, ὀπτήρια, dona, quæ visionis causa dantur: specialiter, quæ sponsus sponsæ dabat, cùm eam primùm spectaret. ὀπτήρ est visor, speculator, ab ὄπτομαι video.

ŌPTĬCVS, a, um. Visibilis, qui perspici potest. { ὀπτικός. GALL. *De perspectiue, chose appertenant à voir.* ITAL. *Visiuo, perspettiuo.* GERM. Des gesichts/zudem gesicht gehörig. HISP. *Cosa para ver y mirar perspectiuo.* ANGL. *That serueth for the sight.* } Hinc nerui optici, à medicis dicuntur, per quos spiritus visiuus defertur in pupillam νεῦρα ὀπτικά. ¶ Hinc etiam pars Geometricæ disciplinæ dicitur.

Optica ὀπτική, id est, Perspectiua, quæ ad oculos pertinet, quæ causas reddit cur visiones subinde fallant, & ea quæ in aqua conspiciuntur, maiora ad oculos fiant: quæ procul ab oculis sunt, minora.

Ŏptĭmas, Optimitas, Optimus, vide *Bonus.*

ŎPTO, as, quasi opem peto, Perott. Desidero, cupio. { אוה אבה *abáh* *iuuáh* חפץ *chaphéts.* εὔχομαι. GALL. *Desirer.* ITAL. *Desiderare.* GERM. Begären/wünschen. HISP. *Dessear.* ANGL. *To wish or desire.* } Cic. *lib.*4. Itaque mihi venire in mentem nil potest, non modò quid sperem, sed vix iam quid audeam optare. Haud multos homines, si optandum foret, videre & conuenire te mauellem. Plaut. *Mil sc.*5.*a.*2 Cur tantum adfero, quantum à diis optat, & amplius. Idem *Capt. sc.*1.*a* 4 Inopem optauit potiùs eum relinquere. Idem *Prolog. Aul.* Optas quæ facta. Idem *Amph.* Dij tibi dent quæcunque optes. Idem *Asin. sc.* 1.*a.*1. Cur me morti dedere optas. (i. vis.) *Ibid. sc.*3.*a.*3. Optare à Diis immortalibus, &c. Cic. *pro Flacco* Optati ciues, populares, incolæ. Plaut. *Aul. sc.*1. *a.*4. ¶ Vnde Optatiuus modus, apud Grammaticos, ἡ εὐκτική. Quandoque eligo, αἱρέομαι. Cic. *lib.*1. *Offic.* Quæque maiori parte pulcherrima videantur, ea maximè optant. Virg. *lib.* 1. Optauitque locum tectis. ¶ Aliquando Optare ponitur pro petere, vel rogare. Cicero *in Catil. lib.*2. Neque ego à diis immortalibus Quirites optabo, vt, &c. ¶ Interdum etiam pro asciscere. Idem *in Epistol.* Sed ne optari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus. ¶ Huius composita sunt, Adopto, Coopto, Exopto, & Præopto: de quibus suis locis.

Ŏptātŭs, a, um, part cipium ¶ Optati dicuntur, qui in honestum gradum aliquem sunt electi, ᾑρημένοι, à verbo Opto, quod inter cætera eligo significat & asciscò.

Ŏptātŭs, Expetitus, desideratus. נאוה *naavéh.* Cic. *ad Lentul.* Tametsi mihi nihil fuit optatius, quàm vt primum abs te ipso, deinde à cæteris omnibus quàm gratissimus erga te esse cognoscerer. Idem *Quint. fratr.* Vale mi optime, ac optatissime frater. Me illi expectatum, optatum venturum scio. Plaut. *Amph.* (Legitur & optatò) Noctem tuam velim si optata fiant. Idem *Asin. sc.*3.*a.*3 Dij tibi omnes omnia optata ferant. Idem *Capt sc.*2.*a.*2.

Ŏptātĭssĭmus, superl. vt, Optatissimus nuntius. Cic. 4. *Philipp.*

Ŏptātum, i, substantiuum, Expectatum. { תאוה *taaváh* מאויה *maavajja* חפץ *chepheth.* εὐχή, εὔκταιον. GALL. *Chose desirée.* ITAL. *Cosa desiderata.* GERM. Ein wünsch oder begären. HISP. *Cosa desseada* ANGL. *A wishe and desire.* } Cic. *in Pison.* Illud etiam accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate. Optata loqui, Terentius *Heaut.* Eueniunt optata. Ouid. 6. *Met.* Respondet optatis meis fortuna. Cic. *Curio* 2. *lib. Epist. fam.*

Ŏptātō, aduerbium, Cum desiderio. { ἱμερτῶς. GALL. *Desiderablement, auec desir & souhait.* ITAL. *Desideratamente.* GERM. Erwünscht. HISP. *Desseadamente.* ANGL. *As one walde wishe.* } Terent. *in Andr* Optatò aduenis. Cic. *ad Attic.* Nisi quid te aliud impediet, mihi optatò veneris.

Optatio, nis, verbale, Optio Cic. 3. *Offic.* Cui quum tres optationes Neptunus dedisset, optaui interitum Hippolyti filij. Quint. *lib.* 9 *cap.*2. Detracta voce libera, effrænatiore iracundia, optatione, execratione. Hîc pro εὐχὴ ponitur.

Ŏptābĭlĭs, e, quod est expetendum. { נאוה *naavéh*, εὐκταῖος. GALL. *Desirable.* ITAL. *Desiderabile.* GERM. Zuerwünschen/wünschens wirt. HISP. *Cosa para ser desseada.* ANGL. *That is to be desidered or wished.* } Cic. *Luce.* Quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ. Idem 1. *de finib.* Itaque ne iustitiam quidem rectè quis dixerit per seipsam optabilem, sed quia iucunditatis vel plurimum afferat.

Ŏptābĭlĭtĕr, aduerbium, { εὐκτῶς. GALL. *A souhait.* ITAL. *Desidereuolmente, con desiderio.* GERM. Nach allem wunsch. HISP. *Desseadamente.* ANGL. *Delectably, in such sorte as is tho be wished.* } Cic. 1. *Tusc.* Prò dij immortales, quàm optabiliter iter illud iucundum esse debet.

Ŏptĭuŭs, adiectiuum, pro adoptiuo. { ὑποποιητός. GALL. *Adoptif.* ITAL. *Adoptiuo.* GERM. Angenommen/erwölt. HISP. *Adotado è ahijado.* ANG *Adoptiue.* } vt, Nomen optiuum, Horat. 2. *Ep.*1.

——— si plus adposcere visus
Fit Mimnermus, & optiuo cognomine crescit.

Ŏptĭo, nis, fœm. gen. Optatio atque eligendi facultas. { מבחר *mibchár* מבחור *mibchór.* αἵρεσις. GAL. *Souhait, chois, eslite.* ITAL. *Elettione.* GERM. Ein waal. HISP. *Obra de dessear ò elegir, election prepuesta.* ANGL. *Choise or election.* } Plaut. *in Casin.* Optio hæc tua est, vtram harum vis conditionem, accipe. ¶ Dare optionem, & Facere optionem, & dare & deferre alicui, & Permittere optionem alicui. Cic. 1. *Verr.* Quoties ille tibi potestatem, optionémque facturus sit, vt eligas vtrum velis factum esse, nécne. Quint. *lib* 5. Nec optio iudicis aduersario est permittenda. Cic. 4. *Acad.* Si optio naturæ nostræ detur. ¶ Optio etiam aliquando mascul. generis est, significátque ministrum a Centurione, vel decurione adoptatum, qui priuata eius obeat negotia, dum ipse publicis curis est districtus. Veteres appellabant Accensum. Festus, In re militari Optio appellatur is, quem Decurio, aut Centurio optat sibi rerum priuatarum ministrum, quò faciliùs obeat publica officia. Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur Accensus, qui à Tribuno militum Centurioni dabatur adiutor. Dicitur ab optando (vt Vegetius ait) quòd antecedentibus ægritudine præpeditis, ij tanquam adoptati eorum, atque vicarij, solent vniuersa curare: vt nihil aliud sit Optio in re militari, quàm adoptatio: quoniam Centurio, aut Decurio optabat sibi rerum priuatarum ministrum, quò faciliùs publica obiret negotia. Plaut. *in Asin.* Optionem tibi sumito Leonidem. Callist. *in l vlt. de iur. immunit.* Quamobrem etiam eum qui in palatina militia ipsum agat, quod in exercitu Optiones, iure arbitror dici Optionem. Optio in Militia, quis dicatur. Plutarch. *in Galba.* Ὀπτίων dicitur à Plutarcho, & exponitur διοπτὴρ. Vide Constantini Lexicon editionis secundæ. ¶ Optio fabricæ apud Iurisconsultos, i. custos fabricæ, fabricensis. Sic custos carceris à Prudentio manceps carceris dicitur, qui ab Ambrosio Optio carceris: Neque Paulus, & Silas tempus distulerunt, quo optionem carceris baptizarent cum omnibus eius.

Optionatus, optionis munus: vt Pontificatus, Decurionatus.

Ŏpŭlentō, Opulentus, Opulesco, vide *Opes* in *Ops.*

Ŏpŭlŭs, i. Genus arboris, maritandis vitibus maximè idoneum. Col. *lib.* 5.*c.*6. Sed vitem maximè opulus videtur alere, deinde vlmus, pòst fraxinus. Ruell. *lib.*1.*c.* 105. Opulus cornó similis arbor, arbusto Gallico faciundo idonea: Obierus, vel Opierus apud nos ruri dicitur, vlmi proceritate adolescit, caudice recto, enodi, &c.

Ŏpūntĭă, herba est circa Opuntem nascens, etiam homini dulcis: mirúmque è folio eius radicem fieri, ac sic eam nasci. Verba sunt Plin. *lib.* 2. *cap.*17.

Ŏpūs, untis, ὀπόεις, ᾶς. Ciuitas Locrorum Epicnemidiorum, non procul ab Asopo fluuio. Quintil. *lib.* 1. *de Pont.* Facta cæde puer Patroclus Opunta reliquit.

Ŏpūntij, populi dicuntur, ὀπούντιοι, καὶ ὀπουντίοι: & propinquus sinus Opuntius.

Ŏpŭs, operis, & opus, indeclinabile. Vide *Opera.*

Ŏpŭscŭlum, diminutiuum. Vide *Opus* in Opera.

ŌRĂ, æ, Extremitas cuiusque rei. { סוף *soph* כנף *chanáph* שול *schul* גליל *ghelil.* ἐσχατιά, πτέρυξ, ὤα. GALL. *La fin & bout de quelque chose que ce soit, fin & limite, le bord de quelque habit.* ITAL. *Estremità di qualche cosa.* GERM. Das end oder eusserst eines jeden dings. HISP. *Orilla, fin, ò cabo.* ANGL. *The edge of an habilement, the borders of cuntreys.* } Virg. 9. *Æneid.* ad bellum retulit,

Et mecum ingentis oras euoluite belli,

hoc est, finem belli, vel belli extrema, vt interpretatur Seruius. Hinc vestimentorum extrema, Oræ dicuntur. κράσπεδα. Regionum item, terrarúmque fines, insuper maritimæ ipsæ regiones, Oræ dicuntur. Virg. 1. *Æneid.*

Arma virúmque cano Troiæ, qui primus ab oris,
Italiam fato profugus, Lauináque venit
Littora.

Sic, Oram legere Liu. *lib.*7 *d.*4 Suet. *in Tib. c.*10. GALL. *Prendre la riue, le bord.* ¶ Oræ aluearìorum. Virg. 4. *Georg.*

Spiramenta linunt, fucóque & floribus oras
Explent.

¶ Plin. Oræ appellatione ferè semper regionem littoralem appellat, ἀκτὴν, apud quem crebrò illa leguntur: in ora sunt ciuitates, & oppida oræ proxima. Quæ verò remota sunt ab ora, in mediterraneo esse dicuntur. Velleius, Oræ maritimæ præficere. Plaut. *Curc. sc.*1.*a.*3. Oram omnem Conterobromiam subegit. ¶ Ora pro regione. Cic. 2. *de nat. deor.* Omnibus hominibus, qui vbique sunt, quacunque in ora ac parte terrarum. Translatè dixit Ennius,

Quis potis ingentes oras euoluere belli.

Et ipsum secutus Virgilius,

Et mecum ingentes oras euoluite belli.

quasi dicant totam belli regionem, campum ac spatium. ¶ Ora pro climate, vel segmento cæli. Cic. 1. *Tusc* Tum globum terræ eminentem à mari, fixum in medio mundi vniuersi loco, duabus oris distantibus, habitabilem, & cultum. ¶ Sunt qui dicant Oram etiam significare nauticum funem, quo nauis littori alligatur, adducentes testimonium illud Quint *in Præfat. ad Tryphonem.* Permittamus vela ventis, & oram soluentibus bene precemur, & Liu. *lib.* 28. In ipsis quoque trepidatum nauibus, dum ne hostes cum suis irrumperent, trahunt scalas: orásque & anchoras, ne in moliendo mora esset, præciderunt. Cæterùm eruditi negant Oram inueniri pro fune nautico, apud idoneos autores, quum ne in Liuio quidem Oras, sed Lora in vetusto codice scriptum reperiatur: & apud Quint. Ora soluentibus, in quibusdam exemplaribus legatur: vt idem sit Ora soluere, quod soluere à littore. ¶ Ora pro initio rei

rei autore Festo, vsus est Cæcilius: Oram, inquit, reperire nullam, quam expediam, queo. ¶ Apud Celsum, Oræ vulneris vocantur, hiantis vulneris extremitates, quæ futura coniunguntur. Oras, inquit, vulneris futuræ comprehendunt.

ŎRĀCVLVM, i, Deorum responsum. { נבואה דביר *ne uáh* *debir*. χρησμὸς, λόγιον. GAL. *Oracle*. ITAL. *Oracolo*. GERM. Ein göttliche antwort vnd eröffnung. HISP. *Respuesta de Dios, Oraculo*. ANGL. *An oracle, an answer geuen by god*. } Ita dictum à verbo Oro, vel ab Oratione, teste Cic. *in Topic.* Oracula (inquit) ex eo ipso appellata sunt, quòd inest his deorum oratio. Virg. 2. *Æneid.*

Suspensi Eurypilum scitatum oracula Phœbi
Mittimus.

¶ Quandoque ponitur pro templo in quo responsa dantur. Plin. *lib.* 12. *c.* 23. Inde & nomen Ammoniaco ab Ammonis oraculo, iuxta quod nascitur arbor. ¶ Nonnunquam etiam pro celebri, notatúque digna, & minimè vana sententia. Seneca. Vnum illud optimum oraculum est, Pugnandum esse pro patria. Plin. *lib.* 18. *c.* 6. Inde illa reliqua oracula, Nequam agricolam esse, quisquis emeret quod præstare ei fundus posset. ¶ Accipitur præterea aliquando Oraculum pro somnio nocturno, quo res aliqua nobis denuntiatur. Cic. 1. *de diuinat.* Exposui somnij, & furoris oracula. ‖ ¶ Latiùs etiam pro elogio & statuto dicitur. Ita aliquãdo Imperatores & Reges numinis titulum pro maiestate, sibi tribuebant: & suas leges oracula vocant, quatenus potestate diuinitus datâ populo officia sua præscribebant. ‖ ¶ Dicere ex oraculo. Idem *pro Fonteio*, Ex oraculo dici putes. Edere oraculum, Oraculo aliquid edere, Fundere oraculum, Petere oraculum de aliquâ re. ¶ Oraculo vti χρῆσθαι, oraculum consulere. Tacitus, Appellitque Colophona, vt Clarij Apollinis oraculo vteretur. Oracla per syncopen pro Oracula. Ouid. 1. *Metam.*

——— *& numina mentis adorat*
Fatidicámque Themin, quæ nunc oracla tenebat.

Oraculum Arietinum apud Gell. *c.* 3. *lib.* 3. Item, Quasi Delphico Oraculo instinctus Plato. Quintil.

‖ Orasus, animal quadrupes. Gesn.

Orama, aspectus. Aldhel.

Orariæ, naues actuariæ paruæ circa oras nauigantes. Turn. ‖

Orarium, ij, linteum esse tradunt, quo ori fauemus, vt apud Vopiscum Sipontinus indumentum esse vult, quo Sacerdotes vtantur, & in quo orent. Hesychius *Semicinctium* videtur exponere, σιμικίντια, ζωνάρια, ὠράρια τὸ ἱερόν. Ambros. de SS. Geruas. & Protas. Quanta oraria iactitantur? B. Hieronymus, Alioqui ridiculum & plenum dedecoris est, referto marsupio, quòd sudarium orariúmque non habeas, gloriari.

Orarius, a, um, adiect. vt, Oraria nauis, i. actuaria, & parua nauis, actuariolum nauigium. Plin. *in Epist. ad Traianum*, Nunc destino partim nauibus orariis, partim vehiculis prouinciam petere, h. e. quibus secundùm littoris oram nauigatur. Nam maioribus pelagus tentatur.

‖ Orasis visiones, libri Sibyllini Saracenorum. Luitpr. L. g. b. ‖

Ōrātă, æ, Piscis, ab auri colore nomen habens. Idem & Aurata dicitur. χρυσόφρυς. GALL. *Orade, ou dorade*. ITAL. *Orata*. GERM. Ein forelen. HISP. *Dorada pescado*. ANGL. *A gilthead*. } Solent enim veteres pro au diphthongo, sæpe o litteram substituere, vt Clodius pro Claudio, & Codex pro caudice. Vide suprà in dictione *Aurata*.

Oratha, ὀράθα, oppidum est, Mesopotamiæ, ad Tigrim fluuium. Stephan.

Orbana, seu vt alij, Orbona, Deæ cuiusdam nomen, quæ Romæ ad ædem Larium aram habuit. Autor Plin. *lib.* 1. *cap.* 7.

Ōrātĭo, Oratiuncula, & Orator, vide *Oro*.

Ŏrbēlūs, ὄρβηλος, Thraciæ mons est in ea parte, qua Macedoniæ est contigua, non procul à Pangæo promontorio: à quo vicina regio Orbelia dicta est, ὀρβηλία. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 10. & 11.

ŎRBĬS, is, ab antiquo orbare, i. circulo describere. circulus { חוג גלגל *chúgh* *ghalghál*. κύκλος, σφαῖρα. GALL. *Cercle, rondeau, rondeur*. ITAL. *Circolo, rotundita*. GERM. Ein ring oder kreiß. HISP. *Redondez, circulo*. ANGL. *A circle or round compasse*. } Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Aliis glauci coloris orbibus circumdatis. Ouid. 6. *Metam.*

——— *Lanam glomerabat in orbes.*

Lucan. *lib.* 5. de gruibus loquens,

Confusos temere immissæ glomerantur in orbes.

Virg. 5. *Æneid.*

Inde alios ineunt cursus, aliósque recursus,
Aduersis spatiis: alternósque orbibus orbes
Impediunt.

Cic. 3. *de Orat.* Circuitus & quasi orbis verborum.

Seu propior terris (Sol) æstiuum fertur in orbem,

Tibull. *lib.* 4.

Solus vtroque idem diceris magnus in orbe,

ibidem. Orbem alterum quærens. (i. Britanniam.) Velleius.

O vir non ipso quem regis orbe minor,

Ouid. *Epigramm* 3. *lib.* 5. Orbis caudicum (de fasce ligni.) Gell. *cap.* 3. *lib.* 5.

Nunc pila, nunc celeri vtitur orbe trochus,

Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Nobis habitabitur orbis*
Vltimus,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Quamuis longinquo referam lassus ab orbe pedem,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Item,

Inde patres centum denos secreuit in orbes
Romulus,

idem *lib.* 3. *Fast.* ¶ In orbem vice pari disserere. Gell. *c.* 2. *lib.* 18. ¶ Orbis pro Tympano rotundo. Suet. *in Aug. c.* 68. De Gallo matris Deûm tympanizante. Vidésne vt cinædus orbem digito temperet? Orbis in acie, verbum militare. Gell. *cap.* 9. *lib.* 10. ¶ Differt autem Orbis à Sphæra, seu globo, quòd orbis propriè de plano corpore, quod circularem habet figuram: Sphæram autem, vel Globus de corpore solido dicatur. Cic *de nat. deor.* Duæ formæ præstantes sunt: ex solidis globus, ex planis circulus, vel orbis, qui Græcè κύκλος dicitur. Sed hoc non semper obseruatur. Significat enim frequenter Orbis, quod sphæricum est, vel rotundum: vnde orbem terrarum, οἰκουμένην, dicimus pro toto vniuersæ terræ globo, quem sphæricæ figuræ esse philosophi consentiunt. תבל *tebel*. Plin. *Proœm. lib.* 3. Terrarum orbis vniuersus in tres diuiditur partes. ¶ Item pro maxima hominum multitudine. Ouid. 1. *de Arte*,

Nempe ab vtroque mari iuuenes, ab vtroque puella
Venere, atque ingens orbis in vrbe fuit.

¶ Accipitur etiam Orbis pro circulari cælestium corporum meatu. Cicero *de somn Scipion.* Stellæ circulos suos, orbésque conficiunt celeritate mirabili. Nonnunquam etiam significat cælestes sphæras. *Ibidem.* Nouem tibi orbibus, vel potiùs globis connexa sunt omnia. ¶ Orbes in homine dicuntur frontis foramina, inter quæ latent oculi. Statius, Tum vacuos orbes. Prudent. Illic vtrisque obtutibus orbes cauatos præferens, baculo regebat primo errore nutantem gradum. Sed & ipsa lumina sic appellantur. Lactant. Orbes ipsos humoris puri, ac liquoris plenos esse voluit. ¶ Orbis noster. i. hemisphærium nostrum. Orbis alter, h. e. hemispærium oppositum. Nam duo sunt hemisphæria: vnum incolimus, nostérque Orbis vocatur. Alterum, inquit Pompon. Mela, Antichthones, qui sunt in orbe altero. Solinus de Taprobana, Diu orbem alterum putarunt, & quidem eum, quem habitare Antichthones crederentur. Plin *lib.* 12. *cap.* 12. In nostro orbe proximè laudatur Syriacum. ¶ Orbis aliquando pro operculo in orbem facto. Cato *de re rust. cap.* 10. Abacum vnum, orbes æneos duos, mensas duas, &c. ¶ Orbis ablaqueationis, apud Colum. *lib.* 4. *cap.* 4. ponitur pro fossura, siue fossione illa quæ in orbem circa vites, aut arbores fieri solet. Nam (inquit) dum exaltare fortiùs orbem ablaqueationis fossor studet, obliquam vitem plerumque sauciat. ¶ Quandoque Orbem legimus acceptum pro orbili, hoc est, pro extremitatibus radiorum in rota, quæ canthis cinguntur. Varro 3. *de re rust. cap.* 5. E quo stagno riuus peruenit in duas, quas dixi, piscinas, ac pisciculi vltro ac citro commeant, quum & aqua calida & frigida ex orbe ligneo mensáque, quam dixi in primis radiis esse, epistomiis versis ad vnumquenque factum sit, vt fluat in conuiuam. ¶ Orbis pro anno. Virg. 1. *Æneid.*

Triginta magnos voluendis mensibus orbes
Imperio explebit. hoc est triginta regnabit annos.

Idem 3. *Æneid.*

Annuus exactis completur mensibus orbis.

¶ Est etiam Orbis mensa rotunda. Martial. *lib.* 2.

Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes.
Fulcitur testa fagina mensa mihi.

Quo in loco Libycos orbes vocat mensas citreas. ¶ Ponitur quandoque pro contextu, & serie continua, & quadam quasi circunductione orationis, quum periodi legitimis commatibus & colis sunt expletæ. Quintil. *lib.* 9. *c. vlt.* Historia non tam finitos numeros, quàm orbem quendam, contextúmque desiderat. Cicer. *in Orat.* In Thucydide orbem orationis desidero. ¶ Orbis etiam piscis est marinus, orbiculatus excepta cauda, sine squammis, cutis durissimæ, atque aculeis horridæ, cui os angustum, dentibus quaternis, latis munitum. Ennius apud Apuleium *in* 1. *Apologia*, videtur Caluariam marinam appellasse. Plin. *lib.* 32. *cap.* 2. Durissimum esse piscium constat qui orchis (veteres codices *orbis*) vocetur. ‖ ¶ Orbis Lacedæmonius, tessellæ marmoreæ varij in pauimento coloris. Buleng. ‖

Ŏrbĭcŭlŭs, i, diminutiuum. { σφαιρίδιον. GALL. *Petit cercle, rondeur*. ITAL. *Picciolo cerchio, rotundità*. GERM. Ein klein rund ding oder schnitzlin. HISP. *Pequeño circulo, redondez*. ANGL. *A litle circle or rondell*. } Plin. *lib.* 25. *c.* 13. Concissa quoque in orbiculo seruatur in vino. ¶ Orbiculus pro rotula trochleæ. Cato *cap.* 3. Trochleas Græcanicas binas, quæ funibus sparteis ducantur, orbiculis superioribus octonis, inferioribus senis citiùs duces.

Ŏrbĭcŭlātŭs, a, um, quod in orbem & circulum factum est, circularis, rotundus. { κυκλοτερής, σφαιροειδής. GAL. *Rond, qui est fait en rond*. ITAL. *Tondo, rotundo*. GERM. Sinwel / rund / oder kugelecht / schelblecht. HISP. *Redondo*. ANG. *Round lyk a circle*. } Vnde Poma orbiculata dicuntur à Varro 1. *de re rust. cap.* 59. quæ rotunda sunt, figurámque habent orbis in rotunditatem circumacti. Cæl. *ad Cicer. lib.* 8. Quid est? Nunc tibi nostri milites qui durissimis & frigidissimis locis teterrima hyeme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti videntur.

Ŏrbĭcŭlātĭm, aduerbium, Per orbes & circulos quasi circulatim. σφαιρηδόν. GALL. *En forme rõde, par rondeaux*. ITAL. *A forma rotunda*. GERM. Geringsleter weiß / in die runde. HISP. *En cerco, en redondez*. ANGL. *Round lik a circle, by circles*. } Plin. *lib.* 11. *cap* 37. Sed quibus ceruix è multis, vertebratisque orbiculatim ossibus flexibilis ad circunspectum, articulorum nodis iungitur.

Ŏrbĭcŭs, a, um, autore Nonio, quod est per orbem ductum, seu per circulum. { κυκλοτερής. GAL. *Qui tourne en rond*. ITAL. *Girata, intorno*. GERM. Das in die runde ist. HISP. *Hecho cerco ó en en redondez*. ANGL. *Thas is round*. } Varr. Vt sidera cæli circa terram, atque axem voluuntur motu orbico.

Ŏrbīlĕ, is, id esse videtur quod rotam in summo axe continet, vel id potiùs quod in extremis radiis est, & canthis cingitur. { ἡ τῆς τροχοῦ ἀψίς. GALL. *Le tour & rond d'vne roue*. ITAL. *Il rotundo della ruota*. GERM. Die lonnen oder die felgen des rads. HISP. *La redondez de la rueda*. ANGL. *The round circle of a wheel that turneth on the ground*. } Varr. 3. *de re rust. c.* 5. Insula est columella, in qua intus axis, qui pro mensa sustinet rotam radiatam, ita vt ad extremum, vbi orbile solet esse acutum, tabula cauata sit. Budæus.

Ŏrbĭlĭŭs, Beneuentanus, Grammaticus fuit, Horatij in pueritia præceptor, quem *lib.* 2. *Epist.* ob nimiam in pueros sæuitiam Plagosum vocat. Huic in senectute accidisse ferunt, vt omni prorsus memoria destitueretur. Itaque per iocum Literarum obliuio est appellatus. Vix ad centesimum prope annum, reliquitque filium Orbilium, & ipsum Grammaticum. Ex Tranquillo.

Ŏrbĭtă, æ. Rota, siue currus. { גלגל מעגל *ghilghál* *matagal*. τροχιά. GALL. *Rouë, orniere*. ITAL. *Ruota, carro*. GERM. Ein karrengleiß. HISP. *El carril por donde passa carreta, rueda*. ANGL. *A wheele or trake of the wheele made in the ground*. } Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——— *iuuat*

——— *iuuat ire iugis, quà nulla priorum*
Castaliam molli deuertitur orbita cliuo.

Cic. *Attic.lib.* 2. Vt vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus.¶ Est præterea Orbita, vestigium decurrentis in viis rotæ ex cursu.Plin.*lib.8.c.*18. Iidem, vbicunque sint, si orbitam transire, moriuntur.Loquitur de muribus.Liu.2. *bell. Maced.* Rota vna in altiorem orbitam depressa, ita turrim inclinauit. ¶ Hinc exorbito, tas, de quo suo loco.¶ Item Orbita, rotunditas. Virg.*in Ætna,*

Solis scire modum, & quanto minor orbita Lunæ est.

‖ Orbitus, annualis.Gl.g.b.‖

ŎRBVS, i, propriè dicitur oculis priuatus, quasi amissis orbibus. { עִוֵּר *hivvér.* πηρωμένος τὰς ὄψεις. GALL. *Aueugle.* ITAL. *Orbo, cieco.* GERM. Des gesichts beraubt/blind. HISP. *Ciego.* ANGL. *Blind, bereft of his sight.*} Plin.*lib.7.c.*43. Orbam luminibus exegit senectam, amissis incendio, quum Palladium raperet.Idem *lib.35.c.*10. Pinxit & Antigoni regis imaginem altero lumine orbam.¶ Per translationem Orbi dicuntur, quicunque aliqua re chara priuati sunt. Hinc patres, amissis liberis, quos non minus charos habent quàm oculos, Orbi vocantur. עֲרִירִים *hariri̇m* גַּלְמוּדִים *ghalmudhim.* ἄπαιδες. ANGL. *Needfull, that lacketh any thing.* }Cic. *in Parad.* Quum nutum locupletis orbi senis non obseruat? Quint.*lib.5.cap.*17.Parens liberorum, an orbus sit.Col. *lib. 7.cap.*4.Orbæ suis natis matres.Iuuenal.

———*meliora ac plura reponit*
Persicus orborum lautissimus.

Similiter Orbi dicuntur liberi amissis parentibus.{ יְתוֹמִים *jethomim.* ὀρφανοί. }Terent. *Adelph.* Hæc virgo orba est patre. Idem *Phorm.* Lex est, vt orbæ qui sint genere proximi, His nubant. Quintil. *declamat.* 280.Orba dici non potest post nuptias.

Orba suis essent etiamnum lintea ventis,

Ouid.13.*Metam.*

At tu non orbum luxti deserta cubile,

Catull.*de coma Beren.*

Orba parente suo quicunque volumina tangis.

Ouid. *Eleg.6.lib.1.Trist.& Eleg.vlt.lib.*3.Lanij concinnãt liberis orbas oues.Plaut *Capt.sc.1.a.*4.Mare portubus orbũ.Ouid.*Eleg.2.lib.3 Trist.*

Littora rarus in hac portubus orba venit,

idem *Eleg.* 12. *lib.* 3.*Trist.*Orbus est omnibus sensibus,qui Homerum cæcum natum putat, Velleius *priore volum.* ¶Orbi palmites dicuntur, qui oculis & gemmis carent, & nihil pariunt. Columell. *lib.* 5. Nec, inquit, orbos tantùm detrahere palmites, verumetiam frugiferos.

‖ Orba, ἐπίκληρος. Virgo, vel mulier, vtroque parente orba, nullo superstite fratre; cui tota hæreditas obtingit, vnde dicitur μονοκληρονόμος. aut orba cohæredibus, quæ & Græcis πατροῦχος,& ἐγκλῆρος dicitur. Opponitur ei ἡ ἐπίπροικος. quæ cum certa dote in matrimonium alicui collocatur.‖

ŏrbĭtās, Priuatio liberorum, aut parentum.{ שְׁכוֹל *schechól* ἀπαιδία, ὀρφανία. GAL. *Priuation ou perte d'enfans, ou d'autre chose qu'on tient chere.* ITAL.*Priuatione di cosa cara,come de figliuoli.* GERM.Weißlosse/ist der staat da jemandts seiner liebsten beraubet wirt/ als die eltern irer kinder/&c.Item Der weysen staat. HISP. *Perdida de cosa amada,como de hijos.* ANGL.*Losse or lack of any thing which one loueth affectuously, as parentes, children.* } Vt vxoris viduitas post amissum maritum. Quint.Non habet orbitas vestra lacrymas super ardentes rogos.Plaut. *Capt.sc.5.a.* 3. Quod hoc est scelus? quasi in orbitatem filios produxerim.¶ Orbitas luminis,pro priuatione.Plin.*lib.7.c.*47. Magna & Crytobulo fama est, extracta Philippi regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris, curata orbitate luminis. Orbitas magis vulnerat indoctos. Senec. *c.* 7. *de consf.ad Mart.* Orbitas plus gratiæ confert, quàm eripit. Idem *cap.* 14. *ibidem.* Orbitatem manu facere.(i. exhæredare.) *Ibid.* Libertatem quam viduitas & orbitas facit detestantur Matronæ. Liu.*lib.* 34.

ŏrbĭtūdo, Orbitas, sed antiquum est. Accius, Miseret lacrymarum, luctuum, orbitudinis.

‖ Orbo pro vrbo,est curuo.Vide *Vrbo*.‖

ŏrbo, as, Re chara aliquem priuo. { שִׁכֵּל *schichchél* חִסֵּר *chissér.* πηρόω, ἀποστερέω.GALL.*Priuer de quelque chose qu'on tient chere.* ITAL.*Priuare, orbare.* GERM. Berauben. HISP. *Priuar de cosa amada.* ANGL.*To depriue of a thing that a man set teth much by.*} Cic.*de Amic.*Etsi illis planè orbatus essem, magnum tamen affert ætas illa solatium. Idem 4. *Acad.*Non ergo is excæcat nos,aut orbat sensibus.Orbare se luce.Idẽ *Tusc.*Orbari auxilio.Idem *pro Murena.*

ŏrbātŭs, participium. { שָׁכוּל *schachúl.* ὀρφανισθείς, ἀποστερηθείς. } Cic. *pro Cluent.* Mater orbata filio. Idem *ad Cæcin.* Nec iis quidem verbis, quibus te consoler, vt afflictum, & iam omni spe salutis orbatum.

ŏrbātĭo, nis.{ שְׁכוֹל *schechól.* } Senec. *Epist.* 88. Paupertas non per positionem, sed per detractionem dicitur: vel (vt antiqui dixerunt) per orbationem: Græci dicunt στέρησιν: quod quum dicunt non quod quis habeat dicitur, sed quod non habeat. Idem *cap.* 7. *de consol. ad Mart.*

‖ Orbs, piscis marinus, columbus, piscis.Rond.‖

ŎRCĂ, æ.{ ὄρκα.GALL.*Espaulart.* ITAL.*Orca.* GERM.Ein greulicher wallfisch im meer/ ist ein sonderbare gattg dises nammens.HISP.*Vna especie de vallena.* ANGL.*A whale,or such great beast in the sea.* } Genus belluæ marinæ (inquit Festus) balænis infestum. Plin.*lib.9.c.*6.Balænæ & in nostra maria penetrant. In Gaditano Oceano non ante brumam conspici eas tradunt, condi autem æstatis temporibus in quodam sinu placido & capaci, mirè gaudentes ibi parere. Hoc scire orcam,infestam his beluam, & cuius imago nulla repræsentatione exprimi possit alia, quàm carnis immensæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in secreta, ac vitulos earum ac fœtas,vel etiamnum grauidas lancinant morsu, incussæque ceu Liburnicarum rostris fodiunt. Horat.2.*Serm.satyr.*4.

———*simplex è dulci constat oliuo,*
Quod pingui miscere mero, muriáque decebit,
Non alia quàm qua Byzantia putruit orca.

¶ Ab huius beluæ similitudine vasis quoddam vinarij genus specie tereti, & vniformi, Orca dicitur. { ANGL. *A fat.*} Varr.*de re rust.lib.*1. *c.*13.Orcæ in Hispania feruore musti ruptæ. ¶ Erat et vasis genus, in quo fisci asseruabantur.Plin.*lib.* 15.*c.*19 ... corum abundat,implentur orcæ,in Asia cadi. ¶ Quid... accipiunt pro vasculo lusorio, quò coniecti tali, agi... tur in tabulam aleatoriam, quod à Martiale dicitur tu... tione Græcæ dictionis πύργος, quam & Latini vsurpant. Pers...

Angustæ collo non fallier orca.

In hoc tamen Persij loco scribit Cornutus Orcam vasis genus esse collo angusto, in quod nuces iaciebantur distanti ex loco, & qui certo iactu mittebat, victor habebatur. ¶ Plin. *lib.*35. pro capsa pigmentorum muliebrium vsus est, Vsta casu reperta, incendio Piræi cerussa in orcis cremata.¶ Orca etiam gemmæ nomen est,nigro,fuluo,viridi,ac candido colore distincta.Plin.*lib.*37. *c.*10.‖ ¶ Orca terra, quæ aratur vt fœcunda. Hinem.

Orcarius,rufus.L.g.b.‖

ŏrcŭlă,diminut ab Orca, σκυλάκιον. Cato *de re rust.* Cyminum, fœniculum, rutam, mentham in orculam condito.

ŏrcădēs, ὀρκάδες Ptol. Insulæ Oceani Septentrionalis vltra Britanniam & Hyberniam, numero triginta, secundùm Pomponium, parum inter se distantes.Vulgò *Orknes.*

ŏrcēlis, ὀρκελὶς. vrbs Bassetanorum in tractu Tarraconensis Hispaniæ. Ptol.*lib.2.c.*7.

ŏrchămŭs, Assyriorum rex fuit, qui Leucotheam filiam ab Apolline vitiatam viuam defodit. Vide fabulam apud Ouid *lib.* 4. *Metam.*

‖ Orchas, ὀρχὰς, oliua rotunda Eadem & orchites:‖

ŏrchēstră, ὀρχήστρα,locus erat in theatro inter scenam & cuneos, Senatoribus ad spectandum designatus,in quo erat pulpitum quinque non amplius pedibus altum, quod Græci Thymelem dicebant, & Longeum,in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum,quandiu Comœdiæ chorum habuerunt ipsique etiam citharœdi & aulœdi,& quotquot personam ex fabula non agebant, actioni subseruiebant. Dicta Orchestra, ἀπὸ τοῦ ὀρχέομαι,hoc est,à saltando, quòd in ea gesticulatores, histrionibus in scenam abditis, populum saltando detinerent. Suet.*in Nerone,* Deinde in orchestram, scenámque descendit,& orationis quidem carminísque Latini coronam, de qua honestissimus quisque contenderat sumpsit. Idem *in Cæs.c.*76. Suggestum in Orchestra. Idem *in Cæs.c.*39. Sessum in Orchestra. Et *c.* 14. Per scenam in Orchestram transiit.Iuuenalis posuit pro sessione Senatus & primorum, quum ait:

——— *similémque videbit Orchestram & populum.*

ŏrchĭă lex, ὄρχιος νόμος, prima fuit inter leges sumptuarias, quæ ab Orchio Tribuno plebis nomen accepit. Hac certus conuiuarum numerus perscribebatur, cauebatúrque vt apertis ianuis cœnitaretur,nequa legi fraus fieri posset.

‖ Orchini, seruatores indignissimi per gratiam, & præmium lecti. Turn.‖

ŏrchĭs, ὄρχις, herba quam & Cynosorchin vocat Plin. *lib.* 26.*c.*10.Cuius vocabuli vim reddentes officinæ etiam hodie *Testiculum canis* appellant.¶ Est etiam Orchis, piscis quidam durissimus, cuius meminit idẽ Plin. *lib.*32.*c.*2.Durissimum (inquit) esse piscium constat, qui Orchis vocatur, rotundus est,& sine squamis, totúsque capite constat.

‖ Orchita, æ, Latina terminatione, quæ aliter *Orchitis.* hoc vide in sequenti.‖

Orchus, & ŏrchītes, ὀρχίτης,genus oliuarum, quæ à testiculis nomen sumpserunt, vt inquit Seruius *in lib.3.Georg.* Nam ὄρχις,testes dicuntur, vnde Orchites dictæ sunt, quasi testiculares oliuæ. Nominatiuus singularis est Orchis. Colum.*lib.* 5.*c.* 82. Orchis quoque & radius melius ad escam, quàm ad liquorem stringitur.

ŏrchŏā, æ, ὀρχόη, Babyloniæ oppidum est, in confinio Arabiæ quam desertam vocant. Ptol.*lib.5.cap.*20.

ŏrchŏmĕnŭs, ὀρχομενός. Thessaliæ fluuius, antea Minyeus appellatus, teste Plin.*l.4.c.*8.¶ Orchomenus item,siue Orchomenum,Bœotiæ oppidum est ad sui nominis fluuium situm, olim potentissimum, vtpote cui & Thebani aliquando tributum pependerint (vt testatur Strab. *lib.*9.præsertim sub Eteocle tyranno, qui primus Gratiis templum extruxit.¶ Fuit item eiusdem nominis oppidum in Arcadia, non procul à Lebadia, quod Strabonis ætate interierat, vt ipse testatur *lib.*8.¶ Fuit & tertium Eubœa insula non procul à Caristo: cuius meminit idem Strabo *lib* 8.

ŏrchŏmĕnĭŭs,a, um, adiect. ὀρχομένιος.

ŎRCVS,q.vrgus, ab vrgendo: vel à Græco ὅρκος, iuramentum. A veteribus inferorum deus est existimatus, quem & Plutonem & Ditem patrem vocabant. Varro terram ipsam Orcum esse videtur significare, quòd in ea omnia oriuntur & aboriuntur. Itaque dictum esse orcum ab ortu, quòd omnium rerum finis sit ortus. { שְׁאוֹל *schéol.* ᾅδης.GAL. *L'obscurité des enfers.* ITAL. *Plutone inferno.* GERM. Der hellisch gott pluto/wirt auch für die Hell selbs genommen. HISP. *Escuridad del infierno.* ANGL.*Hell, or the daknesse of hell.* } Cicero 6.*Verrem,*Hic dolor erat tantus, vt Verres, alter orcus, venisse Ennam, & non Proserpinam asportasse: sed ipsam abripuisse Cererem videretur. ¶ Aliquando etiam pro ipso inferorum loco vsurpatur.Ita à Propertio *lib.* 3.*Elegiarum,*Minos vocatur arbiter Orci, quasi inferorum iudex & moderator. Plaut.*in Asin.sc.3.a.*1.Bene vale: apud Orcum te videbo. Orcus, idem Charon, ex Plutarch.*in Anton.* Viuat necne, id Orcum scire oportet. Plaut.*Capt.sc.2.a.*1. Orcus eum ad se recipere noluit,vt esset qui mortuis hic cœnam coquat. Idem *Pseud.sc.2.a.*3.Orcus vobis ducit pedes. Suet.*in Neron.c.*39.Homer.2. *Iliad.* Indicat Orcum Thessaliæ fluuiũ esse, è Stygia palude profluentem, aquis adeò pinguibus,vt Peneo fluuio, in quem illabitur,olei in modum supernatet Hinc factus est locus fabulæ, vt Orcus inferorum fluuius esse dicatur, cuius apud Deos sanctissimum semper habitum sit iuramentum. Festus. Orcum ab vrgendo dictum putat, quod ad mortem homines vrgeat. Alij ἀπὸ τοῦ ὅρκου,hoc est,à iuramento,malunt, quod nullum iuramentum apud superos firmius esset, aut religiosius, quàm quum per Stygiam paludem iurabant, aut per Orcum fluuium, qui ex Styge profluit. { Ein hellischer fluß/welcher durch den see Stygen laufft. } ¶ Cum Orco rationem habere, vel ponere, est periculo mortis sese exponere quum id præuideamus: quod solent agricolæ, qui in pestilenti agro, quamuis fructifero serunt.Varro 1.*de re rust.cap.* 4. Etenim vbi ratio cum Orco habetur

ręetur, ibi non modò fructus est incertus, sed etiam colentium vita. Virg 4.*Æneid.*

Stygióque caput damnauerat Orco.

Orcīnŭs, a, um, quod ad Orcum pertinet, vt Orcinus libertus, siue Charonita, dicitur qui directam ex testamento libertatem accepit, nec vnquam patronum viuum habuit: quare cùm hic libertus nullius libertus viuentis sit, Ditis, vel Orci, siue Charontis libertus nominatur. Vlpian. *D.lib.*16.*tit.* 4.*l.*3. Quod quidem in omnibus Orcinis libertis locum habet testamento manumissis. Orcini Senatores qui dicuntur Suetonio, Plutarcho Charonitæ vocantur in Antonio. ¶ Sic apud Gell. *lib.*1.*cap.*24.*in epigr. Naeuij poëtæ*, Orcius thesaurus pro sepulchro. Itaquepostquam in Orcio traditus thesauro, obliti sunt Romæ lingua Latina loquier.

‖ Orciolion, ornōles, vrnula, vrceolus. L.g.b.

Orcomona, luctus funebris. Mart.‖

Ordeolus. Isid.*lib.*4. *c.* 8. de morbis. Oreolus est paruissima & purulenta collectio in capillis palpebrarum constituta, in medio lata, & ex vtroque conducta; hordei granum simulans, vnde & nomen accepit.

Ōrdessŭs, ὄρδησσος, fluuius maximus Scythiæ, qui ab Oriente profluens miscetur cum Istro. Herod.*lib.*3.

Ōrdeŭm, & Ordeaceus, a, um, vide *Hordeum.*

Ōrdĭnārĭŭs, Ordino, nas, vide *Ordo.*

Ordiŏr, iris, Orsus & orditus, teste Prisciano, præteritū facit, olim & Ordio, apud Africanū, Loqui incipio, orationē inchoo. { החל *hechél.* καταβάλλομαι, ἄρχομαι. Gall. *Commencer de parler.* Ital. *Comminciare a parlare.* Germ. Anheben/Anfahen. Hisp. *Comēçar de hablar.* Angl. *To beginne to speak.* } Virg. 1. *Æneid.*

——*Veneris contrà sic filius orsus.*

Cic. *pro Marcell.* Sed vt vnde est orsa, in eodem terminetur oratio mea. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Vnus rem ex compositio orditur, id est, narrare incipit. Vnde Exordium, principium orationis. ¶ Ponitur etiam simpliciter pro incipio. Cic. 5. *Tusc.* Vnde igitur rectius ordiri possumus, quam à communi parente natura, quæ quicquid genuit, non modò animal, sed etiam quod ita ortum esset ex terra, vt stirpibus suis niteretur, in suo genere perfectum esse voluit? Orsum aliquando poetæ pro eo qui finit, & absoluit, dixerunt Virg. 9. *Æneid.*

——*sic orsus Apollo,*

Mortaleis medio aspectus sermone reliquit.

Ordiri telam, pro texere. Plin. *lib.* 11. *c.* 24. Araneus orditur telas, tantique operis materiæ vterus eius sufficit. ¶ Veteres etiam Ordio protulerunt. Afranius, Expecta tamen, animo me ordire oportet. ¶ Composita huius verbi sunt, Abordior, Exordior, & Redordior, d, litera euphoniæ gratia interposita, de quibus suis locis.

Ōrsūs, us, verb. Telæ, vel, alterius operis principium. { תחלה *techilláh.* ἡ κατεοχή, ἀρχή. Gall. *Commencement.* Ital. *Comminciamento.* Germ. Ein anfang. Hisp. *Comienço.* Angl. *A begining.* } Virg. *in Culic.*

Atque vt araneoli tenuem formauimus orsum.

Orsa, orum, neutr. gen. καταρχαί, Incœpta, initia. Liu. *in præfat lib.* 1. *ad fin.* Sed querelæ tum ne quidem gratæ futuræ, quum forsitan necessariæ erunt, ab initio certè tantæ ordiendæ rei absim: quum bonis potius ominibus, votisque ac precationibus deorum dearúmque, si, vt poëtis, nobis quoque mos esset, libentiùs inciperemus, vt orsis tanti operis successus prosperos darent.

Ordia, ordiorum, Lucret *lib.* 4.

Quóve modo distracta rediret in ordia prima.

id est, in primordia. nisi sit tmesis.

Ōrdo, inis, est digestio, & in suo loco rei cuiusque collocatio: veluti in acie fit, vbi pedites, vbi alæ, cæteráque omnia suo quæque ordine collocantur. { סדר *sedher* ערך *ȼére:h* מערכה *mahara:ah.* κατακόσμησις, τάξις. Gall. *Ordre, disposition.* Ital. *Ordine, dispositione.* Germ. Ein ordnung. Hisp. *Orden.* Angl. *An order.* } Cic. 3. *de Orat.* Ordo est, qui memoriæ maximè lumen affert. Idem *Paradox* Quicquid peccatur, perturbatione peccatur regionis, atque ordinis. Ordine præcipere & agere (i. rectè.) Liuius *lib.* 4. *ab Vrb.* Rectè atque ordine. Idem *lib.* 4. *bell. Pun.* ¶ Ordo pro consuetudine. Sueton. *in Tib. cap.* 72. Nihil ex ordine quotidiano prætermitteret, *& cap.* 17. Eum vitæ ordinem tenuit. In ordinem redigi, & in numerum venire, Quintilianus. Sueton. *in August cap.* 35. Non more atque ordine, sed prout libuisset, sententias rogabat. In ordinem redigere auctores, vel numero eximere. Quintil. Idem nobis ducendus ordo per auctores. Idem, In ordinem redegit Socrates triginta Tyrannos.

——*Nec sanguinis ordo,*

Sed virtutis honos spoliis quæratur in istis,

Ouid. 13. *Metam.*

Aspicies illic positos ex ordine fratres,

idem *Eleg* 1. *lib.* 1. *Trist.* Vxor resciuit omnem rem, vt factum est, ordine, Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 4. Quisque vt steterat iacet, obtinétque ordinem. Idem *Amph.* Virg. 5. *Æneid.*

——*terno consurgunt ordine remi.*

¶ Digerere in quincuncem arborum ordines, Cicero *de senectute.* ¶ Aliquando Ordo pro statu hominum, fortuna, censu, loco & gradu vsurpatur. τάγμα, τίμημα. Idem *in Verr.* 4. de Prætura vrbana M. Octauium hominem ornatissimum loco, nomine, ordine, virtute. Tres erant ordines Romæ, Senatorius, Equestris, & Plebeius: ab Aristotele τάξεις dicuntur. Virg. 7. *Æneid.*

Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni.

Vbi Seruius, Ordine ab omni, id est, ex omni qualitate dignitatum: quod apud Romanos in legatione mittenda hodie quoque seruatur. ¶ Ordo amplissimus, Senatorius vocabatur. Cicero *pro domo sua ad Pontifices*, Quid, quem Senatum pro me non modò propugnare amplissimum ordinem, sed etiam plorare, & supplicare mutata veste prohiberent? ¶ Ordines ducere dicuntur, qui militibus præsunt, vt Tribuni militares. Centuriones atque alij. Liuius 2. *ab Vrbe*, Noscitabatur tamen in tanta deformitate, & ordines duxisse aiebant, aliáque militiæ decora, vulgò miserantes eum iactabant. Plaut. *Pseud sc.* 4. *a.* 2. Omnes ordines sub signis ducam. Extra turbam ordinum colloquuntur simul. (i. duces.) Idem *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Accipitur quandoque pro ipsis hominibus, hoc est, iis qui sunt eiusdem dignitatis, vt sunt Equites, Senatores, & cæteri quorum dignitas etiam ordo appellatur. Cicero 3. *Offic.* Qui esset, vt argentarius apud omnes ordines gratiosus, id est, apud omnium ordinum homines. Salust. Sæpenumero Patres conscripti, multa verba in hoc ordine feci, id est, in Senatu. ¶ Aliquando refertur ad fortunam, & genus vitæ. Terentius *in Eunucho*, Conueni hodie aduenïens quendam mei loci hinc atque ordinis hominem: Mei, inquit, ordinis hominem: id est, pauperem, quemadmodum ego. Sic honesti ordinis homines dici possunt, opulenti. Donatus. ¶ Ordinis inferioris amici dicuntur, qui sunt infimæ conditionis, vel infimi amici, & omnium minimi. Cicero *de Amicitia*, Nunquam se ille Philo, nunquam Rutilio, nunquam Mummio anteposuit, nunquam inferioris ordinis amicis. ¶ Extra ordinem apud Iurisconsultos, id est, sine verbis & formulis solennibus, inusitato more & consuetudine. Paulus *in l. ordo. ff. de publ. iudic.* Ordo exercendorum publicorum iudiciorum in vsu esse desiit: durante tamen pœna legum, quum extra ordinem crimina probantur. Extra ordinem multa flagitabant milites. Sueton. *in Tib. cap.* 25. Extra ordinem audire Grammaticum. Idem *ibidem cap* 32. Item, Creditorij præter sortem extra ordinem numerant. Senec. *Epist.* 81. Item, Octies extra ordinem donatus miles. Liuius *lib.* 3. *ab Vrbe. & lib.* 3. *d.* 5. ¶ Extra ordinem metaphoricōs, Eximiè, quasi præter cæteros. Cicero *ad Aul. Cæcin. lib.* 6. Quare ad eam spem, quam extra ordinem de te ipso habemus, non solùm propter dignitatem & virtutem tuam (hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia) accedunt tua præcipua propter eximium ingenium, summámque virtutem. ¶ Inde fiunt Interordo, & interordinium: de quibus *suprà.*

Ōrdĭnārĭŭs, a, um, Vsitatus, in quo seruatur ordo. { τεταγμένος, τακτός. Gall. *Ordinaire, mis par ordre.* Ital. *Ordinario.* Germ. Ordenlich. Hisp. *Cosa pertenecïente à orden.* Angl. *Ordinare, put in order.* } ¶ Ordinaria semina, dicuntur ordine disposita. Columell. *lib.* 3. *cap.* 13. Consitis complurib. inter ordinaria semina malleolis. ¶ Sic & ordinaria vitis apud eundem *eodem lib. cap.* 16. Vitruuius *lib.* 2. Ordinarios lapides appellat, qui sunt eiusdem formæ, & ordinis, & inter se similes. ¶ Ordinarius homo, (vt post Oppium docet Festus) dicitur homo scurra & improbus, quique assiduè in litibus moratur, ob eámque causam in ordine stat Prætorem adeuntium: siue per contrarietatem, vt ait Ælius Stilo, quod minimè ordinatè viuit. ¶ Extraordinarium παρέργον, quod fit extra ordinem ¶ Ordinaria consilia. Liuius *lib.* 7. *bell. Pun.* ¶ Ordinarium officium, Senecæ dicitur, vbi præficitur aliquis certæ functionis, *lib.* 3. *de benefic.* Ad hortos alicuius ne ordinarium quidem habentis officium. ¶ Ordinarius seruus, apud Vlpian. *l. item apud Labeonem.* §. *prætor ait. ff. de iniuriis* ✕ Vicarius. Senec. *Epist.* 54. Non est res subcesiua Philosophia: ornaria res est. Ordinaria oratio quæ nunc breuiarium, olim summarium. Idem *Epist.* 39 Item Ordinarius, Iurisconsultis Vicarij dominus dicitur. Ordinarij & legitimi pugiles. Sueton. *in Aug. cap.* 44. Ordinarij Reipub. vsus. Liu *lib.* 3. *d.* 4. Ordinario iure. Sueton. *in Aug. cap.* 31. Iuris ordinarij res & cognitionis opponuntur. Idem *in Claud. cap.* 15.

Ōrdĭno, as, suo quæque ordine dispono, digero, distribuo. ערך *haráeh.* διατάττω, τάττω. Gall. *Ordonner.* Ital. *Ordinare.* Germ. Ordnen. Hisp. *Ordenar, poner en orden.* Angl. *To put euerie thing in the a own place, to put in order.* } Vnde & Ordinatum dicimus, inquit Budæus, rectè, atque ordine constitutum. Liu. 9. *bell. Pun.* Scipio posteaquam in Siciliam venit, voluntarios milites ordinauit, centuriauítque. Horatius *Epod.* 17.

In quem superbus ordinarat agmina Mysorum.

Idem 4. *Carm.* 11.

——*quod ex hac*

Luce Mecœnas meus affluentes

Ordinat annos.

Curtius, Forsitan dij fata ita ordinauerunt. Ordinare locum vitibus. Col. *lib.* 5. *cap.* 3. Partes orationis ordinare Cic. 1. *de inuent.* Ordinare litem. *de Orat. lib.* 1. *& pro Sylla*, ordinare, instruere, parare. Tueri & ordinare vitam. Gell. *cap.* 21. *lib.* 10. Ordinare suprema Iudicia. Quintil. Item, Ordinare prouincias de Senatus decreto. Sueton. *in Cæs cap.* 18. Et bibliothecas, *cap.* 56. *&* 57 *Ibidem.* Ordinare desideria. Gall. *Y donner ordre* Suet. *in Aug. c.* 17. Ordinare, pro in ordinem referre. *Ibidem cap.* 46. Ordinare Reipub. statum. Suet. *in Iul. Cæs. c.* 40. Conuersus hinc ad ordinandum Reipublicæ statum. Cels. *lib.* 7. *c.* 26. de cura calculi. Et tum loco calido curatio adhibenda, quæ hoc modo ordinatur: Homo præualens, &c. id est, ordine instituitur, atque fit. Ordinare item ad honorem & magistratum promouere. Suet. *in Vesp.* Quendam è charis ministris dispensationem cuidam quasi fratri petentem quum distulisset, ipsum candidatum ad se vocauit, exactáque pecunia quanta is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinauit. Est enim hic ordinare, quasi in ordines adoptare, vel in ordinem municipalem prouehere.

Ōrdĭnātŭs, a, um, participium. In ordinem redactus. { ערוך *barúch.* τεταγμένος, ταχθείς Gall. *Ordoné.* Ital. *Ordinato.* Germ. Geordnet. Hisp. *Ordenado.* Angl. *Placed in order.* } Liu. 4 *bell. Pun.* Vt veterum militum verba audiuit, quàm multarum rerum ipse ignarus esset, ex comparatione tam ordinatæ disciplinæ animaduertit.

Ōrdĭnātĭŏr, Comparatiuus, κοσμιώτερος. Seneca *Epist.* 75. Non dices virum iustiorem saluis liberis, quàm amicis, Nec ordinatiorem, nec prudentiorem. Idem *ibid.* Ordinatior & prudentior homo.

Ōrdĭnātĭssĭmŭs, superlat. τακτικώτατος, Apuleius *de Deo Socratis*, Stellæ quæ indeflexo cursu meatus longè ordinatissimos, diuinis vicibus æternos efficiunt.

Ōrdĭnātē, aduerbium, Distinctè, ordine. { τεταγμένως. τακτῶς. Gall. *Par ordre, d'ordre.* Ital. *Per ordine.* Germ. Ordentlich. Hisp. *Con orden.* Angl. *Orderly, orby good order.* } Ad Herenn. 4. Quæ si sequemur, acutè & citò reperiemus: distinctè & ordinatè disponemus.

Ōrdĭnātĭm, aliud aduerbium. Cæsar 2. *bell. Gall.* Ita fastigiato, atque ordinatim structo, &c. Brutus *ad Cic.* Ille enim iit passim, ergo ordinatim: quacunque iit, ergastula soluit.

Ōrdĭnātĭus, τακτικώτερον. Apul. *in Apologia*, Præsertim ordinatiùs & coibilius

lius eadem Græcè & Latinè adnitar conscribere.

Ordinatio, nis, verb. Dispositio, constitutio. { ערך ĕrech מערכה maărachâh. διάταξις, διακόσμησις. GALL. Ordonnance. ITAL. Ordinanza. GERM. Ordnung/richtung in die ordnung. HISP. Ordenanza, obra de ordenar. ANGL. A setting of thinges in order. } Colum. lib. 12. c. 3. Vt ordinatio constituta conseruetur. Plin. Epist. 205. Quum certius de vitæ nostræ ordinatione aliud audieris. ¶ Ordinatio, pro administratione prouinciæ Suet. in Neron. c. 40. Spoponderunt tamen quidam destituto ei ordinationem Orientis: nonnulli nominatim regnum Hierosolymorum. Velleius, Omnem ordinationem & necis & testamenti Cæsaris comperit.

Ordinator, is. { ערך ŏrĕch. διατακτής, διακοσμητής. GALL. Ordonneur, disposeur. ITAL. Ordinatore. GERM. Ein ordner. HISP. Ordenador. ANGL. That setteth, thinges in order. } Senec. Epist. 110. In his opus est illi alieno consilio: quomodo medico, quomodo nauis gubernatori, quomodo aduocato & litis ordinatori. ¶ Hinc fit compositum Præordino, anteordino.

Ordouices, populi fuerunt Britanniæ insulæ arduis montibus proximi, apud quos (vt Tacitus scribit lib. 12.) Hostorius dux Romanus Caractacum regem viuum cepit, Romámque misit.

Oreä, æ, ab ore fit, & significat frænum, dictum ita quòd ori inseratur. { מתג mĕthĕgh רסן resĕm. κημός. GALL. Le frein ou le mors d'vne bride. ITAL. Freno, merso. GERM. Das bis deß zaums so man einem thier in das maul legt. HISP. Freno. ANGL. A bridle or bits. } Titinnus in Setinna. Et si tacebit, tantum gaudebit sibi permitti oreæ. Trebellius pro se apud populum, Equo qui mihi sub feminibus occisus erat, oreas detraho, inspectante L. Stertinio, autor Festus. Aureæ verò dicuntur illæ habenarum partes, quæ circa aures religantur.

‖ Oreas, ὀρειάς, ντὸ ὀρειάς χώρα montana regio. Inde ‖

Oreädes, ὀρειάδες, ἡ ὀρειάδες, montium Nymphæ. Nam ὄρος Græcis montem significat. Virg. 1. Æneid.

Exercet Diana choros, quam mille secutæ,
Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

‖ Oreb mons Arabiæ, monti Sinai vicinus. ‖

Oreges, pars Tauri montis, in Caspium mare vergens. Plin lib. 5. c. 29.

Oreŏn. ὄρειον. Tertia species polygoni, teste Plin. lib. 27. c. 12. teneræ harundini similis, vno caule, densis geniculis, & in se fractis, foliis piceæ. Nascitur in montibus: vnde nomen accepit.

Oreŏselinum, ὀρεοσέλινον, Montanum apium, cicutæ foliis, radice tenui, semine anethi, minutiori tamen. Plin. lib. 20. c. 11. Quarum genus ex eodem faciunt aliqui Oreosolinon, palmum alto frutice ac recto semine cumino simile, vrinæ & menstruis efficax. Latini Apium montanum vocant: Græci etiam πετροσέλινον ἄγριον, hoc est, petroselinum agreste.

Oresitrŏphus, ὀρεσίτροφος, vnus ex canibus Actæonis, ita dictus ἀπὸ τῶ ὀρέων, & τρέφειν, quasi in montibus educatus. Ouid. 3. Metam.

Prima Melanchates in tergo vulnera fecit,
Proxima Theridamas, Oresitrophus hæsit in armo.

Oreste, ὀρέστη, vrbs, cuius Hecatæus in Europa meminit. gentile similiter Oreste.

Orestes, ὀρέστης, Agamemnonis, & Clytemnestræ filius, sic appellatus ob ferinam atque agrestem, & quasi montanam naturam: cui soror Electra necem parari ab Ægistho, qui patrem Agamemnona interfecerat, matrémque constuprauerat, prævidens, ipsum per pædagogum in Phocidem clàm ablegat ad Strophium Phocensium principem, qui Agamemnonis sororem duxerat. Illic XII. annos demoratus, cum pædagogo suo Argos rediit: vbi sub specie hospitum Phocensium, quos Strophius miserat, vt Orestis obitum nuntiarent, intromissi ad Clytemnestram, eandem cum Ægistho adultero conscia Electra in vltionem patris occidit, vt scribit Sophocles in Electra, & Euripides in Oreste Deinde Pyrrhum quoque Macarei sacerdotis ope in Apollinis templo interfecit, eo quòd Hermionem Menelai filiam sibi priùs desponsatam rapuisset. Propter quæ scelera agitatus est furiis, quibus non ante purgari potuit, quàm ad aram Dianæ Tauricæ, illuc à Pylade perductus perpetrata facinora expiauerit. Alcmæon, Orestes, Lycurgus, (insani.) Plaut. Capt. sc. 4. a. 3. Orestis corporis longitudo. Gell. cap. 10 lib. 3. Vide suprà in dictione Iphigenia. Amicum habuit Pyladem, perpetuum omnium suarum profectionum comitem, periculorúmque omnium socium, cum quo tam sanctè amicitiam coluit, vt alter pro altero mori non recusaret. Cic. de Amic. Qui clamores tota cauea nuper in hospitis, & amici mei Pacuuij fuerunt noua fabula? quum ignorante rege vter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, vt pro illo necaretur, Orestes autem, ita vt erat, Orestem se esse dicere perseueraret.

Orestis, ὀρεστίς, Regiuncula Macedoniæ, in eo tractu qui mari Adriatico imminet, cuius populi dicuntur Orestæ, Amantinis finitimi: quorum meminit Plin. lib. 4 cap. 10.

Oretæ, ὀρεῖται, gens Ionica, secundùm Strab. lib. 15. post Arbini amnem. Arianorum: quos Plin. lib. 6 ait, non Indorum, sed propria vti lingua. Lucanus lib. 3.

Tum furor extremos mouit Romanus Oretas.

Oretĕnus, { μέχρι τῶ στόματος. GALL. Iusques à la bouche. ITAL. Sin' alla bocca. GERM. Deß mauls halb. HISP. Hasta la boca. ANGL. Vnto the mouth. } Gellius, Gutum Samium oretenus imprudens inane, tanquam inesset oleum affert.

Oreus, ὄρειος. Dictus est Liber pater, à montibus, in quibus ei fieri sacrificia solebant. Festus.

Orexis, תאוה taavâh. ὄρεξις Græcè, Latinè appetitus, seu esuritio dicitur, ab ὀρέγομαι, quod est appeto. ANGL. Appetit, or desire to eate. } Iuuen. Satyr. 6.

——de quo sextarius alter
Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim.

¶ Idem Satyr. 11.

——hinc surgit orexis, Hinc stomacho bilis.

ORGANVM, i, Latinè instrumentum. כלי cheli. ὄργανον. GALL. Instrument, outil, engin. ITAL. Organo, ordigno, strumento. GERM. Instrument/werckzeug. HISP. Instrumento generalmête ANGL. An instrumēt, or organe. } Cic. lib. 11. Epist. ad Brutum, ὄργανον enim meum id iam est dissolutum. ¶ Per excellentiam tamen pecul[iariter] dicuntur, quæuis musicorum instrumenta Quintilian[us] [...] tura ducimur ad modos: neque enim aliter eueniret, [...] organorum soni, quanquam verba non exprimunt, in alios tam[en] que alios motus ducerent auditorem. Iuuenalis,

——prætoribus Organa semper
In manibus, densi radiant testudine tota
Sardonyches, crispo numerantur pectine chordæ

Vox toto, vt aiunt, organo instructa. Quintilian. Vox penè extra organum. Idem Quintil. bis ¶ Architectorum quoque instrumenta quædam Organa appellantur. Vitruu. lib. 10. c. 1. Inter machinas & organa id videtur esse discrimen, quòd machinæ pluribus operibus in maiores coguntur effectus, vt ballistæ, torculariúmque præla. Organa autem, vnius operæ prudenti tractu perficiunt, quod propositum est: vti scorpionis, & anisocyclorum versationes. Hæc maioribus velut organis commouentur. Quintil. Organis fractis similes fauces. ¶ Apud Colum. lib. 5. sumitur pro instrumento ad metiendum apto, vbi ait, Sic compositum organum quum in sulcum demissum est, litem domini & conductoris sine iniuria deducit.

Organarii, organorum fabricatores, ὀργανοποιοί. Iul. Firm. lib. 2. Mercurius cum Venere in sexto ab horoscopo facit organarios, & myropolas.

Organĭcus, a, um, ὀργανικός. vt Saltus organicus Heliconis. Lucret. lib. 3. Organicus, subst. qui organis canit.

Organĭcè, aduerb. ὀργανικῶς, vt Organicè moueri, & Mechanicè, apud Vitruuium, pro eo quod est Per machinas, & per organa, teste Budæo.

Organĭci, organicorum, qui musicis organis canunt. Lucret. lib. 2.

——aquè
Ac musæa mele, per chordas organici quæ
Mobilibus digitis expergefacta figurant.

‖ Orge occide. Gl. Isid. An à Celtis sumta vox, quibus Worge est, occide. Würgen occidere ‖

Orgia, orum, ὄργια. Neutrius generis & pluralis numeri, apud Græcos, teste Seruio primùm dicta fuerunt quæuis sacra. Erat enim Orgiorum appellatio generalis, quemadmodum apud Latinos Ceremoniarum. Postea tamen factum est, vt præcipuè hoc nomine Liberi patris sacra nominarentur, ἀπὸ τῆς ὀργῆς, hoc est, à furore, vt quidam putant, quòd hæc præcipuè sacra à mulieribus furore correptis celebrarentur: vel ἀπὸ τῶν ὀρέων, hoc est, à montibus, in quibus potissimum hæc sacra fiebant. Innouabantur autem tertio quoque anno, vnde Trieterica dicta sunt, id est, triennalia. Virg. 4. Æneid.

——vbi audito stimulant trieterica Baccho
Orgia

Orgyia ὀργυιά, mensuræ genus, sex continens pedes, siue vtriusque manus extensionem, quam Vlnam Latini appellant. Gaza mensuram vertit quatuor cubitorum.

Oria, æ, nauis piscatoria. Plaut. in Rud. Mea opera, labore, & rete, & oria. Idem, Malo hunc alligari ad oriam, vt semper piscetur, etsi sit tempestas maxima. Apud Nonium tamen, à quo hæc desumpta sunt, Horia legitur, prima vocali aspirata: quemadmodum etiam vtrobique legitur apud Plaut. ‖ ¶ Est etiam Oria, siue Vria, Oria, V. E. regni Neapolitani sub A. Tarentino, gaudet titulo Marchionatus. ‖

Oribasius, ὀρειβάσιος. Sardianus, Iuliani principis fuit familiaris, à quo & Quæstor Constantinopolitanus factus est. Scripsit libros Medicinæ LXXII. ad Iulianum: & eorum epitomen libris nouem ad Eustathium filium. Præterea de regno. & de affectibus. Hæc Suidas. Eunapius verò Græcus author in eo libro quem de Sophistarum vitis conscripsit, eius vitam pluribus persequitur. Oribasius, ait, Pergamenus genere, in eloquentia pariter & medicina profecit, à Iulianóque propterea, vt Medicus fuit accersitus. Inuidia deinde succedentium principum, bonis priuatus, atque in exilium ad Barbaros missus, animum philosophi semper in calamitate retinuit. Tanta apud eas nationes gratia, & opinione ob doctrinam & medicinæ experimenta perseuerauit, vt pro Deo penè coleretur. Hæc ille.

Orichalcum, { ὀρείχαλκον, vel ὀρίχαλκον GALL. Cuiure, leton. ITAL. Oricalco, ottone. GERM Meß/oder möschi. HISP. Laton morisco. ANGL. Latten mettall. } Metalli genus est, accedens ad colorem auri: quod olim maximo in pretio habebatur. Ita dictum ἀπὸ τῶ ὄρος καὶ χαλκῶ, quasi ὄρειος χαλκός, hoc est, æs montanum: nascitur enim in montibus. Cic. lib. 3. Offic. Si quis aurum vendens, orichalcum se putet vendere, indicétne illi bonus vir, id aurum esse? ¶ Sunt qui aurichalcum scribant, dicúntque putent quasi aureum æs: quorum opinioni refragatur primæ syllabæ quantitas, quæ vbique corripitur. Stat. 1. Theb.

Emicat effigies, & sparsa orichalca renident.

Plaut. Curc. sc. 3. a. 1. Cedo mihi auro contra modestum amatorem. P. Cedo mihi contrà Orichalco cui sano seruiam. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Oricalcho non carum fuit mendacium meum.

Oricos, siue oricum, ὠρικός, ciuitas Epiri, à Colchis condita, in confinibus Macedoniæ, teste Plin. lib. 3. c. 23. iuxta quam nascitur terebinthus, nigrum lignum habens & solidum in buxi speciem. Vnde Oricia terebinthus, apud Virg. 10. Æneid.

——aut quale per artem
Inclusum buxo aut Oricia terebintho
Lucet ebur.

De hac & Lucret. lib. 3.

Tunc qui Dardaniam tenet Oricon, & vagus altis
Dispersus syluis Athamas, &c.

Hæc quondam insula quum esset, continenti iuncta est. Plin. lib. 2. c. 86. Epidaurus & Oricum insulæ esse desierunt.

‖ Oricula, i. auricula, au mutato in o, Hinc
Oricilla diminutiuum alterum.
Ouricularius, quo per aurem aliquid infunditur. ‖

Oriens, vide Orior.

Orificium, ij, Introitus, & veluti ostium vniuscuiusque rei { פתח pĕtach. στόμα. GALL. Orifice, la bouche ou ouuerture de quelque chose que ce soit. ITAL. Bocca ò apertura di qualche cosa. GERM. Das mundloch. HISP. La boca de qualquier cosa. ANGL. The mouth entre or brimme of any

...ng.} Vnde duo ventriculi orificia esse dicimus: vnum superius, acutissimo tactus sensu præditum, quod œsophago adhærens, cibo aditum præbet: alterum inferius, superiori multò angustius, quod Græci πυλωρὸν, hoc est, Ianitorem appellant: propterea quod veluti custodis officio fungatur, ciböque nonnisi propè cocto excussóque, exitum permittat.

Orīgănum, i. { ὀρίγανον. Gall. *Origan.* Ital. & Hisp. *Origano.* Germ. Dosten/wolgemut. } Dioscoridi herba est, siue fruticulus, tam folio, quam ramis syluestri serpillo similis, comante supra cacumen vmbella, in qua flores ex albo purpurei, odore iucundo præditi emicant. Quatuor autem origani commemorantur genera, Heracleoticum, Onitis, Tragoriganon, & Syluestre. Primum ab Heraclea Pontica dictum est circa quam copiosissimè nascitur. Secundum ab asinis, qui eius pabulo maximè delectantur. Tertium ab hircis, qui præcipuè illud appetunt. Quartum, quòd sine cultura, & sua sponte proueniat. Dictum autem putatur Origanum, quod montibus gaudeat. Vide Plin. *lib* 20. *c.* 17.

Ōrĭgĕnēs. Ὠριγένης, (qui & Adamantius dictus est) Theologus magni nominis, qui tempore Philippi primi Christiani Imperatoris, fidem Euangelicam & scriptis, & viua voce non parum illustrauit. Incidit tamen in aliquot errores ab Ecclesia damnatos, quos nonnulli suspicantur ab æmulis, eius libris fuisse inspersos. Hic adhuc adolescens feruido quodam studio atque acri incensus, vt liberiùs & citra pudicitiæ periculum Euangelicæ professioni posset incumbere, seipsum castrauit.

Ŏrĭgo, inis, à verbo Orior, oriris, Genus, initium, stirps, fons, ortus. { מקור *makór.* φύσις. Gal. *Origine, naissance, source, commencement.* Ital. *Origine, principio.* Germ. Ein vrsprung. Hisp. *Origin, nascimiento, comienço.* Angl. *A spring, a birth, a creation, begining a kinne.* } Plin. *lib.* 10. *c.* 37. Multi nobilitatem singularum columbarum & origines narrant. Cic. *de vniuersit.* Nullius enim rei causa remota, reperiri origo potest. Virg. 2. *Georg.*

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliúmve habuisse tenorem
Crediderim.

Idem 6. *Æneid.*

Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo
Seminibus.

Ouid. 3. *Fast.*

O quàm de tenui Romanus origine creuit.

Virg. 1. *Æneid.*

Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar.

Salust. *Iugurth.* 67. Hæque (vrbes) breui multum auctæ, pars originibus suis præsidio, aliæ decori fuere.

Ŏrīgĭnātĭo, nis, Notatio, etymologia. { ἐτυμολογία. Gall. *Etymologie, deriuation.* Ital. *Etimologia, deriuatione.* Germ. Vrsprunglig̃keit. Hisp. *La deriuacion de la origen.* Angl. *A begining or drawing frome another.* } Quint. *lib.* 1. *de Etymologia.* Etymologia, quæ verborum originem inquirit, à Cicerone dicta est Notatio, quia nomen eius apud Aristotelem inuenitur σύμβολον, quod est nota: nam verbum ex verbo ductum, id est, Veriloquium, ipse Cicero, qui finxit, reformidat. Sunt qui vim potiùs intuiti, Originationem vocent.

Ŏrīgĭnālis, e, adiectiuum: vt Culpa originalis, Originalis decor.

Ŏrīgĭnārĭus, adiectiuum, idem quod originalis. Budæus, Originarij sunt qui contrahunt municipatum origine principaliter *lib.* 10. *Codicis,* titulus est *de municip. & originariis.*

Originitus. Ammian. Persæ originitus Scythæ.

Orioles sunt naues. Gell. *c.* 25. *lib.* 10.

‖ Oriolum, *Oribuela,* V. E. regni Valentini, sub A. Valentino.‖

Ŏrīon, { כסיל *chesil.* ὠρίων. } Quasi Vriō, dictus est filius Iouis Neptuni & Mercurij. de hoc variè fabulantur poëtæ. Quidam tradunt Iouem, Neptunum, & Mercurium, quum terram peragrarent, superueniente nocte ad pauperem quendam Hyreum, quem Aristonichus Erythreum appellat, diuertisse, qui eos hilari animo suscepit: quúmque deos esse animaduertisset, occiso boue iisdem sacrificium obtulit. Quo officio motus Iupiter, iussit vt aliquid muneris à se peteret, statim voti compos futurus: qui nihil sese magis cupere respondit quàm filiū coniugem tamen se non habere, neque velle ducere, quòd morienti vxori fidem dedisset se aliam non ducturum. Iupiter igitur, & reliqui dij corium immolati bouis sumpserunt, in quod quum vrinam emisissent, iusserunt vt terra obrutum completis maternis mensibus solueret. Quod quum fecisset, inuenit puerum, quem ab vrina Orionem nominauit. Hic postea adultus, euasit venator maximus, ædituus Dianæ. Sed quum viribus fidens, gloriaretur, nullam esse feram quam non conficeret, diis insolens verbum vlciscentibus contigit, vt terra scorpionem pareret, à quo ictus periit. Diana igitur satellitis sui obitum grauissimè ferens, eum in cælum iuxta Tauri sydus constituit. Lucanus verò à Diana scorpione emisso occisum dicit, & deorum miseratione in cælum sublatum. Horat. ab ipsa Diana sagittis confossum tradit, eò quòd vi voluerit eam comprimere. Seruius autem hanc fabulam longè aliter pertexit, OEnopionis Siculum habitum esse filium, qui quum Candiopen, (quam alij Meropem vocant) sororem vitiasset, à patre excæcatus est. Consultò igitur oraculo responsum accepit: Si per pelagus ad Orientem pergeret, vt oculorum concauitates semper haberet Soli oppositas, lumina recuperaturum. Quod quum facere conaretur, audito strepitu, ad Cyclopas peruenit, ex quibus vnum humeris suis imposuit, cuius ductu Solem semper aduersum habens, oculos recepit. Hesiodus Neptuni & Euryales filium facit: idque muneris à patre obtinuisse tradit, vt per summos fluctus posset incedere. Alij ferunt, cùm oculis ab OEnopione priuatus esset, in Lemnum insulam venisse, & ibidem à Vulcano caballo accepto ad ortum Solis perrexisse, & sic visum recepisse. Postea verò reuersum, OEnopionem vlcisci statuisse, sed quum hic à ciuibus suis sub terra occultaretur, in Cretam profectum, ibique ob arrogantiam, à scorpione diuinitus immisso fuisse interfectum. Est autem signum cæleste, quo oriente maximæ excitantur tempestates. Hinc Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Quum subitò assurgens fluctu nimbosus Orion, &c.

Sunt qui Græcè ab aquarum inundatione sic dictum velint, quòd ortus eius hyemis initium affert, & mare ac terras tempestatibus turbet, ὀρίνω enim turbo & concito significat. Plaut. Iugulam vocat, quòd stellarum fulgore quasi gladius armatus, terribilis videatur. Si fulget, serenitatem: si obscurat, tempestatem præ se fert. Habet autem hoc nomen apud Poëtas primam syllabam indifferentem: quod idcirco factum creditur, quod prima syllaba olim apud Græcos per ου diphthongum scribebatur; quæ secundùm proprietatem linguæ Doricæ in ω solet commutari: qua ratione constat posse produci. Poterit tamen etiam corripi, si abiiciamus ex prima syllaba vocalem subiunctiuam, more Græcorum, qui vt breuem syllabam extendant, aliquando assumunt vocalem, vt longam contrahant, aliquando vocalem abiiciunt. Media autem syllaba semper producitur. Penultima verò obliquorum rursus est indifferens. Lucan. *lib.* 1.

Teste tulit cælo victi decus Orionis.

Passerat. legit hic *Oarionis.* Versus spondaicus. Ouid. 8. *Metam. strictúmque Orionis ensem.* Et iterum *lib.* 13. *Metam. Strictúmque Orionis ensem.* Apud Catullum *de coma Beren.* Legitur nominatiuus Oarion, Proximus (inquit) Hydrochoo fulgeat Oarion. Samonicus *cap. de morsib serp.* Et documenta dedit nobis prostratus Orion Magna quòd exiguis perimantur sæpe venenis.

Ŏrĭŏr, eris, & iris, olim tam per tertiam, quàm quartam coniugationem declinabatur, hodie tantùm per tertiam, excepto infinitiuo Oriri, qui mansit à quarta coniugatione. Ouid. 10. *Metam.*

Tu quoties oreris, viridésque in cespite flores.

Est autem Orior idem quod nascor. { ורח *zarách* צמח *tsamách* נולד *noládh.* τίκτομαι, γίγνομαι. Gal. *Naistre.* Ital. *Nascere.* Germ. Geboren werden/Entstehen. Hisp. *Nacer.* Angl. *To be borne, to rise, to spring, to gebinne.* } Cic. 2. *de legib.* Sum illi villæ amicior modò factus, atque huic omni solo, in quo tu ortus es & procreatus. ¶ Interdum ponitur pro Surgo, Prodeo, vnde oriri Solem dicimus. { ἀνατέλλω. Gall. *Venir en lumiere, sourdre.* Ital. *Venir à luce.* Ger. Auffgeben/herfür kommen. Hisp. *Salir.* } Plaut. *in Aul.* Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo? Idem *in Pœn.* Atque ei quoque vt non enuntiet, id esse facinus ex te ortum. Terent. *in Adelph.* Tamen tibi à me nulla est orta iniuria. Plin. *Epist.* 3. 5. Ortus fons in monte, per saxa decurrit. Redigam te eodem, vnde orta es, ad egestatis terminos. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Huius composita sunt, Aborior, Adorior, Coorior, Exorior, Oborior, Suborior: quorum significata vide suis locis.

Oriens, Particip. quod oritur. vt, signa orientia noctis. Virg. 7. *Æneid.* ¶ Item Oriens, substant. masc. gen. Pars ea mundi in qua sol oriri solet. Plin. *lib.* 10. *c.* 44. Orientem spectare quibus exeant in pascua, Occasum quibus redeant. Oriens mali vis, rest ringenda. Suprà, Surgens Senec. *cap.* 1. *de consol. ad Mart.* Oriente die duce fertilis anni. Tibull. *lib.* 4.

Ōrtūs. { נולד *noládh.* φυνθείς. Gal. *Né.* Ital. *Nato.* Germ. Geboren/Entstanden. Hisp. *Nascido.* Angl. *Borne.* } particip. præteriti temporis est. Futuri autem Orturus, vel Oriturus; quorum posteriore vsus est. Horat. *lib.* 2. *Epist.*

Nil oriturum aliàs, nil ortum tale fatentes.

Ortus aliquando idem significat quod Oriundus. Cæs. *lib.* 2. *de bell. Gall.* ait plerosque Belgas esse ortos à Germanis.

Ōrtŭs, us, nomen. Genus, natales, origo, natiuitas, principium generis. { מולדת *molédheth* תולדה *tolédheth* משפחה *mischapacáh.* φύσις, ὕπαρξις, ἀρχή, ἀνατολή, γένεσις. Gall. *Natiuité, naissance.* Ital. *Natiuità, Nascimento.* Germ. Die geburt/vrsprung. Hisp. *Nascimento.* Angl. *Birth a growing or springing vp, a rising.* } Cic. 1. *Offic.* Non nobis solùm nati sumus, ortúsque nostri partem patria vindicat, partem amici. Ouid. 13. *Metam.*

Sed neque materno quòd sum generosior ortu,
Nec mihi quòd pater est, &c.

Cic. 1. *de legibus,* Cato ortu Tusculanus fuit, ciuitate Romanus. Ouidius *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Domus vel censu parua, vel ortu. (i. nobilitate.) ¶ Interdum etiam primam illam corporis cælestis apparitionem supra nostrum hemisphærium, Ortum vocamus. Virg. *Eleg.* 9. *Daphni* quid antiquos signorum suspicis ortus? Idem 1. *Georgic.*

Nec frustra signorum obitus speculamur & ortus.

¶ Quin ipsum etiam cæli cardinem in quo sol oritur, Ortum appellamus. Plin. *lib.* 12 *c.* 14. Saba regio spectat ortum Solis æstiuum.

Quippe vbi non vnquam Titam super ingerit ortus,

Tibull. *lib.* 4.

Ibit in occasum quicquid dicetur ab ortu,

Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.* Postque meos ortus. (i. à meo natali.) Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Ŏrĭūndŭs, a, um, qui originem ducit ex aliquo loco, in quo non ipse, sed parentes, aut maiores eius nati fuerūt. נולד *noládh.* ἀναφύς, φύς, ἀπόγονος. Gall. *Venu ou descēdu de la race ou lignée.* Ital. *Che ha origine di qualche luogo.* Germ. Bürtig. Hisp. *Cosa que trahe origen de alli.* Angl. *Come or descended of the race, linage, or kinred.* } Ortus verò φυνθείς, idem est quod natus, significátque locum, non in quo parētes, aut maiores nostri, sed in quo ipsi sumus nati. Liu. 4. *bell. Punici,* Nati Carthagine, sed oriundi Syracusis, id est, à Syracusis, originem trahētes, vnde fuerant parentes. ¶ Inuenitur tamen Oriundus, pro Orto, & cum præpositione, & sine præpositione. Colum. *lib.* 1. Nam quemadmodum sapientis est fortuitos casus, magno animo sustinere: ita dementis est ipsum sibi malam facere fortunam: quod facit, qui nequam vicinum suis numis parat, quum à primis cunabulis (si modò liberis parentibus est oriundus) audisse potuerit. ¶ Oriundus aliquando non solùm locum, sed quandoque personam significat. Liu. 4. *bell. Maced.* Oriundus à magno Alexandro. Plaut. *Aul. sc.* 5 *a.* 3. qui habent (opes) meminerint se vnde oriundi sient. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Ex dulci oriundum (cereum sup.) melliculo.

‖ Oripta, amens, turba hominū. *gl. Isid.* ‖

Oritæ, Ὀρεῖται. Populi sunt Indiæ Steph. Strab. *lib.* 15.

Ōrītēs, ὀρίτης, gemma est globosa specie, à quibusdam Siderites appellata, ignem non sentiens. Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Ōrīthyă, Ὠρείθυια Homero, Filia fuit Erichthei Athenarum regis, qui Pandioni in regno successit, quam à Borea raptam, & in ventum

tum conuersam Poëtæ fabulantur. Verùm, vt Eusebius autor est, Boreas hanc sibi coniugem ante denegatam rapuit: raptam tulit in Thraciam, & ex ea Zetem & Calain suscepit, qui cum Argonautis in Colchos nauigarunt, & Harpyias fugauerunt. Vide *Calais* Propert. *lib.2.*

——— iam Pandionia cessèt genus Orithya.

¶ Hoc etiam nomine dicta est Amazonum regina, quæ Marpesiæ matri successit in regno, Iustinus *lib.2.* quam à Borea raptam Poëtæ fabulantur, ita dicta, teste Erasmo, quòd in montibus maleficia sacra soleat peragere. Et quamuis ἀπὸ τοῦ ὄρεος, deduci putetur, quod per ο parum scribitur, tamen propter tot breuium syllabarum concursum ο mutatur in ω.

‖ Orix, vide *Oryx*. ‖

Ŏrmĭnum, siue potiùs Horminum, ὅρμινον Diosc. Herba est quam Latini Geminalem, officinæ *Gallitricum* vocant: nomen habens ab eo quòd Venerem extimulet. ¶ Est & syluestre Horminon, quod alio nomine *Saluiam agrestem* herbarij vocant. Attici quoque Corrudam, hoc est, asparagum syluestrem, Horminon appellant. Plin *lib. 20.c.10.* Syluestrem asparagum aliqui Corrudam, aliqui Lybicum vocant, Attici Horminum.

Ŏrmĕnĭon, ὀρμένιον Homero, Vicus est ad sinum Pagasæum, sub monte Pelio. Vide Strap. *lib.9.*

‖ Ormutium, *Ormuz* siue *Hormuz*, vrbs maritima, & emporium, ad sinum Persicum, in regno & insula eiusdem nominis. ‖

Ŏrnāmĕntum, vide *Orno.*

Ŏrnĕæ, ὀρνεαί, vicus fuit ex agro Corinthio, in quo Priapi sacra magna solennitate celebrabantur: vnde Priapus ipse dictus est Orneates. Autor Strab. *lib. 8.*

Ŏrnēŭs, i. ὀρνεύς. Vnus ex Centauris, Ixionis, & Nubis filius. Ouid. 12. *Metam.*

Fugit & Orneus, Lycabásque, & saucius armo
Dexteriore Medon.

‖ Ornes, vrna. Cedren. ‖

Ornis ὄρνις. auis, gallina.

Ŏrnĭthĭæ, ὀρνιθίαι. Venti sunt Septentrionales quotannis sub initium Veris triginta ferè continuis diebus spirantes: ita dicti, vt credit Bud. ab aduentu auium, quòd id temporis hirundines & ciconiæ ad nos transuolent. Col. *lib.11. cap. 2.* Decimo Calendas Martij quum Leo desinit occidere, venti Septentrionales, qui vocantur Ornithiæ, per dies triginta esse solent.

Ŏrnĭthŏbŏscĭon, Auiarium, locus ad pascendas aues. { ὀρνιθοβοσκεῖον. GALL. *Vn lieu où on paist & nourrit les gelines, ou autres oiseaux, vn gelinier ou voliere.* ITAL. *Luogo da pascere galline, o vero vccelli.* GERM. Ein hünerhauß/Ein hauß in dem man das geflügel zeucht. HISP. *El corral donde se crian aues.* ANGL. *A cage or cauie or any place to keep and feed hennes or other foules in.* } Varr. *de re rust. lib. 3.c.9.* De his qui ornithoboscion instituere volunt, &c.

Ŏrnĭthŏgălum, ὀρνιθόγαλον, Cauliculus est, teste Diosc. sesquipedalis, candicans, & tenuis, tribus, aut quatuor mollibus cauliculis in cacumine adnatis, à quibus flores prodeunt foris herbacei, & intus, quum hiare cœperint, lactei.

Ŏrnĭthon, is. { ὀρνιθών. GALL. *Voliere.* ITAL. *Luogo da nutrirui vccelli.* GERM. Ein vogelkefich/Hünerkräz. HISP. *El corral donde se crian aues.* ANGL. *A place for birdes.* } Latinè auiarium. Nam ὀρνιθῶνας Græci aues vocant. Varro *3. de re rust. c.3.* Ornithones auiaria sunt, in quibus stabulantur turdi, pauones, & omnes alites quæ intra parietes villæ solent pasci.

Ŏrnĭthŏtrŏphĭum. ὀρνιθοτροφεῖον. Idem est quod Ornithon locus videlicet in quo aues educantur, qua voce vtitur Varro *lib.3. de re rust. c.5.*

ŎRNO, as, Colo, decoro, honesto { פאר peér עדרה hadháh הדר hadhár. κοσμέω, ἀσκέω. GAL. *Orner, mettre à point, appareiller, accoustrer.* ITAL. *Ornare, adornare.* GERM. Zieren. HISP. *Atauiar ò afeitar.* ANGL. *To garnush, to deck, to polish or trimme vp.* } Terent. *in Eunuch.* Age, eamus intrò, nunc iam orna me. Dormit, ornatur, lauat (excusantis.) Plaut. *Mil. sc.2.a.2.* Si pulchra est, nimis ornata est. Idem *Most. sc.3.a.1.* Tibi me exorno, ornata es satis. *Ibid.* Propert. *lib.4. Eleg.10.*

Populus & longis ornabat frondibus ædem.

Idem *lib.3. Eleg.6.*

Ornabat ni ueas nullave gemma manus.

Horat. 2. *Epist.2.* donis ornatur honestus. Cic. 1. *Tusc.* Nocturnámque cæli formam vndique syderibus ornatam. ¶ Accipitur etiam Ornare pro præparare, aptare, σπουδάζειν. Plaut *in Capt. sc.1.a.4.* Ego ibo, vt conueniam senem, dicam vt sibi penum aliud ornet. *Ibid.* Non ornatis vos istic apud vos nuptias? Ita apud Cic. Ornare & apparare conuiuium, *in Verr.6.* Ornare classes, *pro leg. Manil.* Scutis, telisque ornare. Idem *pro Cecinn.* Ornare magistratum apparatoribus, scribis, librariisque. Idem *de leg. Agrar.* Muneribus deorum, instructi homines & ornati, *de leg.1.* Respub. suis præsidiis ornata. *Pro Mur.* Testimoniis ornatus clarissimorum hominum. *De Arusp.* Beneficiis ornatus, *famil.13.* Domicilium ornatum signis & picturis, instructúmque rebus omnibus, *de natur.45.* Celebrare & ornare senectutem, *de senect.* Ornare aliquem, & spoliare. *pro Flacco.* ¶ Item honorare. Idem *Cæsari*, Neque illius officij certum nomen peto, beneuolentiam tuam, & liberalitatem peto, neque impedio quominus (si tibi ita placuerit) etiam hisce eum ornes gloriæ insignibus. ¶ Ornare fugam, est Parare fugam. Ter. *in Eun.* Ita iam ornabat fugam. Ornare munus verbis, est laudare, & verbis quodammodo maius facere. *Ibidem*, Munus nostrum ornato verbis quod poteris. ¶ Huius composita sunt Adorno, Exorno, Suborno, de quibus vide suis locis.

‖ Ornæ, ornaturæ. Salmasius. ‖

Ornātor, ris, κοσμητής. Iulius Firmicus *Mathes. lib. 3.* Ornatores Deorum, vel fabricatores templorum.

Ŏrnātŭs, a, um, participium ab orno, as, Excultus, decoratus. { מפואר mephoar הדור hadhúr. κεκοσμημένος. GALL. *Orné, paré.* ITAL. *Ornato, polito.* GERM. Geziertet. HISP. *Atauiado, afeytado.* ANG. *Garnished, decked or trimmed.* } Virg. 3. *Georg.*

Ipse caput tonsæ foliis ornatus oliuæ.

Ouid. 11. *Metam.*

——— nondum totos ornata capillos.

Festus, Ornatus dicitur, qui bonis artibus instructus est, siue qui honores est adeptus à populo. Virg. 7. *Eclog.* hedera crescentem ornate poëtam. Plaut. *in Pœn.* Bono ingenio me esse ornatam, quàm auro, multò mauolo. Idem *Aulul. sc.6.a.4.* Malè perditus, pessimè perditus eo, Incedit huc ornatus suis virtutibus. Idem *Capt. sc.3.a.4.* Terentius *in Adelph.* Si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus. Cicero *pro Flacco.* Splendidissimus, atque ornatissimus ciuitatis suæ vir. Idem *pro Quintio*, E fundo ornatissimo delectus, ignominiis omnibus appetitus.

Ŏrnātŭs, us, Cultus quo quis ornatur, vestitus, apparatus. { עדי hadhi κόσμος, κόσμημα, διάκρισις. GALL. *Ornement, parment.* ITAL. *Ornamento.* GERM. Ein gezierd. HISP. *Atauio.* ANGL. *A decking, or parrelling.* } Plin. *lib.8.c.41.* Neminem hic alium quàm Alexandrum, regio instratus ornatu recepit in sedem: alios passim reiicens Plaut. *in Casina*, Quid agis tu marite? mi vir, vnde ornatu hoc Aduenis? Cic. 1. *Offic.* Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, quòd statuas quoque videmus ornatu ferè militari. Idem *in Orat.* Afferunt hæc quasi lumina magnum ornatum orationi. Cum istoc ornatu prodire te non pudet? (i. cum hac palla, quam mihi surripuisti.) Plaut. *Men. sc.1.a.5.* Cum istoc ornatu, istáque pompa? Idem *Curc sc.1.a.1.* Quis istic ornatus tuus. Idem *Men. sc.1.a.1.* (de palla) Vide iste ornatus satis me condecet. Idem *Pseud. sc.1.a.4.* Ne ornatum meum admiremini (schema) quòd ornatus in nouum incessi modum. Idem *Amph. prol.* Capiam ornatum qui potis decet. Idem *Amph.* Ornatu Nauclerico. Idem *Asin. sc.1.a.1.*

Ŏrnātŭs, i. Ter. *in Andr.* —— interea introire neminem Video, exire neminem, matronam nullam, in ædibus Nihil ornati, nihil tumulti.

Ŏrnātē, aduerbium, Rectè, propriè, eleganter, & dispositè. { κοσμίως, λαμπρῶς. GALL. *Ornement, honestement.* ITAL. *Ornatamente.* GERM. Zierlich. HISP. *Con atauio, atauiadamente.* ANG. *Trimmelie, honestlie.* } vt, Ornatè dicere, proprium est eloquentis, vt ait Quint. *in Proœm. lib.8.* Cic. 1. *de finibus*, Res verò bonas verbis electis grauiter ornatéque dictatas quis non legat? Idem 4. *Acad.* Illis similia, sed opinor explicata vberius & ornatius.

Ŏrnāmĕntum, Ornatus, apparatus, honos, dignitas. { עדי hadhi. κόσμημα, κόσμος, καλλώπισμα. GALL. *Ornement.* ITAL. *Ornatamente.* GERM. Ein gezierd/zierung. HISP. *El atauio.* ANGL. *A garnishing, any thing that setteth forth.* } Varr. ornamentum ab ornere deducit, eamque ob causam ornamentum ab antiquis dictum esse ait, *lib.5. de lingua Latina.* Cato *de re rust. cap 10* Ornamenta bubus sex. Cic. *Licinio* Suscepitque mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis, id est, honoribus. Plaut. *Mostell. sc.1.a.1.* Abi tu intrò, atque hęc ornamenta aufer. *Ibidem.* Cedo arculam cum ornamentis, ornata vt sim, quum huc veniat Philolaches. Item, Ornamenta quæ locaui, metuo vt possim recipere (loquitur Choragus) Idē *Curc. sc.1.a.4.* Eis ornamenta, & corium vti conciderent (histrionibus) Idem *prolog. Amphitr.* Ornamenta mea ad meretrices degerit. Idem *Menæch. sc. 2.a.5.* Amicam tu meam vendidisti? B. Valdè. C. Quomodo? B. Sine ornamentis, cum intestinis omnibus. Idem *Pseud. sc.3.a.1.* Vino, ornamentis, & opsoniis ad lenam se insinuat. Idem *Milit. sc.1 a. 2.* ¶ Ponitur etiam pro beneficio, quod ornamento alicui est & honori. Cicero *ad Cal.* Quæcunque à me ornamenta in te proficiscentur elaborabo, vt omnes intelligant, &c. ¶ Ornamento esse idem est, quod Decorare, ornare. Idem 6 *Verr.* Domus erat non domino magis ornamento, quàm ciuitati. Idem *pro Rosc. Amer.*

Ornatrix, quæ ornat. nominatim famula, quæ mulierum comas ornat Græcè κοσμήτρια.

Ŏrnŭs, { ארן óren. Arbor est procera, caudice tereti, læui cortice, quam Col. *lib. de arboribus cap.16.* syluestrem fraxinum esse dicit. A Gallis, teste Ruellio, vulgò *Fresna campestris* appellatur: ab Italis *Frassino saluatico, orno*: ab Hispanis *Quexigo roble*: à Germanis, Hombuchen / oder buchäschern. Nam orni appellatio pluribus aliis stirpibus communis est. ANGL. *A wilde ashe with broade leanes.* }

ŎRO, as, loquor, sermonem habeo: & per synecd. precor, peto, contendo, obsecro. { תלה ttilláh עתר tathár העתיר hehethir התפלל hithpallél. παρακαλῶ, δέομαι, εὔχομαι. GALL. *Prier.* ITAL. *Pregare, orare.* GERM. Bitten oder bätten. HISP. *Rogar, orar.* ANGL. *To pray, to intreate, to beseik.* } & in hac significatione sæpe habet duos accusatiuos. Terent. *in Andr.* Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum, pérque fidem te obtestor, ne abs te hanc segreges. Idem *in Eunucho*, Vnum vos oro, vt me in vestrum gregem recipiatis. Orare, vt Cic. *pro Quint* Orat atque obsecrat, vt multis iniuriis iactatam, atque agitatam æquitatem in hoc tandem loco consistere, & confirmari patiamini. Idem *Cæsari in epistolis ad Atticum lib 9.* Quamobrem à te peto, vel potiùs omnibus precibus oro & obtestor, vt in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi. Per spes, pérque Deos oro. Ouidius 13. *Metamorph.* Ibo, orabo vt pallam reddat. Plaut. *Menach. sc.2.a.4.* Tecum oro & quæso, vt ei detur Idem *Curc. sc.1.a.3.* Lingua poscit, corpus quærit, animus orat. (de meretrice.) Idem *Asin. sc.1.a.3.* Hanc iube petere atque orare mecum. *Ibid. sc. 3 a.3.* Optimum atque æquissimum oras. Idem *Men. sc. vlt. a.5.* Æquum oras. *Ibid. sc.2.a.1.* Ius bonum orat Pseudolus. Idem *Pseud. sc.5.a.1.* Iustam rem & facilem esse oratum à vobis volo. Idem *Aul. sc. 6. a. 4* ¶ Interdum ponitur pro ago, dico, & verba facio: & tunc solo accusatiuo contentum est. Terent. *in Phorm.* Seruum hominem causam orare leges non sinūt. Plin. *lib. 7. c.53.* Legatus quoque, qui Rhodiorum causam in Senatu magna cum admiratione, orauerat, in limine curiæ protinus expirauit progredi volens. ¶ Composita huius verbi sunt, Adoro, Exoro, Deoro, & Peroro: de quibus vide suis locis.

Ŏrāns, participium. { מעתיר mehathir מתפלל mithpallél. δεόμενος, εὐχόμενος. GAL. *Priant, qui prie.* ITAL. *Pregante.* GERM. Bittend. HISP. *El que ora y ruega.* ANGL. *Praying that prayeth.* { Virg. 9. *Æneid.*

——— & sic effatus ad vndam
Processit, summóque hausit de gurgite lymphas
Multa deos orans, onerauitque æthera votis.

Idem 4. *Æneid*

Talibus orantem dictis, orásque tenentem
Audiit omnipotens.

 5. *Metam.*

——— Victum orantémque refeci.

ōrātŭs, a, um, aliud participium. { נעתר nebethár. δεηθεὶς, λιπαρηθεὶς. GALL. *Qui a esté prié.* ITAL. *Chi è stato pregato.* GERM. Gebetten. HISP. *Rogado, que a sido rogado.* ANGL. *That is prayed.* } Horat. 1. *Epist.* 13.

Oratus multa prece nitere porro.

Idem 2. *Serm. satyr.* 3.

Quare per diuos oratus vterque penates,
Te caue ne minuas, &c.

Plaut. *Mil. sc* 6. *a.* 2. Satin' oratus abijt? (i. exoratus,) Item iustam rem oratum à nobis volo. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. ‖ ¶ Oratus sis, pro quæso fine te exorari. ‖

ōrātum, i, quod orauimus, petitum. { נעתר nebhtár. τὸ δεηθὲν GALL. *Priere demande.* ANGL. *Prayer, request.* Terent. *in Hecyr.* Sed quum orata eius reminiscor, nequeo quin lachrymem miser. *Ibid.* Ne orata nostra nequeat diutius celare.

ōrātŭs, us Rogatio, rogatus. { שאלה *scheeláh* תפלה *tephilláh* תחנה *techinnáh.* δέησις. GALL. *Priere.* ITAL. *Preghiera.* GERM. Das bitten oder gebätt. HISP. *El ruego.* ANGL. *A prayer, requiest.* } Cic. *pro Flacco.* An etiam scripsit oratu tuo.

ōrātĭo, nis, Omnis locutio. { אמרה *imráh* דברה *dabberáh* דבר *dabár* אמר *ómer* מליצה *melitsáh.* λόγος, λέξις, ῥῆσις. GALL. *Oraison, harangue, langage.* ITAL. *Oratione publica.* GERM. Ein red. HISP. *La oracion, lengua, habla.* } Cic. *in Bruto,* Quanquam omnis locutio oratio est, tamen vnius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. Idem 2. *de Orat.* Illa quæ à bono poëta dicta est flexanima, atque regina rerum oratio. Orationis operam compendi face. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Comprimenda mihi vox & oratio. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Vt facere orationem ad seruitutem contulit Idem *Capt. sc* 2. *a.* 2. Ego ob istam orationem (pudicam scilicet.) Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Opera huc conducta vestra, non oratio. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 3. Orationem tibi para aduersùs senem. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Seruum oportet domitos habere oculos, & manus, orationémque. Idem *Milit. sc.* 6 *a.* 2. Tu tua oratione omnem animum ostendisti tuum. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Vna pars orationis dabitur mihi. (Mox) meam partem loquendi. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. ¶ Oratione beneficus dicitur, qui multa promittit verbis. Orationis operam compendio facere, dixit Plaut. *in Most. sc.* 1. *a.* 1. id est, paucis agere, paucis verbis dicere. ¶ Orationem sibi parare est cogitare quid dicturi simus. Oratio facunda & composita. Salust. *Iugurth.* 121. ‖ ¶ Oratio *obliqua*, cùm historicus habitæ concionis sensum tantùm refert. *Directè*, cùm orantis personam inducit. *Manufacta*, i. minus culta & composita. Oratio etiam est ipsius oratio, & argumentorum arte dispositorum enumeratio: quæ quidem omni ex parte perfecta est, habétque numeros, figuras & affectus, quales sunt, Orationes Ciceronis, Demosthenis & aliorum oratorum veterum.

ōrātĭuncŭla, diminutiuum, λογάριον, λεξίδιον, λογίδιον. Cic. *de clar. Orat.* Indicant enim oratiunculæ, tum historia quædam Græca, scripta dulcissimè. Idem 3. *de nat. deor.* de quibus in illa aureola oratiuncula dicit Lælius.

ōrātōrēs, מליצים *melitsím.* Causarum actores dicti quos Græci ῥήτορας vocant. { GALL. *Orateurs.* ITAL. *Oratori.* GERM. Redner/fürsprecher. HISP. *Oradores.* ANGL. *Oratours.* } Quanuis apud Latinos Orator à Rhetore distinguatur, quòd Orator sit, qui in iudiciis, vel concionibus causas agit: Rhetor, qui Rhetoricen profitetur, & docet. ¶ Item Oratores à Latinis vocantur quoque Legati, quòd mandata Reipublicæ, aut principis oratione peragant. ציר *tsir.* πρέσβεις, πρεσβευταί. GALL. *Ambassadeurs.* ITAL *Ambasciatori.* GERM. Gesandte botten die mündlich befelch verrichten. HISP. *Embaxadores.* ANGL. *Ambassadours* } Virg. 11. *Æneid.*

Centum oratores prima de gente Latina
Ire placet.

Ouid. 13. *Metam.*

Mittor & Iliacas audax orator ad arces.

Item quicunque aliquid rogat, Orator dici potest. ¶ Orator sic à Cicerone definitur, Orator est vir bonus, dicendi peritus, qui in causis publicis & priuatis plena & perfecta vtitur eloquentia. Canorus & volubilis orator. Cic. *de clar. Orat.* Iuuenal. *Satyr.* 11.

——— te consule, dic tibi quis sis
Orator vehemens, an curtius, &c.

¶ Orator etiam dicitur quidam Ciceronis liber, in quo instituitur futurus orator. Cic *ad Treb. lib.* 15. Oratorem meum (sic enim inscripsi) Sabino tuo commendaui.

ōrātōrĭŭs, a, um, adiectiuum, quod ad oratorem pertinet. { ῥητορικός. GAL. *Appartenant à orateur.* ITAL. *Pertinente à oratore.* GERM. Das zu dem redner gehört. HISP. *Pertenecíente à orador.* ANGL. *Belonging to an oratour* } vt, Oratoria præcepta. Cic. *de Orat.* Sic illam orationem disertam sibi oratoriam, fortem & virilem, non videri Ornatus oratorius. Quint. *lib.* 3. *c.* 1. Vrbanitas oratoria Idem *lib.* 6. *c.* 3.

ōrātōrĭē, aduerb. Oratoris more, ornatè & eleganter. { ῥητορικῶς, ῥητορικῶς λέγειν. GALL. *En orateur.* ITAL. *Come si conuiene ad oratore.* GERM Rednerisch/Als einem redner zustehet. HISP *En guisa de orador.* ANGL. *Distinctlie and trimmelie lyk an oratour.* } Cic. *in Orat.* Nihil est enim aliud Brute, pulchrè & oratoriè dicere, nisi optimis sententiis, verbísque lectissimis dicere.

ōratrix, apud Quint. *lib.* 2. *c.* 15. legitur.

‖ Ornithopodium, herba nascens inter segetes. H. P. ‖

Oroates Plin. Ὀροάτης Straboni, fluuius est Carmaniæ in confinio Persidis, cuius meminerunt Ptolem. *lib.* 6. *cap.* 3. Plin. *lib.* 6. *cap.* 23. & Strabo *lib.* 15.

Orŏbă, Ὄροβα. Vrbs est Assyriæ in Mediterraneis Ptolem. *lib.* 6 *c.* 1.

ŏrŏbanchē, ὀροβάγχη, Cauliculus est sine foliis, altitudine, sesquipedali, subrubens, flore subalbido in luteum vergente. Nomen accepit à strangulatu, quòd eruum, & cicer (nam in hisce leguminibus ferè nascitur) circunligato præfocet: vnde etiam à Latinis Eruangina dicitur, voce Græca ad verbum reddita. Quidam etiam Cynomorion, à canini genitalis similitudine appellauerunt. Vide Plin. *lib.* 22. *c.* 25.

ŏrŏbătis, ὀροβάτις. Vrbs mediterranea Persidis. Ptol. *lib.* 9. *c.* 4.

ŏrŏbĭă, æ, thuris genus, minoribus constans guttis, teste Plin. *lib.* 12. *cap.* 14. ab erui similitudine ita dictum: quanquam in vulgatis Plinij exemplaribus Arabiam corruptè legimus pro Orobia: quod etiam annotauit Hermolaus.

ŏrŏbītis, ὀροβῖτις, Chrysocollæ factitiæ genus, lutea herba, & alumine scissili tinctum. Rationem conficiendi, vide apud Plin. *lib.* 31. *cap.* 5.

Orobus, ὄροβος, eruum. ὀροβῖνος, ex eruo confectus.

ŏrōdēs, Ὀρώδης, Parthorum rex, à quo Crassus captus fuit & interfectus. Vide Plutarch. *in Crasso.* Est & Orodes Tusci cuiusdam nomen, apud Virgil. 10. *Æneid.* qui Æneæ arma secutus, à Mezentio fuit interfectus.

ŏrœtēs, Ὀροίτης, vir Persa, & Sardium præfectus, qui Polycratem Samiorum tyrannum dolo captum suspendit. Hic postea iussu Darij & opera, astúque Begæi à Sardibus trucidatus est, vt scribit Herodot. *lib.* 3.

‖ Oroma, aspectus, visio. Aloh. ‖

ŏrontēs, Ὀρόντης, teste Pompon. *lib.* 1. fluuij nomen est, qui diuidit Syriam ab Antiochia. Est & nomen montis, inter quem & Orontem fluuium vrbs Antiochia posita est. Est etiam nomen viri Troiani, qui Troia capta cum Ænea in Italiam nauigans, naufragium fecit, vt scribit Virg. 1. *Æneid ibid.*

——— nunc acris Oronti,
Nunc Amyci casum gemit, &c.

Hîc Oronti, genitiuus est à nominatiuo Oronteus: quemadmodum Achilli & Vlyssi, à nominatiuis Achilleus & Vlysseus. Contrahuntur enim duæ vltimæ in vnam: vt Vlysseus Vlyssei, & per synæresin Vlyssei, vel Vlyssi. Sic Oronteus, Orontei, & Oronti.

ŏrontēŭs, a, um, Ὀρόντειος. Propert. *lib.* 1.

Aut quod Orontea crines perfundere myrrha.

ŏrontēs, Ὀρόντης, vir Troianus, qui Troia capta cum Ænea in Italiam nauigans naufragium fecit, vt scribit Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Vnam, quæ Lycios, fidúmque vehebat Orontem.

ŏrōpŭs, Ὠρωπός Stephano. Oppidum in Attica, in confinio Bœotiæ. Plin. *lib.* 4 *cap.* 7. Est & alia eiusdem nominis ciuitas in Macedonia, patria Seleuci Nicatoris. Item alia in Eubœa, Apollinis templo clarissima, rursus alia in Syria, non procul ab Amphipoli, à Nicatore condita, aut certè instaurata; & à nomine patriæ suæ ita appellata. Sunt & aliæ nonnullæ, quæ enumerantur à Steph.

Oropygium, vide in dictione *Vropygium.*

ŎRPHĂNVS, { יתום *iathóm.* ὀρφανός. GAL *Orfelin.* ITAL. *Orfano.* GERM. Ein weißlin / ein vatterloß kind. HISP. *Huerfano.* ANGL. *One that is fatherles, an orphelin.* } Qui caret patre, præsidióque paterno. Pupillus, qui caret patre, sed non præsidio paterno, quum tutore iuuetur.

ŏrphănotrŏphium, ὀρφανοτροφεῖον. Locus alendis pupillis paratus. Hinc Orphanotrophus, ὀρφανοτρόφος, cui pueros parentibus orbatos alendi procuratio commissa est.

ŎRPHEVS, Ὀρφεύς, Poëta, seu vates genere Thrax, Call. & Apollinis filius, quem à Mercurio, siue, vt alij habent, à patre Apolline lyram accepisse ferunt, eáque tantum valuisse, vt illius cantu syluas & saxa mouerit, fluuiorũ cursum prohibuerit, feráſque mitiores reddiderit. Eurydicem vxorem habuit, quæ Aristæum vim sibi inferre volentem fugiens, à serpente occisa est: ob cuius mortem Orpheus maximè contristatus, accepta lyra, ad inferos descendit, vbi suo cantu à Proserpina vxorem Eurydicem recepit. Sed quum eandem non seruata lege à Proserpina sibi imposita, rursum amisisset, cœlibem vitam agere statuit. quúmque iam multas nuptias reiecisset, aliósque insuper à mulierum consortio deterreret, atque in puerorum amores pelliceret, à Mænadibus inter Bacchi sacrificia iuxta Hebrum fluuium occisus & discerptus est: cuius membra passim per agros sparsa Musæ collegerunt, dederúntque ea sepulturæ: lyra verò & caput in Hebrum deiecta, ad Lesbon insulam delata sunt, caput ab incolis sepulturæ mandatum est, lyra autem in cælum assumpta. Virg. *Eclog.* 3.

Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, &c.

Alij Orpheum Ciconum regem, OEagri (à quo OEagrius appellatur) & Polyhymniæ filium fuisse dicunt, atque cum Argonautis in Colchos nauigasse, ideóque assumptum, quòd iuxta vaticinium Chironis, Sirenes præteriri non poterant, nisi præsente Orpheo. ¶ Sunt qui duos Orpheos fuisse dicant, quorum alterum Cholchos nauigasse perhibent.

ŏrphēus, a, um. ὀρφεῖος, denominatiuum, vt Orphea cithara. Martial. *lib.* 1

Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro,
Dicitur, exhibuit Cæsar arena tibi.

ŏrphaĭcŭs, adiectiuum ab Orpheus, Macrob. *comment. lib.* 12. Liberum patrem Orphaici νοῦν ὑλικὸν suspicantur intelligi.

ŏrphŭs, ὀρφός, (Gaza vertit Cernuam,) piscis est marinus, litoralis, pagro non dissimilis, cui oculi magni, dentes serrati, pinnæ pagri colore ex purpureo rubescens. De eo Plin. *lib.* 9. *c.* 16. Muræna & Orphus, conger, percæ & saxatiles omnes.

ŏrphnæŭs, ὀρφναῖος, apud Claud. *lib.* 1. *de rapt. Proserp.* vnus est ex equis Plutonis, à tenebris nomen habens: Orphnæus crudele micans, Æthónque sagitta Ocyor, & Stygij sublimis gloria Nycteus Armenti, Diisque nota signatus Alastor.

ŏrrhĕă, ὄῤῥεα, oppidum est in occidentali tractu Britanniæ, teste Ptol. *lib.* 2. *c.* 3. Vulgò *Neuucastel.*

‖ Orrhopygium, ὀῤῥοπύγιον. pars quæ est inter ὄῤῥον καὶ πυγὴν, i. extremitatem ossis sacri & podicem. Aliter etiam οὐροπύγιον ab οὐρὰ cauda. vltimæ partis spinæ, qua vertebræ desinunt: quæ in auibus est manifestior, quàm in homine.

Orrhopygostictos, ὀῤῥοπυγόστικτος, puncta, seu notas in Orrhopygio habens: vt mala nurus, & sargus.

Orrhos, ὄῤῥος, extremum ossis sacri. quod etiam orthopygium appellatur. Orschard/ vox German. in vet. ll. est fissura auris. Or auris, scard/schard/ fissura, segmentum. ‖

Orsĭlŏchŭs, ὀρσίλοχος, filius fuit Idomenei. Hic patrem secutus ad expeditionem Troianam, quum per totum bellum ex voto omnia successissent, in exitu rei ob insolentiam, cùm obstaret totis viribus ne ex præda capti Ilij sors debita daretur Vlyssi, ab eo occisus est.

Ōrsus, orsa, sum, Ōrsum, orsi, Ōrsus, us, nomen verbale. Vide *Ordior.*

Ortalus Hortensius. Catull. *in Eleg. ad Ortalum.*

Orthiax, ὀρθίαξ, κος, appendix, quæ infimæ veli parti adiicitur. alij *mali*, pro veli, cum Polluce, qui *lib.* 10. 30. dicit esse mali nautici partem interiorem.

Orthius, a, um, ὄρθιος, ον, erectus, rectè in altum tendens, arduus.

Orthium carmen, ὄρθιος νόμος, genus est modulationis Musicæ, quod Arionem cecinisse refert Herod. *lib.* 1. priusquam se in mare præcipitaret: sic fortè dictum, quòd eius carminis numeri quàm altissima & intentissima voce ferrentur. ὄρθιον enim Græci dicunt quod arduum est, & quàm altissimè eleuatum. Gell. *lib.* 16. *cap.* 19. Stánsque in summæ puppis foro, carmen quod Orthium dicitur, subaltissima voce cantauit.

‖Orthocolum, ὀρθοκωλοσχημα est dearticulationum rigida figura, cùm ob durum tumorem, extendentibus musculis obduratis inflectentes non cedunt. Ορθόκωλοι alij vocant.‖

Ōrthŏcŏrybantes, ὀρθοκορυβάντες. Populi sunt Medis & Hyrcanis finitimi, quorum meminit Herodot. *lib.* 3.

‖Orthodorum, ὀρθόδωρον, palma erecta, in rectum explicata, non contracta à δῶρον, i. e. palmus. ‖

ŌRTHŎDOXVS, ὀρθόδοξος. GALL. *Qui a bonne opinion.* ITAL. *Che à buona opinione.* GERM. Rechtsinnig/ der ein rechte vnd gute meinung hatt. HISP. *Hombre de derecha opinion.* ANGL. *Of a good opinion.* } Homo rectæ opinionis, siue sententiæ, aut fidei, δόξα enim gloriam, & existimationem, siue opinionem & sententiam significat.

Ōrthŏdŏxĭă, ὀρθοδοξία, recta opinio.

Orthoëpia, ὀρθοέπεια, recta loquutio. item, emendata cum suauitate vocum explanatio. etiam id loquendi genus, in quo propriis verbis vtimur; & sic opponatur ἀκυρολογίᾳ. ὀρθοεπὴς sonat rectiloquus. ἔπος sermo.

ŌRTHŎGŌNVS, ὀρθόγωνος, rectus angulus, qui ex vtraque parte æqualis est.

Ōrthŏgōnĭŭs, adiect. quod rectis angulis constat, & omnium partium æqualitatem habet. Col. *lib.* 5. *c.* 2. Orthogonius ager.

Ōrthŏgrăphĭă, ὀρθογραφία, recta scriptura, vel pictura. Quintil. *lib.* 1. *c.* 7. Quod Græci orthographiam vocant, nos rectè scribendi scientiam nominamus. Suet. *in Aug. c.* 88. Orthographiam definit formulam rationémque scribendi à Grammaticis institutam.

Ōrthŏmăstĭcă, poma dicuntur, ab effigie mammarum. Plinius *lib.* 15. *cap.* 14.

Ōrthŏminum, (inquit Calepinus Perottum secutus,) est lini genus quod fit è panicula palustris arundinis. Sed vterque lapsus est vitio corrupti exemplaris. Nam apud Plinium *lib.* 19. *capite* 1. ex quo loco Perottus ea quæ de lini generibus conscripsit, est mutuatus,) legitur Orchomenium linum. Quod ideo admonere visum est, ne quid temere videamur resecuisse.

Ōrthŏpnœa, vide *Orthopnoici.*

Ōrthŏpnŏĭci, {ὀρθοπνοϊκοί. ANGL. *Pursey.* } Asthmatici dicuntur, qui eam anhelitus difficultatem habent, vt nisi recta ceruice stent, spirare non possint. ¶ Orthopnœa, ὀρθόπνοια, ipsa morbi affectio ὀρθὸν enim rectum, πνέω spiro. Est enim circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atque aliud nomen habet, prout se magis, minúsque intendit: omne tamen in spirandi difficultate consistit. Sic difficultas hæc dum modica est, δύσπνοια Grecè dicitur: quũ vehementior, & spirare æger sine anhelatione nō potest, ἆσθμα vocatur: quum accessit id quoque, vt spirare nō possit, nisi recta ceruice spiritus tranhatur, ὀρθόπνοια appellatur. Ab his Dispnoici, Asthmatici, Orthopnoici: à Latinis verò vno vocabulo, Suspiriosi dicuntur, vide Cels. *lib.* 4. *c.* 4.

Ōrthŏsĭă, ὀρθωσία, oppidum est in ea parte Syriæ qui Libano monti subiacet: cuius meminit Plin. *lib.* 5. *c.* 10.

Ōrthŏstătæ, Vitruu. *lib.* 2. *c.* 8. & *lib.* 10. *c.* 17. Postes vocat ianuæ, eò quòd arrecti stent, non iaceant transuersi quemadmodum limina. alibi *c.* 16. Arrectaria tigna vocat, teste Budeo.

Ōrthrăgŏrĭscus, ὀρθραγορίσκος, Latinè Aper, siue porcus, piscis in Aura fluuio Laconiæ, qui vocalis esse perhibetur. Vide Plin. *lib.* 32. *c.* 2. Sed & porcelli lactantes, & adhuc subgrumi, ita nominantur apud Lacedæmones, inquit Athenæus. ἀπὸ τοῦ ὄρθρου καὶ ἀγορεύειν, quoniam matutinis temporibus venales circuferantur.

Ōrtōn, ὄρτων, Ptol. *lib.* 3. *c.* 1. Pelignorum vrbs, hodie *Ortona.*

Ōrtŏplă, ὀρτόπλα, Liburniæ vrbs. Ptolemæus *lib.* 2. *cap.* 15. Ortopula hodie.

Ōrtŭs, a, um, vide in verbo *Orior.*

Ōrtŭs, i, & quæ ab eo deducuntur, vide in dictione *Hortus.*

Ōrtygĭă, ὀρτυγία, ας. Insula in mari Ægæo, omnium Cycladum clarissima, Apollonis alumna, templo & mercatu nobilis. Dicta Ortygia quia in ea primò visæ sunt coturnices, quas Græci ὄρτυγας vocant: nos à sono vocis *Quales* dicimus. Alij vt Nicander, ab Ortygia oppido dictam putant. Virg. 3. *Æneid.*

Linquimus Ortygiæ portum.

Hæc etiam dicta est Delos (vt docet Aristoteles) quòd quum antea sub aquis mersa esset, subitò apparuerit nam δηλόω, Ostendo significat. Ortygiam diuersam à Delo, videntur facere Orpheus & Homerus, neque in eadem natos Apollinem & Dianam asserere. Orphei verba sunt hæc. Τειναμένη Φοῖβόν τε καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν τὴν μὲν ἐν Ὀρτυγίῃ τὸν δὲ κραναῇ ἐνὶ Δήλῳ. Homer. autem, Χαῖρε μάκαιρ᾽ ὦ Λητοῖ, ἐπεὶ τέκες ἀγλαὰ τέκνα Ἀπόλλωνά τ᾽ ἄνακτα καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν. Ab aliquibus præterea Pyrpile nominatur, ab igne ibi primùm reperto: ab aliis Cynthia, ab aliis Asteria, ab aliis Cynæthus. De Delo terræmotu concussa, vide Thucydiden. lib. 2. ¶ Est alia Ortygiæ nomine insula in Sicilia, Syracusarum pars, reliquæ vrbi ponte coniuncta, quæ fontem habet Arethusam. Hæc ex opposito Plemmyrij Sicilij amnis sita est: de qua Virg. *lib.* 3.

Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium vndosum, nomen dixere priores
Ortygiam Amphaum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse via subter mare, quæ nunc
Ore Arethusa tuo, Siculis confunditur vndis.

Ōrtygŏmētră, ὀρτυγομήτρα. Rex conturnicum est, maior aliquanto & nigrior quàm conturnices. Dictio est composita ἀπὸ τοῦ ὄρτυγος, & μήτρας, quasi Conturnicum matrix.

Ōrtyx gis. {שלו *schelàv.* ὄρτυξ. GAL. *Vne caille.* ITAL. *Cotornice.* GERM. Ein wachtel. HISP. *Cordoniz.* ANGL. *A quaile.* } Auis quæ Latinè Coturnix, & vulgò *Qualea* dicitur. Vide ea quæ annotauimus in dictione Coturnix. Est præterea Ortyx herbæ cuiusdam nomen, quæ à nonnullis Plantago vocatur. Plin. 21. *c.* 17.

Ōryx, ὄρυξ, animal est in Getulia nascens, bisulcum & vnicorne, alioqui capræ non dissimile, pilum habens, Contra aliorum animalium naturam ad caput versum. Sub ortum Caniculæ, tanquam eius syderis aduentum præsentiens, fixis oculis eam plagam cæli intuetur, vbi primum signum hoc exoritur: eósque conspecto sternutat, & veluti venerabundus adorat. Autor Plin. *lib.* 2. *cap.* 40. & *lib.* 8. *cap.* 53. Columell. *lib.* 53. Feræ pecudes vt capreoli damæque nec minus origum, ceruorúmque genera & aprorum, modò lautitiis & voluptatibus dominorum seruiunt, modò quæstui ac reditibus Martial. *Epigr.* 95. *lib.* 13. ¶ Est quoque instrumentum fodiendi Gloss. ὄρυξ sarculum, ligo, dolabra. Vitruu. *lib.* 10. 21. Quæ testudines ad fodiendum comparantur, ὄρυγες. Græcè dicuntur.

Ōryză { ὄρυζα. GALL. *Du Ris.* ITAL. *Riso.* HISP. *Arroz.* ANGL. *Rise.* } Dioscoridi, Frugis genus est in locis palustribus & vliginosis maximè proueniens, folia habens carnosa, porro similia, sed latiora: florem autem purpureum. Semen non in spicis, quemadmodum frumenta, sed in paniculis gignit, aut iubis, more milij, aut panici. Orycæ in Italia maxima est copia, teste Plinio, vbi ex ea ptisana fiebat, quam reliqui mortales ex hordeo conficiebant. Theophrastus Oryzon vocat, testatúrque sua ætate peregrinum fuisse semen, & non ita pridem ex India allatum. Galli abiecta prima litera sua lingua vocant Rizum, *du Ris.*

O S.

Ōs, oris, propriè concauum illud intra quod lingua & dentes concluduntur. { פה *peh.* στόμα. GALL. *Bouche, le viaire, ou visage.* ITAL. *Bocca, faccia.* GERM. Der mund oder das maul. HISP. *La boca, el rostro, la cara.* ANGL. *The mouth or contenance of man.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Continui dentes, aut vtraque parte oris sunt, vt equo, aut superiore primores non sunt vt bobus, ouibus. Os amarum habeo (fame.) Plaut. *Curc sc.* 3. *a.* 2. Os opprime. i. claude & contine. & *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Qui tu malum in os mihi irructas. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5.

Séque celebrari quolibet ore sinit
Iupiter.

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Concipiámque bonas ore fauente preces,

idem *Eleg.* 13. *lib.* 3. Faciamus ei conuicia non ore nostro tantùm, sed & publico. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Polyb.* Os columnatum poëtæ esse inaudiui barbaro. Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Pugnis vetas me in huius ore quicquam ponere. Ore tenus ferre. Gell. *cap* 8. *lib.* 17. Siccine os mihi oblitum est? Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. (aliàs sublitum est, vide *Sublino,* & *Oblino,* suprà.) Hisce in ore sementem faciam, pugnósque obseram. Idem *Menæch. sc.* 7. *a.* 5. Acutis oculis, ore rubicundo. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Os ducere exquisitis modis (de inepto gestu) Fabius Quintilian. ¶ Ore libero loqui, παρρησιάζεσθαι. Salust. *Iugurth.* 131. Et L. Sisenna optimè & diligentissimè omnium, qui eas res dixere, persecutus historiam, parum mihi libero ore locutus videtur. ¶ Quandoque pro facie scriptores vtuntur. Cicer. *in Catil.* 4. Vide P. C. In me omnium vestrûm ora, atque oculos esse conuersos. Idem *pro Milon.* Rumorem (timemus) fabulam fictam, falsum perhorrescimus, ora omnium atque oculos intuemur. Et *in Verr.* 3. Qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus euictus, ita iudicem aspicere, aut os suum populo Romano ostendere auderet. Virg. 1. *Æneid.*

Os humerósque deo similis.

Ouid. 13. *Metam.*

Pronaque quum spectent animantia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cælúmque tueri.

In ore atque oculis eius Leucas expugnata est. Velleius. Plaut. *Men. sc.* 7. *a.* 5. Nimis bene ora commentaui. (i. pugnis,) quasi multa commentatione seruorum faciem interpolaui ac finxi denuò. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Os denasabit tibi. { GALL. *Il vous ostera le nez.* } ¶ Nonnunquam etiam de brutis dicitur. Virg. 1. *Æneid.*

Ora citatorum dextra detorsit equorum.

Per os Elephanti brachium transmitteres. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Item edere mugitus & bouis ore queri (in Tauro æneo.) Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* ¶ Neque solùm de facie dicitur, sed etiam ad alia transfertur. Idem 3. *Georg.*

Quam si quis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os.

In hac autem significatione Os producitur, quum Os ossis, corripiatur: & habet omnes casus plurales præter genitiuum Orium. Virg. *lib.* 8.

Componens manibúsque manus, atque oribus ora.

¶ Os pro sermone. Plin *de viris illustribus,* Mithridates rex Ponti, oriūdus à septem Persis, magna vi animi & corporis, vt sex iuges equos regeret, duarum & vinginti gentium ore loqueretur. Ore cælesti. Cicer. Velleius, Et Os cælestissimum. Blandique Propertius oris. Ouid. *El.* 11. *lib.* 5. *Trist.* ¶ Item, Ora pro ostiis,

Verticibus densis Tribridis ora tenent. i. ostia.)

Idem 6. *Fast.*

Miscetur vasto multa per ora freto Ister.

idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Fastor.* ¶ Vno ore, pro Vno consensu. Terent. *in Phorm.*— nam cæteri quidem hercle amici omnes modò Vno ore authores fuere, vt præcipitem hanc daret ¶ Accipitur aliquando Os pro impudentia, vel temeritate. Cicer. 6 *Verrin.* Os hominis, insignemque impudentiam cognoscite. Idem 2. *de orator.* Quod tandem os est illius patroni qui ad causas sine vlla scientia iuris audet accedere? Præduri oris homines. Quintil. Et Liu *lib.* 2. *bell. Punic.* Duri oris esse. ¶ Nonnunquam etiam pro præsentia & conspectu. Tacitus *lib.* 19. In conspectum Iulianus ad L. Vitellum perductus, verberibus fœdatus,

fœdatus, in ore eius iugulatur. Salust. *in Iugurth.* Incedunt per ora vestra magnificè. ¶ Ponitur etiam aliquando pro fauore & beneuolentia. Persius *Satyr.* 1.

——An erit qui velle recuset
Os populi meruisse & cedro digna locutus?

¶ Huius nominis deriuata sunt Osculor, Ostium, Osculum, Orea, Omen, Orificium, & nonnulla alia, de quibus suis locis.

‖ Orale, quod os tegit amictus, alij Fanon quod post Albam induitur. Gauant.

Oriputidus, ὀζόστομος. Gloss. cuius os putet. ‖

ŏscŭlum, i, diminutiuū, Paruum os. { στόμιον GALL. *Petite bouche, bouchette.* ITAL. *Boccuccia.* GERM. Ein meulin oder mundle. HISP. *Boca pequeña.* ANGL. *A litle mouth.* } Quod est contra Priscianum, qui vult osculum non tenere significatum primitiui. Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

——videt igne micantes
Sideribus similes oculos; videt oscula, quæ non
Est vidisse satis.

Mart. *lib.* 11.

Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi.

¶ Ponitur etiam Osculum pro Basio: quoniam basiando os coarctamus, atque minuimus, & quasi ex ore osculum facimus. { נשיקה *neschikáh.* τὸ φίλημα. GALL. *Vn baiser.* ITAL. *Bacio.* GERM. Ein kuß. HISP. *Beso.* ANGL. *A kisse.* } Cicero *ad Atticum*, Atque vtinam continuò ad complexum meæ Tulliæ, & ad osculum Atticæ possem currere. Et manum prehendi, & osculum retuli tibi. (de salutatione.) Plaut. *Amphitr. bis.* Iam non placet illud principium de osculo. *Ibidem.* Osculi mulieribus oblati cognatis mos, vnde Plutarch. *in Romul.*

Et quasi discedens oscula summa dedi,

Ouid. *Eleg.* 13. *lib.* 1. *Trist.*

Et singultatis oscula mista sonis
Excepit.

idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.* Ita Aldus legit Singultatis, non *singultantis*, vt vulgò. Donatus ita distinguit hæc tria, Osculum, Basium, & Suauium: vt Osculum officij sit, vt quum è longinquo redeuntes salutamus, atque osculamur: Basium pudicorum, vt patris in filium: Suauium voluptatis, à suauitate dictum. Quod tamen discrimen neque Catullus agnouit, neque alij Latinæ linguæ autores locupletes. Per Ius osculi & blanditiarum. Suet. *in Claud. cap.* 26. Et, Oscula prohibita à Tiberio. Idem *in Tiber. cap.* 54.

‖ Oscen, auis è cuius ore præsagium futurorū capiebant. ab *os*, & *cano*. ‖

Oscillatio, vide *Oscillo.*

ŏscĭllum, i, diminutiuum, à diminutiuo Osculum, pro paruo ore, sicut à tantulo Tantillum. στομάτιον, στόμιον. GALL. *Petite bouchette.* ITAL. *Boccina.* GERM. Ein kleines meule. HISP. *Boca pequeña.* ANGL. *A litle mouth.* } Columell. *lib.* 2. *cap.* 19. Reliquum quod superest seminis, in tabulatum quo fumus peruenit, optimè reponas: quoniam si humor inuasit, vermes gignit, qui simulátque oscillas lupinorum ederunt, reliqua pars enasci non potest. ¶ Oscilla item, Sigilla sunt, & paruæ imagunculæ quæ arte fictili fingebátur, & venales proponebantur, quibus homines pro se, atque suis, Diti patri & Saturno piacula faciebant, vt inquit Macrob. *lib.* 1. *cap.* 5. ἀγαλμάτια. ¶ Oscillum, αἰώρα, vulgò *branloère*, vel *pendiloère* Aureliæ (quibus *pendiller*, i. oscilare) pensilis ex arbore per funes connexósve ramos agitatio, quasíque suspendicu- lum. Festus, Oscillum Santra dici ait, quòd oscillent, i. inclinent, præcipitésque in os ferantur. Oscillantes, ait Cornificius, ab eo quod os cælare sint soliti personis propter verecundiam, qui eo genere lusus vtebantur. Eius iactationis causa ab ipso proditur. Vide *Oscillo.* Germanicus Arati interpres, Quod factum vt Atheniensibus, qui diebus festis institutis aras constituerunt (lege *aoras*) ideo quia illam pendentem aspexerunt, quod est apud Græcos αἰωρεῖσθαι: ex quo factum vt soli oscillo iactarentur homines. Tertull. *lib. de Pallio*, In oscillum penduli impetus armatum. Idem *lib. de anima*, Initium enim omnia commentatus animum, & vniuersitatis occillum de illius axe suspendens. Virg. 2. *Georg.*

Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu: alij quercu.

Ea iactatio Oscillatio dicebatur; vide *Oscillo.*

ŏscillo as, Oscillorum ludum exerceo. oscilla moueo, vel in altum proiicio. Dicta autem sunt oscilla, teste Festo, quòd os celant, id est, inclinent, præcipitáque in os ferantur. Oscillantes ait Cornificius ab eo dictos, quòd os celare soliti sunt propter verecundiam, qui eo lusus genere vtebantur. Causa autem eius iactationis proditur Latinus rex, quòd prælio quod ei aduersùs Mezentium Ceritum regem fuit, nusquam apparuerit, iudicatúsque sit Iupiter Latialis factus esse. Itaque per sex eos dies feriatos liberos seruósque requirere eum non solùm in terris, verumetiam qua cælum videretur posse adiri per oscillationem, velut imaginem quandam vitæ humanæ, in qua altissima ad infimum, interdum infima ad summum efferuntur, atque ideo memoriam quoque redintegrari initio acceptæ vitæ permotus cunarum lactísque alimentum, quia per eos dies oscillis moueantur, & lactata potione vtantur. Hæc ille. Seruius putat esse compositum ab Os, & cilleo, les: quòd in hoc ludi genere cillerentur, id est, mouerentur ora. Nam Cillere, mouere est. Plaut. *in Amphitr.* Næ illi ædepol, si merito meo referre studeant gratias, aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os oscillet probè, id est, os moueat, probè ipsum pugnis percutiendo.

ŏscŭlor, aris, Osculum do. { נשק *naschák.* φιλέω. GALL. *Baiser.* ITAL. *Baciare.* GERM. Küssen/ein kuß oder schmutz geben. HISP. *Besar.* ANGL. *To kisse.* } Cicer. *Appio Pulchro lib.* 3. Complexus igitur sum cogitatione te absentem, epistolam verò osculatus. Filium mater osculata est. Idem *pro Murena.* Amplecti, in manibus habere, fauere, osculari aliquem, idem *Lentulo lib.* 1. Eam se vidisse cum alieno osculari. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 1. *(bis)* Osculando ego vlciscar potissimum. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Nauteam bibere malim, si necessum sit, quàm vxórem oscularier. *Ibidem.* Amandóne exorarier te vis, an osculando? *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Nisi si est, osculando impudicior. Idem *Curcul sc.* 1. *a.* 1. Vidit eos osculantes. Idem *Milit. sc.* 2 *a.* 2. *bis.* ¶ Osculandi manum mos. Plutarch. *in Caton. Vticen.* & Senec. *Epistol.* 119. Item Sueton. *in Tib. cap.* 72. & *in Calig. cap.* 56.

ŏscŭlātio, nis, verbale. { נשיקה *neschikáh.* φίλημα. GALL. *Baisement.* ITAL. *Baciamento.* GERM. Küssung. HISP. *Besamiento.* ANG. *A kissing.* } Cic. *pro Cal.* Non flagrātia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, &c. Catull. *ad Iuuent.*

Nam si densior aridis aristis,
Sit nostra seges osculationis.

ŏs, ossis, contractum ex veteri *Ossum*; quod vide. Significat solidamentum illud corporis quod neruis alligauit natura. { עצם *hétsem.* ὀστοῦν. GALL. *Vn os.* ITAL. *Ossa.* GERM. Ein bein. HISP. *Huesso.* ANG. *A bone.* } Cic. 2. *de nat. deor* Quid dicam de ossibus, quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad artus motum & ad omnem corporis actionem? Virg. 5. *Æneid.*

Ex quo reliquias, diuinique ossa parentis
Condidimus terra, mœstásque sacrauimus aras.

Idem 1. *Georg.*

Grandiáque effossis mirabitur ossa sepulchris.

Ouid. *Epistol.* 3. Cōcutit ossa metus. Venire ad ossa cœnæ. Mart. *Epig.* 45. *lib.* 5 Osse fini dedolabo, Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 5. (i. osse tenus.) Ossa in piscibus. Vide *Exossare.* Ossa è vulneribus lecta. Quint. Ossa viuis legunt medici. Senec. *c.* 12. *de consol. ad Mart.* Vixque ossa tegit macies. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Membra, ossa comminuam. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5.

——Nasonis molliter ossa cubent,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

——Et mensas, ossaque nuda videt.

idem 1. *Fast.* Ossa atque pellis sum, misera macritudine. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1.

Fessa iactati corporis ossa dolent,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib* 4. *Trist.* Ossa atque pellis totus est, ita cura macet. Plaut. *Aulul. sc.* 3. *a.* 2. Ossa hebetia, i. minus solida, debilia atque infirmiora, vt gingiuarum. Cels. *lib.* 6. *cap.* 15. ¶ Ossa etiam vocantur Lapilli illi qui in prunis, dactylis, cerasis, similibúsque fructibus medium tenent locum. Sueton. *in Claud. cap.* 9. Quoties post cibum obdormisceret, (quòd ei ferè accidebat) olearum, ac palmularum ossibus incessebatur. ¶ Ab os fit compositum Exos, quod ossibus caret, ὀστέινος. Vide suo loco.

Ossum, ossi, antiquo more dicebatur pro Os, ossis. Ter. *in Eunuch.* Viden' Ossum & cibus quid faciebat alienus? Ita enim Petrus Bembus ex libro manuscripto legit, quum malè in aliis *otium* legeretur. Confirmat hanc lectionem Gell. *lib.* 33. Caluariæque eius, inquit, ipsum ossum expurgauerunt inaurauerúntque. Sosip. *lib.* 1.

ŏssĭcŭlum, i, diminutiuum, ab Os ossis. { ὀστάριον. GALL *Osselet, petit os.* ITAL. *Ossetto.* GERM. Ein beinlin. HISP. *Huesso pequeno.* ANGL. *A litle bone.* } Gell. *lib.* 6. *cap.* 1. Ratio subtilior, & vtilitas ipsa operis postulauit, vt tenuissimis minutissimísque ossiculis caput compingeret. Plaut. *lib.* 11. *cap.* 37. Omnium cerebro medio insunt ossicula parua.

ŏssĭcŭlātim, aduerbium, significat minutatim. { κατὰ μικρόν. GALL. *Par le menu, d'os en os.* ITAL. *Minutamente.* GERM. Stucklechtig. HISP. *Huesso à huesso.* ANGL. *Frome bone to bone, by litle and litle.* } Cæcil. *in Fallacia,* Ossiculatim Parmenonem de via liceat legam.

ŏssĕŭs, a, um, quod ex ossibus est. { ὀστινος, ὀστώδης. GALL. *D'os.* ITAL. *D'osso.* GERM. Beinin. HISP. *Cosa de materia de huesso.* ANGL. *Of bones.* } Vnde Plinius *lib.* 36. *cap.* 18. Scribit inueniri lapides osseos. Colum. *lib.* 5. *cap.* 11. Deinde cuneum tenuem, ferreum, vel osseum, inter corticem & materiam minus digitos tres, sed consideratè demittito. Ouid. *in Ibin,*

Insequar & vultus ossea forma tuos.

¶ Genitalia ossea. Plin *lib.* 11. *cap.* 49. ¶ Lapis osseus. Idem *lib.* 36. *cap.* 18. ¶ Osseum lignum. Idem *lib.* 13. *cap.* 4. ¶ Manus ossea Mauri. Iuuen. *Satyr.* 5.

ŏssĭfrăgŭs, adiect. vnde ossifraga, Genus aquilæ ab ossibus frangendis. φήνη. Vide Plin. *lib.* 10. *c.* 3. & *lib.* 30. *c.* 7.

ŏssĭlĕgium ij. Ossium collectio. ὀστολογία.

ŏssĭlĕgŭs, Ossium collector, ὀστολόγος.

ŏssŭārĭă, appellatur locus in quo defunctorum ossa reponuntur. { ὀστοθήκη. GALL. *Charnier, lieu où on met les os des morts.* ITAL. *Luogo doue si repongono l'ossi de morti.* GERM. Beinheußlin. HISP. *Lugar donde està los huessos de los muertos.* ANGL. *A shrine or lik thing where bones are kept, a chanell house.* } Vlpian. *in l.* 2. *de sepulch. viol.* Celsus scribit statuam sic esse monumenti, vt ossuariam.

ŏs lĕōnĭs, genus herbæ florem faciens purpureum. Colum.

Narcissique comas & hiantis sæua leonis
Ora feri.

ŏscă, ὄσκα. Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Ilergetum. Autor Ptolem *lib.* 2. *cap.* 6.

ŏscĕdo, vide *Oscito.*

ŏscĕlă, ὄσκελα, Lepontiorum oppidum in Alpibus Cottiis, autore Ptol. *lib.* 3. *cap.* 1.

ŏschĕum, ὄσχεον, Latini scrotum dicunt, id est, testium receptaculum. Nam Celsus, vbi de morbis tractat, qui in naturalibus circa testiculos oriri solent, Sinus (inquit) qui conspicitur à nobis, ὄσχεον à Græcis dicitur, nostri scrotum vocant.

ŏscī, ὄσκοι, Italiæ populi qui tractum maritimum Campaniæ tenuerunt, ab oris fœditate ita dicti. Vnde Obscœna verba dicta (vt quibusdam placet) quasi Oscena.

ŏscŭs, a, um, adiect. Cic. *Mario lib.* 7. Non enim te puto Græcos, aut Oscos ludos desiderasse: præsertim quum Oscos ludos vel in Senatu nostro spectare possis. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 5. Messi clarum genus Osci. Tellus Oscea Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 2.

ŏscillum, Oscillo, vide *Osculum* in *Os, oris,*

ŏscĕn, is, vel Oscinis ab ore & canendo. Auis est, teste Varrone, auspicium ore faciens, οἰωνὸς, οἰωνός. Horat. *lib.* 3. *Carm.*

Oscinem coruum prece suscitabo Solis ab Ortu.

Plin *lib.* 10. *cap.* 19. Omnes aues quæ canunt, oscines dici existimat, distinguítque oscinem ab alite cantu: & contrà, alitem ab oscine magnitudine.

tudine. Nunc, inquit, de secundo ordine dicamus, qui in duas diuiditur species, oscines & alites, illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit.

Ōscĭnum, Augurium auium, οἰωνοπολία. Cic. 2. de legib. Fulgura atque oscina pianto.

ŌSCITO, as, ex Os, & cito, propriè significat Os commoueo, & os totum aperio, vt fit præ somno, aut tædio. { פער פה pabár peh זורר zorér. χασμῶμαι. GALL. Baailler. ITAL. Sbadigliare. GERM. Geynen/oder geuwen. HISP. Bocezar. ANG. To gape and yaune. } Quod cum toto corpore fit, pandiculari vocatur, σκορδινᾶσθαι. Gell. lib. 4. c. 20. Et in iure stans clarè nimis & sonorè oscitauit. Lucr. lib. 3.

Oscitat exemplo tetigit quum limina villæ.

Inter libros oscitare. Senec. c. 9. de tranquill. Item, Illi qui marcent & oscitant. Idem cap. 2. de tranquill. Admone istum ne tam improbè oscitet. (de eo qui in faciem inspuerat.) Senec. c. 13. de consol. ad Heluium. ¶ Pro aperire est vsus translatè Plin. 16. c. 24. Sed omnium folia quotidie ad solem oscitant, &c.

Ōscĭtans, particip. quod aliquando in nomen migrat, significátque otiosum & negligentem, { פער פה poher peh מוחר mozorér. ῥάθυμος. GAL. Baaillant, negligent. ITAL. Sbadacchiante, negligente, GER. Liederlich / vnsorgsam. HISP. El que boceza, negligente. ANGL. Gapid and yyanning. } Cic. 1. de nat. deor. Quæ Epicurus oscitās hallucinatus est. Idem 2. de Orator. Et istam oscitantem & dormientem sapientiam Scæuolarum, & cæterorum beatorum otio concedamus. Ille oscitans & hallucinanti similis. Gell. cap. 17. lib. 7.

Ōscĭtatio, verbale. Oscitandi actus. { ἡ χάσμη, τὸ χάσμημα. GALL. Baaillement. ITAL. Sbadacchiamento, negligenza. GERM. Das geynen oder geuwung. HISP. Bocezamiento, bocezo, descuido. ANGL. A gaping or yauning. } Plin. lib. 7. c. 6. Oscitatio quidem in enixu lethalis est. ¶ Aliquando tamen pro otio & animi securitate accipitur, quæ ῥᾳθυμία. à Græcis dicitur. ¶ Oscitationes alicuius, pro libellis oscitanter ab aliquo scriptis. Statius 4. Sylu.

Sed Bruti senis oscitationes,
De capsa miseri libellionis
Emptum plus minus asse Caiano
Donas.

Ōscĭtor, deponens, Autor ad Heren. Quum etiam maiores calamitates impendere videantur, sedetis & oscitamini. Plaut. Menach. sc. 2. a. 5. Vt pandiculans oscitatur.

Ōscĭtanter, Negligenter, securè. { ῥαθύμως. GALL. Negligemment. ITAL. & HISP. Negligentemente, GERM. Schläfferich/liederlich. ANGL. Slouthfullie, careleslie. } Cicer. de clar. Orat. Tam solutè egisset, tam leuiter, tam oscitanter & oscitabundè.

Ōscēdo, inis Vitium sæpius oscitandi. χάσμη, τὸ χασμῶδες. GALL. Baaillement ITAL. Sbadigliamento. GERM. Gesucht/das laster das einer stäts muß geuwet haben. HISP. Bocezo. ANG. A gaping andy auning often. } Gell. lib. 4. cap. 20. Deliberatum de nota eius, qui ad Censores, ab amico aduocatus est, & in iure stans, clarè nimis & sonorè oscitauit, atque inibi propè vt plecteretur fuit, tanquam illud indicium vagi animi foret, & hallucinantis, & fluxæ atque apertæ securitatis. Sed quum ille deierasset, inuitissimum sese, & repugnantem oscitatione victum, tenerique eo vitio quod oscedo appellatur, tum notæ iam destinatæ exemptus est. Serenus,

Hinc oscendo fugit, lingua quoque vulnera cedunt.

‖ Oscus. Festus Oscum exponit Sacrum; vt leges sacratæ oscæ. item opiscum, obscœnum. Addit Oscos antea Opiscos dictos, Scaliger autem castigat hîc veterum supinitatem: & legit, leges oscitæ, id est, adscitæ veteri idiomate. nempe Oscita, pro Obscita, interlisa b. ‖

Ō Si, aduerb. optandi. εἴθε. Persius,

O si sub rastro crepet, argenti mihi seria dextro Hercule.

Reliqua vide in dictione O.

‖ Osilia, Osel, insula maris Liuonici, & vrbs eiusdem nominis in eâ. ‖

Osiris, Osiris, vel Osiridis, Ὄσιρις. Fuit Iouis filius, ex Niobe Phoronei filia, successítque Phoroneo in regnum Argiuorum. Postea tamen Ægialeum fratrem præfecit regno Achaiæ, & ad Ægyptios transfretauit gloriæ cupiditate. Quos quum subegisset, Isidem (quæ & Io vocabatur) Inachi primi regis Argiuorū filiam duxit vxorem. Vbi, quum illa literas, Osiris varias artes Ægyptios docuisset, vterque diuinos honores meruerunt. Tandem à Sityphone Ægyptio, vel (vt Seruius ait) à Typhone fratre clàm occisus, ab Iside diu quæsitus est. Tandem apud phialam iuxta Syenem laceratus repertus est, curauítque eum Isis sepeliendum in Abato insula eius paludis, quæ Memphi proxima est: quam etiam Stygem, id est, mœrorem appellauit: nec nisi sacerdotes, certis diebus, eósque mitratos eò accedere voluit. Sed quum apparuisset Ægyptiis deinde bos quidam, Osirim putarunt, adorauerúntque vt Deum, & vocauerunt Apim, id est, bouem, eorū lingua. Deinde dictus est Serapis. { Ein gott der Aegyptier vnder der gestalt eines Ochssen. } Tibull. lib. 1. Eleg.

Te canit atque suum pubes miratur Osirim
Barbara mephitem plangere docta bouem.

Martial. lib. 9. non illam mille catastæ vincebant, nec quæ turba Serapin amat. De Osiride sic habet Eusebius lib. 1. de præpar. Euang. Diodorum Siculum inducens: Ægyptios ferunt primos omnium motum, ordinémque cælestium corporū admiratos, Solem & Lunam deos putasse, ac Solem quidem Osirim, Lunam Isim nuncupasse, à proprietate quadam inditis ipsis nominibus. Nam siquis ad Latinam linguam verba transferat, multioculus Osiris dici potest, neque id abs re. Radiis enim suis quasi multos rebus immittit oculos, quibus omnia perspicit: vt etiam Poëta dicit, Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras. Quamuis nonnulli Græcorum poëtæ Dionysium esse Osirim confingant. Isim verò, priscam Latinè dicere possumus: Lunæ hoc nomine indito, quoniam sempiterna, prisćaque sit. Cui idcirco cornua depingunt, vel quia quum minor est, cornuta videatur: vel quòd bos ei apud Ægyptios sit dedicata. Ferunt Osirim Ægyptios insitionem & aratrum, viníque vsum primum reperisse, aliáque nonnulla, quæ latè prosequitur Tibull. lib. 1. Eleg. ¶ Osiris item herba est ramulos ferens nigros, tenues, lentos, & in iis folia nigra ceu lini, seménque in ramulis nigrum initio, deinde colore mutato rubescēs. Verba sunt Plinij lib. 27. c. 21. Vulgus Herbariorum Linariam vocat. { Leinkraut / Harnkraut / Scheißkraut. }

Ōsīrītes, ὀσιρῖτις, ab Ægyptiis dicitur herba quam cynocephaliam, hoc est, canis caput vocāt, quòd canino capiti sit similis. Tradunt siquis eam totam eruat, statim mori. Plin. lib. 30. c. 2. Vide ea quæ suprà tradidimus in dictione Cynocephalia.

Osismii, populi sunt Galliæ Lugdunensis ad Ligerem amnem. Plin. lib. 4. c. 18. Cæsar Ossismos vocat.

‖ Osmylus, ὀσμύλος & ὀσμύλη, polypi genus, à graui odore (ὀσμῆ) nomen habet.

Osnabruga, siue Osnabrugum, Osenbrug, V. E. Germaniæ, sub A. Coloniensi. ‖

Ospratura, vocabulum fictum ex Græco ὄσπρα, quod varias fruges minutas & legumina significat, vt autor est Hesychius. Arcad. l. vltim. §. 2. D. de mun. & honor. Elemporia & Ospratura apud Alexandrinos patrimonij manus existimatur, id est, minutarum frugum publicè coëmendarum cura.

Ōsquĭdātes, populi sunt Galliæ Aquitanicæ, apud Plin. lib. 4. cap. 61.

Ōssă, æ, Ὄσσα, mons in finibus Thessaliæ, Centaurorum stabulum, quem Seneca dicit olim Olympo fuisse coniunctum, Herculis etiam opera fuisse abscissum ab ea parte vbi per Tempe fluit Peneus fluuius. Lucan. lib. 1.

——— & tantus in æthera clamor
Quantus pinifera Boreas quum Thracius Ossa
Rupibus incubuit.

Ōssæŭs, a, um, ὀσσαῖος, denominatiuum. Lucan. lib. 6. Thessaliam qua parte diem brumalibus oris Attollit Titan, rupes ossæa coërcet.

‖ Osseria, Ossery, prouincia seu Comitatus Hiberniæ, vnà cum Comitatu Ormondiæ & Comitatu Palatino Typeruræ. ‖

Ōssĭcĕtānĭă, Regio Hispaniæ Bæticæ vicina: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

‖ Ossifraga, genus aquilæ. Quidam distinguunt Ossifragum & Ossifragam. tu vide. ‖

Ossillo. Apud Plaut. in Amphit. sc. 1. a. 1. pro os occillet putant, q legi posse ossillet. Sed occillo putatur rectius.

Ōsŏnŏba, Ὀσσόνοβα, Lusitaniæ ciuitas non procul ab Anæ fluuij ostiis, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 5.

Ossum, vide Os, ossis. Ossum, pro Os, rectè dici negat Palæmon.

‖ Ostacus, ὄστακος, idem quod astacus: piscis.

Ostatus in ll. vet. Ostatus de via, i. e. læsus, l eliso, pro obstatus, quod veter. obstitus, id vide.

ŌSTENDO, is, i, sum, & tum, ex Os & tendo, sicut fit in Oscito, & Oscillo. { הראה hereáh הודיע hodhiah הורה horáh. ἀποδείκνυμι, ἐμφανίζω, προφαίνω. GALL. Monstrer. ITAL. Dimostrare. GERM. Zeigen. HISP. Mostrar. ANGL. To shew, to open as one doth his wares. } Os enim pro facie sæpè ponitur, quæ pro toto corpore, & non solùm hominis, sed etiam cuiuslibet rei specie sumitur, vt Donatus in illud Terent. in Eunuch. O faciem pulchram. Faciem, inquit, modò non partem corporis dicit, sed totam speciem quæ apparet & cernitur. Itaque ostendo significat demonstro, quia ostendo est os, hoc est, speciem, seu faciem rei monstro. Terent. in Eunuch. Iámne ostendisti signa nutrici? Cicer. pro Cecin. Sicut & viuus multis ipse rebus ostendit, & in morte sua testamento declarauit. Terent. in Adelph. Te plura in hac re peccare ostendam. Ouid. 13. Metam.

——— Et ostendit signum fatale Mineruæ.

Dij nobis animum ostenderunt suum. Plaut. Capt. sc. 2. a. 2. (i. iram.) Age, ostende huc manus. (de fure.) Idem Aul. sc. 3. a. 4. & alibi sæpiùs. Tu tua oratione animum ostendisti tuum. Idem Asin. sc. 1. a. 1. Hoc facto se ostendit. (i. demonstrauit qualis sit. Ibid. sc. 2. a. 5.

——— Ostendit quòd iam præfoderat aurum.

Ouid. 13. Metamorph. Ostendere perfugum. Velleius, Ostendere ipsum, idem. Si datur hodie mastigiam apprehendere, ostendam quid sit herum fallere minis. Plautus Amphith. Ostendunt se ad nouissimè. Cæs. lib. 1. bell. ciuil. Dare pacem, non tantùm ostendere. Liu. lib. 7. d. 4. Qui se prætori in hortis ostenderat, nec erat productus. Quintilian. ¶ Ostendere se virum, Terent. in Eunuch. Nunc te Parmeno ostendes qui vir sies: ostendere se optimè, est optimè se gerere. Cicer. ad Quint. frat. coss. se optimè ostendunt. De his primùm partibus ostendendum est, deinde &c. id est, hæ partes primùm declarandæ sunt. Autor ad Heren.

Ostentionales milites, Lampridius in Alexandro.

Ōstentŭs, a, um, participiū, Demonstratus. { נראה niréeh. ἐπιδεδειγμένος. GAL. Mõstré. ITAL. Dimostrato GERM. Gezeigt. HISP. Mostrado. ANGL. Schewed. } Pacuuius, In ipso tempore ostentum senem, id est, demonstratum. Cato de re rust. c. 6. Ager oleto conserundo, qui inuentum Fauonium spectabit, & Soli ostentus erit: alius bonus nullus erit. Varro lib. 1. de re rust. c. 25. Qui locus optimus vino sit, & ostentus Soli ammineum seri oportere. Dicitur & Ostensus, per s. vt Cædes ostensa Syllæ. Lucan. lib. 2.

Ōstentŭs, us, nomen, Irrisio dicitur. קלס kéles. χλεύη. GALL. Derision, quand on monstre quelqu'vn au doigt. ITAL. Schorno & disprezzo. GERM. Ein Fingerzeigt/verspottung. HISP. Escarnecimiento. ANGL. A mocking and shewing by putting out the finger. } Salust. in Iugurth. Sed quoniam eò natus sum, vt Iugurthæ scelerum ostentui essent. Tacitus lib. 1. Corpora extra vallum abiecta ostentui. Diomed. lib. 1. Et in orat. Lepidi, Quia secundæ res miræ sunt vitiis ostentui, apud Salust. Sed illic legend. obtentui. Tacit. lib. 19. mittere aliquem ostentui. Salust. Iugurth. Illa deditionis signa ostentui esse credere.

Ōstento, as, frequentatiuum ab ostendo, Sæpe ostendo. { ἐπιδεικνύω. GAL. Monstrer souuent. ITAL. Dimostrare spesso. GERM. Vil vnd oft zeigen. HISP. Monstrar à menudo. ANGL. To shew often. } Plaut in Aulul. sc. 4. a. 1. Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera. Ostentare ætatis honorem. Cæs. lib. 3. de bell. ciuil. Quid autem est aurum & purpuram amatori quod suum esse nolit, ostentarier? Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1.

Desine Tydiden verbisque & murmure nobis
Ostentare meum,

Ouid. 13. *Metam.* ¶ Ostentare alicui periculum capitis, est minari mortem. Cicer. *pro Cluent.* ¶ Ostentare iugulum pro capite alterius, est exponere periculo vitæ pro altero, idem *ad Att. lib.* 1. ¶ Aliquando ostento ponitur pro iacto, glorior, effero. { התפאר *hithpaér.* ἀλαζονεύομαι. GAL. *Monstrer par vaine gloire.* ITAL. *Vantarsi* GER. Spieglen/ vmb ruhms willen zeigen. HISP. *Mostrar algo con vana gloria.* ANGL. *To vante or bragge for glorie.* } Terent. *in Eunuch.* Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas ostentat.

Ŏstentātŭs, a, um, particip. { נראה *nireéh.* ἐπιδεδειγμένος. } Terent. *Eunuch.* an ego occasionem Mihi ostentatam tam breuem, tam optatam, tam insperatam, Amitterem? Cicer. *pro Rosc. Com.* promissa liberalitate alicuius, & ostentata pecunia.

Ŏstentātŏr, Iactator. { מתפאר *nithpaér* מתהלל *mithhallél.* σοβαρός. GALL. *Vanteur.* ITAL. *Vantatore.* GERM. Ein spiegler / der vmb ruhms willen etwas herfür thut/ vnd zeigt. HISP. *Vano, glorioso.* ANGL. *A bragger, a vanter.* } Liu. 1. *ab Vrbe,* Ostentator factorum. Plaut. *in Curcul. sc.* 1. a. 4. In medio propter canalem, ibi ostentatores meri. Et Gell. *cap.* 1. *lib.* 4.

Ostentatrix, quæ se ostentat ac venditat. κομπασής. Apuleius *in Apologia.* Quàm mi proba iuuenum circunspectatrix, quàm immodica sui ostentatrix.

Ŏstentārĭŭs, τερατοσκόπος, prodigiorum, portentorum & signorum inspector & interpres. Macrob. *Saturn. lib.* 3. c. 7. Et super hoc liber Tarquinij transcriptus ex ostentario Tusco.

Ŏstentātĭo, Iactantia, iactatio. { גאון *ghaón* גאות *gheúth* גאוה *ghaaváh.* ἀλαζονεία. GAL. *Vanterie.* ITAL. *Vantamento.* GERM. Fürhin spieglung/ pracht/ zeigung vmb rhums willen. HISP. *Vana gloria.* ANGL. *Bragging, vanting.* } Cic. 4. *de fin.* Gloriosa ostentatio in constituendo summo bono. Idem *pro Rabirio,* Quod genus tandem est illud ostentationis gloriæ? Cæs. 1. *bell. ciu.* Ostentatio sui.

Ŏstentum, i, ab ostendo, dicitur res aliqua inusitata quæ futurum aliquid ostendit, portentum, prodigium, monstrum, quanquam inter hæc nonnihil intersit. { מופת *mophéth.* τέρας. GALL. *Monstre qui auient contre le cours naturel, chose prodigieuse.* ITAL. *Mostro, prodigio.* GERM. Ein wunderzeichen/ wunderficht / etwas das sich wider der natur lauff erzeigt. HISP. *Milagro que significa algun mal mostro.* ANGL. *A moustrer, a thing against the common course of nature.* } Monstrum quod contra naturam fit, vt quum nascitur aliquid membris alterius generis, quod & pro monstrum quandoque dicitur, quasi porrò aliquid monstrans, siue monens. Portentum, teste Festo, quod licèt naturale sit, rarò tamen se ostendit, & futurum aliquid cum temporis interuallo denuntiat. Prodigium, quod etsi naturaliter fit, ac sæpè euenit; semper tamen aliquid præsagit mali: ita dictum quasi porrò agendum. Confunduntur tamen hæc, & pro eodem significato accipiuntur, omniáque ab eo quòd futurum aliquid ostendunt, dicta sunt. Labeo, referente Vlpiano *in l. ostentum. ff. de verborum signif.* definit ostentum esse contra naturam cuiuscunque rei genitum, factúmque. Duo autem sunt genera ostentorum. Vnum, quoties quid contra naturam nascitur: alterum, quum quid prodigiosum videtur. Suet. *in Cæs.* Cunctandi ostentum tale factum est: Quidam eximia magnitudine & forma in proximo sedens, repentè apparuit arundine canens. ¶ Accipiuntur etiam ostenta in bonam partem, Suet. *in Vespasiano.* Iampridem sibi per hæc ostenta conceptam in spem imperij venit. Idem *in Tiber c.* 19. Prælia constantiùs inibat, quoties lucubrante se deciderent lumen & extingueretur, ostento (vt ipse aiebat) sibi, & maioribus suis expertissimo. Plin. *lib.* 16. c. 32. Factū hoc pop. Rom. Quiritibus ostentum Cimbricis bellis, Nuceriæ in loco Iunonis, vlmo postquam etiam acumen amputatum erat, quoniam in aram ipsam procumbebat, restituta sponte, ita vt protinus floreret: à quo deinde tempore maiestas Populi Romani resurrexit, quæ antea vastata cladibus fuerat.

Ŏstentĭferum, ferens ostenta. τερατώδης.

Ŏstentōsŭs, a, um, quod ostentum facit. vt à Prodigium, Prodigiosus, τεράστιος.

‖Osteocollum, herba muralis. Hip.‖

Ŏsteōdēs, ὀστώδεις. Insulæ sunt Siciliæ adiacentes ab ea parte qua Africam spectat. Autor Plin. *lib.* 3. c. 8.

‖Ostfalus. Ostfali & VVestphaliæ, populi Saxoniæ.‖

Ŏstĭă, æ, ὤστια ἡ Stephano: ὤστια τὰ Straboni, vrbs in ostiis Tyberinis sita, ab Anco Martio condicta (vt inquit Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*) in ipso maris fluminísque confinio, vt totius mundi opes illò, veluti maritimo vrbis hospitio, reciperentur. Ab hoc Ostienses. ὠστιάται καὶ ὠστιανοὶ dicti.

Ŏstĭensis porta Romæ dicitur ea quæ Ostiam versùs ducit, ὠστιανὴ πύλη. Ea nunc sancti Pauli porta appellatur.

Ostigo, inis, fæm. gen. aliàs mentigo. Videtur in agnis & hœdis id fermè malum esse, quod in hominibus mentagram appellant. Colum. *lib.* 7. c. 5 Est etiam mentigo, quam pastores ostiginem vocant, mortifera lactentibus.

Ŏstĭum, ij, Ianua, fores. { שער *schaár.* θύρα. GALL. *Huis, entree.* ITAL. *Vscio, porta.* GERM. Ein thür. HISP. *La puerta donde entramos y salimos.* ANGL. *A dore or gate.* } Ab obstando quidam deducunt, quod ingredi volentibus obstet. Quidam ab Os, oris, quòd sit id per quod ingrediamur vel domum, vel quencunque alium locum. Alij à Græco ὠθεῖν, quod est repellere. Vnde ratio exigit vt sine aspiratione scribatur, licèt nonnulli deductis ab eo nominibus aspirent. Terent. *in Eunuch.* Tu abi, atque ostium obsera intus, ego dum hinc transcurro ad forum. Non crepuit ostium, non velum eleuatum, Senec. *Epistol.* 81. Nihil est quà transire hoc possit, nisi rectò ostio, Plaut. *Mil. sc.* 3. a. 2. Oportet me hoc obseruare ostium. *Ibidem.* Propera monstrare vbi ostium lenonis ædium, idem *Pseud. sc.* 1. a. 4. Ostium pulsabo, *ibid. sc.* 2. a. 2. Euocate ante ostium, idem *Menach. sc.* 2. a. 4. Abi intus, & occlude ostium, idem *Mostell. sc.* 1. a. 2. Est autem ostium notæ significationis. Ostiorum latera, Antes vocamus: à quibus antepagmenta, valuarum ornamenta Cicer. 1. *de Orator.* Vt illud Nasicæ, qui quum ad poëtam Ennium venisset, eique ab ostio quærenti ancilla dixisset domi non esse, &c. Idem 5. *Tuscul.* Soláne beata vita quæso relinquitur extra ostium liménque carceris. ¶ Ostium Acherontis, i. Orci ianua, manium postis, Manalis lapis, vt suprà adnotatum, χαρώνιον, vbi fœda & grauia halitu tetro spiracula. Apud Cicer. 1. *Tuscul.* Inde in vicinia nostra Auerni lacus, vnde animæ excitantur obscura vmbra, aperto ostio Alti Acherontis falso (alij *salso*) sanguine mortuorum imagines. Plaut. Archeruntis ostium in nostro est agro. Dicitur & Ianua Orci. Lucret.

Ianua nec puteis Orci regionibus illis
Creditur.

Vide *Manalis.*

Ŏstĭă, orum Fluuiorum exitus, per quos in mare exonerantur. { ἐκβολαὶ τῶν ποταμῶν. GALL. *Les bouches d'vne riuiere, ou leurs entrees en la mer.* ITAL. *Le bocche de fiumi.* GERM. Die außgäng der wasserflüß in das meer. HISP. *Los puertos donde el rio sale en la mar.* ANGL. *The places en where floodes rhunneth into the sea.* } Virg. 1. *Æneid.* Italiam contra, Tiberináque longè Ostia. Nominatiuus eius singularis est Ostium, quo vtitur Cic. 2. *Philip. & pro Lege Manilia,* vt iam diximus, & non vno in loco Plinius. Malè nonnulli putauerunt in hac significatione carere singulari numero. Virg. 1. *Æneid.*

Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.

Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 1.

———Vasti secet ostia ponti.

Ŏstĭŏlum, i, dimin. θύρεον, θυρίδιον. GAL. *Huisset, ou petit huis.* ITAL. *Vsciola, porticella.* GERM. Ein thürlin. HISP. *Puerta pequeña.* ANGL. *A litle dore or gate.* } Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. Adeò vt ostiola olitoria ex his factitari cœperint. Colum. *lib.* 8. *cap.* 14. Quas singulas satis est habere quoquouersus pedes ternos & aditus singulis firmis ostiolis munitos.

Ŏstĭārĭŭs, ij, Ostij custos, ianitor. { שוער *schoér.* θυρωρός. GALL. *Portier, huissier.* ITAL. *Portinaio.* GER. Ein thürhüter. HISP. *Portero.* ANG. *A porter, a dore keeper.* } Cuius fœmininum est Ostiaria. Plin. *lib.* 12. *cap.* 14. Præter hos & custodes, satellitésque, & ostiarij, ministri populantur. Varro 1. *de re rust. cap.* 13. Eúmque scire qui introeat, aut exeat noctu, quidve ferat, præsertim si ostiarius est nemo.

Ŏstĭātim, aduerbium, Per singula ostia. { κατὰ θύρας. GALL. *D'huis en huis, par le menu.* ITAL. *A porta à porta.* GERM. Von einer thür zur andern/ Von hauß zu hauß. HISP. *De puerta en puerta.* ANGL. *Frome dore to dore.* } Quintilianus, Nec sectanda singula, & velut ostiatim pulsanda. Cicer. 6. *Verr.* Ostiatim pro Nominatim, siue singulatim, translatè vsurpauit: Hic, inquit, nolite expectare, dum ego hoc crimen agam ostiatim, &c. Idem 6. *Verrina.* Qui præteriens, lectica paulisper deposita, non per præstigia, sed palàm per potestatem, vno imperio ostiatim totum oppidum compilarit. Ostiatim quærere exempla Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Mart.*

Ostius, primus parricida Romæ: & quando, Plutarch. *in Romulo.* Vide infrà in *Parricida.*

Ŏstrăcĭās, siue Ostracites, pen. prod. ὀστρακίτης. Gemma est testacea, cuius duæ ponuntur species à Plin. *lib. vlt. cap.* 10. altera similis achatæ, nisi quòd achates politura pinguescit: altera tam dura vt aliæ gemmæ fragmentis eius scalpantur. Nomen accepit hæc gemma ab ostrei similitudine. ¶ Est etiam Ostracites lapidis genus testæ similitudinem habens, cuius vsus est pro pumice ad læuigandam cutem. Plin. *lib.* 36. *cap.* 19.

Ŏstrăcīnă Suffragia Atheniensium dicebantur, quòd ea in figulinis scribi solebant, αἱ δι' ὀστράκων ψῆφοι, vt latiùs ostendemus in dictione sequenti.

Ostracinda, lusus genus, quo ducta linea dispertitos in partes pueros dispescit, mox proiecto pileo (olim id fiebat ostrato) pars, quæ supinum pronúmve eius casum diuinârit, alteram in fugam insequitur, deprehensus (asinum nominabant) considet, repetitque cantionem, quæ sonat, Holl oder voll / quod, est, cauúmne an plenum: velut olim is diuinandum occinebat, Nox, an dies. ὀστρακίνδα Polluci. Hadr. iun. *in Non.*

Ŏstrăcĭsmŭs, ὀστρακισμός, Relegationis genus. Nam ciuitates olim quæ populari statu regebantur, eos qui excellere videbantur, vel propter diuitias, vel propter amicos, aliámve potentiam, extra ciuitatem relegare solebant ad tempus, sicut docet Arist. *lib.* 3. *Politic.* non ad criminis improbitatem castigandam, sed ad potentiam moderandam. Erat autem definitum ostracismi tempus apud Athenienses annorum decem. Dictus ostracismus ἀπὸ τῶν ὀστράκων, hoc est, à testulis in quibus suffragia scribi solebant. Solet autem ostracismus peragi hoc modo: Testulæ viritim in consilio dabantur, in quibus quisque nomen illius perscribebat, quem vrbe cedere voluisset: Magistratus verò qui huic negotio præerant, vniuersos simul calculos recensebant: qui nisi sex millium numerum excessissent, nil confectum esse iudicabatur. Qui verò hoc suffragiorum numero damnatus erat, eum ad decennium in certum locum relegabant vbi bos æneus erat magnitudine visenda. Vnde factum est, vt qui illic exulabant, bouem seruare dicerentur. Hoc ostracismo Themistocles, Cimon, & Aristides mulctati fuere. De Aristide legimus: quùm iuxta eum quidam rusticus illiteratus sederet, ipsi Aristidi testam dedisse, vt nomen suum scriberet. Admiratus id Aristides, interrogauit, nunquid ipsum cognosceret. Minimè, inquit, sed quia cæteri ita sentiunt, ego quoque ita censeo eum esse damnandum. Hoc Latini testulatum exilium vocant.

Ŏstrăcĭum, ij, Latinè testa, Græcè ὀστράκιον. Vnde testaceum pauimentum, vulgo nunc *Ostracum* vocant. ¶ Ponitur quandoque pro onyche. Plin. *lib.* 32. c. 10. Inuenio apud quosdam ostracium vocari quod aliqui onychem vocant.

OSTREA, æ, vel Ŏstrĕum, i. { ὄστρεον. GALL. *Huistre ou autre poisson en escaille.* ITAL. *Ostrica.* GERM. Allerley Meerfisch oder Meerschnecken die in herten vnd rauchen schallen oder muschelen ligen. HISP. *La ostia de la mar.* ANGL. *An oister.* } Generale nomē est ad omnes eos pisces qui asperam, scabrámque testam habent: qui autem læuem & planam habent testam, propriè conchæ dicuntur. Quanquam generaliter ostrea quoque Conchæ dicantur: sicut & ea quæ ex vno tantùm latere testam habent, altero scopulis, aut lapidibus, alterive maternæ adhærentes. Nam testæ ipsæ duriores, propriè conchæ dicuntur, quales sunt cochlea

cochlearum. Seneca, Quid ostreum sapiat, quid mullus, optimè nosti. Horat. *lib.* 1. *Sermon.* Ostrea callebat primo deprendere morsu. Iuuenal. *Satyr.* 6.

Grandia quæ mediis iam noctibus ostrea mordet.

Ostrea Tarentina optima. Gell. *c.* 16. *lib.* 7. Et Lucrina. Senec. *Epist.* 79. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Dicta ostrea à Græco: nam sicut nos à testa testudinem vocamus, siue hoc sit animal quod veluti testa tectum est, siue id genus ædificij quod ex testa est compositum, vel ad testudinis similitudinem est factum: sic Græci ὄστρεα ἀπὸ τοῦ ὀστράκου, id est, ostrea à testis nominauerunt. ¶ Dicuntur etiam ostreæ fœminino genere. Gell. *lib.* 20. *cap.* 9. Ostreæ, senescente Luna, inhuberes, macræ, tenues, exuccæ sunt; crescente Luna pinguescunt. Spondylus, dicitur callosum illud rotundum albicans, quod intus habet in medio, à similitudine spondyli, quod nos verticulum dicimus. Nam reliqua caro circunspersa, lacinia dicitur. Vide Plin. *lib.* 32. *cap.* 6.

Ostrearius, a, um, adiectiuum, quod ad ostrea pertinet. { ὀστρεῶδ. GALL. *Appartenant à huistres.* ITAL. *Pertinente à ostriche.* GERM. Das zu solchen Meerschnecken gehört. HISP. *Perteneciente à ostias.* ANGL. *Belonging to oisters.* } vt, Ostrearius panis. Plin. *lib.* 18. *cap.* 11. Panis ipsius genera prosequi superuacaneum videtur, aliàs ab obsoniis appellati, vt ostrearij. Ostrearius autem panis est, quo veteres cum ostreis vesci solebant.

Ostreariæ, arum, vbi ostreæ viuunt, & capiuntur. { ὀστρεοτροφεῖα. GALL. *Le lieu où se nourissent huistres, ou autres poissons en escaille.* ITAL. *Luogo doue pongono ostriche.* GERM. Oerter in welchen die Meerschnecken sind/vnd auch gefangen werden. HISP. *El biuar ò estero de ostias.* ANGL. *Places where oisters ar fedde and taken.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 51. Nuper compertum in ostreariis, humorem his fœtificum lactis modo effluere.

Ostreatus, a, um, Durus, asper. { קשה *kaschéh.* ὀστρεώδης. GALL. *Dur, aspre.* ITAL. & HISP. *Duro, aspero.* GERM. Hert/rauch / als die schalen der Meerschnecken. ANGL. *Hard, rogugh.* } Plaut. *in Pœn.* Itaque iam quasi ostreatum tergum vlceribus gestito Propter amorem vestrum.

Ostreosus, ostreosior, abundans ostreis. Terent. *Maurus in exemplo Priapei carminis,*

Nam te præcipuè in suis vrbibus colit ora
Hellespontia, cæteris ostreosior oris.

Ostrifer, a, um, adiect. quod ostreum producit. { ὀστρεοφόρος. GAL. *Qui porte huistres.* ITAL. *Che produce ostriche.* GERM. Das vil Purpurschnecken hat oder bringt. HISP. *Que trahe ò cria ostias.* ANGL. *That beareth or bringeth oisters.* } Virg. 1. *Georg.*

Pontus & ostriferi fauces testantur Abydi.

‖Ostrigillator, reprehensor dictus à strigilibus vehementer stringentibus. Turn. ‖

Ostrinus, a, um, quod ostro est tinctum, vel quod ostri colorem habet. ארגמן *arghaman.* ὀστρεῖος. GALL. *De couleur de pourpre ou escarlate.* ITAL. *Scarlato, di color purpurino.* GERM. Das purpur farb ist. HISP. *Cosa de color de purpura, o grana.* ANGL. *Of the colour of purple.* } Ostrinæ vestes, dictæ purpureæ, & subrubeæ, teste Nonio. Turpilian. Interea inspexit virginem gestantē in capite riculam, indutam ostrinam. ὀστρεία ἱμάτια Varro *in Eumenid.* Aurora ostrinam hic indutus supparum.

Ostrum, i. { ארגמן *arghaman.* ὄστρον GALL. *Pourpre ou escarlate.* ITAL. *Porpora, escarlato.* GERM. Deß schweiß oder blut der Meerschnecken so die purpurfarb gibt. HISP. *La purpura, o grana.* ANG. *Scarlette in graine.* } Propriè sanies illa dicitur, & liquor qui ex murice, seu conchylio eximitur ad pretiosarum lanarum infecturam. vnde pro ipso colore muriceo ponitur. Conchylium enim, murex, & ostreum in eadem significatione sumuntur. Virg. 4. *Æneid.*

——Tyrióque ardebat murice lana.

Idem 2. *Georg.*

Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Hic, qui Sidonio fulget sublimis in ostro.

Iuuenal.

Horum ego non fugiam conhylia?

id est, vestimenta murice infecta. ¶ De ostri natura tradiderunt scriptores non habere in omnibus locis quibus nascitur vnius generis colorem, sed Solis cursu naturaliter temperari. Itaque quod legitur in Ponto & Gallia (quia hæ regiones sunt proximæ ad Septentrionem & Occidentem) inuenitur liuidum. Quod autem legitur ad Æquinoctialem exortum, violaceo colore. Et maioribus quidem conchyliis dextracta concha succum, eximunt, minora trapetis frangunt, ita demum rorem eum eximentes. Ostri autem appellationem accepit quod Græci τῶν ὀστρέων nomine etam murices, seu conchylia comprehendant. Plin. *lib.* 9. *c.* 36. & 37. videtur distinctas habere species, muricem, purpuram, & conchylium. Similiter Nonius ostrinum colorem distinguit à murice, quòd Ostrinus color sit subrubeus, Murex purpureus. Sed hæc (vt iam dixi) à scriptoribus confunduntur.

Ostrya, vel Ostrys, vocatur arbor quę solitaria nascitur circa saxa aquosa similis fraxino, cortice & ramis, folio pyri, paulò tamen longioribus crassioribúsque, ac rugosis incisuris materia dura atque firma: qua in domum illata difficiles partus fieri, mortésque miseras veterum superstitio exstimauit Plin. *lib.* 13. *c.* 21.

Ostus, vel potiùs Hostus à veteribus appellabatur quod ex vno facto olei purum purgatúmque relinquit. Factum verò dicebant quod vno tempore conficerent, quem alij centum sexaginta modiorum, alij centum viginti faciebant. Vide Catonem *de re rustica cap.* 6. & Varronem *lib.* 1. *c.* 24. apud quos legitur *hostus* per aspirationem.

Osus, vide *Odio, is.*

Oracilius Marci Marcelli frater. Plutarchus *in Marcell.*

‖ Otacusta, ὠτακουστής. in Gloss. exponitur *auricularius,* qui scil. auribus aliorum sermones sublegit & defert. ‖

Otalgia, ὠταλγία, aurium dolor, ὤτων ἄλγος.

Otenchytes, ὠτεγχύτης, instrumentum, quo aliquid in aures infunditur.

O T

Otanes, ὀτάνης, Persa nobilis, vnus ex his qui cum Dario in Magos con-

iurarunt. Vide latiùs apud Herod. *lib.* 3.

‖Othonia, siue Ottonia, *Odensce.* V. E. Daniæ, sub A. Lundensi. ‖

Othonne, ὀθόννη, herba, quæ in Syria nascitur, similis erucæ, perforatis crebrò foliis, flore croci; quare quidam anemonem vocauerunt, Plin. *lib.* 27. *cap.* 12. Dioscoridi othonne prorsus fuit incognita, vt qui hoc nomine ab aliis herbam, ab aliis succum, à quibusdam etiam lapidem accipi tradiderit, neque in re tam controuersa quid ipse sentiret explicare ausus sit.

Othryades, ὀθρυάδης, nomen Lacedæmonij viri, qui cùm controuersia nata esset inter Lacedæmonios & Argiuos de agro Tyreate, placuissétque vt ea lis trecentorum vtrinque prælio decideretur, solus ex Spartiatis superfuit, duobúsque, qui ex hostibus reliqui erant, in fugam versis, patriæque parta victoria, ne solus ex sociis in patriam rediret, sibi manus intulit. Autores Valer. *lib.* 3. *c.* 2. Plut. *in Paral.* & Ouid. *in Fastis.*

Othrysius, adiect. vt Hebrus Otrysius, in Claudiano.

Othrys, ὄθρυς, Thessaliæ mons est, non procul ab OEta Centaurorum olim sedes. Luc. *lib.* 5.

Solstitiale caput nemorosus submouet Othrys.

Otia, piscis est marinus, ex genere ostrearum. Plin. *lib.* 32. *c. vlt.*

Otis, ὠτίς, auis est minor bubone, & maior noctua aures plumeas habens eminentes, vnde & nomen accepit. Vide Plin. *lib.* 10. *c.* 23. Sunt qui Latinè Asionem vocent.

Otium, vide *Ocium.*

Otyeus, ὀτρεύς, & Mydon, fratres fuerunt Hecubæ & filij Cissei, & patrueles Polymnestoris, vt annotauit Porphyrius *in* 3. *Iliad.*

Otus, ὦτος, & Ephialtes, filij Neptuni fuerūt ex Iphimidea Aloei vxore, quos poëtæ fabulantur nono ætatis anno in nouem iugerum altitudinem excreuisse, quo corporis robore fretos, etiam diis bellum mouere: montésque montibus imponentes, cælum ipsum oppugnare ausos, donec Apollinis teli confixi, temeritatis suæ pœnas dedere. vide Homer. *lib.* 11. *Odyss.*

O V

Oualis, Ouans, Ouatio, Ouatus, nomen, Ouatus participium, vide *Ouo, as.*

‖ Ouetum, Ouiedo, Academia, & V. E. Hispaniæ, ab omni iurisdictione Archiepiscopali exempta. ‖

Ouis, is, pecus balans, à Græco ὄϊς, interposita u, propter hiatum. Pecus lanigera, Lanicutem vocat Pacuuius. { צאן *tson.* GALL. *Brebis.* ITAL. *Pecora.* GERM. Ein schaaff. HISP. *Oueja.* ANGL. *Sheepe.* } Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Vt malis lupos apud oues linquere. Cicer. 2. *de natura deorum,* Ouium villis confectis, atque contextis homines vestiuntur. Ouem masculino genere legi admonent Festus & Nonius. Varro rerum humanarum *lib.* 27. Vt etiam putantibus, qui oues duos, non duas dicunt. Homerum sequuti, qui ait, μῆλ' ὄϊες τι. Idem M. Terentio quando citatus neque respondit, neque excitatus est, eum ego vnum ouem multam dico: *excusatus* alij legunt. Gell. *lib.* 11. *cap.* 1. autor est, in multis dicendis hoc semper obseruatum fuisse, vt Ouem virili genere appellarent, alioqui multam iustam non videri. Vsitatum tamen magis est in fæminino genere. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Opilio qui pascit alienas oues habet aliquam peculiarem. (metaphor. de amantibus.) Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Lanij concinnant liberis orbas oues.

Ouicula, dimin. Significat paruam ouem, προβάτιον.

Ouicula, cognomen Fabij Maximi, & cur, Plutarch. *in Fabio.*)

Ouinus, a, um, quod ex oue est. { προβάτειος. GALL. *De brebis ou mouton.* ITAL. *Pecorico.* GERM. Schäffin. HISP. *Cosa de oueja.* ANGL. *Of sheepe.* } vt Pellis ouina. ¶ Cauda ouina. Seren.

Aut tu sume pilam, quæ caudis hæret ouinis.

Ouillus, a, um, Ouinus. προβάτειος. Plin. *lib.* 19. Quin & ouillo fimo vti, quoniam aliud herbesceret.

Ouile, is, locus in quo oues morari solent, siue in quem oues sese recipiunt. { מכלא *miclà.* ποίμνη. GALL. *Bergerie, estable à brebis.* ITAL. *Ouile stalla du pecore.* GERM. Ein schaaffstal. HISP. *Aprisco do se acogen las ouejas* ANGL. *A folde or seepe cote.* } Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 1. *Trist.*

Incustoditum captat ouile lupus.

Liuius 6. *bell. Pun.* Datum secreto in ouili cum his colloquendi tempus.

Ouid. 13. *Metam.*

——tepidis in ouilibus agni.

Idem 3. *de Arte,*

Dixerit è multis aliquis, Quid virus in angues
Adiicis & rapidis tradis ouile lupis?

Ouiaria, æ, Ouium grex. { צאן *tson.* ποίμνη, προβάτων ἀγέλη. GALL. *Bergerie, troupeau de brebis.* ITAL. *Greggia.* GER. Ein schaaffschar. HIS. *Manada de ouejas.* ANGL. *A flock of sheepe.* } Varr. *in prologo* 2. *libri de re rust.* Quod eo faciliùs faciam, quod & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias, & Reatino equarias.

Ouiaricus, a, um, possessiuum ab oue deriuatum, ad oues pertinens. { προβατικός. GAL. *De brebis.* ITAL. *Pecorino.* GERM. Des schaaffs. HISP. *Cosa de oueja.* ANG. *Of sheepe. lib.* 7. *c.* 6. Et quoniam de ouiarico satis dictum est, ad caprinum pecus nunc reuertar.

‖ Ouispex, ouium inspector. Gl. Isid. Vet. Vocab. Ouispex, qui, vel quæ viscera ouium inspicit. ‖

Ouo, as, verbum defectiuum. Lætor, & lætitiam vociferando, seu canendo præ me fero, & ostento. { הרע *herah.* ἀλαλάζω. GALL. *S'esiouir.* ITAL. *Alegrarsi.* GER. Sich hefftig freuwen/ Von freuden singen/ auffspringen/ jauchtzen/ &c. HISP. *Alegrarse.* ANGL. *To reioyce with noize or voice in a multitude.* } Liuius *lib.* 2. *ab Vrbe,* Romani ouantes ac gratulantes Horatium accipiunt, eò maiori cum gaudio, quò propius metum res fuerat. ¶ Ouare item dicebantur Imperatores quibus re benè gesta non triumphus, sed species triumphi decreta erat, quæ dicebatur Ouatio. Idem Liu. *lib.* 1. *ab. Vrbe,* Duplicíque victoria ouantem Romulum, &c.

Ouans, particip. esse videtur à verbo Ouo, quod rarò apud probatos autores inuenies: quum Ouans nusquam non occurrat. { מרע *merá.* ἀλαλάζων GALL. *Triomphant.* ITAL. *Triomphanti.* GER. Freuwend/ von freuden jauchtzend. HISP. *Que se alegra, ò triumpha.* ANGL. *Reioycing.* } Cic. 2. *de*

Oratore,

Oratore, Aſcendit ouans in Capitolium M. Aquilius. ¶ Vſus eſt pro lætabundo. Virg. 4. *Æneid.*

Quid tum? ſola fuga nautas comitabor ouantes.

Vbi Seruius, Ouantes, lætantes, abuſiuè. Nam propriè Ouatio eſt minor triumphus, qui enim ouationem meretur, & vno equo vtitur, & à Plebeiis, vel ab Equitibus Romanis deducitur ad Capitolium, & de ouibus ſacrificat: vnde & Ouatio dicta eſt, de quo infra. Qui autem Triumphat, albis equis vtitur quatuor, & Senatu præeunte in Capitolio tauros ſacrificat. Ioan. Paſſeratius: Ouantes, inquit, quamuis olim pedibus ingrederentur, Tiberius tamen primus & ouans, & curru ingreſſus eſt vrbem. Suet. *in Tiber. c. 9.*

Ŏuātĭo, nis, prima breui, actus ouantis. Ouatio quid, & vnde, & quomodo à triumpho differat, Plutarch. *in Marcello.* teſte Seruio, dicebatur minor triumphus, quum belli duces rebus quidem proſperè geſtis, non tamen ita magnis, vt iuſto triumpho dignæ eſſent ex Senatuſconſulto pedites, vel (vt aliis placet) equo vecti vrbem ingrediebantur, myrteam coronam (quam ob id oualem vocabant) in capite geſtantes, vniuerſo autem Senatu ſubſequente. {תרועה *terubah.* ὄυα, ὄιας, πεζὸς θρίαμβος. ANGL. *Areioycing.*} Ouandi autem, & non triumphandi, teſte Gell. *lib.* 5. cauſæ erant, quum antè bella non ritè erant indicta, neque cum iuſto hoſte geſta: qualia erant ea quæ aduersùs piratas, & ſeruos fugitiuos, aliquando ſuſcepta leguntur, aut quoties deditione repentè facta, victoria citra puluerem (quod dici ſolet) hoc eſt, citra magnam ſanguinis effuſionem contigerat. Ob quam etiam cauſam Oualem coronam ex myrto (quæ arbor Veneri eſt ſacra,) conficiebant, quòd incruentas huiuſmodi victorias, Venereas potius indicarent, quàm Martias. Vnde autem tractum ſit ouandi vocabulum, inter Grammaticos non ſatis conuenit. At Seruij quidem quæ eſſet ſententia, ſuprà oſtendimus. Alij ouationem dictam putant, quaſi Ohationem, ab interiectione lætantis, Ohe, deducto etymo. Nonnulli etiã à voce eorum qui ouantem comitabant, Ouo verbum deductum putant. Illi enim oo geminatum, lætabundi ſolent acclamare. Vnde interpoſita u conſonante, Ouo credunt deduci. ¶ Eſt etiam Ouatio prima longa à nomine ouum, ſignificans tempus quo gallinæ oua pariunt ὠασμὸς, dictum ea forma qua Venatio, Mellatio, Bullatio. Plin. *lib.* 19. *c.* 3. Certa Luna capiendum cenſent, tanquam congruere ouationem etiam ſerpentium humani ſit arbitrij.

Ŏuātŭs, us, nomen pro ouatione. {תרועה *terutáh.* ὀυασμός.} Valer. Flac 6. *Arg.*—hinc barbarici glomerantur ouatus.

Ŏuālĭs, quod ad Ouationẽ pertinet, vt Oualis corona, quæ ex myrto fiebat, qua donabantur Imperatores qui ouantes vrbem introibant, neque iuſti triumphi honorem meriti videbantur. Id autem contingebat quoties bellum legitimè indictum non erat, neque cum iuſto, aut magnopere formidando hoſte geſtum, vtpote victis ſeruis, aut piratis: aut quoties facta repentè deditione, incruenta victoria contigerat. Vide Aul. Gell. *lib.* 5. *noct. Attic. c.* 6.

‖ Ouizirij, Viſiri dicti, dignitas Turcica. L. g. b. ‖

ŎVVM, ab ὠὸν interpoſita u, euphoniæ cauſa. {ביצה *betſáh.* GALL. *Vn œuf.* ITAL. *Ouo.* GERM. Ein ey. HISP. *Hueuo.* ANGL. *Anegge.*} Martial. *lib.* 13.

Candida ſi croceos circunfluit vnda vitellos,
Heſperius ſcombri temperet ora liquor

Vitellus, vel luteum oui, dicitur illud quod in ouo crocei coloris eſt: Albumen autem, vel Album oui, liquor ille candidus, qui vitellum circundat. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Triſt.*

Quotque fretum piſces, ouaque piſcis habent.

Liu. *lib.* 1 *d.* 3. ¶ Ouum ouo tam ſimile non eſt: prouerbij hyperbole de rebus indiſcretæ ſimilitudinis dici ſolita. Cic. 4. *Acad.* Vidéſne, vt in prouerbio ſit ouorum inter ſe ſimilitudo? ¶ Ouo prognatus eodem, prouerbium de illis dici poteſt, quorum ingenium, moréſque ita conueniunt, vt iiſdem parentibus nati videri poſſint. Vide Eraſmi Adagia. ¶ Oui luteum, diuiſis dictionibus, vocamus vitellum in ouo. λέκιθος. Cæterùm *Oua* primò quidem auium dicuntur, deinde etiam piſcium, & ſerpentium, per ſimilitudinem.

Ŏuātŭs, a, um, quod eſt in ſimilitudinem oui factum. {ὠοειδής. GALL. *Qui eſt de la forme & figure d'vn œuf.* ITAL. *Ouato, fatto in forma d'ouo.* GERM. Das ein geſtalt deß Ey hatt. HISP. *Coſa hecha en figura de hueuo.* ANGL. *Made like an egge.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 21. Aliis turbinatio pyri, aliis ouata ſpecies, ceu malorum aliquibus ¶ Ouatum marmor. Quod diuerſi coloris maculis variegatum eſt, oui ſpeciem referentibus. Plin. *lib.* 53. *cap.* 1. Neronis principatu inuentum, maculas quæ non eſſent in cruſtis inſerendo, vnitatem variare, vt ouatus eſſet Numidicus, vt purpura diſtingueretur Sinnadicus. ¶ Aliquando etiam id quod ouo illitum eſt: vnde ouatum aurum, ouo auratum: quoniam oui albo antea illito, æra ac marmora auri & argenti bracteis integebantur. Perſius *Satyr.* 2.

Hinc illud ſubit, auro ſacras quòd ouato
Perducis facies.

Nec verò hoc quenquam mouere debet, quòd Ouatum hîc primam corripiat, quæ producitur in dictione ouum, ſiquidem non ſemper deriuata primitiuorum quantitatem obſeruant.

Ōuĭfĕră, quæ fert oua: vt, Ouifera gallina, ὠοτόκος.

O X.

Ŏxălĭs, ὀξαλίς, GALL. *Oſeille, ſurelle.* ITAL. *Acetoſa.* GERM. Saurampffer. HISP. *Azederilla, ramaze* ANGL. *Sorell.*} Lapathi genus, ſatiuo proximum, foliis aquoſis, colore betæ candidæ, radice minima. Plin. *lib.* 20. *c.* 21. Vulgò *Acetoſam* vocant.

‖ Oxalme, ὀξάλμη, acida muria, ὀξεῖα ἅλμη. ‖

Oxiæ, naues. Gell. *cap.* 25. *lib.* 10.

‖ Oxis. vide *Oxys.*

Oxobata. vide *Oxobapta.*

Oxobapta, rubro tincta.

Oxoma Oroſio, Vxama Plinio, Oxama Ptolemæo, vulgò *Oſma*, V. E. Hiſpaniæ, ante Maurorum incurſiones, & nunc ſub A. Toletano.

Oxonia, *Oxford*, vrbs & Academia Angliæ, in prouincia Cantuarienſi. ‖

Ŏxŏs, ὄξος, neutri generis, Acetum. Apud Suidam purpura eſt, quæ apud Phœnices tingebatur pretioſiſſima. Hinc Oxobapta *in l.* 1. *C. quæ res alienari non poſſ.* Quo in loco nonnulli corrigunt dibapta, veram lectionem peruertentes. Alciatus.

‖ Oxy, ὀξὺ, acidum, quod abſque caliditate linguam merent. ὀξὺς εῖα ὺ acutus, acidus.

Oxya, ὀξύα, apud Theophraſt. arbor, abieti ſimilis. ‖

Ŏxys, oxydis, pro vaſe aceti. ὀξύς.

Ŏxŭs, amnis in lacu Oxia, vt inquit Ptolem ſiue Oxo, vt Solinus.

Ŏxyăcănthēs, ὀξυάκανθα, ſpina eſt paruis foliis aculeatis per extremitates, ferens baccas rotundas, foliis ipſis arenoſa lanugine obductis.

Ŏxybăphum, Acetabulum, Latinè dicitur Hermolaus.

Ŏxycĕdrŏs, ὀξύκεδρος, ſpecies cedri, ramoſa & nobis infeſta. Plin. *lib.* 13. *c.* 5.

‖ Oxycratum, ὀξύκρατον, poſca, eſt acetum aqua mixtum. ‖

Ŏxygălă neut. gen. ὀξύγαλα, Lactis in acorem redacti pars coactior quod à ſero ſeparatum, origano, cæpe, mentha, coriandro, thymo, & cunula condiri ſolet. Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. Fit & ex caprino lacte butyrum: ſed hyeme calefacto lacte, æſtate expreſſo tantùm crebro iactatu in longis vaſis anguſto foramine ſpiritum accipientibus ſub ipſo ore, aliàs præligato. Additur paululum aquæ vt aceſcat. Quod eſt maximè coactum in ſummo fluitat: id exemptum addito ſale, oxygala appellant. Reliqua decoquunt in ollis: ibi quod ſupernatat, butyrum eſt, oleoſum natura. Vide plura de hoc apud Columel. *lib.* 12. *c.* 8.

Ŏxygărum. ὀξύγαρον, Garum acetoſum hoc eſt, liquaminis genus ex minutioribus piſciculis confici ſolitum, cui acoris conciliandi gratia nonnihil aceti ſolet admiſceri. Solet autem hoc in principio menſæ apponi, quemadmodum & lactucæ. Martial. *lib.* 5.

Depoſui ſoleas adfertur protinus ingens
Inter lactucas oxygarúmque liber.

‖ Oxyglyce, vel oxyglycy, ὀξυγλυκὶς, vel ὀξυγλυκὺ, potus, qui paratur dulcibus fauis maceratis atque decoctis ‖

Ŏxylăpăthum, {ὀξυλάπαθον. ANGL. *Ditch docke.*} Prima lapathi ſpecies, apud Dioſcoridem, paluſtribus in locis naſcens, à foliorum acumine nomen habens. Plin. *lib.* 20. *cap.* 21. Eſt & alterum genus, ferè oxylapathon vocant, ſatiuo idem ſimilius, & acutiora habet folia & rubriora, nonniſi in paluſtribus naſcens. Officinæ *Lapathium acutum* nominant.

Ŏxymĕlī, ὀξύμελι, acetum mulſum, dicitur genus potionis, quod ex mellis libris decem, aceti veteris heminis quinque, ſalis marini pondo tymbræ quadrante, aquæ marinæ ſextariis quinque pariter decoctis fieri ſolebat. Vide Plin. *lib.* 14. *c.* 17.

Ŏxymōrum ὀξύμωρον, vt docet Budæus ex Quintilian. eſt ſententia ex periculo petita, hoc eſt, ita acutè & affectate enuntiata, vt fatua videatur: vt apud Virg 7. *Æneid.* Nunc capti potuere capi?

Ŏxymyrſinē, ὀξυμυρσίνη, frutex eſt quem acutam myrtum appellamus. Folia habet myrto ſimilia, ſed acutiora & rigidiora producit: baccas rufas ad ceraſorum ſimilitudinem. Plin. *lib.* 26. *c.* 11. & Diſcorid. *lib.* 4 *cap.* 147.

‖ Oxyngium. vox Latina, à Græcis corrupta. Gloſſ. ὀξύγγιον arbina, vnguem, vnguina. intellige aruina.

Oxynitron, ὀξυνίτρον, emplaſtrum quoddam ruptorium: tanquam acutum nitrum.

Oxyporus, a, um, ὀξύπορος, ον, eſt acutè atque ita celeriter penetrans, ὀξέως πείρων. ‖

Oxyporum, ὀξύπορον, Moreti quoddam genus, teſte Colum. *lib.* 12 *c.* 57. ex caſeo, ſeſamo, nucibus, & herbis conſtans aceto piperato conditis. Idem & oxygarum appellabatur, quòd quoties vſus exigeret, aceto & garo dilueretur. Plin. *lib.* 20. *cap.* 21. Fœniculum condimentis propè omnibus inſeritur, oxyporis etiam aptiſſimè. Sunt & ſua medicis oxypora: ſunt enim remedia præſentanea, & celeriter iuuantia, à celeritate dicta penetrandi, Idem *lib.* 24. *cap.* 8. Iuniperus miſcetur antidotis oxyporis.

‖ Oxyporium, ὀξυπόριον, medicamentum quod ob tenuitatem partium facilè venas tranſit. ‖

Ŏxypŏrŏpōlæ, ὀξυποροπῶλαι, qui cibos vendunt aceto conditos. Plin. *lib.* 20. *c.* 7 In eos vſus & oxyporopolæ ſeruant, addito dulci acrementum aceti temperantes. Vbi nunc ſic legitur, Stomachos diſſolutos vtiliſſimè adiuuant, vti ne eo eſu abluantur, & oxyporiopolis aſperitatem addito dulci ad intinctum aceti temperantes.

Ŏxyrrhŏdĭnum, ὀξυρρόδινον, medicamentum liquidum, conſtans ex aceto, & aqua roſacea, quod capitibus eorum ſolet adhiberi; qui phrenitide laborant.

‖ Oxys, vide *Oxy.* ‖

Oxysăcchărum, ὀξυσάκχαρον, potionis genus ex ſaccharo & aceto. Saccharum autem mel dicitur in arundinibus collectum gummi modo candidum ac fragile, quod decoctum, & in pyramidis figuram formatum ex Canariis inſulis ad nos defertur. Sed de hoc ſuo loco.

Ŏxyrrhĭnchŭs, ὀξύρρυγχος, piſcis eſt Nilo peculiaris, à roſtri acumine nomen habens, quem tota Ægyptus pro Deo colit. Autor Strab *lib.* 17. Capitur. in mari rubro. Item in Caſpio, teſte Æliano *lib.* 12. *cap.* 33. 34. & 35. ¶ Item ciuitas Ægypti dicta ab oxyrrhincho piſce qui ibi templum habuit. Cæterùm Ægyptij omnes Oxyrrhinchum piſcem colunt. Nam quædam animalia ſunt quę Ægyptij vniuerſis colunt, quemadmodum ex terreſtribus tria, bouem, canem, felem: ex volatilibus duo, accipitrem, atque ibin: ex aquatilibus duo, lepidotum piſcem, & oxyrrhinchum. Ex Strab. *lib.* 17.

Ŏxyſchœnos, ὀξύσχοινος, acutus iuncus, qui & marinus dicitur. Plin. *lib.* 21. *cap* 18.

‖ Oxytonus, a, um, ὀξύτονος, ον, in acutum tenſus. ‖

O Z.

ŎZÆNĂ, ὄζαινα, piſcis ex polyporum genere, caput habens grauiſſimi odoris. Plin. *lib.* 9. *c.* 30. Polyporum generis ozæna, dicta à graui capitis odore, ob hoc maximè murænis eam conſectantibus. ¶ Eſt item Ozæna, narium morbus, effluxione acrium humorum plures cruſtas intra nares gignente quæ grauiſſimum expirant odorem, cui malo vix vllo remedio poteſt ſuccurri. Idem Plin. *lib.* 25. *c.* 21. Narium ozænas emendat ariſtolochia cum cypero.

Ŏzænītĭs, ὀζαινῖτις, herba eſt ex genere nardi, ad Gangem Indiæ fluuium naſcens,

nascens, odore virus referens, vnde & nomen accepit. Autor Plinius *lib.*12.*cap.*11.

Ŏzē, ὄζη, oris graueolentia dicitur, à verbo Græco ὄζω, quod est oleo, Gell.*lib.* 3. *cap.* 11. Itaque ei remissioni credendum est, quæ etiam immoratur, & iactationem fœtorémque quendam oris (quem *ozen* Græci vocant) minuit.

Ōzĭmum, ab ὄζω, redoleo, genus edulij redolentis ex intestinis confecti. Persius *Satyra* 4. Quum bene discincto cantauerit ozyma vernæ. Quo tamen in loco nonnuli *ocima* malunt legere. Vide Cæl. Rhod.*lib.*29. *cap.*24.¶Item regia herba, siue basilica, aut basilicum, à Ligutibus vocata fragrantissimi & vehementissimi odoris, vnde nomen accepit: nempe à verbo ὄζω, quod est redoleo.

Ozolæ, ὀζόλαι, populi ex Locris, Ætoliæ oram incolentes ad sinum Crissæum, quorum oppida enumerantur à Ptolemæo, Molycria, Naupactus, Antyrrhium & Euanthia. Vide Strab *lib.*2.*c* 9.

Ozymum, vide *Ocymum*.

NOTÆ ANTIQVORVM.

O. A. C. O. N. T. I. Ob Augusti Cæsaris obitum nos timor inuasit. O. A Q. omnes aliquos.

OB. obriacum, orbem, obiter. O B. C S. ob ciues seruatos.

O B. M. E. ob merita eius. O B. M. P. E. C. ob merita pietatis, & concordiæ.

OB. B O. omnia bona.

O. D. M. opera domus munus.

O. E. R. ob eam rem.

O. F. B. oportebit bonâ fide. O F F. officium.

O. H. S. S. Ossa hîc sita sunt.

O. M. optimus maximus. O M. omnium. O M A. omnia. O M I S. omnibus. O M V. F. omnibus viuis fecit.

O N. omnino. O N A. omnia. O N T. I M P. ornamentum imperiale.

O O. oportuit omnia, omnes. O. O. T S. ornamentis omnibus textus.

O P. Optimo, opiter, oportere. O P. E T. S. P. optimo & sancto patrono. O. P. F. optimè principali fecit. O P P. oppidum. O P. P R I N. optimo principi. O P T. P. optimo principi.

O R. ornato, ordo. O R B. P A R. orbati parentes. O R. M. ordo militum. O R N. I M P. ornatus imperialis.

O S. omnes. O S. C. omnes conciliant.

O T. F N. ostium fenestræ.

O. V. D. omni virtuti dedito. O. V. F. optimo viuenti fecit. omnibus viuis fecit.



P



LITERA muta est, nec aspirationem post se admittit, nisi in dictionibus Græcis, vt Phaëton conuertitur quandoque in trausferendis dictionibus Gr. p in b: vt quod apud Græcos πύξος, apud nos buxus scribitur, Pyrrhus, Burrhus. B. cum P. consentit, vnde Pyrrhiam nostri quod Græci Pyrrhiam; Byrrhum, Pyrrhum; Balatium, Palatium. Terentius Scaur. *de Orthographia* Interdum p exile pro ph aspirato poni solet, vt quod à Græcis φοίνικος, cum ph aspirata scribitur, à nostris Puniceus transfertur: sic πορφύρεον, Purpureum dicimus. Quin & contrà vbi illi p exile ponunt, Latini sæpissimè aspiratam ponunt, quod illi ὑψιπύλη, nos Hypsiphyle, scribere solemus.

P A

Pa pro parte, & po pro populo positum est in Saliari carmine. Fest. Hæc est apocope, vt cùm δῶ pro δῶμα, κρῖ pro κριθὴ dicitur.

‖ Paaneach Ægyptia vox: Pharao imposuit Iosepho hoc nomen. ‖

Pabo, vehiculum vnius rotæ. Gloss. Isid. Philox Pabo pauo. nempe B. & V. interdum commiscentur sequiore seculo.

PĀBŬLVM, i, quo pascitur, à pasco, tanquam à apao propriè pecudum, & aliorum brutorum cibus, herbaceus, fœniceus, paleaceus, vel stramentitius est. { בליל *belil* מרעה *mirhéb.* τροφὴ, νομὴ, χίλος. GALL. *Pasture, fourrage.* ITAL. *Pasco, pascolo.* GERM. Futer. HISP. *El pasto de bestias sin grano.* ANGL. *Forage, foder or meat for beastes.* } Cæsar 1. *bell. Gall.* Ipse quum pabuli copia esse inciperet, ad exercitum venit. Idem *de bell. ciu.* 1. Multum frumenti ex omni prouincia comportabatur, magna copia pabuli suppetebat. Et *eod libro*, Magnum in timorem Afranius, Petreiúsque perueniunt, ne omni frumento pabulóque intercluderentur. Virg. 1. *Æneid.*

—— priusquam
Pabula gustassent Troiæ, Xanthúmque bibissent,

Idem 12. *Æneid.*

Peruolat, & pennis alta atria lustrat hirundo.
Pabula parua legens, nidisque loquacibus escas.
Nec frugem segetes præbent, nec pabula terra,

Tibull. *lib.*4. Quàm mox Iunix ad stabulum se recipiat à pabulo Plaut. *Milit. sc.*3.*a.*2. (de meretrice.) ¶ Translatè etiam dicitur studij, amoris & animi pabulum. Cicer. *in Catone*, Si verò (inquit) habet senectus aliquod tanquam pabulum studij & doctrinæ, nihil est otiosa senectute iucundius. Lucr. *lib.*4 Nam si abest quod ames præstò simulacra tamen sunt Illius, & nomen dulce obseruatur ad aureis: Sed fugitare decet simulacra, & pabula amoris Absterrere sibi, atque aliò conuertere mentem. Enitescit velut pabulo lætiore facundia. Fab. Quintil. Cicer. 4. *Academ.* Est enim animorum, ingeniorúmque naturale quoddam quasi pabulum consideratio, contemplatióque. Idem *de Arusp. resp.* Quid enim hunc prosequor pecudem ac beluam pabulo inimicorum meorum & glande corruptum. Ouid. 8. *Metam*

—— dedératque graui noua pabula morbo.

‖ Pabulamentum, φοινικίς. Græca. Vulcan, putat legendum *paludamentum.* ‖

Pābŭlāris, quod ad pabulum pertinet, seu quod pro pabulo datur. { νομαδικός. GALL. *Qu'on donne aux bestes, appartenant à pasture.* ITAL. *Ciò ch' appartiene à pasco.* GERM. Zu den futer dienstlich HISP. *Cosa perteneciente, à tal pasto.* ANGL. *Perteining to forage, foder, or to meat of beastes.* } Col. *lib.* 11 *cap.* 2. Vicia pabularis, & vicia seminalis. Idem *lib.* 2. *c.* 14. De lupino nihil dubito, atque etiam de pabulari vicia. Plin. *lib.*18. *c.* 16. Omnia hæc pabularia.

Pābŭlŏr, aris, castrense verbum est, quemadmodum Lignor, & Aquor. { νομεύομαι. GAL. *Fourrager, paistre, repaistre.* ITAL. *Pascolare.* GERM. Auff die futerung gehen oder reiten / auff die futerung faren. HISP. *Ir à buscar tal pasto.* ANGL. *To go à foraging.* } Dicuntur enim propriè Pabulari milites, quum è castris cum falcibus egressi, pabulum in vsum iumentorum ex agris in castra comportant. Valer. Maxim, *lib.* 5. *c.* 6. Id postquam cognouit depositis insignibus Imperij, familiarem vultum induit, ac pabulantium hostium globo sese obiecit. Interdum pabulari, est pascere. Colum. *lib.* 7. *c.* 6. de capellis loquens; Subinde quæ incedit, compesci debet, ne procurrat, sed placidè ac scitè pabuletur, vt & largi sit vberis. ¶ Pabulari oleas fimo, Fimum in pabulum & nutrimentum ac fomentum dare oleis, hoc est, stercorare. Col. *lib.* 5. *c.* 9. At tertio quoque fimo, vel pabulandæ sunt oleæ.

Pābŭlātĭo, nis, aliquando est actus ipse pabulandi, noménque est castrense, quemadmodum Aquatio & Lignatio. { νόμευσις, νομή. GALL. *Pasture ou fourrage, le fait d'aller au fourrage.* ITAL. *Pasco.* GERM. Das ausfaren oder außhin reiten auff die füterung. HISP. *Obra de buscar tal pasto.* ANG. *A prouiding of forage, a foraging.* } Est enim pabulatio propriè militum, quum scilicet in agrum egrediuntur cum falcibus capiendi pabuli causa. Cæsar 7. *bell. Gall.* omnibus modis huic rei studendum, vt pabulatione & commeatu Romani prohibeantur. Aliquando inuenitur pro ipso pabulo. Varro 3. *de rust.* *c.* 16. Si è bono loco transtuleris vbi idonea pabulatio non est, fugitiuæ fiunt de apibus.

Pābŭlātŏr, is, qui pabulatum vadit. { ὁ ἐπὶ νομὴν πορευόμενος. GALL. *Fourrageur, qui va au fourrage,* ITAL. *Pascolatare.* GERM. Der auff die füterung fárt oder gehet futer dem vych zusamlen. HISP. *El proueedor que va buscar tal pasto.* ANGL. *A foreageour a prouider of foode, foder of forage.* } Cæsar 5. *bell. Gall.* Repentè ex omnibus partibus ad pabulatores aduolarunt. Liu. 9. *bell. Punici*, Deinde quum in pabulatores Romanos, impetus repentè àb equitibus Hispanis factus esset, &c.

Pābŭlātorius, adiect. { τῇ νομῇ καὶ χορτασμῷ ἐπιτήδειος. GALL. *Qui sert au fourrage.* ITAL. *Cosa da pascolo.* GERM. Das zu der füterung gehört, HISP. *Perteneciente à pasto.* ANGL. *That serueth for forage or foder.* } vt Pabulatoria corbis, in qua reponuntur pabula. Col. *lib.* 6. *cap.* 3. Si grano abstinemus, frondis aridæ corbis pabulatoria modiorum viginti sufficit.

‖ Pacaias, rana. L. g. b. ‖

Pacatus, vide *Pax.*

Păchynŭs, πάχυνος, Promotorium Siciliæ Peloponnesum spectans: ab aëris crassitudine nomen habens. { Das vorgebirg Siciliae gegen Auffgang } Nam παχὺ pingue & crassum dicitur. Virg. *lib.* 3.

Præstat Trinacrij metas lustrare Pachyni.

Priscianus mediam huius dictionis syllabam nullo veterum exemplo corripuit: quod non ausim imitari,

Qui procul effusis Pachyni distenditur oris.

Pacideianus, πακιδειανὸς, Gladiator, apud Lucilium, vt refert Cicer. 4. *Tuscul.* & *ad Q. fr. lib.* 3. *c.* 20.

Pācīnŭs, vnus ex Nepotibus Volsinij regis, cognomento Luculli qui relicto Illyrico in Italia consedit, vbi & populos Pacinates de se nominauit. Autor Festus.

PĂCĪSCŎR, sceris, pactus, deponens, Pactum facio, conuenio, contraho. { יעד *iaʿádh.* συμβάλλω, συναλλάττω, συντίθεμαι, διομολογῶ, ὁμολογῶ. GALL. *Pactionner, contracter.* ITAL. *Pattuire, pattegiare.* GERM. Ein vertrag oder pack machen. HISP. *Pactear ò hazer pacto,* ANGL. *To bargaine, to indent, to make a conuenant.* } Pacisci cum aliquo. Plaut. *in Bach.* Pacisci cum alio paulula pecunia potes. Pacisci de. Suet. *de claris Grammat.*7. Nec vnquam de mercibus pactus, eóque plura ex liberalitate discentium cõsecutus. Dicimus etiam Pactus sum hanc rem. Iustin. *lib.* 2. Cum Xerxe nuptias filiæ eius paciscitur. Salust. *in Iugurth.* Adherbali suadent vt sese & oppidum Iugurthæ tradat: tantùm ab eo vitam paciscatur Virg. 5. *Æneid.*

—— vitámque volunt pro laude pacisci.

Pactus est proscriptis reditum & salutem, Sext. Pompeius. Quæ natio in formulam redacta prouinciæ stipendia facta sit, Velleius.

Leucippo fieri pactus vterque gener,

Ouid 5. *Fastor.* Ea pacisci modò scis, sed quæ pacta es nescis soluere. (i. pecuniã dare domino pro libertate.) Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Paciscen-

di mos piraticus (de mercedibus patronorum) Quintilian. Item Pacisci pacem, Liu. *lib.* 10. *d.* 4. ¶ Ponitur aliquando pro Promitto. Plaut. *in Trin.* Hæc tibi pacta est Callicli filia? id est, éstne tibi promissa? Cic. *ad Attic. lib.* 5. Nec dubitat Deiotarus, cuius filio pacta est Artauasdis filia, quin cum omnibus copiis, &c. Pactæ eius nuptias occuparat, Velleius. Sic ad pacta tibi sidera tardus erat, Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.* Vide *Pactum.* ¶ Pacisci autem, & transigere hoc differunt, quòd is qui transigit, quasi de re dubia & lite incerta neque finita transigit: qui verò paciscitur, donationis causa rem certam & indubitatam liberalitate remittit. *l.* 1. *de transact.*

Pāctŏr, is, {διαλλάκτης, καταρτιστής. GALL. *Faiseur de contracts & accords.* ITAL. *Chi fa contratti & acordi.* GERM. Ein vertrager / vereiniger / verthädinger. HISP. *El que haze pactos, conciertos.* ANG. *He that maketh contract, bargaine or conuenant.*} Cic. 7. *Verr.* An fœderum interpretes, societatis pactores, religionis autores? Huius compositum est Depaciscor, siue Depeciscor, de quo suo loco diximus.

Pāctum, participium est à paciscor. Pacto decretum. {τὸ διομολογηθέν. GAL. *Pactionné, accordé, conuenu.* ITAL. *Pattuito.* GERM. Angeding / zu dem vertrag abgeredt. HISP. *Conçertado.* ANGL. *A bargaine or conuenant.*} Plaut. *in Asin. sc.* 4. *a.* 3. Hinc inerunt viginti minæ bonæ, mala opera partæ, Has tibi nos pactis legibus dare iussit. id est, ea conditione, de qua inter vos conuenit. ¶ Aliquando nomen est, & ponitur pro consensu & conuentione. {ברית *berith.* συμβόλαιον. GALL. *Conuention, paction.* ITAL. *Patto.* GERM. Ein vertrag / etwas darein beide partheyen verwilligen / ein vereinigung. HISP. *Pacto.*} Cic. 2. *de inuent.* sic definit, Pactum est quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum putetur vt iure præstari dicatur. Idem 3. *Offic.* Pacta & promissa sempérne seruanda sint, quæ nec vi, nec dolo (vt prætores solent dicere) facta sint. Vlp. *de pollic. l. pactum.* Pactum est duorum consensus atque conuentio. Pollicitatio verò, offerentis solius promissum. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Pactum non pactum est: non pactum est quod vobis (diuitibus) Iubet. Venient in pactum de vitæ conditione. Senec. *cap.* 20. *de consol. ad Mart.* ¶ In ablatiuo quandoque accipitur pro Modo. τρόπῳ. Ter. *in Andr.* Eo pacto & gnati vitam & consilium meum cognosces. Alio pacto Insidias dare, quàm solent alij. Plaut. *Pseud. sc.* 8. *a.* 4. Si me arbitrabare isto pacto. (i. talem cur ducebas. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Nullo pacto possum viuere amica.) *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Quo pacto Elephanto perfregisti brachium. Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Quo pacto emisti è vinclis, &c. (i. eo modo.) Eodem pacto vt serui solent. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Nec quóne pacto abstulerit scio. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Hóccine pacto me indemnatum abripi? *Ibid. sc.* 3. *a.* 5.

Pactitius, a, um, adiect. Vulgò *Conuentionalis* dicitur. συνθηματικός. Gell. *lib.* 1. *c.* 25. Cessatio pugnæ pactitia, Induciæ dicuntur.

Pāctio, nis, est (vt inquit Vlpian. *l.* 1. *ff. de pact.* duorum pluriúmve in idem consensus. {ברית *berith.* ὁμολογία, συνάλλαγμα, τὸ ὁμολογούμενον, συμβόλαιον. GAL. *Paction, conuention.* ITAL. *Patto, conuentione.* GERM. Ein vertrag oder abred / so da mit beidir theilen verwilligung gemacht wirt / eins werden. HISP. *Pacto, concierto.* ANGL. *A cōuenat or bagaine.*} Salust. *in Catil.* Collegam suum Antonium pactione prouinciæ perpulerat, ne contra Rempub. dissentiret. Cicer. *lib.* 3. *Offic.* Regulus non debuit conditiones pactionésque bellicas & hostiles perturbare periurio. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Vult eam rem adire ad pactionem. Liu. *lib.* 4. *ab Vrbe.* Pactionem nuptialem facere. Et Seneca, Ad pactionem vocari; & ferre pactionem, Idem.

Pāco, pacas, vide *Pax.*

Pācŏrus, & sine aspiratione. πάκορος. Suidæ, Orodis regis Parthorum filius, eius qui Crassum dolo circumuentum interemit. Quam maculam postea Ventidius Bassus Antonij legatus deleuit, Pacoro cum toto exercitu ad internecionem cæso. Horat. 3. *Carm.*

Bis iam Monæses, & Pacori manus
Non auspicatos contudit impetus nostros, &c.

Pāctiă, πακτία Stephan. Insula est maris Ægæi, vna Cycladum, candido marmore nobilis, distans à Delo XXXVII. M. pass. Alio nomine Paros dicitur Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Pāctiās, πακτίας, Agri Ephesi mons est, Mycaliæ incumbens, & ab ea ad Mediterranea deflexus. Autor Strabo *lib.* 14.

Pāctilis, vide *Pango.*

Pactitius, a, um, vide *Pactum* in *Paciscor.*

Pāctōlus, πακτωλός, fluuius Lydiæ, ex monte Tmolo nascens, & per Sardianum agrum in Hermum influens. Alio nomine Chrysorrhoas dicitur, quòd aureas trahat arenulas, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

‖ Pacton, nauium genus, ex virgis ita compositum vt textile videatur. Cerda. ‖

Pāctum, vide *Paciscor.*

Pāctiæ Plinio, πακτύη Ptolemæo, oppidum est Thraciæ ad Propontidem, non procul à Chersonneso: cuius meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 1. ¶ Sunt item Pactiæ, insulæ quædam in mari Lycio, apud eundem Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

‖ Paculum, sacculum pasceolum. Gl. Isid. ‖

Pacuuius, πακούβιος, Brūdusinus poëta tragicus illustris, Ennij poëtæ ex sorore nepos. Romæ poëticam exercuit, ac fabulas venditauit: deinde Tarentum transgressus, propè nonaginta natus annos diem obiit. Hic (vt Quintilianus ait) grauitate sententiarum, pondere verborum, autoritate personarum clarissimus fuit, citra tamen nitorem. Eius epitaphium extat apud Gell. *lib.* 1. *c.* 14. in hæc verba:

Adolescens tametsi properas, hoc te saxum rogat
Vt se aspicias, deinde quod scriptum est, legas.
Hīc sunt poëtæ Pacuuij Marci sita
Ossa hoc volebam nescius ne esses.

Pacyris, Scythiæ Europææ fluuius, in sinum Carcinitem influens. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Padæus populi nomen. Tibull *lib.* 4.

‖ Paderborna, siue Padeborna, *Paderborn*, V. E. Germaniæ, sub A. Moguntino. ‖

Pāduă, Venetorum vrbs à Padi vicinitate dicta, quæ & Patauium πατάβιον dicitur, quasi Padauium. Vel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, id est, à volando, quòd captato augurio dicatur conditum (aliàs diximus esse Grammaticorum ineptias has deuorandas, & quæ nobis causa sit hæc non inducendi.) Vel à petendo, quòd telo autem Antenor petisse dicatur, eóque in loco vrbem condidisse, Primò Antenorea dicta est: vnde Antenoridæ, postea Patauini, & Paduani, Apud Patauium natus est Titus Liuius historicus celeberrimus, qui res Romanas summa facundia perscripsit. Similiter & Stella, & Valer. Flaccus poëta, & Paulus Iureconsult. Fuit quoque Volusius poëta Patauinus qui post Ennium rerum gestarum pop. Rom. annales carmine descripsit. Catullus, *de Cinna,*

At Volusi annales Paduam morentur ad ipsam.

Pādus, ἠριδανός. Vulgò *Il po.* Fluuius est è gremio Vesuli montis celsissimum in cacumen elati, finibus Ligurum Vagienorum visendo fonte profluens, condénsque sese cuniculo, & in Forouibiensium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior. A Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaëtontis illustratus. Augetur ad Canis ortus, liquatis niuibus, agris quàm nauigiis torrentior, nihil tamen ex rapto sibi vendicans. Hæc Plin. *lib.* 3. *cap.* 16. Metrodorus refert, quoniam circa fontem arbor sit multa picea (quæ *Pades* Gallicè vocetur) Padum hoc nomen accepisse.

Pādūsă, æ. Fossa est ex Pado Rauennam vsque ducta, quam Messanicium olim appellarunt, teste Plin. *lib.* 3. *c.* 15. Claudian.

Eridani ripas, & raucæ stagna Padusæ.

Pæān, παιάν, hymnus erat in laudem Apollinis, sicut Dithyrambus in laudem Bacchi, qui (vt Iulius Pollux inquit) non solùm in auersione malorum decantabatur, sed etiam in victoria. Interfecto enim Pythone, Apollo & carminibus laudatus fertur, quæ Pæanas dixerunt. Virg. 6. *Æneid.*

——*lætúmque choro paana canentes.*

Latiùs vsurpatur tamen pro omni deorum laude. Vnde opus suum Pindarus, de laudibus deorum omnium Pæana inscripsit. ¶ Accipitur aliquando Pæan pro ipso Apolline, ἀπὸ τοῦ παίειν, hoc est, à medendo. Credebat enim antiquitas medicinam Apollinis esse inuentum. Iuuen. *Sat.* 6. Parce precor Pæan. Tibull. *lib.* 4. Consulitur Pæan. ¶ Fuit & Pæan nomen patris Philoctetæ: quod recentius tamen per œ diphthongum scribitur. Hinc Pœantius, & Pœantiades, quæ omnia vide infrà suis locis. Vide *Pœan.*

Pæāntĭdēs, παιαντίδες, gemmæ sunt speciem habentes aquæ glaciatæ, (vt Plin. inquit) quæ in Macedonia circa Tiresiæ sepulcrum inueniuntur. Prægnantes fieri & parere dicuntur, & parturientibus mederi. Eædem & Gemonides dicuntur. Autor Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

PÆDĀGŌGVS, i, {παιδαγωγός. GALL. *Pedagogue, qui a la charge de menet vn enfant.* ITAL. *Pedagogo, pedante.* GERM. Ein zuchtmeister oder Lehrmeister der iugent. HISP. *Maestro de niños.* ANGL. *A pedagoge, that hath the charge to guiyd children.*} Custos & institutor pueri, cui cura incumbit puerum instituendi, & vestigia eius subsequendi, eúmque quocunque opus fuerit, circunducendi ita dictus quasi παιδὸς ἀγωγός, hoc est, pueri dux. Vnde Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Hic dux, hic est illi pædagogus. (ad malam rem, sup.) Col. *lib.* 1. Nec postremò quasi pædagogi eius, meminisse dedignemur Iulij Higini. Cicer. *de Amic.* Isto enim modo nutrices & pædagogi maximè erunt diligendi. Pædagogi, hoc est, non philosophi. Imò sapiens est humani generis pædagogus. Senec. *Epist.* 90. Sub Pædagogo esse. Suet. *in Claud. cap.* 2. Prætextatis cuneum suum & proximum pædagogis assignauit. Idem *in August. c.* 44. Pædagogi dicti per inuidiam ij, quorum arbitrio Imperator Galba regebatur, Idem *in Galba c.* 14.

‖ Pædagoga, fœm gen. dixit Hieronym. *ad Gaudent. de Pacatula*: sit ei magister comes Pædagoga custos. ‖

Pædagium, Cubiculum puerorum, id est, seruorum. Plin. *Epist. lib.* 7. *Rufo.* Puer in pædagio mixtus pluribus dormiebat. Sed leg. *pædagogio.*

Pædagij apparatus. Senec. *cap.* 1. *de tranq.*

‖ Pædagogia, παιδαγωγία, actio instituendi puerum, vel adolescentem. ‖

Pædāgōgium, ij. {παιδαγωγεῖον. ANGL. *A schole, also a place where children and seruandes lodge.*} Locus est in ædibus in quo pueri, seruíque commorantur, qui à Græcis παῖδες vocantur. Plin. *lib. Epist.* Puer in pædagogio mistus pluribus dormiebat. Accipitur etiam pædagogium apud Iurisconsultos pro seruitio, hoc est, pro seruorum & mancipiorum grege. Vlpian. *l. quæsitum. de fundo instructo & instrum. legat.* Si instructum fundum legasset, ea pædagogia, quæ ibi habebat, vt quum ibi venisset, præstò essent in tricliuio, legato continentur. Calepinus putauit Pædagogium aliquando accipi pro puerorum concubitu, adducens illud Suetonij *cap.* 28. *lib.* 6. *in Neron.* Super ingenuorum pædagogia, & nuptarum concubinatus, etiam Rubriæ virgini Vestali stuprum intulit. Sed fallitur: nam in castigatioribus exemplaribus *Proagogia* legimus, non Pædagogia. Est autem προαγωγεῖον, Græca dictio, quæ nobis productionem, vel prostitutionem sonat, ἀπὸ τοῦ προαγωγεύειν, quod est producere, vel prostituere.

Pædagogij apparatus. Senec. *cap.* 1. *de tranq.*

‖ Pædagogiani, pueri qui ministrabant Imperatori, & viris illustribus. Buleng. ‖

Pædărētus, παιδάρετος, proprium nomen viri, ἀπὸ τῆς παιδείας καὶ ἀρετῆς, hoc est, à disciplina & virtute.

‖ Pædenes, puellæ virgines. Gl. g. b. ‖

Pæderastes, קדש *kadhésch.* παιδεραστής. } Amator puerorum: quasi ὁ παίδων ἐραστής. Inde Pæderastia, παιδεραστία, Amor obscœnus in pueros.

Pæderos, otis, παιδέρως, gemma est quam alio nomine Opalū vocamus, nonnulli etiam Sangenum: ita dicta, teste Plin. *lib.* 37. *c.* 6. propter eximiam gemmæ eius gratiam. παιδέρως enim nobis puerorum amorem significat. ¶ Est etiam Pæderos, eodem Plinio teste *lib.* 22. *c.* 22. achanti genus, quod à nonnullis Melamphyllon appellatur.

Pædīă, Græcè παιδεία, disciplina institutióque ad bonas artes, eductio, vt docet Gellius. Hinc Xenophon nobilis apud Græcos historicus, opus suum Cyri pædiam inscripsit.

Pēdĭco, as, Verbum obscœnę significationis, & Catullo veteribúsque poëtis vsitatum.

Pædicones, siue Pædicatores, puerorum amatores, concubitorésque. πυγισταί.

‖ Pædidus, ſordidus. Feſt.
Pædinecron, abortus. G.g.b.
Pædiſcæ, ancillæ proſtitutæ. Lupanar. Rh. ‖
Pædomâthēis, παιδομαθεῖς, qui à pueris ſtatim diſcunt, quibus opponuntur Opſimatheis, ὀψιμαθεῖς, qui ſcilicet ſeriùs & iam natu grandes ad diſcendum accedunt.
‖ Pædopullon, puer. Cod. in L.g.b. ‖
Pædŏr, is. Situs, ſqualor, illuuies, ſordes, & omnis immunditia, ſeu putor. פגור pigghúl. αὐχμὸς, ῥύπος. GALL. *Craſſe, ordure, & ſaleté, ſelle qu'on void en ceux qui ont eſté detenus longuement és priſons.* ITAL. *Puzzore, immonditia, ſozzura, muſſa.* GERM. Wuſt/vnraat/vnſtat vnd geſtanck. HISP. *Hedor y hediondez.* ANGL. *Slutishneſſe, filthineſſe.* } Lucanus *lib.* 2.

——— longúſque in carcere pædor.

Cicer. 3. *Tuſcul.* Barba pædore horrida atque intonſa infuſcat pectus illuuie ſcabrum. Feſtus putat ἀπὸ τῶν παίδων, hoc eſt, à pueris deduci, qui in illa ætatula ſordidi ferè ſunt, nec à ſordibus ſciunt abſtinere, vnde Pædidos quoque & ſordidos & obſoletos appellant.
PÆDŎTRĪBES. παιδοτρίβης, cuius officium (vt inquit Plato *in Gorgia*) eſt, corpora hominum formoſa robuſtáque efficere.
Pædŏtrĭbĭă, παιδοτριβία, dicitur ars exercendi puerorum corpora: vnde Ariſtot. *lib.* 7. *Polit.* præcipit adoleſcentes ſtatim Gymnaſticæ & Pædotribiæ eſſe tradendos.
‖ Pægana, machina elata, in quâ nidi puerorum cantantium. Vlpian. ‖
Pægnium, παίγνιον, Græca vox eſt quæ nobis ludum ſonat, vel rem ludicram, aut puerilem oblectationem: Technopægnium, ludicrum quoddam poëma ab Auſonio inſcriptum eſt. Plaut. *Capt. ſc.* 3. *a.* 5. Pægnium vocitatus eſt.
‖ Pæmenium, veſtis paſtoralis. Gl. Iſid. ‖
Pæōn, παιάν, nomen viri medicinæ artis peritiſſimi, quem Homer. *lib.* 5. *Iliad.* ſcribit Plutonem curaſſe ab Hercule grauiter vulneratum. Hic herbam illam inſignem inueniſſe traditur, quæ ab illo Pæonia dicta eſt. ¶ Eſt & Pæon genus pedis, qui à Diomede quadruplex eſſe traditur. Quorum primus ex longa, & tribus breuibus conſtat: vt, Obtinuit. Secundus, ex breui & longa & duabus breuibus: vt Facillimus. Tertius, ex duabus breuibus, & longa, & breui: vt faciebant. Quartus, ex tribus breuibus, & longa: vt Docuerunt. Cic. *de orat.* duas tantùm huius pedis facit ſpecies, quum ſcilicet ſyllabam vnam longam ſequuntur, tres breues, vt Deſinite, Comprimite: Aut quum tres breues ſequitur vna longa, vt Domuerant, Studuerant.
Pæōnĭă, { παιωνία. GAL. *Peuoine.* ITAL. *Peonia.* GERM. Peonien oder Beninien wurtzel. HISP. *Roſa montes.* } Herba eſt inſignis, in ſummo caule ſiliquas quaſdam ferens amygdalis ſimiles: quæ quum dehiſcunt, grana multa & exigua oſtendunt, Punici mali acinis ſimilia, in medio nigra, quædam rubra, quinque aut ſex purpurea. Eius duo ſunt genera, mas & fœmina, foliis præcipuè diſtincta: mas enim folia habet iuglandis, fœmina verò ſmyrnij. Dicta eſt autem Pæonia à Pæone inuentore, qui ea Plutonem curaſſe dicitur ab Hercule vulneratum, vt fabulantur Homer. 5. *Iliad.*
Pæŏnĭă, regio eſt Macedoniæ, ita dicta à Pæone Endymionis filio, & Epei fratre, qui victus curſu ab Epeo (ſicut inter eos conuenerat) imperium paterni regni victori fratri permiſit, & ad Axium Macedoniæ amnem ſibi ſuíſque ſedes delegit. Vnde ea Macedoniæ pars, quæ antea à regis Emathionis nomine Emathia dicebatur, Pæonia appellata eſt: & populi ipſi, Pæones, vt Iuſtinus *lib.* 7. ſcribit. Hi olim fortiſſimi habiti ſunt, magnúmque ſibi ex rei militaris ſcientia nomen pepererunt Stat. *lib.* 2. *Achil.*

——— non me vlla feri Mauortis imago
Præteriit: didici quo Pœones arma rotatu.

Pæſarcæ, παισάρχαι, populi ſub Caucaſo. Steph.
Pæſtum, παῖςος, oppidum Lucaniæ, roſarum abundantiſſimum, vbi ob cæli clementiam bis in anno producebantur fructus, ſcilicet Maio & Septembri. Virg. *lib.* 4 *Georg.*

——— biferique roſaria Pæſti.

Huius mœnia propè magna ex parte adhuc integra videntur, latitudine & altitudine miranda. Strab. *lib.* 5. Autor eſt hanc vrbem primùm à Sybaritis fuiſſe conditam, Poſidoniámque appellatam: ſinúmque ipſum in quo ſita fuit, Poſidoniatem.
Pæſtānŭs, a, um, παιςανός. Ouid. 2. *de Ponto*,

Calthaque Pæſtanas vincat odore roſas.

Pætŭs, vel petus, ANGL. *He that looketh à ſquin vpward.* } Qui obliquatis oculis in altum reſpicit, vel qui alterum oculum minorem habet. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 3. Strabonem appellat Pætum pater, & pullum malè paruus. Si cui filius eſt. Vbi interpres Porphyrio, Strabo, qui eſt detortis oculis dicitur: Pætus leuiter declinatis. Acron. *ibidem*, Pæti quoque dicuntur, quorum huc atque illuc oculi velociter vertuntur. Hinc Æliorum familia Romæ cognomen ſumpſit. Hinc Pætulus, diminut. Cic. 1. *de nat. deor.* Redeo ad deos, ecquos ſi non tam Strabones, ac petulos eſſe arbitramur, ecquos næuum habere, &c.
‖ Pagalia, perſolutio. Cod. ll. antiq.
Paganus, ‖ Paganicus, Paganes, vide *Pagus.*
Păgăsă. παγασαί, Theſſaliæ oppidum, teſte Plin. *lib.* 4. *cap.* 8. quod poſtea Demetrias dictum eſt. Apud eam vrbem ædificata dicitur Argo nauis, quæ ob id ab Ouid. *lib.* 7. *Metam.* Puppis Pegaſea nuncupatur. Et, Pagaſæa Carina. Idem 13. *Metamorph.* Hinc ſinus propinquus Pagaſicus appellatur à Plinio loco iam indicato. Steph. παγασητικὸς vocat.
Pāgĭnă, æ. Vtraque pars folij, Item alterutra facies, aduorſa vel auerſa. vnde prouerb. vtramque paginam facere. i. rem totam, à pangendo, quòd in paginis carmina panguntur, id eſt, finguntur. { σελίς. GALL. *Vne page.* ITAL. *L'vna l'altra facciata della carta.* GERM. Ein blatt zu beyden ſeiten. HISP. *Vna qualquiera hoja de libro.* ANGL. *The ſide of a leaf in a booke.* } Verſus enim pangi vel figi in ceris dicuntur. Vel quod in libris ſuam quæque obtineant regionem, vt pagi, Cicer. *ad Tironem lib.* 16. Variè ſum affectus tuis literis, valde priore pagina perturbatus. Ad paginas & formam memorialis libelli primum videtur Cæſar Epiſtolas conuertiſſe, cùm antea Coſs. & duces nonniſi tranſuerſa charta ſcriberetur. Suet. *in Cæſar. c.* 56. Item,

Submouet ingenuas pagina prima manus.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.* ¶ Plin. *lib.* 17. *cap.* 22. Paginas in vitibus vocat areas interſeptas inter duo iuga. Semper (inquit) quintanis ſeminari, hoc eſt, vt quinto quoque palo ſingulæ iugo paginæ includantur. ¶ Paginam vtranque facere in re aliqua dicitur, cuius tanta eſt autoritas vt nihil omnino ſine ipſo rerum geratur. Idem *lib.* 2. *cap.* 7. de fortuna loquens, Huic (inquit) omnia expenſa, omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium ſola vtranque facit paginam. Sumpta metaphora à codicillis rationalibus, duas habentibus paginas: alteram quæ indicat quid ſit datum: alteram quæ quid ſit acceptum oſtendit. Itaque in rebus humanis fortuna vtranque facit paginam, id eſt, ſiue quid obtigit boni, ea laudatur quaſi dederit: ſiue mali quid accidit, eadem inceſſitur, ceu malorum author. Eraſm. ¶ Hinc fit Compagino, pro coniungo, quòd paginæ ſimul coniungantur. συναρμόζω.
Pagella diminutiuum. Cicer. *ad Brutum lib.* 11. Non imitor λακωνισμὸν tuum, altera iam pagella procedit.
Pāgĭnŭlă, æ, aliud diminutiuum à pagina. { σελίδιον. GALL. *Petite page.* ITAL. *Picciola carta.* GERM. Ein bläetlin. HISP. *Pequeña hoja.* ANGL. *A litle ſide of aleaf in a booke.* } Cicer. *ad Attic. lib.* 4. Si verò, id eſt, quod neſcio an ſit, vt non minus longas iam in codicillorum faſtis futurorum Conſulum paginulas habeat quàm fatorum.
Pago olim, quod poſtea Pango, is, pepigi, pactum, Paciſcor, Quint. *lib.* 1. *c.* 10. { יעד iahádh. συντίθημι. GALL. *Faire quelque marché, contract ou accord.* ITAL. *Pattuire, far patto.* GERM. Ein vertrag/oder geding machen. HISP. *Pactear, hazer pacto,* ANGL. *To promiſe, to mak à bargaine or couenant.* } Pacta ſunt, quæ legibus obſeruanda ſunt, hoc modo, Rem vbi pagunt, oratione pagunt. Seruius tamen dicit Pago (vnde multi volunt venire Pepigi) nuſquam lectum eſſe, vultque Pepigi à Paciſcor fieri, ſicut & pactas, quomodo à Placeo, placui, & placitus.
Pāgrŭs, πάγρος, piſcis eſt ex genere cancrorum. Plin. *lib.* 31. *cap.* 10. Pagri fluuiatilis longiſſimus deus capillo adalligatus. Idem & Pagurus dicitur. Idem *lib.* 9. 31. Cancrorum genera carabi, aſtaci, maiæ, paguli, leones, & alia ignobiliora.
Pāgūrŭs, πάγουρος, eſt de genere cancrorum poſt maiam maximus: de quo Plin *lib.* 9. *c.* 31.
PAGVS, i, vicus, vbi multa ædificia ruſtica ſunt coniuncta. { כפר chópher פרזון perazón. κώμη. GALL. *Vn gros village ou bourg.* ITAL. *Villa.* GERM. Ein dorff. HISP. *El barrio ò aldea.* ANGL. *A village in the cuntrey.* } ἀπὸ τῆς πηγῆς, hoc eſt, à fontibus circa quos ruſtici gaudent habitare, vt facilis ſit aquatio. Autor Feſtus. ¶ Pagus præterea accipitur pro toto iuriſdictionis tractu: vnde Cæſar *lib.* 1. *bell Gall.* ſcribit Heluetiam totam in quatuor fuiſſe diuiſam pagos. Hodie tredecim numerantur. Galli ſua lingua vocant *Cantones.* Plutarch. *in Numa*, In pagos diuiſum territorium Rom. à Numa.
Pāgātim, aduerbium. Per ſingulos pagos. { κατὰ κώμας. GALL. *De bourg en bourg, de village en village.* ITAL. *De villa in villa.* GERM. Von dorff zu dorff/durch alle dörffer. HISP. *De aldea en aldea.* ANGL. *Village by village* } Liu. 1. *bell. Maced.* Templa deûm, quæ pagatim ſacrata habebant, dirui atque incendi iuſſit.
Pāgānŭs, i, à pago dictus eſt, Ruſticus, qui ſcilicet rure natus eſt, & educatus. { פרזי perazi. κωμήτης, κωμητικός. GAL. *Villageois, ruſtique, payſan.* ITAL. *Ruſtico, villano.* GERM. Ein dorffman/baurſman. HISP. *Coſa de aldea, ruſtico.* ANGL. *An vplandishman, that dwelleth in a village.* } Cic. *pro domo ſua*, Nullum eſt in hac vrbe collegiũ, nulli pagani, aut montani (quoniam plebi quoque vrbanæ maiores noſtri conuenticula, & quaſi concilia quædam eſſe voluerunt) qui non ampliſſimè non modò de ſalute mea, ſed etiam de dignitate decreuerint. Iuuenal. *Satyr.* 16.

——— citius falſum producere teſtem
Contra paganum poſſis, quàm vera loquentem
Contra fortunam armati.

Hinc Semipaganus, ſemiruſticus. Perſius per tranſlationem, arrogantiam vitans, ait, ipſe ſemi paganus, Ad ſacra vatum carmen affero noſtrum. ¶ Interdum Pagani accipiuntur pro hominibus non militantibus, tametſi vrbani ſunt, παγανοί, ἀστράτευτοι. Et eſt verbum peculiare Iureconſultorum, à quibus hæc duo perinde ac contraria opponuntur Miles, Paganus. Sueton. *de Auguſto cap.* 27. Pinarium equitem Romanum, quum concionante ſe, admiſſa turba paganorum apud milites ſubſcribere quædam animaduertiſſet, curioſum & ſpeculatorem ratus, coram fodi imperauit. Idem ferè *in Galba c.* 19. Vlpian. *l. tractabatur. ff. de militari teſtamento*, Eſt reſcriptum à diuo Pio in eo, qui quum eſſet Paganus, fecit teſtamentum, mox militare cœpit. Marcellus *l. quædam. ff. de pœnis*, Quædam delicta pagano, aut nullam, aut leuiorem pœnam irrogant: militi verò grauiorem. ¶ Quare autem Pagani dicantur etiam ij qui vrbani ſunt, hæc affertur ratio, Romam olim diuiſam fuiſſe in tribus quatuor (ſicut apud Dionyſium *lib.* 4. *Antiquitatum* legitur) quas pagos vocitabant, in quibus habitantes Pagani dicebantur, qui nullam in aliam habitationem transferri poterant. Hinc factum vt Paganus pro ciue ſumatur, qui nunquam militauerit. Et Pagano miles opponitur. Ob id à Hieronymo cæteríſque Eccleſiaſticis ſcriptoribus Pagani appellati Ethnici, qui non ſub Chriſti vexillo militarent. Apud Plin. Pagana lex qua ruſtici vtuntur.
Pāgānŭs, a, um, ad pagum pertinens: in pago habitans. { פרזי perazi. ὁ τῆς κώμης ἰδιωτικός. GAL. *De village.* ITAL. *Di villa.* GERM. Deſs dorfs/bäuriſch HISP. *De barrio ò aldea.* ANGL. *Beloging to a village.* } vt Fercula pagana, Propert *lib.* 4. *Eleg.* 4.

Annua paſtorum conuiuia, luſus in vrbe,
Quum pagana madent fercula diuitiis.

Ouid. 1. *Faſtor.*

Pagus agat feſtum, pagum luſtrare coloni:
Et dare paganis annua liba focis.

Pagana lex, pagis lata. Plinius *lib.* 27. *c.* 2. Pagana lege in pleriſque Italiæ prædiis cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fuſos, aut omnino detectos ferant; quoniam aduerſetur id omnium ſpei, præcipuéque frugum Superſtitio.

Pāgānĭcus, a, um, quod paganorum est, hoc est, quod ad rusticos pertinet. Vnde Paganicum peculium, vel Paganicum absolutè, dicitur quod ex prædiis, vel pastione, aliisve rusticis reditibus prouenit: ⚹ Castrense. Anton. *in l. 1. C. de testament. militar.* Frater tuus miles, si te specialiter de bonis quæ in Paganico habeat, heredem fecit, bona in castris reliquit, petere non potes. ¶ Paganica pila dicitur à pagis, id est, villis, quòd pagani ea vterentur, hæc est crassior, laxiórque, & pluma plena, nec ad vsum tam agilis, vt quæ nec tam leuis sit, nec iactata facilè resiliat. Mart *lib.* 4. *Epist.* 45.

Et quæ difficilis turget paganica pluma,
Folle minus laxa est, & minus arcta pila.

Quasi dicat est laxior, quàm pila trigonalis, & arctior firmiórque quam follis: nam follis, tertium genus pilæ est. ¶ Paganicum peculium, quod ex paganis rebus, vt prædiis & pastione prouenit. Opponitur castrensi, vt Paganus militi.

Pāgānālĭă, feriæ, quibus sacra fiebant Cereri & Telluri à paganis frugum & sementorum causa. Dictæ etiam hæ feriæ sunt paganicæ: quanquam Varro distinguere videtur, quòd paganalia sint priuatæ feriæ alicuius pagi: paganicæ verò omnium pagorum.

Paganismus, ritus & mos paganorum. Vet. Voc. tanquam à verbo παγανίζω, paganum, gentilem agere.

Paganitius, vt occultus. Gloss. Isid. *l. vir occultus*, qui scil. idiota viuit, non in publico.

Pagarchus, πάγαρχος, pagi præfectus. Iust. *in Nouell & edict.* 13.

‖ Pagenses, eiusdem pagi homines. Greg. Turon.

Paguunt, pulsicuntur, in XII. tab. ‖

Pălă, æ, Instrumentum rusticanum vulgo notum: dicta à pangendo, mutato g in l. inquit Varro *lib.* 4. *de lingua Latina.* { רחת *rachath.* σφυδόνη. GALL. *Vne paele.* ITAL. *Pala, badile.* GERM. Ein schauffel. HISP. *Pala, instrumento para traspalar.* ANGL. *A shouell ort spade.* } Plautus, Palas vendundas sibi & mergas datas, vt hortum fodiat. ¶ Est etiam pala instrumentum quo panis in furnum immittitur & extrahitur. Cato *cap.* 11 *de re rustic.* Palæ ligneæ quatuor: necnon ventilabrum. ¶ Item quoddam ignis receptaculum. ¶ Sunt etiam palæ dorsi partes, dextra, læuáque eminentes. ¶ Item (vt inquit Strabo *lib.* 3.) minores auri purgatioris massulæ, & vtique non maiores selibra palæ dicuntur. Plin. *lib.* 34. *cap.* 13. In ærariis officinis & psegma fit, iam liquato ære, atque percocto, additis etiamnum carbonibus, paulatímque accensis, ac repentè vehementiori flatu expuitur æris pala quædam. Sic enim legit Budæus *de Asse*, licèt in quibusdam codicibus legatur *palea.* ¶ Pala quoque anuli pars caua est & latior, in qua gemma inseritur. { משבצה *mischbetsah.* σφενδόνη. Cicer. *lib.* 3. *offic.* Ibi quũ palam eius anuli ad palmam conuerteret, à nullo videbatur. ¶ Pala item arbor est apud Indos, quam describit Plin. *lib.* 12. *cap.* 6. his verbis: Maior alia, pomo & suauitate præcellentior, quo sapientiores Indorum viuunt. Folium alas auium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duûm. Fructum è cortice mittit, admirabilem succi dulcedine, vt vno quaternos satiet. Arbori nomen palæ, pomo Arienæ. Hæc ille.

Palacra, quæ & palacrana à nonnullis appellatur, maior auri massa est { ANGL. *A piece or wedge of gold.* } Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. de auri massis loquens, Necnon in puteis denas excedentes libras, Palacras Hispani alij Palacranas: Iidem quod minutum est, balucem vocant.

Palæbiblus, παλαίβυβλος. Oppidum est in ora Syriæ, Lybano monti subiectum, non procul ab Adoni fluuio. Autor Plin. *lib.* 5. *c.* 20.

Pălæmōn, παλαίμων, Athamantis & Inûs filius, fuit alio nomine dictus Melicertes, qui patris furorem fugiens vnà cum matre se in mare præcipitauit: amboque dij marini facti sunt: mutatísque nominibus, mater Leucothea, hoc est, alba dea dicta est: creditúrque esse Aurora, quæ & Mutata dicitur: ille verò à Græcis Palæmon, à nostris, quòd portubus præesse putetur, Portunus est appellatus. In Palæmonis honorem Isthmia celebrabantur, à Theseo primùm instituta, quorum præmia erant coronæ confectæ, quæ à Palæmone dictæ sunt Palæmoniæ. Claudian. 8. *Paneg.*

Cuncta Palæmonis manus explorata coronis
Adsit.

Erat autem hoc vnum ex quatuor sacris certaminibus, quæ magno totius Græcæ concursu celebrabantur: quorum duo dicata erant diis immortalibus, Ioui Olympi, Apollini Pythia: duo itidem mortalibus, Nemæa Archemoro, Palæmoni autem Isthmia. Circumfertur ea de re Epigramma Græcorum nomine Archiæ poetæ, in hæc verba:

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί,
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.
Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.
Ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Quod sic Latinè effertur,

Quatuor Argiuis certamina sacra feruntur:
Bina hominum natis, bináque cælitibus:
Phœbo, ipsique Ioui, puero Archemoro, & Melicertæ.
Poma, oleastra, apium, præmia pinus erant.

¶ Est etiam Palæmon nomen proprium Grammatici Vicetini, qui Romæ vixit sub Tiberio & Claudio principibus, tanta vir arrogantia, vt M. Varronem porcum appellaret, secum & natas & morituras literas iactaret. Luxuriæ ita indulsit, vt sæpius in die lauaretur, nec sufficeret sumptibus. Hæc Sueton. *lib. de Illustribus Grammaticis cap.* 23. Iuuen. *Satyr.* 6.

——— *odi*
Hanc ego quæ repetit voluitque Palæmonis artem.

Pălæmyndŭs, παλαιμύνδος, Cariæ opidum fuit in eo loco, in quo postea condita fuit Nariandus. Palæmyndi autem nomen accepit ad discrimen recentioris Myndi, quum antea etiam Myndus diceretur. Vide Plinium *lib.* 5 *c.* 19.

‖ Paleocastrum, vrbs vetustate collapsa. Const. L. g. b. ‖

Pălæpăphŭs, παλαίπαφος, oppidum Cypri insulæ, antiquum Veneris Paphiæ templum habens, antea Paphus dicta. Verùm quum Agapenor ad sexagesimum inde stadium alteram eiusdem nominis vrbem condidisset, cœpta est hæc ad differentiam recentioris Palæpaphus appellari, quasi vetusta Paphus. Autor Strabo *lib.* 14.

Palæphatus, παλαίφατος, vir qui multa fabulosa scripsit, vnde

Palæphatius, a, um, vt Palæphatia papyrus, Prouerbio dicitur de libellis fabulosis, qui nil nisi meras fabulas, résque incredibiles continent. Tractum à Palæphato Pario, siue (vt alij malunt) Prienæo, qui τῶν ἀπίστων, hoc est, rerum incredibilium multa conscripsit volumina. Virgilius tamen ad Messalium, Palæphatiam papyrum, simpliciter dixit pro libris Palæphati.

Docta Palæphatia testatur voce papyrus.

Palæscamander, παλαισκάμανδρος, fluuius Troadis, qui effecto prius lacu, in Achæorum portum influit. Autor Plin. *lib.* 5. *c.* 30.

Palæstinæ Deæ (furiæ.) Ouid. 4. *Fastor.*

Pălæstīnă. { פלשת *pelescheth.* παλαιστίνη. } prouincia Syriæ, Iudææ & Arabiæ contermina, vt inquit Plin. *lib.* 5. *c.* 12. & 13. Herodotus totam Syriam vocat Palæstinam. In ea quinque ciuitates continebantur, Gaza, Ascalo, Geth, Acaron, & Azotus. ¶ Est & altera Palæstina propè Phæaciam, de qua Lucanus *lib.* 5.

Pălæstră, æ, Luctatio, concertatio. { נפתול *naphtul.* παλαίστρα. GALL. *La luicte, exercice à luicter.* ITAL. *Pallestra, lotta.* GERM. Das ringen/ ein kampffpyl mit ringen. HISP. *La lucha.* ANGL. *A wrastling place or the feat or wrastlin orbarries* } ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι τὸ σῶμα, hoc est, a corporis agitatione. Terent. *in Eunuch.* fac periculum in literis, Fac in palæstra, in musicis. Virg *lib.* 6

Pars in gramineis exercent membra palæstris.

Palæstra propriè locus in vrbibus Græciæ quam plurimis, vbi cursu, & luctatione, aliísque variis ludis adolescentes exercebantur. ¶ Accipitur etiam Palæstra, pro quauis re, aut pro quouis etiam loco, in quo præcipuè se quis exercet. Tet. *in Phorm.* Eccum è sua palæstra exit foras, hoc est, è domo lenonis, quæ est veluti palæstra, officina quædam, & ludus amatoris. ¶ Accipitur etiam Palæstra pro decenti motu, gestúque totius corporis, quem Galli *Contenantiam* vocant. Vnde *Palæstritæ* vocantur, qui in hisce corporis decentibus gestibus insigniter sunt exercitati: quemadmodum contrà *Apalæstri*, qui talium motuum & gestuum planè sunt rudes. { παλαιστρῖται, παλαισταί. GAL. *Luicteurs.* ITAL. *Lottatori.* GERM. Vnpossechtig/ der keine geberden mitt den gliederen nit üben kan/der sich nit in possen schicken kan. HISP. *Luchadores.* ANGL. *He that vsed wrastling.* } Quint. *lib.* 9. *c.* 4. significare volens, orationem forensem nec planè numerosam esse debere, qualis Panegyricus ille adeò fama celebratus Isocratis: nec rursus numeris vacare, ita inquit, Sicut etiam quas palæstricas esse nolumus, tamen esse nolumus eos qui dicuntur Apalæstri. Vide Budæum *in prioribus annotationibus.*

Pălæstrĭcŭs, i, Palæstrita. { παλαιστρίτης. GALL. *Luicteur.* ITAL. *Lottatore.* GERM. Ein ringer oder fechter. Idem der in allem seinem thun oder reden seine geberden führen kan / sich weist leicht in possen zuschicken. HISP. *Luchardor.* ANGL *He that vseth wrasting.* } Africanus, Depelli mihi manum per palæstricos. ¶ Dicuntur etiam Palæstrici, qui palæstram docent, hoc est, qui palæstritas exercent & instituunt. ¶ Aliquando etiam Palæstricos appellatos inuenimus qui motus gestúsque corporis formant, docéntque quo pacto omnes corporis partes decenter debeamus mouere. Quint. *lib.* 1. *c.* 11. Ne illos quidem reprehendendos puto, qui paulum etiam palæstricis vacauerint. Non de iis loquor quibus pars vitæ in oleo, pars in vino consumitur: qui corporum cura mentem obruerunt. Hos enim abesse ab eo quem instituimus, quam longissimè velim. Sed nomen idem est, iis à quibus gestus motúsque formantur.

Pălæstrĭcŭs, a, um, quod pertinet ad palæstram { παλαιστρικός. GALL. *Appertenant à luicte.* ITAL. *Cosa de lotta.* GERM. Zu dem ringen gehörig. HISP. *Cosa perteneciente à lucha.* ANGL *That perteineth to wrastling.* } Plaut. *in Rud.* Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio Gymnastico & Palæstrico. ¶ Palestricos motus dixit Cic. 1. *Officiorum* nimis accuratos corporis gestus. Nam (vt suprà ostendimus) Palæstra aliquando accipitur pro concinno illo omnium membrorum gestu quem Galli *Contenantiam* vocant: & palæstrici qui Huiusmodi motus docent. Verba Ciceronis sunt hæc, Nam palæstrici huiusmodi motus sæpè sunt odiosiores. Idem *quarta in Verrem*, Nunquam vos prætorem tam palæstricum vidistis.

Pălæstrĭcē, aduerb. More palæstritarum. { παλαιστρικῶς. GALL. *En luicteur, en façon de luicte.* ITAL. *A foggia di lotta.* GERM. Fächterisch/wie ein ringer oder fechter. HISP. *En manera de lucha.* ANGL. *Lyk wrastlers.* } Cic. *de opt. gen. dic.* Sed ita vt palæstricè spatiari in xysto liceat.

Palæstrio, nomen serui *in Milite.* Plaut.

Pălæstrītă, æ, qui in palæstra se exercet. { παλαιστρίτης. GALL. *Luicteur* ITAL. *Lottatore.* GERM. Ein ringer/ fechter / der sich in dem kampffspyl des ringens übt. HISP. *Luchador.* ANGL. *Awrastler.* } Cic. 6. *Verr* De Heraclij hæreditate, quam palæstritis concessisset, multo maximam partem ipsum abstulisse. Persius *Satyr.* 4.

Quinque palæstritæ licèt hæc plantaria vellant.

Pălăm, aduerb. Manifestè, apertè, in conspectu atque oculis omnium. { ἀπὸ προσώπου, φανερῶς. GALL. *Publiquement, apertement.* ITAL. *Palesemente, apertamente.* GERM. Offentlich/onuerholen. HISP. *Publicamente.* ANGL. *Apenlie, in the sight of men.* } Contraria habet Clàm & obscurè. Plaut. *in Cistell.* Nostro ordini palàm blandiuntur: clàm, si occasio vsquam est, frigidam Subdole suffundunt Cicer. 4. *Academ* Alterum quidem, vt videmus, palàm: alterum vt suspicamur, obscuriùs. Omnis res palàm est Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Et *in Milit. sc.* 2. *a.* 2. Si id palàm fecisset. (i. si indicasset aurum.) *Aulul. sc.* 4 *a.* 3. Quem ego hìc conuincam palàm. Idem *Amphitr.* Me honestius est, quàm te palàm hanc rem facere. (i. aperire & narrare.) perspicuè, Et si taceas, palàm est quidem. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 3. Probrum & partitudo propè adest, vt fiat palàm *Ibid. sc.* 5. *a.* 1. Palàm de se facere coactus. (i. se occidere.) Senec. *cap.* 15. *de tranquill.* Palàm est eam esse. Plaut. *Milit. sc.* 5. *a.* 2. ¶ Palàm & interdiu ⚹ Clàm & noctu. Cæsar 3 *bell. ciu.* Exercitum educunt, Pompeius clàm & noctu, Cæsar palàm atque interdiu. ¶ Coràm ad personas certas tantùm refertur: Palàm ad omnes. Terent. *in Eunuch.* Sin falsum, aut fictum, continuò palàm est. Palàm cum ablatiuo pro Corà, Præpositio est. Liu. *lib.* 6. *ab Vrbe*, Inde rem creditori palàm populo persoluit. ¶ Hinc fit Propalàm eiusdem significationis: a quo Propalò, pro manifesto, seu aperto, de quibus infrà. ¶ Palàm quæstum facere dicitur

citur, non tantùm ea quæ in lupanario se prostituit, sed etiam si qua (vt solet) in taberna, caupona, vel qua alia domo, pudori suo non parcit. ἐν τῷ φανερῷ χρηματίζειν. Item Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Quod palàm venale est (de meretrice.) Dij faxint vt ille ibidem assiet. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Palàm facere (i. mandare.) GALL. *Manifester.* Liu. & Suet. *in Tiber. c.* 22. Non priùs palàm fecit. Et *in Meron. c.* 8. De Claudio palàm factum est. (i. de morte Claudij.)

Pălămīdēs, dis, παλαμήδης, nomen filij Nauplij EubϾ regis qui Vlyssis fraude à Græcis interfectus dicitur. Nam quum omnes totius Græciæ principes ad bellum Troianum conuocarentur, Vlysses vt domi maneret, insanire se finxit: & quò melius rei fidem faceret, iunctis diuersæ naturę animalibus salem serebat. Palamedes autē vt viri astutiam deprehenderet, Telemachum filium obiecit, quo viso Vlysses aratum subitò suspendit, ne eum læderet, quo argumento simulatione deprehensa, ad bellum coëgit. Deinde quum in Thraciam frumentatum missus esset Vlysses, & nihil inde attulisset, neque quicquam sese inuenisse diceret: Palamedes eòdem missus plurimum frumenti aduexit. Quamobrem Vlysses inuidiæ stimulis agitatus, adulterinam Priami nomine epistolam scripsit, in qua agebat Palamedi gratias, commemorabatque secretum auri pondus esse transmissum, vt Græcos proderet: quod ipse Vlysses per corruptos seruos in tabernaculo eius infodi curarat. His igitur litteris in Græcorum concilio recitatis, Palamedes proditionis accusatur. Ibi Vlysses reo se adesse simulans, hostilibus litteris nihil fidei habendum contendit: eásque re ipsa facilè posse coargui, si Palamedis tabernaculum scrutaretur: in quo si aurum inueniretur, nullum illum supplicij genus recusare. Missi itaque qui tabernaculum eius perscrutarentur, quum aurum inuenissent, Palamedes velut proditionis conuictus, lapidibus obrutus est. Ouid. *lib.* 3. Vellet & infelix Palamedes esse relictus, Viueret, &c. En falso Palamedem crimine turpe est accusasse mihi *Ibid.* Hic fertur Troiano bello quatuor literas inuenisse, scilicet, θ, ξ, χ, φ. Præterea calculorum ludum & mensurarum, & ponderum rationem excogitasse. Astrologiæ insuper peritus fuisse dicitur, annúmque ad cursum Solis, & menses ad cursum Lunæ accommodasse: primúsque in castris visam atque reformidatam. Solis eclipsim naturalem, miniméque timendam esse docuisse. Præterea ordinem aciei & tesseras, hoc est, symbolum bellicum, & vigilias inuenisse. Quæ omnia à gruibus fertur didicisse. Illæ enim nonnisi acie instructa volant, electo duce quem sequantur, dispositisque in extremo agmine, qui gregem voce contineant, & qui noctu cæteris dormientibus excubias obeant. Inter volandum etiam, mutatis subinde ordinibus, literas quasdam videntur effingere, quas etiam ab eis primus obseruasse fertur Palamedes. Hinc à poëris Palamedis aues, grues dicuntur. Mart. *lib.* 13. Turbabis versus, nec litera tota volabit, Vnam perdideris si Palamedis auem. ¶ Fuit & Palamedes Eleates Grammaticus, qui scripsit Onomasticum de tragicis & comicis dictionibus, ac de proprietate Atticæ & Doricæ linguæ. Suidas.

Pălāngæ, Græci φάλαγγας dicunt. {GALL. *Rouleaux qu'on met sous les nauires pour les tirer en l'eau ou à bord.* ITAL. *Legno longo & retundo che si mette sotto lo naui per tirarle in aqua.* GERM. Wälen/seind lange runde höltzer darauff mann etwas stoßt/oder zeucht/ein welle. HISP. *Las palancas de madera.* ANGL. *Rollers to conueigh shipes en land or any thing of great weight.*} Sunt ligna teretia, qualia sunt quæ nauigiis dum subducuntur ad littus, aut ad mare trahuntur, supponi solent. Vnde etiam nunc Palangiarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transuehunt. Varro *de vit. pop. Rom. lib.* 4. Quum Pœnus in fretum obuiam venisset nostris, & quosdam cepisset, crudelissimè pro palangis carinis subiecerat, quo metu debilitaret nostros. Cæsar 2. *bell. ciu.* Palangis subiectis ad turrim hostium admouent. Equidem quum exemplaria & manuscripta, & formis excusa, voluta rim, in nullo, palangis, in omnibus Phalangis memini me legisse. A Platone σκολοφορία, appellantur, teste Hermolao, & Cælio: apud quos *Phalangas* legimus per aspirationem. Et ita omnes docti. Vide in dictione *Phalanga.*

Pălāngo, as, φαλαγγίζω. Onus aliquod huiusmodi fustibus transueho. Afranius, Et capream vnam semilaceram quaterni simul palangabant. Nonius, Manet huius verbi vsus hodie quoque apud Italos, Spalancare enim, aperire latiùs, & in diuersam rem diducere distrahereque apud illos significat.

Pălāntēum, vel potiùs Pallanteum gemino ll, παλάντιον, vrbs in Palatino monte, à Pallante Euandri proauo. Vide Liuium *lib.* 1. *dec.* 1. Vnde Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Arcades his oris genus à Pallante profectum,
Qui regem Euandri comites, qui signa sequuti,
Delegere locum, & posuere in montibus vrbem,
Pallantis proaui de nomine Pallanteum.

Varro à balatu ouium per antistœchon dictum voluit, & per l simplex scribi debet: secundùm Virgilium autem per duplex, vide *Palatinus* & *Palatium.*

Palantia, παλαντία, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, vt ait Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 6. Vacceorum colonia, à qua Palantini dicti: vt à Numantia Numantini. Aliàs *Palantia* dicitur. ¶ Est & nomen fluminis in Valentino littore.

Pălāntĭum, παλάντιον, Stephan. Arcadiæ oppidum, Euandri regis patria: qui quum patrem imprudens occidisset, suadente matre in Latium se contulit, montémque in quo primùm consedit, à nomine relictæ patriæ Palantium appellauit: qui postea Palatium, & Palatinus appellatus est. Plin. *lib.* 4. in descriptione Arcadiæ: Palantium (inquit) vnde Palatium Romæ.

‖Palaphrion, paraueredus. Anon. L. g. b.
Palasea, pars secundùm caudam in boue.‖

Pălāthă, {צמוק tsimmúk. παλάθη. GALL. *Vn cabas, ou vne masse de figues.* ITAL. *Pasta de ficchi.* GERM. Ein gloz an welchen vil feigen zusamen getruckt sint. HISP. *Masta ò pasta de higos passos.* ANGL. *A plaister or cluster or figges.*} Græca dictio est, quæ massam Latinè significat, & propriè ficorum & caricarum. Autor Hesychius: cuius verba sunt hæc, ἡ παλάθη ἐστὶ τῶν σύκων ἐπίπλοκος ἧπις, καὶ μάζα. Eadem ferè de hac re apud Suidam leges.

Pălātim, aduerb. significat Passim vagando. {πλανώμενος. GALL. *Vagant çà & là.* ITAL. *Vagando in ogni parte.* GERM. Mitt hin vnd hår schweiffen. HISP. *Vagando de todas partes.* ANGL. *Bywandering.*} Liu. *lib.* 5. *ab Vrbe,* Tusculum palatim fugerunt.

Pălātīnā, æ, vrbis Romæ quarta fuit regio, circa Palatinum montem: vnde & nomē accepit. Sunt qui à Palantia Latini regis matre huic regioni nomen putent impositum. Alij à palando, hoc est, ab errando dictam putant, quòd Arcades duce Euandro palantes ibi primùm subsederint.

Pălātio, nis, {ἡ τῶν χαράκων πυξάπηξις, ἡ χαράκωσις. GALL. *Fichement de pieux, pilotis.* ITAL. *Fondamento con pali ficcati come si vede hoggi fondata Venetia.* GERM. Ein pfůlment mitt eingeschlagnen pfålen gemacht auff die mann das gebeuw setzt / in wasser od sunst an pfützechtigen orten. HISP. *Fondamento de palos.* ANGL. *A makin of a ground solide to build vpon bylaying of groat tymber.*} Dicitur illud fundamenti genus, quum in solo vliginoso, aut alioqui sustinendo ædificio non satis firmo, fistuca, vel simili aliqua machina palos depangimus, cui ædificium innitatur vtitur hac voce Vitruu. *lib.* 2.

PĂLĀTIVM, ij, παλάτιον ὄρος, vnus ex septem vrbis Romæ montibus, nomen habens inde quòd ante vrbem conditam pecus in quo pascens balare consueuit, (sic enim vox animalis fingitur) quasi Balatium, qua etiam voce vtitur Nonius. Hinc Terent. Scaur. *de Orthog.* Palatium, inquit, antiqui Balatium vocabant. Vel à Palo, las, siue quòd ibi palare, id est, errare pecudes soleant: siue quòd palantes Arcades cum Euādro ibi consederint. Nam ante Romam conditam cultum fuisse atque habitatum hunc montem constat. Alij à Palantia Latini matre quæ ibi habitauerit, Palatium dictum volunt. Alij à Pallante Euandri auo. Alij à filia Euandri. Palantia, ab Hercule vitiata, & postea ibi sepulta: vel certè à Pallante eius filio ibi sepulto. Plin. à Palantio Arcadiæ oppido, & patria Euandri dictum existimat. Ferunt enim Euandrum ob patris cædem domo profugum, in Latium venisse, montémque in quo consedit, Palatium appellasse. Alij à Pale pastorali dea nomen inditum autumant. ¶ Palatium, Domus imperatoria, regia. à Pallante gigante, qui primus palatium ob magnitudinem sui fecisse dicitur: siue (vt Cyrillus autor Græcus refert) à Palatino monte. (היכל hechal; בירה biráh. ἀνάκτορον. GALL. *Palais, maison royale.* ITAL. *Stanza imperiale, palazzo.* GERM. Ein palast/ein fürstlich hauß. HISP. *Palacio, casa real.*} Suet. *de clar. Gramm.* Quare ab Augusto quoque nepotibus eius præceptor electus, transiit in Palatium cum tota schola. Huius prima syllaba indifferenter scriptores vtuntur. Ouid. 1. *de Arte amandi,*

Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Altaque velantur palatia sertis. Martial. *lib* 1.

Inde sacro veneranda petes palatia cliuo.

Crediderim tamen primam huius nominis syllabam quoties producitur gemino ll, esse scribendam.

Pălātīnus, a, um, παλατῖνος. Vnde Palatinus Deus, & Palatinus mons dictus est in quo primò Roma ædificata fertur, & in quo Reges primò, deinde Consules, pòst Imperatores maiore ex parte sedem habuerunt. Et palatina regio, ea pars vrbis in qua Arcades & Aborigenes palantes, hoc est, errantes & vagabundi, duce Euandro primò consederunt, de qua re plura paulò antè in *Palatium.* Cella Palatina Atriensis Romæ, Suet. *in Calig. c.* 57. Et Palatina domus & Templum. Idem *in Aug. c.* 29. Palatini ludi, idem *in Calig. c.* 56. ¶ Palatina officia dicuntur Officiales, aulici & Imperatorij. Iulius Capitolinus *in Gallien.* Quum iret ad hortos nominis sui, omnia Palatina officia sequebantur. ¶ Palatina palæstra, quæ in Palatino monte exercetur. Cic. *ad Attic lib.* 2.

Patua, dea, apud Varr. *lib.* 6. *de. L. L.* fortè Palatia Latini vxor.

Pălātŭāl, Sacrificium quod fiebat Romæ in monte Palatino. Varro *de L. L. lib.* 7.

Pălātŭālis, Flamen qui constitutus erat ad sacrificandum ei deæ, in cuius tutela erat Palatium. Festus.

Pălātum, i, Oris cælum, quòd labiis dentibúsque, quasi palis, munitum fit. {מלקוחים malkochájim. οὐρανός, ὑπερῴα. GALL. *Le palais de la bouche.* ITAL. *Palato.* GERM. Der rachen deß munds. HISP. *El paladar, sentido del gusto.* ANGL. *The roofe of the mouth.*} Col. *lib.* 7. Sed etiam si palatum atque lingua concolor lanæ est. Palatum illos non habere. Gell. *cap.* 8. *lib.* 15. Item,

——— *Suppressaque lingua palato.*

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Sic noua dulichio lotos gustata palato.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Legitur etiam nominatiuus Palatus (nisi mendosum sit exemplar) apud Cic. 2 *de finib.* Nec enim sequitur, vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatus.

Pălĕă, æ, à palàm, vt ait Varro *de re rust. lib.* 1. *c.* 50. siue à nomine Pabulum dicitur. {תבן tében. ἄχυρον. GALL. *Paille.* ITAL. *Paglia.* GERM. Spreuwer. HISP. *La paja.* ANGL. *Caffe.*} Nam ea sola primùm in pascendis animalibus præbebatur. Quo sanè vocabulo, non culmi, sed follicula ipsa granulorum comprehenduntur. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Surgentem ad Zephyrum palea iactantur inanes.

Col. *lib.* 6. Minus commodè tuemur armentum paleis, quæ vtique quibusdam regionibus solæ præsidio sunt, & probantur maximè ex milio tum ex hordeo, mox & ex tritico. Idem, Oportet fabam maturam conterere, & paleas eius diligenter recondere. Notandum (vt Seruius sentit) Paleam singulari numero dici contra artem. Nam quæ ex pluribus constant, sunt tantùm numeri pluralis: vt Cancelli, Bigæ, Scopæ, licèt abutantur Poëtæ. Virg. 1. *Georg.*

Nequicquam pinguis palea teret area culmos.

¶ Palea quoque dicitur cartilago deflua, siue pendula à collo galli gallinacei. Colum. *lib.* 8. *cap.* 2. de gallinaceis loquens, Paleæ ex rubro albicantes, quæ velut incanæ barbæ dependent. Palea æris ponitur pro ramento, & excremento. Plin. *lib.* 34. *cap.* 13. Ac repentè vehementiori flatu expuitur æris palea quædam. Sic enim ferè habent exemplaria. Budæus tamen in hoc Plinij loco *Pala* legit, non Palea. Palea etiam per quandam metaphoram dicitur de re tenui & vili: vnde Conradus Imperator, cùm regni Italici coronam non Mediolani secundùm veterum morem suscepisset, sed alibi, vulgò tum ferebatur corona paleæ redimitus, quæ loquendi forma etiam Græcis vsitata fuit. Aristophanes, τοὺς γὰρ μισθίους ἄχυρον τῶν ἀσῶν λέγω. Hinc capitula in iure Canonico

nico quæ certæ fidei non sunt, paleas appellari putant. Alciatus *lib.* 11. *Parergon.*

Pălēārium, ij, locus in quo reconditur & asseruatur palea. { ἀχυρών. GALL. *Vn pallier.* ITAL. *Pagliaio.* GERM. Ein spreuwerkast. HISP. *El pajar donde se guarda la paja.* ANGL. *A place where caffe is keept.* } Col. *lib.* 1. *c.* 6. Fœnilia, paleariáque, & apotheca, & horrea.

Pălēātūs, a, um, quod est factum ex paleis, vel quod paleas habet admistas. { ἀχυρώδης. GALL. *Fait de paille.* ITAL. *Fatto di paglia.* GERM. Mitt spreuweren vermischt. HISP. *Hecho de paja.* ANGL. *Made of caffe or that is mixed with caffe.* } Vnde lutum paleatum dicitur, cui, vt tenacius sit admistæ sunt paleæ. Colum. *lib.* 1. *de arboribus*, *cap.* 8. Quicquid inserueris viti, diligenter libro ligato: atque luto subacto paleato, oblinito, operitóque plagam, & ita alligato, ne aqua ventúsque penetrare possit.

Pălēāriā, Pelles dependentes ex gutture boum, quasi pellearia. { τὰ ἐσχόνατα. GALL. *Le fanon d'vn bœuf ou vache.* ITAL. *Pagliuola.* GERM. Diehaut so den rindeern vnden von dem halss oder kälen hinab zotteren. HISP. *Los papos pellejas de buey.* ANGL. *The dewelap of a beast hanging vnder the neck.* } Virg. 3. *Georg.* Et crurum tenus, à mento palearia pendent. Col. *lib.* 6. *c.* 1. Ceruice longa, & torosa palearibus amplis, & penè ad genua promissis. Nominatiuus singularis est Palear, quo vsus est Seneca *in Hippolyto.* Musco, (inquit) tenaci pectus ac palear viret.

Pălē, { נפתול *naphtúl.* πάλη. } Græca est dictio, nobis Luctam significans: ἀπὸ τοῦ παλλεσθαι τὸ σῶμα, hoc est, ab agitatione corporis: vnde Palæstra dicta est.

Pălēs, Pastorum dea, vel papuli: βοτηβρώνη θεός. cuius festa, Palilia sunt appellata, aut, vt alij malunt, Parilia à pariendo, quòd pecorum partui credebatur præsidere. Autor Festus. Hanc quidam Vestam, quidam Deorum matrem appellant. Hanc Virg. genere fœminino vocat. Alij, inter quos Varro, masculino genere, vt hic Pales. Huic sacra soluuntur quæ Palilia vocantur, de quibus *infrà.* Hæc Seruius, enarrans illud Virgilij,

> *Te quoque magna Pales, & te memorande canemus*
> *Pastor ab Amphryso.*

Pălīliā, παλίλια, vel Patilia, l in r mutata, Palis deæ festa dicuntur. { Die fäst der hirten göttin. } quæ à pastoribus in agris fiebant vndecimo Calend. Maij, quo die Romulus vrbem fundauit ad lupos arcendos, morbósque à pecore pellendos, seu pro partu pecoris. Palilibus vrbis cepit Imperium. Suet. *in Calig. c.* 16. Plutarch. *in Rom.* ait fuisse & ante vrbem conditam. Propert. *lib.* 4.

> *Vrbi festus erat dixere Palilia patres:*
> *Hic primus cœpit mœnibus esse dies.*

Vide Ouid. *lib.* 4. *Fastor.*

Paleurius Sura, Orator & causidicus fuit, Martialis & Lucani amicus: sed ob suspicionem, quòd cum Vitellianis sensisset, senatu à Domitiano fuit amotus.

Palicenus fons, παλικίνη κρήνη. Fons est in Sicilia non procul à Catana; ita dictus quòd proximus sit Dellis lacubus, quos fratres Palicos esse vetustas credidit. Apud hunc fontem iuramentorum veritas explorari solet ad hunc modum: Iuratus tabellam quam manu tenebat, coniiciebat in fontem: quæ si verum esset quod iureiurando asseruerat, fluitabat: sin falsum, mergebatur. Autor Steph. *de Vrbibus.*

Palici, παλικοί. Dicti sunt gemini fratres, Iouis filij & Thaliæ Nymphæ, siue (vt alij volunt Ætnæ. quæ quum Iunonis iram metueret, orauit vt terra sibi dehisceret. Sed quum tempus maturitatis infantium quos aluo gestabat, aduenisset, rursus terra hians, duos infantes ex puellæ aluo emisit, appellatique sunt Palici, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκειν, quod in terram demersi, denuo sint reuersi. Palicorum meminit Ouidius, & eius Commentarius, *Metamorph. lib.* 5. Ostendunt accolæ duos lacus, ex quibus Palicos fratres putant emersisse, eósque Dellos appellant: qui tanta olim in veneratione habiti sunt, vt circa eos iuramenta exigi solerent, si quis in furti suspicionem incidisset, prius tamen accepto fideiussore, qui si iuranti quid accidisset, præstaret quod exitus ostenderet. Vide in dictione Delli.

Pălĭlŏgĭă, παλιλογία, Iterata loquutio, hoc est, dictionis alicuius maioris vehementiæ causa repetitio. Quid autem differat ab Epanalexi Epanaphora & Anadiplosi, vide Rufianum, & Aquilam Romanum.

Palilicium sidus, ex septem constat stellis, quas Latini Suculas appellant: ὑάδες, Palilicium appellatum, quòd quum natura sit pluuium sidus, obseruatum tamen fuerit vndecimo Cal. Maij, (quo die Romę Palilia celebrabantur) serenitatem adducere. Vide Plin. *lib.* 18. *c.* 26.

Pălĭmbācchĭūs, pen. prod. παλιμβάκχειος, genus pedis, ex prima & secunda longis, & vltima breui: vt Augustus. Idem Antibacchius dicitur.

‖Palimblastus, restibilis ager. Bud.‖

Palimpēga, veteramenta, τὰ παλαιὰ καττύματα. Poll. παλίμπηγος veteramentum, quod suppingitur denuo. à πάλιν & πήγνυμι pango, figo.

Pălĭmpĭssă, παλίμπισσα, Pix liquida iterum decocta, & inspissata. Plin. *lib.* 24. *cap.* 7.

Pălĭmpsēstŭs, παλίμψηστος. Membrana abrasa, ‖ & deletitia, vt illa quæ fit è corio asinino cretato, aut gypsato. { Esels hautt. }‖ Cicer. *Trebat. lib.* 7 *Epist.* Nam quod in Palimpsesto, laudo equidem parsimoniam, sed miror quid in illa chartula fuerit quod delere malueris, quàm hæc non scribere, nisi fortè tuas formulas. Quidam hoc loco legunt Palinxestum, à πάλιν iterum, & ξύω rado: qua voce etiam vsus est Catullus *ad Varrum Epist.* 19.

> *Puto* (inquit) *esse illi millia, aut decem, ant plura*
> *Prescripta, nec sic, vt fit in palinxesto,*
> *Relata: charta regia, noui libri,*
> *Noui vmbilici.*

Budæus *in lib. de Asse*, Palimpsestum interpretatur chatam esse deletilem, qua calculatores vtuntur. Iurisconsulti Deletitiam chartam vocant. Nam abrasis prioribus literis rescribitur. Vlp. *l. charta. ff. de bonor. poss. secund. tab.* Chartæ appellatio ad nouam refertur, & ad deletitiam.

Palindoria, παλινδορία, veteramenta à πάλιν & δορά pellis. Poll.

Pălĭngĕnĕsĭă, παλιγγενεσία, Latinè dicitur Regeneratio, alteri natales. Voluit enim Pythagoras animas è corpore egressas, in alia atque alia corpora transmigrare, non solùm hominum, verumetiam brutorum: atque ita nos identidem alios atque alios renasci.

Pălĭnōdĭă, παλινῳδία, Recantatio, siue retractio, à verbo Græco παλινῳδεῖν, quod est retractare, vel recantare, hoc est, diuersa superioribus sentire, & quod semel dictum est, reuocare. Pro quo etiam dicimus Palinodiam canere. Vide Adagia Erasmi.

Palinurus nomen proprium serui apud Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 1. Est ne hic Palinurus Phædromi? (sup. seruus.)

Pălĭnūrŭs, παλίνουρος. Lucaniæ promontorium, haud longè ab Helia, quæ postea Velia dicta est: ita dictum à Palinuro nauis Æneæ gubernatore, qui somno oppressus, vnáque cum gubernaculo in mare delapsus, qui ad eam partem Lucaniæ adnatasset in qua postea Veleia condita fuit, ab incolis prædæ cupidis occisus est, & spoliatus; cadauérque eius in mare abiectum. Verùm quum non ita multò post ora illa grauissima peste infestaretur, oraculo moniti vt Palinuri Manes placarent, lucum ei fecerunt & cenotaphium, hoc est, inane sepulchrum posuerunt in promontorio, quod etiam Palinurum à nomine eius appellarunt. Virg. 5. *Æneid.*

> *Nam tua finitimi longè, latéque per vrbes*
> *Prodigiis acti calestibus, ossa piabunt:*
> *Et statuent tumulum & tumulo solennia mittent,*
> *Æternumque locus Palinuri nomen habebit.*

¶ Dicitur autem Palinurus quasi iterum meiens, πάλιν enim iterum οὖρον vrina. Ad quam etymologiam alludit Mart. *lib.* 3.

> *Minxisti Pauline semel curente carina,*
> *Meiere vis iterum, sic Palinurus eris,*

Palitor, admodum palor, i. erro.

Pălĭūrūs, παλίουρος, frutex spinosus & asper in Cyrenaica regione præcipuè prouenïens, baccas ferens vini saporem succo suo commendantes. Vide Plin. *lib.* 13. *c.* 139 Virg. 5. *Eclog.*

> *Carduus & spinis surgit paliurus acutis.*

Pallă, æ, per duplex ll. Muliebre vestimentum, ita dictum quòd palàm & foris eo vtebantur. { מעיל *mehil* מעטפה *mahataphah* כתנת *chethóneth.* χλαῖνα. GALL. *Vn palletoc.* ITAL. *Veste donnesca.* GERM. Ein lange vnd erbare weibs kleidung / ein kragenrok der weiber / oder ein schauben / hausfrock. HISP. *Capa ò ropa, vestidura de encima.* ANGL. *A wemans short garment with sleues called à pallecoke.* } Virg. 11. *Æneid.*

> ——— *pro longa tegmine palla*
> *Tigridis exuuiæ per dorsum à vertice pendent.*

Plaut. *in Menæch.* Pallam ad Phrygionem fert confecto prandio. Palla pallorem incutit. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Hanc pallam vxori surripui. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. & *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Eburata vehicula, pallas, purpuram, &c. Idem Aul. *sc.* 3. *a.* 1. Saltasic cum Palla. P. sanúsne es. Idē *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Contempla aurum & pallam satin' me deceat. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1 Palla etiam vtebantur citharœdi. Ouid. 11. *Metam.*

> *Ille caput flauum lauro Parnasside vinctus,*
> *Vertit humum Tyrio saturata murice palla.*

Idem 3. *Amor.*

> *Fronte coma torua palla iacebat humo,*

In Gallia etiam omnes passim viri palla vtebantur. Et videtur, inquit Bayfius, Gallia palla accessisse ad formam nostri palletici manicati. Martialis *lib.* 1.

> *Dimidiásque nates Gallica palla tegit.*

Strab. *lib.* 5. Idem sentit, Tunicarum, inquit, vice pallas manicatas gestant ad verenda vsque, natésque medias pertingentes. ¶ Est etiam hoc nomine vrbs, Ptolemæo teste, à Latere Meridionali Corsicæ.

Pallŭlă, æ, diminutiuum. Plaut. *Trucul.* Aut petit aurum quod conscissa pallula est.

Păllăcē, es, seu Pallaca, æ Græca dictio. Latinè concubina. { פלגש *pilégheschh.* παλλακή. GAL. *Concubine.* ITAL. *Concubina.* GERM. Ein kebsweib / bermāg. HISP. *Manceba non caçada.* ANGL. *A lemman, or à maried mans concubine.* } Suet. *in Vesp c.* 21. Accubante aliqua pallacarum, quas in defunctæ locum Cænidis plurimas constituerat.

Pallădĭum, παλλάδιον, Palladis simulacrum antiquissimum in arce Troiana, quod eo tempore quo arx, templúmque Mineruæ ædificabatur, de cœlo cecidisse fertur, atque in templo nondum tecto sibi locum delegisse. Quæ res quum omnibus maximo esset miraculo, ab Apolline responsum est, tam diu vrbem incolumem fore, quàm diu simulachrum illud intra mœnia seruaretur. Itaque tempore belli illius quod communibus viribus Græcia tota aduersus Troianos gessit, quum alia spes capiundæ Troiæ non esset, nisi prius sublato Palladio, datum negotium est Vlyssi, & Diomedi, vt per cloacas in vrbem ascenderent, fataléque Mineruæ simulacrum auferrent. Quo facto vrbem tutelari Palladis numine spoliatam, infirmam captúque non admodum difficilem reddiderunt Ouid. 13. *Metam.*

> *Priamidémque Helenam rapta cum Pallade captam.*

(Periphrasis Palladij surrepti.)

Pāllădĭŭs, παλλάδιος, nomen vriri proprium, qui de agricultura libros duodecim scripsit, singulos libros singulis mensibus finiens.

Pallacana, cæpæ genus est, nullo ferè capite, radice tantùm oblonga, quod subinde resecatur vt porrum. Plin. *lib.* 19. *cap.* 6. Apud nos prima duo cæparum genera: vnum condimentarium, quod illi Gethyon, nostri Pallacanam vocant. Seritur mensibus Martio, Aprili, Maio. Alterum capitatum, &c.

Pāllāntĭās, παλλαντίας, Palus est in Africa, non procul ab aris Philenorū ad Tritonem amnem: quam etiam tritonidem paludem appellatam inuenimus. Circa hanc paludem Palladem primùm paruisse ferunt: vnde ex ea natam fuisse nonnulli putauerunt. Vide Plin. *lib.* 5. *c.* 4.

Pāllāntĭă, παλλαντία, oppidum citerioris Hispaniæ, apud Ptolēm. *lib.* 1. *c.* 6. Inde Pallantini dicti sunt eius vrbis incolæ, quos Plin. inter Vacceos numerat, *lib.* 3. *c.* 3.

Pallantide victus eadem Didius, (i. luce & aurora.) Ouid. 6. *Fast.*

Pāllās, antis, πάλλας, Euandri filius, qui Æneæ suppetias missus aduersus Turnum, ab eo occisus est. Virg. *lib.* 10.

> *Ipse caput niuei fultum Pallantis, & ora,*
> *Vt vidi 1, &c.*

Alius fuit Pallas Pandionis filius, cuius meminit Ouid. *lib.* 7. *Metam.*

> *maior habet Clyton & Buten Pallante creatos*

Pallan

Pallantius heros, Ouid. 5. *Fast.*

Pallăs, adis, παλλὰς, Sapientiæ dea, quæ alio nomine dicitur Minerua ex Iouis cerebro sine matre prognata. Quod ideo à poëtis fingitur, quia liberalibus artibus & honestis disciplinis credatur præsidere, quæ non ex inuento humani ingenij, sed ex inexhausto diuinæ sapientiæ fonte creduntur dimanasse. Dicta est autem Pallas (vt quibusdam placet) à Pallante gigante ab illa interfecto, quum priùs Tritonia vocaretur à Tritonide palude, vbi primùm visa est. Vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc est, à vibrando, vel quatiendo. Solet enim ita pingi, vt hastam manu teneat, eámque veluti vibrare videatur. Ouid. 13. *Metam.*

Priamidémque Helenam rapta cum Pallade captam.

(Periphrasis est de Palladio subrepto. Idem Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.*

Vt vigil infusa Pallade flamma, solet. (i. oleo.)

Pallădius, a, um, παλλάδιος, quod est Palladis. Hinc Palladium forum Romæ, quod erat propinquum templo Palladis.

Pallēnē, es. παλλήνη. Oppidum in finibus Macedoniæ, ab ea parte ad Thraciam spectat: exigua Cherroneso situm: ita dictum à Pallene Sithonis filia, & Gliti vxore. Vide Plin. *lib.* 4. *c.* 10. ¶ Est item Pallene vicus Atticæ regionis in tribu Antiochide. ¶ A Pallene Macedoniæ regione fit Pallenæus, a, um, vt Triumphi Pallenæi, apud Statium *lib.* 4. *Syluarum.*

Pālleo, es, Pallidus, vide *Pallor.*

Pallĭum, ij, vestimenti genus extimum quod tunicæ superindui solet {מעיל mehil. τρίβων, ἱμάτιον. Gall. *Vne robe longe, manteau.* Ital. *Mantella, sopraueste.* Germ. Ein mantel/ein lang erbars kleid so man vber die andern anlegt. Hisp. *Manto capa.* Angl. *A longue robe, a cloke, or coape.*} Vnde prouerbium, Tunica pallio proximior est. Intra pallium manum continent Attici Oratores. Quintilian. Nec tuam Chlamydem, nec tuum pallium do foras. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Commuto pallium. Idem *Ps. sc.* 1. *a.* 5. Vocat me in aleam: pono pallium. Ille annulum suum opposuit. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Age dum, Excute dum pallium. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. (de seruo.) Redegit se ad pallium & crepidas. Suet. *in Tib. c.* 13. Coniiciam in collum pallium. Item collecto pallio est. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Operti barba & pallio. Gell. *c.* 8 *lib.* 13. Cum pallio versicolore, & tunica longa muliebri. Idem *c.* 10. *lib.* 6. Quæ me herè pallio reprehendere (parasitum) abeuntem. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Dictum autem putatur Pallium, quòd palam, hoc est, foris gestaretur. Propriè autem Græcorum habitus hoc nomine dicebatur, quemadmodum Romanorum toga. Suet. *in Aug.* Sed cæteros continuos dies inter varia munuscula togas insuper & pallia distribuit, lege proposita, vt Romani Græco, Græci Romano habitu vterentur. Vnde Palliati Græci dicti sunt, & Comœdiæ palliatæ, quæ scriptæ sunt secundùm ritus & habitus palliatorum, hoc est, Græcorum. Autores Donatus & Diomedes. Hinc Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Isti Græci palliati. (i. pallio induti.) Cicer. 3. *de Oratore*, Hippias gloriatus est, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se manu sua confecisse. Idem 3. *de nat. deor.* de Dionysio tyranno, Qui quum ad Peloponnesum classem appulisset, & in fanum venisset Iouis Olympij, aureum ei detraxit amiculum grandi pondere, quo Iouem ornaret ex manubiis Carthaginiensium tyrannus Hiero: atque in eo etiam cauillatus est æstate graue esse aureum amiculum, hyeme frigidum: eíque laneum pallium iniecit: quum id esse aptum ad omne anni tempus diceret. ¶ Pallium quoque philosophorum erat. Gell. *lib.* 9. Video, inquit Herodes, barbam & pallium, philosophum nondum video. Pallia inter communia vestimenta annumerantur Vlpiano: quæ promiscua appellat Tacit. *libro tertio.* Promiscuas viris & fœminis vestes.

Pallĭŏlum, i, diminut à Pallio, i. breuius & vilius pallium. {τριβώνιον. Gall. *Petit manteau.* Ital. *Picciolo mantello.* Germ. Ein mantelin/oder mantelröcklin. Hisp. *Pequeña manta* Angl. *A litle cloke.*} Palliolum, fasciæ, focalia ægrorum, Quint. Cic. 3. *Tusc.* Sæpè est etiam sub palliolo sordido sapientia.

Pallĭŏlatim, aduerbium. Plaut. *in Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Palliolatim amictus sic incessi ludibundus id est, pallio indutus.

Pallĭŏlātus, Palliolo indutus. {τριβώνιον ἔχων. Gall. *Vestu d'vne robbe longue.* Ital. *Vestito di roba lunga, coperto di mantello.* Germ. Mit einem langen rock oder mantelrock bekleidet. Hisp. *Vestido de manto.* Ang. *Clothed with a cloke or coape.*} Suet. *de Claud. c.* 2. Palliolatus nouo more præsedit. Mart. *lib.* 9.

Hanc volo, quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Palliolatus sic incessi.

‖ Palliare, occultare, tegere. Apul. ‖

Pallĭātŭs, a, um, Pallio indutus, & pallio coopertus. τριβωνοφόρος. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Isti Græci palliati. Gell. *c.* 2. *lib.* 9. Palliatus & Crinitus. Palliati peregrini opponuntur togatis. Suet. *in Claud. c.* 15. Cic. *ad Qu. frat. lib.* 3. Denique illi palliati topiariam facere videantur. Idem *pro Rabirio Posth.* Itaque obiicias licèt quàm voles sæpè palliatũ fuisse. Suet. *in Cæs. c.* 48. Sagati palliatíque. Apud Apuleium legitur verbum *Palliare* pro tegere, vel celare. Nec (inquit) palliari tam aperta res potest, id est, cooperiri, vel dissimulari.

Pallĭastrum, Rude ac vtile pallium τριβώνιον. Apuleius. Ecce Socratem contubernalem meum conspicio: humi sedebat scissili palliastro semiamictus.

Pallŏr, is. ירקון ierakón. ὠχρίασις, ὠχρός. Gall. *Couleur palle & blesme.* Ital. *Pallore, pallidezza.* Germ. Bleiche/bleichfarb. Hisp. *Amarillez.* Angl. *Palonesse.*} Propriè dicitur color ille in homine, quum pellis sanguine destituta liuescit, quod accidere solet in subito metu, sanguine se ad interiora recipiente. Ouid. 12. *Metam.*

——— *buxóque simillimus ora.*

Pallor obit, lacrymísque genæ maduere profusis.

Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 3.

Pallor in attonita virginis ore fuit.

Plaut *Men. sc.* 2. *a.* 4. Palla pallorem Incutit Cicer. 4. *Tusc.* Ex quo fit vt pudorem rubor, terrorem, pallor, & tremor, & dentium crepitus, consequatur. Virg. 4. *Æneid.*

Hæc effata silet: pallor simul occupat ora.

Plin. *lib.* 14. *c.* 22. Hinc Pallor & genæ pendulæ. Pallorem capere dicuntur vasa, apud Col. *lib.* 12. *c.* 50.

Pālleo, es, ui, Pallidus sum. {ὠχριάω. Gall. *Estre palle.* Ital. *Essere pallido, essere smorto.* Germ. Bleich sein. Hisp. *Amarillecer se.* Angl. *To be pale.*} Cic. 2. *Philipp.* Non dissimulat p. c apparet esse commotum, sudat, pallet. Ouid. 2. *de Arte*

Palleat omnis amans, color hic est aptus amanti.

Martial *lib.* 1.

Pulchrè valet Charinus & tamen pallet.

Nec sic marmoreo pallet adusta gelu. (Ceres.)

Ouid. 4. *Fast.*

Nec vitio cœli pallet odora seges,

idem 1. *Fast.*

Nupta quid exspectas? non tu pallentibus herbis,

Nec prece, nec magico carmine mater eris,

idem 2. *Fast.*

Aspicis exangui chartam pallere colore,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——— *Videóque trementem*

Pallentémque metu, & trepidantem morte futura,

idem 13. *Metam.*

Pallentésque manu (cæsi) *sanguineúmque caput,*

idem *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.* Pallere, pro Timere. Silius,

Non ille Euantis Massila palluit iras.

¶ Huius composita sunt Expalleo, Impalleo, à quibus Expallesco, & Impallesco: quorum significata vide suis locis.

Pallēsco, Pallidus fio. In præterito pallefactus sum. Diomed. *lib.* 1. {ὠχριάω. Gal. *Deuenir paste.* Ital. *Diuentar pallido.* Germ. Erbleichen/bleich werden. Hisp. *Amarilleçer.* Angl. *To waxe pale.*} Plin. *lib.* 19. *c.* 10. Et cyminum sub Canis ortu pallescit. Propert. *lib.* 1. *Eleg.* 12.

Perditus in quadam, tardis pallescere curis

Incipis.

Buccinis adhibita purpura pallescit, &c. Quint.

Pallĭdŭs. a, um, Pallore suffusus. {ὠχρίας, ὠχρός. Gall. *Paste, blesme.* Ital. *Pallido, smorto.* Germ. Bleich. Hisp. *Amarillo.* Angl. *Pare.*} Plin. *lib.* 10. *c.* 33. Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens, pallido intus colore pennatum. Virg. 1. *Georg.*

——— *aut vbi pallida surgit*

Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Horat. 2. *Serm. Satyr.* 2.

——— *vel pallida lecto.*

Desiliat mulier, miseram se conscia clamet.

Ouid. 4. *Metam.*

——— *oraque bubo*

Pallidiora gerens.

Idem *Eleg. lib.* 5. *Trist.*

Osque madens fletu, pallidiúsque meo.

Pallĭdŭlus, a, um, diminutiuum. Catul. *ad Ortalum*,

Pallidulum manans alluit vnda pedem.

‖ Pallio, nis, qui pallas apparet. Inu ‖

Palmă, æ, {טפח chóphen. θέναρ. Gall. *La paulme de la main, le dedans de la main.* Ital. *Palma della mano.* Germ. Die fleche/der hand. Hisp. *La palma de la mano tendida.* Angl. *The palme of the hand.*} Est vola manus, hoc est, pars illa concaua quæ est inter τὸν καρπὸν, & digitos intermedia: cuius pars exterior à Græcis ὀπισθέναρ dicitur. Quanquam etiam non rarò pro tota manu palmam acceptam legimus. Cicer. *in Orat.* Quum autem manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. Virg. 2. *Æneid.*

——— *nam teneras arcebant vincula palmas.*

Stat. 10. *Theb.*

——— *tollens madidas ad sydera palmas.*

Virg. 1. *Æneid.*

——— *duplices tendens ad sydera palmas.*

¶ Palmæ prima pars apud Cels. *lib.* 8. *cap.* 1. id est, brachiale, καρπός. carpus. ¶ Ab huius autem similitudine arbor illa nobilis quæ dactylos profert, quam Græci φοίνικα appellant, à nostris quoque Palma dicitur, quòd comã in cacumine habeat circumextensam, & ramos in digitorum modum protensos. {תמר thamár. Gall. *Palme ou dactier* Ital. *Palma arbero.* Germ. Ein dattelbaum/oder palmbaum. Hisp. *La palma arbol.* Angl. *The palme tree or date*} Vnde & fructum eius Dactylos, hoc est, digitos vocamus, quòd digitorum manus similitudinem referant. Hæc arbor in Italia sterilis est, maritimis Hispaniæ fructum fert, sed immitem: dulcem in Aphrica, sed statim euanescentem. Contrà autem in Orientem ex his vina fiunt, alicubi etiam panis, & pluribus quadupedibus cibus. Non cedit ponderi, sed surgit aduersum pondus: ideo victoribus traditur præmio, quòd non cesserint, sed pertinaces in bello perstiterint. Gell. *c.* 16. *lib.* 7. Palma Ægyptia optima. Vide eundem *lib.* 3 *cap.* 6. Vnde etiam ponitur pro victoriæ signo, aut pro ipsa victoria. Plut. In certaminibus palmam signum esse placuit victoriæ: quoniam ingenij eiusmodi lignum est, vt vrgentibus opprimentibúsque non cedat. ¶ Palmæ pluraliter pro victoriis. Cicer. *pro Roscio Amer.* Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur, id est, qui sæpiùs vicit. Cum palma discucurrit more gladiatorum victorum. Suet. *Calig. cap.* 32.

Ne cadat, & multas palmas inhonestet adeptas,

Ouid. *Eleg* 8. *lib.* 4. *Trist.* Siue etiam qui ambissem palmam histrionibus. Plaut. *Prolong. Amphitr.* Is nunc in aliam partem palmam possidet. Idem *Mostell sc.* 1. *a.* 1.

Primáque ventosis palma petetur equis,

Ouid. 4. *Fast.*

Circus in hunc exit, clamatáque palma theatris,

idem. 5. *Fast.*

Plauditur & magno palma fauore datur. (in mimo.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Item palma, causa certaminis dicitur, vt annot. Donat. *in illud Terent. ex Prolog. Phorm.* In medio omnibus palmam esse positam, qui artem tractant musicam. ¶ Item palma, vt docet Seruius *in lib.* 11. *Æneid.* significat togam, quæ etiam Toga palmata dicebatur, à palma in ea intexta: & propriè triumphantium fuit, quam merebantur ij qui de de hostibus palmam deportassent. Alij à latitudine

clauorum

clauorum dictam volunt Palmatam, quæ nunc à genere picturæ, picta appellatur. Martial. *lib.7.*

Palmataque ducem sed citò redde toga.

Palmata vestis. Suet. *in Claud c.17.* Interpres Iuuenal. *Satyr.* 10. Vide Ausonium *in grat. action.* ¶ De natura palmæ arboris, vide Plin. *lib.13. c.5. & lib.13. c.4* & Dioscor. *lib.1. cap.10.* & Theophr. *lib.1. c.2. & lib.3. c.5.* Dicimus Latinè, Palmam ferre, id est, victorem esse. Palmam dare alicui, id est, victorem fateri. Reseruare palmam alicui, Habere palmam. Accipere palmam, Petere palmam. Testimonia passim obuia legenti bonos autores.

‖ Palmapinus, arbor peregrina. H.P ‖

Pălmŭlă, æ, parua palma. Extrema pars remi, quod in modum palmæ protensa est. { GALL. *La paelle d'vne nauire ou auiron.* ITAL. *Pala de remi.* GERM. Die laffend/das ist das aussserist breit theil an den ruderen so in das wasser geht. HISP. *La pala del remo.* ANGL. *The parte of an oare whereby we rowe in the water.* } Virg. *lib.3. Æneid.*

——— & læuas stringat sine palmula cautes.

Sunt & palmulæ, { φοίνικες. GALL. *Dactes fruict de la palme & dactier.* ITAL. *Dattili, frutto de palma.* GERM. Dattelkern. HISP. *Los datiles, fruto de la palma.* ANG. *Dates, the fruite of the palme tree.* } fructus palmæ, qui & Dactyli & Cariotæ dicuntur. Varro 1. *de re rust. cap.* 67. Nucem iuglandem, & palmulam & ficum Sabinam quanto citiùs promas, iucundiore vtare. Sueton. *in August. cap.* 76. Palmulas & panem gustare. Idem *in Claud. cap.7.* Olearum ac palmularum ossibus incessabatur.

‖ Palmularium, φοινίκιον. Gloss. Cyr. Palmularium, φοινίκιον, intelligo puniceum agitatorem in circensibus, tali scil. panno indutum. ‖

Palmatus, a, um, Adiect. vt palmata vestis, i. vestis picta & triumphalis, ἐσθὴς θριαμβική. Valerius Max. scribit Metellum cum palmata veste conuiuia agitasse. Salust. ei plerunque accumbenti togam pictam amiculo fuisse. Plutarch. verò ἐν οἷς ἐσθῆτα θριαμβικὴν ἔχων ἔπινε. Eadem erat latus clauus, siue laticlauium. Festus, Tunica autem palmata à latitudine clauorum dicebatur, quæ nunc à genere picturæ appellatur. Quæ fit ex eo genere serici, quod vulgò vocamus *damas figurè*, palmata dici potest. Idem Festus tamen sic tradit: Picta quæ nunc toga dicitur, purpurea antea vocitata est, eáque erat sine pictura. Eius rei argumentum est gemina pictura in æde Vertumni & Consi, quarum in altera M. Fuluius Flaccus, in altera L. Papirius cursor triumphantes ita picti sunt. Vbi picta à Palmata apertè distinguitur à Festo.

Palmētum, i, locus palmis consitus, vel vbi frequentes sunt palmæ. { φοινικών. GALL. *Lieu complanté de palmes ou dactiers.* ITAL. *Luogo doue sono piantate molto palme.* GERM. Ein ort an dem vil dattelbäum oder palmbäum stechn. HISP. *El palmar, lugar de palmas.* ANGL. *A place planted with palme trees or dates.* } Plin. *lib.5. cap.1.* Ibi fama, existere circa vestigia habitati quondam soli, vinearum palmerorúmque reliquias. Aliquando non pro loco in quo palmæ consitæ sunt, sed pro palmarum frequentia vsurpatur. *Ibid.* Hierichuntem palmetis consitam fontibus irriguam.

Palmĕŭs, a, um, quod est ex palma arbore. { φοινίκεος. GALL. *De palme ou de dactier.* ITAL. *Di palma.* GERM. Palmbäumin/oder dattelbäumin. HISP. *Cosa de materia de palma.* ANGL. *Of the palme or date tree.* } Colum. *lib.5. c.5.* M. Columella agricola, Bæticæ prouinciæ, sub ortu Caniculæ, palmeis tegetibus vineas adumbrabat. Plin. *lib.24. c.17.* Vinum palmeum capiti noxium.

Pălmōsŭs, a, um, quod est palmis abundans. { φοινικώδης. GALL. *Plein ou abondant en palmes.* ITAL. *Abondeuole di palme.* GERM. Vol palmebäumen. HISP. *Cosa llena de palmas.* ANGL. *Full of palmes.* } Virg. *lib.3. Æneid.*

Téque datis linquo ventis palmosa Selinis.

Palmata toga, vide in voce *Palma.*

Pălmārĭs, e. Vt Palmaris statua quæ alicui palmam adepto propter victoriam ponitur. Cicer. 6. *Philipp.* Sed illa statua palmaris, de qua si meliora tempora essent, non possem sine risu dicere, &c. Et palmare facinus, quod est dignum palma, νίκης ἄξιον. Palmare vestigium, dictum quod ex palmæ inpressæ nota factum sit. σπιθαμιαῖον ἴχνος.

Pălmārĭŭs, a, um, adiectiuum, quod est palma dignum, ἀξιόνικον, καλλίνικον. Ter. *in Eunuch.* Id verò est quod mihi puto palmarium, Me repperisse quomodo adolescentulus Meretricum ingenia & mores posset noscere. Donatus, Palmarium, palma dignum.

Palmarius, a, um, ὁ σπιθαμιαῖος, quod est vnius, vel multorum palmorum. Colum. *lib.* 9. Per spatia palmaria modicis ferantur cauis. Idem *lib.12.* Spicæ vlpici, vel allij inter palmaria spatia disponenda sunt.

Pălmārĭum, aliquando substantiuum, & videtur poni pro victoria. Vlpian. *l.1. § 5. D. extraord cogn.* Si verò post causam actum est, honoraria summa peti poterit vsque ad probabilem quantitatem, etsi nomine palmarij cautum est.

Pălmĭfer, a, um, ferens palmas. { φοινικόφορος. GALL. *Portant palmes.* ITAL. *Che produce palmi.* GERM. Das palmbäum oder dattelbäum tregt. HISP *Cosa que trahe ò cria palmas.* ANGL. *Bearing palmes.* } Ouid. 1. *Amorum.*

Isi Paratonium genitaliáque arua Canopi
Quæ colis, & Memphim, palmiferámque Pharon.

Idem 10. *Metam.*

Palmiferos Arabas, panichæaque rura reliquit.

Pălmĭpēs, dis, planos ad palmæ similitudinem habens pedes. { στεγανόπους. GALL. *Quia à les pieds plats comme vne oye.* ITAL. *Che ha piedi piatti come l'oca.* GERM. Der flache vnd breite füß hatt als die genß. HISP. *Que tiene patas de anade.* ANGL. *Splayfooted.* } Vnde anseres & omnes ferè aquaticæ aues Palmipedes dicuntur. Plin. *lib.10. c.11.* Aut in palmipedum genere sunt, vt anseres. ¶ Palmipes, aliter acceptum. Idem *lib.17. c.20.* Populus alba seritur bipedaneo pastinatu, talea sesquipedali, biduo siccata, palmipede interuallo, terra superiniecta duorum cubitorum crassitudine.

Pālmă, πάλμα, ciuitas in maiori Baleari, Romanæ ciuitatis ius habens: vt tradit Plin. *lib.3. c.5.* & Ptolem *lib.2. c.6.*

Pālmărĭă, παλμαρία, Insula est vltra Tyberina ostia, in mari Tyrrheno. Var. *lib.3. de re rust.* Hoc ita fieri apparet in insulis propinquis, Pontia, Palmaria, & Pandataria.

Pălmēs, itis, vitis sarmentum: inde nomen habens, quòd in modum palmæ humanæ virgulas quasi digitos edat. { זמורה *Zemorah.* κλῆμα. GAL. *Le serment ou bois qu'on laisse en la vigne tous les ans, quãd on la taille.* ITAL. *Palmite, tralcio.* GERM. Ein räbschoß. HISP. *El sarmiento que esta en la vid, el pampano.* ANGL. *The burgeon or yong budde of the vine.* } Plin. *lib.17. c.21.* Sunt duo genera palmitum, quod è duro exit, materiámque in proximum annum promittit, Pampinarium vocatur: at vbi supra cicatricem est, fructuarium. Alterum ex anniculo palmite, sempérque, fructuarium relinquitur sub iugo, qui vocatur custos. Hic est nouellus palmes, non longior tribus gemmis proximo anno materiam daturus, si vitis luxuria se consumpserit. Ouid. *Eleg.12. lib.3.*

Quoque loco est vitis de palmite gemma mouetur.

¶ Palmes & Pampinus pro eodem. Colum. *lib.4. c.17.* Item si oculi singuli, sub iugo binos Pampinos emiserint, quamuis largos fructus ostendant, detrahendi sunt eis singuli palmites, quò lætior, quæ superest, materia consurgat. ¶ Palmes pro flagello vitis aliquando ponitur. Col. *lib.4. c.21.* Hæc brachia sat erit interim singulis palmitibus in fructum summitti.

Palmĭpĕdālĭs, vide *Palmus.*

Palmo, as, palma signum & notam imprimo. { קשר *kaschar.* συνδέω. GAL. *Marquer & imprimer de la main, lier ensemble.* ITAL. *Imprimere de la palma de la mano, ligare insieme.* GERM. Die räbschöß binden. HISP. *Señalar con la palma de la mano, atar juntamente.* ANGL. *To mark with the palme of the hand, to tie together.* } Col. *lib.11. c.1.* Cæterùm palmare, id est, materias alligare, hoc tempore non expedit. ¶ In alia significatione accepit Quintil. *declam. Cæc.* Præterea (inquit) quum manus ex parte qua palmare vestigium potest, plicetur in capulo. Et *paulò pòst*, Tuus autem qui palmatus est paries, vestigium eius partis ostendit. ¶ Huius compositum est Depalmo, quod est Palma percutio ῥαπίζω, de quo suprà.

Palmor. Asin. Pollux *lib.10. epist. fam.* 33. Palmarer necesse erat, si vellem commeatum per prouinciam eius iter faciens habere. Manutius testatur, sic esse in omnibus antiquis libris, &, Palmari, inquit, puto idem esse, quod palpari, i. adulari. Palma enim blandimur, item, vt palpo.

Pălmōs, παλμός, particulæ alicuius in corpore palpitatio contra naturam, per vicem modò eam attollens, modò deprimens fitque quandoque in sola cute, quandoque & in subiectis ei musculis: quæ si magna fuerit, membrum quoque vniuersum secum diutius saliendo trahit. Latinorum nonnulli Græcum nomen exprimentes, Saltum vocant. Dicitur enim παλμὸς ἀπὸ τοῦ πάλλειν, quod inter cætera salire significat.

Pălmus, i, mensuræ genus. { טפח *tophách.* GALL. *La mesure d'vne paulme, quatre doigts, ou quatre poulses.* ITAL. & HISP. *Palmo.* GERM. Ein maß/entweders einer hand das in vier finger breit. ANGL. *A measure of one hann breadth, à spanne.* } Est duplex, maior & minor. δῶρον antiquè. Maior, digitorum duodecim, Græcè σπιθαμὴ vocatus. Minor digitorum quatuor, quem Græci παλαιστὴν appellant. In mensuris hoc modo progredi solemus, vt omnium mensurarum minimam faciam latitudinem, grani hordei: hoc autem quater sumptum conficiat digitum, tres digiti vnciam: quatuor, palmum minorem, qui (vt iam diximus) à Græcis παλαιστὴς appellatur. Ex duobus palmis conficitur dichas, ex tribus palmus maior, quem Græci σπιθαμὴν vocant, Latini etiam Dodrantem quòd ad perficiendum pedem desit quarta pars. Quatuor enim palmi minores, siue sedecim digiti explent pedem: sex palmi minores sesquipedem. Duo pedes cum dimidio efficiunt gressum, siue passum simplicem. Tantum enim ferè spatij interest in progrediendo inter digitos prioris pedis, & calcaneum posterioris. Simplex passus geminatus facit pedem geometricum, qui constat ex pedibus quinque. Ex mille deinde geometricis passibus conficitur milliare.

Pălmārĭs, e, quod est magnitudine vnius palmi. { σπιθαμιαῖος. GALL. *D'vne paulme.* ITAL. *Di vn palmo.* GERM. Spannig/oder einer hand breit. HISP. *De vn palmo.* ANGL. *Of a spanne or hand breadth.* } Varro *lib.1. de re rust. cap.* 35. Rosa etiam conciditur radicitus in virgulas palmares.

Pălmĭpĕdālĭs, e, Mensura vnius pedis & palmi. { σπιθαμοποδιαῖος. GAL. *Qui contient vn pié & vne paulme.* ITAL. *Misura della grandezza d'vn piede & palmo.* GERM. Ein maßeines schuchs vnd einer hand breit. HISP. *Cosa de vn pie y vn palmo.* ANGL. *That conteineth the measure of a foote and spanne or hand breadth.* } Col. *lib.3. c.9.* Nam in cliuosis. vbi terra decurrit, potest malleus palmipedalis deponi.

Pālmyră, πάλμυρα. Steph. Vrbs est Syriæ, situ loci, diuitiis, & aquarum amœnitate insignis. Ciuitas est libera & priuatæ sortis (vt inquit Plin. *lib.5. c.25.*) In confinio Romani & Parthici Imperij sita. ¶ Hinc Palmyrenæ solitudines appellatæ sunt, quæ ab hac vrbe, vsque ad Petram Arabiæ Petrææ metropolim, & ad fines Arabiæ felicis pertingunt.

Pālŏ, as, Sepio, fulcio, & quasi palis munio. { סמך *samach.* περιχαρακόω. GAL. *Eschalasser & pesseler, encharneler.* ITAL. *Metter pali & pertiche sostenere.* GERM. Stickemitem/mit pfälen oder scheyen verwaren oder festnen. HISP. *Meter palos ò pertigas, sustener.* ANGL. *To hold vp by setting to postes or timber.* } Colum. *lib.11. cap.* 2. Vt vitis paletur, & capite tenus alligetur, & iuga vineis imponantur. ¶ Palo, manifesto. Vet. Voc. barbarum. à palam.

‖ Palaris sylua, ex qua palandis vitibus materias cæditur. ‖

Pălŏr, aris, Passim vagor, sicut faciunt qui lento gradu dispersíque labrusca errant. { תעה *ta'áh* נפוץ *naphots* ἀποπλανάομαι, σποράδην. GALL. *Aller auant par cy par là parmi les champs sans tenir ordre.* ITAL. *Vagare, andare errando quà & là senza tener ordine.* GERM. Hin vnd här schweiffen/vmbschweiffen. HISP. *Vagar ò buyer desbaratados.* ANGL. *To wander out of order.* Liu. *lib.1.* Raptim & ad hos Romana legio ducta, palantes in agris oppressit. Idem *lib.5. ab Vrbe*, Iam obsidionis tædio victi abscedunt, vagique per agros palantur, cibis vinóque raptim hausto repleti. Hoc verbum à Palam quidam deducit existimant. Alij à palis castrorum, hoc est, sudibus, modò huc modò illuc translatis.

Pălātūs, a, um, participium, Dispersus. { נפוץ *naphúts.* πεπλανημένος, διεσπαρμένος. } Liu. *3. ab Vrbe*, In quos palatos prædam agentes Posthumius, &c. Idem *lib.4.*

Pālpēbræ. Dicuntur pili extremitatem genarum ambientes.{ עפעפים *haphapatim*. βλέφαρα. GALL. *Les paupieres des yeux, ou le poil qui y est, les sourcils.* ITAL. *Palpebre.* GERM. Das haar an den augglideren. HISP. *Las pestañas del ojo.* ANGL. *The heares that ar on the eyelids, the eyelid.* } Genæ autem, teste Plin. *lib.* 11. *c.* 37. dicuntur geminæ illæ pelliculæ quibus oculi teguntur. Cilia autem, genarum extremitates, quibus pili, quos modò palpebras vocari diximus, adhærent. ¶ Dictæ autem putantur Palpebræ, à palpitando, id est, tremendo, vel à palpando, id est, prætentando. Ob id enim natura palpebras homini dedit, vt vallum quoddam visus essent, & prominens munimentum contra occursantia animalia, aut alia fortuitò incidentia. Cic. tamen palpebras aliquoties posuisse videtur pro ipsis genis, hoc est, folliculis oculum operientibus. Sic enim habet *lib.* 2. *de nat. deor.* Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. Idem *in Pison.* M. Regulus quem Carthaginienses resectis palpebris vigilando necauerint.

Pālpo, as, & Palpor deponens, Leniter, blandè, & quasi tentando tango. { משש *mischchésch* החליק *hechelik*. ψηλαφάω. GAL. *Toucher & manier doucement, pateliner.* ITAL. *Palpare.* GERM. Berüren/leisst antüren/streichlen/glosieren/zudeutlen. HISP. *Palpar ò tratar ò halagar con las manos.* ANGL. *To groope or feele softelie.* } Itaque & pro adulari frequenter accipitur θωπεύειν. Plaut. *in Amphitr.* Obseruatote quàm blandè mulieri palpabitur. Huius compositum est Expalpo, quod est Elicio. Palpari autem alicui & aliquem, rectè dicitur Horat. 2. *Serm. Satyr.* 1. Cui malè si palpere, recalcitrat, id est, si aduleris, vel blandiaris. Iuuenalis actiuè posuit quum ait,

———quem munere palpat Charus.

ψηλαφᾶν ἐν σκότῳ, palpari in tenebris, manu tentare in tenebris. Prou. de iis, qui rem obscuris vestigant coniecturis.

‖ Palpabilis, e, Oros. *lib.* 1. Tenebras imaginibus diras, crassitudine palpabiles, diuturnitate ferales.

Palpamen, palpatio, attrectatio, Prud. ‖

Pālpātŏr, pro adulatore. { ממשש *memaschschéch* מחליק *machalik*. κόλαξ, θώψ. GALL. *Flatteur, patelineur.* ITAL. *Adulatore, lusinghiero.* GERM. Zudentler/streichlerder mit dem fuchsschwantz streichlen kan. HISP. *Lisonjero.* ANGL. *A flatterer, a groper softelie.* } Plaut. *in Mercat.* Vt palpator nullus est: quando occœpit, blandior. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Tum Sycophantæ & palpatores plurimi.

Pālpātĭo, verbale, Ipse palpandi actus. { ψηλάφησις, θωπεία, κολακεία. GAL. *Testament, flatterie.* ITAL. *Esso parlare, adulatione.* GERM. Streichlung/liebkosung/das flattieren. HISP. *Obra de palpar, halagos, lisonias.* ANGL. *Groping, flatterie.* } Plaut. *in Men. sc.* 2 *a.* 4. Aufer hinc palpationes.

Pālpĭto, as, frequentatiuum, Leuiter, ac frequenter moueor, mico. { πάλλομαι, ἀσπαίρω, σπαίρω. GALL. *Se remuer ou tressaillir continuellement & vistement, comme fait le cœur d'vne beste fraischement tuée tiré hors.* ITAL. *Palpitare.* GERM. Sich schnelliglich rüren oder bewegen/gumpfen/klopffen. HISP. *Temblar la carne aun viua.* ANGL. *To pant or leap continuallie as the hart of a beast new pulled out.* } Cic. 2. *de nat. deor.* Animaduersúmque sæpè est, quum cor animantis alicuius euulsum ita mobiliter palpitaret, vt imitaretur igneam celeritatem. Plin. *lib.* 28. *c.* 8. Palpitat certè cor, & quasi alternatim mouetur. Iuuen. *Satyr.* 6.

Vt semel atque iterum super illam palpitet.

Suet. *in Tib. c.* 61. Palpitantes & semianimes in carcerem rapti.

Pālpĭtātĭo, verbale, Leuis & frequens motus cordis, & aliarum partium. { חלקה *chelkáh*. παλμός, σκαρθμός. GALL. *Tressaillement & tremblement, comme du cœur.* ITAL. *Mouimento di cuore, quando per qualche accidente trema.* GERM. Das klopffen oder gumpfen des hertzens eigentlich. HISP. *Temblor de carne aun viua como del coraçon.* ANGL. *A panting and leaping continuallie as of the heart.* } Plin. *lib.* 32. *c.* 5. Imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti.

Pālpŏ, nis, qui & Palpator, pro Adulatore & blando homine. { מחליק *machalik*. θώψ. }

Palpum nonnulli pro blanditiis vsurparunt. { חלקה *chelkáh*. θωπεία. GALL. *Blandissement, flatterie.* ITAL. *Adulatione, lusinga.* GERM. Streichlung/liebkosung. HISP. *Halagos, lisonjas.* ANGL. *Faire speaking, flatterie.* } Palpum obtrudere, palpo percutere. Plaut. *in Pseud.* Mihi obtrudere non potes palpum, hoc est, blandiri, & spem inanem verbis iniicere. Idem *in Amph.* Timidam palpo percutit.

Paluda. Varr. *lib.* 1. *de L. L.* citat hunc versum veteris poëtæ,

Corpore Tartarino prognata Paluda virago.

Ducit à paludamentis.

Pālūdāmentā, sunt insignia atque ornamenta militaria, propriè tamen Imperatorum. { χλαμύς, ἢ σάγος, ἢ στρατηγικὴ ἐσθής. ANGL. *Coate armour.* } Hinc legimus olim Romæ Imperatores, eorúmque lictores, Paludatos ad bellum solere proficisci, præcinentibus tubis. Liu. Cum paludatis lictoribus profectus ab vrbe, Brundusium venit. Paludamentum, inquit Budæus, chlamys est imperatoria. i. eorum qui exercitus educebant, quale illud est quod hodie *Cottam armorum* vocamus. Liu. *lib.* 1. *ab Vrb.* paludamentum pro veste militari vsurpauit etiam eius qui non esset Imperator. Cognitóque, inquit, super humeros fratris paludamento sponsi quod ipsa confecerat, soluit crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Paludamentum enim illud erat vnius Curiariorum, quorum nemo, vt arbitror, Imperator in Albano fuit. Plutarchus *in Fabio, & in Pompeio*, Paludamentum purpureum super tentorium Imperatoris signum pugnæ. Hinc

Paludatus: qui vel Imperatoriam chlamydem, vel alia eiusmodi ornamenta militaria gestat. Cælius *ad Cic. lib.* 8. Quia verentur ne illud sic fiat, vt paludati exeant, id est, veste Imperatoria insigniti, vt ad publicos hostes proficiscentes. ¶ Paludati in libris Auguralibus significantur, vt ait Verannius, armati, ornati. Omnia enim militaria ornamenta, paludamenta dici, Festus ait. Dicta paludamenta quod perspiciuntur quia illa gestant, & fiunt palàm, vt inquit Varro. ¶ Inuenitur etiam paludamentum de veste muliebri dictum. Plin. *lib.* 33. *c.* 3. Nos vidimus Agrippinam Claudij principis, edente eo naualis prælij spectaculum, assidentem ei, indutam paludamento, auro textili, sine alia materie.

Pălŭdāpĭum, ἐλεοσέλινον. Apij species circa aquæ ductus, & in palustribus nascens. Nomen est à Theodoro ad imitationem Græcæ compositionis confictum. Græci enim hanc herbam ἐλεοσέλινον appellant, quasi palustre apium.

‖ Palum, *Pau*, castrum, siue opidum Benearniæ, seu Bearniæ, in quo Henricus Rex Nauarræ, Henrici IV. Regis christianissimi auus maternus, tribunal supremum, seu Parlamentum instituit. ‖

Pălūmbēs, is, tam masculini, quàm fœminini generis, Syluestris columba in arboribus, sepibúsque nidificans. { φάττα. GAL. *Coulon, ou pigeon ramier.* ITAL. *Colombo seluatico.* GERM. Ein wildetaub/ein feldtaub. HISP. *La paloma.* ANGL. *A wood doue or stock doue.* } Virg. 1. *Æ neid.*

———rauca tua cura palumbes.

Lucanus, Macrósque palumbes. ¶ Dicitur & Palumbus, & Palumba. Suet. *in Claud. c.* 21. Palumbum postulare in ludis. Horum duo sunt genera. Vnum torquatum, à torque quo insignitur, quod Aristoteles φάτταν vocat. Martial. *lib.* 13.

Inguina torquati tardant hebetántque palumbi,
Non edat hanc volucrem, qui cupit esse salax.

Propert. *lib.* 4.

Sed cape torquata, Venus, ô regina palumba.

Alterum genus quod Græci οἰνάδα, Latinorum nonnulli Vinaginem dicunt, ab esu labruscæ. Huius auis naturam vide apud Plin. *lib.* 10. *c.* 35.

Pălūmbīnŭs, adiectiuum, quod ex palumbe est. { φάσσινος. GAL. *De coulon ou pigeon ramier.* ITAL. *Di colombo seluatico.* GERM. Von wilden tauben. HISP. *Cosa de paloma torcasa.* ANGL. *Of a ring doue, wood culuer, or stock doue.* } vt Palumbina caro, apud Plin. *lib.* 30. *c.* 12.

Pălūmbārĭŭs, à nonnullis appellatur accipitris quoddam genus, quod à Græcis φασσοφόνος, hoc est, palumbium occisor appellatur, quòd ab hoc præsertim genere palumbibus maximum sit periculum, quas in aperto volantes rapit. Vtitur hac voce Theodorus.

Pălūmbŭlă, diminutiuum à Palumba. φαττίον.

Pālŭs, i, secundæ declinationis. Dicitur lignum acutum quod solet in terram defigi ad fulcienda ædificiorum fundamenta, aut castra muniendas, aut claudendos hortos, aut sustinendas vites, aut similes vsus. { מוט *mot* יתד *iathádh*. σκόλοψ, πάσσαλος. GAL. *Vn pau ou pieu.* ITAL. *Palo.* GER. Ein pfal den man in das erdtrichsch lecht/ein scheylen. HISP. *El palo de forma de pertiga.* ANGL. *A pale or any inclosure, a post.* } Plin. *lib.* 14. *c.* 3. Nec orthampelos indiget arbore, nec palis ipsa sustinens. In hac autem significatione Palus producit priorem, quum Palus, paludis, eandem corripiat. Tibul. *lib.* 1. *Eleg.*

Hic docuit teneram palis adiungere vitem.

Plaut. *Menæch. sc.* 4. *a.* 2. Quasi supellex Pellionis, Palus Palo proximus est. Gell. *cap.* 3. *lib.* 10. Palus destitutus est, vt virgis cæderetur. ¶ Ad palum exerceri, cuius militaris exercitationis sit, meminit Vegetius *de re militari.* Itémque clauas ligneas duplicis æquè ponderis pro gladiis tironibus dabant: eóque modo non tantùm manè, sed etiam post meridiem exercebantur ad palos. Iterum, contra illum palam tanquam contra aduersarium tiro cum crate illa, aut claua velut cum gladio se exercebat, & scuto. Inde

Palaria, æ, ad palum militaris exercitatio cum claua Charisius. Hæc palaria cùm milites ad palos exercentur. Huc pertinet illud ex CorniculaLaria, cuius meminit Varro. Itaque ducunt milites ad vectim, quem circum eunt, ludentes. Ita enim legendum esse ostendit Scaliger.

Pālārīs, e, adiect. à Palo, vt Palaris sylua, ex qua palus sumitur, apud Vlp. *l.* 9. *D. de vsufruct.*

Pălŭs, udis, per tertiam inflexionem, dicitur, aqua stagnans, quæ æstate plerunque siccatur. { אגם *aghám*. ἕλος. GALL. *Vn marets ou marescage.* ITAL. *Palude.* GERM. Ein pfütz/mosslachen. HISP. *La laguna de agua cogida.* ANGL. *A fenne or marise.* } In hoc differt à Lacu, qui perpetuam habet aquam, neque vllo æstu exiccatur. Cæs. 2. *bell. Gall.* Quò propter paludes exercitui aditus non esset. Habet autem palus priorem correptam, posteriorem autem ferè semper producit. Virg. 1. *Eclog.*

———quamuis lapis omnia nudus
Limosóque palus obducat pascua iunco.

Idem 4. *Georg.*

Cocyti, tardáque palus innabilis vnda.

Horat. *in Arte poëtica* licenter corripit, quum ait,

Regis opus, sterilísque diu palus obruta remis.

Paludifer, a, um, vt Aquæ paludiferæ. Autor Philomelæ.

Pălūdōsŭs, a, um, ἑλώδης. GALL. *Marescageux.* ITAL. *Paludoso.* GERM. Mosechtig/pfützechtig. HISP. *Cosa de aquella laguna.* ANGL. *Full of fennes or marises.* } vt, Humus paludosa, apud Ouid. 15. *Metam.*

Æquè paludosa siccis humus aret arenis.

Pălūstrĭs, & hoc palustre, quod est ex palude. { ἑλεῖος. GALL. *Marescageux.* ITAL. *Palustre.* GERM. Auß der pfützen/auss dem moss. HISP. *Cosa de laguna.* ANGL. *Of fennes or marises.* } vt, Iuncus palustris, locus palustris, apud Cæsarem 7. *bell. Gall.* Aqua palustris, Col. *lib.* 1. *cap.* 5. Vadum palustre, Claud. 2. *de raptu Proserp.*

‖ Pamæum, vestis pastoralis. Gloss. Isid. ‖

Pambăsĭlia, { παμβασιλεία. GALL. *Regne parfait & accompli.* ITAL. *Regno perfetto, compito.* GERM. Ein regierungbey welcher volkommenlig alle gwaldt ist. HISP. *El reyno ò reynado perfecto.* ANGL. *A rulinte of a kindome when one ruleth all thinges.* } Dicitur quasi regnum numeris omnibus dominationis perfectum atque absolutum: cuiusmodi sunt reges nostri qui cuncta suo arbitratu statuentes, omnia in potestate habent. ¶ Est igitur Pambasilia (vt inquit Aristoteles) genus illud regni, quum vnus omnium potestatem habet communium & publicarum rerum.

Pamisus, πάμισος. Arcadiæ fluuius in Stymphalo monte nascens, & præter Trœzenem in Messeniacum sinum influens. Dictus Pamisus, quasi totus odiosus, ob damna & detrimenta quæ agris infert. Ptolem. Panisum vocat. Est & alter eiusdem nominis fluuius in Thracia ex Hæmo profluens, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. Item tertius in Thessalia, cuius meminit idem Plin. *lib.* 4. *c.* 8.

Pāmphăgi, παμφάγοι, Æthiopiæ populi quibuslibet rebus vescẽtes. quorum meminit Plin. *lib.* 6. *c.* 30. Pamphagus item numeratur ab Ouid. *lib.* 3. *Metam.* inter canes Actæonis.

Pāmphĭlŭs, πάμφιλος, Neoclidis filius, Platonis auditor, quem testatur Plato in Phædone, inter eos qui in acie ceciderant, decem dies iacuisse, triduóque

triduóque postquam inde sublatus fuerit, impositum rogo reuixisse, ac mira quædam tempore mortis visa narrasse. ¶ Pamphilius alius sacerdos, Eusebij Cæsariensis necessarius, tanto bibliothecæ diuinæ amore flagrauit, vt bonam partem voluminum Origenis sua manu describserit. Extinctus idem martyr apud Cæsaream Palæstinæ sub Maximino. Ex Hieronymo. ¶ Suidas autem tres Pamphilos commemorat: duos Grammaticos, quorum alter patria Sicyonius, de Grammatica, picturáque, ac claris pictoribus scripsit. Alter Alexandrinus dictionarium edidit, quod & Pratum appellauit, id est, variarum rerum collectanea. Tertius Atheniensis fuit, rei publicæ expilator.

Pamphylia, παμφυλία, Regio in minori Asia, ab Ortu Ciliciam & partem Cappadociæ: ab Occasu Lyciam habens: à Septentrione, Galatiam: à Meridie, mare quod ab ea Pamphylium appellatur. Dicta Pamphylia, vt quidam putant, ab arborum copia, quasi tota frondosa. In ea (vt Pomponius refert) est fluuius Melas, nauigabilis, & Eurymedon, apud quem Cimon Atheniensis Persas nauali pugna superauit. Pamphylius, qui est ex Pamphylia. Cic. 1. *de diuinat.* Quæ quidem nunc à Romanis auguribus ignorantur, bona hoc tua venia dixerim, à Cilicibus, Pamphyliis, Pisidiis, Lyciis tenentur: scribitur etiam Pamphilia & Pamphilus per i.

‖ Pamphyludromen imperatoria nauis. Cerda. ‖

Pampillum, genus delicati currus. Lampridius, Iunxit quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad Pampillum, vel ternas, & sic vectatus est.

PĀMPĬNVS dicitur in vite tener, frondosúsque colliculus, fructum fouens, & ab æstu vindicans iniuria. {κλῆμα. GALL. *Pampre, le ieune bois auec la fueille ou le bourgeon de la vigne.* ITAL. *Pampino.* GERM. Ein räblaub/räbblatt. HISP. *El pampano de la vid.* ANGL. *A yong grene branche of a vine with leaues.*} Colum. *lib.* 3. *cap.* 17. Omnis enim fœcundus pampinus intra quintam aut sextam gemmam fructu exuberat: reliqua parte quamuis longissima vel cessat, vel perexiguos ostendit racemos. Virg. 1. *Georg.*

Heu malè tunc mites defendit pampinus vuas.

¶ Accipitur aliquando Pampinus pro cirris ouorum polypi piscis, Plin. *lib.* 9. *c.* 11. Polypi pariunt verè oua tortili vibrata pampino. Hinc deducitur verbum Pampino, & verbale Pampinatio.

Pāmpĭno, as, Pampinos decerpo. {βλαστολογεῖν, οἰναρίζω. GALL. *Esbourgeonner ou esfueiller la vigne.* ITAL. *Pampinare.* GERM. Das räblaub erbrechen. HISP. *Quitar los pampanos.* ANGL. *To proyne and shred of yong branchos of a vine.*} Varr. *de re rust. lib.* 1. *c.* 31. Pampinare, est ex sarmento colles qui nati sunt, de his qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne reliquis collibus sarmentum nequeat ministrare succum. Col. *lib.* 3. Quum comprehenderint, identidem pampinent, ne plura sarmenta quàm debent excrescant.

Pāmpĭnātŭs, a, um, quod Pampini similitudinem imitatur. {κληματοειδής. GAL. *Semblable à Pampre.* ITAL. *Ch' assomiglia à pampano.* GERM. Das dem räblaub gleich ist. HISP. *Cosa semejante a pampano.* ANGL. *Like a yong branche of a vine.*} Plin. *lib.* 16. *c.* 42. Ramentorum orbis pampinato semper orbe se voluens ad incitatos runcinarum raptus.

Pāmpĭnātĭo, verbale. {οἰναρισμός. GAL. *Esbourgeonnement ou esfueilement de vigne.* ITAL. *Sfogliamento di pampani di vite.* GERM. Erbrechung des räblaubs/oder der bletteren an den räben. HISP. *Deshojamiento de los pampaños.* ANGL. *Shreading or cutting of yong branches of a vinei.*} Col. *lib.* 4. *c.* 27. Siquidem vel magis Pampinatio, quàm putatio vitibus consulit.

Pāmpĭnātŏr, is. {οἰναριστής, κλαδευτής. GALL. *Esbourgeonneur.* ITAL. *Spampinatore.* GERM. Ein räbenerbrecher. HISP. *El que deshoja los pampanos.* ANGL. *He that cutteth of the yonge branches of a vine.* Col. *lib.* 4. *c.* 27. Idque faciet variis de causis pampinator industrius.

Pāmpĭnārĭum, ij, Palmes, qui (vt inquit Plin. *lib.* 17. *c.* 22.) è duro exit, materiámque in proximum annum promittit: siue congeries viuentium ramusculorum. {οἴναρον. GALL. *Branche ou regret de vigne qui ne porte que fueilles, qui les vignerons appellent escuier.* ITAL. & HISP. *Pampano.* GERM. Ein jung räbschoß so auß dem knebel herfür sproßt/ vnd noch kein trauben/ sonder nur bletter hatt. ANGL. *A yong branche that beareth no thing but leaues.*} Col. *lib.* 3. *c.* 105. Vitiosissima est eorũ agricolarum opinio, qui minimùm referre credunt, quot vuas sarmentum habuerit, dum ex vite fertili legatur, & non ex duro trunco enatum, quod Pampinarium vocant.

Pāmpĭnārĭŭs, a, um, quod est Pampini. {κληματικός. GAL. *Chose de bourgeon, ou pampre.* ITAL. & HISP. *Cosa de pampano.* GERM. Das des räblaubs ist. ANGL. *Of or perteyning to a wine branche.*} Col. *lib.* 4. *c.* 24. Ne aut pampinarius palmes internatus, aut verrucæ similis furunculus relinquatur. Et *lib.* 3. *c.* 10. Nam pampinariam virgam deplantet. Plin. *c.* 22. *lib.* 17.

Pāmpĭnĕŭs, aliud adiectiuum, idem quod Pampinarius. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Liber pampineas inuidit collibus vmbras.

Idem *ibidem,*

——— Tibi pampineo grauidus Autumno
Floret ager.

Ouid. 13. *Metam.*

Pampineis agitat velatam frondibus hastam.

¶ Pampinius odor, pro sapore vini. Propert. *lib.* 2.

Pampineus nosti quàm sit amarus odor

Ouid. *Eleg* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Non hic pampinea dulcis latet vua sub vmbra.

Pāmpĭnōsŭs, a, um, quod pampinis abundat. {κληματώδης. GAL. *Fort fueillu.* ITAL. *Ch' abunda di pampani.* GERM. Voll räblaub/blätterechtig. HISP. *Cosa llena de pampanos.* ANGL. *Full of yong branches or wine leaues.*} Col. *lib.* 3. *c.* 5. Et si parum pampinosa vitis est.

Pāmpĭnācĕus a, um, adiect. {οἰναρώδης, κληματώδης. Col. *lib.* 12. *cap.* 20. Amoni pondo, quadrans, croci quincunx, crispæ pampinaceæ libram.

PĀN πᾶν, à Poëtis pastorum atque adeò totius naturæ Deus esse fingitur: vnde etiam à Græca dictione πᾶν, quæ idem significat quod totum, vel omne, nomen accepit: quòd putabant vno naturæ nomine omnia complecti. Vnde etiam ita Pana pinxerunt, vt nihil ex toto vniuerso in ea videatur prætermissum. Habet enim continua in Radiorum Solis & cornuum Lunæ similitudinem, rubet eius facies ad ætheris imitationem: in pectore Nebridem habet stellam, ad stellarum imaginem. Pars eius inferior hispida est, propter arbores, virgulta, feras. Caprinos pedes habet, vt ostendat terræ soliditatem. Hic Dæmogorgonis filius creditur fuisse, & fistulam composuisse septem imparibus calamis, simul coniunctis, propter harmoniam cæli. Hunc Arcades colunt, eum vniuersæ materiæ dominum appellantes. Vnde à Græcis πᾶν appellatur. ¶ Item Pan Latinè incubus dicitur. Incubi verò sunt nocturna phantasmata mortalibus terrorem incutientia. Traditur & cum Cupidine aliquando pugnasse, à quo superatus incidisse in amorem Syringis, seu Syringæ virginis, quam quum transire Ladonem Arcadiæ amnem non posset, nympharum precibus in palustrem calamum mutatam vidisset, ex hoc statim composuisse fistulam, quæ illius nomine apud Græcos est vocata, septem imparibus calamis simul iunctis. Virg. 2. *Eclog.*

Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit, Pan curat oues, ouiúmque magistros.

‖ Panicus, a, um, πανικός, ἡ, ὀν, ad Pana pertinens. ‖

Panaca Veronensis: genus vasis. Martial. *Epigr.* 100. *lib.* 14.

Pănăcēs, is. πάνακες. & Panax, panacis, Herba cuius succus Opopanax vocatur: ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν, hoc est, à sanandis omnibus morbis. Plin. *lib.* 25. *c.* 3. Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit. Colum. *lib.* 11. *cap.* 3. Panax vtroque tempore, leui & subacta terra rarissimè disseritur.

Pănăcēă, πανάκεια, herba, quæ & πάνακες & πάναξ, quasi omnia sanans. πᾶν omne, ἀκέομαι sano. Lucan. *lib.* 9.

Et panacea potens & Thessala centaurea.

Virg. 12. *Æneid.*

Ambrosios succos, & odoriferam panaceam.

Lucretius (inquit Seruius) Panaceæ nomine vbique salem intelligit: vnde possumus in hoc loco Virgilij salem intelligere: nam omnem pellit dolorem: sed meliùs herbam, quia ait, Odoriferam. Sed (ait Gifanius) vel errat Seruius, vel mendosus est codex, vel leg. *Lucilium,* vt aliàs sæpe.

Pănætĭŭs, παναίτιος, Nicagoræ filius, patria Rhodus, Stoicæ sectæ philosophus, Diogenis familiaris & Scipioni Africani præceptor, quem Cicero se in Officiis imitari profitetur. Huius autem hodie celebratur aurea illa sententia, Vitam hominum ex improuiso assidua & propè quotidiana pericula ferre, ad quæ cauenda oportere animo semper esse intento, vt sunt athletæ. Sicut enim illi certamine athletico, caput manibus oppositis, quasi vallo præmuniunt: ita animum sapientis aduersus petulantiam iniuriarum, ictúsque fortunæ debere esse erectum, arduum, septum, nequa in re repentina incursio, imparatis, improtectis, nobis oboriatur. Fuit & alter Panætius senior, & ipse Rhodius, cuius multa fit mentio apud philosophos. Vtriusque meminit Suidas. Et Gell. *de Panætio c.* 26. *lib.* 13.

Pănætōlĭum, παναιτώλιον, mons est Ætoliæ altissimus ita dictus, quasi totam occupet Ætoliam, Plin. *lib.* 4. *c.* 2.

Pănætōlĭcŭs, ca, cum, adiectiuum, vt Panætolicum concilium, apud Liuium *lib.* 1. *belli Macedonici.*

Pănagrum, πάναγρον. Retis genus, quod omnia capit, à πᾶν & ἄγρα, captura, vel præda.

‖ Panatua, *Panatua,* sita in Isthmo mare Pacificum à mari Athlantico separante, v. e. sub A. Platensi, vel Limentesi in America. ‖

Pănărĕtus, πανάρετος, Dici potest omnium virtutum continens: πᾶν enim Totum significat, ἀρετή virtutem. Martial. *lib.* 6.

Arguto madidus pollice Panaretus.

Pānārium, videi *Panis.*

‖ Panarmonium, suaui harmonia constans ab omni parte ordinatum Suid. ‖

Pănăthēnæă, παναθήναια. Festa erant Athenis à Theseo instituta in honorem Mineruæ, quæ Latinis Quinquatria appellantur. Hisce ludis gymnicum certamen per præconem & tubicinem indicebatur: à cuius spectatione mulieres arcebantur. Pueri quoque & puellæ sese manibus complexi, Pyrrhicam in theatro saltabant. Erant autem duplicia: Maiora quinto quoque anno celebrari solita, & Minora, quæ quotannis peragebantur. Hinc

Panathenaicus, a, um, παναθηναϊκός, ἡ, ὀν, ad Panathenæn pertinens. De Panathenæis, vide Alexandrum ab Alexand. *lib.* 5. *c.* 8. & *lib.* 6. *c.* 19. & Cælium *lib.* 6. *c.* 49.

Pănăthēnāicŏn, παναθηναϊκόν, genus vnguenti, quo, vt Plin. *lib.* 13. *c.* 2. inquit, Athenæ perseuerantér abstinuere.

Pancarpiæ, παγκαρπίαι, coronæ ex variis & penè omnibus florum generibus factæ. Festus.

‖ Panceps, vide *Pancex.*

Pancerea. In constit. Sicul. seu Neapol. *lib.* 1. *c.* 9. Cultellos, & enses, lanceas, pancereas, scuta vel loricas, clauas ferreas. Germanica vox est pantzer. ITAL. *Panciera.* est thorax squameus. à pantze venter, qui ea armatura tegitur. ‖

Pānchāiā, παγχαΐα, Regio Arabiæ, tota arenosa, in qua arbores sponte natæ thus emittunt. Virg. 2. *Æneid.*

Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.

Pānchæi, populi, qui, vt Pomponius *lib.* 3. refert, deserta Sabæ habitant Ophiophagi vocantur, quoniam serpentibus vescuntur.

Panchale, insula vna Cycladum, aliàs Amorgus. Steph.

‖ Panchra, rapina. Item, Panera rapina. Gloss. Isid. leg. Pamra; vnde verbum *impancro.* ‖

PĀNCHRĒSTŎS, vel Panchrestum, πάγχρηστος, medicamentum nobile, quòd Latinè dici potest morbis omnibus conducibile, vel omnibus affectibus vtile. Plin. *lib.* 23. *cap.* 7. Fit ex pomo panchresto stomatice, eadem arteriace appellata. Idem *lib.* 36. *cap.* 20. de generibus hæmatitarum loquens, principatum dat ex iis Æthiopico, oculorum medicamentis vtilissimo, & iis quæ panchresta appellant. Cic. 6. *Verr.* Aduentu L. Metelli Prætoris, quum omnes eius comites iste sibi suo panchresto medicamento amicos redemisset, &c. Quo in loco Cicero pecuniam per iocum medicamentum panchrestum appellat, quòd ad varios vsus sit

sit vtilis, præsertim Verri, qui spem omnem salutis in pecunia habebat positam: nullúmque tam graue periculum arbitrabatur, cui pecunia mederi non posset.

Panchrestarius, dulciarius.

Pānchrōs: πάγχρως, gemma quæ constat ex omnibus coloribus. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

PĀNCRĀTĬVM, ij, παγκράτιον, Certamen gymnicum, teste Hermolao *in lib.* 34. Plin. *cap.* 8. Quod Latinè dici potest, Quinquercium quoniam ex quinque certandi generibus constabat, cursu scilicet, disco, saltu, lucta, & pugilatu. Hoc à Græcis, teste Festo, alio nomine dicitur Pentathlum, eadem ratione qua à Latinis Quinquertium. Hermolaus tamen loco iam demonstrato distinguit Pentathlos à Pancratiastis, & hos rursus ab iis quos Periodo victores vocant, vt Pancratiasten esse plus sit quàm Pentathlum esse: & rursus Periodo victorem plus quàm Pancratiasten. Credit enim Pentathlum esse, qui quinque his certandi generibus congreditur, hoc est, qui & lucta, & saltu, & cursu, & disco, & pugilatu certat, etiamsi in omnibus hisce, aut quibusdam succumbat. Pancratiasten autem dici putat, qui quinque hisce certandi generibus congressus, omnes vicit. Periodo autem victor is dicitur (teste Festo) qui quatuor illa sacra Græciæ certamina, Isthmia scilicet, Nemæa, Pythia, & Olympia obiuit, & in omnibus hisce vicit. Pancratium itaque & Pancratiastes, secundùm sententiam Hermolai dicuntur ἀπὸ τοῦ πάντων κρατεῖν, hoc est, à vincendo omnia: vt Pancratium sit certamen illud quo quis quinque iam dictis certandi generibus congressus omnes vicit: Pancratiastes verò, qui ex quinque hisce certandi generibus euasit victor. Budæus verò prioribus in Pandect. Annotationibus videtur Pancratij & Pancratiastæ vocabula deriuare, ἀπὸ τοῦ πάντων κρατεῖν, hoc est, ab omnibus viribus, quas in hoc certaminis genere effundebant. Putátque Pancratium fuisse certaminis genus, quod excitatis omnibus corporis viribus omniúmque neruorum contentione transigebatur. Nam & calcibus & cubitis, non modò pugnis, Pancratiastæ vtebantur. Quint. *lib.* 2. *Instit.* Sicut ille exercendi corpora peritus, non si docendum pancratisten susceperit, pugno ferire, vel calce tantùm, aut nexus modò certos aliquos docebit: sed omnia quæ sunt eius certaminis. Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. Alcimachus Dioxippum, qui Olympiæ Pancratio circa pulueris iactum (quod vocant ἀκονιτί) vicit. Pancratium quid sit docet Gell. *lib.* 13. *c.* 26. ex Panatij libro, Oportet, inquit, animo semper esse prompto atque intento, vt sunt athletarum qui Pancratistæ vocantur. Nam sicut illi ad certandum vocati, proiectis altè brachiis consistunt, capútque & os suum manibus oppositis quasi vallo præmuniunt, membráque eorum omnia, priusquam pugna mota est, aut ad vitandos ictus cauta sunt, aut ad faciendos parata: ita animus, &c. Ergo Pancratiastæ dici videntur, non qui, vt Budæo placet, omnibus viribus corporis aduocatis (omnibus enim hoc certatoribus commune est) sed qui ratione omni decertant, cùm & alij certa ratione, & certis duntaxat membris depugnent. Vlpian. *l.* 7. *D. ad leg. Aquil.* Si quis in colluctatione, vel in pancratio, vel pugiles dum inter se exercentur, alius alium occiderit, &c. Meam sententiam Pollucis verba confirmant, quæ subiiciam Latina facta: Hos, inquit, omni certaminis genere vtentes possis dicere, sicuti Plato Euthydemum. Hoc admodum placet omni certamine vtenti secundùm Acharnenses Pancratiastas. Hæc Hotomanus. ¶ Est præterea pancratium scylla pusilla Plin. coloris rufi. Hæc est scylla officinarum, ac cæpa canina Græcorum nostri sæculi. ¶ Est & carmen monomerum hypercatalecticum, vt, φεῦγε λοιδορῶν. Nulla iam fides. Scal. *lib.* 2. *poët.* 10.

Pāncrătĭcē, aduerbium, Robustè, vnde Pancraticè valere, est robustum esse, & firma corporis valetudine, vt solent ij qui Pancratio exercentur. Plaut. *in Bacch.* Benéne vsque, valuit? c. pancraticè, atque athleticè.

Pāncrătĭastēs, παγκρατιαστής, Certator & victor pancratij. Gell. *lib.* 3. *c.* 15. Dragoras filios tres habuit, vnum pugilem, alterum pancratiastem, tertium luctatorem. Vide & eundem Gellium *cap.* 26. *lib.* 13. Vide *Pancratium.*

Pāncrătius, παγκρατιαστής, apud Senecam *lib.* 5. *de beneficiis*, legitur pro pancratiaste: Lacedæmonij (inquit) vetant suos pancratios cæstu decernere. Locus est mendosus. ibi enim rectè legitur, Lacedæmonij vetant suos pancratio, aut cæstu decernere. non *pancratios.* Est igitur ipse pugilatus. Dicitur tamen Pancratiarius, παγκρατιάριος, vide Gl. Gr. Meursij.

Pancreas, πάγκρεας, ατος, corpus glandulosum in medio mesenterio situm, vasorum diuisiones conformans. Hadr. Iun. *in Nom.* Pancreas glandulosa & adiposa caro, pyloro adiacens.

Pandæsia, πανδαισία, epulum. quasi vnius generis esca. à πᾶν, & δαὶς epulum, à δαίω diuido, epulum præbeo.

Pandānā, porta Romæ, quæ antea Saturnia dicebatur: ita dicta à verbo Pando, quod semper pateret ad res quæ in vrbem ferebantur excipiendas. Eadem dicebatur Libera, à libertate. Autores Pompon, Festus & Varro *lib.* 4. *de L. L.*

Pandaria, πανδαρία. insula est exigua in sinu Caietano, distans à continente ducentis quinquaginta stadiis. Strab. *lib.* 5.

Pandataria, πανδαταρία. Insula in Puteolano sinu, teste Plin. *lib.* 1. *c.* 6. Suet. *in Tib. c.* 13. *& in Calig. c.* 15.

Pāndēctæ, arum, πανδέκται. Volumina sunt (inquit Budæus) nihil non continentia, ex quibus possis, quod velis, velut è cornucopiæ depromere. Vnde Pandectæ, legum, quæ omne ius complectuntur, à πᾶν omne, & δέχομαι capio. Nomen hoc perperam vulgò vsurpatur etiam à doctis & eruditis viris in fæminino genere, cùm sit masculini generis. Siquidem ὁ πανδέκτης ου, & in plur. οἱ πανδέκται masculinorum formam & analogiam retinet. Et quæ ratio efficit, vt dicatur ὁ ποιητής, ου, & οἱ ποιηταί, (i. hic Poëta, æ, & hi Poëtæ, arum.) Eadem omninò postulat vt etiam dicatur, Hic Pandacta, æ, & Hi Pandectæ, arum. Atque in Titul. indicis Iurisconsultorum, qui Pandectis Florentinis præfixus est, in masculino genere hoc nomen positum inuenitur, τῶν πανδέκτων. Atque ita esse efferendum docent duo lumina Academiæ Parisiensis Theod. Marcillius in Commentariis suis in Institutiones Iustiniani & Leg. XII. Tab. & Georg. Critonius Actione secunda, habitâ in Senatu Parisiensi Anno 1602. Et certè cum dicimus Pandectas, (i. omnia continentes) subintelligimus nomen substantiuum masculini generis, libros. Quod probè intelligentes eruditi viri Marcillius & Critonius Professores regij nunquam nisi in masculino vsurparunt scribentes, Pisani Pandectæ, Florentinæ Pandectæ, vulgarij Pandectæ, Non Pisanæ Pandectæ, Florentinæ Pandectæ, vt passim tamen loquutus est princeps eruditorum sui sæculi, Guill. Budæus *in annotat. in Pandect.* qui vir cùm omnia propè viderit, ad hoc minutissimum (pace tanti viri dictum sit) cæcutiit atque oscitauit Io. GAL. AND. Gell. *lib.* 13. *cap.* 9. Tullius Tiro, Ciceronis libertus, libros de variis ac promiscuis quæstionibus composuit, quos Græco vocabulo Pandectas, id est, promiscua, & multifaria continentes libros, inscripsit, tanquam omne rerum ac doctrinarum genus continentes. Idem Gell. *lib. vlt.* Sunt qui libros suos Pandectas, id est, omnium receptacula inscripserunt. Hanc inscriptionem Plin. *in Præfatione.* inter illecebrosas & magna promittentes numerauit, propter quas (vt ipse inquit) vadimonium deleri possit. His Pandectis coagmentandis septem & triginta Iurisconsulti symbola contulerunt, ex quorum verbis Digestorum leges velut Centones consarcinatæ sunt. Hæc ex Budæo. ‖ Pandecton, linteamen. L. g. b. ‖

Pandex, qui semper pandit ora ad potandum. Gl. Isid. à pando.

Pandia, πάνδεια, festum quoddam Athenis, post Dionysia celebrari solitum. Suid. Hes. πάνδια. Fiebant in honorem Iouis, ab omnibus. Ideo à παν & διι.

PANDĬCVLOR, aris, Extendor, vt faciunt, qui è somno exergefacti sunt oscitantes. {σκορδινῶμαι. GALL. S'estêdre & renuerser de son corps. ITAL. Distirarsi. GERM. Sich rancken oder strecken. HISP. Enalçar todo el cuerpo. ANGL. To gape, to yaune and stretch as men comming frome sleep.} Pandiculantur, inquit Festus, qui toto corpore oscitantes extenduntur, quòd pandi fiant. Plaut *in Men. sc.* 2. *a.* 5. Ego me assimulem insanire, vt illos à me absterream, vt pandiculans oscitatur.

Pāndĭcŭlārĭs dies, qui & Communicarius dicebatur, in quo communiter omnibus diis sacrificabatur, πάνδημος ἑορτή. Festius.

Pāndĭcŭlātĭo, pandiculationis, Oscitatio, vel potiùs corporis inter oscitandum extensio. σκορδινισμός Autor Festus.

Pāndīōn πανδίων. Proprium nomen Erechthei Athenarum regis filij, qui patri successit in regno. Huius filiæ fuerunt Progne & Philomela: quarum Prognen Tereo Thracum regi, cuius ope Ponti regem profligauerat, vxorem dedit. Reliqua vide in dictione *Progne.* Hinc Pandionia πανδιόνια, hoc est, Attica: & Pandionius, a, um, idem quod Atticus. Lucanus *de Pallade,*

Et Pandionias quæ cuspide protegit arces.

PĀNDO, is, passum, Patefacio, aperio. {פתח pathách פרש parás פרש parásch. πετάζω, πετάννυμι, ἀνοίγω. GALL. Ouurir. manifester, estendre. ITAL. Aperire, manifestare. GER. Offnen/aufthun/zerthun. HISP. Abrir ò descubrir. ANGL. To open, to sett abroade.} Virg. 2. *Æneid.*

Panduntur portæ, iuuat ire, & Dorica castra,

Desertósque videre locos, litúsque relictum.

Plaut. *Bacch.* Pandite, atque aperite properè ianuam hanc. Virg. 4 *Georg.*

——— *& alas*

Pandere ad æstiuum Solem.

Idem 3. *Æneid.*

Anchisen facio certum, rémque ordine Pando.

Pandère armamenta. Senec. *c.* 9. *de tranq.* Pandere viã. Liu. *lib.* 4. *ab Vrb.* Nonius pando à pane dando ex testimonio Varronis dictum esse cõfirmat, quòd iis qui ope indigentes in Cereris templũ confugissent, quod talibus nũquam claudebatur, panis daretur. Huius composita sunt Expando, Dispando, Propando, Repando. de quibus suis locis. Panditur planities. Protenditur, sese offert, apparet. Liu. 2. *bell Maced.*

Pāndēns, participium. פתח pothéach פרש porésch.} Virg. 6. *Æneid.*

Melle soporatam, & medicatis frugibus offam

Obiicit: ille fame rabida tria guttura pandens

Corripit obiectam.

Păssŭs, a, um, à pando, Patens, extensus. פרוש parúsch נטוי natúi, ἀναπεπταμένος, ἐκπεταςθείς. GALL. Estẽdu, ouuert, descouuert. ITAL. Disteso, aperto. GER. Zerthon/zerspannen/außgespannen. HISP. Descubierto, estendido. ANGL. Oppened, spread out, and sett abroade.} Plaut. In portum vento secundo, velo passo peruenit, id est, ocyssimo cursu. Passa enim vela dicimus expassa, distenta, explicata, vento tumentia ac plena. ¶ Capillus passus, idem quod diductus, porrectus, solutè & liberè vagans. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Crinibus en etiam fertur Germania passis.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1.

Illa etiam ante Lares passis prostrata capillis.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1.

Hirsutus vt videare comis.

Terent. *Phorm.* Capillus passus, nudus pes. Quod & expassum aliquando dicimus, & Dispassum, & mutatione a in e, dispessum Idem *in Milit.* Dispessis manibus. Veteres enim passum dixisse, non pansum, & expassum, non expansum, Gellius Seruiúsque testantur. Dicit enim Seruius, Ideo autem pando non facit pansum, quia plerunque, quod in prima verbi positione inuenitur, in præteriti participio non est, vt Tundo, tusus. Et licèt Euphoniæ causa varientur, vel in generibus, vel in numeris: Nactus tamen & passus nonnunquam penitus patiuntur. ¶ Passis manibus: hoc est, diductis atque distentis. Gellius *cap.* 15 *lib.* 10. Et Cæsar *lib.* 3. *de bell ciuili*, Passis palmis veniam orare. Tertullianus tamen Oppansum velum dixit pro oppasso & extento: & alibi, Expansos, inquit, vulgus fodiant, cruces suspendant.

PĀNDO, as, Incuruo. {כפף chapháph. κυρτόω. GALL. Courber & affaisser. ITAL. Intorcere, incuruare. GERM. Biegen vnd sich krümmen. HISP. Empadar ò encoruar. ANG. To bowe downe vnder a burden.} Vnde Pandari trabs dicitur, quasi incuruari, cederéque ponderi. huius contrarium palmæ faciunt, quippe quæ non contra inferiora, sed in diuersum renitendo fornicatur. Plin. *lib.* 16. *c.* 42. At populus contra omnia inferiora pandatur. Et *paulo post*, Facilè pandatur iuglans. Hinc à Vitruuio arbores pandatæ dictæ sunt, quæ in ædificiis curuantur. Nonnunquam etiam legitur Pando absolutè pro incuruari, vel curuum fieri. Quint. *lib.* 21. *c. vlt.* Pectus ac venter ne proiiciatur obseruandum: pandant enim

enim posteriora: & est odiosa omnis supinitas

Pandatus, a, um, Quint. *lib. 11 c. penult.* Pandata manus vouentium. (i. curua & supina.)

Pandatio, nis. { אכף écheph. κύρτωσις. GALL. *Courbement.* ITAL. *Incuruamento.* GERM. Ein buck / oder biegung. HISP. *Encoruamiento.* ANGL. *A bowing or krookin.* } Vitruu. *lib. 7. c. 1.* Contignationes pandationibus fidentes mouendo se faciunt vitia pauimentis.

Pandus, a, um, Apertus, latus, incuruus. { פתוח pathúach כפוף chaphúph. πεπταμένος. GALL. *Courbe, courbé contrebas.* ITAL. *Aperto, largo, incurvo.* GERM. Zerthon / weit oder gebogen. HISP. *Pando, abierto, ò coruo.* ANGL. *Open bowed or krooked.* } Virg. *lib. 2. Georg.*

Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

Martial. *lib. 14.*

Hic tibi donatur pando ruber vrceus ansa.

Pandus asellus, Ouid. *1. Fast.* Carinæ pandæ, Virg. *2. Georg.* Delphines pandi, Ouid. *Eleg. 10. lib. 1. Trist.* Idem *1. Fast.*

Venerat & senior pando Silenus asello.

Et *lib. 3. Fast.*

Vtque piger pandi tergo residebat aselli.

Pandochium, ij, Diuersorium, taberna quæ hospites quosuis recipit à πᾶν omne, & δέχομαι recipio. πανδοχεῖον. GALL. *Hospital, hostelerie.* ITAL. *Hospitio, alloggiamento.* GERM. Ein wirtshauß / ein herberg / in die ein jeder einkehren mag. HISP. *La posada, hospederia.* ANGL. *An inne, a lodging place.* } Hospitium, diuersorium, stabulum, caupona: vnde & caupo ipse Pandocheus, πανδοχεύς appellatur, per tres syllabas.

Pandora, πανδώρα, ab Hesiodo fingitur fuisse prima mulier à Vulcano Iouis iussu fabricata, quam singuli dij donis suis ornauerunt. Pallas enim sapientiæ donum ei contulit, Venus formæ, Apollo musices, Mercurius eloquentiæ. Inde dicta fuit Pandora, quasi omnium donum, vel quasi ab omnibus donata, vel omnium rerum genere donata. Autor Hesiodus *in Theogonia.* ¶ Est & nomen matris Deucalionis, à qua Thessalia Pandora dicta est.

Pandoræ, πανδῶραι. Populi sunt in conuallibus Indiæ, sicut *lib. 7. cap. 2.* scribit Plinius, qui ducentis annis viuunt. In iuuenta capillos candidos habent, in senectute nigros.

Pandosia, æ, πανδοσία, ciuitas in Epiro, siue Thesprotia non procul ab Acheronte amne. Item altera in Lucania regione, quæ & ipsa Acheronte quodam fluuio irrigatur: circa quam Alexander Epirota trucidatus est. Nam quum Dodonæo oraculo monitus esset, vt Pandosiã vrbem, & Acherusiam aquam caueret, ad declinanda fatorum pericula imminentia, peregrinam militiã sibi suscipiendam ratus, in Italiam traiecit, ignarus & ibi Pandosiam vrbem esse, & Acherontem fluuium: vbi vix naue egressus, veruto à milite est transfixus.

Pandrosos, πάνδροσος, filia fuit Cecropis Atheniensium regis, soror Aglauri & Herses. de quibus Ouid. *lib. 2. Metam.*

Pars secreta domus ebore & testudine cultos
Tres habuit thalamos, quorum tum prandrose dextrum,
Aglauros læuum, medium possederat Herse.

Pandura, instrumentum musicum, quod & Panduris.

Pandurizare, verbum πανδουρίζειν musico instrumento. Lamprid. *in Heliogab.* Pandurizauit, organo modulatus est.

Panduristes, πανδουριστής, qui pandura canit.

Pandurus, πάνδουρος, qui tractat panduram.

Panegyris, πανήγυρις. Nundinæ, vel conuentus publicus: quales quinto quoque anno Athenis celebrari solitas scribit Herodotus *lib. 6.* Componitur ex Græca dictione πᾶν, & ἀγείρω, quod significat conuenio quasi dicas omnium conuentum.

Panegyrici, sunt sermones qui in conuentu populi, & sacris celebritatibus habentur: quales sunt quibus Dij, Reges atque Imperatores laudantur. Et Panegyricon tertium dicendi genus, quod Latini Demonstratiuum genus dicunt. Tibulli Panegyricus ad Messalam *lib. 4.*

Paneros, πανέρως, gemma est, alio nomine Pansebastos appellata, quæ fœcunditatem creditur afferre. Autor Plin *lib. 37. c. 10.*

Paneus, πανεύς, per simplex n, fons est sub Libano monte, in quem si qua natantia proijciantur, in lacu cui Phiala nomen est, cuncta reperiuntur. ¶ Est etiam hoc nomine Colchorum fluuius, Bocatio teste, cui oppidum imminet sui nominis, habens post se Heniochorum multimodas gentes.

Pangæus, promontorium est Thraciæ, Bessis conterminum, & Macedoniæ coniunctum, ad cuius radices Nestus amnis defluit. Et in singulari est generis masculini, in plurali generis neutri. Statius,

——illi Pangæa resultant,
Ismaráque.

Pangæus a, um: vt, Arua Pangæa, & flumina Pangæa, apud Ouid. *3. Fast.*

PANGO, is, pepigi panxique, pactum, Figo, planto, iungo. Vnde pactilis (πηκτός) hoc est, compactus, & ex pluribus partibus coniectus. { תקע takáh. πηγνύω. GALL. *Ficher.* ITAL. *Piccare, congiungere.* GERM. Einstecken / anhefften. Item, pflantzen. HISP. *Hincar, juntar, componer.* ANGL. *To grest sert or plant.* } Plin. *lib 21. c. 3.* Summáque autoritas pactilis coronæ. Liuius pro Figo posuit, *lib. 7.* Lex vestuta est priscis literis, verbísque scripta, vt qui Prætor maximus, sit, Idibus Septembris clauum pangant, Fixus fuit lateri ædis Iouis optimi Maximi. ¶ Pro Planto, φυλεύω. Columell. *lib. 3.* At quæ vetere sarmento panguntur tardius conualescunt, sed tardiùs deficiunt. Idem *lib. 12. cap. 2.* Malleolísque recentissimis curiosissimè pangenda. Cic. *Tironi lib. vlt. Epistol.* posuit pro scribo, vel compono. An (inquit) pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Gell. *lib. 13. cap. 19.* Si aut versum (inquit.) pangis, aut orationem solutam struis, atque ea verba tibi dicenda sunt, non eas finitiones præterandicas, neque fæcutinas Grammaticas spectaueris: sed aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat, dicere

¶ Pangere osculum, est osculari. Plaut. *in Curcul. sc. 1. a. 1.* Qui vult cubare, pangit saltem suauium. ¶ Pangere, pacisci, vel coire. Liuius *lib. 4. d. 4.* Pangere societatem. Et *ibidem,* Pangere societatem & affinitatem. ¶ Item Pangere ramos lauri. Sueton. *in Galba cap. 1.*

¶ Pangere inducias, est facere inducias. Liuius *7. bell. Pun.* Ne antea quidem se aut de pace audisse, aut inducias pepigisse dixit. Composita eius quædam seruant a, vt Circumpango, à quo circumpanctus, Depango, Oppango, Repango, à quo Repages & Repagula. Quædam mutant a in i: vt Appingo, Compingo, Impingo: vnde Impanges, de quibus suis locis.

Pangito, admodum pango. Gl. Isid. Pangitare, laudare.

Pactilis, e, quod ex pluribus partibus compactum est, & coniunctum. { σύμπηκτος, συμπεπληγμένος. GALL. *Assemblé, & composé de plusieurs pieces.* ITAL. *Di molti pezzi congiunto.* GERM. Zusamen geheffter oder gefügt / nemlich auß etlichen stücken. HISP. *Cosa ayuntada de muchas partes y pedaços.* ANG. *That is made and coniçyned of many partes.* } vt corona pactilis. Plin *lib. cap. 3.* Summáque auctoritas pactili coronæ.

Panhormus, vide *Panormus.*

Panica, æ, πανικά, τά. ANG. *Sodaine feare wherewhith one is distraught.* } Vocantur repentini quidam terrores, & consternationes, quales sunt sympatici metus, vsque adeò irreuocabiles, vt iis correpti, non ratione modò, sed mente etiam careant. Quicquid cum stupore contingit, qualis est pauor sine causa obortus, terriculamentúmque inane dicitur Panicum. Cic. *lib. 5. Attic.* Scis enim quædam πανικὰ dici. Pro eodem panicus terror dicitur, vel substantiuè Panicus. Higinus de Pane Deo loquens in Capricorni signum translato. Hic enim dicitur, quum Iupiter Titanas oppugnaret, primus obiecisse hostibus terrorem, qui Panicos dicitur. Fit autem à Pane Deo, quoniam repentinorum terrorum, & consternationum causam Deo Pani tribuunt. De Panico terrore, vide Politianum *in Miscell.* & Erasmum *in Chiliad.*

Paniceus, qui panem conficit. Plaut. *Capt. sc. 2. a. 1.* Opus paniceis: opus placentinis quoque. (i. opus est iis, qui panes & placentas faciunt.) Lambin.

Panicula, vide *Panus.*

Panicum, i, genus frugis, à paniculis suis dictum. { ἔλυμος. GAL. *Du panis semblable à millet.* ITAL. *Panico.* GERM. Fench oder pfenich. HISP. *El panizo.* } Plin. *lib. 18. c. 7.* Paniculum à paniculis dictum, cacumine languido nutante, &c. Cæs. *2. bell. ciu.* Panico vetere, atque hordeo corrupto, omnes alebantur.

Panionium, πανιώνιον, vt scribit Herodot. *lib. 1.* Locus est sacer in Mycale promontorio, ad Septentrionem vergens, communi consensu ab vniuersis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus. Hunc in locum quotannis conueniebant Iones, ad peragenda sacrificia, quæ & ipsa Panionia πανιώνια dicebantur.

PANIS, cibus solidus, è farina & aqua subacta pistus, igni coctus, quo cõmunissimè alimur. { לחם léchem. ἄρτος. GALL. *Du pain.* ITAL. *Il pane.* GERM. Brot. HISP. *El pan.* ANGL. *Breade.* } A pascendo (inquit Nonius) proprietatẽ habet: siue quòd πᾶν Græci, Omne dicunt, propterea quòd omnibus pulmentis adhiberi possit, & ferè adhibeatur, quum nullum obsonium faciat gustatu ingratius. Cic. *pro Cluent.* Oppianicũ veneno esse necatum, quod ei datum sit in pane. Idem *in Pisonem.* Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola Ter.... *in Enuch.* Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent. ¶ Panis siccus. (i. sine opsonio.) Seneca *Epist. 84.* Panem facis & farinam (ambiguè.) Martial. *Epigr. 16. lib. 8.* Defuit & panis & aqua. Senec. *cap. 11. de tranquill.* Pane sordido vitam oblectare. Plaut. *Asin. sc. 2. a. 1.* Et Suet. *in Neron. c. 48.* Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat. Plaut. *Aul. sc. 4. a. 1.* Panem candidum edere. Quintil. Hæc sunt ventri stabilimenta, Pane & assa bubula. Plaut. *Curc. sc. 3. a. 2.* Vbi obiter notandum legi hic Pane in neutro genere, vt testatur Nonius. Pane madido linere faciem ne crescat pilus. Sueton. *in Othon. cap. 12.* ¶ Panis varia sunt genera: nam alij sunt ab opsoniis appellati, vt Ostrearij panes: alij à deliciis, vt Artolagani: alij à Festinatione, vt Speustici: alij à coquendi ratione, vt Furnacei, vel Artoptij, qui in clibanis sunt cocti. Sunt & alia panis genera, quæ vide apud Plin. *lib. 18. c. 11.* Cibarius panis quis dicatur, explicauimus supra suo loco: de Secundario pane suo quoque loco dicturi. ¶ Panis interdum pro annona reperitur. Quod inde conijcitur, quòd à fisco percipiendos reditus, quos Iustinian. *in Authen. de non alien. §. hac ergo,* Annonam ciuilem appellat: idem Cæsar *in l. vlt. C. de iure dotium. & in l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nuptiis* panem ciuilem vocat Alciatus.

Panifex, panificis, qui panem facit: qui & Panificus dicitur. { אפה ophéh. σιτοποιός, ἀρτοποιός. GALL. *Boulanger.* ITAL. *Pistore, fornaio.* GERM. Ein brotbeck. HISP. *Hornero, panadero.* ANGL. *A baker of breade.* } Vnde mulieres, quæ panem faciunt, Panificæ vocantur.

Panificium, ij, Ipsa panis confectio, & actus faciendi panem. { σιτοποιία. GAL. *Ouurage en pain, art à faire le pain.* ITAL. *Arte di far pane.* GER. Brotbachung. HISP. *La obra de la panaderia.* ANGL. *Baking of breade.* } Gell. *lib. 2. c. 8.* Scire igitur oportet omnia legumina, quæque ex frumento panifica sunt, generis valentissimi esse. Valentissimum, voco, in quo plurimum alimenti est.

Panarium, ij, locus vbi panis seruatur, panis repositorium. { ἀρτοθήκη, ἀρτοφυλάκιον. GAL. *Le lieu où on garde le pain.* ITAL. *Doue si repone il pane.* GER. Ein brotkensterlin / brotkorb ein jedes ort an dasman brot behaltet. HISP. *Lugar para guardar pan cozido.* ANG. *VVhere the bread is keept, a pantrie.* } Suet. *in Calig* Sparsit & missilia variarum rerum, & panaria cum opsonio viritim diuisit.

Panariolum i, diminutiuum. { ἡ μικρὰ ἀρτοθήκη, τὸ ἀρτοθήκιον. GALL. *Petit panier pour mettre le pain.* ITAL. *Picciolo canestro da portar pane.* GER. Ein brotkörblin / ein brotgehältlin. HISP. *Cesta para guardar ò traer pan.* ANGL. *A litle baskett to put bread in.* } Mart. *lib. 3.* Cum panariolis tribus redisti.

Panarius, ἀρτοπώλης, i. qui panes vendit. Gloss.

‖ Panaria, largitio panis facta ab Imperatoribus cum aliis eduliis. Buleng.

Panifica, annona ciuilis. Zasius. ‖

Panisci, πανίσκοι. Dij syluestres, per diminutionem dicti, quasi minutuli panes, sicut à Satyro Satyriscus inclinatur. Scribit Plin. *lib. 35.* Paniscum fuisse pictum à Taurisco pictore. Suet. *in Tib. c. 45.*

‖ Pannada, aqua cum pane infriato. Gl. g. b. ‖

Pannonii, πανόνιοι. Appellantur à Romanis, quos Græci Pæonas παίονας vulgus

vulgus Hungaros vocitat, quorum fama olim formidine totam concussit Italiam, tanquam essent bello insuperabiles. {Die Ungaren.} Hi tribus fluuius, Drauo, Sauo, & Istro vallantur.

Pannŏnĭcus, a, um, παιόνικος, Suet. *in August.* Reliqua per legatos administrauit, vt tamen quibusdam Pannonicis bellis, atque Germanicis, aut interueniret, aut non longè abesset. Horum regio, παιονία, dicta est, quæ ab Oriente habet Mœsiam, quæ & Seruia & Bulgaria dicitur: ab Occidente Noricum, à Septentrione Germaniam & Danubium. Diuiditur autem Pannonia in superiorem & inferiorem. Pannonia superior ab Occasu Norico: à Sepentrione, Germania & Istro terminatur: ab Oriente habet Pannoniam inferiorem, à Meridie Illyrium. Hodie Hæc Pannoniæ pars Styria & Austria appellatur, in qua Vienna vrbs celeberrima, firmissimúmque orbis Christiani propugnaculum. Inferior verò Pannonia à Septentione Germaniam, Danubiúmque: ab Occasu Pannoniam superiorem: à Meridie Liburniam, quam hodie Sclauoniam appellat, prospicit: ab Ortu verò Iazyges Metanastas: quem tractum hodie Septem castra vocant. Hæc Pannoniæ pars hodie ferè vno nomine Hungaria dicitur.

PĀNNVS, i, per duplex nn, quo vestimur, { בגד béthed. ῥάκος. GAL. *Drap ou drapeau.* ITAL. *panno.* GERM. Tuch. HISP. *Paño.* ANGL. *Cloth.*} Ouid. *in Ibin.*

——— *Tincti ferrugine panni*

Horat. 1 *Carm. Ode* 36.

Testes & albo rara fides colit
Velata panno.

Pannum neutri generis, protulit Næuius *in Tabell.* Qui habet vxorem sine dote, pannum positum in purpura est. ¶ Ponitur aliquando pro linamento, quod vulneri imponitur. Colum. *lib.* 6. *c.* 12. Pannis aceto, & sale. & oleo madentibus inculcatis.

Pānnĭcŭlŭs, i, diminut. à panno. {ῥάκιον. GALL. *Petit drapeau delié & vsé, haillon.* ITAL. *Drappo sottile.* GERM. Tüchlin. HISP. *Pequeno paño.* ANGL. *A ragge, a clowte.*} Iuuen. *Sat.* 6.

——————— *quarum*
Delicias & panniculus bombycinus vrit.

Panniculos item aliquando viliores pannos, hoc est, attritos & laceros. Cels. *lib.* 7. Fascia eius causa fit, cui imo loco, pila assuta est ex panniculis facta, quæ ad repellendum intestinum ibi subiicitur. Item pro pannoso accepisse videtur Martial. *lib* 5.

O quàm dignus eras alapis Mariane Latini,
Te successurum credo ego panniculo.

Pānnĭcŭlārĭă, Vlp. teste, dicuntur ea quæ in custodiam receptus secum attulit: vt vestem qua indutus fuerat, qui ad supplicium ducitur, aut numos quos victus sui causa habuerit in promptu, aut leues anulos, hoc est, qui rem non excedunt aureorum quinque. Vide Vlp. *in l. Diuus, de bon. damn.*

Pānnĕŭs, a, um, quod ex panno est. {ῥάκινος. GALL. *De drap.* ITAL. *Di panno.* GERM. Tüchin/auß tuch. HISP. *Cosa de materia de paño.* ANGL. *Of cloth.*} vt, Vestis pannea, quæ ex lana est.

Pānnōsŭs, qui sordida veste & crasso panno, vilique opertus est. {ῥακώδης. GALL. *Qui est pauurement habillé.* ITAL. *Vestido di panni rozzo.* GERM. Lumpechtig/mit bösen zerhudleten vnd schlechten kleidern angethan. HISP. *Embuelto ò vestido en pañales, ò vestido de paño vil ò grossero.* ANGL. *That weareth poore apparell.*} Cicero. *ad Attic. lib.* 4. Clodij vestibulum vacuum sanè mihi nuntiabatur paucis pannosis, sine laterna. Iuuenal. *Satyr.* 10.

——— *pannosus vacuis ædilis Vlubris.*

Iustin. *lib.* 2. Permutato regis habitu, pannosus, sarmenta collo gerens castra hostium ingreditur.

Pānnŭcĕŭs, a, um, idem quod pannosus. ῥακώδης. Pers. *Sat.* 4.

Dum ne deterius sapiat pannucea Baucis.

Pannucea mentula. Vetula. Martial. *Epigr.* 47. *lib.* 11.

Pānnĕlĭum, dictum à panno & voluendo filo, vt autor est Varro *lib.* 4. Apud Isidorum legitur Panuelium. Item Hesychium, qui in Græca voce explicanda vsus est vocabulo Romano, πήνιον, inquit, τὸ πηνίκιον ἢ ἀτρακτος περὶ ὃ εἰλεῖται ἡ κρόκη. Quæ si vera lectio videtur, à panno luendo panuelium dictum. Scaliger *in Varronem.*

Pānōmphæŭs, πανομφαῖος. Iouis epitheton, à πᾶν & ὀμφὴ vox siue quòd ab omni lingua colatur, siue quòd omnium voces audiat. Ouid. *lib.* 7. *Metam.*

Ara panomphæo vetus est sacrata tonanti

Pānōpē, es, πανόπη, siue Panopæa, πανόπεια, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, ita dicta à perspicuitate visus. Virg. 5. *Æneid.*

Phorcique chorus, Panopeaque virgo.

Idem 1. *Georg*

Glauco & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

Hesiod. *in Theog.* Δωρὶς καὶ πανόπη, καὶ εὐειδὴς Γαλάτεια.

Panoplia, æ, πανοπλία, perfecta armatura: hoc est, quicquid ad armandum militem est necessarium.

Pānŏpŏlĭs, πανόπολις, oppidum est Ægypti, Panos cultui præcipuè dedi- tum: cuius simulacrum ingens apud illos erat, pudendo supra modum erecto: dextra autem Lunæ flagellum intentans. Hinc fit gentile Panopolites. Nomos quoque vicinus, ab oppidi huius nomine Panopolites dictus est: de quo Plin. *lib.* 5 *cap.* 9.

‖ Panopta, πανόπτης. Gloss. Cyr. i. e. qui omni ex parte videt. Epitheton Argi. Sed πάνοπτος est omnibus conspicuus ‖

Pānormŭs, πάνορμος. Vulgò *Palermo.* {Ein vorgebirg in Sicilien heißt jetz Palermo.} Latinè statio dicitur: quo nomine dicta est Siciliæ insignis ciuitas, propter multitudinem nauium quæ vndique illuc conueniunt. Hæc etiam in neutro genere effertur Panormum. Componitur ἀπὸ τῦ παντὸς καὶ ὅρμε. Est autem ὅρμος, portus pars, siue statio: vnde nautæ Hormizare dicuntur, quando nauem anchoris & retinaculis instruunt, quò secura sit à repentinis procellis. Hinc fiunt Panormita, πανορμίτης, & Panormitanus, qui ex Panormo est. Ptol. *lib.* 3. *cap.* 4.

Panotij. Isidor. apud Scythiam Panotij esse feruntur, tum diffusa aurium magnitudine, vt eis omne corpus contegant. Pan enim Græco sermone omne, otia aures dicuntur. Plin. *lib.* 4. *c.* 13. Fanesiorum (legend. *Panotiorum*) aliæ, in quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipsorum aures tota contegant. Pompon. Mela, Et Satmalos (legitur & *Sannalos*, pro Panotios) quibus magnæ aures, & ad ambiendum corpus omne patulæ, nudis alioqui pro veste sunt.

Pānsæ, dicti sunt quibus lati ac pansi sunt pedes: sicut Planci, quibus plani sunt. πλατύποδες GALL. *Qui ont les pieds larges.* ITAL. *Che hanno i piedi parghi.* GERM. Die breite füß haben. HISP. *Hombres que tienen la plantas de los pies llanas.* ANGL. *That hath broade feet.*} Plinius *lib.* 11. *cap.* 45.

Pānsĕbăstŏs, πανσέβαςος, gemma quæ afferre fœcunditatem existimatur: ita dicta quasi prorsus augusta & veneranda. Aliàs Paneros dicitur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Pansĕlēnŭs, πανσέληνος, Plenilunium, quem scilicet Luna pleno orbe fulgens, totam lucet noctem. Nam σελήνη, Luna dicitur: vnde & Proselenus, προσέληνος, ante Lunam natus, quo cognomine dicti sunt Arcades, qui se ante Lunam natos fuisse gloriabantur.

Pantaces, παντάκης, fluuius est in finibus Italiæ, non procul à Gargano monte, iuxta Calchantis, & Podalirij sacella: cuius aquæ ad pecorum morbos præsens habet remedium. Dictus Pantaces. ἀπὸ τῦ πάσας τὰς νόσες ἀκεῖν, hoc est, à morbis omnibus curandis.

Pantagias, παντάγιας. Fluuius qui quum plenus incederet, totam Siciliam sonitu implebat: post raptum autem Proserpinæ quum Cereri filiam quærenti obstreperet, tacere iussus, paruit numinis voluntati. Hæc Seruius in illud Virg. 3 *Æneid.*

——— *Viuo præteruehor ostia saxo Pantagiæ.*

Nomen autem videtur accepisse hic fluuius à nimia rapiditate, ἀπὸ τῦ πάντα ἄγειν, quod obuia quæque prosternat atque secum rapiat.

‖ Pantex. Fest. Pantices dicebant frus ventris. Scaliger ait: Quid sit frus, nescio. Aliter legitur *fluxus.* fortassis legendum *vlcus ventris*; aut *viscus ventris.* ex Martino. ‖

Pānthēă, πάνθεια, vxor fui Abradatæ regis Susorum, vt forma ista & castitate insignis: quæ quum à Cyro maiore, expugnatis Assyriorum castris capta esset, liberaliterque ab eo habita, Abradatam virum ad se accersiuit, eum per communia lecti fœdera obtestans, vt pro tanta regis in se beneuolentia aliquid illi mercedis rependeret. Qua vxoris oratione inflammatus Abradatas, cum vniuersis copiis in Cyri castra venit: vbi quum fortiter dimicans mortem oppetiisset, Panthea cadauer illius inter tot millia cæsorum agnitum, lectica sua ad ripam Pactoli amnis retulit: ablutisque eius vulneribus quum nutrici quid post mortem fieri vellet in mandatis dedisset, capite in mariti pectus inclinato necem sibi consciuit. Vide historiam hanc latiùs apud Xen. *lib.* 7 *Pæd. Cyrid.*

Pānthĕŏn, πάνθειον, πάνθεον Templum Romæ, vt Dion historicus refert, sic dictum, quòd in Martis Venerísque imaginibus, sub templo constitutis, omnium deorum imagines effictæ erant. Siue quòd templum rotundum sit, cæloque persimile, vt propterea omnium deorum habitatio censeatur. Potest etiam dici Pantheon, summum deorum. Nam πᾶν significat omne (quod sanè in similibus sæpe ad summum spectare solet) & θεῶν, deorum. Plin. *lib.* 36. *cap* 15. Pantheon Ioui vltori ab Agrippa factum fuisse narrat. Hodie vulgò appellatur Templum D. Mariæ rotundæ.

PĀNTHĒR, is, πάνθηρ. Animal est ferum, cuius mas dicitur pardus. Latini formato fœminino ab accusatiuo singulari, vocant pantheram: sicut ab accusatiuo nominis crater facimus nomen primæ declinationis cratera, crateræ Vide dictionem subsequentem.

Panthērā, æ, πάρδαλις, πάνθηρ. Animal prorsus ferum & maculosum, quod & pardalis dicitur: mas eius appellatur pardus. Dictio est composita à πᾶν, quod significat totum, & θὴρ fera. Abundat in Hyrcania & Media. Horat *in Epist.*

Diuersum confusa genus panthera camelo.

Pānthērīnus, adiectiuum, quod ad pātheram pertinet: vt, Pantherina pellis, apud Plin. *lib* 15. *c.* 11. Pantherinæ mensæ, quæ intorto discursu maculatæ sunt. Idem *lib.* 13. *c.* 15. Mensis præcipua dos in vena crispis, vel in vertice variis: illud oblongo euenit discursu, ideo trigrinæ appellantur: hoc, intorto, & ideo tales pantherinæ vocantur.

‖ Pantherium. Gloss. πανθήριον lynx.. Est autem, inquit Gesnerus, Pantherion vox diminuta à Panthera, h. e. paruus panther. ‖

Pāntherŏn, πανθηρον, siue Pantherum, i. {ANGLICE, *A drawing nette.*} Retis genus est, ex eo nomen habens, quòd aues omnes includat, eadem ferè ratione qua panagron, quod rete piscatorium est, θήρα venatum significat, & aucupium: vnde pantheron dictum, & ὀρνιθοθήρας, auceps. Est autem huiusmodi rete, quod nostri *Saltabundum* appellant: quod quum humi exporrectum est, & in oblõgam tenuitatem contractum, tegitur quisquiliis, ne ab auibus prouideri possit. Deinde quum opus est adducto magna vi fune, repetè expanditur, inescatásque aliquot diebus auiculas vno ictu vniuersas contegit. Hoc reti Galli ad passeres & sturnos vtuntur, & ad grues, & oridas, quas *Ostardas* vocant, quasi tardos anseres. Vlpian. *de actio. empt. & vend. l. emptorem.* Veluti quum futurum iactum retis à piscatore emimus, aut indaginem plagis positis à venatore, vel panthera ab aucupe Nam etiamsi nihil capit, nihilominus emptor pretium præstare debebit. Quo in loco, teste Budæo, panthera accusatiuus est pluralis, à nominatiuo pantheron: accipitúrque per metonymiam pro vniuerso aucupio, hoc est, pro captura ipsa, seu præda, quam auceps panthero ceperit.

Panthia successor Agathoclis.

Pānthŏŭs, & per contractionem Panthûs, πάνθοος, ῦς, Nomen proprium filij Ortei fratris Hecubæ. Vocatiuũ facit Panthu abiecto s, more Græcorum. Virg. 2. *Æneid.* Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem? Inde fit Patronymicum Panthoides, pen. corr. quo vsus est Ouid. *lib.* 15. *Metam.* pro Pythagora qui tempore belli Troiani se Euphorbum Panthoi filium fuisse gloriabatur.

Panticapes, παντικάπης, fluuius est Scythiæ quintus ab Istro (vt scribit Herod. *lib.* 4.) Nomadas à Georgis disterminans.

Panticapæum, παντικάπαιον, vrbs maxima ad Bosphorũ Cimmerium, cæterarum metropolis, condita ab Æetæ filio, cui Agatus Scytharum Rex hunc locum donauerat. Nomen autem accepit à Panticape vicino amne, Meminit huius oppidi Plin. *lib.* 4. *c* 12.

Pantices, fluxus ventris (inquit Festus) à pandendo, quòd ventrem pandat. ¶ Sunt qui Pantices interpretentur nimiam ventris pinguedinem, quam Galli vocant, *La pance*. { ANG. *The flixe lewsenes of the bellie.* } Plaut. *in Pseud.* Eò vos vestros pantices adeò madefacitis, quum ego fiem hîc siccus.

Pantolabus, παντολάβος. Notissimi scurræ nomen, apud Horatium *in Satyricis.*

Pantomatrium, παντομάτριον. Stephano, oppidum est Cretæ insulæ maritimum, autore Plinio *lib.4.c.12.*

PANTOMIMVS, παντόμιμος. Personarum omnium imitator, qui in scenis personas per singulorum actuum simulationes ostendebat. ἀπὸ τοῦ πάντα μιμεῖσθαι. Plin. *lib.7.c.53.* Mythicum pantominum, hoc est, fabularem, quendam vocant Patomimorum duo sunt genera, Scenici, & Mythici. Pantomimi Hylas, Stephanio, Pylas, in quos seuerè animaduertit Augustus. Suet. *in August. cap. 45.* Pantominorum factiones relegatæ. Suet. *in Neron. cap.16.* Item, Quorum Pantomimæ decies sestertio nubunt. Seneca *cap. 12. de consol. ad Helu.* Pantomimorum alter saltator, alter interpellator. Quintilian. ¶ Ponitur quandoque pro ipso poëmate. Plin. *in Paneg.* Idem ergo populus ille scenici imperatoris spectator & applausor, nunc in pantomimis quoque aduersatur, & damnat effœminatas artes.

‖ Pantonimicus, Adiectiuum. Senec. *ep. 1. lib.4.* Si intrante te clamor, plausus, & pantomimica ornamenta obstrepuerint.

Pantopharinx. gulosus, vorax. Eustach. L. g. b.

Pantopola. Gloss. Isid. Pantopola simplasiarius. leg. Pantopola, Seplasiarius. ‖

PANVRGIA, ערמה. פורמא. πανουργία. GALL. *Astuce, finesse.* ITAL. *Astutia.* GERM. Arglistigkeit. HISP. *Astucia.* ANG. *Subtilitie guile.* } Astutia, fraus. Plautus, isthæc panurgia tete in pistrinum dabit.

Panurgus, πανοῦργος. Omnium rerum experientiam habens, ἀπὸ τοῦ πάντων ἔργων. Ponitur Atticis scriptoribus pro callido, astuto, vafro versipelli, versuto, veteratore.

PANVS, i, & aliquando apud Celsum, Panis, is, Tramæ inuolucrum, teste Nonio: à quo panula & panicula, ait Festus, per diminutionem, Lucil. *lib. 9.* Foris subtegminis panus. ¶ Ab huius similitudine etiam innatus tumor sub faucibus auribúsve, & inguinibus, panus appellatur φῦμα. Plin. *lib.20.c.1.* Et laterum parotidas & panos sanat. Panos Galenus in plures species diuisit. Panus (inquit Hermolaus) sine vt quandoque scriptum est in Celso panis, à figuræ similitudine dictus est, tumore non alto, sed lato, in quo quiddam pustulæ simile est, fitque in vertice, alis, inguine, cum dolore ac distentione vehementi. Huius diminutiuum est Panellus, φυμάτιον.

Panula, & Panicula, dimin. à panus. αὐγίλη, significat comã illam in milio, panico, arũdine, & in omnibus ferè arboribus picei generis, in qua semẽ dependet, quam Plin. *lib.16 c.10.* vocat panos & paniculas, & aliquando nucamenta callo squamatim compactili, quæ κυτίνους Græci appellant. Quicquid igitur sublonga, vel subrotunda forma tumet, panicula ferè dici potest. Plin. *lib. 21. c. 4.* Græcula rosa conuolutas habet foliorum paniculas. Plaut. *Mil. sc.1.a.1.* Quasi ventus folia, aut paniculam textoriam. Ita hîc legunt omnes docti.

Panuelium. Varr. *4. de L.L.* Panuelium, à panno, & voluendo filo. Isidor. *lib.29.c.29.* sic habet: Panuliæ, vel panuclæ, quòd ex pannis texantur. Hesychius, πηνίον, πανίκλιον, ἢ ἄτρακτος, εἰς ὃν εἰλεῖται ἡ κρόκη.

PAPA, pater sensu venerantis. Eustath. docet, primò monosyllabum πα; esse, deinde per reduplicationem dici πάπας sicut ex μᾶ μάμμα: & deinde παππας ex πάπας fieri. Vox itaque est honorifica: vnde ecclesiastici pastores Papæ dicti sunt, tanquam patres spirituales, viri venerabiles. & inde est, quod Germanis *Pape* est presbyter, ecclesiastes, etsi vox ea alicubi malè sonare cœperit. Synecdochicè vox translata est ad primæ sedis Episcopum, quem Max. Pontificem vocant, tanquam πρῶτον τῶν ἱερέων vt Iustinianus ait *Nouell.131.* Germani Papam Romanum peculiariter vocant Bapst/ vel Papst.

‖ Papa cibus paruulorum. Ita & Germ. Pap/ est infantũ in cibus, puls.

Papadia, sacerdotissa. Gl. g. b.

Papalethra, papalis tonsura. Const. L. g. b. corona Clericorum. Balsam. ‖

Papatus, propriè est officium, dignitas, & conditio Papæ: sicut consulatus apostolatus sunt officiorum nomina.

Papæ, βαβαὶ, παπαὶ, admirantis interiectio. Donatus, Papæ interiectio est mira subitò accipientis: habet enim in se affectum verbi miror: vt, Papæ! quid video? Terent. *in Eunuch.* Papæ hæc superat ipsam Thaidem, vt deliramenta loquitur. Plaut. *Men. sc.2.a.5.*

Papæus, nomen, Herodoto teste *lib. 4.* quo apud Scythas Iupiter vocatur.

PAPAVER, is, genus herbæ somniferæ. { μήκων. GALL. *Du pauot.* ITAL. *Papauero.* GERM. Magsamen. HISP. *La dormidera.* ANGL. *A poppy.* } Vnde à Virg *4. Æneid.* Soporiferum papauer appellatur. Et Ouid. *Eleg. 2. lib.5. Trist.*

Quótque soporiferum graua papauer habet.

Idem *4. Fast.*

Interea placidam redimita papauere frontem
Nox venit.

Diuersæ papaueris sunt species: præcipuum tamen est album satiuum, quod semen habet: quod tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos edebatur. Hoc præcipuum candorem lini & lanæ contrahunt. Plin. *lib.18.c. 25.* Diosc. *lib.4.c.67.* Papauer masculinè antiqui etiam enuntiatur Varro *in admirandis*, Infria sem papauerem Plaut. *in Asin.* Formicis obiicis papauerem. ¶ Papauer, etiam semen papaueri simile, vt fici. Tertull. *de prascript. hæret* Etiam de papauere fici gratissimæ & suauissimæ ventosa & vana caprificus exsurgit. ¶ Papauer cereale. Virg. *1. Georg.* Ibi Seruius, vel quòd sit esui, sicut frumentum, vel, quo Ceres vsa est ad obliuionem doloris? cùm scilicet filiam quæreret. Turneb. *lib.9.c.16.* interpretatur sacrum Cereri: quia simulacra Cereris manu papauer gestare solebant, & eius antistitæ. ¶ Papauer corniculatum, μήκων κερατῖτις; quia gignit calyculum inflexum instar cornu. ¶ Papauer polyanthum, μήκων πολύανθος; quod est multiplici flore. πολύανθος multos flores habens. ¶ Papauer spumeum, μήκων ἀφρώδης: aliis Heracleum. Diosc. *lib.4.61.* Herbula alba est, & spum a tota.

Papauereus, a, um. Ouid. *4. Fast.*

Illa papauereas subsecat vngue comas.

Papauerata toga. A colore candido dicta est, μηκωνοειδὴς χιτών. Eadem spissa toga dicebatur. Plin. *lib.8. cap 48.* Crebræ papaueratæ antiquiorem habent originem.

Papauereus, aliud adiect. μηκώνιος. vt Comæ papauereæ. Ouidius *4. Fastor.*

Paphages, Rex Ambraciæ. Is quum obuiam factus esset leænæ catulis suis stipatæ, ab eadem occisus est.

Paphlagonia, παφλαγονία, Regio minoris Asiæ, ad Septentrionale littus versa, supra Galatiam, cuius eam Ptolemæus partem facit: ita dicta, teste Stephano, à Paphlagone Phinei filio. Eius incolæ dicti sunt Paphlagones: ex quibus fuerunt & Heneti, qui per seditionem patria pulsi, & rege Pylemene ad Troiam amisso, Antenorem in Italiam sequuti sunt, & pro Henetis literæ vnius immutatione Veneti sunt appellati, autore Liuio *lib.1. ab Vrbe condita.* Plaut. *Curc. sc. 1. a. 3.* Paphlagonas & Sinopeas subegit. Paphlagonia (vt Solinus scribit) à Citoro monte consurgit porrecta in spatium trium & sexaginta millium. In ea Mithridates Eupatoriam condidit, quæ subacta à Pompeio, Pompeiopolis nominata fuit.

Paphus, πάφος, filius Pygmalionis filij Cilis ex Eburnea matre. Qum enim olim Pygmalion in Cyprum insulam peruenisset, comperissétque mulieres omnino libidini obsequentes, cælibem vitam ducere statuit. Porrò quum ingenio valeret, essétque sculptor insignis, dicitur sibi ex candidissimo ebore muliebre sculpsisse simulacrum, omnis venustatis formæque numeris (quoad fieri potuit) absolutum, in quo quum homo ingeniosus artem suam miraretur: in eius amorem incidit, orauítque Venerem, quæ summa cum veneratione id temporis in Cypro celebrabatur, vt vxorẽ sibi concederet statuæ suæ eburneæ simillimam. Quibus precibus à Venere exauditis, Pygmalion domum rediens statuam suam animatam inuenit, seruatísque iisdem lineamentis, codémque candore, in formosissimam virginem transformatam. Cuius postea concubitu vsus, ex ea Paphum filium suscepit, qui & patri in regno successit, condiditque vrbem in Cypra, quam de suo nomine Paphum appellauit, constructo etiam in ea templo, & ara in honorem Veneris, cui diu solo thure sacrificatum est. Virg. *lib. 10.*

Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera, &c.

¶ Inde Paphius, a, um, vnde & Paphia Venus dicta est, quòd apud Paphum coleretur.

Papia lex de Delatoribus. Suet. *in Neron. cap.10.* Item Papia Popæa lex. Idem *in Claud. cap. 18. & cap. 23.*

Papia, ciuitas Insubrũ, Ticinum, τίκινον Ptolemæo appellata, olim Osthogothorum & Longobardorum regum sedes. Vulgò *Pauia.*

‖ Papias, pater. Buleng. ‖

Papilio, nis. { ἡ ψύχη. GALL. *Vn papillon.* ITAL. *Farfalla.* GERM. Ein pfeiffholter / sommer vögelin. HISP. *Mariposa.* ANGL. *A but ter flie.* } Inter vermiculos alatos numeratur, quo nullum animal imbecillius est. Columell. *lib.9. c.14. de apibus*, Vermiculi quoque, qui tineæ vocantur, item papiliones enecandi sunt. Nam (vt idem testatur) ex papiliorum stercore nascuntur tineæ. ¶ Item papilio, πάπιλιων, dicitur tentorium. { σκηνή. GALL. *Vn pauillon, vne tente.* ITAL. *Padiglione.* GERM. Ein gezelt. HISP. *Pauellon.* ANGL. *A pauillion.* } Plin. *lib. 5. cap.3.* Numidæ verò Nomades, à permutandis papilionibus, mapalia sua, hoc est, domus, plaustris circunferentes. Castigatiora exemplaria habent, A permutandis pabulis.

PAPILLA, æ. Parua pabula, tuberculum. { θηλή; μαζὸς. GALL. *Le tetin, le petit bout de la mammelle.* ITAL. *Mamella.* GERM. Ein büttin / das brust wärslin. HISP. *El peçon de la teta, ò teta pequeña.* ANGL. *The pape head.* } Serenus, Excruciant turpes anum si fortè papillæ. Sed hoc rarius: sæpius enim significat mammæ capitulum, vnde lac sugitur, quamuis etiam pro ipsa mamma ponatur. Virg. *lib. 11.*

Hasta sub exertam donec perlata papillam
Hæsit.

Suet. *in Neron. cap.34.* Papillas exosculari. Plaut *Asin. sc.3.a.1.* Si papillam pertractauit (amator.) Id haud est ab re aucupis. Idem *Pseud. sc.1.a.1.* Papillarum horridularum oppressiunculæ. Dicitur tam de viris, quàm de mulieribus, & aliis animalibus. Dictæ papillæ, quasi paruæ papulæ, quòd papularum sint similes. ¶ Papillæ etiam in fontibus clauiculæ illæ dicuntur, quæ aquas fundunt, quibus exertis aqua effluit, fistulis verò immissis aquæ cursus prohibetur. Varro. *lib.3. de re rust. cap 14.* Qui fit, si adduxeris fistulam, & in eam papillas imposueris tenues, quæ eructent aquam, &c.

Papillatus, Papilla ornatus, seu in papillæ speciem factus. { θηλοειδής. GALL. *Fait en façon de mammelle.* ITAL. *Fatto à foggia di mammella.* GERM. In der gestalt als ein brustwärtzlin gemacht. HISP. *Hecho en manera de peçon de la teta.* ANGL. *Made in fashion of a pap head.* } Expapillatus, adusque papillam nudatus. ἀπομαστιδωθείς. Plautus *in Milite*, Idem & cum nexu humero leuo expapillato brachio. Vide suo loco.

‖ PAPINIANISTÆ qui biennium in studio legum versati tertium adiungebant Papiniani libros legentes. L. g. b. ‖

Papinianus, παπινιανός, Iurisconsultus, Seuero principi gratissimus, Scæuolæ discipulus, cui in aduocatione fisci successit. Is est cui filios suos Seuerus moriens commendauit: deinde ab Antonio Caracalla securi percussus. Causa necis traditur, quòd Caracalla, interfecto fratre Geta, ei mandauerit, vt & in Senatu, & apud populum facinus dilueret: illum autem respondisse, non tam facilè parricidium excusari posse quàm fieri. Spartian.

Papinius Statius, Neapolitanus, inter heroicos poëtas relatus, haud ignobili genere ortus est. Quidam scribunt maiores eius oriundos esse Epiro, diuque versatos Sellis non sine admiratione ingenij & probitatis. Patrem Papinium habuit, qui ob insignem eruditionem egregiásque virtutes Neapoli ciuitate donatus est, in qua Statius Papinius poëta natalem suum habuit. Edidit multa & varia poëmata, Thebaidem libris duodecim, quos consecrauit Cæsari Domitiano. Præterea opus Syluarum. Postremò Achilleida aggressus, morte præuentus tantùm reliquit inchoatam. Ex Crinito.

Papitium, παπῖτιον, vrbs est Paphlagoniæ: à quo fit gentile Papitius, παπιτῖος, autor Steph.

‖ Paplona, teges. L.g.b.

Paponius, ebriosus. Gl. A.L.

Papotentia, ebriositas. ‖

PAPPĀ, πάππα, duplex pp, prima infantulorum vox, qua patrem compellant.

Pāppārĕ, est minutos & commanducatos cibos comedere, quales nutrices infantibus præbent: & in ea significatione apertissimè vsus est Persius *Satyr.* 3. Et similis regum pueris pappare minutum, Poscis, & iratus mammæ lallare recusas. Quare quod antea hîc ex hoc Persij loco probabatur, blandiusculis verbis esse patrem appellare, reijciendum & explodendum est. Plaut. *in Epid.* Nouo liberto opus est, quod pappet. P. Dabitur, præbebo cibum.

Pāppās, πάππας, accipitur pro parte, siue pro eo qui puerum alit. Iuuen. *Satyr.* 6.

——timidus prægustet pocula pappas.

Est autem nomen venerationis à Syracusis tractum: quo etiam nomine Scytharum nonnulli Iouem appellant, teste Herodoto.

‖ Pappias pater. Const. L.g.b.

Pappissare, est infantium more blandè patrem appellare. Ah. ‖

Pāppūs, Auus, patris, aut matris pater. אב *ab.* πάππος. GALL. *Ayeul.* ITAL. *Auo.* GERM. Ein großvatter. HISP. *El abuelo.* ANGL. *My fathers or mothers father.* } Ausonius *ad nepotem suum,*

——pappos auiásque trementes

Anteferunt patribus seri noua cura nepotes.

Pāppī. {ANGL. *The soft doune of thistle floweris.*} Dicuntur carduorum flores, & languinosa quædam substantia in aciem se effundens, vt veluti flocci quidam volare videantur. Lucret. *lib.* 3.

Vestem nec plumas auium, pappósque volantes.

Plin *lib.* 21. *cap.* 16. Pappum vocari ait, lanuginem helxines herbæ. Et *lib.* 25. *c.* 13. dicit esse herbam, quæ aliàs senecio dicitur, quòd in pappos habeat, & languinem carduorum floribus similem habeat. ¶ Item lanugines barbæ, quæ inferiori labro adnascuntur, vt mystax superiori.

Pāppōūs, παππῷος, id est, auitus.

Pappūs, πάππος, Philosophus Alexandrinus, scripsit de situ orbis, de fluuiis Africæ, & commentarios in Ptolemæum.

Paprimis, πάπρημις, Ægypti oppidum. Cuius ciuis Paprimites, παπρημίτης. Stephan.

Pāpŭlă, æ, Pustula, tuberculum quod ieiunæ saliuæ defricatione curatur {ἐξάνθημα. GAL. *Bourgeon ou bube qui vient en la face.* ITAL. *Bernoccolo.* GERM. Ein zittermaal. HISP. *Lobanillo.* ANGL. *A pimple or whelke.*} Papulis cutis exasperatur, & rubet, leuitérque roditur. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor
Membra sequebatur.

Papulæ apud Cels. vulgò *dartres.* Papula ἀγρία, i. fera, *male dartre,* vel *feu sauuage.* Duo autem sunt genera papularum, quæ cuiusmodi sint, vide apud eundem *lib.* 5. *cap. vlt.* Huius diminutiuum est Papilla.

‖ S. Papulifanum, S. Papol, siue Papaul, v. e. Papuli Lauracensium, sub A. Tolosano, cis Garumnam.

Papylæon, tentorium, popilio. L. g.b. ‖

Pāpyrĭŭs, à velocitate Cursor dictus, qui dictator creatus aduersùs Samnites, quum se aduersis omnibus progessum esse sensisset, ad auspicia repetenda Romam rediens, edixit Fabio Rutiliano magistro equitum, quem exercitui præfecerat, ne manus cum hoste consereret. Sed quum ille opportunitate ductus pugnasset, ac vicisset, reuersus eum ferire securi voluit: ille in vrbem confugit: vbi quum nec supplices Tribuni satis eum tueri auderent: victus tandem Dictator populi precibus, miseríque parentis lacrymis, supplicium ei remisit: paucísque pòst diebus ducto de Samnitibus triumpho, dictatura se abdicauit Vide Liuium *lib.* 9. ¶ Lucius Papyrius Cursor, superioris filius, de Samnitibus secundum patrem omnium pulcherrimam victoriam reportauit: ædémque Fortunæ de manubiis faciendam locauit. ¶ Papyrius Crassus, quum Priuernates intra mœnia fugasset, ac pro rebus bene gestis triumphus ei negaretur, in monte Albano triumphauit, & pro laurea vsus est myrtea corona. Valerius *lib.* 4. ¶ Papyrius Carbo, cum dentibus natus, vt scribit Plin. *lib.* 7. *cap.* 6. Papyrius prætextatus, nobilis adolescens, ex eo cognomen adsecutus, quòd in prætexta & adolescentia magnæ indolis, atque ingenij specimen dedit. Quum enim à patre duceretur in Curiam, in eáque fortè arcana quædam tractarentur, domum reuersus, interrogatus à matre quidnam in Senatu esset actum, vt duæ (inquit) vni nubere possint. Qua re inter matronas sparsa, manè gregatim ad Curiam concurrunt, multò æquius esse clamitantes, duobus vnam nubere. Cuius clamoris causa tandem intellecta, Senatus Papyrij in ætate taciturnitatem admiratus, soli in posterum ex æqualibus aditum concessit in Senatum. ¶ Papyrius item alius fuit, qui quum Publium quendam adolescentem nobilem ære alieno sibi deuinctum, & in seruitutem adiudicatum haberet, fœdóque eius amore captus, generosum animum ad turpe obsequium nulla ratione posset inflectere, eáque de causa adolescentulum multis & plagis, & contumeliis afficeret, re in Senatu cognita, in carcerem coniectus est, cautúmque est nequis in corpora libera ob æs alienum quippiam in posterum iuris haberet. Simile quiddam refert Valer. *lib.* 6. *c.* 1. de I. Veturio, & Cælio Plotio.

PĀPYRŬS, πάπυρος, ἡ, arbuscula est, precipuè in Ægypti palustribus nascens, habens radicem obliquam, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine, in gracilitatem fastigiata, thyrsi modo cacumen includens. ¶ Ex hoc frutice præparabantur chartæ acu diuisæ in pertenues, & latissimas phylluras, quæ eo meliores erant quò mediæ papyro propinquiores, quæ ab huius fruticis appellatione etiam papyri nomen acceperunt. Diuersa huiusmodi chartarum genera vide apud Plinium *lib.* 13. *cap.* 11. vbi primùm chartarum vsum Alexandri Magni temporibus in Ægypto putat fuisse inuentum: quanquis alij etiam Numæ regis temporibus chartarum vsum fuisse contendat. Ab huius quoque fruticis nomine, etiam hodie chartas nostras quæ ex contritis linteis fiunt, papyrum appellamus, eò quòd eundem nobis præstent vsum quem olim Ægyptiis præstabat papyrus. ¶ Dicimus etiam Papyrum in neutr. genere. Plin *ibidem,* Papyrum ergo nascitur in palustribus Ægypti. A papyro cognomen Papyrij, παπύριος, deductum est, à quo Papyriana tribus.

Pāpyrācĕŭs. a, um, παπυρινός, quod est materiatum ex papyro. Plin. *lib.* 28. *c.* 11. Optimè ellychnio papyraceo.

Pāpyrĭfĕr, a, um, παπυροφόρος, vt, Amnis papyrifer Nilus. Ouid. 15. *Metam.*

Pérque papyriferi septem flua flumina Nili
Victrices egisse rates.

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Ipse Papyrifero qui non angustior amne Ister.

Papyropola, παπυροπώλης, qui vendit (πωλεῖ) papyrum. Bud.

PAR, æquale, quod eandem quantitatem habet cum altero, à παρά, i. iuxta, apud, prope. {נשתוה *nischtavéh.* ἴσος. GAL. *Pair, pareil, semblable.* ITAL. *Pare, simile, vguale.* GERM. Gleich. HISP. *Cosa ygual ò justa.* ANG. *Equall, a lyke.*} Cum suis compositis, Compar, Dispar, Impar, Separ, sunt generis omnis, faciúntque ablatiuum in e, vel in i. Et licèt par apud poëtas producatur, in obliquis tamen prima corripitur. Parem alicui esse, & alicuius rectè dicitur. Cic. 3. *de Orator.* Iambus pareboreis sed spatio par non syllabis. Idem *de clar. Orat.* Si par in nobis, atque in illo scientia fuisset. Idem *in Lælio,* in amicitia superior par est inferiori. Par ac, vel atque. Idem 3. *de nat. deor.* Neque mihi par ratio cum Lucilio est ac tecum fuit. Idem 2. *de Inuent.* Scientia par in nobis, atque in illo est. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Par fuit exigui similisque licentia Calui.

Item. 4. *Fast.*

Et docuit iungi cum pare quemque sua. (sup. Venus.)
Potat & accumbit cum pare quisque sua,

ibid. lib. 3.

Cum pare quæque suo coëunt volucrésque feræque,

ibidem.

——Amicitias & tibi iunge pares,

idem *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Cum cecidi fato Consul vterque pari,

idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* ¶ Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia. Plaut. *in Asin. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Interdum Pares pro duobus accipiuntur: vt Paribus equis vtebantur Romani in prælio, vt sudante altero, transilirent in siccum. ¶ Interdum accipitur pro decenti, æquo, conuenienti, quod inter omnes æquabile est; εἰκός. Quintil. *lib.* 5. *c.* 11. Si propter matrimonia violata vrbes euersæ sunt, quid fieri adultero par est? ¶ Parem esse, significat sufficere alicui rei, siue resistendo, siue exequendo. ἱκανόν. Cic *ad Attic. lib.* 12. Sed adhuc pares non sumus. Quintil. *declam.* 5. Auspicio par laboribus corpus. ¶ Paria facere, est quod omissum est vel quod aliunde acceptum est, alibi, vel aliunde compensare. τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι, μεταθεῖν τὴν ἴσην. Idem *declam.* 6. Paria faciemus, tu illic eris vicarius meus, ego hîc tuus. Plin. *in Panegyr.* Parens tibi imperium dedit, tu illi reddidisti: solus ergo adhuc es, qui pro munere tanto paria accipiendo fecisti. Quidam cum amicorum officiis paria in mensa faciunt. Senec. *c.* 5. *de tranquill.* Item Quintil. *declam.* 333. Et Senec. *Epist.* 82. Paria non fecit (non reddidit.) Par sibi fiet (Orator) Quintil. Inuictum par Consulum Pompeius & Crassus. Velleius. & Senec. *cap* 5. *de consol. ad Polyb. cap.* 5. Idem *Epist.* 60. Cum Diis ex pari viuit sapiens. ¶ Par pari referre, est tale aliquid reddere, quale accepimus. Terent. *in Eunuch.* Si laudabit hæc illius formam, tu huius contra: denique Par pari referto, quod eam mordeat. ¶ A Par, Plautus *in Curc. sc.* 2. *a.* 4. formauit suo more superlatiuum parissimus: Eodem (inquit) herclè vos pono & paro, parissimi estis viribus. Mendosus hic locus est, Omnes docti ita legunt, Parissimi estis iibus. (i. iis lenonibus, de quibus præcedenti versu mentio facta est.) Iibus autem pro iis, & hibus pro his, dictum olim docent. Priscianus *lib.* 13. Carisius *lib.* 1. & Nonius. Item Lambin. *in hunc locum Plauti.* ¶ Par, impar, genus ludi. ἄρτιον, ἢ περιττόν. Suet *de August.* scripsi ad filiam, Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quot singulis conuiuiis dederam, si vellent inter se post cœnam vel talis, vel par impar ludere. ἀρτιάζειν. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 3.

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Pār, substantiuum, Numerus duorum inter se æqualium. {צמד *tsemédh.* δυάς, ζεῦγος. GALL. *Vne paire, vne couple.* ITAL. *Copia.* GERM. Ein par. HISP. *Vn par de dos cosas.* ANGL. *A pair, a couple.*} Cic. *de amic.* Ex omnibus seculis vix tria numerantur, aut quatuor amicorum paria. Idem *de opt. gen. dicen.* Gladiatorum par nobilissimum. Idem *Verr.* 3. Scyphorum paria complura.

‖ Parilis, parilitas & paritudo, vide infrà suo ordine. ‖

Pără, παρά, Præpositio Græca, significat Ad, apud, penes, absque, dis, re, præter, tam in præpositione, quàm in compositione.

Para, auis, & parus, parula. Festus, & Paronem auem nominat.

‖ Parabia, potus quidam factitius. Cæl. Rodig.

Parabasis, παράβασις, transgressio, præuaricatio: à παραβαίνω transgredior.

Paracampanismata, iniustæ ponderationes. L.g.b.

Paracellarius, minoris cellæ præfectus. Idem Lex.

Paradactades, miseri. Gl. g.b.

Paradichion, hortus. Item Gl.

Paralaurum, ædicula lauræ, i. e. monasteria adiuncta. L.g.b. ‖

PARARIUS, apud Senecam dicitur, qui inter duos stipulantes esset. μεσίτης. ¶ Item pararium illud æs dicebatur, quod equiti dabatur pro duobus equis. Græcè παράγαυσις. Vide Suid. Vide infrà *Pararius.*

Paria, ἡ δυάς. Varro 4. *de L.L.* Hinc quòd facta duo simplicia paria, parilia primò dicta. In vita Aureliani Imp. Mantelia duo Cypria, paria duo. Ab eo quòd Pares olim dicebantur duo. Festus, Paribus equis, i. duobus Romani vtebantur in prælio (intelligit ἀμφίππους equites) vt sudante altero transirent in siccum. Vnde pararium dicebatur, quod duplex equiti dabatur pro binis equis, id est Suidæ καταύστασις. Et inde Pararius Senecæ, προξενητής, quod inter pares, i. duos stipulantes μεσιτεύων esset.

Pariare, pro pária facere, quod tum fit, quum expensi rationes cum accepti rationibus quadrant, paréque sunt. Vsus est hoc verbo Vlpian. *l.* 4.

l.4.D.de manu. Hinc pariatio, scriptura qua rationes quadrare cauetur, *l.vlt.de cond. indeb.* & pariator, qui ita rationes reddidit, vt quadrarint *l.8.de cond.& dem.*

‖ Pariari, parem esse. Tertull. ‖

Părăbăsis, παράβασις. In Comœdiis dicebatur quum chorus ad populum conuersus, aliquid extra argumentum fabulæ loquebatur, latinè præuaricationem, siue trangressionem interpretari possumus, ἀπὸ τοῦ παραβαίνειν, quod est transgredi, siue præuaricari. Vnde & Parabatæ, quos præuaricatores Latini nominant.

Parabia, æ, παραβία, genus potionis ex milio & conyza. Cæl. *ant. lect. lib. 4.c.26.*

Parabilis. vide *Paro*.

Părăbŏlă, æ, {משל *maschál* παραβολή. Gal. *Parabole, comparaison, similitude.* Ital. *Comparatione, similitude.* Germ. Ein vergleichung/ oder gleichnuß. Hisp. *Comparaçion, semejança.* Angl. *A similitudine, comparaison, prouerbe.*} Similitudo ἀπὸ τοῦ παραβάλλειν, quod significat comparare: quasi rerum dissimilium comparatio. Quintil. Parabola (quam Cicero Collationem vocat) longiùs res quæ comparantur repetere solet: vt, Tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio, quàm vtique apud Vticam Cato. Et Senec. *Epist.* 60. Imagines & parabolæ in oratione.

Parabolani, vt interpretatur Alciatus, Latinè dici possunt glebæ ascriptitij, quibus scilicet in omni vita ab agricultura recedere non licebat: à Græca præpositione παρὰ & βῶλος, quasi iuxta & glebam. ¶ Per translationem etiam Parabolani dicuntur tenuis conditionis homines, famulitio xenodochiorum, vel ecclesiarum ita deputati, vt integrum ipsis non sit inde recedere. Horum meminit Iustinian. *C. de Episc. & cler. l. Parabolani.* Vide plura de hoc apud Cælium *lib.29.cap.11.*

Parabolus, a, um, παράβολος, η, ον, qui fidenter se periculis obiicit. {Der sich wagt.}

‖ Parabystus, a, um, παράβυστος, η, ον, è regione intrusus. ‖

Părăcentēsis, παρακέντησις, dicitur durior vulnerum curatio, quum scilicet vulnus pungitur, hamúsque, vel acus infigitur: ita dicta à pungendo, quòd hoc curationis genus plurimum afferat doloris.

Paracercis, παρακερκίδες, sunt parua illa ossa, quæ sunt ab vtroque latere τῆς κερκίδος, h. e. ossis maioris, quo crus continetur. Poll. κερκὶς est radius.

Parachlamys, vestimenti genus, non modò militare, vt apud Plaut. *in Pers.* sed etiam puerile. Vlpian. *in l. vestis. de aur. & arg. leg.* Alciat. *de vest. olobes. in l.1. lib.11.*

Paraclesis, παράκλησις Aduocatio.

Părăclētus, i, {מנחם *menachem.* παράκλητος. Gall. *Defenseur, aduocat.* Ital. *Defenditore, auocato.* Germ. Ein ermaner / zusprecher vnd auch fürsprech. Item, ein tröster. Hisp. *Defendedor, abogado.* Angl. *A patrone or aduocat.*} à verbo Græco παρακαλέω, quod rogo, & hortor significat, item pro alio precando intercedo, vt aduocatus, & patronus. Apud recentiores etiam pro consolatore inuenitur. Hinc Paracletus, id est, aduocatus, consolator, patronus, fautor, adhortator, deprecator. Itaque pollicetur Christus suis missurum sese paracletum Spiritum, qui eos omnia sit edocturus, siue illum adhortatorem, siue deprecatorem, hoc est, aduocatum, siue consolatorem velimus intelligere.

Păraclytus, per y, Infamis, aut malè audiens est Latinis. {נקלה *nikléh.* παράκλυτος. Gall. *Infame.* Ital. *Infame.* Germ. Verschreyt / der ein böß geschrey hatt / verrufft. Hisp. *Cosa infame.* Angl. *That is euill spoken of that geter an euill name.*} Nam παρὰ in huiusmodi compositione, præter, vel deminutionem significat: κλυτὸς verò inclytum, celebrem, gloriosum.

Paracmasticus, a, um, παρακμαστικός, ή, όν, iam desinens vigere. Ætas paracmatica media inter iuuentutem & senectutem. incipit, secundùm Galenum, à 35. anno, duratque ad annum 49. quo incipit senectus.

Paracharacta, παραχαράκτης, monetæ adulterator.

Păracope. es, παρακοπή, idem quod delirium, vel mentis alienatio, ἀπὸ τοῦ παρακόπτειν, quod est delirare.

‖ Parada, genus nauigij Vibusci voluptuarij, vndique tecti, quo, æstu vltrò citróque reciprocante, per Garumnam molliter ferebantur. eæque toris & culcitris insternebantur, ne agitatio vlla sentiretur. Meurs. *in lex. Græco b.* βαράδιον, siue βαρίδιον, parada, alueare. Sed, inquis, vt animi sententiam dicam, non puto, paradam esse βαρίδιον. ‖

Părădiăstŏlē, es, παραδιαστολή, figura est quam Latini Discriminationem appellant, quum duæ pluresve res quæ prima facie videntur eædem, separantur, adductis in medium iis, quibus à se mutuò distant. Vide Rutilium Lupum, & Rufinianum.

‖ Paradiazeuxis, παραδιάζευξις, peruersa disiunctio. ‖

Părădīgmă, {משל *maschál* דמיון *dimiỳon* παράδειγμα. Gall. *Exemple.* Ital. *Essempio.* Germ. Ein beyspil oder exempel. Hisp. *Exemplo.* Angl. *Exemple or doing or saying.*} Exemplum facti, vel dicti alicuius, quale est illud apud Virg. 1. *Æneid.*

Antenor potuit medijs elapsus Achiuis,
Illyricos penetrare sinus.

Fit autem tribus modis: à pari, à maiori ad minus, à minori ad maius. ¶ dictum est autem Paradigma à verbo Græco παραδεικνύω, quod est ostendo & manifestum facio. Exempla enim à notioribus sumpta, & suo loco adhibita, plurimum rei alicui lucis addunt, & perspicuitatis. Vide de hac figura plura apud Rutilium Lupum, & Rufinianum.

Paradisea auis, vel Paradisi auis, manucodiata. {Paradeis Vogel.} Gesnerus in histor. animal. Reges Marmin (in Moluccis insulis) paucis antè annis immortales esse animas credere cœpere: haud alio argumento ducti, quàm quòd auiculam quandam pulcherrimam, nunquam terræ aut cuiquam alij rei, quæ in terra esset, insidere animaduerterent, sed aliquando ex summo æthere exanimem in humum decidere. Et, cùm Mahumethani qui ad eos commercij causa commearent, hanc auiculam in paradiso ortam, paradisum verò locum animarum, quæ vitæ functæ essent, attestarentur, induerunt hi reguli Mahumethi sectam, quòd hæc de hoc animarum loco mira pollicerentur. Auiculam verò manu codiata, id est, auiculam Dei appellant: quam adeo sanctè religioséque habent, vt se ea reges tutos in bello existiment, etiamsi suo more in prima acie collocati fuerint: plebeij autem caphræ, id est, gentiles sunt. Hæc Gesner.

Părădīsĕă poma, παραδείσια μῆλα, dicuntur à satu, quod ferè in omnibus pomariis inserantur, odore, saporéque insignia.

Părădīsus, i, {פרדס *pardés.* παράδεισος.} Pomarium, id est, hortus consitus, generis tam masculini, quam fœminini. ¶ Est & locus ferarum septus, siue viuarium, aut viridarium. Vox deflexa est, vt quidam volunt, à Chaldæo Pardes, quod hortum domesticum significat, siue pomarium. ¶ Est & nomen oppidi, in Syria Cœle ad Libani orientale latus situm, Plin. *lib.5.c.23.* ¶ Est item Paradisus Ciliciæ fluuius, apud eundem *lib.5.c.27.* ¶ In sacris literis Paradisus accipitur pro amœnissimo horto in Oriente, à primis nostri generis autoribus habitato: de cuius situ variæ sunt opiniones, quas recenset Eugubinus, peculiari de hac re edito tractatu. Diuus Augustinus ad Orosium de Paradiso sic sentit, Paradisus (inquit) in Oriente situs est, interiecto Oceano, & à nostro orbe longè remotus, in altissimo loco constitutus, pertingens vsque ad Lunarem circulum. Vnde illuc aqua diluuij minimè peruenisse dicitur. Hic locus à primi hominis reatu interclusus est, nec vlli animantium datur in eum aditus. ¶ Pro cœlo, loco beatorum sic dictus ab amœnitate spirituali, qua similis est corporali. De paradisi situ vide Frid. Iun. *in cap.2. Gen.*

‖ Paradogum, feudum nobile: vt pædagogum, agnobile. dicunt esse Longobardica vocabula. ‖

Părădŏxă, orum, Latinè admirabilia, inaudita & quæ sunt præter opinionem. {נפלאות *niphlaóth.* παράδοξα. Gall. *Chose inopinée & merueilleuse, qu'on n'a point coustume douyr, & contre la commune opinion.* Ital. *Cosa mirabile, non in vso, contra l'opinione di tutti.* Germ. Seltzame wunderbare ding so wider den gemeinen wohn der leute sind. Hisp. *Cosa admirabile, fuera la opinion comun.* Angl. *Thinges meruellous and wounder full that passeth the opinion of man.*} Seneca *Epist.* 81. Paradoxa vertit inopinata. Hinc Paradoxa Stoicorum, de quibus extat Ciceronis libellus. Paradoxon item schema est διανοίας, quod primum sensum suspendit, ac deinde subiicit aliquid contra expectationem auditoris. Vnde etiam à Latinorum quibusdam Inopinatum vocatur. Vide Rufinianum *in tractatu de figuris.*

Părădrŏmis, idis, παραδρομίς, Ambulatio sub dio, siue xystus. Vitruuius *lib. 6.c.6.* Xystos, Græca appellatione est porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur: nostri autem hypæthras ambulationes Xystos appellant, quas Græci παραδρομίδας, dicunt.

Părænĕsis, παραίνεσις. Gall. *Admonition.* Ital. *Ammonitione.* Germ. Ein vermanung / vnderweisung. Hisp. *Aduertimiento.* Angl. *Admonishing.*} Præceptio, admonitio, siue adhortatio, & propriè ea quæ contradictionem non recipit, teste Ammonio, propterea quòd fiat iis de rebus quæ in controuersiam non cadunt, sed apud omnes in confesso sunt.

Părænĕtĭcus, a, um, παραινετικός, hortatiuus, Quintil. præceptiuus. Senec. *Epist.* 90. à verbo παραινέω, quod significat hortor, præcipio, & admoneo. Vnde oratio parænetica dicitur, quæ ad virtutem capessendam auditoris, lectorísve animum extimulat.

Paræsus, vrbs condita à Paræso Minois cognato. Steph.

Parætonium, παραιτόνιον, Libyæ Marmaricæ oppidum est, stadiis ferè nongentis distans à Catamathmo, Alio nomine Ammonide dicitur. Habet portum ingentem, xl. ferè stadiorum. Autor Strab. *lib.* 17.

Părætŏnĭus, a, um, adiectiuum. Lucanus *lib.* 3. Vsque Parætonias Eoa ad littora Syrtes. Silius item *lib.* 3. Pérque Parætoniæ celebratum littora Syrtis. Ab huius oppidi nomine etiam Parætonium appellatum est coloris quoddam natiui genus, quod circa hanc vrbem in littore solet inueniri, ex spuma maris, vt creditur, cum limo solidata: vnde & minutæ conchulæ plerunque in eo inueniuntur. Autor Plin. *lib.33.c.6.*

‖ Parafredus. Scribitur & *parauredus*, & *paraueredus*, & *paraureda.* equus est vilis. ‖

Paragaudes, vel Paragauda, Græcis postea παραγαύδης, teste Alciato, genus vestimenti virilis, vt plurimùm linei, quod sub alia veste gerebatur, victum nunc vnico nexu, nunc pluribus loris. Vopiscus *in Aureliano,* Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit quum antea non nisi rectas purpureas accepissent: & quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & vsque ad pentelores, quales hodiè lineæ sunt. Turnebus *lib.9. c.11.* Paragaudas, inquit, arbitror fascias fuisse vel aureas, vel sericas auro ornatas, quæ vestibus intexerentur, non vt institæ adsuerentur. Etiam vestis ipsa Paragauda dicebatur.

Paragium, adæquatio, paritatis obseruatio. vox feudist. constitut.

Părăgŏgē, παραγωγή Figura qua litera vel syllaba fini iungitur, vt Dicier, pro dici, Latinè à nonnullis appellatur Adductio.

Paragogia, ipsarum aquarum pori & meatus: dicta ἀπὸ τοῦ παράγειν, quod deducere est. Hinc παραγωγή, dicta Ælio Donato, & cæteris. Nam & ἀγωγὸς, aquæ ductus est, Alciatus *in l. decernimus, C. de aquæduct. lib. 11.*

Părăgrammă, παράγραμμα, scripturæ deprauatio, παραγράφω est ascribo, à παρὰ, ad. Item est perperam scribo, à παρὰ præter, aliter quàm oportet. Est etiam præscribo, exceptione submoueo positionem: à παρὰ præ alium transeundo.

Paragrammatismus, παραγραμματισμός, cùm litera pro litera ponitur.

Părăgrăphē, παραγραφή, præscriptio, exceptio, effugium litis, compositio. ¶ Est & tropus apud poëtas, quum præcedenti absoluto, ad alia fit transitus: vt apud Virg. 2. *Georg.*

Hactenus aruorum cultus, & sydera cæli,
Nunc te Bacche canam.

¶ Annotationes item, siue scholia succincta, ad marginem adscripta, paragraphæ appellantur, ἀπὸ τοῦ παραγράφειν, quod inter cætera significat ad marginem annotare. Hinc etiam Iurisconsultorum interpunctiones, quibus legum capita in plura segmenta diuidunt, paragraphæ, siue etiam paragraphi dicuntur.

Părăgrăphus, παράγραφος, vox est Iurisconsultis vsitatissima, qui eam tali nota §. scribunt. Dicitur autem paragraphus propriè, quemadmodum Martianus Cossias antiquus Pandectarum interpres tradit, quicquid sub vna sententia clauditur. Pro eodem etiam *paragraphe.*

Paralepsis,

Paralepsis, παράληψις, ad verbum est assumptio: item exceptio.

Paralipomenon, παραλειπόμενον. Derelictum, omissum, prætermissum, à verbo παραλείπω, quod est prætermitto. Hinc Qu. Calaber poëta Græcus, opus quod ea exequitur quæ ab Homero sunt prætermissa. Ὁ μήρου παραλειπομένα, inscripsit. In sacris quoque libris eadem ratione Libri παραλειπομένων dicũtur, quibus ea quæ in libris Regum, aut prætermissa erant, aut leuiter degustata, comprehenduntur.

Paralipsis, παράληψις, præteritio. In Rhetoricis est figura, cùm simulamus nos omittere, quod tamen dicimus. Ergo est apparens præteritio? metaphora quadam insolentiore. ea vtimur, quia res notæ aut paruæ sunt, aut quia ingratæ futuræ existimantur. Eadem & *parasiopesis*. Ne confundantur *paralipsis*, & paralepsis, quod alicubi fieri videas.

Paralius, παράλιον, Tertia species est tithymali, ita dicta quòd loca maritima amet. Eadem & tithymalis dicitur. Plin. *lib.* 26 *c.* 8. Tertium genus tithymali paralius vocatur, siue tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo.

‖ Parallaxis, παράλλαξις, mutatio: à παραλλάττω vario, ἀλλάττω est muto; aliud facio. ‖

Paralleli, παράλληλοι, dicuntur segmenta sphæræ ab Ortu in Occasum ducta, alterum ex Polis habentia pro centro, omníque ex parte à se inuicem æqualiter distantia. Plin. *lib.* 6. *cap.* 33 Plura sunt autem hæc segmenta mundi quæ nostri Circulos appellauere, Græci parallelos. Ratio nominis hæc est, quòd παράλληλος apud Græcos, inuicem comparatus, vel æqualiter distans. Vnde paralleli, circuli, dicuntur æqualiter distantes: & lineæ parallelæ, quæ æqualibus spatiis ab inuicem dirimuntur.

‖ Paralleogrammus, a, um, παραλληλόγραμμος, ον, parallelus lineas habens. ‖

Paralogismus, παραλογισμός, Deceptio per falsas ratiocinationes, conclusio fallax, & captiosa argumentatio. A verbo Græco παραλογίζω, quòd inter cætera significat captioso genere argumentationis vtor.

Paralos, πάραλος, apud Athenienses nauis genus erat, qua Theori ad rem diuinam faciendam, Delphos mittebantur, eúmque in vsum solùm publicè destinata. Illi quoque qui hac in naui vehebantur, Parali dicebantur. Paralorum quoque nomine Plutarchus intelligit vnam è tribus factionibus Atheniensium quæ Solonis tempore vigebant. ¶ Fuit etiam Paralus nomen proprium eius cui Hegesias primam longæ nauis inuentionem tribuit referente Plin *lib.* 7. *c.* 56.

Paralysis, {παράλυσις. GAL. *Paralysie.* ITAL. *Paralisia.* GERM. Der schlag durch welchen mir der halbe theil des leibs troffen vnd vnentpfindlich gemacht wirt. HISP. *Perlesia.* ANG. *The palsey, a depriuing of feeling and mouing in any part of the bodie.*} Resolutio neruorum, quæ alio nomine à Græcis dicitur hemiplexia, hoc est, semi apoplexia, quum in alteram tantùm corporis partem malum id incubuit. Nam quum totum afficitur, apoplexia nominatur. Gignitur ab humore frigido & crasso, neruos plus æquo humectãte, & laxante, sensúmque pariter & motum alteri ferè lateri eripiente.

Paralyticus, qui hoc morbi genere laborat. {παραλυτικός. GALL. *Paralytique.* ITAL. *Paralitico.* GERM. Einer den das gut oder der schlag getroffen hatt/parlesiech. HISP. *Enfermo de perlesia.* ANGL. *He that hath the palsey.* } Plin. *lib.* 20. *c.* 9. Ideo paraliticis & tremulis dare iubet. Tertull. *in Apol. de Christo*, Quum ille verbo dæmonia excuteret, leprosos mundaret, paralyticos restringeret, mortuos denique verbo redderet vitæ. Restingere paralyticos propriè dixit pro sanare, quum paralysis nihil aliud sit, quàm neruorum dissolutio, quæ aliter sanari non potest, nisi neruiilli dissoluti, & iusto laxiores restringantur.

Parameria, παραμηρία, internæ femoris partes.

Parangaria. In Cod *lib.* 12. est tit. 51. *de cursu publ. & angar. & parangar.* Ibi Gothofr. Angaria est, qua cursus publicus dispositus est, parangaria alio versum. *Angaria*, ἀγγαρεία, propriè est actio eius, qui ἀγγαρεύει, i. cogit ad publicum cursum Deinde & passio. ergo παραγγαρεία est ministerium ad quod quis adigitur præter publicum & ordinatum cursum angariæ.

Paranites, παρανίτης, gemma est ex amethystorum genere, quæ in Arabiæ contermino inuenitur, alio nomine sapinos dicta. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

‖ Parantegesis, παρανταγήγησις, apposita ex aduerso narratio. ‖

Paranymphus, i, παράνυμφος, ab Hieronymo dicitur pronubus, ab antiquis auspex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis auspicium capere solebant, Qui præerat huic rei nomine viri, à Græcis παράνυμφος, à nostris auspex dicebatur. Et vt auspex aderat viro, sic & pronuba mulieri adhibebatur. Itaque quũ apud Christianos auspicia minimè captentur, adhibẽtur sacerdotes, qui & pronubi à nobis dicũtur. August. *lib.* 14. *de Ciuit.* Nónne omnes famulos, atque ipsos etiam paranymphos, & quoscunque ingredi quælibet necessitudo permiserat, ante mittit foras, quàm vel blandiri coniunx coniugi incipiat?

‖ Parapetasma, παραπέτασμα, tegumentum, à παραπετάζω tego. ‖

Paraphernæ. { נדוה nedhéh נדנים nedhanim. παράφερνα. ANGL. *Thinges that is geuen beside promise or not promised with the dowrie.*} Dicuntur ea quæ præter dotem sponso dantur, à παρά præter, & φερνή dos, quasi diceres præter dotalia, Hæc & paraphernalia dicuntur. Vlpianus *de iure dot. l. si ego.* Cæterùm si res dentur in ea quæ Græci παράφερνα dicunt, quæque Galli peculium vocant, videamus, an statim fiant mariti.

‖ Paraphora, παραφορά, error mentis, quæ plena phrasi παραφορά διανοίας.

PARAPHRASIS, is, παράφρασις, Est eiusdem sententiæ per alium sermonem explicatio, & liberior interpretatio, quum quædam mutantes, aut etiam addentes, copiosius ac dilucidius explicamus, quod ab aliis dictum est: cuiusmodi est Themistij in Aristotelem. Ea finitur à Græcis hoc modo, vt sit quæ narrationi proportione respondeat. De hac Quint. *lib.* 10. *cap.* 5. Neque ego paraphrasim esse interpretationem tantum volo, sed circa eosdem sensus certamen, atque æmulationem.

Paraphrastes, παραφράστης, dicitur interpres latius explicans, qui non verbum è verbo, sed sensum è sensu transfert.

‖ Paraphrasticus, a, um, παραφραστικός, ή, όν, ad paraphrasin spectans, aut etiam ad paraphrasten.

Paraphrosyne, παραφροσύνη, delirium, error mentis.

Parapompica, παραπομπικά, quæ transmittuntur: vt ἀγωγικά, quæ adducuntur. ‖

Parapotamia, παραποταμία, Regio Asiæ, Tigri fluuio proxima: vnde & nomen accepit. Vide Plin. *lib.* 6. *c.* 28.

‖ Paraptoma, lapsus, quo ad aliquid impingimus ‖

Pararius, qui stipulationibus, contractibus, nominibúsque faciendis interuenit: quem & Græco vocabulo vocamus Proxenetam. {προξενητής. GALL. *Corratier, qui fait prester argent.* ITAL. *Chi interuienne ad imprestar denari, corratiere.* GERM. Ein vnderkäuffer. HISP. *El corredor de la mercaderia.* ANG. *A broker.*} Seneca *lib.* 3. *de benefic.* Quidam volunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, nec signatores aduocari, nec chirographum dare. ¶ Pararium æs appellabatur quod equitibus duplex pro binis equis dabatur: Festus.

Pararthresis, παράρθρησις. Idem quod luxatio, quæ fit quum os aliquod sede sua nonnihil fuerit dimotum.

Parasanga, παρασάγγης, apud Persas, auctore Festo, viarum mensuræ sunt, quas Budæus Herodoti testimonio probat fuisse triginta stadiorum. Verba Herodoti sunt hæc, Latinè reddita, Quotquot enim inopes soli sunt, ij terram suam orgyis metiuntur: qui verò minus inopes soli sunt, stadiis: qui autem latifundia habent, parasangis metiuntur. Constat autem parasanga [t]riginta stadiis: schœnus autem (quod ipsum verbum est Ægyptiacum) sexaginta.

Parasceue, es, Præparatio. {παρασκευή. GALL. *Appareil, apprest.* ITAL. *Apparato, preparatione.* GERM. Ein vorbereitung/zurüstung. HISP *Aparejo.* ANGL. *A preparation or preparing, good friday.*} Nam à παρασκευάζω, quod est præparo, deducitur. Vnde & dies quo Dominus noster IESVS CHRISTVS pro humani generis salute cruci affixus fuit, Parasceue παρασκευή, dicitur, quoniam eo die Iudæi sibi necessaria præparabant, vt Paschæ dies absque operatione aliqua transigeretur.

‖ Parasemon, παράσημον, signum, peculiariter nauis. ‖

Parasiopesis, παρασιώπησις, Schema est apud Rhetores, quod à Latinis præoccupatio dicitur, quum aliquid reticere nos dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Hoc schemate vtitur, vel quum rem notam esse putamus auditoribus, vel quum suspicionem maiorem, excitare reticendo volumus.

PARASITVS, i. {לעג מעוג labagh maógh παράσιτος. GALL. *Qui suit les lopins* ITAL. *Parassito.* GERM. Ein tellerschlecker/ein schmeichler nur das er zufrässen vberkomme/ein schmarotzer. HISP *Truan por cosa de comer.* ANGL. *A semell feast, which followeth bellie cheere, a flaterer, a piketkanke.*} Qui aliorum mensas & cibaria sequitur: quique eius in cuius contubernio est, omnia facta simul ac dicta laudat, nihil repugnat, omnia suffert, nihil ventris causa facere recusat, in quo summum bonum constituit. Vnde & nomen accepit, quòd παρὰ τὸ σιτίω, hoc est, à cibo totus pendeat. Parasiti imaginem pulchrè depingit Terent. *in Eunuch.* his verbis. Est genus hominum qui esse primos se omnium rerum volunt, Nec sunt: hos consector, hisce ego non paro me vt rideant, Sed his vltrò arrideo, & eorum ingenia admiror simul: Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque: Negat quis, nego: ait, aio. Postremò imperaui egomet mihi, Omnia assentari: is quæstus nunc est multò vberrimus Et Quintil. *declamat.* 296. Quid est Parasitus: nisi comes vitiorum, turpissimi cuiusque facti laudator? Idem *declam.* 297. De eius vita seruili & contumeliis obnoxia. Parasito nihil est quod surripiatur domo. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 4. Amicas liberate: pascite parasitos. Item, Dij te perdant: parasitósque omnes, & qui parasiti cœnam dabit. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 4. Parasitum in Catiam misi meum. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Ea fecit. palàm parasitus meo sumptu educatus. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Confecto prandio vino, epoto, parasito excluso foras. (i. meipso, *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Item Parasitus octo hominum munus facilè fungitur (in edendo.) ¶ Parasitorum olim prouincia obsonare. Idem *Capt. sc.* 3*a.* 3. Iidẽ canes *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Parasiti rebus prolatis latent quasi Cochleæ, & victitant succo suo. *Ibidem.* ¶ Parasiti scorta dicebantur, quia Inuocati erant in conuiuio, & quasi mures edunt alienum cibum. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Cic. *de Amic.* Ne parasitorum in Comœdijs assentatio nobis faceta videretur, nisi essent milites gloriosi. Idem Lentulo *lib.* 1. Dixi me facere quiddam, quod in Eunucho parasitus suaderet militi. ¶ Parasiti olim appellatio honesta fuit, vtpore qui sacro ministerio addictus esset: nam parasiti vocabantur quasi comites, sodalésque pontificum, & magistratuum, vt docet Athenæus *lib.* 6. Solon sic eos appellauit, qui in Prytaneo publico victu epulabantur, autore Plutarcho. Pro eo verò postea dictus est, qui ad mensas diuitum oblectationis causa admittebatur. Producit autem hoc nomen penultimam syllabam, quam Calepinus malè putauit corripi. Horat *lib.* 2. *Epist.* 1.

Quantum sit Dorsennus edacibus in parasitis.

Parasitandi verbo Solonem vsum, pro publicè epulari, ait Plutarch. *in Solone.*

Parasitia, fœmin. gen. {ἡ παράσιτος. GALL. *Femme qui suit les lopins.* ITAL. *Parassita.* GERM. Ein tellerschleckerin / schmeichlerin. HISP. *Truhana por cosa del comer.* ANGL. *She that followeth feastes.* } Horat. 1. *Serm. satyr.* 2.

Custodes. lectica, ciniflones, parasitæ.

Parasiticus, a, um, Plautus *sc.* 1. *a.* 3. Ilicet Parasiticæ arti in malam crucem.

Parasitor, parasitari, Parasitum ago { παρασιτέω, κολακεύω. GALL. *Acceder tout pour auoir la repue franche, suiure les lopins.* ITAL. *Andar à verso & adubare per auer le spese.* GERM. Tellerschlecken/schmeichlen vnd liebkosen vmb deß bauchs willen. HISP. *Truhanear por cosa del comer.* ANGL *To flatter one to haue his repast free.*} Plaut. Qui parasitando pauerint ventres suos.

Parasitatio Plautus *Amphitr* Nequiter pænè expetiuit prima parasitatio.

Parasitaster, tri. Parasitorum imitator. {παρασιτόμιμος. GALL. *Qui veut imiter les flateurs, qui cherchent leurs repuës franches.* ITAL. *Imitatore de parassiti.* GERM. Ein nachidger oder nachfolger der tellerschlecker vnd schmeichler. HISP. *Hombre vn poco atruhanado.* ANG. *He that flattreth one, to haue is repast free* } Nam quæ in aster finiuntur) teste Valla *lib.* 1.)

lib.1.) imitationem potius, quàm diminutionem significant. Cicer. *pro Vareno.* Euricius hic noster Antoniaster. Duo autem potissimum diminutionem denotant, Surdaster, & Recaluaster. Terent. *in Adelph.* Est alius quidam parasitaster paruolus: nostin'? D. Iam scibo.

‖ Parasiticus, a, um, παρασιτικὸς, ἡ, ὸν, ad parasitum pertinens.

Parasitor, parasitum ago, παρασιτέω. ‖

Parasitium, παράσιτιον, locus Athenis.

Părāstădēs, παραστάδες, Lapides qui vtrunque latus ostij muniunt. Vitruuius quoque parastadas in mentione templorum antes vocat. Hermolaus.

‖ Parastasis, actio assistendi, τοῦ παρίστασθαι, ἡ. assistentia. Gloss. παράστασις præsentatio, exhibitio. ‖

Părāstătæ, παραστάται, inquit Hermolaus, apud Vitruuium & Plinium, lapides sunt pilarum ferè modo appositi columnis: à quorum similitudine alterum cruris os (alterum enim κνήμη, hoc est tibia appellatur) parastates nominatur in iumentis à Vegetio, quod & Paracnemion παρακνήμιον appellatur Iulio Polluci. Apud eundem & meatus illi per quos genitura ex epididymide in colem fertur, parastatæ appellantur Semen enim per vasa spermatica in testes delatum excipitur à molli quodam inuolucro: quod quia testibus incumbit, Græci ἐπιδιδυμίδα appellant. Huic duo varicosi, longique adhærent meatus, vtrinque vnus, qui ceruici vesicæ inferuntur, idque comitati vsque ad penis initium, in vnum eundémque canalem confluunt ab vrinæ ductu diuersum, cui tamen tum demum quum ad medium ferè colis peruenerint, inseruntur. ¶ Sunt & in prælio (vt idem inquit) dicti parastatæ, nomen officij, quoniam adiuncti sunt prostatis, hoc est, iis qui præsunt cornibus: sicut epistatæ, qui tertium in regendis his locum tenent. ¶ Sed & tabulæ quædam cum certis instrumentis, à Vitruuio parastatæ vocantur. Hæc Hermolaus, qui sic legit apud Plin. *lib.33. cap.3.* Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrātur & columnæ, & parastatæ. Idem apud Vitruuium *lib.5.* In columna, aut parastata horæ describuntur. Budæus tamen in istis Vitruuij & Plinij locis dicit malè fuisse emendatum, legendúmque apud Plin. Columnæ parastaticæ: & apud Vitruu. Columna parastatica, vtrinque sine coniunctione.

‖ Parasynagoga, falsa synagoga. Hicet. L. g. b.

Parasynanche, παρασυνάγχη, species anginæ: cùm exteriores τοῦ φάρυγγος, id est, faucium musculi patiuntur inflammationem; cùm interni, συνάγχη.

Parasynaxis, praua synaxis.

Parathesis, παράθεσις, appositio. ‖

Părātīlmŏs, παρατιλμὸς, ἀπὸ τοῦ παρατίλλεσθαι, quod euelli significat, dicitur euulsio pilorum è naribus & pudendis, quæ erat pœna tenuiorum qui deprehensi essent in adulterio. Nam ditiores pecunia se redimebant, inopi expilabatur sedes.

Paratitla, παράτιτλα, lemmata & summulæ titulis appositæ. à παρὰ & τίτλος titulus; voce Latina à Græcis contracta. Iustinianus Imperator summas rerum appellat titulatim appositas: quales extant Azonis.

‖ Paraton, apparatus. Tert. L. g. b. ‖

Părātrăgœdĭo, παρατραγῳδέω, id est, exaggero, ac verborum magnitudine aliquid augeo. Plaut. *in Pseud. sc.4. a.2.* Illic homo est, vide vt paratragœdiat carnifex.

Părātrimma, παράτριμμα, Latinè intertrigo, quum femina mutuo attritu excoriantur. Vide *Intertrigo.*

‖ Paratypus, a, um, παράτυπος, perperam pulsatus, malè cusus: vt paratypa numismata. ‖

Paraueredus. *Cod. lib.12. tit.51. l.2.* Præsidibus & rationalibus, &c. vsurpandi parauered licentia derogetur. Ibi Gothofr. Veredi sunt publici equi cursuales. Parauerei videntur esse maiores equi agminales, quos vulgò *parafredes vocant.*

‖ Paraugalma, oppositio, comparatio. L. g. b.

Parauxesis, παραύξησις, exaggeratio, amplificatio. ‖

Părāzōnĭum, παραζώνιον, genus gladij quod ad zonam accingi solebat: de quo extat epigramma *lib.14.*

Militiæ decus hoc & grati nomen honoris
Arma, Tribunitium cingere digna latus.

PĀRCÆ, arum, dictæ sunt à parco, per contrariam significationem, quòd nemini parcant. μοῖραι, αἶσαι Ideo tres esse Parcas arbitrantur, quoniam tria sunt tempora in quibus omnia euoluuntur. Varro. Cui subscribit Gell. *c.16. lib.3.* à partu, vnius literæ mutatione deduci putat: quoniam (vt scribit Hesiodus) nascentibus hominibus bonum malúmque conferre censeantur. Iuuenal. *Satyr.9.*

Hæc exempla para felicibus: at mea Clotho,
Et Lachesis gaudent, si pascitur inguine venter.

Harum nomina erant Clotho, Lachesis, & Atropos, quas Cicer. Erebi & Noctis filias fuisse scribit, & easdem cum Fatis fuisse existimatas, Vnde & illud Cleanthis, Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Cesellius in lectionibus antiquis sic loquitur, apud Gell. *cap.16 lib.3.* Tria nomina Parcarum sunt Nona, Decima, Morta, &c. Ouid. *Eleg.4. lib.3. Trist.* Nubila nascenti, seu mihi Parca fuit. Item, An dominæ fati quicquid cecinere sorores (Parcæ.) Omne sub arbitrio desinit esse Dei. *Ibidem.* Finguntur vitæ hominum præesse, & nendo eam ducere. Quapropter lanificas sorores appellat Martial. *lib.6.* Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores, Stamina, nec surdos vox habet ista deos. Et Ouid. *Eleg.4. lib.5. Trist.* Parcæ fatalia nentes stamina (hæc) bis genito bis cecinere tibi. Apuleius, Tres Parcæ tria fata sunt numero, cum ratione temporis facientia, si potestatem earum ad eiusdem similitudinem temporis referas. Nam quod in fuso perfectum est, præteriti temporis habet speciem: & quod torquetur in digitis, momenti præsentis indicat spatia: & quod nondum ex colo tractum est, subactúmque cura digitorum, futuri & consequentis seculi posteriora videtur ostendere. Lachesim dictam esse putant à λαγχάνω, quod Græcè sortior significat. Atropon, quia verti, hoc est, mutari, aut flecti non possit, ab α priuatiua particula, & verbo τρέπω, quod est verto. Clotho, quoniam contorta & conuoluta omnia teneat: à verbo Græco κλώθω, quod significat neo, vel circumuoluo.

‖ Parciloquium, parcitas in loquendo. Apul. ‖

Părco, is, peperci, vel parsi, vel antiquè etiam parcui, parsum. Gell. *cap.14. lib.5.* Abstineo, quasi parum tango; mihi à re aliqua tempero. {φείδομαι. GAL. *Espargner.* ITAL. *Risparmiare, spargnare.* GER. Sparen/schonen. HISP. *Guardar, ser escasso.* ANGL. *To spare, to absteine.*} Parcere pecuniæ, est, ab expendenda pecunia abstinere. Parcere sumptui, à sumptu abstinere. Lamentis parcere, continere, se à fletu. Liuius *lib.6. ab Vrbe*, Parcere lamentis Sutrinos iussit, Hetruscis se luctum, lacrymásque ferre. ¶ Parcere aliquid alicui Virg. *10. Æneid.* Argenti, atque auri memoras, quæ multa talenta, Naris parce tuis. Operæ ne parcunt suæ (qui ædificant.) Plaut. *Mostell. sc.2. a.5.* Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris. Idem *Aulul. sc.5. a.2.*

Soluere quassata parcite membra ratis,

Ouid. *Eleg.2. lib.1. Trist.* Idem *Eleg. 11. lib.3. Trist.* Parcere pudicitiæ suæ, & alienæ. Suet. *in Calig. c.31.* Ouid. *4. Fast.* (Aries) Frontem dilectæ lædere parcit. Idem. *6. Fast.*

Parcite matronæ vetitas attingere vestes.

Item, Parce tamen lacerare genas. Idem *Eleg.3. lib.3. Trist.* Non tu scis, quæ amanti parcet, eadem sibi parcet parum. Plaut. *Asin. sc.3. a.1.* Nihil pretio parcit dum filio parceret. Idem *Capt. prolog.* Pugnis vetas ne in huius ore quicquam parcere. Idem *Men. sc.2. a.5.* Qui homo maturè quæsiuit pecuniam nisi eam maturè parsit, maturè esurit. Idem *Curc. sc.1. a.3.* Duorum labori parsissem libens Idem *Pseud. sc.1. a.1.* Idquidem herculè ne parsis, dabo, *Ibidem*, Parce precor. Ouid. *Eleg. 3. lib.5. Trist.* Parcere execrationibus. i. abstinere. Liu. *9 d.4.* & Gell. *c.19. lib.16.* Vitam sibi vt parcerent orauisse ¶ Parsurus. Suet. *in Tib. c.61.* ¶ Accipitur etiam parcere, pro ignoscere, remittere, condonare, veniam vel impunitatem dare. {חמל chamál חס chas. φείδομαι, ὑφίεμαι, συγγνώσκω. GAL. *Pardonner, remetire.* ITAL. *Perdonare, remittere.* GERM. Schonen/ vbersehen. HISP. *Perdonar.* ANGL. *To forgiue, to pardon.*} Cic. *pro Quintio*, Boni viri malunt commemorare, se quum perdere possent, pepercisse. Virg. *6. Æneid.*

Parcere subiectis, & debellare superbos.

Terent. *Adelph.* Nihil pepercit: non puduisse verberare hominem senem. Quem ego modò puerum tantillum in manibus gestaui meis? Cæsar *7. belli Gall.* Non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. Seruius *Ciceroni lib.4 Epist.* Cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus est amicus qui ei mortem afferret. ¶ Donatus credit hoc interesse inter præterita parsi & peperci, vt parsi idem sit quod abstinui: peperci, idem quod ignoui, Seruius tamen negat, duo hæc præterita ex significationis diuersitate venire, sed potius ex mutatione vsus: vt quod veteres parsi dixerunt, id alij postea peperci dicere cœperint Aliquando etiam parcere accipitur pro prohibere, vel arcere. Virg. *3. Eclog.*

Parcite oues nimium procedere.

Vbi Seruius, Parcite, prohibete, id est, seruate ne procedant. Melius tamen dixeris, *parcite* ibi accipi pro abstinere, vt Oues sit vocatiuus. Monet enim Poëta ibi oues exemplo arietis, ne ripæ nimium confidant. Parcere ab, pro abstinere. Liu. *5. belli Punici.* Legati eò ab Thica & Neapoli cum infulis & velamentis venerunt, precantes vt à cædibus & ab incendiis parceretur. id est, abstineretur. ‖ ¶ Parce in verba ista, scil. prorumpere, caue ea proloqui. Apul. ‖ Metu parcere, pro deponere metum. Virg. *1. Æneid.*

Parce metu Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi.

Vbi Seruius: Parce metu, elocutio vsualis, id est, Dimitte metum quo modo dicimus, Parce verbis, Parce iniuriis. Parcere ne. Plaut. *Trin.* Neu tibi ægritudinem pater parerem, parsi sedulò. Nihil promittere parcunt, id est, prolixè promittunt. Catull. *Argon. epigr. 59.* ¶ Quandoque etiam pro desinere Idem *3. Æneid*, Parce pias, scelerare manus. ¶ Huius verbi composita sunt, Comparco, καταφείδομαι, eiusdem cum simplici significatione. Terent. *in Phorm.* Suum defraudans genium comparsit miser. Reparco, iterum parco Plaut. *in Truc.* Vtinam rei iterum parsissem mea, vt nunc reparcis.

Părcĭtŭr, impersonale. Cic. *Attic. lib.1.* Sed tamen satisfiet à nobis, neque parcetur labori. Plin. *lib.16. c.12.* Nec corpori ipsi parcitur. Idem *lib.28. c.6.* Iam & sermoni parci multis de causis salutare est.

Părcŭs, i. qui frugi est, & sumptibus parcit. {כילי chilái. φειδωλὸς. GALL. *Chiche, espargnant.* ITAL. *Scarso, parco.* GERM. Kundig/ abbruchig/ sparhafft/ haußlich. HISP. *Escasso, o guardoso.* ANGL. *A niggard, that spareth.*} Gell. *lib.3. c.19.* Parcus neque ab arca, neque ab arcendo, sed ab eo quod paruum & parum, denominatur. Plaut. *Mostell.* quo nemo adæquè iuuentute ex omni Attica Antehac est habitus parcus, nec magis continens. Idem *Aul.* Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior. Horat. *1. Carm. Ode 8.*

Te senes parci, miseræque nuper
Virgines nuptæ, &c.

Cicero *de Orat.* Quum optimus colonus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset. ¶ Parcus, cum genitiuo. Ouidius *Eleg. 1. lib.1. Trist.*

Parcaque fortunæ sunt tibi verba meæ.

Quo nemo adæquè parcus, neque magnis continens. Plaut. *Mostell. sc.1. a.1.* Horat. *2. Serm. satyr.2.*

——— *cornu ipse bilibri*
Caulibus instillat, veteris non parcus aceti.

Plin. *Epist.226.* Statuam poni mihi à te eo quo desideras, loco quanquam eiusmodi honorum parcissimus, tamen patior, &c. Plaut. *Aul. sc.1. a.2.* Huc me detrusisti ad senem parcissimum. Et Sueton. *in Cæs. cap.53.* Parcissimus vini, & *in August. cap.38.* parcior in honoranda virtute bellica. ¶ Parcus ablatiuo iunctum. Plaut. *Rud.* opera haud fui parcus: nimis homo Nihil est, qui piger est: nimisque id genus odi ego malè. Vigilare decet hominem, qui vult sua tempori conficere officia. Parcus comitatu, Apud Plin. *in Pan.* dicitur qui paucos habet in comitatu. Parcus in ædificando, in victu. Idem *in Paneg. & Epist. 22.* Sueton. *in Claud. cap.12.* Parcior in se augendo. ‖ ¶ Parcus, septum, vox German. in ll. Angl. & VVerin. GERM. Pferch. ‖ ¶ Huius compositum est Præparcus, valdè Parcus. σμικρολόγος, γλίσχρος. Plin. *lib.11.* Aliquando & ipsæ contrahunt mortis sibi causas, quum sensere eximi mella,

mella, auidè vorantes: cæterò præparcæ,& quæ alioqui prodigas,atque edaces, non secus ac pigras & ignauas proturbent. Similiter deparcus, nimium parcus, ac tenax: cui opponitur profusus,ac magnificus.Suet. *in Neron.* Sordidos putat esse & deparcos, quibus impensarum ratio constaret.Apuleius. At verò contraria accusastis, vnum seruum, vt deparci tres liberos, vt profusi.

Parcè, aduerbium, Frugaliter, moderatè.{ φειδωλῶς, ἀνελευθέρως. GAL. *Chichement,escharsement.* ITAL. *scarsamente.* GERM. Rundlich/ sparlich. HISP. *Escassamente.* ANGL. *Sparinglie, nigardlie.*} Terent. *Andr.* Primùm hæc pudicè vitam, parcè ac duriter agebat.Cic.1.*Offic.*Intelligemus quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicatè ac molliter viuere: quamque honestum, parcè, continenter, seuerè, sobriè. Idem 2. *de finib.* Nec tamen cur id tam parcè,támque restrictè faciant intelligo. Idē *pro Muræn.* In qua re si satis profecissent,parciùs de eius laude dicerem. Parcè iactare.Liu.*lib.*4.*d.*4.Ouid.*Eleg.*1.*lib.*2.*Trist.*

O princeps parcè viribus vtere tuis.

Plaut. *Aul.sc.* 1.*a.* 2. Mortalem parcè parcum prædicas. Et *Pseud.sc.*1. *a.*5.Non enim fuimus parce promi victu cætero, &c.Colum.*lib.*6.*c.*7. Nec potestas aquæ, nisi quam parcissimè, facienda est. Quintil. parcissimè dicam.

Pārcĭtās, pro frugalitate.{ φειδωλία. GALL. *Chicheté.* ITAL. *Scarsita,miseria.* GER. Rundigkeit/ersparung. HISP. *Escasseza.* ANGL. *Nigardnesse.*} Macrobius *commen.lib.*1 *c.*8. Moderatio, parcitas.

Parcè promus.Plaut.*Pseud.sc.*1.*a.*5.Non enim fuimus Parcè promi victu cætero, &c.

Parcĭmōnĭă, vel Pārsĭmōnĭă. parsimoniæ, Moderatio sumptuum, parcitas, frugalitas, parcus rerum vsus. illud à *parcus*, hoc à parsa supino.{ φειδώ. GALL. *Espargne frugalité.c'est à dire, despense moderée.& faite par raison,& mesure.* ITAL. *Parsimonia,risparmio.* GERM. Rundigkeit/müssigung vnd abbruch alles grossen vnkostens/häussligkeit. HISP. *Escasseza en el gasto* ANGL. *Sparing, niggardnesse, refrinesse.*} Ea sic definitur à philosophis, Parsimonia est, qua cauemus ne quod dispendium vltra modum fiat, & res familiaris (quoad fieri potest) sine cuiusque iniuria conseruetur. Liu. *lib.* 34. Parsimoniæ & paupertatis pudor est pessimus. Plaut. *Most.sc.*3.*a.*1. Estur, bibitur, neque quisquam parsimoniam adhibet Idem *Aul. sc.*5.*a.*3. Nimis lepidè verba fecit ad parsimoniam. (i.aduersùs luxum muliebrem.) Parsimonia & duritia disciplinæ alij errant. Idem *Most.sc.*1.*a.*1. Cic. *in Parad.* O dij immortales,non intelligunt homines, quàm magnum vectigal sit parsimonia. Idem 2. *Offic.* Res autem familiaris quæri debet iis rebus à quibus abest turpitudo:conseruari autem diligentia & parsimonia,iisdem etiam rebus augeri. Idem *pro Quintio*, Amicos obseruantia,rem parsimonia retinere.Item; Parsimonia supellectilis. Sueton. *in August cap.* 73.Parsimonia temporis.Plinius *Epist.*5.*lib.*3. id est, diligentia non abutendi tempore.Parsimonia linguæ. Gell.*c* 4.*lib.*12.

Pardălĭanchēs, τὸ παρδαλιαγχές Aconiti genus, sic dictum quòd carnes eo tactæ pantheras necant. Plinius *lib.* 8.*cap.* 27.Pantheras perfricata carne aconito (venenum id est) Barbari venantur.Occupat illico fauces earum angor.Quare pardalianches id venenum appellauere quidā.

Părdălĭŏs, παρδάλιος,gemma est maculis quibusdam variegata, à pantheræ pellis similitudine nomen habens. Plin.*lib.*37.*c.*11.

Părdălĭs, πάρδαλις,animal est ferum, Syriæ, Africæque peculiare, quod alio nomine panthera appellatur, pellem candidam, breuibus quibusdam macularum oculis variegatam, præstantissimum spirans odorem, cuius suauitate feras illectas corripit, lacerátque. Romani varias appellarunt, & Africanas, quòd ex Africa in ludorum vsum mitterentur. Mares autem toto hoc in genere pardos nominarunt. Vide Plin. *lib.*8. *c.*17.

Părdălĭum,ij, παρδάλιον,dicitur vnguentum,quod pardalis odorem reddat. ¶ Habet enim hoc animal pellem in primis odoriferā,cuius suauitate quadrupedes illectas deuorat. Plinius *lib.* 3.*cap.*1 Fuerat & pardalium in Tarso, cuius etiam compositio & mistura obliterata est.

‖ Pardalus, πάρδαλος,auis ex iis, quæ volare solent gregatim.‖

Pārdŭs, { נמר *namér.* πάρδαλις,ὁ. ANG. *A libard.*} Animal est ferum, Africæ & Syriæ familiare, pellem habens odoriferam, breuibus quibusdam macularum oculis distinctam. Fœminam in hoc genere pantheram appellant.Plin.*lib.*8.*c.*17. Pantheris in candido breues macularum oculi. Ferunt odore earum mirè solicitari quadrupedes cunctas. Nunc varias, & pardos, qui mares sunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Asia, Syriáque. Lucan. *lib.*6.

Quàm per summa rapit celerem venabula pardum.

Iuuen. *Satyr.*11.

——— *& magno sublimis pardus hiatu.*

Părĕās, παρείας,serpens est innoxius, cui caput pro magnitudine ac longitudine corporis paruum, tamen ita buculentum, tantóque rictu hiat, vt correptum passerem, imò columbi pullum deglutiat. Lucan. *lib.*9.

Et contentus iter cauda sulcare Pareas.

Sic legendum cum Isidoro, non pharios.

Părĕcbăsĭs, παρέκβασις, vt definit Quintil.*lib.*4.*c.*13. Est alienæ rei, sed ad vtilitatem causæ pertinentis, extra ordinem procurrens tractatio. Latinè dici potest Digressio, vel excursus.

‖ Parectasis, παρέκτασις,extensio.i.e, productio vocis, inserta syllaba.‖

Părĕctătŭs, παρέκτατος, qui de pueritia venit ad pubertatem à verbo Græco, παρεκτείνω,quod est extendo.{ Ein außgeschossen jüngli. } Lucil.*lib.*8.Vnde parectato chlamydes, ac barbula prima. Idem *lib.*10.

Tum ephebum quem vocant parectatum.

Nonius.

‖Pareccleſion,sacellum.L.g.b.‖

Paredrus, πάρεδρος, assessor. Gloss. à παρὰ & ἕδρα sella. Transfertur etiam ad alia, consiliarium ac custodem significat.

Părĕlcōn, παρέλκον,figura à Grammaticis appellatur, quum syllaba, vel etiam integra dictio dictioni alicui in fine adiicitur, vt apud Terent. *in principio Andr.* Adesdum,pro Ades. Latinè dici potest productio,ἀπὸ τοῦ παρέλκειν, quod est producere, vel proferre longiùs.

‖ Parembole, παρεμβολή, cùm in medio orationis causa rei, vel circumstantia aliqua interponitur.

Parencephalis, παρεγκεφαλίς, cerebellum, pars cerebri posterior.

Parenchyma, παρέγχυμα,propria cuiusque visceris substantia.‖

Părēns,tis generis communis, à Pario fit,quo nomine quamuis propriè pater & mater significentur, apud Iurisconsultos tamen, teste Festo, etiam auus, & proauus, aliique superiores vtriusque sexus, vsque ad tritauos, & tritauias intelliguntur. { יולד *jolédh.* ὁ γεννήτωρ, ἡ γεννήτειρα. GALL. *Pere ou mere.* ITAL.& HISP. *Padre ò madre.* GERM. Der vatter oder die muter. Item, Ein altuoder. ANG. *Parent, father and mother.*} Vltra hos qui non habent certum ac proprium nomen, maiores appellantur.Cic.*post.red.in Senatu*, Parentes charissimos habere debemus, quòd ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est. Virg.8. *Æneid.*

Quem subiisse humeris confectum ætate parentem,&c.

Idem 2.*Æneid.*

Non prius aspicies, vbi fessum ætate parentem
Liqueris Anchisem?

Ouid.4.*de Pont. Eleg.*7.

——— *nec tu*
Immeritò nomen mite parentis habes.

Ego mite parentis ingenium verbis ad publica commoda verti. Idem 13.*Metam.*

Hei mihi cur didici?cur me docuere parentes?

Parentes Fabri liberûm sunt, substruunt fundamentum,&c.Plaut.*Most. sc.*2.*a.* 1. Hinc satus Anchises cum quo commune Parentis Non dedignata est nomen habere Venus. Obsecro Parentes ne mihi meos prohibeas. C Quid? sub gemmáne Inclusos habeo patrem tuum & matrem?Idem *Curc.sc.*2.*a.*5. Hic apertè Parentum nomine pater & mater significantur. Item, Deus est, in vtroque parente. (i.genus paternum à Deo & maternum.) Ouid.13. *Metam* ¶ Item libri, siue operis alicuius autor, etiam Parens vocatur. Idem *Eleg.*6.*lib* 1.*Trist.*

Orba parente suo quicunque volumina tangis.

Idem *Eleg.*1.*& vlt.lib.*3.*Trist.* (ter.) ¶ Item Rex, siue Princeps,Reip. parens appellatur, Senec.*c.*16.*de consol ad Polyb.*Parens publicus (Cæsar sup.) Caius *de verb.signif. l. appellatione*, scribit appellatione Parentum omnes in infinitum maiores vtriusque sexus significari. ¶ Parentum etiam vocabulum ad quoslibet consanguineos extensum inuenimus: sed hoc apud eos duntaxat qui iam labescente linguæ Latinæ puritate, minus tersè loquuti sunt. Galli etiam in sua vernacula lingua hoc obseruant. Lamprid.*de Alexandro Seuero*, Amicos & parentes Alexander, si malos reperit, aut puniuit: aut, si vetus vel amicitia, vel necessitudo non siuit punire, dimisit à se, dicens, His charior est mihi Respubl.Iulius Capitol.*de M.Antonio*,Adoptatus in Aulicam domum, omnibus parentibus suis tantam reuerentiam, quantam priuatus exhibuit. ¶ Transfertur & ad alia: vt docet ex Catilin. & Bello Iugurthino Salustij Victor.*c.*16.*lib.*4.Item Plin.*lib.*18.*c.*1.Terram omnium parentem dixit, id est, altricem. Et Ouid.1.*Metam.*

Magna parens terra est.

Ibidem,

Ossaque post tergum magnæ iactata parentis.

Cic.*de Republ.* Sed quoniam plurima beneficia continet patria, & est antiquior parens. Idem 1. *de Orat.* Philosophia bonarum artium omnium procreatrix quædam,& quasi parens. Idem 2.*de finib.*Quando enim Socrates, qui parens philosophiæ iure dici potest, quicquam tale fecit?Idem *ad Attic.lib.*9 Quum parentes non alere nefarium sit, nostri principes antiquissimam & sanctissimam parentem, patriam fame necandam putant.Idem 1.*de Legib.*Earum rerum parens est,educatríxque sapientia. ¶ In arbore etiam parens dicitur stirps ipsa,vel truncus, vnde rami nascuntur. Plin.*lib.*12.*c.*5.Rami nouam sibi propaginem faciunt circa parentes in orbem. ¶ Parentium in genitiuo plurali pro parentum posuit Horat.3. *Carm.Ode* 24.

Dos est magna, parentium Virtus.

Pārentēlā, Consanguinitas,affinitas { מולדת *molédheth.* συγγένεια. GALL. *Parenté.* ITAL. *Parentado.* GERM. Verwandtschafft. HISP. *Parentesco,parentela.* ANGL. *Parentage or auncestrie.*} Capitol.*in Gordian.* Duxit (inquit) vxorem filiam Misithæi doctissimi viri, quem causa eloquentiæ dignum parentela sua iudicauit. Apud probatos autores alioqui hoc nomen non inuenitur.

Pārĕntĭă,pro obsequio vsus est Imp.*in l.*1.*C.Qui pro sua iurisdict.* Quòd si quis alienæ iurisdictionis caussam crediderit delegandam, nec præcepto cognitorem datum, parentiam accommodare censemus. Hotoman.

Pārentĭcīdă, qui patrem, aut matrem occidit. { πατροκτόνος, ἢ μητροκτόνος. GALL. *Qui a tué pere ou mere.* ITAL. *Chi a ammazzato padre ò madre.* GERM. Ein todtschleger seins vatters oder muter. HISP. *El que mato padre ò madre.* ANGL. *That killos father or mother.*} Plaut. *in Epid.* Quia ego tuum patrem faciam parenticidam.

Parĕnto,as, significat Parentibus iusta celebro. κτερίζω, ἐναγίζω, τὰ νομιζόμενα ποιεῖν. GALL. *Faire obseques, funerailles, seruices, banquets ou sacrifices aux peres ou meres,& aux trespassez.* ITAL. *Far essequie, mortori, & altri cosa di duola.* GERM. Den abgestorbenen elteren oder altuordeten iartzeit oder opfferung begehn. HISP. *Hazer obsequias por padre ò madre,ò otros muertos.* ANGL. *To do thinges which ar due to father or mother or to the dead as funeralles,bankets and sacrifices.*} Licèt etiam ad alios transferatur.Plinius *lib.*18.*cap.*12.Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est præualens pulmentari cibo, & hebetare sensus existimata, insomnia quoque facere: ob hoc Pythagorica sententia damnata,vel(vt alij tradidere) quoniam mortuorum animæ sunt in ea:qua decausa parentando vtique assumitur. Cicero 2.*de Legib*,Hostia autem maxima parentare, pietati esse adiunctum putabat.Idem 1. *Philipp.* Vt cuius sepulchrum nusquam extet, vbi parentetur ei,publicè supplicetur.Ouid.1. *Amor.Eleg.*13.

——— *sic Memnonis vmbras*
Annua solenni cæde parentet auis.

Senec.*cap.*16.*de consf.ad Polyb.*Parentare fratri XX.Legionum sanguine.

Pārentālĭs, e, adiectiuum, vt vmbræ parentales. Ouid. 4.*Trist.Eleg.*9.*sine vlt.*

Fama, parentales, si vos mea contigit, vmbræ.

Dies parentales, quibus solennes epulæ ad mortuorum sepulchra solent

leat afferri: quæ consuetudo primùm ab Ænea creditur manasse, qui solennibus quotannis, donis patris sui manes placabat. Ouid. 2. *Fast.*

Hunc morem Æneas, pietatis idoneus autor
Attulit in terras iuste Latine tuas.
Ille patris genio solennia dona ferebat.
Hinc populi ritus edidicere nouos.
At quondam dum longa gerunt pugnacibus armis
Bella, parentales deseruere dies.

Părentālĭă, orum, Conuiuia quæ in parentum, aut propinquorum funeribus fieri consueuerunt. { ἐπιτάφια, ... , νομιζόμενα. GALL. *Sacrifices, obseques, & autres choses qu'on faisoit aux tresp assez.* ITAL. *Conuiti nelle essequie de morti.* GERM. Maalzeit/so man auff die begrebnussen der elteren oder verfreundten vorzeiten gehalten hatt. HISP. *Sacrificios por los muertos.* ANGL. *Feastes made at a buriall.* } Dicta parentalia, teste Hieronymo in Ieremiam, quòd hoc officij genus filij parentibus præstarent. Cicero 2. *Philipp.* An me censetis P. C. quod vos inuiti secuti estis, decreturū fuisse, vt parentalia cum supplicationibus miscerentur.

Părenthĕsĭs, παρένθεσις, Clausula orationis contextui interiecta, qua remota sensus manet integer: à verbo Græco παρεντίθημι, quod est interpono, siue intersero. Parenthesis (inquit Valla) est interiectio orationis in sermone, qua remota sermo manet integer. Ea cùm semper venusta est, tum plurimum venustatis habet, quum fit per qui, aut is, aut per vt. Subdit deinde exempla cuiusque membri: vt, Si modò culpam tuam fassus esses, pater (qua indulgentia est) omnia tibi ignouisset. Idem, id flagitij, si præsens vidisset parens (eius seueritatis est) te membratim discerpsisset. Item, Si hanc illi noxam imponere pergis, (vt impudentissimus est) in te eam retorquebit.

Părentĭūm, Παρέντιον, Istriæ oppidum est, cuius meminit Ptol. *lib.* 3. *c.* 1. Hinc Parentinus, gentile Παρεντῖνος, Steph.

Părĕo, es, parui, paritum, vnde pariturus participium, Videor, appareo. { נראה *nireah.* φαίνομαι. GALL. *Apparoistre, apparoir.* ITAL. *Apparire* GERM. Erscheinen/gesehen werden. HISP. *Aparecer.* ANGL. *To appeare and be insight.* } Martial. *lib.* 11.

Festinant trepidi substringere carbasa nautæ,
Ad portam quoties paruit Hermogenes.

Virg. 10. *Æneid.*

Cui pecudum fibræ, cæli cui sydera parent,

id est, à quo fibræ & sydera cernuntur, & peritissimè agnoscuntur: vt interpretatur Seruius. ¶ Hinc fiunt composita, Appareo, idem significans quod simplex Pareo, hoc est, video. Virg. *Æneid.* 1.

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

Compareo, vide suo loco. Dispareo, ἀφανίζομαι: à conspectu recedo. Transpareo. διαφαίνομαι. Transluceo. ¶ Interdum parêre est obedire. { שמע *schamáh.* πείθομαι. GAL. *Obeyr.* ITAL. *Vbidire.* GERM. Gehorsamen/vnd gehörig sein. HISP. *Obedecer.* ANGL. *To obey, to beat commandement.* } Virg. 1. *Æneid.*

Paret amor dictis charæ genitricis.

Iust. *lib.* 1. Vix patienter vni viro, necdum fœminæ pariturus. Terent. *Hecyr.* Sed ego stultior, meis dictis parêre hanc qui postulem. Cicer. 7. *Philip.* Non vt pareret, & dicto audiens esset huic ordini: sed vt conditiones ferret, leges imponeret. Idem *de nat. deor.* Eorum imperiis Rempubl. amplificatam, qui religionibus paruissent. Virg. 2. *Æneid.*

——— *tu nequa parenti*
Iussa time, neu præceptis parêre recusa.

Item, Optimè præceptis paruisti. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. Qui sese parere apparent eius legibus Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3.

Tempore paret equus lentis animosus habenis.

Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Parere omnia, pro omnibus. Gell. *c.* 7. *lib.* 2. Omnia, quæ pater iusserit, parendum. Et paulò pòst, Quædam esse parendum, quædam non obsequendum. Et Velleius, Parentem ante omnia & supplicem inuenerunt: Ita ibi legit Passeratius, Parentem omnia, pro *omnibus.* ¶ Item parere in omnibus, & in quibusdam: item parere omnibus, dixit idem Gell. *c.* 7 *lib.* 2. ¶ Promissis parêre, est præstare promissa Ouid. 5. *Fast.*

Parent promissis, dissimulántque deos.

¶ Parêre intercessori, est deferre: id est, vt vulgò dicunt nostri Iurisconsulti, petenti cedere. Cic. 3. *de leg.* Parêre iubet intercessori, quo nihil præstantius. ¶ Parêre gulæ, est seruire gulæ, siue indulgere. Horat. 2. *Serm. satyr.* 7.

Nil seruire gulæ parens habet.

¶ Parere, pro apparere, veteres dicebãt, itaque scriptū est apud Siculum Flaccum, Aliquibus locis lapides, qui in limitibus positi erant, interciderunt: & limites ipsi, id est, rigores, non parentibus lapidibus difficile inueniuntur. Et Frontinus, Ante Iouem limites non parebant, qui diuiderent agros. Hyginus autem, Antiquæ mensuræ actus in diuersum nouis limitibus inciditur. Nam Tetrantum veterum lapides adhuc parent, sicut in Campaniæ finibus Minturnensium. Et apud Cic. *in Oratione pro Roscio Comœdo.*

Pārētūr, impersonale. Liu. 9. *ab Vrbe*, Quod postquam consuli nuntiatum est, extemplò tesseram dari iubet, vt prandeat miles, firmatisque cibo viribus arma capiat, dicto paretur. Habent autem hæc omnia priorem syllabam productam.

Pārĕphippiŭs, παρεφίππιος, & Parhippus, πάριππος, qui præter rationem equestris disciplinæ equos agit: quasi præposterus, siue imperitus eques, à præpositione παρά, quæ in compositione frequenter idem significat quod peruersè, siue præposterè: & nomine ἐφίππιον, quod equestrem significat. Vtitur hac voce Imperator *in l. parephippium. C. de curs. publ.*

‖ Parepigraphe, παρεπιγραφή, figura, vbi, quæ præcedere debuerunt, tacentur: vt tamen ex illatis percipi facilè valeant. ‖

Părergon, { πάρεργον. ANGL. *All thing besyde the principall purpose.* } Dicitur quod alicui rei præter propositum additur: vt si pictor imaginem pingens, ordinandæ tabellæ gratia, arbusculas, & auiculas, & huiusmodi addiderit. Plin. *lib.* 35 *cap.* 10. Protogenes, quum Athenis celeberrimo loco, Mineruæ delubro propyleum pingeret, adiecit paruulas naues longas in his quæ pictores parerga appellant. Sunt etiam (inquit Budæus) parerga corollaria operis locati, quæ fiunt vltra id quod in stipulatione comprehensum est. Nam τὸ ἔργον, est opus ipsum de quo actum est: Parergon autem, operis appendix, de quo nihil actum erat.

‖ Parescharites, foci custos in naui. L. g. b. ‖

Părĕsĭs, πάρεσις, Græca vox est, qua significatur remissio, vel negligentia: corporis & animi defectio, & languor, viriúmque & corporis & animi extenuatio. Bud. *in Comment.*

Părētăcēnī, Παραιτακηνοί. Populi Mediæ, aut certè Mediæ finitimi iuxta Elymæos, montium incolæ, & latrocinio victum quæritantes. Meminit horum Herod. *lib.* 1. & Strab. *lib.* 11. & 16.

Paretonium, vide *Paratonium.*

Parhippus, vide *Parephippius.*

‖ Parhypate, παρυπάτη chorda iuxta hypaten collocata.

Pariambis, παριαμβίς, tibiæ genus quoddam.

Pariambus etiam pes metricus. vide *Pyrrichius.*

Pariamæ, placentæ optimæ, quæ olim in fama erant. ab vrbe Hellesponti Pario dictæ sunt, non à Paro insula. Casaub. *in Athen. lib.* 14. 13. ‖

Parici, βασανισταί, inquit Festus, Quæstores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quærendarum. Scaliger monet, legendum esse, non *Parici quæstores*, sed *parricidi.* Clausula verò, inquit, *Parricida esto*, in omni re capitali ponebatur. Cic. 11. *de legib.* sacrum sacróve commendatum, qui clepit rapsitve, paricida esto, i. capital esto.

Părĭēdrēs, Παρυάδρης Ptolemæo, Pars Tauri montis, in finibus maioris Armeniæ, ex qua Absarus fluuius oritur. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 9. & *lib.* 5. *cap* 27.

Parienna, Παρίεννα Ptol. *lib.* 2. *c.* 11. Germaniæ vrbs.

Părĭēs, etis. Propriè est, qui in vtroque ædium latere domum vnam ab altera dirimit: differtque à muro, quòd hìc propriè est lapideus vrbis ambitus. { חומה *chomáh* שור *schur.* τοῖχος. GAL. *Paroy, ou mur.* ITAL. *Parete, muro.* GERM. Ein scheidwand. HISP. *Pared.* ANGL. *A wall of an house.* } Cic. 6. *Verr.* His autem tabulis templi interiores parietes vestiebantur. Ouid. 4. *Metam.*

Fissus erat tenui rima, quem duxerat olim,
Quum fieret paries, domui communis vtrique.

Nunquid vidisti tabulam pictam in pariete, vbi Aquila Catamitum rapiebat. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Parietes ruunt. Idem *Most. sc.* 2. *a* 1. Madent in corde parietes. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Perfossor parietum. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Venit Imber, lauit parietes, tigna perpluunt. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. In eo conclaui perfodi parietem, quà commeatus clàm esset huic mulieri. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Idem supra in argumento posteriore, medium parietem perfodit seruus, commeatus clanculum quà foret amantum. *Ibid sc.* 5. *a.* 2. Commeatus transtinet parietem. Aliàs, est *trans parietem.* Plin. *lib.* 35. *c.* 14. Quid non in Africa, Hispaniáque ex terra parietes, quos appellant formaceos, æui durant incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omníque cæmento firmiores? ¶ Intra domesticos parietes aliquid fieri dicimus, quum significare volumus aliquid domi nostræ fieri. ¶ Intra parietes disceptare, vel experiri, est amicis domi, & extra cancellos forenses controuersiam componendam permittere. Cic. *pro Quintio*, Siquid in controuersiam veniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur. ¶ Paries intergerinus quis dicatur, vide in dictione *Intergerinus.* ¶ Paries craticius dicitur ab asseribus, qui arrecti transuersíque in modum cratis texuntur: vnde Vitruuius, Arrectarios parietes & transuersarios appellat.

Părĭĕtīnă. Murus vetus, ac semirutus. { τοῖχος, ἠφανισμένος. GALL. *Vieille paroy ou mur, masure.* ITAL. *Parete ò muro vecchio.* GERM. Ein alte bauwfellige wand. HISP. *Pared vieja ò cayda.* ANGL. *An old wall half broken down.* } Plin. *lib.* 22. *c.* 17. Astericum herba est nascens in tegulis, parietinísque, folio similis ocimo. Idem *lib.* 26. *cap.* 8. Nascitur maximè circa vetera monumenta, parietinásque, & inculta itinerum.

Părĭĕtārĭă, æ, herba à parietibus in quibus nascitur dicta muralis. { παρθένιον, ἑλξίνη. GAL. *Paritoire.* ITAL. *Herba che nasce nelle tegole ò nel muro, parietaria, vitriullo.* GERM. Kraut das auff den mauren wachßt. HISP. *Albaracha de rio ò yerua de vidrio.* ANGL. *Feuerfew.* } Plin. *lib.* 22. *c.* 17. appellatur parthenion, & perdicium, quoniam perdices ea vescantur. Dioscorides Helxinen appellat.

Parilia, pariliorum, vide *Palilia.*

Părĭlĭs, e. Æqualis. { נשתוה *nischtavéh.* ἴσος. GALL. *Pareil, esgal, semblable.* ITAL. *Pari, vguale.* GERM. Gleichlich/gleichförmig. HISP. *Cosa ygual, ò cosa pareja.* ANGL. *Equall, lyk.* } Lucret. *lib.* 2. Concharúmque genus parili ratione videmus Pignore telluris gremium. Ouid. 1. *Trist. Eleg.* 7.

Accipere, & parili reddere voce vale.

Idem 8. *Metam.*

Quósque alios parili fuerat dignatus honore.

Ibidem,

Sed pia Baucis anus, parilique ætate Philemon.

Părĭlĭtas, Æqualitas. { ἰσότης. GALL. *Esgalité, pareille condition.* ITAL. *Vgualita.* GERM. Gleichheit / gleichförmigkeit. HISP. *Ygualdad.* ANGL. *Egualitie, lyknesse.* } Gell. *lib.* 14 *c.* 5. Parilitas virtutum inter se consimilium.

Parilitium sydus, siue Palilitium, ὑάδες, Signum cæleste, ex septem constans stellis, quas Græci ὑάδες, Latini Suculas appellarunt. Rationem nominis vide suprà in dictione *Pallilitium.*

Pario, as. par facio.

Părĭo, is peperi, partum, vel paritum, parere, hodie tantùm est tertiæ coniugationis, olim etiam quartæ. { ילד *jaládh.* τίκτω, ἀποτίκτω. GALL. *Enfanter.* ITAL. *Partorire.* GERM. Gebären. HISP. *Parir la muger.* ANGL. *To bring forth children.* } Ennius, Oua parire solet genus pennis condecoratum. Cato *de re rust. c* 89. Gallinas teneras, quæ primùm pariesint, concludat. Alia exemplaria habent *parient.* Est autem parere, fœtum emittere: quod propriè ad fœminas pertinet. Lucret *lib.* 5.

——— *sicut nunc fœmina quæque,*
Quum peperit, dulci repletur lacte.

Cic. 2. *de Orat.* Ex quo genere etiam illud est, quod Scipio apud Numantiam, quum stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur, Si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parituram. Ouid. *Metam.*

Quæ voueam duo sunt minimo, vt releuere dolore,
Vtque marem parias, &c.

¶ Acci

¶ Accipitur aliquando parere (vt apud Græcos τίκτειν) pro generare: vt etiam de viris dicatur: sed hoc rarissimè, idque apud vetustissimos. Cæcilius, Hic vicinus noster peperisse se filium memorat, id est, genuisse. In Ciceronis 2. *Tusc.* de Deianira, Vecors OEnei partu edita. Quintil. Et apud Tragicos, & iam leo pariet, at pater est. Plaut. *Amph. sc.* 2. *a.* 2. Tu (Amphitruo) Amphitruonem peperisti. Ego (Sosia seruus) peperi Sosiam. (i. genui.) & *sc.* 3. *a.* 4. Ego (Sosia) Sosiam, Amphitruonem Amphitruo (peperimus.) Qui scis an tu (Blepharo) fortè alium Blepharonem parias. Et Quintil. *lib.* 8. Pariet Leo. (i. generabit.) idem *Amph.* Anguineo repentè hostes peperit seminio. (Cadmus) ¶ Per translationem etiam accipitur pro Acquirere, & cum magno labore comparare. { ϖορίζειν, ϖεριποιεῖν. GALL. *Acquerir, acquester.* ITAL. *Acquistare.* GERM. Uberkommen. HISP. *Adquirir.* ANGL. *To gett or purchasse.* } Cic. 1. *Offic.* Maximè autem & gloria paritur, & gratia defensionibus. Col. *lib.* 8. *c.* 1. Sequitur vt examina desideremus, ea potrò vel ære parta, vel gratuita contingunt. Virg. 11. *Æneid.*

Ite ait, egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo.
Illa nocte mihi Troia victoria parta est.

Ouid. 13. *Metam.* Maximas opimitates suis heris vna mecum pariet. Plaut. *Asin. sc.* 2 *a.* 1. Neque ea quicquam pariant nobis ex se incommodi. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Pueri simul atque parti sunt. Gell. *c.* 17. *lib.* 16. Dum salus paritur, Partæ quoque ægritudines. Idem *cap.* 1. *lib.* 6. ¶ Parere oua dicuntur aues, pro ponere, & quod Varro *de re rust.* Facere oua dicit. Plin. *lib.* 10. *cap.* 52. Plurima oua pariunt struthiocameli. ¶ Parere verba, est noua fingere. Cic. 3. *de finib.* Idque cùm Græcis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda sunt, imponendáque noua rebus nomina. ‖ ¶ Parire pro parere. Ennius: Oua parire solet, pennis genus condecoratum. ‖

Părĭŏr, eris. { נולד *noládh*, Plin. *lib.* 10. *c.* 52. Oua exeunt à rotundissima sui parte, dum pariuntur. Pueri simul atque parti sunt. Gell. *c.* 17. *lib.* 16 Vnus olim, Nunc verò partus est geminus. (sup. Amphitruo.) Plaut. *Amph.* Vide plura in seq. dictione.

Pārtŭs, a, um, participium à Pario. In lucem editus. { נולד *noládh.* γεννηθείς. GALL. *Enfanté.* ITAL. *Partorito.* GERM. Geboren. HISP. *Parido.* ANGL. *Borne.* } Virg. 6. *Æneid.*

——— *alius Latio iam partus Achilles.*

Lucret. *lib.* 5.

Et genus omne quod est vterino semine partum.

Partam videtur accepisse Columell. pro ea quæ peperit, *lib.* 7. *cap.* 4. Singuli agni binis nutricibus submittendi, nec quicquam subtrahi summissis expedit, quo saturior lactis agnus celeriter confirmetur, & & parta nutrici consociata minus laboret in educatione fœtus sui. ¶ Aliquando ponitur pro laboriosè comparatus, aquisitus. { נקנה *nikneh.* ϖεριποιηθείς. GAL. *Acquis, acquesté.* ITAL. *Acquistato.* GERM. Uberkommen. HISP. *Acquirido.* ANGL. *Gotten or purchassed.* } Viginti minæ bonæ mala opera partæ. Plautus *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Fraude partæ lætitiæ. *Ibidem sc.* 4. *a.* 2. Rem partam habent fœnore, aut periuriis. Idem *Menach. sc.* 2. *a.* 4. Apul Partámque à multo tempore, & multo labore pecuniam, vno die. consumpsit. Terentius *in Andria,* Nam mihi immortalitas Parta est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. Cicero *de Leg. Agraria contra Rullum.* Libertas plurimo sudore, & sanguine maiorum nostrorum parta, nobísque tradita. Idem 2. *de Orat.* Vt ipsum quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed diuinitus ad nos delatum videretur.

Pārtŭs, us, nomen, pro ipso pariendi actu. { לדה *ledháh.* τόκος, τίξις, κύησις. GALL. *Enfantement.* ITAL. & HISP. *Parto.* GERM. Ein gebärt. ANGL. *Deliuerance of a woomen with chyld.* } Cic. 1. *de nat. deor* Diana adhibetur ad partus, quòd ij maturescunt aut septem, aut nouem lunæ cursibus. Plin. Quod à prægnantibus commanducatum, partum faciliorem facit. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 3. Non, non humani sunt partus talia dona. Ista decem menses non peperere bona. Virg. 1. *Æneid.*

Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.

¶ Per translationem etiam de arboribus dicitur, Plin. *lib.* 12. *c.* 5. Autumno legitur ex æstiuo partu. Tibull. *lib.* 4. loquens de Messibus:

Tondetúrque seges maturos annua partus.

¶ Aliquando accipitur pro fœtu ipso. Martial. *lib.* 1.

Nec iacuit partus, sed matre cadente cucurrit.

Plin. *lib.* 8. *c.* 32. Editos partus exercent cursu. Ouid. 6. *Metam.*

Et genitrix facta est, partus enixa gemellos.

Item pariendi tempus. Cic. *pro Cluentio,* Nam quum esset grauida Auria fratris vxor, & iam appropinquare partus videretur, mulierem veneno interficit.

Pārtŏr, is, qui peperit, & acquisiuit. { קונה *konéh.* ὁ τοκεύς, κτήτωρ, κεκτημένος. GAL. *Acquesteur, qui a acquesté.* ITAL. *Chi acquista.* GERM. Ein vberkommer. HISP. *Aquiridor.* ANGL. *A porchasser.* } Plaut. *Truc.* Quos quum celamus, sic facimus conscios. Qui nostræ ætati tempestiuè temperant, vnde antè parta Demus pòst pastoribus.

Parĭtūră, æ, est ipse pariendi actus. { לדה *ledháh.* γέννησις. GAL. *Enfantement.* ITAL. & HISP. *Parto.* GERM. Ein gebärung. ANGL. *Bringing forth of children.* } Varro *lib.* 2. *de re rust. c.* 1. Demes si vis, duas res de mulis, admissuram & parituram.

Pārtĭo, nis, eiusdem apud veteres notionis. Plaut. *Truc.* Horresco misera, mentio quoties fit partionis. Gell. *lib.* 10. *c.* 2. Eúmque finem esse dixit, multiiugæ hominum partionis. Idem *lib.* 3. *c.* 16. Sed nono mense, aut decimo, neque præter hos alios, partionem mulieris fieri existimasse.

Părĭtūdo, inis, Pariendi actus, antiquum. Apud Plautum nusquam Paritudo legitur: passim *partitudo.* Vt *Aul sc.* 1. *a.* 1. Neque iam quo pacto celem herilis filiæ probrum, propinqua partitudo cui appetit. Et iterum *sc.* 5. *a.* 1. *ibidem,* Probrum atque partitudo propè adest.

Partula, æ, Dea quæ puerperiis præerat. Tertull. Hæc æstimando etiam superstitio Romanam Deam finxit Alemonam alendi in vtero fœtus, & nonam & decimam à solicitioribus mensibus, & Partul am, quæ partum gubernet, & Lucinam quæ producat in lucem: nos officia diuina, angelos credimus. Et tamen sic à Gellio proditum, duæ Partæ à Latinis, vna à partu noni mensis *Nona:* altera ab enixu decimi mensis *Decima* dicebatur: accedebat tertia, quæ *Parca* dicebatur, quasi parta, mutatò t in c.

Părtŭrĭo, is. Desideratiuum à pario, In pariendo laboro, laboro vt pariam. { חולל *cholél.* ὠδίνω. GAL. *Estre en trauail d'enfant, s'efforcer de produire.* ITAL. *Partorire.* GERM. Gern wöllen gebären/in kindsbanden oder kindsnöten ligen. HISP. *Estar la muger de parto.* ANGL. *To trauail, to be in labour.* } Parturire vxor occipit tua. Plaut. *Amph.* Idem *Aulul. sc.* 5. *a.* 4. Clamat, parturit. Et Sueton. *in August. cap.* 94. Parturit Natura regem. Plin. *lib.* 20. *cap.* 21. Vtique constat parturientes foliis substratis celeriùs parere. Varro *lib.* 3. *de re rust. c.* 9. In cubilibus quum parturient, acus substernendum: quum pepererint, tollere substramen. Cicer. 2. *Philipp.* Vtinam aliquando dolor pop. Romani pariat, quod iamdiu parturit.

‖ Paripparatus, παρηπαρμένος, equito, parefrenatius. Gl. g. b. Meurs. ‖

Pâris, idis, Πάρις, Priami Troianorum regis, & Hecubæ filius, alio nomine Alexander appellatus. cuius matri quum illa se facem ardentem parere somniasset, coniectores responderunt fore vt filius, quem in vtero gestabat, caussa esset Troiani excidij. Qua re cognita, Priamus puerum, vbi primùm fuit natus, Archelao seruo exponendum tradidit. Contrà Hecuba tum materno affectu, tum infantis forma commota, curauit vt furtim nutriretur à pastoribus in Ida monte. Vbi cum adoleuisset, OEnonem virgunculam amauit, & compressit, suscepítque ex ea duos filios. Porrò quum in dirimendis controuersiis esset æquissimus, maximam iustitiæ famam sibi comparauit, adeò vt orta inter deas, Iunonem, Palladem, & Venerem disceptatione de forma, propter aureum pomum à Ioue cælitus demissum, in quo scriptum erat, Detur pulcherrimæ: iudex sit ab eis constitutus. Quas quum vidisset nudas, sententiam secundùm Venerem tulit, quæ pulcherrimam fœminarum illi vxorem promiserat, neglecto regno, quod pollicebatur Iuno, & contempta, quam Pallas offerebat, sapientia. Præterea quum esset fortissimus in agonali certamine, quod ad Troiam agebatur, cùm alios omnes superauit, tum etiam Hectorem: qui quum iratus quòd ab imbecilliore vinceretur, gladium in eum stringeret, pastorem esse eum putans, Paris illi aperuit, se eius fratrem esse germanum: quod & allatis crepundiis probauit, quum adhuc sub pastorali habitu lateret. Sic igitur cognitus, à patre receptus est. Deinde constructis viginti nauibus per speciem legationis ad repetendam Hesionem, in Græciam missus est: vbi à Menelao hospitio est susceptus. Verùm quum ille necessaria de caussa in Cretam nauigare cogeretur, Paris sibi occasionem rei benè gerendæ oblatam ratus, Helenam quam mutuo amore deperibat, rapuit, & in Asiam abduxit. Alij tradunt in Græciam venisse absente Menelao, Helenésque pulchritudine captum Spartam expugnasse, illámque etiam renitentem, & omnes regios thesauros rapuisse, & ob id postea Helenam dignam visam esse, quæ à viro, atque adeò à tota Græcia tantis opibus repeteretur. Ita Helenæ raptum esse, deinde secutum bellum Troianum, in quo singulari certamine cum Menelao congressus, quum penè vinceretur à Venere pugnæ subtractum. Postremò Hectore & Troilo fratribus occisis, quum ipse sumpto arcu & sagittis quibus plurimùm valebat, Achillem sub prætextu desponsandæ Polyxenæ sororis in templo Tymbræi Apollinis interfecisset, eum quoque à Pyrrho, siue (vt aliorum est opinio) à Philoctete esse interfectum: post eius mortem Helenam Deiphobo nupsisse. Ouid. *in Epist.*

Bella gerant alij, tu Pari semper ama.

Pārīsĭī, Parisiorum, populi sunt inter Celtas ad Sequanam fluuium inter Senones, Bellouacos: quorum caput est Lutetia, optimarum omnium disciplinarum parens, olim in Sequanæ insula sita, hodie verò prolatis identidem pomœriis tantopere aucta, vt nulli potentissimarum vrbium meritò debeat posthaberi. Vide Cæsarem *lib.* 6. *comment.* & Ptol. *lib.* 2. *c.* 8. Vulgò *Paris.*

Parissimus, fit à Par, is. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Parissimi estis iibus. (i. iis, antiquè. Vid. sup. in *Par.*

Părĭtĕr, aduerbium, Ex æquo, æquabiliter. { יחד *iachád.* ἴσως. GALL. *Pareillement, semblablement.* ITAL. *Parimente, vgualmente.* GERM. Zugleich/gleichlich. HISP. *Ygualmente, y semejantemente.* ANGL. *Equallie, a lik.* } Pariter hoc fit atque vt alia facta sunt. Plaut. *Amph.* Patrem & matrem commemorant pariter qui fuerunt sibi. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Ecastor hoc atque alias res soles. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Amo pariter simul. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Pariter perire amando. *Ibid. sc.* 5. *a.* 1. Si manum tollet, pariter proferto manum. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2.

Cantantis pariter, pariter dare pensa trahentis.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Mecum pariter potant, &c. Hanc quidem quam nactus prædam pariter cum illis partiam. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1.

Quique refert pariter lentos ad pectora ramos.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Confer gradum contra pariter. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Participem pariter ego te, & tu me facias. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Idem *ibid. sc.* 4. 1. Vbi onus nequeam ferre pariter, iaceam ego asinus in luto. Et *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Vt ea quæ sentio pariter scias. Næuius, vt pariter dispartiantur bona patris. ¶ Aliquando conuenienter, οἰκείως. Titin. Næ tu istam ædepol inedia extulisti pariter, vt dignum fuit. ¶ Aliquando similiter, ὁμοίως. Plaut *in Aul.* Is ex se hunc reliquit, qui hic habitat filium pariter moratum, vt pater atque auus eius fuit. ¶ Est & aduerbium congregandi, significans vnà, simul. Cic. 1. *Tusc.* Pariter cum vita sensus amittitur. Salust. *Iugurth.* pariter cum occasu Solis.

Părĭtūră. Partitudo, vide *Partus.*

Părĭum, πάριον, Troadis oppidum ad Propontidem, teste Strabone *lib.* 1. à Milesiis, Erythræis, Parisísque conditum, iuxta quod, teste Plin. *lib.* 7. *c.* 2 Gentes fuerunt quæ, Ophiogenes vocantur, serpentum ictus leuare solitæ, & manu imposita venena extrahere corpori, quorum etiam sua ætate paucos, reliquos fuisse, autor est Varro saliua sua serpentum ictibus mederi solitos. In eodem oppido, teste Plin. *lib.* 16. *c.* 5. Cupido nudus fuit par Veneri Gnidiæ nobilitate & iniuria.

Părĭus, a, um, πάριος, adiect. Vnde Parius lapis, siue Parium marmor, quod candidum erat, & sculpturis aptissimum. Virg. 1. *Æneid.*

Pariúsue lapis circumdatur auro.

Parlamentum. GALL. *Parlement,* propriè est colloquium. ¶ Est etiam *Parlement* suprema curia alicuius Principis vrbis, tanquam dicas curiam colloquij.

PARMA, æ, Breue scutum rotundum, quo milites vtebantur. { צנה *tsinnáh.*

ricidio. GERM. Ein ermördung des vatters oder muter. HISP. *Matança de padre ò madre.* ANGL. *A killing of parentes.* } quamuis etiam pro eo accipitur qui impium aliquod nefas in patriæ perniciem fit machinatus Cic. *lib.* 3. *Offic.* Poteſt enim, dij immortales, cuiquam eſſe vtile fœdiſſimum & deterrimum parricidium patriæ, quamuis is, qui ſe eo obſtrinxerit, ab oppreſſis ciuibus parens nominetur? Idem 3. *de nat deor.* Sibi ſalutem, vt familiari pareret parricidio. Idem *pro Cluent.* in ipſo fraterno parricidio nullum ſcelus prætermiſſum videtur. Meliùs *Patricidium.*

Parricidialis, e, ad parricidam, vel parricidium pertinens.

Parthiſij, vide *Pariſij.*

PARS, tis, à pari, aliquid de toto. Quòd partes ſimul iunctæ, pares, id eſt, æquales ſint toti. { חלק *chelek.* μέρος, μοῖρα. GALL. *Part. portion. partie* ITAL. *Parte.* GERM. Ein theil. HISP. *La parte de algun todo entero.* ANGL. *A parte or portion.* } Alij malunt partem dictam ab aduerbio parùm, eo quòd pars ſit quid parum, ſi quis totum reſpiciat. Dicuntur verò partes, in quas diuiditur totum. Plaut. *in Rud.* Equidem neque ego partem poſco mihi iſtinc de iſtoc vidulo.

——— *Pars eſt ſua laudis in illo,*

Ouid. 13. *Metam.*

Calliſto ſacri pars fuit vna thori,

Idem 2. *Faſt.*

En ego dimidium voti, párſque altera veſtri,

Idem 8. *Faſt.*

Atque vtinam pereant animæ cum corpore noſtra.

Effugiátque auidos pars mea nulla rogos,

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3 *Triſt.*

Ah pereant partes quæ nocuere mihi,

idem 4. *Faſt.* Panem & partes olerum. & carnis dare (in conuiuio.) Lamprid. *in Seuero.* Quota quæque domus partibus ſuis conſtitit ſi integra fuit à luctu & orbitate. Senec. *c.* 14. *de conſol. ad Mart.*

Párſque mea pœna totius inſtar erit.

Ouid. *Eleg* 2. *lib.* 5. *Triſt.*

En ego dimidium voti, párſque altera veſtri,

idem 8 *Faſt.* Haud centeſimam partem laudat. Plaut. *Capt. ſc.* 2. *a.* 2. Ecqua pars mihi in iſtac præda ineſt. Idem *Men. ſc.* 2. *a* 1. Vna pars orationis dabitur mihi. Item, Et meam partem loquendi, & tuam trado tibi. idem *Aſin ſc.* 1. *a.* 3. Neque partem inde (i. ex eo auro) tibi poſces, neque furem excipies. Idem *Aul. ſc.* 6. *a* 4. 1, refer, dimidiam tecum potius partem. *Ibidem.*

Sed partem noſtri criminis error habet,

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. Pars bona montis ea eſt, idem 5. *Faſt.*

Sed pars ex illis (piſcibus) *tum quoque viua fuit.* (in glacie,)

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Triſt* Partem rei familiaris in pecunia habere. Suet. *in Tib. c.* 49. ¶ Partem capere rei adminiſtrandæ. Idem *in Auguſt. c.* 37. In partem vocari cenſuram plebs volebat. Idem 7. *ab Vrb.* Minimè in partem erat liberi, aut ſimplicis animi. Liu. *lib.* 6. *decad.* 4. Ab ea parte ſecurus. Suet. *in Tib. cap.* 11.

Diuite (arma) *& pars ſit maior Diomedis in illa,*

Ouid. 13. *Metam* partes ſuas miſit. (de epulo.) Sueton. *in Calig cap* 18. ¶ Partes pro zonis, Tibul. *lib.* 4.

——— *Quinque in partes deſcribitur orbis,* (i. zonas.)

Idem *ibidem.*

Nulla nec exuſtas habitant animalia partes (ſup. Mundi)

Téque interiecto Mundi pars altera Sole,

Et huic aduerſa Solo pars altera noſtro. (de zonis.)

¶ Item dicuntur, Ab læua, ✗ ab dextra, ſup. parte. Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 2. ¶ Pars Herculana, i. decima. Idem *in Trucul.* De mina vna deminui modò quinque numos, mihi detraxi partem Herculanam. vbi numus eſt didrachma, i. minæ pars quinquageſima. ¶ In partem vocare, i. participem facere, partiarium admittere. Cic. *pro Cecin.* Itaque in partem mulieres vocatæ ſunt. Virg. *in Æneid.*

——— *ipſúmque vocamus*

In partem prædámque Iouem.

¶ Pars magna, idem quod bona pars, id eſt, multi. ſic pars maior, id eſt, plures: & pars maxima, plurimi, Cic. 1. *Offic.* Quæque maiori parti pulcherrima videntur, &c. Terent. *in prolog. Heaut.* Ni partem maximam exiſtimarem ſcire veſtrûm, &c. Plaut. *in Moſt. ſc.* 2. *a.* 1. Magna pars morem hunc ſibi induxerunt, &c.

Tu pars deſiderij maxima penè mei,

Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 3. *Triſt.*

——— *Inter quos pars ego magna fui,*

idem *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Triſt* Parte ſui meliore durare (poſt mortem.) Senec. *c.* 2. *de conſol. ad Polyb.* Maiorem partem (earum) videas valgis ſuauiis. Plaut. *Mil. ſc.* 1. *a.* 2. Maxima pars homines pro hominum dixit, Idem *Capt. ſc.* 1. *a.* 2. Nam ferè maxima pars morem hunc homines habent. ¶ Pars multa, idem quod plerique. Horat. 2. *Serm. ſatyr.* 7.

Pars multa natat non recta capeſſens.

¶ Magna ex parte, pro plerunque. Plin. *lib.* 8 *c.* 54. Itaque magna ex parte complectendo necant. Aliàs ſignificat vt ſonat. Quint. *lib.* 10. *c* 1. Ex magna parte Ciceronem, quantus eſt, fecit. ¶ Ex parte & in parte, aliquando pro partim vſurpantur. Quint. *lib.* 6. *c.* 4. Piſces ex parte aduſti, & verſati. Idem *lib.* 5. *c.* 7. Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio eſt. In parte amanti, vt liceat hac potirier. (mox, alterius.) Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 5. Et, In partem nunc delude. *Ibid. ſc.* 3. *a.* 3.

Et mala vix vlla parte leuanda leuas,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Triſt.* ¶ Magnam partem pro magna ex parte dicunt probatiſſimi autores linguæ Latinæ. Item Aliquam partem pro aliqua ex parte. Plaut. *Pſeud ſc. vlt. a. vlt.* Non audes quæſo aliquam partem mihi gratiam facere hîc argenti? ¶ Item Partes pro pudendis hominis. Ouid. 4. *Faſt.*

Ah pereant partes quæ nocuere mihi.

¶ Pro ſermone. Idem 5. *Faſt.*

Diſtuleram partes menſe priore tuas.

i. ſermonem de te.) Paſſer. ¶ Partes aliquas tenere, eſt per illam regionem iter habere. Cic. *ad Attic. lib.* 3. Sine te autem non nobis illas partes tenendas propter Antonium. ¶ Ponitur interdum Pars pro factione: ſed hoc ferè in plurali numero. Idem *pro Quintio*, Erat (inquit) illarum partium. Idem 13. *Philipp.* Tenuerunt partes Cæſaris. Vnde dicitur, homo bonarum, aut malarum partium. Propriè partes populares ſunt, factiones Senatus. Saluſt. *Iugurth.* 85. Cæterùm nos partium popularium, & ſenatus factionum, ac deinde malarum artium, &c. E parte diuerſa. (i. factione.) Suet *in Cæſ. c.* 29. Et, alterius partis. Idem *in Tib. c.* 11. Quid fortiter, quid honeſtè feceris bonas partes tecum tracta. Senec. *Epiſt.* 79. ¶ Dimittere in partes. Velleius. (Verbum militare.) ¶ Pro ſua quiſque parte, id eſt, pro virili, Liu. 6 *ab vrb.* Illis gloriæ pars viridis apud omnes milites. Et Varro apud Nonium, pro ſua parte. ¶ Parte ablatiuus, ponitur aliquando, pro partim. Plaut. *in Rud.* Sed id ſi parte curaui, vt cauerem, &c. Interdum geminatur. Plin. *lib.* 37. *c.* 11. Melichloron eſt geminus, parte flauus, parte melleus. ¶ Duabus partibus alicuius rei amplius habere, idem eſt quod duplò plus. Cic. 5. *Ver.* Quid ſi duabus partibus doceo te amplius frumenti abſtuliſſe, quàm populo Romano miſiſſe? Sic, Multis partibus plures, pro multo plures. Cæl. *Cic lib.* 8 *Epiſt. famil.* Turpe tibi erit, Patiſcum Curioni decem pantheras miſiſſe, te non multis partibus plures. Cæſ. *lib.* 3. *de bell. ciu.* Multis partibus Inferior exercitus. Et Suet. *in Cæſ. c.* 68. Multis partibus pauciores. ¶ Pars, aliquando pro initio ſumitur. Celſ. Párſque ſanitatis eſt vomitum eſſe ſuppreſſum. Virg. 7 *Æneid*

Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni

¶ Pars in diſtributione pro alius. Saluſt. *in Catil.* amicum alij, pars hoſpitem, aut cognatum reperiebant. Sic ſæpe alibi. Ponitur quandoque pro partim. Suetonius, Milites pars victoriæ fiducia, pars ignominiæ dolore, ad omnem lætitiam, audaciámque proceſſerunt. Saluſt. *in Iugurth.* 62. Capti ab Iugurtha, pars in crucem acti pars beſtiis obtecti ſunt. ¶ Aliquando ponitur pro vxore. Plaut *Men. ſc.* 2. *a.* 3. Satur nunc loquitur de me, & de parte mea. (quod parti eſt pro parte. Sic Lucret. *lib.* 6. Ille ex æſtifera parti venit amnis ab Auſtro. Et ſæpe alias. Et Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Triſt.*

Dimidia certè parte ſuperſtes ero (i. ſuperſtite vxore.)

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4.

Paruaque cuius eram pars ego nuper, Eques.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4.

Déque viris quondam pars tribus vna fui.

¶ Item pro fratre, *ibid.* Frater perit, & cœpi parte carere mei. Item, ô inter dilectos pars prima ſodales. Idem *Eleg.* 5. *ibidem* (de ſodali chariſſimo.) ¶ De litigatore. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.*

Déque mea faſſa eſt pars quoque victa fide.

Et Quintil. Aduerſa, & diuerſa pars. Vide *infrà.* ¶ Partes ſummas ſibi vindicare. Suet. *in Aug. c.* 16. (i.) principatum. Idem *in Calig. c.* 56. Partes primas depoſcere. (ſup. exequenda coniuratione.) ¶ Priores partes alicui tribuere, eſt cum pluris facere, & magis laudare. Priores partes habere apud aliquem eſt plus apud illum poſſe, & plus autoritatis apud aliquem obtinere. ¶ Dicimus etiam, Facere partes, id eſt, totum in partes diuidere. Cic. 2. *de Orat.* Quis Antonio permiſit, vt & partes faceret, &c. ¶ Audire vtranque partem in litibus, eſt reo defenſionis, vt accuſatori actionis copiam facere. ¶ Pars diuerſa, vel aduerſa, idem quod aduerſarius. Quintilian. *lib.* 4 *c.* 1. Partis aduerſæ patronus. Idem *lib.* 5. *c.* 5. A patronis diuerſæ partis inducuntur in laqueum. ¶ Partes primas agere, dicitur in Comœdiis, qui ſæpiſſimè prodit in ſcenam. Aſcon. Pædianus. Primarum partium actores ſæpiùs in ſcenam progrediebantur: ſecundarum, qui minus, minúſque. Porphyrio in Horatium autor eſt, primarum partium actorem omnia clarius, ſecundarum omnia ſubmiſſius agere conſueuiſſe, ¶ Quandoque etiam in plurali numero Partes pro officio poni conſuetum eſt, vt Meæ partes ſunt, & Mearum partium eſt, hoc eſt, meum officium eſt. Cic. 6. *Verrem*, Non ſunt meæ partes id facere. Vnde etiam, Alicuius partes deſiderare, eſt eius diligentiam poſtulare. Idem *ad Atticum lib.* 7. Sin erit bellum, meæ partes non deſiderabuntur ¶ Hinc fit compoſitum Expers, ἀμερὴς, quod eſt ſine parte. In optimam partem accipere, id eſt, boni conſulere, & benè interpretari Idem *ad Atticum lib.* 13. Illud enim non accipio in bonam partem, quod ad me refers. Pro virili parte, id eſt, pro viribus. Ouid. 5. *Triſt. Eleg.* 12. ¶ Pars pro initio, eleganter ſumitur. Celſus, Párſque ſanitatis eſt vomitum eſſe ſuppreſſum. Sic Virg. 7. *Æneid.*

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni,

Budæus.

Părtĭcŭlă, æ, diminut. Parua pars. { μερίς. GAL. *Parcelle, petite partie.* ITAL. *Particella* GERM Ein klein theil / ſtücklin. HISP. *Partezilla.* ANGL. *A litle part or portion.* } Cic 3. *Verr.* Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula inueſtigamus, redundarunt. Idem 2. *de nat. deor.* Ipſe autē homo ortus eſt ad mundum contemplandum & mirandum, nullo modo perfectus, ſed particula quædam perfecti. Quint. *lib.* 4. *c.* 5. Deinde quum fecerunt mille particulas, in eandem incidunt obſcuritatem.

Particularis, e, μερικός, partem continens. opponitur vniuerſali, & ſingulari.

Părtĭcŭlātim, aduerb. Membratim, nominatim, per particulas. { μερικῶς. GAL. *Par parties, par parcelles, par le menu.* ITAL. *Per parti, parte à parte.* GERM. Theilhafftig ſein / oder theilhafftig machen. HISP. *De parte à parte.* ANGL. *Particularlie, by euerie part and mêber.* } Autor ad Heren. *lib.* 1. Si ſummatim non particulatim narrabimus. Col. *lib* 7 *c.* 5. Nam particulatim facilius quàm vniuerſus conualeſcit. Lucret. *lib.* 3. Lumina qui linquunt moribundi particulatim. Particulatim pro Separatim quod vulgò Particulariter. Senec. *epiſt.* 68. Vota quidam aperta & profeſſa ſunt quæ particulatim fiunt.

Particus, negotiator, qui partes vendit, qui inſtitor & agomanus dicitur, eò quòd in diuerſa manus agat.

Părtĭceps, ipis, omn. gen qui partem capit. { μέτοχος, κοινωνός. GALL. *Participant, qui a part.* ITAL. *Partecipe.* GERM. Theilhafftig. HISP. *Parcionero de parte.* ANGL. *A partaker or comparcione, a complice.* } Terent. *in Heaut.* Niſi vbi ille huc ſaluos redierit meus particeps. Participem facere aliquem rei alicuius, eſt ei communicare & rei partem tribuere. Plaut. *in Epid.* Gratiam habeo, Fac participes nos. Terent. *in Heaut.* Cuius maxime te fieri participem cupis. Sic Plaut. *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 2.

a.2.Participes meos præda onerabo.(i.commilitones.*& in Moſt.verſu vlt. ſc. 3. a. 1.* Conueniunt manipulares, prædam petunt. ¶ Particeps conſilij.Idem *Pſeud ſc.1.a.1.* Neque tui conſilij participem quenquam facis.Idem *Aul.ſc.3.a.1.* Participem ego te & tu me, vt faciat,&c. (de conſilio & arcano.) Et *Aul.ſc.1. a. 4.* Vt quæ fierent faceret participes. Cæſ.3.*bell.ciu.* Quos ſui conſilij participes habebant. ¶ Particeps in periculis. Curt.*lib.*6. Quò fuiſſet illi in periculis particeps.

Părtĭcĭpo, Partem tribuo, aut capio: ſiue participem facio, aut particeps fio.{ μεταλαμβάνω, μεταδίδωμι, μετέχω. GAL. *Participer, eſtre participant.* ITAL. *Participare.* GERM. Theilhafftig ſein:oder theilhafftig machen. HISP. *Participar en parte.* ANG. *To giue or tak part.*} Quum ſignificat participem fieri, iungitur accuſatiuo tantùm. Gell. *lib.*15.*c.*2. Si fortè ad participandas eiuſmodi voluptates aut voluntas tulerit, aut caſus induxerit. Cic.2. *Tuſc. ex poëta*, Qui alteri exitium parat, eum ſcire oportet ſibi paratum, peſtem vt participet parem. ¶ Quum ſignificat participem facere, iungitur interdum genitiuo cum accuſatiuo. Plaut. *in Ciſtell.* Paternum ſeruum ſui participat conſilij, id eſt, facit participem, vel ſeruo conſilium communicat. Interdum ablatiuo cum accuſatiuo. Idem *in Mil. ſc. 2.a.2.* Nam non potuit quin ſuo ſermone aliquem familiarium participauerit de heri amica. Interdum accuſatiuo & ablatiuo cum præpoſitione Cum. Liu. 3.*ab Vrb.* Suas laudes participare cum Cæſone, memorare pugnas, &c.

‖Participatus,us, Iulianus Capitolinus *in Macrino*: Arripuit imperium filio Diadameno in participatum aſcito.

Participialis, μετοχικός. Diomedes *Grammat.lib.*1. Vbique enim deficit Latinus ſermo, ideo quia duo ablatiui nominales ſunt copulati, quòd ſi vnus participialis ſit, non deficit Latinus ſermo.

Participialis modus, id eſt, ſupinum. Diomedes *Gramm.lib.*1. Participialis modus verborum dictus eſt, quòd eius verba ſunt participiis per omnia ſimilia: nec tamen participia ſunt, vt legendi, legendo, legendum, lectum, lectu.‖

Părtĭcĭpĭum, ij, Pars orationis apud Grammaticos, ita dicta, quòd partem capiat nominis & verbi, μετοχή. Hinc ab iiſdem participalia, μετοχικά, nomina dicta Gerundia, quæ licèt non ſint participia, ſimilia tamen participiis ſunt. Nam quum à verbis deriuentur more participiorum, habent etiam caſus aliquot, quanuis non omnes, quos habent participia: niſi generaliter accipias gerundium, vt etiam complectaris nomen gerundiuum: quemadmodum accipit Valla. Sic enim non modò caſus habebunt quum ſint mera nomina, verùm etiam genera & numeros: ſed admittunt regimen ſui verbi. Gerundia enim propriè dicta habent poſt ſe eundem caſum quem habent verba à quibus deſcendunt. Gerundiua autem nullum omnino habent caſum: ſuntque voce omnino ſimilia participiis futuri temporis. Differunt tamen ſignificatione, quòd Gerundiua, ſiue (vt idem Valla loquitur) gerundia rei adminſtrationem ſignificant ſine tempore: vt tenet me occupatio iuris dicendi. Quo in loco *Dicendi* gerundium eſt, nec tempus ſignificat futurum, ſed rei adminiſtrationem in iure, dicendo. Illa verò tempus ſine rei adminiſtratione, vt Tenet me cura dotis numerandæ, participium eſt futuri temporis ſignificatiuum ſine rei adminiſtratione. Præterea gerundia duplicem ſignificationem habent, participia vnam tantùm. Sed ſciendum quòd gerundia quæ ſociata ſunt ſubſtantiuis, paſſiuè accipiuntur; diſiuncta verò modò actiuè, modò paſſiuè: ſed paſſiuè quum ſine præpoſitione, & ſine genere in ablatiuo, & quaſi abſolutè ponuntur. Quintil. Sed memoria excolendo, ſicut omnia alia, augetur, id eſt, dum excolitur. Virg. Alitur vitium, creſcítque tegendo. Idem, Ægreſcítque medendo. &, Vrítque videndo Fœmina. hoc eſt, quum tegitur vitium, quum curatur æger, quum videtur fœmina. Saluſt. etiam gerundium accuſatiui caſus paſſiuè poſuit, Pauca (inquit) ſuprà repetam, quo ad cognoſcendum omnia illuſtria magis magíſque in aperto ſint: id eſt, vt cognoſcantur. Iunguntur & gerũdia cum plurali numero, ſingulari voce. Plin. Quum illorum videndi gratia me in forum contuliſſem. ¶ Participium futuri temporis constructum cum verbo imperſonali, & Infinitiuo verbi ſubſtantiui. Celſ. *lib.* 3. *c.* 4. Poteſt primo die primus cibus dandus eſſe, poteſt ſecundo, &c.

Partim, aduerbium, Ex parte, pro parte. { מקצח *miktſáh.* τῇ μὲν, τῇ δὲ, τοῦτο μὲν, τοῦτο δέ. GALL. *En partie.* ITAL. *En parte.* GERM. Zum theil. HISP. *En alguna parte.* ANGL *Partlie.* } Et ferè ſemper in oratione geminatur. Cicero *Cælio lib. 3. Epiſt.* Vt eos partim ſcelerum ſuorum, partim etiam ineptiarum pœniteret. ¶ Aliquando non geminatur. Idem *de Amic.* Sed nihil eſt quod illi non proſequantur ſuis argutiis, partim fugiendas eſſe nimias amicitias, ne neceſſe ſit vnum ſolicitum eſſe pro pluribus. Inuenitur etiam quater repetitum. Idem *pro Cluent.* Parum nihil contra Habitum valere, partim etiam pro hoc eſſe partim, &c. ¶ Aliquando Partim, teſte Gell. *lib.* 10.*c.*13.*& c.*3.*lib.*7. idem eſt quod pars: vt, partim hominum, id eſt, pars hominum venit, ſiue quidam homines ex pluribus. Partim autem hoc in loco, aduerbium eſt, neque in caſus inclinatur, & genitiuum regit. Interdum etiam aduerbio partim, atque eius genitiuo præponitur præpoſitio Cum, vt probat Gell. Catonis exemplo: ibi(inquit Cato pro ſcorto fuit, in cubiculum ſurreptitauit è conuiuio, cum partim illorum iam ſæpe ad eundem modum erat. Cum partim eorum, dixit pro, cum quibuſdam eorum, vel cum parte. ¶ Nonnunquam partim non geminatum, in priore orationis parte locatur, in poſteriore alius. Saluſt. *in Iugurtha*, Rurſus Imperator contra poſt illata Bocchi nuntios mittit: ille probare partim, alia abnuere. *Ibidem.* Huic rogationi partim conſcij ſibi, alij ex partium inuidia pericula metuentes, &c. Et Gell. *c.*22.*lib.*2. Carmen partim Græcæ linguæ, aliàs Latinæ legi ſolitum erat.

Pārtĭŏr, iris, & Partio, is, iui, itum, futuro partiam, & partiar, & apud antiquos partibo, & partibor. Diuido, communico, partes facio. חלק *chillêk.* μερίζω, διανέμομαι. GAL. *Partir, departir.* ITAL. *Partire, diuidere.* GERM. Theilen. HISP. *Partir en partes.* ANGL. *To part, or deuide.*} Saluſt. *Iugurth.* 87. prouincias inter ſe partiuerant. Plaut. *in Aſin.* Hanc quam nactus ſum prædam, cum illis partiam. Ouid. 5. *Faſt.*

Quod mihi das vni cœlum partite duobus.

Et Plaut. *Amph.* Vos inter vos partite. Ego abeo (i.litem iſtam dirimite.) Tacit. *lib.*18. Diſcrimen ac periculum ex æquo partiemur. Cic *pro Syl.* Neque hoc partiendæ inuidiæ, ſed communicandæ laudis cauſa loquor. Idem *in Orat.* Genus vniuerſum in ſpecies certas, vt nulla neque præmittatur, neque redundet, partietur ac diuidet. ¶ Præter proprium accuſatiuum habet aliquando ablatiuum cum præpoſitione Cum: aliquando alium accuſatiuum cum præpoſitione In, aliquando cum præpoſitione Inter. Virg. 11. *Æneid.*

——— *Accam ex æqualibus vnam*
Alloquitur, fida ante alias quæ ſola Camillæ.
Quicum partiri curas atque hæc ita fatur.

Partiri honorem. Cæſ. 3. *bell. ciuil.* Cum Scipione honorem partitur. Virg. 1. *Æneid.* Socios partitur in omnes. Saluſt. *in Iugurth.* Prouincias inter ſe partiuerant. ¶ Ab his fiunt compoſita Impertior, Diſpertior, Bipertitus, Tripertitus, Quadripertitus, participia.

Pārtĭtĭo, nis, verb. Diuiſio, diſtributio.{ מחלקת *machaléketh.* μερισμός. GAL. *Departement, diuiſion.* ITAL. *Partitione, diuiſione.* GERM. Theilung. HISP. *Partimiento, obra de partir.* ANGL. *A parting, or deuiding.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Hæc, ſi rectè memini, partitio fuit. Idem 1. *de Orat.* Græcos partitionem quandam artium feciſſe video. Idem *pro Cecin.* Quum præſertim pecunia ex partitione deberetur.

Pārtītŏr, Diſtributor. { מחלק *mechallék.* μεριστής. GAL. *Partiſſeur.* ITAL. *Chi diuide.* GERM. Ein theiler. HISP. *Partidor.* ANGL. *He that deuideth, or diſtributeth in partes.*} Ciceron. *in Vatin.* Quum te non cuſtodem ad continendas, ſed partitorem ad partiendas merces miſſum putares.

Pārtītē, Diuiſè. { μεριστῶς, μεμερισμένως. GALL. *Par parties, diſtinctement.* ITAL. *Per parti, diſtintamente.* GERM. Zertheilen/mittheilen. HISP. *En alguna parte, partitamente.* ANGL. *By partes.*} Cic. *in Orat.* Qui enim nihil poteſt tranquillè, nihil leniter, nihil partitè, definitè, diſtinctè, facetè dicere, præſertim, &c.

Partĭcŭlōnēs, dicuntur cohæredes, & qui partem patrimonij ſumunt, συμμέτοχοι. Pomponius *Precone poſteriore*, Age modò Stagari, particulones producam tibi Nonius.

Partĭārĭŭs, ij, cum quo aliquid commune habemus, & partimur, κοινωνός. Vt partiarius colonus, qui certa fructuum parte agrum colit. Cato *cap.*144. Vineam curandam partiario, benè curet, fundum, arbuſtum, agrum frumentarium: partiario fœnum, & pabulum, quod bobus ſatis ſiet, qui illic ſient: cætera omnia pro indiuiſo. Idem *c.* 16. Calcem partitiario coquendam qui dant, calcarius perficit, & coquit. Et *c.*136. Redemptorem partiarium dicit eum quem paulò antè dixit colonum partiarium. ¶ Partiarius legatarius, cui pars bonorum legabatur, cum quo hæres hæreditatem partiebatur. ¶ Sic partiaria pecora dicuntur, quæ ita paſtori traduntur, vt fœtus eorum certis portionibus inter dominum paſtorem diuidantur. Imp. *in l.8.C.de paſt.*

Partiariò, partitè. Apul. *lib* 9. Planè cum vxore mea partiariò tractabo.

Partialis, e. Partialia fata, quæ ſingulis partita, i.diuiſa ſunt.

Parſimonia, vide *Parco.*

‖ Parſio, φειδωλία Gloſſ. Erit igitur actio parcendi.‖

Pārthāon, Pater OEnei regis Ætoliæ, apud Ouid. *lib* 9. *Metamorph.in princip.* Plaut. *Menæch. ſc.*1.*a.* 5. Ego te ſimitu, noui cum Parthaone.

‖ Parthenias, παρθενίας, natus ex ea, quæ virgo putabatur, cùm duceretur: aliter clàm ſuſpectus ex innupta.

Partheniopipes παρθενοπίπης, qui virgines auidè inſpectat.‖

PARTHĔNĬVS: παρθένιος, mons Arcadiæ, teſte Plin. *lib.*4.*c.*6. Ita dictus à virginibus, quæ in ea Veneri frequenter ſacra facere ſolebant. ¶ Eſt & Parthenius, παρθένιος, fluuius Paphlagonum. Ouid. *lib.*4.*de Ponto,*

Partheniúſque rapax, & voluens ſaxa Cynapes.

¶ Parthenius item, Poëta Nicæus, vt ait Suid. Elegiarum variíque carminis ſcriptor: à Cinna in bello Mithridatico captus, deinde ob illius ingenium manumiſſus. Eius meminit Gell. *cap.*25.*lib.*13. Vixit vſque ad Tiberium Cæſarem, qui teſte Sueton. Tranquillo *in Tiberio c.*70. eius ſcriptis admodum delectabatur. Huius Parthenij locos Virgil quandoque mutuatur, cuiuſmodi eſt illud,

Glauco, & Panopeæ & Inoo Melicertæ.

Autor Gellius. ¶ Fuit item alter Chius genere, filius Theſtoris, qui vocatur Chaos ex Homeri Poëtæ poſteris. Scripſit verſus in laudem patris Theſtoris. Suid.

Pārthĕnĭŭs, adiect. vt Saltus Parthenij. Virg. 10. *Eclog.* Luſtra Parthenia, apud Claudian. 2. *de rapt.*

Parthĕnium, παρθένιον. Herba eſt teſte Ruellio, quam vulgus *matricariam* appellat, vel potiùs, vt Amato Luſitano, & aliis viſum eſt, *Cotula fœtida* vulgò dicta, quam { ITAL. *Braſaculo.* GERM. Eder chamil oder krottendill. GALL. *Cotula fœtida.* HISP. *Magaça* vocant. ANGL. *Feuerfew.* } Deſcriptionem eius vide apud Dioſcor. *lib.* 3. *c.*146. Eſt item Parthenion, teſte Plinio, aliud herbæ genus, quod & perdicium, & helxine, & vrceolaris herba appellatur: nomine à Minerua deducto, quæ illam Pericli in ſomniis traditur oſtendiſſe, quum verna illi charus de faſtigio templi delapſus eſſet. Mineruam enim Athenienſes κατ' ἐξοχὴν, παρθένον appellant. Vulgus *Parietariam* appellat, eo quòd circa parietes præcipuè naſcatur. ¶ Eſt & nomen duarum vrbium, Eubœæ vnius, Thraciæ alterius. Steph.

Pārthĕnopæŭs, παρθενοπαῖος. Martis & Menalippes filius fuit, teſte Seruio, qui in bello Troiano periit. Virg. 6. *Æneid.*

Hîc illi occurrit Tydeus, hîc inclytus armis
Parthenopæus, & Adraſti pallentis imago.

Pārthĕnŏdē, παρθενόπη. Vna Sirenum, quæ præ dolore, quòd prætereuntem Vlyſſem cum ſociis in ſcopulos cantu pellicere non potuiſſent, in mare ſe præcipitauerunt. Harum aliæ alia in loca. Parthenope autem eò delata eſt, vbi poſtea condita Neapolis eſt, præclara vrbs Campaniæ, quæ ab eius nomine etiam Parthenope eſt appellata. Neapolim autem poſtea dictam fuiſſe hanc vrbem nonnulli putauerunt, quòd ab Auguſto ſit inſtaurata: quod falſum tamen eſt. Nam etiam apud Lycophrónem, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus multis ante Auguſtum annis claruit, Neapolis hæc vrbs appellatur: & ciues ipſi Neapolitani: quos ſcribit quotannis ad tumulum Parthenopes faces tuliſſe. Veriſimilior eſt eorum opinio, qui hanc vrbem à iuuentute Cumana conditam tradunt, qui fortè quum in eo loco Parthenopes corpus in veteri monumento conditum reperiſſent, nomen eius vrbi indidere. Sed poſtquam loci vbertate, atque amœnitate maiorem in modum

dum frequentari ciuitas cœpit, veriti ne Cumæ desererentur, diruendi Parthenopem consilium iniuere. Quo pacto, mox immani pestilentia vexati, oraculo moniti sunt, vt vrbem instaurarent. Itaque subitò restitutam, Neapolim, hoc est, nouam vrbem vocauere Hinc Parthenopæus, a, um, παρθενοπαῖος. Et Parthenopeius sex syllabarum, παρθενοπήιος. Ouid. 14. *Metam.*

Has vbi præteriit & Parthenopeia dextra
Mœnia deseruit, &c. id est, Neapolitana.

Pārthĕnŏpŏlis, παρθενόπολις. Oppidum Thraciæ, teste Plin. *lib.* 4. *c.* 11. Stephanus Parthenopolim in Macedonia collocat, dictámque putat à filiabus Gerasti filij Mygdonis, quæ quum agrestes & inhumanæ essent, pater vt eas ad ciuiliorem vitam traduceret, ciuitatem hanc earum gratia condidit. ¶ Est item Parthenopolis, Bithyniæ oppidum, apud Plin. *lib.* 5. *c.* 32.

Pārthĭă, παρθυαία Stephan Regio Assyriæ, à qua Parthi. { Der Parther Landtschafft in Assyria gelägen. } πάρθοι. πάρθιοι, παρθυαῖοι. Fuit hæc olim gens Scythica, quæ postea ad Medos profugit, vnde & nomen acceperunt. Nam Parthi lingua Scythica exules dicuntur. autor enim est Iustin. *lib.* 22. ab exulibus Scytharum, Parthorum imperium fuisse deductum. Horum regna duodeuiginti fuisse testis est Plin. *lib.* 6. *c.* 15. Ab Ortu habet Arios, a Meridie Carmaniam, ab Occasu Medos, à Septentrione Hyrcanos. Parthicus, Adiect. παρθικός, vt Luxuries Parthica. Claud. *in Eutropium.*

Pārthīnī, populi sunt Macedoniæ prouinciæ. Plin. *lib.* 4. *c.* 23. in descriptione Macedoniæ.

Pārtĭcēps, , Participium, Particulatim, Partim, Partior, vide *Pars.*

Partumeius. Horat. *Epod.* 19. venter partumeius exponitur ea facilitate pariens, ac si meieret.

Pārtŭrĭo, Partus, vide *Pario.*

Paruipendo, Paruifacio, vide *Paruus.*

Păŭlĭs, idis, παρυλίς. Abscessus exiguus in gingiuis, qui nisi discussus fuerit, suppuratur. Vide Ægin. *lib.* 6. *c.* 27.

PĂRVM, aduerb. Modicum. { מעט me'at. μικρὸν, ὀλίγον. GALL. *Peu, vn peu.* ITAL. & HISP *Poco.* GERM. Ein wenig. ANGL. *A litle.* } Plaut. *in Trin.* Imò duas dabo, vna si parum est. ¶ Parum habere, non satis habere, nec contentum esse. Salust. *Iugurth.* 76. tamen hæc talia facinora impunè suscepisse, parum habuere. Alibi, illis parum est. ¶ Parum consulit, quum dicitur, intelligitur *Sibi.* Terent. *in Adelph.* Magis impensè cupitis, consulitis parum, Vobis intellige. ¶ Parum prospicere, est parum, aut nihil futura prouidere. Plaut. *in Curc. sc.* 3. *a.* 2. Perij, prospicio parum. Ter. *in Andr.* Parum successit quod ago, at facio sedulo. Plin. *in Paneg.* Parum est in curiam venias, nisi & conuoces, & intersis Senatui.

Iamque parum firmo, me mihi ferre graue est,

Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Quódque parum nouit, nemo docere potest.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Cùm apud te parum stet fides. Plaut. *Ps. sc.* 5. *a.* 1. Hinc Paululùm, Pauxillùm, & Pauxillulùm, παρὰ μικρὸν, diminutiua.

Părŭmpĕr, Paruo tempore, quasi perparum, hoc est, valde parum. { מעט mehát. παρὰ μικρόν. GALL. *Vn peu, qulque peu de temps.* ITAL. *Per pochetto, picciolo tempo.* GERM. Ein weil / ein weniglin. HISP. *Poco en tiempo.* ANGL. *Alitle tyme while.* } De me scio, cui voluptas parumper data est. (i. paruo tempore.) Plaut. *Amph.* Da mihi operam parumper, paucis est quod te volo. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Tace parumper. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Tace dum parumper. Cic. *de Amic.* Tu velim animum à me parumper auertas. Terent. *in Andr.* Tu Mysis, dum exeo, parumper opperire me hìc. ¶ Interdum significat paulatim. Virg. 6. *Æneid.*

——— *pulsúsque parumper*
Corde dolor, tristi gaudet cognomine terra.

Nonius tamen interpretatur ibi parumper, citò, & velociter. At *per* in fine non est ibi præpositio, sed syllabica adiectio; vt & Græci περ.

Pāulātim, aduerb, Sensim, leniter. { מעט מעט mehát mehát. ἠρέμα. GALL. *Peu à peu.* ITAL. & HISP. *Poco à poco.* GERM. Nach vnd nach / allgemach, ANGL *By litle and litle, lea surelie.* } Terent. *in Hecyr.* Paulatim elapsus Bacchidi, atque huic transtulit amorem. Virg. 6. *Æneid.* Paulatim adnabam terræ. Cæl. *Cicero.* Cuius amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit. Virg. 3. *Georg.*

Carpit enim vires paulatim, vritque videndo
Fœmina.

Paūlīspĕr, temporis aduerbium. Parumper, modico temporis spatio. { מעט מעט mehát mehat. ὀλίγον χρόνον. GAL. *Vn peu de temps.* ITAL. *Per spatio di poco tempo.* GERM. Ein weil / wenig zeit HISP. *Vn poco en tiempo.* ANGL. *A litle whil or tyme.* } Cic. 1. *de legibus.* Paulisper facessant, rogamus. Plaut. *Amph.* paulisper mane, Dum edormiscat vnum somnum. Item, Quasi solstitialis herba paulisper fui Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Paulisper tace dum. Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Paulisper mane. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Item,

Atque vtinam reuoces animum paulisper ab ira.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Terent. *Adelph.* Congruum istum maximum in qua finito ludere Paulisper. Virg. 5. *Æneid.*

Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.

Ouid. 2. *Trist.*

Atque vtinam reuoces animam paulisper ab ira.

Cic. 1. *de diuin.* Puellam defatigatam petiisse à matertera, vt sibi concederet paulisper, vt in eius sella requiesceret.

Paūlum, diminutiuum à Parum, cuius sunt quatuor gradus diminutionis, scilicet Paulùm, Paululùm, Pauxillum, & Pauxillulùm. de quibus infrà suo loco. { מעט mehát. ὀλίγον, μικρὸν, βραχύ. GALL. *Peu.* ITAL. & HISP. *Poco.* GERM. Ein wenig. ANGL. *A litle.* } Terent. *in Andr.* Pro peccato magno paulùm supplicij satis est patri. Idem *Eunuch.* Tace obsecro, quasi verò paulùm intersit. Cæs. 3. *bell. ciuil.* Naues soluit, paulúmque à portu progressus, literas à Cæsare accepit Cic. 1. *Acad.* Paulúmque quum ab eius villa abessemus, ipsum ad nos venientem vidimus. Post Paulùm, pro paulò pòst dixit Quintilian. *lib.* 9. *c.* 4. Sed de propositorum diuersitate (inquit) post paulùm. Paulùm aliquid sederunt in scholis. Idem Qunitil.

——— *Oculos paulùm tellure moratos*
Sustulit,

Ouid. 13. *Metam.*

Paūlō, aduerbium, Paulùm, sed paulùm positiuis, paulò comparatiuis frequentiùs iungitur: vt, Paulò amplius, Paulò magis, & propositionibus Ante & Post: vt Paulò ante Paulò post. Vide Vallam *lib.* 1. Cæsar. *lib.* 4. *de bell. ciu.* Pòst paulo. Et Catul. *de comm. Beren.*

Abiuncta paulò antè coma.

{ ANGL. *A litle.* } ¶ Paulò magis, valet interdum nimium. Cic. *in Bruto*, Et verbis delectari videtur paulò magis priscis. Et Paulò minus, aliquando pro propemodum, siue ferè. μικροῦ. Suet. *in Tib. Cæs.* Quasi neque rediturus vnquam, & citò mortem etiam obiturus: quod paulò minus vtrumque euenit. ¶ Paulò mox, ponitur pro statim, cum paruo interuallo. Plin. Et paulò mox calefactum vulneri imponatur. ¶ Paulo priùs, pro paulò antè. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Dedi tibi illam paulò priùs. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 4. & *sc.* 2. *a.* 5. Quàm valuit paulò priùs.

Paūlŭlum, diminut. à Paulùm. { מעט מעט mehát mehát, μικρὸν ὅσον GAL. *Fort peu.* ITAL. *Pochino.* GERM. Ein weniglin. HISP. *Poquillo.* ANG. *A very litle.* } Terent. *in Adelph.* Agelli hìc sub vrbe est paululum quod societas foras. Iungitur cum ante. Cic. 4. *Acad.* Et paululum antè dicendum est, quæ non mihi videntur considerasse physici. ¶ Vtuntur aliquando pro paulisper. Terent. *in Eunuch.* Paululum opperirier si vis, iam frater ipse hìc aderit virginis.

Paūlŭs, a, um, ἡβαιός. Adiect. à Parum: quo rarissimè vsi sunt authores, præterquam in ablatiuo. Plaut. *Bacc.* Pasci cum illa paula pecunia potes. Apud Terent. paulo momento, paulo sumptu. Venus tibi de paulo paululum hoc tibi dabo. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Item paulum aliquid sederunt. Quintil.

Paūlŭlŭs, a, um, adiect. { זער zehér מעט mehát צעיר tsahír. ὀλίγιστος, μικρὸς ὅσος. GAL. *Fort peu.* ITAL. *Pochino.* GERM. Gar klein. HISP. *Poquillo.* ANGL. *Very litle or small.* } Liu. 1. *ab Vrbe.* Pro paulula via magnam mercedem Romanis esse soluendam. Idem *lib* 35. Nihil primo aspectu contemptius, equi hominésque paululi, & graciles, discinctus & inermis eques.

Pauxillùm. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Si pauxillùm potes contentus esse. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Non est verisimile pauperem pauxillùm paruifacere, quin nummum petat. ¶ Pauxillulùm, idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Pauxillulum amare bonum est. Terent. *in Phorm.* Erat ei de ratiuncula iampridem apud me reliquum pauxillulùm numorum.

Parus, auis, αἰγιθαλος à Gaza vertitur parus.

PĂRVVS, a, um, Exiguus, non magnus. { קטן katón. μικρός. GALL. *Petit.* ITAL. *Picciolo.* GERM. Klein. HISP. *Pequeño.* ANGL. *Litle or small.* } Plin. *lib.* 11 *c.* 37. Ab iisdem qui altero lumine orbi nascerentur, cóclites vocabuntur: qui paruis vtrisque, ocellæ. Idem *lib.* 12. *c.* 13. Parui odoris amomum. id est, pauci & imbecilli odoris. Horat. 2. *Serm satyr.* 6. Neque vlla est, Aut magno, aut paruo lethi fuga. Cic. 2. *de Orat.* Sic etiam in paruis, aut mediocribus rebus doctores assequi possunt, &c. Catull. *de com. Beren.*

Atque ego certè cognoui à parua virgine magnanimam.

Tibul. *lib.* 4.

Vel paruum ætnæ corpus committere flammæ.

Item,

Pársque fui turba parua precantis idem,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Si parua iureiurando est fides. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Paruam mihi apud te fidem intelligo. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Omnibus paruis, magnísque miseriis præfulcior. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Tibull. *lib.* 4.

Ithace genuit magnum decus vrbis Vlyssem.

Hic quoque sit gratus paruus labor. *Ibid.* Paruaque cælestes pacauit myrrha. *Ibidem.* Sueton. *in August. c.* 48. Ætate parui. (i. minores.) Et Ouid. *lib.* 2. *Fast.* Is iubet auferri paruos, &c. (i. infantes.) Item, Haud paruò iunior. Gell. *c.* 2. *lib.* 13. ¶ Paruus pro pauco. Cels. *lib.* 14. *c.* 7. fenestris aliquanto apertis paruum aërem recipere. Alij legunt *purum.* ¶ Paruum pro re minimi pretij. Plin. *in Paneg.* Nihil antè tam vulgare, tam paruum in Senatu agebatur, vt non laudibus principum immoraretur. Cic. 1. *Offic.* Parui sunt foris arma, nisi est consilium domi. ¶ In paruo, vsus est pro fere. Plin. *lib.* 8. *c.* 33. Eminet rostrum, vt in paruo sit haud absimile suillo.

Pārŭĭdūco, cis, Paruifacio. Cic. *pro Arch.* Pericula mortis parui esse ducenda. Et *de finib.* Sed quia parui id ducere.

Pārŭĭssĭmŭs protulit Lucret. *lib.* 3. Pro minimo.

——— *Igitur paruissima quanto,*
Et leuissima sunt, ita mobilitate fruuntur.

Pārŭĭtās, atis. { קטן katán מעט mehát מצער mitchár. μικρότης. GALL. *Petitesse.* ITAL. *Piccolezza.* GERM. Die kleine. HISP. *Aquella pequeña quantidad.* ANGL. *Litlenesse, smallnesse.* } Cic. *de Vniuers.* Haud iisdem vinculis quibus ipsi erant colligati, sed talibus quæ cerni non possent propter paruitatem, &c. Gell. *c.* 17. *lib.* 7. Paruitas quæstionis. Et *c.* 3 *lib.* 1. Paruitates rerum.

Pārŭŭlŭs, diminut. { ἄγαν σμικρὸς, τυτθός. GALL. *Fort petit.* ITAL. *Molto picciolo.* GERM. Vast klein. HISP. *Muy pequeño.* ANGL. *Verie litle or small.* } Terent. *in Eunuch.* Matri paruùlam puellam dono quidam mercator dedit, Paruula res, est nullius momenti. Idem *in Adelph.* Tam ob paruulam rem penè ex patria, &c. Tibull. *lib.* 4. Nostri si paruula cura sit tibi. Te mihi paruulam paruulo puero dedit. Plaut. *Capt. sc.* 4 *a.* 5. Paruulam emi 10. minis. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Etiam Ego sum paruulus. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Paruula pecunia, & immanis opponuntur. Cic. *pro Comœdo*, Et illa fuit pecunia immanis, hæc paruula. ¶ Paruulus pro puerulo. Quintil. *lib.* 3. *c.* 7. Excepta paruulorum iudicia.

Părŭŭlŭm, aduerbium. Plin. *Epist.* 170. Nam paruulùm differt patiaris aduersa, an expectes, id est, minimum. Hinc etiam paucus, ὀλίγος, à quo Pauculus, & pauxillus.

Mīnŏr, oris, & hoc minus, comparatiuum à paruus { ἐλάττων. GALL. *Moindre.* ITAL. *Minore.* GERM. Kleiner / minder. HISP. *Minor.* ANGL. *Lesse.* } Ouid. 2. *de Arte.*

Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.

Idem 13. *Metam.* Pugnacem sapiente minorem esse. Et,

Culpa mea est, ipso iudice, morte minor,

idem *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.*

Ingeniique minor laude ferere mei,

idem

idem *Eleg.1 lib.1.*

Et sunt notitia multa minora tua,

idem *Eleg.1.lib.2.Trist.*

Et quacunque minor noblitate fera est,

idem *Eleg. 5. lib.3. Trist.* ¶ Minoris emere, conducere. Vide infrà in *Minus.* ¶ Interdum idem est quod iunior, præsertim si addatur ablatiuus natu,annis,ætate,Cic. *de Amic.* Tu verò perge Læli : pro hoc enim, qui minor est natu, iure meo respondeo. Idem 4. *Verr.* Nequis minor quot annis minorem natu. ¶ Interdum absolutè ac nullo adiecto nonaginta annis natu.Idem 4. *Acad.* Te hominem amicissimum , & alimine. Ter.*in Eunuch.* Sed video herilem filium minorem huc aduenire.

Vtque ego maiores, sic me coluere minores,

Ouid.*Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Meo minore quid sit factum filio. Plaut. *Cap.sc.1.a.5.* Herus minor. Vide *Herus.* Minore nusquam bene fui dispendio.Idem *Men.sc.2.a.3.*

Mĭnĭmŭs,a,um,superl.à Paruus. {הקטן *hakkatán.* ἐλάχιστος. GAL. *Moindre de tous,tres petit.* ITAL.*Piccolino, minimo.* GERM. Das kleinst oder minderst.HISP. *Poquillo.* ANGL. *Least of all.*} Cic.3. *Offic.* ex malis eligere minima oportet. Plaut. *Aul.* Accessit animus ad meam sententiam, Quam minimo sumptu filiam, vt nuptum darem.

——— *Minimam bene currit ad auram,*

Ouid.*Eleg.9.lib.1. Trist.* Ante omnes minimi mortales pretij , Plaut. *Asin.sc.2.a.5.* Subdoli ac minimi pretij,idem *Men sc.2.a.3.* Ratúsne me esse hominem omnium minimi pretij,idem *Milit. sc.6. a.2.* Item Deos minimi facit.Idem *Pseud.sc.3.a.1.*

Districtus minima nec tamen ille nota,

Ouid.*Eleg.1.lib.2.Trist.*

Est quoque non minimum vires afferre recentes,

idem *Eleg.6 lib. 6.Trist.* ¶ Minimus natu.Liu.2 *ab.Vrb.* Minimus quisque natu patrum. Interdum sine ablatiuo natu.Plaut. *Pseud. sc. 1. a.3.* Interminatus est à minimo ad maximum. ¶ Minĭmē. aduerb. negandi, Nullo modo. { אין *áin* לא *lo.* ἐλάχιστα , ἥκιστα δῆτα. GALL. *Nullement.* ITAL.*Per niente.* GERM. Gar nitteinswägs. HISP. *En ninguna manera.* ANGL. *Nowse,no.*} Plaut.*Men sc.7. a.5.* Tecum ibo domum? Minimè.Seneca c.16 *de consol.ad Helu.* Vno nomine eratis? Minimè. Plaut. *Most.sc.3. a.1.* Etiámne vnguentis vngendam censes? Minimè. Cic. *de Amic.* Turpis enim excusatio est,& minimè admittenda , cùm in cæteris peccatis , tum siquis contra rempublicam se amici causa fecisse fateatur. ¶ Minimè gentium , Vehementiùs negantis est, vt quum quis velit significare quippiam omnium gentium iudicio minimè esse faciendum. ἥκιστα πάντων. GALL. *Nullement.* ITAL. *Perniente, in niuna maniera , à niun modo.* GERM. Gantz vnd gar nit / in kein weiß noch weg HISP. *No a juyzio de todos.* }.Alij censent vocem Gentium redundare , itaque dici, vt Vbique gentium pro vbique, Nusquam gentium,pro nusquam. ¶ Minimè pro minimum. Senec. c. 16. *de consol. ad Helu.* Nullus affectus seruit : minime verò is , qui ex dolore nascitur, (i. minimum.) Vide aliud exemplum in sequenti dictione è Colum.¶ Mĭnĭmum,Superlatiuus est a Parum,aduerbium quātitatis.{ἐλάχιστα.GALL. *A tout le moins,pour le moins.* ITAL.*Pochissimamente per lo meno, al meno.* GERM.Gantz wenig. HISP. *A lomenos.* ANGL. *A the least.* Minimè verò negatio est,quasi nequaquam. ἥκιστα, vt Minimū doctus,cuius est minima eruditio:vt,Minimè doctu,qui prorsus est indoctus.Plus enim est Minimè,quàm non.Cic.*lib.1. Offic.* Miniméque artes hæ probandæ quæ ministræ sunt voluptatum.¶ Minimùm ad minus.vt minimùm τὸ ἐλάχιστον.Varro. Harum singula genera minimùm in binas species diuidi possunt. Quæ ratio eadem est aduerbij,Minimè Col.*lib.1.* Lata bubilia esse oportebit pedes decem, vel minimè nouem, quæ mensura & ad procumbendum pecori , & iugario ad circumeundum , laxa ministeria præbeat. Minimum item,substantiuum. Cic. *de Amic.* Quòd si ita esset,vt quisque valetudinis minimum in se arbitraretur , ita ad amicitiam esset aptissimus. *Ibidem* , Itaque vt quisque minimum firmitatis habeat minimúmque virium , ita amicitias appetere maximè,Minimùm abfuit. Suet.*in Aug. c.14.* Minimum fortunæ permittere, Idem *in Tib.c. 19.* ¶ Mĭnĭmŏpĕrē, dixerunt veteres, vti Maximopere. Licinius *apud Prisc.* Non minimopere milites quietos volebant esse. ¶ Mĭnŭs , oris , Compar. à Paruum , neutri generis, sicut Minor masc.& fœm.{ἧττον,ἔλαττον. GALL. *Moindre, moins.* ITAL. *Minore,meno,* GERM.Minder.HISP. *Menor, menos.* ANGL. *Lesse.* } Aliquando vim comparandi habet à Parum , non à paruum deductum: vt minus spei in dies aduersarij habeat.Idem positiuo adiunctum, contrariæ significationis comparationem habet:vt Minus stultus , id est, prudentior Minus prudens,id est,stultior. Terēt.*in Eunuch.* Hoc nemo fuit minus ineptus , id est, aptior. Haud tantillo minus potare , Plaut. *Most.sc.1.a.3.* Obsecro ne minus mihi imperes, quàm cùm seruus tuus fui.Idem *Men.sc.7.a.5.*

Nec minimus est isto Tucer patruelis Achilli,

Ouid.13.*Metam.* Tuáne illa caussa potabit minus?(subauditur nihilo) Plaut.*Men.sc....a.5.* Plus aut minus quàm opus erat dixeram,vt sponsio fieret.*Ibid.sc.1.a.4.* Quo minus dixi,quàm volui animum aduortas eò magis Idem *Capt.sc.3.a.2.* Si exoptem tibi quantum dignus,minus nihilo est (hyperbole in extenuando.) Idem *Pseud.sc. 2.a. 4.* Minus audiens dicto Quintilian.Eheu cum illi plus(mali) minúsve(boni)ei feci, quàm æquè fuit.Plaut.*Capt.sc.3.a.5* Minus valeas.Idem *in Amph.* Minus quam æquum erat feci.Idem *Aul.sc.1.a.3.* ¶ Frequenter accipitur pro non,præsertim coniunctum cum hac particula sin,& cum quo:vt, Sin minus , idem est quod si verò non , Quo minus , hoc est, vt non. ¶ Minus quindecim anni sunt. Idem *in Trin.* Minus quindecim dies sunt,quod pro his ædibus minas quadraginta Accepisti à Callicle. Liu. Minus duo millia hominum effugerunt. Minoris vendere aliquid, pro Minori pretio. Cic. 3. *Offic.* Vt si minoris quàm potuisset, vendidisset.Minore pro minoris.Idem *ad Attic lib.1 c. 7.* Nam à Cæcilio propinqui minore centesimis nummûm mouere non possunt. ¶ Minimo eme. Plaut. *in Epid.* Quanti emi potest minimo ? ¶ Mĭnŭscŭlŭs, la, lum, dimin. à Minus. ἐπιλαττον. GALL. *Vn peu plus petit, plus petit.* ITAL.*Minoretto.* GERM. Gar klein. HISP. *Cosa vn poco menor.* ANGL. *Litle ora Litle lesse.*} Varr.Ex hoc auiario,vt sumatur idonea,excludantur in minusculum auiarium. Ad eundem modum, Minuscula epistola , Minuscula villa. Plaut. *Amph.* Si minusculo digito increpuerint fores, hac tela Tuum diminuam caput. Cic. *ad Quint. fratr.* Rescripsi epistolæ maximæ audi nunc de minuscula. Idem *ad Atticum* , Scribis enim esse rumores me ad lacum quod habeo venditurum,minusculam verò villam vtrique Quinto traditurum. Gell. *c. 11. lib. 4.* Minusculi porculi.

‖ Păryphe. Gl. παρυφὴ, præclaua, prætexta , hoc præclauium. Propriè est aliquid attextum. ‖

Parysatis, παρύσατις Xenoph.Plutarch.Cyri filia,& Artaxerxis mater.

Pascĕŏlŭs,vt inquit Nonius , Sacculus est ex aluta factus. Plaut. *in Rud.* Præterea centum denaria Philippea in pasceolo seorsus. Ita autem emendandus est ex Nonio Plauti locus.

Pāschă, neut.gen. { פסח *pesách.* τὸ πάσχα. GERM. Ostern ANGL. *Euster.* Ausonius, Nos etiam primis sanctum post Pascha diebus. Quod planè nomen Hebræum esse , ac transitum signare docet Hieronymus, sic inquiens,Pascha quod Hebraicè dicitur Phase,non à passione(vt plerique arbitrantur) sed à transitu nominatur, eo quòd exterminator videns sanguinem in foribus Israëlitarum , pertransierit; nec percusserit eos. Quidam ex recentioribus genitiuum Paschatis efferunt , manifesto errore,quum sola Græca verbalia in μα terminata , à prima persona τῆ παθητικῆς φωνῆς παρῆκων deriuata,in atis,mittant genitiuum.

‖ Paschalicus, qui libenter festum colit. L. g. b. ‖

Paschalis,e,ad pascha pertinens.

Paschalium, πασχάλιον,canon de celebrando paschate.

‖ Paschieuus,pathicus , παθικός. ‖

Paschillus,vates ridiculus Romæ,seu statua nota.*Pasquino*,Ital. ‖

Pāsco,is,paui,pastum,Vescor,comedo. רעה *rahàh.* νέμομαι. GAL. *Paistre, repaistre.* ITAL.*Pascere, mangiare.* GERM.Sich weiden.HISP. *Apacentar el ganado,comer.* ANGL. *To feede,to nurish,to beast pasture.*} Cicero *Epist.ad Attic. lib.1* Sed heus tu,quid cogitas infelicitatis : lancibus & splendidissimis canistris,non olusculis nos soles pascere.Plaut. *Asin.sc. 1.a.3.* Opilio,qui pascit alienas oues.Tibull.*lib.4.*

Cuique pecus denso pascebant agmine colles.

Plaut. *Most.sc.1.a.1.* Amicas emite,pascite parasitos.Quint. Panem non edi , & aquam bibo , Pasce, & redde quod debes. (pro,ale te.) Virg. 3. *Eclog.*

——— *pascentes seruabit Tityrus hœdos.*

Ouid.4.*Metam.*

Mille greges illi,totidémque armenta per herbas
Pascebant.

¶ Quandoque construitur cum accusatiuo.Idem 2.*Fast.*

Pauit ouis pratum verbenas improba carpsit.

In hac significatione etiam sumitur Pascor deponēs,de quo in sequenti dictione dicemus. ¶ Aliquando Pasco verbum est actiuum,idem significans quod cibum præbere, νέμειν , βόσκειν, & quasi cibo saginare: & sic dicimus,Herba pascit equum,& pasco equum herba. Virg.3.*Georg.*

Veloces Sparta catulos,acrémque molossum
Pasce sero pingui.

Plaut.*in Merc.* Nam ædepol equidem mi senex,non didici baiulare Nec pecua ruri pascere,neque pueros nutricare Cic. 1.*de diuin.* Qui quum propter paupertatē sues puer pasceret.Idem quod coërceo. Fest.Pascito linguam in sacrificiis dicebatur, id est,coërceo,contineto , taceto. Hæc significatio nota est in verbo *compesco*, id est, coërceo. ¶ Per translationem pro Delectare ἑστιᾶν.Virg.1.*Æneid.*

——— *atque animum pictura pascit inani.*

Sic Pascere oculos, est visu alicuius rei gratæ eos oblectare. Terent. in *Phorm.* Restabat aliud nihil nisi oculos pascere.Senec *Epist. 59.* Pascere oculos,vt dici solet. ¶ Interdum pro Fouere, alere.Virg 3.*Georg.*

Et qualem infelix amisit Mantua campum
Pascentem niueos herboso flumine cygnos.

Iuuenal.*Satyr.3.*

——— *quot pascit seruos,tot possidet agri Iugera.*

Huius composita sunt Compasco,Depasco,Dispesco,Expasco,Perpasco. Vide suis locis.

Pāscŏr, eris, deponens, Comedo . edo , vescor. { רעה *rahàh* בער *bihér* אכל *achál.* νέμομαι. GAL.*Paistre,se repaistre,manger.* ITAL.*Mangiare.* GERM.Weiden.HISP.*Comer, pacer el ganado.* ANG. *To feede as beastes do.*}Virg.3.*Georg.*

Pascuntur verò syluas,& summa Lycai,
Hortentésque rubos, & amantes ardua dumos.

Idem *ibid.*

Pascitur in magna sylua formosa iuuenca

Hinc composita,Depascor.{רעה *rahàh* בער *biher* אכל *achál.* νέμομαι, ἐπινέμω.Virg.1.*Georg.*

Luxuriem segetum tenera depascit in herba.

Impascor,Intus pasco,ἐπινέμομαι. Colum. *lib. 2.* Neque suem velimus impasci pratum,quoniam rostro suffodiat & cespites excitet. ¶ Pascor ponitur quoque passiuè , & tunc ablatiuo iungitur.Cicero *pro Sest.* Aut qui propter insitum quendam animi furorem discordiis ciuium,& seditione pascantur.Idem *in Pisonem*,His ego rebus pascor , his delector, his perfruor,&c. Seneca. *c.1.de consol.ad Mart* Ipsa acerbitate hæc vitia pascuntur(id est, aluntur,nutriuntur. GALL.*Sont nourris , alimentez,& entretenus,*)

Pāscĭto, as,Frequentatiuum à Pasco. { ἀγελάζομαι. GALL. *Repaistre, paistre.* ITAL.*Pascolare.* GERM. Stäts oder offt weiden. HISP. *Apacentar el ganado.* ANGL.*To feede often , orgo to feede.*} Varro 3.*de re rust.cap 16.* Nūc feras dico,quæ in syluestribus locis pascitantur:cicures , quæ cultis.

Pāstŭs,a,um,particip.à Pascor, Saturatus.{רעה *ro! éh.* εὐωχηθείς. GALL. *Repeu.* ITAL.*Pasciuto.* GERM.Geweidet.HISP. *Apacentado.* ANGL. *Feade, pastured.* } Cicero *pro Cluent.* Vt etiam bestiæ fame dominante,plerunque ac eū locum,vbi pastę aliquando sunt,reuertantur.Virg.5 *Eclog.*

Non vlli pastos illis egêre diebus
Frigida Daphni boues ad flumina.

Pāstŭs , Cibus , pabulum. {מרעית *mari.ith* מרעה *mir!éh.* σίτησις ,νομή. GAL.*Pasturage.* ITAL.*Pastura.* GERM. Ein weid/ätzung oder fütterung HISP. *Apacentamiento*, ANGL. *Feeding, meet, pasturing.* } Gell. *lib.2. c.29.* Alia hæc orta,auis in pastum profecta est.Virg.4.*Georg.*

——————*rursus easdem*

Vesper vbi è pastu tandem decedere campis
Admonuit,tum tecta petunt,tum corpora curant.

Idem *ibid.*

Vesper vbi è pastu vitulos ad tecta reducit.

Cic.1.*Offic.* Principio generi animantium omni est à natura tributum, vt se,vitam,corpúsque tueatur, declinétque ea quæ ei nocitura videantur,quæque sint ad viuendum necessaria inquirat, & paret : vt pastum, vt latibula, vt alia eiusdem generis.

Pāstĭo, nis, verbale est à Pasco,Pascendi actus. { מרעית marhith מרעה mirhéh.νομή. GAL.*Pasture,pasturage.*ITAL. *Pastura.* GERM. Weidung/ ätzung. HISP.*Apacentamiento.* ANGL.*Feeding,pasturing.*} Varro 2 *de re rust. c.*10. Qui pascunt in saltibus, greges cogere oportet, in pastione diem totum esse. ¶ Accipitur etiam pro ipso pecudum alimento. Cic.*pro lege Manil.* Asia verò tam opima est & fertilis, vt & vbertate agrorum & varietate fructuum,& magnitudine pastionis & multitudine earum rerum quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat. Valla *lib.* 4. Pastio videtur significare cibum, sed tamen potiùs ad alimenta pecudum pertinet, quæ pasci dicimus : quanquam suapte natura significat ipsam actionem pascendi : nunc frequentius cibum. Colum.*lib.* 1. *in præfat.* Procuratoris verò & subulci diuersa professio, diuersæ pastiones.

Pāscŭŭs,a,um,quod pastui aptum est.{νομαδικός.GALL.*Quit sert de pasturage.*ITAL.*Abondante di pascoli, pascolatiuo.* GERM. Zur weid füglich. HISP.*Campo ò cosa que se pace.*ANGL.*That. serueth to feede cattail.*} vnde Paulus Syluam pascuam appellat, quæ est pascuis pecudū destinata. Plaut.*in Truc.* Non aruus hic qui arari soleat, sed pascuus est ager. Lucret. *lib.* 1.

Siue quòd inducti terræ bonitate volebant
Pandere agros pingues, & pascua reddere rura.

hoc est, colere rura,vt apta essent pascendis armentis.

Pāscuŭm, i,à quo plurale, Pascua, orum. In quibus pecudes pascuntur, siue ager pascuus sit,siue pratum,siue mons,aut collis.{מרעית marhith מרעה mirhéh.ἐπινομία, νομή. GALL. *Pasturage , ou pastis , herbage.* ITAL. *Pascolo.*GERM. Ein weid/ein ort da mann das vych weidet/ein alpweid.HISP.*Cosa que se pace.*ANG.*A pasture or place where beastes feede.*}Col.*lib.*8.In eo rure quod pascuo caret, contineri potest,exiguo, & qualicunque pabulo contentus.Idem *lib.*8.*c.* 14. Esuriens mittatur in pascuum *ibidem c.*3.Nec tamen vlla tam blanda sunt pabula,aut etiam pascua , quorum gratia non exolescat vsu continuo. Herbosa pascua. Ouid.2.*Metam.*Læta pascua.Horat.4. *Carm.Ode* 4. ¶ Pascua, (inquit Plin.*lib.*18 *c.*3.)in Censoriis tabulis dicebantur omnia ex quibus populus reditus haberet,quia diu hoc solùm vectigal fuerat.

Pascualis, cum diligentia nutritus Gloss. Arabicol.

Pascuarium, census qui pro pascuis soluitur,vt agrarium pro agris.

Pāscālēs, Oues & gallinæ dicuntur,quæ passim pascuntur : à pasco, siue à pascuis, quasi pascuales. {σιλϛοί. GALL. *Qui repaissent çà & là.* ITAL. *Che pascolano quà & là.* GERM. Das hin vnnd har weidet / weid vych. HISP. *Cosas de pasto.* ANGL. *Sheepand hennes or other beastes that feedeth hither and thither.*} Lucil. Pascali pecore, ac montano hirco,&c. Nonius.

Pāstŏr, is, cui pascendi pecus cura mandata est: vox sæpiùs repetita apud Varro.Catonem,Columell.{רעה rohéh.ποιμήν.GALL. *Pasteur,berger,* ITAL. *Pastore.*GERM. Ein hirt. HISP. *Pastor.* ANGL. *A sheepheard , a keeper of cattayll.*}Cic.*pro Flacc.*O pastores nescio quos cupidos literarum! Virg.3.*Georg.*

——————*desertaque regna*
Pastorum & longè saltus,latéque vacantes.

Iuuen. *Satyr.*11.

Pastoris duri est hic filius,ille bubulci.

Pāstōrālĭs,e,quod est pastoris,vel quod ad pastorem pertinet.{ποιμενικός, ποιμαντικός.GAL.*De pasteur.*ITAL.*Pastorale.* GERM. Des hirten. HISP. *Cosa perteneciente a pastor* ANG.*Perteining to a sheep heard or keeper of cattail.* } vt, Pastoralis cura , Pastorale officium. Varr. Tertio gradu à vita pastorali ad agriculturam descenderunt.Cic.1.*de diuin.*At ille Romuli auguratus pastoralis , non vrbanus fuit , nec fictus ad opiniones imperitorum. Virg.7. *Æneid.*

Et pastoralem præfixa cuspide myrtum.

Colum.*lib.*6.*c.*23 Ad quem satura pabulo libenter recurrunt,quum pastorali signo quasi receptui canitur.Ouid.2.*Fast.*

Romulus & frater,pastoralisque iuuentus
Solibus & campo corpora nuda dabant.

Pāstōrītĭŭs,a,um,Pastoralis.{ποιμενικός,βουκολικός GALL. *De Pasteur, de pasture.*ITAL. *De pastore pastorale.*GERM.Hirtisch/ eines hirten. HISP. *Cosa perteneciente à pasto, pastoral.* ANGL. *Of a sheepheard or keeper of cattail.*}Varro *lib.*1.*de re rust.cap.*2.Quum homines pastoritiam vitam agerent,neque scirent etiam arare terram.Cic.*ad Attic,lib.*1.Itaque & ludis , & gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας sine vlla pastoritia fistula auferebamus.Idem *pro Cælio* , Fera quædam sodalitas , & planè pastoritia,atque agrestis germanorum Lupercorum.

Pāstōrĭŭs,a,um,quod ad pastorem pertinet.{ποιμενικός. GALL. *Appartenant à pasteur.* ITAL. *Cio che s'apartiene à pastore.* GERM. Dem hirten zugehörig. HISP *Cosa perteneciente à pastor.* ANGL. *Belonging to a shephear or keeper of cattaill.* } Varro *lib.*2.*de re rust.* Antea quæ tria heri dixisti mihi de pastoria re. Ouid 2.*Metam.*

Illud erat tempus,quo te pastoria pellis
Texit:onúsque fuit baculus syluestris oliuæ.

Sibila pastoria.Idem 13.*Metam.*

‖ Pasias, Bassa Turcarum L.g.B ‖

Pāsĭphāē, per quatuor syllabas, πασιφάη. Filia Solis, & vxor Minois regis Cretæ, quam fabulæ ferunt Tauri amore captam fuisse, Dædalique opera, qui ligneæ eam vaccæ inclusit, voti compotem factam, Minotaurum peperisse, media parte hominem, reliqua taurum referentem, quod monstrum postea in Cretensi labyrintho Theseus dicitur interfecisse, Ariadnes ope adiutus. Seruius Minois scribam fuisse tradit nomine Taurum, cum quo Pasiphae mutuo eius amore capta, in Dædali ædibus concubuit.de hac Virg.*Eclog.*

Et fortunatam,si nunquam armenta fuissent,
Pasiphaen,niuei solatur amore iuuenci.

Hinc adiect. Pasiphaeius πασιφάειος.Ouid.15.*Metam.*

——————*me Pasiphaeia quondam*
Tentatum frustra,&c.

id est,Phædra quæ Pasiphaes fuit filia ex Minoë.De hac Pasiphaë,Sueton.*in Nerone cap.*12.¶ At de Pasiphaes fano,& vnde dicta,& quæ Pasiphae,(alia à Minois vxore.)Plutarch *in Agide.*

Pāsĭtĕlēs,πασιτέλης,insignis statuarius fuit,& artis plasticæ peritissimus:de quo vide Plin.*lib.*35.*c.*12.

Pāsĭthĕē,πασιθέη.Vna ex tibulus Gratiis,quā alij Euphrosyne vocant.Stat.

Non hoc Pasithee blandarum prima sororum.

Pāsĭthŏē,πασιθόη,nomen est nymphæ marinæ,Nerei & Doridis filiæ,autor Hesiod.*in Theog.*

Pasitigris , Tigris amnis appellatur , ea in parte qua duo eius aluei, confluunt. Plin. *lib.* 6. *cap.* 27. Tigris citra Seleuciam Babyloniam CXXXV. M. pass. diuisus in alueos duos: altero Meridiem ac Seleuciam petit, Mesenem perfundens: altero ad Septentrionem flexus , eiusdem generis tergo , campos Cauchas secat. Vbi remeauere aquæ, pasitigris appellatur.

‖ Passagium locus, per quem transitur:item licentia transeundi : & tributum quod soluitur pro viæ transitu,ab iis qui iter faciunt. Vox barbara in leg.Neap.Italis *passagio*,Gall.*passage*, est transitus. *passare* Ital. Gall. *passer*.Germ. passieren/est transire,passum faciendo. Est enim à passus ein schnitt.

Passagerius,qui passagiis præest.

Passa ὑδρία. Gloss.lege *Passer.*

Passacriarium,ὑδρία.Gloss.lege *Vas aquarium.*

Passeriæ ficus,aliter Cullistruthiæ. ‖

Pāssălūs,πάσσαλος , & Achemon Cercopes fuere filiæ Sennnonidis mulieris fatidicæ , qui cùm nullo non iniuriarum genere in obuium quemque debaccharentur, à matre admoniti sunt vt sibi à Melampygo cauerent. Euēnit deinde vt Hercules sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes fratres , eúmque dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. At ille protinus insidias sentiens , correptos ac victos , de claua suspendit leporum ritu,& ad eum modum gestabat. Pendentes ita capitibus deorsum demissis, posticum Herculis nigris pilis horridum atque hispidum intuiti , non Lydorum more læue ac depilatum, materni moniti memores, ea de re inter se confabulabantur. Quod simul ac audiuit Hercules, cognomine delectatus , & in risum solutus , vinculis eos liberatos dimisit.

PASSĔR,is, Auis est vulgo nota , quam nonnulli à patiendo dictam putant, quòd morbum caducū patiatur.{צפור tsippor.στρουθός. GALL. *Passereau, moineau.* ITAL. *Passera.* GERM. Ein spatz oder sperling. HISP. *El gorrion.* ANGL. *A sparrow.*}Plin. *lib.* 10. *cap.* 36. Contrà passeri minimum vitæ, cui salacitas par : mares negantur anno diutius durare , argumento, quia nulla veris initio appareat nigritudo in rostro quæ ab æstate incipit. Fœminis longiusculum spatium. Cicer. 1. *de diuinat.* Calchas ex passerū numero belli Troiani annos auguratus est. Horat. 2.*Serm.Satyr.*8.

——— *quum passeris atque*
Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi.

¶ Passer marinus,struthio camelus,quòd mari ex Africa in Italiam adueheretur.Plaut.Vola curriculo:istud marinus passer in circo solet.¶ Est passer nomē piscis marini,ex genere pelamidum,vt ait Plin *lib.*32.*c.*11. ψῆττα.¶ Est præterea passer loci nomen non procul à Terracina , Martial.*Epigr.*42.*lib.*6.Non mollis Sinuessa, feruidique Fluctus Passeris,an superbus Anxur. ¶ Passer solitarius , στρουθίον μονάζον , Auis aliquando grandior passere,ac subnigrior , solus per domorum culmina incedens cantu suauis. Sipontinus.

Pāssĕrcŭlŭs,diminutiuum.{στρουθίον. GALL. *Petit Passereau.* ITAL. *Piciolo passero.* GERM.Ein späzlin HISP. *Pequeño gorion.*ANGL.*A litle sparrow.*}Plaut.*in Asin.sc.*3.*a.* 3. Dic igitur me tuum Passercurum, gallinam,coturnicem.Cic.2. *de diuinat.*Cur autem de passerculis coniecturam facit,in quibus nullum erat monstrum,&c.

Pāssērnīcēs,Cotes sunt,quæ trans Alpes inueniuntur aqua aciem trahentes.Plin.*lib.*36.*c.*22. Repertæ sunt in Italia aqua trahentes aciem acerrimo effectu,necnon & trans Alpes,quas Passernices vocant.

Pāssim,aduerbium,à passu,Sparsim,veluti per singulos passus, omni loco. { πάντη,διασπαρδήν, εἰκῇ. GALL. *Par tout,de tous costez* ITAL. *Tutta,quà là.* GERM. Hin vnd har/ allenthalben. HISP. *De passo en passo.* ANGL.*Here and there,mingledlie.* Vbique dicitur de eo loco in quo nullum est interuallum:vt,Herba est in prato vbique, grex verò passim pascitur,quia aliquid interualli est inter pecudem & pecudem,non inter herbam & herbam.Cic.*pro Fonteio.*Hi contra vagantur læti, atque erecti passim toto foro.Sed hæc sæpè confunduntur. Huic(aëri)& contextus passim fluat igneus æther.Item,Gelidas passim disiectus in alpes. Tibull.*lib.*4.¶ Lactantius vsus est pro vndique, πανταχόθεν. Constituit asylum,eò passim confugerunt ex finitimis locis. ¶ Pro nullo aut loci aut personæ discrimine,& vt cuique libet.Virg.5. *Æneid.*

——— *Passim in littore sicco*
Corpora curamus,

id est,vt quisque vult,siue indifferenter.¶ Pro vbique,πανταχοῦ,πανταχῆ. Lactantius.Creditur ei passim tanquam cognitæ veritati.

Pāssum , i , Vini dulcis genus , quod ex vuis passis exprimitur. { γλυκύ, GALL. *Du vin cuit,vin doux* ITAL.*Sapa.*GERM Süsser wein auß meertreublen gemacht. HISP.*Vino bastardo de vuas passas.* ANGL. *Sodden or sweet wine.*} Vua autem passa ea dicitur,quæ ad solem suspenditur, vt maiorem contrahat dulcedinem. Plaut. *Pseud.sc.*4.*a.*2. Dulce promat murrhinam,Passum defrutum. Gell.*c.*23. *lib.*10. Passum bibebant mulieres. Quomodo autem fiat passum,docet Colum.*lib.*12.*c.*39. Vuam (inquit) præcoquam benè maturam legito , acina arida, aut vitiosa reiicito, & furcas vel palos qui cannas sustineant , inter quaternos pedes figito , & perticis iugato. Tum insuper cannas ponito , & in sole pandito vuas,& noctibus tegito ne irrorentur. Quum deinde exaruerint,acina decerpito,& in dolium, aut in seriam conicito : eodē mustum

stum quamoptimum, sic vt grana submersa sunt, adiicito. Vbi combiberint vuæ, séque impleuerint, sexto die in fiscellam conferto, & prælo Premito, passúmque tollito. ¶ Passum secundarium, quod fiebat post passum, brisa musto madefacta. Colum. *Ibid.* Postea vinaceos calcato, adiecto recentissimo musto, quod ex aliis vuis factum fuerit, quas per triduum insolaueris, tum permisceto, & subactam brisam prælo subiicito, passúmque secundarium statum vasis oblinitis includito. ¶ Passum aliquando idem est quod siccum & rugosum. Plaut. *in Stich.* In portum vento secundo, velo passo peruenit, id est, laxo & rugoso. Vnde & vua passa dicta est, quòd sit rugis implicata. ¶ Item hinc dicuntur passi senes. Lucil. *Satyr.* 9.

Rugosi passique senes eadem omnia querunt.

Ex Nonio.

Pāssūs, à verbo Patior, vide *Patior.*

Pāssūs, à Pando, dis, vide *Pando.*

Pāssūs, us, propriè est extensio pedum progrediendo. {מצער צעד *tsahádh mitsháádh.* βῆμα. GAL. *Vn pas.* ITAL. *Passo.* GERM. Ein tritt / oder schritt. HISP. *Passo, passada tendida de cinco pies.* ANG. *A pace in going, a steppe.*} Virg. 2. *Æneid.*

——— sequitúrque patrem non passibus æquis.

Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

——————— Senectus
Quæ strepitum passu non faciente venit.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Interea tacito passu labentibus annis, &c.

¶ Dicitur præterea passus mensura duorum pedum, & semissis: à passis, hoc est extensis pedibus. Tantum enim ferè in progrediendo spatij est inter digitos prioris pedis & calcaneum posterioris. Hic autem passus minor, vel passus simplex dicitur, à nonnullis etiam gressus. ¶ Passus autem maior, qui & passus Geometricus dicitur, quòd eo præcipuè Geometræ vtantur, constat ex quinque pedibus, hoc est, ex passu minore geminato. Ex hoc passu constare milliaria dicuntur: quem vno nomine, quoties passus mentio apud scriptores veteres occurrit, Geometricum passum accipere debemus. Plin. *lib.* 11. *c.* 7. Apes operantur inter sexaginta passus. Vide Cosmographiam Appiani.

‖ Pasta, massa. Italica vox, Gall *paste*

Pasta regia, mazapanis, id est, pasta insignis.

Pastas, adis, παστὰς, thalamus.

Pastazies panes dulciarij. L. g. b.

Pastile, vltimus anni dies. Suid. ‖

PASTILLVM, neut. gen. (sicut docet Festus) genus libi rotundi quo vtebantur in sacris.

Pāstillūs, est massula cuiuscunque materiæ in formam panis parui cocta. τροχίσκος. GAL. *Trochisque.* ITAL. *Pastello.* GERM. Ein kugelin oder täfelin als man in den apotecken hat zur artzney komlich / die man wider zerreiben kan. HISP. *PaneZillo, trochisco.* ANGL. *Pomanders or other lyk sweet balles, washing balles.* } Diminutiuum videtur à pasta, quamuis fiat mutatio generis Festus à pane deducit. Hinc Pastilli medicinales, & qui odoris gratia conficiuntur, Horat. 1. *Serm. Satyr.* 2. Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Græcè trochisci dicuntur ab orbiculari forma. ¶ Pastilli (inquit Celsus *lib.* 5. *cap.* 17.) medicis arida sunt medicamenta, contrita humore non pingui, aut vino, vel aceto incocta, quæ à coctione rursus inarueruntur: quæ quoties vsus poscit, subinde eiusdem generis humore diluuntur: deinde vulneribus illinuntur, non autem imponuntur vt emplastra. Plin. *lib.* 33. *cap.* 6. Quod vbi subsidit, flos intelligitur, ac linteolo interposito, in sole siccatur, non vt perarescat: iterúmque in mortario teritur, & in pastillos diuiditur.

Pāstillīcāiē, & patulicare, In formam pastilli redigere. Vnde Hermol. Barb. *in Censura Pliniana.*

Pāstĭnācă, æ, genus radicis, virtutis calidæ. {σταφυλῖνος. ITAL. *Pastinaca.* GERM. Pastenen. HISP. *Canahoria* ANGL. *A parsnep or carret.* } Huius duæ sunt species, agrestis quam Greci propriè vocant σταφυλῖνον. GALL. *Des panets* Altera hortensis, quam iidem paucis literis immutatis vocant *Pastenades.* Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. & Diosc. *lib.* 3. *c.* 57. & 81. ¶ Item pastinaca, piscis venenatus ex planorum genere, ἡ τρυγών. Plin. *lib.* 9. *c.* 42. Nam pastinaca latrocinatur ex occulto transeuntes radio (quod telum est ei) figens. Argumenta solertiæ huius, quod tardissimi piscium hi mugilem velocissimum omnium habentes in ventre reperiantur. Celsus *lib.* 6. *cap* 9. Et plani piscis quem nostri pastinacam, Græci τρυγόνα vocant aculeus torretur.

PĀSTINVM, i, Instrumentum fossorium vineaticum. { מעדר *mahdér.* τὸ σκαφεῖον. GALL. *Vne houe de vigneron.* ITAL. *Forcello di ferro.* GERM. Ein karst. HISP. *El açado ò el açadon.* ANGL. *A dible to set herbes in a garden.* } Colum. *lib.* 3. *cap.* 18. Ferramentum bifurcum esse ait, quo semina panguntur. ¶ Palladius accipit pro pastinato, hoc est, pro terra pastinatione renouata, Pastinum fieri nunc tempus est. Mensura pastini hæc est, in tabula quadrata iugerali, vt centeni octogeni pedes per singula latera dirigantur.

Pāstĭno, as, are. Est agrum fodere. {עדר *hadhár.* βωλοστροφῶ. GALL. *Houer* ITAL. *Zappare.* GERM. Hacken mit einem karst. HISP. *Cauar viñas ò arboles.* ANGL. *To de lue in a garden.* } Col. *lib.* 3. *c.* 13. Tum in terram bene pastinatam, & stercoratam rectum sarmentum defigito. ¶ Huius compositum est, Repastino, as. Repastinari dicebant veteres vineas quæ refodiebantur. Hæc enim propria appellatio restibilis vineti erat: nunc antiquitatis imprudens consuetudo quicquid emoti soli vineis præparatur, repastinatum vocant. Vnde quidam Repastinari agrum dicunt, cuius natura fodiendo mutatur. Plin. *lib.* 19. Præcipuus fit caulis sapore ac magitudine, primum omnium, si in repastinato seras. Hinc repastinatio, pro renouatione quandoque capitur.

Pāstĭnātĭo, nis. {βωλοστροφία. GALL. *Houement.* ITAL. *Il Zappare.* GERM. Hackung / oder vmbherrürung mitt dem karst. HISP. *A quella obra de cauar viñas ò arboles* ANGL. *A delving.* } Col. *lib.* 3. *c.* 12. Quibus omnibus diligenter exploratis, tum pastinationem suscipiemus.

Pāstĭnātūs, us, ipsa pastinatio. βωλοστροφία. Plin. *lib.* 17. *c.* 30. Alba populus seritur bipedaneo pastinatu.

Pāstĭnātōr, is. {עודר *hodhér.* σκαπτήρ. GALL. *Houeur* ITAL. *Zappatore.* GERM. Ein hacker. HISP. *Cauador de viñas ò arboles.* ANGL. *A deluer.* } Col. *lib.* 3. *c.* 13 Nam duas regulas eius latitudinis, qua pastinator sulcum facturus est, in speciem Græcæ literæ X. decussabimus.

Pāstĭnātum, i, Solum fossione renouatum. { נעדר *nehdár.* τὸ ἐσκαμμένον. GALL. *Houé & labouré.* ITAL. *Campo Zappato.* GERM. Das vmbgehackt ist. HISP. *Campo cauado.* ANGL. *A place that is delued.* } Colum. *lib.* 4. *cap.* 4. Facta in pastinato scrobe. Idem *lib.* 3. *cap.* 3. Et adhuc tamen sic computauimus, quasi nullæ sint viuiradices quæ de pastinato eximantur.

Pāstĭo, Pastus, vide *Pasco.*

Pāstōmĭs, idis, παστομὶς ANGL. *Barnacles, an instrument set on the nose of vnruly horses* } Instrumentum ferreum, ligneúmve quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus vel morsui imponitur. Lucil. Pastomides huic de naribus ingentes pendent.

Pāstŏphŏrī, παστοφόροι, Sacerdotes sacrosancti Ægyptiorum honoratiores cæteris. Dicti quòd ferant pallium Veneris, cui nomen est Pastos: à quo & ipsa Venus παστοφόρος dicta est.

Pāstŏphŏrĭum, παστοφόριον, Pastophori domicilium. Apud Esdram sic legitur, Exurgens Esdras in pastophorium Ionathæ, & hospitatus illic, non gustauit panem, nec bibit aquam. Hieronym. *in Iesaiam,* Pastophorium est thalamus, in quo habitat præpositus templi. Et *in lib. Machab.* Viderunt sanctificationem desertam, & altare profanatum, & portas exustas, & in atriis virgulta nata sicut in saltu, vel in montibus & pastophoria diruta. Dicitur autem pastophorium, παρὰ τὸ τὸν παστὸν φέρειν. Pastos autem Græcis modò pallium sacerdotale significat, modò thalamum nuptialem, nonnunquam etiam conuiuij locum in quo sacerdotes solent epulari.

Pāstŏr, Pastoralis Pastoritius, Pastorius, & Pastus, vide *Pasco.*

‖ Patæci, πάταικοι, simulacra deorum, quæ in puppibus nauium statuunt, vox Phœnicia. ‖

Pătăgium, ij, παταγεῖον, Aurea chlamys, quæ pretiosis tunicis superindui solet, & qui ita induti sunt Patagiati dicuntur. Et patagiarij qui huiusmodi vestes conficiunt Plaut. *Epid.* Indusiatum, patagiatum. Næuius *Lycurgo,* Pallis, patagiis, manicis mortualibus. Alij, malaciis mortalibus legunt. Apuleius. Vberes enim crines leniter demissos & ceruice dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensímque sinuatu patagio residentes, paulisper ad finem conglobatos in summum verticem nodus astrinxerat. Festus, Patagium est quod ad summam tunicam assui solet, quæ & Patagiata dicitur.

‖ Patagus, morbi genus. Fest. ‖

Patagiarius, ij, qui chlamydas aureas concinnat, siue conficit, quæ Patagia dicebantur. Plaut. *Aulul. sc.* 5. *a.* 3. Caupones Patagiarij, Indusiarij, &c.

Patagium quid, vide in præcedente dictione.

‖ Patagium, quod ad summam tunicam assui solet; quæ & *Patagiata* dicitur. & *Patagiarij,* qui eiusmodi opera faciunt. Fest.

Patagus, morbi genus. Fest.

Patalena Dea. Aug. *lib.* 4 *de ciu. Dei cap.* 8.

Patalis, e. Fest. Patalem bouem Plautus appellat, cuius cornua diuersa sunt, ac latè patent. ‖

Pătălūs, πάταλος, insula vicina Cariæ, apud Stephanum. Gentile est Patalius.

Pătără, πάταρα, vrbs Lyciæ, vbi Apollo dabat responsa sex hybernis mensibus, vt tradit Seruius. Dicta à Pataro Apollinis filio ex Lycia Xanthi filia: vel ab alio Pataro Lapeonis filio. Patara 4. casu. Liuius *lib.* 7. *bell. Macedon.* ¶ Hinc Pataræus, a, um, παταραῖος. Stat. *lib.* 1. *Theb.*

Phœbe parens, seu te Lycia Pataræa niuosis
Exercent dumeta iugis.

Ouid. 1. *Metam.*

——— mihi Delphica tellus.
Et Claros, & Tenedos Patareaque regia seruit.

Pătăuĭum, πατάβιον, πατάυιον, longè clarissima Venetorum ditionis atque imperij vrbs in Italia, quæ alio nomine dicitur Padua, ab Antenore condita, cuius meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 19. & Ptol. *lib.* 3. *c.* 1. Extat hodie in eadem vrbe Antenoris sepulchrum vetustissimum cum huiusmodi inscriptione, quæ ob nimiam vetustatem vix legi potest, Inclytus Antenor patriam vox visa quietem, Transtulit huc Henetos, Dardanidúmque fugas: Expulit Euganeos, Patauinam condidit vrbem: Quem tenet hic humili marmore cæsa domus. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Hic tamen ille vrbem Pataui, sedésque locauit.

‖ ¶ Est etiam Patauium V. E. Germaniæ: ad Danubij & Oderi confluentem, sub A. Salisburgensi, vulgò Passaw dictum. ‖ ¶ Alia eiusdem nominis vrbs Ptolem. in Ponto, siue Bithynia, quæ hodie vulgò *Poline* dicitur. Hinc Patauinitas, substantiuum. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 5. Quemadmodum Pollio deprehendit in Liuio Patauinitatem.

Pătĕfăcĭo, vide *Pateo.*

PĂTĔLLĂ, æ, { מחבת *machabáth* קערה *kehárah.* λεκάνιον. GALL *Vne paelle.* ITAL. *Piattello, padella.* GERM. Ein pfannen oder ouech / ein schüssel oder blatten. HISP. *Plato.* ANG. *A dish or plait.* } à patulo, vel πλάττω fingo: vel ἀπὸ τῆς πλατείας, hoc est, à latitudine: aut certè à nomine Patina, cuius videtur esse diminutiuum: Vas latum est, condiendis opsoniis aptum, lanx, seu paropsis, λεκανίς. siue vas escarium ad olera & pulmenta imponenda. Horat. *lib.* 1. *Epist.* 5.

Nec modica cœnare times olus omne patella.

Ouid. 1. *Fast.*

Nutriat intinctos missa patella cibos.

Idem 6. *Fast*

Fert missos Vesta pura patella cibos.

Cicer. 2. *de finibus.* Atqui reperiemus alatos primùm ita non religiosos, vt edant de patella: deinde ita mortem non timentes, vt illud in ore habeant, ex Hymnide, Mihi sex menses satis sunt vitæ, septimum Orco spondeo. Martial. *lib.* 13. Quamuis lata gerat patella rhombum, Rhombus latior est tamen patella. Sunt qui velint patellam eandem esse cum sartagine: sed Iuuen. diuersa esse ostendit, quum inquit, Vrceoli, pelues, sartago, patellæ. ¶ Est etiam morbus arborum, hoc est, Solis exustio. Plin. *lib.* 17. *cap.* 24. Olea clauum etiam patitur, siue fungum placet dici, vel patellam. ¶ Patella enim dicitur commissura

ra in cruribus, vbi coxarum capita media ſinuantur, quò faciliùs excipi à croribus poſſint.

‖ Patalla dea. Arnob. *adu. gent.lib.* 4. Patellana numen eſt, Patella; ex quibus vna eſt patefactis, patefaciendis rebus altera proſtituta.

Patellana. vide *Patella.* ‖

Pătĕllārĭūs, a, um, adiectiuum, vt Patellarij dij. Plaut. *Ciſt.* Dij me omnes magni, minutíque & patellarij, Faxint, ne ego viuos dem ſuauium Silenio.

Patena, pro Patina, apud Col. *lib.* 12. *cap.*43. Budæo teſte. Sed alia exemplaria habent *patina.* Vide *Patina.*

PĂTĔO, es, patui, abſque ſupino: quamuis nonnulli putent ſupinum eſſe paſſum, quod magis eſt à pando, Apertus ſum. { נפתח *niphtách* נגלה *nighláh* נרחב *nirchab.* διαπετάννυμαι. ἀνακτός εἰμι. GALL. *Eſtre ouuert, apparoir.* ITAL. *Eſſere patente, aperto, manifeſto.* GERM. Offen ſein. HISP. *Ser manifieſto y abierto.* ANGL. *To be open or patent, to be manifeſt.*} Plaut. Ingredere tu, fores iamdiu patent. Quid ſtas foris, fores cui pateant magis, quàm domus tua. Idem *Men.ſc.*4 *a.*2. Omnia omnibus patere non debent. Senec.*c.*15. *de tranq.* Qua patuit (pectus) lætalem condidit enſem. Ouid. 13. *Metam. ibidem,* Mille patet plagis Clypeus, Ædes patent, ſi adfers &c. Plaut. *Aſin ſc.*3 *a.*1.

En patet in laudes area lata tuas,

Ouid. *Eleg.*3.*lib.*4.*Triſt.* Patent præſtigiæ. Plaut. *Capt.ſc.*3 *a* 3.

Tum patet has gentes axe tremente premi,

Ouid *Eleg.*10.*lib.*3. *Triſt.*

Fac modò te pateat pœnituiſſe tui,

idem *Eleg.*9.*lib.*4. *Triſt.* Quid facundia poſſet, re patuit, idem 13.*Met.* Pretio quæ obiecta patebant. (crimina.) Idem 13. *Metam.* Si notum qua patet orbis erit, idem *Eleg.*9.*lib.*4.*Triſt.* ¶ Patere pro longum, ſiue diuturnum eſſe: vt, Multum patuit hoc tempus. (i. valde longum fuit.) Senec. *cap.*2.*de conſol.ad Mart.* Terent. *in Eunuch.* Si hoc efficio, poſtulo vt mihi tua domus. Te præſente abſente pateat, inuocato vt ſit locus. Cæſ. 6. *bell.Gall.* His omnium domus patent, victúſque communicatur. Virg. 6. *Æneid.*

Noctes atque dies patet atri ianua Ditis.

¶ Vſus eſt crebrò Cæſar pro Extendor. 7. *bell. Gall.* Ante id oppidum planities millia paſſuum tria in longitudinem patebat. Idem *Cæſ. lib.* 1. *de bell. ciuil.* Et *lib.* 2. *ibid.* Patentes quatuor digitos tegulæ. ¶ Aliquando valet idem quod, In poteſtate eſſe: vt omnia mea tibi patent, id eſt, ſunt in tua poteſtate. Saluſt. *in Catilin.* Vbi cuncta maria, terræque patebant Romanis, id eſt, erant in cuiuſque poteſtate, cuilibet tutum erat & mari & terra iter facere. Contrà mare occluſum dicitur, quum prædonibus eſt infeſtum, & nemini tutum. ¶ Aliquando pro obnoxium, ſiue opportunum eſſe. Celſus *lib.* 2. *cap.*1. Longis morbis ſenectus: acutis adoleſcentia magis patet. ¶ Aliquando pro Conſtare, ſiue manifeſtum eſſe, & hoc in tertiis perſonis tam ſingularibus, quàm pluralibus. Plaut. *in Capt.* Operta quæ fuere, aperta ſunt, patent præſtigiæ Plin. *lib.* 10. *cap.* 17. Piſces audire palàm eſt, vt patet. ¶ Aliquando cum datiuo ſignificat expoſitum eſſe. Liuius 31. In patentem vulneri equum, equitémque ſagittas conîicere poterat.

Pătēns, Apertus. { נרחב *nircha* διαπεπταμένος, ἀναπεπταμένος. GALL. *Manifeſte, apparoiſſant, ouuert.* ITAL. *Patente, aperto, manifeſto.* GERM. Offen. HISP. *Abierto, manifieſto,* ANGL. *Open, patent, manifeſt.*} Differt autem Patens & Patulus, quòd patens ſit ad tempus, patulum perpetuum Virg.1.*Eclog.*

Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi.

Nares patulæ, Ouid.1.*Metam.* Os patulum, idem *Epiſtol.*15. Vias patulas aperire. Silius *lib.* 17. Campi patuli. Claud. *de raptu Proſerp.* Hinc Plautus Bouem patulum appellat, cuius cornua diuerſa ſunt, ac latè patent. Virg. 9. *Æneid.*

——— *perfertur nuntius, hoſtem*
Feruere cæde noua, & portas præbere patentes.

¶ Item Patens. id eſt, extenſus, largus.) Cæſar *lib.*2.*de bell.ciuil.* Patentes quatuor digitos tegulæ, ¶ Pro aperto, ſiue manifeſto. Ouid. 13. *Metam.* Sed neque facinus defendere tantum, támque patens valuit. ¶ Inuenitur tamen etiam patens pro patulo poſitum, hoc eſt, pro eo quod ſemper patet. Idem 4. *Georg.* Ergo vbi ver nactæ ſudum, campóſque patentes, Erumpunt portis concurrunt, æthere in alto. Fit ſonitus, &c. Liu.7.*ab Vrbe,* Iuſſæ legiones arma capere, egreſſæque caſtris, quum per exploratores notior iam ſalus eſſet, via patentiore ad hoſtem ducuntur, Colum.*lib.*12.*cap.*6. Dolium quàm patentiſſimi oris locato in ea parte villæ quæ plurimum Solis accipit, id dolium aqua cœleſti repleto, &c.

Pătēntĕr, aduerbium. {φανερῶς, ἀνοικτῶς. GALL. *Manifeſtement, ouuertement.* ITAL. *Manifeſtamente.* GERM. Offentlich. HISP. *Manifieſtamente.* ANG. *plainelie, openlie.*} Cic. 2.*de Inuent.* Abſoluta eſt, quæ ipſa in ſe non vt negotialis implicitè & abſconditè, ſed patientius & expeditius recti & non recti quæſtionem continet.

Pătĕfăcĭo, is, Aperio, recludo, patentem facio { פתח *patách* רחב *racháb* גלה *ghilláh.* ἀνοίγω. GALL. *Ouurir, manifeſter.* ITAL. *Aprire, manifeſtare.* GERM. Offnen. HISP. *Abrir, manifeſtar.* ANGL. *To open vp and mak plaine.*} Liuius 2. *ab Vrbe,* Ita induxiſſe ſe animum, hoſtibus potius quàm regibus portas patefacere. Ouid. 2. *Metamorphoſ.* Cæleſtíque fores virga patefecit. Liuius 2. *ab Vrbe,* Et ad extrema ventum foret, ni legati rapto Conſulis corpore patefeciſſent vna porta hoſtibus viam. ¶ Nonnunquam valet idem quod declarare, detegere, manifeſtare, palàm facere, ἀνακαλύπτειν. Terent. *in Hecyra,* Pertulit tot meas iniurias, quæ nunquam vllo patefecit loco. Cicer. *ad Quintum fratrem, lib.* 2. Racilius qui vnus ex hoc tempore Tribunus plebis, rem patefecit. Idem *ad Attic. lib.* 11. Sed neque hoc tempore, nec antea patefeciſſet odium ſuum in me, niſi omnibus rebus me eſſe oppreſſum videret.

Pătĕfāctĭo, nis, verbale. {פתחון *pithchón.* ἄνοιξις. GALL. *Ouuerture.* ITAL. *Apertura.* GERM. Eröffnung. HISP. *Aquella obra de abrir, abrimiento.* ANGL. *A making open or opening vp.*} Cic. *de fin.* Atqui hæc patefactio, quaſi rerum opertarum, quum quid, quídque ſit, aperitur, definitio eſt, qua tu etiam imprudens vtebare nonnunquam.

Pătĕfīo, Apertus & palàm fio, innoteſco. { נגלה *nighláh* נפתח *niphtách* נרחב *nirchab.* ἀνακαλύπτομαι. GALL. *Eſtre deſcouuert.* ITAL. *Eſſere ſcoperto.* GERM. Geöffnet oder offenbar werden. HISP. *Ser deſcubierto.* ANG. *To be manifeſt and knawen.*} Terent. *in Phormion.* Ego nullo remedio poſſum me euoluere ex his turbis, Quin ſi hoc celetur, in metu: ſin patefit, in probro ſiem.

‖ Pateriza, ſceptrum Patriarchæ L.g.b ‖

Pătēſco, ſcis, Aperior, patens fio. { נגלה *nighláh* נפתח *niphtách* נרחב *nirchab.* ἀνοίγομαι. GAL. *Eſtre deſcouuert & manifeſte.* ITAL. *Eſſere aperto, ſcoprirſi, manifeſtarſi* GERM. Sich öffnen/ſich anfahen auffthun. HISP. *Ser manifieſto.* ANGL. *To waxe patent or open.*} Plin. *lib.*22.*c.* 22 Si pateſcentes primò adhalauerit. Liu. 2.*bell.Punic.* Deinde paulò latior pateſcit campus, inde colles aſſurgunt. ¶ Quandoque tamen pro primitiuo ponitur. Saluſt. Hinc latè pateſcentibus campis, exercitum tutò emittit. Virg. 1. *Æn.* —Danaúmque pateſcunt Inſidiæ. id eſt, manifeſtæ fiunt, apparent, patent. Atria pateſcunt. Idem 1. *Æneid.* Portus pateſcit iam propior. Idem 3. *Æneid.*

Pătŭlūs, a, um, Apertus, latus, diffuſus. { נרחב *nirchab.* ἀνοικτός. GALL. *Ouuert.* ITAL. *Aperto, patente.* GERM. Auffgeſpert / das ſtäts offen oder zerthon iſt. HISP. *Coſa que eſta ſiempre abierta.* ANGL. *wide open, large, broade that is alwayes open.*} Differtque à patenti, quòd patula dicantur, quæ ſemper aperta ſunt. Patentia autem quæ ad tempus patent, poſtea claudenda. Arbor patula, hoc eſt, ampla & longè latéque ſuis ramis diffuſa ac diſtenta. Virg. 1. *Eclog.*

Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi.

Pătŭlīcō, as, Aperior, patulus fio, { נגלה *nighláh* נפתח *niphtách* נרחב *nirchab.* ἀνοίγομαι. GALL. *Eſtre ouuert.* ITAL. *Eſſere aperto.* GERM. Sich auffthun. HISP. *Ser abierto.* ANGL. *To be wide open.*} Plin. *lib.* 21. *c.* 8. Luteus & bellio patulicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. Hermol. legit *Paſtilicantibus.*

Pătŏr, is, Hiatus, & apertio. { פתחון *pithchón.* χάσμα. GALL. *Ouuerture.* ITAL. *Apertura.* GERM. Auffthuung oder ein klack / ein ſpalt. HISP. *Abrimiento.* ANG. *An vponing.*} à patendo nomen deductum: ſicut Vagor pro vagitu, & fluor pro fluxu. Apul. *lib.* 3. Quod altrinſecus ædium patore perflabili, &c.

PĂTĔR, tris, Parens qui aliquem genuit { אב *ab.* ὁ φύσας, πατήρ. GALL. *Pere.* ITAL. & HISP. *Padre.* GERM. Ein vatter. ANGL. *A father.*} Terent. *in Amphitr.* Tuus hercle verò & animo & natura pater. Deducitur autem à Græco nomine πατήρ. quamuis Varr. *lib.*4. *de lingua Latina,* Patrem à patefaciendo ſemine dictum velit. Et Cornutus *in Perſium* à patratione, id eſt, rei venereæ perfectione & conſummatione dictum putet, quòd pater patratione facta filios procreet. Plaut. *Capt. ſc.*5. *a.* 1. Probum patrem eſſe oportet, qui gnatum ſuum probiorem eſſe, quàm ſe poſtulet. Item, Iſtuc eſt patrem eſſe, Vt æquum eſt, filio. *Ibidem.* Item, Cygno prognatum patre. Idem *Menach ſc.*2. *& vlt.a.* 5. Omnes tibi patres ſunt? Idem *Pſeud. ſc* 3. *a.* 1. Patrem occidiſſe te, & Matrem vendidiſſe certò ſcio Idem *Menach.ſc.*5.*a.*5. Per Iouem adiuro Patrem. Idem *ſc.* 7.*a.* 5. ¶ Pater ſeruitutis. Idem *Amphitr.* (cui opponitur Pater libertatis.) Veſtrum patri filij quod eratis? Idem *Menach. ſc. vlt. a.* 5. Verberaſti patrem atque matrem. Idem *Pſeud. ſc.* 3, *a.* 1. Meus Pater eſt Antimachus, Ego vocor Lyconides. Idem *Aulul. ſc.* 6. *a.*4. Pater vænibit multò potius, quàm ſinam egere. Idem *Moſtell. ſc.* 3. *a.*1. Ouid 9.*Metam.*

Nec nos aut durus pater, aut reuerentia famæ.
Aut timor impediet.

Horat. 2. *Epiſt.* 1.

——— *pueri patréſque ſeucri*
Fronde comas cincti cœnant.

¶ Hoc nomen etiam inuenitur tributum brutis. Iuuenal. *Satyr.* 8. Pater armenti Taurus. ¶ Patris nomine aui, abaui, proaui, ataui continentur, non autem triaui vt vult Valla. Hinc quum patrum noſtrorum memoria dicimus aliquid eſſe factum, proxima ante noſtram ætatem intelligimus, non autem illa ſexta. Hinc ſeruus apud Plaut. *in Milit.ſc.*4.*a.*2. ita loquitur: Maiores mei ibi ſunt ſiti (nempe in cruce) Pater, auus, abauus. Cicer. 1.*de Orat.* Quid quod vſu memoria patrum venit, vt, &c. Patres maioréſque noſtri. Idem 1. *Verr.* Virg. 2.*Georg.*

Sacra Deum, ſanctique patres.

¶ Pater etiam nomen diuinitatis & religionis eſt: vnde dij omnes patres vocabantur, peculiariter tamen Bacchus hoc ſibi nomen vendicauit Idem 2.*Georg.*

Huc pater ô Lenæe veni.

Vbi Seruius, Pater licèt generale ſit omnium Deorum, tamen propriè Libero ſemper cohæret, nam Liber pater vocatur. Idem *alio loco,* Pater propriè omnium Deorum eſt epitheton. Et *in Æneid.*

Túque ô Tybri tuo genitor cum flumine ſancto.

Et, *Da pater augurium.*

Rurſus,

——— *Et fortia corpora volues.* *Tybri pater.*

Sic & Mater Diuinitas nomen, vt Lua mater, mater Matuta. ¶ Diuûm pater, hoc eſt, Iupiter. Idem 1. *Æneid.*

——— *diuûm pater, atque hominum rex.*

¶ Oceanus pater rerum. Idem 4.*Georg.*

——— *ſimul ipſa precatur*
Oceanúmque patrem rerum, Nympháſque ſorores.

Gell. *c.* 12. *lib.* 5. Iouis pater, & iunctim Iupiter. Item, ſaturnus pater, Mars pater, Neptunus pater. *ibid.* ¶ Item, Pater vrbis (i. conditor) Romulus dicitur. Ouid. 3.*Faſtor.* ¶ Gradiuus pater, hoc eſt, Mars. Idem 3.*Æn.* Multa mouens animo, Nymphas venerabar agreſtes, Gradiuúmque patrem, Geticis qui præſidet aruis. ¶ Pater abſolutè pro Ioue. Idem 1.*Georg.*

Ipſe pater media nimborum in nocte, coruſca
Fulmina molitur dextra.

Ibidem,

Ter pater extructos diſiecit fulmine montes.

¶ Similiter Pater nomen eſt reuerentiæ, quæ cauſa Romulo fuit, vt centum Senatores, quos ad Reipubl. curam elegit, ſiue quia is numerus ſatis

satis erat, siue quia soli centum erant qui ad id idonei essent, Patres vocauerit, siue ab ætatis, vel curæ similitudine. Festus, Patres Senatores ideo appellati sunt, quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, ac si liberis propriis. vt pater, sic Mater nomen quoque dignitatis. Lucret.

Namque ibi consessum caueat subter & omnem
Scenai speciem patrum matrúmque deorúmque
Inficiunt. i. Senatores, & senatorum vxores.

Suet. *in Aug. c.* 58. A senatu cõsentiente cũ Pop. Rom. Pater patriæ consalutatus est Augustus. Patres, & Patres cõscripti vnde, Plutarch. *in Rom.* ¶ Patri Ius vitæ & necis in filios. Gell *c.* 19. *lib* 5. Dicitur autem πατὴρ Græcè, quasi παῖδας τηρῶν, hoc est, ex se genitos seruans. Hinc Plutarch. *in Fabio*, Patrem vocat Fabium Minutius, quia se seruauerat. Item, Cicero Pater patriæ dictus est, quia ei vitam & libertatem conseruauit, quam ei eripere voluit Catilina.

Pătĕrfămĭlĭās, genitiuus patrisfamiliâs, vel patrisfamiliæ, dicitur qui primus est, & imperium habet in familiam, siue puber sit, siue impuber. Cæsar *lib.* 2. *de bell. ciuil.* Patresfamiliæ. {בַּעַל הַבַּיִת *bahal habbâijth.* οἰκοδεσπότης. GALL. *Pere de famille.* ITAL. *Padre di famiglia.* GERM. Ein haußvatter. HISP. *Señor de casa entera* ANGL. *A good men of the house or houtsholder.*} Cic. 2. *de legib.* Vt ne morte patrisfamiliâs sacrorum memoria occideret. Liu. 1. *ab Vrbe*, Bos in Sabinis nata, cuidam patrisfamiliæ dicitur, miranda magnitudine ac specie. Vide Senec. *Epistol.* 47. vbi leuius nomen esse ait, quàm Domini.

Patres conscripti, οἱ συγκαταλεγμένοι. Festus, Patres dicti sunt, qui sunt patritij generis conscripti, qui in senatu patribus erant scriptis annotati. Ab initio, vt ait Plutarchus *in Romulo*, tantùm patres dicti sunt, postea ascriptis in eum ordinem pluribus, Patres conscripti vocati sunt.

Patres allecti dicebantur (autore Festo) qui propter inopiam ex Equestri ordine in Senatus sunt numerum allecti. Vnde illud Tranquil. *in Cæs.* Peregrinis in Senatum allectis libellus propositus est, nequis Senatori nouo curiam monstrare velit. Hodie autem allecti ascriptitiique, vocati possunt Latinè in collegiis magistratuum qui vulgò creati & extraordinarij vocitantur, vt nonnulli sunt hodie inter rationales & præfectos ratiociniorum, quos clericos magistrósque computorum appellamus. Bud.

Păter pătrātus, Fœcialium sacerdotum antistes, per quem & bella denuntiabantur, & fœdera percutiebantur: ita dictus quòd ad iusiurandum patrandum, id est, sanciendum fieri soleret. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Fœcialis erat M. Valerius patrem patratum Sp. Fusium fecit, verbena caput capillósque tãgens, Pater patratus ad iusiurandum patrandum, id est, sanciendum fit.

Păter patrimus, πατὴρ πατέρα ἔχων, qui quum ipse pater sit, adhuc viuentem habet patrem. Vide Patrimus.

Pătrĭtĭī, Senatorum progenies, hoc est, qui à primis Senatoribus à Romulo institutis oriundi erant. {בְּנֵי אִישׁ *bené ijsch.* οἱ πατρίκιοι. GALL. *Patritiens.* ITAL. *patricij.* GERM. Von Rahtsgeschlechten har erboren/deren eltern rahtsherren gewäsen sind. HISP. *Hyos de senadores.* ANG. *Patriciens, come of a noble stocke.*} Liu. *lib.* 1. Romulus centum creat Senatores, qui Patres ab honore: Patritij quoque progenies eorum appellati. Idem *lib.* 10 En vnquam fando audistis Patritios primò esse factos, non de cælo demissos, sed qui patrem ciere, auúmque possent? Suidas patritios esse tradit, communis Reip. patres, qui in suprema dignitate sunt Senatorij ordinis. Non tamen omnes Senatores erant patritij: quòd apertissimè ostenditur ex his verbis Taciti: iisdem (inquit) diebus in numerum patriciorum asciuit Cæsar vetustissimum quenque ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant. Patricij vnde dicti plutarch. *in Rom.* Discernuntur Luna à nouitiis, &c. Interpres Iuuenal. *Satyr.* 7. Patricia lora, Senec. *cap.* 11 *de tranquill.* Patricij mutilabant Megalensibus, plebs Cerealibus. Gell. *cap.* 2. *lib.* 18. Interpres Iuuenal. ad illa verba *Satyr.* 10 Tutor haberi principis, Patricius fieri, inquit, Patricius vicus, Martial. *Epigram.* 63. *lib.* 10. Quasi patricii pueris dantur Anates atque Monedulæ. Plaut. *Cap. sc.* 4. *a.* 5. Senatum suppleuit, Patricios allegit. Sueton *in Cæs. cap.* 41. Patricius necdum Senator. Idem *in August. cap.* 10. Cooptare in Patricios. Idem *in Tib. cap.*.. Inter Patritios allectus. Idem *in Othon. cap.* 1. ¶ Exire è patriciis, est fieri plebeium. Cicer. *pro domo sua.* ¶ Patricij Franciæ sunt, quos Patres Franciæ vocant: súntque quasi duodecim viri Reipub. constituendæ. Sunt enim numero duodecim: sex quidem Pontifices, & sex Duces militares. Bud.

Patrĭcĭus, a, um, ὁ τῶν πατρικίων, vt Patricius magistratus. Cicer. *ad Brut.* Dum enim vnus erit patricius magistratus, auspicia ad Patres redire non possunt, ¶ Patricia familia. Idem 2. *de Leg.* Indoles patritia, Stat. 3. *Syl.* ¶ Honos patritius, Claudian.

Pătrĭtĭātŭs, conditio & dignitas patritiorum, ἡ τῶν πατρικίων τιμὴ, seu τάξις. Suet *in August.* A Tarquinio Prisco rege inter Romanas gẽtes allecta in Senatum: mox à Seruio Tullio in patritias traducta, procedente tempore ad plebem se contulit, ac rursus magna vi per Diuum Iulium in patritiatum rediit. De patritiatus honore vide Hotomanum *in Lexico*, qui tametsi multa de eo doctè & disertè dicat, ea tamen quòd minus ad institutum pertinent, volentes missa facimus.

Pătrĭtĭē, aduerbium antiquum, More patricio, ac nobiliter, εὐγενῶς, εὐπατρίδων δίκην. Plaut. *Casin.* Atat cesso magnificè, patritiéque amicéque hero meo ire aduersum. Et hic locus corruptus est: nam *patricè*, non patritiè est legendum.

Pătrĭŭs, a, um, quod est patris, sicut auitus quod est aui, vel ab auo. {πατρῷος. GALL. *De pere.* ITAL. *Di padre.* GERM. Vätterlich HISP. *Cosa de padre.* ANGL. *Of the father.*} Cic. 1. *Tusc. quæst.* Hæc enim pulchritudo etiam in tertiis patritam illam & auitam (vt ait Theophr.) Philosophiam cognitionis cupiditate incensam excitauit.

Patrĭmus, patrima, qui vel quæ patrem adhuc viuentem habet ὁ vel ἡ πατέρα ἔχων. GALL. *Celuy ou celle qui a encor son pere.* ITAL. *Colui ò colei ch'à suo padre viuo.* GERM. Der oder die den vatter noch bey läben hatt. HISP. *El que tiene padre.* ANGL. *He or she whois fater liueth.*} Liuius *lib.* 37. Patrimi omnes matrimique ad sacrificium adhibiti. Calepinus putauit penultimam huius dictionis produci, sed nullum profert testimonium. Angelus Politianus *primæ Centuriæ cap.* 58. corripit,

Concelebranto cohors: verùm hæc sit patrima proles,
Matrimáque: ac nupta genibus Iunonis ad aram
Oranto.

Pater patrimus, qui quum ipse pater sit, adhuc viuentem habet patrem.

‖ Patrinus, qui de fonte sacro suscepit. Gall. *Parrein.* ‖

Patĕrnŭs, a, um, quod est patris, patrius. {πατρῷος, πατρικός. GALL. *Paternel.* ITAL. *Paterno.* GERM. Vätterlich. HISP. *Cosa pertenecient e à padre.* ANGL. *Fatherlie.*} Terent. *in Adelph.* Pol haud paternum istuc dedisti. Vbi Donat. Paternum, deest facinus: & Dedisti, pro Fecisti. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 2. Apud suum paternum hospitem diuortitur. Rura paterna, bubus exercet suis solutus omni fœnore. Horatius. Item Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.* Cic. 1. *de Orat.* Cùm miles domum reuenisset, egisśetque lege in hæreditatem paternam testamento exhæres filius. *Ibid.* Posśetne paternorum bonorum exhæres esse filius? Domus paterna. Ouid. 11. *Metam.* Amicus paternus. Cic. *ad Attic. lib.* 14. Animus paternus Horat. 2. *Carm. Ode* 2. Inimicitiæ paternæ, Cic. 4. *Acad.* Opes paternæ. Ouid 4. *de Ponto, Eleg.* 15. Paternus, maternúsque sanguis, Cic. *pro Rosc. Amer.*

‖ Paternitas, propriè est affectus paternus. ‖

Patriota, πατριώτης, qui est eiusdem patriæ, conterraneus, popularis.

Patrioticus, a, um, πατριωτικός, ή, όν, ad patriotas pertinens.

‖ Patripassiani, hæretici, qui Patrem passum aiunt. iidem & Noëtiani à Noëto quodam vocati, qui dicebant, Christum eundem esse & Patrem & Spiritum sanctum, ipsamque Trinitatem in officiorum nominibus, non in personis accipiunt. Vide August. *in lib. de hæres.*

Patrizo, as, vel patrisso as, Paternos mores imitor. Diomed. *lib* 1. {πατρίζω, πατριάζω. GALL. *Resembler à son pere, faire comme son pere.* ITAL. *Imitar il padre.* GERM. Dem vatter nachschlagen. HISP *Imitar su padre, parecer a su padre.* ANGL. *To resemble his father, to follow the fathers steppes.*} Ter. *in Adelph.* Laudo, ô Cresipho, patrizas: abi, te virum iudico. Id ne tu miraris si patrissat filius, Plaut. *Pseud. sc.* 6. *a.* 1.

Patrĭŭs, a, um, quod est patriæ, vel patris, paternus. {πάτριος, ἐπιχώριος. GAL. *De pere, paternel, natif.* ITAL. *Patrio, natio* GERM. Des vatterlands oder deß vatters. HISP. *De padre, ò de la tierra ò naturaleza.* ANGL. *Belonging to my father.*} vt Mos patrius. Cicero *de senect.* Vigebat in ea domo mos patrius, & vigebat in eo animus patris & disciplina. Virg. *lib.* 12. Patrio mucrone relicto. Ter. *in Eunuch.* Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona. Res patriæ & auitæ. Cic. 2. *Verr.* Patria & auita philosophia. Idem 1. *Tuscul.* Mos patrius, idem 1. *de Orat.* Hic enim est mos patrius Academiæ, aduersari semper omnibus in disputando. Artes patriæ. Ouid. 1. *Epist.* Metus patrius, idem 2. *Met.* Amor patrius. Virg. 1. *Æneid.* Patrios penates celebrare. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Doctaque non patrio carmina more canis,

idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

Cuius inest animo patrij candoris imago.

ibid. Eleg. 4. *lib.* 4. *Trist.*

Cuius in ingenio patria facundia lingua.

ibidem.

Si Cæsar patrias eripuisset opes,

idem *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Dij Patrij, qui pietati præsunt patrum in liberos, & liberorum in parentes, dij patrum, familiæ & generis præsides. Virg *in Æneid.*

Dij patrij seruate domum, seruate nepotem.

Cicer. 3. *in Verr.* Rapiunt eum ad supplicium dij patrij, quòd iste inuentus est, qui è complexu parentum abreptos filios ad necem duceret.

Patrĭē aduerb. Affectu paterno. {πατρικῶς, ἢ ὡς τὸ πατρικόν. GALL. *Paternellement, cõme pere* ITAL *Con affetto paterno.* GERM. Väterlich. HISP. *De aficion de padre* ANGL. *Fatherlie, as a father.*} Quint *lib.* 11. *cap.* 1. Vtitur hac moderatione Cic. *pro Cal. contra Atracinum*, Vt eum non inimicè corripere, sed patriè monere videatur.

Patrĭcīdă. Vide *Parricida*, πατρακολοίας.

Patrĭmōnĭum, ij, Bona paterna, hæreditas à patre relicta. {אֲחֻזָּה *achuzzáh.* οὐσία GALL. *Patrimoine, succession de pere à fils.* ITAL. *Patrimonio, beni paterni.* GERM. Das väterlich erbgut. HISP. *Patrimonio, hazienda patrimonial.* ANGL. *That is left by the fater to the sonne, patrimonie, heartship or heritage*} Cic. *pro domo sua*, Liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ relinquemus. Idem *de Orat.* Propugnator patrimonij sui, & defensor iuris paterni. Iuuenal. *Satyr* 12.

Non propter vitam faciunt patrimonia quidam:
Sed vitio cæci propter patrimonia viuunt.

¶ Deuorare patrimonium dissipare, effundere, vel exhaurire, est hæreditatem à parentibus relictam consumere.

Patrŭŭs, i, frater patris, quòd quasi patris loco sit. {דּוֹד *dodh.* θεῖος ὁ τοῦ πατρὸς, πατράδελφος. GALL. *Oncle paternel, le frere du pere.* ITAL. *Zio.* GERM. Des vatters bruder. HISP. *El tio, hermano del padre.* ANGL. *The father brother, an vncle by the fathers side.*} Cicer. 3. *Verr.* Patruo testimonium dicente. Terent. *Phorm.* Atque nihil fecit patrue quòd succenseas Patruus magnus, frater aui: Patruus maior, frater proaui. Patruus maximus, frater abaui: qui & propatruus & abpatruus dicitur. Patruissimus super latiuum. Plaut. *in Pœn* Patrue mi, inquit, patruissime.

Patrŭŭs, a, um, adiectiuum, à patruo deductum, pro seuero per translationem accipitur. πατραδελφικός. Horat. 3. *Carm.*

Miserarum est, neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino lauere, aut ex
Animari metuenteis patruæ verbera linguæ.

Patrŭēlēs, {αὐτανέψιοι. GALL. *Cousins germains.* ITAL. *Fratelli cugini.* GERM. Zweier brüder kindt so man nennet / Geschwisterte kind. HISP. *Primos hijos de hermanos.* ANGL. *Brothers children, coosens germanes.*} Patruorum filij, hoc est, vt ait Nonius, matium fratrum filij: quoniam qui pater alteri est, alteri est patruus. Plaut. *in Pœn.* Pater tuus is erat frater patruelis meus. Sic Sorores patrueles nuncupantur, ex duobus & ipsæ

ipsæ fratribus genitæ. Autor Iurisconsult. Sororum verò duarum, aut plurium filij, inter se Sobrini dicuntur, quasi sororini. Cicer. 5. *de finib.* Vnáque nobiscum Quintus Frater, & T. Pomponius & L. Cicer. frater noster, cognatione patruelis, & socer. T. Torquatus illi omni virtute & laude par. Ouid. 13. *Metam.*

Nec minus est iste Teucer patruelis Achilli.

Patruēlis, e, adiectiuum. { ἐξάδελφος, ἡ ἀνεψιά, ἐξαδελφικός. Gal. *De cousin germain.* Ital. *Di fratel cugino.* Germ. Das deß vatters bruder kind ist. Hisp. *Cosa de primos hijos de hermanos* Ang. *Belonging to brothers children or cosens germane.* } Mart. *lib.* 5.

Quum sibi redire de patruelibus fundis
Ducenta clamat coccinatus Euclides.

Ouid. 1. *Metam.*

Quàm commune mihi genus, & patruelis origo, &c.

Idem *Epist.* 14.

Quid, meruere necem patruelia regna tenendo?

Pătĕră, Poculi genus latum ac patens: vnde & nomen accepisse videtur, quasi patula. { גביע *ghabiah.* φιάλη. Gall. *Vne coupe ou tasse à boire.* Ital. *Tazza, coppa.* Germ. Ein weite trinckschalen. Hisp. *Copa.* Angl. *A broade peece or boule of gold or siluer.* } Virg. 1 *Æneid.*

——— *impiger hausit*
Spumantem pateram, ac pleno se proluit auro.

Patera vas erat sacrificiis aptum. Cic 6. *Verr.* Patera qua mulieres ad res diuinas vterentur. Idem *de clar. Orat.* Mercurius è patera sanguinem visus est fundere. Idem *in Parad.* Excipere sanguinem patera. Virg. 1. *Æneid.* Impleuitque mero pateram.

Paterniānă, Ptol. *lib.* 2. *cap.* 6. Oppidum Carpentanorum in Hispania Tarraconensi.

‖ Paterniani, hæretici inferiores humani corporis partes non à Deo, sed à Diabolo factas opinantur, & omnium ex illis partibus flagitiorum licentiam tribuentes impurissimè viuunt. Hos etiam Venustianos quidam vocant. August.

Pathiosma, passio, morbus. L. g. b. ‖

Păthŏs, Passio actionis scil. receptio { πάθος. Gal. *Passion, perturbation d'esprit.* Ital. *Passione, perturbatione d'animo.* Germ. Ein bewegung oder anfechtung des gemüts. Hisp. *Passion, ò perturbacion de anima.* Angl. *Passion, perturbation, of te spirit.* } à Cicer. 3. *Tuscul.* dicitur perturbatio, seu ægritudo animi: à Gellio affectus, vel affectio: à Lactantio modò affectus, modò vitium. Eiusmodi sunt ægritudo, dolor, gaudiũ, metus, tristitia, cupiditas, ira. Quos animi motus Platonici & Aristotelici dicunt etiam in sapientem cadere, sed moderatos, rationíque subiectos. Stoici verò negant in sapientem cadere: dicúntque esse sapientem ἀπαθῆ, id est, qui nullis animi perturbationibus obnoxius sit, talémque eius animum, qualis est mundus supra Lunam, scilicet imperturbatum, quem nulla perturbatio obnubilet, nulla tristitia obturbet. Aduersùs quos reclamat ipsa natura.

Pathema, πάθημα, passio, sensuum & motus quædam mutatio.

Patheticus, a, um, παθητικός, passionem, seu affectum afferens: mouens animum, ad lætitiam, tristitiam, &c. ¶ Pathetica oratio, παθητικὸς λόγος, dicta est quæ aut ad indignationem, aut ad misericordiam dirigitur: ita dicta quòd tota constet affectibus.

Patheticè, παθητικῶς, cum vi commouente. Germ. Beweglich. Gall. *Affectueusement*, quasi affectiosè. }

Pathicus, a, um, impudica patiens. Iuuenal. Sat. 2. *Speculum pathici Othonis* dicit. Vet. Voc. Pathicus, a, um, Sodomita, inhonesta patiens: & dicitur à *patior.*

Pathicissimus, vide *Paticissimus*, infrà.

‖ Pathio, animal quadrupes. Gesn.

Pathmos, hodie *Palmota* Bellonio, insula, in qua S. Ioannes Euangelista scripsit Apocalypsin. ‖

Pathopœia, παθοποιΐα, affectuum commotio. Schema, quo vel odium, vel iracundiam, vel misericordiam commouemus.

Pătĭbŭlum, i, Sera lignea, qua ostia clauduntur & obfirmantu r à Pateo teste Nonio, quòd hæc remota valuæ pateant. Item, repagulum, contus, palus, vectis, &c. { מנעול *manhúl.* μοχλός. Gall. *Vn leuier, vn pieu, ou barre de bois que l'on met au trauers d'vne porte apres qu'elle est fermée pour la fortifier, & rendre plus ferme & asseurée contre la force.* Ital. *Stanga, croce, forca.* Germ. Ein sparren oder holtziner rigel mit dem man die thüren verschleüst. Item, Ein galgen. Hisp. *Lugar en que los mal hechores padecen, horca, cruz.* Angl. *A dore barre* } Titin. Si quisquam hodie præter hanc posticum nostrum pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam. ¶ Interdum significat crucem, & sic à patior fieri manifestum est. { עץ *hets.* σταυρός. Angl. *A gibbet or gallowes.* } Salust. *lib.* 4. *histor.* vt citat Nonius, Patibulo eminens affigebatur. Plaut. *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Eundem tibi extra portam dispessis manibus Patibulum cum habebis. Ex patibulo quidam spectatores suos conspiciunt. Senec. *cap.* 19. *de vita beata.* Item Vbi de crucibus, clauis, stipitibus in patibulo explicantur brachia. Idem *cap.* 20. *de consol. ad Mart.* ¶ Est præterea patibulum, instrumentum vindemiatorum, siue legulorum, hoc est, eorum qui oliuas colligunt. Cato *de re rustica cap.* 68. Vbi vindemia & oleitas facta erit, fiscinas, corbulas, quala, scalas, patibula omnia, quetis vsus erit, in suo quodque loco reponito. ¶ Patibulus apud antiquos genere masculino lectũ est, teste Nonio. Lucil. *rerum humanarum libr.* 21. Deligata ad patibulos deligantur, & circumferuntur: cruci defiguntur.

‖ Patibulus, lectus antiq. Non. ‖

Pătĭbŭlātus, dicitur à Plaut. *in Most.* id est, patibulo affixus. Ita (inquit) te forabunt patibulatum per vias Stimulis. { תלוי *talúi.* σταυρωθείς, πατταλευθείς. Gal. *Pendu ou mis au gibbet* Ital. *Appiccato, impiccato.* Germ. An galgen gehenckt. Hisp. *Aborcado.* }

Păcĭentĭa, vide *Patior.*

Pătĭnă, æ, Vasis genus, quo dapes elixæ & iurulentæ in mensam feruntur. { λεκάνη, λοπάς. Gall. *Vne sorte de vaisseau large comme vn plat à seruir sur table.* Ital. *Piato.* Germ. Ein blatten. Hisp. *El plato grande ò caçuela* Angl. *A platt or dishe* } Terent. *in Eunuch.* Iamdudum animus, est in patinis. Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Iube cistas, ollas, patinas elui. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Qui mihi condita prata in patinis proferunt. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Et, Ego cicilendrum quando in patinas indidi (mox) ex ipsæ sese patinæ feruefaciunt illicò. (Et paulò infrà.) Vbi omnes patinæ feruent, omnes aperio. Idem *ibidem.* ¶ Dicitur & Patena, per e. Colum *lib.* 12. *c.* 43. de vuis seruandis loquens, Columella patruus meus ex ea creta qua fiunt amphoræ, lata vasa in modum patenarum fieri iubebat. Ex quo loco, inquit Budæus, patet patenam, labra grandia habere. Dicta Patina, ab eo quòd pateat.

Pătĭnārĭus, a, um, quod est in patina conditum, vel repositum, λεκανίσιος. Plaut *in Asin. sc.* 3. *a.* 1. Vel patinarium (piscem) vel assum versès, quo pacto lubet. Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Tantas struices concinnat patinarias.

Pătĭŏr, ris passus, passum, & patio. patis, Diomedes *lib.* 1. Sustineo, tolero, æquo animo fero. { סבל *sa'al* πάσχω, ὑπομένω. Gall. *Endurer, souffrir.* Ital. *Patire sostenire.* Germ. Leiden. Hisp. *Padecer, sufrir.* Angl. *To suffer, to indure, to abide or beare.* } Terent. *in Andr.* Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo, vsque adhuc. Cic. 7. *Verrin.* Non feram, non patiar, non sinam. Cur me verberas? quia lubet. Patiar, sine modò adueniat senex. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Non te patiar gratis hanc laudasse. *Ibid. sc.* 3. *a* 1. Nimis multo faciliùs patior verba: verbera ego odi. Idem *Manech. sc.* 6. *a.* 5. Ne quid patiantur quamobrem pigeat viuere. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2.

Sic hic nunc patitur, nunc timet arma locus,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Pati flagitia tua: & tua flagitia perpeti non possum. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 5. Patiantur dij te valere. Sueton *in Tiber. cap.* 21.

Virgineo nullum corpore passa virum,

Ouid. 6. *Fast.* Et patitur fluctus, (i. perfert.) Idem *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

Nec cœlum patior, nec aquis assueuimus istis,

idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Egóne me patiar esse in matrimonio. Plaut. *Men. sc.* 1 *a.* 4. Nunquam te patiar perire. Idem *sc.* 2. *a.* 5.

Assuescunt oculi multa pudenda pati.

Ouid. *Eleg.* . . *lib.* 2 *Trist.* Fortiter qui patitur malum, Idem pòst patitur bonum (aliàs *potitur.*) Plaut. *Asin. sc* 2. *a.* 2. ¶ Patiendus, a, um, passiuè. Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. Alius atque alius motus animi patiendus est. Et, Tu fortunatus. ego miser patienda sunt (ea sup. quæ felix & miser patiuntur.) Plaut. *Mostell sc.* 1. *a.* 1. Idem *in Amphitr.* Eadem mihi patiunda sunt. Item Quid tibi patiundum sit, hariolor. Idem *ibidem.* ¶ Pati ægrè. Idem *in Asin.* Possum equidem inducere animum ne ægrè patiar quod tecum accubat. Cicer. *pro Rosc Amer.* Quare omnes facilè patimur esse quamplurimos accusatores. ¶ Hoc non parietur æuum, id est, non durabit. Colum. *lib.* 2. *c.* 20. Re positum in granario patitur æuum. ¶ Hoc patitur consuetudo, hoc est, id fieri consueuit. Cicer. *ad Attic. lib.* 12. Quem iam etiam grauius accusas, quàm tua consuetudo patitur. ¶ Patior te esse desertum, id est, relinquo, destituo. Idem 1. *Offic.* Vt eos quos tutari debeant desertos esse patiantur. Pati quæstionem. Vlp. *ff. lib.* 11. *tit.* 7. *l.* 14. Oportebit igitur testari quem quo animo funerat, ne postea patiatur quæstionem. ¶ Obseruanda illa locutio, Quàm maximè calidum quis pati potest, cuius exemplum apud Celsum *lib.* 5. *cap.* 28. si nondum adapertum vlcus, æs quàm maximè calidum quis pati potest, admouendum est. ¶ Composita huius verbi sunt Compatior, quod est misereor, & construitur datiuo. Perpetior vehementiùs patior.

‖ Patio, pro patior, vt frustro pro frustror: moro, demolio, auxilio, populo, digno: pro motor, demolior, auxilior, populor, dignor. ‖

Patiens, participium & aliquando nomen. { סבל *so'el.* πάσχων, ὑπομένων. Gall. *Patient.* Ital. *Patiente* Germ. Leidend/dultig. Hisp. *Paciente, sufrido.* Angl. *Patient, that suffereth.* } Col. *lib.* 3 *c.* 29. Omnes incommodi patientes præter caloris. Virg. 2. *Georg.*

Et patiens operum, paruóque assueta iuuentus.

Quintilian. *lib.* 2. *cap.* 12. Et patientior est laboris natura pueris, quàm iuuenibus. Suet. *in August. cap.* 82. Solis ne hiberni quidem patiens. Et Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri.

Patiens boni & æqui. Senec. *c* 14. *de consol. ad Polyb.* ‖ Patiens Drusus. Gloss. Isid. Gl. A. L. Drusus patiens aut rigidus, aut contumax. ¶ Patiens, æger, qui sub morbo patitur. ‖ ¶ Interdum nomen adiectiuum est. Ouid. *ibid Eleg. vlt. lib.* . . .

Nec corpus patiens, nec mens fuit apta labori.

Cæsar 3. *bell. ciuil.* Atque ij miserrimo ac patientissimo exercitui Cæsaris luxuriam obiiciebant Cic. *ad Quint Fratr lib.* 1. Meæ quoque literæ te patientiorem, leniorémque fecerunt. ‖ ¶ Patiens homo, qui iram cohibet & moderatur. ‖ ¶ Aures patientissimæ. Idem *pro Ligar.* Saxo patientior, Propert. *lib.* 1. *Eleg.* 14. ¶ Tellus patiens vomeris. Virg. 2. *Georgic.* Pulueris atque Solis patiens, Horat. 1. *Carm. Ode* 8.

Pătĭentĕr, patientiùs, patientissimè, aduerbium, Constanter, fortiter, moderatè. { ὑπομονητικῶς, καρτερικῶς. Gall. *Patiemment.* Ital. *Patientemente.* Germ. Leidenlich/gedultiklich. Hisp. *Pacientemente, sufridamente.* Angl. *Patientlie.* } Cicer. *de Amicitia*, vt igitur & monere & moneri proprium est veræ amicitiæ: & alterum liberè facere, non asperè: alterum patienter accipere, non repugnanter. ¶ Patientiùs. Plin. *Epist.* 140. Neque enim vlli patientius reprehenduntur, quàm qui maximè laudari merentur. Ouid. *Epist.* 18.

Ferre tamen possum patientius omnia quàm si
Otia nescio qua pellice captus agas,

Idem *Eleg.* 6. *lib* 4.

Nos quoque quæ ferimus tulimus patientiùs an tè.

Pătĭentĭă, est honestatis, aut vtilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio, inquit Cic. 1. *de Inuent.* { ὑπομονή, ἀνεξικακία. Gal. *Patience.* Ital. *Patiensia.* Germ. Gedult. Hisp. *Paptientia, y suffrimento.* Angl. *Patience, suffering.* } Idem *in Catil.* Habes, vbi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis & frigoris, inopiæ rerum omnium. Idem *pro domo sua*, Externorum bonorum & in vtendo rationem, & in carendo patientiam semper expetendam putaui. Idem 1. *Offic.* Adolescentia à libidinibus arcenda est, exercendáque in labore, patientiáque & animi & corporis. patientiam rumpere. Sueton. *in Tib. cap.* 24. (*Perdere patience* Galli dicunt.) Patientia & pertinacia

pertinacia hostium. Idem in Cæs.cap.68. ¶ Patientia etiam obscœnè de pathicis, siue paschientis dicitur. Senec. controuers.lib.10. in 4. Principes, inquit, viri contra naturam diuitias suas exercent, castratorum greges habent, exoletos suos, vt ad longiorem impudicitiæ patientiam idonei sint, amputant. ¶ Patientiam præstare. Marcellus d. lib. 39. tit. 1. l. 1. debet hæres eius patientiam destinendi operis aduersario præstare. ‖

Păssus,a,um, à patior, Perpessus. { πεπονθώς. GALL. *Qui a souffert, quia enduré* ITAL. *Chi a patito.* GERM. Erlitten oder gelitten. HISP. *Padecido* ANGL. *That hath suffereth or indureth.* } Virg. 1. *Æneid.* O passi grauiora, dabit Deus his quoque finem. ¶ Vnde Vua passa quæ in siccando passa est Solem. Plin. *lib.* 14. *c.*1. Quin & à patientia nomen acinis datur passis Hinc & vino nomen datum quod passum vocatur. Lac passum. Ouid. 14. *Metam.* & cum lacte coagulo passo.

‖ Passa vua, vide in verb. *Passus.*

Passula, passula vuula, id est, siccata. ‖

Păssio, nis, Animi perturbatio quam Cicero affectionem vocat: cuiusmodi sunt, amor, odium, iracundia, inuidia, timor, lætitia, spes & similes. πάθος. GALL. *Passion.* ITAL. *Passione.* GERM. Ein bewegung oder betrübung des gemüts. HISP. *La passion.* ANGL. *Passion.* } August. 2. *de Ciuitate*, Quæ sunt sententiæ philosophorum de his animi motibus: quos Græci πάθη, nostri autem quidam, sicut Cicero, affectiones, vel affectus: quidam verò de Græco expressiùs passiones vocant. Barbara vox, & minimè Latina.

Passionarium, liber continens passiones Sanctorum. Vet. Voc.

Păssiuus, a, um, quod passionem denotat. { παθητικός. GAL. *Qui signifie passion.* ITAL. *Che significa passion.* GERM. Das ein bewegung oder ein erleiden anzeiget. HISP. *El que declara passion.* ANGL. *That signifieth passion.* Hinc passiua verba apud Grammaticos. Passiua Venus apud Iulium Firmicum accipitur pro obscœna pathicorum libidine.

Passiuè, promiscuè. Apul.

Passiuitus, idem Tertull.

Passiuitas, libertas, communitas. Tertull.

‖ Passurasse, ἀνέχεσθαι. Glos. id est, tolerasse. Legam, passum esse. GERM. Passieren lassen / est ferre, sinere vt prætereat. *passare* Ital. transire, à passu pedis. Mastri.

Passus propriè est interuallum passorum brachiorum. ‖

Pătĭbĭlis, e, quod perferri potest. { παθητός. GAL. *Qui peut endurer.* ITAL. *Che puo patire.* GERM. Leidenlich / das zu erleiden ist. HISP. *Que puede padecer.* ANGL. *The may sufferre or indure.* } Cic. 4. *Tuscul.* Negligenda mors est, patibiles & dolores & labores putandi. Idem 3. *de nat. deor.* Quúmve omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum quod effugiat, &c.

Paticissimus à Patico, superlatiuus, adiectiuum, vt apud Catullum, Cinædior à Cinædo Martial. *in* 11. *ad Ruf.* Musæi paticissimos libellos.

Patiramphes, πατιράμφης, Nobilis Persa, Otanis filius & auriga Xerxis. Herodot. *lib.*7.

Patizithes, πατιζίθης, vir Persa magnus, qui Smerdem fratrem suum, similem Smerdi fratri Cambysis Persarum regem declarauit. Fuit enim præfectus Cambysis apud Persas. Vide Herodot. *lib.* 3.

Patmos, πάτμος, insula in mari Ægeo, quæ (vt Plin. scribit *lib.*4.*c.*12.) patet circuitu triginta millibus passuum. In hac Iohannes Apostolus exul Apocalypsin scripsit.

Pator, vide *Pateo.*

Patræ, arum, πάτραι, ciuitas in Achaia propriè dicta iuxta Olenum, quam Pausanias Aroën dici priùs solitam affirmat, mox à Patræo mœnibus ampliatis nomen accepisse, quod nunc habet. Huius meminit Plin. *lib.* 4.*c.*4. Ouid. 6. *Metam.*

Messenæque ferox, Patreque humilésque Cleonæ.

De Patris scribit Thuc. *lib.* 6.

Patrianus, a, um, πατρεανός, deductum nomen à Patris Achaiæ oppido, ad occasum Peloponnesi sito, non procul ab Oeno Cicer. *Themo*, Vt obtineat id iuris in agris, quod ei Patriana ciuitas decreuit & dedit.

Patrasis, πάτρασις, vrbs Pontica, teste Stephano: à qua deducitur gentile Patrasites, πατρασίτης.

‖ Patreus vitricus, Gl. Isid. In Gloss. A. L. Patros vitricus. Græcis est πατρωὸς & πατρυός. ‖

Patrĭă, æ, vrbs, siue alius quiuis locus in quo nati sumus: ita dicta quòd communis omniū parens sit. { ארץ מולדת érets molédeth. ἡ ἐνεγκοῦσα, πατρίς. GALL. *Le pais, la ville, la patrie ou est né quelqu'vn.* ITAL. *Patria.* GERM. Ein vaterland / heimat. HISP. *La tierra natural de cada vno.* ANGL. *A towne or place where any man is borne, ones cuntrey.* } Virg. 1. *Eclog.*

Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua.
Nos patriam fugimus, &c.

Idem 1. *Æneid.*

Tum celerare fugam, patriáque excedere suadet.

Cic. 5. *Offic.* Chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium charitates patria vna complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? Quo est detestabilior istorum immanitas, qui lacerarunt omni scelere patriam: & in ea funditus delenda occupati & sunt & fuerunt. Idem 3. *de finib.* Ex quo fit vt laudandus sit is qui mortem oppetat pro Repub. quòd deceat chariorem esse patriam nobis, quàm nosmetipsos.

——— *Patriáque creatus eadem,*

Ouid. 13. *Metam.*

Et sola est patria pœna carere mea.

idem *Eleg.*9.*lib.*4.*Trist.* In Patriam redeamus ambo. Plaut. *Menæch.sc. vlt.a.*5. Siculus sum, Syracusanus, Ea domus & patria est mihi. Idem *Menæch.sc.*9. *a.*5. Quando patriam & libertatem perdidi. Idem *Capt. sc.*2.*a.*2. ¶ Aliquando & prouincia ipsa ex qua orti sumus patria vocatur, sed impropriè. Vnde Salustius Hispaniam sibi antiquam patriam duxit. ¶ Prouerbij speciem habent, Quæuis terra patria: & patria ibi vbi bene vixeris. de quibus vide. Erasmi Chiliada. ¶ Patria (πατριὰ) vox Græca pro familia.

Patriarcha, πατριάρχης, princeps familiæ, πατριᾶς ἀρχός. { Erzuatter / quasi princeps pater. } ¶ Patriarcha, Ierarcha. Patriarchæ erat summa dignitas in Ecclesia orientali, vt Pontficis in occidentali. Erant quatuor, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus & Cōstantinopolitanus, qui inter reliquos primas tenebat, & οἰκουμενικὸς dicebatur. Constantinopolitanus confirmari necesse habebat à metropolitano Heracleensi, idque factum iam à temporibus Seueri Imperatoris, qui Byzantium Heracleæ subiecit. eo demortuo & sede vacante, faciebat Cæsariensis. Tamen Archiepiscopi Bulgariæ & Cypri, & quidam alij metropolitani, qui αὐτοκέφαλοι dicebantur, illi non suberant. Quæ de primatu cōtentio fuit inter Romanum Pontificem & Patriarcham Constantinopolitanū, eam decidit Iustinianus, & Romæ Constantinopolin subiecit. *Nouell.* 121. Sed & postea contentio de primatu fuit, quæ sub Michaële Palæologo sublata est. In occidētali Ecclesia primò vnus Patriarcha fuit Aquileiæ, mox sub Phoca etiam Gradis ordinatus alter. his deinde additus Foriuliensis, postremò quartus accessit Moscouiæ. vide Gloss. Græcobarb. Meursij.

‖ Patricè, magnificè. Patricus, paternus. Tertull.

Patricum, paternum. Bud.

Patriciani hæretici à quodam Patricio nuncupati sunt, qui substantiam humanæ carnis à Diabolo conditam dicunt. Isid ‖

Patricida, Patricius, Patrimonium, Patrisso, Patritius, Patrius. Vide *Pater.*

‖ Patripassianus, Praxeas hæreticus dicitur, quòd putârit patrem passum. Tertull. ‖

PATRO, as propriè significat, liberis operam do. { הוליד holidh. παιδοποιῶ. GALL. *Engendrer.* ITAL. *Generare.* GERM. Eines vatters werckthun kinder zu machen. HISP. *Engendrar.* ANGL. *To engender and gebette children.* } Quintil. *lib.* 8. *cap.* 3. Ductare exercitus & patrare bellum, apud Salust. Dicta sanctè & antiquè, ridentur à nobis si diis placet: quam culpam non scribentium quidem iudico, sed legentium: tamen vitanda. Ex quibus verbis colligitur priscos patrare posuisse pro perficere, non solùm quum opera liberis daretur, sed etiam quum aliud quippiam iam inceptum ad finem perduceretur. { פעל patál עשה hasáh. ἀπεργάζομαι. GALL. *Faire.* ITAL. *Fare.* GERM. Außmachen / vollenden / verbringen. HISP. *Hazer.* ANGL. *To do, to achieue and bring to an end.* } Salust. *in Catil.* Sperabat propediem magnas copias sese habiturum, si Romæ socij incœpta patrauissent. Idem *de Rep.ord.ad Cæsarem*, Atque ea magis fortibus consiliis, quàm bonis prælijs patrata sunt. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Quin te quoque ipsam faciam haud magni, si hoc patro. Liuius 25. Te id prius scire volui, si fortè abesse, dum facinus patratur, malis Tacitus *lib.* 2. Si patrandæ neci venenum mitteretur. Hinc Velleius, Ea patrando bello mora. Et, Patratum bellum. (i confectum.) Item, Patratis bellis ciuilibus. Idem Velleius. Et Patrare pacem, Liuius *lib.*4.*d.*5. Tacit. *lib.*2. Posse bellum patrari. (i. confici.) Cic. *ad Attic. Epist.* 10 Teucris promissa patrauit. Vide *Perpetrare.* ¶ Quo sensu Patrō, honestum olim verbum ad obscœnitatem tralatum fuit, ostendit Boëthius *de Definitione*, qui Patrationem ait esse fractæ Veneris lacrymas: vnde Persius patranti fractus ocello, quòd videlicet in re venerea perficientibus euenit. ex M.S. vt annotauit Passer. Huius verbi composita sunt, Impetro, Expatro, Perpetro, Propetro, quorum significata vide suis locis.

Patratio, nis, Consummatio est, vel rei venereæ perfectio. Vnde & patres dicti, eò quòd patratione facta filios procreant. Cornutus *in Persium* & Boëthius, *in dictione præcedente.* ¶ Interdum pro consummatione rei, vt Velleius Paterculus 2. *Historiar.* Nunc expugnationibus in pristinum pacis redegit modum, eiúsque patratione Asiæ securitatem Macedoniæ pacem redididit.

Patrātŏr, is, vt Necis patrator, id est, interfector Cornelius Tacitus *lib.* 14. Et visus idoneus maternæ necis patrator, Amicetus.

Patrātŭs, a, um, participium. { נעשה nahaséth. } Tacit. *lib.* 1. Maluit patrati quàm incœpti facinoris reus esse. Bella patrata. Claud. 4. *Paneg.* Cæde eius patrata. Tacit. *lib.*4. Vnde & patres patrati dicebantur, quòd ad patrandum, hoc est, peragendum iuramentum, vbi de fœderibus conuenerat, mitterentur. Plutarch. *in Probl.* Fœcialibus sacerdotibus, qui fœderibus faciendis præsunt, pater patratus præest: inde dictus quòd ipse pater patrem haberet: sicque filiis prouideret, & patrem consuleret.

Patrocinor, Patrocinium, vide *Patronus.*

Patroclides, πατροκλείδης, proprium nomen assentatoris, Philippi Macedonum regis.

Patroclus, πάτροκλος, Menœtij filius & Steneles, qui occiso per ludum Astragalorum Cleonymo, seu (vt aliis placet) Æane Amphidamantis filio, solum vertens, in Phthiam venit, vbi à Peleo prosper generis propinquitatem susceptus est, & vnà cum Achille apud Chironem educatus, cum eodem arctissima amicitia iunctus vixit. Postea etiam cum Achille ad expeditionem Troianam profectus est, vbi armis Achillis indutus, cum Hectore pugnans, ab eodem confossus occubuit. Quod quum resciuisset Achilles, tametsi propter ereptam sibi ab Agamemnone Briseida bello abstinere omnino constituisset, nihilominus mutato proposito, acceptis etiam à Thetide matre armis à Vulcano fabricatis, ad bellum rediit, nec prius quieuit, quam socij mortem est vltus.

PATRŌNVS, i, qui aliquem in periculo defendit. בעל batál. προστάτης, ἢ προστάτης, συνήγορος. GALL. *Patron, aduocat, defenseur.* ITAL. *Tutore, difensore.* GERM. Ein beschirmer / der einem in einer gefahr beysteht / ihn vnd sein sach zubeschirmen. HISP. *Aquel que defende en cosa criminal.* ANGL *An attourney, a patrone or proctour, a spokesman.* } Vnde dictus, docet Plutarch. *in Romulo*, Patronus causarum. Quintilian. Patroni etiam qui non defendunt, sed ornant beneficio. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Primus locus officij Patri, proximus patrono debetur. Gell. *c.*13.*lib.*5. Patrono libertus debet operas, testamentum. Fab. Quintilian. *Declam.* Salue mi patrone. (verba manumissi.) Plaut. *Menæch.sc.*7.*a.*5. Tu Patronus, tu pater. Idem *Capt.sc.*3.*a.*2. Patroni onus portare in via. *Ibid.* Hominem infelicem qui patronam comprimat. Idem *Asin.sc.*2.*a.*2. Magis decorum est libertum quàm patronum onus portare in via. *Ibid.sc.* 3. *a.*3. Patronus perferendæ legationis. Suet. *in Claud.cap.* 5. Volo placere Philolachi meo ocello, meo Patrono. (qui me emptam manumisit.) Plaut. *Mostell.sc.*3.*a.*1. Pædianus, qui defendit aliquem in iudicio, aut

patronus dicitur si orator est: aut aduocatus si ius suggerit, aut præsentiam suam commodat amico: aut procurator si negotium suscipit, aut Cognitor si præsens causam nouit, & sic tuetur vt suam. Plaut. *in Most.* Qui pro me causam diceret, patronum liberaui. Valla, Patronus propriè est qui agit causam, sed accusati non accusantis. Cicer. *pro Sestio,* Qua de causa & tum conuentus ille Capuæ, qui propter salutem illius vrbis Consulatu conseruatam meo, me vnum patronum adoptauit. Ouid. 1. *de Arte,*

Qui modò patronus, iam cupit esse cliens.

¶ Patronus ad libertum refertur, qui scilicet seruum libertate donauit. Mulier etiam dicitur patrona. Terent. *in Eunuch.* Te mihi patronam cupio Thais.

Patrōcĭnŏr, aris, Tego, defendo, defendendum aliquem tuendúmque suscipio. {συνηγορῶ, ὑπεραπολογοῦμαι, συνειπεῖν. GALL. *Defendre aucun, soustenir son droit & querelle.* ITAL. *Difendere cosi in fatti come in parole.* GERM. Beistehn vnd beschirmen/einer sach sich annemmen die zu handt haben vnnd zu versprechen. HISP. *Defender.* ANGL. *To defed ones right and quarrell.*} Quint. *lib.* 1. *cap.* 4. Et leno interim, parasitúsque defenditur: sic vt non homini patrocinemur, sed fidei. Plin. *lib.* 2. *c.* 41. Patrocinatur vastitas cæli immensa, discreta altitudine, in duo atque septuaginta signa.

Patrōcĭnĭum, ij, præsidium, tutela, defensio, {מגן *mahhén* מחסה *machaséh.* συνηγορία. GALL. *Defence, protection, sauuegarde.* ITAL. *Difesa, tutela.* GERM. Beschirmung/handthabung/versprechung. HISP. *Ayuda ò defensa* ANGL. *A defending or maintenance of ones right and quarrell.*} Salust *in Catil.* Cuius patrocinio ciuitas plurimum vtebatur. Festus, Patrocinia appellari cœpta sunt quum plebs esset distributa inter patres, vt eorum opibus tuta esset. Huius nominis varij sunt in oratione vsus. Dicimus enim Arripere patrocinium, Prebere patrocinium, Tueri patrocinium, Suscipere patrocinium, Repudiare patrocinium, quorum testimonia sunt inuentu facilia. Sueton. *in Neron. cap.* 17. Pro patrociniis certæ mercedis constitutæ

Patrōnālis, Marcell. *D. lib.* 39. *tit.* 5. *l.* 2. Ne pars ex legibus verecundiæ patronali debita minuatur.

Patrōnātus, us, ui. Paulus *D. lib.* 19. *tit.* 1. *l.* 45. Si non Arescusa elegerit emptoris patronatum.

Patronymicum, πατρωνυμικόν, à Grammaticis appellatur nomē quod formatum à nomine patris, filium significat: quamuis abusiuè etiam à nominibus auorum, proauorum, fratrum, matrum, sororum, & ipsarum etiam regionum deducantur patronymica. Inuenta sunt autem patronymica à poëtis carminis gratia, ne idem semper nomen inculcare cogerentur. Quare in oratione soluta iis non vtimur. Dicitur autem patronymicū, quod propriè, vt diximus, fiat à nominibus patrum, ἀπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ὀνόματος, vt Priamides propriè intelligitur Hector, vel alius quiuis ex filiis Priami.

Patruelis, Patruus, vide *Pater.*

Pattagia, παταγία, fluuius Siciliæ. ἀπὸ τοῦ παταγεῖν, id est, à sonitu, nam per saxa fluens clamare videtur. Claud. 2. *de raptu Proserp.* — & saxa rotantem Panttagiam.

Patulcius, dictus est Ianus, quòd tempore belli portæ templi eius paterent. Macrob. *lib.* 1. *Saturn.*

Patulico, Patulus, vide *Pateo.*

‖ Patzunarium, vasis genus, inster acini. Mosch. L. g. b. ‖

Paua, vide *Pauo.*

PĀVCI, æ, a, multitudinis numero, cuius vocis contraria est multi, æ, a, tametsi huius vsus etiam est in numero vnius. {מעט *mehát.* ὀλίγος, παῦρος. GALL. *Peu.* ITAL. & HISP. *Poco.* GERM. Wenig. ANGL. *Few.*} Plaut. *in Curc.* Respondit mihi paucis verbis atque adeò fideliter Cicer. *de Amic.* Quum & ego essem vnà, & pauci admodum familiares, in eum sermonem illum incidere, qui tum ferè erat multis in ore. Idem. 5. *Tuscul.* Aperta enim res est, & quotidie nos ipsa natura admonet, quàm paucis, quàm paruis rebus egeat, quàm vilibus. Virg. 10 *Eclog.*

Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris
Carmina sunt dicenda.

Idem 1. *Æneid.*

——— *huc pauci vestris adnauimus oris.*

Paucorum mensium sunt relictæ reliquiæ. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a* 1. Pauci è multis certi amici. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Cis paucas tempestates. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Interdum etiam inuenitur in singulari numero Paucus. a, um: vt apud Gellium *cap.* 11. *lib.* 4. Pauca carne abstinuit Pythagoras. ¶ Paucis frequenter solum poni solet, ita vt in eo subaudiatur substantiuum *verbis.* Terent *in Andr.* Ausculta paucis. Idem. *in Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Da mihi operam parumper, paucis est quod te volo. Virg. 4. *Æneid.* — paucis aduerte docebo. Idem 6. *Æneid.* Atque hic responsum paucis ista reddidi heros. In pauca, vt occupatus sum, confer quid velis. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Qui sim, paucis eloquar. Idem *Aulul. Prolog.* Est paucis quod vos monitos voluerim. Idem *Capt. prolog.* Item loquere paucis non longos logos. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Facit hic quod pauci vt sit magistro suo obsequens. Hinc superlatiuus Paucissimus, a, um, Suet. *in Cæs. c.* 66. Paucissimis his diebus. (i. intra paucos dies.) ¶ Pauci apud antiquos pro bonis ponebantur, vt Multi pro malis, autore Nonio. Cic. *in Orat.* Iactationem habuit in populo nec paucorum iudicium reprehensionémque pertimuit.

Pāucŭlus, diminut. {ὀλίγος ὅσος, πάνυ ὀλίγος. GALL. *Fort peu.* ITAL. *Pochetto.* GERM. Weniglin. HISP. *Muy poco.* ANGL. *Very few.*} Terent. *in Heaut.* Quod imperat facito, loquitor paucula. Cicer. *ad Attic. lib.* 5. Quintilian. Volusium tui Tyberi generum, certum hominem, sed mirificè abstinentem, misi in Cyprum, vt ibi pauculos dies esset.

Pāucĭtās, denominatiuum, Inopia, penuria. {מעט *mehát.* ὀλιγότης. GAL. *Petit nombre, briefueté.* ITAL. *Poco numero.* GERM. Die wenigkeit. HISP. *Poquedad en numero.* ANGL. *Fewnesse or few in nomber.*} Cicer. 1. *de Oratore,* Sic facillimè quanta oratorum sit, sempérque fuerit paucitas iudicabit. Idem *ad Cælium,* De pantheris per eos qui venari solent, agitur mandato meo diligenter: sed mira paucitas est.

Pāucĭēs, quo veteres pro rarò vtebantur, teste Nonio. Titin. Vxorem meam paucies videbo,

Paucillatim, aduerb. apud Diomed. *lib.* 1.

‖ Pauentia dea Gentilium. Aug. ‖

Pāuxīllŭs, adiect. diminut. à paulum. {מעט *mehát.* ὀλίγος. GAL. *Bien peu, tant soit peu, le moinsdu monde.* ITAL. *Pochino.* GERM. Wenig / klein. HISP. *Poquillo.* ANGL. *Verie few or litle.*} Plaut. *in Aulul. sc.* 2. *a.* 1. Nam verisimile non est, hominem pauperem pauxillum paruifacere, qui nummum petat.

Pāuxīllum, aduerb. Parum admodum. {מעט מעט *mehát mehát.* κατ' ὀλίγον. GALL. *Fort peu.* ITAL. *Pochetto.* GERM. Gar veniglin. HISP. *Muy poco.* ANGL. *Verie few or litle.*} Plaut. *in Capt.* sed si pauxillum potes contentus esse.

Pāuxillŭlŭs, adiect. diminut. à pauxillus, Admodum paruus, ὀλίγος ὅσος, πάνυ ὀλίγος. Plaut. *in Ruden.* Hoc colore capiuntur pauxilluli Terent. *Phorm.* Iampridem apud me reliquum pauxillulum Nummorum, id vt conficerem. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. In hoc libello attulis pauxillulo

Pāuxĭllātim, Paululum, sensim, pedetentim. מעט מעט *mehát mehát.* κατὰ μικρόν GAL. *Peu à peu* ITAL. & HISP. *Poco à poco.* GERM. Gemächlich. ANGL. *By litle. and litle,*} Plaut. *Epid.* Cœpit sursum vorsum ad illas pauxillatim accedere.

Pāuxĭlĭsper, idem quod pauxillatim. Plaut. *in Trucul.* Plus decem pondo amoris, pauxillisper perdidit, id est, pedetentim & per particulas. Nonius.

Pāucĭlŏquĭum, quij, paucitas sermonum,)(Multiloquium. {βραχυλογία, ὀλιγολογία. GALL. *Peu de paroles.* ITAL. *Poche parolle.* GERM. Wenige vnd kürtze der red. HISP. *Poquedad de palabras.* ANGL. *Fewnesse of wordes, litle talk.*} Plaut. *Mercat.* Inhæret etiam auiditas, desidia, iniuria, inopia, contumelia, & dispendium, Multiloquium, pauciloquium.

PĂVĔO. es, paui, Timeo, metu percellor. {פחד *pachád* ירא *jaré* חרד *charádh* חתת *chath.* δέδοικα, φοβοῦμαι. GAL. *Auoir grand peur & frayeur.* ITAL. *Hauer paura, temere.* GERM. Sich förchten / vor forcht entsetzen. HISP. *Hauer pauor, miedo.* ANGL. *To be ingreat feare, to be troubled in spirit.*} Paues, parasitus quia non rediit Caria. Plautus *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Quid paues? Nihil equidem paueo, nisi vnum Palla pallorem incutit. idem *Menach. sc.* 2. *a.* 4. Idem *in Amphit. sc.* 1. *a.* 5. Ne paue. Terent. *Andr.* Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, vt ducas. Ouid. 9. *Metam.*

———*sed enim ne pectora vano*
Fida metu paueant, O Eteas spernite flammas.

Lucan. *lib.* 1.

——— *nec solùm vulgus inani*
Perculsum terrore pauet: sed curia, & ipsis
Sedibus exilire patres.

Cicer. 5. *Philipp.* Pauet animus apud consilium illud pro reo dicere. Pauere plus est quàm Timere. Tacit. *lib.* 4. Id ipsum inquit, pauentes quod timuissent. Nempe quia timor quem animo conceperant, aspectu augebatur.

Păuĕndŭs, a, um, Timendus. {נורא *norá.*} Plin. *lib.* 9. *c.* 23. Nec pedibus tantùm pauendas serpentes, sed & missili volare tormento.

Păuĕndo, gerundium, Timendo. Lucan. *lib.* 1. sic quisque pauendo dat vires famæ.

Păuēns, qui ad tempus, vel ex causa timet. {חרד *charédh.* δείλος.}

Ouid. 2. *Metam.*

Colligit amentes, & adhuc terrore pauentes
Phœbus equos.

Idem 13. *Metam.*

Conuocat Atrides socios terrore pauentes.

‖ Pauerus, a, um. Fest. Pauera frumenta dicebant antiqui, quæ de vagina non bene exibant.

Pauerātus, a, um, pressus, pauitus, spissus. ‖

Păuēsco, scis, timidus fio, timeo. {פחד *pochád* ירא *jaré* חרד *charád* חתת *cháth.* δέδοικα, φοβοῦμαι. GALL. *Auoir grand peur & frayeur.* ITAL. *Temere.* GER. Erschrecken. HISP. *Hauer pauor, o, miedo, temer.* ANGL. *To waxe verie fear full, or troubled in spirit.*} Colum. *lib.* 7. *c.* 2. Ventri quoque & sub femina manum subiicere, ne ad huiusmodi tactum postmodum pauescant. Prodigia pauescere. Silius *lib.* 16. ¶ Huius compositum Expauesco, de quo suprà.

Păuĕfīo, Timidus fio.} פחד *pachádh* ירא *jaré* חרד *charádh* חתת *chath.* πτοέομαι, καταφοβέομαι. GALL. *Estre effroyé.* ITAL. *Essere smarrito.* GERM. Erschreckt werden. HISP. *Ser atemorizado.* ANGL. *To be effrayed or troublet in spirit.*} Gell. *lib* 19. *cap.* 1. In tanta violentia temporum statum videor paulum pauefactus. Ouid. 15. *Metam.*

Ast ego vcinio pauefacta sub æquore mergo.

Păuĭto, as, Frequentatiuum à paueo, Valde timeo, valde horreo. {τρέμω. GALL. *Estre espouuanté, estre effrayé, trembler de peur.* ITAL. *Temere molto.* GERM. Hefftig förchten/ in lassen grausen/ ein schauderen vor forcht vberkommen. HISP. *Mucho temer y hauer mucho miedo.* ANGL. *To tremble trough feare.*} Plaut. *Bacchid.* Quis hic horror est? scio quid pauitas? Terent. *in Hecyra,* Vxorem Philumenam pauitare non qui dixerunt, id est, laborare ex frigoribus, vt exponit Donatus, Habent enim frigus & pauor reciprocam quandam translationem: nam & frigus accipitur pro pauore, & pauor pro frigore: vt annotauit Seruius in illud Virg. 1. *Æneid.*

Extemplo Æneæ soluuntur frigore membra.

Lucret. *lib.* 2.

Quæ pueri in tenebris pauitant, fingúntque futura.

Virg. 6. *Æneid.*

Vix adeò agnouit pauitantem, & dira regentem Supplicia.

Idem 2 *Æneid.*

Prosequitur pauitans, & ficto pectore fatur.

Păuĭtātĭo, trepidatio, παλμός. Apuleius *lib. de Mundo.* Palmatiæ (venti) appellantur, quorum pauitatione illa quæ trepidant, sine inclinationis periculo nutant.

Păuŏr, is, vt ait Cicer. 4. *Tuscul.* est timor loco mouens mentem. {פחד *pachád*

pachádh. חתת chittáh. δεῖμα, δειλία. GALL. Frayeur, grand' crainte, peur. ITAL. Paura, tema. GERM. Schrecken/forcht. HISP. Pauor, miedo, demasiado. ANGL. Great feure, and troubling of the sprit. } Ex quo illud Ennij apud Cicer. de Orat. 3. Tum pauor sapientiam omnem mihi ex animo expectorat. Liu. lib. 24. Pauórque circa eam ceperant milites, ne mortiferum vulnus esset. Ouid. 10. Metam.

Isque metu vacuus, naturalique pauore
Depósito, &c.

Virg. 3. Georg.

——— Exultantiaque haurit
Corda pauor pulsans.

Idem 3. Æneid.

——— postquam pauor ossa reliquit.

¶ Pauor colebatur Spartæ. Plutarch. in Agide.

Pauor, & Pallor, dij Gentilium. Aug. lib. 6. de ciuit. Dei, cap. 10. Hostilius Pauorem & Pallorem teterrimos hominum affectus, quorum alter mentis territæ motus est, alter corporis, nec morbus quidam, sed color. sc. deos dedicauit.

Păuĭdŭs, i, Timidus, meticulosus, qui natura timidior est, inquit Seruius. { חרד charédh. περιδεής, ἐκπληκτικός. GALL. Paoureux, fort craintif. ITAL. Timido. GERM. Forchtsam/erschrocken. HISP. Temeroso. ANGL. That feareth greatlie. } Virg. 9. Æneid. Stant pauidæ in muris matres. Ouid. Epist. 3.

Quod scelus vt pauidas miseræ mihi contigit aures,
Sanguinis atque animi pectus inane fuit.

Virg. 9. Æneid.

Interea pauidam volitans pennata per vrbem
Nuntia fama ruit.

Horat. 2. Epod.

Pauidúmque leporem, & aduenam laqueo gruem
Iucunda captat præmia.

Silius lib. 10.

——— talin' pauidissimè dignum
Me vita, pulchráque indignum morte putasti?

Pauidus metus, ab affectu, quia pauidos facit: vt Pallida mors, & tristis senectus. Ouid. 1. Fast.

Déque meo pauidos excute corde metus.

Et est metonymiæ species. Idem Eleg. 3 lib. 3. Trist.

Est feries pauida pectora fide manu.

Et Plaut. Curc. sc. 2. a. 5. Timidam atque pauidam me arripit.

Păuĭdē, aduerbium, timidè, meticulosè. { περιδεῶς, φοβερῶς. GALL. Paoureusement, en grand' crainte. ITAL. Paurosamente. GERM. Forchtsamlich. HISP. Temerosamente. ANGL. Fearefullie, with greate feare. } Liu. 5. ab Vrbe. Nequaquam tamen ea nocte neque insequenti die similis ei, quæ ad Alliam tam pauidè fugerat, ciuitas fuit.

Păuĭcŭlă, æ, Instrumentum quo coæquatur, & condensatur area: à pauiendo dicta. { ἐργαλεῖον κυλινδροειδές, ᾧ ἔδαφος ὁμαλίζεται. GALL. Vn instrument dequoy on bat les aires, vne bate. ITAL. Instrumento da pianare il terreno nelle are. GERM. Ein breiter schlegel/mit welchem mann den esterich inn den newen tennen wol auff einander vnnd eben schlegt. HISP. El pison para pesas ò topias. ANGL. An instrument to mak a floore or pauement euen and sadde. } Cato de re rust. cap. 129. Vbi bene comminuto terra fuerit, & amurcum combiberit, cylindro, aut pauicula coæquato.

PĂVĪMENTVM, i, Domus stratum, solum, aut lateribus, aut lapidibus, quod gradiendo calcamus. { קרקע karkáh. ἔδαφος, βηλός. GALL. Le paué d'vne place, parterre, paué. ITAL. Pauimento, battuto, terrazo. GERM. Ein esterich/ein besetzte bűne. HISP. Suelo de casa. ANGL. A pauement, a floore, a place paued. } à pauiendo, hoc est, tundendo, siue feriendo dictum, quòd dum fiunt pauimenta, pluribus simul diebus feriuntur, idest, percutiuntur, tunduntur fistucis, seu marculis, vt solidiora sint, nec rimas faciant. Iuuenal. Satyr. 14.

Verre pauimentum, & nitidas ostende columnas.

Insigne pauimentum. Suet. in Aug. c. 72. Cato c. 18. de re rustic. Pauimenta ad hunc modum facito, De testa arida pauimentum struito: vbi structum est, pauito, siccatóque oleóque perungito: vt pauimentum bonum fiet. ¶ Multa tamen pauimentorum genera fuerunt apud veteres. Erant litthostrota paruulis coagmentata crustis. Erant subdialia à Græcis iuuenta, quæ sub dio erant, & in aperto, pluuiis & tempestatibus exposita. Erant & asarota, de quibus Papin. in Syluis,

——— Suberánque noui asarota figuris.

Dicta autem sunt asarota, ab α priuatiuo, & verbo σαίρω, siue σαρόω, hoc est, purgo, vel verro, siue quòd scopis non verrerentur, sed collectis manu amalectis (ita vocant cœnarum reliquias) ipsa spongia mundarentur: (siue, vt autor est Plin lib. 35. c. 25.) quòd in hoc pauimentorum genere tam artificiosè minutis quibusdam testulis expressæ erant cœnarum reliquiæ, quæ scopis solent euerri, vt semper viderentur non esse purgata, eáque quæ in pauimento depicta erant, vera viderentur analecta. Vide Asarotum. ¶ Fuerunt & pauimenta Barbarica, subtegulanea, scalpturata, & Græcanica. Vide Plin. lib. 36. c. 25. Pauimenta Pœnica, inquit Festus, marmore Numidico strata significat. Cato in oratione quam habuit, Ne quis Consul bis fieret: Dicere possum, inquit, quibus villæ atque ædes ædificatæ, atque expolitæ maximo opere, citro atque ebore, atque pauimentis Pœnicis stent.

Păuīmento, as, Pauimentum facio, seu pauimentum sterno { ἐδαφίζω. GALL. Pauer, dresser le parterre. ITAL. Far pauimento. GERM. Ein esterich machen/ein besetzte oder gepflasterte bűne machen. HISP. Hechar ò hazer suelo. ANGL. To paue. } Vnde Pauimenta loca dicuntur in quibus strata sunt pauimenta. Cicer. pro domo sua, In palatio, pulcherrimo prospectu porticum cum conclauibus pauimentatum, trecentum pedum concupiuerat. Plin. lib. 27. c. 4. Ergo pauimentandum vbi sata sit, censent, vt lachryma non absorbeatur.

Păuĭo, is, ui, itum, verbum antiquum, Ferio, percutio, tundo. { ἐδαφίζω. GALL. Pauer, battre la terre pour l'affermir, dresser le parterre. ITAL. Percuotere, ò battere la terra per fermarla. GERM. Schlagen. HISP. Herir, pisonar, con pisones. ANGL. To paue. } Sumptū est à Græcis, quibus παίειν est percutere. Cicer. 2. de Diuinat. Sed quia quum pascuntur necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauium primò, pòst terripudium dictum est, hoc quidem nunc tripudium dicitur. Cato cap. 18. Ibi de testa arida pauimentum struito: vbi structum est, pauito fricatóque, oleo perungito, vti pauimentum bonum fiet. Col. lib. 1. cap. 6. Sed vtrunque more piscinarum deuexum leni cliuo extructum, pauitúmque solum habeat, ne humorem transmittant. ¶ Hinc fiunt composita, Depuuio, hoc est percutio, a, in u mutato. Lucil apud Festum, Palmísque misellam depunit me. Eiusdem significationis est Oppuuio, vnde oppuuia dicuntur verbera. Afranius, Oppuuiis pueri coercentur.

‖ Pauitensis, e, seu potiùs pauidensis. Vestis pauidensis, quòd pauiendo sit densata, grauiter pressa atque calcata.

Paula, Paula, primarium Calabriæ opidum, patria S. Francisci, inde Paulani dicti, qui Ordinem Minimorum instituit, & anno 1507. apud Turones in Gallia obiit. ‖

Paulātim, Paulisper, Paulum, Paululum, vide Palum.

Paulŭs, i, παῦλος, Latinè modicus, Græcè quietus. Nam παῦλα quies dicitur. Hoc nomine dictus L. Æmilius, qui in prælio Cannensi pro patria occubuit. ¶ Et qui multò fortunatior patre victum Persea Macedonum regem in triumphum vexit. ¶ Est & Paulus, a, um, adiectiuum, à Parum, quo rarissimè vsi sunt autores, nisi in ablatiuo. Plaut. in Bacch. Pacisci cum illo paula pecunia potes. Terent. in Andr. Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur. Idem in Adelph. scilicet, Ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit suos Paulo sumptu.

Paulus, qui est, Saulus, Apostolus gentium. Saulus quidem, quia de tribu Beniamin erat, in qua hoc nomen familiarius habebatur; vt sunt verba Hieronymi in epist. ad Philem.

PĀVO, nis, & Pauus i, Auis nota, vario pennarum fulgore conspicua, quam Poëtæ Iunonis tutelæ assignarunt. תכי tu:hi ταώς. GALL. Vn paon. ITAL. Paone. GERM. Ein pfauw. HISP. El pauon. ANGL. A peacocke. } Gell. lib. 7. cap. 16. Pauus à Samo præstautior est. Tradunt hanc auem esse non gloriosam solùm, sed & maleuolam. Laudata expandit colores aduerso maximè sole. Fimum suum resorbet, inuidens hominum vtilitati. Caro eius diutissimè incorrupta seruatur. Vnde etiam in ventriculo ægerrimè concoqui putatur. Ad quod & Iuuenalis videtur allusisse, Satyr. 1.

Et crudum pauonem in balnea portas.

De auis huius natura vide plura apud Plin. lib. 10 c. 20.

Păuă, eius fœmininum est, quo vsus est Ausonius sect. 1. Fœmineam (inquit) in speciem se vertit masculus ales. Pauáque de pauo constitit ante oculos. } ANGL. A peahen. } Columella tamen vtrunque sexum Pauonem appellat: sed cum distinctione horum nominum masculus & fœmina. Vtriusque exemplum habes lib. 8. c. 11. Masculus (inquit) pauo gallinaceam salacitatem habet, atque ideo quinque fœminas desiderat. Et paulò pòst. Nam fœminæ pauones quæ non incubant, ter anno ferè partus edunt.

Pāuōnīnŭs, a, um, quod ex pauone est { ὁ τοῦ ταῶνος. GALL. De paon ITAL. Di paone. GERM. Pfauwin/von einem pfauwen. HISP. Cosa de pauon. ANGL. Of a peacoke. } vt, Pauoninum ouum, apud Colum. lib. 8. cap. 5. & Muscarium pauoninum, ex pauonum caudis confectum apud Martial. in Disthicis Pauonius, pro eodem legitur apud Varro. 2. de re rust c. 9. Verùm castigatiora exemplaria legunt pauoninus. Pauonaceus, legitur etiam apud Plin lib. 36. cap. 22. Pauonacea tegendi genera. Quo in loco doctiores legunt pauimentata tegendi genera, hoc est, pauimentorum more constructa cuiusmodi permulta hodie videmus, Pauonius lectus Mart. epigr. 85. lib. 14.

Pauor, vide Paueo.

PĀVPER, is, g. c. vel, vt nonnullis placet, omnis. habet enim neutrum genus, præcipuè in obliquis: vt apud Stat. lib 1. Theb. Lis est de paupere regno { אביון ebijón עני hani רש rasch. πένης, πτωχός. GALL. Pauure. ITAL. Pouero. GERM. Arm. HISP. Pobre. ANGL. A peore. } Dicitur autem pauper (vt Varro putauit) à parua pecunia, siue, vt alij malunt, à paruo lare. Cicer. in Parad. M. Manilius pauper fuit: habuit enim ædiculas in Carinis, & fundum in Laukano. Ibidem, Non modò non copiosi ac diuites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt. Horat. 1. Serm. Satyr. 1.

——— neque se maiori pauperiorum
Turba comparet.

Ouid 1. Fast.

In pretio pretium nunc est, dat census honores,
Census amicitias: pauper vbique iacet.

Idem lib. 3. Fastor. Pauper, sed multæ sedulitatis anus. Pauperis ambitiosi supellex. Quintilian. Pauper natus armis, Tibul. lib. 4. Cum opulento pauper cœpit habere negotium. Plaut. Aul. sc. 4. a. 3. Si pauper est, atque haud malus, nequam habetur. Idem Menach. sc. . a. 4. Pauper sum, fateor, patior, quod dij dant, fero. Idem Aul. sc. 1. a. 1. Non est verisimile hominem pauperem pauxillum parui facere quin nummum petat. Ibid. sc. 2. a. 1. Non temerarium est, vbi blandè diues appellat pauperem. Ibid. sc 4. a. 1. ¶ Hinc comparatiuus pauperior. Ibid. sc. 5. a. 3. Opulentiores pauperiorum filias vxores ducere debent. Et superlat. Pauperrimus, de quo seq. dictione. ¶ Item metaphoricè, Miser & pauper orator. Quintilian. Et. Ieiunam & pauperem eloquentiam. Idem ¶ Pauper cum genitiuo. Horat. 2. Serm. satyr. 3. Pauper Opimius argenti positi intus, & auri.

Paupĕrrĭmŭs, superlatiuum. Horat 2. Serm. Satyr. 1.

——— Horum
Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.

Plin. lib. 24. cap. 1. Quum remedia vera quotidie pauperrimus quisque cœnet Plaut. Aulul. sc. 4. a. 1. Te esse diuitem & me hominem pauperum pauperrimum.

Paupĕră, apud antiquos etiam dicebatur in fœminino genere. Plaut. Paupera hæc res est.

‖ Pauperatus, pauperior effectus. Iul. Firmicus Mathes. lib. 1. de luna: Quando pauperata luminibus iacturâ propriæ ma-iestatis agnoscunt. ‖

Paupercŭlŭs, & Paupercula, diminutiua. { ὁ πτωχός, ὀλίγον τι ἔχων. GALL. Pauure. ITAL. Pouerètto. GERM. Zimlich arm. HISP. Pobrecillo. ANGL.

A little poore bodie.} Terent. *in Heaut.* Est è Corintho hîc aduena anus paupercula. Varro *lib.* 1. *de re rust. cap.* 17. Vt plerique pauperculi cum sua progenie. Plaut. *Aulul. sc.* 3. *a.* 1. Nouistin' hunc hominem è proximo pauperculum.

Paupertas, atis, Penuria, egestas, tenuitas. { ריש *resch* מחסר *machsór.* πενία. GALL. *Pauureté.* ITAL. *Pouertà.* GERM. Armut. HISP. *Pobreza.* ANG. *Pouertie.*} Varr. *lib.* 4. *de L.L.* Pecunia quæ erat parua, ab ea paupertas dicta est. Plaut. *Persa.* Nam vbi ad paupertatem accessit infamia, grauior paupertas fit. Cicer. 3. *Tusc.* Vt de paupertate nonnunquam, cuius onus disputando leuamus docentes quàm parua, & quàm pauca sint quæ natura desideret. Iuuenal. *Satyr.* 3.

Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quàm quòd ridiculos homines facit.

Plaut. *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Neque eo est alter quisquam ex paupertate parcior. Liu. *lib.* 34. Pessimus est pudor parsimoniæ, vel paupertatis.

Et neque diuitiis, neque paupertate notanda est (domus sup.)

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Paupertas autem (Seneca autore *Epist.* 88. est parui possessio. ¶ Paupertatem quidam ab egestate ita distinguunt, vt egestas sit quando ad victum necessaria desunt: paupertas, quando licet non sint opes, tamen necessaria suppetunt. Cicer. *in Parad.* Itaque istam paupertatem, vel potiùs egestatem, ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulisti.

Pauperies, ei, Paupertas. { ריש *resch* מחסר *machsór.* πενία. GALL. *Pauureté.* ITAL. *Pouerta.* GERM. Armut. HISP. *Pobreza.* ANGL. *Pouertie.* } Horat. *lib.* 1. *Epist.*

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Virg. 6. *Æneid.*

——— *quam vellent æthere in alto*
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores.

Horat 3. *Carm. Ode* 24.

Magnum pauperies opprobrium iubet,
Quiduis & facere, & pati,
Virtutisque viam deserit arduæ.

Plaut. *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Meam pauperiem conqueror. Idem *ibid. sc.* 6. *a.* 4. Hic dies mihi famem & pauperiem obtulit. ¶ Pauperies item apud Iureconsultos damnum est à quadrupede datum: quod si ab homine illatum esset, iniuria diceretur. *l.* 1. *D si quand. pau. feciss. dic.*

Paupertinus, Pauper. { רש *rasch.* πενιχρός. GALL. *Pauurete.* ITAL. *Pouero.* GERM. Arm/ durfftig. HISP. *Pobre.* ANGL. *Poore.* } Varr. *de vita popul. Rom. lib.* 1. Quòd si paupertina sit elegantia, ac cum castimonia. Sidonius, Quin potiùs paupertinus flagitatæ cantilenæ culmus immurmuret. Nonius. Gell. *c.* 6. *lib.* 14. Litteræ paupertinæ.

Paupero, as, Pauperem facio. { רושש *roschésch.* πτωχίζω πενῶ. GALL. *Faire pauure ou chetif.* ITAL. *Impouerire.* GERM. Arm machen/ zu armen tagen bringen. HISP. *Empobrescer à otro.* ANGL. *To make poore.* } Plaut, *in Milite*, Quæ improba est pro mercis vitio dominum pretio pauperat. Idē *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. ex persona lenonis, Boni viri me pauperant, improbi alunt. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 5.

Eripiet quiuis oculos citius mihi, quàm te
Contemptum cassa nuce pauperet.

¶ Hinc Depaupero. Varr. Priusquā domum depauperaret sumptu suo.

Pauperatus, pauperior effectus. Iulius Firmicus *Matheseos lib.* 1. *de Luna*, Quando pauperata luminibus iacturam propriæ maiestatis agnoscat.

PAVSA, æ, Requies, intermissio, atque otium à re aliqua. { פוגה *puthàh* סוף *soph.* παῦλα, παυσωλή. GALL. *Pause, repos qu'on prend en faisant quelque chose.* ITAL. & HISP. *Pausa.* GERM. Ein rast / ein vnderleibung/ stillhaltung. ANGL. *Rest, intermission, ceasing.*} Lucil. *lib.* 1. *Satyr.*

Hæc vbi dicta dedit, pausam facit ore loquendi.

Plaut. *in Rud.* Aliquando osculando melius est vxor pausam fieri. Lucret. *lib.* 2.

——— *Nec dare pausam*
Conciliis, & dissidiis exercita crebris.

Deducitur à verbo Græco παύομαι. quod est cesso: vnde & παῦσις eiusdem significationis cum Latino pausa.

‖ Pausanæ, induciæ, quia tunc cessat bellum. ‖

Pusarius, A Seneca *Epist.* 57. vocatur qui remigibus modos dat, & remigandi officium quadam quasi pausa moderatur. κελευστής.

Pauso, as, Quiesco. { נח *nach* פג *pag* שקט *schakát.* παύομαι. GALL. *Pauser, se reposer.* ITAL. *Pausare, ripausare.* GERM. Ruwen / stil halten. HISP. *Descansar, reposar.* ANGL. *To rest, to cense forme doing any thing.* } Plaut. *in Trin.* Pausa, vicisti castigatorem tuum.

Pausanias, Παυσανίας. Cleombroti filius Lacedæmonicus Imperator, qui vnà cum Aristide Atheniensi vicit Mardonium Medum Xerxis regis generum apud Platæas, cum ducentis peditum millibus electis, & viginti equitum millibus, haud ita magna manu. Et quum multum incrementi Lacedæmoniis adiecisset, in mores Asiaticos labi sensim cœpit. Deinde eousque amentiæ dicitur tandem progressus, vt cum Xerxe pacisceretur, se illi imperium Lacedæmoniorum proditurum esse, si filiam sibi in matrimonium dedisset. Quo nomine in iudicium vocatus in templum Mineruæ confugit, vbi interfectus est, cadauerque eius in barathrum abiectum. Autor Thucydides *lib.* 2. De eo Plutarch. *in Themist.* ¶ Fuit & Pausanias nomen autoris Græci scriptoris, qui floruit Hadriani & Antonini temporibus. Scripsit Chronica Laconica, de Amphictyonibus, & Lacedæmoniorum feriis. Author Suidas. ¶ Alius præterea fuit Pausanias Macedo adolescens, qui cùm primis pubertatis annis stuprum ab Attalo per vim esset passus, & quod deterius est, omnibus etiam conuiuis veluti scortum ad stuprum oblatus, de tanta iniuria ad Philippum Macedonum regem querelam detulit, illatique probri vltionem postulauit: verùm quum se etiam à rege irrideri videret, iram in eum conuertit, vltionémque quam ab inimico non potuerat, ab iniquo iudice exegit. Autor Diodorus & Iustinus. ¶ Pausanias Cæsariensis, Grammaticus æqualis Aristidi, scripsit de constructione librum vnum, Problematum item vnum, quem inter malos Rhetores recenset Philostratus in vitis Sophistarum. Autor Suidas.

Pausia, genus oliuæ, à pauiendo, quòd nonnisi pauiendo, id est, tundendo oleum emittat: seu quòd antè quàm molæ subiiciatur, tundatur. Virg. 2. *Georg.* Et amara pausia bacca. Apud Colum. *lib.* 12. *cap.* 48. nisi corrupta sint exemplaria, legitur *pausea* per secundam vocalem in penultima syllaba.

Pausias, Παυσίας. Nomen pictoris Sicyonij. Plin. *lib.* 35. Inter pictores (inquit) Pamphilus docuisse traditur Pausiam Sicyonium, primum in hoc genere nobilem. Inter omnia huius opera præcipua admirationi fuit tabula quædam, qua Glyceram municipem suam à se amatam, sedentem pinxit, & coronas ex floribus nectentem: quod opus ex argumento Stephanoplocon appellauit.

Pausiacus, a, um, adiect. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 7.

Vel cum Pausiaca torpes insane tabella, hoc est, tabula à Pausia depicta.

Pausilypum, Παυσίλυπον. Villa est Campaniæ, ab amœnitate dicta, ἀπὸ τῆς παύσεως τῆς λύπης, hoc est, à curæ mœrorísque cessatione. Plin. *lib.* 9. *c.* 53. Pausilypum, villa est Campaniæ, haud procul Neapoli. Idem *lib.* 3. *c.* 6. Inter Pausilypum & Neapolim Megaris.

Pausilypus, παυσίλυπος, poculum erat in conuiuiis tertium, Ioui seruatori dicatum: ita dictum, quòd curas abigeret. Quin etiam Iouem ipsum Sophocles Pausilypum cognominat.

Pauso, Pausas, vide *Pausa.*

‖ Pausus, Turneb. *lib.* 15. 21. Pausus deus videtur fuisse, qui pausam afferret & quietem. quem bellis aduersarium repugnantisque Bellonæ potestatis fuisse suspicatum ex Arnobio. ‖

Pauxillus, vide *Paucus.*

Pax, pacis. status imperturbatus, tranquillus, in quo animi inter se pacti cōcordia. opponitur enim discordiæ & bello. A pactione dicitur: quod nomen etiam pluraliter declinatum legitur. שלום *schalóm.* εἰρήνη. GALL. *La paix.* ITAL. *Pace.* GERM. Fried. HIS. *La paz.* ANGL. *Peace.* } Plaut. *in Persa*, Hostibus victis, ciuibus saluis, re placida, pacibus perfectis. Horat. *lib.* 2. *Epist.* Hoc paces habuere bonæ, ventique secundi. Varro, animaduertendum primùm quibus de causis, & quemadmodum constituerunt paces: secundum, qua fide & iustitia eas coluerunt. Est autem pax propriè publica tranquillitas, otium. Cic. *de senectute*, Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem, & fœdus faciendum cum Pyrrho. Pax (inquit Cic. 2. *Philip.* est tranquilla libertas. ¶ Aliquando etiam accipitur pro venia, Virg. 3. *Æneid.*

Sed votis precibúsque iubent exposcere pacem.

¶ Nonnunquam etiam pro propitiatione. Nam pacem petebant, cùm sibi placatos optabant deos propitiósque. Virg. 4. *Æneid.*

Principio, delubra adeunt, pacémque per aras
Exposcunt.

Cicero *pro Rab.* similiter dixit, Ab Ioue Opt. Max. que, cæterísque diis pacem, veniámque peto precórque. Pax, à verbo pago, is: paco, as: pacio, is, vnde paciscor etiam, quod pangere, statuere, & formare est, vnde Paginæ. An à Græco & Comicò aduerbio Pax, quo silentium turbarum significatur. Scaliger *in Ausonium*, Pacem deûm exorare. Liu. *lib.* 6. *ab Vrbe*, Vt Iouis supremi, multis hostiis pacem expetam. Plaut. *in Amph. sc.* 1. *a.* 5. Pacem ab Æsculapio petas. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Pax æterna eum excepit (de mortuo.) Senec. *cap.* 19. *de consol. ad Martiam.* A casibus nulli longa pax, vix Induciæ. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Martiam.* Item, Obsecro vt per pacem liceat te alloqui, vt ne vapulem. MI nunc Induciæ parumper fiant. S. Non loquar nisi pace facta; quoniam plus vales. Plaut. *Amphitr.* Propterea pace aduenio, & pacem ad vos adfero. (i cum pace, & silentio.) Idem *prologo Amphitr.* Habui expurgationem, facta pax est. *Ibid sc.* 3. *a.* 3. Item, Pacem facere. Liu. *lib.* 6. *d.* 4. Et pace infecta. *Ibidem.* Pace reconciliata. (i. triumuiris consentientibus.) Sueton. *in Tib cap.* 4. ¶ Habet autem hoc nomen varios in oratione vsus, dicimus enim, Pace aduenio, Pacem affero, Conciliare pacem inter aliquos, Conficere pacem, Consulere paci, Cum pace aliquem dimittere, Cum pace aliquid agere. Cui contrarium est iracundè, vel cum ira agere. Confirmare pacem, Dare pacem, Eripere pacem, Esse in pace, Pacem exploratam habere, Facere pacem, Seruare pacem, Trahere pacem, Vti pace. Testimonia legenti veteres autores nulli non sunt obuia. Pace tua, honestus est reprehendendi modus, priùs captata venia, id est, tua venia, & te non irascente. Ter. *in Eunuch.* Quæso hercle vt liceat, pace quod fiat tua. Similiter, Pace tua dixerim, Pace omnium dixisse liceat. ¶ Pax Hebræa, Synecdoche, est felicitas, salus, ὁλοκληρία, conditio in qua bene est alicui, vt sit immunis à metu, mœrore & dolore, adeóque omnes res secundæ. ¶ Pax etiam aduerbium Comicum est, significat Tantummodo: vel silentium quoddam imperantis vim habet. Plaut. *Ps. sc.* 1. *a.* 5. Dum enitor pax, Iam penè inquinaui pallium temeto. Ter. *in Heaut.* Dum argentum capio, pax, nil amplius.

Pacifer, Pacem ferens: vt Laurus pacifera. { εἰρηνοφόρος. GALL. *Qui porte paix.* ITAL. *Ch' apporta pace.* GERM. Das friden bringt. HISP. *El que trahe* ANGL. *That maketh or bringeth peace.* } Plin. *lib.* 5. *cap.* 37. Laurus ipsa pacifera, vt quam prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium ¶ Virga pacifera Mercurij, Valer. Flac. 4. *Argon.* ¶ Cyllenius pacifer, Ouid. 4. *Metam.*

Pacifico, as, Controuersias compono, quasi pacem facio, reconcilio. { השלים *hischlim.* σπένδομαι, διαλλάσσω. GALL. *Pacifier, faire paix, appaiser.* ITAL. *Pacificare, far pace.* GERM. Friden machen/ befridigen. HISP. *Pacificar, hazer paz.* ANGL. *To make peace, to appease.* } Cicer. *ad Attic. lib.* 15. Seruius verò pacificatus cum librariolo suo, videtur obiisse legationem. Liu. *lib.* 3. *ab Vrb.* Legati pacificatum venerunt. ¶ Quidam hæc tria separantur, vt Pacificatus sum, significet idem quod in concordiam redactus sum. Pacatus sum, in pace sum, ab armis destiti. Placatus sum, ab indignatione animi ad lenitatem redij, vel animo leni sum. Pacificans diuos, Sil *lib.* 15.

Pacificatio, Reconciliatio. { εἰρηνοποιΐα. GALL. *Pacification, appaisement.* ITAL. *Pacificatione.* GERM. Frid machung/ befridigung. HISP. *Pacificaçion.* ANGL. *A making of peace, appeasing.* } Cic. *Lepido lib.* 10. Itaque sapientiùs, meo quidem iudicio, facies, si te in istam pacificationem non interpones, id est, pacem faciendam. Pacificatio perpetrata. Gell. *cap.* 3. *lib.* 7.

Pacificator, is, Dissidij diremptor, & conciliator pacis. { משלים *maschlim.*

chlim. εἰρηνοποιός. GALL. *Qui fait la paix entre ennemis.* ITAL. *Chi-unque fa pace.* GERM. Ein frid macher. HISP. *El que haze paz.* ANGL. *That maketh peace or appeaseth, that taketh away striffe.* } Cicer. *Attic. lib.* 10. Iam enim illum emptum pacificatorem perorasse puto, iam actum aliquid esse in consessu Senatorum. Liu. *lib.* 7. *bell. Pun.* Adhibitus ab Ætolis ex finitimis pacificator Aminander. Gellius *c.* 2. *lib.* 14. Pacificatoris partes sustinere Iudicem. Item, Pacificatoris habitus qualis in statuis. Quintilian.

Pācĭfĭcātōrĭus, a, um, quod ad pacificationem pertinet. διαλλακτικός, εἰρηνοποιικός. Cic. 12. *Philipp.* Postquam nos pacificatoria legatione implicatos putant.

Pācĭfĭcus, a, um. Paci studens. { שׁלו *schalév* vel *schelév.* εἰρηνικός. GALL. *Pacifique, paisible.* ITAL. & HISP. *Pacifico.* GERM. Fridsam/ der nach frid stellet. ANG. *Geuen to peace or that maketh peace.* Cicer. *ad Attic. lib.* 8. Ecquæ pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia. Ouid. 6. *Fastor.*

——— *& vos orate coloni*
Perpetuam pacem, pacificúmque ducem.

Lucr. *lib.* 3.

durámque viri deflectere mentem.
Pacifico sermone parant.

Pāco, as, A pace fit, & significat mitigo, lenio, placo, tranquillum, lenem, & mitem reddo. { שׁבח *schibbéach* השׁבית *hischbiach.* ἱλάσκω, ἐξιλεοῦμαι, εἰρηνίζω. GALL. *Appaiser, pacifier.* ITAL. *Placare, mitigare.* GERM. Befridigen/ begütigen/stillen. HISP. *Apaziguar, placar.* ANGL. *To appease, to mittigat* } Cæs. 1. *bell. ciuil.* Hortatur cuius Imperatoris ductu Remp. nouem annis felicissimè gesserint, plurimáque prælia secunda fecerint, omnem Galliam, Germaniámque pacauerint, &c. Tibul. *lib.* 4. *Eleg.* 1.

Par: aque calestes pacauit mirrha: nec illis
Semper inaurato taurus cadit hostia curru.

Pācātus, a, um, Reconciliatus, placatus, exoratus, & tranquillus redditus. { משׁלם *muschlám* שׁלום *schalúm.* εἰρηνευθείς, εἰρηνευθείς. GALL. *Appaisé, pacifié.* ITAL. *Pacificato.* GERM. Begütiget/ gestillet/zufriden vnd zuruw bracht. HISP. *Pacificado, apaziguado.* ANGL. *Pacified, appeased.* } Cic. 3. *Verrina,* Ciuitates non modò pacatæ, verumetiam sociorum, & amicorum ad vim atque ad arma confugient. Idem antequam iret in exil. Si denique Cn. Pompeio, quòd terra maríque hostes reddidit pacatos, &c. Ouid. 1. *de Ponto,*

Denique si moriar, subeam pacatius aruum.

Æquora pacata. Ouid. *Epist.* 10. Aëris pacati status. Lucret. *lib.* 3. Vultu pacato excipere aliquid. Ouid. 1. *Fast.* Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Hic in pacato, oppidum herum diripiet.

Pācātor, is, Pacis conciliator, qui tumultus & turbas sedat. { משׁלים *maschlím.* εἰρηνοποιός. GALL. *Appaiseur.* ITAL. *Pacificatore.* GER. Ein stiller/fridmacher. HISP. *Apaziguador, que haze paz.* ANGL. *An appeaser.* } Senec. *Hercul. OEteo,* Sed tu domitor magne ferarum, Orbísque simul pacator ades.

Pācātē, Tranquillè, sedatè, pacificè. { εἰρηνικῶς. GAL. *Pacifiquement.* ITAL. *Pacificamento.* GERM. Ruwiglich/fridlich/stil. HISP. *Apaziguamente, pacificamente.* ANGL. *with peace.* } Vt Pacatè per prouinciam iter facere, apud Cæsarem 1. *bell. Gall.*

Pācālis, adiect. ἱλαστικός. εἰρηνικός. Pacifer, siue pacem significans; vt Oleæ pacales, Ouid 6. *Met.* Flammæ pacales. Idem 1. *Fastor.* ad finem.

‖ Pax, Hispanis *la ciudad de la Paz,* in prouincia de *Chuquiago,* V.E. sub A. Platensi, in regno Peruano, apud Amelicos.

Pax Augusta. Badajot, V.E. Hispaniæ ad Anam fl. sub A. Compostellano. ‖

Paxamas, vel Paximas, genus panis.

Paxamatum, panis subcinericius. Gloss. Isid.

Pāxĭllus, Palus. { יתד *jathédh.* πάσσαλος. GALL. *Vn pau, vn pieu.* ITAL. & HISP. *Palo.* GERM. Ein kleiner pfal. ANGL. *A pale propre or stake.* } Hoc nomen Priscianus credidit per diminutionem à palo factum: quod tamen, vel Cicerone teste, falsum esse constat, qui palum contrà ex paxillo contractum esse asserit, fuga literæ vastioris. Sic enim scribit *in Orat.* Quinetiam verba sæpè contrahuntur, non vsus causa, sed aurium Quomodo autem vester Axilla Ala factus est, nisi fuga litteræ vastioris, quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit? ¶ Ex paxillo, ἀπὸ πασσάλου, vt ex paxillo suspendere. Varro, Vbi dicatur primus Zeno nouam hæresim nouo paxillo suspendisse, i. instituisse. Idem, Vt nouum cribrum nouo paxillo pendeat. Apud Plaut. supellex Pellionis dicitur palus pa lo proximus, quòd Pellio pauper esset, & palos nudos sine supellectile haberet.

Pax Iulia, παξιουλία Ptolemæo, Lusitaniæ vrbs. Vulgò *Beja.*

‖ Pax Vera, Hispanis, *Vera Paz.* V.E. sub A. Mexicano, in India Occidentali.

Pazion, vide *Topazius.* ‖

P E

Pecco, as, Propriè significat adulterium commito, dictum quasi pel lico vt putat Sipontinus, id est, cum pellice coeo. { חטא *chata* פשׁע *paschah.* ἁμαρτάνω, πλημμελέω. GALL. *Pecher.* ITAL. *Peccare.* GERM. Eigentlich hurerey vnnd ehbruch begehn / sunst aber sündigen / etwas vnrechts thun. HISP. *Pecar.* ANGL. *To sinne to offend* } Vnde peccatus, pro adulterio quasi pellicatus. Apud veteres enim peccatus, us, vsque ad Ciceronis ætatem durauit, qui voce ea vsus est quarta Verrina. Nemo (inquit) ita viuebat, vt nulla eius vitæ summæ turpitudinis esset expers, nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, vt quum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur si negaret. Postea inualuit vsus, vt peccatum tantùm neutro genere efferretur, & vno nomine de omnibus quæ malè, impiè, iniustè & flagitiosè fierent. diceretur. Ita peccare quomodocumque labi, offendere, delinquere. Ter. *in Andr.* Ego me amare hanc fateor: si id peccare est, fateor id quoque. Cicer. *lib.* 1. *Offic.* passiuo vsus est, Quo in genere etiam in Rep. multa peccantur. Idem *de Offic.* Quo magis cauendum est, nequid in eo genere peccetur. In rem peccare. Terent. *in Adelph.* Verùm in istam partem potiùs peccato tamen. In re peccare. Cic. 5. *Verr.* Si denique vno aliquo in genere peccasset. ¶ Peccare aliquid. Plaut. *in Bacch.* Si vnam peccauisses syllabam, Fieret corium tam [illegible] losum, quàm est nutricis pallium. Occidi (patrem) num peccaui quippiam? Idem *Ps. sc.* 3. *a.* 1. Si quid erga te peccaui, ignoscas. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Peccatur, Impersonale. Cic. 7. *Verr.* Magno tuo periculo peccabitur in hoc iudicio, maiore quàm putas. Horat. 1. *Epist.* 2. Seditione, dolis, scelere atque libidine & ira, Iliacos intra muros peccatur, & extra. Neptune peccauisti largiter. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 4. Fateor me peccasse & meam culpam commeritum scio. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Amphitruonis te esse aiebas Sosiam. S. Peccaueram. Idem *Amphitr.* Peccaui insciens: Illud volui dicere. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3.

Nos quoque iampridem scripto peccauimus isto,
Lusimus amores,

Ouid *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Peccātum, & nomen & participium esse potest. Terent. *in Prol.* Eunuchi vtrumque cómplexus est. Si id (inquit) est peccatum, peccatum imprudentia est. Prius est nomen. { חטא *chéte.* πλημμέλημα. GALL. *Peché.* ITAL. *Peccato.* GERM. Ein sünd/missethat. HISP. *Pecado.* ANGL. *A sinne, an offence, a faulte.* } Posterius participium, ἡμαρτημένον. Est autem peccatum, quicquid fit contra officium: quæ etiam culpa appellatur. Cic. 3. *Offic.* Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, reputat insaniens, reddere peccatum sit: non reddere, officium. Idem *de Amicitia,* Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Idem *Attic. lib.* 3. Scio nos nostris multis peccatis in hanc ærumnam incidisse. Virg. 10. *Æneid.* Si sine pace tua atque inuito nomine Troes Italiam petiere, luant peccata, neque illos Iuueris auxilio. Peccatum autem à delicto ita differt, vt peccatum sit, cùm aliquid factum est, sed minus rectè. Delictum verò cùm aliquid prætermissum & neglectum quod fieri debuit. Cornelius Fronto *de diff. voc.*

Peccātu, pro peccato, in sexto casu, à Cicerone dictum, vt auribus inseruiret, adnotauit Gell. *lib.* 13. *c.* 19. Ciceronis verba, ex 4. *Verrina* referuntur suprà in *Pecco, as.*

Pechys, πῆχυς, cubitus.

Pecia, vel Petia. leges aliquando in Latinis scriptoribus, barbarè loquentibus vtuntur & Iurisc. alicubi.

Pĕcŏrārĭus, Pecorinus, vide *Pecus.*

PECTEN, inis, masculini generis, Instrumentum textorum, quo subtegmen stamini immittitur. { κτείς. GALL. *Vn peigne.* ITAL. *Pettine.* GERM. Ein wälber blatt gurch das der zettel gezogen wirt. HISP. *El peyne.* ANGL. *A combe.* } Virg. 1. *Georgic.*

Arguto coniux percurrit pectine telas.

Idem *lib.* 7. *Æneid.*

——— *tectisque superbis*
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum
Arguto tenues percurrens pectine telas,

Iuuenal. *Satyr.* 7.

Et ma'è percussas textoris pectine Galli
Accipimus.

Ouid. 3. *Fastor.*

——— *radio percurrere telas*
Erudit & rarum pectine densat opus.

¶ A cuius similitudine & pecten dictus qui explicat capillos. Plaut. *in Capt. sc.* 2. *a.* 2. Sed vtrùm strictim me attonsurum dicam esse, an per pectinem, Nescio. Vide *Strictim.* Ita ne volsellæ, pecten, speculum calamistrum Iuuent. Idem *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Ouid. 4. *Metam.*

Sæpe Cytoriaco deducit pectine crines.

¶ Est quoque cratis dentatæ genus, stylis ferreis, ad colendam terram. ¶ Item ferreum instrumentum, quo rariores segetes metebantur. Colum. *lib.* 2. *cap.* 21. Alij pectinibus spicam ipsam legunt, &c. Ouid. 4. *Fast.*

Hac modò verrebat cum raro pectine pratum.

¶ Est item pubes, hoc est, locus vbi pili ad verenda nascuntur, quem & Græci κτένα appellant. Iuuen. *Satyr.* 6.

Inguina traduntur medicis iam pectine nigro.

Dictus pecten, quia vt barba indetonsa pectine indigeat. ¶ Est & instrumentum quo citharam pulsamus, πλῆκτρον. Virg. *lib.* 6.

——— *iam pectine pulsat eburno.*

¶ Pro versu. Ouid. 2. *Fast.*

——— *Sacras alterno pectine Nonas,* i. versu elegiaco.

¶ Item pectines, siue pectunculi, κτένες, pisces sunt qui se ex aqua iaculantur sagittæ modo, quemadmodum loligo facere dicitur. Horat. 2. *Serm. satyr.* 4. *Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.* ¶ Pectines item à Plinio in arboribus dicuntur rectæ per longitudinem pectinum modo lineæ & interualla, quæ Græcè κτένες, & ἀρραφεῖς appellantur, hoc est, discursus ille venarum rectus in longitudinem porrectus: cuiusmodi in pectine conspiciuntur dentes. In quibus autem hic meatuum ductus aliquo modo variat, neque rectus in longitudinem porrigitur, non solet eos Plinius absolutè pectines appellare, sed aliquid adiicere, quo varietas illa explicetur, obliquos, crispos, nidosósve pectines appellans. ¶ Pectem Veneris, herba est à pectinis similitudine dicta: cuius radix cum malua tusa, omnia tela corpori infixa extrahit. Autor Plin. *lib.* 24. *c.* 19.

Pectĭno, as, Ferreo instrumento quod pectinem vocant, spicas lego, vel segetem meto. { κτενίζω, ξαίνω. GALL. *Peigner.* ITAL. *Pettinare.* GERM. Den jung herfur gewachsnen saamen ecken. HISP. *Peynar.* ANGL. *To kembe or carde.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 21. Sunt genera terræ, quorum vbertas pectinari segetem in herba cogat.

Pectĭnātus, a, um, quod pectinis instar factum est. { κτενωτός. GALL. *Peigné.* ITAL. *Pettinato.* GERM. Das gemacht ist wie zwen strål in einander gesteckt. HISP. *Peynado.* ANGL. *Kembed, carded.* } Inde pectinatum tectum dicitur, teste Festo, quod in duas partes deuexum est: quemadmodum testudinatum quod in quatuor.

Pectinatus, a, um, idem quod Pexus. Cornut. *in Persio,*

Pectĭnātim, aduerb. Significat ad pectinis similitudinem factum, & quasi denticulatim. { κτενοειδῶς. GAL. *A denteleure.* ITAL. *A guisa di pettine.* GERM. Jn strål weiß / das ist/als zwenstrål so mit den zänen in einander gesteckt sind. HISP. *Enclauijando los dedos.* ANG. *Lik a cōbe.* } Plin. *lib.* 9. *c.* 13. Cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata. Sic dicimus Manus pectinatim iunctas, quum vtriusque manus digiti inter se complicti, pectinis figuram videntur referre, eminentibus vtrinque digitis veluti pectinis dentibus. Idem *lib.* 8. *c.* 25. Pectinatim stipare se dentium serie.

Pectis,

Pectis, πηκτὶς, ιδ☉. instrumentum Musicum, Lydis vsitatum.

Pecto, is, pexui, vel pexi, pexum, Explico & pando capillum. { κτενίζω. GALL. Peigner. ITAL. Pettinare. GERM. Strälen. HISP. Peynar, desenredar. ANGL. To kembe or carde. } Cicer. 2. in Catil. Quos pexo capillo nitidos aut imberbes, aut bene barbatos videtis. Ouid. 1. de Arte,

Hanc matutinos pectens ancilla capillos Incitet.

Horat. 2. Carm. Ode 15.

Nequicquam Veneris præsidio ferox
Pectes Cæsariem.

Plaut. Capt. sc. 1. a. 4. Fusti pectito. (me.) ¶ Iumenta quoque, aliáque animalia pecti dicuntur, quum sordes eorum & pili decidui, strigili distringuntur. Virg. 7. Æneid. de ceruo,

Pectebátque ferum, puróque in fonte lauabat.

¶ Transfertur etiam ad alia: nam & pectere citharam dicimus, hoc est, percutere: & distendere pectine chordas, id est, plectro chordas mouere. ¶ Item Pectere lanam & vestes dicimus, à quo & vestes ipsæ pexæ dicuntur, hoc est, quæ in superficie quasdam veluti lanosas extuberantias præ se ferunt, quales vestes sunt quas *Cotonnatas & Frisatas* vulgus vocat. In quibus nec stamen, nec subtegmen apparet, eminente & operiente villo. Nam in quibusdam licet numerare licia, vt in quibus textis & tramis lana est pilo propior. Plin. lib. 8. c. 48. Istriæ Liburniæque pilo propior quàm lanæ, pexis aliena vestibus. Idem lib. 9. Et ipsa stuppa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. ¶ Pexa folia, hoc est, crassa & in medio exuberantias quasdam habentia in modum panni pexi. Col. lib. 11. c. 3. At Cappadocia quæ pallido & pexo densóque folio viret mense Februario. ¶ Pexa munera pro togis pexis, apud Martial. lib. 7. Diuitibus poteris Musas elegósque sonantes Mittere: pauperibus munera pexa dato. ¶ Huius verbi composita sunt Depecto, Propecto, in longum pecto. Ouid. 5. Fastor.

Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam.

Repecto, rursus pecto. ἀνακτενίζω. Claud. Sparge diem meliori coma, crinémque repexi. Blandius elato surgent temone iugales.

Pexĭtās, atis, { τὸ τῆς ἐρίας ἀφάπλεγμα, ὕφασμα. GALL. Tissure, entrelassement de laine. ITAL. Spezza di pelo in tela ò in altro. GERM. Ein reichtung da ein ding so ordenlich nacheinander ligt / oder geht als ob es gestrält wär / als in einem gewelb die fäden so den langen wäg vnd vberzwerch gehn / als ob es ein syb wäre HISP. Raso. ANGL. Twinsting or carding of wooll. } Plin. lib. 11. cap. 24. Quam non ad hoc pertinere videtur cribrata pexitas telæ, id est, villosa quædam in ea & lanuginosa filorum natura, quæ in rara eorum textura non perinde apparet, verùm in densa.

Pexātŭs, adiectiuum, Veste pexa indutus. { μαλλωτός, μαλλωτὴν ἐσθῆτα φορῶν. GALL. Vestu de robbe à long poil. ITAL. Vestito d'habito di longo pelo. GERM. Mit einem schorkleid angethan. HISP. Vestido de raso. ANGL. Clothed in a roughe garmen. } Martial. lib. 1.

Pexatus pulchrè, rides mea Zoile trita.

Pexus, a, um, Quintilian. cap. 9. lib. 1. Pexus, pinguísque doctor. Vide in Pecto, suprà.

Pectĭtŭs, a, um. idem quod pexus. { κτενισμένος. GALL. Peigné ITAL. Pettinato. GERM. Gestrält / oder gekemmint. HISP Peynado. ANGL. Kembed } Col. lib. 2. c. 3. Præparatæ sint & pectitæ lanæ, quò facilius iusta lanificio persequi atque exigere possit. ¶ Per translationem accipitur pro culto, polito, & subacto. Idem lib. 10. Verùm vbi iam puro discrimine pectita tellus Deposito squalore nitet.

Pectunculus, κτείς, piscis qui & pecten dicitur. Plin. lib. 9. cap. 29. Loligo etiam volitat, extra aquam se efferens, quod & pectunculi faciunt sagittæ modo. Pectunculi concharum. Col. lib. 8. c. 16. Et Gell. c. 16. lib. 7.

Pectunculus Chius optimus, Vide suprà in Pecten.

PECTVS, oris, Antiquior pars animalis à gula vsque ad ventrem. { חזה chazéh. στῆθος, στῆθ☉. GALL. La poictrine ITAL. Petto. GERM. Die brust so von dem halß geht biß auff den bauch. HISP. El pecho. ANGL. The breaste. } Hoc homini tantum latum est, reliquis animalibus carinatum, vt ait Plin. lib. 11. c. 37. ¶ Hinc Quintilian. Dignitas in latitudine pectoris. Ouid. 13. Metam. Et in pectus condidit ensem. Ad vos studiosa reuerto pectora. (i ô amici.) Idem Eleg. vlt. lib. 4. Trist. Cor cœpit in pectus emicare. Plaut. Aul. sc. 3. a. 4. Pectus digitis pulsat, cor credo euocaturus est foras. Idem Milit. sc. 2. a. 1.

Nempe ego mille meo protexi pectore puppes,

Ouid. 13. Metam, &c. Dictum autem putatur pectus à compactis costis. Est enim pectus costis compactum, quæ veluti firmamentum pectoris. Virg. 9. Æneid.

Pectore in aduerso totum cui cominus ensem
Condidit assurgenti, & multa morte recepit.

Horat. 2. Serm. Satyr. 8.

———— tum pectore adusto
Vidimus & merulas poni.

Quintilian. lib. 2. cap. 15. Nam & M. Aquilium defendens Antonius scissa veste, cicatrices quas is pro patria aduerso pectore suscepisset, ostendit. ¶ Accipitur nonnunquam pectus pro corde quod sub pectore latet, vel pro ipso animo quem in corde residere nonnulli antiquorum putauerunt. Iuuen. Satyr. 13.

Nocte diéque suum gestare in pectore testem.

Horat. lib. 1. Epist.

Non tu corpus eras sine pectore.

Accipere toto pectore, quo complecti toto animo, amore, beneuolentia, studio. Virg. 9. Æneid.

Te verò mea quem spatiis propioribus ætas
Insequitur, venerande puer, iam pectore toto
Accipio, & comitem casus complector in omnes.

Cic. de Amic. In Amicitia nisi (vt dicitur) apertum pectus videas tuúmque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas. Animus istic est, non in pectore. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1. Nisi somnum socordiámque ex pectore atque oculis amoueris. Ibid. Spes & opes vitæ iacent sepultæ in pectore. Idem in Amphitr. Ecquid habet aceti in pectore. Idem Pseud. sc. 4. a. 2. In meo pectore parasi copias dolos. Ibid. sc. 1. a. 2. Meo in pectore conditum consilium. Ibid. & sc. 1. a. 4. In pectore & corde hæc res mihi curæ est Idem Menæch. sc. 1. a. 5. In pectus argumenta institui, atque in corde volutaui. Idem Mostell. sc. 1. a. 1. Nemo ingenio tam duro, neque tam firmo pectore, qui non sibi benefaciat. Idem Asin. in fin. Aspicies quantum dederis mihi pectoris ipse. (i. spiritus ad canendum.) Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Et falso moui pectus amore meum. (i. excitaui ingenium.)

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Et plus in nostro pectore parte tenes. (i. corde, siue animo.)

Ibid. Eleg. 3. lib. 3.

Vos quoque pectoribus nostris hæretis amici.

In manus hominum & pectora receptus, Senec. cap. 1. de consol. ad Mart. Vereor ne sit tibi pectus iners (id est, tardus ad studia.) Ouid. Eleg. 7. lib. 3. Trist. & Gell. cap. 11. lib. 17 Aliquis de summo pectore, vt suprà cap. 1. lib. 5. De summo & soluto pectore laudes effutire.

Pectusculum, diminut. paruum pectus, στηθίδιον.

Pectŏrālĭs, e, quod ad pectus pertinet: vt Fascia pectoralis. { προστηθίδιος, στηθιαῖος. GALL. Appartenant à poictrine. ITAL. Pettoral. GERM. Das zu der brust gehört. HISP. Cosa perteneciente al pecho. ANGL. Perteaning to the breast. } ¶ Est & pectorale substantiuum, genus armaturæ quo pectus munitur. { τὸ στηθίδιον, προστηθίδιο. GALL. Poictral, armure de la poictrine. ITAL. Armatura del petto, pettorale. GERM. Das brust harnisch / witt sunst genennet der krebs. HISP. El pecho, armadura del pecho ANGL. A beaste place } Plin. lib. 37. cap. 7. Sacrata lege pugnantibus è pectoralibus eorum, ocreísque & galeis.

Pĕctŏrōsŭs, a, um, qui est magni & validi pectoris. { στηθώδης. GALL. Qui a large & longue poictrine. ITAL. Pettorato. GERM. Das ein grosse vnd starcke brust hatt. HISP. Cosa de gran pecho. ANGL. That hath a breade and stroug breast. } Autor Priapeæ, Nemo est feroci pectorosior Marte. Col. lib. 8. c. 2. Sint ergo matrices probi coloris, robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus.

Pecu, plurali pecua. Prisc. lib. 6. & Non. c. 2. bene multa veterum exempla producunt.

Pecuaria, Pecuarius, vide Pecus.

Peculiaris, Peculiosus, vide Peculium.

PECVLIVM, ij, dicitur quicquid alicuius labore & industria partum est. { רכוש ro'kúsch סגולה seghulláh. τὸ ἴδιον, τὸ ἰδιόκτητον, τὸ κτῆμα. GALL. Le bien propre à chacun. ITAL. Peculio. GERM. Ein eigenthumb / oder eigen gut / etwas so einer mit seiner arbeit zu eigen vberkommen hatt. HISP. El pegujal. ANGL. The proper goodes of any man. } Peculium dictum à pecore & cur, & quid, Plutarch. in Valerio. Apud veteres peculium dicebatur quoduis patrimonium, eo quòd pecoribus omnis eorum substantia constabat: vnde & peculij nomen deductum est. Postea tamen consuetudine loquendi factum est, vt peculij nomine illud præcipuè comprehenderetur quod seruus, vel filiusfamiliâs, dum adhuc in domini potestate esset, vel patris, industria sua, vel labore lucri fecisset. Cic. in Paradox. An eorum seruitus dura est, qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis? Plaut. in Asinar.—quamquam ego sum sordidatus, Frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari Ibid. Largitur peculium omne: in tergo thesaurum gerit. Florent. Iurisc. in l. peculium, ff. de peculio. Peculium, inquit, ex eo consistit, quòd parsimonia sua quis parauit, vel officio suo meruit sibi donari, idque velut proprium patrimonium seruum suum habere quis voluit. Tubero autem referente Celso lib. 6. ff sic definiuit peculium, quod seruus domini permissu separatum à dominicis rationibus habet. Ob istuc verbum dabo hodie aliquid peculij tibi Philematium mea, (ambiguè & obscœnè.) Plaut. Most. sc 3. a. 1. Mea hæc habeo omnia meo peculio empta (nempe quod fœmina summa sustinet.) Idem Ps. sc. 7. a. 4. Etiam de tergo ducentas plagas prægnantes dabo. L. Carpi peculium omne, in tergo thesaurum gerit. Idem Asin. sc. 2. a 2. Frugi sum, nec potest peculium enumerari Ibid. sc. 4. a. 2. Vt huic dem compedes. St. Cui peculi nihil est, rectè feceris. Idem Capt. sc. 4. a. 5. Peculium castrense dicitur quod à parentibus, aut agnatis in malitia, degenti donatum est, vel quod filiusfamiliâs in militia acquisiuit, quod nisi militasset, non haberet. Vide de hoc latiùs in dictione Castrensis. ¶ Sunt præterea tria peculij genera, Quasi Castrense, profectitium & aduentitium, de quibus vide Hotomanum in Lexico, A peculio diminut. peculium.

Pĕcūlĭārĭs, e, quod ad peculium pertinet, vel quod peculio deputatur, seu quod peculij proprium est. { ἴδιος. GALL. Propre, particulier, appartenant à aucun. ITAL. Peculiare particulare. GERM. Das zu dem eigenthumb gehört / das eigen ist. HISP. Proprio, cosa perteneciente à pegujal. ANGL. Particuler, proper to one. } Plaut. in Asin. sc. 1. a. 1. Etiam opilio qui pascit inter alienas oues aliquam habet peculiarem, quæ spem soletur suam. Idem Aul. sc. 4. a. 3. Condignè etiam meus me Gallus gallinaceus qui erat anui peculiaris perdidit. Idem Capt sc. 3. a. 5. Quadrimulum peculiarem eum (seruum sup.) tibi dedit. Sed in vsu iam receptum est vt peculiaris, proprius, siue præcipuus dicatur, nec cum aliis communis. Suet. in Cæs. c. 76. Præterea monetæ publicísque vectigalibus peculiares seruos præposuit. ¶ Peculiare edictum, dicitur quod peculiariter ad certam rem est propositum. Cic. 5. Verrin. Exoritur peculiare edictum repentinum, ne quis frumentum de area tolleret, antequam cum Decumano pactus esset. ¶ Vsurpatur aliquando peculiare pro re seruili. Vlp. l si quis vinum. ff de tritico, vino & oleo leg. Si peculiare vinum legatum sit, id contineri quod serui habuerunt.

Pĕcūlĭārĭtĕr adueib propriè, præcipuè, { ἰδίᾳ, ἰδίως, ἰδιοτρόπως. GALL. Particulierement, specialement ITAL. Particolarmente, specialmente. GERM. Sonderlich / eigentlich. HISP. Propriamente, especialmente. ANGL. Particularlie, speciallie. } Plin. lib. 27. cap 4. Epiphoris peculiariter imponitur. Quintil. lib. 8. c. 2. Quod commune est & aliis nomen, intellectu alicui peculiariter tribuitur, vt Vrbem, Romam accipimus: Venales, nouitios: & Corinthia ærea: quum sunt aliæ vrbes quoque, & venalia multa, & tam aurum quàm argentum, quàm æs Corinthium. Peculiariter, Ex peculio, vel in peculio Paulus in l. 3. §. saltus. ff. de acqui. vel amit. poss. Nec mouere nos debet, quod quædam etiam ignorantes possideamus, id est, quæ serui peculiariter parauerunt.

Peculiarius, comparat. Magis propriè, ἰδιαίτερον. qua voce vtitur Vlp. l. 4. in fin. D. de doli except.

Pĕcūlĭōsŭs, a, um, qui peculij multum habet. { χρηματώδης. GALL. Qui a bien

bien de quoy. Ital. *Bene stãte & che a molto peculio* Germ. Der viel eigens hatt/wol habend. Hisp. *Cosa degrand pegujal.* Angl. *That hath aboundance of proper goodes.* } Plaut. *in Ruden.* Peculiosum esse decet seruum & improbum, Quem hero præsente præteread oratio.

Pĕcūlĭātŭs, a, um, idem quod peculiosus. { πολυχρήματος. Gall. *Pecunieux, riche, qui a bien de quoy.* Ital. *Denaroso, ricco.* Germ. Reich an gelt/geltreich. Hisp. *Rico, que tiene gran pegujal.* Angl. *Riche, well siluered.* } Asinius Pollio *ad Ciceronem*, Planè bene peculiatus. Budæus Caius *in l.18. in fin. Digest. de ædil. edict.* Æquè si quis simpliciter dixerit peculiatum esse seruum, sufficit si is vel minimum habeat peculium.

Peculio, as, Quempiam pecunia multo, aut peculium aufero. ἀργυρίῳ τιμᾶν. Plaut. *in Pers.* Atque ob istam rem ego aliquid te peculiabo.

Pecūlor, aris, & Depeculor, quæ ad Remp. seu principem pertinent, furor, peculium faciens ex eo quod erat publicum, & vniuersitatis. κλέπτω τὸ δημόσιον.

Pĕcūlātōr, & Depeculator, qui huiusmodi furtum facit, autore Asconio. { κλέπτης τοῦ δημοσίου. Gall. *Celuy qui desrobe l'argent du prince ou de la republique.* Ital. *Chi rubba il publico.* Germ. Ein dieb/der in ein gemeinen seckel oder eines Fürsten gut ein eingriff thut. Hisp. *El ladron de las rentas del rey y publicas.* Angl. *He that robbeth the common treasure or kinges excheqver.* } Cic. 3. *Offic.* Neque enim de sicariis veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco dicendum est.

‖ Peculatorius, a, um, ad peculium pertinens. Peculatoriæ oues. Varr. ‖

Pĕcūlātŭs, us, pecuniæ publicæ, aut fisci furtum, sicut sacrilegium rerum sacrarum. { τὸ τοῦ δημοσίου κλέμμα. Gall. *Larcin du bien du commun & public.* Ital. *Furto che si fa del publico.* Germ. Ein diebstal auß dem gemeinen seckel/oder eines fürsten schatz. Hisp. *Hurto de las rentas publicas.* Angl. *Robbig of the common treasure or kinges excheqver.* } Cic. 5. *Verr.* Non intelligit hæc quæ loquor, ad illam quæstionem atque peculatus iudicium pertinere. Plin. *de viris illustribus*, Liuius Salinator primò consul de Illyriis triumphauit. Deinde ex inuidia peculatus reus, ab omnibus tribubus, excepta Metia, condemnatus. Plaut. *in Cistel.* Ergo in me peculatum facit. Dictus autem Peculatus, quasi pecudatus, l. pro d posita, à Pecude, siue pecu. Passerat. vel quasi pecoratus, à pecore, quia omnes antiquorum diuitiæ in pecoribus positæ erant, vnde & Pecuniam à pecore dictam esse volunt, vt autor est Ouid. *lib.* 5. *Fast.* & Col. *in præfatione lib.* 6.

Pĕcūnĭă, æ à pecore, siue pecu dicta est: quia apud antiquos omnes diuitiæ in pecudibus erant sitæ. { כסף *chéseph.* ἀργύριον, χρήματα. Gall. *Argent, ou ce qui vaut argent.* Ital. *Pecunia, danari.* Germ. Gelt. Hisp. *El dinero, ò generalemente todo lo que vale dinero.* Angl. *Siluer or other goodes worth siluer, money.* } Col. *lib.* 6. *in præfat.* In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi, eadémque quæstuosissima: propter quod nomina quoque pecuniæ, & peculij tracta videntur à pecore. Quod non solùm veteres possederunt, sed adhuc apud quasdam gentes vnum hoc vsurpatur diuitiarum genus. Plin. *lib.* 33 *c.* 3. scripsit, Pecuniam sortitam esse nomen à nota pecudis, eo quòd primum æs nota pecudis signatum fuit. Hinc Plutarchus *in Poplicola* asserit, in vetustissimis nummis signum fuisse ouis, & suis, bouísque conspectum. Pecuniæ verò nomine (vt inquit Hermogenianus, *l. peculiæ.* 6. *de verb. signific.*) non modò numi, hoc est, numerata pecunia, sed omnes res tam solidæ quàm mobiles, & tam corpora quàm iura continentur. Cicer. 2. *de finibus*, Magni æstimabant pecuniam, non modò non contra legem, sed etiam legibus partam: quæ quidem vel cum periculo est quærenda nobis: est enim effectrix multarum & magnarum voluptatum. Horat. 1. *Epist.* 6. Et genus, & formam regina pecunia donat. Idem 4. *Carm. Ode* 9. Vindex auaræ fraudis, & abstinens Ducentis ad se cuncta pecuniæ. Maioris pecuniæ res. i. maioris pretij & æstimationis. Hermogen. *in l. rei maioris. ff. de except. præscript. & iudiciis.* ¶ Pecuniam exercere, dare sub vsuris, aut quoquo modo efficere ne numi vacui sint: dare fœnori vsurásque consequi. Vlp. *lib.* 17 *tit.* 1 *l.* 10. Quòd si procurator non exercuit pecuniam, sed ad vsus suos conuertit, in vsuras conuenietur, quæ legitimo modo in regionibus frequentantur.

Pĕcūnĭŏlă, huius diminutiuum est, ἀργυρίδιον.

Pecunia, dea, in Gentilium vanitate.

Pĕcūnĭārĭŭs, a, um, quod ad pecuniam pertinet, vel quod est de pecunia { χρηματικός. Gall. *Appartenant à argent.* Ital. *Ch'appartiene à danari.* Germ. Das zu dem gelt gehört. Hisp. *Cosa pertenenciente à dineros.* Ang. *Belonging to money.* } Cicer. *ad Brutum*, Nodus est inopia rei pecuniariæ. Idem *pro Cluent.* Neminem voluerunt maiores nostri non modò de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset. Lis pecuniaria. Quint. *lib.* 6 *cap.* 1.

Pĕcūnĭārĭs, e, idem quod pecuniarius. Sic pecuniaris damnatio dicitur pro pecuniaria apud Macrum *l.* 10. *in fin. D. de pœn.*

‖ Pecuniariè, vel pecuniariter. Vlp *d. lib.* 47. *t.* 1. *l.* 3. Siquidem pecuniariter agere velit. ‖

Pĕcūnĭōsŭs, a, um, qui abundat pecunia. { πολυχρήματος. Gall. *Pecunieux, riche.* Ital. *Rico, danaroso, che abunda di pecunia.* Germ. Geltreich / der vil gelts hatt. Hisp. *Cosa de muchos dineros.* Angl. *That aboundeth of monei, riche.* } Nonius, Pecuniosorum & locupletum proprietatem aperuit M. Tullius *de senect.* à pecore pecuniosos, & à possessionibus locorum locupletes appellatos asserens, multáque ditione ouium, & boum: quod tunc erat res in pecore, & locorum possessionibus, ex quo locupletes & pecuniosi vocabantur. Cic. 1. *Verr.* Pecuniosum hominem, quamuis sit nocens, neminem posse damnari. Idem 1. *de Inuent.* In fortuna quærit seruus sit, an liber: pecuniosus, an tenuis. Artes pecuniosæ. Mart. *lib.* 3. Artes discere vult pecuniosas.

Pĕcŭs, udis, fœminini generis, & Pecus pecoris, neutri, omne animal, quod sub hominis imperio è pabulo terræ pascitur: vt boues, asini, equi, cameli, oues, capræ, & huiusmodi. { צאן *tson* מקנה *mikneh* בעיר *behir* קנין *binján.* θρέμμα, βόσκημα. Gal. *Bestail.* Ital. *Bestiame.* Germ. Allerley vich dem menschen dienstlich. Hisp. *Hato ò manada de ganado.* Angl. *All maner of cattaill.* } Varr. *lib. de re rust. c.* 5. Qui gregem armentorum emere vult, obseruare debet primum, vt sint hæ pecudes ætate potius ad fructus ferendos integræ, quàm iam expertæ. Plinius etiam elephantos pecudes vocat. Qui (inquit) cum elephanto congressus, gemino ictu pecudem exanimauit. Inuenitur etiam pecus, coris, pro multitudine pecorum, seu pecudum. Virg. *Eclog.*

Dic mihi Damœta cuium pecus, an Melibœi?

Idem,

Caprigenúmque pecus nullo custode per herbas.

Tibull. *lib.* 4.

——— *Seu tardi pecoris sim gloria Taurus,*

Item,

Cuique pecus denso pascebant agmine colles.

Ibidem. Quas herbas pecudes non edunt, homines edunt. Plaut. *Ps. sc.* 2. *a* 3. Terrestres pecudes cicimandro condio. *Ibidem.* ¶ Interdum pro oue. πρόβατον. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Vtque Rapax pecudem fert lupus.

(i. ouem.) Plin. *lib.* 8. *cap.* 49. Est & in Hispania, & maximè Corsica, non dissimile pecori genus musimonum, caprino villo, quam pecoris vellere propius. Quint. Cur in vsum vestium sæpe pecori lanæ detrahuntur? ¶ Interdum dicitur de quouis animante, quod humana lingua & effigie caret, ζῷον &c. Virg. 4. *Georg.*

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.

Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Omne quum Proteus pecus egit altos,

Visere montes.

¶ Pecus autem, quum in genitiuo facit pecudis, nunquam accipitur collectiuè: alioqui omnino easdem habet significationes. Dicitur enim de quouis animali, excepto homine. Plin *lib.* 8 *c.* 7. Ipsius animalis tanta narratur clementia aduersùs minus valida, vt in grege pecudum occurrentia manu demoueat, nequid obterat imprudens. Virg. *lib.* 4. *Georg.* de apibus loquens,

———*& pecudum custodia sollers.*

¶ Pro piscibus. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Hæc ad Neptuni pecudes condimenta sunt. (i. ad pisces.) Lucretius *de piscibus*, Præterea genus humanum, mutæque natantes Squamigeræ pecudes. Colum. *lib.* 8. *c.* 3. Volatile pecus facilè custodiam decipit, Dicitúrque pecus, (vt docet Varro) à pes, quod pedibus sine ratione bruta ferantur. ¶ Sunt qui dicant pecus, pecudis, olim fuisse Masc. gen. quod apud Ennium lectum sit, Pecudi marito: poterimus tamen dicere, Marito ibi esse substantiuum, & figuratè cum alterius generis substantiuo cohærere. Legitur etiam pro eodem Pecu, & in numero plurali pacua: de quo supra. ¶ Pecuda etiam neutro genere in vsu fuisse, veterum affirmat autoritas. Sisenna, Iumenta, & pecuda locis trepidare compluribus. Item Cic. *de Repub.* apud Nonium, Quum adhibent in pecuda pastores.

Pĕcū, plurali pecua, pecuum, pecubus. Antiqui dixerunt pro pecore. Plaut. *Ruden.* Non vides me referre vuidum rete, sine squamoso pecu? Idem *Mercat.* Nec pecua ruri pascere, neque pueros nutricare, &c. Item Liu. *lib.* 6. *belli Punici*, & *lib.* 5. *d.* 4.

Pĕcŏrīnŭs, a, um, quod est ex pecore. { προβατικός. Gal. *De bestail.* Ital. *Pecorino.* Germ. Das vom vich kompt. Hisp. *Cosa de ganado.* Angl. *Of cattaill.* } vt Pecorina caro: quam & pecoream pecudinam, & pecuinam possumus appellare. Varro apud Diomedem *lib.* 1. Pecorinæ delitæ literæ.

Pĕcŏrōsŭs, a, um, quod pecore abundat. { προβατώδης. Gall. *Abondant en bestail.* Ital. *Ch'abunda di pecore.* Germ. Vol vichs. His. *Cosa de mucho ganado.* Ang. *Riche in cattail.* } vt Pecorosa palatia, apud Propertium *lib.* 4 Venit ad inuictos pecorosa palatia montes. Et statuit fessos fessus & ipse boues. Statius 10. *Thebaid.* Cui fœtura gregem pecoroso vere notauit.

Pĕcŏrārĭus, qui pecua, siue pecora publica redimit, vt inquit Asconius. { נקד *nokédh.* προβατονόμος. } Romani enim vetustiores nihil in bonis aliud præter pecudes habebant. ¶ Est etiam pecorarius, qui pecorum curam habet, pecuarius. { נקד *nokódh.* νομεύς. Gal. *Gardien de bestail, berger.* Ital. *Pecorajo.* Germ. Ein vichhirt/oder der zu dem vych sorg hatt. Hisp. *Ganadero.* Ang. *A grasyer, that feedeth cattaill.* } Augustinus *lib.* 15. *de ciuit.* Hic erat pater habitántium in tabernaculis pecorariorum.

Pĕcŭārĭŭs, ij, qui pecora pascit, pecorarius. { נקד *nokédh.* προβατεύς, νομεύς. Gall. *Berger.* Ital. *Pecorajo.* Germ. Ein vychhirt. Hisp. *Ganadero ò pastor de ganado.* Angl. *A feeder of cattaill.* } Cic. 4. *Verr.* Mercator, an arator, an pecuarius.

Pĕcŭārĭŭs, a, um, quod ad pecus pertinet. { βοσκηματικός. Gall. *Appartenant à bestail.* Ital. *Che serue à bestiame.* Germ. Zu dem vich gehörend. Hisp. *Pertenenciente à ganado.* Angl. *Belonging to cattail or bestiall.* } Plaut. *in Trucul.* Malè vertit res pecuniaria mihi apud vos. Colum. *lib.* 7. *cap.* 12. Pecuarius canis neque tam strigosus, aut pernix debet esse, quàm qui damas, ceruósque, & velocissima sectantur animalia. est autem Pecuarius canis, qui pecora, vel pecudes custodit à luporum voracitate, & iniuria.

Pĕcŭāre, & plurale Pecuaria, orum, dicuntur à pecu. { עדרים *hadharim* מקנים *miknim.* βοσκήματα. Gall. *Troupeau de bestail.* Ital. *Greggi grandi di pecore.* Germ. Grosse schaaren oder hauffen vichs. Hisp. *Hato de ganado.* Angl. *Flokkes of cattaill.* } Nominatiuus singularis est pecuare, vel pecuar per apocopen. Propriè autem pecuaria dicuntur magni pecudum greges. Persius, Findor, vt Arcadiæ pecuaria rudere credas, Virg. 3. *Georgic.*

Solue mares, mitte in venerem pecuaria primus.

Autor ad Herenn. *lib.* 4 Nam quum canes funguntur officiis luporum, cuínam præsidio pecuaria credemus. ¶ Nonnunquam pecuaria pro vectigalibus accipiuntur, aliísque rebus omnibus, ex quibus populis habet prouentum. Diu enim hoc vno vectigali populus Romanus contentus fuit. Cicer. *de claris Orat.* Insimularetúrque familia partim etiã liberi societatis eius, quæ pecuaria de P. Cornelio, L. Mummio coss. redemisset, &c.

Pĕcŭārĭă, æ, dicitur ratio parandi, ac pascendi pecoris vt fructus ex eo percipiatur, quæ res pecuaria dicitur. { προβατική. Gall. *Pasture, art de pasturage.* Ital. *Pastura.* Germ. Das gherwerb mit dem vich vmbzugehn die kennen vnnd vycherhaltung. Hisp. *El arte de viuir por el ganado.* Angl. *The feeding or pasturing of beastes.* } Varro *lib.* 3. *de re rust.*

*rust.cap.*1. Tres libros institui : è queis duos scripsi, primum ad Fundaniam vxorem de agricultura, secundum de pecuaria ad Turannium Nigrum. ¶ Est & pecuaria, locus in quo pecorum greges consistunt. נאוה *nóeth.* Idem *lib.* 2. *cap.* 1. Cuius nobiles pecuariæ in Brutiis habentur. Idem *in Præfat. lib.* 2. Quòd eo faciliùs faciam quòd & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias. Non malè quis possit ex hisce Varronis exemplis pecuarias intelligere, ipsos pecudum greges: quemadmodum apud eundem Pecuariæ videntur accipi *lib.* 3. *c.* 2. Vbi sic ait, Duo quum sint genera pastionum: vnum agreste, in quo sunt pecuariæ: alterum villaticum, in quo sunt gallinæ, ac columbæ, &c. Pecuariam rē facere, significat armenta, gregésque alere, quæ res ad scientiam pastoris pertinet. προβατικὴν ἐργάζεσθαι.

‖ Pecuatus, θρεμμώδης. Onon. i. e. pecu similis. ‖

Pecuda, & Pecua veteres dicebant. tanquam pecus pecudis etiam neutrum fuerit. Apul. *lib.* 8. Inertissimorum pecudum. Non. *c.* 2.

Pecudiarius, κτηνώδης. Gloss. qui instar pecudis impudens est, & temerarius, ad actiones, antequam res postulat, inconsultò prosilit.

Pecuinus, a, um, ad pecu pertinens, ex pecu sumtus. Apul.

Pĕcŭum, Cato genitiuo plurali protulit, ab eo quod est pecu. Autor Festus.

Pĕcŭscum, Palatij regio vrbis Romæ, quam Romulus obuersam posuit ea parte in qua plurimum erat agri Romani ad mare versùs, & qua mollissimè adibatur vrbs. Festus autor est, & indicat Varro *lib.* 4. *de L.L.* Nonnulli legunt *Petuscum.*

Peda, vide *Pedes*, um.

Pĕdæus, fuit Antenoris filius nothus, πήδαιος. Homer. *Iliad.* 5.

‖ Pedachthoa, A. sub P. Constantinopolitano.

Pedagium, vide *Padagium.* ‖

Pedalis, pedamen, pedaneus, pedarius. Vide *Pedes*, um.

Pedara, Regio est non procul à Roma, dicta ab Oppido, quod olim fuit, nunc non est, vt ait Porphyr. in illud Horatij 1. *Epist.* 4.

Quid nunc te dicam facere in regione Pedana.

Pĕdăsŭs, πήδασος, fuit, teste Hom. *lib.* 6. *Iliad.* Bucolionis maximi filiorum Laomedontis filius. ¶ Est & eius nominis ciuitas, Pylo vicina vini feracissima, vt idem Hom. est autor *Iliad* 9. ¶ Est etiam Pedasus vnus ex equis Achillis, vt idem tradit *Iliad.* 16. quem euersis Thebis Ectioneis cepit, equísque suis immortalibus comitem addidit.

Pedatim, pedatio, pedatum, vide *Pedes*, um.

Pĕdēmă, atis, πόδισμα, genus saltationis Laconicæ in qua pedes in orbem ad nates torquebantur: de qua Lucian. *in lib.* περὶ ὀρχήσεως. Iuuen. *Satyr.* 11. Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem. Alij legunt *pytismate.*

Pĕdĕpressim, pedes, itis. pedester. pedetentim, pedica, pediculus, pediolus, pedisequus, peditatus. Vide *Pedes*, um.

Pĕdēs, { רגל *reghél.* πόδες. GALL. *Les pieds* ITAL. *Piedi.* GERM. *Die füss.* HISP. *Los pies* ANGL. *The feet.* } Dicuntur quibus vtimur in gradiendo, cuius nominatiuus singularis est Pes, à Græco πούς. Pes autē totum dicitur quod est à femore ad calcem: diuiditúrque in coxendicem, femur, genu, femen, poplitem, crus, suram, & imum pedem, qui calx appellatur: diuiditúrque in conuexum pedis, quæ pars superior est: & calcaneum, quæ est pars posterior: item in volam, quæ est pars medij pedis caua: & plantam, quæ pars tota inferior est: præterea in digitos & vngues. A vola pedis indita sunt cognomina Plancis, Plotiis, Scauris, Pansis: de quibus suis locis. Ouid. 3 *de Pont.*

Hæc dea non stabili quàm sit leuis orbe fatetur,
Quæ summum dubio sub pede semper habet.

Idem 12. *Metam.*

——— pedibúsque virum proculcat equinis.

Pultando pedibus penè confregi assulas. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Propera, fer pedem, confer gradum. Idem *Menæch. sc.* 3. *a.* 3. Neque huc in hanc vrbem intrò tetuli pedem. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. *& sc.* 2. *a.* 4. Vísne me dem ipse in pedes. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Pedem efferre. Vide *Effero.* Infesto iam pede pulsat humum taurus, Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.* pedibus iter emetiri, Gel. *c.* 26. *lib.* 10. Pedes ego illam tibi sistam in viam (putat Passerat. legendum, *Pede sistam.*) Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Deduco pedes de lecto clam (surgens è triclinio.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Pedem intra portam penetrare, vide *Penetrare* Pedem in ædes intulisse. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Si scies me latum pedem imposuisse in vndam. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Illas vehi, se pedibus sequi. Liu. *lib.* 34. ‖ ¶ Pedem struit, id est, instruit ad fugam. Dicitur enim destinata actio, & intelligitur finis, & ex fine effectum. & verbum simplex pro composito collocare est synecdochicum. ‖ ¶ Pedibus illotis & verbis reprehendere. Gell. *c.* 5. *lib.* 17. Pedibus peruenire. (i. terrestri itinere.) Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Præter pedes transire. Suet. *in Calig. c.* 36. Orcus vobis ducit pedes. Idem *in Neron. c.* 39. In hasce ædes intrò nemo tetulit pedem. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Item pro vili. Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 1. *Trist. Sub pedibúsque iacet nomen amicitiæ.* ¶ Alterni pedes. (i. Elegiæ.) Idem *Eleg.* 1. *&* 7. *lib.* 3. *Trist.* Item Pedis ratio (i. versus.) ¶ Sub pedibus. (i. in potestate Tyranni.) Liu. *lib.* 4. *d.* 4. ¶ Pedem tollere. (obscœnè.) Martial. *epig.* 81. *lib.* 10. *& epigram.* 72. *lib.* 11. ¶ Metaphor. siue prouerbialiter, Nec caput, nec pes sermonis apparet. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 3. *& Capt. sc.* 4. *a.* 3. Virg. 9. *Eclog.*

Quò te Mœri pedes? an quò via ducit in vrbem?

Ad pedes seruus. Ad pedes verna. Martial. *Epigr.* 88. *lib.* 12. ¶ Pes pro tractu, ora, & limite. Solinus, quoniam Melibœa in hoc pede computatur. Iterum, Omnis Africa à Zeugitano pede incipit, & procedit in Dalmatiæ pedem. ¶ Pes pro versu. Flaccus,

——hunc socci cepere pedem. i. versum iambicum.

¶ Suo se pede metiri, hoc est, facere sumptum pro facultatum suarum modulo. Horat. 1. *Epist.* 7.

Metiri se quenque suo modulo ac pede, verum est.

Quoniam verò standi fundamentum pes est, factum est vt in ædificiis area, pes magnus dicatur. ¶ Circum pedes, & Ante pedes. Agretius, Cirbulones. Iuuenalis, seruorum: Ante pedes, amicorum, hi anteambulones. Iuuenalis,

An sit sella togati.

¶ Pedem etiam poëtæ fluenti humori tribuunt, quòd etiam liquor currere dicatur, & cursus pedum adminiculo fiat. Virg.

Ipse suo flueret Bacchus pede.

Horat.

Leuis crepante lympha desilit pede.

Lucret.

Quæ via secta semel liquido pede detulit vndas.

¶ Pes pro cumulo vinaceorum brisæ subiectorum prælo torcularis. Columell. Et sereno siccóque die vuas quàm maturissimas legemus, quibus proculcatis, mustum, quod defluxerit, antequām prælo pes eximatur, statim de lacu defrutaria deferemus. ¶ Pes magnus apud Varron. 4. *de L. L.* id est, constratus, ἐπίπεδον τὸ ἐπὶ μῆκος ἢ πλάτος, Authores de limitib. agrorum: Planum est quod Græci ἐπίπεδον appallant, nos constratos pedes, in quo longitudinem & latitudinem habeamus, &c. ¶ Pes etiam mensuræ genus est quo mensurantur terræ, & continet quatuor palmos, hoc est, digitos sexdecim. ¶ Item pro loco, Cic. *ad Attic. lib.* 7. Pedem in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit. ‖ ¶ Pes mensæ, lecti, &c. pro imo & fulcro. ‖ ¶ Pes in naui, ima pars est veli, i. imus angulus. Aliis est funus, quo velum tenditur. Virg. 5. *Æneid.*

Vnà omnes fecere pedem.

Duo autem pedes sunt, dexter & sinister. Catullus,

Siue vtrumque Iupiter simul secundus incidisset in pedem.

Proferre pedem, est funibus, &, vt Seruius loquitur, podiis, imum veli minus adducere, sed laxius esse sinere, & longiùs producere. Cæcilius, Venerio cursu veni prolato pede vsque ad Saphonem. Plin. *lib.* 2. Iisdem autem ventis in contrarium nauigatur, prolatis pedibus, vt noctu plerunque aduersa vela concurrant. ¶ Plaut. etiam remos nauium pedes appellauit. ¶ Pedes etiam dicuntur legitimæ carminum dimensiones: ita dicimus carmen Heroicum sex habere pedes: Pentametrum, Phaleucum, & Sapphicum, quinque: Metaphora videtur sumpta ab animalium pedibus. Nam quemadmodum illa suis pedibus mouentur, ita etiam carmina suis quibusdam incedunt pedibus. Aut certè à mensuræ genere, quod pedem vocari dicimus, quòd carmina suis pedibus veluti mensuris quibusdam dimetiantur. ¶ Præterea pes vocatur fœdum capitis animal, à multitudine pedum. Plaut. *in Curc. sc.* 2. *a.* 4. Vt muscæ, culices, pedésque, pulicésque, Odio, & malo, & molestiæ, bono vsui estis nulli. Huius diminutiuum frequentiùs in vsu habetur, scilicet Pediculus, siue pedunculus.

Pĕdĭcŭlŭs, i, diminutiuum, Paruus pes. { πόδιον. GALL. *Petit pié.* ITAL. *Picciol piede* GERM. *Ein füßlin.* HISP. *Pie pequeño.* ANGL. *A litle foote.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 28. Mollia sunt loligo, sepia, polypus, & cætera eius generis. His caput inter pedes & in ventre: pediculi octoni omnibus. ¶ Hinc pediculi vocantur, quibus fungi, pyra, mala, & huiusmodi sustinentur. μίσχοι. Idem *lib.* 22. *c.* 23. Tutiores fiunt fungi cum carne cocti, aut cum pediculo pyri. ¶ Item pediculus vermis in capite hominis, & in cæteris animalibus. { כנם *chinnám.* φθείρ. GALL. *Vn pou.* ITAL. *Pidocchio* GERM. *Ein lauß.* HISP. *Piojo.* ANGL. *A louse.* } Col. *lib.* 8. *c.* 7. Pluma omnis è capite, & sub alis, atque clunibus detergetur: illic ne pediculum creet, hîc ne stercore loca naturalia exulceret. ¶ Pediculi quoque terræ scarabei terrestres ricinno similes. Sunt & maris pediculi, teste Plin. *lib.* 32. *c.* 7. *&* 8. ita dicti à similitudine pediculorum capitis, quibus ad varia medicamenta vtuntur. ‖ ¶ Pediculus marinus, φθεὶρ θαλάττιος. GALL. *Pou de mer.* Insectum est (est autem & piscis eius nominis apud Aristotelem) fabæ magnitudine ac latitudine scarabeis terrestribus, vel millepedis simile, quod ex limo generatur: cui velut cornicula, vtrinque pedes multi incurui, cauda lata. ‖

Pĕdĭcŭlārĭs, a, um, vt Pediculata poma, quæ pediculos habent, quibus suspendi possunt.

Pĕdĭcŭlārĭs, e, quod ad pediculos capitis vermes pertinet. { φθειρικός. GALL. *Appertenant à poux.* ITAL. *Pertinente à pidocchio.* GERM. *Das zu den leussen gehört.* HISP. *Perteneciente à piojo.* ANGL. *Of lise.* } Hinc pedicularis morbus dicitur, quum corpus pediculis scatet, Græci φθειρίασιν appellant. Nam φθεῖρα pediculum dicunt. de hoc Serenus, Noxia corporibus quædam de corpore nostro, Progenuit natura, volens abrumpere somnos Sensibus, & monitis vigiles inducere curas. Hoc morbo interiit Sylla Dictator. ¶ De eo morbi genere, & de iis, qui eo interierunt, vide Plutarch. *in Sylla.* Vide infrà, in vocabulo *Phthiriasis.*

Pĕdĭcōsŭs, siue Pediculosus, qui capitis vermibus scatet, qui pediculi & nonnunquam pedes appellantur. { φθειρῶν. GALL. *Pouilleux, plein de poux.* ITAL. *Pidocchioso.* GERM. *Lausig / voll leuse.* HISP. *Cosa llena de piojos.* ANGL. *Lowsie.* } Plautus, Pedicosus, squallidus, vbi me vidit, caput scabit. Apud antiquos, teste Festo, aliquando inuenitur, pedicosus, per secundam vocalem in antepenultima. Titinnius, Rus detrudetur pedicosus, squallidus.

Pĕdĭŏlŭs, diminut. Paruus pes, Nonius. πόδιον. Afranius, Excepto atque adeò nolo, nudo pediolo est pus.

Pĕdŭscŭlŭs, i, dimin. Paruus pes. { πόδιον. GALL. *Petit pié* ITAL. *Picciol piede.* GERM. *Ein kleins füßlin.* HISP. *Pequeño pie.* ANGL. *A litle foote.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 10. Si cooriatur procella, apprehensis pedusculo lapillis se librant. ¶ Quo tamen in loco castigatiora exemplaria legendum docent, Apprehensi pondusculo lapilli.

Pĕdă, Vestigium humanum præcipuè pedis, inquit Festus. { עקבה *hikkebáh.* ἴχνος. GALL. *Vestige, pas ou trace.* ITAL. *Pedata humana.* GERM. *Ein fußstrit / fußstapff.* HISP. *La pisada del pie.* ANGL. *A pace or steppe.* }

Pĕdālis, quod est pedis: vt mensura pedalis. { ποδιαῖος. GALL. *D'vn pié.* ITAL. *D'vn piede.* GERM. *Schuchig / das eins schuchs lenge oder breite hatt.* HISP. *Cosa de longura de vn pié.* ANGL. *Of a foote, or of the measure of a foote.* } Col. *lib.* 3. Pedale quoquouersus spatium fat erit inter semina relinqui. Idem, Scrobiculis pedalibus factis. Cicer. 4. *Academ.* Quid potest esse sole maius, quem Mathematici amplius duodeuiginti partibus confirmant maiorem esse quàm terram? quantulus nobis videtur? mihi quidem quasi pedalis. Cæsar. 2. *bell. ciuill.* Pedalibus lignis coniunctis inter se porticus integebantur.

‖ Pedale, ποδεκμαγεῖον, πόδιον. Gloss. Philox. i. quo pedes extergunturI. In Gloss. Cyrill. ποδεκμαγεῖον pedale. Pedale πόδειον, est socculus, qui pedi inducitur. ‖

Pĕdŭlē, is, Scabellum, id quod sub pedibus præstat vtilitatem. { ὑποπόδιον. GALL.

GALL. Scabeau, scabelle, ou petit banc. ITAL. Banchetta, scabello deschetto. HISP. Escano chico, banquillo. ANGL. A foote stoole.} Cornel. Fronto de vocab.differ. Pedale mensura est pedis. Pedule verò quod sub pedibus præstat vtilitatem. Pedules fasciæ apud Vlpian. l. 25. D.de aur. & arg. dici videntur eæ quibus pedes vinciuntur. Cicer. in Clodium, apud Nonium, Tune cùm vincirentur pedes fasciis, quum calanticam capiti accommodares.

Pĕdāmen, inis, & Pedamentum, i, Fulcimentum, siue adminiculum quod arbusculæ adhibetur: sicut palus quo vitis sustentatur. { משענת mischʿèneth. χαράκωμα. GALL. Vn eschalats de vigne ou autre appuy. ITAL. Pedamento, sostegno, apoggio. GERM. Ein baum stützen/ oder ein resstecken. HISP. El rodrigon de la vid o otros arboles y otras cosas. ANGL. A proppe sett to hold vp any thing.} Plin. lib. 17. cap. 20. Castanea pedamentis omnibus præfertur. Col. lib. 4. c. 30. Pedaminum, iugorúmque, & viminum prospiciendorum tradenda ratio est. Varro lib. 1. de re rustica c. 8. Quibus stat recta vinea dicuntur pedamenta, quæ transuersa iunguntur, iuga, ab eo quoque vineæ iugatæ.

‖ Pedana, æ, pedalis nouus, qui caligæ assuitur. Gloss. Isid. Pedalis est pedulis. Ioan. Gebh. leg. vlt. pedalis nodus. Sed pedales renouare subinde opus erat. Vide Pedule ‖

Pĕdānĕus, a, um, Pedalis. { ποδιαῖος. GAL. D'vn pié. ITAL. D'vn piede. GERM. Schuchig. HISP. Cosa de longura de vn pié. ANGL. Of a foote.} Col. lib. 5. Et ideo in maritandis arboribus nemo minorem pedanea scrobem vitibus comparat. ¶ Hinc Bipedaneus, a, um, Tripedaneus, & huiusmodi. διποδιαῖος. Col. lib. 1. Bipedanea humus arboribus quatuor pedum abundè est. Et lib. 4. Tripedaneis relictis spatiis, per quæ semina excoluntur. Et lib. 5. Semipedaneam consitis resolutam vitibus terram subiicere. ¶ Pedaneus iudex, qui à præside constituitur, vt minora iudicia discernat: ita dictus quòd is magistratus non vehatur curru, sed pedibus proficiscatur in forum. Gell. tamen lib. 3. c. 18. negat pedaneum in hac significatione Latinum esse, Senatorésque pedarios hosce dicendos contendit, non pedaneos.

Pĕdārii, Senatores dicti sunt qui in Senatu sententiam non dicebant, sed ab alio dictam comprobabant, mouentes se loco, & in partem eius cuius sententiam approbabant, ambulantes. Propter quod qui ita faciebant, ite in sententiam pedibus dicebantur. Et ab hoc instituto transeundi pedibus, pedarij sunt appellati. Cic. ad Att. lib. 1. Est illud senatusconsultum summa pedariorum voluntate, nullius nostrûm autoritate factum. Ibid. Et raptim in eam sententiam pedarij cucurrerunt. Sententia eorum, pedaria appellatur. Gellius pedarios existimat dictos fuisse Senatores, quòd qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus in curiam proficiscebantur. Nam qui curulem magistratum gessissent, curru vehi solebant. Vide Gellium hac de re diffusè tractantem lib. 3. c. 18. vbi & de pedariis equitibus disserit.

Pĕdātim, aduerb. à verbo pedo, as. { κατὰ πόδα, βάδην. GALL. Pas à pas. ITAL. A passo, à passo. GERM. Fuss auff fuss. HISP. Passo à passo, de dos en dos. ANGL. Steppe and steppe.} Plin. lib. 11. c. 45. Leo tantùm & camelus pedatim gradiuntur: hoc est, vt sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur.

Pedatura, pro spatio pedum. In vet inscript. apud Brissonium in form.

Pĕdātum, i, apud antiquos legitur pro repetito accessu: à verbo pedo, as, quo antiqui vtebantur. Nonius, Pedato, positum inuenitur pro repetitu, vel accessu, quasi pedem: sicuti nunc vulgò dicitur, Tertiò pedato. Cato Orig. lib. 1. Igitur tertio pedato bello bellum nobis fecere. hoc est tertio reuersi, vt interpretatur Perottus. A veteri Critico in Lexico exponitur τρίτη ἐφόδῳ. Plaut. in Cistell. Nisi pedato tertio omnes afflixero: explicant impetu, ingressu, incursu. Cato Senex, In his duobus bellis alteras stipendio agrique parte multati, alteras oppidum vi captum, alteras primo pedato & secundo. Sosipater. lib. 11. Instit. Gram. Item Cato in dissuasione fœnoris. Tertio autem pedato, item ex fœnore discordia excrescebat, hoc est, tertia vice.

‖ Pedana, πήδημα, saltus, πηδάω salio. Vide etiam pytisma. ‖

Pĕdĕpressim, Tardè, paulatim, quasi lenta & tarda itione. אט at. βάδην.} Nonius.

Pĕdes, itis, qui pedibus incedit. { רגלי raghli. πεζός. GALL. Pieton, qui va à pié. ITAL. Pedone. GERM. Ein fussgenger/fussknecht. HISP. El peon hombre de pie. ANGL. A foote man.} sicut eques, qui equo vehitur. Vnde milites qui pedibus stipendia faciunt, pedites appellamus. Cæsar. 8. belli Gall. Equitatum omnem, Germanósque pedites, summæ velocitatis omnes, ad castra hostium præmittit. Virg. 6 Æneid.

——— sed quum pedes iret in hostem.

Idem 10. Æneid.

Quum pedes incedit, &c.

Curtius, Pedes agmen circumibat. Plaut. Milit sc. 3. a. 2. Pedes ego tibi illam sistam in viam. (abest ea vox ab aliis libris. Et Passerat. putat legendum pede sistam.) Idem Plaut. Milit. sc. 5. a. 2. Neque eques, neque pedes, neque præfectus tanta audacia.

Pĕdātus, Suet. in Othone c. 11. Fuisse etiam traditur & modicæ staturæ, & malè pedatus, pedibus malè fultus.

Pĕdĭtātus, us Peditum copiæ: sicut equitatus, equitum copiæ. { רגלי raghli. πεζικὸν, τὸ πεζόν. GALL. Bande, ou armée de gens à pié. ITAL. Essercito à piedi. GERM. Ein fussgeug/ein hauffen kriegsleute zu fuss. HISP. El peonaje de hombres de pie. ANGL. A bãde of footemen.} Cic. 5. Philipp. Tu ciue sceleratum & peditum Gallorum & Germanorum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copiis instrues? Plaut. Milit. sc. 1. a. 1. At peditatus reliquiæ essent, si viuerent.

Pedestellæ. Gloss. Philox. ἱστόποδες. lege, vt est in Gloss. Cyrilli, Pedes telæ. ἱστόποδες sunt pedes textorij ligni.

Pĕdester, qui pedibus iter facit. { רגלי raghli. πεζός. GALL. Pieton. ITAL. Pedone. GERM. Ein fussgenger/der zu fuss geht. HISP. El peon ANGL. A foote man.} Martial. lib. 1. abnuit in liquidis ire pedester aquis. Apul. Qui modò in exercitum profectus est pedester. ¶ Dicitur etiam hic & hæc pedestris & hoc pedestre, πεζικός, vt Pedestris exercitus, qui peditibus tantùm constat, non etiam equitibus. Pedestres copiæ, Pedestria agmina, πεζικὴ δύναμις. Cicer. 2. de finibus, vt si Xerxes cum tantis classibus, tantisque equestribus & pedestribus copiis Hellesponto iuncto, Athóque perfosso, maria ambulauisset, terrámque nauigasset, &c. ¶ Pedestris oratio, prosa, & oratio soluta: ita dicta ab humilitate & simplicitate apparatus, quod ad grauitatem, & maiestatem carminis non assurgat πεζὸς λόγος. Quintil. lib. 10. cap. 1. de Platone, Multum supra prosam orationem & quam pedestrem vocant Græci, exurgit. Horat. ad Mecœnatem lib. 2. Carm.

——— túque pedestribus
Dices historiis prælia Cæsaris.

¶ Pedestre iter, idem quod terrestre. Vlpian. lib. 1. D. de fluminibus Cicero item ad Attic. Si pedestre iter impediatur, non ideo minus iter nauigio deterius fit. ¶ Pedestria auguria dicebantur, quæ à lupo, vulpe, serpente, equo, & cæteris animalibus quadrupedibus sumebantur, πεζικοὶ οἰωνοί.

Pĕdĕtentim, aduerbium compositum à pede, & tento, tas, Idem quod sensim, quod paulatim. { אט át. κατὰ πόδας, βάδην. GALL. Peu à peu, tout bellement, pas à pas. ITAL. Pian piano, poco à poco. GERM. Fuss für fuss/ gemächlich/hüpschlich HISP. Pie ante pie poco à poco. ANGL. Steppe by steppe, litle and litle.} Cic. lib. 1. Offic. Sin minus sensim erit, pedetentímque faciendum. Terent. in Phorm. Dij bene vertant quod agas, pedetentim tamen, quod Donatus exponit pro cautè. Senec. c. 11. de tranquill. Pedetentim non ambulat sapiens. Quint. Paulatim, &, vt dicitur, pedetentim interrogandus testis

Pĕdĭcă, à Pede, Laqueus quo pedes alligantur. { מוקש mokésch. πέδη. GALL. Piege, lacs à prendre les bestes par le pié. ITAL. Laccio, vuogha. GERM. Ein hären fussstrick. HISP. La pihuela, ò lazo. ANGL. A snare to cath the feet, à fetter or shackle, a gyue.} Virg. lib. 1. Georg.

Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis.

Liu. lib. 21. Velut pedica capta hærerent.

Pĕdĭcĭnŭs, prisca dictio est, cuius hodie significatio ignoratur. Legitur apud Catonem de re rust. c. 18. Verba eius sunt hæc, Ibi foramen pedicinis duobus facito, ibíque arbores pedicino in lapide statuito. Sunt qui putent diminutiuum esse à nomine pes: sed huic loco hoc non satis videtur congruere.

‖ Pediclum, vide Pendiclum. ‖

Pĕdĭcŭlāris, Pedicosus, Pediculus, Pediolus, vide suprà post vocem Pedes.

Pĕdĭsĕquŭs, vnico s, qui dominum sequitur. { ἀκόλουθος. GALL. Vn vallet qui va apres son maistre. ITAL. Che seguita il patrone. GERM. Ein deiner so seinem herren auff den fuss nachtritt. HISP. El que accompaña su señor. ANGL. A seruand alway following maister.} Plaut. in Mil. Pedisequus tibi sum. Cic. ad Attic. lib. 2. Quæ mihi videtur vna conciuncula clamore pedisequorum nostrorum esse peritura. Idem pro domo sua, Conculcari hunc à pedisequis iussit.

Pedisequa, per vnum s quæ dominam sequitur, Seruante qui suit sa maistresse. Plaut. Asin. sc. 3. a. 1. Vult placere se amicæ, vult mihi, vult pedisequæ, vult ancillis. Et Aul. sc. 5. a. 3. Ancillas, mulos, muliones, pedisequas Idem Ibidem sc. 6. a. 4. Dabo spatium exquirendi ex pedisequa, nutrice, anu. Ter. in Andr. Accedo ad pedisequas, quæ sit rogo. Autor. ad Heren. lib. 4. Virtutis pedisequæ sunt diuitiæ.

Pĕdĭtātŭs, vide Pedes, itis, in Pedes, pedum.

Pĕdĭa lex. Suet. in Neron. c. 3. & in Galba, c. 3. Pedia lege damnati percussores.

Pĕdo, as, Vado, à quo Repedo, quod est quasi pedem refero, redeo. { הלך halách. καταπατέω. GALL. Aller, cheminer. ITAL. Andare. GERM. Gehn. HISP Andar, ir. ANGL. To go, to walk.} Lucil, rediisse, ac repedasse, vt Romam vitet. ¶ Pedare ponitur etiam, pro viti, vel alteri arbusculæ sustentaculum adhibere. { χαρακόω. GALL. Eschalasser vne vigne ITAL. Mettere palli alle viti. GERM. Die räben oder etwas anders stecken. HISP. Poner rodrigon à la vid ANGL. To prope vp a wine.} Vnde vineæ pedatæ dicuntur. Plin. lib. 17. c. 21. Aut pedatæ vineæ simplici iugo. Col. lib. 4. c. 12. Putationem sequitur iam pedandæ vineæ cura.

Pĕdātus, a, um, Sustentaculo, siue pedamento firmatus, vt vinea pedata. נשען nischʿán. κεχαρακωμένος. GALL. Soustenu, appuyé. ITAL. Sostentato. GERM. Gestützt. HISP. Sostenido. ANG. Propped, holden vp witth a proppe.} ¶ Quandoque etiam pedatus dicitur cui sunt pedes: sicut à manu Manuleatus. ὑπόπους. Suet. de Othone, Fuisse traditur & modicæ staturæ & malè pedatus, calúsque, id est, distortis pedibus.

Pĕdātĭo, dicitur quum pedamentis vinea fulcitur. { χαράκωσις. GALL Soustenement, appuy, eschalassement. ITAL. Sostentamento, pedamento. GER. Stützung/oder der stützer. HISP. Obra de sostener la vid y de poner rodrigon à la vid. ANGL. A propping of wines.} Col lib. 4. c. 12. Idque iugum intra quartum pedem conueniret alleuari, dum se vinea corroboret in pedationem.

Pĕdum i, Pastorale baculum, seu virga incurua qua pecudum pedes detinentur. { מטה mattéh. λαγωβόλος, καλαύροψ. GALL. Vne houlette. ITAL. Bastone di pastori. GERM. Ein hirtenstäck. HISP. El gancho ò cayado de pastor. ANGL. A sheephocke.} Virg. 5. Eclog.

At tu sume pedum, quod me quum sæpe rogaret,
Non tulit Antigenes.

¶ Est & Pedum, πέδον Stephano, oppidum non longè à Prænestinis: à quo Pedani, πεδανοί, populi, quorum meminit Plin. lib. 3. c. 5. Liu. lib. 8. ab Vrbe. Neque tamen nisi admodum paucis populi, Pedani adiuti sunt. Tyburtes, Prænestinique, quorum ager propior erat, Pedum peruenere.

Pedunculus, paruus pes, vt in fructibus. Prisc.

Pĕdĭcŭli, populi Calabriæ, Peucetiis & Brundusinis finitimi: quorum oppida sunt Rudia, Egnatia, Barion, Amita, & Pactius. Autor Plin. lib. 3. c. 11. Strabo lib 6. Pœdiclos appellat.

Pĕdo, is, pepedi, Crepitum ventris emitto. { πέρδω, βδέω. GALL. Peter faire vn pet. ITAL. Tirar de peti o delle correge. GERM. Feisten/ein furtz oder scheiß lasse. HISP. Peer. ANGL. To fart.} Horat. 1. Serm. Satyr. 8

Nam displosa sonat quantum vesica, pepedi

Martialis,

Nil aliud video quo te credamus amicum,
Quàm quòd me coram pedere Crispe soles.

Hinc peditus, crepitus ventris apud Sosipat. lib. 2. Grammat. ¶ Huius composita sunt, Impedo & Oppedo, de quibus suis locis.

Pĕdo Albinouanus, poëta fuit Epigrammatographus, qui sub Augusto floruit,

floruit, & ad Neronis vsque tempora peruenit. Præcipuè amicus fuit Ouidio, qui Pedonem eum vocat *lib. 4. de Ponto, Eleg. 10.*

Si roget hoc aliquis cur sint narrata Pedoni, &c.

Alibi etiam Siderei epitheto eum honestat, vel propter excellentiam, vel quia fortasse de sideribus scriptum aliquid edidisset: sic enim ait *Eleg. 16.*

Quum foret & Marsus, magnique Rabirius oris,
Iliacúsque Macer, sidereúsque Pedo.

Pedo, pedas, Pedum, Pedusculus, vide *Pes.*

|| Pedulis, vt fasciæ crurales peduléſque apud Vlp. *d. lib. 34. t. 2. l. 25.*

Pedulæ, is, ὑποπόδιον. Pedule sub pedibus præstat vtilitatem. Corn. Front.

Pegade, cisterna, puteus. L. g. b ||

Pēgănōn, πήγανον, herba est Diosc. *lib. 3.* quam Latini rutam appellant.

Pēgăsă, πήγασα Steph. Oppidum est Cariæ.

Pegasæ, πηγασαί. Thessaliæ oppidum, quod postea Demetrias, δημητριὰς, dictum est, propter quod nauis longa Argonautarum Pegasea, nuncupatur, quòd Iason qui eam ædificauit, fuit filius Æsonis, fratris Peliæ, regis Thessaliæ. Ouid.

Iámque fretum Minyæ Pegasæa puppe secabant.

Hinc Pegasicus sinus in Thessalia est appellatus. Sunt qui rectiùs Pagasæ dici putent, & Pegasæus. Vide *suprà*, sed à Pegaso equo, Pegasides Musæ, vt Ouid. docet.

Pēgăsĭdēs, πηγασίδες, Musæ dictæ sunt ἀπὸ τῆς πηγῆς, hoc est, à fonte, numini illatum sacro, quem Pegasus ictu vngulæ fingitur aperuisse. Ouid. *Epist. 21.*

At mihi Pegasides blandissima carmina dictant.

Idem *Eleg. 7. lib. 3. Trist.*

Hoc ego (ingenium tuum,) *Pegasidas deduxi primus ad vndas.*

¶ Interdum etiam Pegasides dicuntur fontium, vel fluuiorum nymphæ, quæ & Naiades. Idem *Epist. 5.*

Pegasis OEnone Phrygiis celeberrima syluis.

|| Pegaso, homo iocularis. Gl. Isid. ||

PĒGĂSVS, πήγασος. Equus alatus Persei, ἀπὸ τῆς πηγῆς, i. à fonte, quòd iuxta πηγὰς, i. fontes Oceani natus sit, vbi Gorgones habitabant. Hunc Hyginus, & alij complures Neptuni & Medusæ filium dixere, alij ex Medusæ sanguine quam Perseus interemit, natum affirmant. Hic quum Helicona euolasset, saxum vngula feriens, fontem aperuit, qui ex eo Hippocrine, id est, fons equinus, est appellatus. Postea verò quum ex Pirene Corinthio fonte biberet, à Bellerophonte, qui id temporis expeditionem in Chimæram parabat, captus est. Strab *lib. 8.* Fama est (inquit) equum Pegasum quum potaret hoc in loco, à Bellerophonte deprehensum fuisse, alatum, inquam, caballum è Medusæ ceruice & de Gorgonis execto gutture profiliente. Hoc equo vsus est Bellerophontes in expeditione contra Chimæram. Vulgatum est, & caballinum fontem in Helicone erupisse, quum subiectam ibi tellurem feriret vngula. Post hæc rerum terrestrium tædio ductus, in cælum dicitur euolasse, ibique inter sidera constitutus, Arcticum circulum spectare, pedibúsque æstiuo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangere, & Aquarij manum dextram ceruici suæ adiungere. ¶ Pegasus etiam dicebatur instrumentum in domibus, quo tanquam iumento, vestes & similia stratæ suspenderentur, à Pegaso equo poëtico, traductione nominis excogitata. ¶ Fuit & hoc nomine Iurisperitus: à quo nomen accepit Pegasianum senatusconsultum. Pompon. *lib. 2. de origin. iuris.*

Pēgăsēŭs, a, um, adiectiuum, Catul. *ad Camerum.*

Ne si Pegaseo ferar volatu.

Versus est hendecasyllabus. Achilles Statius,

Non si Pegaseo degit.

Pēgăsēĭŭs, aliud adiect. quinque syllabarum. Persius *in Præfat.* Coruos poëtas, & poëtrias picas Cantare credas Pegaseium melos.

Pēgmă, tis, πῆγμα, ἀπὸ τοῦ πήγνυμι, hoc est, à pangendo, siue componendo. Machina quædam est lignea in qua statuæ collocantur, & quasi figuntur ad illas sustinendas. Interdum πήγμασι cum ludicris producebantur in scenam, cum pueris etiam considentibus, ex lignis & tabulis quæ constabant vario picturæ genere. Pegmatis formam Seneca *ad Lucilium* his verbis describit. His (inquit) annumeres licèt machinatores qui pegmata ex se surgentia excogitant, & tabula tacita in sublime crescentia, & alias ex inopinato varietates, aut dehiscentibus quæ cohærebant: aut quæ distabant, sua sponte cohærentibus: aut iis quæ eminebant, paulatim in se residentibus. Ioseph *lib. 7. de bello Iudaico*, Maximè autem erat stupor machinarum quæ portabantur, siue pegmatum fabricatio, pro quorum magnitudine viribus portantium occurrentes timebant. Multa enim in tertium nidum, quartúmque surgebant, & magnificentia fabricæ cum admiratione delectabat. In illis machinis simulachrum belli repræsentatum fuisse significat, vt alij capere viderentur, & per singula pegmata dux captæ vrbis agebatur, ita vt captus fuerat ordinatus. Qui autem in his machinis depugnabant, à Suetonio pegmares vocantur. Contra omnes editiones Calepini hîc rescribo *pegmares.* sic enim scribit Suetonius *in Caligula c. 26. ad finem.* non autem *pegmates.* Vide in sequenti dictione. Tradunt Claudium obiecisse aliquando bestiis, qui pegmata in scenam patum feliciter produxissent Refert Suet. *in Claud. c. 34.* Plin. *lib. 33, c. 3.* Princeps Caius in circo pegma duxit, in quo centum viginti quatuor argenti pondo fuere. Festus scribit, pegmata esse ex ære, aut marmore armamenta, quæ vtplurimum in atriis, quandoque in porticibus aulísque affigebantur, maiorum, aliorúmque fortium virorum gesta certius quàm pictura ostendentia. Mart. *lib. 12.*

Et crescunt media pegmata celsa via.

Pegmares gladiatores. Suet. *in Caligula c. 26.* Rabidis feris vilissimo senio confectos, gladiatores quoque pegmates, subiiciebat.

|| Pegma, barba. Demetr. L. g. b. ||

PĒIERO, as. Falsò, & animo fallendi iuro, iuramentum non seruo. { נשבע *nischbbah* לשוא *leschau* אלה *aláh.* ἐπιορκέω. GALL. *Se pariurer.* ITAL. *Giurare il falso.* GERM. Ein falschen eyd schweren. HISP. *jurar falsamente.* ANGL. *To foreswere him self by a false othe.* } Cic. *3. Offic.* Non enim falsum iurare, peierare est, sed quod ex animi tui sententia iuraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est. Idem *pro Rosc. Comœd.* Qui mentiri solet, peierare consueuit. Propert.

Peierat, hiberni temporis esse moras.

Mart. *lib. 7.*

Nec erubescit peierare de turdo,
Et ostreorum rapere liuidos cirros.

Iuris peierati pœna. Horat. *2. Carm. Ode 8.* Plaut. *in Asin. sc. 2. a. 2.* quid fecit sceleste, pro illo lingua peierat. Lactant. *lib. 1.* Ergo aliqua potestas est quæ peierantes deos puniat.

Peĭŏr, peioris, & peiorare, vide *Malus.*

|| Pelacanus faber, L. g. b. Item auis ex ardearum genere. ||

Pĕlăgĭă, πελαγία, mulier Antiochena, voluptatibus & illecebris primum deditissima, vt quæ nulli rei attentius vacaret quàm corpori comendo. Tandem tamen meliore ducta spiritu, repentè velut in nouum quoddã animal transformata est, curámque deinceps, quam corporis cultui impendere solebat, ad animum virtutibus excolendum transtulit.

Pĕlăgŏnĭă, æ, πελαγονία. Pars Macedoniæ Septentrionalis, quæ Triballis proxima est. Autor Plin. *lib. 4. c. 10.*

PĔLĂGVS, tam masculini, quàm neutri generis, propriè profundum maris significat. altum mare. { ים *iam.* πέλαγος. GALL. *La mer creuse, la haute mer.* ITAL. *Mare.* GERM. Die tieffe dess meers. HISP. *Mar.* ANGL. *The sea or botome of the sea.* } Etymologici pelagus dictum volunt, quasi πήλαγος, quòd sit πέλας τῆς γῆς. id est, procul à terra. Tametsi etiam pro quouis mari accipiatur. Valerius Flac. *lib. 1. Argon.* O quantum terræ, quantum cognoscere cæli permissum est, pelagum quantos aperimus in vsus! Plin. *lib. 10. c. 32.* In reliquis partibus est quidem mitius pelagus. Virg. *3. Æneid.*

——— hic pelagi tot tempestatibus actus, &c.

Ibidem.

Treis adeò incertos cæca caligine soles
Erramus pelago.

Idem *in 5. Æneid.*

Vt pelagus tenuere rates.

i. vbi altum tenuere procul à littore prouectæ, vt Pelagij pisces opponantur littoralibus. Priscianus *lib. 1.* Pelagus scriptorum.

Pĕlăgĭcŭs, a, um, { πελαγικός: GALL. *De mer* ITAL. *Di mare.* GERM. Dess meers oder auss dem meer. HISP. *Cosa de mar.* ANGL. *Of the sea.* } Quod in mari viuit, siue etiam quod est ex mari. Col. *lib. 8. c. 7.* Cæteri saxatiles, aut pelagici satis ex his, sed ex recentibus meliùs pascuntur.

Pĕlăgĭŭs, a, um, πελάγιος, idem Varr. *3. de re rust. c. 3.* Sic nostræ ætatis luxuria propagauit leporaria: at piscinas protulit ad mare, & in eas pelagios greges piscium reuocauit.

Pĕlăgĭă, πελαγία, piscis est ex genere concharum, qui & purpura dicitur, in mediis faucibus succum habens tingendis lanis laudatissimum, qui ab eo pelagium dicitur, sicut à buccino alio concharum genere, buccinum appellatur. Plin. *lib. 9. c. 37.* Purpuræ alio nomine Pelagiæ dicuntur, earum genera plura, pabulo & solo discreta. Idem *lib. 9. c. 38.* Buccinum per se damnatur quoniam fucum remittit. Pelagio admodum alligatur, nimiæque eius nigritiæ dat austeritatem illam, nitorémque qui quæritur cocci.

|| Pelagius monachus, à quo Pelagiani hæretici ||

Pĕlămis, idis, gen. fœm. Thynnus qui nondum excessit annum { πηλαμὶς, ἡ. GALL. *Pelamide ou thon.* ITAL. *Palamita pesce tonno.* GERM. Ein iunger vnerwachsener meerfisch vō der art dess Tunni. HISP. *Especie de atun.* ANGL. *A tunie fish.* } Nam pelamides primò, post annum thynni vocantur. Dictam autem volunt pelamidem, παρὰ τὸ ἐν τῷ πηλῷ μένειν, quod in luto moretur. Plin. *lib. 9. c. 15.* Limosæ a luto pelamides incipiunt vocari, & post annum thynni. Iuuen. *Satyr. 7.*

Quod vocis pretium? Siccus petasunculus & vas
Pelamidum.

Varia pelamidum genera enumerantur à Plinio *lib. 32. c. vlt.* ex quibus reliqua omnia magnitudine excedit orcynon. Gell. *cap. 16. lib. 7.* Pelamis Chalcedonia optima. Pelanus, πέλανος, cibum placentæ modo formatum, ex tenui farina, in sacrificiis vsitatum.

|| Pelanus, πέλανος, libum, placentæ modo formatum, ex tenui farina, in sacrificiis vsitatum. ||

PĔLĂRGVS, Ciconia, ex eo dicta, quòd pennas nigras & albas habeat. πελὸς niger, ἀργὸς albus. חסידה *chasidáh.* πελαργὸς Græcè, Latinè ciconia dicitur. GALL. *Cicongne.* ITAL. *Cicogna.* GERM. Ein storch. HISP. *Cigueña.* ANGL. *Stork.* } Inde Pelargici nomi ab Aristophane dicti, quasi ciconiariæ leges quibus liberi parentes alere iubentur: Idquod in iure quoque cautum est. Ideo in sceptris regiis antiqui ciconiam sculpere solebant in summo, in infimo autem hippopotamum animal improbissimum significare volentes iustitiæ obnoxiam esse violentiam: cuius iustitiæ symbolum est ciconia, quæ parentes senio confectos alere, humerísque gestare in volatu creditur. Vide quæ de hoc annotauimus in dictione *Antipelargesis.*

Pelargicus, a, um, ad ciconiam pertinens.

|| Pelarpalis, dignitatis nomen. L. g. b. ||

Pĕlăsgĭă, πελασγία, olim dicta est celeberrima illa totius Europæ Cherronesus, inter duo maria, Ægæum & Ionium, platani folio similis propter angulosos recessus: quæ notiore nomine Peloponnesus dicitur. Dicta Pelasgia à Pelasgis populis vetustissimis, qui ab Arcadibus originem traxerunt. Vide Strabonem *lib. 5.* & Plin. *lib. 4. c. 4.*

Pĕlasgi, πελασγοί, populi sunt Græciæ vetustissimi, qui ex Arcadia oriundi, circa extremam partem Macedoniæ consederunt, in eo Thessaliæ tractu qui ab illis aliquandiu Argos Pelasgicum fuit appellatus. ¶ Dicti Pelasgi, vt nonnulli putant, quasi πελαργοί, hoc est, ciconiæ, quòd more ciconiarum, antequam sedem sibi deligerent, bonam partem orbis peragrarint. Ouid. *lib. 13. Metam.* eorum meminit.

Pĕlasgis, πελασγὶς, Regio est mediterranea Peloponesi, olim etiã Drimodis, & postremò Arcadia dicta. Autor Plin. *lib. 4. c. 6.* Inde Pelasgus, ga, gũ, πελασγός. Dicta quoque est Pelasgis Arcadia, vt annotat Hermol. *in Plin.*

Pelasgias, adis, Patronymicum, pro gentili, vel adiectiuo, vt Vrbes Pelasgiades, Ouid. *Epist. 91.*

Pelasgus, πελασγός, Iouis filius è Niobe.

Pĕlasgŭs, πελασγὸς, frutex est lauri foliis: vnde à Græcis δαφνοειδὴς appellatur. { Singrün/oder Ingrün. } Quo nomine etiam Latini vtuntur. Vide Plin. *lib. 15. c. vlt.* Herbarij *Laureolam* appellant.

Pĕlĕchi

Pelĕchĭnus, πελέχινος, herba est in segetibus nascens, quæ alio nomine Securidaca appellatur. Plin. *lib.27.c.12.*

Pelecinus, πελεκινος, herba, quæ Latinis securidata: quia semen eius ancipitem securim æmulatur. Dioscor. *lib.3.c.129.*

Pelecinus πελεκῖνος, auis.

Pĕlĕthrŏnĭus, πελεθρόνιος, Thessali cuiusdam nomen est qui primus fræna, & equorum strata dicitur inuenisse Plin. *lib.6.c.56.*

Pĕlĕtrŏnium, πελεθρόνιον, oppidum Thessaliæ, vbi primùm domandorum equorum inuentus vsus est.

Pĕlĕtrŏnĭi, πελεθρόνιοι, dicti sunt Lapithæ, à loco qui subiectus est Pelio monti, in quo medicamentorum magna vis nascitur, quæ Græci glossematici, θρόνα, vocant. Hi primi omnium frænorum vsum inuenisse dicuntur, & domandorum equorum artem: vt annotauit Seruius in illud Virg. *3.Georg.*

Fræna Pelethronij Lapithæ, gyrósque dedere.

Pĕlĕus, πηλεύς, Æaci filius, qui ex Thetide genuit Achillem, qui à nomine patris, Pelides à Poëtis dicitur. Ouid. 8. *Epist.*

Pelides vtinam vitasset Apollinis arcus.

Stat. 2. *Syl.*

Semifer Æmonium vincebat Pelea Chiron.

Ouid. 13. *Metam.*

Est genitor Peleus, est Pyrrhus filius illi (Achilli.)

Idem *ibidem,*

Fratres Telamon Peleúsque fuerunt. (ambo exules ob cædem fratris.)

Pēlīdēs, πηλείδης, Achilles dictus, à Peleo patre. Hephæstion interpres Sophoclis in Aiace, Æacus filius Iouis ex Ægina, Peleus & Telamon ex Æaco, quorum Achilles & Aiax, Aiacis autem filius erat Eurysaces.

Pēllăs, adis, πηλιὰς, patronymicum est fœmininum à Peleus. Ouidius *Epist.* 3.

Transeat Hectoreum Pelius hasta latus,

hoc est, ab hasta Achillis qui Pelei fuit filius: quam nemo præter Achillem vibrare, ob magnitudinem poterat. Hanc à Pallade decorticatam & politam à Vulcano cuspidatam fuisse ferunt. Ouid. 13.

——Nec non onerosa grauisque

Pelias hasta potest imbellibus esse lacertis.

Item Plaut. *Pseud. sc.2.a.3.* Vt Medea Peliam concoxit senem.

Pĕlĭās, πελίας, Nuptini filius ex Tyro Salmonei regis filia, frater Æsonis, & Thessaliæ rex, qui Iasonem fratris sui filium, cuius indolem formidabat, ad expeditionem Colchicam, velut ad certissimum periculum ablegauit. Vide Valer. Flaccum *lib. 1. Argon.* Hic tandem filiarum suarum manibus iugulatus in fabulis, idque persuasu Medeæ, quæ integræ ætatis se illum restituturam simulabat. Vide Ouid. *Metam.*

Pelica πελίκη, poculi genus

Pēlĭcānŭs, siue Pelecanus. {πελεκάν. GALL. *Pelican.* ITAL. *Pellicano.* GERM. Ein pelikan/oder löffelgans. HISP. *Pelican.* ANGL. *A pelican.*} Auis Ægyptia. Nascitur in solitudinibus, maximè Nili fluminis. Duo autem sunt pelicanorum genera, vt docet Hieronymus: vnum volatile aliud aquaticum. Hæ aues crebris ictibus rostrorum dicuntur occidere paruulos suos, eosdémque in nido occisos à se, lugere per triduum. Postremò matrem seipsam grauiter vulnerare aiunt, & sanguinem suum super filios fundere, quo illi perfusi reuiuiscunt. A Græcis etiam δενδροκολάπτης dicitur, quòd rostri ictibus arbores pertundat. Ælianus *lib.15.* pelicanos eosdem facit cum plateis.

Pelides, vide *Peleus.*

Pēlīgnī, πηλιγνοὶ, populi Marsis finitimi, quorum metropolis erat Sulmo, Ouidij patria. {Die Sulmonenser Landtschafft in Italia.} Ibi pessima nascuntur vina. Peligni ex Illyrico profecti sunt ductu Volsinij regis, cui cognomen Lucullo fuit, & partem Italiæ occuparunt. Ei duo nepotes fuerunt: Pacinus, à quo Pacinates: & Pelicus, à quo Peligni. Hactenus Sipontinus ex Festo.

Pēlīgnŭs, a, um, adiect. Ouid. *lib.3. Amor.*

Peligna dicar gloria gentis ego.

Pĕlĭnnā, æ, πέλιννα Steph. Thessaliæ oppidū in tractu Phthiotidis: ita dictum à Pelinno OEchaliei filio. Meminit huius oppidi etiam Plin. *lib.4.c.8.*

Pelioma, πελίωμα, liuor, à πελιόω.

Pēlion, πήλιον, mons Thessaliæ in sinum Pelasgicum incumbens. Ouid. *5. Fastor.*

Pelion Æmoniæ mons est obuersus in austros.

Summa virent pinu, cætera quercus habet.

Hinc adiect. Pelius & Peliacus. Cic. & Ouid.

Pēllā, πέλλα, vrbs Macedoniæ fuit in littore Ægei maris: illustrata maximè natalibus Philippi Macedonum regis & Alexandri. ¶ Est item Pella Syriæ oppidum, à Macedonibus ita appellatum, quum antea Apamia diceretur. Steph. ‖ ¶ Item vrbs trans Iordanem sita, in quam Christiani migrarunt ante obsidionem Ierosolymorum per Titum Imperatorem, teste Eusebio *lib. 3. 4.* Eadem multis annis fuit sedes PP. Ierosolymitanorum. ‖

Pellæus, a, um, adiectiuum. Lucan. *lib 10.*

Illic Pellæi proles vesana Philippi

Felix prædo iacet.

Iuuen. *Satyr. 10.*

Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis.

¶ Pellæa gula, pro Alexandrinis deliciis, apud Martial. *lib.3.* epitheto longiusculè petito ab Alexandro Pellæo conditore.

Princeps (inquit) *Niliacis raperis Coracine macellis:*

Pellææ prior est gloria nulla gulæ.

Plaut. *Asin. sc.2.a.2.* Asini venditi Pellæo mercatori.

Pēllānā, siue Pellane, es, πελλήνη, oppidum Laconiæ in Megalopolitanum vergens agrum, teste Strab. *lib.8.* quod tamen à Plinio *lib.4 c.6.* Arcadiæ annumeratur.

PĒLLAX, acis, adiectiuum, qui per blanditias aliquem decipit {מפתה mephattéh ἐπαγωγὸς, πιθανὸς, σαγηνευτής. GALL. *Affronteur, qui trompe par belles paroles.* ITAL. *Lusinghiero. ingannatore.* GERM. Betrügig mitt liebkosen vnd glatten worten. HISP. *El que mucho atrahe halangado, lisongero.* ANGL. *That allureth and deceiueth by faire wordes.*} A verbo pellicio, quod est fraudandi causa aliquem allicio. Virgil. 2. *Æneid.*

——— *inuidia postquam pellacis Vlyssi*

(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris.

Pēllācĭā, Fallacia, illecebræ. {מרמה תרמית mirmáh tarmith. ἐπαγωγή. GAL. *Tromperie, allechement deceuant.* ITAL. *Inganno* GER. Einfürung in betrug/vbertörung. HISP. *Halago, engaño.* ANGL. *A faire speaking to deceiue.*} Virg. *lib. 4. Georg.*

Verùm vbi nulla fugam reperit pellacia.

Lucret. *lib. 2.*

Subdola quum ridet placidi pellacia ponti.

Pellarius, πελλοφόρος, qui fuit pelles, sutor.

Pellego, is, it, non rarò pro perlego. de quo infrà.

Pēllēnē, πελλήνη, castellum est Achaiæ, propriè dictæ, sexaginta stadiis à sinus Corinthiaci littore distans, teste Strabone *lib.8.* Plin. *lib. 4. cap.5.* Pellenæorum castellum appellat. ¶ Est item Pellene eiusdem Achaiæ vicus, inter Pellenem castellum & Ægas, teste Strabone *loco iam citato.*

Pēllēnæŭs, πελληναῖος, mons est in Chio insula, apud Plinium *lib.5 c.32.*

Pellepidus, a, um, vide *Perlepidus, a, um.*

‖ Pelles, mantica, seu pera viatoria Iun. Item vas lactarium. Cerda. ‖

PELLEX, icis, fœm. gen. vt inquit Iureconsultus. Illa vulgò appellatur. quæ cū eo cui vxor sit, corpus miscet. {פילגש pileghesch. παλλακή, παλλακίς. GAL. *Celle qui abuse de la partie legitime d'vn marié.* ITAL. & HISP. *Adultera.* GERM. Ein kebsweib / die bey einem eheman zu vnehren sizt / eines chemans hur. ANGL. *A wedded manes harlet.*} Inde apud Oratores & Poëtas pellex non tam viri, quàm vxoris nuncupatur. Cic. *in Orat. pro Cluent.* Vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex. Declam. *in Cicer.* Filia matris pellex, tibi iucundior, atque obsequentior quàm parenti par est. Ouid. *Epist. 9.*

Nomine deposito pellicis. vxor erit.

Idem *Eleg.1.lib.2.Trist.*

Pellicibus multis indoluisse Deam.

¶ Pellex, & vnde dicta, & in eam lex Numæ. Gell. *c.3.lib.3.* Concubina verò est, quæ cum cælibe viro sine nuptiis locum tenet vxoris, quam Græco vocabulo παλλακὴ pallacam appellamus. Sueton. *de Vesp.* Inde quieti vacabat, accubante aliqua pallacarum, quas in locum defunctæ Cænidis plurimas constituerat. Iustinus quoque Cyri pallacem nominat, licèt vitio librariorum pellicem scriptum reperiatur. Dicitur quoque pellex de masculis, cum quibus mariti relictis coniugibus concumbunt. Cicer. *in Salust.* Omnium cubiculorum pellex, & idem postea adulter. q. d. Tu puer lædebas alienas vxores præripiens eis maritos: præripiens eis vxores. Sueton. *in Cæs.* Præterea actiones Dolabellæ, in quibus cum Dolabella pellicem reginæ dicit. ¶ Pellex Latinum nomen est à pellicio, quod est blandiendo decipio: quia blandiendo virum ab vxore seducit. Vide Vallam *lib.6. Elegant.*

Pēllĭcātŭs, us, actus quem pellex exercet: sicut concubinatus quem concubina. παλλακεία. GALL. *Solicitation du mariage d'autruy.* ITAL. *Il tener donna à sua posta, che si dice proprio di maritato.* GERM. Das huren vnd bubenwäsen eines ehemans mit einem kebsweib. HISP. *Maldad de adultera* ANG. *Alluring or ill lyf or campani that awedded man liueth with a strompet, adulterie.*} Cic. 2. *Offic.* Ab ea enim est ipse propter pellicatus supicionem interfectus.

PĒLLICEO, es, icui, quanquam rarissimè legitur: Diomedes *lib. 1.* inuenitur tamen apud Col. *in Præfatione lib.8.* pro blanditiis imperare, nisi locus corruptus est. Nūc verò (inquit) quum pleræque sic luxu & inertia diffluant, vt ne lanificij quidem curam suscipere dignentur: sed domi sedentes confectas vestes fastidio habeant, peruersaque cupidine pretiosiores alias à viris pelliceant, quæ grandi pecunia, & totis penè censibus redimuntur, nihil mirum est easdem ruris & instrumentorum agrestium cura grauari.

PĒLLICIO, is, exi, ectum, Blanditiis in fraudem induco, allicio, illicio. {פתה pittáh ἐπισύρομαι, φιλοψυχέω, προσάγομαι, ὑπάγω. GALL. *Induire & attraire par belles paroles, amadouër.* ITAL. *Ingannare lusingando.* GERM. Anreizen/locken. HISP. *Atraher con halagos, engañar halagando* ANGL. *To inty se and allure byfaire wordes.*} Terent *in Phorm.* Is senem per epistolam pellexit. Cic. 1 *de Orat.* Maiorem partem sententiarum sale tuo, & lepôre, & politissimis facetiis pellexisti. Plaut. *Men. sc. 2.a.2.* Si pellexerunt (eum) perditum amittunt. Componitúrque ex per, & lacio, mutatis l in r, & a in i Festus, Lacit, decipit, inducit. Lax, lacis verò, fraus est. A lax, lacio fit: vnde & Lacto, as: & composita, Allicio, Elicio, Illicio, & alia Legitur quoque Perlicio apud Liuium 4. *pro eodem.* Negotium (inquit) datur, vt quos quisque posset ex collegio Tribunorum ad intercessionem perliceret. Pellicio tamen, & pellexi & pellectus magis in vsu sunt quàm perlicio, aut perlexi. Perlectus verò in ista significatione nequaquam haberi puto, sed Pellectus tantùm, ne à perlego putaretur.

Pēllĭcātŏr, is, qui blanditiis aliquem in fraudem pellicit. {מפתה nephattéh. σαγηνευτής. GAL. *Trompeur sous beau semblant, amadoueur, enjoleur.* ITAL. *Lusinghiero.* GERM. Ein anreizer / ocker/ der einen mit süßen worten vberthört. HISP. *El que atrahe con halagos.* ANG. *An allurer or intyser by faire wordes.*} Festus.

Pellicor, pellicem ago.

PĒLLIS, is, dicitur quum est à carne separata, quæ cutis antea dicebatur. {עור hor. δέρμα, δορά. GAL. *Vne peau, vne panne.* ITAL. *Pelle.* GERM. Ein haut oder fel. HISP. *La pelleja ò cuero.* ANG. *The skinne, an hide, a pelte.* Ossa atque pellis totus est, ita cura macet. Plaut. *Aul. sc.5 a.3.* Ossa atque pellis sum misera macritudine. Idem Capt. *sc.2.a.1.*

Pellibus & setis arcent mala frigora braccis,

Ouid. *Eleg. 10. lib.3. Trist.* Iuuen. *Satyr. 10.*

Dissimilémque sui deformem pro cute pellem.

Cic. 1. *de nat. deor.* Quam tu nunquam, ne in somnis quidem vides, nisi cum pelle caprina cum hasta, cum scutulo, Virg. 8. *Æneid.*

——— *quum fulua leonis Pellis obit totum.*

Idem 11. *Æneid.*

Cur pellis latos humeros erepta iuuenco

Pugnatori operit.

Pellis pro mantica & inuolucro vestis, supellectilis aliorúmque vtensilium, & sarcinarum. Petron. Ego vos iam in duas pelles coniiciam, vinctósque loris in vestimenta pro sarcinis habebo. Persius,

Iam pueris pellem succinctus & œnophorum aptat.

|| ¶ Pro tentorio, per metonymiam materiæ. || ¶ Quiescere in propria pelle, est contentum esse sua sorte, nec quicquam supra vires affectare. Horat. 1.*Serm.Satyr.* 5.

Vel meritò quoniam in propria non pelle quiessem.

¶ Detrahere pellem alicui, metaphoricè dictum est pro Detegere animum alicuius Horat. 2.*Serm.Satyr.* 1.

———quid quum est Lucilius ausus
Primus in hunc operis componere carmina morem?
Detrahere & pellem, nitidus qua quisque per ora
Cederet introrsum turpis?

¶ Sub pellibus esse, hoc est, in castris statiuis. Cicer. 4. *Academ.* Vt non multum Imperatori sub ipsis pellibus otij relinquatur. ¶ Dicta pellis (vt quidam putant) à pellendo, quòd externas iniurias tegendo repellat. Hæc postquam concinnata est ad calceos & cætera opera facienda, aluta dicitur. Varro, Pasceolus, saccus est ex aluta factus.

Pellĭcŭlă, æ, diminut. Parua pellis. { δερμάλιον. GALL. *Petite peau.* ITAL. *Pellicina.* GERM. Ein heutlin oder fellin. HISP. *Pelleja pequeña.* ANGL. *A thinne skinne or tine.* } Cic. pro *Muræn.* Atque ille homo eruditissimus, ac Stoicus strauit pelliculis hœdinis lectos Punicanos, & exposuit vasa Samia: quasi verò Diogenes Cynicus esset mortuus, &c. ¶ Continere se in pellicula, prouerbium est, intra suam sortem se continere. Mart. *lib.* 3.

Lusisti, satis est: sed te, mihi crede, memento,
Nunc in pellicula cerdo tenere tua.

¶ Curare pelliculam, est corpus suum molliter tractare. Horat. 2. *Serm, Satyr.* 5.

———ire domum atque pelliculam curare iube.

¶ Veterem pelliculam retines, hoc est, pristinos mores. Persius *Satyr.* 5.

Sin tu quum fueris nostræ pau'o antè farinæ,
Pelliculam veterem retines, & fronte politus
Astutam vapido seruas sub pectore vulpem.
Quæ dederam suprà repeto, funémque reduco.

Pellĭcĕŭs, a, um, quod est ex pelle, vt Vestis pellicea. { δερμάτινος. GAL. *De peau, fait de peau.* ITAL. *Di pelle.* GERM. Von heuten/belțin. HISP. *Cosa de materia di pelleja.* ANGL. *Of a skinne.* } Hieron. *contra Iouin.* Deiecti in vallem lacrymarum, tunicis consutis & pelliceis vestirentur ¶ Dicitur & pellicius eadem significatione. Lampridius *in Heliogab.* Sella pellicia.

Pellītŭs, a, um, quod pelles habet, vel pellibus tectum est. { δερματώδης. GAL. *Qui est couuert de peaux, ou fourré de pannes.* ITAL. *Pellizatto.* GERM. Mit belțen/oder fellen bedeckt. HISP. *Vestido de pellejas.* ANGL. *That is couered or furred with skinnes.* } Propert. *lib.* 4.

Pellitos habuit rustica chorda patres.

Horat. 2.*Carm. Ode* 6.

Dulce pellitis ouibus Galesi
Flumen, & regnata petam Laconi
Rura Phalanto.

Pellĭcŭlo, as, Pellibus alligatis obturo. { ὑποδιφθερίζω. GALL. *Couurir, ou estoupper de peaux ou de cuir.* ITAL. *Coprire con pelle.* GERM. Mit einem fell vermachen oder verstopffen. HISP. *Cubrir ò tapar con pellejas.* ANGL. *To furre or couer with skinnes.* } *lib.* 12. *cap.* 46. Vas operculatum pelliculant. *Ibid cap.* 39. In alia vasa deliquare, & confestim opercula gypsare, & pelliculare.

Pellio, qui vestes pelliceas & alia ex pellibus opera facit. { δερματομαλάκτης. GALL. *Pelletier, peaucier.* ITAL. *Pellicciaio.* GERM. Ein kürsner / belțmacher. HISP. *Pellejero.* ANGL. *A skinner or furrier, à peltmunger.* } Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. Quasi supellex pellionis, palus palo proximus.

Pello, as, inusitatum, à quo Appello, compello, interpello.

PĔLLO, is, pepuli, pulsum, percutio, ferio. { הדיח *hidhiach* הדוח *hadhuách* דחף *dacháph.* ἀπωθέω, ὠθέω. GALL. *Pousser, debouter, chasser* ITAL. *Percuotere, scacciare.* GERM. Schlagen/klopffen/ außtreiben/hinstossen. HISP. *Herir empuxar.* ANGL. *To expell or put out.* } Plaut. *in Amph.* Quid minitabas te facturum, si istas pepulissem fores. Ter. *in Andr.* Tune has pepulisti fores? ¶ Aliquando ponitur pro abigo, extrudo, ἐλαύνω, ὠθέω. Pelle animo timorem: mox aderit gnatus. ¶ Iungitur etiam ablatiuo cum præpositione à: vt Pelle hunc à foribus, apud Plaut. *in Amph.* Item cum præpositione de, vt Non potuit pelli de ea sententia. Item cum è, vel ex: vt Pellere aliquem è foro, vel ex templo. Nonnunquam etiam sine præpositione: vt Pellere patria, ciuitate, regno, agro, sedibus.

Pulsus Aristides, nec tamen vrbe sua,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

In numerum pulsa brachia versat aqua.

idem *ibid. Eleg* 1. *lib.* 4.

———Pulsis melioribus annis
Venerat iam canities,

idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* &c. Iungitur etiam accusatiuo cum præpositione in Cicer. 2. *de Orat.* In exilium pulsus est. ¶ Ponitur interdum pro exagitare, affligere. Idem *ad Nigidium lib.* 4. *Epist.* Quanquam enim nulla meipsum priuatim pepulit insignis iniuria. Et Liu. *lib.* 10. *bell. Punic.* Hoc non mediocri cura Scipionis animum pepulit: nullius enim forma pepulerat captiuæ. ¶ Hinc fiunt Pulso, pulto, pulsus, & nonnulla alia quæ suis locis explicantur. Item composita Appello, Compello, Depello, Expello, Impello, Propello. A supino pulsum fit frequentatiuum Pulso, as, de quo mox.

Pŭlsŭs, us, Impulsio, motus, ictus, verberatio. { מדוח *madduach* דחי *dechi* מדחפה *madhchephah* ὦσις, κροῦσις, GAL. *Poussement, battement, chassement.* ITAL. *Percussione.* GERM. Ein trib oder stoß. HISP. *Empuxon.* ANG. *Any expelling or putting out.* } Cic. 1. *Tuscul.* Inanimum est omne quod pulsu agitatur extremo. Idem 1. *de Oratore*, Impetus, pulsúsque remotum. Virg. 12. *Æneid.*

———pulsúque pedum tremit excita tellus.

Item Pulsibus aquarum. Gell. *cap.* 28 *lib.* 2. ¶ Pulsus item. { σφυγμός. GALL. *Le pouls.* ITAL. *Polso* GERM. Das schlagen der pulsaderen. HISP, *Pulso.* ANGL. *The pulse the mouing of the arteries.* } A medicis appellatur motus arteriarum ex spiritus reciprocatione, & ex systole, diastoléque cordis proficiscens. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Arteriarum pulsus in cacumine maximè membrorum euidens, inde ferè morborum, in modulos certos legésque metricas per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus. Idem *lib.* 7. *cap.* 51. venarum percussum appellat, καλοῦμενος σφυγμός, venas sumens pro arteriis. Venarum (inquit) inæquali, aut formicante percussu.

Pūlso, as, pro quo & apud Comicos, non rarò dicitur Pulto, as, are: de quo infra. Frequentatiuum, à pello, percutio, verbero. { הכה *hichcháh* התדקף *hithdakáph* תפש *taphas.* κρούω, ἀράσσω, ἀπωθέω. GALL. *Pousser, heurter, frapper.* ITAL. *Battere, percuotere.* GERM. Hefftig schlagen oder stossen/treiben. HISP. *Herir.* ANG. *To thumpe, to strike, to knocke.* } Ouid, *Eleg.* 9. *lib.* 4.

Infesto pede pulsat humum Taurus.
———vndas (frigore concretas) vngula pulsat equi,

Ouid. *El.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Cicer. 6. *Verr.* Sex lictores circunsistunt, valentissimi ad pulsandos verberandósque homines exercitatissimi, Terent. *in Adelph.* Sed quis hoc ostium pulsauit? Virg. 4. *Æneid.*

——————cui nubibus atris
Piniferum caput & vento pulsatur & imbri.

¶ Transfertur & ad animum. Plaut. *in Epid.* Id ego experior, cui in vnum multa confluunt, quæ meum pectus pulsant. ¶ Interdum pulsare ponitur pro violare, lædere. Virg. *lib.* 12. *Æneid.*

Pulsatos referens infecto fœdere diuos.

Sueton. *in Tiber. cap.* 2. Nonnulli in altercatione & iurgio Tribunos pleb. pulsauerunt. ¶ Pulsari item dicuntur fides, vel instrumenta musica, quum chordæ digitis, vel plectro attrectantur, vt sonum edant. κρέκω. Virg. 6. *Æneid.*

Iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.

Campana quoque pulsari dicitur, quum aut restibus, aut pedibus impulsa, aut malleo icta sonitum reddit. Pulsari ponitur aliquando pro conueniri, & in iudicium vocari. Cic. *Verr.* 5. Pro decuma quum pulsatus à venerio esset dedit HS. sedecim millia. Vlp. *l.* 11. §. 10. *D. de inter. in iur. fac.* Qui interrogatus responderit: sic tenetur quasi ex contractu obligatus pro quo pulsabitur. Hotoman.

Pulsans, tis, part. { תפש *tophés* נגן *noghén* } Iuuen. *Satyr.* 9.

——— & cum lusore catello
Cymbala pulsantis legatis fiet amici.

Virg. *lib.* 3. *Georg.*

———Exultantiaque haurit
Corda pauor pulsans

Pūlsātŭs, a, um, aliud part. Verberatus. { מכה *muchchéh.* ὁ κρουσθείς, ὁ βληθείς. GALL. *Frappé.* ITAL *Percosso.* GERM. Hefftig gestossen / geschlagen/getriben. HISP *Herido.* ANGL. *Striken, knocked, beaten.* } Plin. *lib.* 12. *c.* 9. Pulsate fluctibus arbores: Æquor pulsatum remige. Ouid. 3. *de Ponto*, Saxa pulsata. Virg. 3. *Æneid.*

Pulsandus, a, um, ἀνακρουστέος, βλητέος. vt area pulsanda equis, Ouidius 3. *Amor. Eleg.* 14.

Pūlsātĭo, nis, pulsandi actus. { κροῦσμα. GAL. *Frappemēt, heurtement,* ITAL. *Percuotere, percossa.* GERM. Das schlagen/stossung. HISP. *Herimiento, herida.* ANGL. *A thumping or knocking.* } Liu. *lib* 31. Ea maiore cū sonitu quàm vulnere vllo, pulsatio scutorum parumper succedentes Romanos tenuit. ¶ Cæterùm inter pulsationem & verberationem hoc interesse Ofilius docet: verberare est cum dolore cædere: pulsare sine dolore.

Pūlsātŏr, is. { תפש *tophes* נגן *noghén.* κρουστής. GAL. *Frappeur.* ITAL. *Chi percuote.* GERM. Ein schlager. HISP. *Heridor.* ANGL. *A thamper or knocker.* } Val. Flac. 5. *Argon* — citharæ pulsator Apollo. ¶ Huius composita sunt Compulso, Expulso, quorum significata suis locis traduntur.

Pulsatiles venæ, à quibusdam appellatæ spiritus semitæ, quas medici Græco vocabulo Arterias vocant, ἀρτηρίας. Agitantur enim illæ perpetuo quodam pulsu ex systole & diastole cordis proficiscente.

Pulsula, æ, diminut. pro ampulla & pustulla. Mart. *lib.* 14.

Feruida ne trito tibi pollice pulsula surgat,
Exornent docilem garrula plectra lyram.

Quo loco fortasse legendum *pustula.*

Pŭlto, as, pulso, fitque à supino pultum quo antiqui vtebantur. { הכה *hicchah* התדקף *hithdaképh* תפש *taphás.* ἀράσσω, ἀπωθέω, κρούω. GALL. *Pousser, frapper, heurter,* ITA. *Percuotere, picchiare, battere.* GER. Hefftig oder vistlopfen. HISP. *Herir.* ANGL. *To beate or knockat* } Plaut. Pultando confregi fores. Terent. Cesso iam pultare ostium. Plaut. *Amphitr.* Pultabo fores. Et *A sin. sc.* 3. *a.* 2. I, puere, pulta Item, Neque quicquam melius est quàm vt hoc pultem (ostium.) Idem *Ps. sc.* 7. *a.* 4. Feri, placidè pulta Idem *Menach. sc.* 2. *a.* 1. Pultando, foribus exitium affero. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Fores pultabo. Idem *Menach. sc.* 6 *a.* 5. Quomodo pultare potui. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Pultando pedibus penè confregi assulas. *Ibid* Si denuò pultaueris ostium. Idem *Amph.* Pectus digitis pultat. Cor credo euocaturus est foras. Idem *Mil. sc* 2 *a.* 2. Te compendium facere pultandi volo. Idem *Ps. sc.* 2. *a.* 1. Pultabo: Heus ecquis istas aperit fores? Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1.

Pellonia, dea, à qua fingebant pelli hostes

Pellos, siue pellus, i, πέλλος, auis est ex genere ardeolarum, ita dicta, vt putant, ab aduerbio πέλας, quòd est propè, quòd minus altè volet, quàm cæteræ ardeolarum species. Plin. *lib.* 10. *c.* 60.

Pellūcĕo, es, luxi, Transluceo, quasi perluceo. { הופיע *hophiáh.* διαφαίνω. GAL. *Reluire, estre clair en sorte qu'on voye à trauers.* ITAL. *Transparire, risplendere.* GERM. Durchscheinen / durchsichtig sein. HISP. *Transluzir.* ANGL. *To hyne and giue light thorough.* } Iuuenal. *Satyr.* 2.

Acer & indomitus, libertatísque magister.
Cretice pelluces.

Plaut. *in Aulul.* Quin exta inspicere in sole etiam viuo licet. Ita is pellucet, quasi laterna Punica. Idem *Rudente*, Nam nunc pellucet ea quàm cribrum crebrius. Ita sint iuncti ne commissura pelluceat. Quint. ¶ Oratio pellucens, id est, clara & aperta. Cicer. *de clar. Orat.* Ita reconditas exquisitásque sententias mollis & pellucens vestiebat oratio.

Pelluo, idem quod perluo, de quo infra, καταπλύνω.

Pellucidus, vide *Perlucidus.*

Pellūcŭlum

Pelluuium,ij, & Pelluuia, æ, vas in quo lauantur pedes. sicut Malluuium & Malluuia, vas in quo lauantur manus. { ποδόνιπτρον. GALL. Vn bassin à lauer les pieds. ITAL. Vaso doue si lauano i piedi. GERM. Ein fußbecken in welchem man die füß wäscht. HISP. El bacin para lauar los pies. ANG. basin to wash ones feete in. } Dictum pelluuium à pelluendo. Hoc idem pollubrum dicitur. Labrum autem commune est, quemadmodum & peluis.

Pelopea, πελόπεια. Thyestis filia, quæ à patre grauida facta insigni forma infantulum peperit: quem recenter natum, ne turpitudo sua palàm fieret, feris deuorandum in syluis reliquit. Euenit tamen diis ita volentibus, vt pastor quidam illac iter faciens, in puerum incideret: qui misericordia motus domum suam illum detulit, lactéque caprino illum educauit. Vnde & Ægisthus est appellatus. Hic postea quum in virum adoleuisset, Atreum patruum suum Thyestis instinctu interfecit. Clytemnestram quoque absente Agamemnone per adulterium polluit, virúmque eius è Troiano bello redeuntem, ab illa adiutus, interemit. ¶ Pelopea item Lydiæ vrbs, alio nomine Thyatira & Semiramis appellata. Autor Steph. ¶ Pelopea item tragœdiæ nomen, miserabiles Pelopeæ Thyestis casus ærumnásque continentis. Iuuen. *Satyr.* 7.

Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos.

Pelopeus, & Pelopeius vide *Pelops.*

Pelopidas, πελοπίδας, Thebanus, rei militaris gloria clarissimus, arctissimóque amicitiæ fœdere cum Epaminunda coniunctus. Vitam eius Plutarchus conscripsit.

PELOPONNESVS, πελοπόννησος, Nobilissima totius Europę peninsula Isthmo angustissimo Græciæ annexa, inter duo maria Ægæum & Ionium, platani folio similis, angulosis recessibus duos efficiens sinus, ab Ortu Saronicum: Crissæum, siue Corinthiacum ab Occasu, sex millium angustiis diremptos. Eius descriptio est apud Liuium *lib.* 2. *d.* 4. Olim Apia & Pelasgia appellata ¶ Postremò Peloponnesus dicta est à Pelope Tantali filio, qui quum OEnomaum Eleorum regem curuli certamine superasset, Hippodamiam filium eius vxorem duxit, regnúmque dotale accepit: totámque illam peninsulam Peloponnesum appellauit. Habet in circuitu circiter CCCLXIII. M. passuum amplissimis olim habitata vrbibus. Ex quibus clarissimæ fuerunt Corinthus, in ipso statim Isthmo sita: deinde Argos Mycenæ, Lacedæmon, Patræ, Messene, Corone, Methone, Elis, Pisa, aliæque complures. Hodie Moream appellant Veneti.

Peloponesius, a, um. Quintil. Peloponesia tempora. i. tempora belli Peloponesiaci.

PELOPS, opis πέλοψ, Tantali Phrygiæ regis & Taygetes filius, cuius pater quum deos in terris peregrinantes hospitio excepisset, vt certo aliquo argumento diuinitatem eorum experiretur, filium suum illis epulandum opposuit: à cuius esu quum dij cæteri abstinuissent, sola Ceres humerum eius dextrum absumpsit. Quem quum Iupiter deinde ad vitam reuocasset, eburneum ei humerum restituit. Postea verò quum adoleuisset, relicta patria in Elidem se contulit, vbi id temporis regnabat OEnomaus, qui vnicam habebat filiam nomine Hippodamiam, & forma eximiam, & regni totius hæredem, iísque nominibus à procis plurimis ambitam. Verùm OEnomaus quum oraculo doctus esset, fore vt generi opera interiret, durissimam hanc procis conditionem tulit, vt qui nuptiis filiæ potiri vellet, secum prius curuli certamine contenderet, idque ea lege, vt victorem filiæ suæ coniugium, & regni sui hæreditas, victum mors sequeretur. Quum igitur iam complures equorum (quos pernicissimos habebat) celeritate superasset necique tradidisset, Pelops (qui & ipse puellæ amore tenebatur) sibi alia via rem aggrediundam ratus, Myrtilum aurigam eius pretio corrupit, vt fragiles currui axes subiungeret. Quo facto OEnomaus vnà cum curru corruit, membrísque omnibus ea ruina collisis mortuus est. Pelops igitur & coniuge potitus & regno, vniuersam Cherronesum de suo nomine Peloponnesum appellauit. Autor Strab. *lib.* 8.

Pelopeus, a, um, πελόπειος, & diuisa Græca diphthongo Pelopeïus, πελοπήϊος, per quinque syllabas à nomine Pelops deductum. Propert. *lib.* 3. *Eleg.* Infamis stupro stat Pelopea domus. Ouid. 8. *Metam.*

Ipse locum vidi: nam me Pelopea Pitheus
Misit in arua suo quondam regnata parenti.

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Hic pro supposita virgo Pelopeia cerua, id est, Iphigenia.

Pelōris, idis, πελωρίς, genus conchæ. Horat. 2. *Serm. sat.* 4.

Murice Baiano melior Lucrina peloris.

Plin *lib.* 31. *c.* 11. videtur inter cancrorum genera annumerare.

Pelorus, πέλωρος. vnum ex tribus Siciliæ promontoriis, quod in Italiam vergens, Scyllæ aduersum est: ita dictum à Peloro Annibalis gubernatore, quem is in Syriam fugam parans (vt Pomp. Melæ placet) ibi interemit, se ab eo proditum ratus eò quòd procul intuēti continua videbantur esse littora: pelagúsque minimè peruium. Val. *lib* 9. *cap. de temeritate,* Pelorum hunc ab Annibale interfectum arbitratur eo tempore quo is à Petilia soluens in Africam reditum parabat à suis reuocatus, vt patriæ periclitanti opem ferret aduersùs Scipionem. { Das vorgebirg Sicilie gegen Italia. } Quæ sententia videtur multo verisimilior. Non enim video quid ex Africa Syriam peteuti, in Siculo freto fuerit negotij: nisi quis hoc prætexat, vi tempestatis eò fuisse appulsum. Seru. explicans illud Virg. 3. *Æneid.*

Ast vbi digressum Siculæ te admouerit oræ
Ventus & angusti rarescent claustra Pelori;

quanquam cum Valerio videtur sentire: fatetur tamen etiam ante Annibalis tempora promontorium hoc Pelorum fuisse appellatum. Polybius quoque in primo bello unico alio nomine non vtitur.

PELTA, æ, { סחרות sochēreth. πέλτη. GALL. Vne targe ou pauois en façon de croissant. ITAL. Targhetta, brocchiero. GER. Ein kleiner halbrunder schilt. HISP. Adarga ò escudo redondo. ANGL. A bukler or targe lik an half moone. } Scutum exiguum, lunæ semiplenæ imaginem referens: quo genere Amazones præcipuè in præliis vti solent. Virg. 1. *Æneid.*

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Scuta Amazonica vocat Nonius Plin. *lib.* 12. *c.* 5. Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet. Peltæ amazonicæ & secures. Suet. *in Neron. cap.* 44.

Peltasta, πελταστής, qui peltam gestat.

Peltasticus, a, um, πελταστικός, ή, όν. ad peltastam pertinens.

Peltātus, a, um, adiect. Pelta armatus. { ὁ πελταστής, ὁ & ἡ πελτοφόρος. GALL. Armé de targe ou pauois. ITAL. Armato di targa ò brocchiero. GERM. Der ein solchen kleinen vnd halb runden schilt führt zum streitt. HISP. Armado de adarga, ò escudo redundo. ANG. Armed with a bukler or targe. } Liuius *lib.* 28. Menippum item quendam ex regiis ducibus, cum mille peltatis (pelta certè haud dissimilis est) Chalcidem mittit. Hi etiam Græco nomine appellantur peltastæ, πελτασταί. Liu. *lib.* 31. Nocte cetratos, quos peltastas vocant, loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat.

Peltifer, aliud adiect. idem: vt, Puellæ peltiferæ. Statius 12. *Thebaid.*

Pellæ, arum, πέλται. Phrygiæ oppidum, à quo vicinus campus, Peltinus appellatus est. Vide Strab. *lib.* 12 *c.* 13.

Pēluis, vasis genus pedibus abluendis præcipuè destinatum, pelluuium. { מזרק mizrák. λεκάνη, ποδονιπτήρ. GALL. Vn bassin à lauer, vn lauoir. ITAL. Conca. GERM. Ein becken/sonderlich auß dem man die füß wäscht. HISP. Bacin para lauar los pies. ANGL. A lauer or basin to washin. } Varr. 4. *de ling. Lat* Peluis, inquit, Quasi pedelauis, à pedum lauatione. Alij peluim à pelluendo dictam tradunt, putántque sinum esse aquarium in quo variæ res pelluntur. Iuuen. *Satyr.* 3.

Vt sint contentæ patulas effundere pelues.

Cato *cap.* 10. Peluis vna. Vide Bayfium.

PELVSIVM, ij, πηλούσιον, oppidum in extrema Ægypti ora, quæ Casiotidi contermina est, à quo & extremum Nili ostium quo Ægyptus ab Asia terminatur, Pelusium, seu Pelusiacum appellatum est. Hanc vrbem condidit Peleus Achillis pater monitu deorum post lustrationem. Eo enim tempore Peleus furiis agitabatur, quia fratrem Phocum interemerat.

Pēlūsĭus, a, um, πηλούσιος. & Pelusiacus, a, um, pen. corr. πηλουσιακός. Martial. *in Xeniis,*

Accipe Niliacam Pelusia munera lentem.

Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.

Pēlūsĭānā mala legimus apud Colum. *lib.* 5. *c.* 10.

Pelusiotæ, πηλουσιῶται, populi in extremis finibus Ægypti, Pelusium oppidum incolentes, ea in parte, qua Ægyptus Arabiæ contermina est. Hieronym. *contra Iouin.* Impelle (si vales) Pelusioten, vt manducet cæpe

Pēmĭnōsus, a, um, vel potiùs Pæminosus per æ diphthongum in prima syllaba, quod mali est odoris: ita dictum à pædore. { δυσώδης. GAL. Crasseux, or & sale, qui sent mal. ITAL. Di cattiuo odore. GERM. Stinckend. HISP. Cosa de mal olor. ANGL. Tat hat an ill sauour and stincketh. } Varro *de re rust. lib.* 1. *cap.* 51. Hanc esse modicam oportet pro magnitudine segetis, potissimum rotundam, & ad medium paulùm extumidam (vt si pluerit, non consistat aqua, sed vt quàm breuissimo itinere extra aream defluere possit, omne porrò breuissimum in rotundo è medio ad extremum) solida terra pauitam, maximè si est argillosa, ne situ peminosa in rimis eius grana oblitescant. Sic enim legit Festus. In castigatioribus tamen Varonis exemplaribus legitur, Ne æstu rimosa.

‖ Pempte, dies Iouis. Niceph. L. g. b. ‖

Penarius, vide *Penus.*

PĒNĀTES, penatium, penatibus, tantùm pluraliter. Suet. *in Neron. cap.* 31. Penatium Deorum simulachra in templis. Dicti sunt dij domestici, vt inquit Cic. *lib.* 2. *de nat. deor.* quòd penes nos nati sint, vel quòd non longè absint ab hac vita, siue quòd penitus insident, ἐφέστιοι θεοί. Ex quo etiam penetrales à Poëtis vocantur. Alij à penu hoc nomen deriuant. Macrob. *lib.* 3. *Saturn. lib.* 4. Penates esse dixerunt per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Terent. *in Phorm.* At ego deos Penates hinc salutatum domum Deuortar. Virg. 1 *Æneid.*

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, victósque Penates.
Celebrare domum, patriósque Penates,

Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Pēnātĭger, a, um, gerens Penates Ouid. 15. *Metam.*

Hæc Helenum cecinisse Penatigero Æneæ
Mente memor refero.

Penatores, vide *Penus.*

‖ Pencina, lacinia, vel stola. Gloss Isid. ‖

PĒNDĔO, es, pependi, pensum, In sublimi sum, suspensus sum. { תלה taláh. αἰωροῦμαι, κρέμαμαι. GALL. Estre pendant, pendre. ITAL. Pendere. GERM. Hangen HISP. Estar colgado ò suspenso ANG. To be hanged or to hang en some thing. } Tractum à pennis auium. ¶ Absolutè est vsus Terent. *in Eunuch.* Tu iam pendebis qui stultum adolescentulum nobilitas flagitiis. ¶ Aliquando ablatiuo iungitur cum præpositione à, vel ab: vt Sagittæ pendebant ab humero. Cic. 6. *Verr.* Aliquando cum præpositione de, vt Pendere de rupe. Virg. 1. *Eclog.* Item cum præpositione ex, vt Pendēre ex arbore. Cic. 5. *Verr.* Nonnunquam etiam sine præpositione. Vir. 4. *Eclog.*

Incultísque rubens pendebit sentibus vua.

¶ Aliquando iungitur accusatiuo cum præpositione per. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Nudus vinctus centum pondo es, per pedes quando pendes. Qui gestant & auscultant crimina, omnes pendeant, Gestores linguis, auditores auribus. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Nisi item vnam (noctem) verberatus quam perpendi perpetem. Idem *Amph.* Miser qui amat. Le. Qui pendet miserior est. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Facis mihi iniuriam. Fateor, quia non pendes, maximam. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Quæ pendent indemnatæ. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 4. Ouid 3. *Fast.*

Aspicit hos, vt fortè pependerat æthere mater (Nephete)

Plaut. *Asin. sc.* 2. *a* 3. Vbi causam dixeris pendens aduersùs octo virgatores. Pendet nefariæ proscriptionis tabula. Seneca. ¶ Per translationem Pendeo ponitur pro dependeo, siue nitor, ἐξαρτῶμαι, ἐξέχομαι. Ouid. 3. *de Ponto*

Pendet & à vestra nostra salute salus.

Idem 3. *Fast.*

Pendet ab officio spes mihi magna tuo.

¶ Pendet tua fortuna in mea. Senec. *cap.* 3.*de consol.ad Helu.* Pendere omni vita,& Pendere ad vota sua. Idem *c.*2.*de tranq.* Et *cap.*1. Ne semper casuro similis pendeam. ¶ Pendêre ex nutu alterius dicitur, qui per omnia alterius addictus est voluntati. Liu. 5.*bell. Maced.* Ea autem in libertate posita est, quæ suis stat viribus, non quæ ex alieno pendet arbitrio. ¶ Pendêre ex fortuna dicitur, qui ad omnes fortunæ flatus circũagitur, Cic. *in Parad.* Cui spes omnis & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil esse potest certi, nihil quod exploratum habeat permansurum sibi vnum diem. ¶ Quandoque ponitur pro cruciari, & in pœna esse, siue dubium esse, aut animo suspensum esse, hoc est, dubitare, hæsitare. *ἀπαρτῶμαι.* & sic construitur cum genitiuo, vel ablatiuo, & interdum ponitur absolutè. Cic. 1. *Tusc.* Quod si expectando, vel desiderando pendemus animis, cruciamur & angimur. Idem *in Hortensio*, Et qui expectat, pendet animi. ¶ Pendêre etiam dicitur, qui nimio desiderio alicuius rei intentus, cessat ab omni alio opere, & id vnum solicitus expectat. Ouid. *in Epist. Penelopes*,

Narrantis coniux pendet ab ore viri.

Virg. 6. *Æneid.*

Dum consulta petis, nostrósque an limine pendes.

Pendere promissis, est moueri promissis & affici. Cic. *ad Quint. fratr. lib.*3.*c.*21. Cæsaris amore, quem ad me perscripsit, vnicè delector: promissis iis quæ ostendit, non valde pendeo. Pendere leui momento dicitur fides, quæ facilè corruit. Liu. *lib.*2. Pendere animi pro animo: more antiquo, id est, Dubium esse. Plaut. *Merc.* —ego animi pendeo. Quid illud sit negotij, Iubet scire me. Cicero *Attic. lib.* 8. Pendeo animi expectatione Corfiniensi, in qua de salute Reipub. decernitur. ¶ Item pro cessare, *ἀργῶ.* Virg. 4. *Æneid.* —pendent opera interrupta, minæque murorum ingentes. ¶ Ponitur aliquando pro ponderare, siue pondus efficere, ait Budæus. Plin. *lib.* 21. *cap. vlt.* Cyathus pendet per se drachmas decem. In eadem significatione legitur & Pendo, is, per tertiam coniugationem. ¶ Pendere rei dicebantur, quorum nomina in programmate, id est, tabula pendula publicè proposita, atque suspensa erant. Sueton. *in Domit. cap.*9. Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent vniuersos discrimine liberauit. Idem Suet. *in Claud. cap.* 9. Vt in vacuum lege prædiatoria venalis pependit sub edicto præfectorum. ¶ Huius composita sunt, Appendeo, Dependeo, Impendeo, Propendeo, & Suspendeo, quorum significata vide suis locis.

Pēndēns, participium, & aliquando nomen ex participio. {תלה toléh. *κρεμάμενος, αἰωρούμενος.* GAL. *Pendãt qui pend.* ITAL. *Pendente.* GERM. Hangend. HISP. *Suspenso, que pende.* ANGL. *He that hangeth.* } Pendentes alas dixit Plin. *lib.* 10. *c.* 38. & Pendens vinum. Cato *cap.* 144. hoc est, vinum quod adhuc in ipsa vite pendet, & nondum ex vuis expressum est. ¶ Pendens in verbera. Virg. 10.

Lucagus vt pronus pendens in verbera telo,

Admonuit biiugos.

Plaut. *Men. sc.*5.*a.*5. At ego te stimulis pendentem fodiam tringinta dies. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.*3. *Trist.*

Sæpe sonant moti glacie pendente capilli.

Pendentia (bona) ex sorte incerta. Senec. *c.*10. *de consol. ad Mart.*

———Pendentem dum tu circumspicis orbem,

Ouid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.*

Pendentique super claudantur, vt omnia cœlo.

Tibull. *lib.*4.

‖ Pendens vindemia, vt pendens vinum dixit Cato. Iulianus *d. lib.*19.*t.*1. *l.*25. Qui pendentem vindemiam emit, si vuam legere prohibentur, &c. ‖

Pendigo, velamen, quo amiciuntur simulacra, *παραπέτασμα, θεῖον κῶος,* quasi *θεῖον κῶος* Suidæ.

Pēndŭlŭs, a, um, quod pendet. {תלה toléh. *μετέωρος, αἰωρούμενος.* GALL. *Pendant, penchant, qui pend.* ITAL. *Pendente.* GERM. Hangend / oder hangechtig. HISP. *Colgado en el ayre, suspenso.* ANGL. *That hangeth.* } Ouid. *Epistol.*1.

Lassaret viduas pendula tela manus.

Col. *lib.*2.*c.*28. Tum deinde macriora & pendula loca, mense Februario Luna crescente, fimo iuuanda sunt. Ouid 4. *Fast.*

Pendula cœlestes libra mouebat aquas.

Pēnsĭlis, e, quod suspensum & sublime est. {תלה toléh. *μετέωρος.* GALL. *Pendu en l'air.* ITAL. *Sospeso & pendente.* GERM. Das hangt oder gehenckt ist. HISP. *Cosa colgadisa.* ANGL. *That is high and hangeth in the air.* } vt, Pensilis hortus, qui in summa ædium contignatione, vel in solario, vel in aëre sublimis consitus sit. Plin. *lib.*19.*c.*5. Pensiles eorum hortos promouentibus in soles rotis olitoribus, &c. Sic. Pensilis vua. Horat. 2. *Serm. sat.*2.

———tum pensilis vua secundas

Ornabat mensas.

¶ Pensilis homo, qui suspensus est. Plaut. *in Pseud.* Restim volo mihi emere. P. quamobrem? C. qui me faciam pensilem. ¶ Pensilis lectus, pensiles lychni, qui suspensi sunt, & in aëre pendentes. ¶ Pensilis vrbs, quæ subter cauata est. Plin. *lib.*36.*c.*14. Leguntur & Pensiles hortos, imò verò totum oppidum fecisse Ægyptiæ Thebæ, exercitus armatos subitò educere solitis regibus nullo oppidanorum sentiente. Idem, Magnitudo & frequentia cloacarum vrbem pensilem fecit. ¶ Pensile horreum quod nos vocamus *Granarium*, quòd fiat in altiore domus loco Col. *lib.*1. Sed nos in nostris regionibus, quæ redundant vligine, magis illam positionem pensilis horrei probamus

Pensiliter, leniter. Vet. Voc.

Pēnsum, i, dicitur manipulus lanæ, vel lini, aut cannabis qui ex colo pendet, & fuso trahitur. { *ἄτρακτος.* GALL. *Quenoüillée, filace.* ITAL. *Il pennacchio de lino, canapa ò lana per metter in su la rocca.* GERM. Ein kunckleren werck oder flachs. HISP. *La maçorea ò tarea de hilado.* ANG. *The flaxe that hungeth frome the distaffe to be spunne.* } Plaut. *Men. sc.*2.*a.*5. Dare pensum vna opera postules. Inter ancillas sedere, lanam carpere. Vnde Trahere pensa, idem est quod nere. Ouid. *lib.*2. *Fast.*

Lumen ad exiguum famula data pensa trahebant.

Idem *Eleg.*1. *lib.*4. *Trist.* Iustinus *lib.*1. Pensa inter virgines partientem. Pensum per translationem est cuiusque officium & negotium vnicuique datum. פח chok. Cic. *lib.*3. *de Orat.* Nunc ad reliqua progrediar, méque ad meum munus, pensúmque reuocabo. Translatio sumpta est ab ancillis pensa deducenda à matronis capientibus. ¶ Dicimus autem venustè, Absoluere pensum, Conficere pensum, peragere pensum, quòd Gallicè dicimus { *Faire sa tache, faire son prix, son office, & ce qu'on a entreprins.* ITA. *Fornire il suo officio, far la sua tassa.* GERM. Sein befohlen ampt oder geschäfft verrichten/sein tagwerck thun. HISP. *Hazer su oficio.* ANGL. *To end a task.* } Varro 2. *de re rust. c.*2. Sed quoniam nos nostrum pensum absoluimus, ac limitata est pecuaria quæstio, &c. Plaut. *in Persa*, Pensum meum quod datum est confeci. Colum. *lib.*3. *c.*10. Vnúmque ei propositum peragere sui sensum. ¶ Accurare pensum, est diligenter, accuráteque suum officium facere. Plaut. *in Bacch.* Ego pensum meum lepidè accurabo: Exigere pensum ab aliquo, est vtrùm quis suo sit functus officio, rogare. Cic. 5. *Verr.* Pensum magis in Leontino agro est exigendum, propter hanc causam, quod ipsi Leontini publicè non sanè me multum adiuuerunt. Et in hac significatione pensum dicitur à verbo pendeo per translationem, quòd ex colo linum, vel lana pendeat. ¶ Quandoque pensa dicuntur de ipsis filis: vt apud Virg. 9 *Æneid.* de textrice loquentem,

Excussi manibus radij reuolutaque pensa.

Pēnsum, pensi, in alia significatione, vide *Pendo*

PĒNDO, is, pependi, pensum, verbum actiuum, Pondero, à pendeo, quòd quæ ponderantur, ex libra pendeant. {שקל schakál. *σταθμῶ, σταθμῶμαι.* GALL. *Poiser, balancer.* ITA. *Pesare.* GERM. Wägen. HISP. *Pesar en peso.* ANGL. *To weight, to poise.* } Plin. *lib.*9.*c.*15. Præcipua magnitudine thynni: inuenimus talenta quindecim pependisse. ¶ Per translationem significat considero, æstimo. {חשב chaschâb. *σταθμῶμαι.* } Cic. *pro Quint.* Si apud hoc consilium ex opibus, non ex veritate causa pendetur, profectò nihil est tam sanctum, atque sincerũ in ciuitate. Idem 6. *Verr.* Ego quo nomine appellem nescio, rem vobis proponam, vos eam suo nominis pondere penditote. Eandem autem rationem constructionis habet, quam cætera verba, quæ pretij significantia sunt: vt Magni pendo, Parui pendo, Nihili pendo, Flocci pendo, & huiusmodi: hoc est, in magna, aut parua æstimatione habeo, *ὀλιγωρῶ, καταμικρολογῶ, σμικρῷ λόγῳ ποιοῦμαι τινός.* Plaut. *Most. sc.*3.*a.*1. Ne mihi id suadeas, vt illum minoris pendam. *Ibidem*, Video te nihili pendere præ Philolachete omnes homines. Item, Non magni pendo. Idem *Asin. sc.*4. *a.*2. Idem *in Bacchid* Rogas? imò vnicè vnum plurimi pendit. Terent. *Heauton.* Tu illum nunquam ostendisti quanti penderes. ¶ Pendere, etiam ponitur pro soluere, *ἀποδιδόναι, ἐκτίνειν,* quæ significatio inde ducta est, quòd antequam signatus esset numus quúmque Romani adhuc graui ære vterentur, non numeratione quemadmodum hodie, sic fieri solebat solutio. Plin. *lib.*33.*cap.*3. popul. Roman. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem deuictum vsus est: libralis (vnde etiam nũc libella dicitur) & dipondius appendebatur assis. Vnde etiam æris grauis pœna dicta est. Hinc etiam hodie mansit vsus, vt dicamus Pendere pro soluere. Liuius *lib.* 1. *ab. vrb.* Ad equos emendos dena millia æris ex publico data, & quibus equos alerent, viduæ attributæ quæ bina millia æris in annos singulos penderent, Salustius, Semper illis reges, tetrarchæ vectigales erant, populis nationes stipendia pendere. ¶ Hinc etiam Pœnam pendere, propriè dicitur qui ob delictum pecuniam soluit: tametsi latius postea hic vsus emanauit, & Pœnam pendere dicuntur, quibus capitalis pœna imponitur. Plin. *lib.* 29. *c.*4. Eadem de causa supplicia annua canes pendunt inter ædem Iuuentutis & Summani viui in furcas sambuci arbore fixi. Virg. 6. *Æneid.*

——— tum pendere pœnas

Cecropidæ iussi.

Plaut. *Asin. sc.*4. *a.*2. Pro istis maledictis, pœna pendetur mihi. ¶ Penditur, impersonale. Plin. *lib.*12 *c.*14. Iterúmque imperij nostri publicanis penditur. ¶ Pensus participium, ponderatus. Ouid. 14. *Metam.*

& aduertens pensas examinat herbas.

id est, ponderatas: neque enim pharmaca nisi ponderentur, rectè componi possunt. ¶ Composita sunt, Appendo, Compendo, vnde compendium, Dispendo, Dependo, Expendo, Perpendo, Impendo, Propendo, Rependo, Suspendo, quorum significata vide suis locis

Pēnso, as, à pendo frequentatiuum, Sæpe pondero, æstimo. {חשב chaschâb. *τιμωροῦμαι, ἀμείβομαι.* GAL. *Poiser, penser, estimer.* ITAL. *Pesare, pensare, estimare.* GERM. Wol erwägen/achten. HISP. *Pesar pensar.* ANGL. *The veig or consider.* } Liuius *lib.* 34 Reliquas ciuitates monere, vt factis non ex dictis amicos pensent, intelligántque quibus credendum, & à quibus cauendum sit. Item, Si tum parum ignominiæ pensum est. Idem *lib.*5.*d.*5. Idem *lib.*4.*d.*4. Quandoquidem honesta pensamus Et, Pensitare vires suas. Suet *in Cæs. c.*30. Et pensitare iudicia amicorum. Idem *in Aug. c.* 66. ¶ Significat aliquando compendo, siue compensando rem æquo, paria paribus reddo. {שלם schillém. Ouid. *Eleg.* 11. *lib.*3. *Trist.*

———Vt munus munere penses.

Item,

——— laudem cum sanguine penses. (i. pro morte filiæ reddi sibi gloriam putet.)

Hunc titulum meritis pensandum reddite nostris,

idem 13. *Metam.* Vale. Maxim. *lib.* 1. Deductus, ac missus ad Senatum legatus, vt ex se, & vno sene complures Pœnorum iuuenes pensarentur, in contrarium dato consilio Carthaginem petiit. Pensare crimen vna laude, apud Plinium *lib.*9. *cap.* 25. Pensare lætitiam mœrore, id est, parem facere lætitiam mœrori. Idem *lib.*7. *cap.*40. Nec lætitia vllo minimo mœrore pensand[illegible]. ¶ Valet aliquando idem quod supplere. Idem *lib.* 31. *cap.* 8. de mu[illegible]ia loquens, Fotu quoque apud mediterraneos, aquæ marinæ, vicem pensat. ¶ Hinc Compenso, Dispenso, Repenso.

‖ Pensor, *ἐξεταστής.* Onon. qui pendit seu examinat aliquid.

Pensatio, compensatio. *d. lib.*3. *t.*5. *l.*8. Quod si post examinationem reprobatæ fuerint pensationes. ‖

Pēnsātor, Ponderator, æstimator. {מפלס mephallés. *σταθμοῦχος.* GALL. *Poiseur.* ITAL. *Pesatore.* GERM. Ein wäger/oder wägmeister. HISP. *Pesador.* ANGL. *He that weigheth.* } Plin. *lib.*33.*c.*3. Pensatores, libripendes dicuntur

Pēnsito,

Pēnsito, as, Sæpè, vel exactè pondero, examino. { פלס pillés. σταθμάω. GALL. *Poiser & fort penser, diligemment considerer.* ITAL. *Pesare essaminare.* GERM. Offt vnd fleissig erwägen. HISP. *Pesar, estimar pensar.* ANG. *To weigh and consider often.* } Plin. *lib.*7.*c.*6. Is demum vitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. Gellius *lib.*1.*c.*4. Aut virtutes pensitabat, aut vitia rimabatur, vt iudicium esse factum ad amussim diceres. Idem *c.*27 *lib.*2. Pensitare de verbis. ¶ Pro comparare. Idem *c.*8.*lib.*1. Ne nos cum veteribus pensitans. (i. comparans.) ¶ Pensitare etiam accipitur pro soluere. { השיב שקל schakál heschib. τελεῖν, φέρειν, εἰσφέρειν. } Cic. *pro lege Manilia*, Quo tandem animo esse existimatis, aut eos qui vectigalia vobis pensitant, aut eos qui exercent, aut exigunt?

Pēnsĭtātĭo, solutio. { שלום schillúm. ἔκτισις, ἀπάμειψις. GALL. *Recompense.* ITAL. & HISP. *Recompensa.* GERM. Ein ersetzung: item, Ein fleissige erwägung. ANGL. *A paying or recompense.* } Plin. *lib.*19.*c.*6. Et tunc properare præteriti temporis pensitatione.

Pēnsĭtātŏr, Ponderator, examinator, pensiculator. { מפלס mephallés. λογιστής, ἐξεταστής. GALL. *Poiseur, estimeur.* ITAL. *Pesatore, estimatore.* GERM. Ein fleissiger erwäger. HISP. *Pesador, estimador.* ANGL. *A weigher* } Gell. *lib.*17 *c.*4. Verborum pensitatores subtilissimi,

Pēnsĭcŭlo, as, Pensito. { פלס pillés. ἐξετάζω. GALL. *Poiser diligemment.* ITAL. *Pesare diligentemente.* GERM. Fleissig erwägen/ wol bedencken. HISP. *Pesar con mucha diligencia.* ANGL. *To weigh with diligence.* } Gellius, Pensicula, vtrunque moderatè, reperies suo quodque in loco sonare aptissimè.

Pēnsĭcŭlātor, is, qui dicta, factáve, quadam quasi trutina examinat. { מפלס mephallés ἐξεταστής. }

Pēnsĭcŭlātē, aduerbium, Cum pondere, iustóque examine. ἀκριβῶς. Gell. *lib.*1. *cap.*3. Quæ à Theophrastro pensiculatè, atque enucleatè scripta sunt.

Pēnsĭtātŭs, participium, Ponderatus, siue examinatus. { נתכן nitchán. σταθμώμενος, ἐξεταζόμενος. GAL. *Poisé, examiné.* ITAL. *Pesato, essaminato.* GERM. Wolbedacht/ fleissig erwogen. HISP. *Pesado, examinado.* ANGL. *VVeighed, examined or considered.* } vt, Res pensitata. Plin. *Epist.*8. Nos contrà multum ac diu pensitatus amor liberalitatis communibus auaritiæ vinculis eximebat.

Pēnsĭō, nis, dicitur id quod pro re aliqua conducta soluitur, id est, quod datur pro rei alicuius vsu. { καταβολὴ, ἀποφορά. GAL. *Pension, payement.* ITAL. *Pensione, pagamēto.* GERM. Ein zinss/ ein bezalung. HISP. *El aquiler que se da de cosa alquilada.* ANGL. *Payement, pension.* } Cic. *Leptæ*, *lib.* 6. *Epist.* Teneor tamen, dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam pensionem. Liu. 6. *bell. Maced.* Et stipendium quod prioribus pensionibus in multos annos deberent, præsens omne daturos. Hæc tamen ferè distinctio obseruatur, vt Pensio dicatur pecunia, quæ ex prædiorum vrbanorum locatione percipitur: quæ verò ex rusticorum, Merces. Vide, *l.*27. *&* 29. *D. de hæreditat. petit.* ¶ Hinc Pensionarius, qui pensionem aliqui soluere tenetur.

Pēnsĭūncŭlă, diminutiuum. { τὸ ὀλίσμάτιον, μικρὰ ἢ εὐτελὴς ἀποφορά. GALL. *Petite pension.* ITAL. *Picciola pensione.* GERM. Ein zinsslin/ oder kleine besoldung. HISP. *Pequeña pension.* ANGL. *A litle pension.* } Colum. *lib.*18. *in præfat.* Fœnoris tui Syluine, quod stipulanti spoponderam tibi, reliquam pensiunculam percipe.

Pēnsum, à Pensus, participio verbi pendo, quod inter cætera significat æstimo, meditor, curo. Hinc nihil pensi habere, est contemnere, & nihil facere. Salust. *in Catil.* Neque dicere, neque facere quicquam pensi habebat. Quint. Nihil pensi, habere videas quosdam. Et rursus Salust. *Iugurth.* 86. Nihil pensi neque sancti habere. Et Sueton. *in Neron. cap.*34.

‖ Pensus, a, um, ponderatus, pensiculatus, examinatus, cogitatus. ‖

Pēnsiŏr, & hoc pensius, comparatiuum, Carius & pretiosius: nam quæ maximi facimus, sæpe nobis pensa sunt, id est, meditata, cogitata, ponderata atque examinata. Venire autem videtur deductum à Pensus, a, um quod nomen est ex participio factum: significat cogitatum, meditatúmque. Plaut. *in Sticho* Age tu, altera vtra sit conditio pensior, virginem an viduam habere? Gell. *lib.*12. *c.*5. Vt nihil quicquam esset carius, pensiúsque nobis, quàm nosmetipsi.

Pēnē, aduerbium remittendi, Ferè, propemodum. { כמעט chimhat. παρ' ὀλίγον. GALL. *Presque, à peu pres.* ITAL. *Quasi.* GERM. Schier/ gar nach. HISP. *Poco mas o menos.* ANGL. *Almost.* } Plaut. *in Epist.* Penè in cursu concidi. Penè mihi puero data vxor est. Ouid. *Eleg. vlt. lib.*4. *Trist.* Pax iam penè inquinaui pallam temeto. Plaut. *Pseud. sc* 1. *a.*5. Absumptum est penè. (i. propemodum.) Idem *Mil. sc.*4. *a.*2.

Quem leto fallax hospita penè dedit,

Ouid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.* Terrarum pars penè nouissima, idem *Eleg.*13. *lib.*3. *Trist.*

Pars desiderij maxima penè mei,

idem *Eleg.* 6. *lib.* 3. *Trist.* Hinc Penissimè superlatiuum formauit Plaut. *in Aulul.* vt placet Priscian *lib.* 15. licèt alij à penitus formari velint. Me (inquit Plaut. *sc.* 4. *a.*3.) intus gallus gallinaceus, Qui erat anui peculiaris, perdidit penissimè, id est, penè nihil defuit quin me perderet.

Pēnĕlēŭs, per quatuor syllabas, πηνέλεως. Vnus fuit è quinque Bœotorum ducibus in bello Troiano, teste Homero *lib. Iliad.*2.

‖ PENELOPE, ludus dictus describitur ab Athenæo *lib.*1. in quo calculo (ψῆφους, ludum ipsum πεττεύειν vocat. ludebant autem stantes) vtrinque per vices aut sortes ad calculum in medio positum, quem Penelopen vocabant: emittere solebant, donec aliquis Penelopen de suo loco depulisset quo facto oportebat illum ex eo loco, in quo calculus à primo iactu remanserat, denuo Penelopen petere: quam si, cæteris globis omnibus intactis, assecutus esset, victor habebatur Gesn. *in hist. anim.* ‖

Pēnĕlŏpē, πηνελόπη, Icari filia, et Vlyssis vxor, admirabilis castitatis mulier, singularisque pudicitiæ exemplar, quæ absente totos viginti annos marito, nullis aut parentum precibus, aut procorum pollicitationibus adduci potuit, vt fidem quam viro discedenti dederat, secundis nuptiis violaret. Quum autem proci acriùs instarent, atque adeò vim illaturi viderentur, tantùm moræ ab illis sibi postulauit, quantum telæ, quam tum in manibus habebat, absoluendæ sufficeret. Quod quum impetrasset, mulier astuta, quicquid interdiu texuerat, noctu retexebat: eóque commento eorum cupiditatem in reditum mariti distulit: qui ab illa sub mendici habitu hospitio susceptus, procos ad vnum omnes interemit. Dictam autem volunt Penelopem ab auibus quæ Penelopes dicuntur, siue meleagrides: quum ante Arnea diceretur, quasi abiecta & repudiata. Ferunt enim quum ab Icaro, Peribœáque parentibus esset exposita, ab hoc auium genere fuisse educatam. Penelopes telam retexere. Est inanem operam sumere, & rursum destruere quod effeceris. Vsurpat hoc adagium Cic. 4. *Acad.* Quid quòd eadem illa ars, quasi Penelope retexens tollit ad extremum superiora, vtrum ea vestra, an nostra culpa est? Sentit de Dialectica, quæ iisdem illis rationibus, quibus confirmauit aliquid, rursum soluit ac destruit, vt nihil iam actum videatur. Ex Erasmo.

Penelopæus, adiect. πηνελόπειος. vt, Fides Penelopæa, Ouidius 5. *Trist. Eleg.*

Pēnĕlŏpēs, πηνέλοπες, aues sunt quæ alio nomine dicuntur maleagrides. Plin. *lib.*35. *c.*2. Et Cratim amnem in Oceanum effluentem è lacu in quo aues, quas meleagridas, & penelopas vocant, ferunt viuere. Vide suprà *Meleagrides.*

Pĕnēs, Præpositio est accusatiuum exigens, significátque dominium, vel personam aut potestatem. { παρά. GAL. *En la puissance.* ITAL. *Appresso.* GERM. Bey/ im gewalt. HISP *Cerca.* ANG *In the power.* } Vlpian. *l. penes. ff. de verb. significat.* Penes te amplius est, quàm Apud te. nam Apud te est, quod qualitercunque à te tenetur: Penes te est, quod quodammodo à te possidetur. Cic. 4. *Verr.* Quum omnis copia frumenti penes istum esset redacta. Idem *de Leg. Agrar. contra Rull.* Agri quorum adhuc penes Pompeium omne iudicium & potestas more maiorum debet esse. Omnia assunt bona, quem penes est virtus. Plaut. *Amph.* Neque tui me quicquam inuenisti penes. Idem *Aul. sc.*3. *a.*4. Dum id Impetrant (homines) quod sibi volunt, boni sunt: sed id vbi iam penes sese habent, ex bonis pessumi & fraudulentissimi sunt. Idem *Capt. sc.*1. *a.*2.

‖ Penissimè, admodum penè, i.e. prope, seu intus. Apul. ‖

PENETRO, as, Peruado transeo, ad interiora accedo, quasi penitus intro. { הבריח hibriách. διαπείρω. εἰσδύω, ἐμβατεύω, διαιρῶ, περαιῶ. GALL. *Penetrer, percer tout outre, entrer dedans biē auāt.* ITAL. *Penetrare, entrar dentro.* GERM. Durchtringen/ gantz vnd gar hineingehn. HISP. *Penetrar, meter ò entrar à dentro.* ANGL. *To pearce or enter.* } Cic. 1. *Tusc.* Qui si permanet incorruptus, suíque similis, necesse est ita feratur, vt penetret, & diuidat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventíque coguntur. Sic Penetrare Atlantem, pro Atlantem montem superare, & prætergredi, apud Plin. *lib.*5. *cap.*1. ‖ ¶ Penetrabat eos veniebat eis in mentem. Lucr. ‖ ¶ Aliquando cum præpositione ad. Idem *lib.* 13. *cap.* 3. Quando id primùm ad Romanos penetrauerit non facilè dixerim. ¶ Aliquando cum præpositione in: vt Penetrare in cælum apud Cicer. 4. *Academ.* Penetrare in portum, apud eundem 7. *Verr.* Sic Penetrare in vrbem, apud Liuium 2. *ab Vrbe*, Penetrare in animos, apud Cicer. *de clar. Orat.* ¶ Aliquando cum præpositione sub: vt Penetrare sub terras, apud eundem 6. *Verr.* ¶ Ponitur aliquando transitiuè cum accusatiuo. Gell. *lib.* 5. *c.* 14. Specum quandam nactus remotam latebrosamque, in eam me penetro & recondo. Idem *c.*10. *lib.*15. Penetrare se in Dialecticam. Penetrare se in fugam, est fugere, apud Plautum *in Amph. sc.*1. *a.*1. Perduelles penetrant se in fugam. Idem *in Men. sc.*4. *a.*2. Intra portam, inquit, penetraui pedem, mox, Intuli *Ibidem sc.*2. *a.*5. Si intra ædes huius vnquam, vbi habitat, penetraui pedem: quanuis in posterioribus exemplis pedem accusatiuus mensuræ esse potest.

Pĕnĕtrābĭlis, e, adiectiuum, quod facilè penetrat. { בריח beriach. διαδυτικός, διάτορος. GALL. *Penetratif, qui entre & perce tout outre.* ITAL. *Che entra, & passa per tutto.* GERM. Durchtringig/ das durch hin geht. HISP. *Cosa que puede penetrar.* ANGL. *That entreth and pearceth easilie.* } Virg. 10 *Æneid.*

Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum.

Martial *lib.*4.

Ne madidos intret penetrabile frigus in artus.

¶ Interdum sumitur passiuè, pro eo quod facilè penetratur. { διαβατός. GAL. *Qu'on peut penetrer & percer.* ITAL. *Penetrabile.* GERM Das wol zu durch tringen ist. HISP. *Cosa que puede ser penetrada.* ANGL. *That may be pearced.* } Ouid. 12. *Metam.*

——*corpus nulli penetrabile telo.*

Pĕnĕtrālis, e, nomen substantiuum: significat omnem partem interiorem domus, vel templi, licèt sit intecta: quicquidve in intimis partibus est. { דביר debír. μυχός. GALL. *Le dedans & le lieu le plus secret & retiré.* ITAL. *Luogo ben dentro in casa.* GERM. Das zum aller inneristen in einem hauss ist/ ein innerist gemach. HISP. *El retraimiento en la casa.* ANGL. *Tha inner part of an house.* } Virg. 5. *Æneid.*

Te quoque magna manent regnis penetralia nostris.

Ouid. *Eleg.*1. *lib.*1. *Trist.*

Cum tamen in nostrum fueris penetrale receptus. (mox, domum & scrinia)

Quæ latent ipsa aperire penetralia (Rhetoricæ.) Quintil.

——*Non hoc penetrale domúmque:*

Hospitium pœnæ sed velit esse mea,

Ouid. *Eleg.*12 *lib.*1. *Trist.* Martial. *lib.*10.

Nec Capitolini summum penetrale tonantis.

Virg. 2. *Æneid.*

Apparent Priami, & veterum penetralia regum.

Liu. 5. *decad.* 5. Et quum omnis præfatio sacrorum eos quibus non sint puræ manus, sacris arceat: vos penetralia vestra contaminari cruento latronis corpore sinetis? Ouid. 2. *Fast.* Ad penetrale Numæ. Hostis vt hospes iuit penetralia Collati, idem *ibidem.* Item, E penetrali corpus educere. (i. ex conditorio.) Adiectiuum pro interiore parte accipitur. ἐνδόμυχος. vt apud Virg. 2. *Æned.*

Æternúmque aditis effert penetralibus ignem,

quasi penitus remotis. Idem 1. *Geor.*

Sæpius & tectis penetralibus extulit oua,

Angustum formica terens iter.

Idem 4. *Æneid.*

At regina pyra penetrali in sede sub auras
Erecta, &c.

Dij penetrales. Cic.2.*de nat.deor.* Item Penetrale sacrificium, autore Festo, quod in intima parte sacrarij conficitur. Suet.*in Aug.c.*18. Idem *in Galb.c.*9. Penetrali somnio cernere carmina.

Quam rapui Phrygiæ signum penetrale Mineruæ,

Ouid.13.*Metamorph.* Penetralis Germania, hoc est, penitior & interior, Tacit *lib.*2.

Pĕnĕtrāl, pro penetrale posuit Macrob.*Saturn.lib.*7.*c.*1.

Pĕnĕtrālĭŭs, aduerbium, Lucret.*lib.*1.

Perfacile est animi ratione euoluere nobis,
Quare fulmineus multò penetralius ignis,
Quam noster fluat è tædis terrestribus ortus

Pĕnĕtrātio, nis, πίερσις. Apuleius *Florid.lib* 4. Vice spinarum, quas ventus, cùm voluerit inter se cohærere, paribus vtrinque aculeis, similis penetratione mutuo vulnere.

Pĕnĕtrātŭs. participium: vt, Limina penetrata mortis, Stat.4. *Syl.* Velleius Penetrate cum victoria nationes. Idem Penetrata Britannia. (bis)

Pēnēŭs, per tres syllabas, πηνειός. Fluuius in Thessalia, inter Ossam & Olympum decurrens collibus dextra, læuáque molliter curuis. In eo cursu sunt Tempe, ad quinque millium passuum longitudinem, & fermè sesquiiugeri latitudinem extensa. Ouid.1 *Metam.*

Est nemus Æmoniæ, prærupta quod vndique claudit
Sylua: vocant Tempe quæ per Peneus ab imo
Effusus Pinno, spumosis voluitur vndis.

Vide Strab.*lib.*7.*&* 8.& Plin.*lib.*4.*c.*8.

Pēnēïŭs, a, um, per quatuor syllabas. Virg.4. *Georg.*

Pastor Aristæus fugiens Peneia Tempe
Amissis, vt fama, apibus, &c.

Peneïa Daphne, apud Ouid.1.*Metam.*

‖ Penicellus, piscis marinus insectilis. Rond. ‖

Penicillum, vide *Peniculus.*

PĔNĬCV̆LV̆S, i, & penicillus: siue Peniculum, & penicillum. { σπόγγος. GALL. *Vn torchon à torcher.* ITAL. *Scoua.* GERM. Ein wischruch oder bürst damit man etwas aussseubert oder ausswüscht. HISP. *Escobo* ANGL. *A drage or mauking to make the floore of the ouen cleane.* } Quanuis diminutiua videantur à penis, significant tamen ea, quibus calceamenta, vasaque terguntur, teste Festo: ita dicta, quòd olim fierent ex pene, id est, ex cauda animalium. Nam, vt Cic. *lib.* 9. *Epist ad Pætum.* caudam antiqui penem vocabant: ex quo est propter similitudinem, penicillus. ¶ Peniculi nomen à detergenda mensa, deducit Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. In principio Iuuentus nomen fecit Peniculo mihi: Ideo quia mensam, quando edo, detergeo. *Ibid. sc.*2. *a.*2. M. Quem tu parasitum? quæris C. Peniculum. M. Eccum in vidulo saluum fero. *Ibid. sc.*4. *a.*2. Quis est iste Peniculus? quî extergent, &c. ¶ Peniculi item & penicilla dicuntur quibus pictores pingunt, quoniam ex caudarum extremitatibus fiunt γραφεῖα. GAL. *Vn pinceau.* ITAL. *Pentillo.* GERM. Ein maaler pinsel. HISP. *Pinzel* ANGL. *A peinsell for a painter.* } Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Arreptóque peniculo lineam ex colore dixit summæ tenuitatis per tabulam. *Ibidem*, Vsus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Quintil. *lib.*2. *Instit. lib.* 12. Vt cælator cælum, & pictor penicilla desiderant. ¶ Item quibus albarium tectorio parietum inferunt. Plin. *lib.*28. *cap.* 17. Sectarum ex his è penicillis tectoriis cinis cum adipe tritus. Plaut. *sc.* 1. *a.* 1. *in Milite*: Cuius tu legiones difflauisti spiritu, quasi ventus folia, aut peniculum tectorium. (vbi alij legunt paniculum.) ¶ Item quibus vulnera stipantur, vulgò *penonceau, plumaceau*, τὰ ἔμμοτα: ne præpropere claudantur priusquam probè fuerint purgata, vt sunt penicilli ex linteolis concerptis, ex medulla sambuci, & ex spongia. Idem, Tum peniculo vulnus apertum Celsus *lib.* 7. *c.* 7. Tum exigua penicilla interponenda. Omne præterea quo ad aliquid mundandum, detergendum, illinendúmve vtimur, penicillum, vel peniculum vocamus, præsertim si ex spongia sit factum. Terent. *in Eunuch.* Quid ignaue, peniculóne pugnare, qui istuc vt portes, cogitas? Plinius, Hyssopum que cum myrrha calidum penicillo illitum.

Pĕnĭcŭlāmentum, i, Pars vestis quæ terram attingit, autore Nonio. κρωσσός. Ennius *lib.* 11. *Annalium*, Pendent peniculamenta vnum ad quenque pedem.

Peninsula, æ, q. penè insula. Terra est vndique ferè aquis clausa, & exiguis tantùm angustiis, quæ dicitur isthmos, continenti adnexa: ita dicta quasi penè insula, { χερρόνησος. GALL. *Vn lieu presque enuironné d'eau.* ITAL. *Luoco quasi insola.* GERM. Ein ort das gar nach wie ein insel mitt wasser vmbgäben vnd beschlossen ist. HISP. *Quasi isla* ANGL. *A place almost enuironned with water.* } Nam insula dicitur quæ vndique aquis clauditur, propriè autem mari. Liu. *lib.* 31. Et oppidum Celetrum est aggressus, in peninsula situm. Plin. *lib.* 9. *c.* 3. Cadata appellatur Rubri maris peninsula ingens.

Pēnis, is, Antiquis erat cauda: à pendendo (vt quidam volunt) ita dicta, eo quòd à posteriori animalium parte dependeat, { זנב *zanáb.* κέρκος. GAL. *Queuë.* ITAL. *Coda.* GERM. Ein schwantz. HISP. *Cola.* ANGL. *Thayle.* } Hinc etiam peniculos dicimus, quibus puluis sordésve solent detergeri: quòd primùm ex animalium caudis solebant confici: quemadmodum etiam hodie vulpinis caudis puluerem decutimus. Ab hac item significatione penitam offam dicimus, quæ est ex ea parte carnis suillæ confecta, cui cauda adhæret. ¶ Pòst autem penis, virile membrum dici cœptum est. πέος, τὸ αἰδοῖον. sicut & salax cauda. Cic. *lib.* 9. *Epistol. ad Pætum*, Caudam antiqui penem vocabant: ex quo est propter similitudinem penicillus: at hodie penis est in obscœnis. At verò Piso ille frugi in annalibus suis queritur adolescentes peni deditos esse. Iuuen *Satyr.*6.

Nouerunt Mauri atque Indi, quæ psaltria penem
Maiorem, quàm sint duo Cæsaris Anticatones.
Illuc intulerit, &c.

Næuius apud Festum, Peni pinxit bubulo. Penis bubulus. Festus *peni bubulo* exponit, peniculo grandi, id est, coda. Versus Næuij sunt,

Theodotum compella, qui aris compitalibus
Sedens in cella, circuntecta tegetibus.
Lares ludentes peni pinxit bubulo.

Sed penis bubulus est peniculus è pene, seu cauda bouis factus

‖ Penita, aula regia. Gl. Isid. ‖

Pĕnītŭs, a, um, quod penem habet, hoc est, caudam. { κερκώδης. GAL. *Qui a queuë.* ITAL. *Chi a la coda.* GERM. Das ein schwantz hat. HISP. *Lo que tiene cola.* ANGL. *That hath a tayle.* } Vnde penita ossa dicta est, teste Festo, quæ constabat ex ea parte carnis suillæ cui cauda adhærebat. Plaut. *in Milit.* Aufer hinc illam offam penitam.

PĔNĬTV̆S, a, um, quod intus est, & in abditis partibus situm. { פנימי *penimi.* τὸ ἔνδον. GALL. *Qui est bien auant* ITAL *Cio che è dentro* GERM. Das woll darinnen ist/zu innerst. HISP. *Cosa muy entrañable.* ANGL. *That is farre in.* } Plaut. *in Asin.* Age quæso excrea vsque ex penitis faucibus Catull *de com. Beren.*

Cùm penitus mœstas exedit cura medullas.

Plaut. *Pseud. sc.*1 *a.*1. Atque ipse egreditur penitus periurum caput. Et Velleius, Penitus Romano nomini Infestissimum. Inde fiunt penitior, interior: ἐνδότερος. ¶ Et Penitissimus, intimus. Plaut. *Cistell.* in latebras abscondas pectore penitissimo Tuam stultitiam. Idem *Persa*, Abductam ex Arabia penitissima.

Pĕnĭtŭs, aduerbium, Planè, omnino, prorsus, in vniuersum, in intimis partibus, ad intima vsque penetralia, & quod prouerbio dicitur, Intus & in cute. { διαμπερές, ὅλως. GAL. *Totallement, bien auant.* ITAL. *Al tutto molto ò dentro.* GERM. Gantz vnd gar. HISP. *De todo punto.* ANGL. *Deepely & farre in.* } Cic. 2. *de Orat.* Omnes animorum motus penitus pernoscendi. Idem *de clar. Orat.* Totam enim Rempublicam tenebat penitúsque cognorat. Idem *in Catil.* Periculum autem residebit, & erit inclusum penitus in venis, atque visceribus Reipubl. Virg. 1. *Æneid.*

——*penitúsque sonanteis*
Accestis scopulos.

¶ Vsus est pro longè, siue procul idem 1. *Æneid.*

—— *ater quos æquore turbo*
Dispulerat, penitúsque alias aduexerat oras.

Penissimè, vel Penissumè. Plaut. *Aulul. sc.*3. *a.* 4. Ea subleuit os mihi penissumè. *Ibidem sc.*4. *a.* 2. Me meus gallus gallinaceus perdidit penissumè.

PĔNNA, æ, in quibus propriè dicitur, quæ maior est & durior, quales sunt ex quibus cauda & alæ constant. Plumæ autem minores sunt & molliores: quibus reliquum corpus tegitur. { אבר *éber* אברה *ebráh* כנף *chanáph.* πτερόν. GALL. *Plume.* ITAL. *Penna.* GERM. Ein fäder HISP. *La pluma propriamente del aue.* ANGL. *A quill, or hard feather of te winges.* } Itaque pennis volare dicimus, non plumis. Ouidius 3. *de arte amandi,*

Terretur minimo pennæ stridore columba,
Vnguibus accipiter saucia facta tuis.

Penna, dicta à pendendo, quòd aues his nixæ in aëre pendeant. Passer. Catull. *de com. Beren.*

Impellens nutantibus aëra pennis.

Tu sine pennis vola. Plaut. *Asin. sc.*1. *a.*1. Et Ouid. *Eleg.*8. *lib.* 1. *Trist.*

Linguáve seruata, pennáve dixit auis.

Idem *Eleg.*2 *lib.* 5. *Trist.*

Quot tenerum pennis aëra pulsat auis.

Tibull. *lib.*4.

Siue ego per liquidum volucris vehar aëra pennis.

Colum. *lib.*8. *cap.*2. Mercati porrò, nisi fœcundissimus aues non experdit: eæ sint rubicundæ, vel fuscæ plumæ, nigrísque pennis. Quæ hîc à Columella pennæ vocantur à Varrone *lib.* 5. *cap.* 9. appellantur pinnæ. In parando (inquit) eligat fœcundas plerunque rubicunda, pluma nigris pinnis. ¶ Penna marina, piscis insectilis. Rond. ¶ Accipitur penna nonnunquam latiore significatione, vt etiam Plumas comprehendat. Cicero 2. *de natura deorum*, In quibus pullos quum excluserint, ita tuentur, vt & pennis foueat ne frigore lædantur. ¶ Pennæ renascuntur, metaphoricos dicitur de his qui pristinam recuperant autoritatem. Idem *ad Attic. lib.*4. Iidem, inquam, illi quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci. ¶ Maiores nido pennas extendere, prouerbij metaphora est, pro se amplius quàm ferat fortunæ tenuitas, Horat. *lib.* 1. *Epist.*

Me libertino natum patre, & in tenui re
Maiores pennas nido extendisse loqueris.

Pennŭlă, æ, diminut. est à penna. πτερίς. GALL. *Petite plume.* ITAL. *Pennetta.* GERM. Ein fäderlin. HISP. *Pluma pequeña.* ANG. *A litle feather.* } Cic. *lib.* 3. *de nat. deor.* Quum autem pennullis vti possunt, tum, volatus eorum matres prosequuntur.

Pĕnnātŭs, a, um, qui pennas habet: vt Volucres pennatæ. } ὑπόπτερος, πτερωτός. GALL. *Empenné.* ITAL. *Pennato, che ha le penne.* GERM. Gefideret/ das fäderen hatt. HISP. *Cosa vestida de plumas.* ANGL. *Feathered.* } Plin. *lib.* 10. *cap* 32. Pennatorum autem infœcunda sunt quæ aduncos habent vngues. Pennatum ferrum dicitur pennis munitum, vt leuius fiat, & aërem facilius penetret, quemadmodum in telis & sagittis videmus. Idem *lib.* 34. *c.* 14 de ferro, Sed eodem ad bella, cædes, latrocinia, non cominus solùm, sed etiam missili, volucríque nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc verò pennato quam sceleratissimam humani ingenij fraudem arbitror. Aues squammosas, Pisces pennatos. Plaut. *Men. sc.*5. *a.*5. Pennatæ litteræ, velocissimæ, & quæ bellum denuntiant. Cerda.

Pĕnnĭgĕr, a, um, qui gerit pennas, pennatus. { πτεροφόρος. GAL. *Qui a plumes & aisles.* ITAL. *Ch'a penne & ale.* GERM. Gefidert/das federn tregt. HISP. *Cosa que trahe ò tiene plumas.* ANGL. *That hath feathers or winges.* } Cicero *de Vniuersitate*, Alterum pennigerum & aëreum, tertium terrestre, &c. Plinius *lib.* 11. *cap.* 16. Rex statim mellei coloris, vt electo flore ex omni copia factus, neque vermiculus, sed statim penniger.

Pĕnnĭpŏtens, proprium est auium epitheton, quod illæ pennis plurimùm valent. { ὁ ἐν τῷ πτεροφύειν, ὁ ἐν τῷ πτερυγώδης. GALL. *Qui a puissantes aisles, puissant en aisles, bien empenné.* ITAL. *Vccelli, che ha molte ale.* GER. Ein vogel so mit fäderen fliegen kan. HISP. *Poderoso en volar.* ANG. *Mightie in winges, well feathered.* } Lucr. *lib.*2. & nostro de corpore sæpe terrarum Augescunt vires, & corpora pennipotentum. Idem *lib.* 5. Et pluma

pluma atque pili primum setæque creantur. Quadrupedem in membris, & corpore pennipotentum. Alij exponunt, pennis potentium, id est, potientium: vt apud Horat. de Neptuno,

Potenti vestimenta maris Deo.

Pennĭpēs, edis. { ὁ ἢ ἡ πτερόπους, πτερωτοὺς πόδας ἔχων. GALL. *Qui a aisles és pieds, leger de pied.* ITAL. *Che ha i piedi pennati.* GERM. Der gefideret füß oder fäderen an füssen hat. HISP. *Que tiene alas en los pies.* ANG. *That hath feathers on the feete, light foothed.* } vt, Perseus pennipes apud Catul. *Epigr. 5. in Camerium.*

Pennārium, in quo pennæ reponuntur: sicut calamarium, in quo calami. { καλαμοθήκη. GALL. *Calemar, liu à tenir les plumes.* ITAL. *Pennaiuolo.* GERM. Etwas darinn man die fäderen behalt / als die ror der schreibzeug. HISP. *La caxa de las pendolas.* ANGL. *A pennar.* }

Pēnnĭcŭlŭm, i, pinna illa quæ in fastigio ædificiorum sita, facili motu ventorum indicat flatum. Vocabulum est vulgò Italis vsurpatum, non Latinum. πτερύγιον. Plin. Petasum vocat.

‖ Pennus, a, um. Isid. *lib.* 19. 19. Pennon antiqui acutum dicebant vnde & auium pennæ, quia acutæ. ‖

Pensiculator, Pensiculo, vide *Pendo.*

Pensilis, vide *Pendeo.*

Pensio, Pensitator, Pensito, Penso, vide *Pendo.*

Pensum, & Pensus, vide *Pendeo & Pendo.*

‖ Penta & pente, quod in nonnullis vocibus sequitur, Græcum est. πέντε quinque.

Pentacosio medimni primi ordinis censiti apud Athenienses, quasi quingentis medimnis censiti. Bad. ‖

Pentadactyles, pisces sunt ex genere concharum. Plin. *lib. 32. c. vlt.*

‖ Pentadactylus, a, um, πενταδάκτυλος, ον, quinque digitis constans. ‖

Pentadoron, πεντάδωρον, Lateris, id est, terræ coctæ species, quinque palmos continens. Græci enim veteres δῶρον palmum dicebant: & δῶρα munera, quæ manu darentur. Vide Plin. *lib. 35. c. 14.*

Pentaeteris, πενταετηρίς, spatium quinque annorum, πέντε ἐτῶν.

Pentaglottus, a, um, πεντάγλωττος, ον, quod est quinque linguarum.

Pentameter, πεντάμετρος, ον. quinque mensuris (seu pedibus) constans. hic μέτρον est pes.

‖ Pentapharmacum, quinque medicamentis constans. Item conuiuium quintuplici condimentorum genere constans. Rh. ‖

Pentaphyllum, πεντάφυλλον, quod & Pentapetes, herba quinque folia habens. Plin. vocat Quinquefolium: quo nomine etiam medici hodie vtuntur. *lib. 25. c. 9.* Dioscor. *lib. 4. c. 45.*

‖ Pentaplum, poculum in quo permistæ erant quinæ rerum species, mel, caseus, vinum, farina, oleum, quo donati victores in cursu ludis scirrhadis Mineruæ. Athen. ‖

Pentapŏlis, πεντάπολις, Regio inter Palæstinam & Arabiam à quinque ciuitatibus sic appellata, vbi Sodoma & Gomorrha oppida. Hanc regionem (vt Solinus scribit) de cælo tactam testatur humus nigra, & cinere soluta. Nascuntur ibi poma quæ comedi non possunt, licet matura videantur, quòd leniter manibus pressa fumum exhalent, & in puluerem fatiscant. ¶ Est & Pentapolis regio in Libya, quæ & Cyrenaica vocatur. Pentapolis dicta à quinque vrbibus, quarum nomina sunt, Berenice, Arsinoe, Ptolemais, Appollonia, & Cirene. Plinius *lib. 5. cap. 5.*

Pentaprotus, πεντάπρωτοι, quinque primi, quinque summates. πενταπρωτεία quinque primatus, magistratus nomen, munus quinque primorum. Cod. *lib. 12. tit. 29.* Obsequium temonariorum, vel pentaprotiæ. Cuiacius vult, prototypiæ.

‖ Pentaptotus, a, um, πεντάπτωτος, ον, quinque casus habens, sc. diuersos. ‖

Pentarchŭs, πένταρχος, qui quinque viris præest.

Pentastichæ, πεντάστιχοι, Porticus dicuntur, à quinque columnarum ordinibus.

Pentastichus, a, um, πεντάστιχος, ον, quinque versibus constans.

Pentateuchon, πεντάτευχον. Volumen quinque librorum. Nam πέντε quinque, τεῦχος volumen significat. Sic vulgò libros Mosis vocant.

Pentathlī, πένταθλοι, qui quinque certaminum generibus congrediuntur, πυγμῇ, δρόμῳ, ἅλματι, δίσκῳ, πάλῃ. hoc est, cæstu, cursu, saltu, disco & lucta. Latini à quinque hisce artibus. Quinquertiones vocant, eámque exercitationem Quinquertium, quod Græci πένταθλον appellant. Plin. *de Myrone lib. 34. c. 8.* Hic fecit Delphicos pentathlos.

Pentecontarchus, πεντηκόνταρχος, qui præest quinquaginta militibus quorum munus Pentecontarchia appellatur.

Pēntēcōstē, es. { שבעות חג chag schabuóth. πεντηκοστή. ANGL. *VVitsonday.* } dies quinquagesimus à festo Paschæ. Est etiam tributi genus, quod Latinè Quinquagesimas possumus appellare.

Pentelicus, a, um, Pentelicum marmor. Plutarch. *in Public.*

Penthesilea, πενθεσίλεια, Amazonum regina, quæ teste Iustin. *lib.* 1. Otteræ, siue (vt alij) Orithiæ successit in regno, eiúsque Troiano bello inter fortissimos viros, quum auxilium aduersùs Græcos ferret, magna virtutis documenta extitere. Hæc, vt ait Seruius, dicta est furens, quia sororem in venatione confixit, simulans se ceruam ferire. Virg. 1 *Æneid.*

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, mediísque in millibus ardet,
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix, audétque viris concurrere virgo.

Hæc quum Troianis opem ferret, ab Achille occisa est.

Penthemimĕris, πενθημιμερής. Semiquinaria cæsura est, quoties post duos pedes syllaba relinquitur partem orationis terminans, quæ etiamsi breuis sit, ratione tamen cæsuræ l[i]benter potest produci, vt Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. Dicitur à πέντε quinque ἥμισυ semis, & μερὶς diuisio, vel pars.

‖ Pentheterius, capellus resectus [i]n luctu. Rh. ‖

Pentheus, per duas syllabas, πενθεὺς, Echionis ex Agaue filius, qui quum Bacchi sacra contemn[er]et, à matre & sorore numinis furore actis, est dilaceratus. Vid[e] latius omnem fabulam apud Ouid. *lib. 3. Metam.*

Pēnthēŭs, a, um, Stat. *lib. 2. Theb[a]id.*

Pentheúmque trahens, no[n]dum te pendimus æquo,

Bacche genus.

Penthylus, πένθυλος, filius Demonoi, qui è Papho naues duodecim in auxilium Xerxis eduxit, quas oborta tempestate amisit. Ipse verò captus multa de exercitu Xerxis Græcos edocuit. Herod *lib.* 7.

Pēntĭrēmĭs, πεντήρης. Nauis quinque remos in quolibet ordine habens. Latini Quinqueremem vocant. Hircius *de bello Africo lib.* 4. Capit ex eo prælio pentiremem vnam, triremes duas, &c.

Pentŏrŏbŏn, πεντόροβον. Herba insignis quæ notiore nomine Pæonia appellatur. Dictum penterobon, ab eo quòd inter cætera quinque, aut sex grana habeat erui semen (Græci ὄροβον appellant) non magnitudine tantum, verumetiam colore referentia. Vide Plin. *lib. 26. c. 4.*

Pennarium, vide *Penarium.*

PĔNŬLĂ, æ, vnico n, vestis densa ac vilis, quæ nebuloso, seu pluuioso tempore supra tunicam assumitur loco pallij ad arcendas à corpore pluuias. { מעיל mehil שלמה simláh שלמה salmáh. φαινόλη. GALL. *Vn manteau qu'on porte contre la pluye, vn reitre.* ITAL. *Gabbano, tabarro, mantello da pioggia.* GERM. Ein filtz mantel/regen mantel. HISP. *Vestidura de cuero para el agua.* ANGL. *A cloke for rayne.* } Põp. *in Penicea,* Penulam in caput induce, ne te noscat. Quintil. *lib. 6. c.* 4. Galba penulam roganti amico respondit. Non possum commodare, domi maneo, cùm cœnaculum eius perplueret. Idem Galba *ibidem.* Si non pluet, non opus tibi, si pluet, ipse vtar Iterum Quintil. In vtero tulit 10. mensibus. Quid? Aliæ in penula solent ferre? Iuuenal. *Sat.* 5.

——— *& multo stillaret penula nimbo.*

Hæc si ex pellibus erat, scortea vocabatur. Martial. *lib.* 14. *Epigr.* 130.

Ingrediare viam cælo licet vsque sereno.
Ad subitas nunquam scortea desit aquas.

Scorta enim veteres pelles nominabant. Penula scortea vtuntur ij, qui solenne habent visere ædem D. Iacobi Galeci, & qui per dispositos equos cursu cõcitatiore vltro citróque commeant: atque adeò quicunque procul ab domo iter institutum habent, pluuiæ arcendæ causa Vlpian. Iureconsl. inter communia vestimenta quibus vir & mulier promiscuè vtuntur, penulas annumerat. Varro dixit non quærendam esse penulam homini qui habet virtutem. Scribit Lampridius Alexandrum constituisse, vt Senatores penulis intra vrbem frigoris causa vterentur, quum id vestimentum itinerarium & pluuiæ fuisset. De penularum antiquo vsu, vide eundem Lamprid *in Alexandro Seuero.* ¶ Penulam & totam de chartis, quibus vestitur & amicitur thus & piper, dixit Martial. *Epigr.* 1. *lib.* 13. ¶ Erat etiam penula gausapina candida ac villosa qua hyberno tempore vtebantur: de qua extat distichon apud eundem *lib.* 14. *epigr.* 147.

Is mihi candor inest, villorum gratia tanta est,
Vt me vel media sumere messe velis.

Quo carmine quidam putauerunt penulam gausapinam inter æstiua vestimenta annumerari, quos falli puto. Sensus enim Martialis est, penulæ tantum inesse candorem, tantam villorum gratiam, vt etiamsi hyberno vsui sit destinata, tamen quis penulæ specie captus, eam vel media sumere messe velit. Hæc ex Baysio.

Pēnŭlātŭs, penula indutus. { ὁ φαινόλῃ. GALL. *Emmantelé.* ITAL. *Mantellato.* GERM. Der ein filtz mantel oder regen mantel anhat. HISP. *Vestido de tal vestidura.* } Cicero *pro Milon.* Milo cum vxore veheretur in rheda penulatus.

Penularium, ij, locus in quo penulæ reponuntur. Nonius. φαινολοθήκη.

‖ PENV, quod & penus, i, penũ, & penus. oris, & penus, us. ‖ { אכל ochél שבר scheber. βίος, τὰ πρὸς τὸν βίον ἐπιτήδεια. GALL. *La prouision d'vne maison victuaille.* ITAL. *Vittouaglia.* GER. Allerley so man zu dem vorraht einkaufft vnd auff die not hinder sich behaltet/zur speiß vnd tranck. HISP. *La prouision de casa para comer, vitualla.* ANGL. *The prouision of an house an meate, drink.* } hic vel hæc quartæ declinationis: & hic penus, peni, secundùm Priscianum: & hoc penus penoris, & hoc penum: & hoc penu indeclinabile: significat omne esculẽtum poculentúmque quo vescuntur homines: non ipsos quidem cibos in singulos dies in cœnę, aut prandij vsum paratos, sed quicquid ad futuri temporis vsum in loco aliquo (quem inde penarium vocamus) seruamus reconditum. Dictum penus quòd ea quæ longæ victionis gratia contrahuntur & reconduntur, non in promptu sint, sed intus & penitus habeantur. Festus, Penora inquit, dicuntur res necessariæ ad victum quotidianum. Plaut. *in Persa sc.* 2. *a.* 1. Nam nisi penus annuus hodie conuenerit, cras populo prostituam vos. Terent. *in Eunuch.* Quum in cellulam patris ad te penum omne congerebam clanculum. Lucilius,

Magna penus paruo spatio consumta peribit.

Horat. *lib.* 1. *Epist.* vsus est nomine penus in neutro genere,

Annona, inquit, oportet prosit frumenta, penúque.

Penum in neut. gen. per secundam declinationem extulit Terent. in exemplo quod iam ex Eunucho citauimus: & Afranius, referente Nonio, Vos quibus cordi est intra tunicam manus læua: dextra in penum herile. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. *& sc.* 2. *a.* 5. Tibi ancillas, penum, lanam præbeo. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Promus, condus, procurator peni. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 4. Dicam vt aliud penum adornet. *Ibidem sc.* 1 *a.* 4. Pompam, penum, porationes. ¶ Item, Quibus sunt verba sine penu, & pecunia. *Ibidem sc.* 3. *a.* 2. Et *in Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Nisi omne penus ex fundis amicorum hic affertur. (Alij libri, *Nisi omnis,*) in masculino genere: sicuti ibidem suprà, *Nisi penus annuus conuenerit.* De *Penus* significatione plura Gellius *cap.* 1. *lib.* 4. qui ex Massurij autoritate demonstrat thus & cereos, ligna quoque penori ascribi posse. Nos verò aromata, caseos, carnes salitas, & alia esculenta etiam penum commodè appellabimus. multo etiam plures res, nomine penoris comprehendere videtur Sueton. *in Neron. cap.* 11. cùm ait: Sparsa & populo missilia omnium rerum per omnes dies singula quotidie millia. Auium cuiusque generis multiplex penus, tesseræ frumentariæ, vestis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, iumenta, atque etiam mansuetæ feræ, &c. Hîc annotat Passerat. Penus dici de missilibus in vulgus.

Pĕnārĭŭs, a, um, quod ad pennum pertinet. { ταμιευτικός. GALL. *Appartenant à prouision d'vne maison & victuaille.* ITA. *Ch'appartiene à vettouaglia* GER. Das zu dem vorraht mit speiß vnnd tranck gehört. HISP. *Cosa para despensa.* ANGL. *Belonging to the prouision of an house.* } vt,

vt, penaria cella dicitur in qua penus asseruatur. Cicer. 4. *Verr.* Itaque ille M. Cato sapiens cellam penariam Reip. nostræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominauit.

Pēnāriŭs, ij, Festo, vel penaria, æ, Varr. *lib.* 4. *de ling. Lat.* vt verò alij, penarium, rij, locus est vbi penus, id est, res ad quotidianum victum necessariæ conduntur. { ταμεῖον. GALL. *Cellier, despense où on garde la prouision d'vne maison.* ITAL. *La dispensa, luogo da serbare le cose da mangiare.* GERM. Ein speißkammer/ein ort dahin man allerley ding zur speiß vnd tranck dienstlich behaltet. HISP. *La despensa de guardar.* ANGL. *A cellar or place to keepe all maner of victailles in.* }

Penatores, qui penum gestant. Cato aduersus M. Acilium *quarta*, Postquam nautas è nauibus eduxi, non ex militibus atque nautis piscatores, penatores ficedularum dedi. Ita apud Festum locum Catonis emendat Ant. August qui corruptus antea huc adducebatur.

Penarius. Sueton. *in August. cap.* 6. Locus permodicus, & cellæ penuariæ instar.

Pēnūriă, æ, vox est à penu deducta, significátque omnium rerum inopiam præsertim earum quæ ad penum pertinent: quum scilicet desunt ea quæ ad victum sunt necessaria. { חסר *cheser* חסרון *chesrón.* ἔνδεια. GALL. *Disette, faute.* ITAL. *Penuria, carestia.* GERM. Armut vnnd mangel besonders an speiß vnd tranck. HISP. *Mengua.* ANGL. *Lack, scarsitie.* } Vsitatissimè tamen accipitur pro cuiusuis rei egestate. Terent. *in Adelph.* Næ illiusmodi iam nobis magna ciuium penuria est, homo antiqua virtute & fide. Cic. 6. *Verr.* Ne diutius in tanta penuria virorum fortium talem imperatorem ignorare possitis. Virg. 7. *Æneid.*

Consumptus hic fortè aliis, vt vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi.

Salust. *Iurgurth.* 65. cœlo terráque penuria aquarum.

‖ Peolæ, & peplæ, qui ex intemperato Veneris vsu pereunt. Rh. ‖

Pēpliŏn, πέπλιον, Hippocrati πεπλὶς, Dioscoridi portulaca syluestris. Plin. *lib.* 20 *cap* 20. Portulaca quam peplion vocant non multum satiua est efficacior, cuius memorabiles vsus traduntur, sagittarum venena & serpentium hæmorrhoidum, & præsterum restinguit, pro cibo sumpta & plagis imposita, extrahit.

Pēplŏs, πέπλος. Frutex est, inquit Dioscorid. *lib.* 4. *c.* 179. quem nonnulli sycem, alij μήκωνα ἀφρώδη, hoc est, papauer spumeum, lactei succi plenus, foliis rutæ, paulò latioribus, rotunda coma dodranti, humi respersa, semine sub foliis rotundo, minore, quàm candidi papaueris. Ruellius putat eandem esse cum ea quam officinæ hodie *Esulam rotundam* vocant. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 22.

Pēplŭs, siue Peplum. πέπλος. Sindon, siue vestis pretenuis, propriè mulierum, quemadmodum χιτὼν virorum, vt annotauit Eustathius. ANGL. *Aker, hieso.* } Vnde βαθύπεπλος, κυανόπεπλος, ἑλκεσίπεπλος, mulierum epitheta sunt apud Homerum. Euripides tamen etiam viris peplum tribuit. Donatus ad sacrorum ritus pertinere ait. Seruius in illud Virg. 1. *Æneid.*

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant,
Crinibus Iliades passis plerunque ferebant.

Peplum, inquit, Mineruæ consecratum erat. In hoc depingebantur ex more apud Athenienses, qui strenuè se in bello gessissent. Plautus, Nunquam in ciuitatem venio, nisi quum infertur peplum. Claudianus in masculino genere extulit *in Epithalamio Honorij.*

Et crines festina ligat, peplúmque fluentem.
Alleuat.

¶ Peplus, scriptum Aristotelis, in quo genealogias ducum & nauium singularum ad Troiam numerum persequitur, scriptis etiam in eos epigrammatis distichis. Eust.

Pĕpo, onis. { אבטיח *abattiach.* πέπων. GALL. *Vn pompon, melō.* ITAL. *Pepone, mellone.* GERM. Ein geschlecht der melonen oder cucumeren. HISP. *Melon ò pepon.* ANGL. *A milon frute.* } Teste Plinio *lib.* 19. *c.* 5. Cucumeris genus est, magnitudine cætera extendens, concoctu difficile. Est & alterum cucumeris genus multò minus: quod quia mali cotonei speciem referre videtur, Melopeponem vocant. Vide Ruell. *lib.* 2. *c.* 68.

Pĕpsĭs, πέψις, Latinè concoctio, hoc est, mutatio cibi in qualitatem naturæ nostræ conuenientem, à verbo Græco πέπτω, coquo.

Pĕr, præpositio est, quæ separata quandoque localem, quandoque temporalem habet significationem. { ב *be* עבר *hal.* διά, ἀνά. GALL. *Par.* ITAL. *Per per mezzo.* GERM. Durch. HISP. *Por.* ANGL. *By.* } vt, Per vrbem vado, per medium diem operor. Ouid. 13. *Metam.*

Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas.

Per pectinem tondere, vide *Pecten.* Per metum mussari. (i. metu.) Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Item Per metum malè rem gerit. Idem *ibid. sc* 4. *a.* 1. Ducam te per exempla. Senec. *c.* 14. *de consol. ad Mart.* ¶ Quandoque denotat personam, vt per medios ruit, ac morientes nomine clamat. ¶ Quandoque iurandi est, νὴ: vt Per Pol, id est, Pollucem. Item, per oculos iurare. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 5 Te oro per precem, per fortunam, & per conseruitium. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Per socer, felicitatem tuam. Senec. adiurantis.

Per tibi ego iuro fortem castúmque cruorem,

Ouid. 2. *Fast.* Et Plaut. *Curc. sc* 2. *a.* 5. Per tua genua te obsecro. ¶ Quandoque obtestandi. Virg. 4. *Æneid.*

Per te qui te talem genuere parentes.

Senec. *c.* 16. *de consol ad Polyb.* Per te M. Tulli & oro. Per deos atque homines te oro. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Per senectutem tuam, & per vxorem quam metuis te obtestor. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Per Iouem deósque omnes adiuro. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Te obsecro per deos, & per homines, perque stultitiam meam, pérque tua genua. Idem *Mil sc.* 6. *a.* 2. Per spes, pérque deos, Ouid. 13. *Metam.* ¶ Quandoque medium quendam, & quasi intercessorem significat: vt per meos amicos obticui. Cicero, Quando per me certior fias, id est, mea opera. ¶ Per adoptionem pater dicitur, qui me adoptauit. Plin. iunior *Epist. lib.* 5. Auunculus meus, idémque per adoptionem pater. ¶ Per ætatem etiam pulchrè dicimus, pro eo quod est permittente ætate, vel dum ea ætas adest in qua fieri potest. Terentius *in Eunuch.* Cætera signa neque sciebat, neque per ætatem etiam potuerat. Idem *in Adelph.* Si esses homo, sineres nunc facere dum per ætatem licet, id est, dum ætas adest in qua id potest facere. Gell. *c.* 2. *lib.* 15. per ætatem non receptus. (i. ob.) ¶ Per eos annos, vel dies venustè dicimus, quod vulgus indoctum diceret, Durantibus his diebus, vel annis. Cic. 7. *Verr.* Ac per eos dies quum iste cum pallio purpureo, talaríque tunica versaretur in conuiuiis muliebribus, &c. Per id tempus, id est, pendente eo tempore. Liu. 2. *ab Vrbe,* Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab Senatu data per tempus feriarum. Gell. *c.* 15. *lib.* 9. Per comitia. (i. comitiorum tempore.) Suet. *in Cæs. c.* 80. Et Per bellum lata lex. (i. belli tempore.) Liu. *lib.* 34. Per hæc & talia, maxima parte ætatis transacta. Suet. *in Claud. c.* 9. Per Dionysia (i. Dionysiorum tempore.) Gell. *c.* 10. *lib.* 8. Per tempus aduenire. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. Per deos, Per dextrā, Per fortunas, Per fidē, Per homines, Per Deûm immortalium fidem, Per iura, Per genua: elegantes sunt obsecrandi formulæ. Cic. *Attico,* Subueni igitur per deos, idque quamprimùm. Plaut. *in Menæch.* Per ego te hæc genua obtestor, ne, &c. Per fas & fidem deceptus dicitur, qui nimium fidendo alicui in re bona, honestáque falsus est. Liu. 1. *ab Vrbe,* Cuius ad solenne, ludósque per fas ac fidem decepti venissent. Plaut. *in Mostell.* Per fidem deceptus sum.

At non per dubias errant mea carmina laudes,

Tibul. *lib.* 4. Item per eius autoritatem receptus. Cæsar. 3. *de bello ciuil.* Per occasiones Suet. *in August. cap.* 41. Per consuetudinem factum. Gell. *cap.* 8. *lib.* 10. Ibit per omnia violentior fortuna. Senec. *c.* 16. *de consol. ad Polyb. & c.* 17. Ire per vestigia. Per virtutem belli fortunam in pugna experiri. Cæs. *lib.* 2. *de bell. ciuil.* ¶ Per gratiam bonam abire ab aliquo, est aliquem non malè contentum ab aliquo discedere. ¶ Per ludicrum, Per iocum, Per ludum & iocum, id est, ludendo & iocando aliquid facere. Cicer. 3. *in Verrem.* Qu. Opimium per ludum & iocum fortunis omnibus euertisse. Sic per ludum & negligentiam peruenire ad honores dixit idem 7. *Verr.* Ver per deridiculum dare. Plautus *Pseud. sc.* 3. *a.* 4. ¶ Item, per sycophantiam & dolos auferre. *ibid. sc.* 3. *a.* 1. Per fallaciam abduxit à lenone mulierem. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Per me licet tibi hoc facere, id est, te non impedio. Sic per te, & per illos, &c. Per me nulla est mora, ait Terentius *in Andria,* Per me didici legere: hoc est, ex meipso, nullo adiuuante, aut docente. Sic per te, & per se, &c. Per me etiam, Per se, &c. aliquando valent quantum ad me attinet, quantum ad se attinet, &c. Idem, Trahantur per me pedibus omnes rei ¶ Aliquando Per se, significat ex sese, sua naturæ instituto. Cic. *de Amic.* Sed quod per se sibi quisque charus est. Idem 1. *de fin.* Ista sua sponte & per se expetēda. Per se, Aliquando significat propter præstantiam sui. *Ibidem.* Per se esset & virtus, & cognitio rerum, quod minimè ille vult, expetenda Iungimus nonnunquam in eadem oratione Per se, & propter se. Idem *de Amicit.* Carent amicitia per se, & propter se expetenda. ¶ Per, (i. propter.) Per secessionem plebis ludi facti Liuius *lib.* 4. *ab Vrbe.* Qui per virtutem peritat, non interit. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. ¶ Item per se, pro ipse, vt apud. Suet. *in Calig. cap.* 15. ¶ Per speciem, id est, simulata occasione, per simulationem. Liuius 1. *ab Vrb.* Per speciem alienæ fungendæ vicis suas opes firmauit. ¶ Per otium est, quod Gallicè dicitur *tout à loisir.* ITAL. *A suo bell'agio.* Liuius *lib.* 6. *bell Pun.* Vni nemo hostium aduersus prodiit, spolia per otium legere. ¶ Per te stetit quominus hæ fierent nuptiæ, ait Terent. *in Andr.* id est, tenuit per te, vt barbari loquuntur. Sic per me stetit, per eum stetit, &c. ¶ Per tempus, id est, tempore, tempestiuè, opportunè. Plaut. *in Men.* Per tempus aduenis. ¶ Per vinum exortum est dissidium, id est, per ebrietatem. Idem *in Milit.* ¶ Per vos, per me, per aliquem, aliquando significat beneficio vestro, beneficio meo, beneficio alicuius. Cic. *pro Rosc. Amer.* Per vos vitam & famam potest obtinere. Idem *ad Terentiam,* Romæ, vos esse tutos posse per Dolabellam, &c. ¶ Aliquando valet inter. Virg. 1. *Georg.*

Has inter, mediámque duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuûm, & via secta per ambas.

¶ Per causam, siue per speciem, Per simulatam causam προφάσει. Liuius *lib.* 34. Vt quum appropinquare ianuæ rex, per causam aliquam in angustiis sustineret à tergo agmen. Idem *lib.* 24. Nocte per speciem venandi vrbe egressi ad Annibalem proficiscuntur. Suet. *in Othon. c.* 3. Per causam legationis in Lusitaniam sepositus est. GALL. *Sous pretexte d'Ambassade,* &c. Item Per causam. Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* ‖ Per caput pedésque Sic Poëtæ dicunt totum volentes exprimere. Horat. in *serm.*

Aliqua negotia centum
Per caput atque pedes saliunt. ‖

¶ Per partem denotat, ex qua aliquid faciendi ducitur initium. Cels. *lib.* 3. *c.* 20. Itaque per vnctū oleo multo corpus tribus, aut quatuor amphoris (aquæ frigidæ) totum per caput perfundendum est. Sic & *cap.* 23. ¶ Per cum instrumento, pro ex vel cum. Cels *lib.* 6. *c.* 9. Admouendus per spongiam vapor aquæ calidæ. Idem *lib.* 6. *c.* 14. Per cochlear illita vua, id est, cochleari, vt *lib.* 7. *c. de calculo,* vesica per digitos exagitata, i. digitis. ¶ Per luxum atque ignauiam, i. luxuriosè & ignauè, siue ignauiter. Salust. *in Iugurth.* Qui dediti corporis gaudiis, per luxum atque ignauiam ætatem agunt. Rursus, Per insolentiam quis existimet memet studium meum laudando extollere, i. insolenter. *Ibidem,* per virtutem soliti nobilitatem anteuenire, i. virtute. ¶ Per ante, ob. Salust. *Iugurth.* 76. Incedant per ora vestra magnificè. ¶ In compositione augendi vim atque amplificandi habet, cuius notionis cùm est contrarium, Sub. præpositionem habet, vt Perfectus, Pereruditus, & in malam partem Periniquus, Permolestus, Pergrauis. *Cicer.* Pergraue mihi visum est, &c Colum. *lib.* 4. Nam credidisse villicis, vel etiam vinitori socordis est, cùm, quod longè sit facilius, adhuc perpaucissimis agricolis contigerit, vt nigri vini stirpe careant. Ita Persero, ad finem mihi propositum fero. Perficio, planè atque omnino facio, & absoluo. ¶ Aliquando negantis est, vt Perfidus, Periurus, hoc est, qui fidem & iusiurandum fregit. ¶ Aliquando significat idem quod trans Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Quasi per nebulam scimus, & audiuimus. vt Perfluo, Perpluo, Perspicuum, & quicquid pellucidum est, vt crystallus. ¶ Aliquando pro inter. Virg. 1. *Georg.*

Circum pérque duas in morem fluminis Arctos.

Vide Macrob *comment. lib.* 2. *c.* 2. Ouid. 13. *Metam.*

Cur audet Vlysses ire per excubias.

Ibidem,

Pérque feros enses ire, & efferre Deam

Tibull.

Tibull. *lib.* 4.

Siue ego per liquidum volucris vehar aëra pennis.

Et Catull. *de com. Beren.*

Isque per ætherias me tollens aduolat auras.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Per manes hospita vmbra. (i. inter.) Idem 3. *Fast.* Per populum diuidere liba. ¶ Per obstantia erumpere. Quintil. Per hæc ostendit sæuitiam. (i. his.) Suet. *in Calig. c.* 17.

Est aliquid fatale malum per verba leuare. (i. verbis.)

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Vna celebrata est per duo liba dies. (i. duobus libis.)

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Item,

Spiritus hic per te patrias exisset in auras. (i. Interposito ore tuo.)

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Per ipsas cicatrices percussa es. Senec. *c.* 15. *de consol. ad Helu.* (i. ipsis cicatricibus.) Plaut. *Asin.* per vinum impulsa. (i. vino.) ¶ Aliquando habet vim aduerbij, & pro valde ponitur, támque superlatiuo quàm positiuo iungitur. Col. *lib.* 4. Nam credidisse villicis, vel etiam vinitori socordis est, quum quod longè sit facilius, adhuc perpaucissimis agricolis contigerit, vt vini nigri stirpe careant. Cicero, Pergraue mihi visum est. ¶ Vbi Per additur quàm, significat maximè, ὡς σφόδρα: vt, Perquàm bonus, id est, optimus, Perquàm magnus, id est, maximus. Iungitur etiam superlatiuo. Curtius, Perquàm maximo potest exercitu comparato. Per autem inconsequens. Gell. *c.* 1. *lib.* 14. Et *c.* 4. *lib.* 18. Per, inquit, magister optime, exoptatus aduenis. ¶ Aliquando significat nimis, vehementer, & in bonam, & in malam partem: vt Pertinax, qui nimis tenax est, durus, & inexorabilis, de quo infrà. ¶ Componitur autem cum dictione incipiente ab a, vt Perago: b, vt Perbibo: c, vt Percurro: d, vt Perduro: e, vt Pereo: f, vt Perfero: g, vt Pergratus: h, vt Perhibeo: i, vt Periurus: l, vt Perlego, m, vt Permitto: n, vt Pernocto: o, vt Peroro: p, vt Perpendo: q, vt Perquiro: r, vt Pergo: (quod ex per, & rego componitur: vnde & præteritum perrexi facit) cum s, vt Persuadeo: t, vt Pertinax: u, vt Peruerto.

Pēră, æ, Sacculus ex aluta è collo ad lumbos pendens. { ילקוט כלי cheli jalkút. πήρα. GALL. *Vne besace, vne poche.* ITAL. *Bisaccia, tasca.* GERM. Ein ſäckertäsch so man an den halß henckt / wie die hirten haben / ein bätterſack. HISP. *El çurron ò esclauina, ò talega, alforja.* ANGL. *A scrippe, bagge or satchell.* } Hinc Peram viatoriam vocamus, qua panem & aliquid opsonij gestare viatores solent: quemadmodum poculum viatorium, quo vinum, Mart. *lib.* 14.

Ne mendica ferat barbati prandia nudi,
Dormiat & tetrico cum cane pera, rogat.

Eius diminutiuum est perula, πηρίδιον.

‖ Pera, *Peræ*, vrbs canali seu sinu maris à Constantinopoli quidem seiuncta est: sic tamen vt vna eademque vrbs quodammodo censeatur, ob commodissimum per cimbas traiectum. In Pera Legati Principum Christianorum, & alij homines Christiani, itémque Iudæi ferè commorantur. ‖

Pĕrabsŭrdŭs, adiect. { λίαν ἄτοπος, πάνυ ἄτοπος. GALL. *Fort absurde, fort sot, fort estrange.* ITAL. *Cosa sconcia, contraria à se stessa.* GERM. Gantz vngereimt. HISP. *Cosa muy fuerte de proposito, muy disconueniente y disforme.* ANG. *Verystrang, against rime and reason.* } Valde absurdum significat. Cicero *lib.* 4. *Academ.* Illud verò perabsurdum quod dicitis, probabilia vos sequi, si re nulla impediremini.

Pĕrācĕr, hæc peracris, hoc peracre, Valde acer & vehemens. { πάνυ δριμύς, λίαν ὀξύς. GALL. *Fort aspre.* ITAL. *Forte aspro* GERM. Hefftig scharff. HISP. *Muy aspero.* ANGL. *Verie sower or sharpe.* } Cic. *ad Papyrium lib.* 9. Sed tamen ipse Cæsar habet peracre iudicium. hoc est, acerrimum & optimum, & peracutum.

Pĕrăcerbŭs, adiect. πολύτρυφος, πάνυ ὠμηρός. GALL. *Fort aigre, aigre comme vn fruict qui n'est pas meur.* ITAL. *Molto acerbo, aspro, come cosa non matura.* GERM. Hefftig saur. HISP. *Mucho aspero, agrio.* ANGL. *Verie sower og tart.* } Valde acerbus. Cic. *de senect.* 1. Primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. de vua.

Pĕrăcēscō is, ere, Peracui. Valde acidus fio, valde acesco. { סר sar. πάνυ ὀξύνομαι. GALL. *Deuenir aigre.* ITAL. *Diuenire agro.* GERM. Vast saur oder essechtig werden. HISP. *Azedarse mucho.* ANGL. *To waxe verie sower.* } Plaut. *Bach.* hoc est quod peracescit, hoc demum est quod perecrucior, Me hoc ætatis ludificari. Idem *Aulul.* mihi pectus peracuit.

Pĕrăcvo, is, valde acutum reddo. { προξύνω GALL. *Aiguiser fort, faire bien aigu & pointu.* ITAL. *Fare aguzze.* GERM. Wol schapff machen. HISP. *Aguzar.* ANGL. *To mak verie sharpe.* } Cato *de re rust.* Sumito tibi surculum durum, eum peracuito, salicem Græcam discindito.

Pĕrăcūtŭs, a, um. Valde acutum. { ὀξύτατος. GALL. *Fort aigu, bien tranchant.* ITAL. *Bene tagliente, aguzzo, sotile.* GERM. Wol gespitzt. HISP. *Muy aguzado.* ANGL. *That is verie sharpe.* } Martial. *lib.* 5. Vt citò testiculos peracuta falce secaret.

Pĕrăcūtē, aduerb. { ὀξέως, ὀξύτατα. GALL. *Fort aiguëment, ingenieusement.* ITAL. & HISP. *Ingeniosamente* GERM Scharpffsinnilich. ANGL. *Verie sharpelie or quickelie.* } Cic. 1. *Acad.* Sed Zeno quum Arcesilam anteiret ætate, valdéque subtiliter dissereret, & peracutè moueretur, corrigere conatus est disciplinam.

Pĕrææ, Περαία, cum diphthongo, Vlterior Iudææ pars, Arabiæ & Ægypto proxima, asperis diuisa montibus, & à reliqua Iudæa Iordane amne discreta. Plin. *lib.* 5. *cap.* 14.

Perædifico, as, are, Ædificationem absoluo. Colum. *lib.* 4. *c.* 3. Ab inchoato domos extruunt, nec perædificatis cultum adhibent.

Pĕræqvvs, a, um, vide Æquus. { ὁ πάνυ ἴσος, πάνισος, GALL. *Fort esgal & iuste.* ITAL. *Molt'vguale.* GERM. Gantz billich oder gleichlich. HISP. *Muy ygual.* ANGL. *Verie equall, iust and euen.* } Cicer. 6. *Verr.* Vt hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera.

Pĕræquè, aduerb. { ἐπίσης. GALL. *Fort esgalement.* ITAL. *Molto vgualmente.* GERM. Gar gleichlich. HISP. *Muy ygualmente.* ANGL. *Verie equallie and euenlie.* } Cicero *in Pisonem,* Quod cùm peræquè omnes, tum acerbissimè Bœotij senserunt.

Pĕræquo, as, are, æquum facere { שוה schivváh. ὁμαλίζειν. GALL. *Esgaler, faire bien esgal.* ITAL. *Vgualare.* GERM. Vergleichen / zu gleich oder gerad bringen. HISP. *Ygualar.* ANGL. *To make euen and equall.* { Colum. *lib.* 3. *cap.* 4. Et apud me octogenæ stirpes insitæ intra biennium septenos culeos peræquarent.

Pĕræquātōrēs, dicuntur exactores censuum qui in capita sunt constituti. ita dicti, quòd æqualiter ab omnibus exigant Alciatus.

Pĕrātĭcum, teste Plin. *lib.* 12. *cap.* 9. Bdellij genus est quod in Media defluit ex arbore quam nonnulli brochum, alij malachram, aliqui etiam maldacon appellant.

Pĕrăgo, peregi, peractum. Perficio. { שלם schillém כלה chilláh. τελέω, διαπεράττομαι. GALL. *Acheuer, accomplir, parfaire.* ITAL. *Compire* GER. Außmachen / vollenden. HISP. *Acabar de hazer.* ANGL. *To perfyte and aconcplish, to do out and end.* } Senec. Omnia inchoat, nihil peragit.

Bisque suum tacto pisce peregit iter,

Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.*

Hæc mea sic quondam peragi sperauerat ætas,

idem *Eleg.* 8. *lib* 4. *Trist.* Vita procul patria peragenda. *Ibidem.*

Ipse vides Manibus peragi fera bella Mineruæ,

Idem 3. *Fastor.*

Ille suam peragebat humum, (i. colere absoluebat, siue percolebat.)

Idem 4. Martial. *Epigr.* 38. *lib.* 5. Quàm pessimorum lex auara fatorum Sexta peragit hyems, nec tamen tota, nostros amores. i. sustulit, finiit vitam. Peregit viros. (i. exhausit, lassauit.) *In Priapeiu.* Idem Martial. *Epigram.* 112. *lib.* 5. Peregit, pro absumpsit bona.

Namque senex longæ peragit dum secula vitæ,

Tibull. *lib.* 4. Languida non noster labor. *Ibidem.* ¶ Interdum ponitur pro perduco. Plaut. Nauem peregit in portum. ¶ Aliquando pro transfigo. Apul. Et multas noctes peregit insomnes. ¶ Interdum pro pertracto, & mecum reputo. Virg. *Æneid.* 6.

Omnia percepi, atque animo mecum antè peregi.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5.

Vt cecidi perago subiti præconia casus.

¶ Item, Peractus lacrymis (id est, defletus mortuus.) Martial. *Epigr.* 4. *lib.* 7. ¶ Interdum pro pertraho, κατεργάζομαι, vt, Hic me ad carceres, ad mortem peregit. ¶ Peragere reum, significat reum vsque ad condemnationem persequi & efficere vt condemnetur, quod & aliquando condemnare reum dicitur. { הוכיח horhiach. διελέγχειν, καταλαμβάνειν, αἱρεῖν, ἐπεξιέναι, καθαδικάζεσθαι. } sed Facere reum, est accusare. Vnde ait Iureconsultus, Peregisse reum non aliâs quis videtur, nisi & condemnauerit. Plinius iunior *in Epist.* Dum peragitur reus. Peragere reum, inquit Budæus, est ita rei accusationem persequi, vt tandem damnetur. *Poursuyure quelqu'vn en iugement iusqu' à le faire condamner.* Ouid. *Eleg.* 1 *lib.* 1. Trist.

Et peragat populi publicus ore reus.

¶ Peragere partes suas, est officio suo fungi. ¶ Peragere pensum laboris. Colum. *lib.* 5. *cap.* 10. Nihil curiosè, nihil religiosè administrat, vnúmque est ei propositum, peragere laboris pensum. id est, tantùm perfunctoriè facere id quod imperatum est.

Pĕrăgĭto, frequentatiuum, διαγωνίω, διελαύνω. Cæs. 3. *bell. ciu.* Vehementiúsque peragitati ab equitatu, montem excelsum capiunt.

Pĕrāctio, est perfectio, & absolutio. { כליון chillajón תכלה tichláh תכלית tachlith. διατέλεσις. GALL. *Acheuemēt, accomplissement.* ITAL. *Compimento.* GERM. Außmachung / vollendung. HISP. *Acabamiento.* ANGL. *A performing or finishing.* } Cicero *de senect.* Senectus peractio ætatis est.

Peractus, a, um. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4.

Iámque decem lustris omni sine labe peractis.

Idem 5. *Fast.*

Tristia Leucadio sacra peracta Deo.

Maiora peractis instant, Tibull. *lib.* 4.

Pĕrăgro, as, ex per, & hoc nomine ager agri, componitur. Perlustro, abeo, discurro. { נסע nasah הלך halách התהלך bithhallēch. ἀγρονομέω. GALL. *Aller par le pays, passer par vn pays.* ITAL. *Andare errando.* GERM. Durch gehn / durch streichen. HISP. *Peregrinar andando camino.* ANGL. *To ge about, to trauail ouer.* } Cic. 3. *Offic.* Et ob eam causam, vrbe relicta rura peragrantes sæpe soli sumus.

Pĕrāgrātŭs, particip. Cic. 5. *de finib.* Videmus vltimas terras esse peragratas. Liu. *lib.* 5. *d* 4. Peragratus orbis terrarum victoriis eius gentis.

Pĕrāgrātio, verbale, Profectio. { מסע masáh הליכה halicháh. ἀγρονομησις. GALL. *Voyagement, allée par le pays.* ITAL. *Andare quà & là.* GERM. Durchreisung / durchstreichung. HISP. *Peregrinacion.* ANGL. *Going aboue or trauailling ouer.* } Cicer. *Philipp.* Quæ fuit eius peragratio itinerum.

Pĕrāmbŭlo, as, are, ad finem vsque ambulo, ambulando circumeo. { נסע nasáh הלך haláh התהלך hithhaléch. διοδεύω, περιέρχομαι. GALL. *Passer à trauers.* ITAL. *Passeggiare, caminare.* GERM. Durch wanderen / gurchziehen. HISP. *Passearse al traues.* ANGL. *To walk thoroug and about, ouer and ouer.* } Varr. *de re rust. lib.* 1. *cap.* 2. Vos qui multas perambulauistis terras.

Pĕrāmo, ad finem vsque, perfectè & valdè amo. { ὑπερφιλέω, φιλικῶς ἔχω, λίαν φιλῶ. GALL. *Aimer fort.* ITAL. *Amare caldamente.* GERM. Hefftig lieben. HISP. *Mucho amar.* ANGL. *To loue tenderlie.* } Cic. 1. *de legib.* Vbi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per amatur toto pectore? Quædam exemplaria habent, per se amatur.

Pĕrāmāns: participium, Valdè amans. { ὑπερφιλῶν. GALL. *Fort amiable, qui aime fort.* ITAL. *Che molto ama.* GERM. Hefftig lieben. HISP. *Que ama mucho.* ANG. *That loueth tenderlie.* { Cic. *ad Attic. lib.* 4. Homo peramans semper nostri fuit, nec mihi vnquam odio.

Pĕrāmāntĕr, aduerbium. { πολυφίλως, λίαν φιλικῶς. GALL. *Fort amiablement, amoureusement.* ITAL. *Molto amabilmente.* GERM. Gantz freündlich. HISP. *Muy amorosamente y amigablemente.* ANGL. *Verie louinglie.* } Cic. *famil. lib.* 9. Qui me quidem perofficiosè & peramanter obseruant.

Pĕrāmplŭs, adiect. Valdè amplus. { πάνυ πλατύς, λίαν εὐρύς, ὁ ἐπὶ εὐρύχωρος. GALL. *Fort grand & spacieux.* ITAL. *Molto grande & spatioso.* GERM. Vast weit. HISP. *Muy grande y espacioso.* ANGL. *Verie wide and ampl.* } Cic. 1. *Verr.* Signa perampla.

Pĕrāmpūto,as, Perfectè incido. { πάνυ ἀποκόπτω. GALL. *Bien & parfaictement poŭer.* ITAL. *Perfettamente potare.* GER. Gar abhauwen. HISP. *Perfectamente podar.* ANGL. *To cutt of perfitelie.* } Colum. *lib.* 8. Sauciatum venenatam saniem mittit, quæ vulnus ita insanabile facit, vt totum amputandum sit.

PĔRĀNGVSTVS,a,um. Admodum angustus. { στενόπορος, λίαν στενός. GALL. *Fort estroit & serré.* ITAL. *Molto stretto.* GERM. Vast eng. HISP. *Muy estrecho.* ANGL. *Verie straict and narrow.* } Cic. 7. *Verr.* Vt illo in dolore cruciatúque moriens, perangusto freto diuisa seruitutis ac libertatis iura cognosceret.

Pĕrāngŭstē, aduerbium. Valdè angustè. { στενῶς, σφόδρα στενῶς. GALL. *Fort estroittement.* ITAL. *Molto strettamente.* GERM. Gantz eng in einander. HISP. *Muy estrechamente.* ANGL. *Verie streictlie.* } Cic. 1. *de Orat.* Sed tu hoc nobis da Scæuola, & perfice, vt Crassus hæc quæ coarctauit, & peranguste refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet.

‖ Peranna, vide *Perenna.*‖

Pĕrānno, as, per integrum anni tempus viuo, annum perago. { ἀπενιαυτίζω. GALL. *Durer vn an.* ITAL. *Durare vn' anno.* GERM. Das gantz jahr außleben. HISP. *Durar vn año.* ANGL. *To last or liue one yeare.* } Componitur enim ex per, & anno, nas. Macrobius *lib.* 1. *Saturn. cap.* 8. scribit, priscos Romanos mense Martio & publicè & priuatim ad Annam perennam sacrificatum ire solitos, vt annare, perennaréque commodè liceret, hoc est, vitam degere incolumem per annum integrum. Sueton. *in Vespasiano*, Ideóque puella nata non perannauit. Scribitur & perenno, prima vocali in secundam mutata.

Pĕrāntīquŭs, a, um. Peruetus, valdè antiquus { ὁ πάνυ παλαιὸς, παρακμαιότατος. GALL. *Fort ancien, ou fort antique.* ITAL. *Molto antiquo.* GERM. Hefftig oder vast alt. HISP. *Muy antigo y viejo.* ANGL. *Verie old.* } Cic. *de clar. Orat.* Atque hunc proximo seculo Themistocles insecutus est, vt apud nos, perantiquus: vt apud Athenienses, non ita sanè vetus.

Pĕrāppŏsĭtŭs. adiect. { λίαν ἁρμόζων, πάνυ οἰκεῖος. GALL. *Fort propre & conuenable.* ITAL. *Ben conueneuole, atto, & proprio.* GERM. Gantz bequem oder füglich. HISP. *Conueniente, proprio.* ANG. *Verie agreable and proper.* } Cic. *de Orat.* Sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine sæpe ridicula, non solùm minus perapposita, sed etiam quodammodo nobis.

Pĕrārdŭŭs, adiectiuum, Valde arduus, perdifficilis. { πολυχάλεπος, δυσχερής. GAL. *Fort malaisé & difficile.* ITAL. *Molto alto, malageuole, difficile.* GERM. Vast hoch oder schwär. HISP. *Dificil.* ANG. *Verie vneasie and hard.* } Cicero 5. *Verr.* Mihi autem hoc perarduum est demonstrare.

Pĕrārēsco, is, Valde aridus fio. { חרב *choráb.* ἀφαυαίνομαι, ἀποξηραίνομαι. GAL. *Se secher du tout, deuenir tout sec.* ITAL. *Deuenir molto arido.* GERM. Verdorren/gar dürr werden. HISP. *Muy secarse.* ANG. *To waxe verie drie.* } Colum. *lib.* 12. *cap.* 3. Sed nec patiendum est, vt perarescat, aut totum decidat.

Pĕrārgūtŭs,a, um. Valde argutus. { ὁ πάνυ αἱμύλος, λίαν ἀγχίνους. GAL. *Fort subtile, ingenieux & aigu.* ITAL. *D'ingegno molto sotile & acuto.* GERM. Gar klug/gar spitzfündig. HISP. *Sutil y ingenioso.* ANG. *Very subtill, ingenius & wittie.* } Cic. *de clar. Orat.* Quem studebat imitari L. Afranius Poëta, homo perargutus in fabulis quidem etiam, vt scitis, disertus.

Pĕrārĭdŭs, a, um. Prorsus aridus. { ἀφαυανθεὶς, ὑπέξηρος. GAL. *Tout sec, totalement seché.* ITAL. *Secco al tutto.* GERM. Gar dürr. HISP. *Seco del todo.* ANG. *Very drie.* } Colum. *lib.* 2. *cap.* 19. Est autem modus in siccando, vt neque peraridum, neque rursus viride colligatur.

Pĕrārmo, as, Perfectè & benè armo. Curtius, Hoc modo instructo exercitu & perarmato, Babylone copias mouit.

PĔRĀRO, as, are. Funditus & omnino aro. { διαρόω. GAL. *Arer par tout.* ITAL. *Arare d'ogni parte.* GERM. Durcherren. HISP. *Acabar de arar.* ANG. *To till or plough thorough out all.* } Per translationem etiam de rugis dicitur, quæ in fronte quandam sulcorum similitudinem referunt. Ouid. 14. *Metam.*

——— naresque à fronte remissas
Contudit, & rugis perarauit anilibus ora.

¶ Senec. *in Medea* vsus est pro peragrare: vt, Perarare pontum. ¶ Interdum pro scribere, siue Pingere. Ouid. 1. *de Arte,*

Ergo tibi blandis pararetur litera verbis.

Peraratus, a, um. Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.* Subitò subarata litera.

Pĕrāspĕr, valde asper, adiect. { πολυτραχὺς, λίαν τραχύς. GALL. *Fort aspre.* ITAL. *Molto aspro & rozzo.* GERM. Hefftig rauch. HISP. *Muy aspero.* ANGL. *Verie roug.* } Celsus *lib.* 5. *c.* 28. *de thymio*, At thymion nominatur quod supra corpus quasi verrucula eminet, ad cutem tenue, suprà latius, subdurum, in sommo perasperum.

Pĕrāstūtŭs, a, um, Valde astutus. { πολυμήχανος. GALL. *Fort fin.* ITAL. *Molto astuto.* GERM. Gantz listig/mit listigkeit durchtrüben. HISP. *Muy cauteloso y astuto.* ANGL. *Verie wyle & craftie.* } à quo perastutè aduerbium. { πολυμηχανῶς, λίαν πανούργως. GALL. *Fort finement.* ITAL. *Molto astutamente.* GERM. Gantz lüstiglich. HISP. *Mucho cautelosamente y astutamente.* } Plaut. *Trunc.* Vt perastutè eum iniiciatis in malam fraudem, & præmium.

PĔRĀTTENTVS, a, um, Valde attentus. ἐπιμελῶς προσέχων. GALL. *Fort attentif.* ITAL. *Molto attento.* GERM. Mit fleiß auffmerckend. HISP. *Muy attento.* ANG. *Verie attentiue.* } Cic. 5. *Verr.* Superiore omni oratione perattentos vestros animos habuimus.

Pĕrātentē, aduerb. Valde attentè. { πάνυ προσεχῶς. GAL. *Fort attentiuement.* ITAL. *Molto attentamente.* GERM. Mit gantz fleissigem auffmercken. HISP. *Muy atentamente.* ANGL. *Verie attentiuelie.* }

Peraudio, is, ire. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Peraudienda hæc sunt.

Pĕrbācchor, aris, Perpoto, & lusito conuiuiis frequentandis. { סבא *saba.* παροινέω. GALL. *Viure fort dissolument.* ITAL. *Baccare, viuere molto dissolutamente.* GERM. Vol vnd toll sein im hauß sein/die zächmäuler außharren. HISP. *Embriegarse.* ANGL. *To be riotous, to vse feasting greatlie.* } Cic. 2. *Philipp.* At quàm multos dies in ea villa turpissimè es perbacchatus? ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

Perbĕātŭs, a, um, Valde beatus. { πανόλβιος. GAL. *Fort heureux.* ITAL. *Molto beato.* GERM. Gar glückselig. HISP. *Mucho bien auenturado.* ANGL. *Verie blissed.* } Cic. 1. *de Orat.* Cogitanti mihi sæpenumero, & memoria veteri repetenti, perbeati fuisse, Quinte frater, illi videri solent, qui in optima Republica quum & honoribus, & rerum gestarum gloria florerent, eum vitæ cursum tenere potuerunt, &c.

PĔRBĔLLVS, a, um. Valdebellus. { πάνυ καλός. GAL. *Fort beau.* ITAL. *Molto bello.* GERM. Gantz hüpsch. HISP. *Muy bello.* ANG. *Verie faire.* }

Pĕrbĕllē, aduerb. Valde bene. { πάνυ καλῶς. GALL. *Fort bien.* ITAL. *Molto bene.* GERM. Gantz fein/oder höflich. HISP. *Muy bien.* ANGL. *Verie well.* } Cic. *Attic. lib.* 4. Perbellè feceris, si ad nos veneris.

Pĕrbĕnē, aduerbium. Valde benè. { παγκάλως, πάνυ καλῶς. GALL. *Fort bien.* ITAL. *Molto bene.* GERM. Vast voll. HISP. *Muy bien.* ANGL. *Passing well.* } Cic. *de clar. Orat.* Perbene loqui Latinè putabatur. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Haud à pecunia perbenè. (sup. valeo.) Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Prandi perbene.

Pĕrbĕnīgnē, aduerb. Valde benignè. { πανευγενῶς, πάνυ γενναίως. GALL. *Fort benignement.* ITAL. *Molto benignamente.* GERM. Gar gütiglich. HISP. *Muy liberalmente.* ANGL. *Very gentlie and gratiuslie.* } Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 2. Perbenignè mihi respondit.

Perbibesia, vide *Bibesia.*

Pĕrbĭbo, is. Totum bibo. { διαπίνω GALL. *Boire tout à faict.* ITAL. *Beuere bene* GERM. Gar außtrincken. HISP. *Mucho beuer.* ANGL. *To drink out all, to quaffe.* } Plautus *in Stich.* At ego perij, cui medullam lassitudo perbibit. Columell. *lib.* 7. *cap.* 4. Vbi per triduum delibuto tergore medicamenta perbiberit. Et Seneca *Epist.* 36. Perbibere libet alia studia.

Perbito, is, ere, verbum antiquum ab antiquo *Betere.* Ennius *in Hecuba,*

Sed non scripsisti quis parentem, aut hospitem
Necasset, quo quis cruciatu perbiteret.

Plaut. *in Capt. sc.* 5. *a.* 3. Qui virtutem perbitat, non interit. Ita hîc legit Passerat. Qui per virtutem peritat, non interit, (i. propter virtutem.) Et versu antecedente dixerat, Caput in periculo præoptauisse, quam is periret, ponere. Camerarius primus emendauit, *Pereat* pro perbitat. Cui Lambinus assentitur. Iterum idem Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Interminatus est à minimo ad maximum, si quis non hodie munus misisset sibi. Eum cras cruciatu maximo perbitere, (id est, perire, siue periturum.) Plaut. *Astraba.* Quæ nisi sic beteris nimiam is vegrandi gradu. Vide Scaligerum *in Varronem*, & Nonium *in verbo Perbitere.* Item Dionys. Lambin. in Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. vbi scribit Betere pro ire, & Perbetere, pro perire, ab antiquis dictum esse.

PĔRBLANDVS, a, um, Valdè blandus. { πάνυ αἱμύλος, λίαν ἤπιος. GALL. *Fort doux & gracieux.* ITAL. *Molto piacceuole.* GERM. Gantz freundtlich/vnd holdsälig. HISP. *Muy blando.* ANGL. *Very pleasant and faire spoken.* } Cic *Quint. fratr. lib.* 1. Successorem habes perblandum.

Pĕrblāndē, aduerb. Macrob. *Saturn. lib.* 1. *c.* 2. Obuiam procedere, ac perblandè salutare.

Pĕrbŏnŭs, a, um, Valde bonus. { ὁ λίαν ἀγαθός. GALL. *Fort bon.* ITAL. *Molto buono.* GERM. Hefftig gut HISP. *Muy bueno.* ANGL. *Very good.* } Cic. *pro Flacco*, Agros habent & natura perbonos, & diligentia culturáque meliores.

Pĕrbrĕuĭs, e. Valde breuis. { πάνυ βραχύς. GALL. *Fort brief, bien court.* ITAL. *Molto breue.* GERM. Fast kurtz. HISP. *Muy breue y corto.* ANGL. *Very short.* } Liu. 8. *bell. Pun.* Siquidem Scipionem ducem in Africam mittant Romani, satis sperare perbreuis æui Carthaginem esse Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Sic certè in patria perbreue tempus ero.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Vxor qua tempus perbreue nupta fuit.

Pĕrbrĕuĭtĕr, aduerb. Valde breuiter. { πάνυ βραχέως. GAL. *Fort briefuement, en bien peu de paroles.* ITAL. *Breuemente, con molta breuità.* GERM. Gantz kurtzlich. HISP. *Muy breuemente, con pocas palabras.* ANGL. *Verie shortelie.* } Cic. 2. *de Orat.* Ac ne diutius vos demorer, de omni isto genere quid sentiam, perbreuiter exponam.

Pĕrcă, æ, πέρκη, ἡ πέρκις. GERM. Bars. ANG. *A Perche fishe.* } Piscis delicatissimi nomen est, qui à Plin. *lib.* 9. *c.* 19. inter saxatiles numerantur. Duo eius sunt genera: alterum in mari capitur, quod menæ pisci est simillimum: alterum in fluuiis & lacubus, alendis febricitantibus mirum in modum vtile. Hoc genus Galli etiam hodie antiquo nomine vocant Percam, Percarum meminit Ausonius *in Mosella*, eásque vel præstantissimis maris piscibus confert: Nec (inquit) te delicias mensarum perca silebo, Amnigenos inter pisces dignande marinis, Solis puniceis facilis contendere mullis.

Percalefacio, & Percalefio. Vnde Percalefactus, particip. Lucret. *lib.* 6.

Mobilitate sua feruescit, vt omnia motu
Percalefacta vides ardescere.

Percalleo, es, ere, Totus callosus sum: & per translationem obduresco, & diuturna malorum consuetudine aduersa patienter fero. { ἀποσκιρρόομαι, ἀποτυλόομαι, GALL. *Auoir cals à force de trauail* ITAL. *Hauere calli.* GERM. Gar erherten. HISP. *Mucho encalecer.* ANGL. *To be waxen hard, to beso accustomed to a thing that he feelech no more paine there of.* } Cic. *pro mil.* Sed nescio quomodo iam vsu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia, Gell. *c.* 1. *lib.* 10. Percalluisti leges.

Pĕrcāndĭdŭs, adiectiuum, Valde candidus. { πολιαργής, πάνυ λευκός, διάλευκος. GALL. *Fort blanc.* ITAL. *Molto bianco.* GERM. Gantz weiß. HISP. *Muy blanco.* ANGL. *Verie white.* } Celsus. *lib.* 15 *c.* 19. Est autem ea percandida compositio.

Pĕrcāntātrīx, pen. prod. { γοητεύτρια, ἐπάδουσα, κατάδουσα. GAL. *Chanteresse, enchanteresse.* ITAL. *Cantatrice, incantatrice.* GERM. Ein sengerin. HISP. *Cantadore, encantadora.* ANGL. *A singer or enchanter.* Plaut. *Mil.* — da quod dem Quinquatribus, percantatrici, collectrici, ariolæ, atque haruspicæ.

Pĕrcārŭs, valde carus. περιφιλής. Cornel. Tacit. *lib.* 5. Quem Druso fratri percarum, in cohortem suam transtulerat.

Percataprat, valde tædet. Gloss. Isi.

Percatapsere, valde diuidere. Gloss. Isid.

Pĕrcautus, adiect. Valde cautus. { πολυφύλακτος, λίαν περιφυλακτικός. GALL. *Fort fin & acort.* ITAL. *Molto accorto, astuto.* GER. Gar behütsam. HISP. *Muy astuto.* ANGL. *Very ware and circumspect.* } Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 1. Delectus in familiaritatibus & prouincialium hominum & Græcorum percautus & diligens.

Perce, pro parce, imperatiuus à parco. Plaut. *Amph. sc.* 3. *a.* 1. Perce quæso, &c.

&c. sed ibi fortasse melius legas *Imperce.* Passer.

Percĕlĕbro, as. Diuulgo, valde celebro. { διαπεδάζω. GALL. *Semer & publier par tout.* ITAL. *Diuulgare.* GERM. Gar außkunden/oder lautprecht machen. HISP. *Diuulgar.* ANGL. *To celebrat and publish thorong all.* } Cic. 7. *Verr.* De qua muliere plurimi versus, in istius cupiditatem facti sunt, tota Sicilia percelebrantur: id est, vulgò canuntur.

Percĕlĕr, huius perceleris, Valde celer. { πάνυ ταχύς, ὠκὺ σφόδρα. GALL. *Fort soudain.* ITAL. *Molto veloce.* GERM. Vast schnell. HISP. *Muy ligero.* ANGL. *Verie swift and sudaine.* } Cic. *pro Cal.* Habuisse aiunt (venenum domi, vimque eius esse expertum in seruo quodam ad rem ipsam parato: cuius perceleri interitu esse ab hoc comprobatum venenum.

PERCELLO, is, perculi, vel perculsi, perculsum, Permoueo, perturbo. פעם *paʿám* עלם *halám.* περιτρέπω. GALL. *Abatre, ruer jus, frapper.* ITAL. *Percuttere.* GERM. Schlagen/niderstossen/anstossen. HISP. *Herir.* ANGL. *To strike, to owerthrowe, to stirre, to poarse.* } Varro *in Parmen.* Alius teneram abietem solus percellit. Terent. *in Andr.* Perculsit illico animum. Tacitus, Ingens rerum tumultus perculsit ciuitatem. Colum. *lib.* 7. *cap.* 7. Quamobrem statim vnam, vel alteram pestis perculit, omnibus sanguis detrahendus. Suet. *in Neron. cap.* 35. Perculit omne genus necessitudinis, (i. omnes necessarios.) Liu. *lib.* 5. *d.* 4. Duæ res inopinatæ perculerunt eum. Tacit. *lib.* 2. Perculit Rempub. ¶ Perculit pro interemit. Suet. *in Tib. c.* 55. Tres incolumes præstitit: cæteros alium alia de causa perculit. ¶ Hinc prouerbium rusticorum quo plaustrum perculisse dicuntur, qui negotium aliquod euerterunt & perturbarunt. Plaut. *in Epid.* Perij, plaustrum perculi, id est, euerti. quo loco Erasm. non satis rectè legit, Austrum perculi. Meminit etiam Donat. *in Eun.*

Percŭlsŭs, partic. { הלום *halúm.* καταπλαγείς. GALL. *Frappé, estonné, abatu.* ITAL. *Sbattuto, percosso.* GERM. Erschlagen. HISP. *Herido.* ANGL. *Strike, euerie throwen sore abashed and astonied.* } Sæpiùs ad animum refertur. Percussus verò à Percutio ad corpus, πληγείς Cic. *Pæto lib.* 9. *Epist.* Repentè perculsus est atrocissimis literis. Virg. 9. *Æneid.*

——— *magno laudum perculsus amore.*

Idem 6. *Æneid.* —casu perculsus iniquo. Cic. *ad Brutum*, Perculsa timore ciuitas.

Percēnseo, es, Recenseo, nisi præpositio quid addat. { פקד *pikkédh* ספר *sippér.* καταλέγομαι, ἐξετάζω. GALL. *Raconter.* ITAL. *Commemorare.* GER. Fleißig erzellen. HISP. *Contar, recordar.* ANGL. *To rehearse or make mention.* } Cic. *in Partit.* Quo in genere percensere poterit plerosque inueniendi locos. Ouid. 3. *Fast.*

Signáque quæ longo frater (sup. sol) *percenseat anno.*

Liuius *lib.* 4. *d.* 4. Percensere quod dixerat legere Iudices & Senatum.

Percerpsimus Aristotelis libros Problematum. Gell. *c. vlt. lib.* 2. à Percerpo, psi, ptum. Simplex est Carpo, vnde fit etiam decerpo.

‖ Percesion, tributi genus, quod Imperatori Turcico soluunt Patriarchæ Constantinopoli. L. g. b. ‖

Percīdo, is, Cædendo transeo, batuo, tundo. quo verbo vsus est Plautus, qui percidere os dixit. Nam præcidere, quod hîc antea legebatur, obscœnum verbum est, & hinc remouendum.

Percĭĕo, es, ere, Moueo { הניע *heniaʿh* הרגיז *hirghîz.* κινέω. GALL. *Esmouuoir.* ITAL. *Mouere.* GERM. Bewegen. HISP. *Mouer y perturbar.* ANGL. *To moue.* } Lucret. *lib.* 3.

Ocyus ergo animus, quàm res se perciet vlla.

Percĭtŭs, Commotus, incitatus: qui ira, ac furore accensus est. { מרגז *murgház.* κακοδαίμων, πτοηθείς, ἐλαυνόμενος, ἔκφορος. GALL. *Esmeu.* ITAL. *Commesso.* GERM. Hefftig bewegt. HISP. *Perturbado.* ANGL. *Moued, stirred vp.* } Ter. *in Hecyr.* —corripui illicò Me inde lacrymans, incredibili re, atque atroci percitus. Cic. *pro Mil.* Siue enim illud animo irato, ac percito fecisset. Plaut. *Amph.* Delirat vxor. So. Atra bili percita est. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 4. Amoris caussa percitum id fecisse. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Homo iracundus atque animi perci, (aliàs perditi.)

Percingo, is, Circunquaque cingo, vndique cingo. { περιζώννυμι. GALL. *Enceindre & entourer tout autour.* ITAL. *Cingere d'intorno.* GERM. Vmbgürten oder vmbgäben. HISP. *Ceñir en derredor.* ANG. *To girde about or compasse on euerie parte.* Colum. *lib.* 10. Sæpè suas sedes percinxit vitibus albis.

PERCIPIO, Capio, sensu apprehendo, sentio, cognosco. { אסף *asaph* ראה *raáh* הבין *hebin.* καταλαμβάνω. GALL. *Perceuoir, comprendre.* ITAL. *Intendre, capire.* GERM. Fassen/ergreiffen/ merken. HISP. *Recebir por el sentido.* ANGL. *To perceiue, to vnderstand.* } Cic. *ad Treb. lib.* 7. Sin tibi quædam videbuntur obscuriora, cogitare debebis nullam artem literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse. Plaut. *in Curc.* Ne quod hîc agimus heus percipiat fieri, mea Planesium. Verùm hæ significationes metaphoricæ videntur: nã propriè percipere, est recipere, siue colligere: vt, Percipere fructus. Cic. 1. *Offic.* Vicinum citiùs adiuueris in frugibus percipiendis, quàm propinquum. Idem *de senect.* Serere, percipere, & condere fructus. Ouid 5. *Fast.*

Cùm mea dixisti percipe verba pater.

Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Modò pol percepi. (i. rem intellexi.) Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 5. Horror mihi membra percipit dictis tuis, (i. peruadit.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Magis istud percipimus lingua domini, quàm factis fore. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 5. Quid cessas dare potionis aliquid priusquam percipit eum insania? (id est, peruadit.) ¶ Percipere oculis. Gell. *c.* 4. *lib.* 7. Et auribus. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

——— ——— ——— *At mihi*

Auribus hic fructus percipiendus erit.

‖ ¶ Percipere pilam. Alfenus *d. lib.* 9. *t.* 2. *l.* 42. Cùm pilâ complures luderent, Quidam ex his seruulus cùm pilam percipere conaretur, impulit, seruus cecidit, & crus fregit. ‖

Perceptio, verbal. { אסף *ásep* אספה *asapháh.* κατάληψις. GALL. *Recueillement, prinse.* ITAL. *Riccoglimento.* GERM. Entpfahung/einsamlung. HISP. *Recebimiento, obra de coger.* ANGL. *A perceuing, vnderstanding.* } Cic. 2. *Offic.* Neque agricultura, neque frugum, fructuúmque reliquorum perceptio & conseruatio sine hominum opera vlla esse potuisset.

Percĭtus, vide *Percieo.*

Perclāmo, as. Vehementer clamo. { καταβοάω, μέγα βοῶ. GALL. *Crier fort.* ITAL. *Gridare fort.* GERM. Hefftig schreien/erschreien. HISP. *Gridar mucho.* } Plaut. *in Truc.* — quot illic blanditiæ, quot illic iracundiæ sint, quot sunt perclamanda.

Perclūdĕrĕ. Paulus *D. lib.* 20. *tit.* 2. *l.* 9. Inhabitantes autem manumittimus, scilicet antequam pensionis nomine percludamur.

Percnos, πέρκνος, Aquilæ genus, teste Plin. *lib.* 10. *c.* 3. ab Homero sic vocatum. Alij vocant morphnum, alij plancum, & anatariam. Inter aquilarum genera secundam magnitudinem, & vim obtinet, viuítque vt plurimum circa lacus.

Percnoptĕrŭs, περκνόπτερος, Auis est ex aquilarum genere, quæ circa lacus versatur, vulturi similis, alis minimis, reliqua magnitudine antecellens, sed imbecillis & degener, ita vt à coruis sæpenumero verberetur. Autor Plin. *lib.* 10. *cap.* 3.

Percŏarcto, as, Vehementer constringo. { καταστενοχωρέω. GALL. *Fort estraindre.* ITAL. *Constringere grandemente.* GERM. Gar nach zusamen trucken. HISP. *Mucho apretar.* ANGL. *To thrust in togethor, and make very streict.* } Colum. *lib.* 2. *c.* 19. de fano loquens, Tunc demum (inquit) conuertemus, & vtrinque siccatum percoarctabimus in striam, atque manipulos vinciemus.

Percŏgnōsco, is, Perfectè cognosco. { διαγινώσκω. GALL. *Cognoistre parfaictement.* ITAL. *Cognoscere perfettamente.* GERM. Volkommenlich/ oder durch vnd durch kennen. HISP. *Conocer perfetamente.* ANGL. *To knowe perfitely.* } Plautus *Trucul.* Sunt publicani. D. vtrosque percognoui probè. Plin. *lib.... cap.* 14. Nam Germania multis annis nec tota percognita est.

PERCOLO, is. Admodum colo. { διασέβομαι. GALL. *Auoir en grande reuerence.* ITAL. *Honorar perfettamente.* GERM. Volkommenlich ehren/ in grossen ehren halten. HISP. *Honrar perfetamente.* ANGL. *To haue in greate estimation and reuerence.* } Plaut. *in Trin.* Feceris par tuis cæteris factis, patrem tuum si percoles. ¶ Significat interdum culturam absoluere, perficere, polire, supremam manum addere, complere. Plin. *lib.* 5. *Epist.* Præterea indulsi amori meo: amo enim quæ maxima ex parte inchoaui, aut inchoata percolui.

Percŭltŭs, Politus, ornatus. { ὁ πάνυ κεκοσμημένος, κεκαλλωπισμένος. GAL. *Orné, poli.* ITAL. *Ornato, polito.* GERM. Wol geziert oder außgebutzt. HISP. *Ornado, afeytado.* ANG. *Trimmed, polished, well laboured.* } Plautus *in Pœnul.* Nam quæ lauta est, nisi perculta est, meo animo quasi inuenusta est.

Percŏlo, as. Per colum transmitto. { δίημι GAL. *Faire passer & couler parmy.* ITAL. *Colare, scolare.* GERM. Durchseyhen. HISP. *Colar.* ANG. *To straine thoroughe.* } Columella *lib.* 12. *cap.* 41. Deinde quum fuerint decocta, vt non multum iuris supersit, refrigerantur, & percolantur: eáque quæ in colo subsederunt, diligenter contrita læuigantur. Plin. *lib.* 31. *cap.* 6. Nam in terra marina aqua argilla percolata dulcescit.

Percŏmis, e. Valde comis. { σύμμαχος φίλος. GAL. *Fort doux & gracieux.* ITAL. *Molto piacceuole.* GERM. Gantz freundlich/oder holdsälig. HISP. *Muy cortes y humano.* ANGL. *Very meeke and gentlie.* } Cic. *de clar. Orat.* Qui peritissimus iuris, idémque percomis est habitus.

Percommodus, a, um, valde commodus.

Percŏmmŏdē, aduerbium, Admodum commodè. { λίαν ἐπιτηδείως, πάνυ εὐκαίρως. GAL. *Fort commodément, fort bien à point.* ITAL. *Molto commodamente.* GERM. Gantz komlich. HISP. *Muy prouechosamente.* ANG. *Very commodiouslie.* } Cic. *pro Cecin.* Hoc loco percommodè accidit, quòd non adest is qui paulò antè affuit.

Percŏndĭtŭs, a, um, pen. corr. Valde reconditus & abstrusus. { κρύφιος ἀποκεκρυμμένος. GALL. *Fort caché & obscur.* ITAL. *Molto nascosto.* GER. Wol behalten vnd verborgen. HISP. *Muy escondido.* ANGL. *Very hid and obscure.* } Cicero 1. *de Oratore*, Expono vobis non quandam, aut perconditam, aut valdè difficilem, aut magnificam, aut grauem rationem consuetudinis meæ.

PERCONTOR, aris, per o & fine c ante t, Exploro: à conto quo nautæ vtuntur ad inquirenda loca nauibus opportuna. Nam aquæ altitudinem conto pertentant. Percontor itaque est quasi conto inuestigare & inquirere. { שאל *schaál* דרש *darásch.* ἐρωτάω, ἀνακρίνω. GAL. *S'enquester, & s'enquerir diligemment.* ITAL. *Cercare diligentemente.* GERM. Nachforschen/fleißig ertragen / erdauren. HISP. *Buscar diligentemente, preguntar para saber.* ANG. *To searche diligently.* } Terent. *in Hecyr.* Tua quod nihil refert, desinas percontari. Cic. *in somn. Scip.* Deinde ego illum de suo regno, ille de nostra Republ. percontatus est. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Mane, etiam percontabor alia. *& in Pseud. sc.* 4. *a.* 4. Vbi perconteris me insidiis hostilibus. Itē *Asin. sc.* 4. *a.* 1. Si esses percontatus me ex aliis, (id est, de me.) Idem *in Mil. sc.* 3. *a.* 2. Num tibi lippus videor? P. Medicum istuc tibi melius (est) percontarier. Item *Capt. sc.* 3. *a.* 4. Coquum percontabatur. Vide *Percunctor*, infrà. Percontari, Expectare. Terent. *Phorm.* — frater est expectandus mihi: is Quod mihi dederit de hac re consilium, id exequar: Percontatum ibo ad portum, quoad se recipiat. legitur & Percunctor in eadem signi ficatione.

Percŏntātio, nis, verbale, Interrogatio, inuestigatio, inquisitio. { ἀνάκρισις. GAL. *Enqueste, interrogation.* ITAL. *Interrogatione.* GERM. Erforschung/ nachfragung. HISP. *Pregunta, obra de preguntar para sabber.* ANGL. *Diligent searching.* } Cic. *de Vniuersit.* At primum quidem tempus salutationibus, reliquum percontatione consumpsimus.

Percŏntātor, is, qui percontatur, inuestigator. { שאל *schoél* דרש *dorésch.* πυνθανόμενος. GAL. *Enquesteur, interregateur.* ITAL. *Dimandatore, inquisitore.* GERM. Ein frägler/der alleding mit erfragen wissen will. HISP. *Preguntador, inquisidor.* ANGL. *A searcher.* } Horat. 1. *Epist.* 19. Percontatorem fugito: nam garrulus idem est. Plaut. *Men sc.* 5. *a.* 5. Dij te omnes percunctator perduint.

Percŏntŭmāx, acis, valde Contumax. { μάλα αὐθάδης, αὐθαδέστερος. GALL. *Fort rebelle & contumax.* ITAL. *Sommamente contumace, ribello.* GERM. Gantz widerspenstig/ oder eigensinnig. HISP. *Muy rebelde y porfiado.* ANG. *Very stubburne.* } Terent. *Hecyr.* Percontumax redisti huc nobis Pamphile.

Percŏpe, es. Περκώπη. Steph. Vrbs Troadis ad Propontidem, postea Percote appellata, quæ Troianis auxilia misit aduersùs Græcos, teste Homer. *ad finem lib.* 2.

Percŏpĭōsŭs, a, um. Valde copiosus. { ὁ λίαν εὔπορος, παμπληθής ἄγαν εὔπορος. GALL. *Fort copieux & abondant.* ITAL. *Abondeuole.* GERM. Gar lang oder

oder vberflüssig. HISP. *Muy copioso y abundante.* ANGL. *Very abundant.* } Plin. *in Epist.* 208. Quæ de me scripsisti, in quibus quidem percopiosus fuisti.

Pĕrcŏquo, is. Perfectè coquo. { ἑψέω. GALL. *Fort cuire.* ITAL. *Cuocer bene.* GERM. Wol kochen. HISP. *Cozer bien.* ANGL. *To seeth perfitelie.* { Plin. *lib.* 23. *cap.* 7. Bubulas carnes additi caules, magno ligni compendio percoquunt. Plaut. *Merc.* Coquum aliquem arripiamus, prandium qui percoquat. Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. Biles detrahere non percoctam putant.

Percosius, in signis vates fuit diuinandi peritissimus, cuius filij Adrastus & Amphius, qui frustrà dissuadente patre Troianis suppetias tulerunt, & à Græcis sunt interfecti.

Percōte, es. Περκώτη, quæ & Percope olim dicta fuit. Vrbs est Troadis, autore Steph. Valer. Flacc. 2. *Argon.*

Iam iuga Percotes Pariúmque infame fragosis
Exuperat, Phthiámque vadis.

Percosius adiect. Περκώσιος. Valer. Flac. 3. *Argon.*

Muneribus primas coniux Percosia vestes
Imposuit.

Pĕrcrēbrēsco, is, percrebui. Diuulgor. { Διαθρυλλοῦμαι. GALL. *Estre diuulgué & semé par tout.* ITAL. *Diuulgarsi.* GERM. Außbrächen/gar außkommen in gemeine red/gar erschallen. HISP. *Diuulgarse.* ANGL. *To be commenly talked of and sound abroade.* } Cic. *ad Attic. lib.* 11. Ipsi enim illi putaui perniciosum fore, si eius hoc tantum scelus percrebuisset. Idem 6. *Verr.* Præsertim quum hæc omnino fama de nostrorum hominum auaritia & cupiditate percrebuerit. Sueton *in Cæs. cap.* 79. Percrebuit fama.

Pĕrcrĕpo, as. Resono, persono, perstrepo. { המה *hamáh.* Διαλαλέω. GALL. *Bruire fort.* ITAL. *Far molto strepito.* GERM. Durchtönen/witdertösen. HISP. *Sonar quebrandose, hazer mucho estruendo.* ANGL. *To mak à great sounde.* } Cic. *Verr.* 7. Neque modestè ferebant, abesse à foro magistratum, non ius dici, non iudicia fieri: lucum illum littoris percrepare totum mulierum vocibus, cantúque symphoniæ.

Pĕrcrŭcio, as, Valde crucio. { λίαν αἰκίζω, πάνυ διαλυπέω. GALL. *Fort tourmenter.* ITAL. *Cruciare molto.* GERM. Hefftig peinigen. HISP. *Muy atormentar.* ANG. *To torment greatlie.* } Plaut. *Bacch.* Hoc est, quod peracescit: hoc demum est quod percrucior, me hoc ætatis ludificari.

Pĕrcrūdŭs, a, um, Immaturus & valde crudus. { πάνυ ὠμὸς, ἐπὶ παντό. GAL. *Fort cru.* ITAL. *Molto crudo.* GERM. Gar rauw. HISP. *Muy crudo.* ANGL. *Very rawe.* } Col. *lib.* 11. *c.* 10. Pruna purpurea quum immatura, non tamen percruda legeris, diligenter inspicito, vt sint integra sine vitio, aut vermiculo.

Pĕrcūdo, is. Pertundo. { הלם *halám.* Διακναίω. GALL. *Rompre en frappant, frapper.* ITAL. *Sbattere, rompere sbattendo.* GERM. Durchschlagen/durchbicken. HISP. *Herir ò quebrantar heriendo.* ANGL. *To knock aue break in knocking.* } Colum. *lib.* 8. *c.* 5. Animaduertat auiarius an pulli rostellis oua percuderint.

PĔRCVNCTŎR, aris, per u, & c ante t, fit à cunctus, a, um, teste Donato, quòd is qui curiosus est, per cuncta interroget, & significat Exquiro, exploro. { שאל *schaál* דרש *darásch.* ἐκπυνθάνομαι. GALL. *S'enquerir soigneusement.* ITAL. *Interrogare con diligenza.* GERM. Mit fleiß nachfragen/erforschen. HISP. *Preguntar diligentemente.* ANGL. *To searche diligently.* } Plautus *in Amphitr.* Quid istud in mente est tibi, ex me mi vir percunctarier? id est, morari quærendo, siue per cuncta inquirere. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Sunt quæ volumus percunctari. Item, vt non audeam percunctanti quin promam omnia. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Senec. *cap.* 14. *de tranquill.* Ecce qui exeuntem animam percunctantur. ¶ Et passiuè, Gellius *cap.* 6. *lib.* 16. De ouibus Opiliones percontantur, (id est, inquiruntur, siue interrogari debent.) Plin. *lib.* 35. *cap* 10. Percunctantíque quanti licitaretur opera effecta paruum nescio quid dixerat. Et Liu. *lib.* 7. *dec.* 4. Cum duplici accusatiuo. Idem 9. *bell. Maced.* Esse quæ eum percunctari velle. Vide *Percontor*, quemadmodum docuimus legendum.

Pĕrcūctātio, nis, Inquisitio. Liuius *lib.* 3 *bell. Punici*, Ex captiuis percunctatio facta. { ἐκπύστις, ἐρώτησις. GALL. *Enqueste, inquisition, demande.* ITAL. *Dimanda, inquisitione.* GERM. Nachfragung/nachsuchung. HISP. *Pregunta, inquisicion.* ANG. *Searsching.* } Alij tamen malunt scribere percontor & percontatio, à nomine Contus. Nam percunctor & percunctatio, putant esse à verbo cunctor, quod significat moror, vel expecto.

PĔRCVPIO, is. Valde cupio. { חמד *chamádh.* ἐπιθυμῶ. GAL. *Fort desirer & conuoiter.* ITAL. *Desiderar molto.* GERM. Hertzlich begären HISP. *Codiciar mucho.* ANGL. *To couet or desire greatly.* } Terent. *in Eunucho*, Vísne interea cum is venit domi opperiamur, potius quàm hîc ante ostium? C. imò percupio. Plaut. *Asin. sc.* 1 *a.* 1. Percupio obsequi gnato meo.

Pĕrcŭpĭdŭs. adiect. Valde cupidus. { ὑπερεπιθυμῶν, πάνυ ἐπιθυμῶν. GAL. *Fort desireux, fort conuoiteux.* ITAL. *Molto bramoso.* GERM. Gantz begirig. HISP. *Mucho codicioso.* ANGL. *Very couetous or desirous.* } Cic. *Lentul. lib.* 1. Cognoui Hortensium percupidum tui, studiosum Lucullum.

Pĕrcūrĭōsŭs, a, um, Valde curiosus. { πολυπράγμων, ὁ λίαν ἐπιμελής. GALL. *Fort curieux & soigneux.* ITAL. *Molto curioso.* GERM. Gantz sorgfeltig vnd geflissen. item, Gantz fürgwitzig vnd gescheftig. HISP. *Muy curioso y diligente.* ANG. *Very curious and busie.* } Cic. *pro Cluent.* Nicostratus quidam fidelis Oppianici seruulus percuriosus, & minimè mendax, multa dicitur renuntiare domino solitus esse.

Pĕrcūrro, as. Perfectè sano, perfectè cúro. { καταθεραπεύω. GALL. *Guerir du tout, acheuer de guerir.* ITAL. *Sanare perfettamente.* GERM. Wol heilen/oder gar heilen. HISP. *Curar y sanar perfetamente.* ANG. *To cure and heale perfitely.* } Curtius, Percurato vulnere acriùs obsidioni insistit. Plin. 24. *c.* 15. Strumas impositas ad suppurationem perducunt: deinde axungia adiecta percurant. Quod percuratum non est exulcerat. Senec. *cap.* 15. *de tranquill.*

PĔRCVRRO, is, Currendo peruenio, siue currendo perseuero. { רץ *rats.* Διατρέχω. GALL. *Parcourir, courir à trauers.* ITAL. *Peruenire correndo, scorere.* GERM. Etwohin lauffen/on auffhören: item, durchlauffen. HISP. *Correr hasta el cabo.* ANGL. *To runne apase ton thing.* } Terent. *in Andr.* Continuò ad te properans, percurro ad forum. Donatus, Vide quantum dixerit, ptoperans & percurro, vt continuationem cursus ostēderet. Suet. *in Tib c.* 9. Percurrere magistratus. Et *in Neron c.* 3. Percurrere honores. Tibull. *lib.* 4. *Equum doctum rigidos percurrere campos.* ¶ Per translationem est multa cursim, & celeriter; mente, animo, oratione, scribendo, explicando, commentando exequi. Quid opus est multa percurrere? Cic. *lib.* 1. *de Orat.* Multa etiam legendo percurrisse, neque ea vt sua possedisse, sed vt aliena libasse. Idem *lib.* 2. *de Orat.* Et multò apertiùs ad intelligendum, si sic constituitur aliquando, ac non ista breuitate percurritur. Hic *percurritur* impersonale est.

Pĕrcūrsŭs, a, um, particip. διαδραμείς. Cic 2. *de Orat.* Vt omnes eas diligentes & memores & sobrij oratores percursas animo, & propè decantatas habere debeant.

Pĕrcūrsĭo, nis. { ספר *sephár.* Διαδρομή. GALL. *Course.* ITAL. *Corso.* GERM. Durchlauffung. HISP. *Corrida.* ANGL. *A running ouer.* } Cicer. 4. *Tuscul.* Velocitas autem corporis, celeritas appellatur, quæ eadem ingenij etiam laus habetur propter animi multarum rerum breui tempore percursionem.

Percurso, as, frequent. { גד *ghad* διεκθέω, διεξέρχομαι. } Liu. *lib.* 23. Iam ne manipulatim quidem, sed latronum modo percursant totis finibus nostris negligentius, quàm si in Romano vagarentur agro.

Percursatio, nis. Διαδρομή, ἐπιπορευσμός. Cic. *in Philipp.* O præclaram illam percursationem mense Aprili, atque Maio.

PERCVTIO, is, percussi, percussum ex per & quatio, q in c mutata, & abiecta a, Admodum quatio, verbero, pulso. { הכה *hichcháh.* κατακόπτω, Διασείω, πλήττω. GALL. *Frapper, battre.* ITAL. *Percuotere.* GERM. Schlagen. HISP. *Herir.* ANGL. *To strick, to smite.* } Cic. 7. *Verr.* Quæsisse Domitium, quî tantam bestiam percussisset: illum respondisse, Venabulo. Virg. 11. *Æneid.*

Térque quatérque manu pectus percussit honestum.

Et Plaut. *in Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Hunc probè percutiam, (id est, fallam.) Idem *in Amph.* Nunquam hunc percussit Iupiter? (fulmine.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Pugno mala si percussero. Et Senec. *Epist.* 41. percuti suspicione religionis. ¶ Percutere aliquem palpo, est verbis adulari, & blandè suadere. κολακεύειν. Plaut. *in Amph.* Timidam palpo percutit. Hirt. *de bello Alexand.* Percutere fœdus, est ferire fœdus, vel facere. Percutere fossam, pro fodere. Plin. *Epist.* 258 *lib.* 10. *de lacu Nicomedensium.* Ego per eadem loca inuenio fossam à rege percussam, sed incertum vtrum ad colligendum humorem circumiacentium agrorum, an ad committendum flumini lacum. ¶ Item, Percutere pro interficere, siue iubere interfici. Suetonius. *in Calig. cap.* 35 Ptolemæum non alia de caussa repentè percussit, quàm, &c. Idem *in Claud. c.* 25. Ciuitatem Romanam vsurpantes securi percussit, id est, iussit interfici.) ¶ Item, Percutere nummum. GAL. *Faire battre de la monnoye.* Suet. *in August. cap.* 94 & *in Neron. cap.* 25.

Pĕrcūssŏr, is, qui percutit, vel occidit. { מכה *machchéh.* πλήκτης, πληκτικός. GALL. *Bateur, frappeur.* ITAL. *Battitore.* GERM. Ein schläger/oder todtschleger. HISP. *Heridor.* ANGL. *A smiter, a striker.* } Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Vulneratus obseruatione mira percussorem nouit. Iuuen. *Satyr.* 8.

Inuenies aliquo cum percussore iacentem.

Cic. 2. *Philipp.* Deprehensus cum sicca percussor Cæsaris. Idem *pro Sext. Rosc. Amer.* Ij quos qui leniore nomine appellant, percussores vocant. Suet. *in Aug. c.* 20. Percussores ei subornauit.

Pĕrcūssĭo, nis. { מכה *machcháh.* πλῆξις, τύμμα. GALL. *Frappement, battement.* ITAL. *Percossa, battitura.* GERM. Schlagung/oder streich. HISP. *Herida, herimiento.* ANGL. *A smiting or striking.* Cic. 3. *Tusc.* Ex hac opinione sunt illa varia, & detestabilia genera lugendi, pædores muliebres, lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones. ¶ Percussio pro ictu, de dimensione temporum in pedibus in Musica. Cic. 3. *de Orat.* Sed sunt insignes percussiones eorum numerorum & minutipedes. Et Quintil. Percussiones sermonis, & quasi pedes.

Pĕrcūssŭs, a, um, particip. { מכה *muchchéh.* πεπληγμένος, τετυμμένος. GAL. *Batu, frapé.* ITAL. *Battuto, percosso.* GERM. Geschlagen. HISP. *Herido.* ANG. *Smiten or striken.* } Virg. 7. *Æneid.*

——— quem capta cupiditate coniunx
Aurea percussum virga, versúmque venenis,
Fecit auem Circe, sparsitque coloribus alas.

Senec. *Epist.* 34. Vna forma percussus omnia tua facta.

Ausus es igne Iouis percussum tangere corpus,

Ouid. *Eleg.* 5 *lib.* 3.

——— Percussis frigore primo
Foliis,

idem *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.* Item, Adducta collum percussa securi. *Ibidem Eleg.* 2. *lib.* 4.

Percussus, us, ui, Percutio, accipitúrque pro arteriarum pulsu. Plin. *lib.* 7. *cap.* 51. Venarum inæquabili, aut formicante percussu.

Pĕrdĕcōrŭs, a, um, Valde decorus. { πάνυ εὐπρεπὴς, λίαν εὐσχήμων. GALL. *Fort beau & honneste, fort decent.* ITAL. *Molto honoreuole.* GERM. Gantz hüpsch vnd wolstendig. HISP. *Muy hermoso y henrador* ANGL. *Very honest or comlie.* } Plin. *Epist.* 6. Est Alioqui perdecorum.

Pĕrdēnsŭs, a, um, Valde densus. { ὁ λίαν δασύς, πάνυ πυκνός. GALL. *Fort espois.* ITAL. *Molto denso.* GERM. Gar dick. HISP. *Muy espesso.* ANGL. *Very thicke.* } Colum. *lib.* 3. *cap.* 12. Perdensam humum cælestes aquas non sorbere.

Perdespuo, is { בז *baz.* σφόδρα καταπτύω. GALL. *Mespriser.* ITAL. *Disprezzare alguno* GERM. Gar etwas abspeuwen. HISP. *Menospreciar.* ANGL. *To lightlie, to contenne.* } Catull. *in Gel. Epigr.* 69. —patrui perdespuit ipsam vxorem, legend. *perdepsuit*, quod verbum obscœnum. vide *Permolere.*

Perdicas, Περδίκκας, Macedo inter comites Alexandri Magni, cui etiam in regni partem successit, tanta vir audacia simul, & fortitudine, vt leæna præsente catulos è cubili per vim auferret. Autor Ælian. *de varia histor.*

Perdicium, περδίκιον. Herba est, qua perdices præcipuè vtuntur. Alio nomine Helxine dicitur, & Parthenium vulgò *Parietaria.* Plin. *lib.* 21. *cap.* 30.

PĔRDĬFFĬCĬLĬS, e, Valde difficilis. { πάνυ χαλεπὸς, παγχάλεπος. GALL. *Fort difficile*

difficile. ITAL. *Molto difficile.* GERM. Vast schwär. HISP. *Cosa muy dificultosa.* ANGL. *Very difficill and vneasie.* } Cic. *in Partit.* Nam quæ perdifficilia sunt, perinde habenda sæpe sunt, ac si effici non possint.

Perdifficilitĕr, vel Perdifficulter, aduerbium. { πάνυ χαλεπῶς, λίαν δυσχερῶς. GAL. *Auec grand' difficulté.* ITAL. *Con molto difficultà.* GERM. Gar schwärlich / oder kümmerlich. HISP. *Con mucha dificuldad.* ANG. *VVith great difficultie.* } Cic. 4. *Acad.* Aut si ea quoque possit, cur illa non possit, quæ perdifficiliter internoscantur tamen.

Perdignus, a, um, Valde dignus. { πάνυ ἄξιος. GALL. *Fort digne.* ITAL. *Molto degno.* GERM. Gantz wirdig. HISP. *Muy digno.* ANGL. *Very worthie.* } Cic. *ad Var. lib.* 3. Sed tamen suspicor ipsum hominem quem tibi commendo, perdignum esse tua amicitia.

PERDILIGENS, tis, Valde diligens. { שקוד *schokédh.* ἐπιμελής. GALL. *Fort diligent.* ITAL. *Molto diligente.* GERM. Vberauß fleissig. HISP. *Muy diligente.* ANGL. *Bussie and diligent.* } Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 3. Sed res operosa est, & hominis perdiligentis.

Perdiligentĕr, aduerbium. { ἐπιμελῶς. GALL. *Fort diligemment.* ITAL. *Diligentemente.* GERM. Gantz fleissiglich. HISP *Muy diligentemente.* ANG. *Very diligentlie.* } Cic. *ad Attic. lib.* 1. Et mea sponte faciebam antea, & post duabus epistolis tuis perdiligenter in eandem rationem scriptis magnopere sum commotus.

Perdisco, is, Perfectè disco. { καταμανθάνω, ἐξεπίσταμαι. GAL. *Apprendre tout ou long, & entierement.* ITAL. *Imparare perfettamente.* GERM. Wollernen / gar erlernen. HISP. *Deprender hasta el cabo.* ANGL. *To learne perfitelie or to the end.* } Cicero *pro Cornel. Balbo*, Omnia iura belli perdiscere, ac nosse potuisse. Plautus *Asin.* Perdidici istæc esse vera damno cum magno meo. Ortus obitúsque signorum Perdiscere. Cic. *de Fato.*

PERDIU, aduerb. Admodum diu. { διὰ μακροῦ χρόνου, ἐπὶ πλεῖστον. GALL. *Fort long temps, fort longuement.* ITAL. *Molto longamente.* GERM. Vast lang. HISP. *Mucho tiempo.* ANGL. *A great while, or a long tyme.* } Cic. *ad Attic. lib.* 3. Ego quod per Thessaliam si irem in Epirum perdiu nihil eram auditurus, &c. Varro *de re rustic.* 58. Faba & legumina in oleariis vasis oblita cinere perdiu incolumia seruantur.

Perdiūturnus, a, um, quod diu vel valde durat. πολυήμερος, πολυχρόνιος. GALL. *De fort longue durée, qui dure longuement.* ITAL. *Che dura longamente.* GERM. Gar langwirig. HISP. *Cosa que dura mucho tiempo.* ANG. *That dureth very long.* } Cic. 2. *de nat. deor.* Qua aut sempiterna sit necesse est hoc eodem ornatu quem videmus, aut certè perdiuturna, permanens ad longinquum, & immensum penè tempus. Idem *pro Sest.* Cum Armeniorum rege Tigrane graue bellum perdiuturnúmque gessimus.

Perdīues, huius perdiuitis, Valde diues. { πολυχρήματος. GAL. *Fort riche.* ITAL. *Molto ricco.* GERM. Vberaus reich. HISP. *Muy rico.* ANG. *Very riche.* } Cic. *ad Attic. lib.* 6. Amici regis duo tréue perdiuites, sed ij suum tam diligenter tenent, quàm ego aut tu.

Pedius, ex per & dies, qui per diem vigilat. { παννύχιος. GAL. *Qui dure toute le iour.* ITAL. *Che dura vn giorno.* GERM. Den gantzen tag. HISP. *Cosa que dura todo el dia.* ANGL. *That dureth all the day.* } Gell. *lib.* 2. *cap.* 1. Stare solitus Socrates dicitur, pertinaci statu perdius atque pernox à summo lucis ortu ad solem alterum orientem, inconniuens, immobilis iisdem in vestigiis, & odore atque oculis in eundem locum directis, cogitabundus tanquam quodam secessu mentis atque animi facto à corpore, id est, per diem, & per noctem. Seneca, Id perdius pernóxque agebat: Sic interdiu, intra diem, pro quo etiam dicimus diu: sicut noctu, pro eo quod est per noctem. Plaut. *in Merc.* Neque conquiescam vsquam noctu, neque diu prius profectò quàm aut amicam, aut mortem inuestigauero.

Pērdix, icis. קרא *koré.* πέρδιξ. GAL. *Vne perdrix, ou perdreau.* ITAL. *Pernice.* GERM. Ein räbhun. HISP. *Perdiz.* ANGL. *A parthrich.* } Auis nota, quam Ouid. fabulatur à Perdice Dædali nepote ita fuisse appellatam, quem quum serræ vsum primus reperisset, à patruo inuidia percito ab excelsa turri ferunt præcipitatum, deorúmque misericordia in auem sui nominis transformatum: quæ etiam nunc ruinæ illius memor vitat sublimia, humi nidum construens. De auis huius astutia sic scribit Plin. *lib.* 10. *c.* 33. Si ad nidum auceps cœperit accedere, procurrit ad pedes eius fœta, prægrauem, aut delumbem sese simulans, subitóque in procursu, aut breui aliquo volatu cadit, fracta aut ala, aut pedibus: procurrit iterum, iamiam prehensurum fugiens, spémque frustrans donec in diuersum abducat à nidis. Eadem iam pauore libera, ac materna vacans cura, in sulco resupina, gleba se terræ pedibus apprehensa operit. Hæc ille. Perdices in Paphlagonia, bina corda habent, vt refert Gell. *c.* 15. *lib.* 16. Perdices pinguescunt coitu. Plut. *in Solone.*

‖ Perdicepiastes, perdicum venator. Anon. L. g. b. ‖

Perditio, Perditor, Perditus, vide *Perdo.*

PERDO, is, didi, ditum, ex Per, & do. Amitto, aboleo. { אבד *ibbádh.* ἀπόλλυμι. GALL. *Perdre.* ITAL. *Perdere.* GER. Verlieren. HISP. *Perder.* ANGL. *To lose.* } Plaut. *in Amphitr.* Hunc non reperi, & illos perdidi. Ne perdas me hominem amantem. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Quàm malis perdidi modis quod tibi dedi. *Ibidem*, Tu Leno perdidisti mulierem, (id est, hac fraudatus es.) *Ibidem sc.* 7. *a.* 4. Perdidisti me. c. Inuenire possum si mihi operam datis. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Faxo, operam & vinum perdiderit. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Patriam & libertatem perdidi. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Perdidi filium quadrimum. *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. Quod dederit pro capite tuo, perdiderit tantum argenti. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Accipitur aliquando pro damnum, vel iacturam accipio. ✕ Lucror. Cicer. 2. *Offic.* Vt locupletes suum perdant: debitores lucrentur alienum. ¶ Perdere item est perimere: quoniam quæ amittuntur, quasi mortua nobis esse videntur. { ἀπολλύω. GALL. *Tuer.* ITAL. *Vccidere.* GERM. Verderben. HISP. *Matar.* ANGL. *To kill.* } Terent. *in Andria*, Dij te perdant. Dij te perdant. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. & *Milit. sc.* 3. *a.* 1. Iupiter te malè perdat. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. & *in Amph. sc.* 1. *a.* 2. & *Pseud sc.* 3. *a.* 1. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 5. Is sæpè ciuem innocentem perdidit falso testimonio. Idem *in Amph.* Electryonem perdiderant, (id est, occiderant.) Idem *ibidem*, Amphitruo noli Amphitruonem velle perdere. *Ibidem.* Certum est mihi hunc scelestum perdere. Et *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Sine me hunc perdere. & *in Amphitr.* Non ego possum furcifer te perdere. ¶ Perdere aliquem, est corrumpere, malis moribus inficere. Terent. *in Adelphis.* Cur perdis adolescentem nobis? Aliquando est mortis periculo exponere. Idem *in Andria*, Vbi illic scelus est, qui me perdidit? ¶ Parentes suos perdere. (pro morte amittere.) Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Martiam.* Vulgò Galli, *Il a perdu pere & mere.* ¶ Perdere aliquid ex authoritate. Quintilian. ¶ Perdere aquam est tempus datum frustrà conterere, quum ad clepsydram dicitur. Idem *lib.* 11. Et temporibus præfinitis aquam perdit. Perdere aliquem capitis. Plautus *Bacchid.* —egóne vt illam mulierem Capitis non perdam? id est, vita non priuem? Nomen perdidi, pro nomen mihi excidit, non succurrit, & non memini. Terent. Perij herclè, nomen perdidi. ¶ Huius composita sunt Deperdo, παραπόλλυμι, eiusdem significationis cum simplici Disperdo, consumo, de quibus vide plura suis locis.

Perduo, is, perduere dixerunt antiqui pro perdo, vt Plaut. *Amphtr. sc.* 3. *a.* 2. Perduis, pro perdas. Amphitruo es profectò, caue sis ne tu vsu perduis. Idem *ibid. sc.* 2. *a.* 4. Nisi formā Dij meam perduint. Item, Vtinam ædes, vxorem, familiam cum forma vnà perduam. Idem *ibid.* Dij istum omnes perduint. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Tam duim, quam perduim. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Vt te dij, deæque perduint. Idem *ibid. sc.* 6. *a.* 4. & *in Curc. sc.* 3. *a.* 5. ¶ Perduaxo, is, Antiquum verbum idem significans, quod perdo. Idem *Most sc.* 2. *a.* 2. Dij te, deæque omnes perduaxint cum isto omine.

Perditio, nis. { אבדה *abedháh* אבדן *abdán.* ἀπώλεια, ὄλεθρος, GALL. *Perte, ruine.* ITAL. *Perdità, rouina.* GERM. Verderbung. HISP. *Perdida, ò perdicion.* ANGL. *A losing killing.* } Plin. *lib.* 9. *c.* 37. Subeunt luxuriæ eius nomina & tædia, exquisita perditione portata.

Perditor, is. { מאבד *meabbédh.* ὀλοθρευτής, ὀλετήρ. GAL. *Qui a perdu.* ITAL. *Che ha perso.* GERM. Ein verderber / zerstörer. HISP. *Qui ha perdido.* ANGL. *He that loseth any thing.* } Cic *pro Planc.* Committerem vt idem perditor Reip. nominarer, qui seruator fuissem?

Perditus, a, um. Amissus, deploratus, profligatus. { אבד *obedh.* ἀπεγνωσμένος. GALL. *Perdu.* ITAL. *Perso.* GERM. Verderbt. HISP. *Perdido.* ANGL. *Lost, desperatlie naught.* } Terent. *in Andr.* Tu rem impeditam, & perditam restituas? Cic. *pro Murana*, Confectus morbo, perditus mœrore ac lacrymis. Idem 8. *Philipp.* Quum esset summa senectute, & perdita valetudine. Plaut. *Men sc.* 6. *a.* 4. Si pellexerunt perditum amittunt domum, id est, fortunis euersum, spoliatum.) Idem *Curc sc.* 2. *a.* 1. Perditus sum miser, & perij (amans.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Ita estis perditi, negligentes, ingenio improbo. *Ibidem.* Homo iracundus, animi perditi. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Perditus item dicitur, qui ita alicui morbo obnoxius est, vt inde se eximere non possit: & qui vitio aliquo contaminatus est, vt de eo nulla spes habenda sit ἀκόλαστος. Cic. *lib.* 1. *Offic* Dum homines perditi hastam illam cruentam, & meminerint & sperabunt. ¶ Perditior, Perditissimus. Horat. 2. *Serm. satyr.* 2.

Quanto perditior quisque est, tanto acrius vrget.

Cicero *ad Quintum fratrem lib.* 3. Nihil est enim perditius his hominibus, his temporibus. Idem *pro Rosc. Amer.* Perditissimus homo. Idem 5. *Verr.* Profligatissimus & perditissimus omnium. Idem *Aul. sc.* 6. (*aliàs* 9.) *a.* 4. Perditissimus sum ego omnium in terra. ‖ ¶ Perditum ducere, pro perdito habere Fest. ‖ ¶ Perditum perdere, est iam afflictum & iacentem planè euertere. Est enim exaggeratio quædam. Cic. *ad Terent. lib.* 19. *Epist* Per fortunas miseras nostras vide ne puerum perditum perdamus, hoc est, ne ex infelicissimo infeliciorem faciamus.

Perditè, aduerbium, Corruptè. { ἀσώτως. GAL. *Meschantement, outre mesure.* ITAL. *Corrottamente, sgratiatamente.* GERM. Verderblich oder lasterlich. HISP. *Perditamente.* ANG. *Extremelie, disperatelie, wretchedlie.* } Cic. *ad Attic lib.* 9. Qui hîc potest se gerere non perditè? Perditè pro vehementer aliquando dicitur: vt, Perditè amare, (huiusmodi δυσέρωτες appellantur) hoc est amare vehementer. Terent. *in Heaut.* Eius filiam ille amare cœpit perditè. ¶ Perditè conari. Quint. *lib.* 2. *c.* 12. Illud quoque alterum quod est in elocutione ipsa periculum, minus vitiat, conatúrque perditè.

PERDOCEO, es. Perfectè doceo. { ἐκδιδάσκω. GAL. *Enseigner entierement ou parfaictement.* ITAL. *Insegnare perfettamente.* GERM. Wol oder eigentlich lehren. HISP. *Enseñar perfetamente.* ITAL. *To teache perfitelie, or to the end.* } Cic. *pro Sest.* Rem quæris præclaram iuuentuti addiscendi, nec mihi difficilem ad perdocendum. Plaut. *Pseud.* Hem mane, quanti istuc vnum coquinare perdoces? Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Postulauisti te perdocere (me) vt melius consulerem tibi. Terent. *Heauton.* Verùm illa nequid titubet. s. perdocta est propè.

Perdoctus, participium. { ἐκδιδακτόμενος. GAL. *Fort docte.* ITAL. *Molto dotto.* GERM. Wol gelehrt oder berichtet. HISP. *Muy docto.* ANGL. *Verie cunning.* } Cic. *pro Corn. Balb.* Ac si mea autoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, quum me præsertim rerum varietate, atque vsu ipso iam productum viderent, etiam ab illis maioribus discordiis auocaret. Exitio multorum perdocti. Lucan. *lib.* 3.

Perdoctè, aduerbium, Valde doctè. { πάνυ ἐμπείρως. GAL. *Fort doctement.* ITAL. *Molto dottamente.* GERM. Gantz kunstlich. HISP. *Muy doctamente.* ANG. *Very cunninglie.* } Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Vt perdoctè cuncta callet nihil hæc docta doctius.

Perdoleo, es. Vehementer doleo. { λυποῦμαι. GALL. *Estre fort marry.* ITAL. *Dolersi grandemente.* GERM. Gar leidig sein / vast vbel zumut oder bekummert sein. HISP. *Mucho dolerse.* ANG. *To be very sorow full.* } Terent. *in Eunuch* Heu noster, laudo: tandem perdoluit: vir es Cæsar 2. *bell ciuil.* Nam vbi tantos suos labores, & apparatus male cecidisse viderunt, induciísque per scelus violatis, suam virtutem irrisui fore perdoluerunt. Perdolitum est ei. Gellius *cap.* 13. *lib.* 9.

PERDOMO, as. Domo, vel omnino, & planè domo. { καταδαμάζω. GAL. *Dompter entierement.* ITAL. *Domare entieramente.* GERM. Wol demmen vnd zämen. HISP. *Domar, ò acabar de domar.* ANGL. *To subdue and tame vtterlie.* } Martial. *lib.* 1.

Herculeæ laudis numeretur gloria: plus est
Bis denas pariter perdomuisse feras.

Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 2.

Sola feros Hecates perdomuisse canes.

¶ Prouinciam aliquam perdomare. Liu. 9. *ab Vrbe*, Quin cum parem destinant animis magno Alexando ducem, si arma Asia perdomita in Europam

Europam vertisset.

Perdŏmĭtus, a, um, particip. Planè domitus. { κατεδαμασθείς. GALL. *Dompté.* ITAL. *Domato.* GERM. Wolgedempt vnd gezämpt. HISP. *Domado.* ANGL. *Vterlie subdued or tamed* } Colum. *lib.* 6. *c.* 2. Perdomiti boues mox ad aratrum instituantur. Lucan. *lib.* 3.

———*tótque vrbes agitabis in orbe Perdomitas.*

Perdŏrmīsco, is, ere, Somnum incertum aliquod tempus continuo. { נרדם *nirdám.* καταυπνόω. GAL. *Acheuer son sommeil, dormir beaucoup.* ITAL. *Fare vn sonno solo.* GERM. Durchauß schlaffen. HISP. *Mucho adormecerse.* ANG. *To sleepe a full sleepe.* } Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 1. Perdormiscin' vsque ad lucem? Perdormisco si resolui cui debeo.

Perduaxo. (i. perdo.) Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 2. Dij te perduaxint. (i. perdant. aliàs etiam scriptum est *perduint.*

Perdūco, is, duxi, ductum, Ad finem vsque duco. { διάγω, διάγω. GALL. *Mener iusques à la fin.* ITAL. *Condurre, menare, guidare.* GERM. Biß an daß end außfüren/ vollfüren. HISP. *Guiar hasta el cabo.* ANGL. *To bring to and end.* } Cic. *in Cat.* M. quidem Valerium Coruinum accepimus ad centesimum annum vitam perduxisse. ¶ Perducere ad exitum, significat complere, absoluere. Idem 2. *de finib.* Nec enim absolui vita beata sapientis, neque ad exitum perduci poterit. Senec. *cap.* 14. *de consol. ad Polyb.* Perducam te ad fastos. Et in hoc te perduxit. Idem *cap.* 16. *de consol ad Mart.* Perduxit ad summam scientiam Remiges. Velleius.

——— *Aliqua perducet callidus arte*

(Philoctetem.) Ouid. 13. *Metam.* Perducere ad salutem, i. plenè saluare. Cels. de hydropicis *lib.* 3. *cap.* 21. Sed ne siquidem, qui sub alio sunt, si ex toto sibi temperare non possunt, ad salutem perducuntur. ¶ Aliquando est per vim ducere. προάγειν. Inde Suet. *in Tib. cap.* 45. Mallonia constantissimè recusans perducta est ad Tiberium. *& in Calig. cap.* 25. Lollia Paulina à suo marito inuita perducitur ad ipsum Caligulam. Perductores: qui in hoc differunt à lenonibus, quòd lenones sunt scortorum προαγωγεῖς: perductores etiam inuitarum personarum: vt annotauit Asconius in illud Ciceronis 3 *Verr.* Sileatur de nocturnis eius bacchationibus, ac vigiliis, lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat: damna, dedecora, quæ res patris eius, ætas ipsius pertulit, prætereantur. ¶ Perducere aliquem pro Inducere. Plaut. *Most. sc.* 2 *a.* 1. Postremò si dictis nequis perduci, vt vera hæc credas mea dicta, ex factis rem nosce.

Perductor, ris, qui aliquem inuitum, ac nolentem ducit ad alium. Perductores matronarum, & pudicarum virginum dicuntur Lenones meretricum. Vide *Perduco.*

‖ Perductus, totus inductus ac deletus. ‖

Perdūcto, as, are, Frequentatiuum, πολλάκις προσάγω. Plaut. *Most.* Vin' qui te perductet? TE. apage istum perductorem, non placet.

PĒRDVĔLLĬS, m. g. Hostis publicus. Apud antiquos dicebatur quem nos vocamus hostem: ab eo (vt Festo placet) quod pertinaciter retineat bellum. Hostem autem illi vocabant quem nunc dicimus peregrinum. { איב *ojéb.* πολέμιος. GALL. *Ennemy.* ITAL. *Inimico.* GERM. Ein abgesagter feind. HISP. *Enemigo.* ANGL. *An enemie.* } Plaut. *in Amph.* Ego idem ille sum Amphitruo Gorgophonis nepos, Imperator Thebanorum. Et Creontis vnicus Teleboarum perduellis. Caius *l. quos nos. ff. de verb. signif.* Quos nos hostes vocamus, eos veteres perduelles vocabāt. Plaut. *Amphitr.* perduelles penetrant se in fugam. ibi nostris animus additus est. Idem *in Milit. sc.* 2. *a.* 2. Coge in obsidium perduelles. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Vt spoliem meos perduelles. (metaphor.) Cic. 1. *Offic.* Et quidem illud animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Idem 2. *Offic.* Nā pirata non est ex perduellium numero definitus, sed cōmunis omnium hostis. Postea autem perduelles dicti sunt patriæ hostes, qui crimen aliquod aduersùs maiestatem principis, aut Reip. commisissent.

Pērdŭellio, nis, est crimen læsæ maiestatis, aut Principis, aut Reip. { καθοσίωσις. ANGL. *Treason.* } Vlp. *l. vlt. ff. ad legem Iul. maiest.* Qui perduellionis reus est. hostili animo aduersùs Rempublicam, vel principem animatus est. Cic. *pro Rab. perduelle* Nam de perduellionis iudicio, quod à me sublatum esse criminari soles, meum crimen est, non Rabirij. Iudicare perduellionis, & perduellionem. Vide *Iudico.*

Pērdŭo, vide suprà, post *Perdo.*

PĒRDVRO, as, Vsque ad finem duro. { χρονίζω. GALL. *Durer iusques à la fin.* ITAL. *Durare fino alla fine.* GERM. Verharren/verbleiben. HISP. *Durar hasta el cabo.* ANGL. *To last or indure vnto the end.* } Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. — quin tu aliquot dies Perdura, dum intestina exputrescunt tibi. Terent. *Hecyra*, sanctè adiurat, Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare. Ouid. *de medic. faciei*, — probitas longum perdurat in æuum. Suet. *in Neron. c.* 24. Perdurare in curru.

Pērdūresco, is, Valde durus fio. { σκληρωώομαι. GALL. *Deuenir fort dur.* ITAL. *Diuinir molto duro.* GERM. Gar erherten, HISP. *Endurecerse mucho.* ANGL. *To waxe very hard.* } Colum. *lib.* 7. Verùm neque ante tertium, neque post quintum annum iuuencos domare placet, quum illa ætas adhuc tenera est, hæc iam perduruit. id est, nimis dura facta atque intractabilis adeò est.

PĔRĔDO, ex per & edo, es, Totum edo, edendo consumo. { אכל *achál.* κατεσθίω. GALL. *Manger tout.* ITAL. *Consumare mangiando, deuorare.* GERM. Gar fressen. HISP. *Gastar, comer hastar el cabo.* ANGL. *To eat and spend alle.* } Cic. 3. *Tusc. ex vetere poëta*, Lacrymæ peredere humore exangueis genas. Virg. 6. *Æneid.*

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.

Pĕrēsus, partic. { נאכל *nechál.* κατεδηδεσμένος. GALL. *Fort mangé & rongé.* ITAL. *Roduto, mangiato.* GERM. Gar gefressen HISP. *Comido, gastado hasta el cabo.* ANGL. *VVasted, or all eaten vp.* } Virg. 3. *Georg.*

Nec tondere quidem morbo, illuuiéque peresa
Vellera, nec telas possunt attingere putres.

Pĕrēdĭa, æ, Ipsa edendi cupiditas: sicut bibesia, bibendi desiderium, vel ingens sitis. Vocabula sunt à Plauto conficta. Festus. Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 3. Perediam & bibesiam subegit. πεινηξις.

Pĕrēgrīnus, qui peregrè venit, qui peregrè abest. dictus à peregrinando, siue alienas regiones peragrando. Varro *lib.* 4. *de ling. Lat.* à pergendo (id est, progrediendo) dictum peregrinum scribit. { גר *gher.* ξένος. GALL. *Estrange, estranger, d'estrange pays.* ITAL. *Forestiere, peregrino.* GERM. Ein frembdling oder außlender. HISP. *Peregrino, lexos de su casa.* ANGL. *A stranger.* } Et differt ab hospite, quòd peregrinus simpliciter eum significat, qui in sua ciuitate non est, hospes qui aliena ciuitate est. Plaut. *in Asin. sc.* 4. *a.* 2. Peregrinus ego sum, Sauriam non noui. sequitur hospes Cic. *pro Sylla*, At si tibi nos peregrini videmur, quorum iam & nomen, & honos inueterauit, & huic vrbi, & hominum famæ ac sermonibus: quàm tibi illos competitores tuos peregrinos videri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti, tecum de honore, & de omni dignitate contendunt? Idem *de Amic.* Itaque ciues potiores sunt quàm peregrini, & propinqui quàm alieni. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Peregrinum aiebas esse te. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Hodie ego peregrinos absoluam, cras agam ciuibus, Si qua peregrina nauis in portum aduenit. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2 *& ibid. sc.* 1. *a.* 3. An mos est vt peregrino aduenienti narrent fabulas? *& in Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis. ‖ ¶ Peregrinæ conditionis homines, qui ciues Romani non essent. ‖ ¶ Transfertur ad alia: vt peregrinas arbores, quæ ad nos aliunde sunt aduectæ: peregrinas aues, peregrinam faciem, quæ à quotidianis nostris differat, & quam apud nos non simus soliti videre, dicere consueuimus. ¶ Meretrices olim, teste Donato, peregrinæ dicebantur. Terent. *in Andr.* Adeóne est demens ex peregrina? Peregrina sacra, ὀθνεῖα ἱερά, dicta sunt quæ ex aliis vrbibus religionis gratia sunt adscita: vt quæ euocatis diis in oppugnandis vrbibus Romam sunt delata: aut quæ ob quasdam religiones per pacem sunt petita: vt ex Phrygia, Matris Magnæ: ex Græcia, Cereris: ex Epidauro, Æsculapij, quæ coluntur eorum more, à quibus sunt accepta.

Pĕrēgrīnŏr, aris, deponens absolutum, Per aliena loca peragrans proficiscor. { גר *ghar.* ἐπιξενόομαι, ἀποδημῶ. GALL. *Peregriner, aller ou estre en pays estrange.* ITAL. *Pelegrinare, andare in pelegrinaggio.* GERM. Frembde ort durchreisen/An die frömbde ziehen. HISP. *Andar lexos de su casa.* ANGL. *To pilgrimme to go to a strange contrey and dwell.* Cic. *pro Rab.* Vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere videare. Peregrinari dicuntur aures, quæ rem non audiunt, nec attendunt. Idem *pro Mil.* Vestræ peregrinantur aures? Peregrinatur animus: id est, expatiatur, diuagatur, recreatur. Plin. *in Præf. lib.* 5. Nec qua peregrinari animus expetat.

Pĕrēgrīnātio, nis. { גרות *gherúth* מגור *maghúr.* ἀποξένωσις, ἀποδημία. GAL. *Pelerinage voyagement.* ITAL. *Pelligrinaggio.* GERM. Wanderung/ reitung in frembde ort. HISP. *Peregrinaçion* ANGL. *Pilgrimage going into a strange contrey.* } Cic. 5. *Tusc.* Iam verò exilium, si rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt? Transmarina peregrinatio. Quintil. *lib.* 7. *c.* 4. Peregrinationes, & rusticationes. Cic. *de Amic.* Senec. *c.* 16. *de cons. ad Helu.* Peregrinatio auocat à dolore.

Pĕrēgrīnātŏr, is, qui solet peregrinari, feréque semper peregrinatur. גר *ghar* [vel] *gher.* ἀπόδημος. GALL. *Voyageur hors du pays.* ITAL. *Chi va di continuo per alteri paesi.* GERM. Ein wanderer/ein bilger. HISP. *El que peregrina.* ANG. *A pilgrimme.* } Cic. *ad Lept. lib.* 6. Me hercle non tam sum peregrinator iam, quàm solebam.

Pĕrēgrīnābundus, qui solitus est peregrinari. { ξενιτεύων, ἐκδημῶν, ἀπόδημος ὤν. GALL. *Estant par les champs. en pays lointain.* ITAL. *Chi va di continuo in altrui paesi.* GERM. Der vil oderstäts an frembden orten vmbher reiset. HISP. *El que mucho peregrina.* ANG. *He that is wont to go to strange contreys.* } Liu. *lib.* 28. Non peregrinabundum, neque circa amœnas oras vagantem tantum ducem Romanum, &c.

Pĕrēgrīnĭtas, Alieni soli habitatio. { גרות *gherúth* מגור *mághúr.* τὸ ξενικόν, ξενία. GALL. *Peregrinité, l'estat & condition de ceux qu i sont en estrange pays.* ITAL *Habitatione in paesi lontani.* GERM. Wonung an der frömbde. HISP. *Aquella lexura de su casa, peregrinaçion.* ANGL. *Strangenesse.* } Vlpian. *in l. sed si ff. de in ius voc.* si per pœnam deportationis, ad peregrinitatem redactus sit patronus. hoc est, si relegatus in aliud solum. Suet. *in Claud. c.* 15. Peregrinitatis reus. ¶ Alio significatu, apud Quintil. *lib.* 11 *c.* 3. Si fuerit os facile, explanatum, iucundum, vrbanum, id est, in quo nulla neque rusticitas, neque peregrinitas resonet. Peregrinitatem vocauit oris vitium, quod te inquilinum & alienigenam, non vrbe natum prodat.

Pereger, ἀπόδημος, per agrum profectus, domo absens. Auson. Nedum me peregrem existimes composita fabulari. Peregrem ab antiquo peregris. Vlp. verò in titulis dixit *Pereger.* Titulo de Caducis Pereger, inquit, factus sit.

Pĕrēgrē, Extra patriam { ἐπιξένως. GALL. *Hors du pays, dehors, en estrange pays.* ITAL. *In viaggio, fuor di casa sua, del paesi, in stragna regione.* GERM. Inder frömbde oder auß der frömbde/ vber feld. HISP. *Lexos de su casa, en peregrinaçion.* ANGL. *Farre of, in a strange contrey.* } Charisius, Peregri dicitur (inquit) in loco: Peregrè ad locum. Verùm Peregrè est commune tam significantibus quietem, quàm motum: vt, Peregrè sum, Peregrè veni, Peregrè vado. ¶ Quietem in loco. Plaut. *in Amph.* benè facit quia non eramus peregrè. Idem *in Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Leno me peregrè militi vendidit. Item *in prologo Amph.* Peregréque & domi rationes vestras, benè expedire voltis, bonóque auctare lucro. Idem *in Casin.* peregrè est. ¶ Ad locum Titin. *in Tibic.* Vt hic legatus abit peregrè publicè. Plaut. *Most. sc.* 1 *a.* 1. Hoccine mandauit tibi cum peregrè hinc iit senex. ¶ De loco. Idem *in Amphitr.* Ita peregrè adueniens hospitio publicitus accipitur. Idem *in Bacch.* Cœnam peregrè aduenienti. Terent. *in Phorm.* Exilia peregrè rediens semper cogitet. Plautus *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Herus aduenit peregrè. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Peregrè allatam epistolam. ¶ Dicitur etiam peregri aduerbialiter. Semper autem quietem in loco significat. Idem *in Pers.* Quia herus peregri est Næuius *in Tarentilla*, Primùm ad virtutem vt redeatis, abeatis ab ignauia, domo præsens patria, vt colatis potius, quàm peregri probro.

Pĕrēlĕgans, tis. Valde elegans. { ὁ πάνυ κομψός, λίαν ἀστεῖος. GALL. *Fort poli & orné.* ITAL. *Molto elegante.* GER. Gantz hüpsch vnd lieblich/ gantz zierlich. HISP. *Muy hermoso.* ANGL. *Verye trimme and trick.* } Cic. 2. *de Orat.* Genus est perelegans & cum grauitate salsum. Idem *pro Planc.* Et quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio, digna Equitis Romani, vel studio, vel pudore.

Pĕrēlĕgānter,aduerb. { πάνυ κομψῶς, ἀστείως. GALL. De fort bonne grace, fort elegamment. ITAL. Di molta gratia. GERM. Gar fein vnd zierlich. HISP. Con mucha hermosura. ANG. Verie trimmelie. } Cic. de clar. Orat. Quæ quidem omnia quum peritè & scienter, tum ita breuiter, & pressè, & satis ornatè, & pereleganter diceret.

Pĕrēlŏquēns,tis, Valde eloquens. { εὐφραδής. GALL. Fort eloquent. ITAL. Molto eloquente. GERM. Hefftig wolberedt. HISP. Muy eloquente. ANGL. Verie eloquent and well spoken. } Cic. de clar. Orat. Caius autem Lentulus Marcellinus, nec vnquam indisertus, & in Consulatu pereloquens visus est: non tardus sententiis, non inops verbis, voce canora, facetus satis.

Pĕremptālia fulgura, Prisci appellauere, quæ superiora portenta perimunt, id est, tollunt. Festus.

Pĕremptōrĭus, vide *Perimo.*

PĔRENDIĒ, aduerbium, Die proximo post crastinum, die abhinc tertio, quasi perempta die. { μεταύριον, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. GALL. Apres demain. ITAL. Posdimane. GERM. Vbermorgen. HISP. Vn dia despues de mañana. ANG. The day after to morrow. } Cic. ad Attic. Scies igitur cras, ad summum, perendie. Plaut. Aul. Quæ cras veniet, perendie foras feratur soror. Perendie, mox die tertio. Gell. c. 1. lib. 7.

Pĕrendĭnus, dies, dicitur dies abhinc terius. { ἡ μεταύριον ἡμέρα. GALL. Le iour d'apres demain. ITAL. Il giorno dapoi di tredi. GERM. Der vbermorgende tag. HISP. Cosa de tremañana. ANG. The nixt day after to morrow. } Cæs. 4 bell. Gall. Qui, si per te liceat, perendino die cum proximis hybernis coniunctim communem cum reliquis casum belli sustineat. Cic. pro L. Murena, Iam illud mihi quidem mirum videri solet, tot homines tam ingeniosos, per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, vtrum diem tertium, an perendinum: iudicem, an arbitrum: litem, an rem dici oporteret. ¶ Hinc Comperendino, de quo suo loco.

Perenna. Laberius in Mimis apud Gellium cap. 7. lib. 16. Anna perenna. Ita scribit Passerat. alij, *Anna peranna.* Vide Ouid. 3. Fast. & suprà in *Anna.*

PĔRENNIS, e, ex per, & annus, mutato a in e, quasi per annos omnes durans: Perpetuus. { תמיד tamidh. ἀΐδιος. GAL. Continuel, perpetuel. ITAL. Perpetuo, continuo. GERM. Immer wärend. HISP. Cosa que siempre dura. ANGL. Perpetuell, ouer induring. } Plaut. in Amph. Lucrum vt perenne vobis semper suppetat. Cic. in Brut. Contine te in tuis perennibus studiis. ¶ Perennes & perpetui cursus stellarum. Cic. 2. de nat. deor. Aquæ perennes. Cic. 6. Verr. Fons perennis. Hirt. 8. bell. Gall. Perennis fluuius, Plin. lib. 5. c. 28. Latices manant perennes, Lucretius lib. 5. Ouid. Eleg. 5. lib. 4. Trist.

Sic tua processus habeat fortuna perennes.

Idem *ibidem*, Sic æquet tua nupta virum bonitate perenni.

Pĕrēnnĭa, orum, sunt ceremoniæ in auspiciis seruari solitæ. Cicer. 2. de natura deorum, Itaque maximè Reipublicæ partes in iis bellis quibus Reipublicæ salus continetur, nullis auspiciis administrantur, nulla perennia seruantur.

Pĕrennē, aduerb. Perpetuò, continuò. ἀϊδίως. Columell lib. 12. cap. 18. Si ager amplus, aut vineta, aut arbusta grandia sunt, perenne fabricandæ decimodiæ & trimodiæ, &c. Ouid. 3. Fast. Amne perennè lateus.

Pĕrenno, Per multos annos, aut certè per multum tempus duro. { διαχρονίζομαι. GAL. Durer toute l'année, ou longues années. ITAL. Durare molto tempo. GERM. Immerdar wären/langwirig sein. HISP. Durar para siempre. ANGL. To last or indure for many yeares or for euer. } Colum lib. 1. cap. 9. Sed temperet vires clementia: quoniam & terribilior debet esse quàm sæuior, vt & obsequantur eius imperiis, & diutiùs perennent boues, non confecti vexatione simul verberum, operúmque. Idem lib. 3. Rosa hoc modo culta multis annis perennat. Ouid. 3. de Arte,

Defuit ars vobis, arte perennat amor.

Idem lib. 1. Fast.

Vtque domus quæ præstat eam cum pace perennat.

Pĕrennĭtas, atis, Æternitas, multorum annorum tempus. { עד hadh. ἀϊδιότης. GALL. Continuité, & perpetuité, longue durée. ITAL. Eternità, perpetuità. GERM. Langwirigkeit. HISP. Aquella corriente perenal. ANGL. Perpetuitie, eternitie. } Colum. lib. 1. c. 6. Nam ea cæli positio maximè frigida, & minimè humida est, quæ vtraque perennitatem conditis frumentis afferunt. Cic. 2. de nat. deor. Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium.

Pĕrennisĕruus, perenniserui, qui perpetuò seruit vni domino. { ἀείδουλος. GAL. Perpetuel seruiteur. ITAL. Seruo che continuamente serue à vn signor solo. GERM. Ein knecht so immerdar bey einem herren oder meister dienet. HISP. Sieruo que siempre sirue à vn señor. ANG. That is euer seruand. } Antiquum est, Plaut. in Persa, Perenniserue, lurco, edax, furax.

PĔREO, is, iui, vel perij, cuius supinum debet esse peritum, pen. corr. secundum analogiam, componitur enim ex per & eo, quod facit itum. q. malè eo. Quod etsi in vsu non sit, est tamen inde participium periturus, Perdor, consumor, intereo, occido id est, penitus eo, abeo, exeo è vita, vnde abitio, & exitus, & exitium. { אבד abadh. ἔρρω, ἀπόλλυμαι, φθείρομαι. GALL. Perir, mourir, estre perdu. ITAL. Perire, morire. GERM. Verderben/durchhingehn. HISP. Perecer ò morir. ANGL. To die, to perish, to be lost. } Palla periit domo (id est, penitus abiuit, h. e. surrepta est.) Plaut. Men. sc. 2. a. 4. Si perierit quippiam, dicant, Coqui abstulerunt. Idem Aul. sc. 2. a. 2. Periere hæ oppidò ædes (i. ruunt, vel dirutæ sunt.) Idem Mostell. sc. 3. a. 1. Item vbi perij? vbi immutatus sum? vbi formam perdidi? Idem Amphitr. Redeat senex prius quàm omnia perierint, & ædis, & ager. Idem Mostell. sc. 1. a. 1. ¶ Item perire dicitur is cui mali, vel pœnæ imminet periculum: vt, perij pater, minatur mihi oculos exurere. Idem Men. sc. 2. a. 5. Perij, In insidas deueni. Ibidem sc. 2. a. 1. Perij, Cur me verberas? (De eo qui vapulauit.) Ibidem sc. 1. a. 1. Tibi paratum vt pereas, (id est, periculum imminet.) Idem Men. sc. 1. a. 2. Prius perij quàm ad herum veni. (Captus sum à prædonibus. Ibidem sc. 2. a. 2. Perij, væ mihi (ob heri stultitiam.) Idem Men. sc. 4. a. 2. Idem in Trucul. Illis perit quicquid datur, neque ipsis apparet quicquam. Terent. in Adelph. Nempe tua arte viginti minæ pro psaltria periere. ¶ Hinc & pro mori sumitur, quòd qui moritur prorsus abit. Plin. lib. 7. c. 7. Tu qui te Deum credis, aliquo successu tumens, tanti perire potuisti? Atqui etiam hodie minoris potes, quantulo serpentis ictus dente: aut etiam, vt Anacreon poëta, acino vuæ passæ: aut, vt Fabianus Senator. Prætor in lactis haustu vno pilo strangulatus. Perire ab aliquo. id est, Occidi. Idem Plin. lib. 11. c. 37. M. Marcello circa mortem quum periit ab Annibale, defuit in extis caput. Perij, interij, occidi. Plaut. Aul. sc. 6. a. 4. Perij suprà, occidi. Idem Menæch. sc 6. a. 5. Periimus (vapulando. Ibidem sc. 7. a. 5. & ibidem sc. 1. a. 2. Perij cur me verberas. Item, & vapulando, & somno pereo. (Ie meurs de sommeil & des coups que i'ay receus.) Idem Curc. sc. 3. a. 1. Periisse cupio (vxorem meam.) Idem Asin. sc. 2. a. 5. Ibidem sc. 3. a. 5. ¶ Peream, iurantis, vel imprecantis vox, quemadmodum & Dispeream. Varro 3. de re rust. c. 3. Peream, nisi piscem putaui esse. ¶ Perire mulierum, ea forma dicitur qua deperire, & amando vri. Plaut in Truchl. Tres vnam pereunt adolescentes mulierem. Ita & amore pereo, & inopia argentaria. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Qui illas perdit xx. minas, saluus est, Ego qui non perdo, pereo. (amore) Idem Asin. sc. 3. a. 3. Item. Quod peream magis, de amante & pecunia. Ibid. sc. 4. a. 1. Pariter hos perire amando video. Idem Curc. sc. 3. a. 1.

Pĕrīto, as. Frequentatiuum. ἀπόλλυμαι, οἴχομαι. Plaut sc. 1. a 3. Qui per virtutem peritat, non interit. Rursus in Pœnul. Næ & ipsæ sitiant, & pueri peritent fame.

Pĕrĕquito. Circumequito, equitando omnia loca transeo. { καθιππεύω. GALL. Cheuaucher tout au trauers ou autour. ITAL. Caualcare intorno. GERM. Durchreiten oder vmbreiten. HISP. Caualgar en deredor. ANGL. To ride throug or about. } Cæsar 4. Bell. Gall. Primò per omnes partes perequitant, & tella coniiciunt. Idem lib. 1. de bell. ciuil. Inter duas acies perequitare, Liuius 5. ab Vrb. Quum perequitasset aciem, promissa repetens, tantum iniecit ardoris, vt non vltrà sustinuerint imperium equi.

PĔRERRO, as, Errando circumeo, huc vel illuc erro. { תעה tahah. περιπλανάω. GAL. Aller çà & là, errer & vaguer de costé & d'autre. ITAL. Errare intorno, circundare. GERM. Durchschweiffen. HISP. Andar muy perdido. ANGL. To wander and ghattray, to hither and thither. } Colum. in Præfat. lib. 1. Sempérque ritu volucrum longinqui littoris peregrinus ignotum pererret orbem. Virg 5. Æneid

Nunc hos, nunc illos aditus, omnémque pererrat
Arte locum.

Ouid. 4. Fast.

Æquoreas sicca pererrat aquas.

Pĕrērrātus, a, um participium. περιοδευθείς. Virg. 1. Eclog.

Antè pererratis amborum finibus, exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Idem 2. Æneid.

——— his mœnia quære
Magna, pererrato statues quæ denique Ponto.

Orbe pererrato. Ouid 4. Fast.

Pĕrērŭdītus. Valde eruditus, perdoctus. { πολυμαθής. GALL. Fort sçauant, bien apprins. ITAL. Molto erudito. GER. Wol gelehrt. HISP. Muy docto. ANGL. Very learned and cunning. } Cic. ad Attic. lib. 4. Sed vereor ne lepôre suo detineat diutius P. Clodius, & homo pereruditus, vt aiunt, & nunc quidem deditus Græcis literis.

Pĕrexcrŭcĭo, as, Cruciatu eneco. { διαγονιάω. GALL. Fort tourmenter. ITAL. Tormentare fieramente. GERM. Hefftig peynigen zu todt peynigen/vnd creuzigen. HISP. Mucho atormentar. ANGL. To torment greatlie. } Plaut. Sticho, Meam culpam habeo nisi perexcruciauero.

Pĕrexĭgŭus, a, um, Valde exiguus, perexilis. { ὁ πάνυ μικρὸς ἢ σμικρός. GALL. Fort petit, bien court. ITAL. Molto picciolo. GERM. Vast klein HISP. Muy pequeño. ANGL. Very litle or small. } Cæs. 5. bell. Gall. Quum hæ intermisso perexiguo loci spatio inter se constitissent: nouo genere perterritis nostris, per medios audacissimè perruperunt. Cicero 2. Verr. Itaque quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulauissem, inuenit iste qui sibi in Achaiam biduo breuiorem diem postularet.

Pĕrexīlis, e. Perexiguus, valde exilis. { πάνυ λεπτός. GALL. Fort mince, fort gresle, fort menu. ITAL. Molto tenue. GERM. Vberauß klein vnd ran. HISP. Muy sutil, y delgado. ANG. Very leane, and slender. } Colum. lib. 11. c. 2. Hoc eodem tempore priusquam vineæ puluerentur, si perexilis est, vel rara ipsa vitis, lupini modij tres, vel quatuor in singula iugera spargentur.

Pĕrexpĕdītus, adiectiuum, Valde expeditus. { ὁ πάνυ πρόχειρος. GALL. Bien prest & appareillé. ITAL. Molto presto, apparecchiato. GERM. Ganz gleitig/ganz ring vnd fertig. HISP. Mucho expedido y aparejado. ANGL. Very ready. } Cic. 3. de finibus. Sed hæc quidem est perfacilis, & perexpedita defensio.

Pĕrfăbrĭco, as. Fabricam absoluo, quamuis etiam per metaphoram sumatur pro technis & dolis fallere. { κατασκευάζομαι, ἀποτελέω, ἀπατάζομαι. GAL. Acheuer de bastir, tromper. ITAL. Fornir la fabrica, ingannare. GERM. Auß zimmeren / außarbeiten. HISP. Acabar la fabric, engañar. ANGL To end and perside a building, to deceiue. } Plaut. Persa. — perij, interij: pessimus hic mihi dies Hodie illuxit, corruptor ita me Toxillus perfabricauit atque meam rem diuexauit.

PĔRFĂCĒTVS, a, um, Admodum facetus. { πάνυ εὐτράπελος. GALL. Fort plaisant & recreatif. ITAL. Molto faceto. GERM. Ganz schimpfflichs vnd holdsäligs gespreechs. HIS. Muy donoso. ANG. Verie merie and pleasant. } Cic. de clar Orat. Atque eundem & vehementem, & valde dulcē, & perfacetum fuisse dicebat.

Pĕrfăcētē, aduerbium. Periucundè. { πάνυ εὐτραπέλως. GALL. Fort plaisamment ITAL. Molto piaceuolmente. GERM Leiblich/holdsäliglich. HISP. Muy donosamente. ANGL. Very merelie. } Cic. 3. Verr. Neque enim perfacetè dicta, neque porrò hac seueritate digna sunt.

Pĕrfăcĭlis, e. Valde facilis. { πάνυ ῥᾴδιος, εὐχερής. GALL. Fort facile fort aisé à faire. ITAL. Molto facile. GERM. Gar leicht vnd gering. HISP. Muy facil. ANG. Very easie, very easie to please. } Cic. 4. Tusc. Cuius libris editis commota multitudo, contulit se ad eandem potissimum disciplinam: siue quòd erat cognitu perfacilis, siue quòd inuitabatur illecebris blandis voluptatis. Cæs 1. bell. Gall. Perfacile esse quum virtute omnibus præstarent, totius Galliæ imperio potiri. Plaut. Men. sc. 4. a. 5. Perfacilè id quidem est benè sanum facere.

Perfacilè, aduerb. Valde facilè. { πάνυ ῥαδίως, εὐχερῶς. GALL. *Fort facilement.* ITAL. *Facillimamente.* GERM. Gar leichtlich. HISP. *Muy facilmente.* ANGL. *Very easilie, or lightlie.* } Cic. *pro Rosc. Amer.* Demostrant, quum pater huius Sext. Roscius homo tam splendidus & gratiosus, nullo negotio sit occisus, perfacile hunc hominem incautum & rusticum, & Romæ ignotum de medio tolli posse.

Perfacul, & per se facul. Veteres dixere pro facilè. Autor Festus.

Perfacundus, δεινότατος. Apuleius *floridor. lib.* 4. Protogoras qui Sophista fuit longè multiscius, & cum primis Rhetoricæ repertoribus perfacundus. Iustin. *hist. lib.* 22. In concionibus perfacundus habebatur.

Perfamiliaris, e, Valde familiaris. { ὁ πάνυ οἰκεῖος. GALL. *Fort familier.* ITAL. *Molto famigliare.* GERM. Gar geheim. HISP. *Muy familiarmente.* ANGL. *Very familier.* Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 2. Ipse est enim veterator magnus, & paterfamiliaris Philisto.

Perfatuus, a, um. { ὁ πάνυ μωρός. GALL. *Fort sot.* ITAL. *Grande sciocco. gran pazzo.* GERM. Gar torechtig. HISP. *Muy loco.* ANGL. *Very foolish.* } Martial *lib.* 10. Heu quàm fatuæ sunt tibi Roma togæ.

PERFERO perfers. Vsque ad finem fero. { נשא *nasa* סבל *sabál.* διαφέρειν, διαφέρω. GAL. *Porter iusques au lieu, ou iusques à la fin.* ITAL. *Portare sin' ad vn luoco, ò sin' al fine.* GERM. An sein ort tragen. HISP. *Traer ò lleuar hasta el cabo.* ANG. *To bring, to a place or suffer to the end.* } Cic. *Curioni lib.* 2. *Epist.* Sed nuntius ille qui literas accepit, non pertulit. Plaut. *in Amph.* Pateram qua ille portare solitus est in cistella pertuli. (i. perferendam curaui.) Cic. alibi pro nuntiare posuit, vt *in Epist. ad Cel.* In his sum locis, quò & propter longinquitatem & propter latrocinia tardissimè omnia perferuntur, id est, nuntiantur. Plaut. *Amph.* Hæc vbi legati pertulere (i. nunciauerunt.) Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Qui patri mandata tua perferat. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Qui patri omnem rem perferat. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. ¶ Aliquando patior, siue patienter fero. Terent. *in Adelph.* Paupertatem vnà pertulimus grauem. Sueton. *in August. cap* 33. Perferre legem non potuit. *Ibid. cap.* 58. Perferre consensum ad finem vitæ. ¶ Dicimus autem Perferre literas, Perferre clamorem, Perferre famam, Perferre fructum, Perferre mandata, Perferre rumore vel nuntiis, Perferre sermones. Quarum omnium formularum legenti bonos autores testimonia passim occurrent.

Perferens. { סבל *sobél.* } Nomen ex participio. Cicero 2. *de Orat.* Horum igitur exprimere mores, orationes, iustos, integros, religiosos, timidos, perferentes iniuriarum, mirum quiddam valet, &c.

Perferuidus. adiect. Vehementer feruidus. { ζαθερής, πολύθερμος. GALL. *Fort ardent, bruslant.* ITAL. *Molto ardente.* GERM. Gar heiß oder hitzig. HISP. *Cosa muy heruiente.* ANGL. *Very hoate, burning heat.* } vt. Perferuida æstas Colum. *lib.* 5. *c.* 3.

‖ Perfica, perficiens dea, seu natura, quæ præest rebus perficiendis. Lucr. ‖

PERFICIO, is. Absoluo, compleo, perficio, quod incœptum est ad finem & exitum perduco. { השלים *hischlim* כלה *chilláh.* ἀποτελέω. GAL. *Parfaire, acheuer, accomplir.* ITAL. *Compire, far perfettamento.* GERM. Außmachen / vollenden / verbringen. HISP. *Acabar de hazer.* ANGL. *To end, to performe, to accomplish.* } Terent. *in Hecyr.* Quod si perficio, non pœnitet me famæ. ¶ Perficere promissa, est implere quod promiseris. Perficere cibū, est concoquere. Plin. *lib.* 12. *c.* 13. Ideo athletas malunt cibum ambulatione perficere. ¶ Aliquando est efficere, ac nitendo, conandóque obtinere. Plaut. *in Asin.* Perficio argentum hodie, vt habeat filius amicæ quod det. ¶ Perfici pro concoqui. Plin. 11. *cap.* 53. Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis acria, nimia & auidè hausta, id est, concoquuntur. Idem *lib.* 33. *c.* 3. Quum cætera in metallis reperto igni perficiantur.

Perfectus, a, um, Ad exitum perductus, absolutus, elaboratus. { שלם *schalém.* τετελεσμένος. GAL. *Parfait.* ITAL. *Perfetto.* GERM. Außgemacht / zum end bracht. HISP. *Acabado, perfeto.* ANGL. *Ended, performed, perfyted.* } Cic. *de clar. Orat.* Manus extrema non accessit operibus eius, præclarè inchoata multa, perfecta non planè. ¶ Ex participio etiam aliquando fit nomen τέλειος ἢ τέλεος. Cic. 1. *de finib.* Sol Democrito magnus videtur, quippe homine erudito in Geometriáque perfecto. Seneca *Epist.* 72. Non ad perfectum nec ad plenum beatus. Velleius, In vtroque (eloquio & animo) perfectior.

Perfectissimus, in dignitate certa constitutus, qui perfectissimatus ad quem aditus patebat cuiuis, nisi qui sordida esset conditione. Vide *lib.* 12. *Cod. tit.* 33.

Perfectè, aduerbium, Absolutè. { τελέως, ἐντελῶς. GALL. *Parfaictement.* ITAL. *Perfettamente.* GERM. Vollkommenlich. HISP. *Perfettamente.* ANGL. *Perfitelie.* } Cic. 4. *de finib.* Quibus perfectè ratio & oratio compleatur.

Perfectissimè, τελειότατα. Gell. *lib.* 11. *c.* 16. Quod à Græcis perfectissimè vno verbo, & planissimè dicitur.

Perfectio, nis. actio perficientis, & actus eius quod perficitur: & status eius, quod integrum est, seu indefectum. { תכלה *ticláh* תכלית *tachlith.* τελείωσις, πλήρωσις. GALL. *Perfection.* ITAL. *Perfettione.* GERM. Außmachung / vollendung / veruolkumnuß. HISP. *Perfecion, acabamiento.* ANGL. *A perfyting or ending.* } Cic. 1. *de Orat.* Hanc ego absolutionem perfectionémque in oratione desiderans, à qua ipse longè absum, facio imprudenter. Idem *pro Marcell.* Tantum abes à perfectione maximorum operum, vt fundamenta quæ cogitas, nondum ieceris.

Perfector, is. { משלים *maschlim.* ὁ τελεστής, ὁ τελειωτής. GALL. *Parfaiseur.* ITAL. *Che fornisce & compie.* GERM. Ein außmacher / vollender. HISP. *Acabador.* ANG. *A perfyter, a performer.* } Cic. 1. *de Orat.* Ac stylus ille tuus quem tu verè dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum multi sudoris est. Terent. *Eunuch.* O Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium inuentor, inceptor, perfector.

Perficus, perficiens, & perfectus. Lucret. *lib.* 2.

Perficè, perfectè.

PERFIDO, is. Valde fido. { διαθαῤῥέω. GAL. *Se confier beaucoup.* ITAL. *Fidarse molto.* GERM. Heftig trauwen. HISP. *Mucho confiarse de alguno.* ANG. *To haue great trust and confidence.* } Cic. *lib.* 3. *Offic.* Sic homines secundis rebus effrænatos sibique perfidentes, tanquam in gyrum rationis duci oportet. Sic enim legit Calepinus, sed malè. Nam castigatiora exemplaria habent *præfidentes.*

Perfidelis, e, Valde fidelis. { ὁ πάνυ πιστὸς, πολύπιστος. GAL. *Fort fidele.* ITAL. *Molto fedele.* GERM. Fast treuw. HISP. *Cosa muy fiel.* ANGL. *Very faith full.* } Cic. *ad Attic.* Posthac autem ad te, si perfidelem habeo cui dem, scribam omnia planè.

Perfidus, a, um, qui fidem violat, siue prodit. à *per* significante corruptionē. qui παρὰ πίστιν agit. { פושע *poschéah.* ἄπιστος. GALL. *Traistre & desloyal.* ITAL. *Infedele, perfido, sleale.* GERM. Treuwloß / glaubbrüchig. HISP. *Quebrantador de fè, deslear.* ANGL. *Traitterous and disloyall.* } Virg. *lib.* 10. *Æneid.*

Nunc Pelagi Nympha, classis tua, perfidus vt nos
Pracipites ferro Rutulus, flammáque premebat.

Cic. 3. *Offic.* Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt. Amicus perfidus. Idem *post red. ad Quirites*, Arma perfida Iubæ. Ouid. 4. *Fast.* Hostes perfidi. Horat. 3. *Carm. Ode* 5. Verba perfida. Ouid. 4. *Fastor.* Ablue præterita perfida verba fide. Idem 13. *Metam.* Edidici quid perfida Troia iuret.

Perfidia æ. { פשעה *peschâh.* ἀπιστία. GALL. *Desloyauté.* ITAL. *Slealtà.* GERM. Treuwlose. HISP. *Quebrātamiento de la fè.* ANGL. *Disleyaltie, falshood.* } Cic. 11. *Philipp.* Dextræ, quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt & scelere violatæ. Tacit. *lib.* 20. Quum accursu tot prouinciarum extingui repens perfidia potuerit. Plaut. *Capt.* Neque precatio perfidiis meis, neque malefactis fuga est. Habet linguam, perfidiam, malitiam, audaciam, confidentiam. (de meretrice.) Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Triplices, dolos, perfidias. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. (bis) Ob tuam perfidiam te amo. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4.

Perfidiosus, a, um, Plenus perfidiæ. { ἄπιστος, ἄσπονδος. GAL. *Plein de desloyauté.* ITAL. *Pieno di perfidia.* GERM. Vol treuwlose. HISP. *Quebrantador de fè.* ANGL. *Traitterous, disloyal.* } Cic. *in Pison.* Quod fallax, quòd perfidiosus, quòd impudens, quòd audax esse videatur. Idem 3. *de nat. deor.* Cur omnium perfidiosissimus C. Marius Qu. Catulum præstantissima dignitate virum mori potuit iubere?

Perfidiosè, aduerb. { ἀπίστως, παρασπόνδως. GALL. *Desloyaument.* ITAL. *Perfidiosamente.* GERM. Gar treuwloßlich. HISP. *Con quebrantamiento de fè.* ANGL. *Traitterouslie.* } Autor ad Heren. *lib.* 1. In odium adducemus, siquid eorum spurcè & superbè, perfidiose, crudeliter, confidenter, malitiosè, flagitiosè factum proferemus. Istam rem iudicasti Perfidiosè Phædrome. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Item siue adeò Ædiles perfidiosè cui duint. Idem *Amph. prolog.*

Perfixus, a, um, particip. à verbo figo, & præpositione per, Transfixus. { נדקר *nidhkár.* διαπεπαρμένος. GAL. *Transpereé, percé tout outre.* ITAL. *Traffisso.* GERM. Durchhefftet / durchgstochen. HISP. *Hincado, traspassado.* ANG. *Pearsed through.* } Lucret. *lib.* 2. & crebra reuisit ad stabulum desiderio perfixa iuuenci. Idem *lib.* 3. Nec gelidis torpet telis perfixa pauoris.

PERFLO, as, are. Flando peragro. { רוח *riuuách.* διαπνέω. GAL. *Souffler par tout, fort souffler.* ITAL. *Soffiare per tutto.* GERM. Durchblasen / durchwæhen. HISP. *Mucho soplar.* ANGL. *To blowe through or strouglie.* } Virg. 1. *Æneid.*

——— *& terras turbine perflant.*

Colum. *lib.* 1. *c.* 21. Ad eam rem Fauonius habetur eximius, qui lenis, æqualisque æstiuis mensibus perstat, Ouid. 1. *de remed. amor.*

Summa petit liuor, perflant altissima venti.

Perflatus, us, ipsa perflatio. { διάπνοιι, διάπνευσις. GALL. *Grand soufflement.* ITAL. *Grande soffio.* GERM. Durchwæyung. HISP. *Grande soplo.* ANGL. *A great blowing.* } Plin. *lib.* 16. *c.* 40. Vlmus in perflatu firma. ¶ Perflatus pro venti flatu ventóque ipso Cels. *lib.* 3. *c.* 19. fenestris patentibus, sic, vt perflatus quoque aliquis accedit.

Perflabilis, e, quod perflari potest. { מרוח *meruuách.* διαπνευστὸς, καταπνευστός. GALL. *Aisé à estre soufflé.* ITAL. *Acconcio da esser soffiato.* GERM. Durchwindig / das da mag durchwæyet werden. HISP. *Cosa que puede ser soplada.* ANGL. *Easie to be blowen.* } Cic. 2. *de diuin.* Deos enim ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos, & perflabiles, & habitantes tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos propter metum ruinarum.

Perfluo, is, Liquorem transmitto: vt, Lagena malè compacta perfluit. { διῤῥέω. GAL. *Couler à trauers, ou parmi, couler de tous costez.* ITAL. *Gocciare, scorrere.* GER. Durchrinnen / durchfliessen. HISP. *Salirse del vaso lo liquido.* ANGL. *To leake, to runne forth as water of broken vessels.* } Lucret. *lib.* 2.

Et quanuis subitò per colum vina videmus
Perfluere, at contrà tardum cunctatur oliuum.

¶ Per translationem etiam perfluere dicitur de hominibus futilibus, qui arcana continere non possunt. Terēt. *in Eunuch.* Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo. ¶ Perfluere voluptatibus. Cic. 2. *de finib.* Percontare ipse te, perpetuísne malis voluptatibus perfluens in ea quam sæpè vsurpabas tauquillitate degere omnem ætatem sine dolore, &c. ¶ Aliquando etiam Perfluo accipitur pro præterfluo. Liu. 1. *ab Vrbe,* Infima valle perfluit Tyberis. Horat. 4. *Carm. Ode* 3.

Sed quæ Tybur aquis fertile perfluunt.

Perfluctuo, as, Fluctuum more huc illuc impellor. { διακυμαίνω. GALL. *Flotter parmy quelque chose.* ITAL. *Ondeggiare da ogni parte.* GERM. Durchfaren / durchwunslen. HISP. *Que vndea de todas partes.* ANG. *To flott, to be tossed and caried hither and thither.* } Lucr. *lib.* 1.

Atque vndarum animantium copia tanta
Exos, & exanguis tumidos, perfluctuat artus.

PERFODIO, is. Perrumpo, transfigo { מחץ *machátz.* διορύττω, διαῤῥήγνυμι. GAL. *Fouyr à trauers, percer outre.* ITAL. *Forare, traforare.* GERM. Durchgraben. HISP. *Cauar, traspassar, hincar.* ANGL. *To delue or pearse through.* } Plautus *in Asin. sc.* 2. *a.* 3. Vbi parietes perfoderis. Colum. *lib.* 10.

Tu grauibus rostris cunctanti perfode terga.

Plaut. *Milit. sc.* 1 *a.* 1. In eo conclaui perfodi parietem quà commeatus clam esset huic mulieri. Idem *suprà in posteriore argumento.* Medium parietem perfodit seruus, commeatus clanculum quà foret amantum. Vide Paries.

Perfossor, is, qui parietes perfodit. τοιχωρύχος. Apuleius *in Apologia,* Eo quidem pacto & qui myoparones quæsierit, Pyrata erit? & qui vectem, perfossor? Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Vt vestitus est perfossor parietum.

‖ Perfoliata

‖ Perfoliata, herba vmbellifera, cuius caulis folia perforat. ‖

Perforaculum, τέρετρον: quo Perforatur.

Perfore, Planè futurum. Cic. *Appio Pulchro, lib.* 3. Tunc mihi ille dixit, quòd classe tu velles decedere, perfore accommodatum tibi si ad illam maritimam partem prouinciæ nauibus accessissem. hoc est, fore tibi peraccommodatum, Nam per, particulam adiectiuo debebat cohærere, verbo iunxit.

Performidatus, participium, Multum formidatus. { הנורא hannorá. πάνυ φοβερός. GAL. *Fort craint & redouté.* ITA. *Molto temuto.* GERM. Vbel geförchtet oder entsessen. HISP. *Muy temydo.* ANGL. *Greatlie feated.* } Silius *lib.* 3. Iam puer auricomo performidare Batauo.

Performo, as, are, Formam absoluo. { Διαμορφόω. GALL. *Acheuer de fermer.* ITAL. *Fornir di formare.* GERM. Ein form oder gestalt außmachen. HISP. *Acabar de formar.* ANG. *To persome.* } Quintil. *lib.* 1. *c.* 7. Performata materia.

‖ Perforaculum, τέρετρον, quo aliquid perforatur. ‖

PERFORO, as, are, { נקב nakab. Διατετραίνω. GALL. *Forer & percer tout outre.* ITAL. *Finir de pertugiar.* GERM. Durchboren. HISP. *Acabar de horadar.* ANG. *To pearce through, to bore* } Col. *lib.* 5. Sed aliud est ferramentum, quo priores vitem perforabant. Ouid. *Eleg.* 9. *lib* 3.

Innocuum rigido perforat ense latus.

Perforatus, particip. { נקוב nakúb. Διατετρημένος. GALL. *Foré ou foré tout outre.* ITAL. *Forato, pertugiato.* GERM. Durchboret. HISP. *Horadado.* ANG. *Pearced through, bored.* } Lumina duo ab animo ad oculos perforata. Cic. 3. *de nat. deor.*

Perfortiter, aduerb. Valde fortiter. { πάνυ ἐρρωμένως, ἢ μάλα γενναίως. GAL. *Tres-vaillament.* ITAL. *Molto fortamente.* GERM. Gantz gewaltiglich oder dapfferlich. HISP. *Muy fuerte ò esforçadamente.* ANGL. *Very valliantlie.* } Terent. *Adelph.* —miseram mulierem & seruulam, Qui referire non audebam, vicit hui perfortiter.

Perfremo, is Vehementer fremo. { Διαφρυάττομαι, Διαβρυχάομαι. GALL. *Faire grand bruit.* ITAL. *Fare grande fremito.* GERM. Hefftig furren vnd tösen. HISP. *Hazer grande bramido.* ANG. *To make agreat noise* } Cic. 2. *de nat. deor.* Sicuti inciti atque alacres rostris perfremūt delphini.

Perfrico, as, Valdè frico. { Διαψήχω. GAL. *Froter fort.* ITAL. *Fricare molto.* GERM. Durch reiben/wol reiben oder ficken. HISP. *Mucho fregar.* ANG. *To rubbe greatlie, or freti.* } Varro 2. *de re rust. c.* 9. Qui hæc volunt diutiùs seruare, perfricant sale minuto. Plin. *lib.* 20. *c.* 16. Vulnera ab iis facta perfricantur. Cic. 5. *Verr.* Quum interea Apronius caput, atque os suum vnguento perfricaret. Quintil. Perfricare faciem, & quasi improbam facere vitiosus gestus Et Suet. *in Tib. c.* 60. Perfricare faciem mullo pisce. (in contumeliam & pœnam.) ¶ Perfricare, verò os, seu frontem, significat pudorem deponere. ἀπαναισχυντεῖν. Nam quum in pudibundo sanguis ex corde tanquam velamentum in os diffundatur, qui impudibundi sunt, & inuerecundi, & erubescere videri nolunt, hi solent os & frontem perfricare, ad ruborem illum detergendum, & sanguinem ad interiora repellendum. Hinc ortum prouerbium de inuerecundo, Perfricuit os Perfricuit faciem, Perfricuit, frontem, pro eo quod est pudorem abiecit. Cic. 3. *Tusc.* Quid tergiuersamur, Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem quum os perfricuisti, soles dicere? Plin. *in Præfat.* 2. *lib.* Perfricui faciem, nec tamen profeci. Martial. *lib.* 11.

Aut tum perfricuit frontem, posuitque pudorem.

Perfrigefacio, is, Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Mihi quoque Syrus ille vt perfrigefacit (metu.)

PERFRIGEO, es, Valde frigeo. { Ψυχορραγῶ GAL. *Auoir grand froid.* ITAL. *Hauere grande freddo.* GERM. Hefftig frieren oder erkaltet sein. HISP. *Resfriarse mucho.* ANGL. *To be very cold.* } Martial. *lib.* 3.

Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces,
Quum te excusaris Maxime quid recitas.

Iuuen. *Satyr.* 7.

Et si perfrixit, cantat bene.

Perfrigero, as, Refrigero { ἀναψύχω, ψυχίζω. GAL. *Fort refroidir.* ITAL. *Raffreddare.* GERM. Wol kelten. HISP. *Resfriar otra cosa.* ANGL. *To make very cold.* } Plin. *lib.* 25. Omnium harum vis eadem perfrigerare & astringere.

Perfrigesco, Valde frigidus fio. { καταψύχομαι. GALL. *Se fort refroidir.* ITAL. *Raffreddarsi molto.* GER. Gantz vnd gar erkelten. HISP. *Resfriarse mucho.* ANGL. *To waxe very cold.* } Plin *lib.* 31 *c.* 6. Difficiliùs perfrigescunt marina calefacti.

Perfrigidus, a, um, Valdè frigidus. { ὁ πάνυ ψυχρός. GAL. *Fort froid* ITAL. *Molto freddo.* GERM. Grim kalt/hefftig kalt. HISP. *Muy frio.* ANGL. *Very cold.* } Cic. 6. *Verr.* Erat hyemis summa tempestas (vt ipsum, Sopatrum dicere audistis) perfrigida.

PERFRINGO, is, Perrumpo, violo. { שבר schibbér. Διαρρήγνυμι. GALL. *Rompre en pieces, brisser du tout.* ITAL. *Rompere, frangere, violare.* GERM. Zerbrächen oder durchbrächen. HISP. *Quebrantar, violar.* ANG. *To break in to peaces.* } Plin. *Epist.* 101. Campi, quos monuisti, ingentes boues, & fortissima aratra perfringunt Tibull. *lib.* 4. Vt lento perfregerit obuia pilo. Plaut. *Milt. sc.* 1. *a.* 1. Quo pacto Elephanto perfregisti brachium. Terent. *in Adelph.* — ne aut ille alteri, Aut vspiam ceciderit, ac perfregerit aliud. Cic. *pro Milone,* Polluerat stupro sanctissimas religiones, senatus grauissima decreta perfregerat. Idem 7. *Verr* Vt earum rerum vi, & autoritate omnia repagula iuris, pudoris, & officij perfringeres. Perfringere aliquem, pro Corrumpere. Idem *ad Attic. lib.* 3. *c.* 65. Des operam, vt vno impetu perfringatur.

Perfractus a, um participium, Perruptus. { משבר muschubbár. Διαρραγείς, Διακλασθείς. GALL. *Tout rompu, & brisé en pieces.* ITAL. *Rotto in pezzi,* GERM. Zerbrochen/durchgebrochen. HISP. *Rompido y quebrantado del todo.* ANGL. *Broken in peaces.* } Axe perfracto voluitur. Silius *lib.* 16. Fores perfractæ. Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 10.

Perfractè, aduerbium. Obstinatè, pertinaciter. { αὐθαδῶς. GALL. *Obstinément.* ITAL. *Ostinatamēte.* GERM. Eigenrichtiglich/stettiglich. HISP. *Porfiadamente,* ANGL. *Ostinatlie stubburnelie.* } Cic. 3. *Offic* Ego etiam cum Catone meo sæpe dissensi, nimis mihi perfractè videbatur ærarium, vectigaliáque defendere

Perfruor, perfrueris, Diu, multùm & constanter fruor. { ἀπολαύω. GALL. *Iouyr totalement de quelque chose.* ITAL. *Godere lungamente.* GERM. Wol nutzen vnd brauchen/wol geniessen. HISP. *Mucho gozar* ANGL. *To inioye throughlie.* } Plin. *Epist.* 4. Quod velim facias, primùm vt perinde nostris rebus, ac nos tuis, perfruaris. Cic. 5. *de finib.* Sequamúrque eam vitam quæ rebus ipsis perfruatur. Idem 1. *Offic.* Expetuntur autem diuitiæ, tum ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. Perfrui in malam significationem. Ouid. *Epist.* 126.

Tu rogo proiecta nimium mandata sororis
Perfer: mandatis perfruar ipsa patris.

Iusserat autem pater, vt se interficeret.

PERFVGIO, is, Desciso, ad aliquem confugio. { חסה chasáh. καταφεύγω. GAL. *Fuir en quelque lieu à refuge.* ITAL. *Ricorrere ad alcuno per aiuto* GERM. Zuhin fliehen/etwan hin vmb hilff vnd schirms willen fliehen. HISP. *Huir à lugar por ayuda.* ANGL. *To flie, to some place for succour.* } Cæs. 1. *bell. ciu.* Itaque magnus eorum quotidie numerus ad Cæsarem perfugiebat. Cic. 7. *Verr.* Hic locus est igitur vnus quò perfugiant, hic portus, hæc arx, hæc ara sociorum: quò quidem nunc non ita confugiunt, vt antea in suis repetendis rebus solebant.

Perfugium, ij, Asylum, vulgò etiam dicunt *refugium*, locus tutissimus, quo rebus aduersis iactati nos recipere contendimus. { מחסה machaséh. καταφύγιον, καταφυγή. GALL *Refuge. lieu propre pour se sauuer.* ITAL. *Perfugio, luogo doue si saluiamo da i pericoli.* GERM. Ein zuflucht/ein fluchthauß. HISP. *Lugar do nos recogemos.* ANGL. *A sanctuarie, a place to flie vnto for succour.* } Liu. *lib.* 2. *ab Vrbe,* Ita in medio prope iam victores cæsi Hetrusci: pars perexigua, duce amisso (quia nullum propius perfugium erat) Romam inermes, & fortuna & specie supplicium delati sunt. Cæsar 4. *bell. Gall* Quo perfugio superiore anno fuerant vsi. ¶ Transfertur etiā ad alia, vt ad literas quæ suis cultoribus in rebus aduersis solent esse loco perfugij Cic *ad Att.* Itaque vtor eodem perfugio, quo tibi vtendum censeo, literulis nostris. Cùm fortuna non lectionem daret, sed perfugium ostenderet. Velleius.

Perfuga, æ, qui ad hostes perfugit, siue defecit. { נפל nophél. αὐτόμολος. GAL. *Rebelle, qui s'est allé rendre aux ennemis.* ITAL. *Rebello,* GERM. Ein feldflüchtiger/der auff des feynds seiten felt. HISP. *Rebelde.* ANG. *A reuolter to the enemeis.* } Cic *lib.* 3. *Offic.* Perfuga ab eo venit in castra Fabricij. Cæs. 7. *bell. Gall.* Admiratus quærit ex perfugis causam. Idem & transfuga dicitur. Liu. *lib.* 2. *ab Vrbe,* Deinde metuens ne si consulum iniussu, & ignaris omnibus iret, deprehensus fortè à custodibus Romanis, retraheretur, vt transfuga: fortuna tum vrbis crimen affirmante, Senatum adit. Differentiam tamen tradit Cornel. Front. *de differ vocabul.* meo indicio non ineptam: Transfuga, inquit, suos relinquit, & ad alios venit. Perfuga supplex est. Transfuga igitur venit vt iuuet, perfuga vt iuuetur.

Perfulcio, is, ire, Bene fulcio, & roboro. { ἐρείδω, στηρίζω. GALL. *Fortifier.* ITAL. *Fortificare.* GER. Wol vnderstützen oder stercken. HISP. *Fortaleçer.* ANG. *To proppe and fortifie.* } Ouid. *ad Pisonem,*

Eloquio sanctum modò perfulcire senatum.

PERFVNDO, is, Humore affuso madefacio, aspergo. { נזה nazáh שטף schatáph. Διαβρέχω. GAL. *Ietter ou verser vne liqueur par dessus, mouiller.* ITAL. *Spargere, bagnare.* GERM. Begiessen/beschütten/netzen. HISP. *Deramar mojar.* ANG. *To poure out or abroad.* } Virg 3. *Georg.*

Dulcibus idcirco fluuiis pecus omne magistri
Perfundunt: vndisque aries in gurgite villis
Mersatur

¶ Artus perfundere rore Ouid. 3 *Metam.* Cic. 3. *Verr.* Aqua denique feruenti à Rubrio ipso Philodamus perfunditur. Et Sueton. *in August.* Perfundebatur (Augustus) aquâ egelidâ, & non multo sole. Et Liu. *lib.* 1 *ab Vrbe,* Perfusus horrore. Idem *ibid. lib.* 2. Perfusus timore, Item metu. Ouid 5. *Fast.*

Stabat vt ante patrem lacrymis perfusus Achilles,

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 3.

Nec vbi perfusa est oleo labente iuuentus.

Ensis perfunditur sanguine. Idem 7. *Metam.* ¶ Perfundere animum religione per translationem, pro imbuere. Liu. 10. *ab Vrbe,* Erat cum alius apparatus sacri qui perfundere religione animū posset: tum, &c. ¶ Perfundere animos suauitate. Cic. *de clar. Orat.* Animum voluptate perfundere. Idem 4 *Tusc.*

Perfusio, aquę irrigatio, ἐμβροχή. Cels. *lib.* 4. *c.* 2. Caput radere, idque perfundere aqua calida. post perfusionem iterum perfricare. Idem *lib.* 4. *c.* 8. Perfusio corporis multa prodest ex aqua.

Perfusus, participium. { נשטף nischtáph. Διαβραχείς, Διαβεβρεγμένος. } Liu. 10 *bell, Pun.* Perfusum millies cruore Romano id est, aspersum cruore, siue cruentatum.

Perfusoriè, aduerbium, idem quod obscurè, dissimulanter, non disertè. Vlp. *l.* 5 §. 1. *D. quod vi aut clam.* Debebit enim & diem & horam denuntiatione complecti, & vbi & quod opus futurum sit neque perfusoriè aut obscurè dicere, aut denuntiare. Scæuol. *l.* 69. §. 5 *D. de euictio.* Sed & si quis in venditione statuliberum perfusoriè dixerit, conditionem autem libertatis celauerit. Ex Hotomano.

PERFVNGOR, eris, perfungi, Munus suum ad finem perducere & ad exitum perferre. { עשה hasah. ἐπιτελεῖν. GALL. *Acheuer de faire deuoir & office iusques à la fin.* ITAL. *Fare perfettamente.* GERM. Sein ampt verrichten/sein pflicht vollenden. HISP. *Acabar el oficio.* ANG. *To do fullie a devotie and office vnto the end, to be deliuered of his office.* } Cic. *pro Cluent.* Aut quòd se perfunctos iam esse arbitrantur quum de reo iudicarunt, negligentiùs attendunt cætera. Idem *de senect.* Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & graui opere perfungimur. Terent. *in Hecyr.* Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum: satietas me iam tenet Studiorum istorum. Cic. *Lentul. lib.* 1. Quum & honoribus amplissimis & laboribus maximis perfuncti essemus. Liu. 6. *ab Vrbe,* Perfunctus bello Et *lib.* 9. *ibidem.* Perfunctus fato. (i. mortuus.) Idem *c.* 18. *lib.* 10.

Perfunctio, nis, verbale. { מעשה mahaséh. λειτουργία, ἐνέργεια. GAL. *Acheuement.* ITAL. *Fornimento.* GERM. Vollendung mit fleiß vnd müh/außrichtung. HISP. *Acabamiento.* ANG. *The fullt doing of a devtie, to the end.* } Cic. 1. *de finib.* Nam neque laborum perfunctio, neque perpessio dolorum per se ipsa allicit, nec patientia, nec assiduitas, &c.

Perfunctus,a,um, passiuè Cic. *in Sext.* Recito memoriam perfuncti periculi. Actiuè, idem *pro Marcello*, Bello misero fatalique perfuncta est Respubl. Varro 2. *de re rust. c.* 4. Quidam adiiciunt perfunctas esse à febri, id est, liberatas. Perfunctus cum accusatiuo, Lucretius *lib.* 3. Omnia perfunctus vitai præmia.

Perfunctōrĭus, a, um, quod agitur remissè. { ἀφοσιωμένος. GALL. *Acheué, remis.* ITAL. *Fornito.* GER. Das schlechtlich anhin mit keinem ernst gethon wirt. HISP. *Acabado floxamente.* ANG. *That is done lightlie or slakelie, ouerlie.* } vt, Perfunctoria opera quam veluti aliud agentes rei alicui impendimus. Vide *Defunctoriè & Dicis.*

Perfunctōriè, Transitoriè, & inaniter, oscitanter, nec toto conatu. { ὡς ἀφοσιώσει. GALL. *Par maniere d'acquit, sommairement.* ITAL. *Di sopra via.* GERM. Nur schlechtlich oben anhin/bloß vberloffen. HISP. *Summariamente* ANGL. *Lightlie, slaklie.* } Vlpianus, Neque quidem perfunctoriè, aut obscurè, dicere, aut denuntiare debet.

Perfŭro, is, Vehementer insanio. { μαίνομαι. GALL. *Estre forcené & enragé.* ITAL. *Infuriare grandemente.* GERM. Hefftig wüten. HISP. *Mucho enloqueçer.* ANGL. *To be verie mod and woed.* } Virg. 9. *Æneid.*

———incensus & ipse perfurit.

Silius *lib.* 4.

———Nec non cum Venetis Aquileia perfurit armis

Lucr. *lib.* 1.

———ita perfurit acri
Cum fremitu.

Pergă, Πέργη, oppidum in Pamphylia, à quo Diana pergæa, Περγαία, dicta est propter templum illi dicatum. Pomp. Mela *lib.* 1. *in descriptione Pamphiliæ.*

PERGĂMĂ, orum, Πέργαμα, τά, Arcium Troianorum nomen fuit, vt annotauit Seruius in illud Virg. 1. *Æneid.*

—Troiam incensam & prolapsa videntem
Pergama.

Quanquam postea, vt idem fatetur, hoc nomen etiam cæteris arcibus locisque omnibus editis communicatum est. ¶ Vsurpatur nonnunquam pro ipsa Troianorum vrbe, quæ propriè Ilium appellata est, Virg. 1. *Æneid.* Namque videbat, vti bellantes Pergama circum, &c. In eadem etiam significatione legitur Pergamos, siue Pergamus. Autor Ætnæ, Quis non Argolico defleuit Pergamon igni Impositam?

Pergămēŭs, a, um, hoc est Troianus. Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 1.

Aut si Pergameæ serò rata carmina vatis.
Longæuum ad Priami vera fuere caput.

PERGAMVM, Plinio, siue Pergamus, Πέργαμος Ptolemæo vrbs insignis Asiæ, non procul à Caico fluuio: ita dicta quòd edita in rupe sita esset. nam Pergama olim loca omnia editiora appellabantur testibus Suida & Seruio. Strabo *lib.* 13. autor est tempore Lysimachi Agathoclis filij, (qui vnus fuit ex Alexandri successoribus) Pergamum nihil aliud quàm castellum fuisse, in quo ille, quòd locus esset in primis munitus, thesauros suos asseruabat, præfecto illis Philetæro quodam Thyamensi, Eunucho, qui quum se Arsinoæ Lysimachi vxori inuisum sciret, & ab ea apud regem accusatum, castellanos ad defectionem adduxit. Exortis deinde in Asia variis bellorum motibus, in quibus primùm Lysimachus à Seleuco Nicanore, deinde & Seleucus à Ptolemæo Ceraunoè medio sublatus est: Philetærus interim se Pergami continebat victoribus semper & propinquioribus obsequens: iisque artibus & ipse viginti annis castellum pecuniamque possedit, & Eumeni fratris filio moriens reliquit: qui prolatis imperij finibus, Antiochum Seleuci filium apud Sardeis superauit. Hic quum annos duos & viginti regnasset Pergami successionē Attalo patrueli suo reliquit, qui Galatis maximo prælio superatis, contractáque cum Romanis amicitia, primus ab iis Rex appellatus est. Attalo successit Eumenes filius natu maximus, qui cum Romanis aduersùs Antiochum magnum, & aduersùs Persen bellum gessit. Cuius beneficij memores Romani, regionem omnem quæ cis Taurum montem Antiocho paruerat, regno eius adiecerunt. Hic primus Pergamum, prolatis pomœriis, ex castello amplissimam vrbem reddidit, & Nicephorium lucum circa eam conseuit. Regnauit annis quadraginta nouem, moriénsque regni successionem Attalo filio reliquit, cognomēto Philometori: cui, quòd admodum adolescentulus esset, Attalum fratrem tutorem assignauit: qui regni procuratione fungens, cum Alexandro Antiochi filio aduersùs Demetrium Seleuci filium bellum gessit, & Romanis aduersùs Pseudophilippum, socium sese præbuit. In Thraciam quoque traiecto exercitu, Diegylim regem cepit. Moriens Attalo ex fratre nepoti, cuius tutelam gesserat, regnum à patre eius acceptum fideliter restituit. Attalus hic postremus fuit Pergami rex, qui quum annos quinque regnasset, sine liberis decessit, populo Romano hærede instituto: qui adita hæreditate regnum eius in prouinciæ formam redegit. Hæc Strab. *lib.* 13. ¶ Ex Pergamo viri illustres orti sunt, Galenus Medicorum clarissimus, Apollodorus Rhetor, & Augusti præceptor, à quo Appollodorea secta nomen accepit: & Dionysius Atticus, huius discipulus.

Pergămēnŭs, a, um, περγαμηνός, vt Charta pergamena, quæ Pergami inuenta est, ab Attalo rege, (vt Æliano placet,) siue ab Eumene (vt Plin. mauult) primùm Romam transmissa.

Pergase, Περγασαί. Vicus est agri Attici in tribu Erechtheide, teste Steph.

Pergaudĕo, es, Vehementer gaudeo. { ὑπερχαίρω, πάνυ εὐφραίνομαι. GALL. *Se resiouyr fort, estre bien aise.* ITAL. *Allegrarsi molto* GERM. Sich hefftig freuwen. HISP. *Mucho holgarse.* ANGL. *To reioyce greatlie.* } Cic. *ad Quintum fratrem lib.* 3. Trebonium meum à te amari, téque ab illo pergaudeo.

Pergigno, is, Gigno. { הוליד *holidh*. φιτύω. GAL. *Engendrer.* ITAL. *Generare.* GER. Gebären/herfürbringen. HISP. *Engendrar.* } Catull. *Argon.*

Quales Eurotæ pergignunt flumina myrtos.

Pergnātus Apul. *in Apol.* Magia ars colendi deos ac venerandi pergnara.

Perglisco, is, Colum. *c.* 7. *lib.* 8. Quæ (aues) prima luna saginari cœptæ, vigesima perglisscunt.

‖Pergnarus, vt apud Apul. *in Apol.* Magia ars colendi deos ac venerandi pergnara.

Pergo, is, perrexi, Ex per & ago, quasi perago, vado, vel iter facio. Alij à Per & rego, quia præteritum est *perrexi.* { הלך *halách*. πορεύομαι. GAL. *Aller, continuer.* ITAL. *Andare, ire, gire, far viaggio* GER. Gehn oder hingehn. HISP. *Ir ò andar camino.* ANG. *To procede, and goon.* } Plaut. *in Capt.* Nunc ad eum pergam. Terent. *in Hecyr.* Sed quis est qui huc pergit? Plinius, Mox vbi pluribus eodem modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit. Homo lepidissime. adde de tuo hilarissime Perge: Non pergo herclè. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Agite porro, pergite quomodo occepistis. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Pergitin' pergere (pedes?) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Pergam in ædes nunc. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 4. Cato. Pergit eos defensum. Gell. *c.* 3. *lib.* 7. ¶ Aliquando ponitur pro perseuero, & procedo, διαπελῶ. διεξίημι. Terent. *in Adelph.* Nam si molestus esse pergis, iam intrò abripiere. Virg. 1. *Æneid.*

O dea si prima repetens ab origine pergam, &c.

Pergin' ructare in os mihi. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Pergitin' pergere pedes?) *Ibid. sc.* 1 *a.* 5. Pergin, Infelix? Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Pergam exequi, Idem *Amph.* (i. exequirere.) Pergin' mastigia? (sup. mihi illudere) *Ibidem.* Ex vxore pergam istam rem exquirere. Item perge porro dicere, item pergo quærere. *Ibid. sc.* 4. *a.* 4. Si perges mihi male loqui. Idem *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Pergin' me seruum exprobare esse. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Pergin' etiam verbero? (malè loqui.) Idem *Curc. sc.* 3 *a* 1. Item, pergere ire. Liu. *lib.* 1. *dec.* 3. Pergere nauigare. Idem *lib.* 6. *dec.* 4. Pergunt ad cunas citi. Plaut. *Amph.* Perge operam dare. Idem *Men sc. vlt. a.* 5. ¶ Aliquando accipitur pro ago: vt in illo Virg. 6 *Eclog.* Pergite Pierides. ¶ Quandoque pro festino. Terent. *in Phorm* Domum ire pergam, vbi plurimum est. ¶ Quandoque pro conor. *Ibidem,* Hoc vbi ego audiui, ad fores suspenso gradu, placidè ire perrexi. ¶ Ponitur aliquando pro præterire, Cic. *Attic. lib.* 3. Sed pergo præterita. ¶ Perge interdum particula est hortandi. Plaut. *Men. sc.* 2. *a,* 4. Perge tu (mox) Perge in virum. Verba sunt hortantis ad rixam & conuicia. Ita enim Lambinus explicat: Tu mulier perge in virum maledicta ingerere. Qui tibi vestem surripui. Alij ea verba serui ad Menæchmum referunt, & exponunt. ¶ Perge in virum, id est, ostende te virum fortem & animosum. Idem Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Perge. P. Non pergo herclè ego, nisi scio qua gratia litigium est tibi cum vxore. (Hic ⁊ Perge est hortantis.) ‖ ¶ Pergere iter veteres dicebant id est, in itinere. Salust. *in Iugurth.* Apul. *lib.* 6. Pergit quandam turrim præaltam. Pergere librum id est, in libro perficiendo. ‖ ¶ Negant plerique ex per & ago componi, quia non peregi præteritum facit, sed perrexi, cámque ob causam à rego deduci existimant. Vnicuique suum sit iudicium, nos Sipontinum sequimur. Non enim semper simplicis analogia retinetur. ¶ Hinc componitur Expergo, quod significat expergefacio. Accius, Heus vigiles properate, expergite tarda sopore Pectora. Pergin', Comicum pro Pergísne? Plaut. *Amph.* Pergin' argutarier? q. d. Non cessabis?

Pergrăcĭlĭs, e, Valde gracilis. { πάνυ λεπτός, λεπτότατος. GALL. *Fort gresle, fort deslié.* ITAL. *Molto sottile.* GERM. Gantz rein. HISP. *Muy magro y sutil.* ANGL. *Veri slender.* } Plin. *lib.* 25. *cap.* 15. Longiore caule, sed pergracili.

Pergræcor, aris, admodum græcor, Epulis & potionibus inseruio, quod est Græcorum proprium. { סבא *saba.* ἐκλύω, ὑπερηδυπαθέω, κωμάζω. GALL. *Gaudir & faire grand chere, yurongner.* ITAL. *Crapulare.* GERM. Ein vol vnzimlichs wäsen füren mit frassen vnd sauffen wie die Griechen. HISP. *Viuir a modo de griegos y viçiosamente.* ANGL. *To mak riotous cheare and great feastes.* } Titinnius, Hominem impium: nunc ruri pergræcatur. Plautus *Truc.* Atque vt cum solo pergræcetur milite. Idem *in Bacch.* Propterea hoc facio vt suadeas gnato meo, vt pergræcetur tecum, ter venefice. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. (bis) Bibite, pergræcamini.

Pergrăndĭs, e, { μεγαλώτατος, λίαν μέγας. GALL. *Fort grand, fort aagé.* ITAL. *Molto grande.* GERM. Vast groß. HISP. *Muy grande.* ANG. *Very great or old.* } Cic. 6. *Verr.* Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi trulla excauata, cum manubrio aureo. Idem *de lege Agraria contra Rullum,* Iubet eosdem Decemuiros omnibus agris publicis, pergrande vectigal imponere.

Pergrăphĭcŭs, adiectiuum, id est, lepidus, ad vnguem factus, absolutus, & quasi pictoris manu expolitus. { πάνυ γραφικός. GALL. *Fort bien fait comme qui l'auroit peinct* ITAL. *Fatto à penello.* GERMAN. Gantz eigentlicher oder wäsenlicher. HISP. *Hecho al pinzel.* ANGL. *Made as it were peinted.* } Plaut. *in Truc.* Nimis pergraphicus sycophanta.

Pergrātŭs, a, um, Admodum gratus. { πάνυ εὔχαρις, λίαν ἐπίχαρις. GALL. *Fort agreable.* ITAL. *Molto grato.* GERM. Gar oder vberauß angenäm. HISP *Muy agradecido.* ANGL. *Very acceptable.* } Cic. *de Amic* Sed quoniam amicitiæ mentionem fecisti, & sumus otiosi, pergratum mihi feceris (spero etiam Scæuolæ) si, quemadmodum soles de cæteris rebus quum ex te quæruntur, sic de amicitia disputaris quid sentias. Idem *ad Brutum,* Pergratum mihi erit, si eum ita tractaris, vt merito tuo mihi gratias agere possit ¶ Interponitur aliquando dictio aliqua inter per & gratum, ídque elegantissimè. Cic. *ad Attic. lib.* 1. Per mihi per, inquam, gratum feceris, si in hoc tā diligens fueris, &c. Idem *lib.* 5. Per mihi gratum erit, si id curatis ad me perferendum

PERGRAVIS, e, Valde grauis. { πάνυ βαρύς. GALL. *Fort grief.* ITAL. *Grauissimo* GERM. Gar schwär. HISP. *Muy graue y pesado.* ANGL. *Very heauie and weightie.*

Pergrăuĭtĕr, aduerb. Admodum grauiter. { πάνυ βαρέως. GALL. *Fort griefuement.* ITAL. *Molto grauemente.* GER. Gar schwärlich. HISP. *Muy grauemente y pesadamēte.* ANGL. *Very greuouslie.* } Cic. *ad Attic. lib.* 1. Hoc te intelligere volo, pergrauiter illum esse offensum.

PERGVLĂ, æ, Locus apertus à multis lateribus aërem excipiens, aliquando extra parietem porrectus, & modò tectus, modò sub dio expositus: à pergendo dicta, quòd in ea deambulare soleamus, forúmque, aut hortum, aut plateas, aut vias perspectare, & quandoque cœnare æstiuo tempore. { προβολή. GALL. *Vne saillie de maison ou galerie, soit couuerte ou non.* ITAL. *Luogo da piu parti aperto, ò coperto ò scoperto oue gli antichi tal volta desinauano.* GERM. Ein eisser od sunst ein lauben an einem hauß. HISP. *El tablado ò corredor.* ANG. *A gallerie, or priuate place, to walkin* } Plin. *lib.* 21. *c* 3. Cum corona rosacea interdiu è pergula sua in forum prospexisse dictus. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Cras Phœnicium Phœnicio

nicio corio inuisès pergulam. Et *ibidem*, Faxo deportere in pergulam. ¶ In pergulis præceptores discipulos erudiebant, artifices item opera sua velut in propatulo habebant. Vnde Suet. *de Crassitio Grammatico*, Deinde in pergula docuit. Plin. *lib.* 35. *c.* 10. *de Apelle*, Idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus: atque post ipsam tabulam latens, vitia quæ notarentur auscultabat, Suet. *in August. c.*94. Theogenis mathematici pergulam comite Agrippa ascenderat. *sup.* Augustus. ¶ Pergula etiam dicebatur locus accommodatus exponendis venalibus rebus. {προάστιον. GAL. *Lieu où on estale la marchandise.* ITAL. *Luogo da porui in monstra de mercantie.* GERM. Ein trämerladen / ein öffner laden in dem man etwas fan feil haben. HISP. *La mesa do se pone algo para vende.* ANG. *A merkat place.*} Vlpian. *in l. heres, de iudiciis.* At si quo in loco constiti, non dico iure domicilij, sed tabernulam, pergulam, horreum, armarium, seu officinam conducens: ibique distraxit, vel egit: defendere se ex eo loco debebit. ¶ Legitur & figuratè Pergula, pro iis qui in pergula versantur. Iuuenal. *Satyr.* 11.

Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula, discipulus Tripheri doctoris, apud quem
Sumine cum magno lepus, atque aper, atque pygargus.
Et Scythicæ volucres, & Phœnicopterus ingens,
Et Getulus oryx, hebeti lautissima ferro
Cæditur, & tota sonat vlmea cœna Saburra.

Quo in loco nonnulli Pergulæ nomine accipiunt eos, qui in pergula æstiuo tempore discumbunt. Alij ordinem & cœtum ministrorum, qui in pergula discumbentibus inseruiunt, vnique parent structori. Alij rursus, scholam eorum qui chironomiam, hoc est, gesticulationis legem profitebantur, quam etiam in dissecandis cibis solent obseruare. Ad interpretem Iuuenalis in illum locum. ¶ In vineis verò topiarium opus significat. {ὄρχος ἢ ὄρχις, ὄρχατος. GAL. *Vne treille de vigne* ITAL. *Pergola di vite.* GERM. Ein räben geheld. HISP. *El tablado por donde anda la parra.*} Colum. *lib.* 11. *c.* 2. Si quę pergulæ vitium generosarum à putatoribus relictæ sunt, ante Calendas Aprilis vtique deputari debent. Plin. etiam *lib.* 17. *c.* 4. vitium generosarum pergulas præcipit quinquatribus esse putandas.

Pĕrgŭlānŭs, a, um, quo pergulis sustinetur. vt, Pergulana vitis. Colum. *lib.* 3. *c.* 2. Nam has nuper mihi cognitas, pergulanam dico, & itiolam, &c. Gell. *c.* 6. *lib.* 5. Perherclè rem miram.

PĔRHIBĔO, ex per, & habeo, significat dico, & affirmo. {אמר *amár.* κατάφημι, λογοποιῶ. GAL. *Dire, affermer.* ITAL. *Dire, affermare.* GERM. Fürgäben/für ein wahrheit sagen. HISP. *Dezir, afirmar.* ANGL. *To say, to alledge, or affirme.*} Coll. *lib.* 4. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Plaut. *in Sticho*, Persarum montes, qui esse aurei perhibentur. Cic. 2. *de diuin.* Bene qui coniiciet, vatem hunc perhibeto optimum. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 2. Nusquam perhibentur blandiores meretrices. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Qui perhiberis natus Syracusis. Item Perhibere verba, vide *Præbibere.* ¶ Interdum perhibere ponitur pro dare παρέχειν. Idem *in Pseud.* — cur ego vestem, Aurum, atque ea quibus vobis vsus, perhibeo? Idem *in Merc.* — diem vnum orauit, Vt apud me perhiberem sibi locum. Perhibere testimonium, hoc est, dicere. Colum *lib.* 4. Eius rei testimonium præcipuè Syluine perhibere nobis potes. ¶ Quandoque pretium exprimit eo modo quo vendo. Plaut. *in Pers.* Eodem mihi pretio sal perhibetur quo tibi.

Perhibendus, particip. Cic. *Luceio, lib.* 12. Nec minus est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse, quàm qui in eo genere laborarunt.

‖ Perhīlum, per paullum. Lucr. ‖

PĔRHŎNŌRĬFICVS, a, um, Valdè honorificus. {πολύτιμος, πάνυ ἔντιμος. GAL. *Fort honorable.* ITAL. *Molto honoreuole.* GERM. Gantz ehrenhafft oder ehrlich. HISP. *Muy honrado.* ANG. *Very honorable.*} Cic. *ad Attic.* Consalutatio forensis perhonorifica, signa præterea beneuolentiæ permulta nobis impertiuntur.

Pĕrhonōrĭfĭcē, aduerbium. {πολυτίμως. GAL. *Fort honorablement, auec grand honneur.* ITAL. *Honoreuolmente, con molto honore.* GERM. Gantz ehrlich. HISP. *Muy honradamente, con mucha honra.* ANGL. *VVithgreat honour.*} Cic. *ad Attic. lib.* 14. Hic perhonorificè & amicè Octauius quem quidem sui Cæsarem salutabant.

PĔRHŎRRĔO, es, siue perhorresco, is, Horrore permoueor, extimesco. {περιφοβέομαι. GAL. *Auoir grand peur & frayeur, trembler de peur.* ITAL. *Sentir horrore & ribrezzo, tremare* GERM. Von forcht ein hefftigs grausen oder schauderen haben/obel entsetzen. HISP. *Mucho temer.* ANGL. *To haue a great feare, to tremble for feare.*} Cicer. *ad Attic. lib.* 9. Sed genus belli crudelissimi & maximi quod nondum vident homines, quale futurum sit, perhorrui. Idem *lib.* 13. Sed quid est tandem quod perhorrescas.

Pĕrhōrrĭdŭs, a, um, Valde horridus. {πάνυ φρικώδης, λίαν φοβερός. GAL. *Fort hideux & herissonné.* ITAL. *Molto horrido, spauenteuole.* GERM. Gar scheützlich. HISP. *Muy espantable.* ANGL. *Very fearfull and hiddeous.*} Liuius *lib.* 2. *bell. Punic.* Pœnus contrà intra Formiana saxa, ac Linterni arena, stagnáque perhorrida situ hybernaturus esset.

PĔRHŎSPĬTĀLIS, e, valde hospitalis, {φιλόξενος, φιλόξενος. GALL. *Fort humain & courtois à receuoir les estrãgers & ses amis.* ITAL. *Cortesissimo à riceuere & acarezzar gli amici.* GERM. Gar gastfrey / gantz bereit gäst auffzunemmen. HISP. *Muy humano y cortes para recebir los amigos y otros.* ANGL. *Very courteous to strangers.*} Cic. 6. *Verrina*, Huius domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certè & nostris hominibus apertissima, maximéque perhospitalis.

Perhospita, Tibull. *lib.* 4.

Pĕrhūmānŭs, a, um, Admodum humanus. {πάνυ φιλάνθρωπος GAL. *Fort humain.* ITAL. *Molto humano.* GER. Gantz freundtlich/oder freundthold. HISP. *Muy cortes y humano.* ANG. *Very humain*} Cic. *ad Quintum fratrem lib.* 2. Multúmque hic mecum sermonem habuit, & perhumanum de discordiis mulierum nostrarum.

Pĕrhyĕmo, as, are, Totam hyemem transigo. {διαχειμάζω. GALL. *Passer ou demeurer tout l'hyuer.* ITAL. *Inuernare.* GER. Durchwinteren/durch den gantzen winter bleiben HISP. *Inuernar ò tener inuierno.* ANG. *To passe ouer or tarie a winter.*} Colum. *lib.* 11. *cap.* 3. Sed eos vacuos perhyemare patiemur.

Peri, quod in quibusdam sequentibus vocibus compositum legitur, Græca præpositio est. est autem περὶ cum genit. *de, ob, præ*, seu *vltra*, cum accus. *Circum, circa, circiter*, cum abl. etiam *circum, circa.*

Pĕrĭandĕr, Περίανδρος. Cypseli filius, vnus ex septem sapientibus Græciæ, & Corinthiorum rex, qui aliquando interrogatus, quare quum sapiens esset, in tyrannide perseueraret. Quia (inquit) & sponte, & inuitum cedere est periculosum. Crudeliter igitur, & in magna suspicione agebat, magno semper militum comitatu stipatus. eos potissimum qui otiosi in foro obuersabantur, reformidans. Quapropter vt noui consilij capiendi occasionem ciuibus suis præcideret, iugiter eos in bellis, naualibus præsertim, destinebat. Vxorem habuit Melissam, quam zelotypia quadam ductus, quum grauida esset, ictu calcis interfecit, pallacarum suarum delationibus temere fidem adhibens, quas tamen pœnitentia ductus, viuas cremauit. ¶ Sunt qui duos fuisse Periandros tradant, alterum Corinthi tyrannum, alterum sapientem, eúmque Ambracioten. Quorum profectò sententia verisimilior videtur. Nam & matris & vxoris mortuæ concubitus, aliáque id genus flagitia quæ de Periandro Corinthio traduntur, non video quo pacto insanæ mentis hominem, nedum in sapientem, cadere potuerint.

Peribaris, idis, περιβαρίς, genus quoddam calceamenti muliebris. Polluci, calceamentum album maximè meretricium. Pauperum matronarum & ancillarum fuisse ex Cephisodoro colligit Loënsis *libro.* 7. *cap.* 24.

‖ Periblema, vestimentum commune virorum, amiculum, pallium. Poll. ‖

Pĕrĭbœă, Περίβοια, Eurymedontis gigantis filia fuit, ex qua Neptunus Nausithoum suscepit Alcinoi patrem. Autor Homerus 7. *Odyss.*

Pĕrĭbœtŏs, {נכבד *necchbadh.* περιβόητος. GAL. *Noble, fameux, celebre.* ITAL. *Celebre, nobile.* GER. Berümpt. HISP. *Noble, famoso.* ANG. *Famous, of great renowme.*} Græcis celebrem, famigeratúmque significat: quo nomine etiam nobilem quendam Satyrum illi cognominant, perpetuum Liberi patris comitem. Plin. *lib.* 34 *c.* 8. *de operibus ex ære.* Item Catagusam, & Ebrietatem, & Liberum patrem, nobilémque vnà Satyrum, quem Græci Periboëton cognominant.

‖ Peribolium, septum vbi feræ inclusæ ad venationem. Lg.b. Item lorica murorum. Vitr. ‖

Pĕrĭbŏlŭs, περίβολος, Latinè ambitus, lorica murorum: ab ambio, circundo, περιβάλλω. Et accipitur pro septo & corona domus, ideo extructa ne quis delabatur: quæ lorica, loriculáve alio nomine dicitur, vide *Lorica.*

Pericardion, περικάρδιον. Membrana est cor circunquaque amplectens tantum ab eo dissita, tantúmque spatij vacui omni ex parte relinquens quantum ad cordis diastolen maximè est necessarium, vulgus *Capsulam cordis* appellat.

Pĕrĭcarpum, περίκαρπον, bulbi genus est. Eius duæ sunt species: cortice rubro alterum, alterum nigro papaueri simile. Vtraque habet vim excalfaciendi: vnde & contra cicutam datur. Autor Plin. *lib.* 25. *cap.* 10.

Pĕrĭcarpĭum, περικάρπιον, est inuolucrum seminis, quo illud ambitur, & aduersùs cæli animaliúmque iniurias defenditur: vt in frugibus spica in castaneis echinus. {ANGL. *An huskor hull ef corne or other graynes.*} Est item pericarpium brachij ornamentum, cingens iuncturam illam qua summa manus cubito iungitur, quam anatomicæ rei periti Græci vocabulo καρπὸν appellant.

‖ Pericartapsere, valde diuidere Gl. Isid.

Pericephalea, galea & mulierum capillorum spira. Rh. Item in naui pars. Calcag. ‖

Pericharacter, περιχαρακτήρ, ferramentum, quo gingiuarum caro à dentibus circumquaque separatur in dentium dolore.

Pĕrĭclēs, Atheniensis viri clarissimi nomen, qui annos quadraginta in administratione Reipublicæ principatum tenuit. Plurimùm enim & autoritate & eloquentia pollebat. Vnde & Olympius identidem à Poëtis comicis appellabatur, quòd tonare in concionibus, & fulmen ciere videretur. Habuit in administratione Reipublicæ aduersarium Thucydidem Milesium, virum nobilem & potentem: qui quum illum apud populum eo nomine reprehenderet, quòd nimium in publicis operibus sumptum fecisset, Atqui (inquit Pericles) de meo hæc omnia persoluere, non recuso, modò mihi liberum sit nomen meum illis inscribere. Quo tam animoso responso, aduersarij calumniam facilè effugit, censente populo operum magnificentiam ad reipublicæ splendorem pertinere, ideóque ea publico, non priuato sumptu esse facienda. Autor est Plutarchus, quum Pericles aliquando Sophoclem in magistratu collegam haberet, & cum eo nescio quid de Republica colloqueretur, eximia forma puerum illac iter fecisse, quem intuitus Sophocles, quum pulchritudinem eius supra modum admiraretur: Atqui (inquit Pericles) magistrum decet non modò manus, verumetiam oculos continentes habere. Vide plura de hoc apud Plutarchum.

Periclitor, vide *Periculum.*

Pĕrĭclymĕnŏs, siue Peryclymenon, {περικλύμενον Dioscoridi. GALL. *Herbe appellée matrisylua.* ITAL. *Matriselua.* GERM. Geißblat / oder wadgilgen. HISP. *Madreselua.* ANGL. *woodbing, that beareth the honysuckle.*} Herba est fruticans, ex interuallo, duo habēs fila, subcandida, mollia: in cacumine autem semen inter folia durum, & quod difficilè euellatur. Nascitur in aruis & in sepibus, conuoluens se adminiculis quibuscunque. Hæc Plin. *lib.* 27 *c.* 12. Hodie, teste Ruellio, vocatur *caprifolium*, à quibusdam etiam *matrisylua.*

Pĕrĭclymĕnŭs, Περικλύμενος Homero, nomen filij Nelei fratris Nestoris, cui à Neptuno auo concessum erat, vt in quas ei visum esset formas se posset transformare. Hercule itaque bellum gerente aduersùs Neleum, Periclymenus in aquilam conuersus faciem hostis vnguibus, & rostro lacerabat. donec sagitta Herculis in aëre confixus, & in terram delapsus, altius corporis pondere adacta sagitta, animam efflauit. Vide latius hanc fabulam apud Ouidium 12. *Metam.*

‖ Perhīlum, perpaullum. Lucr. ‖

Pĕrĭcŏpē, Amputatio, circuncisio. {περικοπή. GALL. *Coupure.* ITAL. *Taglio.* GERM. Ein abschneidung/ ein vnderscheid oder stuck einer gantzen red. HISP. *Tajadura, cortadura.* ANGL. *A cutting of or about.*}

à verbo Græco περικόπτω, quod est amputo, vel circuncido. Hieron. *ad Pamma.* Aut si tu quoque narem contraxeris illam Apostoli περικοπὴν, id est, amputationem in qua de virginitate & nuptiis disputat, aliter differere compelleris.

Pĕrĭcrānion περικράνιον, membrana est tenuis & neruosa, sub capitis cute ex crassa meninge enascens, totúmque cranium extrinsecus ambiens: vnde & nomen accepit.

PĔRĪCVLVM, i, à pereo deduci videtur, Discrimen, tempus aduersum. { πεῖρα, κίνδυνος. GALL. *Peril, danger.* ITAL. *Pericolo.* GERM. Ein gefar oder gefärligkeit. HISP. *Peligro.* ANG. *Danger, perill, ieopardie.* } Virg. 3. *Æneid.*

Obscœnámque famem, quæ prima pericula, vito.

Variis autem modis hoc nomine in oratione vtimur. Magnum periculum est ab asinis ad boues transcendere. Plaut. *Aulul. sc. 4. a.* 1. Haud periculum est. { GALL. *Il ne fault point craindre.* } ne cardines foribus offringantur. Plaut. *Asin. sc. 3. a.* 2. Periculum vitæ meæ tuo stat periculo. Idem *Capt. sc. 5. a. 3.* Id mihi ne eueniat nonnullum est periculum. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. De meo periculo rem saluam exhibebo. Idem *Asin. sc. 4. a.* 2. Nimio periculo hanc pallam abstuli. Et æquè magno periculo Idem *Menæch. sc.* 3. *a.* 1. Periculum memoriæ adire. Sueton. *in August. cap.* 84 Pericula ludere (de agone ludicro) Martial. *Epigram. lib.* 9. Ex periculo petita verba. Quintil. Virtuti periculum non est, ne admota oculis reuilescat. Senec. *cap.* 15. *de tranquill.* Ne vereare, meo periculo (amittite istum æstimatum.) Plaut. *Capt. sc.* 2 *a.* 1. Non periculum est ne quid rectè monstres. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Nullũ periculum est quod sciam stipularier. *Ibid. sc. 6. a.* 4. Nihil ita sublime est, supráque pericula tendit vt non sit suppositum Deo Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.* Dicimus enim, Subiicere aliquem periculo, Creare periculum alicui, Negligere periculum, In periculo esse, Periculum subterfugere, Periculum adire, Abesse à periculo, Afferre periculum, Adducere in periculum, Conflare periculum, Committere se periculo, Facessere periculum alicui, Inferre se in periculum capitis, Iniicere periculum, Intendere periculum, Intentare periculum, Liberare periculo, Procurare periculum, Vocari in periculum, Venire in periculum, ¶ Aliquando periculum accipitur, pro experimento, quia rarum est tentamentum sine periculo. πεῖρα Terent. *in Eunuch.* Fac periculum in literis, fac in palæstra, &c. ¶ Periculum, verbum anceps, medium siue commune esse scribit Gell. *cap. 9. lib.* 12.

Pĕrīcŭlōsŭs, a, um quod est cum periculo coniunctum. { κινδυνώδης, ἐπικίνδυνος, παράβολος. GAL. *Perilleux.* ITAL. *Pericoloso.* GER. Gefärlich. HISP. *Peligroso.* ANG. *Perillous, dangeroux.* } Cic *lib.* 1. *Offic.* Grauioribus autem morbis periculosas curationes, & ancipites adhibere coguntur. Cæsar 7. *bell. Gall.* Intrare intra præsidia periculosum putabat. Cicer. 5. *Verr.* Turpis est enim & periculosa confessio.

Pĕrīcŭlōsē, aduerbium { ἐπικινδύνως, ἐπισφαλῶς. GAL. *Perilleusement.* ITAL. *Pericolosamente.* GERM. Gefärlich. HISP. *Peligrosamente.* ANGL. *Dangeroustie perilloustie.* } Cicer. *Tironi*, Periculosè hyeme nauigatur. Idem *pro Mil.* Facere enim probus adolescens, periculosè, quàm perpeti turpiter, maluit.

Pĕrīcŭlŏr, aris, Experior, periculum subeo, periculo me expono. { κινδυνεύω. GAL. *Estre en danger.* ITAL. *Pericolare.* GER. In gefahr sein. HISP. *Ponerse en peligro.* ANGL. *To be in danger or perill.* } Vnde periculatus sum apud Catonem lectum est, teste Festo.

PĔRĪCLITŎR, aris, Experior, periculum subeo, in discrimen me coniicio. { κινδυνεύω, παρακινδυνεύω. GAL. *Se metre ou estre en dãger.* ITAL. *Pericolare, andare à pericolo.* GER. In gefar stehn/ein gefärligkeit bestehn. HISP. *Ponerse en peligro.* ANGL. *To put him self in danger.* } Vt periclitor fama, capite: hoc est, periculum est, ne caput, aut famam amittam. Dicitur etiam periclitor siti, id est, in periculo positus sum moriendi propter sitim. Plin. *lib.* 17. *cap.* 24. Arbores gelu periclitabantur. Martial. *lib.* 6. Periclitatur capite Sotades noster. Sueton. *in Tib. cap.* 21. Periclitari de summa Imperij. Periclitari caussa Quint. ¶ Periclitari etiam significat experiri. πεῖραν ποιεῖν, κίνδυνον ποιοῦμαι. Plaut. *Amphitr.* An periclitamini quid animi habeam? (paulò pòst, Tentas.) Idem *ibidem*, Periclitatus sum animum tuum: quid faceres & quo pacto ferè Induceres. ¶ Periclitandus. Gell. *cap.* 8. *lib.* 13. In rebus nóscendis, periclitandísque versari. (de vsu.) Cicer. *lib.* 1. *de Orat.* Subeundus vsus omnium, & periclitandæ vires ingenij. Plancus *ad Ciceronem*, Itaque potius periclitari volui, si posset mea præsentia & lepidum tueri, & exercitum facere meliorem, quàm nimis cautus videri. Cum infinitiuo. Quintil *lib.* 11. *cap.* 3. vox ima vim non habet: summa rumpi periclitatur. Periclitandus, particip. κινδυνευτέος. Cicer. *in Catil.* Non est sæpiùs in vno homine summa salus periclitanda Reip. ‖ ¶ Periclitabundus, gestum experientis habens. ‖ ¶ Periclitatus aliud particip. Cicer. *de Amicit.* Est igitur prudentis, sustinere vt cursum, sic impetum beneuolentiæ, quo vtamur, quasi aquis tentatis, sic amicitiis, aliqua parte periclitatis moribus amicorum.

Pĕrīclĭtātĭo, nis, verbale Experimentum, tentatio. { κινδύνευμα. GALL. *Perir.* ITAL. *Pericolo.* GERM. Versuchung mit gefahr. HISP. *Peligro.* ANGL. *An aduenturing or ieoparding.* } Cicer. 1. *de natur. deor.* Quarum vtilitatem longinqui tempori vsu & periclitatione temporis precipimus.

Pĕrĭdōnĕŭs, a, um, Valde idoneus. { πάνυ ἐπιτήδειος. GAL. *Fort idoine propre & conuenable.* ITAL. *Molto atto.* GERM. Gar füglich oder taugenlich. HISP. *Muy idoneo, y ataniado.* ANG. *Very fitte and conuenien t.* } Cæs. 2. *bell. ciuil.* Quòd is locus peridoneus castris habeatur. Suet. *de clar. Gram.* Peridoneus præceptor.

Pĕrĭdrŏmĭs, peridromidis, fœm. gen. περιδρομίς, Hypæthra ambulatio ambiens palæstras, apud Vitru *lib.* 5.

Peridromus, περίδρομος, ον, adiectiuè est circum currens Substantiuè est locus figuræ rotundæ, vbi in orbem curri potest. generaliùs etiam locus rotundus, ambitus. Est & funis, quo retia tenduntur, circa viam & summam partem qui & ἐπίδρομος.

Pĕrĭēgēsĭs, περιήγησις, Ambitus, siue circuitus: à verbo Græco περιηγέομαι, quod est circumeo, vel circunduco. Hinc Dionysius Afer, opus suum geographicum γῆς περιήγησιν inscripsit.

Pĕrĭergĭa, æ, { περιεργία. GAL. *Curiosité.* ITA. *Curiosità.* GERM. Vberflüssige sorg durch welche man nür zuuil fleißig vnd gesucht ist. HISP. *Curiosidad.* ANGL. *Curiositie.* } Curiositas, sedulitas, nimia anxietas, & veluti redundans diligentia, qualem in Protogene reprehendit Appelles, quòd manum de tabula tollere non posset Diomedes, περίεργος, inter tropos seu potiùs inter vitia orationis annumerat, quum, scilicet oratio plus satis elaborata & satietatem parit, & obscuritatem.

‖ Perigialium, ora maritima L. g. b ‖

Perihermenias, liber Aristote lis de interpretatione sensuum animi, h. e propositionibus.

Pĕrĭleūcŏs, περίλευκος, gemma filum habens candidum ab ipso ore ad radicem vsquet descendens. Plin. *lib. vlt. c.* 10.

Pĕrillŭs, Περίλλος, Atheniensis faber ingenio præstans, qui Phalaridi tyranno Agrigentino taurum ex ære fabricauit, quo reus clauderetur, ac subiecto igne mugitum bouis ederet: cuius muneris nomine quum amplissimum à tyranno (qui nouis semper tormentis excogitatis delectabatur) speraret munus, inclusus tauro, suppositísque ignibus, primus suæ artis experimentum præbuit Ouidius 1. *de Arte.*

Et Phalaris tauro violentus membra Perilli
Torruit, infelix imbuit autor opus.

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. Perillum nemo laudat, sæuiorem Phalaride tyranno, cui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus, igne subdito, & primus eum expertus est cruciatum iustiore sæuitia.

Pĕrīlūstrĭs, e, Admodum illustris. { πολύκλειτος, πάνυ λαμπρός. GAL. *Fort illustre & renõmé.* ITAL. *Molto illustre.* GERM. Durchleuchtig / hochberümpt. HISP. *Muy esclarecido, y famoso en bien.* ANGL. *Greatlie renowmed, very noble.* } Cic. *ad Att. lib.* 5. Ibi morati biduum per illustres fuimus, honorificísque verbis omnes iniurias refellimus.

Pĕrimbĕcĭllŭs, a, um, vel perimbecillis, le, Valde imbecillus. { πάνυ ἀσθενής, ὀλιγοδρανής. GALL. *Fort debile.* ITAL. *Molto debole.* GERM. Fast schwach vnd blöd. HISP. *Muy flaco.* ANGL. *Very weak and feble.* } Cic. *ad Attic. lib.* 10. Quod quidem est natum, perimbecillum est. Varr. 3. *de re rust. c.* 10. Perimbecillum enim id, vt caput molle.

PĔRĬMO, is, à per & emo, Deleo, interficio, tollo. { המית *hemith.* ἀναιρέω. GALL. *Tuer, mettre à mort, aneantir.* ITAL. *Occidere, distruggere.* GERM. Abthun/vmbbringen/ tödten. HISP. *Matar, destruir.* ANG. *To slay, to kill.* } Plaut. *in Menæch.* Virum hunc ego perimam impurissimum. Ouid. 13. *Metam.* Inque suis illum castris comitésque peremi. Cic. 4. *Tuscul.* Sin autem perimit ac delet omnino, quid melius? Idẽ *de Arusp. respons.* Si ludi non intermissi, sed perempti atque sublati sunt. ‖ ¶ Perimere actionem. *D. de pactis l.* 51. Neque tibi aduersus tuum debitorem, neque ipsi aduersùs suum actio perempta, id est, sublata. ‖

¶ Perimere reditum, est intercludere. adimere. Idem *pro Plancio*, Si mihi vis maior aliqua reditum peremisset.

Pĕrēmptŭs, Interfectus. { מומת *mumáth.* ἀναιρεθείς. GALL. *Tué.* ITAL. *Ammazato.* GERM. Getödt/vmbbracht. HISP. *Matado.* ANG. *Killed.* } Virg. 9. *Æneid.* Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto Exangui, & primis vna tot cæde peremptis.

Pĕrēmptōrĭŭs, a, um, perimendi vim habens. { δηλητήριον. GALL. *Chose pour tuer.* ITAL. *Perentorio, ch'vccide.* GERM. Tödtlich. HISP. *Cosa para matar.* ANGL. *That hath force to kill.* } à perimendo: vt venenum peremptorium, apud Apul. *lib.* 10. Sic apud Vlpian. *ff. de iudiciis l. & tertium.* Peremptorium edictum dicitur eo quòd tribus edictis propositis, vel vno pro tribus fieri solebat, & quòd perimat disceptationem inter litigatores, hoc est, non patiatur aduersarium tergiuersari: qui verò spernebat, contumax dicebatur. Peremptoriæ exceptiones dicuntur quæ semper agentibus obstant, & rem de qua agitur perimunt.

‖ Perinæum. (περίναιον, vel περίνεον, etiam περινὸν aliquando Hippocrati) variè vsurpatur. Aristoteli est pars interior femoris & natium communis Rufus partem eam penis, quæ propendet, ὑπόσημα, aut περίναιον vocat. Polluci idem est περίναιον, τράμις & ὄρρος, quod scil. suturæ simile, per medium scrotum transit, sub parte quam taurum vocant; desinens in natibus. Hesychio περίνα & περίνεον, est αἰδοῖον. Id alioqui πηρίν. ‖

Pĕrīncērtŭs, a, um, Valde incertus. { πάνυ ἄδηλος. GALL. *Fort incertain.* ITAL. *Molto incerto.* GERM. Gar vngewiß. HISP. *No cierto, muy dudoso.* ANG. *Very vncertaine.* } Gell. *lib.* 18. *c.* 4. ex Salustio, At Cn. Lentulus patritiæ gentis, collega eius cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum stolidior an vanior, legem de pecunia quam Sylla emptoribus honorum remiserat exigenda promulgauit.

Pĕrīncōmmŏdŭs, a, um, Valde incommodus. { πάνυ ἀνεπιτήδειος, λίαν ἄχρηστος. GALL. *Fort incommode.* ITAL. *Molto incommodo.* GERM. Gar vnkomlich/oder vnfüglich HIS. *No prouechoso, muy dañoso.* ANG. *Very incommodious* } Liu. *lib.* 37. Quæ nihil admodum Romanis, ea perincommoda regiis erant.

Pĕrīncōmmŏdē, aduerbium, Valde incommodè. { πάνυ ἀκαίρως, πάνυ ἀνεπιτηδείως. GALL. *Fort incommodement.* ITAL. *Molto incommodamente.* GERM. Gantz vnkomlich/gar vnge. HISP. *Muy dañosamente.* ANG. *Very incommodiouslie or vnhandsomelie.* } Cic. *ad Attic. lib.* 1. Sed accidit perincommodè, quod eum nusquam vidisti.

Pĕrīncōnsĕquēns, Valde inconueniens, valde absurdum. { ἀνακόλουθος. GAL. *Fort absurde.* ITAL *Molto sconueneuole* GERM. Fast vngereympt. HISP. *Muy inconueniente.* ANGL. *Verie absurde and inconuenient.* } Gell. *lib.* 14. *c.* 1. Per aurem, inquit, inconsequens ipsum quidem corpus, & habitum tam profundi aëris sub alio atque alio cæli curuamine non eundem manere.

Pĕrīndē, ex Per, & inde, compositum aduerbium similitudinis, Eodem modo, similiter, æquè, pariter. { כן *ken.* οὕτως. GAL. *Ainsi, pareillement.* ITAL. *Cosi quasi.* GER. Dergleichen/ gleich/gerad sagen. HISP *Semejantemente, como.* ANGL. *So, alyk, all alyk.* } & habet post se ferè aliquam harum particularũ, Vt, quasi, ac si, vel atque. Plaut. *in Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Nam omnes res perinde sunt vt eas magnifacias. Item, Nõ possum agere gratias perinde vt de me promeritus es. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 5. Vbi tu me habueris perinde illum illic curauerit. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Vxorem præbere vsutariam, perinde est ac si agrum sterilem fodiendũ loces. Idem *Amphit.*

Perinde vt esse Autumno haud aliter dicetis Idem *Mostell. sc.2.a.1.* Vti tu me habueris, perinde illum illic curauerit. Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Cicer. 3. *Tuscul.* In quo facetum illud Bionis, perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur. Idem 5. *Tuscul.* Philosophia non perinde ac de hominum vita est merita, laudatur, Idem *Attic.lib.6.* Quos ego perinde tuebar ac si vsus essem. Idem *pro M. Marc.* Vereor vt hoc quod dicam non perinde intelligi auditu possit, atque ego cogitans sentio. ¶ Aliquando sequitur particula quàm. Sueton. *in Domitiano,* Nulla tamen re perinde motus quàm responso casúque Ascletarionis Mathematici. ¶ Aliquando significat pariter, æquè, si nulla sit negatio, nec sequatur, ac si, vel atque si, aut similis particula. Plin. *lib. 1. Epist.* Funus Rufi clarissimi, & perinde felicissimi. Sueton. *in Cæs.* Quæ si quis inuestigare & persequi vellet, quartam elementorum literam, id est d, pro a, & perinde reliquas commutet. Cicer. *Terent.* Te & Dolabellam perinde diligo. Salustius apud Quintil. Mithridates corpore ingenti, perinde armatus. ¶ Aliquando significat per hunc modum. Terent. *in Phorm.* Sexcentas perinde potiùs scribito mihi iam dicas. Interdū talem significat. Plaut. *Capt. sc.2.a.2.* Si perinde habeam dominum, vt ipse fui. ¶ Aliquando post perinde sequitur tanquam pro acsi. Gell. *lib.15.c. 29* Hoc perinde est tanquam si ego dicam, Est mihi nomen Iulium. ¶ Aliquando perinde & adeò simul iunguntur, idémque significant quo ita. Plaut. *in Amphitr.* Fac sis perinde adeò vt me velle intelligis ¶ Aliquando post perinde sequitur prout. Plin. *in Panegyr.* Meminerit perinde coniecturam de moribus suis homines esse facturos, prout hoc, vel illud elegerint. Non perinde, id est, non multum, seu valde. Sueton. *in Galba, cap.13.* Quare aduentus eius non perinde gratus fuit. Idem *in Augusto, c.80.* Coxendice & femore & crure sinistro non perinde valebat, vt sæpè etiam inde claudicaret. Idem *in Tib.c.52.* Itaque ne mortuo quidem perinde affectus est Plin. *Epist.8.* Quanto magis decuit publicè consulentem vtilissimum munus, sed non perinde populare comitate orationis inducere?

Pĕrĭndūlgēns, tis, adiectiuum, Valde indulgens. {ὁ πολὺ χαριζόμενος. GAL. *Qui permet beaucoup & baille grand abandon.* ITAL. *Che compiace molto.* GERM. Nachlässig vnd vertragen. HISP. *Elque mucho perdona.* ANGL. *That permitteth muche and giueth very great libertie and licence.*} Cic. 3. *Offic.* Magnus vir in primis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbè seuerus in filium.

Pĕrīnfāmis, e, {πάνυ ἄδοξος. GALL. *Fort infame.* ITAL. *Molto infame.* GERM. Gar verschreit / vnd verleumbdet. HISP. *Muy infame y infamado.* ANGL. *Very vnfamoas*, without renowme. } Valde infamis. Sueton. *in Vitel. cap. 2.* Curam quoque imperij sustinuit absente eo, expeditione Britannica, vir innocens, industrius, sed amore Libertinæ perinfamis.

Pĕrīnfĭrmus, a, um, Valde infirmus. {μάλα ἀσθενής. GALL. *Fort foible.* ITAL. *Molto debole.* GERM. Vberauß schwach. HISP. *Muy flaco.* ANG. *Very feble and weak* } Cic. 2. *de fin.* Sunt enim leuia & perinfirma, quæ dicebantur à te.

Pĕrīngĕnĭōsūs, a, um, Valde ingeniosus. λίαν ἀγχίνους, πολυδαίδαλος. GALL. *Fort ingenieux.* ITAL. *Molto ingenioso.* GERM. Gar sinreich. HISP *Muy ingenioso y agudo de ingenio.* ANGL. *Very ingenious and wittie.* } Cicer. 2. *de clar. Orat.* Alios quod melius putent dicere se posse quàm scribere, quòd peringeniosis hominibus, neque satis doctis plerunque contingit.

Pĕrĭnīquūs, a, um, Valde iniquus. {ὁ μεγαλάδικος, λίαν ἄδικος. GALL. *Fort inique.* ITAL. *Molto iniquo.* GERM. Gar vnbillich. HISP. *Muy injusto.* ANGL. *Very vniust and partiall.*} Cicer. *de lege Manil.* Quare videant ne sit periniquum & non ferendum. Liu. 1. *bell. Punic.* Pœnus periniquo animo ferebat, à Gallis accitum se venisse ad liberandum eos dictitans.

Pĕrĭnĭūrĭūs, valde iniuriosus. Apul. *in Apologia*, Atqui periniurium est ei fidem in peioribus habere, cui in melioribus non haberes.

Pĕrīnsīgnĭs, Valde insignis. { πάνυ ἐπίσημος. GALL. *Fort apparent & notoire, fort noble.* ITAL. *Molto noblie, molto illustre.* GERM. Gar wol bekant/vast deutlich. HISP. *Muy noble y señalado y famoso.* ANGL. *Very notorious.* } Cicer. *de Legibus*, An corporis prauitates si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit.

Pĕrīntĕgĕr, a, um, Omnino inuiolatus, planè integer. {πάνυ ἀκέραιος, ὁλόκληρος. GALL. *Fort entier.* ITAL *Molto intiero.* GERM. Gantz vnuerseert. HISP. *Muy entero.* ANGL. *Very whole and entiere.* } Gell. *lib. 3. cap. 5.* Castitatis perintegræ dicebatur.

Pĕrĭnthus, Πέρινθος, vrbs Thraciæ ad Propontidem, postea Heraclia dicta, à nomine Heraclij principis Cōstantinopolitani, in qua olim fuit celeberrimum illud amphitheatrum marmoreum ex vno lapide excisum, quod inter septem orbis miracula numeratur.

Pĕrĭnthĭūs, a, um, Περίνθιος, qui ex Perintho est: vt Perinthia, Menandri Comœdia. Terent. *in prol. Andr.* Menander fecit Andriam & Perinthiam.

Perio, tento, conor.

Pĕrĭŏchă, { περιοχή. GALL. *Argument.* ITAL. & HISP. *Argumento.* GERM. Ein kurtzer summarischer begriff oder inhalt eines dings. ANGL. *A brife argument.*} A Græcis dicitur quod à nobis argumentū, hoc est, breuis totius rei alicuius explicatio, à verbo Græco περιέχω, quod est contineo, complector. Hinc Sulpitius Apollinaris in Terentij Comœdias argumenta, Periochas inscripsit. Cicer. *Attic. lib 13.* At ego ne Tironi quidem dictaui qui totas periochas persequi solet, sed Spintheri syllabatim. Sic enim vulgò legitur, quum fortassis non absurdè ibi periodos legere possimus.

‖ Periodentes, lustrator, circiter Ecclesiarum diœcesis. Meurs. l. g. b. ‖

PĔRĬŎDVS, i, f gen. περίοδος, Latinè ambitus dici potest, vel circuitio. Vnde in oratione circuitus ille verborum ex colis & commatibus in orbem quendam circunductus, periodus appellatur. Cic. *in Orat.* Circuitus orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circūscriptionem dicimus. Idem *de clar. Orat.* Quin etiam comprehensio & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet,) erat apud illum contractus & breuis. ¶ In febribus itē intermittentibus, medici Periodum appellant spatium illud à principio vnius paroxysmi ad initium alterius: vnde Periodicæ febres nomen sumpserunt, de quibus FEBRIS. In sacris quoque Græciæ certaminibus periodo vicisse dicebantur, qui quatuor illa certamina obiuissent, Pythia scilicet, Isthmia, Nemæa, & Olympia, & ex omnibus hisce victoriam reportassent. Hisce honor talis habebatur, vt triumphantium more quadrigis per ruinas murorum in patriam reueherentur, & perpetuò ex publico alerentur.

Pĕrĭŏdĭcūs, a, um, περιοδικός, quod certa statáque quadam periodo recurrit. Vnde periodicæ febres dictæ sunt tertianæ & quartanæ, quòd spatio nonnullo intermittentes, quadam quasi periodo facta, certis temporibus recurrant. Plin. *lib. 20. cap. 3.* Semina eius si fuerint pari numero adalligata, febres sanare dicuntur, quas Græci dicunt periodicas.

‖ Perior, vide *Perio.* ‖

Pĕrĭŏstĕōn, περιόστεον, membrana tenuis ossa in quacunque corporis parte immediatè ambiens.

PĔRĬPĂTĒTĬCĪ, περιπατητικοί, Philosophi quidam Athenis fuerunt, è Platonis schola profecti, quorum princeps fuit Aristoteles: ita dicti quòd inambulantes docerent, ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν, quod est deambulare. De horum origine sic scribit Cicer. *lib. 1. Academ. quæst.* Platonis autem autoritate, qui varius, & multiplex, & copiosus fuit, vna consentiens duobus vocabulis philosophiæ forma instituta est, Academicorum, & Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differebant. Nam quum Plato Speusippum sororis filium Philosophiæ quasi hæredem reliquisset: duos autem præstantissimos studio atque doctrina, Xenocratem Calcedonium & Aristotelem Stagiritem, qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycio: illi autem qui Platonis instituto in Academia (quod est alterum gymnasium) cœtus erant & sermones habere soliti, è loci vocabulo nomen habuerunt. Sed vtrique Platonis vbertate completi, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam ac refertam. Hactenus Cicero.

Peripatus, περίπατος, ambulatio, & per metonymiam locus in quo ambulatur. Specialiter per Synecdochen, ille, in quo Aristoteles docuit Athenis. Item disputatio quæ habetur inter ambulandum.

‖ Peripecio, incisio scripturarum, vel capitulum, vel sententia. Ex Papia. Vet. leg. Vocab. Pericope. Vocabularius videtur *pecia* cogitasse. ‖

Pĕrĭpĕtāsmătă, um, Aulæa, siue tapetia quæ ad parietes extenduntur ornatus gratia, vnde & nomen habent. {מסך *masách.* περιπέτασμα. GALL. *Tapisserie.* ITAL. *Razzi tappezzerie.* GERM. Töppich oder gewürckte tücher mit welchen man ein ort verhenckt. HISP. *Las mantas de pared, colgaduras, paramentos de cama.* ANG. *Tapestrie.* Nam περιπετάζειν est extendere. A Lucretio Babylonica dicūtur: ab aliis Attalica, à Capitolino Stromata & Peristromata: à Varrone belluata, hoc est, belluis variegata, à Plauto etiam peristromata. Cic 6. *Verr.* Quid illa Attalica, tota Scilia nominata ab eodem Heio peripetasmata, emere oblitus es?

Pĕrĭpĕtīă, περιπέτεια. à Græcis dicitur quam nos fortunæ temeritatem dicimus, vel variarum rerum euentum.

Pĕrĭphās, antis, Περίφας, Thessalus quidam fuit pater Lapithæ, à quo Lapithæ nomen acceperunt. Aut. Steph. ¶ Est item Periphas, apud Virg. nomen cuiusdam ex comitatu Pyrrhi, quem vnà cum illo Priami regiam oppugnantem inducit. *lib.2. Æneid.*

Pĕrĭphănēs, Περιφανής, Comici cuiusdam nomen: quod Latinè conspicuum significat. à verbo Græco περιφαίνω, quod est clarus & conspicuus sum.

¶ Periphanes, nomen mercatoris Rhodij. Plaut. *Asin. sc.4. a.1.* ¶ Item nomen patris militis. Idem *Curc. sc.2. a.5.*

Pĕrĭphĕrĭă, verbum ex verbo. Rotunditas, q. circumferentia, circunductio. גלגל *ghalgál* מסב *mesáb.* περιφέρεια. GALL. *Circonference, rondeur.* ITAL. *Circonferenza.* GERM. Ein vmbkreiß. HISP. *Redondez.* ANGL. *The roundnes of a circle.* } Peripheria circuli, hoc est, circuli ambitus: Peripheria terræ, hoc est, terræ superficies. ¶ Interdum idem quod hallucinatio, & peruagatio, à verbo Græco περιφέρεσθαι, quod inter cætera significat erro, vagor, palor, animúmque variis cogitationibus huc illuc ago.

Peripheroma, vide *Periploroma.*

Pĕrĭphŏrētūs, περιφόρητος, Artemonis cuiusdam cognomen fuit, deliciis adeò effœminati, vt nunquam nisi lectica pensili circunlatus, domus suæ limen transiret: ita dictus ἀπὸ τοῦ περιφέρεσθαι, quasi circunlatilis. Meminit huius Plin *lib 34.c.8.*

Periphragma, περίφραγμα, conseptum.

Pĕrĭphrăsĭs, περίφρασις, Latinè circumlocutio, vel circuitio. Figura est, teste Qu *lib.8. cap.6.* quum id quod vno, aut certè paucioribus verbis dici poterat, pluribus explicatur. Fitque interdum necessitatis causa, quoties dictu deformia operimus: vt apud Salustium, quum requisita naturæ, dixit pro eo quod honestè vnica dictione explicare non poterat. Interdum etiam solius ornatus causa, quod genus frequentissimum est apud Poëtas. Virg. 1. *Æneid.*

Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuûm gratissima serpit.

Hæc ferè Quintilianus, licèt non iisdem verbis.

Periplectomenes, nomen senis. Plaut. *in Milit.*

Pĕrĭplērōmă, περιπλήρωμα. Figura est quam ex Grammaticis nonnulli Supplementum vocant, quum scilicet particula aliqua ad sensum minimè necessaria carminis causa adiicitur: à Græco verbo περιπληρόω quod est expleo. Exemplum potest esse illud apud Virg. Sic fortè precatur. Vbi FORTE particula vacat, teste Seruio, ad solum versus hiatum fulciendum ingesta. Latini id genus redundantes particulas tibicines solent appellare: translatione sumpta ab ædificiis, in quibus columellæ quædam tecta sustinentes, tibicines appellantur.

Pĕrĭplūs περίπλοος, Latinè circumnauigatio dici potest: quo nomine ex Geographis nonnulli opera sua inscripserunt, oræ alicuius maritimæ lustrationem continentia.

PĔRĬPNEVMŎNĬĂ, {περιπνευμονία. GAL. *Inflammation, exulceration des poulmons*

poulmons. Ital. *Infiammagione esulceratione del polmone.* Germ. Lungensucht so einen schwerlich macht zu athmen. Hisp. *Dolencia de los pulmones.* Angl. *An inflammation or disease in the lightes* } Est inflammatio pulmonis cum febri acuta, & difficultate spirandi.

Peripneumaticus morbus, dicitur à Cels. *lib.* 4. *c.* 7. & qui hunc morbum patiuntur, peripneumonici dicuntur. { περιπνευμονικός. Gal. *Qui a les poulmons exulcerez.* Ital. *Chi ha tal malatia.* Ger. Lungensuchtig/ der so von wegen eines gepräßten der lungen schwerlich atemen kan. Hisp. *El doliente de los pulmones.* Ang. *Pursey, or that breat heth paine fullie for the exulceration of the lightes* } Plin *lib.* 22. *c.* 24. Mellis quidem ipsius natura talis est, vt putrescere corpora non sinat iucundo sapore, atque non aspero, alia quàm salis natura, faucibus, tonsillis, anginæ, omnibúsque oris desideriis vtilissimum, arescentique in febribus linguæ. Iam verò peripneumonicis pleuriticísque decoctum.

Peripsema, quod Græci περίψημα scribunt à περιψάω, quod est circunrado, vel circunlino, abstergo, & repurgo. Propriè limatura, siue rasura, scobs, ramentum, vel purgamentum dicitur. Antiqui olim, peste, aliòve malo grassante, quum sacros homines quos in expiationis vsum alebant, in victimarum morem redimitos, ex loco præcipiti in mare deiiciebant, Neptuno immolantes: inter deiiciendum, solennia verba effari solebant, περίψημα ἡμῶν γένου, sis pro nobis peripsema: ac si dixissent, Sis pro nobis piaculum: esto luitio nostra & seruatrix vrbis victima: id quod Suidas annotauit. Quod itaque apud D. Paulum 1. *ad Corinth. cap.* 4. περίψημα legitur, nos piaculum vertere possumus, vt sit, Nos tanquam piacula mundi facti fuimus & succidaneæ pro populo victimæ. Ac si diceret, Non minus apud Gentium vulgus detestabiles sumus quàm illi qui diris execrationibus onerati atque obruti, Pro salute publica abiici olim solebant. Quæ sententia congruit iis quæ præcedunt. Peripsema enim etiam ramenta vestigiorum significat, quæ vt sordida abiiciuntur. Hæc Bud.

Peripterus, a, um, περίπτερος, ον, circumquaque pennas habens.

Periscius, a, um, περίσκιος, ον, quasi circumumbris, e, qui circa se vmbram habet.

Perisseuma, tis, dici potest, quod abundãtia rerum suppetit. Hinc περισσεύω, copia rerum superare significat. Est & cõgiarium propriè quod plebi datur, sicut quod militibus donatiuum. Ælian. Spartianus *in Ælio Vero*, & Iul. Capitolinus *in Pio*. Solebant autem vltra stipendium dari liberalitatis causa, vt milites magis addicti Imperatoribus essent. Alciat. *C. de annon. ciuilibus. l. centum perisseumatis lib.* 11.

Periscelis, idis, { אצעדה etsȟadháh. περισκελίς. } Ornamenti genus circa crura, quo mulierum gressus componi solebant, vt docet Porphyr. enarrans illud Horat. *lib.* 1. *Epist.*

Nota refero meretricis acumina, sæpe catellam,
Sæpe periscelidem raptam sibi flentis.

Fit autem ex περὶ circum, & σκέλος crus.

Perissologia, περισσολογία, sermonis redundantia, quum scilicet superfluè repetitur quod iam dictum est. περισσὸν enim Græci superfluum dicunt, siue redundans, & λόγον sermonem. Virg. 1. *Æneid.*

——— *faciem mutatus & ora*
Cupido.

Vbi Seruius Et ora, perissologia est.

Perisson, περισσὸν, herba est ex strychni generibus, quæ alio nomine dorycnium appellatur, vulgò *Solatrum mortale*. Vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 31. & suprà in dictione Dorycnium.

Peristereos, vel Peristeron, is. { περιστερεών. Gall. *Herbe appellée veruaine, que les pigeons aiment fort.* Ital. *Verminacola, verbena.* Germ. Eisen kraut. Hisp. *Verbena.* } Dioscorid. Herba est, quam alio nomine Verbenam & Verbenacam appellamus: ita dictas quòd Columbæ vnicè hac herba delectentur. Plin *lib.* 25. *cap.* 10. Peristereos vocatur caule alto, foliato, cacumine in alios caules se spargens, columbis admodum familiaris: vnde & nomen. Idem *lib.* 26. *cap.* 4. Alcæa folia habet similia verbenacæ, quæ & peristereon cognominatur. Diosc. duo eius facit genera, ὀρθὸν, & ὕπτιον, hoc est, rectum & supinum. Plin. marem & fœminam vocat.

Peristerotrophium, Columbarium, locus in quo columbæ aluntur. { ארבה arubbah. περιστεροτροφεῖον. Gall. *Vn colombier.* Ital. *Colombaia.* Germ. Ein taubhauß. Hisp. *Palomar.* Angl. *A place or house where doues are fod a doue cote.* } Columbarium tamen significat propriè loculamentum in peristerotrophio singulis columbarum paribus præparatum. Varr. *lib.* 3. *de re rust. cap.* 7. Duo genera earum in peristerotrophio esse solent, vnum agreste, quod habetur in turribus ac culminibus villæ.

Peristereon, { περιστερεών. Gall. *Colombier, pigeonnier.* Ital. *Colombaia, columbia.* Germ. Ein taubhauß / ein ort in welchem man tauben zeucht. Hisp. *Palomar, lugar de palomas.* Ang. *A doue cote.* Idem quod peristerotrophium, hoc est, locus vbi columbæ educantur, quas Græci vocant περιστεράς. Varro *de re rust. lib.* 3. *cap.* 7. Incedunt in locum vnum, quod alij vocant peristereon, alij peristerophion, in quo vno sæpe vel quinque millia sunt inclusa. Peristereon fit vt testudo, magna camera tectus, vno ostio angusto. ¶ Est præterea Peristereon herba columbis gratissima, quam & verbenam & verbenacam dicimus. Vide *Peristereos.*

‖ Periteropullon, columbæ pullus, colomba. L. g b.

Peristethion rationale superhumerale, fascia pectoralis. Poll.

Peristia, lustratio. Suid.

Peristarchi, Athenis, qui conciones, theatráque lustrabant, quasi circitores. Hæc lustratio facta Catharsis, id est, minutulis porcellis, peripoli dicti dicti militiæ. Rh. ‖

Peristroma, Peripetasma, aulæum, quasi circumstratum. { מסך masá. h. περίστρωμα. Gall. *Tapisserie.* Ital. *Razzo, tapezzaria.* Germ. Ein fürhang/ heidnischwerck/ oder dergleichen tücher so man aufhenckt ein ort damit zu zieren. Hisp. *Paramento de cama colgadura.* Angl. *Tapesterie.* } Plaut. *in Pseud.* Ita ego vestra latera loris faciam vt variè varia sint, Vt ne peristromata æquè picta sint Campanica. Cic. 2. *Philipp.* Conchyliatis Cnei Pompeij peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres.

Peristylium { περιστύλιον. Gal. *Vn lieu enuironné de piliers ou colomnes, comme les cloistres.* Ital. *Chiostro, laustro, luoco circundato di colonne.* Ger. Ein gebew das zu ring vmbher säulen vnd schwibögen hatt. Hisp. *El patio entre las columnas.* Angl. *A cloister, a place se with pilliers.* } Locus est columnis clausus, circumquaque porticum habẽs, vel saltem à tribus lateribus. Peristylium dictum, quasi circumcolumnium, ἀπὸ τοῦ στύλου, hoc est, à columnis circumquaque dispositis. Vitr. *lib.* 5. *cap.* 11. In palæstris peristylia quadrata, siue oblonga ita sunt facienda, vti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitionem. Pro eodem etiam peristylum per quatuor syllabas legitur. Cicer. *in Orat. pro domo*, In palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclauibus pauimentatam trecentûm pedum concupierat, amplissimum peristylium, cætera eiusmodi, facile vt omnium domos & laxitate & dignitate superaret. Varr. 3. *de re rust. cap.* 5. Igitur testudo (vt peristylium tectum tegulis, aut rete) sit magna, in qua millia merularum ac turdorum includi possint. Ex Budæo. Et Suet. *in August. c.* 82. Ac sæpe in peristylio salienti aqua cubat.

‖ Perithalasso, litus. L. g. b. ‖

Perito, vide *Pereo.*

Peritonæum, περιτόναιον. Membrana est tenuissima, sed firmissima omnibus tum visceribus, tum intestinis, reliquísque partibus inferioris ventris circumtensa: vnde & nomen accepit, ἀπὸ τοῦ περιτείνεσθαι, quod est circunquaque extendi.

Peritus, a, um, Experientia valens. Nomen est ab antiquo verbo Perio deriuatum, vt quidam existimant, vnde & compositum Experior esse existimant, Experiens, doctus. { ידע iodhéah. ἔμπειρος. Gal. *Expert & sçauãt.* Ital. *Ammaestrato, perito, dotto* Ger. Erfaren/ wolbericht. Hisp. *Sabio, docto y experimentado.* Angl. *Cuning, perfect in a science.* } Interesse tamen nonnihil inter doctum & peritum ex Nonio discimus. Doctum, inquit, & peritum quum simile videatur, à M. Tullio discretũ est: vt sit peritum plus quàm doctum, *de Offic. lib.* 3. Itaque quũ sint docti à peritis, desistunt facilè à sententia. Hæc Nonius. ¶ Construitur aliquando cum genitiuo. Plin *Epist.* 22. Quàm peritus ille & priuati iuris & publici. ¶ Aliquando cum accusatiuo cum præpositione Ad. Cicer. *pro Font.* Ad vsum, ad disciplinam peritum, ad consilia prudentem. Aliquando cum ablatiuo cum præpositione de. Varr. 1. *de re rust. cap.* 2. Qui de agricultura Romanus peritissimus existimatur. Cum ablatiuo sine præpositione. Cic. *pro Cluentio.* Quis P. Octauio Balbo ingenio prudentior, iure peritior? Hircius *de bello Africano*, Mirabili, inquit, peritus scientia bellandi. Gell. *cap.* 8. *lib.* 4. Peritus disciplina militari. Sueton. *in August. cap.* 95. Peritorum nemo, (de Aruspicibus.)

Perite, aduerbium, Scitè, doctè { ἐμπείρως. Gal. *Bien auisément, en homme entendu.* Ital. *Sabiamente, da huomo esperto.* Germ. Verstendiklich/ geschiklich. Hisp. *Sabiamente.* Ang. *Skillfullie, cuninglie.* } Cic. 2. *de Leg.* Quod institutum peritè à Numa; posteriorum Pontificum negligentia dissolutum est.

Peritia, æ, Scientia. { דעת dahath. ἐμπειρία. πεῖρα, τελὸς. Gall. *Experience, sçauoir.* Ital. *Scienza & experienza grande.* Ger. Erfarnuß. Hisp. *Sabiduria con esperiencia.* Angl. *Cuning, skillfulnesse in any science.* } Plin. *lib.* 14. *cap.* 1. Aliæ peritia domini amplo discursu atria media complentes.

Periucundus, a, um, Valde iucundus. { ὁ πάνυ ἡδὺς, σφόδρα χαρίεις. Gal. *Fort plaisant & recreatif.* Ital. *Molto grato & caro*, Ger. Gantz liebich oder kurtzweilig. Hisp. *Muy plazẽtero.* Ang. *Verie plesãt, and sport'full.* } Cic *ad Lentulum. lib.* 1. Cui quidem tuæ literæ, quas proximè miseras, quod facile intellexerim, periucundæ fuerunt.

Periucunde, aduerbium Valdè iucundè. { πάνυ ἡδέως. Gall. *Fort ioyeusement* Ital. *Compiacer molto, dolcemente molto.* Germ. Kurtzweiliklich/ gantz lieblich. Hisp. *Muy alegramente.* Angl. *Very plesantlie ani merilie.* } Cicer. *ad Attic. lib.* 13. O hospitem mihi tam grauem ἀμεταμέλητον fuit enim periucundè.

Periurus, qui iusiurandum violat, vel qui iurando ius peruertit. { אלה oléh. ἐπίορκος. Gall. *Pariure, qui a faussé son serment.* Ital. *Che non osserua il giuramento.* Germ. Meineydig/ eyd brüchig. Hisp. *El que se perjura.* Ang. *Periur that sweareth vn ruely* } vt, Qui periurium conuenire vult, mitto in comitium. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Hic neque periurus leno est, nec meretrix mala. Idem *Capt. prologo*, Periurum caput (de lenone.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* Virg. 12 *Æneid.*

Talibus insidiis, periurique arte Sinonis.

Silius *lib.* 16.

Perfidiam fugio, & periuram ab origine gentem.

Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 29.

Quærat auarus opes, & quæ lassarit eundo
Æquora, periuro naufragus ore bibat.

¶ Periurior comparatiuum. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Periuriorem hoc homine si quis viderit, (i. mendaciorem.) Cic. 1. *de nat. deor.* Periurior hoc homine non est. ¶ Periurissimus superlatiuum. Cic. *pro Rosc. Comœd.* Nam Ballionem illum improbissimum & periurissimum lenonem quum agit, agit Chæream. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Quantum terra tegit hominum periurissime.

Periurium, ij, est iusiurandum violatum, aut iuramentum falsum. { אלה aláh. ἐπιορκία. Gall. *Pariurement.* Ital. *Giuramento falso, spergiuro.* Germ. Ein meineyd. Hisp. *Falso juramento.* Ang. *Periurie, breaking of an othe.* Quid autem sit iusiurandum, Cicer. *lib.* 3. *Offic.* declarat, dicens quòd sit affirmatio religiosa. *Ibidem*, Regulus non debuit conditiones pactionésque bellicas, & hostiles perturbare periurio. Ouid. 5. *Fastor.*

Ablue præteriti periuria temporis.

inquit Plautus *Milit. sc.* 1. *a.* 2. Herus plenus periurij, & adulterij. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Vi pugnando periuriis nostris, potiti fuimus eas legiones. Idem *Menach. sc.* 2. *a.* 4. Fœnore & periuriis rem partam habere.

Periuriosus, a, um, qui peierat. { ἐπιορκικός. Gall. *Accoustumé de se pariurer.* Ital. *Auezzo à sperriurare.* Germ. Meineydig/ der falsch eyd schweert. Hisp. *Acostũbrado de perjurarse.* Angl. *That is accoustomed to break his othes.* } quod Salust. *in Cic.* dixit Periuriis delibutum. Plaut. *in Trucul.*

Procaciores stis vos, sed illi periuriosi.

Periuro, as, Peiero. אלה aláh. ἐπιορκεῖν. Gall. *Se pariurer, fausser son*

son serment. ITA. *Giurare il falso.* GERM. Ein faschen eyd schweeren/oder meineydig werden. HISP. *Perjurar.* ANGL. *To sweare vntrulie, to be periured.* } Plautus *in Bacch.* Ne periurem cura. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 3.

——— quare
Si quid vis, satis est, periuras, surripis, aufers
Vndique.

Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. *bis.* Vbi verbis conceptis sciens libenter periuraris. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Pernegabo, obdurabo, periurabo denique. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Periurauisti scelesté. *Et sc.* 5. *a.* 4. Periurauisti conceptis verbis.

Periūrātĭo, {אלה *aláh.* ἐπιορκησις. GALL. *Pariurement.* ITAL. *Spergiuro.* GERM. Ein meineyd oder fascher eydschwur. HISP. *Falso juramento.* ANG. *The breaking of an othe.* }

Periūrātĭūncŭla, diminutiuum, ἐπιορκίδιον. Plaut. *in Sticho,* Ac periuratiunculas parasiticas.

Pĕrīzōmă, tis. {מכנסים *michnesájim.* περίζωμα. GALL. *Des brayes.* ITAL. *Brache.* GERM. Ein bruch/ ein jedes so man vmblegt die scham zu decken. HISP. *Las bragas.* ANG. *A breeche.* } Dicitur omne quo circuncingimur pudendorum velamen, quod à Varrone etiam dicitur Suffibulum, à Cicerone Subligaculum. Vsus est hac voce interpres Geneseos, Fecerunt (inquit) sibi perizomata.

Pĕrīzōnĭūm, ij, περιζώνιον, palliolum præcinctum, quo nudæ virgines infra papillas præcinguntur. Hoc & Præcinctorium, & Castula dicitur. Sipontinus.

Pĕrlābŏr, eris, Lapsu ingredior, incedo, vehor, penetro. { διαδύω. GALL. *Couler & glisser parmi.* ITAL. *Passare scorrendo.* GERM. Durchfallen/ durchfaren. HISP. *Delezarse, ò delezn arse.* ANGL. *To slide and slip or fall tho rowe.* Cic. 2. *de nat. deor.* Per quas lapsus sanguis, ex hoc ipso loco in eam venam, quæ caua appellatur, confunditur: pérque eam ad cor confectus iam, coctúsque perlabitur. Virg. 1. *Æneid.*

Atque rotis summas leuibus perlabitur vndas.

Pĕrlætŭs, Vehementer lætus. { πάνυ εὐφρανόμενος. GALL. *Fort ioyeux.* ITAL. *Molto alegro.* GER. Gar frölich. HISP. *Muy alegre.* ANG. *Very glade.* } Liu. 10. *ab Vrbe,* Supplicatióque perlæta fuit.

Pĕrlātus, Valdè latus: vnde Perlatè. { πάνυ πλατέως. GALL. *Fort largement.* ITAL. *Largissemamente.* GERM. Vast breit oder weit. HISP. *Muy largamente.* ANGL. *Very breade.* } aduerbium: vt, Perlatè patere. Cic. 2. *de Orat.* Idque in sermonis nostri consuetudine perlatè patet.

Pĕrlĕcĕbră, æ, Illecebra, à perlicio. { θέλγητρον. GAL. *Allechement, & attraict.* ITAL. *Carezze, lusinghe.* GERM. Anreitzung zu wollust/ einlockung. HISP. *Halagos.* ANGL. *Alluring, intysment.* } Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 1. te perdam ego & filiam, Perlecebræ, pernicies, adolescentum exitium.

Pĕrlĕcto, vide *Perlicio.*

Pĕrlĕgo, is, A principio ad finem vsque lego. ἐπιλέγομαι, διεξέρχομαι, ἐπέξειμι. GAL. *Parlire, acheuer de lire.* ITAL. *Leggere perfettamente.* GERM. Durchläsen. HISP. *Acabar de leer.* ANG. *To read ouer and to the end.* } Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. lege, perlege. Idem Pseud. *sc.* 1. *a.* 1. Tace dum tabellas pellego. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Propera hanc pellegere epistolam. ¶ Item Pellegere Senatum. Liu. *lib.* 8. *d.* 4. Quint. Quod video non est satis, sed perlegendum erit. ¶ Perlegere oculis, oculis omnia contemplari & intueri. ¶ Virg. 6. *Æneid.*

——— quin protinus omnia
Perlegerint oculis.

Pĕrlĕpĭdŭs, a, um. In primis lepidus. { πάνυ ὡραῖος, εὔχαρις. GAL *Fort plaisant, de bien bonne grace.* ITAL. *Molto piaceuole, molto grato.* GERM. Gar höflich/ lieblich oder holdsälig. HISP. *Muy gracioso en donayres.* ANG. *Very pleasant, and of a good grace.* } Plaut. *Pseud.* Euge perlepide Charine, me meo ludo lamberas. Ita idem *ibid sc.* 4. *a.* 2. Vulgò, Iam beas. Lamberare autem, teste Festo, est scindere, laniare. Hic iocis lacessere, siue petere aliquem significat. Item hîc quoque nō Perlepidè, sed pellepidè scripsit Plaut. Et ita legunt, Adr. Turneb. Iul. Scalig. Lambin Passer.

PĔRLEVIS, Valde leuis. { πάνυ κοῦφος, ἐλαφρός. GAL. *Fort leger & soudain.* ITAL. *Leggerissimo & presto.* GERM. Gantz leicht vnnd gering. HISP. *Muy ligero.* ANGL. *Very light and swift.* } Cic. *de lege Agr.* ——. An ignoratis cætera illa magnifica populi Romani vectigalia perleui sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere? Liuius *lib.* 24. Quibus ea quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perleui momento ludificaretur. Idem *lib.* 21. Et inclyti populi regésque perleui momento victi sunt.

Pĕrlĕuĭtĕr, Valde leuiter. { πάνυ ἐλαφρῶς, λίαν κούφως. GALL. *Fort legerement, fort soudainement,* ITAL. *Molto leggermente.* GERM. Gar liechtlich. HISP. *Muy presto, y ligeramente.* ANGL. *Very ligthlie and sedainelie.* } Cicero *ad Quint. frat. lib.* 2. Quòd perleuiter permotus fuerat.

PERLIBET. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Perlibet hunc hominem conloqui. (aliàs Perlubet alloqui.)

Pĕrlĭbēns, Minimè inuitus, πάνυ ἄσμενος.

Pĕrlĭbentĕr, aduerbium, Admodum libenter. { πάνυ ἀσμένως. GAL. *Fort volontiers.* ITAL. *Spontaneamente.* GERM. Vast gern. HISP. *De muy buena gana.* ANGL. *with right good will.* } Cic. *ad Attic. lib.* 8. Sed vt suprà dixi, tecum perlibenter loquor. Idem *de Vniuersit.* Perlibenter & Nigidium vidi & cognoui Cratippum.

PERLĪBĔRĀLIS, e, Admodum liberalis. { πάνυ ἐλευθέριος, μεγαλόδωρος. GALL. *Fort liberal, fort honneste.* ITAL. *Molto franco e liberale.* GERM. Vberauß freygäbig. HISP. *Muy franco y liberal.* ANGL. *Very liberall and free harted.* } Terent. *Hecyr.* Perliberalis visa est.

Pĕrlībĕrālĭtĕr, aduerb. { πάνυ ἐλευθερίως, μεγαλοπρεπῶς. GAL. *Fort liberalement.* ITAL. *Molto liberalmente.* GER. Vberauß freygäbiglich. HISP. *Muy francamente.* ANG. *Very liberallie* } Cic. *ad Att. lib.* 10. Hoc loco multa perliberaliter.

Pĕrlĭbro, as, Diligenter, perfectè atque exactè mensuro, & ad libram æquo, siue æquale facio. { תכן *tichchen* διασταθμίζω, παλαιόω. GAL. *Niueler.* ITAL. *Niuellare.* GERM. Eigentlich vnd fleissig abmessen. HISP. *Niuelar.* ANGL. *To weigh diligentlie.* } Colum. *lib.* 3. *cap.* 13. Nam stel-

la quam diximus Græcæ literæ faciem obtinere, pariter imæ fossæ solum metitur, atque perlibrat: quia siue pronum, siue resupinum est, positione machinæ deprehenditur. Et *paulò pòst,* Sic permensum, & perlibratum opus in similitudinem veruacti semper procedit. ¶ Interdum accipitur Perlibrare, pro librando torquere. Silius *lib.* 15. iaculum à tergo perlibrat ad ossa,

PERLICIO, cis, perlexi, perlectum, perlicere (quod frequentiùs Pellicio dicitur Euphoniæ causa) Allicere, inducere. { פתה *pittáh* ἐφέλκειν. GALL. *Attraire, allecher.* ITAL. *Atrahere, adescare.* GERM. Einen etwa zu reitzen oder locken. HISP. *Attraher con halagos.* ANG. *To allure, to intyse.* } Liu. 4. *ab Vrbe,* Cibóque obiiciendo ratum victorem finitimorum omnium populum in seruitutem pellici posse. *Ibid.* vt quos quisque posset ex collegio tribunorum ad intercessionem perlicerent. Idem *lib.* 35. Quas neque vi expugnare ad eam diem poterat, neque conditionibus in amicitiam perlicere.

Pĕrlĕcto, as, re, Frequentatiuum. { πολὺς ἐπάγομαι. GAL. *Souuent allecher.* ITAL. *Souente adescare.* GERM. Mit fleiß oder offt zu eim ding reitzen oder locken. HISP. *Atraher por halagos muchas vezes.* ANG. *To allure often.* } Cicer. *pro Flacc.* Egentes & leues, spe legationis, & viatico publico, priuata etiam benignitate perlectat.

Pĕrlĭgo, as, Constringo. { διαδέω. GALL. *Lier fort & estraindre.* ITAL. *Constringnere.* GERM. Zusammen binden / zuschnüren HISP. *Apretar.* ANGL. *To tie fast and streict.* } Plaut. *Bacch.* O perligatum pectus.

Pĕrlĭnio, perliniui, perlinitum, perlinire. Totum oblinire, perungere. { διαχρίειν, διαλείφειν. GAL. *Oindre fort* ITAL. *Vnger molto.* GER. Durchsalben/ gar bestreichen. HISP. *Mucho vntar.* ANGL. *To anoyne or smére ouer.* } Colum *lib.* 9. *c.* 5. Protinus custos nouum loculamentum in hoc præparatum perliniat intus prædictis herbis.

PĔRLINO, nis, perlini, perliui, vel perléui, perlitum, pen. corr. Perlinio. Col. *lib* 7. *c.* 5, Mox vlcera lauantur aceto, & tunc pice liquida cum adipe suilla perlinuntur.

Pĕrlĭtŭs, a um, participium. { κατακεχρισμένος. GALL. *Fort oinct.* ITAL. *Molto vnto.* GERM. Woll gesalbet. HISP. *Mucho vntado.* ANGL. *Anoynted or smered ouer.* } Plaut. *Casi.* Senecta ætate vnguentis perlitus ignaue incedis. Apul. *lib.* 1. Et oleo perlitus.

Pĕrlĭto, as, Perfectè lito, sacrificium absoluo. { πάνυ καλλιερέω. GALL. *Impetrer & obtenir sa demande par sacrifices.* ITAL. *Impetrare la sua dimanda con sacrificij.* GER. Das opffer vollbringen vnd Gott versünen. HISP. *Alcançar lo que pedimos, con sacrificios.* ANG. *To obteine a request by sacrifice.* Gell. *lib.* 1. *cap.* 7. ex Valerio Antiate, Si hæ rer diuinæ factæ, ritéque perlitatæ essent, Aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum esse. Liu. 7. *ab. Vrbe,* Diu non perlitatum tenuerat Dictatorem, ne ante meridiem signum dare posset. Idem *lib.* 26. *& lib.* 1. *d.* 5.

PĔRLÓNGVS, a um, Admodum longus. { ἐπιμήκης, πολυμήκης. GALL. *Fort long, ou loing.* ITAL. *Molto lungo.* GERM. Vast lang. HISP. *Muy largo.* ANGL. *Very long.* } Cic. *ad Att. lib.* 5 Perlonga & non satis tuta via. Plaut. *Trinum* nunc si operiri vis aduentum Charmidis, Perlongum est Quasi dicat, diu tibi expectandum est.

Pĕrlōngē, aduerbium. { πάνυ μακρὰν, μακρόθεν. GAL. *Fort loin.* ITAL. *Molto lontano.* GER. Zimlich ferr. HISP. *Muy lexo.* ANG. *Very farre of.* } Terent. *Eunuch.* Perlongè est, sed tanto ocyus properemus. id est, longiùs distat.

Pĕrlōngĭnquŭs, a, um, Valde longinquus. { πάνυ μακρὰν ἀπών. GAL. *Fort lointain.* ITAL *Forte lontano.* GERM. Vast ferr oder weit gelägen. HISP. *Muy de lexos.* ANGL. *Very farre of.* Plaut. *Bacch.* Non tibi benefacias. Iam pol id quidem esse haud perlonginquum.

PĔRLVBET, Vehementer lubet, πάνυ ἀρέσκει. Plautus *Capt.* Perlubet hunc hominem colloqui. hoc est, vehementer cupio hunc alloqui.

Pĕrlŭbēns, pen. corrept. participium aut nomen ex participio. Cicero *ad Quint frat lib.* 1. Sed hoc incommodum consolantur quotidie damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius allisus est, cæteri conciduntur.

Pĕrlūcĕo, es, perluxi, pellucere, Translucere, & lucem transmittere. idem quod pellucere. { מופיע *mophiáh.* διαφαίνειν: GALL. *Fort lu re, rendre grãde lueur.* ITAL. *Tralucere.* GERM. Durchscheinen. HISP *Trasluzir, alguna cosa clara que luce.* ANGL *To shyne, to giue a great ligth.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 54. Si contra lumen cacumine ouorum apprehenso vna manu, purus & vniusmodi perluceat color, sterilia existimantur esse. Quintil. Perlucent mores ex actione. Martial. *lib.* 1.

Sic tua suppositis perlucent prala lacernis.

Vsitatiùs tamen pro eodem Perluceo, r in l, commutato, euphoniæ causa dicitur.

Pĕrlūcĭdŭs, a, um, & Pellucidus, à perluceo, vel pelluceo per mutationem r, in l, sicut perluo, & pelluo, perlicio & pellicio. { מופיע *móphiah.* διαφανής. GAL. *Diaphane, clair, luisant.* ITAL. *Lucido, chiaro* GERM. Durchscheinig/durchleuchtig. HISP. *Claro, luzido.* ANGL *That giueth a great light or shyneth through.* } Est autē pellucidum, idē quod translucidum quod scilicet per medium lucem transmittit, vt aqua, laterna, vitrum. Col. *lib.* 11. *c.* 2. Quidam quum coloratas & perlucidas vuas animaduertissent, &c. Martial. *lib.* 12.

Crine nitens, niger vnguento, perlucidus ostro.

Ouid. *Epist.* 21.

Est nitidus, vitróque magis perlucidus amnis.

¶ Membranæ oculorum perlucidæ, Cicer. 2. *de natur. deor.* Ouid. 3. *Metamorphos.*

Fons sonat à dextra tenui perlucidus vnda.

Horat. 1. *Carm Ode* 18.

Arcanique fides prodiga perlucidior vitro.

Pĕrlūcĭdŭlŭs, diminutiuum, διαφανέστερος. Catul *in Rufum, Epigram.* 64. Non si illam raræ labefactes munere vestis, aut perluciduli deliciis lapidis.

Pĕrlūctŭōsŭs, a, um, Valde luctuosus. { πολύθρηνος, πολυπενθής. GALL. *Fort douloureux, fort plein de dueil* ITAL. *Molto pieno di pianto.* GERM. Vast leidlich / oder kläglich. HISP. *Cosa llena de lloro.* ANG. *Full of sorrow*

row and dolour. } Cicer. *ad Quint. fratr. lib.* 3. Serani domestici filij funus perluctuosum.

PERLVDO, is, Ludo. { παίζω. GALL. *Parioüer, iouër vn ieu entier.* ITAL. *Giuocare, scherzare.* GERM. Schimpffen / kurtzweilen. HISP. *Iugar, ò burlar.* ANG. *To playt foen or all about.* } Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 4. Vidit arenosis Tatium perludere campis, Pactaque per flauas arma leuare iubas.

Perlūsōrĭŭs, a, um, pro Collusorius, vt perlusorium iudicium, quod collusionis causa institutum est, cùm aliud agitur, aliud simulatur. Vlpian. *lib.* 4. *D. de appel.* Si perlusorio iudicio actum sit aduersùs testamentum an ius faciat iudex videndum. Exhæredatus filius querelam inofficiosi si aduersùs institutum per collusionem mouerat, vt cùm inofficiosum esse testamentum per institutam conniuentiam ac dissimulationem probasset, & legata & libertates intercciderent. Budæus tamen *Prolusorium* corrigendum putat, & de prolusione multa tractat, sed nihil ad mentem Vlpiani. Hæc ex Hotomano.

PERLVO, Multum lauo. { ἀπολούω. GALL. *Fort lauer & nettoyer.* ITAL. *Lauare molto.* GERM. Wol wäschen. HISP. *Mucho lauar.* ANGL. *To wash ouer all and mack cleane.* } Columell. *lib.* 6. *c.* 8. Tum vino perluitur os. Ouid. 4. *Metam.*

Sed modò fonte suo formosos perluit artus.

Idem 5. *Epist.*

Quúmque manus purè fontana perluit vnda.

Horat. *Epist.* 15.

——— *Gelida quum perluor vnda*
Per medium frigus.

Ouid. 4. *Fast.*

——— *Viuo perlue rore manus.*

Pērlūtŭs, a, um, participium. { καταπελυμένος. GALL. *Fort laué.* ITAL. *Molto lauato.* GERM. Wol gewäschen. HISP. *Muy lauado.* ANG. *washed all ouer.* } Col. *lib.* 9. *c.* 16. Expressæ fauorum reliquiæ posteaquam diligenter aqua dulci perlutæ sunt, in vas æneum coniiciuntur.

Pērlūstro, as, Diligenter lustro, peragrando perspicio, omnia lustro { κατασκοπεύομαι. GALL. *Regarder de tous costez.* ITAL. *Risguardare da ogni banda.* GERM. Wol besichtigen / durchlustren. HISP. *Mirar de todas partes.* ANG. *To behold all about digentlie.* } Liu. 7. *ab Vrbe*, Perlustrauítque hostium agros, nulla arma, nullam nec vim apertam, nec insidiis expertus. Idem *lib.* 25. Vt discurrerent circa vias perlustraréntque omnia oculis, nequis, &c. ¶ Interdum idem quod recenseo, ἐξετάζω. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Hercules ad primam auroram exercitus quum gregem perlustrasset oculis. ¶ Transfertur & ad animum. Cic. *in partit.* Huius igitur materiæ ad argumentum subiectæ, perlustrandæ animo partes erunt omnes: & ad id quod agetur ex singulis coniectura capienda.

Pērmăcĕr, ra, rum, Valdè macer, { πάνυ ἰσχνὸς, σφηκώδης. GALL. *Fort maigre.* ITAL. *Molto magro.* GERM. Gar mager. HISP. *Muy magro.* ANGL. *Verie leane.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 6. Omnis creta coquit, nisi permacra.

Permadefacio, is. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Permadefecit cor meum amor.

PĒRMĂDĔO, es. Totus madeo, vnde permadesco, totus madidus fio. { διαβρέχομαι. GALL. *Estre fort moitte.* ITAL. *Essere del tutto humido.* GERM. Gantz naß sein. HISP. *Ser mojado del todo.* ANGL. *To be very wett or through wett.* } Col. *lib.* 2. *c.* 19. Quòd si permaduit, inutile est vdum mouere. Mart. *lib.* 5.

——— *& effuso permaduisse croco.*

Col. *lib.* 2. *c.* 4. Nisi si magnis (vt fit nonnunquam) ac subitaneis imbribus, quasi hybernis fluuiis terra permaduerit.

Pērmagnŭs, a, um, Ingens, Valde magnus. { ὑμεγέθης, παμμεγέθης. GALL. *Fort grand.* ITAL. *Molto grande.* GERM. Vast groß. HISP. *Muy grande.* ANGL. *Very great.* } Cic. 1. *de finib.* Fieri tamen permagna accessio potest, si, &c. Idem *pro Roscio Amer.* Vide ne tibi desis: tua quoque res permagna agitur. Idem 5. *Verr.* Quid? tu ista permagno æstimas. Ter. *Heaut.* si certum est tibi Sic facere, illud permagni referre arbitror, Vt nescientem sentiat te id sibi dare.

PĒRMĀNĔO, es, Vsque ad finem maneo, persisto, perseuero. עמד *ħamádh.* διαμένω, παραμένω, διαμένω, καταμένω. GALL. *Demeurer iusques à la fin, perseuerer, continuer.* ITAL. *Durare, perseuerare.* GERM. Verbleiben / biß zu dem end bleiben. HISP. *Quedar hasta el cabo.* ANGL. *To abide vnto the end, to persist or perseuere.* } Plin. iunior, Tunc demum lentè, cunctantérque veniunt, nec tamen permanent, sed ante finem recedunt. Cic. *de Amic.* Aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt. Ouid. 14. *Metam.*

——— *contempto munere Phœbi,*
Innuba permaneo.

¶ Per translationem ponitur pro perseuerare. Terentius *in Hecyr* Vnde ira inter eas intercessit, quæ tamen haud permansit diu. Cæs. 8. *bell. Gall.* Solúsque ex Heduis ad id tempus permanserat in armis. Idem 5. *bell. Gall.* Consolatus Induciomarum, hortatúsque est vt in officio permaneret.

PĒRMANSIO, nis, Cic. *Lentulo, lib.* 1. *Epist.* Nunquam præstantibus in Repub. gubernanda viris laudata est in vna sententia perpetua permansio. { διαμονή. GALL. *Perseuerance.* ITAL. *Perseueranza.* GERM. Verbleibung / verhertung. HISP. *A quella obra de perseuerar y quedar hasta el cabo.* ANGL. *A continuing or abiding in a place.* }

PĒRMĀNO, as, Manando penetro, aliquò peruenio: & habet ferè post se accusatiuum cum aliqua harum præpositionum, ad vel in. { נזל *nazál* עבר *ħabar.* καταρρέω. GALL. *Couler parmi & descendre iusques.* ITAL. *Colare, scendere.* GERM. Durchfliessen / durchtringen. HISP. *Manar por otra cosa.* ANGL. *To flow through and vnto.* } Cicero *lib.* 1. *de natur. deor.* Nec est quod ab his ad hominum vitam permanare possit. Idem 3. *Tuscul.* Nam quum est concupita pecunia, nec adhibita continuò ratio, quasi quædam Socratica medicina, quæ sanaret eam cupiditatem, permanat in venas, & inhæret in visceribus illud malum, id est, descendit & penetrat. Idem 2. *de Orat.* Vt ad eorum mentes, apud quos agitur, mouendas permanare possint. Idem *pro Cluent.* Celerius potuit comesum, quàm epotum in venas atque in omnes partes corporis permanare. Lucret. *lib.* 3. Permanare animam nobis per membra solere. Plaut. *in Capt. sc.* 1. *a.* 2. Vetusta translatione vsus est pro diuulgari. Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant, néve permanet palàm hæc nostra fallacia. Terent. *in Adelph.* — ne si magis irritatus siet, Aliquà ad patrem hoc permanet, atque ego tunc perpetuò periierem: id est, ne pater rescíscat.

Pērmānāns, tis, particip. { καταῤῥέων. GAL. *Qui passe d'vn à autre.* ITAL. *Chi passa da vno ad vn'altro luoco.* GERM. Durchfliessend. HISP. *Que mana por otra cosa.* ANGL. *That geeth frome one to another.* } Cicer. 3. *Tusc.* Conclusiunculæ non permanantes ad sensus.

Pērmānāntĕr, aduerb. { διαῤῥεόντως. GAL. *En passant de l'vn à l'autre.* ITAL. *Passando da vno ad vn'altro.* GERM. Mit durchfliessen / oder durchtringen. HISP. *Manando por otra cosa.* ANGL. *By going frome one to another.* } Lucr. *lib.* 6.

Vsque adeò permananter vis perualet eius.

de magnete.

Pērmānēscō, is. { πολὺς διαῤῥεῖν. GAL. *Venir à la cognoissance de quelqu'vn.* ITAL. *Venire à notitia d'alcuno.* GER. Einem fürkommen / inuen werden. HISP. *Venir al conocimiento de alguno.* ANGL. *To come in knawledg of any one.* } Plaut. *Trin.* Id solus, solum per amicitiam, & per fidem flens obsecrauit, Suo ne gnato crederem, néve cuiquam vnde ad eum id posset permanescere, id est, vnde posset rescíscere.

Permarinum Larium ædes. Liu. *lib.* 10. *dec.* 4.

PĒRMĀTVRESCO, is, Prorsus maturus fio. { κατεπεπαίνομαι, πέπειρος γίνομαι. GALL. *S'acheuer de meurir.* ITAL. *Diuenir perfettamente maturo.* GERM. Gar zeitig werden. HISP. *Acauar de madurar.* ANGL. *To waxe verie ripe.* } Col. *lib.* 2. *cap* 10. Et hoc quidem semen Ciliciæ, Syriæque regionibus ipse vidi mense Iunio Iulióque conseri, & per autumnum quum permaturuerit, tolli. 4. *Metam.*

Nam color in pomo est, vbi permaturuit ater.

Permaturus, a, um, adiect. prorsus maturus. Cels. *lib.* 6. *c.* 13. Vtile est etiam pyra, aut mala non permatura mandere.

Pērmĕdĭŏcrĭs, e, Admodum mediocris. { πολυμέτριος, ὑμέτριος. GAL. *Fort mediocre, bien mesuré.* ITAL. *Molto mediocre.* GERM. Gar mittelmässig. HISP. *Muy mediano.* ANGL. *In very good measure.* } Cicer. 1 *de Orat.* Partim qui tolerabiliores volunt esse, & ad veritatem vitæ propriùs accedere, permediocres ac potiùs leues motus debere esse dicunt.

Pērmĕo, as, are, Transeo, penetro, permano, perago. { עבר *ħabár* חבריח *hibriách.* διαδύω. GAL. *Passer outre, passer parmi.* ITAL. *Passare, penetrare.* GERM. Durchgehn / durchtringen. HISP. *Penetrar andando.* ANG. *To passe ouer, to go beyonde.* } Cicer. 4. *Academ.* Erit persuasum etiam Solem, Lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse, quòd quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & transeat. Ouid. 4. *de Ponto, Eleg.* 11.

Dum tua peruenit, dum littera nostra recurrens
Tot maria & terras permeat, annus abit.

Plin. *lib.* 31. *cap.* 5. Quoniam Alpheus in ea insula sub ima maria permeet.

Pērmĕrdo, Fœdo, conspurco. { טמא *timmé.* χέζω. } Albinus, Pueri omnia permingunt atque permerdant. Perottus.

Pērmēssŭs, ποτάμιος, fluuius Bœotiæ ex Helicone, Phœbo & Musis sacer, & iuxta Haliartum in lacum Copaidem influens, teste Strabone, *lib.* 9. Virg. *in Sileno*, Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum. Declinatur etiam hic Permessis, idis, vel idos. Mart *lib.* 1.

Quid tibi cum Cyrrha? quid cum Permesidos vnda?

PĒRMĒTIŎR, iris, Metior. { מדד *madhádh.* διαμετρεῖν. GAL. *Mesurer.* ITAL. *Mesurare.* GERM. Mässen. HISP. *Medir.* ANGL. *To measure.* Cic. 4 *Academ.* Vos ergo huius magnitudinem, quasi decempeda permensi refertis Liu. *lib.* 25. Simul altitudinem muri quantum proximè coniectura poterat, permensus. Virg. 3. *Æneid.*

Nos tumidum sub te permensi classibus æquor.

Iter durum permensus, *Stat.* 1. *Syl.*

Pērmēnsŭs, passiuum. { נמד *namádh.* διαμετρηθείς. GALL. *Mesuré.* ITAL. *Misurato.* GERM. Gemässen. HISP. *Medido.* ANG. *Measured.* } Col. *lib.* 3. *cap.* 13. Sic permensum & perlibratum in similitudinem veruacti semper procedit.

Pērmĕtŭo, is, Valde metuo. { πάνυ φοβοῦμαι, περιφοβοῦμαι. GALL. *Craindre fort.* ITAL. *Temere molto.* GERM. Hefftig förchten / entsetzen. HISP. *Mucho temer.* ANGL. *To feare greatlie.* } Virg. 2. *Æneid.*

Et pœnas Danaûm, & deserti coniugis iras
Permetuens.

Pērmīlĭtārĕ. Vlpian. *D. lib.* 27. *tit.* 1. *l.* 9. Si Tribunus in cohortibus prætoriis permilitauerit.

Pērmĭnūtŭs, a, um, Valdè exiguus. { πάνυ λεπτὸς, χιλιοστιαῖος. GALL. *Fort menu.* ITAL. *Molto minuto.* GERMAN. Gar klein. HISP. *Muy menudo.* ANGL. *Very litle and small.* } Cicer. *Tuscul.* Vt omnia præterea quæ bona corporis & fortunæ putantur, perexigua, & perminuta videantur.

Pērmīrŭs, a, um, Magnopere admirandus { πάνυ θαυμαστὸς, θαυμάσιος ὢν. GALL. *Fort esmerueillable, fort merueilleux* ITAL. *Da marauigliarsene molto* GERM. Gar wundersam / oder wunderbar. HISP. *Muy marauilloso.* ANGL. *Very wonnderfull.* } Cic. 2. *de diu.* Vt mihi permirum videatur, quenquam extare qui etiam nunc credat iis quorum prædicta quotidie videat. Cicer. *ad Appium lib.* 3. Illud verò permirum mihi accidit, tantam temeritatem fuisse in eo adolescente.

PĒRMĪSCĔO, es, Miscendo confundo. { בלל *balál* מסך *masách.* καταμίγνυμι. GALL. *Fort mesler.* ITAL. *Miscere, meschiare.* GERM. Vermischen / durch einander mischen. HISP. *Mucho mezclar.* ANGL. *To mixe or mingle all together.* } Cicer. 4. *Verr.* Non modò illa quæ erant ætatis, ordinis, quæstúsque permiscuit, sed etiam in his duobus generibus ciuium nouorum, veterúmque delectum, ordinémque turbauit. Idem *in Orat.* Ego autem sentio omnes in oratione quasi permistos & confusos pedes. Idem *in Vatin.* Nec tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas.

Pērmīstŭs, a, um, participium. { בלול *belul.* συμμιγὴς, κεκεραμένος. GALL. *Meslé.* ITAL. *Mescolato.* GER. Vermischet. HISP. *Mezclado.* ANGL. *Mingled.* } Cic. 1. *de diuin.* Sic animi hominum, quum aut somno soluti vacant

vacant corpore, aut mente permoti per se ipsi liberi incitati mouentur, cernunt ea quæ permisti cum corpore animi videre non possunt.

Permistè. aduerb. Confusè. { μίσδω,καταμεμισμένως, ἀναμιγδόν. GALL. *Peslemesle,l'vn parmi l'autre,tout ensemble.* ITAL. *Mescolatamente,insieme vna cosa con l'altra.* GERM. Vermischeter weiß / durch einander. HISP. *Mescladamente.* ANGL. *Mixtlie, without order.* } Cic. 1. *de inuent.* Paucitas in partitione seruatur, si genera ipsa rerum ponuntur, neque permistè cum partibus implicantur.

Permistio,nis, Confusio. { בלל *mézeth.κρᾶσις,διάμιξις.* GALL. *Mistion. meslange.* ITAL. *Mistura,mescolanza.* GER. Vermischung. HISP. *Mescla, mezcladura.* ANGL. *A mingling all together.* } Cicer. *de Vniuersitate,* In qua omnem animum vniuersæ naturæ temperans permiscebat, superiorisque permistionis reliquias fundens æquabat. ¶ Permistio terræ. Salust. *Iugurth.* 85. moueri ciuitas, & dissensio ciuilis, quasi permistio terræ oriri cœpit.

Permitis,e. πάνυ μείλιχος, vel μειλίχιος. GAL. *Fort doux.* ITAL. *Molto benigno.* GERM. Gantz milt. HISP. *Muy cortes y dulce.* ANGL. *Very myld and meek.* Valde mite,& perfectè maturum significat. Col. *lib.* 12. *c.* 41. Et integra mala dulcia granata, quæ Punica vocantur, & sorba non permitia diuisa exemptis seminibus.

PERMITTO, is, longè mitto, incito. Est & Concedo, siue tolero. { הגיח *hinniach.* ἐάω. GALL. *Permettre, & laisser faire, donner congé.* ITAL. *Permettere,concedere.* GERM. Nachlassen/oder zulassen/gestatten. HISP. *Permitir y consentir.* ANGL. *To suffer, to giue leaue.* } Cicer. 1. *Tuscul.* Præclarè id quidem, qui & amico permiserit, & se ostenderit, de hoc toto genere nihil laborare. ¶ Interdum dedo, ἐπιτρέπω, παρίημι, προΐημι, ἐνδίδωμι, ἀνατίθημι. Curt. *lib.* 1. Sexaginta dierum inducias pacti, vt nisi intra eos auxilium Darius ipse misisset, dederint vrbem. postquam nihil inde præsidij mittebatur, ad præstitutum diem permisere se regi. Æquè autem dicitur, & Permittere se fidei alicuius, & permittere se in fidem. Cæs. 2. *bell. Gall.* Se, suáque omnia in fidem, atque potestatem populi Romani permittere Liu. *lib.* 6. *d.* 4. Permittere se in fidem. Et *lib.* 10. *d.* 4. In ditionem se permittere. Et. *lib.* 2. *d.* 5. Permitti in fidem. Idem 7. *ab Vrbe*, Nos ipsos nostráque omnia cognitæ permittimus fidei. Sueton. *in Galba cap.* 14. Permittere se alicui abutendum. Idem *in Tiber. cap.* 19. Permittere minimùm fortunæ. Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Mart.* Permittere nauim tempestati. Idem *cap.* 8. *ibidem.* Multum interest vtrum tibi permittas mœrere, an imperes. Quintilian. Permittunt se libero cœlo aues. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Si vultis quod decreto facere. C. Tibi permittimus. (de arbitro.) Tibull. *lib.* 4. Effusas habenas equo tardo permittere. ¶ Item, cum præpositione ad. Gell. *cap.* 15. *lib.* 6. Permittere se ad famam rei alicuius. ¶ Interdum immitto, incito. ἐφίημι. Liu. 3. *ab Vrbe*, Concitant equos, permittúntque in hostem. Iterum *lib.* 10. *bell. Punic. & lib.* 10. *d.* 4. Sisenna *lib.* 3 *ad Nonium.* Et inde equum concitatum princeps ad hostium permittit aciem. ¶ Interdum præcipito, καθίημι. Idem *lib.* 4. Multa præmissis armis ex summo se permitterent. ¶ Interdum committo. Salustius, Ea potestas per Senatum more Romano magistratui maxima permittitur. Idem, M. Petreio legato exercitium permittit. ¶ Est etiam permittere idem quod transmittere. Colum. *lib.* 8. *cap* 8. Hoc genus casei potest etiam trans maria permitti.

Permittitur, impersonale. Plin. *lib.* 4. *cap.* 14. Si coniectare permittitur, haud multum oræ deerit Græcorum opinioni & longitudinis ab Agrippa traditæ.

Permissus, a, um, participium. { συγχωρηθεὶς, ἀφειμένος. GALL. *Permis.* ITAL. *Permesso.* GERM. Nachgelassen. HISP. *Permitido.* ANG. *Permitted, suffred.* } Cicer. *Planc. in Epist. ad Attic. lib.* 16. Quibus ex lege & Senatusconsulto permissum erat vt de Cæsaris actis cognoscerent. Lucan *lib.* 1.

Pontifices sacri, quibus est permissa potestas.

Permissus, us, ui, nomen in singulari numero, quartæ declinationis: in plurali secundæ. { רשיון *risciòn.* συγχώρησις. GALL. *Permission, congé.* ITAL. *Permissione, concessione.* GERM. Nachlassung / erlaubnuß / gestattung / vergönnung. HISP. *Permission.* ANGL. *Permission or sufferance.* } Permissa, orum. Cicer. 1. *Offic.* Quum enim Annibalis permissu exisset è castris, rediit paulo post. Tacit. *lib.* 2. Vetitis, nisi permissu, ingredi Senatoribus.

Permissio, nis, Permissus nomen. { רשיון *rischiòn.* συγχώρησις, ἄφεσις. } Liuius *lib.* 37. Aut ex summa pecunia demerent, aut permissionem extra ciuium corpora fieri iuberent. Idem *lib.* 7. *d* 4. Permissio, deditio. ad Herennium *lib.* 3. Plus valet permissione sanctio. Est & permissio figura Rhetorum. Liu. 4. *ad Herennium*, Permissio est cùm ostendimus in dicendo, nos aliquem rem totam tradere, & concedere alicuius voluntati.

Permodestus, a, um, Admodum modestus. { εὔμετρος, λίαν ἐπιεικής. GALL. *Fort modeste.* ITAL. *Molto modesto.* GERM. Gar züchtig. HISP. *Muy modesto y templado.* ANGL. *Very modest and demuere.* } Tacit. *lib.* 1. Verba edicti fuere pauca, & sensu permodesto. Cicer. *ad Att. lib.* 4. Satis enim acutus, & permodestus, ac bonæ frugi.

Permodicus, a, um, Vnde permodicè, aduerbium. Col. *lib.* 5. *c.* 11. Permodicè findito. hoc est, valde parum. { ὀλίγον, ὅσον. GALL. *Fort peu.* ITAL. *Pochissimo.* GER. Gar wenig. HISP. *Muy poco.* }

PERMOLESTVS, a, um. Vehementer molestus. { ὁ πάνυ χαλεπὸς, λίαν δυσχερής. GALL. *Fort fascheux, fort moleste.* ITAL. *Molto molesto.* GER. Heffig vberlägen. HISP. *Muy enfadoso y pesado.* ANGL. *Very greuous, that vexeth muche.* } Cic. *ad Att. lib.* 1. Atque hi (nolo enim te permoueri) non sunt permolesti: sed tamen insident & vrgent, & nullius amantis consilio, aut sermone requiescunt.

Permolestè, aduerbium, Admodum molestè, admodum ægrè. { πάνυ χαλεπῶς, δυσχερῶς. GALL. *Fort fascheusement, auec grand ennuy & fascherie.* ITAL. *Molestissimamente.* GERM. Gar beschwerlich oder verdrieslich. HISP. *Muy enfadosamente, con mucho enojo.* ANGL. *Very greuouslie.* } Cic. *ad Atticum lib.* 15. De Pletorio vicino tuo permolestè tuli quenquam prius audisse quàm me.

Permolere, & molere etiam, καταμφάτως obscœnéque sumuntur. Horat. 1. *Serm. Sat.* 2.

Non alienas permollere vxores.

Plaut. *in Trucul.* meretriculis mollendus. (sic legend. non molliendus) rem coëgit. Varro apud Non. Hic alius tibi mollit ac depsit. Nam *depsere* etiam obscœnum. Catull.

—— patrui pradepsuit (legitur malè *perdespuit*) *ipsam vxorem.*

Sic μύλλειν apud Theocrit. est subiicere, ὀχεύειν. Vnde *mullare* pro suere: & *mullei calcei*. Et subulones sunt Pædicones, apud Auson.

Lucilij vatis subulo, pullipremo.

PERMOVEO, es. Vehementer moueo, commoueo. { הרעיש *hirhisch.* ἐξάγω. GALL *Fort s'emouuoir.* ITAL. *Mouere grandemente.* GERM. Erwegen/bewegen. HISP. *Mucho mouer.* ANGL. *To moue greatlie.* } Cicer. 5. *Verr.* Quòd si quis sociorum incommodis minus mouetur, si quem aratorum fugæ, calamitates, exilia, suspendia denique non permouet. Cæs. 1. *bell. Gall.* His rebus adducti, & autoritate Orgentorigis permoti, constituerunt ea quæ ad proficiscendum pertinerent, comparare. Cicer. *in Orat.* Miseratione mens iudicum permouenda est.

Permotus mente, quasi de mente motus, insanus, de mentis statu deiectus. { משגע *meschughàh.* ἐκστατικός. GALL. *Qui est mis hors de son entendement, hors du sens.* ITAL. *Cauato di sentimento, impazzito.* GERM. Von sinnen gebracht/dem die vernunfft entwegt ist. HISP. *Loco, sin seso.* ANGL. *Moued, stirre vp, enraged.* } Cic. 1. *de diuin.* Quod maximè contingit aut dormientibus, aut mente permotis.

Permotio, nis, verbale. { רעש *rahàsch.* παρόρμησις, κλόνησις. GAL. *Esmotion, esmouuement.* ITAL. *Smouoimento.* GERM. Bewegung. HISP. *Mouimento, obra de mucho mouer.* ANGL. *A mouing and stirring vp.* } Cicer. 4. *Academ.* Mediocritates illi probabant, & in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum. Idem 2. *de diuinat.* Mentis permotione magis, quàm natura hæc sentimus. Permotio & Conciliatio, contraria. Idem 2. *de Orat.* Illa autem quæ aut conciliationis causa leniter, aut permotionis vehementer aguntur, contrariis commotionibus inferenda sunt, vt odio, beneuolentia, misericordia, inuidia tollatur.

Permulceo, es, Lenio, mollio, mitigo, leniter attrecto. { החליק הרך *heràch hechelik.* καταψάω, καταχνάω. GALL. *Galonner & trotter en amignotant, fort flater.* ITAL. *Mitigare, ammolire.* GERM. Besenfftigen/ ermilteren/ hüpschlich streichen. HISP. *Mucho halagar.* ANGL. *To mittigat or appease, to touch softelie or to straike.* } Cicer. Concione Metelli permulsa atque recreata Salustius *lib.* 4. *hist.* Dein lenita iam ira, postera die liberalibus verbis permulcti sunt. Cicer. *de senectute*, Præterita enim ætas, quamuis longa, quum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. Ouid. 4. *Fast.*

Terque manu permulsit eum, tria carmina dixit.

Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Mart.* Non permulceo te (sup. blanda consolatione.) Liu *lib.* 9. *d.* Permulcere iram. Cels. *lib.* 4. *cap. vlt.* Corpus permulcere vnctis manibus. Cic. *in Orat.* Sonus & numerus permulcent aures. Gell. *c.* 11. *lib.* 1. Permulctus animus sono.

PERMVLTVS, a, um, Valde multus { πάμπολυς. GALL. *Beaucoup.* ITAL. *Molto assai.* GER. Vast vil. HISP. *Muy mucho.* ANGL. *very much or very many.* } Cic. 4. *Acad.* Ad has visiones inanes Antiochus quidem & permulta dicebat. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 5.

Campanum in morbum in faciem permulta iocatus.

Permultò, aduerbium. { πάμπολυ. GALL. *Beaucoup.* ITAL. *Molto.* GER. Garvil. HISP. *Muy mucho.* ANGL. *Very much or greatlie.* } Cicer. 2. *de diuinat.* Præsertim quum Chrysippus Academicos refellens perpetuò clariora, & certiora esse dicat quæ vigilantibus videantur, quàm quæ somniantibus.

Permultum, aliud aduerbium. Cicer. 1. *Offic.* Sed in omni iustitia permultùm interest, vtrùm perturbatione aliqua animi (quæ plerunque breuis est, & ad tempus) an consultò & cogitatò fiat iniuria.

Permundus, a, um, Valde mundus. { ὁ πάνυ καθαρός GAL. *Fort net.* ITAL. *Molto mundo.* GER. Gantz sauber vnd rein. HISP. *Muy limpio.* ANGL. *Very cleano.* } Varro 3. *de re rustic. cap.* 7. Permundæ sunt enim hæ volucres de columbis.

PERMVNIO, is. Valde munio, munimentum absoluo. { בצר *bitstsér.* καταφράττω. GALL. *Fortifier.* ITAL. *Fortificare.* GERM. Wol versähen oder befestigen. HISP. *Fortalecer.* ANG. *To fortifie.* } Liu. 10. *belli Punici*, Et quæ munimenta inchoauerat permuniit. Tacitus *lib.* 5. Locorúmque opportuna permuniuit.

Permunitus, a, um, participium, Valde munitus. { מבצר *mebutstsár.* διαφραχθεὶς, ὀχυρός. GALL *Fortifié.* ITAL. *Fortificato* GERM. Wol befestiget vnd bewart. HISP. *Fortalecido.* ANG. *Fortified.* } Liu. 7. *ab Vrbe*, Priuernates quum ante mœnia sua castris permunitis consedissent, vocatis ad concionem militibus, &c.

PERMVTO, as. Muto, commuto. { המיר *hemir* החליף *hecheliph.* ἀνταλλάττομαι. GAL. *Eschanger, troquer.* ITAL. *Mutare, cambiare, permutare.* GER. Verwandlen/verenderen/verwechßlen. HISP. *Mudar, permudar.* ANG. *To change.* } Cic. *in Catil.* Si Catilina sententiam permutauerit. Idem 1. *Offic.* Effectúmque, vt dando & accipiendo, & permutandis facultatibus nulla re egeremus. ¶ Permutare pecuniam, est curare vt per trapezitam, aut argentarium alio in loco reddatur. Idem *lib.* 1. *Epist.* Ait se curasse vt cum quæstu, populi pecunia permutaretur. ¶ Permutare Rempublicam, pro perturbare. Idem 3. *de legibus*, C. verò Gracchus ruinis & emissitiis quas ipse se proiecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se ciues, nónne omnem Reipublicæ statum permutauit? Quis non videt corruptum Ciceronis locum à Calepino eiúsque concinnatore adductum? Ruinis & ficcis alij legunt. Quàm rectè docti viderint. Festus ita distinguit inter commutare & permutare, vt permutari propriè id dicatur, quod ex alio loco in alium transfertur: commutari verò, quum aliud pro alio substituitur, quam tamen differentiam fatetur etiam sua ætate fuisse confusam. ¶ Legitur interdum permutare pro emere, quod ante emptionem introductam, & ante æs signatum non emerent, sed rem cum re permutarent. Plin. *lib.* 11. *cap.* 8. Singulis millibus permutantibus congios penè binos. Idem *lib.* 9. *cap.* 55. Qui cœnis triumphalibus Cæsaris Dictatoris sex millia numero murænarum mutuo appendit: nam permutare quidem pretio noluit, aliáve merce. ¶ Permutare inter manus, siue traiicere inter manus. Cels. *lib.* 7. *cap.* 16. Permutatis inter manus acubus. Infra acubus semper inter manus traiectis. Suprà sic seipsum exposuit, simul vtraque

parte traiecta permutandæ acus inter manus sunt, vt ea sit in dextra, quæ fuit in sinistra, ea veniat in sinistram, quæ dextra continuit.

Permūtātĭo, nis, Commutatio, varietas. { תמורה temuráh. διαμειβή, τὸ διάλλαγμα. GALL. *Eschange, changement.* ITAL. *Cambio, permutatione.* GERM. Ein verenderung/abwechßlung. HISP. *Cambio.* ANGL. *A changing.* } Cic. *in Parad.* Quanti est æstimanda virtus, quæ nec eripi, nec surripi potest: neque naufragio, neque incendio amittitur: nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur.

Pernă, æ, à pede, vel à Græco πτέρνη. { GAL. *Pié, ou iambe de porceau, iãbon.* ITAL. *Prosciutto.* GERM. Ein säuwham. HISP. *El pernil de tocino.* ANG. *A pestell of a porke.* } Dicuntur autem pernæ tam priores, quàm posteriores coxæ porcinæ salitæ, cum toto pede: quas Martialis petasones appellat. Plin. *lib.* 8. *cap.* 51. Castrantur fœminæ sic quoque vti cameli, post bidui inediam suspensæ pernis prioribus. Plaut. *Curc. scen.* 3. *a.* 2. Pernam, abdomen, gladium, suis. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Pernam, callum, glandium, sumen. Idem *Menæch. sc.* 3. *a.* 1. Suillam, Laridum, pernam, aut sinciput. Iterum *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Iube præstinatum abire pernam & ophthalmiam. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Pernis auxilium feram, &c. Apud antiquos, testibus Nonio & Festo, perna pedem significabat: (quo vocabulo Hispani nunc vulgò vtuntur) vnde & Compernes dicuntur qui longis sunt pedibus, genibúsque plus æquo coniunctis. ¶ Ab huius pernæ similitudine, piscis quoque genus perna dicitur, ex concharum genere, circa Pontias insulas frequentissimum, quod stat veluti suillo crure longo in arena defixus. vide Plin. *lib.* 32. *cap.* 11. Perna etiam in arboribus dicitur. Idem *lib.* 18. *cap.* 10. Auulsísque arboribus stolones vixere. Quo in genere & cum perna sua auelluntur, partémque aliquam è matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore.

Pernăuĭgo, as, est per totum aliquem tractum nauigo. { διαπλέω. GAL. *Nauiger tout le long d'vn lieu.* ITAL. *Nauigare tutto vn viaggio.* GER. Durchschiffen. HISP. *Nauegar hasta el cabo.* ANG. *To sayle ouer all.* } Plin. *lib.* 2. *c.* 67. Sub eodem sidere pars tota vergens in Caspium mare pernauigata est Macedonum armis.

Pernĕcēssārĭus, a, um, admodum necessarius: vt, Tempus pernecessarium, quo maximè oportet aliquid fieri. { ἀναγκαιότατος, ἐπιτήδειος. GAL. *Fort necessaire.* ITAL. *Molto necessario.* GERM. Hoch notwendig. HISP. *Muy necessario.* ANGL. *Very necessarie.* } Cicer. *ad Atticum lib.* 5. Non esse Romæ meo tempore pernecessario, submolestè fero. ¶ Pernecessarius, valde coniunctus & propinquus, προσήκων, ὁ ἐπιτήδειος. Idem *pro Flacco*, Contendisse à Lælio paterno amico, ac pernecessario, vt hunc hoc iudicio accerseret.

PERNĔGO, as. Vehementer, vel omnino nego. { ἀποφάσκω. GAL. *Renier fort & ferme.* ITAL. *Negare del tutto.* GERM. Verlengnen/hefftig leugnen. HISP. *Mucho ò del todo negar.* ANG. *To deuie vtterlie.* } Terent. *in prologo Eunuch.*—sed eas fabulas factas priùs Latinas scisse sese, id verò pernegat. Plaut. *Menæch. sc.* 4. *a.* 2. Hercle opinor pernegari non potest. Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 6.

Sic etiam de me pernegat illa viro.

Item, Quæ vides, ea pernegat. Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 4. Tu negas. Sup. Pernego. Idem *Amphitr sc.* 4. *a.* 4. Pernegabo atque obdurabo. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Item, Vbi tibi creditum quod sit tibi datum esse pernegaris. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Cur negas? L. Pernego. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4.

Pernĕgātur, impersonale. Cic. 6. *Verr.* Itaque illo tempore, ac primo istius aduentu negatur.

Pernĭcĭes, ei, & antiquè pernicij in genitiuo: sic dij, pro diei; & facij pro faciei; acij, pro aciei, &c. dixerunt veteres. vt docet Gell. *cap.* 14. *lib.* 9. mors, interitus, exitium, à perneco, as: neco autem à nex, necis: { איד edh. ὄλεθρος. GALL. *Mort & destruction, endommagement pernicieux.* ITAL. *Morte, rouina.* GERM. Ein verderbnuß tödtlicher schad. HISP. *Muerte y destruction.* ANG. *Death, great, domage, destruction.* } Nonius, Pernicies, periculum, exitium. Terent. *in Adelph.* Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentum. Sic Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Pernicies adolescentium. (Leno) Idem *Asin sc.* 2. *a.* 1. Pernicies, (de Lena & meretrice.) Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Egredere herilis pernicies ex ædibus.

Pernĭcĭālĭs, quod perniciem affert, exitialis, perniciosus. { ὀλέθριος. GAL. *Pernicieux, mortel.* ITAL. *Ch'apporta morte ò ruina.* GERM. Verderblich/tödtlich. HISP. *Cosa que mata ò destruye* ANGL. *Pernicious, That bringeth death or destruction.* } Plin. *lib.* 24. *cap.* 1. Perniciali brassicæ cum vite odia: Perniciales morbi, exitiales. Liu. *lib.* 27. Eo anno pestilentia grauis incidit per vrbem agrósque: quæ tamen magis in longos morbos, quàm perniciales euasit. Plin. *lib.* 15. *c.* 18. Cato perniciali odio Carthaginis flagrans.

Pernĭcĭābĭlĭs, Ad necem omnia & interitum trahens. { ἐξολοθρευτικός. GAL. *Pernicieux, mortel.* ITAL. *Pernicioso, cosa di morte.* GERM. Gantz schädlich/zum verderben reichend. HISP. *Cosa que mata ò destruy.* ANGL. *Pernicious deadlie.* } Quintus Curtius *lib.* 7. Multos exanimauit rigor niuis insolitus, multorum exussit pedes, plurimorum oculis præcipuè perniciabilis fuit. Tacit. *lib.* 4. Id perniciabile reo.

Pernĭcĭōsŭs, a, um, Pernicialis, exitialis. { ὀλέθριος. GAL. *Pernicieux, mortifere.* ITAL. *Pernicioso, mortifero* GERM. Tödtlich/verderblich/das merklichen nachtheil bringt. HISP *Cosa que mata ò destruye.* ANGL. *Pernicious, deadlie.* } Cic. 1. *de Inuentione*, Is inutilis sibi, perniciosus ciuis patriæ alitur. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 7.

Obsequium ventris mihi perniciosus est, cur?

Cic. *antequam iret in exilium*, Quæ tamen omnia iam non sunt tam calamitosa quòd mihi sunt subeunda, quàm perniciosa quòd in Rempublicam sunt introducta. Ouid. 2. *Trist.*

Numina cultori perniciosa suo.

Sic idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* Auctori perniciosa suo carmina.

Pernĭcĭōsē, aduerbium, Damnosè, exitialiter. { ὀλεθρίως, βλαβερῶς. GAL. *Pernicieusement* ITAL *Perniciosamente.* GERM. Schädlich/verderblich. HISP. *Matado ò destruyendo.* ANG. *Perniciouslie.* } Plin. *lib.* 17 *cap.* 22. Sic perniciosè luxuriat. Cic. *de legibus*, Quo perniciosius de Republica merentur vitiosi principes, quòd non solùm vitia concipiant ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem.

Pernĭcĭtās, Velocitas. { קל kal מהרה meheráh. ὠκύτης. GAL. *Legereté, soudaineté, vistesse.* ITAL. *Velocità.* GERM. Schnelle/geschwindigkeit. HISP. *Ligereza.* ANGL. *Swiftnesse speed, hastinesse.* } Plin *lib.* 7. *c.* 2. Alibi cauda villosa homines nasci pernicitatis eximiæ. Liu. 9. *ab Vrbe*, Pernicitas pedum inerat, quæ cognomen etiam dedit. Tacit. *lib.* 18. Adempta equorum pernicitate. Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Pernicitas deserit, Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Equi facite in flexu sit pedum pernicitas.

Pernĭgĕr, a, um, adiect. Valde niger. { ὁ λίαν μέλας, ὑπέρμελας. GAL. *Fort noir.* ITAL. *Molto nero.* GERM. Gar schwartz. HISP. *Muy negro.* ANGL. *Very black* } Plaut. *Pœnu* Specie venusta, ore paruo, atque oculis pernigris.

Pernĭmĭum, aduerbium, Nimiò, plus satis. { ὑπεράγαν, ὑπερμέτρως. GALL. *Par trop, plus qu'il ne faut.* ITAL. *Molto troppo.* GERM Gar zu viel. HISP. *Muy demasiadamente.* ANGL. *To much.* } Terent. *Adelph.* nimium inter vos Demea, (Ac non quia ades præsens, ideo hoc) pernimium interest.

Pernĭo, nis, morbus pedum ex nimio frigore proueniens, & calcaneum infestans præcipuè. { χίμετλον. *Vne engeleure aux mains ou aux pieds, vne mule au talon* ITAL. *Pedignone.* GERM. Ein gepräßten der versen an füssen so von grosser kelte herkompt. HISP. *Sauañon* ANGL. *A kibe.* } Plin. *lib.* 20. *cap.* 3. Rapum domesticum, perniones feruens impositum sanat, & crudum tusum cum sale prodest cuicunque vitio pedum.

Pernĭuncŭlŭs, diminutiuum. χιμέθλιον. Idem Plin. *lib.* 26. *c.* 11. Perniunculos curat & cotyledon cum axungia.

PERNĪX, icis, à Pernitor, ris, Laboriosus, celer, qui multum nititur, & diu in re aliqua perseuerat. { קל kal מהיר mahir. πολύπονος. ἐπίπονος, καρτερός. GALL. *Laborieux, viste, prompt, leger.* ITAL. *Laborioso, leggiero, pronto, perseuerante.* GERM. Arbeitig/oder arbeitsam wirig HISP. *Trabajador, ligero.* ANGL. *Quicke swift and speedie.* } Virg. 3. *Georg.* —— *& inter*

Dura iacet pernix instrato saxa cubili.

Horat. *lib.* 2. *Carm.* Pernicis vxor Appuli. Plaut. *Ps. sc.* 7. *a.* 4. Quàm vide sis pernix est. Aliquando sumitur pro celeri. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

—— *pedibus celerem & pernicibus alis.*

Pernĭcĭtĕr, aduerb. Celeriter. { ὠκέως, πάνυ ταχέως. GALL. *Legerement, promptement.* ITAL. *Leggiermente, speditamente, prontamente.* GERM. Schnelligklich. HISP. *Ligeramẽte y prestamente.* ANGL. *Quickelie, speedelie.* } Plin. *lib.* 8. *c.* 14. Vt superuolantes quamuis altè perniciterque, alites haustu raptas absorbeant. Liu *lib.* 26. Et vehi post sese, & desilire perniciter, vbi datum signum esset. Plaut. *Amphit.* Alterum altera apprehendit eos manu perniciter.

Pernōbĭlĭs, e, Admodum nobilis. { ὑπερευγενής, ὑπερένδοξος. GALL. *Fort noble.* ITAL. *Molto nobile*, GERM. Vast edel oder berümpt. HISP. *Muy noble.* ANG. *Very noble.* } Cicer. 6. *Verr.* Nam tum ipsa fuit egregiè facta, tum epigramma Græcum pernobile incisum habuit in basi.

Pernocto, vide *Pernox.*

PERNŌSCO, is, Perfectè nosco. { הכיר hicchir. διαγινώσκω, ἀκριβῶς οἶδα. GAL. *Cognoistre parfaitement.* ITAL. *Cognoscere perfettamente.* GERM. Wol kennen / eigentlich vnd volkommenlich kennen. HISP. *Mucho conocer.* ANG. *To knawe perfitli.* } Plaut. *Merc.* Vbique amici qui infideles fient, nequeas pernoscere. Terent. *Andr.* Non satis me pernosti etiam qualis sim, Simo. Cic. *de Fato*, Qui se profitebatur hominum mores naturásque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 4.

Est operæpretium duplicis pernoscere iuris
Naturam.

Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Vt matronarum facta pernouit probè.

Pernōtēsco, is, ere, vnde Pernotuit impersonale, pro Perfectè & certò cognitum est. Tacit. *lib.* 14 Atque vbi incolumem esse pernotuit.

PERNŌX, ctis, generis omnis, Per totam noctem durans. { παννύχιος, ἄγρυπνος. GALL. *Qui dure toute la nuict.* ITAL. *Che dura tutta la notte.* GERM. Durchnächtig/oder vbernächtig. HISP. *Cosa que dura toda la noche.* ANGL. *That indureth all the night* } vnde pernox vigilia dicitur, quæ per totam noctem continuatur. Gell. *lib.* 2. *cap.* 1. Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius atque pernox, à summo lucis ortu, ad solem alterum orientem, inconueniens, immobilis, iisdem in vestigiis, & ore, atque oculis eundem in locum directis, cogitabundus, tanquam quodam secessu mentis atque animi facto à corpore. Sic Luna pernox dicitur, quum per totam noctem lucet. Plin. *lib.* 2. *cap.* 9. Crescens semper, aut senescens, & modò curuata in cornua, modò exæqua portione diuisa, modò sinuata in orbem, maculosa, eadémque subitò prænitens, immensa orbe pleno, ac repentè nulla, aliàs pernox, aliàs sera, & parte diei lucem Solis adiuuans, deficiens, & in defectu tamen conspicua. Liu. *lib.* 5. *ab Vrbe*, Prælíúmque ante lucem (sed luna pernox erat) commissum est, & haud incertius diurno prælium fuit.

Pernŏcto, as, Noctem totam aliquo in loco transigo. { לן lan. διανυκτερεύω, παννυχίζω. GAL. *Demeurer toute la nuict, passer la nuict.* ITAL. *Star di notte, passare tutta la notte in vna impresa.* GERM. Vbernacht sein/durch die gantze nacht etwan sein/die nacht verschleissen. HISP. *Durar toda la noche.* ANGL. *To tary or passe the night.* } Terent. *in Adelph.* Sed si hîc pernocto, causæ quid dicam Syre? Idem *in Hecyr.* Nam negabas nuptam filiam te tuam posse pati cum eo qui meretricem amaret, & pernoctaret foris, Cic *pro Cluentio*, Quum esset adolescens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret, id est, per totam noctem moraretur. Idem *pro Archia*, Adulescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium atque solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Idem *pro domo sua*, Propter inopiam tecti in foro pernoctans. id est, dormiens, siue per totam noctem morans. Pomponius, Pernoctare extra vrbem dicitur, qui nulla parte noctis in vrbe fit. ¶ Compositum item Abnocto, quod significat per noctem, siue noctu ablum, de quo vide suprà suo loco.

Pernŭmĕro as, are, Numero, recenseo, enumero. { ספר sippér. καταριθμέω. GALL. *Conter achéuer denombrer.* ITAL. *Annouerare.* GERM. Gar zelen. HISP. *Contar.* ANG. *To recken to thend.* } Plaut. *Epid.* Age, age, absolue, atque argentum numera, ne comites moreris. Pernumeratum est, Catul. *ad Lesbiam Epigr.* 7. Quæ nec pernumerare curiosi possint. Liu.

Liu.*lib.*28. Paucos moratus dies, dum imperatam pecuniam Illergetes pernumerarent. Idem 7. *ab Vrbe*, Sortem aliam ferte, de capite deducite quod vsuris pernumeratum est: iam nihilo mea turba quàm vllius conspectior erit.

PERO, nis, genus calceamenti rustici ex corio crudo, contra niues, imbrésque, & frigora. Romani ciues iis antiquitus vtebantur. αἱ ἀσκέρᾳ. GAL. *Guestres ou triquehouses.* ITAL. *Buosega.* GERM. Ein bundtschuch. HISP. *Abarca calçado de cuero crudo.* ANG. *A high shooe of rawe leather called astert vp.* } Iuuen. *Satyr.* 14. quem non pudet alto per glaciem perone tegi. Virg. *lib.* 7. priscos Latinos perone in bellis vsos ostendit. vestigia nuda sinistri Instituêre pedis, crudus tegit altera pero. Budæus, Perones, tibialia sunt laxa, quibus nostrates rustici vtuntur: sic dicta (vt arbitror) quòd peræ modò sint informia. Peram autem veteres appellabant sacculum ex aluta à collo ad lumbos dependentem.

Pĕrōnātŭs, a, um, Peronibus calceatus. { ὁ ἀσκέρας ὑποδησάμϑ. } Persius *Satyr.* 11.

Nauim si poscat sibi peronatus arator.

Pero, πηρώ, Nelei filia ex Chloride filia Amphionis, soror Nestoris & Periclymeni, eximia pulchritudine: quam quum multi certatim proci vxorem sibi deposcerent, Neleus qui id temporis irreconciliabili odio ab Hercule dissidebat, negauit se cuipiam illam desponsurum, nisi priùs boues Herculis abactos ad se adduxisset. Vide Homerum. 11. *Odyss.*

Pĕrobscūrŭs, a, um, Valde obscurus. { πάνυ ἀσαφὴς, ἀφ9γής. GALL. *Fort obscur.* ITAL. *Molto obscuro.* GERM. Gar finster oder dunckel. HISP. *Muy escuro.* ANGL. *Very dark and obscure.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Tum perdifficilis Brute (quod tu minimè ignoras) & perobscura quæstio est de natura deorum.

Pĕrŏdĭōsŭs, a, um, Valde odiosus. { ἀμισητὸς, πάνυ μισητός. GALL. *Fort odieux.* ITAL. *Molto odioso.* GERM. Gantz häßlich. HISP. *Muy odioso.* ANG. *Very odious or hated.* } Cicer. *ad Attic. lib.* 10. Crebrò refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam.

‖ Perogigamus, qui admittit, vt saliat equam, eo enim adiuuante equa alligata celeriùs admittitur. Varr. ‖

Pĕrŏlĕo, es. Valde oleo. { πολὺς ὄζω. GAL. *Sentir fort, rendre vne forte odeur.* ITAL. *Odorare moltq.* GERM. Starck schmecken. HISP. *Mucho oler.* ANGL. *To kaue a strong sauour.* } Lucil. *lib.* 30.

Quis totum sic corpus iam perolesse bisulcis.

‖ Perolesse, peroleuisse Lucil. ‖

PĔRŎPPŎRTVNVS, a, um. Valde opportunus { πάνυ εὔκαιρϑ, λίαν εὔκαιρϑ. GALL. *Fort opportun, fort à propos.* ITAL. *Molto opportuno.* GERM. Gantz komlich vnd wolgelägen. HISP. *Cosa con mucha sason ò tiempo.* ANGL. *Veryfitte for the purpose.* } Cic. 2. *de Orat.* Sed tamen defessus iam labore, atque itinere disputationis meæ, requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno diuersorio.

Pĕroppōrtūnē, aduerbium, valde opportunè. { πάνυ εὐκαίρως. GAL. *Fort opportunément, fort bien à point.* ITAL. *Opportunissimamente, molto à tempo.* GERM. Gantz komlich/eben zur gelägnen zeit. HISP. *Con mucha sason ò tiempo.* ANGL. *In very good season.* } Cicer. 7. *Verr.* Peropportunè fortuna te obtulit. Liu. 1. *ab Vrbe*, Peropportunè ad præsentis quietem status, &c.

Pĕrŏpŭs est, pro Valde opus est. { πάνυ χρεών ἐστί. GALL. *Il est grand besoin, il est fort necessaire & requis.* ITAL. *E molto necessario.* GERM. Gentzlich von nöten. HISP. *Es mucho necessario.* ANGL. *Very necessarie and need fulle.* } Ter. *in Andr.* Sed nunc peropus est aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa aduersum hunc loqui.

Pĕrŏrīgă, æ, qui equos admittit. { βιβάσης, ἱπποβωκόμος, ἱπποκόμϑ, τοὺς ἵππους εἰς ὀχείαν ἱφιείς. GAL. *Celuy qui fait saillir vne iument à vn cheual, vn harassier, le maistre du haras.* ITAL. *Chi ha cura di far co prire il cauallo supra la caualla, armentiero di caualle.* GERM. Der die stuten zufürt das sie von den hengsten geritten werden. HISP. *El yeguerizo, que echa garañon.* ANGL. *That letthet horses and mares do the act of generation.* } Varro *lib.* 2. *de re rustic. cap.* 7. Peroriga enim appellatur quisquis admittit, eo enim adiuuante equa alligata celeriùs admittit, neque equi frustrà cupiditate impulsi semen iniiciunt. Et *paulò post*, Quum equus matrem vt saliret adduci non posset, vt eum capite obuoluto peroriga adduxisset, & cœpisset matrem inire, quum descendenti velum dempsisset ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit. Et Plin. *lib.* 8. *c.* 42. In manuscriptis codicibus legitur *proriga*, i. pruriga, qui admissarios ad veneris pruritum proritat.

PĔRŎRNO, Valde orno. { פאר peér. ἀγαν κοσμέω καλλωπίζω. GALL. *Fort orner.* ITAL. *Ornare molto.* GERM. Wol zieren. HISP. *Mucho ornar y afeytar.* ANGL. *To mak very trimme.* } Tacit. *lib.* 16. Detraheret potius senatus, quàm perornauisset infamiam tanti flagitij.

Pĕrōrnātŭs, participium, seu nomen ex participio. { מפאר mephoár. καλλωπισθείς. GALL *Fort orné.* ITAL. *molto ornato.* GERM. Wol gezier oder gar zierlich. HISP. *Muy ornado.* ANG. *Very trimme.* } Cic. *de clar. Orat.* Crassus in dicendo & perornatus & breuis.

PĔRŌRO, as, Orationem finio, orationem ad exitum duco, absoluo, finem dicendi facio. { ἐπιλέγω. GAL. *Faire fin à son oraison.* ITAL. *Conchiudere.* GERM. Außreden/die red enden vnd beschliessen/die beschlußred thun. HISP. *Orar hasta el cabo, concluyer.* ANGL. *To mak an end of an orison.* } Compositum est ab Oro, quod significat dico, vel orationem habeo. Cicer. *pro Quint.* Hæc tria quum docuero, perorabo. Idem 4. *Acad.* Quoniam satis multa dixi, est mihi perorandum. Idem 2. *de Orat.* Alij iubent antequam perorent, ornandi, aut agendi causa digredi, deinde concludere ac perorare. ¶ Perorare orationem, est sermonem institutum siue scribat quis, siue verba faciat, vsque ad finem ducere sine vlla interruptione. Cicer. 2. *de Legib.* Video Platonem idem fecisse, omnémque orationem eius de Legibus peroratam esse vno æstiuo die. id est. dialogum totum die vno æstiuo peractum, inquit Budæus. Cicer. *pro Quint.* Quæritur, priore patrono causam defendente, nunquam perorari potuisse. ¶ Perorare, pro Affectus commouere. ἐλεεινολογεῖν. Quintilian. *lib.* 6. *declam.* At ista legem recitat, & in cadauere filij perorat, id est, indignationem commouet. ¶ Perorare non semper absolutè, sed etiam cum accusatiuo ponitur: vt Perorare orationem. Perorare causam aliquam. Cicer. *pro Quintio*, Mihi perdifficile esse contra tales oratores non modò tantam causam perorare, sed omnino verbum facere conari. ¶ Aliquando accusatiuum habet cum præpositione, In. Plin. *lib.* 29. *cap.* 1. Eadem ætas, Neronis principatu ad Thessalum transiliuit, delentem cuncta maiorum placita, & rabie quadam in omnis æui medicos perorantem. ¶ Perorare rem aliquam, interdum est eam in peroratione pertractare, & de ea dicere. Cic. 5. *Verr.* De qua quum dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo.

Pĕrōrātĭo, dicitur finis & conclusio orationis. { ἐπίλογϑ. GALL. *La fin ou conclusion d'vne oraison, ou d'vn plaidoyé.* ITAL. *Conchiusione d'vn parlare.* GERM. Ein beschlußred. HISP. *La conclusion de la oracion.* ANG. *The conclusion or end of an orison.* } Cic. *de clar. Orat.* Extat eius peroratio, qui epilogus dicitur. Quintilian. *lib.* 4. *cap.* 6. At cùm ille, qui plerisque perorationibus petitur, fletus erumpit, non palàm dicta sententia est?

Perorsi, Plin. *lib.* 5. *cap.* 8. Populi Æthiopum in sinu Mauritaniæ: qui, vt idem testatur *lib.* 6. *cap.* 30. quadrupedum ferarum modo vagi sunt, earúmque visceribus vescuntur.

Pĕrōsŭs, a, um, ex per, & osus, Exosus, odio prosequens. { שנא soné. ἀπεχθόμενος. GAL. *Qui hait fort.* ITAL. *Ch' ha in odio.* GERM. Gantz verhaßt/hefftig hassend. HISP. *Cosa que aborrece.* ANG. *That hatheth or enuieth much.* } Osus autem participium esse puto verbi Odio, pro quo defectiuum odi mansit in vsu. Nam sicut à prandio, pransus sum (quum tamen & prandi dicamus) ita & osus sum ab odio capimus, cuius loco nunc in vsu est odi præsentis & præteriti perfecti temporis. Terent. *in Adelph* Et illud rus nulla alia causa tam malè odi, nisi quia propè est. Plaut. *in Capt.* Odi ego aurum, multa multis sæpe persuasit perperam. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

———*Deæ signum crudelia facta perosa.*

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.* Crimina nostra perosus. ¶ Sunt autem osus, exosus, & perosus actiuæ significationis participia: quod ostendit osurus participium futuri temporis. Festus, Osi sunt ab odio declinasse antiquos, testis Caius Gracchus in ea oratione quæ est de lege Minutia: Mirum, inquit, si quid his iniuriæ fit, semper eos osi sunt. Quod postea addita Præpositione, per, in vsu esse cœpit. Hactenus Festus. Col. *lib.* 10. Neque ea curatorem fraudulentum tantùm, sed etiam immundam segnitiem perosa est. Quint. *lib.* 1. Qui modò legitimam disciplinam non sint perosi. Plaut. *in Amph.* simplici vsus est, inimicos semper osa sum. ¶ Hinc deducitur verbale Osor, qui rem aliquam odio prosequitur. Idem *in Asin.* Madidum, nihili incontinentem atque osorem vxoris suæ. ¶ Exosus eiusdem significationis. Virg. *lib.* 5.

Iuppiter omnipotens si nondum exosus ad vnum
Troianos.

Pĕrpāco, as. Tranquillum & pacatum reddo. { השביח השבית hischbit hischbiach. εἰρηνοποιῶ, γαληνόω. GAL. *Appaiser du tout, rendre du tout paisible.* ITAL. *Placare, far tranquillo.* GER. Gar befridigen oder stillen. HISP. *Aplacar, sossegar.* ANGL. *To mak great quietnesse and calmenesse.* } Liu. *lib.* 39. Paucósque per dies omnibus perpacatis, sine vllius noxa, &c. Plin. *de viris illustr.* M. Curius Dentatus primò de Samnitibus triumphauit, quos vsque ad mare superum perpacauit.

Pĕrparcē, aduerbium, Admodum parcè { μετὰ πολλῆς φειδοῦς. GALL. *Fort chichement ou escharsement.* ITAL. *Molto parcamente.* GERM. Gar kündiglich. HISP. *Muy escassamente, auaramente.* ANGL. *Very niggardelie or sparinglie.* } Terent. *in Andria*, —& quod dicendum hîc siet, Tu quoque perparcè nimium.

Pĕrpărum, aduerbium, Valde parum. { πάνυ σμικρὸν, ὀλίγιστον. GAL. *Fort peu.* ITAL. *Molto poco.* GERM. Gar wenig oder lützel. HISP. *Muy poco.* ANG. *Very litle.* } Cicer. 5. *Verr.* Perparum ex illis magnis lucris ad sese peruenire.

PĔRPĂRVVS, a, um, Admodum paruus { πάνυ μικρός. GAL. *Fort petit, bien petit, petiot.* ITAL. *Molto picciolo.* GERM. Gar klein. HISP. *Muy pequeño.* ANGL. *Very litle.* } Cic. 1. *de Legib.* Quæ & quum adsunt, perparua sunt: & quandiu affutura sint, certum sciri nullo modo potest. Lucr. *lib.* 3.

Ergo animam totam perparuis esse necesse est
Seminibus, nexam per venas, viscera, neruos.

Pĕrpărŭŭlŭs, diminutiuum. { ὡς σμικρότατϑ, ὀλίγιστϑ, εὖ μάλα μικρός. GAL. *Fort petiot, tres petit.* ITAL. *Picciolissimo.* GERM. Vberauß klein. HISP. *Pequeñissimo.* ANGL. *That is very litle.* } Cic. 6. *Verr.* Duo tamen sigilla perparuula tollunt.

PĔRPAVCVS, a, um, Minimè multus. { ὀλίγιστϑ, ὀλίγϑ ὅσϑ. GAL. *Fort peu.* ITAL. *Molto poco.* GERM. Vast wenig. HISP *Muy poco.* } Terent. *Eunuch.* imò sic homo est Perpaucorum hominum. Cic 4. *Academ.* Erat quidem si perpauca mutauisset, germanissimus Stoicis.

Pĕrpaūcŭlŭs, diminutiuum, ὡς σμικρὸς, ὀλίγιστϑ. Cic. 1. *de Leg.* Deduxitque in Academiam perpauculis passibus.

Pĕrpăuĕfăcĭo, is, Pauorem incutio, & valde pauefacio. { καταπτήσω. GALL. *Fort espouuanter, fort estonner.* ITAL. *Spasimare molto.* GERM. Gar erschrecken/ein ängsten oder schrecken in den busen legen. HISP. *Mucho atemorizar.* ANGL. *To astonish and feare one.* } Plaut. *Stich.* Perplexabiliter earum hodie perpauefaciam pectora.

PERPAVLVM, aduerbium, ex per, & paulum, quod à parum deriuatur. { ὀλίγον ὅσον. GALL. *Fort peu.* ITAL. *Molto poco.* GERM. Gar wenig. HISP. *Muy poco.* ANGL. *Very litle.* } Cic. 1. *de finib.* Declinare dixit atomum perpaulum, quo nihil posset fieri minus.

Pĕrpaūlŭlum, diminutiuum. { ὀλίγιστον, GALL. *Tant soit peu, si tres peu que rien.* ITAL. *Pochissimo.* GERM. Gar menigslin. ANGL. *Very litle.* } Cic. 2. *de Orat.* Inter ingenium quidem & diligentiam perpaululum loci reliquum est arti.

Pĕrpaūxillum, aliud diminutiuum. ὡς ὀλίγιστον. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. sed si pauxillum potes Contentus esse. B. næ, perpauxillum modò.

Pĕrpaūpĕr, a, um, Valde pauper. { ὑπέρπτωχϑ, ὁ λίαν πένης. GALL. *Fort pauure.* ITAL. *Molto pouero.* GER. Vast arm. HISP. *Muy pobre.* ANG. *Very poore.* } Cic. *ad Atticum lib.* 6. *de Ariobarzane*, Erat enim rex perpauper.

Pĕrpaūxillum, vide *Perpaulum.*

Pĕrpello, is, Induco, impello, cogo. { הסית hesith. ἐπάγω. GAL. *Pousser & induire à faire.* ITAL. *Indurre, spignere, sforsare,* GERM. Etwa zu treiben oder bringen. HISP. *Mucho constreñir.* ANGL. *To compell, to constreme*

streine or moue one to do a thing.} Plaut *Bacch.* Calliclis dolis compuli & perpuli, mihi omnia vt crederet. Terent. *in Andr.* Suadere, orare vsque adeò donec perpulit. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Incensam multitudinem perpulit vt imperium regi abrogaret. Idem 2. *ab Vrbe*, Nec tamen perpelli potuere vt acie dimicarent.

PĒRPĒNDĬCVLVM, i, Instrumentum fabrorum, quo plumbo à filo & gnomone pendente, rectitudo, seu obliquitas operis perpenditur, id est, examinatur. { אנך *anách*. κάθετος. GALL. *Le plomb d'vn masson ou charpentier.* ITAL. *Piombo del muratore* GERM. Ein bleiwag oder senckel so die werckleut brauchen das sie schnurschlecht oderschnurrichtig bauwen. HISP. *El plomo del albañil.* ANGL. *Aleauell, lyne, or carpenters rule.* } Asconius, Perpendiculum linea laterum æqualitatem à summo ad imum altitudine probans. Vitruuius *lib.* 7. Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respōdentes exigantur. Cicer. 2. *Academ.* vt citat Nonius, Atqui si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regula. Perpendiculi inuentor fuit Dædalus, teste Plin. *lib.* 7. *c.* 56.

Pĕrpĕndĭcŭlārĭs, e, Geometræ vocant quod ex superiore loco in inferiorem demittitur ea rectitudine qua plumbum propendet ex perpendiculo, κάθετος. Vnde radios Solis perpendiculares habere dicuntur, qui Solem habent rectè supra caput imminentem.

Pĕrpĕndĭcŭlātŏr, is, qui perpendiculo vtitur, vt faber materiarius, vel cæmentarius. Sext Aurel. Victor in Adriano, Nam quæ ad specimen legionum militarium, fabros, perpendiculatores, architectos, genúsque cunctum extruendorum mœnium, seu decorandorum in cohortes centuriauerat.

PĒRPĒNDO, is, Probè examino, diligenter considero, quasi valde pendo. { בחן *bachán* תכן *taehán*. ἐξετάζω, σταθμῶμαι. GALL. *Poiser & considerer diligemment quelque chose.* ITAL. *Considerare con diligenza.* GER. Wol erwägen/fleissig bedencken. HISP. *Pesar con diligencia.* ANGL. *To weigh and considerer diligentlie.* } Cic. *pro Murena*, Hæc omnia ad rationem ciuitatis si dirigas, recta sunt, sin perpendere ad disciplinæ præcepta velis, reperientur prauissima. *Ibid.* Cato vitam ad certam rationis normam dirigens, & diligentissimè perpendens momenta officiorum omnium. Iudicio acri perpendere. Lucan. *lib* 2.

Pĕrpēnsātĭo, ἐξέτασις. Gell. *lib.* 2. *c* 2. Cum summa (dij boni) honorum atque officiorum perpensatione.

Pĕrpēnsŭs, participium. { נבחן *nibchán* נתכן *nitchăn*. ἐξετασθεὶς, ἐκλογισθείς. GALL. *Poisé consideré diligemment.* ITAL. *Pesato, considerato diligentemente.* GER. Wol erwäget oder betrachtet. HISP. *Pesado y considerado con diligencia.* ANGL. *weighed and considered diligentlie.* } Colum. *lib.* 2. *cap.* 3. Vt antè perpensum & exploratum habeamus, an locupletet patremfamiliâs vinearum cultus.

Pĕrpēnsē, aduerbium, Examinatè, ponderatè. { ἐξητασμένως. GALL. *Considerément.* ITAL. *Ponderatamente, consideratamente, maturamente.* GERM. Mit fleissiger erwägung. HISP. *Consideradamente.* ANGL. *with weighing and diligent considering.* } Cuius non reperi exemplum.

Pĕrpēnsa, Dioscoridi herba quæ à nonnullis vocatur Bacchar. βάκχαρις. Plin. *lib.* 21. *c.* 9. Bacchar in medicinæ vsu est. Quidam ex nostris perpensam vocant. Auxiliatur contra serpentes, capitis dolores feruoréśque.

PĔRPĔRAM, aduerbium. Perpero modo, præposterè, prauè, peruersè, corruptè, vitiosè. { κακῶς, πονηρῶς. GALL. *A tort, faussement, mal.* ITAL. *Malamente, vitiosamente.* GERM. Läts/fälschlich/vbel. HISP. *Malamente y falsamente.* ANGL. *Amisse, ouerthwartlie, wronglie.* } Plaut. Quidni? semper agit perperam. Rectè & perperam contraria. Cic. *pro Cæcin.* Seu rectè, seu perperam facere cœperunt. An qui perperam insanire me aiunt, ipsi insaniunt. Plaut. *Menach. sc.* 5. *a.* 5. Qui me perperam perplexo nomine appelles. Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Perperam falso insimulatam. *Ibid. sc.* 4 *a.* 2. Nunquam etiam quicquam adhuc verborum est proloquutus perperam. Idem *Amph.* Aurum multa suasit perperam. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2.

Perpero, perperum facio. Perotus, Perpero, deprauo, quasi nimis exactè paro. Sed, si à paro esset: vellem *per* esse peruersionis notam. Verùm est Græcum πέρπερος.

Pĕrpĕrŭs, a, um, teste Nonio, Indoctus, stultus, rudis, insulsus, seu, vt alij interpretantur, prauus, procax, temerarius, præceps, aut etiam leuis & inconstans. { עויל *havál*. πέρπερος. GAL. *Ignorant, indocte.* ITAL. *Ignorante, rozzo.* GERM. Vngelehrt/vnuerstendig/ torechtig oder vnbestendig. HISP. *Malo, falso, indocto.* ANGL. *Foolish, rashe.* } Accius *in Pragmat.* apud eundem Nonium, describere in theatro perperos populares.

Pĕrpĕrĭtūdo, inis, Prauitas stultitia. { עול *havél*. περπερεία. GALL. *Mauuaistié, sottise.* ITAL. *Maluagità, rozzezza.* GERM. Bosheit/vnuerstand/ torheit. HISP. *Maldad y falsedad.* ANGL. *Rashnesse, foolishnesse.* } Accius *in Pragmaticis.* Et eo plectuntur Poëtæ, quàm suo vitio sæpiùs ductabilitate nimia vestra, aut perperitudine.

PĔRPĔS, etis, generis omnis, continuus, vt perpes dies, perpes nox, opera perpes. vox poëtica. inde perpetus, continuus, non interruptus. { תמיד *tamidh*. ἀΐδιος. GAL. *Perpetuel, continuel.* ITAL. & HISP. *Perpetuo, continuo.* GER. Ewig. ANG. *Perpetuall.* } Plaut. in *Amph.* Ibi cœnaui atque ibi quieui in naui noctem perpetem. Idem *in Amphitr.* Neque ego hac noctelongiorem me vidisse censeo. Nisi item vnam, verberatus quam pependi perpetem.

Pĕrpĕtĭm, aduerbium, Perpetuò. { לעולם *lehólám* תמיד *tamidh*. εἰς ἀεί. GALL. *Perpetuellement continuellement, sans cesse.* ITAL *Perpetuamente.* GERM. Ewiglich. HISP. *Continuadamente.* ANGL. *Perpetualie* } Plin. 20. *cap.* 4. Ita vocatur vlcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetim humore manans.

PĔRPĔTIOR, eris, perpessus sum, Patior, siue fero. { סבל *sabál*. πάσχω. GAL. *Endurer & souffrir.* ITAL. *Patire, sopportare.* GERM. Erleyden. HISP. *Padecer, sufrir.* ANGL. *To suffer and indure.* Terentius *Eunuch* An potiùs ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias? Cicer. ad Cælium *lib.* 2. Nónne tibi affirmaui, quiduis me potius perpessurum quàm ex Italia ad bellum ciuile me exiturum? idem 1. *de finibus.* Idem etiam dolorem sæpe perpetiuntur: ne si id non faciant, incidant in maiorem. Tuam qui possim perpeti petulantiam? Plaut. *Menach sc.* 1. *a.* 5. Non ista flagitia possum perpeti. *Ibidem.* Colaphos perpeti. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Vnum hunc diem perpetere. (sup. me cum amica tua esse.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 5. An te nuptam possum perpeti? an sis abitura à viro? Idem *Menach. sc.* 1. *a.* 5.

Pĕpēssu, posterius supinum à verbo perpetior. Cicer. 4. *de finibus.* Fortiorémque in pariendo dolorem, si eum asperum atque difficilem perpessu & contra naturam, quàm si malum dixero. Idem 1. *Tuscul.* O multa dictu grauia, perpessu aspera.

Pĕrpēssŭs, participium, à verbo perpetior. { סבל *sobel*. παθὼν ποινάς. GAL. *Qui a enduré & souffert.* ITAL. *Che ha patito.* GERM. Erlitten. HISP. *El que ha padecido.* ANGL. *That suffreth.* } Cicer. 12. *lib. Epist.* Vt mihi tam multa pro te perpesso, atque defuncto hoc concederet. Idem Perpessitius, vide paulò infrà.

Pĕrpēssĭo, onis, Actus ipse perpetiendi. { πάθος, ὑπομονή. GAL. *Endurement de fascherie.* ITAL. *Sopportamento, patienza.* GERM. Erleydung/erduldung. HISP. *Aquella obra de padecer, sufrimiento.* ANG. *A suffering.* } Cic. 2. *de Inuent.* Patientia est honestatis, aut vtilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio.

Perpessitius, adiectiuum, qui patiendo assuefactus est, Senec. *Epist.* 54. Leuis motiuncula decipit: sed vbi creuerit, & vera febris exarserit, etiam duro & perpessitio confessionem accepit.

Pĕrpĕtro, as, ex per & patro, Efficio, consummo, plenè patro, vox media. { פעל *pa al*. διαπράττομαι. GAL. *Venir au bout de quelque entreprinse, l'acheuer & mettre à fin.* ITAL. *Compire, mandare ad effetto* GERM. Volbringen oder begehen sonderlich etwas böses. HISP. *Acabar de hazer.* ANG. *To do or comme an ill act.* } Plaut. *in Cas.* Nam cur non id perpetrem quod occœpit nubat mihi? Idem *Trucul.* Malè quod mulier incœpit, nisi efficere perpetrat, Id illi morbo, id illi senio est. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Postquam opus meum perpetraui. Et Gell. *cap.* 3. *lib.* 7. Vbi perpetrari nequit. Suet. *in Calig. c.* 46. Liu. *lib.* 4. *bell. Pun.* perpetrato bello. Idem *lib.* 8. *bell. Maced.* Item, Perpetratum bellum. (i, confectum.) Idem *lib.* 4. *d.* 5. & *lib.* 1. *ab vrb. bis.* Idem 2. *ab Vrbe*, Posteaquam iuuenes perpetrata cæde pergere ad gratulantes vidit, exemplo, &c.

¶ Nonnunquam accipitur & in bonum, vt, Sacrificio ritè perpetrato, apud eundem 4. *decad.* 5.

PĔRPĔTVVS, a, um. Continuus, & minimè interruptus. { תמיד *tamidh*. διηνεκὴς ἀΐδιος. GALL *Perpetuel.* ITAL. & HISP. *Perpetuo.* GERM. Ewig/ immerwärend. ANG. *Perpetuall.* } Ouid. 1. *Metam.*

—— primaque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Plautus *in Asin.* Opto mihi hunc annum perpetuum huius operas. Cicer. 3. *in Cat.* Atque vt in perpetua pace esse possitis, prouidebo. hoc est, ne pax vestra interrumpatur. ¶ Accipitur etiam perpetuum pro perenni, hoc est, pro eo quod nunquam perit, ἀΐδιος Cicer. 4. *Catilin.* Ignem Vestæ perpetuum & sempiternum. Plaut. *in Cistell.* Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum. ¶ Nonnunquam etiam ponitur pro perpetuo verum & obseruandum. Celsus *lib.* 2. *cap* 10. Quum sit autem minimè crudo sanguis mittendus, tamen id quidem perpetuum est. hoc est, non vsquequaque verum est. Paul. *l. quum hæreditas, ff. ad senat. Trebell.* Quum hæreditas ex fideicommissi causa restituta est. si antè cum hærede compromissum sit, puto fideicommissarium cauere debere hæredi. Nam quod dicitur, retinere eum oportere, non est perpetuum hoc est, non perpetuò verum. Hæc qui gaudent, gaudeant suo semper perpetuo bono. Plaut *Mostell sc.* 3. *a.* 1. Serua me tibi perpetuum amicum. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Bono & amplo auctare perpetuo lucro. Idem *Amphitr. prologo*, Nullum est homini perpetuum bonum. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1.

Indurat Boreas niuem perpetuámque facit,

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

———— Castos
Perpetua seruant virginitate focos,

idem *Eleg* 2. *lib.* 4. *Trist.* Non videor sarcire posse ædes, quin totæ perpetuæ ruant. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Perpetui temporis officia. Cæs. 3. *de bell. ciu.* In perpetuum. Suet. *in Aug. c.* 65. ¶ In perpetuum, i. perpetuò, εἰσαεί. Cels. *lib.* 6. *c.* 15. Gingiuarum verò ossa, quæ hebetia sunt, in perpetuum vstione vndantur. ‖ ¶ Perpetua mensa longa à capite ad finem cœnaculi excurrens. Virg. ¶ Perpetuus modus, id est, infinitiuus, apud Probum. ‖

Pĕrpĕtŭūm, aduerbium, Assiduè, semper. { תמיד *tamidh*. ἀεὶς, αἰεί. GAL. *Perpetuellement, à perpetuité, continuellement.* ITAL *Sempre, continuamente.* GERM. Immerdar/stäts on vnderlass. HISP. *Siempre, continuadamente.* ANGL. *Perpetuallie.* } Plaut *in Epid* Quid agis? perpetuum valuisti? Pro eodem dicitur Perpetuò. Idem *in Menach.* Sed meliore est opus auspicio, liber perpetuò vt siem.

Perpetuò. Plaut. *in prol. Amph.* Nam me perpetuò facere vt sit Comœdia. Idem *Men. sc. vlt a.* 5. Vide in vocabulo præcedenti

Pĕrpĕtŭo, as, perenno, continuo sine intermissione. { תמד *tamádh*. ἀϊδίζω. GAL. *Continuer, perpetuer.* ITAL. *Continouare, perpetuare.* GERM. Stäts vnd aneinander beharren/nimmer vnderlassen. HISP. *Continuar, perpetuar* ANGL. *To continue.* } Plaut. in *Pseud. sc.* 3. *a* 1. Non est iustus quisquam amator, nisi qui perpetuat data. Næuius, Miserum me, cui datum est vt hunc solus perpetuem laborem.

Pĕrpĕtŭālĭs e, Vniuersalis. { καθολικός. GALL. *Perpetuel, qui est general & vniuersel.* ITAL. *Vniuersale.* GERM. Algmein/vnd stäts wirig. HISP. *Vniuersal.* ANG. *Vniuersall and perpetuall.* } Quint. *lib.* 2. *c* 14. καθολικός, i. (vt dicamus quo modo possumus) vniuersalia. vel perpetua.

Pĕrpĕtŭārĭŭs, teste Budæo *in titulum de locat. præd. ciuil. vel fisc.* Conductorem & colonum significat, qui perpetuò rem conduxit. Prædia doctus nostræ si semel iure perpetuo apud aliquem fuerunt, ad alium transferre perpetuarium non oportet Et subinde eodem modo. Sunt etiam alibi fundi perpetuarij, ad distinctionem (vt videtur) emphyteuticorum. Hæc ille. Quod falsum videtur esse. Nam perpetuarium ius dicitur pro emphyteusi, *toto tit. C. de locat. præd.* Quia scilicet ea lege ager fruendus datur, vt quandiu conductio soluatur, nunquam ad dominum redeat. Perpetuarius mulio dicitur Senec. *in ludo de morte Claudij*, qui sine intermissione labori semper est intentus.

Pĕrpĕtŭĭtās, perpetuitatis. { ἀϊδιότης, συνέχεια, τὸ διηνεκές. GALL. *Perpetuité, durée à tousiours, continuation.* ITAL. *Perpetuità, continuatione.* GERM. Vnunderlassung/immerwärung/ewigkeit. HISP. *Perpetuidad, continua*

continuation. ANGL. *Perpetuitie.* } Cic. 2. *de finib.* qui autem diffidet perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse est ne aliquando amissis illis sit miser. Sermonis perpetuitas, Cic. 2. *de Orat.* Idem 3. *de Orat.* Perpetuitate & quasi conuersione verborū vtendum non semper est. Senec. *de consol. ad Mart.* De perpetuitate liberorum, sed nec de diuturnitate promissum est. ¶ Perpetuitas pro immortalitate. Cic. *de Vniuersitate*, Neutiquam tamen dissoluemini, neque vos vlla mortis fata perimentia, ne fraus valentior quàm consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quàm illa, quibus eratis tum quum gignebamini, colligati.

Perpictus, a, um, participium, à verbo perpingo, Exactè pictus. διαγεγραμμένος. Ouid. 10. *Metam.* Lilia, perpictásque pilas, &c.

Perplăcĕo, perplaces. Valde placeo. { πάνυ ἀρέσκω. GALL. *Fort plaire.* ITAL. *Piacer molto.* GERM. Woll gefallen. HISP. *Mucho plazer.* ANG. *To please verie well.* } Ter. *Heaut.* egomet habeo prope modum, Quam volo. s. nunc laudo gnate. GL. Archonidis filiam. s. Perplacet. Cic. *Attic. lib.* 3. Sed si est aliquid in spe, vide legem quam T. Fabio scripsit T. Vicellius: ea mihi perplacet.

Perplexŭs a, um, Inuolutus, implicitus. { סבוך *sabúch.* ἐπίπλεκος, ἐμπεπλεγμένος. GAL. *Entremeslé & barbouillé parmi, douteux.* ITAL. *Intricato, inuiluppato.* GERM. Verwicklet/verwirt. HISP. *Enredado, impedido.* ANG. *Twisted together, hard to be losed, doubtfull.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 2. Perplexis, & in semet aliter atque aliter nunc flatu, nunc ictu conuolutis feminibus. ¶ Per translationem accipitur pro obscuro, & ita inuoluto vt commodè intelligi non possit. Liuius 4. *bell. Maced.* Ex his Menippus ignorare se dixit, quidnam perplexi sua legatio haberet. Idem 10. *bell. Maced.* Singulos amicorum patris tentare sermonibus perplexis instituit.

Perplexē, aduerbium, Obscurè, implicitè. { διαπεπλεγμένως, ἐμπεπλεγμένως. GAL. *Douteusement.* ITAL. *Dubiosamente.* GERM. Verwirrlich/zweifelhafftiglich. HISP. *Dudosamente.* ANG. *Intricatlie, obscurelie.* } Ter. *in Eunuch.* Pergin' scelesta mecum perplexè loqui? Liu. *ab Vrb.* Defectionem sui quisque populi haud perplexè iudicauere. Idem *lib.* 10. *belli Punici.* Perplexè respondebant legati.

Perplexim, aliud aduerbium, καταπλέκω. Plaut. *in Sticho.* Vtrùm ego perplexim lacessam oratione, &c.

Perplexŏr, aris, Aliquid perplexum facere, & in dubium vocare. καταπλέκω. Plaut. *in Aul. sc.* 4. *a.* 1. At scio quo vos pacto soleatis perplexarier.

Perplexābĭlis, adiectiuum, Perplexus, quum scilicet aliud audiatur, aliud sentiatur. καταπλεκτός. Plaut. *in Asin.* Neque vllum verbum faciat perplexabile.

Perplexābĭlĭtĕr, aduerbium, Perplexè πολυπλέκτως. Plaut. *in Sticho*, Perplexabiliter hodie earum pauefaciam pectora.

Perplĭcātŭs, ἐπιπεπλεγμένος. Interiecta coniunctione per tmesim extulit Lucr. *lib.* 2. At magis humatis inter se, pérque plicatis.

PERPLVO, is, ere, Transmittere pluuiam. { διαβρέχω. GALL. *Pleuuoir à trauers ou parmi.* ITAL. *Trapiouere.* GERM. Durch hin regnen. HISP. *Entrellouer.* ANGL. *To rayne through or into.* } *lib.* 6. *c.* 3. Cùm cœnaculum perplueret, i. per medium pluuiam admitteret. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Venit imber, Lauat parietes, perpluunt ligna, putrefacitque operam fabri. ¶ Perpluit in pectus per translationem. Idem *ibid.* Hæc illa tempestas mea, mihi quæ molestiam omnem Detexit, tectus qua fuit: quàm mihi Amor & Cupido In pectus perpluit meum. Idem *Trinum.* Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

Perplūs, perpluris, penultima producta, omnis generis. Plin. *lib.* 23. *c.* 24. Spondétque iugero eius annuos perplures, vel mediocri solo reditus. συμπλείονος, συμπλείους GAL. *Beaucoup plus.* ITAL. *Molto piu.* GER. Vast vil. HISP. *Mucho mas.* ANG. *Much more.* }

Perplūrĭmŭm, aduerbium. { ὡς πλεῖστον. GAL. *Tresfort.* ITAL. *Assai.* GERM. Überauß vil. HISP. *Muy mucho.* ANGL. *Very much.* } Vt, plurimum refert. Plin. *lib.* 2. *cap.* 54.

Perpŏl, aduerbium esse iurandi quidam putauere apud Plautum *in Casina*, Perpol sæpe peccas: ita fit vbi quid tanto opere expetas. Et apud Terentium *Hecyr.* Perpol quàm paucos reperias meretricibus Fideles euenire amatores. Verùm Donatus in hunc locum sic ait, Ordo est, Pol perquam paucos reperias: nam perpol non est Latinum, sed ἐν τμήσει perquam, id est, nimio. Ex quibus Donati verbis videre est apud Plautum in præcedenti exemplo ordinem esse talem, Pol persæpe peccas.

PERPŎLĬO, is. Valde polio, absoluo, ac supremam manum addo. { קלקל *kilkál.* διαπονέομαι, ἐξεργάζομαι. GAL. *Polir & mettre au net, parpolir.* ITAL *Polire molto.* GERM. Wol ausspolieren/ wol zubutzen oder aussbutzen. HISP. *Mucho polir.* ANGL. *To polish perfitelie, and bring to an end or perfection.* } Cicer. 1. *de Orat.* Tractu Orationis læui, & æquabili perpoliuit illud opus. Idem *Attic. lib.* 4. Librum meum illum ἀνέκδοτον nondum vt volui, perpoliui. Idem 1. *de Orat.* Perfecti in dicendo & perpoliti homines. Plin. *lib.* 33. *cap* 4. Nec vllum absolutius aurum est, cursu ipso tritúque perpolitum. Velleius, Perpolitus calce & arena.

Perpŏlītĭo, nis, Absoluta exornatio. { ἐξεργασία. GAL. *Polissure, polissement.* ITAL. *Esso polire.* GER. Außbutzung. HISP. *Obra de mucho polir.* ANGL. *A perfyt polishing.* } Ad Herenn. *lib.* 4. Verborum exornatio est quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione.

Perpŏpŭlŏr, aris, Totum populor & vasto. { שדד *schiddédh.* δενδροκοπέω. GAL. *Piller, gaster & destruire toute.* ITAL. *Depredare* GERM. Gar vbel verderben/durch vnd durch berauben vnd zerschleiffen. HISP. *Robary destruir el campo.* ANG. *To wast and destroye ouer all.* } Liu. *lib.* 22. Annibal emissus è manibus perpopuletur Italiam, vastandóque & vrendo omnia ad Romana mœnia perueniat. Tacit. *lib.* 4. Cædibus & incendiis perpopulatus.

PERPŌTO, as. Totum tempus in potationibus consumo. { διαπίνω, πολὺς ἀκρατοποτῶ. GAL. *Ne faire autre chose qu'yurongner.* ITAL. *Crapulare, attendere à beuer.* GERM. Mit sauffen vnd zutrincken verschleiffen. Item, Gar trincken. HISP. *Mucho beuer ò hasta el cabo.* ANG. *To spend much tyme in drinking.* } Cicer. 7. *Verrin.* Similiter totos dies, in littore tabernaculo posito, perpotabat. *Ibid.* Prætore tot dies cum mulierculis perpotante. Lucret. *lib.* 1.

——— *interea perpotet amarum*
Absynthi laticem.

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Perpotaui cum filio tuo.

Pĕrpōtātĭo, nis. { πολυποσία. GAL *Iurongnerie ordinaire.* ITAL. *Imbriacamento ordinario.* GERM. Das stätig sauffen vnd zutrincken. HISP. *Embriagues continua.* ANGL *Drongennesse.* } Cicer. *in Pison.* Quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperatissimas perpotationes prædicem?

Pĕrprospĕr, a, um, Suet. *in Claud. c.* 31. Valetudine sicuti olim graui, ita princeps perprospera vsus est.

Pĕrprūrisco, is, Admodum prurio. { κατακνήθομαι. GAL. *Se demanger fort.* ITAL. *Pizzicargli.* GERM. Hefftig beissig oder tränsig sein. HISP. *Tener mucha comezon.* ANGL. *To ich muche.* } Plaut. *Sticho*, — & suauem cantationem aliquam occipito Cinædicam, vbi perpruriscamus vsque ex vnguiculis.

Pĕrpulcher, Valde pulcher. { ἐκειδής, ὑπερκαλλής. GALL. *Fort beau.* ITAL. *Molto bello.* GERM. Vast hüpsch. HISP. *Muy hermoso, y bello* ANGL. *Very faire and beautifull.* } Terent. *Eunuch.* Perpulchra credo dona, haud nostris similia.

Pĕrpūrgo, as, Totum, ac planè purgo. { נקה *nikkáh* ברר *berér.* ἐκκαθαίρω. GAL. *Purger tout au net.* ITAL. *Purgare perfettamente.* GERM. Gar reinigen oder seuberen. HISP. *Alimpiar ò purgar hasta el cabo.* ANGL. *To mak very cleane.* } Cicer. 2. *de natura deorum*, Ceruæque ante partum perpurgant se quadam herbula, quæ seselis dicitur. ¶ Perpurgatis auribus, per translationem dixit Plaut. *in Milite.*—accipe à me rursum rationem doli, Quam institui. PL. perpurgatis ambo damus tibi operam auribus. ¶ Perpurgare locum aliquem, per translationem, pro absoluere & perficere. Cic. 2. *de diuin.* Qúmque fundamentum esset philosophiæ positum in finibus bonorum & malorum, perpurgatus est is locus a nobis bis quinque libris.

Pĕrpusillŭs, a, um, Admodum pusillus. { ὀλίγιστος. GAL. *Tres-peu, le moins du monde, si peu que rien.* ITAL. *Molto picciolo.* GERM. Vast klein. HISP. *Muy poquillo.* ANGL. *Very litle.* } vt, Perpusillus homo. A quo perpusillum, aduerbium. Cic. 2. *de Orat.* Hic ille, non accusabis, perpusillum rogabo.

Pĕrpŭto, as, Perfectè puto, declaro, vel potiùs profero. { διακαθαίρω. GAL. *Mettre au net & esclaircir, donner à entendre.* ITAL. *Dare à intendere perfettamemte.* GER. Wolerleuteren oder erklären. HISP. *Declarar perfetamente.* ANG. *To lett one vnderstand perfitlie.* } Plautus *Cistell.*—nunc operam date, Vt ego argumentum vobis hoc plenè perputem.

Pĕrquam, Composita dictio, ferè semper nominibus positiuis adiungitur, & verbis, significátque maximè. { מאה מאה *meódh meódh.* ὡς σφόδρα, GAL. *Bien fort, moult.* ITAL. *Molto grandemēte.* GERM. Eben hefftig oder gar. HISP. *Muy grandemente.* ANG. *Very much greatlie.* } Plaut. *in Rud.* epuli perquam indignis modis. Plin. *Epist.* 147. Perquam velim scire an esse phantasmata, &c. Gell. *c.* 13. *lib.* 12. Plura vide in dictione PER. ¶ Aliquando tamen inuenitur iunctum cum superlatiuo. Curtius *lib.* 4. Perquam maximo potest exercitu cōmparato.

perquiesco, penitus quiesco. Apul. *lib.* 8. Totam perquiescimus noctem.

PĔRQVĪRO, is. Diligenter quæro, vbique & per omnia loca quæro. { בקש *bikkésch* דרש *darásch* חפש *chippés.* διαζητέω. GAL. *Chercher diligemment.* ITAL. *Cercare diligentemente.* GERM Durch suchen/mit fleiß ersuchen. HISP. *Buscar diligentemente.* ANG. *To search for diligentlie.* } Cæsar. 6. *bell. Gall.* Aditus viásque in Sueuos perquirit. Ouid. 3. *Metam.* Quum pater ignarus natam perquirere Cadmo Imperat. Cic. 5. *de fin.* Videmúsque vt pueri, ne verberibus quidem à contemplandis rebus, perquirendísque deterreantur. ¶ Perquirere pro interrogare. Idem *pro Cælio*, Possum etiam illa, & cæterorum patronorum & mea consuetudine ab accusatore perquirere.

Pĕrquīrĭtŭr, Cic. *pro Cluent.* Ne multa, perquiritur à coactoribus, inuenitur ea serrula ad Stratonem peruenisse.

Pĕrquīsītŭs, a, um, participium Exquisitus. { נחפש *necḥpás* מחפש *mechupás.* ἐξητασμένος. GALL. *Cerché diligemment.* ITAL. *Cercato diligentemente.* GER. Durchsucht. HISP. *Buscado diligentemente.* ANG. *Searched for diligentlie.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 4. Et postea inuentis omni cura perquisitis, causáque rerum & ratione simul eruditis.

Pĕrquīsītē, aduerbium, Exquisitè, diligenter. { ἐξητασμένως. GALL. *Auec diligente inquisition.* ITAL. *Con diligente inquisitione.* GER. Mit durchsuchung/mit fleißigem nachsuchen. HISP. *Con diligente busca.* ANG. *with diligente searching.* } Cic. 1. *de Inuent.* Quæ pertinere autem ad dicendum putamus, ea nos commodius quàm cæteros attendisse non affirmamus, sed perquisitiùs & diligentiùs conscripsisse pollicemur.

Pĕrquīsītŏr, is, exquisitor { חפש *chophés* דרש *doresch.* ἐξερευνητής. ἐξετάστης. GAL. *Cercheur, diligent & soigneux.* ITAL. *Chi cerca con diligenza.* GERM. Ein durchsucher. HISP. *Diligente buscador.* ANG. *A diligent searcher.* } Plaut. *Sticho.* Maleuoli perquisitores auctionum perierint.

PERRARVS, a, um, Valde rarum. { πάνυ σπάνιος. GALL. *Fort rare.* ITAL. *Molto raro.* GERM. Gar seltzam. HISP. *Muy raro.* ANGL. *Very selde and thinne.* } Plin. *lib.* 31. *cap.* 3. Perrarum est, vt leuior sit aliqua. Liu. 6. *ab Vrbe*, Tum quod perraræ per eadem tempora literæ fuere.

Pĕrrārō, aduerbium, Valde rarò. { πάνυ σπανίως. GALL. *Fort rarement.* ITAL. *Molto raramente.* GERM. Gar selten oder seltzamlich. HISP. *Muy raramente, raras vezes.* ANGL. *Very seldome.* } Cic. *de finibus.* Istorum enim verborum amore quæ perrarò appellantur ab Epicuro, sapientiæ, fortitudinis, &c. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 5. perrarò hæc allea fallit. Cic. *pro Roscio Amer.* Perrarò venit in oppidum.

PERRĔPO, is, Rependo, transeo, vel rependo aliquò peruenio, & æquè de inanimatis ac de animatis dicitur. { διέρπω. GAL. *Ramper ou grimper ou grauir à trauers.* ITAL. *Rampare, andar carpone.* GERM. Durch kriechen/durchschleichen/etwan hin schleichen. HISP. *Gatear, andar gateando.* ANGL. *To creepe through or into.* } Col. *lib.* 8. *c.* 15. Sed ea tota materies opere tectorio læuigatur extra intraque, ne felis, aut vipera perrepat. Idem *lib.* 4. *c.* 24. At si longius quàm ritus agricolarum permittit, & à capite vitis emicuerit, & brachiis in aliena iugorum compluuia perrepserit, &c. Idem *lib.* 6. *c.* 5. Cauendum quoque est ad præsepia sus, aut gallina perrepat. Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 2.

Non ego tellurem genibus perrepere supplex, &c.

Pĕrĕpto,

Perrēpto, as, frequentatiuum, Tardè, & cum labore perambulo. { περὶ ὕρ. θηρεύζω. GAL. Se couler ou trainer souuent, cheminer auec peine. ITAL. Caminare con fattica. GERM. Embsig vnd mit arbeit durchkriechen oder durchstreichen. HISP. Caminar con afan. ANGL. To creepe about in euerie corner. } Terent. in Adelph. Perreptaui vsque omne oppidum, ad portam, ad lacum. Plaut. Amphitr. sc. 1. a. 4. Nam omnes plateas perreptaui.

Perrhæbi, περραιβοί, alij Πεῤῥαιβοί. Homerus autem lib. 1. Iliad. per simplex ρ scribit. Populi fuerunt Thessaliæ, qui Lapitharum potentia fracti fugerunt in Ætoliæ montana. Pindo monti proxima: quæ regio ab ipsis Perrhæbia dicta est: ipséque Pindus cognominatus est Perrhæbus. Propertius,

Aut cui Perrhæbi timuere cacumina Pindi

PERRIDICVLVS, a, um, Valde ridiculus. { δύκαταγέλαστος, πάνυ γελοῖος. GALL. Fort ridicule. ITAL. Molto ridiculo. GERM. Gar lächerlich vnd spöttlich. HISP. Cosa de quien se haze mucha burla. ANG. Very foolis, to be laughed at. } Cic. 4. Verr. Quid in prouincia facturus esset, perridiculi homines augurabantur. Idem 2. de Orat. Sed tamen eorum est doctrina, quantum ego iudicare possum, perridicula.

Perridicule, aduerbium. { δύκαταγελάστως, πάνυ γελοίως. GALL. Fort ridiculement. ITAL. Da ridere. GERM. Gar lächerlich vnd spöttlich. HISP. Con mucha burla. ANGL. Very scorne fullie. } Cic. 1. de Orat. In quo non modò illud præcipitur, neque insulsè, sed etiam siquid perridiculè possis. Vitandum est oratori vtrumque, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.

Perrōdo, is. Rodendo penetro. { אכל achál. διακνάω. GALL. Ronger tout à fait. ITAL. Rodere molto. GERM. Durchnagen / zernagen. HISP. Mucho roer. ANGL. To gnowe through or about. } Plin. lib. 44. cap. 18. Valet purgare, sistere, excalefacere, perrodere. Idem lib. 30. c. 16. Vngulas tantùm mularum repertas, neque aliam vllam materiam quæ non perroderetur à veneno Stygis aquæ.

PERROGO, as, Ad exitium rogo. { αὐτερωτάω. GALL. Demander l'opinion aux assistans, iuges ou conseillers. ITAL. Dimandare l'opinione di vn giudice, ò di vn consigliere. GERM. Vmbfragen / alle nacheinander fragen. HISP. Pedir el pareçer, o las opiniones à los consejeros y juez. } Tacit. lib. 10. Quum perrogarem sententias Consules. Plin. Epist. 87. Quum sententiæ perrogarentur, dixit Iunius Mauricus non esse restituendum Viennensibus agona.

Perrogatus, a, um: hinc Perrogatæ sententiæ dicuntur cùm omnes sententiam dixerunt, vt videre est ex Liuio. lib 9. belli Punici, & lib. 2. d. 4.

PERRVMPO, is, Per medium rumpo, vado, inuado. { קרע karáh בקע bikkeáh. διαῤῥήγνυμι, διεξελαύνω, διαῤῥήγνυμι. GALL. Rompre tout à trauers, entrer par force. ITAL. Rompere nel mezzo, intrare con impetu. GERM. Durch brächen / zerbrächen. HISP. Romper entremedias, entrar con arremetida. ANGL. To break in the middes or a sunder. } Col. lib. 2. Sic omnes radices herbarum perruptæ necantur. Liu. lib. 8. Qui aliquoties impetu capto perrumpere non poterat hostium agmen. ¶ Aliquando ponitur pro irrumpere vi, & violentia intrare. Cæsar. 6. bell Gall. Perrumpere nituntur. Idem lib. 7. Vt si eam paludem Romani perrumpere conarentur hæsitantes premerent ex loco superiore. Iungitur aliquando accusatiuo cum præpositione ad Liu. lib. 26. Nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse. Aliquando etiam cum præpositione In. Idem 3. ab Vrbe, Iam in vestibulum templi perruperant. ¶ Perrumpere leges, id est, violare, effringere. Lucan. lib. 1. Perrumpere milite leges.

Persæ, arum. Plaut. Curc. sc. 1. a. 3. Persas & Paphlagonas subegit. Gell. c. vlt. lib. 6. Asportauit in Persas.

Persæpe, aduerbium, Valde sæpè. { πάνυ πολλάκις, ὡς τὰ πολλὰ. GAL. Fort souuent. ITAL. Molto spesso. GERM. Gar offtermal / offt vnd dick. HISP. Muchas vezes. ANGL. Very often. } Cic. de Amicitia. Rectè etiam præcipi potest in amicitijs, ne quis intemperata quadam beneuolentia (quod persæpe fit) impediat magnas vtilitates amicorum. Horat. Epod. 14.

Qui persæpe caua testudine fleuit amorem.

PERSALSVS, a, um, Valde salsus. { πάνυ ἁλμυρὸς, σφόδρα χαρίεις. GAL. Fort salé, dit par moquerie & en gabbant. ITAL. Molto salso ò gratioso. GERM. Vast gesaltzen oder lieblich. HISP. Muy salado y donoso. ANG. Very salt, that is sade by mockerie. Cicer. 2. de Orat. Persalsum illud est apud Mæuium, Quid ploras pater.

Persalsè, aduerbium. { πάνυ ἁλμυρῶς, λίαν χαριέντως. GALL. En se mocquant. ITAL. Molto accortamẽte. GERM. Gar schimpfflich / vnd holdsälig lich. HISP. Escarneçiendo con donayres. ANG Very satlie or tauntinglie } Cicer. ad Quint. frat. lib. 2. Trebatium quòd ad se miserim persalsè & humaniter etiam mihi gratias agit.

Persalūto, as, Frequenter saluto, vel ad vnum omnes saluto. { φιλοφρόνως, ἢ ἐπιμελῶς ἀσπάζομαι. GALL. Fort saluer. ITAL. Molto salutare. GERM. Offt grüssen oder allsamen grüssen. HISP. Mucho saludar. ANGL. To halse often or imbrase. } Cicer. pro Flacc. Et qui ita fit ambitiosus, vt omnes vos, nósque quotidie persalutet. Senec. c. 12. de tranquill.

Persanctè, aduerbium, valdè religiosè. { ἁγίως, πάνυ ὁσίως. GAL. Fort sainctement. ITAL. Molto santamente, religiosamente. GERM. Gar hoch vnd theur. HISP. Muy santamente. ANGL. Very holye. } Terent. Hecy. Philippe, Bacchis deierat persanctè. Plaut. Idque persanctè iurauit se facturum.

Persāno, Omnino sano. { ἐξιάομαι, ἰάομαι. GAL. Guarir entierement. ITAL. Sanare perfettamente. GERM. Gar heilen. HISP. Acabar de sanar. ANGL. To heall vterlie or persitlie } Plin. lib. 20 cap. 22. Vomicas rumpere, purgare, persanare promittens.

PERSAPIENS, tis, omnis generis, Valde sapiens. { ὑπέρσοφος, πολύφρων. GALL. Fort sage. ITAL. Molto sabio. GERM. Vast weiß. HISP. Muy prudente y sabio. ANGL. Very wise. } Cicer. de prouin. consulat. Quod magni cuiusdam hominis, & persapientis videtur.

Persapientèr, aduerbium, Admodum sapienter. { πάνυ σοφῶς. GAL. Fort sagement. ITAL. Molto sauiamente. GERMAN. Vast weißlich. HISP. Muy sabiamente. ANG Very wiselie. } Cicer. pro Milone, Etsi persapienter, & quodammodo tacitè dat ipsa lex potestatem defendendi.

Perscientèr, aduerbium, Admodum scienter & industriè. { πάνυ ἐπιστημονικῶς. GAL. Fort scauamment, en homme bien expert & entendu. ITAL. Accortamente, prudentemente, industriosamente. GERM. Gar künstlich. HISP. Sabiamente. ANG. with great skill and vnderstanding. } Cicer. de clar. Orat. Et ad infirmitatem laterum perscienter contentionem omnem remiserat: sic ad virium imbecillitatem dicendi accommodabat genus.

Perscindo, is, per medium scindo. { קרע karáh בקע bikkeáh. διαῤῥήγνυμι. GAL. Couper par le milieu. ITAL. Fendere nel mezzo. GERM. Durchschneiden. HISP. Cortar entremedias. ANGL. To cutt in the middes. } Liu. lib. 21. Nam nec explicare quicquam, nec statuere poterant, nec quod statutum esset manebat, omnia perscindente vento. Tibul. lib. 1. Eleg. 13.

Sit satis è membris tenuem perscindere vestem.

Lucret. lib. 6.

Ergo feruidus hic nubem quum perscidit atram.

Ibidem,

Interdum perscissa furit petulantibus auris.

PERSCRIBO, is, Perfectè, absolutè, & ad finem vsque scribo. { ἀναγράφω, διαγράφω. GALL. Escrire tout ou long, fort escrire. ITAL. Scriuere molto, scriuere al longo il tutto. GERM. Gar auffschreiben / lang nacheinander beschreiben. HISP. Escriuir hasta el cabo, mucho escriuir. ANGL. To write to the ond or through. } Liu. in Pref. lib. 1. Facturúsne sim operæpretium, si à primordio vrbis res gestas populi Romani perscripsero. ¶ Aliquando est in tabulas publicas, in actáque referre, quod In registro scribere, vulgò dicunt, vocabulo à registis corrupto, Cic. ad Planc. Id ex ipso senatusconsulto poteris cognoscere: ita est enim perscriptum, vt à me de scripto dicta sententia est. Ita sæpe perscripta Senatus autoritas. Idem de Orat. 3. Et eundem, id, quod in autoritatibus perscriptis extat, scribendo affuisse. Cic. 6. Verr. Primùm mihi literas publicas quas in ærario sanctiore conditas habebant, proferunt: in quibus ostendat omnia quæ dixi ablata, esse perscripta. ¶ Inuenimus etiam aliquando perscribere cum accusatiuo, cum præpositione In; vt, Perscribere in tabulas publicas: eadem forma qua Referre in tabulas publicas. Cic. 3. Verr. In tabulas publicas ad ærarium perscribenda curauit. ¶ Perscribere pecuniam, aliquando pro pecuniam creditori restituere. Terent. in Phorm. Næ ego perscripsi porrò illis quibus debui Vbi Donatus, Perscripsi, multis per scripturam reddidi, multis debui. Suet. in Cæs. c. 42. Si quid vsuræ nomine numeratum, aut præscriptum fuisset. (i. restitutum esset.) ¶ Perscriptum dicitur quod literis consignatum est, & monumentis antiquis continetur. Cic. de Arusp. resp. Quanquam hoc si minus ciuili iure perscriptum est, lege tamen naturæ, communi iure gentium sancitum est, vt nihil mortales à diis immortalibus vsucapere possint. Perscribere, item pro præscribere. Idem 1. Academ. Ex hac descriptione, agendi quoque aliquid in vita, & officij ipsius initium reperiebatur quod erat in conseruatione earum rerum quas natura perscribet. Fortasse legendum præscribet.

Perscrīptio, Actus ipse perscribendi. { ספר sephár. διαγραφή. GALL. Enregistrement. ITAL. Esso scriuere. GERM. Beschreibung oder auffschreibung. HISP. Aquella obra de escriuir assi. ANGL. A writing out vnto the end registring. } Cic. ad Metell. lib. 5. Iam illud Senatusconsultum quod eo die factum est, ea perscriptione est, vt dum id extabit officium meum in te obscurum esse non possit. ¶ Perscriptiones pro contractibus, & instrumentis pactorum vsurpauit Cicero, quod vulgus appellat Registrum 5. Philipp. Illa vero dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est, per quam septies millies perscriptionibus, donationibúsque auertit. Idem pro Flacco, vsus est pro syngrapha, sic inquiens, Perscriptiones cum mulierculis aperta circumscriptione fecisti, tutor in his rebus Græcorum legibus ascribendus fuit.

Perscrīptōr, is, qui perscriptiones facit, tabellio, seu cautor. { ספר sophér. διαγραφεύς. GALL. Notaire, tabellion. ITAL. Notaio. GERM. Ein schreiber der käuffer vnd verkauffer. HISP. Notario, escriuano. ANGL. A noter or register. } Cic. 5. Verr. Scribam tuum, dicit Verres, huius perscriptorem fœnerationis fuisse.

Perscrūtōr, perscrutaris, perscrutari, Diligenter inquiro. { חפש chippés. ἐξερευνάω, ἀκριβῶς ἐρευνάω. GALL. Chercher diligemment. ITAL. Cercar con diligenza. GERM. Fleissig ergrunden / erdauren. HISP. Buscar diligentemente. ANGL. To searche diligentlie. } Plaut. in Aulul. sc. 2. a. 4. Ibo hinc intrò, perscrutabor fanum, si inueniam vspiam Aurum. Cic. 1. Offic. Præmittebátque de stipatoribus suis qui perscrutantur arculas muliebres, & ne quod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent. ¶ Actiuum est Perscruto, as, are, quo vsus est Plaut. Aul. sc. 3. a. 4. Hunc perscrutaui, nihil habet.

Persēă, περσέα, Arbor est, inquit Dioscorides, fructum ferens stomacho accommodatum, & qui edendo fit, in quo phalangia inueniuntur, quæ κρανοκολάπτα dicuntur, præsertim in Thebaide Ægypti parte. Huius arboris meminit & Strabo lib. vlt. comam ei perpetuam tribuens, & fructum magnitudine pyri, figura oblonga, amygdalæ modo putamine inclusum, & corio Plutarchus item autor est, perseam arborem in Ægypto Isidi gratissimam esse, quòd fructum ferat cordi similem, folium verò linguæ. Galenus quoque in Ægypto perseam se vidisse testatur magnis arboribus comparandam. Cuius (inquit) pomum in Perside tam præsentis veneni esse tradunt vt vescentes interimat. In Ægyptum verò translatam, & peregrinatione mitigatam, poma ferre cibis idonea, turbinatæ pyri facie. Ex quibus omnibus satis constat, perseam arborem sui generis esse, & à nostrate persica omnino diuersam.

Persēco, as, Medium seco, disseco, & per medium aperio. { חצה chatsáh. διασχίζω, διατέμνω. GALL. Trancher & couper tout outre. ITAL. Tagliare in mezzo. GERM. Zerschneiden durch die mitte. HISP. Cortar entremedias. ANG To cutt through. } Cic. 4. Acad. Eodem modo rerum naturas persecare, aperire, diuidere possumus, vt videamus terra penitúsne defixa sit, & quasi radicibus suis hæreat, an media pendeat. Liu. lib. 40. Id persecare nouum Prætorem ne serperet iterum latius. Quint. Persecuisti Reip. vomicas.

Persēctōr, vide Persequor.

Persēdeo, es, ere. { καθίζομαι. GAL Estre tousiours assis. ITAL. Sedere di continuo. GERM. Stäts bleiben sitzen. HISP. Assentarse siempre, ANG. To sitt euer. } Liu. lib. 45. Hoc quoque quod ridetis, in equo dies noctésque persedendo habeo,

Pĕrsĕgnis,e, Valde segne. πάνυ ἀργὸς, σφόδρα ῥάθυμος. GAL. *Fort lasche & paresseux.* ITAL. *Molto pigro.* GERM. Überauß faulvnd träg. HISP. *Muy perezoso, floxo, y negligente.* ANGL. *Very slouthfull, and sluggis horslow.* } Liu. *lib.* 25. Pedestre prælium fuit præsegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis.

Pĕrsēis, idis, Περσηΐς. Nymphæ cuiusdam nomen, Oceani & Tethyos filiæ, vt refert Hesiodus *in Theogon.*

Pĕrsĕnex, nis, omn. gen. Valde senex, decrepitus. { בא בימים *ba baijamin.* ὑπέργηρος, ὑπερήλιξ. GALL. *Fort vieil.* ITAL. *Molto vecchio.* GERM. Faßt alt vnd wol betagt. HISP. *Muy viejo.* ANG. *Very eld.* } Sueton. *de claris Gramm.* Nanque iam persenex pauperem se, & habitare sub tegulis quodam scripto fatetur. Fortè *pergulis* legendum.

PĔRSĔNTIO, is, sentio admodum, bene sentio. { αἰσθάνομαι. GALL. *Sentir.* ITAL. *Sentire.* GERM. Eigentlich empfinden. HISP. *Sentir.* ANGL. *To feele or perceiue plainely.* } Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

——— *magno persentit pectore curas.*

Ibid.

Quam simulac tali persentit peste teneri.

Pĕrsĕntīsco, is inchoatiuum, Percipio, sentio, intelligo. { αἰσθάνεσθαι, ἐπαισθάνομαι. GAL. *Se douter ou apperceuoir de quelque chose.* ITAL. *Auedersi di qualche cosa.* GERM. Anfahen mercken/gewar werden/befinden vnnd erschmecken. HISP. *Sentir cosa alguna, y dudar.* ANG. *To perceiue and vnderstand in a part.* } Plaut. *in Merc.* Quàm insipiens quæ non poteras persentiscere, Illam esse amicam tui viri bellissimi. Ter. *in Heaut.* Quot res dedere, vbi possem persentiscere. Nisi essem lapis, quæ vidi. Idem *Aul. sc.* 1 *a.* 1. Ne persentiscat aurum vbi est absconditum Idem *in Amphitr.* Nunc ne legio persentiscat, clam illuc redeundum est mihi.

Pĕrsĕphŏnē, Περσεφόνη. à Græcis dicitur Cereris filia, Latinis Proserpina appellata, quam ab Orco in Sicilia raptam fuisse poëtæ fabulantur. Ouid. 4. *Fast.*

At neque Persephone digna est pradone marito.

Pĕrsĕpŏlis, Περσέπολις, Persidis regia, à Perseo condita, quam postea Alexander ebrius demoliri iussit, Græcorum se iniurias vlcisci dictitans, quorum illi sacra igni ferróque vastassent. Vide Strabo *lib.* 15.

‖ Persequax, persecutor, Apul. ‖

PĔRSĔQVŎR, eris, Propriè, continuè, seu continuato motu sequor. Inimico affectu insequor. Continuò, assiduè quæro, animo affecto, &c. { רדף *radáph.* παρακελεύθειν. GALL. *Poursuyure.* ITAL. *Perseguire, persequitare.* GERM. Nacheylen/beharlich nachfolgen/nachhengen. HISP. *Seguir, mucho seguir.* ANG. *To persue or follow after.* } Nisi quod quandam vim maiorem addere videtur præpositio. Terentius *in Andr.* Is bellum hinc fugiens, méque in Asiam persequens, proficiscitur. Idem *in Phorm.* Quoquò hinc asportabitur terrarum certum est persequi. Hàc abiit, si vis persequi vestigiis. Plaut. *Menach. sc.* 1. *a.* 4. Hàc abiit, hac persequar. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Donec persecutus ero volpem vestigiis. (i. consecutus,) Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Id experiar persequi. (i. exequi) Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 1. Id petam persequárque, corde animo, & viribus (quod in rem tuam conducet.) *Ibidem.* Quod ego facere persequor. Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 4. Quod iubeat (herus) citis quadrigis citiùs properet persequi. Non soleo ego somniculosè imperia heri persequi. (i. exequi.) Idem *Amph.* Herus quod imperauit neglexisti persequi. (i. exequi.) *Ibid.* Ius meum persequar lege barbarica Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Si mihi regnum debetur, non id potiùs persequar. Idem *Curcul. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Nonnunquam ponitur pro in re cœpta perseuero. Cic. *ad Quint. frat. lib.* 2. Facies scilicet vt mandata digeras, persequare, conficias. Idem *in Pisonem*, Extrema si persequitur, qui inchoauit, iam omnia perfecta videbimus. Secundùm hanc significationem dicimus, Promissa factis persequi, pro eo quod est, quæ verbis promisimus, re ipsa comprobare. Persequi imperium patris, pro facere. Persequi ius suum, pro defendere. Plaut. ¶ Persequi mores patris, pro tentare mores patris exprimere. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Eos me decretum est persequi mores patris. Quintil. Vitia pueritiæ etiam virum persecuta. (i. ei hæserunt) ¶ Interdum accipitur in malam partem, & significat insectari, vlcisci ἐπεξελθεῖν, ἐπεξιέναι. Cicer. 11. *Philip.* Nunc quoniam hostis iudicatus est Dolabella, bello persequendus est. Idem *pro Flacco*, Hunc æstuantem & tergiuersantem iudicio ille persequitur.

Pĕrsĕcūtio, nis. { δίωξις, ἐπεξέλευσις. GALL. *Poursuite.* ITAL. *Persecutione.* GERM. Ein nachhengung/verfolgung/durchsuchung. HISP. *Seguimiento, obra de seguir.* ANGL. *Persueing.* } Cic. *in Orat.* Quum in altera gratiæ, gloriæ, præsidij plurimum esset, in altera persecutionum, cautionumque præceptio. Vlpian. *l. pecunia, ff. de verb. signific.* Siue ciuilis, siue honoraria, siue commissaria fuit persecutio.

Pĕrsĕctŏr, aris, Diligenter sector, perscrutor. πολὺ καταδιώκω, πολὺς παρακολουθῶ. Lucr. *lib.* 2. Nec persectari primordia singula quoque.

Persĕro, ris, Dissemino, siue diuulgo. { κατασπείρω. GAL. *Semer & diuulguer par tout.* ITAL. *Diuulgare per tutto.* GERM. Außspreiten/hin vnnd wider lassen außgehn. HISP. *Diuulgar por todas partes.* ANGL. *To diuulgat or scatter abroade, to sewe.* } Plaut. Inde venisse perserit.

Pĕrsēs, Πέρσης. Nomen regis Macedonum, qui ab Æmilio victus, & in acie captus, ductus est in triumphum Romam cum liberis, periítque in carcere animi mœrore confectus: vel (vt alij tradunt) vigiliis maceratus. ¶ Fuit & alter Perses, Solis & Persæ nymphæ filius, pater Hecates, rex Tauricæ regionis crudelissimus. ¶ Perses præterea, autore Herodoto *lib.* 7. filius fuit Persei Danaes filij ex Andromeda Cephei filia, à quo Persas originem duxisse scribit. Hic, teste Plin. *lib.* 7. *c.* 5. primus sagittas reperit.

PĔRSĔVĔRO, is, ex per & seuerus, Perseuerus sum, admodum seuerus, constans, nolens de sententia decedere. Persisto, permaneo. { שרד *taráďh.* καρτερῶ, διατελέω. GALL. *Perseuerer, continuer.* ITAL. *Perseuerare, continouare.* GERM. Verharren. HISP. *Perseuerar, continuar.* ANGL. *To perseuere.* } Cicer. *de Amicitia*, Orestes autem, ita vt erat, Orestem se esse perseueraret. Cæsar 7. *bell. Gall.* Cotta se ad armatum hostem iturum negat: atque in eo perseuerat. Senec. *cap.* 1. *de consol. ad Mart.* Pauca ex his vsque ad finem perseuerabunt. Gell. *cap.* 11. *lib.* 1. Confirmat & perseuerat. (i. asseuerat.) Idem Liu. *lib.* 2. *bell. Pun.* Quo id constantiùs perseuararet. Et Suet. *in Cæs. cap.* 73. *& in Aug. cap.* 19. Perseuerauit eo vti.

Pĕrsĕuērātum est, impersonaliter Cic. 5. *Verr.* Quod quum illis qui aderant, indignum, qui audiebant, incredibile videretur: non est ab isto primo illo aduentu perseueratum.

Pĕrsĕuērăns, nomen ex participio. { שרד *torédh.* καρτερῶν. GALL. *Perseuerant.* ITAL. *Perseuerante.* GERM. Verharrend/oder beharlich. HISP. *El que perseuera.* ANGL. *Perseuering.* } Colum. *in Præfat. lib.* 1. Isque mos dum seruatus est perseuerantissimo colendorum agrorum studio, &c.

Pĕrsĕuērāntĕr Constanter. { ἐπιμόνως. GALL. *Perseueramment, constamment.* ITAL. *Perseueramente, con fermo & saldo proponimento, constantemente.* GERM. Beharrlich. HISP. *Perseueradamente, constantemente.* ANGL. *Constantlie.* } Liu. 4. *ab Vrbe.* Patres bene cœptam rem perseueranter tueri. Idem *lib.* 21. Quo leniùs agunt, segniùs incipiunt; eò, quum cœperint, verior ne perseuerantiùs sæuiant.

Pĕrsĕuērāntĭă, æ, actus perseuerandi. { ἐπιμονή, καρτερία. GAL. *Perseuerance, constance.* ITAL. *Perseuerenza, constanza.* GERM. Verharrung. HISP. *Perseuerancia, constancia.* ANGL. *Constancie, perseuerancie.* } Cic. 5. *Verr.* Cuius iste fidei, diligentiæ, perseuerantiæ, nulla ratione eripi possit.

Pĕrsĕuērātĭo, Perseuerantia. διαμονή. Apuleius *in Hermetis Asclepio*, Cognouimus te æterna perseueratio.

Pĕrsĕuērŭs, a, um, { πάνυ αὐστηρός, σφόδρα σκληρός. GAL. *Fort seuere.* ITAL. *Molto seuero.* GERM. Gar rauch vnd streng. HISP. *Muy rigoroso.* ANG. *Very cruell or seuere.* } vt imperium perseuerum, apud Tacit. *lib.* 15.

PĔRSEVS, ei, & Perses, is, vel Persi, Περσεύς, sicut Achilles, is, vel li, vel Achilleus, ei, Iouis filius fuisse fertur ex Danae, Acrisij Argiuorum regis filia, quam Iupiter commutatus in speciem aurei imbris vitiauit. Acrisius enim quum ex oraculo didicisset, futurum aliquando vt à nepote occideretur, filiam munitissimæ turri inclusit. Iupiter itaque Danaes amore captus, quum alius non pateret aditus, assumpta specie aurei imbris, per tegulas turrim ingressus est, puellæque frustrà tam arcta custodia seruatæ stuprum intulit. Ex quo concubitu natus est Perseus, qui postea auum imprudens interfecit. Hic Andromedam Cephei filiam, marinæ beluæ obiectam, periculo liberauit, liberatámque vxorem duxit: acceptóque deinde a Vulcano adamantino ense, quem vocant Harpen, Medusam vnam ex Gorgonibus, quæ se aspicientes omnes in saxa commutabat, occidit. vnde & Gorgonoctonos est cognominatus.

Pĕrsĕŭs, a, um, Περσεῖος. Propert. *lib.* 3.

Sectaque Persea Phocidis arua manu.

Persibus, a, um, peracutus. Varr. *lib.* 6. *de L. L.* Persibus aperite. Scaliger inquio, Scribo, Persibè aperite.

Persiccus, valde siccus. Cels. *lib.* 3. *c.* 6. Si oculi graues, & aut persicci aut subhumidi sunt.

PĔRSIS, seu Persia, æ, { פרס *parás.* Περσίς. } Orientalis regio Asiæ, à Perse, seu Perseo rege sic dicta, cuius populi Persæ dicti sunt. Lucan. *lib.* 10. Quæ tibi visendi Nilum Romane cupido? Hæc Phariis, Persísque fuit, Macedúmque tyrannis. Hæc autem Persis (sicut Ptolemæus scribit *lib.* 5.) à Septentrione Medis terminatur: ab Occasu, Susiana: ab Ortu Solis, duabus Carmaniis: à meridie, parte sinus Persici. Eius oppida sunt Axima, Persepolis, Diospolis: vbi primùm inuenta ars magica fertur. Ad eam Nimrod gigas post confusionem linguarum se contulit, Persásque ignē colere docuit. Primus in ea rex (sicut refert Iustinus *lib.* 1.) fuit Cyrus. In ea lapillorum multa copia. Et primam Sibyllam in ea natam ferunt, quæ hæc de CHRISTO prænuntiasse traditur, Panibus simul quinque & piscibus duobus, hominum millia in eremo quinque satiabit, & reliquias tollens duodecim cophinos implebit in spem multorum. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Trist.* Persidáque & Gangem.

Pĕrsĭcŭs, a, um, Περσικός, quod ex Perside est, vt regnum Persicum. Iuuenal. *Satyr.* 14.

Nec Crœsi fortuna vnquam, nec Persica regna
Sufficerent animo.

¶ Persicus sinus ab Oriente maris Rubri ad Occidentem, Arabicus dicitur. ¶ Apud Horat. Persicus pro diuite & opulento, à Persarum scilicet diuitiis, luxúque. Horat. *lib.* 1. *Carm.* Persicos odi puer apparatus.

Pĕrsĭcă, { περσική. GALL. *Peschier.* ITAL. *Pesca persica.* GERM. Ein pfersichsbaum. HISP. *Durazno.* ANG. *A peach tree.* } Arbor est humilis, folio Amygdalæ paulo maiore, flore subpuniceo, pomo carnoso, succulento, extrinsecus lanuginoso, duro intus & scabro osse, nucleum habente non dissimilem amygdalæ. Nomen accepit à Perside Orientis regione: vnde primùm hoc arboris genus in nostrum orbem est aduectum. ¶ Pomum eius Persicum malum vocant, foris molli lanugine vestitum: cuius Romæ olim tanta fuit caritas, vt singula tricenis denariis venderentur: quod mirum videri debet, quum non sit aliud pomi genus fugacius. Longissima namque decerpto bidui mora est, cogítque se venundari. Hæc Plin. *lib.* c. 15. 12.

Persicaria, herba, hydropiperi simillima. { Persichkraut/flöhkraut.

PĔRSIDĔO, es, ex per & sedeo, id est, permaneo. διακαθίζομαι. GALL. *Persister, ne se bouger.* ITAL. *Persistere, fermarsi, durare.* GERM. Einsitzen vnd bleiben. HISP. *Durar, quedar.* ANGL. *To sit still or abide.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 24. Pruinæ perniciosior natura, quoniam lapsa persidet, gelátque, &c.

Pĕrsīdo, is, Dorsum feror, descendo, penetro. { καθιζάνω. GALL. *Penetrer.* ITAL. *Penetrare.* GERM. Durch etwas hinein sitzen. HISP. *Penetrar.* ANG. *To light downe vpon any thing as birdes.* } Lucr. *lib.* 1. At neque quo pacto persederit humor aquai, Visum est, i. immissus sit, intrarit, penetrarit. Virg. 3. *Georg.*

——— *vbi frigidus imber*
Altius ad viuum persedit.

id est, (inquit Seruius) medullas, & ossa penetrauit.

Pĕrsĭgno, as, are, Obsigno, vel signum imprimo. { חתם *chatám.* κατασημαίνω, καταφραγίζω. GALL. *Signer, ou seeler.* ITAL. *Suggellare.* GERM. Verzeichnen/versiglen. HISP. *Cerrar con sello, sellar.* ANGL. *To marck or seall.* Liu. *lib* 25. Quibus creati sunt Quinqueuiri muris, turribúsque reficiendis: & Triumuiri bini, vni sacris conquirendis, donísque persignandis: alteri, &c.

‖ Persillum vocant Sacerdotes rudiculum picatum, quo vnguine flumen

Portunalis

Portunalis arma Quirini vnguit. Fest. Gothofr. significat, inquit, globum piceum, vel picatum.‖

Persimilis, persimile, Admodum similis. { πάνυ ὅμοιος, παρεμφερής. GAL. Fort semblable. ITAL. Molto simile. GERM. Vast gleychförmig. HISP. Muy semejante. ANG. Very like. } Cic. *in Partit.* Nihil sanè præter memoriam quæ est germana literaturæ quodammodo, & in dissimili genere persimilis.

Persisto, is, Duro, perseuero. { עמד hamádh. ἐμμένω. GALL. Persister perseuerer. ITAL. Durare, perseuerare. GERM. Bestän/bleiben stän. HISP. Durar perseuerar. ANG. To perseuer. } Cic. 2. *de diuin.* Aut pertinacissimus fueris, si in eo perstiteris, ad corpus ea quæ dixit referre, aut deserueris totam Epicuri voluptatem, si negaueris. Liu. *lib.* 38. Parum est non erubuisse absentem, quum per legatos frustrareris nos, nisi præsens quoque in eadem impudentia persistas.

Persius, Vir Romæ doctus, cuius meminit Cicer. *de Orat.* C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere solebat, ea quæ scriberet, neque ab indoctissimis, neque à doctissimis legi velle: quòd alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quàm ipse. quare etiam scripsit, Persium non curo legere (hic fuit enim, vt notamus, omnium ferè nostrorum hominum doctissimus.) Lælium Decimum volo, quem cognouimus virum bonum, & non illiteratum, sed nihil ad Persium. ¶ Persius Flaccus, Volaterris Hetruriæ oppido natus est: quem constat claruisse iisdem temporibus, quibus Domitius Nero imperium vrbis Romæ suscepit. In Grammatica præceptorem habuit Rhemmium Palæmonem Vicetinum, qui grauissimas inimicitias dicitur exercuisse cum Marco Varrone. In Rhetorica, Flaccum Virgineum, Anneum verò Cornutum, qui philosophiæ studio excelluit, magna diligentia, singularíque obseruatione coluit, cúmque eo familiarissimè diu vixit, vt testatur ipse.

Persolata, herbæ genus, quam (vt ait Plin. *lib.* 25. *cap.* 9.) Græci vocant ἄρκειον, & aliquando προσωπίδα, quam nemo ignorat: folia habet maiora cucurbitis & hirsutiora, nigrioráque, & crassiora. { ANG. *A burre, or the hearbe cloattes that beareth the great burre.* } Dicta persolata, à persola, quod nomen apud veteres (vt Placidus Grammaticus inquit) significat personam. Solent enim his foliis vestitæ personæ nonnunquam in scenam prodire. Officinæ *Lappam maiorem* vocant.

Persolido, as, Solido. { καταστερέω. GALL. *Fort affermir, congeler, consolider.* ITAL. *Solidare, congelare.* GERM. Hart machen/gefrieren. HISP. *Hazer maciço, congelar.* ANGL. *To mak solide an massie.* } Statius 1. *Theb.*

Diffunditque imbres: sicco quas asper hiatu
Persolidat Boreas, hoc est, congelat.

Persolla, parua persona.

PERSOLVO, is, Perfectè, & totum soluo, & ære alieno me libero, beneficium planè compenso. { שלם schillém. ἀποδίδωμι. GALL. *Acheuer de payer, satisfaire.* ITAL. *Pagare affatto, cancellare in tutto.* GERM. Gar bezalen/abzalen. HISP. *Acabar de pagar.* ANGL. *To paye.* } Virg. 1. *Æneid.*

——— *grates persoluere dignas*
Non opis est nostræ.

D. Brutus *Ciceroni*, Tantum me tibi debere existimo, quantum persoluere difficile est. Persolui primæ epistolæ, venio ad secundam, id est, respondi ad ea quæ scripsisti in prima epistola. Cic. *Att. lib.* 14. Senec. *c.* 15. *de tranquill.* Tam iniqua præmia persoluere fortunam. ¶ Persoluere pœnas, est dare pœnas, puniri. Cic. 12. *Philipp.* Pœnas diis, hominibúsque meritas, debitásque persoluat, id est, puniatur ob peccatum suum in deos & homines. Persoluere promissum, est perficere promissum. Cassius *ad Cic. lib.* 12. Habeo paululum moræ, dum promissa mili tibus persoluo. Persoluendus, Particip. Ouid. *ad Liuium*, Vita data est vtenda, data est sine fœnore nobis Mutua, nec certa persoluenda die. Vbi *persoluenda* est quinque syllabarum.

Persolus, adiectiuum, Solus & merus. { יחיד jachídh בדד badádh μόνος. GAL. Seul. ITAL. & HISP. *Solo.* GERM. Nur allein. ANGL. *Alone, onlie.* } vt Persolæ nugæ apud Plaut. *in Curc.* id est, meræ nugæ.

Persoluta, vel Persolyton, πταῖστης Dioscoridi. Herba hortensis apud Ægyptios, ad texendas coronas vtilis: de qua Plin. *lib.* 21. *c.* 33.

Persolennis. Suet. *in Nerone*, Cum dote & flammeo persolenni.

PERSONA, æ, qualitas hominis ex statu, seu conditione. Personam definiunt philosophi esse naturæ rationalis indiuiduam substantiam. { נפש néphesch. πρόσωπον. GAL. *Personne, personnage.* ITAL. & HISP. *Persona.* GERM. Die person / eines jeden vernunfftigen natur. ANG. *A persone.* } Tria igitur necessaria sunt, vt aliquid persona dicatur, vt sit indiuiduum: non enim in vniuersalibus, sed in singularibus tantùm persona dici potest: Vt sit in genere substantiæ: nam accidentia quum per se non existant, nec per se agant, personam constituere non possunt. Et vt sit quid rationale: quoniam, id est, persona, quantum ad ipsam actionem, quod in se habet quod possit agere, vel non agere. Et hoc habent solùm rationabilia. ideo de ratione personæ est, vt sit quid rationale. Non ergo lapidis, vel arboris, vel irrationalis animalis, sed vel Dei, vel angeli, vel hominis persona dicitur. ¶ Persona Latinè dicitur facies conficta, à personando, id est, clariùs sonando, quia per os personæ vox emittitur ab histrionibus. { πρόσωπον. GAL. *Masque.* ITAL. *Mascahara.* HISP. *La mascara.* } (vt Bassius inquit apud Gellium *c.* 7. *lib.* 5.) & os cooperimento personæ tectum vndique, vnáque tantùm vocis emittendæ via apertum, quoniam non vaga, nec diffusa est, in vnum tantummodo exitum coarctat vocem, & magis claros, canorósque sonitus facit. Ob eam causam persona dicta est, o litera propter vocabuli formam productiore. Plin *lib.* 12. *c.* 14. Persona adducitur capiti, densúsve reticulus. Hinc personati, ἐν προσωπείοις, dicuntur, qui huiusmodi personis tecti sunt, cuiusmodi erant histriones Attellani, qui soli non cogebantur in scena ponere personam. Personata quoque fabula dicitur, quæ agitur à personatis histrionibus. Hanc iuniores laruam vocant. ¶ Hinc per translationem persona pro qualitate qua alius ab alio differt, tum in animo, tum in corpore, tum in extra positis, quæ à Rhetoribus numerantur in Attributis personæ. Animi, vt quo studio se fauerit, literarúmne, an militaris disciplinæ: & iracundúsne sit, an mitis: luxuriosus, an temperans. Corporis, vt adolescénsne sit, an ætate adultus: pulcher, an deformis. Extra positorum: vt diues an pauper: clarus an obscurus. ¶ Hinc in scena etiam personas appellant: qui modò serui, modò ancillæ, modò patrisfamiliàs, modò parasiti vestibus ornati eorum mores, & gestus exprimunt. Terent. *in Prolog. Eunuch.* Parasiti personam inde ablatam, vel militis. Et in vno homine multæ possunt esse personæ, iracundi, mitis, læti. Item persona præceptoris, mariti, patris. ¶ Hinc Grammatici personas constituunt, primam, secundam, & tertiam. ¶ Persona pro homine. Celsus *in Proœmio lib.* 1. Medicos nihil tentasse iudico, quia nemo in splendida persona periclitari voluerit coniectura sua: ne si non seruasset, occidisse videretur. ¶ Personam imponere alicui, est ei prouinciam aliquam dare. Cic. *de Lege Agrar.* Vos mihi Prætori biennio ante Quirites hoc eodem in loco personam hanc imposuistis, vt quibuscunque rebus possem, illius absentis dignitatem vobiscum vnà tuerer. ¶ Imponere alicui personam calumniæ, aut alterius rei. Cicer 4. *Verr* Imponitur honestæ ciuitati turpissima persona calumniæ? Idem paulò pòst *in eadem oratione*, Improbam personam alicui imponere dixit. Hinc Quintil. Induere personam iudicis. Senec. *cap.* 1. *de consol. ad Mart.* Qualem te in persona patris tui gesseris. Idem *c.* 17. *de consol. ad Helu.* In mea persona illa non pro te dolet. (i. in meo exilio & mei ratione.) Velleius: Conuerterat Pompeij persona totum in se terrarum orbem. Liu. *lib.* 3. *ab Vrbe.* Personam alienam ferre. Quint. Personam deponebant histriones peracta fabula. Idem, Sub persona (Gallicè *Masque*) valet vox actorum scenicorum. In personam aliam transire, & agere aduersarium. Idem Quint. Semper sub persona viuere. Senec. *c.* 15. *de tranq.* Mutata persona te consolatus est. (i. quæ dixit Liuiæ, tibi videtur dixisse.) Idem Senec. *c.* 6. *de consol. ad Mart.* Vide plura de hac voce apud Vallam *lib.* 6. ¶ Eminentes quoque figuræ in ædificiis quæ aquas ore, vel mentula fundunt, eóque varios vultus & gestus exprimunt, personæ dicuntur, vt est apud Vlpianum *in l. fundi. de act. empt.*

¶ Personarum acceptio, προσωποληψία. Gloss. Philox. Posteriores Græci amant μ interponere: vt in eodem ἐπανάληψις persecutio. Pura & vetus scriptura ex origine est προσωποληψία.

Personatus, qui personis, hoc est, laruis indutus est. { προσωπον ὑποδεδυκώς. GAL. *Masqué, desguisé.* ITAL. *Immascherato.* GERM. Der sich in eines anderen gestalt verstelt oder verkleidet. HISP. *Mascarado.* ANGL. *Disguised, à masker.* } Cicer. 3. *de Orat.* Quo melius nostri illi senes, qui personatum ne Roscium quidem magnopere laudabant. Denique generali vocabulo Personatum dici potest, quicquid aliud est intus quàm foris ostendit, & quicquid denique simulatum est. Cicer. *Attic. lib.* 15. Quid est autem cur ego personatus ambulem? Personata vulnera, hoc est, cæca & latentia, quæ altius descendunt, quàm prima fronte præ se ferant. ¶ Personata felicitas dicitur à Seneca non vera, sed simulata, quæ forinsecus est, decora, intus verò deformata instar histrionum qui inducta persona simulant, & imitantur quemcunque velint, ἐπίπλαστος, εὐδαιμονία. ¶ Personati propriè Attelani vocantur, quòd soli hi non poterant cogi in scena ponere personam, quod cæteris histrionibus pati necesse erat. Suetonius *in Neron. cap.* 21. Personati tragœdias cantabant. ¶ Personatus pater dicitur ab Horatio, Comicus pater, inductus in Comœdia sub persona histrionica, ἐπίπλαστος, *in Serm.*

——— *quiuis stomachetur eodem*
Quo personatus pacto pater.

‖ Personaliæ, personales actiones. L. g. b.‖

Personalis, e, quod ad personam pertinet. { προσωπικόν. GAL. *Appartenant à personne.* ITAL. *Pertinente à persona.* GERM. Das zu einer person gehört. HISP. *Perteneciente à persona.* ANG. *Perteaning to a personne.* } Vnde personalis actio, quæ in personam datur: cui opponitur Actio in rem. ¶ Personale verbum quod per personas distinguitur: cuius contrarium est Impersonale, Grammaticorum vox.

Personaliter, modo personali. Gell. *cap.* 13. *lib.* 15. Non personaliter dicitur Pigitum est.

Personata, genus herbæ nascentis iuxta riuos & flumina. { ἄρκειον, προσωπὶς. } de qua Col. *lib.* 6. *c.* 16. Venena viperæ depellit super sacrificationem ferro factam herba, quam vocant personatam, trita, & cum sale imposita. Officinæ, teste Ruellio, vocant *Lampam maiorem.* Hæc eadem Personaria, æ, vocatur. Plin. *lib.* 21. *c.* 15.

PERSONO, as, Valde sono, perfectè sono, perstrepo, sonando transeo. הומה hamáh. ἐξηχέω. GAL. *Faire ou rendre grand son, resonner, retentir.* ITAL. *Sonare perfettamente, sanare grandemente.* GERM. Durchtönen/gantz vnd gar ertönen. HISP. *Mucho ò perfetamente sonar.* ANG. *To make a great sovvne and noise, to crie lowde.* } Cic. *pro M. Cælio*, Illæ verò non loquuntur solùm, verumetiam personant, huc vnius mulieris libidinem esse prolapsam, vt ea, &c. Virg. 1. *Æneid.*

——— *cithara crinitus Iopas*
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.

Idem 6. *Æneid.*

Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat, aduerso recubans immanis in antro.

Horat. 2. *Serm. Satyr.* 6.

Simul domus alta molossis
Personuit canibus.

Hinc adiect. Personus. Valer. 4. *Argonaut.*

——— *hac procul Io,*
Spectat ab arce poli iam diuis addita, iámque
Aspide cincta comas, & ouanti persona sistro.

Persono. & Personor, personam facio, do vt sit persona. Sunt verba Scholasticorum.

Persorbeo, es, Totum sorbeo. { ἀπορροφέω. GAL. *Humer tout & boire en attirant.* ITAL. *Sorbire il tutto.* GERM. Durch etwas supffen. HISP. *Sorber todo.* ANGL. *To suppe out all.* } Plin. *lib.* 31. *c.* 11. Alias ex his mares existimauere tenui fistula, spissioréque, persorbentes, & quæ tinguntur in deliciis, aliquando & purpura.

Perspeculor, perspecularis, perspeculari, Diligenter speculor, & omnia intueor. { διασκοπέομαι. GAL. *Guetter soigneusement & diligemment.* ITAL. *Speculare con diligenza.* GER. Fleissig besichtigen/durch schauwen. HISP. *Diligentemente mirar y contemplar.* ANG. *To viewe, behold and looke about diligentlie.* } Plin. *lib.* 8. *c.* 26. Assidua namque satietate obesus exit in litus, recentes arundinum cæsuras perspeculatus. Hircius *de bello Africo*, Quum de vallo perspecularetur. Suet. *in Cæs. c.* 58. Exercitum

Exercitum neque per insidiosa itinera duxit vnquam, nisi perspeculatus locorum situs.

Perspergo,is,Aspergo,is. { נזה nazáh.κατασπάσω. GAL. Espâdre & arrouser fort. ITAL. Aspergere. GER. Gar besprenges. HISP. Derramar ò rociar. ANG. To sprinkle and cast licour ouer all. } Cic.1.de Orat Libandus est etiam ex omni genere vrbanitatis facetiaru quidam lepos,quo tanquam sale perspergatur omnis oratio. Cato. c.130. Codicillos oleaginos,& cætera ligna amurca cruda perspergito,& in sole ponito.

PERSPICIO, is, Ad plenum video, cognoscóve. { ראה raáh. συνορῶ, καθορῶ, διορῶ, ὀξυδερκῶ. GALL. Pleinement voir & cognoistre, apperceuoir clairement & manifestement. ITAL. Vedere, conoscere à pieno. GERM. Durchsähen/wol ersähen vnd erkennen. HISP. Mirar y conocer. ANGL. To behold perfitelie and vnderstand. } Plaut. Aulul. sc.2.a.1. Perspexi salua esse intus omnia. Idem Capt. sc.1.a.4. Os est mihi sublitum, nec id perspicere quiui. Idem Curc. sc.2.a 1. Perspicio vos nihili meam gratiam facere. Mulier hæc stulta est, quantum perspexi modò. Idem Men. sc.4.a.2. Cic. in Lel. Quidam sæpe in parua pecunia perspiciuntur quàm sint leues: quidam verò quos res parua mouere non potuit, cognoscuntur in magnis. Ter. in Phorm. Cuius tu fidem in pecunia perspexeris Verere verba credere? Cæsar. 1. bell Gall. Qua de causa discederent, nondum perspexerat. Horat. de Arte,

> ——quem perspexisse laborent,
> An sit amicitia dignus.

Perspectus, a, um, interdum participium, Cognitus, exploratus. { נראה nireéh. διεσκεμμένος, καθεωραμένος. GAL. Veu & apperceu clairement. ITAL. Veduto, conosciuto à pieno. GER. Eigentlich ersähen/wol erkent oder erkündiget. HISP. Mirado y conocido claramente. ANG. Knawen, tried. } Cæs. 4. bell. Gall. Eorum dierum consuetudine itineris & exercitus nostri perspecta Interdum nomen fit ex participio & comparatur: significátque id quod diligenter animaduersum est. Cic. ad Quint. frat. Vt hic tertius annus Imperij tui, tanquam tertius actus perspectissimus, atque ornatissimus esse videatur.

Perspectè, aduerbium, Diligenter, doctè. { ὀξυδερκῶς, διεσκεμμένως. GALL. Diligemment & doctement. ITAL. Diligentemente, dottamente. GERM. Für sichtiklich. HISP. Doctamente y diligentemente. ANG. Diligentlie, cuninglie. } Plaut. in Mil. Fit pol illud ad illud exemplum: vt doctè perspectò sapit.

Perspecto, as, frequentatiuum. { πολὺς καθορῶ, περισκοπεύομαι. GAL. Regarder de tous costez & diligemment. ITAL. Guardare d'intorno con diligenza. GER. Fleissig vmbsich sähen/ durch alle ort sähen. HISP. Mirar de todas partes diligentemente. ANGL. To viewe, to behold and looke diligentlie. } Plaut. in Milit. Sinite me priùs perspectare, ne vspiam insidiæ fient. Suet. in Aug. c.98 Perspectauit certamen gymnicum honori suo institutum. (i. ad extremum spectauit.)

Perspicientia. { דעת dahàth. φρόνησις. GALL. Claire cognoissance. ITAL. Conoscenza Chiara. GERM. Heitere ersähung / erkantnuss. HISP. Conocimiento claro. ANG. Perfite knawledge full perceiuing. Cic. lib. 1. Offic. Sed omne quod est honestum, id partium quatuor oritur ex aliqua. Aut enim in perspicientia veri, solertiáque versatur. i. perfecta cognitione.

Perspicuus, a, um, Pellucidus, translucidus. { נראה nireéh צח tsach טהור tahór. διαφανής, καταφανής, τρανὴς, τρανός. GALL. Fort clair & manifeste, à trauers de qui on voit, diaphane. ITAL. Chiaro, lucido, manifesto. GERM. Durchsichtig/klar/offenbar/scheinbar. HISP. Claro, manifiesto, cosa que se trasluce. ANGL. Cleare and manifest, plaine. } Mart. lib. 4. de calice vitreo,

> Prodat perspicuus ne duo vina calix.

¶ Per translationem pro claro, manifesto, ac minimè dubio. Plin. Tum claras perspicuásque sententias. Cic. pro Quintio, Est quædam tamen ita perspicua veritas, vt eam infirmare nulla res possit. Idem pro domo sua, Legeram clarissimos nostræ ciuitatis viros, sed in medios hostes ad perspicuam mortem pro salute exercitus iniecisse. Sic dicimus perspicuam orationem, σαφῆ, ἐναργῆ, id est, claram & apertam.

Perspicuitas, atis, Splendor ac facilitas, euidentia. { ἐνάργεια. GAL. Euidence, clairté. ITAL. Facilità, chiarezza. GERM. Klarheit/scheinbare/heitere. HISP. Clareza, facilidad. ANG. Plainesse euidencie. } Cicer. 4. Academ. Propterea quòd nihil esset clarius energia, vt Græci, perspicuitatem, aut euidentiam nos, si placet, nominemus, fabricemúsque, si opus erit verba. Quintilianus lib. 2. c. 3. Nam & prima est eloquentiæ virtus perspicuitas.

Perspicuè, aduerbium, Euidenter. { σαφῶς. GALL. Clairement, euidemment. ITAL. Chiaramente, euidentemente. GERM. Klärlich / heiter / scheinbarlich. HISP. Claramente manifestamente. ANG. Plainelie, euidentlie. } Plaut. in Aul. Anus hercle hoc iudicium fecit de auro, perspicuè palam est,

Perspicax, Consideratus, acutus. { קסם kosém. ὀξυδερκής. GALL. Qui voit bien aiguement, & entend fort subtilement. ITAL. Perspicace, acuto. GERM. Scharpffsichtig/oder scharpffsinnig. HISP. Agudo que mucho mira. ANG. That seeth quickely, quick witted. } Ter. in Heaut. Patrem nosti ad eas res quàm sit perspicax. Cic. 1. Offic. Id quod acutum & perspicax natura est.

Perspicacia, æ, Acumen, euidentia. { קסם késem. πολυδέρκεια, ὀξύτης. } Cic. Att. lib. 15. Quod ipsum perspicaciam aliquam significaret.

Perspicacitas, atis, Acumen, ingenium. { קסם késem. τὸ συνετικόν. GAL. Bonne & claire veuë, quand on voit & entend fort aiguement. ITAL. Acutezza, perspicacità. GERM. Scharpffsinnigkeit. HISP. Agudeza de mirar. ANG Quickenesse of sight and vnderstanding. } Cic. Attic. lib. 1. Etsi ex his quæ scripsimus (tanta es perspicacitate) etiam à me non scripta perspicis.

Perspissò, aduerbium Tardè. Plaut. Qua quod bene promittunt Aruspices, perspissò euenit. Nonius Legitur & prospisso.

Persterno, is, Totum sterno. { διαστρώννυμι. GALL. Couurir & pauer tout. ITAL. Coprire, lastricare del tutto. GER. Gar bespreiten oder bedecken. HISP. Cubrir y derribar mucho. ANG. To spread all ouer. } Liuius 10. ab Vrbe, Eodem anno ab Ædilibus curulibus qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuariis, via à Martis silice ad Bouillas perstrata est.

Perstimulo, as, Stimulo, extimulo, valde stimulo. { הסית hesith. παροξύνω, παροξυνῶ. GALL. Esguillonner fort, inciter fort. ITAL. Stimolare. GERM. Hefftig stupffen/treiben oder bewegen. HISP. Aguijonear ò incitar. ANGL. To stirre or prick vp. } Tacit. lib. 4. Agrippinæ quoque proximi illiciebantur, prauis sermonibus spiritus perstimulare.

Perstino, as, emo. vide Prastino. Onom. Perstino διαρκῶ. i. sufficiens sum, duro, permaneo. Ergo vult perstinare esse idem atque firmiter stare in re aliqua. { קנה kanáh. ὠνέομαι. GAL. Acheter. ITAL. Comprare. GERM. Kauffen. HISP. Comprar. ANGL. To bie. } Apul. Et percontato pretio, quo centum numis indicaret, aspernatus viginti denariis perstinaui.

Persto, as, Permaneo, perseuero, continuo. { עמד hamádh. διαμένω, διΐστημι. GALL. Perseuerer, continuer. ITAL. Durare, perseuerare, continouare. GER. Bestān/bleiben stān. HISP. Perseuerar. ANG To perseuer and continue. } Gell. lib. 2. cap. 1. Hoc modo perdius, pernóxque perstabat. Iungitur interdum datiuo. Liu. 8. ab Vrbe, Vbi quum deprecantibus primoribus Patrum atque vniuerso Senatu, perstaret in incœpto immitis animus. Interdum ablatiuo cum præpositione In, Se tamen perstaturum in incœpto, &c. Sic dicimus Perstare in societate, Perstare in sententia, & similia. Ouid. 13. Metam.

> Si perstas certare locum redeamus ad illuc.

Idem 4. Fast.

> Nasica accepit (Deam) templi tunc perstitit auctor.

Idem Eleg. 1. lib. 4 Trist.

Perstrepo, is, Valde strepo. { המה hamáh. διαψοφέω. GALL. Faire grand bruit des pieds ou autrement. ITAL. Far molto strepito. GERM. Hefftig rauschen/oder ein gerumpel machen. HISP. Hazer mucho estruendo. ANG. To mak a great noise. } Ter. in Eunuch. Abeunt lauatum, perstrepunt ita vt fit domini vbi absunt. Stat. 2 Achil.

> Rumor in arcana iamdudum perstrepit aula.

Claud. 1. in Eutrop.

> Crebro pulsatus, perstrepit ictu.

PERSTRINGO, is, Valde stringo, claudo, inquit Nonius. { צרר tsarár. συνείργω, ἐπιγράφω. GALL. Fort estreindre & serrer. ITAL. Stringere forte, serrare, chiudere. GERM. Wol anstricken/starck zusamen binden. HISP. Mucho ò perfectamente apretar. ANGL. To wring hard. } Cato de re rust. c. 32. Vites bene nodentur per omnes ramos, diligentérque caueto ne vitem præcipires, & ne nimium perstringas. ¶ Aliquando significat breuiter, aut summatim dico, vel scribo. Cicer. pro Sext. Roscio. Sed in animo est (quemadmodum antè dixi) leuiter transire, ac tātummodo perstringere vnamquamque rem, &c. Cum breuiter iunctum. Idem de Amicitia, Quem locum breuiter perstrinxi paulò antè. Quintil. lib. 11. cap. 1. Hunc locum Cicero breuiter perstringit, neque tamen videri potest quicquam omisisse. ¶ Aliquando ponitur pro leuiter taxo, & reprehendo, leuíque dolore afficio. Cic. pro Sestio, Vt eos, quorum sceleris furore violatus essem, vocis libertate perstringerem, Graphium & libellos ita in faciem (Romani Equitis) dicitur iecisse, vt genam non leuiter perstrinxerit. ¶ Aliquando ponitur pro offuscare, obnubilare, obscurare, obtenebrare, obtundere, ἀμαυροῦν. vt quum dicimus, Perstringere oculos, perstringere aciem mentis, animi, vel ingenij, & perstringere aures sonitu. Horat. lib. 2. Carm.

> Iam nunc minaci murmure cornuum
> Perstringis aures, iam litui strepunt.

Cic. in Catone maiore, Voluptas rationi inimica, mentis (vt ita dicam) perstringit oculos Cic. 1. de diuinat. Eáque parte animi quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluenti: quorum vtrunque perstringere aciem mentis solet. ¶ Terram aratro perstringere. Idem de Leg. Agrar. Quod solum tam exile & macrum est, quod aratione perstringi non possit.

Perstrictus, Participium. Plin. lib. 17. cap. 24. Perstrictus gelu non potuit eò peruenire humor. hoc est, vehementer astrictus.

Perstudiosus, adiectiuum, Valde studiosus, valde diligens. σπουδαῖος, πολυμαθής, φιλολόγος. GALL. Fort studieux. ITAL. Molto studioso. GER. Gar geflissen. HISP. Muy estudioso. ANGL. Very studious. } Cicer. 5. Tusc. Musicorum verò perstudiosum accepimus, &c.

PERSVADEO, es, Non ab actu, sed ab effectu significationem habet: vt sit persuadeo, suadendo fidem facio, suadendo induco. { פתה pittáh. ἀναπείθω, πείθω. GALL. Persuader, faire croire. ITAL. Persuadere, dar' ad intendere. GERM. Vberreden oder bereden. HISP. Induzir con razones, atraher con efeto. ANGL. To persuade. } Autor ad Herennium lib. 1, Si animus auditoris persuasus fuerit. id est, si oratio aduersariorum fidem fecerit auditoribus. Cæs lib. 4. bell. Gall. Idoneum quendam hominem & callidum delegit Gallium, ex illis quos auxilij causa secum habebat. Huic magnis præmiis, pollicitationibúsque persuadet vt ad hostes transeat, & quid fieri velit edocet. Qui vbi ad eos venit, timorem Romanorum proponit. Persuadet (inquit) id est, suadēdo inducit. Quint. c. 15. lib. 2. Persuadet etiam pecunia, dignitas, forma, authoritas. ¶ Persuadere pro probare, Suet. in Aug. c. 40. ¶ Simili modo fit in exoro, quum significat orando impetro & excogito, quod est cogitando inuenio: quòd exorando, id est, perfectè orando, impetratur quod oratur: & excogitando, id est, perfectè cogitando, inuenitur quod quæritur. Nec huiusmodi significationes propriè sumuntur ex vi præpositionum & verborum quæ non progrediuntur nisi quantum significatio eorum protenditur, quæ in persuadeo, est perfectè suadeo, exoro, perfectè oro: sed ex effectu rei quæ ex eis consequitur & perficitur. Verùm non eatenus ipsa à propria eorum significatione recedere dixerim, quum significare possint perfectam suasionem. Nam persuadeo, perfectè, siue maximè suadeo, significare, docet Terent. in Andr quum ait, Ipsus mihi Dauus qui intimus est eorum consiliis, dixit. Et is mihi persuadet, nuptias quantum queam vt maturē. Idē in Phorm. Sed vbinam Getam inuenire possim, vt rogem quod tempus conueniendi patris me capere persuadeat. id est, potissimum suadeat. Similiter Lact. 6. Quid M. Tullius in suis Officialibus libris, nónne hoc idem persuadet, non esse omnino largiendum? id est, vehementer, totóque conatu suadet. Quod est contra eos qui volunt, persuadere tantùm in effectu esse, suadere, in actu: in quibus est Sipontinus, qui ait, Suadere est hortari aliquem ad id quod intendimus: persuadere est suadendo, aut dissuadendo aliquid, hominem in opinionem nostram inducere. ¶ Quomodo mihi persuadeo, per parenthesim venustè vsurpat. Cic. pro Rosc. Amer. Ego contra breuiorem postulationem

stulationẽ affero, & (quomodo mihi persuadeo) aliquanto æquiorem. ¶ Venustè quoque dicitur, Ita tibi persuadeas, Ita persuasum est omnibus. Cic. *ad Brutum lib.* 11. Quamobrem velim tibi ita persuadeas, me tum Reipublicæ causa quæ mihi vita ipsa charior est, &c. Idem *ad eundem*, Ita persuasum omnibus, cum paucis inermibus perterritis metu fugisse Antonium.

Persuāsus, participium, & aliquando nomen ex participio, Creditus. נפתה niphtéh ὁ πεπεισμένος. GALL. *Persuadé.* ITAL. *Che tiene vna cosa per certa.* GER. Uberredt oder beredet. HISP. *Induzido con razones.* ANG. *Perswaded.* } Cic. *in Tusc.* Opinio mali, quo viso & persuaso, ægritudo insequitur necessariò. Col. *lib.* 12 *c.* 1. Villica porrò persuasissimum habere debebit, aut in totum, aut certè plurimum domi se morari oportere. Plin. *Epist.* 20. *lib.* 1. Persuasum habeo posse fieri vt sit actio bona, non sit bona oratio.

Persuāsio, onis, verbale, Opinio firma, quum planè nobis fides facta est, rẽ ita esse. {πεῖσις, πειθώ. GAL. *Persuasion, ferme creance.* ITAL. *Ferma credenza che si ha di qualche cosa.* GERM. Beredung. HISP. *Induzimiento, firma opinion.* ANG. *Perswasion.* } Plin. *lib.* 25 *cap.* 2. Durat tamen tradita persuasio in magna parte vulgi, veneficiis & herbis id cogi.

Persuāsōrius, adiectiuum, quod persuadet, quódque ad persuadendum pertinet. { מפתה mephattéh. πειστικός, πιθανός. GAL. *Qui fait à croire, ou qui sert à faire croire.* ITAL. *Che vale à far credere qualche cosa.* GERM. Das so vberedt. HISP. *Cosa para assi induzir.* ANG. *That perswadeth.* } Suet. *in Domit. c.* 8. Recuperatores, ne se semper persuasoriis assertionibus accommodarent, identidem admonuit. Olim qui in libertatem vindicabantur cùm serui essent, nec pro se liberali iudicio experiri possent, assertorem quærebant. In causis igitur liberalibus monuit recuperatores, ne tametsi fauorabilis libertas est, sequerentur in iudicio assertiones vel prece, vel pretio, vel persuasione eblanditas contra ius dominorum.

Persuāsŏr, is, qui persuadet. { מפתה mephattéh. πειστήρ, πειστής. GAL. *Qui met en teste & persuade.* ITAL. *Chi persuade.* GERM. Ein vberredet/oder bereder. HISP. *Hombre que algo alcança con razones.* ANGL. *A perswader.* }

Persuāstrix, icis, fœminini generis. { מפתה mephaltáh. πείστρια, πειστική. GAL. *Celle qui met en teste & persuade.* ITAL. *Donna che persuade.* GERM. Ein berederin. HISP. *La hembra que assi alcança.* ANGL. *She that perswadeth.* } Plaut. *in Bacchid.* Eccas tandem probri perlecebras, & persuastrices.

Persuāsĭbilis, persuasibile, quod potest persuaderi. { πιθανός, πιστός, εὐανάπειστος. GAL. *Facile à faire à croire, aisé à persuader.* ITAL. *Facile da far credere* GERM. Dess man einen leichtlich bereden kan. HISP. *Cosa facil à chazer creer.* ANG. *That may be perswaded.* } Quint. *lib.* 3. *c.* 16. Rhetorice, est vis inueniendi omnia in ratione persuasibilia.

Persuāsĭbĭlĭtĕr, aduerbium, πιθανῶς, εὐπειθῶς. Quint. *lib.* 2. *c.* 16. Qui finem eius esse ait persuasibiliter dicere.

Persūbtīlis, e, Valde subtilis. { λεπτός, ὑπέρλεπτος. GAL. *Fort subtil.* ITAL. *Molto sottile.* GERM. Gar subtil. HISP. *Muy sutil.* ANG. *Very subtill.* } Cicer. *pro Planco*, Et quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio.

Persulto, Passim & crebrò salto: propriéque ferarum est, aut pecudum, quæ in pabuli vbertate identidem subsiliunt. { רקד rikkédh. ὑπερπηδάω. GAL. *Sauter ou sauteler de ioye.* ITAL. *Saltar per allegrezza.* GER. Durchgumpen oder springen. HISP. *Mucho saltar de alegria.* ANGL. *To leap, and skip for ioye.* } Lucret. *lib.* 1. Inde feræ pecudes persultant pabula læta id est, saltant per læta pabula ¶ Est item persultare, cum petulanti quadam insulatione locum agrúmve peragrare. Liu. 4. *bell. Maced.* Quorum vbi arma, signáque Lacetani cognouere, memores quàm sæpè in agro eorum impunè persultassent. Tacit. *lib.* 11. Simul libero exercitu campos persultante. Silius *lib.* 3 At non Sarmaticos attollens Fusana muros Tam leuibus persultat aquis.

Persuo, is, ere, Suendo absoluo. διαρράπτω, vide in simplici Suo.

PERTÆDEO, es, ui, Tædio vehementer afficior. {קץ kats. ἀδημονῶ, ἐξαπορέομαι. GAL. *Estre fort ennuyé & fasché* ITAL. *Fastidirse* GER. Ein grossen verdruss entpfahen/verdrüssig werden HISP. *Hauer pesar.* ANG. *To be loth to do a thing.* } Gell. *lib.* 1. *cap.* 2. Has ille inanes cum efflaret glorias, iámque omnes finem cuperent, verbísque eius defatigati pertæduissent. Huiusmodi tamen locutiones raræ sunt: frequentius enim hoc verbo vtimur impersonaliter, quemadmodum & eius simplici *tadet.* Idem *lib.* 15. *c.* 20. Simul duas vxores habuerat, quum id decreto ab Atheniensibus facto, ius esset, quarum matrimonij pertædebat. ¶ Pertæsum est. Cicer. *ad Quintum fratrem lib.* 1. Pertæsum est enim lenitatis, assentationis amicorum, non officiis, sed temporibus seruientium. Virg. 4. *Æneid.*

Si non pertæsum thalami tædæque fuisset.

Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 9.

Quum bene pertæsum est, animique reuanuit ardor.

Plaut. *Most. sc.* 4. *a.* 1. Malè sermonis conuiuíique pertæsum est.

Pertædescit, similiter impersonale. Cato *de re rust. c.* 156. Nolite multum dare, ne pertædescat.

Pertæsus, a, um, Participium sine verbi origine, vt inquit Seruius, & regit accusatiuum, quanquam potest esse à Pertædeo. { קץ káts, ἐξαπορούμενος. GALL. *Fort. ennuyé, fasché.* ITAL. *Attediato, fastidito.* GERM. Verdrüssig. HISP. *Enfadado.* ANGL. *That lotheth, weary of a thing.* } Suetonius *in Cæsar.* Et quasi pertæsus ignauiam suam, quòd nihil tum à se memorabile actum esset. Idem Suetonius *in August. cap.* 62. Pertæsus peruersitatem morum. Idem *in Tiber. cap.* 66. Semet ipse pertæsus. At Impersonale. Pertæsum est, regit genitiuum, vt exemplis probatur in Pertædeo. Pertisum quidam legi volunt pro pertæsum: quod Cicero non probat *in Orat.* Quid in verbis iunctis? quàm scitè insipientem, non insapientem? iniquum non inæquum? tricipitem non tricapitem: concisum non concæsum? ex quo quidam pertisum etiam volunt: quod eadem consuetudo non probauit.

PERTEGO, is, Diligenter, & omni ex parte tego. {כסה chissáh. κατασκεπάζω. GAL. *Couurir tout* ITAL. *Coprire d'ogni parte.* GERM. Eindecken/allenthalben woll verdecken. HISP. *Cubrir de todas partes.* ANGL. *To couer all ouer.* } Plaut. *Rud.* Quin tu in paludem is, exagitásque arundines. Quî pertegamus villam, dum sudum est? Idem *Trinum.* Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

Pertendo, is, Ad finem tendo, valde tendo, extendo. { נטה natáh. διήκω, διατείνω. GAL. *Estendre, mettre à fin, acheuer.* ITAL. *Stendere, condurre à fine.* GERM. Gar aussstrecken. HISP. *Estender, guiar hasta el cabo.* ANG. *To streitch out much.* } Propertius,

Quòd si pertendens animo vestita cubaris
Scissa veste meas experiere manus.

Varro *de ling. Lat.* 4. pertendit, & pertenditur. Vide *Pertinacia.* Ab Rhodo, quò pertenderat, transiit in Asiam. Suet. *in Cæsar. c.* 4. Circeios pertẽdit. Idem *in Tiber. cap.* 72. Et Monitis speculatoribus vt ad forum & Curiam vehiculo pertenderent. ¶ Aliquando ponitur rectà tendere, vel instituam profectionem absoluere. Liu. 5. *ab Vrbe*, Pars maxima, atque ipse Sergius Romam pertenderunt. ¶ Aliquando est contendere. Cic. *pro Cornelio Balbo*, Cum fœderibus quorum acerbissima diligentia est, pertendemus. ¶ Aliquando est ad finem ducere id quod intendebamus, aut cœperamus. Ter. *in Heaut.* Quid istuc? video non licere, vt cœperam hoc pertendere.

Pertento, as, est sententiam alicuius callidè expiscor, & quemadmodum Cicer. loquitur, hominem degusto. { בחן bachán. ἀποπειρῶμαι. GALL. *Attoucher souuent, essayer & tenter, esprouuer.* ITAL. *Tentar bene assaggiare.* GERM. Wol versuchen/erfaren. HISP. *Mucho ò muy perfetamente tentar.* ANGL. *To assay and trie.* } Terent. *in Andria*, Sed ea gratia simulaui, vos vt pertentarem. ¶ Aliquando idem est quod permoueo, sive titillo. Virg. 5. *Æneid.*

Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.

¶ Aliquando idem quod corripio, apprehendo. Virg. 3. *Georg.*

Nónne vides vt tota tremor pertentet equorum Corpora?

Idem 1. *Æneid.*

———suspensa blanda vicissim
Gaudia pertentant mentem.

Idem 7. *Æneid.*

Ac dum prima lues vdo sublapsa veneno, Pertentat sensus.

PERTENVIS, Valdè tenue. { הדק haddák. ὑπέρλεπτος, πάνυ ἰσχνός. GAL. *Fort tendre fort petit.* ITAL. *Molto tenue.* GERM. Gar dinn. HISP. *Muy delgado, ò sutil.* ANG. *Verismall.* } Plin *lib.* 16. *c.* 43. Secatur in laminas pertenues & ilex. Cic. ad Terẽt. *lib.* 14. Sepes autem salutis pertenuis ostenditur. Idem *contra Legem Agr.* Sic vt terra claustra locorum teneret, & duo maria maximè nauigationi diuersa pene coniungeret, quum pertenui discrimine separarentur.

‖ Pertenuissimus, superl. Seneca. ‖

Pertĕrĕbro, as, Terebra perforo. { διατρυπάω. GALL. *Percer d'vne tariere tout outre.* ITAL. *Triuellare.* GER. Durchboren. HISP. *Barrenar.* ANG. *To pearce with a womble or any pearcing instrument.* } Cic. 1. *de Diuin.* Annibalem Cælius scribit, quum columnam auream, quæ esset in fano Iunonis Lucinæ, auferre vellet, dubitarétque vtrùm ea solida esset, an extrinsecus inaurata, perterebrauisse.

‖ Pertergeo, permulceo. Laert. ‖

Pertergo, is, Diligenter tergo. { קלקל kilkél. ὀμόργνυμι, ἐκμάσσω. GALL. *Torcher diligemment, rendre fort net.* ITAL. *Forbire con diligenza.* GER. Durchwüschen. HISP. *Mucho y diligentemente alimpiar.* ANG. *To wipe diligentlie and mack clane.* } Lucret. *lib.* 4 Isque ita per nostras acies perlabitur omnis, & quasi perterget pupillas, atque ita transit. Et paulò *post*, Et nostros oculos perterget longior aura. Rursus eadem pagina, Post extraria lux oculos perterget & aër Alter, & illa foris, quæ verè transpiciuntur. Colum. *lib.* 12. *c.* 9. Sæpe suffundere ius debebit, nec pati sitire salgama, sed extrinsecus munda spongia vasa pertergere, & aqua fontana refrigerare,

Pertĕro, is, Terendo comminuo. { הדק hedhák. καταλοάω. GAL. *Fort piler & broyer.* ITAL. *Consumare fregando.* GERM. Wol zerreiben oder zerfeylen. HISP. *Mucho gastar por vso.* ANGL. *To weare or break in peeces byrubbing.* } Plaut. *Men.* Tum compediti ianuam lima perterunt. Col. *lib.* 8. *c.* 5. Vel eadem pertrita, & cum aqua potui data.

PERTERREO, es, Valde terreo. החריד hecheridh בהל ibél καταπλήττω. GAL. *Fort espouuanter, faire grand peur* ITAL. *Fare spasime, spauentare, far paurasi emarrente* GER. Ubel erschrecken. HISP. *Mucho spantar.* ANGL. *To mak sore a fearde.* } Terent *in Eunuch.* Pòst exibo, atque hunc perterrebo sacrilegum Cæsar. 1. *bell. Gall.* Quæ copiæ nostras perterrerent, & munitione prohiberent. Idem *lib* 7. Vt sint reliquis documento, & magnitudine pœnæ perterreant alios.

Pertĕrrĭtus, a, um, participium, Valde territus. {נבהת nichàth. καταπλαγείς, ἐκφοβηθείς. GAL. *Espouuanté.* ITAL. *Molto spauentato.* GERM. Ubel erschreckt. HISP. *Muy espantado* ANG *Greatlie a fearde.* } Cic. *pro Cælio*, An timebant ne tot vnum valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent? Ouid. 12. *Metam.*

Visa fugit Nympha, veluti perterrita fuluum
Cerua lupum.

Pertĕrrĕfăcio, facis, Perterreo. { החריד hecheridh בהל bihél. καταφοβέω. GALL. *Fort espouuanter* ITAL. *Spauentare far paura.* GERM. Sehr erschrecken/ ein schrecken einbringen. HISP. *Espantar*, ANGL. *To cause one to feare muche.* } Terent. *in Andr.* Nunc tuum est officium, has bene vt adsimules nuptias, Perterrefacias Danum. Brutus *ad Cic. lib.* 1. Sperare eos, te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia.

Pertĕrrĭcrĕpus, adiectiuum, quod terrorem crepat, & incutit. {ἐκπληκτικός, φοβεροποιός. GAL. *Qui rend ou fait vn bruit ou son espouuantable.* ITAL. *Cosa che fa suono ò strepito spauenteuole.* GERM. Das mit rauschen oder braschlen erschreckt. HISP. *Cosa que haze sonido de mucho espanto.* ANG. *That maketh a fear full sound or noise* } Lucret. *de tonitru*, Tum perterricrepo sonitu dat missa fragorem. Cic. *in Orat.* Imò verò ista sequamur, asperitatémque fugiamus, Habeo istam ego perterricrepam ex poëta quodam.

Pertexo, is, Texendo absoluo. {διυφαίνω, GALL. *Acheuer de tistre, parfaire.* ITAL. *Fornir di tessere* GERM. Ausswäben/abwäben. item aussmachen. HISP. *Texer hasta el cabo.* ANGL. *To weaue out to the end.* } Item perago, perficio, translatione sumpta à textoribus qui primò telam ordiuntur,

ordiuntur, & orsa deinde texunt. Cic. *lib. 2. de Orat.* Et pertexe modò Antoni quod exorsus es. Idē *ad Atticum lib. 1.* Totū hunc locum quem ego variè meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere de flamma, de ferro (nosti illas ληκύθους) valde grauiter pertexuit.

PERTICA, æ, Virga oblonga, baculus oblongus. { מוט *mot.* καμαξ, πάτταλος. GAL. *Perche vn long baston.* ITAL. *Pertica.* GERM. Ein ruten oder stang. HISP. *Pertiga, ò el varal.* ANG. *A long staffe or perch to meat ground with.* } Varro 3. *de re rust. c. 5.* Præterea & perticas inclinatas ac parietem. Plin *lib. 15. c. 3.* Qui medium temperamentum in hoc seruant, perticis decutiunt. Plaut. *Asin sc. 3. a. 3.* Nimis vellem habere perticam, vt verberatem asinos. Ouid. *de Nuce,*

Pertica dat plenis immitia vulnera ramis.

Plin. *lib. 8. Epist.* Ex his etiam quos non vna (vt dicitur) pertica, sed distinctè, gradatímque tractaui, id est, quos non vna vlna mensus sum, inquit Budæus. Erasmus verò vna pertica ait, id est, eadem opera. Pertica, à portando dicta, quasi portica, Ex libello variorum autorum de limitibus.

Perticalis, e. { χαμακίας, ὁ κάμαξιν ἐπιτήδειος. GALL. *Appartenant à perche.* ITAL. *Pertinente à pertica* GER. Stangenmässig/lang wie ein mäßrysten. HISP. *Perteneciente à pertiga.* ANGL. *Perteining to a long staff or perch.* } Col. *lib. 4. cap. 31.* Perticalis ferè salis eundem agrum quem viminalis desiderat. id est, ex qua fiunt perticæ. Plin. *lib. 17. c. 20* Perticalis & virga, & talea seritur fossura eadem.

Pertimesco, is, Extimesco, valde timeo. { חרד *charádh.* ἐκδέδω. GALL. *Craindre fort.* ITAL. *Temere molto.* GERM. Sehr fürchten/vbel entsetzen. HISP. *Mucho temer.* ANGL *To feare greatlie.* } Non enim habet significationem passiuam innatam. Plaut. *in Curcul.* Spectacula ibi ruunt, ego pertimui. Cic. 5. *Verr.* Siculi Siculos non pertimescant. Ouidius *Epist. 9.*

Diceris & dominæ pertimuisse minas.

Idem 1. *de Arte,*

Creditur annosum pertimuisse senem.

Cicer. *Lentulo,* Fama inconstantiæ pertimescenda. Plaut. *Curcul. sc. 2. a. 5.* Spectacula ruunt, ego pertimesco. Idem *Pseud. sc. 2. a. 5.* Num mea gratia pertimescit. (i. veretur heri conspectum.) ¶ Iungitur aliquando ablatiuo cum præpositione de. Cic. 7. *Verr.* De suis periculis, fortunísque omnibus pertimescunt.

Pertimescitur, passiuè dixit Cicer. *de Leg. Agr.* Graue est enim (inquit) nomen imperij, atque id etiam in leui persona pertimescitur.

PERTINEO, es, compositum ex per & teneo: Pertingo, peruenio: habétque accusatiuum cum præpositione ad, vel in. { מחה *macháh.* διήκω, διηκνοῦμαι, διικνοῦμαι. GALL. *Appartenir.* ITAL. *Pertenere, appartenere.* GERM. Etwan hin langen/erreichen. HISP. *Pertenecer.* ANGL. *To perteine, or belong vnto.* } Cæsar *de bello Gall. 5.* Iisque qui per ætatem in armis esse non poterant, in syluam Arduenam abdiderunt: quæ ingenti magnitudine per medios fines Treuirorum à flumine Rheno, ad initium Rhemorum pertinet Et de eadem sylua *lib. 6.* Quæ est totius Galliæ maxima, atque à ripis Rheni finibúsque Treuirorum ad Neruios pertinet. Idem de Hercinia *eodem libro*, Oritur ab Heluetiorum, & Nemetum, & Rauracorum finibus, rectáque fluminis Danubij regione pertinet ad fines Dacorum & Anartium. Idem 1. *bell. Gall.* Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet Vlpianus *de cloacis, l. prætor ait,* Quo minus illi cloacam quæ ex ædibus eius in tuas pertinet ædes, de qua agitur, purgare, reficere liceat, vim fieri veto. Et *paulò pòst*, Quod ait prætor, PERTINET, hoc significat, quod ex ædibus eius in tuas ædes pertinet, hoc est, dirigitur, extenditur, peruenit. Cicer. *in Cat. maiore*, Tanta esse conatos quæ ad posteritatis memoriam pertinerent. Nonnunquam etiam in hac significatione admittit præpositionem per. Idem 1. *de natur. deor.* Ratio quædam pertinens, per omnem rerum naturam. *Ibid. lib. 2,* Ex quo intelligi debet eam caloris naturam vim habere in se vitalem, per omnem mundum pertinentem. Liu *lib. 3. bell. Punic.* Eáque charitas patriæ per omnes ordines veluti vno tenore pertinebat. ¶ Accipitur præterea frequentissimè pertinere, pro attinere, & dominio cuiuspiam subiectum esse, καθήκειν, ἐπιβάλλειν. Pompon. *l. verbum ff. de verb signific.* Verbum illud. (pertinere) latissimè patet. Nam & iis rebus petendis aptum est quæ dominij nostri sint & eis quas aliquo iure possidemus, quamuis non sint nostri dominij. Pertinere ad nos etiam ea dicimus quæ in nulla eorum causa sunt, sed esse possunt. Hæc ille. In qua significatione perpetuò habet accusatiuum cum præpositione ad, nunquam autem datiuum. Neque enim cum imperito vulgo dixeris, Pertinet mihi hæc domus, sed ad me. Pertinet ad me, hoc est, officij mei est, vel partium mearum, vel meæ curationis. Cic. *de Amic.* Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. Pertinet ea ætas ad literas, Et pertinet ad mores. Quint. *lib. 1.* Item Ad vos pertinet: Romanos nihil contingit Liu. *lib. 34.* Pertinet hoc ad culpam magistratuum. Plaut. *Turc.* Magis pol hæc malitiam pertinet ad viros, quàm ad mulieres. hoc est, magis cadit in viros ¶ Interdum etiam idem quod refert, siue interest mea. Martial. *lib. 8.*

Vxor mœcha tua est, hoc ad te pertinet Olle

¶ Pertinet ad rem, hoc est, non alienum est à re. Cic. *ad Brutum lib. 13.* Bonus planè vir & cum virtutibus, tum ea fortuna (si quid hoc ad rem pertinet) ornatus. Quod ad me pertinet, pro attinet, Senec. *cap. 18. de consol. ad Polyb. cap. 9. de consol. ad Heluiam,* Ad rem pertinere. ¶ Oratio, vel sententia eò pertinet, hoc est eò tendit, vel dirigitur. Cic. *pro Cornel. Balbo,* Nec verò hæc oratio mea pertinet ad infirmandum fœdus Gaditanorum.

PERTINAX, acis, Obstinatus, qui scilicet in re aliqua quam semel animo concepit, suscepítque agendam, nimis firmiter persistit { עז פנים *haz panim.* αὐθάδης. GALL. *Obstiné, opiniastre, ferme constant.* ITAL. *Pertinace, ostinato.* GERM. Halsstarrig/widerspennig/der sich gar in ein ding ersetzt hat/vnd sich nit weisen lasst. HISP. *Constante, porfiado en mal, obstinado.* ANGL. *Obstinat, wilfull, or stub burne froward.* } Cicer. 1. *de finibus* Certè pertinax non ero: tibique, si mihi probabis ea quæ dicis, libenter assentiar. Senec. *cap. 8. de consol. ad Mart.* Pertinax & obstinata tristitia. Quintilianus, Spatio pertinax spiritus in pronunciatione. ¶ Pertinax itaque à per, & teneo dici videtur: vt is pertinax dicatur qui suæ sententiæ nimis est tenax. Varr. *lib. 4. de Ling. Lat.* à pertendendo dictum putat. Nam is qui pertendit in re aliqua, in qua pertendere non debet, dicitur pertinax: qui verò perstat in eo, in quo manere oporteat, perseuerans dicitur. Alij à pertinendo dictum contendunt. Vide in *Pertinacia.* ¶ Accipitur tamen nonnunquam pertinax in bonam partem, pro perseuerante. Valer. Maximus *lib. 1.* Non mirum igitur si pro eo imperio augendo, custodiéndóque, pertinax eorum indulgentia deorum semper excubuit, quod tam scrupulosa cura, paruula quoque momenta religionis examinare videntur, Senec. *lib. 7. de benefic.* Vincit malos pertinax bonitas. Liu. 5 *belli Punici,* Vicit tamen omnia Pertinax virtus. ¶ Pertinax certamen, durum, & difficile. ¶ Pertinax fama, constans, & firma. Sic Pertinax odium, pertinax pietas. ¶ Pertinacior in differendo, vel disputando, dixit Cicero *de finib.* ¶ Pertinacem Plautus suo more dixit pro valde tenaci, hoc est, auaro, & rei suæ seruandæ plus satis attento. Ita enim habet *in Captiuus sc. 2. a. 2* Quid tu ais? tenáxne pater eius est? Imò ædepol pertinax. Spartian. *in Seuero*, Pertinax dicitur à parsimonia morum (in vitio.)

Pertinacia, æ, Obstinatio, peruicacia. {ἡ σκληρογνωμοσύνη. GAL. *Obstination.* ITAL. *Pertinacia, ostinatione.* GERM. Verharrung/halsstarrigkeit/ eygensinnigkeit. HISP. *Porfia en mal.* ANGL. *VVilfulnesse in opinion, frowardnesse.* } Varro à pertendendo dictam, & in malis rebus locum habere ostendit *lib. 4. de L. L.* Cùm, inquit, in quo non debet pertendi, pertenditur, pertinacia est: cùm in eo in quo oportet manere quis perstat, perseuerantia est. Ex quo intelligitur falsum esse quod antea hic legebatur, in bonam quoque partem sumi. Nam exempla quæ posita erant, omnino diuersum ostendebant etiam. In malam partem sumi, vel ille locus Cic. *lib. 1. de fin* satis supérque ostendit: cum pertinacia (inquit) & iracundia hostis rectè disputari non potest. Idē 4. *Acad.* Reprehenditur in minimis rebus pertinacia, in calumnia etiam coërcetur. Item Accius, Pertinaciam indocti possident. Terent. *in Hecyr.* Quæ est pertinacia? Cic. 1. *Acad.* Cum Zenone, inquit, vt accepimus, Arcesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia, aut studio vincendi, vt mihi quidem videtur, sed earum rerum obscuritate. Senec. *c. 9. de consol. ad Mart.* Vnde nobis tanta pertinacia in deploratione nostri. Idem *c. 15. de consol. ad Helu.* Nam pertinacia muliebris mœroris decidere, &c. Et Suet. *in Cæs. c. 68.* Ne patientia & pertinacia hostis, animi suorum frangerentur, &c. Ex hoc loco vulgaria dictionaria conare probantur Pertinaciam sumi in bonam partem. Sed Passerat. & alij eruditi contra ibi etiam in malam partem accipi contendunt, ac inde non bene ostendi in bonis esse pertinaciam. Videtur autē à pertinendo potius quàm à pertendendo deductum esse: id quod adolesens doctiss. annotauit, quam notationem Plautus confirmat *in Capt. sc 2. a. 2.* Quid ais? tenáxne eius pater? PH. Imò pertinax.

Pertinaciter, aduerb. Obstinatè. {αὐθάδως, ἐπιμόνως, ἰσχυρογνωμόνως. GALL. *Obstinément perseueramment.* ITAL. *Pertinacemente, ostinatamente.* GERM. Beharrlich/widerspenstiklich. HISP. *Porfiadamente.* ANG. *Obstinati, willfullie, frowardlie.* } Plin. *Epist. 109. lib. 5.* Ne desiderio Senatoris, non iam quasi de nundinis sed quasi de gratia, fama, dignitate certantis, tam pertinaciter, præsertim in senatu repugnaret.

Pertinacissimè Suet. *in Cæs. c 81.* Equorum greges comperit pertinacissimè pabulo abstinere, vbertímque flere.

Pertingo, is, pertigi, pertactum pertingere, Extendor, peruenio. {מחה *macháh.* διήκω, διηκνοῦμαι, διικνοῦμαι. GALL. *Toucher ou atteindre iusques en quelque lieu.* ITAL. *Stendersi fin à qualche cosa.* GERM. Sich erstrecken/ vnd erreichen. HISP. *Alcançar perfectamente.* ANG. *To come enen to and touch.* } Plin. *lib. 11. c. 37.* Venam ab oculis pertingere ad cerebrum peritissimi autores tradunt. Cic. *de nat. deor.* Ex quo intelligi debet eam caloris naturam vim habere in se vitalem per omnem mundum pertingentem. In veteri codice legitur pertinentem.

Pertolero, as, Vsque ad finem tolero, perfero. { φέρω, ὑπομένω. GAL. *Endurer iusques à la fin.* ITAL. *Tolerare fino al fine.* GERM. Erdulden/voll erleyden. HISP. *Sufrir hasta el cabo.* ANGL *To indure, and suffer vnto the end.* } Plaut. *in Amph.* Fata isthæc me premunt, pertolerarem vim tantam, cladésque Exantlarem impatibiles.

Pertorqueo, es, Torqueo. {עצב *hitsféb.* κατασρεβλόω. GAL. *Fort tourmenter* ITAL. *Torcere fieramente.* GERM. Vast krummen. HISP. *Muy atormentar* ANGL. *To torment sorelie.* { Lucret. *lib. 2.* At contra tetra absinthi natura, feríque Centauri fœdo pertorquent ora sapore.

PERTRACTO, as, Manibus frequentiùs tracto, & tango. { משש *mischsché-sch.* καταψηλαφάω. GAL. *Toucher & manier souuent.* ITAL. *Maneggiare spesso.* GERM. Offt handlen/vil mit vmbgehn. HISP. *Tocar mucho.* ANGL. *To touche hand andle often.* } Plaut. *Asin. sc. 3. a. 1* Si papillam pertractauit (Amator.) Cic *in Parad.* Barbatulos mullulos receptantem de piscina & pertractantem. Plinius *lib. 25. cap. 6.* Centaurea curatus dicitur Chiron, quum Herculis excepti hospitio pertracti arma sagitta excidisset in pedem. ¶ Pertractare per translationem, apud se reputare, & diligenter considerare. Cic. 2. *de finib.* Tute introspice in mentem tuam ipse, eámque omni cogitatione pertractans percontare ipse te. ¶ Pertractare, disserere, disputare de re aliqua. Idem 4. *Tuscul.* Qua oratione prætermissa minimè necessaria, ea quæ rem continent pertractemus.

Pertractatio, nis, Frequens reuolutio. { ἐγχείρησις. GAL. *Touchement, maniement.* ITAL. *Toccamento, manieggiamento.* GERM. Embsige handlung. HISP. *Obra de mucho tocar.* ANG. *Often touching and handling.* } Cic. 1. *de Orat.* In Grammaticis Poëtarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam modus.

Pertractatè. Plaut. *Capt. prolog.* Pertractatè, hæc facta non est fabula.

Pertraho, is, penult corr. Ad destinatum finem traho. { משך *maschách.* ἐφέλκω. GAL. *Tirer à force là où on veut.* ITAL. *Strascinare.* GERM. Etwan hin ziehen. HISP. *Arrastrar.* ANGL. *To drawe by force, to trayel the ground.* } Liu. *lib. 21.* Ea exemplo resolutis quibus leuiter, apore xa erat vinculis, ab actuariis aliquot nauibus ad alteram ripa trahitur. Idem *lib. 25.* Et Carthaginensium acies de industria, εἰσφερεbat, vt ad terga collis ab equite suo insessi hostem pertraheret. ¶ Pertrahere vitam, prolongare. Plin. *lib. 18,*

tam quidem non adeò extendendam censemus, vt quoquo modo pertrahenda sit.

Pĕrtrānsĕo,is, Transeo, vel planè transeo, { עבר *ŧabár*. διαβαίνω. GALL. *Passer outre.* ITAL. *Traspassare.* GERM. Durchgan. HISP. *Traspassar.* ANGL. *To passe ouer,or beyonde.* } Plin.*lib.*37.*c.*5. Nubecula enim albicantis est vitium,quum viridis non pertransit aspectus,sed aut intus occurrit, aut excipit, in fine visum candor.

Pĕrtrānslūcĭdŭs,a,um,penult. corrept. quod valde translucet. { πάνυ διαφανής. GAL. *Fort clair & reluisant,en sorte qu'on voye à trauers.* ITAL. *Molto trasparente.* GERM. Vberauß durchsichtig. HISP. *Transluziente,* ANGL. *That shyneth through.* } Plin.*lib.*32.*c.*31. Aliàs indecoro visu per translucida.

Pĕrtrĭbŭo, is, ere, Tribuo, vel do. { נתן *nathán*. δίδωμι. GALL. *Donner.* ITAL. *Dare.* GERM. Geben. HISP. *Dar.* ANG. *To giue.* } Plin. *Epist.*107. Apud me & milites & pagani à quibus iustitia eius, & humanitas penitus inspecta est, certatim ei, qua priuatim, qua publicè testimonium pertribuerunt,

Pĕrtrĭstĭs,ste, valde tristis. { πολυώδυνος, πάνυ λυπηρός. GALL. *Fort triste.* ITAL. *Molto malinconico.* GERM. Gar trauwrig. HISP. *Muy triste.* ANG. *Very sadde or sorowfull.* } Cic. *pro Cælio*, Et qui in reliqua vita mitis esset, & in hac suauitate humanitatis, qua propè iam delectantur homines, versari periucundè soleret, fuit in hac causa pertristis quidam patruus Censor, magister. Idem 2. *de diuinat.* Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen.

PĔRTVMVLTVŌSVS,a,um,Tumultum magnum excitans.

Pĕrtŭmŭltŭōse, aduerbium, Maximo cum tumultu. { πάνυ θορυβωδῶς. GAL. *Fort tumultueusement, auec grand tumulte & bruit.* ITAL. *Molto tumultuosamente, con grande strepito.* GER. Gar vngestümlich. HISP. *Cum mucho bullicio.* ANG. *VVith great vpore.* } Cicero *ad Catonem lib.* 15. Interim quum exercitu lustrato iter in Siciliam facere cœpissent, Calend. Septemb. legati à rege Comageno ad me missi, pertumuluosè, neque tamen non verè, Parthos in Syriam transisse nuntiauerunt.

PĔRTVNDO,is. { διακόπτω. GALL. *Fort frapper, en sorte qu'on rompt & froisse, coigner, piler.* ITAL. *Rompere, forare.* GER. Zerstossen/zerschlagen/durchboren. HISP. *Muy tundir,* ANG. *To beat with hammers, to rhumpe or knock* } Columella *lib.*6.*c.*5. Si fortè surculum calcauerit, aut acuta testa, vel lapide vngulam pertunderit. Cato *c.*133. Calicem pertusum fumito tibi. Lucret *lib.*4. Nónne vides etiam guttas in saxa cadentes Humoris, longo in spatio pertundere saxa? Plaut *Pseud.sc.*1.*a.*1. Ne quis crumenam pertundat cautio est.

Pĕrtūsŭs, a, um, participium, perforatus. { נקוב *nakub*. κατανενυγμένος. GAL. *Percé,* ITAL. *Forato, pertuggiato.* GERM. Durchboret. HISP. *Horadado.* ANG. *Pearced, trough.* } Cato *cap.* 157. In vas pertusum congesta omnia. Plaut. *in Pseud.* In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

PERTVRBO, as, admodum turbo confundo, commoueo. { עכר *ŧachár*. ἐπιταράττω. GAL. *Troubler, perturber.* ITAL. *Perturbare, disturbare.* GER. Betrüben/verwirren. HISP. *Mucho turbar ò enturbiar.* ANGL. *To vexe or trouble.* } Terent. *in Andr.* Nihil est preci loci relictum, iam perturbaui omnia. Cic.5.*Verr.* Hæc te vox non perculit? non perturbauit? Idem 3. *Offic.* Regulus verò non debuit conditiones pactionésque bellicas & hostiles perturbare periurio. Plaut. *Amph.* Qui peruersè perturbauit familiæ mentem meæ.

Pĕrtūrbātŭs, a, um, Perculsus, confusus. { נעכר *neŧchar*. περιταραγμένος. GALL. *Troublé, perturbé.* ITAL. *Perturbato, confoso.* GER. Betrübt/verwirret. HISP. *Perturbado.* ANG. *Troubled.* } Cic. *contra Rullum*, Ciuitas perturbata seditionibus. Idem 3. *de Orat.* Non discerptis sententiis, non præposteris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine. ¶ Migrat & in nomen, vnde & comparationem admittit. Idem *ad Attic.lib.*6. Sed enim οἰκονομία si perturbatior est tibi assignato, Idem *lib.*3. Nunquam vidi hominem perturbatiorem metu.

Pĕrtūrbātĭssĭmŭs, superlatiuum. Seneca *quæst.natur.lib.*7.*c.*10. Violentissimum & perturbatissimum tempestatis genus.

Pĕrtūrbātē, aduerbium, Confusè, inordinatè. { περιταραγμένως. GALL. *Auec trouble.* ITAL. *Confusamente disordinatamente.* GERM. Verwirlich/ohn ordnung/durcheinander. HISP. *Turbadamente.* ANG. *VVith trouble.* } Cic. 1. *de Inuent.* Hîc considerandum erit nequid perturbatè, nequid contortè dicatur.

Pĕrtūrbātŏr, is, qui perturbat. { עכר *ŧochér*. θορυβῶν, διαταρακτικός. GALL. *Qui trouble tout, broüillon.* ITAL. *Che perturba ogni cosa.* GERM. Ein betrüber / oder verwirrer. HISP. *Enturuiador.* ANG. *He that troubleth.* }

Pĕrtūrbātrīx, icis, quæ perturbat. { עכרת *ŧochéreth*. θορυβοῦσα, διαταρακτική. GALL. *Celle qui trouble.* ITAL. *Donna che conturba.* GERM. Ein betrüberin. HISP. *Hembra que perturba.* ANG. *She that troubleth.* Cic. *de legibus*, Perturbatricem autem harum omnium Academiam hanc Archesila & Carneade recentem exoremus, vt sileat.

Pĕrtūrbātĭo, nis, Tumultuatio, cōfusio, commotio. { נעכרת *neŧochéreth*. ταραχή. GALL. *Troublement, perturbation.* ITAL. *Perturbatione, tumolto.* GERM. Betrübung / verwirrung. HISP. *Obra de perturbar.* ANGL. *A trouble, a troublous affection of the mynde.* } Cic. 6. *Philipp.* Quid est enim tumultus nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? Idem 2. *de Orat.* Illud genus orationis non cognitionem iudicis, sed perturbationem requirit. Idem *in Paradoxis*, Quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis. ¶ Perturbationes animi sunt motus, & animi concitationes rationi non obtemperantes, quæ à Græcis πάθη appellatur. Idem 4. *Tusc.* Est igitur Zenonis hæc definitio, vt perturbatio sit (quod πάθος ille dicit) auersa à recta ratione contra naturam animi commotio. Idem 2. *de finib.* Perturbationes genere sunt quatuor: partibus plures, ægritudo, formido, libido, lætitia. Idem 4. *Tusc.* Partes autem perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci, & ex duobus opinatis malis: ita esse quatuor. Ex bonis libidinem & lætitiam: vt sit lætitia præsentium bonorum, libido futurorum. Ex malis metum, & ægritudinem nasci censent: metum de futuris, ægritudinem de præsentibus. Quoniam etiam venientia metuuntur: eadem efficiunt ægritudinem instantia. Lætitia autem & libido in bonorum opinione versantur: quum libido ad id quod videtur bonum, illecta & inflammata rapiatur: lætitia, vt adepta iam aliquid concupitum, efferatur & gestiat. Natura enim omnes quæ bona videntur, sequuntur, fugiúntque contraria.

Pĕrtŭrpĭs, e. Valde turpis. { ὑπέραισχρος, δυσειδής. GALL. *Fort laid & vilain.* ITAL. *Molto brutto.* GER. Gar schändtlich/vnflätig/gar häßlich. HISP. *Feo, deshonesto.* ANGL. *Very filthie or vnhonest.* } Cic. *pro Cælio*, Cum hac aliquid adolescentem hominem habuisse rationis, num tibi perturpe, aut perflagitiosum esse videatur.

PĔRVĀDO, is, Perrumpo, vi aditum & viam facio. { בא *ba*. διαβαίνω. GAL. *Aller & passer outre, surpasser.* ITAL. *Traspassare.* GER. Durchgehn. HISP. *Ir por algun lugar.* ANGL. *To go ouer all or into, to trough or by.* } Tacit. *lib.*2. Nisu tamen corporis, & impetu equi peruasit. Liu. 7. *ab Vrbe*, Inter trepidationem tumultúmque Samnitum præsidium Romanorum, obuiis custodibus cæsis ad castra Consulis peruasit. Idem 5. *ab Vrbe*, Quibus quum amplissimis verbis gratiæ ab Senatu actæ essent, famáque ea forum atque vrbem peruasisset, subitò ad curiam concursus fit plebis. Peruadere in. Cic. 2. *de nat. deor.* Similiter nares quæ semper propter necessarias vtilitates patent, contractiores habent introitus, nequid in eas, quod noceat, possit peruadere. Per agros, quantum incendium peruaserit cernitis. Idem 5. *Verr.*

Pĕrvăgo, as, & Peruagor, aris, Per aliquem locum vagor, peragro. { התהלך *hitthhalléeh*. περιφέρομαι. GALL. *Vaguer, aller & courir çà & là.* ITAL. *Andar vagando quà & là.* GERM. Durchschweiffen/vmbher schweiffen. HISP. *Andar vagamundo.* ANGL. *To wander about.* } *Lib.*3. *ad Herennium*, Sed illud facere oportebit, vt identidem primos quosque locos, imaginum innouandarum causa, celeriter animo peruagemur. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Nunc errabundi domos suas vltimum illas visuri peruagantur. Cic. 1. *de Leg.* Molestiæ, lætitiæ, cupiditates, timores, similiter omnium mentes peruagantur.

Pĕrŭāgātŭs, participium. { מתהלך *mitthhalléeh*. περιτυχθείς. GALL. *Qui a couru par tout, qui est diuulgué & cogneu par tout.* ITAL. *Chi è ito vagabondo, diuolgato per tutto.* GER. Durchschweiffet/durchfaget/durchzogen. HISP. *Vagamundo, diuulgado.* ANGL. *That hath wandreth and is knawen throug all.* } Liu. *lib.* 38. Inter mitissimum genus hominum ferox natio peruagata bello propè orbem terrarum sedem cepit. ¶ Est & peruagatus nomen ex participio, idem ferè significans, quod diuulgatus. Cicer. *pro Plancio*, Vulgaris & peruagata declamatio. Idem 3. *de Orat.* Commune & peruagatum vitium. Hinc peruagatior, & peruagatissimus. Idem 2. *de Inuent.* Pars est autem peruagatior, & aut in omnes eiusdem generis, aut in plerasque causas accommodata. Idem *in Orat.* Me autem peruagatissimus ille versus qui vetat, Artem pudere proloqui quam factites, dissimulare non finit quin delecter, &c.

Pĕrŭāgŭs, a, um, Valde vagus, qui multum vagatur, inconstans. { πολυπλανής. GAL. *Qui court çà & là, & n'a point d'arrest, vagabond.* ITAL. *Chi corre quà & là senza fermarsi.* GERM. Durschweiffig vnd vnbleibig. HISP. *Vagamundo.* ANGL. *That wandreth strayeth or goeth far abroade.* } Ouid. 2. *de arte amandi*,

Magna paro quas possit amor remanere per artes
Eicere, tam vasto peruagus orbe puer.

Pĕrŭălĭdŭs, a, um, Admodum validus. { ὑπέρισχυρος. GAL. *Fort vaillant & puissant.* ITAL. *Molto valido.* GERM. Vast starck. HISP. *Muy valiente, rezio y sano.* ANGL. *Very valiant ad strong.* } Liu. *libr.* 40. Donec ad perualidam aliam vrbem (Certimam appellant Celtiberi) peruenit.

Pĕrŭārĭŭs, a, um, Valde varius. A quo peruariè, aduerbium. { πολυειδής. GAL. *En diuerses sortes.* ITAL. *In diuerse maniere.* GERM. Gar in vilerley gestalt. HISP. *En muchas maneras.* } Cic. 2. *de Orat.* Reliqua peruariè, & iucundè narrantur.

Pĕrŭāsto, as, Prorsus vasto. { שדד *schiddédh*. διαπορθῶ. GAL. *Piller & destruire du tout.* ITAL. *Guastare & dare il guasto al tutto.* GERM. Gar verwusten. HISP. *Gastar de todo punto.* ANG. *To destroye vterlie.* } Liu. *ab Vrbe*, Ad peruestandos fines nequid ad noua consilia relinquerent virium, duxere. Tacit. *lib.*15. Interea conferendis pecuniis, peruastata Italia prouinciæ euersæ.

Pĕrŭĕho, Vsque in constitutum locum porto. { הביא *hebi*. διακομίζω, κατάγω. GALL. *Porter ou mener par charroy iusques en quelque lieu.* ITAL. *Portare, condurre ad vn luogo.* GERM. Etwan hin füren HISP. *Mucho lleuar.* ANGL. *To carie, to any place.* } Plin. *lib.* 35. *c.*6. Sed inde non peruehuntur ad nos. Liu. 5. *ab Vrbe*, Virgines sacráque in plaustrum imposuit, & Cære, quò iter sacerdotibus erat, peruexit. Cic. 2. *Offic.* Nam & quum prospero flatu eius vtimur, ad exitus peruehimur optatos: & quum reflauit affligimur de fortuna.

Pĕrŭello, as, Vellico, mœrore, tristitia, angore animi affligo & torqueo. מרט *marát*. χαρίττω. GALL. *Arracher, esguillonner ou poindre.* ITAL. *Cauare, molestare alcuno.* GERM. Zupfen/rupffen/stupffen/plagen. HISP. *Arrancar, enojar.* ANGL. *To pinche, to pluck or pull.* } Cic. 3. *Tusc.* Quid mœres? cur succumbis, cedísque fortunæ: quæ peruellere te forsitan potuerit & pungere, non potuit certè vires frangere. Horatius 1 *Serm. Satyr.*8.

Rapula, lactucæ, radices, qualia lassum
Peruellunt stomachum

PĔRVĔNĬO, is, ire, Ad finem venio { בא *ba*. ἀφικνέομαι, διικνέομαι. GALL. *Paruenir, venir iusques au lieu* ITAL. *Peruenire.* GERM. Darkommen/hinkommen. HISP. *Acabar de venir.* ANG. *To kome, to some place.* } Plin. *Epist.*254. Perueni ad fontem purissimum. Terentius *Eunuch.* Ita est, sed fine me peruenire quò volo. Quasi dicat, fine me dicere, quòd maximè cupio. Vt dolor vnius Danaos peruenit ad omnes. Ouid. 13. *Metam.* Populi peruenit in ora Idem *Eleg. vlt. lib.*3. *Trist.* Dixi vnde hic (anulus) ad me peruenerit. (Suprà, vnde habeam.) Plaut. *Curc. sc.*2. *a.*5. Quæratis chlamydem hanc vnde ad me peruenerit. *Ibidem.* Quum hæc (palla) ad te peruenit. Idem *Men. sc. vlt. a.*5. Item *in Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Quotumo die huc (i. Athenas) peruenisti? Et Quintil. Peruenturum in crastinum eum, qui rectè valeat. Idem *lib.* 1. *c.* 5, Illud ingeniorum velut præcox genus, non temere vnquam peruenit ad frugem Cic. *pro Sest.* Vix serò, & raro ad manus peruenitur. Idem *ad Attic. lib.*8. Eò autem ad te scripsit, vt si tibi fortè reddita esset, mihi curares referendam; ne in illius manus

nus perueniret. Virg. 4. *Georg.*

Postquàm est in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum.

Idem 2. *Æneid.*

Ast vbi iam patriæ peruentum ad limina sedis.

Cum accusatiuo sine præpositione. Ouid. 3. *Metam.*

Verba refers aures non peruenientia nostras.

Pĕruēnor, peruenaris, peruenari, Diligenter venor, studiosè inuestigo & inquiro. { καταθηρέω, ἀνιχνεύω. GAL. *Chasser aux bestes sauuages, ou cercher diligement.* ITAL. *Cacciare le fiere, cercare con diligenza.* GERM. Durchiagen. HISP. *Montear ò caçar, ò buscar diligentemente.* ANGL. *To honte and searche diligentlie.* Plaut. *Merc.* Defessus sum vrbem totam peruenarier.

PĔRVĒRTO, is, ere. Corrumpo, perperam verto, ordinem muto. { עקש *hikkésch* עקל *hikkél* עוה *hivvhh* סלף *silléph.* διαστρέφω, παραστρέφω, παράγω. GAL. *Tourner au rebours, renuerser, ruer sus, renuerser ce qui est dessus dessous.* ITAL. *Riuersiare, voltare sotto sopra.* GERM. Verkehren. HISP. *Peruertir, subuertir, boluer en mala parte.* ANG. *To turne vpside dovvne.* } Plautus *in Aulul.* ne cœnet senex, Aulas peruertunt, ignem restinguunt aqua. Modò deprauare, παρὰ φύσιν ἄγω. Cicer. *diuin. in Verr.* Nunquam ille me opprimet consilio, nunquam vllo artificio peruertet, nunquam ingenio me suo labefactare, atque infirmare conabitur. Peruertere solenne verbum Tacito, pro Perdere calumniis, siue subuertere, vt *lib.* 4. Volutare secum quo nam modo Germanici liberos peruerteret. Idem *lib.* 12. Et Calphurnia illustris fœmina peruertitur. Idem *de Agrippina*, Quæ Statilium Taurum opibus illustrem hortis eius inhians peruertit.

Pĕrūersŭs, a, um, Paruus, Præposterus. { מעקל *metukkál* עקש *hikkésch.* διάστροφος. GALL. *Tourné au rebours, peruers.* ITAL. *Peruerso, maluagio.* GERM. Verkehret. HISP. *Cosa al reues de lo bueno* ANG. *Turned vp tide doune euill, naughtie.* } Plaut. *in Trucul.* Illic & hìc peruersus est. Cicero *pro Cluent.* Itaque vt erat semper præposterus, atque peruersus initium facit à Bulbo. Brutus *ad Cic. lib.* 11. Gratiorem me esse in te posse, quàm isti peruersi sunt in me, exploratum habes. Ouid. *Eleg* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Omnia peruersas possunt corrumpere mentes.

In peruersum emutare dicta. Quintil. ¶ Peruersissima gloria. Senec. *c.* 5. *de consol. ad Mart.* ¶ Peruersus dies à Plauto *Menach. sc.* 5. *a.* 5. dicitur ineptus incommodus, intempestiuus. Hic dies (inquit) Hic dies peruersus, & aduersus mihi obtigit.

Pĕrūersē, aduerbium, Nequiter. { διαστρόφως, κακοήθως. GALL. *Au rebours de bien, malicieusement, peruersement,* ITAL. *Peruersamente, alla riuersia.* GERM. Verkehrter weiß/läß. HISP. *Con peruersidad al reues del bueno.* ANGL. *Arsiuersie backewardlie, naughtilie.* } Plaut. *in Amph.* Qui peruersè adeò peruertit familiæ meæ mentem. Suet. *in Galba c.* 18. Peruersè collocata sella.

Pĕrūersĭtās, atis, Prauitas nequitia. { עקשות *hikkeschúth* עון *havón.* διαστροφή. GAL. *Mauuaistié de nature.* ITAL. *Peruersità.* GER. Verkehire oder verkehrung. HISP. *Peruersidad.* ANG. *Shrewdnesse, arsiuersie or backeward doing.* } Cic. 2. *Tusc.* In summa opinionum peruersitate versamur. Idem *in Orat.* Quæ est autem in hominibus tanta peruersitas. Suet. *in Aug. c.* 62. Peruersitatem morum pertæsus.

PĔRVĒSTĪGO, Diligenter vestigo, quæro, & quærendo inuenio. { חפש *chippés.* ἀνιχνεύω. GAL. *Cercher tant qu'on trouue.* ITAL. *Inuestigare, trouare cercando* GERM. Erspüren/ fleissig nachhin suchen vnd finden. HISP. *Mucho buscar por el rastro y hallar.* ANGL. *To searche and find.* } Tractum à vestigiis ferarum quibus tanquam signis, indiciisque ad ferarum lustra venatores perueniunt. Cicero *lib.* 2. *de Orat.* Nosce regiones intra quas venias, & peruestiges quod quæras. Idem 6. *Verrem*, Canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia, & peruestigabant.

Pĕrūestīgātĭo onis, ἐξιχνίασμα, ἀνίχνευσις. Cic. 1. *de Orat.* Sed omnia quæcunque essent, vel scientiæ peruestigatione, vel differendi ratione comprehenderint.

PĔRVĔTŬS, huius perueteris, omn. gen. Valde vetus. { πολύχρονος, πάνυ παλαιός. GAL. *Fort vieil & ancien.* ITAL. *Vecchio.* GERM. Gar alt. HISP. *Viejo.* ANGL. *Very old and ancient.* } Cic. *ad Quint. frat. lib.* 3. Reddita etiam mihi est peruetus epistola, sed serò allata.

Pĕrūĕtūstŭs, a, um, peruetus. Plin. *lib.* 20. *c.* 9. Ad coxendicum dolores cum adipe peruetusto. Cic *de Orat.* Vt translatis vtamur frequenter, interdúmque factis, raro autem peruetustis.

PĔRVICĀX, acis, & olim Peruicus, Durus, contentiosus, nulli cedens, perseuerans cum quadam vi. { עז פנים *haz panim.* ἰσχυρογνώμων, ἐνστατικός. GALL. *Opiniastre, testu, obstiné.* ITAL. *Duro, ostinato.* GER. Hartneckig/hartsinnig/harkeissig/kerbig/der schlechtlich auff seinem kopff bleibt. HISP. *Vencedor, mucho porfiado.* ANGL. *Obstinat, stuburne, froward, willfull in opinion.* } Terent. *in Hecyr.* Adeón' peruicaci esse animo, vt puerum præoptares perire? Peruicax pugna. Liu. *lib.* 2. *d.* 5. Peruicacius belli caussa quærere. Et, Peruicax superbia. *Ibidem.* Peruicax testis. Quintilian.

PĔRVICĂCIA, Durities, obstinatio. { τὸ ἐνστατικόν. GALL. *Obstination, opiniastreté.* ITAL. *Obstinatione perseueranza.* GERM Hartneckigkeit/ kyb/ eigensinnigkeit/hartsinnigkeit. HISP. *Porfia, Perseuerancia.* ANGL. *Frowardnesse, stubburnesse, wistalnesse.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 20. Perdurandi peruicacia. ¶ Peruicacia & Pertinacia hoc distant, inquit Nonius, quòd peruicacia est interdum bonarum rerum perseuerantia: pertinacia, semper malarum. Colligit hanc differentiam Nonius ex Accij poëtæ carminibus, quæ quum elegantissima sint, & ad hunc locum pertineant, adscribam: Tu pertinaciam esse Antiloche hanc prædicas: Ego peruicaciam aio, & hac me vti volo. Nam peruicacem dicis me esse & vincere: Perfacilè patior: pertinacem nil moror. Hæc fortes sequitur: illam indocti possident. Tu addis quod vitio est, demis quod probro datur.

‖ Peruicaciter, aduerb. Vlp. *d. lib.* 26. *tit. vlt. l.* 3. Qui pecuniam ad prædiorum emptionem conferre neque pecuniam deponere pertinaciter perstant. ‖

Pĕruĭcŭs, veteres dixerunt pro peruicaci, teste Nonio Plaut. *in Aulul.* Hic quidam peruicus custodem addidit.

Pĕruĭdĕo, es, Diligenter & perfectè video. { διοπτεύω. GAL. *Voir par dessus, & parfaictement.* ITAL. *Vedere perfettamente.* GERM. Wol vnd eigentlich ersehen/durchsehen. HISP. *Ver perfetamente.* ANG. *To see through and perfitelie.* Columell. *lib.* 2. *cap.* 1. Videt sine dubio quid eueniat: sed cur id accidat non peruidet Horat. 1. *Serm. sat.* 3.

Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis.

Pĕruĭgĕo, es, Vigeo, valde vigeo. { ἀκμάζω. GALL. *Estre en sa grande force & vigueur.* ITAL. *Esser nel suo maggior vigore.* GERM. Hefftig bluyen. HISP. *Ser en su mayor fuerça.* ANGL. *To be of great force and strenght.* } Tacit. *lib.* 5. Et vterque opibúsque atque honoribus peruiguere.

PĔRVIGIL, is, omnis gen. Admodum vigil, vigilans noctu. { πάννυχος. GALL. *Qui veille tousiours.* ITAL. *Chi veghia molto.* GERM. Das durch die gantze nacht wachet/gar wachbar. HISP. *Cosa que vela hasta el cabo.* ANG. *That watcheth euer.* Plin. *lib.* 33. *c.* 4. Eámque solus intelligit in cacumine montis eius peruigil. Anguis peruigil. Ouid. 12. *Epist.* Canis peruigil. Senec. *Herc. fur.* Custodia peruigil, Lucan. *lib.* 4. Ignis peruigil, pro igne Vestali. Statius. 2. *Thebaid.*

Pĕruĭgĭlĭă, æ, Peruigilium, siue peruigilatio. Iustinus *histor. lib.* 24. Maximum peruigiliæ malum.

Pĕruĭgĭlo, as, Semper vigilo, vel totam noctem vigilo { παννυχίζω. GAL. *Veiller toute la nuict, veiller iusque á la fin.* ITAL. *Vegghiare sino alla fine.* GERM Durchauss wachen. HISP. *Velar hasta el cabo.* ANG. *To watch all the night.* } Martial. *lib.* 9.

Nam vigilare leue est, peruigilare graue.

Ouid. 5. *Fast*

——Peruigilántque lares, peruigilántque canes.

Plaut. *Amphitr.* Continuas has noctes peruigilaui. Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Peruigilat totas noctes. Ouidius 6. *Fastor.* Nox est peruigilata in mero.

Pĕruígĭlātio, nis. { ἡ συνεχὴς ἀγρυπνία, ἡ διηνεκὴς ἐγρήγορσις. GAL. *Veillement perpetuel, veille iusques à la fin.* ITAL. *Vegghiare.* GERM. Durchauss wachung. HISP. *Aquella obra de velar hasta el cabo.* ANG. *A watching all the night.* } Cic. 3. *de Legib.* Nouos verò deos, & in his colendis nocturnæ peruigilationes.

Pĕruĭgĭlĭum, ij, Diuturnæ per noctem vigiliæ. { παννυχισμός GALL. *Veille de toute la nuict.* ITAL. *Longa vigilia* GERM. Ein durchwacht/oder das lang wachen an einander. HISP. *La velada de toda la noche.* ANGL. *A watching all the night.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 53. Peruigilio quidem vincuntur cibi. Et peruigilium sacrum nocturnum quo vigiliæ indicuntur, vt per totam noctem vigiletur. Liu. *lib.* 1. *bell. Pun.* Castra Campana, vt peruigilio neglecta simul omnibus portis inuadit. Suet. *de Calig.* Nec alia de causa videtur eo die quo perit, peruilegium indixisse, quàm vt initium in scenam prodeundi licentia temporis auspicaretur. Idem *in Galba c.* 4. Peruigilio anniuersario colere fortunam. Et Gell. *cap* 23. *lib.* 2. In peruigilio vitiata virgo.

Pĕruīlĭs, e. Admodum vilis. { πάνυ εὐτελής, εὔωνος. GAL. *Fort vil, qui est de fort vil prix.* ITAL. *Molto vile.* GERM. Gar volfeil. item, Gar schlecht. HISP. *Cosa de poco precio* ANG. *Good cheape, litle worthe.* } Liu. *lib.* 31. Annona quoque eo anno peruilis fuit.

‖ Peruinca, herba. Iuu. ‖

Pĕruīnco, is Contendo, perficio. { διαπεράττομαι. GALL. *Vaincre entierement surmonter.* ITAL. *Fare perfettamente.* GERM. Zuwäges bringen/ behaupten/erhalten. HISP. *Acabar de hazer* ANGL. *To ouer come vterlie.* } Cic. *ad Attic. lib.* 2. Restitit, & peruicit Cato. Liu. 4. *ab Vrbe*, Neque vt de agris diuidendis plebi referrent Consules ad Senatum, peruincere potuit. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Si amas, emes, facito vt pretio peruincas tuo. (tanquam in auctione licitando) ¶ Pro Impetrare. Liu. *lib.* 2. *d.* 5. Peruicerat Rhodios (i. à Rhodiis impetrarat.

Pĕruĭrĭdis, e. Valde viridis. { ὑπέρχλωρος. GALL. *Fort verd.* ITAL. *Molto verde.* GERM. Vast grün. HISP. *Muy verde* ANGL. *Very greene.* } Plin *lib.* 6. *cap.* 22. Mare id colore peruiridi, præterea fruticosum arboribus.

Pĕruīuo, is, Vsque ad certum aliquem finem vitam produco. { διάγω, διάζω. GALL. *Viure.* ITAL. *Viuere.* GERM. Durchauss läben. HISP. *Viuir.* ANGL. *To liue.* } Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Et si peruiuo vsque ad summam ætatem, tamen breue spatium est perferundi quæ minitas mihi.

Pĕruĭŭs, a, um. Per quod iri potest, penetrabilis. { διαβατός, διαβάσιμος. GALL. *Par où on passe aisément.* ITAL. *Penetrabile, per doue si può andare.* GERM. Durchgehend/ oder durchgengig. HISP *Cosa passadera, que se puede passar.* ANG. *Easie to passe.* } Terent. *in Adelph.* id quidem angiportum non est peruium. Ouid. *lib.* 2. *Metam.*

Domus est imis in vallibus antri
Abdita, sole carens, non vlli peruia vento.

Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 3. Conclauium mihi pereium facitis. Idem *in Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Cor mihi nunc peruium est. (i. liquidus animus.)

‖ Perula, vide *Pirula.*

Peruacon, fibula. Gl. A L. ‖

Pĕrŭngo, is, Oblino, circunquaque vngo, perlino. { καταχρίω. GALL. *Oindre par tout* ITAL. *Vngere d'ogni parte.* GERM. Vbersalben. HISP. *Vntar de todas partes.* ANGL. *To anoynt and smere all ouer.* } Columell. *lib.* 11. *c.* 3. Si tamen per ignorantiam nuda manu truncaueris, & prurigo atque tumor incesserit, oleo subinde perungito. Cic 1. *Tusc.* Corpora oleo perunxerunt.

Pĕrūnctio, nis. { διάχρισις. GALL. *Onction.* ITAL. *Vntione.* GERM. Salbung/ oder vbersalbung. HISP. *Vntadura.* ANGL. *An anoyting and smering ouer.* } Plin. *lib.* 28. *c.* 16. Perunctione prodesse dicitur.

Pĕruōlgo, as, are, Peruagari. { התהלך *hithhalléch.* περιτρέχω. GALL. *Aller & courir par cy par là.* ITAL. *Andare vagando.* GERM. Dur schweiffen. HISP. *Andar vagabundo.* ANG. *To go and wander hither and thither.* } Lucr. *lib.* 2. Multipléxque loci spatium transcurrere eodem Tempore quo Solis peruolgant fulgura cælum.

Pĕruŏlo, peruis, peruult, peruelle, Valde cupio. { περιθυμέω, διψάω. GAL. *Fort vouloir & desirer.* ITAL. *Desiderare grandemento.* GER. Vberauss gern wöllen. HISP. *Muy querer.* ANGL. *To desire, greatlie.* }

Curtius *lib.* 6. Peruelim scire vtrum qui discedunt, an qui retinentur, de me querantur. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Ibi me peruelim sepultam. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Amor prohibet facere aduersum eos, qui peruolunt.

Pĕruŏlo, as, Vsque ad certum aliquem destinatúmque locum volo, celeriter & velociter perferor. { διαπέτομαι. GALL. *Voler vistement, aller vistement.* ITAL. *Volare, andare velocemente.* GERM. Durchfliegen. HISP. *Vola, andar presto.* ANGL. *To flie, to some place.* } Cic. *in Somn. Scip.* Quibus agitatus, & excitatus animus velociter in hanc sedem & domum suam peruolabit. Peruolito, as, frequentatiuum. Virg. 8. *Æneid.* Omnia peruolitat latè loca.

Pĕrŏluo, is, Verso, magna vi voluo. { διακυλινδέω. GALL. *Rouler tout à fait, fueilleter.* ITAL. *Volgere d'ogni parte.* GERM. Daherweltzen oder trolen. HISP. *Boluer de todas partes.* ANGL. *To tumble or roll with violence.* } Plinius *lib.* 33. *cap.* 4. Et repleto stagno, excussis obturamentis, erumpit torrens tanta vi, vt saxa peruoluat. Cicero 2. *de Orat.* Deinde vt in iis locis quos proponam paulo pòst peruoluatur animus, vt se penitus insinuet in causam, vt si cura & cogitatione intentus, diligentia est.

Pĕruŏlūto, as, are, frequentatiuum. { ἐξειλεῖν, ἀνελίττειν. GAL. *Rouler ou fueilleter souuent.* ITAL. *Volgere souuente d'ogni parte.* GERM. Vil hin vnd hår trolen oder bletteren. HISP. *Boluer mucho de todas partes.* ANGL. *To tumble and roll with force often.* } Peruolutare libros, omni adhibita diligentia euoluere. *ad Attic. lib.* 5. Quoniam meos cum Thalumeto nostro peruolutas libros. Idem *de Orat.* Omnium bonarum artium scriptores, ac doctores & legendi, & peruolutandi, & exercitationis causa laudandi.

Pĕrurbānŭs, a, um, Valde vrbanus. { πάνυ ἀστεῖος, τὰ πολλὰ χαρίεις. GAL. *Fort ciuil.* ITAL. *Molto ciuile.* GERM. Gar höfflich/oder stadtlich. HISP. *Muy ciuil, y gracioso.* ANGL. *Very ciuill.* } Cic. *ad Attic. lib.* 2. Denique si solus non potuero, cum rusticis potius quàm cum iis perurbanis. Idem *de clar. Orat.* Etiam L. Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens, toto genere perurbanus.

Perurgeo, es, ere. Suet. *in Tib. c.* 25. Summáque vi Germanicum ad capessendam Remp. perurgebant.

Pĕrūro, is, Comburo, & vrendo consumo. { διακαίω. GAL. *Brusler du tout.* ITAL. *Abbrugiare consumare ardendo.* GER. Verbrennen/durchbrennen. HISP. *Quemar, consumir quemando.* ANG. *To burne vp all.* } Plin. *lib.* 34. *c.* 17. Eadem in aqua calculus æreus quadrans si addatur, vas peruri. Æstu valido perurimur. Ouid. 3. *de Arte.* Senec. *c.* 10. *de cons. ad Mart.* Peruret corpora ignibus.

Pĕrustŭs, participium, Combustus. { διακαής, περίκαυστος. GAL. *Du tout buslé, halé.* ITAL. *Abbrugiato.* GER. Verbrunnen. HISP. *Quemado.* ANG. *Burned vp all and consumed.* } Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 10. Cic. *ad Cæsar lib.* 13. & iam hominem perustum, etiamnum gloria volunt incendere. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Adstricto terra perusta gelu.*

Pĕrūsiă, Περυσία, vulgò *Perugia*, Hetruriæ ciuitas ab Achæis condita, in qua L. Antonius ab Augusto obsessus, quum extrema fame laboraret, coactus est deditionem facere.

Pĕrūsīnŭs, a, um, Περυσινός. Propert. *lib.* 1.

Si Perusina tibi patriæ sunt nota sepulchra.

Pĕrūtĭlĭs, e, Valde vtilis. { πάγχρηστος, πάνυ χρήσιμος. GAL. *Fort vtile.* ITAL. *Molto vtile.* GERM. Gar nutzlich. HISP. *Muy prouechoso.* ANG. *Very profitable.* } Cic. *ad Attic. lib.* 9. In hac enim fortuna perutilis eius & opera, & fidelitas esset.

‖ Peruuia, *Peru*, regio Orbis Noui cultissima; & auri fodinis ditissima, à Francisco Pizarro anno 1525. delecta; cuius metropolis est Lima. V. A. ab eodem Pizarro an. 1535. condita. ‖

PĔRVVLGO, as, Diuulgo, in vulgus fero, dissipo, iacto. { διαφημίζω. GAL. *Publier par tout, mettre en lumiere.* ITAL. *Publicare per tuto.* GERM. Außkünden/außbreiten/offenbar machen. HISP. *Publicar por todas partes.* ANG. *To diuulgat and spreade through all.* } Cic. *pro Sylla*, illas tabulas describi ab omnibus statim librariis, diuidi passim, & peruulgari atq; edi populo imperaui. Idem *pro Cælio*, Mulier quæ se omnibus peruulget. Peruulgatum in vulgus. Cic. 2. *de finib.* Nec de re obscura, vt Physici: aut artificiosa, vt Mathematici: sed de illustri & facili, etiam in vulgus peruulgata, loquitur de Epicuro. Idem *pro Cælio*, Maledicta in omnes peruulgata. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. In vtrumuis oculum conquiescito: An in aurem? P. At hoc peruulgatum est minus.

‖ Peruulgatè διαπεφρυλλημένως. Gell. ‖

Pēs, pedis, vide *Pedes*, um.

Pēs accĭpĭtrīnŭs, A Romanis dicta est herba, teste Dioscoride, quam Græci λυχνίδα ἀγρίαν, hoc est, lychnidem syluestrem appellant.

Pēs mīluīnŭs, herba est quam Columella colligi & reponi iubet. non tamen explicat quæ sit.

Pēs gallīnācĕŭs, herba est ex genere capni, siue fumariæ, crescens in parietinis, & sepibus, ramis tenuissimis sparsísque, flore purpureo, succo suo caliginem oculorum discutiens. Vnde Plin. *lib.* 25. *c.* 13.

‖ Pescesion, tributi genus, quod Patriarchæ Constant. pro sacerdotio ineundo soluunt Imperatori Turcico. L. g. b. Bulem.

Pescia, capitula seu capitia, in saliari carmine facta, ex pellibus agninis. Fest.

Pesestas, pestilentia. Fest.

Pessarium, vide *Pessus*. ‖

Pēssī, Fœminarum medicamenta, quæ in molli lana in naturalibus earum conduntur. πρόσθετα, πεσσάρια. Quæ enim per anum, clysteres: per collum matricis, pessi, siue pessarij appellantur. Cæs. *lib.* 5. *c.* 21. Sed alia quoque vtilia sunt, vt ea quæ fœminis subiiciuntur, πέσσους Græci vocant. Eorum hæc proprietas est. Medicamenta composita molli lana excipiuntur: eáque lana in naturalibus conditur.

Pēssĭmē, pessimus, vide *Malus* adiectiuum.

Pēssīnūs, huius Pessinuntis, Πεσσινοῦς. Emporium Phrygiæ, cuius fertur templum maximum (vt inquit Strabo) magnæ venerationis Matris deûm, quam Andigistan vocant. { Ein gewerbstatt in Phrygia/ in deren die Göttin Cybele verehret ward. } Hic locus magnificè ab Attalis regis structus est, & templo, & porticibus ex albo lapide Romani celebrem reddiderunt, accersita inde Matris deûm statua quæ ab hoc loco Pessinuntia est appellata. Nomine hoc Cicero in masculino genere semper vtitur. Sic enim ait *in Oratione de Aruspicum responsis*, Qui accepta pecunia Pessinuntem ipsum, sedem domiciliúmque Matris deorum vastaris. Et *paulò pòst*, Pessinuntem per scelus à te violatum, & sacerdote sacrísque spoliatum recuperauit. Gell. *c.* 16. *lib.* 7. Pessinutij Aselli optimi.

PĔSSVLVS, i, Quasi paruus pes, instrumentum quo ostium clauditur, subditáque mox claue reseratur. { בריח *bariach.* μοχλὸς, κατοχεύς. GALL. *Vn verroüil.* ITAL. *Cadenazzo, chiauistello.* GERM. Ein rigel oder dergleichen an einer thüren. HISP. *El herrojo con que se sierra la puerta de dentro el postillo.* ANGL. *A bolte or bare of a dore.* } Apuleius, Tum Myrmex tandem claue pessulis subiecta, pandit fores. Idem subdita claue pessulis reduco. Hinc formulæ, pessulos obdere, & reducere. Plaut. *Aul.* Occlude sis Fores ambobus pessulis: iam ego hic ero. Terent. *in Eunuch.* Pessulum ostio obdo. Idem *Heaut.* Anus foribus obdit pessulum, ad lanam redit. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Pessuli heus pessuli vos saluto. Vide vt dormiunt pessuli, & subsilite. Vnde Oppessulata ianua, id est, pessulis firmata. ἠσφαλισμένη θύρα. Festus, Obices sunt pessuli ferrei. Huius diminutiuum est Pessulus.

Pĕssŭlātæ fores, dicuntur pessulis clausæ munitæque. Et pessulata ianua pessulis firmata. { ἠσφαλισμέναι θύραι. GALL. *Portes fermées au verroüil.* ITAL. *Porte serrate, chiuse.* GERM. Verrigelte thüren. HISP. *Las puertas serradas con herrojo.* ANGL *Gates shoote with barres.* }

Pĕssum, aduerbium, Retrorsum, deorsum, ad imam, partem, ad pedes, vel sub pedibus. { תחת *táchath.* ὀπίσω, κάτω. GALL. *Droit en bas, sous les pieds* ITAL. *A dietro, in giu sotto à i piedi.* GERM. Hindersich/vnderfich/ vnder die füß. HISP. *Hazia tras, baxo à los pies.* ANGL. *Vnder foote, downewarde, backward.* } Vnde pessum premere, est pedibus calcare, siue sub pedibus premere. Formulæ loquendi sunt, pessum ire, abire, premere. Plaut. *in Most.* Istunc ego suis pro factis pessimis pessum premam. ¶ Plin *in præfat. lib.* 14. Pessum iere vitæ pretia, omnésque à maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere. Pessum eo, hoc est, cedo, vel retrocedo. ἀποφθείρομαι, καταφθείρομαι, βρίθω, ἰζάνω. { Aliquando pessum ire, siue abire, est ire in fundum, siue imam partem alicuius rei liquorem in se continentis, vt dolij, aluei, fluminis, maris, aut lacus. Columl. *lib.* 12. *cap.* 6. Nam vbi dulcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam: si innatabit, maturam. Hinc Plautus *in Aul.* Eodem modo seruum ratem esse amanti hero æquum censeo, Vt toleret, ne pessum abeat.

Pēsŭndo, as, Pessum do, pessum premo, supprimo. { רמס *ramás.* καταπατέω. GALL. *Mettre en bas, faire couler bas, submerger, perdre, ruiner, gaster.* Item, *fouler aux pieds.* ITAL. *Conculcare, calcare adosso.* GERM. Mit füssen trätten/zu grund richten. HISP. *Hollar ò sopear con los pies.* ANGL. *To cast vnderfoote or to the ground.* } Terentius *in Andria*, Quæ si non astu prouidentur, me, aut herum pessundabunt. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Non mihi quærenti pessundare cuncta, petitum
Cæsareum caput est, quod caput orbis erat.

Plaut. *Rud.* Pessundedisti me blandimentis tuis. Salust. *in Iugurth.* Sin captus prauis cupidinibus, ad inertiam, & voluptates corporis pessundatus est. ¶ Item arceo, reprimo Plaut. *in Merc.* Ita pessumas pessundedi, iram, inimicitiam, lacrymas, mœrorem, exilium.

‖ Pessus, quod & pessarium. πεσσὸς medicis est lana concerpta & ad digiti formam rotunda facta: in qua pharmaca excipiuntur & continentur. Alij molliunt, alij stringunt, alij aperiunt. ‖

Pĕstĭfer, & Pestiferè aduerbium, vide in nomine *Pestis.*

PĔSTĬS, is, res exitium afferens? & morbus epidemius, contagiosus, maximéque exitialis, qui venenata putredine vitalem cordis facultatem petere & pessundare solet. { דבר *déber.* λοιμός. GALL. *Peste.* ITAL. *Peste.* GERM. Die pestilentz. HISP. *Pestilencia.* ANGL. *The pest or botche.* } Pestes, in plurali. Plin *lib.* 2 *c.* 7. Morbísque & multis etiam pestibus, &c. Vxore viuas viuus vt pestem oppetas. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Nullum negotium est quin pestem oppetam. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Quanta pernis pestis? quanta labes larido? *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. ¶ Per metaphoram pestis pro pernicie, exitio, vel calamitate accipitur. ¶ Liu. 1 *ab Vrbe*, Ibant vnius familiæ viribus, Veienti populo pestem minitantes. Cic. *pro Sylla*, Funesta Reipub. pestis. Quintilianus, Pestem intestinam propulsare. Et Senec. *cap.* 1. *de consol. ad Mart.* Pestes animorum & corporum. Pestes & comites potentiæ, auaritia & ambitio. Idem *cap.* 17. *de consolat. ad Helu.* ¶ Dicitur aliquando de homine perdito, nefario, pernicioso, & qui sua tanquam contagione corrumpit & perdit cæteros. Terent. *in Adelph* Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium, periurus, pestis. Plautus *in Pseud sc.* 2. *a.* 1. Quin omnes peste hac populum hunc liberent? (i. Lenone.) ¶ Item, Pro Incendio, Liu *lib.* 5. *dec.* 4. Et pro cæde maxima, Idem *lib.* 7. *dec.* 4. ¶ Item pro Insania, Plaut. *Amph.* Pestis te tenet.

Pestibilis *Cod. lib.* 4. *tit.* 58. *l.* 4. Pestibilis fundus, i. e. pestibiles herbas, vel letiferas habens. Idē *in D. lib.* 21. *tit.* 1. *l.* 49. Si pestilēs fundus distractus sit, non redhibendus erit. Cuiac. *lib.* 16. *obs.* 14. In *l. pen. C. de ædil. act.* restituenda est vera vetúsque scriptura omnium librorum: pestilis fundus, id est, pestibilis, vel herbam letiferam habens.

Pĕstĭlēntĭă, æ, Pestis. Plinius *lib.* 2. *cap.* 96. Locris & Crotone pestilentiam nunquam fuisse, nec vllo terræ motu laboratum, annotatum est. { דבר *deber.* λοιμός. GALL. *Pestilence, peste.* ITAL. *Pestilenza.* GERM. Die pestilentz. HISP. *Pestilencia.* ANG. *A pest, or pestilence.* } Idem *lib.* 7. *cap.* 50. Senes minimè sentire pestilentiam. Et Quintil. In pestilentia comessator. ¶ Sæpe etiam pestilentia accipitur pro aëris corruptione, aut loci insalubritate, aut cæli inclementia ✕ Salubritas. Cicer. 1. *de diuinat.* Vt hostiarum immolatarum inspicerentur exta: quorum ex habitu atque colore, cùm salubritatis, tum pestilentiæ signa percipi: nonnunquam etiam quæ sit sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. Item metaph. de vitiis vsurpatur. Gell. *c.* 2. *lib.* 1. Animorū labes & pestilētias.

‖ Pestilentiosus, λοιμώδης pestilens. Vlp. *d. lib.* 43. *t.* 8. *l.* 2. Si odore soli locus pestilentiatus fiat. ‖

Pestilis, Pestilens, & olim Pestilentus Næuio, peste affectus, exitialis. ✕ Salubre. { λοιμώδης. GAL. *Pestilentieux.* ITAL. *Pestilente.* GER. Pestilentisch/vngesund/das pestilentz bringt. HISP. *Pestilencial.* ANG. *That causeth the pest.* Cic. *lib.* 1. *de Fato.* Inter locorum naturas quantum intersit,

sit, videmus alios esse salubres, alios pestilentes. Africus, pestilens, Horat. 3 *Carm. Ode* 23. Ventus horribilis, atque pestilens. Catull. *Epig.* 26. Gell. *c.* 7. *lib.* 19. Pestilentia loca.

Pestifer, adiectiuum, Propriè quod pestem adfert, sed translatè accipitur de omnibus quæ mortem, aut exitium ostendunt, autore Festo. { λοιμώδης. GALL. *Pestilentieux, qui fait mourir.* ITAL. *Pestifero* GERM. Das tödtlichen schaden bringt. HISP. *Cosa que trae ò tiene pestilencia.* ANGL. *That causeth te pest or death.* } Plinius *lib.* 11. *c.* 38. Taurorum sanguis pestifer potu maximè Pestiferum bellum dixit Cicero *ad Sulpit. lib.* 4. id est, perniciosum, pestem, perniciem, exitium, mortem afferens. Ouidius *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.* Pestiferum tumido vulnus ab angue datum.

Pestiferè, aduerbium. { θανατοφόρως, ὀλεθρίως. GALL. *Pernicieusement.* ITAL. *Perniciosamente.* GERM. Verderblich / mit mercklichem schaden. HISP. *Pestilencialmente.* ANG. *Perniciouslie.* } Cic. 2. *de Legib.* Multa pestiferè, & perniciosè sciscuntur in populis.

Pestilitas, atis, apud antiquos legebatur, teste Nonio, pro peste. λοιμός Lucr. *lib.* 6. Hæc igitur subitò clades noua, pestilitásque.

Pestimus, λοιμοφόρος. Gloss. à peste.

Pestincius. violentus. Gloss. Isid. An *pestilentius?*

Pestinuncius. Gloss. Isid. Pestinuncium, qui pestem nuntiat.

Petalium, ij, πετάλιον, μαλαβάθρινον, Vnguenti præstantissimi genus, ex nardi folio confectum, vnde & nomen habet, πέταλα enim Græci folia vocant. Plaut. *in Curc.* Nam omnium odor vnguentum præ tuo nausea est. Tu stacte, tu cinnamum, tu rosa, tu crocum, & casia es, Tu petalium Latinè Foliatum appellatur. Martial. *lib.* 11. At mea me librans foliati poscit amica.

‖ Petallum, ornamentum capitis. Cerda.

Petalon, lamina aurea in fronte Pontificis. Euseb. L. g. b. Item tessera quadrata marmorea pauimenti. Cath. ‖

Petalum, πέταλον, est folium propriè latum πλατὺ φύλλον, à πετάω extendo, quia latum est.

‖ Petalurgus, πεταλουργός, bractaurius. Gall. *Batteur d'or.* Germ. Blatenschläger. ‖

Petalus, πέταλος, nomen vnius ex iis, qui in aula Cephei regis Perseo vim inferre conati, ceciderunt. Ouid. 5. *Metam.*

Petalus irridens, Stygiis caue cætera, dixit, &c.

‖ Petaminarius, qui strenua corporis agilitate saltans volare videtur: à verbo πέταμαι, quod est volo, as. ‖

Petasites, πετασίτης Dioscoridi *lib.* 4. *cap.* 109. Herba est pediculum habens cubito maiorem crassitudine pollicis, ita dicta à galeri forma, quam latum folium pediculo superpositum videtur referre, eo ferè modo fungorum scapos pediculis videmus adhærere. Rustici in Gallia *Bardanam maiorem* vocant.

Petaso, nis. Caro porcina, quam alij coxam, alij eam partem suis esse dicunt, quæ ab alis incipit, & costas comprehendit, quibusdam veluti virgulis pinguibus distincta. { πτέρνα. GALL. *Vn iambon.* ITAL. *Prosciutto, persuto.* GERM. Ein schweininer rippbraten. HISP. *El tocino, ò pernil de tocino.* ANGL. *A postel of a porke.* } Martial *lib.* 13.

Musseus est, propera, charos ne differ amicos:
Nam mihi cum vetulo sit petasone nihil.

Petasunculus, diminutiuum. { τὸ πτερνίδιον. GAL. *Petit iambon.* ITAL. *Picciolo prosciutto.* GERM. Ein klein schweinins rippbrätlin. HISP. *Pernil de tocino pequeño.* ANGL. *A litle pestell of a pork.* } Iuuen. *Satyr.* 7.

——siccus petasunculus, & vas Pelamidum

Petasus, si, Galerus, pilei latioris genus, quo aduersùs iniurias Solis viatores faciem tuentur, qualis Mercurio à poëtis affingitur. { πέτασος. GALL. *Vn chapeau ou bonnet antique.* GERM. Ein breiter hut / ein schynhut. HISP. *Sombrero de grande alas.* ANGL. *A borade cappe or hatt.* } Plaut. *in prologo Amphitr.* Ego habebo vsque in petaso pinnulas. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Opus est chlamyde, machera, ac Petaso, (ornatu peregrinantis scilicet.) *Ibidem. sc.* 7. *a.* 4. Quid mercedis Petasus demeret. Fitque à Græco πετάννυμι, quod est extendo, cuius aoristus est, ἐπέτασα ¶ Hinc petasati, qui galero pro capitis ornamento vtuntur. Suet. *in August. cap* 82. Æstate apertis cubiculi foribus, ac sæpe in peristylio saliente aqua, atque etiam ventilante aliquo cubabat: Solis verò ne hyberni quidem patiens, domi quoque nonnisi petasatus sub dio spatiabatur. ¶ Per translationem verò petasus dicitur quiddam in galeri formam ædificiis superpositum, extensum, & explicatum, in metæ formam se contrahens. Plin *lib.* 36. *c.* 13. Supra id quadratum pyramides stant quinque, quatuor in angulis, & in medio vna: in imo latæ pedum septuagenûm quinûm, altæ centenûm quinquagenûm, ita fastigiatæ, vt in summo orbis æneus, & petasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quæ vento agitata longè sonitus referant. ¶ Sunt qui petasum interpretentur pro calceamenti genere, putántque petasatum dici qui hoc calceamento sit indutus, adducentes locum Ciceronis *ad Cassium, lib.* 15. *Epist.* Sed petasati veniunt: comites ad portum expectare dicunt. Neque tamen absurda res sit, hic petasatos pro galero tectis intelligere. Solent enim qui peregrè proficiscuntur, se galero aduersùs æstus iniuriam munire.

Petaurum, πέταυρον, genus ludi, & machina quædam lignea: quo quidem ludi genere homines per aëra rotarum pulsu iactabantur. Martial. *lib.* 11.

Quam rota transmisso toties impacta petauro.

¶ Dici etiam potest petaurum supra quod homines agilitate corporum insignes ludunt: vt hastæ circa quas se voluunt funes, supra quos etiam reciproci ambulant: circuli per quos se more piscium transmittunt: tabulæ è quibus in aëre pendent, vno brachio se sustinentes. Græci dicunt petaurum esse laqueum, & asseres quibus domos tegunt. Iulius Pollux existimat caueam esse in quam se cortis alites cubitum ituræ conferunt.

Petauristæ, πεταυρισταί, teste Nonio, à veteribus dicebantur qui saltibus, vel scenis leuioribus mouerentur. Varro *lib.* 2. *de vita populi Romani.* Nec minus aliquo in genere sunt ludi velites Galli Germani petauristæ, qui & petauri dicuntur à πετάω, volare. Festus, Petauristas Lucilius à petauro appellatos existimare videtur, quando ait, Sicuti mechanici quum alto exiluere petauro. At Ælius Stilo, quòd in aëre volent, quum ait, Petaurista, propriè Græcè, ideo quòd ij πρὸς ἀέρα πετῶνται.

Petesco, siue Petisco. Petesso, vide *Peto.*

Petigo, inis, morbi genus, qui & impetigo dicitur, quòd vicina petat, sese latè summa cute diffundens. { ילפת *iallépheth.* λειχὴν. GALL. *Gratelle, ou feu volage.* ITAL. *Volatica.* GERM. Böse spinige vnd vmbfrässende raud. HISP. *El empeyne.* ANGL. *A tettar or ring worme.* } Occupat plerunque totum vultum, oculis exceptis. Lucil *lib.* 30. referente Nonio, Illuuies, scabies oculos huic denique petigo conscendere. Malè autem *petico* apud Nonium scribitur.

Petilia Plinio, πετηλία Ptolemæo, & Stephano. Magnæ Græciæ vrbs est non procul à Lacinio promontorio, à Philoctete condita, ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, id est, à volando, quòd ex volatu auium sumpto augurio, ibi futuræ vrbi locus sit delectus.

Petiliter, demissè, diuisè. Gloss. Isid.

Petilius, flos est autumnalis, circa vepres nascens, quinque foliorum, caliculo versicolori, instar rosæ syluestris. ita dictus à Petilia magnæ Græciæ vrbe, vt quidam existimant.

Petilus, adiectiuum, Tenuis, exilis. { λεπτός. GALL. *Tenue, menu.* ITAL. *Tenue.* GERM. Rein vnd dürr. HISP. *Delgado.* } Lucilius,

Insignis varis cruribus, & petilis.

Nonius. Petilius Lucus prope vrbem. Plutarch. *in Camil.*

Petimina, vlcera in humeris iumentorum, quòd ima, id est, profunda petant. Nominatiuus singularis est petimen. Lucilius *apud Nonium*, Vt petimen naso, aut lumbos ceruicibus tangant.

‖ Petinum, Petin, V.E. sub Patriarchatu Aquileiensi. ‖

Petiolus, i, diminutiuum est à pede. { πόδιον. GAL. *Petit pied.* ITAL. *Picciol piede.* GERM. Ein füßlin. HISP. *Pequeña pie.* ANG. *A litle foote* } Afran. *apud Nonium*, Atque adeò nolo nudo petiolo ambules. Cels. *lib.* 2. *c.* 18. Ex agno hædóve, cum petiolis totum caput. ¶ Petiolus pro pediculo ex quo fructus pendet. μόσχος. Colum. *lib. de arb. c.* 23. Quum iam matura mala fuerint, antequam rumpantur, petiolos quibus pendent intorqueto.

Peto, is, iui, vel petij, itum, Oro, siue obsecro. { שאל *schaál.* αἰτέω, αἰτοῦμαι. GALL. *Demander, aller querir.* ITAL. *Pregare, chiedere, domandare.* GERM. Bitten / begären. HISP. *Demandar, pedir.* ANG. *To ask, to requirie.* } Valla, Petere dicimur quum aliquid humiliter, & precibus petimus. Petere (inquit Varro) propriè est aliquid suppliciter, & precariò postulare. Habétque in hac significatione ferè ablatiuum personæ cum præpositione à, vel ab. Cic. *Philipp. lib.* 13. *Epist.* Quapropter à te etiam atque etiam pro nostra summa coniunctione, próque tua in me perpetua, & maxima beneuolentia maiorem in modum peto atque contendo, vt eius filios qui in tua potestate sunt, mihi potissimum condones. Idem 6. *Verr.* Iste petit à rege, & eum pluribus verbis rogat. M. Credidi te non esse rediturum. L. Cur igitur à me petis? Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 4 Vos amo, vos volo, vos peto, atque obsecro. (Peto, i. rogo, oro.) *Ibid. sc.* 2 *a* 1. A me petiuit opere maximo, vt cauerem. Idē *Pseud. sc.* 4. *a.* 3. Item, Proposita arma peto. Ouid. 13. *Metam.* Præmia magna petisateor. (i. arma.) *Ibidem.* Certa amittimus, dum incerta petimus. Plaut. *Pseud. sc.* 3 *a.* 2. &c. Item, Ius petis: alibi, Ius bonum oras. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. ¶ Item, Petere de magistro destinando. Gell *c.* 5. *lib.* 13. Præterea ablatiuum personæ admittit, & accusatiuum rei: vt Petere auxilium, vel Præsidium ab aliquo, apud Ciceronem *pro Quintio.* Iniurius es, qui quod Lenoni nulli est, id ab eo petas. Plaut. *Curc. sc.* 1 *a.* 1. Ab eo petito istam gratiam. (i. reddat tibi beneficium. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Nec à me argentum petat. (i. repetat.) Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5. Nisi petitum argentum à meo sodali mutuum. Idem *Curc sc.* 1. *a.* 1.

Non mihi (pro à me) *petitum caput est Cæsareum,*

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3.

——— Requiésque mihi, non fama petita est.

idem *Eleg. vlt. eiusdem lib.* Multis vna petita procis. Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Petere aliquando est ambire. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Si opulentus it petitum pauperioris gratiam. (i. ambit.) Et Ouid. 13. *Metam.*

Denique de Danais quis te laudáve, petitve. (i. ambit.)

¶ Varij præterea sunt huius verbi in oratione vsus. Dicimus enim Petere auxilium, Petere opem, Petere colloquium, Petere consilium, Petere gratiam, Petere amicitiam, Petere oracula, Petere pacem, Petere præmium, Petere responsa, Petere veniam, Petere mutuum, quorum omnium testimonia in bonis autoribus inuentu sunt facilia. ¶ Iungitur aliquando datiuo pro ablatiuo cum præpositione. Virg. 9. *Æneid.*

O genitrix quò fata vocas? aut quid petis istis?

Vbi Seruius, Petis istis, id est, pro istis. Nam sic dicimus, Peto tibi, id est, peto pro te. ¶ Petere, aliquando commemorare est, inquit Nonius. Virg. *lib* 8. *Æneid.* Quid causas petis ex alto? id est, commemoras, vel potius repetis: vt per aphæresin simplex ponatur pro composito ¶ Ponitur aliquando pro tenere. Idem 3. *Æneid.* Summissi petimus terram. Cic. *ad Attic, lib.* 3. Et ille incertus vbi ego essem, fortasse alium cursum petiuit. ¶ Aliquando pro adipisci. Plin. *lib.* 12. *c.* 14. C. etiam Cæsar Augusti filius inde gloriam petiit, id est, adeptus est. ¶ Petere fugam, est fugere. Petere salutem fuga, est fugiendo vitam seruare. Ita Cæs. *lib.* 2 *de bell. ciu.* ¶ Aliquando insidias tendere. Plancus Ciceroni, in quo casu hanc capio voluptatem, quòd certè, quo magis me petiuerunt, tanto maiorē his frustratio dolorem attulit. ¶ Aliquando violenter aggredi, Cic. *pro Ligar.* Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? ¶ Aliquando manere, expectare. Virg. 9. *Æneid.*

Troianos hæc monstra petunt.

¶ Aliquando cupere, appetere, desiderare, vt apud eundem *lib.* 3. *Georg.*

———Pulchrámque petunt per vulnera mortem.

¶ Aliquando percutio. { παίω. GAL. *Frapper, tuer.* ITAL. *Ferire.* GERM. Schlagen. HISP. *Herir.* ANGL. *To strick or smite* } Liuius *lib* 22 Hispano punctim magis, quèm cæsim assueto petere hostem. ¶ Aliquando inquirere, ζητεῖν. Virg. 9. *Æneid.* Euandrum petimus. Ouidius 13. *Metamorph.*

Haud contentus eo: petij tentoria Rhesi. (i. adij infesto animo.)

¶ Quintilianus, Petere aliquem in vincula. ¶ Aliquando eligere, vel capere. Idem 4. *Georg.* Principio ſedes apibus, ſtatióque petenda. ¶ Aliquando proficiſcor, στέλλομαι. Sueton. *in Veſpaſ.* Et Cutilias, ac Reatina rura, vbi æſtiuare quotannis ſolebat, petiit. ¶ Aliquando influere, vt Campanum petit amnis. ¶ Quando verò conſtruitur cum ablatiuo inſtrumentum ſignificante, & pro inſtrumenti diuerſitate diuerſa ſignificat, ſiue in rem, ſiue in perſonam referatur. Nam petere manu, teſte Nonio, eſt abducere. Virg. 6. *Æneid.*

Tartareum ille manu cuſtodem in vincla petiuit.

Petere gladio, aut veneno, aut lapide, aut cornu, & huiuſmodi, eſt inuadere, ferire, & ſaluti inſidiari. ἐφίεσθαι, σχεδιάζειν, ἐπιχειρεῖν. Virg. 3. *Eclog*

Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam.

Ibidem,

Malo me Galatea petit laſciua puella.

Suet. *in Tib.* Miſſum in arenam aprum iaculis deſuper petiit. Senec. *Epiſt.* 71. Petere ſagitta aliquid. Idem *de conſol. ad Mart. cap.* 9. Alium percuſſiſti, Me petiſti. Item Sueton. *in Tib. cap.* 72. Petere aprum iaculis. Et, Petere inſidiis. Velleius. ¶ Petere curſu, adipiſci, obtinere. Virg. 3. *Æneid.*

———qua littora proxima curſu
Contendunt petere.

¶ Petere blanditiis, eſt blandiri. Quintil. Nouercam blanditiis petit. ¶ Petere muneribus, oſculis, precibus, eſt conciliare. Apul, Quum me lacrymis, precibúſque petiiſſet. ¶ Petere oculis, eſt contemplari. ¶ Petere auribus, audire. ¶ Petere naribus, olfacere. ¶ Petere tactu, attrectare. Petit, pro petiit, vel petiuit, ſyncopa poëtis tantùm vſitata. Ouid. 1. *Faſt.*

Lucidus hic aër, & quæ tria corpora reſtant,
Ignis, aqua, & tellus vnus aceruus erant,

Vt ſemel hæc rerum ſeceſſit lite ſuarum, Inque nouas abiit maſſa ſoluta domos. Altum flamma petit: propior locus aëra cepit. Sederunt medio terra fretúmque loco. Iuerat petitum aquam ad fontem. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe.* Ouid. 13. *Metam.*

Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes,
Inde iubete peti.

Item, Plus petendo excidere formula, Sueton. *in Claudian. cap.* 14. ¶ Huius compoſita ſunt, Appeto, Competo, Expeto, Impeto, Oppeto, Perpeto, Præpeto, Repeto, & Suppeto, quæ habent penultimam correptam.

Pĕtītĭo, nis, Poſtulatio, & actus ipſe petendi. { שׁלה *ſcheeláh.* αἴτησις, διαδικασία, ἔγκλημα. GAL. *Demande requeſte.* ITAL. *Petitione, domanda.* GERM. Ein begärt oder bitt. HISP. *Demanda generalmente.* ANGL. *An asking or requeſting.* } ¶ Aliquando ponitur pro intentione actoris. Quintil. *lib.* 4. *cap.* 4. Recuſatio quoque plures interim propoſitiones habet: vt contra petitionem pecuniæ, Malè petis, procuratori enim tibi eſſe non licuit. ¶ Nonnunquam etiam pro incurſione, vel ictu, & aggreſſu gladiatorum: & per tranſlationem, ſicariorum, aut inſidiatorum. Cic. 1. *Catil.* Quas ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari poſſe non viderentur, parua quadam declinatione, & vt aiunt corpore effugi. ¶ Petitio pro ambitu, hoc eſt, ſtudio adipiſcendi honoris. Cicer. *Attic. lib.* 1, Fuit & mihi, & Quinto fratri magno vſui in noſtris petitionibus.

‖ Petitiuncula, parua petitio. ‖

Petitius, qui frequenter petit. Gloſſ. Iſid.

Pĕtītŭs, us, petitio. Gell. *lib.* 18. *cap.* 3. Iuſsítque cum conſenſu, petitúque omnium eandem illam ſententiam diſerti viri, cuiuſmodi poſſet verbis dicere.

Pĕtītor, is, qui petit, per ſynecd. qui litem intendit. { שׁאל *ſcheél.* αἰτητής, διώκτης. GALL. *Demandeur.* ITAL. *Domandatore.* GERM. Ein begärer / item, Ein außprächer oder anlanger mit recht. HISP. *Demandador.* ANG. *An asker.* } Cic. *in Partit.* Sed accuſatorem pro omni actore & petitore appello. Aliter petitor in rem, actor in perſonam aliquid intendere dicitur.

Petitrix icis. Paul, *D. lib.* 36. *tit. l.* 74. contra petitricem pronuntiauit.

Petitorius, a, um, habens vim petendi.

Pĕtītōrĭum iudicium in libris Iuriſconſultorum dicitur, quo res vindicatur. Caius *l.* 36. *D. de rei vindicat.* Qui petitorio iudicio vtitur, ne fruſtra experiatur requirere debet, an is cum quo inſtituat actionem poſſeſſor ſit.

Pĕtīſſo, is, vel peteſſo, antiquum verbum, peto: ſicut Impetraſſo, reconciliaſſo, commonſtraſſo, qualia ſunt apud Plautum plurima, μιμοῦμαι. Cic. 2. *Tuſc.* Qui hanc gloriam peteſſunt, nullum fugiunt dolorem. ¶ Hinc expeteſſo. Plaut. *in Trin.* Vtram potius harum mihi artem expeteſſam.

‖ Petiuolum, σκοπός. Gloſſ. Philox. An petibulum, quod petitur telis? ‖

Pĕtŏrĭtum, i, Genus vehiculi quo Belgæ præcipuè vtebantur. { φορεῖον. GALL. *Vne ſorte de chariot, comme vn chariot branſlant.* ITAL. *Foggia di carro* GERM. Ein ſonderbare gattung eines karren oder wagen. HISP. *Cierto genero de carro.* ANGL. *A ſort of chariot.* } Hadr. Iun. in Nomencl. *Petorritum.* duplicat r, vt ſyllaba longa fiat, ſicut apud Horatium *lib.* 1. *Serm.*

————atque caballi
Paſcendi, ducenda petorrita: nunc mihi curto
Ire licet mulo.

Idem *lib.* 2. *Epiſt.*

Eſſeda feſtinant pilenta, petorrita, naues.

Vide Gell. *cap.* 30. *lib.* 15. & Quintil. *cap.* 9. *lib.* 1.

Petoſiris, πετόσιρις, Ægyptius mathematicus inſignis, de quo Plin. *lib.* 7. *c.* 49. & *lib.* 1. *c.* 23.

PĔTRĂ, æ. { סלע *ſélah* צור *tſur.* πέτρα. GAL. *Pierre, caillou, roche ou rocher.* ITAL. *Pietra.* GERM. Ein fels. HISP. *Piedra* ANGL. *A rock.* } Propriè idem eſt quod rupes. Plin. *lib.* 10. *c.* 32. Gauiæ in petris nidificant. Accipitur nonnunquam pro lapide, vel ſaxo.

Petropium, petra apium, petroſelinum. id vide.

Pĕtrōsŭs, a, um, quod petris abundat. { πετρώδης. GALL. *Pierreux, caillonneux.* ITAL. *Pieno de pietre, ſaſſoſo.* GERM. Felßechtig / voll felſen vnd ſchrofen. HISP. *Pedroſo, coſa llena de piedras.* ANG. *Full of ſtones or rockes.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 27. Caprificorum laudantur maximè nigræ, & in petroſis.

Pĕtrĭcōsŭs, adiect. Idem Martial. *lib.* 5. per tranſlationem dixit,

Res petricoſa eſt Cotile bellus homo.

hoc eſt, difficilis, ſaxoſa & dura.

Petritus, idem quod petricoſus. Liuius Andronicus *in Odyſſea,* Celſóſque ocris armaque petrita, & mare magnum.

Petrones, Ruſtici dicti ſunt à veteribus, (inquit Feſtus) à petrarum aſperitate & duritia. Hinc Plautus petronem, veruecem duriorem eleganter dixit *in Capt. ſc.* 1. *a.* 4. Qui petroni, inquit, nomen indunt veruecí ſectario: Eum ego, ſi in via petronem publica conſpexero, Et Petronem & dominum reddam mortales miſerrimos.

Pĕtrā, πέτρα, Siciliæ oppidum prope Hyblam, cuius incolæ dicuntur Petrini: quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 8. Petra Sirenum, Lucaniæ promontorium eſt Sirenum olim inſidiis infame. Idem, Mineruæ promontorium appellat *lib.* 3. *c.* 5. Surrentum (inquit) cum promontorio Mineruæ, Sirenum quondam ſede. Meminit loci huius & Virg. *lib.* 5.

Iámque adeò ſcopulos Sirenum aduecta ſubibat
Difficiles quondam, multorúmque oſſibus albos.

Vbi multa de Sirenibus. ¶ Item Petra Strab. *lib.* 16. Arabiæ oppidum Nabathæorum metropolis: vnde ea pars Arabiæ, Petræa nuncupatur.

‖ Petrapium, petræ apium, petroſelinum. id vide. ‖

Pĕtrēæă, πετραία, pars Arabiæ, ita dicta à Petra Nabathæorum metropoli. Strab. *lib.* 16. ¶ Eſt etiam Petræa nympha Oceani & Tethyos filia, teſte Heſiodo *in Theogonia.*

Petreia, mulier dicebatur quæ pompam præcedens, in coloniis, aut municipiis imitabatur anum ebriam, quòd pedes in petris frequenter impingeret: quam & alij volunt ab agri vitio, ſcilicet petris appellatam. Feſtus.

Petrēĭŭs, Pompeianarum partium dux in Hiſpania, vnà cum Afranio à Cæſare victus, Cæſ. 2. *lib. bell. ciu.* & Lucan. *lib.* 4. ¶ Petreius Atinas, Cimbrico bello primipilus ſub Qu. Catulo fuit, qui quum legionem eam in qua ordines ducebat, reliquo exercitu interclusam videret, neque vellis adhortationibus Tribunum ſuum impellere poſſet, vt per hoſtium caſtra perrumperet, eum cunctantem occidit, legionémque ſaluam eduxit. Quo nomine etiam corona graminea donatus eſt.

‖ Petroburgum, *Peterborough*, vrbs Angliæ, in prouincia Cantuarienſi. Pſeudo epiſcopatum inſtituit Henricus VIII. Angliæ Rex. ‖

Pĕtrocŏrĭĭ, πετροκόριοι Ptolemæo, Populi Galliæ Aquitanicæ, Santonibus finitimi: quorum meminit & Plin. *lib.* 4. *c.* 19.

Petrĕlæum, πετρέλαιον. Bitumen eſt liquidum è ſaxis defluens Nomen habet ab oleo, non quòd reuera oleum ſit, ſed quòd liquida conſiſtentia ad olei ſimilitudinem accedat: tametſi colore magis ad nigredinem vergat.

Petrōnēs, vide *Petra.*

Petrōnĭă, πετρωνία. Nomen vxoris Vitellij, de qua apud Suetonium *in Vitellio.* ¶ Petronia item amnis in Tiberim defluens, qui inde nomen accepit, quòd per petras fluat: quam magiſtratus inauſpicatò tranſeunt, quum in campo quid agere volunt: quod genus auſpicij perenne vocant. Amnem autem fœmininè antiqui enuntiabant. Autor Feſtus.

Pĕtrōnĭŭs, πετρώνιος, Ægypti præfectus ſub Auguſto, qui Cornelio Gallo ſucceſſit. Geſſit bellum aduerſùs Æthiopes, quibus regina Candace imperitabat, virili quidem animo mulier, ſed altero capta oculo. Vide Strabonem *lib.* 17. ¶ Petronius Granius Centurio octauæ legionis ſub Cæſare bello Gallico, qui poſtea bello Africano Quæſtor deſignatus, quum nauis qua in prouinciam vehebatur, in Scipionis poteſtatem veniſſet, & cæteris interfectis, Quæſtori Scipio incolumitatem polliceretur, reſpondit Cæſarianos aliis incolumitatem dare, non accipere conſueuiſſe: quo dicto ſe gladio tranſuerberauit. Vide Plut. *in Cæſ.* ¶ Petronius item alius fuit, prænomine Lucius, qui quum P. Cælium, à quo ex humillima ſorte ad Equeſtrem dignitatem erat euectus, precibus adductus, Placentiæ occidiſſet, ſe quoque eadem dextra interemit. Autor Val. *lib.* 4. *de Amic.* ¶ Petronius pater Veſpaſiani Cæſaris. ¶ Petronius Perpenna, qui Conſtantinianas thermas in priſtinum ſplendorem reſtituit. ¶ Petronius Diodorus medicus, qui ſcripſit antilegomena, citatur teſtis à Plin. *lib.* 20. *cap.* 8. ¶ Petronius poëta, cuius nonnulla de medicina verſibus conſcripta, ad noſtram ætatem peruenerunt, vt ſcribit Volaterr. ¶ Petronius, πετρώνιος, vir Conſularis fuit Neronis tempore, qui moriturus principis inuidia, vt menſam eius exhæredaret, trullam murrhinam ccc. ſeſtertiis emptam confregit. Autor. Plin. *lib.* 37. *cap.* 2.

‖ Petrophyes. Per ſe eſt adiectiuum. πετροφυής, ὁ, ἡ, & τὸ πετροφυές, in petra naſcens. ſubſtantiuè ita dicitur ἀείζωον μικρὸν, ſedum ſeu ſempervivum minus. quia in petris, & in parietinis & maceriis, naſcitur. Dioſc. *lib.* 4. 85.

Pĕtrŏsĕlīnum, πετροσέλινον, quaſi apium petrinum, herba eſt ſatiuo apio multò maior, ſemine nigro, guſtu amaro: ita dicta quòd optimè in petris, hoc eſt, in rupibus proueniat, præſertim, in Macedonia vbi in crepidine rupium præcipuè naſcitur: vnde etiam Macedonicum à quibuſdam cognominatur. Vide Dioſc. *lib.* 3. *cap.* 75. & Plin. *lib.* 20. *cap.* 12. & Ruell. *lib.* 3. *cap.* 47.

PĔTŬLĀNS. Improbus, procax, contumelioſus, impudens. { עשׁוק *haſchók* זד *zedh.* ὑβριστής, ἀσελγής. GAL. *Qui touſiours pouſſe l'vn, ou frappe l'autre, effronté, petulant.* Item, *Iniurieux, mediſant, impudique.* ITAL. *Preſuntuoſo, sfaciato.* GER. Mutwillig / fräch / feig / geil / vnuerſchampt. HISP. *De ſuergonçado, y perdigueño.* ANG. *VVanto dishoneſt, ſaucie.* } Cicero 2. *de Orat.* Illud aſſequor, vt ſiquis mihi fortè maledicat, petulans, aut planè inſanus mihi eſſe videatur. Idem *in Saluſt.* Deſine bonos petulantiſſima inſectari lingua. Gell. *cap.* 20. *lib.* 17. Animalia petulantia ad imitandum. Et Velleius, Petulantis conuicij Iudicium in hiſtrionem ex alto redditur. ¶ Quandoque accipitur pro libidinoſo, impuro. Cic. *in Parad.* Lapſa eſt libido in muliere ignota, dolor ad pauciores pertinet, quàm ſi petulans fuiſſet in aliqua nobili virgine.

Pĕtŭlāntĭă, æ, eſt laſciuia, ſiue effrænatio immodica ad quodlibet vitium, à petendo dicta. { עשׁק *haſchek* זדון *zadhón* חמס *chamás.* ὕβρις, ἀσέλγεια.

τία. GAL. *Malice effrontée, mauuaiſtié eshontée petulance.* ITAL. *Sfacciatezza, preſuntione.* GERM. Mutwil/frächheit/feige/geilheit. HISP. *Aquella deſuerguenca, laſciuia demaſiada.* ANGL. *VVantonneſſe, diſhoneſtlie, ſawcineſſe.* } Cic *in Cat. maiore*, Vt petulantia, & libido magis eſt adoleſcentium, quàm ſenum, nec tamen omnium adoleſcentium, ſed non proborum. Gell. *c.* 3. *lib.* 3. Petulantias dictorum diluere. Senec. *c.* 17. *de conſ. ad Helu.* In tanta fœminarum petulantia, ruſtica eius modeſtia. Plaut. *Men. ſc.* 1. *a.* 5. Da quod bibam tuam qui poſſim perpeti petulantiam. ¶ Dicitur quoque de pecudibus. Colum. *lib.* 7. *c.* 6. Quoniam cornuti ferè pernicioſi ſunt, propter petulantiam. Et de arborum ramis. Plin. *lib.* 16. *c.* 30. Præcipuéque domibus experitur ramorum petulantia. Et de morbis. Gell. *lib.* 12. *c.* 3. Itaque vidiſtis philoſophum ratione decreti ſui nixum, cum petulantia morbi, doloriſque exultantia colluctantem. Dicitur autem petulantia, autore Cic. *lib.* 4. *de Republ.* à petendo, vt procacitas a procando, id eſt, paſcendo nominata eſt.

Pĕtŭlānter, aduerbium, Impròbè, procaciter, laſciuè. { ὑβϱιστικῶς, ἀσελγῶς. GALL. *Effrontément, impudiquement.* ITAL. *Sfacciatamente, diſhoneſtamente* GERM. Mutwilliglich/gantz frächer vnd vnuerſchämpter weiß HISP. *Deſuergonçadamente.* ANG. *VVantontlie ſawceli, impudentlie* } Cic. *ad Attic. lib.* 2. Diphilus Tragœdus in noſtrum Pompeium petulanter inuectus eſt. Ouid. *in Epiſtola Paridis ad Helenam.*

Quinetiam vt poſſem verbis petulantius vti,
Non ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi.

Pĕtŭlcus, Laſciuus, petulans. { סורר *ſorér.* ἀσελγής. GALL. *Laſcif, effronté* ITAL. *Laſciuo.* GERM. Geil/mutwillig/frech/gumppig HISP. *Loçano ò retoçon* ANGL. *VVanton, laſciuious, euer hurting.* } Virg. 4. *Georg.* Hœdique petulci, id eſt, laſciui, exultantes, vt ait Seruius. Col. *lib.* 7. *c.* 3. Itaque capri, vel arietis petulci ſæuitiam paſtores hac aſtutia repellunt. Hinc meretrices quoque petulcas veteres dixerunt, à petendo.

Pĕtūſcum palatij, dicta eſt ea regio Vrbis quam Romulus obuerſam poſuit ei parti in qua plurimum erat agri Romani ad mare versùs: quia molliſſimè inde adibatur Vrbs quum Hetruſcorum agrum à Romano Tiberis diſcluderet, cæteræ vicinæ ciuitates colles aliquos haberent oppoſitos. Feſtus.

‖ Peczion, pellis. Nicet. L. g. b. ‖

Peūcē, πεύκη, Parua eſt inſula in vno oſtiorum Iſtri, quod ab illa Peuces appellatur, teſte Plin. *lib.* 4. *c.* 12. & Lucan. *lib.* 12. & barbara Cone Sarmaticas vbi perdit aquas, ſparſámque profundo Multifidi Peuzen vnum caput abluit Iſtri. Valer. Flac. *lib.* 8. Danubij viridémque vident ante oſtia Peucen.

Pēucĕdănum, Plinio, ſiue Peucedanus, πευκέδανος Dioſcoridi, herba eſt tenui caule & oblongo, fœniculóque non diſſimili, iuxta terram folioſo, radice nigra & craſſa, odore graui Nomen inuenit à pinu, cuius folia imitantur, quemadmodum myrtidanum à myrto: vnde & pinaſtellum nonnulli ex recentioribus appellarunt. Vulgus *Caudam ſuillam* appellat. GER. Harſtrang/quia folia ſunt vt pili. etiam Schwefel wurtzel/ quia è radice fit ſuccus flauus, qui colore ſulphur refert.

Peucinus, a, um, πεύκινος, ινη, ινον, piceus.

Peuſis. πεῦσις interrogatio, à πεύθομαι interrogo, vſitatius eſt πυνθάνομαι.

Peŭcĕtĭā, πευκετία, Peninſula eſt in finibus Italiæ, aliis nominibus Calabria & Meſſapia dicta. Autor Plin. *lib.* 3. *c.* 5.

Pĕxātŭs, vide *Pecto.* Martial. *lib.* 2.

Pexatus pulchrè, rides mea Zoile trita.

Pezitæ, πεζῖται, fungi qui ſine radice, aut pediculo naſcuntur, quaſi pedeſtres. { ITAL. *Prugnoti.* GAL. *Mouſſerons* HISP. *Fungos.* } Plin. *lib.* 19. *cap.* 3. Dicti quòd non tollant ſeſe altiùs à terra. πεζὸς enim à Græcis dicitur qui pedibus iter facit: vnde etiam calculi illi quos in latrunculorum ludo pedites vocamus, à Græcis vocantur πεζοί.

P H

Phabiranum, φαβίϱανον, apud Ptol. *lib.* 2. Germaniæ vrbs eſt in climate Septentrionali ſita. Qui Ptolemæum poſtremò recognouerunt, ex longitudine & latitudine ſitus coniiciunt eam eſſe vrbem quam hodie vocant Bremen

Phăcĭōn, φάκιον, Theſſaliæ oppidum, apud Thucyd. *lib.* 4.

‖ Phacoïdes, herbæ genus. Phacos, φακὸς, lens. ‖

Phacullà. Ioan. Meurſ. in Gloſſ. Græcob. φακόλιον, ſiue φάκωλος phacullà, marſurpium vber.

Phæaces, φαίακες, populi fuerunt Corcyræ: vnde & Corcyra Phæacia dicta eſt: quæ eſt inſula in oſtio maris Adriatici. Hodie vocant. *Corphu.* Scribitur cum æ diphthongo. Nominatiuus ſingularis eſt Phæax. Horat. *lib.* 1. *Epigr.*

Pinguis vt inde domum poſſis Phæáxque reuerti.

Phæacem verò figuratè dixit pro homine nitido, ventríque ac gulæ dedito, quales in Phæacia, hoc eſt, Corcyra eſſe ſolent: de quibus ſic ait idem Horat *Epiſt lib* 1.

Queis pulchrum fuit in medio dormire dies, &
Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam.

Phæacum, ciuitas eſt in planitie Phæaciæ inſulæ, quæ ab vtraque parte habet duos editiſſimos vertices, in quibus adhuc ſunt arces.

Phæācĭūs, a, um, φαιάκιος, & Phæacus, ca, cum, vna ſyllaba minus. Propert. *lib.* 3.

Nec mea Phæacas æquant pomaria ſyluas.

Phæcăſĭūs, calcei genus: vnde Phæcaſiatos ſacerdotes & deos vocamus. Seneca *ad Lucilium*, Si quem palliatum, aut Phæcaſiatum conſpexeris.

Phædōn, φαίδων, Athenienſis, in conuiuio à triginta Athenienſium tyrannis necatus fuit: cuius filiæ virgines quum aduersùs quorundam vim pudicitiam alioqui illibatam ſeruare non poſſent, inuicem ſe complexæ, in puteum deſilientes necem ſibi conſciuerunt. ¶ Fuit & alter hoc nomine philoſophus Elidenſis, Socratis auditor, ingenio liberali. Qui (vt quidam ſcripſerunt) ſeruiuit lenoni perinde quaſi meritorius puer, quæſtuariúmque mancipium. Eum Cebes Socraticus emiſſe dicitur, habuiſſéque in philoſophorum diſciplinis. Atque is poſtea philoſophus illuſtris fuit, cuius nomini Plato librum de Inmortalitate animorum inſcripſit, qui etiam ab eius nomine Phædon inſcribitur.

Phædră, φαίδϱα, Minois Cretenſium regis filia fuit, & vxor Theſei, quæ amore Hippolyti priuigni capta, quum ipſum adducere non potuiſſet, vt paternum thalamum conſpurcaret, apud patrem eum detulit, tanquam ſtuprum ſibi inferre voluiſſet. Reliqua vide in dictione *Hippolytus.*

Phædrus, nomen amantis, apud Plaut. *in Curcul.*

Phædrus, φαῖδϱος, vnus ex diſcipulis Platonis cui Plato inſcripſit librum, qui ab eius nomine dicitur Phædrus.

Phædĭmā, Otranis nobilis Perſæ filia, primùm Cambyſis regis, eóque mortuo, Smerdis Magi concubina, quæ prima deprehendit, non Smerdim Cyri filium, vti populus credebat, ſed Magum imperare. Qua re commota Perſarum nobilitas Smerdim in regia trucidauit, Dariúmque equi hinnitu (vt inter eos conuenerat) regem declaratum, in illius locum ſubſtituunt. Autor Herodor. *lib.* 4.

Phæniana, apud Ptol. *lib.* 2. *c.* 12 Rhetiæ vrbs, alio nomine Phebiana caſtra, vulgò hodie *Bebenhuſium.*

‖ Phæninda, φαινίνδα, luſus, cùm pila alicui φαίνεται, ſed non ad eum, verùm aliò mittatur, vt exſpectans decipiatur. ‖

Phænolium, φαινόλιον. parua penula Vide Meurſ. Gloſſ. Græcob.

Phænomeris, φαινομηϱὶς, quæ φαίνει μηϱοὺς, i. e. femora oſtendit, vt Lacænæ mulieres incedebant.

Phæſtum, φαιστὸς, vrbs in Creta, à qua Phæſtius φαίστιος, Epimenides dictus eſt, quem adiutorem condendis legibus Solonis fuiſſe tradit Plutarchus, inclytum vaticinio, & rerum diuinarum peritia.

Phæſtus, φαιστὸς, mons, ſeu promontorium Cretæ, circa Gortynam vrbem, ciuitatem habens eiuſdem nominis. Sed nomen ciuitatis fœminini generis eſt, montis maſculini. Strabo *lib.* 10. ¶ Phæſtus, φαιστὸς, fuit, teſte Homer. 5. *Iliad.* Bori Mæonij filius, ſiue Lydij, qui quum veniſſet Troianis auxilio, ab Idomeneo interfectus eſt.

Phăĕthōn, φαέθων, Ligurum rex fuit vetuſtiſſimus, cuius multæ in Hetruſco littore coloniæ fuerunt, vt Cato eſt autor in Originibus. ¶ Phaëthon, φαέθων, Solis filius ex Clymene: qui quum à patre impetraſſet, vt vno die currus ſui habenas ſibi permitteret, aurigandíque imperitus, cælum & terram combureret, à Ioue fulmine è curru excuſſus, in Padum fluuium decidit. Dictus Phaëthon ἀπὸ τοῦ φάους, hoc eſt, à luce, & αἴθω, vro: vnde & pro Sole accipitur. Virg. 5. *Æneid.*

Auroram Phaëthontis equi iam luce vehebant.

Suet *in Calig. c.* 11. Phaëthontem orbi terrarum educare. (i. perniciem, ſiue pernicioſum Incendiarium.

Phăĕthŏntĭădĕs, φαεθοντιάδες. Clymenes & Solis filiæ dicuntur ſorores Phaëthontis, quæ dum extinctum fratrem flerent, conuerſæ ſunt in alnos arbores, vt ait Virg. 6. *Eclog.* & 10. *Æneid.* in populos.

Phăĕthūſă, φαέθουσα, fuit vna ex filiabus Solis ex Neæra nympha, & ſoror Lampetiæ, quæ in Sicilia, patris ſui, id eſt, Solis armenta cuſtodiebant: è quibus Soli ſacris ſocij Vlyſſis contra Circes monita deguſtâtes, naufragium fecerunt, vt *lib.* 12. *Odyſſ.* fabulatur Homerus. Ouid. 2. *Metam.* Phaëthuſam & Lampetien Solis & Clymenes filias fuiſſe tradit, & ſorores Phaëthontis, quæ quum fratrem fulmine percuſſum ſupra modum lugerent, ad Eridani ripam in arbores conuerſæ ſunt, quæ lacrymarum loco electrum exſudant.

Phăgĕdænă, æ, cum diphthongo in penult. (nam Græcè φαγέδαινα, ſcribitur, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, hoc eſt, ab edendo.) ANGL. *A running canher or pock which shortlie eateth the fleshe.* } Exulceratio vſque ad oſſa celeriter depaſcens, cum inflammatione ſaniem malè olentem emittens, & ad mortem perducens. Autor Iullius Pollux. Plin. *lib* 20. *c* 4. Vlcera quæ phagedænas vocant, folia & radix recens cum melle ſanant. Columella quoque *lib.* 9. *c.* 12. Phagedænam inter apum morbos numerat, quum ſcilicet ceræ partes vacuæ computreſcunt, & ſerpente latiùs vitio, ipſæ quoque apes intereunt. Sæpè etiam (inquit) vitio quod Græci φαγέδαιναν vocant, intereunt.

Phagedænicus, a, um, adiectiuum. ad phagedænam pertinens. Plin. *lib.* 24. *c.* 4. Condylomatis quæ phagedænica vocantur.

Phager, piſcis. Plin. *lib.* 32. *c.* 11. 15 eſt φάγϱος.

Phageſia, φαγήσια & φαγησιπόσια, feſtum, ab edendi & bibendi luxuria.

Phago, φάγων. Incredibilis edacitatis homo fuit, quem Flauius Vopiſcus in Aureliano tradit, menſæ Imperatoris adhibitum, aprum integrum, centum panes, veruecem, & porcellum vno die ediſſe, bibiſſéque vini orcam. GERM. Ein fraſs.

Phagus, vide *Fagus.*

Phălăcrŏcŏrāx, Aquaticus coruus. { φαλακϱοκόϱαξ. GALL. *Cormorant ou corbeau peſcheret.* ITAL. *Coruo aquatico.* GER. Ein waſſer raab/etlich nennen diſen vogel ein Schwemmerganß HISP. *El cueruo caluo.* ANG. *A watter crow or cormorant.* } Plin *lib.* 10. *c.* 48. Iam & in Gallia Hiſpaniáque, & per Alpes etiam, vbi & Phalacrocoraces, aues, Balearium inſularum peculiares.

Phălăcrŏn, { φαλακϱόν. GAL. *Chauue.* ITAL. & HISP. *Caluo.* GERM. Kal/glatzechtig. ANGL. *Balde.* } Græci caluum dicunt. Hinc corui aquatici phalacrocoraces dicuntur, Balearibus inſulis peculiares, vt inquit Plin, *lib.* 10. *c.* 48. ¶ A Græcis etiam loca nuda, nullis herbis, aut plantis veſtita, phalacræ, φαλάκϱαι appellantur: quæ à Columella vocantur glabreta. Vnde etiam Corcyræ inſulæ promontorium quoddam phalacron appellatur, teſte Plin. *lib.* 4 *cap.* 11. ¶ Præterea Idæ montis iuga Phalacras vocari tradit Stephanus, eo quòd ob niuis copiam qua in multam vſque ætatem tecta ſunt, ſtirpem nullam gignant, iíſque veluti capillamentis orbata, calua videantur.

Phălæ, vel, vt alij ſcribunt, Falæ, Dictæ ſunt turres ligneæ, teſte Nonio, quæ ſpectaculorum gratia erigebantur. Feſtus. Phalæ, ligneæ turres ſunt, ob altitudinem dictæ, à falando quod apud Hetruſcos ſignificat cælum. Ennius, Malos diffindunt, fiunt tabulata, phalæque.

Phălæcĭum carmen, φαλαίκιον μέτϱον, à Phalæco inuentore nomen accepit. Alio nomine dicitur Hendecaſyllabum, à numero ſcilicet ſyllabarum. Conſtat ſpondeo, dactylo, & tribus trochæis. In prima tamen ſede pro ſpondeo modò trochæus legitur, modò iambus.

PHĂLANGÆ, { φάλαγγες. GALL. *Rouleaux qu'on met ſous les nauires, pour les tirer à l'eau ou à bord.* ITAL. *Stanca* GERM. Hebel walen oder wellen/ auff welchen man ein laſt tregt oder walet. HISP. *Las palanças.* ANGL. *Rollers which is put vnder shipes to roll to the ſea or frome the ſea.* } Sunt quibus baiuli ferendis oneribus vtuntur, quæ σκυτοφόϱα Plato appellat, Plin. *lib.* 4 *c.* 56. Phalangæ, fuſtes ſunt nodis carentes, quibus Afri

prælium contra Ægyptios primi fecerant. Iul. Pollux, Phalanges, inquit, siue phalangæ dicuntur ligna quibus subiectis naues trahi solent. Scribit Herodotus Æthiopas vicenos dentes elephantorum grandes, & è materia hebeni centenas phalangas, tertio quoque anno tributi vice regibus pendere solitos. Nonius abiecta aspiratione vocat palaugas. Palangæ (inquit) dicuntur fustes teretes, qui nauibus subiiciuntur, quum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad littora subducuntur: vnde etiam nunc palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transuehunt. Varr. *lib. 4. de vita pop. Rom.* Quum pœnus in fretum obuiam venisset nostris, & quosdam cepisset, crudelissimè pro palangis carinis subiecerat, quo metu debilitaret nostros. Cæs. *lib. 2. de bell. ciu.* Opus machinatione nauali, phalangis, ad turrim admouent. Hinc etiam Latini formauerunt verbum Palango, as, quod est, onus aliquod huiusmodi fustibus transueho. Afranius, Et capream vnam semilaceram quaterni simul palangabant.

Phalangarcha, φαλαγγάρχης, qui phalangæ præest: cuius munus φαλαγγαρχία.

Phălangārĭi, φαλαγγῖται, appellati sunt milites qui erant in phalange, quales habuit ad imitationem Alexandri Magni Alexander Seuerus Romanorum Imperator, vt autor est Lampridius. ¶ Sunt etiam phalangarij (vt quibusdam placet) qui onera fustibus transuehunt: sed in hac significatione, apud Nonium legimus phalangarios sine aspiratione.

Phălāngītēs, φαλαγγίτης, herbæ nomen est, quæ alio nomine phalangium dicitur, à nonnullis etiam leucanthemon. Plin. *lib. 27. cap. 12.* etiam ab effectu eam nomen accepisse ostendit, quòd phalangiorum morsibus medeatur: quod & ipsum apertè testatur Ægineta, φαλαγγίτης, inquiens, ὀνόμασται μὲν ἀπὸ τοῦ τοῖς φαλαγγιοδήκτοις βοηθεῖν.

Phălāngĭum, ij. {φαλάγγιον. GALL. *Vne sorte d'araigne, de laquelle la morsure est venimeuse & dangereuse.* ITAL. *Sorte di ragno.* GERM. Ein gattung einer großen spinnen/so in einem jeden füßlin drey gleych hatt. HISP. *El araña ponçoñosa.* ANGL. *A kind of spidder wheis bite is venimous.*} Genus aranei: ita dictum quòd internodia terna habeat in cruribus, φάλαγξ enim Græcis propriè digitorum internodium dicitur. Plin. *lib. 29 cap. 4.* Phalangium est Italiæ ignotum, & plurium generum: vnum simile formicæ, sed multò magis rufo capite, reliqua corporis parte nigra, albis intercursantibus respersum guttis. Reliqua phalangiorum genera vide ibidem. ¶ Est item phalangium herbæ nomen, quæ & alio nomine phalangites dicitur. vide Plin. *lib. 27. c. 12.* & suprà in dictione *Phalangites.*

Phalangosis, φαλάγγωσις, oculi affectio quædam, cùm cilium intrò spectat, pilorum acie simul cum eo inuersa.

Phălāntūs, φάλανθος, Lacon quidam fuit, de quo hæc tradit Seruius *lib. 3. Æneid.* Quum olim Lacones & Athenienses diu inter se bella tractarent, & quum vtraque pars affligeretur, Lacones quibus iuuentus deerat præceperunt vt virgines cum quibuscunque concumberent: quod & factum est. Sedatis autem bellis, iuuenes incertis parentibus nati, quum & patriæ & sibi essent opprobrio (nam Partheniatæ dicebantur) accepto duce Phalanto, octauo ab Hercule, patriam reliquerunt, delatique ad breue oppidum Calabriæ, quod Taros Neptuni filius condiderat, id auxerunt, & prisco nomine Tarentum appellauerunt. Hæc ille. Eadem ferè commemorat Acron. in illud Horatij *lib. 2. Carm. Ode 6.*

Dulce pellitis ouibus Galesi
Flumen, & regnata petam Laconi
Rura Phalanto.

¶ Hinc Phalanteus, a, um.

Phălānx, gis. {מצב matsſáb. φάλαγξ. GALL. *Armée Macedonique de huict mille hommes de pied armez.* ITAL. *Squadra.* GERM. Ein gar dicke vnnd enge schlachtordnung von acht tausent kriegs knechten. HISP. *Gente de pie puesta en ordenança.* ANG. *An armie of Macedonia of eight thousand armed footemen.*} Dictio Macedonica, qua non propriè legio, sed quadrata acies, & cuneus militaris intelligitur, quando scilicet pes pedi, clypeus clypeo, vir viro in acie conserebatur. Continebat autem octo millia armatorum. Et hoc quidem peculiare fuit Macedonum institutum, vt autor Liu. *lib. 8. ab Vrbe*, quum ait, Et quod antea inquit phalanges similes Macedonis, hoc postea manipulatim instructa acies cœpit esse. Curtius, Macedones phalangem vocant peditum stabile agmen, vbi vir viro, armis arma conserta sunt. Cæs. *1. bell. Gall.* Milites nostri è loco superiore pilis missis, facilè hostium phalangem perfregerunt. In quo Cæsaris exemplo proculdubio accipitur phalanx pro armorum connexione, atque testudine, siue pro armorum ordine, quo perfracto maximè hostibus noceri potest. Hinc per translationem illud à Satyrico poëta dictum, *— iunctaque vmbone phalanges.* ¶ Item phalanx, est regula continens lances, id est libram. ¶ Phalanx item Aristoteli genus aranei est, quod & phalangium, φαλάγγιον, dicitur. ¶ Item phalanges dicuntur digitorum internodia, teste Galeno *in tractatu de ossibus*, cuius verba placuit Latinè verti, inter digitos & carpon, ossa quæ ad eos tendunt, & palmam explent, μετακάρπιον appellant: idque carpo per synarthrosin, aut priori digitorum phalangi, scytalidive (sic enim variè à nonnullis digitorum ossa nominantur) per diarthrosin alligatur.

Phălāngitæ, arum, dicuntur Milites ex phalange, φαλαγγῖται. Liu. *lib. 37.* Decem millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitæ appellabantur.

Phalangarij, appellati sunt milites qui erant in phalange, quales habuit ad imitationem Alexandri Magni Alexander Seuerus Romanorum Imperator, vt autor est Lampridius.

Phalara, φάλαρα, ciuitas in sinu Maleaco non procul à Sperchij fluminis ostio Plin. *lib. 4. cap. 7.*

Phălārĭcă, æ, φαλαρική, genus est teli ad modum hastæ, valido præfixum ferro, quod in longitudine habet pedes tres, vt totum cum armis corpus transfigat: inter cuius tubam & hastile sulphur, resina, bitumen, stuppa conuoluuntur infuso oleo, quod incendiarium vocant: deinde ballistæ impetu emissa, prærupto munimine ardens, figitur ligno, turritamque machinam incendit. Est autem magna, & parua phalarica. Vnde Lucanus dixit phalaricam neruis mitti tortilibus. Virg. verò *lib. 9.* Turnum manu iaculari potuisse phalaricam ostendit. Sed magnum (inquit) stridens contorta phalarica venit Fulminis acta modo. Dicta est autem phalarica, teste Seruio, quòd ea vtantur phalarum, hoc est, turrium propugnatores: siue, vt Vegetio placet, quòd turritæ machinæ ea incendantur. Phalaricæ descriptio est apud Liuium *lib. 1. dec. 3.* Vide de hac machina plura apud Seruium in locum Virgilij iam citatum. Item Gell. *cap. 25. lib. 10.*

Phălāris φάλαρις, nomen proprium Agrigentinorum regis crudelissimi: qui præter cætera nouorum suppliciorum instrumenta, taurum habuit æneum, Perilli arte fabricatum, in quem immissi damnati, ignéque subiecto, bouis mugitum edebant: cuius muneris nomine quum artifex non leue munus speraret, iussu Tyranni in taurum coniectus, primum artis suæ specimen præbuit. Ipse quoque Phalaris, quum nimia eius atrocitas vlterius ferri non posset, facto in eum vniuersorum ciuium impetu correptus, ei ipsi tauro quo alios exusserat, inclusus, viuus crematus est. Cic. *lib. 2. Offic.* Phalaridis præter cæteros nobilitata crudelitas, qui non ex insidijs interiit, vt is, quem modò dixi, Alexander: non à paucis, vt hic noster, sed in quem vniuersa Agrigentinorum multitudo impetum fecit. Ouid. *in Ibin,*

Vtque ferox Phalaris lingua prius ense resecta,
More bouis Phario clausus in ære gemas.

¶ Est præterea phalaris auis quædam ex genere amphibiorum, in Seleucia Parthorum, & parte quadam minoris Asiæ præcipuè nascens. Varr. *3. de re rust. c 11.* Sunt item non dissimilia alia genera: vt querquedulæ, phalarides, sic perdices, quæ (vt Archelaus scribit) audita voce maris concipiunt. Apud Plin. tamen *lib. 10. c. 48.* & Colum. *lib. 8. cap. 15.* legimus phalerides per secundam vocalem in antepenultima, quo pacto etiam apud Varr. legendum suspicantur. ¶ Item herba, quæ tyrsum habet longum, tenuem ceu calamum, in summo flore inclinatum: semen simile sesamæ. Plin. *lib. 27. cap. 12.*

Phălārīsmŭs, mi, φαλαρισμὸς, Phalaridis tyrannis, vel eius imitatio, hoc est, summa crudelitas.

PHĂLĒRĂ, orum, φάληρα, τὰ, Portus Atheniensium, quinque millium passuum muro vrbi coniunctus. Hinc ortus traditur Demetrius philosophus, Phalereus à patria cognominatus. Apud Græcos, teste Steph. indifferenter effertur, φάληρον οὐδετέρως, & φάληρος θηλυθεωτικῶς.

Phălērēus, φαληρεὺς, Gentile nomen est à Phaleris Atheniensium portu deductum. Quo cognomento etiam dictus est Demetrius philosophus, Phanostrati filius, & Theophrasti auditor, qui quum à Cassandro Macedonum principe Athenis esset præfectus, non modò popularem non destruxit potentiam, sed etiam melioribus institutis reformauit. Verùm tantùm inuidia valuit, vt post Cassandri obitum in Ægyptum fugere coactus sit: quo tempore eius inimici statuas eius plures trecentis disiectas conflauere. Tandem morsu aspidis periit quum multa apud Ptolemæum in calamitoso otio scripsisset. Vide Strab. *lib. 9.*

PHĂLĔRÆ, phalerarum. {φάλαρα. GAL. *Bardes de cheuaux.* ITAL. *Ornamenti de caualli* GERM. Allerley roßzierden. HISP. *Los jaezes de cauallo.* ANG. *Horse trappers.*} Ornamenta equorum, ἀπὸ τοῦ φαλὸς Græco adiectiuo, quod significat illustre. Virg. *lib. 6. Æneid.*

Primus equum phaleris insignem victor habeto.

Non tamen sola equorum ornamenta phaleræ dicuntur, sed nonnunquam etiam equitum & virorum nobilium. vnde Liu. *lib. 9. ab Vrbe* tradit, comitia Ædilitia Cn. Flauij Scribæ tantum habuisse indignitatis, vt plerique nobilium aureos annulos, & phaleras deponerent.

Phălĕrātŭs, a, um, Phaleris ornatus. {φαλαρωτός. GALL. *Bardé.* ITAL. *Bardato.* GERM. Köstlich vnnd zierlich behenckt vnnd angelegt. HISP *Ornado de jaezes* ANGL. *Barded.*} Suet. *in Claud.* Crassus Frugi equo phalerato, & in veste palmata. Idem Suet. *in Calig c. 19.* ¶ Per translationem item phaleratum appellamus quod fucatum est, & ad speciem ornatum: metaphora ducta ab equis venalibus, qui vt cariùs vendantur, phaleris solent exornari. Sic Terent. *in Phorm.* Phalerata dicta poluit pro ornatis, comptis, & fucatis.

Phălĕrĭdēs, aues sunt ex genere natantium, in Seleucia Parthorum, quodam Asiæ tractu præcipuè nascentes, teste Plinio *lib. 10. c. 48.* Colum. *lib. 8. c. 15.* Clausæ pascuntur anates, querquedulæ, boscides, phalerides, similésque volucres, quæ stagna, & paludes rimantur.

Phălērĭum, φαλέριον, vrbs Hetruriæ. Inde Phalerius, ria, rium. Steph.

Phălīscī, φαλίσκοι, populi Hetruriæ, quorum oppidum Phalerij vocabatur. Sunt qui arbitrantur Phaliscos esse, qui eam Hetruriæ partem inhabitant, vbi situm est oppidum quod hodie corrupto nomine *Montem Flasconem* vocant, quum potiùs montem Phaliscum dicere debeamus.

‖ Phallophorus, qui phallum fert. ‖

Phallophoria, φαλλοφόρια, sacra ab Iside instituta, in quibus imago αἰδοίου gestabatur; quòd, cùm cadauer Osiridis inuenisset, ex omnibus membris illud solùm desideratum fuerit; vtpote in mare statim abiectum post illius cædem. Plutarch de Iside & Osiride, Lactant *lib. 1. c. 21.*

‖ Phallonitroboli, potoria vasa ex vitro propriè (licèt inde & ex alia materia) oblonga, & instar priapi. apud Iul. Capitolinum in Pertinace. ‖

Phallus, φαλλὸς, videtur generaliter fuisse lignum, mediocriter longum, quod decorticatum, atque ita album, factum portari solet, vt fustis, palanga, sudes.

Phalora, φαλώρη. Vrbs Thessaliæ. Inde Phalorensis, φαλωρεὺς. Steph.

‖ Phalus, φάλος, conus galeæ. ex eo, quia splendidus φαλὸς, à φάω.

Phānæus, φαναῖος, *Capo mastico*, Promontorium in Chio insula, optimo vino nobilissimum. Autor Seruius in illud Virg. *2. Georg.*

Sunt etiam Amminea vites firmissima vina,
Tmolus & assurgit quibus & rex ipse Phanæus.

Phānātĭcŭs, i, dicitur, qui diuino numine afflatus est, & cui percito furore multæ vanæ apparitiones, & ludibria fiunt: qualem insanientem Aiacem fuisse poëtæ ferunt, quum in pecora sæuiret, Agamemnonem se & Vlyssem occidere ratus. {משגע meschughghab. ἔνθεος, ἐνθουσιαστής. GAL. *Furieux.* ITAL. *Furioso.* GERM. Ein schwirmer/von einem schwindelgeist besässen/ein vnsinniger. HISP. *Loco, furioso.* ANGL. *He that hath vaine visions.*} Cic. *pro domo sua*, Quid tibi necesse fuit anili superstitione homo phanatice, sacrificium quod alienæ domi fieret, inuisere? Hunc morbum, phanaticum errorem vocat Horat. *de Arte*, Aut Phanaticus error, & iracunda Diana.

‖ Phancillæ,

‖ Phancillæ, fasces. Varro. ‖

Phānēs, φανὴς, vir fuit Halicarnasseus, qui Cambysæ Persarum regi aduersus Ægyptios bellum molienti, se ducem itineris præbuit, exercitúmque eius citra periculum per Arabiam in Ægyptum duxit. Autor Herod. *lib.* 3. ¶ Phanes etiam à Græcis dicitur Sol, ἀπὸ τοῦ φαίνειν, hoc est, à lucendo.

Phānēsĭī, φανήσιοι. Populi in insulis Oceani Septentrionalibus, qui (vt Solinus ait) habent aures adeò effusas, vt reliqua viscera contegant illis.

Phaneta, φάνητα, Sol dicitur, quia quotidie renouat sese: ἐπειδὴ φαίνεται καινὴ, id est, quoniam apparet nouus.

Phānīās, φανίας. GAL. *Pauure.* ITAL. *Colui che è pouero.* GERM. Rümßler/ der sich reichtumbs berümpt das er nit hatt. HISP. *Pobre.* ANG. *Poore.* A Græcis dicitur qui tenuis fortunæ quum sit, summas tamen diuitias iactat & simulat, tractum à Phania quodam eius ingenij homine. ¶ Fuit etiam hoc nomine Appij Pulcri libertus.

PHANTASIA, æ, Visum, imago rerum animo insidentium. יצר *jétser.* φαντασία. GAL. *Phantasie, vision.* ITAL. *Fantasia, imaginatione.* GERM. Ein gesicht/ein einbildung oder phantasey. HISP. *Imaginacion.* ANG. *Fantasie.* Cic. 1. *Acad.* In qua primum de sensibus ipsis quædam dixi noua, quos iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille phantasiam, nos visum appellemus licet. Idem Cassio *lib.* 15. Qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. Phantasiæ visiones, &c. de iis Quintilian.

Phantăsma, atis. חזיון *chizzajón.* φάντασμα. GAL. *Phantosme, vision.* ITAL. *Fantasma.* GERM. Ein falsch gesicht oder erscheinung. HISP. *Imaginacion falsa, vision fantastica.* ANGL. *A vision.* Est visum, vt inquit Macrobius, cùm inter vigiliam & altam quietem in quadam, vt aiunt, primi somni nebula adhuc vigilare se existimans, qui dormire vix cœpit, aspicere videtur irruentes in se; vel passim vagantes formas à natura, seu magnitudine, seu specie discrepantes: variásque tempestates rerum vel lætas, vel turbulentas. Differt à phantasia, inquit Suidas, quòd Phantasma est imaginatio, vel visio eius quod non est: phantasia autem eius solùm quod est.

Phantasticus, a, um, φανταστικός, ή, όν, habens vim imaginandi, quod potest concipere visiones, quasi imaginatiuum. ¶ Est etiam imaginarius, inanis sicut φανταστὸν est, quod concipi potest, tanquam imaginabile dicamus. φανταστικῶς, est per modum imaginationis.

Phānum, i, Templum, quia φανερὸν, apertum & manifestum significat, & omnibus adeuntibus aperta sunt templa. בית *báyith* היכל *heehál* במה *bamáh.* ναός. GALL. *Temple.* ITAL. *Tempio, chiesa.* GERM. Ein tempel oder kirch. HISP. *Templo.* ANGL. *A churche or temple.* Cic. 3 *de finibus.* Nam vt peccatum est patriam prodere, parentes violare, phana depeculiari, quæ sunt in effectu, &c. Cæsar 1. *bell. ciuil.* Pecuniæ à municipiis exiguntur, & è phanis tolluntur. Alij fanum, & quidem rectiùs scribunt.

Phāōn, φάων, Iuuenis Lesbius fuit formosissimus, à Sappho poëtria perditissimè adamatus. Extat apud Ouid. *Epist. Sapphus ad Phaonem.* De Phaone Lesbio, vide Ælian. Meminit eius Plaut.

Pharæ φαραὶ, numero plurali. Vrbs est, teste Plin. *lib.* 4. *c.* 12. Cretæ mediterranea, à Messenis condita.

Phărăōnēs, פרעה *pharhóh.* φαραῶνες. appellantur Ægypitij reges, quod cognomen fuit dignitatis, vt scribit Euseb. Ægyptiorum enim lingua Pharaon regem significat, vt docet Ioseph. *lib.* 8. *Antiq.* Ita quum primùm perueniebant ad imperium, hoc nomen accipiebant.

PHĂRĔTRĂ, æ, sagittarum theca. אשפה *aschpáh.* φαρέτρα. GALL. *Vne trousse de flesches ou carquois.* ITAL. *Turcasso, faretra.* GERM. Ein kocher. HISP. *Carcax ò aljaua.* ANG. *A quiuer of arrowes.* Virg. 1. *Æneid.*

Succinctam pharetra, & maculosa tegmine lyncis.

Dicta pharetra παρὰ τὸ φέρειν τὰ τρώοντα, ἤγουν βέλη. ¶ Capax pharetra. Ouid. 9. *Metam.* ¶ Grauida pharetra sagittis. Horat. 1. *Carm. Ode* 22. ¶ Plenæ pharetræ. Ouid. 4. *de Ponto.*

Phărĕtrātŭs, dicitur qui pharetram fert. ὁ φαρετροφόρος. GAL. *Garni de carquois.* ITAL. *Fornito di turcasso.* GERM. Der ein kocher anhatt oder tregt. HISP. *Ornado de carcax.* ANG. *That hath or beareth a quiuer of arrowes.* Ouid. 1. *Amor. Eleg.* 1.

Lege pharetratæ virginis arua coli.

Virg. 4. *Georg.*

Quáque pharetrata vicinia Persidis vrget.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Ille pharetrati lusor amoris abest.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. Vbi taurica dira Cæde pharetratæ spargitur ara deæ. (Dianæ sc.) Miles pharetratus. Silius *lib.* 7. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4.

Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis.

Phărĭă, Ptol. Pliniòque, Strab. verò Pharus, φαρός. Insula contra Dalmatiam & Iadæram, quæ nunc vugò *Lisna* Illyrico sermone dicitur. ¶ Est & vrbs in ea à qua Pharisienses populi.

Phărias, φαρίας. Serpens est, sulcum, dum serpit, cauda in terra faciens. Lucan. *lib.* 9.

Et contentus iter cauda sulcare pharias.

Pharicon, φαρικὸν, genus veneni est, quod Athenæus phariacon nominat, de quo Plin. *lib.* 28. *c.* 10.

PHĂRĪSÆVS, φαρισαῖος, nomen sectæ Iudæorum religiosæ. Erant enim apud Iudæos tres sectæ, Pharisæorum, Sadducæorum, & Essæorum. Dicitur autem Pharisæus, quasi separatus, ab Hebræo Pharas, quod est diuidere, propterea quòd qui hanc sectam colerent, à cæteris habitu moribúsque distinguerentur.

Phărĭsāĭcŭs, a, um, φαρισαϊκός. Hieronym. *contra Vigilant.* Quasi sepulcra Pharisaica, foris dealbata.

Părmăcŏtrŏphi, φαρμακοτρόφοι. Populi sunt Asiæ Margianis, & Susianis finitimi, qui venenis ali feruntur, & inde nomen illis inditum est. Meminit horum Plin. *lib.* 6. *c.* 16. & Pomp *lib.* 1.

PHARMACVM, i, רפואה *rephuáh.* φάρμακον. GALL. *Medecine.* ITAL. *Medicina.* GERM. Ein artzney gab sie sey gut oder böß vnnd schädlich. HISP. *Medizina.* ANG. *A medecine, a remedie, to cure.* Vocabulum est medium, quod tam pro toxico, quàm pro salutifero medicamento accipi potest: quemadmodum & Veneni appellatio apud Latinos. Caius *l. qui venenum ff. de verb. signific.* Qui (inquit) venenum dicit, adiicere debet an malum, an bonum sit. Nam & medicamenta venena sunt, quia eo nomine omne continetur, quod naturam eius cui adhibitum sit, mutat. Quum id apud nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt, quòd apud illos quoque tam medicamenta, quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. Vnde adiectione alterius nominis admonet nos summus apud eos poëtarum Homerus qui sic ait, φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. Hæc Caius.

Pharmacopœus, φαρμακοποιός, qui pharmaca ποιεῖ, i. e. facit, parat.

Phārmăcŏpōlă, æ, qui pharmaca vendit, πωλεῖ φαρμακοπώλης. GALL. *Vn Apothicaire.* ITAL. *Profumiero speciale che apparecchia le medicine.* GERM. Ein apotecker / der allerley artzney macht vnnd verkaufft. HISP. *Boticario.* ANGL. *A seller of medecine.* ἀπὸ τοῦ πωλεῖν τὰ φάρμακα. Horat. *lib.* 1. *Serm. sat.* 2.

Ambubaiarum collegia pharmacopolæ.

Cic. *pro Cluent.* Tum repente Anconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circumforaneum, qui casu tum Larium venisset, aggreditur. Quidam Seplasiarios vocant, à Seplasio, seu foro Capuano, in quo medicamenta & vnguenta conficiebantur.

Pharmacopolium, φαρμακοπωλεῖον, officina pharmacopolæ.

Phārmăceūtĭcē, φαρμακευτική, dicitur ea pars medicinæ quæ pharmacis curat, ad differentiam therapeutices, & chirurgices.

Phārmăcōdēs, φαρμακώδης, Odor medicamenti.

Phārmăceūtrĭă. מכשפה *mechaschschepháh.* φαρμακεύτρια. Dicitur quam nos sagam dicimus, vt veneficam. Hoc nomine Virg. Eclogam quandam inscripsit, in qua Theocriti imitatione venefica quædam inducitur, quæ magicis incantationibus animum viri, à quo spernebatur, ad sui amorem conatur reuocare.

Phārmăcūsæ, φαρμακοῦσαι. Sunt duæ Insulæ exiles iuxta Atticam regionem in mari Salaminiaco, in quarum altera (vt inquit Strabo *lib.* 9.) sepulchrum Circes visitur. Plin. eiusdem nominis insulam inter Sporadas connumerat, *lib.* 4. *c.* 12. Hanc Stephanus supra Miletum collocat, & Attalum regem in ea occisum fuisse asserit. Gentile est Pharmacusius.

Pharmuthi Ægyptiis mensis, qui Hebræis Nisan, Macedonibus Xanthicus dicitur.

Phārnăcĭă, æ, φαρνακία Steph. Regio & vrbs Pontica, Trapezunti proxima. Plin. *lib.* 6. *c.* 4. Pharnacen appellat.

Pharnāx, ăcis, φάρναξ. Mithridatis regis filius, qui quum maiore ciuilis belli, quod tum inter Cæsarem & Pompeium gerebatur, quàm propriarum virium fiducia Cappadociam inuasisset, à Cæsare fulminis in morem est obtritus, & (vt Cæsar gloriatus fertur) antequam hostem vidisset, victus. vnde etiam inter Pontici triumphi fercula, tria hæc verba protulisse fertur, Veni, vidi, vici, non acta belli significantia, sed celeriter confecti notam. Suet. *in Cæs.* Lucan. *lib.* 2.

Tigranémque meum, nec Pharnacis arma relinquas
Admoneo

Meminit huius Cic. *ad Cass. lib* 15. *Epist. fam. & ad Attic. lib.* 11.

Pharnaceon, φαρνάκειον, quartum genus panacis, quod centaurion: & Pharmacion in controuersiam inuentionis à Pharnace rege deductum. Plin. *lib.* 25. *cap.* 4.

Phărŭs, φάρος, olim insula fuit, Canopico Nili ostio obiecta, diéique vnius nauigatione (si Homero credimus) à continente dirempta: hodie verò Alexandriæ ponte coniuncta. Cuius mutationis causam quidam Nilo assignant, cuius ostia magnam perpetuò limi vim ad proxima aggerunt vada. Lucr. *lib.* 10. Pharos insula quondam In medio stetit mari. In ea turris est ingens in petra posita, quæ mari circunluitur, albo lapide, octingentis talentis à Philadelpho Ptolemæo rege Sostrati Cnidij architecti Alexandrinorum amici opera extructa: quæ & ipsa Pharos dicta est: in qua noctu accensæ faces nauigantium cursum regebant. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. Quæ ducis æmathij fuerit clementia Pharos, Præclarique docent funeris exequiæ. ¶ A cuius similitudine cæteræ quoque speculæ similem in vsum constructæ, Phari appellatæ sunt. Stat.

Lumina noctiuaga tollit Pharus æmula Lunæ.

Sueton. *in Tib. c.* 74. Turris Phari terræ motu Capreis concidit. Scribit Hegesippus *lib.* 4. Pharon à Græcis Latinisque appellari ex ipsius rei vsu, eo quòd longè videatur à nauigantibus: tanquam ἀπὸ τοῦ φανῶ, quod lucidum significat, immutata litera, Pharos dicatur. In hac Alexander nouam vrbem condere statuit: sed quum magnæ sedis capax non esset, ex aduerso ei obiectam condidit Alexandriam. ¶ Est item Pharos maris Adriatici insula, Illyrico adiacens, antea Paros dicta, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 21.

Phărĭŭs, a, um, φάριος, & Phariacus, a, um, vt Sistra Phariaca.

Pharphariades, pars vna est Tari montis. Plin. *lib.* 5. *c.* 67.

Phārsālĭă, φαρσαλία, Regio Thessaliæ, Pharsalo oppido, quod ad Enipei ripam situm est, circumiacens: à quo & nomen accepit. Sunt qui vniuersam Thessaliam hoc nomine vocatam existiment à Pharsalo duce, quæ primò Æmathia ab Æmathio, postea Thessalia à Thessalo, deinde à Macedone, Macedonia est dicta.

Phārsālĭcŭs, a, um. Hinc campi Pharsalici, in quibus duorum maximorum bellorum ciuilium procellæ detonuerunt: primùm inter Cæsarem & Pompeium: alterum inter Augustum & percussores Cæsaris Brutum & Cassium. Hi postea Philippici dicti sunt, siue à Philippo rege, siue à Philippis vicina vrbe, quam alio nomine Thebas Thessalicas appellant.

Phārsālŏs, seu Pharsalum, φάρσαλος Steph. Thessali oppidum, in ripa Enipei fluminis situm, de quo Lucan *lib.* 6.

Æmatheis æquorei regnum Pharsalos Achillis.

Pharusij, φαρούσιοι. Plin. *lib.* 5. *cap.* 8. & Pomponio *Lib.* 1. Populi sunt Africæ vltra Mauritaniam. Hi quondam Persæ fuisse dicuntur, comites Herculis ad Hesperias tendentis. Pomponius quoque *lib.* 3. *in fine.* Deinde Pharusij aliquando tendente ad Hesperidas Hercule dites, nunc inculti, & nisi quòd pecore aluntur, admodum inopes. Qui fabulosa narrant, Thebano hæc Herculi tribuunt: at qui historicam veritatem prosequuntur, Ægyptio Herculi qui Libycus cognominatus est, potius adscribenda censent. Meminit horum & Strabo *lib.* 17. Vbi de Mauris mentionem fecit. At Pharusij, inquit, qui vltra hos habitant, Hesperiis Æthiopibus vicini, sagittant quemadmodum Æthiopes, falcatis quoque

que curribus vtuntur, miſcentur nonnunquam Mauris Pharuſij, per deſerta aquarum vtres equis portantes: nonnunquam per loca quædam paluſtria & lacus Cirtham veniunt. Quidam ex eis Troglodytarum more ſub terra habitare dicuntur, & æſtiuis imbribus abundare, hyeme verò ſiccitate laborare: nonnulli ſibi ex ſerpentum piſciúmque coriis, alij ex ſtramentis indumenta parare. Vide reliqua apud Strab. *loco iam citato.*

‖ Phaſchnium, pallium Pontificale. S. Mart. Gl. A. L. ‖

Phaſe, פסח *péſach* Hebraicè Latinè tranſitus dicitur, quam vocem L X X. conuertunt πάσχα. vide *Paſcha.*

‖ Phaſelis, Diana. Suprà fuit faſcelis. Scalig. *lib.* 1. *Poët. cap* 4 de Diana *Lua*, vel *Lya* loquens. Apud quoſdam, inquit, non *Luæ*, ſed Phaſelidis nomen inuenias. ‖

Phăsēlĭs, φασηλὶς, Pamphyliæ vrbs in monte ſita, piratarum olim perfugium. Cicero *in Verr. act.* 6. Meſſanam Siciliæ oppidum Verri Prætori, prædoni verius & piratæ Sicilienſi, Phaſelim quandam fuiſſe ait, quòd omnes furtorum aceruos illuc deportaſſet: Phaſelis (inquit) illa quam cepit P. Seruilius, non fuerat vrbs antè Cilicum, atque prædonum; Lycij illam Græci homines incolebant: ſed quòd erat eiuſmodi loco, atque ita prouecta in altum, vt & exeuntes è Cilicia prædones ſæpe ad eam neceſſariò deuenirent: & quum ex hiſce locis ſe reciperent, eodem deferrentur, aſciuerunt illud ſibi oppidum piratæ, primò commercio, deinde etiam ſocietate. Mamertina ciuitas improba antea non erat, etiam erat inimica improborum. Mox ſubdit, Verùm hæc ciuitas iſti prædoni ac piratæ Sicilienſi Phaſelis fuit. Huc omnia vndique deportabantur, apud iſtos relinquebantur: quod celari oportuerat, habebant ſepoſitum ac reconditum: per iſtos, quæ volebat in nauem clam imponenda, occultè exportanda curabat: nauem denique maximam, quam onuſtam furtis in Italiam mitteret, apud iſtos faciendam ædificandámque curauit. Hactenus Cic.

Phăsēlūs, i, { עברה *habarâh.* φάσηλος ANGL. *A galey.* } Straboni & Appiano nauigij genus fuit, miſtam habens formam ex oneraria & longa triremi, quòd tam velis quàm remis agi poterat. Catul.

Phaſelus ille quem videtis hoſpites,
Ait fuiſſe nauium celerrimus,
Neque vllius natantis impetum trabis
Nequiſſe præterire: ſiue palmulis
Opus foret volare, ſiue linteo.

Virg. *Georg.* 4.

Et circumpictis vehitur ſua rura phaſelis.

Saluſt. *lib.* 3. Et fortè in nauigando cohors vna grandi phaſeolo vecta, à cæteris deerrauit. ¶ Dicitur & femineo genere. Ouid.

——— *Ventis diſcordibus acta phaſelus.*

Nonius Phaſelum interpretatur nauigium Campanum. Bayfius eandem exiſtimat cum myoparone, aut certè ab illius figura non multùm diſtantem. Nec defuerunt qui in Pamphilia primùm inuentum ſuſpicati ſint, & à Phaſelide oppido nomen accepiſſe.

PHASELVS, & Phăsēŏlūs, per quatuor ſyllabas. { φασίολος. GALL. *Phaſeoles, vne eſpece de pois.* ITAL. *Fagiuolo.* GERM. Faſeles / oder welſche bonen. HISP. *Feſoles* } Genus leguminis, ſiliquam ferens longiorem quàm fœnogræcum, quæ vnà cum ſemine manditur viridis ex oleo, & garo. Colum. *lib.* 2. *c.* 15. Phaſeoli modij quatuor obruuntur, totidem operis. ¶ Legitur & *Phaſelus, lib.* 1. *Georg.*

Seu pinguem viciámque feres, vilémque phaſelum.

Tu quidem *phaſelum* legas. Gal. *lib.* 1. *de alimen. facult.* Phaſeolos diſtinguit à Phaſelis, vúltque phaſeolum plantam hortenſem eſſe eandem cum ſmilace, cuius fructus lobi dicuntur, & dolichi Theophraſto: phaſelum autem eundem eſſe cum cicercula, aut certè eius ſpeciem, quæ etiam hodie *Phaſillorum* nomen apud vulgum retinet.

Phăsēlīnūs, adiect. φασήλινος. quod ex phaſeleo factum eſt, phaſelinum oleum. Plin. *lib.* 13. *c.* 4.

Phăsgănĭŏn, φασγάνιον. Herba eſt quæ alio nomine xiphion appellatur, hoc eſt, gladiolus, naſcens in locis humidis, quum primùm exit, gladij ſpecimen præbens, radicem habens duorum cubitorum, nucis auellanæ modo fimbriatā. Reliquam deſcriptionē vide apud Plin. *lib.* 25. *c.* 11.

Phāsĭānŭs. { φασιανός. GAL. *Vn faiſan.* ITAL. *Fagiano, ò faſano.* GERM. Ein phaſian oder faiſant / iſt ein art der vöggel. HISP. *Faiſan, Francolin.* ANGL. *A feaſant.* } Auis nota, à phaſi fluuio ita nominata: vnde ab Argonautis primùm in Græciam, atque inde ad nos putatur eſſe deportata. Martialis *lib.* 13.

Argiua primùm ſum, tranſportata carina,
Antè mihi notum nil niſi Phaſis erat.

In hanc autem Itym Terei filium mutatum poëtæ fabulantur.

Phāsĭānă, æ, idem: vt apud Plin. *lib.* 30. *c.* 48. Nonnulli etiam phaſianas gallinas vocant.

Phāsĭānārĭŭs, qui phaſianos paſcit. { φασιανοτρόφος. GAL. *Vn faiſannier, qui nourrit des faiſans.* ITAL. *Che nutrice faſani.* GERM. Der die faſanen zeucht vnd ſpeiſſet. HISP. *El que cria los faiſanes.* ANGL. *That feedeth feaſants.* } Paulus Iuriſconſ. Phaſianarij autem, & paſtores anſerum non continentur.

‖ Phaſiolus iſoppyros, Dioſc. *lib.* 4. *in* Φάσσα palumbus. Dioſc. Ψ?. ἰσόπυρον, quod & Φασίολον vocant, ob ſimilitudinem, quoniam folium quod eſt aniſo ſimile, in pampinos torquetur. ‖

Phaſis, φάσις, apparitio, à φαίνω oſtendo, apparere facio, eſt & φάσις, dictio, delatio: à φημί.

PHASIS, is, vel idis, φάσις, Colchorum prægrandis fluuius, de quo Lucanus *lib.* 3. Colchorum qui rura facit ditiſſima Phaſis. Plin *lib.* 6. *c.* 4. Nauigatur Phaſis quamlibet magnis nauigiis XXXVIII. M. D. paſſ. Inde minoribus longo ſpatio pontibus centum viginti peruius. Ab hoc fluuio phaſiani nomen ſumpſerunt, quòd ibi maximus eorum prouentus feratur: vnde etiam ab Argonautis in Græciam aduecti putantur. ¶ Fuit item eiuſdem nominis oppidum, ad fluuij huius oſtium ſitum, cuius meminit Plin *lib.* 6. *c.* 4.

Phaſiacus, a, um, adiect. vt terra phaſiaca, Ouid. 1. *de remed.* Aqua Phaſiaca, idem *Epiſt.* 12.

Phāsĭās, adis, φασιὰς, Patronymicum eſt fœmininum: à Phaſide fluuio, ſiue oppido deductum, quod Poëtæ pro Medea ferè vſurpant, Phaſidis alumna. Ouid. 3. *de arte,*

——————— *Maritum*
Barbara per natos Phaſias vlta ſuos.

Phăsmă, atis, Apparitio, viſum, monſtrum. { חזיון *chizzajón.* φάσμα. GAL. *Monſtre, apparition.* ITAL. *Moſtro, apparitione.* GERM. Ein erſcheinung / ein wunder geſicht. HISP. *Milagro, aparecimiento.* ANGL. *A ſight or viſion.* } Eſt etiam nomen fabulæ apud Menandrum Græcum comicum. ¶ Phaſma etiam fabula fuit cuiuſdam Catulli, vt ex Iuuenale intelligere licet, *Satyr.* 8.

Conſumptis opibus vocem Damaſippe locaſti
Sippario, clamoſum ageres, vt Phaſma Catulli.

‖ Phatales, morbus qui rubrum mare nauigantibus oboritur. Heſych.

Phatne, præſepe. Potes etiam de menſis accipere. Nam id quoque ſignificat interdum vox φάτνη. ‖

Phaūlĭæ, φαυλίαι Polluci, ſunt oliuæ quæ minimo ſucco, corpore prægrandi, puſillóque ſunt nucleo.

‖ S. Phauſaria, Terra Nuoua. V. E. Sardiniæ maritima; cuius Epiſcopatus vnitus eſt cum Emporienſi: & ſubeſt vterque A. Turritano. ‖

Phecaſſium, genus calceamenti. leg. *Phæcaſium*, quod & Phecaſium ſcribunt. Senec. *lib.* 7. *de benefic. c.* 21. Pythagoricus quidam a ſutore phecaſſium emeret, rem magnam, non præſentibus nummis.

Phēgēă, φήγεια, ciuitas Arcadiæ, à Phægeo rege Phoronei fratre condita, priùs Erymanthus, poſtea & Pſephis appellata Steph.

PHEGEVS, φηγεύς, Pater fuit Alpheſibœæ, qui Alcmæona quum iuſſu patris matrem occidiſſet, & ob eam rem furiis agitaretur, purgauit, eique Alpheſibœam filiam matrimonio locauit. Vide fabulam latiùs apud Ouid 9. *Metamorph.* Item proprium nomen ſerui cuiuſdam, apud Virg. 5. *lib. Æneid.*

Vix illam famuli Phegeus, Sagariſque ferebant.

Phegeius, adiect. quadriſyllabum, φηγήιος, vt, enſis Phegeius. Ouid. 9. *Metam.*

Phĕgŏr, φεγὼρ, lingua Hebræa Priapus appellatur. Inquit Hieronym. contra Iouinianum vnde Beel-phegor, dictio compoſita, hoc eſt, Priapi ſimulachrum.

‖ Phelemion, penula, caſula, infula, tunica. Gauant. ‖

Phĕllāndrĭŏn, φελλάνδριον, herba quæ in paluſtribus naſcitur, folio apij, cuius ſemen propter calculos, & veſicæ incommoda bibitur. Quidam exiſtimant eam eſſe quam officinæ *Filipendulam* vocant, alij eandem faciunt cum apio paluſtri, quod à Dioſcoride ἐλειοσέλινον vocatur.

‖ Phellodrys, φελλόδρυς, arbor; tanquam ſuberi quercus, media inter ilicem & robur. ‖

Phĕllūs, { φελλός GALL. *Du liege.* ITAL. *Souero.* GERM. Pantoffelholtz / oder ſolenholtz. HISP. *Alcornoque, Suro.* ANGL. *Corke.* } teſte Cælio *lib.* 6. *c.* 17. idem eſt cum eo quòd Latini vocant ſuber. Vnde Plutarch. *in lib. de fortuna Romanorum*, ſcribit, C. Pontium à Pamillo miſſum in Capitolium à Gallis id temporis obſeſſum, quum Tibrim tranſmitteret, φελλὸς πλατεῖς ὑποστερνισάμενον, hoc eſt, phellos latos pectori ſubieciſſe. Græci φελλὸν perpetuo epitheto vocant ἀβάπτιστον, hoc eſt, immerſibilem, quòd in aquis non niſi magna ponderis vi ſubmergatur. Hinc à Luciano finguntur eſſe homines phellopodes, qui per mare currentes non merge-bantur, quaſi phellinos habentes pedes.

Phēmŏnŏē, φημονόη, Sibyllæ nomen, quæ prima Appollinis Delphici vates dicitur fuiſſe, & carmen heroicum inueniſſe, vt ait Pauſanias. Stat. *lib.* 4. *Sylu.*

——— *reſerétque arcana pudicos*
Phemonoe fontes.

¶ Eſt & Phœbados cuiuſdam nomen apud Lucanum *lib.* 5. Phœmonoën errare vagam, curíſque vacantem. ¶ Sunt qui Phœbi filiam dicant fuiſſe. Meminit eius Heſiodus *in Theogonia.*

Phemus, φῆμος, eſt medicamentum Martiano authore. Refertur à Aëtio *cap. de communib. remed. dyſentericorum, quæ ſupernè exhibentur, lib.* 9.

Pheneum, φένεον Steph. Oppidum in Arcadia, circa quod herba naſcitur Homeri præconio celeberrima, quam à diis immortalibus Molæ vocari aſſerit Plin. *lib.* 25. *c.* 4.

Phēnĕus, φενεός, lacus Arcadiæ, cuius aqua nocturno tempore pernicioſa interdiu ſalutaris eſt. Ouid. *Metam.* 15.

Eſt lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores,
Ambiguus ſpectatus aquis: quas nocte timeto.
Nocte nocent pota, ſine noxa luce bibuntur.

Phĕngītēs, φεγγίτης, lapis duritia marmoris, candidus & tranſlucens: vnde & nomen habet. Nam φέγγος ſplendorem ſignificat. Plin. *lib.* 36. *cap.* 22.

Phĕnĭon, herba quæ & anemone dicitur, quaſi herba venti: ſic enim vulgus appellat, quòd eius flos tantùm vento ſpirante aperiatur. Plin. *lib.* 21. *cap.* 23. ſcrib. *Phœnium.*

Pheræ, arum, φεραί. Vulgò *Ceramidi*, oppidum Theſſaliæ ad Bœbeidem lacum, vbi Magneſia à Pelaſgicis campis dirimitur. Homerus *in Catalog.*

Οἳ δὲ Φερὰς ἐνέμοντο παρὰ Βοιβηΐδα λίμνην.

¶ Eſt item eiuſdem nominis oppidum in Achaia propriè dictū, non procul à Patris.

Phĕræus, a, um. Ouid *in Epiſt.* OEnones,

Ipſe repertor opis vaccas pauiſſe Phereas
Fertur, &c.

Phĕrĕcrătēs, φερεκράτης, Athenienſis poëta comicus, militauit ſub Alexandro Magno: docuítque fabulas XLII. Autor Suidas

Phĕrĕcydēs, φερεκύδης, Philoſophus & Poëta tragicus, ex Scyro inſula, teſte Strabone *lib.* 10. Floruit regnante Seruio Tullo apud Romanos. Cic. *lib.* 1. *Tuſc.* Hic primus dixit animos hominum eſſe ſempiternos. Primus ſcripſit ſoluta oratione (vt Apul. *in Floridis* autor eſt) repudiato verſuum nexu. Hunc Pythagoras magiſtrum coluit. Periit phthiriaſi, id eſt, pediculari morbo: de quo Serenus. Sed quis non paueat Pherecydis fata tragœdi, Qui nimio ſudore fluens animalia tetra Eduxit, turpi miſerum quæ morte tulerunt? Hic tametſi nullo magiſtro vſus, tamen per ſe multum eruditionis eſt conſequutus, vt autor eſt Suidas. Quanquam Diogenes Laërt. Pittaci auditorem fuiſſe tradit. ¶ Pherecydes præterea alius

alius fuit, teste Laërtio, antiquior etiam superiore, Atheniensis & Philosophus, qui ab Orpheo multa didicit, scripsitque Theogoniam libris decem. item libellum De rerum principio. ¶ Pherecydem alium Lerium genere, Historicum commemorat Suid.

Pherenice, φερενίκη, nomen mulieris. Ælianus *lib. 10. de varia hist.* Duxit ad Olympicum certamen filium suum Pherenice fœmina prohibentibus eam spectare qui præsidebant. Licere id sibi persuasit, quæ patrem, & fratres tres haberet Olympionicos Spectauit, & victorem filium reduxit.

Pheretrum, φέρετρον. Vide *Feretrum.*

‖ Pherna, dos à muliere conlata: hedna à viro. Rh ‖

Phiala, æ. { ספל *sephel.* φιάλη. GALL. *Vaisseau à vin, soit pot ou coupe, ou tasse.* ITAL. *Guastada, caraffa* GER. Ein trinckschalen/so man gewonlich nur auß gold vnd silber macht. HISP. *Redoma.* ANGL. *A gobblet or broade piece to drink in.* } Poculi genus capacius, ita dictum quasi πάλη, κατ' ἀντιστοιχίαν, παρὰ τὸ πιεῖν ἅλις παρέχειν, hoc est, ab eo quod affatim ad bibendum suppeditet. Solent autem phialæ ex auro fieri, quod & ipsum non obscurè innuit Iuuenalis *Satyr. 7.*

Vitro tenet phialas: tibi non committitur aurum.

Phidias, φειδίας. Nobilis fuit statuarius, qui in ebore scalpendo claruit: diis tamen (vt inquit Quintilianus) quam hominibus efficiendis melior. Inter huius opera præcipuè commendata est Mineruæ statua, quã Athenis ex Ebore fecit, XXVI. cubitorum altitudine: in cuius clypeo Amazonum pugnam, & Gigantomachiam insculpsit: in soleis verò, Centaurorum & Lapitharum certamen. Proximam commendationem meruit Iupiter Olympius, & ipse totus ex ebore. Cælauit & Venerem, quæ postea Romæ sita in porticu Octauiæ fertur. Item Nemesim Rhamnusiam, mali ramum manu tenentem, ex quo parua surgebat complicatio, hanc inscriptionem habens, Agoracritus Parius fecit. Hunc enim Agoracritum discipulum vsque adeò diligebat, vt ei tanti operis laudem crederet.

Phidiacus, a, um, φειδιακός. Propert. *lib. 3.* Phidiacus signo se Iuppiter ornat eburno. Martial. *lib. 6.*

Quis te Phidiaco formatam Iulia cælo,
Aut quis Palladiæ non putet artis opus?

Phiditia, orum, φειδίτια, Cœnationes Lacedæmonij, seu conuiuia nominabant, siue quòd φιλίας, id est, amicitiæ causa instituta sint, siue potius à parsimonia. φείδομαι enim significat parco & abstineo: φειδὼ parcitas & parsimonia: φειδωλὸς parcus Vnde & phiditia, conuiuia parca, & frugi. Cic. 5. *Tusc.* Quid, victum Lacedæmoniorum in phiditiis nónne videmus? Conueniebant enim ad phiditia conferentes singuli farinæ modium, vini coros octo, casei quinque minas, ficuum quinque semiminas.

Phidippus φείδιππος. Herculis nepos ex Thessalo filio, qui vnà cum fratre Antipho contractis ex maris Carpathij insulis triginta nauibus, Græcis suppetias tulit aduersus Troianos. Autor Homerus *in Catalog. nauium.* ¶ Est item Phidippus personæ comicæ nomen, apud Terent. *in Hecyr.*

Phila, æ, φίλα Stephano, vrbs Macedoniæ, iuxta Peneum fluuium à Demetrio Gonata Antigoni filio condita, & à nomine matris eius ita appellata. ¶ Est item Phila maris Gallici insula, è regione Antipolis, cuius meminit Plin. *lib. 3. c. 5.* ¶ Sunt & quatuor eiusdem nominis insulæ in Nilo fluuio, supra Deltam, quas commemorat idem Plin *lib. 5 c. 9.*

Philadelphia, φιλαδελφία, amor fraternus. ¶ Est item nomen ciuitatis in Mysia, regione Asiæ, frequentibus terræ motibus concussa, vnde eius incolæ in agris magna ex parte degebant. In hac fuit vna ex septem Ecclesiis in Apocalypsi commemoratis. Supra Philadelphiam, Orientem versùs exusta regio patet, quam Græci κατακεκαυμένην appellant, stadiis longa quingentis, quadringentis lata, vbi nullæ arbores præter vitem inueniuntur, quæ exustum vinum fert ita elegans, vt nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta est: montana, petrosa, & nigra. Quidam ex crebro fulminum ictu id contigisse arbitrantur, nec dubitant quæ de Typhone dicuntur, hoc in loco fabulati. Sed credibilius est subterraneum ignem, qui postea defecerit, regionem exussisse. Dicta est vrbs Philadelphia ab Attalo Philadelpho conditore.

Philadephus, φιλάδελφος, Ptolemæi regis Ægypti cognomen, qui bibliothecam Alexandriæ, ferè quinquaginta millia librorum continentem, extruxit. Idem libros Mosis vertendos curauit per LXX. interpretes ex Hebræo in Græcum sermonem.

Philæ, arum, φίλαι, insula, aspera, & vndique prærupta, adiacens Ægypto, duobus in vnum coituris amnibus cincta, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Sunt autem Philæ Strab. *lib. 17.* infra Syenem, ad quas ipse se ex Syene plaustro per plana aliquando vectum scribit. Meminit & Lucanus *lib. 10.*

Rursus multifidas reuocat piger alueus vndas,
Quâ dirimunt Arabum populis Ægyptia rura,
Regni claustra Philæ.

Philænium, Meretriculæ nomen. Plaut. *Asin. sc. 1. a. 1.*

Philænorum aræ, φιλαίνων βωμοὶ, dicunt quæ Siculo Peloro oppositæ, in media quodammodo Syrtium tellure positæ sunt: ita dictæ à Philænis fratribus, qui in eo loco viui creduntur fuisse defossi. Nam quùm inter Cyrenenses & Carthaginienses de finibus incidisset controuersia, placuit vt certo tempore duo viri ex vtraque ciuitate egrederentur: vbicunque sibi obuij fierent, ibi ciuitatis vtriusque termini essent. Itaque Carthagine egressi Phileni, quum aliquot passuum millia in fines Cyrenensium processissent, indignati aduersarij se esse præuentos, optionem Philenis proposuerunt, malléntne ad suos fines retrocedere, an eo in loco viui defodi. Illisque respondentibus se patriæ salutem vitæ præferre, à Cyrenensibus, qui viribus superiores erant, viui eo in loco sunt defossi. Quo in loco Carthaginienses, ne eximia illorum in patriam pietas vlla temporum iniuria obliteraretur, duas eis aras constituerunt. Vide Salust. *in bell. Iugurthino.*

Philæus, Aiacis filius Plutarch. *in Solon.*

Philagrios, φιλάγριος, Medicus fuit insignis, Galeni æqualis: natione Epirota, Naumachij discipulus, cuius scripta recenset Suidas.

Philagrus, φίλαγρος, Sophista Calix, auditor Lolliani, supra modum iracundus. Nam & dormitanti quandoque auditori pugnum in malam fertur impegisse. Huic Metellus nepos sepulchrum extruens, lapideum apposuit coruum. Id quum Cicero esset intuitus, in eius leuitatem iocatus, Hoc, inquit, sapientiùs à te factum: πέτεσθαι γάρ σε μᾶλλον, ἢ λέγειν ἐδίδαξε, volare magis te docuit, quàm dicere. Hæc Cælius Rhodig. *Antiq. lect. lib. 21. c. 7 & lib. 17. cap. 10.*

Philamon, φιλάμμων, filius Apollinis ex Chione nympha, clarissimus carmine & cithara. Ouid. *lib. 11.* Nascitur è Phœbo (nanque est enixa gemellos) Carmine vocali clarus citharáque Philamon. ¶ Fuit item Philamon Atheniensis, pugil fortissimus, qui omnes suæ ætatis pugiles superauit. Suid.

Philanthropus, φιλάνθρωπος. Lappæ genus, ita dictum quòd vestibus hominum adhærens, eos amare videatur: φιλάνθρωπος. enim Græcis benignum & hominis amantem significat. Vide Plin. *lib. 24. c. 19.* Dioscoridi apparine dicitur, officinis *Rebulus.*

Philanthropia, humanitas, amor. { φιλανθρωπία. GALL. *Humanité.* ITAL. *Humanita.* GERM. Leutsäligkeit/liebe gegen den menschen. HISP. *Humanidad.* ANG. *Courteousnes, humanitie.* } Hanc sic definit Speusippus, Philanthropia, est humanitas, & affectio amicitiæ, hominum conciliatrix, habitus hominibus beneficus, gratiarum redditio, gratitudo benefica. Huic opponitur Misanthropia.

Phisanthropium, siue Philanthropum. Vlpian. vsurpat *in l. 2. D. de proxenet.* pro φιλανθρωπία, vel φιλανθρώπευμα, id est, liberalitas, munificentia. Idem dico, inquit, & si aliquid philanthropij acceperit. De proxeneta loquitur, qui si aliquid pro opera sua mercedis receperit, ex conducto non tenetur. Hotomannus.

Philargyria, amor argenti, auaritia. { בצע *betsah.* φιλαργυρία. GAL. *Conuoitise d'argent.* ITAL. *Auaritia, cupidità di hauere.* GERM. Begird oder liebe deß gelts/geltgirigkeit/geltsucht. HISP. *Auaricia, codicia de dineros.* ANGL. *Greed of siluer.* } Nam quod nos argentum, Græci vocant ἀργύριον.

Philautia, Sui ipsius amor. { φιλαυτία. GALL. *Amour de soy-mesme.* ITAL. *Amor di se stesso.* GER. Liebe seines selbs. HISP. *Amor de si mesmo.* ANG. *Self loue.* } Cic. *Attic. lib. 11.* Libri quidem ita exierunt, (nisi fortè me fallit communis φιλαυτία) vt in tali genere ne apud Græcos quidem simile quicquam.

Philemon, φιλήμων, Syracusius, nouæ Comœdiæ scriptor, qui Alexandri magni tempore floruit. Huic Quintilianus secundum inter Comicos scriptores locum tribuit: Philemon, inquit, prauis sui temporis iudiciis, Menandro sæpe prælatus est: consensu tamen omnium meruit secundus credi.

Philesius, cognomen Apollinis, Græci φιλήσιον, amabilem dicunt: quod cognomen idcirco Apollini tribuitur, quia lumen eius exoriens, amabili veneratione oculorum consalutamus.

Philetærus, φιλέταιρος, Comicus fuit Atheniensis, Aristophanis Comici filius. Fabulas scripsit vnam & viginti, quarum nonnullæ recensentur à Suida.

Philetæria, siue Phileteria, φιλεταίρειον Dioscoridi, herba est quam nonnulli pelemoniam appellant, alij chiliodynamam, radice crassa, exilibus ramis, quibus in summis corymbi dependent nigro semine. cætera rutæ similis. Plin. *lib. 25. c. 6.*

Philetes, φιλητάς, Poëta elegiographus ex insula Co, qui Philippi & Alexandri Macedonum ætate floruit. Præceptor fuit Ptolemæi Philadelphi, Suis carminibus celebrauit Battidem puellam, quam adamauit. Fuisse fertur corpore adeò tenui, vt necesse fuerit ei plumbum adhibere, ne ventorum flatu raperetur. Politianus,

——— *nec Cous adhac non sacra Philetas,*
Quanquam est æger, adest, quanquam vestigia lento
Fulta grauat plumbo, &c.

‖ Philetærios, φιλεταίριος, est aparine, ita dicta, quia vestium laciniis, dum homines ambulant, adhærere gaudet. tanquam φιλοῦσα ἑταίρους, amans sodales. ‖

Philetes. Senec. *ep. 51.* Voluptates præcipuè exturba, & inuisissimas habe, latronum more, quos philetas Ægypti vocant. in hoc nos amplectuntur, vt strangulent.

Phileum, φίλειον, vulgò *Groninga* apud Ptolemæum Germaniæ Septentrionalis oppidum est. Ex longitudine & latitudine à Ptolemæo adscripta, coniicimus aut idem esse cum Groninga Frisiæ oppido, aut certè illi proximum.

Philides, Mango quidam fuit equorum, à quo quum Themistocles equum dono postulasset, miniméque impetrasset, minatus est se domum eius continuò ligneum equum facturum. Quo ænigmate significabat se propinquorum accusationes & crimina in eum coniecturum. Plutarch. *in Themist.* Quorsum hîc mentio tam frigidæ rei?

Philippei, seu philippi, φιλίππειοι, aurei numi à Philippo Macedone ita appellati, quorum apud veteres frequens mentio est. Plaut *in Pœn.* Hic sunt numerati aurei trecenti numi, qui vocantur Philippei. Idem *in Amph.* Quot Philippei? A. Duo millia. Idem *Asin. sc. 3. a. 1.* Vnumquodque verbum istorum numis Philippeis auferre nemo potest. Item, Statuam aureã ex auro Philippeo quæ fiet. Horat. *lib. 2. Ep. ad Augustum.*

Gratus Alexandro regi Magno fuit ille Chœrilus
Incultis qui versibus & malè natis
Rettulit acceptos regale numisma Philippos.

Philippi, φίλιπποι, vrbs Thessaliæ, quæ Dathos antea dicebatur, quam Philippus Macedonum rex instaurauit, & à nomine suo Philippos nominauit. Virg. *1. Georg.*

Romanas acies iterum videre Philippi.

¶ Sunt & Philippi in Thracia inter Nessum & Strymonem amnes non procul. ab OEsyma, quorum meminit Plin. *lib. 4. c. 11.*

Philippensis. Philippense, possessiuum formatum à Philippis Thessaliæ ciuitate: vt, Philippenses ciues, φιλιππήσιοι, & Philippense bellum quod apud Philippos gestum est.

Philippicus, a, um, φιλιππικός, denominatiuum, à ciuitate Philippis: vt, Campi philippici, ciuilibus cladibus nobilitati, in quibus primùm Cæsar Pompeium, & postea Augustus Brutum & Cassium profligauit. Philippicæ, sub. Orationes, φιλιππικοὶ λόγοι, sunt Orationes Demosthenis in Philippum regem: ad quarum imitationem Ciceronis orationes in Antonium, Philippicæ quoque dicuntur, quæ & Antonianæ dici poterant.

terant Cic. *Attic.lib.2.16.* Fuit enim mihi commodum, quòd in eis orationibus, quæ philippicæ nominantur, enituerat ciuis ille tuus Demosthenes, &c.

Philippides, φιλιππίδης, Comicus poëta haud ignobilis, qui ætate iam prouecta quum in certamine poëtarum præter spem vicisset, gaudio repentè mortuus est, quod & Diagoræ Rhodio accidit. Vide Plutarch. *in Demetrio.* ¶ Fuit & alius eiusdem nominis, è celeritate pedum, ἡμεροδρόμος, cognominatus, quòd XXXIIII. horarum spatio mille quingenta stadia pedibus confecerit, diei vnius & noctis spatio, itinere ab Athenis Lacedæmonem vsque peracto. Vtriusque autor Suidas.

‖ Philippinæ insulæ, à Philippo II. Rege Catholico, cuius auspiciis detectæ sunt, sic dictæ: quarum maxima est Luzonia, in qua Manilum V.A. Hispani condiderunt.‖

Philippopolis, φιλιππόπολις, oppidum Macedoniæ, à Philippo Amyntæ filio conditum, patre Alexandi. Autor Steph. Plin. Philippopolim in Thracia constituit, *lib.4.c.11.*

Philippus, φίλιππος, Amyntæ filius & Alexandri Magni pater, Macedonum rex, rei militaris peritissimus, rebúsque gestis clarissimus, Macedoniæ regnum, quod angustis antea finibus continebatur, adeò ampliauit, vt centum quinquaginta populi in Macedonum ditione numerarentur. Hic à Pausania quodam adolescente est interfectus: qui quum de stupro sibi per vim ab Attalo illato, apud regem questus esset, & pro rei dignitate vltionem postulasset, séque etiam à rege irrideri animaduertisset, iram in regem conuertit, & vltionem quam ab inimico non poterat, ab iniquo iudice sumpsit. Plautus *Aul.sc.2 a.1.* Mirum quin me tua caussa faciat Iuppiter Philippum regm, aut Darium. Idem *ibidem sc.5.a.3.* Ego sum Rex ille Philippus. (i. ditissimus.) ¶ Alius fuit hoc nomine Romanorum Imperator, qui primus ex Romanis Imperatoribus Christianæ religionis sacris fuisse initiatus fertur. ¶ Philippus Demetrij, rex Macedoniæ, à T. Qu. Flaminio victus. Is, autore Liuio, quum videret Annibalem feliciter in Italia res gerentem, legatos ad eum de societate misit, qui in reditu à Qu. Fuluio Flacco præfecto classis intercepti cum literis, missíque ad Senatum, statim M. Leuinus prætor contra eum mittitur, qui regem agentem Apolloniæ, incautum semique sopitum nocte intempesta adoritur. Ille in Macedoniam cum exercitu terrestri itinere fugit, incensis priùs ne hostis potiretur, suis nauibus. Vide Liuium *lib.1.de bell. Maced.* ¶ Philippus medicus Alexandi, teste Curtio *lib. 2.* cuius etiam meminit Plutarchus *in vita Alexandri.* ¶ Philippos etiam Romanos viros claros legimus in gente Martia, inter quos L. Philippus orator, Crassii aduersarius. Cicero *lib.3.de Orat.& de clar.Orat.*

Philiscus, φιλίσκος, Comicus scriptor, cuius fabulæ enumerantur à Suida. ¶ Fuit item Philiscus quidam Corcyræus, Philotæ filius, poëta ex secundo ordine Tragicorum, & Dionysij sacerdos sub Ptolemæo Philadelpho. Scripsit fabulas duas & quadraginta. ¶ Philiscus præterea Æginetas, Diogenis Cynici, aut certè (vt alij malunt) Stilpontis auditor, & præceptor Alexandri. Scripsit Dialogos quosdam, inter quos est Codrus, ex Suida.

Philistæ, genus latronum apud Ægyptios. Seneca *Epist.51.*

‖ Philistæi, ipsi sunt Palæstini: quia P literam Hebræus sermo non habet, sed pro eo φ Græco vtuntur. inde Philistæi pro Palæstinis dicuntur ciuitate vtique sua, iidem & allophyli, id est, alienigenæ, ob hoc, quia semper fuerunt inimici Israël, & longè ab eorum genere & societate separati, Isid. *lib.9.2.*

Philistion, φιλιστίων. Sardianus, siue Prussensis, poëta comicus, qui Socratis ætate floruit, nimio risu mortuus fertur. Suid.

Philistus, φίλιστος. Archonidæ filius, patria Naucratites, aut, vt alij volunt, Syracusanus, Eueni Elegiographi discipulus. Scripta eius enumerat Suidas. Cic. *in Bruto.* Plutarch. *in Dio.*

Philix, nutrix fuit Domitiani principis, vt autor est Suet.

Phillyra, & Phillyrides, vide *Philyra*, & *Philyrides.*

Philo, φίλων, Academicæ sectæ philosophus insignis, Ciceronis in Philosophia præceptor, vt ipse testatur *in lib. de clar. Orat.* Eodem (inquit) tempore, quum princeps Academiæ Philo cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello domo profugisset, Romámque venisset, ei me totum tradidi, admirabili quodam ad philosophiam studio incitatus. Fuit etiam hoc nomine Iudæus Philosophus, Alexandriæ natus, disciplinísque omnibus eruditus, & in nostra & Græcorum Philosophia benè versatus: eloquentiæ autem Platonicæ tam diligens æmulator, vt illud vulgò de eo iactaretur, ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει. hoc est, aut Plato philonissat, aut Philo platonissat. In diuinis autem legibus, & patriis institutis quantus fuerit, ex hisquæ nobis librorum suorum tradidit monumentis, palam est. Igitur temporibus Caij quanta acciderint Iudæis mala, voluminibus absoluit, quibus & suam legationem pro Iudæis apud Imperatorem retulit. Sed & Ioseph. huius legationis meminit *lib.18.* Hunc Porphyrius quoque *lib.4.* magnis laudibus est prosequutus. ¶ Philo Herennius, Byblius patria, grammaticus, tempore Adriani, de cuius imperio scripsit: præterea de ciuitatibus & viris claris libros XXX. Suid. Philo alius, architectus fuit: qui Atheniensibus armamentarium fecit, vt ait Cicer. *1.de Orat.* Fuit & alius Philo Cælij libertus, vt ipse testatur *in Epist.sua ad Cic. lib.8.* Item alius Pompeij libertus, vt scribit Cic. *Attic. lib 16.*

‖ Philocalus, a, um, more Latinorum diceretur, qui, sicut Iones, ex adiectiuis duorum finium faciunt ea, quæ trium. Tamen & Græcorum communem rationem Latini sequuntur alicubi.‖

Philochares, φιλόχαρες. Herba quæ aliàs marrubium dicitur. Plin. *lib. 20. cap.22.*

Philochorus, φιλόχορος, Atheniensis, vir doctissimus, & vates, tempore Eratosthenis extinctus insidiis Antigoni, Macedoniæ regis, ob amicitiæ suspicionem cum Ptolemæo rege. Scripsit Attidis libros XVII. qui continent res gestas Atheniensium, & reges & magistratus, vsque ad Antiochum cognominatum Deum, aliáque complura. Autor Suid.

Philocles φιλοκλῆς, Atheniensis poëta Tragicus fuit, non ita multo post Euripidem, Æschyli sororis filius, ab iracundiæ vitio Bilis appellatus, facie fuit in primis fœda, capitéque in cristæ formam acuminato. Scripsit fabulas centum. Reliquit filium nomine Morsimum, & ipsum poëtam Tragicum. Hæc Suidas.

Philocomasium, nomen meretricis. *in Milite* Plaut.

Philocrates, φιλοκράτης, Atheniensis, quem Demosthenes in proditionis suspicionem adducit. Extant ad hunc aliquot Æschinis epistolæ. ¶ Fuit & alius eiusdem nominis, Struthius cognominatus, de quo, vide Suidam.

Philoctetes, etis, vel etæ, φιλοκτήτης, Pæantis filius & comes Herculis cui, idem moriens in OEta monte, mandauit ne cui corporis sui reliquias indicaret, idque iurare eum coëgit, deditque pro munere pharetram & sagittas Hydræ felle intinctas. Adueniente verò tempore, quum Delphico oraculo moniti essent Græci, ad euertendam Troiam sagittis Herculis opus esse, inuentus Philoctetes, & de Hercule interrogatus, negauit se primò quicquam de Hercule scire: tandem verò mortuum esse confessus est, & quum grauiter ad indicandum sepulcrum cogeretur, ne iusiurandum violaret, ictu pedis locum ostendit: quúmque ad bellum Troianum deduceretur, quia solus Lernæis sagittis vti poterat, vnius sagittæ casu in pede quo Herculis tumulum monstrauerat, vulnere penè immedicabili affectus est. Tandem quum vulneris fœtor à Græcis ferri non posset, in Lemno relictus est: sed occiso Achille, Vlysses in Lemnum regressus, ad Troiam illum reduxit, vt inquit Ouid. *lib.13. Metam.* Deuicta autem Troia, pudore, ne in patriam æger rediret, impeditus, in Calabriam venit, ibíque Petiliam condidit. Virg. *lib.13. Æneid.*

——hic illa ducis Melibœi
Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro, &c.

Ouid. 13. *Metam.*

Sis licet infestus sociis duræ Philoctete.

Vide *Pœantiades*, & *Pœantia proles*, supra. Tandem opera Machaonis medici sanatus est, Propertio teste, Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon. Vide *Paantiades.*

Philodamus, nomen hominis proprium. In Plaut. *Asin.sc.4.a.2.*

Philodespotus, φιλοδέσποτος, nomen seruile, idem significans quod amans domini.

Philodicus, φιλόδικος, amans litem; iuris strepitu gaudens. δίκη ius, lis.

Philograecus, φιλέλλην. qui libenter vtitur dictionibus Græcis. Varro *3. de re rust.c.10.* Transi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod nos philograeci vocamus, ἀμφίβιον.

Philogynia. {φιλογυνεία. Amor mulierum. ANG. *The loue of women.*} Cic. *mulierositatem* vertit *4.Tusc.* Similitérque cæteri morbi, vt gloriæ cupiditas, vt mulierositas, vt ita appellem eam, quæ Græcè φιλογυνεία dicitur, &c.

Philolaches. Plaut. *Most.sc.3.a.1.* Volo placere meo Philolacheti. Aliàs Philolachi.

PHILOLOGIA, æ, φιλολογία, eloquentiæ studium. Cic. *Tironi*, Non est enim locus ita seiunctus à philologia, & quotidiana συζητήσει, &c. Idem *Attic.lib.2.* Non defleamus ne opera & oleum nostræ philologiæ pereat: sed conferamus tranquillo animo.

Philologus, i, Studiosus eloquentiæ. Cic. *Ad Attic. lib. 13.* Ergo illam ἀκαδημικὴν, in qua homines, nobiles illi quidem, sed nullo modo philologi nimis acutè loquuntur, ad Varronem transferamus. Idem *ad Quint.fratr.* Nos enim ita philologi sumus, vt vel cum fabris habitare possimus.

Philolaus, φιλόλαος, Pythagoricus quidam philosophus, cuius tres libros Plato quum tenui admodum esset pecunia, decem millibus denariûm mercatus est. Quod pretium à Dione Syracusano acceperat.

Philolaus, φιλόλαος, Corinthius ille qui leges Thebanis dedit, ex familia Bacchiadum fuit: amicus Dioclis, qui Olympia vicit: sed cùm ille ciuitatem deseruisset, commotus ob amatorem matris Alcinoæ, Thebas migrauit, atque ibi ambo defuncti sunt. Habitauit igitur ob huiusmodi causam apud Thebanos, quibus leges descripsit, & alia quædam, præcipuè de liberorum procreatione, quàm illi τίκτωσιν appellant. Arist. *2.Pol.*

‖ Philolœdorus, φιλολοίδορος, amans conuiuiorum.‖

Philomela, φιλομήλη, nomē puellæ Pandionis Atheniensis regis filiæ, & sororis Prognes, quæ quum à Tereo compressa fuisset, tandem (vt est in fabulis) deorum miseratione in auem sui nominis conuersa est, quæ & Luscinia dicitur, quam etiam nunc deflere dicunt cantu dulcissimo iniuriam, quam passa est. Martial. *lib. 14.*

Flet Philomela nefas incesti Tereos, & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur auis.

Animaduertendum hoc in loco est, contrà ac multi fabulam tradiderunt, existimasse Gorgiam Philomelam in hirundinem, Prognem sororem ipsius in lusciniam conuersam fuisse, quam etiam opinionem sequutus est M. Varro, Lusciniola, inquit, luctuosa canere existimatur, atque esse ex Attica Progne, in luctu facta auis. Et Virg. *Ecl.6.* quū inquit,

Quas illi Philomela dapes.

Petrus Victorius *in 3.lib. Rhetor. Aristot.*

Philomusus, φιλόμουσος, amator, siue amicus Musarum. Martial. *lib.7.*

Nolito nimium tibi placere,
Delectas Philomuse, non amaris.

‖ Philomyri, vnguentorum studiosi. Stuck.

Philonium, φιλώνιον, medicamentum anodynum, omnium eius generis celeberrimum, si quis eo commodè vtatur.‖

Philopœmenes, siue Philopœmen, φιλοποίμην Suidæ Megalopolitanus, dux Achæorum præstantissimus. Lacedæmonios & Messenios multis cladibus afflixit. Plutarch. *in Philopœmene*, Liu. *lib.35.*

Philopolemus, est nomen Adolescentis *in Capt.* Plauti.

Philoponus, φιλόπονος, amans laboris, industrius.

‖ Philosophema, φιλοσόφημα aliquid circa quod ὁ φιλοσοφῶν versatur: vt quæstio, item ratiocinatio necessaria.

PHILOSOPHIA. Amor & studium sapientiæ. {חכמה *choehmah.* φιλοσοφία. GAL. *Philosophie. amour de sagesse.* ITAL. *Amore di sapientia.* GERM. *Die geflissen liebhabung der weißheit.* HISP. *Amor de la sabiduria o prudencia.* ANG. *Philosophie, loue of wisdome.*} Cic. 2. *Offic.* Nec quicquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quàm studium sapientiæ. Idem 5 *de Orat.* Cognitio omnium optimarum rerum atque in iis exercitatio philosophia nominatur. Idem 1. *de leg.* Ita fit vt mater omnium bonarum

bonarum rerum sit sapientia, à cuius amore Græco verbo φιλοσοφία nomen inuenit. Philosophia diuiditur in tres partes, in moralem, naturalem, & rationalem. Prima componit animum, secunda rerum naturam scrutatur, tertia benè disserendi rationem docet. Moralis Græcè ἠθικὴ dicitur, quæ κατ' ἐξοχὴν philosophiæ sibi nomen vendicauit. Cic. 4. *Tusc.* Est profectò medicina animi philosophia. Seneca, Philosophia animum format & fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda & omittenda demonstrat. Apuleius, Disciplinam regalem appellat tam ad bene dicendum, quàm ad bene viuendum repertam. Philosophiæ physicæ. Gell. *c.* 28. *lib.* 2. Non constat id inter Philosophias physicas. Idem *c.* 1. *lib.* 4. Non didici philosophias. Idē *c.* 3. *lib.* 5. Is eum philosophias docuit. ¶ Philosophiæ nigræ & turpes. Seneca *Epist.* 49.

Phĭlŏsŏphus, i, amator sapientiæ. { חכם *chacham.* φιλόσοφος. GAL. *Philosophe, amateur de sagesse.* ITAL. *Filosofo, amator di sapienza.* GERM. Ein liebhaber der weyßheit/so sich auff die begibt. HISP. *Filosofo, amador de la prudencia, ò sabiduria.* ANG. *A philosopher, a louer wisdome.* } quod nomen à Pythagora primùm dicitur esse profectum, qui Sophistæ appellationem tanquam arrogantiorem refugiens, philosophum se nominari voluit: post quem deinceps omnes sapientiæ professores hoc nominis sibi vendicarunt. Cic. 1. *de Orat.* Philosophi denique ipsius qui de sua vi ac sapientia vnus omnia penè profitetur: est tamen quædam descriptio: vt is qui studeat omnium rerum diuinarum, atque humanarum vim, naturam, causásque nosse, & omnem bene viuendi rationem tenere & prosequi, nomine hoc appelletur. Idem 3. *de nat. deor.* Autores rerum, non fabularum philosophi. Idem 4. *Tusc.* Magistri virtutis philosophi. Philosophorum genera, & familias describit idem 3. *de Orat.* ¶ Philosophi descriptio ex fronte & barba. Quintil.

Philosophus, a, um. Gell. *c.* 8. *lib.* 13. Homines philosopha sententia.

Phĭlŏsŏphĭcus, a, um, quod ad philosophum pertinet. { φιλοσοφικός. GAL. *Appartenant à philosophe.* ITAL. *Pertinente à filosofo.* GERM. Das zu den liebhabern der weißheit gehört. HISP. *Perteneciente à filosofo.* ANGL. *Belonging to a philosopher.* } Cic. 5. *Tusc.* Ad Brutúmque nostrum hos libros alteros quinque mittemus: à quo non modò impulsi sumus ad philosophicas scriptiones, verumetiam lacessiti.

Phĭlŏsŏphaster, φιλοσοφόμιμος. Philosophorum imitator, qui philosophiam à limine salutauit.

Phĭlŏsŏphŏr, aris. { φιλοσοφέω. GAL. *Estudier en philosophie, philosopher.* ITAL. *Studiare in filosofia, filosofare.* GERM. Sich der weyßheit befleißen/ vonsachen der weyßheit vnd Philosophey reden vnd disputieren. HISP. *Estudiar en filosofia, philosofar.* ANGL. *To studie and giue diligence in philosophie.* } Sapientiæ studeo, vel philosophorum more disputo, rectam vitæ benè instituendæ rationem, vel rerum naturas perscrutor. Cic. *lib.* 1. *de nat. deor.* Et quum minimè videbamur, tum maximè philosophabamur. Idem 2. *de Orat.* Ac sic decreui philosophari potiùs (vt Neoptolemus apud Ennium) paucis, nam omnino haud placet. Plaut. *in Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Certa amittimus, dum incerta petimus: atque hoc euenit, In labore, atque in dolore, vt mors obrepat interim. Sed satis est philosophatum, nimis diu, & longum loquor. Id dicitur de seruo qui sententias loquutus est. Idem *ibid. sc.* 2. *a.* 2. Saluus sum: iam philosophatur. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. H. Pater viuitne. P. Id Orcum scire oportet. T. Philosophatur quoque, non modò mendax est.

Phĭlŏstorgĭa, φιλοστοργία. A Græcis dicitur indulgentia, amórque vehemens parentum in liberos. verùm voces huiusmodi, quæ neque Latinis scriptoribus sunt vsitatæ, neque nostris literis scribi consueuerunt, rectiùs in Græcum dictionarium reiicientur. Quare non immeritò plerasque id genus (quæ huc non paucæ nullo iudicio erant insertæ) abiecimus, & veluti nothas ex aliena familia segregauimus: idque eodem iure quo Latinas à Græco lexico eximeremus.

Phĭlŏstrătus, φιλόστρατος. Lemnius philosophus tempore Seueri principis Romæ claruit, cuius vxori fuit ab epistolis. Scripsit Vitas sophistarum ad Seuerum, & de Vita Apollonij Tyanei libros octo, præterea Heroica. ¶ Philostratus, huius pater, Athenis docuit Neronis tempore: scripsit panægyricos plures, & declamationes oratoribus valde probatas, compluráque alia quæ à Suida commemorantur ¶ Philostratus tertius, superioris filius, docuit Athenis: scripsit Panathenaicum, Troiam, Paraphrasim Homerici clypei: Iconásque quas huic multi acceptas referunt. Suid.

Phĭlŏthĕōrus, φιλοθέωρος, Speculationi deditus. Cic. *Trebatio lib.* 9. Deinde quòd in Britannia non nimis te philotheorum præbuisti, planè non reprehendo.

‖ Philotimia, φιλοτιμία amor honoris, &, per Synecd. ambitio.

Philotimus, amator honoris, φιλῶν τιμῶν. ‖

Phĭlŏxĕnus, φιλόξενος, Hospitalis, quo nomine dictus est poëta quidam Lyricus, qui quum sibi Dionysius tragœdiam quandam castigandam commisisset, ducta linea à capite ad calcem totum opus damnauit: quapropter in latomias coniectus est, indéque Tarentum aufugit: Dionysióque se per literas reuocanti, nihil aliud quàm monosyllabum ου rescripsit, sæpiùs repetitum. Autor Suidas. ¶ Fuit etiam hoc nomine parasitus quidam, qui collum gruis sibi optabat, quò diutius cibi, potúsque delectatione frueretur. De hoc Philoxeno tradit Plutarchus, & Athenæus eum solitum esse conuiuiis adhibitum, seu in pultaria emungere, vt reliquis rei fœditate abhorrentibus, solus epulis frueretur. Idem etiam traditur de Gnathone quodam Siculo. ¶ Philoxenus, Eretriensis pictor, Nicomachi discipulus, cuius tabula nullis postponenda Cassandro regi picta, continuit Alexandri prælium cum Dario. Idem pinxit & Lasciuiam in qua tres Sileni commessabantur. Hîc præceptoris celeritatem sequutus, breuiores etiamnum quasdam picturæ vias & compendiarias inuenit. Verba sunt Plinij *lib.* 35. *c.* 10. ¶ Philoxenus Grammaticus Alexandrinus, Romæ scripsit de monosyllabis verbis, de Hellenismo, de linguarum dialectis, & alia. Suid.

PHILTRUM, i, { φίλτρον. GAL. *Poison pour faire aimer.* ITAL. *Veneno che induce ad amare.* GERM. Ein bulenstüpfle/ein speiß oder tranck so ein bul dem andern zueßen oder zutrincken gibt/in zu vnsinniger holdtschafft zubringen. HISP. *Los hechisos.* ANGL. *A drink, or any such thing which causeth loue.* } Pharmacum amorem concilians. (Cicer. Amatorium poculum appellat) hoc est, quicquid eo animo edendum bibendúmve datur alicui, vt inducatur ad alterius amorem: qualia nonnulla commemorantur à Plinio: quæ tamen pleraque omnia ingerendæ potius insaniæ, quàm conciliando amori videntur conuenire. Ouid. eorum vsum vehementer dissuadet, *lib.* 2. de *Arte*, Nec data profuerint pallentia philtra puellis: Philtra nocent animis, vímque furoris habent. ¶ Per translationem philtrum accipimus pro corporis totius venustate, habitu, dignitate, morúmque comitate, oculis hominum ita grata, vt solo aspectu inire gratiam ab omnibus quis facilè possit. Galli sua lingua *Gratiam* appellant.

‖ Philtrodotas, φιλτροδότης, herba asplenum; quasi dans philtra. ad superstitiones & magiam eâ abutuntur. ‖

Phĭlyră, { φιλύρα. GALL. *Teil, ou tilleul.* ITAL. *Tiglio.* GERM. Ein lindenbaum. HISP. *La teja arbol.* ANG. *A thinne skinne betwene the bark and the tree a leaf or shed of paper.* } A Græcis dicitur arbor, quam Latini tiliam vocant. Plin. item *lib.* 16. *c.* 14. Philyram vocare videtur membranam tenuissimam inter corticem & lignum tiliæ arboris, ex qua coronarum lemnisci conficiebantur. Inter corticem, inquit, & lignum tenues tunicas multiplici membrana è quibus vincula tiliæ vocantur: tenuissimæ earum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorumque honore. Ouid. *lib.* 5. *Fast.*

Ebrius incinctis Philyra conuiua capillis
Saltat.

¶ Accipiuntur etiam philyræ pro membranis papyri, vel aliarum arborum in quibus olim scribebatur. Martian. *de nupt. Philolog.* Libri in philyra cortice subnotati Plin. *lib.* 13. Præparantur ex eo chartæ diuisæ acu in prætenues, sed quàm latissimas philyras. Alia exemplaria habent *philuras*, quod in idem recidit. Multæ enim sunt Græcæ dictiones, quæ apud Latinos indifferenter scribuntur per y, vel u. Solebant enim prisci Latini, qui peregrinas literas non admittebant, loco y, scribere u. ¶ Philyra, est etiam proprium nomen filiæ Oceani, ex qua Saturnus in equum conuersus Chironem centaurum dicitur suscepisse: qui à matre Philyrides, & Philyreius dicitur. Scribitur autem hoc nomen & eius deriuata simplici l. Poëtæ tamen suo iure, vt primam syllabam extendant, geminant hanc consonantem. Ouid. *lib.* 1. *de arte amandi.*

Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem.

Phīmōsis, φίμωσις, dicitur quum glans membri virilis ita tegitur præputio, vt nudari non possit. Dicta φίμωσις ἀπὸ τοῦ φίμου, quod nexum in superiore parte sacci significat, quum scilicet totius sacculi oris ambitus funiculo colligatur. ¶ Est & phimosis, vitium huic prorsus contrarium, quum præputium semel deductum, suum in locum reduci non potest: quod vitij genus etiam παραφίμωσις appellatur.

Phīneus, φινεύς, Agenoris fuit filius, vt Hellanicus ait: vt Hesiodus, Phœnicia, & Cassiopeæ, Agenoris nepos, frater Cilicis, Dorycli, & Atamini. Hic rex Arcadiæ, vel vt alij, Thraciæ, vel vt rursus alij, Paphlagoniæ vxorem duxit Cleopatram, (quam quidam Stenobœam vocant) ex qua genuit Orythum, & Crambum, vt Sophocles: vt alij, Maryandinum & Thynum: vel vt rursus alij, Palemonem & Phinea: quibus mortua priore coniuge Cleopatra Harpalycen Calais & Zethæ sororem, nouercam superinduxit: quanuis Flaccus non Harpalycen, sed Cleopatram Boreadum sororem appellet: cui etiam Apollonij interpres assentitur, qui *lib.* 1. Phineum Cleopatram Boreæ & Orithiæ filiam vxorem duxisse tradit, secundam verò Idæam Dardani filiam nouercam superinduxisse: cuius suasu filios ex Cleopatra susceptos excæcauit. Quapropter & ipse excæcatus est à diis, tum Harpyiæ contra eum missæ, quæ cibos & mensam eius turpissimè fœdarunt. Postea verò aduenientibus ad ea loca Argonautis, à Calai & Zethe fratribus alatis, rursus ad Strophades insulas fugatæ sunt. vide *suprà Calais.* Postremò ab Hercule interfectus dicitur, quum is in solitudine liberos Phinei offendisset excæcatos, comperissétque eos calumniis nouercæ eiectos fuisse, &c. ¶ Phineus alius fuit, Cephei frater, qui quum promissam sibi Andromedam filiam fratris, à Perseo, cui ex pacto postea nupserat, repeteret, ab eodem Perseo in marmor mutatus fuit visa facie Medusæ. Vide Ouidium *lib.* 5. *Metamorphos.* Fuit & alius Phineus Atheniensis in auem mutatus, vt idem refert *lib.* 7. *Metamorphos.* quem iustissimum vocant.

Phīnēŭs, a, um, apud Senec. & Phineius, a, um, apud Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

——quas dira Celæno
Harpyiaque colunt aliæ. Phineia postquam
Clausa domus, mensásque metu liquere priores, &c.

Phison, φίσων, teste Iosepho *lib.* 1. *c.* 2. Vna est ex partibus magni fluminis in omnem terram vndique profluentis, quo paradisus irrigatur, qui deductus in Indiam pelago latè diffunditur. { Der fluß Ganges in India. } A Græcis nuncupatur Getha: alij Gangem interpretantur, alij Nilum.

Phla, Insula est in Tritonide Africæ palude, de qua sic Herodot. *lib.* 4. Aiunt Iasonem posteaquam sub Pelio Argo exædificauit, impositis in ea cum aliis solennibus hostiis, tum verò tripode æreo, circuisse Peloponnesum, animo Delphos eundi: eúmque quum teneret cursum circa Maleam, abreptum à vento Aquilone, & abductum in Africam, & priusquam tellurem cerneret, in asperitis paludis Tritonidis astitisse, eíque hæsitanti de egressu apparuisse Tritonem, ac iussisse sibi dari tripodem, quòd diceret ostensurum se illi exitum, atque incolumem remissurum.

Phlanonites, φλανωνῖται Steph. Populi sunt Illyrici, à quibus nomen sinui est inditum, quem modò nautæ Quernarium appellant, alij Carnarium propter naufragia, procelloso fermè semper transitu. In recessu eius Senia vrbs, cuius à tergo specus sunt, vnde vehementes nulla ferè non hora venti perflant, eáque res infamem eum sinum reddidit. Dicta Phlanonites ab oppido Phlanone, vnde sinus omnis hic Phlanoniticus. φλανωνικὸς Stephan. vocatur: qui à Pola colonia Iaderam vsque diffunditur.

PHLĔBŎTŎMĬA, { φλεβοτομία. GAL. *Saignée.* ITAL. *Il cauamento di sangue, salasso.* GERM. Aderlassung/öffnung der aderen. HISP. *Sangria, cortadura de vena.* ANG. *The cutting of a vaine.* } Incisio venæ quæ fit ad sanguinem minuendum sedandi feruoris gratia, φλέβας enim dicunt Græci quas nos venas, & τέμνειν incidere.

Phlĕbŏtŏmŏn. { φλεβότομον. GALL. *Lancette.* ITAL. *Lancetta.* GERM. Ein laßeysen oder flieten. HISP. *Lanceta para sangrar.* ANG. *A knife wher-*

with a peine is cutt. } Scalpellum quo vena secatur.

Phlĕgĕthōn, tis, φλεγέθων, fluuius inferorum, flammis æstuantibus rapidus: à φλέγω, ardeo Virg. 6. *Æneid.*

Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon, torquétque sonantia saxa.

Hinc Phlegethonteus, a, um, penult. prod. Et Phlegethontis, idis, fœmin. gen. Ouid. 5. *Metam.*

——— *sparsúmque caput phlegethontide lympha.*

Phlegma, tis. { φλέγμα. Gall. *Flegme, ou fleume* Ital. *Flegma.* Germ. Die feuchtigkeit oder auch rotz in deß menschen leib. Hisp. *Flema.* Angl. *Fleume, sneuill.* } Humor est in corpore animalis frigidus & humidus, quem Latinè pituitam vocamus. Hinc & Phlegmatici dicuntur, in quibus humor hic cæteris præponderat.

Phlegmŏnē, es, φλεγμονή, inflammatio alicuius partis proficiscens ex intemperie primarum qualitatum cum affluxu materiæ calidæ & humidæ, hoc est, sanguis.

Phlĕgōn, φλέγων, vnus ex equis Solis, ἀπὸ τοῦ φλέγειν, quod est ardere, dictus. Ouid. 2. *Metam.* Vide Æthon

Phlĕgōntis, idis, φλεγοντὶς, gemmæ genus quod flamma quædam intus ardere videtur. Plin. *lib.* 37 *c.* 11.

Phlegrā vel Phlegre, es, φλέγρα, vrbs Macedoniæ, teste Plinio *lib.* 4. *cap.* 10. & vallis circa hanc vrbem in qua Gigantes olim cum diis conflixere.

Phlegræi, φλεγραῖοι, campi duo fuere, alter in Græcia, à Phlegra Thessaliæ valle iuxta Pallentem, vbi Gigantes cum diis cõflixisse traduntur. Alter in Campania propè Cumas, in quo Hercules cum his prælium commisit. Strab. *lib.* 5. Fortunatus erat & campus nomine Phlegræus, in quo res à Gigantibus gestas fabulæ diuulgant, nullam aliam ob causam (*vt credi fas est*) quàm quòd terra ipsa suapte virtute præliorum conciliatrix esset. Theagenes verò & Eudoxus, qui ad historicam fidem pugnam hanc conantur reducere, Pallenen (*inquiunt*) quæ veteri nomine Phlegra vocabatur, homines tenuerunt, quibus immanitas & superbia morum, Gigantum cognomen peperit. In hos ineunte prælium Hercule fulmina de cælo missa sunt, donec ij fugere coacti sunt, atque ingenti victoria superati Ex hac re rumor in vulgus ortus, Gigantes bellum diis mouisse. Silius *lib.* 12. Tradunt Herculea prostratos mole Gigantes Tellurem iniectam quatere, & spiramine anhelo Torreri latè compos, quotiésque minantur Rumpere compagem impositam, & pallescere cælum. Id autem ideo fictum est, quoniam ea regio tota sulphure plurimo scatet. Hinc fit vt ventorum impulsu excitetur regio passim ignis: qui quum exitum è cauernis natura expetat, dum luctatur assiduè, terram tandem quatit & commouet, exuritque frequenter, vnde & nomen sortitur. φλέγειν enim Græcè exurere arderéque significat.

Phlĕgræus, φλεγραῖος. Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius, apud Ouid. 12. *Metam.*

Phlĕgyās, φλεγύας, Martis filius, rex Lapitharum in Thessalia. pater Ixionis, & Coronidis nymphæ, quam quum ab Apolline vitiatam sensisset, confestim ira percitus, templum eius Delphis incendit. Quapropter Apollo iratus ipsum sagittis interfectum ad inferos detrusit, vbi hac pœna afficitur, vt sub ingenti saxo ruinam minitante sedens semper, illud casurum suspicetur & timeat. ¶ Phlegyæ item populi sunt insulani Thessaliæ, à Phlegya Ixionis patre cognominati. Hi cùm sacrilegi essent, deósque & homines spernerent, ab irato Neptuno immisso diluuio submersi sunt, quorum apud inferos meminit Virg. *Æneid. lib.* 6.

——— *sedet, æternúmque sedebit*
Infelix Theseus, Phlegyásque miserrimus omnes
Admonet, & magna testatur voce per vmbras,
Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.

Phlĕōs, seu φλέως, Dioscoridi, herba est caulem habens aculeatum, & folium hispidum, quam nonnulli stœben appellant. Autor Plinius *lib.* 10. *cap.* 15. Hermol. *in Diosc. lib.* 4. *cap.* 14. indicat Phleon dictam ἀπὸ τοῦ φλέειν, quod est fœcundum esse, quòd in Orchomenio lacu copiosissimè proueniat.

Phlius, untis, φλιοῦς, vrbs in medio Sicyonij, Argiuíque agri, vbi religiosissimè colebatur Hebe. Autor Strab. *lib.* 8. Oppidi huius incolæ Phliuntij, Phliusij, & Phliasij dicuntur: regióque circumiecta, Phliasia, antea Erethryæa dicta, teste eodem Strab. *loco iam citato.*

‖ Phlogosis, φλόγωσις, ardor, à φλογόω inflammo.

Phlomos, φλόμος, verbascum, herba, qua pro ellychniis vtuntur: lucernaria. ‖

Phlŏx, phlogos, φλὸξ, floris genus, solo placens colore, odoris prorsus expers: ita dictum, vt suspicor à colore flammæ, quam Græci φλόγα appellant. Plin. *lib.* 21. *c.* 10. Colore tantummodo placet Iouis flos, odor abest, sicut & ille qui Græcè φλὸξ vocatur.

Phlyctænæ. { φλυκταῖναι. Gal. *Boutons.* Ital. *Bitorzoli.* Germ. Bulzen oder porpelen in denen wasser oder eiter wachßt. Hisp. *Postillas.* Angl. *VVilld fier or blisters.* } Pustulæ sunt maiores, pallidæ, liuidæ, aut nigræ, aut alterius coloris à naturali recedentis, humorem in se continentes, quæ vbi rumpuntur, infrà caro quædam exulcerata apparet. Gignuntur autem vel ex igni, vel ex frigore, vel ex medicamentis: vt tradit Cels. *lib.* 5. *c.* 28. dictæ Phlyctænæ, ἀπὸ τοῦ φλύζειν, quod est bullire, siue bullas facere.

‖ Phoba, φόβη, coma propriè leonis, iuba. à φοβέω, terreo. deinde est pannicola, iubatus culmus. ‖

Phobetor, is, φοβήτωρ, filius Somni, apud Ouid. 11. *Metam.*

——— *at alter*
Fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens:
Hunc Icelon superi, mortale Phobetora vulgus
Nominat.

Dictus est Phobetor à Græcis φοβεῖν, id est, perterrefacere: Icelos autem, quia omnium animantium formam induere possit, est enim ἴκελος similis.

Phōcā, æ, φώκη, Bellua marina, corio & pilis tecta, per somnum mugiens. Vnde & vitulus marinus appellatur. Coit canum more, paritque in terra terrestrium animalium ritu. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

——— *& turpes pascit sub gurgite phocas.*

Plin. *lib.* 9. *cap.* 7. Et vituli marini, quos vocant phocas, spirant, & dormiunt in terra.

Phōcæ, Phocarum, Insulæ sunt Cretæ adiacentes, vt ait Plin. *lib.* 4. *c* 13.

Phōcæa, Φώκαια, vrbs Ioniæ, Atheniensium colonia, teste Strabone *lib.* 14. vnde profecti sunt, qui Massiliam apud Gallos non procul a Rhodano condidere. Dicta Phocæa, quòd vituli marini magno numero apparuissent vrbem condentibus. ¶ Est etiam Caria Phocæa, monti Mycalæ apposita: ab hac Phocæenses, Φωκαεῖς. vt à Græcorum Phocide, Phocenses, Φωκεῖς. ¶ Ab vtraque Phocaicus, ca, cum, vt Murex Phocaicus, Littus Phocaicum.

Phōcæi, Φωκαεῖς, Ioniæ populi, qui assiduis Persarum bellis exagitati communi consensu patriam reliquerunt, dirísque execrationibus se deuouerunt, si quando eòdem redire conarentur. Varia deinde fortuna vsi, tandem in Galliam delati sunt, vbi Massiliam condiderunt. Horat.

Nulla sit hac potior sententia Phocæorum
Velut profugit, execrata ciuitas.

Vide Erasm. *in Prouerbio,* Phocensium execratio.

‖ Phocæna, φώκαινα, balæna, tursio, vt vertit Gaza. piscis inter cetarios. à φώκη. ‖

Phocæus, id est, Pylades. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist & Eleg.* 4. *lib.* 4. *ibidem.*

Phōcās, Φωκᾶς, Romani Imperatoris, item celebris Grammatici nomen.

Phōcăsĭă, æ, Φωκασία, insula in mari Ægæo ex aduerso Atticæ, cuius meminit Plin. *lib.* 4 *cap.* 12.

Phōchæ, Φῶκαι, vrbs Bœotiæ, ad sinum OEteum: cuius meminit Ptol. *lib.* 3. *cap.* 15.

Phōcylĭdēs, Φωκυλίδης, Milesius philosophus æqualis Theognidis. Natus est quinquagesima nona Olympiade. Scripsit Heroicum carmen & Elegias, item Paræneticum carmen, ex libris Sibyllinis, vt volunt decerptum. Vide Suidam.

Phōcĭōn, Φωκίων, ciuis Atheniensis tanta vitæ integritate, vt quum magnas sibi opes ex magistratibus, qui plurimi ei deferebantur, posset comparare, pauperrimus tamen permanserit: vnde & τοῦ χρηστοῦ, hoc est, probi, siue frugi cognomen inuenit. Hic neque ridere, neque lacrymare ab vllo vnquam est visus: & in concione quum quis dixisset, Cogitabundus videris, ô Phocion, Rectè, inquit, coniectas, Cogito enim qua ratione aliquid de his detrahere possim, aut omittere quæ apud Atheniensem populum dicere decreui. Huic quum legati Philippi Macedonum regis ingentia munera offerrent, hortarentúrque vt ea acciperet, admoneréntque simul, quanuis ipse facilè his careret, liberis tamen eius esse necessaria, quibus difficile foret in summa paupertate ad paternam gloriam peruenire: Si mei, inquit, similes erunt, idem hic agellus alet illos, qui me ad hanc dignitatem perduxit: si dissimiles, nolo meis impensis illorum ali augerique luxuriam.

Phōcĭs, idis, Φωκὶς. exigua Græciæ regio, sinui Crissæo adiacens, Delphico oraculo, & Helicone Parnassóque montibus inclyta.

Phōcēnses, huius incolæ dicuntur Φωκεῖς, à quibus nonnulli putant profectos esse Massiliæ conditores, non (vt alij existimant) à Phocensibus Ioniæ populis. Cui etiam sententiæ non obscurè subscribit Plin. *lib.* 3. *c.* 4. vbi Massiliam Græcorum Phocensium coloniam appellat, ad discrimen (vt videtur) Asiaticorum. Idem ostendit & Lucan *lib.* 5. Massiliæque suæ donatur libera Phocis.

Phōcŭs, ci, Φῶκος, filius Æaci, cuius memini Ouid. *lib.* 7. *Metam.*

Phōcŭsă, Plin *lib.* 4. *c.* 12. Insula vna ex Sporadibus.

Phoebās, adis, Φοιβὰς, Phœbi sacerdos: ita dicta, teste Seruio, quòd Phœbi numinis concepto afflatu fureret, & agitaretur in Bacchantis imaginem. Sidonius, Nec sic intortum violatæ Phœbados vltrix In Danos fulmen iecit. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Téque Mycenæo Phœbas amata duci. (i. Cassandra.)

‖ Phœbe, φοίβη, splendida come, tanquam subaudiatur κόμη φοῖβος est splendidus, purus. ‖

Phœbē, Φοίβη Phœbi soror, hoc est, Diana, siue Luna. Virg. 1. *Georg.*

——— *vento semper rubet aurea Phœbe.*

Ouid. 2 *Metam.*

Quanto splendidior quàm catera sidera fulget
Lucifer, & quanto quàm Lucifer aurea Phœbe:
Tanto virginibus præstantior omnibus Herse Ibat.

Iaculatrix Phœbe, idem *Epist.* 19. Innupta Phœbe, idem 1. *Metam.* Nemoralis Phœbe. Stat. 1. *Sylu.*

Phoebūs, φοῖβος. Apollo, Iouis & Latonæ filius, eodem partu cum Diana editus (quæ & ipsa Phœbe vocitata est) diuinationis & sapientiæ Deus à Poëtis existimatus, & medicinæ repertor. Dictus Phœbus quasi φῶς τοῦ βίου, id est, lux vitæ. Virg. 3. *Eclog.*

Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me
Munera sunt, &c.
Siue super terras Phœbus, seu curreret infrà,

Tibull. *lib.* 4. Item, Vicinus Phœbo tenet arua, &c. *Ibid.*

Ipse mihi non si præscribat carmina Phœbus.

Idem *ibid.*

At media est Phœbi semper subiecta calori, ibid.

Phoebēŭs, a, um, Φοιβεῖος. Virg. 3 *Æneid.*

Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar.

Phoēmon, lacus est Arcadiæ, de quo Ouid. 15. *Metam.*

Est lacus Arcadiæ, Phœmon dixere priores,
Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto:
Nocte nocent pota, siue noxa luce bibuntur.

‖ Phœnice, cynosura, vrsa minor, quæ, vt ait Manil. *lib.* 1.

——— *iudice vincit*
Maiorem Tyro. Pœnis hæc certior auctor
Non apparentem pelago quærentibus orbem. ‖

Phoenīcēs, Φοίνικες, populi Syriæ, Iudæis contermini, quorum præcipuæ vrbes fuerunt Tyrus & Sidon. Horum regio Phœnice, Φοινίκη, siue Phœnica appellatur, à Phœnice Neptuni & Libyes filio, vt Stephano placet. Cui opinioni etiam accedit Silius *lib.* 1.

Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix.

Phœnices ingenij acumine plurimum valuerunt: quippe qui & literarum & nauigandi artis primi inuentores extitisse putantur. Rursus ex Dionysio,

Phœnicum regio est, hi rubro gurgite quondam
Mutauere domum, primique per æquora vecti
Lustrauere salum, primi docuere carinis
Ferre cauis orbis commercia: sidere primi
Seruauere poli.

Lucanus item *lib.* 3.

Phœnices primi (famæ si creditur) ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Phœnissa, æ, φοίνισσα. Mulier ex Phœnice Syriæ regone: cuius masculinum est Phœnix. Virg. 1. *Æneid.*

Hinc Phœnissa tenet Dido, blandísque moratur Vocibus.

Phœnīcĕus, a, um, φοινίκεος, genus coloris, qui alio nomine spadix appellatur, qualis in palmæ fructu apparet sole non admodum incocto. Græci enim φοίνικας, dactilos appellant. Gellius *cap.* 26. *lib.* 2. à spadice separat. Quidam voluerunt Phœnicem colorem eundem esse cum purpureo, à Phœnicibus populis dictum existimantes, apud quos præstantissima olim purpura tingebatur. Quorum opinioni quominus assentiar, facit Plinij autoritas, manifestè Phœniceum colorem purpureo distinguentis, *lib.* 21. *c.* 23. Aut enim, inquit, Phœniceum habet florem, aut purpureum, aut lacteum.

Phœnice, Phœnīcĕă, φοίνιξ. Diosc. herba est quam Latini hordeum marinum appellant teste Plin. *lib.* 21. *c. vlt.* Quidam hodie sterilem auenam vocitant.

Phœnicius, a, um, idem quòd phœniceus, a, um. Plaut. *Pseud sc.* 2. *a.* 1. Cras Phœnicium phœnicio corio inuises pergulam.

Phœnicium, nomen meretricis, *in Pseud.* Plauti.

Phœnīcŏbălānŭs, φοινικοβάλανος. Palmæ Ægyptiæ fructus, præ maturitate nigrescens, vescentésque inebrians. Qui verò adhuc viridis ante maturitatem decerpitur, adipsos appellatur. Plin. *lib.* 12. *c.* 22. Myrobalano similem in vnguentis, proximúmque vsum habet palma in Ægypto, quæ vocatur adipsos, viridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno. Colligitur autem paulò ante quàm incipiunt maturescere. Quod relinquitur, phœnicobalanus vocatur, & nigrescit, vescentésque inebriat.

Phœnicurus, φοινίκουρος, auis à caudæ rubedine ita dicta, quæ hyberno tempore Eritachus appellatur. Autor Plin. *lib.* 10. *c.* 29.

Phœnīcŏptĕrŭs, ri, φοινικόπτερος, auis à pennarum rubedine dicta. Græci enim rubrum φοίνικον appellant, & alam πτερόν. Iuuenal. *Satyr.* 11.

Et Scythicæ volucres, & Phœnicopterus ingens.

Auis huius lingua in præcipuis epularum deliciis erat olim apud Romanos. Plin. *lib.* 10. *c.* 48. Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse Apicius docuit, nepotum omnium altissimus gurges. Martial. *lib.* 13.

Dat mihi penna rubens nomen: sed lingua gulosis
Nostra placet, quid si garrula lingua foret?

Phœnīcūsă, φοινικοῦσα, vna ex Vulcaniis insulis, apud Plin. *lib.* 3. *c.* 9.

‖ Phenigmus, φοινιγμός, quasi dicas rubricatio. est medicamentum quo in corpore excitantur rubræ papulæ.

Phœnion, φοίνιον, herba anemone. ‖

PHOENIX, icis. {φοίνιξ. GAL. *Phenix.* ITAL. *Fenice.* GERM. Phönix HISP. *Feniz, aue vnica en el mũdo.* ANG. *Phenix* } Auis esse dicitur in Oriente, à phœniceo pennarum colore dicta, toto orbe celeberrima, in Arabia nascens, Aquilæ magnitudine, quæ annis sexcentis & sexaginta viuere dicitur. Plin. *lib.* 10. *c.* 2. Æthiopes atque Indi discolores maximè, & inenarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobilem Arabia phœnicem, haut scio an fabulosè, vnum in toto orbe, nec magnopere visum. Aquilæ narrantur magnitudine, aurei fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem, capútque plumeo apice honestante. Primus atque diligentissimus togatorum de eo prodidit Manilius, Senator ille maximus, nobilis doctrinis doctore nullo: neminem extitisse qui viderit vescentem: sacrum in Arabia Soli esse: viuere annos DC. LX. senescentem casia thurísque surculis construere nidum, replere odoribus, & super emori. Ex ossibus deinde & medullis eius nasci primò ceu vermiculum, inde fieri pullum, principióque iusta funeri prioris reddere, & totum deferere nidum propè Panchaiam in Solis vrbem, & in ara ibi deponere. ¶ In hac significatione quidam volunt Phœnix esse dubij generis: melius tamen dixeris esse mascul. Nam fœminino genere rarissimè legitur, ídque nonnisi figuratè, respiciendo ad genus superioris auis. ¶ Est item *Phœnix* Thessaliæ, fluuius in Asopum influens: cuius meminerunt Plin. *lib.* 4. *c.* 8. & Strab. *lib.* 9. ¶ Phœnix præterea gentile nomen est, cum significans qui è Phœnice maritima Syriæ regione ortum traxit: de quo vide paulò ante in dictione *Phœnices.* ¶ Arbor item illa nobilis quam Latini palmam appellant, Græco nomine Phœnix dicitur. ‖ ¶ Phœnix instrumentum musicum à Phœnicibus inuentum. ‖ ¶ Phœnix item nomen proprium præceptoris Achillis, qui quum matris hortatu cum patris concubina rem habuisset, Diris impetitus à patre relicta Hellade, in Thessaliam sese contulit ad Peleum regem, qui illi Dolopum procurationem commisit, filiúmque Achillem in disciplinam tradidit: quem etiam ad bellum Troianum comitatus est, vt ipse narrat apud Homer *lib.* 1. *Iliad.*

Phŏlĕgāndrŏs, φολέγανδρος, insula est vna Sporadum, quam Aratus propter asperitatem, ferream vocat. Steph. nomen accepisse tradit à Pholegandro Minois filio.

‖ Phollis, φόλλις, obolus. Vide *Follis.* ‖

Phŏlŏē, φολόη, mons Arcadiæ syluosus, oppidum habens eiusdem nominis: teste Plin. *lib.* 4. *c* 6. Lucan. *lib.* 7.

Scilicet ipse petet Pholoen, petet ignibus OEtam.

Phŏlŭs, φόλος, fuit vnus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius. Hic Herculem suscepit hospitio, quum ad expugnandos Centauros pergeret: & tandem in nuptiis Pirithoi, orto prælio inter Lapithas & Centauros occubuit. Lucan.

Hospes & Alcidæ magni, Phole.

Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Bacchus & ad culpam causas dedit, ille furentes
Centauros letho domuit, Rhetúmque Pholúmque.

Phōnascŭs, φωνασκός. Dictio est Græca, qua significatur vocis, pronuntiationísque magister, & moderator. Quintil. *lib.* 11. Sed cura non eadem oratoribus quæ phonascis. Suet. *de Augusto*, Pronuntiabat dulci, & proprio quodam oris sono, dabátque assiduè phonasco operam. Is enim vocem intorquere, remittere, lenire, exasperare docebat: quod artis genus Græci etiam φωνασκίαν appellarunt. Idem *in Neron. c.* 25.

Phōnŏs, φόνος, herba eadem quæ atractylis: ita dicta ab eo quòd sanguineum fundat succum. Autor Plin *lib.* 12. *c.* 16.

Phōrbās, antis, φόρβας. Triopæ filius, pater Ilionei Troiani, vnus ex comitibus Æneæ: qui quum in bello Troiano aduersante etiam Priamo sæpiùs in prælium descendisset, & multa egregia facinora edidisset tandem à Menelao obtruncatus est. Huius imagine assumpta Somnus Deus Palinurum decepit, vt placet Virg. *ad finem* 5. *Æneid.*—puppíque (inquit) Deus consedit in alta Phorbanti similis. Seruius. ¶ Alius fuit Phorbas Argiuorum rex. ¶ Alius item pastor Polybij Corinthiorum regis Phorbas amatus ab Appolline. Plaut. *in Num.*

Phōrcus, i, vel Græco more Phorcys, aut etiam Phorcyn, ygnos, φόρκυς, φόρκυν, filius Neptuni & Thoosæ nymphæ, rex Corsicæ & Sardiniæ insularum: quem ab Atlante nauali prælio victum, vndáque obrutum, postea socij superstites in marinum Deum conuersum dixere, eíque diuinos honores exhibuere. Virg. 5. *Æneid.*

Tritonésque citi, Phorcique exercitus omnis, &c.

Hic pater fuit Medusæ, quæ ob id nomine patronymico Phorcynis dicitur, Ouid. 5. *Metam.* in partem Phorcynida transtulit illam. Hinc etiam deducitur aliud patronimicum fœm. Phorcys, ydos. Propert. *lib.* 3. Sectaque Persea Phorcydos ora manu.

Phōrmĭō, φορμίων, Crotoniata, dux rei militaris peritissimus, qui Lacedæmonios duobus naualibus præliis superauit. Huius meminit Theopomp. *in Philippicis.* ¶ Phormio item dux Athenienfium in bello Peloponnesiaco, qui Peloponnesios duobus maximis præliis afflixit. Autor Thucid. *lib.* 2. ¶ Phormio, Peripateticæ sectæ philosophus, quum apud Annibalem iam Carthagine expulsum, & in Asia exulantem, aliquot horas de officio Imperatoris, déque omni re militari copiosissimè disseruisset, interrogatus Annibal quid de eo sentiret, respondit, Multos se deliros senes vidisse: sed qui magis, quàm Phormio deliraret, vidisse neminem. Neque mehercule iniuria: quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri poterat, quàm Annibali, qui tot annos de imperio cum populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominem, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, nullam denique minimâ partem publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? De hoc vide Cic. *de Orat.* ¶ Phormiones, φορμίωνες, tegetes item ex iuncis, & straminibus contextæ: apud Vlpian. *l.* 12. §. 12. *D. de instruct. vel instrum.* Vbi tamen Formiones legitur peruulgato errore.

‖ Phormus, φορμὸς, sporta, corbis quia in ea aliquid φέρεται, fertur. ¶ Est itē Phormus, Syracusanus comicus Epicharmi contemporaneus. Geloni tyranno familiaris, & filiorum ipsius altor. Docuit fabulas septem quas commemorat Athenæus.

Phŏrōnĕus, φορωνεύς, per tres syllabas, filius fuit Inachi fluuij & Argiuorum rex, qui initio dispersos populos in vrbem coëgit, quam appellauit Argos Phoronicon.

Phŏrōnĭs, idis, patronimicum fœmininum, quod Poëtæ vsurpant pro Iside Inachi filia, & Phoronei sorore. Ouid. 1. *Metam.* Nec superûm rector mala tanta Phoronidos vltra Ferre potest.

Phŏrōnēŭs, a, um, per quatuor syllabas. Stat. 2. *Silu.*

Isi Phoroneis quondam stabulata sub antris.

Phōsphŏrŭs, i, φωσφόρος. Stella matutina, quam Latini verbum ex verbo reddentes, Luciferum adiectiuè appellant. Mart. *lib.* 8.

Phosphore redde diem, quid gaudia nostra moraris?

{ Der morgenstern. } Sed substantiuè per synecdochen est stella Veneris quæ lucem, id est, diem reducit.

Phrāgmōn, φράγμων, insignis statuarij nomen, qui Olympiade LXXII. floruit, teste Plin. *lib.* 4. *c.* 8.

Phrăortēs, φραόρτης, Rex Indorum, ad quem Apollonius Tyaneus peruenit, quem quum de victus ratione interrogaret, respondit, Tantum vini bibo, quantum Soli sacrifico, quæ autem venando acquiro, pascuntur alij, mihi sat fuerit ipsa exercitatio. Cibus mihi olera & palmarum fructus, multa mihi quoque ex arboribus nascentia, quas manus hæ plantauerunt Philostratus *in vita Apollonij.*

Phrăsĭs, φράσις, eloquentiæ corpus, inquit Quintil. *lib.* 10. *c.* 1. & dicendi modus. Dicta ἀπὸ τοῦ φράζειν, quod est fari, & disserere. Macer (inquit idē Quintilian.) & Lucretius legendi quidem, sed non vt faciant phrasin.

Phratria, φρατρία contubernium, φράτωρ contubernalis.

PHRĒNĒS, φρένες à Græcis vocantur, à Latinis præcordia, hoc est, septum transuersum, quod & diaphragma ab illis appellatur: siue quòd mentem (quam etiam τῷ φρενῶν nomine illi intelligunt) iis in partibus residere nonnulli ex veteribus existimarint, siue quòd diaphragmate inflammato necesse sit, & mentem impediri, subsequente nimirum eo morbi genere, quem paraphrenitidem appellant medici.

Phrenesis, idem quod phrenitis Sonat quidem *phrenesis*, tanquam sit à φρενόω, mente laborare. Sed neque hoc verbum Græcis est, neque illud verbale. Fecerunt tamen Latinè siue à φρὴν mens, siue à φρενῖτις, mutato ι in e, & τ in s.

Phrēnītĭs, idis. {φρενῖτις. GALL. *Phrenesie.* ITAL. & HISP. *Frenesia.* GERM. Das hirnwüten/ auß welchem die Taubsucht vnnd wanwitzigkeit erfolget. ANGL. *The frensie.* } Morbus lædens mentem, & ad insaniam furorémque perducens: vnde & nomen accepit. Nam mentem Græci φρένας appellant. Fit autem ex inflammatione membranularum quas meningas vocant, ídque vel à pallida bile, eáque lenior est, vel à flaua, eáque est vehementior: vel ab eadem valde adusta, quæ est omnium teterrima, vt docet Galen. *lib.* 3. *de locis affectis.* ¶ Phrenesis alio nomine appellatur, pen. prod. Iuuen. *Satyr.* 14. Quum furor haud dubius, quum sit manifesta phrenesis. Martial. *lib.* 4. Declamas in febre Mathon: hanc esse Phrenesim Si nescis, non es sanus, amice Mathon. Serenus mediam huius dictionis syllabam corripuit, quem in hoc non imitabimur. ¶ Phreneticus appellatur qui hunc morbum patitur. Plin. *lib.* 20. *c.* 2. Sed & phreneticis auxiliatur cum lacte mulieris.

Phrixa, φρίξα, vrbs Peloponnesi triginta non ampliùs sta liis ab Olympia distans, alio nomine Phæstus appellata.

Phrixæŭs, a, um, gentile, φριξαῖος Steph,

Phronēsis, prudentia, à φρονέω sapio; mente valeo. est enim φρὴν mens. {φρόνησις. Gal. Prudence. Ital. Prudenza. Germ. Fürsichtigkeit. Hisp. Prudencia. Angl. Wisdome.} Cicer. lib. 1. Offic. Princépsque omnium virtutum est illa sapientia, quam Græci sophiam vocant. Prudentiam enim quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expetendarum, fugiendarúmque scientia.

Phronēsium, φρονήσιον, meretriculæ nomen est apud Plaut. Latinè prudentulam sonat.

Phrurarchus, φρούραρχος, vel φρουράρχης, qui præsidiariæ cohorti præest, castelli præfectus.

Phrygia, φρυγία, minoris Asiæ regio, Cariæ, Lydiæ, Mysiæ, & Bithyniæ finitima, quarum omnium fines ita coëunt, vt non facilè possint distingui, teste Strab. lib. 13. Dicta est autem Phrygia (vt idem Strab. non vno in loco indicat) à Phrygibus populis è Thracia oriundis, qui antea Phryges dicebantur. Quidam duplicem faciunt Phrygiam, maiorem, in Galatiam vergentem: & minorem, Epicteton cognominatam. In hac est Ida mons, & Tmolus, & Pactolus fluuius. ¶ Ex Phrygia orta est Sibylla cognomento Phrygia: cuius nomine circunfertur illud de supremo iudicio vaticinium:

Tuba de cœlo vocem luctuosam emittet.
Tartareum chaos ostendet. dehiscens terra.
Venient ad tribunal Dei reges omnes.
Deus ipse iudicabit simul pios & impios.
Tunc demum impios in ignem & tenebras mittet.
Qui autem pietatem tenent, iterum viuent.

Phryx, φρὺξ, qui est ex Phrygia. Cic. *pro Flac.* Asia vestra constat, opinor, Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrùm igitur nostrum est, an vestrum hoc prouerbium, Phrygem plagis fieri meliorem? Ouid. 13. *Metam.*

Quique cruore sæpè Phrygum maduit.

¶ Serò sapiunt Phryges, prouerbium in eos dici solitum, quos stultè factorum serò pœnitet. Vide Erasmi adagia. Fœmininum eius est Phrygia, φρυγία Steph. Virg. 9. *Æneid.*

O vera Phrygiæ, neque enim Phryges.

Phrygiōnes. {Ang. Weauers of cloth of baudkin.} Qui acu pingunt, vel qui vestes auro intexunt. Phryges enim primi inuenerunt talem texturam φρυγίοι. Plin. lib. 4. c. 48. Pictas vestes iam apud Homerum fuisse video, vnde natæ triumphales. Acu facere Idei Phryges inuenerunt, ideóque Phrygiones appellati sunt. Plaut. *Aul. sc. 5. a. 3.* Stat fullo, Phrygio, aurifex. Idem *Men. sc. 4. a. 2.* Pallam ad Phrygionem deferas, vt reconcinnetur. *Ibid. sc. 2. a. 4.* Pallam ad Phrygionem fero, confecto prandio. *Ibid. sc. Potin. & sc. 1. a. 4.* Ad Phrygionem redi, & pallam refer. *Ibid. sc. 2. a. 4.* Vide Seruium *in 3. Æneid.*

Phrygius, a, um, adiect. φρύγιος, quicquid è Phrygia est. Cic. *pro Rosc. Amer.* Quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio? ¶ Phrygius lapis, λίθος φρύγιος, Gleba est pumicosa, teste Plin. *lib. 36. c. 19.* tingendis vestibus vtilis. Phrygius lapis (inquit) gentis nomen habet. Est autem gleba pumicosa. Vritur antè vino perfusus, flatúrque follibus donec rufescat: ac rursus dulci vino restinguitur: & hoc trinis vicibus, tingendis vestibus tantùm vtilis. Phrygia vestis picta acu cuius artifices phrygiones appellantur. Huius vestis meminit Virg. *lib. 9.*

Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis.

Item *eodem,*

O verè Phrygiæ, neque enim Phryges.

Nonius, Phrygiæ vestes barbaricæ dictæ. Vide *Barbaricus.* Ouid. 13. *Metam.*

Nec comes hic Phrygias vnquam venisset ad arces.

Idem *ibidem,*

Rapui Phrygiæ signum penetrale Mineruæ.

Phrygiānus, a, um, quod Phrygionum opera confectum est, vt phrygianæ vestes, hoc est, acu pictæ. Plin. *lib. 8. c. 48.* Togas rasas, phrygianásque, D Augusti nouissimis temporibus cœpisse, scribit Fenestella.

‖ Phrygenda, lusus genus, in quo fabis tostis, seu frixis vtebantur. Hesych. ‖

Phrynē, φρύνη, nobilis Athenis meretrix fuit: quæ quum impietatis accusaretur, & summopere iam periclitaretur, diducta manu tunica nudatóque iudicibus candidissimo pectore, omni periculo est liberata. Autor Aristot. *Rhet. lib. 1.* Quint. *lib. 2. c. 15.*

Phrynichus, φρύνιχος, Atheniensis tragicus, Thespiadis discipulus, qui primus personam fœminæ protulit in scenam, & tetrametrum reperit. Filium habuit Polyphradmonem poëtam, & ipsum tragicum. Docuit tragœdias nouem. ¶ Alter item Atheniensis comicus inter secundos antiquæ comœdiæ, qui docuit fabulam vnam. ¶ Tertius eiusdem nominis Bithynicus sophista, qui scripsit de Atticis dictionibus. Autor Suid.

Phryniōn, φρύνιον. Herba quæ eadem dicitur paronychia, ita dicta quòd τοῖς φρύνοις, hoc est, rubetis aduersetur. Autor Plin. *lib. 25. c. 10.*

Phrynis, φρύνις, Citharœdus nobilis fuit, patria Mitylenæus, discipulus Aristoclidis, qui genus suum ad Terpandrum referebat. Hic primus Athenis visus est citharœdus, Callia summum magistratum gerente. Vide plura de hoc apud Suid.

Phrynos, φρῦνος. A Græcis ranæ genus appellatur omnium maximum, in vepribus tantùm viuens: vnde & rubetam Latini appellant. Plin *lib. 32. c. 3.* Sunt quæ in vepribus tantùm viuunt, ob id rubetarum nomine, (vt diximus) quas Græci phrynos vocant; grandissimæ cunctarum, geminis veluti cornibus, planæ veneficiorum.

Phryxus, φρίξος, Athamantis ex Nephele filius, qui quum nouercales insidias ferre non posset, vnà cum Helle sorore profugit, acceptóque à patre ariete cui vellus erat aureum, eóque conscenso, quum in Asiam traiicere vellent, Helle puellari timore exterrita, decidit in mare, quod ex eius nomine Hellespontus appellatur: Phryxus verò incolumis in Colchidem peruenit ad regem Æten, vbi arietem Ioui, vel, vt aliis placet, Marti immolauit, vellúsque illud aureum in templo suspendit, quod postea Iason Medeæ ope adiutus, abstulit. Aries verò inter sidera locatus, pristinam effigiem tenuit, qui à Phryxo Phryxeus appellatur, media longa Ouid. *lib. 7. Metam.*

Dúmque adeunt regem, Phryxeaque vellera poscunt.

Phthīă, φθία, ciuitas Thessaliæ, Achillis patria. Catull. *de com. Beren.*

Progenies Phthiæ clara superuehitur.

Phthius, φθίος, & Phthiota, φθιώτης, qui Phthiam incolit. Ouid. 1. *Epist. Briseid.*

Quàm sine me Phthius canescant æquora remis,
Et videam puppes ire relicta tuas.

Phthiōtis, idis, φθιῶτις, siue Phthiotia, tiæ, vna ex quatuor Thessaliæ partibus in Austrum vergens. Strab. *lib. 9.* Cæterùm Phthiotia tractum continet Australem ad OEtam, à sinu Maliaco, & Pelasgico vsque ad Dolopiam, orámque Pindi protensum. In latitudinem verò porrectum vsque ad Pharsalum, planéque Thessalica. Hinc adiectiuum Phthioticus, φθιωτικός. Catull. *Argon. Epigr. 59.* Deseritur Scyros linquunt Phthiotica Tempe.

Phthīriăsis, φθειρίασις, morbus est pedicularis, in quo pediculi aceruatim per cutem erumpunt. ἀπὸ τῶ φθειρῶν, quos & pedes, & pediculos vocamus. Plin *lib. 20. c. 1.* Sic & contra phthiriasin bibitur & hydropises. Vide *Pedicularis* in *Pedes,* pedum. ¶ De eo morbo, & iis, qui eo interierunt, Plutarch. *in Sylla.*

Phthīrŏphăgi, φθειροφάγοι dicti sunt populi, à tenuitate victus, quasi pediculis vescantur. Hi sunt iuxta Pontum Euxinum. Plin *lib. 6. c. 4.* Strab. *lib. 10. & 11.*

Phthiroctonon, φθειρόκτονον, herba pedicularis, vel peduncularia, vt Marcellus habet.

‖ Phthirophagus, φθειροφάγος, qui pediculos edit.

Phthirophagi, gens Ponti, à sordibus dicta. ‖

Phthĭsis, extenuatio, imminutio. In specie tabes, hoc est, extenuatio totius corporis cum febre parua, propter pulmonis vlcera insanabilia. {φθίσις. Gall. Vlceration des poulmons. Germ. Die schweinsucht. Hisp. La tisica. Ang. Vlceration of the lightes.} Morbus est totum corpus extenuans, proueniens ex vlcere pulmonis à pituita potissimū generata, quæ à capite delapsa, in pulmonibus computruit. Quanquam interdum & ex proprio pulmonis affectu originem trahat, maximè quidem ex vasis diruptione post sputum sanguinis non conglutinata: quod mali genus Græci vsitatius Phthoën φθόην vocant: definiúntque esse totius corporis, cum parua febre extenuationem, pulmonis insanabilia vlcera consequentem. Hoc morbo Theopompum laborasse, & ab Asclepiade curatum tradunt. Sæpenumero tamen phthisim pro phthoë positam inuenimus: vt apud Columell. *lib. 6. cap. 14.* Est & illa grauis pernicies, quum pulmones exulcerantur: inde tussis & macies, & ad vltimum Phthisis inuadit. Corripit autem hoc nomen priorem syllabam. Iuuen. *Satyr. 13.*

Et phthisis, & vomica putres, & dimidium crus.

Qui hunc morbum patiuntur, Phthisici, φθισικοὶ appellantur. In oculo item phthisim appellant, pupillæ constrictionem, quum scilicet oculi tabes pupillam contrahit atque angustiorem efficit. Definitiones quæ Galeni nomine circunferuntur, phthisios nomine omnem corporis extenuationem maciémque complectuntur, à verbo φθίνειν, quod propriè dicitur de plantis aliísque sensim pereuntibus.

Phthoēs, es, φθόη, corporis totius extenuatio cum exigua febri, incurabilia pulmonis vlcera consequens. Hanc nonnulli, minus tamen propriè phthisin appellant.

Phthongus, {קוֹל kól. φθόγγος. Gal. Son. Ital. Suono. Ger. Ein thon. Hisp. La voz ò sono y sonido. Angl. A sowne.} Idem quod sonus, & vox inarticulata: à verbo φθέγγομαι, quod est sonum & vocem edo. In musica autem phthongus dicitur, soni cuiuspiam vnus, & idem tenor: vt in cithara certi alicuius nerui strepitus semper sui similis. Seuer. *lib. 1. cap. 8.* Phthongum definit casum vocis μελῳδῆ, id est, aptum melo in vnam intentionem. Alij harmoniæ minimam partem. Nam quemadmodum vnitas numeri ita phthongus consonantiæ principium est. Ex his facilè intelligi potest locus Plin. *lib. 2. c. 22.* vbi de siderum musica loquens ex Pythagoræ sententia ait Saturnum dorio moueri, Iouem phrygio, Mercurium verò phthongo, hoc est, eodem semper & æquabili soni tenore.

Phthora, φθορὰ, est corruptio. Hinc

Phthora, herba quædam in Alpibus & Allobrogum Heluetiorúmque montibus: apud Valdenses frequens.

Phthoria, sunt medicamenta quibus medici vtuntur abigendis infantibus in vtero enectis: quæ ecbolia quoque dicuntur, id est, eiectoria. Plinius *de scammonite vino, lib. 14. cap. 16.* Hoc vinum, inquit, phthorium vocant, quoniam abortus facit. Sic enim in antiquis exemplaribus legitur manuscriptis: licèt in impressis *ectromattium* legatur, verbum subdititium.

Phthūris, φθοῦρις, Æthiopiæ oppidum, vnum ex iis quæ C. Petronius, quum ab Augusto Ægypto præfectus esset, expugnauit. Autor Plin. *lib. 6. cap. 29.*

Phū, φοῦ, vocant aliqui nardon agrion, siue criticum, folio oleris atri, caule cubitali, geniculato, in purpura albicante, radice obliqua, villosáque & imitante auium pedes. Diosc. *lib. 1.* & Plin. *lib. 12. cap. 12.* Officinæ *Valerianam maiorem.* nominant.

Phuca, potionis genus.

‖ Phucus marinus, alga. H. P. ‖

Phurnita, vrbs Libyæ: ciues Phurnitani. Steph.

Phurnythei, populi Mauritaniæ, quorum originem refert Iosephus ad Phuth, filium Chami, filij Noë.

‖ Phuy, item fu fu, interiectio, quo aliquid putoris nos auersari significamus. ‖

Phy, interiectio mirantis est, teste Donat. Terent. *in Adelph.* Phy, domi habuit vnde disceret. Plaut. *Pseud. sc. 4. a. 5.* Phy, in malam crucem. (Interiectio aspernatis odorem tetrum.)

Phycītes, φυκίτης, gemma algæ colorem habens. Plin. *lib. vlt. c. 10.*

Phycŏs, thalassium, φῦκος θαλάσσιον, Latinè fucus marinus, herba est similis lactucæ, quæ conchyliis substernitur. Tria eius sunt genera: latum, & alterum longius, quadantenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur. Hæc Plin. *lib. 26. c. 10.*

Phycis, fœminini generis, φυκὶς, piscis est verno tempore varius, reliquis anni partibus candidus, ex alga nidificans, & in nido oua pariens. Autor Plin. *lib. 9. c. 26.*

Phycocis

‖ Philocle, hodie Ceruia, V.E.sub A.Rauennate.‖

Phycūs, cūntis, φυκοῦς, Libyæ Cyrenaicæ promontorium, quàm longissimè in mare excurrens, ex aduerso Tænari Laconiæ, vt scribit Strab.*lib.*17.

Phycūssæ, φυκοῦσαι, insulæ Libyæ adiacentes, ita dictæ ab algæ copia, quæ φῦκος, à Græcis appellatur. Autor. Steph.

Phygethlōn, φύγεθλον, est (vt inquit Corn.Cels.*lib.*5.*c.*28.) tumor non altus, latus, durus, in qua quiddam pustulæ simile est, cum dolore, distensionéque vehementi, maioréque quàm pro magnitudine tumoris: interdum etiam cum febricula, tardè maturescens, neque magnopere in pus se conuertens. Latini panum vocant.

Phylăcă, { φυλακή. ANG. *A warde, a gayle.* } Locus custodiæ, carcer. Plaut. *in Capt. sc.* 5.*a.*3. Illinc est abductus rectà in phylacam vt dignus est, à verbo Græco φυλάττω, custodio.

Phylăcīstă. { φυλακιστής. ANGL. *A gayleur or keeper of the prisonners.* } Carceris custos, vel lictor, cuius officium est nocentes comprehendere, & in carcerem abripere. ἀπὸ τοῦ φυλακίζειν, quod est ad carcerem trahere. Plaut. *in Aulul. Ibid. sc.* 5.*a.*3. Trecenti cùm stat Phylacistæ in atriis. (i. obseruatores, vt creditores solent.) Malè autem in aliis editionibus scriptum hîc Constant, vno verbo, pro, cùm stant.

Phylăcē, φυλάκη, oppidum est Phthioridis regionis Thessaliæ, cuius meminit & Homerus in Catalogo, Οἱ δ' εἶχον φυλάκην, & Πύρρασον ἀνθεμόεντα. In hoc Protesilaus regnauit, vnde Phylacides cognominatus est & Laodamia eiusdem vxor Phylaceia. Ouid. 3.*de Arte*,

Phylacides aberat Laodamia tuus.

Vbi poëta primam produxit, contra primitiui naturam. Idem *de Ponto*,

Vt viuat fama coniunx Philaceia, cuius, &c.

Phylăctērium, { חנף *chanáph* טטפת *totáph.* φυλακτήριον, } Græca dictio ἀπὸ τοῦ φυλάττειν, hoc est, à custodiendo, asseruando, siue tuendo deducta: significátque antidotum quo nos aduersùs venena tuemur, & præmunimus: nonnunquam significat locum custodiæ destinatum. Hoc etiam nomine dicebantur Pharisæorum tabulæ, siue membranæ Decalogi præcepta inscripta habentes: quas illi & fronti & brachiis affigebant, vt eorum oculis nunquam non obuersarentur. Erasm. *in Matthæum*, Pharisæi quò videntur admodum obseruantes legis, scribebant Decalogum in membranis, seu duobus voluminibus, quorum alterum fronti coronæ vice circumponebant, alterum brachio, vt siue quò manum porrigerent, essent in conspectu: siue quo caput mouissent, ob oculos essent. Hunc morem testatur Hieronym. ad suam vsque ætatem durasse apud Iudæos, Persas, ac Babylonios: atque eos qui id facerent, apud illos habitos ceu religiosos, quasi sic præstarent id quod Deus iubet per Mosem, seruari præcepta sua. Hactenus Erasmus.

‖ Phylacti, magistratus Cumanorum. Rh.

Phyletæria, polemonia herba.‖

Phylārchus, φύλαρχος. Ordinis, siue dignitatis nomen in equestri militia. Erat enim equitatus diuisus in classes quasdam, quas illi φυλὰς appellabant: quibus qui præerant, Phylarchi appellabantur. Omnes autem vni parebant Hipparcho, hoc est, equitatus totius præfecto: quem Latini sub dictatore vniuerso exercitui imperante magistrum equitum appellabant. ¶ Fuit item proprium nomen Historici cuiusdam Atheniensis, siue Sycionij, aut, vt alij malunt, Naucratitæ, qui Pyrrhi Epirotæ bellum aduersùs Peloponnesios libris XXIII. conscripsit. item alia complura, quæ recensentur à Suida.

Phyleūs, φυλεύς, Iouis filius, & pater Megetis viri fortissimi, qui in bello Troiano præfuit Dulichiis, Echinadúmque insularum incolis. Vide Homer. *in Catalog. nauium.*

Phyllāndrion, in palustribus nascens herba.

Phyllānthēs, φυλλάνθης, herba est ex genere aculeatarum, sed mitioribus aculeis, ab radice tantùm foliata. Sic eam nominat. Plin. *lib.*21.*c.*16.

Phyllanthion, φυλλάνθιον, cognomento dyticon, herba est Democrito, purpuram tingentibus vtilis. Vide Hermol. *in Caroll.*

Phyllira, vide *Philyra.*

Phyllis, nomen Lycurgi Thracum regis filiæ, quæ Demophoonta Thesei filium ex Troiano bello redeuntem, hospitio lectóque excepit, accepta priùs ab eo fide, se domi compositis rebus vxorem ab eo ductum iri. Profectus itaque Demophoon, quum vltra statutum tempus variis districtus negotiis in patria detineretur, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulsu, quòd se spretam esse crederet, laqueo vitam finiuit, inde conuersa in arborem amygdalum sine foliis fertur. Postea reuersus Demophoon, cognita re, eius amplexus est truncum: qui (velut sponsi sentiret aduentum) folia emisit. Ita postea Phylla sunt dicta à Phyllide, quæ antè petala dicebantur. ¶ Est & Phyllis, φυλλὶς, amnis Bithyniæ, teste Steph. a quo Phyllij, φύλλιοι: Phylliensésque, φυλλιεῖς dicuntur.

Phyllītis, φυλλῖτις, herba est foliis lapathi, longioribus tamen adultioribúsque, modò senis, modò septenis, interiùs læuis, auersa parte quosdam quasi vermiculos appendentes referentibus. vulgò lingua ceruina, Hirschzunge. Apuleio Radiolus. Dioscorides à quibusdam Lapathon agrion, id est, rumicem agrestem vocari tradit.

Phyllon, φύλλον, spina est sine caule, sine flore, sine echino, foliis longis, aculeatis, & lactucæ similibus. Aliis nominibus Polygonaton appellatur, & Leucacantha. Plin. *lib.*22.*c.*16.

Phyllūs, li, φύλλος, siue Phyllûs, ûntis, φυλλοῦς Steph. Oppidum Thessaliæ, in tractu Phthiotidis: à quo Apollo Phylleus cognominatus est. Autor Strab. *lib.*9.

Phylūră, φίλυρα, vide *Philyra.* ‖ sic enim scribendum.‖

Phymata, φύματα, Phlegmonæ hoc est, inflammationes laxarum partium, teste Galen. *lib.*1. *Methodi.* ‖ ¶ Phymata animal, vt inquit Ælianus, in quod si quis oculos intendat, ab eoque inspiciatur, in pallorem maciemque incidit, idque diebus non paucis.

Phyranon Ammoniacum pingue resinosum.‖

Physa, φύσα, piscis quidam ex genere testaceorum, Nilo fluuio peculiaris, teste Strab *lib.vlt.*

‖ Physalis, φυσαλίς, vesicaria herba.‖

Physcūs, φύσκος, *Fiesco.* Cariæ oppidum è regione Rhodi insulæ: cuius meminit Strab. *lib.*14. Steph. aliam eiusdem nominis vrbem collocat in Locride, quam dictam vult à Physco Ætoli filio, nepote Amphyctionis, pronepote Deucalionis.

‖ Physema, bullarum modo inanis conceptus, in margaritarum conchis: concharus abortus.‖

Physētēr, is, φυσητὴρ, bellua marina admirabili magnitudine, quæ aquam faucibus haustam tanta copia in altum efflat, vt veluti densissimus quidam imber decidens, conspectum circunquaque eripiat. Vnde & Physeter dictus est, παρὰ τὸ φυσᾶν τὰ κύματα, hoc est, ab emouendis, aut efflandis fluctibus. Rufus ex Arato, anhelos physeteras proprio epitheto appellauit. Plin. *lib.* 9. *cap.* 4. Maximum animal in Indico Oceano pristes & balæna est: in Gallico Oceano physeter, ingentis columnæ modo se attollens, altioremque nauium velis diluuiem eructans. Hæ belluæ Nearchi classi in Arabicum signum nauiganti, maximum terrorem incusserunt, quòd tantos expirarent nimbos, vt quæ posita ante pedes essent, videri non possent, donec à nauigationis ducibus edoctus Nearchus, tubarum clangore perterritos in profundum abegit.

PHYSIS, natura. { φύσις. GAL. *Nature.* ITAL. *Natura.* GERM. Die Natur. HISP. *Naturaleza.* ANG *Nature.* }

Physĭcŭs, a, um, naturalis, ad rerum naturam, & ad physicam pertinens. { φυσικός. GAL. *Naturel, appartenant à nature.* ITAL. *Naturale, ch'appartiene alla natura.* GERM. Natürlich. HISP. *Cosa pertenenciente à la naturaleza.* ANG. *Naturall belonging to nature.* } Cic 2. *de diuin.* Quæro etiam si velim scribere quid aut legere, aut canere, vel voce, vel fidibus aut geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare, somniúmne expectandum sit. *Ibid.* Physica disputandi subtilitas. Idem 2. *de nat. deor.* Rationibus physicis constituere aliquid. ‖ Suarez *in Metaphys. disp.* XVII. hæc summatim habet: Causa

I. *Physica*, verè ac realiter influens in effectum. Hoc modo & Deus est causa physica, dum creat: & Angelus, dum efficit motum vel in cælo, vel etiam in seipso: & intellectus, dum efficit intellectionem, & voluntas volitionem, &c. Hæc duplicem pótest habere agendi modum, *naturaliter* scil. seu necessariò, & *liberè*, vel contingenter.

II. *Moralis* dupliciter dici potest:

1. quæ *liberè* efficit. & hoc modo causa moralis non omnino condistinguitur à physica generatim sumta, sed distinguitur à physica naturaliter ac necessariò agente,

2. vt distinguitur omnino à physica; & dicitur, quæ per se non verè efficit, moraliter tamen ita se gerit, *vt ei imputetur effectus.* Vnde est causa, *non impediens*, cùm possit ac debeat. *applicans causam per se inducens illam* per consilium, preces, modum meriti, localem motum. vt cùm quis applicat ignem domui. nam licèt is sit causa per se physica illius motus, combustionis tamen solùm est causa per accidens.‖

Physĭcūs, i, substantiuum, qui physicen perdidicit, rerum naturalium inuestigator. { φυσικός. GAL. *Physicien, qui entend les choses naturelles.* ITAL. *Che intende le cose naturale, fisico.* GERM. Ein naturkündiger/ein verstendiger der geimnussen der natur. HISP. *Fysico.* ANGL. *He that vnderstandeth thinges naturall.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Sed tu hoc physice non vides, quàm blanda conciliatrix, & quàm sui sit læna natura. *Ibid.* Non pudet igitur physicum, id est, speculatorem, venatorémque naturæ, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium veritatis? Idem 2. *de diuinat.* Quod video physicis placuisse: eísque maximè, qui omne quod esset, vnum esse dixerunt.

Physĭcē, vel Physĭcă, φυσική, sc. ἐπιστήμη, scientia naturalis, i.e. de rebus naturalibus. specialiter de corpore naturali, & plurali.

Physĭcă, orum, φυσικά, naturalia scil. πράγματα, vel μελετήματα, studia. Cic. 1. *de Orat.* Oratorem ne physicorum quidem esse expertem volo. Idem 1. *de finib.* Epicurus in physicis quibus maximè gloriatur, totus est alienus. ¶ In eadem significatione dicimus physica, cæ, φυσική, præsertim pro disciplina ipsa naturali: nam pro opere eam pertractante vsitatiùs neutro plurali vtimur: vnde physica Aristotelis, rectius dixeris, quàm physicā. Cic. 1. *Acad.* Sed enitar, vt Latinè loquar, nisi in eiusmodi verbis, vt Philosophiam, aut Rhetoricam, aut Physicam, aut Dialecticam appellem. Idem 3. *de finib.* Ad eas virtutes Dialecticam etiam adiungunt & Physicam.

Physĭcē, aduerb. Naturaliter, physicorum more. { φυσικῶς. GALL. *Naturellement.* ITAL. & HISP. *Naturalmente.* GERM. Naturlich / nach weyß der naturlichen Meystern. ANGL. *Naturallie.* } Cicero 2. *de natura deorum*, Eodémque tempore illa quæ à te physicè dicta sunt de vi ignea, déque eo calore, &c. Idem 1. *de diuinat.* Sed id quod physicè dicitur.

Physĭognōmĭă, æ, φυσιογνωμία, ars qua natura hominum ex corpore vultúque cognoscitur.

Physĭognōmus, i, vel Physiognomon, onis, φυσιογνώμων, qui hominum mores ex corpore, vultúque cognoscit. Cic. *de Fato*, Quid Socratem, nónne legimus quemadmodum notarit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores, naturásque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere?

‖ Physiologus φυσιολόγος, qui de natura λέγει, i.e. disserit.

Physiologīta, medicinæ pars, corporis humani partes naturales, actiones & animæ facultates pertractans. Senert.‖

Physĭŏlŏgĭă φυσιολογία. Rerum naturæ inquisitio, disceptatio de rei cuiusuis natura. Cic. *de nat. deor.* Hunc tu censes primis, vt dicitur labris gustasse physiologiam, id est, naturæ rationem, qui quicquam quod ortum sit, putet æternum esse posse? Physiologus, φυσιολόγος, rerum naturæ perscrutator.

‖ Phyteuma, herba, effigie Valerianæ minimæ. ita vocata, quasi foret ad amorem ferendamque prolem apta.‖

Phyton, siue Phiton, vide *Python.*

‖ Phytobasile, φυτοβασίλεια, apud Diosc. est inter nomina leontopodij tanquam singularis & regia planta. Ideo & ἰδιόφυτον.‖

P I

Piabilis, Piacularis, Piaculum, Piamen, Piator, Piatrix, vide *Pio.*

Pialia, πιαλία, oppidum Thessaliæ supra Cercetium montem, Stephanus.

Piam, paragoge seruiens flexioni, vt in *quispiam vspiam.*

Pīcă, æ, quanuis fœmininum videatur à picus, longè tamen diuersæ significationis est. { κίττα. GAL. *Vn oiseau appellé pie.* ITAL. *Gazza, gazzuola.* GERM. Ein agel oder Aegersten. HISP. *La pega ò picaça.* ANGL. *A pie*

A pie birde. } Nàm auis est magnitudine palumbæ, alis vario colore & præsertim cæruleo depictis, humana imitans verba. Martial. *lib.* 14.

Pica loquax certa dominum te voce saluto:
Si me non videas, esse negabis auem.

In has aues fabulantur Poëtæ mutatas esse Pieridas, indéque illis pristinam loquacitatem, humanæque linguæ studium remansisse. Ouid. 6. *Metamorph.*

Plangere dúmque volunt per brachia mota leuatæ,
Aëre pendebant nemorum conuicia picæ:
Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit,
Raucaque garrulitas, studiúmque immane loquendi.

¶ Est & alterum picæ genus, quod Plinius testatur sua ætate ab Apennino Romam versùs cerni cœpisse, longa insigne cauda, & à Romanis variam appellatam fuisse. ¶ Pica etiam in grauidis dicitur peruersus absurdarum rerum appetitus, qui à Græcis quoque κίττα vocatur. Vide in dictione MALACIA.

Pĭcatus, a, um, vide *Pix.*

Pĭceă, æ. { πίτυς. GAL. *L'arbre d'où degoutte la poix resine.* ITAL. *Pino del quale si caua la pece.* GERM. Ein Rot thannen. HISP. *El pino de que se haze la pez.* ANGL. *A rosen tree wherof the rosen droppeth out.* } Arbor est larici simillima, folio breui tædæ proximo, crassiore tamen durioreque, vt cupressis, immortali virore: ad laricis verò comam collato, rariore, ficciore, tenuioréque Ramos habet statim ac radice modicos velut brachia, lateribus inhærentes: materiem verò abieti proximam. Frequens in Alpibus Cottiis visitur, fundens resinam thuri adeò similem, vt pro eo sæpe fallat, odore non omnino ingrato. Nuces fert pineis similes, sed minores, vt & tota arbor pino humilior est graciliórque. Vide plura de hac arbore apud Plin. *lib.* 36. *c.* 10. Theophr. *lib.* 3. *c.* 10. & Diosc. *lib.* 1. *c.* 86.

Pĭceāstĕr, ri, πίτυς ἀγρία, picea syluestris, Hispaniæ familiaris, ex qua fit resina parum laudata. Plin. *lib.* 14. *c.* 20. Fit è Picea resina, in Hispania autem è Piceastris minimè laudata.

Picenum, πικηνὸν, vulgò *Marca d'Acona, Anconitana.* {Ein landtschafft in Italia / jetz die Anconitanisch marck.} Regio Italiæ trans Apenninum ab ipsis montibus vsque ad mare Adriaticum extensa, inter Æsim & Leastrum fluuios, teste Strabone *lib.* 5. Hodie ab Ancona celeberrimo emporio Marchia Anconitana appellatur, Vrbes habet præcipuas Pisaurum, Fanum fortunæ, Senam Gallicam, Vrbinum, Camerinum asculum, Anconam à Siracusanis Dionisij tyrannidem fugientibus conditam, Huius populi Picentes & Piceni appellabantur, diuersi à Picentis maris Tyrrheni accolis.

Pĭcēnŭs, a, um, πικηνός, vt Ager Picenus, & Oliua Picena, apud Plin. *lib.* 15. *cap.* 3.

Pĭcēntēs, ium, qui & Piceni dicuntur, πικηνοί. Populi sunt in quinta regione Italiæ, ad mare Adriaticum siti, Prætutianis finitimi, à quibus Heluino amne dirimuntur. Plinius *lib.* 3. *cap.* 16. Horum regio Picenum appellatur, plim vberrimæ multitudinis: quippe ex qua CCCLX. hominum millia aliquando in fidem populi Romani venisse dicantur. Dicti & Picentes, teste Strab. *lib.* 5. à pici Martij omine, qui in vexillis eorum è Sabinis (à quibus originem traxerunt) Asculum commigrantium dicitur insedisse.

Pĭcēntīnī, πικεντῖνοι. Populi sunt ad mare Tyrrhenum, Lucanis proximi, inter Surrentinum promontorium, & Silarum amnem incolentes, à Picentibus maris Adriatici accolis originem trahentes. Horum oppida fuerunt Picentia & Surrentum. Vide Strab. *lib.* 5. & Plin. *lib.* 2. *c.* 5.

‖ Picerion, πικέριον Hippocrati est βούτυρον Phrygio idiomate. ‖

Piceus. Pico, vide *Pix.*

‖ Picras, πικρὰς, est inter appellationes ἀνδροσάκες herbæ, est enim ea πικρὰ, i. e. amara.

Pĭcrĭs, idis, πικρὶς, (quasi amara, πικρὰ) Lactucæ, vel cichorij agrestis genus, quod ita appellauere, (vt inquit Ptol. *lib.* 19. *c.* 8.) cum exprobratione amaritudinis.

Pĭcrŏchŏlī, πικρόχολοι, in quibus abundat flaua bilis, quæ amara esse consueuit. Hippocrates de ratione victus.

Pictacia perlegere. Lamprid. *in Alexand. Seuero.*

Pĭctones, πίκτονες, Galliæ Aquitanicæ populi, Ptol. *lib.* 2. *c.* 7. & Plin. *lib.* 4. *c.* 19. Vulgò *Ceux de Poitou.*

Pĭctŏr, is. & Pictura, æ. Picturatus, vide *Pingo.*

Pĭcūmnŭs, πίκυμνος, auis eadem cum pico Martio, teste Nonio. Item deus quidam qui sacris Romanis adhibebatur. Æmilius Macer *in Theogonia.*

Et nunc agrestes inter Picumnus habetur.

PICVS, auis est exigua aduncis vnguibus, Marti sacra existimata, vnde & Martium cognominarunt. { δρυοκολάπτης. GALL. *Vn oiseau appellé piuert, ou pic, ou piumart.* ITAL. *Piccoso.* GERM. Ein Specht / Baumhecker. HISP. *El pico.* ANGL. *A litle brid which seeketh the meat vnder the bark of trees.* } Hic felium more arbores subiectum ascendit, percussique corticis sono pabulum subesse intelligit. Pullos in cauis arborum educat, cuneósque à pastoribus cauernæ ori impactos, admota herba quadam expellit. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Picus, Cornix est ab læua. Item, Sed quid hoc quod picus vlmum tundit. (de Augurio.) Ouid. 3. *Fast.*

Martia picus auis gemino pro stipite pugnant.

Picus Martius à Latinis cultus. Plutarch. *in Romul.* ¶ Picus & Faunus victi à Numa, & qui, Plutarch. *in Numa.* ¶ Præterea picos Romani veteres vocabant quos Græci gryphas, belluas quadrupedes, auritásque, visu & forma terribiles, corpore leonino, rostro, alis, pedibus, aquilis similes. Habitare in Hyperboreis montibus in Asiatica Scythia feruntur, vbi aurum & gemmæ nasci perhibentur, ibíque tanta rabie in homines desæuire, vt terram ipsam inhabitabilem faciant, quasi genitì esse videantur ad plectendam auaritiæ temeritatem. Plaut. *in Aulul.* Picos diuitiis qui aureos montes colunt, ego solus supero. Plin. *lib.* 10. *cap.* 49. fabulosa existimat, quæcunque de gryphibus commemorantur. ¶ Fuit &

Picus rex Latinorum, Fauni pater, Latini regis auus, auguriorum peritissimus, qui à Circe adamatus, quum eius coniugium sperneret, mutatus fertur in auem sui nominis: quod idcirco fingi creditur, quoniam primus hac aue vsus est in auspiciis. Ouid. 13. *Metam.*

Picus in Ausoniis proles Saturnia terris.

De hoc vide Seruium 7. *Æneid. in hunc Virg. locum,*

Picus equûm domitor: quem capta cupidine coniux.
Aurea percussum virga, versúmque venenis
Fecit auem Circe, sparsitque coloribus alas.

Pidites, πιδύτης vir fuit Percosius, ab Vlysse, vt ait Hom. *Iliad.* 7. in bello Troiano interemptus.

Pĭĕrĭă, æ, πιερία. Regio in finibus Macedoniæ, inter Axium & Aliacmonem fluuios, quam Macedones pulsis indigenis occuparunt. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. & Strab. *lib.* 10. ¶ Hinc Pierides Musæ, quòd in Pieria ex Ioue & Mnemosynæ natæ sint, vt inquit Strab. ¶ Est item Pieria, Syriæ Antiochæ vrbs celeberrima, alio nomine Seleucia dicta. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 21.

‖ Piericus, a, um, ad Pieriam montem pertinens. Pierica pix, quam fundunt pieriæ arbores. ‖

Pĭĕrēs, πιερεῖς, populi olim Macedoniæ finitimi, inter Axium, & Aliacmonem amnes quibus pulsis Macedones loca eorum occuparunt. Horum meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 10. & Strab. *lib.* 10.

Pĭĕrĭŭs, a, um, πιέριος, vt Pierium carmen, Lucr. *lib.* 1. Chorus Pierius, Ouid *ad Pisonem.* Dies Pierij quos impendimus literarum studiis. Stat. *lib.* 3. *Syl.* Via Pieria. Ouid. 2. *de Pont.*

Lucida Pieria [illegible]dis in astra via.

Tibull. *lib.* 4.

Nec tantum tibi Pierij tribuentur honores.

Pĭĕrŭs i, πίερος, mons Thessaliæ post Phetas atque in Macedoniam vsque protensus, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 8. In hoc monte quidam Musas natas volunt atque inde Pieridas esse appellatas. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Trist.* Egi mollem in studiis vitam, Pieridúmque choro *Ibid. Eleg.* 1. Quiésque nulla nisi studio est, Pieridúmque mora. Idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Tristium*, Inuenies, illam inter libros Pieridásque suas. Idem *El.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

Pierides vires, & sua tela dabunt.

¶ Fuit Pierus, πίερος, Macedo quidam prædiues, qui ex Euippe vxore nouem suscepit filias: quæ Musas ad certamen cantus prouocare ausæ, & ab illis superatæ, in totidem picas sunt mutatæ: vnde postea Musæ earum nomen velut trophæum vsurpantes, Pierides sunt cognominatæ: quamuis alij à Pieria quæ est Macedoniæ regio, alij à Piero Thessaliæ monte, sic dictas velint. Virg. *Eclog.* 8.

——*vos quæ responderit Alphesibœus*
dicite Pierides, non omnia possumus omnes.

Pĭĕtās, atis, est debitus cultus erga Deum, patriam, & parentes, eósque qui nobis parentum loco sunt colendi. { חסד *chésedh.* εὐσέβεια, φιλοστοργία. GAL. *Pieté, religion, le deuoir qu'on doit à Dieu premierement, & apres à ses pere & mere, enfans, & autres prochains.* ITAL. *Pieta, culto debito verso Dio, padre, madre, figliuoli.* GER. Gebürende ehrerbietung vnd liebe gegen Gott insonders / demnach auch gegen vatter / mutter / vnd andere nechen menschen / Gottes forcht / fromkeit. HISP. *Piedad, religion y acatamiento de Dios, de padre y madre y de la patria.* ANG. *Pietie, godlines.* } Pietas (inquit Augustinus) propriè Dei cultus intelligi solet, quam Græci εὐσέβειαν vocant. Et sic à Cicerone accipitur, quum inquit pro domo sua, Nec est vlla erga deos pietas, nisi honesta de numine eorum, ac mente opinio, quum expeti nihil ab iis quod sit iniustum, atque inhonestum, arbitrere. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Non potest pietate obsisti huic. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Pietas mea serua me quando ego te seruaui sedulò: Pietas oculis dolorem prohibet. Idem *ibid. sc.* 1. *a.* 5. Item Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.*

Cur tua cessauit pietas (scribentibus alius)

Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Pietas prohibet (fallere patrem) *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Pietatis caussa. ¶ Sumitur etiam latiùs (vt diximus) nomen pietatis, vt amorem complectatur filij erga parentes & propinquos, & ciuis erga patriam, quæ communis omnium ciuium est parens. Cicer. *in somn. Scipion.* Cole Pietatem, quæ quum sit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est. ¶ Est autem pietas abstractum ab adiectiuo pius, quod propriè de eo dicitur qui Deum, patriam, parentes, & qui parentum loco sunt, iusto cultu prosequitur,)(Impietas, quæ ab iniustitia sic distingui solet, quòd illa in Deum, hæc dici in homines potest. Per illam contemplatione delinquitur: hac opere & factis peccatur. ¶ Pietas etiam à Romanis dea putata est: quæ ædem habuit Romæ in eo loco vbi postea Marcelli theatrum extructum est. Autor Plin. *lib.* 7. *cap.* 36.

‖ Piga, summitas natium. Vet. Voc. lege *Pyga.*

Pige, Græcè dicitur depressum Pigella ortopta, genus vasis. ‖

PIVS, a, um, propriè dicicitur de eo qui Deum, patriam, & parentes, & eos qui parentum loco sunt, iusto cultu prosequitur. { חסיד *chasidh.* εὐσεβής, εὐσεβὴς, ὅσιος. GAL. *Deuotieux, religieux, qui rend le deuoir à Dieu, ses pere & mere, & autres prochains.* ITAL. *Pio, chi fa suo debito verso Dio, padre e madre, come si appartiene.* GERM. Gottsförchtig / fromm / der Gott vnd den menschen gebürende pflicht leistet HISP. *Pio, catholico.* ANG. *Godlie.* } Virg. 3. *Georg.* Dij meliora piis. Cicer. 3. *Offic.* Ipsi patriæ conducit pios habere ciues in parentes. Ouid. 13. *Metam.*

Me pia detinuit coniux, pia mater Achillem.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Dubium est pius, an sceleratus Orestes.

Plaut. *Amphitr. sc.* 1. *a.* 5. Piam & pudicam esse tuam vxorem vt sciàs. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3.

Sentiet officium mœsta fauilla pium.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Et pia thura dedi. Et 4. *Fastor.* Quósque pium est adhibere Deos. Idem *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.* Fálse piúmve putato. Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.* Gaude Méque tui memorem, téque fuisse pium.

Sparsissent lacrymæ corpora nostra piæ,

idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Iustum piúmque bellum. Suet. *in Galba c.* 10. ¶ Accipitur nonnunquam pius pro miti, leni, & misericorde. Terent. *in Hecyr.* Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili. ¶ Ex qua loquendi consuetudine factum est vt & Deus ipse dicatur pius, quem tamen Græci

Græci nullo suo sermonis vsu ὁσιότης vocant: quamuis ὁσίωσις pro misericordia, illorum etiam vulgus vsurpet. ¶ Superlatiuum, Piissimus. Cic. 13. *Philipp.* M. Antonium notans quòd verbum nouum protulisset, ita dicit, Tu porrò ne pios quidem, sed piissimos quæris: & quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Curtius *lib.* 9. Vobis quidem ô fidissimi piissimique ciuium atque amicorum, grates ago habeóque. Senec. *cap.* 7. *de consol. ad Polyb.*

Piē, aduerbium, Religiosè, sanctè, castè. { ὁσίως, θεοσεβῶς. Gall. *Religieusement.* Ital. & Hisp. *Piamente.* Germ. Gottsförchtigtlich/frommlich. Angl. *Godly, with godlines.* } Plin. *Paneg.* Ciuitas religionibus dedita, semperque deorum indulgentiam piè merita. ¶ Interdum ponitur pro benignè & clementer. Cicer. *ad Martium. lib.* 11. *Epist.* Alia quæ defendam à te piè fieri & humanè. ¶ Piissimè. Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Pol.* Piissimè tulit.

Piger, a, um, Ignauus, quem piget agere. Tardus, segnis, fugitans laboris. { עצל *hatsél.* ὀκνηρός, ἀργός. Gall. *Pareßeux.* Ital. *Pigro, tardo, da poco, addormentato, infingardo.* Germ. Faul/träg/der allerley arbeit fleucht. Hisp. *Pereζoso. ocioso.* Angl. *Slouthfull, slaw.* } ✕ Impiger, vt apud Plaut. *in Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Homo indiligens cum pigra familia. Horat. 1. *Serm. Satyr* 4.

———atque piger scribendi ferre laborem.

Scribendi rectè, nam vt multum, nil moror. Pers. *Satyr.* 5. Manè piger stertis. Cic. *Trebat. lib.* 8. Interdum piger, interdum timidus in re militari videbare. ¶ Ad aquæ cursum transtulit Col. *lib.* 2. *c.* 2. Nullum enim temere videmus locum qui modò pigrum teneat humorem, &c. Iungitur aliquando accusatiuo cum præpositione Ad Cæl. ad Cic. *lib.* 8. Et ad literas scribendas, vt nosti, pigerrimo.

Pigellus, a, um, nonnihil piger.

Pigrē, aduerbium, Pigriùs, pigerrimè. { ὀκνηρῶς, ἀργῶς. Gal. *Pareßeusement.* Ital. *Pigramente.* Germ. Fauliglich/langsamlich. Hisp. *Prrezosamente.* Ang. *Slouthfullie, slaulie.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 34. Pigriùs intrante fœmina ad pullos.

Pigritiā, Ignauia, lentitudo, tarditas. { עצלות *hatsluth.* ὄκνος. Gall. *Pareße.* Ital. *Pigritia.* Germ. Faulkeit/tragheit/langsame. Hisp. *Pereζa, ociosidad.* Angl. *Sloutfullnesse, idlnesse, slownesse.* } Cicero 1. *Offic.* Efficiendum autem est vt appetitus rationi obediant, eámque neque præcurrant, nec propter pigritiam, aut ignauiam deserant. Liuius 1. *ab Vrbe*, Vnde quum pigritia militandi oriretur, nulla tamen ab armis quies dabatur à bellicoso rege. Quintilian. Pigritiæ arrogantioris.

Pigrities, ei, Pigredo, inis, Pigritudo, & Pigritas, eiusdem sunt significationis. Liuius *lib.* 4. *d.* 5. Pigritiem ad insequendum nox fecit. (i. moram iniecit.)

Pigrŏr, aris, Moror, cunctor, differo. { פגר *pighghér.* ὀκνέω, μέλλω. Gall. *Pareßer, estre pareßeux.* Ital. *Impigrire* Germ. Von faulkeit wägen verziehen. Hisp. *Empereζar.* Angl. *To be slowni doing of a thing.* } Cic. *Attic. lib.* 4. Tu quæso quicquid erit noui, (multa autem expecto) scribere ne pigrere, i. ne moreris. Lucr. *lib.* 1. Quod si pigraris, paulúmue recesseris ab re. ¶ Inuenitur & Pigreo, es, piger sum. Corn. *in Pers.* ô qui tam ineptè pigres, & ad hanc dissolutionem lapsus es.

Pigrēsco, is, Piger fio, & lentus. { פגר *pighghér.* ὀκνηρὸς γίνομαι. Gall. *Deuenir pareßeux.* Ital. *Impigrirsi diuenir pigro.* Ger. Faul vnd langsam werden. Hisp. *Empereζarsi, ser ocioso.* Angl. *To waxe slon and full.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 2. Mox pigrescit, in Virginem transgresso Sole de Nilo.

Pigrō, as, antiqui dixerunt pro cunctari & tardare, ἐπέχω. Accius *in Chryse*, Melius pigrasse quàm properasse, est nefas. Nonius.

Pigēt, verbum impersonale, piguit, & pigitum est, Dolet, siue molestum est. { קץ *káts.* μισῶ, ἄχθομαι. Gall. *Estre pareßeux de faire, estre marri & dolent d'auoir fait.* Ital. *Rincrescere, eßere molesto.* Germ. Es verdreußt/es beschwärt oder bedauret. Hisp. *Auer dolor o verguença.* Angl. *To be loth to do a thing to be sorie or prepent after it is done.* } Quæso loquere tuum mihi nomen, ni piget. Non ita promeruisti de me, vt pigeat quæ velis. Plaut. *Menæch. sc.* 9 *a.* 5. Item, Nequid pariant nobis quamobrem pigeat viuere. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Multò faciliùs fertur quod pudet, quàm quod piget. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Stat. *lib.* 7. *Theb.*

Nec pigitum paruósque lares, humilésque subire.

Construitur autem ferè cum accusatiuo & genitiuo, nisi loco genitiui infinitum verbum positum sit. Ouid. *lib.* 2. *Metam.*

————pigétque
Actorum sine fine mihi sine honore laborum.

Cicero *pro domo sua*, Vt me non solùm pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Nō dedisse te pudet: me quia nō accepi piget. ¶ Differt autem piget à pudet, teste Donato, quòd pudet de iis dicatur quæ turpiter fiunt. Piget de iis, quæ cum damno & malo. Pudere ad dedecus refertur, Pigere ad dolorem. Vide plura de hoc in verbo *Pudeo.* ¶ Pigere interdum pro tardare, interdum pro pœnitere poni solet, inquit Festus. ¶ Pigitum est, puditum, veritum. Gell. *cap.* 13. *lib.* 15. *& c.* 20. *lib.* 13.

Pigēo, es, verbum personale, legitur apud Plautum *in Menæch. sc.* 9. *a.* 5. Adolescens loquere mihi tuum nomen, nisi piget. Idem *Pseudolo sc.* 3 *a.* 1. Id quod pudet faciliùs fertur quàm id quod piget. Terent. *in Phorm.* Quare obsecro, ne plus minúsve faxit, quod nos postea pigeat. Plautus *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui.

Pigendŭs, a, um. Ouid. *Epist.* 7.

Si fuit errandum, causas habet error honestas:
Adde fidem nulla parte pigendus erit.

Pigmăliōn, siue potiùs Pygmalion per y in prima syllaba, πυγμαλίων. Suid. Beli regis Tyri filius fuit, frater Didonis, qui dum ardentissima auri cupiditate flagraret, animum ad Sichæi patruelis sui opes appulit, illúmque spe potiundi auri ante aras, clàm & dolo interemit. Cuius cædis quum certior in somnis à marito Dido facta fuisset, sumptis secum viri thesauris in Africam profugit, vbi & Carthaginem condidit. Moris autem erat, inquit Seruius, vt de pecunia publica Phœnices misso à rege auro à peregrinis frumenta coëmerent, Dido autem à Pygmalione ad hunc vsum paratas naues abstulit: quum fugientem à fratre missi persequerentur, aurum illa præcipitauit in mare: qua re visa, sequentes reuersi sunt. Meminit huius Virg. 1. *Æneid.*

———sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion scelere ante alios immanior omnes,
Quos inter medius venit furor, ille Sichæum
Impius ante aras, atque auri cæcus amore
Clam ferro incautum superat.

¶ Fuit & eiusdem nominis clarus artifex Cilicis filius qui ex eburnea statua Veneris beneficio in puellam transformata Paphum suscepit, Paphi Cypriæ vrbis conditorem. Quam fabulam vide latiùs apud Ouid. 13. *Metam.* & suprà in dictione *Paphus.* Hinc adiectiuum Pigmalioneus, Silius *lib.* 1. Pigmalioneis quondam per cærula terris, &c.

Pigmentvm, i, quo vtuntur puellæ ad gratiam & venustatem ori conciliandam: qualis est cerussa, aliíque id genus fuci, quibus mulierculæ cuti candorem, aut ruborem inducunt. { פוך *puch* רקח *rékach* מרקחה *merkacháh.* φῦκος. Gal. *Fard, peinture, couleurs, fardement.* Ital. *Belletto, liscio.* Germ. Farb mit deren sich die meydlin bestreichen/ein schöne farb damit zumachen. Hisp. *Color para la pintura.* Ang. *Painting that women vse.* } Plaut. *in Mostell.* Non istanc ætatem oportet pigmentum vllum attingere. Plin. *lib.* 26. *cap.* 43. Nupérque portentosis ingeniis principatu Neronis inuentum vt pigmentis perderet se. ¶ Per translationem verò pigmenta dicuntur mendacia & fraudes, quia eius qui pingitur non est naturalis color, sed artificialis. Cicer. *lib.* 2. *de Orat.* Tam integræ sententiæ, tam veræ, tam nouæ, tam sine pigmentis, fucóque puerili, vt mihi non solùm tu incendere iudicem, sed ipse ardere videaris. ¶ Quandoque significat colores pictorum, de quibus Plin. *lib.* 35. *cap.* 5. Cic. 1. *de diuinat.* Aspersa temerè pigmenta in tabula oris lineamenta efficere possunt. Plaut. *Epid.* Quem Appelles, Zeuxísque duo pingent pigmentis vlmeis. ¶ Accipitur etiam quandoque pro confectione ex diuersis speciebus, suaui & odorifera: vnde pigmentarij dicti, de quibus paulò pòst. ¶ Quandoque etiam pro coloribus rhetoricis. Cicer. *de clar. Orat.* Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum quæ inuenta nondum erant, florem & colorem defuisse.

Pigmentārĭus, ij, qui facit, vel vendit pigmenta. { רקח *rokéach.* φαρμακοποιός, μυρεπωλης. Gall. *Faiseur ou vendeur de fard.* Ital. *Acconciatore o venditore di belletto.* Germ. Der allerley farben macht vnd verkaufft. Hisp. *Que haζe o vende color para la pintura.* Ang. *He that makeht or selleth such painting colour.* } Iulius Firmicus, Quicunque habuerit horoscopum in parte Libræ vicesima sexta, erit pigmentarius, vel thurarius. Cicer. Accius pigmentarius valde gaudebat se aduersarium perdidisse. ¶ Pigmentarius item ponitur pro pharmacopola, id est, medicamentorum venditore. Martian. *l.* 3. *D. ad leg. Cornel. de sicar.* Alio Senatusconsulto effectum est, vt pigmentarij si cui temere cicutam, salamandram, &c. Fortassis Pharmacopolarum muneris hæc pars quædam est, vt ea quæ ad pigmenta pertinent, diuendant. Hotom.

Pigmentātŭs, a, um, quod est pigmentis ornatum, πεφαρμακευμένος. Hieronymus *ad Paulum*, Totum flaccidum, molle, nitidum, atque formosum, quæsitis hinc inde odoribus pigmentatum.

Pignvs, oris, vel pigneris, quod creditori ad securitatem datur. { עבוט *habot* חבל *ochbel* חבור *chabol.* ἐνέχυρον, ἀσφάλισμα, ὁμήρευμα, ἐνεχυρασμὸς, ὑποθήκη, τὸ ὑποκείμενον, τὸ ὑποτεθειμένον. Gall. *Gage.* Ital. *Pegno.* Germ. Ein pfand oder vnderpfand. Hisp. *La prenda que se da.* Ang. *A gage or pledge.* } ita dictum à pugno, vt Caius *de verb. signific.* inquit *in l. plebs*; quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. Martial. *lib.* 12.

Quum rogo te numos sine pignore, Non habeo, inquis.

¶ Aliquando pro eo accipitur, quod inter duos contendentes apud sequestrum ita deponitur, vt fiat victoris, Virg. 3. *Eclog.*

———Ego hanc vitulam (ne fortè recuses,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus)
Depono: tu dic mecum quo pignore certes.

Plaut. *Casina*, Id ni fit, mecum pignus, si quis vult, dato in vrnam mulsi. Idem *Capt. sc.* 4. *a* 3. Nucleum amisi, reliquit pignori putamina. *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Mea fides pro te posita pignori mox; Ne pignus deseras. (i. me.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Non, si me opponam pignori. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Reddas seruum quem hîc reliqueram pignus mihi. Item de More coërcendi pignoribus captis. Plutarch. *in Caton. Vticens.* Pignus capi & dici multam Senatori, qui non adest. Gell. *cap.* 7. *lib.* 14. Sueton. *in Cæs. cap.* 17. Pignoribus captis malè multatus. Plaut. *Prolog. Amphitr.* Vt iis (fautoribus) in cauea capiatur togæ. ‖ ¶ Pignus remissum, in quo pignoris ius extinctum est, nec actio pigneratitia superest. Paulus IC. ‖ Per translationem pignus pro symbolo, vel argumento, vel indicio: vt quum aut munus nostrum, aut aliquid simile pignus esse amoris, beneuolentiæque dicimus: id est, indicium, vel documentum, & argumentum certum, siue idoneum signum. Virg. 3. *Æneid.*

Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus,
Dat iuueni atque animum præsenti pignore firmat.

Liu. *lib.* 39. Hæc amoris pignora quum essent: nec quicquam, secretum alter ab altero haberent. Curt. *lib.* 9. Nullum erga me beneuolentiæ pignus atque indicium omisistis. Vlpian. inter pignus & hypothecam hoc interesse scribit, quòd pignus dicitur quum ad creditorem transit, hypotheca quum non transit. Budæus tamen inquit pignus Latinè id esse quod Græcè dicitur hypotheca, quasi obligationi suppositum, vel quasi ob fidem debiti depositum, quod Latini pignori opponere dicunt. Pignus enim tam de immobili, quàm de re mobili dicitur. Terent. *in Phorm.* Ager oppositus est pignori ob decem minas, Ædicula item ob decem alias. ¶ Dicitur Latinè, Auferre pignus, Ponere pignori, vel in pignus, Opponere pignori, Accipere pignori, Coërcere pignoribus captis: est quod nos, *Cogere per bonorum captionem*, dicimus. Cicer. 3. *de Orat.* Philippus grauiter exarsit, pignoribúsque ablatis Crassum coërcere cœpit. ¶ Quoniam verò liberi videntur tanquam pignora inter virum & vxorem esse & firmissima quædam inter

inter coniuges perpetui amoris, & indissolubilis coniugij quasi vincula, factum est vt pignora pro liberis capiantur. Sic Ouid. *Eleg. 3. lib. 1. Trist.* Respiciens oculis pignora cara meis. (i. amicos & vxorem) & apud Velleium, Medium pignus concordiæ inter Cæsarem, & Pompeium. Sueton. *Iulia, & in Tib. cap. 7.* Pignus communis filij. Ouid. *Eleg. 11. lib. 3. Trist.*

Patria careo, pignoribúsque meis. i. filia.

Idem 6. *Fastor.*

Quo possit pœnas pendere pignus habet. (i. alumnum.)

Idem 4. *Fastor.*

———*Tu nostra pignora vita.*

Idem *Eleg. 1. lib. Trist.*

Inuenies (in iis libris) *animi pignora multa mei.*

¶ Idem 5. *Fastor.*

Nec leue propositi pignus successit honoris. (i. argumentum.)

Idem 6. *Fastor.*

Pignora virgineis fatalia tollite palmis. (i. Palladium.)

Item Gell. *c. 4. lib. 5.* In quoduis pignus vocabat. Ouid. 3. *Fast.*

Dulcia solicitæ gestabant pignora matres.

Pignora iniuriæ, vitam & fortunas vocat obnoxias iniuriæ. Cic. 13. *Philipp.* Tu verò ita vitam corpúsque seruato, ita fortunas, ita rem familiarem, vt hæc posteriora libertate ducas, atque his vti velis, si liberare Rempubl. possis: nec pro iis libertatem, sed pro libertate, hæc proiicias, tanquam pignora iniuriæ, &c. Bud.

Pĭgnĕro, as, adiectiuum: aut Pigneror, raris deponens, Rem pignori do, pignori oppono, oppignero. { חבל *chabál* עבט *habát.* ὑποτίθημι. Gal. *Bailler en gage, engager.* Ital. *Pegnorare, dar pegno.* Ger. Verpfenden / zu pfand geben / für ein pfand einsetzen. Hisp. *Empeñar alguna prenda.* Ang. *To giue a pledge or gage.* } Suetonius. *de Vitellio*, Vtque ex aure matris detractum vnionem pignerauerit ad itineris impensas. Sueton. *in Claud. cap. 10.* Fidem militis pignerari præmio. (i. mercari & obligare.) ¶ Pigneror pro pignero. Gell. *cap. 11. lib. 18.* Item, Pigneratos animos habere. Liu. *lib. 3. bell. Pun.* Idem *lib. 9. bell. Punic.* Exules pignoribus substractis pigneranda pœnæ bona præbebant. Iuuenal. *Satyr. 7.*

Cuius & alueolos, & lauam pignerat Atreus.

¶ Accipitur nonnunquam pro eo quod vulgò dicimus, *per executionem capere.* hoc est, pignora capere. ἐνεχυράζειν, ἐνεχυρασμός, ὑπόθεσις, κατεσχῶν. { Germ. Pfenden / pfende aufstragen. } Cic 4. *Philipp.* In fuga, fœda mors: in victoria, gloriosa. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quenque pignerari solet: hoc est, pignus accipere, & sibi asserere, quasique obnoxium sibi, debitúmque capere: vt sit sensus, Fortissimus enim quisque primus in prælio occumbere solet. ¶ Huius composita sunt, Oppignero, & Repignero: de quibus alibi.

Pĭgnĕrātio, nis, Gaius *D. lib. 20. l. 9.* Quod emptionem venditionémque recipit, etiam repignerationem recipere potest.

Pĭgnĕrātŏr, qui pignus accippit. { עבט *hobét.* ἐνεχυραστής. Gall. *Qui prend gage de quelqu'vn.* Ital. *Chi prende pegno.* Ger. Ein pfandtherr / der ein vnderpfand nimpt. Hisp. *El que toma prenda.* Ang. *That recrrueth a gage or pledge.* } Cic. 4. *Verr.* Quum in his quidem rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, non ereptor, neque possessor soleat esse, tu de primo, de iustissimo, de honestissimo genere hominum, i. de aratoribus, ea iura constituebas, quæ omnibus aliis essent contraria, &c. Et dixerat enim Verres, vt publicani possent iure suo ab aratoribus decumarum nomine quantum vellent capere, non iudicis autoritate, vt assolet, pignora eorum capere. Ex Budæo.

Pĭgnĕrātītĭus, a, um, ex supino verbi pignero nomen deductum, quod pignori datum est. { Gall. *Engagé, baillé en gage.* Ital. *Cosa impegnorata.* Ger. Das zu einem pfand gegeben oder eingesetzt ist. Hisp. *Cosa empeñada.* Ang. *That is giuen in pledge or gage.* } Vt Res pigneratitia Pigneratitius creditor, cui pignoris capiendi ius est. Vlpianus, Quæritur in pigneratitio creditore, an pignoris persecutio denegetur. ¶ Pigneratitia actio, quæ ad pignus persequendum est instituta, apud Iurisconsultos.

Pĭgnŏrĭscăpio, nis. Gell. *lib. 7. cap. 10.* Vt hæc vsuscapio dicitur copulato vocabulo, à litera in eo tractim pronuntiata: pignoriscapio iunctæ sunt partes & productè dicebantur. Verba Varronis sunt ex primo Epistolicarum quæstionum. Pignoriscapio ob æs militare, quod æs à Tribuno ærario miles accipere debebat, vocabulum seorsum fit: per quod dilucet hanc capionem posse dici, quasi hanc captionem & in vsu & in pignore.

Pĭgres, etis, πίγρης, fluuij nomen est apud Suidam. ¶ Fuit item hoc nomine Poëta quidam Car frater Artemisiæ Halicarnassi reginæ, quæ vxor fuit Mausoli. Scripta eius vide apud eundem. ¶ Pigres præterea Mæonis cuiusdam nomen fuit, qui vnà cum Mastye fratre, Dario autor fuit Pæonas omnes in Asiam transferendi. Autor Herod. *lib. 5.*

Pigrēsco, Pigro, as, Pigror, pigraris, vide *Piger.*

‖ Piguus, a, um, piger, vel verecundus. Vet. Vocab. ‖

Pīla, æ, à pinso, vas concauum, quo antiqui siccata frumenta pinsebant, hoc est, contundebant. { מדכה *medhochah.* ὅλμος. Gal. *Vn mortier.* Ital. *Mortaio.* Germ. Ein mörsel oder dergleichen hole geschirr in welchen man vorzeiten das gedörrt getreid zu mäl zerstossen hatt. Hisp. *Mortero.* Ang. *A morter wher in thinges ar beaten with a postell* } Plin. *lib. 18. cap. 11.* Tundatur granum eius in pila lignea. ¶ Similiter vasa illa concaua, medicorum vsui apta, in quibus ptisanæ fieri solent, pilæ dicuntur. ¶ Pila fullonica apud Catonem *de R. R.* in qua tunduntur vestes & panni vt cogantur & densentur atque spissentur: quod hodie fit opera totarum aquariarum sublatis pilis. ¶ Est item pila idem quod columna Græci στήλην vocant: quanquam reuera angustior est τὸ στήλης significatio, quàm pilæ. Illo enim nomine propriè denotatur cippus in monumentis erectus: pila autem quamuis columnam significat quemcunque in vsum confectam Liu. *lib. 10. d. 4.* Pilæ montis. Apul. *lib. 3. Metam.* Pila media quæ stabuli trabes sustinebat. Festus, Pila quæ parietem sustentat, ab opponendo dicitur. Plin. *lib. 11.* Ruentes ceras fulciunt pilarum instar, interius à solo fornicatas, vt sit aditus ad faciendum. ¶ Pilæ etiam sunt opera informia, quæ in aqua construuntur, cuiusmodi magnifica Genuæ visitur. *Molem* vulgò appellant. Earum vsus est ad tuendas à fluctibus naues intra portus & naualia. de quarum constructione vide Vitruu. *lib. 5.* Huiusmodi Virg. *lib. 9.* describit his verbis,

Qualis in Euboico Baiarum in littore quondam
Saxea pila cadit,

¶ Et in his omnibus significationibus pila producit penultimam Quando verò penultimam corripit, accipitur pro rotunda illa sphærula qua luditur. { כדור *chudhór* כדור *chaddúr.* σφαῖρα. Gall. *Vne paulme, pelotte, esteuf.* Ital. *Palla.* Germ. Ein Ballen die man zur kurtzweil hin vnd här schlecht. Hisp. *Pelota para iugar.* Ang. *A ball.* } à verbo Græco πάλλω, æquo, quòd forma sphærica sit, quæ omni ex parte æqua est, vel à pilis quibus impleri solet. Plaut. *in Bacch.* Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila, saliendo se exercebant magis. Idem *Capt. prolog.* Dij nos quasi pilas homines habent. Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Ecce canit formas alius iactúsque pilarum.

Idem *lib. 6. Fastor.*

Terra pilæ similis nullo fulcimine nixa.

Quintil. Pilam negligenter petenti dixit Galba, Sic petis vt Cæsaris candidatus. De pilarum generibus. Martial. *Epigram. 45. & 46. &c. lib. 14.* Vide infrà in *Pilicrepus.* Cicer. 2. *de Orat.* Sed vt homines labori assiduo & quotidiano assueti, quum tempestatis causa opere prohibentur, ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt, &c. Seneca. *de benefic. lib. 2. cap. 32.* Sicut in lusu est aliquid, scitè ac diligenter pilam excipere: sed non dicitur bonus lusor, nisi qui aptè & expeditè remisit quam acceperat. Celsus *lib. 1. cap. 6.* Quem verò frequenter citata aluus exercet, huic opus est pila, similibúsque superiores partes exercere. Quatuor autem sunt pilarum genera, trigonalis, paganica, follis, & harpastum: quæ omnia explicantur suis locis. Pilæ autem primus inuentor fuit Pythus, vt ait Plin. *lib. 7. cap. 56.* A pilæ lusoriæ similitudine etiam pila dicitur quicquid est rotundum instar pilæ. Plin. *lib. 12. c. 10.* Cucurbitæ maturitate ruptæ ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo fiunt. ¶ Pila fortunæ, homo multis fortunæ casibus velut per iocum lusúmque iactatus & exercitus, vt ille Vlysses Homericus, atque Ælius Pertinax Imp. de quo Sextus Aurel. Victor: Hoc exitu obiit vir ad humanæ conuersationis exemplum per laboris genera vniuersa absumptus, prouectúsque eò, vt fortunæ vocaretur pila.

Pĭlŭlă, æ, quasi parua pila, globulus. { σφαιρίδιον. Gal. *Petite pelotte, pilule.* Ital. *Pallotta, pilola.* Ger. Ein kugelin. Hisp. *La pildora, pequeña pelotilla.* Ang. *A litle ball.* } Plin. *lib. 16. cap. 7.* Nascuntur in eo pilulæ nucibus non absimiles intus habentes flosculos molles, lucernarum luminibus aptos. Idem *lib. 30. cap. 11.* Scarabæus qui pilulas voluit. Hinc & pharmaca quæ hac forma sumimus, pilulas nominamus. Idem *lib. 28. cap. 9.* Vetus axungia phthisin in pilulis sumpta sanat. Hæc Græco vocabulo καταπότια dicuntur, ab absorbendo: non enim comminuendæ dentibus, aut gustandæ sunt pilulæ, sed integræ deuorandæ.

Pĭlāni, πιλοφόροι, dicti sunt milites qui pilis pugnabant, testibus Varrone & Festo, alio nomine triarij appellati: ante quos qui prælium capessebant, antepilani dicebantur & principes. Ouid. 3. *Fast.*

Et totidem (decem) *princeps, totidem pilanus habebat.*

Vide suprà in dictione *Antepilani.*

Pĭlārĭi, σφαιρισταί, dicuntur prestigiatores, qui leui agitatione paruas pilas videntur emittere, aut in vas iniicere, quum secus faciant. Quintilian. *lib. 10. cap. 7.* Quo constant miracula illa in scenis pilariorum, ac ventilatorum, vt ea quæ emiserint vltro venire in manus credas, & qua iubentur, decurrere.

Pilarius, a, um, rotundus instar pilæ.

‖ Pilasca, vas pinarium ex corio. Gloss. Isid. ‖

Pilates, lapidis genus, cuius meminit Cato *originum lib. 5.* Lapis candidior, quàm pilates. Fest. Alibi non occurrit.

‖ Pilaticum, sceptrum Imperatoris ad instar pili. Codin.

Pilaticum, monile de collo Imperatorum. Buleng. ‖

Pĭlātim, aduerbium à pila pro columna, significat per pilas, κατὰ στήλας. Vitruu. Pilatim struuntur ædificia.

‖ Pilax, murilegulus, catus. Gl. Isid. ‖

Pīlĕātus, vide *Pileus.*

Pīlĭcrĕpŭs, i, Adrian. Turneb. vir eruditione singulari *c. 4. lib. 7. Aduersar.* etiam adfert Martialis illud,

Redde pilam, sonat æs thermarum. Ludere pergis?
Virgine vis sola lotus abire domum.

Dictus autem Pilicrepus videtur, quòd crepitu pilæ æneæ ludentes ad lauationem acciret. Sic enim & crepitu disci ad eius lusum & exercitationem euocabantur. Cic. 2. *de Orat.* Et Senec *Epist. 57. lib 8. ad Lucilium.* Numerat pilas Pilicrepus. vbi notatur balneorum luxuria, intelligendus est is qui pilas, hoc est, sphæras, aut glomos pice illitos in ignē balneorum, siue vaporarij coniiceret, sic vbi forte restringueretur. Quod manifestat Papinius, Syluarum primo in balneo Etrusci, Qui nunc strata solo referam tabulata, crepanteis Auditura pilas, vbi languidus ignis inerrat Ædibus, & tenuem voluunt hypocausta vaporem? Meminit huiusmodi pilarum Vitruu. *lib. 5. c. 10.* Suspensuræ, ait, caldariorum ita sunt faciendæ, vt primùm sesquipedalibus tegulis solum sternatur inclinatum ad hypocaustum: vti pila quum immittatur, non possit intus resistere, sed rursus redeat ad præfurnium, ipsa per se ita flamma facilius peruagabitur sub suspensione.

Pililudius, qui pilotello ludit. Gloss. Isid.

Pīlatus, vide *Pilum.*

Pīlentum, i, vehiculi genus quo matronæ vehebantur. { צב *tsáb.* ἁρμάμαξα, ὄχημα. Gall. *Char, ou coche litiere.* Ital. *Carretta.* Germ. Ein hangender wagen. Hisp. *Carro.* Angl. *A wagon or chariot with fowre weeles that women were wont to be caried in.* } Horat. *lib. 2. Epist.*

Esseda festinant, pilenta petorita naues.

Ex quo Horatij loco patet non omnino idem esse cum petorito, vt nonnulli putauerunt: sed tamen fortassis illi non dissimile. Est enim pilentum Hispanorum inuentum, petoritum autem Gallorum, Varro *de lingua Latina* in consuetudinem sua ætate primùm venisse scribit. Estque eius formæ qua nostri temporis principum Italiæ mulieres vectantur,

ctantur, ita libratum vt confidentes in puluinis, in aëre suspensæ agitari videantur. Virg. 8. *Æneid.*

——castæ ducebant sacra per vrbem
Pilentis matres in mollibus,

id est, pensilibus vt interpretatur Seruius. Liu. 5. *ab vrbe*, Honorémque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, vt pilento ad sacra, ludósque carpentis festo, profestóque vterentur.

Pĭlēus, i, Tegmen capitis: quod & pileum dicitur. { מגבעה *mighbaʿáh.* πῖλος, πιλίον. GAL. *Vn chappeau ou bonnet à couurir la teste.* ITAL. *Cappello, berreta.* GERM. Ein Hut/parret/kappen. HISP. *Sombrero.* ANG. *A cap or bonet.* } Plaut *in Amphitr.* Vt ego hodie raso capite caluus accipiam pileum. Persius *Satyr.* 5. Hac nobis pilea donant. Sueton. *in Neron. c.* 26. Cum pileo ire noctu. ¶ Quandoque pileus pro libertate vsurpatur. Hinc apud rerum Romanarum scriptores seruos ad pileum vocatos legimus, hoc est, ad libertatem, cuius insigne est pileus. Liuius *lib.* 24. Postero die serui ad pileum vocati, & carcere vincti emissi. Sueton. *in Tiber.* Seruísque ad pileum frustra vocatis, in Siciliam profugit. Accipiebant enim serui pileum raso capite, quum manumittebantur. ‖ ¶ Pileum induere, libertatis signum. ‖

Pĭlĕŏlŭs, & Pileolum, li, cum accentu in antepenultima, Paruus pileus. { πιλίδιον, πιλίσκος. GALL. *Petit chappeau.* ITAL. *Picciolo capello.* GERM. Ein hütlin/parretlin. HISP. *Pequeño sombrero.* ANGL. *A litle cap or bonet.* } Horat. *lib.* 1. *Epist.*

Vt cum pileolo soleas conuiua tribulis.

Ouid. 1. *de Arte*,

——nec turpe putaris
Pileolum nitidis imposuisse comis.

Pĭlĕātŭs a, um, qui pileo tectus est. { πῖλον ἔχων. GAL. *Conuert d'vn chapeau.* ITAL. *Coperto, di cappello.* GERM. Der ein Hut oder Parret auff hatt. HISP. *Cubierto de sombrero.* ANG. *That is couereth with a cap or bonet.* } Liu. 4. *bell. Punic.* Pileati aut lana alba velatis capitibus volones epulati sunt. Vnde serui pileati qui pileo imposito vendebantur. Gell. *lib.* 7. *c.* 4. Pileatos seruos venum ire solitos, quorũ nomine venditor nihil præstaret, Cælius Sab. Iurisperitus scriptum reliquit. ¶ Pileati & raso capite erant, qui manumittebantur. Plutarch. *in Flam.* & alij Pileati sequebantur triumphantem. Item, Plebs pileata præ gaudio In morte Neronis. ‖ Pileati fratres, id est, Castor & Pollux. ‖

Pilicrepus, Pilula, vide *Pila.*

Pilliones portitores mortuorum. Gloss. Isid.

Pilo, as, Vide *Pilus.*

Pilo, as, πιλέω, & πιλόω, Græcum est, & significat complano. A quo sunt composita Compilo, Expilo, Oppilo, & Suppilo.

Pilo, furor. Hinc Gallis *piller* est deprædari, spoliare.

Pīlum, i priore producta Telum Romanum, à perimendo dictum, quasi perillum, vt inquit Varro. { חץ *c. ets.* πῖλμα, ὑσσόν. GALL. *Dard.* ITAL. & HISP. *Dardo.* GERM. Ein dreyspitzig Spießlin welches die Römischen kriegsleus gegen dem feynd schüßen. ANG *A dart or iaueline* } Vegetius *lib.* 2. *c.* 15. Item bina missilia, vnum maius, ferro triangulo, vnciarum nouem, hastili pedum quinque & semis, quod pilum vocabant, nunc spiculum dicitur, ad cuius ictum (lege *iactum*) præcipuè exercebantur milites &c. Salust. *in Catil.* infestis signis concurrunt: pila omittunt (legend. *emittunt*) res gladijs geritur. Erant autem pila (Varrone autore) tela Romanorum, sicut Gesa Gallorum, & sarissæ Macedonum. Lucan. *lib.* 1. pila minantia pilis. Idem *lib.* 3

Pila sed in medium venere trementia pectus.

Virg. 1. *Georg.*

——Scilicet tempus veniet, quum finibus illis
Agricola incuruo terram molitus aratro,
Exesa inueniet scabra rubigine pila.

Horat. 2. *Serm. Satyr.* 1.

——neque enim quiuis horrentia pilis
Agmina, nec fracta pereuntes cuspide Gallos.
Aut labentis equo describet vulnera Parthi.

Plaut. *in Curcul. sc.* 3. *a.* 5. Quia ex te hodie faciam pilum catapultarium Et ita te neruo torquebo, vt catapultæ solent. Et Tibull, *lib.* 4.

——Et lento perfregerit obuia pilo.

Pilum inquit Liu. *lib.* 9. *ab Vrb.* haud paulo quàm hasta vehementius ictu missúque telum ¶ Item, Primos pilos adimere. (i. prima pila.) Sueton. *in Calig. cap.* 44. Hinc primipilus, πρωτόπιλος, & præpilatæ hastæ, hoc est, præferratæ, de quibus infrà. Pilum Græcum, quo in Græcia pinsebantur, quale describit Hesiodus, cùm ait, ὕπερον τε τρίπηχυ. Hoc vt tolleno reciprocabatur. Plaut. *in Astraba* apud Festum in verb. *Reciprocare*, Quasi tollenonem, aut pilum Græcum reciproces plana via. Primum pilum vocabatur prima centuria in exercitu Romanorum: quòd circa signa grauis armatura constituta esset, in qua inter cætera armorum genera hastile erat pedum quinque & semissis, quod pilum nominabant. Cæsar *lib.* 5. *bell. Gall.* Tum T. Baluentio qui superiore anno primum pilum duxerat, viro forti, & magnæ autoritatis, vtrunque femur tragula traiicitur. Reliqua vide in dictione PRIM PILVS. ¶ Præterea, pilum, à pinsendo, seu, vt placet Seruio, à Pilumno, instrumentum quo aliquid in mortario teritur. { עלי *ʿelí.* ὕπερος. GALL. *Pilon de mortier.* ITAL. *Il pestello col' quale si pestano le cose nel mortaio.* GERM. Ein stössel eines mörsels HISP. *El maço para majar en pila.* ANGL. *A pestle.* } Plin. *lib* 18. *cap.* 10. Quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato, fistula ferrata & stella intus denticulata, vt nisi intenti pinsant, concidantur grana, ferróque frangantur.

Pīlātŭs, a, um, Pilo armatus. Mart. *lib.* 10.

Et pilata redit, iámque subitque cohors.

‖ Pililudius, qui pilodello ludit. Gl. Isid.

Pillones, portitores mortuorum. Gl Isid. ‖

Pīlūmnŭs, qui pinsendi frumenti vsum inuenit, Iouis (vt putant) filius, & Dauni pater. Seruius *in lib.* 9 *Æneid.* Pilumnus (inquit) & Picumnus fratres fuerunt dij. Horum Picumnus stercorandorum inuenit vsum agrorum: vnde & Sterquilinius dictus est. Pilumnus verò pinsendi frumenti: vnde à pistoribus colitur, & ab ipso Pilum dictum est. Ad hunc Danae Acrisij filia fortè ad Appulum littus acta, & à pastore vnà cum Perseo paruulo delata est, quam ipse cognito genere vxorem duxit, ex qua Daunum filium suscepit. Virg. 10. *Æneid.*

Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater, &c.

Pilumen quicquid in pila tunditur. Gloss. Isid. & Vet. Voc.

Pilus, i, generalius est quàm capillus. { שער *schâʿar.* θρίξ. GALL. *Poil.* ITAL. & HISP. *Pelo.* GER. Ein haar/es sey am leyb wo es wölle. ANGL. *The heare.* } Propriè enim capillus de iis tantùm dicitur qui caput vestiunt, quum pilus omnium partium corporis sit communis. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus. Senec. *cap.* 8. *de tranquill.* Caluis, quàm Comatis non minùs molestum est Pilos velli. Cic. 2. *de nat. deor.* Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. Iuuen. *Satyr.* 9.

Sed fruticante pilo neglecta, & squalida crura.

Horat. 2. *Epist.* 1.

Vtor permisso, caudæque pilos, vt equinæ
Paulatim vello.

Hæc tamen differentia nonnunquam confunditur: accipitur enim capillus interdum generaliter in eadem significatione in qua vtimur nomine pilus. Gell. *lib.* 12. *c.* 1. Si ouium lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur, constat ferè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. ¶ Pili longiores, proni in colla atque armos vestientes, iubæ dicuntur: pili verò crassiores, rigidi, quales habent sues, vocantur setæ. ¶ Pili non facio Nec pilo quidem melior, de re nullius momenti. Cic. *ad Quint. Frat lib.* 2. Nihil est quod vereare, ego enim ne pilo quidem minus me amabo. Catul. *Epigr.* 17.

Ludere hanc sinit, nec pili facit vni.

Pilo, as à pilus, Pilos emitto. { τριχόω. GALL. *Produire du poil.* ITAL. *Fare i peli, mandar fuori i peli.* GERM. Haar vberkommen/haarechtig werden. HISP. *Pelechar.* ANGL. *To bring out heare, to growe hearie.* } Accius, Tunc primùm pilabant genæ. Afranius, Meum præterea corpus nunc pilare primùm cœpit. ¶ Interdum ponitur pro pilos detrahere. { מרט *marát.* ἀποτρίχω. GALL. *Arracher le poil.* ITAL. *Pelar, trarre i peli.* GERM. Das haar außrauffen. HISP. *Pelar, quitando pelos.* } Mart.

Quòd pectus, quòd crura pilas.

Idem *lib.* 6.

Extirpa, mihi crede, pilos de corpore toto,
Téque pilare tuas testificare nates.

Hinc Depilo.

Pĭlōsŭs, adiectiuum, Pilis abundans. { שעיר *saʿír.* τριχώδης. GAL. *Pelu.* ITAL. & HISP. *Peloso.* GERM. Haarechtig/voll haars. ANGL. *Hearie, full of heare.* } Varr. 2 *de re rust. cap.* 5 oculis magnis & nigris, pilosis auribus. Cic. *in pisonem*, Non enim nos color iste seruilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt. ¶ Pilosiora folia, quæ in ipsa superficie, veluti adnatos quosdam pilos ostendere videntur. Plin. *lib.* 20. *c.* 16. E contrario quæ mollis vocatur, pilosioribus foliis ac ramis, & aculeatis, trita mellis odorem habet.

‖ Pilogonus, quam Latini herbam sanguinariam vocant, propter quod missa in naribus sanguinem mouet. Isid. ‖

Pilosella, herba, quia folia habet pilosa & hirsuta superficie. HISP. *Pilosella.* GERM. Nagelkraut.

‖ Pilotonsus, lupus ceruinus. G. M. G. ‖

Pimpla, πίμπλα, Thraciæ mons est, Musis sacer, vt scribit Strab. *lib.* 10. Pieria, inquit, & Olympus, & Pimpla, & Libethrum, quondam loca fuere Thraciæ, & montes quos nunc Macedones possident: quíque Musis Helicona consecrarunt, Thraces fuere, Bœotiæ accolæ. Hæc Strab.

Pĭmplæus, a, um, πιμπλαῖος. Mart. *lib.* 11.

Cuius Pimplæo lyra clarior exit ab antro.

Pĭmplēĭdes, siue Pimplææ, πιμπληΐδες, Musæ cognominatæ sunt, siue à Pimpla olim Thraciæ monte, quem postea Macedones sibi vendicarunt, siue à Pimplæo quodam fonte, ad radicem eius montis nascente: vbi & Pimplæum antrum nonnulli constituerunt. Mart. *lib.* 12.

Cuius Pimplæo lyra clarior exit ab antro.

Pina, vide *Pinna.*

Pinacopola, πινακοπώλης, qui tabulas vendit.

Pĭnăcŏthēca, πινακοθήκη, locus est in quo tabulæ pictæ, argentum cælatum, stragula vestis, signa & ornamenta reponuntur Plin. *lib.* 35. *cap.* 2. vocat tablinum. Vtrunque nomen dictum est à tabulis, quæ in hoc loco præcipuè asseruabantur. Nam quas Latini tabulas, Græci vocant πίνακας. Varr. 1. *de re rust. cap.* 2. Quum huius spectatum veniunt villas, non vt apud Lucullum, videant pinacothecas, sed oporothecas. Plin. *lib.* 35. *c.* 2. Et inter hæc pinacothecas veteribus tabulis consuunt, alienásque effigies colunt.

Pinara, πίναρα Ptolem. Ciuitas est Lyciæ mediterranea ad Cragum montem teste Plin. *lib.* 5. *c.* 37. ¶ Est item Pinara, insula ante Ætoliam, vna Echinadum, teste eod. Plin. *lib.* 4. *c.* 12.

Pīnārĭŭs, & Potitius, Arcades duo senes, quibus qualiter coli vellent ostendit Hercules: scilicet vt manè, & vesperi ei sacrificaretur. Perfecto itaque matutino sacrificio, quum circa Solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior aduenit, Pinarius postea extis iam redditis, vnde iratus Hercules statuit vt Pinariorum familia tantùm ministra esset epulantibus Potitiis, & complentibus sacra. Vnde & Pinarij dicti sunt, ἀπὸ τῆς πείνης, id est, à fame. Nam senem illum Pinarium constat alio nomine nuncupatum. Hæc Seruius, explicans illud Virg. *Æneid* 8.

——primúsque Potitius autor,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri.

Pinarij deducti à filio Numæ, qui Pinus vocabatur. Plutarch. *in Numa.* De his Fenestella.

Pinarus, πίναρος, fluuius est Ciliciæ in signum Issicum influens, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Pinaster, vide *Pinus.*

Pinax, πίναξ, tabula: quadra lanx. videtur propriè esse asser, in quo edebant & bibebant.

Pĭncernă, æ, Pocillator, qui vinum conuiuis miscet, qui est à poculis. { משקה *maschkéh.* οἰνοχόος. GAL. *Sommellier, escuyer à coupe.* ITAL. *Pincerna, coppiero.* GERM. Ein enschenck. HISP. *El escanciano, ò copero.*

ANG. *A bulter that waiteth on a mans cupps.* } Talem Poëtæ fabulantur in cælo esse Ganymedem, in Hebes locum, quæ antè eo ministerio fungebatur, suffectum. ¶ Pincerna, nomen dignitatis. Imperatoris pincerna dignitate erat supra Curopalatē. Nec circa pocula tantùm occupabatur, sed copias quoque ducebat, & militare munus obibat Meurs. *in Gloss. Græcobarb.*

‖ Pindæ, pinnæ dictæ sunt à petendo. Gloss. Isid. ‖

Pīndărŭs, πίνδαρος, Poëta fuit Thebanus, Lyricorum apud Græcos princeps. Floruit temporibus Æschyli Poëtæ, & Persarum expeditionis in Græciam. Scripsit lingua Dorica, Olympia, Pythia, Nemeæa, Isthmia quæ extant. Altissimus fertur & verborum & sententiarum copia (vt ait Quintil.) grauitatéque arduus, constructionéque ac ordine immensus ac prolixus. Quem etiam inimitabilem Horat. scribit 4. *Carm. Ode* 1. Plutarch. *in Numa*. Pan amauit Pindarum & eius versus. Duas suscepit filias. A patre tibiam primùm, mox ab Hermione lyrā edoctus est. Eius gratia Lacedæmonij in reliquā Bœotiam sæuientes, Thebis pepercerunt. Ita & Alexander quum Thebas euerteret, & in omnes sæuiret sine discrimine, Pindari vatis penatibus familiæque parci iussit. Expirasse fertur in gremio pueri adamati, Valerio teste. Vide Quint. *lib.* 10. *Instit. Orat.* ¶ Pindarus alter, Ephesiorum tyrannus, qui capta Epheso, postea à Crœso auunculo suo iussus discedere secessit in Peloponnesum cum parte bonorum, dimisso præside amico. Autor Ælian. *de varia historia*. Hinc adiect. Pindaricus, a, um, Propert. *lib.* 3, *Eleg.* 17.

Qualis Pindaricus spiritus ore tonat.

Horat. 1. *Epist.* 3.

Pindarici fontis qui non expalluit haustus,

Pīndăsŭs, πίνδασος, mons Asiæ in quo Cetius fluuius nascitur, qui Pergamum præterfluit. Autor Plin. *lib.* 5. *c.* 30.

Pīndo, is, dere, Ferire est & assiduè percutere. Cornutus *in Pers. Satyr.* 1. vnde pistillum in quo terimus in mortario. de quo infrà.

Pīndŭs, πίνδος mons Perrhæborum inter Acarnaniam & Thessaliam: cuius meminit Plin. *in præfat. lib.* 4.

Pĭndŭs, πίνδος, Lapitharum sedes, mons Thessaliæ, Appollini, Musísque sacer, Acarnaniam ab Ætolia diuidens, vt inquit Solinus. In eo inuenitur lapis galactites. ¶ Est & nomen vrbis Thessalicæ à Pindo monte appellatæ, iuxta quam est fluuius eiusdem nominis. Autor Strab. *lib.* 9.

Pinea, arbor pinus. Columellæ.

Pinetum, Pineus. Vide *Pinus*,

PĪNGO, is, xi, ctum, Formam alicuius rei ductis lineis repræsento. {חקה *chikkáh* קלע *kaláh*. γράφω. GALL. *Peindre*. ITAL. *Dipingere*. GERM. Malen. HISP. *Pintar*. ANG. *To paynte.* } Plin. *lib.* 35. *cap.* 8. Adeò colorum vsus increbuerat, adeò ars perfecta erat, vt in eo prælio Ionicos duces pinxisse tradatur. Cic. *Luceio lib.* 5. Alexander ab Apelle potissimùm pingi, à Lysippo fingi volebat. Idem 2. *de Orat.* Vt in pictura qui hominis speciem pingere perdidicerit, is potest cuiusuis vel formæ, vel ætatis, etiam si non didicerit, pingere. ¶ Pingere humum variis floribus, est versicolorem florum varietatem humi spargere. Plaut. *in Sticho*, Age tu ocyus, pinge humum, conspergere ante ædes. ¶ Vsus est pro describere Cic. *ad Attic. lib.* 4. Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione. ¶ Huius verbi composita sunt, Depingo; quorum significata vide suis locis.

Pīctŭs, a, um. {מחקה *mechukkéh* קלוע *kaluáh*. γεγραμμένος, ζωγραφηθείς. GAL. *Peint*. ITAL. *Dipinto*. GERM. Gemahler. HISP. *Pintado*. ANGL. *Paynted.* } Plaut *in Menæch.* Tabulam pictam in pariete. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

———Et à picta casside nomen habet.

Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 5. Vidi multa picta quæ sub Acheronte fierent, Idem *in Asin. sc.* 3. *a.* 1. Neque fictum, neque pictum, neque scriptum in poëmatis. Idem *Pseud sc.* 2. *a.* 1. Faciam ita vestra latera varia loris vt non æquè picta peristromata campanica. Ouid. 3. *Fast.*

Dum legit in ramo pictas temerarius vuas.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1.

———Et pictos verberat vnda Deos.

Idem 6. *Fastor.*

——————— Picta

Veste triumphales occubuisse senes.

Idem 4. *Fastor.* Picta coloribus vstis puppis. De picta veste Ausonius ¶ Aliquando nomen est, & ponitur pro ornatu. Cic *de Clar. Orat.* Quo nihil potest esse pictius, ‖ ¶ Picta toga, purpurea triumphalis, cui picturati colores subtexti. Bayf. ‖

Pictatium capitium, ex Laberio, Gell. *c.* 7. *lib.* 16.

Pīctūra, æ, ars pingendi. { מקלעת *miklaħá*. γραφική. GAL. *Peinture*. ITAL. *Di pintura*. GERM. Die mahlerkunst. Item, ein gemäld. HISP. *Pintura, ò artè de pintar*. ANGL. *Paynthing or the art of paynting.* } Plin. *lib.* 35. *cap.* 9. Quinimò certamen picturæ, etiam florente ea institutum est Corinthi. ¶ Dicuntur & picturæ, tabulæ, vel aliæ res pictæ. Cic. 6. *Verr.* Nego vllam picturam neque in tabulis, neque textilem fuisse, qui quæsierit, inspexerit, & quod placitum sit, abstulerit. Idem *in Orat.* In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contra alios nitida, læta, collustrata delectant Idem *in Tusc.* Homerum tradunt cæcum fuisse: at eius picturam, non poësim videmus. Idem 2. *Academ.* Oculi pictura tenentur, aures cantibus. In pictura olim floruere Zeuxis, Parrhasius, Apelles, aliíque nonnulli, quorum nomina & opera exequitur Plin. *natural. Hist. lib.* 35. De poësi & pictura Simonidis scitè dictum, vide in dictione LEX. Si qua inutilis pictura sit (in cubiculo) eam vendat. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Quid istæ picturæ ad me attinent? (de fabulis pictis in tabula.) Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Noua pictura interpolare opus lepidissimum. (i. cerussa & purpurisso.) Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1.

Picturo, as, pictura variego.

Pĭctūrātŭs, varia pictura exornatus. Opus picturatum metallis. Claud. *in Paneg.*

Pīctŏr, qui quid pingit { מחקה *mechakkéh* קלע *koléah*. ζωγράφος. GALL. *Peintre*. ITAL. *Di pintore*. GERM. Ein Mahler. HISP. *Pintor*. ANGL. *A paynter.* } Horat *de Arte*, Pictoribus, atque poëtis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Cicer. 4. *Academ.* Multa vident pictores in vmbris, & in eminentia quæ nos non videmus. Idem 2. *de Legib.* Dignissima autem dona habent & formæ ab vno pictore vno absolutæ die. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Non potuit pictor meliùs describere eius formam.

Pĭctōrĭŭs, adiectiuum. γραφικός. Iulianus *Digest. lib.* 38. *tit.* 1. *l.* 23. Hæ operæ quas libertus promisit, multum distant à fabrilibus, vel pictoriis operis.

PĪNGVĭs, e,)(Macer. {בריא *bari* דשן *daschén* שמן *schamén*. παχύς, λιπαρός. GALL. *Gras*. ITAL. *Grasso*. GERM. Feist/wolgeleibt. HISP. *Gruesso ò gordo*. ANGL. *Fatt.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 50. Fœminæ quidem non omnes ad saginam eliguntur, nec nisi in ceruice pingui cute. Virg. 1. *Georg.*

Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina.

¶ Aliquando pro fœcundo & vbere. εὔγεως. Virg. 4. *Georgic.* Et pingues hortos. Idem 3. *Eclog.*

Heu, heu, quàm pingui macer est mihi taurus in aruo.

¶ Aliquando pro imperito & inepto. Cicer. *lib.* 4. *Academ.* Quod ipsi Antiocho pingue videtur, & sibiipsi contrarium. Pingue, substantiuum, neutri generis, propriè dicitur quod inter carnem & cutem est, succo liquidum, στέαρ, πιμελή. differtque ab adipe quòd hic musculorum extremitati membranísque adhæreat, & frigefactus durus euadat & fragilis. Qua de re vide plura apud Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. & suprà in dictione ADEPS. Virg. 3. *Georg.*

————— & omnes

Impendunt curas densos distendere pingui.

¶ Pingui Minerua aliquid agere: hoc est, crassè, & impolitè. Colum. *in Præfatio. totius operis*, Potest enim nec subtilissima, nec pingui (quod aiunt) Minerua res agrestis administrari. ¶ Pinguis saliua, pro crassa ac densa. Senec. ¶ Hinc componitur Præpinguis ὑπέρπαχυς. Idem *lib.* 4. Ideóque non est vineis apta, vix etiam arbustis, nisi præpinguis. A pinguis fit Impinguo, guas, παχύνω. Plaut. *Aulul. sc.* 2. *a.* 2. Pinguiorem agrum isti habent: At nunc tibi dabitur pinguior tibicina. (Phrygia.)

Pīnguĭtĕr, aduerbium. { λιπαρῶς, παχέως. GALL. *Grassement, grossement, lourdement*. ITAL. *Grassamente*. GERM. Feistiglich/mit feiste. HISP. *Gruessa, ò grosseramente*. ANG. *Fatlie, grosselie.* } Col. *lib.* 2. *c.* 2. Proximum deinde huic pinguiter densum.

Pīnguēdo, inis, & Pinguitudo, inis, licèt Seruius Grammaticus Latina esse neget, à viris doctissimis tamen vsurpantur: vt plurimis exemplis docet Beroaldus in Seruium. { דשן *déschen* שמן *schémen* משמן *mischmán*. λιπαρία, παχύτης. GALL. *Graisse*. ITAL. *Grassezza*. GERM. Feiste. HISP. *Grossura*. ANGL. *Fatnesse or greas.* } Plin. omni pinguedine detracta, in olla caro decoquitur. Idem *lib.* 23. *c.* 8. Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt, inflationem stomachi, & pinguedini corporis conferunt plus quàm sit verisimile. Varro 3. *de re rust. cap.* 9. de gallinis loquens. Et lux pinguitudini inimica. Col. *lib.* 2. *cap.* 15. Ea res admonet nos, inesse tali materiæ naturalem pinguedinem & succum. Quint. *lib.* 1. *c.* 11. Quarundam enim vel exilitate, vel pinguedine nimia laboramus. Quid autem sit pinguedo, siue pinguitudo, siue etiam pingue neutri generis, & quomodo differant ab adipe & seuo, ex Plinij sententia abundè docuimus in dictione ADEPS.

Pīnguĭārĭŭs, ij, qui pinguia amat. { φιλοπίμελος, φιλόλιπος. GALL. *Qui aime choses grasses graissier*. ITAL. *Chi ama le cose grasse*. GERM. Der gern feiste ding hat. HISP. *Amador de cosas gruessas*. ANG. *That loueth fate tinges.* } Mart. *lib.* 1. Carnarius sum, pinguiarius non sum, hoc est, carnosam & corpulentam amicam opto, non nimis pinguem.

Pīnguēsco, scis, à Pingueo, gues, Pinguis fio. { שמן *schamán* דשן *daschén*. παχύνομαι. GAL. *S'egraisser, deuenir gras*. ITAL. *Diuenir grasso*. GERM. Feist werden. HISP. *Engordarse*. ANGL. *To waxe fat.* } Colum. *lib.* 2. *cap.* 11. Omne emaciatum armentum medica pinguescit, id est, pingue fit. Martial. *lib.* 5. Pinguescit nimio madidus mihi crinis amomo. Virg. 1. *Georg.*

——— bis sanguine nostro

Æmathiam & latos Hemi pinguescere campos.

Pīnguĕfăcĭo, pinguefacis, Pinguem reddo, & passiuum pinguefio. { הבריא *hibri* השמין *hischmin* דשן *dischschén*. παχύνω. GAL. *Angraisser*. ITAL. *Ingrassare*. GERM. Feist machen/mesten. HISP. *Engordar otra cosa*. ANG. *To mak fat.* } Plin. *lib.* 6. *c.* 44. Dein ea pinguefacit.

Pīnnă, πίννα, oppidum est Vestinorum, qui sunt populi in quarta regione Italiæ, Præguttiis ad Ortum finitimi, teste Ptolemæo *lib.* 3. *c.* 1. Pinnensium meminit & Plin. *lib.* 3. *c.* 12.

PINNA, æ, propriè penna durior, & non pluma. { אברה *ebráh*. πτέρυξ. GAL. *Plume* ITAL. *Penna*. GERM. Ein grobe fäder. HISP. *Pluma*. ANGL. *The great feather.* } Nam penna nomen generale est ad plumas & pinnas. Varr. *lib.* 3. *de re rustic. cap.* 7. *de columbis.* Qui iam pinnas habere incipiunt, in nido relinquuntur, illisis cruribus. Idem *de gallinis.* Eligat fœcundas plerunque rubicunda pluma, nigris pinnis. Colum. *lib.* 8. *c.* 4. Siccus etiam puluis & cinis, vbicunque cortem porticus, vel rectum protegit: iuxta parietes reponendus est, vt sit quò aues se perfundant. Nam his rebus plumam, pinnásque inundant. ¶ Aptus pinnis, i. pennatus, penniger, Cicer. 3. *Offic.* O fides alma, apta pinnis, & iusiurandum Iouis! Et verba apta pinnis, i. ἔπεα πτερόεντα Homero. Apul. Si verba, vt Poëtæ aiunt, pinnis apta vulgò volarent. ¶ Pinna etiam quiduis acutum significat. Vnde & pinnæ murorum, id est, summitates. { ἐπάλξεις. GAL. *Creneau de mur*. ITAL. *Merlo di muro*. GERM. Zinnen an der mauren. HISP. *Almena del muro*. ANGL. *The batlemens of walles.* } Liu. *lib.* 40. Muri pinnæ aliquot locis decusse. Gell. *c.* 6. *lib.* 15. quasi Muri pinnis decorata corona. Quint. *c.* 6. *lib.* 1. vnde bipennis. ¶ Pinnas etiam gestare gladiatores solebant, Vnde pinnirapi retiarij dicuntur, quòd pinnas è galeis mirmillonum iacto reti exciperent. ¶ Sūt etiam pinnæ, quibus innatant pisces, & quarum adminiculis, veluti remis in natando vtuntur. { סנפיר *senapir*. ANG. *The finne o a fishe.* } Plin. *lib.* 9. *c.* 14. Pinnis quibus in mari vtuntur, humi quoque vice pedum serpunt. ¶ Pinna præterea est conchæ genus, πίννα, vulgò *Nacra*. Nascitur in limosis, subiecta semper, nec vnquam sine comite, quem pinnotheren nonnulli, alij pinnophylacem vocant: is est squilla parua, qui cum pinna quærendæ escæ societatem init. Autor Plin. *lib.* 9. *cap.* 42. Cic. 2. *de natur. deor.* Pinna verò (sic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parua squilla, quasi societatem coit comparandi cibi.

Pīnnŭlă

Pinnula, diminutiuum à pinna. Est summa pars auris, ab acumine dicta, λοβός. ¶ Aliquando parua pinna, id est, penna, πτερύγιον. Colum. lib. 8. cap. 5. Inhabitetúrque cupiditas incubandi pinnula per nates traiecta. ¶ Aliquando pinnula dicitur illud quo veluti remigio quodam natant pisces. Plin. lib. 7. cap. 57. Quosdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes crebro caudæ motu. Plaut. Prolog. Amph. Ego has habebo vsque in Petaso pinnulas.

Pinnaculum, i, Fastigium & summitas ædificij in acumen tendentis. { גב ghab גף ghaph. ἔπαλξις, πτερύγιον, ἀκρωτήριον. GAL. *Le plus haut & cime d'vn bastiment*. ITAL. *Cima*. GERM. Der gipfel oder spitz eines gebeuws. HISP. *Lo mas alto del edificio, cima*. ANG. *A Pinnacle or highest, toppe of a thing*. } Dictum vel ab eo quod veteres pinnam dicebant quicquid esset acutum: vnde Bipennis, securis quæ vtrinque aciem habet, vel quòd pinnaculis addi pinna consueuit, quæ facili motu, ventorum indicaret flatum, quod genus nunc *Penniculum* vulgò dicitur.

Pinnatus, a, um, adiectiuum, quod pinnas habet, { πτερωτός. GALL. *Qui a des plumes ou aisles, aislé*. ITAL. *Pennato*. GERM. Das ein gefider mit groben vnnd harten fäderen hatt. HISP. *Lo que tiene plumas y alas, alado*. ANG. *That hath finnes or great feathers*. } vt pinnatus Cupido, pro aligero, & pinnas habente. Cicer. 3. *de natur. deor.* Dianæ item plures: Prima Iouis & Proserpinæ, quæ pinnatum Cupidinem genuisse dicitur. ¶ Pinnata folia dicuntur, pennarum modo aculeata. Plin. lib. 16. cap. 10. *de abiete*, Folio pinnato densa. ¶ Pinnatus fulgor. Idem lib. 37. cap. 7. Proximos illis carbunculos, quos vocant syrtitas, pinnato fulgore radiantes.

Pinniger, a, um, adiectiuum, vt, Piscis pinniger. Ouid. 13. *Metam.*

Pinnirapus, i, Gladiator retiarius, qui mirmilloni aduersario pinnam, hoc est, acutam galeæ summitatem rapiebat. πτερυγολαβός. Iuuen *Satyr.* 3.

Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenésque lanistæ.

Quidam gladiatores auis quadam figura & schema in arenam prodibant, quibus cum Pinnirapi componebantur. de his intellexit Seneca lib. 3. *declam.* Et quidam sic cum schema componi cupiunt quomodo est alibi.

‖ Pinnophilax, πιννοφύλαξ, pinnæ custos, πίννης φύλαξ. ‖

Pinso, is, ui, pistum, & pinsum, apud Diomed. lib. 1. & apud Vitruuium sæpiùs, teste Bud. & pinsitum, pen. cor. apud Colum. In pila, siue in mortario contundo, & contero vel potiùs, vt inquit Cornut. pilo tundo. { דך dach שחק schacbák כתש chathásch. πτίσσω, λεαίνω. GALL. *Piler en vn mortier, broyer*. ITAL. *Pestare, frangere*. GERM. Klein zerstossen/vit manvorzeiten ehe das mülenwerck ist erfunden worden / das getreid zu mäl zerstossen hatt. HISP. *Majar en almirez, moler*. ANGL. *To braye in a morter*. } Antiqui enim ante molarum vsum frumenta igni torrebant, & in pilas missa pistillis tundebant, terebántque Colum. lib. 2. c. 9. ‖ Panicum pinsitum, & euolutum furfure, sed & milium quoque, pultem, quamuis inopia, maximè cum lacte, non fastidiendam præbet, Pomponius, Quum neque molis molui, neque palmis pinsui. ¶ Aues pinsere dicuntur, quum rostrum rei alicui crebrò impingunt. Vnde & Persius metaphoram illam sumpsisse videtur *Satyr.* 1. O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinsit, hoc est, rostro tundit, & percutit, ciconiam appellans in formam rostri ciconiæ contractos: quod genus olim erat irrisionis apud Italos. Vide *Ciconia*.

Pistus, a, um, participium. Contusus. { דוך duch שחוק schachúk כתוש chathúsch. μεμαγμένος, ἀπομαχθείς. GAL. *Pilé, broyé*. ITAL. *Pestato*. GERM. Zerstossen/zerstampffet. HISP. *Majado, molido*. ANGL. *Brayed or ground in a morter*. } Plin. lib. 28. c. 10. Si pistæ serantur.

Pinso, as, in eodem sensu quo penso, sis, φλάω. Varr. lib. 1. *de re rustic.* Promendo diem, vt in pistrino pinsetur, ac torreatur, id est, tundatur, vel frangatur.

Pinsito, as, frequentatiuum à pinso, sis, κατακόπτω. Plaut. *in Asin. sc.* 1. *a.* 1. Qui polentam pinsitant, id est, contundunt. Alij ibi legunt, *pransitant*.

Pinsor, is, qui in pila frumentum comminuit. { שחק schochék כתש chothésch. μάκτης, μακτήρ. GAL. *Pileur, ou broyeur*. ITAL. *Chi pesta in mortaio*. GER. Ein fruchtstempffer zu mäl. HISP. *Majador*. ANGL. *He that brayeth or grindeth thinges in a morter*. } Postea etiam de eo dici cœpit qui farinam subigit, panémque conficit: quem nunc pistorem dicimus. Varro. Nec pinsorem vllum nossent, nisi qui in pistrino pinseret farinam. *Pistorem* in melioribus exemplaribus legitur, non pinsorem. Vide *Pinso*. Antiqui pinsere generaliter sumpserunt pro quouis modo tundere, siue percutere.

Pistor, is, à pinso, sis { אפה ophéh. GAL. *Pestrisseur, boulanger*. ITAL. *Pistore, fornaio*. GER. Vorzeiten ein stempffer der frucht zu mäl / zu vnserer zeit heißt es ein brotbeck oder ein pfister. HISP. *Panadero ò majador*. ANGL. *A baker of breade*. } Olim dicebatur qui ante inuentum molarum vsum, frumenta in pilis pinsebat, hoc est, contundebat. Postea tamen id nomen ad eos quoque translatum est, qui subacta farina panem conficiunt, quos Græci vocant ἀρτοποιὸς. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Te ad pistores dabo vt ibi cruciere currens. *Ibidem*, Quum à pistore panem petimus, vinum ex œnopolio. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Pistorem, vel lanium in velabro reperies. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Pistores scrofipasci qui alunt furfure sues. Plin. lib. 18. cap. 11. Pistores Romæ non fuerunt ad Persicum vsque bellum, annis ab Vrbe condita super quingentos octoginta. Suetón. *in Cæs.* Domesticam disciplinam in paruis ac maioribus rebus diligenter adeò, seueréque rexit, vt pistorem alium, quàm sibi panem in conuiuiis subiicientem, compedibus vinxerit. Varr. *in Satyr. de eduliis*, Si quantum operæ sumpsisti, vt tuus pistor bonum faceret panem, &c. Atteius Capito, Pistores tantùm eos qui far pinsebant, nominatos esse tradit, eósque coquere solitos panem tostum lautioribus.

Pistoricus, a, um, Pistorius, quod ad pinsendi artem, siue ad pistores pertinet. { ἀρτοποιικός. GAL. *Propre ou conuenable à boulanger*. ITAL. *Da pistore*. GER. Des brotbecken oder pfisters. HISP. *Cosa de panadero*. ANG. *Belonging to bakers of breade*. } Caius Iurisconsl. Si quis seruos habuerit proprios, sed quorum operas locabat, vel pistoricas, vel histrionicas, seruorum appellatione legasse hos videtur.

Pistoriensis, vide infrà, post verbum *Pistorium* ciuitatis nomen.

Pistorius, a, um, quod ad pistorem pertinet. { σιτοποιικός. GAL. *De boulanger*. ITAL. *Di pistore*. GER. Dem brotbecken oder pfister zugehörig. HISP. *Cosa de panadero*. ANGL. *Of a beker of breade*. } vt Ars pistoria, Opus pistorium: nomen generale ad omnia delicatiora panum genera, vt quæ saccharum, mel, oua, butyrum, caseum, vel amygdalas recipiunt: cuiusmodi erant quas placentas & mazas appellabant. Plin. lib. 18. cap. 11. Quidam ex ouis, aut lacte farinam subigunt, butyro verò gentes etiam pacatæ, ad operis pistorij genera transeunte cura. Suet. *in Tib. c.* 34. Dato Ædilibus negotio, vt ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent.

Pistrix, icis, fœmininum à pistor, quæ vel fruges molit, vel panem conficit. { אפה ophah. σιτοποιὸς, ἡ. GALL. *Boulangere*. ITAL. *Fornaia*. GERM. Ein brotbeckin oder pfisterin. HISP. *Panadera*. ANG. *She that baketh breade* } Erat enim id apud priscos Romanos præcipuè mulierum opus, teste Plin. lib 18 cap. 11. Varro 4. *de. L. L.* Inde pistor, vel Lucilij pistrina, vel pistrix. Fest. in voce *Mamphula*. Lucilius,

Pistricem validam, si nummi suppeditabunt,
Addes, &c.

¶ Est item pistrix, icis, pen. genitiui prod. bellua marina ingentis magnitudinis: cuiusmodi fuisse feruntur quibus Hesione & Andromeda expositæ fuerunt. ¶ Pistrix ab antiquis pro pistrino quoque vsitatum, quod indicat Varr. lib. 4. *de L. L.* citans eius rei testē Lucilium poëtam antiquum. Extat autem Lucilij carmen, cuius meminit idem Varr. apud Festum in dictione *Mamphula*.

Pistricem validam, si nummi suppeditabunt,
Addes empleurum, mamphulas quæ sciat omnes.

Hoc cùm Scaliger primus obseruauerit, ab illo nos sumpsisse fatemur. ¶ Item sidus cœleste, à quadam belluæ huius similitudine dictum. Cic. *in Ara.* Spiniferam subter caudam pistricis adhæsit. *Ibid.* & fera pistrix Labitur, horribiles epulas funesta requirens. Et rursum, Hac vna stella vertuntur quam iacit ex se Pistricis spinæ valida cum luce refulgens. Et *paulò pòst*, Exinde exiguæ tenui cum lumine multæ Inter pistricem fusæ, sparsæque videntur.

Pistura, æ. { ἡ ἀρτοποιΐα, ἡ ἀρτοπωλία. GALL. *Pestrissure, boulangerie*. ITAL. *Pestamento, arte da pestare*. GER. Das beckenwerck/oder außstampffung. HISP. *Panaderia, arte de majar*. ANG. *Baking of breade*. } Ars pinsendi, siue (vt alij loquuntur) pisendi, hoc est, frumenta tunicis suis exeundi. Plin. lib. 18. c. 10. Pistura non omnium facilis: quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato, fistula serrata & stella intus denticulata, vt nisi intenti pinsant, (aliàs *pisant*) concidantur grana, ferróque frangantur. Et *paulò pòst*, Et ipsa quæ euelluntur, variam pisturam habent.

Pistrinum, i, & pistrina, æ. Olim dicebatur locus in quo farina molebatur: nomen habens à pinsendo, hoc est, à contundendo, quòd ante inuentum molarum vsum, frumenta in pila comminuerentur. { μύλων ὁ. φίτειον. GALL. *Le lieu où on pestrit la pain*. ITAL. *Pistrino, molino*. GERM. Ein stampff / ein ort an welchemman vor zeiten das getreid in Mörseren zu mäl stieß / ehe die mulkünst ist erfunden worden. HISP. *Atahona, acenna ò molino*. ANG. *A mill, or bakehouse*. } Deinde quamuis mutata re, mansit pistrini nomen etiam illi loco, in quo molis seruorum, iumentorúmve opera circumactis fruges committebantur. ¶ Pistrini item nomen postea cœpit vsurpari pro officina in qua opera pistoria, hoc est, panes delicatiores fiebant, cuiusmodi erant quas placentas & mazas appellabant. Sueton. *in August.* Et modò vnguentariam tabernam, modò pistrinum Ariciæ exercuisse obiicit. Terent. *in Andr.* Verberibus cæsum te in pristinum Daue dedam vsque ad necem: Ea lege, atque omine, vt si te inde exemerim, ego pro te molam. Cic. 1. *de Orat.* Oratorem in iudicia, tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi videbam. Plaut. *Mostell sc.* 1. *a.* 1. Scis te in pistrinum actutum tradier. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Quorum odore (suum) præterire nemo pistrinum potest. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Pistrinum in mundo scibam mihi esse, & in pistrinum præcipitem trahi *Ibid.* Te in pistrinum condam. ¶ Per trāslationem Pistrinum pro opere ac munere ingentis laboris, & molestiæ & negotij pleno. Cic. *de Orat.* Tibi mecum erit, Crasse, in eodem pistrino viuendum.

Pistrina, æ, fœm. gen. idem. Plin. lib. 11. c. 9. E siligine lautissimus panis, pistrinarúmque opera laudatissima. Item Lucilius 16. fœmininè extulit, Media è pristina ad tabernam referens. Sosipat. lib. 1.

Pistrilla, æ, diminutiuum à pistrino, secundum Priscianum, χειρομύλων. Nam diminutiua (inquit) quandoque diuersa sunt à genere nominum primæ positionis, sicut à scuto scutella. At Donatus à pistrina deducit: nam & id aliquando legitur. Est autem pistrilla, mola trusatilis quæ manibus versatur. Terentius *in Adelph.* Apud ipsum lacum est pistrilla.

Pistrinarius, molitor. { μυλωθρός. } Vlpian. *D. lib.* 16. *tit.* 3. *l.* 1. Si quis seruum custodiendum coniecerit fortè in pistrinum, si quidem merces interuenit custodiæ, puto esse actionem aduersus pistrinarium ex conducto.

Pistrinensis, e, quod ad pistrinum pertinet. { μυλικός. GALL. *Appartenant à moulin*. ITAL. *Pertinente à molino*. GERM. Das zu einem hornstampff gehört. HISP. *Cosa de atahona, ò molino*. ANGL. *Belonging to a mill or bakehouse*. } Apuleius in asinum versus molas pistrinenses per circuitus multiuius circumegisse se festiuiter ait, describens quales essent ministri in pistrinensi contubernio. Suet. *in Calig. captie* 39. Quidquid instrumenti veteris Aulæ erat, ab vrbe repetit, comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, & pistrinensibus iumentis.

Pinsor, vide *Pinso*, is.

‖ Pinta, vini mensura. Bud. ‖

Pintia, πιντία, oppidum Gallæcorum Lucensium in tractu Tarraconensi Hispaniæ, apud Ptolem. lib. 2. cap. 6. Hodie (vt putant) *Valledoletum* dictum, vulgò *Valledolid*. ¶ Pinthia verò per th aspiratum, Siciliæ oppidum est, à quo Pinthienses populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Pinytus, πινυτὸς, Nobilis Grammaticus, Romæ floruit vnà cum Epaphrodito liberto Neronis. Pausanias,

Pīnŭs, filius Numæ, vnde Pinarij. Plutarch. *in Numa.*

PĪNŬS, fœminini generis, olim etiam masculini: & tam quartæ, quàm secundæ declinationis. Arbor est picei generis, nuces ferens omnium maximas, quas Latini pineas, Græci *κώνους* vocant. { *πίτυς, κῶνος.* GAL. *Vn Pin.* ITAL. & HISP. *Pino.* GER. Ein Fiechtenbaum/sein frucht sind die zirbel nüßlin. HISP. *A pyne tree.* } Virg. 7 *Eclog.*

Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis.

Legitur & pinea, pro hac ipsa arbore. Col. *lib.* 5. *c.* 10. Eodem tempore iuglandem, & pineam, & castaneam serere oportet. Caua pinus, per synecdochen pro ipsa naui, quæ ex pinu contracta est. Valer. 1. *Argon.* —— volat immissis caua pinus habenis, Infunditque salum: & spumas vorat ære trideniti. Est & nomen herbæ, vt legi debet in Culice Virgiliano, Et semper florida pinus. Item Col. *lib.* 9. vbi de pabulis apium disputat, Itémque semper virens pinus. Et Virg. 4. *Georg.*

Ipse thymum pinúmque ferens de montibus, &c.

Victor. *cap.* 5. *lib.* 25.

Pīnĕŭs, a, um, quod est natum ex pinu. { *πιτυινός.* GALL. *Du pin.* ITAL. *Di pino* GERM. Fiechtbäumin/auß fiechtenbaum. HISP. *Cosa de materia de pino* ANG. *Of a pine tree.* } Plin. *lib.* 15. *c.* 10. Pinea corona apud Isthmum victores coronabantur. Virg. 9. *Æneid.*

Pinea sylua mihi multos dilecta per annos,
Lucus in arce fuit summa, quò sacra ferebant, &c.

Ouid. 2. *Fast.*

Februa poscenti, pinea virga data est.

Idem *Eleg.* 5. *lib* 1 *Trist.* Pinea texta sonant.

Pīnētum, locus pinis consitus. { *πιτυών.* GALL. *Vn lieu planté de pins.* ITAL. *Luogo doue sono molti pini.* GERM. Ein fiechwaldt. HISP. *El pinar, lugar de pinos.* ANG. *A place planted with pini tree.* } Plin. *lib.* 27. *c.* 8. Chrysolachanon in pineto lactucæ simile nascitur. Succincta, pineta. Ouid. 15. *Metam.*

Qualia succinctis, vbi trux insibilat Eurus,
Murmura pinetis fiunt.

Pinastellus, herba peucedanum. quia folia eius pini foliis similia apparent

Pīnāstĕr, Pinus syluestris, miræ altitudinis. { *πίτυς ἀγρία.* GALL. *Pin sauuage.* ITAL. *Pino saluatico.* GERM. Ein wilder fiechtenbaum. HISP. *Pino syluestre.* ANGL. *A wilde pine tree.* } Plin. *lib.* 15. *c.* 10. Pinaster nihil aliud est quàm pinus syluestris.

Pīnĭfĕr, adiectiuum, Pinus ferens. { *πιτυώδης, πιτυοφόρος.* GALL. *Où croissent les pins.* ITAL. *Che porta pini.* GERM. Das fiechtenbäum tregt. HISP. *Que trae pinos.* ANGL. *which bringeth pine trees.* } Virg. 10. *Æneid.*

——*multos Vesulus quem pinifer annos*
Defendit.

Pĭo, as, are, Piè colo. { טהר *tiher* כפר *chippér.* *ὁσιόω.* GALL. *Purger.* ITAL. *Purgare.* GERM Andächtigklich oder mit verehrung beweisen/verehren. HISP. *A limpiar por sacrificios.* ANG. *To purge be sacrifice.* } Plaut. *in Asin. sc.* 1. *a.* 3. Vbi piem pietatem, si isto more moratam tibi postulem placere? Idem *Menæch sc.* 2. *a.* 2. Iube te piari (insanum) de mea pecunia. ¶ Quandoque ponitur pro contaminare, polluere, *μιαίνειν.* quod & impiare dicitur; quemadmodum sacrum ponitur pro execrabili. ¶ Quandoque, prò piè amare. Næuius apud Nonium, Nemo est qui magis suos piet liberos. ¶ Aliquando pro purgo, expio, *ἀφοσιοῦμαι, ἁγνίζω.* Virg. 2 *Æneid.*

—— *& culpam miserorum morte piabunt.*

Huius verbi composita sunt, Expio & Impio, quæ vide suis locis.

Pĭātrīx, icis, Sacerdos, expiationes peragere solita, quæ & saga, & expiatrix dicebatur, teste Festo. *ἁγνίστρια.*

Pĭāmĕn, inis, seu Piamentum, ti, actio piantis, & id quo fit piatio, placamentum. { כפור *chippúr.* *κάθαρσις, ἀφοσίωσις.* GAL. *Purgation.* ITAL. *Purgatione.* GERM. Ein büssung/versünung. HISP. *Purga.* ANG. *A purging.* } Sunt autem, teste Festo, dictiones magis poëticæ, quàm oratoriæ. Ouid. 2. *Fast.*

Februa Romani dixere piamina patres.

Plin. *lib.* 25. *c.* 4. Hac euulsa scrobem repleri vario genere frugum, religio est, & terræ piamentum. Ouid. 2. *Fast.*

Omne solum lustrant, idque piamen habet.

Senec *c.* 16 *de consol. ad Heluiam,* Fuerim domus piamentum. (exsul.)

Pĭăcŭlum, i, Sacrificium, cultus, omne quo fit expiatio. { כפור *chippúr.* *κάθαρμα.* GAL. *Sacrifice, ou toute chose offerte pour le peché.* ITAL. *Sacrificio ogni cosa che si offerisce per la satisfattione di peccati.* GERM. Ein versünopffer/ein jedes so man leistet zur versünung vnd ablegung. HISP. *Sacrificio, ò el pecado de purgar por sacrificio.* ANG. *Sacrifice or all thing offred for sinne.* } Virg. 6. *Æneid.*

——*ea prima piacula sunto.*

Horat. *lib,* 1. *Carm.* Téque piacula nulla resoluent, hoc est, nullis hostiis te expiabis. Gellius *cap.* 5. *lib.* 4. Piaculis luere fulgur. Et *cap.* 6. *eiusdem lib.* Piaculi gratia. Aliquando dicitur crimen, flagitium. *ἄγος.* Virg. 6. *Æneid.*

Distulit in seram commissa piacula mortem.

Vbi Seruius, Piacula commissa propter quæ expiatio debetur. Gell. *c.* 15. *lib.* 10. Si ad pedes eius procubuerit, eo die verberari piaculum est. (suprà, religio est)

Pĭācŭlāris, e, ad piaculum pertinens, seu quod est pro piaculo: vt hostia piacularis. { *ἁγνιστικόν.* GAL *Seruant à purger par sacrifice.* ITAL. *Che serue à purgare l'offesa, che si fa à Dio.* GERM. Das krefftig ist zur versünung/das zu der reinigung der sünden braucht wirt. HISP. *Cosa de purgar por sacrificio.* ANGL. *That serueth to purge by sacrifice.* } Liu. *lib.* 1. Itaque vt cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri vt filium expiaret pecunia publica. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt, &c. Plaut. *in Epid.* Méne piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam, Vt meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum? id est, Oportétne stultitiam meis scapulis expiari? ¶ Piacularia auspicia dicebantur, teste Festo, quæ sacrificantibus tristia portendebant, quum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitum edidisset, aut in aliam partem corporis quàm oportet, cecidisset: vt apud Virg. *in Æneid.*

Quales mugitus, fugit cùm saucius aras
Taurus, & incertam excussit ceruice securim.

¶ Piacularis porta, Romæ appellata ob quædam piacula quæ ibi fieri solebant, teste eodem Festo.

Pĭābĭlis, e, quod piari, i. expiari potest. { *εὐάγνιστος, εὐκάθαρτος.* GAL. *Qu'on peut purger.* ITAL. *Che si può purgare.* GER. Versünlich/das versünet werden mag. HISP. *Lo que se puede purgar.* ANG. *That may be purged.* } vt Fulmen piabile, apud Ouidium 3 *Fast* Cur dea, Ne nimium terrere, piabile fulmen Est, ait, & sæui flectitur ira Iouis ✱ Inexpiabile.

Pĭōn, is, *πίων,* mons est Ioniæ, apud Plin. *lib.* 5. *c.* 29.

Pĭōnĭæ, *πιωνίαι,* oppidum est Teutraniæ, quæ est regio Asiæ, ad Caicum amnem, olim Mysiæ pars. Huius incolæ dicuntur Pionitæ: quorum meminit Plin. *lib.* 5. *c.* 30.

Pīpāre, { *πιπίζειν.* GAL. *Piper comme vne geline, crier en geline.* ITAL. *Pipire.* GERM. Geibsen oder glucken wie die hennen. HISP. *Piar.* ANGL. *To clok lyk a henne.* } Dicuntur gallinæ quum vocem emittunt. Varro *in Orig.* Mugit bos, ouis balat, equi hinniunt, gallina pipat. Nonius.

PĬPĔR, is, *πέπερι* Dioscoridi. Nomen arboris, cuius fructus condimentis aptus, & calidus, ex India ad nos adfertur. { *Poiure.* ITAL. *Pepe, peuero.* GER. Pfeffer. HISP. *Pimienta, ò peure.* ANG. *Pepper.* } Persius *Satyr.* 5. Rugosúmque piper. Dicitur & piperi, inuariabile, sicut gummi. Piperis arboris, vel potiùs fruticis, descriptionem vide apud Plin. *lib.* 12. *c.* 7. Theoph. *lib.* 9. *c.* 21. Diosc. *lib.* 2. *c.* 176.

Pĭpĕrātŭs, adiectiuum, vt Piperatum vinum. { *πεπερίτης.* GAL. *Poiuré.* ITAL. *Mescolato con peuere.* GERM. Gepfeffert/mit Pfeffer angemacht. HISP. *Adobado con pimienta.* ANGL. *Peppered.* } Quod pipere & melle conditum est. Et piperatum acetum, apud Col. *lib.* 12. *c.* 47. Apud Cels. *lib.* 4. *c.* 19. In piperatum coniicitur.

Pīpĕrītis, *πεπερῖτις,* herba quæ & siliquastrum dicitur, caule rubro & longo, densis geniculis, foliis lauri, gustu piperis. Vide Plin. *lib.* 20. *cap.* 17.

‖ Phiphallis, *πιφαλλίς, πίφιγξ,* auis, alauda.

Pipilat, passer, à pipilo, resono. Gloss. Isid. ‖

Pīpĭlo, as. Verbum est quo passerum sonus exprimitur. { *στρουθίζω.* GALL. *Piper comme les passereaux ou poussins.* ITAL. *Pipire* GERM. Geypsen/schreyen wie die spatzen. HISP. *Piar el gorrion.* ANGL. *To cheep lik a sparow.* } Catul. *de passere Lesbiæ,* Sed circunsiliens modò huc, modò illuc, Ad solam dominam vsque pipilabat.

PĬPĬO, is, proprium est vocis pullorum. { *πιπίζειν.* GALL. *Piper.* ITAL. *Pipire.* GERM. Geypsen oder pypen wie die jungen vögelin. HISP. *Piar el pollo.* ANGL. *To cheep.* } Col. *lib.* 8. *c.* 5. Die vndeuicesimo animaduertat an pulli rostellis oua percuderint, & auscultet si pipiant. Sunt etiam qui hoc verbum passeribus tribuunt: vt *in carmine de Philomela,* quod Ouidio falsò ascribitur:

Pessimus at passer tristia flendo pipit.

Pĭpĭōnēs, columbarum pulli: qua voce vtitur Lampridius *in Alexandri vita.* { *περιστερίδια.* GALL. *Petits pigeonneaux.* ITAL. *Pipioni.* GER. Junge Täublin oder geysperling. HISP. *Palominos, pollos de paloma.* ANG. *Yong doues pigeones.* }

‖ Pipiunculus, accipiter, acceptor. ‖

Pĭpo, as, Oscorum lingua erat eiulabundè conqueri, vt intelligitur ex Festo. Hinc pipatio, clamor plorantis apud eundem, & Pipatus apud Varronem *lib.* 6. *de L. L.* Nonius pipare esse scribit proprium gallinarum ex autoritate Varronis. Mugit, inquit, bos, ouis balat, equi hinniunt, gallina pipat.

Pipio, *πίπω,* auis est marina pulchra. Lycophronis interpreti, & Varino.

PĬPŬLUM, i, Conuitium, tractum à pipatu pullorum. Clamor querentis. { חרפה *cherpáh.* *λοιδορία.* GAL. *Iniure.* ITAL. *Ingiuria.* GERM. Schmähung/trotzung. HISP. *Injuria.* ANGL. *Iniurie.* } Plaut. *in Aul sc.* 2. *a.* 3. Ita me bene amet Lauerna, te iam nisi reddi Mihi vasa iubes, pipulo hîc differam ante ædes, Nonius, & Varro.

‖ Pipuli, conuicio plorati. Gloss. Isid.

Pipulo poscere, rem suam cum conuicio petere. Varr.

Pipunculus, accipiter, acceptor. Gloss. Isid. ‖

Piquentum, *πικουέντον* Ptolemæo *lib.* 3. *cap.* 1. Vrbs Istriæ. Vulgò *Pinquento.*

Pirarium, locus piris consitus, qui in Vet. Voc. *piretum.* potest pirarium esse locus, vbi reponuntur pira decerpta.

Pīrāta, æ, Prædo marinus, qui maria latrociniis infestat. ab eo dictus, quòd tentet, & exploret insidiis *πειράω* est tenco. { *πειρατής, λῃστής.* GAL. *Pirate, larron ou escumeur de mer, corsaire.* ITA. *Corsare, rubbator di mare.* GERM. Ein meeräuber. HISP. *Cossario, ladron de la mar.* ANG. *A pirate, a robber on the sea.* } *ἀπὸ τοῦ περᾶν,* quod est transire, vel peruagari: propterea quòd maria peruagentur piratæ, vt in nauigantes imperum faciant, insulas, & loca maritima deprædentur. Cic. 7. *Verr.* Hodiéque omnes sic habent persuasum, istum clàm à piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse. Lucan. *lib.* 2.

Omne fretum, metuens pelagi, pirata reliquit.

Quintil. Piratis non patefacere portum eloquentiæ.

Pīrātĭcă, æ, substantiuum. Latrocinatio maritima, prædonum & piratarum quæstus. { *πειρατική, πειρατεία.* GAL. *L'estat de corsaire & escumeur de mer* ITAL. *Arte di corsare* GERM. Meerräuberey. HISP. *El arte y vida de cossarios.* ANGL. *Piracie and robbing on the sea.* } Cicer. *post reditum in Senatu.* Profectò & egestate, & improbitate coactus, piraticam ipse fecisset. Quint. Ad piraticam hortari.

Pīrātĭcŭs, a, um, adiectiuum, quod ad piratam pertinet. { *πειρατικός.* GAL. *De pirate, d'escumeur de mer.* ITAL. *Cosa di corsare di mare.* GERM. Das eines meerräubers ist/Meerräuberisch. HISP. *Cosa pertenecciente à cossarios* ANG. *Belonging to a pirat.* } vt Piraticum bellum. Cicer. *post redit.* Qui magistratu nisi rogationem de piratico bello tulisset, profectò & egestate, & improbitate coactus piraticam ipse fecisset. Idem 6. *Verr.* Myoparone piratico capto, dux liberatus, symphonici Romam missi. Puppis piratica, Claud. 4. *Paneg.* Nauis piratica, Quint *lib.* 2. *c.* 14. Idem Quintil. Piraticus mos paciscendi. Plaut. *Amphitr.* Qui Ætoliam vi vortebant piratica Item Velleius, Piraticis sceleribus infestare mare.

Pīrātērĭum, ij, *πειρατήριον,* Receptaculum piratarum. Dictio est Latinis scriptoribus minimè vsitata, quare eius significatio è Græco potiùs lexico erat petenda.

Piratium, potus ex piris.

Piræus, πειραιεύς, vulgò *Porto Lione*, dictione trisyllaba, eu diphthongum habens in vltima. Portus est Athenarum, quadringentarum capax nauium, muro duorum millium passuum vrbi coniunctus. { Ein meerhaafen oder schifflende zu Athen / heißt jetz Porto Lione. } Stat. 12. *Theb.*

——trepidis stabilem Piraea nautis.

Cic. *ad Att. lib.* 7. Venio ad Piræea: in quo magis reprehendendus sum, quòd homo Romanus *Piraea* scripserim, non *Piraeum*. ¶ Dicitur & Piræus, πειραιὸς Steph. Ter. *And.* Heri aliquot adolescentuli conuenimus in Piræum. Plaut. *Mostell sc.* 1. *a.* 2. Ire in piræum volo parare piscatum mihi. Ouid. 4. *Fast.* Piræa, orum, pluraliter protulit, quum ait, Sunion expositum, Piræáque tuta recessu Linquit. Piræus fuit Curia primùm, deinde Nauale cùm Themistocles imperauit.

Pīrēne, es, per i Latinum in prima syllaba, & penultima prod. πειρήνη Straboni & Suidæ, Fons est ad radicem Acrocorinthi non copiosas ille quidem, sed tamen perspicuas, potúque suauissimas habens aquas, teste Strab. *lib.* 8. Plaut. *Aul.* Interbibere sola, si vino scateat, Conrinthiensem fonte Pirenem potest. Stat. *lib.* 1. *Syl.*

——licet Enthea vati
Excludat Pimplaea sitim, nec conscia detur
Pirene: largos potiùs mihi gurges in haustus,
Qui rapitur de fonte tuo.

¶ Pyrene autem per y mons est Hispanias à Gallis derimens: de quo vide infrà suo loco.

Pīrĭthŏūs. πειρίθοος, Ixionis filius fuit, non ex Nube, quemadmodum Centauri, sed ex legitima vxore. Hic certissimo amicitiæ fœdere Theseo coniunctus fuisse fertur: cuius ope Centauros qui sibi Hippodamen sponsam præripere conabantur, superauit. Mortua autèm Hippodame, ita illi cum Theseo conuenit, vt vxorem, nisi ex Ioue natam, nullam ducerent. Et quum iam Theseus Helenam Iouis & Læde filiam rapuisset, nec alia eo tempore nosceretur quæ Iouis esset, præter Proserpinam Plutonis coniugem, ad rapiendam illam simul profecti sunt ad inferos. Verùm Pirithous primo impetu à Cerbero interfectus est, quem Theseus adiuuare volens, ipse quoque magnum vitæ discrimen adiit, atque ad extremum captus, à Dite detentus est, sed postea ab Hercule liberatus, superísque restitutus. Ouidius,

Et cum Pirithoo felix concordia Theseus, &c.

Horat. *lib.* 3. *Carm.*

Amatorem trecentæ Pirithoum cohibent catenæ.

‖ Pirolus, animal maius mustellâ eiusdem speciei. Gesn. ‖

Piros πείρως, Imbrasi filius, & Thracum princeps, profectus ad bellum Troianum, à Thoante Ætolorum rege interficitur, vt scribit Hom. *lib.* 4. *Iliad.*

‖ Pirula, extrema pars nasi. Gl. Isid. ‖

Pirus, vide *Pyrus.*

Pisa, πίσα, ciuitas est in Elide Peloponnesi regione, iuxta Alpheum fluuium, circa quam quinto quoque anno celebrabantur certamina Ioui sacra, quæ Olympia dicebantur. Ex hac vrbe ortum traxerunt qui Pisas in Thuscia condiderunt.

Pīsæŭs, a, um, Ouid. 2. *de Arte*, Ah, quàm penè Pelos Pisæos concidit axe, Dum spectat vultus Hippodamia tuos. Ouid *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Quid num Tantalides, agitante Cupidine currus,
Pisaam Phrygiis vexit eburnus equis? (i. Hippodamen)

Pisæa vinctus oliua eques victor. Idem Ouid *El. vlt. lib.* 4. *Trist.* ¶ Sunt qui & in Thessalia aliam eiusdem nominis vrbem collocent, edito in colle, inter Ossam & Olympum. Vide Strab. *lib.* 8.

Pīsæ, arum, πίσαι, vulgò *Pisa*, Thusciæ oppidum, inter Arnum & Auserem amnes à Pisæis conditum Elidis populis, teste Strab. *lib.* 5. qui Nestorem ad Ilium secuti in reditu tempestate disiecti, alij quidem Metapontum, alij littus Tyrrhenum tennerunt, vbi à nomine relictæ patriæ Pisas condiderunt. Ad quam originem etiam alludit Virg. 10 *Æneid* Pisas Alpheas cognominans,

——Alphea (inquit) *ab origine Pisa*
Vrbs Hetrusca solo.

Pisander, πείσανδρος. Camireus (Camirus antem ciuitas est Rhodi) Eumolpi tempore, Poëta (vt nonnullis placet) antiquior Hesiodo. ¶ Pisander alter Lycaonius, sub Alexandro Mammeæ versificator, scripsit variam historiam. ¶ Pisander tertius, Nestoris filius. Autor Suidas

Pisaon, πισάων, in Pelagonia est, gentile Pisæus. Steph.

Pīsaūrŭs, πίσαυρος, fluuius Vmbriæ, à quo vicinum oppidum Pisaurum appellatum est. Plinius *lib.* 3. *cap.* 14. Seruius existimat Pisaurum dictum, quòd aurum ab iis qui Romæ in Capitolio obsessi erant, persolutum, ibi à Camillo receptum fuerit & appensum. Quod tamen erratum, fœdum & puerile est. Nam ex Romana historia constat aurum illud quum appenderetur, interuentu Camilli in ipsa vrbe fuisse receptum, Gallis præter eos qui fuga dilabebantur, ad internecionem cæsis.

Pīscis, is, animal quod in aquis degit, & propriè quod tegitur squamis, vt Plin. docet *lib.* 9. *c.* 12. { דג *dágh.* ἰχθύς. Gal. *Poisson.* Ital. & Hisp. *Pesce.* Germ. Ein fisch. Angl. *A fishe.* Omnia autem in aquis degentia vno nomine aquatilia dicuntur. Aquatilium (inquit) tegumenta plura sunt: alia corio & pilis teguntur, vituli, hippopotami: alia corio tantùm, vt delphini: cortice, vt testudines: silicum duritia, vt ostreæ, & conchæ: crustis, vt locustæ: crustis & spinis, vt echini: squamis, vt pisces. Virg. 5. *Ecloga.*

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit.

Idem 4. Georg.

——magnum qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum currus metitur equorum.

Ouid. 10. *Metam.*

Tertius æquoreis inclusum piscibus annum
Finierat.

Horat. 4. *Carm.* Ode 3.

O multis quoque piscibus
Donatura Cygni, si libeat, sonum.

Tu tibi hos habeas turtures pisces, aues. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1 Ibo ad macellum, vt piscium quicquid est pretio præstinem Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. *Ibidem*, Piscis patinarius, vel assus. Idem *Asin. sc.* 3 *a.* 1. Venio ad macellum, Rogito pisces, Indicant caros. Idem *Aulul. sc.* 5. *a.* 2. Iube pisces præstinatum abire. Idem *Capt. sc.* 1. *a* 4. Piscatores præbent populo pisces fœtidos. Idem *Menach. sc* 5. *a.* 5. Aues squammosas, pisces pennatos. Item,

Videmus in glacie pisces hærere ligatos:
Sed pars ex illis tum quoque viua fuit,

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

—— Quot littus arenas,
Quótque fretum pisces ouáque piscis habet.

idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Ter. *in Adelph.* — pisces ex sententia Nactus sum: hi mihi ne corrumpantur cautio est. Cic. 2. *de nat deor.* Et si pisces, vt aiunt, oua quum genuerunt, relinquunt. facilè enim illi aqua & sustinentur, & fœtum fundunt. ¶ Magis mutus quàm piscis, hyperbole prouerbio celebris de vehementer infantibus atque infacundis, Conuenit & in hominem immodicè taciturnum. ¶ Piscis nequam est nisi recens, prouerbio dicitur in hospitem, aut vulgarem amicum, qui primo quidem aduentu non ingratus, cæterùm ante triduum exactum putet. Plaut. *Pseud. sc.* 2 *a.* 1. quasi piscis, itidem est amator lenæ, nequam est nisi recens. Vide Chiliades Erasmi. ¶ Pisces pro signo cælesti frequentiùs pluraliter declinantur. Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Quintodecimo Calendas Martij Sol in Pisces transitum facit. ¶ Inuenitur tamen & in singulari Piscis, pro signo cælesti. Virg. 4. *Georg.*

Aut eadem sidus fugiens vbi piscis aquosi
Tristior hybernas cælo descendit in vndas.

Col. *lib.* 11. *c.* 2. Quarto Nonas Septembris Piscis Austrinus desinit occidere. Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.*

Bisque suum tacto pisce peregit iter Sol.

Pīscĭcŭlŭs, diminutiuum, Paruus piscis. { ἰχθύδιον. Gal. *Petit poisson.* Ital. *Pesce picciolo.* Germ. Ein fischlin. Hisp. *Pequeño pesce.* Angl. *A litle fische.* } Ter. *in Andr.* Etiam puerum inde abiens conueni Chremis. Olera & pisciculos minutos ferre obulo in cœnam seni. Varr. 3. *de re rust. c.* 5. Equo riuus peruenit in duas, quas dixi, piscinas ac pisciculi vltrò ac citrò commeant. Suet. *in Tib. c.* 44. Pueros primæ teneritudinis pisciculos vocabat (Tiberius.)

Pīscāri, est pisces venari. { הדיג *hedhigh.* ἁλιεύειν, γριπεύειν, γριπίζειν Gal. *Pescher.* Ital. *Piscare.* Germ. Fischen. Hisp. *Pescar.* Angl. *To fishe, to tak fishe.* } Plin. *lib.* 19 *c.* 1. Retia in piscando durantia. Cicer. 3. *Offic.* Tum Pythius piscatores ad se conuocauit, ab iis petiuit vt ante suos hortulos postera die piscarentur. ¶ Piscari in aëre, prouerbium, idem significans quod operam ludere. Plaut. *in Asin. sc.* 5. *a.* 1. Iubeas vna opera me piscari in aëre. Ex quo fit compositum Expiscor, de quo alibi.

Pīscātŭs, us, Piscatio, siue actus piscandi. { γριπεία, ἁλιεία. Gal. *Peschement, pescherie* Ital. *Pescagione.* Ger. Fischung / fischfahung. Hisp. *Obra de pescar.* Angl. *Fishing or takinh of fish.* } Plin Quos venatus, aucupia, piscatúsque alebant Plaut. *in Rudente*, Piscatum hamatilem saxatilémque aggredimur. Plin. *lib.* 6. *c.* 22. Esse in piscatu voluptatem, testudinum maximè. Piscatus pro piscibus interdum dicitur. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. volo parare piscatum. (i. pisces.)

Pīscătŏr, is, qui piscatur. { דוג *davágh* דייג *dajjágh.* ἁλιεύς. Gal. *Pescheur.* Ital. *Pescatore.* Germ. Ein fischer. Hisp. *Pescador.* Angl. *A fisher.* } Cic. 3. *Offic.* Piscatores ad se conuocat. Ouid. 14. *Metam.*

Miles erat gladio, piscator arundine sumpta.

Ter. *Eunuch.* Coqui, fartores, piscatores, aucupes, &c. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Piscatores qui præbent populo pisces fœtidos.

Pīscātrīx, fœminini generis. { ἡ ἁλιευτικὴ, ἡ ἰχθυβολός. Gall. *Pescheresse.* Ital. *Pescatrice.* Germ. Ein fischerin. Hisp. *Pescadora.* Angl. *Se that fisheth.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 42. Nec minor solertia ranæ, quæ in mari piscatrix vocatur.

Pīscātōrĭŭs, a, um, quod ad piscatorem pertinet. { ἁλιευτικὸς, γριπευτικός. Gal. *De pescheur, appartenant à pescheur.* Ital. *Da pescatore.* Germ. Eines fischers / dem fischer zugehörig. Hisp. *Cosa para pescador.* Ang. *Belonging to a fisher.* } vt, Nauis piscatoria, apud Cæsarem 2. *bell. ciu.* & ludi piscatorij, qui fiebant pro quæstu piscantium. Piscatoria linea, Plinius *lib.* 24 *c.* 9. Piscatorium forum. Col. *lib.* 8. *c.* 17. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Eis ego ora verberabo sirpiculis piscatoriis.

Pīscārĭŭs, a, um, Piscatorius, ἁλιευτικός. vt, Hamus piscarius Plaut. *in Stich.* Arundinem fert sportulámque, & hamum piscarium. ¶ Piscarium forum. Idem *Curc. sc.* 1, *a.* 4. Symbolorũ collatores apud forum piscarium. Piscaria copia, abundantia piscium. Idem *Casin.*

Pīscārĭŭs, piscarij, subst. qui pisces vendit. { ἰχθυοπώλης. Gal. *Vendeur de poisson.* Ital. *Venditore de pesci.* Ger. Ein Fischverkuffer. Hips. *Vendedor de pesces.* Ang. *A seller or fishe.* } Varro, Inter piscarios nemo vendat. Cetarius idem: quamuis Cetarij potiùs sint qui marinos pisces maiores vendunt.

Pīscārĭă, æ, locus vbi pisces venduntur. { ἰχθυοπωλεῖον. Gall. *Pescherie* Ital. *Pescaria.* Ger. Ein fischmarckt. Hisp. *Pescaderia.* Ang. *The fishe merkate.* } Nullus in piscaria piscis erat.

Pīscōsŭs, a, um, Pisculentus, piscibus abundans. { ἰχθυώδης, ἰχθυόεις. Gal. *Plein de poissons.* Ital. *Pieno di pesci.* Germ. Fischreich. Hisp. *Lleno pesces.* Ang. *Full of fishe.* } Mart. *lib.* 10.

Illic piscoso modò vix educta profundo.

Ouid. 3. *Fast.*

Est prope piscosos lapidosi Cratidis amnes
Paruus ager.

Idem 2. *de Arte,*

Cinctaque piscosis Astypæa vadis.

Pīscŭlēntŭs, Piscosus, piscibus abundans, ἰχθυώδης, Cato, Fluuium magnum, pulchrum, pisculentum. Plaut. *in Rud.* Neptuno has ago meo patrono gratias qui salsis Locis incolit pisculentis. ‖ Pisculenta etiam dicuntur de piscibus ipsis. τὰ ἰχθυώδη, vt de potu absque esca poculenta atque esculenta. Apul. ‖

Pīscīnă, æ, fossa aquæ, fouendis piscibus. Lacus & stagna ab initio dicta sunt in quibus viui pisces coërcebantur. { ברכה *berecháh.* ἰχθυοτροφεῖον

φεῖον. GAL. Viuier ou estang ou boutique à poisson, piscine. ITAL. Peschiera, piscina. GERM. Fischgruben/weyer oder dergleichen örter in welchen man Fisch erhaltet. HISP. Estanque do se crian pesces, viuar. ANGL. A fishe ponde or stew.} Varro lib. 3. de re rust. cap. 3. Piscinas voco eas quæ in aqua dulci, aut salsa inclusos habent pisces. Vide Gellium. Martialis, Piscina rhombum pascit, & lupos vernas. Alio nomine viuaria vocantur. Plin. lib. 9. cap. 17. Nec in piscinis viuariisque crescunt Sed quoniam in piscinis natare etiam solebant, inualuit consuetudo, vt omnes in hunc vsum collectæ aquæ, siue frigidæ, siue calidæ essent, Piscinæ dicerentur, κολυμβῆθραι, videnturque à piscibus dici, quamuis in his nihil piscium sit: nisi quis inde dictas malit, quòd homines piscibus natando similes fiant. Cic. Latiorem (inquit) piscinam voluissem, vbi iactata brachia non offenderentur. Plin. iun. Epist. lib. 6. Si natare latius, aut tepidius velis in area piscina est, in proximo puteus ex quo possis rursus abstergi. Eædem & natationes appellantur. ¶ Piscinæ pecorum, ex quibus aquantur. Colum. lib. 1. cap. 5. Hæc quoque si deficient, & spes arctior aquæ manantis coëgerit, vastæ cisternæ hominibus, piscinæque pecoribus instruantur colligendæ aquæ tandem pluuiali. Piscinis calidis refotus. ¶ Quinetiam vasa lignea ad tenendum aquam, piscinæ vocantur. Gallicum vulgus cuues vocat. Plin. decoquitur in aqua, & in piscinas ligneas funditur.

Piscīnālis, e, quod est piscinæ, vel quod ad piscinam pertinet. { ἰχθυοτροφικός. GALL. Appartenant à estang ou viuier. ITAL. Pertinente a peschiera, ò piscina GER. Das zur fischgruben oder dem fischweyer gehört. HISP. Perteneciente a estanque ò viuar. ANGL. Belonging to a fishe pond or stew.} Vnde apud Palladium piscinales cellæ leguntur. Ea voce est Palladius vsus.

Piscīnārius, qui piscinas piscibus refertas habet, vel qui piscibus alendis delectatur. { ἰχθυοτροφεῖα κεκτημένος. GAL. Qui a boutique ou estang de poissons, ou qui se delecte à en auoir. ITAL. Chi tiene viuaio, o peschiere, ò qui se diletta di pescare. GERM. Der vil fischgruben voll fischen hatt/ der gern mit fischweyeren vmbgeht. HISP. El que tiene estanque ò viuar, ò que ama de pescar. ANG. That hath fishe pondes and feedeth fishe.} Cic. ad Attic. lib. 1. Lucullum & Hortensium piscinarios appellat. Mihi verò vt inuideant piscinarij nostri, aut scribam ad te aliàs, aut in congressum nostrum reseruabo.

Pīsēnōr, Πεισήνωρ, Centaurus, Ixionis & Nubis filius, apud Ouid. 12. Met.

Pīsēus, Πισαῖος, nomen viri Tyrrheni, qui tubæ inuentor fuisse creditur. Autor Plin. lib. 7. cap. 36.

Pisidia, æ, Πισιδία, Asiæ regio, Licaoniæ, Isauriæ, & Pamphyliæ finitima, cuius oppida enumerantur, Selga, Sagalassum, Pernelissum, Adadata, Brias, Cremna & alia nonnulla. Huius regionis populi, Pisidæ Πισίδαι, appellantur, antea Solymi dicti. Plin lib. 10. c. 27. ¶ Prima & secunda dictionis huius syllabæ corripiuntur. Claud. lib. 1. in Eutrop. Finibus obliquis Lydi, Pisidæque feroces. Priscianus tamen in Periheges (modò emendata sit lectio) vtramque produxit, quum ait, post hos Pisidum pinguissima rura coluntur.

Pīsīstrătŭs, Πεισίστρατος, Hippocratis filius, Athenarum tyrannus, clarus genere, eloquentia verò tanta, vt ea deliniti Athenienses libertate, qua nihil clarius habebant, se sponte exuerent, illúsque facundiæ sanctitatem Solonis qui lumen fuerat ciuitatis, posthaberent. Artes liberales maximè fouit: bibliothecam primus Athenis publicauit, quam Xerxes vrbe potitus, ad Persas transtulit. Gellio teste cap. 17. libro 6. Eam deinde multis pòst annis Seleucus Nicanor restituendam curauit. Homerus est eius iussu in eum ordinem qui nunc est, redactus. Regnauit annos triginta tres, quo tempore Seruius Tullius Romæ, vt autor est Gellius cap. 11. lib. 17. de eo Plutharch. in Solone. Plura de hoc, & quibus artibus tyrannidem adeptus sit, vide apud Iustinum lib. 1. & eodem lib. apud Herodot. ¶ Pisistratus alter, Larissæus historicus commemoratur à Suida. ¶ Pisistratus alius filius fuit Nestoris & Eurydices, quem pater dedit in socium Telemacho Vlyssis filio volenti ire Lacedæmonem, interrogaturus Menelaum nunquid de Vlysse aliquid sciret.

Pīsōnēs, Πείσωνες, è gente Calphurnia in primis Romæ nobili, ita appellati quòd optimè pisa tererent, quemadmodum Lentuli à lente, Fabij à fabis, Cicerones à cicere optimè serendo nomen acceperunt. Gentem autem Calphuniam Festus ait, ad Calphurnium Numæi filium originem referre. Vnde Horat. in Arte poëtica, Pisones Pompilium sanguinem appellauit.

Pīso, is, isi, isere, Budæo significare videtur quod Græci πτίσσειν, hoc est, purpare, decorticare, quod pinsendo fit in hordeo, & aliis frugibus { GAL. Purger, oster l'escorce. ITAL. Mundare, leuar la scorza. GERM. Auß der hülsen stampffen/ enthülsen/ Rennlen. HISP. Alimpiar, quitar la corteza. ANG. To purge, or tak away te barke or outward skinne of any thing. } Plin. lib. 18. cap. 10. Vt nisi intenti pisant, concidantur grana. Varr. de re rustica. Alij fucum & vuam passam quum piserint, affundunt sapam.

Pīso, as, idem. Varr. de re rustic. cap. 63. Far quod in spicis condideris, per messem hyeme promendum est, in pistrino pisetur ac torreatur.

‖ Pison quiddam veneni, quod clam inest nardo.

Pissa, πίσσα pix, à πίσσω coagulo, figo, gelo.

Pissigo, pix liquida. ‖

Pīssăsphăltŭs, πισσάσφαλτος. Medium quiddam est inter picem & bitumen, (vt ex ipso statim nomine apparet) sua sponte in Apolloniatarum agro proueniens: quanquam & arte fiat, pice cum bitumine mista præcipuum ad pecorum scabiem remedium. Autor Plin. lib. 24. cap 7.

Pīssĕlæon, oleum ex picei generis materia excoctum, πισσέλαιον, quanquam & ex cedro maiore, quam cedrelatem vocant, fieri docet Plin. lib. 24. cap. 5 Cedrus (inquit) magna, quam cedrelaten vocant, dat picem quæ cedrina vocatur, dentium doloribus vtilissimum. Deinde sub dit paulò pòst, Fit & ex ea oleum, quod pisselæon vocant, vehementioris ad omnia eadem vsus.

Pīssŏcērōn, πισσόκηρον, secundum mellificij fundamentum ex Cera & pice, siue gummi resinàve constructum. Plin. lib. 11. cap. 7. Prima operis fundamenta comosim appellant periti, secunda pissoceron, tertia propolin.

Pīstăcĭum. { πιστάκιον. GAL. Vne sorte de noix en Syrie, semblables à noix de pin. ITAL. Pestacchio. GERM. Welsche Pimpernuß/seynd lange spitzige nußlin/haben in derschalen ein kern verschlossen / werden in der Apoteck Fistici genennet. HISP. Alhocigo fruto. ANGL. A sorte of nutt in Syria. } Nucis genus apud Alexandriam Ægypti, & Berrhœem Syriæ copiosissimè proueniens, parum quidem nutriens, cæterùm ad hepar roborandum, & succos in viis eius infarctos expurgandos in primis vtile. Autor Galen. lib. 2. de alimentorum facultate.

‖ Pistana, siue sagitta, herba frequens locis palustribus, cuius caulis inanis, flores albi cum ternis foliis: semen in pilulis quales platani: radix plantaginis aquaticæ. A Gallis vocatur hæc herba, queuë d'arondelle, i. cauda hirundinis.

Pisticus, a, um, πιστικός, ή, όν, est ad fidem faciendam aptus. Item fidelis, cui fidere possis, integer.

Pistica nardus. Vet. Vocab. Pisticus, a, um, fidelis, à pistis fides. Vnde nardum pisticum, i. e. fidele, purum, non adulteratum commixtione aliarum rerum. ‖

Pīstīllum, i, quod & Pistillus Næuio apud Nonium, instrumentum quo in mortario quippiam tunditur, à pindo, quod est ferio & assiduè percutio. { עלי heli. ὕπερος. GALL. Vn pilon à broyer, ou piler en vn mortier. ITAL. Pestello da mortaio. GERM. Ein Mörselstösse. HISP. Majadero ò majuello. ANG. A pestell to stampe with. } Plaut. in Aulul. Cultrum, securim, pistillum, mortarium. Quæ vtenda vasa semper vicini rogant. Colum. lib. 12. cap. 55. In mortarium nouum, aut bene emundatum coniicito, & pistillis conterito.

Pistis, genus aromatis. Gloss. Arab.

Pīstŏlŏchĭă, πιστολοχία, quartum Aristolochiæ genus, tenuius quàm clematitis densis radicis capillamentis (vnde & polyrrhyzos nominatur) iunci plenioris crassitudine, odorem habens, vt reliquæ Aristolochiæ species medicatum. Autor Plin. lib. 25. c. 8.

Pistŏr, vide Pinso, is.

Pīstōrium, Πιστώρια Ptolemæo, ciuitas mediterranea Tusciæ inter Florentiam & Lucam: cuius meminit Plinius lib. 3. c. 5. Vulgò Pistoia. Plaut. Capt. sc. 2. a. 1. Multigeneribus opus est tibi militibus: primùm dum opus est tibi pistoriensibus. Mox, eorum sunt genera aliquot pistoriensium, &c.

Pīstrīnum, Pistrix, vide Pinso, is.

Pīstrĭs, is, fœm. gen. nomen nauis apud Virg. lib. 5. Æneid.

——— *partem rostro premit æmula Pistris.*

Et paulò pòst, Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat vltima Pistris Æquora. Sunt qui scribant Pistrix: quos Seruius errare putat. Si nauem, inquit, intelligas, hæc Pistris, huius Pistris, facit: si de bellua, hæc pistrix, pistricis. Hæc Seruius in illud Virg. 3. Æneid.

Prima hominis facies, & pulchro pectore Virgo
Pube tenus, postrema immani corpore pistrix.

Quæ tamen omnino vera non arbitror. Germanicus certè in Arat. pro sidere cælesti (quod proculdubio à bellua marina nomen habet) Pistrin dixit. Diuersè posita & Boreæ vicina legenti Auster Pistris agit duo sidera, perlegit vnum. Namque Aries supra Pistrin Picésque feruntur, Bellua sed Ponti non multum præterit amnem. Non desunt tamen qui in omnibus hisce locis Pristin legere malint, nimirum, ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα, hoc est, à secandis fluctibus.

Pistrix, vide in Pistor, post Pinso.

Pĭsum, i, genus leguminis, cuius caules sparguntur in terram nisi habeant adminicula. { λάκιθος, τὸ πίσον. GAL. Vn pois. ITAL. Pesetto, biso. GERM. Erbß. HISP. Vn ciertogenero de aruejas. ANGL. A peaze. } Col. lib. 2. Similis quoque ratio est pisi, quod tum facilem & solutam terram desiderat. Plin lib. 18. c. 12. Pisum in apricis seri debet frigorum impatientissimum. Hinc Pisones dicti, de quibus suprà.

Pĭtănē, siue Pitana, Πιτάνη, vrbs Æolidis in Asia, non procul à Caici fluminis ostio: quæ portus duos habuit Ab hac Pitanæi, Πιτανᾶιοι, & Pitanitæ, Πιτανῖται, nominantur In hac vrbe Arcesilaus Academicus natus est, qui cum Zenone apud Polemonem Philosophiæ operam dedit. Plin 35. cap. 14. autor est circa Pitanam, lateres fieri solitos, qui siccati in aqua non mergebantur, eo quòd fierent ex terra quadam pumicosa. Corripit autem hoc nomen penultimam syllabam Ouid. lib. 7. Metam. Æoliam Pitanam à læua parte reliquit, &c. Est & Pitaniæ oppidum, teste Plin. lib. 4. cap. 5. cuius incolæ Pitanatæ dicuntur, teste Hermolao in locum Plinij iam citatum.

Pithaules, πιθαύλης, qui πίθῳ αὐλεῖ, tibia instar dolioli facta canit.

Pīthēcĭum, πιθήκιον. Apud Græcos diminutiuum est, ἀπὸ τοῦ πιθήκου, quod illis simiam significat. Vnde Plaut. in Milite, quum mulierem deformem significare vellet, pithecium appellauit. Ædepol equidem Bellula est. PAL pithecium hæc est præ illa, & spinthurnicium.

Pīthēcūsă, vel Pithecusæ, arum, Πιθηκοῦσαι Stephano, Insula est Campano littori adiacens, non procul à Neapoli, ab Homero Inarime dicta, à Latinis etiam Ænaria, à statione nauium Æneæ dicta Pithecusa, non à simiarum copia, vt Poëtæ fabulantur, sed à figlinis doliariorum, teste Plin. lib. 3. cap. 6. πίθους enim Græci dolia vocant. Habet autem hæc insula in vertice oppidum eiusdem nominis. Ouid. 14. Metam.

——— *sterilique locatas*
Colle Pithecusas.

Pitheus, vide Pittheus, gemino tt.

Pīthō, ûs, Πειθώ. Persuasionis dea à veteribus credita est, quam Ennius Suadam, Horatius Suadelam appellauit. ¶ Accipitur & pro persuadendi vi, quæ animum auditoris quocunque visum fuerit inflectit, vnde & Græci ψυχαγωγόν, nostri flexanimam appellarunt. Pitho autem dicta est à verbo Græco πείθω, quod est persuadeo.

Pīthŏdēmŭs, Πιθόδημος, Luctator egregius, cuius imaginem Dinomenes ex ære expressit, vt tradit Plin. lib. 34. c. 8.

Pīthŏdĭcŭs, Πιθόδικος, Argenti cælator insignis fuit, teste Plin. lib. 34 c. 8.

Pīthœgĭă, æ. Πιθοιγία, festum erat Dionysij, tota Græcia celebratum, quo dolia relinebant: vnde & nomen accepit quasi τὸ πίθων ἀνοίγειν.

Pithogastrus, cui doliaris venter. Casaub. in Athen. lib. 3. 30.

Pīthōnŏs Come, Πίθωνος κώμη, locus est in Asia, in campis patentibus, vbi primo aduentus sui tempore ciconiæ congregantur, & eam quæ vltima aduenerit lancinant vniuersæ, atque ita abeunt. Plin. lib. 10. c. 23.

Qui

‖ Pitigmata, saufiæ. Gloss. Isid.
Pitillus, paruulus Turn ‖
Pitisso, as, Parum vini paulatim, & quasi tentandi gratia gusto. { ἀπογεύομαι. GAL. *Gouster, peu à peu beuotter.* ITAL. *Assaggiare il vino.* GERM. Den wein antupffen / oder nur bloß ein wenig versuchen. HISP. *Beuer poco à poco, prouar el vino.* ANGL. *To tast litle and litle.* } Terent. *Heaut.* Nam vt alia omittam, pitissando modo mihi Quid vini absumpsit? sic hoc dicens, Asperum, pater, hoc est, aliud lenius.
Pittăcium, ij, apud Celsum *lib.* 3. *cap.* 10. accipitur pro modico panno, qui aliquo medicamento illitus modò præcordiis, modò capiti dolenti imponi solet ad mitigandum cruciatum. Duo pitacia (sic enim scriptum) quæ latitudinem frontis longitudinémque æquent.
Pittăcus, πιτλακός. Philosophus Mitylenæus, vnus ex septem Græciæ sapientibus, qui ex Lesbo tyrannum Melanchrum depulit: & certantibus Atheniensibus atque Mitylenæis dux in bello factus Phrynonem Atheniensium ducem singulari certamine interfecit. Huius illud, Prouidere oportet ne casus veniant: si fortè venerint, æquo animo tolerare. Pittacum Mitylenæum scribit Acron *Ode* 13. *lib.* 2. *Carm.* Tyrannum expulsum ab Alcæo, sed hæc vt omnia Acron. ¶ Fuit alter Pittacus legislator (vt Fauorinus & Demetrius in homonymis meminere) qui minor est appellatus. Ælianus *de varia historia*, Pittacum quendam commemorat qui de mola pistrina encomium conscripsit; vt in paruo argumento vim dicendi ostentaret. Idem de sapiente, dicit, eum in templo Fortunæ scalas constituisse vt quandam is humanæ vitæ imaginem exprimeret, in qua alij ad summa honorum fastigia conscendunt, alij ex amplissima dignitate in summas descendunt calamitates.
Pittheūs, πιτθεύς, Thesei auus maternus, qui Trœzene regnauit: de quo vide Plutarchum *in vita Thesei.* ¶ Hinc Pittheis, πιτθηΐς, patronymicum fœmininum, & Pittheius, a, um, adiectiuum. Ouid. *in Epist.*

Hic te cum Trœzena colam, Pittheia regna.

Pītŭītă, æ, humor ille, qui Græcis φλέγμα, nempe humidus, & frigidus. Sic dicta, quia petit vitam. Quintilian. *cap.* 10. *lib.* 1. Pituita autem natura trisyllabum est, vt apud Persium, Somnia pituita qui purgatissima mittunt. Catull. per diæresim,

——Mucúsque & mala pituita nasi.

{ GAL. *Flegme ou fleume, catharre.* ITAL. *Flemma, catarro.* GERM. Die feuchte oder wässerige matery im geblüt. Item, Rotz. HISP. *La flema humor.* ANG. *Fleume, sneuill.* } Vnus ex quatuor humoribus corpus animalis constituentibus, qui à Græcis φλέγμα dicitur. Pituitæ in plurali. Cels. *lib.* 4. *cap.* 18. Descendunt pituitæ mucúsque similia. Medici definiunt esse sanguinem imperfectè coctum. In quibus autem humor hic abundat tardiusculi sunt, teste Aristote, disciplinæque apprehendendæ parum idonei. Diuiditur autem pituita apud Medicos in naturalem quæ dulcis est, siue potiùs ἄποιος, hoc est saporis expers, quæ vnà cum sanguine in venis permista, alit partes humidas & frigidas, quale & cerebrum: & in non naturalem, quæ rursus diuiditur in acidam, quæ summè cruda est, defectúque caloris acescit: & in salsam, ex pituita dulci putrescente natam. Impropriè item pituitæ nomen latiùs extendimus, vt etiam eo nomine excrementa eius intelligamus, qualis est mucus, modò per nares sese euacuans, modò in aliam corporis partem decumbens. Huius rursus quatuor sunt species, aquea, mucosa, vitrea, & gypsea. Producit autem hoc nomen penultimam syllabam. Horat. *lib.* 2. *Satyr.* 2.

Dulcia se in bilem vertent, stomachóque tumultum
Lenta feret pituita

Ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, Quintilian. ¶ Pituita interdum etiam accipitur pro morbo ex pituitæ fluxu nato, quo etiam gallinæ infestantur. Colum. *lib.* 8. *cap.* 5. Sed iam validioribus factis, atque ipsis matribus etiam vitanda pituitæ pernicies erit. ¶ In arboribus item pituita nominatur humor lentus ex iis effluens. Plin. *lib.* 17. *c.* 27. Defluens pituita abstergetur.
Pituitōsus, a, um, qui Græcè dicitur Phlegmaticus. { φλεγματώδης. GALL. *Flegmatique.* ITAL. *Flemmatico, catarroso.* GER. Vol wässerigs geblüts. Item, Vol rotz/Rotzechtig. HISP. *Flematico.* ANGL. *Full of fleume and sneeuill.* } Cic. *lib.* 1. *de Fato*, Inter locorum naturas quantum intersit videamus, alios esse salubres, alios pestilentes, in aliis esse pituitosos, & quasi redundantes, in aliis exiccatos atque aridos.
Pītŭītārĭă, æ herba est, quæ à Dioscoride σταφὶς ἀγρία appellatur, à quibusdam pedicularis dicta. Medetur pituitæ incommodis: vnde nomen accepit. Autor Plin. *lib.* 23. *c.* 1.
‖ Pityis, πιτυΐς, pinea: absolutè, resina pinea. Idem fructus pini, aut piceæ. ‖
Pĭtўlĭsmă, tis, πιτυλισμός, genus exercitationis, maximè quidem velox, sed citra intentionem, violentiámque. Απιτυλίζειν, quod est, vt inquit, Galenus *lib.* 2. *de tuenda bona valetud.* quum quispiam summis pedibus ingrediens, manus protendit, ocyssimè mouens alteram retrorsum, alteram prorsum. Quo potissimùm exercitij genere ad parietes se exercent, vt sicubi lapsentur, apprehenso mox pariete facilè resurgant, atque ita & lapsus euitant, & ipsa fit exercitatio imbecillior. Vide Politianum *Miscellaneorum cap.* 38.
‖ Pitylus, πίτυλος, sonus, qui editur, cùm secantur maria tonsis, i. cùm remis impellitur aqua. ‖
Pĭtўŏcămpæ, { πιτυοκάμπαι. GAL. *Chenilles de pin.* ITAL *Verme di pino.* GERM. Giftige würm so in den cannen oder siechten wachsen. HISP. *Gusanos de pino ò de las piñas.* ANGL. *wormes breading of the pine tree.* } Vermes à pinu arbore nascentes, venenato, nec dissimili à buprestis morsu. Plin. *lib.* 23. *cap.* 2. Vsus contra cantharidas, buprestin pinorum erucas, quas pityocampas vocant, πίτυς Græcis pinus est, & κάμπη, eruca, hoc est, vermiculus, qui olera depascitur.
Pĭtўōnīcēs, vide *Pythionices.*
Pityrias, πιτυρίας, Græcis panis genus est, cui nihil furfuris ademptum est, quem nostri furfuraceum vertût. Nam πίτυρον Græci furfur appellant.
‖ Pityron, πίτυρον, furfur, pellicula illa, quæ inter molendum à frumento abscedit.
Pityrias, πιτυρίας & πιτυρίτης ἄρτος. furfuraceus panis.
Pityriasis, πιτυρίασις, porrigo, cùm inter pilos quædam quasi furfuraceæ squamulæ surgunt, & à cute resoluuntur. Plinio, furfures capitis.
Pityris, πιτυρίδες ἐλαῖαι, q. furfuraceæ oliuæ,

Pitysma, siue pytisma. Iuuenal. *Sat.* 11.

——Ille fruatur
Vocibus obscœnis omnique libidinis arte,
Qui Lacedæmonium pytismate lubricat Orbem.

Vet. schol. exponit: Qui exspuit supra marmor Lacedæmonium, quo stratum est pauimentum, vt lene sit, ac saltantibus puellis nihil impediat.
Pitysorisis herba. ‖
Pityusæ, πιτυοῦσαι. Insulæ duæ sunt in mari Balearico, à pineorum fruticum vbertate dictæ: teste Plin. *lib.* 1. *cap.* 5. Ex his quæ maior est Ptolemæo Ebusus: quæ minor Ophiusa, hoc est, colubraria appellatur. Plin. tamen vtramque Ebusum videtur appellare: & Ophiusam insulam ab hisce diuersam facere. ¶ Est item pityusa insula è regione Ioniæ sita, quæ notiore nomine Chios appellatur, teste Plin. eod. *lib.* 5. *cap.* 31. ¶ Est & alia eiusdem nominis insula in sinu Argolico, ex aduerso Hermionij agri, teste eodem *lib.* 4. *cap.* 12.
‖ Pityussa, πιτυοῦσσα, species tythimalli, quia pinû figura sua repræsentat.
Piulcum, malè pro Pyulcus. id vide. ‖
Pĭŭs, vide *Pietas.*
Pīx, propriè quæ ex picei generis & præcipuè tædæ materia igni excoquitur: differtq; à resina quæ sponte exudat. { זפת *zépheth.* πίσσα. GAL. *De la poix.* ITAL. *Pece.* GERM. Päch. HISP. *La pez.* ANGL. *Pitch.* } Quomodo autem excoquatur pix, docet Plin. *lib.* 16. *cap.* 11. his verbis, Lignum tædæ concisum, furnis vndique igni extrà circundato feruet, vt primus sudor aquæ modo fluat in canali. Hoc in Syria cedrum vocatur: cui tanta vis est, vt in Ægypto corpora hominum defunctorû eo perfusa seruentur. Sequens liquor crassior iam picem fundit. Hæc Plinius. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. T. Atra bilis Agitat hominem. A. At te atra pix agitet apud carnificem, & tuo capiti illuceat. ‖ ¶ Pix Brutia, à Brutiis dicta. ¶ Pix liquida, fluida, liquor, qui à truncis stipitibusque resinosarû arborum in furno excoquitur, πίσσα ὑγρὰ Zehr. à Sâhetenax. ¶ Pix arida, concreta ex cocta, offic. pix naualis, πίσσα ξηρά, pech / stein pech. ¶ Pix radulana, quæ radula instrumento nauigiis deruditur. Abgeschabter pech. Hadr. Iun. ‖
Pīco, as, verbum, quod est pice illino. { πιττόω. GALL. *Poisser, enduire de poix.* ITAL. *Impegolare, impeciare.* GERM. Pychen / verpychen. HISP. *Empegar con pez.* ANGL. *To ouersmere and dawbe with pitch.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 7. Pissoceros super eam venit picantium modo ceu dilutior. ¶ Picare dolia. Suet. *in Claud. cap.* 16.
Pīcātŭs, a, um, Pice illitus. { πιττωτός. GAL. *Poissé, enduit en poix.* ITAL. *Impegolato, impeciato.* GERM. Gepychet / mit päch bestrichen. HISP. *Empegado.* ANGL. *Smered with pitch.* } vt Dolium picatum, Nauis picata. Vinum verò picatum dicitur quod pice conditum est. Solebat enim musto in primo feruore (qui ferè nouem diebus peragitur) pix aspergi, vt odor vino conciliaretur, & quoddam saporis acumen. qua de re vide Plinium *lib.* 14. *c.* 20. Fuit & vini picati genus in agro Viennensi sponte naturæ picem resipiens. Quod & Plin. memoriæ prodidit *lib.* 14. *cap.* 1. Iam (inquit) inuenta vitis, per se in vino picem resipiens, Viennensem agrum nobilitans.
Piceatus, idem quod picatus. Martial. *lib.* 8.

Ne contemne caput, nihil est furacius illo,
Non Fuit Autolyci tam piceata manus.

Vide *suprà.*
‖ Picinum oleum, Græcè, pissinum, πίσσινον, πισσέλαιον, quod è pice fit. coquitur, velleribus supra habitum eius expansis, atque ita expressis, probatum maximè è Brutia. Plin. ‖
Pīxăcănthum, (quod hîc alieno loco erat insertum,) Vide *Pyxacanthum.*

P L.

Placabilis, Placabilitas, Placamen, Placamentum, Placatio, Placatus, Placatè, vide in verbo *Placo.*
Plăcentă, Panis, siue libi genus quod citra fermentû in furno coqui consueuit: ex farina ferè constans siliginea caseo & melle adiecto: quanquâ & innumeris penè aliis modis confici solet. { חלה *challáh* עוגה *hugháh* πλακοῦς. GALL. *Gateau, torteau ou tarte.* ITAL. *Focaccia torta.* GERM. Ein kuchen/fladen/oder tart. HISP. *La torta hecha en cierta manera.* ANGL. *A tart, a wafer or iunket, or any thing made in a past.* } Nomen habet ἀπὸ τοῦ πλακὸς, quò faciliùs posset percoqui, tenue admodum fiebat, & latum, crustarum imaginem duritiámque referens. Plin. *lib.* 7. *cap.* 53. A. Manlius Torquatus Consularis, quum in cœna placentam appeteret, &c. Horat. *lib.* 1. *Epist.* 10.
Placentinus, a, um, à Placenta, æ, libi genere: vel à Placentia oppido. Plaut *Capt. sc.* 2. *a.* ... Opus Placentinis militibus. Vide Lambin. *in illum locum.*

Pane egeo, iam mellitis potiore placentis.

Placentia. { πλακεντία. ITAL. *Piacenza.* } ciuitas Galliæ togatæ ad Trebiam amnem, in Padum influentem. ‖ ¶ Est item Placentia, *Placencia*, v. e. Hispaniæ, sub A. Compostellano. ‖
Placentinus, πλακεντῖνος, possessiuum. T. Tinaj placentius, apud Ciceronem *de clar. Orator.*
Plăcĕo, es, ui, tum, Gratum esse, probari)(Displiceo. { נעם *nahám* יפה *iapháh* ישר *iaschár* רצה *ratsáh.* ἀρέσκω. GALL. *Plaire.* ITAL. *Piacere.* GERM. Gefallen. HISP. *Aplazer.* ANGL. *To please.* } Plaut. *in Amphitr.* Apage non placet me hoc noctis esse, cœnaui modò. Plin. *lib.* 12. *cap.* 7. Mirum est longius piper sola amaritudine placere. Ne quid emat, nisi quod tibi placere censeat, Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Volo placere meo Pilolacheti. *Ibidem.* Non patiar te gratis hanc laudasse quæ placet mihi. *Ibidem.* Sapis, consilium placet. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Placet vt dicis. (assentientis & comprobantis.) Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Tristis es, non mihi istuc satis placet. Idem *Menech. sc.* 2. *a.* 4. Illud non placet principium, de osculo. Idem *Amphitr.* Hei non placet conuiuiû. *Ibid.* Apage non placet. Vide *Apage.* Non placent homines qui, &c. *Ibidem, sc.* 6. *a.* 4. Expediui ex seruitute filiû, si diis placet. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Nunc tu mihi places. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Vult placere sese amicæ, vult mihi. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Si tibi displiceo, patiundum. At placuero huic Erotio. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Habes cur tibi placeas. (εἴρων.) Senec. *cap.* 14. *de tranquill.*

Terráque nescio quo non placet ista modo,

Quid. *Eleg. lib.* 3. *Trist.* Tuæ mihi turbæ non placent. Plaut. *Milit. sc.* 5. *a.* 2.

Tibi

Tibi me exorno vt placeam. Idem *Mostell.sc.3.a.1.* Si vobis placet, si placuimus, plausum date. Idem *Capt. sc vlt.a.5.* Ita diis placitum, voluptati vt mœror omnes consequatur. Idem *Amph.* Item Sueton. *in Cæsar. cap.9.* Et trucidatis quos placitum esset, dictaturam Crassus inuaderet. ¶ Item, Hoc tibi placet? (increpantis.) Martial. *Epigr.94 lib.11.* Ouid. *4.Trist.Eleg 3.*

——— omni tibi dote placebam.

Idem 2. *Amor. Eleg.* 4. Illa placet gestu. Cic. *pro domo sua,* Nónne fieri poterat vt populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantiis displiceret? ¶ Placet ferè in tertiis personis ponitur pro videtur. Cic. *lib.1. ad Lentul.* Itaque postridie placuit, vt breuiter sententias diceremus. Idem *1.de diuin.* Vt doctissimis sapientissimísque placuit. ¶ Aliquando ponitur pro efferre, gloriari, & præclarè ac magnificè de se sentire. ἐγκαλλωπίζεσθαι, εὐδοκεῖν. vt Ego placeo mihi, tu places tibi, Ille placet sibi. Quintil. Placeat, licèt tibi opum tuarum fiducia dices, si mihi idem inuidere non expedit, pares sumus. Ouid. *2.Metam.*

——— Adimam tibi namque figuram,
Qua tibi, quaque places nostro importuna marito.

¶ Hinc etiam Complaceo, Displiceo, & Perplaceo, de quibus suis locis.

Plăcentiă, æ, placendi studium. ἀρέσκεια. Apuleius *lib.de Philosophia*, In homine ad placentiam ac mediocritatem libido reflectitur.

‖ Placibile, quod placet. Cerda. ‖

Plăcĭtŭs, a, um, partic. quod placuit. { נִרְצָה *nirtsáh.* ἀρέσκων GAL. *Qui a pleu.* ITAL. *Chi ha piaciuto.* GERM. Das gefallen hat. HISP. *El que aplaze.* ANG. *That hath pleaseth.* } Terent. *in prolog. Hecyr.* Vbi sunt cognitæ, placitæ sunt. *Ibidem,* & quæ vobis placita conditio est, datur. Ouid. *Epist.16.*

Est virtus placitis abstinuisse bonis.

Gell. *c.18 .lib.7.* Non placita conditio. Ouid. *2.Fastor.*

Sic quamuis aberat placita præsentia forma.

Plăcĭtum. i, nomen: Decretum, quòd quæ decreta sunt, ea sic Senatui, vel maioribus placuisse videntur. { רָצוֹן *ratsón.* ἀρεστόν, ἀρεσκόμενον, δόγμα. GALL. *Ce qui a pleu, ordonnance, decret arrest.* ITAL. *Decreto, parere, ordinatione, statuto.* GERM. Ein gefallung / ein satzung / oder erkantnuss. HISP. *Plazo, decreto.* ANGL. *That thing which hath pleaseth, a decret or ordinance.* } Plin. *lib.29. cap.1.* Eadem ætas Neronis principatu ad Thessalum transiliuit, delentem cunctorum maiorum placita, & rabie quadam in omnes eius æui medicos perorantem. Idem *lib.14 cap. 41.* Medicorum placitis nouitate aliqua se commendantium ¶ Placitum *in ll. antiq. histor. & iur. feud. scriptor.* aliquando est ipsa consultatio & tractatio, decreti faciendi causa instituta; etiam locus & tempus ad actionem destinatum. Si adiectiuè sumamus, erit placita actio, placitus locus, placitus dies. Placitum est, Impersonale, idem quod Placuit: vt Licitum est pro licuit. Virg. *1.Æneid.* Consilia in melius referet, mecúmque fouebit Romanos rerum dominos gentémque togatam. Sic placitum. Vbi Seruius, Placitum, vel fatis, vel mihi: nam impersonale est.

Placendus, adiectiuum nomen vsurpauit Plaut. *in Trin.* Si illa, inquit, tibi placet, placenda dos quoque est, quam dat tibi, id est, debet placere & accepta esse tibi.

Plăcĭto, placitas, frequentatiuum. πολὺς ἀρέσκω. Plaut. *in Bacch.* Neque placitant mores.

Placia πλάκη. Stephan. Mysiæ oppidum à tergo habens Olympum montem, qui Mysis cognominatur. Plin. *lib.5.cap.vlt.*

PLĂCĬDVS, a, um, Mitis, sedatus, tranquillus, quietus, quòd illa quæ quieta sunt, omnibus placent. { עָנָו *ħanav.* πρᾶος, ἡσύχιος. GAL. *Paisible & coy, doux & amiable.* ITAL. *Piaceuole, sedato, dilettevole.* GERM. Still / ruwig / fridlich / milt / sittig. HISP. *Plazentero, cosa que aplaze.* ANG. *Patient, quiet, calme, still.* } Ter. *in Adelph.* Ille semper egit suam vitam in otio, in conuiuiis, clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Donatus, Clemens est circa rectè agentes, placidus etiam circa delinquentes: Clemens animo, placidus vultu. Ter. *ibid.* Quum feruit maximè, tam placidum, quàm ouem reddo. Ouid. *1.Fast.*

Da mihi te placidum, dederis in carmina vires.

Horat. *in Arte,*

Sed non vt placidis coëant immitia.
Da placidam fesso lector amice manum,

Ouid. *Eleg.3.lib.5.Trist.*

——— Vt longi tædia belli
Mente ferant placida,

idem *13.Metam.*

Dum veniet placido mollior aura Deo,

idem *Eleg.5.lib.4.Trist.*

Hinc placidus nobis per tempora labitur annus,

Tibull. *lib.4.* de zona temperata.

——— Rapidum placidis mare constitit vndis,

idem *lib 4.*

Vexit & Æolios placitum per Neerea ventos,

ibid. Item Plaut. Si tu me irritaueris, placidum te hodie reddam. ¶ Arbor placida ✕ Syluestris. Plin. *lib. 16.c. 5.* Præterea sunt aliquæ syluestres, aliæ placidiores: quæ culta obtinent Cælum placidum, hoc est, serenum, & tranquillum. Sil. *lib.12.*

nec placido commota tonitrua cælo.

Placidus & serenus dies. Plin. *Epist. 101.* Accipit ab hoc auras quamlibet sereno & placido die. Lumen placidum. Horat. *4. Carm. Ode 3.* Mors placida. Virg. *6.Æneid.* Pax placida. Idem *1. Æneid.* Placidissima pax in animo. Cic. *5. Tusc.* An delectationis & otij consumendi causa locuti sumus sapientem ab omni concitatione animi (quam perturbationem voco) semper vacare, semper in animo eius esse placidissimam pacem?

Plăcĭdè, aduerbium, Quietè, sine tumultu. { πράως, ἡσύχως. GALL. *Paisiblement, bellement, doucement, plaisamment.* ITAL. *Dolcemente, piaceuolmente.* GERM. Still / fridsamlich / sittiglich / tugentlich. HISP. *Plazenteramente.* ANG. *Quietly, stilly, meekely.* } Plaut. *in Bacchid.* Placidè volo vnumquodque agamus. Hoc non placidè decet. (sup. agere.) Idem *Mil.sc.2 a.2.* Placidè egredere. Idē *Curc.sc.3.a.1.* Inquire, Iubeo, & placidè noscita. Idem *Mil.sc.6.a.2.* Placidè rogita vt acquiescam. Idem *Asin. sc.2.a.2.* Quod hoc malum tam placidè is puere? Idem *Pseud.sc.3.a.1.* Quid properas? placidè (sup. agendum.) *Ibid.* ... *a.4.* Placidè pulta. Idem *Men.sc.2.a.1.* Ouid. *Eleg.8.lib.4.Trist.*

Sic optabam placidè viuere posse senex.

Placidè ferendo leniuntur aspera. Senec. *c. 12.de consol.ad Mart.* Placidè accipere mores & vitia humana. Idem *c. 5. de tranquill.* Virg. *5. Æneid.* Amplexus placidè tumulum, lapsúsque per aras. Cic. *5.Tuscul.* Ad ferendum igitur dolorem placidè & sedatè, plurimum proficit, toto pectore (vt dicitur) cogitare quàm id honestum sit: sumus enim natura studiosissimi appetentissimíque honestatis: cuius si quasi lumen aliquod aspexerimus, nihil est quod (vt eo potiamur) non parati simus & ferre & perpeti. Idem *4.Verr.* Prætoris iniurias tacitè hospitis placidè ferendas esse arbitrabatur.

Plăcĭdĭtās, atis, Tranquillitas, lenitas, quam Varro in ouibus esse asserit, In queis, inquit, primùm non sine causa putant oues esse assumptas & propter vtilitatem & propter placiditatem. { רָצוֹן עֲנָוָה *ħanaváh ratsón.* πραότης. GAL. *Paisibleté* ITAL. *Piaceuolezza.* GERM. Stille / zamheit / sittsamkeit. HISP. *Plazentera disposicion.* ANG. *Quietnesse, meeknesse calmenesse.* } maximè enim quietæ & aptissimæ ad vitam hominum. Gell. *lib.13 cap 21.* Ac ne id quidem prætermittendum puto, cuiusmodi est, quod in commentario quodam Seruij Claudij scriptum inueni, Nerio dictum, quasi Neirio, hoc est, sine ira & cum placiditate: vt eo nomine mitem, tranquillúmque Martem fieri precemur.

Plăco, as, cum accusatiuo, Mitem, placidum facio, propitio, sedo, tranquilliorem reddo. { כִּפֶּר *chippér.* πραΰνω, ἀρέσκομαι, ἐξαρέσκομαι, ἱλάσκομαι. GAL. *Appaiser, adoucir.* ITAL. *Placare, riconciliare.* GERM. Stillen / versünen / befridigen. HISP. *Amansar, placar.* ANG. *To appease or mitigate, to make calme, meeke and quiet.* } Cic. *2.in Catil.* Quos quidem ego, si vllo modo fieri posset, non tam vlcisci studio, quam sanare & ipsos placare Reipublicæ. Virg *1.Æneid.*

Sic ait & dicto citius tumida æquora placat.

Irata est: placabit (eam) palla, quam dedi. Plaut. *Men.sc.2.a.4.* Nolo victimas, Aguinis me extis placari volo. Idem *Pseud.sc.3.a.1.* Seu Iudicis ira sit placanda, tuis poterit mitescere verbis. Tibull. *lib. 4.* Terent. *in Heaut.* Neque quod principium inueniam ad placandum scio. ¶ Huius verbi compositum est Complaco, pen.prod. quod vide suo loco.

Placor, tranquillitas, Gloss. Isid.

Plăcātŭs, a, um, Propitius, sedatus. { מְכֻפָּר *mechuppár.* ἐξιλασθείς, πραϋνθείς. GALL. *Appaisé.* ITAL. *Placato.* GER. Gestillet / versünet / befridiget. HISP. *A placado.* ANGL. *Mitigated, appaised.* } Plin. *lib. 12.c.18.* Nec minus propitij erant mola salsa supplicantibus, imò verò vt palam est placatiores. Placatissima quies. Cic. *1. Tusc.*

Plăcātē, aduerbium, placidè, æquo animo, patienter, sedatè, leniter, humanè. { πράως. GALL. *Paisiblement, sans s'emouuoir.* ITAL. *Piaceuolmente, senza sdegnarsi.* GERM. Mitt stille / sanfftmutigklich / one grißgrammen. HISP. *Amasadamente.* ANGL. *Paisibly, quietly, meekely, calmely.* } Cicer. *ad Torquatum lib. 6.* Omnia humana placatè & humanè feramus. Idem *ad Ligar.lib.6.* Sed hoc ipsum intelligimus eum quotidie æquius & placatiùs ferre.

Plăcātĭo, nis, Mitigatio. { רָצוֹן *ratsón* כֹּפֶר *chophér.* πράϋνσις. GAL. *Appaisement.* ITAL. *Pacificatione.* GERM. Stillung / versünung / befridigung. HISP. *Obra de amansar.* ANGL. *Appeasing.* } Cic. *4. Tusc.* Sed omnis eiusmodi perturbatio animi placatione abluatur.

Plăcābĭlĭs, propitiabilis, siue quod placatur. { מִתְרַצֶּה *mithratséh.* εὐιλάτος. GAL. *Facile & aisé à appaiser.* ITAL. *Facile di placare.* GERM. Das leichtlich zustillen oder zubegütigen ist / versünlich. HISP. *Lo que puede ser amanzado.* ANGL. *Easie to be appeased* } Cicer. *4. Verr.* Omnia quæ habuisset æquiora & placabiliora quàm animum prætoris, atque hospitis. Idem *ad Atticum lib.1.* Nam si ita esse statueris, & irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum & eosdem placabiles, &c. Terent. *in Phormione,* Nunc quòd ipsa ex aliis auditura sit Chreme, Id nosmet indicare placabilius est. Ouid. *Eleg. 5.lib.3.Trist.*

Quo quisque est maior, magis est placabilis iræ.

Plăcābĭlĭtās, atis, Lenitas, clementia. { רָצוֹן *ratsón* כֹּפֶר *chópher.* GALL. *Facilité d'estre appaisé, douceur placable.* ITAL. *Facilita di esser placato.* GER. Versünligkeit / fridmut. HISP. *Facilidad para ser amansado.* ANGL. *Gentlenesse easinesse to be appeased.* } Cic. *1.Offic.* Nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia.

‖ Placabiliter, ἱλέως, εὐμενῶς. Gell. *lib.7. 3.* Præcipitur iudices conciliandos esse, ac propitiandos laudabiliter ac placabiliter, & leniter existimationi eius qui accusatus est. ‖

Plăcāmĕn, & placamentum, quo quis placatur. { רָצוֹן *ratsón* כֹּפֶר *chópher.* ἐξίλασμα. GALL. *Appaisement.* ITAL. *Pacificatione.* GERM. Ein versünung oder damit man versünet vnd befridiget. HISP. *Obra de amansar.* ANGL. *That where by one is appaised.* } Liu. *7. ab Vrbe.* Ludi quoque scenici, noua res bellicoso populo, inter alia cælestis iræ placamina instituta dicuntur. Plin. *lib.2.c.7.* Hoc veluti placamento terræ blandiuntur. Tacit. *lib.15.* Non largitionibus principis, aut deûm placamentis decedebat infamia.

Placitis, πλακῖτις, Cadmiæ species, quæ velut fuligo quædam, aut fauilla ex fornacibus ærariis egesta parietibus adhæret: nam propter sui grauitatem ad testudinem euolare non potest. Dicta Placitis eò quòd speciem referat crustæ, quam Græci πλάκα appellant. Vide Galen. *lib.9. simplicium,* & Plinium *lib.34.c.9.*

Plæraque in singulari. Salust. *Iugurth 114.* Qua tempestate Carthaginienses Pleræque Africæ imperitabant. *In Catil.* Inuentus pleraque.

Plærīquĕ, plæræque, plæraque. { רַבִּים *rabbim.* πλεῖστοι. GALL. *Plusieurs.* ITAL. *La maggior parte.* GERM. Der mehrer theill. HISP. *La mayor parte.* ANGL. *Many, the most parte.* } vel potiùs sine diphthongo plerique, vt hodie à doctioribus ferè scribitur, eò quòd ab obliquis nominis Plus deduci putetur, u in e conuerso: quanquam alij παρὰ τὸ πλῆρες, quod plenum significat, fieri volunt. Accipitur enim ferè in ea significatione, in qua dicimus plures, vel maiori ex parte. Salustius, In diuisione orbis terræ plerique in tertia parte Africam posuere: pauci tantummodo Asiam & Europam. Cicer. *1. Academ.* Vt contra omnium sententias dies iam plerosque deduceret. Idem *de Inuentione*, Nec ratione animi qui

quicquam, sed pleraque viribus corporis administrabant. Horat. *lib. 1. Epistol.*

Si quædam nimis antiquè, si pleraque durè.

Idem *in Arte*, Pleraque differat & præsens in tempus omittat. Salust. Plerosque senectus dissoluit, nisi qui ferro, aut bestiis interiere. ¶ Plerosque ipsos, i. maiorem eorum partem. Salust. *in Catil.* plerosque ipsos, factaque eorum fortia nouerat. Et *in Iugurth.* Sed ubi plerunque noctis processit. 68. Rursus, deinde crebris ignibus factis, plerumque noctis Barbari more suo lætari, i. pleraque & maiore noctis parte. ‖ Aliquando valet idem quod nonnulli. Quint. Videas plerosque ira percitos, id est, nonnullos. Quid significet in veterum libris plerique omnes, & quòd ea verba accepta à Græcis viderentur, docuit *cap. 12. lib. 8.* qui liber temporum iniuria perit. Itaque audiamus Donatum. Plerique omnes, teste Donat. complexus est, idem significans quod plerique, vel maxima ex parte. Terent. *in And.* Quod plerique omnes faciunt adolescentuli. Vbi Donat. Plerique omnes ἀρχαϊσμὸς est. Nam errant qui plerique, parelcon intelligunt. Hoc enim pro vna parte orationis dixerunt veteres, Idem *in Hec.* Plus satis nouè sed intelligitur, plus quam satis. Hoc quidam putant: at mihi de his videtur esse quæ a veteribus geminabantur, vt plerique omnes, id est, omnes & pleraque omnia, id est, omnia. Sic & plus satis, pro satis. Terent. *in Phorm* ita plerique ingenio sumus omnes: nostri nosmet pœnitet. Et *in Heaut.* Quid rei esset dixit huic? s. dixi pleraque omnia. ¶ Gell. *c. 2. lib. 7.* Homo pleraque haud indiligens.

Plerunquè, aduerbium, dupliciter sumi potest: nam aliquando valet idem quod ferè semper. { ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. GAL. *Le plus souuent, plusieurs fois.* ITAL. *Molto volte.* GERM. Mehrmalen/Mehrertheils. HISP. *Muchas vezes.* ANGL. *Oftentymes.* } Terent. *in Andr.* Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat. Aliquando ponitur pro nonnunquam. Quintilianus, Excussa sunt plerunque vitia verberibus, id est, nonnunquam. Dicimus quoque plerunque omnes, vt plerique omnes. Plaut. *in Trinummo*, Ita plerunque omnes iam sunt intermortui. Inuenitur etiam Plerus sine adiectione, Pacuu. Periere Danai, plera pars pessundata est.

Plăgă, æ, Ictus, vulnus. { מכה מַכָּה *machcháh* נגע *néghah* מגפה *maghghephah.* πληγή. GAL. *Playe.* ITAL. *Percussione, piaga.* GERM. Ein streich/ein wunde. HISP. *Herida ò llaga.* ANG. *A wound, a cutt, a stripe.* } Etiam de tergo ducentas plagas prægnantes dabo. Plaut. *Asin. sc. 2. a. 2.* Qui me fortior ad sufferendas plagas. *Ibid. sc. 2. a. 3.* Imperito plagas minitaris. Idem *Capt. sc. 2. a. 5.* Ita plagis costæ callent. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Ad hæc (securis) retusa est. B. Itidem vos estis plagis. *Ibidem*, Plagam doloris sanare. Mox, vulnus. Senec *cap. 1. de consol ad Mart.* Et manu super plagam posita (doloris) Idem *de consol. ad Helu. cap. 1.* Virg. 4. *Georg.*

———plagisque peremptum

Tonsa per integram soluuntur viscera pellem.

Ouid. 2. *Trist.*

Non habet in nobis iam noua plaga locum.

In hac significatione apud idoneos scriptores his verbis appositum inuenitur, Accipere plagam, Facere plagam, Imponere plagam, Infligere plagam, Perferre plagas. ¶ Transfertur & ad arborum incisiones, è quibus succus profluit. Plin. *lib. 12. cap. 25.* Succus è plaga manat.

Plăgæ, arum, Retia dicuntur rariora ad capiendas feras. Cur igitur Horat. *Od. 5. lib. 3.* densas plagas appellat? quòd plagis, i. foraminibus plena sint. { מצודים *metsodhim.* ἄρκυες. GAL. *Rets à prendre bestes sauuages, filets.* ITAL. *Rete di gran maglia da prendere animali seluatichi.* GERM. Die Jägergarn. HISP. *La red de grandes mallas.* ANGL. *Nettes to catch wilde beastes.* } Cic. *lib. 3. Offic.* Súntne igitur insidiæ, tendere plagas, etiamsi excitaturus non sis? Virg. 4. *Æneid.* Retia rara, plagæ, lato venabula ferro. Vbi Seruius docet, plagas propriè illos funes dici, quibus retia tenduntur circa imam & summam partem. In hac significatione dicimus, Incidere in plagas, pro eo quod est Incidere in insidias. Cic. 2. *Verr.* Si ex his laqueis te exueris, in illas tibi maiores plagas incidendum est. ¶ Plagæ item in cæli, terræve diuisione dicuntur spatia & tractus, qui modò climata, modò zonæ appellantur פאה *peah.* Ouid. 1. *Metam.*

———totidémque plagæ tellure premuntur.

Cic. 2. *de diuinat.* Quod est ante pedes nemo videt, cæli scrutantur plagas, ex poëta. Virg. *Æneid. 7.*

———si quem tellus extrema refuso

Submouet Oceano, & si quem extenta plagarum

Quattuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.

¶ Hoc item nomine veteres appellabant linteum lecti tegmen, amplum & candidum, quod postea lecticariam sindonem, & torale appellarunt. Varro *de vita pop. Rom.* vt citat Nonius, Chlamydes, plagæ, vela, vasa aurea. Idem, Eburneis lectis, & plagis sigillatis.

Plagula, diminutiuum, quod pro varia significatione primitiui diuersa itidem sortitur significata. Nam in singulari exiguum vulnus, siue exiguã plagam significat: in numero verò multitudinis modò minore, calles, modò etiam paruam sindonem, quæ lecto insternitur, περιστρωμάτιον. Liu. *lib. 39.* Inde primùm lectos æratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas, & alia textilia, &c. Hinc Vlpian. *tit. de auro & arg.* plagulas inter muliebres vestes recenset. Sunt verò plagulæ, vela & textilia, quibus lecticæ & lecti intendebantur, aut inuoluebantur. Tranquillus *in Titio*, Lectica dimotis plagulis.

Plagipatida, Plaut. *Most. sc. 1. a. 2.* Vbi sunt isti plagipatidæ? Idem *Capt. sc. 1. a. 3.* Nihil morantur iam Laconas imi subsellij viros plagipatidas, &c.

Plagium, suppressio liberi hominis, vel alieni serui: crimen id, cuius auctor plagiarius.

Plăgĭārĭŭs, ij, qui hominem, quem scit liberum esse, emit, vendítve, aut pro seruo tenet, vel qui seruo, aut seruæ persuadet, vt à domino, dominave fugiat: vel cùm eum vel inuito, vel insciente domino celat, vinctum habet, emit, vel vendit. { ἀνδραποδιστής. GAL. *Qui detient en seruage homme libre, ou suborne le serf d'autruy pour le retirer.* ITAL. *Chi tiene huomo libero por seruo, ò chi presta aiuto ò consiglio à tenero.* GER. Ein Menschenrauber / einer der wissentlich ein freyen zu leibygen kaufft oder verkaufft/ oder einem anderen hindertucks seyne leibeygen abzeucht/ sie im hinderhaltet oder auch verkaufft/ vnnd mit dergleychen schelmenswerck vmbgeht. HISP. *El que hurta los esclauos, ò libres.* ANGL. *He that intiseth a mans seruand to go frome him, or keepeth him in secres vnknawing o his maister.* } Dictus plagiarius, quòd qui criminis huius cõuicti essent, lege Flauia plagis damnarentur. Lex ipsa, Plagiaria: crimen, Plagium vocatur. Mart. *lib. 1.* Impones plagiaria pudorem. Vbi per translationem Plagiarium vocat furem librorum suorum.

‖ Plagiator, ἀπὸ τοῦ πλαγίου, id est, obliquo, quòd non certâ via gradiatur sed pelliciendo dolis. Isid. ‖

Plāgĭgĕr, quasi genitus ad ferendas plagas, πληγοφόρος. Plaut. *in Pseud. sc. 2. a. 1.* plagigera genera hominum.

Plagio, as, plagium committo.

‖ Plagipatida, qui plagas patitur: vox ioco ficta. Parasiti tripheres, derisores, plagipatidæ, siue Lacones, & adulatores. Vide *Parasitus.* ‖

Plāgōsŭs, a, um, Plenus plagis. { πληγώδης. GALL. *Plein de playes.* ITAL. *Impiagato.* GERM. Vol streich oder wunden. HISP. *Lleno de plagas* ANG. *Full of woundes and stripes.* } vt Plagosa crura, apud Apuleium. ¶ Aliquando dicitur plagosus, qui multas plagas infert, πλήκτης, vnde ab Horat. 2. *lib. Epist. ad August.* Orbilius Grammaticus plagosus dicitur, quòd nimium sæuiret in pueros. Non equidem insector, delendaque carmina Liui Esse reor, memini quæ plagosum mihi paruo Orbilium dictare, &c.

Plagusia, genus piscis, ita dictum quòd non versus caput, sed εἰς πλάγια, hoc est, in latera natet. Plaut. *in Rudente*, Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam vrticam, Musculos, plagusias striatas.

‖ Planaratrum, dicitur in quo cuspis vomeris palæ effigiem habet. tanquam plurium aratrum ‖

Planaria, insula est maris Ligustici, sexaginta passuum millibus distans à Corsica, à specie sic dicta, quòd æqualis freto existat, ideóque nauigiis fallax. Plin *lib. 3. c. 6.*

Planasia, πλανασία. Insula est in mari Tyrrheno, non longè ab Ilua, vt autor est Ptolemæus *lib. 3. c. 1.* & Plin. *lib. 3. c. 6.*

PLANCÆ, { לוחות *luchóth* קרשים *kerafchim.* πλάκες. GALL. *Planches.* ITAL. *Tauole piane.* GERM. Eben brätter oder flecklen. HISP. *Tablas llanas.* ANG. *Plankes.* } Tabulæ planæ, interprete Festo, à planitie ita appellatæ. Plinius *lib. 8. cap. 43.* Nec pontes asini transeunt, per raritatem plancarum translucentibus fluuiis. Sic enim legit Calepinus: tametsi in castigatioribus exemplaribus hunc in modum legatur, Per raritatem eorum translucentibus fluuiis.

Plānci, qui supra modum pedibus plani sunt: id est, qui pedes imos graciles habent, planósque æqualiter, quasi tabellas, quæ plancæ vocantur. { πλατύποδες. ANGL. *Splay footed.* } Itidem & Ploti, siue Plauti vocati sunt, teste Festo: vnde & M. Accius Sarsinas Poëta, à pedum planitie initio Plotus, deinde & Plautus cognominatus est. Plin. *lib. 11. c. 45.* Vola homini tantùm exceptis quibusdam: nanque & hinc cognomina inuenta Plauti, Planci, Scauri, &c. ¶ Plancorum Romæ celebris familia fuit, ex qua ortus est Numarius ille Plancus, qui Lugdunum coloniam in Gallia condidit, quam Seneca sua ætate testatur conflagrasse centesimo anno à quo condita erat.

Plānctus, vide *Plango.*

Planè, vide *Planus.*

Planesium, nomen proprium virginis. Plaut. *Curc. sc. 3. a. 1.*

PLĀNĒTÆ { πλανῆται. GALL. *Planetes* ITAL. *Pianeti.* GER. Die Planetstern so stätigs zu wund von einander gehen. HISP. *Planetas ò estrellas erraticas.* ANGL. *Planets.* } Dicuntur septem cælestia copora terris proxima, præter motum primi mobilis quo ab ortu in occasum rapiuntur, peculiarem quandam illique contrariam habentia conuersionem: nomen acceperunt ἀπὸ τοῦ πλανᾶσθαι, ab errando, quòd hæ solæ ex omnibus stellis errent & vagentur, reliquis in vno loco consistentibus, vnde & fixæ dicuntur. Latini Græcorum imitatione errantia sidera, & erraticas stellas. Nigidius etiam errones appellat. Ex his Saturnus summum locum obtinet, proximum Iupiter, tertium Mars, quem deinde Sol ordine subsequitur, Solem Venus, sub Venere Mercurius situs est; Luna vltimum terrisque citimum, ideóque minimum orbem possidet. Mantuanus poëta hoc versu comprehendit:

Saturnus, Mars, Luna, Venus, Sol, Iuppiter, Hermes.

‖ ¶ Planeta, vestis sacerdotalis dici videtur, quòd sit ex planis plagulis consuta. Quidam dici putant ex eo, quòd πλανᾶται, i. errat circa corpus. Vide *Phœnolium.* ‖

Planetarius, Augustino, qui in natales hominum inquirit, & de vitæ euentis iudicat, ex planetarum maximè aspectu dimanans, aliter Genethliacus Babylonius, Chaldæus, Apotelesmaticus.

PLANGO, is, xi, ctum, Tundo, verbero. { הכה *hichcháh* מחה *macháh.* κόπτομαι. GAL. *Frapper.* ITAL. *Percuotere.* GERM. Schlagen. HISP. *Herir.* ANG. *To hitte, thumpe or knocke.* } Lucilius, Plangunt littora fluctus. Ouid. 2. *Metam.*

Plangere nuda meis conabor pectora palmis.

Idem *lib. 4. Fast.*

Atque indignanti pectore plangit humum.

¶ Sæpe accipitur pro lamentari, & clara voce, pectorisque percussione similibúsque signis animi dolorem testari. { קונן *konén* ספד *saphádh.* θρηνεῖν, τὸ στῆθος κόπτειν. GALL. *Mener dueil, se tourmenter.* ITAL. *Piagnere.* GERM. Mit heulen vnd weinen an die Brust schlagen. HISP. *Llorar ò herir llorando.* ANGL. *To bewaile and weep.* } Virg. 1. *Georg.*

Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt.

Vbi Seruius, Plangunt, id est, resonat.

Plānctŭs, us, nomen, Lamentatio cum pectoris percussione, ictu femorum, manuum, pedum supplosione, euulsione crinium, aliisque multitudinis imperitæ ineptiis, animi dolorem indicantibus. } מספד *mispédh* קינה *kináh.* κοπετός. GALL. *Grand dueil, frappement contre la poictrine ou autre lieu.* ITAL. *Battimento di mani per dolore.* GERM. Heulen mit schlagen an die Brust / wehetlagung / leidgeschrey. HISP. *Llanto con herida de manos.* ANGL. *A weeping, hitting or knocking.* } Statius 10. *Thebaid.*

——— vallantur planctibus aræ.

Fœmineo cum planctu mistus clamor. Senec *Oct.* Propriè tamen eam ipsam percussionem qua summo in luctu pectus nostrum, aliámve

pectoris

pectoris partẽ cædimus, planctum appellamus : à verbo plango, quod propriè significat percutio. Silius, liuentia planctu Brachia. Lucan. *lib. 2.*

Exigit ad sæuos famularum brachia planctus.

Plāngŏr,oris,Percussus,verberatio. { מכה *machcháh* κοπετός.GAL.*Frappement*.ITAL.*Battimento*.GERM.Schlahung. HISP.*Herida*. ANG.*Hitting knocking*. } Catullus.

Procedunt, leuiterque sonant plangore cachinni.

¶ Sæpiùs pro lamentatione & planctu ponitur. { מספד *misphédh* קינה *kináh*. ὀλοφυρμός.GAL.*Grand douleur*.ITAL.*Grande dolore*.GERM.Ein leidgeschrey/mit schlagung an den leib.HISP. *Llanto con herida*. ANGL. *A be wayling sorowing*. }Cic.3.*de Orat*.Plangore & lamentatione complevimus forum.Idem 4.*Philippica*.Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plausu reiiciebat.

‖ Plangonium, vnguentum aliquod.‖

Plānĭpēs, Planities, vide *Planus*.

PLANTA, Tota pedis pars inferior cui insistimus, quem & imum pedem vocant.{ כף *cháph*. ταρσὸς, πέλμα.GAL.*La plante des piedes*.ITAL.*Pianta del piede*.GERM.Die solen vnden an den füssen.HISP.*La planta ò baxo del pié*.ANGL.*The sole of the foote*. } Virg.*in Moreto*.

Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta.

Plin.*lib*.7.*c*.2.Eudoxus in meridianis Indiæ, viris plantas esse cubitales, fœminis adeò paruas vt struthopodes appellentur. Ouid. 2. *Metam.*

———*vt tersis niteant talaria plantis.*

Iuuen. *Satyr*.14.

———*ancipiti fingens vestigia planta.*

¶ In stirpibus autem plantæ dicuntur surculi transferendi, vel inserendi gratia à matre rapti, vel stirpes adhuc teneriores qui cum radicibus de loco vno in alium transferri possunt. { φυτόν.GALL.*Vne plante d'arbre,ou d'herbe*.ITAL. *Pianta d'arbore*. GERM. Ein zweyg/ein schoß das man einzweiget. HISP.*La planta para plantar*. ANGL. *A plante a stipe of a tree*. } Virg.2.*Georg.*

Hic Plantas tenero abscindens de corpore matrum.

Deposuit sulcis.

Plin.*lib* 17 *cap*.15.Statiuæ plantæ syluestrium radicibus inseruntur natura ficcioribus.Cic.*de senect*. Malleoli plantæ : sarmenta, vites, traduces, propagines nónne ita afficiunt vt quemuis cum admiratione delectent? Virg.2.*Georg.*

———*deinde feraces*

Plantæ immittuntur.

‖ Plantanimal, vel plantanimans, imperfectum animal,tanquam partim planta, partim animal ambigens cum planta & animali.‖

Quint.Generosioris arboris planta, statim cum fructu est.

Plāntārĭă,orum,ipsæ plantæ,teste Seruio, quæ è semine ortæ cum radicibus & terra propria transferuntur de vno loco in alium. { φυλλοτόμια. GAL.*Vne pepiniere, plante d'arbres ou d'herbes*. GALL.*Piante d'albero*. GERM. Ein setzling so man mit sampt den wurtzlen außgrabet vnnd an ein ander ort setzet. HISP.*Las plantas que se transponen con sus raiçes*. ANG.*Plantes or yong spring of trees and hearbes*. } Virg 2.*Georg.*

Syluarúmque aliæ pressos propaginis arcus

Expectant & viua sua plantaria terra.

¶ Plantaria etiam dicuntur plantarum loca. Plin. *lib*. 13. *cap*. 4. Ergo plantaria instituunt, anniculásque transferunt, & iterum bimas : gaudent enim mutatione sedis. Idem *lib*.15. *cap*.1. At nunc etiam in plantariis serunt, translatarúmque altero anno decerpuntur baccæ. Idem *lib*.17. Quædam in plantario insita, eodem die transferuntur. Persius *Satyr*.4.vocem hanc ad obscœnarum partium vermiculos transtulit.

Quinque (inquit) *palæstritæ licèt hæc plantaria vellant,*

Non tamen illa filix vllo mansuescit aratro.

Plāntārĭs, e, adiectiuum, ad plantam pedis pertinens. Statius *lib*.1. *Thebaid.*

Summa pedum properè plantaribus alligat alis.

‖Item ad plantam terræ.Plantaria,olera.Iuuen.*Sat*.13.

——— *exigui lætum plantaribus horti*.‖

Plāntārĭŭs, a, um, quod plantari debet, seu quod est aptum vt plantetur.{ φυτευτήριος.GAL.*Qui se peut planter*.ITAL. *Che si puo piantare*. GERM. Das man zweigen oder pflantzen kan. HISP. *Cosa que se puede plantar*.ANGL.*Meet to be planted, sett or griffed*. } Colum. *lib*.5.*cap*.9. Ipsæ autem arbusculæ hoc modo possunt transferri : ante quàm plantarias arbusculas effodiat solo, rubrica notato partem eius quæ meridiem spectet.

Plantarium, locus plantarum.

Plāntĭgĕr, a,um, Plantas gerens. { φυτοφόρος. GALL. *Qui porte plantes*. ITAL.*Chi porta piante*. GERM. Das zweig tregt. HISP. *Cosa que trae plantas*. ANG. *That hath or beareth plantes*. } vt Plantigeræ arbores, quæ ex sese pullulando plantas emittunt.Plin.*lib*.13.*c*.8.Siliqua plantigera est in imis partibus.

Plānto, as,Sero.{ נטע *natáh* שתל *schatál*.φυτεύω.GALL*Planter*.ITAL. *Piantare*. GERM. Zweigen/pflantzen. HISP. *Plantar arboles,ò plantas*. ANGL.*To plant,to sett,to greff*. } Plin.*lib*.7.*c*. 10. Hoc modo plantantur punicæ.Huius composita, Deplanto, quod est contrarium suo simplici, Explanto & Supplanto de quibus suis locis.

Plāntātĭo, Satio { נטע *netáh* מטע *mattáh*. φύτευσις. GAL. *Plantation, plantement*. ITAL.*Piantatione, piantamento*. GERM. Pflantzung/zweigung. HISP. *Plantamiento*. ANGL. *A setting or greffing*. } Plin. *lib*.21. *cap*. 4. Vnde accolæ transferentes consenserunt, ipsáque plantatione proficiunt.

Plāntāgo,inis, herba est nota.{ ἀρνόγλωσσον.GALL *Plantain*.ITAL.*Piantaggine*,GERM.Schaffszunge/lingua agnina, à forma, vsitatissimè Wegerich.HISP.*La llenten*.ANG.*A plantaine or waybred*. } Duo sunt eius genera, Quæ minor est angustiora habet folia & nigriora, linguæ pecorum simillima, caule anguloso, in terram inclinato. Maior, foliis est laterum modo inclusa ; quæ quia septena sunt, quidam eam heptapleuron vocauere. Autor Plin. *lib*.25.*c*.8.

PLANVS, a, um, Æqualis, in quo nihil eminet. { ישר *jaschár*. ὁμαλός. GAL. *Esgal*. ITAL.*Piano, vguale*. GERM. Eben. HISP. *Llano ò ygual*. ANGL. *Equall, euen*. } vt planum solum, apud Plinium *Epist*. 161. Martial.*lib*.1.Et planus modico tumore vertex. Cicer. 2. *de natura deorum*, Quúmque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (Sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autem circulus, aut orbis. Liu. *lib*.34.& Romani simul à portu, vnde aditus planior erat, vt distenderent ab apertiore loco hostes, &c. Cicer. *pro Cæcin.* Sed ne æquo quidem & plano loco. Senec. *cap*. 10. *de tranquill.* In planum deferenda fortuna. Plaut.*in Milit.sc*.4.*a*.2. Dudum hoc planum quidem. Ouid.3. *Trist.Eleg*.4.

Qui cadit in plano (vix hoc tamen euenit ipsum)

Sic cadit vt tacta surgere possit humo.

Sueton.*in August.cap*.94.In loco plano. (i. humili.) ¶ De plano, vel è plano aliquid facere, quid sit, docet Budæus loco Vlpian.*l*.2.*de constit. princ.* Vel cognoscens decreuit, (ait Vlpianus) vel de plano interlocutus est De plano, inquit, hoc est, à Iudice non sedente. Solent enim Iudices in tribunalibus editioribus sedere. Paulus *de Quæstor. l.vnius*, Custodiæ non solùm pro tribunali, sed & de plano audiri possunt, atque damnari. Sueton. *in Tiber.cap*.32. Iudicésque aut è plano, aut è quæstoris tribunali, admonebat, id est, è solo in quo populus stabat. Hîc à Sueton.De plano & pro Tribunali opponuntur. Papin.*in l.miles, ad leg Iul.de adult.* Libellus (inquit) de plano dari potest, id est, Iudice non sedente, vel diebus feriatis. ¶ Planipedis ædificium dicitur à Vitruuio, ad differentiam concamerationis & hypogei, *lib. 6. cap*.10. Et plano pede ad differentiam contignationum, *lib*. 7. *cap*. 1. & 4. Budæus. ¶ Plani pisces dicuntur qui superficiem planam, non rotundam habent, vt sunt rhombi, & raiæ. Plin. *lib*.9.*cap*. 24. Planorum piscium alterum est genus quod pro spina cartilaginem habet. ¶ Planus accipitur aliquando pro aperto, & manifesto : quòd quæ plana sunt, nullum impedimentum habeant quin vndecunque videri possint. { צח *tsach* גלוי *ghalúi*. σαφής. GAL. *Clair & euident*. ITAL. *Piano, chiaro*. GERM. Heyter vnd klar/verstendtlich/gut zumercken vnd zuuerstehn. HISP. *Claro, manifesto*. } Plaut.*in Persa*, Satin' hæc tibi sunt plana & certa? Planum facere, est declarare, & rem difficilem, aut dubiam soluere, & ante oculos verbis explanando ponere & patefacere, translatione sumpta à loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera planus fit. Cicer. 2. *Verrin*. Hoc planum factum est. Idem *pro Rosc. Amer.* Planum fac. ¶ Apud eundem pro Flacco, Plana & stabilis via ✕ Præceps, lubrica legitur.

Plānē, aduerbium, Certò, omnino.{ ἀκριβῶς, σαφῶς. GAL.*Plainement, clairement, certainement*.ITAL.*Certamente, chiaramente*.GERM.Eigentlich/Gewißlich/gar wol.HISP.*Ciertamente, llanamente, claramente*.ANG.*Plainelie, euenly*. } Terent.*in Heaut*.Sed te miror, qui alia tam planè scias. Aliquando ponitur pro clarè, apertè, manifestè. σαφῶς. Plaut.*in Menæch.sc*.1.*a*.2. Non potuit paucis plura planè proloqui. Vide vt scribas planè & probè. Idem *Asin. sc*. 4. *a*. 3. Visáne ea est ? Imò planè ea est.Idem *Milit sc*.5.*a*.2.Vin' scire planè (an ea sit) *Ibid. sc*.6. *a*. 2. Istam colloca crumenam in collo planè (ac mox.) Quod iubes me planè collocare. Idem *Asin.sc*.4.*a*.3. P. fraus populi. B. Planissumè. (assentientis.) Idē *Pseud.sc*.3.*a*.1.B. Tu illius seruus es. H. Planissimè. *Ibid.sc*.7.*a*.4 ¶ Quanque omnino, funditus, penitus. { πάντως. GAL. *Totalement*.ITAL. *Al tutto, à fatto*. GERM. Gantz vnd gar/Gentzlich. HISP. *Del todo*. } Quatuor minæ periere planè, vt ratio redditur. Plaut. *Menæch. sc*.3.*a*. 1. Planè perdidisti mulierem. Idem *Pseud.sc*.7. *a*.4.Stulta es planè.Idem *Mostell.sc*.3.*a*.1.Sagina planè est. *Ibid.* Ex hac familia me planè excidisse intelligo. Idem *Men. sc*. 2. *a*. 4. Cicer. *Treb.* Quare si planè à nobis deficis, molestè fero.

Plānĭŭs,& Planissimè. Plaut.*in Capt.sc*.1.*a*.1 Est ne inuocatum, an non? planissimè. Verùm hercle, verùm vos parasiti, planius, Quos nunquam quisquam neque vocat, neque inuocat. Cicer. 3.*Verr*. Non possum illa planius commemorare, quam ipsum Ligurem pro testimonio dicere audistis. Idem 2.*de diu.* Multi etiam naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt, Demosthenem, vt scribit Phalereus, quum Pyrrho dicere nequiret, exercitatione fecisse vt planissimè diceret. Vide suprà in dictione præcedente.

Plānĭlŏquŭs,a,um, qui planè, & apertè dicit quod sentit, & liberè. { φανερῶς λέγων, φανερολόγος. GALL. *Qui dit plainement & apertement ce qu'il veut*.ITAL.*Che raggiona liberamente*. GERM Der frey heiter oder glat außhin redt.HISP.*El que habla francamente*. ANG.*That speaketh plainelie and freelie*. } Plaut.*in Trucul.* Planiloqua est, paucis vt rem ipsam attigit?

Plānārĭŭs,a,um, à Plano, quod de plano fit : vt planaria interpellatio, pro compellatione magistratus quæ fit de plano, id est, antequam in tribunal ascenderit. Constat.*l*.4.*C.de dilat.* Et cognitio causæ non interpellatione plenaria, sed confidente iudice colligatur.

Plānĭpēs, edis, qui pedes planos habet. πλατύπους. Quis istam faciem planipedis senis. (sunt verba Cassij generi apud Quint. Vide interpretem Iuuen *Satyr*.8.) Diomedes scribit planipedem Græcè μῖμον significare. Vnde comœdiæ, siue fabulæ genus dicebatur Planipedia, vbi nullo procedebatur cultu, quod actores pedibus planis, id est, nudis proscenia introirent : non vt tragici actores, cum cothurnis : neque vt comici, cum soccis Ideo ob vtilitatem actorum qui plano pede in scena erant, & ob humilitatem argumenti, vt inquit Donatus, Planipedia dicta est. Siue quòd olim non in suggestu scenæ, sed in plano orchestræ, positis instrumentis mimicis actitarent.

‖ Planipedia. Donat.*in Terent*. Planipedia dicta ob humilitatem argumenti eius ac vilitatem actorū, qui non cothurno, aut socco vtuntur in scena, aut pulpito, sed plano pede, vel ideo, quòd non ea negotia continet, quæ personarum in turribus, aut in cœnaculis habitantium sunt, sed in plano & humili loco.‖

Plānĭtĭēs,ei, Æqualitas, vel locus planus. { מישר *meschár* בקעה *bikcáh* ככר *chichchár*. ὁμαλότης πεδίον.GALL.*Vne plaine, vn lieu vni & esgal*. ITAL. *Pianezza, pianura*.GERM.Ein ebne.HISP. *El llano, llanura*.ANG. *A plaine, or euen place*. } Salust. *in Catil.* Nam vti planities erat inter sinistros montes, & dexteram rupem asperam, octo cohortes in fronte constituit. Liu. 7. *ab Vrb.* Duûm millium planities castra Romana ab Hernicis dirimebat. Cæsar 7.*bell. Gall.* Legiones vt primùm planitiem attigerunt, infestis contra hostes signis constiterunt.

Plānĭtūdo, inis, Planities. { מישור *mischor* ישר *jóscher*. ὁμαλότης. } Columm.

lum. *lib.4 c.30.* Perticæ cacuminum modicæ planitudinis,quæ tamen dipondiarij orbiculi crassitudinem non excedant , optimè pangantur. hoc est quæ sint a[illegible]culum planæ.

Plānitās,atis.Tacit.*de Orat.*Is compositionis decor,sententiarum planitas. Fortasse legendum *plenitas.*

Planula , instrumentum fabrile , quo assamenta leuigantur & poliuntur, quia plena ea facit scabendo.

Plānŭs,vox ortu Græca,sed vsu quoque Latina facta est.{ πλάνος. GALL. *Vn affronteur,abuseur,trompeur.* ITAL. *Ingannatore,baro.* GERM. Ein betrieger.HISP.*Engañador.*ANGL.*A deceiuer.*}Ab A.Gellio *lib.16.c.7.* commemoratur inter voces inusitatas,quibus vsus sit Laberius Mimus: quo nomine significari existimant sycophantam. Budæus autem ait impostores à Græcis planos dictos,sed certi cuiusdam generis impostores,insigni versutia præditos:quo vocabulo potius quàm Latino Cic.*pro Cluentio* vsus est,Hic ille planus,inquit,improbissimus,quæstu iudiciario pastus,&c.Horat quoque *lib.1.Epist.*

Nec semel irrisis triuiis attollere curat
Fracto crure planum : licèt illi plurima manet
Lacryma per sanctum iuratus dicat Osirim,
Credite,non ludo,crudeles tollite claudum:
Quare peregrinum, vicinia tota reclamat.

Quo in loco Planus (vt Aëton annotauit) nomen est notissimi sui temporis impostoris,qui vt in vehiculo tolleretur , fingebat se crus fregisse, sed quum postea verè crus fregisset , rogarétque vt vehiculo in vrbem reueheretur,non est ei creditum.Eustathius Homeri interpres *in Odysseam* sic inquit , interprete Budæo, Planus est,qui artem quandam profitetur imponendi etiam spectantibus;quales fuerunt Cephisodorus , & Pantaleon, & Matreas apud Alexandriam.

‖ Plasea,Bouis cauda,siligine, & sanguine delibuta ‖

PLĀSMĂ,atis. { יצר jótser. πλάσμα.} Figmentum,siue commentum. ἀπὸ τοῦ πλάττειν.quod est fingere, siue simulare. ¶ Persius plasma pro quodam medicamento vsurpauit , quod ex rebus liquidis adiuuandæ vocis gratia confici solet.*Satyr.1.*

——liquido cum plasmate guttur
Mobile collucrit.

Quint.*c.14.lib.1.* Plasmate effeminata vox.

‖ Plasino, fingo,formo;est à *Plasma.* inde verbale.

Plasmatio,formatio.‖

Plāstēs,æ,masc.gen,formator. { יצר iotsér. πλάστης.GAL. *Potier de terre, qui faict ouurages de terre.* ITAL. *Colui che lauora di terra, vasaiolo.* GERM. Ein Hafner/der etwas Bildwercks auß erden machet. HISP. *El que haze alguna cosa de barro , obrador de los vasos de tierra.* ANG. *A potter,that maketh pottes or other vessell of earth.* } Fictor qui figlinam artem exercet , qui & figulus dicitur : item qui ex argilla statuas conficit.Plin.*lib.35.c.12.* Plastæ laudatissimi fuere Damophilus & Gorgasus. Plastæ & scalptores.

Plāsticē,es, fœm.generis. { πλαστική. GAL.*L'art de poterie,ou faire images de terre esleuees.*ITAL.*L'arte di coloro che lauorano di terra* GERM.Die Hafnerkunst/die Kunst etwas auß erden oder Leim zu formieren. HISP. *Arte para obrar de barro.* ANG. *The art of making earthen vessels.* } Ars figlina,qua finguntur imagines ex argilla:ἀπὸ τοῦ πλάττειν,quod est fingere.Plin.*lib.37.c.7.*Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo, in ea quam plasticen Græci vocant dici conuenientius erit.Hinc & proplastice,προπλαστική,dicitur ars faciendi typos, id est, formas ex argylla siue gypso , quas in æreis. marmoreísve operibus imitabantur. Dicitur etiam proplastice pro ipsa forma quam ad formanda alia opera adhibent.Idem Plin. Arcesilai proplasticem pluris venire solitam constat ab artificibus ipsis,quàm aliorum opera.

Platagidorus,nomen proprium militis apud Plaut.*in Curc.sc.1.a.3.*

‖ Plata,*Pláta* V.A. mediterranea Americæ meridionalis , in prouincia de Charcas,versus *Potosi* montem auri argentique fodinis nobilem.‖

Plătălĕă , æ , à Cicerone 2. *de natur. deor.* appellatur auis quam Plinius plateam vocat. Ælianus eandem facit cum pellicano. Vide *infrà in dictione* PLATEA.

Platamodes , πλαταμώδης , Peloponnesi oppidum in tractu Occidentali centum stadiis distans à Coryphasio promontorio, teste Strabone *lib.8.*Dictum videtur à fossis mari propinquis,aquam salsam recipientibus, quæ Græci vocant,πλαταμῶνας.

Platanistus,πλατανιστοῦς,Promontorium est Peloponnesi, non procul à Leprio,cuius meminit Plin.*lib 4.c.5.*

Plătănŭs,{πλάτανος.GAL.*Plane ou plaine.*ITAL.& HISP.*Platano.*GER. Maßholderbaum. ANGL. *A plaine tree.* } Arbor latè spargens ramos, vmbræ tantùm gratia expetita:ἀπὸ τοῦ πλάτους,hoc est , à latitudine nomen sortita. Petronius Arbiter,Nobilis æstiuas platanus diffuderat vmbras.Virg.2.*Georg.*

Et sterili platani malos gessere valentes.

Cicer.1.*de Orat.*Platanus ad opacandum locum patulis diffusa ramis. Quintil. Platani steriles & Myrti tonsæ. De hac arbore sic scribit Plin. *lib.12.cap.1.*Qui non iure miretur arborem vmbræ gratia tantùm , ex alieno petitam orbe ? Platanus hæc est, per mare Ionium in Diomedis insulam,eiusdem tumuli gratia primùm inuecta:inde in Siciliam transgressa,atque inter primas donata Italiæ, & iam ad Morinos vsque peruecta , ad tribunarium etiam pertinens solum,vt gentes vectigal & pro vmbra pendant. ¶ Legitur & platanus, us , quartæ inflexionis.Virg. *in Culice,*

Nam primùm prona surgebant valle patentes
Aëria platanus.

Plătănētum,i.πλατανών.Locus platanis consitus.

Plătănīnŭs,a,um,quod ex platano est.{πλατάνινος.GALL.*Deplane.*ITAL. *Di platano.*GER.Das von dem Maßholderbaum ist. HISP. *Cosa de platano.*ANGL.*Of a plaine tree.* } vt Folia platanina, apud Colum.*lib.12. cap.16.*

Plătănīstă,piscis est in Gange Indæ fluuio nascens,delphino rostro & cauda similis,sed multo maior,vt qui in longitudinem quindecim cubitorum excrescat.Autor Plin.*lib.9.c.15.*

Plătĕă,æ, penultima indifferens , quamuis secundùm Græcam originem producenda videatur. { רחוב rechób שוק schok חוץ chuts. GALL. *Vne grande & large rue,place publique,*ITAL.*Via larga,piazza.*GERM.Ein weite gassen/ straß. HISP. *La plaça , aldea , ò barrio.* ANGL.*A broade streat, the high waye.* } Nam Græci πλατεῖαν dicunt , Plateam Latini, sicut μήδειαν Medeam,σπονδεῖον spondeum Horatius tamen *in Epistola* corripuit.Puræ sunt plateæ,nisi vt properantibus obstet.Similiter & Catullus *ad Aurelium,*

Istos qui in platea modò huc,modò illuc,
In re prætereunt sua occupati.

Sunt autem plateæ viæ latiores in vrbibus,& qui vici appellantur.Terentius *in Andr.* In hac habitasse platea dictum est Chrysidem. Nam omnes plateas perreptaui, &c.Plaut. *Amphitr.*Ne me indicetis qua platea aufugerim.Idem *Menæch. sc. 3. a. 5.* Ne quis in hac platea negotij conferat quicquam sui.Idem *Capt.sc.1.a.4.& Curc.sc.1. a.2.* ¶ Quandoque etiam capitur pro area in aqua conuenire populus solet.Lampridius *in Heliogabalo,*Plateas in palatio strauit Lacedæmonijs & Porphyreticis saxis.¶ Est & nomen auis quæ ad eas volat quæ in mari merguntur,& capita illorum morsu corripit,donec capturam extorqueat.Dicta platea à latitudine corporis. Vide Plinium *lib. 10. c. 50.* Cic. Blataleam vocat *lib.2.de nat.deor.*

Platææ, arum , per æ diphthongum in penultima , πλαταιαὶ Stephano, ciuitas est Bœotiæ , sub Cithærone monte , non longè à Thebis. Dicta à latitudine remorum,vt inquit Strab.*lib.9.*Nam πλάτη , Græcis est latior pars remi:Platæenses autem remigatione victum quæritabant.Non procul ab hac vrbe Pausanias & Aristides Mardonium Xerxis ducem & consobrinum superauere.Vide Plutarch.*in Aristid.*Hinc Platæenses, πλαταιεῖς, populi dicti.

‖Plathanum,instrumentum in quo panes infornabantur.‖

Plăto, nis , πλάτων , Philosophus , ab humerorum latitudine ita cognominatus,quum antea ex aui paterni nomine Aristoteles vocaretur.Fuit egregio corporis habitu,& in palæstra se exercuit apud Aristonem palæstritam,à quo primùm cognominatus est Plato.Natus est Athenis eo die quo apud Delon Apollo.Studuit picturæ:& tragœdias, poëmatáque edidit.Adeò autem in omni disciplinarum genere,& præsertim in philosophia excelluit , vt Diuinus Plato , & philosophorum Homerus vocatus sit.Cicer. *in lib. Tuscul. quæst.* Platonicæ maiestatis maximus est buccinator, adeò vt ipsum Deum appellet. Labeo etiam inter semideos commemorandum putauit.Et defuncto, Magi vt Deo immolauerunt. Fuit varius , multiplex, & tantæ eloquentiæ , vt Iouem (si Græcè loqui voluisset) Platonicè loquuturum philosophi dicerent. Athenis primùm Socrati dedit operam. Deinde dum licuit per ætatem , in Italiam profectus est, vti Pythagoreos audiret, vbi Philolai Crotoniatæ libros de secta Pythagorea centum minis atque adeò in difficultate rei familiaris mercatus est,ex quibus multa in suum Timæum transtulit. In Ægyptum deinde properans,vt audiret Gymnosophistas, oleum (vt ait Plutarchus) secum mercaturæ gratia vexit,vt viaticum sibi inde suppeditaret. vbi & libros Moseos legisse creditur. Ter in Siciliam nauigauit, primùm Ætnæ flagrantis visendæ gratia , vt Apul. ait. Reuersus apud Æginam captus est à piratis,ac minis triginta venundatus. Deinde à Nicete Cyrenæo redemptus est. Iterum rediit sub iuniore Dionysio spe liberandi Siciliam. Sed paulò pòst expulso Dione , & ipse suspectus remigrauit. Tertiò, quum maximè nollet , rogatus ab Archita vt Dionem tyranno reconciliaret , iter ingressus ab eodem Dionysio obujam procedepre quadrigis exceptus est. Demum in suspicionem veniens , vix rogante & spondente pro eo Archita demissus. Dialogum primus illustrauit , licèt priùs inuentum à Zenone Eleate , vt Aristoteles tradit , vt Fauorinus , ab Alexamente Teio. Decessit annos natus LXXXI. morbo, vti fertur, pediculari. Is moriens triplici nomine Deo gratias egit, vt testatur Plutarch. *in Mario.* De hoc Quintilianus, Platonem(inquit)quis dubitat esse philosophorum præcipuũ ? ex quo multum eloquentiæ se traxisse Cic. fatetur:siue acumine differendi,siue eloquendi facultate,diuina quadam & Homerica,multum enim supra prosam orationem, & quam pedestrem Græci vocant, surgit,vt mihi non hominis ingenio , sed quodam Delphico videatur oraculo instructus. Vita fuit cælebs, ac castus, vt scribit Augustinus. Vide plura de eo apud Plutarch.*in vita eius.* ¶ Plato,alter Atheniensis, Poëta priscæ comœdiæ tempore Aristophanis & Eupolis, cuius fabulas Suidas commemorat, & Athenæus *in Dipnosophistis.* ¶ Tres item alios Diogenes Laërtius commemorat:vnum Rhodium philosophum,discipulum Panætij:alium Peripateticum,ex Aristotelis ludo:tertium Praxiphanis discipulum.

Plătōnĭcŭs quod est Platonis.

Plătўcĕrōtĕs,πλατυκέρωτες, Animalia latis armata cornibus. Plin.*lib.11.c.37.*Aliorum cornua natura finxit in palmas,digitósque emisit ex iis:vnde platycerotas vocant. Varro *de R. R.* Vt in Samothrace caprarum, quas latinè rotas (leg.*platycerotas*) appellant.

‖ Platycoria,πλατυκορία,pupillæ dilatatio,morbus. à πλατὺ latum,& κόρη pupilla. ‖

Plătўōphthălmŭs , πλατυόφθαλμος , Lapis spumæ candidæ niténtísque; non tamen translucentis, quod stimmi appellant,alij stibium, alij alabastrum,alij larbason. Dictum platyophthalmon , quòd calliblepharis admistum mulierum dilatet oculos. Vide Plin. *lib.33. cap. 6.* Vulgus *Antimonium* vocat.

Plătўphyllum , πλατύφυλλον. Genus tithymali à latitudine foliorum dictum:de quo Plin.*lib.26.c.8.*

PLAVDO , is, si, sum, Gratulor, lætitiam manibus pedibúsque ostendo. { מכה יד machéh iadh ספק יד sophak iadh.κροτέω.GALL. *Frapper les mains l'vne contre l'autre, en signe de quelque chose qui plaist.* ITAL. *Applaudere,sbattere con le mani.*GERM. Die hend vor frewd zusammen schlagen=frolocken.. HISP.*Fauorecer,hazer palmas con las manos en señal de alegria ò fauor.*ANG.*To reioice,to clappe handes for ioye.*}Seneca Vnam rem adiiciam,& fauere, ac plaudere te iuuabit. Cic.*ad Attic.lib.2.*Inimici erant equitibus,qui Curioni stantes plauserant.Idem *pro Sestio,*His in theatris plaudebatur.Virg.6.*Æneid.*

Pars pedibus plaudunt choreas , & carmina dicunt.

Plaudunt parum(saltanti) clamitant me vt reuortar.Plaut.*Pseud.sc.1. a.5.*Lepidè dictum,Euge,Plaudo Scaphæ.Idem *Most.sc.3.a.1.*

Quáque ibis manibus circum plaudere tuorum,

Ouid.*Eleg.2.lib.4.Trist.*

Cúmque feſellit amans aliqua nouitate maritum
Plauditur & magno palma fauore datur.

*Ibid.Eleg.*1.*lib.*2.Pueri plaudite,& mihi ob iactum(Veneris) Cantharo mulſum date.Plaut. *Aſin ſc* 2.*a*.5.Plaudere ſibi,eſt ſibi blandiri, & placere,ſua nimium amare.Plin.*Epiſt*.91.Nec ipſe tibi plaudis, & ego nihil magis ex fide,quàm de te ſcribo. ❡ Plaudite, verbum addi ſolitum in fine comœdiarum. Quint.*lib*.6.*c*.2.Tunc eſt commouendum theatrum, quum ventum eſt ad ipſum illud , quo veteres comœdiæ tragœdiæque clauduntur.Plaudite.Horat.*in Arte*,

——————— & vſque
Seſſuri donec cantor, Vos plaudite,dicat.

Plaut.*Men.ſc.vlt a*.5. Nunc ſpectatores valete,& nobis clarè plaudite. Idem *in Curc.* Quæ res vertat benè mihi & vobis Spectatores plaudite. Item *in Amph.* Nunc ſpectatores Iouis ſummi cauſſa clarè plaudite. Plaudere aliquem,Cum plauſu laudare.Statius 5.*Sylu.*

——— non toties victorem Caſtora gyro
Nec fratrem cæſtu, vt rides plauſere Terapnæ.

Huius compoſita ſunt Applaudo,id eſt,alicui plaudo,ἐπικροτέω:& Supplaudo,de quibus ſuo loco.

Plaudī,paſſiuè Cic.*Att.*Populum verò præclarum , quod propter malum vicinum,ne victoria quidem plauditur.id eſt,plauſu excipitur. Ouid.4. *Triſtium Eleg.*2.

Quáque ibis,manibus circumplaudêre tuorum.

Plauditur,imperſonale.Ouid.2.*Triſt.*

Quúmque fefellit amans aliqua nouitate maritum,
Plauditur, & magno palma fauore datur.

Plaudēns,tis, participium. { ספק יד *ſophék jadh.*ἐπικροτῶν.} Virg.5.*Æn.*

——————— & aliis
Plaudentem nigra figit ſub nuce columbam:

hoc eſt, ſonora percuſſione alas diuerberantem.

‖ Plaudus. Perott. Plaudi appellantur canes quorum aures languidæ ſunt ac flaccidæ & latiùs videntur patere‖

Plauſus,a,um, aliud participium.κροτηθείς.Virg.3.*Georg.*

——— & plauſæ ſonitum ceruicis amare.

Ouid.4.*Metam.*

———numerúſve ex agmine maior
Subuolat, & remos plauſis circumuolat alis

Plauſus , us, actus ipſe plaudendi. { ספק יד *ſéphek iadh.* κρότος, κρότημα. GAL. *Frappement des mains en ſigne de ioye ou de faueur.* ITAL. *Plauſo, applauſo.* GERM. Frolockung/frewd erzeigung mit zuſamen ſchlagung der henden vnd dergleichen zeichen. HISP. *Aquel fauor.* ANG. *Clapping of handes for ioye.*} Cic.*in Catil.*Quibus quum à cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus.Idem *Attic.lib.*2.Huic plauſus maximi,conſalutatio forenſis perhonorifica.Plaut.*Capt ſc.extrema*, Qui pudicitiæ præmium eſſe vultis, plauſum date. Idem *in Aſinar.in fine* , Si plauſum clarum datis. ❡ Ponitur aliquando pro ſonare percuſſione.Plin. *de gallinaceis* Diem venientem nuntiant cantu,ipſum verò cantum,plauſu laterum,hoc eſt,alarum concuſſu.

Plauſibilis,e,Fauorabile, iucundum populare, quod plauſu populi excipi ſolet. { κεκροτημένον,κροτητὸν,δημαγωγικόν.GAL.*Fauorable,plauſible.*ITAL. *Popolare,fauorabile.*GERM.Lieblich/annemlich/anmůtig. HISP.*Fauorable,y fauorecido*,ANG.*Pleaſant,to be receaued with ioye.*} Cicer.3.*Tuſc.* Quoniam plauſibilia hæc non ſunt,vt in ſinu gaudeant, glorioſè loqui deſinant.Idem 1.*Verr.*Id nunc poſcitur,id iam populare,atque plauſibile factum eſt. Sic Oratio plauſibilis que placet & plauſum populi meretur. Quint. *lib*.4. *cap*.13. In aliquem lætum atque plauſibilem locum quàm maximè poſſent fauorabiliter excurrere. Idem Quint.Populare, & pauſibile.

Plauſibiliter.Diomed.*lib*.1.

Plauſor,is,verbale. { ספק יד *ſophék jadh.*κροτητής,κροτήσας.GAL.*Celuy qui frappe les mains l'vne cōtre l'autre en ſigne de ioye.* ITAL. *Chi batte e mani inſieme per laudare alcuno ò per allegrezza.* GERM. Ein frolocker mit zuſammen ſchlagung der henden. HISP. *El que fauorece ò ſe alegra battiendo las manos.* ANG. *A clapper of the andes for ioye* } Horat.2.*Ep*.2.Qui ſe credebat miros audire tragœdos,In vacuo lętus ſeſſor,plauſórq; theatro.Idem *in Arte*,Si plauſoris eges aulæa manētis & vſque Seſſuri.

Plauſito, as,frequentatiuum à verbo plaudo,πολὺς ἐπικροτέω.*Autor Philomelæ*,quiſquis fuit is (Ouidij enim non eſſe ſatis conſtat) putauit eo verbo palumbi ſonum exprimi. Plauſitat , inquit , arborea clamans de fronde palumbes.

Plauſtro,is,reſonare per modum plauſtri , vel reſonare plauſtro,ſecundùm Hug.Gl.Iſid.Plauſtrit,quod de plauſtro ſonat.

PLAVSTRVM,i, quod & ploſtrum,Currus , quòd ex omni parte ſit palàm quod in eo vehitur,vt inquit Varro *lib*.4.*de L.L.*{ עגלה *haghaláh.*ἅμαξα.GAL.*Chariot.* ITAL.*Carro.*GER.Ein wagen.HISP.*El carro ò carreta para cargas.*ANGL. *A wayne or carre.* } Plaut.*in Epid.*Perij, plauſtrum perculi. Cic. 1. *de diuin.* Se interfectum in plauſtrum à caupone eſſe coniectum.Ouid.2.*Metam.*

Quamuis tardus eras, & te tua plauſtra tenebant.

Virg.1.*Georg.*

Tardaque Eleuſinæ matris voluentia plauſtra
Ducunt(per glaciem) *Sarmatici barbara plauſtra boues.*

Ouid.*Eleg*.10.*lib*.3.*Triſt.*

Ruris opes parua pecus & ſtridentia plauſtra,

ibidem.

Stridula Sauromates plauſtra bubulcus agit,

ibid.Eleg.12.*lib*.3.Plus Plauſtrorum in ædibus (matronarum) videas, quàm ruri , quum ad villam veneris. ❡ Pluſtrum item accipitur pro Septentrionalibus duobus ſyderibus, quas & Vrſas appellamus.Conſtat enim vtrunque ex quatuor ſtellis in quadrangulum diſpoſitis, quæ totidem rotarum ſpeciem referunt : & aliis tribus , quas qui poëticam Aſtrologiam deſcripſerunt , tribus equis currum trahentibus aſſimilarunt.Ouid.10.*Metam.*

Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes.

Senec. OEdipo , Quáſque deſpectat vertice ſummo Sydus Arcadicum. geminúmque plauſtrum. ❡ Plauſtrum item aliqui pro matronarum vehiculo accipiunt,quemadmodum & carpentum. Liu.3.*ab Vrbe*,Honorémque matronis ob eam magnificētiam habitum,vt plauſtro ad ſacra, ludóſque carpentis feſto, profeſtóque traherentur. Et hæc digna Calepino commentatio, qui pro pilento plauſtrum ſeminauit.

Plauſtrarius,Artifex plauſtrorum.Lamprid. *in Alexand.Seuero*,Braccariorū,linteonum, vitreariorum, pelliorum plauſtrariorum, argentariorum, aurificum, & cæterarum artium pulcherrimum vectigal inſtituit.

Plauti, qui ſunt planis pedibus,antea Ploti nominati πλατύποδες.Feſtus, Ploti appellantur qui ſunt planis pedibus:vnde & poëta Accius,qui Vmber Sarſinas erat,à pedum planitie initio Plotus , poſtea Plautus eſt dictus.Soleas quoque dimidiatas quibus vtebantur in venando, quo planiùs pedem ponerent, ſemiplotia appellabant.Hæc ille.

Plautius , Poëta comicus , cuius meminit poſt Varronem Gell. *lib*. 3. *cap*. 3.

Plautus , nomen poëtæ Comici , Latinorum omnium feſtiuiſſimi cuius fabulæ etiam hodie omnium manibus teruntur, quas horis ſucceſſiuis quibus à verſanda mola otium erat,in piſtrino fertur ſcripſiſſe. A nomine Plauti,Plautiniſſimi verſus dicuntur Gell. *c*.3.*lib*.3. De hoc extat honorificum illud Varronis elogium, Muſas , ſi Latinè loqui vellent, non alio quàm Plautino ſermone vſuras.Huius epithaphium extat apud eundem Gellium hæc in verba,

Poſtquam morte eſt captus Plautus,
Comœdia luget,ſcena eſt deſerta.
Deinde riſus ludúſque,& numeri
Innumeri ſimul omnes collacrymauerunt.

Deceſſit P.Claudio,L. Porcio COSS. Autor Cic.*claris Oratoribus.*

Plautinus, & hinc ſuperlatiuus Plautiniſſimus.Gell.*lib*.3. *c*.3. Qui verſus, quoniam ſunt, vt de illius Plauti more dicam,Plautiniſſimi, propterea & meminimus.

Plaxaura, vide *Plexaura.*

Plebanus,a,um, ad plebem pertinens. Eſt & ſubſtantiuum curio plebis.

PLEBS , bis , vel Plebes , ei. per quintam inflexionem dixerunt veteres. Gell.*c*.2.*lib*.3.*Tribuni plebei.* Vulgus, hoc eſt,vilior pars populi. { עם *ham.*τὸ πλῆθος,ὄχλος.GAL. *Le menu & commun peuple.* ITAL.*Plebe.* GERM.Das ſchlecht gemein volck. HISP.*El pueblo menudo.* ANGL. *The common people , the raſcall multitude.* } Item Plebes numero vnitatis, legitur apud Gell.20. *lib*.10, & multitudinis, apud Liuium *lib*.9. *dec*.3. Vnus, velut morbus inuaſerat omnes Italiæ ciuitates,vt plebes ab optimatibus diſſentirent. Cic. *pro Milone*, Nec timet quum plebem muneribus placarit, nos verò conciliarit meritis in Rempublicam ſingularibus,&c.Lucan *lib*.5.

———neſcit plebes ieiuna timere.

Horat.1.*Serm.Satyr*.8.

Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum.

Gell.*lib*.10.*cap*.20 Plebem autem Capito in eadem definitione à populo diuiſit: quoniam in populo omnis pars ciuitatis , omnéſque eius ordines contineantur , plebs verò in qua gentes ciuium patritiæ non inſunt,&c.Media de plebe maritus,Ouid.*Eleg*.1.*lib*.2.*Triſt.*Idem *Eleg*.1. *lib*.1. Item,de Saturno,

Auſus de media plebe ſedere Deus.

Idem *lib*.5. *Faſtor.* Plebs mutitabat Cerealibus: Patricij Megalenſibus. Gell.*c*.2.*lib*.18.Plebs pia,cúmque pia lætatur plebe Senatus , Et Eques. Ouid.*Eleg*.2.*lib*.4.*Triſt.*Plebs ſceleſta.Horat.*Ode* 4.*lib*. 2. Plin. *lib*.16. *c*.10.Tanta plebei conſternatione,vt primò pulſus ex ea regione, mox & interemptus ſit.❡ Plebs de vno tantùm.Horat.1.*Epiſt*.1.12.

Eſt animus tibi,ſunt mores,& lingua,fidéſque,
Plebs eris.

id eſt,vt inquit Acron,in duodecim ordinibus non ſedebis. hoc eſt, plebeius eris.

Plebs, Plebeij Romæ multi fiebant ex patriciis : ſicuti contrà ex plebeiis patricij:id quum fiebat, adoptione nomen mutabatur, quod opinor ſatis conſtare : quum verò non adoptione , ſed aliquo priuilegio aut à plebe ad patres , aut à patribus ad plebem tranſibant , conſeruabatur nomen,quod Octauiæ gentis exemplo Suetonius oſtendit : aut enim modò patritiam , modò plebeiam fuiſſe, nomine conſeruato, & Dio lib.XLII.P.Cornelium Dolabellam, qui Ciceronis gener fuit , tranſiſſe ad plebem tradit , ex quo poſtea tribunuspl.factus eſt Dolabella:nec deſiit eſſe Cornelius , ſed deſiit eſſe patricius. Nam *lib*.13. *Epiſt.fam.* Cic.P.Cornelium vocari dicit eum, qui Dolabellæ beneficio,ciuitate à Cæſare, victo iam Pompeio, donatus, quod factum eſt poſt illud tempus, quo tranſiſſe ad plebem Dolabellam ſcripſit Dio. Video etiam in hiſtoriis,tribunumpl.appellari Minucium Augurinum,factum videlicet ex patricio plebeium nomine conſeruato:nam antea Minutios omnes patricios videmus Ex Paul.Manutij *commentario in Epiſt.ad Quintum Fratrem.*

Plēbēcŭlă,æ,diminutiuum eſt à plebs. {τὸ πλῆθος.GALL.*Le petit peuple, le plus menu & commū,peuple.*ITAL.*La fece de la plebe, la marmaglia.* GERM.Das gemein ſchlecht völcklin. HISP.*Pueblo menudo.*ANGL.*The ignorant and poore commen people.* } Cic.*Attic.lib*.1. Accedit ad illud, quòd illa concionalis hirudo ærarij miſera & ieiuna plebecula me ab hoc magno vnicè diligi putat.Ad eundem *lib*.16. Videtur enim mihi & plebeculam vrbanam,& ſi fidem fecerit, etiam bonos viros ſecum habiturum.Perſius *Satyr*.4.

Ergo vbi commota feruet plebecula bile.

Horat.2.*Epiſt*.1.his nam plebecula gaudet.

‖ Plebaſcere,plebem alloqui.Gl.Iſid.‖

Plēbīſcītum , i, Plebis ſtatutum. { ψήφισμα,χειροτονία. GALL. *Ordonnance faite par le commun peuple.* ITAL.*Ordinatione del popolo.* GERM.Ein erkanntnuſs des gemeinen volcks oder einer gemeine.HISP.*Ordenamiento,ò decreto del pueblo menudo.* ANGL. *The ordinance of the common people.* } Plaut. *Pſeud. ſc*.4.*a*.2. Eſtne ſcitus?Plebiſcitum non æquè ſcitum. Sciſcere enim ſtatuere eſt. Scita verò plebis appellantur ea quæ Plebs ſuo ſuffragio ſine patribus iuſſit Tribuno rogante. In populo enim omnis ciuitas & omnes ordines continentur : in plebe neque Equites ſunt neque patricij. Liu. 3. *ab Vrbe*, Omnium primum quum veluti in controuerſo iure eſſet , tenerentúrne patres plebiſcitis , legem centuriatis comitiis tulere ; vt quod tributim plebs iuſſiſſet, populus teneret:

teneret: qua lege Tribunitiis rogationibus telũ acerrimum datum est. Est igitur plebiscitum quod à plebe nulla autoritate Patrum constitutum est. Atqui authore te patrum Plebiscitum etiam dicitur apud Liuium *lib.7.bell.Pun.*Lucanus *lib.1.*

Hinc leges & plebiscita coacta.

De plebiscito vide Gell.*lib.15.c.27.& c.20.lib.10.*

Plebēius,a, um, quod est ex plebe:vt Ædiles plebij. { δημοτικός. GAL. *Du menu peuple,vulgaire,de nulle estime.*ITAL.*Plebeio.*GER.Des gemeinen volcks. HISP.*Cosa de aquel pueblo menudo.* ANG. *Of the common sort, or rascall multitude.*} Liu.6.*ab Vrbe*,Criminando Patres alliciendo ad se plebeiam auram, non consilio ferri, &c. Plebeius fieri dicebatur Patricius,qui se plebeio homini in adoptionem dabat. Cic. *Attic.lib.2.* Sed videbatur mihi, siquid esset in eo populare, quòd plebeius factus esset, id amissurus. ¶ Aliquando idem quod vulgaris, tenuis, pauper. εὐτελὴς ἢ τυχών. Plin. *lib.13.c.4.* Ex reliquo genere plebeiæ videntur. Mart.*lib.13.*

Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas.

Gell.*c.2.lib.12.*Vernacula & plebeia eruditio. Ouid.*Eleg.3.Trist.*Sumite Plebeiæ carmina nostra manus.

Plēbĭcŏlă, qui plebem colit. δημεραστής, δημαγωγός, ὁ τὸν δῆμον θεραπεύων. GAL.*Qui soustient la querelle du commun peuple.* ITAL.*Chi sostenta le querele della plebe.* GER. Der das gemein volck in achtbarkeit hatt vnd demselbigen dienet. HISP. *Honrador y sostentador del pueblo menudo.* ANGL. *That defendeth the cause of the common people.* Cic. *pro Sestio*, Qui credo,non libidinis causa,sed vt plebicola liberetur,libertinam duxit vxorem. Liu.3.*ab Vrbe*, Adeóque nouum sibi ingenium induerat, vt plebicola repentè, atque omnis auræ popularis captator euaderet pro truci insectatore plebis.

Plebitas,atis,Ignobilitas.Cato *pro Veturio*, Propter tenuitatem & plebitatem.Hemina *in Annal.* Quicunque propter plebitatem agro publico eiecti sunt. Ex Nonio, Nam ita legendum,& non *plenitatem*,ex manuscriptis optimis cognoscitur libris. Decepti autem sunt corrupta lectione,qui plenitatem,ignobilitatem esse & existimarunt, & in hunc librum retulerunt.

‖ Plechas,vide *Flichas.*‖

Plecta,æ,dicitur quilibet nexus ex virgulis, vel papyro, vel carecto factus, vnde cophinos faciebant.inde Plectula diminut.

PLECTO,is,xi,ctum (secundùm Priscianum) vel potiùs xui, xum. { ענש *hanásch* הכה *hichcháh* נגף *nagháph*. μαστιγόω. GAL. *Punir, frapper, battre.* ITAL.*Punire,percuotere.*GER.Straffen/schlagen. HISP. *Herirò punir.*ANG.*To punishe, Chastice or correcte.*} Significat supplicio afficio,punio,ferio,ἀπὸ τοῦ πλήττω.Plaut.*in Menechmis*, Plecte illos pugnis. Idem *Capt sc.1.a.4.* Nisi manticulatus hæc fuero, fusti plectito. Plecto item tanquam à Græco πλέκω,ponitur pro Implico,Necto,Texo.Ouid. *ad Pisonem*,

Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes
Plectis & obliquis fugientem cursibus vrges

Hinc Plexus,a,um,Participium,vt Coronæ plexæ.Lucr.*lib.5.*

Tum caput atque humeros plexis redimire coronis.

Plector,passiuum. Terent.*in Phorm.* Tu iam lites audies,ego plectar pendens,i.feriar,vt inquit Donatus. Cic.*de Amicitia*, Sed quum multis in rebus negligentia plectimur,tum maximè & in amicis deligendis & colendis. Idem 1. *Offic.* Cauendum est etiam ne maior pœna quam culpa sit. Et ne iisdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem.Horat.1.*Ep.2.* Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Ouid. *Eleg.5.lib.3 Trist.* Inscia quod crimen viderunt lumina plector. Hinc composita Amplector, Complector, Circumplector. ¶ Item Implexus, a,um, participium, idem significans quod Implicatus. Simplex est Plexus,a,um.Gell.*c.2.lib.18*.Plexa è lauro corona. ¶Et per translationem idem quod obscurus, vel intricatus. Et aduerbium perplexè, hoc est, obscurè. implicatè Ter. *in Eunuch.*Pergin'scelesta mecum perplexè loqui?Donatus,Ideò perplexè,quia statuerat vitium celare virginis. Hinc Perplexor,quod est perplexè loquor,seu in dubio pono,Plaut.*in Aulul.* At scio quo vos soleatis pacto perplexarier:pactum non pactum est:non pactum pactum est,quod vobis lubet.Inde perplexibilis, & hoc perplexibile.Idem *in Asinar.* Neque vllum verbum faciet perplexibile, id est, ambiguum,obscurum.

‖ Plectibile πλεκτόν, πυκτόν Gloss. Ibid. plectile πυκτόν,quod scil.plecti potest.‖

Plectilis, quod plexum est, πλεκτός. Plaut.*in Bacch.*Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis.

‖ Plexus, punitus,à plecto,punio.

Plectronias,centaureum magnum.

Plectropœus, πληκτροποιὸς, qui plectra & citharas facit πλῆκτρα ποιῶν. ‖

Plectrum, i. { πλῆκτρον. GALL.*L'archet d'vn rebec ou autre instrument à touc er ou faire sonner les instrumens de musique.*ITAL.*Plettro,archetto della lira.* GERM. Ein instrument oder rüstung damit man ein seytenspyl schlegt. HISP. *Instrumento para tañir.* ANGL. *A quill or lyk thing to playe on an harpe or musicall instrument, a bowe to playeon a rebeck.*} Instrumentum citharœdi quo fides pulsantur. ἀπὸ τοῦ πλήττειν, quod est percutere.Cic.*2.de nat. deor* Itaque plectri similem linguam nostri solent dicere,chordarum dentes.Suet.*in Claud.cap.30.*Plectra linguæ titubantia. (ita citat Passeratius:) Casaubonus verò ibi legit, *prætereà.* Martial.*lib.14.*

Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat,
Exornent docilem garrula plectra lyram.

A nostris dicitur quandoque pecten.Virg.*lib 6.Æneid.*

Iamque eadem digitis iam pectine pulsat eburno.

¶ Plectrum etiam quandoque dicitur calcar æneum, quod olim gallis gallinaceis addebatur dum inter se pugnarent.Sipontinus.

Plēiădes, teste Seruio, Septem sunt stellæ ante genua Tauri, quæ ortu suo primæ nauigationis tempus ostendunt: vnde Græcè πλειάδες,ἢ πλειάδες, Pleiades dicuntur, ἀπὸ τοῦ πλεῖν, quod est nauigare. Latinè Vergiliæ dicuntur, à verni temporis significatione quo oriuntur.Nam Vere exoriuntur, & circa Æquinoctium manè occidunt. Gell. *cap. 10. lib.3.*Item Vergilias, quas πλειάδας,vocant Ouid.13.*Metam.* Pleiadásque Hyadásque, immunémque æquoris Arcton. Higinus *in Astron. Poëtica*,Inter Tauri finitionem & caudam Arietis stellæ sunt, quas nostri Vergilias,Græci πλειάδας dixere. Fuerunt Atlantis filiæ septem, ex Pleione nympha, cum qua Iupiter concubuit: vnde & Pleiades dictæ. Sunt qui putent Pleiades dictas,quasi πλείονας, hoc est, plures, quòd nunquam singulæ appareant, sed omnes simul, præter Meropem quæ vix appareat. Pherecides tradit septem sorores fuisse, Lycurgi filias ex Naxo insula:& quia Liberum patrem educauerunt.ab Ioue inter sydera fuisse relatas.Harum nomina putantur, Electra, Halcyone, Celæno, Maia,Asterope.Taygete,Merope:quarum septima vix cerni potest:cuius causam afferunt,quòd quum reliquæ sorores diis nupsissent, sola Merope mortali viro Sisypho nupserit, quam ob causam veluti pudibunda latitat. Alij putant hanc esse Electram, & idcirco obscuriorem videri,quòd excidium Troianum spectare non potuerit,sed oculis manum opposuerit.Ouid.*lib.4.Fast.*

Pleiades incipient humeros releuare paternos
Quæ septem dici,sex tamen esse solent:
Seu quòd in amplexus sex hinc venere deorum:
Nam Asteropen Marti concubuisse ferunt,
Neptuno Alcionem,& te formosa Celæno,
Maiam atque Electram,Taygetémque Ioui.
Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit:
Pœnitet,& facti sola pudore latet.
Siue quòd Electre Troia spectare ruinas
Non tulit,ante oculos opposuitque manum.

Fit autem quandoque hæc dictio tetrasyllaba diuisione diphthongi. Propert.

Non hæc Pleiades faciunt,nec aquosus Orion.

Poëtæ interdum abiecta vocali præpositiua, ex ει diphthongo Pliades efferunt,penult.correpta.Stat *lib.1.Sylu.*

Nec per & Ægaas Hyades, Pliadúmque niuosum
Sydus,& Olenis dignum periisse sub astris.

Pleione,es,per tres syllabas,media correpta, πλειόνη, vel Plēïone per quatuor syllabas,πληϊόνη,Nympha, Oceani & Tethyos filia,& vxor Atlantis,qui ex ea Pleiades suscepit Ouid 5.*Fast.*

Dux erat Oceanus quondam Titanida Tethyn:
Qui terram liquidis qua patet ambit aquis.
Hinc sata Pleione,cum califero Atlante
Iungitur,vt fama est,Pleiadásque parit.

‖ Plemina cùm in manibus & pedibus calusi sulci sunt. Gloss. Isid. leg. *callosi.* vide *Flemina*, sunt rupturæ ex inflammatione. ergo φλεγμοναί.

Plemmyrium, πλημμύριον, æstuarium. πλημμύρα æstuantis maris recessus. Gloss. πλημμύρα inundatio. ‖

Plemmyrium, πλημμύριον. Fluuius Siciliæ, qui per agrum Syracusanum labitur,à πλημμύρω,quod est exundo. Virg.3.*Æneid,*

Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrion vndosum nomen dixere priores
Ortygiam.

Vbi Seruius annotauit,poëtam Græci nominis originem Latino epitheto expressisse: idem enim Græci πλημμύριον, quod Latinis vndosum, Stephanus Plemmyrion φρούριον,hoc est, arcem Siciliæ esse tradit, non fluuium.

PLENVS,a,um,Refertus,solidus,Vacuo opponitur.{מלא *malé.*πλήρης,μεστὸς,ἔμπλεως.GAL.*Plein.*ITAL.*Pieno.*GERM.Voll.HISP.*Complido,lleno,* ANG.*Full.*} Plaut.*in Sticho*.Propino tibi salutem plenis faucibus. Cic. *de Orat.* Orator plenus & perfectus is est qui de omnibus rebus variè potest,& copiosè dicere.Iungitur aliquando genitiuo.Plaut. *in Mercatore*,Quum sis iam ætatis plenus, anima fœtida. Plenum est vndarum mare.Idem *Mil.sc 6.a.2.* Negotij nunc sum plenus. Idem*Ps sc.3.a.1.*Si quis videat gloriarum pleniorem Idem *Mil.sc.1.a.1.* Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.Idem *Aul.2.a.4.* Ædes plenæ conuiuarum & mulierum.Idem *Most.sc.1.a.2.* Dedecoris faciam te pleniorē. Herus plenus periurij & adulterij. Idem *Mil. sc.1.a.2.* Te alloquor vitij probrique plena. *Ibid.sc.5 a.2.*Idem *in Amph.* cum ablatiuo, Vxor me stupro & dedecore plena enecat Et in *Curc.sc.3.a.1.*Os amarum habeo,dētes plenos(qua re?) Inedia. Plena festinatione epistola. Cic. *Attic.lib.5,* Aliquando ablatiuo. Plin.*Epist.5.*Et ille quidem plenus annis obiit,plenus honoribus. ¶Plenus,amplus,crassus opponitúrque tenui.Cels.*lib.7. c.26.*de fistulis quibus chirurgi vrinam manu emoliuntur, cùm illa non redditur, loquēs,præcipit parari neque nimis plenas,neque nimis tenues, ¶ Ponitur aliquando pro diuitiis onusto. Cic.4.*Verrin.* Verrem ipsum qui plenus decesserat, &c. ¶ Plena manu dare, est ampliter,copiosè, libenter & minimè malignè dare. Senec.*Epist.33.*Pleno gradu ingredi dicuntur qui magno studio rem aliquam aggrediuntur: cui opponitur, Summo pede ingredi,hoc est, leuiter rem aliquam attingere. Liu. *lib.4. ab vrb.& lib.4.d.4.*¶ De pleno promere.Plaut. *Asin.sc.3.a.1* Exiguum de mare demat aquæ. Ouid. *El.2. lib.5. Trist.* Item Pleno conuiuio.i. cùm multi adessent.Suet *in Cæs.c.49.Et in Aug.c.51.& 76.& inCalig. c.14.* Hæc pleniora & vberiora ad suos scribebant. Cæsar. *lib.1.de bell. ciu.*Item,Plenam gratiam referre. Velleius.Plenissimam. Quintil.Vide latius Erasmum *in Adagiis.* Plena proprietas, id est,qua vsus fructus continetur. *in l.si ita stipulatus.de verb.oblig.* Budæus. Plenum pro integro & iusto. Quint.*lib.1.c.2.* Nec sum adeò ætatum imprudens, vt instandum teneris protinus acerbè putem,exigendámque plenam operam.Budæus. Plena, pro grauida.Ouid.4.*Fast.*

Telluri plena victima plena datur.

Plaut.*in Amphitr.* Cùm te grauidam & pulchrè plenam aspicio, gaudeo. ¶ Item, Ad perfectum & ad plenum beatus.Senec. *Epist.72.* Plena manu congerere. Senec.*cap.9.de consol.ad Polyb.* Plenis manibus. Suet. *in Calig. cap 42.*

Plēnē, aduerb. Perfectè, cumulatè, abundanter { ὁλοκλήρως, ἐντελῶς. GAL.*Pleinement.*ITAL.*Pienamente.* GERM. Zu vollem/vollkommenlich/ gantzlich.HISP.*Complidamente.* ANGL.*Fullie.*} Plin. *Epistol.243.* Propter charitatem eius nondum mihi videor satis plenè fecisse. Horat. *1. Epistol.11.*

———furnos & balnea laudat,
Vt fortunatam plenè præstantia vitam.

Idem 2. *Epistol.*2. Multa fidem promissa leuant, vbi pleniùs æquo Laudat venale qui vult extrudere merces. Cicer. 4. *de finib.* Quum enim superiores è quibus plenissimè Polemo, secundùm naturam viuere, summum bonum esse dixisset. Plenè inimicus.i.Planè,omnino.Suet. *in August.cap.*69.

Plenitudo,inis, plenum esse, perfectio.)(Vacuitas, {מלא meló.πλήρωμα. GAL. *Plenitude, pleine, grosseur.*ITAL. *Pienezza.* GERM. Die völle/vollkommenheit.HISP.*Hinchazon, complimiento.* ANG.*Fulnesse.*} Sumitur & pro corpulentia,siue crassitudine,ἁδρότης.Plin. *lib.*11.*cap.*37. Homo crescit in longitudinem ad annos vsque ter septenos, tum deinde ad plenitudinem.Colum.*lib.*4.*c.*3.Perticæ cacuminum modicæ plenitudinis, quæ tamen dipondiarij orbiculi crassitudinem non excedant, optimè panguntur.

Plenilunium,ij, Plena Luna, quæ est quando longissimè est à Sole seiuncta & ei ex diametro opposita:tunc enim plena,id est,omnino illustrata nobis apparet. {πανσέληνος.GAL.*Pleine Lune.*ITAL.*Plenilunio.* GER. Der Vollmon.HISP. *Luna llena.* ANGL. *Full moone.*}Plin.*lib.*18.*c.*32. Quum Sole occidēte Luna orietur ex aduerso,ita vt pariter aspiciantur, tunc erit plenilunium.

Plenitas, atis, pro ignobilitate ab antiquis positum nonnulli putarunt, decepti mala lectione Nonij.Est enim in optimis libris & rectè, *Plebitas*,& non plenitas.Vide suprà *Plebitas.*

Pleo inusitatum,cuius multa & frequentia sunt.

Pleonasmus,πλεονασμὸς, figura est,teste Fabio, quæ fit quoties verbis superuacuis oneratur oratio.Nos redundantiam vertere possumus. Nam πλεονάζειν idem est quod redundare.

‖ Pleonexia,πλεονεξία,studium τοῦ πλέον ἔχειν,cupiditas quarumcunque rerum copiæ maioris & abundantioris,plus habendi auiditas:auaritia.‖

Pleraque. Gell.*cap.*8.*lib.*3.Pleraque Italia ad eum desciuerat.Idem *c.*8.*lib.*4.Vt est in pleraque historia.Item *in c.*1.*lib.*20.In pleraque parte. Vide suprà *Plerique.*

Pleroma,πλήρωμα,complementum, plenitudo:à πληρόω,impleo.

‖ Plerophoria,firma persuasio.‖

Plerus,a,um,maius numero,propè omne.

Plerusque,aque,umque,plurali vsitatius,plerique,æque,aque,à *plerus.*

Plethora, πληθώρα, est quatuor humorum æqualis in corpore abundantia:qualis solet esse in athletis, in quibus vasa nonnunquam tanta plenitudine sunt distenta,vt de ruptione sit timendum.Hinc

Plethorici πληθωρικοὶ dicuntur , in quibus humores æqualiter abundant.

Plethrum,πλέθρον,quidam pro iugero accipiunt:in qua sententia fuit Laurentius Valla, qui πλέθρον iugerum vertit ex Herodoto. Ex verbis Herodoti apparet sextam partem esse stadij.αἱ δὲ (inquit) ἑκατὸν ὄργυιαι δίκαιαι στάδιον εἰσὶ ἑξάπλεθρον. Suidas autem πλέθρον mensuram esse ait centum pedum, quod cum Laurentij sententia non satis conuenit , qui plethrum idem putauit cum iugero.Iugerum enim (vt ex Quintiliano patet)in longitudinem continet pedes ducentos quadraginta,& in latitudinem viginti.

Pleura,πλευρά,& πλευρὸν,latus,costa,

Pleuritis,idis,Laterum dolor. { πλευρῖτις. GALL. *Pleuresie, douleur de costé.*ITAL.*Mal di punta.* GERM.Der seitenstich/oder bruststich. HISP. *Dolor de costado.*ANGL.*The pleurisie.*}Inflammatio est membranæ costas succingentis,quam Græci πλευρὰν appellant, cum febri acuta,dolore pungente , respirationis difficultate,& tussi. Plin. lateris compunctionem vocat.

Pleuriticus,qui ex lateribus laborat. {πλευριτικός. GALL.*Pleuritique,qui est malade de pleuresie.*ITAL.*Chi patisce dolor di fianchi.* GERM. Der den seitenstich hatt.HISP.*El que tiene dolor de costado.* ANG.*That is sicke of the pleurisie.* } Plin. *lib.*20.*c.*17. Datur & pleuriticis,& peripneumonicis.

Pleuron,πλευρὼν Stephano, Ætoliæ vrbs,& Meleagri patria.De qua Plin. *lib.*4.*c.*2.Stat.*lib.*4.*Thebaid.*

Fletáque cognatis auibus Meleagria Pleuron.

Plexaure,es,πληξαύρη,Nympha,Oceani & Tethyos filia,vt placet Hesiodo *in Theogonia.*

‖ Pleximon,catena,torques.Gl.gr.b.

Plexus,plicatus,à plico,necto.‖

Plichas,adis,spatium inter crura & scrotum : intermedia crurum & feminum pars.

Plico,as,aui,atum,& plicui,plicitum. {סבך *sabách.*πλέκω, πλίκω. GALL. *Plier.* ITAL.*Piegar.*GER.Falten/wicklen. HISP.*Plegar.* ANG.*To folde,to plaite.* } Cuius quatuor composita, Applico, Complico , Explico, & Implico , duplex etiam præteritum , & duplex supinum habent. Reliqua singula tantùm in aui & atum terminata : vt Duplico, Triplico, Quadruplico,Multiplico, Replico, Supplico. Significat autem Plicare, nectere,& veluti rugas facere.Tractum à Græco πλίκω,quod est necto. Virg.5.*Æneid.*

———seque in sua membra plicantem.

Lucretius,

———— ideo fastigia posse

Surarum ac feminum pedibus fundata plicari.

Senec.*Epist.*96.Scripta & plicata arctissimè(aliàs minutissimè) historia. ¶ Huius composita Applico, & Complico, Amplico, Circumplico, Replico:de quibus suis locis.

Plicatura,æ,{πλοκή,πτυχή.GAL.*Plieure,pliment.*ITAL.*Piegatura.*GERM. Faltung.HISP.*Plegadura.* ANG.*Folding or plaiting.* }Plinius.

Plicatilis,e, quod plicatur,aut Plicari potest.{ πλεκτὸν.GALL.*Aisé à plier.* ITAL. *Facile da piegare.* GERM. Das gut zu falten/oder zusammen zu legen ist. HISP.*Cosa que se puede plegar.* ANG.*That is or may be folded or plaited.*} vt,Nauis plicatilis,quæ facta ex corio complicata circumfertur ad traiiciendos amnes. Plin. *lib.*5.*cap.*9. Ibi Æthiopicæ conueniunt naues : nanque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas ventum est. Plicatilis crista. Idem *lib.*10.*cap.*29. Vpupa crista visenda , plicatili, contrahens eam, subrigénsque per longitudinem capitis.

‖ Plichas, adis, spatium inter crura & scrotum:intermedia crurum & feminum pars. ‖

Plinius Secundus, Veronensis , temporibus Vespasiani vixit, cuius negotia administrabat : noctibus verò & succisiuis (vt ipse inquit) temporibus, opus de Rerum natura conscripsit, vnus omnium parcissimus temporis. Periit in montis Vesuui incendio,dum eius causam indagare cupit.Eius vitam diligentiùs narrat sororis filius Cæcilius Plinius, cuius extat liber epistolarum, & Panægyricus,Troiano Cæsari dicatus,quo illis gratias agit Consul ab eo factus. Quintiliani filiam dote iuuisse,& Martialem Poëtam secendentem viatico prosecutum fuisse testatur ipse in epistolis. Volaterranus *lib.*18.

Plinthides,quid sit,Hyginus in libro de limitibus declarat his verbis,Quæstorij dicuntur agri, quos populus Romanus, deuictis pulsísque hostibus,possedit, mandauítque quæstoribus vt eos venundarent: quæ centuriæ nunc appellantur Plinthides,id est,laterculi. easdem in quinquagenis iugeribus quadratas clauserūt limitibus, atque ita certum cuique modum vendiderunt.Idem *in eodem libro* sic, Sunt plinthides, id est,laterculi quadrati, vti centuriæ per sena millia pedum L. limitibus inclusi,habentes singuli laterculi iugera numero L.CC.L.

Plinthium, πλινθίον,laterculus.

‖ Pliris,arcoticon (princeps.)‖

Plistarchia,æ, πλειςαρχία, ciuitas Cariæ,aliàs Heraclea appellata.

Plistarchites,Gentile est,πλειςαρχίτης Steph.

Plisthenes, πλεισθένης, Pelopis fuit filius ex Hippodamia,qui quum iuuenis moreretur, Agamemnona & Menelaum filios suos paruulos Atreo fratri commendauit,qui eos suscepit,filiorúmque loco educauit : & ob id Atrei habiti,Atridæ sunt appellati. Vide *suprà in dictione* ATRIDES.

Plistoanax,actis, πλειςοάναξ, Pausaniæ filius,& Lacedæmoniorum rex,cuius res gestas vide apud Thucydidem.

‖ Phistobolinda πλειςοβολίνδα,lusus species,per tesseras & astragalos.Hadr. Iun.Plistobolinda ludus, quo, qui plura iactu numerat puncta,appositam argenti summam aufert.‖

Plistolochia,πλειςολοχία,herba est ex maluarū genere,quam & hibiscum & molochem agriam , hoc est , maluam syluestrem appellant. Autor Plin.*lib.*20.*c.*4.

Plistonicus, πλειςονίκης, Medici nomen apud Plinium sæpiùs repetitum. ¶ Fuit & Appion quidam,cognominatus Plistonicus, non multo tempore Plinio superior, vt idem vltimo volumine testatur.¶Quandoque Plistonices scriptum legitur,sicut Olympionices.

‖ Plocamus, πλόκαμος,crinis propriè plexus & intortus.‖

Plocamos, Isidis , πλόκαμος Ἴσιδος , frutex est in mari nascens , circa Troglodytarum insulas , corallio similis, sine foliis, qui præcisus lapidescit, colore in nigrum commutato:vt ex Iubæ sententia refert Plin. *lib.*13. *c.*25. Latinè vertere possumus Isidis,capillum.

‖ Plocium, stuppa & quasi crassedo serici. & est Græcum nomen Isid.

Plodiarij,inter minos Gl.Isid.‖

Plodo,is,si,sum,idem quod plaudo,diphthongo migrante in monophthongum.Significat, quatiendo,siue collidendo manus , pedésve,sonum aliquem facio.{מחא *machah* ספק *sapház.*κροτέω. GALL. *Frapper les mains ou pieds l'vn contre l'autre.* GERM. Ein getöß machen/ oder schallen mit schlagen/stossen.ANG.*To thumpe or mak a sound with hādes or feet.*} ¶ Eius composita sunt,Applodo,Complodo,Explodo,Displodo,& Supplodo:quorum significata vide suis locis.

PLORO,as,Lacrymor,eiulo,fleo. בכה *bacháh* המע *damáh* ספד *saphádh.* κλαίω, ὀλοφύρομαι. GALL. *Pleurer ou plorer.* ITAL. *Pingere, lagrimare.* GERM. Weinen / Heulen / Greynen. HISP. *Llorar.* ANGL. *To weep,to waile.*} Quintilian.*lib.*6.*cap.*2.Date puero panem ne ploret.Cicer. *pro domo sua* , Senatum pro me modò propugnare , amplissimum ordinem, sed etiam plorare & supplicare mutata veste prohiberent. Horat. *de Arte,*

Vt qui conducti plorant in funere,dicunt,

Et faciunt propè plura dolentibus ex animo:sic

Derisor verò plus laudatore mouetur.

Idem *lib.*2.*Epist.*1.

Plorauere suis non respondere fauorem

Speratum meritis.

Cic.*Att.lib.*15.Fessus sum plorando.Senec. *Epist.*64.Lacrymandū, non plorandum.Quint.Aliena diu nemo plorat.Plaut. *Aul.sc.*1.*a.*2.Aquam herclè plorat cùm lauat profundere. Idem *Curc. sc.*2.*a.* 4. Quid stulta ploras?Ne time, *Ibid.sc.*2.*a.*1.Phædrome mi ne plora.¶Eius composita sunt,Apploro,de quo suo loco,Comploro simul ploro.Liu.*lib.*1.*ab Vrb.* Tum demum palam facta morte ex comploratione in regia orta, Seruius præsidio firmo munitus,primus iniussu populi, Voluntate patrum regnauit.Deploro,Exploro,& Imploro,vide suis locis.

Ploratus,a,um,participium,seu nomen ex participio.{נספד *nisphádh.*ὀλοφυρθείς.GAL.*Ploré.*ITAL.*Pianto.*GERM. Beweinet.HISP.*Llorado.*ANG. *weeped, lamented for.*}Statius,

Quos Veneri plorata domus,neglectaque tellus,&c.

Ploratus rogus,Ouid.4.*Fast.*

Vltima plorato subdita flamma rogo est.

Ploratus, us, ui, Fletus, lamantatio. { בכי *bechi* בכות *bachúth* κλαυθμός, κλαυθμυρισμός.GALL.*Pleur, pleurement.* ITAL. *Esso piagnere , pianto.* GERM.Beweinung/greynung/heulung.HISP. *Lloro,llanto.* ANG.*A weeping or wailing.*}Cic.2.*Tusc.ex Poëta*,Heu virginalem me ore ploratum edere.Idem *Att.lib.*5.Ciuitatum gemitus,ploratus, &c.Liu.*lib.*1.*ab Vrbe.* Clamor omnia variis terrentium & pauentium vocibus , mixto muliebrum ac puerorum ploratu complet.

Plorator,is,qui plorat.בוכה *bochéh.*κλαυθμυρισμένος,οἰμωκτής.GAL.*Pleureur.* ITAL. *Chi piagne.*GERM.Ein wainer/greyner.HISP. *El que llora.* ANG.*A weeper.*}Mart.*lib.*14.

Si quis plorator collo tibi vernula pendet.

Plorabundus,Vehementer plorans.{κλαίων, κλαίοντι ἐοικώς.GAL.*Qui pleure fort,tout esplouré.*ITA.*Chi piagne forte.*.GER.Heftig weinend. HISP. *El que llora mucho.*ANGL.*That weepeth muche.*}Plaut. *Aul.* Homo ad Prætorem plorabundus deuenit.

PLOSTRUM,ri,idem quod plaustrum:nā au in o sæpe conuertitur. {עגלה *hagaláh.*ἅμαξα.GAL.*Chariot.*ITA.*Carro.*GER.Ein wagen.HISP.*Carro ò carreta para cargas.*ANGL.*A waine,carte.*}Col.*lib.*6.*c.*2.Post cuiusmodi experimenta vacuo plaustro subiungendi.

Plostellum, diminutiuum ἁμαξίς. Plostellum, Pœnicum quid sit, declarat Varro his verbis. *lib.* 1. *de re rust. cap.* 52. E spicis in aream excuti grana quod fit apud alios iumentis iunctis, ac tribulo: id fit à tabula lapidibus aut ferro exasperata, quæ imposito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, vt discutiat è spica grana: aut fit ex assibus dentatis cum orbiculis, quod vocant plostellum Phœnicum.

Plōtæ, πλωταί, insulæ quæ ad Occidentale latus Peloponnesi sitæ, non procul à Zacyntho, Meridiem versùs, postea Strophades dictæ, à conuersione Zethæ & Calais, qui Harpyias in eas vsque insulas sunt prosecuti. Meminit harum insularum Plin. *lib.* 4. *c.* 12.

‖ Plotei, proprij. Gl. Isid. ‖

Plotia, arundinis genus.

Plōtīnă, Πλωτίνη, Traiani Cæsaris coniux, sanctitate, probitate, & omnibus quæ in muliebrem sexum cadūt, virtutibus celebrata. Hæc tonso capillo virum mentita, coniugem comitata est in exilium euntem, imperterrita, & quædam quasi virago tolerans viri ærumnas.

Plōtīnŭs, Πλωτῖνος, pen. prod. Insignis fuit Academicæ sectæ philosophus, Ægyptius natione, patria Lycopolites, discipulus Ammonij, præceptor Porphyrij: qui Galeni, Taciti, & Probi temporibus floruit. Fuit corpore gracili, tenuíque valetudine, morbóque sacro obnoxius. Hæc Suidas.

‖ Plotium, Menandri Comedia. Gell.

Plōtĭŭs, Gallus, patria Lugdunensis, Rhetor insignis Romæ tempore Ciceronis floruit, à quo & se, & Quint. fratrem Latinas literas fuisse edoctum testatur Cic. *de Orat.*

Plōtŭs, M. Accij Sarsinatis cognomen fuit, Latinorum Comicorum facetissimi à planitie pedum illi impositum. Ploti (inquit Festus) appellantur, qui sunt planis pedibus: vnde & Poëta Accius, qui Vmber Sarsinas erat, initio Plotus, postea dictus est Plautus. Hæc ille.

Ploum, quod habet duas rotas. Gloss.

Ploxemus. πλάξεμος, aliis est viri proprium, aliis lingua Transpadanorum significat capsam. Catull. *de Æmylio, epigram.* 92.

> ——*hoc dentes sesquipedales,*
> *Gingiuas verò Ploxemi habet veteris.*

Meminit Quintil. *c.* 9. *lib.* 1.

Plūmă, æ, Mollior & minor penna. { נוצה *notsáh.* πτίλον. Gall. *Plume.* Ital. *Piuma.* Ger. Flaum fäder. Hisp. *Pluma,* Ang. *A light and softe feather.* } Plaut. *in Men.* Pluma leuior. Martialis *lib.* 14. Lassus Amyclæa poteris requiescere pluma. Virg. 10. *Æneid.*

> *Dum canit & mœstum musa solatur amorem,*
> *Canentem molli pluma dixisse senectam.*

Cic. 2. *de nat. deor.* Animantium verò quanta varietas est? quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ: pluma alias, alias squama videmus obductas, alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. Idem *ad Attic. lib.* 8. Nec me coss. mouent qui ipsi pluma, aut folio faciliùs mouentur.

> *Iam mea Cygneas imitantur tempora plumas.*

Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.* Pluma haud Interest Patronus an cliens fuat homini. Plaut. *Mostel. sc.* 1. *a.* 2. Quid ais tu homo leuior quàm pluma? Idem *Men. sc.* 2. *a.* 3.

Plūmŭlă, æ, diminutiuum, Parua pluma. { πτερύγιον. Gal. *Plumette, duuet.* Ital. *Piumicella* Germ. Ein flaum fäderlin. Hisp. *Pequeña pluma.* Ang. *A litle feather.* } Columell. *lib* 8. *cap.* 5. Plumulæ sub cauda clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinante durescant, & naturalia præcludant.

‖ Plumacium, ceruical, vel scriptorium. Voc. Vet. ‖

Plūmĕŭs, a, um, vt Lectus plumeus. { πτίλινος. Gal. *De plume.* Ital. *Di piuma.* Germ. Auß flaum fäderen gemacht. Hisp. *Cosa de materia de pluma.* Ang *Of a feather* } Plumea culcitra, Cic. 3. *Tuscul.* Eripiamus huic ægritudinem. Quomodo? Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, cedrum incendamus, demus scutellam dulciculæ potionis, &c. Ouid. *Metamorph.* 10. At medio torus est hebeno sublimis in antro Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus, Quo cubat ipse Deus, &c. ¶ Implumis, & hoc implume, quod est sine pluma. ἄπτερος, ἄπτιλος vt Auis implumis.

Plūmārĭŭs, a, um, quod ex pluma. { πτερύγινος, πτίλινος. Gal. *Faict de plume.* Ital. *Di piuma.* Germ. Flaumin/ auß flaum fäderen gemacht. Hisp. *Cosa hecha de pluma.* Ang. *Made of a feather.* } Vnde plumariam culcitram dicimus quæ pluma plena est. Et plumarium dicitur opus pluma factum, quod Græci à liciorum multiplici varietate πολύμιτον appellant. ‖ Plumaria ars, ex plumis aliquid artificiosè contexendi peritia. ‖

Plūmārĭŭs, ij, substantiuum, qui pluma depingit in tabula, aut charta. { רקם *rokém.* ὑφάντης. Gal. *Vn brodeur de coutils à lit de plume, celuy qui les accoustre.* Ital. *Ricamatore.* Ger. Ein Sticker / der Bildwerck näyen kan. Hisp. *Brostador ò bordador.* Angl. *That payteth with a feather.* } Varro, vel Cato. *de liberis educandis* apud Nonium, Etenim nulla quæ non didicit pingere, potest bene iudicare quid sit benè pictum à plumario, aut textore in puluinaribus plagis.

Plūmātĭlis, e, quod ex plumis factum est. { πτίλινον. Gal *De plume ou fait de plume.* Ital. *Fatto di piuma.* Germ. Flaum fäderin. Hisp. *Cosa hecha de plumas.* Angl. *Made of feathers.* } Plaut. *in Epid.* Cumatile, aut plumatile, aut cerinum. Nonius clauatum interpretatur, aut pluma factum.

‖ Plumella, culcitra aut quid aliud ex plumis. Greg. Tur. ‖

Plūmo, as, Plumis induo, plumam emitto. { πτεροφυῶ. Gal. *Ietter hors les plumes, commencer à en auoir* Ital. *Mandar fuori le piume.* Germ. Fäderen vberkommen / Gestiech werden. Hisp. *Emplumecer, echar à fuera pluma.* Angl. *To beginne to haue feathers.* } Gellius *lib.* 2. *cap.* 20. Auicula est parua, nomen est cassita, habitat, nidulatúrque in segetibus, id fermè temporis vbi appetit messis, puellis iam iam plumantibus. ¶ Homines plumantibus corporibus auium ritu scribit in India esse, idem Gell. *cap.* 4. *lib.* 9. ¶ Plumare item est acu pingere. ὑφαίνειν. Flauius Vopiscus, Laneas tunicas purpura micantes, & plumanti difficultate pernobiles.

Plūmēsco, is, scere, ab insusitato, plumeo, plumes, Pennatus fio, plumas emitto. { πτερόομαι. Gal. *Commencer à auoir des plumes.* Ital. *Far le piume.* Ger. Anfahen gestückt oder gefideret werden. Hisp. *Emplumecer, criar plumas* Ang. *To waxe feathered.* } Plin. *lib.* 20. *c.* 53. Pullus ab eodem tempore plumescit.

Plūmātŭs, a, um, Plumis tectus, pennatus. { πτερωτός. Gal. *Emplumé, couuert de plumes.* Ital. *Coperto di piume.* Germ. Gefidert/mit fäderen bedeckt. Hisp. *Cubierto de plumas* Angl. *Feathered.* } Cicer. 2. *de natura deorum,* Nitens plumato corpore coruus. Plin. *lib.* 8. *c.* 30. Molli plumata lanugine.

Plūmōsŭs, a, um, Plumatus, hoc est, plumis tectus. Ouid. *ad Liuiam,*

> *Sic plumosa nouis plangentes pectora pennis*
> *O Enidem subita concinuistis aues.*

Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 2.

> *Cassibus impositis venor, sed arundine sumpta*
> *Faunus plumoso sum Deus aucupio.*

Plūmĭgĕr, qui plumam, vel plumas gerit. Plinius *lib.* 10. *cap.* 22. velluntur quibusdam locis bis anno. Rursus plumigeri vestiuntur de anseribus.

Plūmĭpēs, edis, qui pedes habet pennatos. { πτερόπους. Gall. *Qui a des plumes aux pieds.* Ital. *Chi ha i piedi coperti di piume.* Germ. Das fäderen an den füssen hatt. Hisp. *Cosa que tiene los pies cubiertos de plumas.* Angl. *That hath feathers on the feet.* } Catullus *in Camerium, Epigram.* 51.

> *Non Ladas ego, pennipésue Perseus,*
> *Non Rhesi niuea citaque biga,*
> *Adde huc plumipedes, volatilésque*
> *Ventorúmque simul require cursum,* &c.

Plumbum, i. Metallum ignobilius fragile & molle. { עפרת *fophéreth.* μόλυβδος, vel μόλιβδος. Gall. *Plomb.* Ital. *Piombo.* Germ. Bley. Hisp. *Plomo.* Angl. *Lead.* } Duplex est, album scilicet, & nigrum: album, stannum dicitur. Nigri plumbi duplex origo est: aut enim sua sponte nascitur vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut nascitur cum argento, mistísq; venis conflatur. Primus liquor qui in fornacibus fluit, album plumbum & stannum vocatur: secundus argentum, quod remansit, galæna dicitur, & Latinè plumbago. Vide Plin. *lib.* 34. *cap.* 16. & 17. Plumbum album nascitur in Britannia. Cæs. *lib.* 5. *de bell. Gall.* ¶ Est & plumbum genus vitij in oculis. Plin. *lib.* 15. *c.* 13. Hac commanducata si oculus subinde liniatur, plumbum, quod est genus vitij, ex oculo tollitur.

Plumbōsŭs, a, um, quod plurimum plumbi habet admistum. { μολυβδώδης. Gal. *Plombeux, où il y a beaucoup de plomb meslé parmi.* Ital. *Che ha mescolato assai piombo.* Germ. Voll bley/darinnen vil Bley vermischet ist. Hisp. *Cosa llena de plomo.* Angl. *Full of leade, or that hath muche lead.* } Plin. *lib.* 34. *c.* 18. Melior hæc, quanto magis aurei coloris, quantóque minus plumbosa, friabilis, & modicè grauis. Idem *lib.* 33. *c.* 5. Fæx eius intelligitur plumbosissima.

Plumbĕŭs, a, um, quod ex plumbo est. { μολύβδινος. Gal. *De plomb.* Ital. *Di piombo.* Ger. Bleyen. Hisp. *Cosa de materia de plomo.* Angl. *That is of leade.* } vt, Imago plumbea. Plautus *in Trin.* Cui si capitis res siet, numum nunquam credam plumbeum. Numus plumbeus pro minima pecunia, hyperbole prouerbio trita. Sueton. *in Neron. cap.* 20. Plumbeam chartam pectore sustinere. Martial. *Epig.* 74. *lib.* 10. Plumbei (numi.) Et *Epigr.* 94. *eiusdem libri,* Plumbea mala. Et Spartianus *in Alex. Seuero.* Plumbeæ ictu mortuus. ¶ Plumbeo iugulare gladio, est futili, leuíque argumento cōuincere quempiam. Cicero *ad Atticum,* Quum illum plumbeo gladio iugulatum iri diceres. Idem *de finibus,* Plumbeus homo à Plauto dicitur liuidus: à Terentio, obtusus, & stupidus *in Heaut.* In me quiduis harum rerum conuenit. Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus Plumbeum ingenium, hebes, & obtusum quod cogitando mentísque aciem intendendo penetrare non potest. ¶ Plumbeum esse in re aliqua. Cic. 1. *de finibus,* In animi autem cogitatione dubitare non possumus, nisi planè in physicis plumbei simus, quia nihil sit animis admistum. ¶ Plumbeæ iræ, sunt grauissimæ, & quæ altissimè insident pectoribus. Plaut. *Pœn.* Verùm ita sunt omnes isti nostri diuites: Siquid benefacias, leuior pluma est gratia: Siquid peccatum est, plumbeas iras gerunt. ¶ Plumbeus color, color est plumbum referens: qualis apparet in iis qui ictero nigro laborant. Plin. *lib.* 11. *c.* 52. Igitur vitæ breuis signa raros dentes, plumbeum colorem,

Plumbāgo, inis, communis vena plumbi & argenti, Græcè μολύβδαινα. à Plinio etiam galæna dicitur. Vide ea quæ annotauimus in dictionibus *Molybdæna,* & *Galena,* & quę paulo antè diximus in dictione *Plumbum.* ¶ Est etiam plumbago, siue molybdæna, herba in aruis nascens folio lapathi, crassa radices hispida: qua commanducata si oculus subinde liniatur, plumbum (quod est genus vitij) ex oculo tollitur. Autor Plin. *lib.* 25. *c.* 13.

Plumbārĭŭs, a, um, quod ad plumbum pertinet. { μολυβδικός. Gal. *Appartenant à plomb.* Ital. *Pertinente à piombo.* Germ. Das zu dem Bley gehört. Hisp. *Perteneciēte à plomo.* Angl. *Perteining to lead.* } vt, Plumbaria officina. Plin. *lib.* 34. *c.* 18. Psimmythium quoque, hoc est, cerussam, plumbariæ dant officinæ.

Plumbārĭŭs, ij, qui ex plumbo facit opera. { μολυβδουργός. Angl. *A plummer or worker in lead.* } Vitruu. *lib.* 8. *c.* 7.

Plumbo, as, Ferrumino, vel plumbo conglutino. { μολυβδόω. Gal. *Plomber, souder de plomb.* Ital. *Soldar con piombo, impiombare.* Germ. Mit Bley löten. Hisp. *Soldar con plomo.* Angl. *To soulder with leade.* } Plinius *lib.* 34 *cap.* 17. Neque argentum ex stanno plumbatur, quoniam priùs liquescit argentum. Hinc replumbo, quod est resoluo. Iureconsultus. *ff. de aur. & argento,* Emblemata vasis & lapidibus inclusa replumbari posse significat. ¶ Applumbo, idem quod simplex plumbo. Vlpian. *lib.* 2. *de sepulcr. viol.* Idem quærit, si statua neque applumbata fuerit, neque affixa.

‖ Plumbatores, qui plumbeas bullas membranis bullarum Pontificum appendunt. Scriban. ‖

Plumbātūră æ, Ferruminatio, quælibet coniunctura plumbo facta. { μολύβδωσις. Gal. *Souldure de plomb.* Ital. *Soldatura con piombo, impiombatura.* Germ. Lötung oder zusammen fügung mit Bley/vergiessung mit Bley. Hisp. *Soldadura de plomo.* Angl. *Leading or souldring with lead.* }

lead.} Vulgus Gallicum *Soldurám* vocant. Cassius apud Paulum *in l. in rem actio. ff. de rei vendicat.* Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem, plumbatura non efficit.

Plumbatus, a, um, id cui plumbum est applicatum. Hinc substantiuè.

Plumbatæ, dicuntur pilæ plbeæ, quas veteres peregrino vocabulo Martiobarbulos vocant. { μολυβδῶται. GAL. *Plombées* ITAL. *Palle di piomelo.* GER. Ein Bleyklotz oder Bleykugel. HISP. *Pelotas di plomo.* ANGL. *Plummets of lead vsed as instrumens or weapons in warre.*} A quo & milites qui his vtebantur, martiobarbuli appellati sunt. Veget. *de re militari lib. 1. c. 17.* Plumbatarum quoque exercitatio, quas martiobarbulos vocant, est tradenda iunioribus. Alciatus, Plumbatæ, inquit, sunt iaculi genus, quum directa virga in capite ferrum apponitur, dein vndique tribuli plumbo affixi, vnde nomen datum.

PLVO, is, plui, vel pluui, tum, notæ significationis verbum est, cuius actio soli Deo, vel naturæ tribuitur, ideóque absolutè scriptores vtuntur. { המטיר *himter.* βρέχω, ὕω. GAL. *Plouuoir.* ITAL. *Piouere.* GERM. Rägnen. HISP. *Llouer.* ANG. *To rayne.*} Virg. 10. *Æneid.* Dum pluit in terris. Cic. 2. *de natura deorum*, ex Arato, Has Græci stellas hyadas vocitare consueuerunt, à pluendo. ὕειν enim est Pluere. Plin. *lib. 6. c. 26.* Etiamsi non pluat. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 1.* Bibit arcus, pluet hodie. ¶ Aliquando tamen inuenitur habere nominatiuum eius rei quæ pluendo decidit. Virg. 4. *Georg*

Nec de concussa tantùm pluit ilice glandis.

Tibullus,

Multus & in terram depluerétque lapis.

Quandoque etiam ablatiuum. Liu. *lib. 6. bell. Maced.* Tarracinæ, & Amiterni nuntiatum est aliquoties lapidibus pluisse. Quandoque accusatiuum. Liu. *lib. 10. ab Vrbe*, Nam & terram multifariam pluisse, & in exercitu Appij Claudij, plerosque fulminibus ictos nuntiatum est. Compluo. Varro, Deorsum, quo impluebat, impluuium: sursum, quà compluebat, compluuium. Depluo, Impluo, Perpluo: quorum significata vide suis locis.

Pluitur. Adul. Flor. Totum illud spatium, quà pluitur & ningitur.

Plŭuĭă, æ, à pluendo, est aqua ex cælo decidens. { מטר *matar.* ὑετός. GALL. *Pluye.* ITAL. *Pioggia.* GER. Ein Rägen. HISP. *El agua, lluuia que viene del cielo.* ANG. *Rayne.*} Virg. 1. *Georg.*

——ruit arduus æther,

Et pluuia ingenti sata læta, boúmque labores Diluit.

Idem 9. *Eclog.*

Aut si nox pluuiam ne colligat ante veremur.

Idem 1. *Georg.*

Ne tenues pluuiæ, rapidíve potentia Solis, &c.

Cic. *ad Attic. lib. 15.* Equidem etiam pluuias metuo, si prognostica nostra vera sunt, ranæ enim ῥητορεύουσι.

Plŭuĭŭs, a, um, pluendo emissum. vt, Aqua pluuia, quæ & pluuialis dicitur. { ὄμβριος. GAL. *Pluuieu.* ITAL. *Piouoso.* GER. Deß Rägens/oder rägenlich/das rägen bringt. HISP. *Cosa de agua lluuia.* ANG. *Rainie.*} Plinius Teritúrque in mortariis admista aqua pluuia. Horat. *lib. 1. Carm.* Ventos pluuios vocat, hoc est, pluuiam inducentes, ὀμβροφόρους. Columella *in Præfat. lib. 1.* Ver pluuium nominat in quo crebrò pluit. Auster pluuius, pluuiam inferens. Ouid. 1. *Metam.* Cælum pluuium. Varro 1. *de re rust. c. 13.* Frigus pluuium. Virg. 3. *Georg.*

——vnde nigerrimus Auster.

Nascitur, & pluuio contristat frigore cælum.

Hyades pluuiæ. Idem 1. *Æneid.*

Plŭuĭālĭs, & Pluuiatilis, adiectiua eiusdem significationis. { ὄμβριος. GAL. *Pluuieux, de pluye.* ITAL. *Piouoso, di pioggia.* GER. Des rägens/Rägenlich. HISP. *Cosa de agua, lluuia.* ANG. *Rainie, belonging to rayne.*} Hinc aqua pluuia, vel pluuialis, quæ de cœlo decidit. Pluuialis aqua. Cels. *lib. 6. c. 6.* Festus Compluuium, quò de diuersis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. Virg. 3. *Georg.*

——& dum

Vere madent vdo terræ, ac pluuialibus Austris.

Colum. *lib. 2. c. 13.* Pluuiales quoque, & feriarum computantur, quibus non aratur, dies quinque & quadraginta. Ouid. 2. *Fastor.*

Ecce velut torrens vndis pluuialibus auctus,

Aut niue, quæ Zephyro victa repente fluit.

¶ Hœdi pluuiales, stellæ duæ sunt quas Auriga (quod signum cœleste est super cornua Tauri) in manu tenet

Pluuiale, & Pluuium, vestis quæ contra pluuiam gestatur.

Plŭuĭōsŭs, a, um: vt Annus pluuiosus, in quo crebri imbres decidunt. { ὑετώδης. GAL. *Pluuieux.* ITAL. *Piouoso.* GER. Vol Rägens/das vil rägen hatt. HISP. *Cosa de agua, lluuia ò lluuiosa.* ANGL. *Full of rayne, or that vath muche rayne.*} Plin. *lib. 18. cap. 23.* Nubilo occasu pluuiosum hyemem denuntiat.

Plus, pluris, vide *Multus.*

‖ Pluses, plures, antiq. Aus. ‖

Plusquam potuit: (vt vulgò *plus qu'il a peu*) sicut dicitur quantò plus, quantò magis. Gell. *lib. 3. c. 1.* Aut hoc, inquit, quod dixisti, probabile est, aut Salustius odio auaritiæ, plusquam potuit, eam criminatus est.

‖ Plusiaib *in ll. Longob. lib. 1. t. 8. l. 24.* Si battiderit aut percusserit, pro vna ferita, id est, plusiaib, si vulnus aut liuor apparuerit, componat sol. medium.

Plusiuetum, πλέον τοῦ δέοντος. Gloss. Ibidem plus iusto, πλέον τοῦ δέοντος πλέον τοῦ καθήκοντος. Ergo prius ex postemo emendandum. ‖

Plūtărchŭs, Πλούταρχος. Chæronensis philosophus, floruit sub Traiano & Adriano Imperatoribus. (nam Traiano libros Apophthegmaton inscripsit) vir eruditissimus, & multiiuga eruditione mirabilis, ac fœcundus. A Troiano in Illyricum missus est consulari potestate, imperatúmque omnibus Illyricis magistratibus, vt absque eo nihil agerent. Huius nepos fuit Sextus philosophus. Meminit vtriusque Eusebius in Chronicis. ¶ Plutarchus alter, Nestorij filius, Atheniensis sophista, præceptor Syriani: qui scholæ præfuit Atheniensi sub Iuliano principe. Autor vtriusque Suidas

PLVTEVS, (vel Pluteum. Machina ad expugnandos muros, ad similitudinem cassidis. Contexitur è vimine, & coriis protegitur, ternísque rotulis: quarum vna in medio, duæ in capitibus imponuntur. In quamcunque partem volueris, admouetur. Hos obsidentes muris admouebant, applicabántque, sub iisque latitantes, sagittis, aut aliis missilibus defensores de propugnaculis exturbabant, vt interim [illegible] scendendi præstaretur occasio, vt inquit Vegetius *cap. 8. lib.* [illegible] Cæsar, Sempérque hostibus spes victoriæ redintegrabatur, eo magis quòd deustos pluteos turrium videbant, nec facilè adire apertos ad auxiliandum animaduertebant. *lib. 1. de bell. ciu.* Cratibus & pluteis à fronte atque ab vtroque latere protegebant. Plaut. *in Milite sc. 2. a. 3.* Ad eum vineas, pluteósque agam. hoc est, totis viribus eum oppugnabo. Postea verò etiam tabulæ, quibus aliquid præsepitetur, eodem nomine dictæ sunt, παραβλήματα Liuius, Cratibus pluteisque, & linteis contectus. Suet. *in Calig.* accipere videtur pluteum pro fulcro tori discubitorij, Quosdam, inquit, summis honoribus functos cœnare modò ad pluteum, modò ad pedes stare succinctos linteo passus est. Mart. *lib. 3.*

Excludúntque senem, sponda qui parte cubabat.

Namque puer pluteo vindice tutus erat.

¶ Librorum quoque & tabularum, signorúmque repositoria, plutei appellantur. Iuuen. *Satyr. 2.*

Et iubet archetypos pluteum seruare Cleanthas.

¶ Tabula præterea qua vtuntur ij qui aliquid meditantur, conscribúntve, Pluteus dicitur. Pers. *Satyr. 1.*

Nec pluteum cadit, nec demorsos sapit vngues.

Vbi interpres, Qui moram stylo, iudiciúmque adhibens in ipso limæ labore, irati interdum, aut solicitè cogitabundi, vel pluteum cædunt, vel vngues arrodunt, vel caput scabunt. ¶ Pluteum etiam dicebant spatium id quod inferiores columnas à superioribus per longitudinem in fronte discernebat.

Plūtĕālĭs, e, vnde à Cicerone *ad Attic. lib. 1.* sigilla pluteali, imaguncula pluteis, id est, tabulis inclusæ dicuntur. Præterea (inquit) typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere, & pluteali sigilla duo.

Plūto, qui Latinis Dis πλούτος. Idem Aidoneus, Aides, Orcus & Pluto. Saturni filius ex Ope coniuge, & frater Iouis, atque Neptuni: qui quum ad regni diuisionem venissent, Plutoni qui natu minimus erat, & Agesilaus vocabatur, pars Occidentis obtigit, secus inferum mare: Ioui plaga Orientalis: Neptuno insulæ. Hinc datus est locus fabulæ, Ioui imperium cæli, Neptuno maris, Plutoni inferorum obtigisse. Dictus Pluton ἀπὸ τοῦ πλούτου, hoc est à diuitiis, eò quòd opes omnes ab inferis, hoc est ab intimis terræ visceribus eruantur. Eandem etiam ob causam Latini Ditem appellarunt. Cic. 2. *de natur. deor.* Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata est, qui diues, vt apud Græcos πλούτων, quia & recidant omnia in terris, & oriantur è terris. Hactenus Cicero. Tibull. *lib. 4.*

——Infirno Plutoni subdita regno

Magna Deûm proles.

Idem & Summanus dicitur, quasi summus deorum manium. Item Orcus, quasi vrgus, ab vrgendo, quòd omnes in interitum vrgeat. Appellatur & aliis multis nominibus, quæ vide apud Cælium *antiquar. lect. lib. 10. cap. 18.* Huius vxorem Proserpinam esse volunt, Cereris filiam: cuius raptum tribus libris exequitur Claudianus.

Plutonius, a, um, Horat. 1. *Carm.*

Et domus exilis Plutonia, quo simul mearis, &c.

¶ Plutonia quæ ait Cicero in Asia esse, specus sunt tetrum & pestiferum halitum euomentes, omniáque accedentia animalia enecantes: vt apud Hierapolim. Plutonium describitur à Strabone, & Caroniam ad Tymbriam vicum Cariæ. Spiracula Ditis vocat Maro *lib. 7. Æneid.*

Plutus, πλοῦτος. A Græcis fingitur diuitiarum deus; quem in aduentu claudum esse volunt, in recessu alatum: hoc nimirum innuentes, seriùs quidem contrahi opes: partas autem, nisi frugaliter dispenses, velocissimè dilabi. Eundem & cæcum faciunt & iudicij expertem, propterea quod indignissimum quenque opibus affluere videamus, probos autem & prudentes viros in re tenuissima versari Huius domicilium constituit Posidonius in subterraneis Hispaniæ locis, eò quod regio ea metallorum fœcunditate reliquis antecellat. Extat huius nominis comœdia apud Aristoph.

Pluuia, Pluuialis, vide *Pluo.*

Plyneæ, πλυνεία, Nili insula, cuius incolæ Plyneæi dicuntur, & Plineatæ. Stephan.

Plyntēriă, orum, πλυντήρια, dies festi erant apud Athenienses, Cereri sacri qui inter nefastos numerabantur. Vide Cæl. Rhodig. *lib. 14. cap. 9.*

P N

PNEVMA, πνεῦμα, spiritus. à πνέω spiro. Sic medici vocant tertiam substantiæ nostræ portionem; quippe quæ constat ex solidis, humoribus & spiritibus.

Pneūmătĭcŭs, a, um. { πνευματικός. GAL. *Spirituel, de vent.* ITAL. *Spiritale.* GER. Bläßig/windig. HISP. *Cosa de espiritu ò viento.* ANGL. *Spirituall ò vindie.* } Spiritualis, ἀπὸ τοῦ πνεύματος, quod spiritum significat. Pneumatica organa dicuntur spiritalia, hoc est, quæ vi flatus, vel spiritus aquam ex puteo, vel flumine hauriunt ad irrigandos hortos. Plin. *lib. 19 cap. 4.* Hortos villæ iungendos non est dubium: riguósque maximè habendos, si contingat profluo amne: sin minus, è puteo pertica, pneumaticísque organis, vel tollenonum haustu rigandos. ¶ Pneumatica ratio, pars est musicæ quæ fit, inflatis vento fistulis. Idem *lib. 7. cap. 37.* Ctesibius laudatus pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis.

Pneumon, πνεύμων, pulmo, quo respiramus. à πνέω spiro.

Pneūmŏnĭă, πνευμονία, quæ & peripneumonia, Inflammatio pulmonis cum febri acuta & difficultate spirandi. Græci enim πνεύμονα vocant, quem nos pulmonem.

Pneūmŏnĭcī, πνευμονικοί, qui laborant ex pulmone: qui Latinè dici possunt pulmonarij: sicut à Columella ouis pulmonaria dicta, cuius pulmo afficitur.

‖ Pnyx, locus Athenis, vbi olim comitia celebrata. Poll.

P O.

Po pro populo apocope. vide *Pa.*

Possius,

Poastria, ποάστρια, mulier farritrix, quæ nociuas herbas de hortis tollit vel segetibus in genere. Poastriæ omnes mulieres, quæ opus ruri faciunt, mercede conductæ.

‖ Pocœnium, fictum verbum, comessatio facta post cœnam. Bud. Herm. Barb. ‖

PŌCVLVM, i, propriè vas quo bibitur, à potione dictum. { כוס cos. ἔκπωμα, ποτήριον. GALL. *Toute sorte de vaisseau à boire.* ITAL. *Coppa.* GERM. Ein trinck geschirr/Bächer. HISP. *Vaso para beuer, copa.* ANG. *All maner of vessel to drink in, a cuppe.* } Cicero *Verr.* 6. In his pocula duo quædam quæ Heraclia nominantur, Mentoris manu summo artificio facta. Virg. 11. *Æneid.*

Expectare dapes & plena pocula mensa.

Horat. 1. *Serm. satyr.* 2.

Num tibi quum fauces vrit sitis aurea, quæris
Pocula? num esuriens fastidis omnia præter
Pauonem, rhombúmque?

Virg. 3. *Eclog.*

——————pocula ponam
Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis.

¶ Sumitur tamen quandoque pro ipso potu, siue potione. Idem 2. *Georgic.*

Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ.

¶ Poscere maioribus poculis, est copiosiùs & liberiùs potationi indulgere, & conuiuas ad potandum inuitare. Cic. 3. *Verrin.* Discumbitur, fit sermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberetur: hospes hortatur: poscunt maioribus poculis, celebratur omnium sermone, lætitiáque conuiuium. Propino magnum poculum, ille ebibit (in fine conuiuij). Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Accipiam te inter pocula palpamentis. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Tecum æque pocula potitet. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Alter humum, de qua fingantur pocula, monstrat. Ouid *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Vtque soporifera biberem si pocula lethes.

¶ Pocula sobria, multum diluta. Tibul. *in* 1.

————at ipse bibebam
Sobria supposita pocula victor aqua.

Pōcillum, i, diminutiuum, Paruum poculum. { ἐκπωμάτιον. GAL. *Possonnet, petit vase à boire.* ITAL. *Vasetto da bere.* GERM. Ein trinckgeschirlin/bächerlin. HISP. *Pequeño vaso para beuer.* ANGL. *A litle cuppe.* } Plin. *lib.* 4. *c.* 13. L. Papyrius Imperator aduersus Samnites dimicaturus, votum fecit, si vicisset, Ioui pocillum vini. Plaut. *in Asin.* Tecum vina postea, tecum aquæ pocilla potitet. Cato *cap.* 156. Per linteum exugito succum, quasi heminam in pocillum fictile. Liuius 10 *ab Vrbe*, Vouerat Ioui victori si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi, priusquam temetum biberet.

Pōcillātōr, is, Pincerna, qui est à poculis, qui in conuiuio vinum miscet { משקה maschkéh. οἰνοχόος. GALL. *Qui verse à boire, escuyer à coupe.* ITAL. *Coppiere.* GERM. Ein einschenck/einer so der trinckgeschirren achtung hatt. HISP. *Escanciador ò copero.* ANG. *A butler, that waiteth on a mans cuppe.* } Talis apud superos dicitur esse Ganimedes, quem ab Aquila raptum Ioui pocula ministrare fabulantur.

Pōcŭlentŭs, a, um, adiectiuum, quicquid potari potest. { πότιμος. GALL. *Qu'on peut boire.* ITAL. *Che si può bere.* GERM. Gut zu trincken. HISP. *Cosa que se puede beuer, ò aquella beuida.* ANG. *VVhat soeuer may be drunken.* } Gell *lib.* 4. *cap.* 1. Penus est, inquit, quod esculentum aut poculentum est. Cic. 2. *de nat. deor.* Habitat in ea parte oris, quam esculentis & poculentis iter natura patefecit. Sunt qui hisce in locis *potulentum* & *potulentis* legere malint, vt sit à potu potulentus: sicut ab esca esculentus.

PŎDAGRĂ, quasi pedis captura, ποδὸς ἄγρα. { ποδάγρα. GAL. *La goute és pieds* ITAL. *Podagra, gotta nel piedi.* GER. Podagra/ein schwäre kranckheit der füssen. HISP. *Gota, enfermedad nota de los pies.* ANG. *The goute in the feete.* } Morbus est articularis, pedes præcipuè infestans, aliis cum ardore, aliis cum algore quo diuites & otiosi præcipuè infestantur. Dicta podagra quòd pedicæ more, quam Græci ποδάγραν appellant, pedum vsum impediat. ¶ Hoc vitium si manus infestet chiragra dicitur. Martial. *lib.* 1.

Litigat & podagra Diodorus, Flacce laborat
Et nil patrono porrigit hac chiragra est.

Ouid. 1. *de Ponto, Eleg.* 4.

Soluere nodosam nescit, medicina podagram.

Seneca *cap.* 17. *de vita beata*, Delinimenta magis quàm remedia podagræ meæ compono. Podagra, inquit Plinius, morbus peregrinus est. Nam si Italiæ fuisset antiquitus, Latinum nomen inuenisset. Non enim Roma, quum sudando & laborando, & vires exercendo homines viuebant, hoc malum cognouit. ¶ Sunt podagræ duo genera, calida, quæ & rubens dicitur, & frigida. Idem Plin. *lib.* 26. *c.* 10. Podagras refrigerat radix è xiphio, semen è psyllio, cicuta cum lithargyro, aut axungia: aizoum in primo impetu podagræ rubentis, hoc est, calidæ. Vtrilibet verò conuenit erigeron cum axongia.

Pōdăgrĭcŭs, & podagrosus. Podagra affectus. { ποδαγριῶν. GALL. *Gouteux és pieds, podagre.* ITAL. *Gottoso nel li piedi.* GERM. Podagränisch. HISP. *Gotoso de los pies.* ANG. *That hath the goute in his feete.* } Plautus *in Mercat.* Sed tandem si podagrosis pedibus esset Eutychus. Plinius *lib.* 30. *cap.* 8. Omnes hæ & podagricis vtiles, & sanguinem reiicientibus.

Pŏdăgĕr, a, um, ποδάγρος, idem quod podagricus. Claud. *Epigr.* 50.

Atque nihil prorsus stare putat podager.

Podalirius, ποδαλείριος, proprium nomen Æsculapij filij, & fratris Machaonis, qui ob insignem medicinæ artis peritiam vnà cum fratre ad bellum Troianum euocatus fertur. Dictus Podalirius à pedum magnitudine. Ouid. *lib.* 2. *de Arte amandi,*

Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi,
Automedon curru, tantus amator ero.

¶ Est etiam Itali cuiusdam nomen apud Virg. *lib.* 12.

Podalea, æ, ποδάλεια. Vrbs Lyciæ, apud Plinium *lib.* 5. *c.* 17.

Podarge, es, ποδάργη, Equæ velocissimæ nomen, ex qua Zephyrus Xanthum & Balium Achillis equos progenuit, vt fabulatur Hom. 16. *Iliad.* Dicta podarge à pedum velocitate.

Podargi, ποδάργοι, populi Thraciæ, teste Stephano.

‖ Podargus, podagrus, canis dictus à velocitate, aut candore pedum. Iun. ‖

Pōdēris, ποδήρης, Talaris tunica, hoc est, vestis ad talos vsque demissa, quæ adhæret corpori, & ita arcta est, & strictis manicis, vt nulla omnino in veste sit ruga, & vsque ad crura descendit. Solent milites habere lineas, quas camisias vocant, sic aptas membris, & adstrictas corporibus, vt expediti sint, vel ad cursum, vel ad prælia, dirigendo iacula tenendo clypeum, ensem vibrando, & quocunque necessitas traxerit, expeditè sequentes.

Pōdex, posterior pars corporis pudenda, quòd ex ea pedes fluere videantur. { ἀρχὸς, πρωκτός. GALL. *Le siege, le trou du cul.* ITAL. *Il forame posto fra le natiche, donde la natura manda gli excrementi, & le fecie.* GERM. Der ars. HISP. *El saluonor.* ANG. *The hole of the arse.* Iuuen. *Satyr.* 2.

——————— & podici leui
Caeduntur tumidæ, medico ridente mariscæ.

Horatius,

Hiétque turpis inter aridas nates podex vt cruda bouis.

‖ Podiarias, qui est inter mimos Gl. Isid.

Podinum, pedule, calceus. Gl. g. b. ‖

Podismus, ποδισμὸς, dimensio pedibus facta.

Pōdium, ij, πόδιον, locus est ad spectandum aptus, à pede nomen habens, siue quia pedis modo proiectura illa, quæ podium facit, procedat: siue quòd ad pedes ædificiorum strui consueuerit: siue quòd in eo pedibus hæreamus. Alio nomine dicitur mœnianum. Solet enim fieri extra domus parietem locus porrectus instar pulpiti, mutilis è marmore suppositis. Iuuen. *Satyr.* 2. Omnibus ad podium spectantibus. Suet. *de Nerone cap.* 12. Cæterùm accubans primùm paruis foraminibus, deindè toto podio adaperto spectare consueuerat. Vlp. *l.* 12. §. 12. *D. de inst.* Itē spongiæ quibus columnæ, pauimenta, podia, exterguntur. Huius diminut. est Podiolum.

‖ Podonichum, vestis sacrorum. Poll.

Podostrophra, repedario Repotia. Stuck. ‖

Pœān, antis. ποίας, pater Philoctetis, qui ab eo Pœantius & Pœantides à poëtis appellatur. Ouid. *lib.* 1. *Eleg.* 2. *Trist.*

Penè decem totis aluit Pœantius annis,
Pòst sæuum tumido virus ab angue datum.

Pestiferum, non post fæuum, hic legit Passerat. Idem Ouid. 13. *Metam.* Pœantia proles. Idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Poecilasium, ποικιλάσιον, oppidum Cretæ in latere Australi. Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 17.

Pœcile, es, ποικίλη, fuit porticus Athenis, in qua Stoici philosophabantur. Ita dicta à varietate picturæ, Græci enim ποικίλον, varium dicunt ποικιλίαν, varietatem. Vnde & lapis syenites vocatus est pyrrhopœcilos à varietate rubentium macularum. In hac porticu Zeno Philosophus discipulos docebat. Vnde & Stoica secta nomen accepit, & phylosophi Stoici nuncupati, qui antea Zenonij à Zenone sectæ eius principe dicebantur. Nam στοὰ Græcis porticus. Plin. *lib.* 15. *c.* 9. Hic & Athenis pinxit porticum, quæ Pœcile vocatur, gratuitò. ¶ Fuit & in Elide porticus Pœcile, quæ ab eodem Plinio Heptaphonos appellatur, quoniam septies eadem vox in ea reddebatur.

Poeessa, ποιήεσσα, insula est in mari Carpathio, notiore nomine Rhodus dicta. Autor Plin. *lib.* 5. *c.* 31.

Poema, vide *Poeta.*

Poemen, ποιμὴν, mons Ponticæ regionis, à quo Parthenius profluit per mediam Amastrem. Autor Step.

Poemenis, ποιμένις Canis fœmina est ex canum eorum numero qui Actæonem lacerarunt: ita dicta quòd in seruandis gregibus, pastoris quodammodo officio fungeretur. Nam Græcis ποιμὴν, pastorem significat, à quo fœmininum Pœmenis deduxit Ouid. 3. *Metam.*

———— pecudésque secura
Pœmenis, & natis comitata Harpyia duobus.

POENĀ, æ, malum molestum, quod quis patitur, propriè ob peccatum, contra voluntatem suam, ab alio infligente Supplicium, à Græco ποινή: quanuis Varro à pendendo deriuari putet. { ענש hónesch. τιμωρία, τιμωρεία. GAL. *Peine, punition.* ITAL. *Pena, supplicio.* GER. Ein straff. HISP. *La pena.* ANG. *Paine, punishment.* } Habet autem hoc nomen varios in oratione vsus. Dicimus enim Petere pœnas pro exigere: Pendere pœnas, pro puniri: similiter Luere pœnas, Afficere pœna, Constituere pœnam alicui, aut in aliquem. Committere in pœnam, Cogere in pœnam, Consurgere in pœnam, id est vi pœnam ab aliquo exigere, Dare pœnas, Dependere pœnas, Exigere pœnam, Expetere pœnam, Effugere pœnam Expendere pœnas alicui, Ferre pœnam, Habere pœnas, Persoluere pœnas sceleris, Perferre pœnam, Persequi pœnas alicuius, pro vlcisci: Pendere pœnas, puniri, supplicio affici. mulctam soluere: Repetere pœnas ab aliquo, Sustinere pœnam, Sufferre pœnam, Sumere pœnas, Subire pœnas, Suscipere pœnam. Exempla veteres scriptores legenti passim erunt obuia. Pœnas reddere, i. dare, luere, persoluere. Salust. *Iugurth.* 63. mearúmque miseriarum graues pœnas reddat. Pœnas capere, i. vlcisci. Idem *Iugurth.* 107. Decere illos reliquum laborem æquo animo pati, dum pro ciuibus suis, viris fortissimis, atque miserrimis, pœnas caperent. Gell. *cap.* 14. *lib.* 6. Malè consultorum pœnas exsoluit, Velleius, Morte pœnas dedit, idem. Et Capite illi pœnas dedit, idem. Et meritis pœnas luere suppliciis, idem. In pœnam admoti ignes, idem. Pœnas illicitas à se exigere, Senec. *c.* 3. *de consol. ad Marc.* Pro istis maledictis pœnæ pendentur mihi, Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Si istuc faxis, haud sine pœna feceris, idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Ante diem pœnæ (meæ) periere (parentes.) Idem *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

Et sola est patria pœna carere mea.

‖ ¶ Pœnæ subiugari, pro subiici. *D. de recept. arbr. l.* 43. Quòd si malignè hoc fecit, petere quidem potest, sed pœnæ subiugabitur. Pœnarum verò octo genera Cicero commemorat: damnum, vincula, verbera talionem, ignominiam, exilium seruitutem, mortem. Pœnarum tria genera, vide apud Gell. *c.* 14. *lib.* 6. ¶ Pœnam aliquando catachrestice vocatum

vocatum peccatum. ¶ Pœna etiam apud Iurisconsultos ponitur pro eo quod interest, siue pro vsura. Paul. *libro vlt. D. de eo quod cert.* Centum solutis ex vniuersitate, tam ex sorte, quàm ex pœna solutum videri. Idem *l. 11. de vsuris*, Quæsitum est, an illud quod amplius ex consuetudine pœnæ nomine à quibusdam exactum est. Pœna tamen sic differt ab vsura, quòd quum vsura ex vsu pendeat, siue vt planiùs loquamur, vsus diuturnitas eam pariat, pœnam contra successus temporis non parit, sed contumacia debitoris sola. Ex Hotomano.

Pœnālis, e, ad pœnam pertinens, faciendam, vel patiendam. { ἐπίτιμος. GALL. *De peine & punition.* ITAL. *Penale.* GERM. Das zu der straff gehört. HISP. *Cosa pertenecieute à pena.* ANGL. *Belonging to paine or punishment.* } vt pœnalis opera. Plinius *lib. 18. cap. 11.* Alica fit è zea, quam semen appellauimus. Tunditur granum eius in pila lignea. Nam lapidis duritia conteritur, Nobilius (vt notum est) pilo vinctorum pœnali opera.

Pœnārĭus, aliud adiectiuum, Pœnalis: vt pœnaria actio. Quintil. *lib. 4. c. 3.* Si legem asperam tuebimur, aut pœnarias actiones inferemus. Idem *lib. 7. c. 5.* Sed etiam in formulis quum pœnariæ sunt actiones, nos ita causam patimur, an commissa sit pœna, an exigi debeat.

POENITĔT, ebat, uit, verbum impersonale, quasi pœna tenet, inquit Sipontinus. Est enim pœnitere, ob factum aliquod, vel non factum animo angi & dolere. { נחם *nichám.* μεταγινώσκειν, μεταμέλειν, μετανοεῖν. GAL *Se repentir.* ITAL. *Pentirsi.* GER. Es reuwet mich. HISP. *Arrepentirse.* ANG. *To repent, to forthink* } De vi eius verbi Gell. *c. 1. lib. 17.* Dictum à pene & penuria. *Ibidem* Cic. *pro Cœlio*, Nam quod obiectum est de impudicitia, quódque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictísque celebratum est, id nunquam tam acerbè feret Cælius, vt eum pœniteat non deformem esse natum. Plaut. *Amphitr.* Me haud pœnitet, scilicet boni dimidium diuidere cum Ioue.

Fac modò te pateat pœnituisse tui,

Ouid. *Eleg. 9. l. 4. Trist.* Eho an pœnitet te (credere huic.) i. molestum est. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.* Me haud pœnitet tuáue expetam? (i mea mihi satis sunt.) Idem *Aul. sc. 2. a. 3.* ¶ Quoniam verò in his etiam quæ nobis aut tædio, aut pudori sunt, pœna quædam esse videtur, fit vt pœnitet aliquando pro tædet, pudet, seu dolet, accipiatur. Liuius *1. ab Vrbe condita*, Nec me eorum sententiæ esse pœnitet. Cicero *in Catone*, Nunc igitur si ad centesimum vixisset annum, senectutis eum suæ pœniteret? Senec. *cap. 3. de consol. ad Polyb.* Tam citò te indulgentiæ tuæ pœnituit? ¶ Item, Non pœnitet virium. (i. illis satis confido.) Liu. *lib. 8. ab Vrbe.* Et apertiùs *lib. 2. bell. Pun.* Item Plaut. *Aul. sc. 2. a. 3.* quem locum modò citauimus. ¶ Accipitur interdum pœnitet, pro eo quod est, parum, vel exiguum videtur. Terent. *in Eunuch.* An pœnitebat flagitij, te autore quod fecisset Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares? Idem *in Heaut.* Me quantum hîc operis fit, pœnitet. id est, parum videtur, & exiguum quod à seruis fit. Cic. *lib. 1 Offic.* Tandiu autem velle debebis, quoad te quantum proficias, non pœnitebit. ¶ Pœnitet me hominis. id est, non magni facio hominem. Cic. *4. Acad.* Quid? eum Mnesarchi pœnitebat? Quid Dardani, qui erant tum principes Stoicorum?

Pœnitens, pœniturus, & pœnitendus, participia. Accius, Neque te, neque quenquam arbitror pœniturum tuæ laudis. { נחם *nichám.* ὁ μετανοῶν, ὁ μεταμελόμενος. GAL. *Repentant, qui se repent.* ITAL. *Che si pente.* GER. Reuwend. HISP. *Que tiene arrepentimiento.* ANG. *That repenteth.* } Quint. *lib. 9. cap. 3.* Eo vsque processum est, vt Non pœniturum, pro non acturum pœnitentiam, & Visuros, ad videndum missos, Salust. dixerit. Colum. *lib. 2. c. 2.* Itaque hic ager, siue exerceatur, siue cesset, colono est pœnitendus, ac tanquam pestilens refugiendus. Pœnitendus enim idem est quod parui æstimandus, pudendus, contemnendus. Liu. *1. ab Vrbe condita*, Sub haud pœnitendo magistro. ¶ Pœnitens verò interdum iungitur genitiuo. Sueton. *in Vitellio*, Non multò pòst pœnitens facti. Interdum ablatiuo cum præpositione De. Idem *in Claud.* Pœnitenti de matrimonio Agrippinæ. ¶ Pœnitendum, gerundium legitur: vt, Non est eius præceptoris pœnitendum. Salust. *in Iugurtha*, Num eorum pœnitendum sit.

Pœnĭtentĭă, & Pœnitudo, ab Impersonali pœnitet, Dolor ex re aliqua facta, aut prætermissa oriens. { תשובה *theschubah.* μετάνοια, μεταμέλεια. GAL. *Repentance, penitence.* ITAL. *Penitentia.* GER. Reuw/ busfertigkeit. HISP. *Arrepentimiento.* ANG. *Forthinking, repentance.* } Plin. *Epist. 130.* Superest vt rursus prouinciæ, quod damnasse dicitur, placeat: agátque pœnitentiam pœnitentiæ suæ. Idem *lib. 17. c. 12.* Nihil est fœdius agricolis, quàm gestæ rei pœnitentia. Quintil. Ius mortis petere ob aliquam magnam infelicitatem, vel pœnitentiam. ¶ Ponitur aliquando pro contemptu & aspernatione. Plin. *lib. 5. c. 17* Gens æterna, in qua nemo nascitur, tam fœcunda illis aliorum pœnitentia est. Budæus. ¶ Pro voluntate. Sueton. *in Cæs. c. 75.* Iulianos subita pœnitentia interficere. (i. mutata voluntate.)

Pœnŭs, Carthaginiensis, à nomine Phœnix, detracta aspiratione, λίβυς. Sumpserunt enim Carthaginienses originem à Tyriis Phœnices populis, qui duce Elisa (quæ & Dido dicitur) Pygmalionis sæuitiam fugientes, in Africam appulerunt. Ouid. *Eleg. 6. lib. 4. Trist.*

Tempore Pœnorum compescitur ira Leonum.

Seruius in illud. Virg. *1 Æneid.*

——ponúntque ferocia Pœni
Corda volente deo.

Pœni, inquit, αὐτίσχετ, quasi Phœni, quia à Phœnicibus orti. Hinc deducitur Punicus, a, um, commutata œ diphthongo in u. Vide suo loco.

Pœnŭlŭs, diminutiuum est à Pœnus, quo nomine Plautus fabulam inscripsit, cum qua Pœnus Hanno Punice loquens introducitur.

Pœnĭcŭs, a, um, antiqui dicebant, quod nos Punicus, œ diphtongo in u, trāsmutata. λιβυκός. Ita Pœnica pauimenta vocabant quæ nos Punica appellamus, ex lapide Numidico strata. Gell. *c. 13. lib. 8.* Simili etiam modo Pœnio dicebant quod posteritas Punio extulit.

Pœphăgŭs, πιφάγος, animal est Indiæ peculiare, duplo maius equo caudam habens pulcherrimam: cuius feræ humani capilli subtilitate vincūt: quo nomine à mulieribus maximè expetuntur, quæ iis capillos suos implicant. Autor Ælian.

PŌĒTĂ, æ, { ποιητής. GAL. *Poëte, faiseur de vers.* ITAL. & HISP. *Poeta* GERM. Ein poet / das ist/ ein versdichter/ der alle seine geschrifften in verß stellet. ANGL. *A poete.* } Carminum insignium scriptor, ἀπὸ τοῦ ποιεῖν, quod inter cætera significat ἐμμέτρως γράφειν, metricè aliquid conscribere. Gellius *cap. 15. lib. 3.* Poëta comœdiarum Philippides. Tu poëta prorsus es, ad eam rem vnicus. Plautus *Asin. sc. 3. a. 3.* Nunc ego Poëta fiam. (i. reperiam quod nusquam est.) Idem *Pseud. sc. 1 a. 1.* Poëtæ diem festum Bacchi, vt celebrabant. Ouid. *Eleg. 4. lib. 5. Trist.* Item, Cùm dicitur Poëta, solus Homerus intelligitur, inquit Velleius. Horat. *in Arte*,

——pictori bus atque poëtis,
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Virg. *9. Eclog.*

——& me fecere poetam
Pierides.

Cicero *2. de Orat.* Bonus poëta nemo sine inflammatione animorum existere potest: & sine quodam afflatu quasi furoris. Horatius. *1. Serm. satyr. 4.*

——Disiecti membra poeta.

Pŏēmă, atis, & poësis, ποίημα, & ποίησις. Opus, poëtarum figmentum, fictio. { ποίημα. GALL. *Poësie, poëme, ce qu' vn poëte a composé.* ITAL. *Poema, poesia.* GERM. Ein gedicht in verß oder reimen gestellet. HISP. *Obra de poeta.* ANG. *Poesie, the worke of a poete.* } Plaut. *Asin. sc. 3. a. 1.* Nam nec fictum vnquam, nec pictum, nec scriptum in poëmatis. Plin. *lib. 7. c. 36.* De poëmatum origine magna quæstio est. Cic. *4. Tusc.* Anacreontis tota poësis amatoria est. Nonius ita distinguit inter poëma & poësin, quòd illud sit inuētio parua, quæ paucis verbis exprimitur: hæc verò contextus ipse scriptorum & opus totum. Sic tota Ilias poësis appellabitur: Armorum autem Achillis descriptio, poëma. Verùm hæc differentia à nemine obseruatur.

Pŏētĭcŭs, a, um. { ποιητικός. GALL. *Poëtique.* ITAL. *Poetico.* GERM. Poëtisch/ das einem poeten zugehöret. HISP. *Cosa perteneciente à poeta.* ANG. *Perteaning to a poete.* } Quod ad poëtam pertinet, vt Ars poëtica, Verba poëtica. Cic. *3. de Orat.* Sed tamen rarò habet etiam in oratione poëticum aliquod verbum dignitatem. Poëticus numerus & modus. Idem *de Orat. lib. 1.* Quintil. *lib. 1.* At in eadem vitij geminatione, metier, fufficier dicens Ennius, poëtico iure defenditur. Licentia poëtica. Idem Quintil. *lib. 2. c. 4.* Poëtici dij. Cic. *3. de nat. deor.* Mella poëtica manare. Horat. *2. Epist 20.*

Pŏētĭcē, aduerb. More poëtarum. { ποιητικῶς. GAL. *Poëtiquement.* ITAL. *Poeticamente.* GERM. Auff poetische weiss oder gattung. HISP. *En manera de poeta.* ANGL. *Lyk a poete.* } Cic. *6. de fin. bon. & mal.* Vt poëtice loquar.

Pŏētĭcē, es, aut poëticæ, cæ, Ars conscribendorum versuum. { ποιητική. GAL. *Poësie, l'art de composer vers.* ITAL. *Poetica, l'arte di comporre versi.* GERM. Die Poeten kunst/ herliche gedicht in kunstliche Vers vnd reymen anzustellen. HISP. *Arte de la poesia.* ANG. *The art of making verses.* } Cic. *1. Tusc.* Seriùs poëticam nos accepimus, *Ibid.* O præclaram emendatricem vitæ poëticam.

Pŏētŏr, aris, In poëtica me exerceo, siue poëtam ago. ποιητίζω. Ennius, Nunquam poëtor, nisi podager.

Pŏētrĭa, æ, & poëtis, idis, Mulier poëtices perita. { ποιήτρια. GALL. *Femme qui sçait faire & composer vers.* ITAL *Poetessa, donna che sa l'arte di comporre versi.* GERM. Ein poetin/ ein Versdichterin. HISP. *La muger poeta.* ANG. *A she poete.* } vt Sappho, & Corinna. Pers. *in praf.* Poëtrias picas Cantare credas Pegaseium melos. Cic. *pro Cælio*, Verùm hæc tota fabella veteris & plurimarum fabularum poëtriæ, quàm est sine argumento, quàm nullum inuenire exitum potest.

Pŏētĭfĭcŭs, adiectiuum, quo vsus est Ennius qui Caballinum, fontem poëtificum nominauit.

Pōgōnĭă, æ, πωγωνία, genus cometæ, barbatæ stellæ similitudinem referens, vnde & nomen habet, ἀπὸ τοῦ πώγωνος, hoc est, à barba. Plin. *lib. 2. c. 25.* Pogonias vocant quibus interiore parte in speciem barbæ longæ promittitur iuba.

Pol, iurandi, aduerb. ethnicum, id est, per Pollucem, quod iuramenti genus tam viris, quàm mulieribus erat commune νὴ πολυδεύκη. Plaut. *in Amph.* Neque pol dedi, neque dixi. Amicis an inimicis es daturus cœnam? Equidem pol miror. Idem *Most. sc. 3. a. 1.* Ego pol te vlciscar. *Ibid. sc. 1 a. 1.* Pol ego amicis scilicet, Idem *Pseud. sc. 2. a. 3.* Atqui pol hodie non feres. Idem *Asin. sc. 3. a. 3.* Pol haud scio quod post fiat. Idem *Aul sc. 2. a. 3.* Pol si connixus esses transmitteres. Idem *Milit. sc. 5. a. 2.* Vin' gessi morem, qui pol me reliquit. Idem *Most. sc. 3. a. 1.* Eam pol osculantem videras. Idem *Mil. sc. 5. a. 2.* Hah pol quidem nisi Sibylla legerit. Idem *Pseud. sc. 1 a. 1.* Pol haud te rogem si sciam. Idem *Men. sc. 2. a. 4.* At pol non potes. *Ibid. sc. 1 a. 6. & sc. 2. ibid* Pol profectò haud dissimilis est. *Ibid. sc. 9. a. 5* Nam pol vna dedit. (pro Atqui sanè.) *Ibid sc. 3. a. 3. & in Milit. sc. 4. a. 2.*

Pola, vnde Polula, pila ex aluta molli tomento farcta, qua datatim ludebant in foro: vnde *Polire*, pila ludere dicebant veteres, author Festus. Inde cognomenta Romana, Polliones, Pollæ. Poluinar etiam à polulis Varroni, erant enim προσκεφάλαια σκύτινα. (i. puluinaria coriacea, vel ex alutaceo scorto) Polluce teste. Vide *Polimenta*, & *Follis*.

Pŏlă, πόλα Ptolemæo, Istriæ vrbs à Colchis condita, postea à Iulio Cæsare, qui eò coloniam deducendam curauit, Iulia pietas appellata. Autor Plin. *lib. 3. c. 19.*

Pŏlĕă πώλιον Aristoteli, Syrorum lingua Fimus est pulli asinini, quem mater in partu ante fætum effundit. Plin. *lib. 28. c. 13.*

Poledrus, iuuenis equus: qui & Pulletrus, & Pultrinus, in ll. antiq. Italis *poledro* est pullus.

|| Poleium. Isid, *lib. 17. 9.* dictamnum quidam Latinorum polcium Martis propter belli tela excutienda.

Polemistades, bellatores. Gl. g. b. ||

Polĕmōn, pen. corr. πολέμων, Philosophus Atheniensis, Philostrati filius: qui quum in iuuentute petulans esset, & aliquando ebrius, & coronatus Xenocratis scholam ingressus fuisset, eius oratione quæ tunc de pudicitia erat, adeò mores immutauit, tantúmque in Philosophia profecit, vt Xenocrati in schola succederet. Autor Gellius. Diogenes eum multa scripsisse testatur. Suidas nihil scriptum reliquisse asserit.

rit. ¶ Polemon, cognomento Helladicus: patria Iliensis, historicus nobilissimus, æqualis Aristophanis Grammatici, Panætij discipulus, scripsit de origine ciuitatum Phocidis, Ponti, Laconiæ, Geographiam, & de cursu Solis libros tres. Idem Suidas, Polemon alius, à Laodicea Cariæ, qui Smyrnæ vixit ac professus est, æqualis Herodis Attici, sub Adriano principe, ad quem legatus quandoque Smyrneorum missus, ab eóque honorificè exceptus, & Musæo Ægyptio adscriptus est.

Pŏlĕmōnium, πολεμώνιον, ciuitas est Themiscyræ (quæ Pontica regio est.) Sideno fluuio irrigata. Autor. Plin. *lib.6.c.4.*

Pŏlĕmōnĭă, πολεμώνιον Dioscoridi. Herba quæ alio nomine philetæria appellatur: de qua Plin. *lib.5.c.6.*

Pŏlentă, æ hordeum madefactum, deinde siccatum, & tostum. {ἄλφιτον. GAL. *Farine d'orge seichée au feu, ou fritte, griote seiche.* ITAL. *Polenta, che si fa di farina d'orzo.* GERM. Gersten mäl auss dem mann vorzeiten Gersten muss machet / wie bey vns auss Habermäl / Habermuss. HISP. *Polienda.* ANG. *Barley stieped in water and after dried, parched or fried.*} Præparabatur autem hoc modo, Perfusum aqua hordeum siccant nocte vna, postero die frigunt: deinde molis frangunt, seruántque in multos dies. Est autem polenta tantùm fœminini generis, quamuis Calepinus neotericos Grammaticos sequutus, putauit etiam in neutro genere inueniri. Cato *de re rust.c.18.* Tum id percolato, polentam adiicito. Varro *de re rust.lib.3.cap.9.* Polentam mistam cum nasturtij semine. Plaut. *in Asin.* Vbi flent nequam homines qui polentam pransitant. Alij *pinsitant.* non rectè. vide παισιτάω in Constantini Lexico. Plaut. *Asin.sc.1.a.1.* Vbi fit polenta tu fortasse dicis. (de pistrino) Duo omnino à Grammaticis adducuntur testimonia ex Ouid. *Metam.* quibus probare conantur polenta etiam in neutro genere inueniri: in quorum vtroque polenta fœmininum est, non neutrum. Vide Raphaëlem Regium Ouidij interpretem *in 5.lib. Metam.* & Despauterium *de generibus nominum.*

Pŏlentārĭŭs, a, um, quod pertinet ad polentam, seu quòd est ex polenta. ἀλφιτικός. Plaut. *in Curc. sc.3 a.2.* Excutiam ex vnoquoque eorum crepitum polentarium.

Pollentĭă, æ, πολλεντία. Oppidum est sub Apennino, in confinio Liguriæ, cuius meminerunt Ptol. *lib.3.c.1.* & Plin *lib.3.c.5.*

Polentinus, a, um, Suet. *in Tib c.37.* Polentina plebs.

‖ Policastrum, *Policastro*, V. E. Lucaniæ, sub A. Salernitano. ‖

Pŏli, orum. { πόλοι, κύκλωμοὶ Martiano. GAL. *Les poles arctique ou antarctique.* ITAL. *Poli.* GERM. Die zwen vnbeweglichen himmels puncten deren einer in Mitternacht ist / zu eusserst näben dem kleinen Bären / der ander stracks dargegen im Mittag. HISP. *Los polos del mundo.* ANG. *The poles arctick and antarctik.*} Duo sunt puncta immobilia in cælo, circa quæ tanquam circa cardines quosdam totum cælum volui videtur: vnde etiam nomen acceperunt, ἀπὸ τοῦ πολεῖν, hoc est, à vertendo, siue circumuoluendo. Horum alter qui Borealis appellatur, in nostro hemisphærio perpetuo apparet, cui alter, quem Australem dicimus, ex diametro opponitur: neque ex nostro horizonte vnquam conspicitur. Ab horum vno ad alterum imaginaria quædam linea ducitur, quam Axem appellant: cuius extrema occupant ipsi poli. Plin. *lib. 2. cap.15.* Quoniam terra à verticibus duobus quos appellauerunt polos, centrum cæli est, nec non signiferi, obliquè inter eos siti. Gell. *c.10, lib.3.* Circulos quoque ait Nigidius in cœlo circum longitudinem axis septem, è queis duos minimos, qui axem extimum tangunt, πόλους appellari dicit, &c. Vide *Polus* infrà.

Pŏlĭă, armentum equorum. πώλεια, & πωλῶδες. Varro, Equariam appellat. Vlp *l.38.D.de ædil.edict.* Si polia venierit, dicemus vnum equum, qui vitiosus est, non omnem poliam redhiberi oportere. Hotomanus.

‖ Polimen, inis, ξίσμα, λείωσις, Apul. De deo Socratis. Neque enim in emendis equis faleras consideramus, & baltei polumina inspicimus. ‖

Pŏlīmentă, teste Festo, dicuntur testiculi porcorum quum castrantur, quòd ad similitudinem vestium poliantur. Plaut. *in Men.* Pernam itidem, aut sinciput, aut polimenta porcina Sed polimenta non à politione vestium dicuntur, (vt voluit Festus) sed à Pola, quæ pila ex aluta: quia polimenta, i. pilis similia. Vide *Pola.* Sic à φαλλὸς (quod veretrum è corio) fit follis.

Pŏlĭo, is, iui, vel polij, politum, Orno, complano. { מרק *marák* מרט *marat* לטש *latasch.* ξέω, λειόω. GALL. *Polir, orner.* ITAL *Pollire, ornare.* GERM. Polieren / Gletten / aussbutzen. HISP. *Polir, ornar, açicalar.* ANGL. *To polish and mak trimme.*} Deducitur ἀπὸ τοῦ πόλεως, ab vrbe, quòd vrbana omnia politiora esse soleant. M. S. Plaut. *in Pœn.* Poliri, expoliri, pingi, fingi. Virg.8. *Æneid.*

Ægidáque horrificam, turbatæ Palladis arma
Certatim squamis serpentum, auróque polibant.

Ouid.1.*de Pont. Eleg.6.*

Cur ego solicitè poliam mea carmina cura?

Cic. 1. *de nat deor.* Orationis faciendæ & poliendæ ignarus. Poliri calce. Vide *Poliri calce.* ¶ Dicitur etiam hoc verbum de agro. Ennius apud Nonium *Annal.* 9. Rastros dente fabres carpsit causa poliendi agri. ¶ Hinc politi campi apud eundem, Testes sunt lati campi quos gerit Africa terra politos. ¶ Veteres etiam polire dicebant pro pila ludere, autore Festo. Vnde polulæ, vel polæ, pilæ, vide *Polula* infrà. ¶ Huius composita, Depolio, Expolio, Perpolio, Repolio. de quibus suis locis.

Pŏlītum, dicimus cultum, ornatum. { מרוט *marút.* ממרט *memorát.* ξεστὸς. GAL *Poli, orné.* ITAL. *Polito, ornato.* GERM. Wol geziert / durchgeryben / aussgebutzt. HISP. *Polido.* ANGL. *Polished, trimmed.*} Varro 1. *de re rust. c.2.* Video huc venire Cn. Tremelium Scrofam, virum omnibus virtutibus politum. Cic. 3. *de finib.* Quinetiam agricultura quæ abhorret ab omni politiore elegantia, &c. Idem 4. *Acad.* Politissimus & acutissimus nostræ memoriæ philosophus. *Ibidem*, Nihil acutius nihil politius Aristotele. Idem *P. Lentulo*, Nunc, vt Appelles Veneris caput & summa pectoris politissima arte perfecit.

Pŏlītŏr, is, qui polit, artifex poliendi. Politores agrorum à Nonio dicuntur artifices agri diligenter colendi, & quasi poliendi. Vlpian. *l.52. D. pro socio.* Si in coëunda societate artem operamve pollicitus est alter, veluti cum pecus in communi pascendum, aut agrum politori damus, in commune quærendis fructibus nimirum ibi etiam culpa præstanda est.

Pŏlītē, aduerb. { γλαφυρῶς, ἐξειργασμένως. GAL. *Poliement, nettement, ornéement.* ITAL. *Politamente, ornatamente.* GERM. Schlichtig / glettig / zierlich. HISP. *Polidamente.* ANG. *Cleanelie, trimmelie.*} Cicero 1. *Tusc.* Fieri autem potest, vt rectè quis sentiat, & id quod sentit, politè eloqui non possit.

Pŏlītŭlŭs, dimin. γλαφυρώτερος. GAL. *Vn peu poli & orné.* ITAL. *Alquanto polito.* GERM. Ziimlich wol gebutzt / ein wenig durchgeriben. HISP. *Polido vn poco* ANG. *A litle polished and trimmed.*} Cic. ad Volumniũ *lib.7. Epist.* Opus est hîc limatulo, & politulo tuo iudicio.

Pŏlītūră, æ, Poliendi actus. { ἐξεργασία, ξέσις. GAL. *Polissure.* ITAL. *Esso polire.* GERM. Polierung / glettung / aussbutzung. HISP. *Obra de polir, polideza.* ANG. *A polishing.*} Plin. *lib. 36. cap.6.* Thebaica politura accommodatur.

Pŏlītĭo, nis, eiusdem significationis: vt politio operis, hoc est, extrema illa manus, quæ iam operi quodammodo perfecto imponitur. ¶ Politio, cultura agri, quæ pactione fit mercede certa, atque adeò ipsa merces. Cato, Politionem quo pacto dari oporteat.

Pŏlītĭēs, idem quod elegantia, siue ornatus, γλαφυρότης, κόσμος. Ex eodem fonte manauit.

Polio, pŏlionis, masc.gen. qui arma polit. Firmic *lib.2.* Mars & Mercurius in decimo ab Horoscopo loco poliones faciunt. Meminit Callistat *l.50. ff. de iure immunit. l quibusdam.*

Politor, qui agros polit & colit, certam pro mercede frugis partem capiens. Cato *de R. R* Eam partem in pristinum politor.

Pŏlion, vide *Polea.*

Polītēs, pen prod. πολίτης. Priami filius ex Hecuba, quem Pyrrhus capta vrbe in conspectu patris interfecit, vt refert Virg. *lib. 2. Æneid.*

Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites,
Vnus natorum Priami.

Pŏlis, is, fœm.gen. Latinè dicitur ciuitas & vrbs.

Pŏlĭtia, æ, Respublica, status ciuitatis. { πολιτεία. GAL. *Gouuernement de ville ou republique.* ITA. & HISP. *Republica.* GER. Ein gemein Regiment in einer Stat. ANG. *A common welth or gouuernement of a citie or common welth.*} Hoc nomine etiam Plato opus suum de Rep. inscripsit. Cic. 1. *de diuin.* Vide quid Socrates in Platonis Politia loquatur, &c. ¶ Politia, iuxta Aristotelem *in Rhet.* est principatus & consuetudo rerum, secundùm quam viuere vnumquenque, & conuersari decet Tres autem sunt, quia aut vnus regnat, aut plures, aut omnes. Si vnus & ille bonus, hic regnum constituet: si malus, tyrannidem: at si plures regnant, & boni, hi aristocratiam: si mali, ochlocratiam facient: si omnes, & hi boni, democratiam.

Pŏlĭtĭcŭs, a, um, Ciuilis, quod ad ciues pertinet, quos Græci vocant πολίτας. { πολιτικός. GAL. *Politique, ciuil.* ITAL. *Ciuile.* GERM. Statlich / Bürgerlich. HISP. *Ciuil, cosa de ciudad.* ANG. *Ciuil, belonging to citizent.*} Cic. *Attic.lib.9.* Sumpsi mihi quasdam tanquam theses, quæ & Politicæ sunt & temporum horum, Idem *Martio, lib.7. Epist.* Sed quæ potest esse homini politico delectatio, quum aut homo imbecillus à valentissima bestia laniatur, &c. Plutarch. *in comparat. Caton. & Aristid.* Politicæ & œconomicæ.

Pŏlĭtĭcă, orum, dicuntur de administrandæ ciuitatis ratione conscripti libri: vt, Aristotelis Politica, πολιτικά.

‖ Polium, πόλιον, herba, quæ à canitie nomen habet, quod in capitulis, secundùm Dioscoridem, aut in foliis secundùm Plinium. ‖

Pŏllă, Argentaria mulier doctissima, Lucani Poëtæ vxor, & in scribenda Pharsalia adiutrix: cuius frequens est mentio in Syluis Papinij.

Pōllĕn, vide *Pollis.*

Pŏllĕo, per duplex ll, Possum valeo multus sum viribus. { יכול *iachól.* ἰσχύω, δύναμαι. GAL. *Pouuoir, auoir puissance & autorité.* ITAL *Potere, valere.* GER. Vermögen. HISP. *Poder.* ANG. *To haue might power, and autoritie.*} Cic. *in Parad.* Nec est vlla res quæ plus apud eum polleat, quàm ipsius voluntas, atque iudicium. Viden' viginti minæ quid pollent, quid possunt. Plaut. *Asin.sc.3.a.3.* Quod genus illic vnum est pollens, atque honoratissimum Idem *Capt.sc. 2. a. 2.* Pollens lepidus liber. Idem *Curc.sc.1.a.1.*

——— Tu pollens vrbe nepotis eris,

Ouid.6. *Fast.* Plurimum pollens magis Tyria classis, Velleius. Item Pollere pecunia, Senec. *in Cas c.19.* Liu. 1. *bell. Pun.* Multum illi terra, plurimum mari pollent. Salust. *in Iugurth.* Quorum ea tempestate in Senatu auctoritas pollebat. Pollere ad, vel aduersum. Plin *lib.16.c.22.* Cur ergo non eadem causa aduersum omnes polleat, iure miremur. Cic. 1. *Offic.* Harum igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet. Pollet contra. Plin. *lib.24.c.19.* Herba quæ gignitur supra fimeta ruris, contra anginas efficacissimè pollet ex aqua pota. ¶ Accipitur etiam pollere pro præstare, melius esse, vtilius, præclarius. Idem Plin. *lib.36.* Ex oleo & aqua Ciliciæ cotes pollent. Idem *lib. 19. c. 3.* Sunt etiamnum duo genera nonnisi sordida non vulgò: quum quæstu nullo polleant ¶ Huius composita sunt, Præpolleo, & Æquipolleo. de quibus suis locis.

Pollens, tis, δυνάμενος, participium, siue nomen ex participio. Plaut. *Capt.* Quod genus illic vnum est pollens, atque honoratissimum. Idem *Curc.* Vini pollens lepidus Liber. &c.

Pŏllĕntĭă, æ, Potentia. { יכולת *iecholeth* כח *choach.* δύναμις. GAL. *Puissance pouuoir.* ITAL. *Potenza.* GERM. Gewalt / vermögenheit. HISP. *Potencia.* ANGL. *Power, might.*} Plaut. *in Rud.* Ne impiorum potior sis pollentia. Idem *Casina*, Vt viro tuo semper sis superstes, atque vt potior pollentia, vt vincásque virum, victrixque sies.

Pollentĭă, dea potentiæ, quæ à Romanis colebatur.

Pŏlĕntĭă, πολλεντία, Plinio autore, oppidum olim in maiore Balearium insula. Fuit & altera Pollentia iuxta Alpes, inclyta lanarum nobilitate: de qua Silius *lib.8.* fuscique ferax Pollentia villi. ¶ Fuerunt & Pollentini in Piceno, in quinta regione Italiæ, non multum distantes à Tolentinatibus, vt indicat Plin. *lib. 3.*

Pŏllĕx, cis, Digitus primus in pede, & manu, qui & magnus quòd vi & potestate inter cæteros digitos polleat { בהן *bóhen.* μέγας δάκτυλος, ἀντίχειρ GALL. *Le poulce de la main ou du pied.* ITAL. *Dito grosso, police,* GERM. Der Daum oder gross zehen dess Fuss. HISP. *El pulgar, dedo gruesso de la mano.* ANGL. *The thumbe.*} Hinc & apud Græcos ἀντίχειρ,

vocatus, quasi altera manus videatur. Alio nomine appellatur hallux. ἀπὸ τ' ἅλλεσθαι, à salto, quòd constricta manu proximum digitum solus scandat. Plin. *lib.* 11. *cap.* 43. Hominis pollex articulos habet tres. ¶ Premere pollicem, prouerbio dicitur pro fauere: & Conuertere pollicem, pro eo quod est alicui malè velle. Antiquitus enim in pollice erat fauoris, studiíque significatio, qui faueret, pollicem premebat. qui contrà malè alicui cuperet, pollicem conuertebat. Idem *lib.* 28. *cap.* 2. Pollices, quum faueamus, premere etiam prouerbio iubemur. Horatius, vtroque pollice, dixit, pro Summo fauore, 1. *epist.* 19. Consentire suis studiis, qui crediderit te, Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum. Pollex, in arborum corticibus. Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. de palmis arboribus, Reliquæ teretes atque proceræ, densis gradatísque corticum pollicibus, vt orbibus, faciles se ad scandendum Orientis populis præbent, &c.

Pōllĭcārĭs, quod pollicis latitudinem, siue crassitudinem habet. { ἀντίχειρος. GALL. *D'vn poulce.* ITAL. *D'vn dito grosso.* GERM. Eines Daumens breit. HISP. *Cosa de grandeza de vn pulgar.* ANGL. *Of an inche in length or breadeth.* } Plin. *lib.* 15. *c.* 24. Digitorum hominis longitudo illis, & interim falcata pollicari latitudine.

PŎLLĬCĔŎR, eris, verbum commune, secundùm Priscianum, vltrò promitto. Deducitur à pollice & licendo, quia qui licebatur, digitum tollebat. Cic. 2. & 3. *in Verrem.* { אמר amar הבטיח hibtiach יעד iahadh. ἐπαγγέλλομαι, ὑπισχνέομαι. GALL. *Promettre.* ITAL. *Promettere.* GERM. Verheissen. HISP. *Prometer.* ANG. *To promise, to assure.* } In significatione passiua legitur apud Ouid. *in Epist. Cydippes,*

Exige polliciti debita iura tori.

Plaut. *in Aul.* Credo ego ædepol, illi mercedem gallo pollicitos coquos. Idem *in Bacchid.* Hospitium & cœnam pollicere, &c. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Pollicitus dare numum, (pro daturum) & dixerat, En à me accipe. Item, Mira memoras: vtinam efficere, quod pollicitus, possies *Ibidem.* Nam petit cùm pollicetur, inhiat aurum vt deuoret. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 5.

Non sine taurino sanguine pollicita es.

Catull. *de com. Beren.*

——— *Quam* (cæsariem) *multis illa dearum*
Leuia protendens brachia pollicita est.

idem *ibidem.* ¶ Ponitur aliquando pro affirmare. Cicero *ad Curionem, lib.* 2. *Epist.* De ipso Tito Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi, &c.

Pōllĭcĭtor, aris, frequentatiuum, πολλὰ ἐπαγγέλλομαι. Plaut. *in Mil.* Aut tibi meam operam pollicitari.

Pōllĭcĭtātĭo, nis, Promissio. { ὑπόσχεσις, ἐπαγγελία. GAL. *Promesse.* ITAL. *Promessa.* GERM. Verheissung. HISP. *Opera de prometer, prometimiento.* ANG. *A promise.* } Plin. *lib.* 7. *c.* 37. Condita noua secta, spretis legatis ex pollicitationibus Mithridatis regis, &c. Budæus, Pollicitatio, est offerentis solius promissum.

Pōllĭcĭtŭs, Participium { ὑπισχόμενος, ὑποσχημένος, ἐπαγγελλόμενος. GAL. *Promis.* ITAL. *Promesso.* GERM. Verheissen/zugesagt. HISP. *Prometido.* ANG. *That promiseth.* } Fidem pollicitam dictis addere, Ouid. 3. *Fast.* Torus pollicitus. Idem *Epist.* 20.

Pōllĭcĭtum, substantiuum, id est, promissio. { τὸ ὑπισχόμενον, τὸ ὑπεσχημένον. GALL. *Promesse.* ITAL. *Promessa.* GERM. Ein verheiss oder verheissung. HISP. *Prometimiento.* ANGL. *A promise.* } Colum. *lib.* 11. *c.* 3. Memores polliciti nostri subiungemus cultus hortorum. Ouid. 1. *de Arte,*

Pollicitis diues quilibet esse potest.

Pōllĭnārĭus, vide *Pollis.*

PŎLLĬNCĬO, is, ire. Corpus mortuum curare. { κηδεύειν, ταφεύειν. GALL. *Oindre & enseuelir vn mort.* ITAL. *Gouernare & curare le corpi morti.* GER. Todte cörper salben vnd rüsten zu der begrebnuss. HISP. *Curar la sepultura de los muertos.* ANGL. *To anoynte and burie the dead.* } Plaut. *in Prolog. Pœn.* Carthaginienses fratres duo fuerunt, eorum alter viuit, alter est mortuus. Propterea apud vos dico confidentiùs, Quod mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.

Pollio Asinius, vt historicus citatur à Sueton. *in Cæs. cap.* 53. & Orator, *in August. cap.* 43.

Pōllĭnctūră, ipsa cadauerum vnctio, & curatio. { κηδεία. GALL. *Enseuelissement de morts.* ITAL. *Sepoltura de morti.* GERM. Die todten salbung vnd rüstung zu der begrebnuss. HISP. *Sepultura de los muertos.* ANGL. *The burying of the dead.* } Plaut. *in Stich.* Hodie pollinctura est. Libitinarius autem dicebatur qui necessaria funeribus vendebat, & qui rationibus præerat Libitinæ deæ, in cuius templo quæ ad sepulturam pertinebant, vendebantur. Docent Plutarch. *in Ptolem.* Seneca *lib.* 6. *de benef.* Vota libitinariorum esse, vt mortes plurimorum optent, quod illis quæstuosissimum est.

Pōllĭnctōr, is, cum c, qui pollincit, vel pollingit. Curator funerum, cuius officium erat abluere cadauera, & vngere. { νεκροθάπτης. GALL. *Enseuelisseur des morts.* ITAL. *Pizzicamorti.* GERM. Der den Todten cörpern allen raht anthut/ mit salben vnd anderen dergleichen dingen so zu der begrebnuss notwendig sind. HISP. *El que cura la sepultura de los muertos.* ANG. *A burier of the dead.* } Plaut. *in Asin.* Ecquis currit pollinctorem accersere? Idem *in Prolog. Pœn.* Vide *Pollincio* suprà. Apuleius, Pollinctor eius, funeri dum vnctionem parat. Mart. *lib.* 10.

Iam scrobe, iam lecto iam pollinctore parato.

‖ Pollinctoria, puluinaria, arcæ mortuorum. Gl. Isid.

Pollinctum, vbi cadauera ponuntur. Gl. Isid. ‖

Pōllĭntōr, Pollincere, Pollincio, vide *Pollis, inis.*

PŎLLĬS, inis, & pollen, inis, Flos tritici, à verbo polleo, quòd frumenti portio præstantissima sit. { γῦρις, παιπάλη. GALL. *Fleur de farine, la plus deliée.* ITAL. *Fior de frumento, fior da farina.* GERM. Die blum oder das beste theil dess Korns/oder das reinest Mäl/ so gewonlich hin vnd hår steubt. HISP. *Harina de trigo muy apurada, harina sotil.* ANG. *The flowre of wheete.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 10. Ex Africo iustum est è modiis reddire semodios, & pollinis sextarios quinque. Ita enim appellant in tritico, quod florem in siligine. Marcellus Dioscoridis interpres, pollicem esse ait, tenuissimum puluerem, subtilioremque farinæ partem, qualis circa molas plerunque, & loca in quibus panis pinsitur, parietibus hærens inuenitur.

Pōllĭnārĭŭs, a, um, ad pollinem pertinens. γυρώδης. vt Cribrum pollinarium, quod è lino, non è setis equorum fit ad pollinem purgandum. { κόσκινον ὃ ἀκριβέστερον τὸ ἄλευρον καθαίρει, ἀλευρότησις. GALL. *Vn bluteau ou sasſin & delié.* ITAL. *Burato, staccio, tamiso.* GERM. Der Beutelsack/oder beutelsib. HISP. *Cedaço.* ANG. *A siue to sift flour with.* } Nam cribra quæ ad excutiendam farinam fiunt, excussoria dicuntur. Plin. *lib.* 18. *c.* 11. Cribrorum genera Galliæ setis equorum inuenere, Hispaniæ excussoria, ac pollinaria.

Pōllĭntōr, is, Curator pistrinæ, qui farinam facit & pollinem, quíque pollinario cribro pollinem purgat. à polline farina deductum nomen. { ἀλευροποιός. GAL. *Bluteur ou passeur.* ITAL. *Chi tamisa, staccia, burata.* GERM. Ein Müller oder Mälbeutler. HISP. *Panadero.* ANG. *A sifter of flower.* } Cato *de re rust. c.* 5. Operarium, mercenarium, pollintorem, diutius eundem ne habeat die.

Pōllĭncĕrĕ, à pollinceo, est farinam in pistrino lucrifactam diuidere, inquit Sipontinus. γυρονομεῖν.

Pōllĭtĭo, nis, verbale à pollinceo, quod est farinam in pistrino diuidere. Cato *cap.* 136. Pollitionem in agro Casinate & Venafri sic dare oportet. Vide reliquum apud Catonem.

Polliones, portitores mortuorum. Vet. Voc. suprà fuit *Pilliones.*

Pollubrum, Vas est latum quod & peluim vocamus, à polluendo dictum, quòd eo aqua ex manuum ablutione polluta excipiatur. { χέρνιψ χέρνιβον, ποδονιπτήρ. GAL. *Vn bassin à lauer les mains.* ITAL. *Bacino, bacille.* GERM. Ein handtbecken. HISP. *Fuente Para lauar las manos.* ANG. *A basin to wash handes in.* } Antiqui etiam ad pedes abluendos pollubro vtebantur. Liu. *Andron.* apud Nonium, Argenteo pollubro, & aureo gutto. Fabius pictor, Aquam manibus, pedibúsque dato, pollubrum sinistra manu teneto, dextra vasum cum aqua. Pollubrum, inquit Nonius, quod Græci χέρνιβα, nos trulleum vocamus. Vnico autem l, videtur scribendum.

PŎLLŪCĔO, es, xi, verbum ad sacra pertinens, significans dedicare, vel vouere, vel (vt alij volunt) libamenta Herculi in aram porrigere. { ἀποθύω. GAL. *Sacrifier ou faire banquet magnifique en vn sacrifice.* ITAL. *Dedicare, apparecchiare conuito magnifico & sontuoso.* GERM. Herlich zueignen/oder auff opfferen/auff ein Opffer ein herrliche maalzeit zurüsten. HISP. *Dedicar ó sacrificar.* ANG. *To sacrifice or to mak a magnifick bankett in a sacrifice.* Vnde sacrificium polluctum dicebatur quo Herculi decimæ solebant sacrificari. Plaut. *in Stich.* Vt decimam partem Herculi polluceam, id est, splendidè dedicem. Hoc verbo vsi sunt autores quoties opiparas dapeis, veluti in sacrificium Deorum, & in primis, Herculis facturi erant, cui decimas omnium rerum Romani voto reddebant. Macrobius, Catillones eos propriè appellat, qui ad polluctum Herculis vltimi quum venirent, catillos liguriebant. Ad polluctum, hoc est, ad magnificum epulum, quale Herculi solebat fieri. Nam polluctum, ti, cœna est pollucibilis & opipara. Plaut. *in Rud.* Spectatores vos quoque ad cœnam vocem, ni daturus nihil sum, neque sit quicquam polluctì domi. id est, si nobis esset cœna tam lautè apparata, quàm esse solet eorum qui votiuum epulum faciunt, (hoc est, polluctum) ad cœnam vos vocassem. Ex Budæo. ¶ Hinc Polluctus, a, um, libatus, strue cumulatus; largiter exceptus, & tractatus. Plautus iocans Polluctum virgis dicit, quasi largiter exceptum, *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Tun' meam Venerem vituperas? quod quidem mihi polluctus virgis seruus sermonem serat.

Pōllūcĭbĭlĭs cœna, à Macrobio dicta est opulenta opipara, & splendida, μεγαλοπρεπὲς δεῖπνον.

Pōllūcĭbĭlĭtĕr, aduerbium, Splendidè & lautè. { πολυτελῶς. GAL. *Somptueusement* ITAL. *Sontuosamente.* GERM. Köstlich/herlich. HISP. *Magnificamente.* ANGL. *Costly.* } Plautus *in Mostell.* Pascite parasitos, opsonate pollucibiliter.

Polluctor, qui pollucet. Gl. Isid. Polluctare, consecrare.

‖ Polluctrum, locus sacrorum. Gl. Isid. ‖

Pōllūctum, vide in *Polluceo.*

Pōllūlum labellum; vide *Labellum.*

PŎLLŪO, is, ui, utum, Inquino, conspurco, fœdo, contamino. { טמא timmé חלל chillél. μολύνω. GAL. *Souiller & polluer.* ITAL. *Macchiare, sporcare, imbrottare.* GERM. Beflecken/besudlen/vermaasgen. HISP. *Ensuziar.* ANGL. *To defile, to makfilthie.* Cic. *pro Rosc. Amer.* Nemo enim putabat quenquam esse qui quum omnia diuina, atque humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisset. Ouid. 1. *Metam.* Afflatúque suo populos, vrbésque, domósque Polluit. Cic. *pro domo sua,* Iste qui non solùm aspectu, sed etiam incesto flagitio & stupro polluit cæremonias. Horat. 4. *Carm. Ode* 5.

Nullis polluitur casta domus stupris.

Virg. 3. *Æneid.*

——— *Polluit ore dapes*

Senec. *cap.* 16. *de consolat. ad Heluiam,* Polluere faciem lenociniis, aut coloribus. Ouid. 4. *Fast.*

At quicunque nefas ausi prohibente Deorum
Numine polluerant pontificale caput.

Pōllūtŭs, a, um. particip. { נטמאה nitmá טמא tamé. μεμιασμένος, μεμολυσμένος. GALL. *Pollu, souillé.* ITAL. *Contaminato, lordato, sporcato.* GERM. Befleckt/ besudlet/ vermaßget. HISP. *Ensuziado.* ANGL. *Defiled, madefilthie.* } Lucan. *lib.* 2.

Quenque sua rapiunt scelerata in prælia causa
Hos polluta domus, legésque in pace timenda.

Virg. 3. *Æneid.*

Linquere pollutum hospitium, & dare classibus Austrum.

¶ Hinc nocturnam genituram somno sparsam, pollutionem appellant μολυσμόν.

Pōllūx, olim Polluces, Iouis ex Læda filius, frater Castoris. πολυδεύκης Hinc fabulantur Poëtæ fuisse immortalem, & nihilominus immortalitatem suam cum fratre mortali diuisisse, &c. Virg. 6. *Æneid.*

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque reditque viam toties.

Sueton. *in Tib. c.* 21. Dedicauit & Concordiæ ædem. Item Pollucis & Castoris suo fratrísque nomine, de manubiis. ¶ Est etiam Pollux Græci Grammatici nomen, qui sub commodo principe Athenis docuit. Eius

Eius hodie nihil extat præter Onomasticon.

‖ Pollyxenus, ... versipellus. Gl. g b.

Polonia, Polen/Polonia, prouincia amplissima. ‖

Polosus, altus. polosè, altè. Gl. Isid. Vet. Voc. Polosus, a, um, altus, vel superbus, vel ornatus.

Polvlæ, vel Polæ, erant pilæ ex aluta molli tomento farctæ, quibus datatim ludebant in foro. Vnde polire dicebant pila ludere veteres, vt autor est Festus. Id tractum à Græco. Nam πολίαν veretrum significat ex aluta rubra confectum, quod gestabatur in pompa Liberi. Hinc polæ Latinæ, quæ ex aluta fiebant, & polimenta, de quibus suprà. Hæc ex Scaligero.

Polulus, adiectiuum, pro paululus, vel paruulus: antiquum. Cato *de re rustica cap.* 10. Vrceos tres, labellum polulum, amphoricas olearias duas.

‖ Polumen, locus sacrorum. Gl. Isid. ‖

Pōlus, πῶλος, Agrigentinus sophista, Gorgiæ auditor, primus in oratione inuenisse dicitur, τὰ πάρισα, ἀντίθετα, καὶ ὁμοιοτέλευτα: quod minimè verum est, sed iam inuentis sæpè vsum fuisse constat. Hæc Philostratus. Suidas scribit eum genealogiam eorum, qui ad Troiam profecti sunt, scripsisse, simul & nauium catalogum.

Polus, i, ὁ πόλος, *Le Pole Arctique, ou Antarctique.* Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

Quot inter occultum stella, conspicuúmque polum.

Ibid. Eleg. lib. 4. Trist.

Polo fixæ nequeunt tibi dicere flammæ.

‖ Poly, πολὺ, in quibusdam vocibus Græcis, ad Latinas translatis, legitur, quæ sequuntur, multitudinis significatione; nullo generis discrimine: alioqui mouetur πολὺ, πολλὴ, πολὺ, multus, a, um. ‖

Polyacanthos, πολυάκανθος, herba est spinosas habens lanugines, cuius meminit Plin. *lib.* 21. *c.* 16.

‖ Polyandrium, πολυανδρίον, aduerbium, locus vbi multi viri sunt: deinde vbi multi homines. vsurpatur pro sepulcreto, vbi multi sepulti.

Polyandria, multitudo ciuium.

Polyanodynos, πολυανώδυνος, cicuta. ‖

Pŏlyanthĕmŏn, πολυάνθεμον, herba est causticam vim habens, quam nonnulli batrachion appellant. Ruellius putat eam herbam esse quam herbariorum vulgus *Pedem coruinum* appellat. Vide Plinium *lib.* 27. *cap.* 12.

Polyægos, πολύαιγος, insula vna ex Sporadibus, à caprarum multitudine dicta.

Pŏlyænūs, πολύαινος, Sophista Sardianus, temporibus Cæsaris Dictatoris & Antonij triumuiri. Scripsit orationes iudiciales. Triumphi Parthici M. Antonij libros tres. ¶ Fuit & alter, Macedo genere, qui de Thebis scripsit, & de re militari, Suidas. Eius extat Stratagematum liber.

Pŏlyāndrĭŏn, πολυανδρίον, in Græciæ ciuitatibus dicebatur commune hospitum sepulchrum, ita dictum à multitudine sepultorum. πολύανδρον enim Græcis significat populosum.

‖ Polyanthemon, πολυάνθεμον, βατράχιον, ranunculi species, Germ. Schmaltzblum. ‖

Pŏlyărnă, siue Polyarnes, æ, πολυάρνης, multorum agnorum, siue qui possidet multos agnos. Varro *lib. 1. de re rust. c. 1.* Veteres poëtæ alios vocant polyarnas, alios polymelos, alios polybutas, id est, multorum agnorum, multarum ouium, multorum boum.

Pŏlybĭūs, πολύβιος. Insignis historicus ex Megalopoli Arcadiæ ciuitate, Scipionis Africani præceptor, qui Romanam historiam libris quadraginta conscripsit. Autor Suidas.

‖ Polybutes, πολυβούτης, ου, qui multos boues habet.

Polycandelum, πολυκάνδηλον, candelabrum, in quo multæ candelæ poni possunt à *candela*.

Polycarpon, herba sponte nascens in segetibus. H. P. ‖

Polycarpūs, πολύκαρπος, Ioannis Euangelistæ discipulus, & Smyrnæorum Episcopus, Latinè rem vberem & fertilem significat.

Polycaste, es, πολυκάστη, Nestoris filia, apud Homerum *in Odyss.*

Pŏlychrŏnĭūs, a, um. { πολυχρόνιος. Gall. *De long temps.* Ital. *Di longo tempo.* Germ. Langwirig. Hisp. *De largo tiempo.* Ang. *That lasteth long.* } Diuturnus, longæuus, & multi temporis: sicut ὀλιγοχρόνιος, qui parum viuit. Vnde cornices dictæ polychroniæ, quòd integras ætates viuere dicantur.

Pŏlyclētŭs, πολύκλειτος, Statuarius eximius diligentia & decore cæteris præcellens. Nam ex ære plurima confecit signa, grauissimorum scriptorum præconiis nobilitata: ex quibus in primis commemorantur astragalizontes, hoc est, talis ludentes, quo opere nullum absolutius fuit iudicatum. Fuit & Sycionius discipulus Ageladæ. Duas eodē argumento statuas fecit, alteram ex ingenio & suo iudicio, alteram verò ex vulgi opinione, & ex sententia cuiusuis prætereuntis. Quibus perfectis turbam admittit, ac primùm sua ostensa magnopere laudatur: altera deinde, non æquè. Atqui scitote (inquit) hanc quam tantopere laudatis, me fecisse: quam verò vituperatis, vos fecisse. Autor Ælianus *de varia historia.* Hinc adiectiuum, Polycletēus, pen. prod. πολυκλείτειος. Stat. 2. *Syluar.*

——— quod ab arte Myronis,

Aut Polycleteo iussum est, quod viuere cælo.

Idem 4. *Sylu.*

Quod Polycleteis visum est spirare caminis.

Pŏlycnēmŏn, πολυκνήμον, quasi multarum tibiarum, herba cunilæ similis, semine pulegij, surculosa, multis geniculis. Vide Plin. *lib.* 26. *c.* 14.

Polycrata, nobilis fœmina gaudio expirauit. Aristoteles apud Gell. c. 15. *lib.* 3.

Pŏlycrătes, πολυκράτης. Nomen proprium tyranni, qui in Samo insula rerum potiebatur. Hic & opibus, & felicitate apud historicos inclytus est: quoad vixit, non tam fortunæ alumnus dici potuit, quàm parmus. Annullum habuisse fertur, incredibilis pretij, sibique charissimum, quem, vt nimis sibi blandientem fortunam aliqua aduersitate temperaret, in mare abiecit: quem tamen postea in ventre piscis inuentum recuperauit. Verùm nunquam eidem in vita nihil aduersi contigisse ferunt, mors infamis, & ærumnosa docuit neminem ante obitum meritò dici posse felicem. Idem enim ab Oronte Satrapa Persarum captus, suspensúsque, genere mortis teterrimo diem clausit. Ex Strab. *lib.* 14. Huius item meminit *lib. 5. de finib.* Floruit eodem tempore quo Pythagoras & Anacreon. ¶ Polycrates Ephesiorum præsul, temporibus Seueri principis, vt scribit Hieronymus, eodem nomine, clarus literis floruit. ¶ Fuit & alius Polycrates, cuius meminit Quintil. *cap.* 17 *lib.* 2.

Pŏlydămās, antis, πολυδάμας. Proprium Troiani, Antenoris & Theanūs sororis Hecubæ filij, qui Lycasten Priami filiam, sed ex concubina susceptam, vxorem duxit. Hic cum Antenore patre & Ænea vrbem Troianam Græcis dicitur prodidisse. Poëtæ Græci, vt primam huius nominis syllabam extendant (nam alioqui in hexametro versu locum non habet) πουλυδάμας, scribunt: quos & Persius imitatus est *Satyr.* 1.

Ne mihi Polydamas, aut Troiades Labeonem

Prætulerint.

Sonat autem Polydamas Latinè multorum domitorem, quasi πολλοὺς δαμάζων, vel multarum vxorum virum, quasi esset Polidamar, vel Polydamars. eo enim respexit Cornutus in Persiū quum Polydamantem multinubam interpretatus est. ¶ Polydamas Pancratiastes nobilis qui æmulatus Herculem, leonem inermis amplexus superauit: taurum ingentem apprehensis extremis pedibus retrò tenebat: currum agitatum sese opponendo altera manu apprehensum ex cursu trahebat, in equósque insiliebat deiecto auriga. Accersitus à Dario Artaxerxis magni filio, ter apud eum ex prouocatione victor fuit. Postremò post cœnam in cauerna, quum saxum à vertice ruinam minaretur, diffugientibus conuiuis, confisus ipse viribus, ac manibus posse illud sustinere, oppressus est. Autor Pausanias.

Pŏlydēctēs, πολυδέκτης, Rex Seriphi insulæ, qui Perseum Iouis & Danaes filium educauit. Cuius tandem ingenium veritus, audaciámque & felicitatem, spe illectum æternæ gloriæ ad superandum Gorgonem compulit: quo deuicto redeunti Perseo quum semper detraheret, conuersus est ab illo in silicem, monstrato capite Medusæ, vt fabulatur Ouid. *lib.* 5. *Metam*

Pŏlydŏră, πολυδώρα, Insula Propontidis, apud Plin. *lib. 5. c. vlt.* ¶ Polydora nympha, Oceani & Tethyos filia. Hesiodus *in Theog.*

Pŏlydŏrūs, πολύδωρος, filius fuit Priami ex Hecuba, quem pater initio belli Troiani, communis Martis exitum veritus, cum magno auri pondere educandum tradidit Polymnestori Thraciæ regi, antiquo hospiti, amico & genero suo. Sed ille deleta Troia, cæterísque Priami ferè omnibus liberis interfectis, auri cupiditate adductus, Polydorum in littore spatiantem, telis aggreditur, & frustra fidem deorum, hominúmque implorantem occidit: cæsóque tumulum superiniecit, cui supercreuere myrti virgulta, vt autor est Virg. *lib. 3. Æneid.* Id quum mater Hecuba intellexisset, simulauit se ingens adhuc auri pondus velle illi secretò indicare, quod pro filio acciperet. Quod auarus rex verum existimans, mox ad Hecubam profectus, illius vnguibus obcæcatus est. Extat tamen & alia de Polydoro fabula: nempe Græcos per Thraciam venientes hunc cepisse: Priamum autem pro redemptione filij Græcis dedisse vrbem, quæ postea ab euentu Antandros dicta est: qua accepta illos tamen nihilominus Polydorum lapidibus obruisse. Hæc ferè Seruius *in locum illum* 3. *Æneid.*

——— fuge littus auarum.

Nam Polydorus ego, &c.

¶ Alius fuit Polydorus Priami filius ex Laothoe Altæi Lelegum regis filia, quem Achilles cum fratre Lycaone in bello Troiano interfecit.

Pŏlygălŭ, vel Polygala, πολύγαλον, herba palmi altitudine, in caule summo folius lenticulæ, quæ potata, lactis vbertatem inducit, à quo effectu nomen accepit. Plin. *lib.* 27. *c.* 12. Diosc. *lib.* 4. *c.* 14.

Polygamvs, πολύγαμος, ὁ, ἡ, qui, vel quæ multas nuptias habuit.

Polygamia, πολυγαμία, multitudo nuptiarum: multas simul vxores habere.

Pŏlygnōtŭs, πολύγνωτος. Nomen pictoris præclarissimi, patria Thasij, qui nonagesima Olympiade floruit. De eo Plutarch. *in Cimo.* Quint. *l.* 12. *Institut. oratoria.* Plin. *l.* 33. *c.* 9. Hic primus mulieres lucida veste pinxit, capita earum mitris versicoloribus operuit, plurimúmque picturæ primus contulit. Primus siquidem instituit os adaperire, dentes ostendere, & vultum ab antiquo rigore variare. Delphis ædem pinxit, & Athenis porticum quæ Pœcile vocatur, idque gratuitò, quum patrem eius Mycon mercede pingeret: quo nomine Amphyctiones (quod est publicum Græciæ concilium) hospitia ei gratuita per vniuersam Græciam decreuere. Pinxit præterea & Ocnum, teste Pausania, spartum torquentem, asinámque astantem, quæ quicquid ille torserat, statim præroderet. Quo ænigmate significare volebat, patremfamilias laboriosum quidem, sed cui domi esset vxor prodiga, quæ quicquid ille surdore suo corrasisset, strenuè profunderet. Vide Erasmi adagia.

Pŏlygŏnătŭ, πολυγόνατον, herba sine foliis, asparagi caule, in cacumine aculeum habens, à frequentia geniculorum dicta Plin. *lib.* 27. *c.* 12. Vulgus *Salomonis sigillum* appellat.

‖ Polygonius, a, um, πολυγώνιος, ος, ον, multis angulis constans. ‖

Pŏlygŏnŏīdēs, πολυγονοειδὴς, herba est folio lauri, longa, tenuísque, aduersùs serpentes, ac priuatim aspide ex aceto pota efficax. A quibusdam clematis Ægyptia, ab aliis daphnoides appellatur. Autor Plin. *lib.* 24. *cap.* 15.

Pŏlygŏnūm, { πολύγονον. Gal. *L'herbe sainct Innocent appellée des herbiers Centinodia, ou corrigiola.* Ital. *Corrigiuola, centinodia.* Germ. Weggras/Wegtritt. Hisp. *Cientoñudos, correola.* } Herba à geniculorum multitudine, quam nos sanguinariam vocamus, foliis rutæ, & semine gramini similis. Succus eius infusus naribus, supprimit sanguinem. Plin. *lib.* 27. *c.* 12 Dioscorid. *lib.* 4. *c.* 5. Colum. *lib.* 7. Sanguinalis herba quam Græci πολύγονον appellant. Hoc nomen veteres vsurparunt pro fœcundo. Vulgus *Centinodium* appellat.

Polygrammatus, a, um, πολυγράμματος, ον, multis liberis constans.

Pŏlygrămmus, a, um, πολύγραμμος. Gemma est smaragdo similis, transuersis multis albis lineis distincta. Vide Plin. *lib.* 37. *c.* 9.

Pŏlygynæcōn, mulierum frequentia. Plin. *lib.* 35. *c.* 11. Pinxit in templo Eleusinæ, Phylarchum Athenis frequentiam, quam vocauere polygynæcon.

Polyhymnia, vide *Polymnia.*

‖ Polyides staphis agria.‖

Pŏlȳīstŏr, qui multarum rerum gnarus est. { πολυΐστωρ. GAL. *Qui a beaucoup leu, qui sçait beaucoup, fort sçauant.* ITAL. *Chi sa molto, chi ha molto sapere.* GERM. Einer der vil weist. HISP. *El que sabe mucho.* ANGL. *That hath reade muche, very wyse.* } Latinè multiscius dicitur. Hoc nomine appellatus dicitur Apion, de quo Gell. *lib.* 5. *c.* 14.

Polylogus, πολυλόγος, multiloquus πολυλογία, multiloquium.

Polyloquus, Plauto, ex Græco & Latino. Merè Græcum est πολυλόγος, merè Latinum multiloquus.

‖ Polymartium, Bomerzo, V. olim E. Etruriæ, nunc opidum tenue.‖

Polymedia, Plinius *lib.* 5. *cap.* 3. Troadis oppidum, Hellesponto adiacens.

Pŏlȳmĭtŭs, a, um. { הפסים *happasim.* πολύμιτος. GAL. *Tissu de fils de diuerses couleurs.* ITAL. *Di piu colori.* GERM. Das auß vilerley fädmen oder eintrags gewäbet ist vnd nicht einerley farb hats / als der rögeletche zig schurlezt. HISP. *Texido con muchos lizos de diuersos colores.* ANG. *A garment of twisted silk of diuerse colours.* } Quod multis diversisque constat liciis, siue filis. Hinc polymitæ dictæ vestes quæ versicoloribus liciis contextæ sunt. Plin. *lib.* 8. *c.* 48. Plurimis verò liciis contexere quæ polymita appellant, Alexandria instituit.

‖ Polymitarius, qui varij coloris filis opus variegat.‖

Polymnestor, ris, Rex Thracum qui Polydorum Priami filium auaritia impulsus interfecit. Vide in *Polydorus.*

Polymnia, siue Polymneia, πολύμνεια, vna musarum, à memoriæ magnitudine dicta. Nam μνεία, Græci memoriam vocant. Producit autem hæc dictio penultimam syllabam, quum apud Græcos ει diphthongo scribatur. Fuerunt qui corripi putarint, adducti versu Virgilij. *ex Epigrammat.*

Signat cuncta manu loquitúrque Polymnia gestu.

Verùm in castigatioribus exemplaribus legitur *Polymneia* per quinque syllabas sine coniunctione *que.* Quem etiam in modum Horatius hac voce vsus est, *lib.* 1 *Carm.*

Euterpe cohibet nec Polymneia.

Sunt qui Polyhymnia scribant, vt à cantus multitudine dicatur. Ouid. 5. *Fast.* Finierat voces Polyhymnia. Ita scribit Passer. Magis tamen placet superior scriptura.

Polymorphus, a, um, πολύμορφος, ον, multiformis.

Pŏlȳmyxus. { πολύμυξος. GALL. *Qui a plusieurs becs à mettre la meche, de plusieurs meches.* ITAL. *Lucerna di molti stupini.* GERM. Ein ampel so vil tachten rörlin hat / vnnd an vilen orten mag angezündet werden / ein leuchter mit vil rören. HISP. *Candil de muchas mechas.* ANG. *That hath manymetches.* } Lucerna quæ multos habet canaliculos, & in his funiculos, illustrandis conuiuiis accommodata. De hac Martial. *lib.* 14.

Illustrem quum tota meis conuiuia flammis,
Totque geram myxos, vna lucerna vocor.

Polynices, πολυνείκης, & Eteocles OEdipi Thebanorum regis filij fuerunt, qui de regni hæreditate dissidentes, singulari certamine congressi, mutuis vulneribus ceciderunt. Latiùs prosequitur hanc historiam Statius *in Thebaid.*

‖ Polyonymou est inter nomina Helxines.

Polyos, quædam herba, quæ à Latinis dicitur omnimorbia. Vet. Vocab.‖

Polypœtes. { πολυποίτης. Pirithoi & Hippodamiæ filius, teste Homero *Iliad.* 12.

Polyphagus, { πολυφάγος. ANG. *A great eater.* } Latinè verti potest multiuorax. Creditur etiam polyphago cuidam Ægyptij generis crudam carnem, & quicquid daretur, mandere assueto, &c.

Polyphagia, πολυφαγία, Edacitas, voracitas. { ANG. *A greedie eating.* } Verùm Græcas id genus voces, quæ Latinis literis scribi non consueuerunt, satius fuerit, in Græcum Lexicon tanquam in propriam familiam relegare.

‖ Polypharmacus, πολυφάρμακος, pharmacis abundans.‖

Polyphemus. πολύφημος. Cyclops, Neptuni filius ex Thoa Phorci filia, ingenti corpore, qui vnicum tantùm oculum, eúmque in fronte habuit. Hic Galateam nympham fertur adamasse, Acinque puerum, quem sibi illa præferebat, saxo interemisse. Vlyssem quoque vi tempestatis in Siciliam delatum antro suo inclusit, quatuórque ex comitibus eius deuorauit: reliquos eodem mortis genere perempturus: nisi præuertens Vlysses vino nigro, inebriasset, altóque sopore obruto, adusto stipite oculum eruisset. Vide latiùs totam hanc fabulam apud Homerum 10. *Odyss.* Seru. *in illud Virg.* 3. *Æneid.*

Nam qualis quantúsque cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes.

Multi, inquit, Polyphemum dicunt vnum habuisse oculum, alij duos, alij tres, sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudentissimus, & ob hoc oculum in fronte habuisse dicitur, id est, iuxta cerebrum, quia prudentia plus videbat. Verùm Vlysses eum prudentia superauit: & ob hoc eum cæcasse fingunt. Hæc Seruius. Cic. quoque de Polyphemo, *lib.* 5. *Tusc.* sic scribit, At verò Polyphemum Homerus, quum immanem ferúmque finxisset, cum ariete etiam colloquentem facit, eiúsque laudare fortunas, quòd quò vellet ingredi posset, & quæ vellet attingeret. Rectè id quidem, nihilo enim erat ipse Cyclops, quàm aries ille prudentior. Hæc Cicero.

‖ Polyphyllon, est inter medij nomina, apud Dioscor. πολύφυλλος, est multis foliis præditus.‖

Pŏlȳplūsĭŏs, עשיר *haschir.* πολυπλούσιος. GAL. *Pecunieux, rich.* ITAL. *Danaroso, ricco.* GERM. Vast reich / der vil gelt hatt. HISP. *Rico que tiene muchos dineros.* ANGL. *Very riche.* } Latinè bene nummatus dicitur, siue vbertim diues: à πολὺ multum, & πλούσιος diues. Plaut. *in Capt. sc.* 2. *a.* 2. Quo de genere natus est illic Philocrates? P. Polyplusio.

Pŏlȳpŏdĭum. { πολυπόδιον. GALL. *Polypode.* ITAL. & HISP. *Polypodio.* GERM. Engelsüß. ANGL. *VValfarne, polipodie.* } Herba dicta, siue quòd radix eius veluti cirros ad similitudinem polypi piscis habeat, siue quòd farina eius indita naribus polypum consumit, *Filicula* vulgò dicitur. Plin. *lib.* 26. *c.* 8. & Diosc. *lib.* 4. *c.* 198.

Polypragmon, multis πράγμασιν, i. negotiis se implicans; curiosus.

‖ Polyticha, publicæ rationes, chartæ publicæ. Cerda.‖

Pŏlȳptōtŏn, πολύπτωτον, apud Rhetores figuræ nomen est, quæ fit quoties diuersis casibus eiusdem dictionis oratio variatur, hoc modo: Senatus est summi imperij consilium: Senatui Reipub. cura demandatur: ad Senatum in dubiis periculosísque rebus omnis ciuitas respicit. vide plura de hac figura apud Rutilium & Aquilam Romanum. Dictum πολύπτωτον, quasi casibus abundans: nam πτῶσις Græcis casum significat.

‖ Polyptychum, πολύπτυχος, ον, multis πτυχαῖς, i. plicis constans, vt πολύπτυχον δέλτον. Hinc absolutè polyptichum liber ex multis plicaturis.‖

Pŏlȳpus { πολύπους. GAL. *Poupe ou poulpe.* ITAL. *Polpo pesce.* GERM. Ein meerfisch mit vill füssen. HISP. *El pulpo pescado conocido.* ANG. *A fish with many feete.* } mascul. gen. polypi & polypodis, piscis ex genere τῶν μαλακοδέρμων, hoc est, eorum qui molli cute teguntur, à multis pedibus appellatus: cuius descriptionem, naturam & genera, vide apud Plin *lib.* 9. *c.* 20. ¶ Per metaphoram polypus accipitur pro homine rapace: quod à Polypo pisce translatum est, qui quicquid brachiorum flagellis nactus fuerit, arctissimè retinet. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Ego istos noui Polypos, qui vbi quid tetigerint, tenent. ¶ Nonnunquam polypum dicimus omnium horarum hominem, qui se omnium ingeniis omníque tempori nouit accommodare: ea quoque metaphora à polypi piscis natura sumpta, qui ad similitudinem loci cui adhæret, colorem immutat, maximè in metu. ¶ Est etiam polypus narium morbus, quum caro interiora nasi occupat, à multifida incisione qua polypi piscis pedes imitari videtur. { GAL. *Vn morceau de chair qui croit dedans le nez, poulpe.* ITAL. *Malatia nel nazo.* GERM. Ein geschwär der nasen / oberig fleisch in der nasen. HISP. *Dolencia en las narizes, como carne de pulpo.* ANGL. *A peece fleshe which groweth in the nostrels.* } Morbi huius descriptionem & remedia, vide latiùs apud Celsum *lib.* 6. *cap.* 8. Cato *de re rust.* Etsi polypus in naso introierit, brassicam erraticam, aridam, tritam in malum coniicito, & ad nasum admoueto.

Pŏlȳpōsŭs, qui eo morbo laborat. { πολυπώδης. GALL. *Celuy qui a vne poulpe au nez.* ITAL. *Chi ha tal malatia nel naso.* GERM. Der ein solches geschwär in der nasen hatt. HISP. *Doliente de tal enfermedad en las narizes.* ANG. *That is sick by flesh growing in the nose.* } Martial. *lib.* 12.

Nasutum volo, nolo polyposum.

‖ Polyrrhizon, accommodatur compluribus herbis. πολύρριζος, ον, est multas ῥίζας, h. e. radices habens.

Polyspastos, πολύσπαστος, ον, opus polyspasten, quod multis modis trahitur. Vide *Trispastos.*‖

Polystaurium, πολυσταύριον vestis patriarchalis, cui multæ cruces erant intextæ: quod & φαινόλιον dicebatur. erant autem illæ cruces intextæ penulæ albæ. vide Gl. Græcob. Meursij.

Pŏlȳsyndĕtŏn, πολυσύνδετον, figura quum sermo multis coniunctionibus concatenatur. Virg. 3. *Georg.*

——*tectúmque larémque,*
Armaque, Amycleúmque canem, Cressámque pharetram.

Dictum polysyndeton, ἀπὸ τῶν πολλῶν συνδέσμων, hoc est, à multitudine coniunctionum.

Polysyntheton. πολυσύνθετον, figura quum sententiæ multorum articulorum conuenienti copia continentur: vt, Ille hunc pœna constrictum trahebat: hic autem vociferabatur: concursus verò non mediocris erat: quum tamen omnes opitulari vellent, sed nemo auderet, neque ibi magistratus aderat, neque circumspicientes, quò potissimum confugeremus, reperiebamus. Rutilius Lupus.

Polytelia, πολυτέλεια, oppidum Mesopotamiæ, apud Plin. *lib.* 9. *c.* 26.

Pŏlȳtrĭchŏn. { πολύτριχον. GALL. *Capillus Veneris, polytrichon.* ITAL. *Capel Venere.* GERM. Marrauten vnd abthon. HISP. *Politrico.* } Herba est quæ alio nomine Callitrichon dicitur, quòd multos & pulchros nutriat capillos. Dioscorides adiantum appellat, vulgus *Capillum Veneris.* Legitur & nominatiuus polytrix. Plin. *lib.* 26. *c.* 4. Polytrix iisdem inueteratis vtilior.

Polyxena, πολυξένη, Priami filia formosissima, ex Hecuba coniuge, quàm Pyrrhus Achillis filius, Troia capta, ad patris sui tumulum iugulauit. Ferunt enim Achillem quum ad Troiam bellum gereret, Polyxenam fortè in mœnibus conspectam adamasse, eámque sibi vxorem postulasse. Quod quum Priamus annuisset, placuit vt in Tymbræ Apollinis templum conuenirent, pacis nuptiarúmque fœdera inituri Quod quum resciuisset Paris, post Apollinis simulachrum sese occultauit, Achillémque nihil tale opinantem sagita interfecit. Capta deinde Troia, quum & Polyxena viua in hostium manus peruenisset, Achillis vmbras Græcorū proceribus in somnis apparuit, præcipiens vt Polyxena cuius nuptiarum prætextu erat interfectus, inferias sibi mitteretur: cuius crudelitatis Pyrrhus sese ministrum præbuit. Ouid.

Placet Achilleos mactata Polyxena manes.

Pŏlȳxĕnĭŭs, a, um, adiectiuum, apud Catullum,

Alta Polyxenia madefient cæde spulchra.

Pŏlȳxĕnŭs, πολύξενος, inter Græcorum duces numeratus. Homer. *lib. Iliad.* 2.

Pŏlȳxō, us, mulier fuit ex Lemno insula & Apollinis vates quæ Lemniaci sceleris dux & hortatrix fuit, Nam quum Lemniacæ mulieres ob spretam venerem hircum olerent, maritique earum eam ob causam ex Thracia vxores sibi asciscerent, Polyxûs instinctu omnē virilem sexum interemerunt. Antor Statius *lib.* 5. *Thebaid.*

Polyzelus, πολύζηλος. Poëta comicus, cuius fabulas enumerat Suidas.

Pŏlȳzōnŏs, πολύζωνος, gemma nigra multis zonis candicantibus distincta, Plin. *lib.* 37. *c.* 11.

Pomarium, vide *Pomum.*

‖ Pomerania, Poumeren / regio Germaniæ ad mare Balticum, Ducatus titulo nobilis.

Pōmĕrīdĭānŭs, a, um, à post & meridies, quod post meridiem fit: sicut antemeridianus, quod fit ante meridiem. { μεθημερινός. GALL. *D'apres midi.* ITAL. *Doppo mezzo giorno.* GER. Nachmittägig. HISP. *Despues de medio dia.* ANGL. *After none.* } Cic. 3. *de Orat.* Atque huius deambulationis antemeridianæ, aut nostræ pomeridianæ sessionis. ¶ Dicitur & postmeridianus. Quintil. *lib.* 3. *c.* 1. Postmeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit. Item, In postmeridianas horas differre quod leuioris est operæ. Seneca *c. vlt. de tranq.* ¶ Item dicitur Pomeridiem belli gerere, pro postmeridiem. Quint.

‖ Pomesania

‖Pomesania, Prussiæ ducalis prouincia.‖

Pŏmĭfer, vide *Pomum*.

Pŏmĭlĭōnēs, siue Pumiliones. { כמדים *chammadhîm*. Gal. *Nains ou naintes*. Ital. *Nani*. Germ. Zwerglin/kurtze erdmännlin. Hisp. *Enanos*. Ang. *Men of litle stature.* } Breui staturæ homines, paulùm supra terram extantes, qui Græco vocabulo νᾶνοι vocantur: qualem describit Mart. *Epigr.* 197. *lib.* 14. hoc disticho,

Si tantum spectes hominis caput, Hectora credas:
Si stantem videas, Astyanacta putes.

Ibidem.

Hac qua sæpe solet vinci, qua vincere rarò
Parma tibi, scutum pomilionis erit.

¶ Legitur & Pomilius adiectiuum, vt Mulæ pomiliæ apud eundem *in tit. huius Epigrammatis,*

His tibi de mulis non est metuenda ruina,
Altius in terra penè sedere soles

Sunt tamen qui malint scribere *pumilio* & *pumilius* per quintam vocalem. Vide *infrà*.

Pōmœrĭum, { חל *chêl*. τὸ πωμοίριον, οἷον τὸ ὄπισθεν τείχους, ἢ τὸ μετὰ τεῖχος. Gal. *Certaine espace entour les murs d'vn ville tant dedans que dehors, où il est loisible edifier.* Ital. *Spacio tra le mure & le fosse della città.* Germ. Ein zwingellhof/die wete innerthalb vnd ausserthalb der ringmauren. Hisp. *La ronda entre los muros y casas.* Ang. *A space betwene the wallec of a citie, as well wishin without where it was not permiteed tu build.* } Locus erat tam intra, quàm extra murum, quem antiqui in condendis vrbibus inauguratò consecrabant: neque patiebantur vllum in eo fieri ædificium. Dictum pomœrium, teste Varrone, quasi postmurium. Nam antiqui mœrum dicebant quem nos murum dicimus. Hinc legunt nonnulli apud Virg. 10. *Æneid.*

——atque ipsis prælia miscent
Aggeribus mœrorum.

Liu. *lib.* 10. Aggere & fossis, & muro circundat vrbem, pomœrium profert. Idem, Pomœrium est circa murum locus, quem in condendis vrbibus quondam Hetrusci quà murum ducturi erant, certis circa terminis auguratò consecrabant. Et hoc spatium quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod post murum esset, quàm quòd murus post id, pomœrium Romani appellarunt, & in vrbis incremento, quantum mœnia processura erant, tantum termini hi consecrati proferebantur. Festus, Pomœrium quasi promurium, id est, proximum muro. Pomœrium quid? Plutarch. *in Rom.* ¶ Intra pomœrium fieri centuriata comitia, nefas. Gell. *c.* 27. *lib.* 15. Et de iure pomœrij proferendi. Idem *c.* 14. *lib.* 13. Pomœrium quid esset, Augures populi Romani qui libros de auspiciis scripserunt, istiusmodi sententia definierunt, Pomœrium est locus intra agrum effatum, per totius vrbis circuitum, ponè muros, regionibus certis determinatus, qui facit finem vrbani auspicij. Antiquissimum autem pomœrium quod ab Romulo institutum est, Palatini montis radicibus terminabatur. Sed id pomœrium pro incrementis Reipublic. aliquoties prolatum, & multos editósque colles circumplexum est.

Pōmōnă, æ. { Die äpffelgöttin. } Pomorum dea apud Romanos, adamata à Vertumno, vt fabulatur Ouid. 14. *Metam.* Dicta Pomona à pomis, quemadmodum Mellona à melle.

Pōmpă, æ, { πομπή. Gal. *Pompe, monstre appareil solemnel.* Ital. *Pompa, solenne apparecchio.* Ger. Ein prächtliche rüstung/als mit schawspylen/ processen/vnd dergleichen dingen. Hisp. *Pompa y aparato.* Ang. *A solemne sight or shew.* } Omne spectaculum dicitur, teste Vall. *lib.* 4. & apparatus solennis, cum ostentatione & specie quadam triumphi tam in aduersis, quàm prosperis & lætis, à Græco πέμπω mitto. Dicitur enim pompa triumphi, pompa nuptiarum, pompa sacrorum, pompa funerum. Cic. 1. *Offic.* Vt pomparum ferculis similes esse videamur. Idem 4. *Tusc.* Socrates in pompa quum multa vis auri argentíque ferretur, quàm multa non desidero inquit. Idem *pro Milone*, Cadauer P. Clodij spoliatum exequiis, pompa, laudatione. ¶ Terent. *in Heaut.* Prolixum meretricis comitatum Pompam appellauit: Transeundum, inquit, est nunc tibi ad Menedemum, & tua pompa eò traducenda est. Pompam, penum, potationes. Plaut. *Cap. sc.* 1. *a.* 4 Cum istoc ornatu, istáque pompa (quia ferebatur vinum & cereus.) Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Vt te quasi pompam illâc præterducerem. Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Ouid. 4. *Fast.*

Circus erit Pompa celebris numeróque Deorum.

Item Pompa, ludicrum est certamen, vt sæpè apud Cic. Lege Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Amor.* ¶ Denique splendor omnis & magnificentia per translationem pompa appellatur. Quintus Cic. *de petit. Consul.* Postremò tota petitio cura vt pompæ plena sit, vt illustris, vt splendida, vt habeat summam speciem ac dignitatem. Detrahere pompam muneri suo, id est, absque fastu dare. Senec. *de benefic. lib.* 2. *c.* 12.

Pompalis, e, adiect. ad pompam pertinens. Iul. Capitol. *in Gordiano*, Erat quidem longitudine Romana, canitie decora & pompali vultu, ruber magis quàm candidus.

Pompaliter, adiect. pompali modo.

Pompabiliter, aliud aduerb. Iul. Capitol. *in Galieno*, Gladiatores pompabiliter ornati.

Pompaticus, solennis, superbus, cum pompa iunctus. Apul. *lib.* 10. Pompatico fauore deducor. Amos 6. 1. ingredientes pompaticè.

Pomposus, superbus, altus, magnificus.

Pompator, qui aliquid superbè & præsumptuosè agit.

Pompula, parua pompa

Pompulentus, pompa plenus.

Pompo, as, superbire, gloriari.

Pompeij, populi dicuntur quos Sarnus amnis alluit, incolentes oppidum eiusdem nominis. ¶ Inde Pompeianum, id est, prædium circa Pompeios, Pompeianæ ficus ad siccandum optimæ. Pompeiana vitis, ab insitore dicta. Colum. *lib.* 3. *c.* 2.

Pompeiopolis, πομπηιούπολις, ἢ πομπηιόπολις Stephano, Ciciliæ vrbs. Pompon. Mela *lib.* 2. *in descriptione Cilicia*, Deinde vrbs est à Rhodiis, Argiuísque, pòst piratis Pompeio assignante, possessa: nunc Pompeiopolis, tunc Soleë. Hæc etiam, Solino teste, postea Traianopolis est appellata, mutato nomine, postquam in ea fato concessit Traianus.

Pōmpĕiōrum Romæ illustris familia fuit, ex qua in primis commemoratur Qu. Pompeius, qui contra Numantinos missus, ab eísque superatus, turpem & ignominiosam pacem fecit. Autor Florus *lib.* 2. ¶ Huius filius, siue nepos Cn. Pompeius Strabo, magni Pompeij pater, Nouocomum coloniam deduxit: in bello sociali Imperator creatus, de Picentibus triumphauit: vir admodum duræ disciplinæ. ¶ Cn. Pompeius, huius filius, Syllæ partes secutus est, ab eóque ad vlciscendos inimicos in Africam missus, Domitium primùm expugnauit, deinde & Iarbam regem cepit, de quo triumphauit ante legitimam ætatem: quare ab exercitu Syllæ Magnus est salutatus. Inde contra Sertorium in Hispania profectus, Metelli copiis se se coniungens, eum cum tota factione sustulit. Mox delectus Imperator ad Bellum Piraticum, tribus mensibus id confecit. Dein successor L. Lucullo missus, de Mithridate triumphauit. Tigranem Armeniæ regem ei ad genua procumbentem, in regnum restituit. Inde Iberos, Albanos, Iudæos debellauit, capto eorum rege Aristobulo. Extincta vxore Iulia, Cæsaris filia, Corneliam Scipionis filiam, à P. Crasso M. filio viduam relictam, vxorem duxit. Neapoli domum acutissima febre correptus, parum abfuit à morte: quæ si contigisset, meliùs cum eo factum fuisset, ob insequentis belli ciuilis calamitatem. Iam bello ciuili excitato, Pharsalica pugna à Cæsare copiis longè inferiore superatus, & in Ægyptum fugiens, regis perfidia ab Achilla præfecto interfectus est. Triumphum quum ex Oriente victor rediisset, biduo egit, prænotatis gentium titulis victarum, quæ à Plinio *lib.* 7. & à Plutarcho *in vita eius*, ordine adnotantur. Filios reliquit Cn. & Sextum Pompeios: quorum ille apud Mundam Hispaniæ vrbem interfectus, hic apud Siciliam nauali prælio ab Augusto est victus. Sex. Pomponius alius, vir Prætorius, sub quo Valerius Maximus militasse se dicit, & quem Ouid. *de Ponto* pluribus laudibus effert. Huius pater Sext. Pompeius Hispaniæ citerioris princeps, quum horreis suis ventilandis præsideret, correptus dolore podagræ, mersit in triticum sese super genua, leuatúsque siccatis pedibus mirabilem in modum, hoc postea remedio vsus est. Autor Plin. *lib.* 22 *c.* 25. Apud quem tamen, non Sext. Pompeius, sed Sext. Pomponius est legendum. ¶ Qu. Pompeius Rufus, Syllæ è filia nepos, Trib. pleb. cum T. Numatio Planco, aduersissimus Miloni, in cuius causa dixerat paucis pòst diebus, quàm Clodius esset occisus, Milo dedit quem ex Curia desideretis: ego dabo quem ex Capitolio mulctetis. Idem Milonem ad se venientem in hortis aspiciens, misit nuntium ne veniret. ¶ Qu. Pompeius, qui Bithynicus est dictus, summo studio dicendi, multáque doctrina, incredibilíque labore atque industria. Huius actio non satis commendabat orationem: in hac enim satis erat copiæ, in illa leporis parum. Hæc Cicero. Festus quoque de eodem sic ait, Pompeius Bithynicus, è supellectili regia signum ephebi mitram tenentis, arenámque ruentis exercitationis gratia more Græcorum, Romam portauit, & in Capitolio posuit.

Pōmpĕlōn, πομπέλων, oppidum est Hispaniæ sub Pyrenæis montibus, quod à Ptolemæo Vasconibus annumeratur. Plin. *lib.* 3. *c.* 3. Pompelonenses conuentui Cæsaraugustano adscribit. Hodie *Pampelunam* vocant, regni Nauarræ caput.

Pōmphŏlyx, πομφόλυξ. Præter vulgatam illam significationem quæ apud Græcos Bullam significat, etiam fuliginem significat albam, in officinis potissimùm ærariis è fornacibus euolantem, summísque camini partibus, vel etiam officinæ testudini adhærentem. Nomen habet à verbo πομφλάζω, quod est bullis efferuesco, eo quòd cameris, summísque fornacibus inæqualiter adhærens, quandam bullarum speciem præbeat. ¶ Inuenitur etiam Pompholyx natiua inter lapides metallicos, similis iis filis quæ Autumni præsertim tempore sereno cælo per aërem volitant. Prioris meminit Galen. *lib.* 9. *simplic.* Vtriusque autem Agricola *in tractatu de Metallis.*

Pōmpĭlŭs, i, piscis genus, qui aliò nomine vocatur Nautilos, quod nauis speciem præ se ferat. ναυτίλος. Plin. *lib.* 9. *c.* 29. Inter præcipua autem miracula est qui vocatur nautilos, ab aliis pompilos. Supinus in summa equorum peruenit, ita se paulatim subrigens, vt emissa omni per fistulam aqua, velut exoneratus sentina, facilè nauiget. Postea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit: qua velificante in auras cæteris subremigans brachiis, media cauda, vt gubernaculo, se regit. Ita vadit alto, Liburnicarum gaudens imagine: & si quid pauoris interueniat, hausta se mergens aqua.

Pōmpōnĭă, πομπωνία, mater Scipionis, ex congressu Iouis (vt credi volebat) in anguem mutati. Silius *lib.* 13. Adstabat fœcunda Iouis Pomponia furto, &c.

Pōmpōnĭŭs, Atticus. πομπώνιος. Nobilis Eques Romanus, excellenti ingenio, & amicus Ciceronis in primis fuit: vnde Atticus Ciceronis est appellatus: qui postquam vidit Cinnæ tumultu Rempublicam esse turbatam, secessit Athenas, vbi longo tempore moratus, & publicè ciuitatis, & priuatim omnium gratiam moribus elegantissimis promeruit; linguam ita probè didicit, vt Attici nomen adsequeretur. Humanitate diuitiísque simul præditus fuit, quibus amicos libenter impartiebat. ¶ Nam & Ciceronem ab vrbe pulsum opibus iuuit, & Brutum ab vrbe fugientem nummorum centum millibus est prosecutus. Erat alioqui grauissimus vir & constantiæ singularis: vt quæ religiosè polliceretur, eadem & præstare niteretur. Mendacium nec ipse dicebat, nec pati poterat. Plura Cornelius Nepos, qui vitam eius elegantissimè scripsit. Pomponij dicti à Pomponio Numæ filio. Plutarch. *in Numa.* ¶ Pomponij item alij duo Ciceronis tempore fuere: quorum alter L. Pomponius Bononiensis Atellanarum scriptor, quem Solinus refert nunquam ructasse. Alter Cn. Pomponius orator, patronus acer, acerbúsque dicendo, & lateribus pugnans, vt ait Cic. *in Orat.* ¶ Iulius item Pomponius secundus tempore Quintiliani inter tragicos longè princeps, quem senes (vt ille refert) Pindarum tragicum putabant: compositione atque nitore præstare omnes confitebatur. Tacitus verò *de eodem*, Pomponius secundus nostris temporibus, Domitio Afro, vel dignitate, vel famæ perpetuitate cessit. Hæc Tacitus. Plin. verò *lib.* 14. *c.* 4. eum cœnā C. principi Germanici filio dedisse ait, in qua vinum centum sexaginta annorum fuit. ¶ Pomponius Iurisconsultus ex Pandectarum libris notissimus. ¶ Præter hos Pomponius Mela natione Hispanus, insigni opere de situ orbis clarissimus.

Pompōnĭānă pyra, dicebantur ab insitore, mammosa cognominata, à similitudine

similitudine mammæ. Autor Plin. *lib.* 15. *c.* 15.

POMVM, i, generale nomen est omnium fructuum, qui ex arboribus esui aptis proueniunt, siue mollium, siue durorum. { תפוח *tappuach.* μῆλον, ὀπώρα. GALL. *Pomme, & autre fruict bon à manger.* ITAL. *Ogni frutto da mangiare.* GERM. Ein iede essige baumfrucht. HISP. *Todo fruto que tiene la corteza tierna.* ANG. *An apple or other fruit good to eat.* } Nuces verò ea duntaxat poma vocantur duro quæ operimento sunt. Plin *lib.* 15. *c.* 22. nuces pomorum genere comprehendit, & mora, *c.* 24. Sic & Ouid. *lib. de Nuce,*

Annua cultori poma referre suo.

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Et ne sint tristi poma sapore facit.

Tempus Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Prius poma per autumnum numerabis, &c. Poma negat regio. Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist. & lib.* 2. *Fast.*

Dum fierent tarda dulcia poma mora.

Quod autem vulgus Gallorum *pomum* vocat, id Latini malum appellant. Dictum pomum (vt docet Varro *lib.* 1. *de re rust. c.* 31.) quasi potomum, quod eius insitio potu, id est, aquatione indiget.

‖ Pomulum paruum pomum. ‖

Pōmus, i, fœm. gen. Arbor pomifera. { תפוח *tappúach.* μηλέα. GAL. *Pommier.* ITAL. *Melo pomaro.* GERM. Ein apffelbaum. HISP. *El mançano.* ANG. *An apple tree.* } Tibull. *lib.* 1. *Eleg.*

Tunc victus abiere feri: tunc consita pomus:

Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Pōmārium, ij, locus arboribus pomiferis consitus. { פרדס *pardés.* μηλών. GALL. *Iardin planté de pommiers.* ITAL. *Giardino luogo piantato di pomari.* GERM. Ein baumgarten. HISP. *Huerto plantado de arboles como mançanos.* ANG. *An orchard.* } Propert. *lib.* 3.

Nec mea Phæacas æquant pomaria syluas.

Ouid. *lib.* 4. *Metam.*

Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas

Mœnibus.

Aliquando pomarium dicitur locus vbi reponuntur poma. { ὀπωροφυλάκιον. GAL. *Lieu propre à garder fruicts.* ITAL. *Luogo da guarda frutti.* GERM. Ein Opsfammer / ein ort in welches man allerley ops inbehaltet. HISP. *Lugar para guardar la fruta.* } Plin. *lib.* 15. *c.* 16. docet pomaria contabulata facienda in loco sicco & frigido, in quibus sint fenestræ Septentrionales, quæ serenis diebus patescant.

Pōmārius, ij, Pomorum venditor. { ὀπωροπώλης. GAL. *Fruitier, vendeur de fruict, comme pommes.* ITAL. *Colui che vende pomi.* GERM. Ein ops verkauffer. HISP. *El que vende la fruta dellos.* ANG. *A seller of fruite.* } Horat. 2. *Serm. satyr.* 3.

Edicit piscator vti pomarius auceps,

Vnguentarius, ac Tusci turba impia vici

Mane domum veniant.

Pomaria, dea pomorum. Vet. Vocab.

Pomarium mollis & liquidus cibus ex pomis. Gl Isid.

Pometum, παράδεισος. Gloss. Isid. Charis. Pometa dicuntur vbi poma nascuntur, vt olivueta. pomaria autem, vbi seruantur, vt penuaria.

Pōmĭfĕr, a, um, adiectiuum Ferens poma. { μηλοφόρος. GALL. *Portant pommes, portant fruict.* ITAL. *Che produce pomi.* GERM. Opstrágig. HISP. *Cosa que trahe ò cria aquella fruta.* ANGL. *That beareth or bringeth forth apples or fruite.* } vt, Arbor pomifera. Colum. *lib.* 5. *c.* 9. Superest ratio pomiferarum arborum. Autumnus pomifer. Ouid *ad Pisonem,* Annus pomifer. Horat. 3. *Carm. Ode* 23. Montes pomiferi, Ouid. 1. *de Ponto.* Et Sueton. *c.* 37. *in Calig.* Pomiferæ arbores.

‖ Pomiferat ὀπωροτροφεῖ. Gl. i. poma fert. ‖

Pōmōsus, a, um, vt pomosa corona. { ὀπωρώδης. GALL. *Plein de pommes.* ITAL. *Pieno di pomi.* GERM. Voll Ops oder äpffen. HISP. *Lleno de mançanas.* ANG. *Full of apples.* } Prop. *lib.* 3. *Eleg.* 2.

Institor hic soluit pomosa vota corona,

Quum pyrus inuito stipite mala tulit.

‖ Pompeiopolis, M. sub P. Constantinopolitano.

Pompelon, *Pamplona,* opus Pompeij, vt D. Hieronymus est auctor, V. E. regni Nauarræ primaria. ‖

Pōndero Ponderosus, vide *Pondus.*

PONDO, nomen indeclinabile, & neutr. gener. Libra, hoc est, pondus duodecim vnciarum. { מנה *manéh.* μνᾶ λίτρα GALL. *Le poix d'vne liure.* ITAL. & HISP. *Libra.* GERM. Ein pfund. ANGL. *A pound weight.* } Laserpitij libram pondo diluunt. Plautus *Pseud. sc* 2. *a.* 3. Addas auri pondo vnciam. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 3. *& Rud. sc. Neptuno,* neque piscium vllam vnciam pondo hodie cepi. Da faciundas inaures pondo duum numum, &c. Idem *Men. sc.* 3 *a.* 3. Quot pondo te esse censes nudum? Nudus vinctus centum pondo es. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Quint *lib.* 6. *cap.* 4. Torquem aureum centum pondo. Plin. *lib.* 9 *cap.* 30. Reliquiæ asseruatæ pependerunt pondo DCC. Calepinus Perottum secutus, putauit pondo esse pondus duodecim librarum. Sed vterque deceptus est corrupto Liuij exemplari. Nam vbi illi legunt, Pondo bina, & sex libras, Castigatiora exemplaria habent. Pondo bina & selibras. Locus Liuij est *lib* 22. ad quem lectorem breuitatis causa remittimus. Hunc errorem primus notauit Budæus *in lib. de Asse.* Accipitur nonnunquam pondo pro nomine pondus, vnde Liuius *lib.* 4. *ab Vrbe,* scribit, coronam auream libræ pondo Ioui dicatam fuisse. Plautus *in Rud.* Neque piscium vllam vnciam pondo hodie Cepi, nisi hoc quod nunc fero in reti. ¶ Hinc fiunt composita, dipondium, vel dupondium, & tripondium: de quibus suis locis.

Pondus, eris, Rei alicuius grauitas. { משקל *meschkál.* βάρος, ἄχθος. GALL. *Pois, charge.* ITAL. *Peso, carico* GERM. Ein schwäre/ein gewicht. HISP. *Peso ò el cargo* ANGL. *Poise, weight.* } Plaut. *in Amph.* Haud malum pondus est huic pugno. ¶ Item pondus, quod librando ad staterain ponderatur. Cic. *in Catone Maiore.* Magnum auri pondus. Sunt mihi quæ valeant in talia pondera (amorum) vires. Ouid. 13. *Metam.*

Eminus ingenti resupinum pondere fudi. (i. saxo.)

——In hoc tantarum pondere rerum,

idem, *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Et ipsa noto pondere vidit humum.

de vestigiis Proserpinæ. Idem 4. *Fast.*

Ipsa suo quadam pondere tracta ruunt,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Idem 13. *Metam. & Eleg.* 5. *lib.* 1. & Senec. *c.* 15. *de tranq.* & Tibul. *lib.* 4.

——pari premitur veluti cum pondere libra.

¶ Item pro ipsa libra Cic. *pro Cn. Plancio,* Vt eodem tempore in omnes verear ne vix possim gratus videri. Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non solùm quid cuique debeam, sed etiam quid cuiusque intersit, & quid à me cuiusque tempus poscat. Idem 1. *Tusc.* Quum enim sui similem & leuitatem, & calorem adeptus, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem mouetur. ¶ Interdum pro numero, hoc est, multitudine vsurpatur. Varro *de vita pop. Rom.* E Græcia comportasse magnum pondus omnium artificum. ¶ Interdum pro autoritate. Cic. *Appio,* Sed idem scribit, meas literas maximum apud te pondus habituras. ¶ Nonnunquam pro onere. Virg. 6. *Æneid.*

——genuit sub pondere cymba.

Pōndŭscŭlum, diminut. { τὸ σταθμίον, τὸ σμικρὸν βάρος. GAL. *Petit pois.* ITAL. *Picciol peso.* GERM. Ein gewichtlin. HISP. *Pequeño peso* ANGL. *A litle weight.* } Colum. *lib.* 12. *c.* 61. Et ita cum saxi pondusculo in olei atque musti partem demitti.

Pōndĕrĭtās, atis, antiqua vox, Accius pragmaticon *lib.* 1. Et cuncta fieri cætera iubet illa, non quoad ponderitatem grauitatémque hominis.

Pōndĕrōsŭs, a, um, quod est graue, siue, grauis ponderis. { βαρύς. GAL. *Pesant, qui poise fort.* ITAL. *Graue, che pesa molto.* GER. Schwär/gewichtig/ das vil wigt. HISP. *Cargado ò pesado.* ANGL. *VVeightie or ponderous.* } Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Ponderosas, crassas compedes. Varr. 2. *de re rust. c.* 11. Ex sudore eius lana fit mollior & ponderosior, & colore meliore. ¶ Ponderosam epistolam, dixit Cic. pro longa, & continente multa, *ad Attic. lib.* 2. Da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modò actorum, sed etiam opinionum tuarum. ‖ Specialiter est Ponderosus, cui humor viscerum in virilia labitur, id est, holohter. Ex Gloss. Latinotheosc. Lindembrog. in Gloss. ad ll. antiq. ‖

Pōndĕro, as, Pendo, libro. { שקל *schakál* פלס *pillés.* ἱστημι, ζυγοστατέω. GALL. *Peser.* ITAL. *Ponderare, pesare.* GER. Wägen. HISP. *Pesar con peso.* ANG. *To weigh.* } Plautus, Dum tumularius ponderaret argentum. Plin. *lib.* 18. *c.* 7. Si quis granum ipsum ponderet. ¶ Per translationem est examinare, considerare, perpendere. Cic. 2. *Offic.* Graui verò homini, & ea quæ fiunt, iudicio certo ponderante, probari posse nullo modo. Idem 1. *Offic.* In quo tamen in primis, quo quisque animo, studio, beneuolentia fecerit, ponderandum est. ¶ Hinc componitur præpondero, quod est priùs pondero, seu priùs examino. ὑπερβαρέω. Stat. 8. *Theb.*

Quem vicisse velit tacitè præponderat exul.

Per translationem accipitur pro eo quod est præualere, præcellere, vincere, & quasi pondere superare. Cic. *lib.* 3. *Offic.* Neque ea volunt præponderari honestate.

Pōnĕ, cum accentu in vltima, aduerbium est, significans pòst, siue retrò, aut à tergo: contrarium habet ante, quod etiam quandoque aduerbium est. { אחר *achár.* ὄπισθεν, ὄπισθεν GALL. *Par derriere.* ITAL. *Adietro.* GER. Hindennor/dahinden/hinderwerts. HISP. *Detras.* ANGL. *Behind, on the bakeside.* Gell. *c.* 14. *lib.* 13. Pomœrium locus pone muros. Plaut. *Curc. sc.* 2 *a.* 4. Præ, non queo quod pone me est, seruare. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Pone ædem Castoris, Ibi sunt quibus credas malè. Virg 2. *Æneid.*

Pone subit coniux, ferimur per opaca locorum.

Valer. Max *lib.* 1. Mox humani ingenij prona voluntate vetita scrutandi, ponè respiciens animaduertit immensæ magnitudinis serpentem, concitato impetu omne quicquid obuium fuerat proterentem. ¶ Quandoque præpositio est, idem significans quod post: cui contraria est ante præpositio. Liu. *lib.* 40. Pone castra vtrique pabulatum & lignatum ibant.

Pōnĕrŏpŏlĭs, πονηρόπολις. Thraciæ ciuitas, sub Rhodope monte sita, deinde Philippopolis ab instauratore, & postremò Trimontium à situ dicta. Autor Plin. *lib.* 4. *c.* 11.

PŌNO, is, posui, & interdum posiui, positum, Colloco, constituo. Plautus *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Illud pallium posiui. Vide paulò infra. { שום *sám* יצג *bitsígh* הציב *hitséb.* τίθημι, τίθημι. GALL. *Mettre, poser.* ITAL. *Ponere, mettere.* GER. Setzen/legen/stellen. HISP. *Poner, meter.* ANG. *To put or sett.* } Plinius *lib.* 9. *c.* 35. Ex præcepto magistri vnum tantùm vas ante eam posuere aceti. Cicer. 7. *Verr.* Sed quia sic oportuerit, rectè collocata, & iudicio populi digno in loco posita esse videatur. Idem *Lentulo,* Amplitudo ac dignitas omnis in virtute posita est. Idem, primùm enim stante Republica facere solebamus, vt in agendo plus quàm in scribendo operæ poneremus. Senec. *c.* 3. *de consol. ad Mart,* Pones eum meliore loco apud inferos. Ouidius *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.*

Ipse mea posui mœstus in igne manu.

Iuuenal. *Satyr.* 13.

Sunt in fortunæ qui casibus omnia ponant.

Gell. *cap.* 2. *lib.* 12. Ponere ad considerandum. Item, Ponere in dubio. Liu. *lib.* 34.

In nostro poni carmine nolle puto,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.* Ponere coronam in caput. Gell. *c. vlt. lib.* 2. Ponere verba rebus. Quintil. Quòd te amo operam non potui melius ponere. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Ponere se in possessione. Senec. *lib.* 1. *de ira* Nam cùm se in possessione posuerunt, potentiora rectore sunt, nec recidi se minuiue patiuntur. ¶ Aliquando ponitur pro desinere: quoniam quum cessamus ab opere, collocare quodammodo ac reponere videmur id quod agebamus. λήγειν. Virg *lib.* 7.

Quum venti posuere, omnisque repentè resedit

Flatus.

Gell. *cap. vlt. lib.* 2. Quum posuit ventus. ¶ Aliquando pro erigere, ædificare. Virg.

——posuitque immania templa.

Vnde in antiquis marmoribus legimus, Bene merenti posuit. ¶ Aliquando pro deponere. Idem 1. *Æneid.*

——ponúntque ferocia Pœni

Corda, volente deo.

Et pro Deponere in sponsionem. Plaut. *in Curc. sc.* 3. *a.* 2. pono pallium. Ille suum annulum opposuit. Pone metum, valeo. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* Hoc ponam interim. (i. deponam.) Plaut. *Menach. sc.* 2. *a.* 1. fideliter

liter ponere iras. Ouidius 6.*Fast.* Dolorem posuit. Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Mart.* Moriendo ponere sensus. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.* Ponere barbam. Su... *lig. c.* 5. & *in Neron. c.* 12. barbam primam posuit. ¶ Aliquando pro apponere, Martialis,

Nolo mihi ponas rhombum, nullúmue bilibrem.

Hinc poëtæ fabulas, & alia scripta sua ponere dicebantur, quum in scena hæc spectatoribus, quasi in conuiuio fercula apponebant. Iuuenal. *Satyr.* 1. Pone Tigillinum, id est, affer in scenam aliquid de Tigillino scriptum. ¶ Ponere oua gallina dicitur pro parere. Columella *cap.* 2. *lib.* 8. ¶ Aliquando pingere, siue scalpere. Horat. Solers nunc hominem ponere, nunc Deum. nam de sculptore & pictore loquitur. ¶ Aliquando scribere est. Idem *in art. poët.* Scriptor honoratum si fortè reponis Achillem. Persius *Satyr.* 1. Nugari solitos Græcè, non ponere lucum Artifices. Ponemus. (i. dicemus, scribemus.) Gellius *cap.* 13. *lib.* 5. Ponere in sequente accusatiuo. Idem *lib.* 3. *cap.* 15. Coronis suis in caput patris positis. Plautus *Trinummo*,— verùm hæc ego vereor, ne isthæc pollicitatio Te in crimen populo ponat atque infamiam. Salust. *contra Ciceronem*, Qui ciuitatis incommodum in gloriam suam ponit. id est, conuertit: hoc est, ex incommodo ciuitatis parit sibi gloriam. Item, posuit libros præbendos publicè, Pisistratus. Gell. *cap. vlt. lib.* 6. Eodem vos pono & paro parissumi estis ibus (i. aut repono, aut compono, & comparo iis.) Plautus *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Pone Calculos. Vide *Calculus.* Posuit tabulas, scriptu sese abdicauit (Scriba.) Gell. *cap.* 9. *lib.* 6. Portus quos natura posuit, aut adiuuit. Senec. *c.* 17. *de consol. ad Mart.* Vitam propera ponere. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 4.

Quæ quia principio posuit ieiunia noctis.

Ouid 4. *Fast.* Si ponatur electio, vtrum (i. proponatur,) &c. Senec. *c.* 12. *de consol. ad Mart.* ¶ Composita sunt, Appono, iuxta pono, addo. παρατίθημι. Cic. *in Pisonem*, Aristarchus, qui notam apponebat ad mallum versum. Idem 2. *de inuentione*, Caupo gladium propè oppositum è vagina eduxit. Sæpe etiam idem quod cibum ante conuiuas pono. Plinius, Nihil ei præter secundarium panem, oleráque apposuit. ¶ Antepono, præfero, Compono, Circumpono, & Depono: vide suis locis. ¶ Dispono, ordino quasi in diuersis locis pono. διατίθημι. Hinc dispono, quæ est rerum in ordinem collocatio. διάταξις, Dispositum, decretum, constitutum. Vnde ex disposito dicimus, id est, de industria, & quemadmodum à nobis constitutum est. ἐκ παρατάξεως. Macrob. An altius quiddam cui remotis arbitris opus sit, cogitaturi ex disposito conuenistis? ¶ Expono, Impono, Interpono, παρεντίθημι, παρεμβάλλω. ¶ Oppono, Præpono, Propono. ¶ Postpono, ὕστερον τίθημι, retrò pono, posthabeo, minoris facio. Cic. *F. Tironi*, Omnia postposui, dummodo præceptis patris parèrem. ¶ Repono, quod significat, loco suo vnde ablatum erat colloco. Idem *pro Sestio.* Hunc Cn. Pomp. cùm in suis castris supplicem, abiectúmque vidisset, atque insigne regium, quod ille de capite suo abiecerat, reposuit. Nonnunquam est idem quod recondo: vt Scientia condendi ac reponendi fructus, apud eundem 2. *de nat. deor.* ¶ Suppono, seorsum pono, remoueo, ἀποτίθημι. ¶ Suppono, summitto. ὑποτίθημι, ὑφίστημι. Apuleius, Supposuitque humeros oneri. Aliquando adulterum loco veri subiicio. ὑποβάλλομαι. Vnde suppositus partus, ὑποβολιμαῖος dicitur, quando fœtus alterius matris non veræ matri subiicitur. Item testamentum supponere, est falsum in locum veri substituere. Plin. Nam filius patris testamentum supposuisse dicebatur. ¶ Superpono, & suprapono nota sunt, ἐπιτίθημι. ¶ Transpono, de vno loco in alium transfero, μετατίθημι. ¶ Pono olim fecit præteritum posiui. Plaut. Nunc ne apud sequestrum vidulum posiuimus. ¶ Pone eum esse victum, pro eo quod barbari dicunt, Pone casum quòd Terent. *Phorm.* Verùm pone esse victum eum: at tandem tamen Non capitis eius res agitur, sed pecuniæ. Ponunt Philosophi, id est, statuunt, censent, decernunt, scribunt. Plin. *lib.* 11. *c.* 52. Aristoteles vitæ breuis signa ponit raros dentes.

Pōsitŏr, is, verbale, Conditor. { שָׂם *sám.* κτίστης. GAL. *Fundateur, edificateur.* ITAL. *Edificatore, fundatore.* GERM. Ein erbawer/stiffter. Item, ein Setzer. HISP. *El que pone, edificador.* ANG. *The laye of a ground, a builder.* } Ouid. 9. *Metam.*

——— *& in Aside terra*
Mœnia constituis positoris habentia nomen.

Templorum positor, idem 2. *Fast.*

Pŏsĭtŭs, participium, Situs locatus. { שׂוּם *súm.* τεθειμένος, τιθείς. GALL. *Posé, mis.* ITAL. *Posto, collocato.* GER. Gesetzt/gelägen. HISP. *Puesto.* ANG. *Sett, put, placed.* } Cic. *de leg. Agrar.* Roma in montibus posita. Idem *pro lege Manilia*, Insula Delos in Ægæo mari posita. ¶ Nonnunquam accipitur pro depositus, κατ' ἀφαίρεσιν. Liu. 7. *ab Vrbe*, Positis omnium aliarum rerum curis. ¶ Aliquando pro examinato: sic enim interpretatur Seruius locum Virg. 4. *Æneid.*

——— *Sic te vt posita crudelis abessem?*

¶ Positus super armamentarium, hoc est, præfectus armamentario. Curtius *lib.* 6. Itaque non vltra interpolandum ratus, nobili iuueni (Metron erat nomen ei) super armamentarium posito, quòd scelus patraretur indicat. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Fides mea pro te posita est pignori. Sueton. *in Othon. c.* 7. Posita breui ratione (aliàs oratione) Tibull. *lib.* 4. Fertilis hanc inter posita est (zona.) Ouid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.* Non ita sum positus, id est, in eo statu, vel loco. Vir per omnia extra dilationes positus. Velleius, Posito fine laborum. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. Positis signis, idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *ibid.* Item, De quæstione in se posita. (i. sibi attributa à Senatu.) Liu. 2. *d.* 5. Item Positus pro amissus, Ouid 6. *Fast.*

Hoc pretium posita virginitatis habe. (id est, amissæ, siue depositæ.)

Pŏsĭtŭs, Positio, situs. { תשׂוּמֶת *teschûmeth.* θέσις. GALL. *Situation, assiette.* ITAL. *Positione, sito.* GERM. Setzung/gelägenheit. HISP. *Postura.* ANGL. *A putting, setting, placing.* } Ouid. 4. *Fast.*

Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor,
Trinacris à positu nomen adepta loci

Tacit. *lib.* 5. Ille positus siderum ac spacia dimensus. Cels. *in princ. lib.* 8. Priùs positus ossium, figurásque indicabo Gell. *c.* 4. *lib.* 10. Nomina non sunt facta positu fortuito. Idem Gell. *c.* 1. *lib.* 14. De motu positúque stellarum.

Pōsĭtīuŭs, a, um, quod primò positum est, nec aliunde deriuatum. θετικός. Vnde & Grammatici positiuum à comparatiuo & superlatiuo distinguunt, quòd illud sit quasi fundamentum istorum.

Pŏsĭtūra, æ, Situs, siue positio. { תשׂוּמֶת *theschúmeth.* θέσις. GAL. *Situatiō, assiette.* ITAL. *Sito.* GER. Setzung/gelägenheit. HISP. *Postura.* ANG. *Situation or placing.* } Gell. *lib.* 4. *c.* 1. Vt animaduerteretur quo habitu, quáque forma, quáque positura stellarum aliquis nasceretur. Syllabam dicimus esse longam positura, quum vocalem immediatè sequuntur duæ consonantes, quarum prior cum ea vocali in eadem syllaba cohæret. Nam si consonans vtraque ad sequentem pertineat syllabam, (quod mutam liquida subsequente contingere solet) non efficient posituram. Idem Gell. *c.* 21. *lib.* 2. Figura posituráque sideris. *Et cap.* 3. *lib.* 5. Iunctura & positura ligni (de fasciculo.) Idem *c.* 7. *lib.* 10. positura verborum.

Pŏsĭtĭo, is, Situs, siue (vt barbari loquuntur) situatio. { תשׂוּמֶת *teschúmeth.* θέσις. GAL. *Situation, assiette.* ITAL. *Positione, sito.* GERM. Gelägenheit. HISP. *Postura.* ANG. *Situation, placing or setting.* } Quintilian. *lib.* 3. *cap.* 7. Illa propria quæ ex loci positione, aut munitione sunt. Senec. *c.* 6. *de consol. ad Helu.* Positio amœna vrbis. Idem *Epist.* 75. In quacunque positione mentis. (i. statu) Et Quintilian. *declamat.* 280. Ius ipsa legis positione manifestum. Colum. *lib.* 1. *c.* 6. Naturalis calor contigit positione cæli, & declinatione. *Ibidem*, Nam ea cæli positio maximè frigida, & minimè humida est. Quibus in locis situm cæli appellat loci situm certam cæli partem respicientem, quem vulgus *aspectum* vocat. Cic. *pro Flacco*, De quorum vrbis positione propter pulchritudinem, etiam inter deos certamen esse proditum est. ¶ A Dialecticis & Rhetoribus positiones appellantur ipsa veluti fundamenta, quibus argumenta innituntur. Quintil. *lib.* 2. *c.* 10. Qui aliquando etiam argumenta ex ipsis positionum vitiis ducimus. ¶ Positio item apud Iurisconsultos, fundum, sortem, summam significat. Vlpian. *lib.* 3. *D. de annu. legat.* Hoc sequemur, vt pro positione patrimonij, sine vexatione & incommodo heredis fiat, id est, pro summa, pro viribus, pro facultatibus. Idem *l.* 2. *de pecul.* Si verò eandem peculij positionem reliquit, debere eum deducere.

Pōns, tis, à pendeo, quòd velut in aëre pendeat: & significat omne per quod super aquas transimus. { γέφυρα. GAL. *Vn pont.* ITAL. *Ponte.* GER. Ein Bruck. HISP. *Puente para passarelrio.* ANG. *A bridg.* } Plin. *lib.* 8. *c.* 3. Territos spatio procul pontis a continente porrecti, &c. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Pérque nouos pontes (glaciei) subterlabentibus vndis. Idem 6. *Fast.*

Pontibus & magno iuncta est celeberrima circo
Area.

¶ Ponteni Martial. *Epigr.* 32. *lib.* 12. pro mendicis posuit. Et Iuuen. *Satyr.* 14. Et aliquis de Ponte, &c. ¶ Inter duos pontes, locus Romæ. Vbi & vnde Plutarch. *in Valer.* ¶ Accipitur & pro scalis nauticis quæ Græci ἐπιβάθρα vocant. Virg. *lib.* 10. *Æneid.*

Interea Æneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit.

¶ Per pontem olim ferebantur suffragia: vnde Sexagenarios de ponte deiicere, prouerbio dicitur, pro suffragio priuare, vel omnem autoritatem adimere. Vide Erasm. Roterodami Adagia. E ponte tamen deiicere pro è ponte in flumen deturbare, dicunt Latini. Sueton. *in Cæs. c.* 80. Cunctati (Cassius, & Brutus) vtrúmne illum è ponte deiicerent, atque exceptum trucidarent.

Pontaticum, vectigal, quod in transitu pontis datur. GALL. *Pontage.* Ammon.

Ponticulus, diminutiuum, Paruus pons. { γεφυρίς. GAL. *Vn petit pont.* ITAL. *Ponticello.* GERM. Ein Brücklin oder ein Stang. HISP. *Pequeña puente.* ANGL. *A litle bridge.* } Cic. 5. *Tusc.* Et quum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiúsque fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxisset, eum ipsum quum fores cubiculi clauserat, detorquebat. Sueton. *in Cæs. c.* 31. Ponticulum transire.

Pŏntŏnēs, naues quibus in traiiciendis amnibus loco pontium vtimur. { πορθμεῖα. GAL. *Bancs à passer riuiere, barques plattes.* ITAL. *Pontoni, fabriche da passare vn fiume.* GER. Schiff mit welchen man vber die flüß fart. HISP. *Pontones y barcas para passar el rio.* ANG. *Ferry boates.* } Papinianus, Quia via confirmari solet, vel ciuitate tenus, vel vsque ad viam publicam, vel vsque ad flumen in quo pontonibus traiiciatur Apul. Et si vado non poterunt, pontonibus transibunt. Cæs. 3. *bell. ciu.* Pontones, quod est genus nauium Gallicarum, Lyssi relinquit. Gell *c.* 25. *lib.* 10.

Pōntĭă, Ποντία, vulgò *Ponzo.* Insula est vna OEnotridum, litori Lucano adiacens è regione Veliæ. Plin. *lib.* 3. *cap.* 7. Contra Veliam Pontia & Ischia, vtroque vno nomine OEnotrides, argumentum possessæ ab OEnotriis Italiæ. Sueton. *in Tiber. cap.* 54. Neronem in insula Pontia, (fame necauit) Drusum in ima parte Palatij. ¶ Sunt item Pontiæ insulæ duæ, non longè à Palmatia è regione Formiarum, in quibus turtures ac coturnices quum ad Italiam veniunt, prima volatura requiescendi causa paucos dies morantur. Autor Varr. Plin. *lib.* 3. *c.* 6. Ab his vltra Tiberina ostia in Antiano, Astura, mox Palmaria, Sinonia, & aduersum Formias Pontiæ.

Ponticus, vide *Pontus.*

PONTIFEX, icis, Sacer magistratus (vt inquit Scæuola) à posse & facere dictus: vel (vt inquit Varro.) à ponte, quia Sublicius pons à pontificibus factus est primum, & restitutus sæpe. { כֹּהֵן *chohén.* ἱερεύς, ἀρχιερεύς. GALL. *Ministre des choses diuines, Pontife.* ITAL. *Pontifice* GERM. Ein Priester oder oberster/ein vorstender heyliger dingen. HISP. *Prelado en las cosas sagradas.* ANGL. *A bishop.* } Cic. *ad Attic. lib.* 4. Calendis Octobris habetur senatus frequens, adhibentur omnes pontifices, qui erant senatores, à quibus Marcellinus, qui erat cupidissimus mei, sententiam primus rogatus, quæsiuit quid essent in decernendo sequuti. Tum Lucullus de omnium collegarum sententia respondit, Religionis iudices pontifices fuisse, legis senatum, se & collegas suos de religione statuisse, in senatu de lege, &c. Libri pontificum, Horat. 2. *Epistol.* 1. Cœnæ pontificum. Idem 2. *Carminum*, *Ode* 14. Religio pontificum. Cic. *pro domo sua.* Secures pontificum, idem 3. *Carm. Ode* 2. ¶ Erant autem maiores & minores pontifices, inter quos summus pontifex, maximus dictus est, quod maximarum rerum, quæ ad Sacra & religionem pertinent

pertinent, iudex esset. Numa pontificem fecit, eique sacra omnia attribuit, eiusque scitis sacra omnia priuata, & publica subiecit, instituitque vt idem pontifex non cælestes modò cæremonias, sed iusta quoque funebria placandósque manes edoceret. Autor Liuius *lib. 1. ab Vrbe condita.* ¶ Pontifices instituti à Numa: & vnde dicti. Plutarch. *in Num.* De Pontificis Maximi officio. *Ibidem.* Item, Pontifici maximo abesse Roma non licet. Plutarch. *in Fabio.* ¶ Pontificis maximi oculos velamentum à funeris conspectu arcebat. Senec. *c.15. de consol. ad Mart.*

Pōntĭfĭcātŭs, us, Pontificis dignitas, sicut Consulatus, dignitas Consulis. { כהנה chehunnah. ἀρχιερωσύνη. GAL. *Pontificat, l'estat de Pontife.* ITAL. *Pontificato.* GERM. Des obersten Priesters ampt vnd wirde / Bischoffthumb. HISP. *Dignidad de Prelado pontificado.* ANG. *The dignitie of a bishope.* } Cic. *de Aruspicum respon.* Qui statas, solennésque cæremonias Pontificatu, rerum benè gerendarum autoritates, augurio contineri putauerunt.

Pōntĭfĭcĭŭs, a, um, quod est pontificis. { ἱεραρχικός. GAL *De Pontife & Prelat.* ITAL. *Da Pontifice.* GERM. Priesterisch. HISP. *Cosa de Prelado.* ANGL. *Of a bishope.* } vt ius Pontificibus constitutum; cuiusmodi hodie est, quod Canonicum dicitur. Cic. 3. *de nat. deor.* Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus iure pontificio, & more maiorum. Idem 1. *de nat. deor.* Deinde nominum non magnus numerus, ne in Pontificiis quidem nostris, &c.

Pōntĭfĭcĭŭm, substantiuum, pro cognitione & autoritate Pontificis. { כהנה chehunnah. ἱερωσύνη, ἱεραρχικόν. GAL. *L'autorité & office de Pontife.* ITAL. *Autorità & vfficio di Pontifice.* GERM. Der hohen Priester stand / ampt vnd ansehen. HISP. *La dignidad del Prelado.* ANGL. *The autoritie and office of a bishop.* } Gell. *lib. 1. c. 13.* Re semel statuta deliberatáque ab eo cuius negotium id pontificiúmque esset, &c.

Pōntĭfĭcālĭs, e, quod ad pontificem pertinet. { ἱεραρχικός. GAL. *Pontifical.* ITAL. *Pontificale.* GERM. Das zu den Priesteren gehört. HISP. *Cosa perteneciente à Prelado.* ANG. *Belonging to a bishop.* } vt Pontificalis autoritas, apud Cic. 2. *de Leg.* Itaque vsus tantummodo pontificis esset, si pontificalis maneret authoritas. Pontificalis honor. Ouid. 3. *Fast.*

Cæsaris innumeris quos maluit ipse mereri,
Accessit titulus Pontificalis honor.

Suet. *in Aug. c. 44.* Pontificales ludi. Ius pontificale. Cic. 2. *de legib.* Sacrum pontificale. Ouid. 1. *Fast.* Pontificalis cœna, dicebatur opipara, sumptuosa & exquisitis epulis instructa, quales esse solent Pontificum cœnæ. Vide Macrob. 3. *Saturn. & Chiliad. Erasmi.* Pontificales libri, in quibus sacræ cæremoniæ continentur.

Pōntīnă, palus, πομπτῖνη. Vulgò *Li maruti.* Volscorum palus iuxta Forum Appij, haud longè à Tarracina, distans ab vrbe XXIX. passuum millibus. Hæc palus à Cornelio Cethego Consule excitata, & ex ea ager factus, vt tradit Plin. *lib. 4. c. 7.* Lucan. *lib. 1.*

Et qua Pontinus via diuidit vda paludes,

meliùs *Pontina.*

Pontinus, vir fortissimus: laborum, periculorum, consiliorum Ciceronis socius: vt ipse testatur *de prouinc. consul.* Modò ille meorum laborum, periculorum, consiliorum socius C. Pontinus, fortissimus vir, ortum repentè bellum Allobrogum, atque hac scelerata coniuratione excitatum, prǽliis fregit, eósque domuit qui lacessierant: & ea victoria contentus Repub. metu liberata quieuit.

‖ S. Pontij Tomeriarum ciuitas, *S. Pont de Tomiers*, V. E. sub A. Narbonensi. ‖

Pōntōnēs, vide *Pons.*

PONTVS, gen. masc. { ים iam. πόντος. GALL. *Mer.* ITAL. *Mare.* GERM. Das Meer. HISP *La mar.* ANGL. *The sea.* } Propriè dicitur mare illud quod à palude Mæotide vsque in Tenedum protenditur: sed vbi primùm se arctat à Tenedo incipiens, à casu Helles, vocatur Hellespontus: vbi se expandit, Propontidis: vbi iterum arctatur, Thracius Bosphorus: vbi autem latissimè diffunditur, Pontus Euxinus, qui curuatus in figuram Scythici arcus, committitur ostio Mæotidis paludis, idque ostium Cimmerius Bosphorus vocatur. ¶ Figuratè autem pro quouis mari ponitur, vt apud Virg. *lib. 1. Æneid.*

——*ingens à vertice pontus*
In puppim ferit, &c.

Tibull. *lib. 4.*

Et tellus ferro, pontus confinditur ære.

Ibidem.

Oceanus ponto, qua continet orbem,

Ouid. *Eleg. 10. lib. 3. Trist.*

Vidimus ingentem glacie consistere pontum.

Tibull. *lib. 4.*

Qualis & in curuum Pontus confluxerit orbem.

Ibidem,

Vel si interrupto nudaret gurgite Pontum.

Deducunt ἀπὸ τοῦ πονεῖσθαι, quòd in mari maximos labores ferre cogamur. ¶ Est præterea Pontus, & Scythiæ fluuius, in quo thracius lapis inuenitur, qui aqua accenditur, & restinguitur oleo, vt refert Dioscor. *lib. 5. cap. 93.*

Pontŭs, πόντος, gen. masc. Nerei filius & Neptuni, vt Eusebius *lib. 1. Præp.* scribit. Vnde pontus mare dici videtur. Alij pontum dici existimant mare, à ποντίζω, quod est mergo: vel à πόνος, id est, labor, quia sit laboribus plenus. Ridiculè per contrarium dici arbitrantur, quòd careat ponte. Propriè autem id mare pontus appellatur, quòd à palude Mæotidis vsque in Tenedum protenditur.

Pōntus, i, fœminini generis, Prouincia Asiæ minoris, à Ponto rege sic cognominata, crudelitate Medeæ, & maleficarum herbarum prouentu nobilitata. Virg. *Eclog. 8.*

Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena
Ipse dedit Mœris: nascuntur plurima Ponto.

¶ Ponto item frequentissimus est Castor, cuius testiculi ad medicamenta expetuntur. Idem 2. *Georg.*

——*Virosaque Pontus*
Castorea.

¶ Clauditur autem Pontus (vt Strab. refert *lib. 1. 8. 9. 11.*) ab Occidente, Haly flumine: ab Oriente, Colchide: à Meridie, minori Armenia: à Septentrione, mari Euxino. Ptolemæus verò *lib. 5.* paulò aliter, Pontus, inquit, ab Occasu, ore Ponti, & Thracio Bosphoro: à Meridie, regione quæ propriè Asia dicitur: à Septentrione, parte Euxini maris terminatur. Eius ciuitates insignes sunt, Chalcedon, Nicomedia, Nicea. In Ponto regnarunt Mithridates, Eupator, & Pythodoris regina. Ex Ponto fuit Aquila, veteris testamenti interpres, & Marcion hæresiarches: qui quanuis Christianus videri vellet, alium tamen creatorem omnium rerum esse dicebat, quàm CHRISTI Patrem, illúmque maiorem aiebat.

Pontus Euxinus: antea ab inhospitali feritate Axenos appellatus. Plin. ¶ Est & Pontus Scythiæ fluuius. Diosc.

Pōntĭcŭs, a, um, ποντικός, ή, όν, ad pontum pertinens, vt ponticum absynthium apud Colum. *lib. 12. c. 35.* Freti Pontici fauces. Senec. *Medea*, Humus Pontica. Ouid. 3. *de Ponto*, Pontica nux: eadem quæ Auellana, quòd in Ponto plurimùm abundet. λεπτοκάρυον.

Pŏpă, æ, dicebatur qui victimas venales habebat, & qui ligabat eas ad altare, feriebátque. Propert. *lib. 4.*

Succinctáque calent ad noua sacra popa.

Spartianus *in vita Getæ*, percussit hostiam popa nomine Antonius. Suet. *in vita Calig. c. 32.* Admota altaribus victima succinctus poparum habitu elato altè malleo, cultrarium mactauit. ¶ Accipitur nonnunquam popa metaphoricôs pro guloso & insatiabili. Persius *Satyr. 6.* At illi tremat omento popa venter.

Pŏpănum, πόπανον. Placenta lata, tenuis, rotunda, quam diis veteres offerebant: sed & pro quocunque libo capitur. Iuuen. *Satyr. 6.*

Scilicet & tenui popano corruptus Osiris.

¶ Iulius autem Pollux ait placentam esse, qua in sacrificiis antiqui vtebantur, Cuius dictionis frequens est vsus apud Aristophanem. Calepinus putauit popana esse vnguenta quædam pinguia, adducens testimonium ex Iuuenal. *Satyr. 6.*

——*ridendaque multo*
Pane tumet facies, aut pinguia popana
Spirat, & hinc miseri viscantur labra mariti.

Quo tamen in loco constat *Poppæana* legendum esse, non *Popana.* Quod miror Calepinum non animaduertisse, quum alioqui in priore carmine integer pes defuturus sit.

Pŏpellŭs, vide *Populus.* masc. gen.

Pŏpĭlĭŭs, prænomine Marcus, Flamen Carmentalis fuit, cui sacrificiis occupato quum nuntiaretur seditio plebis aduersus magistratus concitatæ, vt erat lana indutus, in concionem ascendit, seditionémque sua autoritate sedauit. ¶ Duo præterea alij celebrantur Popilij: quorum alter ad Antiochum, Ptolemæum Ægypti regem obsidentem, legatus missus, quum mandata sua Antiocho exposuisset, vt à Rege socio & amico Populi Romani abstineret, regem cunctantem, responsúmque differentem, virgula circunscripsit, denuntians Populum Romanum omnia hostiliter cum illo esse acturum, si spatium illud egrederetur, priusquam sibi respondisset. Admiratus itaque hominis confidentia Antiochus respondit se in Pop. Romani potestate fore: solutáque obsidione in regnum se recepit. ¶ Alter cognomento Lænas, de quo Valerius inter ingrati animi exempla commemorat, quum à Cicerone in causa capitis esset defensus, certissimóque periculo liberatus, nullum non modò patrono retulisse gratiam, verumetiam magni beneficij loco ab Antonio poposcisse, vt ad occidendum Ciceronem mitteretur: qua re facilè impetrata, viro innocentissimo, optiméque de se merito, cui salutem debebat, vitam eripuisse.

PŏPĪNĂ, æ, à popa. Locus vbi publicè opsonia, caróque cocta, ac delicatè confecta venditatur, comeditúrque: vel priuatum vbi gulosa familia extraordinariè ligurire, & heluari consueuit, autore Valla *in Raudensem.* { ὀπτανεῖον, καπηλεῖον. GAL. *Rotisserie, cabaret, cuisine.* ITAL. *Bottega de pizi cagnolo, bottega di salcicciaio, hosteria, tauerna.* GERM. Ein Bräterey / Zechhauß. HISP. *Cozina, taberna.* ANG. *A kuching.* } Plaut. *in Amph.* Interea dum isti certant, in popinam deuortundum est mihi. Lances detergam omnes, omnésque trullas hauriam. Senec. *c. 5. de tranquill.* Deme testes & spectatores (Cœnæ lautæ) non eo popina secreta delectabit. Idem *c. 10 consol ad Helu.* Popinæ scientiam professus Apicius. ¶ Popinæ & Ganeæ, Suet. *in Tib. c. 34.* Popinarum coërcitio Ædilium erat. Idem *in Claud. c. 38.* In iis olim omnia venibant. Idem *in Neron. c. 16.* ¶ Accipitur nonnunquam popina pro delicatioribus cibis, qui in ganea vendi consueuerunt. Cic. 3. *Philip.* Sed quum tam atroci edicto nos concitauisset, cur ipse non affuit? num putatis re aliqua tristi & seuera? vino & epulis retentus & alea est, si epulæ potius, quàm popinæ dicendæ sunt.

Pŏpĭnĕrĭŭs, popinæ dominus. Lampridius *in Alexandro Seuero*, Cùm Christiani quendam locum qui publicus fuerat, occupassent, contrà popinarij dicerent sibi eum deberi, rescripsit melius esse, vt quomodocunque illic Deus colatur, quàm popinaris dedatur. ‖ ¶ Popinarius, κάπηλος, caupo apud Iul. Firmicum Mathes. *lib. 4.*

Pŏpĭnōnēs, Helluones, gulones, qui se popinis dedunt. { ἄσωτοι. GAL. *Hanteurs de tauernes & cabarets, friands, gourmands, yurongnes.* ITAL. *Lecconi, ghiotti, tauernieri.* GERM. Schlemmer / Zechbrüder / die stets in den zechheüsseren ligen luzen zudempffen. HISP. *Golosos que vsan las golosinas.* ANG. *That haunteth and vseth tauernes, glutones, drunkards.* } Horat. 2. *Serm.*

Imbecillus, iners, si quid vis, adde popino.

Sueton. *de clar. Gram.* Lurconem & nebulonem, popinonémque appellans, & vita scriptísque monstrosum.

Pŏpĭnŏr, aris, Helluor & indulgeo popinis. { λιχνεύω, ἀσωτεύομαι. GALL. *Gourmander & yurongner, hanter tauernes & cabarets.* ITAL. *Diuorare, traguggiare, darsi alla gola.* GER. Schlemmen / mit prassen stets im luder ligen. HISP. *Golosear.* ANG. *To haunt tauernes, to eate and riot out of due tyme.* } Iul. Capit. Dum Galienus popinatur, & balneis ac lenonibus reputat vitam.

Pŏpĭnātĭo, nis, nuncupatur à Gellio, quæ alio nomine dicitur helluatio, quam Græci ἀσωτίαν vocant. { GAL. *Yurongnerie, gourmandise.* ITAL. *Esso diuorare ò traguggiare.* GERM. Zechung / fräßung / das vollwäsen mit schlemmen vnnd dempffen. HISP. *Obra de golosear.* ANGL *Haunting of tauernes.* }

Pŏpĭnātŏr, is, κάπηλος. Macrob. *Saturn. lib. 7. c. 14.* Quod genus apud popinato

pinatores, pleraque scitamentorum cernimus proposita, ampliora specie, quàm corpore.

Pŏpīnālis, e, quod ad popinam spectat. καπηλικός. GAL. De cuisine. ITAL. Di cucina. GERM. Das der bräterey/deß zächhauß ist. HISP. De cozina. ANG. Belonging to a kitchin. } Colum. lib. 8. c. 16. Tunc celebres erant deliciæ popinales quum ad mare deferebantur viuaria.

Pŏplĕs, itis, pars opposita genu quæ curuatur: dicta quòd pôst plicetur. { ברך béreeh. ἰγνύα, ἰγνύς. GAL. Le jarret. ITAL. Garleto, soto il ginocchio GER. Die knieschеib HISP. Ee jarrette. ANGL. The hamme of ones legge behind the knee. } Colum. lib. 6. c. 12. Si dolore neruorum claudicat, oleo & sale genua, poplitésque & crura confricanda sunt donec sanetur, Curt. lib. 6. Posteaquam deficere se sensit, poplitibus semet excepit. Liu. lib. 2. Quosdam & iacentes viuos succisis femoribus poplitibúsque interuenerunt.

Poplus, vide *Populus*.

Poppæa, Sabina, T. Ollij filia, à Poppæo Sabino auo suo ita nominata, mulier forma nobilitatéque insignis fuit, quam primis nuptiis Rufo Crispo coniunctam, M. Otho primùm in adulterium, deinde & in matrimonium suum pellexit. Verùm quum incautius apud Neronem principem vxoris formam laudaret, captus amore eius Nero, Othoni consuetudini eius interdixit: deinde & in Lusitaniam sub specie honoris eo relegato, matrimonio eam sibi copulauit. Obiit fortuita Neronis, ira, ictu calcis, quum grauida esset ab eo percussa. Autor Tacit. *Annal. lib* 16.

Papia Poppæa lex, vide *Papia*.

Pŏpæānus, a, um, denominat vt Vnguenta Poppæana, à Poppæa inuenta, vel quibus illa præcipuè vti solebat. Iuuenal. *Satyr.* 6.

——— ridendaque multo
Pane tumet facies aut pinguia Poppæana
Spirat, & hinc miseri viscantur labra mariti.

Sic enim legendum, non vt corruptè Calepinus, *Popana*. Poppæana autem sunt vnguenta ex asinæ lacte composita ad conciliandum faciei decorem, quibus Poppæa vxor Neronis, vt inquit Plin *lib.* 11 *c.* 41. vtebatur, quinquentas asinas per omnia secum fœtas trahens, balnearum etiam solio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutem credens.

Pŏppyſmătă, { ποππύσματα. GAL. Vn son de bouche, ou en frappant les mains paulme sur paulme pour flatter vn cheual farouche. ITAL. Vezzi, vn sono di bocca che si fa pa pando vn auallo. GER. Das zuschreyen vnd streichlen so man den verwilden / oder vngezämpten vnd freüdigen rossen thut. HISP. Siluo ò sonido de la boca ò manos. ANG. Faire espeaking or gentle handling of vnruly horses. } Propriè dicitur ea vocis blandiméta quæ fiunt equis indomitis cum tractatione manuum. Iuuenal. *Satyr.* 6.

Præbebit vati crebrum poppysma roganti:

id est, crebram manuum tractationem, cum quadam vocis adulatióne: nam fit à ποππύζω quod est sibilo, vel adulor. ¶ Est & ποππύζειν (vt quidam exponunt) idem quod plaudere, hoc est illisis manibus inter se, & palma cum palma collata, plausum edere. ¶ Dicitur etiam in eadem significatione poppysmus. Plin *lib.* 28. *c.* 2. Fulgetras poppysmis adorare consensus gentium est. Quid verò poppysmus, sit vide in dictione *Palpum*.

Pŏpŭlă, æ, verrucæ sunt eminentes. Cornutus *in Persium*.

‖ Populacia, vt nugalia vel puerilia Nou.

Populago, tussilago, frutex. Iun. ‖

Pŏpŭlnŭs, vide *Populus*, fœm. gen.

Populonia, æ, siue Populonium, ij, ποπλώνιον Ptolem. Oppidum est in littore maris Tusci, non procul à Pisis, portum habens non ignobilem è regione Iluæ insulæ. Meminit huius oppidi Plin. *lib.* 3. *c.* 5. & 6. Ptol. *lib.* 3. & Pompon. *lib.* 2. Virg. *lib.* 10. *Æneid.*

Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli iuuenes: ast Ilua trecentos
Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

Hodie *Plumbinum* vocant.

PŎPVLVS, i, singul. numer. mascul generis. Vnius ciuitatis multitudinem significat, iuris consensu & concordi communione sociatam. Quid Populus à plebe distet, Gell. *c.* 20. *lib.* 10. Populum tamen pro plebe, Liu. 6. *bell. Pun.* dixit. { עם ham. λαός, δῆμος. GALL. Peuple. ITAL Popolo. GERM. Ein volck oder gantze gemeind einer stat. HISP. Peublo. ANG The people. } Populum vocauit Romulus multitudinem non militantem. Plutarch. *in Romul.* Senec. *Epist.* 78 Quantus populus (inquit) mortuorum. Idem *c.* 9 *de tranq.* Cœnare sine populo. (i. sine multitudine seruorum.) Item, Populi, i. homines. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Populi strenui mihi damno sunt. (i. homines.) ¶ Tu verò vrbanus scurra, deliciæ populi. Idem *Mostell sc.* 1. *a.* 1.

Hunc tamen (Agamemnonem) *vtilitas Populi mouet.*

Ouid. 13. *Met.* Dicitur & Poplus: vt bellum verò & pudicum prostibulum popli. Plaut. *Aul sc.* 1. *a.* 2. Custos herilis decus popli. Idem *Asin. sc.* 3. *a* 3. Cum Telobois bellum est Thebano poplo. Idem *Amph. prologo.* Item dedunt se in ditionem & arbitratum Thebano poplo. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. In concione omni poplo. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Ne populus quod ames si sciat, tibi sit probro. Idem *Curc. sc.* 1 *a.* 1 Aut ad populum, aut in iure apud Iudicem res est. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Cum populo agere, vide *Ago*. Cras populo prostituam vos. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Fraus populi. (conuicium in Lenonem.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 1.

Si quis vt in populo, nostri non immemor,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

——— Populi peruenit in ora:
In populo quicquam si tamen ore meum est,

idem *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.*

armina cùm primùm populo iuuenilia legi,

idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Virg. 1. *Æneid.*

Hinc populum latè regem, belloque superbum
Venturum excidio Libyæ.

Populi, nationes, gentes diuersarum ciuitatum. *Ibidem*, Littoráque, & latos populos. ¶ Populus à Columell. de apibus dicitur *lib.* 9. *c.* 13. Id ne fiat, duo populi coniungi debent, qui possint adhuc integras ceras explere.

Pŏpellŭs, i, diminut. Plebecula. { δημίδιον. GALL. Petit peuple. ITAL. Popolo picciolo. GERM. Ein völcklin/das schlecht gesindlin. HISP. Pueblo menudo. ANG. The simple poore people. } Pers. *Sat.* 4.

Ante diem blando caudam iactare popello.

Horat. 1. *Epist.* 7.

——— Vulteium mane Philippus
Vilia vendentem tunicato scruta popello
Occupat.

Pŏpŭlāris, e, quod est populi. { ἰδιωτικός, δημοτικός. GALL. Populaire du peuple. ITAL. Popolare, di popolo. GERM. Das deß volcks ist. HISP. Cosa de pueblo. ANGL. Of the people. } Horat. *de Arte*,

——— & populareis
Vincentem strepitus, & natum rebus agendis.

¶ Interdum popularis dicitur gratiosus, charus & gratus populo, qui sibi populi fauorem conciliat, quique populi est studiosus δημοτικός, ἀρεστὸς τῷ δήμῳ, δημαγωγός. Cicero, Nil tam populare quàm bonitas. Liuius. Et quo nihil popularius est, quibus artibus petierat magistratus, iisdem gerebat. ¶ Interdum dicitur plebeius, vilis, & ignobilis, ὁ τυχών. Plautus, Præstat diuitem esse ac popularem, quàm nobilem & medicum. ¶ Popularis item dicitur qui est eiusdem conditionis, generis, sortis & fortunæ. Item, qui socius est & particeps eiusdem sceleris, factionis, coniurationis, &c. ὁμεθνής, δημότης, ὁ μετά τινος δημοτευόμενος. Terent. *in Phorm.* Amicus summus meus, & popularis Geta, erat enim & ipse seruus. Quid si popularis, quod eiusdem gentis esset? Salust. *in Catil.* Cùm ad Iusiurandum populares sceleris sui addiceret (Catilina.) ¶ Popularis item dicitur ciuitas. Terent. *in Adelph.* Obsecro populares, ferte misero, atque innocenti. Plaut. *Aul. sc. a.* 3. Optati ciues, populares, incolæ. Gell. *c.* 3 *lib.* 5. Popularis eius oppidi fuit. ¶ Ponitur aliquando popularis pro subdito, autore Bud. Liu. 1. *bell. Maced.* Tentando nunc sociorum, nunc popularium animos, id est, qui in ditione eorum atque imperio erant. ¶ Populari nomine vocare, est vocare nomine vulgò à populo vsurpato. Plin. *lib.* 13. *c.* 4. Populari etiam nomine à nobis appellantur balani. Ita popularia verba apud Cic. *in Offic.*

Pŏpŭlāriă, in theatro dicebantur loca populi, vt plebis ad equestrium discrimen, i. quatuordecim ordinum. Tertull. Vias vocant cardines balteorum per ambitum, & discrimen popularium per procliuum. (sic equestria equitum loca erant.) Suet. *in Domit.* Et quia pars maior inter popularia deciderat, &c. Idem *in Claud. c.* 25. In popularia deducti (Germanorum legati,) &c. Vide *Equestria* in EQVVS. ¶ Item popularia, nugatoria, puerilia. Laberius apud Nonium, Popularia agimus per ludum. ¶ Popularia sacra, vt Labeo inquit, sunt quæ omnes ciues faciunt, nec certis familiis attributa sunt, vt Fornacalia & Palilia. δημοτικὰ ἱερά. Sic dicta quòd populo grata essent, propterea quòd tunc in populum missio fieret ab iis qui gratiam plebis captabant: & hoc duplici modo, aut de Republ. bene sentiendo, & ea quæ ad populi salutem spectant rectè cum ratione agendo: aut largiendo & adulando, vel aliis corruptelis beneuolentiam captando.

Pŏpŭlārĭtās, atis, Studium & cultus populi, hoc est, affabilitas, humanitas, blanditiæ quibus populi fauorem aucupamur. Quintilian. Popularitas, signum affectati regni. { δημαγωγία, δημοχαρισία, ὀχλοκοπία. GAL. Popularité, amitié & humanité enuers le peuple. ITAL. Affabilità humanità verso il popolo. GERM. Gesellschafft vnd freundtligkeit mit dem volck. HISP. Humanidad y halagos en amor y volundad del pueblo. ANG. Courtesie and humanitie towardes the people. } Suet. *in Calig. c* 15. Incendebat & ipse studia hominum omni genere popularitatis. *Ibidem*, pari popularitate damnatos relegatósque restituit. Plin. *ep.* 117. Dixit causam Claudius Aristion princeps Ephesiorum homo munificus & innoxiæ popularitatis. Ponitur aliquando pro coniunctione atque necessitudine, quæ debet esse inter populares, hoc est, inter eos qui ex eadem regione ortum traxerunt. Plaut. *in Pœn.* Si quid opus est, quæso dic, atque impera popularitatis causa.

Pŏpŭlārĭtĕr, Affabiliter, humaniter, & cum gratia populi. { δημοτικῶς. GAL Populairement, auec la grace du peuple. ITAL. Popularmente affabilmente. GERM. Mit verwilligung deß volcks/nach brauch deß volcks. HISP En amor y voluntad del pueblo. ANG. VVith the fauour & loue of the commons. } Iuuenal, *Satyr.* 3.

——— & verso pollice vulgi.
Quamlibet occidunt populariter.

Quintilian. Totas vires populariter explicabit oratio. ¶ Aliquando significat more populi Cic. *in somn. Scipion.* Homines enim populariter annum tantum modò Solis, id est, vnius astri reditu metiuntur. Hinc dicimus populariter agere, populariter loqui, populariter scribere, id est, more populi.

Pŏpŭlātim, Per populos. { κατὰ δήμους. De peuble en peuple par tout le peuple. ITAL. Di popolo in popolo, per tutto il popolo. GERM. Von einem volck zum anderen / durch die völcker. HISP. De pueblo en pueblo, por todo el pueblo. ANG Through all the commons. } Apuleius, Populatim ab omni prouincia reuocatus. ¶ Ponitur aliquando pro coaceruatim, & in vniuersum. Cælius, Ego perdidi te, qui omnes seruos prodo populatim: quæso ne addas malum ad hoc malum.

‖ Populifugia. Varro *lib.* 5. *de L. L.* dies populifugia videtur nominatus, quòd eo die repente tumultu fugerit populus non multo enim pôst hic dies quàm decessus Gallorum ex vrbe: &, qui tũ sub vrbe populi, vt Ficuleates ac Fidenates, & finitimi alij, contra nos coniurarunt.

Populosus, a, um, quod est plenum populo. πολυάνθρωπος, vt Oppidum populosum.

Pŏpŭlo, as, & populor, aris, Deprædari, diripere, spoliare. { שדד schadhádh. δενδροτέμνειν, φέρειν τε καὶ ἄγειν, λαφυραγωγεῖν, δῃοῦν, πορθεῖν. GALL. Oster & piller tout és champs, destruire & perdre. ITAL Depredare, saccheggiare, disertare vn paese. GERM. Verheeren / verwüsten / berauben. HISP. Robar y destruir el campo. ANGL. To robbe, and destroye the cõtrey. } Cæs. 1. *bell. Gall.* in Heduorum fines peruenerant, eorúmque agros populabantur. Virg. 1. *Georg.* populántque ingentem farris aceruum. ¶ Hinc depopulor, pro deprædor, passimque & populatim diripio. Populare, Nonius, populi amorem conciliare esse ait, indéque popularem dictum esse, qui à populo pendet.

Pŏpŭlātŭs,a,um,participium, Deprædatus. { שדוה *schadhúdh.* δενδροτομή-σας, –ρηθείς. GALL. *Pillé destruit.* ITAL. *Depredato, saccheggiato* GER. Verheeret/geplündert/beraubet. HISP. *Robado y destruydo.* ANG. *Spoyled. destroyed.* } Virg. 1 *Æneid.*

Quisque suum populatus iter.

Cic. 5. *Verr.* Eiectos aratores esse dico, agros vectigales vexatos atque exinanitos à Verre, populatam vexatámque prouinciam.

Pŏpŭlātĭo, nis, verbale. Spoliatio. { שד *schód.* πόρθησις. GALL. *Saccagement, degast.* ITAL. *Saccheggiamento.* GERM. Verheerung / beraubung/ plünderung. HISP. *Robamiento. destruymiento.* ANGL. *A wasting or pilling of a cuntrey.* } Liuius 3. *ab Vrbe*, Equos populationibus incursionibúsque meliores esse, Columell. *lib.* 2 *cap.* 20. Nam eas res à populatione murum formicarúmque frumenta defendit. Idem *lib.* 3. *cap.* 21. Aut si maturitatem serotini expectet, amittat, vindemiam præcocem, quæ plerunque populationibus volucrum, plumísque, aut ventis lacessita dilabitur.

Populatus, us, ui, Populatio. { שד *schodh.* δενδροτομή, πόρθησις. } Lucan. *lib.* 2.

Ardent Hesperij montes sæuis, populatibus agri.

Pŏpŭlātŏr, is. { שודד *schodhédh.* ἐκπορθητής. GALL. *Pilleur, gasteur & destruiseur d'vn pays.* ITAL. *Chi saccheggia vn paese.* GER. Ein verheerer/ verwüster/ zerstörer HISP. *El que assi destruye.* ANG. *A robber or destroyer of a cuntrey.* } Ouid. 12. *Metam.*

Viuit adhuc operis nostri populator Achilles.

Idem 13. *Metam.*

Hoc vbi cognouit Troia populator Atrides.

Pŏpŭlātrīx, populatricis. { שודדת *schodhédeth.* ὀλοφρώλική. GALL. *Pilleresse, celle qui gaste & destruit tout.* ITAL. *Doña che distrugge il tutto.* GER. Ein verheererin/ verwüsterin/ räuberin. HISP. *La que assi destruye.* ANGL. *She that robbeth and destroyeth.* } Martialis *lib.* 15. Hæc tibi Thesæi populatrix misit Himetti, Pallados à syluis nobile nectar apis.

Pŏpŭlăbundŭs, Prædabundus, à populando, id est, qui populatur. { שדוד *schodhédh.* λαφυραγωγῶν, δενδροτομῶν. GAL. *Qui court parmy les champs pillant & destruisant tout.* ITAL. *Chi va per i campi struggendo & saccheggiando.* GERM. Verheerend/ beraubend/ schädigend mit plünderen vnd verwüsten. HISP. *Cosa que mucho assi destruye.* ANG. *Going in wasting and robbing of cuntreys.* } Liu. *lib.* 3. *ab Vrbe*, In fines Romanos excurrerunt, populandi magis quàm iusti more belli. Gell. legendus *cap.* 15. *lib.* 11. vbi differit de finitis in bundus.

Pŏpŭlābĭlĭs, e, quod populari potest. } πορθητός. GALL. *Qui peut estre pillé & gasté.* ITAL. *Disertato, ò vero sogetto ad essere saccheggiato.* GERM. Das zerstöret oder verheeret werden mag. HISP. *Cosa que assi se puede destruir.* ANGL. *That may be spoiled or destroyed.* } Ouid. *Metam.*

Interea quodcunque fuit populabile, flamma

Mulciber abstulit.

PŌPVLVS, prima syllaba producta, Arbor est cerro similis, caudice procero & erecto cortice leui, foliis dum tenera est, circinatæ rotunditatis, quæ in senectute angulosa euadunt sine flore. { לבנה *libnéh.* GALL. *Peuplier.* ITAL. *Pioppo, talpone, Albero.* GERM. Papelbaum/ Sarbaum. HISP. *El alamo arbole.* } Ouid.

Popule viue, precor, quæ margine consita ripæ.

Duo eius sunt genera, Alba, quam & Græci λεύκην dicunt, folio numerosiore, & tremulo (vnde *Trambulam* Galli vocant) vuásque ferens quas brya dicunt, vnguentis expetitas. Et nigra, illis αἴγειρος dicta, leuior quidem & procerior, sed fronde rariore. Vtraque locis aquosis, gaudet & palustribus. Virg. 9. *Eclog.*

———*hîc candida populus antro Imminet.*

Plin. *lib.* 34. *c.* 8. Virgam populi in manu tenentibus intertrigo non metuatur. Colum. *lib.* 5. Cui rei maximè videtur idonea populus, Ea est arbor cerro similis.

Pōpŭlĕŭs, a, um, quod est confectum ex populo arbore, aut quod ad eam arborem pertinet. { λεύκινος, αἰγείρινος. GAL. *De peuplier.* ITAL. *Di pioppo.* GER. Sarbäumin. HISP. *Cosa de materia de alamo.* } Virg. 2. *Georgic.*

Qualis populea mœrens philomela sub vmbra.

Frondes populeæ. Idem 8. *Æneid.* Vmbra populea, idem 4. *Georg.*

Pōpŭlnŭs, a, um, Populeus. λεύκινος, αἰγείρινος. Plaut. *in Cas.* Non isthæc aut populna sors aut abiegna est tua?

Pōpŭlnĕŭs, a, um, in eadem significatione. Colum. *lib.* 6. *c.* 3. Probatur maximè vlmea, post fraxinea, & hac populnea frons. Idem *lib.* 12. *c.* 2. Frondem querneam, & populneam.

Pōpŭlētum, locus, populis consitus. { αἰγειρών. GAL. *Vn lieu planté de peupliers* ITAL. *Luogo piantato de pioppi.* GER. Ein ort an dem vil Papelbäum oder Sarbäum stehen. HISP. *Lugar de muchos alamos, alameda.* } Plin. *lib.* 14. *cap.* 5. Antea Cæcubo erat generositas celeberrima palustribus populeis.

Pōpŭlĭfer, adiect. αἰγειροφόρος, qui fert populum, vel populos. vt, Padus populifer. Ouid. 2. *Amor. eleg.*

Por pro *puer* antiqui dicebant: vt Marcipor, Publipor Scaliger in Varr. *lib.* 4 *de L.L.* Antiquis παῖς por dicebatur, vnde puer factum, quod Laconicè & plerisque Doriensibus pes πὸρ diceretur.

Pōrca Porcarius, Porcellus. Vide *Porcus.*

Pōrcĕo, porces. verbum obsoletum, quo antiqui, teste Festo, vtebantur pro prohibeo κωλύω. Lucilius *lib.* 6.

———*Non te porrò procedere porcent.*

Componitur ex porrò & arceo, quasi procul arceo.

Pōrcetră, porcetræ, Porca quæ semel tantùm peperit. χοῖρος, aliis δέλφαξ. Scropha, quæ sæpiùs. Gell. *c.* 6. *lib.* 18.

Pōrcĭă, Nobilis Romæ matrona fuit, Porcij Catonis Censorij filia, siue (vt alij malunt) neptis: quæ quum matremfamiliâs quandam quæ secundas inierat nuptias, pudicitiæ nomine laudari audiret, Casta, inquit, matrona non nisi semel nubit. ¶ Porcia alia fuit, Catonis Vticensis filia, & vxor Bruti, quæ quum viri sui consilium, quod de interficiendo Cæsare ceperat, cognouisset, cultello tonsorio sese vulnerauit. Qua de re quum à viro increparetur: Non est, inquit, hoc temerarium factum meum: sed in tali statu nostro, mei erga te amoris certissimum indicium. Experiri enim volui, si tibi propositum ex sententia parum cessisset, quàm æquo animo me ferro essem interemptura. Hæc postea, quum audiuisset virum suum post infaustum illud prælium aduersùs Antonium, Augustúmque in campis Philippicis gestum, mortem sibi consciuisse, mori & ipsa statuit. Sed quum arma à domesticis subtraherentur, haustis prunis, oréque obstructo, confestim extincta est. Valer. *lib.* 3. *c.* 2. Item, Porcia Basilica, vbi & à quo, Plutarch. *in Cat. Censor.*

Pōrcĭŭs, Catonum familiæ gentilium cognomen fuit, à porcis tractum. Varr. *lib.* 2. *de re rust. c.* 1. Cognomina multa habemus ab vtroque pecore: à maiore & à minore. à minore Porcius, Ouinius, Caprilius: à Maiore, Equitius, Taurus. Plutarch. *in Publ.* Porcius dictus à porcis.

Pōrcŭlētum, i, Hermolaus ait idem esse quod porcam, hoc est, terram editiorem inter duos sulcos: cuius generis in hortis hodie puluini appellantur, in quibus sua cuiusque generis olera separatim feruntur. Plin. *lib.* 27. *c.* 22. Vmbri & Marci ad vicenos pedes intermittunt arationis gratia: in his quæ vocant porculeta.

Porcŭlum, i, Est machinæ genus apud Catonem *de re rust. c.* 19. Foramen (inquit) quod primum facies, semipedem ab cardine facito. cætera diuidito quàm rectissimè: porculum in media sucula facito: inter arbores medium quod erit, id medium collibrato vbi porculum figere oportebit, vti in medio prælum rectè situm siet.

Pōrcŭs, i, Sus domesticus: quemadmodum aper, ferus. { חזיר *chazir.* χοῖρος. GAL. *Vn porc.* ITAL. *Porco.* GER. Ein zam Schwein. HISP. *Puerco.* ANG. *Anhog, a swyne.* } Suis autem appellatio vtrique generi est communis, Martial. *lib.* 14.

Iste tibi faciat bona Saturnalia porcus

Inter spumantes ilice pastus apros.

Iuuen. *Satyr.* 10.

———*voueásque sacellis*

Exta, & candiduli diuina tomacula porci.

Dictus ab eo quòd porrecto rictu pascitur, & terram dum herbatum radices rimatur, latiùs porrigat. Porcus Serarius apud Catonem, vide in *Serarius.* Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 2. Quanti veneunt porci. ¶ Porcus marinus, piscis marinus, quum capitur, grunniens, ὀρθραγορίσκος. Lacedemonij orthragoriscum vocant, vt ex Appionis sententia refert Plin. *lib.* 32. *c.* 2. ¶ Porcus Troianus, in Romanorū conuiuiis per iocum dicebatur aper, qui integer apponi solebat, vnà cum minoribus animalibus in ventre eius inclusis, non secus atque olim ferunt in equo Troiano inclusos fuisse armatos: χοῖρος τρωικός. Vide Macrob. *in Saturnalibus.* ¶ Porcus etiam vocatur homo obesus & pinguis. Catullus *in Scazonte in Egnatium:* Aut porcus Vmber, aut obesus Etruscus. Pomponius *Vernionibus*, Porcus est quem amare cœpi, pinguis, non pulcher puer. Menander *in Piscatore*, de Dionysio: παχὺς γὰρ ὗς ἔκειτ' ἐπὶ στόμα.

‖ Porci effigies inter militaria signa quintum locum obtinebat, quia, confecto bello, inter quos populos pax fiebat, ea cæsa porca fœdus firmari solet. Fest.

Porci sacres. Plaut. *Menæch* 2. 2. Quibus hîc preciis veniant porci sacres sinceri? *Rud.* 4. 6 sunt domi agni & porci sacres. intelligebantur puri & integri, ad sacrificium idonei; quales immolabantur ab iis, qui piaculum aliquod admiserant, aut qui insani fuerant: etiam quibus aucta erat liberorum prole familia. vide Varr. *de R. R. lib.* 2. *c.* 1. & 4. ‖

Pōrcă, æ, Sus fœmina. { חזיר *chazir.* ὗς, ἡ. GALL. *Vne truye.* ITAL. *Porca.* GER. Ein Sauw. HISP. *Puerca.* ANGL. *A ridhe betwene twoo farrowes.* } Cato *de re rust. c.* 134. Priusquam fœminam porcam immolabis. Gell. *c.* 6. *lib.* 4. Porca præcidanea appellata, quam piaculi gratia ante fruges nouas fieri cœptas, immolari Cereri mos fuit, &c. ¶ In agro verò porca est terra elata inter duos sulcos. { תלם *telém.* ὦλαξ. GAL. *Terre esleuée entre deux rayons, vn seillon.* ITAL. *Scroffa, porca.* GER. Das buhelin zwischen zweyen furchen in einem Acker. HISP. *La tierra que queda entre dos sulcos.* } à porrigendo (vt inquit Varro *lib.* 1. *c.* 29. *de re rust.*) quòd ea seges porrigat frumentum. Vel à porcendo, id est, prohibendo vt Nonio placet, eo quòd vltra se iaci semina prohibeat. ¶ Porcæ (inquit Festus) appellantur rari sulci, qui ducuntur aquæ deriuandæ gratia: ita dictæ quod porceant, id est, prohibeant aquam frumento nocere. Crebriores autem sulci, limi vocantur. Hæc ille. Colum. *lib.* 2. *c.* 4. Liras rustici vocant easdem porcas, quum sic aratum est, vt inter duos latiùs distantes sulcos, medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat. Sed & triginta pedum latitudinem, CLXXX. longitudinem, porcam vocant, eodem autore *lib.* 5. *c.* 1. Campani, inquit Hermolaus Barb. hodie porcas vocant puluinos, siue hortulos, inquit veluti sulcatim sua cuiusque generis olera feruntur. Id genus & areæ dicuntur apud Columellam.

‖ Porculena, pro porcula, vt socienus pro socius. Plaut. *Mil.* 4. 2. vbi tamen aliter *porcula.* ‖

Pōrcētră, Sus quæ semel peperit: quæ sæpiùs scropha. Melissus de loquendi proprietate, qui habet authorem Pomponium in Attellana, quæ hoc eodem vocabulo inscripta est. Ex Gell. *lib.* 18. *c.* 6.

Pōrcŭlŭs, & porcellus, diminut. paruus porcus. { χοιρίδιον, χοιρίσκος. GALL. *Porcelet, cochon.* ITAL. *Porceletto.* GERM. Ein färcklin. HISP. *Lechon puerco.* ANG. *A litle hog or swyne.* } Sueton. *in Nerone*, Iterum ac sæpiùs recoctum porcello obiecit. Porculus legitur apud Plaut. *in Men.* Scribit Varro porcum Græcum nomen esse antiquum, sed obscuratum, quod postea vocarunt χοῖρον. Gell. *c.* 11. *lib.* 10. Porculos minusculos esitauit Pythagoras. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 2. Porculum iubeas afferri (ad te piandum.)

Pōrcīnŭs, a, um, quod ex porco est: vt Caro porcina. { χοίρειος, ὕειος. GAL. *De porceau.* ITAL. *Di porco.* GERM. Schweinin/ von einer Saw. HISP. *Cosa de puerco* ANG. *Of an hogge.* } Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Alium pisces præstinatum abire, alium porcinam, atque agninam, & pullos gallinaceos. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 2. Agninam caram, caram bubulam, vitulinam, porcinam. Et *Men. sc* 5. *a.* 1. Porcina, &c.

Pōrcīnārĭŭs, qui carnes porcinas vendit. { χοιροπώλης. GAL. *Chaircutier, qui vend de chair de porceau.* ITAL. *Chi vende carne di porco.* GER. Der schweinen fleisch verkaufft. HISP. *El que vende carne di puerco.* ANG. *A seller of hogges flesh.* } Plaut. *in Cap. sc.* 2. *a.* 4. Quanta laniis lassitudo, quanta porcinariis?

Pōrcārĭŭs,

Pŏrcārĭus, a, um, quod ex porca est. { χοίρειος. GAL. de truye. ITAL. Di porca. GER. Einer Moren. HISP. De puerca. ANG. Of a swynee. } Vnde porcariam vuluam dicebant, quæ edito partu vescebantur. Plin. *lib.* 11. *c.*37. Vulua eiecto partu melior quàm edito: eiectitia vocatur illa, hæc porcaria, primiparæ suis optima.

‖ Porceo. Fest. Porcet ab antiquis dictum, quasi porrò arcet ‖

Porcinarium, ὑοφορβεῖον. Gloss. i. locus, vbi porci aluntur.

Pŏrcārĭus, porcorum custos, subulcus. { χοιροβοσκός. GAL. Porcher. ITAL. Porcaro. GERM. Ein Seuwhirt. HISP. El porquerizo. ANG. A swyneheand or keeper. }

Pŏrcŭlātĭōnem, Antiqui porcorum nutricatum vocauerunt. { χοιροβοσκία. GALL. Norriture de Pourceaux. ITAL. Notritura di porci. GERM. Seuw erziehung oder mestung. HISP. Criança de los puercos. } Varr. *lib.* 2. *de re rust c* 4. In nutricatu (quam porculationem appellabant) binis mensibus porcos sinunt cum matribus.

Pŏrcŭlātŏr, is, qui porcos nutrit vt pinguescant. { χοιροβοσκός. GAL. Porchier, qui engraisse les porceaux. ITAL. Nutritori di porci. GERM. Einer der Seuw erzeicht oder mester. HISP. Porquero que los cria. ANGL. That fee deth swine. } Colum. *lib.* 7 *c.* 9. Itaque porculatoris maximum officium est, vt vnamquamque cum prole claudat.

Porculetum, porca, terra editior in duos sulcos,

Pori, pororum, vide *Porus.*

‖ Portaticum, tributum quod pro mercibus traiicendis persolvebatur. L. g. b. Buleng. ‖

Porisma, consectarium, proloquium ex antecedente aliquo consequens; tanquam additamentum & corollarium.

Pŏrŏcēlē, πωροκήλη, species herniæ est, quum ex abscessu circa scrotum materia induruit. πῶρος enim Græcis inter cætera lapidosam duritiem significat, siue callum.

Pŏrdŏsĕlēnē, penult prod πορδοσελήνη, Insula est ante Ephesum cum vrbe eiusdem nominis, quam nonnulli, teste Steph. æschrologiam fugientes, Proroselenem appellarunt. Meminit huius insulæ Plin. *lib* 5. *cap* 31

‖ Pornæ, *tit. de consulib. in Nouell.* §. *ac primus quidem.* Exponuntur ludi scenici, sic dicti à productione meretricum in scenam. πόρνη est meretrix. πόρνη & scortatoria πέρνημι vendere, prostituere. est à πέρᾱν ‖

Pŏrphyrā, æ, Latine purpura { תכלת teckéleth ארגמן arghamán כרמיל charmil. πορφύρα. GALL. Pourpre, cramoisi. ITAL. Porpora. GERM. Purpurfarb. HISP. La purpura color de carmesi. ANGL. Purple. } Vnde Porphyriacus, a, um, penúltima correpta pro purpureo. Ouidius,

Et porphyriacis figere labra genis.

Pŏrphyris, porphyridis, πορφυρίς. Vestis purpurea.

Porphyreon porphyreonis, πορφυρεῶν, Phœnices oppidum, apud Steph. cuius incolæ Porphyreonij dicuntur & Porphyreonitæ.

Pŏrphyrĭō, nis, πορφυρίων. Auis est collum habens oblongum & angustum, crura prælonga, eáque rubentia, quemadmodum & rostrum, sola auium morsu bibens, cibúmque prius aqua iniectum altero pede, veluti manu, ad rostrum afferens. Autor Plin. *lib.* 10. *cap.* 46. Ælianus *lib.* 14. *c* 35. tradidit porphyrionem muliebris pudicitiæ obseruatorem esse, matrísque familiás adulterium suspendio suo domino indicare. ¶ Fuit item hoc nomine Gigas quidam Sisyphi filius: qui vnà cum reliquis Gigantibus aduersùs superos conspirauit. Claudianus *in Gigantomachia*, Porphyrion trepidam conatur vellere Delon. ¶ Fuit item aurigæ nomen, Neronis temporibus, cuius meminit Sueton. Martial. vno disticho omnes has significationes complexus est: Nomen habet magni volucris tam parua Gigantis. Et nomen Prasini Porphyrionis habet.

Pŏrphyrĭŏnē, πορφυριώνη, insula est in Propontide ante Cyzicum Plin. *lib.* 5. *c.* 31.

Pŏrphyris, πορφυρίς, Insula in sinu Laconico sita, quinque millibus passuum a Maleæ promontorio distans: postea Cythera dicta, ob memorabile templum quod in hac insula est Veneri sacrum. Autor Plin. *lib.* 4 *c.* 12 ¶ Est & altera eiusdem nominis insula, duodecim non amplius passuum millibus distans à Gnido, alio nomine Nisyros appellata Idem *lib.* 5. *c.* 3.

Pŏrphyrītē, es. πορφυρίτη, oppidum est in ea parte Arabiæ quæ Ægypto contermina est, Steph.

Pŏrphyrītēs. πορφυρίτης. Lapis in Ægypto rubens, candidis interuenientibus punctis: proptèrea Leucostictos appellatus. λευκὸν enim album vocant Græci, & στίζειν pungere Autor Plin. *lib* 36. *c.* 7.

Porphyreticus, ca, cum, quod est factum ex porphyrite. Suet. *in Neron. cap.* 50 *Porph.*

Pŏrphyrĭŭs, πορφύριος, Philosophus patria Tyrius, nobili genere ortus, qui Romæ Aureliani Cæsaris temporibus claruit Vnà cum Origene & Amelio condiscipulis, Plotinum audiuit. Multa eius à Suida enumerantur scripta, in quibus plurima inter se dissidentia reliquit: cuius rei causa putatur, quòd quæ priùs probauerat, ea postea retractauerit. Pertinacissimus Christiani nominis hostis fuit quindecim aduersùs nostram religionem editis voluminibus: quibus postea Methodius, Eusebius, & Appollinaris triginta apologeticis libris responderunt Dictus Porphyrius, ob vestem purpuream qua propter nobilitatem vtebatur, quum priùs Malchus diceretur

Porphyrogenneta, ὁ ἐν τῇ πορφύρᾳ γεννηθεὶς, h. e. ἐν ἀλουργίδι, in purpura genitus, parte iam Imperatore.

Porphyrus, serpens est in calidissimis Indiæ locis nascens, capite quouis lacte candidiore, reliquo corpore purpureo, dentibus carens: ideóque morsu innocuus: vomitum tamen eructans, quicquid contigerit extabefacientem. Vide Ælianum *lib.* 9. *c.* 57.

Pŏrrācĕŭs, vide *Porrum*

Porricio, Quasi porrò iacio, inquit Festus, id est, valde porrigo quod verbum solenne sacrificantibus erat. παρατείνω. Nam exta porrici dicuntur, quando porriguntur diis. Plaut. *in Pseud sc.* 3. *a.* 1. Nam si sacrificium summo Ioui, atque in manibus exta teneam, vt porriciam, interea loci si lucri quid detur, potius rem diuinam deseram. Virg. *Æneid.* 5.

——*extaque salsos*
Porriciam in fluctus.

Quo in loco nonnulli malè legunt *proiiciam* Vide Macrob. *lib.* 3. *Satu n. cap.* 2.

Porriciæ, exta quæ in aræ foco ponebantur Diísque porrigebantur. Solinus, Ignis in hanc congeriem adponitur, cùm porricias intulerint

PŎRRIGO, is, xi, ctum, Extendo, dilato. à porrò & rego, vt præteritum indicat, non ab ago, vt quidam malè putauerunt. נטה natáh פרש parás הושיט hoschít נתן nathán ὀρέγω, ὀρέγνυμι. GALL Estendre, rendre & bailler ITAL Distendere, porgere. GERM. Außstrecken. item darreichen HISP. Estender ANG. To reache or stretch out and offer. Cic. *pro Cælio*, Licinium quum iam manum ad tradendam pyxidem porrexisset, retraxisse. Plin. Faciliùs quippe radices porriguntur solo subacto. ¶ Quandoque ponitur pro extensa manu offerre. ἐπιβάλλειν, Vnde Augustus, vt est apud Macrob *lib.* 2 *Saturn.* quum ei quidam libellum trepidus offerret, & modò proferret manum, modò retraheret, Putas te inquit stipem elephanto porrigere? Cic. 2. *de nat. deor* Stultitia est à quibus bona precamur, ab iisdem porrigentibus & dantibus nolle sumere. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2 Porrige audacter ad salutem brachium *Ibidem sc* 7. *a.* 4. Iamdudum si des (argentum) porrexi manum. Accipe. Ouid. *Fastor. lib.* 5.

——— *Victos quoque porrigis arcus.*

Idem *Eleg.* 1. *lib* 1. *Trist.*

——— *Nunc porrigit Arcas*
Parthus eques.

Item porrigit ad te manus fortuna. Senec. *cap.* 17. *de consolat. ad Polyb.* Ouid. *Eleg.* 9 *lib.* 4. *Trist.*

Nostra suas istuc porrigit ira manus (Tomis Romam vsque.)

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Quis gradus vlterior quo se tua porrigat ira?

Martial *Epigr* 87. *lib.* 9. Porrexit pedes, &c. (i. mortua est) Et *Epigram.* 44. *lib.* 9. Porrectus leo (i. occisus.) Rursus quia quæ interficiuntur, humi extenduntur, factum est vt porrigere sit prosternere & interficere. Idem *Epigr.* 15 *Amphitheat.*

Et volucrem longo porrexit vulnere pardum.

¶ Porrigere manum, siue dextram est adiuuare, succurrere, siue opem ferre: metaphora ducta ab iis qui lapsos tensa dextra humo attollunt. Sol porrigit horas, id est, producit. Ouidius 4. *Metamorphos.* ¶ Huius compositum est Exporrigo, seu Exporgo per syncopen, quod est exolico, erigo, extendo, διατείνω. Terentius *in Adelph.* — da te hodie mihi. Exporge frontem, id est, exhilara. ἀνεῖ τὸ πρόσωπον. ¶ Porrigere herbam, est victum se fateri. Plin. *lib.* 22. *cap.* 4. Summum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra & altrice ipsa humo, & humatione etiam cedere. Vide Chiliadas Erasmi.

Pŏrrēctŭs, participiũ Extensus, dilatatus. { נטוי natúi נפרש niphrás. πορισθείς. GAL Estendu. ITAL. Steso. GERM. Außgestreckt HISP. Estendido. ANG. Reached and stretched out. } Horat *lib* 4. *Carm.*

Famaque & imperij porrecta maiestas ad ortum.

Gell *c.* 2. *lib.* 9. Porrecta ad pubem vsque barba. Item porrectus, (id est, mortuus, siue occisus, Martial. *Epigr.* 4. *lib.* . Porrectus Leo i. est, occisus.) Vide *Porrigo.* ¶ Aliquando porrectus nomen est idem ferè significans quod hilaris: vt Frons porrecta, id est, alacris. In rebus enim læus cutem frontis extendere solemus, & contrà in tristibus corrugare. Plaut. *in Cas.* Primum ego te porrectiore fronte volo mecum loqui, id est, hilariore.

Pŏrrēctĭo, verbale, Extensio.)(Contractio. { מפרש miphrás. ἔκτασις, παρέκτασις. GALL Estendement, estenduë. ITAL. Distendimento GERM. Außstreckung. HISP. Estendimiento. ANG. A reaching ou ingeuing and thing Cicer. 2 *de natur. deorum*, Digitorum enim contractio facilis, facilísque porrectio proter molles commissuras & artus nullo in motu laborat.

PORRIGO, inis, Capitis affectus est, quum tenues & furfuraceæ squamulæ ex capite decidunt. { πιτυρίασις. GALL. La teigne. ITAL. Tigna. GERM. Der schüppring des haupts/erbgrind. HISP. Caspa de la cabeça. ANGL. The scurfe or scailles of the head, also the drie scall in the head. } Porrigo est (inquit Cels. *lib.* *c.* 2.) vbi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt, eæque à cute resoluuntur, & interdum madent, multò sæpiùs siccæ sunt: idque euenit modò sine vlcere, modò exulcerato loco: huic quoque modò malo odore, modò nullo accidente, feréque id in capillo fit, rariùs in barba, aliquando etiam in superciliis. Hæc Celsus. Lucil. *lib.* 30.

Tristem & corruptum, scabie & porrigine plenum.

Horat. 2. *Serm satyr.* 3.

Vngere si caules oleo meliore caputque
Cœperis impexa fœdum porrigine.

Pŏrrīgĭnōsŭs, a, um, qui porrigine infestatur. πιτυρώδης.

Porrima, πόῤῥιμα, soror, seu comes Carmentæ matris Euandri. Ouid. 1. *Fast*

———*Porrima placatur Postuentaque, siue sorores,*
Siue fuga comites Manali diua tua.
Altera quòd porrò fuerat, cecinisse putatur:
Altera venturum post modo quicquid erat.

Porrò, varios in ratione habet vsus. Modò enim affirmandi aduerbium, idem significat quod sanè, certè, profectò. { אבל abál. ὡς, ὄντως GAL Certainement. ITAL. Certamẽte. GER. Warlich HISP. Ciertamente. ANG Truelie moreouer. } Cic. *pro Plancio,* Nihil porrò tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere vt beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare Eas herbas aliis herbis porrò condiunt Plaut *Pseud. sc.* 2. *a* 3. ¶ Quandoque temporis aduerbium, idem valet quod longè post. πόῤῥω. Virg 5 *Æneid.*

———*hinc maxima porro*
Accepit Roma & patrium seruauit honorem.

Vbi Seruius, Porrò, post longum interuallum. ¶ Nonnunquam idem quod in posterum, deinceps, in futurum. ἐπὶ τὸ μέλλον. Terent. *in Prolog. Andr.* Deinde vt quiescat, porrò moneo. id est, in futurum, interprete Donato. Plaut. *Pseud sc* 3. *a.* 1 Vt hinc porrò quid agas, consulas ¶ Non rarò loci aduerbium est, idem significans quod vltra, siue vlteriùs. Liu. 8 *ab Vrbe*, Et aut eâdem quà te insinuaueris, retrò via repetenda: aut si

ire porrò pergas,per alium saltum arctiorem,impeditiorémque euadendum.Interdum idem quod longè,siue procul.Virg.6.*Æneid.*

———quæ sint ea flumina porrò.

Plaut.*Curc.sc.*1.*a.*3.Imò etiam si vis porrò dicam. (id est,præterea vlteriùs.) Idem *Amph.* Perge porrò dicere.*Ibid.sc.*1.*a* 5. Quid fit deinde? Porrò loquere. Idem *in Asin. sc.*4.*a.*2. Perge porrò maledicere. Idem *Milit.sc.*4.*a* 2. Perge porrò.Et *in Most.sc.*1.*a.*1. Agite porrò, pergite vt occepistis. Et *Men.sc. vlt. a.*5.Si qua conueniunt, porrò operam date. (i.pergite.) Gell. *c.*4.*lib.*10. Spiritum intendere versùs & ad eos. Liu. *lib.*1.*ab Vrb.* ¶ Sæpissimè autem coniunctio est,atque idem valet quod autem,siue verò.δῆτα,δέ.Quint.*in Apol.Pau.* Porrò qui confessum defendit,non absolutionem sceleris petit,sed licentiam. ¶ Quandoque expletiua particula est,ornatus tantùm gratia interposita. Terent *in Andr.* adeóne me ignauum putas, Adeón' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, Vt neque me consuetudo, neque amor,neque pudor, &c. Plaut.*Capt.sc.*5 *a.*3.Inde ibis porrò in Latomias. ¶ Aliquando hortantis est.Virg.9.*Æneid.*

———percipe porrò
Quid dubitem.

Quo in loco Seruius exponit porrò pro aduerbio hortantis. Cic.4. *de finib.*Perge porrò:nam de isto magna dissensio est. ¶ Interdum est exclamantis & queritantis: vt,Porrò Quirites libertatem perdidimus. ¶ Porrò autem,idem valet quod præterea verò.Cic. 5.*Verr.*Hominibus & natura,& disciplina,lenissimis:porrò autem pop. Rom. conditione sociis, fortuna seruis. ¶ Neque porrò,idem quod neque etiam. Idem 3. *Verr.* Neque enim perfacetè dicta, neque porrò hac seueritate digna. Plaut. *Asin.sc.*2.*a.*5. Is corruptus suum corrumpit filium.Idem *ibid* Iace talos vt porrò nos iaciamus,id est, deinde,etiam,quoque.) ¶ Porrò minima, dixit Cic. 5.*de finib.*pro longè minima.Ea, inquit,nos mala dicimus, sed exigua,& porrò minima Hæc ferè Budæus. ¶ Ponitur aliquando porrò pro valde. Cic. *in Cat. Maiore*, Sæpe à maioribus natu audiui, qui se porrò pueros à senibus audisse dicebant. ¶ Aliquando est aduerbium ordinis. Terent.*in Andr.*Moue ocyùs te vt quid agam,porrò intelligas ¶ Porrò Quirites vox erat queritantium,& populi auxilium implorantium. Author obscœni carminis,

Porrò(nam quis erit modus?)Quirites.

Tertull.*in Valentinianos*,Vt etiam inclamauerit in eam ἰὼ ἰὼ,quasi porrò Quirites,aut fidem Cæsaris.

PŌRRVM,i,in plurali,porri,orum, genus oleris notissimi. { πράσον. GALL. *Porreau.*ITAL.*Poro.*GERM.Lauch HISP.*Puerro.*ANG.*A leek.*} Plin. *lib.* 29.*c.*12.In translatione & medicina est: definúntque sentire iniurias, vt gethyum,porrum,raphani,apium Martial.*lib.*13.

Mittit præcipuos memoralis Aricia porros:
In medio virides stipite cerne comas.

Porrorum alij sunt Tarentini,qui & secti dicuntur:alij Aricini,qui & capitati:de quibus generibus vide Plin. *lib* 19. *c.* 6. ¶ Legitur & porrus gener.masc.à quo mansit pluralis numerus eiusdem generis Cels. *lib.*4. *c* 6.Aut ius in quo porrus cum pullo gallinaceo decoctus fit.Eodem genere vsus est & Plin.*lib.*19 *c.*6 Laudatissimus(subaudi porrus)in Ægypto,mox Orchiæ,atque Ariciæ. ¶ Inuenitur & porrina pro porro, apud Scæuol *l.*58. *D.de vsufruct.* Sempronio do, lego ex redactu fructuum holeris & porrinæ partem. ¶ Porrum agreste.Serenus *c.de Hæmorrh.*

Agrestis prodest radix superaddita porri.

Est ἀμπελόπρασον, ampeloprason Plin.

Pōrrācĕŭs,a,um. { πράσινος. GAL.*de porreau.*ITAL.*Di porro.* GERM. Deß lauchs.HISP.*Cosa de materia de puerro.*ANGL.*Of a leek.*} Plin.*lib.*37 *cap.*10. Heliotropium nascitur in Æthiophia, Africa, Cypro porracei coloris,sanguineis venis distincta.

Pōrsĕna,æ, πορσήνας.Proprium nomen regis Hetruscorum,qui pro restitutione Tarquinij Superbi aduersùs Romanos bellum suscepit. Vide Liu. *lib.*2.*ab Vrbe.*Martial.*lib.*1.

Hanc spectare manum Porsena non potuit.

Virg.verò produxit positione duplicis nn,

Necnon Tarquinium eiectum Porsena iubebat
Accipere,

De eo Plutarch.*in Publ.& honoribus eius Romæ. Ibidem.*

PŌRTĂ, æ, propriè, aditus ciuitatis, alteriúsve loci vallo fossâve muniti. { שער *schâ'ar* פתח *péthach*.πύλη.GAL.*La porte* ITAL. *Porta.*GER.Ein Thor/Port.HISP.*Puerta.*ANG.*A gate or porte, the entree of a citie.*} à portando nomen habens, siue quòd per eam omnia & importentur, & exportentur:siue ab aratri portatione, (vt inquit Donatus)quia in designatione vrbium,subiunctis vacca & tauro qui vrbem designabat,aratrum manu suspendebat,ne sulcum quem primogenium dicunt,faceret, vbi aditus ciuitatis erant relinquendi.Cæs.6.*bell.Gall.* Capit arma à proximis, atque in porta consistit.Item Hirtius *lib.*8.Nihil relinquebatur quod ad ornatum portarum, itinerum, locorúmque omnium,quâ Cæsar iturus erat, excogitari posset. Virg.7.*Æneid.*

Et cristæ capitum,& portarum ingentia claustra.

Idem 2.*Æneid.*

———vix primi prælia tentant
Portarum vigiles,& cæco marte resistunt.

Cic.4.*de finibus*, Si Annibal ad portas venisset, murúmque iaculo traiecisset. Extra portam deducite in lapidicinas Plaut. *Capt sc.*5.*a* 3 Extra portam currere.Idem *Pseud.sc.*3.*a.*1.ire. Idem *Mil.sc.*3.*a.*2. Extra portam trigeminam ire.Idem *Capt.sc.*1.*a.*1.

———porta vitam muróque tueri,

Ouid. *Eleg* 1. *lib.*4. *Trist.* Sextum à porta angiportum, Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.*4. Septimas ædes à porta esse dixit, *ibidem sc* 2. *a.*2. ¶ Portæ ne sint sanctæ, & cur, Plutarch. *in Rom.* Porta triumphalis Romæ. Suet. *in August. c.* 100. Portam tenebant dedicantes. Plutarch. *in Publ.* ¶ Est & ὀπίσθια, id est, anus, siue podex, apud Catullum & autorem Priapeiorum. ¶ Porta cœli pro semiglobo cæli atque hemisphærio. Virg.*in Æneid.*

———quem super ingens
Porta tenet cœli,& scopulis illisa reclamant
Æquora.

Claudi autem cœlum atque aperiri tradunt Poëtæ,de quo, & de binis ianuis vide in *Bipatens.* ¶ Porta Prætoria, in castris dicebatur quæ erat in fronte valli, qua miles ad prælium educebatur. Antiqui enim Prætorem appellabant, qui toti præerat exercitui, qui deinde Imperator appellatus est. Porta decumana, quæ in postica parte castrorum erat, qua annona, cæteráque exercitui necessaria importabantur:ita dicta à magnitudine.Quoniam enim ita ferè vsuuenire solet, vt decima quæque omnibus propemodum in rebus maxima sint:veteres decumanum, pro magno & amplo accipiebant. ¶ Portæ item per similitudinem quandam montium fauces dicuntur in maximas angustias coarctatæ:cuiusmodi pleræque in diuersis Tauri montis partibus à Cosmographis commemorantur: vt sunt Caspiæ portæ, Ciliciæ, & Caucasiæ. ¶ Portas apertas, vel liberas ostendere in manumissione. LL. Guilielmi Bastard. Si quis velit seruum suum liberum facere, tradat eum vicecomiti per manum dextram in pleno comitatu,& quietum illum clamare debet à iugo seruitutis suæ per manumissionem,& ostendat ei liberas portas & vias,& tradat illi libera arma, scilicet lanceam & gladium.dein liber homo efficitur.

Pōrtŭlă,portella,& porticula,dimin.{πυλίς,πυλίδιον.GAL.*Portelette petite porte,guichet.*ITAL.*Picciola porta,portella.* GERM.Ein türlin HISP.*Pequeña puerta* ANG.*A litle gate.*}Liu. 5.*bell. Pun.* Philomenes portula assueta venationem inferens,&c.

‖ Portarium τέλος πύλης.Gl.Cyr.id est,vectigal portæ.‖

Porta Augusta, Vaccæorum vrbs in tractu Tarraconensis Hispaniæ,Ptolemæo *lib.*2.*c.*6.

‖ Portalegra,*Pottalegre*,V.E.Lusitaniæ,sub A. Eborensi.

Portemia nauicula, Syriaci generis lata & sine carina, à portando vocata.‖

PŌRTĔNDO,is,Prædico,ostêdo,vel præmonstro:à porrò, quod est prorsum & tendo.{ הגיד *highghidh.*προσημαίνω,προσημαίνω,προφαίνω.GAL.*Porter signification de quelque chose à venir.predire.*ITAL.*Prenuntiare.* GER. Vorbeuten etwas künfftigs.HISP.*Significar mal futuro.* ANG.*To signifie before a thing happeneth* } Virg.7.*Æneid.*

Hunc illum fatis externa ab sede profectum
Portendi generum.

Plaut.*in Asin.*Ecastor nobis periculum magnum,& familiæ portenditur,Demæneti si expectemus mortem.Cic.1.*de diuin.*Nam quod de fo le ostensum est tibi,populo commutationem rerum portendit fore.

Pōrtĕntum, i, ostensum & prodigium quod portendit aliquid futurum:vt quum insolita corpora in aëre apparent:vt cometæ,turbines, & sereno cælo tonitrua. { מופת *mophéth*.τέρας. GAL.*Prodige, chose terrible, esmerueillable.* ITAL. *Prodigio, mostro.*GERM. Ein wunderzeichen so etwas künfftigs vorbeutet. HISP. *Milagro que significa mal futuro.* ANG. *A wonderfull and strange thing against the common course of nature foreshewing some thing to come.*} Suet.*in Claud.c.*3.Mater Antonia portentum eum hominis dictitabat,nec absolutum à natura, sed tantùm inchoatum. ¶ Portentorum autem significatio,teste Cic. *lib.*2, *de nat. deor.*sumpta est ex auspiciis,& auguriis.Varro,In cœlo memorabile extitit portentum. Cic. *de Arusp. responsis.* Explanationes portentorum Hetruscorum disciplina continentur. ¶ Aliquando etiam dicuntur portenta, commenta, fictiones, & mendacia rerum naturæ repugnantia. Idem 1.*Tusc.quæst.* Aut quid negotij est hæc Poëtarum,& pictorũ portenta conuincere.¶Virg.8.*Æneid.*pro bono omine posuit,quum ait,

———ne quære profecto.
Quem basum portenta ferant.

Vbi Seruius, Portenta modò significant bona omina quæ victoriam portendunt. In significatione passiua vsus est Plaut. *in Curc.sc.*2.*a.*1. Pacem ab Æsculapio petas,ne fortè tibi eueniat magnum malum,quod in quiete tibi portentum est id est, præmonstratum est. Portentum item inane quidpiam & irridendum. Cic. 1. *Tusc.* Aut quid negotij est hæc poëtarum & pictorum portenta conuincere?

Pōrtentōsŭs, a,um, Monstrosus, portento similis. { τερατώδης, τεράστιος. GAL.*Merueilleux monstrueux.*ITAL.*Monstruoso* GER.Wunderstaltig so etwas bedeutet. HISP. *Cosa que significa algun mal* ANG. *Monstrous against nature.*} Cic.*de diu* An verò illa nos terrent, si quando aliqua portentosa, aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur. Plin. *lib.* 22. *c.*8.Portentosum est, quod de ea traditur. Portentosa Græciæ mendacia.Plin.*lib.*5.*cap.*1.

Portentificus,a,um,aliud adiect.τερατοποιός:vt, Venena portentifica, Portenta ac monstra facientia.Ouid.14.*Metam.*

———Hunc dea prauitiat,portentificisque venenis
Inquinat.

‖Portenta,nauicula.Gloss.A.L.‖

Pōrthmēus { πορθμεύς. GALL. *Vn passeur, ou passager.* ITAL.*Passagiero.* GERM.Ein oberfürer/einer der die leut ober ein wasser füret.HISP.*Barquero que passa estrecho.* ANG.*A ferrier.* } Græca dictio est dissyllaba, quæ nobis portitorem significat,hoc est,eum qui homines in vlteriorem fluuij ripam,vel trans fretum,vel à litore ad nauim traiicit. Nam πορθμεύειν Græcis est traiicere, & πόρθμιον naulũ quod pro traiectu soluitur:& πορθμὶς cymba ipsa portitoris.Vtitur hac voce Iuuen. *Sat.* 3.Iam sedet in ripa,tetrúmque nouitius horret Porthmea. Hinc Porthmis nauis est,qua à littore ad litus contrarium traiicimus.

PŌRTICVS,us, fœm. gen. { אולם *vlám*.ἡ στοὰ,ἡ παστάς.GAL.*Porche,pourmenoir ou gallerie où on se retire pour le Soleil ou pour la pluye.* ITAL.*Portice.* GER.Ein bedeckt ort in welchem man sicher vor der Sonnen/dem rägen/&c.spazieren kan/Ein schopff.HISP.*Portal publico para passearse.* ANG.*A gallerie or walking place out of the sunne.*} Locus est amplus,& spatiosus,tecto inclusus propter repentinos imbres,vmbræ ac deambulationis gratia ædificatus. Cic. *ad Attic. lib.*4. In campo Martio septa tributis comitiis marmorea sumus,& tecta facturi,eáque cingemus excelsa porticu.Virg.3.*Æneid.*

Illos porticibus rex accipiebat in amplis.

Idem 2.*Æneid.*

Vnus natorum Priami per tela,per hostes
Porticibus longis fugit.

Ouid.1.*de Arte,*

Seu pedibus vacuis illi spatiosa teretur
Porticus.

Porticus

Porticus aliqua[n]do tentorium, & tabernaculum significat. Cic.2. *Tusc.* ex Poëta, Nam[q]ue Æsculapij liberûm saucij opplent porticus: quod videtur poëticè dictum pro taberna & officina, in qua saucij à Machaone & Podalirio Æsculapij liberis curabantur: qui in Græcorum castris medicinam faciebant. ¶ Multæ Romæ insignes fuere porticus: omnium tamen magnificentissima fuit, quam, quod à Pompeio ædificata esset, Pompeianam vocabant: cuius meminit Ouid.1. *de Arte amandi,*

Tu modò Pompeia lentus spatiare sub umbra,
Quum sol Herculei terga leonis adit.

Pŏrtĭcŭla, æ, diminutiuum. Diomedes *lib.* 1. { βοαχεῖα ᾗ μικρὰ στοά. GALL. *Petit porche.* ITAL. *Picciolo portico.* GERM. Ein vorschöpflin. HISP. *Pequeño tal portal.* ANGL. *A litle galerie.* } Cic. *lib.* 4. *Epist.* In porticula Tusculani.

Pŏrtĭcātĭo, legitur etiam pro porticu, apud Macrum *l.* 36. *D de religios.* & *sumpt. fun.* Si amplum quid ædificari testator iusserit, veluti in currum porticationes, eos sumptus funeris causa non esse.

Pŏrtĭo, nis, quasi partio, Pars. { חלק *chelek.* μέρ☉. GALL. *Part, portion.* ITAL. *Parte, portione.* GERM. Ein theil/Portz. HISP. *Parte, oracion de lo entero.* ANG. *A part or portion.* } Senec. *c.* 11. *de consol. ad Polyb.* Hac portione (fratris amissi) decidit tecum fortuna pro multis. Item, Magna portio. Idem *cap.* 14. *de tranquill.* Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. Sed quota hæc portio est? ¶ Hinc fit proportio, quæ est duarum rerum inuicem facta comparatio. λόγ☉, ἀναλογία.

‖ Portionale, particulare. Tertull. ‖

Pŏrtĭuncŭla, æ, diminutiuum. { μερίς. GALL. *Petite part & portion.* ITAL. *Picciola parte ò portione* GERM. Ein klein theil/Pörtzlin. HISP. *Pequeña parte.* ANGL. *A litle portion.* } Apul. Qui quum à me portiunculam posceret.

Pŏrtĭscŭlus, i, Hortator remigum, qui eam perticam, quæ & ipsa portisculus dicitur, in manu tenens, hortatur a remiges, vrget, & cuncta pro potestate moderatur. { κελευστής. GAL. *Comite.* ITAL. *Comito.* GER. Ein meister vber die Ruderknecht/der sie heysset vnd anweysset. HISP. *Comitre.* ANG. *An exhorter of the rowers in a shippe.* } Plaut. *in Asin. sc.* 1. *a* 3. Tute habet portisculum. Ennius *in Annibal.* Portisculus quum signum dare cœpisset. Ex Nonio.

PŎRTĬTŎR, is, propriè dicitur, teste Vall. *lib.* 1. qui homines in vlteriorem fluuij ripam, vel de litore ad nauim, vel de naui ad litus traiicit, quem Græci vocant porthmea. { πορθμεύς. GALL. *Garde ou fermier d'vn port. Passeur.* ITAL. *Passaggiero che passa la gente il porto.* GER. Ein oberfürer/Der die leut vber die wasser fürt. HISP. *El barquero che passa estrecho.* ANG. *A ferrier that giueth passage ouer a water.* } Quapropter Charon inferorũ portitor dicitur, quòd mortuorum vmbras cymba subtili per Stygiam paludem putetur transuehere. Dictus autẽ portitor à portando, sicut vector à vehendo: quanuis Laurent. Valla existimare videatur, à portu dictum esse portitorem. Virg. 6. *Æneid.*

Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat
Terribili squallore Charon.

Portitorem duxi domum, (non vxorem) ita mihi necesse est eloqui quicquid egi atque ago. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Istum portitorem priuabo portorio. Item portitorum simillimæ ianuæ sunt lenoniæ. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Dicitur etiam portitor, eodem Laurentio teste, qui portorium, hoc est, fructus pecuniarios ex portu conduxit, quíque nomine portorij stipem à venientibus exigit. Cic. *ad Quint. fratr.* Qui nuper in portoriis Italiæ tollendis, non tam de portorio, quàm de nonullis iniuriis portitorum querebantur. ¶ Accipitur etiam portitor pro eo, qui aliquid portat. Stat. *lib.* 1. *Theb.*

Languet Hyperborea glacialis portitor Vrsa.

Et Claudian. *in Epigram.*

‖ Portitorium, porticulum, baculus lixarum. Gl. Isid. quo scil. aliquid portant, ἀνάφορον.

Portitorium, πλατεῖον, i. e. locus vbi vectigal exigit publicanus, portitor. ‖

Pŏrtōrĭum, ij, Naulum, & merces quæ datur portitoribus, hoc est iis qui nos cymba, vel pontone trans fluuium, vel fretum traiiciunt. { πορθμεῖον. GALL. *Le peage ou impost qu'on paye aux ports.* ITAL. *Nolo, pagamento à passare fiume, ò porto.* GERM. Der furlohn vber ein wasser. HISP. *El flete que se paga al barquero.* ANGL. *Frayte for cariage or passage, tollage.* } ¶ Item vectigal quod portitori soluitur, hoc est illi qui redemit prouentum portuum, vel fluminum, vel lacuum, vel stagnorum. ἐλλιμένιον. Lucil. *lib.* 12. Facit idem quod illi qui inscriptum è portu exportant clanculum, ne portorium dent. Vell. Portoria noua instituit (Gracchus.) Senec. *epist.* 28. Portorium soluere. Metaphor. Suet. *in Cæs. c.* 43. Portoria peregrinarum mercium. Plaut. *in Asin. sc.* 1. *a.* 1. Iam ego hunc portitorem priuabo portorio. Cic. 1. *de Inuent.* Nam si Rhodiis turpe non est portorium locare, nec Hermacreonti quidem turpe est conducere. Idem 4. *Verrin.* His pro rebus quod portorium non esset datum, literas ad socios misisse L. Canuleium.

PORTO, as, Fero, affero, gero, & tam de animo, quàm corpore dicitur. { נשא *nasá* סבל *sabál.* φέρω, κομίζω, φορέω, βαστάζω. GAL. *Porter.* ITAL. *Portare.* GERM. Tragen. HISP. *Lleuar ò traher.* ANG. *To bring or beare.* } Terent. *in Andr.* Dij boni, boni quid porto? Plaut. *in Asin. sc.* 3. *a.* 3. Vbi onus nequeam portare pariter, iaceam ego asinus in luto.

Aspice quid portem nihil hic nisi triste videbis (de titulo.)

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.* Plin. *lib.* 11. *c.* 17. Apes fessum regem humeris subleuant, validius fatigatum ex toto portant. Ouid. *Eleg.* 2. *Trist.*

Et latro, & cautus præcingitur ense viator:
Ille sed insidias sic sibi portat opem.

Virg. 9. *Æneid.*

Multa patri portanda dabat mandata.

Catull. *de com. Beren.*

Dulcia nocturnæ portans vestigia rixæ,
Quam de virgineis gesserat exuuiis.

¶ Portare item dicimur, quum nauibus, aut iumentis aliquid nobiscum vehimus. Salust. *Iugurth.* exercitus qui in Africam portaretur. Rursus *ibid.* Impeditus ne quas parauerat copias secum portaret. Virg. 1 *Æneid.*

Gens, inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, victósque penates,

Ibidem,

——portantur auari
Pygmalionis opes pelago.

¶ Portare auxilium dicimus, pro adiuuare. Salust. *in Catil.* Post vbi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant. ¶ Huius composita sunt, Apporto, Asportio, Comporto, Deporto, Exporto, Importo, Reporto, Supporto, & Transporto: quorum significata vide suis locis.

Pŏrtĭto, as, frequent. Gell. *lib.* 20. *cap.* 1. Crumenam plenam assium portitans.

Pŏrtātŭs, us, verb. Actus ipse portandi. { βάστασις, κόμισις. GAL. *Portement.* ITAL. *Portamento.* GERM. Tragung. HISP. *Lleuamento.* ANG. *A bearing or bringing.* } Plinius *lib.* 9. *cap.* 35. Tædia exquisita perditiore portatu.

‖ Portucale, *Porto*, V.E. Lusitaniæ antiqua, sub A. Brancarensi, quâ se Durius euoluit in mare.

Portugalia, *Portugal* Hispaniæ regio. ‖

Pŏrtŭlācă, herba est frigida & humida quæ dentium tollit stuporem. { ἀνδράχνη. GALL. *Pourpier.* ITAL. *Porcellana porcellaccia.* GER. Burgel/oder burtzelen. HISP. *Verdolaga.* ANG. *Purselayn.* } Plin. *lib.* 25. *c.* 23. & *lib.* 20. *c.* 20. & Diosc. *lib.* 2. *c.* 138.

Pŏrtŭnālĭă, inter quatuor Græciæ celeberrima certamina numerantur, in honorem Palæmonis, quem Latini Portunum vocant, instituta. παλαιμόνια. Eadem & Isthmia dicebantur, ab Isthmo Peloponnesiaco vbi solebant celebrari.

Portunarius, qui portorium exigit. in ll. Longob.

Pŏrtūnŭs, vel Portumnus. Deus maris habitus est ab antiquis, quem Græci Palæmona, παλαίμων vocant: ita dictus à portubus quibus præesse credebatur. Ouid. 6. *Fast.*

Quem nos Portunum, sua lingua Palæmona dicet.

Vide in dictione *Palæmon.*

PŎRTVS, us, in datiuo & ablatiuo plurali portubus. Locus in litore naues ab hyemis tempestatúmque iniuria vendicans. { כרף *cτόph.* λιμήν. GAL. *Vn port.* ITAL. *Porto.* GERM. Ein schiffport/Schifflende/Ein kommlich gestad die schiff darin zustellen/Meerhaffen. HISP. *Puerto.* ANG. *An hauen for shippes.* } Stat in portu nauis prædatoria, Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 2. Si qua nauis aduenit, *ibid.* Ad portum mittunt seruulos, ancillulas, *ibidem.* In portum naue integra peruenire, Quintil. *Metam.* Item portum eloquentiæ salutare, non patefacere piratis, idem. Quam magis te in altum capessis, tam te æstus in portum refert. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. portus mortis. Senec. *c.* 9. *de consol. ad Polyb.* Portum promittunt studia. Idem *c.* 16. *de consol. ad Heluiam:*

Qui veritus non es portus aperire fideles
Rati (meæ.)

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.* Liu. *lib* 4. *dec.* 5. Castra minuta portus ad omnes casus. Cic *in Verrem.* Statim sine vllo metu in portum ipsum penetrare cœperunt. Metaphoricῶs accipitur pro loco tuto, & quodam aduersarum rerum perfugio. Idem *ad Brutum*, Quanquam tum & fugæ portus erat in tuis castris, & perfugium salutis in tuo exercitu. ¶ Inde prouerbij metaphora, Rem in portu esse dicimus, pro esse in tuto, & extra omne periculum. Plaut. *in Merc.* In portu res est Item in portu nauigare, pro securum esse, & omni periculo defunctum. Tracta est metaphora à nauigantibus, qui quum in medio mari nauigant, vndarum & ventorum arbitrio iactantur: contra, quum se in portum receperint, nihil habent negotij cum vndis & ventis. ¶ Impingere in portu, est in ipso statim operis initio peccare. ¶ Portus de sepulchro Cicero, neque sepulchrum quo recipiat, habeat portum corporis, vbi remissa vita corpus requiescit malis. Portus Iulius, vide *Iulius.*

Pŏrtŭōsŭs, a, um, Multos portus habens. { πολυλίμενος. GALL. *Qui a beaucoup de ports.* ITAL. *Di molti porti.* GERM. Das viel schiffporten oder schifflenden hatt. HISP. *Cosa que tiene muchos puertos.* ANGL. *Full of hauens.* } Salust. *in Iugurtha*, Illam alteram specie quàm vsu potiorem, quæ portuosior, & ædificiis magis exornata erat, &c.

‖ Portus diues, *S. Ioan de Puerto rico*, vrbs insulæ S. Ioannis.

Portus Romanus, *Porto*, V.E. prouinciæ Romanæ. Vrbs olim præclara, nunc ruinis deformis, ad Tiberis ostium Occidentale. ‖

Pōrus, πῶρ☉, Indiæ rex fuit, ab Alexandro Macedone superatus, deinde & suorum dolo interemptus. Claudianus,

Tradita captiuo spatiosior India Poro.

Pŏrŭs, i, πόρ☉, à medicis appellatur callus perdurus, ossium & cartilaginis fracturam ferruminans. Ossa enim & cartilago, quòd partes spermaticæ sint, semel fracta, nunquam renascuntur. Ex viscosiore tamen alimenti parte callus quidam gignitur, quo veluti glutino coniunguntur. Autor Gal. 6. *Therap.* ¶ Porus item genus est lapidis, Pario marmori candore & duritia similis, minus tamen ponderosi: quem Plinius inter eos annumerat qui cadaueribus asseruandis sunt idonei. *lib.* 36. *c.* 71. ¶ In articulis autem pori dicuntur tumores, ex crasso terrestríque humore in eos ingruente collecti: qui nonnumquam etiam contrahuntur ex medicamentorum quorundam vsu, quæ multam discutiendi siccandíque, nullam autem molliendi vim habeant. ¶ Pori penultim. corrept. πόροι, etiam à medicis appellantur meatus cutis, per quos sudor erumpit, & pili.

Pŏs, in compositis Compos, impos. Videtur potius significate potem, quàm potentem, inquit Varr. *lib.* 2. *de L.L.*

Pŏscă, æ, potio ex aquæ acetique mistura temperata. { ὀξύκρατον. GALL. *Breuage d'eau & de vinaigre, buuette, ou vin de despence.* ITAL. *Vino da dispensa leggiero, mistura di aqua & aceto per medicina.* GERM. Ein saurtranck/Leuren/vermischung deß wassers mitt essig das es saur werd. HISP. *El aguapie, mezcla de agua y vinagre.* ANGL. *A drink of water and vineger mingled together.* } Plin. *lib* 30. Tormina sanat palumbus ferus, ex posca decoctus. Celsus puscam appellat per quintam vocalem: Aëtius, & Ægineta etiam *phuscam.*

Posco, is, poposci, Olim peposci. Gell. *cap.* 9. *lib.* 7. Postulo mihi rem debitam peto. { שאל *schaál.* αἰτέω, ἀξιῶ. GALL. *Demander.* ITAL. *Domandare.* GERM. Begären etwas billichs/forderen so man einem schuldig ist. HISP. *Demandar.* ANGL. *To requiere, to ask.* } Varro, Poscere est quoties aliquid pro merito nostro deposcimus. Donatus, Poscimus imperiosè:

periosè : postulamus iure. An & hunc sibi poscit Vlysses? Ouid. 13. *Metam.* Neque partem inde posces. Plaut. *Aulul. sc. vlt. a.* 4. Eam si me iubes tibi poscere (vxorem) poscam. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Sume, posce, pro me. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. faciam vt hic senex eam sibi vxorem poscat, bis. Idem *Aulul. prolog. & sc.* 4. *a.* 1. Neque te defraudandi posco (pallam.) Idem *Menach. sc.* 3. *a.* 4. (mox, reposcere) lingua poscit, corpus quærit, &c. de meretrice.) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Vbi si quid posca, ad rauim poscas. Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 2. Ne operam perdas poscere. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Me poscit triginta minas Idem *Curcul. sc.* 1. *a.* 1. Talos sibi poscit in manum (dari.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Habent hunc morem plerique argentarij, vt alius alium poscant, reddant nemini: pugnis rem soluant, si quis poscat dutiùs. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. ¶ Aliquando ponitur pro prouocare. ἐκκαλεῖν. Virg. 8. *Æneid.*

Haud acrem dubites in prælia poscere Turnum.

Cic. 3. *Verr.* Poscunt maioribus poculis, id est, prouocant se mutuò ad largiùs potandum. ¶ Aliquando pro indicare rem venalem, & pretium eius taxare. Plaut. *Mercat.* Tanti, quanti poscit, vin' tanti emam illam? CHAR. Auctarium adiicito, vel mille numûm, plus quàm poscet. ¶ Aliquando pro requirere, exigere. Cæs. 4. *bell. Gall.* Ad quos se celeriter, quum vsus poscit, recipiunt. Poscere, cum duobus accusatiuis. Plaut. *Curcul.* Aliàs me poscit pro illa triginta minas. Aliàs talentum magnum. Cic. 3. *Verr.* Et parentes pretium pro sepultura liberum posceret. Poscere aliquem clamore, quod barbarus diceret clamare post aliquem: vt, Postquam nihil fit, clamore hominem posco: ille me in ius vocat. (de creditore) Plaut. *Curc. sc* 3. *a.* 5. ¶ Huius composita sunt, Apposco, quod est iure posco, exigo, προσαιτέω. Terent. *in Heaut.* Minas quidem iam decem habet à me filia, Quas pro alimentis esse nunc duco datas: Hasce ornamentis consequentur alteræ, Porrò hæ talenta dotis apposcent duo. ¶ Deposco, vide suo loco. ¶ Exposco multum, seu importunè adeò, aut publicè posco, ἐξαιτῶ. Liu. *lib.* 1. Pacem precibus exposcunt. Virg. 3. *Æneid.*

Sed votis precibúsque iubent exposcere pacem.

¶ Reposco, quod meum est repeto, ἀπαιτῶ. Idem,

——— *Parthósque reposcere signa.*

Plaut. *in Curc.* Quàm tui virginem me reposcis? ¶ Poscere veniam etiam dici consueuerat ab antiquis in veneratione Deorum, pro petere à diis vt concederent, dare operam rei diuinæ, deósque precari. Virg. *Æneid.* 4.

Tu modò posce deos veniam, sacrisque litatis
Indulge hospitio.

Simile est illud Ciceronis *pro Rabir.* Ab Ioue Opt. Max. quæ, cæterísque diis pacem veniámque peto precórque.

‖ Poscinumius, a, um. numos poscens. Apul. ‖

Pŏsīdĕōn, ποσιδεών. Græcis est mensis quem nos Decembrem dicimus, à Neptuno nomen habens, quem illi ποσειδῶνα appellant.

Posides Spado, libertus Claudij Imperatoris. Suet. *in Claud. cap.* 8.

Pŏsīdēum, siue Posidium, penultima product. ποσείδειον Oppidum in finibus Macedoniæ, non procul à Strimone amne: cuius meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 10. ¶ Est etiam eiusdem nominis oppidum in Syria Libano monti subiecta: cuius meminit idem Plin. *lib.* 5. *c.* 20. ¶ Est item Posideum, Ioniæ promontorium, cum oppido eiusdem nominis, quod olim Branchidarum, & postea Didymæi Apollinis oraculum fuit appellatum Vide eundem *lib.* 5. *c.* 29.

Pŏsīdīppŭs, ποσείδιππος, Comicus Cassandræus, Cynisci filius, qui fabulas triginta docuit, teste Suid.

Pŏsīdōnĭă, ποσιδωνία. Oppidum maritimum in Lucanis, postea Pæstum appellatum: à quo & vicinum sinum Posidoniatem appellarunt: qui & ipse postea commutato nomine, Pæstanus appellatus est. Autor Plin. *lib.* 3. *c.* 5. ¶ Hoc etiam nomine aliquando dicta est Trœzen Peloponnesi vrbs: propterea quod τῷ ποσειδῶνι, hoc est, Neptuno sacra esset. Autor. Strab. *lib.* 8.

Pŏsīdōnĭus, ποσειδώνειος. Philosophus, discipulus & successor Panætij, ex Apamia Syriæ (vt Strab. *lib.* 14. autor est) sed Rhodius existimatus, quia Rhodi vixit, ac philosophatus est: sicut & Apollonius Molo dictus est Rhodius, quum esset Alabandensis: vtrunque audiuit Cicero. Hic quum aliquando morbo articulari laboraret grauissimè, fertur sæpe dixisse (erat enim Stoicus:) Nihil agis dolor, quamuis sis molestus, nunquam te esse confitebor malum. venit Romam M. Marcelli tempore, scripsítque multa. ¶ Posidonius Olbiopolita, Sophista & Historicus, scripsit post Polybium historiam libris LII. vsque ad bellum Ptolemæi aduersùs Cyrenæos. Præterea declamationes rhetoricas, & argumenta in orationes Demosthenis. Hunc Strabo testatur suo tempore fuisse. ¶ Posidonius Africæ præsul Augustini contubernalis, cuius etiam vitam scripsit: prætærea Homiliarum libros septem, Epistolarum totidem, aliarúmque rerum complures Autor Ptolem. Lucensis.

Positio, Positus, Positura, vide *Pono.*

Possessor, Pŏssēssĭo, vide *Possideo.*

Pŏssĭbilis, vide *Possum.*

Pŏssīdĕo, es, *in Pand* In dominio, seu potestate mea habeo, ex Antiquo nomine pos, quod potentem significabat, & verbo sedeo, vt possidere dicatur, qui potest sedere, id est, sedem atque habitationem suam aliquo in loco collocare. {ירש jarásch אחז achaz קנה kanáh. κτάομαι, νέμομαι. GAL. *Posseder.* ITAL. *Possedere* GERM. Besitzen. HISP. *Posseer.* ANGL. *To possesse or haue.*} Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Is nunc in aliam partem palmam possidet. Idem *in Aulul.* Multos annos est, cùm hanc domum possideo atque colo. (loquitur Lar.) Idem *in Amphit.* Meam imaginem possidet, (id est, gerit.) Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Nec mihi detractas possidet alter opes.

Iniuria es, falsum nomen possidere postulas. Plaut. *in Mil. sc.* 1. *a.* 2. Ter. *in And.* Quæ illius fuerunt, possidet. Idem *in Adelph.* Quid hoc rei est? regnúmne Æschine hic tu possides? Cic. *pro Quint.* Omnia autem bona possessa non esse constitui, quòd bonorum possessio spectetur non in aliqua parte, sed in vniuersis quæ teneri ac possideri possunt. Idem *ad Att. lib.* 2. Si mentionem fecerint quo aliter ager possideatur. ¶ Possidere bona publicè, est quod *in manu regia ponere* dicimus. Cuius locutionis exemplum habes apud Cicer. 11. *Philipp.* Itaque non assentior solùm, sed etiam gratias ago Qu. Fusio: dixit enim seueram, grauem, Republ. dignam sententiam: iudicauit hostem Dolabellam, bona eius censuit publicè possidenda. Budæus.

Pŏssēssŭs, a, um, particip. {ירש jarésch. κτηθείς. GAL. *Possedé.* ITA. *Posseduto* GERM. Besessen. HISP. *Possedido.*} Ouid. 1. *Amor. Eleg.* 2.

Et possessa ferus pectora versat amor.

Possidere bona ex edicto, est per adiudicationem, siue per decretum. Possessus, us, ui, Possessio. κτῆσις. Apul. *Apologia*, Nam & contrà plurimis rebus possessu careo, vsu fruor.

Pŏssēssĭo, nis. *in Pandect.* Est actus, siue ipsum ius possidendi. {ירושה jeruscháh אחוזה achuzzah. κτῆσις, νομή. GAL. *Possession.* ITAL. *Possessione.* GERM. Ein besitzung. HISP. *Possession.* ANGL. *Possession.*} Quintilianus, In possessione earum rerum est Philosophia. Et Suet. *in Tiber. cap.* 10. loco & quasi possessione (id est, vsu) quia longo tempore possederat secundum gradum. Cic. 2. *Offic.* Quinquaginta annorum possessiones mouere, iniquum putabat. Item *pro Quintio*, Bonorum possessio spectatur, non in aliqua parte, sed in vniuersis quæ teneri & possideri possunt. ¶ Possessio fiduciaria, quæ ea conditione nobis traditur vt eam alteri postea restituamus. Liu. *lib.* 32. Nabidi eam tyranno velut fiduciariam (subaudi ex superioribus, possessionem) dare optimum visum vt victori sibi restitueret: siquid aduersi accidisset, sibi haberet. ¶ Interdum possessionis nomine intelligimus fundum, siue agrum, aliámve quamuis rem immobilem. Cic. *in Catil.* Qui magno ære alieno maiores etiam possessiones habent. Idem *in Parad.* Etenim si isti callidi rerum æstimatores prata & areas magno æstimant, quòd ei generi possessionum nemo nocere potest, &c. Idem *ad Valer.* Is habet in Volaterrano possessionem. Vide *Possideo.*

Possessu careo, vsu fruor. Apul. *Apol.* 1. (id est, possessione.)

Pŏssēssĭūncŭlă, diminutiuum. {τὸ κτησίδιον, τὸ κτημάτιον. GALL. *Vn petit heritage, petite possession.* ITAL. *Picciola heredità.* GERM. Ein kleine besitzung. HISP. *Pequeña heredad.* ANG. *A litle heritage or possession.*} Cic. *ad Attic. lib.* 13. Credas mihi velim maiori offensioni esse quàm delectationi possessiunculas meas.

Pŏssēssŏr, is, qui possidet. {ירש jorésch. ὁ κεκτημένος. GALL. *Possesseur.* ITAL. *Possessore, posseditore.* GERM. Ein besitzer. HISP. *Posseedor, ò que possee.* ANGL. *That enioyeth or possesseth.*} Liu. 3. *ab Vrbe*, Ita sine querelis possessorum, plebem in agros ituram, ciuitatem in concordia fore. Virgil. 9. *Eclog.*

Quod nunquam veriti sumus vt possessor agelli
Diceret, Hæc mea sunt, veteres migrate coloni.

Pŏssēssōrĭŭs, ad possessionem pertinens. Iauolenus *D. lib.* 8 *tit.* 1. *l.* 2. Ego puto vsum eius iuris pro traditione possessionis accipiendum esse. Ideóque interdicta veluti possessoria constituta sunt.

Pŏssēstrix, icis, fœm. ירשת joréscheth. } vt possestrix monilis, apud Afranium, referente Nonio.

Pŏssēssīuŭs, a, um, quod significat rem possessam, vt nomen possessiuum, quo res possessa significatur. κτητικός. vt Euandrius ensis, qui ab Euandro possidetur. Ædes regiæ, quas rex possidet.

Possideum, vide *Posideum.*

Pŏssvm, potes, potui, ex pos & sum, quasi pos sum, id est, potens sum. pos enim antiquis erat potens. {יכול jachól. δύναμαι. GALL. *Pouuoir, auoir puissance.* ITAL. *Potere.* GERM. Mögen. HISP. *Poder.* ANG. *To may, to haue power.*} Construitur quandoque cum ablatiuo. Liu. *lib.* 10. *ab Vrbe*, Pecunia deinde qua multum poterant freti, socios ex hostibus facere Gallos conantur. Habet aliquando post se accusatiuum, sed hoc nonnisi per subauditionem alterius verbi. Virg. 8. *Eclog.* —non omnia possumus omnes, subaudi facere, vel præstare. Sæpiùs ponitur sine casu. Plaut. Non hic vt possit edi: sed posse cupit, vt edat. Item, Non omnes possunt olere vnguenta exotica. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Nunquam possum referre gratiam. *Ibid.* Viuere hîc non possum nec durare vllo modo. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Puto me posse facere officium meum, id est, conabor & efficiam. Idem *Pseud. sc.* 3 *a.* 1. Ridiculè de Leone, qui facilè faciat. Pro se quisque id quod potest & valet, edit. Idem *Amphitr.* ¶ Possum, obscœna in significatione, apud Martial. *Epigram* 98. *lib.* 11. *& Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Neque ego illud possum, quod illi, qui possunt, solent. ¶ Possiem, es, &c. Plaut. *Menæch. sc. vlt. a* 5. Vtinam efficere quod pollicitus, possiem. Et *Mostell sc.* 1. *a.* 1. Comesse quemquam absentem, vt quisquam possiet. Item, Quantum potes, & potest. Vide *Quantum.* ¶ Ponitur aliquando pro valere, & bene habere. ὑγιαίνειν. Cic. 1. *Tuscul.* Nihil enim dolet nisi pes, possunt oculi, potest caput, latera, pulmones possunt omnia. Dicimus venustè, Potest fieri, pro possibile est: Non potest fieri, pro impossibile est. Aliquando solùm potest ponitur, nec exprimitur fieri. Plaut. *in Ps.* Potest vt alij ita arbitrentur, ego vt ne credam tibi. Cicer. *ad Lentulum*, Poterat vtrunque præclarè, si esset fides, &c. id est, vtrumque poterat fieri. ¶ Iungitur interdum accusatiuo cum præpositione apud, & valeo significat: vt, hic apud principem plurimum potest, hoc est, valet, vel habet magnam autoritatem apud principem. Cicer. 3. *Verr.* Loquebantur enim decumani palàm, & præter cæteros is qui apud istum plurimum poterat, &c. Potin' pro Potésne. Plaut. *Amphitr.* Potin' es vt abstineas manum? Ter. *Andr.* Potin' es vt desinas?

Pŏtīssum, veteres dicebant quod postea possum, plurali *potessumus, potessunt*, nomine simul flexo. in fin. *potesse*, q. pote esse. δύναμαι. Terentius *in Eunuch.* At pol ego amatores audieram mulierum eos esse maximos, Sed nihil potesse. Plautus *in Aulul. sc.* 1. *a.* 2. Censen' talentum magnum exorari potesse Ab isto sene? Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Credo te potesse ebibere. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Censebas te istæc flagitia potesse facere clanculum, *& Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Interpretari alium potesse neminem.

Pŏtĕstŭr, pro potest, frequens apud antiquos, Nonio teste. Pacun. Si qua potestur inuestigari via Lucr. *lib.* 3.

Quod tamen expleri nulla ratione potestur.

Pŏtēns, tis, tam participium, quàm nomen, à possum. {δυνατός. GAL. *Qui peut, puissant.* ITAL. *Potente, che vale assay.* GERM. Vermögen/mächtig. HISP. *Poderoso, o señor.* ANG. *That hath power or is able.* Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3.

Nam quamuis soli possunt prodesse potentes, &c.

Sed

Sed quando participium est, tempus significat, & accusatiuo iungitur, vel verbo infinito, nec comparationem accipit: vt multa potens, potens pugnare. Quando verò nomen, caret tempore, & genitiuo iungitur, & comparationem accipit. Liu. *lib.* 26. Dum liber, dum mei potens sum, effugere morte, &c. Cicero *Attic. lib.* 2. Potentissimorum hominum contumaciam nunquam tuli Duo reges potentissimi, apud eundem *pro Lege Manilia*, Potens Imperij, qui imperium obtinet. Potens regni, id est, regno maturus. Liu. Iuuenem iam esse dictitans, ac regni potentem. Idem 8. *ab Vrbe*, Inter sarcinas obiacentes, neque pugnæ neque fugæ satis potentes, cæduntur. Velleius, Iam decem legionum potentes erant. Ouid. 1. *Fast.*

Sæpè potens voti frontem redimita coronis.

Ibid. 5. *Fast.*

Fitque potens voti, márſque creatus erat.

Potentes maris Romani. Liuius. i. in quorum potestate esset mare. Potens rerum. Sueton *in Cæs. cap.* 71. Potens viri virgo, id est, nubilis, & viro matura. Diua potens vteri. Ouid. 9. *Metamorph.* Illithyam intelligit, quam Latinè nos Lucinam vocamus. ¶ Potens cum ablatiuo, Virg. 1. *Æneid.*

Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ.

Ouid. *Epist.* 13.

Classe virisque potens.

Potens, aliter, vt apud Catullum:

Cinthia forma potens, Cinthia verba leuis.

Idem, *sis in amore potens*, id est, in amore eueniat tibi vt potiaris. Rursus,

Nunc admirentur, quòd tam mihi pulchra puella
Seruiat, & tota dicar in vrbe potens.

id est, quòd potior amata. Potentiorem facere linguam Latinam. Quintil. *cap.* 9. *lib.* 1. Nobilitate potens essem. Ouid. 13. *Metam.* ¶ Potens substant. Lucan. *lib.* 1.

Ausus, & armatos plebi miscere potentes.

Cic. *pro domo sua* Itaque quum tu florens & potens per medium forum popularis volitares, &c. ⁜ Impotens, de quo suo loco. A quibus potentia, & impotentia, potenter, & impotenter.

Pŏtĕnter, aduerbium. {ἰσχυρῶς, δυνατῶς. GALL. *Puissamment.* ITAL. *Valerosamente, con forza.* GERM. Gewaltiglich/vermögenlich. HISP. *Poderosamente.* ANGL. *Migthelie.*} Horat. *in Arte*, cui lecta potenter erit res. Et vtiliter & potenter ad efficiendum dicere. Quint. Idem *lib.* 4. *cap.* 14. Quod in altercatione fit potentius.

Pŏtentĭă, æ, Potestas, siue vis. {יכולת *iecholeth* כח *chóach.* δύναμις. GAL. *Puissance, force, autorité.* ITAL. *Potenza, possanza, forza.* GERM. Macht/vnnd gwalt/vermögenheit. HISP. *Potencia, señorio.* ANGL. *Power might.*} Virg. 1. *Georg.*

Ne tenues pluuiæ, rapidive potentia Solis Acrior, &c.

¶ Crebrò prò autoritate, & opibus vsurpatur. Cic. 2. *de Inuent.* Potentia est, ad sua conseruanda, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas. ¶ Differunt autem secundùm Priscianum, Potentiá, & potestas, quòd potestas magis pro vi accipitur, potentia pro dominatione. Cic. 3. *Offic.* Qui omnia certa & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur. Plin. *Epist.* 7. *lib.* 3. Fuit inter principes ciuitatis sine potentia, sine inuidia. Velleius, Potentia sua nunquam ad impotentiam vsus Pompeius. Idem, Ferrum in omni corpore exhibet secandi potentiam. Senec. *cap.* 7 *de consol.* Fortuita potentia. *Ibid. cap. vlt.*

Deus, bene quo Romana potentia nixa est,

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

Pŏtentātŭs, us, Potentia, principatus. {שלטון *schiltón.* δυναστεία. GAL. *Domination, autorité.* ITAL. *Potentato.* GERM. Ein gwalt oder herrschafft/ der standt der gewaltigen. HISP. *Señorio, potencia.* ANG. *Power, autoritie.*} Cæs. 1. *bell. Gall.* Hi quum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, &c. Liu. 6 *bell. Pun.* At ille cùm ab re auersus, tum æmulo potentatus inimicus, tem Annibali aperit.

Pŏtestās, atis à verbo possum deducitur. {יכולת *iechóleth* כח *chóach* שלטון *schiltón.* δύναμις, ἐξουσία. GAL. *Puissance, seigneurie.* ITAL. *Potenza.* GERM. Gwalt. HISP. *Potencia, señorio.* ANGL. *Power, lordship, might.*} & multa significat, vt Paulus inquit *l potestatis de verbor signific.* Nam in persona magistratuum, imperium significat: in persona liberorum, patriam autoritatem: in persona seruorum, dominium. At quum agimus de noxæ deditione cum eo qui seruum non defendit, præsentis corporis copiam & facultatem. ¶ Potestates etiam ipsi dicuntur, qui potiuntur rerum, atque in potestate constituti sunt, quas Græci δυνάστας vocant, & hi qui magistratus gerunt, & habent merum imperium, hoc est, gladij potestatem, vt aiunt, ad animaduertendum in facinorosos homines, & iudiciis præsunt. Vnde non ineptè Prætores vrbis, vulgò nunc potestates dicuntur. Sueton. *in Claud.* Iurisdictionem de fideicommissis, quotannis & tantum in vrbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum: atque etiam per prouincias potestatibus demandauit. Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. Pingue draconis in pede dorcadum neruis ceruinis adalligatum in lacerto, victoriam iudiciorum conferre existimant: primum spondylum, aditus potestatum mulcere. ¶ Potestas pro magistratu & Tribunatu. Liuius 6 *ab vrbe.* Et potestate transacta (id est, finito Tribunatu.) Sueton. *in Aug. cap.* 40. Et potestates summæ (de Regibus.) Idem *in Neron. cap.* 36. Item Iuuen. *Satyr.* 10. Potestas item pro consilio & ratione. Hinc exire aliquem de potestate dicimus, mentis impotem fieri. ἐξιστάναι, vt apud Ciceronem 4. *Tusc.* Iratos propriè diximus exisse de potestate, id est, de mente & consilio esse deiectos ¶ Varius est huius vocis vsus. Dicimus enim, dare potestatem alicuius rei cuipiam. Deferre alicui alicuius rei potestatem. Facere potestatem. Facere potestatem alicuius adeundi, & conueniendi. Habere potestatem alicuius rei: habere aliquem in sua potestate. In potestate alicuius esse: id est, alicui obtemperare, & eius consilium sequi. Non solùm eorum est, qui coacti parent, sed qui sua sponte, & tanquam autorem rerum sequuntur, quas gerunt. Permittere potestatem alicui alicuius rei. Peruenire in potestatem alicuius. Ponere quippiam in potestate alicuius. Priuare potestate aliquem quicquam faciendi. Reddere potestatem alicui alicuius rei. Redigere aliquem in suam potestatem. Redire in potestatem. Sub potestate alicuius esse, Suscipere in potestatem, Dimittere ex potestate. Tenere aliquem in sua potestate. Tradere potestatem alicui alicuius rei. Venire in potestatem alicuius. Quæ indotata est, in potestate est viri. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. In potestate fortunam suam non habent Cæsares vt alienam. Senec. *c.* 15. *de consol. ad Mart.* Sæpè potestatem sui facere fortunæ. Idem *c.* 13. *de Tranquill* Et poteris, & potero, & dij potestatem dabunt. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 5. In potestate fabrorum dum fui (id est, parentum.) Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Nostra intelligimus bona, cùm quæ in potestate habuimus, ea amisimus. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Cùm istam mihi copiam & potestatem facis, vt mittam nuncium. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. ¶ In potestatem suam redire. (de ratione & consilio.) Gell. *cap.* 3. *lib.* 7. ¶ Potestates plures, id est, significationes.) Idem *cap.* 29. *lib.* 10. Item, potestatibus & ponderibus verborum. Idem *cap.* 3. *lib.* 1. In potestatem esse. Idem *in August. c.* 13. potestatem sui præbere. (id est, aditum.) Idem *in Othon. cap.* 11. ¶ Dicimus quoque, Potestas tua est, pro Tu potes. Quæ tum erat potestas, dixit Cicero *pro Cluentio*, pro Quod tum poterat fieri. Orationes in quibus verbum possum ponitur, efferri possunt eleganter per nomen potestas. Terentius *in Andr.* Cuius tibi potestas summa seruandi datur, id est, quem potes seruare. *Ibidem*, Potestas fuit liberiùs viuendi: id est, potuit liberiùs viuere. Cicer. *pro Quint.* Potestas tibi fuit quotidie hominem admonendi, id est, potuisti quotidie hominem admonere. Plaut. *in Stich.* Malefaciendi est mihi potestas, id est, possum malefacere. ¶ Potestas etiam sumitur, vt apud Homerum βίη, & ἴς, vis apud Virgil, vt, — *odora canum vis*, pro ipsis canibus. Lucret. *lib.* 2.

Et simul argenti pondus plumbique potestas.

Rursus,

Et alienigenis membris compacta potestas.

Pŏtēstam, pro potestate veteres vsurparunt. Plaut. Neque desidiæ in otio operam dedisse, neque potestam sibi fuisse, adeò arctè cohibitum esse à patre.

‖ Potestatiuus, in potestate positus. Iurisconf. practicis vsitata vox. ‖

Pŏssĭbĭlĭs, e, dicitur quod fieri potest ⁜ Impossibile. {δυνατόν. GALL. *Possible.* ITAL. *Possibile.* GERM. Möglich. HISP. *Cosa que puede ser.* ANG. *Possible, that may be.*} Plaut *in Sticho*, Possibile est tandem Stantem, stanti suauium dare, amicum amicæ. Quintil. *lib.* 3. *c.* 8. possibile, durum ait esse vocabulum, sed necessarium, quum aliud non habeamus: Melius ergo (inquit) qui tertiam partem fecerunt δυνατόν, nostri possibile nominant, quæ vt dura videatur appellatio, sola tamen est.

Pŏst, præpositio, quæ & composita, & separata inuenitur. {אחר *achár.* μετά. GALL. *Apres.* ITAL. *Dapoi, doppo.* GERM. Nach/hinder. HISP. *Despues.* ANGL. *After*} Separata ordinem demonstrat siue loci, siue temporis, siue alicuius alterius rei: & deseruit accusatiuo. Virg. 9. *Æneid.*

Sed magnum metuens se post cratera tegebat.

Idem 1. *Eclog.*

Post aliquot, mea regna videns, mirabor aristas.

Horat. 1. *Epist.*

O ciues, quærenda pecunia primum est,
Virtus post nummos.

Quandoque loco aduerbij, postea, vsurpatur, & hoc quando nulli casui seruit, aut quando iungitur ablatiuo. ἔπειτα. Virg. 1. *Æneid.*

Post mihi non simili pœna comissa luetis.

Salust. Vbi Periculum aduenit, inuidia atque superbia pòst fuere. Cum ablatiuo. Virg. 6. *Æneid.*

——ille admirans venerabile donum
Fatalis virgæ longo pòst tempore visum.

Post hominum memoriam, id est, Ab hominum recordatione. Cic. 2. *in Catil.* Bellum intestinum ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum. Post homines natos, idem. *pro Milone*, Vnius post homines natos fortissimi viri. In compositione eandem ferè habet significationem quam separata: vt Postpono, Posthabeo, Posthac, Postea. Triennio post Ægypto aduenio domum. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Multis annis post quem conspicor. Idem *Menæch. sc. vlt. a.* 5. Vobis pòst narrauero. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Quæ post clara eluant. (id est, in posterum.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Item pol haud scio, quid pòst fiat. (id est, in posterum.) *ibid. sc.* 2. *a.* 3. Haud multò post luce lucebit mox. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Ea peperit decumo mense post. Idem *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. Iterum, Alter decumo post mense nascetur puer, quam seminatus est. Idem *Amph.* Illa me obseruat canis, post aut ille hircus. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Post si quis vellet te, haud non velles diuidi. Idem *Aulul sc.* 1. *a.* 2. bis, Apage te nunc iam post hunc diem quod crediturus tibi fui, omne credidi. Idem *Most sc.* 1 *a.* 2. Si post hunc diem mutiuero, dato me excruciatum. Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2. post deinde adibo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 3. Serò post tempus venis. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Post id, vide *Postidea.* Idem. Serò post tempus venis. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. post hoc. Senec. *c.* 6. *de cons. ad Mart.* Post paulo, Cæsar *lib.* 1. vide *Paulò.*

Post ante, pro eo, quod vulgò post autem. Ita verò componebant veteres præpositiones vt *in ante*, & similia.

‖ Postæ, quasi positæ stationes equorum cursualium. Buleng. ‖

Pŏstĕă, componitur ex post & ea. Exinde, deinde. {אחר כן *achár chen* אחרי כן *acharé chen.* ἔπειτα, μετέπειτα. GAL. *Apres, depuis, apres ce.* ITAL. *Dapoi.* GERM. Darnach/demnach. HISP. *Despues.* ANG. *Afterward.*} Salust. *in Catil.* postea Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor pro prætore missus est. Hinc fit posteaquam, ἐπειδή, sicut à post. postquam: quæ ambæ connexiuæ particulæ sunt, quibus prædictis sequentia connectuntur. Cicer. *Planc* Et abfui proficiscens in Græciam, & poestaquam de meo cursu reipublicæ sum voce reuocatus, nunquam per Marcum Antonium quietus fui. Aliquando inter postea & quàm interponitur verò, & significat, sed postea quàm. Idem *Appio*, Postea verò quam ita cœpit. ¶ Grammatici docent vltimam syllabam aduerbij postea, esse producendam, quemadmodum videmus fieri in similibus aduerbiis antea, præterea interea, propterea, & si qua sunt id genus alia. Apud Ouid. tamen ferè semper corripitur: vt *lib.* 1. *Fastor.*

Postea mirabor cur non sine litibus esset Ille dies.

Et *alibi*,

Qua semel amissa postea nullus eris.

Postea pro præterea, apud Cicer. *pro Cecin. & pro Sext. Rosc.* apud Plaut. *in Merc.* Nescio quid animo meo ægrè est pater: Postea nocte hac quieui non satis ex sententia. Idem *Capt.sc.4.a.3.* Orestes Alcmęon & Lycurgus postea, id est, præterea, etiam. Idem *Mostell.sc.4.a.1.* Quid ego hoc homine faciam postea. id est, præterea, vel in futurum. *& sc.3. a.1. Ibidem*, postea ne quicquam axiomata (id est, præterea.) ¶ Herum saluto primùm, postea vicinos. Idem *Pseud.sc.5.a.1.* Tum postea te ad pistores dabo. Idem *Asin.sc.4.a.3.* Postea demum cras adducam. *Ibid. sc.2.a 5*, Quid tum postea? Vide, Tum Quid postea? (id est, quid tum.) Idem *Pseud.sc.6.a.4.* Tum postea pro deinde, idem *Menach. sc.vlt.a.5.*

‖ Posterdie, postridie. Fest.

Postergum, ὀπίσθιον. Gl. Cyr Idem, ὀπισθάκωνα potest tergum. ‖

Pōstĕrŭs, a, um, qui post est, aut post venit. Temporis ordine subsequens: vt postera dies, id est, sequens. { אחרון *acharón.* ὕστερος, ὀπίσθιος. Gall. *Qui suit apres, suyuant* Ital. *Chi segue appresso, subsequente* Ger. Das nachgehndig. Hisp. *Cosa siguiente despues de otra.* Ang. *That commet after.* } Quod post erit, posterum. Passerat. In posteros multa tradiderunt. Quint. Ad posteros gloriam tradere. Idem. Ad postremum. Liu. *lib.8.d.4.* Virg.4. *Æneid.*

Postea Phœbæa lustrabat lampade terras.

Cicer. 4.*Verr.* Id ei postera die venit in mentem, è lege Rupilia sortiri dicas oportere. *Ibid.* Postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat. ¶ Hinc posteri dicuntur, quicunque ex nobis & post nos ex aliis nascentur. { μεταγενέστεροι, ἐπίγονοι. Gal. *Successeurs, ceux qui viennent ou sont nez apres.* Ital. *Nostri descendenti, che vengono doppo di noi.* Germ. Nachkommen/nachfaaren. Hisp. *Los decendientes, generacion venidera.* } Cicer. 3. *de natur. deorum.* Expectantur hæ pœnæ à libris, à nepotibus, ac posteris. Plin *lib.12. cap.1.* Tam digna miraculo, vt Licinius Mutianus prodendum etiam posteris putarit. ¶ In posterum prospicere, in posterum differre, hoc est, in posterum tempus.. Cic. *pro Murana*, Sapiens ac multa in posterum prospiciens. Idem *ad Atticum.* Distulimus sermonem in posterum)(In præsens. Idem *in Catil.* Magna tempestas inuidiæ, si minus in præsens, at in posterum impendet. ¶ Posteri pedes, hoc est, posteriores qui post primos sunt, ὀπίσθιοι. ¶ Postero, absolutè, pro postero die. Tacit. *lib.4.* Idémque quum postero ad quæstionem traheretur. Hinc deducitur Præposterus, hoc est, peruersus, qui rerum ordinem perturbat. πρωθύστερος. Cic. *Cass.* Præposteros habes tabellarios: etsi me quidem non offendunt: sed tamen quum à me discedunt, flagitant literas: quum ad me veniunt, nullas afferunt. Quint. Præpostera res occidere, deinde erubescere. ¶ Præpostera libido, nefandum masculæ libidinis flagitium, quo naturæ sexúsque ordo peruertitur. καταπυγοσύνη.

Pōstĕrĭor, & hoc posterius, comparatiuum. { אחרון *acharón.* ὕστερος. Gall. *Qui vient apres, qui suit apres, posterieur.* Ital. *Chi segue, chi viene appresso, qui vient dietro.* Germ. Das nachkompt/nachfolgender. Hisp. *Postrero entre dos.* Angl. *That foolloweth after.* } Vnde posteriora in animali dicuntur quæ à tergo sunt, & à facie auersa. Cic. 12. *Philipp.* Posteriores cogitationes (vt aiunt) sapientiores solẽt esse. ¶ Posterior, ὑστερήμενος, qui tardiùs venit. Salust. *Iugurth.* 115. Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores per se vident. Ouid. *Eleg.8. lib.4. Trist.*

——*Cùm tempora prima*

Mollia præbuerint posteriora grauant.

¶ Iterdum idem est quod vilior, abiectior, & minoris pretij. Idem *Attic. lib.10.* Quorum vtrique semper patriæ salus & dignitas posterior sua dominatione, & domesticis commodis fuit. Idem 3. *Philipp.* Tu verò ita vitam, corpúsque seruato, ita fortunas, ita rem familiarem, vt hæc posteriora libertate ducas. Idem *in Pison.* Nihil isto posterius, nihil æquius. Terent. *in Adelph.* Si id sit dando, atque obsequendo, non posteriores feram. Vbi Donatus, Non posteriores feram, subauditur, partes. ¶ Posteriora)(Superiora. Cic. 3. *de Orat.* Paria esse debent posteriora superioribus. ¶ Posterior, id est, nequior, deterior. Cicer. in Pisonem, Nil isto est posterius, nihil nequius. Rursus *in Orat.* de prouinciis consularibus. Vt nemo posset vtrùm posterior, an infelicior esset, iudicare.

Pōstrēmŭs, superlatiuum, Vltimus. { אחרון *acharón.* ὕστατος. Gall. *Tout le dernier.* Ital. *Vltimo.* Germ. Der aller lezt/der hinderist. Hisp. *Postrero, vltimo.* Ang. *The last of all.* } Terent. *in Phorm.* Hæc denique eius fuit postrema oratio, Plaut. *Menach. sc.7.a.5.* Quia postremus cedis, hoc præmij feres. Idem *Aulul. sc.5.a.3.* Ad postremum cedit miles (id est, ad extremum, vel postremo loco.) ¶ Postremos homines, pro perditissimis, & sceleratissimis, dixit M. Brutus *in Epist. ad Cicer.* Quòd si Romanos nos esse meminissemus, non audacius dominari cuperent postremi homines, quàm id nos prohiberemus. Cic. *pro Roscio Amerino*, Sin autem id actum est, idcirco arma sumpta sunt vt homines postremi pecuniis alienis locupletarentur, & in fortunas vniuscuiusque impetum facerent, &c.

Pōstrēmĭssĭmŭs, veteres pro postremo dixerunt. ὕστατος. quemadmodum & postremitas pro extremitate: vt annotauit Sipontinus. ¶ Gracchus apud Aulum Gell. *lib.15.c.12.* Omnium nationum postremissimum, nequissimúmque existimatote.

‖ Postremitas, ἐσχατότης, extremitas. Macrob. ‖

Pōstĕrĭŭs, aduerb Postea, posteriore loco, paulò pòst. { אחר כן *achár chén* אחרי כן *acharé chen.* ὕστερον. Gall. *Apres, depuis.* Ital. *Da poi.* Germ. Darnach/nachwertz/nachmals. Hisp. *Despues.* Ang. *Afterward.* } Plaut. *in Epid.* Vos priores esse oportet, nos posterius dicere. Quod plus sapitis. Idem *in Amph.* Ne tu posterius in me culpam transferas. Idem *Asin. sc.1.a.1.* Posterius istuc dicis, quàm credo tibi. (i. antè sciebam.) Cic. 6. *Verr.* Tum mittit Rex ad illum si sibi videatur, vt reddat, iubet iste posterius ad se reuerti.

Pōstrēmō, aduerbium ordinis, Denique, vltimo loco, tandem. { τὰ ὕστατα, τὸ τελευταῖον. Gall. *Finallement, pour la derniere fois, à la parfin.* Ital. & Hisp. *Vltimamente, finalmẽte.* Ger. Zuletzt/endtlich. Ang. *At the last.* } Plaut. *Aul. sc.3.a.2.* Postremò hunc perscrutaui. i. denique. *Somme toute.* Passerat. Idem Plaut. *Capt. sc.1.4.* Postremò si parua iuriiurando est fides, vise. Salustius, Postremò omnibus modis pecuniam trahunt. Pro eodem, Ad postremum æquè dicitur In posterum. Verò, significat in futurum tempus. τὸ λοιπόν. Quint. *lib.1.* Multa linguæ vitia nisi primis eximantur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur.

Pōstrēmŭm quoque superlatiuum aduerbialiter ponitur: vt vltimum. Ter, *in Andr.* Si id facis, hodie postremùm me vides.

Pōstĕrĭtas, atis. Ipsi posteri: vel ætas subsequens. { אחרית *acharith.* οἱ μεταγενέστεροι, οἱ ἀπόγονοι. Gal. *Posterité.* Ital. *Posterita.* Germ. Die nachkomnuß deren so nach vnß sein werden. Hisp. *La generacion venidera, los decendientes.* Ang *Posteritie.* } Cicer. *in Lælio*, Quo in genere sperare videor, Scipionis & Lælij amicitiam notam posteritati fore. Idem 1. *Tusc.* Quum optimus quisque maximè posteritati seruit. Ouid. 1. *de Ponto Eleg.4.*

Quam laudem à sera posteritate ferat.

Cæs. *lib 1. de bell. ciu.* Habeat rationem posteritatis & periculi sui, (i. videat quid agat in posterum. Ouid. *Eleg.9. lib.9.*

Perpetua crimen posteritatis eris.

Ibid. Eleg.10. lib.4

Quem legis, vt noris, accipe posteritas.

Pōstfĕro. Postpono, Posthabeo. { בוזה *bazáh.* ὕστερον τίθεμαι. Gal. *Postposer, estimer, moins.* Ital. *Postporre.* Germ. Nachsetzen/ringer schetzen. Hisp. *Posponer.* Ang. *To estime lesse.* } Plin. *lib.3.c.4.* de Narbonensi prouincia loquens, Vrbibus & agrorum cultu, virorum, morúmque dignatione, amplitudine opum, nulli prouinciarum postferenda. Velleius, Brutus cuilibet ducum præferendus: nulli homini non postferendus Vatinius.

Postfactum, Ex postfacto. Paulus *D. lib.21. tit.1. l.44.* Neque ex postfacto decrescit obligatio.

Pōstfŭĭt, Posthabitum est. Salust. Sed vbi periculum aduenit, inuidia, atque superbia postfuere. Bud.

Pōst gĕnĭtī, diuisis dictionibus, Posteri. { οἱ μεταγενέστεροι. Gall. *Nez, engendrez ou prouenus apres.* Ital. *Che vengono doppo di noi.* Germ. Die nachkommen/so hernach geboren werden. Hisp. *Los decendientes.* Angl. *The posteritie.* { Horat. 3. *Carm. Ode 24.* Clarus pòst genitis.

Pōsthăbĕo, es, Postpono, postfero, vilius pendo. { בוזה *bazáh.* ὕστερον τίθεμαι, ὀλιγωρῶ, περὶ ἐλάττονος ποιῶ. Gall. *Postposer, preferer.* Ital. *Posporre, posponere.* Germ. Geringer halten/hinden setzen/für minder achten. Hisp. *Posponer.* Ang. *To put back, to esteme lesse.* } Terent. *in Phor.* Nam omnes posthabui mihi res, ita vt par fuit: Postquam tantopere id vos velle animum aduerteram. Virg. 7. *Eclog.*

Posthabui tamen illorum mea seria ludo.

Cic. 5. *Tusc.* Vt omnibus rebus posthabitis, totos se in optimo vitæ statu exquirendo collocarent.

Pōsthāc, Deinceps, in futurum, quasi post hoc tempus: sicut antehac, ante hoc tempus. { אחר כן *achár chen* אחרי כן *acheré chen.* μετὰ ταῦτα, τὸ λοιπὸν, εἰς τὸ λοιπόν. Gal. *Doresnauãt, cy apres, à l'auenir.* Ital. *Per innanzi, da qui a dietro, per l'auenire.* Germ. Fürhin/oder hernach. Hisp. *De aqui en adelante.* Ang. *Afterward.* } Plaut. *Mostell. sc.2.a.2.* Si posthac imposuero pedem in vndam, facito quod facere voluisti. Catull. *ad Ort.* Non ego te vita frater amabilior aspiciam posthac. Plaut. *Milit. sc.6.a.2.* posthac quod scies nescieris. (suprà, post hunc diem.) Idem *Men. sc.4. a.3.* Aliam posthac inuenito. ¶ Inuenitur & posthæc, Idem *Capt. sc.5.a.3.* Nulli certum est posthæc credere. Et posthæc per diphthongum, apud Liuium *lib.34.* Et post hæc duabus dictionibus: apud Suet. *in Aug. c.19.* Tumultus post hæc. Teren. *in Andr.* posthac quas facient deintegro comœdias. Vide Vallam *lib.2.c.57.*

Pōsthŭmĭă, Virgo Vestalis, quæ propter elegantiorem cultum in suspicionem venit incesti, & eo nomine apud Pontifices accusata est: verùm quum nihil præterea aduersùs eam probaretur, sententia Pontificis Maximi dicitur absoluta, qui eam iocis in posterum abstinere, sanctéque potius, quàm scitè coli iussit. Vide Liu. *lib.4. ab Vrbe.*

Pōsthŭmĭŭs, Prænomine Aulus, Dictator in bello Latinorum, quod Tarquinij fuga excitauit cùm ad generum suum Manilium Tusculanorum ducem confugisset, quo in bello collatis signis ad lacum Regillum, quum victoria vtrinque nutaret, Magister equitum Romanis equis frenos detrahi iussit, vt irreuocabili impetu ferrentur in hostes, itaque tandem aciem Latinorum Romani fudere. In eo prælio visi duo iuuenes acriter pugnare, quos post pugnam ad præmia quæsitos, Dictator reperire non potuit. Ratus itaque eos Castorem & Pollucem fuisse, eis communi titulo templum dedicauit. Autor Gell. Posthumius autem ita dictus est, quia mortuo patre, siue post humatum patrem natus dicitur. Plutarch. *in Coriola.* ¶ Posthumius Tubertus Magister equitum Æmilij Mamerci Dictatoris in prima Dictatura contra Volscos: mox in eodem bello à Quint. Concinnato Consule genero suo Dictator dictus, de eisdem triumphauit, quam victoriam funestauit mors filij. viri magna virtute: quem quòd iniussu eius, occasione rei bene gerundæ pugnam iniisset, securi percussit. Ex Liu. *lib.4. ab Vrbe.* ¶ L. Posthumius, post Cannensem pugnam Consul in Galliam profectus, Boiorum fraude, locorúmque iniquitate circumuentus, ne viuus in hostium manus perueniret, mediis sese hostibus immiscens, fortissimè pugnans occubuit. Cuius inuenti caput præcidentes Barbari, ouantes in templo obtulerunt, eiúsque deinceps cranio pro sacro vase in solennibus libationibus vsi sunt. Liu. *lib.33.* ¶ Posthumius, prænomine Spurius, cum T. Venturio Romæ Consul eo tempore quo Romani aduersùs Samnites bellum gerebant, missus cũ collega aduersùs hostes, exercitum imprudens in locum iniquum deduxit, apud Furcas Caudinas: vbi ab hostibus circumuentus, quum nulla euadendi spes esset, fœdissimum cum hoste fœdus pepigit, vt sexcentis Equitibus Romanis obsidibus relictis, reliquum exercitum sub iugum missum, abducere sibi liceret. Quæ fœderis conditiones quum à Romanis improbarentur, autor fuit Senatui Posthumius, vt sui eorúmque deditione, quorum consensu tam ignominiosum fœdus initum erat, fides publica liberaretur. Cuius sententiam secutus Senatus, Consulem vtrunque, cum duobus Tribunis, cæterísque omnibus qui per fœdus spoponderant, hosti vinctos dediderunt. Quos quum ille recipere recusaret, incolumes Romam redierunt. Nec ita multò pòst fusis à Papyrio Cursore Samnitibus, & sub iugum

gum missis, receptisque sexcentis equitibus Romanis obsidibus, prioris flagitij infamia obliterata est. Liu. 9. ¶ Posthumius Albinus Consul aduersus Iugurtham missus, pecuniáque ab eo corruptus, insignem ex prouincia ignominiam reportauit. Autor Salust. *in Iugurth.* Idem postea Proconsulari imperio in Hispaniam missus, de Vaccæis & Lusitanis triumphauit, vt refert Liu. *lib.* 64.

Posthumianus, a, um, Gell. *cap.* 13. *lib.* 1. Posthumiana & Manliana imperia.

Pŏsthŭmus, ex post, & humus componitur, qui post mortem parentis natus est, quasi post humatum, hoc est, sepultum patrem natus. { ὀψίγονος. Gall. *Qui est né apres la mort de son pere, posthume.* Ital. *Nato poi che è morto suo padre.* Germ. Der nach seines vatters todt geboren ist. Hisp. *El que nace despues de muerto el padre.* Ang. *He that is borne after his faters death.* } Plaut. *in Aulul.* Post mediam ætatem, qui mediam ducit vxorem domum, Si eam senex anum prægnantem fecerit fortuitò, Quid dubitas quin paratum fiet nomen puero Posthumus? Cicer. 3. *de finib.* Dicúntque vt liberis consultum velimus, etiamsi Posthumi futuri sint. ¶ Posthumum tamen non eum significare tantùm, qui patre mortuo, sed & qui postremo loco natus est, Cesellius Vindex ex versibus Virgilianis disputat apud Gell. *lib.* 2. *cap.* 16. Itaque nonnulli etiam sine aspiratione scribunt. Item pro Futuro, & sequenti, & postero, vel postremo, supremo, vltimo (cæteris fratribus humatis) nato. Vnde & Apul. Posthumam spem dixit. Virg. 6. *Æneid.*

——tua posthuma proles.

Cic. *pro Cæcin.* Filius posthumus. Posthumus quis, vide apud Aul. Gell. *cap.* 16. *lib.* 2. & Plutarch *in Sylla.*

Posthumus, qui & Syluius, filius fuit Æneæ ex Lauinia: quæ, vt inquit Seruius, Ænea mortuo, Ascanij timens insidias, grauida confugit ad syluas, & illic enixa est Syluium, qui Posthumus, quod patre mortuo natus esset, dictus est. Ouid. 4. *Fast.*

Posthumus hinc, qui quòd syluis fuit ortus in altis,
Syluius in Latia gente vocatus erat.

Postibi, apud Plautum, pro postea: sicut *interibi*, pro interea, *inibi* pro ibidem. Ibi est eo loco. Postibi igitur propriè esset pro eo loco.

Pŏstīcum, i, à pòst stando, Ostium est in posteriore parte ædium. { πλαγία θύρα. Gal. *Le derriere, ou l'huis de derriere d'vne maison.* Ital. *Postico, l'uscio de dietro della casa.* Ger. Ein hinderthür. Hisp. *El postico detras de la casa.* Angl. *A gate on the back side of and house.* } Plautus *in Sticho*— sed quum cogito, Potius quàm in diuidiam veniam, est etiam hîc ostium Aliud posticum nostrarum harumce ædium: Eâ ibi opsonatum, eâdem referam opsonium. Horat. *lib.* 1. *Epist.*

Atria seruantem postico falle clientem.

¶ Pro eodem etiam postica feminino genere dicitur. Ammianus, Per posticam ingressus, refertam inueni confluente ex finitimis virili & muliebri sexu. quo verbo ipsum quoque Varronem vsum esse Nanius testatur. ¶ Postica etiam augures appellabant plagam Septentrionalem, propterea quòd qui inaugurabantur, hanc cæli partem à tergo habebant, facie in meridiem conuersi, (quam idcirco anticam vocabant. Occasum autem dexteram appellabant, quemadmodum Ortum sinistram. ¶ Item postica linea est in agris diuidendis, quæ ab Oriente in Occidentem spectat. Omnia denique quæ post nos sunt, postica dicuntur: & quæ ante nos, antica.

Pŏstīcŭlă, æ, diminutiuum à postica. Idem significans. ὀπισθόδομος. Apul. per quandam breuem posticulam intrò vocat me.

Pŏstīcŭlum, i, aliud diminutiuum eiusdem significationis. Plaut. *in Trin.* Posticulum hoc recepit, quum ædes vendidit. *Ibid.* Vbi nunc filius meus habitatis hîc in hoc posticulo.

Pŏstīcus, a, um, adiectiuum est, quod post est. { אחרון *acharón.* ὀπίσθιος. Gal. *Qui est derriere.* Ital. *Chi è dietro.* Germ. Das dahinden oder hinderwertz ist. Hisp. *Lo que es detras.* Ang. *That is behind.* } Quando verò anticam & posticam dicimus, subauditur nomen, pars, vel aliud simile. Pers. *Satyr.* 1.—*posticæ occurrite sannæ*, hoc est, irrisioni factæ à parte posteriore. Auson. —*postico vulnere fossor.* Suet. *in Othone c.* 6. Postica parte palatij se proripit. ‖ ¶ Posticam lineam in agris diuidendis Seruius Sulpitius appellauit ab exoriente Sole ad occidentem, quæ spectabant. ¶ Posticum ostium. Fest. Posticum ostium dicitur in posteriore parte ædium. ‖

Pŏstīcæ, arum, absque adiunctione alterius, veteres hoc nomine interiores templorum fores vocabant, quemadmodum anticas, anteriores. Cornutus *in Pers. Satyr.* 1.

Pŏstĭdeă, post id, siue deinde. Plaut. *in Sticho*, Quin æquius est nos potiorem habere te, postidea viros nostros. *Ibidem*, postidea loci si hoc edixerit. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 1. Quò profectus sum, ibo, Postidea domum me recipiam. Idem *ibid.* Postidea si præhensi sumus excusemus.

Pŏstĭlēna, postilenæ, Incuruum lignum, siue crassius lorum quod sub iumenti cauda ponitur: à pòst stando (vt volunt) dictum, quòd posteriorem iumentorum partem exornet. { ὑπουρίς. Gall. *Vne croupiere.* Ital. *Groppiera.* Germ. Das affter gereid oder schwantzgereid an einem pferd / Der riemen oder daß holtz so man den rossen vnnd auch den geladnen maulthieren vnder den schwantz thut. Hisp. *Grupera.* Ang. *A cruppper of an horse.* } Plaut. *in Cas.* Ita te aggerunda aqua curuum faciam probè, vt postilena possit ex te fieri. Contrà, antilena dicitur, qua pectus cingitur, τὸ προστερνίδιον.

Postilio, postulatio. Gl. Isid.

Pŏstilla, duæ dictiones in vnam coniunctæ per subunionem, idem significantes quod aduerbium postea, autore Donato. Terent. *in Eunuch.* Tute scis post illa quàm intimum habeam te. Neque patrem postilla vidi. Plaut *Menech. sc. vlt. a.* 5. Postilla obtegere me negligens fui. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Postquam abij, nunc primum te video postilla. Idem *Menach. sc.* 3. *a.* 4. Postilla se applicant. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Semel fugiendi si data est occasio satis est, nunquam postilla possis prendere. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Interdum diuisim, Post illa. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Eum nunquam post illa vidi. ¶ Post illud, Ouid. 1. *Fast.*

Termine post illud leuitas tibi libera non est.

Ibid. lib. 6.

Post illud neque aues cunas violasse feruntur.

‖ ¶ Postilla, æ, vox barbara, vulgò dicitur commentarius in textus sacrorum librorum, inde orta est ea vox *postilla* scil. verba, quæ fundamenti vice ponuntur. ‖

Postinde, pro post, Sueton.

Pŏstes, in ædificiis dicuntur latera ostiorum, ex lapide, lignóve, quorum alter fores sustinet cardinibus affixos, alter seram recipit & repagula quum ostium clauditur. { ספים *sippim* מזוזות *mezuzoth.* παραστάδες. Gal. *Les posteaux d'vn huis, ausquels il est attaché & ferme.* Ital. *Le balestrate delle porte ò le porte.* Ger. Die thürpfosten oder thürgestell. Hisp. *La puerta para cerar, ò el bastidor de la puerta.* Angl. *The dore cheekes or postes that the dore hangeth vpon and is shut by.* } Virg. 2. *Æneid.*

Hærent parietibus scalæ, postésque sub ipsos
Nituntur gradibus.

Idem 7. *Eleg.*

——hîc plurimus ignis
Semper, & assidua postes fuligine nigri.

Idem 2. *Æneid.*

——emoti procumbunt cardine postes.

Cic. *pro domo sua*, Parietibus, tectis & postibus meis bellum intulisti. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.* Video fulgentibus armis Conspicuos postes. Velleius, In postem lapideum ianuæ carceris illiso capite obiit Thuscus aruspex. Idem, Posti templi fixa tabula ærea id testatur. ¶ Translatè dixit Lucr. *lib.* 3.

Cernere res animus sublatis postibus ipsis.

id est, sublatis oculis, qui sunt animi fores. ¶ Postis Manium, i. Manalis ianua, Orci ostium. Apud Varon. respondent aruspices, Deûm Manium posti leonem postulari.

Postifices, iudices. Gl. Isid. An qui post facta aliena, habent suam. Germani carnifices vocant modesto vocabulo Nachrichter / quasi iudices posteriores, qui iudicatas pœnas exsequuntur.

Pŏstlīmĭnĭum, ij, ex post & limen componitur: quæcunque enim à nobis ad hostem perueniunt, quum à nostro limine exierint, si pòst ad idem limen reuertantur, postliminio redeunt. ἀναπόμπιμος. Gell. *c.* 18. *lib.* 7. Parentes, cognati, affinésque captiuorum amplexi eos postliminio dicebant. Item, Postliminium iustum, *ibid.* Festus, Postliminio receptus est si qui extra limina, hoc est, terminos prouinciæ captus fuerat, rursus ad propria reuertitur. Paulus Iurisconf. *de capt. l. postliminium.* Postliminium est ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos & liberos populos, regésque moribus ac legibus cõstitutum. Nã quod bello amisimus, aut etiam circa bellũ, hoc si rursus recipiamus, dicimus postliminio recipere, id quod naturali æquitate introductum est: vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is vbi in fines suos redisset, pristinum ius suum reciperet. Seruius Sulpitius Iurisconsultus, referente Cicerone *in Topicis*, in dictione postliminium, nihil notandum putauit nisi particulam *post*: reliquam vocabuli partem solum additamentum putabat, tanquam liminium nihil significaret: sicut tullium, supplementum est, in meditullio. Scæuola autem putauit postliminium, ex duabus dictionibus, post, & limen esse compositum. Postliminio quietis, apud Apuleium, significat post quietem. Nam reuersio quædam postliminij vocabulo significatur. Postliminio mortis, id est, reuersione à morte & post mortem.

Pŏstmĕrīdĭānŭs, vide *Pomeridianus.*

Pŏstmĭtto, is, Posthabeo, negligo: parui, aut nihili facio { בזה *bazáh.* περὶ ἐλάττονος ποιῶ. Gall. *Postposer.* Ital. *Posporre.* Germ. Minder oder ringer achten. Hisp. *Posponer.* Ang. *To sett litle by, or esteme lesse.* } Cicero *pro Cælio*, Quod in alicuius agrestis periculo non postmitteret, id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum putaret?

Pŏstmŏdum, & postmodo, id est, Postea, modò post, à post & modus; quatenus mensuram temporis significat. { אחרי כן *achré chen* אחר כן *achár chen.* ὕστερον. Gal. *Apres ce, puis apres.* Ital. *Poco poi, poi poco appresso.* Ger. Harnach/nachwertz/nachmaalen. Hisp. *Despues.* Angl. *Afterward.* } Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Sæpè ex iniuria postmodum exortam gratiam. ¶ Dicitur & postmodò. Idem *lib.* 4. Si Ardeates sua tempora expectare velint, arbitriúmque Senatui leuandæ iniuriæ suæ permittant, fore vt postmodò gaudeant se iræ moderatos. Ouid. 2. *Fast.* Postmodo victa cades. Idem *lib.* 3. *Fast.*

Et perit exemplo postmodò quisque suo.

Idem *lib.* 4. *Fast.* Postmodò glans nata est.

Pŏstŏmĭs, idis, ἐπιστομίς, Ferrum est, teste Nonio, quod ad cohibendam equorum tenaciam, naribus, vel morsui imponitur. { Angl. *Barnacles, an instrument sett on the nose of vnruly horses.* } Lucilius eleganter hoc ad potores transtulit, quibus è naribus pocula pendere videntur.

Trullus postomis huic ingens è naribus pendet.

Græcè est προστομίς, itaque scribendum videtur *Prostomis*: aut est vox mutilata ab ἐπιστομίς.

Pŏstpōno, nis, postposui. postpositum. Retrò pono, posthabeo, postfero. { בזה *bazáh.* περὶ ἐλάττονος ποιῶ. Gall. *Postposer, estimer moins.* Ital. *Posporre.* Ger. Nachsetzen einem anderen daß für grösser geachtet wirt/ für geringer halten. Hisp. *Posponer.* Angl. *To pospone, to esteme lesse.* } Plin. *lib.* 13. *c.* 19. Cyrenaica regio loton suæ postposuit paliuro. Ouid. 6. *Metam.*

——vósque est postponere natis
Ausa suis.

Horat. 1. *Epist.* 18. Dormiet in lucé: scorto postponet honestum Officium. ¶ Aliquando ponitur pro omittere, vel intermittere. Cicer. F. *ad Tironem.* Omnia postposui, dummodo præceptis patris parêrem. Cæs. 6 *bell. Gall.* Vt omnia postponere videretur, consilium in Lutetiam Parisiorum transfert.

‖ Postpridie, hodie. Gl. Isid. ‖

Pŏstprīncĭpĭa, dictio composita, qua Varro apud Gell. vtitur *lib.* 16. *c.* 18. pro progressu alicuius qui principia subsequitur. Voluptas autem (inquit) vel vtilitas talium disciplinarum in postprincipiis existit, quum perfectæ absolutæque sunt: in principiis verò ipsis, ineptæ & insuaues videntur.

Postputo, posthabeo. Terent. *Hec.* 3. 3. Ad aures haud inuito sermo mihi

X 5　　　　accessit

accessit tuus, quum te post putasse omnes res præ parente intelligo.

Postquam, & posteaquam, Connexiuæ particulæ sunt, quibus dicta sequentibus connectuntur. { ἐπειδή. GAL. *Apres que, depuis que.* ITAL. *Poiche.* GER. Nach dem. HISP. *Despues que.* ANGL. *After that.* } Virg. 3. *Æneid.*

Postquam alios tetigit fluctus.

Vide *Postea*. Postquam, pro Quoniam, apud Terent. interprete Donato, *in prolog. Adelph.* Postquam poëta sensit scripturam suam Ab iniquis obseruari, & aduersarios Rapere in peiorem partem, quam acturi sumus. Plaut. *Men. sc. 1. a. 2.* Hic annus sextus est, postquam ei rei operá damus. Idem *Amphitr.* Neque postquam ego sum natus habui nisi te seruum Sosiam. Et *Menæch sc. 4. a. 1.* Neque postquam sum natus intra portam penetraui pedem. *Ibid. sc. 3. a. 4.* Postquam abij ad forum nunc postilla te video. Idem *Capt. prolog.* Postquam belligerant. Item, Ætoli cum aliis. Postquam scimus venturum. Idem *Curc. sc. 3. a. 2.* Postquam ad nos renunciatum est te & patrem esse mortuum. Idem *Men. sc. vlt. a. 5.* Postquam ille hinc abiit tu adstas solus. (id est, quandoquidem, initium est cœnæ.) *Ibid. sc. 4. a. 1.* Nunc postquam nihili sum, id verò meopte ingenio reperi. Idem *Mostell. sc. 2. a. 1.* (Aliàs hîc legitur *Postque.*

Postque, Plaut. *Mostell. sc. 2 a. 1.* Nunc pósteque nihil sum, Id verò meopte ingenio reperi. (Aliàs *Postquam.*)

Postremus, adiect. Postremo, aduerb. Vide *Posterus.*

Postridie, aduerb. Postero, vel sequenti die. { מחר *machár.* τῇ ὑστεραίᾳ, τῇ ἐπιούσῃ. GALL. *Le lendemain.* ITAL. *Il giorno seguente.* GER. Morndes rigs/ den nächsten tag darnach. HISP. *Vn dia despues.* ANGL. *The day following.* } Sicut contrà pridie, priore, vel præcedente die, τῇ προτεραίᾳ. Gell. putat pridie dictum esse quasi pristino die. Verba eius sunt hæc *lib. 10. cap. 24* Die pristini eodem modo, dicebatur, quod significabat die pristino, id est, priore, quod vulgò Pridie dicitur conuerso compositionis ordine, quasi pristino die. Festus verò (cui magis accedendum puto) compositionem pridie antequam esse docet. Priuignus, inquit, dictus est, quòd antequam mater secundò nuberet est progenitus. Pri enim antiqui pro præ dixerunt. Pridie igitur, ex præ, & die compositum priori, siue præcedenti die, siue die vno ante significat. Postridie verò, postero die. Valla, Postridie, quasi cras, non præsentis diei, sed cuiusdam alterius, aut præteriti, aut futuri. Sic pridie, quasi heri, non præsentis diei, sed cuiusdam alterius, aut præteriti, aut futuri. Dies atri qui sunt postridie Calendas, Nonas & idus, quare ita dicti, Gell. docet *cap. 17. lib. 5.* Idem *ibid.* Ante diem quartum Calendas, vel Nonas, vel Idus, tanquam inominalem diem plerique vitant. (id est, diem inauspicatum & mali ominis.) Hinc Suet. *in Aug. c. 92.* Obseruabat ne aut postridie nundinas quoquam proficisceretur: aut Nonis quicquam rei seriæ inchoaret. Lactant. *lib. 5.* de vtroque exemplum posuit, loquens de Carneade: Is (inquit) quum legatus ab Atheniensibus Romam missus esset, disputauit de iustitia copiose, audientibus Galba & Catone COSS. maximis tunc oratoribus. Sed disputationem suam postridie cõtraria disputatione subuertit: & iustitiam quam pridie laudauerat sustulit. Plaut. *in Sich.* Qui potest mulieres vitare, vitet: vt quotidie pridie caueat, ne faciat quod pigeat postridie. Pridie igitur, priori die, siue præcedente die significat, vt etiam apud Catonem *lib. de re rust.* Si quem purgare voles, pridie ne cœnet. Postridie verò, postero die: nec post tres dies vllo modo significat, vt hoc Catonis exemplum apertissimè demonstrat, ex *lib. de re rust. c. 65.* Oleum viride sic facito: Oleum quamprimum ex terra tollito: si inquinata erit, lauito: à foliis & stercore purgato: postridie, aut post tertium diem quàm lecta erit, facito. Non enim adiecisset diem tertium, si postridie, post tres dies significaret. ¶ Habent autem pridie & postridie aliquando post se hos genitiuos, Eius diei. Cicer. *Lentulo,* Ad duodecimum Calendas Februarij dum in Senatu pulcherrimè staremus, quod iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus, hoc est, eo die qui præcessit duodecimum Calend. Cæs. *lib. 1. bell. Gall.* Postridie eius diei Cæsar præsidio vtrisque castris quod satis esse visum est, reliquit, id est, postero die qui illum subsequebatur. ¶ Aliquando etiam alius eis genitiuus iungitur, vt Pridie, siue postridie Calendarum, Nonarum, Iduum. ¶ Nonnunquam & accusatiuum habent. Cic. *Appio,* Pridie Nonas Iunias quum essemus Brundusij, hoc est, die præcedenti Nonas, siue die ante Nonas. Liu. Etiam postridie Idus rebus diuinis supersederi iussum. Quo item modo postridie Calendas dicitur, id est, die post Calendas. Cic. *Ad Attic.* Pridie Compitalia venito. ¶ Interdum pridie & postridie sequitur quàm: vt pridie quàm intres patriam, sacrificiũ facito. Liu. *lib. 2. ab Vrbe,* Nam quum pridie quàm legati ad Tarquinios proficiscerentur, cœnatum forte apud Vitellios esset, &c. i. die præcedenti eum, quo legati ad Tarquinios sunt profecti. Similiter etiam illud Suetonij *in Cæsare,* Et pridie quàm occideretur, in sermone nato super cœnam apud M. Lepidum, quisnam esset finis vitæ commodissimus, repentinum inopinatúmque prætulerit. Pridie, inquit, quàm occideretur hoc est, eo die qui diem mortis eius præcedebat. Cuius loco dicere non possemus, pridie quo occideretur, vt nonnulli loquuntur: huiusmodi enim secum pugnaret. Itaque non satis rectè putauit Valla in huiusmodi locutionibus, *Quam* particulam accipi pro relatiuo *Quo.* Neque enim satis aptè hanc orationem Pridie quàm occideretur, sic interpreteris, Pridie quo occideretur: sed potiùs sic, Pridie postquam occideretur. Similiter, Postridie quàm pater mortem obiit, epulum feci, id est, postquam pater mortem obiit, postridie epulum feci: vt dies mortis luctui seruiat: postera verò, epulis. Non autem, post die quo pater mortem obiit, epulum feci: quod neque orationi, neque sensui conuenit. Nam postridie alium diem exigit præcedentem: in isto verò exemplo, nullus alius dies præcessit. Ergo quàm pro postquam exponendum est, vt postridie, sequatur ipsum diem quo pater mortem obiit. Similiter, Postridie quàm vxorem duxero, nauigandum est mihi. Si quàm, pro quo sumatur, non rectè fiet interpretatio. Igitur necessariò quam, pro postquam, non pro quo sumendum est: nisi hoc modo sumamus, postridie, id est, postero die ab eo quo pater mortem obiit, epulum feci. & Postridie ab eo quo vxorem duxero, nauigandum est mihi. Et Valla fortè ita intellexit. Hoc modo sumenda sunt pleraque Liuij exempla: vt *lib. 3.* Anno trecentesimo altero quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis à Consulibus ad Decemuiros. Et *lib. 4.* Dictator exercitu victore domum reducto, die octauo quàm creatus erat. id est, octauo die ab eo quo creatus erat. Et aliud, Quàm condita Roma erat: id est, ab eo quo condita Roma erat. Quod etiam pro postquam sumi potest. Possunt tamen Vallæ exempla breuiùs exponi, vt quàm pro quum sumatur, hoc modo: quàm, hoc est, quum pater mortem obiit, epulum feci postridie: & quàm, hoc est, quum vxorem duxero, nauigandum est mihi postridie. Illud autem Cic. *ad Tironem,* Menandrius postridie ad me venit quàm expectarem: pro quum omnino sumitur, non pro postquam, neque pro antequam, neque ab eo quo: hoc modo, Menandrius quàm, id est, quum die præcedenti eum expectarem, venit ad me postridie. Vnde rectè sequitur. Itaque postridie habui noctem plenam timoris, id est, noctem quæ ipsum diem præcedentem insecuta est, & intercessit inter postridie, hoc est, sequentem diem, & ipsum præcedentem. ¶ A pridie fit Pridianus, pridiana, pridianum, pro eo quod pridie alicuius diei factum est. χθιζός, προτεραῖος. Suet. *in Calig.* Marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Item *in Tib. c. 34.* Plaut. *in Milite,* postriduo dixit pro postridie. Postriduo (inquit) natus sum ego mulier, quàm Iupiter ex ope natus est. ‖ ¶ Postridie hodie. Gloss. Isid. post pridianum diem est hodiernus. Ita in Vet. Vocab. Postheri, i. hodie. ‖

Postscenium, vel Poscenium, locus post scenam, subductus aspectui spectatorum. Lucr.

Postuenio, postuenis, postueni, postuentum, cui contrarium Anteuenio. Plin. *lib. 18. c. 25.* Accedit confessa rerum obscuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus, tempestatum significatione, quod prochemasin Græci vocant: nunc postueniente, quod epichemasin.

POSTVLO, as, Instanter, & meo quodammodo iure aliquid peto, exigo. { שאל *schaal* בעה *baäh.* αἰτέομαι, ἀπαιτέω. GAL. *Demander, requerir.* ITAL. *Domandare, addimandare con instanza.* GERM. Begären/ erforderen/heuschen. HISP. *Demandar, como en juyzio.* ANGL. *To require, to demande.* } In qua significatione præter accusatiuum habet & ablatiuum præcedente præpositione à vel ab. Cicer. 2. *lib. Epist* Omnia volo à me postules & expectes. Idem *de Amic.* Nec quicquam nisi rectum & honestum alter ab altero postulabit. Nonnunquam duos accusatiuos requirit. Idem *alibi.* Atque hoc tamen te scire volo, me de isto sumptu nihil decreuisse nisi quòd principes ciuitatum me postulauissent ¶ Solet ita distingui à Grammaticis inter postulare, poscere, petere, obsecrare, & flagitare, quòd poscamus imperiosè, petamus precariò, postulemus iure, obsecremus per sacra, flagitemus cum arrogantia, nec sine conuitio. Quæ tamen differentiæ, non sunt perpetuæ. ¶ Interdum postulare idem est quod requirere, vel exigere: vt, Res, locus, persona, tempus, causa hoc postulat. Cicer *pro Ligario,* Longiorem orationem causa forsitan postulat, tua certè naturà breuiorem. *Ibid. 2. de Orat.* Vt causæ natura, & temporis ratio postulabit. Gell. *c. 29. lib. 2.* Manũ postulat (matura seges.) Ouid. 13. *Met.* Mittor quò postulat vsus. Idẽ *ibidem,* Postulat vt capiat quæ non intelligit arma. Ouid. 13. *Metam.* Catull. *de Com. Beren.* Sed quis se ferro postulet esse parem? Neque tibi præripere tuum patrem postulo. Plaut. *Menæch sc vlt. a. 5* Falsum nomen possidere postulas (i. vis. Idem *Milit. sc. 5. a. 2.* Apud te seruire postulas viros? Dare illi pensum postules. Idem *Menæch. sc. 2. a. 5.* Ego inscitus, qui me hero meo moderari postulem. *Ibid. Men. sc. 4. a. 2.* Cur ego te inuito me esse saluum postulem, (i. velim.) Idem *Capt. sc. 5. a. 3.* Tun me domo prohibere peregrè aduenientem postulas? Idem *Amphitr.* (i. cupis.) Item, Æquum postulas. Idem *Menæch. sc. 9. a. 3.* Nos delirantes facere dictis postulat. (i. vult. Idem *Amphitr.* Maledictis eam ductare postulas. Idem *Asin. sc. 3. a. 1.* Si isto more moratam tibi postulem placere. *Ibid. sc. 1. a. 3.* Vna nocte postulauisti te perdocere me. Idem *Capt. sc. 5. a. 3.* Ebur vna opera candefacere atramento postules. Idem *Mostell. sc. 3. a. 1.* Ædes postulas comburere. Haud postulo. Idem *Aulul. sc. 3. a. 2.* Qui hero ex sententia seruire. *Ibid. sc. 1. a 4.* ¶ Pro sperare, idem *Capt. sc. 2. a. 1.* Nunquam me istoc vinces ne postules. (i. ne speres) Idem *Ps. sc. 1. a. 1.* Tu istis lacrymis te probare postulas. (i speras.) ¶ Nonnunquam idem valet quod accusare in iudicio, siue crimen aliquod intendere, αἰτιάομαι, δίκην ἐπάγειν. Suet. *in Cæsare,* Cæterùm Cornelium Dolabellam Consularem & triumphalem virum repetundarum postulauit. Idem *in Aug c. 16.* Affuit & clientibus, sicut scrutario cuidam euocato quondam suo, qui postulabatur iniuriarum. ¶ Interdum postulare est tanquam debitum sibi quid requirere. Terent *in Adelph.* Per oppressionem vt hanc mihi eripere postulet, id est, velit, aut speret. ¶ Item postulare (sicuti docet Vlpian. *l. 1. ff. de postul.*) est desiderium suum, vel amici in iure apud eum qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. Sic vtitur Gell. *cap. 5. lib. 15.* de Aduocato loquens. ¶ Postulare quæstionem, eius est qui iniuriam sibi factam queritur, aut alteri, quem vindicare ad eum pertineat. Liu. 2. *ab Vrbe,* Senatus tumultuosè vocatus tumultuosiùs consulitur, quæstionem postulantibus iis qui pulsati fuerant. ¶ Pro Expostulare, & queri. Plaut. *Milit. sc. 6 a. 2.* Vtrum postulare tecum, an me expurgare videatur æquius. Item postulare, pro accusare. ¶ Expostulare est, quum querimur iniuriam apud illum à quo accepimus, & habet in se reprehensionem: de quo alibi. Hinc expostulatio, quæ est apud illum ipsum qui peccauerit: Postulatio quæ de illo apud alterum

Postulatio postulationis Querela, & quasi iusta interpositio querelarum. שאלה *sheeláh.* ἀξίωσις, αἴτησις. GAL. *Demande, requeste.* ITAL. *Dimanda, richiesta.* GERM. Ein verweisung. Item, Ein erfordering/Begärung. HISP. *Obra de demandar con instancia.* ANG. *A request, a demande.* } Plaut. *in Bacch.* Acris postulatio hæc est quum huius dicta intelligo. Propriè tamen postulatio idem ferè est quod petitio. Cic. *Att. lib. 1.* Est illa impudens quidem postulatio. Idem *pro Murena,* Concessit Senatus postulationi tuæ. ¶ Vacare postulationibus, est quod vulgò dicitur *expedire requestas.* Plin. *in Epist.* Senecio quũ explorasset Consules postulationibus vacaturos, conuenit me, &c. Respondere postulationibus, idem. ¶ Item postulationes aduocatorum sunt, patronorúmque in foro Suet. *in Neron. c. 7.* Celeberrimis patronis non translatitias, & breues, (vt assolet) sed maximas, plurimásque postulationes certatim ingerentibus. Postulatio item expiatio est neglectæ religionis. Cic. Quod eodem ostento telluri postulatio deberi dicitur. Varro videtur dixisse postulionem

lionem pro postulationem.*lib.* 4.*de L.L.*Deûm manium, inquit, postulionem postulare, ciuem fortissimum eò demitti. Hinc postularia ostenta, prodigia, fulgura quæ neglecta fuerant, nec procurata, ideóque expiatione indigebant. Festus.

Pōstŭlātum, i, Postulatio. { שאלה *scheeláh.* αἴτημα, ἀξίωμα, τὸ αἰτηθέν.} Cæs.4.*belli Gallici*, Huc postero die quàm frequentissimi conuenerunt, vt de eorum postulatis cognoscerent Cic.4.*Verr.* Hoc commoti dolore postulata Consulibus, quæ non postulata, sed in istum crimina viderentur esse, ediderunt.

Postulator, αἰτητής, verbale masc. Suet.*in Neron. c.*15.In iurisdictione postulatoribus nisi sequenti die ac per libellos non temerè respondit, &c. legitur & *postulationibus.*

Postulatitius, a, um. Senec.*epist.*7.Hæc plerique ordinariis paribus postulatitiis præferunt.

‖ Postularia fulgura, quæ votorum aut sacrificio non spretam religionem designant.aliter *desiderant.*‖

Pōstuōrtă, Dea erat Romanorum, ita dicta quòd futura prospiceret. Macrob.*lib.*1.*Saturn.*¶ Sicut anteuorta, & postuorta, diuinitatis scilicet aptissimæ comites, apud Romanos coluntur. Gell. *ex Varr. lib.*16. *c.*16.aliam postvortam describere videtur. Quando igitur, inquit, contra naturam fortè conuersi pueri in pedes; brachiis plerunque diductis retineri solent, ægriúsque tunc mulieres enituntur: Huius periculi deprecandi gratia aræ statutæ sunt Romæ duabus Carmentibus, quarum altera Postvorta nominata est, Prosa altera, à recti peruersíque partus & potestate, & nomine.

‖ Potamogiton, ποταμογείτων herba Latinis fontiualis, & specula. ποταμοῦ γείτων est fluuio vicina, sub vndis nascitur, eminente tantùm cacumine.‖

Pŏtămūs, πόταμος, oppidum Atticæ, apud Plin. *lib.*4.*c.*7.

Pŏtēns, Potenter, Potentatus, Potentia, vide *Possum.*

Pŏtēntĭă, ποτεντία, Ptolemæo, oppidum est Piceni. Cicer. *de Arusp. respon.* Eodem ferè tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræ motus.

‖ Potentilla herba, dicta à potentia, i.e. efficacitate insigni. GERM. Grensing & gensericħ. quæ vox videtur corrupta ex *argentina.*

Poterior heca, p oculorum (ποτηρίων) theca. Gloss. ποτηριοθήκη.‖

Pŏtērĭum, poculum. { כוס *chos.* ποτήριον. GAL. *Vn vaisseau à boire, hanap.* ITAL. *Bicchiere.* GER. Ein trinck geschirr. HISP. *Vaso generalemente para beuer.* ANG. *Any vessel to drinke in.*} Plaut. *in Sticho*, Quibus diuitiæ domi sunt, scaphio, cantharis, batiolis bibunt: nos nostro Samiolo poterio tamen bibimus.¶ Est & nomen herbæ ex genere spinosarum, quæ à Galeno neuras appellatur, quòd medeatur neruis. Dicitur & phrynion, quòd rubetis aduersetur, quas Græci phrynos vocant. Vide Plinium *lib.* 27.*c.*12.

Pŏtēssĕ, Potissum, Potestas, Potestur, vide *Possum.*

Pothen. Plaut. *in Persa*, Pothen ornamenta? πόθεν est vnde? πόθεν vnde, infinit ex ὅς qui.

‖ Pothos herba Plin. *lib.*21.11.‖

Potica, dea, inter figmenta πολυθείας gentilis. Donat. Phorm. 1. 1. Legitur apud Varronem, initiari pueros Eduliæ & Poticæ & Cubæ, diuis edendi & potandi & cubandi; vbi primùm à lacte, & à cunis transierunt.

Pŏtīdæă, ποτίδαια, vrbs Macedoniæ, antea Cassandria dicta. Plin. *lib.*2. *cap.*58.

Pŏtīdānĭă, potidaniæ, ποτιδανία, vrbs Ætoliæ, apud Stephanum, cuius incolæ dicti sunt Potidaniates.

Pōtin' pro potísne, vide *potis.*

Pŏtīnă, teste Nonio, Deæ nomen apud Romanos, quæ puerorum potui præsidere putabatur, sicut Edusa eorundem alimentis. ¶ Est & ciuitatis nomen in Bœotia, ex qua Glaucus fuit, & à qua Potineus dictus. ¶ Est & Straboni fons probè Thebas Bœotias. Plin. tamen *lib.*4.*c.*19. oppidum in Magnesia statuit, circa quod, vt idem testatur *lib.*23.*cap.*8. asini pasti rabie inflammantur.

Pōtĭo, potionis, Potiono, potionas, vide *Poto.*

Pŏtĭor, & hoc potius, comparatiua, pro melior & melius, vide *Potis.*

Potio, is, potem, seu compotem facio. Sed parum vsitatum, Plaut *Amph.* Eum nunc pater potiuit seruitutis, i. seruum fecit.

Pŏtĭor, potiris, à potis deducitur: hodiéque magis quartæ coniugationis est, olim etiam tertiæ, Occupo, vinco, potis fio, consequor, iungitur cum genitiuo & ablatiuo. { ראה *raáh.* κρατέω, ἐγκρατὴς γίνομαι, ἐπιτυγχάνω. GAL. *Iouyr de quelque chose.* ITAL. *Godere di qualche cosa.* GERM. Groß beten/mächtig werden/vndersein gwalt bringen erlangen. HISP. *Alcançar y gozar lo desseado.* ANG. *To enioye, to obteine, to achieue.*} Virg.3. *Æneid.*

> ——*fas omne abrumpit, & auro*
> *Vi potitur. quid non mortalia pectora cogis*
> *Auri sacra fames?*

Ouid.13.*Metam:*

> *Túque tuis armis, nos te potiemur Achilles.*
> ——*Victor victísque potitus,*

Ouid.13.*Metam.* Iterum,

> ——*Dardanio vate potitus.*

Ibid. Tuis potiar sagittis. Item, Miser qui quod amat, videt, nec potitur dum licet. Plaut. *Curc. sc.* 3.*a.*1. Vt amanti liceat hac potirier. Idem *Asin. sc.*2.*a* 5.¶ Cum accusatiuo: fortiter qui patitur malum, Idem post potitur bonum. *Ibid sc.*2. *a.* 2. Eas legiones vi pugnando potiti sumus. *Ibid. sc.*2. *a.* 3. Mortem per vim potita est. Gell *c.*1.*lib.*13. In infinitiuo, & participiis præteriti & futuri temporis semper quartam coniugationem sequitur, nunquam tertiam. Cicer. *Lentul. lib.*1.*Epist.* Si tibi exploratum sit, eius regni potiri posse. Velleius, Potitus eorum. (i. cùm eos cepisset) dimisit incolumes. Plaut. *Capt. sc.*5.*a.*3. Maior (filius) potitus est hostium Postquam gnatus tuus potitus est hostium. *Ibid. sc.*2.*a* 1. Postquam meus rex est potitus hostium. (i captiuus.) *Ibid. sc.*1. *a.*1. Vt salui potiremur domi (aliàs hostium.) Idem *Amphitr. sc.*1.*a.*1. ¶ Item potiuit. Eum (vel eam) nunc potiuit pater seruitutis (i. compotem fecit.) Autor ad Herenn. *lib.*1. Atheniensium potiti sunt Spartiatæ. Cicer. 1. *Offic.* Omni Macedonum gaza potitus est Paulus. Idem 2. *de Inuent.* Si eo portu potiti essent. ¶ Nonnunquam idem est quod fruor, & tunc ablatiuo potissimum iungitur. ἀπολαύω, καρποῦμαι. Cicer. *de senect.* Quòd si his voluptatibus bona ætas fruitur libentius, primùm paruulis fruitur rebus, vt diximus, deinde iis quibus senectus etiamsi non abundè potitur, non omnino caret. Nonnunquam etiam accusatiuo, sed rariùs. Terent. *in Adelph.* Patria potitur commoda. Aliquando etiam cum genitiuo rerum iungitur, & ponitur pro principatum teneo. Cic *ad Lent. lib.*1. Otium nobis exoptandum est, quod ij qui potiuntur rerum, præstaturi videntur.

Pŏtĭtūs hostium, antiquè, pro in hostium potestatem redactus. Plaut. *in Epid.* MVL. Tu filiam quam ex te suscepi. PER. Quid eam? M. Eductam perdidi, atque hostium est potita. Sic enim paulò pòst, Nam postquam audiui illico Ex meo seruo, illam esse captam: continuò argentum dedi, vt emeret. Papinian. quoque *in l.*11.*D. de captiuis*, sic locutus est, Exinde, inquit, sui iuris videtur fuisse, ex quo pater hostium potitus est. Hotom.

Pŏtĭs, e, adiect. potior, potissimus, Potens, potentior, potentissimus, vel bonus, melior. optimus. { δυνατός. GAL. *Qui peut.* ITAL. *Potente.* GERM. Mechtig/das.mag. HISP. *Poderoso.* ANG. *He that may or is able.*} Virg. 3. *Æneid.*

> *Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo.*

Cic.2.*Tusc.* ex ant iquo poëta, Neque sanguis vllo potis est pacto profluens consistere. Catul *ad Ortal.*

> *Nec potis est dulces Musarum exponere fœtus*
> *Mens animi.*

Quî istuc potis est fieri? Plaut. *Amphitr. sc.*2.*a.*2. Locus non præberi potis est. Idem *Curc. sc.*2.*a.*2. Animaduerte, si potis sum hoc componere. *Ibid. sc.*3.*a.*5.¶ Item neutro genere pro pote. Idem *Milit. sc.*5.*a.*2. Tam ea nostra est, quàm potis. (sup. est.) Terent. *in Phorm.* Mea lege vtar, vt potior sit qui prior ad dandum est. Vt potior sit, inquit, hoc est, vt melior, vel charior sit. ¶ Pote apud veteres aliquando legitur pro eo quod fieri potest. Idem *in Cas.* Ne pote quicquam commemorari. Aliquando pro potest: vt apud Plaut. *Most. sc.* 3.*a.* 1. Quid illa pote peius muliere memorarier.

Pŏtĭn, hoc est potísne es, siue potésne. Plaut. *in Epid.* Potin' vt molestus ne sies? Ter. *in Andr.* Potin' es vt desinas? Plaut. *Curc. sc.*1. *a.*2. Potin' coniecturam facere. Potin' vt molestus ne sis. Idem *Men. sc.* 2.*a.* 4. Potin' vt quiescas. *Ibid. sc.*2.*a.*3. Potin, aliam rem vt cures? Idem *Pseud. sc.* 3.*a.*1. Potin' vt abstineas manum. Idem *Amph.*

Pŏtĭor, & potius, Comparatiua ab antiquo nomine *potis*, Melior & melius. { טובמן *tobmin.* κρείττων, βελτίων. GALL. *Meilleur.* ITAL. *Megliore meglio.* GER. Besser/fürträffenlicher. HISP. *El mejor.* ANGL. *Better.*} Cic. 4.*Tusc.* Filius plus pollet potiórque est patre, id est, melior, aut præstantior. Hic mihi Potior quàm Iupiter potentior. Plaut. *Pseud. sc.*3. *a.*1. Rem tibi potiorem video. Idem *Aul. sc.* 5. 4. Nunquam erit ille potior Harpax, quàm ego. Idem *Pseud. sc.*1.*a.*4.

Pŏtĭssĭmūs, superlatiuum, Ferè exponitur per optimus, aut præcipuus. { κράτιστος, ἄριστος, βέλτιστος. GALL. *Le meilleur & principal.* ITAL. *Migliore principale.* GER. Das best/aller fürnemmest. HISP. *Mejor, principal.* ANGL. *The best and principall.*} Plin. *Epist.*79. Nam si hoc opusculum nostram aut potissimum esset, aut solum, &c. Sic potissima ratio potissima nobilitas. Quint. *lib.*10.*c.*1. Vt semel quod est potissimum, dicam, hoc est, præcipuum. Plaut. *Men. sc.*4.*a.*2. Vt potissimus domi nostræ sit amator.

Pŏtĭūs, potissimum, vel potissimè, aduerbia, Magis, maximè. { יותר *jothér.* μάλιστα. GAL. *Plustost.* ITAL. *Piu tosto.* GERM. Vil lieber/oder ehe/ vorauß vnd vorab/fürnemlichen. HISP. *Antes este, que este otro mas presto.* ANG. *Rather.* Differunt autē potiùs, & potissimùm, seu potissimè, quod potiùs ad duo tantùm, potissimùm verò ad plura refertur: vt, Quē potiùs instituam heredem? Fabium, an Lucium? aut, Quam natarum potissimum erudiam? si multæ sint. Autor ad Heren. *lib.*1. Ex comparatione in qua per contentionem vtrum potius, aut quid potissimùm sit, quæritur Idem *ibidem*, Quum quærit orator, vtrum de duobus potius, aut quid de pluribus potissimùm dicat. Idem *in Lælio*, Hactenus mihi videor de amicitia quid sentirem potissimè, dixisse. Plaut. *in Pseud.* Hunc diem sumpsimus potissimè. Inuenitur tamen quandoque potissimùm referri ad duo. Cicer. Quanquam præstat honestas incolumitati, tamen vtri potissimùm consulendum sit, deliberetur. Haud causificor, quin eam habeam potissimùm. Plaut. *Aul. sc.*6.*a.*4. Apud herum potissimùm. Idem *Pseud. sc.*5.*a* 1. Magis decorum est libertum potiùs, quàm patronum portare in via. Idem *Asin. sc.*3.*a.*3. Optare potius. vide *Opto.* Si interpellas, ego taceo: potiùs taceo. Idem *Menæch. sc. vlt. a.* 5. Potius præoptauisse ponere caput periculo. Idem *Capt. sc.*5.*a.*3. Ille ibit potius in crucem quàm ego. Idem *Curc. sc.*3.*a.*5. Potius rem diuinam deferam, (quàm lucrum.) Idem *Pseud sc.*3.*a.*1. Occidi potius, quàm cibum præhiberem. *Ibid.* Certum est bonum esse potius, quàm malum. Idem *Men. sc.*6.*a.*5. & *sc.*8. & *Ibid. Mostell sc.*3.*a.*1.

Pŏtītĭūs, senis cuiusdam nomen est, quem vnà cum Pinario altero sene sacris suis præfecit Hercules. { Zween Priester Herculis } Seruius explicans illud Virg. 8.*Æneid.*

> ——*primúsque Potitius autor,*
> *Et domus Herculei custos Pinaria sacri.*

Pinarius, inquit, & Potitius, duo senes fuerunt, quibus qualiter coli vellet, ostendit Hercules: scilicet vt manè & vesperi ei sacrificaretur. Perfecto itaque matutino sacrificio, quum circa Solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior aduenit, Pinarius postea, extis iam redditis. Quare iratus Hercules statuit vt Pinariorum familia tantùm ministra esset epulantibus Potitiis, & complentibus sacra. Hæc Seru. Vide de hoc plura apud Fenestellam, & Liu. *lib.*1.

Pōtīto. vide *Poto.*

Pŏtnĭæ, πότνιαι, Magnesiæ oppidum fuit, teste Plin *lib.*4.*cap.*9. In hoc oppido Glaucus Sisyphi & Meropes filius, equas humana carne pauisse dicitur, quò cupidiùs ferrentur in hostem. Verùm quum pabuli eiusmodi copia deesset, versæ in rabiem equæ dominum ipsum deuorarunt.

Pŏtnĭădĕs, Quadrigæ apud Virg.2.*Geor.*

Pōto, as aui, atum, & potum, Valde bibo. { שתה *shatáh.* πίνω. GAL. *Boire.* ITAL. *Bere.* GER. Trincken. HISP. *Beuer.* ANGL. *To drink.*} Cic. de

de clar. Orator. Si potare velis, de dolio tibi hauriendum est. Idem 2. Philipp. Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum, totos dies potabatur, &c. Idem 2. de fin. Tum ipsum, quum vigiliis & fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuisse, quàm potantem in rosa Thorium. Aquam potare galea. Tibul. lib. 1. Eleg. 7. Acetum acre potare, Horat. 2. Serm. Sa yr. 3. Virg. 3. Georg.

Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Potare tecum mihi collibitum est. Plaut. Mostell. sc. 5. a. 1. Es, pota, perde rem. Ibid. sc. 1. a. 1. Album an atrum vinum potas? Idem Menach sc. 5. a. 5. prandet, potat, occupata est. (excusantis.) Idem Milit. sc. 2. a. 2. Dum ei quod edat & quod potet præbeas. Idem Menach. sc. 1. a. 1. potare tecum ego hodie volo. E. Non potem ego mehercule. Idem Aul. sc. 5. a. 3. prandi, potaui. Idem Menach. sc. 2. a. 3. & sc. vlt. a. 5. mecum pariter potant, pariter scortari solent. Idem Asin. sc. 1. a. 1. Qui huius legibus pareant, dies noctésque potent. Ibid. sc. 3. a. 3. Ad amicam de die potare. Ibid. sc. 3. a. 4. Dum coquitur (prandium) interim potabimus. Idem Men sc. 3. a. 1. Veni mecum potatum. Idem Pseud. sc. 2. a. 5. Apud nos quando potas. Idem Menach. sc. 1. a. 4. Elleborum potabis aliquot viginti dies. Ibid. sc. 5. a. 5. ¶ Arbores quoque potare dicuntur, quum liquor radicibus affunditur. Plin. lib. 12. c. 1. Docuimus etiam arbores vina potare. Lanæ etiam colores potare dicuntur. Idem lib. 9 c. 38. Quinis lana potat horis, rursúsque mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem. ¶ Eius composita sunt, Appoto, quod est multùm poto. Plaut. in Curc. Postquam cœnati atque appoti, talos poscit sibi in manum: Prouocat me in aleam, vt ego ludam. Compoto, simul poto. συμπίνω. Vnde Compotatio, quam Græci συμπόσιον dicunt. Epoto, potando exhaurio. ἐκπίνω. Perpoto, valde poto. διαπίνω. Præpoto, ante poto. προπίνω, & habent penultimam productam.

Pōtāndŭs, da, dum. ποτέος, πολιστέος. Ouid. 1. Fast.

Dúmque parant epulas, potandaque vina ministri.

Cras mihi potandus fructus est fullonius. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 3.

Pōtātŭs, potata, potatum: vt, Potata aqua. Plin. lib. 1. c. 103. In Falisco Clitumni amnis aqua potata, candidos boues facit.

Pōtātŏr, is, qui potationibus indulget. {שתוה schothéh. φιλοπότης, πότης. GAL. Beueur, yurongne. ITAL. Imbriaco, & grande beuitore. GER. Ein Zutrincker / sauffer. HISP. Grande beuedor. ANG. A great drinker.} Plaut. in Men sc. 1. a. 2. Nanque Epidamnea natio est hæc ita hominum, Voluptuarij, atque potatores maxumi Plin. lib. 22. c. 13. Radix cuiusque ex aqua decocta, potatoribus sitim facere narratur. De carduorum syluestrium generibus duobus.

Pōtātĭo, nis, Actus potandi. {שתי schethi שתיה schethijáh משקה maschkéh. πόσις ἢ συχνὴ πόσις, φιλοποσία. GAL. Beuerie, breuage. ITAL. Beuimento. GERM. Das trincken oder zutrincken / das sauffen. HISP. La beuida. ANG. A drincking.} Cic 1. de diuin. Si modò temperatis escis, modicísque potationibus ita est affectus, vt a sopito corpore ipse vigilet. Plaut. in Sticho, Quot potationes mulsi, quot autem prandia. Idem Capt. sc. 1. a. 4.

Pōtātŭs, us, ui, potatio. Senec. controuers. lib. 2 in 1. Neque potatus obiicis filio.

Pōtŭs, a, um, participium, ebrius, qui abundè potauit. {רוה rauéh שכור schichchór. οἰνωμένος, πιπωκώς. GALL. Qui a bien beu. ITAL. Che ha beuuto. GER. Truncken / voll. HISP. El que beuio demasiadamente. ANGL. That hath drunken much, drunken.} Ouid. lib. 3. Fast.

Occurrit nuper, visa est mihi digna relatu.
Pompa, senem potum pertrahebat anus.

Cicer. Trebatio lib. 7. Itaque etsi domum bene potus, seróque redieram, tamen id caput vbi hæc controuersia est notaui. Ouid. 3. Fast. Senem potum pertrahebat anus. ¶ Ponitur etiam passiuè. Idem loco iam citato.

——tanto est Albula pota Deo.

Iuuenalis,

——epotaque flumina Medo
Prandente.

Ouid. lib. 15. Metam.

Nocte nocent pota, si noxa luce bibuntur.

Pōtūrŭs, a, um: vt, Terra potura cruores, Stat. 12. Theb. Oues poturæ, Propert. lib. 4. Eleg. 4.

Pōtŭs, us, Potio. {שתי schéthi שתיה schethijáh משקה maschkéh. πόσις, πόμα. GAL. Breuage. ITAL. Beuanda. GERM. Ein tranck. HISP. Beuida. ANG. Drinke.} Cic. 4. Tusc. Quid quòd ne mente quidem rectè vti possumus, multo cibo & potione repleti? Et in Catone, Tantum cibi & potionis adhibendum vt reficiantur vires, non opprimantur. Plin. lib. 10. cap. 72. Serpentes exiguo indigent potu. Potui & esui esse. Gell. cap. 1. lib. 4.

Pōtĭo, actus potandi; ferè autem id, quod potatur. {שתי schéti שתיה schetijáh משקה maschkéh πόσις, πόμα. GAL. Breuag. ITAL. Beuanda. GER. Ein tranck. HISP. Beuida. ANG. Drinke.} Plaut. in Sticho, Nam intus mihi iam potione vinacea onerabo gulam. Colum. lib. 11. c. 51. Vt cibus & potio sine fraude à cellariis præbeantur. Cic. 1. de fin. Quum cibo, potionéque fames, sitísque depulsa est. Celsus lib. 1. c. 9. Vinum frigidum bibere, & post cibum magnam potionem sumere. Quint. lib. 7. cap. 3. Bibere potionem. Plaut. Curc. sc. 2. a. 1. Potionem tibi affert. (i. vinum.) Potio vltima (veneni.) Senec. c. vlt. de consol. ad Helu. Potio liberalior iuuat interdum. Senec. cap. vlt. de tranq. Potio medicorum, Sorbitiuncula est quæ ægrotis datur, Græci pharmacum vocant. Plaut. Menach. sc. 5. a. 5. Audin' tu vt deliramenta loquitur? quid cessas dare potionis aliquid, prius quàm percitus insania? Aliàs percipit (eum) insania! (i. corripit.)

Pōtĭuncŭlă, æ, diminutiuum à potio. Sueton. in Domitiano, Vt non temerè super cœnam, præter martianum malum, & medicum in ampulla potiunculam sumeret.

Pōtŏr, is, Potator. apud Martialem est titulus, ad Sextilianum potorem. {רוה rauéh שכור schichchór. φιλοπότης. GALL. Qui aime à boire, vn bon biberon. ITAL. Beuitore. GER. Ein trincker. HISP. Beuedor. ANGL. A good drinker.} Horat. 1. Epist 20.

Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt,
Quæ scribuntur aqua potoribus.

PŌTŌRĬVS, a, um, quod ad potandum pertinet. {ποτήριος. GALL. Appartenant à boire. ITAL. Pertinente à bere. GER. Das zu dem trincken gehöret. HISP. Pertenesciente à beuer. ANGL. Belonging to drinking.} Hinc vasa potoria, sicut vasa escaria.

Pōtōrium, ij, Vas quod ad potum est deputatum. {כוס chos. ποτήριον. GAL. Vaisseau à boire, hanap. ITAL. Bicchiero. GERM. Ein trinckgeschirr. HISP. Vaso para beuer. ANG. A drinking vessell.} Plin lib. 33. c. 10. Ptolemæum Varro tradit, Pompeio res gerente circa Iudæam, octena millia equitum sua pecunia tolerauisse: mille conuiuas totidem aureis potoriis mutantem vasa cum ferculis saginasse.

Pōtŭlēntŭs, a, um, Potus, siue ebrius. {רוה raνéh שכור schichchór. μεθύων. GALL. Yurongne. ITAL. Imbriaco. GERM. Ziemlich voll vnd truncken. HISP. Embriago, borracho. ANGL. Drunken.} Suet. in Othone, Fertur & noctibus vagari solitus, atque inualidum quenque obuiorum, aut potulentum corripere. Interdum potulentus idem est quod potui idoneus, πότιμος. Gell. lib. 4. c. 1. Penus est quod esculentum, aut potulentum est. Sic enim nonnulli malunt legere quàm quod vulgata exemplaria habent poculentus.

Pōtĭto, as, frequentatiuum à poto, Frequenter poto. {πολὺς πίνω. GALL. Boire souuent. ITAL. Bere souente. GER. Stäts trincken. HISP. Beuer à menudo. ANGL. To drinke often, to bibbe.} Plaut. in Amphitr. sc. 1. a. 1. Nunc tibi hanc pateram quæ dono mihi illic ob virtutem data est, Qui Pterela potitare rex solitus est, quem ego mea occidi manu. Idem Asin. Tecum vna postea æquè pocula potitet.

Pōtĭōno, potionas potionem præbeo. ποτίζω. Cuius passiuum est Potionor. Suet. in Calig. Creditur potionatus à Cæsonia vxore, amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem verterit.

P R

Prāctĭcŭs, a, um, & practica, æ, vide Praxis.

Prāctĭus, ij, πράκτιος. Fluuius est Troadis, inter Lampsacum, & Abydum in Hellespontum influens, teste Strab. lib. 13. Meminit huius fluuij & Homer. in Catalog.

Præ, Præpositio, Antè. Propriè est loci, deinde temporis. {לפני liphné נגד néghedh. πρό. GAL. Deuant, ITAL. Auanti, inanti. GER. Vor. HISP. Ante, delante. ANGL. Before.} Extra compositionem aliquando absolute ponitur: vt apud Terent. in Andr. I præ, sequar. Cum ablatiuo: vt Præ oculis, id est, ante oculos. Præ cunctis, id est, ante cunctos, vel plus quàm cuncti. Plaut Curc. sc. 2. a. 4. I tu præ virgo. Idem Pseud. sc. 2. a. 1. I puere præ. Item in Amphitr. Abi præ Sosia. ¶ Nonnunquam causam denotat, accipitúrque pro ob, vel propter. διά. Terent. in Andr. Præ studio dum efficias quod cupis, id est, ob studium. Idem in Eunuch. Misera præ amore. Vix asto præ formidine. Plaut. Capt. sc. 4. a. 3. Commouere me non possum præ formidine. Idem Amph. Vix video præ ira. Idem ibid. Ne vxorem præuortisse dicant præ repub. Ibidem. ¶ Item idem valet quod præter. Gell. lib. 1. Præque se vno, cæteros omnes linguæ Atticæ principes, gentémque omnem togatam, quandocunque nomen Latinum, rudes esse atque agrestes prædicabat. Vbi comparationem induit, vt Græcis πρὸς, παρά. Sic & apud Terent. in Eunuch. Hic ego illum contempsi præ me, ὡς πρὸς ἐμέ. Plaut. in Pers. Imò res omnes relictas habeo, præ quod tu velis. Idem Menach. sc. 2. a. 1. Sol occæcatus est, præ huius corporis candoribus. Idem in Curc. sc. 2. a. 1. Omnium vnguentorum odor præ tuo nautea est. Vbi præ in comparatione significat anteponi. Populariter Au prix du vostre. Liu. lib. 1. dec. 1. Alba præ ea quæ conderetur. In eadem significatione dicimus præ quàm. Plaut. in Amphitr. Parua res est voluptatum in vita, atque in ætate Agunda, Præ quàm quòd molestum est. Gell cap. 1. lib. 16. Laxioribus est verbis præ quàm illud. ¶ Præ, pro in, idem c. 8. lib. 19. Præ manibus est liber. ¶ Composita, significat antè, vel priùs: vt Præpono, præfero. Aliquando super: vt Præfectus, præsideo. Aliquando valde, vel mirum in modum, siue præter modum: vt: Præclarus, Præcelsus: quorum multa per ὑπὲρ Græcè efferuntur. Magis autem auget quàm per, iungitúrque cum nonnullis dictionibus cum quibus illud non iungitur: vt, Præpotens, ὑπερδύνης. Præcelsus, Præclarus, Prælatus, Præfulgens, Prædiues. ὑπερπλούσιος. Prædulcis, Prædurus, Præcultus, Prælargus, Prælongus. ὑπερμήκης. Nam prælongus sermo, & prælonga oratio, ea dicitur quæ enormi longitudine est. Præpotens, Præcelsus, & similia, maiorem in modum potens, ac celsúsque, & quasi præter modum, moréinque aliorum potens, ac celsus. ¶ Significat quandoque etiam ante tempus, siue præter morem aliorum: vt, Præcox vua, Præcox ingenium. ¶ Aliquando redundat, vt Præmorior, præcingo, quæ idem significant quod eorum simplicia. ¶ A præ, fit Præut, quod collationem significat. Plaut. Menach. sc Ædepol. 5 a. 5. Modestior nunc quidem est de verbis, præut dudum fuit, id est, si pristinos eius mores respicias. ὡς γε πρὸς τὸ ἐξόπιν. Idem ibid. sc. vlt. a. 2. Folia nunc cadunt: Præ vt, si hoc triduum hîc eritis, tum arbores in te cadent. Idem Amphitr. S. Perij. M. Parum etiam prætut futurum est, prædicas. Idem Merc. Hoc nihil est, præut alia dicam. ¶ Hinc etiam deducitur Præter, sicut à sub, subter: in, inter: pro, propter. ¶ Præ me fero, præ te fers, præ se fert. Vide suprà in verbo Fero.

PRÆACCIPIO, Antè accipio. {προλαμβάνω. GALL. Anticiper. ITAL. Anticipare. GERM. Vor anhin nemmen. HISP. Tomar delante. ANGL. To take before.} A quo Præacceptio figura, quæ præsumptio à nostris, à Græcis verò πρόληψις dicitur, quum poëta aliquid narrando præuertit, quod eo tempore, quo res quas describit gestæ sunt, in rerum natura non fuit. Eiusmodi est illud apud Virg. Æneid.

——portúsque requirere Velinos.

Nam quo tempore Æneas in Italiam venit, Velia nondum erat condita.

Præăcŭo, Priùs acuo, aut anteriorem partem acuo. {προθήγω. GALL. Aiguiser par le bout, ou fort aiguiser. ITAL. Molto aguzzare. GERM. Zuvorderist scherpffen oder spitzen. HISP. Aguzar, y hazer muy agudo. ANGL. To sharpe at the poynte or mak very sharpe.} Cato de re rustic. Vitem teneram præacuito, obliquè inter se medullam cum medulla componito.

Præăcūtŭs, a, um, Valde acutus, vel anteriore sui parte cuspidatus. {πάνυ ὀξύς. GALL. Fort aigu. ITAL. Molto acuto. GERM. Hefftig scharpff / spitzig. HISP. Muy agudo. ANGL. Very sharpe.} Plin. lib. 11. c. 26. Asperitas præacuta in dorso. Cæs. 1. bell. Gall. Tum magni ponderis saxa, & præacutas trabes in muro collocabant. Cuspis præacuta. Ouid. 7. Metam.

Præd-

Præăcūtē, admodum acutè. Apul. *in Apologia*, Et fortasse an præacutè reperisse vobis videbamini.

Præāltŭs, a, um, Valdè altus. { λίαν ὑψηλὸς, πάνυ βαθύς. GALL. *Fort haut, fort profond.* ITAL. *Molto alto, & molto profundo.* GER. Überauß hoch. HISP. *Muy alto.* ANGL. *Very high, very deep* } Liu. 10 *ab Vrbe.* Ostium fluminis præalti, quo circumagi naues in stationem tutam possint. Præaltus alueus. Idem 5. *ab Vrbe*, Præalta rupes. Idem 10. *ab Vrbe.*

Præaūdītŭs, antè auditus. Vlpian. *de Officio proconsulis.* D. *lib.* 1. *tit.* 16. Solent etiam custodiarum cognitionem mandare legatis: scilicet vt præauditas custodias ad se remittant.

Præbĕō, es, ex præ & habeo, abiectis a & h, Do, exhibeo, q. præhabeo. { נתן *nathán.* παρέχω, παρέχομαι. GAL. *Bailler, donner, offrir.* ITAL. *Dare.* GERM. Geben / Darreichen. HISP. *Dar.* ANGL. *To giue, to offerre.* } Nam qui aliquid præbet, id præhabere ratione dicitur. Cicer. 1. *de natura deorum*, Aër salutem & vitalem spiritum præbet amantibus. Horat. *in Serm.*

Sunt qui conuiuas salibus conspergere gaudent,
Prater eum qui prabet aquam.

Piscatores præbent pisces fœtidos. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Neque ego vsquam præberi ligna vidi pulchriùs. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 3. præbere alicui oleum. (de congiario.) Suet. *in Neron. c.* 12. Præbere iugulum. Senec. *c.* 11. *de tranq.* & Ceruicem *ibid c.* 12. & Velleius.

Collaque Romana prabens animosa securi,

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Intentáque tuis precibus se prabuit aure
Iuppiter,

Tibull. *lib.* 4.

——— Prabebam versibus aures.

Ouid *Eleg.* 7. *lib.* 3. Cùm fata præbuerunt prima tempora mollia. Idem *Eleg* 8. *lib.* 4. *Trist.* Præbere se fortiter curationi. Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Mart.* Ad aquam præbendam commodùm adueni domum. Plaut. *Amphitr.* Tu solatia præbes, ô Musa. Ouid. *Eleg. vlt lib.* 4 *Trist.* Longè aliam orationem præbes, atque olim. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Dum quod edat & potet præbeas. Idem *Menech.* Operam & pecuniam benignè præbuisti. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4.

Iupiter ingeniis prabet sua numina vatum,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Non ita se nobis prabet fortuna secundam,

idem *Eleg.* 1 *lib.* 1. *Trist.* Operam & pecuniam benignè præbuisti, Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Præbere alicui consilium. Liu *lib* 6. *d.* 4. Vel qui ipsi vorsant, vel aliis subuersandos præbeant, Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4 ¶ Aliquando significat ostendo Terent. *in Adelph.* Seruum haud illiberalem præbes te, id est, re ipsa ostendis, factis probas. Præbere cibum de manu, id est, manu ipsa cibum in os ingerere. Præbere accessum. Præbere aurem, id est, auscultare. Præbere auxilium, errorem, honorem alicui, iter ad aliquid iusiurandum alicui, ludos, locum peccandi. Lumen præbere dicitur fenestra. Præbere materiam igni. Præbere metum, miraculum, munimenta. Præbere operam, id est, ponere. Præbere prandium alicui. Præbere se strenuum hominem, id est, ostendere & probare, Præbere se æquabilem, attentum auditorem, credulum, docilem, acrem, iudicem, virum, superbum, durum, Præbere se facilem, id est, acquiescere, siue obsequi alicui in re aliqua. Præbere sonitum, spem, terrorem, spectaculum lætum, vicem alicuius rei vim alicuius rei, vsum. Præbere sponsalia, id est, conuiuium sponsaliorum.

Præbĭtŭs, participium { נתון *nathún.* παρασχεθεὶς, χορηγηθείς. GAL. *Donne.* ITAL. *Dato, donato.* GERM. Gegeben. HISP. *Donado.* ANGL. *Giuen, or offred.* } Præbita substantiæ, pro rebus necessariis quæ seruis, operariisque præbentur. Colum. *lib.* 1. *c.* 8. Tantóque curiosior inquisitio patris familiâs debet esse pro tali genere seruorum, ne aut in vestiariis, aut in cæteris præbitis iniuriosè tractentur. Item pro pensione annua, siue alimentis constitutis. Suet *in Tib. c.* 50. Præbitis annuis fraudauit. (sub Iuliam vxorem relegatam)

Præbĭtĭo, nis. πόρευσις. Callistratus D. *lib. vlt tit.* 11 *l.* 2. Destituetur annonæ præbitio, cùm auocentur ab opere rustici.

Præbĭtŏr, is, verbale, Dator. { נתן *nothén.* παροχεύς, χορηγός. GAL. *Qui donne & offre.* ITAL. *Chi da & porge.* GERM. Ein gäber. HISP. *El que da ò dona.* ANG. *A giuer.* } Cic. 2. *de Offic.* An tu id agis vt Macedones te non regem suum, sed ministrum & præbitorem putent?

Præbendă, orum, pluralis tantùm numeri, neutri generis, quæ præberi debent: vt ligna & sal, quæ Parochi legatis publicè missis præstare debebant: de quibus Horat. 1. *Serm. Satyr.* 5.

Proxima Campano ponti qua villula, tectum
Prabuit, & parochi qua debent ligna, salémque

Gell. *lib.* 15 *cap* 4. Comparandis mulis & vehiculis magistratibus, qui sortiti prouincias forent, præbenda publicè conduxisse. Vide in dictione *Parochus.* Erant autem in exercitu Copiarij quibus erat præceptum vt præbenda, id est, salem & ligna publicè missis exhiberent. Imò, omnia necessaria hospitibus, vt notat Acron. in Horatij *Satyr.* 5. *lib.* 1. *Serm.* Liu. *lib.* 34. Præbenda conducere.

Præbĭă, à veteribus appellabantur remedia, teste Festo. ἀλεξιτήρια. præcipuéque ea (vt *libr* 6 *de ling Latin.* innuit Varro) quæ amuleti vim habebat, cuiusmodi (inquit) erant lora quæ de puerorum collo suspendebantur, ita dicta à præbendo, vt testatur idem Varro. Verius tamen contrà non à præbendo, sed prohibendo dicta esse ait, quòd mala prohibeant, eáque à Cæcilia vxore Tarquinij Prisci inuenta tradit.

Præbĭbo, is, antè bibo. { προπίνω. GAL. *Boire deuant* ITAL. *Bere innanzi.* GERM. Vortrincken. HISP. *Beuer delante.* ANG. *To drink before.* } Hieron. Nec venena iam metuam quum antidotum præbibero.

Præbĭtĕrĕ, pro perimere, seu enecare vsurpauit Plaut. *in Pseud.* Interminatus est à minimo ad maximum, Si quis non hodie munus misisset sibi, Eum cras cruciatu maximo se præbitere. Idem *in Pœn.* Præbitere dixit pro præterire, At ne inter vias præbiteramus eas, metuo. Fortassis est perbitere sine æ, ab antiquo verbo beto. Sic enim & apud Nonium legitur. Vide suprà *Perbito.*

Præcălŭŭs, Caluus in anteriore parte capitis. { גבח *ghibbéach.* ἀναφαλαντίας, φαλακρός. GALL. *Chauue par deuant.* ITAL. *Caluo dinanzi.* GER. Vornen kaal. HISP. *Caluo delante.* ANGL. *Balde in the forehead.* } Suet. *in Galba*, Statura fuit iusta, capite præcaluo.

‖ Præcanto, ἐπᾴδω. Gloss. Phil. & Gloss. Cyr. ἐπᾴδω incanto, præcanto, præoccupo incantamentis. inde ‖

Præcāntātĭo, nis, verbale à præcantando, Incantatio. { חבר *chéber.* γοητεία. GALL. *Chant ou enchantement de sorcier ou sorciere.* ITAL. *Incantamento, incantagione, incantesimo.* GER. Ein verzauberung/verhärtung. HISP *Encantacion.* ANGL. *A charming or inchanting.* } Quint. 14. *declam* Diris vtique carminibus, & feralium præcantationem terrore permistum. ‖ &

Præcantator, qui carminibus vtitur & ‖

Præcāntātrīx, cis, Saga, incantatrix. { מכשפה *mecaschschephâh.* ἐπῳδός. GALL *Enchanteresse.* ITAL. *Incantatrice.* GER. Ein här/vnhold oder zauberin. HISP. *Encantadora.* ANG. *A sorceresse or inchanteresse.* } Varro *de liber. educ.* Vt faciunt pleræque, vt adhibeant præcantatrices, nec medico ostendunt.

Præcānŭs, qui ante iustos annos canus est. { ἄωρος πολιός. GALL. *Chenu deuant qu'estre vieil.* ITAL. *Canuto inanzi il tempo* GER. Der vor der rechten zeit graw ist. HISP. *Cano antes del tiempo.* ANG. *That hath a hoare head before he be old.* } Horat. *lib.* 1 *Epist.*

Corporis exigui pracanum, solibus aptum.

Præcarus, Nimis, siue multum carus. { יקיר *jakkir.* τιμιώτατος, πολυτελής. GAL. *Fort cher.* ITAL. *Molto caro.* GERM. Über theur. HISP. *Muy amado y caro* ANG. *Very deare.* } Ter. *in Phorm.* Quantum opus est tibi argenti: eloquere. P. solæ triginta minæ. c. Triginta? hui, præcara est, Phædria. Quædam exemplaria *Percara* legunt.

PRÆCAVEO, Ante caueo, prouideo. { נשמר *nischmúr.* προφυλάττομαι. GALL. *Se donner de garde du mal à venir, pouruoir à quelque chose qu'elle n'aduienne.* ITAL. *Schiffare inanzi, prouedere.* GER. Fürkommen/vor einem ding sein/voranhin hüten. HISP. *Guardarse antes*: ANG. *To be ware before a thing happen.* } Plaut *in Amph. sc.* 4 *a* 4. At id præcauisse oportuit? Cæs. 1. *bell Gall* Id ne accideret, præcauendum sibi Cæsar existimabat. Cic. *ad Amic. lib.* 2. Quod à me ita præcautum, atque ita prouisum est, non vt ego de optima mea ratione decederem, &c. Suet *in Calig c.* 23. Præcauere venena, & Plaut. *Men. sc.* 2. *a* 5. Enimuero illud præcauendum & accurandum est mihi.

Præcaūtŭs, particip. Antè cautus & prouisus. { נשמר *nischmár.* προφυλαχθεὶς, προπεφυλαγμένος. } Vt, prouisa & præcauta res. Cic. 6. *Verr.* Præcauto opus est. Plaut. *Merc.*

Præcaūtŏr, is, verbal. { προφυλάκτης, προφυλακτικός. GALL. *Qui se donne de garde d'estre surprins.* ITAL. *Chi si guarda.* GER. Ein verhüter/fürkommer. HISP. *Cosa que se guarda de antes.* ANG. *That is circunspect of a thing before it come.* } Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Nam ego præcautor & patronus foribus processi foras. alias *præcator.*

Præcēdo, is, Antecedo. { קדם *kiddém.* προάγω, προέρχομαι. GALL. *Preceder, aller deuant.* ITAL. *Precedere.* GERM. Vorgehn. HISP. *Andar ò yr delante.* ANGL. *To go before.* } Plin. *lib.* 11. *c* 37. Nulla præcedéte iniuria. Virg. 9 *Æneid.* Turnus, vt anteuolans, tardum præcesserat agmen. Eodem sensu Senec. *c.* 10. *de consol. ad Mart.* ¶ Per translationem significat præcellere Plaut. *in Asin. sc.* 3. *a.* 3. Vt vestræ fortunæ meis præcedunt Litanelongè ¶ Præcedere autoritate, sapore, suauitate, & similibus. Plin *lib.* 29. *c.* 1. Ad siderum motus ex ephemeride mathematica cibo dando, horásque obseruando, autoritate eum præcessit.

PRÆCĔLĔR, is, e, Valde celer. { μάλα ταχύς, πάνυ ταχὺς, λίαν ὠκύς. GAL. *Fort soudain & leger.* ITAL. *Molto presto & legiero.* GERM. Gar schnell. HISP. *Muy ligero.* ANG. *Very swift and speedie.* } Plin. *lib.* 4 *cap* 46. Vt propè carinam ventum est, nisi præceleri vi repentè rapiant, absumi spectant. Viri præceleres. Stat. 6. *Thebaid.*

Præcĕlĕro, as. { προτρέχω ἐπιταχύνω προτρέχω. GAL. *Se haster & aller deuant.* ITAL. *Affrettarsi, andere auanti.* GER. Vor anhin oder fürhin eilen. HISP. *Appressurar se, yr antes.* ANGL. *To haste and speede.* } Stat. 4. *Thebaid.*

———pars acta plebe sequuntur,
Pracelerant lucem, medium subit illa per agmen.

PRÆCELLO, ui, celsum, Anteeo, præcedo, & supero. { נצח *nitsséach.* ὑπερφέρω. GAL. *Estre plus excellent, outrepasser.* ITAL. *Superare, auanzare, precedere.* GERM. Fürtreffen HISP. *Sobrepujar.* ANGL. *To be more excellent or of greater honour.* } Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Vt quisque fortuna bene vtitur, ita præcellet. Plin. *lib.* 12. *cap.* 3. Malus Assyria odore præcellit foliorum. Robore mentis præcellere, Silius *lib.* 3. Et Suet. *in Aug. c.* 15.

Præcēllēns, tis, adiectiuum, Antecedens, excellens. { מנצח *menatstséach.* GALL. *Fort excellent.* ITAL. *Excellentissimo.* GERM. Fürtreffend / oder fürtreffenlich. HISP. *Muy excelente y sobrepujado.* ANGL. *Viery excellent.* } Plin. *lib.* 12. *c.* 1. Prisco ritu simplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. Idem *cap.* 6. Maior alia pomo & suauitate præcellentior, quo sapientes Indorum viuunt. Idem *in Proœm. lib.* 6. Videmus Virgilium præcellentissimum vatem eadem causa hortorum dotes fugisse. Velleius, Præcellentes ingenio viri Præcellens in disciplinis. Gell. *c.* 25 *lib.* 13. *& c.* 11. *lib.* 11. Suet. *in Calig. c.* 3. Ingenium in vtroque Eloquentiæ genere præcellens.

Præcēlsŭs, a, um, Valde celsus { ὑπερμήκης. GAL. *Fort haut.* ITAL. *Molto eccelso* GERM. Gar oder vberauß hoch HISP. *Sobrepujante y alto.* ANG. *Very high.* } Cic. 6. *Verr.* Enna autem, vbi ea quæ dico, gesta esse memorantur, est loco præcelso, atque edito. Virg. 3. *Æneid.*

Vna pracelsa concedit rupe Celano

PRÆCEPS, inquit Rhemnius Palæmon, à capitis significatione quòd præbeat caput. Et Princeps quòd primus capiat. Idcirco hoc faciat secundo casu principis. Illud præcipitis. Velleius, Speculatus præcipitis consilia iuuenis. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4.

Ardua per praceps gloria vadit iter.

Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Iuberes in pistrinum præcipitem trahi. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4.

Fert bene pracipites nauis modo facta procellas.

Idem 2. *Fastor.*

In tam pracipiti tempore ferret opem.

Liu. 4. *ab Vrbe*, Præcipiti iam die. Velleius, A rectis in vita, à vitiis in praua

praua, à prauis ad præcipitia peruenitur. Idem Maximo & præcipiti periculo transmisit ad Cæsarem. Idem, Præcipitia omnia erant in rep. præceps consilium. Suet. *in Aug. c.* 8. Item, In præcipitem fugam effusi. Liu. 2. *dec.* 4. Præcipitia saxa. Idem *lib.* 8. *d.* 4. Vrbes ad exitum licentia præcipites libertate liberauit.

Præceps, itis, omn. gen. olim Præcipes, quum de loco dicitur, altus & præruptus, vnde quis facilè in præceps deturbari potest. { κρημνώδης. GAL. *Fort aisé à choir, aisé & facile de mettre du haut en bas.* ITAL. *Precipite.* GERM. Gäch/storzig/ein ort an dem einer bald den halß abfallen könдt. HISP. *Cosa que cae de cabeça abaxo.* ANG. *Headlong very sodaine, rath swyft.* } Cic. *pro Plancio,* Vita præceps & lubrica. Virg. 2. *Æneid.*

Turrim in præcipiti stantem summisque sub astra
Eductam tectis.

¶ Præceps item dicitur qui ex loco sublimi deorsum decidit. Idem 2. *in Pharmaceutria,*

Præceps aërii specula, de montis in vndas
Deferat.

Dici autem videtur præceps, à capite, sicut & anceps, biceps & triceps. Propriè enim præcipitem dari dicimus qui ita ex editiore loco deturbatur, vt deorsum decidat in caput. Iacere aliquem in præceps. Tacit. *lib.* 4. Per idem tempus Plautus Siluanus prætor incertis causis Aproniam coniugem in præceps iecit. Virg. 6. *Æneid.*

Bis patet in præceps tantum, tenditque sub vmbras,
Quantus ad æthereum cæli suspectus Olympum.

¶ Per metaphoram autem præceps dicitur qui nulla ratione, aut modo quid agit, & quasi rem & tempus præoccupat. { נחפז pochéz נחפז necppáz. προπετής. } Cicer. *de Arusp. resp.* Ille demens, & iam pridem ad pœnam, exitiúmque præceps. Virg. *Æneid.*

——— *Mox sese ad littora præceps*
Cum fletu precibúsque tulit.

hoc est, sine respectu salutis, inquit Seruius. Itaque pro nimis festino poni solet. Virg. 2. *Æneid.*

Præcipites atra ceu tempestate columbæ.

¶ Præcipites palmites apud Col. sunt qui de hornotinis virgis enati, in duro alligantur. Hi (vt *lib.* 5 *c.* 6. idem scribit) plurimùm fructus ferunt, sed & matri maximè nocent. Itaque nisi extremis ramis, aut si vitis arboris cacumen superauit, præcipitari palmitem non oportet. Habet autem hoc nomen varios in oratione vsus. Agere præcipitem, Abire præcipitem, Deferri præcipitem, Deiici præcipitem, Cadere præcipitem Deturbari & exturbari. Decidere in præceps, Cælo præcipites labentes stellæ, Committere se in locum præcipitem. Dare aliquem præcipitem, pro depellere & deturbare: & per translationem pro festinanter eiicere, siue expellere. Præcipitem in terram dare, Præcipitem agere, præcipitem ferri. Amentia & cæcum, ac præcipitem ferri, & præcipitem ferri in hostem. Præcipitem trahere: id est, secum deorsum rapere. In præcipiti esse, id est, in summo discrimine. Præceps senectus, id est, decrepita.

Præcipito, as, per præceps ruo, iacio, & cado. { שמט schamát מגר mighghár. κατακρημνίζω GAL. *Precipiter, ruer ou ietter du haut en bas.* ITAL. *Precipitare rouinare* GER. Abhin stürtzen. HISP. *Derribar, ò despeñar* ANG. *To cast hor hurle dowone head long.* } Cicer *pro Cecin.* Præcipitatus ex locis superioribus. Præcipitare se de turri. Liu. *lib.* 23. Præcipitare se in flumen. Cæs. 4. *bell. Gall.* Præcipitare palmitem, flagellum, & huiusmodi pro deorsum reflectere. Colum. *lib.* 5. *c.* 6 Quæ pars palmitis præcipitata est, fructu induitur. Præcipitare ad mortem, vel dementiam. Cels. *lib.* 6. *cap.* 7. Aurium inflammationes doloréśque interdum etiam ad dementiam mortémque præcipitant. Præcipitare moras, id est, festinanter abiicere ¶ Aliquando neutraliter & absolutè ponitur pro in præceps eo, cado, ruinam minitor. Cic *pro P. Sylla,* Reipublicæ præcipitanti subueni. Præcipitat hyems, hoc est, ingruit, & repentè aduenit. Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciuil.* Præcipitauerat iam hyems. Præcipitare in fluuium aliquem. Suet. *in August. cap.* 67 *& cap.* 27. Se præcipitare de morte voluntaria. Idem *in Cæs cap.* 64. Se præcipitare in scapham. Ouid. 4. *Fast.*

Scorpius in virides præcipitatur aquas.

Et admissos præcipitauit equos, *ibidem.*

Iámque spatium non præcipitata negabat.

idem *Eleg.* 3. *lib.* 1 *Trist.* Quieta necdum præcipitata Rep. Velleius. Præcipitat Nilus, id est, præceps ruit, & ex alto delabitur. Præcipitant curæ, id est, vrgent. ¶ Aliquando accipitur pro temerè, & inconsideratè rem aliquam aggredi Plaut. *Trinummo,* Nam qui in amorem se præcipitauit, peius perit quàm si de saxo saliat. ¶ Præcipitare palmitem, flagellum & eiusmodi, pro deorsum reflectere. Colum. *lib* 4. *c.* 24 Tum vnum flagellum si macrior humus erit, vel duo, si plenior, brachio cuique summittito, ea iugo superposita præcipitato, id est, deorsum reflectito. Idem *lib* 5. *c.* 6. Quæ pars palmitis præcipitata est, fructu induitur: at quæ vinculo annexa sursum tendit, ea materia sequente anno præbet. ‖ Præcipitare ad solutionem, *presser de payer.* Vlp. *d lib.* 23. *t.* 3. *l.* 33 Vtcunque parcendum marito, qui eum non præcipitauit ad solutionem, qui donauerat. *Ibid.* Vrserit ad exsolutionem ‖

Præcipitans, particip. { שמט schómét ממגר memaghghér. κρημνίζων. } Transitiuè & absolutè ponitur, vt suum verbum: vt, Celsa præcipitans sese de Leucade Sappho. Cic. *pro Cluent.* Præcipitantem igitur impellamus, & perditum prosternamus. Sic Solem præcipitantem dicimus, occasui vicinum: item ætatem præcipitantem, hoc est, cadentem, & ad interitum properantem.

Præcipitantèr, aduerb Idem quod inconsideratè, temerè. { προπετῶς, ἀπόκοτως. GAL. *Hastiuement, inconsideremẽt.* ITAL. *Frettolosamente. inconsideratamente* GERM. Unbesinneter weiß/gächlingen. HISP. *Ojadamente, no bien mirando.* ANGL. *Rashlie.* } Lucr. *lib.* Curris agens mannos ad villam hic præcipitanter.

Præcipitantia, æ. Vide in sequenti dictione.

Præcipitatio, verbale: & Præcipitantia, præcipitantiæ. { κατακρήμνισις. GAL. *Cheute ou iettement du haut en bas.* ITAL. *Cadimento ò precipitio d'alto à basso.* GER. Uberab sturtzung. HISP *Obra de caer ò deribar y despeñar.* ANG. *Castung dowone headlong.* } Senec. *lib.* 1. *de Ira,* Sed consilium & pœnitentiam irreuocabilis præcipitatio abscondit. Gell. *lib.* 6. *cap.* 2. Causam quidem ei & initium præcipitantiæ feceris. Idem *cap.* 1. *lib.* 9. Præcipitantia ipsa & pondere cadentis teli corrumpitur.

Præcipitium, ij, Locus præruptus, vnde præcipitari facilè quis potest. { ἀποκρημνόν, ἀπόκρημνον, κρημνός. GALL. *Vn lieu haut & malaisé, par lequel on ne peut descendre sans danger de choir.* ITAL. *Precipitio, luoco scoroso & dirupato.* GER. Ein vast gäch vnd storzig ort. HISP. *Despeñadero, ò derriuadero.* ANG. *Stiep dowone place dangerous to go dowone.* } Quintil. *lib.* 1. Est etiam non ineruditè ad declamandum ficta materia, in qua ponitur tibicen qui sacrificanti phrygium cecinerat, acto illo in insaniam, & per præcipitia delato, accusari quòd causa mortis extiterit. Sueton. *in August. cap.* 79. In præcipitium propellere.

Præcepto, præceptas, Præceptor, Præceptrix, Præceptum. Vide *Præcipio.*

Præcerpo, is, Antè carpo. { προδρέπομαι. GALL. *Deflorer & cueillir premier qu'vn autre.* ITAL. *Sfiorare, raccoglier prima.* GER. Zuuor hinnemmen/vor abbrechen. HISP. *Deflorar, coger delante.* ANGL. *To pluck or gather before.* } Plin 18. *c.* 19. Ne gremium tenera præcerpant. Cic. 6. *Verr.* Non præcerpo fructum officij tui, non alienam mihi laudem appeto. Quint. Præcerpitur omnis gratia nouitatis.

Præcertatio, nis, verbale à Præcerto, Futuræ pugnæ quasi præludium. { προάγων. GAL. *Commencement de debat, premier assaut qu'on donne.* ITAL. *Cominciamento di contesa.* GERM. Ein vorkampff oder vorzanck. HISP. *Comienço di peleą.* ANG. *A striuing before.* } Ad Heren. *lib.* 4. Mihi tecum præcertatio non est, ideò quòd populus Romanus, me nolo dicere, ne cui fortè arrogans videar, te autem sæpe ignominia dignum putauit.

‖ Præciamitores dicebantur qui Flamini diali, id est, Sacerdoti Iouis antecedebant clamantes, vt homines se ab opere abstinerent, quia tunc opus facientem videre irreligiosum erat. Fest. legendum autem hic *antecedentes clamabant.* Vide *Præsul.* ‖

PRÆCIDO, dis, ex præ, & cædo, Antè cædo, hoc est, ante immolo, vt interpretatur Festus. { קצץ kitstséts חרץ charáts קצב katsáb. ἀποτέμνω, προτέμνω, ἐπικόπτω. GAL. *Coupper pres ou rogner.* ITAL. *Tagliare.* GER Vorhin schlachten/Item, abhauwen/vorschneiden. HISP *Cortar antes.* ANGL. *To cutt of or before.* } Præcidere omnes sinus (in nauigando.) Senec *Epist.* 54. Præcidere sibi gulam. Senec. *de vita beata, c.* 19. Item, si fortuna præcidet agendi facultatem. Idem *cap.* 3. *de tranquillitate.* Et Plaut. *Aulul. sc* 4. *a.* 1. Cui ego iam linguam præcidam. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Tuas vel præcidi iube (manus.) ¶ Ponitur pro amputare, obtruncare, Cicer. 5. *Tuscul.* At Cinna collegæ sui Consulis Cn. Octauij præcidi caput iussit. Præcidere spem alicuius rei, est auferre, siue præcludere, apud Cicer. 1. *Verr.* Præcidere aliquando designare est: vt quum quis non simpliciter, & in vniuersum admittitur ad dicendum, aut oppugnandum, sed cogitur id designare quod oppugnare velit. Bud. ¶ Ponitur aliquando pro durè negare, Cicer. *ad Attic. lib.* 10. Quod quia planè, quum in Formianum venisset, præciderat, asperiùs ad te de eo scribere solebam. Idem *Attic lib.* 3. Nunquam reo cuiquam tam humili, tam nocenti, tam præcisè negaui, quàm hic mihi planè sine vlla exceptione præcidit. ¶ Præcidere, etiam est ocquiniscentem puerum incuruare, siue inclinare, atque diuidere prædiconum more. Martial.

Præcidi gaudes, præcisus Papile ploras.

κατακνίζειν, ἐκκόπτειν. Senec. *quæst. natural.* Quid porrò, non est iniquum fortes arma sumere, & in castris pernoctare, & pro vallo obligatis stare vulneribus, interim in vrbe securos esse præcisos, & professos impudentiam ¶ Os præcidere, colaphum impingere, ῥαπίζειν, ἐπικόλλαβον ἐντρίψαι. Idem Senec. *quæst. natur. lib.* 4. *cap.* 4. Nam, vt fallar tibi, verùm mihi quidem persuadetur, qui me vsque ad mendacia hæc leuiora, quibus os præcidi, non oculi erui solent, credulum præsto. Rectiùs *percidere.* Vide *suprà.*

Præcisus, participium { מקצץ mekutstsáts חרוץ charúts. ἀποκεκομμένος, ἀποτετμημένος. GALL *Taillé.* ITAL. *Tagliato.* GER. Abgehauwen/ vorabgeschnitten. HISP. *Cortado.* ANGL. *Cutte of.* } vt Præcisum caput, apud Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Ponitur quoque pro abrupto & abscisso. Quintilian. *lib.* 10. Qui præcisis conclusionibus obscuri, &c. Idem, Præcisi montes & rupes. ¶ Præcisum (inquit Nonius) dicitur pars carnis & viscerum, hoc est, circa quod viscera inuoluta sunt, quòd oras circuncisas habeat. Lucil. *lib.* 20 referente eodem Nonio, Illi præciso, atque epulis capiuntur opimis. Præcisus pro impudico & patiente muliebria. Vnde Senec. *de prouidentia,* Quid porrò, inquit non est iniquum, fortes arma sumere, & castris pernoctare, & pro vallo obligatis stare vulneribus: interim in vrbe securos esse, præcisos & professos impudicitiam? In quo sensu & verbum præcido frequenter vsurpatur. Martial. *lib.* 7. 61. Reclusis foribus grandes præcidis Amille: Et te deprendi, quum facis ista, cupis.

Præcisè, est vt ἀποτόμως, rigidè: Præcisè negare, Præcisè dicere, strictè compendiosè. { ἀποκεκομμένως, συντόμως. GAL. *Precisement, breuement* ITAL. *Cortamente breuemente.* GER. Beschnittiglich/kurtz. HISP. *Determinadamente y breuemente.* ANGL. *Streictlie, shortlie.* } Cic. *de nat. deor.* Sed id præcisè dicitur, vt si quis dicat Atheniensium Rempublicam consilio regi, desit illud Areopagi.

Præcisio, verbale. { קצב kétseb. ἀποτομή, διακοπή. GALL. *Coupe, coupure.* ITAL. *Taglio.* GER. Beschneidung. HISP. *Cortadura.* ANG. *A cutting of or away.* } Cicer. 3. *de Orat.* Et huic contraria sæpe præcisio est, & plus ad intelligendum quàm dixeris, significatio, & distinctè concisa breuitas.

Præcidaneus, a, um, quòd antè cædi, i. immolari solet. Idem & præcidarium, vt Extraneum, & extrarium, Pedaneum, & pedarium. { τὸ προσφάγιον. GALL. *Qu'on coupe le premier.* ITAL. *Che si taglia prima.* GERM. Das man zu erst oder voranhin schlachtet vnnd hindann hauwet. HISP. *Cosa que se corta antes.* ANGL. *That is cutte before an other.* } vt, Præcidanea agna quæ ante alias cædebatur. Præcidaneæ feriæ, quæ solennes legitimas ferias præcedebant: Præcidaneæ hostiæ, quæ ante sacrificia solemnia pridie cædebantur. Præcidanea porca dicebatur, teste Festo, quæ Cereri mactabatur ab eo qui mortuo iusta non fecisset. i. glebam non obiecisset: quia mos erat eis id facere priusquam nouas fruges gustarent. Hæc ille. Præcidaneus, inquit Nonius, idem quod præcidendus. Var-

Var.*de vita pop.Rom.* Quòd humatus non ſit, heredi porca præcidanea ſuſcipienda Telluri ,& Cereri : aliter familia pura non eſt. Præcidaneæ hoſtiæ,& præcidanea porca,& præcidaneæ feriæ, quæ , Gell.*c.* 6.*lib.*4.

PRÆCĪNGO , is, xi,ctum. Antè cingo , ad opus apparo. { אזר *azár* חגר *chaghar* διαζώννυμι. GAL. *Ceindre.* ITAL. *Cingere.* GERM. Vmbgürten. HISP. *Ceñir.* ANGL. *To gird.* } Plaut. *Bacch.* Cincticulo præcinctus, in ſella apud magiſtrum aſſidere. Ouid. 2. *Triſt.*

Et latro , & cautus præcingitur enſe viator.

Caſtris præcingere fluuium, Claud. *de bell. Germ.* Littora muro præcingere. Sil. *lib.* 3. Inde

Præcinctio , actio præcingentis , & paſſio præcincti.

Præcīnctŭs , participium. { אזור *azúr* חגור *chagúr.* περιεζωσμένος. GAL. *Ceint.* ITAL *Cinto.* GER. Vmbgürtet. HISP. *Ceñido.* ANG.. *Girded.* } Horat. 2. *Serm. Satyr.* 8.

——————*vt omnes*

Præcincti rectà pueri, comptique miniſtrent.

Præcincti parietes opere teſtaceo , id eſt, obducti. Plin. *epiſt.* 2 5 6. ¶ Altè præcinctus , i. fortis , ſtrenuus , virilis , minimè mollis. Fluxior laxiórque præcinctura , argumentum erat mollitei , vt diſcinctum eſſe effœminati. Horat.

Hoc iter ignaui diuiſimus, altius ac nos,

Præcinctis vnum. i. ſtrenuioribus.

Idem, puer altè cinctus, i. ſtrenuus, Senec. etiam *lib. epiſt.* 4.

Præcīnctūră, cinctus. περιζώνησις. Macrobius *Saturnal. lib.* 2. *c.* 3. In Cæſarem quoque mordacitas Ciceronis dentes ſuos ſtrinxit. Nam primùm poſt victoriam Cæſaris interrogatus , cùm electione partis erraſſet , reſpondit, præcinctura me decepit.

PRÆCINO , is, entum, Antè cano. { προᾴδω. GALL. *Chanter deuant, commencer le chant.* ITAL, *Cantare innanzi , predire.* GERM. Vorſingen/ voranhin ſingen. HISP. *Cantar antes dezir de antes.* ANG. *To ſing before.* } Cic. 4. *Tuſc.* Nec verò illud non eruditorum temporum argumentum eſt, quòd & deorum puluinaribus & epulis magiſtratuum fides præcinunt. Tibul. *lib.* 1. *Eleg.* 5.

Carmine quum magico præcinuiſſet anus.

¶ Interdum idem quod prædico, diuino , vaticinor, quemadmodum & ſimplex Cano. Plin. *lib.* 8. *cap.* 46. Hi greges repentè lymphati , futura præcinunt.‖ ¶ Præcinere etiam dicuntur, ægris remedia præſtantes. Macrob. *comm. lib.* 2. 3.‖

Præcēntĭo , nis , Modulatio illa vocum quæ ante initium cantus fieri ſolet, quaſi præludium. { προοίμιον προᾴσμα GALL. *L'entrée du chant, le commencement de chanter.* ITAL. *Principio di canto , il proemio d'vna canzone.* GERM. Ein vorgeſang/ ein vorlauff deß geſangs. HISP. *El canto primero delante que cantar.* ANG. *The entree or beginning of a ſong.* } Cic. *de Aruſp. reſp.* Tui ſacerdotij ſunt thenſæ, curricula , præcentio, ludi , libationes , epulæque ludorum. Gell *lib.* 1. *cap.* 11. Tibicines inter exercitum poſiti canere inceptabant. Ea illi præcentione tranquilla & venerabili , ad quandam quaſi militaris muſicæ diſciplinam vis & impetus militum , ne ſparſi diſpalatíque proruerent , cohibebatur. Quapropter & exordium , ſiue initium , ſiue principium , ſiue proloquium, ſiue anteloquium, quidam præludium , alij præcentionem vocauere, ad ſimilitudinem Græcorum qui id προοίμιον nominant , propterea quod οἴμη cantus eſt.

Præcēntŏr, is, qui canendo præcedit, χοροςάτης, ἐπάρχων, κατάρχων. ſicut Præſultor, qui ſaltantium choream ducit.

Præcepſit , i. præceperit, vt Capſit (quod apud Feſtum per *prehenderit* exponitur) pro ceperit. Cato *de R.R.* Villici officia quæ ſunt? quæ dominus præcepſit.

PRÆCĬPIO, is, a præ, & capio , Ante capio , præoccupo , ante ſumo , abſumo. { קדם *kiddem.* προλαμβάνω. GAL. *Prendre premier , preoccuper.* ITAL. *Pigliare innanzi, preoccupare.* GER. Vordannen nemmen. HISP. *Tomar antes.* ANGL. *To tak befor an other, to preuente.* } Virg. 3. *Eclog.*

Cogite oues pueri : ſi lac præceperit æſtus,

Vt nuper fruſtra preſſabimus vbera palmis.

Cicero *lib* 2. *de Offic.* Præcipiant oratione benigna multitudinis animos, ad beneuolentiam alliciant milites, blando ſermone deliniant. Sic præcipere pecuniam antequam debeatur , dixit Cæſ. *lib.* 3. *de bell. ciuil.* Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Triſt.*

Vel præcepiſſet mors properata fugam.

id eſt, præoccupaſſet. Et Liu. *lib.* 6. *d.* 4. Vbique præcipere viam. Et *lib.* 3. *ab vrb.* Sedulo tempus terens dum præciperent iter miſſi in caſtra. Senec. *cap.* 23. *de conſol. ad Mart.* Præcipere ætatem (id eſt, ante ætatem.) ¶ Nonnunquam ponitur pro præuidere. Cæſ. *lib.* 3. *de bell. ciuil.* Præcipere victoriam animo. Virg. 6. *Æneid.*

Omnia præcepi , atque animo mecum antè peregi.

¶ Item , pro iubere. { צוה *tſivváh.* παραγγέλλειν. GALL. *Commander.* ITAL. *Commandare.* GER. Befehlen/ heiſſen. HISP. *Mandar.* ANGL. *To command an teache.* } Saluſt. *in Iugurtha,* Micipſa pater meus mihi præcepit. Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 3. Mater mihi quo pacto præcipis? Idem *ibid. ſc.* 4. *a.* 2. Cui non licet vnam rem mihi ſemel præcipere iuri (id eſt, iubere.) Sequitur imperare. Idem *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 1. Tibi hoc præcipio vt niteant ædes ¶ Item pro monere , inſtruere, docere. { הורה *horáh.* καθηγεῖν. GALL. *Enſeigner, inſtruire.* ITAL. *Inſegnare , inſtruire.* GERM. Vnderweiſen/ bericht geben. HISP. *Enſeñar, dando preceptos.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 24. Heſiod. qui princeps omnium de agricultura præcepit. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.* Hic artem mundi præcipit , ille trochi. Plaut. *Capt. ſc.* 2. *a.* 2. Dice , demonſtra, præcipe. Idem *Mil. ſc.* 2. 2. Monſtra, præcipe, vt teneat conſilia.

Præcēpto , πολὺς ἐντέλλομαι , antiqui dixerunt pro frequenter præcipio, quod verbum in Saliari carmine vſurpatum fuiſſe, autor eſt Feſtus.

Præcēptŭs, a, um , participium, Antè captus. { προειλημμένον. GAL. *Prins le premier, anticipé.* ITAL. *Pigliato, innanzi.* GER. Vordannen hin genommen. HISP. *Tomado antes.* ANGL. *Taken before. preuented.* } Liu. *lib.* 1. Tempore illi præcepto. Cic. 3. *Tuſc.* Hæc cogitantem fore beatũ, præſertim ſi & ante præceptis bonis cõtentus eſſet, nec mortẽ, nec deos expaueſcere, id eſt, prægustatis, & ante captis. ¶ Aliquando ponitur pro iuſſus. { מצוה *metſvvéh.* ἐπιτεταγμένος. GAL *Cõmandé.* ITAL. *Cõmandato.* GER. Befohlen. HISP. *Mandado.* } vt Præceptum eſt tibi ne diſcedas.

Præceptīuŭs , δογματικός. Adiectiuum. Senec. *Epiſt.* 95. Ergo iſta pars præceptiua ſubmouenda eſt, id eſt quæ præcepta tradit.

Præcēptum . i, Mandatum , ſiue iuſſio. { מצוה *mitſváh.* παράγγελμα, πρόσταγμα, ὑποθήκη. GALL. *Commandement, enſeignement.* ITAL. *Precetto, ordinatione.* GERM. Ein gebott. HISP. *Doctrina , precepto.* ANGL. *A commandement.* } Cicer. *Luceio lib.* 5. *Epiſt.* Tuis monitis, præceptíſque omnis eſt abiiciendus dolor. Haud decorum eſt aduerſari te meis præceptis (ô filia. Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 3. Præcepta facite vt memineris. Idem *Milit. ſc.* 4. *a* 2. Onerabo meis præceptis hominem. Idem *Pſeud. ſc.* 4. *a.* 2. ¶ Aliquando pro diſciplina, ſiue documento, ſiue admonitione, & quaſi regula quadam bene viuendi : vt quum præcipitur quid vir vxori, quid vxor viro debeat. Cic. 1. *Offic.* neque vlla officij præcepta firma, & ſtabilia , coniuncta naturæ tradi poſſunt, niſi vt ab iis qui ſolam virtutem ; aut ab iis qui maximè honeſtatem propter ſe dicant expetendam. Hinc dicimus Dare præcepta de aliqua re , ſiue tradere. Idem *de clar. Orat.* Hermagoræ diſciplina dat rationes certas, & præcepta dicendi, &c. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.*

Inuenies eadem blandi præcepta Properti.

Senec. *cap.* 16. *de conſol. ad Heluiam* , Præcepta altiùs deſcendunt quæ teneris imprimuntur ætatibus. ¶ Præcepta propinquorum , pro Cohortatione. Cæſ. 2. *de bell. ciuil.* ¶ Præceptum in veter. ll. eſt aliquando inſtrumentum , ſeu priuilegium : nempe ſynecdochicè pro ſtatuto, quo non tantùm aliquid iubetur , aut vetatur , ſed & ius alicui conceſſum narratur & confirmatur : vt dicuntur Præcepta iudicum , præcepta regalia, præceptum immunitatis, præceptum libertatis.

Præcēptĭo, nis, πρόληψις. actio præcipientis. *D. lib.* 20. *tit.* 2. *l.* 25. Si pecunia quæ domi relicta non eſt, per præceptionem relicta ſit, vtrum vniuerſa à cohæredibus præſtanda ſit.

Præcēptŏr , is, verbale, Artium magiſter , doctor , inſtitutor. { מלמד *melammédh* καθηγητής. GAL. *Precepteur, maiſtre, regẽt.* ITAL. *Chi inſtruiſſe e enſegna, maeſtro , regente.* GERM. Ein lehrmeiſter/ vnderweiſer. HISP. *El maeſtro que enſeña.* ANGL. *A teacher or commander.* } Cic. 5. *de Orat.* Sed iidem erant viuendi præceptores , atque dicendi. Autorem aliquem & præceptorem conſiliorum habere. Idem *in Ant.* 2. Ouid. 1. *de Arte,*

Æacidæ Chiron , ego ſum præceptur amoris.

Horum placita, præcepta & præceptiones dicuntur. Cicer. 3. *Offic.* Itaque propria eſt ea præceptio Stoicorum, &c. Plaut. *Pſeud. ſc.* 7. *a.* 4. Qui iſte Pſeudolus? Præceptor tuus qui te fallacias eas docuit.

Præcēptrīx , verbale, fœm. gen. { מלמדת *melammédheth.* ἡ διδάσκαλος, ἡ καθηγήτρια. GAL, *Celle qui enſeigne.* ITAL. *Donna che inſegna.* GER. Ein lehrerin/ vnderweiſerin. HISP. *La maeſtra que enſeña.* ANGL. *She that teacheth or commandeth.* } Cic. *lib.* 1. *de fin.* Sapientia præceptrice in tranquillitate viui poteſt.

PRÆCIPVVS , a, um , peculiaris , proprius, qui præ aliis capitur. ⋈ communis. { ἐξαίρετος, πρόκριτος, ὁ πάνυ κύριος. GAL, *Principal, ſingulier. ſouuerain.* ITAL. *Precipuo ſoprano, ſingulare.* GERM. Fürnem/ fürtreffenlich/ ſonderbar. HISP. *Señalado y principal.* ANGL. *Chieffe , principal* } Plin. *lib.* 1. *cap.* 27. Eſt & ad ſerpentis ictus præcipua. Plaut. *in Trin.* Hic homo eſt omnium hominum præcipuus. Cicer. Quoniam autem omne quod eſt bonum, primum locum tenere dicimus, neceſſe eſt nec bonum eſſe, nec malum hoc , quod præpoſitum , vel præcipuum nominamus. Præcipuum contrà , Saluberrimum. Plin. *lib.* 8. *cap.* 32. Contra morſus verò præcipuum remedium ex coagulo hinnuli in vtero occiſi. Sueton. *in Neron. cap.* 31. Præcipua cœnationum rotunda. Idem *in Galb. c.* 5. Præcipuo herede inter legatarios. Idem *in Auguſt. cap.* 1. Octauiam gentem præcipuam , populariter, *Des plus apparentes & renommees.* Idem *cap.* 61. Præcipua officia. (i. ſingularia.) ¶ Præcipuum , legatum quoddam per præceptionem apud Iuriſconſultos. Sueton. *in Galba,* Namque quingenties HS. cùm præcipuum inter legatarios habuiſſet, quia notata, non præſcripta erat ſumma.

Præcĭpŭē , aduerbium. Præcipuo modo, potiſſimè, potiſſimum, maximè. { ἐξαιρέτως, μάλιστα, προηγουμένως. GALL. *Souuerainement, ſingulierement, principalement.* ITAL. *Specialmente.* GERM. Fürnemlich. HISP. *Señaladamente, y principalmente.* ANGL. *Chiflie.* } Cicer. *Curioni.* Cur non mihi tam mea ſalus chara fuit in qua præcipuè ſum ab illo adiutus, quàm pietas erat in ferenda gratia iucunda , id eſt , ante alios. Plaut. *Moſtell. ſc.* 3. *a.* 1. Quæ illi præcipuè morem geras (ſup. amanti.) ¶ Præcipuè omnium , μάλιστα πάντων. Celſ. *lib.* 2. *c.* 23. Habent hanc facultatem naſturtij radiculæ, præcipuè tamen omnium ſinapi. Vel præcipuè, idem *lib.* 4. *c.* 9. & *lib.* 5. *c.* 28. Quæ vel præcipuè fatigare medicos ſolent.

Præcīsŭs, vide *Præcido.*

PRÆCLĀMO, as, Antè clamo. { προβοάω. GALL. *Auantcrier, crier deuant.* ITAL. *Gridare innanzi.* GERM. Vorſchreyen. HISP. *Gritar y llamar delante.* ANG. *To crie before.* }

Præclāmito , as , ex quo præclamitatores dicebantur qui flaminem Dialem , hoc eſt, ſacerdotem Iouis antecedebant clamantes, vt homines ab operibus abſtinerent : quia ei opus facientem videre irreligioſum videbatur.

PRÆCLĀRVS, a, um, Valde clarus. { מנצח *menatſtſeách* נכבד *nicbbádh* אדיר *addir.* ὑπέρλαμπρος. GAL. *Fort clair , fort renommé, excellent.* ITAL. *Chiaro illuſtre.* GERM. Vaſt heiter/ Item, vberauſs fürträfflich/ Vaſt herrlich/ Außbündig. HISP. *Muy eſclarecido y luzido, noble.* ANG. *Very noble, excellent, or renowmed.* } Lucret. *lib.* 5.

Præclarúmque velint cæli reſtringere Solem.

¶ Per tranſlationem accipitur pro celebri & illuſtri , ſicut & ſimplex clarus, in quo ſcilicet gloriæ & famæ fulgor quidam reſplendet. Cicer. *de Orat.* Multi erant præterea præclari in philoſophia, & nobiles. Nonnunquam in eadem ſignificatione accipitur qua bonum , ſiue bellum dicimus. Idem *ad Attic. lib.* 10. Præclara igitur conſcientia ſuſtentor, quum cogito me de Republica aut meruiſſe, optimè , &c. Idem 3. *Philipp.* O præclarum cuſtodem ouium (vt aiunt) lupum. Idem 6. *Verr.* O dij immortales præclaram conſcientiam. Magnificum & præclarum genus dicendi , idem 2. *de Orat.* Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Triſt.*

——*Præclari funeris exequiæ.*

Tibull. *lib.* 4.

Ergo vbi præclaros poſcent tua facta triamphos.

Præclarè, aduerbium, Bene, bellè. { ἐκφανῶς, εὐκλεῶς. GALL. *Honorablement, fort bien, excellemment.* ITAL. *Molto bene, excellentemente.* GER. Gar wol oder herrlich / vberauſs fein. HISP. *Esclarecidamente y muy bien.* ANG. *Very excellently, passing well.* } Cic 4. *Acad.* Præclaréque secum agi putet; si; Idem 3. *Verr.* Quis hoc non perspicit, præclarè nobiscum actū iri si populus Romanus istius vnius supplicio cōtentus erit? ‖ ¶ Præclarissimè. Hirtius de bello Alexandrino: ac Præclarissimè gesta. ‖ ¶ Præclarè, Approbantis vocabulum & annuentis. Idem 3. *Philipp.* Pacem vult M. Lepidus præclarè si talem potest efficere, qualem nuper effecit.

Præclauium, teste Nonio, pars vestis erat quæ ante clauum texebatur. Afranius, Tertium diem præclauium vnum texere. Idem *in Fratriis*, Mea nutrix surge, si vis, profer purpuram, præclauium contextus.

PRÆCLŪDO, is, si, sum, Claudo, intercludo, præcido. { סגר *saghár.* ἀποκλείω, διείργω. GAL. *Serrer, fermer le passage* ITAL. *Serrare* GER. Verschliessen/vorschliessen. HISP. *Cerrar.* ANGL. *To shut or stoppe vp that one can not passe or enter.* } Cicer. *pro Planco*, Nam maritimos cursus præcludebat hyemis magnitudo. Cæs 1. *bell. Gall.* Deductis tribus in arcem oppidi cohortibus à Varrone præsidio, per se cohortes eiecit, portásque præclusit. ‖ ¶ Pro circumuenire, fallaciterque & insidiosè intercipere, vt intra retia intercluduntur terræ ‖ Suet. *in Neron. c.* 32. Cunctos negotiatores præclusit, i. deprehendit. Cicer. *antequam iret in exilium*, Animus ad exponendam rei indignitatem præcluditur. Ouid. 1. *Metam.*

Sed nocet esse Deum, præclusáque ianua leti.

Præclues, valde clarus & inclitus. Gl. Isid. à *clueo* celebris sum.

Præco, nis, vide *infrà Præcones.*

PRÆCOGITO, as, are, Antè & priùs cogito. { προνοοῦμαι. GAL. *Penser deuant.* ITAL. *Penzare innanzi.* GERM. Voranhin bedencken / zuvor betrachten. HISP. *Pensar delante* ANG. *To aduise and think before.* } Quintil. *lib.* 11. Licet præcogitare plura.

‖ Præcogitatus. Adiect. præmeditatus, Senec. *Epist. lib.* 10. *in fine*: Præcogitati mali mollis ictus venit. ‖

Præcognitus, Antè cognitus: quamuis rarò præcognosco reperiatur. { προγνωσθείς. GAL. *Cognu & entendu deuant, preuenu.* ITAL. *Conosciuto innanzi* GER. Der voranhin weißt HISP. *Conocido de antes.* ANGL. *Knawen before* } Plancus *ad Ciceronem lib.* 10. Quod si latro præcognito nostro aduentu, rursus in Italiam se recipere cœperit, Bruti erit officium occurrere ei.

PRÆCŎLO, is, Præparo, antè colo. { προεργάζομαι. GALL. *Orner, cultiuer parauant.* ITAL. *Lauorare, ornare prima.* GERM. Vorbereiten/zuvor vben. HISP. *Labrary ornar delante* ANG. *To deck before and prepare or mak trimme.* } Cicer. *in partit.* Sunt autem alij quidam perfecti animi habitus ad virtutem quasi præculti, & præparati rectis studiis & artibus. προησκημένοι. Præcultum genus dicendi. Quint.

Præcompositus, participium, siue nomen ex participio, Præparatus. { προκατασκευασμένος. GALL. *Ia composé & accoustré.* ITAL. *Composto, innanzi.* GER. Vorhin gerüst. HISP. *Compuesto delante.* ANG. *Prepared and ma e readie.* } vt, Os præcompositum. Ouid. *in Fast.*

Nox erat, & vinis oculique animique natabant,
Quum præcomposito nuntius ore venit.

Præconceptus, a, um Antè conceptus. { προειλημμένος, προσυνληφθείς. GALL *Conceu parauant.* ITAL. *Concetto auanti.* GERM. Vorhin empfangen HISP. *Conceuido delante.* ANG. *Conceiued before.* } Plin. *lib.* 2. *c.* 82. Præconceptum enim spiritum exhalant.

PRÆCONSVMO, is, Antè consumo { προαναλίσκω. GAL. *Consumer parauant.* ITAL. *Consumare per auanti.* GER. Vorhin verzehren. HISP. *Consumir delante.* ANGL. *To wast before.* } Ouid. posuit pro consumo. *lib.* 7. *Metam.*

———vtilius bellum putat esse minari,
Quàm gerere, atque suas ibi præconsumere vires.

Præconsumptus, a, um, part. { προαναλωθείς. GAL. *Consumé auparauant.* ITAL. *Guasto per auanti.* GERM. Vorhin verzeret. HISP. *Consumido antes.* ANGL *wasted before.* } Ouid. *de Trist.*

Est quoque non minimum vires afferre recentes,
Nec præconsumptum temporis esse malis?

PRÆCONES, à præcinendo dicti sunt. Vide indicem Quintiliani. quasi præcanes, quòd antè canant, & annuntient quod est faciendum. { κήρυκες. GALL. *Crieurs publics, trompettes iurez, qui font les cris publics.* ITAL. *Trombetti, banditori.* GER. Außrüfer/die auß der Oberkeitgeheiß etwas offentlich außschreyen HISP. *Pregoneros o mensaieros* ANGL. *Trumpetters or any manthat fore warneth and cryeth before.* } Vel (vt inquit Priscianus) à præ, id est, valde canendo. Sunt enim qui iussu magistratus publicè aliquid ore denuntiant, quique olim auctionem faciebant, & audientiam in theatris indicebant. Plaut *Asin. prolog.* Face iam tu præco nunc omnem auritum populum. Senec. *Epist.* 47. Præco in prima decuria vocem experitur. Plaut. *in Pœn.* Exurge præco, fac populo audientiam. Virg. 5. *Æneid.*

Victorem Æneas præconis voce Cloanthum
Declarat.

Præcones (vt diffusiùs dicam) erant in iudiciis qui Senatusconsulta prædicabant, & recensebant, posteaquam decreta erant: qui iudices & candidatos suis nominibus appellabant: quales sunt qui *Ostiarios* vulgò vocamus, qui etiam litteras in Senatu publicè legebant: qui item bona quæ proscribebantur, publicæ auctioni proponebant, ac proclamabant, & pretia, vt inquit Cicero, conficiebant. ¶ Præcones laudum nostrarum dicuntur, qui res à nobis gestas laudando diuulgant. Idem Cicer *pro Archia*, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris. Hos quoque curiones vocatos legimus.

Præconium, ij, Ipsa vox, munus partésque præconis. { κήρυγμα, ἀνακήρυξις. GALL *La criée d'vn crieur public.* ITAL. *Grida che fa vn banditore* GERM. Ein außrüffung oder ausfündung. HISP. *El pregon del pregonero.* ANG *Fore warning or fore crying of a trumpetter.* } Cicer. *Lepta lib.* 6. Eos qui aliquando præconium fecissent, in municipiis Decuriones esse non licere. Sueton. *in Nerone*. Et præconio vbique contendit. Plaut *Menæch. sc. vlt.* Præconiū vt mihi detis. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4 De improbis viris auferri præconium & prædam decet. Tibull. *lib.* 4.

Non ego sum satis ad tanta præconia laudis.

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 1. *Trist.*

Quantumcunque tamen præconia nostra valebunt.

¶ Aliquando in malam partem. Ouid. *Eleg.* 9 *lib.* 4. *Trist.*

Nostra per immensas ibunt præconia gentes.

¶ Sed quoniam à præcone res gestæ etiā pronuntiari solent, ideo quandoque pro laude, fama, & gloria sumitur, quum scilicet aliquis laudatur à genere, aut virtutibus, cæterísve bonis animi, corporis, aut fortunæ. Idem *Epist.* 15.

Magna quidem de re rumor præconia fecit.

Idem 4. *de Ponto.*

Carmina vestrarum peragunt præconia laudum.

Aliquando est præconis officium. ¶ Præconium apud Catonem cap. de oleæ pend. leg. pro mercede præconis, qui vnctionem oleæ fecit. Coactor, inquit ante decimum à Cal. Nouembr. mensem rediget pecuniam, nisi quod præconium præsens est non in diem, sestertium nummûm quinquaginta.

Præcono, κηρύσσω Vet. Lex Frequens est apud Irenæum *præconiare*, i. prædicare, annunciare. Gl. Cyr. κηρύσσω præcono, prædico. Gl. Basil, προκηρύσσω, προκηρυγμένα περὶ κηρυγμάτων.

‖ Præconesus, A. sub P. Constantinop. ‖

Præcontrectārē, Antè contrectare. { προψηλαφῶ. GALL. *Toucher & manier deuant.* ITAL. *Maneggiare per auanti.* GERM. Vorhin angreiffen. HISP. *Tocar delante.* ANGL. *To touche and handle before.* } Ouid. 6. *Metamorph.*

Spectat eam Tereus, præcontrectátque videndo.

Præcŏquo, is, Antè tempus suum, vel præmaturè coquo. { πρὸ ὥρας πέσσω. GALL. *Cuire auparauant.* ITAL. *Cucere per auanti.* GERM. Beyzeit oder gar zeitlich kochen / vorhin kochen. HISP. *Cozer antes.* ANGL. *To seeth before.* } Colum. *lib.* 5. Vuæ commodiùs insolatæ præcoquuntur, hoc est, ante tempus aliorum fructuum maturantur ¶ Nonnunquam ponitur pro valde, vel nimis coquere. Plin. *lib.* 18. *cap.* 29. Acinique præcoquuntur in callum. Aliquando nihil aliud est, quam antè, vel priùs coquere. Sic medici iubent porrum antequam ptisanæ admisceatur, in aqua præcoqui, vt ponat acrimoniam. Ad eundem etiam modum vtitur hoc verbo idem Plinius, scribens quosdam passum conficere ex qualibet vua, sed præcocta, antequam scilicet exprimatur. *lib.* 14. *cap.* 9. Quidam è quacunque dulci, dum præcocta, alba faciunt siccantes sola.

Præcordiă, orum. { GAL. *Les parties autour du cœur.* ITAL. *Parti vicine al cuore, le interiori.* GER Das hertz fāl/oder die theil des leibs die nah bey dem hertzen oder auch zu beiden seiten zünechst vnder den rippen ligen. HISP. *Las telas del coraçō ò lugares y cosas propinquas del coraçon.* ANGL. *The hart stringes.* } Propriè partes laterales dicuntur, nothis costis subiectæ, hepati & lieni superiacentes: quæ quòd ὑπὸ τῷ χόνδρῳ, hoc est, sub cartilagine sitæ sunt, à Græcis ὑποχόνδρια appellantur. Celsus *lib.* 4. *cap.* 8. Dextra parte sub præcordiis vehemens dolor est. Idem *alibi*, Periculosum est etiam post arquatum morbum febrem oriri, vtique si præcordia in dextra parte dura manserint. Suet. *in Aug. c.* 81. Initio veris præcordiorū inflatione tentabatur. ¶ Plin *lib.* 11. *c.* 37. præcordia accipere videtur pro diaphragmate, siue septo transuerso, quod vitalia viscera à naturalibus separat. Exta homini, inquit, ab inferiori viscerum parte separantur membranis, quæ præcordia appellant, quia cordi prætenduntur. Græci appellarunt Phrenas. Idem *lib.* 30. *c.* 5. exta ipsa præcordiorum nomine significari tradit. ¶ Quandoque etiam generalius hoc nomen positum inuenitur pro quibuscunque partibus interioribus cordi vicinis. Cic. 5. *de finib.* Felix cursus, quum is ipse anulus in præcordiis piscis inuentus est.--virtus redit præcordia nota. Virg. 1. *Æneid.* Senec. *c.* 16. *de cons. ad Mart* Detectas mentes, & aperta præcordia. Quint. Totis præcordiis stertentem.

PRÆCORRVMPO, is, Antè corrumpo. { προδιαφθείρω. GALL. *Corrompre auparauant.* ITAL. *Corrompere per auanti.* GER. Vorhin verderben vnd bestechen. HISP. *Corromper antes.* ANGL. *To corrupt before.* } Ouid. 14. *Metam.* Dum tamen hanc sperat, dum præcorrumpere donis Me cupit.

Præcorrŭptus, a, um, particip. { προδιεφθαρμένος. GAL. *Corrompu auparauant.* ITAL. *Corrotto per auanti.* GER. Vorhin verderbt vnd bestochen. HISP. *Corrompido antes.* ANG. *Corrupted before.* } Ouid. 8. *Metam.* *Illa quidem venit, sed præcorrupta.*

Præcŏx, ŏcis, generis omnis. Quod præter morem cæterorum, vel ante cætera coctum & maturum factum est. Vide Gellium *cap.* 11. *lib.* 10. { בכור *bichchúr* vel *bacchúr.* πρώϊμος, πρόωρος. GALL. *Meur auant la saison trop tost meur.* ITAL. *Ciò che è inanzi tempo, maturo auanti la stagione.* GERM. Frūzeitig vor rechter zeit. HISP. *Cosa temprana antes que las otras cosas* ANG. *Ripe before the tyme or soone.* } vt, Præcox vua, præcox ficus. ¶ Præcocia poma, ex persicorum genere, quæ primò maturescunt. Galli *Abricocia* vocant. Plin. *lib.* 15 *c.* 12. Persica Duracina post Autumnum maturescunt, æstate præcocia, intra triginta annos reperta, & primò denariis singula venundata. Eadem & præcoqua dicuntur. Martial. *lib.* 13.

Vilia maternis fueramus præcoqua ramis:
Nunc in adoptiuis persica cara sumus.

¶ Per translationem præcox ingenium dicitur, quod nimis citò maturitatem est consequutum, & ante tempus videtur adoleuisse Quintilian. *lib.* 1. *cap.* 3. Illud ingeniorum velut præcox genus non temerè vnquam peruenit ad frugem. Præcox fuga. Varro *Synephebis.* Quod si non manumittet, fugies si me audies, quum tempus reuocat, ea est præcox fuga. Præcox pugna, apud Ennium *lib.* 8. *Annalium.* Præcox risus, Plin. *lib.* 7. *in præfat.* At hercle risus præcox ille, & celerrimus, ante quadragesimum diem nulli datur. ¶ Legitur & hic & hæc præcoquis, & hoc præcoque. Colum. *lib.* 3. *cap.* 2. Quæ quum talis est conditio, maximè præcoques, & duracinæ, dum denique purpureæ & bumasti, &c. Eodem *lib. c.* 9. Quum pulchrè memineris à me duo genera vinearum intra tempus biennij ex vna præcoque vite, quam in Certano tuo posfides insitione facta consummata. Idem *lib.* 1. *cap.* 6. Quæ fumi quodam tenore præcoquem maturitatem trahunt. ¶ Præcoci opponitur serotinum: vnde dicimus serotinas vuas, quæ post consuetum tempus tardè maturescunt.

Præcraſſus, a,um, Valde craſſus. Plin. *lib.16. cap.8.* Cortex præcraſſus, ac renaſcens. { πάνυ παχὺς, ὑπέρπαχυς. GAL. *Fort gros & espois* ITAL. *Molto grosso & spesso.* GERM. Gar dick vnnd groß. HISP. *Muy gruesso.* ANGL. *Very grosse or thik.*

Præcupidus,a,um, *qui est fort desireux.* Suet *in Aug. cap.71.* Præcupidus Corinthiorum.

PRÆCVRRO,is, Antè curro, celeriter antecedo. { προτρέχω GALL. *Courir & aller deuant, preuenir.* ITAL. *Correre innanzi, andar auanti.* GERM. Vorlauffen. HISP. *Correr delante.* ANGL. *To runne before.* } Terent. *Eunuch.* Abi, præcurre, vt ſint Domi parata omnia. Cæſ. 6 *bell. Gall.* Præcurrunt equites, quanto res ſit in periculo cognoſcunt. Cic. 1. *de diuin.* Sed ita à principio inchoatum eſſe mundum vt certis rebus certa ſigna præcurrerent. Idem *in Orat.* Horum vterque Iſocratem ætate præcurrit. Plaut. *Amph.* Clanculum alia via præcucurriſti. Idem *Aulul. sc.3. a.4.* Illuc præcurram & inſcendam in arborem. Idem *Menæch sc.8.a.5.* Quantum poteſt, præcurriſti, vt quæ feciſti, inficias eas. Item Cæſ. *lib.2. de bell ciu.* Præcurrit antè omnes. ¶ Præcurrere, pro præoccurrere, præoccupare. προκαταλαμβάνειν. Lucr.

Illud in his rebus ne te deducere vero
Possit, quod quidam dicunt præcurrere cogor.

Præcurrens, tis, προτρέχων. Cicer. *in Partit.* vt primordia rerum, & quaſi præcurrentia, in quibus ineſt aliquid argumenti.

Præcurſus,us. { προδρομή. GALL. *Auantcourement, auantage de courir ou aller.* ITAL. *Esso correre auanti.* GER. Ein vorlauff. HISP. *Aquella corrida delante.* ANGL. *A running before.* } Plin. *lib.16.c.25.* Omnia intra VIII. Iulij Idus Eteſiarum præcurſu.

Præcurſio, nis, verbale. { προδρομή, πρόοδος. GALL. *Auantcourement.* ITAL. *Esso correre auanti* GERM. Vorlauffung/vorgang. HISP. *Corrida delante.* ANGL. *A running before.* } Cic. *de Fato,* Itémque illi qui ad hoc diſſentiunt, conficientes non fieri aſſenſiones ſine præcurſione ſine viſorum. ¶ Præcurſio pro eo quod Boëtius præcurſoriam cauſam vocat Cicer. *in Top.* Alia autem præcurſionem quandam adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per ſe adiumenta.

Præcurſor, is, aliud verbale. { πρόδρομος. GALL. *Auantcoureur.* ITAL. *Corritore auanti.* GER. Ein vorlauffer/vorbot. HISP. *El que corre delante.* ANG. *A runner before.* } Cicer. *7. in Verr.* Quem iſte in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcurſorem habere ſolebat, & emiſſarium.

‖ Præcurſorius Plin. *Epist. lib.4. Tacito:* Hac quaſi præcurſoria epiſtola rogo. ‖

PRÆDA,æ. à pariendo (vt inquit Varro) quaſi parida, quòd manu parta ſit. { שלל *schalál* בז *baz.* λεηλασία, λεία. GAL. *Proye, pillage, butin* ITAL. *Preda, bottino.* GER. Ein raub. HISP. *Presa el robo o hurto.* ANGL *A prey, bootye or pillage.* } Et ſunt (vt Gell. *lib.13 c.23.* inquit) propriè corpora ipſa rerum quæ capta ſunt: manubiæ verò pecunia ex venditione prædæ redacta. Virgil. *1. Æneid.*

Illi se prædæ accingunt, dapibúsque futuris.

Idem *9. Æneid*

Si verò capere Italiam, sceptrisque potiri
Contigerit victori, & prædæ ducere sortem.

Ouid. *11. Metam.*

Vt matutina ceruus periturus arena
Præda canum est.

Cicer. *7. Verr.* Quum ea res non ſolùm prouinciæ ſaluti, verum etiam prædæ eſſe poſſet. Memento mihi dimidium de præda dare. (i. de pecunia fraude parta, vel lucro.) Plaut. *Pseud. sc.7 a.4.* Habeo prædam (quia ſperat lucrum de meretrice.) Item, Eſt hic præda nobis. Idem *Men. sc.4. a 2.* Illic pulchram prædam agat, ſi quis illam aulam inuenerit. Idem *Aul sc.2.a.4. Ibid sc.2.a.5.* Quæ pars mihi in iſtac præda. Idem *Men. sc 2.a.1.* Quum ego illi me inueniſſe dico hanc prædam. (i. aurũ.) Emit eos de præda de queſtoribus. Idem *Capt. pol. & sc.2.a.* Manibus amiſiſti prædam, (de muliere, quam abire imprudens ſiuerat.) Idem *Mil. 1. sc.5.a.2.* De improbis viris auferri præconium & decet. Idem *Ps. sc.7.a 4.* Nihil eſt prædæ prædatoribus. *Ibid. sc.3 a.1.* Ne capta præda capti prædones fient. *ibid. sc.3.a.4.* Meus hic homo eſt. Quidum? Quia præda hæc mea eſt. *Ibid. sc.7. a.4.* Nuncies Pſeudolo alium abduxiſſe prædam (i. mulierem.) Item Ouid. *4. Fast.*

Præda puellares animos oblectat inanis.

(de floribus.) Et Velleius Ero præda victoris. Ouid. *13. Metam.*

Accusóque Parin prædámque Helenámque reposco.

Idem *Eleg 1 lib.2.* Triſt. Idem *Eleg.4 lib.4 Trist.*

——Gentes quæ prædam sangine quærunt.

Præda etiam apud antiquos id vocabatur quo in locationibus & rebus mancipi, & aliis eiuſmodi cauebatur, aut ſaltem idem quod prædium, vt doctè annotauit Scaliger in Varr. Plaut. *in Amphitr.* Qui præda atque agro adoreáque affecit populares ſuos. Varro *lib. 4.* Præda dicta item vt prædes à præſtando, quòd ea pignori data publicè mancupes fidem præſtent.

Prædaceus, a,um, quod ex præda eſt. { ληιστικός. GALL *Venu de pillage ou de la despouille des ennemis.* ITAL. *Di preda.* GER. Daß auß dem raub iſt. HISP. *Cosa de presa ò de robo.* ANGL. *Of a prey or bootye* } Gell. *lib.4.c.17.* Ægrè paſſus quòd cui ſalus imperij ac Reipub. accepta ferri deberet, ratione pecuniæ prædaceæ poſceretur.

‖ Prædarius, auxilium præbens. Gloſſ. Iſid. ‖

Prædatitius, a,um, Prædaceus, ληιστικός. Gell. *lib.13 c.13.* Ex manubiis, i. ex pecunia prædatitia.

Prædor, aris, (*Prædauit* legitur in Vet. Bibl. interpr. Iudith 2.13.& 16.) à præda fieri Varro docet, Prædam ago, diripio, vi aufero, quemadmodum prædæ auferri in bello ſolent. { שלל *schalál* בזז *bazaz.* λῄζω, λεηλατέω. GALL. *Piller* ITAL. *Depredare, torre per forza, robbare.* GERM. Rauben/beuten. HISP. *Robar ò hurtar.* ANG *To spoile, to tak preyis or bootyes.* } Cic. *3 Verr* Tuus apparitor de aratorum bonis prædabatur. Idem *3. Offic* Ex quo intelligitur, quoniam iuris natura fons ſit, hoc ſecundùm naturam eſſe, neminem id agere, vt ex alterius prædetur inſcitia. Idem *3. Verr.* Verumtamen quum eſſet omnibus in rebus apertiſſimè impudentiſſiméque prædatus Ouid. *1 Amor. Eleg.3.*

Iusta precor quæ me nuper prædata puella est,

Aut amet, aut faciat cur ego semper amem.

‖ Prædatio. Velleius Paterculus *Hist. lib.2.* Latrociniis ac prædationibus infeſtato mari ‖

Prædatus, a,um, pro præda onuſtus. Plaut. *Pseud. sc 7.a.4.* Bene ab hoc prædatus ibo. Idem *in Rud. nt. sc.3.a.5.*

Prædator, is, Prædo, populator, ſpoliator. { שלל *scholél* בוזז *bozéz.* λαφυραγωγός. GAL *Pilleur, qui oste par force.* ITAL *Saccheggiatore, predatore.* GER. Ein rauber. HISP. *Robador, o ladron.* ANG. *A robber, of taker of booties.* } Cic. 2. *Catil.* Quos ego viroſque Quirites, in eodẽ genere prædatorũ, direptorúmque pono. Ioui verò deprædatori templum fuiſſe legimus, non quòd prædæ præeſſet, ſed quòd ei aliquid ex præda in partem debebatur. Nam mos Romanorum fuit, vt bella geſturi, de parte prædæ aliquid numinibus pollicerentur. Plaut. *Pseud. sc.3.a.1.* Præſentit, nihil eſt prædæ prædatoribus.

Prædatrix, icis. { שוללת *scholéleth* בוזזת *bozézeth.* ἡ λῃστρίς, ἡ λαφυραγωγός. GALL *Pilleresse celle qui oste par force.* ITAL. *Saccheggiatrice.* GERM. Ein rauberin. HISP. *Robadora.* ANGL *She the robbeth and taketh preyis.* } Stat. *1. Sylu.*

——& Herculei prædatrix cedat alumni.

Prædatorius, adiectiuum, quod ad prædatorem pertinet. { λῃστικός. GALL. *De pilleur ou chose pour piller.* ITAL. *Di saccheggiatore.* GERM. Raubiſch/des raubers HISP. *Cosa para robar, ò hurtar.* ANG *Belonging to a robber or taker of preyis.* } vt Prædatoriæ naues. Liuius *lib 4. belli Macedonici:* Annis prope quinquaginta nullum Romanum exercitum viderant præter prædatorias claſſes. Plautus *Menæch sc.2.a.2.* Stat nauis prædatoria in portu. (allegoricῶς) & iterum *ibid. sc.3. a 2.* Nauis prædatoria.

Prædabundus, Populabundus, vel prædas agens. { λαφυραγωγῶν. GALL. *Qui ne fait que piller.* ITAL. *Depredando, ò chi non fa altro che bottinare.* GERM. Voll raubs/oder der nichts anders denn rauben thut. HISP. *Cosa que mucho roba* ANGL. *That doeth no thing but spolieth and taketh preyis.* } Saluſtius in *Iugurth.* Dicitque ſe prædabundum poſt paucos dies eodem venturum. Liu. *lib. 2. ab vrb.* Exercitum prædabundum ad vrbem veniſſe.

Prædo, nis, qui iter faciens terra, maríve ſpoliat, quíve pacatas regiones incurſionibus infeſtat. { שלל *scholél* בוזז *bozéz.* λῃστής, πειρατής. GALL. *Pilleur escumeur de mer.* ITAL *Corsale, ladro* GERM. Ein rauber/der einen mit gwalt anfalt vnd ihn das ſein nimpt HISP. *Robador, ò ladron.* ANGL *A robber or taker esprcis bysea or land.* } Plin. *lib. 16. cap.4.* Germaniæ prædones ſingulis arboribus cauatis nauigant. Horatius *1. Serm. Satyr. 2.*

——fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turbam: dedit hic pro corpore numos.

Prædones item dicti ſunt malæ fidei & iniuſti poſſeſſores, in qua ſignificatione apud Iuriſconſultos non rarò inuenitur. Plaut. *Pseud sc.2.a.2.* Fures in ædibus, prædo in proximo. *Ibid. sc.1. a. 4.* Nec capta præda capti prædones ſunt (de ancilla quam dolo abducere parabant.) Idem *Milit. sc 1.a.2.* Capiunt prædones nauem illam. Idem *Men sc.7.a.5.* Vos rapaces vos prædones &c.

Prædonius, a,um. adiectiuum, quod prædonis eſt. Vlpian. *l. 25.§.3, D. de hered petit.* Si verò poſtea conſcius hæreditatem nihil ad ſe pertinere, prædonio more verſari cœpit &c. Hotom.

Prædonulus diminutiuum à Catone vſurpatur,

‖ Prædor, prædam ago, *Prædauit* in Vet. Bibl. interp. Iudith 2.13.& 16. ‖

PRÆDAMNO, as, are, eſt præiudicio ſuo aliquem quaſi condemno. προκαταγινώσκω, προκαταψηφίζομαι. Suet. *in Aug* Sin deeſſet, deſtituere, ac prædamnare amicum exiſtimaretur. Nonnunquam ſimpliciter idem eſt quod antè, vel priore loco condemno. Liu. *lib 4 ab Vrbe,* Totam culpam eius temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus abſoluerunt. ‖ *Gloss.* Prædamnato, προκαταγνωσθέντα. ‖ Prædamnata ſpe dimicandi, id eſt, præſciſſa. Liu. *6. bell. Pun* Item *lib 7.*

Prædelaſſo, Antè delaſſo. { προκαμεῖν ποιεῖν. GAL. *Lasser deuant.* ITAL. *Straccare prima.* GERM Vorhin ermüden oder müd machen. HISP. *Cansar antes.* ANG. *To mak weurie before.* } Ouid. *12. Metam.*

——adiacet vndis
Facta manu moles, quæ primas æquoris vndas
Frangit, & in cursus quæ prædelasset aquarum.

Prædenſus, Valde denſus. { ὑπέρπυκνος. GALL. *Fort espois.* ITAL *Molto denso.* GERM. Gar dick. HISP. *Muy espesso.* ANGL. *Very tizck.* } Plin. *lib. 18.c.18.* Culter vocatur, prædenſam priuſquã proſcindatur, terrã ſecans.

Prædenſatus, Prædenſus factus. Plin. *lib 9 c.5.* Prædenſata, porrecta, ſinuata, breui nodo ligatis.

Prædes, vide *Præs.*

Prædeſtino as, προορίζω. Vide *Destino.* Vnde

Prædeſtinatio, vox theologica, quam D. Auguſtinus à præordinando futurum vult eſſe dictum.

Prædiatores, Prædiatorius, Prædiatus, vide *Prædium.*

PRÆDICO, as, Apertè, ſeu publicè dico, celebro vulgò, laudo. { קרא *kará* אמר *amár.* ἀναγορεύω, κηρύττω. GAL. *Dire par tout ou deuant tous, publier, dire en public, annoncer.* ITAL. *Predicare, publicare qualche cosa.* GER. Außkünden/offentlich außſagen. HISP *Predicar y publicar alguna coza.* ANGL. *To speake openlie, to diuulgat, to preache.* } Terent. *Andr.* Actum eſt, ſi quidem hæc vera prædicat. Cicer *ad Atticum lib. 9.* Prædicat enim palam, & militibus oſtendit; ſe largitione ipſa ſuperiorem quàm hunc fore. Cæſ. *2. bell. ciuil.* Sæpe ex tribunali prædicauit aduerſa Cæſarem prælia feciſſe. Cicer. *Luceio,* Ignoſces mihi de me ipſo aliquid prædicanti. Saluſt. Ipſum Craſſum ego poſtea prædicantem audiui tantam illam contumeliam ſibi à Cicerone impoſitam. Prædicat item præco, dum aliquid palàm promulgat, & pronuntiat ex Senatuſconſulto. Cicero *pro Quint.* De quo homine præconis vox prædicat, & pretium conficit. Cæſ. *de bell. ciuil. lib.2.* Prædicare de ſuis laudibus. Graij prædicabant Hecubam eſſe canem. Plaut. *Menæch. sc. 1. a.5.* Argentariis malè credi qui aiunt, nugas prædicant. Idem *Curc. sc. 2. a 5.* Ita eſſe vt prædico, verò vincam: (mox, autumo.) Idem *Mostell. sc. 2. a. 1.* Superſtitioſus hic quidem eſt, vera prædicat. (id eſt, diuinat.) Idem *Curc. sc.1. a 3.* Mortalem parce parcum prædicas. Idem *Aulul. sc.1.a.2.* Tu eos Aſinos prædicas vetulos, claudos. Item, me ſeruum eius

prædico esse. Idem *Asin.sc.2.a.2.* Quod neque fuit, neque futurum est, mihi prædicas. Audes mihi prædicare id? Idem *Amphitr.* Quem tu Pseudolum? quas tu mihi prædicas fallacias? Idem *Pseud. sc.7.a.4.* Haud falsò prædicas. Idem *Menæch. sc.4. a.2.* Vt mihi ciuitas nomen commutet, & prædicet ex Ballione regem Iasonem. Idem *Pseud. sc.2. a.1.* Noui: Notis prædicas. *Ibid.s.2. a.4.* Onustam colocem agere te prædicas. *Ibid. sc. 2. a. 5.* Tun' me indutum fuisse pallam prædicas? Idem *Menæc.sc 2.a.3.* Se miserum prædicat. *Ibid. sc.5.a.5.& in Pœn sc.* Ain' tu.

Prædĭcātum, Dilectici dicunt, quod Grammatici appositum vocant, quod prædicatur, id est, dicitur de subiecto, τὸ κατηγορούμενον.

Prædĭcātĭo, Commemoratio, affirmatio, laudatio. { κήρυξις. GAL. *Annoncement en public.* ITAL. *Esso predicare, dire.* GERM. Ein außkundung / Ein offentliche sag. HISP. *Aquella obra de predicar y alabar.* ANG. *An open or publick speaking preaching.* } Plin. *lib.35.cap.3* Affirmant vana prædicatione, vt palàm est. Idem *lib.20.c.10.* Radix quoque plurimorum prædicatione trita.

Prædĭcātŏr, is, Laudator, is qui aliorum virtutem, fortitudinem, res gestas prædicat. { משבח *schabbéach.* κηρυκτής GALL. *Publieur, qui dit par tout ou deuant tous quelque chose.* ITAL. *Chi dice qualche cosa publicamente, predicatore.* GERM. Ein außkunder / Rûmer / Prediger. HISP. *El que predica, predicador.* ANGL. *A preather, an open speaker.* } Cic. *pro Cor. Balbo,* Qui sui furti, sui iudicij, sui beneficij voluit me esse vt apud eosdem vos Iudices nuper in alia causa fuerim, & prædicatorem, & autorem.

Prædĭcābĭlis, e, quod est palàm dicendum, & prædicatione dignum, laudabile. { κηρύγματος ἄξιος. GALL. *Dequoy on doit faire estime.* ITAL. *Di cui si deue far stima* GER. Das außkundens oder rûmens wärt ist. HISP. *Digno de ser alabado.* ANGL. *To be spoken of publicklie, praye worthie.* } Cicer. *5. Tusc.* Nec in misera vita quicquam est prædicabile, aut gloriandum, &c.

Prædĭcāmĕntă, à Dialecticis dicuntur, quæ Quintilian. *lib.3. cap.7.* elementa decem vocat, circa quæ versari videtur omnis quæstio. κατηγορίαι.

Prædicatiuus, a, um, prædicandi vim habens.

PRÆDĪCO, is, Antè, siue priùs dico. Futuras res prænuntio, vaticinor. { נבא *nibbá* התנבא *hithnabbé.* προλέγω. GALL. *Predire, annoncer.* ITAL. *Predire annuntiare.* GERM. Vorsagen / oder Voranhin sagen. HISP. *Dezir de antes.* ANGL. *To tell a thing before it come to passe.* } Ter. *Andr.* hoc primum in hac re prædico tibi, Quas credis esse has non sunt veræ nuptiæ. *Ibid.* —sed dico tibi, Ne temere facias, neque tu haud dicas tibi non prædictum caue. Prædico vt caueas: dico, inquam, vt caueas, Caue. Plaut. *Pseud.sc.5.a.1.* De quo prædiximus: pro antè diximus, Velleius. Hoc prædico tibi si bona fortuna veniat, ne intromiseris Plaut. *Aul.sc. 2. a.1.* Nónne tibi prædictum senex Banachal te exercuisse. (id est, iam dictum.) Idem *Amphitr.*

Prædictio, nis, Præsensio, quod prædicitur, siue prænuntiatur. { נבואה *nebuáh.* προμαντεία, προφητεία. GALL. *Prediction, prophetie de noncement de choses à venir.* ITAL. *Profetia, auiso de cose future.* GERM. Ein Vorsagung / das ist / weissagung. HISP. *Obra de dezir de antes, prophetizar.* ANG. *A foreteling of a thing to come.* } Cic. *lib.1. de diuin.* Ex quo sæpè genere hariolorum etiam, & vatum furibundas prædictiones, vt Octauiano bello Cornelij Culioli audiendas putauerunt.

Prædĭctŭs, a, um, Antè, vel suprà dictū. { προειρημένος. GAL. *Predit.* ITAL. *Predetto.* GER. Vorgesagt. HISP. *Dicho antes.* ANG. *Saide before.* } Cic. *4. Academ.* Quæque ab his dicuntur sic persequamur, vt nihil in prædictis relinquamus. Vbi alia exemplaria legunt *præteritis.* Prædicta cœnæ hora, hoc est præstituta. Suet. *Claud. in Cæsare.*

Prædictum, cti, pro prædictione. Cicer. *1. de diuinat.* Qui vnus è Stoicis astrologorum prædicta reiecit. Suet. *in Othone c.6.* Etiam sacrificanti interfuit, audiuitque prædicta aruspicis.

Prædĭŏlum. vide *Prædium.*

Prædīsco, is, Antè disco & priụs inquiro. { προμανθάνω. GALL. *Apprendre parauant.* ITAL. *Aprendere auanti.* GERM. Vorlernen. HISP. *Deprender de antes.* ANGL. *To learne before.* } Virg. *1. Georg.*

Ventos & cæli varios prædiscere motus.

Prædĭtŭs, a, um. { בעל *baál.* ὁ ἔχων, ὁ λαχὼν, ἀξιωθείς. GALL. *Qui a qui est doué.* ITAL. *Chi ha.* GERM. Der da hatt / gefaßt / begabt. HISP. *Dotado generalmente, fornecido.* ANGL. *Indued or tha hath any qualitie.* } Participium est sine verbi origine, latissimum in oratione vsum habens, variámque significationem, pro ratione rei per ablatiuum quo cum iungitur significatæ. Nam quum dicimus, Præditus virtute, Præditus ingenio, Eruditione præditus, idem est quod dotatus, siue ornatus, κεκοσμημένος. Plaut. *Amph sc.1.a 1.* Legiones nimis pulchris armis præditas. Rursus quum aliquem prauis moribus, peruersa indole, aut oris fœditate præditum dicimus, idem est quod pollutus, contaminatus, dehonestatus. ¶ Interdum idem est quod affectus: vt cùm mobo, mœroreve quempiam præditum dicimus. ¶ Horum omnium exempla, etiamsi nusquam non occurant, pauca subiungemus Cic *pro Archia*, Gloria ingenij summi præditus. Idem *pro Cœlio*, Adolescens rectissimis studiis, atque optimis artibus præditus. Idem *2. Verrin.* Homo singulari cupiditate, audacia, scelere præditus. Idem *pro Rab. Posthumo*, Senectute affectus, morbo præditus. Idem *pro Muræna*, Idem squalore sordidus, confectus morbo, lachrymis ac mœrore præditus. Suet. *in Tib. c.1* Præditus cognomine. Vide plura de hoc apud Vallam *lib.5. c.38.*

Prædīuĕs, itis, Valdè diues. { ὑπερπλούσιος. GAL. *Fort riche.* ITAL. *Molto ricco.* GERM. Hart reich / vberauß reich. HISP. *Muy rico de riquezas.* ANG. *Very riche.* } Suet. *de clar. Gram.* L. Apuleium ab Equitio Caluino Equite Romano prædiuite quadringentis numis conductum, multos edocuisse. Ouid. *6. Metam.*

——totúmque tulit prædiuite cornu
Autumnum, & mensas fœlicia poma secundas.

Aula prædiues, Claudianus *2. in Rufinum.*

Prædīuīno, as, Rem euenturam diuino prædico, præsagio. { קסם *kasám* נבא *nibbá* התנבא *hithnabbé.* προμαντεύομαι. GALL. *Deuiner & predire chose auant qu'elle viene.* ITAL. *Antiuedere, indouinare.* GERM. Etwas künfftigs vorhin errahten HISP. *Ver delante, adeuinar.* ANG. *To deuine, and tell a thing before it come to passe.* } Plin. *lib.1. c.11.* Prædiuinant enim apes ventos, imbrésque.

Prædĭuīnātĭo, nis. { קסם *késem.* προμαντεία. } Plin. *lib.8. c.25.* Parit oua, quanta anseres, eáque extra eum locum transferens semper incubat prædiuinatione quadam, ad quem summo actu eo anno egressurus est Nilus.

Prædĭuīnŭs, a, um, Valde diuinus. { ὑπέρθεος, ζάθεος. GALL. *Fort diuin.* ITAL. *Molto diuino.* GERM. Seer göttlich. HISP. *Muy diuino.* ANG. *Very diuine or holy.* } Plin. *lib.37. cap. 10.* Promittitur prædiuina somnia repræsentare.

PRÆDIVM, ij, nomen est tam rusticis, quàm vrbanis possessionibus commune. { שדה *sadéh,* χωρίον. GAL *Vn heritage.* ITAL. *Possessione, podere, heredita.* GER. Ein ligend gut. HISP. *Heredad de bienes rayzes.* ANG. *A manour, a ferme, a place in the cunt rey with ground lying to it.* } A præstando (si Varroni *lib.4. de.L. L.* credimus.) Vet. inscript. apud Aldum *de Orthogr.* Prædes dato, prædiáque subsignato, (qui redemerit hoc opus.) Item Martial. *Epig.19. lib.11.*

Errasti, Lupe, littera sed vna:
Nam quo tempore prædium dedisti:
Mallem tu mihi prandium dedisses.

Velleius, Qui diuisione prædiorum agros amiserant. Cicer. *3. Offic.* Ac de iure quidem prædiorum sancitum est apud nos Iure Ciuili, vt in his vendendis vitia dicerentur quæ nota essent. Idem *pro Rosc. Amer.* Fructuosa prædia colenda ac tuenda pater filio tradiderat. Horat. *2. Serm. Satyr. 3.*

Seruius Oppidius Canusi duo prædia, diues,
Antiquo censu, natis dedisse duobus
Fertur.

Prædiorum itaque nomine veniunt tam vrbanæ possessiones, quàm rusticæ, & suburbanę, hoc est, vrbi proximæ, vnde extant tituli aliquot apud Iurisconsultos de Seruitutibus vrbanorum prædiorum & rusticorum, & vtrisque communibus. Ager autem propriè dicitur locus in rure quem colimus. Aruum, ea pars agri quæ sementi datur. Fundus etiam pars agri est. Singula enim prata, singulæ vineæ, singuli horti singula olíueta, pomaria, pascua, salicta, nemora venatoria, piscatoria loca: siue villam atque ædificium, siue piscinam, siue viuaria habeant, siue non habeant, singuli fundi sunt, & hoc in agro duntaxat. Nam in vrbe, oppido, vico, castello, quicquid tale est, prædium vocatur. Est itaque fundus rustica possessio: prædium, & vrbana & rustica: possessio generale nomen est. nam & tabernæ, & hospitia & horrea in vrbe, possessiones dicuntur, & generaliter omnia bona immobilia. ¶ Prædium pignori nexum, id est pigneratum, *D. de pactis l.5.*

Prædĭŏlum, i, paruum prædium, { χωρίδιον. GALL. *Vn petit heritage.* ITAL. *Poderetto, possessione picciola.* GERM. Ein klein ligend gütlin. HISP. *Pequeña heredad.* ANGL. *A Litle manour or ferme.* } Cic. *M. Cælio,* Sed mea prædiola tibi nota sunt: in his mihi necesse est esse, ne amicis molestus sim. Idem *Attic. lib.16.* Ædificata bellè prædiola nostra, & satis amœna.

Prædĭātŭs, Prædiis munitus, prædiis abundans. Apul. *lib. Florid.* Ipse bene vestitus, bene prædiatus.

Prædĭātŏrĭŭs, a, um, quod ad prædium pertinet. { περὶ χωρίον. GALL. *Appartenant à heritage.* ITAL. *Pertinente à heredità & possessione.* GERM. Das zu ligenden gütteren gehört. HISP. *Perteneciente à heredad.* ANGL. *Belonging to à manour or forme.* } vt, Ius prædiatorium. Cic. *pro Cornel. Balbo,* Etenim si Qu. Scæuola ille Augur, quum de iure prædiatorio consuleretur, homo iuris peritissimus, consultores suos nonnunquam ad Turium & Caselium prædiatores reiiciebat: si nos, &c. ¶ Prædiatoria lex. Sueton. *in Claud cap.9.* Vt cùm obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit sub Edicto præfectorum.

Prædĭātōrēs, dicuntur periti iuris ad prædia pertinentis. χωρονόμοι. Cic. *Att. lib.12.* Etsi reus locuples est, & Apuleius prædiator liberalis. *Ibid.* Procuratores Cornificij, & Apuleium prædiatorem videbis.

Prædo, nis, vide *Præda.*

Prædoctus, i, ante edoctus Salust. *Iugurth.130.* Cæterùm illi, qui centuriis præerant, prædocti, abduce, &c.

Prædŏmo, as, Antè domo, comprimo, sedo. { προδαμάζω, προκαταπραΰνω. GALL. *Dompter auparauant.* ITAL. *Domare per auanti.* GERM. Vorhin bemmen oder stillen. HISP *Domar antes.* ANGL. *To came or subdue before.* } Senec. *Epist.114.* Et omnes casus antequam exciperet, prædomuit meditando.

PRÆDVCO, is, Antè duco. { προάγω, προαπάγω. GALL. *Mener, ou mettre deuant.* ITAL. *Menare auanti.* GERM. Voranhin füren. HISP. *Guiar delante.* ANGL. *To bring or lead before.* } Plin. *lib. 35 cap. 16.* Probatur mollitie, & quòd si æra præducantur, violaceum reddit colorem. Tacitus *lib.14.* Neque fossam, neque vallum præduxerunt. ¶ Præducere fossam homini obsesso, pro circumuallare, Senec. *lib.2. de ira.* Tibull. *lib. 4.*

Qua deceat tutam castris præducere fossam.

‖ Præductal, παράγραφος. Gl. Phil. An præducta, scil. linea. ‖

Prædulcis, Valde dulcis. { πάνυ γλυκύς. GALL. *Fort doux* ITAL. *Molto dolce.* GER. Gar süß. HISP. *Muy dulce.* ANGL. *Passing sweet.* } Plin *lib.12. c.5.* Fructus per folia solidus coctus prædulci sapore. Claud. *Paneg.2.* Luxuries prædulce malum. Statius *5. Syl.*

Tyrrhena volucres nautis prædulce minantur.

Virg. *11. Æneid.*

Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis,
Et prædulce decus primo certamine posset.

Senec. Dulces sententiæ, vel prædulces & infractæ.

PRÆDVRO, as. Præter morē duro, siue valde durum reddo. { ὑπερσκληρύνω. GALL *Endurcir fort.* ITAL. *Far molto duro.* GERM. Gar verhertten oder hert machen. HISP. *Hazer muy duro, endurecer mucho.* ANG. *To mak very hard.* } Col. *lib.3. de rubrica,* Verùm hoc est in opere difficilius, quòd neque humentem fodere possis, quòd sit glutinosissima: nec nimium siccam, quia nimium præduratur.

Prædūrŭs, a, um, Valdè durus. { ὑπέρσκληρος, πάνυ σκληρός. GAL. *Fort dur.* ITAL. *Molto duro.* GERM. Gar oder vberauß hert. HISP. *Muy duro ò muy cruel.*

cruel Angl. *Veri hard.* } Col. *lib.6.c.2.* Illa ætas adhuc tenera est, hæc iam prædura. Virg. 2. *Georg.*

——Corporáque agresti nudat prædura palæstra.

Idem 10. *Æneid.*

Partheniúmque Rapo, & prædurum viribus Orsen.

Quint. Præduri oris homines.

‖ Præmineo, es, ὑπερέχω. Tacitus *lib.15.* Vt gratia, pecunia, vi nocendi etiam aliis præmineret.

Præeo, is, Antè eo, antecedo. { קדם *kiddém.* προάγω, προδιαπορεύω, καθηγέομαι. Gall. *Aller deuant, monstrer le chemin.* Ital. *Andare innanzi.* Germ. Vorgehn. Hisp. *Preceder yendo delante, ò andar delante.* Ang. *To go before, to shew the way.* } Liu. 2. *ab Vrbe,* Præierat Aruns Tarquinius filius Regis: Rex ipse cum legionibus sequebatur. ¶ Præire verba, est certam verborum formulam alicui dictare, quam ille totidem referat verbis. Solebant enim veteres ad execrationes, vel deuotiones hostilis exercitus, & ad fœdera ferienda, similésque publicos ritus peragendos, certam verborum formulam habere conceptam, quod Carmen vocabant, à qua ne minima quidem syllaba recedere licebat. Itaque ne Imperatores, qui se hostilémque exercitum erant execraturi, aut ij per quos fœdera sanciebantur, in proferendis formulis laberentur, adhibebatur Pontifex, aut sacerdos qui verba præiret, hoc est, conceptam verborum formulam dictaret, quam alter totidem verbis repeteret. Sic præire verba iurisiurandi, dicitur qui iurisiurandi verba concepit, & iuraturo dictat. Budæus, Præire, est verba præfari: & subsequi, est dictata verba pronuntiare. Liu. 8. *ab Vrbe,* Agedum Pontifex publicus populi Romani præi verba, quibus me pro legionibus deuoueam. Gell. *lib.14. cap 2.* Si de omni officio iudicis præire tibi me vis, i. pronuntiare quod sequaris. Præire verba scripto, quid sit, declarat Budæus his verbis, Præire hodie verba damnationis actuarij, aut eorum vicarij carnifici solent, quum damnati facinorosi ad supplicia trahuntur, sed de scripto id faciunt.

Præiens, præeuntis, participium. { מקדם *mekaddém* προηγούμενος, προάγων. Gall. *Qui va deuant.* Ital. *Che va auanti.* Germ. Vorgehnd oder vorhingehnd. Hisp. *Que anda delante.* Angl. *That goeth before.* } Ouid. 8. *Metam.*

——& diis præeuntibus, ambo
Membra leuant baculis.

Idem *ad Liuiam,*

Lucifer in toto nulli comparuit orbe,
Et venit stella non præeunte dies.

Inde Præitor, ὁδηγός.

Præfacilis, e, Valdè facilis. { πάνυ ῥάδιος, σφόδρα εὐχερής. Gall. *Fort facile.* Ital. *Molto facile.* Germ. Gar leicht. Hisp. *Muy facil, muy dispuesto à ser hecho.* Ang. *Very easie.* } Plaut. *Epid.* — te profectò Apœcides nihil moror mihi p. de præfacili exoras Epidice.

Præfari, Ante fari, proloqui. { προοιμιάζειν, προλέγειν. Gal. *Auant parler.* Ital. *Parlare innanzi* Germ. Vorreden, ein vorred thun Hisp. *Hablar antes.* Ang. *To speak before.* } Colum. *in Præfat lib.1.* Quas ordine suo tunc demum persequar, quum præfatus fuero quæ reor ad vniuersam disciplinam maximè petinere. Cic. *de Vniuers.* Sed hæc satis sunt dicta nobis, quæ de deorum qui cernuntur, quíque sunt orti, natura præfati sumus Suet. *in Tib. c.3.* Quando ita præfari non abstinuerit. (loquitur de initio testamenti Augusti.) ¶ Præfari diuos, id est, inuocare. { קרא *kará.* } Virg. 1. *Æneid.*

Præfatus diuos, solio Rex infit ab alto.

Vbi Seruius, Præfatus diuos, more antiquo: nam maiores nullam orationem nisi inuocatis numinibus, inchoabant. Catul. *Argon.*

Talia præfantes quondam felicia Pelei
Carmina, diuino cecinerunt pectore Parcæ.

¶ Præfari honorem dicimur, quum rem non satis honestam dicturi, aliquot verbis præmissis mollimus, quod alioqui pudicis auribus indignum esset. Clausulæ autem quibus honorem præfari solemus, hæ ferè sunt, Si licet dicere. Si commemorare fas est, Quod dictu quoque fœdum est, Honor sit auribus, & similes. Cic. *Papyrio Pæto, lib.9.* Nos autem ridiculè, si dicimus, ille patrem strangulauit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus est Vide *Præfor.*

Præfascinius, πάνυ βάσκανος. Gloss. Philox. i. omnino fascinator, *Ibidem* βίσκανος fascinum, inuidiosus.

Præfatio, nis, à præfando deducitur, & significat id quod præloquimur antequam ad rem veniamus. { πρόλογος, προοίμιον. Gal. *Preface, prologue.* Ital. *Prefatione, proemio.* Germ. Eind vorred. Hisp. *Aquella habla que se habla antes, prologo.* Angl. *A preface or speaking before a mater.* } Plin. *lib.25.c.2* Inchoata etiam præfatione religiosa. Sueton. *in laud. c.25.* Præfatio fecialium. Mart. *lib.3.* Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces. Cic. 5. Quæ porrò præfatio tuæ donationis fuit? Huius diminutiuum est præfatiuncula.

‖ Præfatus, Adiect. i. dictus, antè memoratus. Iustinus *Histor. lib. 38.* Sed Cappadoces crudelitatate ac libidine præfatorum vexati, à Mithridate deficiunt.

Præfectus, vide *Præficio.*

Præfero, præfers. Antè fero. Cic. 6. *Verr.* Sinistra manu retinebat arcum, dextra ardentem facem præferebat. ¶ Aliquando significat prępono. { הקיר *hokir.* προκρίνω, προτιμάω. Gall. *Estimer plus preferer.* Ital. *Preferire, preponere.* Germ. Fürsetzen, höcher achten. Hisp. *Anteponer, preferir.* Ang. *To beare before, to preferre.* } Ouid. *El.3 lib.4. Trist.* Nec quem præferres (mihi) alter erat. Idem 2. *Fast.* Et præfert cautas subsequitúrque manus. Cic. *pro lege Man.* Salutem Reipublicæ suis commodis præferre. Præferre ius imperij amori patrio, *de fin. lib.1.* ¶ Item dicto, facto, aut gesto animi affectum ostendo. Liu. Vultus tuus nescio quod ingens malum præfert. Curt Vultu & oculis motum præferens animi. Suet. *in Cæs. c.80.* Præferre locum & tempus. Ouid. 13. *Metam.*

——Prælatus (sociis) munere fortis.

Cæs. *lib. 1. de bell. ciu.* Hæc eius diei præfertur opinio.

‖ Prælatus, I. antelatus, προτιμηθείς. II. qui dignitatem Ecclesiasticam gerit, in Romana Ecclesia. Et tunc quidem Prælati nomen accipitur. 1. Largè, vt comprehendat etiam simplicem curionatem: vt sit omnis habens curam animarum.

2. Strictè, vt significet eum, qui habet controuersam iurisdictionem. ¶ Prælatus dies ‖ dicitur apud Iurisconsultos, pro anticipato, & quum nondum venisset, scripto, quod vulgus dicit, *Antidato.* Contrarium est repetitus dies, quum nū dies qui est, sed ex superioribus elapsis aliquis scribitur. *l. 28. D. de falsis, & l 3. de fid. instr.* Hotomanus.

Præfericulum, à præfero, Vas æneum sine ansa, patens, veluti peluis, quod præferre in sacrificiis solebant. Festus.

Præferox. { πάνυ χαλεπός, ὁ ἄγριος & ἀπηνὴς σφόδρα. Gall. *Fort fier, fort rigoureux & aigre, fort cruel.* Ital. *Molto feroce.* Germ. Sehr fräch vnnd vbermütig. Hisp. *Muy cruel y duro.* Angl. *Very fearce and cruell.* } Liu. 5. *ab vrbe,* Mitis legatio, ni præferoces legatos, Gallísque magis, quàm Romanis similes habuisset. Suet. *in Cæs. c.35* Iámque multiplici successu præferocem.

Præferratus, a, um, quod in cacumine habet ferrum { σιδηρόδετος κατ᾽ ἄκρον. Gal. *Ferré par le bout.* Ital. *Ferrato in cima.* Ger. Das vornen mit eisen beschlagen ist. Hisp *Cosa herrada en la cima.* Ang. *Pointed with yron.* } vt Hasta præferrata, quæ cuspidem habet ferream, Pilum præferratum, quod ferrum habet in summitate, quo Hetrusci olim vtebantur ad pinsenda grana. Diuersúmque est à pilo ruido, quod sine ferro est, ad vsum molarum quas aqua versat, vtile. Plin. *lib.18. c.10.* Quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato.

Præferuidus, Valde feruidus. { ὑπέρθερμος, ὑπέρζεστος. Gal. *Fort ardent & bruslant.* Ital. *Molto ardente.* Germ. Vberauß brünstig oder hitzig. Hisp. *Muy heruiente.* Ang. *Very hoat and burning.* } vt ita Præferuida. Liu. 9. *ab Vrbe,* Quid si vini amor in dies fieret acrior? quid si trux & præferuida ira? de Magno Alexandro. Colum. *lib. 3. c. 1 de vite.* Hanc nos cæteris stirpibus iure præponimus, non tantùm fructus dulcedine, sed etiam facilitate, per quam omni penè regione, & omni declinatione mundi (nisi tamen glaciali, vel præferuida) curæ mortalium respondet: támque felix campis, quàm collibus prouenit: & in densa non minus, quàm resoluta, sæpè etiam gracili atque pingui terra, siccáque & vliginosa.

Præfestino, as, Antè tempus festino. { προσπεύδω, πρὸ καιροῦ σπεύδω. Gall. *Se haster auant qu'il en soit temps.* Ital. *Affretarsi auanti tempo.* Germ. Vor der rechten zeit eylen, hefftig oder zu frü eylen. Hisp. *Acclerar, appressurarse antes del tiempo.* Angl. *To hast before the tyme.* } Plaut. *Rud.* — tace Scepario. scep. Quid opus est adolescens? f. Isti infortunium, Qui præfestinet, vbi herus adsit, præloqui. Liu. 3. *bell. Pun.* Concedendo plebi Senatum, se ne deficere præfestinarent, effecisse. Col. *lib.12 c.2.* Satis erit per dimidios menses exequi quodque negotium: quia neque præfestinatum opus nimium immaturè videri possit ante quindecim dies factum, nec rursus post totidem, nimium tardè.

Præfestinè, aduerbium. Celeriter. { ὑπερεσπουδασμένως. Gall. *Fort hastiuement.* Ital. *Molto frettosamente* Germ. Gar eylends. Hisp *Muy appressuradamente.* Ang. *Very hastelie.* } Plaut. *in Rud.* Vt sine labore extraxi hanc præfestine satis.

Præfestinatim, idem. Sisenna *Historiarum lib.4.* Iudices quos vellent, instituerent præfestinatim, & cupidè.

Præfica, æ. Mulier in funere conducta ad lamentabilem cantum, quæ cæteris modum plangendi ostendit, & fortia defuncti facta laudat ita dicta quasi in hoc ipsum præfecta. { מקוננת *mekonéneth.* ἡ θρηνῶσα. Gall. *Femme louëe pour pleurer vn trespassé.* Germ. Ein weib so vmb lohn bestellat ist en abgestorbnen zuberwinen, vnd hiemit seine thaten zuloben. Hisp. *La endechadera de los muertos.* Angl. *A woman conducted or hired to wail for the dead.* } Næuius. Hæc quidem mehercle præfica si mortuum laudat Varro *lib.6. de L.L.* Alia erat Funera, alia Præfica. Funera erat veri doloris particeps, vt quæ defuncto proximo sanguine lessum faciebat, velut mater, auia, vxor, socrus, soror. ea intra parietes questum suum peragebat. Hanc intelligit Ennius in illo carmine,

Nemo me lacrymis decoret, neque funera, fletum
Faxit cur? volito viuus per ora virûm.

Præficio, is, præesse facio. { הפקיד *hiphkidh.* ἐφίστημι, προΐστημι, ἐπιτάττω. Gall. *Commettre aucun sur quelque affaire, luy en bailler la charge & superintendence.* Ital. *Preporre, dare carico.* Germ. Fürsetzen, vber etwas setzen, zu einem fürgesetzen machen. Hisp. *Anteponer en algun oficio.* Angl. *To mak euer seer and cheif doer, to giue rule.* } Terent. *in Eun.* Chæream ei rei præfecimus. Liu. 4. *ab Vrbe,* Quos & pro centurionibus sibi fecerant, Tempanio autore, equites. Ouid. 1. *de arte,*

Me Venus artificem tenero præfecit Amori.

Cic. 4. *Verr.* An aliquem curatorem præficere, qui statuis faciundis præesset Plaut. *Amphitr.* Hæc vbi Telebois ordine iterarunt quos præfecerat. (i. delegerat ad id, & legarat. Idem *ibidem,* Regem virtute bellica illis præfeci Cephalum. Idem *Pseud. sc.2. a 1.* Te cum securi caudicali præficio prouinciæ.

Præfectianus, apparitor præfecti prætorio. Ammian. *lib.17.* Vt nec profectianus, nec præsidialis apparitor absoluendum quenquam cogerent.

Præfectus, i, substantiuum, qui rei alicui præficitur. } פקיד *pakidh* ἔπαρχος. Gall. *Preuost commis sur quelque affaire.* Ital. *Prefetto, capitano, proposto à qualche officio* Germ. Ein fürgesetzter, der vber etwas verodnet ist. Hisp. *Antepuesto en algun oficio perfecto.* Ang. *An ouerseer, that hath charge and rule.* } vt Præfectus moribus dicitur qui ad componendos mores est constitutus. Cic. *Papyr. lib.9.* Quàdiu hic erit noster hic præfectus moribus, parebo autoritati tuæ. Idē *pro Cluent.* Tu es præfectus moribus. ¶ Præfectus vigilum, cui disponendorum per vrbis regiones vigilum cura incumbit. Præfectus vrbi. Gell. *lib.13. c. 16.* Qui præfectus vrbi, & bis Consul fuit. Plaut. *Amph. prolog.* Is nunc Amphitruo præfectus est legionibus. Moribus præfectum mulierum hunc factum velim. Idem *Aul. sc.3. a.3.* Neque eques, neque pedes, neque præfectus. (i. dux.) Idem *Milt. sc.5. a.2.* Præfectum vrbi non esse Senatorem, nec Senatum habere posse. Gell. *c. vlt. lib.14* Præfectus ærario successit. Quæst. Idem *c.24. lib.13.* Apud Liu. *lib.3. ab Vrbe* Præfectus iuris dicitur is, qui eo die ex decemuiris, (dicebant enim alternatim) ius diceret. Præfecti sociûm. Idem *lib.3. d.4.* Præfectus auxiliorum. Idem *lib.5. d.4.* Præfectus equitum. Cæs. *lib.2. & 3. de bell. ciu.* ¶ Præfectos pro prætoribus Cæsar

instituit, qui præsente se res vrbanas administrarent. Præfectus Prætorio. Suet. *in Galba c.*14. Præfecti regij. Liu. *lib.*36. Præfectus Annonæ, idem 4. *ab Vrbe*. Dux præfectus classis. Cic. 7. *Verr.* Præfectus libidinum, idem *post reditum in Senatu*. ¶ Præfecti prouinciarum, sunt quos *Baillivos & Seneschallos* Galli dicunt, inquit Budæus. Præfectus Prætorio, τῆ βασιλείου ἔπαρχος. Talis apud Cæsares erat, qualis olim apud Reges Tribunus celerum, & apud Dictatores Magister equitum. Gerebat enim secundas partes post Cæsarem, præeratque disciplinæ publicæ emendandæ. Cassiodor. *Epist. lib.*6. Potestati Præfecti Prætorio nulla dignitas est æqualis. Vice sacra iudicat. Nullus ei miles fori autoritate præscribit, excepto officiali Magistri militum. Curiales etiam verberat. In officio suo ius retinet singulare: & talibus tantisque nascitur iubere, quos prouinciarum non auderent Iudices in qualibet parte contemnere.

Præfectūră, æ, Munus, officium, vel dignitas Præfecti. { פקודה *pekuddáh*. ἐπαρχία. GAL. *Petite iurisdiction, preuosté.* ITAL. *Prefettura, capitaniato.* GER. Eines vogtey. HISP. *Dignidad de los prepuestos à algun oficio, prefectura.* ANG. *Ouersight, chief charge and rule.* } Cic. *ad Att.* Præfecturam petiuit: negauit me cuipiam negotianti dare: quod idem tibi ostenderam. Idem *alio loco ad Atticum*, Dare præfecturam & deferre. Plaut. *Pseud. sc.*2.4.4. Ibo ad præfecturam, & ius dicam Larido (metaphor.) Sueton. *in Cæs. cap.*76. Præfectura morum (pro censura.) Idem *in August. cap.*37. Præfectura vrbis. *Ibidem c.*38. Præfectura alarum. Idem *in Aug. c.*66. Præfectura vrbis. Idem *in Neron. cap.*7. ¶ Præfecturæ item dicebantur oppida quædam Italiæ, quorum incolæ ciues Romani erant: hoc tamen à municipiis differebant, quòd non suis legibus vtebantur, nec vllos è suo corpore magistratus, vt coloni creare poterant: sed à magistratibus qui Roma quotannis mittebantur, Romanis legibus regebantur. De quibus Festus, Præfecturæ, inquit, eæ appellantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur quarúmque quædam erat Respublica, neque tamen magistratus suos habebant: sed quotannis ad eas Præfecti mittebantur qui eis ius dicerent.

Præfectōrĭus, adiectiuum, Præfectura perfunctus. ἀπεπαρχικός, ἀπὸ ὑπάρχων, sicut Prætorius, qui Præturam gessit. Vlp. *de Senatoribus l.*1. Sed vir Præfectorius an fœminæ Consulari præferatur, videndum est.

Præfido, is, ere, Valde fido. { ἐνθαρρέω. GAL. *Se fier fort à soy.* ITAL. *Fidarsi molto.* GERM. Zuvil trauwen oder sich verlassen. HISP. *Confiarse mucho.* ANGL. *To giue great trust and confidence.* } Cic. 1. *de Offic.* Sic homines secundis rebus effrænatos, sibíque præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere. θαῤῥαλέοι, παντόλμοι.

Præfīgo, figis, Antè figo. { προπήγνυμι. GAL. *Ficher au deuant.* ITAL. *Ficcare innanzi.* GERM. Fürstecken oder voranhin stecken. HISP. *Hincar delante.* ANG. *To fasten or stick before.* } Plin. *lib.* 33. *cap.*4. Lineas itineri præfigunt. Liu. *lib.*26. Eis parmæ breuiores quàm equestres, & septena iacula quaternos longa pedes data præfixo ferro, quale hastis velitaribus inest. ¶ Nonnunquam accipitur pro præcludo. Virg. 3. *Georg.*

> *Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos,*
> *Primaque ferratis præfigunt ora capistris.*

Quo in loco non absurdè præfigunt ora capistris, à Poëta videtur dictum esse κατ' ἐναλλαγὴν, pro eo quod est, præfigunt oribus (vt ita dicam) capistros. Caius tamen Iurisconsultus etiam præfixas dixit fenestras pro præclusas, *in l.*6. *E. de seruit. vrb præd.* Gell. *cap.* 4. *lib.*6. Præfixum muricibus armarium.

Præfĭgūro, as, Præmonstro, repræsento. { ὑποτυπόω. GAL. *Representer.* ITAL. *Representare.* GERM. Fürbilden. HISP. *Representar.* ANGL. *To foreshew, to represent before by any figure.* } Lactant. *lib.*6. Inflammauit libidinem quæ aspectu maximè incitatur, ac se quisque in illis imaginibus præfigurat.

PRÆFĪNIO, is, Præscribo, determino, vel limites præfigo. { גזר *ghazár.* προορίζω. GAL. *Prefinir, limiter deuant.* ITAL. *Prefinire, determinare.* GER. Fürzielen, fürschreiben, Ein gewiss ziel setzen. HISP. *Determinar de antes.* ANG. *To determine before, to assigne how muche salbe done.* } Cic. *Mario*, Sed eo vidisti multum quòd præfinisti ne pluris emerem. Idem *pro Roscio Amer.* Quæ dies in lege præfinita est. Præfinitum & Infinitum contraria. Idem 1. *de Lege Agraria*, Etenim quod superiore parte legis præfinitum fuit, Sylla & Pompeio Consulibus, id rursus liberum infinitúmque fecerunt.

Præfīnītō, aduerb. { προωρισμένως, διωρισμένως. GAL. *Par limitation.* ITAL. *Limitamente.* GERM. Mit beystimmung oder fürziellung, nit vbers ziel. HISP. *Con medida.* ANGL. *By determination.* } Terent. *in Hecyr.* Nam illi haud licebat, nisi præfinitò loqui, hoc est, quæ illi placebant, vel quæ ille præfinisset, hoc est, permisisset, vel præscripsisset.

Præfiscini, vel Præfiscinè, aduerbium, id est, quod sine arrogantia, quod sine iactantia dictum sit: vel, Absit verbo inuidia, &c. Plaut. *in Rudent. sc.* 5. *a.* 2. Vt sine labore hanc (vrnam ex puteo sup.) extraxi, præfiscinè. Titinnius *in Setina*, Paula mea amabo pol tu laudem addito præficiscinè, ne puella fascinetur. Sosipater *lib.* 11. *Gramm.* GERM. Gott gebe daß ich es zur guten stunde rede.

PRÆFLOREO, es, Antè floreo. { προανθέω. GAL. *Fleurir auant que les autres.* ITAL. *Fiorire prima che gli altri.* GERM. Zuvor blühen. HISP. *Florecer primero.* ANGL. *To budde and florish before.* } Plin. *lib.* 16. *c.*29. Ideóque & præflorent talia, & prægerminant.

PRÆFLORO, as, Prælibo, inquit Budæus. { ἀπαπανθίζω. GALL. *Emporter la premiere fleur, desfleurer auparauant.* ITAL. *Portar via il primo fiore.* GERM. Die blumen zu vor abbrechen, vorhin versuchen. HISP. *Quitar la primera flor, desflorar.* ANG. *To tak away the first flour.* } Gell. Et futuri gaudij fructum spes tibi iam præflorauerit.

‖ Præfloratus, antè defloratus & in flore præcerptus. Apul. *in Apol.* Vidua venit iam ab alio præflorata. ‖

Præflŭo, is, Antè fluo, vel præfluo. { παραῤῥέω. GAL. *Couler par deuant.* ITAL. *Correre auanti qualche luogo.* GERM. Voranhin fliessen oder fürfliessen. HISP. *Correr lo liquido primero ò antes.* ANGL. *To runne or flow before.* } Plin. *lib.*4. *c.* 5. Præterfluento Alpheo amne. Idem *lib.* 5. *c.*26. Et parte læua in Mesopotamiam vadit per ipsam Seleuciam, circáque eam præfluenti infusus Tigri.

Præflŭxŭs, & Præfluuium, pro fluore alicuius rei antè vel præterlabentis.

PRÆFŌCO, as, Spiritum obstructis faucibus intercludo. { חנק *chanák.* ἄγχω, ἀποπνίγω. GAL. *Estrangler, estouffer.* ITAL. *Affocare, strangolare alcuno.* GERM. Ersticken. HISP. *Ahogar de antes.* ANG. *To choke, to strangle.* } Ouid. *in Ibin*,

> *Præfocent animæ Gnossia mella viam.*

‖ ¶ Præfocare partum. Paulus *d. lib.*25. *t.*3 *l.*4. Necare videtur non tantùm is qui partum præfocat, sed & is qui abiicit, & qui alimoniam denegat. ‖

Præfŏcātĭōnes vuluæ, Vteri affectus dicuntur, sensum, pulsúmque per interualla intercipientes, ita vt iis laborantes immobiles iaceant, & mortuis simillimæ videantur, nisi quòd circa mediam corporis partem caloris nonnihil retineant, τὰ ὑστερικά. Quæ hoc mali genus patiuntur, vtero præfocatæ à Latinis, à Græcis ὑστεραλγεῖς dicuntur. ἀπὸ τῆ ὑστέρας, quo nomine vuluam, siue vterum significant.

PRÆFŌDIO, is, Antè fodio. { προορύσσω. GALL. *Foüir & creuser la terre par deuant.* ITAL. *Cauare la terra.* GERM. Vor etwas graben. HISP. *Cauar la tierra de antes.* ANG. *To digge and delue before.* } Virgil. 11. *Æneid.*

> *Præfodiunt alij portas, aut saxa sudésque*
> *Subuciunt.*

Vbi Seruius, Præfodiunt, i. ante portas fossas faciunt. Ouid. 13. *Metam.*

> ——— *fictúmque probauit*
> *Crimen, & ostendit quod iam præfoderat aurum.*

hoc est, quod antea defoderat.

Præfœcundŭs, a, um, Valdè fœcundus. { πολύφορος, ὑπέρφορος. GAL. *Fort fertile.* ITAL. *Molto fertile.* GERM. Gar fruchtbar. HISP. *Muy fertil.* ANG. *Very fertill.* } Plin. *lib.*16. *c.*17. Omnia autem celeriùs senescunt præfœcunda.

‖ Præfor, προλαλῶ. Vet. Lex. & Gloss. Gr. προλέγω prædico, edico, præfor, antedico. προθεσπίζω præfor. Onon. Præfari ἀναβαλλω, Præfanda προαπάλλαξις. Vide suprà verb. *Præfari.* ‖

PRÆFŌRMĪDO, as, Valde formido. { προφρονέω, προφοβοῦμαι. GALL. *Craindre auant le coup.* ITAL. *Hauer gran paura, temere auanti il colpo.* GERM. Hefftig vorhin förchten. HISP. *Mucho temer, ò temer ante del golpe.* ANGL. *To feare before a thing be doone.* } Quintil. *lib.*4. *c.* 5. Quem iudex si prouider, non aliter præformidat quàm si ferrum medici æger antequam curetur, aspexit.

PRÆFŌRMO, as, Antè, vel priùs formo. { προτυπόω. GALL. *Former & façonner parauant.* ITAL. *Informare, dare & metter auanti la forma & il modello di fare.* GERM. Vorhin gestalten. HISP. *Dar forma adelante, informar.* ANGL. *To shape, forme or fashion before.* } Quintil. *lib.*2 *cap.*7. Nanque incipientibus danda erit velut præformata materia secundum cuiusque vires. Idem *lib.* 5. *c.* 14. Nam quid miserius lege velut præformatas literas infantibus prosequentibus? Silius *lib.*7. Atque his præformat dictis, fingitque monendo.

Præfrīgĭdŭs, Valdè frigidus. { ὑπέρψυχρος. GALL. *Fort froid.* ITAL. *Molto freddo.* GERM. Vberauß kalt. HISP. *Muy enfriado.* ANGL. *Very cold or chill* } Plin. *lib.*17. Septentrionalíque, & præfrigidus Auster.

PRÆFRĪNGO, is, Frango, aut partem anteriorem frango. { προκαταῤῥήγνυμι. GALL. *Rompre auant ou rompre fort.* ITAL. *Rompere, frangere auanti.* GERM. Zerbrechen oder vor abbrechen. HISP. *Quebrar antes.* ANGL. *To breake before.* } Plaut. *Milit.* — elephanto in India Quo facto pugno præfregisti brachium. Liu. 8. *ab Vrbe*, Et hastas aut præfregissent, aut hebetassent.

Præfractus, a, um, Fractus: siue antè priùs fractus, { διαῤῥηκτος, προκαταῤῥηκτος. GALL. *Fort rompu, ou rompu parauant.* ITAL. *Rotto prima.* GER. Zerbrochen, vorabgebrochen. HISP. *Quebrado antes.* ANGL. *Broken before.* } Ouid. 12. *Metam.*

> ——— *solidóque reuellere dumo.*
> *Annosam pinum magno molimine tentat,*
> *Quod quia non potuit, præfractam mittit in hostem.*

Col. *lib* 1. Et præfractas stirpes, summásque radices quibus ager arbusto consitus implicatur omnis, refodiat, ac persequatur. Celsus *lib.* 5. Surculus corpori infixus si præfractus est, vel altius descendit, quàm vt manu aut ferro eiici possit medicamento euocandus est. ¶ Præfractus, durus, & inflexibilis. { עז *haz.* αὐθάδης, ἀτέραμνος. GAL. *Rigoureux, obstiné.* ITAL. *Duro, ostinato.* GERM. Hart oder hartneckig, rauch, vnmilt. HISP. *Duro y ostinado.* } Valer. Maxim. *lib.*6. Sed aliquando Charondæ Tyrij præfractior & abscissior iustitia ad vim & cruorē vsque. Cicer. *in Orat.* Thucydides autem præfractior, nec satis, vt ita dicam, rotundus.

Præfrāctē, aduerbium, Obstinatè. { αὐθαδῶς. GALL. *Obstinement.* ITAL. *Ostinatamente* GERM. Hartneckiglich, eigensinniglich, widerspenstiglich. HISP. *Ostinadamente.* ANG. *Stubburnelie, obstinatlie willfullie.* } Cicer. *lib.* 3. *Offic.* Ego etiam cum Catone meo dissensi: nimis præfractè videbatur ærarium, vectigaliáque defendere.

PRÆFVLCIO, is, Præmunio, fortifico, sustento. { סמך *samách.* סעד *saʿád.* ἀντερείδω, ὑπερείδω. GALL. *Soustenir, appuyer, premunir.* ITAL. *Sostentare, fortificare.* GERM. Wernen, vnderstützen, wol vndersetzen. HISP. *Sustentar, fortalecer.* ANG. *To fortifie, proppe and hold vp.* } Plaut. *Pseud.* — vel ego omnibus paruis, magnísque miseriis præfulcior. Cicer. *ad Att. lib.* 5. Per fortunas, quoniam Romæ manes, primum illud præfulci atque præmuni quæso, vt simus annui, ne intercaletur quidem.

PRÆFVLGEO, es, Præter modum fulgeo. { הופיע *hophiaʿ.* ὑπερλάμπω, ἀποστίλβω. GAL. *Ietter lumiere deuant soy, fort resplendir.* ITAL. *Lampeggiare chiaramente.* GERM. Vber die maaß glantzen. HISP. *Mucho resplandecer.* ANGL. *To be bright and shyne much.* } Lib. 3. *ad Herenn.* Tum nec nimis illustres, nec vehementer obscuros locos habere oportet, ne aut obcæcentur tenebris imagines, aut splendore præfulgeant. Virg. 8. *Æn.*

> *Ducunt exsortem Ænee, quem fulua leonis*
> *Pellis obit totum præfulgens vnguibus aureis.*

¶ Interdum autem fulgeo, præluceo. προλάμπω.

Præfŭgŭro, as. { ברק *barák.* ἀστράπτω. GALL. *Faire luire.* ITAL. *Far risplendere.* GER. Zusleissen oder zuzwitzeren machen. HISP. *Hazer luzir.* ANG. *To send fort lighning.* } Valer. Flac. *Arg.*2.

> ——— *strictóque vias præfulgurat ense.*

hoc est, vibrando ensem facit, vt qua incedit coruscare videatur.

Præfut

Præfurnium, ij, Os patens furni, quo ligna in fornacem induntur, & deinde obstruitur, ait Budæus. { προπνιγεῖον. GALL. La gueule ou entrée d'vn four ou d'vne fournaise. ITAL. Bocca del forno. GER. Das ofenloch. HISP. La boca del horno. ANG. The entrie of an ouen. } Cato c. 38. Ventus ad præfurnium caueto ne accedat.

Prægělĭdus, a, um, Multum, aut nimis frigidus. { ὑπόψυχρος. GALL. Fort froid. ITAL. Molto gelato. GERM. Überauß kalt. HISP. Muy frio muy helado. ANGL. Very chold, chille. } Col. lib. 2. Ea locis prægelidis ac niuosis vbi æstas humida, & sine vaporibus rectè committitur. Silius lib. 4

Quósque in prægelidis duratos Hernica riuis
Mittebant saxa.

PRÆGERMĬNO, as, Antè gemino. { προβλαστάνω. GAL. Germer le premier. ITAL. Germinare auanti gli altri. GERM. Vor anderen fürhin wachsen oder sprossen. HISP. Brotar antes. ANGL. To budde before. } Plin. lib. 16. cap. 19 Ideóque & præflorent talia, & prægerminant.

Prægĕstio, is, Valde gestio. { ὑπερσκιρτάω. GAL. Sauter de ioye, fretiller. ITAL. Desiderar molto. GERM. Heftig begären/oder vor freud auffspringen. HISP. Appressurarse con gestos. ANG. To leape and mak gestes for ioye. } Cicero pro M. Cælio, Prægestit animus iam videre primum lautos iuuenes, mulieris beatæ ac nobilis familiares. id est, valde cupit. Catull. Arg.

Qui dum aliquid cupiens animus prægestit apisci,
Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt.

Horat. 2. Carm. Ode 5.

——— nunc in vdo
Ludere cum vitulis salicto Prægestientis.

Prægigno, is, Antè gigno. { προγεννάω. GAL. Engendrer auparauant ou le premier. ITAL. Generare innanzi. GERM. Von ersten gebären oder anrichten. HISP. Engendrar delante. ANG. To engender or begete before. } Plaut. in Pseud. sc. 5 a. 1. Quia nolebam ex me morem prægigni malum, id est, nolebam esse primus autor mali moris.

PRÆGNANS, tis, propriè dicitur quæ grauida est, quæque iam occupata est in generando quod conceperit. Dicitur a præ & geno pro gigno. { הרה harah. ἔγκυος, ἐγκύμων. GAL. Grosse d'enfant, enceincte. ITAL. Pregna, grauida. GERM. Schwanger/die mit einem kind gehet. HISP. Preñada. ANG. Great with child or young } Plaut in Trucul. Quæ nunquam fuit prægnans, qui parere potuit, Idem Aulul. sc. 3. a. 1. Si senex anum prægnantem fortuitu fecerit, puero erit nomen Posthumus. Idem Amphitr. Enimuero prægnanti oportet & malum & malum dari, vt quod obrodat sit animo si male esse occeperit. Idem in Asin. sc. 2. a. 2. Metaphor. De tergo ducentas plagas prægnantes dabo. Cic. 1. de diuin. Quum prægnans hunc ipsum Dionysium aluo contineret, somniauit se peperisse satyriscum. Vxor prægnans. Idem pro Cluent. ¶ Dicitur etiam de brutis Varr. lib. 2. de re rust. c. 4. de suibus, Quatuor enim menses est prægnans. Canit prægnans. Horat. 3 Carm. Ode 27. ¶ Item de arboribus. Plin. lib. 12. cap. 14. de thuris virga, Prior, atque naturalis vindemia circa Canis ortum flagrantissimo æstu, incidentibus quàm maximè videatur esse prægnans. Prægnans autem arbor, vel etiam fœta tunc dicitur quum humorem, & succum sibi familiarem exsuxit, necdum in folia, aut flores propagauit.

Prægnātio, nis, esse prægnantem: & tempus quo mulier prægnans est, tanquam à prægno. { הרין herón הריון heraion. ἡ κύησις, ἡ κύημα. GAL. Grossesse portée d'enfant. ITAL. Grauidezza di donna. GER. Schwangerheit. HISP. Aquella preñez. ANG. Greatnesse with child. } Var. de re rust. Hinc enim primi prægnationis, & extremi fines.

Prægnus. in ll. Alaman. tit. 71. 3. Quæ (iumenta) adhuc prægna non fuerint, ... sol. sint adpretiata, &c.

Prægrădo, as, antiqui dixerunt, pro Prægredior, ante gradum facio, anteuenio. Pacuu. in Atalanta, Extremum inter cauterem ipsum prægradat Parthenorem. Ex Nonio.

Prægrandis, e, Valde grandis. { παμμεγέθης, ὑπερμεγέθης. GALL. Fort grand. ITAL. Molto grande. GER. Seer groß. HISP. Muy grande. ANG. Very great } Cicer. 7. Verr. Erat vas vinarium ex vna gemma prægrandi, trulla excauata, manubrio aureo. Plin. lib. 4. c. 13. In quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipsorum aures tota integant.

PRÆGRAVIS, e, penultima correpta, Valde grauis. { ὑπέρβαρυς. GAL. Fort gref & pesant. ITAL. Molto graue. GERM. Seer schwär. HISP. Muy pesado ANGL. Very weightie and heauie. } Plin. lib. 8. cap. 11. Caput tantùm prægraue ægrè ferens, id est, deiectum semper in terram. Idem lib. 10. cap. 33. Perdix procurrit ad pedes aucupis fœta prægrauem, aut delumbem sese simulans. Prægraue seruitium. Ibid. lib 7 cap. 8.

Prægrăuo, as, Supra modum grauo, siue graue admodum reddo, & molestus sum. { ὑπερβαρύνω. GAL. Fort peser, greuer fort. ITAL. Grauare sopra modo GERM. Heftig beschwären/belästigen. HISP. Mucho pesar ANG To mak very weightie and heauie } Plin. lib. 17. cap. 12. Ne prægrauet fructus parte aliqua. Liu. lib. 38. Deinde quum prægrauaret multitudo, cedere sensim, nihil confusis turmarum ordinibus cœpit. ¶ Accipitur etiam prægrauo pro præpondero. Suet. in Cæs. cap 76. Prægraua tamen cætera facta, dictáque eius vt & abusus dominatione, & iure cæsus existimetur. Senec. cap. 8. de tranquill. Si compares, hæc prægrauabit.

PRÆGRĔDIOR, eris Antè eo. { הקדים hikdím. προέρχομαι. GAL. Aller deuant. passer deuant, passer outre. ITAL. Andare innanzi. GER. Vorgehn/oder voranhin gehn. HISP. Andar adelante ANG. To go or walk before. } Pacuuius, Extremum intra cauterem ipsum prægrediar Parthenorem. Prægredi gregi, Varr. 2 de re rustic. cap. 7 Quo potior sit, si quum flagmen transiendum est, gregi in primis prægreditur. Liu. lib. 5. ab Vrb. Prægressi quites. ¶ Ponitur aliquando pro prætergredior. Plin lib. 28. cap. 8. Quum fugiunt venantes, declinant ad dextram, vt prægressi hominis vestigia occupent. ¶ Prægredi alios ponitur pro antecellere. Sal. ad Cæs. de Repub. ord. Qui tantum alios prægressus es, vt prius defessi sint homines laudando facta tua, quàm tu laude digna faciendo.

Prægrĕdiens, tis, participium, Præcedens. מקדם mekaddém. προϊὼν, προερχόμενος. GALL. Qui va deuant. ITAL. Che va innanzi GER. Vorgehend. HISP Que anda adelante. ANG. Going before. } Suet. in Tib. cap. 7.

Drusum in Germania amisit, cuius corpus pedibus toto itinere prægrediens, Romam vsque peruexit.

Prægressio, nis, verbale. { ἡ προόδευσις. πρόβασις. GAL. Auancement en marchant. ITAL. Esso andar innanzi. GERM. Ein vorgang. HISP. Aquella obra de andar adelante ANGL. A going before. } Cicer. de Fato, Dicent, si omnia fato fierent eiusmodi, vt nihil fieret nisi prægressione causæ, confitendum esse fato fieri omnia.

PRÆGVSTO, as, Antè gusto. { προγεύομαι. GAL. Gouster deuant, faire l'essay des viandes ou breuage. ITAL. Far la credenza. GERM. Vorhin versuchen/Credentzen. HISP. Hazer salua gustando. ANG To tast before } Plin l b. 21. c. 3 Gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, &c.

Prægustator { προγευστής. GAL. Eschanson ou escuyer tranchant, qui fait l'essay & gouste le premier. ITAL. Chi fa la creanza da mangiare & bere. GERM. Ein Credentzer. HISP. El que haze la salua gustando. ANG. A taster before. } Qui cibos principis prægustat, apud Suet. in Claud. Cæsar. c. 44. Prægustator libidinum, Cic. pro domo sua.

Prægutij, Italiæ populi, qui Marsis magis Orientales sunt, Ptolemæo autore lib. 3. cap. 1. Hodie vulgus regionem totam Abbruzo appellat.

Prăhendo, is, di, sum, & per syncopen Prændo, Capio, apprehendo. { אחז ac. אחז לקח lakách השיג hissígh. λαμβάνω, λαμβάνομαι. GAL. Prendre, mettre la main sur quelque chose ITAL Prendere, pigliare GER. Erwüschen/ergreiffen. HISP. Prender ó asir. ANG. To take, to apprehend to lay hand on a thing. } Cic. pro Quintio, Seruulum vnum quem iste præhenderat, adducit. Ouid. de medicamine faciei,

Arentisq́ue rosæ, quantum manus vna prehendat.

Virg. 6. Æneid.

——— Italiæ fugientis prendimus oras.

Cato de re rust. c. 116. Arundinem prehende tibi virilem. Melius fortassis per ε monophthongon scriberetur. Vbi alter alterum se manifestò præhendunt (auriculis.) Plaut. Ps. sc. 1. a. 5. Saluto: Salue inquit, mihi Præhendit dextram. Idem Curc. sc. 3. a. 2. Et manum præhendi, & osculum tetuli tibi. Idem Amph. Idem Asin. sc. 3. a. 3. Præhende auriculas, compara labella cum labellis. Ibid. Semel fugiendi si data occasio (aui) satis est, nunquam postilla possis prendere. Idem Capt. sc. 2. a. 1. Præhendere fauces. Plaut. Most. sc. 3. a. 1. Et in Pseud. sc. 4 a. 2. Item Senec. c. 60. Id vt debitum præhendimus. (id est, accepimus.

Præhēnsus, & prænsus, participia, Captus, apprehensus. { אחוז achúz נלקח nilkáh. ληφθεὶς. καταληφθεὶς. GALL. Prins. ITAL. Pigliato. GER. Ergriffen. HISP. Prezo. ANGL. Taken. } Gell. Noct. Att. lib. 11. cap. 18. Seruos item furti manifesti præhensos verberibus affici. Senec. in Troade. Sic ille dextra prænsus hostili puer ferox. In furto vbi sis prænsus & manifestò verberatus. Plaut. Asin. sc. 2. a. 3. Post id si simus præhensi excusemus ebrios nos fecisse. Idem Aul. sc. 6. a. 4. Si eò intulisse pedem præhensus esset, Gell c. 10. lib. 6.

Narrat in obscœno corpora prænsa toro,

Ouid. Eleg. 1. lib. 2.

Præhensio, nis. Gellius cap. 12. lib. 13. Præhensionem habent Tribuni pleb.

Præhenso, & Prænso, frequentatiua, quæ propriè de supplicibus dicuntur & candidatis, quum magistratum aliquem ambientes, suffragatorum manus præhendunt. { πολὺς λαμβάνω, δεξιοῦμαι. GAL. Prendre souuent. ITAL. Pigliare souente. GERM. Stäts erwüschen vnd zupfen/wie die thun so einen gern erbätten wollen. HISP. Prender à menudo. ANGL. To tak often. } Liu. lib. 5. ab Vrb. Tum demum coactus, cum multa indignitate præhensabat singulos. Idem lib. 1. His muliebribus instinctus furiis Tarquinius circumire & præhensare minorum maximè gentium patres, admonere paterni beneficij. Cic. Att. lib. 11. Prænsat vnus P. Galba sine fuco, ac fallaciis more malorum Virg 2. Æneid.

——— prensant fastigia dextris.

Senec. c. 3. de tranq. Prænsat & retrahit ruentes. ¶ Prænsare consilium, idem quod capere consilium. Liu. 2 bell. Pun Ad consilium prænsandum tempus opus esse.

Prensio. Cæs. 2. de bell. ciu Prensiones, in ædificando.

Prænsātio, siue Præhensatio, verbale. { שיג sígh. λῆψις, κατάληψις, δεξίωσις, παραγγελία. } Cicero Attic lib. 1. Fuit illius hæc præpropera prænsatio.

Præhibeo, es, pro præbeo, es. Plaut. Asin. sc. 3. a. 2. Alia verba præhibeas (i. præbeas.) Nam sequitur, Orationem longè aliam præbes. Idem Pseud. sc. 2. a. 1. Cur aurum & vestem vobis præhibeo. Idem ibid. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Occidi (parentes) potiùs quàm cibum præhiberem Idem Men. sc. 2. a. 1. Ancillas, penum, rectè præhibet. Ibid. sc 6. a. 5. Nimio edo libentius molitum, quam molitum præhibeo.

Præiăceo, es. Antè iaceo. { πρόκειμαι. GAL. Estre couché ou gesir deuant. ITAL. Giacer dauanti. GERM. Vor ligen. HISP. Iazer adelante. ANG. To lie or be situate before. } Plin. lib. 3. cap. 4. Oppida de cætero rara, præiacentibus stagnis. Tacit. lib. 12. Campo qui castris præiacet.

Præiăcio, Antè iacio, oppono. { προβάλλω. GAL. Ietter deuant, opposer. ITAL Gettare innanzi, opporre. GERM. Für etwas werffen. HISP. Echar de antes. ANG. To cast before. } Columell. lib. 9. Mox præiaciuntur in gyrum moles, ita vt complectantur sinu suo, & tamen excedant stagni modum.

PRÆIVDICO, ante tempus iudico, præiudicium facio. { προκαταγινώσκω. GAL. Preiudicier auant iuger. ITAL. Preiudicare. GERM. Zuvor vrtheilen/ehe das recht vrtheil geselt ist/Ein vorgehnd vrtheil fellen HISP. Iuzgar de antes. ANG To iudge before. } Hinc causa præiudicata dicitur quæ præsumpta opinione damnata est: antequam causa agatur. προκατεγνωσμένη δίκη. Brutus ad Ciceronem, Quod enim nondum Senatus censuit, nec Populus Romanus iussit, id arroganter non præiudico. ¶ Interdum ponitur pro antè, siue primus iudico. Cic. 3. de Legib. Edant & exponant quid in magistratu gesserint, déque iis censores præiudicent. Præiudicare alicui pro Nocere. Vlp. in l. 1. §. si inter. ff. de magist. conuen. &c. Si inter magistratus hoc conuenisset, vt alterius tantùm periculo tutores darentur: conuentiones pupillo non præiudicare, diuus Adrianus rescripsit

Præiudicatus, a, um, participium: vt, Euentus belli præiudicatus, apud Liu *lib.42.* Cicero *pro Cluent.* Cognoscite iam, ita reum citatum esse illum, vt re semel atque iterum præiudicata condemnatus in iudicium venerit.

Præiudicatio, nis, verbale, Preiudicium. { πρόκριμα, προκατάγνωσις. GALL. *Auant iugement.* ITAL. *Pregiuditio.* GERM. Ein vrtheil so dem ordenlichen vorgeht. HISP. *Obra de iuzgar de antes.* ANG. *A fore iudging.* } Quintil.*lib.4.c.2.* Aut si iam præiudicatione Senatus damnatus esset Milo.

Præiudicium, ij, vt inquit Asconius, dicitur res quæ quum statuta fuerit, affert iudicaturis exemplum quod sequantur in eadem, vel paribus causis. { προκατάγνωσις. GALL. *Præiudice.* ITAL. *Pregiuditio.* GER. Ein vorausgangen vrtheil / Oder / ein vrtheil so vormals gefelt ist in einem gleichen handel / bey welchem die richter verstehn konnen was recht seye. HISP. *La sentencia primero dada.* ANG. *Preiudice.* } Iudicium autem, res quæ causam, litémque determinat. Cic. *pro Cluent.* Quum is duobus præiudiciis iam damnatus esset. Idem 1. *Verr.* De quo non præiudicium: sed planè iudicium iam factum putatur. Liu. Præiudicium iam de reis, & à Senatu, & à populo Romano, & ab ipsorum collegis factum esse. Quintil. *lib.5.* De præiudiciis disputat Gell. *c.2. lib.2.* Absque præiudicio (illius) tu sede. Idem, Præiudicia sunt à rebus iudicatis, quæ pares fuerunt, aut ex iudiciis ad ipsam causam pertinentibus, aut ab eiusdem causæ pronuntiatione. Præiudicium ergo quod in eadem causa, vel simili priùs est latum. Vlpianus, Interdum euenit vt præiudicium iudicio publicè fiat. Laurentius Valla, Præiudicium quasi sententia quædam ante iudicium: sicut si essent duo de officio aliquo contendentes, quum lis in longum procedit, magistratus iubet interea dum sententiam ferat, alterum officio fungi, quasi iudicans iam nunc se pro ea parte sentire, penes quam vult esse rem de qua litigatur. Et hoc preiudicium dicitur quod possidentem adiuuat, & obest exclusio. Hinc actiones preiudiciales, de quibus Iustinian. *in Instit. de actionibus.* Præiudicium pro damno & iactura. Vlpian. *in l 1.§. quemadmodum. ff. de agnoscendis,* &c. Si maritus vxore denuntiante custodes miserit, nullum præiudicium facit.

PRÆIVRO, as, antè alios iuro. { προόμνυμι. GALL. *Iurer le premier.* ITAL. *Giurare auanti.* GERM. Vor anderen schweren / Die form deß eidschwurs vorsprechen. HISP. *Iurar de ante.* ANG. *To sweare before.* } A quo Præiurator, Præiuratrix, & Preiuratio, quam ii facere dicuntur qui ante alios conceptis verbis iurant, hoc est, qui aliis iuramenti formula preeunt. Quid sit preiurare, vide in verbo *Iuro.*

Præiuuo, as, Antè iuuo. { προωφελέω, προσυνθέω. GAL. *Aider deuant.* ITAL. *Aiutare auanti.* GERM. Vorhin helffen. HISP. *Aiudar de antes.* ANG. *To help before.* } Tacit *lib.12.* Et credebatur affectam eius fidem præiuuisse domo, agrísque pignori acceptis.

Prælabor, prælaberis, Antè labor, præterfluo. { παραρρέω. GALL. *Cheoir & tomber petit à petit, glisser ou couler deuant.* ITAL. *Cadere lentamente, sdrucciolare.* GERM. Voranhin fallen / hinfallen / hinfliessen. HISP. *Correr, deslizarse.* ANG. *To slide or slip before, or litle & litle.* } Columell. *lib. 11. cap. 1.* Prælabentis verò temporis fuga, quàm sit irreparabilis quis dubitet? Cic. *de nat. deor.* Pisces quorum alter paulo prælabitur antè. Lucan. *lib.6.* Quoque modo Romæ prælapsus mœnia Tibris.

Prælambo, Antè lambo, prægusto. { προλείχω, προλιχμάομαι, προγεύομαι. GAL. *Lecher deuant.* ITAL. *Leccare auanti.* GER. Vorhin beschlecken oder versuchen. HISP. *Lamer ò lamber adelante.* ANGL. *To lick or tast before.* } Horat. 2. *Serm. satyr.6.* Continuátque dapes, nec non vernaliter ipsis Fungitur officiis prælambens omne quod affert.

Prælargus, a, um, Valde largus, vel abundans & copiosus. Pers. *Satyr. 1.* Scribimus grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet. in quod Cornutus Animæ prælargus, dicit, ventro abundans.

‖ Prælauo, antè lauo. Apul. Apol. Os, vt bono potui poculum, prælauitur. ‖

Prælautus, valdè lautus. Suet. *in Nerone,* Diuitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat, quàm profusionem: sordidos ac deparcos esse, qui bus ratio impensarum constaret: prælautos veréque magnificos qui abuterentur ac perderent.

PRÆLEGO, is, Antè lego, vt solent præceptores discentibus. { προαναγινώσκω, προδιδάσκω. GAL. *Lire deuant ou à quelqu'vn prelire.* ITAL. *Leggere innanzi ad alcuno.* GERM. Vorläsen. HISP. *Leer adelante.* ANG. *To read before or to any.* } Quintil. *lib. 1. cap. 14.* Sed pueris quæ maximè ingenium alant prælegenda, atque animum augeant. ¶ Prælego, Prætereo, præteruého, παραμείβω, παραπλέω. Tacit. *lib. 5.* Campaniam prælegebat, ambiguus an vrbem intraret. Idem *lib. 2.* Prælegere oram.

Prælectio. { προαναγνώσις, ἐξήγησις. GAL *Lecture, exposition.* ITAL. *Lettione, expositione.* GERM. Ein vorläsung / Ein fürgegebne lätzgen. HISP *Lecion.* ANG *A forere ading or lessom.* } Quintil. *lib. 1. c. 2.* Attamen emendationi, prælectioníque numerus obstat.

Prælector, is, verbale { προαναγνώστης, ἐξηγητής. GALL. *Lecteur.* ITAL. *Lettore.* GERM. Ein vorläser oder fürläser. HISP. *Lector.* ANG. *A foreader.* } Gell. *lib. 18. c. 5.* Si magistrum prælectorémque habuisset alicuius æris.

PRÆLEGO, as, áre, est vni alicui ex hæredibus præter partem hæreditariam legare, vt id sibi præcipuum habeat: vnde illa prælegati verba solennia fuerunt, Heres meus præcipito, præcipuum habeto. Differt autem prælegatum à legato, primùm quòd illud solis heredibus, hoc verò iis tantùm qui hæredes non sunt, attribuitur: deinde quòd illius in hereditatis restitutione nulla portio restituitur, huius restituitur. Vide Hotomanum *in suo lexico.* Denique prælegare, ferè est alicui rem, quæ iam quodammodo ipsius erat, restituere: vnde prælegari filiæ dos dicitur. Prælegare dotem dicitur maritus, quum eam purè legat, propterea quòd eam ante solui iubet, quàm ab herede debeatur, Dos enim olim annua, bima, trima die debebatur.

‖ Prælegatus, a, um, *D. lib. 10. t. 2. l. 8.* prælegatæ rationes. ‖

Præliaris, e, vide *Prælium.*

Prælibo, as, Antè libo, & degusto. { προλείβω, προγεύομαι. GAL. *Degouster auparauant.* ITAL. *Gustare innanzi.* GER. Vorhin versuchen. HISP. *Gustare antes.* ANG. *To tast before.* } Statius 3. *Sylu.* Chare puer, superis qui prælibare verendum Nectar, &c. Sulcum & pectora alicuius prælibare visu. Idem 2. *Achill.*

Prælicenter, Nimis licenter. { ὑπεράδεως. GAL. *Fort licentieusement, en vsant de grande liberté licence.* ITAL. *Molto licentiosamente, con gran libertà.* GERM. Zwil fräuenlich. HISP. *Con mucha licencia y soltura.* ANGL. *To licentiouslie.* } Gell. *cap. 7. lib. 16.* Quàm verba finxit prælicenter.

Præliganeum vinum, apud Catonem à prælegendo dicitur: éstque illud quod vel præmaturum est, vel præ omnibus legitur, & vindemiatur, quod & pretium Virgilio dicitur. { πρόχυτος. GALL. *Premier recueilly.* ITAL. *Il primo raccolto.* GERM. Der erst wein so man für das gesind im herbst macht auß sawren vnd faulen trauben so man hinvnd här abschneidet. HISP. *Primero cogido.* ANG. *That is first gattered.* } Cato *de re rust. c. 23.* Vuas miscellas ad vinum præliganeum, quod operarij bibant, vbi tempus erit, legito, &c.

Præligo, as, Ab anteriori parte ligo. { προδέω, προδεσμεύω. GAL. *Lier par deuant, bander.* ITAL. *Ligare prima.* GERM. Vornen anbinden. HISP. *Atar de antes.* ANG *To tie and knit before.* } Liuius *lib. 22.* Fascésque virgarum, atque arida sarmenta Præligantur cornibus boum. Cicero 2. *de inuentione,* Os autem obuolutum est folliculo, & præligatum.

Prælinere, προαλείφειν, Antè vngere. Gellius *lib. 13. c. 22.* Marcus Cato villas suas inexcultas & rudes, tectorio quidem prælitas fuisse dicit. Idem *ibid. c. 23* Tinctorio prælitæ villæ. Idem *c. 14. lib. 7.* Genus dicendi quod fucatur, & prælinitur.

PRÆLIVM, ij, Conflictus, dimicatio, certamen, pugna. { מלחמה milchamah קרב kerab. μάχη, ἀμφιμαχία, συμβολή. GAL. *Guerre ouuerte, bataille, combat.* ITAL. *Guerra, giornata conflitto.* GERM. Ein streit / ein schlacht. HISP. *Pelea, ò batalla.* ANG. *Bataill, fight, or contention.* } à Premendo (vt quidam putant) dictum, quòd in dimicando hostes se inuicem premant: quanquam non desunt, qui à prælo deduci malint, eo quòd in dimicationibus è corporibus sanguis profluat non secus, atque mustum è prælis. Virg. 6. *Eclog*

> *Quùm canerem Reges, & prælia, Cynthius aurem*
> *Vellit.*

Idem 3. *Georg.*

> ——— *necdum horrida miscent*
> *Prælia, sed dubius mediis Mars erat in armis.*

Audere in prælia. Idem 2. *Æneid.*

> *Quos vbi consertos audere in prælia vidi.*

Cic. Præliorum exitus sunt incerti. Idem 2. *de Orat.* Quum Tarento amisso, arcem tamen Liuius retinuisset, multúmque ex ea prælia præclara fecisset, &c. Idem 1. *de nat deor.* Quum A. Posthumius cum Octauio Mamilio prælio dimicaret. Ouid. 13. *Metam.*

> *Secúmque Deos in prælia ducit.*

Idem *Eleg. 2 lib. 1. Trist.*

> *Prælia fronte gerit.*

Idem 13. *Metam.*

> ——— *Nil nisi prælia nosti.*

Plaut. *Curc. sc. 3. a. 1.* Sibi pugnos, sibi prælia habeant. Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

> *Cúmque gigantæi memorantur prælia belli.*

Catull. *de com. Beren.*

> *Inuisente nouo prælia torua viro.*

Item Plaut. *Men. sc. 6. a. 5.* allegoricῶs; Metuo ne serò veniam depugnato prælio. Liu. *lib. 4. d. 5.* semel atque iterum, facere prælia. Item Gell. *c. 27. lib. 15.* Cùm viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur. ¶ Virg. 3. *Georg.* prælij appellationem honesta metaphora ad coitum transtulit.

> *Frigidus (inquit) in Venerem senior, frustráque laborem*
> *Ingratum trahit: & si quando ad prælia ventum est,*
> *Vt quoddam in stipulis magnus sine viribus ignis*
> *Incassum ferit.*

Et Plaut. *Asin. sc. 2. a. 5.* (de rixa) pulchrè hoc gliscit prælium. Idem *Capt. prolog.* Foris fient prælia. Et *Men. sc. 3. a. 1.* In eo vterque prælio potabimus. ¶ Prælium facere. Salust. *Ingurth. 69* i. committere. ¶ Prælium conlium manibus facere, i. ad manus venire. Idem *ibid. 99.* ‖ ¶ Prælij congressio, i. congressus. Iustinus *Hist. lib. 2.* Ante naualis prælij congressionem miserat Xerxes. ‖

Prælior, aris, Dimico, נלחם nilcham. μάχομαι. GALL. *Batailler, combattre.* ITAL. *Combattere.* GERM. Streiten. HISP. *Pelear.* ANGL. *To fight or striue, to combat.* } Cæs. *lib. 4. bell. Gall.* Equestribus præliis sæpe ex equis desiliunt, ac pedibus præliantur, equósque eodem manere vestigio assuefaciunt. Idem 2. *bell. Gall.* Ex loco superiore in ipsis fluminis ripis præliabantur. ¶ Præliari per translationem pro contendere verbis. Cic. *ad Attic. lib. 2.* Ego enim quandiu Senatus autoritas mihi defendenda fuit, sic acriter & vehementer præliatus sum, vt clamor concursúsque maxima cum mea laude fieret. Quintilian. Præliatus est Cic. in caussa Cornelij fortibus & fulgentibus armis.

Prælians, tis, participium. נלחם nilcham. Cic. *lib. 1. de diuin.* Eudemus prælians ad Syracusas occidit. Quintilian. Habet astum velut præliantem.

Præliaris, vel præliare, quod ad prælium pertinet. { μαχικός, ἀμφιμαχικός. GAL. *De combat, de bataille.* ITAL. *Cosa de guerra.* GERM. Das zu dem streit oder schlacht gehört. HISP. *Cosa pertenesciente à pelea.* ANG. *Belonging to battail or fight.* } Præliares pugnæ. Plaut. *Curc. sc. 4. a. 4.* meæque pugnæ præliares obtritæ iacent. ¶ Præliares dies, quibus fas est hostem bello lacessere, vel ablata repetere. Solebant enim Romani quoties bellum inferrent, certum dierum ad conferendum prælium delectum habere. Alioqui quum exciperent, nullus obstabat dies, quo minus vel salutem suam, vel publicam defenderent dignitatem.

Præliator, is, μαχητής, πολεμιστής, bellator. Cornel. Tacit. *in Dialogo,* Plures tamen bonos præliatores bella quàm pax ferunt.

PRÆLONGVS, a, um, Valde longus. { ὑπέρμηκες, ὑπερμήκης. GAL. *Fort long.* ITAL. *Molto lungo.* GER. Gar oder vberauß lasg. HISP. *Muy largo.* ANG. *Very long.* } Liu. 2. *bell Pun.* Dispares ac dissimiles gladij, Gallis prælongi, ac sine mucronibus. Quintil. *lib. 6. cap. 4.* Quale refert Cicero de homine prælongo.

Prælongo,

Prælongo,as,are, Prælongum facio. { μηκύνω, πρόμηκες ποιῶ. GAL. *Allonger, faire fort long.* ITAL. *Allungare, far molto lungo.* GER. Gar lang machen. HISP. *Hazer muy luengo.* ANGL. *To mak very long.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 2. Qua subtilitate pedum crura prælongauit.

PRÆLOQVOR, Antè vel prior loquor, præfatione vtor. { προλέγω, προλαλέω. GALL. *Parler deuant ou premier qu'vn autre.* ITAL. *Parlar prima.* GERM. Zuvor oder zum ersten reden. HISP. *Hablar antes ò primero.* ANG. *To speake before.* } Plin. *Epist.* 174. Fortè accidit vt eo die manè in aduocationem subitam rogaret: quod mihi causam præloquendi dedit. Cælius *Cicer. lib.* 8. Vix hoc erat prælocutus, quum ego Appium Censorem eadem lege postulaui. Quintilian. Præloqui, de procemio.

‖ Prælubium pelagus. Gl. Isid. ‖

PRÆLVCEO,es, Antè luceo. { האיר heir. προφαίνω. GALL *Luire ou donner clarté deuāt, esclairer à quelqu'vn.* ITAL. *Far luce ad altri.* GERM. Vorahin scheinen oder leuchten HISP. *Luzir antes.* ANGL. *To giue light to any, to ligth before.* } Martial. *lib.* 12.

Præluxere faces, velarunt flammea vultus.

Plin. *lib.* 12. *c.* 10. Pulmone marino si confricetur lignum, ardere videtur adeò vt baculum ita præluceat. ¶ Prælucere alicui, significat facem præferre. δᾳδουχεῖν. Suet. *in August. c.* 29. Quum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, seruúmque prælucentem exanimasset. Plin. *de vir illustr.* Duilio concessum est, vt prælucente funali, & præcinente tibicine, à cœna publicè rediret. ¶ Per metaphoram Prælucere est luce, hoc est, claritate & nobilitate sua alios illustrare, & superare. Cic. *in Salust* Ego maioribus meis virtute mea præluxi, vt si priùs noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ. Horat. 1. *Epist.* 1.

Nullus in orbe locus Baiis prælucet amœnis

hoc est, præpollet, siue amœnior est.

Prælucidus,a,um, Valdè lucidus. { πολυφεγγής, προφανής. GAL. *Fort luisant.* ITAL. *Molto lucido.* GER. Gar liecht oder scheinbar. HISP. *Muy luzido.* ANG. *Very light some.* } Plin. *lib.* 37. *c.* 6. Arabicæ excellunt candore circuli prælucido, atque non gracili.

PRÆLVDO, is, Antè ludo, præcino: leue quiddam, sed maioris rei initium præmitto. { προπαίζω, αναβάλλομαι, ακροβολίζομαι. GAL. *S'essayer auant que combatre, faire vne leuée de bouclier.* ITAL. *Fare vna leuata come schermo & giuoco di spada* GER. Vorspilen / ein vorspil oder ein versuchspil thun. HISP. *Hazer leuada en el iuego.* ANGL. *To assay and to prooue before the mater.* } Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——— *& sparsa ad pugnam præludit arena*

Seneca *Epist.* 103. Illi meliori vitæ longioríque præluditur. Alij in Virgilij exemplo legunt, *Proludit.* Gell. *c.* 11. *lib.* 19. Prælusi Plato faciundis tragœdiis.

Prælūdium, ij, propriè est Præcentio illa quæ antè cantum fauoris conciliandi gratia à citharœdis solet præmitti: quanquam etiam generaliùs accipitur pro quouis initio rei seriæ præmisso. { προοίμιον. GAL. *L'essay à iouër, vn essay de combat.* ITAL. *Assaggiamento, proemio, canto procedente* GERM. Ein vorläufflin vor dem rechten anfang eines lieds / ein vorspyl. HISP. *Aquella leuada en el iuego, prologo.* ANGL. *An assaie or proofe before the mater.* } Præludium & portentum, metaphoricè in malam partem. Cic. 2. *Philipp.* Quæque esset facturus in hac vrbe, nisi eum hinc ipse Iupiter ab his mœnibus repulisset, declarauit in Parmensium calamitate: quos optimos viros, honestissimósque homines, maximè cum autoritate huius ordinis, populique Romani dignitate coniunctos, crudelissimè interfecit præludium illud & portentum L. Antonius, insigne odium omnium hominum: vel si etiam dij oderint quos oportet, omnium deorum. Alia exemplaria *Proludium* habent, quo modo est legendum

Prælūsio, nis, idem quod præludium. ακρόβολισις, Plin. *Epist.* 99. Cuius quasi prælusio, atque præcursio, has contentiones excitauit.

Prælum, i, seu potiùs prelum, propriè est trabs illa in torculari qua vua calcata premitur. { λήνος. GALL. *Vn pressoir ou presse.* ITAL. *Torchio, torcolo.* GERM. Ein trottbaum / prässbaum. HISP. *La prensa ò husillo, ò la vigà del lagar.* ANG *A presse that other printers or other occupation vseth.* } Torcular autem dicitur tota illa structura qua ad liquorem exprimendum vtimur. Lacus autem vas illud, in quo mustum de torculari influit. Dictum prælum (vt quibusdam placet) à præluendo, eo quòd humore profluente præluatur, id est, madefiat. Alij potiùs à premendo deduci volunt, vnde & sine diphthongo scribere malunt. Quæ quidem deriuatio versimilior videretur, nisi reclamaret primæ syllabæ quantitas, quæ in dictione prælum, producitur quum in verbo premo corripiatur. Sed hoc omnino insolitum non est, deriuatiuum à primogenij quantitate discrepare. Virg. 2. *Georg.*

——— *tu spisso vimine qualos.*
Colaque prælorum fumosis deripe tectis.

Cato *c.* 32. Prælum de sapino atra potissimum facito.

Prælumbo, as, Lumbos fuste dolo & præfringo. ὀσφυοκλάζω. Næuius apud Nonium, Vindemiatoribus (vt citat Nonius) cœpit vnumquemque prælumbare fustibus.

Prælŭo, is, Antè, vel priùs abluo. προλούω, προκλύζω. Nonnunquam etiam prætersfluo. παραρρέω.

Prælūstris, e, Valde illustris { υπερφανέστατος. GAL. *Fort illustre, de grand renom.* ITAL. *Molto illustre.* GERM. Gar berümpt vnd namhafftig / Gar herrlich. HISP. *Muy claro y luzido.* ANG. *Famous, of great renowmel.* } Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Viue tibi quantúmque potes prælustria vita,
——— *Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.*

Præmando, as, Antè, siue priùs mando. { προεντέλλω. GALL. *Mander parauant.* ITAL. *Commandar prima.* GER. Voranhin befehlen. HISP. *Mandar antes* ANG. *To cammand before.* } Vatinius Ciceroni *lib.* 5. Dicitur mihi tuus seruus anagnostes fugitiuus Vardaci esse: de quo tu mihi nihil mandasti: ego tamen terra, maríque vt conquireretur præmandaui.

Præmando, is, ere. Gell. *lib.* 1. *c.* 4. Si me (vt aiunt) tibi præmandere postulas.

‖ Præmansus, antè mansus: Vorgekawet. ‖

Præmănĭbus, In promptu, & ad manum. { πρὸ χειρός. GAL. *Promptement à la main.* ITAL. *In pronto, alle mani.* GER. Vorhanden. HISP. *En manifesto.* ANG. *In readinesse.* } Gell *c.* 13. *lib.* 5. Quod præ manibus est ponemus. Apuleius, Et æs si fortè præ manu non fuerit, nemo eum expirare patietur.

PRÆMATVRVS,a,um, Ante tempus maturus, præcox: propriéque de fructibus dicitur, qui ante alios maturescunt. { בכור bichchúr, vel bachchúr. πρώϊμος. GAL. *Auant meur, meur auāt la saison, non encor venu au tēps d'estre meur.* ITAL. *Non ancora maturo, ò maturo auanti tempo.* GER. Zu frűzeitig / vor rechter zeit zeitig. HISP. *Cosa no madura, ò madura ante tiempo.* ANGL. *Ripe before, or before the dule season.* } Col. *lib.* 11. *cap.* 3. Sed qui præmaturum fructum cucumeris habere volet, &c. ¶ Transfertur & ad alia: vt, Præmatura senectus, id est, præcipitata, legitimúmque tempus præuertens. Præmatura mors, hoc est, immatura, & quæ ante tempus venit. Plin. *lib.* 7. *c.* 51. Senilem iuuentam præmaturæ mortis esse signum.

Præmātūrē, aduerbium. { πρόωρως, πρὸ καιροῦ. GAL. *Auant le temps, auant la saison, trop tost.* ITAL. *Auanti tempo, troppo tosto.* GERM. Gar zufrű / zubald. HISP. *Antes el tiempo ò sazon.* ANGL. *Before the tyme, veri soone.* } id est, immaturè, & ante tempus legitimum. Plaut. *in Mostell.* Quia præmaturè vita careo, id est, quia mortuus sum ante tempus. Vide Gell *c.* 11. *lib.* 10.

Præmĕdĭcātus, a, um, participium, Pharmacis aut incantatione præmunitus. { προφαρμακευθείς. GAL. *Medeciné parauant.* ITAL. *Medicato auanti.* GERM. Den zuvor arzneyen eingegeben sind. HISP. *Amalezinado antes.* ANG. *That hath taken medicine before.* } Ouid. *Epist.* 12. Iflet anhelatos non præmedicatus in ignes Immemor Æsonides, oraque adunca boum

Præmĕdĭtor, aris, Priùs meditor, Præcogito. { προμελετάω. GAL. *Premediter, penser ce qu'on veut dire ou faire.* ITAL. *Discorrere, considerare innanzi.* GER. Vorbetrachten / vorhin bedencken. HISP. *Pensar antes.* ANG. *To think or aduise vpon any thing before.* } Cic. *ad Attic. lib.* 6. Ex qua me fingere possim, & præmeditari quo animo accedam ad vrbem. Idem 11. *Philipp.* Est enim sapientis, quicquid homini accidere possit, id præmeditari ferendum modicè si aduenerit, esse. Ad Herennium *lib.* 2. Si reus nihil horum fecerit, accusator dicet eum vsque adeò præmeditarum fuisse quid sibi esset vsui venturum. Plautus *Epid.* — vt paratè Eam præmeditatam meis dolis, astutiísque Onustam mittam.

Præmĕdĭtātĭo, nis, est meditatio, & cogitatio rei futuræ. { προμελέτησις. GAL. *Tel pensement.* ITAL. *Tal pensamento.* GERM. Ein vorbetrachtung. HISP. *Tal pensamiento.* ANGL. *A thinking and aduising before of any thing.* } Cic. 3. *Tusc.* Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum quæ venientia longè antè videris.

Præmercor, aris, Priùs emo. { προωνέομαι. GAL. *Acheter ou marchander deuant.* ITAL. *Comprare ò mercare innanzi.* GER. Vor anderen auffkauffen. HISP. *Comprar, ò mercar antes.* ANG. *To bie or mak merchandise before.* } Plaut. *in Epid.* Ædepol ne istam tempore suo, gnato tuo sumus præmercati. Plin. *lib.* 32. *c.* 2. Ni qui ad pollutum emerent, pretio minus parcerent, eáque præmercarentur.

PRÆMETIOR, iris, Antè metior. { προμετρέω. GAL. *Mesurer parauant.* ITAL. *Misurare innanzi.* GERM. Vorhin mässen. HISP. *Medir antes,* ANGL. *To measure before.* Vnde præmensus participium, Tibullus *lib.* 3. *Eleg.* 3.

Tunc quum præmensæ defunctus tempore lucis
Nudus Lethæa cogerer ire rate.

Præmessum, i, quod prælibationis causa præmetitur, ἀπάρχη. cuiusmodi erant spicæ quas primò demessas sacrificabant Cereri. Autor Festus.

Præmĕtuo, is, Antè metuo. { προφοβέομαι. GALL. *Craindre parauant.* ITAL. *Temere innanzi.* GERM. Vorhin förchten / voranhin vbel besorgen. HISP. *Temer antes* ANG. *To feare before.* } Lucret. *lib.* 3.

——— *at mens sibi conscia facti*
Præmetuens adhibet stimulos, torrétque flagellis.

‖ Præmico, admodum mico. Apul. *lib.* 5. Lucernam claro homine præmicantem. Et *lib.* 10. Galeam nitore præmicantem. ‖

Præmigro, as, Antè migro. { προμετοικίζω. GAL. *Desloger deuant.* ITAL. *Disloggiare prima.* GERM. Von ersten aufsziehen. HISP. *Mudarse de casa antes.* ANG. *To change place or lodging before* } Plin. *lib.* 8. *c.* 28. Ruinis imminentibus musculi præmigrant.

Præmĭnĕo, ὑπερέχω. Corn. Tacit. *lib.* 12. Quem multa prospera extulerant, vt cæteros Britannorum Imperatores præmineret.

‖ Præminister, quasi præiens minister. Apul. *Apol.* Lingua mendaciorum & amaritudinum præministra ‖

Præministro, as, are. Gell. *c.* 3. *lib.* 10 Præministrare magistratibus.

‖ Præminor, admodum minor, vel antè minor. Apul. *lib.* 5. Malum grande de vultus curiositate præminatur. Et *lib.* 8. Nec alium locorum inquilinum præminabantur.

PRÆMITTO, is, Antè mitto. προπέμπω. GAL. *Enuoyer deuant.* ITAL. *Mandare innanzi.* GERM. Voranhin schicken oder senden. HISP. *Embiar delante.* ANGL. *To send before.* } Plaut. *in Amph.* Me à portu præmisit domum, vt hæc annuntiem vxori suæ. Cic. 2. *Offic.* Præmittebátque de stipatoribus suis qui scrutarentur arculas muliebres. Cæsar 4. *bell. Gall.* Quum id non impetrassent, petebant vti ad eos equites qui agmen antecessissent, præmitteret. Virg. 1. *Æneid.*

——— *rapidum ad naues præmittit Achatem.*

Senec. *c.* 19. *de consol. ad Mart.* Præmisimus mortuos, consecuturi.

Præmĭsus, a, um. { προπεμφθείς. GAL. *Enuoyé deuant.* ITAL *Mandato innanzi.* GERM. Voranhin geschickt oder gesandt. HISP. *Embiado delante.* ANGL. *Send b fore.* } Virg. 9. *Æneid.*

Interea præmissi equites ex vrbe Latina.

Ouid. *Eleg.* 1 *lib.* 5. *Trist.* Hunc libellum præmissis quatuor adde meis. Suet. *in Calig. c.* 58. Præmissa voce: Hoc age.

PRÆMIVM, ij, propriè dicitur id quod tanquam loco iustæ mercedis pro rectè factis datur. { שחד schóchadh שכר sachár. γέρας. GALL. *Loyer, remuneration,* ITAL. *Premio, remuneratione.* GERM. Ein belohnung / belohnung. HISP. *El galardon de la buena obra.* ANG. *A reward.* } Cic.

ad Att. Solon rempublicam duabus rebus contineri dixit, præmio & pœna. Idem *de Orat.* Legibus & præmia proposita sunt virtutibus, & supplicia vitiis. Ouid. 13. *Metam.*

Nec indomitæ deberi præmia dextræ.

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3 *Trist.*

——Cùm sunt præmia falsi
Nulla, ratam debet testis habere fidem.

Senec. *c.* 15. *de tranq.* Tam iniqua præmia persoluere fortunam. Plaut. *Cap. sc. vlt. a.* 5. Qui pudicitiæ præmium esse vultis, plausum date. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Auferetur id præmium à me per iocum. (i. pecunia.) Item *ibidem*, De improbis auferri & præmium prædam decet. Item tibi quia postremus cędis, hoc pręmij feres. (i. pœnæ & verberum. Plaut. *Men. sc.* 7. *a.* 5 Ouid. 4. *Fast.*

Et feret, & culta præmia tollet humo. (i. fructus, fruges.)

Præmia magna peti, fateor. (armorum.) Idem 13. *Metam.* ¶ In ludis quoque & certaminibus præmia dicuntur, quæ proponuntur victoribus, ἆθλα. Virg. 5. *Æneid.*

Protinus Æneas celeri certare sagitta
Inuitat qui fortè velint, & præmia ponit.

¶ Accipitur aliquando etiam in deteriorem partem pro sceleris cuiuspiam mercede. Cic. *de prou. Consul.* Prouinciæ, quas pestiferi illi Consules pro euersæ Reipublicæ præmiis occupauerunt. Idem *in Pis.* Totam rempublicam prouinciæ præmio vendidisti. ¶ Præmia quæ nocturni fures & grassatores capiunt. Tibull.

——& rapta præmia veste petat.

Vnde Præmiatores, dicti à Næuio Pretium autem propriè illud est quod pro re empta persoluimus. Terent. *in Eunuch.* Pretium sperans producit illico, ac vendit. Poëtæ tamen hæc duo in eadem significatione aliquando vsurpant. 5. *Æneid.*

Inuitat pretiis animos, & præmia ponit.

Et paulò ante

Munera principiò ante oculos, circóque locantur
In medio, sacri tripodes, viridésque coronæ,
Et palma pretium victoribus.

¶ Aliquando præmium pro pecunia ponitur. Næuius, Sine præmio sum, marsupium reliqui domi. ‖ ¶ Scholastici præmium beatorum duplex ponunt.

I. *Substantiale*, quod est animæ beatitudo, consistens in clara visione & perfecta securitate de visionis illius & fruitionis perpetuatione, & gaudio quod habent in Deo.

II. *Accidentale*, quod consistit in gaudio, quatenus habetur de bono creato, vel de liberatione ab aliquo malo.

Iidem dicunt præmium quoddam auream, quoddam aureolam, quoddam quod nec est aurea, nec aureola. Aureola præmium substantiale bonorum: aureola gaudium de operibus à se factis, rationem habentibus victoriæ excellentis, per quod apparebit exteriùs in corpore quidam decor, qui prædictum interius gaudium declarabit.

Præmiator, vide *Præmium.* Næuius, Nam in scena vos nocturnos cepit præmiatores tollere.

Prǣmĭōsŭs, Pecuniosus, πολλοῖς χρήμασι κεκτημένος, πολύδωρος. Accius, Diuitem ac præmiosum auum.

Prǣmĭŏr, aris, præmium largior. { שחד *schachadh.* γεραίρω. GALL. *Guerdonner, remunerer.* ITAL. *Premiare, guidar donare.* GERM. Gewünnen. HISP. *Galardonar.* ANG. *To giue a rewarde.*} Suet. *in Tito Vesp. cap.* 7. Quod constabat in concionibus patris nundinari, præmiarique solitum, id est, lucrari, inquit Budæus. Hunc locum ita citat Passerat. Quod constabat in cognitionibus patris nundinari prædarique solitum. Ego verò, quod pace tanti viri dixerim, præmiari prædari esse dixerim, fretus testimonio Nonij qui præmiatores nocturnos prædones vocat. Ex Næuio antiquissimo poëta. Nam in scena nos nocturnos cœpit præmiatores tollere. Vide Nonium.

Præmiator, qui præmiatur, & Præmiatrix.

Præmiatores, nocturni prædones. Non. synecd.

Prǣmŏdĕrŏr, Antè moderor. { προρρυθμίζω. GALL. *Gouuerner, donner reigle auant.* ITAL. *Dar misura prima che si faccia.* GERM. Zuvor anlaitung geben oder anweisen. HISP. *Regir ò templar antes.* ANG. *To gouerne and giue rule before.*} Gell. *lib.* 7. *c.* 9. Cretenses quoque prælia ingredi solitos præcinente ac præmoderante cithara gressibus.

Prǣmŏdum, aduerbium. extra modū, supra modum. { עליונק *halêchok.* παρὰ, ἢ ὑπὲρ τὸ μέτρον. GAL. *Outre mesure.* ITAL. *Oltra misura.* GERM. Vber die maass. HISP. *Fuera de regla.* ANG. *Beyond measure.*} Gell. *lib.* 7. *c.* 7. Parcentes (inquit) præmodum.

Prǣmŏlĕstĭă, æ, Molestia ex malo quod imminere putamus anticipata: hoc est, timor ipse molestiam, vel malum futurum antecedens. { προλυπία, προλυπουμένω πάθος. GAL. *Fascherie qu'on prend d'vn mal à venir.* ITAL. *Molestia presa di vn desastro prima che venga.* GER. Ein verlauffende bekümmernuss/verdruss oder vnmutt eines zukunfftigen vbels. HISP. *Enojo que se toma de vn mal venidero.* ANGL. *Feare or trouble for a thing to come.*} Cic. 4. *Tusc.* Alij metum præmolestiam appellabant, quod est quasi dux consequentis molestiæ.

Prǣmōlĭor, iris, Antè molior, vel præparo. { προκατασκευάζω. GALL. *Preparer ses forces deuant.* ITAL *Preparare.* GERM. Vorhin etwas vnderstehn oder zuhanden nemmen. HISP. *Aparejar.* ANG. *To prepare an go about to do athing before.*} Liu. *lib.* 28. Itaque præmoliendas ibi ratus iam res, conciliandósque Regum gentiúmque animos, Syphacem primùm Regem statuit tentare.

PRǢMŎLLIS, e, Valde mollis. { ὑπερμάλακος. GAL. *Fort mol.* ITAL. *Molto molle.* GER. Gar weich. HISP. *Muy muelle.* ANGL. *Very soft.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Cor palpitat certè, & quasi alterum mouetur animal, intrà præmolli firmóque opertum membranæ inuolucro. Idem *lib.* 9. *c.* 51. Infrà se parit oua præmollia.

Prǣmōllĭo, is, Antè mollio. { προμαλάττω. GALL. *Amollir par deuant.* ITAL. *Mollire innanzi.* GERM. Vorhin erweichen oder weich machen. HISP. *Mollentar delante.* ANG. *To make soft before.*} Hinc præmollitus participium. Quintil. *lib.* 2. *c.* 10. Et frustrà sparseris semina, nisi illa præmollitus fouerit sulcus. Idem *lib.* 6. *c.* 5. Quo genere defensionis etiam offendisset nondum præmollitas Iudicum mentes. Præmollire velut fomentis, si quid erit asperum. Idem Quintilian.

PRǢMŎNĔO, es, Antè moneo. { הזהיר *hizhir.* προμιμνήσκω. GAL. *Amonester & aduertir parauant.* ITAL. *Ammonire innanzi.* GERM. Vorhin warnen. HISP. *Amonestar antes.* ANGL. *To aduertise and fore warne.*} Colum. *lib.* 1. Ideo præmoneo, ne villicum ex eo genere seruorum qui corpore placuerunt, instituamus. Liu. *lib.* 21. Quum Aruspices ad Imperatorem id pertinere prodigiū præmonuissent. Cic. 2. *Verr.* Animo sanè beneuolo, vt magnopere cauerem, præmonebat. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Si quis delicias quærit, præmoneo nunquam
Scripta quòd ista legat.

Prǣmŏnĭtus, a, um, participium. Antè monitus. { נזהר *nizhár* מוזהר *muzhár.* προπαραγγελθείς. GAL. *Amonesté parauant.* ITAL. *Ammonito innanzi.* GER. Vorhin gewarnet. HISP. *Amonestado delante.* ANG. *Aduertised, warned, before.*} Plin. *lib.* 16. *c.* 39. Fuítque arbor illa fatalis excidio vrbis præmonitæ oraculo, quum arbor arma peperisset, quod successe accidit ocreis galeísque intus repertis.

Prǣmŏnĭtŏr, προπαραγγελτής. Apuleius *de Deo Socratis*, In rebus certis prospectator, dubiis præmonitor, periculosis vitator.

Prǣmonitum. Gell *c.* 2. *lib.* 14. Præmonita & præcepta.

Prǣmŏnĭtŭs, us, verbale, Prædictio. { προπαράγγελμα. GALL. *Amonition, amonestement, aduertissement.* ITAL. *Ammonitio, auiso.* GER. Ein vorwarnung oder vorsagung. HISP. *Amonestamiento.* ANG. *Aduertisment before.*} Valerius Max. *lib.* 1. *c.* 6. Si deorum spreti præmonitus excandescunt. Ouid. 15. *Metam.*

Non tamen insidias, venturaque vincere fata
Præmonitus potuere deûm.

PRǢMŎNSTRO, as, Antè monstro, doceo, ostendo. { הראה *hircáb* הורה *horáh.* προδεικνύω, προδεικνύω. GAL. *Monstrer deuant & enseigner.* ITAL. *Monstrar prima.* GER. Vorhin zeigen. HISP. *Mostrar de antes.* ANGL. *To shew and let see before.*} Plaut. *in Pers.* Præmonstra doctè, præcipe astu filiæ, Quid fabuletur, vbi se natam prædicet. Idem *Mil.* — atque hoc ei præmonstra & præcipe, vt teneat consilia nostra. Cic. 1. *de diuinat.* —Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros Inflatum mare.

Prǣmŏnstrātor, verbale, qui præmonstrat, & docet quid faciendum sit ante periculum. { מורה *moreh.* προδείκτης. GALL. *Celuy qui monstre & enseigne ce qu'il faut faire à l'auenir.* ITAL. *Chi mōstra & ensegna prima.* GER. Ein vorzeiger/der einem voranhin zeigt wie er sich hernach etwar inn halten solle. HISP. *Mostrador y enseñador de lo venidero.* ANG. *He that sheweth a thing before.*} Terent. *in Heaut.* Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmonstrator Chremes, Hoc mihi præstat.

Prǣmŏrdĕo, es, Morsu dilacero. { κατεσθίω. GAL. *Mordre parauant.* ITAL. *Mordere innanzi.* GER. Vor abbeissen. HISP. *Morder delante.* ANG. *To bite of or before.*} Gell. *c.* 9. *lib.* 7. Plautus in Trinummo, neque præmordisse dixit, sed præmorsisse. Nisi fugissem (inquit) medium, credo præmorsisset.

Prǣmŏrĭŏr, eris, Antè morior. { προαποθνήσκω. GALL. *Mourir deuant ou premier.* ITAL. *Morire innanzi.* GER. Voranhin oder von ersten sterben. HISP. *Morir antes.* ANG. *To die before.*} Plin *lib.* 7. *c.* 50. Præmoritur visus auditus, incessus. Ouid. *Epist.* 8.

Aut ego præmoriar, primóque extinguar in æuo.
Aut ego Tantalidæ Tantalis vxor ero.

Prǣmŏrtŭŭs, participium. Liu. 2. *ab vrbe*, Scaptium ipsum id quidem credo, etsi præmortui iam sit pudoris, non facturum.

Præmulsus: Apul, Præmulsis antiis & promulsis caproneis anteuentuli & propenduli. An admodum mulsis, i. dulcibus?

PRǢMVNIO, nis, secunda syllaba prod Priùs munio. { προασφαλίζω. GALL. *Premunir, fortifier vne place auant que les ennemis viennent.* ITAL. *Fortificare innanzi.* GERM. Vorhin befestigen oder woll verwaren. HISP. *Fortalecer antes.* ANG. *To fortifie before.*} Cæsar. 3 *belli ciuil.* Isthmum præmunire instituit. ¶ Aliò transtulit Cic. *pro Cælio*, Quamobrem illa quæ ex accusatorum oratione præmuniri iam, & fingi intelligebam, fretus vestra prudentia non pertimesco. Sueton. *in Calig. cap.* 29. Præmuniri medicamentis. Velleius, Præmunire regalem potentiam. Aliquando præfixum habet *antè*, vt apud Cic. *in Orat.* Vt diuidat in partes, vt aliquid relinquat ac negligat, vt antè præmuniat, &c.

Prǣmūnītĭo, nis, verbale, Præfatio. { προτείχισις, προασφάλισις. GALL. *Munition & apprest.* ITAL. *Monitione.* GERM. Ein vorbewarung oder vorhut. HISP. *Fortalecimiento.* ANGL. *A fortifying before.*} Cicero 3. *de Orat.* Præmunitio est etiam ad id quod aggrediare, & reiectio in alium.

Prǣnārro, as, Antè narro. { προλέγω, προδιηγέομαι. GAL. *Raconter parauant.* ITAL. *Narrare innanzi.* GER. Zuuor erzellen. HISP. *Contar antes.* ANG. *To tell before.*} Terent. *in Eunuch.* Rectè sanè interrogasti, oportuit rem prænarrasse me.

Prǣnăto, Antè nato. { προνήχομαι. GAL. *Nager deuant.* ITA. *Nuotar prima.* GER. Voranhin schwimmen. HISP. *Nadar antes.* ANG. *To swime before.*} Plin. *lib.* 9. *c.* 45. Prænatante pisciculo frontem suam spargit. ¶ Ponitur aliquando præterfluere. παραρρέειν Virg. 6. *Æneid.*

Lethæúmque domos placidas qui prænatat amnem.

Vbi Seruius, Prænatat, præterfluit: contrariè dictum est: nam non natant aquæ, sed nos in ipsis natamus. Ennium igitur sequutus est qui ait, Fluctúsque natantes. Hæc ille.

Prǣnăuĭgo, as, Præternauigo. { παραναυτιλέω. GALL. *Nauiger deuant ou aupres.* ITAL. *Nauigare auanti.* GERM. Fürschiffen. HISP. *Nauegar antes.* ANGL. *To sayle before or by.*} Plinius. *lib.* 6. *cap.* 23. Vt viginti dierum spatio prænauigauit insulam quæ Solis appellatur. Senec. *c.* 18. *de consol. ad Mart.* ¶ ‖ Prænauigauimus vitam Lucili, & quemadmodum Virgilius noster ait, in mari:

——Terræque vrbesque recedunt.

Senec. *Ep.* 71. ‖

Prænauigatio, nis, Verbale. Plin. *lib.* 6. *c.* 31. A Gorgonum insulis prænauigatione Atlantis dierum quadraginta, &c.

PRǢNESTE, generis neutri, & hæc Prænestis. Πραίνεστος Stephano. Vulgò *Palestrina*, Oppidum Latij edito in loco, naturáque munito situm, ita dictum (si Stephano credimus) à Prænesto conditore, Latini filio, Vlyssis &

sis & Circes nepote. Alij ἀπὸ τῶ πρίνων, id est, ab ilicibus quæ illic abundant, nomen accepisse existimant. Pompeius Festus nominis huius originem ad loci situm refert, eo quòd montibus præstet: vnde & altum præneste à Virg. dicitur 7. *Æneid.*

Quique altum Præneste colunt.

Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. ἐν τῶν πρανὶστῶν, (vrbem asperam.) Fuerunt qui à Cæculo Vulcani filio conditum putarint: quorum sententiæ Virg. quoque subscribit.

Nec Prænestinæ fundator defuit arcis
Vulcano genitum pecora inter inertia regem,
Inuentúmque focis omnis quem credidit ætas,
Cæculus.

Strabo *lib.* 5. Græcam vrbem esse tradidit: cuius rei argumentum hoc affert, quòd olim Polystephanos dicta fuerit. Habuit hoc oppidum nobile Fortunæ templum, cuius pauimentum lithostrotis strauit L. Sylla, teste Plinio *lib.* 36. *c.* 25. Silius,

——*sacrísque dicatum*
Fortunæ Præneste iugis.

Fœminino genere vsus est Virg. 8. *Æneid.*

Qualis eram, quum primam aciem Præneste sub ipsa
Strani.

Prænĕstīnī, qui Præneste incolunt. Cic. 2. *de diuin.* Numerium, Suffucium, Prænestinorum monumenta declarant, honestum hominem, & nobilem somniis crebris, &c.

Prænĕstīnŭs, a, um, possessiuum: vt Dea Prænestina, Ouidius 6. *Fastor.* Sueton. *in Tib. cap.* 63. Sed maiestate prænestinarum sortium territus destitit. Sortes Prænestinæ, Cicero *de diuin.* Fortuna Prænestina, Lucanus *lib.* 1.

Prænĭmĭs, admodum multum: ex *nimis* pro valde. { עליחק *halécbok.* ἄγαν. GAL. *Par trop, beaucoup trop.* ITAL. *Troppo.* GER. Gar zuuil. HISP. *Muy mucho.* ANGL. *To mucho.* } Gellius *lib.* 19. *c.* 10. Hoc prænimis plebeium est.

PRÆNĬTĔO, es, admodum niteo: vnde Prænitidus, valde nitidus. Velleius, Prænitet titulis forum Augusti.

Prænĭtēns Luna. Plin. *lib.* 2. *c.* 9. πάνυ σιλβων, ὑπὲρ λάμπων.

Prænobilis, admodum nobilis. Apuleius *lib.* 8. Iuuenis natalibus prænobilis.

Prænĭtēns, quod nomini præponitur. Suet. *in Cæs. cap.* 76. Insuper prænomen Imperatoris & cognomen patris patriæ (sup. recepit.) Vide in dictione *Nomen.* & Plutarch. *in Coriol. & in Mar.*

‖ Prænomen, quod nomini præponitur. Gloss. Prænomen προωνύμιον. *Prænomen* dictum, eo quòd nomini præponatur, vt Lucilius, Quintus. *Nomen* vocatum, quia notat genus, vt Cornelius. Cornelij enim omnes in eo genere vocantur. *Cognomen*, qui nomini coniungitur, vt Scipio. *Agnomen* verò quasi accedens nomen, vt Metellus Creticus, quia Cretam subegit. Extrinsecus enim venit agnomen ab aliqua ratione. ‖

PRÆNŌSCO, is, Antè nosco, prædiuino. { προγινώσκω. GALL. *Cognoistre auant, preuoir.* ITAL. *Conoscere innanzi, indouinare.* GERM. Vorhin kennen oder wissen. HISP. *Conocer de antes.* ANG. *The knaw before, to foresee a thing.* } Cic. 1. *de diuin.* Neque non possunt futura prænoscere. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Verùm meam vxorem tu nescis qualis sit. L. Tu primus sentis, nos tamen prænoscimus Ouid. 3. *Fast.*

Promissúmque sibi voluit prænoscere cœlum.

Prænōtĭo, verbale, anticipatio. propriè actus prænoscendi. { πρόγνωσις. GAL. *Preuoyance, cognoissance de l'auenir.* ITAL. *Conoscimento che si prende di qualche cosa prima se ne oda parlare.* GERM. Ein vorwissung/ vorgehende erkantnuss HISP. *Conocimiento de lo venidero.* ANG. *Fore knawing or fore seing of a thing to come.* } Cic. *de nat. deor.* Fateamur constare illud etiam hanc nos habere siue anticipationem, vt ante dixi, siue prænotionem deorum.

Prænoto, ex præ & noto, Antè noto, inscribo. προσημειοῦμαι. Noto verò frequentatiuum est à Nosco.

Prænūbĭlŭs, a, um, Valde nubilus, & obscurus. { ὑπερζοφώδης. GAL. *Fort nubileux & obscur.* ITAL. *Molto nugoloso & oscuro.* GERM. Gar gewülckt vnd dunckel. HISP. *Muy ñubloso y añublado.* ANGL. *Very cloudie and darke.* Ouid. 3. *Amor.*

Stat vetus & densa prænubilus arbore lucus.

PRÆNŪNTIO, as, Antè nuntio. { προαγγέλλω. GAL. *Annoncer deuant predire.* ITAL. *Annuntiar prima che auenga.* GERM. Vorhin verkünden/ künfftigs weissagen. HISP. *Traer nueuas antes* ANG. *To shew tydinges or newes before.* } Terent. *in Phorm.* Abi, ac prænuntia hanc venturam. Cicero 1. *de diuin.* Est enim vis & natura quædam quæ tum obseruatis longo tempore significationibus, tum aliquo instinctu, inflatúque diuino futura prænuntiat.

Prænūntĭŭs, a, um, adiect. qui antè nuntiat, prædicit. { προάγγελος. GALL. *Qui annonce vne chose à venir.* ITAL. *Che annunzia vna cosa à venire.* GERM. Ein vorbott/das vorhin etwas verkündet. HISP. *Mensagero de antes.* ANG. *That goeth before and bringeth tydinges.* } Cicer. *de nat. deor.* Quæ nuper bello Octauiano magnarum fuere calamitatum prænuntiæ. Ouid. 3. *Eleg.* 5.

Hoc vtinam nitidi Solis Prænuntius ortus:
Afferat admisso Lucifer albus equo.

Idem 3. *Metam*

Addidit hac cladis prænuntia verba futura.

Idem 2. *Fast.*

Fallimur? An veris prænuntia venit hirundo?

Præŏccĭdo, dis, Antè occido. προδύνω. GAL. *Cheoir deuant.* ITAL. *Cader ò morir innanzi.* GERM. Vorhin nidergehn/ vor zugnaden gehn. HISP. *Cadar antes.* ANG. *The fall before.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 20. Cui præoccidere Caniculam necesse est.

PRÆOCCVPO, as, Præuenio anticipo, anteuerto, ex præ & occupo. { קדם *kiadém.* προκαταλαμβάνω. GAL. *Preoccuper, anticiper, preuenir.* ITAL. *Preoccupare, anticipare.* GERM. Vor einemmen/ fürkommen. HISP. *Tomar de primero, preuenir.* ANGL *To preuent, to seize before an other.* } Liuius 4 *ab Vrbe*, Vbi vident collegas principes agendæ rei gratiam omnem ad plebem præoccupauisse, nec locum in ea relictum sibi. Cæs. *bell. Gall.* Præoccupauit animos. Idem *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Præoccupati animi timore. Cicero 10. *Philipp.* Quas enim partes ipse mihi sumpseram, eas præoccupauit oratio tua. Senec. *Epist.* 51. Omnes præoccupati sumus virtutes discere, vitia dediscere. Cum infinitiuo. Liu. 4. *ab Vrbe*, Legem de multarum æstimatione pergratam populo, præoccupauerunt ferre.

Præoccŭpātĭo, nis apud Rhetores schema quoddam, quum id, quod ab aduersario nobis obiici posset, ipsi præripimus, diluimúsque. { πρόληψις. GALL. *Anticipation.* ITAL. *Anticipatione.* GERM. Ein fürkomnuss vnd vorableinung eines dings so man jemand fürwerffen hette mögen. HISP. *Obra de tomar de primero.* ANG. *A preuenting.* } vt apud Virg. 2. *Æneid.*

——*Neque me Argolica de gente negabo.*

Et *lib.* 1.

——*scio me Danais è classibus vnum.*

PRÆOPTO, as, siue potiùs opto { προαιροῦμαι. GALL. *Desirer plus vne chose.* ITAL. *Desiderar piu tosto amar meglio.* GER. Vorhin wünschen/oder für etwas wünschen/vil lieber wünschen. HISP. *Dessear antes.* ANGL. *To desire or wish rather.* } Terentius *in Hecyr.* Adeón' peruicaci es animo, vt puerum præoptares, perire? Liuius 9. *ab Vrbe*, Quod tantopere optandum foret, Hernicos docuisse, &c. Idem *lib.* 23. Punicam Romanis societatem atque amicitiam præoptandam esse. Et *lib.* 28. Mortem in certamine quàm vt alter alterius subigeretur imperio præoptantes. Plautus *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Potiùs præoptauisse me meum caput ponere periculo.

Præpăndĕrĕ, Antè aperire. { προπετάννυμι. GALL. *Ouurir deuant.* ITAL. *Aprire auanti.* GERM. Vor aufthun. HISP. *Abrir antes.* ANG. *To open before.* } Lucret. *lib.* 1.

Clara tua possim præpandere lumina menti.

¶ Aliquando accipitur pro prætendere. Plin. *lib.* 11. *c.* 24. Maiores aranei in terra cauernarum exigua vestibula præpandunt. Budæus.

Præpărcŭs, Valdè parcus Plin. *lib.* 11. *c.* 19. de apibus. Cæterò præparcæ, & quæ alioquin prodigas atque edaces, non secus ac pigras & ignauas proturbent.

PRÆPARO, as, Antè paro quæ mihi vtilia fore credo. { הכין *heechín* תכן *tichchén* זמן *zimmén* ערך *ξαrá h.* παρασκευάζω. GALL. *Preparer, appareiller.* ITAL. *Preparare.* GER. Vorbereiten/vorhin zurüsten. HISP. *Aparejar antes.* ANGL. *To prepare or make readie.* } Cic. *lib.* 1. *Offic.* Facilè totius vitæ cursum videt, ad eámque degendam præparat res necessarias. Idem 2. *Tusc.* Cultura autem animi philosophia est, quæ extrahit vitia radicibus, & præparat animos ad satus accipiendos.

Præpărātŭs, a, um, participium, Antè paratus. { מוכן *muchán* מזומן *mezummán.* προπαρεσκευασμένος. GAL. *Appresté, appareillé.* ITAL. *Preparato, apparecchiato.* GERM. Vorbereitet/zugerüstet. HISP. *Aparejado.* ANG. *Prepared, made readie.* } Cic. 1. *de Inuent.* Pœnæ apud inferos sunt impiis præparatæ. Idem *de diuinatione*, Animo cùm bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis præparato, qui se ita quieti tradit, certa & vera cernit in somnis.

Præpărātŭs, us, substantiuum. Præparatio. { κατασκεύασμα. GAL. *Preparation, appareil.* ITAL. *Preparatione, preparecchio.* GERM. Ein vorbereitung. HISP. *Aparejo de antes.* ANG. *Preparing or making readie.* } Galen. *lib.* 19. Nanque in præparatu rei rusticæ per tempestates, pluuiásque quam otium est, maturari potest per serenas, quum tempus instat, properari necesse est. Sueton. *in Tiber. c.* 56. Præparatum venire.

Præpărātĭo, nis, verbale, idem, παρασκευή. Cicero 1. *Offic.* Diligens præparatio omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est. Idem *Tusc.* 3. Multum prodest prouisio animi, & præparatio ad minuendum dolorem.

‖ Præparatura, idem quod præparatio. Tertull. ‖

Præpărātō, aduerbium, vel ablatiuus aduerbialiter positus. { ἐκ προπαρασκευῆς, προητοιμασμένως. GAL. *Auec preparation & appareil.* ITAL. *Preparamente, pensatamente.* GERM. Mit vorbereitung. HISP. *Con aparejo.* ANG. *VVith preparation.* } Quintilian. *lib.* 4 *cap.* 42. Quàm nihil præparatò, nihil festinatò videtur fecisse Milo? id est, ex præparatione.

PRÆPĔDĬO, is, secunda syllaba corr. Idem quod impedio: quasi pedes vincio. { מנע *manáh.* κωλύω. GAL *Empescher.* ITAL. *Impedire.* GER. Verhinderen/als wan man einem die füss verwicklet das er nit gehn kan. HISP. *Impedir.* ANGL. *To hinder, to lett.* } Videtur autem compositum esse ab antiquo verbo pedio: à quo etiam fiunt compedio, & impedio. Plaut. *in Cas.* Timor præpedit dicta linguæ: id est, valdè impedit. Terent. *Heaut.* —an eo fit, quia in re nostra aut gaudio Sumus præpediti nimio, aut ægritudine? Liu. 8. *ab Vrbe*, Sin modò, inquit, sese præda præpediant. Morbo præpeditus. Cic. *pro Rab.*

Præpĕdīmĕntum, i, Impedimentum. { κώλυσις, κώλυμα. GALL. *Empeschement.* ITAL. & HISP. *Impedimento.* GER. Ein verhinderung. ANGL. *A lett or hinder.* } Plautus, Non fallaciæ præpedimentum obiiciatur.

Præpĕndĕo, es, Antè pendeo. { προαιωροῦμαι. GAL. *Pendre au deuant.* ITAL. *Pendere auanti.* GERM. Vorabhin hangen. HISP. *Estar suspenso de antes.* ANG. *To hang before.* } Martial. *lib.* 9.

Præpendet mento nec tibi barba minor.

Cæsar *lib.* 2. *de bell. ciu.* sæpè vsurpauit loquens de turris ædificio.

Præpĕnĭsŭs, πραιπινος. Oppidum est mediterraneum maioris Mysiæ, apud Ptol *lib.* 5. *c.* 2.

Præpĕs, etis, generis omnis, Velox. { מהיר *mahir.* ὠκύς. GALL. *Qui vole soudain, leger à voler.* ITAL. *Veloce, leggiero.* GERM. Schnel/ringfertig. HISP. *Cosa ligera ò que buela.* ANG. *Swift in flight.* } Virg. 3. *Æneid.*

Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omnia pennæ.

Idem. 6 *Æneid.*

Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna,
Præpetibus pennis ausus se credere cælo, &c.

Volunt plerique hoc nomen significare velocitatem in altum volantis Ouid. 6. *Fast.*

Tunc oritur magni præpes adunca Iouis,

Gell. 4. *e lib.* 9. & *c.* 6. *lib.* 6. Præpetem portum dixit Ennius. De hac voce idem

idem Gell.*c.6.lib.6.*Et, Præpetes loci, *ibid.Liu.lib.7.ab Vrbe.* Qui sibi præpetem misisset. (de coruo.) ¶ Dicebantur & præpetes ab auguribus aues quæ opportunè præuolabant, aut idoneas sedes capiebant, vt inquit Higinus. Verbum est propriè ex augurali disciplina sumptum. Nam aues præpetes (οἰωνοὶ τανυπτέρυγες, Homero) sunt quæ ingentibus alis patulæ atque porrectæ præuolant, quas potissimum Augures spectabant. πρὸ enim Græcè præ, & πέτομαι volare est: vnde πρόπετης præuolans, ex quo Præpes. Auibus præpetibus contrariæ aues inferæ. Nigidius Figulus *in lib.1. Augurij priuati*, Discrepat dextra sinistræ: præpetibus inferæ. Ex quo est coniectare, Præpetes appellatas quæ altius sublimiúsque volitent, cùm differre à præpetibus Nigidius inferas dixerit. Alij volunt esse quæ ingentibus & patulis, & porrectis alis volitant. Ex Festo.

Præpĕsinthus, πρεπέσινθος, insula maris Ægæi, vna Cycladum. Autor Plin.*lib 4.c.12.*

Præpĕto, is, Antè, vel priùs peto: id est, vado. προέρχομαι, Festus, Præpetere dicebant antiqui pro anteire.

præpīlātæ hastæ, sunt qui ferreas habent cuspides, quasi præferratæ. δόρατα σιδηρωτά. Præpilatum etiam dicitur vbi non est ferrum, si modò in mucronem acutum sit. Plin.*lib. 8. cap. 6.* Ab operariis hastas præpilatas habentibus per circum totum actos. Liu.*lib.6.bell.Pun.* Præpilata missilia. Vide Scaligerum *in Titium.* ¶ Cornua præpilata. Idem *lib.9 c.30.de locust.* Si nullus ingruat metus recto meatu cornibus, quę sunt propria rotunditate præpilata, ad latera porrectis, &c. ¶ Exerceri præpilatis. Quintil.*lib.5.cap.12.* Quod eò diligentiùs faciendum fuit, quia declamationes, quibus ad pugnam forensem velut præpilatis exerceri solebamus, olim iam ab illa vera imagine orandi recesserunt.

Præpinguis, Valde pinguis. { ὑπέρπαχυς. GAL. *Fort gras.* ITAL. *Molto grasso.* GERM. Gar feißt. HISP. *Muy gruesso.* ANG. *Very fatt.* } Colum. *lib.3.* Itaque non est vineis apta, vix etiam arbusto, nisi præpingui, & viuida terra. Virg. 3. *Æneid.*

——— & inde
Exupero præpingue solum stagnantis Elori.

Præpolleo, Antè alios, vel plurimum polleo. { ὑπερέχω. GAL. *Auoir grand pouuoir, pouuoir plus que les autres.* ITAL. *Poter assai, poter più de gl' altri.* GERM. Für andern mächtig oder fürtrefflich sein. HISP. *Mucho poder, poder mas que los otros.* ANGL. *To haue greatir powen then other.* } Liu.1. *ab Vrbe.* Ardeam Rutuli habebant, gens, vt in ea regione, atque in ea ætate, diutiùs præpollens. Idem *lib.5.* Virtute fortunáque tum sua, tum publica præpollens.

Præpŏndĕro, as, Grauior sum, plus pondero. { ὑπερβαρέω. GAL. *Peser plus, emporter le pois.* ITAL. *Pesar più.* GER. Fürwägen/meht wägen. HISP. *Mucho mas pesar.* ANG. *To be more weightie.* } Per translationem verò significat pluris esse, siue pluris æstimari. προλαμβάνω. Gell. *lib.5.c.3.* Nam quum in rebus aut paribus, aut longè secus, vtilitas amici, & honestas nostra consistit, honestas proculdubio præponderat.

PRÆPŌNO, is, Antepono, vtrùm malim optione data præfero. { הוקיר מן *hokir min.* προτίθημι, προτιμάω. GAL. *Mettre deuant, preferer & plus estimer.* ITAL. *Preporre, anteporre.* GERM. Fürsetzen/ höher halten oder schetzen. HISP. *Poner adelante, preponer vna cosa à otra.* ANGL. *To put before and preferre.* } Plaut. *in Rud.* Lucrum præposui sopori & quieti. Ouid. *Eleg.vlt.lib.4.Trist.*

Cúmque ego præponam multos mihi (poëtas.)

Ibid.Eleg.6.lib.1.

Si præponendos esse putatis habe.

¶ Interdum Præponere, est priùs ponere, tempore præcepto. προτίθημι. Salust. *in Iugurth.* Vbicunque res postulabat præsidium est præpositum. Aliquando est præficere. ἐφίστημι. Cic. *pro Manil.* prępositum bello Imperatorem. Ouid. *Eleg.1.lib.3.Trist.* Custos præpositus sancto loco. (de æditituo.)

‖ Præpos, valde, vel præ aliis potens. Vet. Vocab. *in Gloss. Isid.* Præpos valde potens. *l.Præpos.* ‖

Præpositio, verbale, actus ipse præponendi. ¶ Apud Grammat. est pars orationis, de qua abundè apud Priscianum & alios. Cic. *in Top.* Præpositio enim *in*, priuat verbum ea vi, quam haberet, si *in* præpositum non fuisset. ‖ ¶ Præpositio loquelaris. Scaligero est quæ per se non subsistit, sed cum loquelis. Eiusmodi præpositiones sunt dis, con, am, re, & similes siquæ sunt aliæ. ‖

Præpŏsĭti, qui rebus aliquibus præfecti sunt. προεστῶτες.

Præpositiuus, a, um, ex analogia, qui præponere potest. Sed vsus fert, vt sit, qui præponi potest, & solet: vt Grammaticus articulus præpositiuus, ἄρθρον προτακτικόν.

Præpŏsĭtūră, æ, dignitatis est nomen, vt præpositura militaris. Lamprid. *in Heliogabalo*, Militaribus etiam præposituris, tribunalibus, & legationibus, & ducatibus venditis.

‖ Præposta, præmissa. Lucr. ‖

Præpŏrto, as, Antè fero, antè porto. { προφορέω, προφέρω. GAL. *Porter deuant soy.* ITAL. *Portare deuanti.* GER. Vor im tragen. HISP. *Traer delante.* ANGL. *To beare or bring before him.* } Lucret. *lib.2.*

Telaque præportant violenti signa furoris.

¶ Interdum accipitur pro præ se ferre: hoc est, signo aliquo exteriore animi affectum ostendere, Catull. *Argon.*

——— quibus anguineo redimita capillo
Frons expiranteis præportat pectoris iras.

Præpŏssum, Præpolleo, vel præualeo. { ὑπερίσχω. GALL. *Estre le plus puissant.* ITAL. *Poter più.* GER. Mächtiger oder gwaltiger sein. HISP. *Poder mas.* ANGL. *To bemore mightie.* } Tacit. *lib.21.* Postquam Macedones præpotuere, &c.

Præpŏtens, Valdè potens, vel valdè diues. { ὑπέροχος, μέγα δυνάμενος, πολυσθενής. GALL. *Fort puissant.* ITAL. *Potentissimo.* GERM. Fürauss mächtig oder gwaltig HISP. *Muy poderoso* ANGL. *Very mightie.* } Cicero *de Amicitia*, Sic multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles.

PRÆPŎSTĔRVS, a, um, Peruersus, qui rerum ordinem conturbat, aut in quo ordo est conturbatus. { מעקל *mehukkal.* προθύστερος. GAL. *Fait, dit, mis, ou autrement estant au rebours.* ITAL. *Fuor d'ordine, al contrario* GERM. Verkehrt/läts. HISP. *Lo detras delante, hecho al reues, ò mudado. el orden.* ANGL. *Backward.* } Cic. *Cassio.* Præposteros habes tabellarios: etsi me quidem non offendunt, sed tamen quum à me discedunt, flagitant literas, quum ad me veniunt, nullas afferunt. Quint. Præpostera res, occidere, deinde erubescere. Ouid. *Eleg.7.lib.1.Trist.* Omnia naturæ præpostera ibant.

Præpŏstĕrē, aduerbium, Peruersè, & ordine conturbato. { ὕστερον πρότερον, προθύστερον τὐναντίον. GALL. *Au rebours, sans deuant derriere.* ITAL. *Alla riuescia.* GERM. Hinderfürsich/ Nit ordenlich. HISP. *Al reues de otra cosa.* ANGL. *Bacwardlie.* } Cic. 1. *Acad.* Vt præposterè tecū agam, mox referam me ad ordinem. Idem *Attico*, Omnes arbitror mihi tuas redditas esse, sed primas præposterè, reliquas ordine.

PRÆPRŎPĔRVS, Valde, seu nimis celer. { ὑπέρταχος. GAL. *Fort hastif & soudain.* ITAL. *Frettoloso.* GERM. Gar schnel oder zuvil schnell. HISP. *Muy pressuroso y ahincado.* ANG. *Verry hastie and rash.* } Cic. *Trebatio*, Sed ex tuis litteris cognoui præproperam quandam festinationem tuā. Liu. *lib.27.* Quum toto eo bello damnosa, præpropera ac feruida ingenia Imperatorum fuissent. Senec. *c.12. de cons.ad Mart.* Citò pater, citò sacerdos, citò omnia tam præpropera.

Præprŏpĕrē, aduerbium, Nimium celeriter. { λίαν ταχέως, ὠκέως σφόδρα. GALL. *Trop hastiuement.* ITAL. *Troppo frettolosamente.* GER. Zuvil schnelliglich oder eylendts. HISP. *Muy pressurosamente.* ANGL. *Ouer hastelie.* } Liu. *lib.37.* Et festinans ipse præproperè cum quinque solis nauibus Annibali occurrit.

Præpūtĭum, ij, Pellis quæ glandem, hoc est, summam colis partem tegit, à præputando (vt putatur) nomen habens, eo quod à Iudæis præputaretur, hoc est, præscinderetur. { ערלה *horláh.* ἀκροβυστία πόσθη. GALL. *Prepuce, la peau du membre viril.* ITAL. *Pelle nella punta del membro virile.* GERM. Die vorhaut des männlichen glyds. HISP. *Capullo del miembro del hombre.* ANGL. *The fore skinne of a mans member.* } Iuuen. *Sat.14.* de Iudæis loquens,

Nil præter nubes, & cæli numen adorant,
Nec distare putant humana carne suillam,
Qua pater abstinuit, mox & præputia ponunt.

Satyr.5.

Impatiénsque moræ pauet, & præputia ducit.

Præquam, vide *Præ*, suprà.

‖ Prærapidus, Adiect. Senec. *lib.1.de ira*: Nullus enim effectus vindicandi cupidior est, quàm ira, & ob id ipsum ad vindicandum intrabilis, prærabida & amens. ‖

Prærădĭo, as, Præluceo. { ὑπερλάμπω. GAL. *Ietter grande lueur & clarté.* ITAL. *Far luce innanzi.* GERM. Fürausglantzen. HISP. *Luzir delante.* ANG. *To giue great litght.* } Ouid. 6. *Epist.* præradiant stellis signa minora suis, id est, prælucent.

Prærādo, as, Abrado, præcido. { גרד הקציע *hiktsiah* חרך *gharádh* חרך *charáts* γξηkit/ʃéth. ἀποξέω. GALL. *Racler.* ITAL. *Radere.* GERM. Vornen abschaben. HISP. *Raer.* ANGL. *To shaue or scrape of.* } Cato c. 41. Si vitis vitem contingat, vitis vtriusque latus alterum præradito obliquè.

Prærancĭdus, a, um, Valde rancidus. { ὁ πάνυ σαπρός, σφόδρα. GAL. *Fort rance & moisi.* ITAL. *Molto rancio, non piu in vso.* GER. Gar schimmlich vnd vnangenem. HISP. *Mucho rancio, ranciosο.* ANGL. *Very stinking or rotten.* } vt, Prærancida caro. ¶ Per translationem pro exoleto, & iam ingrato. Gell. *lib.13.c.19.* Non finitiones illas prærancidas, neque fæcutinas Grammaticas spectaueris.

Prærăpĭdus, Valdè rapidus. { πάνυ ταχύς. GAL. *Fort viste & soudain.* ITAL. *Velocissimo.* GERM. Vberauß schnell. HISP. *Muy ligero.* ANG. *Very suddin or rauenous.* } vt, Prærapida fuga, apud Silium *lib. 16.*

‖ Prærigeo, es, Corn. Tacitus *lib.13.* Annotatúsque miles, qui fascem lignorum gestabat ita prærigиisse manus, vt oneri adhærentes, truncis brachiis reciderent. ‖

Prærĭpia, loca præ ripa fluminis. Apul. *Apol.1.* ‖ Cùm egressus in præripia fluminis, &c. ‖

PRÆRĬPIO, is, Antè capio, pręoccupo. { לקח *lakách.* προαρπάζω, ὑποκλέπτω. GAL. *Rauir & oster deuant.* ITAL. *Rapire innanzi.* GERM. Vor dannen zucken/zuuor hinweg reissen oder nemmen. HISP. *Arrebatar antes.* ANG. *To cath before an other, to preuent.* Plautus *in Casina*, Huc veniste sponsam præreptum meam. Cic.1. *Offic.* Facilè celare, tacere, dissimulare, insidiari præripere hostium consilia, id est, præoccupare, siue prænoscere, aut præuenire. Plin.iunior *de viris Illustribus*, Immatura morte præreptus, non potuit præstare qualem promiserat regem. Plaut. *Asin. sc.2. a. 4.* præripias scortum amanti. Idem *Men.sc.vlt.a.5.* Neque tibi, quum occupare patrem, neque præripere postulo. Cic. *pro Gallo*, Demosthenes tibi præripuit ne esses primus orator, tu illi ne solus. Vbi Valla Qui aliquid alteri eripit (inquit) potest nos in suos vsus eripere: vt, Eripuit illi vitam. Qui verò præripit, in suos proprios vsus rapit: neque præpositio illa antecessionem declarat. Cic. *pro Gallo*, Demosthenes tibi præripuit ne esses primus orator: tu illi, ne solus. Non hoc intelligit Cicero: quòd Demosthenes huic aut aliquid eripuerit (vt qui auferre nihil posset nondum nato) aut priorem se fecerit. Non enim Demosthenes primus oratorum antiquitate temporis dicitur, sed facultate, neque hunc solus Demosthenes ætate antecessit. Ergo ille præripuit tibi, id est, rapuit sibi istam dignitatem, vt summus orator esse videatur. Hæc Valla. *lib.5.c.8.*

PRÆRŌDO, is, Rodo, vel corrodo, { אכל *aeál.* καταπεράγω, καταβιβρώσκω. GALL. *Ronger.* ITAL. *Rodere.* GERM. Vornen abnagen/zernagen. HISP. *Roer.* ANGL. *To gnawe of or about.* } Colum. *lib. 2.* Nam si sæpiùs cacumina manu præfracta, aut pecore prærosa fuerint, in perpetuum corrumpuntur. Idem *de arboribus c.15.* Genus est animalis, volucra appellatur: id ferè prærodit teneros adhuc pampinos, & vuas. Plaut. *Pseud. sc.2.a.3.* Vt digitos sibi prærodat suos. (suauitate cibi) *Ibid.* prærodatis vestras furtiuas manus. ¶ Prærodere autem apud Plautum quid sit, docet Victorius *c.24.lib.3.* in delicato ex Aristophane in Pythagoræis.

PRÆROGO, antè rogo. Prærogari, antè rogari, i. interrogari, cùm lex ferenda est. Item antè diem soluo. { προεκτίνειν. GAL. *Payer auant le terme escheu, auancer.* ITAL. *Pagar prima che sia il termino.* GERM. Vor der bestimpten zeit bezalen. HISP. *Pagar adelantado.* ANG. *To paye before the tyme.* } Vlpian. *l.sed addes.ff.locati & conducti*, Nam inter eum qui per errorem

errorem soluit, & eum qui pensionem integram prærogauit, multum interest. Suet. *in Aug. c.* 35 Prærogare sententias.

Prærogatiuus, a, um, habens facultatem, aut ius prærogandi, vt prærogetur. Ita Prærogatiua tribus, prima tribus.

Prærŏgātīuă, æ, substant. Præstantia & eminentia, qua quis aut præfertur, aut præferri alteri debet. { יתרון jithrón. ἐξοχή. GAL. *Prerogatiue auantage.* ITAL. *Prerogatiua, auantaggio.* GER Ein besonders vrtheil für andere auß HISP. *Grande excellentia.* ANGL. *Prerogatiue or dignitie wher ey one is preferred.* } Paulus Iurisconsultus, Veteranorum priuilegium inter cætera etiam in delictis habuit prærogatiuam, vt superentur à cæteris in pœnis: hoc est, cæteris præferantur. Nec ad bestias itaque veteranus datur, nec fustibus cæditur ¶ Prærogatiuus, a, um. Cic. *pro Mur.* Etenim si tanta illis comitiis religio est, vt adhuc super omne prærogatiuum valuerit: quid mirum in hoc felicitatis famam, sermonémque valuisse? ¶ Prærogatiua tribus, vel prærogatiua centuria dicebatur quæ primo loco ad suffragium ferendum vocabatur, cuius sententia tantum momenti habebat & autoritatis, vt quasi præiudicium in comitiis cæteris, centuriis & tribubus afferret. Qui enim ferebat prærogatiuam, rarò reiiciebatur à cæteris. Liuius *lib.* 26. Autoritatem prærogatiuæ (subaudi centuriæ) omnes sicuti sunt. Prærogatiua, inquit Asconius, propter iustum integrúmque beneficium aut factum, aut dictum aliquid significat liberalius ab eo, qui nobis benefacturus est. Et rursus, Prærogatiuæ tribus sunt, quæ primæ suffragium ferunt ante iure vocatas. Mos enim fuerat quo faciliùs in comitiis populi concordia firmaretur, bina omninò de iisdem magistratibus fieri comitia, quorum primæ tribus prærogatiuæ dicebantur, quòd primæ rogarentur quos vellent Coss. fieri. Secundæ iure vocatæ quòd in his sequente populo, vt sæpè contigit, prærogatiuarum voluntatum iure omnia complerentur.

Prærogator, dispensator. Gloss. Isid.

PRÆRVMPO, is, Abrumpo, auello, disiicio. { נתץ nathátz נתח nathás. περικαταῤῥήγνυμι. GAL. *Desrompre.* ITAL. *Rompere, stirpare.* GERM. Vorab brechen/zerbrechen. HISP. *Mucho romper.* ANGL *To break a sunder.* }

Prærūptŭs, a, um, Auulsus, arduus. { ἀπότομος, κρημνώδης. GALL. *Desrompu, dangereux à monier, mal aisé à approcher.* ITAL. *Rotto, luogo difficile da montarui, inaccessibile.* GERM. Vornenabgebrochen/abgeschlipfft/hoch vnd gäch. HISP. *Alto ò despeñadero* ANGL. *Broken of stiepe or dangerous to go on.* } Virg. 3. *Georg.*

> *Adde tot egregias vrbes, operúmque laborem,*
> *Tot congesta manu præruptis oppida saxis.*

Cic. 7. *Verr*, Qui aliqua promontoria, aut prærupta saxa tenuisse dicuntur, id est, ardua (inquit Budæus) non autem sensim accliuia. In qua significatione dicimus & prærupta absolutè Plin. *lib.* 8. *c.* 32. Ad prærupta ducunt, saltúmque demonstrant. Velleius, In præruptum & anceps periculum adduxit Rempub. Senec. *c* 10 *de tranq.* Prærupta sunt, quæ videbantur excelsa.

Prærūptē, aduerbium, Abruptè, & in præceps, & sine cliuo. { ἀποτόμως, κρημνωδῶς. GAL. *Mal aisément pour monter, en danger de cheoir.* ITAL. *Altamente, con difficultà & malageuolezza di montare.* GER. Gächlingen/stotzechtig. HISP. *En despeñadero.* ANG. *Stiepe without any bending.* } Plin *lib* 34. *c.* 14. Mons præruptè altus (incredibile dictu) totus ex ea materie est.

Præs, prædis, Sponsor, qui se pro alio ciuitati, aut magistratui obstringit, promittens si quid incommodi fiat, plenè satisfacturum. { התערבה ben hattabarubáh. ἐγγυητής GALL. *Pleige, caution, respondant.* ITAL. *Sicurta, malleuadore, pagatore* GER. Ein burg/Der sich für iemandts verspricht. HISP. *Fiador por alguno.* ANG. *A pledge or suertie that is bound for an other.* } à præstando dictus, quia tam debet præstare quod promisit, quàm is pro quo præs factus est. Asconius, Prædes dicuntur fidiussores locupletes, pro re de qua lis est apud Iudicem, ne qui tenet, diffidens causæ possessionem deteriorem faciat. Differunt autem prædes à vadibus, quoniam vas appellatur qui pro alio vadimonium promittit, & propriè datur in re capitali: præs verò in lite nummaria. Ausonius,

> *Quis subit in pœnam capitali supplicio? vas,*
> *Quis quum lis fuerit nummaria, qui dabitur? præs.*

Prædes hodie sunt, inquit Bud. qui sponsores Reipublicæ, vel Principi facti sunt pro iis qui pecuniam publicam dispensant, quos *Receptores* vocant. Ij etiam qui publicanos in locationibus vectigalium, aut eorum fideiussores locupletes affirmant (quod idoneos esse, & sufficientes testificari vocant) prædes dici propterea possunt, quòd locupletes eos præstare debent. Gell. *c.* 19. *lib.* 7. Multam irrogare, & prædes poscere. Vetus inscriptio apud Aldum *de Orthogr.* Prædes date, prædiáque subsignate, qui hoc opus rediment. ¶ Prædes etiam pro bonis ipsius prædis interdum accipiuntur. Cic. 2. *Philipp.* domi quidem causam amoris habuisti, foris etiam turpiorem, ne Lucius Plancus prædes tuos venderet, id est, bona tua sponsioni obnoxia. Possumus etiam hîc prædes pro sponsoribus accipere, quodam loquendi schemate non inuenusto, vt sit prædes vendere, sponsorum bona & prædia auctioni addicere. Budæus.

PRÆSAGIO, is, iui, & ij, itum, præsentio, quasi ante sagio. { קסם kasám. προμαντεύω, προαισθάνομαι. GALL. *Preuoir & predire les choses à venir, deuiner.* ITAL. *Presagire, indouinare.* GERM. Vorhin mercken/etwas künfftigs vorhin erschmecken vnd verstehn. HISP. *Diuinar, preueer antes lo que ha de ser.* ANG. *To gesse before what will follow.* Propertius,

> *Venturam melius præsagit nauita noctem.*

Cic. *lib.* 1. *de diuinat.* Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Præsagiebat animus frustra me ire quum exibam domo. *Ibid.* Sagire enim, acutè sentire est: ex quo sagæ anus, quia multa scire volunt: & sagaces dicti canes. Et *paulò post*, Is igitur qui ante sagit, quàm ablata res est, dicitur præsagire. Coniectura præsagiri potest. Cels. *lib* 7. *c.* 6.

Præsāgior, iris, deponens, pro præsagio, seu prædiuino. Plaut *in Bacch.* Plus præsagitur mali.

Præsāgītĭo, Præsensio. { קסם kósem. προμαντεία, προαίσθησις. GAL. *Preuoyance de ce qui doit auenir, sentiment de l'auenir.* ITAL. *Esso indouinare.* GERM. Ein vormerckung oder erspürung. HISP. *Obra de diuinar y preueer antes lo que ha de ser.* ANG *A gessing of thinges to come.* } Cic. 1. *de diuin.* Inest igitur animis præsagitio extrinsecus iniecta, atque inclusa diuinitus.

Præsāgium, ij, Præsensio, diuinatio. { קסם kósem. προμαντεία. GAL. *Preuoyance de ce qui doit auenir.* ITAL. *Presagio, indouinare.* GER. Ein vorsagung. HISP. *Diuinacion, conocimiento, ò significacion de las cosas por venir.* ANGL. *Foregessing.* } Columel. *lib.* 11. *c.* 1. Quantumuis vtile continget villico tempestatis futuræ præsagium. Ouid. 11. *de Ponto*,

> *Vera precor fiant timida præsagia mentis.*

Præsāgŭs, a, um, Futura, instantiáque præsentiens. { קסם kosém. μαντικός, προφητικός. GALL. *Qui preuoit ce qui doit auenir, deuin.* ITAL. *Chi indouina le cose future.* ANG. *diuiner, that gesseth to come.* } Claudian. *de rapt. Proserp.* heu mens præsaga futuri. Virg. 10. *Æneid.*

> *Agnouit longè gemitum præsaga mali mens.*

Ouid. 2. *Metam.*

> ——— *præsagáque luctus*
> *Pectore solicito repetens suspiria dixit.*

‖ Præsalum, περίαλμον Gloss. Philox. item Præsultum περίαλμον, νόθλίς. in Gloss. Cyr. est περίαλμον præsulsum. Hoc rectum est, aut præsalsum. ‖

PRÆSĀNĀSCO, is. { προϋγιαίνομαι. GALL. *se guarir auant & premier.* ITAL. *Guarir ò sanar prima.* GERM. Vorhin heil oder gesundt werden. HISP. *Sanarse antes.* ANGL. *To waxe heale before.* } Antè sanum fieri.

Præsānātŭs, adiectiuum { προϋγιανθείς, προθεραπευθείς. GAL. *Guari parauant.* ITAL. *Sanato per lo passato.* GERM. Vorhin geheilet oder gesund gemacht. HISP. *Sanado antes.* ANGL. *Healed or cured before.* } Plin. *lib.* 26 *c.* 14 Vulneribus præsanatus asphodeli radix decocta efficacissima est. Ita legit Hermolaus, licèt vulgò *præsanatu* legatur, & ita in antiquo legimus, inquit Budæus.

Præscătĕo, es, Scateo, & per translationem abundo { ὑπεραλύω, πλεονάζω GAL. *Abonder, estre plein.* ITAL. *Abbondare, essere pieno* GERM. Gar vol sein. HISP. *Ser lleno, abundar.* ANG. *To abound an be full.* } Gell *lib.* 14. *c.* 6. Et simul dat mihi librum grandi volumine, doctrinis omnigenis, vt ipse dicebat, præscatentem.

PRÆSCIO, is, Antè scio, antequam scilicet res exsistat { προγινώσκω. GAL. *Sçauoir parauant, preuoir.* ITAL *Sapere innanzi* GER. Vor wissen. HISP. *Saber antes de tiempo.* ANG. *To knawe before.* } Terent. *in Andr.* Nónne oportuit præsciuisse me antè?

Præscĭentĭă, actio præscientis, futurorum notitia πρόγνωσις.

Præscīsco, Præscio, vel potiùs præsentisco. { προπυνθάνομαι. GALL. *Sçauoir parauant.* ITAL. *Sapere auanti.* GER. Vor wissen oder zwor innen werden. HISP. *Saber antes.* ANGL. *To knawe before or hauen inckling.* } Liu. *lib.* 7. Quamprimum eos sortiri prouincias & præsciscere quam quisque eorum prouinciam, quem hostem haberet, volebant. Virg. 4. *Georg.*

> *Continuóque animos vulgi, & trepidantia bello*
> *Corda, licèt longè præsciscere.*

Præscĭta, Plinius identidem vocat, quæ Græci προγνωστικά, inquit Budæus GALL. *Pronostication, diuinement.* ITAL. *Diuinatione che precede le cose à venire.* GER. Vorgewuste ding/weissagungen. HISP. *Sabiduria de antes, diuinacion.* ANG. *Prognostications or gessinges.* } Plin. *lib.* 10. *c.* 18. Vnum eorum præscitum transire non queo, id est, augurium & ostentum. *Ibid. cap.* 75. Vtrúmne sint aliqua præscita animi quiescentis.

Præscĭŭs, a, um, Præsentiens, præsagus. { προειδώς. GAL. *Qui sçait, cognoit & preuoit les choses à venir.* ITAL. *Chi sa le cose future.* GERM. Vorwissend künfftiger dingen. HISP. *Sabidor de antes.* ANGL. *That knaweth before.* } Virg. 6. *Æneid.*

> ——— *túque ò sanctissima vates*
> *Præscia venturi.*

Cæli venturi præscius. Valer. Flacc. 5. *Argon.* Ouid. 13. *Metam.*

> *Præscia venturi genitrix Nereia leti.*

Idem 1. *Fast.*

> *Substitit in medio præscia lingua sono.*

Mens præscia Silius *lib.* 6. Deus præscius. August. *lib.* 5. *Ciuit.* Confiteri Deum esse, & negare præscium futurorum, apertissima insania est.

PRÆSCRIBŌ, is, Antè, siue priùs scribo. i. priore loco, & priore tempore. προγράφω. GAL. *Pescrire, bailler patron.* ITAL. *Prescriuere, dar ordine & carico.* GERM. Fürschreiben. HISP. *Prescriuir.* ANGL. *To assigne or appoynte.* } Cicero *Seru.* Sic enim præscripsimus iis quibus ea negotia mandauimus. Velleius, Vt præscripsimus. (id est, antè præscripsimus.) Tibull. *lib.* 4.

> *Ipse mihi non si præscribat carmina Phœbus.*

¶ Interdum significat inscribere, id est, titulum prænotare. ἐπιγράφειν. Virgilius:

> ——— *nec Phœbo gratior vlla est,*
> *Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.*

¶ Interdum significat præcipere, imperare, constituere, decernere, προγράφειν, προτάσσειν. Cic. *lib.* 3. *Offic.* Sed hoc natura præscribit, vt homo homini, quicunque sit, ob eam ipsam causam, quòd is homo sit, consultum velit: necesse est secundùm eam naturam omnium vtilitatem esse communem. Varro, Quoniam præscriptum erat, nequis angiportum transgrederetur. Secundùm hanc significationem Præscriptum & Præscriptio, pari modo pro Præcepto, vel ordine, lege, regula, seu forma sumuntur, ὅρος. ὑπογραφή. Tractum (vt docet Porphyrius) à magistris ludi, qui scripta pueris dant, præcipiúntque imitari, quod ὑπογράφειν Græce dicitur. Senec. *lib.* 4. *Epist.* Pueri ad præscriptum discunt. Præscriptio rationis, id quod recta ratio dictat & præscribit. Cic. 4. *Tusc.* Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quæ est à tota mente, à recta ratione defectio, sic auersa à præscriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant. ¶ Interdum Præscribere, est finem ponere, & quod vulgò dicitur, *Limitare*, Terent. *in Andria*, Tute ipse his rebus finem præscripsisti pater. Propè adest quum alieno more viuendum est mihi. ¶ Ponitur aliquando pro excipere, siue exceptionem actori obiicere, quæ consuetudo à Græcis hominibus in Latinam linguam inducta est. παραγράφειν enim dicunt, quod nos præscribere. Quintilian. *lib.* 7 Ignobilioso patri filius præscribit, de eo solo iudicatio est, an liceat.

Præscrīptĭo, nis, Titulus. { ἐπιγραφή. GAL *Prescription, reigle donnée pour la suiure.* ITAL. *Commendamento, ordine, regola.* GERM. Ein fürschreibung/vberschrifft. HISP. *Prescricion, titulo.* ANG. *An appointhing, a rule geuen to follow.* } Cic. *lib.* 1. *Offic.* Ex quo fit vt ager Arpinas, Arpinatium dicatur, Tusculanus, Tusculanorum: similisque est priuatarum possessionum

sionum præscriptio. Ex quo quia suum cuiusque fit eorum quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. Tacit. *lib.* 1. Præscriptio potestatis Tribunitiæ. Præscriptio, inquit Bud. exceptio, & translatio, vnum & idem in re forensi significant. Iurisconsulti in Pandectis promiscuè excipiendi verbo, & præscribendi vsi sunt: licèt præscriptionis vocabulum apud recentiores legum interpretes, & apud Iuris Pontificij conditores ad præscriptionis exceptionisque longi temporis significationem coarctatum sit, & præfinitum. Budæus. Senec. *lib Epist.* 49. Exceptiones & præscriptiones. Idem Fabius Quintil. Præscriptio, pro prætextu Cæs. 3. *bell. ciu.* vt honesta præscriptione rem turpissimam tegerent.

Præscriptum, vide *Præscribo.*

Præsĕco, as, ui, sectum, Priùs seco, præcido. { ὑποτέμνω, ἀποκόπτω. GALL. *Couper ou rogner parauant.* ITAL. *Tagliar via.* GERM. Vorab schneiden oder abhauwen. HISP. *Cortar antes.* ANG. *To cutt before, to pare away.* } Colum. *lib de arborib. c.* 29. Radicem arundinis acuta falce præsectam impendenti pluuia disponito. ¶ Accommodatur quandoque immolationi. Liu *lib.* 5. Inseritur huic loco fabula, immolante rege Veientium, voce Aruspicis dicentis, qui eius hostiæ exta præsecuisset, victoriam dari, exauditam. Suet *in August.* Nuntiata repentè hostis incursione, semicruda exta raptæ foco præsecuit, atque ita prælium ingressus victus rediit id est, partem reddidit Marti, partem ad vescendum reseruauit.

Præsedeo, es. Suet. *in Claud. c.* 34 Et meridie, dimisso ad prandium populo præsederet. (aliàs *persederet.*)

Præsegmĭnă, Partes corporis incisæ, vel amputationes rerum superfluarum. { ἀποκόμματα. GALL. *Rognures.* ITAL. *Cose tagliate via & gettate.* GER. Die abschneidleten/Das man als vberflüssig abhauwet. HISP. *Las cortaduras, o mundaduras de lo cortado* ANG. *Paringes of a nayle or of superfluous thinges.* } Vnde quæ ex vnguibus animalium scinduntur, præsegmina vocantur. ἀπονυχίσματα. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 2. Quin ipsi pridem tonsor vngues dempserat, colligit omnia, abstulit præsegmina. ¶ In eadem significatione dicimus & resegmina. Plin. *lib.* 28. Omnia persecuti sumus vsque ad resegmina vnguium.

Præsens, Præsento, vide *Præsum.*

PRÆSENTĬO, is, Antè, vel priùs sentio. { προαισθάνομαι. GALL. *Sentir & entendre deuant, se douter de quelque chose.* ITAL. *Presentire sentire prima.* GERM. Zuvor entpfinden/vorhin innen werden oder vermercken. HISP. *Sentir antes.* ANG. *To smele or sent before.* } Plaut. *in Trin.* Fecisset ædepol, nisi hæc præsensissent canes. Cæs. 3. *bell. Gall.* Quem ille præsensisset, ac profugisset vsque ad fines insecuti, regno, domóque expulerunt. ¶ Præsensum est. Liu. 1. *dec.* 3. Ante præsensitum, Suet. *in Aug. cap.* 96. Volui tragulam inijcere: verùm præsensit priùs. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. ¶ Animo aliquid præsentire. Ouid. *Epist.* 11.

Prima malum nutrix animo præsensit anili.

Præsentire futura. Cic. 2. *de diuin.* Censent esse in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod ex quo futura præsentiat. ¶ Præsentire sermones aurium tinnitu. Plin. *lib.* 28. *c.* 2. Quin & absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se, receptum est.

Præsentisco, scis, quo & ipso frequenter vtuntur autores, idem quod Præsentio. Plaut. *in Amph.* Nunc ne legio præsentiscat, clàm redeundum est mihi Terent. *in Heaut.* Et ea gratia secum adduxisse, ne id tu præsentisceres.

Præsensus, a, um, partic. Prædictus. { προαισθηθείς, προνοηθείς. GAL. *Qu'on a preueu & cogneu auparauant.* ITAL. *Preueduto, sentito prima.* GERM. Vorhin gemerckt oder entpfunden. HISP. *Sentido antes.* ANGL. *Perceiued before it come.* } Cic. 1. *de diuin.* probandum satis est non modò plura, sed etiam pauciora diuinè præsensa, & prædicta reperiri.

Præsensio, nis, verbale, prædictio, præsagitio. { προαίσθησις, πρόνοια. GAL. *Preuoyance, sentiment de la chose a venir.* ITAL. *Il conoscer prima.* GER Ein vormerckung. HISP. *Obra de sentir antes.* ANG. *Fore feeling.* } Cic. *Topic.* Multarúmque rerum in terra portenta, atque etiam per exta inuenta præsensio. Idem 2. *de nat. deor.* Prædictiones verò & præsensiones rerum futurarum quid aliud declarant, nisi, &c.

Præsepio, is, Circummunio, vt septo includo. { שׂךְ *sách.* περιφράττω. GAL. *Enuironner & clore par deuant ou tout autour, comme d'vne haye.* ITAL. *Serrare d'ogni intorno.* GERM. Vmbzeunen/vorzeunen/verhagen HISP. *Cerrar en derredor.* ANGL. *To enuiron and compasse as with a hedge.* } Cæs. 1. *bell. ciu.* Aditus autem & itinera duo quæ extra murum ad portam ferebant, maximis defixis trabibus atque eis præacutis præsepit.

PRÆSĒPE, is, & præsepium, pij, Stabulum dicitur in quo equi, muli, & cætera id genus animalia continentur. { אבוס *e' ús.* φάτνη. GAL. *Estable, ou la creche, ou mangeoire d'vn estable.* ITAL. *Presepio, stalla d'animali* GERM. Ein stal für die grossen thier. HISP. *El pesebre.* ANG. *A cratch or cribbe.* } Virg. 7. *Æneid.*

Hæc effatus equos numero pater eligit omni,
Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis.

¶ Nonnunquam etiam linter ille concauus in quo iumentis, bobúsve hordeum, auena, aliúdve pabulum apponitur, præsepe appellatur. { Eine kripff. } Colum. *lib.* 1. *c.* 6 Nunc altius præsepia edita esse conuenit, quàm vt bos, aut iumentum sine incommodo stans vesci possit. Apul. *lib.* 6. *Asin.* Præsepium meum hordeo passim repleri iubet, fœnúmque Bactriano camelo sufficiens apponi. Lignum verò ad quod equos capistris (ita enim ipsa lora dicuntur) religare solemus non aliter quàm ad ansulas, vacerra nominatur. Virg. item apum alueos, siue cellulas, præsepia appellauit, 4. *Georg.*

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.

& septa quibus inclusi vrsi tenebantur, *Æneid.* 7. ¶ Quin etiam loca omnia clausa & tuta, præsepia appellantur, teste Nonio. Cic. *in Pisonem,* pro ganea, siue lupanari videtur posuisse. Verùm (inquit) audis in præsepibus, audis in stupris, audis in cibo & vino. Horat. *lib.* 1. *Epist.* 16. pro do mopolsuit.

Scurra vagus, non qui certum præsepe teneret.

¶ Legitur & hæc *Præsepis,* is, siue *præsepes,* is: & *præsepia,* æ, fœminini generis. Varr. *de re rust. lib.* 9. vt citat Nonius, Is habebat culinam rusticam vnam, præsepiam latam cellam vinariam. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Quin reciperet se huc cessim ad præsepiam suam. Ita hunc Plauti locum legit & emendat Lambinus, Quin reciperet se huc esum ad præsepim suam. Quæ lectio corroboratur alio loco è Casinæ prologo, vbi ita ipse Plautus loquitur: Scit, si id impetret, futurum quod amat intra præsepeis suas. Ita igitur legendum, ad præsepim, à nominatiuo hæc præsepis, is, siue Præsepes, is: non autem ad præsepiam, vt citat Nonius contra legem carminis. ¶ in cœlo item nubeculam quandam inter asellos, plurali numero præsepia appellant, eo quòd in ea aselli stabulari videantur. Plin *lib.* 16. *c. vlt.* Sunt in signo Cancri duæ stellæ paruæ, aselli appellatæ, exiguum inter illas spatium obtinente nubecula, quam præsepia appellant. Hæc quum cælo sereno apparere desierit, atrox hyems sequitur.

‖ Præsepis idem quod presepe. ‖

Præsepultus, a, um, particip. à præsepelio. Quint. *declam* 9. Video senem meliore sui parte præsepultum.

Præsero, as, antè claudo Apul. *lib.* 1. Ille impetu teli præserata gula, vocem imò stridorem incertum per vulnus effunderet, & spiritum ebulliret.

Præsero, is, antè emittere, vel suprà, vel præ aliis serere. Voc. Vet.

Præsertim, aduerbium, præcipuè, hoc est, ante alia. { ἄλλως τε καὶ πάντως. GAL. *Principalement, specialement, par special.* ITAL. *Specialmente, principalmente.* GERM. Vorauß/vorab/fürnemlich. HISP. *Mayor, y specialmente.* ANG. *Speciallie.* } Plaut. *in Pœn.* Egóne istuc autem facere præsertim tibi? Præsertim quum, id est, hac de causa potissimum. Terentius *Eunuch.* — debeam Credo isti quicquam furcifero, si id fecerim: præsertim quum se seruum fateatur tuum? Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Ego volo obsecutum amori illius, præsertim, cùm me dignum habuerit. Idem *Pseud.* 5. *a.* 1. Non potest à me argentum auferri, qui præsertim senserim.

Præseruio, idem quod inseruio. { עבד *habádh.* ὑπηρετῶ, ὑπουργῶ. GALL. *Faire quelque seruice à aucun, & luy aider.* ITAL. *Fare seruitio ad alcuno, aiutarlo.* GER. Dienen oder vordienen. HISP. *Seruir à otro y ayudarlo.* ANG. *To do seruite, to one.* } Plaut. *in Amph.* Vt præseruire mei amanti possim patri.

Præses, vide *Præsideo.*

PRÆSĬDEO, es, Præsum, quanquam hæc nonnihil differunt. { שלט *schalát.* προΐσταμαι, ἐφίσταμαι. GAL. *Presider, estre president.* ITAL. *Essere presidente.* GER. Ein fürgesetzter oder Oberherr sein/vorstehn. HISP. *Tener presidencia.* ANGL. *To be in autoritie or haue rule of a thing.* } Nam præesse, de quouis officio, vel vilissimo dicitur: Præsidere autem semper autoritatem quandam habet coniunctam. Nec mirum quum à sedeo componatur, quod præ se fert quandam dignitatem: vt præses sit, quasi Iudex, vel quasi princeps, ideo præsidens, & præstans omnibus, vt iustitiæ subueniat & oppressis opem ferat. Cic. Quamobrem vos, dij patrij penates, qui huic vrbi atque Imperio præsidetis. Suetonius, Præsedit & Actiacis ludis, id est, præfuit. Virg. 7. *Æneid.*

—— queis Iuppiter Anxurus aruis
Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco.

Virg. 7. *Æneid*

Gradiuúmque patrem Geticis qui præsidet aruis.

Orbi terrarum præsidere. Cic. 2. *Philipp.* Vide plura de hoc verbo apud Vallam *lib.* 5. *Eleg.* Græciæ præsidibus in bello. Liu. *lib* 6. *d.* 4. Præsidere Triumpho.) Suet. *in Tib c.* 20. Præsidet ludis. *Ibid. cap.* 6. & spectaculis. Idem *in Calig. c.* 18. Ob hanc valetudinem & gladiatorio munere palliolatus nouo more, præsedit. Suet *in Claud. c.* 2. Meridie præsederet, (aliàs persederet.) Idem *ibid. c.* 34. ¶ Inuenitur & accusatiuo iunctum. Tacit. *lib.* 3. Quę vbi cognita P. Velleio (is proximum exercitum præsidebat) alarios equites ac leueis cohortium mittit in eos. Idem *lib.* 4. Et haud spernenda illic ciuium, sociorúmque manus litora Oceani præsidebat.

Præses, qui maximum in prouincia imperium habet post principem, vt ait Vlp. *in l.* 4. *ff. de offic præsid.* { נציב שליט *schallit netsib.* ἐπαρχος, ἡγεμὼν προστάτης. } Hinc Suet. *in August. cap.* 23. Præsidi prouinciarum prorogauit imperium. GALL. *Præsident, lieutenant d'vn Prince gouuerneur.* ITAL. *Presidente.* GERM. Ein landtvogt oder landtpfleger HISP. *Alcaide presidente sobre otros en gouierno, como corregidor, assistente ò adelantado.* ANG. *That hath cheif rule, a president.* } Dictus à præsidendo, sicut reses à residendo, & deses à desidendo. Accipitur tamen & generaliter pro Deo, Principe, aut magistatu qui rei alicuius tutelæ præest. Ouid. 15. *Metam.*

Quàm tantum genuisse virum, quo præside rerum
Humano generi superi fauistis abundè.

Idem 10. *Met.*

—— & orbe
In medio positi caruerunt præside Delphi.

Præside bellorum Deo genitus Romulus. Quintil. Præsides prouinciarum, exercitus. Liu. *lib.* 3. *bell. Pun.* Custos & præses iuuentutis Mercurius, Cic. 7. *Verr* Libertatis præses & custos Tribunus plebis Idem 1. *de Leg. Agrar.* Liuius. Dij deque, qui Capitolium incolitis, siccine vestrum militem, ac præsidem sinitis vexari ab inimicis? Vide Vallam *lib.* 5. ¶ Præses locus, ponitur pro tuto. Plaut. *in Casin.* nec vllum quidem Nequiorem arbitror esse qui locum præbet illi nunc præsidem.

Præsĭdĭū, ij, propriè dicitur milites vnius præfecti imperio parêtes, custodiæ, vel defensioni arcis, oppidi, vel personæ præsidentes. { מצב *matstsab* מצב *metstsádh.* φρουρά, φρούριον. GALL. *Garnison qu'on met en vne ville.* ITAL. *Presidio guardia, guarniggione.* GERM. Ein zusatz mit kriegsleuten so an ein ort gelegt werden/ dasselb zübeschirmen. HISP. *Guarnicion de gête, presidio.* ANG. *A defence or garison in a citie.* } Cæs. 1. *bell. Gall.* Eo opere facto præsidia disponit, castella communit, quo faciliùs, si se inuito transire conarentur, prohibere possit. Iureconsulti *de re militari,* Qui relinquit præsidium, peccatum desertionis incurrit. Desertor autem capite puniri solet: quanuis non omnes desertores similiter puniendi sint. Suet *in Tib. cap.* 21. Præsidium populi vnicum (de Tiberio.) Senec. *cap.* 14. *de consol. ad Helu.* Præsidium amittere. (de orbitate.) Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Coge in obsidium perduelles, nostris præsidium para. Idem *Menach sc.* 2. *a.* 1. M. Perij, in insidias deueni. P. Imò in præsidium, ne time. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Approperabo, ne post tempus prædæ præsidium parem. (id est, ne possim argenti ei facere copiam. Dictum

Dictum autem præsidium putat Varro *lib.4.de ling Lat.* quod aliquo in loco extra castra soleat præsidere, quo sui sint tutiores. ¶ Præsidia pro castris dixit Cæsar *lib.3.de bell.ciu* bis. Et Cic *lib.2.de Orat.* Et *pro Ligario*, in præsidiis hostium versari. *ibidem*, Versantúrque in hostium castris, ac sua præsidia dimittunt, &c. Præsidium statiuum dicitur, quod firmum est & stabile, neque loco mouetur. Cicero 12. *Philipp.* Hęc mea vigilia, hoc præsidium statiuum. Item Liuius *lib.1.d.*4 Pręsidium statiuum. ¶ Per translationem verò omne auxilium, & salutis propugnaculum, præsidium dicitur, quam vulgò *Munitionem* dicere solemus, προβολή. Terent. *in Hecyr.* Illum autem esse vnicum præsidium velle se senectuti suæ. Subsidium autem propriè dicitur, quod sociis laborantibus submittitur: cuius nominis ratio ducta est à triariis, qui in acie tertio ordine extremis subsidio ponebantur, complicatísque cruribus subsidebant donec res exigebat, vt suis opem ferrent. Plautus, Agite subsidite omnes, quasi solent triarij. *Cæs. de gestis in Italia*, Ad eum mittit, nisi subsidium sibi submittatur, sese diutius sustinere non posse. Sed de hoc latiùs suo loco. Salust. *Iugurth* 97. Vbi frumento, aut pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu præsidium agitabant, i. erant præsidio frumentatoribus, & pabulatoribus.

Præsĭdālis, Adiectiuum. Spartianus *in Tetrico*, Qui iure præsidali omnes Gallias rexerat.

Præsĭdātŭs, us, dignitas præsidis. Vopiscus *in Carino*, Tunc autem præsidatum Dalmatiæ administrabat.

Præsĭdĭārĭŭs, a, um, quicquid comparatur, vt præsidio sit, φρουρικός. Colum. *lib. 4 c.16.* Et præsidiarij malleoli propagandi sunt. Præsidiarij milites apud Liu. *lib.9.bell.Pun.* { οἱ φρουροί. GAL. *Gens d'armes qui sont en garnison.* ITAL. *Genti d'arme in guarniggione.* GERM. Kriegsleut die man zu einem zusatz braucht. HISP. *Hombres de guarnicion, ò presidio.* ANGL. *Any thing that is made for defence.* }

Præsĭdērāre, est quum maturiùs tempestas hyberna mouetur, quasi ante sideris tempus. Festus προαστροβολισμός. Similis est apud Plin. prochimasis, cui opponitur epichimasis.

Præsĭgnĭfico, as, Prædico, præmoueo, portendo. { προσημαίνω. GALL. *Donner signe de l'auenir, monstrer par signe ce qui doit auenir.* ITAL. *Monstrare per segno qualche cose.* GERM. Vorhin anzeigen. HISP. *Significar ò desir antes.* ANGL. *To shewe or signifie before.* } Cic. 1. *de diuin.* Aut non censent esse suæ maiestatis præsignificare hominibus quæ sunt futura.

Præsignis, e, Præstans, vel præ aliis insignis. { הנכבר האדיר haadhir hannichbádh ἔξοχος, ὑπέροχος. GAL. *Fort notable.* ITAL. *Segnalato, excellente, illustre.* GERM. Fürtreffenlich. HISP. *Muy señalado, ilustre y excelente.* ANG. *Very excellent and notable.* } Ouid. 5. *Fast.*

Præsignis facie Corniculana fuit.

Idem 7. *Metam.*

Peruigilem superest herbis sopire draconem,
Qui crista linguisque tribus præsignis, & vncis
Dentibus horrendus.

Stat. 4. *Syl.*

Gaudeat & Libyca præsignis auunculus hasta.

Præsigno, as, priùs signo. { προσημειόω. *Marquer auparauant.* ITAL. *Segnare prima.* GER. Vorbezeichen. HISP. *Señalar antes.* ANG. *To mark before.* } Cato *c.154.* Et ad summum, qua finiculeum capiet, præsignato. Plin. *lib.17.c.4.* Incipientes furunculos ter præsignare ieiuna saliua.

Præsĭlĭo, is, Antè salio. { προπηδάω. GAL. *Auant saillir, saillir deuant.* ITAL. *Saltare auanti.* GER. Herfür entspringen. HISP. *Saltar antes.* ANG. *To lea before.* } Plaut. *in Stich.* Vt præ lætitia lacrymæ præsiliant mihi.

Præsinum, προκόλπιον. Gloss. Cyr. i. quod ante sinum.

Præsipio, antè sapio. Fest.

Præspargo, is, Antè spargo. προπάσσω. GAL. *Espandre deuant.* ITAL. *Spargere auanti.* GERM. Voranhin zerspreiten. HISP. *Derramar antes.* ANG. *To sprinkle before* } Lucret. *lib. 5.*

Flora quibus mater præspargens ante viai.
Cuncta coloribus egregiis, & odoribus opplet.

Præstābĭlis, Præstantia, vide *Præsto.*

‖ Præstauro, præstruo sicut instauro instruo, renouo; restauro. vide *instauro.* ‖

Præstĕgă, locus vbi otij causa sumus sub tecto tantùm, patula reliqua parte, tanquam sub porticu. Quicquid hîc de Præstega, pro loco otij causa parato dicitur, delendum censet Passerat. Et à Calepino perperam citari ait Plautum *in Pseudolo*, cum non Præstega, sed *Præsterga* ibi scripserit Plaut. { אולם vlám. ξυστός. GALL. *Vn lieu couuert deuant la maison où l'on se retire pour deuiser.* ITAL. *Luogo coperto da ritirarsi per raggionare.* GER. Ein bedeckt ort das sunst offen ist an dem man für die lange weill sich erspracher. HISP. *Lugar cubierto para hablar.* ANGL. *A porche or voide place without the dore or entry.* } Plaut. *in Pseud. sc.2. a.1.* Facite vt offendam parata omnia, Vorsa præsterga, strata, lautáque coctáque omnia vti sint. Lambin. & Passerat. legunt hic *Præsterga*, & Passer. putat esse participium. Gruter. *prętersa*, i. valde tersa.

Præstĕrno, Ante sterno. προστρώννυμι. Stat. 3. *Syl.*

Quæ sibi præsternat viuax altaria phœnix.

¶ Per translationem aliquando vsurpari solet pro præparato. { הכין heehin ערך tarách. GALL. *Preparer & tendre deuant, tenir tout prest.* ITAL. *Preparare.* GERM. Vorhin zubereitten. HISP. *Aparejar.* ANG. *To prepare and spreade before.* } Plin. *lib. 5. Epist.* Illud peto præsternas ad quod hortaris, eligásque materiam, ne mihi iam scribere parato, alia rursus cunctationis & moræ iusta ratio nascatur. Ducta est metaphora à viis publicis, quæ in viatorum vsum silice sternuntur.

Præstĕs, itis, Præses, antistes, qui præstat aliis. { כהן chohén. προστάτης, πρεσβύτης. GALL. *Prelat, chef en quelque affaire.* ITAL. *Presidente.* GERM. Ein fürgesetzter oberherr. HISP. *El prelado.* ANGL. *Chie fin any affaire.* } Nam antiqui sic Præstites dixerunt, vt nunc Antistites, teste Festo. ¶ Præstites itidem Lares dicti fuerunt, quòd in ædibus omnia tuta præstarent, hoc est, conseruarent, & tuerentur. Ouid. 5. *Fast.*

Præstitibus Maia Laribus videre Calendæ,
Aram constitui, paruáque signa deûm.
Vouerat illa quidem Curius, sed longa vetustas
Destruit: & saxo longa senecta nocet.
Causa tamen positi fuerat cognominis illis,
Quòd præstent oculis omnia tuta suis.

PRÆSTINGVO, admodum stinguo, vel antè (à parte priore) stinguo. Plaut. *Mil. sc.1.a 1.v.4.* (vt) oculorum præstinguat aciem in acie hostibus, (id est, oculis hostium tenebras offundat. Ibi præstinguat, legunt omnes docti, Nonius, Lambinus, Passerat. & alij. Malè itaque vulgarij Calepini, & dictionaria, legunt *perstringit*, in hoc Plauti loco. Vide *infrà, Præstringo.*

Præstĭgĭātor, is, dicitur qui circunstantibus ita oculorum aciem præstringit, vt non aduertant dolum: qui & præstrictor vocatur. { עונן honén מעונן mehonén. γόης, θαυματοποιός. GALL. *Iouëur de passepasse, basteleur, sorcier.* ITAL. *Giocolatore.* GER. Ein geschwinder Gauckler/Ein betrieger der augen. HISP. *El que juega de passapassa.* ANGL. *A iugler.* } Plaut. *in Pœn.* Præstigiator hic quidem Pœnus probus est. Nescio quis præstigiator hanc frustratur mulierem. Idem *Amph. Ibid.* præstigiator, aut veneficus hanc excantat tibi familiam. Idem *Aul. sc.3.a.4.* Ego pol præstigiator miseris te accipiam modis. Senec. *epist.* 45. præstigiatorum calculi.

Præstĭgĭātrīx, fœmininum, quo vtitur Plaut. *in Amph.* { עננה honenáh. ἡ γοητική, ἡ γοητεύουσα, καὶ ἀπατῶσα. } Aut pol hæc præstigiatrix mulier multo maxima est, &c.

Præstĭgiæ, arum, Incantationes, delusiones, cuiusmodi sunt quæ manuum quadam dexteritate alia apparent quàm re vera sint. { חבר chéber. γοητεία. GALL. *Enchanteries & abusemens, & ieux de passepasse.* ITAL. *Incantesimi, inganni de giuocolieri che fanno parere vna cosa che non è.* GERM. Allerley geschwind gauckelspyl/q. ioculatorius ludus. Bezauberung oder zauberey/Geschwinde griff vnd renck durch welche auch die augen betrogen werden. HISP. *Los juegos de passapassa.* ANGL. *Delusions or deceites, as iugling castes, which mak thinges to seme that be not.* } Gell. *c.15. lib. 6.* In disciplinis tanquam præstigiis mirificus. Quintilianus, Huius præstigiæ plausum. ¶ Accipitur inde sumpta translatione pro quauis fraude & impostura. Plaut. *in Capt.* Operta quæ fuere, aperta sunt: patent præstigiæ. Cic. *pro Rabirio Posth.* Illinc omnes præstigiæ: illinc, inquam, omnes fallaciæ, omnia denique ab his nummorum argumenta nata sunt. Idem 4. *Acad.* Ne ab iis quæ clara sunt ipsa per sese, quasi præstigiis quibusdam, & captionibus depellamur.

Præstĭgĭōsŭs, θαυματοποιός, qui præstigiis eludit. Gell. *lib.8.c.10.* Descriptio cum Grammatico quodam præstigioso. Idem *c.14. lib.7.* Præstigiosum genus dicendi.

Præstĭno, as, Antiquis idem erat quod emo, præstituto pretio, eo oblato, & definito. { קנה kanáh. ὠνέομαι, ἀγοράζω. GALL. *Acheter.* ITAL. *Comperare.* GERM. Kauffen. HISP. *Comprar.* ANG. *To bie.* } Præstinare, à præ & stenare, siue tenare, & tenere. *Retenir.* Vide annotata Passeratij *ad sc. 2. a. 1. Pseudoli* Plaut. *Epid.* Vt & præstines argento priusquam veniat filius. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Ego eo in macellum, vt piscium quicquid est pretio præstinem. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Iuben'annon iubes astitui aulas, patinas elui, Alium pisces præstinatum abire. id est, emptum.

Præstĭtŭo, is, priùs statuo, præscribo, prædestino. { ערך tarách יעד iahádh. προορίζω, ἀφορίζω. GAL. *Ordonner, assigner.* ITAL. *Ordinare, assegnare, determinare.* GERM. Vorbestimmen/zuuor ansetzen. HISP. *Establecer de antes.* ANGL. *To appeynt before, to ordeine.* } Ouidius,

———dij summum præstituere diem.

Cic. 3. *Verr.* Diem præstituit operi faciundo Cal. Decemb. Plaut. *Pseud. sc.1.a.1.* Et rei dies hæc præstituta, proxima Dionysia. Liu. *lib.3. ab Vrbe*, Ad præstitutum diem venire.

PRÆSTO, as, stiti, stitum, & statutum: vnde & præstaturus, passim apud Liuium. multiplicem in oratione vsum habet, variásque significationes. Nonnunquam enim idem est quod antecellere, præcellere, excellere. { יקר iakár נצח nitsttéach. ὑπερφέρειν, διαφέρειν. GALL. *Valoir mieux, estre plus excellent, outrepasser.* ITAL. *Excedere, esser da più.* GERM. Fürtreffen oder vbertreffen. HISP. *Exceler en algo.* ANGL. *To be in greater price and estimation.* } In qua significatione æquè & cum datiuo, & cum accusatiuo iungitur. Cicer. *de Orat.* Maiores nostri cæteris gentibus iustitia præstiterunt. Idem 1. *Offic.* Difficile est quum præstare omnibus cupieris, seruare æquitatem, id est, quum cupieris inter omnes eminere, potentiáque omnibus antecellere. Idem *de Inuentione*, Zeuxis in muliebri corpore pingendo multum reliquis præstabat. Liuius *lib.3. ab Vrbe.* Agite iuuenes, præstate virtute peditem, vt honore atque ordine præstatis. Quintil. *lib. 1.* Præstat tamen ingenio alius alium. Virg. 11. *Æneid.*

———vel magnum præstet Achillem.

Quandoque solo ablatiuo contentum est eius rei qua quis excellit. Salust. *in Catil.* Primùm omnium qui vbique probro atque petulantia maximè præstabant. Cic. *de Orat.* Pisistratus literis, doctrináque præstitit. Idem *lib. 1. Offic.* Quorum verò patres, aut maiores aliqua gloria præstiterunt, id student plerunque in eodem genere laudis excellere. Illud verò Salustij, Omnes homines qui sese student præstare cæteris animantibus: quidam sic interpretantur, Qui cupiunt sese pręstantiores reddere cęteris animantibus. Quanquam non absurdè sic accipi potest, vt accusatiuus sese à fronte verbi infinitiui regi intelligatur: vt sit sensus, Qui student vt ipsi pręstent cęteris animantibus. ¶ Quandoque præstare ponitur pro cautionem dare: & (vt planiùs dicamus) est rei alicuius exitum in se recipere, siue alienæ culpæ dispendium velle luere, vt quum dicimus, Præstare euentum, Præstare alienum promissum, quod est alienum promissum in se recipere, & quasi proprium esset, velle satisfacere. βεβαιόω, ἀναδέχομαι, ἐγγυάω. & est verbum Iureconsultorum, apud quos frequentes sunt huiusmodi locutiones, Præstare dolum, Pręstare culpam alienam, Pręstare noxam, & alię consimiles. Gell. *c. 4. lib. 3.* Serui quorum nomine nihil pręstabat venditor Pileati venum ibant Cic. *lib.3. Offic.* Quicquid esset in prædio vitij, id statuerunt si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset præstare oportere Sic dicimus, præstare aliquem, quod est prædem esse pro aliquo, & periculum quod ab eo timetur, in se recipere. ¶ Quandoque pro implere, perficere, Idem *ibid.* Si autem non omne dictum præstandum est, quod dictum non est, id præstandum putas? Idem, Emptorem indem-

nem præstare oppoſtet.Suet.*in Tib.cap.*24 Cæteri (Imperatores) quod ſolliciti tardè præſtant, Tu quod præſtas tardè polliceris. ¶ Quandoque beneficium dare. Plin. Plura hic mihi præſtitit, quàm parentes. ¶ Quandoque pro cauere, & prouidere ne quid accidat. Cic. *Torquato*, Simus igitur ea mente, quam ratio & veritas præſcribit, vt nihil in vita nobis præſtandum præter culpam putemus: eaque quum careamus, humana omnia placatè, ac moderatè feramus. Nam præſtare culpam dixit, pro cauere ne quid culpa noſtra accidat. ¶ Quandoque re ipſa perficere, ſiue perſoluere. { השלים *hiſchlim.* ἀλμπεάτειν. ANGL. *To do or perfourme.*} Senec. c. 17. *de conſ. ad Polyb.* Præſtare iuſta. (id eſt, ſoluere, perſoluere.) Cic. Et quoniam præſtitimus, quod debuimus, moderatè quod euenit, feramus. Lactant *lib.* 4. Homines malunt exempla, quàm verba; quia loqui facile, præſtare difficile. ¶ Quandoque pro tribuere. נתן *nathán.* Liu. *lib.* 6. Pacem quam nos præſtitimus, eam à vobis petimus. Lactant. *lib.* 1. Quid tales dij præſtare hominibus poſſunt. ¶ Quandoque exhibere, reddere, præbere, repræſentare. παρέχειν, Cic. *Lentulo*, Sed præſta te eum qui mihi à teneris (vt Græci dicunt) vnguiculis es cognitus. Idem *Terentia*, Neque legis improbiſſimæ pœna deductus eſt, quo minus hoſpitij & amicitiæ eius officium præſtaret. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.* Nunc quoque ſe præſtet (tibi victoria.) *Ibid.*

Non tibi contingant qua gentibus otia præſtas.

Idem *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Triſt.* Téque præſta conſtanter ad omne munus amicitiæ. Et *Eleg. vlt. lib.* 4. *Triſt.* Séque præſtitit inuicta mens. ¶ Pro præbere, idem 3. *Faſt.*

Fœmina cur præſtet (liba) *non eſt rationis operta*, (id eſt, præbeat,)

¶ Pro exhibere: Præſtare reuerentiam Iudici. Quintilian.

Idque recens præſtas, nec longo cognitus vſu,

Ouid. *Eleg* 5. *lib.* 3. *Triſt.* Idem *Eleg* 4. *lib.* 3. *Triſt.*

——Leuat hac (caſus meos) *quòd præſtat amorem.*

¶ Ponitur interdum impersonaliter, idémque ſignificat quod melius eſt. Saluſt. *in Catil.* Quæ quouſque tandem patiemini, ô fortiſſimi viri. Nónne emori per virtutem præſtat, quàm hanc vitam miſeram, atque inhoneſtam, vbi alienæ ſuperbiæ ludibrio fuerimus, per dedecus amittere. Cic. *in Piſon* Emori potius, quàm ſeruire præſtat. Idem *Attic. lib.* 14. Mori millies Præſtitit, quàm hæc pati. ¶ Habet & alios hoc verbum in oratione vſus, quos ex ſequentibus exemplis facilè erit perſpicere. Dicimus enim Præſtare beneuolentiam: id eſt, exhibere. Præſtare diligentiam, operam in re aliqua; quæſtum, iuſiurandum. Præſtare ſe incolumem, propugnatorem acerrimum alicuius. Præſtare vicem alicuius rei, pro eſſe vſui vice alicuius rei: quo eſt Plinius vſus. Præſtare fidem alicui. Præſtare vltima iucunda: id eſt, efficere. Præſtare ſedulitatem alicui, id eſt, ſedulò alicuius negotium agere. Præſtare aliquem ante ædes, id eſt, exhibere, ſiue adducere eum ante oſtium. Præſtare aliquem alicui negotio, id eſt, præficere. Præſtare fidem promiſſi, fidem publicam, promiſſum. Præſtare rempublicam: id eſt, incolumem ab omni incommodo conſeruare. Præſtare nihil debeo: id eſt, culpam in me recipere non debeo. Præſtare conſpectum rerum dicitur oculus apud Celſum *lib.* 6. *c.* 6. ¶ Præſtare ſedem, i. præbere. Idem *lib.* 7. *c.* 19. Ne poſtea ſinuetur, & ſedem eidem malo præſtet.

Præſtatuiri, & præſtuiri vetuſtè dicitur, pro præſtitum iri. Pomponius *l.* 66. *D. de contrah. emp.* Viam, iter, actum, aquæductum præſtatuiri. Iauolen. *l.* 10. *D. de hæred. vel act. vend.* Quòd ſi in venditione hereditatis illud actum eſt, ſiquid iuris eſſet venditoris, venire, nec poſtea quicquam præſtuiri. Ex Hotomano.

Præſtandùs, a, um, participium. Ouid. *de Ponto.*

Sed præſtandus amor, res non oneroſa volenti.

Præſtans, quod modò participium eſt, Excellens, antecellens, { מנצח *menatſtſeach.* πεϱιςάμϑ·, ὑπεϱφέϱων, ὑπεϱέχων. GALL. *Qui tient le premier lieu, excellent, qui eſt par deſſus les autres.* ITAL. *Eccellente di virtu & di gran coſe.* GERM. Fürtreffenlich/ausbündig in tugenden/ &c. HISP. *Excelente.* ANG. *Paſſing good, excellent.*} Cic *de Vniuerſit.* Altera pari numero præſtans, extremis parique numero ſuperata. Modò nomen, idem ſignificans quod inſignis, ſiue excellens: habétque ferè ablatiuum. Virg. 8. *Æneid.*

Quorum de numero, qui ſeſe in bella ſequantur
Præſtantes virtute legit.

Cic. *pro Plancio*; Ingenio, iuſtitia, integritate omnibus præſtans vir. Idem 3. *de Orat.* Literis doctrináque præſtans. Nonnunquam etiam genitiuum: vt præſtans animi Virg. 13. *Æneid.*

O præſtans animi iuuenis: id eſt, cui eſt animi præſtantia.

¶ Hinc Præſtantior, & præſtantiſſimus. Virg. 6. *Æneid.*

——quo non præſtantior alter
Ære ciere viros, Martémque accendere cantu.

Cic. *de Amic.* Quo mortuo me ad Pontificem Scæuolam contuli, quem vnum noſtræ ciuitatis & ingenio, & induſtria præſtantiſſimum audeo dicere. Quintilian. Præſtantiſſimo animo ſuſcipere mortem, (id eſt, fortiſſimo.) ſicut infrà, præſtantia animi.

Præſtantiă, æ, Excellentia, ab adiectiuo præſtans, quod inſignem, vel excellentem ſignificat. { יתרון *ithrón* ἐξοχή. GALL. *Excellence.* ITAL. *Grandeza, eccellenza.* GERM. Fürtreffenheit/außbunh. HISP. *Excelencia.* ANG. *Excellencie.*} Cic. *de Amicit.* Fructus enim ingenij & virtutis omníſque preſtantię tum maximus accipitur, quum in proximum quenque confertur. Idem 1. *Offic.* Nobis autem perſonam impoſuit ipſa natura, magna cum excellentia preſtantiáque animantium reliquorum. Gell. *lib* 1. Scitè, ſubtilitérque ratiocinatum Pythagoram philoſophum dicit in reperienda, modulandáque ſtatus, longitudináſque eius preſtantia. Plin. *lib.* 12. *c.* 3. Tentauere gentes ad ſe transferre, propter remedij præſtantiam. Quintil. Præſtantia animi, mox conſtantia, item fiducia.

Præſtatio, actus præſtantis. { שלום *ſchillum*, vel, *ſcillém.* ἡ παροχή, ἀπόδοσις. GAL. *Reddition, quand on rend & baille ce à quoy on eſt tenu.* ITAL. *Reſtitutione, eſſe dare.* GERM. Leiſtung/erlegung. HISP. *Obra de dar, rendimiento.* ANGL. *Perfourming, payment.*} Paul. *de legat.* 3. *l. ſi plures gradus.* Itaque ſi quis velit non omnes heredes onerare legatorum præſtatione, &c.

Præſtabilis, e, qui præſtat, excellit. { מנצח *monatſtſeach.* ἔξοχ⊕. GAL. *Excellent.* ITAL. *Eccellente.* GERM. Fürtreffenlich/fürbündig. HISP. *Coſa de grande excelencia, excelente.* ANG. *Excellent.*} Gellius, Chilo præſtabilis homo ſapientiæ. Cic. *de Amic.* Vos autem hortor, vt ita virtutem locetis, ſine qua amicitia eſſe non poteſt, vt ea excepta nihil amicitia præſtabilius eſſe putetis. Idem 1. *de finibus*, Quem tandem hoc ſtatu præſtabiliorem, aut magis expetendum poſſumus dicere? Idem *de Orator.* Sumendæ autem res erant, aut magnitudine præſtabiles, aut nouitate primæ, aut genere ipſo ſingulares: neque enim paruæ, neque vſitatæ, neque vulgares, admiratione, aut omnino laude dignæ videri ſolent. Idem *de ſenectute*, Nil mente præſtabilius natura homini dedit. Apud eundem, præſtabilis virtus, præſtabilis dignitas.

Præſtitor, is, πάροχ⊕, τελεςής. Præbitor. Apuleius *in Hermetis Aſclepio*, Sicuti enim Deus omnibus ſpeciebus, vel generibus, quæ in mundo ſunt, diſtributor diſpenſatórque eſt bonorum, id eſt, ſenſus animæ & vitæ: ſic & mundus præſtitor eſt, & tributor omnium, quæ mortalibus videntur bona.

Præſtauro, as, præſtruo: ſicut Inſtauro, inſtruo, renouo: Reſtauro, reſtruo. Diomedes Grammaticus *lib.* 1. Secundo verò ſuo vſu, materiam præſtaurat primæ dicenti.

Præſto, ſiue aduerbium loci ſit, vt quidam volunt, ſiue nomen indeclinabile, vt aliis placet, idem ferè eſt quod præſens, ſiue in promptu, & coram: iungitúrque ſoli verbo ſubſtantiuo ſum, & nonnunquam eius compoſito adſum. { ὁ παριςάμϑ·. GAL. *Preſent, tout preſt.* ITAL. *Preſente.* GER. Gegenwertig oder zugegen. HISP. *Coſa preſente y eficaz.* ANGL *Preſent or in readineſſe.*} Cic. 3. *Verr.* Quadruplatores ad fretum præſto fuerunt. Terent. *Eunuch.* Præſto adſum. Cic. *de lege Agrar.* Te volo curare vt mihi ſummopere præſto ſis, auxiliúmque adducas, dum eos agros quos tuo labore cepiſti, ego mea lege vendam. ¶ Accipitur aliquando Præſto eſſe, pro auxilio eſſe, ſiue operam ſuam alicui præſtare. Idem *pro Murena*, Ius ciuile didicit, multùm vigilauit, laborauit, multis præſto fuit. ¶ Item præſto eſſe, ſignificat aduenire, ſiue comparere. Autor ad Herenn. Hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt: hyeme pulſæ recedunt. Plaut. *Menæch. ſc.* 6. *a.* 5. Ibo ad medicum, præſto ero illic cùm venietis. (inquit herus ſeruis.) *Ibidem.* Hero vt omnibus in locis præſto ſim. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 2. Dixeram me domi præſto fore.

Præſtolor, aris, Maneo, vel expecto. { קוה *kaváh.* ϖεϱιμένω. GALL. *Attendre.* ITAL. *Aſpettare.* GERM. Auff einen warten. HISP *Eſperar lo que ha de venir.* ANGL. *To tary or abide for.*} Editio Veneta, quæ prodiit anno 1509. die 3. Ian. qua neſcio ea exſtet vlla antiquior, habet apertè ita: *Præſtolor* pen. corr. ex præ & ſtolor. *Stolor* autem à ſto deducitur. Hoc quidem *ſtolor* eſt fictum. Sed quare illud poſteriores emendarunt, quod Calepinus ipſe ſcripſerat, *Præſtolor.* pen. correpta? Cæterùm vulgatus Latinus interpres præſtolari habet pro iuxta ſtare, παϱίςαϑαι. Feſtus, Præſtolari is dicitur qui antè ſtando ibi quò venturum excipere vult, moratur. Plaut. Dum eum domi præſtolor, adoleſcens aduenit. Idem *Truc.* Sed quid hæc, hîc autem tandiu ante ædes ſtetit? neſcio quem præſtolata eſt. Terent. *Eunuch.* Quem præſtolare Parmeno hîc antè oſtium? Cæſar 2. *bell ciu.* Huius aduentum L. Cæſar filius cum decem longis nauibus præſtolans, &c. Cic. 2. *in Catil.* datiuo iunxit. Qui te ad forum Aurelium præſtolarentur.

PRÆSTRINGO, is, xi, ctum, Antè ſtringo, præligo, obuincio. { צרר *tſarár* אסר *aſár.* ϖεϱισφίγγω. GAL. *Serrer de pres & eſtreindre.* ITAL. *Chiuder forte ſtringere.* GER. Vornen zuſamen ſtricken/wol auſtreiffen. HISP. *Eſtreñir ò apretar ſuertamente.* ANGL. *To bind faſt.*} Stat. 3. *Syl.*

Ille tuis toties præſtrinxit tempora ſertis.

¶ Interdum idem eſt, quod obtenebrare, interprete Nonio, vt Præſtringere aciem oculorum. Præſtringere viſum. ἀμαυϱοῦν. Plaut. *in Mil. ſc.* 1. *a.* 1 *v.* 4. Præſtringit oculorum aciem in acie hoſtibus. Hinc non præſtringit, ſed præſtinguat, legunt Nonius, Lambinus, & alij docti: atque idem ſignificare hîc præſtinguo, quod præſtringo, pluribus docet Lambin. in Horat. *Epiſt.* 1 *lib.* 2 & in Plaut. *Milit. ſc.* 1. *a.* 1. Vide ſuprà *Præſtinguo.* Autor ad Herennium *lib.* 1. Exiſtimat ſe gemmæ nitore, & auri ſplendore omnium aſpectus præſtringere. Senec. *cap.* 12. *de conſol. ad Polyb.* Præſtringet eius fulgor tuos oculos. ¶ Interdum idem eſt quod leuiter attingere, & paucis percurrere. ἀκϱοϑιγῶς διέξιέναι. Cic. 7. *in Verr.* vt citat Nonius, Ignoſcite, rei magnitudo me breuiter præſtringere atrocitatem criminis non ſinit. ¶ Nonnunquam idem eſt quod radere, eodem Nonio interprete, & tranſeundo attingere. Cic. *in Philipp.* Aratri vomere portam Capuæ penè perſtrinxiſti. ¶ Interdum idem eſt, quod hebetare, ſiue obtundere { ANG. *To daſell the eyes.*} vt, Præſtringere aciem ferri, apud Plin. *lib.* 7. *c.* 15. & Præſtringere aciem ingenij, apud Cic. *in Diuin* Melius *Præſtinguo.*

PRÆSTRVO, is, Antè ſtruo, priùs ædifico. { ϖϱοκατασκευάζω. GALL. *Baſtir deuant & edifier, fonder pararauant.* ITAL. *Edificare innanzi.* GERM. Zwor bauwen. HISP. *Edificar antes.* ANGL. *To build before.*} Columel. *lib.* 1. *cap.* 5. Quippe ab imo præſtructa, valenter reſiſtent contra ea quæ poſtmodum ſuperpoſita incumbent. ¶ Præſtruere ſibi fidem, per translationem accipitur pro præparare. Liu. *lib.* 28. Non ſemper temeritas eſt felix, & fraus fidem in paruis ſibi præſtruit, vt quum operæpretium ſit, cum mercede magna fallat. ¶ Ponitur aliquando pro obſtruo. Ouid. 1. *Faſtor.*

Ille aditum fracti præſtruxerat obice montis,
Vix iuga mouiſſent quinque bis illud onus.

hoc eſt, obſtruxerat, clauſerat.

Præſtructus, a, um, Ante præparatus, & ex compoſito, ſiue ex induſtria factus. { κατασκευαςμένος. GAL. *Edifié deuant.* ITAL. *Edificato innanzi.* GERM. Zugerüſtet/vorbereitet. HISP. *Edificado antes.* ANGL. *Builded before.*} Suet. *Tiber. cap.* 53. Quondam verò inter cœnam porrectam à ſe poma guſtare non auſam, etiam vocare deſiit, ſimulans ſe veneni crimine acceſſitum: quum præſtructum vtrumque conſultò eſſet, vt & ipſe tentandi gratia offerret, & illa quaſi certiſſimum exitium caueret. ¶ Interdum idem eſt quod obſtructus. Ouid. *in Ibin*,

Vtque Syracuſio præſtructa fauce Poëta,
Sic animæ laqueo ſit via clauſa tuæ.

Præſtus, a, um, i. præſens. Gl. Præſtos habeat, id eſt, præſentes. Inſcript. Vet. Pataui

Patauij: Amicos Colui patronos bonos, officio præstus fui. In l. Salica *tit.*47. Si verò 30. noctes impletæ fuerint, & nec tunc voluerint exire: statim illum manniat ad mallum, & testes suos, qui ad ipsa placita fuerunt, præstos habeat. hinc à *Præstus* est *præsto* nomen indeclinabile.

Præsūdo, as, Antè sudo: & per translationem ante exerceor. { προϊδρόω, προγυμνάζομαι. GALL. *Suer auparauant.* ITAL. *Sudare innanzi.* GERM. Vorhin schwitzen / sich vor.anhin biss zu dem schweiss vben. HISP. *Sudar ante de tiempo.* ANG. *To sweat before.* } Stat.6.*Theb.*

——ludúmque super quo Martia bellis
Præsudare paret, seséque accendere virtus.

Præsūl, is, à veteribus dicebatur primus inter Salios Martis sacerdotes: à præsiliendo nomine imposito, quòd Saliis ancilla per vrbem cantu & tripudiis circumferentibus præiret, & choream duceret. { כהן *cohén.* χορυφαῖος. GALL. *Prelat.* ITAL. *Prelato.* GERM. Ein oberister Priester Martis so vorzeiten seinem Gottsdienst vorstůnd. HISP. *Prelado.* ANGL. *A bishop or prelat.* } Vide Vallam *lib.* 5. *Eleg.* & Liuium *lib.*1 *ab Vrbe cond.* Hodie tamen præsulis nomine quemuis intelligimus antistitem.

PRÆSVLTŌR, is, qui saltantium choream ducit, & omnibus præsilit. { ἐξάρχος, χοροστάτης, κορυφαῖος. GAL. *Celuy qui mene la dance.* ITAL. *Colui che mena la danza.* GERM. Ein vortantzer oder vorstender. HISP. *Que dança antes.* ANG. *That danceth before or leadeth the ringe.* } Cic. 1. *de diuin.* Exin' rustico cuidam dormienti visus est venire qui diceret præsultorem sibi non placuisse. Liu. *lib.*2. *d.* 1. visus est, nisi mendum est.

Præsŭlto, as, Antè salto. { προπηδάω. GAL. *Mener la dance.* ITAL. *Menare la danza* GERM. Vortantzen/vornen hår tantzen. HISP. *Saltar ò dançar delante.* ANG. *To lead the companie of dancers.* } Liu. *lib.*7. Si tu permittis, volo ego illi belluæ ostendere quando adeò ferox præsultat hostium signis, me ex ea familia ortum quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit.

Præsūlsūs, Valde salsus. { πάνυ ἁλμυρὸς, ἁλικώδης. GALL. *Fort salé.* ITAL. *Molto salso.* GERM. Versaltzen/hefftig gesaltzen. HISP. *Muy salado.* ANG. *Very salt.* } Colum. *lib.*2.*c.* 2. Liberalésque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas.

PRÆSVM, praes, praeest, Præfectus sum, curam rei alicuius habeo. { שלט *schalat* משל *maschál.* ἐπιστατέω, ἐφίσταμαι. GALL. *Auoir la charge de quelque affaire, estre president.* ITAL. *Esser sopraintendente di alcun affare, essere preposto.* GERM. Vorstethn/ ein fürgesetzer oder oberster sein. HISP. *Presidir ò ser in gouierno sobre otros.* ANG. *The haue charge and ouersight.* } Salust. Et pro cuiusque opibus Romæ per totam vrbem vigiliæ haberentur, hísque maiores magistratus præessent. Cic. 4. *Acad.* In Asiam Quæstor profectus, ibi per multos annos admirabili quadam laude prouinciæ præfuit. Exercitui præesse. Plancus *Senatui lib.* 10. *Epist.* Nauibus & classi præesse. Cic. 7. *Verr.* Sacris præesse. Idem. *de Arusp. resp.* ¶ Præesse quoque verbum est proprium Iurisconsultorum, cùm litigatori autores erant, vt iure agerent. Hinc illud P. Mutij Scæuolæ, *in lib. de Orator.* 1. Id nisi hîc in tuo regno essemus, non tulissem multísque præessem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu consertum vocarent. Hinc illud Ciceronis de Chelidone amica Verris, Statuunt petere auxilium à Chelidone quæ isto prætore non modò in iure Ciuili, priuatorúmque omnium controuersiis populi Romani præfuit, verumetiam in his sartis tectis dominata est. Sic Pomponius *in l.*2. *de orig. iuris.* Augescente ciuitate & qui præerant, agendi genera composuerunt, ex Hotomano.

Præsēns, tis, sicut à possum, potens: ab absum, absens: ita à præsum fit præsens, & propriè significat, quod nunc fit, vel sine mora: & qui in conspectu est, siue qui abest. { ὁ παρών. GAL. *Present.* ITAL. & HISP. *Presente.* GER. Gegenwertig. ANG. *Present.* } Plaut. Agite si vultis, præda erit præsentium, id est, eorum qui adsunt. Virg. 1. *Æneid.*

Præsentémque viris intentant omnia mortem.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Imò per te præsentem conspicuúmque Deum, &c.

Teipsus coram præsens præsentem videt. Plaut. *Pseud. sc.*7 *a.*4. Illud (malum) erat præsens: (suprà *aderat.*) *Ibid. sc.*5 *a.*1. Quod te præsente istic egi, téque interprete. (id est, te teste) Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Me præsente nunquam factum est. (te teste. Idem *Amph. sc.*2. *a.* 2. Quo præsente, quo in loco? (promisi.) T. Me præsente & Lycone. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. vin' faciam, vt Philenium me, præsente hoc, amplexetur? Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 4. Me hodie præsentem ausit indignè præuortier. Idem *Amph. sc.* 3. *a.* 4. Præsens non ades. *Ibid.* Quod amas amato testibus præsentibus. Idem *Curc. sc.* 1. *a* 1.

Vultibus illa tuis tanquam præsentibus hæret,

Ouid. *Eleg* 3. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Nec qui detractat præsentia liuor (id est, viuorum opus.) Idem *t. leg. vlt. lib.* 4. *Trist* præsenti tibi. (id est, viuo, & videnti.) Sueton. *in Calig. cap.* 45.

Vnde meum præsens instrueretur opus,

Ouid 4. *Fast.* Quos præsenti periculo fortuna subduxerat. ¶ Quandoque præsens dicitur non quod nunc fit, sed quod tunc fiebat: id est, tempore præterito, tunc præsenti: siue quod fiet futuro tempore, quod tunc erit præsens. Cicero, Ego incolumitati ciuium primùm, & postea dignitati: ille præsenti potius, quàm futuræ dignitati consulebat, de mortuo loquitur, ideóque non nunc præsenti, sed tunc. Idem *Quint. fratr.* Cætera (vt scribis) præsenti sermoni reseruentur, id est, sermoni qui aliquando inter nos præsens habebitur. ¶ Sic etiam, in præsens, in præsentia, & in præsentiarum, significant præsens tempore, quod vel præsens est, vel fuit præsens, vel præsens erit. Vlpianus *de Tabul. exhib.* Quid enim si occultatæ postea prolatæ sunt: cur noceat ei qui responderit quod in præsentiarum ei videbatur? Salust. *in Iugurth.* Si causa peccandi in præsens minus suppetebat. Horatius.

Pleraque differat, & præsens in tempus omittat:

id est, in suum tempus Terent. *in Phorm.* Promisum est ne in præsentia hæc hinc abeat. Cæs. *in Comment.* Cæsar suos in prælio continebat, ac satis habebat in præsentia hostem rapinis prohibere. Autor ad Herennium *lib.* 2. In præsentiarum hoc interserere non alienum fuit, vt huius instantiæ garrulam disciplinam contemneremus. ¶ Venire in rem præsentem, est eum in locum se conferre, de quo est controuersia. Cic. *pro Cecin.* Placuit de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem veniretur. Idem 1. *Offic.* Vt si promiseris te cuipiam in locum præsentem esse venturum. Plaut. *Amph.* fui illic in re præsenti, & meus, cùm pugnatum est, pater. Liu. *lib.*4 *d.*4. In re præsenti disceptarent. Idem *lib.* 10. *d.* 4. Ab amicis lecti libri, Numæ, qui in re præsenti fuerunt. Quintilian. In rem præsentem animos hominum ducere. ¶ Liu. 4. *d.* 4. præsenti pecunia locare publica. Gell. *cap.* 11. *lib.* 12. & *cap.*3. *lib.* 10. In præsens non habebat pecuniam. Plaut. *Capt. sc.*2. *a.*2. Quos tam grandi mercatus est præsenti pecunia. Idem *Pseud. sc* 3. *a.* 1. vel ducentæ fieri possunt præsentes minæ. (sup. argenti.) ¶ Interdum accipitur pro potenti & efficaci. ἐνεργὸς. Cic. *Attic. lib.*6. Præsens ad docendum vires habet. Cum infinitiuo. Horat. 1. *Carm. Ode* 35. de Fortunæ potentia,

O diua gratum quæ colis Antium,
Præsens vel imo tolle de gradu
Mortale corpus: vel superbos
Vertere funeribus triumphos.

Præsens, id est, parata vel potens mutare status hominum. Acron. ¶ Hinc præsentius, & præsentissimum. Virg. 2. *Georg.*

——quo non præsentius vllum.

Sic dicimus, Præsentissimum periculum, præsentissima medicina, præsentissimum remedium, præsentissimum venenum, id est, potens, & in primis efficax, & subitò, aut sanans, aut necans: quod etiam Præsentaneum vocatur. Plin. *lib.* 10. *c.*2. Idem podagris cum articulorum morbis decoctum aceto illinunt, præsentaneo remedio suspiriosis prodest. Quandoque præsens valet idem quod fortis, virilis. Terent. *in Phorm.* Animo virili, præsentique vt sis, para. ¶ Quandoque pro propitio: quoniam is qui præsens est nobis propitiatur facilè, si inuocetur, & citius quàm is qui præsens non est. εὐμενής, σωτηρός. Plaut. *Mil. sc.*4 *a.*2 Heus herclè quàm præsentia, omnia! (id est, certa, vel felicia.) Ouid. 5. *Fast.*

Et sunt præsentes (Dij lares) *auxiliúmque ferunt.*

¶ Parta præsensque victoria. (id est, certa.) Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* Cic. 4. *Tusc.* Hercules tantus, & tam præsens Deus. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Et vos agrestum præsentia numina Fauni.

id est, propitia, quorum præsentia fauor est, inquit Seruius. Terent. *in Phorm.* Non tu hunc habeas præsentem Deum?

Præsente, pro præsentibus dixerunt antiqui, quemadmodum Absente pro absentibus: quod locutionis genus apud politiores scriptores minus est vsitatum. Pomponius *Syris*, vt citat Nonius. Quid est? apud forum præsente testibus mihi vendidit. Plaut. *Amph.* Neç nobis præsente aliquis nisi seruus Sosia affuit. Præsente absente. Donat. *Eun.* 5.9. ad illud,

Postulo, vt mihi tua domus, te præsente, absente, vt pateat,

notat: Prouerbiale est, præsente absente, vt sursum deorsum, vltro citro, & cætera huiusmodi, fanda nefanda, iusta iniusta, digna indigna, velit nolit.

Præsēntĭă, æ, est actus eius, quod præsẽs est. { παρουσία. GAL. *Presence.* ITAL. *Presenza.* GERM. Gegenwertigkeit. HISP. *La presencia del que esta presente.* ANGL. *Presence.* } Salust. *in Iugurth.* Tum M. Tullius Consul, siue præsentiam eius timens, siue ira commotus, orationem habuit luculentam, atque perutilem Reipublicæ, quam postea edidit. Terent. *in Hecyr.* Ne mea præsentia obstet. Idem *Heaut.* Multa fert libido: ea prohibet facere tua præsentia. Cic. *Licin. lib.* 5. Desiderium præsentiæ tuæ meo labore minuam. Idem 2. *de diuin.* Declarant præsentiam suam sæpe diui. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 3.

Cuius vt oblata est præsentia, vicimus, inquit,

Præsentia animi, quæ Græcè παράστημα, dicitur fortitudo, constantia & robur animi. Cic. *pro Milone*, Neque verò sine ratione certa, causa Milonis semper à Senatu probata est. Videbant enim sapientissimi homines facti rationem, præsentiam animi, defensionis constantiam.

‖ ¶ Præsentiam sui facere, i. comparere. Paulus *d. lib.*42. *t.* 1. *l.* 47. si sæpe conuenti præsentiam sui facere noluerint. Et *l.* 53. Contumax est, qui tribus edictis propositis: vel vno pro tribus, quod vulgò peremptorium appellatur, literis euocatus præsentiam sui facere contemnit. ‖

Præsentalis, e, qui in præsenti est. Præsentales magistri militum, qui in præsenti erant, h. e comitatui principis iuncti.

‖ Præsentales milites, qui domestici, & Principem semper comitabantur Pancirol. ‖

Præsento, as, Offero, & quasi præsens exhibeo. { הקריב *hikrib*, παρίστημι. GALL. *Presenter, offrir.* ITAL. *Presentare.* GERM. Zugegen bringen/ fürtragen/ oder fürbringen. HISP. *Representar alguna cosa.* ANGL. *To present or offer.* } Quintil. *lib.* 11. Frustra docemur, si quicquid audiuimus præterfluat, & exemplorum, legum, responsorum, dictorum, benéque factorum, velut quasdam copias quibus abundare, quásque in promptu semper habere debet orator, eadem illa vis non præsentat. Plin. *de vir. illust.* Caput ab Achilla Ptolemæi satellite Ægyptio velamine inuolutum, cum anulo Cæsari præsentatum est. ¶ Præsentare, referre, speciem præbere, quod & repræsentare dicitur. Plin. *lib* 2. *c.* 19. Alterum è syluestribus genus herachon vocatur, ab aliis aphron, foliis (si procul intueatis) speciem passerum præsentantibus. Huius compositum est Repræsento: de quo infrà suo loco.

Præsēntānĕūs, a, um, quod præsentem habet efficaciam, { ἐνεργής. GAL. *Qui tout presentement fait son operation.* ITAL. *Che opera subito.* GER. Das eins ewegs oder alsz bald krefftig ist. HISP. *Cosa que obra luego sin dilacion.* ANG. *That hath a present operation and working.* } vt, Præsentanei boleti, apud Senec. *Epist. lib.* 15. qui citò enecant. Plin. *lib.* 91. *c.* 31. Præsentaneum remedium ad dentium mobiles firmandos. Idem *lib.* 24. *cap.* 1. Ferulæ asinis gratissimæ sunt in pabulo: cæteris verò iumentis præsentaneo veneno: qua de causa id animal Libero patri assignatur, cui & ferula. Sueton. *in Neron. cap.* 33. Gell. *cap.* 4. *lib.* 6. Præsentaneum venenum.

Præsēntārĭūs, a, um, quod præsens est & in numerato; vt, Præsentariæ pecuniæ, ἀσφαλισμένα χρήματα. Plautus *in Mostell. sc.* 1. *a.* 3. Vbi id erit factum, à me argentum petito præsentarium. Idem *in Pœn.* Quia aurum poscunt præsentarium.

PRÆSVMO, is, Priùs sumo. { προλαμβάνω. GALL. *Prendre auparauant, presumer.* ITAL. *Presumere, prendere auanti.* GERM. Vorhin nemmen HISP. *Tomar antes, presumir.* ANGL. *To presume or tak before.* } Plin. *lib.* 36. Theophrastus autor est, potores in certamine bibendi præsumere

sumere farinam eius. Quintilian. Præsumere partes Iudicis. Idem, Maledicentibus præsumenda patientia malè audiendi. ¶ Præsumere animo est præsagire, *προνοεῖν*. Valer. Max. *lib.* 1. Armis cum collega sub Cinna diffidens, præsumpsit animo, ea re significari exitium suum. Præsumere item significat apud Iurisconsultos, ex verisimilibus argumentis & coniecturis existimare. Vnde præsumptio, existimatio, quæ ex verisimilibus coniecturis dicitur, de qua in Rubrica, *de probatione & præsumptione.*

Præsūmptūs, a, um, participium. Sil. *lib.* 5. Ipsa suis manibus præsumpta piacula mittens. { *προειλημμένος, προληφθείς*. GALL. *Prins auparauant, anticipé.* ITAL. *Preso auanti.* GERM. Vorhin genommen. HISP. *Tomado antes*, ANGL. *Taken before.* ¶ Præsumpta opinio, est quæ vulgò dicitur *Præsumptio.* Senec *c.* 17. *de consol. ad Mart.* Quint. *lib.* 2. *cap.* 17. Nihil inuidia valeat, nihil gratia, nihil opinio præsumpta. Apud Tacitum, Præsumpta suspicio, pro eodem dicitur, Budæo teste.

Præsūmptio, Præacceptatio, anticipatio. { *πρόληψις*. GALL. *Præsomptiō, anticipation.* ITAL. *Presuntione, anticipatione.* GERM. Ein vermässenheit. HISP. *Aquella obra de tomar antes.* ANGL. *Preuentig or taking before.* } Plin. iun. *in Epist. ad Paulum*, Ego beatissimum existimo eum qui bonæ ac integræ famæ præsumptione perfruitur, certúsque posteritatis cum futura gloria viuit. Apud Rhetores præsumptio dicitur, quum id quod in aduersarij causa, vel in Iudicis opinione contrarium nobis esse, aut fortè arbitramur, præoccupamus dicere, & cum ratione dissoluere. Quint. *lib.* 9. Mirè verò in causis valet præsumptio, quæ *πρόληψις* dicitur, quum id quod obiici potest, occupamus, quæ præcipuè procemio conuenit. ‖ Iurisconsulti argumentum, ex quo coniectura sumitur, vocant præsumtionem. Sic definitur, quòd præsumtio sit quoddam medium intellectuale veritatis eliciendæ ex circunstantiis consurgens. Et est triplex,

I. *Temeraria* ex causis puerilibus & leuibus. & hæc repellitur.

II. *Verisimilis*, seu *probabilis*. & hæc admittitur ad probationem semiplenam: aut ad purgationem indicendam.

III. *Violenta*, quæ ad pronuntiandum & condemnandum sufficiens reputatur. ‖

Præsūmptūm, Præsumptio, siue præsumpta opinio. Vlpian *D. lib.* 21. *tit.* 1. *l.* 33. Qui mancipia vendunt, nationem cuiusque in venditione exprimere debent. Præsumptum etenim est quosdam seruos bonos esse, qua ratione sunt non infamata.

Præsumptuosūs, præsumptionis plenus, audax, impudens. Vet. Voc. Theologi aliquando vtuntur. Sidon. *epist. lib.* 1. Caij Plinij disciplinam maturitatémque vestigiis præsumptuosis insequuturus.

Præsūo, is, præsui, sutum. Antè suo. { *προῤῥάπτω*. GALL. *Coudre au deuant, ou pardeuant.* ITAL. *Cucire auanti* GERM. Voran etwas flicken oder büßen HISP. *Coser antes.* ANGL. *To sowe before.* } Plin. *lib.* 12. *c.* 19. Conscant surculos longitudine binûm cubitorum: mox præsuunt recentibus coriis quadrupedum ob id interemptorum, vt iis putrescentibus vermiculi lignum erodant, & excauent corticem tutum amaritudine. Hasta præsuta foliis. Ouid. 11. *Metam.*

Quæ foliis præsuta notam sine vulnere fecit.

Prætēgo, is, Præuelo, antè tego. { *προκαλύπτω, προσκεπάζω*. GALL *Conurir.* ITAL. *Coprire.* GERM. Verdecken. HISP. *Cubrir* ANG. *To couer or hide.* } Lactant. *lib.* 5. Tum vitia sua capillis, & pallio, & (quod maximum st velamentum) diuitiis prætegebat.

PRÆTĒNDO, is, antè tendo, oppono. { *προκαλύπτομαι, προτείνομαι, προϊσχομαι, προβάλλομαι*. GALL. *Mettre & tendre au deuant, pretendre.* ITAL. *Porre innanzi.* GERM. Fürspannen/vor fürstrecken. HISP. *Poner delante.* ANGL. *To pretende, to put or streitch a thing before an other.* } Virg. 9. *Æneid.*

——— & Marti prætendere muros.

¶ Quandoque ponitur pro præfero. Idem 4. *Georg.* fumósque manu prætende sequaces. ¶ Quandoque pro præmonstro, exhibeo. Cic. 1. *Offic.* Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere, neque submissum, & abiectum, neque se offerentem prætendere. ¶ Quandoque pro prætexto. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

———riuos deducere nulla
Religio vetuit, segeti prætendere sepem.

¶ Lactantius per translationem *lib.* 4. dixit, Ne si fuisset alienigena, iustam possent excusationem de lege prætendere, id est, allegare. Senec. *c* 16. *de consol. ad Helu.* Prætendere muliebre nomen ad obtinendum dolorem. Suet. *in Tib. cap.* 10. Prætendere requiem laborum. *Ibid c* 40. Prætendere causam profectionis. Prætendere titulum belli. Liu. *lib.* 7. *d.* 4. Prætentum cùm audisset tenue littus esse. Item, Prætendere decretum, idem *lib.* 9. *d.* 4. Et Suet. *in Claud. c.* 20. Inter prætenta foribus vela se abdidit.

Prætentus, part. Sen. *in Hippol.* Veste prætenta lacrymas coortas Obtegis.

Prætenturę, arum, à prætendendo, i. ante tendendo & præsidendo, tanquam quædam sint ante tendentia, vel stationes antecedentes. Ammianus Marcellin. *lib* 1. Ibique densis iter obsidentium itinera prætenturis, prouincialium & viatorum opibus pascebantur. Rursus, Et quia Mesopotamiæ tractus omnes crebro inquietari sueti, prætenturis & stationibus seruabantur agrariis. Vtitur & ea voce Higenus; verbo verò *Prætendere* sæpe Ambrosius: Et tanquam in procinctu positus præludit prælium, & velut coràm posito prætendit hoste. Rursus, Fortis ergo est viri non dissimulare, cùm aliquid immineat, sed prætendere, & tanquam explorare de specula quadam mentis. Iterum, vt prætendat in nobis virtus Christi.

Prætēner, a, um, Valde tener. { *λίαν τέρην, σφόδρα ἁπαλός*. GALL. *Fort tendre.* ITAL. *Molto tenero.* GERM. Gar zart. HISP. *Muy tierno.* ANGL. *Very tender.* } Plin. *lib.* 22 *c.* 23. Similis & nomine & effectu: sed alia est capnos, fruticosa, prætenera foliis coriandri.

PRÆTĒNTO, as, Priùs tento. { *προεγχειρέω*. GALL. *Tenter premier, taster, aller à tastons. Sonder & toucher auec la main fouiller.* ITAL. *Tentare innanzi.* GERM. Vorhin versuchen. HISP. *Tentar primero.* ANGL. *To essaie before.* } Suet. *in August. c.* 35. Ne admissum quidem tunc quemquam Senatorum, nisi solum, & prætentato sinu. GALL. *Sans auoir premierement sondé, & regardé s'il portoit rien en son sein, dont il le peust offenser.* Idem *in Claud. cap.* 35. Neque ægrum quemquam visitauit, nisi explorato priùs cubiculo, culcitrísque, & stragulis prætentatis & excussis. Tibull. *lib* 1. *Elegia.* 1.

Et pedibus prætentat iter suspensa timore.

Ouid. 5. *Metam.*

Calliope querulas prætentat pollice chordas.

Misericordiam iudicis prætentare. Quintil. *lib.* 4. Sed quid? in egressu parcius & modestius prætentanda est iudicis misericordia. Cic. 2. *de Orator.* Idcirco tota causa prætentata atque perspecta, locis omnibus inuentis atque instructis, considerandum est quo principio sit vtendum. *Prætentata* in emendationibus legitur Aldi Manutij, & recentiorum omnium.

Prætēntātus, us, Actus ipse prætentandi. { *προπείρασμός, προπειρα*. GALL. *Essay auparauant, tastement* ITAL. *Tastamento, assaggiamento.* GERM. Das vor versuchen/mit angreiffen. HISP. *Obra de tentar primero.* ANGL. *An essaying before.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu adimplent. alias *prætentata*.

Prætēnūis, Valdè tenuis. { *ὑπέρλεπτος*. GALL. *Fort tenure delié.* ITAL. *Molto tenue, molto stenuato.* GERM. Gar rein vnd dün. item, Gar schmal. HISP *Muy delgado y soti.* ANGL. *Very thinne slender or small.* } vt, Fila prætenuia, apud Plin. *lib.* 11. *cap.* 15. Mel thymosum non coit, & tactu prætenuia fila mittit. Idem *lib* 8. *cap.* 50. Solertiam eius animalis Mutianus visam sibi prodidit in ponte prætenui, duabus obuiis è diuerso de capris.

Prætēpēo, es, ui, Antè tepeo { *προχλιαίνομαι*. GALL. *Estre tiede auparauant* ITAL. *Esser prima tepida.* GERM. Vorhin warmlecht/ oder lauw sein. HISP. *Entibiarse primero.* ANGL. *To be warme* } Ouid. 2. *Amor.*

Mollis in obsequium, facilisque rogantibus esset,
Si tuus in quauis prætepuisset amor.

PRÆTĒR, præpositio, quam priuatiuam vocant, sicut absque, fine, clam, à præ deducta, quemadmodum ab in, inter: & à sub, subter. { מן *min.* *πλὴν, χωρίς*. GALL. *Outre, fors, excepté.* ITAL. *Ecceto, fuor che.* GERM. Außgenommen/weder allein/one. HIS. *Secando, circa, fin.* ANG *Except.* } Et modò separatur, modò componitur. Separata vim excipiendi habet, & semper accusatiuo iungitur. Cic. *lib.* 1. *Epist.* Amicum ex Consularibus neminem tibi esse video, præter Lucullum. Idem *pro Cluentio*, Omnibus sententiis præter vnam, Scamander condemnatus est. ¶ Aliquando significat vltra, *πέρα*. Quintil. Multa erant præter hæc, quæ obiici meritò potuissent. Plin. *lib.* 10. Præter hominem somniare equos, canes, boues, pecora, capras, palam est. Plaut. *Amph.* Præter me alterum faciam, vt offendas domi. (Sosiam seruum tuum.) ¶ Aliquando significat antè. Cicero 3. *Verr.* Serui præter oculos Lollij hæc omnia ferebant. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Polyb.* Præter oculos transeunt funera. Idem *cap.* 11 *de tranquill.* Toties præter limen exequias immaturas fax præcessit. Idem *cap.* 9. *de consolat. ad Martiam*, Præter domum ducuntur exequiæ, id est, iuxta, siue antè.) Ouid. 3. *Fastor.*

Donáque cùm videant præter sua lumina ferri.
Multa.

Plaut. *Ps. sc.* 2. *a.* 3. Si eras solus præter alios (id est, ante alios, vt suprà.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Præter alios eum rata fui frugi. ¶ Legitur & pro sine, *δίχα, χωρίς*. Salustius, Præter rerum capitalium condemnatos. ¶ Aliquando contra. *παρά* Ter. *in Andr.* Præter ciuium morem atque legem. ¶ Præter aliquando aduerbium est pro præterquàm. Columella *lib.* 3. *cap.* 2. Omnis incommodi patientes præter caloris. Budæus. ¶ Præter hac apud Plautum sæpiùs legitur pro posthac, *in Rud.* Si præter hac tu verbum faxis hodie, &c. ¶ Præter modum, idem est quod supra modum. Cicero *de diuinat.* Lacus Albanus præter modum creuit. Idem 5. *Tuscul.* Aristides expulsus est patria, quòd præter modum iustus esset. In compositione transitum, vel præteritionem significat. Componitur autem cum dictione incipiente ab e: vt prætereo: f, vt præterfluo: g, vt prætergredior: m, vt prætermitto: u, vt præteruolo. Præter pro iuxta. Suetonius *in August. cap.* 16. Præter Locros. Idem *in Caligul. cap.* 36. Præter pedes, (id est, iuxta.) *lib.* 6. *d.* 4. Via quæ præter calchidem fert. ¶ Præter spem, *παρ' ἐλπίδα*, significat ex insperato, præter opinionem, ex inopinato, vel contra spem, contra opinionem, *παρὰ προσδοκίαν*. Plaut. *in Mercat.* Præter spem saluæ sumus. Præter, pro insuper. Plin. *lib.* 8. *c* 42 Equo ferè, qui homini, morbi, prætereáque vesicæ conuersio. Idem *lib.* 9. *c.* 2. Et vera fiat vulgi opinio quicquid nascatur in parte naturæ vlla, & in mari esse, prætérque multa quæ nusquam alibi.

Prætērāgo, is, ere, Coge vlterius ire, præterire. { *παράγω, παρελαύνω*. GAL. *Mener ou passer outre.* ITAL. *Menare, far passar oltra.* GERM. Fürtreiben. HISP. *Guiar, constreñir de passar allende.* ANG. *To compell to go further.* } Horat. 1. *Epist.* 15.

Mutandus locus est, & diuersoria nota
Præteragendus equus:

hoc est, agendus est equus præter diuersoria nota, id est, vltra: quod equi inuitissimi solent facere.

Prætērbīto, as, frequentatiuum à prætereo, Quasi præterito, interposito b. { עבר *abár.* *παραμείβομαι*. GALL. *Passer outre.* ITAL. *Passare oltra.* GERM. Offt fürgeen. HISP. *Passar allende.* ANG. *To passe ouer or beyonde.* } Plaut. *in Epid.* Caue præterbites vllas ædes quin roges, Senex hic vbi habitat Periphanes Platenius? Apud comicos receptius est hoc verbum quàm apud Oratores.

Prætērdūco, præterductum, præterducere, Antè duco, vel vltrà duco. { *παράγω, παραπέμπω*. GALL. *Mener outre.* ITAL. *Menare oltra* GERM. Fürführen/ oder von dannen füren. HISP. *Guiar allende.* ANGL. *To bring or leade ouer or beyonde.* } Plaut. *in Milite sc.* 2. *a.* 1. Vt te hodie quasi pompam illuc præterducam. Ita editio Lambini, quam sequitur Passerat. vt te hodie quasi pompam illac præterducerem.

Prætērēa, aduerbium est, ex præpositione præter, & pronomine ea, compositum, Insuper, vel adhæc. { ועוד *vodh.* *πρὸς*, *πρὸς δέ*. GALL. *Outre ce, dauantage.* ITAL *Oltra ciò.* GERM. Vber das oder diese darzu. HISP. *Allende desto.* ANG. *Moreouer further more* } Cic. *in Epist.* Nam & in omni genere prudentiam tuam mihi exposuit, & præterea mihi non ignotam in consuetudine suauitatem tuam adiuuxit, præterea summam

nam erga se liberalitatem. Idem *pro Cornelio Balbo*, Sed nos possumus, & huius ciuitatis esse, cuiussuis præterea. Virg. 11. *Æneid.*

Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra viros.

Plaut. *Capt. sc. 2. a. 2.* Filium meum mihi redde: mihi præterea vnum nummum ne duis. Quintilian. Præterea tu semper in libertos Cæsaris dicis? stomachantis. ¶ Accipitur nonnunquam pro postea, siue posthac ἔπειτα. Virg. 2. *Æneid.*

——& quisquam nomen Iunonis adoret.
Præterea, aut supplex aris imponat honores?

Plaut. *Men. sc. 1. a. 2.* Operam præterea nunquam sumam, (id est, amplius & postea.) Vide præter hæc, siue præter hac, infrà. ¶ Præterea pro præterito tempore & anteacto. Agretius, Præterea præteriti temporis. Salust. Nunquã Hispanos præterea tale facinus ausos esse; *in Catilina.*

PRÆTEREO, is, iui, & ij, præteritum, Vltrà eo, prætergredior. {עבר *habár.* παραβαίνω, παράγω, παραμείβω, παραμείβομαι, παρέρχομαι, παραφέρω. GALL. *Passer outre.* ITAL. *Trapassare, passar oltra.* GERM. Fürgehn/ fürobergehn. HISP. *Trapassar, passar allende.* ANGL. *To passe ouer or beyonde.*} Terent. *in Eunuch.* Dum hæc repeto, imprudens villam præterij. Quid. 3. *de Arte,*

Nec quæ præteriit, rursum reuocabitur vnda:
Nec quæ præteriit hora redire potest.

Virg. 3. *Georg.*

——quum rapidus sol
Nondum hyemem contingit equis, iam præterit æstas.

Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.* Quarum odore præterire nemo pistrinum potest. Idem *Aul. sc. 4. a. 3.* Hunc non ausim præterire quin consistam & colloquar. Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

——Cùm te delicta notantem
Præterij toties irrequietus eques.

Idem *lib. 5. Fast.*

Me quoque Romani præteriere patres. (id est, obliti sunt mei.)

Idem *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Multaque præteriti verba pudoris habet. (an antiqui, an violati?)

Idem *5. Fast.*

Ablue præteriti perfida verba fide.

¶ Ponitur aliquando pro effugere, vitare. Terent *in Hecyr.* Nescis quid mali præterieris, qui nunquam es ingressus mare. ¶ Præterire aliquid, per metaphoram dicimur, quum nullam eius facimus mentionem. Cic. *de prouin. Consul.* Omitto iurisdictionem in libera ciuitate contra leges, Senatúsque consulta: cædes relinquo, libidines prætereo. Ouid. 6. *Fastor.*

Cætera iam pridem didici iuuenilibus annis,
Non tamen idcirco prætereunda mihi.

Præterire silentio aliquid, idem. Præterit me hæc res, id est, ignoro. ¶ Ponitur aliquando præterire pro antecellere, vincere. Varro. 1. *de re rust cap. 1.* Hos nobilitate Mago Carthaginensis præterit Pœnica lingua. Hinc tempus præteritum, quod iam non est, sed elapsum est. παρωχημένος, φθάσας, παρελθὼν χρόνος. Cic. *de senect.* Tempus præteritum nunquam reuertitur. ¶ Præteriti, dicuntur extincti. Propert. *lib. 2. cap. 14.*

Fas est præteritos semper amare viros.

Item, Præteriti dicuntur qui in petitione magistratuum repulsam tulerunt. ἀμνημόνευτοι, ἀποδοκιμασθέντες. Liu. *lib. 4. d. 4.* Præteriti senatores. ¶ Filium fratris præterire, pro Nihil ei in testamento relinquere, Cic. 2. *Philipp.* Vide quàm te amarit is, qui albus atérve fueris ignorans, fratris filium præteriit. Qu. Furij honestissimi equitis Romani, suique amicissimi: quem palàm hæredem semper iactitarat, ne nomen quidem perscripsit: quem nunquam viderat, ac nunquam salutauerat, fecit hæredem.

Prætereor, passiuum. Cic. 2. *de Leg.* Ne sumptuosa respersione longæ coronæ nec acerræ prætereantur.

Præterequito, as, Equitando prætereo, vel transeo. {παριππεύω. GALL. *Passer à cheual outre, cheuaucher à cheual outre.* ITAL. *Passar auanti à cauallo.* GER. Fürreyten. HISP. *Passar allende caualgando.* ANG. *To ride ouer or beyonde.*} Liu 3. *ab Vrbe*, Præterequitantésque absterrent.

Præterfero, ferris latus sum, Prætereo, vel transeo. {עבר *habár.* παραφέρομαι, παραβαίνω. GALL. *Estre porté ou transporté outre.* ANGL. *Passare esser portato oltra.* GERM. Fürüber getragen werden. HISP. *Passar ò ser lleuado allende.* ANG. *To be caried beyen*} Liu. 1. *bell. Pun.* Mago Numidæque simulac latebras eorum improuida præterlata acies est, exorti à tergo ingentem tumultum terroremque fecere. Lucret. *lib 4.*

At quæ pars vocum non aures incidit ipsas
Præterlata perit, frustra diffusa per auras.

Præterfluo, is, xi, xum, præterfluere, Fluendo prætereo. {παραρρέω. GALL. *Couler & passer outre.* ITAL. *Correre vicino, trapassare correndo.* GERM. Fürfliessen/fürrinnen. HISP. *Correr lo liquido por algunaparte, trapassar corriendo.* ANGL. *To flowe beyonde or runne by.*} Liuius *lib. 24.* Flumen quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tecta loca præterfluebat muros, procul iis quæ inhabitabantur. Varro 3. *de re rustic. cap. 16.* Cibi pars quoque, potio, & ea iis aquæ liquida vnde bibunt, esse oportet, eámque propinquam, quæ præterfluat, aut in aliquem locum influat. ¶ Præterfluere per metaphoram pro elabi, pertransire. Cic. 5. *Tusc.* Quocirca corpus gaudere tandiu dum præsentem sentiret voluptatem: animum & præsentem percipere pariter cum corpore, & prospicere venientem: nec præteritam præterfluere sinere. id est, non negligere præteritam. Plin. *lib. 3. in præfat.* Eorum ego orationes sino præterfluere.

Prætergredior, ris, prætergressus sum, Prætereo, vel transeo. {עבר *habár.* παραβαίνω, παρέρχομαι. GALL. *Passer outre, marcher outre.* ITAL *Passare oltra.* GERM. Fürgehn. HISP. *Passar cerca ò allende.* ANGL. *To passe or go beyonde.*} Cic. *Appio Pulchro, lib. 3. epist.* Currens Lepta mihi nuntiauit te iam castra prætergressum esse. Apuleius, Quumque stabulum prætergressus fuissem, re cognita, cœpi retrocedere.

Præter hac, vel Præter hæc, pro postea. Plaut. *Men. sc. 1. a. 5.* Non patiar præter hac. Idem *Most. sc. 1. a. 1.* Præter hac mihi non facies moram.

Præterinquiro. Ammian. *lib. 15.* In negotium præter inquiri.

Præterlabor, eris, præterlapsus sum. Vltra labor, præterfluo, præterea. {παραρρέω. GAL. *Couler & passer outre, glisser plus outre.* ITAL. *Trascorrere.* GER. Neben anhin fallen/fürfliessen. HISP. *Passar allende.* ANG. *To slip and slide beyonde.*} Statius 1. *Theb.*

——fluctiuaga qua præterlabitur vnda
Sicanios longè relegens Alpheus amores.

Cic. *de Orat.* Tum & in sensum, & in mentem iudicis intrare non potest: antè enim præterlabitur, quum percepta est. Virg. 3. *Æneid.*

Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est.

Idem 6. *Æneid.*

——vel quæ Tiberina videbis
Ostia, quum tumulum præterlabere recentem.

Præterluo. Apul. *lib. 6.* Nemus quod fluuio præterluenti ripisque longis attenditur.

Prætermeo, as, Iuxta meo, præterfluo, παραρρέω.

PRÆTERMITTO, is, Intactum relinquo, omitto, prætereo. {הניח *hinniách* עזב *hazáb.* παραλείπω. GALL. *Laisser ou mettre à dire ou faire, le passer.* ITAL. *Pretermettere, tralasciare.* GERM. Vnderlassen. HISP. *Dexar.* ANGL. *To passe or go ouer vntouched.*} Terent. *in Adelph.* Nil prætermitto, consuefacio. Prætermittere silentio, idem quod præterire silentio. Cicero. 13. *Philipp.* Prætermitere cœnam sceleris. Idem *ad Brutum.* idem est quod remittere, vel ignoscere. Prætermitti dicitur, quod aut ignorantia, aut obliuione, aut negligentia præteritur. Omitti verò, quod de industria relinquitur. Idem 3. *Offic.* Minimè verò assentior iis, qui negant eum locum à Panætio prætermissum, sed consultò relictum.

Prætermissio, nis, verbale, Omissio. {הנחה *náchath.* παράλειψις. GALL. *Delaissement derriere, omission.* ITAL. *Esso pretermettere.* GERM. Vnderlassen. HISP. *Dexamiento.* ANGL. *A letting passe.*} Cic. 2. *Offic.* Mamerco homini ditissimo Ædilitatis prætermissio, Consulatus repulsam attulit.

Prætermonstro, as, Gell. *lib. 10. cap. 9.* Vsus consilio sum magistri, quod docere me ipse debuerat, à quo discerem prætermonstrantis, id est, quasi prætereuntis, & aliud agentis, & præter officium suum monstrantis.

Præternauigo, as, Nauigio præteruehor. παραπλέω.

Præternauigatio, verbale, ὁ παράπλους, παράπλευσις. GALL. *Nauigation outre ou par après.* ITAL. *Nauigatione oltra.* GERM. Fürschiffung. HISP. *Obra de nauigar allende.* ANGL. *A sayling by or beyonde.*} Plin. *lib. 4. c. 12.* Ab hac Ægina liberæ conditionis XVII. M. P. præternauigatio est.

Præterpropter, vna dictio est composita significans præterquam, propter: hoc est, propter aliam causam, quàm propter eam de qua loquimur: vt, præterpropter vitam viuitur, hoc est, propter aliam causam viuitur, quàm vt viuatur, vt puta propter laudem, vel propter gloriam. Ennius apud Gellium,

Otio qui nescit vti, plus negotij habet,
Quàm quum est negotium in negotio.
Nam cui quod agat institutum est, nullo negotio
Id agit, studet ibi, mentem atque animum delectat suum.
Otioso initio, animus nescit quid velit.
Hoc idem est, neque domi nunc nos, nec militiæ sumus,
Imus huc, hinc illuc: quum illuc ventum est, ire illinc libet,
Incertè errat animus: præterpropter vitam viuitur.

Turnebus *lib. 14. 18.* *Præterpropter vitam viuitur*, exponit, non soli inseruire vitæ, sed multa conquirere, quæ non desiderat vita, sed superuacanea sunt & voluptaria, minimeque necessaria: quibus tamen occupati impeditique tenamur, cùm eis plus temporis & studij, quàm rebus seriis & necessariis plerumque impendamus. Sic ille. Ergo propter vitam, est vt viuas; præter vitam, negligendo eam. Quod igitur ea phrasis vna parte affirmat, id altera quodam modo negat, vt cùm dicimus *plus minus.*

Prætero, is, prætriui, prætritum, προτρίβω. GALL. *Frotter auparauant.* ITAL. *Fregare prima.* GERM. Vorab reiben oder schleiffen. HISP. *Trillar antes.* ANGL. *To weare in rubbing, to robbe before.*} Plin. *lib. 34. cap. 40.* Timarchus Nicoclis filius Paphij, duos ordines habuit maxillarum. Frater eius non mutauit primores, ideóque prætriuit.

Præterrado, is, præterradi, {παραξύω. GAL. *Racler en passant.* ITAL. *Rader passando.* GERM. Durchschaben/durchreuben. HISP. *Raer passando.* ANGL. *To shaue or scrape in passing by.*} Lucret. *lib. 4.* Præterradit enim vox fauces sæpe legitur, & Præterea radit vox, &c.

Præterquam, dictio est composita, excipiendi quidem vim habens, quemadmodum & præter: sed casum exigens superiori similem, quia idem verbum subintelligitur. {πλὴν ἢ, πλὴν εἰ μή. GALL. *Excepté que, fors que, sinon que.* ITAL. *Se non che.* GERM. Dan nur/weder allein/außgenommen. HISP. *Si no que.* ANGL. *Except.*} vt, Nemo id dixit, præterquam Cicero, Nullius id interest præterquam patris, Nulli id placuit præterquam Cæsari, Neminem præterquam Prætorem timeo, O vos omnes præterquam Plato legite, A nemine præterquam à Socrate dici. Ouid *Eleg. 6. lib. 4. Trist.*

——Cuncta potest, . . . vetustas,
Præterquam curas attenuare meas.

Gell. *cap. 13. lib. 15.* In partem alteram præterquam dici solet. ¶ Significat etiam aliter quàm ἄλλως ἤ. Liu. *lib. 1.* Vocata ad consilium multitudine quæ coalescere in populi vnius corpus nulla re præterquam legibus poterat iura dedit. ¶ Præterquam ponitur aliquando in oratione sequente semper, pro, cùm semper. Gell. *lib. 15. cap. 1.* Declamauerat Antonius Iulianus rhetor, præterquam semper aliàs, tum nimium quàm delectabiliter, & feliciter. ¶ Item pro præterquam quòd. Idem *cap. 16. lib. 18.* Lucilius autem præterquam superiùs dixi. ¶ Aliquando sequente etiam. Celsus, Aqua verò frigida infusa præterquam capiti, etiam stomacho prodest. id est, non tantùm capiti: vel, præterquam quod capiti prodest. ¶ Præterquam quòd, id est, nisi quòd, πλὴν ὅτι. Plin. iun. Omnia nobis ex voto successerunt, præterquam quòd in itinere defunctam matrem audiuimus.

PRÆTERVEHO, is, Naui, curru, vel iumentis aliquem præter locum aliquem

aliquem veho. {παραπλεῶν. GALL. *Transporter ou faire passer outre.* ITAL. *Portare, & passare oltra.* GERM. Fürfüren oder fürfaren. HISP. *Traher y passar adelante.* ANG. *To carye by or beyonde.*} Cic. 5. *de finibus*, Neque enim vocum suauitate videntur, aut nouitate quadam & varietate cantandi reuocare eos solitæ, qui præteruehebantur: sed quia multa scire profitebantur. Virg. 4. *Æneid.*

——— viuo præteruehor ostia saxo.

Pantagiæ.

Liu. *lib.* 1. tamen quum præteruceherer nauibus Galliæ oram, &c. ¶ Legitur & absolutè pro præternauigo, Suet. *in Aug. c.* 93. Caium nepotem, quòd Iudæam præteruehens, apud Hierosolymam non supplicasset, collaudauit. Vbi Præteruehens dixit, pro præteruectus. Idem *ibid. c.* 98. Forté Puteolanum sinum præteruehenti, vectores, nautæque de naui Alexandrina, &c. (id est, cùm præteruеheretur, siue præteruectο.) Idem Suet. *in Cæs. c.* 37. Gallici triumphi die Velabrum præteruehens penè curru excessus est, (id est, cùm præteruеheretur.) Sic simplex vehens pro vectus apertè positum. Vide apud Gell. *c.* 2 *lib.* 2. & *c* 6. *lib.* 5. Et infra in *Veho.* ¶ Oratio præteruecta scopulos, per translationem quæ maiorem difficilioremque causæ partem superauit. Cic. *pro Cælio*, Sed quoniam emersisse iam è vadis, & scopulos præteruecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. Idem 7. *Philipp.* Magna spe ingredior in reliquam orationem P. C. quoniam periculosissimum locum silentio sum præteruectus. hoc est, quoniam vestro cum silentio nullâque obmurmuratione, difficillimum orationis locum absolui. Sen. *c.* 16. *de cons. ad Mart.* Mirum est tantam turbam (filiorum) potuisse sine damno (fortunæ) præteruehi.

Præteruectio, nis, verbale. {παρακομιδή, παράλασις. GALL. *Transport ou passage par deuant ou plus outre.* ITAL. *Esso portare ò passare oltra.* GER. Fürfürung. HISP. *Trahimiento allende.* ANGL. *A caryin beyonde.*} Cic. 7. *Verr.* Monimentum sceleris audaciæque suæ voluit esse in conspectu Italiæ, vestibulo Siciliæ, præteruectione omnium qui vltro citróque nauigarent.

Præteruerto, is, Anteuerto: & per translationem pro priùs dico ponitur. Cic. 1. *de diuin.* Neque habet aliquid quod huic sermoni præteruertendum putes. forè *prauertendum.*

Præteruolo, as, are, Volando prætereo. {παραπέτομαι. GALL. *Voler & passer soudainement sans s'arrester.* ITAL. *Trapassare volãdo.* GER. Fürüberfliegen. HISP. *Trapassar volando.* ANG. *To passe by by flight.*} Cic. *in Arat.* Hîc iam se totum cæcas equus abdit in vmbras, Quem rutila fulgens pluma præteruolat ales. ¶ Per translationem accipitur pro velociter præterire. Sil *lib.* 10. Stridentem gelidis vibrauit viribus hastam, Quæ medias velox raptim præteruolat auras. Cic. 3. *de Orat.* Sententiæque sæpe acutæ non acutorum hominum sensus præteruolant: hoc est, celeriter, & antequam intelligantur, præterfugiunt.

PRÆTEXO, is, ui, textum Ante, vel circum vestem, aliúdve quippiam attexo. {ארג arágh. προϋφαίνω. GALL. *Border, couurir le bord, tistre deuant.* ITAL. *Tessere appresso.* GERM. Vor an wäben/besetzen. HISP. *Texer antes ò cerca.* ANG. *To weaue before or to border.*} Hinc Toga prætexta dicta est, quòd purpura ei prætexeretur. ¶ Accipitur pro prætendere, siue velare, causámque aliquam non veram afferre. {προφασίζομαι, προϊσχομαι, προϊσταμαι. GALL. *Bailler couleur & couuerture.* ITAL. *Colorare, far vna copertа, trouar scusa.* GERM. Fürwenden. HISP. *Dar color, hallar excusa.* ANG. *To cloke or excuse.*} Virg. 4. *Æneid.*

Coniugium vocat hoc prætexit nomine culpam.

Cic. *in Pisonem*, Nemo potest exercitum apertè petere, vt non prætexat cupiditatem triumphi. Cum accusatiuo & datiuo, apud Quintilianum, Difficultatis patrocinia præteximus segnitiæ. ¶ Nonnunquam accipitur pro prærodiri, siue præordinare, tenuiáque quædam rei alicuius fundamenta iacere. Cic. 3. *de Orat.* Sic omnia quæ fiunt, quæque aguntur acerrimè, leuioribus principiis natura prætexuit. ¶ Prætexere litora velis, est ea velis quodammodo operire, & abscondere. Ouid. *in Arte,*

Quid referam Baias, prætextaque littora velis?

In eadem propemodum significatione vsus est hoc verbo etiam Ausonius, Tu, (inquit) Auguste venerabilis, districtus maximo bello, assultantibus tot millibus Barbarorum, quibus Danubij ora prætexitur.

Prætextum, i, vel prætextus, us, Falsa causa, simulatio. {πρόσχημα. GALL. *Couleur ombre, excuse.* ITAL. *Pretesto, colore, ombraggiamento, coperta.* GERM. Ein fürwendung/fürwort. HISP. *So color, cobertura.* ANGL. *A pretence, cloke or colour.*} Suet. *de Cæs.* Et prætextum quidem illi ciuilem armorum hoc fuit: causas autem alias fuisse opinantur. Idem *in Tiberio c.* 28. Omnium inimicitiæ hoc prætextu ad nos deferentur. Idem *in Aug. cap.* 12. Ad prætextum mutatæ voluntatis, &c. ‖ vide infrà *Prætextus, us.* ‖

Prætextus, a, um, adiectiuè: vt Prætexta toga, prætextæ actiones: vel substantiuè, hæc prætexta, huius prætextæ. Prætextæ fabulæ, seu comœdiæ, in quibus reges Romani, vel Duces inducebãtur, personarum dignitate penè tragœdiis similes. Horat. *in Arte,*

Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

Dictæ prætextæ, quòd principium, magistratuúmve personæ in iis inducerentur, quæ prætextis vti solent. Prætexta toga, genus vestimenti oblongum ac talare, quod supra tunicas honoratissimi quique sumebant: ita dicta quòd ei purpura prætexebatur. περιπόρφυρος. Hoc vna cum bulla ingenui pueri vtebantur vsque ad 17. annum. Vnde prætextati dicebantur qui nondum decem & septem annos prætericrant, à prætexta quam induebant, qua deposita, accipiebant togam virilem, quum ad annum decimumseptimum peruenissent, tanquam non pueriliter, sed viriliter vita esset peragenda. Nam pueri existimabantur, qui minores essent annis septemdecim. Hinc Vlpianus ait, Pueritiam duntaxat annis septemdecim finiri: & qui eos non in totum compleuit, prohiberi postulare. Cic. *de Amicit.* Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam, sumpta virili toga, vt quoad possem & liceret, à senis latere nunquam discederem. Senec. *lib.* 1. *Epist.* Tenes vtique memoria quantum senseris gaudium, quum prætexta posita, sumpsisti virilem togam. Ideo autem ingenuis pueris attributam existimant togam prætextam, vt ex purpuræ rubore, ingenui pudoris admonerentur. Lege Macrob. *lib.* 1. *Saturn.* Ab hoc vestimenti genere olim Papyrius cognominatus est Prætextatus, ob tacendi loquendique in prætextata ætate prudentiam. Id postea cognomen in omnem eius familiam translatum fuit. Hinc Liuius *lib.* 4. *d.* 4. Prætextæ purpura togæ (de liberis.) *Ibidem* multa de prætextis & prætextatis. Prætextæ ius in ludis datum Pompeio, Velleius. Prætextam consularem iunxit Prætoriæ Ventidius, idem. Togam prætextam sperare non possum cùm exordium pullam videam, Quintilian. Prætextati quidam egere caussas, idem. Prætextato filio relicto obiit, Velleius. Prætextam & puerilem togam mutare, Gell. *cap.* 4. *lib.* 18. ¶ Prætexta non libertatis modò, sed & dignitatis insigne. Quintil. *declamat.* 340. ¶ Erat & Prætexta vestis insignis genus magistratuum & regum. Hac Tullus Hostilius primus vsus est (vt inquit Plin.) qui debellatis Hetruscis, sellam curulem lictores, & togam pictam atque prætextam (quæ insignia magistratuum Hetruscorum erant) Romam transtulit. Sed postea Tarquinius Demarati filius, quum de Sabinis egisset triumphum, quoniam in eo bello filius eius annos quatuordecim natus, hostem manu percussеrat, & pro concione illum laudauit, & prætexta ac bulla aurea donauit, insigniens puerum supra annorum sortem præmiis virilitatis & honoris. Prætextæ igitur ac bullæ gestandæ mos à Prisci Tarquinij filio deductus est. Sunt tamen qui tradunt Priscum regem, quum statum ciuitatis ordinaret, instituisse vt Patritiorum filij bulla aurea vterentur: & togam quæ purpura prætexitur, iis tantùm quorum patres curulem magistratum gessissent, cæteris prætextam tantùm indulsisse, vsque ad eos quorum parentes stipendia iusta meruissent. Fuit & in vsu prætexta bulla, qua nulli alij licebat vti, nec ei qui funus faciebat. ¶ Prætexta quatuor hominum genera vtebantur, pueri, ad vsque tirocinij diem, hoc est, ad annum ætatis XVII. magistratus omnes vrbani, quod vtrunque nemo, vt opinor, paulo humanior ignorat: præterea, quod obseruatum non ita vulgo credimus, magistri collegiorum, dum ludos compitalitios faciebant, & senatores omnes, cùm deorum festos celebrant dies. Paul. Manut. *in Orat. pro Sextio.*

Prætextatus, a, um, aliud adiectiuum. id est, obscœnus, a, um, per Antiphrasin. Prætextatum sermonem (inquit Festus) veteres appellarunt ab eo quòd prætextatis nefas sit obscœno verbo vti. Vel (vt quidam aiunt) quòd nubentibus depositis prætextis à multitudine puerorum obscœna acclamarentur. Ideóque prætextatum sermonem appellabant, qui nonnihil obscœnitatis haberet. Hæc ille. Suetonius, Gellius & Macrobius, Prætextatum sermonem (αἰσχρολογίαν λόγον) acceperunt pro eo qui apertè obscœnam rem significat: à fabulis prætextis, quales Afranij fuerunt, in quibus fœdissima & turpissima dicta & argumenta erant. Sueton. *in Vespasiano cap.* 22. Erat enim dicacitatis plurimæ, & sic scurrilis, ac sordidæ, vt ne prætextatis quidem verbis abstineret. Gellius *cap.* 10. *lib.* 9. Tot & tam euidentibus, ac tam non prætextatis, sed puris, honestisque verbis venerandum illud concubij pudici secretum neminem quemquam alium dixisse (quàm Virgilium) arbitror. Sic Macrobius *lib.* 1. *Satur.* Hæc nobis sit literata lætitia, & docta cauillatio, vice planipedis & sabulonis, impudica, & prætextata verba iacientis. Sic prætextati mores, dicuntur lasciui, & obscœni. αἰσχρολόγοι. Iuuenal. *Satyr.* 2.

Sic prætextatos referunt, Artaxata mores.

Prætextati anni à Plinio dicuntur *lib.* 33. pro annis pueritiæ: & prætextata ætas, à Gellio *lib.* 1. Prætextatæ puellæ dicebantur ingenuæ, & innuptæ, à prætextis quas nubentes deponebant.

‖ Prætextatus, peculiare Papyrij nomen. ¶ Prætextatus, liber.

Prætextus, us, propriè ex analogia, actus prætexendi. 2. ipsum quod prætexitur. 3. causa falsa, simulatio, species, color, obtentum, velamen, quod facto alicui prætenditur. Ein schein, φαινόμενον ἢ αἴτιον. ‖

Prætia, mulieris Paduæ gratia & potentia. Plutarchus *in Lucul.*

Prætimeo, prætimes, Valde timeo. {חרד charádh. ὑπερφοβέομαι. GALL. *Craindre fort.* ITAL. *Temere molto.* GERM. Gar vbel fürchten. HISP. *Temer mucho.* ANGL. *To feare greatlie.*} Plaut. *Amphitr.* Mirari non est æquum, si sibi prætimet.

Prætingo, is, tinxi, tinctum, ex præ & tingo. {προβάπτω, προφαρμάττω. GAL. *Teindre auant.* ITAL. *Tingere auanti.* GERM. Vorhin getunckt. HISP. *Teñir adelante.* ANG. *To dippe before.*} Ouid.

Semina mollit humus valido prætincta veneno.

‖ Prætondeo, ab anteriore parte tondeo. Apul. ‖

PRÆTOR, is, iudiciorum moderator, Athenis omnis magistratus appellabatur à præeundo, quasi præitor, quòd populo præiret. {שליט schallit משל moschél פקיד pakidh. ἄρχων, στρατηγός. GAL. *Preteur, magistrat.* ITAL. *Pretore, podestà.* GERM. Ein schuldteiß/ ein stadtvogt / ein ieder oberherr dem man muß gehorsamen / als ein veldherr vnd oberister vber ein kriegsheer. HISP. *Alcalde, juez.* ANGL. *The mayor chiefe officier in a citie.*} Vnde Imperatores, Prætores quandoque vocantur. Autor ad Heren. Epaminondas Thebanorum Imperator, ei qui sibi ex lege successerat Prætor, exercitum non tradidit. Vbi Victorinus, Notare debemus, omnes magistratus, Prætores appellatos. Sed patres quo tempore L. Sextius primus ex plebe Consul creatus est, Furium Camillum primum Prætorem Vrbanum, qui ius in vrbe diceret, creauerunt: mox vnico Prætore non sufficiente, quòd multi peregrini in ciuitatem venirent, alius creatus est peregrinus, eo quòd plerunque inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia, aliisque prouinciis, totidem Prætores quot prouinciæ in ditionem venerant, creati sunt: partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent. Dictus prætor (vt Liuius inquit) quòd præsit: vt Varro à præeundo, quasi præitor, quòd præiret iure & exercitu. Sueton. *in August. cap.* 10. Iussúque comparato exercitui pro Prætore præesse, &c. Liuius *lib.* 5. scribit primum Prætorem ex Patribus, qui ius in vrbe diceret, creatum fuisse, penes quem magistratum, omnis publici priuatique iuris erat potestas, vt & nouum ius condere, & vetera abrogare facultas esset. Idque ob magistratus honorem, Ius honorarium appellatum est, quum tamen regia illi essent insignia, vt apparatu Consulibus penè par videretur. Creatus, quum Consules auocarentur bellis finitimis, nec esset qui in ciuitate ius diceret. Eius dignitas Prætura dicitur. A Prætore diem poscere, postquam perduellionem dixeris alicui. Gellius *c.* 9. *lib.* 7. Prætor certa lege sortitur in iudiciis publicis. Quintil. Ad Prætorem in ius vocari possunt Ædiles & Quæstores. Gell. *cap.* 13. *lib.* 13. Ad Prætorem

torem te rapiam & tibi dicam scribam. Plaut. *Aul.sc.6. a.4.* Homo ad Prætorem deuenit, infit postulare, vt liceret miluium vadarier *Ibid. sc. 1.a.2.* Nunquam ad Prætorem æquè cursim curram vt emittar manu. Idem *Pseud. sc.3. a.1.* Sequere me ad trapezitam meum ad Prætorem, Inde rem soluo omnibus. Idem *Curc.sc.3.a.5.* Qui se Prætori in hortis ostenderat, nec erat productus (in scenam.) Quintil. In ius me vocat, metui me apud Prætorem solueret. Plaut. *Curc.sc. 5. a.3.* Apud Prætorem non petitur fideicommissum. Quintilian. ¶ Prætorum certus erat numerus. Nam pro eo ac tempus reipub. postulabat, numerus auctus est, vt docet Pomponius Iurisconf. *tit. d. orig. iur.* Ætate Ciceronis octo fuerunt, vt ex oratione in Pisonem intelligitur. ‖ ¶ Prætor fideicommissarius, qui de fideicommissis jus diceret. ¶ Prætor tutelaris, cuius erat, vt cogeret tutores & satisdare, rem pupilli saluam fore; & delatam tutelam recipere.‖

Prætōrĭus, a, um, quod est prætoris, seu quod ad prætorem pertinet. ὁ στρατηγικὸς, ὁ τοῦ στρατηγοῦ. GALL. *Du preteur.* ITAL. *Cio che appartiene al pretore.* GERM. Das zu einem schuldtheissen / vogt / oder veldtherren gehört. HISP. *Lo que pertenece al pretor.* ANG. *Belongin to the mayor or cheif officer in a citie.* } vt Prætorium ius, Prætoria cohors, quæ à Prætore, hoc est imperatore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quenque delegit, qui à se in bello non discederet, & certo munere militiæ vacaret, & sesquiplex stipendium acciperet. Prætoria verò porta dicitur, qua exercitus in prælium educitur, quia initio Prætores erant qui nunc Imperatores, qui bella administrabant. ¶ Prætorium genus, ex quo maiorum quisquam Preturam gessit, ad Consulatum tamen non peruenit. Cicero *pro Plancio*, Cedat Consulari generi prætorium, nec contendat cum Prætorio Equester locus. ¶ Prætorius vir, qui Præturam gessit, sicut Consularis, qui Consulatum. Cælius *Ciceroni.* Prouinciæ; quas Prætorij pro Prætore obtinerent. Cic. *Attic.* Consulares atque Prætorij viri. ‖ ¶ Prætoria cohors est dicta, quòd à prætore non discederet. ¶ Prætoria porta in castris appellatur, qua exercitus in prælium educitur. quia initiò prætores erant, qui nunc consules, & ij bella administrabant. quorum tabernaculum quoque dicebatur prætorium. Fest.‖

Prætōrĭum, ij, domus in qua Prætor habitat, siue dux. { ἀρχεῖον, στρατήγιον, στρατόπεδον. GALL. *Le logis du preteur. pretoire.* ITAL. *Palazzo da regimento, il palazzo del principe.* GER. Eines schuldtheissen / vogts / oder veldtherren behausung. HISP. *La casa real ò consular.* ANGL. *The house wherin the mayor dwelleth.* } Quia (vt dictum est) omnis magistratus cui pareret exercitus, Prætor dictus est. Liuius *lib.3.* Quercus ingens arbor prætorio imminebat, cuius vmbra opaca sedes erat. Hoc alio nomine à Quintiliano dicitur Augustale. Suet. *in August. cap. 72.* Ampla & operosa Prætoria grauabatur. Liuius *lib.8. ab Vrbe*, Prætoria consulum in castris. Et apertiùs *lib. 9.* ¶ Prætorium est pars villæ, quam dominus si quando ruri sit, ipse solet inhabitare. Villæ enim tres partes erant, autore Columella: prætorium, siue villa vrbana: villa rustica, in qua erat colonus: villa fructuaria, in qua condebantur fructus. De prætorio loquitur Sueton. *in Caligul. cap. 37.* In extructionibus Prætoriorum atque villarum omni posthabita ratione nihil tam efficere concupiscebat, quàm quod effici posse negaretur. Pallad. *lib. 1.* Ipsius etiam prætorij situs sit loco aliquatenus erectiore, & sicciore propter iniuriam fundamentorum, & vt læto fruatur aspectu. Suet. *in Galba cap. 14.* Præfectus Prætorio. Figurate item prætorium accipitur pro ipso concilio à Prætore in tentorium suum domúmve conuocato: vnde Dimittere prætorium legimus, sicut Dimittere Senatum. Liu. Fuluius ne idipsum impedimento incepto foret, dimittens Prætorium, Tribunis militum, ac præfectis sociorum imperauit, &c. Idem Liu. *dec. 4. lib.7.*

Prætōrĭŏlum, paruum prætorium.

Prætōrĭānī, dicebantur cohortis prætoriæ milites, à Prætore, hoc est, Imperatore corporis, seu custodiæ causa delecti. Cic. *pro Cælio*, Nemini vnquam præsenti Prætoriani maiores honores habuerunt, quàm M. Cælio. Plin. *lib.6.c.29.* Nuper renunciauere principi Neroni, nisi ab eo prætoriani milites, cum Tribuno ad explorandum, inter reliqua bella Æthiopicum cogitanti.

Prætōrĭtĭus, a, um, aliud adiectiuum, Prætorius. Martial. *lib.8.*

De prætoritia folium mihi Paule corona
Mittis, & hoc phialæ nomen habere iubes.

Prætūră, æ, Prætoris dignitas. { שלטון *schiltón* פקדה *pekuddáh.* ἡ στρατηγία, ἡ ἐπαρχία. GALL. *Preture office & dignité de preteur.* ITAL. *Pretura, podestaria.* GERM. Eines schuldtheissen ampt vnd würde. HISP. *La dignidad del pretor.* ANGL. *The dignitie and office of the maior.* } Plin. *lib 14.c.22.* Ad proconsulatum vsque è prætura honoribus gestis. Cic. *pro Flacco*, Præturæ iurisdictio res varia, & multiplex ad suspiciones, & simultates. Idem *pro Murana*, Prætura Murænæ probata in iure, grata in munere, ornata in prouincia. Idem *3. Catil.* Quum Prætura se abdicasset. Velleius, Prætura M. Antonij. i. decurione totius oræ maritimæ. ¶ Egredi Præturam. Tacit. *lib.3.* Volusio vetus familia, neque tamē Præturam egressa.

Prætortŭs, Valde tortus. { πάνυ στρεβλὸς, λίαν διάστροφος. GALL. *Fort tortu.* ITAL. *Molto torto.* GERM. Gar getrayet. HISP. *Muy tuerto.* ANGL. *Very crooked.* } Colum. *lib. 3. cap. 18.* Iulius Atticus prætorto capite, recuruato.

PRÆTREPIDO, as, Valde trepido. Vnde prætrepidans, participium. { ὀλίως τρέμω. GAL. *Tremblant de peur.* ITAL. *Tremante di paura, suenato.* GERM. Seer von forcht erzitteren. HISP. *El que tiembla mucho* ANGL. *To tremble for feare.* } Catull. *Epigr. 43.* Iam mens prætrepidans auet vagari.

Prætrĕpĭdus, vt Prætrepidans apud Catull. id est, ὑπερτρόμως ἔχων. Suet *in Verone. c.41.* Romam prætrepidus rediit.

Prætrunco, as, Amputo, præscindo. { קצץ *kitstséts.* ἀποτέμνω, ἀποκόπτω. GALL. *Rogner pres, couper.* ITAL. *Troncare.* GERM. Vorab stümplen oder abhauwen. HISP. *Cortar miembro.* ANGL. *To cutt away.* } Plaut. *in Mil. sc.3. a.2.* Nónne tibi ista prætruncari linguam largiloquam iubes? Idem *Capt. sc.2.a.4.* Vt ego collos prætruncabo (aliàs *detruncabo*) *Ibidem sc. 3. a. 4.* Prætruncauit tergoribus glandia.

Prætŭmĭdŭs, Valde tumidus. { πάνυ οἰδώδης, λίαν, οἰδαλέος. GALL. *Fort enflé.* ITAL. *Molto gonfio.* GERM. Hefftig geschwollen oder aufgeblasen. HISP. *Muy hinchado.* ANGL. *Much swelled* } vt Prætumidus furor, apud Claud. *priore inuect. in Rufinum.*

Prætūtĭum Πραιτούτιον, oppidum est Piceni, teste Ptolem. *lib 3.c.1.* Inde fiunt Prætutius, a, um: vt Pubes prætutia, apud Sil. *lib.15.* Et Prætutianus, na, num: vt Prætutianus ager, apud Plin. *lib.3.c.13.& 14.*

PRÆVĂLEO, es, Antecello, admodum valeo, plus valeo, & quasi in maiori pretio sum, vel melior sum. { יכור *jaehól* גבר *ghabár.* ὑπερισχύω. GAL. *Estre superieur, exceder.* ITAL. *Preualere, essere di maggior stima.* GERM. Mehr gelten / fürtreffen. HISP *Preualecer.* ANGL. *To exced, to surmonte.* } Plinius, Vtraque in pretio sunt, sed tamen præualent margaritæ. Aliquando præualere significat potentiorē, seu robustiorem esse. { ὑπερισχύω. GAL. *Estre le plus fort.* ITAL. *Esser più forte.* GERM. Mechtiger oder stercker sein. HISP. *Mas poder.* } Stat. *1. Achil.*

Quisquis equo iaculóque potens, qui præualet arcu.

Plin. *lib. 10. cap.6.* Vulturum præualent nigri. Sueton. *in Tiber. c.16.* Præualens hostis

Præuălēntĭă ὑπεροχή. Paulus *D. lib.6. tit.1. l.23.* In omnibus igitur istis, in quibus mea res per præualentiam alienam rem trahit, meámque efficit, &c.

Præuălēsco, is, idem. Columell. *lib.5.c.6.* Vitem quoque antequam ex toto præualescat arbor, conserere conuenit.

Præuălĭdŭs, adiectiuum, Præpotens. { גבור *ghibbór* תקיף *takkiph.* ὑπερισχυρὸς, ὑπερισχυρὸς, ὑπέροχος. GALL. *Fort puissant, bien fort.* ITAL. *Forte potente.* GER. Zůrauß gwaltig vnd starck. HISP *Fuerte poderoso.* ANGL. *Very strong and mightie.* } Liu. *lib.26.* Duas præualidas vrbes magno inter se maris terrarúmque spatio discretas. Virg. *1. Georg.*

Neu se præualidam primis ostendat aristis.

Ouid. *Epist.8.*

Præualidæ fusos comminuere manus.

Velleius, Præualidæ legiones.

Præuălĭdè, aduerbium. { πάνυ ἰσχυρῶς. GALL. *Puissamment.* ITAL *Possentemente.* GERM. Gar gwaltiklich. HISP. *Poderosamente.* ANGL. *Very stronglie.* } Plin. *lib.17.c.14.* Præcauendum vt præualidè accipientis trunco in media fissura relinquatur.

Præuāllārĕ Hirtius *de bell Alexand.* Quo facto imperat pontem aduersùs hostem præuallari.

Præuārĭcŏr, aris, quocunque modo à præscripto mei officij deflecto, vt ait Valla *lib.6.* { בגד *baghádh* פשע *pascháh* מעל *maál.* καθυφίεμαι, ἐθελοκακέω, ὑποσκάζομαι. GALL. *Preuariquer, trahir sa patrie.* ITAL. *Preuaricare.* GERM. Krumb näben außfaren. Item, Nit aufrichtig handlen / vom rechten oder seines ampts pflicht abträtten. HISP *Dexar su officio ò ley preuaricar* ANGL. *To betraye ones cause, to do a thing and do cleane contrarie* } Plin. *lib.18. c.19.* Arator nisi incuruus præuaricatur. ¶ In litibus autē forensibus præuaricari dicuntur vel accusator, vel defensor, quum prodita causa sua aduersarij causam iuuat. Cicer. *de Arusp. resp.* L. Catilina pecuniam accepit, vt turpissimè præuaricaretur. Vlpian. *in l. athletas. ff de his qui notan. infam.* Qui præuaricatur, ex vtraque parte consistit, quinimò ex aduersa. Cic. *pro Cluent.* Hoc quanquam sedulò faciebat, tamen interdum non defendere, sed præuaricari accusatori videbatur, id est, accusatorem iuuare, eíque colludere.

Præuārĭcātŏr, is, Simulatus accusator, vel defensor. { בגד *bogédh* פשע *poschéah.* ὁ καθυφιέμενος. GALL. *Preuaricateur.* ITAL. *Preuaricatore.* GERM. Ein vberträtter deß rechten / der nit aufrichtig vnd ehrlich als er schuldig wär ein handel füret. HISP. *El que dexa su oficio ò ley.* ANGL. *A pleador by collusion.* } Martialis Iurisconsult. *l. 1. ff. ad Senatusconf. Turpil.* Præuaricatorem fuisse scribit eum qui colluderet cum reo, & translatitiæ munere accusandi defungeretur: eò quòd proprias quidem probationes dissimularet, falsas verò accusationes admitteret. Vlpian. *in l. athletas. ff. de iis qui notan. infam.* scribit præuaricatorem esse qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua: allegátque Labeonem qui hoc nomen à varia certatione tractum sensit. Quo quidem in loco Hotomanus, non varia certatione, sed *variatione*, optima innixus coniectura censet legendum. Cic. *1. Verrina*, Vtrum te perfidiosum, an præuaricatorem existimari mauis? Cælius *ad Cic. lib. 8.* Ne quod furore Pauli adeptus esset boni, sua culpa videretur amisisse, & præuaricator causæ publicæ existimaretur. ¶ Apponere sibi præuaricatorem dicebant antiqui, pro eo quod est curare se per aliquem accusandum, quo colludente, facilè ille absoluatur. Cic. *2. Philip.* Iam vereor P. C. ne (quod turpissimum est) præuaricatorem mihi apposuisse videar. Bud.

Præuārĭcātĭo, nis, verbale, Simulata, vel accusatio, vel defensio. { בגד *béghedh* בגדה *boghedáh* פשע *péschah* מעל *máhal.* καθυφέσις. GALL. *Preuarication, collusion, faute.* ITAL. *Fallo, errore, preuaricatione.* GERM. Ein vberträttung / vnaufrichtige handlung / voppenwerck. HISP. *Falta, mengua obra de dexar su oficio ò ley.* ANG. *Collusion in pleading.* Plin. Iunior ad Cornel. Tacit *lib. 1. Epist. 20.* Alioqui præuaricatio est transire dicenda. Cicer. *in Partit.* Præuaricationis nomen significat eum qui in contrariis causis quasi variè esse positus videatur. Idem ad Quintum Fratrem *lib.1.* Quo die hæc scripsi, Drusus erat de præuaricatione à Trib. ærarij absolutus.

Præuārus, a, um, qui admodum est varus, Apul. *in Flor.* Venarum pulsus inconditus & præuarus.

Præuĕho, is, Ante veho. προελαύνω. GALL. *Porter ou charier auparauant.* ITAL. *Portare innanzi.* GERM. Vorhindan füren. HISP. *Traher antes.* ANG *To carie before.* } Vnde præuectus, a, um, ante alios vectus, Liuius *lib 9.* Sed Equites Romani præuecti per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent. Silius *lib.7.* Ac præuectus equo, nunc dextra prouocat hostem. Idem Liu. *lib.4. bell. Pun.* Præter vndecim fasces equo præuectus senex. Idem *lib. 10. dec. 4.*

Præuello, is, per duplex ll, Ante vello. προτίλλω. Laberius, Aliqua parte præuulserat, apud Diomedem Gramm. *lib.1.*

Præuēlo, as. Antè tego, obtego, operio. { προκαλύπτω, GALL. *Voiler & couurir par deuant.* ITAL. *Coprire innanzi.* GERM. Fürdecken oder verdecken. HISP. *Cubrir antes.* ANG. *To couer before.* } Claud. *lib.2. de Rap.*

Et sparsos religant crines, & vultibus addunt
Flammea sollicitum præuelatura pudorem.

Præuelox, a. Valde velox. { πάνυ ὠκύς, ταχέως σφόδρα. GALL. Fort leger. ITAL. Molto veloce. GERM. Vberauß schnell. HISP. Muy ligero. ANGL. Very swift and speedie. } Plin. lib. 11. c. 21. Formicæ odore sollicitatæ prouolant, crebróque lacerant, quanuis præuelocibus camelis fugientes.

PRÆVENIO, Antè venio, anticipo. { קדם kiddém. προφθάνω. GALL. Venir deuant, preuenir. ITAL. Preuenire, anticipare. GERM. Fürkommen. HISP. Venir antes. ANGL. To come before or preuent. } Liu. lib. 14. Cæterùm præuenerat non fama solùm qua nihil in talibus rebus est celerius: sed nuntius etiam ex regiis seruis. Præuenit mors talia meditatem. Sueton. in Cæs. 44. Et in Tib. c. 62. Præuenit vires fiducia. Quintilian. Præuenire nuncios. Sueton. in Cæs. cap. 37. Liuius lib. ab Vrb. Rem præuerti, pro ante fieri, vel consultari, dixit Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Sed quoniam pietatem video Amori tuo præuortere. Ibid. sc. 2. a. 2. Hoc Præuortar principio. (id est, hanc rem anteponam illi quam cœperam.) In rem quod sit præuortaris (aliàs præuortas) quam animo malè auscultes. Ibid. sc. 3. a. 1. Ei rei primum præuorti volo. Idem Capt. sc. 3. a. 2. in fin. fores clausit ne præuorteretur foras (fames) (id est, exiret & effugeret.) Idem Amph. sc. 3. a. 4. Qui me hodie quoque præsentem ausit indignè præuortier, ibidem, & Liu. lib. 6. d. 4. Alia præuertenda esse. ¶ Præueniens interposita dictione. Virg. 8. Eclog.

Nascere, praque diem veniens age Lucifer almum.

Præuentus, { מקדם mekuddám. προκαταληφθείς. GALL. Preuenu. ITAL. Preuenuto. GERM. Fürkommen. HISP. Venido antes, preuenido. ANGL. Preuented. } Tacit. lib. 17. Atque in eo ipso sacramento vexilis inferioris Germaniæ præuentus erat.

Præuerbium quod verbo præponitur.

Præuerto, & præuertor, deponens, Prætereo, præcedo, anteuerto. { προλαμβάνω, φθάνω GALL. Aller deuant & gaigner, surmonter & occuper le premier. ITAL. Trapassare, preporre, preoccupar. GER. Fürkommen/fürlauffen/ zu rück lassen. HISP. Yr delante, ò anticipar. ANGL. To go before and preuent. } Vig. 1. Æneid.

volucrémque fuga præuertitur Hebrum.

Cic. pro Sylla. Nemo me vnquam tenuissima suspicione perstrinxit, quem non præuerterim. ¶ Interdum accipitur pro præfero, præpono. Cicero 2. de Diuin. Ita tamen, si vacas animo, neque habes aliquid quod huic sermoni præuertendum putes. Gellius lib. 4. cap. 3. Iurisiurandi religionem animo atque amori præuertisse. Plautus in Amphitr. Illuc redeundum est mihi, ne me vxorem præuertisse dicant præ Republica hoc est, ne dicant me vxorem prætulisse Reipublicæ. ¶ Item pro reuoco. Ibid. Herilis præuertit metus: accurro vt sciam quid velit. ¶ Præuersum fulgur (inquit Festus) quod ignoratur noctu, an interdiu sit factum. ¶ Præuertere seriò quod dictum est per iocum, est existimare dictum esse seriò quod ioco dictum est. Plautus in Amphitr.—si quid dictum est per iocum, Non æquum est id te seriò præuortier. Adrianus Cardinalis, Præuertere, & Præuerti, non id significant quod præcedere: sed id quod præponere, præuenire: sed non suo, imò potiùs præpostero, ac peruerso ordine. id est, vt quod erat in animo vt postea fieret, fiat antea: & contrà, quod antè erat faciendum, posteà fiat Sed id quoque præcipuè notandum est, datiuum post se plerunque trahere, ac deponens idem verbum etiam fieri. Liuius 2. ab Vrbe, Nec posse, quum hostes propè ad portas essent, bello præuertisse quicquam. Ibidem, Ægrè impetratum à Tribunis, vt bellum præuerti sinerent. Idem, Si punicum Romano præuertisset bellum Cæsar. 7. bell. Gall. Cæsar huic rei præuertendum existimauit, id est, occurrendum. Illuc præuertamur dixit Horatius, quum vellet notare vitia amicarum corrumpere amatores, acsi dixisset, Prius erat notandum amatores decipere amicas: sed præposterè dicam de vitiis amicarum. ait enim lib. 1. Serm satyr. 3. Illuc præuertamur: amatorem quòd amicæ Turpia decipiunt cœcum vitia, aut etiam ipsa hæc Delectant. Colum. lib. 3. c. 7. Non intempestiuum est nos ad ea præuerti, quæ videntur hunc publicum errorem corrigere posse.

Præuerto, as, { προαπαγορεύω. GAL. Defendre auant. ITAL. Vietar prima. GERM. Vorhin verbieten. HISP. Defender antes ANG. To for bidde before. } Silius.

PRÆVIDEO, es, Antè video. { προορῶ. GAL Preuoir, voir par deuant. ITAL. Preuedere, anteuedere. GERM. Fürsähen/fürhinsähen. HISP. Ver antes. ANG. To foresee. } Plinius, Id nos futurum præuideramus. Cic. 1. de diuin. Tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura præuidet. Virg. 5. Æneid.

——ille ictum venientem à vertice velox
Præuidit.

Plaut. Asin. sc. 4. a. 2. Non herclè te præuideram. Senec. c. 9. de consol. ad Mart. Dum patimur, quum nunquam præuidimus nos pati posse. ¶ Hinc Præuidentia, πρόνοια. quæ duplex est. Aut enim animo, aut oculis præuidemus.

Præuisus, a, um. participium. { ὁ προοραθείς. GALL. Preueu. ITAL. Preueduto. GERM. Vorgesähen. HISP. Preuisto. ANG. Foreseen. } Cicero 3. Verr. Res mihi tota præuisa, atque præcauta est. Idem de diuinat. 1. Senec. cap. 9. de consolat. ad Martiam, Præuisæ languidiùs incurrunt.

Præuitio, as Antè vitio, vel corrumpo. { προκαταισχύνω, προμιαίνω. GALL. Gaster auparauant. ITAL. Vitiare prima ò corrumpere. GERM. Vorhin schenden oder verwüsten. HISP. Corromper antes. ANG. To deflore before. } Ouid. 14. Metam. de Circe loquens,

Hunc dea præuitiat, portentificisque venenis
Inquinat.

Præuincio, is, ire, Prælligo, ligo, Gell. lib. 15. cap. 10. Cum eodem laqueo quo essent præuinctæ, efferretur. { προδέσμεω. GALL. Lier auparauant. ITAL. Ligare auanti. GERM. Vorhin binden. HISP. Atar, atar, antes. ANGL. To bind before. } Præuinctus, a, um. Gell. c. 2. lib. 19. Præuinctus voluptatibus. Idem c. 10. lib. 15. Laqueo præuinctæ.

Præuius, a, um, qui præundo viam monstrat. { ὁδηγός, ἡγεμών. GAL. Qui va deuant. ITAL. Che va auanti. GERM. Dasvorgeht. HISP. Cosa que va delante. ANGL. That goeth before. } Cic. in Arat. Alcyonem genuit claris demissus ab Astris, Præuius Auroræ, Solis, Noctisque satelles. Ouid. 11. Metam.

Nunc præcedentem sequitur, nunc præuius anteit,

Præumbro, as, are, Tego, caligine offundo, & inuoluo, inquit Bud. { החשיך hecheschich. προσκιάζω, ἐπισκιάζω. GALL. Obscurcir en se mettant au deuant, offusquer. ITAL. Coprire d'ambra. GERM. Beschattigen/verdunckeln eben wie etwas das einem vor dem liecht steht. HISP. Cubrir de sombra. ANG. To shadew, and mak dark by going before. } Tacit. Fama inquantum præumbrante Imperatoris fastigio datur clarus. Hîc præumbrare dicitur Imperator is fastigium, quia priorum magnitudine superius splendorem eorum obfuscat: quemadmodum præcelsæ arbores fulgore in se recepto aliàs obscurant inferiores.

Præuolo, as, Antè volo. { προπέτομαι. GALL. Voler deuant. ITAL. Volare innanzi. GERM. Voranhin fliegen HISP. Volar dela nte. ANGL. To flee before. } Plaut. Milit sc. 1 a. 1. Nouisse mores me tuos mediatè decet Curámque adhibere, vt præuolet mihi animus scilicet quò tu velis. Cic. 2. de nat. deor. Basis autem triaguli quem efficiunt grues ea tanquam à puppi ventis adiuuatur, eáque in tergo præuolantium colla & capita reponunt.

Præuro, is, præussi, præustum, Antè vro: vnde Præustus, a, um, participium, in cacumine adustus. { προφλέγω, προκατακαίω. GAL. Brusler pardeuant, ou auparauant. ITAL. Abbruggiare nella cima. GER. Vornen herbrännen. HISP. Quemar antes. ANG. To buene before. } Liu. 1. ab Vrbe, Bellum erat consensu fieri solitum, vt Fecialis hastam ferratam, aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret. Virg 7. Æneid.

——non iam certamine agresti
Stipitibus duris agitur, sudibúsve præustis.

Præut, vide Praeo vt, i, sicut.

‖ Praga, Prag/regni Bohemiæ metropolis, Imperatorum hodie Romanorum sedes.‖

PRAGMATICVS, a, um, Latinè ad verb. negotiale, ad negotia pertinens: item quod Latinis reale, vt πραγματικὴ ἀλήθεια, ipsa rei veritas.

Prāgmătĭci, πραγματικοί, apud Græcos erant infimæ sortis homines, qui mercede conducti ministros se præbebant oratoribus in iudiciis. Quanquam postea hoc nomen omnibus iis communicatum est qui forensia negotia tractarent. Dicti Pragmatici à Græco nomine πρᾶγμα, quod inter cętera causam, siue litem significat. Pragmatici erant homines quidam, inquit Budæus, forensis professionis, qui causarum actores interdum iuris ignaros monebant, iuris responsa, formulásque actionum subministrantes, quasi admonitores postici, dicendorúmque suggestores, quum ad iuris disceptationem ventum erat. Quint lib. 11. Quid si fortè peritus ille iuris non aderit? neque ego sum nostri moris ignarus, oblitúsve eorum qui velut ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant, neque idem quoque Græcos nescio factitasse, vnde nomen iis pragmaticorum datum est. Vide Martial. Epigr. 73. lib. 12.

Prāgmătĭcum, i, substantiuum. Cic. ad Attic. lib. 14. Tu siquid pragmaticon habes, scribe, hoc est, quod in republica gestum sit, inquit Budæus. Quintil. lib. 3. Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quæstionibus meis, siue quod Græci πραγματικὰς vocant iuris interpretes. Iuuen Satyr. 7 Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum, hoc est, à iudicio discedunt, & litem arbitrio forensium aduocatorum, seu procuratorum dirimendam permittunt. Cic. lib. 2. de Orat. Itaque non (vt apud Græcos) infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in iudiciis oratoribus, ij qui apud illos pragmatici vocantur: sic in nostra ciuitate, &c. Idem ad Attic. lib. 2 Sed quia, vt video, pragmatici homines omnibus historicis præceptis, versibus denique cauere iubent, & vetant credere.

Prāgmătĭcæ sanctiones dicuntur principum rescripta, non de priuatorum negotiis, sed corporum, ordinum & collegiorum causis de consilij sententia emissa: inde fortassis deducto verbo, quòd pragmaticis & peritis viris in consilium adhibitis interponuntur. Hotomanus. De his tit. in Cod. de diuers. rescript & pragmat. sanctionibus.

Prāmnĭum vinum, πράμνιος οἶνος. Generosi vini genus, quod in Smyrnæorum agro nascebatur, iuxta delubrum Matris deûm, etiam Homeri carmine celebratum. Autor Plin. lib. 14. c. 4.

Prāmnĭon, πράμνιον, Indica gemma, est nigerrimo colore, sed pellucida, admistum habens & carbunculi colorem. Plin. lib. 37. c. 10.

PRANDIVM, ij, Cibus qui circa meridiem sumitur, quam veteres cœnam appellabant. { ארוחה aruchâh. ἄριστον. { GALL. Le disner, le repas qu'on prend deuant midy. ITAL. Il desinare. GERM. Ein imbiß oder imbiß mal. HISP. La comida temprana ò de medio dias. ANGL. A dinner. } Festus, Cœna apud antiquos dicebatur quod nunc est prandium: vespertina autem quam nunc cœnam appellamus. Nonius, Quæ nunc prandia sunt, cœnas Sabini habebãt, & pro cœnis vespertinas appellabant. Plaut. Pœnulo, Partem prandij pignus cepi, abij foras. Quò imus ad prandium? vbi cœnamus? Idem Capt. sc. 1. a. 3. Quid olet (palla) furtum, scortum, prandium. Idem Men. sc. 1. a. 3. Vocat te ad prandium. Ibid. sc. vlt. a 5. Iubebo tibi & illi apparari prandium. Ibidem sc. 2. a. 1. Iube nobis tibi apud te prandium accurarier. Ibidem sc. 3 a. 1. Bonum anteponam prandium pransoribus. Ibidem sc. 2. a. 1. Curatum est prandium. Ibid. sc. 4. a. 2. Non perdidissem prandium si ita esset. Ibid. sc. 1. a. 3. Item, Prandium dein populo mille mensis, & congiarium trecenos nummos viritim dedit, Cic. in Verr. Quid ego istius prandia & cœnas commemorem? Idem ad Attic. lib. 5. Antecesserat Statius, vt prandium nobis præberet. Idem pro Murana, Ac spectacula sunt tributim data, & ad prandium vulgò vocati. Suet. in Vitell. c. 13. Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientacula, & prandia, cœnas, comessationésque. Finire prandia nigris. Horat. 1. serm. satyr. 4.

——ille salubres
Æstates ducet, nigris qui prandia moris
Finiet.

Dictum prandium (vt quidam volunt) à peredendo, quòd pauxillulum quiddam in prandium pararetur, quod facilè posset absumi. Alij prandium dictum volunt quasi parandium: quòd leuia tantùm quædam & paratu facilia apponerentur. Nam prandium non fuisse præcipuum cibum antiquis, apparet ex Cels. lib. 7. quum de hyeme loquitur, Si prandet aliquis, inquit, vtilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum sine carne, sine potione sumere. Idem lib. 4. Famem faciliùs fert adolescens, quàm

quàm puer: & vno cibo, quàm prandio quoque assuetus. Idem *lib.7.* Æstate verò & potione, & cibo corpus sæpiùs eget: ideo prandere quoque commodum est. Plin. *lib.28.c.5.* Hippocrates tradit non prandentium exta celeriùs senescere.

Prāndiŏlum, i, diminutiuum, siue Prandiculum, quod ientaculum appellatur. Fest. τὸ ἀρίσιδιον.

‖ Prandicularius, ἡ μετὰ μνηστείαν ἡμέρα. Gloss. i. dies sequens desponsationem. ‖

Prāndeo, es, prandi, & pransus sum. Prandium sumo, manè edo. { סעד *sahádh.* ἀριστάω. Gall. *Diner.* Ital. *Desinare.* Germ. Zu imbiß essen. Hisp. *Comer.* Angl. *Tomer.* } Plaut. *in Men. sc.2.a.3.* Prandi & potaui, scortúmque accubui. Cic. *pro Cluent.* Quum in eius nuptiis more Larinatium multitudo hominum pranderet. Plaut. *in Men sc.4.a.2.* prandi in naui, inde huc sum ingressus, te conueni. *Ibid. sc.4.a.2.* Eamus intrò vt prandeamus. *Ibid. sc. vlt. a.5.* Prandi perbenè potaui. Idem *Mil. sc.2.a.2.* Prandet, potat, occupata est (excusantis.) Idem *Pseud. sc.3 a.2.* Vbi prandero, dabo operam somno Gell. *c.13. lib.15.* Pransum, paratum, &c.

¶ Interdum actiuè accipitur, pro comedere, id quod est in prandio, in accusatiuo positum. Horat. *2. serm. sat.3.* Luscinias soliti impenso prandere coëmptas.

Prānsŭs, a, um, participium. { ἀριστήσας, ἠριστηκώς. Gall. *Qui à disné.* Ital. *Chi a desinato.* Ger. Zu imbiß gessen. Hisp. *Que ha comido.* Ang. *That hath dineth.* } Horat. *1. Serm satyr.6.* Pransus non auidè. Cic *pro Milon.* Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis. Pransos veteres vocabant, teste Nonio, non solùm qui edissent, sed etiam quibus nihil deesset Varr. Pransum te ac paratum esse oportere.

Prānsĭto, as, frequentatiuum à prandeo. { πολλὰς ἀριστοποιοῦμαι. Gall. *Disner souuent* Ital. *Desinar souente.* Germ. Offt zu imbiß essen. Hisp. *Comer muchas vezes.* Angl. *To dine or eate often.* } quod Plaut. *in Amph.* cum accusatiuo construxit. Nequam homines (inquit) qui polentam pransitant.

Prānsŏr, is, qui prandet, aut qui inuitatus est ad prandium. { סעד *soʿédh.* ἀριστοποιὸς, ἀριστῶν. Gall. *Qui disne, ou inuité à disner.* Ital. *Chi desina, ò inuitato à desinare.* Germ. Ein imbiß esser oder imbiß gast. Hisp. *Que come, ò combidado à comer.* Angl. *That dineth.* } Plaut. *in Men. sc.1 a.1.* bonum anteponam prandium pransoribus.

Prānsōrĭŭs, adiectiuum, ὁ πρὸς τὸ ἀριστᾶν ἐπιτήδειος, ἀριστητικός, vt Pransorium candelabrum, apud Quint *lib.6.c.4.* Mirantibus quod humile candelabrum, emisset: Pransorium erit, inquit.

‖ Pransorium promulsarium. Gloss. Isid. Papias habet: Pransorium promulsorium. Vet. Vocal. Pransorium, domus, vel locus, vbi prandetur ‖

Prasij, πράσιοι, Indiæ populi, quorum metropolis est Palibrota. Plin. *lib.6.c.9.*

‖ Prasia, πρασιὰ, primo fuerit locus, vbi porrum nascitur. 2. locus vbi olera nascuntur. 3. area horti qualibet. 4. ordo discumbentium ad edendum, lecti conuiuantium. ‖

Prăsĭnŭs, a, um, { πράσινος. Gal. *Verd.* Ital. & Hisp. *Verde.* Ger Grün wie der laub. Angl *Grene.* Color viridis ad similitudinem porri. Nam πράσον, Latinè porrum dicitur. Hinc vestes è viridi lana, prasinæ dicuntur. Martial *lib.10.*

De nostra prasina est synthesis empta toga

Plautus, Prasina, coccina, tyale, soccos, monilia amisit Plin. *lib.37.c 10.* Prasina creta viridis. Vide Isidor. *cap.16. lib.19.* Dionem *lib.59.* Prasina factio. Suet *in Calig. c.55.*

Prasiæ, πρασιαί. Oppidum maritimum fuit in ora Laconica non procul ab ostio Inachi fluminis: cuius meminit Thucydid. *bell. Pelopon. lib.2.*

Prăsĭŭs, πράσιος, gemma est è viridantium genere, virore tamen multò dilutiore quàm smaragdus, vtpote quæ ad porri colorem (vnde & nomen accepit) maximè accedat. Sunt autem tria prasij genera, quæ vide apud Plin. *lib.37.c.8.*

Prasocuris, πρασοκουρίς, bestiola infesta porro; & id perdens & secans. inde nomen πράσον est porrum, & κείρω tondeo. Tamen latiùs patet ea vox, ad significanda animalcula, quæ & alia olera corrumpunt.

Prasocurum, πρασόκουρον, δρέπανον, ᾧ τὰ πράσα κείρουσι, falx qua porrum detondent.

Prăsōĭdēs, πρασοειδής, gemma est ex genere topaziorum, à porri colore nomen habens. Nam πρασοειδής, Græcis idem est quod porraceus. Vide Plin. *lib.37.c.8.*

‖ Prason, πράσον porrum Item species quædam φύκους, fruticis marini.

Prassa, charta. Gl. A. L.

Prasus, pransus, antiq. Lips. ‖

Prata Æsuuia, loci nomen. Plutarch *in Valer.*

Prātvm, i, Ager ex quo fœnum percipitur. { אחו *áchu.* λειμών. Gal. *Vn pré.* Ital. *Prato.* Germ. Ein matten oder wysen. Hisp *Prado.* Ang. *A medow.* } nomen habens ex eo quòd sine opera paratum sit, vt placet Varr. *lib.4. de ling. Lat.* Pratum (inquit Vlpian. *de verborum significationibus*) in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est, ex eo dictum quòd paratum sit ad fructum capiendum. Colum *lib.2. cap.17* Prato veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt partes. Nomen quoque inditum ab eo quòd protinus esset paratum, nec magnum laborem desideraret. Ouid. *1. Metam.*

Figitur in viridi si sors tulit, anchora prato.

Idem,

Area gramineo suberat viridissima prato.
Languidus in pratu gramina carpit equus,

idem *Eleg. 8. lib.4. Trist.* Qui mihi condita prata in patinis proferant. (id est, omne genus herbas.) Plaut. *Pseud. sc.2.a 3.* Virg. *8. Eclog.*

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

¶ Prata item dicebantur quæ nunc viridaria, vtplurimum buxo & lauro frequentata.

Prātŭlum, diminut. apud Plin *Epist. 101.* { τὸ λειμώνιον, μικρὸς λειμών. Gal. *Vn petit pré, vn preau.* Ital. *Picciol prato.* Germ. Ein Mättlin. Hisp. *Pequeño prado.* Angl. *A litle medow.* } Cic. *ad Attic. lib.* 2 Pro isto asso sole quo tu abusus es in nostro pratulo. idem *de clar. Orat.* Tum in pratulo propter Platonis statuam consedimus.

Prātensis, e, quod est ex prato. { ὁ λειμώνιος, ὁ ἐν λειμῶνι. Gal. *De pré.* Ital. *Cosa di prato.* Germ. Das auff der matten wachßet oder auß der matten kompt. Hisp. *Cosa perteneciente à prado.* Angl. *Of a medow.* } Colum. *lib. 6. cap. 3.* Eóque nemo dubitat quin optima sint vitia in falcem ligata & cicercula, itémque pratense fœnum. Pratenses flores Plin. *lib. 21. cap.8.* Pratenses fungi, qui in pratis nascuntur. Horat. *lib. 2. Serm. satyr. 4.*

——— pratensibus optima fungis
Natura est: aliis malè creditur.

Prāvŭs, a, um, Distortum, peruersum ⚹ Rectum. { נעוה *nahauéh* מעקל *mehukkál*, διάστροφος. Gall. *Tortu.* Ital. *Torto.* Germ. Krumb/ nit gerad Hisp. *Torcido* Ang. *Croked.* } Cic. *1. Acad.* Quid rectum in oratione, prauúmque. Horat. *1. Serm. satyr. 3.*

——— hunc varum distortis cruribus illum
Balbutit scaurum, prauis fultum malè talis.

Lucret. *lib.4.*

Denique vt in fabrica, si praua est regula prima,
Omnia mendosè fieri, atque obstipa necessum est.

¶ Per translationem accipitur pro malo & vitioso. { עול *ħavvál* עקש *ħikkesch.* πονηρὸς, φαῦλος. Gall. *Peruers, mauuais.* Ital. *Cattiuo, maluaggio:* Germ. Böß / arg / verkehrt. Hisp. *Hecho al reuez de lobueno.* Ang. *Shrewd, euill, naughtie.* } Terent. *in Adelph.* Etsi hoc mihi prauum, ineptum, absurdum, atque alienum à vita mea videatur. Cic. *pro Rosc. Com.* Nihil ab hoc prauum & peruersum produci posse arbitrabantur. Idem *2. de finib.* Bestiarum verò nullum iudicium puto: quanuis enim deprauatæ non sint, prauæ tamen esse possunt. Tenax praui, Virg. *4 Æn.* Obnoxius prauis, Horat. *2. Serm. sat.7.* Stultitia praua, idē *2. Serm. sat.3.* Ambitio praua, idem *1. Serm. sat.6.* Prauo naso viuere, idem *in Arte.*

Prāuĭssĭmus, superl. Velleius Paterculus *hist.2.* Euitatis quæ iussu hominis prauissimi tela in eum acta erant.

Prāuĭtās, Obliquitas, mala & peruersa alicuius rei constitutio, & compositio. { עקלקלה *ħakalkallah* מעקש *maħakasch.* πονηρία, κακία, διαστροφή. Gall. *Tortuosité mauuaistié.* Ital. *Tortuosita, maluagitta.* Ger. Die krumbe/ungerade. Hisp. *Torcedura de lo derecho* Angl. *Crookednesse, shrewdnesse.* } Cicer. *4. Tusc.* Vitium quum partes corporis inter se dissident, ex quo prauitas membrorum, distortio, deformitas. Idem *1. de Legib.* Corporis prauitates, si erunt perinsignes, an habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit? ¶ Ponitur aliquando pro malitia. { עון *ħauón* עקשות *ħikkeschút.* φαυλότης. } Cic. *4. Acad.* Taménne in ista prauitate perstabitis? Idem *in Parad.* Animi prauitates rectè vitia dicuntur.

Prāuē, aduerbium, ⚹ Rectè. { πονηρῶς, στρεβλῶς. Gall. *Mauuaisement, peruersement.* Ital. *Brutamente, tortamente.* Germ. Böß/ fertiklich/ lätz oder vbel. Hisp. *Con torceduras de lo derecho, malamente* Ang *Naughtilie, shrewdlie.* } Cic. *2. de finibus.* Ille porrò malè, prauè, turpiter cœnabat.

‖ Praxapostolus, liber actuum Apostolorum D. Lucæ. L.g.b. ‖

Prāxāspēs, πρηξάσπης. Nobilis Persa, qui Smerdim Cambysæ fratrem iussu regis occidit, cuius facinoris conscientia adactus, postea in maximo Persarum conuentu, ex editissima turre se præcipitem dedit. Vide Herod. *lib.3.*

Prāxăgŏrās, πραξαγόρας, Nobilis medicus fuit, cuius aliquoties meminit Plin.

Prāxĭdĭcē, es, πραξιδίκη. Deæ nomen, cuius non statuam integram sed caput tantùm in templis dedicabant. Hanc Mnaseas Soteris vxorem facit, eandémque sororem Concordiæ, & virtutis matrem. Autor Suid. Stephanus Praxidicen Nympham fuisse tradit, quæ ex Tremilete Cragum peperit, à quo Lyciæ mons nomen accepit.

Prāxĭbūlŭs, i, πραξίβουλος, Atheniensium magistratus, cuius meminit Plin. *lib.33. cap.7.*

‖ Praxilleum, carmen à Praxilla poëtria. ‖

Prāxĭs, eos, fœmin. generis. Latinè Actio, vsus, exercitatio à πράσσω, ago. { פעלה *peħulláh* מעשה *maħásch.* πρᾶξις. Gall. *Action negoce.* Ital. *Attione, negotio.* Germ. Ein handlung. Hisp. *Obra, negocio.* Angl. *Doing, orbyssines.* } Vnde practicus, a, um, actiuus. & qui actu ipso aliquid proficit. Hinc artes dictæ sunt quædam practicæ, quæ in exercitatione, & ipsa actione consistunt. ⚹ Theoricæ, id est, speculatiuæ, & quæ ποιητικαὶ, hoc est, effectiuæ dicuntur. de vtrisque Quintil. *lib. 2. c. 18.* Quum sint autem artium aliæ positæ in inspectione, id est, cognitione & æstimatione rerum, qualis est Astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei cuius studium habet, intellectu contenta: quæ θεωρητικὴ vocatur Aliæ in agendo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficitur, nihilque post actum operis relinquit, quæ πρακτικὴ dicitur, qualis est saltatio. Aliæ in effectu, &c.

Prāxĭtĕlēs, πραξιτέλης. Statuarius, marmore nobilitatus, & præcipuè duplici Venere, Gnidia & Coa quarum illam maximè nobilitauit vesanus adolescentis cuiusdam amor, qui noctu in templo delitescens simulacro cohæsit: & Nicomedis regis æstimatio, grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conantis. Natus dicitur in extrema Italiæ ora, quam magnam Græciam olim appellabant: deinde propter artis præstantiam ciuitate Romana donatus: quam multis etiam egregiis signis ornauit: ex quibus à Plinio commemorantur Triptolemus, Flora, Ceres in hortis Seruilianis, Boni euentus, & Bonæ fortunæ simulacra in Capitolio: item & Mænades, & quas Thyadas vocant, & Caryatidas, & Sileni in Asinij Pollionis monumentis. & Apollo, & Neptunus, aliáque nonnulla, quæ vide apud Plin. *lib.34. cap.8. & lib.37. cap.5.* de hoc etiam Propertius, Praxitelem Parius vindicat arte lapis. Hinc Adiectiuum Praxitelius, Cic. *2. de diuinat.* Quasi non potuerit id euenire casu, & non in omni marmore necesse sit inesse vel Praxitelia capita. Illa enim ipsa efficiuntur detractione, neque quicquam illuc affertur à Praxitele.

Prĕcĭæ vuæ, teste Seruio, dicuntur quæ ante alias maturescunt, quasi præcoquæ. Virg. *2 Georg.*

——— Et passo Psythia vtilior, tenuísque
Lageos Tentatura pedes olim, vincturaque linguam:
Purpureæ, preciæque: & quo te carmine dicam
Rhetica?

Prĕcĭus lacus nomen est, apud Cic. *in Orat. pro Milone.*

Prĕcĭum, & preciosus, vide *Pretium.*

Precor, aris, cum accusatiuo. Oro, peto. { חלה chillâh חתר Bathar התפלל hithpallél. δέομαι, παρακαλῶ. Gall. Prier. Ital. Pregare. Germ. Bitten. Hisp. Rogar generalmente. Angl. To praye. } Cic. 1. de nat. deor. Quid veneramur, quid precamur deos? Ibidem, Dij quos nos colere, precari, venerarique solemus. Ouid. Eleg. 2. lib. 3. Trist.

Augusti numen adora: Ritè precare Deum.

Idem 13 *Metam.* Laertiadæque precaris quæ meruit. (id est, imprecaris.) Item,

———Quæ si Dij sunt non vana precaris.
Vterque natus viuit, & precor viuat,

Martial. *Epig.* 11. *lib.* 2.

Est mihi sitque precor,

Ouid. 6. *Fast.* Et *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

— Dubia timeo mente (mortem) timénsque precor.

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.* Parce precor. Idem *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.*

———frustráque precanti
Ore necaturas accipiemus aquas.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.* Pergin' precari pessumo, pro supplicare. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Iunctum verò cum datiuo, idem est quod opto alicui bonum, vel mal am fortunam. εὔχομαι. Quintilianus, Et oram soluentibus bene precemur. Horat. 2. *Serm. satyr.* 7.

Miluius & scurra tibi non referenda precati,
Discedunt.

Dira precari alicui, Tibull. *lib.* 2. *Eleg.* 7. Malè precari alicui, Cicer. *in Pisonem*, An quod tibi proficiscenti euenit, vt omnes execrarentur, malè precarentur, vnam tibi illam viam, & sempiternam esse vellent? Precari ad Deos, Liu. *lib.* 38. Precari deos bonas preces. Cato *c.* 134. Iane Pater te hac strue commouenda bonas preces precor. Precari ab aliquo. Cic. 3. *de natur. deor.* Bona à quibus precamur, ab iis dantibus nolle sumere, stultitia est. ¶ Huius composita sunt, Deprecor, Imprecor, de quibus suis locis.

Precator, qui pro alio intercedit, vel postulat, deprecator { עתר Bothér. ἱκέτης, δεητικός. Gall. Prieur, qui prie Ital. Chi prega. Germ. Ein erbetter oder fürbitter. Hisp. El que ruega, rogador. Angl. He that prayeth. } Terent. *in Heaut.* Nemo accusat Syre te: nec tu aram tibi, neque precatorem pararis. Ego precator & patronus foribus Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. licèt precator assiet (Iupiter) malam rem effugies nunquam. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2.

Precatio, nis, verbale, Obtestatio, inuocatio. { תחנה techinnáh תפלה tephilláh. δέησις. Gal. Priere. Ital. Prieghiera. Ger. Ein bitt/oder gebätt. Hisp. Ruego. Ang. A praying. } Cic. *pro Mur.* Quòd si illa solennis comitiorum precatio, Consularibus auspiciis consecrata tantam habet in se vim & religionem, &c. Liu. 9. *ab Vrb.* Quid enim aut sponsoribus in fœdere opus esset, aut obsidibus, vbi precatione res transigitur? Neque precatio perfidiis vlla est. (aliàs *deprecatio.*) Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 3.

‖ Precariuè, precario Vlp. ‖

Precis, preci, precem, &c. Obliqui sunt ab inusitato nominatiuo prex. Precatio, siue obsecratio. { תחנה techinnáh תפלה tephilláh. δέησις, δέημα. Gall. Priere. Ital. Preghiera Germ. Gebätt Hisp. Ruego. Angl. Prayer. Terent. *Phorm.* Sed parúmne est quòd omnibus nunc nobis succenset senex, Nisi instigemus etiam vt nullus locus relinquatur preci? Quintil. *lib.* 3 *c* 10. Hac illi opus est occasione, ne eum talium precum pudeat. Terent. *in Andr.* Nihil est preci loci relictum, iam perturbaui omnia. Horat. 2. *Epist.* 1.

Cælestes implorat aquas docta prece blandus.

Ouid. 2. *de Ponto Eleg.* 2.

Tempus adest aptum precibus.

Tibull. *lib.* 4.

Intentaque tuis precibus se præbuit aure
Iuppiter.

Ouid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

Concipiámque, bonas ore fauente preces.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.* Hac prece adoraui superos. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Tunc oro per precem. Ouid. 2. *Fast.*

Instat amans hostis pretio, precibúsque minisque:
Nec prece, nec pretio, nec mouet ille minis.

Ibidem, In prece totus eram.

Precarius, a, um, adiect. est quod precibus petenti vtendum conceditur tandiu quandiu is, qui concessit, patitur. { δεητικός. Gall. Emprunté à la charge de le rendre. Ital. Preso ad imprestito. Germ. Das einem auß bitt ein zeitlang gelihen vnd vergönnet ist. Hisp. Cosa de ruego. Angl. That by sute is granted to one for a while, borrowed on a condition to restore it at the will of the lender. } In hanc sententiam dictum est à Seneca, hominem esse precarij spiritus *cap.* 11. *de consol ad Mart.* Et apud Curtium ait Alexand. Mori præstat quàm precario Imperatorem esse. Idem, Sed precarium spernebatur imperium. Vbi precarium Imperium dicitur id quod tandiu obtinetur, quandiu qui concessere, permittunt. Precaria libertas. Liu. *l.* 4. *d.* 9. Precariam opem petere. Idem *l.* 3. *ab Vrbe.* Precaria omnia putat esse sapiens: vt, oculos, vitam, seipsum. Senec. *c.* 11. *de tranq.* Anima precaria, Tacit. *lib.* 1. Méque precariam animam inter infensos trahere. Precarium auxilium, non iustum ferre. Liu. 8. *ab Vrbe*, Ius precarium. Tacit. *de Germanis*, Salus precaria. Brutus *Ciceroni*, Quæstus precarius. Cic. *Octauiano*, Cuius auus fuerit argentarius, astipulator pater, vterque verò precarium fecerit quæstũ. Senec. *c.* 3. *de tranquill.* Siue precarios accessus habet virtus.

Precario, nomen, ipsa terminatione datiui pro aduerbio accipitur per preces, gratis. { μετὰ δεήσεως, σὺν δεήσει, δανείσματι. Gall. Par priere. par emprunt. Ital. Per prieghi per importunità. Germ. Durch bitt/ bittlicher weiß. Hisp. Alcançado por ruegos. Angl. By sute or prayer. } Terent. *in Eunuch.* Seu vi, clàm, seu precario. Sueton. *in Claud. c.* 12. Precariò exegit vt id sibi liceret. Plaut. *in prolog. Amphit.* Verùm profectò id petere me precario à vobis. Precario admissi sumus. Suprà, non mancipio data, sed commodata. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Polyb.* Precario hærentes radices, idem *epist.* 87. Paul. Iuriscon. Precariò habere videtur, qui possessionem corporis, vel iuris adeptus est ex hac solummodo causa quòd adhibuit preces, & impetrauit, vt sibi possidere, aut vti liceat. παρακλήσει κέχρακε. Veluti si me rogaueris vt per fundum meum ire, vel agere tibi liceat, vel vt in tectum meum stillicidium, vel tignum in parietem immissum habeas. Cic. *pro Aulo Cecin.* Ne id quidem satis est, nisi doceat ita se possedisse, vt nec vi, nec clàm, nec precario possederit Idem 3. *de Orat.* Etenim verecunda debet esse translatio, vt deducta esse in alienum locum non irruisse: atque vt precario, non vi venisse videatur.

‖ Precia Preciæ vuæ. Virg. *Georg.* 2. Purpureæ preciæque. ‖

Prehendo, vide *Prahendo.*

Prelum, i, vide *Pralum.*

Premo, is, pressi, pressum, propriè calco, & innitor alicui rei cum pondere, stringo. { דחק dachák מעך mahách העיק heéik צר tsár דרך daráth עם לחץ lachats. πιέζω, θλίβω. Gal. Presser, fouler, serrer, estraindre. Ital. Premere, calcare. Germ. Trucken/tringen. Hisp. Cargar ò apretar. Ang. To presse. } Virg. 4. *Georg.*

———& spumantia cogere pressis
Mella fauis.

Idem *Æneid.* 2.

———veluti qui sentibus anguem
Pressit, humi nitens.
Iusta pari premitur veluti cum pondere libra,

Tibull. *lib.* 4. Ista bona quos exornant, & premunt. Senec. *c.* 9. *de consol. ad Polyb.* Premere suas lacrymas: suprà compescere, *ibid. cap.* 15. Hæc quæ premunt in studiis. (i. grauida & difficilia sunt.) Quintil. fata isthæc me premunt. Plaut. *Amph.*

Quem spectans aliquis dentes in vite prementem,

Ouid. 1. *Fastor*

Ille premit duram sanguinolentus humum,

idem 4. *Fastor.*

Non expectato vulnere pressit humum,

idem 5. *Fast* Preme quod cepisti, Senec. *Protegit hac* (eloquentia) *sontes immeritósque premit.* (i. opprimit.) Ouid. *Eleg. lib.* 2.

———Mitráque capillos
Presserat,

idem 4. *Fastor.*

Tot premor aduersis.

idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.* Pressit silentio multorum profectus verecundia, Senec. *c.* 24. *de consol. ad Martiam.*

Lubricáque immotas testa premebat aquas. (i. glacies tegebat.)

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Parte premor vita deteriore mea.

idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Terreor, hoste meum penè premente latus,

idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Quandoque ponitur pro aduersari, vexare. Virg. 10. *Æneid.*

Numina nulla premunt: mortali vrgemur ab hoste.

Plaut. *Amphit.* Fata isthæc me premunt. ¶ Quandoque pro effodere. Idem 10. *Æneid.*

———sulcúmque sibi premat ipsa carina.

¶ Quandoque pro insequi, insistere, vrgere. { רדף radháph אץ ats. ἐπιτίθεσθαι. Virg. 1. *Æneid.*

Hâc fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus.

Idem *Georg.* 3.

Ingentem clamore premes ad retia ceruum.

¶ Quandoque occultare. { כסה chasáh. καλύπτω. } Virg. 1. *Æneid.*

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

¶ Quandoque expellere. { דחף dacháph נדף nadháph. ἀπελαύνειν. } Varro 2. Inuitámque pressit ab ædibus. ¶ Quandoque cohibere. { עצר batsár. } Virg. 1. *Æneid.*

Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat.

¶ Quandoque claudere. Idem 2. *Æneid.*

———pressitve oculos ac vulnera laui.

¶ Quandoque vitiare. { ענה binnáh. μοιχεύειν. } Varro, Qui toties villici tui vxorem absente pressisti viro. ¶ Quandoque remouere, excitare. Virg. 1. *Georg.*

———& ruris opaci,
Falce premes vmbram.

¶ Quandoque vastare. Idem 1. *Æneid.*

———pelago premit arua sonanti.

¶ Quandoque occidere. Idem 9 *Æneid.*

Armigerúmque Remi premit.

Quandoque demergere infodere. Idem 2. *Georg.*

Quod superest, quæcunque premes virgulta per agros,
Spargere fimo pingui.

Quandoque instare, & dicendo immorari. Plin. *Epist.* 9. *lib.* 3. Quum Cæsam accusarem, nihil magis pressi quàm quod accusator eius, &c. Quandoque reprehendere, maledicere. Quint. *lib.* 12. *de Cicerone*, præcipuè verò presserunt eum qui videri Atticorum imitatores concupiebant. ¶ Ære alieno premi. Cic. *in Catil.* Qui quanquam premuntur ære alieno, dominationem tamen expetunt. ¶ Facta premunt annos, hoc est, superant. Ouid. 7. *Metam.*

Si titulos, annósque tuos numerare velimus,
Facta prement annos.

id est, plura erant facta quàm anni, aut maiora quàm pro ætate. ¶ Angustiis premi. Cæs. 3. *bell. Gall.* Quibus angustiis Cæsar à Venetis premebatur, docet. ¶ Huius composita sunt, Apprimo, Comprimo, Deprimo, Exprimo, Imprimo, Opprimo, Reprimo & Supprimo quæ habent penultimam correptam.

Pressus, a, um, participium est. { מעוך mahúch צרור tsarúr נלחץ nilchats. πεπιεσμένος. Gall. Pressé, espraint, serré. Ital. Calcato, caricato. Ger. Getruckt. Hisp. Apretado, ò cargado. Angl. Pressed. } Colum. *lib.* 7. *c.* 8. Illa verò notissima est ratio faciendi casei, quem dicimus manu pressum. Virg. 2. *Eclog.*

———sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, & pressi copia lactis.

Idem 3 *Georgic.*

Læta magis pressis manabunt flumina mammis.

Aliquando

Aliquando nomen est,& ponitur pro subtilis ac breuis. Cic. *in Horten.* Quis autem est, aut fuit vnquam in partiundis rebus, in definiendis & explicandis sententiis pressior? Aliquando dicitur onustum, grauatum. βεβαρημένον. Virg.*lib.*1.*Georg.*

Ceu pressæ quum iam portum tetigere carinæ.

¶ Presso gradu incedere. hoc est, firmo, nec celeri, sed quo cautos incedere videmus. Liu.*lib.*28. Inde vbi incipiendæ iam pugnæ tempus erat, Hispanos (ea media acies fuit) presso gradu incedere iube. ¶ Pressum vocat Ouid. quod est quasi impressa nota signatum, *lib.*6.*Fast.*

Certa fides facti est, dictus sceleratus ab illa

Vicus, & æterna res ea pressa nota est.

Pressa est insignis gloria facti, id est, autor ignoratur, vt ait Bud. Virg. 12. *Æneid.*

Quis tantam Rutulis laudem, casúsne, Deúsne,

Attulerit, pressa est insignis gloria facti.

Prĕssŭs, us, ipsa pressio, seu premendi actus. { מדרך *midrách* עקה *ʻakáh* מעוקה *meʻukáh* θλῖψις, σπωχή. GAL. *Pressement, foulement.* ITAL. *Esso premere.* GERM. Das trucken. HISP. *Apretamiento.* ANGL. *A pressing.* } Cicer. *lib.* 1. *de Orat.* Nemo est quin literatissimū togatorum omnium Q. Valerium Soranum lenitate vocis, atque ipso oris pressu & sono facilè vincat. Idem 2.*Tusc.* Sic animus intentione sua depellit pressū omnem ponderum. Ouid.*Eleg.*8 *lib.*1.*Trist.*

Cùm latet hic (Sol) *pressus nubibus illa* (vmbra) *fugit.*

Item,

Non ergo presso tellus consurgit aratro.

Tibull.*lib.*4.

Brachiáque excepi presso pendentia collo.

Ouid.*Eleg.* 5 *lib.*3.*Trist.*

Et spumat testa pressus vterque sua. (i. tectus,)

Idem 5.*Fast.*

——Æterna res ea pressa nota est

Idem 6.*Fast.*

Nec quisquam presso vomere sulcat humum. (i. impresso.)

Idem *Eleg.*10.*lib.*3.

Dissiluit nudo pressa bis vua pede.

Idem *Eleg.*6.*lib.*4 *Trist.* Pressus manu caseus. Suet. *in Aug.c.*76.

Prĕssūră, Pressus, hoc est, actus ipse premendi. { מדרך *midrách* עקה *ʻakáh* מעוקה *meʻukáh.* θλῖψις, σπωχή. GALL. *Pressoirement, pressurage.* ITAL. *Esso premere ò stringnere* GERM. Ein truck oder zwang. HISP. *Apretamiento.* ANGL. *A pressing.* } Plin. *lib.*18.*cap.*31. Pressura vna culeos. xx. implere debet. Colum. *lib.* 2. *cap.* 36. Mustum tortiuum est, quod post primam pressuram vinaceorum circunciso pede exprimitur.

Prĕsso, as, frequentatiuum à premo { καταπιέζω. GAL. *Presser souuent.* ITAL. *Premere souente.* GER. Embsig trucken eins truckens. HISP. *Apretar muchas vezes.* ANG *To presse often.* } Virg 3.*Eclog.*

——pressabimus vbera palmis.

¶ Inuenitur & pressor, aris, deponens. Plaut. *in Persa,* Vomisca est, pressare parcè. ¶ Pressatus participium. Plaut. *Asin.* Quin tradis hac crumena pressatum herum.

Prĕsse, aduerbium, Subtiliter, breuiter. { πεπιεσμένως, συνεσταλμένως. GALL. *Serréement, sans superfluité, breuement.* ITAL. *Breuemente senza superfluità senza vagare.* GERM. Kurtzlich/einzogenlich/one vberfluß. HISP. *Apretadamente ò cargadamente, breuemente.* ANG. *Shortlie, briefflie.* } Cic. 1. *Offic.* Alterum exercitatio augebit, alterū imitatio pressè loquentium, & leniter. Idem 4. *de fin.* Sed vt propiùs ad ea Cato accedam, quæ à te dicta sunt, pressiùs agamus: eáque quæ modò dixisti, cum his conferamus quæ tuis antepono.

Prĕssōrĭus, a, um, adiectiuum. { πιεστήριος, πιεσμός. GAL. *Dequoy on se sert à presser.* ITAL. *Cosa da premere.* GER. Das zu dem trucken dienstlich ist. HISP. *Cosa para apretar.* ANGL. *That serueth for pressing.* } vt pressorium vas, in quod quid premitur Colum. *lib.* 12. *c.*18. Tum sacrificia Libero, Liberæque, & vasis pressoriis, quàm sanctissimè, castissiméque facienda.

‖ Pressorium, instrumentum, quo aliquid premitur ‖

Pressura, actus premendi.

Prendo pro prehendo, vide *in prahendo,* & Prensare, vide in *Prahensare.*

‖ Premicula, πρὸ ἱματίῳ. Gloss. Cyr σειρά (quod & σειρὰ scribunt posteriores Græci) est catena linea. scriptum fuit *penicula* seu *peniculus.* ‖

Prĕpŏn, Latinè decorum. { נעים *nahim* נעמה *neʻimáh* נעם *noʻám.* πρέπον. GALL. *Honnesté, bonne grace.* ITAL. *Decoro.* GER. Der wolstand/gezimmung vnd erbarkeit in worten vnd wercken. HISP. *Hermosura.* ANG. *Comlinesse, that is decent and becometh.* } Cicer. *de Orat.* vt in vita, sic in oratione nihil est difficilius quàm quod deceat. πρέπον appellant Græci, nos dicamus sanè decorum. Idem 1. *Offic.* Hoc loco continetur id quod dici Latinè decorum potest. Græcè enim πρέπον dicitur.

PRĔSBYTĔR, is, senior. comparatiuus est à πρέσβυς, υος (Atticè εως) senex. { זקן *Zakén.* πρεσβύτερος. GALL. *Ancien prestre.* ITAL. *Huomo antico, prete.* GERM Ein alter oder eltester. HISP. *Anciano, viejo presbytero.* ANGL. *An elder.* } Augustinus, Sanè etiam grandioris ætatis, & sicut Scriptura loquitur, plenum dierum posse dici seniorem, hoc est, presbyterum. Proinde omnis senex etiam presbyter, non omnis presbyter etiam senex: quia plerunque est hoc nomen ætatis, quæ infra senectutem senectuti vicina est, & ex hoc etiam ipsa à senectute nomen accepit in Latina lingua.

Presbyterium, πρεσβυτέριον, officiū & dignitas presbyterorum. Item cœtus seu collegium presbyterorum. Locus quoque vbi congregari solent presbyteri ad consultationes suas.

Prēstĕr, ēris, { שרף *saráph.* πρηστήρ. } Serpentis genus est: quem alio nomine vocant dipsadem. Lucan. *lib.*9. Oraque distendens auidus spumantia prester. Plin.*lib.*20.*c.*20 Sagittarum venena, & serpentium hæmorrhoidum, & presterum restingui. ¶ Est etiam prester cælestis flammæ genus, quæ quicquid attingit, amburit, & proterit. Plin.*lib.*2.*c.*48. Idem ardentior accensúsque dum fuerit, prester vocatur, amburens contacta pariter & proterens.

PRĔTIVM, ij, quod datur pro re empta. { יקר *iekár* מחיר *mechir* שכר *sachár.* τιμή. GALL. *Pris.* ITAL. *Prezzo, preggio.* GERM. Der kosten oder daß gelt/mit welchem man ein erkaufft ding bezalt/die wirdigung. HISP. *Precio, estimacion de cada cosa.* ANGL. *Price or valew.* } Plaut. *in Pœn.* Isto pretio tuas nos facile feceris. Virg. 4. *Æneid.*

Fœmina quæ nostris errans in finibus, vrbem

Exiguam pretio posuit.

Terentius *Heaut.* agrum in his regionibus meliorem, neque pretî maioris nemo habet. Pretium vehendi. Ouid. 2. *Fast.* Pretio omnia temerata. Velleius Respiciam istoc pretio. Plaut. *Pseud.sc.*3.*a.*1. Vt piscis quicquid est pretio præstinem. Idem *ibid. sc.*2. *a.*1. Facito vt pretio peruincas tuo. Idem *Curc.sc.*3.*a.*1. Homo haud magni pretij *Ibid.* Nihil pretio parsit, filio dum parceret Idem *Capt. prologo.* Nullus est tam parui pretij quin pudeat. Idem *Aulul sc.*6.*a.*4. Muli pretio superant equos. *Ibid.sc.* 5.*a.*3. Ante omnes minimi mortales pretij. Idem *Asin. sc.* 2.*a.*5. Meus conseruus homo haud magni pretij. Idem *Milit.sc.*1.*a.*2.

——Seu vitæ labe carentis

Est pretium, nemo pluris emendus erat,

Ouid. *Eleg.*8.*lib.*1.*Trist.* Pretium facere dicitur qui licet. Martial. *Epigr.* 60.*lib.*9. & *Epigr.* 33.*lib.*1. Quandiu fuerit in pretio Romana nosci, Senec. *c.* 2. *de consol. ad Mart.* ¶ Auellere pretium antequam ostendatur merx. Horat. 1. *Serm. Satyr.*2.

——an tibi mauis

Insidias fieri, pretiúmque auellier ante,

Quàm mercem ostendi?

Capi pretio. Tibul. *lib.* 3. *Eleg.* 1.

——pretio capiuntur auarè.

¶ Aliquando pretium accipitur pro mercede, siue præmio: ídque interdum in meliorem partem. Terent. *in Andr.* Feci è seruo vt esses libertus mihi, propterea quòd seruiebas liberaliter. Quod habui summum pretium, persolui tibi. Virg. 5. *Æneid.*

Et palmæ pretium victoribus.

Interdum in deteriorem, vt idem ferè sit quod pœna. Ouid. 10. *Metam.*

Mors pretium tardis: ea lex certaminis esto.

Terent. *in Andr.* Ego pretium ob stultitiam fero. Verbera, compedes, molæ, hæc sunt pretia ignauiæ. Plaut. *Men sc.*6. *a.*5. Quid pretij detur ab heris. Idem *ibid,* Propè est, vt herus quod strenuè fecerim, pretium exoluat. (id est, libertatem.) *Ibid.*

Cuius equos pretium pro nocte poposcerat hostis.

Ouid. 13. *Metam.* Grande pretium tulit perseuerantiæ. Suet. *in Tib. c.*16 Pretium tulit clementiæ, (id est, mortem.) Velleius.

Hoc pretium vitæ vigilatorúmque laborum,

Ouid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.* Conseruatæ patriæ pretium calamitatem exilij Cicero tulit. Velleius.

Ipse tulit pretium iam nunc certaminis huius,

Ouid. 13. *Metam.*

Fit pretium dignis, nec sibi quisque placet,

idem 5. *Fast.* Pretium honorémque. Liu. *lib.* 5. *d.* 5.

Crimina vidistis pretio quæ obiecta patebant.

(i. auro & mercede proditionis.) Ouid. 13. *Metam.* ¶ Legitur etiam pretium aliquando pro composito operæpretium. Tacitus *lib.*2. Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret Cn. Pisonis, & Asinij Galli super eo negotio diuersas sententias noscere. Pretium operæ, & pretium curæ, locutiones notatu dignæ. Plin. Id verò audire pretium operæ fit. Idem *Epist* 159. Postea mihi visum est pretium curæ, ipsum Senatusconsultum quærere.

Prĕtĭōsŭs, a, um, יקיר *iakir.* τίμιος, ἔντιμος, πολύτιμος. GALL. *Precieux, riche, & de grand valeur.* ITAL. *Di summo prezzo.* GER. Kostlich/vilwärt. HISP. *De mucho precio,* ANGL. *That is pretious and of gread malew.* } Plaut. *in Bacch.* At nimium pretiosa es operaria es. Cicer. 3. *Officior.* Quærit si in mari iactura facienda sit, equíne pretiosi potiùs iacturam faciat, an serui vilis ¶ Emptor pretiosus, hoc est, sumptuosus, qui magno pretio aliquid emit. Horat. 3. *Carm. Ode* 6.

Seu nauis Hispanæ magister

Dedecorum pretiosus emptor.

Ouid. 3. *Amor.*

Ingenium quondam fuerat pretiosius auro.

Idem 1. *Metam.*

——subiitque argentea proles

Auro deterior fuluo, pretiosior ære.

‖ Pretiosum, pretij plenum, multo pretio dignum, multum valens, magni æstimandum, plurimum vtile. Et etiam rarum. Vet. Vocab. Omne enim quod rarum est, magnum & pretiosum vocatur. ‖

Prĕtĭōse, adu. { τιμίως, εντίμως, πολυτίμως. GALL. *Richement.* ITAL. *Riccamente.* GERM. Köstlich. HISP. *Ricamente.* ANG. *Pretiouslie, richelie.* } Cic. 2. *de Inuent.* Vasa magnifica, & pretiosè cælata. Gell *lib.* 5 *c.* 5. Pretiosè armatum exercitum.

Prĕtĭōsĭtās. πολυτέλεια. conditio eius, quod est pretiosum, valor. Apul. *lib.*2. Variæ gratiæ pretiositatis vnius. Macrob. *Saturn. lib.*7.*cap.*13. ex Atteio Capitone, Electus autē, inquit, ipsa læua manu digitus minimo proximus: quasi aptior cæteris cui commendaretur annuli pretiositas.

Pri antiqui pro præ dixerunt. Fest.

Prĭămŭs, πρίαμος, Laomedontis Troianorum regis filius ἀπὸ τοῦ πρίασθαι. quod est emere, autore Seruio. Nam puer ab Hercule, qui patrem Laomedontem interfecerat, captus cum Hesiona sorore, solus pecunia redimi potuit: vel secundùm alios, quia Hercules eum à vicinis hostibus redemptum in paterno regno locauit. Eum à Ioue originem traxisse ferunt. Dardanus enim filius fuit Iouis ex Electra, cuius filius fuit Erichthonius. Hic filium habuit Troem, qui regionem quæ à Dardano Dardania dicebatur, Troiam à se dixit. Huius filij fuerunt Assaracus & Ilus, qui vrbem totius regionis caput, Ilion à se vocauit. Hic filium habuit Laomedontem, qui pater fuit Priami. At Priamus ipse, Patre ab Hercule interfecto, auro redemptus, Ilion instaurauit simul & exornauit, regníque limites vsque adeò protulit, vt non solùm Troiæ, sed totius ferè Asiæ rex videretur. Hecubam filiam Cissei regis Thraciæ vxorē duxit, habuítque, teste Cic. *Tusc. quæst. lib.*1. filios quinquaginta, quorum decem & septem ex iusta vxore sunt nati, ex quibus fuit & Paris, qui repetiturus Hesionem sororem in Græciam profectus, Menelao

Menelao Helenam vxorem rapuit, vnde ortum est bellum decennale à Græcis in Troianos, in quo vidit filios suos ferè omnes ab hostibus interfectos. Tandem capto Ilio, & ipse à Pyrrho Achillis filio occisus est prope aram Iouis Hercæi, in sanguine Politæ filij, vt est apud Virgilium *lib.2. Æneid* Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras, &c. At verò Illi frater Assaracus Capyn genuit, ex quo Anchises, & illo Æneas. Ouid. *lib.4. Fast.* Idem 13. *Metam.*

Et moueo Priamum, Priamóque Antenora iunctum.

¶ A Priamo fit Priamides patronimicum prima longa: & Priameius, a, um, prima breui. Idem 13. *Metam.*

Priamidem Helenam rapta cum Pallade captum.

Fuit & priamus alius Politæ filius, superioris nepos, quem Æneas ex Troiæ excidio secum in Italiam duxerat. Virg *lib.5. Æneid.*

Vna acies iuuenum ducit, quam paruus ouantem,
Nomen aui referens Priamus, tua clara Polite
Progenies auctura Italos, &c.

Prĭāpŏnnēsŭs, πριαπόννησος, insula est in sinu Ceramico, Plinius *lib.5. cap.32.*

PRIAPVS, πρίαπος. Liberi patris & Veneris filius, quem superstitiosa antiquitas hortorum præsidem credidit. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 8.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Quum faber addubitans scamnum faceréťne Priapum,
Maluit esse deum: deus hinc ego furum, auiúmque
Maxima formido.

Idem & Lampsacenus dicebatur à Lampsaco non ignobili Troadis vrbe ad Hellespontum sita, in qua & natus creditur. Est & Priapus Hellesponti vrbs, teste Plin. *lib.5. c.32.* à Priapo, Liberi & Veneris filio, condita: cœptus est enim ibi coli ob vineta vberrima, quæ iuxta in Pariana & Lampsacena regione sunt, autore Strabone.

‖ Priapus item hortorum deus. Præter ea penis, Muto, coles, veretrum, fascinus, virilis caulis, neruus, tentum, verpus, virile membrum, scapus, membrum genitale, cercolipa, ficula, mentula, virga, cauda, salax, genitalis vena, &c. Iun ‖

Prĭāpēĭa, πριάπεια, carmen obscœnum, quod nonnulli Virgilio, alij Ouidio, alij aliis ascribunt.

Priapiscus, πριαπίσκος, lignum paruum in medio suo scammo insertum.

Prĭāpīsmŭs, πριαπισμὸς, σατυρίασις, morbus est quum genitale membrum in longitudinem protenditur, & in circulum intumescit sine Veneris appetitu: quod vitij genus iis potissimùm solet vsu venire, qui supini cubare consueuerunt. Ratio nominis deducta est à Priapo obscœno hortorum deo, quòd qui hoc vitio laborant, colem iusto maiorem habere consueuerint, & instar Priapeij membri assiduè extensum. Vide plura de hoc apud Galenum *lib.6. de locis affectis*

Prĭāpŭs. Hellesponti vrbs, teste Plin. *lib.5. cap.32.* à Priapo Liberi & Veneris filio condita: seu vt alij volunt, à Milesiis nomine Priapi. Cœptus est enim ibi coli ob vineta vberrima quæ iuxta eam in Pariana & Lampsacena regione sunt, autore Strab. *lib.1.*

Prĭdem, temporis aduerbium, Paulò antè, vel paruo tempore priùs. à pri & demum. {כבר chebár. πρὸ ὀλίγου. GALL. *Il y a lomp temps.* ITAL. *Gia tempo ha, gia buona pezza di tempo.* GERM. Vnlangest hieuor/vor etlicher zeit. HISP. *Dias ha, ya luengo tiempo.* ANGL. *Long syne, a great whyle agoe.*} Plin. *lib.7. cap.16* Ipsi verò pridem vidimus ea omnia præter pubertatem in filio Cornelij Taciti Equitis Romani. Plaut *Amph.* Quamdudum istuc factum est, iamdudum, pridem, modò. ¶ Aliquando etiam de longiore tempore dicitur, multò antè. vel multo tempore prius, πρὸ πολλοῦ. Apuleius, Quod pridem Plato affirmauerat. Quod si cùm pridem, aut dudum addamus non, vel quàm, vel ita significant multo tempore antè Cicer. *pro Quint. Roscio*, Quampridem Fanni nomen in aduersaria retulisti? hoc est, quàm multo tempore antè. Terentius *in Eunuch.* Huc euasit, quampridem pater mihi & mater mortui essent, id est, quantum temporis præteriisset. Cic. *in Bruto*, Nostra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. (id est, non multo tempore antè. Vide Vallam 2. c. 34.

Prĭdĭē, aduerbium, & Pridianus, a, um, vide in dictione *Postridie.*

Prĭēnē, πριήνη, vrbs maritima (vt inquit Strabo *lib.12.13. & 14.*) quæ inuectu Mæandri fluminis inter ipsam, Miletúmque labentis, mediterranea facta est, Bianti alumno nobilis, qui patria aliquando ab hostibus capta quum reliqui omnes fugientes aliquid rerum suarum asportarent, interrogatus ipse, cur adeò nil efferret: Omnia (inquit) mea mecum fero, summas diuitias in animo statuens. Meminit huius Cicer. *in Paradoxis.*

Prĭēnæus, & Prienensis. Sidonius, Prienæe Bia, quòd plus tibi turba malorum.

Prīmārĭŭs, Primate, Primitiæ, Primipilus, vide *Primus.*

PRIMVS, a, um, quandoque ad numerum, seu ordinem, refertur, quemadmodum & secundus, & tertius. { ראשון rischón. πρῶτος. GALL. *Premier.* ITAL. *Primo.* GERM. Der erst. HISP. *Cosa primera en orden* ANGL. *The first.*} Gellius *cap.7. lib.7.* Primus adprimus primam syllabam habent acutam. Primus heres. Vide *Heres*, suprà, Quid primum caueam nescio. Plaut. *Pseud. sc.2. a.5.* Primus, & vtinam vltimus (Sylla) præscriptionis exemplum inuenit. Velleius. Post primas acies vrbis se mœnibus continuere. Ouid. 13. *Metam.* Dabo ei talentum qui primus talentum excurrerit. Plaut. *Mostell. sc. 1. a. 2.* Prima via inducamus hæc esse vera (id est, initio persuademus.) Idem *Milit. sc 2. a. 2.* Prima luce, Cæsar *lib.1. de bell. Ciu.* prima nocte, idem *lib.3. de bell. Ciu.* In primam lucem differre conuiuia. Sueton *in Cæs. cap.52.*

Primaque sunt illis data tempora, cætera vobis,

Oui. 13. *Metam*

Primaque lux nostri tecum fuit illa pericli,

ibidem.

Obtulimus quia nos ad prima pericula simus Inhonorati?

Ibid. Post primam facem. (id est, post primam noctem) Gell. *cap.2. lib.3.* Prima vespera. Vide *Vesper.* Terentius *in Adelph.* Primus sentio mala nostra, primus rescisco omnia. Virg. 2. *Æneid.*

Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua,
Laocoon ardens summa decurrit ab arce.

Cicer. *Appio libr. 3.* Prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. Plancus *Ciceroni libr. 10.* Primæ tuæ sententiæ infinitis cum muneribus, posteriores ad tempus arbitriúmque amicorum meorum compositæ Horat. 2. *Epist.* Ex tremi primorum extremis vsque priores. Iungitur autem frequenter apud bonos autores cum quoque: vt, Primo quoque tempore, primo quoque die. Liu. 6. *ab Vrb.* Decreuerunt vt primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur. Cæs. 6. *bell. Gall.* Cupiebat Cæsar, si qua cõditione posset, aduersarios in æquum locum deducere, & primo quoque tempore bello decernere. Pompeius *ad l. Domitium*, Vt primo quoque Luceriam aduenires. ¶ Prima quaque occasione, id est, vbi primùm se vlla offeret occasio. ὅπου τάχιστα ἰσχυρῇ, κτ τ ἐνδεχόμενον χρόνον. Plinius Iun. Proinde prima quaque occasione mitte. ¶ Quandoque idem valet quod princeps. Virg. 1. *Æneid.*

Prima quod ad Troiam pro charis gesserat Argis.

¶ Quandoque ponitur pro optimo sicut & prior, pro meliore. κράτιστος Idem 9. *Æneid.*

———primos iuuenum tot miserit Orco.

Liuius *initio lib.9.* Primus bellator, (id est, præstantissimus.)

— O inter dilectos pars prima sodales,

Ouid. *Eleg.9. lib.4. Trist.*

¶ Quandoque pro præcipuo. Idem 12. *Æneid.*

———quantos primus patiare labores.

¶ Quandoque pro eo ante quem nullus est Virg. 1. *Eclog.*

Hic mihi responsum primus dedit ille petenti.

A primo, pro ab initio. Cicer. *Attic. lib.8.* Hoc à primo cogitauit. *Eidem lib 9.* Tuas nunc epistolas à primo lego. Idem *lib.16.* Vtinam à primo ita tibi esset visum. ¶ Prima plurali numero pro principiis. *Liu. lib.1.* Quod bellum si prima satis prospera fuissent, haud dubiè peruenisset ad Romanos. Curt. Adeóque aciem versatilem posuit, vt qui vltimi stabant ne circuirentur, verti tamen, & statim circumagi possent: itaque non prima quàm latera, non latera munitiora fuere quam terga. Tacitus *lib. 18.* Quoniam prima consiliorum frustra ceciderunt. ¶ Primis labris gustare. Cic. 1. *de natur. deor.* Hunc censes Primis (vt dicitur) labris gustasse physiologiam, id est, naturæ rationem, qui quicquam quod ortum sit, putet æternum esse posse? ‖ ¶ Primas literas docere, i. legere, ac pingere, vt faciunt literatores. Vlp. *d. lib. vlt. t. 5. l. 2.* Qui pueros primas literas docent, immunitatem à ciuilibus muneribus non habent. ‖ Hinc fiunt aduerbia, Primò, Apprimè, Primùm, Primitus. In primis, cum primis, de quibus suis locis.

Primæ, arum, pluralis tantùm numeri. idem valet quod primæ partes, vel primus in re aliqua locus. {τὰ πρωτεῖα, τὰ πρῶτα. GALL. *Les premieres parties.* ITAL. *Le prime parti.* GERM. Der fürnemste theil oder ort / der vorzug oder vorsitz. HISP. *La ventaja ò mayor, las primeras partes* ANG. *The first partes or place in any thinge.* } Vnde primas ferre, vel tenere dicitur qui primum in re aliqua locum obtinet. Cicero *in Bruto*, Ex his Cotta & Sulpitius, cùm meo iudicio, tum omnium facilè primas tulerunt. id est, sapientissimi, & doctissimi habiti sunt. Et iterum, Erat excellens iudicio vulgi, & facilè primas tenebat τὰ πρῶτα ἔλαχε. Idem *de clar. Orat.* Primas in causis agebat Hortensius. ¶ Dicimus in eadem significatione, Concedere, & dare primas alicui. Cic. 2. *de Orat.* Non possum equidem non ingenio primas concedere. Idem 8. *Philipp.* Pater tuus quo vtebar sene autore adolescens, homo seuerus & prudens, primas omnium ciuium P. Nasicæ, qui Tiberium Gracchũ interfecit, dare solebat. ¶ Deferre primas alicui pro tribuere principem locum. Cic. 1. *de natur. deor.* Ad quem tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. Idem *ad Attic. lib.1.* Amoris erga me, quum à fraterno amore, domesticóque discessi, tibi primas defero. id est, post eos ille es qui maximo me amore prosequeris. Idem *in Orat.* Cui primæ sine controuersia deferebantur.

Prīmùm, aduerbium, Primò, primo loco. {בראשונה barischonáh. πρῶτον. GALL. *Premierement.* ITAL. *Prima, primamente.* GERM. Von ersten oder zum ersten. HISP. *Primeramente.* ANGL. *First.*} Ab hoc fiunt composita, quamprimum, & vt primum. Vt, vbi primum est licitum properaui abire. Plautus *Menach. sc.2. a. 4.* Iamdudum factum est cùm primum bibi. Idem *Asin. sc.2. a.5.* Omnium primùm. Idem *Mostell. sc.1. a.2.* Omnium primùm Alcmena geminos peperit filios. Idem *Amphitr. sc. 2. a.5.* Primùm omnium Alcmenæ vsuram corporis cepi. *ibid.* Omnium primum salutem dicito matri & patri. Idem *Capt. sc.2. a.2.* Primũ dum. Idem *Milit. sc.3. a.2.* ¶ Primò dum. Idem *Capt. sc.2. a.1.* Multis est opus militibus, Primò dum pistoribus scilicet. ¶ Ponitur autem aliquando in oratione nulla alia sequente clausula. Idem *in Asin.* Censen' tu illum hodie primùm ire assuetum in ganeum? Aliquando alia sequente clausula, cui præponitur præterea, vel deinde. Terentius *in Adelph.* Næ ego sum infelix? primum fratrem nusquam inuenio gentium: Præterea autem dum illum quæro, à villa mercenarium vidi. Idem *in Prolog. Heauton.* Id primùm dicam: deinde quod veni eloquar. Nonnunquam sequitur tertia clausula, cui præponitur postremò. Aliquando pro postremò bis subiungitur deinde.

Prīmō, Initiò, principiò, vel ante omnia. { בראשונה barischonáh. πρῶτον, πρῶτα. GAL. *Au commencement.* ITAL. *Prima nel principio.* GERM. Erstlich/von ersten. HISP. *Primeramento.* ANG. *Frist or in the beginning.*} Terent. *in Phor.* Cœpi aduersari primò. ¶ Primiter dixit Pomponius *in Maccus*, geminis prioribus Bono animo es, eripis primiter, vide infrà. ¶ Primè, Næuius in ἀκοντιζομένῳ. Acontizomenus fabula est primè proba, Sosipater *lib.11. Gram.*

‖ Primitus, pro primò etiam cum Varrone vsus est Suetonius *in Claudio:* Euenitque vt primitus ingredienti cum falcibus forum, &c ‖

Prīmŭlŭs, diminut. Plaut. *in Amphitr.* Primulo diluculo abiisti ad legiones. ἐπὶ πρώτῳ ἔω.

Prīmŭlùm, aduerb. ὡς πρῶτον αὐτίκα. Terentius *in Adelph.* Paulatim plebem primulum facio meam. Plaut. *in Menach. sc. vlt. a.5.* Nam dum dentes mihi cadebant primulùm. *Ibid. sc.5. a.5.* Occœptat insanire primulùm.

Prīmārĭŭs, a, um, Primus, princeps, summus. { הראש harósch. ἀρχικός. GALL. *Premier, qui est vn des premiers.* ITAL. *Primaio.* GERM. Das erst oder fürnemst. HISP. *Cosa primera en dignidad.* ANGL. *The first, chief or principall.*} Primarius lapis, qui primus in aliquo ædificij fundamento ponitur. Primarij ciues, qui primi sunt in ciuitate, qui principes ciues,

cipes, & viri principes dicuntur. οἱ πάνυ ἔκκριτοι, ἐξαίρετοι. Cic. 5. *Verr.* Hæc omnia doceo ciuitatum & priuatis primariorum virorum testimoniis. Plin. *lib.* 7. *cap.* 43. Voluisse enim primarium bellatorem esse, optimum oratorem, fortissimum Imperatorem, &c. Plaut. *Stich.* Quin vos capitis conditionem ex pessuma primariam? Terentius *Phorm.* — Neque huius sis veritus fœminæ primariæ, Quin tu nouo modo ei faceres contumelias. Primario loco esse. Cicero 3. *de finib.*

Prīmātēs, dicti sunt qui & summates, siue optimates, qui sunt primi in ciuitate. { ראשים *raschim* גדולים *gedholim* שרים *sarim* קצינים *ketsinim.* οἱ πρωτεύοντες. GAL. *Les premiers & principaux.* ITAL. *Primati.* GERM. Fürnemsten/zu oberist am brät sitzende. HISP. *Los principales del pueblo.* ANGL. *The principalles or nobles.*}

Prīmātŭs, us, mascu. gen. Ipsa primatus dignitas, siue ordo, principatus. { משרה *misráh.* τὸ πρωτεῖον, τὸ ἀριστεῖον, τὸ τῆς πρώτης τάξεως γέρας. GAL. *Principauté, primauté.* ITAL. *Principato, primo luoco.* GERM. Der fürnemsten oder oberisten standt vnd würde. HISP. *Primeria en dignidad, principado.* ANGL. *Principalitie or primacie.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 12. Primatum mutauit Cæsar. Idem *lib.* 8. *cap.* 5. Ob id phaleris argenteis, quo maximè gaudent, & reliquo omni primatu donauit. ¶ Primatum dare alicui rei. Varro 1. *de re rust. cap.* 37. Alij dant primatum bonis pratis, vt ego quoque: à quo antiqui prata parata appellabant.

Prīmānī, primæ legionis milites dicebantur, quemadmodum Secundani, secundæ: Tertiani, tertiæ, οἱ ἐκ τῆς πρώτης τάξεως, οἱ ἐν τῷ πρώτῳ λεγομένῳ τεταγμένοι. Tacit. *Annal. lib.* 1. Primani stratis, vna & vicesimanorum principibus, aquilam abstulere. Primanus Tribunus is dicitur qui primæ legioni tribu tum scribebat, vt tradit Festus, citans Catonis orationem quam de suis virtutibus contra Thermum habuit.

Prīmōrēs, aliquando adiectiuum est, ac valet idem, quod summi, vel extremi. { ראשים *raschim* גדולים *ghedolim* סרים *sarim* קצינים *ketsinim.* οἱ πρῶτοι, οἱ ἄριστοι. GALL. *Les premiers.* ITAL. *Primi, primarij.* GERM. Die vordersten oder äussersten. HISP. *Los primeros.* ANGL. *The noble and speciall men.*} vt Primores vngues, Primores digiti, Primores nares, Primoribus labris: nam in neutro genere reliquos casus non habet. Primores (inquit Nonius) dicuntur summæ quæque res. Lucil. 8. *Satyr.*

> *Gallinaceus quum victor se gallus honestè*
> *Sustulit in digitos, primoresque erigit vngues.*

Plaut. *in Bacch.* Sic hos digitulis duobus sumebas primoribus? Idem *in Trinummo,* Atque etiam modò versabatur mihi in labris primoribus. Primoribus labris gustare, est leuiter quippiam attingere, & quod barbarè dicitur, *superficialiter.* Cic. *pro Cælio,* Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ: & extremis (vt dicitur) digitis attigissent: sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando. Gell. *cap.* 4. *lib.* 10. Primores labias emouemus. Primores viri, hoc est, primi, siue optimates. Suetonius, Scripta famosa, vulgóque edita, quibus primores viri ac fœminæ notabantur, oboleuit. Idem *in Cæs. cap.* 16. Per primores viros egit ei Senatus gratias. Plaut. *Amphtr.* Amphitruo delegit viros primorum principes, Eos legat Telebois. ¶ Accusatiuum singularem protulit Gellius *lib.* 16. *cap.* 5. Animaduerti quosdam (inquit) haudquaquam indoctos viros opinari, vestibulum esse partem domus primorem, quam vulgus atrium vocat. Et Cato *cap.* 81. Surculos in terram deprimito, extollitóque primorem partem. ¶ Ponitur aliquando primores substantiuè pro optimatibus. Liuius 1. *ab Vrbe,* Restitere Romani tanquam cælesti voce iussi: ipse ad primores Romulus prouolat. Virg. 9. *Æneid.*

> *Protinus armati incedunt: quos omnis euntes*
> *Primorum manus ad portas, iuuenúmque, senúmque,*
> *Prosequitur votis.*

Vbi Seruius Primorum, genitiuus hic venit ab eo quod est, hi Primores, sicuti hi Proceres, quorum nominum nominatiuus singularis non inuenitur, licèt dicamus, huius primoris. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 1.

> *Primores populi arripuit, populúmque tributim.*

¶ Nonnunquam pro dentibus anterioribus qui primi in ridendo reteguntur: Græcè τομεῖς, & κτένες dicuntur. Plinius *lib.* 11. *cap.* 37. Terrestrium minutis quadrupedibus primores bini vtrinque longissimi. *Ibidem,* Capræ superiores dentes non sunt, præter primores geminos.

Prīmæuŭs, a, um, in primo ætatis flore constitutus, æuo & ætate primus. { ὁ ἀκμάζων τῇ ἡλικίᾳ. GALL. *De la premiere aage, le plus aagé, ou plus vieil.* ITAL. *Di età fiorita.* GERM. Des ersten blüyenden alters HISP. *Cosa de la primera edad.* ANGL. *The eldest, or of the first age.*} Virg. 9. *Æneid.*

> *—— Vix vnus Helenor,*
> *Et Lycus elapsi: quorum primæuus Helenor,*

Idem 10. *Æneid.*

> *—— Primæuo corpore Lausus.*

Idem 7. *Æneid.*

> *—— primæuo flore iuuentus.*

Prīmĭcērĭŭs, à cera (vt autor est Hieronymus *in Chronicis,* & Cassiodorus *in Epist.*) dicebatur notarius principis qui cæteris honore antecedebat. Antiqui enim in ceratis tabulis scribebant. Idem & Græcè πριμικήριος dicitur. Rhenatus Frigidus *in histor. Honorij & Theodorij.* Rusticus Agretinus ex primicerio notariorum Iouini, multíque nobiles apud Aruernos capti. Ad eundem etiam modum secundicerius dicebatur, qui secundum inter principis notarios gradum obtinebat. Dicitur autem primicerius, non solùm primus notariorum, sed etiam primus aliarum dignitatum Ammian. Marcell. *lib.* 18. Inter quos etiam Valentinus ex primicerio protectorum tribunus. Hier. *in Chron.* Euseb. Iouinianus ex primicerio domesticorum, Imperator est factus.

PRĪMĬGĔNĬVS, a, um, Primitiuus, quasi primogenitus. { בכור *bechór.* ἀρχέγονος, πρωτογενής, πρωτότοκος. GAL. *Premier né, creé, engendré.* ITAL. *Primieramente generato, primogenito.* GER. Erstlich geboren/anfengtlich. HISP. *Primero engendrado.* ANGL. *The first begotten.*} Vnde primigenia semina dicuntur quæ à natura nobis insita sunt, quæ Cicero prima naturæ, & Græci τὰ πρῶτα φύσεως appellant In his numerant incolumitatem, conseruationémque omnium partium, valetudinem, sensus integros, doloris vacuitatem, vires, pulchritudinem, cæterásque huiusmodi. Varro 1. *de re rust. cap.* 40. In his intus primigenia semina dedit natura. ¶ Primigenia pecuaria. Idem *lib.* 2. *cap.* 2. Dicam de primigenia pecuaria, id est, de ouibus, quales sint ad fœturam vtiles. ¶ Verba item vocantur primigenia, πρωτότυπα, vt lego, scribo, quæ non sunt profecta ab alio, sed suas quasi radices miserunt. ¶ Item primigenius sulcus dicitur, teste Festo, qui in condenda noua vrbe iunctis tauro & vacca designationis causa imprimebatur. ¶ Et primigenia iura, primi & maximi natu filij, τὰ πρεσβεῖα. ¶ Primigenia fortuna. Cicer. 2. *de legib.* Fortunáque sit vel huiusce diei: nam valet in omnes dies: vel respiciens ad opem ferendam: vel fors, in quo incerti casus significantur magis: vel primigenia à gignendo. Liu. *lib.* 34. Et ædem Fortunæ Primigeniæ in colle Quirinali dedicauit Qu. Martius Ralla, Duumuir ad id ipsum creatus. Primigenus, a, um, aliud Adiectiu. pro eodem. Lucret. *lib.* 2.

> *Multaque post mundi tempus genitale, diémque*
> *Primigenum maris & terræ, solísque coortum, &c.*

Prīmĭtĭuŭs, a, um, quod aliunde non habet originem. { πρωτότυπος. GAL. *Primitif, primerain, premier.* ITAL. *Primitiuo.* GERM. Anfenglich oder vrsprünglich. HISP. *Cosa primero engendrada.* ANGL. *The first, that commeth not of an other.*} Vnde & primitiua verba quæ aliunde non deriuantur: vt Amo, Primitiui anni. Columell. *de arbor. cap.* 23. Ea res & fertilem arborem reddet, & primitiuis annis fructum vinosum: postea verò etiam dulcem, & apyrinum.

Prīmĭpără, dicitur fœmina in quouis animalium genere, quæ primò peperit. { πρωτοτόκος, ἡ. GALL. *Qui accouche de son premier enfant.* ITAL. *Di primo parto.* GERM. Die zum ersten gebirt. HISP. *Hembra primeriza.* ANG. *That is broght a bed of hir first child.*} Plin. *lib.* 8 *c.* 40. *de canibus,* Et ab ea, quæ fœmina sit, ex primipara genita, citiùs cerni.

‖ Primipēta, primum locum petens. Gl. Isid. ‖

PRĪMĬPĪLVS i, Centurio primipili, i. primæ cohortis, vt Liu. *lib.* 7. scribit, πρώτου πίλου ἄρχων. Nam ordo partes tres habebat, quarum vnamquamque primipilum vocabant *Ibid.* Id propter P. Solonium postulatum est à coniuratis qui alternis propè annis & Tribunus militum, & primus Centurio erat, quem nunc primipilum appellant. Cæs. 2. *bell. Gall.* In his Primipilo P. Sextio Baculo fortissimo viro, multis grauibúsque vulneribus confecto. Primipilus (vt ait Veget. *lib.* 2.) CCCC. milites ducebat in prima acie, erátque caput legionis. Centuria peditum est. Centum pedites qui sub vno vexillo gubernat, Centurio appellatur. Sed aliud erat primipili Centurio. Vetus enim consuetudo tenuit, vt ex primo principe legionis promoueretur Centurio primipili, qui non solùm Aquilæ præerat. verumetiam quatuor centurias in prima acie gubernabat. Hic tanquam caput totius legionis merita consequebatur, & præmia, vt est apud Vegetium *lib.* 2. In acie vnusquísque ordo tres partes habebat, Earum vnumquemque primipilum appellabant, vt ait Liu. *lib.* 8. Est igitur primipili Centurio, qui est primæ legionis. Idem scribit *lib.* 7. vti primus Centurio sit quem ætate sua primipilum appellabant. ¶ Primipili Centurio qui eundem ordinem duxerat. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Sueton. *in Calig. cap.* 44. Primos pilos adimere Centurioni. Item, Primipilum duxit in decima legione.

Primipilum, est etiam annona militaris, *D. lib.* 50. *tit.* 4. *l.* 23. Pater inter filios facultatibus diuisis filiam ex ratione primipili commodorum trecentos aureos accipere voluit.

Prīmĭpīlārĭs, dici videtur, non tam miles qui sub centurione primipili merebat, quàm ipse centurio qui olim præditus erat hac dignitate. Et ea ratione dicitur Primipilaris, qua Consularis. Quintil. *lib.* 6. cap. 3. An Primipilaris ei testamento suaderet ordinare suprema iudicia. Suet. *in Tib. cap.* 37.

Prīmĭpŏtēns. Apul. *in Asclepio Hermetis,* Ille diuinus & pater, Deus primipotens, & vnus gubernator mundi.

Primiscrinius, idem quod Primicerius.

Prīmĭtĕr, & Primitus, aduerbia à Primùm, primò, teste Nonio. { בראשונה *barischonáh.* πρῶτως. GAL. *Premierement.* ITAL. *Primieramente.* GERM. Erstlich/anfenglich. HISP. *Primeramente.* ANGL. *Frist.*} Lucil. *lib.* 5. Sicuti quum primiter ficos populare sentis. Varro 2. *de re rustic. c.* 2. Primitus oritur herba imbribus primoribus euocata. Idem *lib.* 1. *c.* 31. In vitiario primitus quum exit vitis tota resecari solet. Lucr. *lib.* 4. Tum quibus ætatis freta primitus insinuantur.

Prīmĭtĭŭs, a, um, quod in aliqua re primum est. à primiter, vel primitus. { ראשון *rischón.* τὸ πρῶτον. GAL. *Premier ou principal.* ITAL. *Principale.* GER. Das fürnembst. HISP. *Primero y principal.* ANGL. *The first or principall.*} Ouid. 12. *Metam.* Ecce rapit mediis flagrantem Rhetus ab aris Primitium torrem.

Primitiuus, primus, item aliunde non ortus.

Primitiua, ius primogenituræ.

Prīmĭtĭæ, arum, Primi fructus ex agro percepti qui Deo offeruntur. { ראשית *reschith* בכורים *bichchurim.* ἀπαρχαί. πρωτογεννήματα. GALL. *Premices, les premiers fruits de l'année qu'on offre à Dieu.* ITAL. *Primitie de frutto che si offeriscono à Dio.* GERM. Die erstling der neuwen früchten. HISP. *Las primicias de cada cosa.* ANG. *The first fruites of the yeare offered to god.*} Prisci enim Romani, teste Plin. *lib.* 18 *cap.* 2. non gustabant vina, aut nouas fruges, priusquam sacerdotes primitias libassent. ¶ Primitias vitis resecare consuerunt, inquit Colum. *lib.* 4. *cap.* 10. id est, prima flagella. ¶ Primitiæ operum. Stat. 2. *Thebaid.*

> *Tu bellis, tu pace feres de morte frequentes,*
> *Primitias operum, non indignante Diana.*

Primitiæ armorum. Idem 11. *Thebaid.*

> *Hei mihi primitiis armorum, & rite nefasto*
> *Libatus, iussúsque mori.*

Primitiæ lacrymarum. Idem 5. *Theb.*

> *Primitias egomet lacrymarum, & cædis acerbæ*
> *Ante tubas, ferrúmque tuli.*

Primitiæ & libamenta artium, Gell. *c. vlt. lib.* 20.

> *Primitias (victoriæ) magno seposuisse Ioui,*

Ouid. 3. *Fastor.*

‖ Primiuirgius caballarius, quòd primus est militiæ in virgines leg. qui primam virgam gestat ante regem. Vulcan. ‖

Prīmōdŭm, pro primò. { בראשונה *barischonáh.* } Plaut. *in Capt.* Primodum

modum opus est pistoriensibus.

Primogenitus, inquit Hieron. *contra Heluidium*, est qui aperit vuluam, & ante quem nullus est genitus, non is quem frater post genitus subsequitur. { בכור *bechór.* πρωτότοκος. Gall. *Premier né.* Ital. *Primogenito.* Germ. Ein erstgeborner. Hisp. *Primero engendrado.* Angl. *Te first begotten.* } Nam & omnis vnigenitus est primogenitus. Alioqui si non primogenitus esset nisi is tantum quem sequuntur fratres, tandiu sacerdotibus primogenita non deberentur, quandiu & alia fuerint procreata, ne fortè partu non sequente vnigenitus sit, & non primogenitus. Est igitur primogenitus, non post quem alij, sed ante quem nullus est genitus. Plin. *lib.* 11. *cap.* 40. Primogenitis in quacunque parte sues primas premunt. intellige mammas. Quanquam ibi in plerisque exemplaribus, Primis genitis, legitur, diuisis dictionibus: & præbent pro premunt. ¶ Primogenitus ex mortuis (πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν) Christus dicitur, *Coloss.* 1. 18. id est, princeps eorum, qui ex mortuis vnquam resurrexerunt, aut resurgent. nemo enim ad tantam dignitatem resurrexit, ad quantam ille, quin primas debuit tenere omnibus. ¶ Primogeniti pauperum. *Isa.* 14. 30. h. e. omnes paupertate præcedentes, pauperrimi. Sic Schmidl *in lex.*

Primogenita, primò nata.

Primordia, quæ primò ordimur, hoc est, initia. { ראשית *reschith.* τὰ πρωτοφανῆ, ἀρχαί. Gal. *Commencemens.* Ital. *Principij.* Germ. Die ersten anfang. Hisp. *Comienços, principios* Ang. *The first entrances or beginninges* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 1. Quamobrem par est ordinem vitæ, & arbores ante alia dicere, ac moribus primordia ingerere. Cic. *in Partit.* Vt primordia rerum & quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti. ¶ Belli primordia, Stat. 2. *Achill.* Dicendi primordia. Quint. *lib.* 1. *cap.* 9. Gentis primordia. Ouidius 5. *Metam.*

Aspice, ait, Perseu nostra primordia gentis.

Primordialis, e, adiect.

Primula veris, herba. Schlüsselblumen.

Princeps, ipis, dicitur quòd primus capiat, vt particeps Palæmon, vel quod primum sit caput, vt Quinticeps, Sexticeps. Propriè idem est quod primus. { הראשון *harischón* πρῶτος. Gal. *Prince.* Ital. *Principe.* Germ. Ein fürnembster oder Oberster/ einfürst. Hisp. *Principe ò varon principal.* Ang. *A prince.* } De Principe Senatus Gell. *cap.* 10 *lib.* 4. Plaut. *Amph.* Amphitruo delegit viros primorum principes: Eos legat Telebois Principes iuuentutis: C. & L. Cæsaris. Senec. *de Consol. ad Polyb. cap.* 15. Ouid. 6. *Fastor.* Princeps dearum. Cæsar. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Qui princeps nuncium attulit, (id est, primus.) Item Princeps gregis. (id est, puerorum agentium in scena.) Suet. *in Calig. c.* 58. Princeps iuuentutis *Ibid. cap.* 15. & se neque ciuem neque principem Senatui amplius fore. Idem *ibid. cap.* 49. Ouid. 2. *Fast.*

Tu domini nomen (Romule,) *Principis ille tenet* (Augustus.)

Cicer. 3. *Ver.* Sicilia princeps se ad amicitiam populi Romani applicuit, & prima omnium prouincia est appellata. Idem *de Orat.* Herodotus ille, qui princeps genus hoc ornauit. *Ibidem*, Gorgias princeps ex omnibus ausus est, &c. Virg. 9. *Æneid.*

Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,

hoc est, primus coniecit. Sic Ianuarium Columella principem mensem appellat, *lib.* 11. *cap.* 2. Principem locum, vel gradum obtinere, hoc est, primum, vel præcipuum. Cic. *pro Domo sua*, Locum principem autoritatémque in salute mea tenuistis. Suet. *in Cæsar. cap.* 51. Principem in ciuitate tenere, id est, primum. ¶ Ab hac significatione manauit vt qui in ciuitate reliquis autoritate antecelleret, quique primum dignitatis locum obtineret. Princeps appellaretur. { נגיד *nagbidh* נשיא *nasi* שר *sár.* } Cic. *pro Domo sua*, Ciuitatis longè princeps Pompeius. Idem 8. *Philipp.* O dij immortales, quam magnum est, in ciuitate locum tueri principis. Plin. *lib.* 7. *cap.* 3. Fuit inter principes ciuitatis sine potentia, sine inuidia. Dearum princeps Iuno. Ouid. 6. *Fastor.*

Cur igitur regina vocor, princepsque dearum?

Romani item, Imperatores suos, quòd Regum nomen iis esset odiosum, Principes appellarunt. Ouid. 4. *Trist. Eleg.* 4.

Nec tamen officium nostro tibi carmine factum,
Principe tam iusto, posse nocere puto

In militia Romana principes dicebantur secundæ aciei milites, ex robustiore ferè ætate collecti, & armis maximè insignes. Ita enim apud Romanos acies instruebatur, vt primi hostes aggrederentur manipuli hastatorum ex flore iuuenum pubescentium collecti: qui si hostem propulsare non possent, à principibus qui omnes scutati erant, in internalla ordinum recipiebantur: móxque hi in eorum locum succedebant: hastati autem post eos subsequebantur. Si à principibus quoque non satis feliciter esset pugnatum, à prima acie ad triarios paulatim referebantur, vnóque agmine facto, nullâque spe post se relicta, vnà omnes in hostes procedebant. Vide Liu *lib.* 8. *ab Vrbe.* Vell. Princeps luxuriæ Metellus. ¶ Octauum principem ducere, teste Budæo, est octauum ordinem ducere inter principes. Cicer. *ad Brutum*, Cretensi bello Metello imperatore, octauum principem dux. Princeps in senatu. Salust. *Iug.* 71. Scaurus consularis, & tum in Senatu princeps. i. primæ sententiæ Senator. Cic. 3. *de Orat.* Sententiæ atque eloquentiæ princeps in Senatu. Idem *Cornificio epist. lib.* 12. Profiteri se principem in Senatu.

Principalis, e, quod primum & præcipuum est, aut quod Principis est. { הראשון *harischón.* ἡγεμονικός, κύριος. Gall. *Principal.* Ital. *Principale.* Germ. Das fürnemst. item, fürstlich. Hisp. *Principal.* Angl. *Cheiffe and principall.* } Quintil. *lib.* 9. *c.* 1. Est igitur Tropus, sermo à naturali & principali significatione translatus ad aliam, ornandæ orationis gratia, id est, præcipua. Idem *lib.* 3. *cap.* 13. Hanc quæstionem veluti principalem, vocant ἱεράτημα. Plin. *lib.* 18. *cap.* 3. Igitur de cultura agri præcipere, principale fuit & apud exteros. Cicer. *de Fato*, Si omnia fata fiant, sequi illud quidem, vt omnia causis fiant antepositis: verùm non principalibus causis, & perfectis, sed adiuuantibus, & proximis. Velleius, Principale fastigium. Metellus, Principale studium (id est, præcipuum.) Gell. *cap.* 10. *lib.* 13. Principalia verba, vnde alia deriuantur. Idem *cap.* 15. *lib.* 11. Principalium armorum arbitria captans, Velleius. Principalis quies (id est, Cæsaris.) Idem. Principalis auctoritas (id est principis.) Sueton. *in Tib. cap.* 65 ¶ Principalis apparatus, & Res principales, quæ sunt Principis, vel Principe dignæ. Tacit. *lib.* 8. Nullo principali apparatu, sed vetere egestate conspicuus. Plin. *in Paneg.* Tanta benignitas principis, tanta securitas temporum est, vt ille nos principalibus rebus existimet dignos. ¶ Principalis porta castrorum, inquit Festus, nominatur, quòd in eo loco est in quo principes ordines tendunt. Liu. 4. *bell. Maced.* Duæ legiones duabus principalibus portis signa efferre iussæ.

Principalitas. Macrob. *comm. lib.* 1. *cap.* 3. Tria illa quæ sola sunt genera principalitatis amplectitur.

Principatus, Dominatus, primæ. Cicer. *de nat. lib.* 2. Principatum id dico quod ἡγεμονικὸν vocant.

Principaliter, aduerbium, Præcipuè. { κυρίως, ἡγεμονικῶς. Gall *Principalement.* Ital. & Hisp. *Principalmente.* Germ. Fürnemlich oder fürstlich. Angl. *Cheifflie, speciallie* } Plin. *in Paneg.* Quid vitam, quid mores iuuentutis quam principaliter formas? Seneca *cap.* 17. *de consol ad Polyb.* Ille qui non magis dolere, quàm gaudere, principaliter posset. Principaliter dolebat. Cæsar.

Principium, ij, Initium cuiusuis rei. { ראשית *reschith* ἀρχή. Gall. *Commencement* Ital. *Principio* Germ. Ein anfang/orth ab. Hisp. *Comienço.* Ang. *The beginning of any thing.* } Cicer. 3. *de finib* Omnium rerum principia parua: sed suis progressionibus vsa augentur. Idem 1. *de natura deorum* Cuius principium aliquod est, eius necesse est esse extremum. Illud non placet principium de osculo. Plaut. *Amph.* Certum est in te principium vt sim parcus experiri (id est, primum.) Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Is est, quem dixi à principio. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. An audiuisti? E. vsque à principio omnia. Idem *Aulul. sc.* 5. *a.* 3. ¶ Principium dicendi, pro orationis exordio: vt exalbescere in principiis dicendi, apud Cic. *de Orat. Ibidem*, In vtroque autem dicendi genere & principia tarda sunt, & exitus, tamen spissi & producti esse debent. ¶ Interdum accipitur pro fundamento artis, vel scientiæ, cui innituntur reliqua omnia quæ in ea traduntur. Idem 3. *de Leg.* Quocirca vereor committere vt non benè prouisa, & diligenter explorata principia ponantur. ¶ Interdum accipitur, pro primo illo rerum omnium fonte, vnde cætera omnia fluxerunt, atque initium sumpserunt. Idem 3. *Tusc.* Principij nulla est origo: nam ex principio oriuntur omnia: ipsum autem ex re nulla alia nasci potest.

Principia, orum, vt inquit Plutarch. *in Galba*, locus est in castris vbi habitabat Dux & Imperator. Sueton. *cap.* 6. *in Othone*, Ad principia deuenit. Idem *cap* 1. *ibid.* Ausus est ante principia, se coràm, milites punire. Locus in acie à principibus militibus sic appellatus. Inde, Post principia esse, est esse in tuto, citràque periculum. Sumptum à bellis, in quibus tutissimus locus est post principia. Liu. Terent *in Eunuch* Tu hosce instrue, hîc ego ero post principia. Vide Chil Erasm. Principia verò, id est, ea castrorum loca, vbi tendebant magistratus, quæ signa erant legionum, ἀρχεῖα exposuit Plutarchus *in Galba.* In castris metandis principia primùm designabantur, vt prætorium & taberna cula tribunorum militum & legatorum, postea reliqua castra. Varro *de R. R.* Ego verò, vt ait, post principia in castris, id est, ab his potius, incipiendum temporibus, quàm superioribus. ¶ Principia in acie, pro principibus, sæpe apud Liuium sumpta. Cicer. *ad Brutum*, Spes libertatis nusquam nisi in nostrorum castrorum principiis est. Vtitur sic & Marcellinus. Salust. *Iug.* 92. aciem sic vbi instruxerat, transuersis principiis in planum deducit.

Principiò, aduerbium, Primùm. { בראשונה *barischonáh.* πρῶτον. Gall. *Premierement, en premier lieu, au commecement* Ital. *Primieramente.* Ger. Erstlich/anfengklich. Hisp. *Primeramente.* Ang. *First, in the beginning.* } Plaut. *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. Principiò, vt illò aduenimus. (Initium narrationis.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Principiò tecum ago. Idem *Aul sc.* 2. *a.* 2. Principiò nulla turba istic erit. Terent. *in Eunuch.* Principiò vos cedere ambos hoc mihi vehementer velim. Cic. 1. *Offic.* Principiò generi animantium omni est à natura tributum, &c. Catull *ad Manlium*, & qui principiò nobis dominam dedit, Et qui principiò sub terra quærere venas instititit, idem *de com. Beren.*

Principialis, e, ad principium pertinens. Luc. *lib.* 2. Aut sine principiali aliquo leuiore creata est. (Legitur & *leuore.*) Idem *lib.* 5. Scire licet cœli quoque idem, terræque fuisse Principale aliquod tempus, cladémque futuram. id est, in quo principium habuit.

‖ Prinus, πρῖνος ὁ, ilex. Est πρῖνος, arbor glandifera, & alia, coccum ferens quam ilicem coccigeram, seu cocciferam appellant. ‖

Prior, is, nomen comparatiuum, quod propriè de duobus dicitur. { הראשון *harischón.* πρότερος. Gall. *De deux le premier.* Ital. *Primo di due.* Germ. Der vorder. Hisp. *El primero entre dos.* Ang. *The former or first of two.* } Cicer. *in Pisonem.* Me Quæstorem in primi Ædilem priorem, Prætorem primum populus Romanus fecit Idem *de claris oratoribus*, Etsi vtrique primas, priores tamen deferunt Lælio. Sic Priore loco causam dicere. Idem *pro Quintio.* Ouid. *Eleg.* 1 *lib.* 5. *Trist.*

Nec probitate tua prior est, aut Hectoris vxor.

Idem *lib.* 13. *Metam.*

An quod in arma prior nullóque sub iudice veni,
Arma neganda mihi? Sequitur, Potiórque videtur.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4.

Qua (facundia) *prior in Latio non fuit vlla foro.*

Velleius Neque prius, neque antiquius habuit. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Volo vt prior occupes adire. ¶ Nonnunquam tamen priorem de pluribus dici legimus, vt idem sit quod primus. Gell. *lib.* 14. Quotiésque vsu venisset vt omnes isti magistratus, eodem tempore Romæ essent: qui eorum prior alijs esset, ei potissimum Senatus consulendi ius fuisset Apul. *lib.* 2. *Flor.* Vt Hippias è numero Sophistarum est artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus. ¶ Priores nostros, pro maioribus nostris, dixit Plin. *lib* 3. *Epist.* 4. Veniebat in mentem & singulorum hospitum iniurias accusationibus voluntariis executos Et Virg. 3. *Æneid.*

Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium vndosum: nomen dixere priores
Ortygiam

Priorsùm, ad priorem partem, antrorsum. εἰς τὸ ἔμπροσθεν. Cui retrorsum opponitur. Macrob. *Satur. lib.* 7. *cap.* 9. Septem corporei modus, aut enim accedit priorsum, aut retrorsum recedit, &c.

Prīsciānus, Grammaticus Cæsariensis fuit, qui tempore Iustiniani principis floruit. Scripsit de Arte Grammatica ad Iulianum Consulem: ad Cosroen verò Persarum regem librum de natural. quæstionibus: Dionysiúmque de Situ orbis Latinitate donauit. Sunt qui scribant huncab initio Christianum, deinde fidei desertorem fuisse. Volaterranus.

‖ Priscillianistæ hæretici à Priscilliano vocati, qui in Hispania, ex errore Gnosticorum & Manichæorum permixtum dogma composuit. Isid. lib. 8. 5. ‖

PRĪSCVS, a, um, quod superiori ætate fuit, vetus, antiquus. à pri, quod præ nostris temporibus. { קדמני *kadhmoni.* ἀρχαῖος. GALL. *Du vieil temps, du temps iadis.* ITAL. *Antico molto.* GERM. Alt/ deß vergangen alters. HISP. *Cosa antigua, de otro siglo.* ANG. *Ancient, of old tyme.* } vt Prisci Latini, qui fuere antequam Roma conderetur. Cicer. 3. *de Orat.* Et illud quod loquitur, priscum, visum iri putat, si planè fuerit rusticanum. Virg. 9. *Æneid.*

——— *prisca fides facto, sed fama perennis.*

Martial. *lib.* 1.

Prisca fides taceat, &c.

Gens prisca mortalium. Horat. *Epod.* 2. More prisco Ouid. 2. *Fast.*

Flamen ad hæc prisco more Dialis erat.

Religio prisca. Idem 10. *Metam.* Seueritas prisca. Cic. *de Arusp. resp.* Cuius priscam illam seueritatem sacrificij, mirificè tua soror existimatur imitata. Tibull. *lib.* 4.

Sed generis priscos contendis vincere honores.

Ouid. *lib.* 5. *Fast.*

Tu quoque priscorum virga simulacra virorum, &c.

Prīscē, aduerbium, Priscorum more. { ἀρχαϊκῶς, παλαιῶς. GALL. *A la vieille mode, à l'antique,* ITAL. *All'antica, dal tempo antico.* GERM. Auff die alte weiß oder gattung. HISP. *A guisa y manera antigua.* ANG. *After the maner of the antiquitie.* } Cicer. *pro M. Cælio.* Vtrum me secum seuerè, & grauiter, & priscè agere malit, aut remissè, ac leniter, & vrbanè.

Prīscus Heluidius, sub Nerone Quæstor Achaiam administrauit, Quæstoriúsque adhuc à Pæto Thrasea gener adscitus, è moribus soceri nihil æquè ac libertatem hausit, opum contemptor, recti peruicax, constans aduersùs metus. Erant quibus appetentior famæ videretur. Hæc Tacitus. Probus quoque Grammaticus de eodem sic, Priscus (inquit) post damnationem Thraseæ, soceri sui, interdicta sibi Italia, Apolloniam concessit. Sed post interfectum Neronem restitutus à Galba, non aliter quàm in liberæ ciuitatis statu egit. Idem postea Vespasianum in studio libertatis offendit, vt putaret, id optante Clodio pristinum libertatis statum posse reuocare. Quo nomine reus, ac præter spem absolutus est. Hactenus Probus. ¶ Priscus alter, Panites genere, sophista, Theodosij iunioris epistolarum magister fuit, qui se scribit à Cæsare missum fuisse oratorem in Scythiam, ad Attilam Hunnorum regem: ac eius regiam pulcherrimè describit, magnifico opere, sumptuosóque factam. Scripsit historiam Constantinopolitanam, & ipsius Attilæ libris VIII. Præterea declamationes & epistolas, vt est autor Suid.

‖ Prisma, πρίσμα, scobs: à πρίω suo. Geometri prisma est figura solida, quæ planis continetur, quorum aduersa duo sunt æqualia & similia & parallela: alia verò parallelogramma. ‖

PRĪSTINVS, a, um, quod superioribus annis, mensibus, diebus, nostra memoria fuit. { קדמני *kadhmoni.* παλαιός. GALL. *Ancien, qui estoit par deuant ou auparauant.* ITAL. *Gia fatto per lo adietro.* GERM. Dasvorderig oder vorgehnd / das vorhin ist. HISP. *Primero, antiguo* ANGL. *Former, that hath bene heretofore or a fore tyme.* } vt Pristina nostra beneuolentia. Dictum pristinum, teste Prisciano, quasi primistinum. Passerat. vel à priùs, & tenendo: vel à præstinando dictum putat. Cicer. 5. *de finibus,* non necesse est & illa pristina remanere. Idem. 2. *de diuinat.* Quod quum accidisset nostræ reipublicæ, tum pristinis orbati muneribus, hæc studia reuocare cœpimus. Cæs. 7. *bell. Gall.* Tanta tamen vniuersæ Galliæ consensio fuit libertatis vindicandæ, & pristinæ belli laudis recuperandæ. Gloria pristina. Virg. 10. *Æneid.* Dignitas pristina, Cicer. *Lentulo, lib.* 1, Ætas pristina, Claud. 3. *Paneg.* Catull *de com. Beren.*

Pristina vota nouo munere dissoluo.

¶ Dicitur etiam pristinum de iis quæ superioribus ætatibus fuerunt, modò de iis sit sermo quæ non senescunt: vt Pharos & Tyrus nunquam in statum pristinum redibunt. ¶ Aliquando pristinus idem est quod prior. Curtius, Dies pristino procellosior.

Pristini, &c. Die pristini, & pristine dixerunt olim eodem modo. Gell. *cap.* 24. *lib.* 10.

Pristinālis, e, Col. *lib* 7. *c.* 9. Vel etiam pristinale album pasci potest, vbi quidam, & fortè meliùs, legunt *pristinale.*

Prīstis, πρίστις, genus piscis marini longissimi, atque angusti corporis. Plin. *lib.* 6. *c.* 3. scribit pristes in mari Indico ducenûm cubitorum esse, balænas quaternûm iugerum. In hunc piscem fabulantur poëtæ, Scyllæ marini monstri extrema desinere. Virg. 3. *Æneid.*

Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus, postrema immani corpore pristis.

Ab huius similitudine, nauis oblonga dicta est pristis. Idem 5. *Æneid.*

Velocem Mnestheus agit acri remige pristin,

Vbi Seruius, Si nauem, inquit, intelligas, hæc Pristis, huius pristis facit: si de bellua, hæc Pistrix, pistricis. Etymi tamen ratio pristin & prisricen potiùs scribendum ostendit. Videntur deduci ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα, hoc est, à secandis fluctibus.

Priuātus, vide *Priuus.*

Priuera. Fest. Priueras mulieres priuatas dicebant.

Priuērnum, πριβέρνον Stephano, vrbs Volscorum, Camillæ patria. Virg. 11. *Æneid.*

Pulsus ob inuidiam regno, virésque superbus,
Priuerno antiqua Metabus quum excederet vrbe.

Huius incolæ dicuntur Priuernantes, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 5.

Priuērnas, atis. Vt Priuernatia vina: quæ inter generosa Italiæ numerantur à Plin. *lib.* 14. *c.* 16.

Priuērnus, viri propriū nomen, apud Maronē *lib.* 9. Priuernum Capys, &c.

Priuignus, i, filius mariti, ex alia coniuge, vel vxoris ex alio marito. { πρόγονος. GALL. *Vn beaufils, le fils d'vn marié, engendré en vn autre mariage auparauant.* ITAL. *Figliastro.* GER. Ein stieffsohn. HISP. *Entenado.* ANGL. *A stepsonne or sonne in law.* } Brutus Attico, Quanto autem magis illa callere videtur Philippus, qui priuigno minus tribuerit quàm Cicero, qui alieno tribuit. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 1.

Pocula priuigno non nocitura suo.

¶ Priuigna. Cicer. *ad Att. lib.* 13. De vxore Tuberonis, & priuigna, neque possum iam abdere, neque volo Tuberonem defendere: obseruandum est non solùm priuignum, aut priuignam dici qui quæve vxoris meæ filius filiáve est, sed etiam qui quæve nepos neptísve est. *l. adoptiuus.* 14. *§. vltim. D. de rit. nupt.* Priuignus dictus, inquit Festus, quòd priùs quàm mater secundo nuberet, est genitus. Pri enim veteres pro præ dixerunt. Hæc ille. Verùm quid vignus significat? Itaque dixerim ex Prius & genitus contretum vocabulum esse: quum fortassis ab initio esset priuigenus, postea suauitatis causa litera i, interiecta, & e, sublata, factum est priuignus.

Priuīlegium, & Priuo, vide *Prius.*

‖ Priuiuioes, prius singulis. Fest. Ibi Scaliger: lege *priuoes,* priuis, singulis. ‖

PRĪVS, comparatiuum, n. g. { הראשון *harischón.* πρότερον. GALL. *Auparauant, deuant, plustost.* ITAL. *Primo.* GERM. Dasvorder. HISP. *Primero.* ANGL. *The former.* } Horat. 1. *Serm. Satyr.* 4. —& quod prius ordine verbum est, Posterius facias. Terent. *in Eunuch.* Si quem hercle possis, nil prius neque fortius: hoc est, nihil melius, aut præstantius. Ouid. *in Ibin,*

Néve sine exemplis æui cruciere prioris,
Sint tua Troianis non leuiora malis.

Compellabo hos prius. (pro prior.) Plaut. 1. *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Tu responde prius. (i. prior, quia priorem te interrogo.) *Ibidem.*

Priùs, Aduerb. Antè, vel citiùs. { קדמת *kadhmáth* טרם *térem.* πρίν. GALL. *Plustost, deuant.* ITAL. *Più tosto.* GERM. Ee oder vorhin. HISP. *Ante, mas presto* ANGL. *Before.* } Plaut. *in Amphitr.* Priùs tua opinione hic adero. Terent. *in Heaut.* Nam si semel tuum animum intellexerit, Prius proditurum te tuam vitam, & prius pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium: hui, Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris. Virg. 1. *Georg.*

Ac prius ignotum ferro quàm scindimus æquor.

Cicer. *ad Attic. lib.* 4. Nihil prius mihi faciendum putaui, quàm vt tibi gratularer. Priùs orto sole. id est, ante Solis ortum. Horat. 2. *Epist.*

——— *& priùs orto*
Sole vigil calamum & chartas & scrinia posco.

Dedi tibi illam paulò priùs. Plaut. *Menæch. sc.* 3. *a.* 4. *& sc.* 2. *a.* 5. (id est, paulò antè.) Sic, Haud multo priùs. Idem *Pseud. sc.* 6. *a.* 4. *& sc.* 2. *a.* 3. Prius illic erimus, quàm tu. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Prius paraui copias (id est, antequam agerem. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Is præsentit prius. *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. Dico prius, pro prædico. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. prius edico, ne quis capiatur. Idem *Capt. sc* 1. *a.* 4 (id est, antè.) Prius conuiuæ ambulant, quàm opsonatu redeo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2.

Priūsquam, vna dictione, vel prius quàm duabus, Antequam, Prius quàm. { קדמת *kádmath* טרם *térem.* πρὶν ἤ. GALL. *Premier que, deuant ou auant que.* ITAL. *Innanzi che* , GERM. Vor vnnd ee / Ee dann. HISP. *Antes que.* ANG. *Before that.* } Iungitur quandoque Indicatiuo Cicer. 1. *Philipp.* Priusquam de Republica dicere incipio, pauca querat de hesterna M. Antonini iniuria. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Priusquam cœnam conuiuis dabis. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Tene, Priusquam abeo, suauium. *Ibidem sc.* 4. *a.* 4. Reddin' an non virginem, priusquam te huic macheræ obiicio? *Ibidem sc.* 3. *a.* 5. Is priusquam moritur mihi dedit. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. *& Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Indicatiuo iunxit & alibi sæpe. Terent. *in Hecyr.* Priusquam hanc vxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum. ¶ Quandoque coniunctiuo. Salust. *in Catul.* Priusquam incipias, consulto: & vbi consulueris, maturè, opus facto est. Virg. 3. *Georg*

Continuò ferro culpam compesce, priusquam
Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Redeat, priusquam omnia perierint. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Vt hunc domi deuinciant, priusquam turbarum quid faciat amplius.

PRĪVVS, a, um, Priuatus, proprius. { ἴδιος. GALL. *Priué, propre & particulier.* ITAL. *Particolare, proprio.* GERM. Besonder/oder sonderbar/eines eigen. HISP. *Cosa propria de cada vno.* ANGL. *Priuat, particuler or proper.* } Nonius, Priuum, est proprium vniuscuiusque Horat. *lib.* 1. *Epist.*

——— *conducto nauigio æquè*
Nauseat, ac locuples quem ducit priua triremis.

Antiqui *priua* dixerunt pro singulis, teste Gell. *lib.* 10. *cap.* 20. De singulis (inquit) concepta, priuilegia potiùs vocari debent: quia veteres priua dixerunt quæ nos singula dicimus. Liu. *lib.* 30. *c.* 3. Feciales quum in Africam ad feriendum fœdus ire iuberentur, ipsis postulantibus, Senatusconsultum in hæc verba factum est, vt priuos lapides silices, priuásque verbenas secum ferrent hoc est, singulos silices, & singulas verbenas. Idem Liu. *lib.* 7. *ab Vrbe.* Priuis tunicis donati milites, & primæ voces. (id est, singula & propria vocabula.) Gell. *c.* 16. *lib.* 11. Neque tam aptè demonstrari Latina oratione possunt, quàm Græci ea dicunt priuis vocibus. Item Plaut *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. His discipulis priuos custodes dabo: (i. sigulos.)

Priuātus, a, um, à priuus, Proprius, peculiaris, quod est vniuscuiusque ciuis.)(Publicus. { ἴδιος. GAL. *Priué, appartenant à vn chacun.* ITAL. *Priuato, particolare* GERM. Eigen oder sonderbar. HISP. *Cosa propria de cada vno.* ANGL. *Proper, particulare priuate.* } Cicer. *de Amicitia,* Quia cum Scipione vixerim, quo cum mihi coniuncta cura de re publica & de priuata fuit. Idem *de sen.* Manent ingenia senibus, modò permaneat studium, & industria: nec ea solùm in claris & honoratis viris, sed in vita etiam priuata & quieta. Idem 3. *de finib.* Verbis tamen in dicendo quasi priuatis vtuntur ac suis. Idem 1 *Offic.* Deinde vt communibus vtatur pro communibus, priuatis vt suis. Sunt autem priuata natura nulla, sed aut vetere occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt, &c. Census priuatus. Horat. 2. *Carm. Ode* 15. Domus priuata, Cicer.

pri-

pro *Quintio*. Vita priuata, Lucanus *lib.7.* Odium priuatum, Brutus *ad Ciceronem*, Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium. Ouid. *Eleg.1.lib.2.Trist.*

Res quoque priuatas statui sine crimine Iudex.

Idem *Eleg.2.lib.4.Trist.*

Caussaque priuata publica maior erit. (gaudendi.)

Plaut. *Capt.sc.2.a.2.* Publicam an priuatam seruitutem seruit? ¶ Priuati augurij libri, Gell. *cap.6. lib.6.* ¶ Priuata iudicia, & de his, idem *cap.2. lib.14.* Priuatæ feriæ etiam dicebantur sacrorum propriorum, velut dies natales, vt ait Festus, fulgurum procurationes, & huiusmodi quæ fiebant pro familiis singulis, & hominibus. ¶ Hinc priuati homines dicuntur, qui nullum gerunt magistratum, quòd illi demum sui iuris sunt qui à publica cura abstinent. { οἱ ἰδιῶται. GALL. *Qui n'ont aucune office n'estat.* ITAL. *Quelli che non hanno oficio ne dignità.* GERM. Leut die für sich selbs sind eines sonderbaren stands / vnd kein gemeine ehrenämpter tragen. HISP. *Los que no tienen oficio publico.* ANG. *They which hath no charge or office in ruling a common wealth.* } Cicer. *lib.1. Offic.* Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere. Plaut. *Capt.* Hic qualis Imperator, nunc priuatus est. Cicer. *1. de Inuent.* In fortuna quæritur, seruus sit, an liber: pecuniosus, an tenuis: priuatus, an cum potestate. Ex priuato, pro ex domo priuati. Liu. *2. ab Vrbe.*

Iámque in priuato pascere inertis erat,

Ouid. *5. Fastor.* Priuati Iudices sunt quos vocant subalternos. Tacit. *lib.14.* Qui a priuatis iudicibus ad Senatum prouocauissent; eiusdem pecuniæ periculum fecerunt, cuius ij qui Imperatorem appellauere.

Priuatus, us, conditio eius, quod est primum, h.e. proprium, proprietas. Tertull. *de pœnitent. c.2.* Cur pœnitentiam inuadit delinquentium priuatum, i. proprietatem.

Priuatim, aduerbium. Publicè. { ἰδίᾳ. GALL. *En priué, à part, en particulier, particulierement.* ITAL. *Priuatamente, specialmente, particolarmente.* GER. Sonderlich oder sonderbarlich. HISP. *Specialmente sin oficio publico.* ANGL. *Priuatly.* } Salust. *in Catil.* Existimans publicè, priuatimque alieno ære oppressos. Cicer. *5. de finib.* Nam aut priuatim aliquid gerere malunt, aut qui, &c. Significat aliquando priuatim pro eo quod vulgò dicitur, *specialiter, particulariter, vel in particulari* Plin. *lib.6. cap.17.* De iis priuatim condidit volumen. ¶ In eadem etiam significatione legimus priuatè. Cicer. *ad Attic. lib 7.* Illud priuatè non ascribis, &c.

PRIVO, as, Adimo, spolio, facio non habere. { שכל *schichél.* ἀποστερέω, στερίσκω. GAL. *Priuer, oster à quelqu'vn.* ITAL. *Priuare.* GERM. Berauben. HISP. *Priuar, despojar à otro.* ANG. *To depriue, to spoile and tak away.* } Plaut. *in Asin.* Ego Polistum portitorem priuabo portitorio. Cicer. *4. Academ.* Spoliat nos iudicio, priuat approbatione omni, orbat sensibus. Idem *in Topic.* Præpositio enim *in* priuat verbum, ea vi quam haberet, si *in* præpositum nō fuisset: vt dignitas, indignitas. Priuare oculis, idē *4. Acad.* Priuare vita. Idem *in Parad* Priuare communi luce, occidere. Idem *pro Quintio.* Patriam priuare aspectu suo, idem *Marcello lib.5.* Plaut. *Asin. sc 3. a. 1.* Ego istum portitorem priuabo portitorio. Idem *Menach. sc.5. a.5.* Anima priuabo virum. (sup. Hominem vita deuoluam sua.)

Priuans, tis, participium. { משכל *meschachchél.* στερῶν. } Cic. *in Top.* Sunt enim alia contraria quæ priuantia licèt appellemus Latinè, Græcè appellantur στερητικά.

Priuatus, a, um, participium, à priuor, aris, passiuo, spoliatus. { שכול *chachúl* ἐστερημένος, στερηθείς. GALL. *Priué à qui on a osté quelque chose.* ITAL. *Priuato, à chi e stato tolta qualche cosa.* GERM. Beraubet. HISP. *Priuado, despojado.* ANGL. *Depriued, spoiled.* } Ouid. *1. de Ponto.*

Alter ob huic similem priuatus lumine culpam:
Clamabat media se meruisse via.

Plaut. *in Trucul.* Tum pol ego & donis priuatus sum, & perij. Plin. *de Viris illustribus*, Priuatus stipendio. ‖ Priuatæ feriæ vocantur sacrorum propriorum, velut dies natales, operationis, denicales. Fest. ‖

Priuatio, nis, verbale, Spoliatio, ademptio. { שכול *schechól.* στέρησις, ἀποστέρησις. GALL *Priuation, ostement.* ITAL. *Priuatione.* GERM. Beraubung. HISP. *Aquella obra de despojar.* ANGL. *A depriuing, spoiling.* } Cicer. *2. de finibus*, Quia dolori non voluptas contraria est, sed doloris priuatio. Idem *lib.1. de finib.* Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem.

Priuatiuus, a, um, priuandi vim habens. Gloss. priuatica, στερητικά.

PRIVILEGIVM, ij, Lex priuatis facta, siue lex ad priuatos homines, singulósque pertinens. { προνόμιον, προτίμημα. GALL. *Priuilege.* ITAL. & HISP. *Priuilegio.* GERM. Ein sonderbar gesatz/sunst aber heist es auch ein freiheit. ANGL. *Priuilege.* } Cic. *pro domo sua*, Leges priuatis hominibus irrogari: id est enim priuilegium. Gell. *lib.10. c.20.* Neque de imperio Cn. Pompeij, neque de reditu Ciceronis, neque de cæde P. Clodij quæstio, neque alia id genus populi plebisve iussa leges vocari possunt: non sunt enim generalia iussa, neque de vniuersis ciuibus, sed de singulis concepta: quocirca priuilegia potiùs vocari debent: quia veteres priua dixerunt, quæ nos singula dicimus. ¶ Priuilegio subnixus, priuilegiarius. id vide.

Priuilegiarius dicitur, cui aliquod priuilegium concessum est: vulgò ab indoctis *Priuilegiatus* nuncupatur. Vnde Milites priuilegiarij dicti, qui vacabant officio. { ὁ προνομίαν ἢ ἀξίωμα νόμῳ ἔχων. GALL. *Priuilegé.* ITAL. *Priuilegiato.* GERM. Gefreiet. HISP. *Priuilegiado.* ANG. *To whome a priuiledge is granted.* } Vlp. *in l. sed an hic ff. quod cum eo qui in alt. pot.* Rectè, inquit, dicetur occupantis meliorem esse conditionem, nisi quis priuilegiarius veniat.

PRO, præpositio, quæ loci circunstantiam significat, antè, coram, ablatiuo casui seruiens. { בעד *bahádh* תחת *táchath.* πρό. GALL. *Pour, au lieu.* ITAL. *Per.* GERM. Vor. HISP. *Por.* ANGL. *Por, in stead or place.* } Qualis Quantáque sit pro particulæ varietas, déque exemplis eius varietatis adi Gellium *cap.3. lib.11.* Senec. *cap.18. de consol. ad Polyb.* pro magnis approbare quæ parua sunt. Gell. *cap.10. lib.5.* Pro aliquo pronunciare; &, pro eius caussa sentire Senec. *cap.17. de consol. ad Helu.* Pro indiuiso transferuntur curæ in eius pectus. Gell. *cap.1.* Mentiri pro testimonio. ¶ Pro vapulando abs te mercedem petam (i. pro eo quod vapulaui.) Plaut. *Aul. sc.3. a.3.* Idem *Mostell. sc.1. a.2.* Vos habebo pro matula, nisi matulam datis. Idem *Capt. sc.4. a. 3.* Pro ignoto me aspernaris. Idem *Asin. sc.4. a.2.* Pro iniuria satisfacere. Idem *Amphitr. prolog.* Pro imperio quod dictum feret, scibat facturos. (i. pro eo quod vobis est imperatum.) Idem *Capt. sc.1. a.2.* Quod antehac pro iure imperitabam meo. Liu. *lib.5. d.4.* Pro se quisque. (i. pro virili parte.) Idem *lib.6. d.4.* Pro se quisque ex stationibus decedebant. *Ibid.* pro se quisque vociferari. Et Plaut. *Amphitr.* Pro se quisque id quod quisque potest, & valet, edit, ferit. Idem *Capt. sc.4. a.3.* Pro ignoto me aspernaris Senec. *cap.1.* de vita beata; Nondum liber, tamen pro libero. Idem *cap. 16. de consol. ad Helu.* Hanc pro me dilige. Plaut. *Asin. sc.3. a.5.* Pro cibo habeas te verberari. *Ibid. sc.2. a.2.* Pro monstro est, quando qui sudat tremit. Idem *ibidem*, Misit argentum pro asinis. Gell. *cap.1. lib.20.* Pro delectamento habere. Sueton. *in Tiber. cap.37.* Pro contempto haberi. Idem *in August. cap.24.* Pro libero esse finit Idem *in Claud. cap.37.* Pro deprehenso ad pœnam rapi. Idem *in Neron. cap.31.* Pro comperto polliceri. Ouid. *13. Metam.* Si mora pro culpa est. Plaut. *Pseud. sc.2. a 1.* Ego pro me & pro te curabo. Ouid. *13 Metam.* Próque tot annorum curis reddite hunc titulum. Cæterùm, hæc præpositio varios in oratione habet vsus, variásque significationes. ¶ Aliquando enim significat Ante vt pro curia, pro mœnibus. Salustius, Qui ni maturassent pro curia socijs signum dare. ¶ Pro, etiam commodum & vtilitatem denotat. Cels. *lib.4. cap.19.* Sed vno die fluere aluum sæpe pro valetudine est, id est, valetudini conducit. Pro quo &, *ex*, ponitur. ¶ Neque rectè, neque pro bono, i. non ex æquo & bono. Salust. *in Iugurth.69.* Pop. Rom. neque rectè, neque pro bono facturum, si ab iure gentium prohibuerit. ¶ Interdum ponitur loco in: vt pro rostris, pro censu, pro tribunali. Plinius *Epist.301.* Postulauítque vt cognoscerem pro tribunali. ¶ Interdum pro iuxta, siue secundum. κατά. vt pro Platonis sententia, pro hominum iudicio. Sedulò moneo quæ possum, pro mea sapientia. Pro meis viribus, id est, iuxta, vel secundùm meas vires. Pro tempore, pro re, pro loco, significat quod ineptè dicitur pro Qualitate temporis, rei, loci. Cæsar. Virg. & alij. Pro horum temporum perturbatione, id est, vt est temporum perturbatio. Cicer. *ad Seruium Sulpit.* Idem Cicer. *3. Philipp.* Sunt impij ciues, pro charitate Reip. nimium multi: pro multitudine bene sentientium, admodum pauci. hoc est, si charitatem Reip. spectes. Ter. *Adelph.* — non necesse habeo omnia Pro meo iure agere. Vbi Donatus, Hic est sensus, Non necesse est, etiamsi liceat, sæuum esse patrem. Pro, de. Terent. *Hecyr.* Pueri inter sese quàm pro leuibus noxis iras gerunt. ¶ Interdum significat caussam, & ponitur pro propter. Plin. *Epist.189.* Hæc tibi, admonitus immodicæ seueritatis exemplo, pro amore mutuo scripsi. Terent. *in Eunuch.* Ego Pol te pro istis dictis & factis scelus vlciscar. Plaut. *Menach. sc.2. a.4.* Apud ædiles pro eius factis plurimis & pessimis dixit caussam. Cæs. *lib.1. de bell ciuil.* Pro quibus rebus. (i. quas ob res.) Ouid. *Eleg.11. lib.3. Trist.* Pro quibus inuentis; da, &c. Idem *Eleg.4. lib.4. Trist.* Pro quo nec lumen ademptum. (i. ob id.) ¶ Interdum pro loco. Terent. *in Andr.* Pro illo te ducam, illius loco. Plin. *lib.2. cap.7.* Pro diis habent obscœna. ¶ Interdum & imperandi ius & autoritatem præ se fert: vt Tribuni plebis pro potestate intercesserunt. ¶ Nonnunquam defensionem propugnationémque habet, ὑπέρ. Terent. Nam nisi hæc ita essent, pro illo haud stares. Virg. *lib.9.* —pro turribus astant, id est, pro defensione turrium. ¶ Pro eo ac, vel Pro eo atque, legitur pro Ita vt, vel perinde vt. Sulpitius *ad Ciceronem*, Sanè quàm pro eo ac debui, grauiter molestéque tuli. Vlpianus, Pro eo habendum, atque si nullo iure factum esset. ¶ Est & interiectio exclamantis, obtestantis, mirantis. ὦ. Terent. *in Adelph.* Prô dij immortales, facinus indignum quod narras! Item interiectio dolentis, seu indignantis. Idem *in Heaut* Prô Deûm atque hominum fidem. Plaut. Prô sancte Iupiter, quid video? Sed his duobus modis circumflectitur, & nominatiuo, accusatiuo, vocatiuóque iungitur, vt patet ex superioribus exemplis. Idem *Mostell. sc.3. a.1* Prô Dij immortales mulierem lepidam. (Admirantis.) Idem *Milit. sc.4. a.2 & Menach. sc. 5. a.5.* Pro Iuppiter. Exclamantis per admirationem. Idem *Pseud. sc.1. a.2.* Pro Iuppiter. (gaudentis.) Idem *Amph. sc.1. a.1.* Prô fidem Thebani ciues. (auxilium implorantis.) Idem *Mil sc.4. a.2.* Ibi maiores sunt siti, pater, auus, proauus, abauus. Ouid, *Eleg. vlt. lib 4. Trist.* Vsque à proauis vestri ordinis hæres. Idem 13 *Metam.*

Nam genus & proauos & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

¶ In compositione quandoque priuatiuá est, vt Profanus, id est non facer, Prohibeo propudium. Negatur enim in his sanctitas, potestas, ac pudor. ¶ Quandoque accipitur loco è, vel super: vt Prominet, id est, eminet, vel superminet. ¶ Nonnunquam significat porrò, siue in longum: vt promissa barba. ¶ Nonnunquam diu, vt protelo, propando. ¶ Interdum procul: vt Prouincia, quasi procul ab Italia deuicta: Profugus, procul fugiens: Procella, quæ procul veniens percellit. ¶ Sæpe etiam vltra ad locum, vel ad aliquem tendere, vt Progredior, prouoho. ¶ Interdum palàm & more solenni: vt Pronuntio, promulgo. ¶ Nonnunquam ante, vt procurro, propono. ¶ Quandoque valde: vt procuruus.

Proædifico, as, vnde proædificatum veteres dicebant, teste Festo, quo ex priuato loco processerat in publicum solum.

Proagogium, { προαγώγιον. GALL. *Production de paillardise que font les maquereaux & maquerelles.* ITAL. *Mettere in prostibulo virgini ò meretrici, & à guadagno, come fanno roffiani ò roffiane.* GERM. Die herfürtreibung zu dem hurenhäusen HISP. *Obra de poner à la puteria.* ANGL. *An open setting out of baudes.* } Latinè productio, vel prostitutio dici potest. Sueton. *in Neron. cap.28.* Super ingenuorum proagogia, & nuptarum concubinatus, Vestali virgini Rubriæ vim intulit. Dictum proagogium à verbo Græco προαγωγεύειν quod est prostituere, vel lenocinium facere. Henr. Stephanus in lex. *Proagogia*, inquit, à singulari *proagogium*. Sed ego proagogias reponendum puto addita litera *s*, in fine, quæ tacitè omitti potuit. alioqui certè προαγώγιον potius esset locus, in quo fierent huiusmodi productiones.

PROÆRESIS, προαίρεσις, quasi prælectio. Gloss. προαίρεσις, voluntas, propositum.

Proæreticus, a, um, προαιρετικός, habens facultatem eligendi aliud præ alio, cum iudicio.

Proæresius,

Prŏærĕsĭŭs, προαιρέσιος, Insignis sophista fuit, ex Cæsaræa Cappadociæ: qui adhuc adolescens Antiochiam venit, permotus fama Vlpiani dicendi magistri, apúdque eum primas tulit. Cum quo paruo pòst tempore Athenas profectus, sub Iuliano Sophista adeò profecit, vt primus inter auditores esset. Accersitus inde in Galliam à Constantino principe, Hephæstionem condiscipulum comitem sibi adiunxit: summóque honore apud Cæsarem habitus aliquanto pòst Romam petiit, vbi aliquot annos magna nominis fama moratus, tandem opibus ac honoribus auctus, Athenas rediit, vbi magno exceptus applausu, extemporalem orationem habuit in theatro. Contemporaneum habuit Libanium Sophistam, teste Suida.

‖ Proagon, præludium certaminis. Bud.

Proagonisticum, prælusorium. Idem.

Proagorensis, prænuntiatio reis cædis factæ, quibus interdicebatur sacris donec sententia lata esset. Pollet.

Proagoreutica, ars diuinandi, prædicendíque.

Proagorus, dorica ratione, quam Latini imitantur, & Siculorum lingua erat, qui ab aliis Græcè προήγορος dicitur, qui princeps est, & ante alios verba facit. ‖

Prŏămĭtă, æ, proaui soror. Vt propatruus, proaui frater. Gaius *D.lib.* 38. *tit.* 10. *l.* 1.

Proana, orum, πρόανα τὰ, oppidum Thessaliæ est. apud Stephanum.

Proapodosis. Scalig. *lib.* 3. *poët. cap.* 50. Collatio è contrario rem ponit priore loco, quam conferat sequenti, quæ connexio dicitur προαπόδοσις.

Proaries, instumentum quo vice arietis vtimur ad adigendam materiam. Bayf.

Proasma, πρόασμα, cantilenæ procemium. προᾴδω, præcino.

‖ Proaulia, qui anteit nuptias: epaulia, qui sequitur. Poll. ‖

Prŏaūtŏr, is, Pro progenitore legitur apud Sueton. *in Claudio*, Appium Cæcum sui generis proautorem, id est, autorem, & principem πρόγονον. Budæus.

PRŎĂVVS, i, Aui paterni, vel materni pater. { πρόπαππος. GAL. *Bisayeul, le pere du pere grand.* ITAL. *Bisauolo.* GERM. Ein áne / meines groß vatters oder großmutter vatter. HISP. *El bisabuelo, padre del abuelo.* ANGL. *Mygrandfathers or grandmothers father.* } Plaut. *in Milit.* Pater, auos, proauos, abauos. Cic. *de clar. Orat.* Nam & de duobus auis iam diximus, Scipione & Crasso, & de tribus proauis, &c. Huius relatiuum est Pronepos, à quo fœmininum, Proneptis. ¶ A proauo fœmininum proauia, auiæ mater. προμάμμη.

Prŏāuūncŭlŭs, & promatertera: id est, proauiæ frater, & soror, Caius D. *lib.* 18. *tit.* 10. *l.* 1.

Prŏbābĭlĭs, vide *Probus.*

Probaticus, a, um, ouiarius, ad oues pertinens, quæ Græcis πρόβατα.

Probatica porta, Hierosolymis erat, aliter porta gregis, quæ προβατικὴ πύλη Nehem. 3. 1. 3. 2. & 12. 38. Ea erat templo proxima in meridiem & ortum.

Prŏbătĭcă piscina, προβατικὴ κολυμβήθρα, Hierosolymis erat, in qua sacerdotes oues immolandas abluebant, πρόβατον enim Græcis ouis est, & προβατικὸς, ouinus: vnde Probatica piscina dicta, quasi ouina.

Probălinthŭs, προβάλινθος. Oppidum fuit Atticæ teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. quod iam tum intererat.

‖ Probatomandra, ouile. L.g.b. ‖

Problēmā, tis, & problematum, i, πρόβλημα. Propositio est interrogationem habens. Philosophi propriè problemata appellant, rerum abditarum perquisitiones & coniecturas, quibus magis animi quodam acumine, quàm certa indagine remotiora naturæ arcana explorantur: cuiusmodi sunt apud Aristotelem & Plutarchum.

Prŏbo, vide *Probus.*

Prŏbōscĭs, dis. { προβοσκίς. GAL. *Le museau ou la trompe d'vn elephant.* ITAL. *La tromba del elefante.* GERM. Der rüßel eines helffant. HISP. *La trompa del elefante.* ANGL. *The snowte of an elephant.* } Rostrum elephanti, vel muscæ: ita dictum, vt ait Nonius, quòd antè depascat. Latini in Elephanto manum appellant, quòd ea veluti manu vtatur. Plin. *lib.* 8. *cap.* 12. Resoluunt elephanti nodos manui. Nonius Marcellus Proboscis, inquit, Græcum nomen est dictum quòd antè depascat. Est autem porrecta corporis pars inhærens naribus, quæ excepto homine in nullis animalibus inuenitur. Varro, Inuenisse se factum hericium cum proboscide.

PRŎBRVM, i, Stuprum, adulterium, flagitium. { נבלות נבלה *nebalah nalúth* חרפה *cherpah* גדוף *giddúph.* ὕβρεις. GALL. *Cas reprochable, vilenie, iniure.* ITAL. *Qualunche cosa dishonesta & bruta, che altrui sia rimprouerata come adulterio, stupra, vituperio, villania.* GERM. Ein verbübische that / ein geschendung / schwechung als mit hurerey oder ehbruch. Item, ein schand vnd schmachwort. HISP. *Denuesto, vituperio, iniuria.* ANGL. *A reprochefull act as hooredome, aduoutrie.* } Plaut. *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Quo pacto celem herilis filiæ probrum. (i. stuprum.) Idem *Amphitr. sc.* 2. *a.* 1. Nemo id probro ducet Alcmenæ: (de stupro.) Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Me probri falsò insimulatam. Idem *Amphitr.* Ita me probri, stupri, dedecoris à vero argutam meo! Idem *Aulul. sc.* 5. *a.* 1. Probrum atque partitudo propriè adest, vt fiat palàm. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Magnum flagitium probrúmque expergefacis, &c. Sueton. *in Cæsare cap.* 43. Diremit nuptias prætorij viri, Qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quamuis sine probri suspicione peregrinarum mercium portoria instituit. Vnde lex fuit apud Romanos, vt probrum virginis Vestalis capite puniretur. ¶ Aliàs significat maledictum, contumeliam, siue infamiam, dedecus, quæ ex scelere sequi solet. αἰσχύνη, ὄνειδος. vt, Datum est probro, id est, ignominiæ ascriptum. Liu. *lib.* 2. His freti occursant portis, ingerunt probra, ægrè abstinent quin castra oppugnent. Epistolæ plenæ probrorum, apud Ciceronem *ad Attic. lib.* 4. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Ne id quod ames populus si sciat, tibi sit probro.

Prōbrōsŭs, a, um, adiectiuum, Ignominiosum. { נקלה *nikléh.* ἐπονείδιστον. GALL. *Plein d'iniures, de deshonesteté & vilenie.* ITAL. *Vituperoso, ignominioso.* GERM. Smächlich / schandtlich. HISP. *Denostado y feo.* ANG. *Reprochfull, rebukefull* } Gell. *lib.* 1. Manúsque eius inter agendum forent argutæ admodum, & gestuosæ, maledictis, compellationibus probrosis iactatus est. Cicer. 5. *Verr.* Vt simul illam quoque eius vocem probrosam agnoscatis. Horat. 3. *Carm. Od.* 5.

O puer, ô magna Carthago probrosis
Altior Italiæ ruinis.

Suet *in Calig cap.* 11. Probrosa natura & sæua.

‖ Probrosè, ὀνειδιστῶς. Africanus *D.lib.* 34. *t.* 6. *l.* 1. Etiamsi in patris domínive pœnam illicitè vel probrosè datum est. ‖

Prōbŭs, Berytius Grammaticus, Romæ docuit, non tamen vt magistri personam sustineret: vnum & alterum, vel quum plurimum tres, aut quatuor promeridianis horis admittere solebat, cubánsque inter longos & vulgares sermones legere quædam, ídque perrarò. Nimis parua & exigua de quibusdam minutis quæstiunculis edidit. Reliquit autem non mediocrem syluam obseruationum sermonis antiqui. Ab initio enim ad studia se contulit, postquam in militia diu Centuriarum frustrà petiuisset. Hæc ex Tranquillo.

PRŎBVS, a, um, Bonus, quasi prohibus: quòd se à delinquendo prohibeat. { טוב *tob* חסיד *chasid.* χρηστὸς, δόκιμος. GALL. *Bon, debonnaire.* ITAL. *Buono da bene, approuato da buoni* GERM. Fromm / aufrecht. HISP. *Buono y aprouado y prouechoso.* ANGL. *Good, honest,* } Plaut. *in Trinum.* Quálive amico mea cōmendaui bona? CA. Probo & fideli, & fido, &c. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Frugi & probus fui. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Oh, probus homo sum, qui patronum liberaui. Idem *Amphitr.* Proba pudica. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Probum patrem esse oportet, qui probiorem quàm se gnatum esse postulet. Cicer. *pro Cluent.* Neque enim hoc homine sanctior, neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam potest. ¶ Per metaphoram dicitur etiam de rebus inanimatis, argētum probum, non adulteratum. Liu. 2 *bell. Maced.* Carthaginienses eo anno argentum in stipendium impositum Romam aduexerunt: id quia probum non esse Quæstores renuntiauerunt, experientibúsque pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua sumpta, intertrimentum argentis suppleuerunt. ¶ Color probus. Colum. *lib.* 8. *cap.* 2. Sint matrices probi coloris, robusti corporis, quadratæ. Merx proba. Plaut. *in Pœn.* Proba merx facilè emptorem reperit, tametsi in abstruso sita est. Probi nummi. Idem *in Pers.* nummi sexcenti hîc erunt probi, numerati. Sapor probus. Colum. *de arbor. cap.* 3. Montibus, cliuísque difficulter vineæ conualescunt: sed firmum probúmque saporem vini præbent. Ingenium probum. Cicer. 1. *Offic.* Sic in ipso loco aliquod probi ingenij lumen eluceat. ¶ Probi)(Improbi, ἀδόκιμοι Improbi (vt inquit Asconius) contra leges sunt: sicut Inofficiosus, contra merita, Inhumanus contra pietatem. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Vel vitiosum hominem, vel sine vitio: vel probum, vel improbum. ¶ Item, Probus pro perito, Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Cantores probos, (i. peritos, ridiculè.) *Ibid. sc.* 4. *a* 2. & *sc.* 1. *a.* 4. & *sc.* 2. *a.* 4. Probus homo est, ironικῶς, &c. ¶ Comparatiuus, probior. Idem Plaut. *Mostell sc.* 1. *a.* 2. Plurima interest Patronus an cliens probior fiet. (vulgò *propior* legitur, sed mendosè. Passerat.) & *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Vide paulò antè.

Prŏbĭssĭmus, à quo probissimè. Terent. Plin. *Epist. lib.* 2. *Apollinari*, Adiutum tamen cuperem iuuenem probissimum grauissimúmque.

Prŏbē, aduerbium, Benè, rectè, eleganter. { εὐδοκίμως, καλῶς. GALL. *Bien.* ITAL. *Bene* GERM. Eben wol. HISP. *Buenamente.* ANGL. *well, honestlie.* Plaut. *in Mostell* Profectò non probè, vt voluimus, viximus. Omnibus autem ferè verbis iungi potest: vt probè curare, probè decipere, probè monere, probè memini, probè potus, probè ornatus: probè percutere dixit idem *in Amphitr.* & *in Ps sc.* 2. *a.* 2. id est, fortiter. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Vt probè tactus leno est. Idem *Mostell. sc* 1. *a.* 1. Ruri te vlciscar probè. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Ædes factæ probè, examussim. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Probè perdidici (saltare.) *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Seruas imperium probè. Idem *Menach. sc.* 2. *a.* 4. Probè lepidéque concinnata palla. Idem *Aulul. sc.* 5. *a.* 3. Te reddam madidum, si viuo, probè. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Probè onusto oleo. Idem *Amphitr.* Onerandus est pugnis probè, *Ibidem*, Errant probè. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Pereo probè. Idem *Cur. sc.* 1. *a.* 3. Me expleui probè. Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Vsque adhuc actum est probè, &c.

Prŏbĭtĕr, abuerbium, pro probè, apud antiquos. Varro *Octogesi.* Postquam auida libido rapere ac concidere cœpit, séque opifice, non probiter strepere.

Prŏbĭtās, atis. Bonitas { חסד *chesedh.* συγγνωμοσύνη, καλοκἀγαθία. GAL. *Bonté.* ITAL. *Bontà.* GERM. Frombkeit / auffrechtikeit. HISP. *Condad.* ANGL. *Goodnes. honestie.* } Cicer. *de Amic.* Quòd si tanta vis probitatis est, vt eam, &c.

Prŏbo, as, Laudo, commendo, approbo, probum & rectum habeo, bonum dico, placere ostendo. { שבח *schibbéach* הלל *hillél* הפקיד *hiphkidh.* δοκιμάζω, ἀποδέχομαι, ἀρέσκομαί τινι. GALL. *Prouuer, approuuer, louër.* ITAL. *Laudare, approuare, prouaro.* GER. Gut heissen / ihm gefallen lassen. HISP. *Prouar, loar, alabar.* ANGL *To commed, to proue, to approwe & allowe.* } Cicer. *Attico*, Audio à bonis viris hanc cunctationem nostram non probari. *Ibid.* Meum factum probari abs te gaudeo. Cicer. *in Cato, Maio.* Mihi verò & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa, & tam perdita libido, id est, nullo modo persuaderi mihi potuit, vt bonam iudicarem, & laudarem tanquam libidinem. Plaut. *Amphitr.* Tu verbis probas (non re, sup.) Ouid. 13. *Metam.*

Prodere rem Danaum finxit, fictúmque probauit
Crimen.

(id est, persuasit.) Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Tu mihi quod cupio fas precor esse proba.

(id est, persuade.) ¶ Probarunt villam in campo, vbi census factus sit, censores. Vide quid sit apud Liuium *lib.* 4 *ab Vrbe.* ¶ Hinc probari & valere in vulgus, vel ad populum, ad vulgus: id est, populare & plausibile esse. Cicer. *in Parad* Cato autem perfectus, mea sententia, Stoicus, & ea sentit quæ non probantur in vulgus. Plus est autem probare quàm laudare. Idem *ad Marium lib.* 7. Téque & istam rationem otij tui & laudo vehementer, & probo. ¶ Quandoque probare est argumentis demonstrare, alicui persuadere, & facere vt probetur. { הוכיח *hochiach.* ἐλέγχειν, κατασκευάζειν, ἀποδεικνύναι. } Plaut. *in Rud.* Non probare pernegando mihi potes, nisi pars datur. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 10. Dialecticè probare. Lucret. *lib.* 2. Huic satis illud erat planum facere atque probare. Terent. *in Eunuch.* Præterea forma, ætas ipsa est facilè vt pro Eunucho probes, subaudi, te. inquit Donatus. Sic etiam dicimus, Homo sacrilegus

crilegus probauit se pro innocente. ¶ Quandoque periculum facere, tentare.{ בחן bachan. GAL. Essayer, esprouuer. ITAL. Assaggiare. GER. Versuchen/probieren/bewären. HISP. Esperimentar. ANGL To assaye.} vt apud Columellam, probare boues. Ouid. *in Epist.* Phyllidis, Exitus acta proba. Plaut. *Most. sc. 2. a. 1.* Laudant fabrum atque probant. ¶ Quandoque permittere. Horat *lib. 1. Carm.*

——Vagus & sinistra
Labitur ripa Ioue non probante.

¶ Huius composita sunt, Approbo, Comprobo, eiusdem ferè significationis. συγκατατίθεμαι. Et contraria horum, Improbo, & Reprobo, pro damno, quæ habent pen corr. ἐγκαλέω, ψέγω.

Prŏbandŭs, probanda, probandum. Cæs. 5. *bell. Gall.* Quem locum probandæ virtutis tuæ expectas.

Prŏbātŭs, a, um, Cognitus, conspectus. { ידוע iadhúah נבחן nibchan chechúb נחשב necheschab. δοκιμασθείς, εὐδόκιμος. GAL. Esprouué, bien estimé. ITAL. Approuato, stimato, tenuto in stima GERM. Bewärt. HISP. Prouado, alabado. ANGL. Tried, proued, well estimed or in good reputation.} Cicer. *in Top.* Nam & ingeniosos, & opulentos, & ætatis spatio probatos, dignos quibus credatur, putant. Ouid. 15. *Metam.*

——Crimenque patens sine teste probatum.

¶ Aliquando fit nomen, & ponitur pro bonus, egregius, &c. Liuius 7. *bell. Punic.* Ita repentè exuit antiquos mores, vt nemo tota iuuentute laberetur prior: nec probatior primoribus patrum, suis pariter alienisque esset. Probatissimus homo. Cicer. 4. *Verr.* probatissima fœmina. Idem *pro Cæcinna.*

Prŏbātŏr, is, qui probat. { בוחן bochén δοκιμαστής. GALL. Qui approuue quelque fait ITAL. Chi proua qualche cosa. GERM. Ein Bewärer HISP. El que aprueua algo. ANGL. An approuer or commender.} Cicer. 2. *Philipp.* Quid enim interest inter suasorem facti, & probatorem? Idem *pro Cæcinn.* Huius rationis non modò non inuentor, sed ne probator quidem sum. Ouid. 2. *de Pont. Eleg. 2.*

Ingenij certè, quo nos malè sensimus vsos
Artibus exceptis, sæpe probator eras.

‖ Probatoriæ literæ, quæ probabant iustam licentiam abeundi ab exercitu, & personas agentium. Pancir ‖

Prŏbātĭo, nis, fœmininum, actus probandi. { בחן bóchan. δοκιμασία. GAL. Preuue. ITAL. Proua. GERM. Ein bewärung. HISP. Obra de prouar, experiencia. ANGL. A proofe.} Cicer. 3. *Verr.* Quid ita, ne vitiosum opus fieret! at erat probatio tua. ¶ Artificialis Probatio, firma probatio, lineares probationes inexpugnabiles probationes, potentissimæ probationes, leguntur apud Quintilian.

Prŏbābĭlĭs, e, dicitur quod licèt fortassis non sit verum, videtur tamen rationibus probari posse.{ πιθανόν. GAL. Probable, loüable. ITAL. Probabile. GER. Gläublich/das bewärt mag werden. HISP. Lo que se puede prouar. ANG. Proueable, that semeth to be true.} Cicer. 1. *de Inuent.* Probabile autem est id quod fere fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hoc quandam similitudinem, siue id falsum est, siue verum. Idem *in Parad.* Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile.

Prŏbābĭlĭtĕr, aduerb. Verisimiliter.{ πιθανῶς, εἰκότως. GALL. Probablement, auec couleur & apparence de verité. ITAL. Con apparenza di verità. GER. Gläublich/glaubwirdiklich. HISP. Probablemente. ANGL Proueablie, apperinglie.} Cic. 1. *de diuin.* Illa, verò cur eueniant quis probabiliter dixerit? Velleius, Probabiliter gestus Consulatus.

Prŏbābĭlĭtās, atis. { ἡ πιθανότης, τὸ εὔλογον. GALL. Probabilité, couleur & apparence de verité. ITAL. Gran colore & apparenza di verità. GERM. Glaubwirdigkeit/gleichformigkeit der warheit. HISP. Aquella possibilidad de probar. ANGL. Proueabilitie, apperance of truth.} Cic. 4. *Acad.* Certè tam multa non collegisset quæ non fallerent probabilitate magna, nisi videret his, &c. Captiosa probabilitas. Cic. 3. *de finibus.*

‖ Probeat, prohibeat. Lucr.

Probŏle, Prima pars phalangis. Item actio in calumniatores. Suid. Emissio. Tertull.

Probŏli sublicæ in Rheni alueo defixæ, violentiæ amnis molliendæ causa. Rh.

Probūlus, qui pro alio consultat, primarius in vrbe. Prouisor. Bud. ‖

Procalo, prouoco. Fest. Procalare, prouocare, ex Græco καλεῖν, i. vocare. Sed immediatè est ex Latino pro & calo.

Procantat, προᾴδει. Gloss. προᾴδω est præcino.

Prŏcăpĭs, Progenies quæ ab vno capite procedit. Festus.

Prŏcās, πρόκας. Rex Albanorum fuit, pater Amulij & Numitoris, & auus Romuli & Remi, cuius meminit Liu. *lib. 1. ab Vrbe condita.* Virg. *lib. 6.*

Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis.

‖ Procatalepsis, cùm id, quod nobis obijci poterat, antè præsumimus ad diluendum: vt, si quis vestrûm, iudices aut eorum, qui adsunt, fortè miratur. ‖

Prŏcax, acis, vide *Proco, as.*

PRŌCĒDO, is, Progredior. { יצא iatsá עבר habár. προβαίνω, προάγω, προχωρέω. GALL. Marcher outre, passer auant, proceder. ITAL. Procedere, andare auanti. GERM. Herfürgehn oder dahergehn. HISP. Yr adelante ò proceder ANGL. To procede or walk forward.} Procedere propriè dicitur, qui pompa quadam procedit in publicum: veluti si sponsus procedat, aut sponsa. Quod Virg. 4. *Æneid.* dicit, Tandem progreditur. Hæc Erasmus. Cicer. 1. *de diuinat.* In sella aurea sedit, & cum purpurea veste processit. Cæs. 1. *bell. ciuil.* Tali dum pugnatur modo, lentè ac paulatim proceditur. Cicer. *pro Sext.* Huic ad vrbem venienti obuiam ciuitas cum lacrymis gemitúque processerat. Senec. *cap. 14. de consol. ad Mart.* Processit in publicum ad solita officia. Plaut. *Capt. sc. 4. a. 3.* In medium hodie processit. Et *Pseud sc. 2. a. 2.* Patronus foribus processit foras. Salust. *in Iugurth.* Sed vbi plerunque noctis processit, quod est, quasi præteriit. ¶ Aliquando est benè, vel malè cedere, siue cadere. Terentius *in Andr.* Nisi id putas, quia processit parum, Non posse hoc iam ad salutem conuerti malum. Plaut. *in Capt.* Neque ieiuniosiorem, neque magis effractum fame vidi: ne cui minus procedat quicquid facere occœperit. Gell. *cap. 5. lib. 17.* Processisset autem argutatori isti fortassè reprehensio, si Cicero ita dixisset, &c. (id est, benè successisset.) Idem Gell. *cap. 1. lib. 14.* De disputatione dixit; Id non potest procedere. Item Plaut. *Amphitr.* Bene prosperéque hoc operis processit mihi. Cæsar *lib. 1. de bell. ciuil.* Magna pars operis processerat. Item Liuius *lib. 5. d. 4.* Procedente certamine. Senec. *cap. 6. de consol. ad Martiam.* Vbi secundo cursu vita procedit. ¶ Procedere, exire, ἐξέρχομαι. Cels. *lib. 7. cap. 36.* Pertractanda vesica est, & discutienda, si quæ coierunt: Quo fit, vt per vulnus postea procedant. ¶ Procedere in pedes, pro pedibus nasci, vel in pedes gigni. Plin. *lib. 7. cap. 8.* In pedes procedere nascentem, contra naturam est. ¶ Procedere in philosophia, est proficere. Cicer. 3. *de finibus*, Qui tum in philosophia, tum in optimo genere philosophiæ tantum processerit. ¶ Procedunt stipendia militibus, quod vulgò dicitur *currunt.* Liu. *lib. 5.* Tribuni Plebis, si iis videretur, ad populum ferrent, vt qui minores & septem & decem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent acsi septem & viginti annorum, aut maiores milites facti essent. ¶ Procedere item apud Iureconsultos ponitur, pro valere & locum habere. Vlpian. *l. 7. §. 3. D. ad leg. Aquil.* Hoc autem in seruo non procedit, in filiofam. vulnerato procedit. Hotom. Procedere à, vel ex. Cæs. 4. *bell. Gall.* Quum paulo longiùs à castris processisset. Idem *lib. 8.* Paulatim ex sylua instructa multitudo procedit militum. Cicer. 7. *Verr.* Procedit iste repentè è Prætorio. Idem *de clar. Orat.* In solem ex vmbraculis procedere. Plin. *Epist. 44.* Ad tantas opes per flagitia processit: id est, tantas opes consecutus est. Idem *Epist. 89.* Studiis procedere, dixit pro Ad honores emergere adminiculo literarum. Plaut. *Mostell.* Nam quid processit ad forum fortè hodie noui? id est, accidit. Plin. *lib. 7. d. 4.* Rex in multum vini processerat.

Prŏcēdēns, entis, participium. { יוצא iotsé עובר hobér. προβαίνων, ἐκπορευόμενος. GALL. Marchant outre, s'auançant. ITAL. Chi passa auanti. GERM. Herfürgehend. HISP. Que procede & anda adelante. ANGL. That goeth forward.} Cic. 3. *Tusc.* Quod ita esse dies declarat: quæ procedens ita mitigat, vt iisdem malis manentibus non modò leniatur ægritudo, sed in plerisque tollatur. ¶ Tempore procedente, quod vulgò dicimus, Successu temporis. Plin. *lib. 11. c. 16.* Tempore procedente instillant cibos. Plin. iun. *Epist. 64.* Sed vereor ne procedente tempore ex ipso remedio vitia nascantur. Et Suet. *in Tib. c. 1.*

Prŏcessĭo, nis, processus, προπόρευσις, ἐξέλευσις. Iul. Capitolinus *in Pertinace*, Cùm Pertinax eo die processionem, quam ad Athenæum parauerat vt audiret poëtam, ob sacrificij præsagium distulisset.

Prŏcessŭs, us, Progressus. מוצא motsá. πρόβασις, προκοπή, προχώρησις. GAL. Marchement plus outre, auancement. ITAL. L'andare piu auanti, auanzamento. GER. Ein fürgang oder fürziehung HISP. Obra de yr adelante. ANG. A going forward.} Cic. *pro lege Manil.* Vt ex iis locis, à militibus nostris reditus magis maturus, quàm processus longior quæreretur. ¶ Nonnunquam accipitur pro promotione, siue profectu, προκοπή. Suet. *de clar. Gramm.* Ad summam, philologus ab semet nominatus ipse, ad Lælium Hermam scripsit, se in Græcis literis magnum processum habere. Senec. *de consol. ad Polyb. c. 9. & c. 2. de tranq.* Alienis processibus inimica inuidia. Ouid. *Eleg. 5. lib. 4. Trist.*

Sic tua processus habeat fortuna perennes.

¶ Aliquando pro successu, siue euentu. Senec. *Epist. 16.* Queruntur & de consiliis & de processibus suis: malúntque semper quæ reliquerunt.

Prŏcĕleusmătĭcus, προκελευσματικός. Pes ex quatuor syllabis breuibus constans: ita dictus quòd ob celeritatem, breuiúmque syllabarum concursum, celeusmati, hoc est, nauticæ cohortationi esset aptissimus: siue quòd sacris Mineruæ carmen quoddam hoc pede constans primo loco cani solebat.

PRŌCELLO, is. Concutio, in priorem partem mouendo. Est enim à *pro* & *cello*, i. moueo. שער schibér. ἀνατρέπω. GAL. Abatre, ruer ius, renuerser. ITAL. Percuotere, battere sotto sopra. GER. Vngestümiklich vmb / stürmen. HISP. Reboluer, transtornar, subuertir. ANGL. To turne vpside downe, to strik.} Plin. *in Paneg.* Erant sub oculis naufragia multorum, quos inuidiosa tranquillitate prouectos, improuisus turbo proculerat.

Prŏcellă, æ, Tēpestas, imber, turbo. { סער sáhar סערה sehar*áh* סופה suphâh. θύελλα. GALL. Tourmente & tempeste de vents. ITAL. Procella, tempesta. GERM. Ein sturmwind sonderlich auff grossen wasseren. HISP. Grande tempestad. ANGL. A storme or tempest.} Dicta ab eo quòd omnia procellat: id est, moueat, & concutiat. Virg. 1. *Æneid.*

——crebérque procellis
Africus.

Ouid. 11. *Metam.*

Hic iubet: impediunt aduersa iussa procellæ:
Nec sinit audiri vocem fragor æquoris vllam.

Virg. 1. *Æneid.*

Talia iactanti stridens Aquilone procella
Velum aduersa ferit, fluctúsque ad sidera tollit.

¶ Translatè accipitur pro omni periculo, & rebus aduersis. Cicer. *pro Cluent.* Et vitam illam tranquillam & quietam, remotam à procellis inuidiarum, & huiuscemodi iudiciorum anfractu, sequi maluisse. Senec. *c. 16. de consol. ad Mart.* Quantis fortuna procellis disturbet omnia. Quintil. Priusquam illam eloquentiæ procellam effunderet. Vlysses. Senec. *c. 9. de tranquill.* Multum procellarum (fortunæ irruit.) Item Liu. *lib. 2. d. 5.* Procellam emptionis non sustinuerunt. Irarum procellæ, Silius *lib. 11.*

Prŏcellōsŭs, a, um, Procellis plenus. { θυελλώδης. GALL. Plein de tourmente & tempeste de vents. ITAL. Pieno di tempesta & vento. GERM. Voll sturmwind oder vngestümigkeit/vngestümig. HISP. Lleno de tempestad. ANG. Stormie or full of tempestes.} Liu. *lib. 14.* Ver procellosum eo anno fuit. Plin. *lib. 18. cap. 35.* Nubecula quamuis parua ventum procellosum dabit.

‖ Procensus, processus, mora. Buleng. ‖

Prŏcĕrăstĭs, προκεράστις, oppidum Bithyniæ, ad Bosphorum Thracium, è regione Byzantij, quod notiore nomine Chalcedon appellatur. Autor Plin. *lib. 5. cap. vlt.*

PRŌCĒRVS, a, um, Prolixus, & in longitudinem productus. { גדול ghadhól רם ram גבוה ghabóah. ὑψηλός, μέγας, ἰξογκος, ὑψηλός. GALL. Fort long; fort haut. ITAL. Lungo, alto. GERM. Hoch/lang/hoch vnd groß. HISP. Cosa alta ò luenga en su especie. ANGL. Long, or high, tall.} Quod nomen quidam à cera deriuant, quasi ad similitudinem ceræ

ceræ protensum propter facilitatem. Alij à crescendo quasi procretum. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 2.

———*quo pertinet ergo Proceros odisse lupos?*

Virg. 7. *Eclog.*

———*atque solo proceras erigit alnos.*

Horat. 3. *Carm. Ode* 25.

Proceras manibus vertere fraxinos.

§ Huius compositum est Improcerus: vide *suo loco.*

Procellŭlŭs, diminutiuum à procerus. Lampridius *in Alexandro Seuero,* Oblectatio fuit, vt catuli cum procellulis luderent.

Prōcērē, aduerbium, Longè. { προμήκως, ὑψηλῶς. GALL. *En hault, fort hautement.* ITAL. *Porgendo in fuori, pergendo innanzi altamente.* GERM. In die höhe oder lenge. HISP. *Altamente y largamente.* ANG. *Very highlie.* } Cicer. 3. *de Orat.* Brachium procerius proiectum, quasi quoddam telum orationis.

Prōcērĭtās, atis, Prolixitas, staturæ altitudo. { גדל ghódhel רום rom גבה ghóbah, vel, ghebóah. μῆκος. GALL. *Longueur & hauteur.* ITAL. *Lunghezza.* GERM. Die höche oder lenge in die gerade. HISP. *Longura.* ANG. *Highnesse and lenght, tallnesse.* } Plin. *in Paneg.* Tu sola corporis proceritate clarior aliis. Cic. *de senect.* Quum autem miraretur Lysander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines.

Prōcĕrēs. Capita trabium, hoc est, mutuli quidam in parietibus extantes. πρόβολοι. Hinc principes ciuitatis, proceres appellati sunt, quòd ij ita in ciuitate eminent, sicut in ædificiis illi. { שרים sarim קצינים katsinim. οἱ δυνασεύοντες. GAL. *Les plus grands & les principaux d'vne ville, les gouuerneurs.* ITAL. *Principali & gouernatori della città.* GERM. Die fürnempsten oder gewaltigsten eines volcks. HISP. *Los principales del pueblo.* ANGL. *The gouuernours, the principales of a citie.* } Virg. 1. *Æneid.*

Post alij proceres.

Idem 3. *Æneid.*

Delectos populi ad proceres, primúmque parentem,
Monstra Deûm refero, & quæ sit sententia posco.

Liu. 1. *ab. Vrbe*, Quum consensum deósque consociatos laudaret mirè Seruius inter proceres Latinorum, Castrorum proceres. § Huius nominis accusatiuo singulari vsus est Iuuen. *Satyr.* 8. Agnosco procerem.

Prŏcestrĭum, ij, Ædificium patulum putatur ante castra, æqualibus distinctum interuallis columnarum, supra quarum epistylia arcus curuabantur. Inde dictum quòd pro castris, id est, ante castra situm esset, aditúmque ad ea præberet. Quidam procestrium interpretantur locum ante cubicula virorum principum, in quo quiescente hero, corporis custodes excubias agunt: decepti opinor deprauata lectione loci cuiusdam Plinij Iunioris, ex epistola ad Gallum: Post hunc cubiculum cum procestrio, altitudine æstiuum, monimento hybernum: quum tamen castigatiora exemplaria, cubiculum cum procœtone legendum ostendant.

Prŏchēmăsĭs, siue Prochimasis, προχείμασις. Præcedens tempestatum significatio. Plin. *lib.* 18. *cap.* 26. Accidit confessa rerum obscuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus, tempestatum significatione, quod προχείμασιν Græci vocant: nunc pòst veniente, quod ἐπιχείμασιν. Vide *Præsiderare.*

‖ Prochīrus, scriba expeditè notans: Mesoprochīrus, exercitio & curâ promtus. Scrib. ‖

Prŏchytă, æ, & Prochyte, prochytes, προχύτη, Insula in Puteolano sinu: dicta quasi profusa, ἀπὸ τοῦ προχύειν, quod est profundere. Ferunt enim Inarimes vicinæ insulæ montem terræ motu concussum, insulam hanc fudisse. At Dionysius *lib.* 1. scribit, Prochytam dictam esse à nutrice Æneæ eiusdem nominis. de hac Virg. *lib.* 9.

Tum sonitu Prochyta alta tremit.

Prŏchytēs, m. g. προχύτης, vasis genus erat quo in sacris vtebantur, quod & ipsum à profundendo nomen accepit.

PRŎCĬDO, is procidi, Pronus cado, humi me prosterno, vehementer inclinor. { נפל naphál. προπίπτω, προπεσεῖν. GALL. *Cheoir & tomber.* ITAL. *Gettarsi à terra.* GERM. Niderfallen. HISP. *Caer, echarse à los pies.* ANGL. *To fall downe.* } Gellius, Nam quum multis annis postea scena quæ prociderat, refecta esset. Liu. *lib.* 35. Saxum ingens siue imbribus, siue motu terræ leuiore quàm vt alioqui sentiretur, labefactatum in vicum iugarium ex Capitolio procidit, multos oppressit. Idem *lib.* 31. Muri quoque pars ariete incusso subruta, multis iam locis prociderat.

Prŏcĭdentĭă, æ, Actus ipse procidendi { מפלה mappeláh. πρόπτωσις. GAL. *Cheute, tombement.* ITAL. *Cadimento.* GERM. Ein niderfallung oder herfürfallung. HISP. *Cayda.* ANGL. *Falling downe.* } Plinius *lib.* 34. *c.* 18. Vsus enim ex eodem & in oculorum medicamentis, & maximè contra procidentiam eorum, & inanitatem, &c. Procidentia sedis. *lib.* 24. *cap.* 11.

Prŏcĭdŭŭs, adiect. quod procidit. { נפל nophél נבל nobel. προπτωτὸς, πρόπτωτος. GALL. *Qui chet & tombe facilement.* ITAL. *Chi cade.* GERM. Das nider gefallen oder ausgefallen ist/niderfellig. HIPS. *Cosa que cae.* ANG. *The falleth downe easilie* } Plin. *lib.* 20. *cap.* 20. Infantium cerebro imponitur, vmbilicóque prociduo. Idem *lib.* 16. *c.* 12. Memoratur hoc idem factum & in Philippis, salice procidua atque detruncata. Idem *lib.* 11. *c.* 20. Testes verò & sedem prociduam, quæque illi sunt vitia.

Prŏcĭĕo, es, ciui, citum. { קרא kará. μετακαλέω, προκαλέω. GAL. *Demander, hucher.* ITAL. *Domandare.* GERM. Begären. HISP. *Pedir, demandar.* ANGL. *To aske or demand.* } Idem quod peto. Liuius, Matrem procitum plurimi venerunt, id est, petitum, vt interpretatur Festus.

Procilius, Grammaticus, cuius meminit Seneca, vir suis temporibus doctissimus fuit, qui in Itinerario commemorat apud Memphim, in aurea columna Ægyptiis literis scriptum fuisse, tunc demum Ægyptum liberam fore, quum in eam venissent Romani fasces. Autor Lampridius.

PRŎCINGO, cingo, Præcingo, instruo & apparo. { ערך kará: h חבין hechin. παρασκευάζω. GALL. *Appareiller.* ITAL. *Apparecchiare.* GERM. Rüsten/sich vmbgürten zum streit. HISP. *Aparejar.* ANGL. *To prepare or mak readie.* } Hinc procinctus, procincta, procinctum, Paratus, expeditus. Vnde procincta classis, teste Festo, dicebatur exercitus ad pugnam paratus, παράταξις εἰς μάχην ἐξωπλισμένη, εἰς πόλεμον κατεσκευασμένη, quòd pugnaturi ritu prius cingerentur Gabino: classem enim vetustius fuit, inquit Festus, hominum dici, quàm nauium multitudinem. Gell. *lib.* 1. *cap.* 11. Quum procinctæ igitur classes erant, & instructa acies. Idem *cap.* 15. *lib.* 10.

Prōcĭnctŭs, dicitur apparatus bellicus, siue ipsa præparatio, quæ fit ab iis qui aut in expeditionem profecturi sunt, aut ad prælium exituri. { נשק néschek. πρόβολον, παρασκευή. GALL. *L'apprest & appareil de l'armée quand elle veut donner dedans.* ITAL. *Apparecchiamento di guerra.* GERM. Die rüstung vnd bereitschafft zur gegenwehr oder zu dem streit. HISP. *Aparejamiento para pelear.* ANGL. *Battayle raye, as they that stand readie to fight.* } Cic. 2. *de nat. deor.* Ex quo in procinctu testamenta perierunt. Plin. *lib.* 23 *cap.* 1. Curas, vigorémque animi impedit ad procinctum tendentibus. In procinctu facere: expeditè, & celeriter. Ouid. 2. *de Ponto Eleg* 9.

Hæc in procinctu carmina facta puta.

In procinctu stare, est accinctum esse. Quint. *lib.* 12. *cap.* 9. Cui disciplina & studium, & exercitatio dederit vires etiam facilitatis: quémque armatum semper, ac velut in procinctu stantem, non magis vnquam in causis oratio, quam in rebus quotidianis, ac domesticis sermo deficiet. In procinctu habere. Idem Quintil. In procinctu paratam habere eloquentiam. Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Polyb.* In Procinctu stet animus (id est, paratus morti semper.) Quint. In procinctu stabit & armatus. Idem ait Senec. *Epist.* 75. Gell. *lib.* 1. *cap.* 11. Atque fœminas etiam tibicinas in exercitu atque in procinctu habuit. § Procinctum testamentum à Iustiniano appellatur *in* §. 1. *Instit. de testament.* quod veteres In, vel Endo procinctu nominabant. Id autem militiæ tantum fiebat, quum viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur. Autore Gell. *lib.* 15. *cap.* 27. Vide Hotom. *in Lexico.*

Procio, is, iui, itum, palàm voco, à *pro* & *cio.* Idem quod rumpo, atque irritum facio. Hinc Iureconsultus, irritum, & ruptum testamentum procitum dicit. Festus.

Procito, as. Idem quod prouocito. προκαλοῦμαι. Citare enim vocitare est, Ergo à *procieo*: aut à *pro* & *cito.*

‖ Procitum testamentum dicebatur, velut procatum, prouocatum, id est, irritum ac ruptum. Procitum, cùm prima corripitur, significat petitum. Liuius: Matrem procitum plurimi venerunt. Procitum est ex procio. Procitum ex procieo ‖

PRŌCLĀMO, as, Palàm & valdè clamo, vociferor. { זעק zahák. κικλήσκω, ἐκβοάω. GALL. *Crier deuant tous tant qu'on peut.* ITAL. *Proclamare, cridare en publico.* GERM. Offentlich außschreyen/außruffen. HISP. *Mucho de lexos llamar.* ANG. *To crie out or proclayme.* } Liu. *lib.* 1. Moti homines sunt in eo iudicio, maximè Publio Horatij patre proclamante, se filiam iure cæsam iudicare: ni ita esset, patrio iure in filium animaduersurum fuisse. Cic. 7. *Verr.* Adsunt, defendunt, proclamant, fidem tuam quæ nusquam erat, nec vnquam fuit, implorant. ‖ § Proclamare ad libertatem, se liberum esse asserere, postularéque liberali causa ingenuitati suæ à Prætore, vel iudice restitui. *d. lib.* 40. *tit.* 13.

Proclamatio libertatis, vel proclamatio ad libertatem, *D. lib.* 40. *t.* 11. *l.* 34. *& tit.* 13. *l.* 1. ‖

Prōclāmātŏr, is. { זעק Zohék. κήρυξ, ἐκβοῶν. GALL. *Vn crieur, grand criad.* ITAL. *Gridatore, banditore, chi fa la grida.* GERM. Ein außschreyer / oder außrüffer. HISP. *Aquel que assi llama.* ANGL. *A proclaymer or crier.* } Cic. 1. *de Orat.* Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus: sed eum verum qui primùm sit eius antistes.

PRŌCLĪNO, as, Inclino. { נטה natáh. ἐκκλίνω. GALL. *Pancher, encliner.* ITAL. *Inchinare.* GERM. Sich halden oder neigen. HISP. *Inclinar.* ANGL. *To bend downe.* } Col. *lib.* 7. *cap.* 10. Earum notanda sunt capita, quam in partem proclinentur.

Prōclīnātŭs, a, um, participium. { נטוי natúi. προσκεκυφώς. GALL. *Encliné.* ITAL. *Inchinato.* GER. Gehaldet/gesenckt. HISP. *Inclinado,* ANG. *Bended downe.* } Ouid. 2. *Trist.*

Quum cœpit quassata domus subsidere, partes
In proclinatas omne recumbit onus.

Prōclīnātĭo, verbale. { ἡ πρόκυψις, ἡ ἔγκλισις, ἡ παραφορά. GALL. *Panchement, inclination.* ITAL. *Inchinatione.* GERM. Ein haldung/ senckung für sich HISP. *Inclinacion.* ANG *Bending downe.* } Vitr. *lib* 7. Non minus etiam obseruandum est, vt omni structuræ perpendiculo respondeant, neque habeant in vlla parte proclinationes.

PRŌCLĪVĬS, e, quod pronum inclinatúmque est, vt ait Donat. { ἐπίφορος, ἐπίρρεπής, ἐπίφορος GALL. *Enclin, penchant.* ITAL. *Inchinato all' ingiu.* GER. Sich neigend/für sich haldend. HISP. *Inclinado ò acostado.* ANGL. *Leaning or hanging downeward.* } Liu. 5. *ab Vrbe*, Quò successerit magis in arduum, eo pelli posse per procliue facilius rati. Colum. *lib.* 9. *cap.* 5. *de Apibus*, vt cum onere per procliuia non ægrè deuolent. Impetus procliuis vndarum. Lucr. *lib.* 6 § Per translationem secundùm Cic. *lib.* 4. *Tusc* dicitur propriè in malis, de iis scilicet, qui ad aliquod vitium proni, inclinatique sunt. Ter. *in And.* Ita vt ingenium est omnium hominum à labore procliue ad libidinem. Cicer. *in Partit.* Adolescentiam procliuiorem esse ad libidinem. Silius *lib.* 11.—sceleri procliuis egestas. Cicer. 4. *Tusc.* Vt natura ad aliquem morbum procliuior, sic animus alius ad alia vitia propensior. § Procliue etiam dicitur quod facile factu est. Vnde in procliui esse, est facile, & in promptu. Plaut. *in Capt. sc.* 2. *a.* 2. Tam hoc quidem tibi in procliui, quàm imber est quando pluit. Cic. 2. *Offic.* Sed quum in hominibus iuuandis aut mores spectari, aut fortuna soleat, dictu quidem est procliue. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Nam istuc procliue est quod iubet. Cæsar. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Procliue erat iis, tranare flumen.

Procliue & procliui, idem, olim aduerbium. Gell. *c.* 24. *lib.* 10.

Prōclīuĭtĕr, procliuius, procliuissimè, aduerb. { ἐπιρρεπῶς, εὐεμπλώτως. GALL. *Facilement.* ITAL. & HISP. *Facilmente.* GERM. Ringer. ANGL. *Readely.* } Cicer. 5. *de finib.* Qui sperant, facilius, & procliuius ad laudem nobilitatis peruenient.

Prōclīuĭtās, atis, Naturalis inclinatio in rem aliquam, præsertim vitiosam. { ἐμπτωσις, εὐκαταφορία. GALL. *Inclination, facilité de choir* ITAL. *Inclinatione, facilità.* GER. Neigung fürnemlich zum bösen. HISP.

A quella inclinacion. ANGL. *Inclination or disposition to a thing.* } Nam in rebus bonis & laudabilibus, propriè facilitas dicitur. Cicer. 4. *Tusc.* Atque hæc aliorum ad alios morbos procliuitas latè patet. *Ibid.* Procliuitas ad ægrotandum: sed hæc in bonis rebus, quod alij ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, vt significet lapsionem.

¶ Procliuus, idem quod procliuitas. Tertull. ‖

Proclūs, πρόκλος, Lycius, discipulus Syriani, Philosophus Platonicus, præfuit scholæ Atheniensi: cuius discipulus & successor fuit Marinus Neapolitanus. Scripsit plura in Grammatica & Philosophia. Commentarios in totum Homerum, in Hesiodi ἔργα καὶ ἡμέρας, in Rempubl. Platonis, præterea contra Christianos Epicheremata XVIII. Hic est Proclus, qui post Porphyrium secundus contra nos latrauit: aduersùs quem Iohannes cognomento Grammaticus scripsit apologiam, dictitans eum, quanquam in rebus Græcorum magnum, stultum tamen esse, & in hac parte indoctum. Autor Suid. Is etiam est cuius hodie commentarios in Platonem habemus. Præceptor fuit M. Antonini, à quo ad Consulatum vsque prouectus est, vt scribit Spartianus. ¶ Proclus item alius fuit Malleotes patria, qui scripsit in Sophismata Diogenis, & contra Epicurum. ¶ Proculus cognomento Proculeius, è Laodicea Syriæ, qui scripsit mythologiam, in fabulam Pandoræ, apud Hesiodum: item Aurea carmina. Isagogen in Arithmeticam Nicomachi, & alia quædam in geometria. ¶ Proclum Naucratitam his Philostratus addit, quem dicit vnum fuisse ex suis præceptoribus, ac docuisse Athenis, filiúmque habuisse luxui deditum, qui non modò non seuerus fuit, verùm etiam vsque adeò indulgens, vt in alendis canibus, auibúsque ei adesset, dictitans has nugas eum citius cum senibus dimissurum, quàm cum æqualibus. In docendo hunc omnino fertur seruasse morem, vt ab initio à discipulis centum drachmas pro totius temporis mercede acciperet, bibliotheca domi publicata: vt illi solùm lectioni intenti, dum congeruntur, minimè per otium, vti moris est in ludo, mutuis inter se iurgiis, sibilísque perstreperent. Philostrat.

Prōco, as, are, teste Festo. { ἀναιδῶς αἰτῶ, ἀναισχύντως ἀξιῶ. GALL. *Demander effrontément.* ITAL. *Adimandare impudentemente.* GERM. Vnschamhafftiklich anstrengen/vnzüchtiklich begären/guzlen. HISP. *Demandar desuergonçadamente.* ANGL. *To dally wit wanthon language, to eye or beholde wantonly.* } Antiqui dicebant pro poscere, seu impudenter petere: vnde & Procacitas dicta est: quod & Nonius annotauit citans illud Ciceronis ex *lib. de Repub.* A procando, id est, poscendo procacitas nominata est. Liu. *Ægistho*, Quum quod parere vos maiestas mea procat, Toleratis, extemplóque illam deducitis. ¶ Procari quandoque pro assentari. Senec. *quæst. natur.* 4. *præfat.* Aiebat non esse occultè, nec ex dissimulato blandiendum. Perit, inquit, procari si latet.

PRŌCĀX, cis, Lasciuus, petulans, improbus, proteruus. { סורר *sorér* זד *zedh.* ἀσελγὴς, ἀναίσχυντος, ὑβριστικός. GALL. *Demandeur effronté, iniurieux, prompte à mal faire.* ITAL. *Procace, petulante, lasciuo.* GER. Vnuerschampt mit guzsen/mutwillig/fräuel. HISP. *Desuergonçado, pedigueño, destruydor.* ANG. *Shameles in crauing, ill tongued.* } quod nomen à procando, id est, poscendo, dictum esse, docet Nonius Marcellus ex sententia Cicer. *lib. 4. de Repub.* cuius hæc citat verba, A procando, id est, poscendo, procacitas nominata est. Alij tamen à prociendo, id est, prouocando, siue lacessendo dictum malunt. Idem Cic. *pro Cælio*, Temeraria & procax mulier. Idem *lib. 3 Epist.* Scio te non esse procacem in lacessendo. Terent. *in Hecyr.* Maligna multò & magis procax illicò facta est. ¶ Transfertur etiam ad inanimata, quod & Nonius annotauit. Virg. 1. *Æneid.*

——— penitúsque procacibus Austris.

Procacior. Ouid *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Cinnáque procacior anser.

Prŏcācĭssĭmŭs, Superl. Cornel. Tacit. *lib.* 17. Procacissimus etiam inter seruos lixarum ingenitis.

Prŏcācĭtās, procacitatis, Petulantia, lasciuia, improbitas, proteruia. { סרה *saráh* זדון *zadhón.* ἀσέλγεια, τὸ ἀκόλαστον. GALL. *Effrontément, eshontément.* ITAL. *Sfrontamento, sfacciatagine.* GERM. Ein mutwil/vnzucht mit guzlen/gottlose. HISP. *Desuergonçamiento.* ANGL. *Malapertnesse or wantonnesse in crauing.* } Cicer. *in Salust.* Non enim procacitate linguæ, vitæ sordes eluuntur. *Ibid.* Ne incidam in idem vitium procacitatis, quod huic obiicio.

Prŏcācĭtĕr, aduerbium, Proteruè, petulanter: vnde procaciùs & procacissimè. { ἀσελγῶς, ἀναισχύντως. GALL. *Effrontéement, eshontéement iniurieusement.* ITAL. *Alla sfacciata.* GERM. Vnzüchtiglich/mit mutwilliger fräuenheit. HISP. *Desuergonçadamente.* ANGL. *Wantonlie without shame, malapertlie.* } Liu. *lib. 8. bell. Punic.* Flagitatum quoque stipendium procaciùs, quàm ex more & modestia militari erat.

Prŏcī, dicuntur qui virginis mulierísve nuptias ambiunt: à procando, id est, poscendo dicti, vt ait Festus. { μνηστῆρες. GALL. *Poursuiuant femme à mariage, corriuaux.* ITAL. *Proci, riuali.* GERM. Die nach einer Tochter oder frawen werben/werber. HISP *Los que demandan muger para se casar.* ANGL. *Wooers.* } Ouid. *Epist.* 1.

Turba ruunt in me luxuriosa proci.

Cic. *de clar. Orat.* Et hos ignotos, & impudentes procos repudiemus.

Prŏcœtōn, locus is, προκοιτών, ante cubiculum virorum principum in quo quiescente domino, corporis custodes excubant. Nam πρόκοιτος Græcis est excubitor, & προκοιτεῖν, excubare. Vnde προκοιτὼν, quasi excubitorium. Plin. *epist.* 41. Post hanc cubiculum cum procœtone, altitudine æstiuum, munimentis hybernum.

Procomium, προκόμιον, anterior coma. à πρὸ & κόμη.

Proconius, a, um. Apud Hippocratem προκώνια ἄλφιτα, farina ex hordeo recenti & tenero. Ita dicta, quòd ex eo fieret, πρὸ τοῦ τὰς κώνους στῆναι, priusquam in comos componeretur & extrueretur.

Prōcōnnēsŭs, προκόννησος. Vulgò *Marmora.* Insula Propontidis, ante Cyzicum, alio nomine Elaphonnesus dicta: vtroque nomine à ceruis deducto. Hinc Proconnesius, sia, sium Plin. *lib. 5. vlt.*

PRŌCŌNSVL, is, masc. gen. qui cum potestate Consulari in prouinciam administrandam mittitur. Dicitur & diuisè *pro consule.* Erat autem Proconsul magistratus prouincialis, 1. qui gesto consulatu ibat in prouinciam. 2. qui ex prætura. 3. quæstor à decedente consule prouinciæ præfectus interdum & proprætor. { נצב *nitstsáb.* ἀνθύπατος, GALL. *Lieutenant du Consul.* ITAL. *Luocotenente di consolato, chi ha nella prouincia autorità di consolo.* GERM. Ein statthalter des Burgermeisterthumbs in einer vogtey/der an statt des burgemeisters ein herschafft mit volmechtiger gwalt verwaltet. HISP. *El consul en la prouincia, proconsul.* ANG. *A lord deputie or president.* } Cic. *de diu.* Quàm multi sunt anni, quum bella à Proconsulibus, & proprætoribus administrantur. Proconsulibus templa decernebantur. Suet. *in Aug. cap.* 52. ¶ Proconsule. Augustin. Ab e, litera vocali nullum Latinum, nisi iuncta præpositione, masculinum inuenitur: vt Præconsule, Proprætore. Ergo iuncta præpositione fiunt Latina. nam veteres nominatiuo casu Proconsul dicebant, attendentes nullum nomen Latinum exire in e, literam nominatiuo casu generis masculini.

Prōcōnsŭlātŭs, us, Dignitas Proconsulis. { ἡ ἀνθυπατεία. GALL. *L'office ou dignité d'vn Proconsul.* ITAL. *Tale dignità.* GERM. Die würde eines statthalters deß burgenmeistertumbs in einer vogtey. HISP. *Aquella dignidad de proconsul.* ANGL. *The offici or dignitie of the lord deputie or president.* } Plin. *lib. 14. cap.* 22. Ad proconsulatum vsque è Prætura honoribus gestis. Plin. iun. *Epist.* 12. Summotum à Proconsultatu, quia se in legatione turpiter gesserat.

Prōcōnsŭlārĭs, e, ad proconsulem pertinens Gell. *lib. 5. cap.* 14. Quum prouinciam Africam Proconsulari imperio meus dominus obtineret.

Prŏcŏpĭŭs, προκόπιος, E Cæsarea Palestinæ orator & sophista: scripsit res Iustiniani quæ in Oriente, aut Occidente, aut Africa per Belisarium Patricium gesserat. Cuius scriba & comes in cunctis expeditionibus fuit. Composuit item alterum librum quem inscripsit ἀνέκδοτα, id est, non edenda, siue non edita: Iustiniani, & eius vxoris Theodoræ vituperationem continentem. Autor Suid. ¶ Procopius, alius fuit tyrannus Constantinopolitanus, qui insurgens contra Valentem principem apud Natoliam Phrygiæ ciuitatem, in eius potestatem cum exercitu venit, proditus à duobus militibus: alligatus deinde duabus per vim reflexis arboribus, discerptus est: de proditoribus etiam sumptum supplicium. Ex historia tripartita.

Procotta, προκόττα, tonsuræ species, ὅταν τις τὰ πρόσθεν κομᾷ, i. cùm quis anteriore parte comatus est.

PRŎCRĀSTĪNO, as, In crastinum diem prorogo, diem de die traho, differo. { ὑπερήμερός εἰμι, ἀναβάλλομαι. GALL. *Delayer, differer de iour en iour.* ITAL. *Prolongare di giorno in giorno.* GERM. Von tag zu tag auffziehen. HISP. *Dilatar de dia en dia.* ANGL. *To delay, to differ frome day to day.* } Gell. *lib.* 16. Quæ relinquit perfecta expolitáque, omni poëticæ venustatis laude florent. Sed quæ procrastinata sunt ab eo, vt pòst recenserentur, nequaquam poëtæ nomine atque iudicio digna sunt. Cicer. *pro Sext. Rosc. Amer.* Ac primò rem differre quotidie, ac procrastinare isti cœperunt, deinde aliquanto lentiùs agere atque deludere.

Prōcrāstĭnātŭs, ἀναβεβλημένος. Gell. *lib. 17. c.* 10. Quæ procrastinata sunt ab eo, vt pòst recenserentur. i. relicta, vt emendarentur.

Prōcrāstĭnātĭo, verbale, Dilatio. { ὑπερημερία. GALL. *Delay, dilation de iour en autre, tardement.* ITAL. *Dilatione, tardemento.* GERM. Verzug von einem tag auff den anderen. HISP. *Aquella obra de dilatar, tardanza.* ANGL. *A delaying, differing.* } Cicer. 6. *Philipp.* Nam quum plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis.

Procrastinus. Gloss. Cyr. ἑωθινὸς matutinus, procrastinus.

PRŌCRĔO, eas, are, Liberos genero. { הוליד *holidh.* γεννάω. GALL. *Procreer, creer, engendrer.* ITAL. *Procreare generare.* GER. Gebären. HISP. *Engendrar ò criar.* ANGL. *To engender or beget.* } Plaut. *in Milite*, Nam procreare liberos, lepidum est onus Cicer. 3. *de finibus*, Consentaneum est huic naturæ, vt sapiens velit gerere, & administrare rempublic. atque, vt è natura viuat, vxorem adiungere, & velle ex ea liberos procreare. Idem antequam iret in exil. Sic enim ab initio fui animatus, vt non magis me mea causa putarem esse natum, quàm Reipubl. procreatum. Procreare alicui periculum. Idem *Ad Attic. lib.* 2. Quum diceret in summa se perfidiæ & sceleris infamia fore, si mihi periculum procrearetur ab eo quem ipse armasset, quem plebeium fieri passus esset. Plaut. *Aul. sc. 3 a.* 1 Quod tibi sempiternum salutare sit procreandis liberis volo te vxorem ducere.

Prōcrĕātŏr, procreatrix, & procreatio, verbalia. { מוליד *molidh* הורה *horéh.* γεννήτωρ, γεννητής. GALL. *Qui engendre, createur.* ITAL. *Generatore, procreatore.* GERM. Ein gebärer. HISP. *Criador, el que engendra.* ANGL. *An engenderer, begetter.* } Cicer. *de Vniuersitate*, Animum igitur quum ille procreator mundi Deus ex sua mente, & voluntate genuisset. Idem 1. *de Orat.* Neque enim te fugit laudandarum artium omnium procreatricem quandam & quasi parentem esse eam quam φιλοσοφίαν Græci vocant. Idem 1. *Tuscul.* Quid procreatio liberorum? quid propagatio nominis.

Prōcrĕātŭs, Natus. Cicer. *de finib.* Vt natura diligi procreatos non curaret,

Prōcrēsco, Cresco, vel augeor. { גדל *ghadhál.* αὐξάνω. GALL. *Croistre & augmenter.* ITAL. *Crescere.* GERM. Wachsen oder herfür wachsen. HISP. *Crecer.* ANG. *To increase and grow vp.* } Lucr. *lib.* 2.

Et res progigni, & genitas procrescere posse.

Prŏcrĭs, πρόκρις, Erechthei Atheniensium regis filia fuit, soror Orithyiæ, quæ Cephalo nupsit: qui quum castitatis vxoris suæ periculum facere vellet, Auroræ opera, quæ illum adamabat, in mercatorem mutatus, ingentibus muneribus illius pudicitiam solicitauit: quúmque illa pretij magnitudine propemodum succumberet, Cephalus recepta prioris forma, perfidiam illi exprobrauit. Quod Procris quum inficias ire non posset, pudore impulsa, relicto viro, domúmque eius perosa, in syluas sese locáque deserta contulit. Tandem tamen viro reconciliata, iaculum ei ineuitabile, & canem Lælapa nomine dedit, quem à Minoë dono acceperat. Postea quum à rustico quopiam audisset, Cephalum Auræ cuiusdam amore teneri (cuius ille nomen inter venandum, quum æstu laboraret, sæpiùs inculcabat) in frutetis sese occultauit, vt pellicem deprehenderet. Quum itaque Cephalus æstu laboréque fatigatus, se ad virgulta recepisset, & sub arboris quadam vmbra recumbens, Auram ex more inuocaret, Procris suspicata iam pellicem offuturam, quo rem omnem meliùs cognosceret, sese erigens, virgulta commouit

cōmouit. Qua re animaduersa, Cephalus ferā ratus, iaculum suum emisit, vxoremque charissimam ineuitabili ictu interfecit. Fabulam hanc latiùs exequitur Ouid. *lib.* 7. *Metam.*

Prŏcrūstēs, προκρούστης. Plutarchus *in Rom.* Latro insignis in Attica regione, ad Cephisum flumen habitans: qui hospites interimere solitus, tandem à Theseo est interfectus. Ouid. 7. *Metam.*

——tellus Epidauria per te
Clauigeram vidit Vulcani occumbere prolem:
Vidit & immitem Cephisias ora Procrusten.

Prŏcŭbo, as, ui, itum, Procumbo. { השתחוה נטה *natáh* השתחוה *hischtachavâh.* κατακεῖμαι. Gall. *S'encliner & pancher.* Ital. *Abbassar.* Ger. Niderligen. Hisp. *Mucho caer, abaxarse.* Angl. *To lit flatt or prostratt.* } Interdiu idem quod vigilo, siue excubias ago. προκοιτέω. Nonnunquam idem quod demitto, vel inclino. Virg. 3. *Georg.* Musculus vbi, & viridissima gramine ripa, Speluncæque tegant, & saxea procubet vmbra.

Prŏcŭbĭtŏr, is, qui noctu custodiæ causa incubat quum castra hostium in proximo sunt. { שמר *schomér.* φρουρὸς, πρόκοιτος. Gall. *Qui de nuict faict le guet deuant le camp, sentinelle.* Ital. *Chi fa la sentinella, chi deue far la scholta auanti all' esercito.* Ger. Ein wächter vor dem läger. Hisp. *La escucha del campo.* Angl. *He that keepeth wath and warde without the campe.* } Festus.

Prŏcūdo, is, Prolato, cudendo extenuo, seu probè cudo. { παρατείνω, σφυρηλατέω. Gall. *Attenuir en forgeant & aguisant forger.* Ital. *Assottigliare agguzzare battendo.* Ger. Breit schmiden, tenglen scharff schlagen. Hisp. *Labrar de martillo.* Angl. *To mak lesse or thinner by beating.* } Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem

Ira procudit enses. Horat. 4. *Carm. Ode* 15. Procudere dolos. Plaut. *in Pseud.* Linguam procudere. Cicer. 3. *de Orat.* Non enim solùm acuenda nobis, atque procudenda lingua est: sed onerandum complendúmque pectus maximarum rerum & plurimarum suauitate, copia, varietate. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Hic mihi incus est, procudam hinc hodie multos dolos.

Prŏcŭl, aduerb. Longè, quasi procul ab oculis. { מרחוק *merachôk.* ἀπόθεν, πόῤῥω. Gal. *De loing, loing.* Ital. *Di luntano, di lungi.* Germ. Von fors nauß oder weitnauß, ferr, weit. Hisp. *De lexos.* Angl. *Farre, farre of.* } Dicitur & de loco minus longinquo. Virg. 5. *Æneid.*

Est procul in pelago saxum.

Quod certè non minus longè fuisse debet intelligi, ne periret voluptas spectaculi. Idem *in Selino,*

Sertæ procul tantùm capiti delapsa iacebant.

Vbi Seruius, Procul, modò propè: nam intulit, tantùm capiti delapsa, vt ostenderet non longiùs prouolutam esse coronam. Dicimus aliquando, Procul hinc id est, longè ab hoc loco. Terent. *in Hecyra,* Quem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi, vxor. ¶ Item procul aliunde. Cic. 4. *Verr.* Quia non posset negare ab illis pecuniam datam non quæsiuit procul aliunde. ¶ Procul pro longè, habet aliquandò sequentem à, præpositionem cum ablatiuo. Terent. *in Adelph.* Postremò quando ego conscia mihi sum, à me culpam esse hanc procul. Aliquando & procul & longè, simul in eadem oratione ponuntur. Plaut. *in Curc. sc.* 2. *a.* 2. Hac nocte in somniis visus sum viderier procul cedere longè à me Æsculapium. Senec. *cap.* 17 *de consol. ad Polyb.* Procul hoc ab omni Rom. viro. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. Cùm ex alto procul nautæ terram conspicunt. ¶ Procul aliquando præpositio est, deseruiens quandoque ablatiuo: vt procul dubio, perinde est acsi dicas, certè. Sueton. *in Claud. Cæs.* Reliquit filium omnibus gentis suæ procul dubio præferendum. Ad eundem etiam modum dicimus procul vero, pro eo quod est à veritate abhorrens. Colum. *in Præfat. lib.* 1. Nam illud procul vero est quod plerique crediderunt, facilimam esse, &c. Liu. *lib.* 8. d. 4. Procul mari. Ouid *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Atque procul latio diuersum missus in orbem.

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.* Vita procul patria peragenda.

Prŏcŭlco, as, Conculco, protero calco. { רמס *ramás.* καταπατέω. Gall. *Fouler aux pieds.* Ital. *Conculcare, atterrare.* Germ. Zerträtten. Hisp. *Hollar ò patear, ò pisar.* Angl. *To treade, to stampe, or trample vpon.* } Col. *lib.* 2. *c.* 20. Nam à pecudibus legumina proculcantur: herbæ etiam atteruntur vngulis: atque glabrescit, & fit idonea trituris area. Liu. 10. *ab Vrbe,* Et turbatus eques sua ipse subsidia territis equis proculcauit. Ouid. 8. *Metam.*

Is modò crescentes segetes procul at in herba.

Proculcatus, a, um. Gell. *c.* 4 *lib* 18. Proculcata hæc & prolata vulgò.

Prŏcŭlcatio, καταπάτησις. Senec. *de tranq. vitæ c.* 11. Quod regnum est cui non parata sit ruina, & proculcatio, & dominus & carnifex?

Prŏcŭlēĭus, προκουλήϊος, vt scribit Acron Horatij interpres, Eques fuit Romanus, Augusti amicissimus, qui adeò pius erga fratres suos Scipionem & Murænam fuit, vt spoliatis bello ciuili patrimonium suum ex integro diuiserit, quod cum eis iam antea diuisisset. Hæc Acron apud Horatium *lib.* 2. *Carm.* Huius meminit & Plutarch. *in vita Antony,* dicens Antonium paulo antequam expiraret admonuisse reginã Cleopatram, vt sibi ac rebus suis consuleret: & maximè omnium qui cum Cæsare Augusto erant, Proculeio se crederet. Mortuo Antonio Augustus Proculeium misit, vt curaret Cleopatram viuam in suam potestatem perducendam: quúmque illa arrepto ense vellet sibi mortem inferre, Proculeius ensem è manibus ademit. ¶ Proculeius dicitur qui patri procul absenti nascitur. Plutarch *in Coriolan.*

Prŏ ŭlĭnant, Promittunt, ait significare Antistius de iure pontificiali, *lib.* 9.

‖ Proculiunt, promittunt. Fest. ‖

Prŏcŭlŭs, cognomen eius qui natus sit patre peregrinante procul à patria. Plaut. *Menæch.* Iubeas Proculum afferri tibi.

Prŏcumbo, is, Prosterno, humi iaceo. { השתחוה *hischtachavâh* κατάκειμαι. Gall. *Estre couché, s'encliner & pancher.* Ital. *Abbassersi, giacere in terra, inchinarsi.* Ger. Niderligen. Hisp. *Abaxarse, inclinarse.* Ang. *To lie flat and bend downewad.* } Liu. *lib.* 1. Ipsum fessum via procubuisse. Ouid. 13. *Metam.* Achilles procubuit. *Ibidem,*

——Qui nostra sub mœnibus verbis
Procubuere manu.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

——tempore duro
Cognite, res p stquam procubuere meæ.

Col. *lib.* 1. Lata bubilia esse oportebit pedes decem, vel vt minimum nouem. Quæ mensura & ad procumbendum pecori & iugario ad circumeundum laxa ministeria præbeat. Virg. 1. *Æneid.*

——ne grauidis procumbat culmus aristis.

Idem 8. *Æneid.*

——& viridi fœdam Mauortis in antro
Procubuisse lupam.

Significat interdum demitti. Plin. *lib.* 16. *c.* 36. de arundinibus, Omnibus verò folia à nodo orsa, complexu tenues per ambitum inducunt tunicas, atque à medio internodio quum plurimum desinunt vestire, procumbúntque. hoc est, in terram inclinantur. Lucan. *lib.* 3.

Et procumbentes iterum consurgere taxos.

Prŏcūro, Administrationem rerum alienarum gero. { ἐπιτροπεύω, ἐπιμελέομαι. Gal. *Procurer, auoir la charge des affaires d'autruy.* Ital. *Procurare, amministrare cose d'altri.* Germ. Verwalten, versorgen oder versähen. Hisp. *Procurar negocios.* Angl. *To haue the charge of an others businesse.* } Plaut. *Menech. sc.* 6. *a.* 5. Qui rem herilem procurat, videt, collocat. Cæl. *lib.* 2 *de bell. ciuil.* Procurandæ hæreditatis caussa in prouinciam venerat. Cic. *Cornificio,* Is procurat rationes Dionysij. ¶ Aliquando ponitur pro studiosè curare. ἐπιμελέομαι. Apuleius, Hunc enim equulum suum curiosè nimis procurantem inueni. Cato *de re rustica.* Eodem modo cæteras arbores procuratos. Plaut *in Curcul. sc.* 2. *a.* 4. Tibi opus est hoc te procures. Et mox, Da mihi istas minas decem, qui me procurem, (i. lautè tractem.) ¶ Procurare aliquando est expiare. Ouid. 3. *Fast.*

His, inquit, facito mea tela procures,

quod supra dixit, piare fulmen. Gell. *c.* 5. *lib.* 4. Procurare fulgur contrariis religionibus. Et motum hastæ martiæ hostiis maioribus. Idem Gell. *c.* 6. *lib.* 4. Procurare fulgur. Suet. *in Galba c* 4. Gell *lib* 4. *c.* 6. Vt terram mouisse nuntiari solet, eáque res procuratur, vnde & procuratio verbale in eadem significatione. Procurare agrum pro colere, idem *cap* 2. *lib.* 19

Prŏcūrātŏr, is, qui absentis negotia gerit. { διοικητής. Gall. *Procureur,* Ital. *Fattore procuratore.* Germ. Ein verwalter / schäffner. Hisp. *El que procura, procurador.* Angl. *A proctour, that seeth to an others affaires.* } Vlpian. *de Procuratoribus & defensor. l.* 1. Procurator est qui aliena negotia mandato domini administrat. Actores verò causarum, causidici dicuntur. ¶ Procurator peni. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Ego sum promus condus, procurator peni. ¶ Procuratores ducenarij Sueton. *in Claud. cap.* 24. ¶ Procuratores quidam videntur in exercitu fuisse, quam Suet. *in Galba cap.* 9. scribit Neronem ad eos scripsisse de interficiendo Galba.

Prŏcūrātōrĭus, a, um, quod ad procuratorem pertinet. { κηδεμονικός. Gall. *Appartenant à procureur, de procureur* Ital. *Di procuratore.* Germ. Das einem verwalter oder schäffner gehört. Hisp. *Cosa de procurador.* Angl. *Belonging to a proctour.* } vt Procuratoriæ literæ, Procuratorium munus.

Prŏcūrātrix, icis, verbale fœmininum. { ἡ ἐπίτροπος, ἡ κηδεμών. Gall. *Procuratrice, celle qui a la charge ou soing de quelque chose.* Ital. *Procuratrice.* Ger. Ein verwalterin, schäffnerin, ein versorgerin. Hisp. *Procuradora.* Angl. *She that doeth an others businesse.* } Cic. 4. *de fin.* Sed quum sapientiam totius hominis custodem & procuratricem esse vellent, quæ esset naturæ comes.

Prŏcūrātio, Administratio, cura. { διοίκησις. Gall. *Charge & administration qu'on a de quelques affaires, soing.* Ital. *Vfficio, gouerno d'altri, cura, amministratione.* Germ. Verwaltung, versorgung. Hisp. *Aquella obra de procurar negocios procuracion.* Angl. *The office or charge in doing a thing.* } Cic. *lib.* 1 *de nat. deor.* Sunt enim philosophi, & fuerunt qui omnino nullam habere censerunt rerum humanarum procurationem deos. Cæs. 3. *de bell. ciu.* In Procuratione regni esse. Suet. *in Galba c.* 15. Procuratione amplissima ornare aliquem. Salust. *in Iugurth.* præcepit, vti regni Numidiæ tantummodo procurationem existimarem meam: cæterùm ius, & imperium penes vos esse. ¶ Procuratio item expiatio est. Cic. 1 *de diuinat.* Atque etiam scriptum à multis est, quum terræmotus factus esset, vt ne plena procuratio fieret.

Prŏcūrātiuncula. Senec. *Epist.* 32. Nec Scylla, aut Charybdis adeundæ sunt, quæ tamen omnia transisti procuratiunculæ pretio.

Prŏcurro, is, curri, cursum, In apertum curro, ante curro, velociter procedo. { προτρέχω, προτρέχω. Gall. *Courir deuant, s'auancer de courir,* Ital. *Andare innanzi velocemente, correre auanti.* Germ. Fürlauffen. Hisp. *Andar adelante, correr à lexos.* Angl. *To runne before.* } Colum. *lib.* 6 Ex domitis bobus valentissimum, eundémque placidissimum, cum indomito iungimus, qui & procurrentem retrahat, & cunctantem producat. Cæsar. 7. *bell Gall.* Quoties quæque cohors procurrerat, ab ea parte magnus hostium numerus cadebat. Virg. 9. *Æneid.*

Et conserre manum & procurrere longius audent.

Liu. *lib.* 34. Quis est hic mos procurrendi per vias? Et Ouid. 4. *Fast.*

Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor Trinacris.

Prŏcurrēns, is, participium. { προτρέχων, προτρέχων. Gal. *Qui court & s'auance deuant.* Ital. *Che corre auanti.* Germ. Fürlauffend oder sich fürauß streckend. Hisp. *Que corre adelante.* Ang. *That runneth before.* } Virg. 5. *Æneid.*

——Infelix saxis in procurrentibus hæsit,

hoc est, promittentibus, & velut obuiam venientibus, inquit Seruius.

Prŏcursŭs, us, Actus procurrendi. { ἡ ἐκδρομή. Gal. *Course, saillie sur les ennemis.* Ital. *Correria, corsa.* Germ. Das herfürlauffen. Hisp. *Corrida à lexos.* Angl. *Running or assault vpon the ennemis.* } Liu. *lib.* 2. Tumultuario prælio, ac procursu magis militum quàm ex præparato, aut iussu Imperatorum orto, haudquaquam par Pœnis dimicatio fuit. Virg. 12. *Æneid.*

Quem rota præcipitem, & procursu concitus axis
Impulit effuditque solo.

Prŏcursio, nis, verbale fœmininum, Excursio, vel digressio à caus { παρέκβασις. Gal. *Course, digression,* Ital. *Corsa, correria.* Ge

Fürausslauffung/aussschweiffung. HISP. *Corrida.* ANG. *A going or running out frome the cause.* } Quint. *lib.* 4. *cap.* 3. Non semper est necessaria post narrationem illa procursio.

Prōcŭrsŏ, as, frequentatiuum { ἐκτρέχω, καταθέω. GALL. *Courir sus, courir souuent.* ITAL. *Correre spesso.* GERM. Offt herfür oder fürauss lauffen. HISP. *Correr à menudo.* ANGL *To runne often.* } Liu. *lib.* 27. Ibi per dies aliquot quum ab stationibus procursaretur, mista equitum, peditúmque tumultuosa magis prælia, quàm magna. Idem 3. *ab Vrbe,* Modò procursantes pauci, recurrentésque.

Procursator, is. GALL. *vn Coureur, qui faict des courses sur les ennemis.* Liu. *lib.* 2. *d.* 5.

Prōcŭrsātĭo, nis. { προδρομή. GAL. *Saillie & course sur les ennemis.* ITAL. *Assalto ò corsa sopra nemici.* GERM. Das embsig herfürrennen oder hinaussläuffen. HISP. *Corrida contra los enemigos.* ANGL. *A running vpon the enemeis.*} *lib.* 28. A quibus vbi per procursationem commissa pugna esset, &c.

Prōcŭruŭs, Valde curuus. { κατακυφός, ἐπικαμπής. GALL. *Courbé par deuant, fort courbé.* ITAL. *Molto torto.* GERM. Fast krumb. HISP *Muy corcobado, ò coruo.* ANGL. *Very crooked.*} Virg. 2. *Georg.*

Contrà nulla est oleis cultura, nec illa
Procuruam expectant falcem.

Littora procurua, idem 5. *Æneid.*

Prōcŭs, i, vide *Proci.*

Prōcūstēs, vide *Procrustes.*

Procymea, προκυμαία, moles opposita fluctibus: murus structus ad repellendum fluctus. eam sic describit Ouid. *lib.* 11. *Metam.*

——— *adiacet vndis*
Facta manu moles, quæ primas æquoris vndas
Frangit & incursus quæ prædelassat aquarum.

Prŏcyŏn, is, gen. penultima correpť. προκύων. Sidus æstiuum, Canis ortum præuertens: vnde etiam à Latinis verbum ex verbo exprimentibus, Antecanis appellatur. Cicer. 2. *de natur. deor.* — geminis est ille sub ipsis Antecanis, Procyon Graio qui nomine fertur. Ex Arato, Antecanis tamen nomen videtur minus vsitatum fuisse, & à Cicerone primùm confictum: vnde etiam Plin. *lib.* 18. *capit* 58. sidus hoc nomen Latinum habere negat, nisi quis (inquit) Caniculam velit appellare. Colum. tamen *lib.* 11. *cap* 2. Caniculam manifestè distinguit à Procyone: huius ortum, Idibus Iuliis: illius, VII. Calend. Augusti assignans, Caniculam nimirum appellans quem nos Canem dicimus.

Prōdĕambŭlo, prodeambulas, Forâs deambulo. { προπεριπατέω. GALL. *Se promener deuant ou hors la maison.* ITAL. *Passeggiare dauanti ad vn luogo.* GERM. Voraushin vmb einander gehn. HISP. *Passearse antes.* ANGL. *To walk before or forth.*} Terent. *in Adelph.*

Prōdentia. Gloss. Philox. Prodentiæ δεινότητ@. in Gloss. Cyr. δεινότης exponitur malitia, iniquitas, sæuitia. Propriè est vehementia, quum quis prodit & explicat ad nodum vires suas.

PRŌDĔO, is, iui, vel ij, itum, ex pro & eo, d, interposita, Procedo, vltrà eo, siue foras exeo, quasi porrò eo. { יצא *jatsá.* προϊέναι, προέρχομαι. GALL. *Sortir.* ITAL. *Vscire fuori, comparire.* GERM. Herfür gehn/ aussihin gehn. HISP. *Yr à fuera, ò salir à plaça.* ANG. *To come or go forth.*} Cic. *App. Pul.* An ego obuiam tibi non prodire, primùm Appio Pulchro, deinde Imperatori? Idem *lib* 1. *Offic.* Scenicorum quidem mos tantam habet disciplinæ veteris verecundiam, vt in scena sine subligaculo prodeat nemo, id est, exeat. Cæs. 5. *bell. Gall.* Suo more conclamauerunt, vti aliqui ex nostris ad colloquium prodirent.

Prōdĭtŭr, impersonale. Cic. *pro Muren.* Eccui autem non proditur reuertenti? Subaudi, obuiam.

Prōdĭcŭs, πρόδικος. Philosophus fuit patria Cous: cuius quanta fuerit autoritas, ex Xenophonte deprehendere licet, qui in Bœotia captus, vadem pro reditu dedit. In consilio Atheniensium magnam est laudem adeptus, quanquam voce grauiore atque absona. Conatúsque est in ea ciuitate primarios ex nobilissimis familiis adolescentes sibi deuincire, quorum hospitium vsui sibi & voluptati foret. Hæc ex Philostr. Suidas autem dicit Ceum eum fuisse ex Iulide oppido, & Democriti ac Gorgiæ temporibus floruisse, librúmque edidisse qui inscribitur ὧραι, in quo finxit Herculem virtuti pariter ac voluptati congressum, & vtraque hunc ad se trahente, tandem à virtute persuasum alteram spreuisse. Fuit & Prodicus alius, medicus, ex Selymbria ciuitate, Hippocratis discipulus, qui primus Iatralepticen instituit, teste Plin. *lib.* 29. *cap.* 1.

Prōdĭctātŏr, prodictatoris, qui extraordinariam Dictaturam gerit, quíque in locum Dictatoris substituitur. Liu. *lib.* 22. Prodictatorem populus creauit Qu. Fabium Maximum.

Prōdĭgæ hostiæ, à veteribus dicebantur quæ totæ consumebantur igni, vnde & homines luxuriosi, prodigi dicti sunt: vt ex Verannij sententia tradit Festus.

PRŌDĬGĬVM, ij, Monstrum, portentum, ostentum: dictum quasi prodicium, quòd porrò dicat, significet, & aliquid futurum esse portendat. { מופת *mopheth.* τέρας. GALL. *Prodige, monstre.* ITAL. *Mostro, prodigio.* GERM. Ein wunderzeichen/ ein vnnaturlich ding/ ein wunderwerck der natur. HISP *Milagro que significa mal, prodigio.* ANGL. *A monster that fore tokeneth some thing.*} Festus, prodigia quod prædicunt futura, permutatione g literæ? namque nunc c appellatur, ab antiquis g vocabatur. Nonius, Prodigia, deorum minæ, vel iræ. Virg 3. *Æneid.*

Sola nouum, dictúque nefas Harpyia Celæno
Prodigium canit.

Cicer. 6. *Verr.* Etenim multa sæpe prodigia vim eius numénque declarant.

Prōdĭgĭātŏr, qui ex prodigio futura pronuntiat. { τερατοσκόπ@. GALL. *Qui declare & interprete les prodiges.* ITAL. *Chi interpreta tali prodigi & segni.* GERM. Der auss den wimderzeichen oder wunderwercken der natur künfftige ding weissaget. HISP. *El que declara tal milagro.* ANG. *He that sheweth any thing. to come by a monster.*} Festus, Prodigiatores aruspices, prodigiorum interpretes.

Prōdĭgĭōsŭs, a, ŭm, Monstrosus, portentosus: quòd scilicet malum, clademm, exitium futurum portendit, quod præter naturam est & consuetudinem. { τερατώδης. GAL. *Prodigieux, monstrueux, contre nature.* ITAL. *Prodigioso, mostruoso.* GER. Vnnatürlich/gar wundersam/dassich wider der natur lauff zutregt. HISP. *Cosa de aquel milagro.* ANGL. *Monstrous, against the common course of nature.*} Plin. *lib.* 10. *c.* 63. Partus aliquando singuli, quod prodigiosum putant.

Prōdĭgĭālĭs, e, Nonnunquam idem est quod prodigiosus. τεράστι@. Aliquando idem quod prodigium auertens: vnde prodigialis Iupiter dictus est cui expiandorum prodigiorum gratia sacra fiebant. ἀποτρόπαι@. Plaut. *in Amph.* Sed mulier postquam experrecta es, prodigiali Ioui Aut mola salsa hodie aut thure comprecatum oportuit. Rubens prodigiale cometes. hoc est, prodigialiter, nomen pro aduerbio. Claudian. *de raptu Proserp.*

Prōdĭgĭōsē, aduerbium, Præter morem, vel naturam. { τερατωδῶς. GALL. *Contre nature.* ITAL. *Contra natura.* GER. Vnnatürlich/wider den gemeinen lauff der natur. HISP. *Contra la natura.* ANG. *A gainst nature.*} Plin. *lib.* 11 *cap.* 37. Lien cum iecinore locum aliquando permutat, sed prodigiosè.

Prōdĭgĭālĭtĕr, aduerbium, Prodigiosè. τεραστίως. Col. *lib.* 3. *c.* 3. Nam illa videntur prodigialiter in nostris Cerætanis accidisse. Horat. *in Arte.*

Qui variare cupit rem prodigialiter vnam.

PRŌDĬGO, is, egi, supinum non legi: ex pro, & ago, d, euphoniæ causa interposita, Consumo, profundo, liberalitatis limites dando egredior, vltra modũ erogo. { אכל *achál.* ἀσωτεύομαι, ἀλφοφέω, καταδαπανάω. GALL. *Cõsumer & despẽdre tout.* ITAL. *Consumare prodigamente.* GERM. Durchhin reiben/ verthun vergeuden. HISP *Gastar demasiadamente.* ANG. *To spend muche, to consume and wastriotously.*} Vnde prodigus, qui sua dilapidat & profundit, ex eo quòd sua foras agat, propellat & protundat. Plaut. *in Aulul. sc.* 5. *a.* 2. Festo die siquid prodegeris profesto egere liceat nisi peperceris. Neuius *in Tarentilla*, Vbi isti duo adolescentes habent, qui hîc antè parta patria prodigunt? Gell. *cap.* 27. *lib.* 2. Prodigendos artus suos dare fortunæ. ¶ Aliquando significat producere, quasi procul agere. Varro 2. *de re rustica cap.* 4. *de suibus,* Admissuras quum faciunt, prodigunt in lutosos limites. Idem *lib.* 3. *c.* 9. Prodigendi in solem & sterquilinium, vt se volutare possint, quod ita albiores fiunt.

Prōdĭgŭs, i, Profusus, effusus, nepos, dissolutus perditus. { ἄσωτ@. GALL. *Prodigue.* ITAL. *Prodigo.* GERM. Geudig/ der das sein durchhin reibt/ oder durchhin richtet. HISP. *Prodigo ò gastardo.* ANGL. *A waster, agreat spender or lasher out of money.*} Cicer. 2. *Offic.* Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & visceratiónibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationúmque apparatu pecunias profundunt in eas res quarum memoriam aut breuem, aut omnino nullam sunt relicturi: liberales, qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt causa amicorum, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur vel in re quærenda, vel augenda. Idem *in Catil.* Homo largitor & prodigus. ¶ Auri prodigus, Claudian. 2. *Paneg* Æris prodigus, Horat. *in Arte,* Cicer. *ad Brut.* Quòd in honoribus decernendis essem nimis, & tanquam prodigus. Plaut. Prodigum te oportet fuisse in adolescentia? Am. Quî dum? M. Quia senecta ætate à me mendicas malum. ¶ Prodigus animæ, & sanguinis, qui vitæ suæ non parcit. Horat. 1. *Carm. Ode* 12.

——— *Animaque magnæ*
Prodigum Paullum superante Pœno,
Gratus insigni referam camœna.

Vbi Porphyr. Æmylium Paulum dicit fuisse prodigum, id est, contemptorem vitæ. Velleius, Prodigus suæ fortunæ & pudicitiæ. Ouid. 3. *Amor. Eclog.* 8.

Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ.

¶ Locus prodigus multæ herbæ. Horat. 1. *Epist.* Prodigus re aliqua Plin. *lib.* 9. *c.* 17. Asinius Celer è Consularibus, hoc pisce prodigus, Claudio principe vnum mercatus octo millibus nummûm. de mulis.

Prodiga lingua. Gell. *cap.* 15. *lib.* 1. Quorum lingua tam prodiga infrænísque sit, vt fluat semper & æstuet colluuione verborum teterrima.

‖ ¶ Prodigæ hostiæ vocantur, vt ait Veranius, quæ consumuntur, vnde homines quoque luxuriosi prodigi.‖

Prōdĭgē, aduerbium, Profusè, abundanter. { ἀσώτως. GALL. *Prodigalement.* ITAL. *Prodigamente.* GERM. Geudiglich. HISP. *Prodigamente y costosamente.* ANGL. *Prodigallie, with wasting or riotousnesse.*} Cicer. 11. *Philipp.* Sed non possunt non prodigè viuere qui nostra bona sperant, quum effundunt sua.

Prōdĭgĭtās atis, Profusio, nimia liberalitas. ἀσωτία. Lucil. *lib.* 6. *Satyr.*

Nequitia occupat, hoc petulantia, prodigitásque.

Alij *os,* pro hoc legunt.

Prōdĭgentĭa. æ, à prodigo, prodigis. Profusio. { ἀσωτία. GALL. *Prodigalité.* ITAL. *Dissipamento.* GER. Geuditgeit/verthuung/verschwendung. HISP. *El habito vicioso de gastar gastamiento.* ANGL. *wasting riotousnesse.*} Tacit. *lib* 13. Cuius abditis adhuc vitiis per auaritiam, ac prodigentiam mirè congruebat.

Prōdĭnūnt, Antiqui pro *prodeunt* dixere. Ennius *Annal. lib.* 3. Prodinunt famuli, quum candida lumina lucent.

‖ Prodiorthosis, προδιόρθωσις figura, moderatio & correctio.‖

Prōdĭŭs, Antiqui dixerunt pro interius, longius (inquit Nonius) à prodeundo, quasi porrò eundo. Varro *in Virgula diuina,* Primum venit in vrbem, atque intra muros, deinde accidit prodius, atque introiuit domum.

PRODO, is, idi, Proiicio, desero, exclūdo, propello. { נדח *nadhách.* ἐκβάλλω, ἀπωθέω. GALL. *Ietter loing.* ITAL. *Gettar via.* GERM. Hinstossen/ verstossen/vertreiben. HISP. *Echar lexos.* ANGL. *To cast farre of.*} Virg. 1. *Æneid.*

Nauibus (infandum) amissis vnius ob iram
Prodimur, atque Italis longè disiungimur oris.

¶ Aliquando ponitur pro ostendere, patefacere. { גלה *ghilláh* השמיע *hischmiáh.* ἐκφέρειν, ἐξαγορεύειν. GAL. *Diuulguer publier.* ITAL. *Manifestare, diuolgare.* GERM. Anzeigen oder angeben/aussbringen/entdecken. HISP.

Hisp. *Demonstrar, manifestar.* Angl. *To disclose, to bewray.* } Virg. 3. *Æneid.*

Prodere voce sua quenquam, aut opponere morti.

Suet. *in Aug. c.* 66. Quòd hic (Mœcenas) secretum de comperta Murænæ coniuratione vxori Terentiæ prodidisset. Ouid. 13. *Metam.*

——*Nitor Galea*
Insidias prodet, manifestabitque latentem.

Ibid. Cuncta coëgi (Dolonem) prodere (sub. hostium consilia.) Sueton. *in Tiber. cap.* 50. Odium aduersùs necessitudines in Druso primùm fratre detexit: prodita eius epistola. Liu. 6. *ab Vrbe* Prodere temeritate & inscitia res. (i. declarare, referre.) Item Ouid. 13. *Metam.* Prodere rem Danaûm. ¶ Item pro differre, protrahere, παρέλκειν. Terent. *in And.* Credo, impetrabo, vt aliquot saltem nuptiis prodat dies. ¶ Item pro propagare. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

Sed fore qui grauidam imperiis, bellóque frementem
Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri
Proderet.

¶ Item ponitur pro tradere, dare. { מסר *masár* נתן *nathán* הסגיר *hisghir.* παραδιδόναι. Gall. *Trahir.* Ital. *Tradire.* Germ. Vbergeben/verrahten. Hisp. *Hazer traycion.* Angl. *To betraye.* } Salust Antequam arcem proderent hostibus. Cicer. 3. *de finibus*, Nam vt peccatum est patriam prodere, parentes violare. ¶ Prodere item aliquando ponitur pro emittere, & dimittere, Modest. *l.* 4. *D. de cust. & exhib. reor.* Non est facile tyroni custodia credenda. nam ea prodita, is culpæ reus est qui eam commisit. Item, Quod si fugitiuum domino reddendum prodiderit. Ex Hotom. Prodere posteris, est posteris tradere, vel ad posteros transmittere. Cicer. *de sen.* Non accipere modò hæc à maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodere. ¶ Prodere memoriæ, est litteris mandare. Δοῦναι τῷ λόγῳ, ἱστορεῖν, ἀναλαμβάνειν. Cicer. *Appio*, Quum studium consumes in virorum fortium factis memoriæ prodendis. Pro eodem etiam legitur, Prodere memoria. Cæsar. 5. *bell. Gall.* Quos natos in insula, ipsi memoria proditum dicunt. Cic. *de Orat.* Quia memoria sic esset proditum. Item prodere memoriam, id est, propagare, & ad posteros transmittere. Cæsar. 1. *bell. Gall.* Ne committerent, vt is locus vbi constitissent, ex calamitate populi Romani, & exercitus internecione nomen caperet, aut memoriam proderet. Interdum supprimitur nomen memoriæ. Plin. *lib.* 6. *cap.* 23. Regnabat ibi quum hæc proderem, Celebrotas. Cicer. *lib.* 3. *Offic.* Vtile videbatur Vlyssi, vt quidam Tragici poëtæ tradiderunt. Plin. *lib.* 2. *cap.* 7. D. Augustus læuum sibi prodidit calceum præposterè inductum, quo die seditione militari propè afflictus est, id est, significauit, siue retulit. Sic dicimus, Fama prodit, id est, refert Celsus, Quosdam fama prodidit in ipsis funeribus reuixisse. ¶ Prodere, autore Donato, aliquando est decipere, deserere. Terent. *in Adeplh.* Prodidisti & te, & illam miseram, & gnatum. ¶ Prodere exemplum est tradere, vel monstrare, vel aliquid designare vnde alij sumant exemplum. Cicer. *pro Flacco*, In hoc eo nequod perniciosum exemplum prodatur pertimesco. *Ibidem*, ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. ¶ Prodere fidem, est iureiurando non stare. Salust. *in Catilin.* Sed ea sæpè antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat. ¶ Prodere officium, est officio deesse, aut contra officium facere. Cicer. 4. *Academ.* Qui statuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacerari potius quàm aut officium prodat, aut fidem. ¶ Prodere vitam, est se vitæ à periculo exponere. ¶ Prodere legem, destituere. Vlpian. *ad legem Iul. de adult.* Legem prodidisse dicitur ob hoc quòd accusationem adulterij aggressus, accusare destitit. ¶ Prodere interregem, est nominare, renuntiare, vt ait Budæus. Liu. 6. *ab vrbe*, Sed nos quoque ipsi sine suffragio populi auspicatò interregem prodamus. Sic prodere flaminem apud Cic *pro Milone.*

Prōditŭr, Impersonale. Plin. *lib.* 8. *cap. vlt.* Iam quædam animalia indigenis innoxia, aduenas interimunt: sicut serpentes parit in Tyrinthe, quas terra nasci proditur.

Prōdĭtŭs, participium, Deceptus, circumuentus, destitutus. { נתן *nittán.* προδοθείς, προδεδομένος. Gall. *Deceu trahi.* Ital. *Tradito, ingannato.* Germ. Verrahten. Hisp. *Traydo, engañado.* Angl. *Deceiued, betrayed.* } Cic. *ad Att. lib.* 3. Quandoquidem, inquit, ego proditus, inductus, coniectus in fraudem, &c. Ouid. 13 *Metam.* Proditus à socio est, &c. ¶ Prodita in prouerbium vox. (i. emissa, transmissa, siue trita sermone omnium.) Liu. *lib.* 3. *bell Pun.* Ouid. 13 *Metam.* Proditus (Nestor) à socio est (nempe Vlysse.) *Ibid.* Desertus, mox relictus, &c.

Prōdĭtor, is. { מסגיר *masghir.* προδότης. Gall. *Traistre.* Ital. *Proditore.* Germ. Ein verrähter. Hisp. *El que haze traicion.* Ang. *A traitour, he that betrayeth.* } Plaut. *in Rud.* Vrbis proditor, Cic. 3. *de fin.* Nec magis vituperandus est proditor patriæ, quàm communis vtilitatis, aut salutis desertor. Plutarch. *in Demosthen.* Proditores cùm patriam vendunt, seipsos primos vendunt. Velleius Senatus proditor Plancus.

Prōdĭtio, nis. { προδοσία. Gall. *Trahison.* Ital. *Tradimento.* Germ. Verrahtung oder verrähterey. Hisp. *Traycion.* Angl. *Betrayin.* } Cicer. 4. *Academ.* Amicitiarum proditiones & rerum publicarum. Ouid. 8. *Metam.*

Nam pareant potius sperata cubilia, quàm sim
Proditione potens.

Lucan. *lib.* 4.

Nunquam nostra salus precium mercésque nefandæ
Proditionis erit.

Quintilian. Proditio nobis prodita est.

Prodoceo. (Horat. 1. *epist.* 1.) apertè, palàm doceo.

Prōdrŏmŭs, Latinè præcursor. { πρόδρομος. Gall. *Auant coureur.* Ital. *Che corre innanzi.* Germ. Ein verläuffer / vorbot. Hisp. *El que core adelante.* Angl. *A forerunner.* } Cic. *ad Attic. lib.* 1. Nam mihi Pompeiani prodromi nuntiant apertè Pompeium acturum. Vnde prodromi dicuntur à Græcis fici præcoces, quasi præcursoriæ, reliquarúmque maturitatem præuertentes. Plin. *lib.* 16. *cap.* 26. Ficus & præcoces habet, quas Athenis prodromos vocant ¶ Prodromi item venti Etesiæ, qui octo fermè diebus exortum Caniculæ antecedunt. Colum. *lib.* 11. *cap.* 2. Sexto Idus Iulias Prodromi flare incipiunt.

Prōdūco, is, Profero, protraho, in conspectum, in apertum duco. { האריך *heerich.* παρατείνω, ἐκτείνω, παρέλκω. Gal. *Produire, prolonger, mettre hors.* Ital. *Prolongare, menar fuori produrre.* Germ. Vorziehen. Hisp. *Lleuar lexos guiando, ostender en largo.* Ang. *To prolong, to drawe in length, to stretch out or bring forth.* } Virg. 2. *Æneid.*

Abnegat excisa vitam producere Troia.

Cicer. *in Cato.* Conuiuium vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem quàm maximè possumus vario sermone producimus. id est, protrahimus. Senec. *cap* 18. *de consol. ad Polyb.* Produc memoriam fratris scriptis tuis. *Ibid. c.* 8. Non audeo te vsque eo producere vt, &c. *Ibid.* A seuerioribus studiis se producere ad solutiora. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Tempus & in canas semen producit aristas.

¶ Terent. *in Andr.* per translationem dixit pro detinere. Nónne tibi esse satis hoc solidum visum est gaudium, nisi me lactasses amentem, & falsa spe produceres? id est, deluderes, detineres. ¶ Aliquando idem est quod foras educere, coram siue in medium adducere, vel præsentem sistere. { הוציא *hotsi* הביא *hebi.* παράγειν. } Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Vbi sunt isti quos ante ædes iussi huc produci foras? Sic producere testes dicimus, pro eo quod est, ad dicendum testimonium, in iudicium eo adducere. Cicer. 6. *Verr.* Harum omnium rerum autores, testésque produco. ¶ Producere copias in aciem, est extra castra ad pugnam eas educere Plaut. *Amphitr.* Producit omnem exercitum è castris, contrà Legiones educunt suas Teleboi. Galba *Ciceroni*, Repentè Antonius in aciem suas copias de vico producit. ¶ Aliquando idem est quod venum exponere. Terent *in Eunuch.* Pretium sperans, illico producit, & vendit. Vbi Donatus, Propriè vænales produci dicuntur. Plaut. *Asin.* pro prostituere posuit, Audientem dicto mater produxisti filiam, id est, prostituisti. προάγειν, προαγωγεύειν. ¶ Interdum pro gignere. { הוליד *holidh.* γεννᾶν. φύειν. } Plaut. *in Capt.* Quid hoc est scelus? quasi in orbitatem filios produxerim? Cic. *pro Qu. Roscio*, Nihil ab hoc prauum & peruersum produci posse putant. Idem 2. *Verr.* Nihil à me audiet ex impura illa adolescentia sua: quæ qualis fuerit, aut meministis, aut ex eo quem sui similem produxit, recognoscere potestis. Terent. *in Adelph.* Seni animam priùs extinguerem ipsi qui illud produxit scelus. ¶ Producere moram rei alicui, est moram interponere, siue (vt Donatus ait) differre, protendere, protelare. Terent. *in Andr.* Dicam aliquid iam me inuenturum, vt huic malo aliquam producam moram. ¶ Interdum prosequi. Virg. 9. *Æneid.*

——*nec te tua funera mater*
Produxi.

¶ Interdum consumere, terere. Terent. *in Adelph* Et cyathos sorbilans, paulatim hunc producam diem. ¶ Producere testem in iudicium, id est, adducere. Cicer. 7 *Verr.* Grauiorem apud sapientes iudices se fore ab inferis testem, quàm si viuus in iudicium produceretur. ¶ Producere aliquando est promouere hominem, & in medium honorificè proferre. ✕ Subducere. Cicer. *pro domo sua*, de Catone in Syriam ablegato, Quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras. Liu. *lib.* 10. *d.* 4. Producere aliquem omni genere honoris. ¶ Produci, impelli, adduci, προάγεσθαι. Cic. *lib.* 1 *ad Heren.* Producti sumus, vt de orationis partibus loqueremur. || ¶ Produxi pressiuè oculos. Hic producere est προτιθέναι ante ædes mortuos ad exsequias proponere. Premere autem oculos est claudere, quod solebant proximi facere, vt filij, pater, mater. Producere & perducere interdum commutantur. Ita perducere puellum, pro producere, προάγειν; & perductor, pro productore, id est, amantum internuncio & administro libidinis. qui Græcè προαγωγὸς & προαγωγεὺς dicatur Bud ||

Prōdūctŭs, a, um, Adductus. { מוצא *mutsá* מובא *mubá.* προαχθείς, προηγμένος. Gal. *Prolongé.* Ital. *Allungato.* Germ. Herfür gefürt. Item, verlengert/&c Hisp. *Estendido en largo.* Ang. *Drawen in length.* } Cic *post reditum*, Quum à Tribun. pleb. Consul in concionem productus esset. Aliquando nomen est, & significat promissus, longus. { ממשך *memuschscháeh* ארך *érech* μακρός. } Cicer. *Orat.* Inclytus dicimus breui media litera insanus, producta. Idem 2. *de Orat.* Et principia tarda sunt, & exitus tamen spissi & producti esse debent. Cæsar. *lib.* 1. *bell. ciu.* Producti repentè ex onerariis nauibus (i. egressi.

Prōdūctiŏr, & productissimus. Col. *lib.* 7. *c.* 12. Quare status eius longior, productiórque ad hos casus magis habilis est, quàm breuis, aut etiam quadratus. Idem *lib.* 3. *c.* 30. Extrema pars eius, quod caput vitis appellant, id est, vltimum & productissimum flagellum.

Prōdūctē, aduerbium. Huius contrarium est breuiter. { ἐκτεταμένως, μακρῶς. Gall. *Longuement, au long.* Ital. *Lungamente, in longo.* Germ. Nach der longe. Hisp. *Largamente, en luengo.* Angl. *At lenght.* } Cic. *in Orat.* Et ne multis quibus in verbis eæ primæ literæ sunt, quæ in sapiente atque felice productè dicuntur, in cæteris omnibus breuiter.

Prōdūctio, nis, Prolongatio. { ארך *érech*, vel *órech.* ἔκτασις, παρέκτασις. Gall. *Prolongement, allongement.* Ital. *Prolungamento, allungamento.* Germ. Verziehung / verlengerung. Hisp. *Estendimiento, prolongacion.* Angl. *Prolonging, drawing in length.* } Cicer. 3. *de finibus*, Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis: habent enim suum modum quæcunque opportuna dicuntur. Productiones Stoicis vocantur προηγμένα, vt autor est Gell. *c.* 5 *lib* 12.

Prōdūctĭlĕ, penultim. correpț. quod tunsionibus malleorum productum est, ἐλατόν.

|| Proebia, vide *Præbia.* ||

Proecthesis, q. præexpositio, est propositio orationis, in qua ante oculos ponitur, quod in controuersiam venit. προεκτίθημι antè expono.

|| Proëdrus, Gloss. Phil. πρόεδρος, præses. πρόεδροι primores προεδρία principatus. à πρὸ præ & ἕδρα sedes, sella, sedile. In emporio orientali erant πρόεδροι ecclesiastici & palatini. Palatini erant præsides consilij sanctioris, in quo res status tractabantur. Itaque plurimum apud Imperatores poterant: sæpe verò etiam omnia, maximè Imperatoribus in inferiori adhuc ætate constitutis. Gl. gr. b. Meurs. ||

|| Proëleusimæus, officialis iudici proficiscenti assidens. L g.b ||

Proëleusis, προέλευσις, in genere est processus, progressio, Deinde, per Synecd. est festa processio. ab inusitato προελεύθω, pro quo in vsu est προέρχομαι progredior, procedo.

Proëpiplexis, προεπίπληξις, præuentio reprehensionis, cùm quis semetipsum verbo arguens, alienam correptionem præuertit, & declinat. προεπιπλήττω antè reprehendo,

Proetides, προιτίδες, Proeti Argiuorum regis, & Antiæ filiæ fuerunt, quæ quum forma essent præstantissima, se Iunoni ausæ sunt præferre: quare irata dea talem eis immisit furorem, vt vaccas se esse arbitrarentur, & ad syluas confugerent. Postea autem helleboro sanatæ à Melampode dicuntur: vnde quoddam hellebori genus, Melampodij nomen accepit teste Plin. *lib.* 25. *c.* 5. Virg. *in Sileno*,

Prœtides implerunt falsis mugitibus agros.

Proetus, προῖτος, Arbantis regis Argiuorum filius, cui etiam successit in regno. Vxorem habuit Antiam, ex qua quatuor filias genuit, quæ à patris nomine dictæ sunt Proetides, poëtarum fabulis celeberrimæ, de quibus vide plura in dictione præcedenti, & supra in voce MELAMPODIVM.

PROFANVS, a, um, dicitur irreligiosum & à religione remotum)(Sacrum, religiosum. { חנף *chanéph* חול *chol* טמא *tamé*. βέβηλος. GALL. *Profane, pollu, laique, lay*. ITAL. *Profano, huomo laico*. GERM. Ungeweyhet/ onheilig. HISP. *No consagrado*. ANGL. *Profane, unhallowed or not consecrated*. } Plaut. Sacrum an profanum habeas, parui penditur. Cic. *in domo sua*, Si ista consecratio legitima est, quid est quod profanum in tuis bonis esse possit? ¶ Interdum profanum accipimus pro scelerato, & impio. Statius *in principio Theb.*

Fraternas acies, alternaque bella profanis
Decertata odiis.

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Lapsave sunt nimio verba profana mero.

¶ Profanum etiam dicitur quod ex religioso, vel sacro in hominum vsum conuersum est. Virg. 12. *Æneid.*

Faune precor miserere (inquit) túque optima ferrum
Terra tene, colui vestros si semper honores,
Quos contra Æneadæ bello fecere profanos.

¶ Profani item dicebantur sacris non initiati, qui à fano & sacris arcebantur. Idem 6. *Æneid.*

——procul ô procul este profani,
Conclamat vates.

¶ Nunc *Laicos* Galli vulgò vocant, quasi populares, teste Bud. ¶ Profanos etiam dicimus imperitos, qui Musarum sacris non sunt initiati. Horat. *lib.* 2. *Carm.* Odi profanum vulgus. Profanus vsus dicitur communis & vulgaris, non sanctus. Plin. *lib.* 15. *c.* 30. Adeóque in profanis vsibus pollui lautum & oleam fas non est.

Profanum dictum est, id quod quum sanctum fuisset, postea in vsu hominum factum, hoc est, extra fanum. Ex Aggeno *de limitibus agrorum.*

Profano, as, ex sacro profanum facio, violo. { חלל *chillél*, חחניף *hechniph* βεβηλόω, φθείρω. GAL. *Profaner, souiller & gaster*. ITAL. *Profanare*. GER. Entweyhen/onheilig oder onrein machen. HISP. *Ensuziar la cosa sagrada*. ANGL. *To profane, to defile and pollute*. } Liu. *lib.* 31. Sacra, sacerdotes quæ ipsius maiorúmve eius honoris causa instituta essent, omnia profanarent.

Profanatus, participium. { מחלל *mechullál* נטמא *nitmá*. βεβηλωθείς. GAL. *Profané*. ITAL. *Profanato*. GERM. Entweyhet. HISP. *Ensuziado, profanado*. ANGL. *Profaned*. } vt Profanatum templum, hoc est, ex sacro profanum factum, vel flagitio aliquo pollutum. Stat. 9. *Theb.* Ergo profanatum Menallippi funus acerbo Vulnere. Manus profanatæ. Ouid. 2. *Metam.* Terræ profanatæ. Stat. 3. *Syl.*

Profanatio, nis, verbale, Sacræ rei violatio. { חנף *chóneph* חנפה *chanupháh* טמאה *tumeáh*. βεβήλωσις. GALL. *Profanation, profanement*. ITAL. *Profanamento*. GERM. Entweyhung. HISP. *Obra de profanar y ensuziar*. ANGL. *Profanation or pollution of holy thinges*. } Plin. *lib.* 16. *c.* 4. Postquam ciuilium bellorum profanatione meritum cœpit videri, ciuem non occidere. Alia exemplaria habent *profano*: vt Profanum substantiuè sumatur.

PROFARI, Eloqui, dicere, pronuntiare. { דבר *dibbér* בטא *bittá*. ἐξειπεῖν. GALL. *Parler, prononcer, dire*. ITAL. *Parlare, pronuntiare, dire*. GERM. Herauß reden/außsagen. HISP. *Hablar, parlar, dezir*. ANG. *To speak, pronounce or say* } Virg. 1. *Æneid.*

Tum breuiter Dido vultum demissa profatur.

Silius *lib.* 11.

——magno clamore profatur.

¶ Propriè profari est quod Græci dicunt προφητεύειν id est futura prædicere. נבא *nibbá*. Vlpianus *de ædil. edict. l.* 1. §. *Exempli*. Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset, an nihilominus sanus videretur?

Profatum, i, ἀξίωμα dignitas, siue axioma, & effatum Ciceroni Propositio, summa. Gell. *lib.* 16. *cap.* 8. περὶ ἀξιωμάτων, quæ Marcus Varro aliàs profata, aliàs proloquia apellat. Vide *Proloquium*. & Gellium *loco citato.*

Profatus, us, ui, nomen quartæ inflexionis, Ipse profandi actus. { נבואה *nebuáh*. προφητεία, πρόῤῥησις. GAL. *Profetie*. ITAL. *Profetia*. GERM. Das herauß reden. HISP. *Profecia*. } Gell. *lib.* 18. *c.* 11. Neque dictu, profatúve ipso terræ, aut insuaues esse. Stat. 5. *Syl.*

——seu voce soluta,
Spargere, & effræno nimbos æquare profatu.

Profectò, aduerbium confirmantis est: dictum quasi pro facto, Nimirum, sanè, certè, reuera. { אך *ach* אכן *achén*. ὄντως πάντως, ἀτάρ. GALL. *Certes, certainement, pour vray* ITAL. *In verò certamente*. GERM. Fürwar/warlich. HISP. *Ciertamente*. ANGL. *Forsooth, in very deed*. } Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Est profectò Deus, qui omnia videt. *Ibid.* Est profectò vbi damnum præstet facere, quàm lucrum. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Edicam familiaribus profectò. (i. seriò.) *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Profectò nullo pacto possum viuere, &c. Terent. *in And.* Profectò sic est, ¶ Plerunque autem ad responsionem adhibetur ἡ δίᾳ. Cicero, Quis hæc renuntiat, Is profectò qui interfuit. Quod etiam per certè efferemus. Idem, In quo meminimus? Certè in nullo. Eundem etiam vsum habent nimirum & nempe.

PROFERO, Palàm facio, prodo, pronuntio. { הוציא *hotsí* גלה *ghilláh* בטא *bittá* האריך *heerich*. ἐξαγορεύω, προφέρω. GALL. *Proferer, manifester*. ITAL. *Proferire, manifestare, palesare*. GERM. Außbringen/herfür bringen/ außbreiten/ außsprechen HISP. *Sacar à fuera, manifestar, pronunciar*. ANGL. *To bring out, to pronounce, or vtter*. } Cicer. *pro Cælio*, Domus in qua nihil fiat quòd foras proferendum sit. Terent. *in Hecyr.* Ita me dij bene ament, haud propterea te rogo vt hoc proferam. Seneca, Antequam sententiam proferam. Plaut. Quæ neque fando accepit quisquam profers carnifex, id est, prædicas, memoras. ¶ Proferre manum, pro ostendere. Plaut. *Aulul. sc.* 3. *a.* 4. E. Ostende manum, S. Ambas profero. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Manum si protollet, pariter proferto manum. *Ibid.* Condita prata in patinis proferunt. ¶ Proferre artem, (id est, edere.) Sueton. *in Neron. cap* 25. Reuersus Neapolim, quòd in ea primùm artem protulerat albis equis introiit. Item, Proferre munitiones tota nocte. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* ¶ Ius proferendi Pomœrij, quibus, vide apud Gell. *cap.* 14. *lib.* 13. ¶ Aliquando significat protendo, prolato. παρεκτείνω. Plinius, Quum lineam protulisset longissimam, atque rectissimam. Iustin. *lib.* 1. Arbitria principum pro legibus erant, fines Imperij tueri magis quàm proferre mos erat. Translatè. Cicer. *in Orat. pro Muræn.* Stoici mihi videntur fines officiorum, paulò longius quam natura vellet, protulisse. Terent. *in Andr.* Saltem aliquot dies profer, dum proficiscar aliquò, ne videam. ¶ Quandoque promere, siue in lucem efferre. Cicer. *pro Sext. Rosc.* Tu H.S. LIII. ex arca proferas. Plaut. *in Amphitr.* Tu Thessala intus pateram proferto foras. ¶ Proferre se (inquit Budæus) dicuntur qui sine deductore innotescunt, & ipsi se producunt, Plinius iunior, Proferunt se ingenia & ostentant. ¶ Ponitur aliquando pro allegare, quo Plinius *in Epist.* est vsus. Cicer. *de Inuent.* Deinde cæteros proferre opertebit quibus maiora delicta concessa sunt. Proferre pro Obijcere. Cicer. *pro Flacco*, Prætereo illa quæ prætereunda non sunt nullum huius in priuatis rebus factum auarum, nullam in re pecuniaria contentionem, nullam in re familiari sordem posse proferri. Apud Iureconsultos, Proferre est quod nos Producere dicimus, id est, Apud acta deponere. Idem Cic. 4. *Verr.* Scio te dicta superiorum omnium correxisse: & possessiones hæreditatum non secundùm eos qui proferrent, sed secundùm eos qui dicerent testamentum factum dedisse. Budæus.

Prolatus, a, um, participium à passiuo verbo proferor, Dilatus: vt quum diem iudicij prolatum esse dicimus. { מוצא *mutsa* ממשך *memuschcháeh* נטוי *natui*. ἀναβεβλημένος. GALL. *Differé prolongé*. ITAL. *Differito, prolongato*. GER. Auffgezogen/auffgeschoben. HISP. *Dilatado*. ANG. *Differed, prolonged*. } Aliquando ponitur pro adductus, & productus. Lucan. *lib.* 4.

——prô lucri pallida tabes
Non deest prolato ieiunus venditor auro.

Prolatæ res, Tacit. *lib.* 2. Paulò pòst, Dilatæ. ¶ Aliquando idem est quod extensus, vel vlteriùs productus: vt quum terminum prolatum vel fines imperij prolatos dicimus. παρεκτεταμένος.

Prolatio, nis, verbale, ipse actus proferendi. { ארך *órech*, vel, *éreeh* מוט *mot* מבטא *mibtá* ארשת *aréscheth*. προφορά, ὑπέρθεσις. GALL. *Prolation, delay, estendue*. ITAL. *Mostra, il produr fuore, estendimento*. GERM. Herfürbringung. HISP. *Prolongamiento, estendimiento*. ANGL. *Differring or prolonging, delay*. } Cic. *in Orat.* Commemoratio antiquitatis, exemplorúmque prolatio. ¶ Prolatio, protensio, extensio. Liu. 1. *bell. Maced.* Lætaque exta fuisse & prolationem finium, victoriámque & triumphum portendi. Iudicij prolatio, ἀναβολή. Cic. *pro Rabirio perduell. reo*, Quum alteri ad prolationem iudicij biduum quæreretur, ¶ Prolatio, delatio. ὑπέρθεσις, ἀναβολή. Cornel. Tacit. *lib.* 9. Sed omnem prolationem, vt inimicam victoriæ suspectabat. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Trecentæ causæ possunt reperiri. Mox, Quantumuis prolationum.

Professor, oris, professorius, a, um, & professio, vide *Profiteor*.

Profestus, a, um, quod ante festum est, vel procul à festo.)(Festus, vnde dies profesti dicuntur, teste Nonio, qui vacui sunt festiuitate. { ἀνέορτος. GALL. *Non festable, non festé, comme iour ouurier*. ITAL. *Non di festa, giorno d'opera, di lauoro*. GER. Auff dem kein fest ist/ das man nit feyret. HISP. *Cosa no fiesta, dia de trabajar*. ANGL. *Not holy or not a feasting day*. } Plaut. *in Aul sc.* 2. *a.* 2. festo die si quid prodegeris, Profesto egere liceat, nisi peperceris, Plin *lib.* 18 *cap.* 6. ex Catone, Peiorem qui profestis diebus ageret, quod feriatis deberet. Horat. 2. *Serm Satyr.* 3.

Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla, vappámque profestis.

Idem 4 *Carm. Ode* 15.

Nósque & profestis lucibus, & sacris,
Inter iocosi munera Liberi
Cum prole matronisque nostris,
Ritè deos priùs aprecati.

¶ Profesti & insubidi homines. Gell *cap.* 9. *lib.* 19.

PROFICIO, is, q. porrò facio, progredior, procedo, & promoueo, profectum, siue progressum facio, & per translationem lucror. { הועיל *hohil*. ἐπιδίδωμι, προκόπτω, πλέον ποιῶ. GALL. *Profiter*. ITAL. *Far profitto, fare frutto in ogni arte*. GERM. Zunemmen/ fürschreiten/schaffen. HISP. *Aprouechar, hazer prouecho*. ANG. *To further or profite*. } Senec. Sic enim & audiendo, & legendo in dies magis proficimus. Plinius, Nec minorem sub eo præceptore profectum fecit. Cicero *ad Toranium lib.* 6. Nunc verò euersis omnibus rebus, quum consilio profici nihil possit, vna ratio videtur, quicquid euenerit, moderatè ferre. Cæs. 3. *bell. Ciu.* Apud quos quum proficere nihil posset. Ponitur aliquando pro prodesse. Cels. *lib.* 7 *cap.* 14. id optimè proficit. Vlp. *de iureiurando*, Matris igitur iusiurandum patri non proficiet: nec nocebit, si mater detulerit. Proficitur, Impersonale, Plin. *Epist.* 2.17. Sed illa quæ dictaui, identidem retractantur, ac simul memoriæ frequenti emendatione proficitur. Ouid *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Verba

Verba miser frustrà non proficientia perdo

Prōfectus, us, Promotio, siue progressus in re aliqua, siue fructus qui ex rei alicuius tractatione prouenit. { προκοπή. Gal. *Proffit, auantage.* Ital. *Profitto.* Ger. Zunemmung/fürschreitung/beschluß. Hisp. *Prouecho.* Ang. *A furthering or profite of a thing.* } Quintil. *lib.* 10. *c.* 2. Vt terra altius effossa generandis, alendísque seminibus fœcundior fit: sic profectus non à summo petitus, studiorum fructus effundit vberius, & fidelius continet. Idem *lib.* 1. *c.* 2. Firmiores in litteris profectus alit æmulatio. Profectum facere. Plin. *Epist.* 2.

Prōficīscŏr, eris, profectus. extra facesso, seu recedo. Iter facio, eo, abeo. { נסע *nasáh* הלך *halách* πορεύομαι, ὁρμάομαι. Gall. *Partir pour aller, aller, venir.* Ital. *Andare, venire partirsi.* Germ. Gehn/ziehen/reisen. Hisp. *Yr camino, andar.* Angl. *To go a iourney, to depart.* } Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Quò te dicam proficisci foras? Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Quò profectus sum, ibo. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Proficiscin'? pro proficisceris. Cæs. *lib.* 1. *bell. ciu.* Ad iter proficisci. Cic. *de senect.* Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam. Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 21. Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas. Cic. *ad Quint. frat. lib.* 3. Idus Octobris Saluius Ostiam vesperi naui profectus erat cum his rebus quas tibi dono mitti volueras. Idem *ad Atticum lib.* 2. Calendis Maiis de Formiano proficiscemur. Proficisci in exilium, idem 2. *de finib.* Proficisci obuiam. Cæs. 7. *bell. Gall.* Proficisci ad reliqua, pro pergere. Cic. 5. *Verr.* Nunc proficiscemur ad reliqua, si pauca ante erimus à vobis iudices deprecati. ¶ Proficisci pro originem habere. Idem 4. *Acad.* Pythagoræi ex numeris, & Mathematicorum initiis proficisci volunt omnia.

Prōfectūs, profecta, profectum, Participium. { נסע *noseáh* הלך *holéch* πορευθεὶς, προελθών. Gall. *Qui est venu.* Ital. *Venuto.* Germ. Gezogen. Hisp. *Venido.* Angl. *Gone or come.* } Virg. 1. *Æneid.*

Hunc latum Tyriisque diem Troiaque profectis.

Prōfectio, nis, verbale, Actus proficiscendi, iter. { מסע *massáh.* πορεία. Gal. *Allee.* Ital. *Esso andare.* Ger. Ein reiß oder zug. Hisp. *La ida de camino.* Angl. *Going, departing.* } Cic. 1. *Philipp.* Exponam vobis breuiter consilium & profectionis, & reuersionis meæ. Idem *pro Quintio*, Inuenitur dies profectionis pridie Calendas Februarij.

Prōfectītius, a, um. quod aliunde proficiscitur vt Dos profectitia, que à patre, vel parente proficiscitur.

Prōfindo, is, profidi, profissum, Proscindo. { בקע *bikkeáh.* διατέμνω, διασχίζω. Gall. *Fendre, couper en fendant.* Ital. *Fendere, schiappare.* Germ. Ausbrechen/auferren Hisp. *Hender, alçar baruecho* Angl. *To cleaue, to cutt by cleauing.* } Stat. 10. *Theb.*

—Quanta pariter ceruice gementes,
Profindunt inarata diu Pagaa iuuenci.

Prŏfĭteŏr, eris Publicè fateor, item publicè doceo; apertè, seu palàm polliceor. { הודה *hodháh.* ἐπαγγέλλομαι. Gall. *Dire franchement, & deuant le monde, faire profession, lire & enseigner publiquement* Ital. *Far professione, legger publicamente ne le schole, dire francamente.* Germ. Offentlich anbieten oder verheissen. Hisp. *Confessar abiertamente, y claramente, hazer profession.* Angl. *To speak freelie, to mak open profession.* } Cic. 1. *Acad.* Qui philosophiam iam professus sum populo nostro exhibiturum. Liuius. Palàm professi nusquam inde nisi in patriam vestigium esse moturos. ¶ Aliquando pro apertè ostendo & affirmo ponitur. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Quis ait hoc? aut quis profitetur? (sup. cœnam se daturum.) Idem *Men. sc.* 1. *a.* 4. Quando non vis tua voluntate ipse profiteri. (sup. surripuisse pallam.) Suet. *in Calig. cap.* 12. Profiteri de parricidio. (pro confiteri.) Idem *in Tib. cap.* 66. Profiteri summam malorum suorum. Cicero 5. *Verr.* Sed me omnium prouinciarum defensorem esse profitebor. Idem *pro Rabirio Posthumo*, Quamobrem fateor atque etiam T Labiene profiteor, & præ me fero, te ex illa crudeli, importuna, non tribunitia actione, sed Regia, meo consilio, virtute, autoritate esse depulsum. Ex quo Ciceronis loco constat plus esse profiteri, quàm fateri. Fatemur enim coacti, teste Seruio: spontè autem & publicè profitemur. Polliceri & affirmare. Cic. 1. *Academ.* Hinc Professio, Confessio palàm facta. Idem *pro Planc.* Non me præteribat, in tam perturbato statu ciuitatis fructuosissimam esse professionem bonæ voluntatis. Idem *Tironi lib.* 16. Tu verò confice professionem, si potes: & si hæc pecunia ex eo genere est vt professione non egeat. ¶ Profiteri item accipitur pro eo quod est artem aliquam, aut scientiam publicè docere, Plin. *Epist.* 76. Audistine Valerium Licinianum in Sicilia profiteri? Cic. *de Amic.* Quamobrem quæ disputari de amicitia possunt, ab iis censeo petatis qui ista profitentur. Hinc professores artium liberalium vocamus. qui eas artes publicè docent. Plin. *lib.* 3. *c.* 53. Diodorus dialecticæ sapientiæ professor. Suet. *de clar. Gram.* Reliquit filium Orbilium, & ipsum grammaticum professorem. Magni nominis professores Quint. *lib.* 2. *c.* 11. Consummati professores. Idem *lib.* 1. *c.* 9. Sic, Profiteri lenocinium dixit Suet. *c.* 36. ¶ Professores & eorum auditoria assiduè frequentabat Tiber. Imper. Idem *in Tiber. c.* 11. ¶ Profiteri bona, censum, nomen, est apud magistratum suarum facultatum numerum, & nomen edere. ἀπογράφεσθαι. Cicer *pro Archia poëta*, Quum hîc domicilium Romæ multos iam annos haberet, professus est apud Prætorem Qu. Metellum familiarissimum suum. Liu. 6. *bell. Pun.* Primò expectauerant, vt qui se tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. Idem 2 *ab Vrb.* Hoc proposito dicto & qui aderant nexi, profiteri extemplo nomina, & vndique, &c. Sic profiteri natales parentes dicebantur, qui diem quo sibi nati essent liberi apud præfectos ærarij edebant. de qua re Terentius *in l.* 16. *D. de probat.* & Capitolinus *in Antonio Pio.* ¶ Profiteri æs alienum est sua debita testari. Curt. *lib.* 10. Alexander priusquam secerneret quos erat retenturus, edixit vt omnes milites æs alienum profiterentur. Profiteri indicium. Sponte indicare rem aliquam: vltro sese consortésque criminis, deferre. Plin. *Epist.* 69. Eadem apud Claudium, vxori Scriboniani, quum illa profiteretur indicium, Ego', inquit, te audiam. Velleius, Profiteri patrocinium aliquorum. ¶ Professi versus παθητικῶς. Apul. *Apolog.* 1. Senec. *Epist.* 89. Viles ex professo arte Mechanicæ. Ouid. 5. *Fast.* Non est de magna professis.

Professor, qui aliquid profitetur, id est, publice docet.

Prōfessōrius, a, um, διδασκαλικός. vt lingua professoria, quæ meritoriam

exercet eloquentiam. Tacit. *lib.* 13. Audiretur hinc Germanici filia, inde vilis Burrus, & exul Seneca, trunca scilicet manu, & professoria lingua.

Professio, nis. Velleius, Cuiusque professionis eminentissima ingenia.

Prōflīgo, as, propriè est porrò fligere, fligendo procul arcere. Deinde est in genere auertere, perdere. { הפיל *hippil* נתץ *nathàts* האשים *heeschim* השם *heschám* ענה *hinnáh* הונה *honáh* אבד *ibbédh.* κατεργάζομαι, κατατρύχω. Gal. *Ruer par terre, destruire gaster.* Ital. *Gettare à terra, struggere, guastare.* Germ. Zu boden schlagen/dannen schlagen vnd zerstreuwen / abtreiben. Hisp. *Echar à tierra, desbaratar batalla.* Ang. *To ouer throuw, to driue away, to put to flight, to bring to an end, to dispatche.* } De hoc verbo legendus Gellius *cap.* 5. *lib.* 15. Plaut. *in Mil.* Confidentia est nos inimicos profligare posse. Cic. *pro Rabir.* Castris locum capere, exercitum instruere, expugnare vrbes, acies hostium profligare. Cæs. 2. *bell. Ciuil.* Quòd classem hostium primo impetu adueniens profligauerim. ¶ Profligare bellum, id est, ferè absoluere & conficere. השלים *hischlim.* Cornel. Tacit. Profligauerat bellum cum Iudæis Vespasianus, id est, confecerat, & penè ad exitum deduxerat. Suet. *in Othon. cap.* 9. Profligari posse sperabat. (i bellum magna ex parte confici.)

Prōflīgātus, a, um, participium, Afflictus, perditus. { אבד *obédh* שמם *schomém.* διαφθαρεὶς, διεφθαρμένος. Gall. *Destruit, gasté, presque mis à fin.* Ital. *Rouinato, distrutto, guasto & quasi annullato.* Germ. Erschlagen/hinweg geschlagen/verderbt. Hisp. *Echado à tierra, destruido.* Ang. *Ouerthrowen. driwen away put to and end.* } Cic. 2. *in Cat.* Quanto tandem illum mœrore afflictum esse, & profligatum putatis? Vnde profligatum exercitum dicimus, id est, prostratum, deiectum afflictum & perditum: & Profligatas res, hoc est, perditas. Idem *pro Rosc. Amerin.* Et denique omnia ad perniciem profligata, atque perdita. Hinc profligatos homines vocamus perditos, & in quibus nihil est sani, nihil integri. ἀπονενοημένους. Idem *pro Archia*, Nunquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus obiecissem. Idem 5. *Verr.* Profligatissimus omnium mortalium, ac perditissimus. Suet. *in Tiber. cap.* 37. Ex iuuentute vtriusque ordinis profligatissimus quisque. ¶ Profligata dicuntur quæ propè absoluta sunt. Cicer. 5. *Tusc.* Atque si ita est, profligata iam hæc, & penè ad exitum adducta quæstio est. Liu. 5. *bell. Maced.* Vt is qui profligatum bellum haberet, ad comitia Romam rediret. Cicero *ad Cornificium lib.* 12. Sic vehementiùs nos laboramus, qui profligato bello, ac penè sublato. renouatum bellum gerere conamur Affectum quoque dixerunt qui Latinè locuti sunt, id quod profligatum appellatur in hac significatione. Idem *in Orat. de prouin. consul.* Bellum affectum videmus, & verè vt dicam penè confectum. Idem *in OEcon.* Quum verò iam affecta ætate vuas à Sole mitescere fas est. ¶ In profligato esse. Gell. *cap.* 5. *lib.* 15.

Prōflīgātŏr, is, verbale. { מאבד *meabbédh* מענה *meʿannéh.* διασπαθῶν, διαφθείρων, καταναλίσκων. Gall. *Qui a perdu & dissipé tous ses biens à meschancetez.* Ital. *Chi ha perduto ogni suo hauere operando male.* Germ. Ein vnnützer vergeüder oder durchbhinreiber seines guts. Hisp. *Gastador de su bien.* Angl. *A naugtie packe that lewdlie hath wasted all his goodes.* } Tacit. Habebatúrque non ganeo, & profligator, vt plerique sua haurientium: sed erudito luxu,

Prōflīgo, is, proflixi, proflictum, (inquit Calepinus.) Idem quod multum certo: citátque locum Colum. ex *lib.* 1. *c.* 3. Flagitiosum videbatur quos hostis profligendo agros desolasset, nouo more ciuem Romanum supra modum patrimonij possidendo deserere. Quo tamen in loco *profugiendo* legendum constat, non profligendo.

Prōflo, as, Flando resoluo, liquefacio. χωνεύειν. Gall. *Souffler faire fondre en soufflant.* Ital. *Fonder soffiando, soffiar fuori.* Germ. Mit blasen schmeltzen. Hisp. *Soplar mucho ò lexos, derramar soplando.* Angl. *To melt by blowing vpon.* } Plin. *lib.* 34 *c.* 9. Massa proflatur in primis: mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei. ¶ Est etiam proflare idem ferè quod efflare. Val. 9. *Argon.*

Noctem tartaream proflantes pectore tauri.

hoc est, ignem & fumum ingentem, tenebris & flammis tartareis non absimilem. Idem 7. *Argon.* Taurus & immani proflauit turbine flammas. Proflare pectore somnum, est inter dormiendum sonoro flatu vti. Virg. 7 *Æneid.*

——— qui fortè tapetibus altis,
Extructus toto proflabat pectore somnum.

¶ Proflare iras, est flatu iram testari, vt solent feræ. Plin. *lib.* 8. *cap.* 4. Subsistere ab olfactu, circunspectare, iras proflare.

Prōflātus, us, Actus ipse proflandi. { καταπνευσις. Gal. *Soufflement, fondement en soufflant.* Ital. *Esso fondere soffiando.* Germ. Das blaasen oder väyen. Hisp. *Obra de derramar soplando.* Angl. *A melting witht blowing vpon.* } Colum. *lib.* 5. *cap.* 9. Æstiuo proflatu refrigerentur.

Prōflŭo, fluis, Abundanter effluo, promano, prolabor: & propriè de liquidis dicitur. { נזל *nazál.* ἀπορρέω. Gall. *Couler, decouler.* Ital. *Scorrere, discorrere, colare.* Germ. Herfürfliessen/ herauß rünnen. Hisp. *Mucho correr lo liquido.* Angl. *To flow or spring aboundantlie* } Colum *lib.* 6. profluere lacrymas ab oculis dixit Cic. 1. *de Diuinat.* Si lacus emissus lapsu, & cursu ad mare profluxisset. Virg. 4. *Georg.*

In medium seu stabit iners, seu profluet humor.

Plinius *lib.* 7. *cap.* 16. Profluit sanguis ex vulnere. Plaut. *Asin. sc.* 1 *a.* 4. Quasi grauedo profluat. ¶ Profluere ad hominum famam, per translationem, pro delabi, & deuenire. Cicero *Cælio*, Equidem (vt ad me reuertar) ab iis fontibus profluxi ad hominum famam, & meus hic forensis labor, vitæque ratio dimanauit ad existimationem hominum paulò latius commendatione ac iudicio meorum, Græcia profluit ore Romano. Ouid. *ad Pis.*

Quin etiam facilis Romano profluit ore
Græcia, Cecropiaque sonat grauis æmulus vrbi.

Cuius ore sermone melle dulcior profluebat. Autor ad Heren. *lib.* 4.

Prōflŭens, tis, Abundanter effluens. { נוזל *nozél*, προῤῥέων. Gall. *Coulant, decoulant.* Ital. *Che scorre.* Germ. Fürfliessend. Hisp. *Corriente.* Angl. *Flowing abondantlie.* } Liuius *lib.* 1. Pueros in profluentem aquam mitti iubet. Cicero *ad Quint. Fratr. lib.* 3. Ego locum æstate

vmbrosiorem vidi nunquam: permultis locis quam profluentem, & eam vberem. Idem 2. *de Orator.* Genus orationis liquidum, fusum, ac profluens)(Exile, aridum, concisum & minutum ¶ Aliquando & substantiuum, & generis masculini, ponitúrque pro flumine, seu fluento. { נהר nahár יאור jeór: ῥεῦμα, ῥεῖθρον. GALL. *Torrent le courant d'vne riuiere.* ITAL. *Torrète.* GERM. Ein fluß oder fürflieſſend waſſer. HISP. *Arroio, corriente de vn rio.* } Autor ad Herenn. *lib.* 1. Qui parentem necasse iudicatus erit, is obuolutus & ligatus culeo, deuehatur in profluentem, id est, fluminis procursum. Quintil. *lib.* 3. *c.* 9. Quòd abiectus in profluentem non potuerit extingui.

Prŏflŭentĕr, aduerbium, abundanter. { προρρεόντως, δαψιλῶς. GAL. *Abondamment.* ITAL. *Abondantemente.* GERM. Vberflüſſiglich/ gnugſamlich. HISP. *Abundamente.* ANGL. *with aboundance.* } Cic. 1. *Tusc.* Ergo omnia profluenter, absolutè prosperè: igitur beatè. Gell. *c.* 1 *lib.* 14. Profluentiùs dicere.

Prŏflŭentĭa, æ, Abundantia, copia. { שפע schéphah. εὐπορία. GALL. *Abondance.* ITAL. *Abondanza.* GERM. Ein vberfluß. HISP. *Abundancia.* ANG. *Flowing or aboundance.* } Cic. *in Partit.* Et hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi, subaudi, imitatur.

Prŏflŭŭs, a, um, quod profluit: vt profluus amnis, qui perpetuò fluit. { נוזל nozél. ἀπόρρυτον. GALL. *Qui coule tousiours.* ITAL. *Che scorre.* GERM. Fürflüſſig/ oder das ſtäts fleuſt. HISP. *Cosa corriente assi.* ANGL. *That floweth euer.* } Plin. *lib.* 19. *cap.* 4. Hortos villæ iungendos non est dubium, riguósque maximè habendos, si contingat profluo amne. Col. *lib.* 8. *cap.* 17. Humilis in duos pedes piscina deprimitur in ea parte littoris, quæ profluo recessu nunquam destituitur. Ouid. 2. *de Ponto Eleg.* 1.

Fluminàque & montes & in altas proflua syluas,
Armáque cum telis instrue mista suis.

Prŏflŭuium, ij, Fluxio. { זוב zob. ῥεῦσις. GALL. *Flux, coulement.* ITAL. *Profluuio discorsione, scorrenza.* GERM. Ein fluß. HISP. *A quel mesmo correr, fluxo continuo.* ANGL. *A continuall flowing.* } vt Profluuium sanguinis, αἱμορραγία. Plin. *lib* 29. Sanguinis profluuium sistit herbæ pæoniæ semen rubrum. Col. *lib.* 6. *c.* 26. Sed minimè id permittendum, ne profluuio sanguinis intereat. Profluuium alui. διάρροια. Idem *lib* 9. *cap.* 13. Tali nocente cibo, qui quum se affatim repleuerint, profluuio alui, nisi celeriter succurritur, intereunt. Suet. *in Aug.* Causam valetudinis contraxit ex profluuio alui.

Prōfŏrĕ, compositum à fore, Profuturum esse. { הועיל hoʾil. ὠφελεῖν, χρήσιμον εἶναι. GALL. *Deuoir faire profit, estre profitable.* ITAL. *Essere vtile giouare.* GERM. Nutz vnd vorſtendig ſein. HISP. *A prouechar, ser prouechoso.* ANG. *For to be profitable.* } Horat. *lib.* 1. *Epist.*

Quæ nocuere, sequar: fugiam quæ profore credam.

Verbum est defectiuum, sicut simplex fore.

Prŏfŭgĭo, is, Procul fugio, aufugio. { נס nas נד nadh. נע nah. ἀποφεύγω. GALL. *S'enfuir loin, eschapper.* ITAL. *Fuggire longi.* GERM. Entfliehen/ weit hinwegfliehen. HISP. *Huyr lexos.* ANG. *To flee away farre.* } Plaut. *in Cas.* Quid nunc agam nescio, nisi vt improbos famulos imiter, ac domo profugiam. Cic. *in Lal.* Hac itaque amentia perterritus in Asiam profugit. Teren. *in Adelph.* — quum hinc egens Profugiet aliquo militatum. ¶ Profugio cum accusatiuo, pro eo quod est fugiendo relinquo. Curtius *lib.* 10. Quando enim regem vniuersus exercitus deseruit? Nec serui quidem vno grege profugiunt dominos. Sen. *c.* 17. *de consol. ad Polyb.* Conspectum conuersationémque ciuium suorum profugit.

Prŏfŭgŭs, a, um, qui à patria, domicilio, iísve finibus in quibus antè agebat, profugerit. { נד nadh. αὐτόμολος. GALL. *Fuitif, qui s'en est fuy de son pays bien loing.* ITAL. *Fuor' vscito, vagabondo* GERM. Flüchtig. HISP. *Fugitiuo, que mucho ò lexos huye.* ANG *That fleeth away farre, a fugitiue.* } Sic Horatius profugos Scytas appellat, quòd crebrò domicilia mutent. Salust. Troiani, qui Ænea duce, profugi sedibus incertis vagabantur. Liu. 4. *bell. Mac.* Annibal patria profugus peruenerat ad Antiochum. Ouid. *Metam.* 13.

——— profugáque per æquora classe,
Fertur ab Antandro.

Prŏfŭgĭum, ij, Perfugium, asylum, portus. { מחסה machʾaséh. καταφυγή, καταφύγιον. GALL. *Lieu de refuge, refuge.* ITAL. *Refugio.* GERM. Ein zuflucht. HISP. *Guarida del que huye.* ANGL. *A place of refuge, a sanctuarie.* } Cic. *lib.* 1. *Tusc.* Portum potiùs paratum nobis & profugium putemus, quò vtinam velis passis prouehi liceat. Idem *pro Cecina*, Exilium non supplicium est, sed profugium portúsque supplicij.

PRŎFVNDO, is, in antè fundo: item irrigo. Largè, & copiosè effundo. { שפך scapháeh. προχέω. GALL. *Espandre en abondance.* ITAL. *Spargere largamente.* GERM. Außgieſſen/verſchütten. HISP. *Mucho dertamar.* ANG. *To powre out aboundantlie.* } Plaut. *Aul.* Aquam hercle plorat, quum lauat, profundere. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Profundis vinum? quæ te res agitant? Virg 12. *Æneid.*

Vix ea quum lacrymas oculis Iuturna profundit.

Cic. *pro Fonteio* Quem vt vidi, equidem vim lacrymarum profudi. Sanguinem pro patria profundere, idem 2. *de finibus*, Verba profundere ventis, Lucr. *lib.* 4. Vitam profundere, Cic. 1. *Offic.* Inuenti autem multi sunt qui non modò pecuniam, sed etiam vitam profundere pro patria parati essent. ¶ Profundere aliquando idem est quòd prodigere, & inutiliter consumere, siue liberalitatis metas egredi: tractum ab aqua quæ profunditur ex vasis. καταναλίσκειν. Terent. *in Adelph.* tibi si istuc placet, profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. Cic. 5. *Verr.* Ait omnia pecunia effici posse: dare, profundere, opponere, si velis vincere. Idem *in Catil.* Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas abligurierunt. Cæs. 3. *de bell. ciu.* Profudit se multitudo sagittariorum. ¶ Profundere vota & preces, est multum & instanter precari. ¶ Profundere vires animi, est omnes neruos intendere, & omnem ingenij vim applicare. Cic. *ad Attic. lib.* 1. Vehemens fui, & omnes profudi vires animi, atque ingenij mei.

Prŏfūsŭs, a, um, participium, Largè fusus. { שפך schuppáeh. κατακεχυμένος, ἐκχυθείς. GALL. *Espandu en abondance.* ITAL. *Sparso.* GER. Außgegoſſen mit vile. HISP. *Derramado.* ANGL. *Prowred out abundantlie.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 41. Mulieri ante septimum mensem profusum lac inutile. Ouid. 11. *Metamor.*

fletus super ora profusus.

Plin. *lib.* 5. *cap.* 9. Ex hoc lacu profusus, indignatur fluere per arenosa & squalentia.

Prŏfūsŭs, nomen, Supra modum sumptuosus. { δαπανηρός, προετικός. GALL. *Abondant, sompteux.* ITAL. *Sontuoso, abondante.* GERM. Sendig/ verthugig/verſchwendig HISP. *Abundante, largo, gastador.* ANGL. *Flowing out, very aboundant.* } Sal. *in Catil.* Alieni appetens, sui profusus, quasi profusor sui. Cic *pro Mura.* Odit popul. Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit, non amat profusas epulas: sordes, & inhumanitatem multo minus. Idem 1. *Offic.* Ipsúmque genus iocandi non profusum, neque immoderatum, sed ingenuum, facetum. ¶ Ponitur aliquando pro abiecto, & iacente. Plaut. Profusus, squalens, sordidus, ab omnibus derelictus. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Lacrymæ sunt me scribente profusæ.

Prŏfūsissĭmŭs, Superlatiuus. Senec. *de vita breuitate*, Simul ad temporis iacturam ventum est, & profusissimi in eo, cuius vnius honestissima auaritia est.

Prŏfūsē, aduer. Effusè. { προχειροτέρως, δαψιλῶς. GALL. *En grande abondance, excessiuement.* ITAL. *In grande abondanza excessiuamente.* GER. Auffechtig/gar vberflüſſiglich. HISP. *Con abondancia, largamente.* ANG. *With wasting or great aboundance.* } Liu. 10. *ab Vrbe*, Hæc ipse minitas obstitit profusè tendentibus in castra. Suet. *in Aug. cap.* 72. Profusè extructa diruere ad solum.

Prŏfūsissĭmē. Suet. *in Aug.* Festos & solemnes dies profusissimè, nonnunquam ioculariter tantùm celebrabat.

Profusio κατάχυσις, vt sanguinis profusio, i. αἱματεκχυσία, vt sanguis profluuium αἱμορραγία. Cels. *lib.* 7. *cap.* 21. Si maius est, potest, sanguinis profusionem facere.

PRŎFVNDVS, a, um, adiectiuum, quod deorsum magnam habet altitudinem: ita dictum quòd porrò, id est, longè habeat fundum. { עמק hamók. βαθύς. GAL. *Profond, creux.* ITAL. *Profondo, alto.* GER. Tieff. HISP. *Alto. hondo.* ANGL. *Deepe.* } Virg. 5. *Æneid.*

Amissum Anchisem flebant, cunctæque profundum
Pontum aspectabant.

Ouid. *ad Liuiam,*

Effugerent aliqua stagna profunda via.

Lucret. *lib.* 1.

Corpora soluentes abeant per inane profundum.

¶ Quandoque sumitur pro alto. Virg. 1. *Æneid.*

Ni faciat, maria ac terras cælúmque profundum
Quippe ferant secum, &c.

Profundus sæpè per translationem capitur pro ingenti, magno, siue immenso. Hinc profunda auaritia dicitur à Salustio *in Iugurtha*, Ibi fide data & accepta, Iugurtha Bocchi animum oratione accendit, Romanos iniustos profunda auaritia communes omnium hostes esse. Sic profunda cupido, apud eundem loco iam citato. Namque Romanis cum nationibus, populis, Regibus cunctis vna, & ea vetus causa bellandi est, cupido profunda Imperij & diuitiarum. ¶ Profunda libido. Idem Salust. *de Repub. ordinanda*, Vt ex alienis malis deterrimi mortales ventri atque profundæ libidini sumptus quærerent. Nox profunda, Virg. 4. *Æneid.* Os profundum, id est, exuberans. Horat. 4. *Carm. Ode* 2.

Feruet immensus fluit & profundo Pindarus ore.

¶ Profundissimus, a, um; Gellius *cap.* 4. *lib.* 6. Profundissimæ tenebræ.

Prŏfundĭtās, βαθύτης. Macrob. *comment. lib.* 1. *cap.* 7. Maronis est ex intima disciplinæ profunditate sententia.

Prŏfundum, substantiuum, altum, Mare, pelagus. עמק hémek vel hómek. מעמק mahamák. τὸ βάθος. GALL. *Creux, profondeur d'eau, la mer.* ITAL. *Il mare profundo.* Das meer. HISP. *El mar hondo y alto.* ANGL. *The deepsea.* } Ouid. 17. *Epist.*

Frigora ne possim gelidi sentire profundi.

Rubrum profundum, apud Lucan. *lib.* 8. pro mari Erythræo. Indomito profundo iactari, Ouid. 1. *Trist. Eleg.* 10. Pater profundi, hoc est, Neptunus, Valer. Flac. 2. *Argon.* Profunda aquarum. Gellius *c.* 30. *lib.* 2. Et, Profunda terrarum. Senec. *cap.* 25. *de consf. ad Mart.* Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi. Id dicitur de ventre, & quasi gurgite Parasito. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

Iactor in indomito brumali luce profundo.

¶ Profundo mergere. (i. mari.) Suet. *in Calig. c.* 16. Omne profundum perscrutare. Senec. *de consol. ad Heluiam cap.* 9. Profundum apud Caprum Grammaticum etiam, vt iurges, de ventre dicitur: & exemplum ex antiquo sermone profert: In profundum, inquit, nummi, vel in arcam conduntur.

‖ Progastor. Gloss. προγάστωρ ventrosus, qui propendentem habet γαστέρα, i. ventrem. ‖

Prŏgemmo, as, Gemmas emitto. { ὀφθαλμίζω. GALL. *Boutonner, bourgeonner.* ITAL. *Fare il bottone.* GERM. Die augen her für trucken. HISP. *Hincharse las yemas en el arbol.* ANG. *To budde.* } Colum. *lib.* 4. *cap.* 27. si palmis incipientibus, progemmantibúsque, fossorem immiseris, magnam partem vindemiæ decusseris.

PRŎGĔNER, masc. gen. Neptis meæ maritus)(Prosocer, siue socer magnus. προγαμβρος. GALL. *Le mary de ma niepce.* ITAL. *Marito di mia nipote.* GERM. Meines kinds tochterman. HISP. *El marido de mi sobrina.* ANGL. *My neeses husband.* } Suetonius progenerum videtur accepisse, pro generi patre, in August. *cap.* 10. Luciliique Pauli progeneri sui, &c.

Prŏgĕnĕro, as. Genero. { הוליד holidh. φυτεύω. GALL. *Engendrer* ITAL. *Generare.* GERM. Gebären. HISP. *Engendrar.* ANGL. *To engender.* } Plin. *lib.* 11 *cap.* 6 Fœtus quónam modo progenerarent, magna inter eruditos & subtilis fuit quæstio. Idem *lib* 10. *cap.* 3. E quibus vultures progenerantur minores. Horat. 4. *Carm.* 4. *Ode* 4.

Fortes creantur fortibus, & bonis:
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Prŏgĕnĕrātĭo,

Progĕnĕrātĭo, nis, Progenerandi actus. { לרות leďháh תולדות toledháh דור dor γέννησις. GALL. *Engendrement.* ITAL. *Generamento.* GERM. Das gebären oder die herfürbringung mit der geburt. HISP. *Engendramiento.* ANGL. *Engendring.* } Plin. *lib.* 8. *cap.* 43. *de asinis*, Opera sine dubio geruli mirifica, arando quoque, sed mularum maximè progeneratione.

Progeniculo, γονυπετῶ, in genu procumbo.

Prŏgĕnĭēs, ei, genus, stirps, familia: à progignendo. צאצאים tseetsaim דור dor ילד jéledh יחש jachás מולדת molédheth γενεὰ GAL. *Generation, lignée, race.* ITAL. *Progenie.* GERM. Ein geschlecht/Stam. HISP. *La generacion desde lexos.* ANGL. *Successe in blood, ofspring.* } Cic. 9. *Philipp.* Reddita est ei tum à maioribus statua pro vita: quæ multos per annos progeniem eius honestaret. Virg. 7. *Æneid.*

> ———*hinc progeniem virtute futuram*
> *Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.*

Horat 3. *Carm Ode* 6.

> *Ætas parentum peior auis, tulit*
> *Nos nequiores, mox daturos*
> *Progeniem vitiosiorem.*

Progenies vitis. Colum. *lib.* 3. *cap.* 9. Quemnam igitur existimas vitium numerum intra tantundem temporis interseri posse duorum iugerum maleolis, quum sint ipsa duo iugera vnius vitis progenies?

Prŏgermĭno, as, Germen produco. { צמח tsamách. ἐκβλαστάνω, θάλλω. GALL. *Germer au pa auant, ou bourgeonner.* ITAL. *Germogliare.* GER. Herfür sprossen. HISP. *Echar renueuo los arboles.* ANGL. *To budde.* } Colum. *lib* 4. *cap.* 10. Putandi autem duo sunt tempora: melius autem (vt ait Mago) vernum antequam surculus progerminet.

Prŏgĕro, is, progessi, gestum, Extrà gero, effero. { הוציא hotsi. ἐκφέρω. GAL. *Porter ou mettre hors.* ITAL. *Portare fuora.* GERM. Außhintragen. HISP. *Lleuar à fuera* ANG. *To beare forth.* } Colum. *lib.* 12. *cap.* 50. Vrcei quibus oleum progeritur. Plin. *lib.* 11. *c.* 18. Quum defunctas progerunt, funerantiúmque more comitantur exequias.

Prŏgĭgno, is ui, itum, Generationem produco. { הוליד holidh. φιτύω. GAL. *Engendrer.* ITAL. *Generare.* GER. Gebären. HISP. *Engendrar.* ANG. *To engender, or beget.* } Plaut. *in Truc.* Neque natus est, neque progignetur. Cic. 3. *Offic.* Sed hic qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus. Virg. 4. *Æneid.*

> *Illam terra parens ira irritata deorum*
> *Progenuit, &c.*

Prŏgĕnĭtŏr, is, verbale, Auus { προπάτωρ. πρόγονος. GALL. *Ayeul, pere grand.* ITAL. *Auolo.* GER. Ein grossvatter. HISP *Abuelo.* ANGL. *A grand father.* } Ouid. 11. *Metam.*

> *Quid peperisse duos, & displacuisse duobus*
> *Et genitore, & progenitore tonante*
> *Esse latam prodest?*

‖ Proglossus. Gloss. πρόγλωσσος. volubilis linguæ. ‖

Prŏgnārē, aduerbium, Apertè, autore Festo.

Prŏgnārĭtĕr, Audacter, strenuè, fortiter, constanter. { ἀνδρείως. GALL. *Audacieusement, vaillamment diligemment.* ITAL. *Audacemente, strenuamente.* GERM. Dapferlich. HISP. *Sabiamente y diligentemente, osadamente.* ANG. *Lustelie, valiantlie.* } Plaut. *in Pœn.* Age, iudica prognariter. Ennius 6. *Annal.*

> ———*audere parumper,*
> *Vt pro Romano populo prognariter armis*
> *Certando, prudens animam de corpore mitto.*

Prŏgnātŭs, Gnatus. { ילד jéledh. γεγονώς, GAL. *Qui est né & sorty de la race.* ITAL. *Figlio, figliuolo.* GERM. Geboren. HISP. *Hijo, engendrado de lexos.* ANGL. *That is borne of some race or stock.* } Terent. *in Phorm.* Bonam bonis prognatam. Liuius 1. *ab Vrbe*, Vt in eadem ciuitate post centesimum ferè annum quàm Romulus Deo prognatus, Deus ipse tenuerit regnum. Hor. 2 *Serm Satyr.* 1. —ouo prognatus eodem. Propriè tamen non filium à patre, sed nepotem ab auo, aut proauo, aut aliquo maiorum prognatum dicimus. Cic. 3. *Tusc.* Thyestes Tantalo prognatus, Pelope natus. ¶ Prognati substantiuè, hoc est ipsi nati, vel libri. Plaut. *Amph.* Res, inquit, parentes, patria, & prognati tutantur, seruantur.

Prŏgnē, πρόκνη. Pandionis Atheniensium Regis filia fuit, & soror Philomelæ, quæ Tereo Thracum Regi matrimonio iuncta est, ex qua filium Itym suscepit. Hæc quum desiderio videndæ sororis teneretur, exorauit virum vt Athenas profectus Philomelam ad se duceret. Qui mandata peragens, aduentum Philomelæ à Pandione impetrauit. Verùm quum in itinere essent, in libidinem mulieris exardens, quanuis repugnantem compressit: & ne facti obscœnitatem exprimere posset, linguam ei abscindit, & seruo in vinculis custodiam tradit: reuersúsque ad vxorem, maris nausea periisse simulat. Philomela interim tædio carceris affecta, rem omnem vti gesta fuerat, acu in tenuissima tela depinxit: hanc ancillæ Progues clàm deferendam tradidit. Progne re intellecta, ac dissimulato ad tempus dolore, postquam Orgiorum dies aduenit, thyrsis & pellibus pro more instructa sororem è carcere eripit, eodémque indutam habitu ad regiam ducit: ibíque furiis exagitata arreptum Itym filium interficit, viróque domum redeunti epulandum apponit. Qui tandem re cognita ex pueri capite, quod Progne sub finem cœnæ per sororem afferendum curauit, dum fugientem vxorem furibundus persequitur, mutatam deorum commiseratione in hirundinem vidit, quæ consuetudinem habitandi intra hominum tecta semper seruauit. Ipse autem in vpupam, auem satis notam, conuersus est, ideóque militarem cristam adhuc in capite gerit, & quasi adhuc filium quæritans, clamat πῶ, πῶ, quod significat vbi, vbi. Itys autem in phasianum, quæ auis frequens est iuxta Phasim fluuium in Colchis. At Philomela in auem conuersa est sui nominis, quæ ne nunc quidem cessat deflere cantu dulcissimo iniuriam quam paulo antè elinguis promere non poterat. Vide hanc fabulam latiùs apud Ouid. 6. *Metam.* Gorgias tamen apud Aristot. *lib.* 3. *Rhetoric.* existimauit Philomelam in hirundinem, Prognem sororem ipsius in lusciniam conuersam fuisse. Quam etiam opinionem sequutus M. Varro: Lusciniola, inquit, luctuosa canere existimatur, atque esse ex Attica Progne in luctu facta auis. Ad quod alludit Virg. quum inquit,

> *Quas illi Philomela dapes.*

Propnigeum, vide *Propnigeon.*

PRŎGNŌSIS, πρόγνωσις, Præmotio, præscientia, præsagitio, præsensio. Cic. 2. *de Diuin.* Præsagitionem vocat.

‖ Prognosticus, a, um, prægnoscendi vi præditus. Gloss. προγνωστικός, præscius. ‖

Prŏgnōstĭcōn, Rei futuræ signum. { προγνωστικόν, GALL. *Prognostique, prognostication.* ITAL. *Pronostico.* GERM. Ein zeichen etwas künfftigs bedeutend. HISP. *Señal de cosa venidera.* ANG. *A token of a thing to comne prognostication.* } à Græco verbo, προγινώσκω, quod præscio, siue præcognosco significat: vnde & per g scribi debet. Cic. *lib.* 1. *de diuin.* Atque his rerum præsensionibus prognostica tua referta sunt. Extat hoc nomine libellus Hippocratis, in quo signo ea persequitur, quibus medici ægrotorum conualescentiam, mortémve possint præsagire.

Programma, scriptura ob oculos proposita, pro foribus. προγράφω præscribo. Gloss. πρόγραμμα proscriptum.

Prograxo, indico. Lucr. *lib.* 5.

> *Quippe vbi se multi per somnia sæpe loquentes*
> *Aut morbo delirantes prograxe ferantur,*
> *Et celata diu in medium peccata dedisse.*

aliter *procraxe.* Vulg *protraxe.* Est autem pro prograxisse. At *graxo, is,* est ab ἰκραξω; vt ab ἰκαίψα. campso Gifan. Ind. Lucr.

PRŎGRĔDĬŎR, eris progressus, Vltrà procedo. { עבר ha ár. προάγω, ὑπάγω. GALL. *Aller auant, marcher auant, sortir.* ITAL. *Andare innanzi, procedere.* GERM. Herfür gehn/weiter gehn/fortgehn oder fortfaren. HISP. *Yr adelante.* ANGL. *To procede, to go forewarde, to come forth.* } Plaut. *in Pseud. sc* 2. *a.* 3. Si hic quò progredietur, pariter progredimini. Idem *Casi.* Sed tecum progredietur, cum corona & lampade Meus socer. Cæs. 4. *belli Gall.* Quum illi aut, ex arido, aut paululum in aquam progressi, omnibus membris expediti. Cic. 1. *Offic.* Atque vt regredi, quàm progredi mallent. Cæs. 2. *belli Ciuil.* Ipse cum equitibus sexcentis magnis itineribus progreditur. ¶ Progredi obuiam. Liuius *lib.* 7. *ab Vrbe*, Romani alacres ab statione obuiam militi suo progressi, laudantes gratulantésque ad Dictatorem perducunt. Aliquando est anteire. Plaut. Extremum intra carcerem ipsum ingreditur parthenopæum. ¶ Progredi longiùs, per translationem est sermonem extendere. Cic. 5. *Verr.* Non dubito quin vobis satisfecerim, Iudices, verumtamen progrediar longiùs. Digitum non progredi, prouerbialis quædam formula pro ne minimum quidē. Idem 4. *Academ.* Non quæro ex his illa Mathematicorum, quibus concessis digitum progredi non possunt. In virtute procedere & progredi. Idem 4. *de finib.*

Prŏgrĕssĭo, verbale, Processus, progressus. { ἡ προπόδησις, ἡ προκοπὴ, ἡ ἐπίδοσις. GALL. *Auancement.* ITAL. *Auanzamento* GERM. Fürfarung/ fürschreitung. HISP. *Obra de yr adelante.* ANGL. *A going forewarde.* } Cic. 3. *Offic* Quæ & ingenij bonitate multi assequũtur & progressione dicendi Progressio ad virtutem. Idem 1. *Acad.* Origo & progressio virtutum. Idem 4. *de fin* Idem 1. *Tuscul.* Qui errantium stellarum motus, progressiones, institutionésque notauit.

Prŏgrĕssŭs, Processus. ἡ προκοπή. Cic. *Attic. lib.* 1. Progressum præcipitem, inconstantem reditum vidit. Idem 6. *Philipp.* Dolabellam irruentem in Asiam à progressu arcuit, à reditu reformauit. ¶ Accipitur & pro promotione, siue fructu quem rei alicui operam dantes facimus. Idem 3. *Tuscul.* Philosophi nunquam in studiis tantos progressus facere potuissent.

Progymnasmata, προγυμνάσματα, Latinè dici possunt præexercitamenta, à verbo Græco προγυμνάζω, quod est præexerceri.

Prōh, Interiectio indignantis, vide *Pro.*

Prohedri, dicebantur præsides magistratus quidam primi subsellij, quibus cæteri omnes sedendi loco cedebant. Bud. *in annot. ad tit. de offic prætor.*

PRŎHĬBĔO, es, ex pro & habeo, Veto, arceo, auerto, impedio. q. procul habeo. { מנע manáh חשך chasáeh. κωλύω. εἴργω, ἀνείργω, GALL. *Engarder, prohiber.* ITAL. *Prohibero, vietare.* GERM. Verbieten/ hinderen/wehren. HISP. *Vedar.* ANGL. *To forbidde, to lett.* } Virg. 1. *Æneid.*

> *Oramus, prohibe infandos à nauibus ignes.*

Plaut. Placidè egredere, & sonitum prohibe forium, & crepitum cardinum, Ne quod hìc agimus herus percipiat fieri. Gell. *cap.* 19. *lib.* 7. Eum à collegæ vi prohibeo. (verba Tribu. Plebis intercedentis) Cæs. *lib* 1. *de bell. ciu.* Ab hoc hostem prohiberi nihil est negotii. Idem sæpè dixit, Prohibere commeatu, frumento. &c. Sicut & Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Nemo ire quemquam prohibet publica via. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Consilium inire quo nos vita victúque prohibeant. Idem *Amph* Tune me prohibere domo peregrè aduenientem postulas? Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4 Prohibere à vobis vim meam. Idem *Asin sc.* 1. *a.* 3 Illo, quem amo, prohibeor. Idem *Men. sc.* 2. *a* 5. Prohibere ne ad cœnam vir promittat, postules? Inhibeo idem est quod retineo, comprimo. ἀνακωλύω, ἐπέχω. Hoc enim differt à prohibeo, quod prohibere generale sit, etiam ante rem inceptam: Inhibere re iam incepta. Illud vetat nequid facere incipias: hoc ne pergas, sed potiùs desistas. Virg. 1. *Æneid.*

> *Quod genus hoc hominum, quæve hunc tam barbara mortem,*
> *Permittit patria? hospitio prohibemur arena.*

Idem 12. *Æneid.*

> *Parcite iam Rutuli & vos tela inhibete Latini.*

ἀνακόπτετε τὰ ἀκοντίσματα. Sed de hoc plura suo loco in verbo Inhibeo. Prohibere ne. Cicero 1. *Verr.* Daturus es huic crimini, quod & potuisti prohibere ne fieret, & debuisti? Prohibere quominus. Col. *lib.* 2. *cap.* 4. Nihil prohibet quominus mense Iulio veruacta subigantur. Prohibere & vetare quin. Plaut. *Curcul. sc.* 1. *a.* 1. —nemo hinc prohibet, nec vetat. Quin quod, &c Prohibere, datiuo & accusatiuo iunctum. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Obsecro parentésne meos mihi prohibeas Prohibessis, pro Prohibueris, antiquè. Idem *Amph.* Tun' furcifer meis me procul prohibessis ædibus? Idem *Aulul. sc.* 2. *a* 4. Id te quæso vt prohibessis fides. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Id te Iupiter prohibessit.

Prŏhĭbĭtor, is, κωλυτής. Apuleius *de Deo Socratis*, Nullo adhortatore vnquam indigebat at verò prohibitore nonnunquam

Prohibitorius, a, um, Adiectiuum, vt Edictum prohibitorium. Paulus *in l. mutua*

mutus & surdus. ff de procur. Quia hoc edictum prohibitorium est.

Prohinc, ideo, sicut proinde. Apul.

PROIICIO, is, Abiicio, quasi porrò iacio. { ירה jaráh השליך hisclich. ἀπορρίπτω. GAL. Ietter hors, mettre hors. ITAL. Tirar à lungi, gettare via. GERM. Hinweg werffen. HISP. Echar lexos. ANGL. To cast or sett forth. } Virg. 6. *Æneid.*

Proiice tela manu.

Ouid. *Epist.* 10.

Proiicit ipse suas deducta fronte coronas.

Virg. 5. *Æneid.*

——galeam ante pedes proiecit inanem.

Ouid. 13. *Metam.*

——Nec adhuc proiecerat heros Virgineos habitus.

Senec. *Epist.* 45. Proiicimus bonum, si hoc nomen pani, aut polentæ damus. Cæsar. 3. *bell. Ciuil.* Ex superioribus locis in planitiem descendere atque arma proiicere iussit. ¶ Transfertur & ad incorporea. Idem 4. *bell. Gall.* Increpitare atque incusare reliquos Belgas, qui se populo Romano dedissent, patriam virtutem proiecissent. ¶ Aliquando ponitur pro extendo, porrigo, προβάλλω, ἐκτείνω. Cicer. *in Topic.* Quoniam P. Scæuola id solùm esse ambitus ædium dixerit, quantum parietis communis tegendi causa tectum proiiceretur. Vide *Proiectus*, paulò infrà. ¶ Interdum proiicere, est eiicere, educere, ἐκβάλλειν. Cicero Quid si eum ex vrbe proieceris. ¶ Proiicere se ad pedes, est se humi ad pedes alicuius prosternere. Cæs. 1. *bell. Gall.* Qui cùm eum in itinere conuenissent, seséque ad pedes proiecissent, suppliciter locuti. ¶ Proiicere lacrymas, est effundere. Hircius 4. *bell. Alexand.* Adeò contra Cæsarem bellum acriter gerere cœpit, vt lacrymas quas in colloquio proiecerat, gaudio videretur profudisse. ¶ Proiicere se, id est, despondere animum. Cicer. *Attic. lib.* 9. Tuas nunc epistolas à primo lego: hæ me paulum recreant: primæ monent & rogant ne me proiiciam. hoc est, despondeam animum. *Ibidem*, Tum poterimus deliberare, non scilicet integra re, sed certè minus infracta quàm, si vnà proieceris te.

Proiectus, a, um, participium, Abiectus derelictus. { משלך muschlách. ἐρριμμένος, ἀποβληθείς. GALL. Ietté au loing, reietté. ITAL. Gittato lontano. GERM. Hingeworffen. HISP. Echados lexos. ANGL. That is cast away and contemned. } Cicer. 2. *de Diuin.* Simonides ignotum quendam proiectum mortuum quum vidisset, humauit. Virg. 11. *Æneid.*

Sternitur & toto proiectus corpore terra.

Lucan. *lib.* 9.

Ignauis manibus proiectos reddidit enses.

Proiectus in miserias, Salust. *Iugurth.* 63. ¶ Proiectus, extensus. Cic. 1. *de Oratore*, Brachium procerius proiectum, quasi quoddam telum orationis. Suet. *in Neron. c.* 51. obesa ceruice, ventre proiecto fuit. Virg. 10. *Æneid.*

——proiecto dum pede læuo

Aptat se pugnæ.

Idem 3. *Æneid.*

——Proiectaque saxa Pachyni.

Sisenna. Vetus atque ingens erat arbor ilex, quæ circum proiectis ramis maiorem partem loci summi tegebat. Gell. *c.* 13. *lib.* 9. Gallus scuto proiecto, (id est, extéto, &c. ¶ Proiecti, ad terram passis palmis. Cæs. 3. *de bel. ciuil.* (id est, prostrati.) Idem 2. *de bell. ciuil.* Proiecti ante simulacra Deorum. ¶ Proiectus, contemptus & vilis. Tacit. *lib.* 1. An ciues quibus iam proiecta Senatus autoritas? ¶ Proiectus puer, dicitur expositus. ἐκθετὸς προερριμμένος. Plaut. *in Cistell.* Paruulam puellam proiectam, ex angiportu sustuli. Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Mart.* Homo animal proiectum ad omnem fortunæ contumeliam. Idem *c.* 9. *de consol. ad Polyb.* Proiecti in hoc mare vitæ.

Proiectitius proiectus. Plaut. *Cist.* Lemniúque natam despondit adulescentulo amore capto illius proiectitiæ.

Proiecta, in ædificiis dicuntur quæ prouehuntur & extenduntur. { προβλῆμα. GAL. Galeries, lieux couuers dependans de la maison. ITAL. Luochi sospesi nella casa, sporti poggiuoli. GERM. Gerüst/so vor einem gebeuw aussen sind/lauben/vorschöpff. HISP. Lugares cubiertos en la casa corredor. ANG. Garretes or outer loftes. } Qualia sunt mœniana & suggrundia & podia pensilia. Immissa autem dicuntur quæ ex nostro ædificio protensa, in alieno recumbunt: euiusmodi sunt tigna & trabes quæ ex nostro pariete in parietem vicini immittimus. Dicta proiecta, à verbo proiicio, quod inter cætera significat porrigo, siue extendo.

Proiectus, us verbale. { שלכת schallécheth. ἡ ῥῖψις, ἡ ἀπόρριψις, ἡ προβολή. GALL. Iettement. ITAL. Gittamento. GERM. Ein hinwurff/aufspreitung. HISP. Echamiento. ANGL. A casting forth or a farre of. } Plin. *lib.* 17. *c.* 12. Omnium quæ proiectu frontis ita diffunduntur, vt per ipsas, non defluant imbres, stilla sæua est. Corporis proiectus immanis. Lucr. *lib.* 3.

Proiectio, nis, verb. Extensio, idem quod proiectus, us. { שלכת schallécheth. προβολή, ἀπόρριψις. } Cic. *in Orat.* Brachij proiectio in contentionibus, contractio in remissis.

Proiecto, as, frequentatiuum. { ἀκκίζω. GALL. Ietter souuent. ITAL. Gittar souente. GERM. Offt hinwerffen. HISP. Echar à menudo. ANGL. To cast forth often. } Plaut. *in Bacch.* Etiámne vltrò tuis me proiectas probris? id est, iniuriis afficis.

Proiectura, æ, est prominentia & veluti supercilium quoddam parietis, arcendis stilicidiis inuentum. { προβολή. GALL. Auancement & sortie en dehors, en vn bastiment, comme ce qu'on appelle larmier d'vne muraille. ITAL. Ciglio ò corona spinta fuori del muro à saluarla dalle pioggie. GERM. Ein abgeschlipffter absatz oder simpßen an einem gebeuw den rägen abzutragen/oder ein vorrächlin/ &c. HISP. La corona en cima y fuera de la pared. ANGL. A penthouse or house eauinges. } Fabri Larmieros appellant, & Intabulamenta. Budæus.

PROIN, aduerb. Proinde. { לכן lachén על כן hál-chen. τοιγάρουν. GALL. Parquoy. ITAL. Per tanto però. GERM. Darumb. HISP. Dende, por esto. ANGL. There fore. } Terent. *in Eunuch.* Proin tu dum est tempus, etiam atque etiam cogita. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 2. Proin ne abeas longius. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Proin tu me hinc abducas. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Proin tu hunc Deum tranquillum face.

Proindè, cum accentu in antepenultima, componitur ex pro & inde, significátque ideo, ideóque, propterea, propter hoc, quapropter, semper enim dependet ex superiori sententia. { על כן laehen על כן hal chén. τοιγαροῦν, τοίνυν. GAL. Parquoy, partant. ITAL. Pertanto, però. GERM. Darumb / deßhalben. HISP. Por esto, à esta causa. ANGL. There fore. } Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Satis scire origini Romæ & deos affuisse, & non defuturam virtutem, proinde ne grauarentur, &c. Plaut. *prolog. Amphit.* Faciam hanc proinde vt dixi Tragicomœdiā. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Se & suos bello tutari posse: Proinde prosperè de finibus suis decedere. ¶ Ponitur quandoque pro aduerbio similitudinis, eandémque significationē habere videtur cum perinde, ὥστως Terent. *in Phorm.* Proinde expiscare, quasi non nosses. Salust. At hi contrà ignauissimi homines, per summum scelus, omnia ea sociis ademere quæ fortissimi viri victores reliquerant: proinde quasi victoria iniuriam facere, demum id esset imperio vti. Tacit. *lib.* 12. Decretáque eorū proinde haberi iusserat, acsi magistratus Romani constituissent, de Augusto loquitur. Plaut. *Amphit. sc.* 1. *a* 1. Fac hæc curata sint, Proinde adeò vt me velle intelligas, &c. Proinde, provt, Senec. *cap.* 18. *de consol. ad Mart.*

PROLABOR, prolaberis, prolapsus. Leuiter, sensímque prouehor. { נפל naphál. προλισθάνω. GAL. Griller, glisser, tomber. ITAL. Scorrere, sdrucciolare. GERM. Fürfallen/entschlipffen/niderfallen. HISP. Caer deslizandose. ANGL. To stipe, slide or fall forewarde. } Cic. 3. *de natur. deor.* ex aliquo veterum poetarum, At canis ad caudam serpens prolabitur Argo. ¶ Sic prolabi longiùs in oratione, per metaphoram dicimus, pro eo quod est longiùs prouehi, & modum egredi. Idem *pro Cæcinna*, Tametsi de hoc iudicio multa prætereo: tamen longius prolapsus sum quàm ratio vestri iudicij postulabat. ¶ Prolabi ad orationem aliquam, est sensim ad eam accedere. Idem 1. *de Legib.* Libenter ad istam orationem tecum prolaberer. Prolabi item dicuntur qui vestigio in loco lubrico posito, procidunt, aut ægrè sese sustinent. Liu. 5. *ab Vrbe*, Conuertentem se inter hanc venerationem traditur memoriæ, prolapsum cecidisse: idque omen pertinuisse.

Prolapsus, a, um, participiū, Collapsus, delapsus. { נפל nophel. καταπεσών, κατολισθήσας. GAL. Cheut, tombé, glissé, grillé. ITAL. Sdrucciolato, caduto. GER. Nidergefallen/entschlipfft. HISP. Deslizado, caido, deslizandose. ANGL. Fallen or slippen, forwarde. } Virg. 2. *Æneid.*

Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum

Sorte tulit, Troiam incensam & prolapsa videntem

Pergama, tot quondam populis, terrísque superbum

Regnatorem Asiæ: iacet ingens littore truncus,

Auulsúmque humeris caput: & sine nomine corpus.

Equus prolapsus. Propertius *lib.* 4. *Elegia prima.*

Prolapsio, nis, verbale, Lapsio, siue lapsus, aut vacillatio. { מפלה mappeláh [vel] mappaláh. πρόπτωσις, ὀλίσθησις. GAL. Grillement, glissement, cheute. ITAL. Esso cadere, sdrucciolare. GERM. Ein niderfallung/entschlipffung. HISP. Obra de caer resbalando ò deslizandose. ANG. Anslipping, sliding or falling forward. } Cic. *pro Cælio*, Et interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix posset.

Prolatio, vide *Profero.*

PROLATO, as, Amplio, dilato, extendo. { הרחיב hirchib התה hittáh. παρεκτείνω. GALL. Eslargir & faire estendre, prolonger. ITAL. Dilatare, ampliare. GER. Erweiteren. HISP. Dilatar, estender, ensanchar. ANGL. To mak large and spread out. } Colum. *in præfat. lib.* 1. Largius tamen condidere quàm nos, quibus diuturna permittente pace, prolatare licuit rem rusticam, hoc est, latiorem & ampliorem reddere. Interdum idem est quod differre, protrahere, siue prorogare. { משך mischéch עקב hikkéb. ἀναβάλλω. GALL. Differer, prolonger, dilayer. ITAL. Differire, prolongare. GERM. Auffziehen oder verziehen. HISP. Diferir y dilatar en tiempo. ANGL. To prolonge or delay. } Liuius 2. *ab Vrbe*, Prolatandis igitur comitiis, quum magistratu Dictator abiisset, res ad interregnum rediit. Vitam prolatare. Tacit. *lib.* 11. Interim Messalina Lucillianis in horis prolatare vitam. Idem *lib.* 5. Sed vbi diem ex die prolatabant.

Prolatatus, a, um, participium. { ממשך menuschscháh מעקב meukkáb. ἀναβληθείς. GALL. Dilayé, differé, prolongé. ITAL. Dilatato, differito. GERM. Verzogen/auffgeschoben. HISP. Diferido, dilatado en tiempo. ANGL. Delayed, prolonged, differred. } vt, Bellum prolatatum. Tacit. *lib.* 13. Prolatatum inter Parthos Romanósque de obtinenda Armenia, bellum acriter sumitur.

Prolatatio, nis, verbale. { עקבה hikkebáh. ἀναβολή. GALL. Delay, prolongement. ITAL. Dilatione, prolungamento. GERM. Verzug oder verziehung. HISP. Obra de diferir y dilatar en tiempo. ANGL. A delaying or prolonging. } Tacit. *lib.* 16. Sed & omnem prolatationem vt inimicam victoriæ suspectabant.

Prolegomena, προλεγόμενα, ων, quod præfationis loco dicitur. προλέγω est antè dico.

PROLEPSIS, πρόληψις. Latinè dici potest præacceptatio, vel præoccupatio, ἀπὸ τοῦ προλαμβάνειν, hoc est, à præsumendo. Fit autem quum id quod in aduersarij, aut iudicis opinione esse, aut fore arbitramur contrarium nobis, præoccupamus dicere, & ratione dissoluere.

Prolepticus, a, um, ad anticipationem pertinens.

PROLES, is, fœminini generis, Soboles, progenies, neque Deorum, neque hominum solùm, verumetiam brutorum. { ילד jéledh צאצאים tseetsaim. γονή. GALL. Generation, lignée, race. ITAL. Prole, stirpe. GERM. Ein geschlecht/zucht. HISP. La generacion de hijo ò hija. ANGL. Issue of ones bodie, of spring. } Proles dicitur à porrò & olescendo, vt Soboles, inquit Passer. Ouid. 1. *Fast.*

Tuta diu volucrum proles, (i. genus.) *Tum denique cæsa est.*

Tibull. *lib.* 4. (de animabus heroum,)

Magna Deûm proles.

Ouid. 13. *Metam.*

——Prolémque fatetur Iuppiter esse suam.

Colum. *lib.* 8. de caprino pecore, Parit autem si est generosa proles frequenter duos, nonnunquam trigeminos. Cic 1. *de nat. deor.* Ferrea tum verò proles exorta repentè est. Virg. 9. *Æneid.*

——& pulcra faciat te prole parentem.

Duellica

Duellica proles equorum. Lucr. *lib.* 2. ¶ Per translationem etiam de plantis dicitur : vt oliuæ proles apud Virg. 2. *Georg.*

Proletarij, qui in plebe Romana paupertimi erant, neque amplius quàm mille quingentûm æris in censum deferebant : ita dicti quòd rarò ad militiam conscriberentur : & ferè procreandæ prolis gratia in vrbe relinquerentur. Qui verò nullo, aut perquam paruo ære censebantur, Capite censi vocabantur : vt ait Gell. *lib.* 16 *c.* 10. Augustin. *lib.* 3. *Ciuit* Tum verò tam multa bella vbique crebuerunt, vt inopia militum proletarij illi, qui eo quòd proli gignendæ vacabant, ob egestatem militare non valentes, hoc nomen acceperant, militiæ conscriberentur. Nonius. Proletarij dicti sunt plebeij qui nihil Reip. exhibebant, sed tantùm prolem sufficiebant. ¶ Proletarius sermo dictus est plebeius, vilis. Plaut. *in Milite*, Nã proletario sermone nunc quidem hospes vtere. ¶ Proletarius scriptor & assiduus opponuntur. Gell. *cap.* 8. *lib.* 19. classicus assiduúsque aliquis scriptor, non proletarius.

PRŌLĪBO, as Antè. { προλείβω. *Premier gouster tant soit peu.* ITAL. *Gustar prima.* GERM. Zuvor ein wenig versuchen. HISP. *Hazer la salua de primero.* ANGL. *To taste before.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 4. Alij è tribus puteis pari mensura aquas miscent & prolibant, nouo fictili. Idem *lib.* 35. *cap.* 12.

Proliceo, pro proliqueo, profluo. Gloss. Isid.

Prōlĭcio, is, In conspectum lacio, prouoco, induco, allicio. { פתה *pittáh.* ἐφέλκω, ἐπάγω. GAL. *Attraire, allicher, amadouër.* ITAL. *Indurre.* GER. Fürhin locken. HISP. *Induzir.* ANGL. *To allurer or intyse.* } Plaut. *in Curc. sc. a* 1. Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit, id est, inducit.

PRŌLĔCTO, as, are, Illectare. { פתה *pittáh.* ἐπάγω. GALL. *Attraire, allicher, amadouër.* ITAL. *Attrarre, inescare, lusingare* GERM. Empsig herfür locken / anreitzen. HISP. *Atraer halagando.* ANG. *To intyse or allure.* } Cic. *pro Flacco*, Egentes & leues spe largitionis & viatico publico, priuata etiam benignitate prolectat.

Prōlĕctĭbĭlĕ, quod alliciendi incitandíque vim habet. { ἑλκτικός. GALL. *Allichant, attrayant, qui amadouë.* ITAL. *Che attrahe con lusinghe.* GERM. Das kreffrig ist anzureitzen oder zulocken. HISP. *Lo que atrahe con halagos.* ANGL. *That hath force to allure.* } Sidon. *ad Vectionem*, Nemo ita naturæ firmæ est, vt prolectibilibus careat occultis.

Proliquo, facio prolicere, id est, proliquere. Apul.

Prolitas, proles Idem.

PRŌLĪXVS, a, um, quod longum latúmque est & liberale, quasi porrò laxum. { ארך *érech.* ἐκτενής, ἐπίμηκ@. GALL. *Long.* ITAL. *Lungo.* GERM. Lang vnd breit. HISP. *Largo.* ANG. *Long and broade* } Terent. *in Heaut.* Capillus passus, prolixus, circum caput negligenter reiectus. Barba prolixa, Virg. 8. *Eclog.* Comæ prolixæ. Ouid. 4. *Trist. Eleg.* 1. Prolixas abietes dixit Varr. *de re rust. lib.* 1, *cap.* 6. *&* 9. Licet videre fructuosas segetes ac restibiles & arbores prolixas. Gell. *c.* 14. *lib.* 13. Res secundæ, prolixæ, & prosperæ. ¶ Prolixus interdum accipitur prò beneuolo, & liberali. Cic. 2. *Epist.* Prolixa & benefica natura Idem *Attic. lib.* 2. Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum, quàm per me in Brutum. Idem *ad Attic. lib.* 16. Quod quum ita sit, tamen interest nostra Plancum hoc animo libenti prolixóque facere. ‖ ¶ Prolixum corpus, i. longum an procerum, quod & rectum dicitur. Suetonius *in Claudio*: Nam & prolixo, nec exili corpore erat. ‖

Prōlīxĭtās, tis, Longitudo, quæ & prolixitudo à veteribus dicta est. { ארך *érech* [vel] *órech.* τὸ μῆκ@. GAL. *Longueur.* ITAL. *Lunghezza.* GERM. Die lenge. HISP. *Largura.* ANG *Lenght.* } Pacuuius, Oro in me ne flectas fandi prolixitudinem.

Prōlīxē, liberaliter, largè. { ἐκτενῶς. GAL. *Longuement, largement, amplement.* ITAL. *Largamente, liberalmente.* GERM. Weitläffiklich. HISP. *Copiosamente, abundantemente, liberalmente.* ANGL. *At lenght.* } Cic. *ad Cæsarem lib.* 7. Neque me hercule minus ei prolixè de tua voluntate promisi, quam etiam solitus de mea polliceri. Terentius *in Eunuch.* Accipit hominem nemo melius prorsus, neque prolixius, id est, largius, lautius. ¶ Aliquando significat, longè latéque. Idem *in Adelph.* Age prolixè Mitio. id est, nimis multis verbis rem agis.

Prolobus, πρόλοβ@, sinus prominens in gutture auium, ingluuies.

PRŌLŎGVS, i. { πρόλογ@. GAL *Prologue. preface.* ITAL. *Prologo, prifatione.* GERM. Ein vorred. HISP. *El prologo de libro, ò otra cosa, prefacion.* ANGL. *A preface* } Proloquium, siue præfatio fabulæ, in qua aut poëta excusatur, aut fabula commendatur, aut aliquid lucem ei afferens præmittitur. Terent. *in prolog Phorm.* Vetus si poëta non lacessisset prior, Nullum inuenire prologum potuisset nouus, Quem diceret. ¶ Ponitur Aliquando pro ipso homine prologum referente. Idem *ibidem*, Orator ad vos venio ornatu prologi. Legitur & prima longa, tanquam si ex Latino *pro* & λόγ@, sicut antelogium.

Prōlŏgĭum, ij, Principium, quasi proloquium. { πρόλογι. GAL. *Commencement.* ITAL. *Principio.* GERM. Ein Vorred / Anfang. HISP. *Començo.* ANG. *The beginning of a speach.* } Plautus, Examinauit me pro logio suo.

Prōlongo, as, Protraho, profero, prorogo : quasi longius facio. { משך *mischschéch* עקב *ikkhéb.* ἀναβάλλομαι. GALL. *Prolonger, dilayer.* ITAL. *Prolungar, differire.* GERM. Verlengeren. HISP. *Prolongar, diferir.* ANGL. *To differre, to delay.* } Plin. *lib.* 31. *cap.* 3. Vestes prolongant tempus. Seneca *de benefic.* Vt prolongetur tibi dies mortis, nihil proficiet ad felicitatem.

Prōlŏquŏr, eris, Animi sensa claris apertísque verbis effero. { דבר *dibbér.* ἀποφθέγγομαι, ἀποφθέγγομαι. GALL. *Dire ce qu'on a sur le cœur.* ITAL. *Esprimere con parole chiare il suo animo.* GER. Herauß reden / Außsprechen. HISP *Hablar & parlar claramento.* ANGL. *To speak at lenght, to vtter our mynd.* } Varro 6. *de lingua Latina*, Proloquitur is qui in animo quod habet, loquendo effert. Plaut. *Prolog. Amph.* Nunc quam rem oratum huc veni primùm proloquar: post argumentum huius eloquar comœdiæ. *Ibidem*, Priùs volo meditari si hoc proloquar. (i. loqui incipiam.) Item, Pugnas pugnatas proloquuta est. Idem *Men. sc.* 1 *a* 2. Non potuit paucis plura proloqui. Idem *Aulul. sc.* 3. *a.* 1 Decet te vera proloqui. Terent. *Andr.* Censen me vllam potuisse verbum proloqui: ¶ Nonnunquam idem quod prologo vtor, vel præfatiunculâ quod dicitur sum præmollio, προλογίζω, προοιμιάζω. Plaut. *Epid.* Nam quid ego apud te parem proloqui? Ego illam hodie volo facere libertam meam. Idem *Capt. prolog.* Id apud vos proloquar si operam datis. (i. in prologo loquar.

Prōlŏquium, ij, Præfatio, exordium, principium orationis. { πρόλογον. GAL. *Proposition, maxime, preface.* ITAL. *Essordio, prefatione.* GERM. Ein vorred / Anfang einer red. HISP. *Prologo ò habla antes, prefacion.* ANGL. *A preface.* } Proloquium, profatum, & pronunciatum. Idem. Vide Gell *c* 8. *lib.* 10. Accipitur item pro oratione veri, vel falsi significatiua: quam Cic. Enuntiationem, Græci ἀξίωμα vocant. Gell. *lib.* 5. *c.* 11. Quod in proloquio disiunctiuo necessarium est.

Prōlŭbium, ij, prolubies, prolubido, cupiditas, & voluptas. { תאוה *taaváh* ערנה *ednáh.* ἐπιθυμία. GALL. *Desir, appetit, vouloir.* ITAL. *Cupità, dilettatione, desiderio.* GERM. Ein lust oder begird. HISP. *Codicio, deleyte* ANG. *Will, pleasour.* } Gell. *lib.* 16. *c.* 19 Feros, & immanes nauitas, prolubium tamen audiendi subit. Nonius tamen prolubium, amicitiam & fidem significare ait. Ex Accij Andromeda, Muliebre ingenium, prolubium occasio. Ex Laberio *in compitalibus*, Quo quidem me à matronali pudore prolubium meretricis progredi coëgit. Apud Varronem *de ling. Lat.* Est prolubies & prolubido, quæ dicta sunt ab eo quod lubet.

PRŌLVDO, is, Futurum certamen meditor, & exercendarum virium causa confirmandique animi, veluti simulacrum quoddam certaminis ineo. { προαγωνίζομαι, προμελετάω. GALL. *S'essayer premier qu'aller au combat, faire coup d'essay.* ITAL *Prouarsi, farè vn saggio.* GERM. Vorspylen / versuchung thun vor dem rechten kampff / vorfechten. HISP. *Hazer leuada, probarse.* ANGL. *To proue or assay what he can do or he come to a thing.* } Virg. 3. *Georg.*

Et tentat sese, atque irasci in cornua discit,
Arboris obnixus trunco, ventósque lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.

¶ Iurgia proludere, Iuuen. *Satyr.* 5.

Iurgia proludunt, sed mox & pocula torques
Saucius.

¶ Proludere, inquit Budæus, est aliquid agere quod ad iustum certamen pertineat, quasique exordium legitimi plenique certaminis auspicari. Cic. 2. *de Orat.* Sed vt ipsis sententiis quibus præluserunt, vel pugnare possint. In armis leuibus proludit, Ouid *ad Pison.* Seneca *Medea*, Dolor prolud it per scelera.

Prōlūsio, verbale, ipse proludendi actus, simulata & ficta concertatio. { προαγωνισμός, προαγών. GALL. *L'essay qu'on fait premier que d'aller au combat, coup d'essay.* ITAL. *Proua delle proprie forze prima che si vada à combattere.* GERM. Ein vorfechtung / Das versuchen auff ein kampff / Vorübung. HISP. *La leuada antes que pelear.* ANG. *A proning or assaying before.* } Cic. 1. *de Orat.* Atque eiusmodi illa prolusio debet esse: non vt Samnitum, qui vibrant hastas ante pugnam quibus in pugnando nihil vtuntur. ¶ Prolusionis vocabulum etiam ad causas translatum est. Sic idem Cicero Diuinationem suam, Prolusionem Verrinæ accusationis vocat: in ea enim de constituendo accusatore Verris agebatur. Verba Ciceronis sunt, Sin mecum in hac prolusione nihil fueris: quem te in ipsa pugna cum acerrimo aduersario fore putemus?

Prōlūdĭum, ij, propriè est iusti, legitimíque certaminis quoddam veluti exordium, cuiusmodi est illud quod à Citharœdis iusto certamine solet præcini. { προαγών, προοίμιον. GALL. *Louée de bouclier, le coup d'essay.* ITAL. *Ricercata.* GER. Ein vorspyl / vorlauftin. HISP. *Leuada.* ANG. *An assay or proofe before the mater.* } ¶ Per translationem accipitur pro leuiore rei cuiuslis initio, quod tamen ad alia grauiora nonnihil afferat momenti. Gellius *lib.* 5. *cap.* 19. Sed maius mihi in ista victoria proludium est, quum non causa tantùm, sed argumento quoque isto vinco.

PRŌLVGEO, Tempus lugendi longiùs produco. { ἐπὶ πολὺ θρηνῶ, ἐπιθρηνῶ. GALL. *Pleurer & porter le dueil vn fort long temps.* ITAL. *Piagnere lungamente.* GERM. Zu lang weinen oder leid tragen. HISP. *Traer luto, mucho tiempo.* ANGL. *To wail and weep long for a thing.* } Festus, Prolugere dicuntur qui in solito diutius lugent.

PRŌLVO, is, ex pro, & lauo : quod è prima in tertiam transit coniugationem, quemadmodum & reliqua eius verbi composita : significat idem, ferè quod abluo, purgo, humecto. { רחץ *racħáts* כבס *chibbés.* ἀποκλύζω, βρέχω, διΰγω. GALL. *For lauer.* ITAL. *Lauare, strugare bagnare.* GERM. Wol wäschen. HISP. *Lauar, purgar, alimpiar, mojor.* ANGL. *To wash and mak cleane.* } Pers. *in Prologo*, Nec fonte labra prolui Caballino. Virg. 1. *Æneid.*

——— & pleno se proluit auro.

Statius 8. *Thebaid.* Cruor saucia proluit pectora. Horatius 2. *Serm. satyr.* 4.

——— leni præcordia mulso
Prol ueris melius.

¶ Proluere cloacam, est aquam in cloacam infundere, quæ secum rapiat sordes. ¶ Plaut. *in Curc.* Ad anum ebriosam transtulit, vinum in ventrem non secus atque in cloacam quandam profundentem, Age (inquit) effunde hoc citò in barathrum, Prolue cloacam. Gellius *cap.* 24. *lib.* 2. Prandiorum gurgitibus proluere pecuniam. ¶ Proluere terram dicuntur aquæ, quum impetu suo terram abradunt, secúmque rapiunt. Colum. *lib.* 2. *cap.* 18. Quoniã impetus aquarum proluit terram, nudatísque radicibus germina non patitur coalescere. Virg. 1. *Georg.* Proluit insano contorquens vortice syluas Fluuiorum rex Eridanus. ‖ ¶ Proluere pecuniam, dilapidare atque eluere profunda ingluuie. Gell. ‖

Prō ūtus, a, um, participium. { רחץ *ruchâts* כבס *chubbás.* βεβρεγμέν@. GAL. *Lané.* ITAL. *Bagnato.* GERM. Gewäschen. HISP. *Lauado.* ANG. *Bashed or made cleane.* } Horat. 1 *Serm. sat.* 5. —absentem cantã amicam Multa prolutus vappa nauta atque viator Certatim.

Prō ūviēs, ei, Innundatio, quòd prolui soleat, deinde Immunditia cuiuscunque rei sordidæ. { פגול *pighghúl* צאה *tsēah* [vel] *tsoáh.* ἀπόπλυμα. GALL. *L'immondice & ordure qui s'en va en l'eau, lauage, ou lauaille.* ITAL. *Sporcitia brutura, lordura di qualche cose.* GERM. Wust / Außwäschetten / Allerley vnraht oder vnsauberkeit. HISP. *Las lauazas suziedad.* ANG. *The filth or ordure washed of frome any thing.* } Virg. 3. *Æn.* ——— fœdissima

——————*fœdissima ventris proluuies:*
id est, sordis effusio, inquit Seruius. Colum. *lib.* 12. *cap.* 38. Et ad alui proluuiem.

Prolŭuĭum, ij, proluuies. Gell. *cap.* 11. *lib.* 4. A rei venereæ proluuio deducere. ¶ Per translationem dicitur profusio, & prodigalitas, quum quis more aquæ opes profundit. ἀσωτία. Terent. *in Adelph.* Quæ res tam repentè mores mutauit tuos quod proluuium? quæ ista subita est largitas? Hic *Prolubium* legit Victor. *cap.* 4. *lib.* 21.

Prolyta, προλύτης, lytarum ancessor in iuris scientia.

Promalus, planta quadam.

|| Proma, cella, promptuarium, vnde promuntur cibaria. Tertull ||

Prōmānāre. Senec. 2. *de vita tranquillitate cap.* 18. Sermo promanauerat, quod languidus sono, & infracta voce suspectior.

Prōmātertĕra, æ, est soror proauiæ. Caius *D. lib.* 38. *tit.* 10. *l.* 1.

Prōmellĕre, verbum antiquum, quod litem promouere interpretatur. Festus.

Promenetuo, moneo. Fest.

PRŌMERCALIA. Mercimonia sunt venditioni exposita. { ὤνια. GALL. *Qui est à vendre, mis en vente.* ITAL. *Merci da vendere.* GER. Feile wahren/ das zu dem kauff gerüst ist. HISP. *Lo que se compra para reuender.* ANG. *Thinges settout to sale.* } Promercalia dicuntur (ait Budæus) quæ paterfamiliâs vænalia habet, extra ea quæ vsui suo seruat. Quidam aiunt promercalia propriè dici merces quæ primò minoris emuntur, vt postea pluris distrahantur: quarum rerum negotiatores Græco vocabulo προπώλαι nuncupantur. Sueton *in Cæs. cap.* 54. aurum promercale vocat id quod Cæsar vendidit superans, sibi reseruata tanta auri copia, quanta suo vsui satis esset. ¶ Promercales vestes, quæ superuacant patrifamiliâs. Idem Suet. *de clar. Gramm.* Luxuriæ ita indulsit, vt sæpiùs in die lauaretur, nec sufficeret sumptibus, quanquam ex schola quadragena annua caperet, ac non multo minus ex re familiari, cuius diligentissimus erat, quum & officinas promercalium vestium exerceret. Colum. *lib.* 1. *c.* 8. Pecuniámque domini, neque in animalibus, aut aliis rebus promercalibus occupet.

Promercium, ij, Mercimonium quodcunque vendendi caussa seponitur. Paul. *in l.* 4. § 1. *D. de pen. legat.* Siquis solitus fructus suos vendere penum legauerit, non omnia quæ & promercij causa habuit, legasse videtur. Hotomanus.

PRŌMĔRĔOR, eris, deponens, & Promereo, es, Merco beneficium confero, dignus sum, & in vtranque partem accipitur. { προσάγομαι. GALL. *Meriter & deseruir.* ITAL. *Far beneficio, meritare, beneficare* GER. Verdienen/ Beschulden. HISP. *Mucho merecer.* ANG. *To deserue or carne wages.* } Plaut. *Amph.* Haud promeruit, quamobrem vitio verteres. Idem *Men. sc.* 9. *a.* 5. Non ita promeruisti de me (quem seruasti) vt pigeat quæ velis. *Ibid. sc. vlt. a.* 5. Promeruisti, vt ne quid ores, quod velis, quin impetres. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 5. Non possum agere gratias, perinde vt promeritus. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 1 *Trist.*

Si quam promerui pœnam, me perdere vultis?

Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Postquam malum promeritum est, metuunt. (aliàs. *promeriti sunt.*) Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

——*ego te quæ plurima fando*
Enumerare vales, nunquam regina negabo
Promeritam.

Terent. *Adelph.* Ita velim me ames promerentem pater, id est, bene merentem. Plaut. tamen *in Amph.* in malam partem sumpsit, Quid mali sum, here, tanta ex te promeritus? Idem *in Trin.* Nam retinere nequeo quin dicam ea quæ promeres. ¶ Bene promereri de aliquo, est conferre in aliquem beneficium. Cic. 3 *Offic.*

Promerens, entis, particip. qui bene de aliquo meretur, εὖ ποιῶν. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Promerenti optimè hoccine pretij redditur?

|| Promerion, præcipuum, præter cæteros meritum, aut promedium hoc est participat; vt pro indiuiso dicimus. Scaliger corruptissimum hunc locum apud Festum ita restituit: Pro merito, præcipuum, præter cæteros meritum, vt pro medio, hoc est, participem & pro indiuiso dicimus. ||

Prōmĕrĭtum, i. { חסד chésedh. ὁ μισθὸς, τὸ ἄξιον, ἡ εὐποιΐα, ἡ εὐεργεσία. GAL. *Merite, ce qu'on a merité & deserui, plaisir, seruice ou bien fait.* ITAL. *Piacere, seruitio fatto ad vn altro.* GER. Ein verdienst vmb einen. HISP. *Grande gracia, seruicio merced.* ANGL. *Deseruing, à plesour or deserte.* } Cic. *ad Quirites post reditum*, Quare hoc maius est in vos vestrum promeritum, quòd non, &c.

Prōmētheus, προμηθεύς, filius Iapeti, & pater Deucalionis, qui hominem ex luto dicitur formasse, & ex cælesti igne animasse. Promethei fabulam sic refert Seruius, Prometheus (inquit) post factos à se homines, dicitur auxilio Mineruæ cælum ascendisse, & adhibita facula ad rotam Solis ignem furatus, quem hominibus indicauit. Ob quam causam irati dij, duo mala immiserunt terris, febres, & morbos, sicut & Sappho, & Hesiodus memorant. Quod tangit & Horatius dicens, post ignem ætherea domo subductum, macies, & noua febrium Terris incubuit cohors. Ipsum etiam Prometheum in monte Caucaso per Mercurium religauerunt ad saxum: & adhibita aquila est, quæ eius cor exederet. Hæc autem omnia non sine ratione finguntur. Nam Prometheus vir prudentissimus fuit. Vnde etiam Prometheus dictus est, ἀπὸ τῆς προμηθείας. id est, à prouidentia. Hic primus Astrologiam Assyriis indicauit: quam residens in monte altissimo Caucaso, nimia cura & solicitudine, deprehẽderat. Hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus penè sideribus. Vnde etiam maiora astra demonstrat, & diligenter eorum ortus occasúsque significat. Dicitur etiam aquila cor eius exedere, quod ἦχος est solicitudo, qua ille affectus, siderũ omnes deprehenderat motus. Et hoc, quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiæ & rationis deus est, ad saxum dicitur esse religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum, & hominibus indicauit: vnde cælestem ignem dicitur esse furatus. Nam quadam arte ab eodem monstrata, supernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit donec eo bene vsi sunt. Nam postea malo hominum vsu, in perniciem eorum versus est: sicut in Liuio lectum est de Tullo Hostilio, qui eo igni exustus est cum omnibus suis. Numa verò Pompilius impunè eo vsus est tantùm in sacris deorum. Hinc est quòd igne rapto, mortalibus morbi ab iratis numinibus dicuntur immissi. Hactenus Seruius, enarrans illud Virgilij sextæ Eclogæ,

Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
Caucaseásque refert volucres, furtúmque Promethei.

|| ¶ Prometheus flos, vel herba Promethea, quę ad dirimendas amicitias efficax esse credebatur: βοτάνη προμήθειος. Propertius *lib.* 1.

Inuidiæ fuimus, num me deus obruit? anque
Lecta Prometheis diuidit herba iugis? ||

¶ A Prometheus fit Promethides patronymicum masculinum.

Prŏmĭco, as, inquit Nonius, est extendo, vel longè iacio. { GALL. *Ietter loing.* ITAL. *Gettare a lungi.* GERM. Ausstrecken. HISP. *Echar lexos.* ANGL. *To cast farre of.* } Næuius, Si quidem loqui vis, non per docere, multa longè promicanda oratio est.

PRŌMĬNEO, es, ex pro, & maneo, palàm mineo, exto, emineo, propendeo. { ἐξέχω. GALL. *Se fort monstrer, & saillir hors & sortir, apparoir.* ITAL. *Soprastare, essere preminente.* GER. Für aussgehn/ für abhangen. HISP. *Sobrepujar, estar mucho en cima.* ANGL. *To appeare or stand out further then an other, or aboue or before.* } Plinius *lib.* 11. *cap.* 37. Simiæ dentes vt homini, elephanto intus ad mandendum quatuor, præterquam eos qui prominent. Horat. *Epod.* 5.

Quum promineret ore, quantum extant aqua
Suspensa mento pectora.

Ouid. 13. *Metam.*

——*coma plurima toruos*
Prominet in vultus.

¶ Prominere in memoriam ac posteritatem, pro extendi. Liu. *lib.* 8. *bell. Pun.* Tanquam non longiùs, quàm quantum vitæ humanæ spatium est, cupiditas gloriæ extendatur: maximáque pars eius in memoriam ac posteritatem promineat.

Prōmĭnens, tis, participium, Sese extendens. { ἐξέχων, προέχων. GALL. *Qui se monstre fort, fort apparent.* ITAL. *Molto eminente, sporto in fuori.* GERM. Für auss gehnd. HISP. *Muy sobrepujado, y apareciente.* ANGL. *That appeareth or standeth out further.* } Liu. 7 *bell. Pun.* Gallos prominens collis tegebat.

Prōmĭnens, nomen substantiuum. Tacit. *lib.* 1. Inuenerúntque in litoris prominenti nihil, &c.

Prominentia, summitas prominens.

Promino, produco, ago, Apul.

Prōmĭnŭlus, diminutiuum à prominens: parum prominens Iul. Capit. *in Pertinace*, Fuit ventre prominulo, statura imperatoria.

PRŌMISCĒRE. Macrob. *comm. lib.* 1. *c.* 6. Nec aliter tam controuersa sibi, ac repugnantia, & natura communionem abnuentia promisceri terram dico, & ignem potuisse.

Prōmiscŭus, Mistum, incertum, confusum. { בלול balúl. GALL. *Meslé, mis peste mesle, commun à plusieurs.* ITAL. *Meschio, confuso.* GER. Vermischet/ vnderscheiden HISP. *Mucho mezclado.* ANGL. *Mixed or mingled, commone to many.* } Salust. *in Catil.* Diuina atque humana habere promiscua, &c. Vnde Grammatici promiscuum genus appellarunt, quasi incertum, siue confusum: quod & Græco nomine epicœnum appellamus. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 4. Nec statim diligentem putabo qui promiscua (quæ epicœna dicuntur) ostenderit. Connubia promiscua. Liu. 4. *ab Vrbe.* Quam enim aliam vim connubia promiscua habere, nisi vt ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis, patrúmque? Idem 9. *bell. Maced.* Nec vnum genus noxæ, stupra promiscua ingenuorum, fœminarúmque erant. ¶ In promiscuo esse sæpe dicit idem Liu. vt *lib.* 7. Dictaturam in promiscuo esse: Et, In promiscuo spectare; de ludis.) vt *lib.* 4. *dec.* 4. ¶ Operam promiscuam dare, est mutuam operam tradere. Plaut. *Rud.* Eamus intrò omnes, quando operam promiscuam damus. Promiscuæ salutationes, (id est, mixtæ, confusæ.) Promiscuis salutationibus admittebat, & plebem. Suet. *in Aug. c.* 53.

Promiscam, pro promiscuè, veteres dixerunt. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 4. *v. vlt.* Vt mea lætitia lætus promiscam siet.

Prōmiscŭē, aduerbium, Mistè, confusè, incertè, pro quo veteres etiam promiscam dixerunt, inquit Festus. { συμμιγῶς. GALL. *Peste meste, confusément, sans difference.* ITAL. *Mescolatamente, confusamente, senza differenza.* GERM. Durch einander/ Vermischeter weiss/ Vnunderscheidenlich. HISP. *Mezcladamente sin diferencia.* ANGL. *Confusedly, without order.* } Liuius 1 *ab Vrbe*, Eodémque iure promiscuè omnibus datum est. Idem *lib.* 3. Placet pecudum, ferarúmque ritu promiscuè in concubitus ruere? Apud Sueton. *in August. cap.* 44. Gladiatores promiscuè spectari dicuntur, quum mulieres vna cum viris mistæ eos spectabant.

PRŌMITTO, is, Polliceor. { יעד jaʿádh הבטיח hibtiach. ὑπισχνέομαι. GALL. *Promettre.* ITAL. *Promittere.* GERM. Verheissen/ zusagen. HISP. *Prometter.* ANG. *To promise.* } Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Promitto tibi non obfuturum. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Aufertur à me quod promisi per iocum. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 5 Sanum futurum (illum) mea id ego promitto fide. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Filiam tuam posco vxorem, Promitte hoc fore. Idem *Ps. sc.* 2. *a.* 3. Eum promisisse firmiter dixit. Senec. *cap.* 10. *de cons. ad Mart.* Nihil de hodierna die, nihil de hora promittitur, &c. Cicero, Iam enim totum, quod tibi promiseram, præstiti. Terent. *Adelph.* Roga hunc tu: tu promitte huic. M. Promitto. Cic. 2. *de diuin.* Quæ autem inconstantia deorum, vt primis minentur extis, bene promittant secundis? ¶ Quandoque est producere, porrigere, & proijcere. καθιέναι. Plaut. *in Rud.* Capillum promittam, optimum est, incipiámque hariolari. Plin. *lib.* 16 *cap.* 26. Nec vlla arborum auidiùs se promittit. Promittere barbam. Liu. 6. *ab Vrbe*, Coniecto in carcere Manlio, satis constat magnam partem plebis vestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promisisse, obuersatámq; vestibulo carceris mœstam turbam. ¶ Quandoque minari, ἀπειλεῖν. Virg. 2. *Æneid.*

Promisi vltorem, & verbis odia aspera moui.

¶ Promittere ad cœnam, est promittere se iturum ad cœnam. Plaut. *in Men. sc.* 2. *a.* 5. Vna opera prohibere ad cœnam ne promittat postules. Sic promittere ad fratrem, est promittere se iturum ad fratrem. Cic. 1. *de Orat.* Quum ille dubitaret, quòd ad fratrem promiserat. Promittere, & in se recipere, pulchrè iunxit Cic *ad Brut. lib.* 13. Sed tamen, inquit, separatim promitto in méque recipio, fore cum tibi & vo. ptati, &

& vsui. ¶ Promittere, profiteri, vt professores artium. Petronius Arbiter, Et ego ne quæstibus tuis obstem, aliquid aliud promittam. ¶ Huius composita sunt, Adpromitto, Compromitto, à quo Compromissum, Repromitto, de quibus vide suis locis.

Promissus, a, um, interdum idem est quòd longus, prolixus, pendens, &c. Liuius 4.*d.*5. Sordidati barba & capillo promisso. Virg. *Eclog.*8.

———*Promissáque barba.*

Et ita etiam loquutus est Suet. *in Cal. cap.* 24. Item Liuius 2. *ab Vrb.* Ad hoc promissa barba & capilli efferauerant speciem oris Festus, Promissum capillum, inquit, dicunt longum. Item barba promissa, velut porrò missa. ¶ Item, Promissus, a, um, GALL. *Promis.* Plaut. *Asin. sc.*3. *a.*2. Operam promissam dare. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Nihil nobis promissum de perpetuitate, sed nec de diuturnitate. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.*4. *Trist.*

Donáque amicorum templis promissa deorum
Reddere, &c.

Item 6. *Fast.*

Annuerat promissa fides (id est, soluta.)

Promissum, i, substantiuum, quod promittitur. {דבר *dabár.* ἐπάγγελμα, ὑπόσχεσις. GALL. *Chose promise, promesse.* ITAL. *Cosa promessa.* GERM. Ein verheissung. HISP. *Cosa prometida.* ANGL. *A promise, a thing promised.*} Vnde dicimus, Consequi promissa, Conficere promissum, Efficere promissum alicui, Exigere promissa, Expetere promissa, Flagitare promissum: Facere promissum alicui, Cic. *in* 1. *Philipp.* vt multis multa promissa non fecit, i. soluit. Implere promissum, stare promissis, Seruare promissa, Satisfacere promisso, Repetere promissum, Soluere promissa aliquibus, Manere promissis: quorum omnium testimonia legenti receptos autores nusquam non occurrent. Plaut. *Pseud. sc.*5. *a.*1. Fac sis promissi memor.

Promissio, nis, Promissum. {דבר *dabár.* ἐπαγγελία, ὑπόσχεσις. GALL. *Promesse.* ITAL. *Promessa.* GERM. Ein verheissung/Zusagung. HISP. *Promesa.* ANGL. *A promisse.*} Cic. 8. *Philipp.* Scelerum enim promissio, & iis qui expectant perniciosa, & iis qui promittunt.

Promnestria, προμνήστρια. Mulier nuptiarum conciliatrix: quæ Latino nomine pronuba dicitur. Nam προμνᾶσθαι inter cætera significat Pronubæ, siue nuptiarum conglutinatricis officio fungi. {Ein kuppelerin.}

PROMO, is, psi, ptum, accipio foràs, profero, in medium affero. {הוציא *hotsi.* προφέρω, ἐκφέρω. GAL. *Mettre hors, tirer hors.* ITAL. *Dar fuori.* GERM. Fürher nemmen/herfür thun oder tragen. HISP. *Sacar lo guardado à fuera.* ANGL. *To bring or tak out of a coffer or such like thing.*} Fit ab emo, quod est sumo, Festus, quia pro re aliqua ad rem sumitur, quod promitur Plaut. *Capt.* Sume, posce, prome. Idem *Pseud. sc.*8. *a.*4. Promam viginti minas, & ei offeram. Item, Promere arma. Suetonius *in Othon. cap.*8. Plaut *Asin. sc.*3. *a.*1. Vbi de pleno promitur. Idem *Pseud. sc.*3. *a.*1. Promere argentum domo. Antè dixerat, Condidi intrò. Quintil. Promi decet viridem fructum studiorum. Velleius, Promere iustis voluminibus. (i prodere.) Plaut. *in Cist.* Accipias claues, si quid tibi opus erit promptu, promitto. Virg. 2. *Æneid.*

———*Latique cauo se robore promunt,*
Thersandrus, Sthelenúsque duces: id est, educunt.

Pecuniam ex ærario promere. Cic. 5. *Verr.* Quum tibi Senatus ex ærario pecuniam prompsisset, & singulos tibi denarios adnumerasset. Idem 3. *de finib.* Nam in Tusculano quum essem, vellémque è bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris vti, veni in eius villam, vt eos ipse, vt solebam, inde promerem. ¶ Promere, pro pronunciare, siue proferre verba longa, vel breuia. Gell. *c.*6. *lib.*9. Eorum frequentatiua primâ litterâ longâ prominus? ¶ Promere consilia, est aperire, palàm facere Plaut. *Asin. sc.*1. *a.*1. Non audeo percunctanti quin promam omnia. (i. dicam, aperiam.) Cic. *ad Attic lib.* 9. Nunc certè promenda tibi sunt consilia. Plaut. *Asin. sc.*1. *a.*1. Non audeam profectò percunctanti quin promam omnia. ¶ Huius composita sunt Depromo, & Expromo: quorum significata vide suis locis.

Prompto, as, frequentatiuum. {προδείξω. GALL. *Mettre hors souuent.* ITAL. *Dar fuori souente.* GER. Offt herfür thun. HISP. *Sacar fuera muchas vezes.* ANGL. *To tak out often.*} Plaut *in Bacch.* Quia malum si promptet, in dies faciat minus. Idem *Pseud. sc.*2. *a.*2. Si quidem herclè etiam supremi promptas thesauros Iouis.

‖ Promptria, cubilia. Gloss. Isid. leg. Promptuaria cubicula. ‖

Promptus, a, um, dicitur qui iam paratus est ad agendum, & in quo nulla mora est, quasi iam productus, expeditus, alacer, ardens. {נכון *nachòn.* ἕτοιμος, πρόχειρος, ἑτοιμος, ὀξύς. GALL. *Tiré hors, mis hors, prompt, appareillé.* ITAL. *Pronto, apparecchiato.* GERM. Gerüst oder fertig etwas zu thun. HISP. *Aparejado ò apercebido.* ANG. *Readie.*} Salustius, Naturâ ferox, vehemens, manu promptus erat, maximum bonum in celeritate putabat. Quintilian. & Velleius, Manu promptus, non ideo fortis. Sic dicimus, Promptus ingenio, qui ingenium ad omnia paratum habet. ¶ Iungitur sæpiùs accusatiuo cum præpositione ad. Cic. 1. *Offic.* Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula, quàm ad crimina, &c. Interdum iungitur genitiuo. Gell. *lib.* 10. *c.*22. Plato veritatis homo amicissimus, eiúsque omnibus exhibendæ promptissimus. ¶ Res est in promptu, dicimus quum significamus esse ad manum, esse facilem & manifestam, πάρεστι πρόχειρον. Cic. *lib.*1. *Offic.* Quæ quanquam ita sint in promptu, vt res disputatione non egeat. Plaut. *sc.*5. *a.*1. Iram in promptu gerere insipientia est. Ouid. 13. *Metam.* Plura quidem feci, quàm quæ comprehendere dictis in promptu mihi sit. Salustius, Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere. ¶ In promptu, i. præstò est, promptè accedit. Cels. *lib.* 4. *c.* 2. Somnus in promptu est. ¶ Promptum esse aliquando legimus pro facile esse. Ouid. 13. *Metamorph.*

———*Sed nec mihi dicere promptum*
Nec facere est isti.

Quint. *lib.* 9. *cap.*9. Neque enim me mouent nomina illa quæ fingere vti Græcis promptissimum est: id est, facillimum. Hinc promptæ res dicuntur, inuentu faciles.

Promptè, aduerb. Alacriter, sine cunctatione. Vnde Promptius & promptissimè. {מהרה *meherah.* προχείρως, προθύμως. GALL. *Promptement, vistement.* ITAL. *Promptamente, prestamente.* GER. Hurtiklich/fertiklich vnd on vorzug. HISP. *Legeramente, prestamente.* ANGL. *Readilie with speede and haste.*} Plin. *Epist.*18. Quare ego verò Corelliæ adero promptissimè, nec subire offensas recusabo.

Promptarius, a, um, vel promptuarius. Ex quo aliquid depromitur. {ταμιευτικός. GALL. *Propre pour serrer ou retirer.* ITAL. *Proprio de guardare.* GERM. Auss dem man etwas herfür nimpt. HISP. *Cosa para guardar algo.* ANG. *Out of the whic he any thing is taken out.*} Plaut. *in Amphitr.* Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum. Nam ibi promptuariam cellam, pro carcere posuit, quia à carcere ad supplicium promuntur noxij.

Promptu, In promptu esse dicitur, quod prolatum est, & expositum oculis, manifestum, φανερός.

Promptuarium, ij, locus in quo res ad vsum necessariæ ita repositæ sunt, vt statim promi ac proferri possint. {אוצר *otsár.* ταμεῖον. GALL. *Garde-manger, despense.* ITAL. *Dispensa.* GERM. Ein ort auss welchem man alle ding zur notturfft dienstlich nemmen kan/Als ein speisskammer. HISP. *La despensa a la mano.* ANG. *A storeouse or suche lik place to keep tinges in.*} Cato *c.* 11. Armarium, promptuarium vnum, scamna longa sex. Pro eodem etiam legitur *promptuarium.*

Promptitudo, inis, est facilitas ingenij ad quæuis ex tempore expromenda, προθυμία.

Promus condus, apud veteres pro cellario sumebatur. {סכן *sochén.* ταμίας. GALL. *Despensier.* ITAL. *Dispensiere.* GERM. Ein kellerer/der ein ding herfürgibt oder behaltet. HISP. *Despensero para sacar de la despensa.* ANGL. *A buttler, or yat hath the keeping of the storehouse.*} Plaut. *in Ps. sc.*2. *a.*2 Ego sum promus condus, procurator peni. Promus dictus, quòd præesset penui promendo: condus, quòd eundem in cellam reconderet. Duo enim hæc officia ab eodem ferè administrabantur: licèt in porentiorum ædibus aliquando fuerint distincta: vnde & nomina ipsa aliquando separatim collocantur, promúmque aliquando legimus sine adiunctione condi. Plaut. *Pœn.* Ædepol fecisti prodigum promum tibi. Columell *lib.* 12. *cap.*3. Promis quoque & cellariis aliquid attendentibus, aut metuentibus, interuenire. ¶ Per translationem dixit Plaut. *in Trinum.* ne admittam culpam, ego meo sum promus pectori. Apuleius *in Apolog.* Promum librorum appellat illum qui libris promendis præest.

PROMONTORIVM, ij, Mons in mare excurrens, tanquam prominens, à *pro*, i. ante, & *mons*. {ἄκρα. GAL. *Vne petite montagne apparente en la mer, escueil de Mer.* ITAL. *Scoglio sopr' acqua in mare, capo.* GERM. Ein vorgebirg des meers / Ein berg der sich in das meer hinauß streckt. HISP. *El cabo de tierra in mar.* ANG. *A montaine appearing in the sea.*} Plin. *lib.* 36. Promontoria aperiuntur mari, & rerum natura agitur in planum. Cæs. 2. *bell. ciu.* Hic locus duobus eminentibus promontoriis continetur. Cic. 6. *Verr.* Ab eo oppido non longè in promontorio fanum est Iunonis antiquum.

Promontorium Mineruæ, est iuxta Surrentum, in quo olim Sirenses habitasse feruntur. In illius autem extremo est Athenæum, hoc est, Mineruæ sacellum, quod Vlysses ædificasse narratur. Huius meminit Ouid. 15. *Metam.*

Inde legit Capreas Promontoriúmque Mineruæ.

Promonstra, Prodigia, inquit Festus.

PROMOVEO, es, Proueho, quasi vlteriùs moueo. {האריך *heerích.* προάγω. GALL. *Auancer, promouuoir.* ITAL. *Promouere.* GERM. Fürderen/Fürrucken. HISP. *Mouer à lexos* ANG. *To promote, to aduance.*} Terent. *in Eunuch.* Moue verò ocyùs te nutrix. s. Moueo. c. video, at nihil promouens. ¶ Ponitur aliquando pro prolongare, producere. Terent. *in Andr.* Quantum huic promoueo nuptias. ¶ Aliquando pro proficere. Terent. *in Hecyr.* Abibo hinc, præsens quando promoueo parum. Gell. *c.* 10. *lib.*5. Cùm abundè promouisset in studiis Liu. *lib.* 5. *d.*4. Promouere legiones ad vrbem. Item promouere castra. *Ibidem* Et Suet. *in Calig. c.*22. Promouere partem palatij ad forum vsque. Idem *in Othon. c.* 1. Promoueri in gradum ampliorem.

Promotio. Asconius Pædian. 3. *in Verrem*, Ascensus nomen est ordinis & promotionis in militia.

Promotus, a, um, participium, prouectus. {προαχθείς. GALL. *Promeu, auancé.* ITAL. *Promosso, posto auanti.* GER Gefürderet. HISP. *Mouido, puesto antes.* ANG. *Promoted, aduanced.*} Stat. 1. *Achill.*—suásque hyemes classis promota, suósque Attollit fluctus. Promotus ad dignitatem. Plin. *Epist.* 151. Postea promotus ad amplissimas procurationes, nulla occasione corruptus, ab insito abstinentiæ amore deflexit.

PROMVLGO, as, Publico, palam pronuntio, quasi prouulgo. {השמיע *hischmiah.* ἀποφαίνω, ἐξαγορεύω, ἀναγράφω, ἀνακηρύσσω. GALL. *Publier.* ITAL. *Publicare.* GERM. Außkunden/Offentlich lassen außgehn. HISP. *Publicar.* ANG. *To Publis, to proclayme*} Festus. Leges promulgari dicuntur quum primum in vulgus eduntur, & legendæ proponuntur: vt si cui videatur, possit intercedere. Colum. *lib.*1. C. Licinius damnatus est, qui agri modum, quem in magistratu rogatione Tribunitia promulgauerat, immodica possidendi libidine transcendisset. Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 2. Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. Idem *pro Sest.* De meo reditu octo Tribuni promulgarunt. Promulgare autem propriè dicebatur de rogationibus & legibus, cùm per trinundinum in publico loco figebantur, vt cuique iudicandi de iis esset potestas antequam ferrentur.

Promulgatus, a, um, participium. {נשמע *nischmáh.* ἀνακηρυχθείς, δημοσιευθείς. GALL. *Publié.* ITAL. *Publicato.* GERM. Außkündet/Außgebreittet. HISP *Publicado.* ANG *Published, proclaymed.*} Cic *pro Muraena.* Etenim vt ait ingeniosus poëta, & autor valdè bonus, præliis promulgatis, tollitur è medio non solùm ista vestra verbosa simulatio prudentiæ: sed etiam ipsa illa domina rerum prudentia.

Promulgator, promulgatrix, Diuulgator, diuulgatrix. {משמיע *maschmiah.*}

Promulgatio, Diuulgatio. Cic. *ad Lent. lib.* 1. Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio. {שמוע *schemuáh* שמעה *schémhah.* ἡ ἀνακήρυξις, ἡ ἀναγόρευσις. GAL. *Publication.* ITAL. *Publicatione.* GERM. Ein außkündung. HISP. *Publicacion.* ANGL. *A publishing.*}

PROMVLSIS, idis, genus cibi dulcioris, mulso conditum. Cic. *Papyr.* Habuisses non hospitem, sed contubernalem. At quem virum? non eum quem

quem tu es solitus promulside conficere. Integram famem ad ouum affero: itaque vsque ad assum vitulinum opera perducitur.

Promulsidaria, vasa dicuntur quibus promulsis continetur. Scribit Pomponius Iurisconsultus legatis vasis, scutellas, & promulsidaria contineri.

‖ Promulsus, a, um, dulcis, vide *Pramulsus.* ‖

Promunctorium, προμυκτήριον. Gl. Cyr. quo quid promungitur.

Promurale, murus circum ciuitatis murum ductus, qui & antemurale dicitur. προτείχισμα τείχους.

Promuscis, idis, fœm. gen. Manus, siue proboscis elephantorum dicitur. { προβοσκίς. GALL. *Le museau & la trompe d'vn elephant.* ITAL. *La tromba dell' elefante.* GERM. Der rüssel eines elephants. HISP. *La trompa del elefante.* ANGL. *The snout of an elephant.* } Plin. *lib.* 8. *cap.* 7. Promuscidem elephantorum facillimè amputari, Pyrrhi præliorum experimentis patuit.

Promutuum, à Iureconsultis pro repræsentata pecunia, siue prænumerata dicitur, quod Gallicè dicimus, *Auancé.* Vlpian. *D. de locat.* Cùm cuidam naue amissa, pecuniam quam promutuam acceperat, reposceretur, &c.

Promylea, dea, quæ ante moles statuebatur.

Pronaia, προναία (Ionicè προναίη) dea ante templum (πρὸ ναοῦ) statui solita.

Pronastæ, προνάσται, antiqui populi Bœotiæ, Steph.

Pronaus, πρόναος, anterior templi pars.

Pronecto, is, ere. { κατεμπλέκω, διαπλέκω. GALL. *Attacher plusieurs choses l'vne auec l'autre en long.* ITAL. *Attacare, annodare piu cose insieme.* GER. In die lenge an einander knüpffen. HISP. *Atar muchas cosas juntamente.* ANG *To cowple many thinges together.* } Stat. 4. *Syll.* Vidi quam seriem morantis æui Pronectant tibi candidæ sorores, hoc est, in longum tempus nectant, producant, protrahant.

‖ Pronefas, plusquam nec dicendum, vel quàm inlicitum: item scelus, incontinentia antefas, contralicentia. Hæc Gl. Isid. Ergo ei est tanquam apertum nefas. ‖

PRONEPOS, Nepotis filius. { ἀπέγγονος. GALL *Arriere nepueu, ou petit nepueu, le fils du nepueu en droite ligne.* ITAL. *Figliuolo di mio nipote per dritta linea.* GER. Der enkels oder kinds kinds Sun. HISP. *El bisnieto hijo del nieto.* ANGL. *My nephewes sonne.* } Cic. 3. *Tusc.* Iouis iste quidem pronepos. Ouid. 13. *Metam.*

———sed enim quia rettulit Aiax
Esse Iouis pronepos: nostri quoque sanguinis autor
Iuppiter est.

Proneptis, is. { ἡ προεγγόνη. GALL. *Petite niepce, arriere niepce, fille de ma niepce.* ITAL. *La figliuola di mia nipote.* GERM. Des kinds kinds tochter. HISP. *La bisnieta hija de los nietos.* ANG. *My neeses daughter.* } nepotis filia.

Pronexium, funis, quo nauis religatur ad palum. Papias. Ergo à pronecto.

‖ Pronœa, Gloss. πρόνοια, prouidentia, consultum, prouisio, consultatio. Vide *pronaia.*

Pronomen, inis, vna est ex octo orationis partibus: ita dicta quòd vice nominis fungatur, ἀντωνυμία.

‖ Pronominatio, ἀντονομασία, figura quæ pro proprio, alieno vtitur. Diomedes. ‖

Pronostra, antenostra. Gloss. Isid.

PRONVBA, æ, dicitur quæ nuptiis præest celebrandis, ex parte vxoris, sicut aruspex est ex parte viri. { προμνήστρια. GALL. *Celle qui mene & conduit l'espousée en la maison du marié.* ITAL. *Colei che mena la sposa à casa del marito.* GERM. Ein verwalter der hochzeit auff der braut seiten. HISP. *La madrina de la boda.* ANGL. *A brides mayde.* } Inde Iuno pronuba dicebatur, quia nuptiis præesset. Virg. 4. *Æneid.*

———prima & Tellus, & pronuba Iuno
Dant signum.

Flamma pronuba. Claud. 1. *de raptu Proserp.* Iam vicina toro, plenis adoleuerat annis Virginitas: tenerum iam pronuba flamma pudorem Solicitat. hoc est, Ingenitus ardor quidam, qui ætate matura virgines ad nuptias prouocat. Pronubæ (inquit Donatus) dicuntur quæ nubentes domum mariti deducunt, ac comitantur, & quæ in obsequio nubentis sunt.

Pronubo, Nuptiis præsum. προμνῶμαι Vide *Nubo.*

PRONVNTIO, as, Clara voce, decentique corporis motu aliquid profero. { בטה bitta דבר dibber φράζω, ὑποκρίνομαι. GAL. *Prononcer, dire par cœur.* ITAL. *Pronunziare.* GERM. Herausreden/Ausprechen. HISP. *Pronunciar con voz clara.* ANG. *To pronunce, to vtter clearly.* } Plin. *epist.* 114. Nam pronunciat acriter, sapienter, aptè, decenter. Gell. *c.* 18. *lib.* 5. Pronuntiare dixit pro narrare in historia. ¶ Ponitur aliquando, inquit Budæus, pro expressè & nominatim dicere, præfarique ex bona fide in rebus contrahendis. Vlpian. *in l.* 1. *de adil edict.* sæpè in ea significatione vsus est. *& in l quod si nolit.* Qui mancipia vendunt, inquit, nationem cuiusque in venditione pronuntiare debent. Cic. 3. *Offic.* Quum in vendendo eam rem fecisset, non pronuntiasset, emptori damnum præstari oportere. Pronuntiare cubito. Quintilian. ¶ Aliquando pro nominare. Liu. 4. *bell. Pun.* Postremò victi consensu, & seditionem metuentes, pronuntiant eos prætores. ¶ Aliquando pro decernere, iudicare. Plin. *Epist.* 5. At ego ne interrogare quidem fas puto, de quo pronuntiatum est. Cic. 2. *de finib.* Æquam igitur pronuntiabit sententiam ratio adhibita, primùm humanarum diuinarúmque scientia, &c. Senec. *cap.* 3. *de tranq. anim.* Prætor præeuntibus assessoribus tria verba pronuntiat. Nonnunquam pro palàm & classico nuntiare. Curtius, Imminéusque Dario iter ad Euphratem pronuntiauit. ¶ Aliquando pro palàm promittere. Liu. *lib.* 2. *ab Vrbe,* Ædem Castori vouisse fertur ac pronuntiasse militi præmia, qui primus, qui secundus castra hostium intrasset. Suet. *in Cæs. c.* 26. Munus populo epulúmque pronuntiauit in memoriam filiæ. Idem *in Calig. c.* 46. Pronuntiatóque militi donatiuo, centenis viritim denariis. ¶ Pro sententiam dicere, siue iudicare. Idem *in Claud. c.* 15. De quodam negotio ita ex tabella pronuntiasse creditur. Secundùm eos sentire qui vera proposuissent.

Pronuntiatur, Impers. Plin. *lib.* 16. *c.* 4. Patriâ ab eo coronari pronuntiatur.

Pronuntiatus, a, um, participium. { מבטא mebuttáh מודבר medhubbár. ἐκφωνηθείς, ἀπαγγελθείς. GALL. *Prononcé.* ITAL. *Pronunziato.* GERM. Ausgesprochen. HISP. *Pronunciado.* ANG. *Pronounced.* } Cic. *in Partit.* Versus pronuntiatus syllaba vna breuior, aut longior. ¶ Pronuntiatum militi donatiuum, id est, palàm promissum.)

Pronuntiatum, i, substantiuum, Propositio, proloquium, enunciatum. אֲרֶשֶׁת aréscheth. ἀξίωμα. GALL. *Proposition, maxime.* ITAL. *Propositione.* GERM. Ein vollkomner spruch. HISP. *Proposicion.* ANGL. *A proposition.* } Cic. 1. *Tusc.* Omne pronuntiatum (sic enim mihi in præsentia occurrit, vt appellarem ἀξίωμα, vtar pòst alio, si inuenero melius,) id ergo est pronuntiatum, quod est verum, aut falsum. Gell. *c.* 8. *lib.* 16. Profatum, proloquium, pronuntiatum, idem.

Pronuntiatus, us, ui, Pronuntiatio. { מבטא mibtá. ἐκφώνησις, ἢ φωνῆς ἐκφορά. GALL. *Pronunciation.* ITAL. *Pronontiatione.* GERM. Aussprechung. HISP. *Pronunciacion.* ANGL. *A pronouncing.* } Gell. *lib.* 4. *c.* 17. Ratio in pronunciatu maior.

Pronuntiatio, nis, verbale est, Vocis, vultus & gestus moderatio cum venustate, inquit autor ad Herennium *lib.* 1. { מבטא mibtá. ἐκφώνησις, ἢ φωνῆς ἐκφορά. GALL. *Prononciation.* ITAL. *Pronunziatione.* GER. Ein aussprechung HISP. *Pronunciacion.* ANGL. *A pronouncing.* } Cic. 1. *de inuentione,* Pronunciatio est ex rerum & verborum dignitate, vocis & corporis moderatio. Idem 1. *de Oratore,* Quis enim cantus moderatæ orationis pronuntiatione dulcior inueniri potest?

Pronuntiator, is, qui pronuntiat. { מבטא mebatté מדבר medhabber. ἐκφωνητής, κῆρυξ. GALL. *Pronenceur, raconteur.* ITAL. *Pronunciatore.* GERM. Ein aussprecher/verkunder HISP. *Pronunciador.* ANGL. *A pronuncer.* } Cicer. *de clar. Orat.* Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator syncerus & grandis etiam fuit.

‖ Pronuntiatiuus modus, siue finitiuus, i. indicatiuus, author Diomedes *Gramm. lib.* 1.

Pronuper, Valde nuper, quasi nuper, adhuc in conspectu. { πρὸ ὀλίγου. GAL. *Il y a assez long-temps.* ITAL. *Pur adesso, poco fa.* GERM. Vornechst. HISP. *Agora, agora luego.* ANGL. *Euen now, lately.* } Plaut. *in Trin.* Qua sponsione pronuper tu exactus es pro illo adolescente.

Pronurus, us, dicitur vxor pronepotis. { υἱωνοῦ ἢ ἐγγόνου νύμφη. GALL. *La femme du nepueu.* ITAL. *Moglie di mio nipote.* GERM. Des enckels eefrauw. HISP. *La nuera de los abuelos.* ANGL. *My nephewe wife.* } Ouid. *Epist.* 16.

Pronurus & magni Laomedontis ero.

PRONVS, a, um, propensus, inclinatus, propriè dicitur in anteriorem partem flexus. { κατωφερής, κατωφερής, ἐπιρρεπής. GALL. *Penchant sur le deuant, courbé en deuant, enclin.* ITAL. *Chinato, chino, inchinato.* GERM. Für sichgeneigt oder togent. HISP. *Cosa enclinada, cuesta abaxo.* ANGL. *That lyeth with the face downeward.* } Ouid. *lib.* 2. *Metam.*

Pronaque quum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit.

Cels. *lib.* 7. *c.* 26. Calculus si oblongus est, sic compellendus est, vt pronus exeat. leg *ne* pronus. Hìc pronus contra erectum distinguitur. Sic ouum oblongum iacens, pronum est: stans verò erectum. Per translationem verò quis dicitur pronus, id est, inclinatus ad virtutes, vel ad vitia, quanquam vsitatius in malam partem accipiatur. ἐπίφορος. Nam qui ad virtutem, aliámve rem laudabilem naturæ inclinatione feruntur, faciles potiùs dicuntur, vt ex Ciceronis sententia docuimus suprà in dictione *Procliuis.* Plin. *in Paneg.* Nihil est tam pronum ad simultates, quàm æmulatio, in fœminis præsertim. Pronus)(Supinus. Idem *lib.* 7. *c.* 17. *& lib.* 28. *c.* 4. Supini cubitus oculis conducunt, ac proni tussibus. Velleius, Non reperias, quos pronior fortuna comitata sit. Idem proniores Rhodij Regis partibus. Tibull. *lib.* 4.

Prona (libra) nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

———Limosa pronus arena.

Velleius, Festinatio proni gurgitis modo. Catull. *ad Manlium,*

Qui cùm de prona præceps est valle volutus.

Idem *ad Ortalium,* Atque illud (malum) prono præceps agitur decursu. ¶ Pronum mare, litori vicinum dicitur, sicut altum quod longiùs abest à litore. Virg. 1. *Æneid.*

———ventisque vocatis
Prona petit maria, id est, litttori vicina.

Dicitur & *pronis* in tertia declinatione, vt apud Varronem *in Parmenone,* Alia trabs pronis in humum accedens proximè frangit ramos cadentes. ¶ Et dicimus pronus huic rei. Colum. *lib.* 3. *c.* 2. Aquiloni prona. Et pronus ad hanc rem. Idem *lib.* 2. *cap.* 9. Campo patente & ad solem prono.

Pronissimus, superlatiuus. Spartian. *in Anton.* Ad indulgentias pronissimus fuit.

Pronitas, atis, procliuitas. { τὸ πρανές, κατωφέρεια. GALL. *Inclination, procliuité.* ITAL. *Inchinatione in vitij.* GERM. Ein neigung. HISP. *Inclinacion.* ANGL. *Readinesse in doing any thing.* } Senec. *in præfat. declam.* Nescio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentia se retrotulerit.

Proœconomia, æ, προοικονομία, præmissa dispositio. Figura poëtis familiaris. de qua Sic Seruius in illum versum Virg. 1. *Æneid.*

———& Libyæ defixit lumina regnis.

Pulchra proœconomia, id est, dispositio carminis. Vituperabile enim fuerat, si ex abrupto transitum faceret. Inducit enim hìc Iouem de rebus humanis cogitantem & Africam respicientem, ad quam venêre Troiani.

PROŒMIVM, ij. { προοίμιον. GALL. *Proësme, preface, commencement d'oraison.* ITAL. *Proemio, essordio.* GER. Ein anfang der red/ vorred. HISP. *El principio del razonamiento.* ANGL. *A preface or beginning of an orison.* } Latinè initium, exordium, præludium: ex πρὸ & οἴμη: proptereà quòd præcipuum legitimúmque carmen soleat præcedere. Propriè enim procemium dicebatur, quòd à citharœdis certamen inituris præcini solebat. Quanquam deinde etiam orationum exordia hoc nomine dici cœperunt. Nam sicut citharœdi pauca quædam antequam legitimum certamen inchoent, emerendi fauoris gratia canunt: sic Oratores nonnulla priusquam causam exordiantur, ad conciliandos iudicum animos

mos præloquuntur: quæ illorum imitatione proœmia appellarunt. Cic. 2. de Legibus, Habes legis proœmium: sic enim hoc appellat Plato. Idem ad Attic. lib. 10. De gloria librum ad te misi: & in eo proœmium, id est, quod in Academico tertio. Id euenit ob eam rem, quo habeo volumen proœmiorum: ex eo eligere soleo, quum aliquod σύγγραμμα institui. ¶ Per translationem accipitur pro quouis principio. Iuuenal. Satyr. 3.

——miseræ cognosce proœmia rixæ.

Prŏœmĭŏr, aris, Exordior, proœmium facio. { προοιμιάζω. GALL. Commencer. ITAL. Comminciare. GERM. Den anfang einer red thun. HISP. Hazer aquel principio, començar. ANG. To beginne. } Plin. Epist. 27. Proœmiatur apte, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelsè: postremò docet, delectat, afficit.

Propædia, προπαιδεία, & προπαίδευμα, præuia institutio: documenta, quæ præsciscere oportet eos, qui ad rerum sublimiorum cognitionem iter habent.

PROPĀGO, inis, & propages, is, Vitis vetula & suppressa, vt ex vna plures fiant: dicta quòd porrò pangatur, id est, figatur. { שלוחה schelucháh. παραφυάς. GALL. Vn prouin de vigne. ITAL. Prouana, tralcio de vite. GERM. Ein alter räbstock dessen schoss man mit gruben einlegt. HISP. La prouana del sarmiento de la vid ANGL. An old vyne cutt downe do mak set is to be planted. } Virg 2. Georg.

——pressos propaginis arcus.

Vbi prima producitur: vnde & geminato pp, quidam ibi scribendum existimant more veterum poëtarum, qui quoties primam dictionis huius syllabam producebant, duplicabant p. vt etiam annotauit Erythræus. Vsitatiùs corripitur, vt ex sequentibus poëtarum exemplis manifestum est Horat. 2. Epod.

Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos.

¶ Aliquando significat genus, stirpem, progeniem } צאצאים tseetsaim מיציאים mitsiim. τὸ πεκτόμθρον, τὸ φυτευθέν. GALL. Race, lignée. ITAL. Razza, lignaggio. GERM. Ein geschlecht. HISP. El hijo ò nieto, ò descendientes. ANGL. Offspring. } Virg. 12. Æneid.

Si Romana potens Itala virtute propago.

Ouid. 5. Fast.

Non hac ille deus, tantaque propaginis autor

Lucret. lib. 4.

At consueta domi catulorum blanda propago.

Propages, inquit Nonius, est series & affixio continua, vel longè ducta, Pages enim compactio, vnde compages. Pacuuius, Saluete gemina mea propages sanguinis. Propago liberorum. Plin. lib. 7. cap. 14. Qua de causa aliorum eius liberorum propago, Liciniani sunt cognominati.

Propāgo, as, propriè pro, id est, porrò, pago, seu pango. Vitem supprimo, vt ex vna plures fiant. { שתל schatál נטע natáh. παραφύω. GALL. Prouigner & peupler vne vigne. ITAL. Prouanare, annestare, germinare vna vite. GERM. Räben einlegen oder eingraben. HISP. Estender la vid sola tierra, prouanar. ANGL. To cutt downe old vynes that many yonge settes may be planted thereof. } Cic. in Cat. maiore, Propagatio vitium, sarmentorúmque ea quam dixi, &c. Cato cap. 32. Vites propages in sulcos. ¶ Per translationem ponitur pro extendo, dilato, protraho, profero, prolato. { הפרה hiphráh הרבה hirbáh. ἀναδάλλω, παρεκτείνω. GALL. Estendre, multiplier, dilater, amplifier. ITAL. Moltiplicare, stendere, dilatare. GERM. Außstrecken, erweiteren, fürzeigen. HISP. Estender, dilatar. ANGL. To streitch out, to dilate, to multiplie. } Sueton. in Calig. c. 29. Prætorium virum ex secessu Anticyræ quà valetudinis causa petierat propagari sibi commeatum sæpiùs desiderantem quum mandasset interimi, id est, produci, proferri sibi commeatum. Cic. 7. Verrina, Quum ipso sui generis initium ac nominis ab se gigni & propagari vellet, hominum potentissimorum suscepit inimicitias. Idem pro Sestio, Hæc monumentis annalium mandantur, posteritati propagantum. Idem 2 Offic. Vera gloria radices agit atque etiam propagatur. Vitam propagare. Idem 5. de finib. Qui quum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarum. Idem lib. 1. de Inuent. Nam fuit quoddam tempus quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, & sibi victu ferino vitam propagabant. Senec. de consolat. ad Polyb. cap. 18. Propagare longum diem (alicuius mei moriæ.

Propagatus, a, um, participium. Cic. 4. in Catil. Memoria consulatus mei propagata.

Propāgātĭo, nis, verbale, Productio, dilatatio. { מרבית marbith. παραφυσις, παρέκτασις. GAL. Prouignement, peuplement de vigne. ITAL. Germinamento de vite. GERM. Ein außstreckung, meerung deß geschlechts. HISP La prouana del sarmiento de la vid. ANG. The cutting downe of an old vyne that many yonge ones may be sett thereof. } Cic. 1. Offic. Quæ propagatio & soboles origo est rerum publicarum. Idem Luceio lib. 5. Vita in qua nihil insit nisi propagatio miserrimi temporis.

Prōpāgātor, is, Dilatator, amplificator. { מפרה maphréh מרבה marbéh. ἐπαυξητής. GALL. Augmenteur, multiplieur. ITAL. Moltiplicatore. GERM. Erweiterer, meerer. HISP. Multiplicador. ANG. That multiplieth or spreadeth abroadde. } Cic. ad Attic. lib. 8. Ille restituendi mei quàm retinendi studiosior: ille prouinciæ propagator, ille absentis in omnibus adiutor. de Pompeio.

Propala, æ, qui merces propalam velut ante palum, aut de palo pendentes habet, & vendit. Lucil. apud Nonium,

Vt cum primitiis ficos propala recentes
Protulit, & pretio ingenti dat primitu paucos.

Varro lib. 3. de R. R. Denique ipsæ exgrumantes (alij exruminantes) ad propalam diu vitam producunt. Cic. in Pisonem, Panis & vinum à propala, & decupa. Sic in MS.

PRŌPĂLĂM, Clarè, apertè, & in propatulo { ἐν τῷ φανερῷ, ἀναφανδὸν φανερῶς. GALL. Deuant tout le monde, manifestement, publiquement. ITAL. In palese, apertamente. GERM. Gar offentlich, vor menglichen. HISP. Publicamente. ANGL Openly, in the sighe of all. } Cic. lib. 1. de Orat. Non explicata veste, neque proposito argento, neque tabulis & signis propalam collatis. Suet. in Cæs. cap. 20. propalam monuit. Ibid. c. 77. Voces propalam edebat. Idem in Aug. c. 64. & in Tib. c. 2. & in Calig. c. 24. & Liu. lib. 3 ab vrb. Propalam obuiam ire cupiditati.

Prōpălo, as, si apud idoneos scriptores inueniatur, idem erit quod aperio, manifesto & palàm facio. { השמיע hischmiah. φανερόω. GAL. Publier, manifester. ITAL. Propalare, manifestare. HISP. Diuulgar y publicar. ANG. To open, to mak plaine. Nam quod Calepinus existimauit idem etiam significare quod in longum crescere, deceptus est corrupta Columellæ lectione, ex lib. 13. c. 7. vbi sic legit, Deinde ex eo sulco, quasi ramos fossarum facies, per quos vt quæque virga pullulauerit, propaletur atque in terra adoperies. Ibi enim propagetur legendum constat, non propaletur.

Propassio, anteceptio, perturbatio, cùm aliquod πάθος in nobis primùm exsurgit, ante accommodatum assensum. passio hic affectum, seu perturbationem significat. In vtraque voce est synecdoche generis.

Prōpătrŭŭs, frater proaui, qui & patruus magnus dicitur. { προπατράδελφος, GALL. Grand oncle, le frere du pere grand. ITAL. Zio grande. GERM. Deß änis bruder. HISP. Hermano del bisabuelo. ANGL. My great grand fathers brother. }

Prōpătŭlŭs, a, um, adiectiuum, Latè patens atque apertum, quasi porrò patulum. { פתוח pathúach. ἀναπετής. GALL. Fort ouuert & descouuert, qui est à la veuë d'vn chacun. ITAL. Aperto, manifesto. GERM. Weit oder weit offen. HISP. Cosa publica. ANGL. Open, in the sight of all. } Cic. 6. Verr. Ante ædem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt, &c. ¶ In propatulo. aduerbialis formula est pro palàm. Salustius, Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere, id est, in publico. Gell. c. vlt. lib. 19. Quæ per litteras condidit in propatulo, & vsu frequenti feruntur.

PRŎPĔ, Præpositio est compositionem non admittens, Iuxta: à pro & pes, tanquam pro pedibus. { על tal ἐγγύς. GALL. Pres, aupres. ITAL. presso, appresso. GERM. Nach oder bey. HISP. Cerca ANG. Nere or nighto. } Curtius, Quum prope id oppidum copias constituissent. ¶ Sine casu, aduerbium est eiusdem significationis cum præpositione. Terent. in Andr Propè adest, quum alieno more viuendum est tibi: sub. tempus. Ponitur aliquando pro aduerbio ferè, seu quasi. Plin. & in foribus templi propè collapsus expauet. Plaut. Most. sc. 2. a. 2. Quis homo est, qui nostras ædes accessit propè. Idem Aul. sc. 2. a. 1. Senec. epist. 59. Propè est à timente mors. Plaut. Curc. sc. 2. a. 1. Vbi vbi est? Propè me est. ¶ Iungitur aliquando cum coniunctione, vt, Est genus loquendi pudorem affirmantis & modestiâ significans. §. 9. Papin D. de solut. l. 95. Si creditor à debitore petens culpa sua causa ceciderit, propè est vt actione mandati nihil à mandatore consequi possit. Hotom. Interdum ex propinquo. ἐγγύθεν. Martial. lib. 1.

Hic vbi sidereus propius videt astra colossus.

Senec. c. 23 de cons. ad Mart. Quicquid ad summam venit, ad exitium propè est. Quintil. Manus ipsæ (propè est, vt dicam) loquuntur Plaut. Aul. sc. 5. a. 1. Nunc nobis propè adest exitium. Ibidem, probrum atque partitudo propè adest, vt fiat palàm. ‖ ¶ Propè ad stultitiam simplicissimus, in Epit. Sexti Aurel. Victoris in Constantio. ‖

Prŏpĭor, is, & hoc propius, comparatiuum, propinquior. { ἐγγύτερος. GALL Plus pres. ITAL. Piu appresso. GERM. Näher. HISP. Mas cercano. ANGL. Nerrer or nigher. } Cicero pro Qu. Tibi me propior nemo est. Ouid. Epist. 3.

Ille gradu propior sanguinis, ille comes.

Plaut. in Trin. Tunica propior pallio est. Cic. 1. Tusc. Veniunt inde ad propiora. Horat. 3. Carm. Ode 15.

Maturo propior desine funeri
Intercludere virgines. de sene.

Ouid. Epist. 15.

Exemplo tangi non propiore potes.

Cic. pro Sestio, Omnia sua sibi propiora esse pericula, quàm aliena Virg. 9. Æneid.

——mea quem spatiis propioribus ætas
Insequitur.

Tibull. lib. 4.

Seu propior terris æstiuum fertur in orbem

Velleius, Puero quàm iuueni propior. ¶ Aliquando inuenitur pro magis propitia. Ouid. Eleg. 2. lib. 1. Trist

Oderat Æneam propior Saturnia Turno.

¶ Propius verò, id est, verisimilius. Liuius 4. ab Vrbe, Capuámque à duce eorum Capite, vel (quod propius vero est) à campestri agro appellatum.

Prŏpĭŭs, comparatiuum aduerbium. { ἐγγύτερον. GALL. De plus pres. ITAL. Piu appresso. GERM. Näher zuhin. HISP. Mas cerca. ANGL. Nerer or nigher. } Plaut. Bacch. Cedo manum, ac subsequere propius me ad fores. Liuius, Castra propius hostem mouit. Vt propius ventum est. Plaut. Men. sc. 2 a. 5. Dabitur malum, si propius accesseris. Idem Most. sc. 2 a. 1. fuge huc, fuge huc ad propius. Ouid. 4. de Ponto, Eleg. 7.

Nihil propius factum est,

id est, parum absuit quin hoc, aut illud factum fuit, παρὰ τοσοῦτον, παρ' ἐλάχιστον, παρ' οὐδὲν ἐγγύτερον. Cic. in Verr. Nec quicquam factum est propius quàm vt viuus combureretur. Plaut. Mil. sc. 5. a. 2. Quid propius fuit, quàm vt perirem, si hæc locutus fuissem hero?

Prŏxĭmŭs, superlatiuum, Propinquissimus, maximè vicinus. { ἐγγύτατος. GALL. Tres prochain, fort pres. ITAL. Prossimo. GERM. Der aller nechst. HISP. Muy cercano. ANGL. Nerest, nighest. Plaut. Curc. sc. 1. a. 1. Flamma fumo est proxima. Idem Aul. sc. 3. a. 1. Hoc frater cogitato. Tibi proximam me esse, mihi item te. Idem Mil. sc. 3 a. 2. Hic proximæ vicinæ. Idem Aul. sc. 6 a. 2. Artoptam ex proxumo vtendam peto à Congrione. Ibid. Quid clamoris è proximo (id est, apud vicinum.) Et in Mil. sc. 5. a. 1. Ausus attingere mulierem hic in proximo. Idem Aul. prolog. Hic senex de proximo (id est, vicinus.) & Asin. 1. a. 1. Amat meretricem ex proximo, (i vicinam, &c. Ouid. 1. de Arte,

Proximus ad dominam, nullo prohibente, sedeto.

Ibidem, Proximus huic labor est placidam exorare puellam. Terent. Hecyr. Despondens ei gnatam huius vicini proximi. Cic. Attic. lib. 2. Arrius proximus est vicinus. imò ille quidem iam contubernalis. Ter. in Eunuch. Illum liquet mihi deierare his mensibus, Sex vel septem prorsum

prorsum non vidisse proximis, id est, præteritis, inquit Donatus. Terent. *in Adelph.* Proximus mihi genere. Veteres tamen non solùm propinquum, & nobis hærentem proximum dicebant, verumetiam longè remotum: si tamen inter duo discreta nihil medium extitisset. Virg. 5.

Proximus huic, longo sed proximus interuallo.

¶ Aliquando ponitur pro maximè propitio. Varro, Gradiuum testor, qui deus nobis omnium est proximus. Interdum pro carissimo. Ouid. *Eleg. 3. lib. 1. Trist.*

Amplectens animo proxima quæque meo. (id est, carissima.)

Idem *Eleg. 2. lib. 4. Trist.*

Hic...Dux fuerat belli: proximus ille duci, &c.

¶ Interdum non habet vim superlatiui, & propinquum significat: quapropter comparatiuum facit proximior, quod propinquiorem significat. Veget. Proximior & dextra sit, quæ plagam possent inferre. Vlp. *ad edict. ædil.* Si quis proximior nasceretur cognatus. Sed benè faciunt, qui cum Cicerone & aliis linguæ Latinæ principibus propiores & propinquiores dicunt; insolentiámque comparatiui fugiunt.

Prŏximè, aduerbium. { ἐγγύτατα. GALL. *Prochainement, tout aupres.* ITAL. *Prossimamente, vltimamente, dapoi.* GER. Zum nechsten. HISP. *Muy acerca.* ANGL. *Nerest or nighest.* } Cic. *Luceio lib. 5.* Literæ quas à te proximè accepi. Idem *de nat. deor.* Is quem proximè nominaui. Nonnunquam habet & accusatiuum, quemadmodum & cætera à propè præpositione deriuata. Idem *Attic. lib. 6.* Habere exercitum quàm proximè hostem. *Ibid. lib. 3.* Quare nihil esset necesse, quàm proximè Italiam esse. *Ibid. lib. 1.* Proximiùs Pompeium sedebam. Propius vrbem mouent. ἐγγύτερω. Salustius, Proximè Hispaniam Mauri sunt. ¶ Proximè ei loco. Cæs. *2. de bell. ciu.*

Prŏxĭmĭtās, atis, Propinquitas, cognatio, propriè quæ per muliebrem sexum iungitur. { קרבה *kerabáh* גאלה *gheulláh.* ἀγχιστεία. GALL. *Prochaineté.* ITAL. *Prossinità.* GER. Ein nahe verwantschafft. HISP. *Cercanidad.* ANGL. *Nerenesse, nighbourhoode.* } Ouid. *2. de Arte,*

Et lateat vitium proximitate boni.

Idem *de Nuce,*

Méque ream nimiæ proximitatis agi.

Idem 13. *Metam.*

Aut si proximitas, primúsque requiritur hæres.

Quint. *lib. 3. cap. 8.* Sed ea plures petant, vel eodem iure, vel proximitatis, vel diuerso: vt quum hîc testamento, ille proximitate nitatur.

Prŏxĭmum, substantiuum. Terent. *Eunuch.* Eamus ad me: ibi proximum est vbi mutes. hoc est, nullus est propior locus, vbi possis mutare vestem. ¶ In proximo, non procul hinc. Cic. *Tironi lib. 16.*

Proximò, Aduerb. idem quod proximè. Cic. *ad Attic. lib. 4.* Ab Qu. Fratre accepi literas datas à littoribus Britanniæ proximò ad Cal. Octobr.

Prŏxĭmo, as, are, propè accedo, propinquo. Verbum frequens Apuleio. { קרב *karáb.* ἐγγὺς εἶμι, ἀγχιστεύω, ὁμοιόω. GALL. *Estre fort prochain, s'approcher, estre pres.* ITAL. *Auicinarsi, ò essere molto simile.* GER. Näheren oder nahen. HISP. *Acercarse.* ANGL. *To come nere or nigh.* } Cic. *2. de nat. deor.* Capiti autem equi proximat Aquarii dextra, totúsque deinceps Aquarius. Solin. *cap. 7. non procul à fine*, Tertia huic proximat eodem nomine. Idem *cap. 65.* Indo flumini proximantes, versa ad Meridiem plaga vltra alios torrentur calore.

Prŏpecto, is, xui, xum, In longum pecto. { καταχτενίζω. vnde Propexus, a, um, κατάκτενος, εἰς μακρὰν κτενισθείς. GALL. *Peigner en long.* ITAL. *Pettinato in longo.* GER. Abhin strälen/ In die lenge niderstich strällen. HISP. *Peinado en luengo.* ANG. *To kembe in length.* } Ouid. *1. Fast.*

Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam.

Virg. *10. Æneid.*

———*propexam in pectore barbam.*

Prŏpĕdĭem, aduerbium temporis, Breui, vel post paucos dies. { בקרוב *bekaróbh.* ἐν βραχεῖ. GALL. *De brief, en brief, bien tost.* ITAL. *Tosto, presto, a porchi di.* GER. Bald hernach/ In kurtzem. HISP. *De aqui à pocos dias.* ANGL. *VVithin few dayes.* }. Ter. *in Heaut.* Et illum tibi saluum affuturum esse hîc confido propediem. Cic. *Attic. lib. 6.* Ego vt spero, propediem te videbo. Plaut. *Asin. sc. 2. a. 4.* Quam tu propediem affiges.

PRŎPĔLLO, is, puli, pulsum, Longè pello, procul amoueo. { הדף *hadáph* נדף *nadháph* דחף *dacháph* דחה *dactáh.* ἀπελαύνω. GALL. *Bouter, pousser loing, chasser, rebouter.* ITAL. *Scacciare lontano.* GER. Abtreiben/ dannen treiben. HISP. *Empuxar à lexos.* ANG. *To put farre away by force, to driue away.* } Cæs. *5. bell. Gall.* Varenus gladio comminus rem gerit: atque vno interfecto, reliquos paulum propellit. Lucan. *lib. 3.*

Propulit vt classem velis cedentibus Auster

Incumbens, mediúmque rates tenuere profundum.

Liu. *10. bell. Maced.* Periculum vitæ propellere à me potes, puniendo eos qui ad me interficiendum ferrum sumpserunt. ¶ Orationem remis propellere, per translationem. Cic. *4. Tusc.* Quærebam igitur vtrùm panderem vela orationis statim, an eam ante paululum dialecticorum remis propellerem.

Prŏpūlsŭs, a, um, participium. { נדף *niddáph* נדחף *nidhchaph* נדחה *nidhchéh.* ἀπελαθείς, διωχθείς. GALL. *Chassé.* ITAL. *Scacciato.* GERM. Abgetryben/ oder Hindersich getryben. HISP. *Empuxado.* ANGL. *Driuin away.* } Lucan. *lib. 7.*

———*cernit propulsa cruore*

Flumina.

Ouid. *Eleg. lib. 1. Trist.*

———*propulsa nauis...fortibus Austris.*

Propulsus, us, ui, verbale ἀπῶσις. Seneca *6. nat. quæst.* Ventum propulso suo concitare.

Prŏpūlso, as, frequentatiuum, Arceo, depello, quasi procul pulso. { הדף *hadháph* נדף *nadháph* דחה *dactáh* דחף *dactaph.* ἀπωθίζω, ἀναχωλύω, ἀμύνομαι, ἀπωθοῦμαι. GALL. *Repousser, chasser.* ITAL. *Propulsare, scacciare.* GERM. Offt hinweg treiben/ oder abtreiben. HISP. *Defendiendo rechaçar, empuxar à lexos.* ANGL. *To put or driue away.* } Liu. 1. Tamen quum mœnibus bellum propulsare posset, in aciem copias educit. Terent. *Andr.* Nam quod tu speras, propulsabo facilè. Cic. *pro Cluent.* Displiceátne mihi legum præsidio à capite periculum propulsare? Quintilian. Propulsare pestem intestinam.

Prŏpūlsātio, nis, Depulsio. { דחי *dechi* מדחה *midhhechéh* מדחפה *madchépháh.* ἀπώθησις. GALL. *Repoussement, chassement.* ITAL. *Ributtamento, ripulsa.* GER. Ein abtreibung/ dannen treibung. HISP. *Rechaçamiento, empuxamiento.* ANG. *Putting or driuing away.* } Cicero *pro Sylla*, Cum huius periculi propulsatione coniungam defensionem officij mei.

Prŏpūlsātor, is. { דוחף *dochéph* דוחה *dochéh* נודף *nodhéph* הודף *hodhéph.* ἀλεξητής. GALL. *Repousseur.* ITAL. *Chi ributta.* GERM. Ein abtreiber oder vertreiber. HISP. *Rechaçador.* ANG. *A driuer far of or away.* } Valerius Max. *lib. 7. cap. 9.* Autorem harum rerum beneuolentia, propulsatorem odio insecutus.

Prŏpĕmŏdum, Penè, ferè, ferme, quasi propemodum. { כמעט *chimʿáth.* ὀλίγου δεῖν. GALL. *Presque.* ITAL. *Quasi.* GERM. Gar nach. HISP. *Quasi, ò poco mas ò menos.* ANG. *Almost.* } Plaut. *in Truc.* Propemodum expertæ estis quàm ego sim tranquillus vsque homo. Idem *Menach. sc. 2. a. 5.* Iam scio propemodum quid sit. Idem *Amph.* Cognoscin' tu me? Sosia. S. propemodum. Idem *Aulul. sc. 6. a. 4.* Hæc propemodum esse res in vado videtur. Idem *Capt. sc. 2. a. 5.* Propemodum vbi loci tuæ fortunæ sint, intelligis.

Propempticus, a, um, προπεμπτικός, ἡ, όν, q. comitatiuus. προπεμπτικὸν carmen, quo gratulamur discessuro, & cum quasi comitamur: à προπέμπω, promitto, prosequor. Vnde est titulus apud Sidonium, Propempticon ad libellum.

PRŎPĔNDĔO, es, Inclinor, deorsum vergo. { נטה *natáh.* ῥέπω. GALL. *Pancher deuant, ou en auant, estre enclin.* ITAL. *Pendere.* GERM. Für abhin oder für nider hangen. HISP. *Mucho inclinarse.* ANGL. *To hange downe, to the fore part, leane or incline more vnto.* } Cic. *5. Tusc.* Qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in altera corporis, & externa tantùm propendere illam boni lancem putet, vt terram & maria deprimat. Propendere in aliquem inclinatione voluntatis. Cicero *2. de Orat.* Plautus *Asin. sc. 2. a. 1.* Nec dependes, nec propendes. (de seruo vincto ad trabem.) Necesse est, vt inclinatione voluntatis propendeat in nos. ¶ Propendere verò, penult corr. est diu, siue multum, aut diligenter ponderare, aut examinare. Quintil. Dabam his otium, refrigerato inuentionis amore diligentiùs repetitas tanquam propendere.

Prŏpēndēns, tis, Demissus, deorsum pendens. { נוטה *notéh* תולה *toléh.* κατακρεμάμενος. GAL. *Pendant droit en bas.* ITAL. *Che pende per dritto ò basso.* GERM. Für abhin hangend oder lampend. HISP. *A costado abaxo.* ANG. *Hanging downeward.* } Colum. *lib. 7. cap. 12.* Probatur quadratus potius, quàm longus, aut breuis, capite tam magno, vt corporis videatur pars maxima, deiectis, aut propendentibus auribus. de cane villatico.

‖ Propendulus, ἐπικρεμής. Apul. *Floridorum lib. 1.* primum, inquit, crines præmulsis antiis, promissis capronis anteuentuli & propenduli. ‖

Prŏpēnsŭs, a, um, vehementer inclinatus, pronus, procliuis. { נכון *nachón.* εὐκατάφορος, προπετής. GALL. *Fort enclin.* ITAL. *Inchino grandemente.* GERM. Gar geneigt/ hefftig geneigt. HISP. *Cosa muy acostada y inclinada.* ANG. *Greatlie inclined, readie.* } Cic. *3 de finib.* Ita non solùm ad discendum propensi sumus, verumetiam ad docendum. Idem *1. Offic.* A quo enim expeditior, & celerior remuneratio fore videtur, in eum ferè est voluntas nostra propensior. Idem *1. Offic.* Quinetiam si quis est paulò ad voluptatem propensior. Quintilian. Propensius genus argumento, vt eum qui rectè valeat in crastinum peruenturum. ¶ Aliquando idem est quod propendens, prominens, siue extensus. { נטוי *natúi.* ἐκτενής. } Persius, —quum tibi Calue Pinguis aqualiculus propensè sesquipede extet. Vbi Cornutus interpres, Quum tu, ô Calue Senator, abundantia ciborum pinguis sis, & ventrem habeas vltra sex pedes extensum. Inde propensa munera, id est, multa ac magna, רב *ráb.* Plautus *in Trucul.* Miles aduenit, natúque causa dat propensa munera.

Prŏpēnsè, aduerbium, Ex animo. { προθύμως. GALL *D'affection, de courage.* ITAL. *Di cuore, con affettione.* GERM. Mit geneigtem willen. HISP. *Muy inclinadamente, de coraçon.* ANGL. *Readelie.* } Lentul. *ad Senatum, lib. 12. Epist famil.* Vt hanc concordiam, & conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propensè non crederent esse factam.

Prŏpēnsĭo, nis, Animi inclinatio, procliuitas. { ἐπιρροπή, προθυμία. GAL. *Inclination.* ITAL. *Inchinatione.* GERM. Ein neigung. HISP. *Inclinacion.* ANG *Inclination and readines to do a thing.* } Cic. *4. de fin.* Qui nullam re nisi in virtute, aut vitio, propensionem, ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse diceret.

PRŎPĔRO, as, Festino, accelero, celeritate vtor: à prope, vt putatur dictum. { מהר *mihér.* σπεύδω. GALL. *Se haster d'aller ou de faire quelque chose.* ITAL. *Affrettarsi.* GERM. Eilen. HISP *Apressurarse.* ANGL. *To speede, to haste.* } Terent. *Andr.* Propera, accerse, hinc qui auferat eam. Cicero *Cornificio lib. 10.* Atque inde ventis, remísque in patriam omni festinatione properaui. Ouid. *10. Metam.*

——— *sedem properamus ad vnam.*

Virg. *7. Æneid.*

———*quem regia coniux*

Adiungi generum miro properabat amore.

Salustius, Qua illi discessus erat in Galliam properanti, id est, celeriter eunti. Tibull. *lib. 4.*

Ceu celer hybernas properat (Sol) decurrere luces.

Plautus *Curc. sc. 2. a. 5.* Phædrome propera. Ph. Quid properem? Pl. Parasitam ne amiseris. Idem *Men. sc. 2. a. 4.* Properabo ad forum. Idem *Curc. sc. 3 a. 5.* Properè propera vomere. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* Quid properas? placidò Idem *Aulul. sc. 4. a. 1.* Nunc demum properare propero. Idem *Menach. sc. 2. a. 4.* Properato, absente me, comesse prandium. Idem *Curc. sc. 3. a. 4.* nisi properè properas dare XXX. minas. *Ibid.* Vitam propera ponere. Et *in Aul. sc. 5. a. 1.* Vascula intus purè propera atque elue. Idem *Menach. sc. 2. a. 5.* Progredi properabo. Idem *Pseud. sc. 2. a. 3.* vt nostra properes amoliri omnia. ¶ Properare item dicitur qui festinanter aliquid agit, vel dicit. Virg. *1 Georg.*

Multa forent quæ mox cælo properanda sereno.

Maturare datur.

Plaut. *Pœnulo*, Quicquid agit, properat omnia, id est, omnia properanter.

ranter agit. Tacit. *lib.* 2. Ne deditionem properauissent. Nonius, Festinare, & properare veteres diuiserunt. Cato, qui vnum quid maturè transigit, properat: qui multa simul incipit, nec percipit, festinat. Verùm vtraque verborum ratio sub hac significantia proxima est veritati: vt properare animi studiosè ad res aliquas contendentis: festinare, corporis necessitati obsequentis. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.

Et *lib.* 2.

Festinate viri: nam quæ tam sera moratur
Segnities?

Hæc Nonius. Vide Gell. *cap.* 14. *lib.* 16. *& cap.* 11. *lib.* 10. ¶ Huius composita sunt Appropero, Depropero, & Impropero, quorum significata vide suis locis.

Properari passiuum: vt apud Horat. *Epod.* 12.

Lanæ cui properabantur?

id est, citò parabantur. & Tacit. *lib.* 2. properatæ naues.

Prŏpĕrātĭo, nis, Festinatio. { מהרה meheráh. σπουδή. GAL. *Haste, auancement, hastiueté* ITAL. *Fretta.* GERM. Eilung. HISP. *Priessa.* ANGL. *A speeding, hasting.* } Cicero 2. *Epist.* Sed ad properationem meam nonnihil interest, non expectare donec ad longum venias. Idem *Tironi. lib.* 16. *Epistol.* Nam quæ patciùs frater præscripserat, verecundia videlicet, & properatione.

Prŏpĕrātō, aduerbium, Festinanter, præproperè. { מהרה meheráh. σπουδῇ. GAL. *Hastiuement.* ITAL. *Frettolosamente.* GER. Eilends/flugs. HISP. *Abincadamente, appressuradamente.* ANGL. *with speede.* } Tacit. *lib.* 13. Neque nimis properatò Narcissus Claudij libertus ad mortem agitur. ¶ Properatò opus est, pro properare. Cicero *pro Mil.* Primum erat nihil cur properatò opus esset.

Prŏpĕrantĭa, æ, Festinatio. { מהרה meheráh. σπουδή. GALL. *Hastiueté.* ITAL. *Esso affrettarsi.* GERM. Ein eil oder eilung. HISP. *Aquella priessa.* ANG. *Speed, haste.* } Salust. *in Iug.* Neque ex tanta properantia tam facilè tractum bellum socordia magis quàm dolo crederent.

Prŏpĕrātŭs, us, ui, properantia, vel properatio. Gell. *lib.* 10. *cap.* 11. Nanque in properatu rei rusticæ, per tempestates pluuiásque cùm otium est, maturari potest.

Prŏpĕrātĭm, aduerbium, Celeriter. { מהרה meheráh. σπουδῇ. GAL. *Hastiuement.* ITAL. *Frettolosamente.* GERM. Eilendts oder schnelliklich. HISP. *Appressuradamente.* ANGL. *Speedelie.* } Cæcilius, Properatim in tenebris istuc confectum est opus. Nonius.

Prŏpĕrāntĕr, aduerbium factum à participio properans, idem quod festinanter. { מהרה meheráh. σὺν σπουδῇ GALL. *Hastiuement.* ITAL. *Frettolosamente.* GERM. In eil/eilendts. HISP. *Apressuradamente.* ANGL. *Hastelie.* } Accius *Telepho*, Remísque nixi properanter nauim in fugam trahunt. Lucret. *lib.* 5. *Vsque adeò properanter ab omnibus ignibus eius.* Properantiùs, compar. festinantiùs Salust. *in Iugurth.* Sin properantiùs pergeret.

Prŏpĕrĭtĕr, Properè, antiquum. { מהרה meheráh. μετὰ σπουδῆς. GALL. *Hastiuement.* ITAL. *Frettolosamente.* GER. Eilendts/fluchs. HISP. *Appressuradamente.* ANGL. *Hastelie.* } Catull. Animula miserrima properiter abit. Pacuuius *Teucro*, vt citat Nonius, mihi classem imperat Thessalum, nostrámque in altum vt properiter deducerem.

Prŏpĕrŭs, a, um, Celer. { מהיר mahir מהר mahér. σπουδαῖος. GALL. *Hastif, soudain, leger.* ITAL. *Presto, Veloce.* GER. Schnell. HISP. *Pressuroso, ligero.* ANGL. *Sudden, hastie* } Plaut. Properam video ancillam venientem Velleius, Properæ classis dux. (id est, subitò ac celeriter contractæ.) Iræ properus. Tacit *lib.* 11. Si præuenirent Claudium, vt insidiis incautum, ita iræ properum. Cursus properus. Ouid. *Epist.* 16. Gressus properus. Valer. *Flac.* 4. *Argon.* Pede propero sequuntur ducem, Catullus. Oblatæ occasionis propera. Tacit. *lib.* 12 *de Agrippina.* Hinc fit Properior, Properrimus & compositum Præproperus.

Prŏpĕrē, aduerbium, Celeriter. { מהרה meheráh. σπουδαίως. GALL. *Hastiuement* ITAL. *Prestamente.* GERM. Eilends/Geschwind. ITAL. *Apressuradamente. presto.* ANGL *Hastelie.* Salust. Tum properè Consul. ducit exercitum. Virg 6. *Æneid.*

His actis properè exequitur præcepta Sibyllæ.

Plaut. *Pseud. sc.* 1 *a.* 3. Coque cœnam properè. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Subitò, properè, & celerè obiectum negotium. Plaut. *Amph.* Vt subitò, vt properè, vt validè tonuit? Idem *Aulul. sc* 4. *a.* 1. Sequere me properè ad macellum strenuè. Vide suprà *Propero.*

Prŏpertĭus. Elegiarum Poëta ex Meuania oppido oriundus quod in Vmbria est, vt ipse autor copiosè testatur. Sunt qui scribant eius patrem Equestri dignitate ornatum, ac Triumuirali potestate fuisse tum inter eos connumeratum qui L. Antonium secuti, Perusia capita ex Octauij Cæsaris autoritate, ad aram Diui Iulij perducti, ibidem occisi fuerunt. Illud omnino constat, hunc Propertium magna ex parte amissis bonis, Romam se recepisse, quum patrem suum in tenera adhuc ætate amisisset: quod illis versibus apparet, Aspice me cui parua domus fortuna relicta est, Nullus & antiquo Marte triumphus aui. Ex Crinito.

Propes, edis, funis quo pes, id est, imum veli tenditur, ait Isidorus Turpilius, quasi cùm ventus fert nauem in mare secundus; siquis propedem misit in veli sinistrum.

Propetio[illegible], est mandare vt aliquid perficiatur, teste Festo. Accius, Age verò, propetra quod cœpisti fieri.

Prŏpexus, vide *Propecto.*

Prŏphānŭs, vide *Profanus.*

PRŎPHĒTA, æ, & Prophetes, æ, masc. gen. Vates, qui futura prænuntiat à se primùm intellecta. { נביא na'i. προφήτης. GALL. *Prophete.* ITAL. *Profeta.* GERM. Ein weissager auß Göttlicher offenbarung / ein Prophet. HISP. *El profeta de lo venidero.* ANGL. *A prophete.* } Nam qui spiritu Pythonico, aut furore correpti, futura prædicunt, Prophetarum nomen non merentur. Veteres (vt inquit Festus) antistites fanorum, oraculorúmque interpretes, prophetas dicebant. Huius fœmininum est prophetissa, mulier diuino instinctu futura prædicens. { נביאה nebiáh προφῆτις.

Prŏphētīă, æ. { נבואה nebuáh. προφητεία. GALL. *Prophetie.* ITAL. *Profetia.* GERM. Ein weissagung künfftiger dingen. HISP. *Profecia.* ANGL. *Profecie.* } Est inspiratio, vel reuelatio diuina, rerum euentus immutabili veritate denuntians.

Prophetis, idis, προφῆτις, mulier prophetans.

Propheticus, a, um, προφητικός, ή, όν, ad prophetam, vel prophetiam pertinens. Fortunatus etiam *prophetalis* dicit.

Propheto, prædico, prophetam ago. Aliquando est magnificè de mysteriis diuinis dissero: item prophetam audio. 1. *Cor.* 11 15.

Prophetizo, vaticinor. Verbum προφητίζω vsurpat Hippocr. pro prædico.

PRŎPĪNO, as, Præbibo, poculum prægusto, & deinde alteri trado. { השקה hischkáh προπίνω. GAL. *Boire à quelqu'vn, l'inuiter à boire en beuuant.* ITAL. *Porger beuer ad alcuno.* GERM. Vortrincken vnd es einem anderen bringen. HISP. *Dar à beuer de lo que beuisto.* ANGL. *To drink to one to brinche.* } Plaut. *in Curc. sc.* 3. *a.* 2. Propino magnum poculum, ille bibit. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Abs te accipiat, tibi propinet, tu bibas. Suet. *in Tiber. cap.* 42. Ignotissimum quæsturæ candidatum nobilissimis antepossuit ob epotam in conuiuio, propinante se, vini amphoram. Quæ consuetudo inde initium habuit, quòd Græci in solennioribus compotationibus quas philothesias appellabant, aurea argenteáque pocula proferri, & vino impleri iubebant: eáque prægustata, cui visum esset, dono offerebant. Προπίνειν inquit Pindari interpres, ἐπὶ κυλίκας, ἄμα τῷ πόματι & τὴν φιάλην χαρίζεσθαι. Cicero 1. *Tuscul.* Quo sonitu reddito arridens, Propino, inquit, hoc pulcro Critiæ qui in eum fuerat teterrimus. Græci enim in conuiuiis solebant nominare cui poculum traditurì essent. Mart. *lib.* 6.

Nemo propinabit, Calliodore, tibi.

Iuuen. *Satyr.* 5.

——— quando propinat Virro tibi?

‖ ¶ Sed & prima longa est, ex præpositione Latina *pro* & *pino*, quod inusitatum Latinis. Martial.

Cœnat, propinat, poscit, negat, minuit, vna est. ‖

¶ Propinare salutem. Plaut. *Stich.* Propino tibi salutem plenis faucibus. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5 Propinare amicissimam amicitiam. Demosthenes eos qui patriam produnt, προπίνειν τοῖς ἐχθροῖς, hoc est, propinare hostibus dicebat. ¶ Interdum est simpliciter porrigere. Terent. *in fine Eunuch.* Hunc comedendum, & deridendum vobis propino. Plin. *lib.* 20. Quidam ad vuluæ dolorem radicem cum vino dulci propinant.

Prŏpīnātio, nis, verbale, actus ipse propinandi, seu præbibendi. { שקוי schikkúl προπόσις. GALL. *Inuitement à boire.* ITAL. *Esso porgere à bere ad alcuno.* GERM Das vortrincken vnd bringen. HISP. *Aquella obra de dar à beuer assi.* ANG. *Drinking to one, or an inuitation to drink.* } Senec. *de benefic c.* 21. Ego ab eo beneficium accipiam à quo propinationem accepturus non sim? Gellius *cap.* 17 *lib.* 10. Sumptum plurimum, ἀσωτίαν & propinationem adolescentis filij deplorans auarus ac diues pater.

Prŏpīnātŏr, is { משקה maschkéh. προπότης. } Ouid. 1. *de Arte*,

Inde propinator nimium quoque multa propinet.

PRŎPĪNQVVS, a, um, quod propè est. { קרוב karób. πλησίος. GALL. *Prochain, voisin.* ITAL. *Propinquo, vicino.* GERM. Nach/ oder nachgelegen. HISP. *Cercano como quiera vezino.* ANGL. *Nere or nigh.* } cui opponitur longinquus. Terent *in Eunuch.* Ex meo propinquo iure hoc capio commodi. Liu 6. *ab Vrbe*, In propinquum certamen aderat. Idem *lib.* 2. *dec.* 4. In propinquum castris collatis. Idem *lib.* 6 *dec.* 4. Ex propinquo, &c. Plaut *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Propinqua partitudo cui appetit. ¶ Nonnunquam idem est, qnod consanguineus, vel sanguine coniunctus. { גאל ghoél מודע modháh, ὁ ἐγγιστα τοῦ γένους. ὁ κατ᾽ αἷμα προσήκων. } Cicer. *ad Cal. lib.* 2. *Epistol.* Virginius propinquus tuus familiarissimus noster.

Prŏpīnquĭssĭmŭs superlat Asconius Pædian. *in diuin* propinquissima extimatione frumenti.

Prŏpīnquĭtās, atis, Sanguinis coniunctio, necessitudo. { קרבה kerabáh גאלה gheulláh מודעת modhábath. ἀγχιστεία. GALL. *Prochaineté, voisinité.* ITAL. *Propinquita.* GERM. Verwantschafft / Blutfreundtschafft. HISP. *Cercanidad de parentesco, ò de lugar.* ANG. *Nerenesse of blood or nighbourhood.* Plaut. *Aul. sc.* 4. *a* 1. Quàm ad probos propinquitate te adiunxeris, tam optimum est. Cicero *de Amic.* Adsciscántque sibi quasi propinquitate coniunctos, atque natura. ¶ Ponitur etiam pro loci vicinitate. Idem 3. *Offic.* Nimis enim imminebat propter propinquitatem Ægina Piræo.

Prŏpīnquē, aduerbium. { הקרוב hekaroб. πλησίον. GALL. *Tout auprés.* ITAL. *Propinquamente.* GERM. Nach da. HISP. *Cercanamente.* ANGL. *Nere.* } Plaut. *in Truc.* Atat, eccam adest propinquè, &c.

Prŏpīnquo, as, Propinquus fio, aut propè accedo. { קרב ka'áb. πλησιάζω. GALL. *Approcher.* ITAL. *Auicinarsi.* GER. Sich näheren/nähen. HISP. *Acercarse, allegárse.* ANGL. *To come nigh & approche.* } Virg. 2. *Æneid.*

Iámque propinquabam portis, omnémque videbar
Euasisse viam.

Ibidem,

Nate exclamat, fuge nate, propinquant.

Idem 9. *Æneid.*

——— nam lux inimica propinquat.

A quo fit Appropinquo, de quo suprà. παραβάλλω, προσπελάζω.

Prŏpĭŏr, vide *Prope.*

PRŎPĬTĬVS, a, um, Placidus, fauénsque, à prope, & ito, itas, vt quidam aiunt. { סלח sallách. ἵλεως, GALL. *Propice, fauorable, appaisé.* ITAL. *Propitio, fauoreuole.* GERM. Günstig/gnädig. HISP. *Fauorable.* ANG. *Fauorable, mercifull.* } Nam qui nobis fauent, prope nos ire consueuerunt. Vel dicitur Propitius, quasi prorsus pius: aut porrò, id est, valde pius, autore Nonio. Plaut. *in Merc.* Tam propitiam reddam, quàm propitia est Iuno Ioui. Idem *Amphitr.* Et tibi, & tuis omnibus propitius cæli cultor aduenit. Cicero *pro Cælio*, Huic homini ego fortasse, & pauci, deos propitios, plerique autem iratos putabant. Idem *in Epist. ad Octauium* Pérque fortunam populi Romani, quæ quanquam nobis infesta est, fuit aliquando propitia. Senec. *epist.* 59. propitiis, vel iratis auribus. Idem 2. *de tranquill.* vt secundo cursu eat animus propitiúsque sibi fit. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Cui homini Dij sunt propitij ei lucrum obiiciunt. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1 Fite mihi volentes propitiæ. (fores.)

Prŏpĭtĭo, as, siue Propitior, aris, Propitium reddo, placo. { כפר chippér. ἱλάσκομαι.

ἱλάσκομαι. GALL. *Appaiser.* ITAL. *Placare.* GERM. Versünen/Begütigen/Befridigen. HISP. *Hazer à otro fauorable.* ANGL. *To appease.* } Plaut. *in Pœn.* Illud faciet, nisi te propitio. Suet. *in Otho. c.* 7. Per omnia piaculorum genera manes Galbæ, à quo deturbari, expellique se viderat, propitiare tentasse. ¶ Propitiare aliquid, pro conciliare, seu dare. Curt. *lib.* 4 Ille capite velato verbenas manu præferens, præibat preces Regis, Ioue, Mineruáque victoriam propitiante. ¶ Propitiare animi sollicitudinem, est lenire. Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. Alius saliua post aurem digito relata sollicitudinem animi propitiat.

Prŏpĭtĭābĭlĭs, inquit Nonius, est Pronus ad propitiandum. { סלח *sallách.* ἱλαστός. } Ennius, Animus huic est propitiabilis. Propitiabilis hostia, id est, apta propitiationi.

Prŏpĭtĭātĭo, nis, ἱλασμός. Senec. *quæst. nat. lib.* 2. *cap.* 29. Quomodo si fati certus est ordo, expiationes, propitiationésque prodigiorum, pericula auertant.

Propitiatorius, a, um, habens vim propitiandi.

Prŏpĭtĭātōrĭum, ij, quod nobis aliquem propitium reddit, placidum, & fauentem. { כפר *chippúr.* ἱλαστήριον. } Erat & tabula quædam, qua cooperiebatur arca testamenti. כפרת *chipporeth.* de qua in Exodo legitur, *cap* 25. Facies & propitiatorium de auro mundissimo.

Proplasma, προπλάσμα, quod ante opus fingitur, προπλάσσεσθαι.

Prŏplastĭcē, es. { προπλαστική. GALL. *Art pour faire moules ou patrons pour faire images enleuées.* ITAL. *Arte di fare con terra imagini di relieuo.* GERM. Die kunst mödel oder bildwerck auß erdtreich zumachen. HISP. *Arte para hazer imagines de barro.* ANG *The art of making images of earth or waxe.* } Ars faciendi typos ex argilla, ceráve quos in æneis, marmoreísque operibus artifices sibi proponunt imitandos. Ponitur & figuratè prò ipsis typis. Plin. *lib.* 35. *c.* 12. Arcesilai proplasticen pluris venire solitam constat ab artificibus ipsis, quàm aliorum opera. Castigata exemplaria habent *proplasmata*, à Proplasma, atis.

Prŏpnīgēum, Os furni, in quo succenditur ignis, Præfurnium. { προπνιγεῖον. GALL. *La gueule ouuerte d'vn four, ou d'vne fournaise.* ITAL. *Bocca del forno.* GERM. Ein ofenloch/Mundtloch eines backofen. HISP. *Boca del horno.* ANG *The fore part or mouth of an ouen.* } Græcis enim πνιγεὺς, furnum significat, siue caminum: ἀπὸ τοῦ πνίγειν, hoc est, à suffocando, quòd ignis in eo suffocetur. Plin. *Epist.* 41. Adiacet vnctorium, hypocauston, adiacet propnigeon balnei.

Prŏpœtĭdēs, προποιτίδες, Puellæ fuerunt Cypriæ, ex Amathunte vrbe, quæ quòd Veneris numen aspernarentur, ab irata dea adeò percitæ sunt libidinis desiderio, vt corpora passim in triuiis prostituerent: vnde factus est locus fabulæ: Propœtides in saxa fuisse mutatas, quòd abiecto omni pudore, velut saxa induruissent. Ouid. 10. *Metam.*

Sunt tamen obscœnæ Venerem Propœtides ausæ
Esse negare deam: pro qua sua numinis ira
Corpora cum forma primò vulgasse feruntur:
Vtque pudor cessit, sanguisque indurvit oris,
In rigidum paruo silicem discrimine versæ.

Prŏpōlă, æ. { μεταβολεύς προπώλης. GALL *Reuendeur & regratier.* ITAL. *Reuenditore.* GERM. Ein fürkauffer. HISP. *El regaton que compra para reuender.* ANGL. *An huckster, aregrater.* } Negotiator qui merces præemit minoris, vt postea pluris vendat, πρὸ enim ante, πωλῶ vendo. Cicer. *contra Pisonem*, Pistor domi nullus, nulla cella, panis, & vinum à propola, atque decuba. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Propolæ Calceolarij, &c.

Prŏpŏlĭs, is. { πρόπολις. GALL. *Vne matiere, comme cire, à l'entrée des lieux où les mouches font leur miel* ITAL. *Materia come sera trouata al buso doue le api entrano nel suo alueo* GER. Die dicke vnd zähe matery mit welcher die Immen den eingang des immen/ korbs verbauwen/ oder das vorgebeuw selbs. HISP. *El betun de las colmas.* ANG. *A mater likwaxe abbut the places where the bees maketh there honie.* } In apum operibus dicitur tertium ceræ fundamentum, ex crassiore, tenacioréque constans materia, frigoris iniuriæque omnes aditus obstruens fauósque stabiliens. Plin *lib.* 11. *cap.* 7. Prima fundamenta operis, comosin vocant periti: secunda pissoceron: tertia propolin inter coria, ceráśque, magni ad medicamina vsus. Nigra crusta est prima, saporis amari, Pissoceros super eam venit, picantium modo, ceu dilutior. Ceræ initium plerunque è mitiori gummi. Propolis crassioris iam materiæ, additis floribus: nondum tamen cera, sed fauorum stablimentum, qua omnes frigoris, aut injuriæ aditus obstruuntur, odore etiamnum graui, vt qua plerique pro galbano vtantur. Idem *lib.* 24. *c.* 8. Populi ferunt in foliis guttam ex qua apes propolin faciunt.

Propoma, πρόπομα, potus qui propinatur, à προπίνω præbibo.

PRŌPŌNO, is, sui, situm, Ad comedendum appono. { שם *sam.* προτίθημι GALL. *Proposer, mettre aut deuant* ITAL. *Proporre, proponere.* GER. Fürsetzen/fürstellen/fürlegen. HISP. *Anteponer, proponer.* ANGL *To put out or sett before.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 54. Cœnarum interdictis inuenio exceptum, nequid volucrum poneretur, præter vnam gallinam. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.*

Scopulo proponit in alto. (membra fratris sup)

Idem *lib.* 13. *Metam.*

Proposita arma peto, (præmium.)

¶ Aliquando ponitur pro in publico ponere. Plin. *lib.* 35. Idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus. ¶ Aliquando pro ante oculos ponere. Cicero *de Inuent.* Qui leges scribunt, vtilitatem Reipublicæ proponere sibi debent. Idem *lib.* 1. *Epist.* Omnibus propositum esse debet cum dignitate otium. Non solùm Ponere ante oculos, sed & Proponere dicitur. Cicer. *pro Cluentio*, Quotidianis insidiis, proposito ante oculos vitæ periculo. ¶ Interdum pro exponere, & obiicere. Idem *Titio lib.* 5. *Epist.* In animo habere debemus, homines nos vt esse meminerimus ea lege natos, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra. ¶ Proponere præmium, est in medio ponere. Idem. Quis est qui tantis propositis præmiis non excitetur? Proponere item Oratores dicuntur, quum ea de quibus dicturi sunt, paucis antè enumerant. Idem *de clar. Or.* Curio quum tria proposuerat, aut quartum addebat, aut tertium quærebat. Idem *pro lege Man.* De tribus enim quæ proposui, hoc extremum est. ¶ Proponere animo, est constituere, & deliberare. προαιρεῖσθαι. Seneca, Id in primis animo proponendū, vt rectè viuamus. Proponere, Promulgare Suet. *in Calig. cap.* 41. Eiusmodi vectigalibus indictis, neque propositis, quum per ignorantiam scripturæ multa commissa fierent, tandem flagitante populo Rom. proposuit quidem legem, sed & minutissimis literis & angustissimo loco, vt ne cui describere liceret.

Prŏpŏsĭtĭo, nis. { πρόθεσις. GALL. *Proposition.* ITAL. *Propositione.* GERM. Ein kurtze vnd vollkomne fürhaltung eines dings/ zu welchem man die gantze red als zu einem zweck richten wil. HISP. *Proposicion.* ANGL. *A proposicion.* } A Rhetoribus appellatur pars orationis, ad cuius probationem omnia diriguntur argumenta Solent enim oratores breuiter proponere id, circa quod totius negotij cardo versatur, idque deinde argumentis confirmare. Autor ad Herennium *libr.* 2. Propositio dicitur per quam ostendimus summatim quid sit quod probare volumus. Cicer. *de Inuent.* Propositio est per quam breuiter locus is exponitur, quo omnis vis oportet emanet ratiocinationis. Recentiores Dialectici propositionem vsurpant pro oratione significatiua veri, vel falsi, quam Cicero Enunciationem, siue pronunciatum, Græci ἀξίωμα appellant.

Prŏpŏsĭtum, i, dicitur quod mente statutum est, & intentio hominis. { דעת *dábath.* προαίρεσις, σκοπός, πρόθεσις, ὑπόθεσις. GAL. *Propos, deliberation, intention.* ITAL. *Proposito, intentione.* GERM. Ein fürnemmen/oder fürsatz. HISP. *El proposito que se antepone.* ANGL. *A purpose, enterprise or intent.* } Plin. Hoc ei propositum erat, vel superare, vel cedere Ouid. 10. *Metam.*

Propositique tenax, quodcunque est, orat vt ipsi
Indicet.

Velleius, Maiorum propositorum executor. Idem, firmus vir proposito. Senec. *cap.* 13. *de tranq.* Sapiens cogitat aliquid posse propositis suis resistere. Ouid. *initio lib.* 4. *Fast.*

Tu mihi propositum argumentum, tu mihi semper opus.

Idem,

Propositique precor contrahe vela tui.

Venustè autem dicimus, Quempiam auerti à proposito: Declinare à proposito: Egredi à proposito: Nulla re à proposito deterreri posse: Permanere in proposito: Fugare aliquem à proposito alicuius rei: Aliquid ad propositum pertinere. Exempla passim occurrent studioso.

Prŏpontĭs, idis, προποντίς. Vno nomine dicitur totum illud mare quod ab Hellesponti angustiis ad Thracium vsque Bosphorū protenditur. Nam Geographi primas angustias maris Ægæi se coarctantis, Hellespontum vocant. Inde expatiatur æquor: quæ laxitas Propontis appellatur. Vbi iterum in arctum coit, & stringitur, illæ angustiæ Bosphorus Thracius nuncupantur. Vbi igitur effunditur, Pontus Euxinus, qui curuatus in figuram Schythici arcus committitur ostio Mæotidis paludis: ídque ostium, Cimmerius Bosphorus vocatur.

Prŏpontĭăcŭs, a, um, προποντικός. Ouid. *lib.* 1. *Fast.* Hincque Propontiacis hærentem Cyzicon oris.

‖ Proporrò, vlteriùs, præterea. Lucret. ‖

Prŏportĭo, nis, est duarum rerum inter se comparatio, pro proportionibus, i. e. secundùm partes inter se collatis. { משקל *mischkál.* λόγος, ἀναλογία. GALL. *Proportion, mesure pareille.* ITAL. *Proporcione* GERM. Ein gegenhatung oder vergleichung zweier dinge geden einander. HISP. *Proporcion entre dos cosas.* ANGL. *Proportion, lik measure or comparison of two thinges.* } Cic. *de Vniuers.* id optimè assequitur, quæ Græcè ἀναλογία. Latinè (audendum est enim quoniam hæc primùm à nobis nouantur) comparatio, proportióve dici potest. Idem 6. *Verr.* Vt hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera. Gell. *cap.* 25. *lib.* 2. Analogiam quidam proportionem vocant. Idem *cap.* 9. *lib.* 15. Ratio proportionis, quæ analogia dicitur.

Propos, valde potens Gl. Isid. ‖ vide *Prapos.* ‖

Prŏpŏsĭtĭo, vide *Propono.*

Prŏporrō, Vlteriùs, vel præterea, πόῤῥω, σφόδρα. Lucret. *lib.* 2.

Et sibi proporrò quæ sint primordia quærunt.

Rursus alibi,

Ipsaque proporrò paulò maiora lacessunt.

Vbi vsurpatur, vt Græci solent congeminare προπροκυλινδόμενος.

‖ Proposcit, petit Gl. Isid. ‖

Propotisma, προπότισμα, quod ante bibendum datur. προποτίζω, ante bibendum do. Hippiatri vtuntur.

Prŏprætŏr, is, qui prætoria autoritate ad prouinciam administrandam mittebatur. ἀντιστράτηγος. Solebant autem prætores finito sui magistratus anno in prouincias proficisci prætorio imperio, & tum Proprætores appellari. Cicer. 2. *de Diuinat.* Quàm multi anni sunt, quum bella à Proprætoribus, & Proconsulibus administrantur.

Propriassit, proprium fecerit. Fest. Ergo *proprio* est proprium facio.

PRŎPRIVS, a, um, A propè fit: & dicitur quod peculiare est vniuscuiusque. { ἴδιος. GALL. *Propre & particulier à chacun.* ITAL. *Proprio, particulare.* GERM. Eygen. HISP. *Proprio.* ANG. *Prope, particuler, to any.* } Hoc enim maximè propè est quod proprium est. Virg 7. *Æneid.*

Hunc mihi da proprium virgo sata Nocte laborem.

Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Iube agnum afferri proprium, pinguem, &c. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Cum illa facere nolo mutuum. P. Quid ita? Proprium facio, amo pariter simul. ¶ Aliquando accipitur pro stabili, diuturno. Sisen. At qui metu, & suspicione propriam habere quietem non poterat Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Atque illum amatorem tibi proprium futurum vita, id est; perpetuum. Virg. 6. *Æneid.*

——*propria hæc si dona fuissent.*

¶ Dicimus eleganter, aliquid proprium esse oratori, vel epistolæ: hoc est quod maximè obseruari debet, & conuenit oratori, aut epistolæ. Cic. *Qu Fratr.* Hoc est epistolæ proprium, vt is ad quem scribitur, &c ¶ Dicimus quoque aliquid esse proprium alicuius. Idem *pro Rosc. Amer.* Quicquid maleficij, sceleris, cædis erit, proprium id Rosciorum esse debebat. ¶ Proprium ✕ Commune. Idem *Cato in maio.* Ad id quidem non proprium senectutis est vitium: sed commune valetudinis. ¶ Construitur cum genitiuo, vt patet ex superioribus exemplis: & cum datiuo. Quint. *lib.* 1. Propria est nobis mentis agitatio, atque solertia.

Proprior, cómparat. apud Cels. *lib.* 4.

Prŏprĭĕtās, atis. { ἰδιότης, ἰδιότης. GALL. *Proprieté & appartenance de quelque*

quelque chose. ITAL. *Proprietà perti ne nte à ciascuno.* GERM. Eigenschafft. HISP. *Propriedad.* ANG. *Proprietie and belonging to one.* } Cicer. *in Acad.* Singularum rerum singulæ proprietates sunt. Proprietas item vocabulum est Iurisconsultorum quo dominium intelligunt, vsufructu deminutum, itaque solent opponi vsusfructus & proprietas. *toto tit. de vsufruct.*

‖Proprietarius, qui proprietatem habet ac dominium, licèt interdum nudū ac sine vsufructu. *D. lib. 7. t. 1. l. 12. & D. de dolo malo, l. 7.* Si seruum vsuarium proprietarius occidit.‖

Prŏprĭē, quod est peculiariter. { ἰδίως, κυρίως. GAL. *Proprement.* ITAL. & HISP. *Propriamente.* GERM. Eigentlich. ANGL. *Properlie, peculiarlie.* } Cicer. *de Orat.* Quàm propriè de vnoquoque dixit.

Prŏprĭtim, Antiqui dicebant pro propriè, teste Nonio. ἰδίως. Lucr. *lib. 2.*

Quid? genus humanum propritim de quibus actum est

PRŎPTĔR, Præpositio est causam significans: quæ non nisi separata legitur. { עַל *hál.* διά. GALL. *A cause apres.* ITAL. *Per apresso.* GERM. Von wegen. HISP. *Por cerca.* ANGL. *For, nere or nigh.* } Plaut. *Cur. sc. 2. a. 5.* propter eas (nugas) viuo faciliùs. Idem *Aulul. sc. 4. a. 1.* Vt propter me tibi sit melius, mihíque propter te. Idem *Mil. sc. 2. a. 1.* Propter amorem suum. Cicero *ante exilium*, Non turpitudine vitæ, non pro magnitudine scelerum, non propter reliquæ ætatis infamiam, pœnas iure & lege persoluo. Virg. 4. *Æneid.*

Te propter Libyes, gentes, Numidúmque tyranni, Odere, id est, tui causa.

¶ Aliquando idem significat quod prope. Terent. *in Adelph.* Nimium istôc abisti, hîc propter hunc assiste. Idem *Eunuch.* Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet. Salust. *in Catil.* propter Aquilam assistit. Ouid.

Propter humum volitet, ponítque in sepibus oua.

Lucr.

——tum portam propter ahena
Signa manus dextras ostendunt attenuari.

¶ Idem aliquando etiam quod per. Cicero *pro Milo.* Quod enim præmium satis magnum est, tam bonis, tã fidelibus seruis propter quos viuit; id est, per quos vel quorum opera & defensione, viuit. ¶ Sine casu positum, migrat in aduerb. Idem 6. *Verr.* Etenim propter est spelunca quædam. ¶ Propter, initio periodi. Quintilian. Propter quod, &c.

Prŏptĕrea, significat ob eam causam: sicut quapropter, propter quam causam. { לָכֵן *lachén* עַל־כֵּן *halchén.* διὰ τοῦτο, τούτου ἕνεκα. GAL. *A ceste cause, pourtant, pource.* ITAL. *Percio.* GERM. Darumb/derwegen/derhalben. HISP. *Por esso.* ANGL. *Because that.* } Terent. *in And.* Ego vitam deorum propterea sempiternam esse arbitror. ¶ Proptera quòd, idem valet quod ideo, quia. διότι. Cicero 1. *Acad.* Si notionem veri & falsi, propterea quia non possint internosci, nullam habemus. ¶ Propterea quia. Gell. *cap. 9. lib. 4.* Et Plaut. *Asinar. sc. 3. a. 2.* Propterea quia huc habebas iter.

Propudianus porcus dictus est, vt ait Capito Atteius, qui in sacrificiis gentis Claudiæ velut piamentum & solutio omnis contracta religionis est. Fest.

PRŌPŬDĬVM, rem pudendam significat, teste Budæo: quasi porrò, id est, valde pudendum, vel à quo pudor, & pudicitia procul sint. { נַבְלוּת *nablúth* שַׁעֲרוּרִיָּה *schaharurijah.* τὸ αἶσχος, ἡ αἰσχύνη. GALL. *Ordure, vilenie & infamie.* ITAL. *Ordura brutezza, infamia.* GERM. Ein schand/ Ein ding in welchem kein zucht noch scham ist. HISP. *Infamia, vergoneosa.* ANGL. *Disworship, shame.* } Propudia virorum. apud Plin. 28. *cap. 8.* Plaut. quoque meretriculum propudium vocat. Ita enim de Planesio meretrice loquens *in Curc. sc. 3. a. 1.* ait. Quid ais propudium? ¶ Item pro probro, siue impudicitia. Idem *Milit. sc. 4. a. 1.* Vbi est iste seruus qui propudij me maximè innocentem falsò insimulauit? (paulò infrà, Probri falsò insimulatam.)

Prŏpŭdĭōsus, a, um, id cuius meritò pudeat, sceleratum. { נִקְלֶה *nikléh.* ὁ ἐπ' αἰσχροῖς, αἰσχροποιός, ἀναίσχυντος. GALL. *Eshonté, vilain, infame.* ITAL. *Infamato, scacciato.* GER. Schandtlich. HISP. *Cosa assi infamáda.* ANGL. *Shamefull and diworshipfull.* } Apul. *lib. 9.* Propudiosæ mulieri. Sidonius, Igitur hic proximè abrupto contubernio ancillæ propudiosissimæ, cui se totum consuetudine obscœna addixerit, id est, impudicissimæ. Gellius *lib. 1. cap. 17.* Sed enim si imperet vxorem ducerem infamem, propudiosam, criminosam.

PRŎPVGNO, as, pugno pro, i. pugnando defendo, protego. { גָּנַן *ghanán.* ὑπερασπίζω, προμάχομαι. GALL. *Defendre combatre à lencontre.* ITAL. *Difendere.* GERM. Mit streiten beschirmen/ für etwas streiten vnd sich in gegenwehr stellen. HISP. *Defender peleando.* ANG. *To fight for and defend.* } Plin. *lib. 12. cap. 19.* Casia circa paludes, propugnante vnguibus diro vespertilionum genere decutitur. Cicero 1. *Offic.* Propugnare pro æquitate. Idem 1. *de Inuent.* Qui verò ita se armat eloquentia, vt non oppugnare commoda patriæ, verùm propugnare possit, &c.

Prŏpūgnātor, Defensor ⟩⟨ Oppugnator. { גֹּנֵן *ghonén.* πρόμαχος, ὑπερασπιστής. GALL. *Defendeur.* ITAL. *Difendore.* GERM. Ein schirmer mit streiten/der für etwas streitet. HISP. *Defendedor assi.* ANGL. *A fighter for and defender.* } Liu. *lib. 4.* Quid à vobis speretur, an honores, quos aduersariis vestris potius quàm Reipubl. propugnatoribus datis? Cæsar 7. *bell. Gall.* Nec ille prius est propugnatoribus vacuus relictus locus.

Prŏpūgnātio, nis, verbale, Defensio. { מָגֵן *maghhén.* ὑπερασπισμός. GALL. *Defense* ITAL. *Difesa* GERM. Beschützung mit worten. HISP. *Defension.* ANG. *A fighting for an defending.* } Cicero *Licinio lib. 5.* Suscepique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis.

Prŏpūgnācŭlum, i, est arx. vel moles, aut alius locus munitus, propugnandæ, hoc est, defendendæ vrbi, vel castris idoneus. { בַּחַן *báchan*, vel, *bóchan* בֹּחַן *bachón* עֹפֶל *hóphel.* προβολή, ἔπαλξις. GALL. *Vn bouleuart & forteresse.* ITAL. *Defensione, bastione.* GER. Ein vorwehre/ein bollwerck/ pastey. HISP. *La torre para defender.* ANGL. *A fortresse or bullwarcke.* } Virg. 4. *Æneid.*

——& propugnacula bello
Tuta parant.

Cicero *pro Font.* Est in eadem prouincia Narbo Martius, colonia nostrorum ciuium, specula po. R. ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. Gell. *cap. 3. lib. 7.* Pluribus id propugnaculis defensat.

Propulso, vide *Propello.*

Propus, odis, πρόπους, stella, quæ pedes geminorum præcedit. Procl. *in sphæra.* à πρὸ & ποὺς. Latin. interp. vertit *prepes.*

Prŏpylæum, i. προπύλαιον, vestibulum, vel porticus quæ est ante domum Cic. *lib. 2. Offic.* Phalæreus Demetrius qui Periclem principem Græciæ vituperabat, quòd tantam pecuniam in præclara illa Propylæa profuderit. Plin. *lib. 35. c. 10.* Protogenes quum Athenis celeberrimo loco Mineruæ delubro propylæum pingeret, adiecit paruulas naues longas, in his quæ pictores parerga appellant.

Prŏquæstŏr, is, qui quæsturam extraordinariam gerit, quíque in quæstoris locum substituitur. { ἀντιταμίας. GALL. *Proquesteur, lieutenant de questeur.* ITAL. *Chi con autorita di camerlengo gouerna vna prouincia.* GERM. Ein stathalter des seckelmeisters/ der mit vollmechtiger gewalt eines seckelmeisters in ein landtschafft gesandt wirt. HISP. *Questor en lugar de otro questor.* ANGL. *He that occupieth the treasures place.* } Cic. *in Acad.* Nec verò ineunte ætate solùm, sed & proquæstor aliquot annos. Idem 4. *Acad.* Quum Alexandriæ proquæstor essem.

PRŌRĂ, æ, Anterior pars nauis, frons nauis. { πρῷρα. GAL. *Le deuant d'vne nauire, la proüe.* ITAL. *Prora, prua.* GERM. Das vorder theil des schifs. HISP. *La proa de la naue.* ANGL. *The forepart of a ship.* } Liu. 4. *bell. Pun.* Ferrea manus firmæ catenæ illigata quum iniecta proræ esset, &c. Virg. 5 *Æneid.*

——sed cæca Mœnetes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas.

Idem 5. *Æneid.*

Illisa prora pependit.

Prora & puppis prouerbiali figura dicitur de eo in quo negotij totius cardo vertitur. propterea quòd à Prora & puppi tanquam à capite & calce pendeat tota nauis. Cic. *ad Tironem lib. 16.* hanc parœmiam refert his verbis, Mihi prora & puppis, vt Græcorum prouerbium est, fuit à me tui dimittendi, vt rationes meas explicares. Vide Erasm. *in Chil.*

Prōrētă, dicitur qui custos est & gubernator in nauis prora. { πρῳρεύς. GALL. *Le gouuerneur de la proüe.* ITAL. *Gouernatore à prora.* GER. Der schifffürer im vorderen theil. HISP. *Regidor de la proa.* ANG. *He that gouerneth the fore parte of a shippe.* } Plaut. *in Rud.* Si tu proreta isti naui es, ego gubernator ero,

Prōrĕūs, proreta qui, proram gubernat. { πρῳρεύς. GAL. *Le gouuerneur de la proüe.* ITAL. *Gouernatore à prora.* GER. Derregierer dess vorderen theils des schifs/ein schiffleiter. HISP. *Regidor de laproa.* ANG. *He that gouerneth the foreparte of a shippe.* } Est etiam nomen proprium nautæ apud Ouid. 3. *Metam.*

Prōrĕpo, is, Vltra repo, vel sensim in lucem prodeo. { שָׁרַץ *scharáts.* ἐξέρπω. GALL. *Sourdre, sortir, ou ramper hors.* ITAL. *Sorgere, saltar fuori.* GER. Herfür kriechen. HISP. *Saltar à fuera.* ANGL. *To glid forward.* } Col. *lib. 3. cap. 10.* Illæ fertiles ac firmæ, quia è tenero prorepunt, & quicquid ad eas perueniret alimenti, indiuiduum est. Horat. 1. *Serm. Sat. 3.*

Quum prorepserunt primis animalia terris

Suet. *in Claud. c. 10.* prorepsit ad proximum solarium.

Prōrētă, & Prōrĕus dissyllabum, vide *Prora.*

Prōrĭpĭo, is, Subduco, vel subtraho. { בָּרַח *barách* סָר *sár.* ἐκφεύγω, ὁρμῶ, ὑπεξάγω ἐμαυτὸν, ὑπεξαιρέομαι. GALL. *Fuir, se soustraire.* ITAL. *Fuggire, sottraggersi.* GERM. Schnell verschlieffen / sich verziehen oder entziehen. HISP. *Huyr, arrebatarse, arrebatar.* ANGL. *To withdrawe him self quickely.* } Liu. 2. *bel. Pun.* E manibus sacrificantium quum sese proripuisset. Salust. *in Catil.* Deinde domum se ex curia proripuit. Virg. 3. *Eclog.*

——quò nunc se proripit ille?

Idem 6. *Æneid.*

Tandem proripuit sese, atque inimica refugit
In nemus vmbriferum.

Suet. *in Othon. cap. 6.* Proripuit se hostica parte palatij. Vide eundem *in August. c. 54. & in Calig. cap. 35.* Plaut. *Capt. sc. 3. a. 2.* Quo illum dicam se foras proripuisse ex ædibus ¶ Ponitur aliquando pro rapere. Cicero 7. *Ver.* Deinde iubet vndique hominem proripi, vehementissiméque verberari.

Prōrīto, as, Prouoco. } הֵסִית *hesíth.* παροξύνω. GAL. *Prouoquer, inciter, stimuler.* ITAL. *Prouocare.* GER. Herfür reitzen. HISP. *Prouocar ò encender.* ANGL. *To prouoke or stirre vp.* } Colum. *lib. 10.* Vt Pelusiaci proritet pocula zythi. Senec. *cap. 12. de tranquill.* Proritat illos species aliqua. ¶ Ponitur aliquando pro allicere, inuitare. Colum *lib. 2. cap. 10.* Lini semen, nisi magnus est in ea regione quam colis prouentus & pretium proritat, serendum non est. Idem *lib. 3. cap. 2.* Cum hoc iungit & inuitare.

PRŌRŎGO, as, Propriè fuerit vltrà rogo, in longius protraho differo, produco, extraho. הֶאֱרִיךְ *heerich.* παρατείνω, ἀναβάλλομαι. GALL. *Prolonger, proroger.* ITAL. *Prolungare.* GERM. Verziehen / verlengeren/ erstrecken. HISP. *Estender ò dilatar el tiempo.* ANG. *To prolonge, to put of till a further day.* } Cicero *Appio lib. 3.* Illud pugna & enitere nequid nobis temporis prorogetur. Plaut. *Amph.* Spes prorogatur militi in alium diem. Imperium prorogare. Cic. *ad Qu. Frat. lib. 1.* Quòd si tibi bellum aliquod magnum & periculosum administranti prorogatum imperium viderem, tremerem animo, &c. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 3.* Quid tu? diuinis condimentis vtere, qui prorogare vitam possis hominibus. (vbi Passeratius quî, pro quibus legit. Suet. *in Cæs. c. 24. & in August. c. 23.* Prorogare Imperium in quinquennium.

Prōrŏgātĭo, nis, verb. אֹרֶךְ *óreeh*, vel *órech.* ἀνάβλησις. GALL. *Prolongment* ITAL. *Prolungamento.* GERM. Verziehung/verlengerung. HISP. *Estendimiento, prolongacion.* ANGL. *A prolonging and putting of till a further day.* } Liu. 8. *ab Vrbe*, Duo singularia hæc ei viro primum contigere: prorogatio imperij non antè in vllo facta, & acto honore triumphus. Prorogatio legis, id est, dilatio promulgandæ legis. Cic. *pro Murana*, Confusionem suffragiorum flagitasti, prorogationem legis Maniliæ, &c.

Prorogatiuus, a, um, habens vim prorogandi, i. e. differendi.

Prorogator, qui prorogat.

PRORSVS, a, um, rectus: vnde oratio *prorsa* opponitur versæ. Vulgò molliùs extrita vna litera, dicitur *prosa*: sunt autem quidam, qui non putant *prosa*, sed *prorsa* dicendum, sed falluntur. vtrumque enim probum & latinum. Sed antiquis *prosa*. nam veteres illi Latini concursum R, cum S, fugiebant, itaque R, exterebant. ‖ Quare *Rusum* potius, quàm *Rursum*, *susum*, quàm *sursum*; *assum*. quàm *arsum*. *prosum*, quàm *prorsum* dicebant Vide *Prosus*. ‖

Prorsa Dea, & prorsa oratio (id est, recta) vt contendunt multi.

Prōrsùs, & prorsum, aduerbia. Omnino generaliter πάνυγε, ἀμέλει, παντελῶς. GALL. *Du tout, totalement, tout outre.* ITAL. *Al tutto, affatto,* GERM. Gentzlich/ gantz vnd gar. HISP. *Del todo.* ANGL. *Vterly.* } Cic. *in Tuscul.* Prorsus hæc diuina sunt. Terent. *Eunuch.* Ego nescio hercle neque vnde eam, neque quorsum eam: ita prorsum oblitus sum mei. Idem *And.* Prorsus à me opinionem hanc tuam esse amotā volo. ¶ Interdum ponitur pro rectè & verè, vt ait Donat. Terent. *in Adelph.* Eo pacto prorsus illic alligaueris filium. Aliquando ponitur pro Rectà. Plaut. *in Pseud. sc. 1. a. 4.* Non prorsus, verùm ex transuerso cedit quasi cancer solet. ¶ Quandoque verò nomen est, & idem significat quod rectus, a, um: vnde Prorsi limites dicuntur in agrorum mensuris, qui ad Orientem directi sunt: vt ait Festus. ¶ Prorsum, id est, antè. Terent *in Hecyr.* Trepidari sentio rursum. vbi prorsum Donatus, Rursum propriè retrò: Prorsum, antè significat.

Prorūmpo, is, Rumpo, effringo. { שבר *schibbér* נתץ *natáts*, vel, *nittéts* קרע *karáh* פרץ *paráts.* διαῤῥήγνυμι. GALL. *Rompre.* ITAL. *Rompere.* GERM. Durchbrächen zerbrächen. HISP. *Romper.* ANG. *To breake.* } Cæsar. *lib. 4.* Celeriter ad eas munitiones peruenerunt, atque proruptis his, prius in hostium castris constiterunt, quàm planè ab his videri, aut quid rei gereretur cognosci posset. Virg. *lib. 1. Georg.*

Rursum in obliquum verso prorumpit aratro:

¶ Ponitur & absolutè pro eo quod est proruere, hoc est, cum impetu progredi. { פשט *paschát* פרץ *paráts.* GALL. *Entrer par force & violence, sortir impetueusement.* ITAL. *Intrare con impeto.* GERM. Herfürbrächen/fürhin rumpen/mit vngestume aussbrächen. HISP. *Entrar, ò salir con impetu.* ANGL. *To go in with force.* } Cic. *pro Murana*, Catilina prorumpet quà minatur: in agros suburbanos repentè aduolabit. Idem *pro Sext. Roscio*, Hoc cogitate, Iudices, eò prorumpere hominum audaciam, vt hîc ante pedes vestros cædes futuræ sint. Senec. *de consol. ad Polyb. in fine*, Prorumpit animus ad summa. Item *Cæs. lib. 3. de bell. ciuil.* Ex parte qua proruebat. Quandoque ponitur pro emittere, siue euomere. Vnde proruptum est oleum fluénsque. Virg. 1. *Æneid.*

Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis,
It mare proruptum, & pelago premit arua sonanti.

Et *lib. 3.*

Interdúmque atram prorumpit ad æthera nubem.

Quod Seruius exponit pro *euomit*, asserens nouam hanc esse locutionem, Non enim dicimus, inquit, Ego prorumpo hanc rem. Hoc modo Terent. *in Eunuch.* vsus est verbo Erumpo, Iámne erumpere mihi licet hoc gaudium.

PRŌRVO, is, Ruere facio, proiicio facio, vt aliquid cadat. { הפיל *hippil* נתץ *natsáts*, vel, *nittets.* καταβάλλω, διαρρίπτω. GALL. *Ietter par terre, abbatre & mettre bas.* ITAL. *Far casare, cadere con impeto.* GERM. Nidersellen, niderwerffen/vmbwerffen. HISP. *Mucho derribar, caer con impetu.* ANG. *To cast or throwe tote ground violently.* } Liuius, Mare fluminibus inuexit, montes lapsu ingenti proruit. Idem 9. Excitati arma capiunt, dolabræ calonibus diuiduntur ad vallum proruendum, fossásque implendas. ¶ Ponitur & absolutè, pro eo quod est cum impetu decidere. Valer. Flac. 7. *Argon.*

———*ille fatiscens.*
In caput inque humeros ipsa vi molu & ira
Proruit.

¶ Proruere se, prorumpere. Terent. *Eunuch.* Vix elocuta est hoc, foras simul omnes proruunt se, Abeunt lauatum, ita vt fit, domini vbi absunt.

Proūtŭs, a, um, participium, Deiectus. { נתוץ *nathúts* καταῤῥαχθείς. GAL. *Abbatu, mis par terre.* ITAL. *Cascato.* GERM. Nidergefellet/vmbgeworffen. HISP. *Caido, derribado.* ANGL. *Cast or throwen downe violently.* } Liu. 4. *ab Vrbe*, Dictator proruto vallo, iam in castra prælium intulerat. Velleius, Proruto vallo receperunt eum milites.

PRŌSĂ, æ, dicitur oratio soluta, quasi profusa. Cicero vocat liberam nullísque numeris astrictam { πεζὸς λόγος. GALL. *Prose, oraison coulante.* ITAL. *Prosa.* GERM. Die gemeine vnd ledige red / so in kein gewisse zaal wie die vers beschlossen ist. HISP. *Prosa, oracion suelta de ley de verso.* ANGL. *Prose.* } Gellius *lib. 10. cap. 18.* Extat nunc quoque Theodori tragœdia quæ inscribitur Mausolus: in qua eum magis, quàm in prosa placuisse, Hyginus refert. Quint. *lib. 10.* Sed in prosa quoque quædam iam recepta immutatio. Velleius, Prosa eloquentia Quintil. Prosa vincta, vel dissoluta. Ausonius, Prosis modis. Item, Prosæ orationis meminit Suet. *in August. c. 84. & in Claud. c. 1.* ¶ Est etiam PROSA, deæ cuiusdam nomen, quæ ad impetrandum facilem partum Romæ colebatur. Gellius *lib. 16. cap. 16.* Quando contra naturam fortè conuersi in pedes pueri brachiis plerunque diductis retineri solent, ægriùs tunc mulieres enituntur. Huius periculi deprecandi gratia, aræ statutæ sunt Romæ duabus Carmentibus, quarum altera Postuorta nominata est Prosa altera: à recti peruersíque partus & potestate & nomine.

Prosaicus, a, um, adiect. Plin. *lib. 7. cap. 56.* Prosaicam orationem condere primus Pherecydes Syrius instituit. Corn. *in Pers.* Cicero præcepit vt prosaica oratio ita componatur vt certis quibusdam pedibus & fiat & terminetur.

‖ Pros, quod quasdam Græcas compositas seqq. dictiones incipit, est, *ad insuper.* Sed ne πρὸς confundatur cum πρὸ, quando id sequitur σ hoc enim est præ ante.

Prōsăpĭă, æ, siue prosapies, ei, Generis series, siue progenies. { יחש *iachás.* γένος. GALL. *Generation lignée.* ITAL. *Prosapia, stirpe, prole.* GERM. Die linien eines geschlechts oder stammens. HISP. *La generacion, stirpe, linaje.* ANGL. *A pedigre or genealogie.* } Salust. *in Orat. Martij.* 119. Si quē ex illo globo nobilitatis ad hoc, aut aliud tale negotiū mittatis, hominem veteris prosapiæ, at multarum imaginum, & nullius stipendij. Prosapia, inquit Festus, progenies, id est, porrò sparsis & quasi iactis liberis, quia *sipare* significat iacere; & *dissipare*, disiicere (sic enim corruptus locus restituendus.) Et, vt idem alibi testatur, *obsipare* est obiicere. Nonius Marcellus, Prosapies generis longitudo, dicta à prosupando (leg. *prosipando*,) aut proferendo (*proserendo* potiùs scrib.) Cato Orig. *lib. 1.* Veterum prosapias, & multa alia apud multos. Plaut. *in Curc. sc. 1. a. 3.* De coclitum prosapia te esse arbitror. Cicero *de vniuers.* vetus verbum esse dicit: quod & Quint. asserit *lib. 8. cap. 2.* Vt obsoletæ (inquit) vetustatis vniuersam eius prosapiam dicere insulsum. Sueton. *in Galb. cap. 2.* Neroni Galba successit, nullo gradu contingens Cæsarum domum: sed haud dubiè nobilissimus, magnáque & vetere prosapia.

Prosapodosis, προσαπόδοσις, figura est quam Aquila Romanus Redditionem interpretatur: quum scilicet duabus, vel pluribus sententiis sua cuique ratio subiungitur. Exempla petito ex Rutilio.

Proscēnium, ij, προσκήνιον. Locus erat, teste Bud. ante scenam porrectus, vbi pulpitum excitatum erat, quò actores fabularum prodirent; ita vt scena altior esset, pulpitum altius orchestra, qui locus erat saltantium. Meminit Diomedes *lib. 1.* Plaut. *Amphitr.* Etiam histriones Nannio in proscenio hîc Iouem inuocarunt. Liu. 10 *bell. Maced.* Theatrum & proscenium ad Appollinis ædem, Iouis in Capitolio, &c. Virg. 2. *Georg.*

———*caper omnibus aris*
Caditur, & veteres ineunt proscenia ludi.

Suet. *in Neron cap. 12. & cap. 26.* E proscenij fastigio ludos spectare. Et, E parte proscenij superiori.

Proschematismus, figura, cùm aliquid (litera, vel syllaba) in fine additur.

Proscholium, locus ante scholam.

Proscholus. Scaliger in Auson. lect. *lib. 1. 15.* *Proscholus* ab Ausone redditur subdoctor. i. ordinarij doctoris Vicarius.

PROSCĬNDO, is, Scindo, scindendo aperio. { קרע *karáh* בקע *bikkéah* פרס *perás.* κατασχίζω. GALL. *Couper & inciser auant.* ITAL. *Fendere, schiappare.* GERM. Voraussbauwen/zerschneiden/zerschupffen. HISP. *Alçar barueecho, hender.* ANGL. *To cutt out or vnder.* } Vnde dicimus Terram proscindi (vt inquit Varr. *lib. 1. de re rust. c. 29.*) quumprimum aratur: quòd prima aratione glebæ grandes soleant excitari. Quum iteratur, offringere vocant. Tertio quum arant iacto semine boues lirare dicuntur, id est, quum tabellis additis ad vomerem, simul & satum frumentum operiunt in porcis, & sulcant in fossas, quò pluuialis aqua dilabatur. Colum. *lib. 2. c. 17.* Antiquissimi ferè omnes formam huius operis conscripsere, quam velut scita legémque in proscindendis agris prosequantur agricolæ. Virg. 2. *Georg.*

— *& validis terram proscinde iuuencis.*

Lucan. *lib 3.*

Implicitas magno Cæsar torpore cohortes
Vt vidit, primus raptam vibrare bipennem
Ausus, & aëriam ferro proscindere quercum.

¶ Proscindere aliquem per translationem, contumeliis lacessere & lacerare, διασύρειν. Plin. *lib. 6. c. 6.* Hîc namque est Mamurra Catulli Veronensis carminibus proscissus. Idem *lib. 33. c. 1.* Vtinámque posset è vita totum abdicari aurum, sacra fames, vt celeberrimi autores dixere, proscissum conuitiis ab optimis quibusque, & ad perniciem vitæ repertum. Ouid. 4. *de Ponto Eleg. 16.*

Ergo summorum patria proscindere liuor
Desine.

Suet. *in Aug. c. 13.* Proscindere conuitio Idem *in Calig. c. 3.* Proscidit equestrem ordinem.

Prōscĭssŭs, a, um, participium. { נבקע *nibkáh.* κατασχισθείς, διασχισθείς. GAL. *Labouré.* ITAL. *Lauorato.* GERM. Aufgehauwen/ausgeerret oder aufgebrochen. HISP. *Labrado.* Virg. 1. *Georg.*

Et qui proscisso quæ suscitat æquore terga,

id est, terra quam iam arauerat. Seruius.

Proscissum, i, substantiuum pro terra proscissa. Colum. *lib. 2. c. 2.* Pulcrum autem per procissum ingredi oportet

Prōscĭssĭo, nis, verbale. { בקיע *bekiah* קרע *keráh.* διάσχισις, διασχισμός. GAL. *Coupement & brisement de terre.* ITAL. *Esso tagliare.* GERM. Zerschneidung/auffbrechung/aufferrung. HISP. *Obra de alçar baruecho.* ANG. *Cutting out or breaking of the earth.* } Colum. *lib. 2. c. 13.* Sesami sextarij sex tribus iugis à proscissione coluntur. Idem *lib. 6. c. 2.* Neve adhuc tenera colla dura proscissione terræ contundant.

‖ Proscle, vide *Proscia.* ‖

PROSCRĪBO, is, Libellis propositis aliquid vænale indico. { προγράφω, δημεύω. GALL. *Proscrire, mettre en criée & vente.* ITAL. *Dare, porre à vendere.* GER. Feil schreiben/mit einer offentlich angeschlagnen geschrifft feil bieten. HISP. *Dar ò poner para vender.* ANGL. *To proclayme any thing to be sold.* } vnde proscriptum, vænale expositum: quia quæ erant vendenda, publicè scribebantur. Proscribi itaque domus dicuntur, quando apposita inscriptione, vænales vel locandæ significantur. Cicer. *lib. 3. Offic.* Itaque Calphurnius quum præcognouisset Claudium ædes postea proscripsisse. ¶ Item proscribere est relegare, & in exilium mittere. { הגלה *highláh.* φυγαδεύειν. GALL. *Bannir.* ITAL. *Bandire.* GER. Verschicken/verweisen/verachten. HISP. *Encantar, desterrar.* ANG. *To banish.* } Tractum ab eo quòd hi propriè proscribi dicuntur, (vt Vlp. testatur *in l. sed etsi, de instit. act.*) quorum nomina claris literis, vt de plano rectè legi possit ante tabernam, vel ante eum locum in quo negotiatio exercetur, non in loco, remoto, sed euidenti scribuntur. Cicero *pro domo sua*, Hanc vos igitur Pontifices iudicio atque autoritate vestra. Tribuno plebis potestatem dabitis, vt proscribere possit quos velit. Quæro enim, quid sit aliud proscribere, Velitis iubeatis, vt M. Tullius in ciuitate ne sit, bonáque eius vt mea sint. Ita enim fecit, etsi aliis verbis tulit. Idem *pro Rosc. Amer.* Quum proscriberentur homines, atque ex omni regione caperentur ij qui aduersarij fuisse putabantur. Senec. Proscribi Ciceronem non putat posse nisi à Cicerone. Macrobius *in Saturnalib.* Non est facilè scribere aduersùs eum qui potest proscribere.

Proscriptus

Proscriptus, a, um, participium, Venalis declaratus. { προγεγραμμένος, ὠφρακισμένος. GALL. *Mis en vente.* ITAL. *Posto in vendita.* GERM. Offentlich feil thun/Außgerüfft zuuerkauffen. HISP. *Puesto para ser vendido.* ANG. *Proclaymed to be sol.* } Cic. *Attic lib.* 16. Ille locare incipit non proscripta neque edicta die. Idem ad eundē *lib.* 12. Horti quam in diem proscripti sint, velim ad me scribas. Suet. *in Neron. c.* 39. Multa Græcè, Latinéque proscripta, aut vulgata. (id est, vulgò scripta & fixa. ¶ Proscriptus, relegatus. { מגולה *mughléh.* ὠφρακισμένος, πεφυγαδευμένος. GALL. *Banni* ITAL. *Bandito.* GERM. Verschicktet/Verweisen/In die aach gethan. HISP. *Desterrado.* } Cic. 3. *Verr.* Lex Cornelia proscriptum iuuare vetat. Horat. 1. *Serm. sat.* 7.

Proscripti regis Rupilipus, atque venenum.

Plin. *de Sylla*, Age, non exitus vitæ eius omnium proscriptorum ab illo calamitate crudelior fuit?

Prōscriptio, nis, Publicatio. { גלות *ghalúth.* δήμευσις προγραφή. GAL. *Proscription, bannissement* ITAL *Proscriptione, bando* GERM. Ein offentliche feilbietung. Item, Ein verschickung/verbannung/verachtung. HISP *Encãtamiento.* ANGL. *A condemnation, that who soeuer findeth a man may lawfull kil him.* } Cic. *pro Flacco*, Emptiones falsas, prædiorum proscriptiones cum mulierculis aperta circunscriptione fecisti. Idem *pro Rosc. Amer.* Cauere prô deos immortales, ne noua, & multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur.

Prōscriptōr, is. { מגלה *maghléh.* προγράφων, φυγαδευτής. GALL. *Qui met en vente, & criée, bannisseur.* ITAL. *Chi mette en vendito ò bandisce.* GERM. Ein verweiser/verächter. HISP. *Encanador, desterrador.* ANGL. *That proclaymeth a thing to besold, a banisher.* } Plin. *lib.* 7. *c.* 11. Adeóque tempestiuam admirationem intulit, vt ille proscriptor animus, mero & contumelia furens, non aliud in censu maius, & in fortuna sua duceret.

Prōscriptŭrĭo, proscripturis, penultima correpta, verbum desideratiuum. προγράφειν μελετῶ, προγραφιῶ. Cicero *Attic. lib.* 9. Sed medius fidius turpe nobis puto esse de fuga cogitare. Hoc turpe Cneus noster biennio antè cogitauit, ita syllaturit animus eius, & proscripturit iandiu.

PRŌSĔCO, as, ui, sectum, Seco. { בצע *bustsáh* גזר *ghazár* בתר *bittér.* ἀφαιρέω. GALL. *Couper, trancher.* ITAL. *Tagliare.* GERM. Zerschneiden/zerschupffen HISP. *Cortar.* ANG. *To cutt.* } Liu. 5 *ab Vrbe*, Qui eius hostiæ exta prosecuisset. Valer. Flacc. 3. *Argon.*

Tunc picea mactantur oues, prosectáque partim
Pectora, per medios partem gerit obuius Idmon.

Plaut. *Pœn.* Quoniam litare nequeo, abij illinc illico Iratus: vetuísque exta prosecarier. Suet. *in Aug. c.* 1. prosecuit exta rapta foco. Vide infrà.

Profectum, profecta, proficium, proficiæ & proficies, idem; dicta sunt ab antiquis viscera quæ in sacrificiis prosecuissent. { בתרים *bethārim* גזרים *ghezārim.* ἀπάργματα. } Nam exta cocta solebant prosecare. Tranquillus *in Augusto*, Semicruda exta rapta foco prosecuit. Ouid.

Inde vbi libauit, prosecta sub æthera ponit.

Vide Arnob. *lib.* 2. Lucan. *lib.* 6.

——si pectora plena
Sæpe dedi, & laui calido prosecta cerebro

Ouid. 7. *Metam.*

Inque virûm soliti vultus mutare ferinos
Ambigui prosecta lupi.

Nonius, Prosecta exta, quæ aris dantur ex fibris pecudum dissecta ¶ Inuenitur & in fœm. gen. Lucil. *Satyr.* 14. Cœnam, inquit, nullam, neque diuo prosectam vllam.

Prōsĕdæ, dicuntur meretrices, eo quòd ante stabula sedeant. { זונות *zonóth* αἱ ἐπ' ἐργαστηρίω καθήμεναι. } Plaut. *in Pœn.*— an ibi vis inter istas versarier prosedas pistorum amicas, reliquias alicarias?

Prōsĕdămum, i, Tarditas in venerem est, arietibus & hircis, aliísque pecudibus proueniens ex nimio labore. Huic morbo rustici medentur genere satyrij, quod cratægonon appellant, quum in cibum porrigitur. Plin. *lib.* 6 *c.* 10. Et à Sarmatis equis ob assiduum laborem pigrioribus in coitu: quod vitium prosedamum vocant.

Prōsĕlēnus, προσέληνος, Arcadum epitheton est, qui se πρὸ τῆς σελήνης, id est, ante Lunam fuisse gloriabantur. Stat. 4. *Theb.*

Arcades huic veteres astris Lunáque priores
Agmina fida datis

PRŌSĔLYTVS, i, ad verb. Aduena, peregrinus, per se tamen est adiectiuum. προσήλυτος, ου. { גר *gher.* GALL. *Forain, estranger.* ITAL. *Forestiere.* GERM. Ein frembdling. HISP *Estrangero.* ANGL. *Astranger.* } à verbo Græco προσελεύω, quod est aduenio. Proselyti Hebræis *Gerim* dicebantur, & propriè ij qui ex Ethnicis, legibus Mosis, & cæremoniis initiati, Iudaismum profitebantur, non illi quidem gente, sed adoptione Iudæi Judengenossen/q. Iudaismi participes. vnde est illud in Actis Apostolorum, Iudæi quoque, & Proselyti.

Proselyta, προσήλυτος γυνή, fœmina, quæ ex gentilibus ad Iudaicam religionem accessit: vt Hagar ancilla Saræ, Ansath vxor Iosephi, Zipora vxor Mosis: Siphora & Pua obstetrices, filia Pharaonis, Rahaba, Rutha, Iaël vxor Heberis Chenitæ. Has refert Schmidl. in Lexico ad vocem גר

Prōsēmĭno, as, quasi propago, dissemino. { זרע *zarah.* ἀφσπείρω. GALL. *Semer.* ITAL. *Seminare.* GER. Herfürsähen/oder außsäyen. HISP. *Sembrar.* ANGL. *To sowe.* Manil *lib.* 1.

Semper enim ex aliis alios proseminat vsus.

Cic. 3. *de Orat.* Nam quum essent plures orti ferè à Socrate, quòd ex illius variis & diuersis, & in omnem partem diffusis disputationibus, alius aliud apprehenderit, proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se, & multum disiunctæ & dispares.

PROSEQVIVM, actio prosequentis, vt obsequium obsequentis.

Prosequor, prodeundo sequor, vt, cùm abeuntem sequor: deinde afficio re aliqua. { רדף *radháph.* ἀκολουθέω. GALL. *Poursuiure, accompagner.* ITAL. *Seguitare, andar dietro.* GERM. Nachvolgen. HISP. *Seguir de lexos.* ANG. *To follow on a farre, to accompanie.* } Plaut. *Cist.* Si is hàc, aut hàc: socci video vestigium in puluere: prosequitur hàc. Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Mart.* ægrum prosequi cum veneratione. Velleius, prosequi domum aliquem. Sueton. *in Cæs. cap.* 71. Inter officia prosequentium. Idem *in Aug. c.* 66. Gratè piéque aliquem prosequutus. *Ibidem*, Merita cuiusque dignè prosequi, &c. ¶ Interdum ponitur pro ad finem perducere, Cic. 2. *Offic.* Sequitur vt hæc officiorum genera prosequar. Idem *in Catone*, Quam palmam vtinam dij immortales tibi referuent, vt tui reliquias prosequare, id est, ab illo feliciter cœpta ad finem perducas. ¶ Prosequi reliquias etiam dixit Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Mart.* sed alio sensu: longo itinere, inquit, reliquias Drusi sui prosecutæ. (id est, funus Drusi filij, qui pro Republ. obierat, coloniæ vsque ad vrbem comitatæ sunt. ¶ Aliquando prosequi, est cum affectu animi sequi, habétque post se ablatiuum: vt, Prosequor te amore, odio, laude, honore, contumeliis, & huiusce modi. προσφέρεσθαι. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Prosequi vocibus contumeliosis aliquem. Cic. *in Verr. act.* 4. Iste iratus hominem verbis vehementioribus prosequitur. id est, insectatur. Idem *Metello*, Domus tua denique tota omnibus summis officiis prosequuta est. ¶ Interdum est quasi deducere & comitari Liu. 2. *ab Vrbe*, Decedentem domum cum fauore ac laudibus prosecuti sunt. Cic. *pro Cluent.* Postremò etiam fortassis mater exequias illius funeris prosecuta mortem se filij lugere simulasset. ¶ Diuersis aliis modis vsurpatur. Plin. *Epist.* 8. Nam si medici, salubres ac voluptate carentes cibos blandioribus alloquiis prosequuntur, id est, condiunt. Cic. 1. *Tuscul.* Quid totum propè cælum? ne plures prosequar, nónne humano genere completum est? id est, vt alios taceam. Prosequi præmio est præmio afficere. Colum. *lib.* 1. *cap.* 8. Ac rursus præmio prosequamur eos qui strenuè, atque industriè se gesserunt. Spes prosequitur nos quasi persequitur. Cicero *ad Attic lib.* 3. Quid enim est quod me retineat, præsertim si spes ea non est, quæ nos proficiscentes prosequebatur, id est, quam habeamus. ‖ ¶ Prosequi cum Præpositione, vt prosequi in domum. Gell. *lib* 18 1. Prosecuti Phauorinum in domum, in quam diuertebat, discessimus.

Prosequutores, qui aurum, aut publicas functiones prosequantur Bulengerus. ‖

Prōserpo, is, ere, Prorepo: & propriè dracones proserpere dicuntur, siue serpentes, qui nullis pedibus innixi, per terram deuoluuntur. { זחל *zachál* רמש *ramás.* καὶ ἕρπω. GALL. *Couler, glisser se trainer.* ITAL. *Rampare, sbrisciare.* GER. Herfürkriechen oder schleichen. HISP *Gatear ò cundir.* ANGL. *To creepe fortlik a serpent.* } Plaut. *in Asin.* Fac me proserpentem bestiam, duplicem vt habeam linguam. Idem *Pœn.* Qui huc aduenisti dos captatum Magdalia, bisulci lingua, quasi proserpens bestia.

Prōserpĭnă, Περσεφόνη. Iouis & Cereris filia, quæ quum in campis Ennæis flores legeret, à Plutone rapta est. Quam quum Ceres diu frustrà toto terrarum orbe inuestigasset, tandem à Cyane Nympha rem omnem edocta, petiit à Ioue, vt communem filiam ab inferis sibi reducere liceret: quod ea duntaxat lege impetrauit, si nihil illa cibi apud inferos gustasset. Quare quum Ascalaphi indicio palàm factum esset, aliquot mali Punici grana illam gustasse, omnis reditus spes illi fuit interclusa. Quod ægrè ferens Proserpina, Ascalaphum commutauit in bubonem noctis auem, & tristium semper rerum nuntiam. Postea tamen Ceres à Ioue dicitur impetrasse, vt Proserpinæ senis quotannis mensis secum apud superos, & totidem apud inferos cum marito esse liceret. Quod Poëtarum commentum Mythologici ad Lunæ naturam referunt, (quam Proserpinæ nomine intelligunt) quæ æquali temporis spatio superius & inferius hemisphærium illustrat. Hæc ferè Seruius, in illud Virg. 1. *Georg.*

Quamuis Elysios miretur Græcia campos,
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem.

PRŌSEVCHĒ, vel proseucha. { תפלה *tephilláh* תחנה *techinnah.* προσευχή. GALL. *Oraison priere.* ITAL. *Oratione, proghiera.* GERM. Ein bitt oder Gebätt. HISP. *Oracion, ruego.* ANGL. *Prayer.* } Obsecratio, vel oratio, quæ ad Deum funditur: quasi προσευχή, propterea quòd in orationibus summa attentione opus sit: προσέχω enim attendo, vel intendo significat. Iuuen. *Satyr.* 3. videtur ponere pro eo loco vbi precibus, vel obsecrationibus mendici à transeuntibus stipem mendicabant, vel victitabant ait enim.

Ede vbi consistas, in qua te quæro proseucha.

Nam in ingressibus pontium mendici tuguria habebant, vbi à prætereuntibus mendicabant stipem. Vide hæc meliùs explicata in Constantini Lexico editionis secundæ, in voce προσευχή.

Proseucticus, a, um, προσευκτικός, ή, όν, precatorius, ad precationem pertinens, precationem continens.

Prōsferārī, Impetrari inquit Nonius, verbum antiquum. Lucret. *lib.* 26. Nec minimo proferetur pax quod Cassandram signo deripuit

‖ Prosiciæ, αἱ τῶν θυμάτων ἀπαρχαί, i. primitiæ sacrificiorum. Gloss. *Prosicle* ἀκροθίνια, l. *Prosicia* ‖

Prosicies, Turneb. *lib* 3. 20. Proficiem vsurpabant pro prosectis, i. extis sectis, quæ aris inferebantur. Varro, Proficiem extorum, vel in mensam proiicere.

‖ Prosicium, quod prosecatum proiicitur. Fest. Turneb. *lib.* 12 6. Vt insicium est, quod insectum, id est, insecta caro: sic proficium prosectum. Sed & prosicias dicebant. Vide *Prosectum.* ‖

PRŌSĬLIO, is, ui, vltum. Cum saltu & festinatione prodeo. { ἀφάλλομαι, ἐνθρώσκω. GALL. *Saillir hors.* ITAL. *Saltar fuori.* GERM. Herfür springen/Außhinspringen. HISP. *Saltar à fuera.* ANG. *To come out hastelie or to leape forth.* } Virg. 5. *Æneid.*

——finibus omnes,
Haud mora prosiluere suis.

Liu. 1. *ab Vrbe*, Propè attonitus miraculo Rex, quum à sede prosiluisset. Horat. *lib.* 1. *Epist. ad Mæcenatem*,

Ennius ipse pater nunquam, nisi potus, ad arma
Prosiluit dicenda.

Vbi *prosiluit*, dixit pro eo quod est, impetu & furore poëtico incitatus se contulit. Catull. *ad Ortalum.* Malum quòd virgini

Dum aduentu matris prosilit excutitur.

Prōsĭmūrĭum, ij, Pontificale pomœrium, vbi Pontifices auspicabantur. Festus.

Prōsĭtūm, Veteres dixerunt pro propositum: quasi antè situm. ‖ In sacris

deretur quod profectum proiicitur. Festus.

‖ Proslambanomenos, προσλαμβανόμενος, ἡ, ον, qui assumitur, προσλαμβάνεται. ‖

Prosnesium, funis, quo nauis in litore religatur ad palum, Isid. *lib.*194. *Prymnesium.*

Prosŏcĕr, i, mascul.gen. qui & socer magnus dicitur, est vxoris meæ auus ego verò illius sum progener. {προπενθερός. GALL. *Le pere du beau pere.* ITAL. *Auolo di mia moglie, ò di mio marito.* GER. Ein großschwäher/des schwähers vatter/ Oder meiner frawen großvatter HISP. *Abuelo de la muger ò marido.* ANG. *Grand father to my wife.*} Ouid. *Epist.* 3.

Digna nurus socero, Iouis, Æginaque nepote.
Cuique senex Nereus prosocer esse velit.

Plin. *Epist.* 110. Eram cum prosocero meo; eram cum amica vxoris, eram cum amicis diu desideratis circumibam agellos, &c. Prosocrus, vxoris meæ auia, quæ & socrus magna dicitur cuius ego sum progener, inquit Modestinus *in l.*4.§.4. *de gradibus affin.*

PROSŌDIĂ, {προσῳδία. GALL. *L'accent & ton de chasque mot.* ITAL & HISP. *Accento.* GERM. Der accent oder ton einer jeden silben. ANGL. *The accent and tune of every word.*} Latinè accentus dicitur, qui lex est, siue regula ad acuendam, deprimendam, circumflectendámve syllabam, vniuscuiusque particulæ orationis accommodata, & alio nomine apud Græcos τόνος dicitur. Fit autem prosodia à πρὸς Græca præpositione, quæ significat ad, & ᾠδὴ, cantus. Gellius *lib* 3. *cap.* 6. Προσῳδίας Græci, Latini accentus dicunt. Eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant. Sunt qui contendant debere scribi cum œ diphthongo in secunda syllaba, vt Comœdia Tragœdia, quia est eiusdem originis.

Prosodiacus, ad accentus pertinens: vt προσῳδιακοῖς χαρακτῆρσι Grammaticis.

Prosodium, προσόδιον, canticum, quod diis canitur.

Prŏsŏnŏmăsĭă, προσονομασία, quasi agnominatio dicitur, quæ fit similitudine aliqua vocum, & vicinitate quadam verborum: vt, Quis locus, aut lacus: Ex oratore orator: Deligere oportet, quem velis diligere: Amentium, haud amantium.

Prŏsŏpŏn, πρόσωπον, Insula non longè à Carthagine: cuius incolæ Prosopij dicuntur, vel Prosopitæ. Steph.

Prŏsŏpŏpœĭă, προσωποποιία, personæ confictio, quum rebus inanimatis personam orationémque tribuimus: veluti quum Rempubl. ipsam loquentem inducimus, aut eorum hominum qui in humanis esse desierunt, tanquam viuorum & præsentium actionem, sermonémque effingimus, defunctósque quasi excitantes ab inferis, & in conspectu iudicis collocamus. Exemplum insigne est illud Ciceronis in Catilinam; quo patriam secum expostulantem inducit, quòd Verbis, quantum in ipso fuerat, euersorem, quem iam pridem ad supplicium ductum oportuerat, mœnibus incolumem emitteret.

Prŏsŏpŏpītis, idis, προσωπῖτις. Insula est in Delta Nili, nouem schœnorum ambitu, vrbem habens Atarbechim, ex qua naues proficiscuntur ad tollenda tota Ægypto boum aliorúmque pecorum ossa, quæ religiosè apud Ægyptios sepeliuntur. Autor Herodot. *lib.* 2.

Prŏspĕcto, as, & Prospectus, Vide *Prospicio.*

PRŎSPĔR, a, um, Secundus, felix. {צלח *tsoléach* מצליח *matsliách.* εὐτυχὴς, δεξιός, αἴσιος. GALL. *Prospere, qui donne prosperité, & porte bon heur.* ITAL. *Prospero.* GER. Glückselich/das glück vnd wolfart bringt. HISP. *Cosa que da prosperidad.* ANGL. *Prosperous, happie, luckie.*} Dicitur autem Prosperum quasi porrò ab aspero, (id est procul ab aduersis asperisque rebus. Hinc Salust. *Catilin.* cùm dixisset: Non prosperè cessere. Sequitur, Aspera fœdaque euenerant. Suet. *in Tib. c.* 10. Tot prosperis. (sup. rebus,) Idem *in Calig. c.* 53. Prosperæ oratorum actiones. Vnde prosperos deos dicimus, & prospera sidera, quasi felicitatem impertientia; hominem autem ipsum cui omnia ex voto succedunt, felicem potius, quàm prosperum dicimus. Contrà, fortunam prosperam rectius dixeris, quàm felicem: quemadmodum & prosperam valetudinem & prosperos exitus, vel successus. Liu. 1. *ab Vrb.* Cum bonis potiùs omnibus, votísque ac precationibus deorum, dearúmque, si (vt Poëtis) nobis quoque mos esset, libentius inciperemus, vt orsis tanti operis successus prosperos darent. Cic. *ad Attic. lib.* 9. Ego enim non iam id ago (mihi crede) vt prosperos exitus consequar. Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 3.

Prospera sic maneat vobis fortuna, nec vnquam, &c.

Cic. 3. *de nat. deor.* Ad prosperam, aduersámque fortunam, qualis sis aut quemadmodum vixeris, nihil interest. Sic prospera valetudo, apud Suet. *in Cæs.* ¶ Prospera fama, id est, integra, vel inuiolata. Tacit *lib.* 17 *hist. Augusta*, Et prospera de Pisone fama consilio eius fidem addiderat. ¶ Prosperior, is. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3.

Quos in materia prosperiore iuues.

¶ Superlatiuus Prosperrimus. Velleius, Acri prosperrimo bello Rhodum cepit. ¶ Et felix aliquando ponitur pro prospero. Virg. 1. *Æneid.*

Sic felix nostrúmque leues quæcunque laborem.

Prŏspĕrŭs, a, um. Cic. *lib.* 6. *de Republica*, Deinde est hominum generi prosperus & salutaris.

Prŏspĕrē, aduerb Feliciter, quasi pro spe siue ad votum. {εὐτυχῶς. GALL *Heureusement, à souhait.* ITAL. *Felicemente.* GERM. Glückselich. HISP. *Prosperamente.* ANGL. *Happelie, luckelie.*} Cic. 3. *de nat. deor.* Magna dij curant, parua negligunt, magnis autem viris prosperè eueniunt semper omnes res. Sallust. *in Catil.* Non prosperè cessere, &c. Suet. *in Cæs. c.* 70. Dolens, seu parum prosperè motam regni mentionem. Plaut. *Amph.* Benè prosperéque hoc operis processit mihi. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. vt mihi omnia lepidè prosperéque eueniunt. Cuius contrarium est Improsperè. Vide suo loco.

Prŏspĕrĭtas, atis. Felicitas, & ad votum successus. {אשר *óscher.* εὐημερία, εὐτυχία. GALL. *Prosperité, bon heur.* ITAL. *Prosperità.* GERM. Glück vnd wolfart. HISP *Prosperidad.* ANGL. *Prosperitie, good lucke.*} Cic. 3. *de fin.* Vt Aristoteles qui virtutis vsum cum vitæ perfectæ prosperitate coniunxit. Idem 3. *de nat. deor.* Commoditatem, prosperitatémque vitæ à diis habemus: virtutem deo acceptam nemo refert.

Prŏspĕro, as, Secundo, prosperum efficio. {צלח *tsalách* הצליח *hitsliach.* εὐοδόω, εὐδαιμονα ποιῶ. GAL. *Donner prosperité, faire prosperer.* ITAL. *Prosperare felicitare.* GER. Glücken/das ist/Glückselich machen HISP. *Dar prosperidad à otro.* ANG. *To mak thinges, to prosper or luck.*} Liu. 6. *ab Vrbe*, Dij manes vos precor, veneror, veniam peto, feróque, vt Pop. Rom. Quiritum vim, victoriámque prosperetis. Plaut. *Persa*, nunc & amico meo Prosperabo, & genio meo multa bona faciam. Tacit. *lib.* 3. Sed principio literarum veneratus deos, vt consilia sua Reipub. prosperarent, modica de moribus adolescentis, &c. ¶ Legitur & prosperor apud scriptores Ecclesiasticos passiuè. August. *in Prologo operis de Ciuitate Dei*, Qui res humanas ita prosperari volunt, vt ad hoc multorum deorum cultum, quos Pagani colere consueuerunt, necessarium esse arbitrentur. Idem *Psalm.* 1. Et omnia quæcunque faciet prosperabuntur.

Prŏspergo, is, Aspergo. {נזה *nazáh.* ῥαντίζω, δίνημι. GAL. *Arrouser, espandre* ITAL. *Aspergere.* GER. Besprützen. HISP. *Derramar ò rociar.* ANGL. *To sprinkle vpon.*} Tacit. *lib.* 15. Vnde hausta aqua, templum & simulacrum deæ prospersum est: & lectisternia ac peruigilia celebrauere fœminæ quibus mariti erant.

PRŎSPICIO, is, Video è longinquo, procul dissitum intueor. {נשקף *nischkáph* השגיח *hischghiách.* προοράω, προσβλέπω. GALL. *Regarder de loin, pourruoir..* ITAL. *Vedere dalungi, prouedere.* GERM. Von fern sähen/weit vor im sähen. HISP. *Mirar de lexos.* ANGL. *To prouyd for, to see a farre of.*} Virg. 3. *Æneid.*

—Vastósque ab rupe Cyclopas
Prospicio.

Plaut. *Amph.* Caput dolet, nec audio, nec oculis prospicio satis. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Perij, prospicio parum. Suprà, Tenebræ oboriuntur. ¶ Transfertur & ad animum, pro eo quod est mente præuideo, præcognosco. Cicero *pro Murana*, Sapiens, ac multum in posterum prospiciens vir. Idem *ad Attic.* Eáque tempestate euersam esse Rempub. quam XIIII. annis ante prospexerim. Cum datiuo coniunctum significat prouideo, & commodis alicuius consulo. Terent. *in Adelph.* Ego iam prospiciam mihi, id est, consulam, siue prouidebo. Plin. Nam & rebus illius non minus quàm meis prospiciebam. Prospicere senectutem, pro Esse propinquum senectuti. Senec. *Epist.* 33. Turpe est enim seni, aut prospicienti senectutem ex commentario sapere. Prospicere bonum alicui. Liuius *lib.* 5. *ab Vrbe*, Qui vos vrbe agrísque donatos in colonias mittunt, qui sedem senectuti vestræ prospiciunt. Senec. *c.* 9. Qui futura prospexit mala, aufert vim præsentibus.

Prŏspĕctŭs, us, Ipse prospiciendi actus. {ראי *roi.* πρόοψις. GAL. *Regard, veuë.* ITAL. *Prospetto, veduta.* GERM Das außsähen. HISP. *El mirar de lexos.* ANGL. *Sight of a thing a farre of.*} Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Non animum modò vti pascat prospectus inanem.

Docet Paulus Iureconsf. prospectum ex inferioribus & superioribus locis esse, lumen ex inferiore loco non esse. Liu. 10. *ab Vrbe*, Non prospectu modò extra vallum adempto, sed propinquo etiam inter se congredientium conspectu. Impedire prospectum, est quod vulgò dicunt *Visum auferre.* Cæs. 4. *bell. Gall.* Sepibúsque densissimis interiectis prospectus impediretur. In prospectum populi producere. Cic. 3. *Verr.* Quum eum quem virgis iste ceciderat, in conspectum populi Romani producere facere prospectum pro considerando prospicere. Liu. 1. *ab Vrbe* Inde vbi prospectu in vrbem, agrúmque capto deos precatus, regiones ab Oriente ad Occasum determinauit. ¶ Quandoque prospectus pro respectu, ac consideratione ponitur, vt cùm dicimus, Prospectum habere. λόγον ἔχειν. Gell. *lib.* 5, *cap.* 11. Cuius rationem prospectúmque Bias non habuit.

Prŏspĕcto, as, frequentatiuum, {προορῶμαι, προσβλέπομαι. GAL. *Regarder souuent*, ITAL. *Guardor spesso.* GER. Außhin sähen eines sähens. HISP. *Mirar muchas vezes.* ANG. *To look often a farre of.*} Virg. 7. *Æneid.*

Turbaque miratur matrem, & prospectat euntem.

Liu. 7. *ab Vrb.* Stare omnem multitudinem ad portas, viâ hinc ferentem prospectantes, certum habe. Idem 4. *bell. Pun.* Pars in ædium vestibulis stat, Pars ex tectis fenestrísque prospectat. ¶ Prospectantia vestigia pedum, & retrò porrecta, sunt contraria, apud Gell. *c.* 4 *lib.* 9.

Prŏspĕctātŏr, is, προόπτης. Apuleius *de Deo Socratis*, In rebus sacris prospectator, dubiis præmonitor, periculosis vitator.

Prŏspĭcĭentĭă, Cura, prouidentia. {ראי *roi.* πρόνοια, προμήθεια. GALL *Preuoyance.* ITAL. *Prouidenza.* GERM. Fürsichtigkeit/ fürsorg. HISP. *Aquella obra de mirar de lexos.* ANGL. *Foresight.*}

Prŏspĭcĭentĕr, aduerbium, Prouidè, circunspectè. {ἐκ προνοίας. GALL. *En preuoyant, sagement, considerément.* ITAL. *Prouidamente, circunspettamente.* GER. Fürsichtiglich/wolbedächtlich. HISP. *Mirando de lexos, ò con mucho miramiento.* ANG. *VVarelie. circunspectlie..*} Gell. *lib.* 2. *c.* 29. Res salubriter, ac prospicienter animaduersas, &c.

Prŏspĕctē, aduerb. Consultè, consideratè, prouidè. {ἐκ προνοίας. GAL. *Considerément.* ITAL. *Consideratamente.* GERM. Fürsichtiglich / weißlich/ rahtsamlich. HISP. *Consideradamente.* ANGL. *VVithaduisement.*

Prospeculari. Liu. *lib.* 3. *ab Vrb.* Prospeculatum mittere.

‖ Prospex, quæ prospicit. Tertull.

Prospherarium, fiscella, sportula. L. g. b. ‖

PRŎSPICVVS, Intentus, ac vigil, inquit Sipontinus, sed nullum profert testimonium. {נשקף *nischkáph* שקד *schokédh.* προσεκτικός. GALL. *Vigilant, attentif.* ITAL. *Intento, vigilante.* GER. Auffsähend/fleissig/wachbar. HISP. *Velador.* ANG. *Attentiue.*

Prospicuè, aduerb. Apul. *lib.* 1. Prospicuè Demeas in me consuluit.

Prŏspīro, as, Spiritum longè latéque diffundo, in apertum spiro, prodo, manifesto. {נשב *nischschéb.* διαπνέω. GALL. *Souffler loin.* ITAL. *Sopiare da lungi.* GERM. Herfürathmen oder blaasen HISP. *Soplar de lexos.* ANGL. *To breath a farre.*} Cato, Nam venæ eorum vbi sufflatæ sunt ex cibo, non possunt prospirare in toto corpore.

Prostas, προστὰς, ἀδος, porticus, vestibulum: à προΐστημι, antè stare. aliter dicitur πρόσθιον.

Prŏstăsis, siue prostasia, πρόστασις, προστασία Imperium, præfectura, vel præsidentia προΐσταμαι est præesse. ¶ Est item prostasia, quum quis pro altero liti se opponit, & eius defensionem suscipit, euentúmque præstat. Budæus *in Comment.*

PROSTATES, προστάτης, ου, præfectus, dux, patronus, qui προΐσταται. fœmininum est προστάτις patrona.

Prostaticus, a, um, προστατικός, ή, όν, ad προστάτην pertinens.

Prŏsterno, is, In terram deiicio, profligo, protero, {הפיל *hippil.* καταβάλλω,

ἐδαφίζω. Gal. *Ruer ſus,mettre par terre,abbatre.* Ital. *Gettare à terra,atterrare.* Ger. Niderwerffen/niderſchlagen oder zuboden werffen. Hisp. *Derribar, echar à tierra.* Ang. *To caſt,to the ground and ouerthrowe.*} Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Triſt.*

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni.

Plaut. *Men. ſc.* 5. *a.* 5. Me iunctis quadrigis minitatus proſternere (antè dixerat,vt ego hunc proteram) Item Suet. *in Calig c.* 24. quas (ſorores) exoleti ſuis proſtrauerit. Idem *in Caſ. c.* 2. Non ſine rumore proſtratæ regi pudicitiæ. Idem *in Tib. c.* 35. Proſtratæ pudicitiæ matronæ. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Triſt.*

Illa etiam ante Lares paſſis proſtrata capillis.

Senec. *c.* 15. *de conſ ad Marc.* Hic omnia proſternens caſus.(id eſt, mors.) Colum. *lib.* 11. *cap* 3. Omnem viridem ſuperficiem intorquere,& in terram proſternere conueniet. Apul. *in Aſino*, Puellámque reluctantem tandem proſtrauit. Liu. 9. *ab Vrbe*, Circa viam haud procul Capua omnium egena corpora humi proſtrauerunt. Saluſt. Proſtratiſque militibus fugæ ſe dedit. ❡ Abiicere ſe atque proſternere, id eſt, animum deſpondere. καταβάλλειν. Cic. *in Parad.* Sic te abiicies, atque proſternes, vt nihil inter te,&c. Proſtratæ religiones, à Cic. *de Leg.* dicuntur dirutæ, & euerſæ.

Prŏsthĕsĭs, πρόσθεσις, figura contraria aphæreſi, quam nos additionem, ſiue appoſitionem vertere poſſumus, qua ſcilicet litera aliqua principio dictionis adiicitur, vt Gnatus pro natus. A verbo Græco προστιθέναι, quod eſt addere, ſiue apponere.

Prŏstĭtvo, is, Pudicitiam vænalem habeo, corpus quæſtui expono. {προΐστημι, πορνεύω. Gal. *Abandõner à paillarder, faire l'office de maquereau ou maquerelle.* Ital. *Mettere femine in guadagno.* Ger. Herfürſetzen/zur vnkeuſchheit / zur hurerey gemein vnd feil gäben. Hisp. *Poner la moça al burdel y puteria.* Ang. *To ſett open to euery one, to become a common harlot.*} A pro, id eſt, palàm, & ſtatuo, quia ſtare cogebantur venales. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 1. Cras populo proſtituam vos. Ouidius 1. *Amor. Eleg.* 10.

Turpe toti reditu cenſus augere paternos,
Et faciem luto proſtituiſſe ſuam.

Proſtituere pudicitiam, eſt pudicitiæ ſuæ nullo pacto parcere, nihilque ſibi turpe putare quod alterius libidini collibuerit. Suet *in Nerone c.* 29. Suam pudicitiam vſque adeò proſtituit, vt contaminatis penè omnibus membris, virorum ac fœminarum inguina inuaderet. ❡ Transfertur & ad alia: vt, Proſtituere vocem foro, id eſt, ex cauſarum actione lucrum aucupari. Ouid. *Eleg.* 15.

Non me verboſas leges ediſcere: non me
Ingrato voces proſtituiſſe foro.

Et, proſtituere famam alicuius, apud Gell. *c.* 13. *lib.* 17.

Prŏstĭtūtŭs, a, um, participium. { קדש *kadhéſch* זנה *zonéh.* προαχθείς. } Plin. *lib.* 30. *c.* 2. Vtinámque inferos potius, & quoſcunque de ſuſpicionibus ſuis deos conſuluiſſet Nero, quàm lupanaribus atque proſtitutis mandaſſet inquiſitiones eas.

Prostibilis, meretrix. Plaut. *Perſ* 5. 1, Abſque me foret, & meo præſidio, hic facere te proſtibilem propediem. al *proſtibulam.*

Proſtibula, meretrix, vilior & impurior, quæ proſtat, venalem habens pudorem. Eſt à verbo antiquo *proſtire* quod proſtat, ſicut *obſtire*, obſtare. Feſt.

Prŏstĭbŭlum, i, locus in quo ſcorta proſtituuntur, fornix, ganeum, lupanarium, luſtrum. { πορνεῖον, ἐργαστήριον. Gall. *Bourdeau*, Ital. *Luogo meretricio, bordello.* Germ. Ein offen hurenhauß. Hisp. *La puteria ò burdel.* Ang. *A houſe of beauderie or brothell houſe.* } Aliquando meretricem ſignificat abiectiſſimam & viliſſimam. { זנה *Zenáh.* χαμαιτύπη, ἡ ἱσταμένη ἐπὶ τῷ σταθμῷ προεστῶσα. Gall. *Vne putain de bourdeau.* Ital. *Putana, meretrice.* Germ. Eingemeine mätz oder Dirn/die ſich an offne örter herfür ſetzt. Hisp. *Puta del burdel.* } Plaut. *in Aulul ſc.* 1. *a.* 2. Bellum & pudicum verò proſtibulum populi. ❡ Dicitur & proſtibula, læ, idem *in Perſa.* — nam hercle ſi abſque me foret, & meo præſidio, hic faceret proſtibulam propediem. Feſtus, Alicariæ meretrices appellabantur in campis ſolitæ ante piſtrina alicariorũ verſari, quæſtus gratia: ſicut eæ quæ ante ſtabula ſedebant, proſtibulæ dicebantur.

Prŏsto, as, ſtiti, ſtatum, à pro, id eſt, palam ſtabant vænales. Pudicitiam vænalem habeo, corpore quæſtum facio. { זנה *Zanáh.* πορνεύομαι. Gall. *S'abandonner.* Ital. *Darſi vna femina à chi viene à lei.* Germ. Zur hurerey offentlich feil ſein. Hisp. *Eſtar pueſta à la puteria.* Angl. *To ſtand to be ſold or hyred.* } Plaut. *in Curc. ſc.* 2. *a.* 4. Hi (lenones ſub.) ſaltem in occultis locis proſtant. vos in foro ipſo. Iuuen. *Satyr.* 1.

Quid referam, quanta ſiccum iecur ardeat ira,
Quum populum gregibus comitum premit hic ſpoliator
Pupilli proſtantis? Idem, & ad circum iuſſas proſtare puellas.

❡ Item ante ſtare. Quint. Iubet proſtare gladio cinctum. Anguli proſtantes: hoc eſt, prominentes, extantes. Lucr *lib.* 2.

Proſtylus, a, um, πρόστυλος, ο, habens columnas antè: à πρὸ & στῦλος columna.

Prŏsŭbĭgo, is, Suffodio. { חרה *charáh* חפר *chaphár.* ὑπορύττω. Gall. *Creuſer, cauer.* Ital. *Incauare.* Germ. Außſcharren. Hisp. *Mucho cauar.* Angl. *To digge deepe.* } vt, Proſubigere terram pedibus. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Et pede proſubigit terram fricat arbore coſtas.

Prŏsum, prodes, profui, quaſi pro aliquo ſum, vtilitati ſum. { הועיל *hoil.* ὠφελέω. Gal. *Aider & ſeruir, profiter à aucun.* Ital. *Giouare.* Ger. Nutzlich ſein. Hisp. *Aprouechar, ayudar.* Ang. *To profit any man, to do good to.* } Terent *in Hecyr.* Quicquid eſt id quod reliquit profuit. id eſt, pro nobis fuit, ſicut exponit Donatus. Conſtruitur aliquando cum accuſatiuo, cum præpoſitione Ad. Liu. 2. *ab Vrbe*, Id mirum quantum profuit ad concordiam ciuitatis, &c. Aliquando cum datiuo. Cic 4. *Acad.* Sed etiam vt multis proſimus, enitimur. Ouid. 13. *Metam.* Tu corpore prodes, non animo. Plaut. *Men. ſc.* 4. *a.* 2. Mihi eſt vſui & plurimum prodeſt. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt*

Nil prodeſt, quod non lædere poſſit idem.

Et *Eleg.* 4. *lib.* 3.

Nam quamuis ſoli poſſunt prodeſſe potentes,
Non proſit ſi quis lædere poſſit.

Idem 13. *Metam.*

Néve mihi noceat quòd vobis ſemper Achiui
Profuit ingenium.

Prŏsūmĭa, proſumiæ, genus nauigij leuis ſpeculatorij, quod & geſcoreta vocant. κατασκόπιον. Vide Gell. *c.* 25. *lib.* 10. *Noct. Attic.* Plaut. De nocte ad portam profectus ſum proſumia. Cæcilius, Qui pro gubernatore ſe gerens propè vertit proſumiam.

Prosvs, a, um, rectus, erectus, pro prorſus. Veteres alicubi lubenter R, effugiebant, ne hirrirent. ‖ ❡ Proſa eloquentia. Velleius Pater. *lib.* 1. perfectumque proſæ eloquentiæ decus. ‖

Prōsūs, & proſùm aduerb pro recta.

Prōtăgŏrăs, Πρωταγόρας. Philoſophus Abderites fuit: aut, vt alij malunt, Teius, natus Menandro patre Thracum locupletiſſimo, qui & Xerxem aduersùs Græcos proficiſcentem, domo muneribúſque excepit: ob quam liberalitatem, Magi qui cum eo erant, facta à rege poteſtate, eius filium Protagoram, tunc adoleſcentem ſua diſciplina erudierunt. Nam iniuſſu regis eam communicare non licebat, propterea quòd religionem penitus ſubuerteret, in dubium vocans num omnino eſſent dij. Quare & clàm ſacrificabant Magi, ne aperta religionis profeſſione diis ſeruire, aut per illos non nihil poſſe viderentur. Hac itaque diſciplina imbutus Protagoras, librum quem in hanc ſententiam exorſus eſt, Dij ſint, néene, ſatis ſtatuere non poſſum. Nam cùm alia complura id ſciri prohibeant, tum ſumma rei incertitudo & breuitas vitæ. Hunc itaque librum quum Athenis recitaſſet, à Pythodoro Polyzeli filio impietatis nomine in iudicium vocatus, & in exilium actus eſt, ſcriptáque eius publicè ſunt exuſta. Quúmque ſparſas toto orbe triremes Athenienſium videret, paruo ſe nauigio credens, inſulas luſtrauit, vbi tunc mercede dicitur primus omnium profiteri cœpiſſe. Igitur Plato quum videret eum arte rhetorica intumeſcentem, verbáque ex poëtica plus iuſto oſtentantem, Dialogum in eum conſcripſit, quo mores eius & ingenium graphicè delineauit. De morte eius varia traduntur. Quidam naufragi periiſſe volunt, quum in Siciliam nauigaret. Alij itineris labore fatigatum in via defeciſſe, qùum ad annum nonageſimum perueniſſet. Hic primus omnium mercede docuit, minas centum à ſingulis exigens. Philoſophus habitus fuit parum ſyncerus, qui rebus omiſſis, verbis anxiè inſiſteret, captioſiſque argumentatiunculis veritatem obſcuraret. Hæc partim ex Philoſtrato, partim ex Laërtio decerpſimus. ❡ Protagoras alius fuit Aſtrologus in quem Euphorion Epicedium ſcripſit. ❡ Alius item Stoicus, Diogene Laërtio autore.

Prōtăgŏræŭs, adiectiuum, ſicut à Pythagoras, Pythagoræus. Gell. *libr.* 5. *cap.* 11. Exiſtimant quidam etiam illud Biantis viri ſapientis ac nobilis reſponſum conſimile eſſe, atque eſt Protagoræum illud de quo dixi modò.

Prŏtăsĭs, ad verb. protenſio. {πρότασις. Gall. *Propoſition.* Ital. *Propoſitione,* Germ. Ein kurtzer vnd volkomner ſpruch/ein ſchlußred. Hisp. *Propoſicion.* Angl. *A propoſition.* } A Græcis dicitur quæ à Latinis enuntiatio, à quibuſdam etiam propoſitio, & potiſſimùm ea quæ in diſputationem vocatur. A verbo προτείνω, quod inter cætera ſignificat, diſputandum propono, ſiue in dubium reuoco. Ariſtot. *in Top.* protaſin eſſe ait quæſtionem quæ in vnam duntaxat partem effertur: vt, Súntne diuitiæ bonæ, an non? quam ſi in vtranque efferas partem, problema fiet: vt, Súntne diuitiæ bonæ, an non? ❡ In fabulis item protaſis dicebatur prima pars dramatis, teſte Donato *in Prolegomenis in Terentium.* Vnde protaticam perſonam appellabant, quæ in initio fabulæ introducta explicandi argumenti cauſa, in tota deinde fabula nuſquam apparebat. Eiuſmodi eſt perſona Soſiæ *in Andria Terentiana.*

Protaticus, a, um, προτατικός, ὁ, ἡ, ad protaſin pertinens. Perſona protatica, quæ tantùm loquitur in protaſi, id eſt, in primo actu, & initio fabulæ.

Prōtē, Πρώτη, inſula eſt in mari Ionio contra Ætoliam ſita, vna ex Stœchadibus, Plin. *lib.* 3 *c.* 5.

Prŏtĕgo, is, protexi, protectum, Tego, defendo. { סך *ſach* גנן *hanán.* σκεπάζω, προσαμύνω. Gall. *Garder, defendre, courir.* Ital. *Coprire & diffendere.* Germ. Bedecken vnd beſchirmen. Hisp. *Cubrir eſtendiendo, defender.* Angl. *To couer to defend.* } Plin. *lib.* 12, *c.* 1. Arbor ſe vaſtis protegens ramis. Idem *lib.* 19. *c.* 8. Primo anno ſtramento ab hyeme protegi. Cic. *pro Sylla*, Ego iacentem & ſpoliatum defendo & protego. Ouid. 8. *Metam.*

———*ſuis licet hunc Latonia protegat armis:*
Inuita tamen hunc perimet mea dextra Diana.

Prŏtectŏr, is, ὑπερασπιστής, Propugnator. Iulius Firmicus *Matheſ. lib.* 3 Scutarij protectores Imperatorum.

Prŏtāctŭs, a, um, part. Tectus, ſiue latè tectus. { סכוך *ſachúch* גנון *ghanún.* σκεπασθείς, κεκαλυμμένος. Gal. *Couuert.* Ital. *Coperit.* Germ. Bedeckt. Hisp. *Cubierto* Angl. *Couered, defended.* } Ouid. 2. *Metam.*

Ecce venit rutilis humeros protecta capillis
Filia Centauri. hoc eſt, humeros habens tectos capillis.

❡ Aliquando nomen eſt, & ponitur pro cautus. Cic. 5. *Philipp.* Quid ſapientia? cautioribus vtitur conſiliis, in poſterum prouidet, eſt omni ratione protectior.

Protectus, us, ui, σκέπασμα, tegmen, tegumentum, tutela. Scæuola *D. lib.* 8. *tit.* 2. *l.* 4. Lucius Titius aperto pariete domus ſuæ, quatenus ſtillicidij rigor & tignorum protectus competebat ianuam in publico aperuit.

Prŏtectum, i, quod & proiectum dicitur, Pars eſt domus prominens, qualia ſunt meniana, & podia penſilia, vnde proſpectus eſt nobis in vicos. {γεῖσον. Gall. *Suſpenduë, ſouſpente ſaillie.* Ital. *Poggiolo, poggir.* Germ. Erker oder andere dergleichen fürauß gehende gebeuw. Hisp. *El ala del tejado que buela.* Angl. *A place of a houſe ſtanding farther out then the reſt to look out at.* Dicitur autem protectum à protegendo, ſicut à proiiciendo, proiectum. Nam quod alij protegere dicunt, Cicero *in Topicis*, vocat tectum proiicere. γεισποδίζειν. Quoniam (inquit) Pontifex Scæuola id ſolùm ambitus ædium eſſe dixit, quantum parietis communis cauſa tectum proiiceretur, &c.

Prŏtēlo, as, Longè arceo, abigo, propello. {דחף *dacháph* דחה *dacháh.* ἀπείργω. Gall. *Chaſſer loing, reietter loing* Ital. *Scacciare lontano.* Germ. Abtreiben oder hinweg treiben. Hisp. *Empuxar à lexos.* Angl. To

To driue or chase away.} à Græco aduerbio τηλόθι, teste Festo, quod significat procul. Sisenna *lib.4. hist.* vt citat Nonius, Duæ cohortes de subsidio procedunt, atque equites protelant. Turpilius Lemniis, apud eundem, Propter peccatum pusillum indignissimè patris protelatum esse sæuitia patris. Protelare dictis, idem est quod perturbare. Ter. *in Phorm.* Neu te iratus suis sæuis dictis protelet. ¶ Protelare pro protrahere. *D. lib.5. tit.1. l.2.* In omnibus autem causis in quibus protelatur admonitio, hoc procedere sine temporali damno creditorum oportet.

Prōtēlum, i, antiqui dixerunt pro iugi quippiam agendi tenore. Lucil. *Satyr.lib.6* vt citat Nonius,

Quem neque Lucanis oriundi montibus tauri
Ducere protelo validis ceruicibus possent.

vbi ducere protelo, i. protelare, promouere protrahere. Idem *lib.12.*

Hunc iuga protelo malorum ducere centum
Non possunt.

Luer.

Vndique protelo plagarũ continuato, id est, tenore, inquit Donat.

Plin. *lib.9.c.15.* Silurus grassatur vbicumque est omne animal appetens, equos natantes sæpe demergens, præcipuè in Mæno Germaniæ amne protelis boum (vitiosè editum *prope. Luboum*) & in Danubio Mario extrahitur. Rursus *lib. 18. c. 18.* Nec sarrienda sunt hoc modo sata, sed protelis (corruptè impressum est *porcellis*) binis ternísque sic arant. vbi protela boum, sunt boum tractus.

Prōtempŏrĕ, aduerbialiter, pro ratione temporis, vt tempus monet. {κατὰ χρόνον. GALL. *Selon le temps.* ITAL. *Secundo il tempo, per necessità.* GERM. Der zeit nach/nach gelägenheit der zeit. HISP. *Segun tiempo, por necessidad.* ANG. *According, to the tyme, as the tyme requireth.*}

PRŌTENDO, is, Vltra tendo. {האריך *heerich* נטה *natáh.* προτείνομαι, προτείνω. GAL. *Estendre & alonger, auancer.* ITAL. *Porgere innanzi.* GER. Fürauss strecken. HISP. *Estenderantes.* ANGL. *To deferre or prolonge, to streitch forth.*} Ouid. *ad Pisonem*,

Tu nanti protende manum, tu Piso latentem
Exere.

Plin. *lib.11, cap.43.* Inter digitos medius longissimè protenditur. Virg. *2. Æneid.*

Ille humili, supplèxque oculos, dextrámque precantem
Protendens, Equidem merui, nec deprecor, inquit.

¶ Item ponitur pro profero, differo, ἀναβάλλω. Cic. *ad Furn. lib.10.* Comitia tamen in Ianuarium mensem protendimus.

Prōtentŭs, a, um, participium. {נתול *natul.* προτεταμένος. GALL. *Estendu, prolongé.* ITAL. *Steso, prolongato.* GER. Außgestreckt. HISP. *Estendido, prolongado.* ANGL. *Stretched forth, prolonged.*} Virg. *1 Georg.*

Hinc à stirpe pedes temo protentus in octo.

Tacit. *lib.14.* Et eques protentis hastis perfringit quod obuium & validum erat.

Prōtēnŭs, aduerbium, quasi porrò tenus, & longè à finibus, interprete Seruio. {τηλόθι. GALL. *Loin.* ITAL. *Lontano.* GERM. Weitdannen. HISP. *Lexos.* ANGL. *Afar, of.*} Virg. *Eclog. 1.*

———en ipse capellas
Protenus æger ago.

Sic enim legit Caper, quanuis in vulgatis quibusdam codicibus *Protinus*, per i, legatur. *Protenam*, vide *Protinam*.

Prōtermĭno, as, Propago, fines promoueo, à termino promouendo ductum verbum. {τοὺς ὅρους παρεκτείνω. GALL. *Prolonger le temps, prolonger le terme.* ITAL. *Prolongare il tempo, prolongare il termino.* GERM. Die marcken erweiteren oder weiter hinaußrucken. HISP. *Dilatar en largo tiempo, poner termino à lexos.* ANGL. *To delay.*} Apul. *lib.9.* Fines vsque & vsque proterminaueris.

PRŌTĔRO, is, protriui, protritum, Pedibus conculco. {רמס *ramás.* καταπατέω. GALL. *Fouler aux pieds, escacher.* ITAL. *Calcare con piedi.* GERM. Zerträtten mit füssen. HISP. *Hollar con los pies.* ANGL. *To treade with the feete.*} Plaut. Ego hîc te mulier quasi sus catulos pedibus proteram. Et *in Amph.* Fœdant & proterunt hostium copias iure iniustas. Cæsar. *1. bell. ciuil* Equitatus hostium ab vtroque cornu circuire aciem nostram, & auersos proterere incipit. Ouid. *Eleg. 11. lib. 3. Trist.*

Non sum qui fueram quid inanem proteris vmbram?

Plaut. *Men. sc. 2. a. 5.* Curre, vt ego hunc proteram leonem. Mox dicit prosternere.

Prōtrītŭs, a, um, participium, Conculcatus. {נרמס *nirmás.* καταπατηθείς. GALL. *Foulé aux pieds.* ITAL. *Calcato con piedi.* GERM. Zerträtten/mit füssen geträtten. HISP. *Hollado con los pies.* ANGL. *Treaden, with the feete.*} Liuius 4. *belli Macedonici*, Quod maturuerat circa demessum, & conuectum est viride: ne hostes mox haberent protritum & corruptum.

Prōterrĕo, res, à longè terreo, vel terrore incusso abigo. {החריך *hecherich*, ἀποφοβέω. GALL. *Espouuanter.* ITAL. *Spauentare.* GERM. Abschrecken. HISP. *Espantar.* ANGL. *To feare away.*} Strab. *lib. 2. Theb.* Protinus idem vltro iaculo parmáque Menœten Proterrebat agens. Virg. *12. Æneid.*

Aduerso proterret equo: ruit ille recedens.

PRŌTERVĬA, æ, Petulantia, lasciuia. {זדון *Zadhón* סרה *saráh.* ἀσέλγεια, ἀναιδεία. GALL. *Fierté & arrogance.* ITAL. *Soperbia, sfacciataggine, ribalderia, lasciuia, ostinatione, arrogantia.* GER. Mutwilligkeit/frächheit/gerlose. HISP. *Desuerguença, soberuia.* ANGL. *Mala pertnesse, saucinesse, waywardnes, pride.*} Lucretius.

Capripedes agitat cùm læta proteruia Panas.

Quo etiam nomine significatur sacrificium quoddam (vt testatur Macrobius) in quo mos fuit, vt si quid ex epulis superfuisset, igne consumeretur: quemadmodum Moses de agno Paschali præcepit. Hinc est locus ille Catonis in Albidium quendam, qui quum bona sua comedisset, & nouissimè domum quæ ei reliqua erat, incendio perdidisset, proteruiam eum fecisse dicebat. Quod enim comesse non potuerat, id combussisse.

Prōtĕruĭtās, atis, Proteruia. {זדון *Zadhón* סרה *saráh.* ἀσέλγεια.} Terent. *in Heaut.* Quàm penè tua me perdidit. proteruitas. Cic. *pro Cælio*, De corruptelis, de adulteriis, de proteruitate, de sumptibus immensa oratio est. Horat. *1. Carm. Ode 19.*

Vrit grata proteruitas,
Et vultus nimium lubricus aspici.

Prōtĕruŭs, a, um, Petulans, procax, improbus. {זד *Zedh* פריך *forér.* ἀσελγής, ἀκόλαστος. GALL. *Fier & arrogant.* ITAL. *Proteruo, tristo.* GERM. Mutwillig/fräch vnd stoltz/meisterhafft. HISP. *Desuergonçado.* ANGL. *Malapert, proude saucie.*} Includit enim hoc omnem lasciuiam quandam & libidinem cum superbia coniunctam, animique incontinentiam pronam ad quemuis lacessendum, Cic. *pro Cælio* Si vidua liberè, proterua petulanter, diues effusè, libidinosa meretricio more viueret: adulterum ego putarem siquis hanc paulò liberiùs salutasset. Terent. *Heaut.* Ne ineptus, ne proteruus videar, Cic. *5. de finib.* Et flexi, fractique motus, quales proteruorum hominum, aut mollium esse solent, contra naturam sunt. Ouid. *Epist. 6.*

Damnaret nati facta proterua pater.

Iuuenes proterui. Horat. *1. Carm. Ode 25.* Lingua proterua, Ouid. *in Ibin*, Oculi proterui. Idem *Epist. 16.* Manus proteruæ Idem *12. Met.* Venti proterui. Horat *1. Carm. Ode 6.* Ouid *5. Fast.*

Florebant oleæ, venti nocuere proterui.

Idem *13 Metam.*

———Et ausus erat reges incessere dictis,
———per haud impunè proteruus.

¶ Proteruus laborioso opponitur *in l. 16. §. 1. D de ædil. edict.*

Prōtĕruē, aduerbium, Petulanter, procaciter, immoderatè & superbè. {προπετῶς, ὑβριστικῶς, ἀκολάστως, ἰταμῶς. GALL. *Fierement & arrogamment.* ITAL. *Fieramente arrogantemente.* GER. Frächlich/mutwilliklich/vbermutiklich/trotzlich. HISP. *Desuergonçadamente.* ANG. *Malapertlie, proudlie.*} Plaut. *in Rud.* Quis est qui tam proteruè foribus facit iniuriam? Ouid *1. Amor. Eleg. 4.*

Multa miser timeo, quia feci multa proteruè.

Terent. *Hecyr.* Ecce autem tu quoque proteruè iracundus es. Ouid. *1. de Arte,*

Et quicquid dices, faciésue proteruius æquo,
Credatur nimium causa fuisse merum.

Prōtĕruĭtĕr, in eadem significatione. Ennius Pancratiaste, vt citat Nonius

Quis est qui nostris foribus tam proteruiter insultat?

Prōtĕruĭo, is, Lasciuio, proteruè & petulanter ago. ἀσελγαίνω, ἀκολασταίνω.

Prōtĕsĭlāŭs, Πρωτεσίλαος, filius fuit Iphicli, & vnus ex Græciæ principibus qui ad bellum Troianum profecti sunt. Nam quanuis audiuisset à vatibus, se primùm omnium in bello Troiano periturum, si eò proficisceretur, contemptis nihilominus vaticiniis, vnà cum cæteris ducibus profectus est: quúmque omnium primus è naui in terram exisset, & in Hectorem incidisset, primus Græcorum omnium ab illo est interfectus. {Einer auß den fürnempsten Griechen welche für Troiam gezogen sind/ der auch zum ersten ist erschlagen worden.} vnde non sine omine quodam. & futuræ mortis præsagio Protesilaus videtur appellatus. Ausonius, Protesilaë tibi nomen sic fata dederunt, Victima quòd Troiæ prima futurus eras. Vxorem habuit Laodamiam, Acasti filiam, quæ quum eius interitum rescisset, hoc vnum doloris sui solatium petiit, vt mortui vmbram posset intueri: quod quum à diis impetrasset, in illius amplexibus expirauit.

PRŌTESTŌR, aris palàm testor: palàm declaro animum, causa acquirendi, vel tuendi iuris, vel damni depellendi {העיד *hehidh.* διαμαρτύρομαι. GAL. *Protester.* ITAL. *Protestare.* GER. Offentlich bezeugen. HISP. *Protestar.* ANGL. *To protest.*} Iurisconsultorum verbum est, quo illi vtuntur pro eo quod est cauendũ, & quæ fieri nõ debent manifestè denũtio.

Prōtestātĭo, verbale, hoc est, animi nostri declaratio, iuris acquirendi, vel conseruandi, vel damni depellendi causa facta.

Prōtĕus, per duas syllabas, Πρωτεύς, Deus marinus fuit, vt Poëtæ fabulantur, Oceani & Tethyos filius, Neptuni Phocas in mari pascens, idémque vaticiniorum peritissimus, & in quamlibet formam sese transmutans. quem sic describit Virg. *4. Georg.*

Est in Carpathio Neptuni gurgite vates
Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus, patriamque reuisit
Pallenen: hunc & Nymphæ veneramur, & ipse
Grandæuus Nereus: nouit nanque omnia vates,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
Quippe ita Neptuno visum est, immania cuius
Armenta & turpes pascit sub gurgite Phocas.

¶ Fuit item Proteus, Ægypti rex, patria Memphites, qui Pheroni in regnum successit: regnauitque belli Troiani temporibus. Tradit enim Herodot. *lib. 2.* Paridem quum rapta Helena patriam repeteret, vi tempestatis ad Canopicum Nili ostium fuisse appulsũ, captúmque à Thoni regionis eius præfecto ad Proteum Regem missum fuisse: qui quum de seruis Alexandri cognouisset, mulierem quam ille secum vehebat, hospitis illius vxorem esse, absentéque viro raptam fuisse, perfidiam hominis detestatus, illum quidem triduo finibus suis excedere iussit: Helenam verò cum omnibus opibus quas ille direpta Sparta secum vehebat, Menelao integrã seruauit. Expugnato itaque Ilio quum Menelaus reuera cognouisset, vxorem eò nunquam aduectam fuisse. sed à Proteo retentam, Canobi gubernatori ductu in Ægyptum nauigauit: qui quum ibi diem suum obiisset, Canobico ostio nomen fecit. Menelaus autem adito Proteo, vxorem suam liberalissimè ab eo habitam, cum opibus vniuersis recepit. Ad quam opinionem videtur respicere & Virg. *11. Æneid*, quum ait,

Atrides Protẽi Menelaus ad vsque columnas
Exulat.

Quæ verò de Protei mutabilitate Poëtæ sunt commenti, ab Ægyptiorum Regum consuetudine videntur emanasse. Illis enim, teste Diodoro, mos erat aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferre, insignia principatus: quandoque verò arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia supra caput vnguenta. Hæc tum ad decorem spectabant, atque ornatum: tum stuporem, aut superstitionem quandam aspicientibus iniiciebant. Vnde factus est locus fabulæ, Proteum in ea omnia quæcunque capite gestabat, solere transformari.

Prōthŏēnōr, Προθοήνωρ, Homero teste *Iliad. 2.* vnus ex quinque Bœotiorum

torum principibus, qui ad Troiam cum Græcis profecti sunt.

Prŏthŏŭs, Πρόθοος, Tenchredonis filius, dux eorum qui ex Magnesia ad Troiam venit, teste Homer. *lib.* 2 *Iliad*

Prŏthĕsis, πρόθεσις, pars orationis apud Græcos, quam Latini præpositionem appellant. ¶ Est & figura contraria aphæresi, qua litera, vel syllaba principio dictionis adiicitur: vt Gnatus, pro natus: retulit pro tulit. Hanc tamen figuram alij prosthesin malunt appellare.

Prŏthyma, tis, πρόθυμα. Dicitur vaporatio turris, siliginis, hordei, aliarúm ve primitiarum, quæ ante sacrificium fieri solebat.

PRŎTHYMIĂ, æ. { προθυμία. GAL. *Promptitude, diligence, allegresse de courage.* ITAL. *Prontezza, diligenza, animozita accortezza.* GERM. Freudsamkeit/leichtsinnigkeit gutwilligkeit. HISP. *Ligereza. presteza.* ANGL. *Readinesse and good will with courage.*} Latinè promptitudo, alacritas, animi propensio. Plaut. *in Stich.* Vides benignitates hominum perire & prothymias. Sic etiam πρόθυμον dicunt Græci pro prompto, alacri, & propenso. A nomine θυμὸς oxytono, quod animum, siue animositatem significat: nam θύμος paroxytonon, herbæ nomen est.

Prothymè, Aduerbium, id est, Alacriter, hilariter. {GALL. *Allaigrement, ioyeusement, promptement, de franc courage.*} Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Hunc diem sumpsimus prothymè.

‖ Prothyris, προθυρίς. Philander: Prothyrides sunt mensulæ, quæ capitibus suis in volutarum anfractus implicantur, ad S maiusculi & oblongi formam, & propendent ab ima corona secundùm ante pagmenta ad libramentum imi supercilij. ‖

Prŏthyrŏn, {אולם *olám.* πρόθυρον.} Vestibulum in priuatis ædibus, teste Vitruuio. nam vrbium, templorum, regiarúmque vestibula, propylæa potiùs dicuntur.

Protimēsis, προτίμησις, ad verb. æstimatio præ alio, cùm scilicet aliquid pluris æstimamus, quàm alius, & aliud alij præferimus. ¶ Item prælatio, prærogatiua. In iure ciuili, est ius prælationis, quæ agnato propter eiusdem stirpis atque adeò fibræ rationem defertur. Feudistis est prioritas graduum. προτιμᾶν æstimare præ.

Prōtinŭs, quod & *protenus* scribitur, olim quoque *protinam*, Statim, sine mora. {מהרה *meheráh.* αὐτίκα. GAL. *Soudainement, subit, incontinent, tout de suite.* ITAL. *Di subito, senza dimora.* GER. Eins wägs/ von stund an/on verzug. HISP. *Luego.* ANGL. *Furtwith, by and by.* } Seru. *in Ecl.* 1. Protenus porrò tenus, id est est, longè à finibus. Sed Turneb. *lib.* 3. 20. Protenus interdum præ se & ante se & prorsum significat. Virg. 4. *Æneid.*

Protinus ad Regem cursum detorquet Iarbam.

¶ Quandoque accipitur pro deinceps, deinde, ἐφεξῆς, ἐντεῦθεν. Idem 3. *Georg.*

Protinus aërij mellis cælestia dona
Exequar.

Protinus initio periodi, apud Velleium, pro, Deinde, siue mox. ¶ Quandoque pro iugiter, continuò. Virg.

——— *traiecto missa lacerto*
Protinus hasta fugit, seruátque cruenta tenorem

Plin. *lib.* 5. *c.* 9. Originem habet in monte inferioris Mauritaniæ, non procul Oceano, lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidé. ¶ Quandoque pro omnino, διόλου. Virg.

———*quum protinus vtraque tellus*
Vna foret,

id est, omnino vna, vel, vt Seruius exponit, continua. ¶ Ponitur aliquando pro simul, siue etiam. Virg. 6. *Æneid.*

——— *quin protinus omnem*
Perlegerent oculis

Etenim quod statim fit, quasi simul fit, ait Valla. ¶ Aliquando pro eo quod vulgò dicitur, *Directè & immediatè*, autore Budæo. Vlp. Etenim parui refert protinus patrono libertus cogatur dare, an per interpositam fideiussoris, vel rei personam. ¶ Aliquando pro primùm, siue à principio. Celsus, Aliquæ febres protinus à calore incipiunt. ¶ Aliquando pro vno eodémque tempore. Virg. 8. *Æneid.*

Nam memini Hesiones visentem regna sororis
Laomedontiadem Priamum Salamina petentem,
Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fines.

Seruius. ¶ Quum autem additur negatio, significat non ideo: sicut fit in continuò, & statim. Quint. Non autem vt quicquid præcipuum necessariò est, sic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti. ¶ Protinus continuò. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Pòst ad oppidum hoc vetus continuò mecum exercitum Protinus abducam. ¶ Protinam veteres dicebant in eadem significatione: quod & Festus annotauit. Terent. *in Phorm.* Atque hinc me conicerem protinus in pedes. Vbi Donatus, Protinam fuit, & sic Nigidius legit. ¶ Protenus verò per secundam vocalem in penultima, ex porro & tenus compositum idem valet quod procul, siue vsque in locum longè dissitum. Virg. 1. *Eclog.*

——— *en ipse capellas* *Protenus æger ago.*

Sic enim legit Caper: quamuis in vulgatis quibusdam exemplaribus protinus per tertiam vocalem legatur. Alij Grammatici exponunt, præ me, & ante me ago, & prorsum ago. Cic. *in somn. Scip.* Præcepissetque vt pergeret protinus: quid retro atque à tergo fieret, vt laboraret.

Prŏtŏgenes, Πρωτογένης, Pictor nobilis fuit, patria Caunius, (est autem Caunus Cariæ oppidum, Rhodiis olim subiectum,) cuius summa initio paupertas fuit, artísque accuratissima intentio: vnde & minor fertilitas. Palmam habet tabularum eius Ialysus, qui est Romæ dicatus in templo Pacis: quem quum pingeret, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustineret & sitim, ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturæ quater colorem induxit subsidio iniuriæ & vetustatis, vt decedente superiore, inferior succederet. Est in ea canis mirè factus, vt quem pariter casus & ars pinxerit. Non iudicabat se exprimere in eo spumam anhelantis posse quum in reliqua omni parte (quod difficillimum erat) sibi ipse satisfecisset. Displicebat autem ars ipsa, nec minui poterat, & videbatur nimia, ac longiùs à veritate discedere, summáque illa pingi, non ex ore nasci: anxio animi cruciatu quum in pictura verum esse, non verisimile vellet, absterserat sæpius, mutaueràtque penicillum, nullo modo sibi approbans. Postremò iratus arti quod intelligeretur, spongiam eam impegit inuiso loco tabulæ, ex illáque reposuit ablatos colores, qualibet cura optauerat, fecitque in pictura fortunæ naturam. Vide plura de hoc apud Plin. *lib.* 35. *c.* 10. ¶ Iuuen. *Satyr.* 3. Protogenem accipere videtur pro Græculo quopiam nobili, aut certè nobilitatis existimationem aucupante, alludens opinor ad vocis etymon, quo quis primo genere ortus significatur: aut certè propterea quòd id nomen sua ætate frequens, tritúmque esset Græcis. Non est (inquit) Romano cuiquam locus hîc vbi regnat Protogenes aliquis, aut Diphilus, aut Erymantus.

Prŏtŏgĕnīă, Πρωτογένεια, nomen Deucalionis & Pyrrhæ filiæ, autor Aristarch. *in* 10. *Odyss.* ¶ Fuit præterea hoc nomine vna ex filiabus Erechthei Atheniensium Regis, quæ se pro patriæ salute ingulandas præbuerunt.

Prŏtŏgŏnŏs, Latinè Primogenitus. {πρωτόγονος. GALL. *Premier né, premier engendré.* ITAL. *Primogenito.* GERM. Ein erstgeborner. HISP. *Primero engendrado.* ANGL. *First begotten.* } Quo nomine ab Orpheo dictus est Deus, quòd antè ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint cuncta creata.

Prŏtollo, i.e. porrò tollo, profero, differo, prolongo. { משך האריך *heerich mischschéch.* αὐξάνω. GALL. *Differer, prolonger.* ITAL. *Differire, prolongare.* GERM. Verziehen/verlengeren. HISP *Estender en luengo, diferir.* ANG *To delay or prolonge.*} Gell. *lib.* 3. *c.* 16. Neque vltra decimum mensem fœtura mulierum protolli potest. Plaut. *in Cas.* Protollo mortem mihi. ¶ Ponitur & pro profero, siue extendo, προτείνω. Idem *in Pseud.* Manum protolle, & pariter proferto manum.

Prŏtono, as, are, { קרא *kará.* προβοντάω, προσεάω. GALL. *Tourner auant, crier à haute voix le premier.* ITAL *Gridare ad alta voce.* GERM Herfürtönen/voranhin schreyen. HISP. *Tornar antes, gridar el primero.* ANG. *To thunder.*} Val. 4. *Argon.*

Deuolat inde furens, nec quâ via, cúrve profecti,
Nec genus antè rogat, sed tali protonat ira,
Incipite, ô iuuenes, &c.

Prŏtŏmystă, { ראש הכהנים *rosch hachchhanim.* πρωτομύστης. } Mystarum princeps. Mystæ autem sacerdotes appellantur, qui mysteria & Ecclesiæ secreta regunt & administrant.

Prŏtŏplāstŭs, πρωτόπλαστος, Epitheton Adami, communis humani generis parentis, quem hominum primum Deus creauit, & ex luto finxit.

Protos, πρῶτος, primus, à πρὸ antè. Quædam sequentia vocabula, Latinis quoque vsitata, cum eo componuntur.

Protoapostolarius. in Ecclesia orientali Doctores erant, qui populo Apostolorum scripta exponerent. horum primarius πρωταποστολάριος indigitabatur, & prophetas quoque prælegendi ius habebat. vide Gl. Græcob. Meurs.

Protoasecretes πρωτασηκρήτης & πρωτασηκρῆτις, primus à secretis. vox composita ex Græco πρῶτος, & Latinis à secretis.

Protocancellarius, πρωτοκαγκελλάριος.

‖ Protocarabus, primus gubernator nauis. Item nauigij genus. L. g. b. Buleng.

Protocentarchus, primus centurio, quem primum vocabant. Vicarius qui secundus. L. g. b. ‖

Prŏtŏcŏllum, { πρωτόκολλον. GAL. *Protocole.* ITAL. *Protocollo.* GERM. Ein protokoll / das ist / ein kurtze verzeichnuß eines gantzen handels/ welchen man hernach v eitlauffiger beschreiben kan. HISP. *El protocolo del notario.* ANGL. *That which is shortlie noted and obserued.*} Propriè dicitur illud quod breuiter & succinctè à tabellione notatur, vt postea per otium quoties opus sit, latiùs possit extendi. Dictum protocolum, quasi primum membrum, vel potiùs prima membrana. Sunt qui gemino ll scribendum velint, puténtque deduci à Græco nomine κόλλα, quod nobis gluten significat: siue quòd glutine chartæ soleant conglutinari: siue quòd in glutine, seu cera per tabulas extensa olim scriberetur. Vide ea quæ suprà annotauimus in dict. *Macrocolon.*

Protocursor, cursorum præfectus.

Protognōmon πρωτογνώμων. qui primus dicit γνώμην, i.e. sententiam.

‖ Protollo, i. porro tollo, profero, differo.

Protologia, subtilis locutio, quando res singulæ minutatim proferuntur Papias. ‖

Protomartyr, πρωτομάρτυρ, primus martyr. sic Abel in V.T. & Stephanus in N.T. vocari solet.

‖ Protome, προτομή, quasi præsectio.

Protomystes, πρωτομύστης, primarius mysta, πρῶτος μυστῶν. ‖

Protonotarius, πρωτονοτάριος, primus notariorum. erant duo genera: hic palatinus, ille Ecclesiasticus. in palatio rursus duo, ὁ τοῦ δρόμου, & ὁ τοῦ ἰδικοῦ. Gl. Græcob. Meurs.

‖ Protopapa, πρωτοπαπᾶς. primus papa. Princeps erat tribunatis ecclesiastici, & secundas à Patriarcha tenebat. In coronatione Imperatoris legebat primum Euangelium; & in die lotionis, Imperatore pauperes loturo, peluim consecrabat. Erat verò in Ecclesiæ pariter atque Imperatoris clero. Vide Gloss. Gr. b. Meurs.

Protopathia, πρωτοπάθεια, affectus, quo aliquid primum afficitur, non per consensum alterius.

Protoplastus, πρωτόπλαστος, primùm fictus, seu formatus. ‖

Protopsaltes, πρωτοψάλτης, primus psaltarum, primicerius scholæ cantorum.

Protoscriniarius, qui & Primiscrinius.

Protostasia, πρωτοστασία, q. prima statio: πρώτη στάσις

Protostates, πρωτοστάτης, qui primus stat, antesignanus. ab ἵσταμαι sto.

Prŏtŏtŏcŏs, πρωτοτόκος, quæ semel tantum peperit, quam & Latini primiparam dicunt. Prototocos autem cum accentu in antepenultima, πρωτότοκος, primogenitum significat. Sed hæc quoniam ad institutum nostrum nihil pertinent, satius fuerit petere ex Græco Lexico.

Prŏtŏtŏmŭs, πρωτότομος, adiectiuum est, id significans quod primùm & ante omnia secatur: vnde accipitur pro cymis tenuioribúsque caulibus qui verno tempore ex brassicis, aliísve herbis solent succidi Col. *lib.* 10.

Sed iam prototomos tempus decidere caules.

Martial. *lib.* 10.

Et faba fabrorum, prototomique rudes.

Prostotator, προστράτωρ. Etiam Codinus ait dici, διὰ τὸ προηγεῖσθαι παντὸς αὐτῶν στρατοῦ, quòd præsit toti exercitui. Hodie, inquit Meursius, *Mareschallus* appellatur præerat etiam equisonibus Imperatoris. itaque &, Imperatore equum conscensuro, freno eum comprehendens, deducebat ad quartam, aut quintam vsque partem aulæ palatij.

Prōtŏtypŏn, πρωτότυπον, Exemplar primitiuum quod ad alterius similitudinem effectum non est: quod & archetypon dicitur. Est & prototypus adiectiuum, πρωτότυπος, idem significans quod primitiuus.

Protouestiarius, πρωτοβεστιάριος, primus præfectus vestiarij. vxor eius πρωτοβεστιαρία. Gl. Græcob. Meurs.

PRŌTRĂHO, is, in lucem, seu in conspectum traho. { משך *mascháeh.* προσύρω. GALL. *Mettre & tirer en auant par force.* ITAL. *Tirar fuora.* GER. Herfürhinziehen. HISP *Retraer, traer à fuera.* ANGL. *To drawe to light or before in presence.* } Liu. 8. *bell. Punic.* Nudi in medium protrahebantur, & simul omnis apparatus supplicij expromebatur. Cicer. 6. *Verr.* Hinc in conuiuium Sext. Cominium protrahi iussit. Protrahere ad iudicium. Liu. 3. *bell Macedon.* Verum protrahere alicunde, hoc est, elicere. Lucret. *lib.* 1. Senec. *cap.* 2. *de tranquill.* Protrahere in medium vitia. ¶ Protrahere, augere. Valer. *lib.* 1. *cap.* 5. de C. Cassio. Vt rapacissimi victoris insolentiam dicti tumore protraheret. ¶ Protrahere, differre, prolongare. { משך *mischschéch.* ἀναβάλλειν. } Suet. *in Neron. c.* 32. Vt stipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi ac differre necesse esset. Senec. *in Her. fur.* — & longa fame Mors protrahatur lenta.

Protractus, a, um, Participium, vt, ad arma protractus Syl. *lib.* 6.

Prōtrĕptĭcus, προτρεπτικός, Instructiuus, & exhortatiuus. Symmachus *in Epist.* Indulge stylo, aliquídve didascalicum, seu protrepticum scribe. Ausonius, Libellum (inquit) instar protreptici luseram. Capitolinus ait librum cui titulus Hortensius, scriptum esse à Cicerone ad exemplar protreptici.

Prōtrīmentă orum, dicuntur edulia minutim trita, concisa, qualia hodiéque in pulmentariis plurima concinnant ex carnibus frustillatim concisis. A tritura dicta quasi à proterendo.

Prōtrŏpum, i, { תירוש *tirósch.* πρότροπος οἶνος. GALL. *Mere goute, le vin ou moust qui coule auant que les raisins soyent foulez ou pressez.* ITAL. *Vino che colla delle vue prima che siano pigiate.* GERM. Der vorschuß deß mosts so man auff die trotten schüttet/eheman anfängt trätten. HISP. *Vino de vua no pisada.* ANGL. *Sweet vine, that floweth or runneth before the berreis be pressed.* } Mustum quod sponte profluit antequam vuæ calcentur. Plin. *lib.* 14. *c* 9. Sed inter genera potuum ponere debeo & protropum. Ita appellatur à quibusdam mustum sponte defluens antequam calcentur vuę. Col. *lib.* 12. *c.* 27. lixiuium mustum appellat, quod in lacum musti profluit antequam vuæ calcentur: similitudine nimirū ducta à nostra lixiuia quæ per colum madente cinere paulatim distillat. Athenæus prodromum, & protropon appellatum scribit à Mitylenæis, quod apud eos dulce nascebatur. Quin & Plin. protropon Gnidium inter transmarina vina agnoscit.

Prōtrūdo, is, Impello, prouolo, quasi porrò trudo. { προωθέω. GAL. *Pousser en auant.* ITAL. *Spingere, riuolgere.* GERM. Fürstossen / fürschalten. HISP. *Empuxar, reboluer.* ANG. *To thrust forward.* } Cicer. *de Fato,* Vt igitur qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem non dedit, sic, &c. Lucret. *lib.* 4. Paulatim moles protruditur atque mouetur.

Prōtūtēlă, æ, Tutela. Vlpian. *Dig.* 27. *tit.* 5. *lib.* 1. Protutelæ actionem necessariò prætor proposuit. Nam quia plerunque incertum est vtrùm quis tutor, an verò quasi tutor pro tutore administrauerit tutelam, idcirco in vtrumque casum actionem scripsit.

Prōtŭrbo, as, Propello, abigo, arceo. { גרש *gharásch* הדיח *hiddiáh* ἀπείργω. GAL. *Chasser, ietter hors par force, repousser.* ITAL. *Scacciare.* GER. Hinweg treiben/hinauß stossen/von dannen stürmen. HISP. *Empuxar.* ANGL. *To thrust out or frome by force.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 19. Apes pigras & ignauas proturbant. Col. *lib.* 6. *c.* 37. Nisi ea priùs marem cognouit, assilientem admissarium calcibus proturbat. Virg. 10. *Æneid.*

Telaque coniiciunt, proturbántque eminus hostem.

Liu. 5 *ab Vrbe,* Iámque & alij congregati, telis missilibúsque saxis proturbare hostes, ruináque tota prolapsa acies in præceps deferri. Proturbare extra. Col. *lib.* 9. *cap.* 15. Exclusis deinde pullis extra tecta proturbantur.

Prōtŭs, Πρῶτος. Illustris cuiusdam Phocensis nomen: qui à Gallis benignè exceptus, Massiliam non procul à Rhodani ostio condidit. Autor Plutarch. *in Solone.*

Prŏtypum, i, πρότυπον, quod in typi vicem formatum est. Plinius *libr.* 35. *cap.* 12. Primúsque personas tegulatum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia Protypa vocauit. Postea idem ectypa fecit.

PRŌVĔHO, is, Vlterius veho, à loco suo aliquantulum promoueo, { προάγω. GALL. *Porter auant, pousser en auant, auancer.* ITAL. *Menar lungi, menar oltra.* GER. Fürführen/weiter führen. HISP. *Lleuar à lexos.* ANGL. *To promote, to aduance.* } Plaut *in Rud.* Quid ego deliqui? TRA. Rogas? Qui arrhabonem à me accepisti ob mulierem, & eam hinc abduxisti. LAB. Non auexi TRA. Cur negas? LAB. Quia pol prouexi: auehere non quiui miser. Plaut. *Milit. sc.* 1 *a.* 2. Inscendo; vbi sumus prouecti in altum. Liu. *lib.* 10. *dec.* 4. Prauo gaudio prouehunt. Idem 10. *bell. Pun.* Naues prouectas in altum incendi iussit. Cic. 8. *Phil.* Atque etiam homines agrestes inani spe aquas vsque Puteolanas prouehuntur. Virg. 7. *Æneid.*

Quum prouectus equo, &c.

Ratem prouehere per freta. Valer. 4 *Arg.* & Virg. 3. *Æneid.*

Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta.

¶ Prouehi longiùs in scribendo, vel orando, id est, progredi, vel procedere. Cicer. 3. *de finib.* Sed iam sentio me esse longius prouectum, quàm proposita ratio postularet: verùm admirabilis compositio disciplinæ incredibilísque rerum traxit ordo. Paulo longiùs oratio mea prouecta. Idem *pro Roscio Com.* Virg. 3. *Æneid.*

——— *quid vltra*

Prouehor, & fando surgentes demoror Austros.

¶ Prouehere aliquem in Consulatum, ad præfecturam ex infima fortuna. Sueton. *in August. cap.* 66. Prouehi amore, pro rapi. Cicer. *ad Brutum,* Sed prouehor amore: non enim id propositum est huic epistolæ, Messalam vt laudem.

Prouectus ætate, id est, vergens ad senium προβεβηκὼς τῇ ἡλικίᾳ. Cicer. *in Catone maiore,* Quanquam eum colere cœpi non admodum grandem natu, sed tamen ætate prouectum Prudentia prouecta ad extremum spiritum, id est, vsque ad vitæ finem perducta.

PRŌVĔNIO, Prodeo. { יצא *jatsá* בא *ba.* προέρχομαι. GAL. *Venir en auant, apparoistre.* ITAL. *Comparire, vscir fuori.* GERM. Herfür kommen. HISP. *Pareçer, salir à fuora, comparecer.* ANG. *To come out and appeare.* } Plaut. *in Pseud. sc.* 5. *a.* 1, Nam qui in scenam prouenit nouo modo, aliquod nouum inuentum afferre addecet. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Carmina proueniunt animo deducta sereno.

Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Tranquillè cuncta & proueniant sine malo. Idem *Capt. sc.* 1 *a.* 2. Doli sunt malum, si id palam prouenit. Supra permanat. ¶ Interdum ponitur pro gigni, sine nasci. { φύομαι. GAL. *Croistre.* ITAL. *Nascere crescere.* GERM. Wachsen/herfür kommen HISP. *Nascer, creçer.* } Plin. *lib.* 9. *c.* 10. Neque ibi aliud animal prouenit. ¶ Aliquando idem quod crescere, & felicitate cumulari. Plaut. *in Truc.* Quum tu rectè peruenisti, quúmque aucta liberis gratulor. Nonnunquam pro Contingere. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Quid ego nunc faciam? domum ire cupio, sed vxor non finit. Huc autem intromittit nemo: nimis prouentum est nequiter. i. pessimè res cadit. Cicer. 1. *de fin.* Nec quid prouenturum sit prouident. Ouid. 4. *Fast.*

Largaque prouenit cessatis messis in aruis,

Ibidem,

Lanaque proueniat nullas læsura puellas

Mollis.

Prōuēntus, dicuntur reditus, & non tantùm bonarum rerum, sed etiam malarum. { ביאה *biáh* תבואה *tebuáh.* πρόσοδοι. GAL. *Reuenu, accroissement, abondance.* ITAL. *L'vtile che ne viene.* GERM. Das einkommen es sey guter oder böser ding. HISP. *Renta que viene.* ANG. *Reuenewes yearlir profites.* } Plaut. Calamitatum & miseriarum tot prouentus. ¶ Prouentus pro successu. Cæs. *lib.* 2. *bell. ciu.* Multum ad hanc rem adiuuat adolescentia, magnitudo animi, superioris temporis prouentus, fiducia rei bonæ gerendæ. Quint. Ingens prouentus Oratorum efflorescat. Suet. *in Claud. c.* 16. Prouentu vberi vinearum.

Prouerbium, ij, Accommodatum rebus, temporibúsque adagium omnium in ore versans: parœmia, parabola. { משל *maschál.* παροιμία. GAL. *Prouerbe, vn dict commun.* ITAL. *Prouerbio.* GER. Ein sprüchwort. HISP. *El refran.* ANGL. *A prouerbe or commone saying.* } Et modò est simplex: vt Obsequiū amicos, veritas odium parit. Modò obscura, & aliud significás quàm verba exprimere videantur: vt Equus Seianus. Cicer. 4. *Acad.* Vidésne vt in prouerbio sit, ouorum inter se similitudo. Idem *de senect.* Pares enim cum paribus, veteri prouerbio, facillimè congregantur. ¶ Inde Prouerbialis, & hoc prouerbiale, παροιμιώδης. ¶ Prouerbium etiam ponitur pro propositione. πρότασις. Gell. *lib.* 7. *cap.* 7. Addebat etiam quòd ad prouerbium tuum fermè accederetur. Adi ipsum Gellium, & nihil eorum quæ hîc dicuntur inuenies: ita enim habet, Addebat etiam quòd, Ad, prouerbium tum ferme acueretur, cum significaret ἐπίτασιν, quam intensionem nos dicimus: sicuti Adfabre, & Admodum, & adprobè dicitur. vbi τὸ prouerbium sumitur pro particula indeclinabili.

Prouersus, in anteriorem partem versus. Varr. *lib.* 6. *de R. R.* Vt transuersus cedit, quasi cancer, non prouersus vt homo.

PRŌVĬDEO, es, Antè, vel à longè, & futurum aliquid video, antequam factum. { חשביח *hischghiách.* προορᾶν, προγινώσκω. GALL. *Preuoir de loing quelque chose à venir.* ITAL. *Preuedere, antiuedere, prouedere.* GERM. Fürsähen / voranhin sähen. HISP. *Mirar de lexos, proueer.* ANG. *To prouide, to foresee.* } Plin. Hoc enim sapientis est omnia quæ ventura sunt prouidere. Cicer. 2. *de diuinat.* Medicus morbum ingrauescentem ratione prouidet, insidias Imperator, tempestates gubernator: & tamen ipsi sæpe falluntur, qui nihil sine certa ratione opinantur. Senec. *cap.* 18. *de consol. ad Polyb.* Multa prouidit (fortuna) quibus hanc ementa daret iniuriam. ¶ Quoniam verò ea quæ prouidemus, si mala sunt, aut vitamus, aut emendamus, factum est, vt prouidere ponatur pro vitare, siue cauere, vt apud Terent. *in Andr.* Quæ si non astu prouidentur, me, aut herum pessundabunt. ¶ Aliquando etiam pro consulere & prospicere. Cicer. Satis iam omnibus quę necessaria erant, prouisum putabant. Prouidere rebus necessariis. est res necessarias comparare. Idem. Prouidere de re frumentaria. Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* Prouidere rei frumentariæ. Idem 5. *bell. Gall.* Prouidere rem frumentariam. Idem 6. *bell. Gall.* Prouidere in hyemes stabulum. Plin. *lib.* 8. *cap.* 38. Prouisum hoc legibus, hoc est, cautum. Prouisum à diis immortalibus. Cic. 2. *de natura deorum*

Prōuīsŭs, a, um participium. { προωρισμένος. GAL. *Preuenu.* ITAL. *Preueduto.* GERM. Fürsähen/dem man fürsähung gethan hatt. HISP. *Proueido* ANGL. *Prouided for.* } Col. *lib.* 9. *c.* 8. Hæc de pabulationibus, domicilijs, & sedibus eligendis abundè diximus: quibus prouisis, sequitur vt examina desideremus. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Exploratum hoc & prouisum tibi. Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* frumentum prouisum.

Prōuīsŭs, us, verbale. { πρόνοια, πρόοψις. GALL. *Preueyance.* ITAL. *Prouisione.* GERM. Ein fürsähung. HISP. *Prouenimiento.* ANGL. *Prouiding.* } Tacit. *lib.* 8. Dispositu, prouisúque ciuilium rerum peritus.

Prōuīsĭo, nis, Actus ipse prouidendi. { ἡ πρόοψις, πρόγνωσις. GAL. *Prouoyance.* ITAL. *Prouisione ò consideratione.* GERM. Das fürsähen/ fürsähung. HISP. *Proueimiento.* ANGL. *Forecasting.* } Cic. 3, *Tusc.* Tamen quoniam multum potest prouisio animi, & præparatio ad minuendum dolorem sint semper omnia homini humana meditata.

Prōuīso, is, duo significat, inquit Donatus, Videre, aut ad videndum ire, & procedere. { προέρχομαι ἥκω, προσελθεῖν ἐπισκέπτεσθαι. GALL. *Aller voir.* ITAL. *Andare à vedere.* GERM. Gehn sähen. HISP. *Yr à veer.* ANGL. *To go to see.* } Ter *in Andr.* Prouiso quid agat Pamphilus. Idem *in Eunuch.* Huc prouiso, vt vbi tempus fiet, ducam.

Prōuīsŏr, is, Comparator. { משגיח *maschghiách.* προνοητής. GALL. *Qui prouuoit.* ITAL. *Chi prouede.* GERM. Ein fürsäher. HISP. *El que prouee.* ANGL. *A prouider.* } Horat. *in Arte,*

Vtilium tardus prouisor, prodigus æris.

Prōuĭdēns, tis, prouidentior, prouidentissimus, Prudens, qui præuidet futura, & cauet. { משגיח *maschghiách.* πρόνοος. GALL. *Qui preuoit les choses de loin, & y pourvoit.* ITAL. *Che prouede le cose di lungo tempo.* GERM. Fürsichtig. HISP. *El que prouee de lexos.* ANG. *Prouident and wise, that seeth thinges to come before, and is ware.* } Cic. 7. *Verr.* Iste in tabellas refert, obsignat signis amicorum, prouidens homo. Idem *Appio Pulchro lib.* 3. Id enim mihi & ad breuitatem est aptius, & ad reliquas res prouidentius. Plin. *epist.* 82. Quod dum recordor, intelligo mihi laborandum, nequa parte videar hanc de me fiduciam prouidentissimi viri destituisse. Prouidens consilium. Gell. *c.* 7. *lib.* 3.

Prōuĭdentĭă, æ, Prudentia, sapientia { πρόνοια. GALL. *Preuoyance ou prouoyance.* ITAL. *Prouidenza.* GER. Fürsichtigkeit. HISP. *Proueimiento.* ANG. *Foresight, forecasting.* } Cicer. Id enim sapientis est prouidere: ex quo sapientia appellata est prouidentia. Idem 2. *de natur. deor.* Talis igitur mens mundi quum sit, ob eámque causam vel prudentia, vel prouidentia appellari rectè possit. Quidam prudentiam à prouidentia distingunt: vt prudentiam dicant in rebus humanis, prouidentiam in diuinis. Alij prudentiam definiunt, rerum bonarum, & malarum, & vtrarumque scientiam: prouidentiam verò, per quam futurum aliquid videtur antequam factum sit. Cicer. 1. *de Leg.* Sic ingenij aciem ad bona deligenda, reiicienda contraria: quæ virtus, ex prouidendo est appellata prouidentia. Quintilian. Nullam ego res humanas despicere prouidentiam reor.

Prōuĭdēntĕr, aduerb. Prudenter, prouidè. { ἐκ προνοίας. GALL. *Auec prouoyance, en prouoyant bien l'auenir.* ITAL. *Con prouidenza.* GERM. Fürsichtiklich. HISP. *Con prouidencia, proueidamente.* ANGL. *wiselie, with foresight.* } Cic. 2. *de nat. deor.* Quæ de prouidentia deorum ab istis sanctissimè, & prouidentissimè constituta est.

Prōuĭdŭs, a, um, Prudens, diligens, solers, qui non modò præsentia & quæ ante pedes sunt, sed etiam futura prospicit. { πρόνοος, προμηθής. GALL. *Diligent & preuoyant à ses affaires.* ITAL. *Diligente, & prouido à fatti suoi.* GER. Fürsichtig. HISP. *Proueido.* ANG. *Forseing, circumspect.* } Cuius contrarium improuidus. ἀπρονόητος. Plin. iun. Sed dispice ne sit parum prouidum, sperare ex aliis quod tu ipse non præstes. Cic. *pro Rosc.* Itaque nunc illi homines honestissimi propter istius insidias parum putantur cauti, prouidíque fuisse.

Prōuĭdē, Cautè, circunspectè, prudenter. { ἐκ προνοίας. GALL. *Auec prouoyance, soigneusement, diligemment.* ITAL. *Prouidamente.* GERM. Fürsichtiklich. HISP. *Proueidamente.* ANG. *warelie, circumspectlie.* } Plin. *lib.* 10 *c.* 33 Iam publicum quidem omnium est, tabulata ramorum sustinendo nido prouidè eligere.

PRŌVĪNCIA, æ, propriè dicitur regio extra Italiam bello acquisita. Quid igitur sibi vult. Liu 7. *bell. Punic.* & alibi; Italia ambobus Coss. prouincia decreta est, inquit, Regiones (vt annotat Io. Passer.) extra Italiam, quæ pop. Rom. imperio parerent, & ad quas administrandas magistratus mitterentur, qui in iis ius dicerent. Prouinciæ dicebantur: qui verò non parebant, sed amicè populi Rom. maiestatem tuerentur, Liberi populi appellati sunt. { מדינה *medhináh.* ἐπαρχία. GALL. *Prouince.* ITAL. & HISP. *Prouincia.* GERM. Ein landtschafft so mit Kriegen eroberet worden ist/vnd bevogtet wirt/ein herrschafft. ANGL. *A prouince or out contrey subdued by force or armes and keep in iurisdiction.* } Scribit enim Hegesippus, Romanos quum vincendo in suam potestatem redigerent procul positas regiones, appellauisse prouincias. Primò omnium Sicilia prouincia est appellata, sicut docet Cicero 4. *Verrin.* Primò, inquit, quòd omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam fidémque populi Romani applicuit, id quod ornamentum imperij est, prima prouincia est appellata. Ouid. 1. *Fastorum,*

Redditáque est omnis populo prouincia nostro.

¶ Prouinciam videtur Cæsar initio *lib.* 2. *de bell. ciu.* appellasse, quam nos Galli dicimus *Prouence.* ¶ Redigere autem regiones in prouinciæ formam, nihil aliud est quàm regionem subiicere Imperio Romano & ad eam gubernandam mittere præfectum. In hac significatione dicimus quempiam haberere prouinciam. Cicer. *in Pison.* Ille si non acerrimè fureret, auderet quam prouinciam P. Lentulus amicissimus huic ordini, quum & autoritate Senatus, & sorte haberet, interposita religione sine vlla dubitatione depósuisset, eam sibi tum asciscere. quum etiam si religio non impediret, nos maiorum tamen, & exempla, & grauissimæ legum pœnæ vetarent. Obtinere prouinciam. Idem *pro Flacco,* Quum prouinciam Asiam Consulari imperio obtineres. Deponere prouinciam. Idem *in Pisonem,* Ego prouinciam Galliam Senatus autoritate, exercitu, & pecunia instructam & ornatam, quod ita existimabam tempora Reipublic. ferre, in concione deposui, reclamante populo Rom. Prouinciarum autem duplex diuisio fuit. Nam stante Rep. aliæ consulares, aliæ prætoriæ fuerunt. Imperatoribus autem constitutis, aliæ populi Rom. aliæ Cæsaris factæ sunt. Prouinciæ consulares erant, quæ ab iis quæ in vrbe consulatum gesserant, consulari imperio obtinebantur. Prouinciæ populi Rom. quas Cæsares populo relinquebant, vt suo iussu in eas proconsules & proprætores mitteret. Cæsaris verò eæ erant, in quas Cæsar ipse præsides suos mittebat. De his Strab. *in fine sui operis,* & Suet. *in Augusto.* Vide latiùs de his tractantem Hotom. ¶ Per translationem accipitur pro quouis munere, siue onere. Ter. *in Phor.* O Geta, prouinciam cepisti duram. Idem *Heaut.* Idcirco huic nostro tradita est prouincia. Cicer. 6. *Verr.* Ferebat grauiter illam sibi ab isto prouinciam datam, nec quid faceret habebat. Idem pro *Sylla,* Tunc tuus pater, Corneli, id quod tandem aliquando profitetur, illam sibi officiosam prouinciam depoposcit, vt quum prima luce Consulem salutatum veniret, intromissus meo more & iure amicitiæ, me in meo lecto trucidaret. In hac verò significatione dicimus, Capere prouinciam, Suscipere prouinciam, Dare prouinciam alicui, Deposcere prouinciam alicui. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. cum securi caudicali præficio prouinciæ, (i. vt findas caudices, siue truncos arborum.) *Ibid.* Dederam vobis eas prouincias. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. fugitant omnes hanc prouinciam. Item, Parasitorum prouincia olim erat opsonare.

Prōuĭnciālĭs, e, adiectiuum, quod ad prouincias pertinet: vt, Scientia prouincialis, quæ de prouinciarum administratione est. { ἐπαρχικός. GALL. *De prouince, prouincial.* ITAL. *Cosa di prouincia.* GERM. Das der bevogteten herschafften ist. HISP. *Cosa pertenetiente à prouincia.* ANGL. *Belonging to a prouince.* } Cic. *ad Quintum Fratr. lib.* 1. In qua scientia præsertim prouincialis ratio ipsa expedita est. Negotia prouincialia. Idem *ad Attic. lib.* 2. Neque enim ista negotia prouincialia esse putabam, neque te in decurionibus habebam: sed scripsi vt debui diligenter. ¶ Prouinciales dicti sunt qui ex prouinciis sunt, siue (vt Vlpianus inquit) qui in prouinciis domicilium habent. ἐπαρχιῶται. Prouincialium nomine omnes populo Romano subditi, præter Italos appellabantur. Vnde Col. *lib.* 5. *c.* 4. caput facit de Agricultura prouincialium vinearum, quum alibi de agricultura Italicarum scribit. Plin. iun. *lib.* 8. *Ep.* Italicus es, an prouincialis? Suet. *c.* 12. *in Calig.* Prouincialium maximæ parti acceptus.

Prōuĭnciātim, aduerbium, Per singulas prouincias. { κατ' ἐπαρχίας. GALL. *De prouince en prouince, par prouinces.* ITAL. *Di prouincia in prouincia.* GERM. Durch alle vogteyen oder herschafften/von einer zur andern. HISP. *De prouincia en prouincia.* ANG *Frome contrey to contrey.* Suet. *in Aug. c.* 49. Ex militaribus copiis legiones & auxilia prouinciatim distribuit.

‖ Prouindemia. Vitruu *lib.* 9. 6. Cuius (virginis) supra humerum dextrum lucidissima stella nititur, quam nostri prouindemiam maiores Græci προτρύγητον vocitant. ‖

Prōuīuo, is, Vitam protraho. { παραζάω. GALL. *Prolonger sa vie.* ITAL. *Prolongare sua vita.* GERM. Fürläben/länger läben. HISP. *Prolongar su vida.* ANGL. *To prolong his life.* } Tacit. *lib.* 5. Nondum is dolor exoleuerat, quum de Agrippina auditum: quam interfecto Seiano spe sustentatam prouixisse reor.

Prōvŏco, as, Ex ædibus, vel ex loco interiori foras voco, euoco. { קרא *kará* ἐκκαλέω GALL. *Hucher de loing.* ITAL. *Chiamare di lontano.* GERM. Außhinrüffen. HISP. *Llamar de lexos.* ANGL. *To call one a far of.* } Plaut. *in Pseud.* Herus si domi est tuus, quin prouocas? ¶ Aliquando prouocare, est in aliquod certamen vocare, siue ludendi, siue lædendi gratia, id est, lacessere, & postulare. { הסית *hesith* העיר *hebir.* προκαλέομαι. GALL. *Deffier, prouoquer au combat.* ITAL. *Sfidare.* GERM. Außhin heuschen zum streit/außbieten. HISP. *Desafiar el enemigo.* } Hinc dicimus prouocare ad pugnam, prouocare ad certamen, prouocare in alea, prouocare minimo. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 3. Crispinus minimo me prouocat, digito scilicet. Solemus enim dicere nos tantum digito valere, quantum aliis brachio. Budæus. Liu. *lib.* 7. Gallus, magnitudine atque armis insignis, prouocat per interpretem vnum ex Romanis qui secum ferro decernat. Prouocare aliquem literis, est litteras missitando, alium ad rescribendum inuitare. Cicer. *Mario,* Tuis amantissimis literis prouocatus. Prouocare aliquem iniuriis, id est, lacessere & irritare. Plin. iun. *in Epist.* Quamuis etiam multis prouocatus iniuriis, nunquam tamen ab amicitia recessi. Seneca, Prouocata Ciceronis tyrociniis Syllana potentia. ¶ Aliquando prouocare, est maioris iudicis, potestatísve opem implorare, appellare, & coniungitur cum accusatiuo, vel cum præpositione Ad, vel siue קרא *kará.* ἐπικαλέω. GALL. *Appeller par deuant vn iuge superieur.* ITAL. *Prouocare, appellarsi ad giudice superiore.* GERMAN. Einrechtshandel von einem richter für ein höheren ziehen/appellieren. HISPAN. *Apelar por el superior.* } Cicero *Attic.* Quum alter ad Senatum prouocasset, alter verò appellasset Tribunos. Liuius *libro* 3. Quòd si Tribuni eodem fœdere obligatos se fateantur tollendæ appellationis causa, in quam conspirasse Decemuiros criminati sunt, ait se prouocare populum, implorare leges de prouocatione, & Consulares, & Tribunitias eo ipso anno latas. Quem enim prouocaturum, si hoc indemnato indicta causa, non liceat? Cui plebeio & humili præsidium in legibus fore, si Apio Claudio non sit? Sed documento futurum, vtrùm nouis legibus dominatio, an libertas firma sit, & appellatio, prouocatióque aduersùs iniuriam magistratuum ostentata tantùm inanibus literis, an vera data sit. Ex his exemplis apparet Prouocare maius esse, quàm appellare. Nam apud Ciceronem alter prouocat ad Senatum; alter appellat Tribunos. Et apud Liuium, Appellantur Tribuni, prouocatur ad populum ¶ Prouocare argumenta, id est, proferre ex confirmatione in perorationem. Item, prouocare simultates. Quintilian. ¶ Prouocare, autore Bud. videtur aliquando poni pro vincere, seu superare Quintilian. *lib.* 10. Elegia quoque Græcos prouocamus: hoc est, quasi certi de victoria, in contentionem vocamus. Sic Plin. *lib.* 35. *c.* 10. Pinxit & heroa nudum, eáque pictura naturam ipsam prouocauit. Idem *lib.* 16. *c.* 8. Omnes tamen has eius dotes ilex solo prouocat cocco. ¶ Prouocare in integrum dixit Cicer. *ad Brutum,* de Cæsare verò quod fieri debuit, ac potuit, transactum est: neque iam prouocari in integrum potest, hoc est, integrum iam non est illi vt prouocare possit iure. ‖ ¶ Prouocare ad iudicium. *D. lib.* 5. *de iudiciis, l.* 13. Sed magis placuit eum videri actorem qui ad iudicium prouocasset.

Prōuŏcātŏr, is, verbale, qui alterum ad pugnam, certaménve prouocat. { מסית *massith* מעיר *meïr.* προκλητής, προκλήτης. GALL. *Prouoqueur & irriteur, deffiant.* ITAL. *Chi sfida, sfidatore.* GERM. Außbieter oder lader zum streit. HISP. *El que desafia à otro.* ANGL. *A prouoker to fight.* } Plin. *de viris illustribus.* Aduersùs ingentem Gallum prouocantem solus Valerius Tribunus militum omnibus territis processit Cicer. *pro Sest.* Quum verò ne de vænalibus quidem homines electos, sed ex ergastulis emptos, nominibus gladiatoriis ornauit, & sortitò alios Samnites, alios prouocatores fecerit, &c. ¶ Prouocator item de eo qui prouocat ad alium iudicem. Labeo *D. de verb. signif.* At multæ prouocatio est, nec ante debetur, quàm aut non est prouocatum, aut prouocator iussus est.

Prōuŏcātōrĭŭs, adiectiuum. προκλητικός, vt Prouocatoria dona militaria quæ meruit prouocatus: quod humanius est quàm prouocasse. Gell. *lib.* 2. *c.* 11. Populi militaria dona habuit multiiuga, in his prouocatoria pleraque.

Prōuŏcātĭo, nis, verbale. { πρόκλησις, παράκλησις. GALL. *Deffiement.* ITAL. *Diffida.* GERM. Außbietung/das außhin laden zum kampff HISP. *Desafio.* ANGL. *Prouoking.* } Vnde dicta prouocatio, vide Plin. *Præfat.* Quid differat ab Appellatione, vide *Appellatio.* sup. Ex prouocatione interfecit eum, Plin. *lib.* 37. *cap.* 1. Velleius ita, ex prouocatione hostem occidit. ¶ Prouocatio, appellatio. { ἔφεσις. GALL. *Appel ou appellation*

tion deuant vn iuge superieur. ITAL. *Appellatione ad vn giudice superiore.* GER. Ein appellation von einem richter für einen höheren. HISP. *Aquella obra de atelar, apelacion.* ANG. *A pealing to an other iudge.*} Cic. 4. *Academ.* Commemorant reliquos, qui leges populares de prouocationibus tulerunt. Quid turpius quàm Senator sine prouocatione? Cic. 3. *de Legib.*

Prŏuŏlo.as, Auolo, vlteriùs volo. { ἀποπτάω. GALL. *S'enuoler, s'en aller hastiuement* ITAL. *Volare, correre velocemente.* GERM. Fürauß fliegen/ hinweg fliegen. HISP. *Volar à lexos, correr ligeramente.* ANGL. *To flee away or farre of.*} Plin. *lib.* 10. Tunc vniuersæ prouolant, si dies mitis futurus est. ¶ Liu. *lib.* 2 per translationem pro procurro posuit. Sic primùm infensis hastis prouolant duo Fabij totámque secum mouerunt aciem. Idem *lib.* 3. *ab Vrb.* Is elato negotio suis, vt corpus obtegerent, ipse inlocum vicémque Consulis prouolat.

Prŏuŏluo, is, Voluendo protrudo. { προκυλίω. GALL. *Rouler auant soy.* ITAL. *Riuolgere.* GERM. Vor gannen welțen/fürt rollen. HISP. *Reboluer.* ANG *To roll forth before him.*} Liuius, Ingentia saxa in subeuntes prouolentibus Barbaris. Terent. *in Andr.*—iam ego hunc in mediam viam prouoluam. Gell. *cap. vlt. lib.* 1. Prouolutus effusúsque in iram. ¶ Prouoluere se ad genua alicuius, est sese humi supplicem prosternere, & veniæ impetrandæ gratia, genua eius amplecti, in quibus antiqui misericordiæ sedem esse voluerunt. προκυλινδεῖσθαι. Liu. 4. *bell. Maced.* Legati vbi hæc audierunt, flentes ad genua Consulis prouoluuntur. Idem *lib.* 6. *dec.* 6. ‖ Prouolui fortunis, quod & fortunis labi. Corn. Tacitus *lib.* 5. Multíque fortunis prouoluebantur. { ITAL. *Diuentar fallido.* GALL. *faire bancqueroutte* GERM. Banckerotten spilen, }‖

Prouorsus, a, um, prouersus.

Prŏut, aduerbium similitudinis, idem valens quod perinde vt, vel quemadmodum vt. { כאשר chaaschér כמוש chemósche. ὡς. GALL. *Selon que, ainsi que.* ITAL. *Come, secondo che.* GERM. Nach dem. HISP. *Como.* ANG. *According as.*} Cicer. *Attic.* Tuas litteras prout res postulat, expecto. Idem *in Verrem.* Prout Thermitani hominis opes ferebant. Liu. *lib.* 9. *ab Vrbe,* Raptim collatæ sarcinæ in medium, & prout tempus patiebatur, instructa acies. Velleius, Bella inita prout eorum duces, &c. Senec. *c.* 7. *de consol. ad Mart. &* 18. *Ibid.* Proinde prout.

Prouulgo, in vulgus notifico, promulgo. Sulpit. Seuer. *lib.* 1. Facti miraculum prouulgauit.

Prox, bona vox. Fest.

PRŎXĔNĒTĂ, æ. { προξενητής. GALL. *Vn cortier ou moyenneur de quelque affaire.* ITAL. *Sensale* GER. Ein mittler der jre zween in einem kauff oder anderem contract / eins machet. HISP. *El corredor de la mercaderia.* ANGL. *A broker* Licitator, mediator, conciliator, siue interpres duorum inter se stipulantium, aut spondentium, aliúmve quemuis contractum, conuentúmque ineuntium. A verbo προξενέω, quod est conciliatorem contractuum ago. Martial. *lib.* 10.

Quæ sulphurato nolit emota ramento,
Vatiniorum proxeneta fractorum.

Proxenetria, προξενήτρια, mulier conciliatrix. fœmininum tanquam à προξενητήρ.

Proxeneticus, a, um, ad proxenetam pertinens.

Prŏxĕnētĭcŭm, merces proxenetæ. Vlp. *D. lib. vlt. tit.* 14. *l.* 1. Proxenetica iure licito petuntur.

Prŏxĕnŭpŏlis, προξενούπολις. Vrbs Ægypti, iuxta Naucratiam. Gentile, Proxenupolites Steph.

Prŏxĭmŭs, vide *Prope.*

PRVDENS, ‖ contractum est prouidens, ‖ sagax, multarum rerum peritus. { חכם chachám משכיל maschil נבון nabón δεινός, σοφός, φρόνιμος. GALL *Prudent & sage.* ITAL *Prudente, saputo.* GERM. Weiß/verstendig vnd wolerfaren. HISP. *Prudente sabio.* ANG. *wise, prudent.*} Cic. *de Orat.* Vir natura peracutus & prudens. Idem *de clar. Orat.* Lælius Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens. ¶ Prudentes & improbos videtur comparare. Cæs. *lib.* 2. *de bell ciu.* ¶ Interdum prudens idem est quod sciens, & data opera aliquid faciens, ὁ ἐκὼν, ἐκ προαιρέσεως ποιῶν. Plaut. *Capt.* Etiam multis in locis plus insciens qui fecit, quàm prudens boni. Cic. *Attic.* Ne prudens & sciens eò te dimittas, vnde exitum vides nullum esse. Idem *lib.* 10. *Epist.* Vt in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens & sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus. Differunt autem hæc duo, prudens & sciens, secundùm Donatum, quòd prudens est qui intelligentia sua aliquid cognoscit: sciens qui alterius indicio non percipit: hoc est, prudens per se, sciens per alios. Terent. *in Eunucho,* Et prudens, sciens, viuus, vidénsque pereo. ¶ Prudens pro sciens cum infinitiuo, Plin. *lib.* 8. *c.* 32. de vitulo marino. Euomit fel suum ad multa medicamenta vtile: item coagulum ad comitiales morbos, ob ea se peti prudens. Ouid. 5. *Fast.*

Siue Deum prudens alium, diuámve fefellit. i. sciens.

¶ Interdum prudens accipitur pro gnaro, perito, seu docto. ἐπιστήμων Vnde iuris prudentes dicimus, id est, consultos, & peritos iuris. Cicer. *de Amicitia,* L. Acilius prudens esse in iure ciuili putabatur. Prudens adulandi. Iuuen. *Satyr.* 3.

Quid quòd adulandi gens prudentissima laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici?

Cic. *de clar. Orat.* Omnes ferè Stoici prudentissimi in disserendo. Et cum genitiuo. Liu. *lib.* 4. *d.* 4. Prudentes locorum. Et Gell. *c.* 13. *lib.* 1. A prudentibus iuris (aliàs *viris*) hæc quæstio, arbitrata est. (id est, diiudicata est à iuris peritis.)

Prūdentĭă, æ. Est rerum expetendarum (vt inquit Cicer. 1. *Offic.*) fugiendarúmve scientia. { חכמה chochmáh בינה bináh תבונה tebunáh. φρόνησις. GALL. *Prudence, sagesse.* ITAL. *Prudenza.* GERM. Weißheit/verstand. HISP. *Prudencia, sabiduria.* ANG. *wisdome.*} Idem 5. *de finib.* Vt medicina valetudinis, sic viuendi ars est Prudentia. Idem *de senect.* Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis. Prudentiæ est (sicut docet Macrobius) ad rationis normam quæ quis cogitat, quæque agit, vniuersa dirigere, ac nihil præter rectum, vel laudabile facere. Senec. *cap.* 18. *de consol. ad Polyb.* Duræ magis, quàm fortis prudentiæ Stoici. Prudentiæ insunt ratio, intellectus, circumspectio, prouidentia, docilitas, cautio. Græcè dicitur φρόνησις, qua voce vsus est & Plaut. *in Trucul.* Quæ hîc habet Phronesium, omnem ex pectore mouit meo Phronesin.

Prūdentĕr, aduerb. Sapienter, prouidè. φρονίμως. GALL. *Prudemment, sagement, sçauamment.* ITAL. *Prudentemente* GERM. Weißlich/fürsichtiglich. HISP. *Prudentemente y sabiamente.* ANGL. *wiselie, witelie.*} Cic. 5. *de fin.* Facit igitur L. noster prudenter qui audire de summo bono potissimum velit, Plin. *Epist.* 233. Prudenter autem constituis interim nauibus, interim vehiculis vti. Gell. *c.* 13. *lib.* 11. suppressiùs prudentiúsque peccare, id est, cautiùs.

Prugnum, pro priuignum, Paul. *in fragm.* Fest. nempe contractè.

Prŭīnă, æ, à perurendo, quòd fruges & virgulta perurat. { כפור chephór, πάχνη. GALL. *Gelée.* ITAL. *Brina.* GERM. Ein reiff. HISP. *La elada ò yelo que quema.* ANG. *Hoare or rowe frost.*} Ex rore gelido nascitur, nec fit nisi immoto aëre, & sereno. Cic. *de nat. deor.* Pars obriguit niue, pruináve longinquo Solis abscessu. Virg. 2. *Georg.*

———*id venti curant gelidaque pruina.*

Idem *lib.* 3. *Georg.* stant circunfusa pruinis Corpora magna boum. Cic. *Catil.* Quo autem pacto illi Apenninum, atque illas pruinas, ac niues perferrent, nisi idcirco se facilius hyemem toleraturos putant, quòd in conuiuiis nudi saltare didicerunt.

Pruinosus, a, um, Adiect. παχνώδης. Pruinæ obnoxius, Col. *lib.* 4. *c* 17. Frigidis & pruinosis regionibus. Ouid. 2. *Amor.*

Longa pruinosa frigora nocte pati.

Prūnă, æ, à carbone ita distinguitur, quòd illa ardens sit & viua, carbo autem extinctus. { גחל ghechál פחם pechám. ἀνθρακιά. GALL. *Braise de feu, brasier, charbon ardant* ITAL. *Barggia di fuoco.* GER. Ein glut/brennende kol. HISP. *La brasa, carbon encendido.* ANG. *A cole bourning or a liue cole.*} dicta pruna à perurendo. Virg. 5. *Æneid.*

Subiiciunt verubus prunas, & viscera torrent.

Plin. *lib.* 19. *c.* 6 Si radicem betæ in pruna tostam superederint. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 5.

Prætextam & latum clauum prunæque batillum.

PRVNVS, i, arbor quæ pruna producit. { κοκκυμηλέα. GALL. *Vn prunier.* ITAL. *Arbore de prugno, sosinaro.* GER. Ein pflaumenbaum. HISP. *El ciruelo arbol.* ANGL. *A plume tree.*} Colum. *lib.* 2. *cap.* 2. Multa sunt quæ & dulcem terram, & frumentis habilem significent: vt iuncus & calamus, vt gramen & trifolium, ebulum, rubi, pruni syluestres. Virg. 2. *Georg.*

Et sæpe alterius ramos impune videmus
Vertere in alterius, mutatámque insita mala
Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna.

Prūnum, i, arboris fructus dicitur. { κοκκύμηλον. GALL. *Vne prune.* ITAL. *Sosino.* GER. Ein pflaumen. HISP. *La ciruela.* ANGL. *A plumme.*} Mart. *lib.* 11. Pruna peregrina carie rugosa senectæ Sume, solent duri soluere ventris onus. Virg. 4. *Georg.* Edurámque pyrum, & spinos iam pruna ferentes. Idem 2. *Eclog.* Addam cerea pruna, & honos erit huic quoque pomo.

Prūnētum, locus prunis consitus. κοκκυμηλών.

PRVRIO, is, quasi peruro. { κνήθομαι. GALL. *Se demanger.* ITAL. *Prurire, rodere, pizzare.* GERM. Beissig oder krețig sein. HISP. *Tener comezo.* ANGL. *to tich.*} Est enim prurire propriè libidine scalpendi ardere, excrementis spirituosis, sibi per poros exitum quærentibus. ¶ Prurit, pro præsagit malum. Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Perij, dentes pruriunt. Idem *in Milit. sc.* 4. *a.* 2. Timeo quid rerum gesserim, ita dorsus totus prurit. (i. præsagit malum.) Idem *in Bacchid. in extr. sc.* 2. *a.* 5. Caput prurit, perij. Et *in Persa,* Vah iam scapulæ pruriunt, &c. Idem *Pœn.* An dentes pruriunt? ¶ Prurire item interdum fœdæ significationis verbum est: idem significans quod genitalium partium pruritum excitare, & rei venereæ appetitum gignere. Mart. *lib.* 14. *de puella Gaditana,*

Tam tremulum crissat, tam blandum prurit, vt ipsum
Masturbatorem fecerit Hippolytum.

Idem *lib.* 1.

Lex hæc carminibus data est iocosis,
Ne possint, nisi pruriunt, iuuare.

Catull. *in Gell. Epigr.* 18.

Quid facit is, Gelli, qui cum matre, atque sorore
Prurit, & abiectis peruigilat tunicis.

Prūrītŭs, us, Sensus leuis mortificationis, circa cutem ad scalpendum nos inuitans. { חרס cherés. κνησμός, κνηθμός. GALL. *Demangement.* ITAL. *Prurito, rudimento, pizza.* GERM. Beissigkeit/juckung der haut. HISP. *La comezon.* ANGL. *Itching.* } Fit autem ab excrementis spirituosis, exitum sibi molientibus. Plin. *lib.* 9 *cap.* 45. Vis pruritu mordax.

Pruriga, vide *Peroriga.*

Prūrīgo, nis, Pruritus. { חרס cherés. κνηθμός. GALL. *Demangement.* ITAL. *Pizzicore.* GERM. Das beissen vnd iucken. HISP. *Comezon.* ANGL. *Itching or the itche.*} Col. *lib.* 7. *cap.* 5. Nam subest aspera cutis, & velut quædam prurigo. Plin. *lib.* 20. *c.* 8. Nigræ radices ita in aqua coctæ pruriginem tollunt.

Prūrīgĭnōsŭs, qui laborat prurigine. Gaius *D. lib.* 21. *tit.* 1. *l.* 3. Vel pruriginosi, vel scabiosi.

Prūsă, Προῦσα, oppidum est Bithyniæ Phrygibus & Mysis finitimum, à Prusa rege qui cum Cyro bellum gessit, ad radices Olympi montis conditum. Autor. Strab. *lib.* 12. quamuis Plin. *lib.* 5. *cap.* 32. ab Annibale conditum velit. ¶ Est & altera Prusa sub Hippo monte, seu fluuio, vt est apud Ptolemæum Hoc autem discrimine à Prusa, quæ sub Olympo est, dirimitur. Hæc enim à Plinio Prusa dicitur, quæ Cios quondam fuerit. A qua Prusienses προυσιεῖς vocantur.

Prūsĭăs, adis, Προυσιάς, vrbs Bithyniæ, olim Cius dicta, à Prusia rege condita cognomento Zela, ad Argantonium montem. Hic est ille Prusias qui Annibale superato Antiocho suscepit: vt est videre apud Strabonem *lib.* 12. Plin. *lib.* 5. *c.* 32. etiam hanc Prusam appellat eodem nomine quo alteram ad Olympum sitam.

Prūsĭăs, Προυσίας, Rex Bithyniæ, apud quem Annibal exulauit, post quam victus à Romanis, tanquam rupti fœderis autor deposceb atur ad pœnas. ¶ Fuit ante hunc & alter Prusias Bithyniæ Rex, qui cum Cyro bellum gessit, & Prusam vrbem ad Olympum Mysium condidit. Autor Strab. *lib.* 12.

‖ Prussia, olim Borussia, Pruyssen, vltima Germaniæ regio, ad mare Balticum

ticum, anno 1215. à Crucigeris Equitibus Teutonicis est subacta. Anno 1417. cùm prouinciæ & ciuitates Borussiæ ad Casimirum Poloniæ regem defecissent, grauissima bella inter Crucigeros & Polonos sunt exorta. Demum anno 1525. Albertus Brandeburgicus ex Magistro Crucigerorum dux Prussiæ ab auunculo suo Sigismundo Poloniæ Rege creatus est: & Prussia ipsa diuisa est in Regalem, & ducalem.‖

Prymnēsĭă, πρυμνήσια, vrbs Mæoniæ in finibus Lydiæ, Phrygiæ, ac Mysiæ. Ptol. *lib. 5. c. 3.*

Prymnēsium, πρυμνήσιον, funis quo nauis ad continentem religatur. Plin. rudentem vocat, nonnulli oram. Prymnesium autem dictum est ἀπὸ τῆς πρύμνης, eo quòd è puppi soleat emitti.

‖Prymnesius, a, um. propriè ad πρύμναν, id est, puppim pertinens.‖

Prymnō, ûs, πρυμνώ, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, cuius meminit Hesiod. *in Theogon.*

Prytănēum, πρυτανεῖον, locus erat Athenis in Arce dignissimus, vbi iudices & magistratus habere consilium solebant. In Prytaneo item alebantur publicè qui benè meriti erant de Republica, qui honos Athenis maximus habebatur. Cicer. *lib. 1. de Orat.* Et vt ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur. Sic dictum quasi πυρὸς ταμεῖον, tritici promptuarium, vel horreum publicum. Dionysius Prytanea vocat curias in quibus sacra fiebant ab his qui maximam in vrbe haberent potestatem. Vide Liuium *lib. 1. dec. 5.*

Prytănis, πρύτανις, à verbo Græco πρυτανεύω, quod est magistratum exerceo, vel guberno: summus Athenis magistratus erat, cui reipublicæ administrandæ cura incumbebat. Erant autem πρυτάνεις numero quinquaginta, decimam partem curiæ quingenariæ efficientes, in orbem πρυτανεύοντες. hoc est, magistratum administrantes, singulisque mensibus vices commutantes. Senec. *c. 3. de tranq.* Non vis enim nisi consul, aut Prytanis, aut Ceryx, aut Sufes administrare Remp.

P S

Psăltēs, Latinè cantor. { מזמר mezammér. ψαλτής. }

Psaltrius, idem. Cic. *de Arusp.* P. Clodius a crocota, à mitra, à muliebribus soleis purpureisque fasciolis, à strophio, à psaltrio, à flagitio, à stupro est factus repentè popularis. Hic in omnibus ferè codicibus legitur, à psalterio, non à psaltrio; itaque legit Calepin. *infrà* in verbo *Psalterium.*

Psaltrĭă, æ. { מזמרת mezamméreth. ψάλτρια. GALL. *Chanteresse.* ITAL. *Cantatrice.* GERM. Ein sengerin. HISP. *Cantadora.* ANG. *A singing woman.* } Cantatrix, quæ scilicet instrumento aliquo musico canit: a Latinis fidicina dicitur, quasi fidibus canens. Terent. *in Adelph.* Istæc iam penes vos psaltria est? Cic. *3. Tusc.* Qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur.

Psăllŏcĭthărĭstæ, vide *Psilocitarista.*

Psallo, is. { זמר zimmér. ψάλλω. GALL. *Chanter* ITAL. *Cantare* GERM. Singen. HISP. *Cantar.* ANGL. *To sing, to play en harpe or lute.* } verbum est merè Græcum, idem significans quod cano, siue id ore fiat, siue instrumento musico. Vnde Budæus illud Gellij *lib. 19. c. 9* Qui canerent voce, & qui psallerent: interpretatur citharam pulsarent. Horat. *2. Epist. 1.*

——pingimus, atque
Psallimus, & luctamur Achiuis doctius vnctis.

Idem *4. Carm. Ode 13.*

——Ille virentis, &
Doctæ psallere Chiæ
Pulcris excubat in genis.

Cic. *in Catil.* Hi pueri tam lepidi, ac delicati, qui non solùm amare, & amari, neque cantare & psallere, sed etiam sicas vibrare, & spargere venena didicerunt.

Psalmă, atis, carmen quod fidibus canitur. { מזמור mizmór זמרה zimráh. ψάλμα. GALL. *Chant*, *chanson.* ITAL. *Canto.* GERM. Ein gesang oder psalm. HISP. *Cancion.* ANGL. *A songe.* } Diapsalma, διάψαλμα, silentium & quies quædam inter psallendum interposita. Nam vt sympsalma dicitur vocum copulatio in cantando, ita diapsalma disiunctio, vbi quædam requies distinctæ continuationis ostenditur.

Psalmista, qui psalmos facit. Sic Psalmorum auctorem (vt Dauidem) vocant Ecclesiastici scriptores. Hieron ad Eustoch. Audi Psalmistam dicentem, Filia Babylonis misera.

Psalmodus, ψαλμῳδός, qui psallit fidibus & simul canit ore.

Psalmōdĭă. { נגינה neghináh. ψαλμῳδία } ex ψάλλω & ᾠδὴ compositum est, psalmodi actio, Cantus missus, vt quum aliquis ad musicum instrumentum voce accinit.

Psalmographus, qui psalmum scribit: ψαλμογράφος.

Psalmus, i. { מזמור mizmór זמרה zimráh. ψαλμός. } Latinè canticum à ψάλλω, canto, quod ad psalterium cantaretur.

Psaltērium, ij. { נבל nébel. ψαλτήριον. } Græca dictio est, quod Hebraicè nablon, Latinè organum laudatorium dicitur. Et est (vt Hieronymus scribit) in modum quadrati clypei cum decem chordis, sicut scriptum est, in psalterio decem chordarum psallite illi. Idem *in expositione Psalmorum* sic ait, Psalterium propriè genus organi musici, melius sonans quàm cithara, similitudinem habet citharæ, sed non est cithara. Inter psalterium & citharam hoc interest, quòd cithara deorsum percutitur: psalterium verò sursum: quod verbo vulgari *polypthongum* dicitur. Et, *alio loco*, Cithara deorsum habet cauamen, & sex chordas habet: Psalterium sursum habet cauamen. Augustinus Psalterium est organum quod quidem manibus portatur percutientis, & chordas distinctas habet, sed illum locum vnde sonum accipiunt chordæ, illud concauum lignum quod pendet, & tactum resonat, quia accipit aërem, psalterium superiore parte habet. Cithara autem hoc genus ligni cauum & resonans in inferiore parte habet. Itaque in psalterio chordæ sonum desuper accipiunt: cithara chordæ sonum ex inferiore parte accipiunt. Cicer. *de Arusp. resp.* P. Cornelius à muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, à strophio, à psalterio, à flagitio, à stupro factus est repentè popularis. Quint. *lib. 1. cap. 10.* Nec psalteria, aut spadices etiam virginibus probis recusanda.

‖Psaltes, ψάλτης, qui psallit: qui psallere potest. à præterito passiuo ἔψαλται.

Psaltria, quæ canit. ψάλτρια fœm. à ψάλτης: vt ποιήτρια à ποιητής.‖

Psămăthē, ψαμάθη. Fons est apud Thebas. Valer. Flac *lib. 1. Argonaut.*

Qui tenet vndisonam Psamathem.

¶ Fuit etiam hoc nomine Crotopi Argiuorum Regis filia, quæ ab Apolline compressa, Linum peperit, quem inter sentes occultatum canes dilacerauerunt. Vide Statium *lib. 5. Thebaid.*

Psămmăthūs, untis. ψαμμαθοῦς, Laconicæ oppidum, Tænaro promontorio proximum. Gentile Psammathuntius, ψαμμαθούντιος, siue Psammathutius. ψαμματούσιος Steph.

Psămmĕtĭchus, ψαμμήτιχος, nomen Regis Ægypti, cuius sæuitia (vt inquit Herodotus vnà cum Diodoro) ducenta hominum millia ex Ægypto in Æthiopiam profugêre. Strabo, Tenesis regio vocatur, quam qui in Psammetichum fugerent, obtinent, & Sebritæ nominantur, hoc est, aduenæ. Huius filiam rapuerunt crocodili, inquit Ælian. *lib. 10. cap. 31.* propter quod ipsum ab Apollonopolitis summa in detestatione habentur.

Psĕcăs, adis. { דלף déleph אגל éghel. ψεκάς. GALL. *Vne goutte.* ITAL. *Gocciola.* GERM. Ein tropff staubregen/ quæ scil. tenuis. HISP. *Gota.* ANGL. *A droppe.* Gutta, siue stilla dici potest. Hadr. Iun. in Nomencl. *Psecas* pluuia tenuis, ψακάς Sophocli. Apul. *lib. de Mundo*, ex Aristotele, psecadas interpretatur stillicidia. Micæ quoque inter arenas lucentes, psecades dicuntur. Quinetiam ancillæ quæ delicatarum matronarum capillos medicato fuco conspergunt, à Græcis hoc nomine appellatæ sunt.

Psēgmă. tis, ψῆγμα, idem ferè quod flos æris. Plin. *lib. 34. cap. 13.* In ærariis officinis & psegma fit. ¶ Psegma quoque pro ramento auri vsurpatur, vt apud Herodotum *in Thalia*, Indi (inquit) vt sunt multitudine multo numerosissima omnium quos nouimus hominum: ita tributum conferebant aliorum comparatione maximum, trecenta scilicet, & sexaginta psegmatis talenta, id est, aurei ramenti. Ramentum auri arena est aurea, ob id alio nomine ab eodem autore chrysitis dicta. Chrysammos etiam ad verbum aurea arena dicitur. *lib. 11. Codicis Iustiniani*, Aurum autem ramentitium (inquit ille) inuenitur esse talentum Euboicorum quatuor millium sexcentorum & octoginta, si ita ratio ineatur, vt psegma tredecies tanto argenti rependatur. Strab. *lib. 3.* Ac ne aurum quidem solùm effoditur, sed etiam trahitur Deferunt enim aurum amnes, & torrentes auream arenam quæ etiam multis in locis aquarum indigis reperitur: sed in his non apparet: in iis autem locis quæ fluminibus aluntur, auri psegma, id est, scobs aurea resplendescit.

Psĕllŭs, ψελλός, nomen autoris, qui scripsit de ratione victus.

Psen, ψὴν, vermiculus in caprificis nascens: culex ficarius. plural. ψῆνες.

Psēphĭsmă, atis, ψήφισμα, Greca dictio, quæ Latinè interpretari potest decretum, vel plebiscitum per suffragia factum Cic. *pro Flacc*, Sic sunt expressa ista præclara, quæ recitantur psephismata, non sententiis, nec autoritatibus declarata.

Psēphŏpæctæ, ψηφοπαίκται. Græco vocabulo dicuntur quos nos præstigiatores appellare possumus, seu saccularios, seu calcularios impostores, qui habili fallacique manuum motu spectatoribus imponunt. ψῆφοι enim inter cætera calculos significant, quibus aut ratio subducitur, aut suffragia feruntur. vnde qui calculis huiusmodi lusitans, spectatorum oculos præstringit, psephopæctes dicitur.

Psetta, ψῆττα, piscis è genere latorum. Plin. *Psitta.*

Psĕvdŏs, { כזב chazáb שקר scekér. ψεῦδος. GALL. *Fausseté*, *mensonge.* ITAL. *Falsità, mendacio* GER. Ein lug oder falsch. HISP. *Falsedad, mentira.* ANGL. *Alie.* } Latinè sonat mendacium, siue falsum: eóque frequenter vtimur in compositione Græcarum dictionum: vt Pseudographus, & similia. Quoties autem propriis nominibus in compositione iungitur, non tam falsitatem significat, quàm omnimodam similitudinem, vt Pseudophilippus, qui propter omnimodam similitudinem à quibusdam falsò habitus fuit pro Philippo.

Pseūdănchūsă, ψευδάγχουσα, herba anchusæ simillima, sed lanuginosior, & minus pinguis, à quibus enchusa & adoris appellata. Plin. *lib. 22. c. 20.*

Pseudapostolus, ψευδαπόστολος, falsus Apostolus, falsò sic dictus: ψευδόμενος ἀπόστολος.

Pseudisodomon, inquit Plin. *lib. 36. c. 22* structuræ genus appellant, quum parietes ex inæqualis crassitudinis lapidibus constant.

Pseūdŏbūnĭon, ψευδοβούνιον, genus herbæ in Creta, palmi altitudine fruticans, foliis napi, acribus. Plin. *lib. 24. cap. 19.* Diosc. *lib. 4. c. 126.*

Pseudocăto, nis. Cicer *ad Atticum. lib. 1.*

‖Pseudocatones, hypocritæ. Bud.

Pseudodecimianum, piri genus, quasi falsum decimianum. Plin. *lib. 15. 15.*‖

Pseūdŏdictămum, ψευδοδίκταμνος, falsum dictamum, genus herbæ quæ in Creta similis pulegio nascitur. Plin. *lib. 26. cap 9.*

Pseudodipteros, tanquam falsò duas alas habens.

Pseudolus, nomen fabulæ Plauti, nec non etiam Serui. ¶ Pseudulus Apollo apud Varron.

Pseūdŏmĕnŏs, syllogismus, ψευδόμενος συλλογισμός, Argumenti, seu sophismatis genus fallaci stropha differentes implicās. Cic. *2. de diuin.* ratiocinationem mentientem interpretatur, Quandoque autem (inquit) mentientem, quem ψευδόμενον vocant, dissoluas?

Pseudographiæ, Quintil. *lib. 1. cap. 10.* Fit hoc & in numeris per quasdam quas pseudographia vocant, quibus pueri ludere solebamus.

Pseūdŏpōrtĭcŭs, Falsa porticus, ψευδοστοά. Nam in ædificiis partes quæ fiunt ad imitationem, nec integrum, nec principalem, sed precarium, aut temporarium vsum præbent, quasi alienum opus mentiencia, hoc nomine insigniri solent: vt Pseudotyrum, & Pseudoaulæ similiáque hic complura apud Vitruuium.

Pseūdŏprŏphētæ, ψευδοπροφῆται, Falsi Vates.

Pseūdŏthyron, ψευδόθυρον, quasi falsum ostium, vnde pro postica sumitur. Orosius, Veruntamen sequenti anno tanta fames Romæ fuit, vt medio foro, Imperator corruptus à populo, & conuitiis & fragminibus panis turpissimè infestatus, ægrè per pseudothyrum in palatium refugiens, furorem excitatæ plebis euaserit. Cicer. *in Verrem*, Ea quemadmodum ad istum postea per pseudothyrum reuertatur, tabulis vobis & testibus Iudices planum faciam.

Pseūdŏurbānă, ædificia, dicuntur à Vitr. ædificia rustica, vrbana elegantia exstructa. Bud.

Pseudulus, Apollo Varroni dicitur.

Pseudartace, ψευδαρτάκη, Collis Scythiæ, post montem sacrum, Stephanus.

Pseudocorasium, ψευδοκοράσιον, Litus magnum inter Coricum & Seleuciam Isauricam, tria stadia longum, & in lunæ similitudinem curuatum. Steph.

‖ Pseudocostus, herba vmbellifera. H.P. ‖

Psilocitharista, æ, qui solo nudóque citharæ cantu psallit, sua ipse voce non accinens, nec in choro canens. Nam citharœdi etiam ad fides canunt: Chorocitharistæ plures vnà fidibus modulatè concinunt Tranquillus *in Domitiano cap.* 4. Certabant etiam & prosa oratione Græcè Latinéque, ac præter citharœdos chorocitharistæ quoque, & psilocitharistæ. Vbi mendosè scribitur *psallocitharistæ*.

Psilothrum, ψίλωθρον, vnguentum depilatorium quo mulieres, virique molliores vtebantur, vt corpus glabrum, & læue redderent: à ψιλόω, nudo. Vnde apud Galenum legitur salamandras habere vim psilothri. Martial. *lib.* 6.

Psilothro nitet, aut arida latet oblita creta.

¶ Psilothrum præterea dicitur vitis alba, quòd eius semen, & vua vitia cutis in facie detergat, & quasi faciem depilet. Vide Plin. *lib.* 23. *cap.* 1.

Psimmythium, ψιμμύθιον, dicitur quod nos cerussam nominamus. Fit ex plumbo, acri aceto resoluto. Plin. *lib.* 22. *cap.* 18 Psimmythium, hoc est, cerussam, plumbariæ dant officinæ.

Psitta, eadem *psetta*. { ψῆττα. ANGL. *A plaice fishe.* } Piscis plani genus quem nos pallerem vocamus, vt vertit Theodorus ex Aristot. *de nat anim.*

Psittacus, { ψιττακός, ψιττάκη. GALL. *Vn papegay, vn perroquet.* ITAL. *Papaggallo.* GERM. Ein Sittich oder papegey. HISP. *Papagayo.* ANG. *A parret or popingay.* } Auis ex India, aut occidui Oceani insulis, vocem humanam miro naturæ artificio exprimens. Martialis *lib.* 14.

Psittacus à vobis aliorum nomina disco,
Hoc per me didici dicere, Cæsar aue.

De hac aue Apuleius *lib.* 2. Color psittaco viridis, & intimis plumulis, & extimis palmulis, nisi quòd sola ceruice distinguitur: Enimuero ceruicula eius circulo minio, velut aurea torque, pari fulgoris circumactu tingitur, & coronatur. Rostri prima duritia. Quum in petram quampiam concitus, altissimo volatu præcipitat, rostro se, velut anchora, excipit. Sed & capitis eadem duritia qua rusticum sermonem nostrum cogitur æmulari. Ferrea clauicula caput tunditur, imperium magistri vt persentiscat: hæc ferula discenti est. Discit autem statim pullus vsque ad duos ætatis suæ annos, dum facilè os, vt conformetur, quum tenera lingua vti velit, conuibretur. Senex autem captus, & indocilis est, & obliuiosus. Verùm ad disciplinam humani sermonis facilior est psittacus glande qui vescitur, & cuius in pedibus, vt hominis, quini digituli numerantur. Non enim omnibus psittacis id insigne, sed illud omnibus proprium, quòd eis lingua latior quàm cæteris auibus: eò faciliùs verba hominis articulantur, patentiore plectro & palato. Id verò quod dicit, ita similiter nobis canit, vel potiùs eloquitur, vt vocem si audias, hominem putes: nam quidem si videas, idem conari, non eloqui. Verùm enimuerò & coruus, & psittacus nihil aliud quàm quod didicerunt, pronunciant. Si conuitia docueris, conuitiabitur, diebus ac noctibus perstrepens maledictis. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 42. & Varro 3 *de re rustic. cap.* 9.

Psœadicus, apud Cœlium Aurelianum, qui clunium dolore afficitur.

Psole, ψωλή, mentula.

Psophis, idis, ψωφίς, Arcadiæ ciuitas, à Psophide Lycaonis filio, aut vt alij malunt, à Psophide Erycis Siculi filia condita. Ouid. *lib.* 5. *Metam.*

Vsque sub Orchomenen, & Psophida, Cyllenénque.

In insula quoque Venetorum Zacyntho arx ipsa vocabatur Psophis, & aliæ multis locis. Autor Hermolaus *in Plinium*. ¶ Est & alterum eiusdem nominis oppidum in Arcadia. Item tertium in Achaia.

Psora. { ψώρα. GALL. *Galle, rongne, maladie qu'on dit de sainct Main.* ITAL. *Ruuidezza di pelle.* GERM. Ein schüppechtige raud. HISP. *La sarna.* ANG. *Scuruinesse.* } Cutis asperitas squamosa: & videtur alia à scabie, quum Plin. *lib.* 20. *cap.* 1. dicat, Arida cum resina, impetiginem & scabiem, quam φώραν & λειχῆνας vocant, sanat. Fit autem à ψῶ, scalpo. Nam qui psora laborant, vlcera, siue pustulas supra modum contingere, palpare & scalpere cupiunt. Hinc adiectiu. Psoricus, apud Celsum *lib.* 6. *cap.* 6.

‖ Psoriasis, ψωρίασις, vitium eius, qui ψωριᾷ, i. psora infestatur.

Psoricus, a, um, ψωρικός, ή, όν, ad psoram pertinens. ψωρικὰ medicamenta quæ psoras persanant.

Psorophthalmia, ψωροφθαλμία, psoriasis oculorum.

Psychi ψυχή, anima. ‖

Psychrolutres, ψυχρολούτης, dicitur qui frigida aqua corpus lauat, & balneo frigido lætatur. Vnde & verbum ψυχρολουτέω Græcis vsitatum, pro eo quod est frigida lauor. Senec. *lib.* 12. *Epist.* Ille tantus psychrolutres qui Calendis Ianuariis Eurypum salutabat.

Psychomanteum, ψυχομαντεῖον, locus cuiusdam vaticinij, vbi fiebat diuinatio per Manium euocationem. ψυχὴ enim animam, & μαντεία diuinationem significat. Cic. 1. *Tusc.* Ait enim Termaneum quendam Elysium, quum grauiter filii mortem mœreret, venisse in psychomantium, quærentium quæ fuisset tantæ calamitatis causa.

Psychotrophum, ψυχότροφον. Herba duorum cubitorum altitudine angulosum habens caulem, à radice spargens folia ferè lapathi, serrata, semine purpureo: in Italia *Serratula* dicitur, in Gallia *Betonica.* Autor Plin. *lib.* 25. *cap.* 8. Psychotrophon inde dictum, quod locis potissimùm gaudeat alsiosis. ¶ Psychotrophi item pisces quidam appellantur, quod vmbrosis sectentur recessus, ac humido, frigidóque delectentur elemento.

Psydracion, ψυδράκιον, genus pustularum duarum, & subalbidarum, acutarúmque, caput præcipuè infestantium. Vide Æginet.

Psylli, ψύλλοι, populi Libyæ prope Garamantas, à Psyllo Rege dicti (vt inquit Plin. *lib.* 7. *c.* 2.) quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus. Scribit Plutarchus Catonem iter per deserta Libyæ facientem, secum Psyllos duxisse, qui morsibus serpentum mederentur, partim ore trahentes venenum, partim serpentes cantibus mitigantes. In vita Catonis. Sueton. *in August. cap.* 17. Psyllos Cleopatræ admouit, qui venenum exugerent. Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Mos verò illis fuit liberos genitos protinus obiiciendi sæuissimis earum, eóque genere pudicitiam coniugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Hæc Plinius. Meminit horum & Herodot. *lib.* 4. Silius item *de Atyre Psyllo, lib.* 1. Nec non serpentes diro exarmare veneno Doctus Atyr, tactúque graues sopire chelydres, Ac dubiam admota sobolem explorare ceraste. In eandem sententiam de Psyllis scribit & Lucan. *lib.* 9. Gell. *lib.* 16. *cap.* 11. Crinit. *lib.* 1. *cap.* 3. aliíque complures.

Psyllion, ψύλλιον, herba quam vulgus noster *pulicarem* vocat, de qua vide Plin *lib.* 25. *cap.* 11.

Psyllium, ψύλλιον, Ptol. *lib.* 5. *cap.* 1. vrbs Bithyniæ.

Psyra, ψύρα, insula iuxta Chium. Strab *lib.* 14. Vulgò *Psara.* ¶ In hac insula vinum non prouenit. Vnde natum est Adagium, Psyra Bacchum, ψύρα τὸν διόνυσον ἄγοντες, id est, in Psyra Bacchum ducentes. Dictitatum, vbi vinum appositum in conuiuio nemo gustat: vulgari prouerbio, aut de sordido apparatu: hac etiam ratione quæ sordidè parúmque magnificè fierent, Psyrificè facta dicebantur.

Psythia, vuæ genus est ex qua optimum fit passum. Virg. 2. *Georg.*

Et passo psythia vtilior.

Psythium, passum. Plin. *lib.* 14. *cap.* 9. Psythium & melampsythium, passi genera sunt suum saporem, non vini, referentia.

P T

Ptarmica, πταρμική, frutex pyrethrum syluestre, dicta, quòd suo acri odore sternutamentum excitet.

Pte, πτε, syllabica adiectio: quære in dictione *Met.*

Pterelas, πτερέλας, Rex Theleboarum, ab Amphitryone victus: de quo Plaut. *in Amphytr.*

Ptelea, πτελέα Sthephano, vulgò *Foglie*, Asiæ vrbs clarissima, Ionum metropolis, notiore nomine Ephesus dicta. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Pteleon, πτελεόν, Ioniæ oppidum, iuxta Erythras & Mimantem montem. Autor. Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. ¶ Est & aliud eiusdem nominis oppidum in ora Bœotiæ. Idem *lib.* 4. *cap.* 7.

Ptera, πτερά, siue (vt Vitruuius *lib.* 3. *cap.* 2. appellat) pteromata, πτερώματα, in templis, cæterísque maioribus ædificiis dicuntur muri duo in altitudinem consurgentes, alarum instar: vnde & nomen habent. Nam πτερὰ, Græci alas vocant.

Pteria, Cappadociæ vrbs, apud Herodotum *lib.* 1.

Pteris, πτερίς, Latinè dicitur filix: qua voce vsus est Plin. *lib.* 27. *cap.* 9.

Pterygium, πτερύγιον, in oculis vocatur neruosa quædam adnatæ membranæ excrescentia, à maiori angulo vt plurimùm orta, ad oculi Coronam ita procedens, vt interim & pupillam operiat. Plin. *lib.* 34. *c.* 10. Cadmiæ effectus siccare, sanare, sistere fluxiones, pterygia, & sordes oculorum purgare ¶ Pterygion in digitis, apud Paulum Ægin est quum caro excrescit, partem illam contegens, quæ in vngue pterygion appellatur: quod vitium ex paronychia ferè nascitur. At Cels. *lib.* 7. Pterygium dixit esse quum recedit ab vngue caruncula cum magno dolore. Videtur enim diminutiuum esse à πτερόν, id est, ala, quam tunc videtur efficere caro ab vnguibus discedens. Plinius *lib.* 23. *c.* 1. Illinitur eadem cum fico, & pterygiis digitorum ex vino. Idem, Cum oleo etiam paronychias, & pterygia tollit.

Pterna, πτέρνα, vocatur pars inferior naualis mali: circa mediam ferè trachelos, summa pars carchesium nominatur.

‖ Pteroma, πτέρωμα, pennosum in auibus tegmen. Item pinna. πτερόω est alatum facio. ‖

Pterophoros, πτεροφόρος, est regio apud Riphæos montes, sic dicta ab assidua niue quæ ibi pennarum similitudine continuò decidit. Ibi creduntur esse cardines mundi, extremíque siderum ambitus. Plin. *lib.* 4. *cap.* 13. Mox Riphæi montes & assiduo niuis casu pinnarum similitudine Pterophoros appellata regio, pars mundi damnata à natura rerum. ¶ Pterophori item dicti sunt cursores pegasarij, quòd peregrè proficiscentes (vt Dionysius scribit) surrectas in capite pinnas gestare solebant. Ad quod & Iuuenalis allusisse videtur, quum ait,

Tanquam de Cattis aliquid, toruísque Sicambris
Anxia præcipiti venisset epistola penna.

PTISANA, πτισάνη. GALL. *Ptisane, ou orge mondé.* ITAL. *Sigoli d'orzo, acqua cotta d'orzo*, GERM. Ein gerstenbrühe. HISP. *Ordiate, ò ceuada, ò fresada.* ANGL. *A potage made of barley meale.* } Hordeum decorticatum, vel hordei cremor, siue pultis genus ex farina hordeacea in quo est maxima vis restaurandi vires, & nutriendi. De Ptisana vide Plin. *lib.* 18. *cap.* 7. *& lib.* 22. *c.* 25. Latini vocis huius primam syllabam corripiunt, altero sex Græca voce abiecto. Martial. *lib.* 12.

Frumentum, milium, ptisanámque fabámque solebas
Vendere pragmaticus.

Ptisanarium, vas in quo tunditur ptisana { πτισανεῖον. GALL. *Vase à tenir orge mondé.* ITAL. *Vaso da tener acqua d'orzo, ò sugo d'orzo.* GERM. Ein geschirr in dem man gersten stampfft oder kocht. HISP. *Vaso del ordiate ò de estas leches.* } Horat. *lib.* 2. *Serm. Satyr.* 3.

Tu cessas? agedum sume hoc ptisanarium oriza.

Alij volunt ptisanarium orizæ, esse orizam, coctam, vel ptysanam ex oryza.

Ptochium, πτωχεῖον, locus mendicorum, πτωχὸς mendicus.

Ptochotrophia, { πτωχοτροφεῖα. GALL. *Hospitaux.* ITAL. *Spedali* GERM. Ein spittal / ein ort an welchem man die armen erneeret. HISP. *Hospital.* ANGL. *A spittel house.* } Diuersoria, siue domus in quibus mendici nutriuntur. πτωχὸς enim Græci mendicum dicunt, & τρέφω nutrio.

PTOLEMAEVS, πτολεμαῖος, nomen proprium Lagi gregarij militis filij, qui maximæ autoritatis fuit apud Alexandrum Macedonem. Post cuius mortem Ægypto & Aphrica, & magna Arabiæ parte potitus, regnauit annis quadraginta. A quo deinceps Ægyptij reges, Ptolemæi appellati sunt. Hic frequentissimè apud amicos & cœnabat, & dormiebat. Quòd si aliquando cœnam præberet, rebus illorum vtebatur. Accersebat enim

enim scyphos, strata, ac mensas. Ipse præter necessaria possidebat nihil: quin alios locupletes facere regale magis esse dicebat, quàm locupletari. Est autem hoc nomen ἀπὸ τοῦ πτολεμεῖν, hoc est, à pugnando deductum sicut à τιμῶ quod est honoro, Timæus. Hic duos filios habuit, Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemæum Ceraunum. Decessit in rerum gestarum gloria quum paulò antè regni se abdicans administratione, Regem filium constituisset Philadelphum. Autor Trogus *lib.* 15. Philadelphus itaque in regno patri successit, vir doctissimus, Stratonis discipulus: qui bibliothecam illam celeberrimam fecit, quæ vsque ad primum Alexandrinorum & Romanorum bellum durauit. Regnauit annis XXXVIII. cui successit Ptolemæus cognomento, εὐεργέτης, quòd Latinè dici beneficus potest. Hic vigintisex annis regno potitus, moritur: cui successit Ptolemæus Philopator, XVII. annis regnans. Post eum Ptolemæus Epiphanes, qui annos viginti tres regnauit. Tum Ptolemæus Philometor, qui trigintaquinque annis Ægypti regnum quum tenuisset, fratrem suum Euergetem alterum moriens regem constituit. Euergetes, & qui Physco dictus est, regnauit annis viginti-nouem: cui Ptolemæus cognomento Lathyrus successit Lathyro Auletes, Cleopatræ pater. Post hunc Ptolemæus cognomento Dionysius, Cleopatræ frater, qui Pompeium post Pharsalicam cladem in Ægyptum fugientem, interimendum curauit. Ptolemæus Iubæ filius, Sueton. *in Calig. cap.* 26. *& c.* 35. Fuerunt & alij hoc nomine, vt Pyrrhi Regis filius, & Cypriorum Rex, qui suis diuitiis Romanum locupletauit ærarium. Ptolemæorum seriem describit Strab. *lib.* 17. ¶ Claudius Ptolemæus, astrologus, natione Ægyptius, Alexandriæ professus est, Liberalium artium, ac Græcarum literarum studiis clarus, temporibus Antonini, vt ipse scribit: in Astrologiæ scientia priorum nulli cessit. Primus enim apud Græcos cœli rationem omnem diligentiùs explicuit, inuentáque ab Hipparcho instrumenta clariùs demonstrauit. De Musica quoque & rebus aliis, tum de Geographia absolutissimè scripsit. Suidas. ¶ Ptolemæos quoque sex alios commemorat Suidas, quinque Grammaticos, & vnum versificatorem, quorum opera ad nos minimè peruenerunt. ¶ Iosephus iterum alium ponit, Abobi filium, Simonis ducis Iudæorum generum, quem socer Hierichunti tempore belli Machabæorum præfecerat. At ille incensus regni cupiditate, inuitatum ad cœnam, incautum interfecit. de quo multa in Hierosolymitana historia Iosephus.

Ptolemæus, a, um, possessiuum. πτολεμαῖος. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 2.

Et Ptolemaea littora capta Phari.

Ptŏlĕmāis, idis, vel dos. { עכו *hachchó.* πτολεμαΐς. } Vulgò *Tolomita.* Oppidum in ora Rubri Maris, ad primos elephantorum venatus, à Ptolemæo Philadelpho conditum in regione Troglodytarum. Autor Plin. *lib.* 2. *c.* 73. Ptolemæus enim Troglodyticen primus exussit, ad venatus elephantorum, quæ ideo Epitheras à Græcis cognominata est, eodem Plinio autore, *lib.* 6. *c.* 29. ¶ Est & Ptolemais, vrbs Ægypti apud Strabonem *lib.* 17. ¶ Item Phœniciæ vrbs, colonia Claudij Cæsaris, quæ quondam Ace dicta est, vt scribit Plin. *lib.* 5. *c.* 19. Harum quinque vrbium meminit Hieronymus ad Eustochium. Per arenas, inquit, Syriæ peruenit ad Coum, quæ nunc Ptolemais dicitur: altera est in Æthiopia. Tertia in Phœnicia. Quarta Nili fluminis. Quinta in Cyrenaica prouincia Aphricæ.

Ptyăs, yadis, πτυάς, Aspidis genus colore subuiridi, cinereóque, sed in aurum tendente, quo Cleopatra sibi mortem creditur consciuisse. Dicta Ptyas, ἀπὸ τοῦ πτύειν, hoc est, à spuendo, eò quòd sputum habeat maximè lethale, quod in hominum oculos expuit. Vide de hoc Plin. *lib.* 18. *cap.* 7.

Ptynx, πτύγξ, auis rapax, quem alij hybridem vocant, noctu volans. Venatur more aquilæ. Pugnat etiam cum aquila acriter, ita vt sæpe ambæ implexæ deferantur in terram, & viuæ à pastoribus capiantur.

P V

‖Pubeda. Gl. Isid. Pubeta & pubeda adolescens.
Pubeo, pube notor: cresco.‖

PVBER, vel Pubis adolescens, cui pubes iám nata est. Sumitur etiam adiectiuè, pro *adulto*, vel florente Virg. 12. *Æneid.*

Puberibus caulem foliis.

Puberale, ἐφήβειον.

PVBES, propriè lanugo quæ maribus decimoquarto anno, fœminis duodecimo circa pudenda oriri incipit. { ἥβη. GALL. *Le poil qui vient és parties hontenses, à l'aage de quatorze ans aux masles, & douze aux femelles.* ITAL. *Peli ò lanugine che viene alle parti vergognose à maschi l'anni quattordici, & à femine di dodeci.* GERM. Das schamhaar deß menschen. HISP. *La mancebia.* ANGL. *Heare springing in the priuie partes of man or woman about* 14. *yeares of age.* } Cels. *lib.* 7. *cap.* 19. Deinde si incidendum est, idque iam pube contegitur, ante radendum est. ¶ Quod quia maturitatis est signum, factum est vt pubes mas, siue puber vocetur, quum primùm ad generandum aptus est, & fœmina similiter ad concipiendum. Cic. *pro Rabir.* Nemo pubes tum fuit quin arma ceperit. Salustius, Puberes omnes interfici iubet. Cæsar. 5. *bell. Gall.* Hoc more Gallorum est initium belli, quo lege communi omnes puberes armati conuenire coguntur. Cicero 1. *Officior.* Nostro quidem more cum parentibus puberes filij, cum soceris generi non lauantur. A quo Impubes, bis, vel impuberis, qui nondum lanuginem emisit, siue qui nondum ad pubertatis annos peruenit. ἄνηβος, ἀφῆλιξ. ¶ Pubes etiam honestè pro parte pudenda ponitur. Virg. 3. *Æneid.*

Prima hominis facies, & pulcro corpore virgo
Pube tenus.

Gellius *cap.* 2. *lib.* 9. Barba ad pubem vsque porrecta. Inde, Os pubis medici vocant ostium ipsum muliebris pudendi, quod pube ambitur. ¶ Interdum Pubes, collectiuum nomen est, eiusdem ferè significationis cum nomine Iuuentus. { GALL. *La ieunesse, compagnie de ieunes hommes.* ITAL. *Compagnia de giouani.* GERM. Die iugent oder iunge bursch. HISP. *Los mancebos.* ANGL. *A multitude of yonge folkes.* } Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Haud aliter, puppésque tuæ, pubésque tuorum.

Liu. 1. Quum pubem Albanam in arcem, præsidio armísque obtinendam aduocasset. Cicero *pro Milone*, Ea potestas, cui Senatus omnem Italiæ pubem commiserat. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Præsenti pube, (aliàs, pubi præsenti) in concione, omni populo. ¶ Transfertur etiam ad alia. Virg *lib.* 12. *Æneid.*

Puberibus caulem foliis:

id est, vt inquit Seruius, adultis. Et *lib.* 4. *Æneid.*

Pubentes herbæ.

¶ Est autem pubes pro lanugine, pro parte pudenda, & pro multitudine, substantiuum, & facit genitiuum pubis. At impubes, bis, pro eo qui adhuc inuestis est, adiectiuum est. Vnde Impubis Iuli, apud Virg. Et apud Horat. *in Epod.* Impube corpus. Ouid. *lib.* 3. *Met.* Impubes genis.

Pūbĕo, es, pube notor: cresco, pubes sum. { ἡβάω. GALL. *Estre en fleur d'aage, de douze à quinze ans, commencer à auoire barbe.* ITAL. *Essere giouane, cominciar à mandar fuori gli primi peli.* GERM. Das schamhaar haben/gebartet sein HISP. *Començar à barbar, ser en edad de pubertad.* ANG. *To be in the floure of his age to beginne to haue a bearde.* } Propriè de adolescentulis dicitur qui primam circa pudenda lanuginem emiserunt: quamuis etiam ad alia transferatur: vt pubentes herbæ, apud Virg. 4. *Æneid.* Vbi Seru. Pubentes, quia aliæ siccæ, aliæ viridiores legantur. Et sciendum inter homines & herbas esse reciprocam translationem. Sic enim pubentem herbam dicimus, quemadmodum florem ætatis. Idem 3. *Georg.*

Pubentésque secant herbas.

Vbi rursus Seru. Pubentes adultas, maturiores, quibus robur acquiritur.

Pūbēsco, scis, Lanuginem emitto. { ἡβάσκω, ἡβάω. GALL. *Commencer à auoir barbe, venir à l'aage de quatorze ans.* ITAL. *Cominciare ad hauer barba, à deuenir huomo.* GERM. Anfahen gebartet werden/mannbar werden. HISP. *Començar à barbar.* ANGL. *To beginne to haue a bearde, to come to fourtene yeares of age.* } Virg. 3. *Æneid.* Et nunc æquali tecum pubesceret æuo. Cicer. 1. *Offic.* Nanque Herculem Prodicus dicit, vt est apud Xenophontem, quum primùm pubesceret (quod tempus à natura ad diligendum quam quisque viam viuendi sit ingressurus, datum est) exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu secum, multúmque dubitasse, quum duas cerneret vias, vnam voluptatis, alteram virtutis, vtram ingredi melius esset. ¶ Interdum pubescere ponitur pro crescere, siue maturitatem adsequi. Cicero *lib. de natura deorum.* Nam & fruges & reliqua, quæ terra parit, & tempestates, ac temporum varietates cælíque mutationes quibus omnia quæ terra gignat maturata pubescant. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu,

id est, exuberat. Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

Pratáque pubescunt variorum flore colorum.

Pūbērtās, atis, Ætas in pueris, puellísque qua pudenda prima lanugine obducuntur: qui est in maribus annus decimusquartus, in fœminis duodecimus { עלומים *halumim.* ἐφηβεία, ἥβη. GALL. *L'aage de quatorze ans és masles, & douze és femelles, iusques à dixhuit.* ITAL. *Età d'anni diciotto.* GERM. Das erst mannbar vnd bartbringend alter an knaben vmb das vierzehend jar/an meydlinen vmb das zwölfft. HISP. *Edad de los mancebos.* ANGL. *The age of* 14. *yeares in mend and in women* 12. *vntill* 18. *yeares.* } ¶ Item Pubertas est emissio ipsa pubis, à quo anni pubertatis dicti sunt. Cicero *de natura deorum.* Vt siquis dentes, & pubertatem natura dicat existere. Censorinus *de die natal.* Pubescimus & Pubertas est ab anno 14. ad 17. Pubertas autem plena annos octodecim complectititur. Modest. *de adopt. l arrogatio* Non tantum, inquit, quum quis adoptat, sed & quum arrogat, maior esse debet eo quem sibi per arrogationem, vel per adoptionem filium facit: sed vtique plena pubertate: id est, octodecim annis eum præcedere debet. Budæus, Vuæ pubertas. Plin. *in Proœm. lib.* 23. Omphacium qua fieret ratione incipientis vuæ pubertate, in vnguentorum loco docuimus,

PVBLICVS, a, um, communiter ad populum pertinens: deinde commune in genere. Est quasi *populicus*, sicut δημόσιος est à δῆμος. { δημόσιος. GALL. *Public, commun.* ITAL. *Publico, comune.* GERM. Gemein. HISP. *Publico, comun de muchos.* ANGL. *Publico, commone.* } Plaut. *in Rud.* Istic vbi vis condormisce nemo prohibet, publicum est. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Publicam, an priuatam seruitutem seruit? Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Nemo ire quemquam publica prohibet via. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 3. Benè rem gerere bono publico. Liu. *lib.* 34. Bono publico aliquid facere, &c. ¶ In publico, vel priuato. (i. in foro, vel domi) *Ibid.* Ius publicum. (i. ciuile.) Suet. *in Tiber. cap.* 50. Annales, fasti publici. Senec. *cap.* 14. *de consol. ad Polib. epist.* 89. Quod publicum est, non vsucapitur. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Nec prohibere potest, quia res est publica, Cæsar.

Velleius, Malo publico facundus Curio. Asconius, bono publico damnari. Ouid. 13. *Metam.*

Ingenium verbis ad publica commoda verti.

Cicero *de Inuent.* Publicum est, quod ciuitas vniuersa aliqua de causa frequentat. Sic loca publica vrbis, apud eundem contra Rullum. ¶ Publica fides, est quam vulgus Gallicum *saluum conductum* appellat. Salust. *in Iugurth* Comes eius qui Romam fide publica venerat. ¶ Publica vectigalia, intelligere debemus ea ex quibus vectigal fiscus capit, vel ærarium: δημόσια τέλη. quale est vectigal portus, vel venalium rerum, & piscinarum, & metallorum. Vlpian. *de verb. signif. l. inter publica.* Publica iudicia, non omnia sunt in quibus crimen vertitur, sed ea tantùm quæ ex legibus iudiciorum publicorum vertuntur. δημόσιαι κρίσεις. vt, Iulia maiestatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de sicariis, & veneficiis, Pompeia de parricidis, Cornelia de testamentis. ¶ Publica verba dicuntur quæ in communi sunt consuetudine, & vsu. δημώδη ῥήματα. Sen. *epist.* 60. Magnam ex epistola tua percepi voluptatem; Permitte enim mihi vti verbis publicis, nec illa ad significationem Stoicam reuoca. Cicero 1. *Academ.* Dialecticorum verò verba nulla sunt publica, suis vtuntur. Ouid. 3. *de Arte.*

Munda sed è medio, consuetáque verba puellæ
Scribite, sermonis publica verba placent.

¶ Publica, æ, pro meretrice. Senec. *epistol.* 89. An Sappho publica fuerit.
¶ Publicum consilium, dictus est Senatus. σύγκλητος βουλή Cicer. *de Orat.* Pericles Athenis plurimos annos princeps consilij publici fuit.
¶ Publicus casu vocandi. Liu. *lib.* 8. *ab Vrb.*

Pūblĭcum, substantiuè pro emolumento & bono publico. Hinc dicimus carere

carere publico, pro eo quod est non prodire in publicum. Cicer. *pro Milon.* Caruit deinde foro Pompeius, caruit publico. Idem *in Verr.* In publico esse non audet, inclusit se domi. Liuius, de clade Caudina loquens, Vt postero die, ac sequentibus duobus nemo forum ac publicum aspicere vellet. Idem 6. *bell. Punic.* In publicum redempti serui. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* In publicum deponere pecuniam. Liu. *lib.* 9. *d.* 4. In publicum emere tabernas. Senec. *c.* 4. *de consl. ad Mart.* Quæ in publicum emittuntur ei nota sunt. ¶ Publica plurali dicuntur pro vectigalibus & reditibus populi, vnde & publicani dicti qui ea à populo redimebant. Cic. *ad Qu. Fratr.* Hîc te ita versari, vt & publicanis satisfacias, præsertim publicis malè redemptis, ac socios perire non sinas, diuinæ cuiusdam virtutis esse videtur, id est, tuæ. Liu. *lib.* 34. Publica locare (i. vectigalia.) Quint. *decl.* 340. Publica soluere. Mox, Vectigalia circumscribere.

Pūblĭco, as, Publicum facio, manifesto. { הודיע *hodiáh* השמיע *hiscmiáh* גלה *ghilláh.* φανερῶ. Gall. *Publier, manifester, diuulguer.* Ital. *Publicare, manifestare.* Germ. Gemein machen/außbringen/jederman offenbaren. Hisp. *Publicar, diuulgar.* Ang. *To publish, to manifest.* } Iustin *lib.* 1. Non contentus voluptatum suarum tacita conscientia, nisi etiam matrimonij reticenda publicaret. ¶ Publicare bibliothecas, (i. in publicum comparare, & omnibus aperire.) Suet *in Cæs. c.* 44. Et, libros publicare, (i. edere.) Idem *ibid. c.* 56. Publicare forum. (i. communefacere.) Idem *in Aug. c.* 29. Publicare, pro publicè ostendere. Item *c.* 43. *in August.* Publicare in vsum populi. Idem *ibid c.* 100. Publicare experimenta. Idem *in Claud. c.* 3. Publicare se. (i. sui copiam facere populo in ludis.) Idem *in Neron. c.* 21. ¶ Publicare ponitur pro in populi potestatem & ærarium redigere, quod vulgo vocant *confiscare.* { δημεύειν. Gall. *Confisquer.* Ital. *Confiscare.* Ger. Dem gemeinen gut heimstellen/in gemeinen seckel ziehen. Hisp. *Confiscar los bienes.* Angl. *To confiscat goodes to the commonewel.* } Cicer. 2. *de Inuent.* Lex est apud Rhodios, vt siqua rostrata in portu nauis deprehensa sit, publicetur. Quum magna in alto tempestas esset, vis ventorum inuitis nautis, Rhodiorum in portum nauim coëgit. Quæstor nauim populi vocat: nauis dominus negat oportere publicari. Publicare librum aliquem est edere in publicum. ἐκδιδόναι. Meretrix quoque se publicare dicitur, quæ se publicè prostituit, nulli mercedem offerenti, sui copiam denegans. Plaut. *in Bacch. sc.* 7. *a.* 4. Tum illam quæ corpus publicauit vulgò suum, id est, sui copiam palàm fecit. Publicare hominem, Populo communem facere: cui opponitur Reuocare in seruitutem. Suet. *in Claud. c.* 25. Libertinos qui se pro Equitib. Romanis agerent, publicauit. Ingratos, & de quibus patroni quererentur, reuocauit in seruitute. Hîc Publicare idem significat quod Gallis dicitur, *Confisquer au publicq,* eóque sensu Confiscandi verbo vsus est idem Suet. *in Tiber. c.* 49. *& in Caligul. cap.* 41. Publicare crimen, interdum non pro Diuulgare, aut palàm facere, sed pro deriuare in totam ciuitatem, vel totam ciuitatem eius insimulare. Liu. 4. *bell. Maced.* Scriptum erat, Aristonem priuatim ad neminem, publicè ad seniores (ita Senatum vocabant) mandata habuisse. Publicato crimine, minus intenta de paucis quæstio erat.

Pūblĭcātĭo, nis, verbale, Bonorum alicuius in publicum redactio. { δήμευσις. Gall. *Confiscation.* Ital. *Confiscatione.* Germ. Enziehung in gemeinen seckel/gemein machung. Hisp. *Confiscacion de bienes.* Angl. *A publishing or confiscation.* } Cic. *in Catil* Adiungit etiam publicationem bonorum.

Pūblĭcānŭs, i, qui vectigalia, & alios populi principúmve reditus exigendos, certo constituto pretio redimit; hodie *Datiarium* appellant. { τελώνης, τελώνιος, ὁ πελώνης. Gall. *Vn fermier public, peager.* Ital. *Datiero, chi maneggia il danaro publico.* Ger. Der zöl oder andere einkommen eines Fürsten oder gemeind an sich kaufft. Hisp. *El almoxarife, ò arrendador que coge ò recibe las rentas de la comunidad ò del principe.* Angl. *A toller or gatherer of tributes.* } Horum ordinum Romæ & numero amplissimum, & personarum dignitate potentissimum fuisse constat, quippe cùm omnes Romani equites in hac re essent occupati. Cic. *pro Planco*, Flos equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum reip. publicanorum ordine continetur. Vlp. *de publ. & vect. l.* 1. Publicani sunt qui publico fruuntur: nam inde nomen habent. Et omnes qui aliquid fisco conducunt, rectè vocantur publicani. Cicer. *ad Qu. fratr. lib.* 1. Non esse autem leniores in exigendis vectigalibus Græcos, quàm nostros publicanos, hinc intelligi potest, quod, &c. *Ibid.* Nomen autem publicani aspernari non possunt, qui pendere ipsi vectigal sine publicano non potuerunt. Liu. *lib.* 34. Publicani præbenda (militibus) conducturos se professi erant. Mulier publicana. Cicer. 5. *Verr.* Muliereulæ publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare. ¶ De publicanis qui vectigalia ex nouitiis seruis) percipiebant etiam Romæ. Quintil. *declam.* 340. Item, de re improfessa apud publicanos, & commissa. Idem *declam.* 341. Vide *Digest. lib.* 39. *&* 50.

Pūblĭcē, & Publicitus, aduerbia à publicus nomine deriuatur: idémque significant quod vulgò, seu palàm. { δημοσίᾳ. Gal. *Publiquement.* Ital. & Hisp. *Publicamente.* Germ. Offentlich/vor der gemeind. Angl. *Publicklie.* Cicer. 5. *Verr.* Itaque quum Plinius Herbitensis, homo disertus & prudens & domi nobilis, de calamitate aratorum, & de fuga, & de reliquorum paucitate publicè diceret. Terent. *in Adelph.* Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publicè. id est, non facilè aliquid detrimenti ab hoc capiet Respublica. Cic. *pro Rosc. Amer.* Anseribus cibaria publicè locari, id est, palàm, corámque omnibus qui interesse voluerint, conductori anseres alendos addicere. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 2. Is publicè legatus Naupactum fuit magnai Republicai gratia. ¶ Publicè dare sumptus alicui, est illi sumptus suppeditare ex ærario. Publicè aliquem deportare, hoc est, ex decreto publico. Terent. *in Phorm.* Nónne hoc publicitus scelus hinc deportarier in solas terras? Vbi Donatus, Publicitus, publica cura & consilio. Plaut. *Amphitr.* Hospitio publicitus accipiat id est, carcere publico. Gellius *capit.* 14 *lib.* 6. Publicitus interest, &c. Plaut. *Amph.* An fores nobis censebas publicitus præberier.

Pūblĭcŏla, læ, qui populum colit & obseruat. ὁ τὸ δῆμον θεραπεύων. Plutarcho, quo cognomine dictus est P. Valerius, qui in locum Tarquinij Collatini suffectus est Consul. Meliùs Poplicola. Terent. Scaur. *de Orthograph.* Publicolam antiqui Poplicolam vocabant.

Pūblĭcĭus, a, um, πυβλίκιος. vt, Iter publicium. Ouid. 5. *Fast.*

Vtile nunc iter est, publiciúmque vocant.

Publicij ædiles. *Ibid.*

Plebis ad Ædiles perducta licentia talis
Publicios.

Pūblĭŭs, & Laberius, poëtæ mimorum, Iulij Cæsaris familiares ambo, sed Publius acceptior. Nam Laberij maledicentia, sicut & arrogantia Cæsar magnopere offendebatur. Is Publius, genere Syrus fuit, conditione seruus: puer enim & forma, & ingenio à Domitio manumitti, & erudiri meruit. Romam venit ad ludos Cæsaris, vbi mimos suos egit, magno ipsius populi applausu. Autores Gellius & Macrobius.

Pūblĭpŏr, Publij puer, siue seruus: sicut Marcipor, Marcipuer. Veteres enim è suis prænominibus pueros, id est, seruos in familia nominabant. Vnde à Lucio, Lucipores: à Quinto, Quintipores. Et hoc est quod Plinius ait, id genus seruos dominorum fuisse gentiles: id est, eodem nomine appellatos, quo domini appellabantur. Vide *Marcipor.*

Pūcinum, πούκινον, vrbs est Istriæ in Mediterraneis, vt Ptolem. scribit *lib.* 3. *cap.* 1.

Pūcinum vinum, inter generosissima Italiæ vina, & medicamentis aptissima connumeratum est. πούκινος οἶνος. Nascitur in sinu Adriatici maris, super colle, non procul à Timauo fonte, teste Plin. *lib.* 14. *cap.* 6.

Pŭdĕt, puduit, vel puditum est, pudere verbum est impersonale, Erubescere, siue pudore affici. { בוש *bosch* נכלם *niehlám.* αἰδεῖσθαι. Gall. *Auoir honte & vergongne.* Ital. *Vergognarsi.* Germ. Sich schämen. Hisp. *Hauer verguença auergonçarse.* Angl. *To haue shame.* } Habet ferè accusatiuũ cum genitiuo. Cicer. 2. *Verr.* Sunt homines quos infamiæ suæ neque pudeat, neque tædeat. Idem *pro domo sua,* Me non solùm piget stultitiæ meæ, verũ etiam pudet? Senec. *suasion. vlt.* Non tædet me vitæ meæ, sed pudet. Plaut. *Asin. sc* 2. *a.* 5. Nihilne te pudet? D. Si nihil aliud, me quidem tui, vxor. Liuius *lib.* 34. Pudere quod non oportet, &c, non prodere quod oportet. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 5. Faciam vt pudeat: Nam in ruborem te totum dabo. Gellius *cap.* 1. *lib.* 5. Vt pudeat tacitùs. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Hunc pudet, quia non dedit quod promisit! Facilius fertur quod pudet, quàm quod piget. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. At nos pudet, quia cum catenis sumus. L. At pigeat postea herum, si vos eximat vinculis. ¶ Differt autem Pudere à pigere, quòd pudere, verecundiæ sit: pigere, pœnitentiæ. Salust. *Iugurth.* Nam postea quæ fecerit, incertũ habeo pudeat, an pigeat magis. Donatus, Pudere est in his quæ turpiter fiunt: pigere, in his quæ cum damno ac malo. Pudere, ad dedecus: pigere ad dolorẽ refertur. Terent. *in Adelph.* Patris me quidem pudet, pigétque. Ouid. 13. *Metam.*

——*Vidi, puduitque videre*
Quum tu terga dares.

Gellius *cap.* 13. *lib.* 15. Puditum est, veritum est, pigitum est, impersonaliter à Cicer. & aliis dicitur. ¶ Inuenitur aliquando personaliter positum cum nominatiuo: verùm id non aliter quàm in tertiis personis. Lucanus,

——*semper metuet, quem sæua pudebunt.*

¶ Composita eius sunt, Depudet, Dispudet, & Suppudet, de quibus suis locis.

Pŭdēns, tis, Verecundus. { בוש *bosch* נכלם *nielám.* αἰδήμων. Gal. *Honteux, qui a honte.* Ital. *Verecondo non sfacciatato, spattoso.* Germ. Schämig oder schamhafft. Hisp. *Casto, con verguença, vergonçoso.* Angl. *Schamefast.* } Cic. 5. *Verr.* Metelli est filius in prouincia, non puer, sed adolescens bonus, ac prudens. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Quum me adiit, vt pudentem gnatum æquum est patrem. (id est, verecundè orauit vt ei argentum darem.) Terent. *in Heaut.* Animi est pudentis signum, & non instrenui. Cic. *pro Flac.* Pudentissimus, atque optimus vir. Idem 3. *Verr.* Pudentissima, lectissimáque fœmina. Cuius contrarium est Impudens, de quo egimus suo loco, ἀναίσχυντος.

Pŭdēnter, aduerbium, Verecundè. { αἰδημόνως. Gall. *Auec honte & humilité, d'vne contenance honteuse.* Ital. *Con vergogna & modestia.* Germ. Schamhafftiklich/mit scham. Hisp. *Castamente, con verguença.* Angl. *With shamefastnesse.* } Cicer. *pro Quintio,* Eum tum pudenter appellare nolebas. Horat. 1. *Epist.* 18.

——*distat, faciásne prudenter, An rapias.*

Cicero *in Vatin.* Viuere pudenter. Contrarium est Impudenter, de quo suo loco. ἀναισχύντως.

Pŭdēndŭs, a, um, quod pudore dignum est: siue quod eiusmodi est, vt illius nos pudere oporteat. { αἰσχυντηλός. Gall. *De quoy on doit ou deust on auoir honte, honteux.* Ital. *Cosa vergognosa.* Germ. Deß man sich schämen muß oder soll. Hisp. *Vergonçosa.* Angl. *To be ashamed of.* } Plin. *lib.* 29. *c.* 29. Quædam pudenda dictu tanta autorum asseueratione commendantur. Ouid. *Fast.* 5.

Causa pudenda tua est.

Idem *lib.* 3. *de Arte,*

Pérque aditus tales lucra pudenda petunt.

Virg. 11. *Æneid.*

——*at non Euandre pudendis*
Vulneribus pulsum aspicies.

Cicer. 5. *Phil.* Vt iam pudendum sit, honestiora esse legionum decreta, quàm Senatus. Suet. *in Tib. c.* 65. Pudenda miserandáque oratio. Idem *in Neron. cap.* 51. Pudendus circa cultum corporis. Ouid. *Eleg.* 3 *lib.* 4. *Trist.*

Nec mea supplicio vita pudenda foret.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Assuescunt oculi multa pudenda pati. (in mimis.)

Pŭdēndă, orum, substantiuum, Naturales partes dicuntur, tam in viro, quàm in muliere, quæ & Verenda dicuntur, quod (vt ait Augustinus *lib.* 15. *Ciuit.*) libidinis nos maximè pudeat. { בשר *basár* ערוה *eruáh* מבשים *mebaschim.* τὰ αἰδοῖα. Gal. *Les parties honteuses de l'homme.* Ital. *La parte dishoneste dell' huomo.* Germ. Die scham oder schamglider der mannen vnd frawen. Hisp. *Los membros genitales, las verguenças.* Angl. *The priuie partes of man and woman.* } De illis ita periphrasticωs. Ouid. 4. *Fast.*

Ab

Ah pereant partes quæ nocuere mihi.

Pŭdĭbĭlis, Pudendus. Lamprid. *in Heliogab.* Ad honores reliquos promouit commendatos sibi pudibilium enormitate membrorum.

Pŭdĭbŭndŭs, a, um, qui pudore ducitur, pudens, verecundus. { בוש *bosch* נכלם *nielám.* αἰδήμων. GALL. *Honteux.* ITAL. *Rispettoso, vergognoso.* GERM. Schamhafftig/züchtig. HISP. *Vergonçoso, que tiene verguença.* ANGL. *Shamefull and bashfull.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 20. Pudibundus ac mœrens, quærit latebram. Ouid. *lib.* 2. *Fastorum,*

Illa diu reticet, pudibundaque celat amictus
Ora, fluunt lacrymæ more perennis aquæ.

Dies pudibunda, pro purpurea, apud Statium *lib.* 5. *Theb. de Aurora.*

Pŭdĭbŭndē, cum pudore. αἰσχυντηλῶς.

Pŭdĕfĭo, fis, Erubesco, pudore suffundor. { בוש *bosch* נכלם *nielám.* αἰδέομαι, αἰσχύνομαι. GALL. *Auoir honte.* ITAL. *Vergognarsi.* GER. Schamrot werden. HISP. *Auergonçarse à si mesmo.* ANGL. *To become shamefull and bashfull.* } Passiuum est à Pudefacio, quod est pudorem alicui iniicio. Gellius *lib.* 15. *cap.* 17. Tibiam, pudefactus oris deformitate, abiecit.

Pŭdĭcŭs, a, um, continens se à libidinibus, castus. { טהור *tahór* נקי *nakí.* ἁγνὸς σωφρός. GAL. *Pudique, chaste.* ITAL. *Pudico, casto.* GERM. Keusch/ züchtig vnd schamhafft. HISP. *Cosa casta con verguença.* ANGL. *Chaste, honest of life.* } Pudicum ingeniũ Pamphili, apud Terent. *in Hecyr.* & mores pudici, apud Plaut. *in Capt.* Miles pudicus. Cicero *Epistol. ad Octau.* Audiet C. Marius impudico domino parere nos, qui ne militem quidem habere voluit nisi pudicum? Mores pudici, Ouid. *Trist.* Mulier pudica, Horat. *Epod.* 2.

——— *Thalamos violare pudicos,*

Ouid. 1. *Amor. Eleg.* 8. Idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. Mores natura pudicos tibi dedit cum facie. Plaut. *Capt. sc. vlt. a.* 5. *vers.* 1. Spectatores, ad pudicos mores facta hæc fabula est. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Tam à me pudica est, quàm si soror mea fiet. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Prô mulierem lepidam, & pudico ingenio. Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 2. Bellum verò & pudicum prostibulum populi. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. An tu pudicæ cuipiam insidias locas? ¶ Pudicior comparatiuum. Ouid. *in Ibin,*

Nec tibi contingat matrona pudicior illa,
Qua potuit Tydeus erubuisse nuru.

Pudica arbor, octonos circiter pedes procera, in prouincia Pudiferam. Ea rerum accessum videtur sensu percipere, appropinquante homine, aut animali ramos constringit: recedentibus pādit. Scalig. *exerc.* 181. 28.

Pŭdĭcē, aduerbium, Castè. { μετ' αἰδοῦς, ἁγνῶς. GALL. *Chastement, pudiquement.* ITAL. & HISP. *Castamente, pudicamente.* GERM Züchtiklich/ schamhafftiklich/mit keuchheit. ANGL. *Chastelie.* } Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Bene & pudicè me habuit. *Ibidem sc.* 2. *a.* 4. Eduxi hanc bene & pudicè. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 5. Benè pudicéque mecum à puero educatus. Idem *Amph.* Benè pudicéque asseruetur lingua, &c. Ouid. *ad Liuiam,*

Quid tibi nunc mores prosunt, actúmque pudicè,
Omne æuum?

A quo fit pudicitia, castitas, ἁγνεία. Quorum contraria sunt, Impudicus, Impudicè, & Impudicitia: de quibus suis locis.

Pudicitiùs; Apuleius *Apol.* 1. Pudicitiùs professi versus & scripti.

Pŭdĭcĭtĭă, æ, Castitas. { טהרה *tahoráh* נקיון *nikkaión.* ἁγνεία. GALL. *Chasteté, netteté.* ITAL. *Castità, pudicitia* GERM. Keuschheit/ zucht. HISP. *Castidad con verguença.* ANGL. *Chastnesse, or chastitie.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 25. A quo tempore pudicitiam subuersam Piso grauis autor tradidit. Ouid. *Epist.* 5.

Lis est cum forma magna pudicitiæ.

Ibidem,

——— *nulla reparabilis arte,*
Læsa pudicitia: deperit illa semel.

Tacit. *lib.* 4. Impenetrabilis Agrippinæ pudicitia. ¶ Modò pro religiosa munditia ac puritate ponitur. Virg. 2. *Georg.*

Casta pudicitiam seruat domus.

¶ Quandoque Dea quæ Romæ colebatur. Plin. *lib.* 2. *cap.* 7.

Pŭdŏr, is, vt Stoici definiunt, est metus infamiæ qui animum reprimit, ne procaciter, aut inordinatè, aut turpiter quid peragat. { בשת *bóschet* בשנה *baschnáh.* αἰδώς. GALL. *Honte.* ITAL. *Timor d'infamia, pudore* GERM. Scham/zucht. HISP. *Verguença con temor.* ANGL. *Shame.* } Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Confusa pudore repulsa.*

Liuius 4. *d.* 4. Pudor pessimus parsimoniæ, vel paupertatis. *Ibidem,* gloriæ sit, non pudori. Et Plaut. *Amphitr.* Si pudoris egeas, sumas mutuum. Cur autem erubescant quos puduit, causam tradunt philosophi, quoniam pudefactis sanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur, ita vt superficiem occupet. Vide Gellium *cap.* 6. *lib.* 19. Pudor à verecundia sic separatur à quibusdam, vt pudor sit rei turpiter actæ: verecundia etiam rectè facti, atque honesti: quæ tamen differentia vera non est. Cicero *pro Cluent.* Deinde ita flagrare cœpit amentia, sic inflammata ferri libidine, vt eam non pudor, non pudicitia, non pietas reuocaret. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Pudoris in malis sedes Ouid. 1. *de Arte,*

Este procul vittæ tenues, insigne pudoris

Erat enim vitta, matronarum ornatus. Horat. 1. *Serm. Sat.* 6.

Infans nanque pudor prohibebat plura profari.

Ouid. *Epist.* 16.

——— *fines transire pudoris.*

Plaut. *Amphitr.* Sed pudicitiam, pudorem, & sedatum cupidinem. ¶ Pudor etiam pro scelere, & probro, vel dedecore sumitur, quæ sunt pudoris causæ. Item pro infamia, & turpitudine. Ouid. 5. *Fast.*

Isque pudor mansisset adhuc. (id est, infamia)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Est & in obscœnos deflexa tragœdia risus:
Multaque præteriti verba pudoris habet. (i. turpidinis)

Ibidem,

Rebus adest nomen, nominibúsque pudor. (id est, turpitudo.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 3.

Néve reformida, ne sim tibi forte pudori.

Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Polyb.* Prô pudor imperij! (id est, ô indignum facinus Imperatoris!) Et Liuius *lib.* 10. *d.* 4. Non sine pudore regis. (id est, dedecore, infamia, &c.) Ouidius *Epist.* 11.

Irruit, & nostrum vulgat clamore pudorem.

Idem *Epist.* 19.

O pudor hirsuti costis exuta leonis,
Aspera texerunt vellera molle latus.

Pŭdōrĭcŏlŏr, is. Vocatur hoc nomine aurora rubens, sicut Memnon nocticolor à Næuio *in Alcest.* teste Gel. *lib.* 19. *cap.* 7.

PVĔR, eri, olim & Puerus. Primùm ponitur pro seruo. ילד *jélear* נער *náhar.* παῖς. GALL. *Enfant, petit garçon, seruiteur.* ITAL. *Fanciullino.* GERM. Ein kind/knab/knecht oder diener. HISP. *Moço ò muchacho de edad.* ANGL. *A childe or boye or seruand.* } Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. I puere pulta. *Ibidem,* Da puere ab summo. (sup. vinum, & initium facito à loco summo, vsque ad imum.) Idem Plaut. *in Pseud. sc.* 2. *a.* 1. I puere præ. Idem *in Most sc.* 3 *a.* 1. Cedo aquam manibus. Ita legit Priscian. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Cedo puere sinum. (id est, vas sinuosum potorium, autore Nonio & Seruio.) Iam τὸ Puere antiquum est à recto puerus. Terent. *in Andr.* Et iam puerum inde abiens conueni Chremis. Cicero *ad Quint. frat. lib.* 1. Túne id veritus es, ne ego iracundia aliqua adductus, pueros ad te sine literis miserm? Secundò pro masculo, & opponitur puellæ. Ouid. 9. *Metamorph.*

Cultus erat pueri, facies, quàm siue puellæ,
Siue dares puero, fieret formosus vterque.

Et paulò post.

Vota puer soluit, quæ fœmina vouerat, Iphis.

Plaut. *Amphitr.* Atque illam geminos filios pueros peperisse conspicor. *Ibidem,* Speraui istam tibi parituram filium: verùm non est puero grauida. Tertiò pro ætate puerili. Cicero *Bruto,* Cæsaris verò pueri mirifica indoles virtutis. Virg. 2. *Eclog.*

O formose puer, nimium ne crede colori.

Plaut. *Pseud. sc.* 6. *a.* 4. Nugas theatri, verba quæ pueri discunt. Idem *Aul. sc.* 1 *a.* 4. Quasi pueris qui nare discunt. ¶ Regij pueri, apud Macedonas vocabantur Principum liberi ad ministerium regis electi. Liuius *lib.* 5. *decad.* 6. GAL. *Pages d'honneur.* ¶ Interdum est ἐκ τοῦ παῖς: denotántque respectum erga patrem, vel matrem: vt sit idem quod filius. Horat. 1. *Epist.* 2.

Quæritur argentum, puerísque beata creandis
Vxor.

Virg. 8. *Eclog.*

Crudelis mater magis, an puer improbus ille.

¶ Apud antiquissimos erat communis generis: quod & Priscianus annotauit, citans illud ex Liuij Andronici *Od.*

Sancta puer, Saturni filia.

¶ Declinatur & hic puerus, & hæc puera, sicut puellus & puella. Plaut. *in Mer.* Tu puere abi hinc intrò ocyùs. Varro περὶ φιλονικίας, vt citat Nonius, Properate viuere pueræ, quas sinit ætatula ludere, & amare, & Veneris tenere leges. Sueton. *in Calig. cap.* 8. Quòd antiqui etiam puellas pueras, sicut & pueros puellos dictitarant. ¶ Pueri olim circumtonsi. Suet. *in August. cap.* 45. ¶ Pueri dicebantur qui minores essent annis 17. Gell *cap.* 28. *lib.* 10.

Pŭĕrŭlŭs, i, diminutiuum. { νήπιον. GAL. *Petit enfant.* ITAL. *Fanciullino, picciolo fanciullo.* GERM. Ein kindlin/knäblin. HISP *Moço de edad pequeño. Moço pequeño.* HISP. *A litle childe.* } Cicer. *pro Rosc. Amer.* Vt inter suos omnium artium pueros, ex tot elegantissimis familiis lectos, velit hoc versari homines penè operarios.

PVĔRPĔRĂ, æ, mulier quæ recens peperit, quæque ex dolore partus decumbit. Vel quæ primitus peperit, Interpres Iuuena. *Satyr.* 6. { חולה *choláh.* λεχώ. GALL. *Vne accouchee. femme qui a enfanté.* ITAL. *Donna di parto* GER. Ein kindtbetterin. HISP. *La parida, muger que pario* ANGL. *A woman lying in childe bed.* } Terēt. *in Adelph* — multò rectius est, Quàm illam puerperam nunc duci huc per viam ægrotam. Plin *lib.* 7. *c.* 4. Editis geminis raram esse aut puerperæ, aut puerperio, præterquam alteri, vitā. Plaut. *Amphitr.* Vbi vtero exerti dolores vt solent puerperæ.

Pŭĕrpĕiŭs, a, um, adiectiuum: vt, Verba puerpera. { λεχώιος. GAL. *Qui fait produire ou enfanter vne femme.* ITAL. *Cosa di donna di parto.* GERM. Der Kindtbetterin dienstlich. HISP. *Cosa de muger parida.* ANGL. *That maket a woman beaare children.* } Ouid 10. *Met.*

Admouitque manus, & verba puerpera dixit.

Pŭĕrpĕrĭum, ij, Nisus & dolor parientis, vel etiam tempus ipsum quo parit mulieri, quóve post partum ex dolore decumbit { חיל *chel.* λοχεία GAL *Enfantement, ou le temps d'enfanter, accouchement gesine douleur d'enfanter.* ITAL. *Dolore del partorire.* GERM. Die zeit der geburt/ oder die kindtbette. HISP. *El parto, ò dolor de muger parida.* ANGL. *Childebearing or deliuerance of childe.* } Plin *lib.* 28. *cap.* 8. Lingua adalligata, pericula puerperij tollit. ¶ Aliquando etiam proles ipsa. Gell. *cap.* 2. *lib.* 10. Diuo Augusto imperante, ancilla eius in agro Laurente peperit quinque pueros, qui pauculos dies vixerunt: Materque quoque non multo pòst mortua monumentúmque ei factum iussu Augusti, in via Laurentina, in quo scriptum fuisse constat numerum puerperij. Suet. *de Calig. cap.* 8. Quum Agrippina bis in ea regione filias enixa sit, & qualiscunque partus, sine vllo sexus discrimine puerperiū vocaretur: quòd antiqui etiam puellas pueras, sicut pueros & puellos dictitarant. Plin. *lib.* 18. *cap.* 29. Vt in lacte puerperium necat. Idem *lib.* 7. *cap.* 11. Vno abortu duodecim puerperia egesta.

Pŭĕrīlĭs, quod est pueri, vel quod puerorum proprium esset solet. { παιδαριώδης, νηπίαχος. GAL. *Puerilité d'enfant.* ITAL. *Cosa de fanciullo.* GERM. Kindtlich oder kindisch. HISP. *Cosa pertenneciente à moço.* ANGL. *Childish, boyishe.* } vt Ætas puerilis, apud Cicer. *pro Archia,* Quibus artibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet. Idem *ad Att. lib.* 14. Acta enim illa res est animo virili, consilio puerili. Virg. 5. *Æneid.*

——— *si iam puerile paratum*
Agmen habet secum.

Idem 11. *Æneid.*

Tela manu iam tum tenera puerilia torsit.

¶ Vota puerilia. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 3 *Trist.*

Stulte quid hæc frustrà votis puerilibus optas?

Pŭĕrīlĭtĕr,

Pŭĕrīlĭtĕr, aduerbium, More puerorum. {παιδαριωδῶς. GAL. *Puerilement, en façon d'enfant.* ITAL. *A modo di fanciullino.* GER. Kindtlich/Kindischer weiß. HISP. *Con moçedad, en guisa de moço.* ANGL. *Childishlie, lik a boye.*} vt Pueriter blandiri. Liuius *lib.* 1. *belli Punici*, Cicer. 1. *de finib.* Quæ quum res tota ficta sit pueriliter, tum nec efficit quod vult.

Pŭĕrīlĭtās, atis, Ineptia, vel inconsiderantia puerilis. {פתיות pethajúth. παιδαριώδης, ἀσωτεία. GAL. *Enfance, puerilité.* ITAL. *Fanciullezza.* GER. Die kindische oder kindischweiß. HISP. *Mocedad.* ANG. *Childishhoode.*} Seneca, Qui pueritiam eius, siue potius puerilitatem ludibrio habuit. ¶ Ponitur aliquando pro ipsa pueritia. {ילדות jaldúth. παιδία.} Varr. de Liberis educandis, Velim mehercules, inquit ipse, vsu magno puerilitatis formulam audire.

Pŭĕrĭtĭă, æ, Ætas puerilis. {ילדות jaldúth. νηπιεία, παιδία GAL. *Enfance.* ITAL. *Pueritia, fanciullezza.* GERM. Die kindtheit/das kindtlich alter. HISP. *Edad del moço, mocedad.* ANGL. *Childishhood.*} Cicer. *pro lege Manil.* Qui extrema pueritia miles fuit summi Imperatoris. Idem *Licinio lib.* 5. Qui me à pueritia sua semper obseruauit. ¶ Quandoque etiam sumitur pro puritate, siue castitate: quod & Nonius annotauit, citans illud Varonis ex *lib.* 1. *rerum humanarum*, Quæ pueritia est frequens polluta. Vide tamen num potiùs ibi *puritia* legendum sit.

Pŭĕrāscĕrĕ, dicuntur qui exacta infantia pueritiam inchoant, νηπιάζειν, νηπιάζω, à quo Repuerascere, de quo vide suo loco.

Pŭĕllŭs, i, aliud diminutiuum à puer, Paruus puer, siue filiolus. {ילד jolédh. παιδίον. GAL. *Petit enfant.* ITAL. *Fanciullino.* GER. Ein kindlin/knäblin. HISP. *Pequeño moço, niño.* ANGL. *A litle childe*} Lucilius, Quúmque hic tam formosus tibi, ac te dignus puellus

Pŭĕllă, æ, à puera, per diminutionem. Vide suprà in fine vocis *Puer*, & *Puerperium*. {ילדה julédáh נערה naharáh. παιδίσκη. GAL. *Fillette.* ITAL. *Fanciulla.* GERM. Ein meydlin oder töchterlin. HISP. *Moça pequeña niña.* ANGL. *A litle maid girll or wench.*} Cic. *ad Attic.* De tutela legitima in qua dicitur esse puella nisi vsucapi potest. Ouid. 2. *Fast.*

Succubuit fama victa puella metu.

Virg. 4. *Georg.*

Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta non vidit in herba.

Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 16.

Verba puellarum foliis leuiora caducis:

Idem 3. *Amor. Eleg.* 6.

Aut non formosa, aut non bene culta puella.

Virg. 2. *Æneid.*

——— *circum pueri, innuptaque puella*
Sacra canunt.

Pŭĕllŭlă, æ, diminutiuum à puella. {τὸ κορίδιον, τὸ παιδισκάριον. GALL. *Petite fillette.* ITAL. *Picciola fanciulla.* GERM. Ein kleines mydlin. HISP. *Moça pequeña niña.* ANGL. *A litle maid girll or wench.*} Cat. *in epith. Iul.*

Floridam ipse puellulam
Matris è gremio sua Dedis.

Idem *in Mamur.*

Socij puellarum.

Pŭĕllārĭs, e {κορασιώδης, κορασιώδης. GALL. *De fillette.* ITAL. *Fanciulesco, puerile.* GERM. Kindtlich oder denn Meydlinen zugehörig. HISP. *Cosa perteneciente à moça.* ANGL. *Of a maid.*} Quintil. *de vxore defuncta*, Tum ætate ea puellari, præsertim meæ comparata, potest & ipsa numerari inter vulnera orbitatis. Plin *lib.* 10. *cap.* 55. Liuia Augusta prima sua iuuenta Tiberio Cæsare ex Nerone grauida, quum parere virilem sexum admodum cuperet, hoc vsa est puellari augurio, ouum in sinu fouendo, atque quum deponendum haberet, nutrici per sinum tradendo, ne intermitteretur tepor: nec falso augurata proditur. Ouid. 4. *Fast.*

Præda puellares animos oblectat inanis.
Inde puellaris nacta est vestigia planta.

Idem 5. *Fast.*

Sæpè puellares subduxit ab æquore plantas

Pŭĕllārĭtĕr, aduerbium {κορασιωδῶς. GALL. *En fillette, à la maniere des fillettes.* ITAL. *A fogia di fanciulla.* GERM. Wie die Meydlin. HISP. *En manera de moça, o niña.* ANG. *Lika maid or wench.*} Plin. *Epist.* 163. Dum se prægnantem puellariter nescit, ac per hoc, &c.

Pŭĕllāscĕrĕ, effœminari. θηλύνεσθαι. Pacuuius, Puellascunt lasciuia adolescentes. Aliquando reuirescere, & quasi ad puellarem ætatem redire. {ἀνανεάζω. GAL. *Retourner en aage de fillette.* ITAL. *Ritornare in età di fanciulla.* GERM. Weibisch werden oder widerumb jungen. HISP. *Tornar moça.* ANG. *To waxe lik a maid or wench.*} Varro *apud Nonium*. Quòd non solùm innubæ fiunt communes, verumetiam veteres puellascunt.

Puellitari, cum puella concubere, vel ludere. Laberius de his qui rem habent cum vetulis translatè hoc verbum vsurpauit, Quæ nam mens, quæ deliritas vos suppolitores facit cum cano eugio (sic vetulæ naturam vocat) puellitari?

PVGIL, is, qui pugillatu decertat, vel pugna se exercet: nomen à pugna, siue à pugnis deductum. {πύκτης. GAL. *Qui anciennement s'exercoit au combat à grand coups de poings.* ITAL. *Chi combatteua all'vsanza antica co'pugni in luogo publico.* GERM. Ein fechter/Kempfer. HISP. *Combatidor con puños.* ANG. *A champion.*} Cicer. *de clar. Orat.* Pugiles inexercitati etiam si pugnos, & plagas Olympiorum cupide ferre possunt, Solem tamen sæpè ferre non possunt. Idem 2. *Tusc.* Pugiles cæstibus contusi, ne ingemiscunt quidem. Horat *lib.* 2. *Epist.* 1.

——— *media inter carmina poscunt*
Aut vrsum, aut pugiles: his nam plebecula gaudet

¶ Pugiles eosdem Athletas fuisse & nudos certasse colligitur ex Suet. *in Aug. cap.* 44. Idem & Latini & Græci, &c.

Pŭgĭlātŭs, us, Pugilum certamen. {πυκτική. GALL. *Le ieu & exercice des pugils.* ITAL. *Tale giuoco di pugni.* GERM. Ein fechtspyl oder kampffspyl. HISP. *Iuego o exercicio con puños.* ANG. *A striuing or champions or with fistes*} Plaut. *in Capt.* Hic homo pugilatum incipit. Plin. *lib.* 8. *cap.* 22. Eundem decimo anno restitutum athleticæ, certasse in pugilatu.

Pŭgĭlātĭo, idem. πυγμαχία. Cic. 2. *de legib.* Sunt corporum certationes cursu, & pugilatione, luctatione, &c.

Pŭgĭlĭcē, aduerb. pugilum more. πυκτικῶς. Plaut. *in Epid.* Quid herilis noster filius? EPID. Valet pugilicè, atque athleticè, Vbi pugilicè & athleticè valere dixit pro eo quod est prosperrima, summáque valetudine frui. Summam enim tam athletæ, quàm pugiles corporis robori curam impendebant, ita vt interdum ex nimia repletione venæ de ruptione periclitarentur.

Pugilare, more pugilis decertare, πυκτεύειν. Capitolinus *in Galieno*, Pugiles faculis, non veritate pugilantes.

Pŭgĭllārĭs, Pugillus, vide *Pugnus*.

PVGIO, nis, Breuioris gladij genus est, teste Nonio: ita dictum ab eo quod pugno facilè apprehendatur, vel quòd eo punctim pugnetur, vt inquit Festus. {שלח schilach. ἐγχειρίδιον. GAL. *Vn poignard.* ITAL. *Pugnale.* GERM. Ein Tolch. HISP. *Puñal.* ANGL. *A dagger.*} Front. *lib.* 2. *Stratag.* Qu. Sertorius, quum acie decertaret, barbarum qui ei nuntiauerat Hirtuleium perisse, pugione traiecit. Suet. *in Galba c.* 11. Pugione dependente à ceruicibus ante pectus, &c. Velleius, Pugionem ad femur alligare; (de nataturo.) ¶ Pugionem plumbeum vocat Cic. inualidum argumentum, *lib.* 4. *de finib.* O plumbeum pugionem.

Pŭgĭuncŭlŭs, i, paruus pugio. {ἐγχειρίδιον. GALL. *Vn petit poignard.* ITAL. *Pugnaletto.* GER. Ein Tölchlin. HISP. *Pequeño puñal.* ANG. *A litle dagger.*} Cicer. Hispaniensem pugiunculum, Cn. Pisonem appellat. Idem *in Orat.* Nam in iis, quibus, vt pugiunculis vti oportet, breuitas facit ipsa liberiores pedes.

PVGNA, æ, prælium, dimicatio, certamen: quod nomen à pugno deductum existimat Donatus. {נפתול naphtúl מלחמה milchamáh קרב keráb. μάχη. GAL. *Combat.* ITA. *Pugna, combattimento.* GER. Ein Streit. HISP. *Pelea, o batalla.* ANG. *A combat, or fight.*} Nam veteres, inquit, ante vsum ferri, & armorum, pugnis, & calcibus, & morsibus, corporúmque luctatione certabant. Virg. 3. *Georg.*

Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas.

Idem 8. *Æneid.*

——— *quem si fortuna sequatur,*
Euentum pugnæ cupiat.

Idem 11. *Æneid.*

Isque vbi se nullo iam cursu euadere pugnæ
Posse, &c.

Cic. *pro Murana*, Ex omnibus pugnis, quæ sunt innumerabiles, vel acerrima videntur illa quæ cum Rege commissa est, & summa contentione pugnata. Dicimus pulchre, Committere pugnam, Dare pugnam, Rem venire ad pugnam. Tibul. *lib.* 4.

Faciem componere pugnæ,

(de forma aciei.) Ouid. 13. Euentus pugnæ quis fuit; Item,

Si quæritis huius fortunem, non sum superatus ab illo.

Plaut. *Amph.* Antequam cum Taphiis pugna sit inita. Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 3. Facta est pugna in Gallo gallinaceo. (i. gallum obtruncaui.) Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Priusquam istam pugnam pugnabo, ego priùs dabo aliam. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Hæc illic pugna pugnata est. ¶ Quandoque apud Poëtas pro stupro ponitur. Terentius *in Eunuch.* Dabit hic aliquam pugnam. ¶ Pugna mala, τὸ ἥττημα, victoriæ opponitur. Salust. *Iugurth.* 98. Quod oppidum primum omnium post malam pugnam ab Rege defecerat, i. prælium aduersum. ¶ Pugnam facere, pro præliari, i. prælium committere. Salust. *ibid.*

Pŭgno, as, Dimico, pugnam habeo, vel committo. {נלחם nilchám. μάχομαι, διαπληκτίζομαι. GALL. *Combatre.* ITAL. *Combattere, guergiare.* GERM. Streitten. HISP. *Pelear.* ANGL. *To fight.*} Plaut. *in Amph.* Nam quum pugnabant illi maximè, ego fugiebam maximè. Cicer. *pro Corn. Balbo*, Qui cum hoste nostro cominus sæpe pugnauit. Plin. *lib.* 32. *c.* 1. Sed armatæ classes imponunt sibi turrium propugnacula, vt mari quoque pugnetur velut è muris. Pugnare pugnam, id est, pugnam committere, manus conserere. Gell. *lib.* 2. Dum Pyrrhus Rex in Italia esset, & vnam atque alteram pugnam prosperè pugnasset. Pugnam pugnare, & pugna pugnata, vide Plaut. sup. in *Pugna*. Et pugnare pugnam acerrimam dixit Gell. *cap.* 18. *lib.* 15, Senec. *cap.* 1. *de consol. ad Polyb.* Ouid. 13. *Metam.*

Sic pugnat (dolis & fraude) *sic est metuendus Vlysses.*

Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Vi pugnandóque hominem capere certa res est (.i. dolo.) Ouid. 13. *Metam.*

Tutius est igitur fictis contendere verbis.
Quàm pugnare manu.

¶ Pugnare per. Cels. *lib.* 5. *c. de Mydriasi*, Pugnandum est per eadem omnia, quæ in caligine oculorum præcepta sunt. ¶ Interdum Pugnare, accipitur pro contendere, certare, litigare. Cicer. 2. *de nat. deor.* videtur Epicurus de diis immortalibus non magnopere pugnare. id est, de dijs non valde laborare, aut pro eorum defensione non magnopere contendere. Gell. *lib.* 2. *cap.* 15. Pugnare de possessione hominis. Terent. *in Prolog. Hecyr.* Tumultuantur, clamant, pugnant de loco. Pugnare secum, vel inter se, ea dicuntur quæ inter se sunt contraria; vt, Pugnantia studia, pugnantes sententiæ Quint. *lib.* 3. *c.* 10. Hæc autem quæ tantùm inter se pugnant, plerunq; nominibus deflecti solent. Hor. *in Serm.*

——— *quid mea quum pugnat sententia secum?*

¶ Pugnare aliquando ponitur pro conari. Ouid. 1. *de remed.*

Pugnat in aduersas ire natator aquas.

In qua significatione non inuenustè accusatiuum admittit Cic. *Appio Pulcro*, Illud pugna atque enitere, nequid mihi temporis prorogetur. Idem 1. *de nat. deor.* Illud video pugnare te, species vt quædam sit deorum ¶ Pugnaueris, veteres dicebant pro eo quod est strenuè te gesseris. Terent. *in Adelph.* Et istam psaltriam vnà illuc mecum hinc abstraham, M. pugnaueris Vbi donatus, Pugnaueris, id est, magnam rem gesseris. ¶ Habet autem hoc verbum vt cætera eiusdem significationis, varias constructiones. Dicimus enim Pugno in hostem, contra vel aduersùs hostem, cum hoste. Et apud Poëtas, Pugno hosti. Exempla nusquam non occurrunt. Pro causa iniqua pugnare. Ouid. *Epist.* 19. Pro commodis patriæ pugnare, cui opponitur patriæ commoda oppugnare. Cic. 1. *de inuent.* ¶ Pugnatur impersonale, Cæsar 4. *bell. Gall.* Quum ab hora ferè quarta vsq; ad Solis occasum pugnaretur. Ouid. 3. *de Arte*,

Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis:
Nec dubito telis quin petar ipsa meis.

Cic. *lib.* 3. *Offic.* Quum malè pugnatum apud Claudium esset Item pugnatur

gnatur paſſiuum,vt hoc pugnatur,pro hôc contenditur. Idem *pro Roſc. Amer.* Hoc ſolum hoc tempore pugnatur,vt ad illam opimam præclarámque prædam damnatio Sex. Roſcij velut cumulus accedat.

Pūgnāns,antis,particip. { לחם *lochém*. μαχόμενος. GAL. *Bataillant.* ITAL. *Chi combatte.* GERM. Streitend. HISP. *El que pelea,peleador.* ANGL. *Fighting.* } Ouid. 13. *Metam.*

——ego Telephon haſta
Pugnantem domui,victum orantémque refeci.

Idem 1. *de Pont. Eleg.* 2.

Hic me pugnantem cum frigore,cúmque ſagittis.
Cúmque meo fato, quarta fatigat hyems,

¶ Interdum migrat in nomen, idémque ſignificat quod contrarius, ſiue repugnans: vt Pugnantes ſententiæ, hoc eſt, inter ſe contrariæ. Plin. *Epiſt.* 168. Quæ diſtinctio pugnantium ſententiarum, &c. Pugnantia ſtudia. Cic. 1. *de finib.* Atqui pugnantibus & contrariis ſtudiis conciliiſque ſemper vtens,nihil quieti videri,nihil tranquilli poteſt. Idem 1. *Tuſc.* Pugnantia te loqui non vides?

Pūgnātŭs, a,um,participium. { GAL. *Combatu* ITAL. *Combattuto.* GERM. Geſtriten. HISP. *Peleado.* ANGL. *Fighted and ſtriued for.* } Saluſt. *Iugurth.* Quæ negotia multò magis quàm prælium malè pugnatum à ſuis, regem terrebant. Horat. 3. *Carm. Ode* 16.

Et pugnata ſacro bella ſub Ilio.

Virg. 8. *Æneid.*

——pugnataque in ordine bella.

Pugnata pugna. Cicer. *pro Mur.* Cuius ex omnibus pugnis, quæ ſunt innumerabiles,vel acerrima mihi videtur illa, quæ cum rege commiſſa eſt,& ſumma contentione pugnata. Vide ſuprà in *Pugna.*

Pūgnātŏr, verbale. { לחם *lochém*. ὁ μαχητὴς, ὁ μαχήμων. GAL *Combatant.* ITAL. *Combattitore.* GERM. Ein ſtreiter / kriegsknecht in einem ſtreit. HISP. *Peleador.* ANGL. *A fighter.* } Liu. 4. *bell. Pun.* Deinde occupata dextra tenendo caput, fortiſſimus quiſque pugnator eſſe deſierat. Suet. *in Caſ. cap.* 39. Ægyptiæ claſſes magno pugnatorum numero conflixerunt.

Pugnatorius,a,um, μαχητικός: vt pugnatoria arma. Suet. *in Calig. c.* 54. Batuebat pugnatoriis armis,&c. Thrax ſup.

Pūgnāx,acis,Bellicoſus. { μάχιμος, μαχητή. GALL. *Aſpre au combat, aſpre à combattre.* ITAL. *Bellicoſo guerriero.* GER. Streitbar/dem vol mit ſtreiten iſt/kriegiſch. HISP. *Hombre que mucho pelea.* ANG *A great fighter, warrelik,contentious.* } Cic. *in Anton.* Saxa Centurio,pugnax & lacertoſus. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.*

Eſſent pugnaces qui fera bella canunt.

Idem *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Triſt.*

——Cura pugnacis facta Mineruæ. (Argo)

¶ Interdum idem quod vehemens & pertinax in pugnando, ſeu contendendo. Cic. 1. *de Orat.* Carneades dicere ſolebat, me ſibi perfacilem in dicendo,te perpugnacem in diſputando eſſe viſum. Idem *in Piſonem,* Græcus facilis & valde venuſtus, nimis pugnax contra Senatorem populi Romani eſſe noluit.

Pugnacior, pugnaciſſimus, μαχιμώτατος. Plin. *lib.* 22. *cap.* 21. Perdices & gallinaceos pugnaciores fieri putant in cibis eorum additis Cicer. *de clar. Orat.* Sed & huius oratio in philoſophiam tranſlata,pugnacior (vt ita dicam) videtur, & illorum iudicio pacatior Pugnax exordium dicendi, id eſt efficax & vehemens, apud. Cic. 2. *de Orat.*

Pūgnācĭtās, atis, pugnandi auiditas & pertinacitas. { τὸ μάχιμον. GALL. *Aſpreté de combatre.* ITAL. *Aſprezza, oſtinatione di combattere.* GER. Streitbarkeit/ begird zum ſtreiten. HISP. *Aquel habito de mucho pelear.* ANGL. *A deſire and readineſſe to fight.* } Plin. *lib.* 10. *c.* 33. Perdices capiuntur quoque pugnacitate eiuſdem libidinis. Pugnacitas argumentorum, Quint.

Pūgnācĭtĕr,aduerb. Vehementer, pertinaciter,inſtanter. { μαχίμως. GALL. *De force & courage,aſprement & opiniaſtrement* ITAL. *Con gran cuore, aſpremẽte,oſtinamente* GER. Streitbarlich/widerſpennitlich/dapferlich. HISP. *Mucho peleando, porfiadamente.* ANGL. *Contentiously,eagerly.* } Cic. 4. *Academ.* Ergò de omni ſtatu,conſilióque totius vitæ aut certare cum aliis pugnaciter, aut fruſtrari cùm alios, tum etiam meipſum velim. Quint *lib.* 9. *cap.* 4. Vbicunque acriter erit, & inſtanter, pugnaciterque dicendum, membratim, cæſímque dicemus. Et pugnaciùs dicere, *ibidem.*

Pūgnācŭlum, i, Propugnaculum hoc eſt, locus munitus, ex quo hoſtilis vis arcetur. { בחן *báchan*, vel, *bócian* בחון *bachón*. ἐπιβολή. GALL. *Bouleuart.* ITAL. *Baſtione.* GERM. Ein wecre/Ein paſtey ab deren man ſtreitet. HISP. *La torre para defender baluarte.* ANGL. *A bullwark.* } Plaut. *in Milit. ſc.* 3. *a.* 2. Meus illic homo eſt, deturbabo ego iam illum de pugnaculis.

PVGNVS, ni, Manus clauſa, & in condylos contracta. { אגרוף *egróph*. δράξ, κόνδυλος. GALL. *Le poing.* ITAL *Pugno.* GERM. Ein fauſt HISP. *El puño de la mano cerrada.* ANGL. *The fiste* } Ter. *in Adelph.* Cteſipho me pugnis miſerum,& iſtam pſaltriam vſque occidit. Vbi Donatus,aut pugnus à pugna eſt dictus, aut ab illo pugna. Quidam à Græco πυγμὴ deducunt,quod & inter cætera pugnum ſignificat. Cic. *in Orat.* Nam quũ compreſſerat digitos, pugnúmque fecerat, Dialecticam aiebat eiuſmodi eſſe. Cato *c.* 82. Sphæras pugnum altas facito. hoc eſt,ad craſſitudinem vnius pugni. Cic. *in Paradox.* Quoniam verbis contendimus inter nos non pugnis. Virg. *lib.* 11. *Æneid.*

Pectora nunc fœdans pugnis,nunc vnguibus ora.

Plaut. *Curc. ſc.* 3. *a.* 5. Noui hos pugnos meos, His te placidum reddam. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 3. Pugnis rem ſoluant,ſi quis poſcat durius. *Ibid. ſc.* 3. *a.* 1. Benè monſtrantem pugnis cædis. Idem *Milit. ſc.* 1. *a.* 1. Quo pacto pugno perfregiſti elephanto. Idem *Amph. ſc.* 4. *a* 4. Pugnis ſatur ad te volito. Idem *Capt. ſc.* 1. *a.* 4. Meis pugnis ex iis excutiam furfures. Item, Quiſquis homo huc venerit,pugnos edet. Idem *Amph. ſc.* 1. *a.* 1. vbi multa de pugnis.

‖ Pūgnum ducere, κονδυλίζειν, pugnum impingere. Paulus *D* 47. *t.* 10. *l.* 4. Si cum ſeruo meo pugnum ducere vellem, in proximo teſtantem inuitus percuſſerim,iniuriarum non teneor. ‖

Pŭgĭllŭs,i,dimin. ſignificat paruum pugnum. δράκιον.

Pŭgillar,& Pŭgĭllārēs, ium,maſcul.gener. vel pugillaria, rium,neutri gen. Tabellæ cereæ,ligneæ, ſiue alterius materiæ,in quibus ſtylo ſcribimus, dictæ quòd pugno comprehendantur: vel à pungendo, quòd ſtylo in his pungendo ſcriberetur. { πινάκιον, πινακίδιον. GALL. *Tablettes à eſcrire.* ITAL. *Tauolette incerate ſopra lequali ſcriueuano anticamente.* GERM. Ein ſchreibtäfelin / Schyfertäfelin. HISP. *Las Tablillas para eſcriuir.* ANGL. *writing tables.* } Plin. *lib.* 13. *cap.* 11. Pugillarium enim vſum fuiſſe etiam ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum. Catul. *de Acme,*

En negat mihi veſtra reddituram
Pugillaria ſi pati poteſtis.

Gell. *c.* 9 *lib.* 17. Pugillaria noua excogitata. Legitur & Pugillar in ſingulari numero. Auſonius.

Bipatens pugillar expedi.

Variis autem nominibus dicebantur pugillares apud veteres: alij duplices, alij triplices, alij quadruplices nominabantur. Erant & citrei, eborei, membranei dicti, qui ex citro, ebore, membranis erant confecti.

Pŭgĭllārĭs,e, adiectiuum, quod pugillum, ſiue pugnum implere poteſt,ſeu quantum pugnus poteſt continere. δρακιαῖος. Iuuen. *Sat.* 12.

Nec pugillares defert in balnea raucus
Teſticulos,nec vellendas iam præbuit alas.

Pŭgĭllātōrĭŭs,a,um,adiectiuum,quod pugno percutitur. { πυγμαῖος. GAL. *Feru à coups de poings.* ITAL. *Ferito di pugni.* GERM. Das man mit der fauſt ſchlecht HISP. *Herido con puños.* ANG. *That is ſtriken or beaten with the fiſt.* } vt Follis pugillatorius,maximum pilæ genus,quod ſpiritu inflatur, & pugno percutitur,non palma. Plaut. *in Ruden.* — extemplo hercle ego te follem pugillatorium Faciam; & pendentem incurſabo pugnis,periuriſſume.

PVLCER,cra,crum,Formoſus,bellus,venuſtus. { יפה *japhéh*. καλὸς, περικαλλής. GAL. *Beau, honeſte.* ITAL. *Bello,leggiadro* GERM. Hüpſch/Schön. HISP. *Bello ò hermoſo.* ANGL. *Faire,beautifull.* } Pulcrum, ſiue Polcrũ à polio is,ire, *Polir,embellir:* ſicut à Luo lucrum,à fulcio fulcrum, Plaut. *Moſt. ſc.* 3. *a.* 1. Pulcra mulier nuda quàm purpurata pulcrior. Idem *Mil. ſc.* 1. *a.* 1. Nimia eſt miſeria pulchrum eſſe hominem nimis. Idem *Moſtell. ſc.* 3. *a.* 1. Si pulcra es,nimis ornata es. Cicer. 5. *Tuſc.* Itaque nec pulcros illos adminiſtratores aſpiciebat,nec plenum artis argentum, &c. *Ibid.* Suum cuique pulcrum eſt. Virg. 2. *Georg.*

Nec pulcer Ganges auro nec turbidus Hermus
Laudibus Italiæ certent.

Idem 3. *Æneid.*

Sic fatus meritos aris mactabat honores,
Taurum Neptuno,taurum tibi pulcer Apollo.

Sunt qui pulcrum à pollendo dictum putent,quaſi pulcrum,quòd forma polleant pulcri. Illud certè vel Ciceronis teſtimonio conſtat, nomen hoc antiquitus ſine aſpiratione ſcribi ſolere, quamuis perpetuo deinde vſu effectum ſit vt eam receperit,ſed malè ¶ Eius diminutiuum eſt pulcellus, la,lum. Cicer. *Attic. lib.* 10. Redeo ad altercationem: ſurgit pulcellus puer. ¶ Interdum pulcer ſumitur pro bono, ſicut bonum pro pulcro. Celſ. *lib.* 5. *cap.* 17. Nam ſcorpio ſibi ipſe pulcherrimum medicamentum eſt, i. optimum, κάλλιστον, ἄριστον. Gell. *lib.* 19. *cap.* 8 Ni quid contra ea dicis Poëtarum pulcerrime, quo & te purges, & non eſſe id vitium demonſtres. id eſt, optime. E conuerſo bonam formam pro pulcra dicimus, quemadmodum & malam, pro deformi. Terent. *in Andr.* Forma. Sos Bona fortaſſis. Plaut. *Aul. ſc.* 2. *a.* 4. Næ illic pulcram prædam agat, ſi quis ollam (ſup. auri plenam) inuenerit. (pulcrum dixit pro ampla, opima, bona. ¶ Interdum pro felici ac beato. Cicer. *in Orat. pro Murena,* Prætor quoque ne ſe pulcrum ac beatum putaret. Idem Cicer. *de natur. deor.* Niſi mihi pulcrè ego ſum beatus. ¶ Interdum pro forti. Virg. *lib.* 7. *Æneid.*

——ſatus Hercule pulcro
Pulcer Auentinus.

¶ Pulcrior,comparatiuum & ſuperlatiuum pulcerrimus. Idem 9. *Æneid.*

——quo pulcrior alter Non fuit Æneadûm,

Cic. *de ſenect.* Vua quid poteſt eſſe tum fructu lætius,tum aſpectu pulcrius? Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Regina ad templum forma pulcerrima Dido
Inceſſit,magna iuuenum ſtipante caterua.

Idem 6. *Æneid.*

Hic genus antiquum Teucri pulcerrima proles.

Pūlcrālĭs, antiqui dixerunt pro pulcro, teſte Feſto, Ennius, Pulcralibus ludis.

Plūcrē,aduerbium,Bellè,benè,præclarè. { καλῶς. GALL. *Gentiment,bien & honeſtement.* ITAL. *Bene,leggiadramẽte.* GER. Fein/wollszierlich. HISP. *Hermoſamente,* ANGL. *Beautifullie,honeſtlie.* } Plaut. *Amphitr.* Optumè optumo optumam operam das, datam pulcrè locas. Cicer. *lib.* 10. *Epiſt.* Lepidum pulcrè noram. Plaut. *in Merc.* Si tu vera dicis, & pulcrè, ædificatas arbitror. ¶ Ponitur aliquando pro ſapienter, interprete Donato. Terent. *in Eunuch.* Dixti pulcrè, nunquam vidi melius conſilium dari. ¶ Aliquando pro valdè,fortiter,nimis,inquit Donatus. Ter. *in Eunuch.* At dum accubabam, quàm videbatur mihi eſſe pulcrè ſobrius. Plaut. *Moſtell. ſc.* 1. *a.* 1. Decet me victitare pulcrè, te miſeris modis, (id eſt, opiparè,lautè.) Idem *Curc. ſc.* 3. *a.* 1. Pulcrè occidi. *Ibid. ſc* 4. *a.* 4. Miles pulcrè centuriatus es expuncto in manipulo, Et *in Aul. ſc.* 1. *a.* 3. Neque ligna vſquam vidi præberi pulcriùs Idem. *Milit. ſc.* 4. *a.* 2. Peribis pulcrè. Idem *Amph.* Quum te grauidam & pulcrè plenam aſpicio, gaudeo. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 5. Pulcrè hoc gliſcit prælium.

Pulcreſcere, καλλύνεσθαι. Samonicus *cap. de vuln.* At ſuccis hederæ pulchreſcit fœda cicatrix.

Pūlcrĭtās, atis, Antiqui dixerunt pro pulcritudine, vt ann[illegible]uit Nonius, citans illud Cæcilij, Dij boni, quid illud eſt pulcritatis? { יפי *jóphi*. κάλλος.

Pūlcrĭtūdo, inis, Species, venuſtas, decor, elegantia: & vt Cicer. *lib.* 3. *Tuſcul quæſt.* inquit, quædam apta figura membrorum, cum coloris quadam ſuauitate. { יפי *jophí*. κάλλος. GALL. *Beauté.* ITAL. *Bellezza.* GERM. Die hüpſche/Schöne/wolgeſtalt. HISP. *Hermoſura,belleza.* ANG. *Fairneſſe, beautie.* } Venuſtas autem eſt gratia quam affert pulcritudo. Cicer. 1. *Offic.* Pulcritudo corporis apta compoſitione membrorum

rum

rum mouet oculos, & delectat hoc ipso quòd inter se omnes partes quodam lepôre consentiunt. Idem *lib. 3. de Orat.* Tantam habet Pulchritudinem, vt nulla species ne excogitari quidem possit ornatior. Idem *lib. 1. Offic.* Quis non admiretur splendorem,pulchritudinémque virtutis?

‖ Pulebrust, in ll Alemann. si autem brachium fregerit, ita vt pellem non rumpat, quod Alemanni pulebrust dicunt, ante cubitum, cum III. sol. componat.

Puleslach Leg Baiuor. *tit.3.1.* siqui quis liberum per iram percusserit,quod puleslach vocant,vnum sol donet. Schlag/ést percussio.‖

Pūlēgĭum, ij, herba hortensis est nota. { γλήχων βλήχων. GALL. *Herbe appellee poliot.* ITAL. *Puleggio.* GERM. Polei/ein kraut. HISP. *Poleo.* ANGL. *Peniriall or pudding grasse.* } Col. *lib.8.c.5.* Pulegij surculis fumigentur: ea res videtur prohibere pituitam, quæ celerrimè teneros inficit. Legitur etiam pro eodem puleium. Cic. *lib.1. de diuin.* Nam & masculorum iecuscula bruma dicuntur augeri,& puleiumarium florescere ipso brumali die. ¶ Accipitur etiam pulegium per translationem pro suauitate sermonis. Cic. *ad Tiro. lib.16.* Cras expecto Leptam:etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis vtendum est.

PVLEX, icis, animalculum satis notum, inde dici volunt quòd è puluere generetur, cùm è Græco fluxisse constet. est enim ψύλλα. { פרעש *parhôsch* GALL. *Vne puce.* ITAL. *Pulice.* GERM. Ein floch. HISP. *La pulga.* ANGL. *A flea.* } Est autem masculini generis. Cels. *lib.6. c.7.* Si pulex intus est, compellendum eò lanæ paulum est, quam ipse is subit, & simul extrahitur. Si non est secutus,&c. A pulice verò dictus est pullus color,non verò pulex à pulligine. Plaut. *Curc sc.2. a.4.* Genus lenonum, item vt muscæ pulicésque pedésque.

‖ Pulicaria,herba, quæ Græcis ψύλλιον.‖

Pūlĭcōsŭs,a,um,Pulicibus plenus. { ψυλλώδης. GAL. *Plein de puces.* ITAL. *Pieno di pulici.* GERM. Voll flöch. HISP. *Lleno de pulgas.* ANG. *Full of fleas.* } Colum. *lib.7. cap.13.* Pulicosæ cani remedia sunt: Sume cyminum tritum,pari pondere cum veratro,aquáque mistum,& illitum,seu cucumeris anguinei succum,vel (si hæc non sunt)vetus amurca per totum corpus infusa.

Pūllārĭŭs, Pullaster, vide *Pullus* substantiuum.

Pūllātŭs, vide *Pullus* adiectiuum.

Pūllēscō,Pullicenus,Pullities.vide *Pullus* substantiuum.

Pullo, pullos procreo,germino.

PVLLVS, i,à puellus,vt quidam putant, per syncopen deductum,quorumlibet animalium fœtus. { אפרח *ephróach* גוזל *gôzâl* גור *ghur.* πῶλος GAL. *Poussin,poulain.* ITAL. *Piccioli figliuoli nati di nuouo delle bestie,pollastro,pelcino.* GERM. Das iung eines jeden thiers. HISP. *Pollo de qualquier aue,ò pollino de qualquier bestia.* ANGL. *The yong of euerie liuing creature except man.* } Plaut. *Curc.sc.1.a.3.* In cauea si forent conclusi itidem vt pulli gallinacei. Idem *Asin.sc. 3. a.1.* Quasi Columbæ pulli in ore vsque meo eratis. Virg. *lib. 3. Georg.*

Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur.

Iuuen. *Satyr. 13.*

——quia tu gallinæ filius albæ,
Nos viles pulli,nati infelicibus ouis.

De pullis gallinaceis est Epigramma apud Mart. *lib.13.* Plin. *lib.8 c.44.* Pullis eorum ceu præstantibus sapore, Africa gloriatur. ¶ Pullus etiam de homine dicitur,& faustum nomen est,vt autor est Suet. *in Calig. c.13.* Sidus,pullus,puppus,alumnus, fausta nomina, inquit. Pullus ranæ. Horat *lib.2. Serm.Satyr. 3.*

Absentis ranæ pullis vitulli pede pressis.

¶ Quinetiam prisci pullos dicebant suos catamitos. Vnde Qu. Fabius, cui Eburno cognomen fuit propter candorem, quòd eius naris icta esset fulmine, pullus Iouis appellatus est. Pulli de arboribus etiam dicuntur. Plin. *lib.17. cap. 10.* Nullis verò tales pulli proueniunt, nisi quarum radices amore Solis atque imbris in summa tellure spatiantur. Cato *cap.51.* Ab arbore abs terra pulli qui nascentur, eos in terram deprimito.

Pūllŭlī, Stolones sunt (vt quibusdam placet) ex arborum radicicus enascentes. { שתלים *schthilim* שלחות *scheluchóth.* βλαστοὶ, παραφυάδες. GALL. *Surgeons ou iettons de vigne ou autre plante.* ITAL. *Innoui germogli de gli albori.* GERM. Die iungen sprößlin oder schößlin HISP. *Pimpollos que nascen del arbol.* ANG. *Buddes of plantes* } vnde & pullulare dictum putant, pro eo quod est, stolones, siue germen emittere. Plin. *lib 17.c.10.* Nullis verò tales pulluli proueniunt,nisi quarum radices, amore Solis atque imbris, in summa tellure spatiantur. In multis exemplaribus legitur *pulli.*

Pūllŭlo,as,Fœtifico,quasi pullulos,hoc est,stolones emitto. {צמח *tsamách.* παραφυεῖν,βλαστάνειν. GALL. *Pulluler, ietter surgeons,produire surgeons.* ITAL. *Pullulare.germogliare.* GERM. Außsprossen/schößlin herfürbringen/ außschlagen in iunge zweig. HISP. *Nascer y crescer y echar renueuo el arbol.* ANG. *To springe or come vp yonge.* } Nam pullulare dicimus arbores, quum à radice nouæ plantæ surgunt. Virg. *1.Georg.*

Pullulat ab radice aliis densissima Sylua.

Plin. *lib.17.c.10.* Natura & plantaria demonstrauit,multarum radicibus pullulante sobole densa, & pariente matre quos enecet. Eius quippe vmbra turba indigesta premitur, vt in lauris, platanis, cerasis, pruinis: paucorum in hoc genere rami parcunt soboli, vt vlmorum, palmarúmbue. Nullis verò tales pulli proueniunt, nisi quarum radices,amore Solis atque imbris, in summa tellure spatiantur. Virg. *lib.7.Æneid.*

Tam sæuæ facies:tot pullulat atra colubris.

¶ Huius compositum est Expullulo, quod significat extra pullulo, vel enascor. Colum. *lib.3.* Nec dubium quin gemmæ quæ cacumini proximæ sunt,infœcundæ in eo relinquantur, ex quibus pampinus expullulat.

Pūllŭlāsco, scis, Pullulans fio, germen emitto. { צמח *tsamach.* βλαστάνω. GAL. *Pulluler,bourgeonner.* ITAL. *Pullulare,germogliare.* GERM. Schössen/ vberkommen/grünen/anfahen aussschiessen. HISP. *Nascer y cresery echar renueuo el arbol.* ANG. *To beginne to budde and springe.* } Col *lib.4.c.21.* Et nouello palmite vitis pullulascit.

Pūllēsco,scis,pullulasco. { צמח *tsamách.* βλαστάνω.} Col. *lib.4.c.21.* Quicquid est supra vetusti brachij, amputatur,& ita ex nouello palmite vitis pullescit. Quo tamen in loco inemendatioribus Columellæ exemplaribus legitur, *pullulascit.* ¶ A pullesco nonnulli deducunt compositum Repullesco,citantes locum Columellæ *eodem lib.c.22.* Quum ferè plurimarum stirpium natura sic se commodet,vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repullescant. Verùm & ibi emendatiores codices, Repullulascant legendum ostendunt.

Pūllāstĕr,& pullastra,Gallus,siue gallina adolescens. { ὀρνιθάριον. GALL. *Vn ieune coq,cochet.* ITAL. *Pollo,pollastro.* GERM. Ein iung hänlin oder hennelin. HISP. *Pollo grande quasi gallina.* ANG. *A cockrell or yonge cock.* } M. Varro *lib.3.de re rust. c.9.* Et ea quæ subiicias, potius vetulis,quàm pullastris & quæ rostra, aut vngues non habeant acutos: quæ debent potius in concipiendo occupatæ esse quàm in cubando.

Pūllĭcēnŭs, à quibusdam, degenerante iam linguæ Latinæ puritate,vsurpatum est pro pullo gallinaceo. Ælius Spartianus *de Alexandro Seuero,* Et ne earum pastus grauaret annonam, seruos habuit vectigales, qui eos ex ouis,& pullicenis & pipionibus alerent.

Pūllīnŭs, a, um, quod est pulli. { πώλινος. GALL. *De poussin, ou poulain.* ITAL. *Di pollastro ò polcino.* GERM. Das eines iungen thiers ist. HISP. *De pollo ò pollino.* ANGL. *Of the yonge of any beast.* } Vnde pullini dentes, quos primùm equi iaciunt. Plin. *lib.8. cap.44.* Quæ non priusquam dentes quos pullinos appellant, iaciat, conceperit, sterilis intelligitur.

Pūllārĭŭs, Pullos curans, vel qui è pastu pullorum captat auspicia. { ὀρνιθοκόμος. GALL. *Poulalier.* ITAL. *Pollaro.* GERM. Der mit hüneren vmbgeht/oder deren warnimpt/ hünermeyer. HISP. *El que cura de los pollos.* ANGL. *A poulter.* } Liuius *lib. 10.* Nam quum pulli non pascerentur, pullarius auspicium mentiri ausus, tripudium solistimum nunciauit Consuli. Cicer. *2. de diuinat.* Attulit in cauea pullos is qui ex eo nominatur pullarius. Liuius *8. ab Vrbe,* Nanque Papyrius Dictator à pullario monitus, quum ad auspicium repetendum Romam proficisceretur. Cicer. *lib. Epist. fam.* Literis recitatis, oblata est religio Cornuto pullariorum admonitu, non satis diligenter eum auspiciis operam dedisse.

Pullariam Plautus dixit,manum dextram.Fest.

Pullaria feles,Ausonio puerorum fur.

Pullarium,ad pullos,seu pueros pertinens.

Pūllātĭo, nis, accipitur pro fœtura pullorum, quæ & pullitio dicitur. { τόκος τῶν ὀρνίθων. GALL. *Nichee ou couuee de poussins.* ITAL. *Nascimento,ò il couare de polli.* GER. Brütung. HISP. *Nascimiento,ò criança de los pollos.* ANGL. *Hathching or bringing out of chickens.* } Col. *lib. 8. cap. 5.* Plerique tamen etiam ab æstiuo Solstitio non putant bonam pullationem.

Pullicenus,pullus gallinaceus,Ælio Spartano.

Pūllĭcĭēs, ei, ipsa pullatio. τόκος τῶν ὀρνίθων. Colum. *lib.8.cap.10. de turture.* Huius auis ætas ad saginam non tam vetus est idonea, quàm nouella. Itaque circa messem quum iam confirmata est pullicies, eligitur Idem *lib. 9.c.11. de apibus* Quum primo vere in eo vase nata est pullicies,nouus rex eligitur.

PVLLVS,a,um,Fuscus, in nigrum vergens, cuiusmodi est color terræ, qui & Bæticus dicitur,siue Hispanus. { שחור *schachôr.* φαιός. GALL. *Noir, gris enfumé.* ITAL. *Fosco.* GERM. Schwartzlecht/das sich auff die schwertze zeucht. HISP. *Negro.* ANGL. *Black or darke colour, browne or naturall colour.* } Virg. *lib. 3.Georg.*

——ne maculis infuscent vellera pullis,

id est,nigris,inquit Seruius.Ouid. *lib.4.Fast.*

——Cerealibus albas (vestes sub.)
Sumite,nunc pulli velleris vsus abest.

Tibullus *lib.1.Eleg.2.*

Concidit ad magicos hostia pulla deos.

Hoc colore olim in luctu vtebantur. Cic. *in Vatin.* Atque etiam id à te scire cupio, quo consilio, aut qua mente feceris, vti in epulo Qu. Arrij familiaris mei cum toga pulla accumberes. Idem *6. Verrin.* In hac officina maiorem partem diei cum tunica pulla sedere solebat,& pallio. Putre solum & pullum. Col. *in Præfat. lib. 1.* In aliis regionibus nigra terra quam pullam vocant. Plin. *lib.17.c.4.* Nec pulla,qualem habet Campania, vbique optima vitibus. Pullum olus, id est,olus atrum, ἱπποσέλινον. Col. *lib.17.* Atque oleris pulli radix,hoc est, oleris atri.

Pūllātŭs, pulla veste indutus,atratus. { קדר *kodhér.* μελανείμων. GALL. *Vestu de noir.* ITAL. *Vestito di nero.* GERM. Der schwartz bekleidt ist oder leid tregt. HISP. *Vestido de negro.* ANGL. *Cladde in mourning apparell.* } Cic. *in Vatin.* Quis vnquam cœnauit atratus, quum ipse epuli dominus, Qu. Arrius albatus esset? Quandoque pullatus accipitur pro viliori persona, siue rudi & imperita: translatione sumpta à spectaculorum consuetudine, in quibus lautiores candidis togis spectabant: (vt non vno in loco indicat Martialis) tenuiores, quibus mutandæ togæ copia non erat, nigris. Suet. *in August.* Militem secreuit à populo, multis ex plebe proprios ordines assignauit, prætextatis cuneum suum & proximum pædagogis: sanxítque, nequis pullatorum media cauea sederet. Idem *in August.c.40.* Ac visa quondam pro concione,pullatorum turba,indignabundus & clamitans, En,ait, Romanos rerum dominos gentémque togatam. Vbi Pullati dicuntur plebeij,nulla purpura,aut alio panno distincti. Quintil. *lib.2.c.13.* Iam collidere manus, terræ pedem incutere, femur, pectus, frontem cædere, mirè ad pullatum circulum facit, hoc est, ad cumulum rudium, atque inperitorum hominum. Idem, Pullata turba.

Pullīgo, inis, pullus color. μελανία. GALL. *Noirceur,ou couleur enfumée.* ITAL. *Color fosco.* GER. Schwartzlechte farb/rauchfarb. HISP. *Color negro.* ANGL. *Browne or naturall colour.* } Plin. *lib.8.c.48.* Fuluas lanas,Tarentum habet,& alias suæ pulliginis.

PVLMENTVM, i, ipsa puls, vel aliud cibarium ad modum pultis factum. { נזיד *nazîdh.* ἄρτυμα. GALL. *Potage,& toute sorte de viande.* ITAL. *Ogni viuanda con brodo.* GER. Ein dicke brühe/ein muß. HISP. *Manjar delicado* ANG. *Potage.* } Apuleius, Ius porcorum, pullorum, piscium, & ius pulmentorum largissimas epulas. Plaut *in Aulul.* Pulmentum pridem eripuit miluius. Horat. *1. Epist.19.*

Cœnes vt pariter pulmenta laboribus empta.

Plaut.

Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Ei (seruo) primo omnium pulmentum datur. Idem *Pseud sc.* 2. *a.* 1. Num pulmento vtor mundiusculo?

Pulmentāris, pulmentare, quod pertinet ad pulmentum. { εἰς προσόψημα ἐπιτήδειος. GAL. *De potage & autre viande.* ITAL. *Cosa de viuanda con brodo.* GER. Das deß muß ist. HISP. *Cosa de manjar delicado.* ANGL. *Belonging to potage.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 12. Quinetiam fabacia prisco ritu suæ religionis diis in sacro est, præualens pulmentari cibo.

Pulmentārium, ij, propriè dicitur puls, vel cibus in modum pultis factus, quanquam & generaliùs pro quouis opsonio sumitur. { προσφάγιον. GAL. *Potage, ou autre viande auec son potage* ITAL. *Ogni viuande con brodo.* GER. Muß. HISP. *Manjar delicado y manjar de carne sin huesso.* ANGL. *Potage or other meate made lik potage.* } Autor est enim Plin. *lib.* 18. *c.* 8. primum in Latio cibum pultem fuisse, non panem: argumentóque id esse, quòd pulmentaria pro cibis sua etiam ætate diceretur. Col. *lib.* 11. *c.* 3. Satureia viridis esui est iucunda, nec arida, inutilis ad pulmentaria condienda. Senec. *epist.* 88. Cum pane & pulmentario. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 3.

———*tu pulmentaria quare cubando.*

Vncta pulmentaria.

Pers. *Satyr.* 3. In Euangelio quoque legimus, Nunquid pulmentarium habetis?

PVLMO, nis, Viscus spongiosum, corporis totius secundum cor nobilissimum, ad vngulæ bubulæ similitudinem dissectum, follis modo spiritum attrahens, eundémque reddens, colorémque natiuum leniter refrigerans { πνεύμων. GALL. *Le poulmon.* ITAL. *Polmone.* GERM. Die lungen. HISP. *El pulmon, liuiano.* ANGL. *The lightes* } Pers. *Sat.* 1.

Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet.

Ouid. *in Epist.*

Cernis vt è molli sanguis pulmone remissus,
Ad Stygias certo limite ducat aquas.

Apud veteres sæpiùs pluraliter pulmones dicebantur, sicut & ceruices. Plaut. *in Curcul.* Pulmones distrahuntur, cruciatur cor. Cicer. 2. *Tuscus. quæst.* Lateri inhærens, morsus lacerat viscera, vrgénsque grauiter pulmonum haurit spiritus. ¶ Pulmo item piscis sensu carens, indubitata tamen nautis futuræ tempestatis signa præbens. Vide Plin. *lib.* 6. *c.* 47. & *lib.* 17. *c. vlt.*

Pulmōnārius, a, um, Pulmonis vitio & inflammatione laborans, quam & febris acuta, & difficultas anhelitus solent comitari. { περιπνευμονικός, πνευμονικός. GAL. *Qui a mal ou sent doleur aux poulmons.* ITAL. *Infermo del polmone.* GERM. Das lungensüchtig ist. HISP. *Tocado de liuianos.* ANGL. *That hath a desease in the lightes.* } Col. *lib.* 7. *c.* 6. Oue pulmonariâ similiter vt suem curari oportet, inserta per auriculam, quam veterinarij consiliginem vocant. Quin & morbū ipsum pulmonarium dicimus, quem Græci appellant περιπνευμονίαν. ¶ Pulmonaria item herba est quam nonnulli pepannum appellant, buglossi folio, sed promisso magis, atque læuiore, colore quoque dilutiore, albicantibus maculis notato, ad similitudinem pulmonis: vnde & nomen accepit.

Pulmōnĕă, Poma quædam pulmonis instar tumentia. Plin. *lib.* 15. *c.* 14. Stolidè tument pulmonea. Perottus ea esse existimat quæ Itali sua lingua *Centum solida* appellant.

Pulmunculus. Diminut. Paruus pulmo, vel aliquid paruo pulmoni simile. Solinus *c.* 62. Sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis vestigia carnulenta de camelis.

PVLPĂ, æ, pars carnosa in corpore animalis, quam & musculum appellant Dicta est quòd pulpitet, & sæpè resiliat: vel pulpa dicta à pulte, quòd pulte mista vescebatur. { μῦς. GALL. *Poulpe, chair sans os.* ITAL. *Polpa.* GER. Die mauß oder maußfleisch. HISP. *La poulpa, carne sin huesso.* ANG. *Flesh without bones.* } Mart. *lib.* 3. Et pulpam dubio de petasone voras In arborum quoque carne pulpæ dicuntur, meatuum quidam discursus venis similes, nisi quòd venæ altiores candidiorésque sparguntur, pulpæ fissilibus insunt: vnde fit vt antè ad caput trabis quamlibet longæ admota, ictus ab altero capite vel graphij sentiatur. Plin. *lib.* 16. *c.* 38. Quibusdam arboribus pulpa sine neruis, mero stamine & tenui constat. hæcque maximè fissilia. Alia frangi celeriora quàm findi, quibus pulpa non est. Vide Persium. *Satyr.* 2.

Pulpāmĕtum, i, à pulpa deductum: quo nomine significantur carnes delicatiores, aliáve lautiora opsonia. { προσφάγιον. GAL. *Viande, ou viande delicate & friande.* ITAL. *Viuanda ben saggionata.* GER. Ein schlecker hafftige speiß/ein schleck hyßlin HISP. *Manjar delicado, y carne sin huessos.* ANG. *A deintie dish well seasoned* } Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Vultisne oliuas, aut pulpamentum, aut capparim. Idem *Ps. sc.* 1. *a.* 4. Accipiam te victu vino, vnguentis, inter pocula pulpamentis. Terent. *in Eunuch.* Tute lepus es, & pulpamentum quæris? δασύπους εἶ, καὶ κρεῶν ἐπιθυμεῖς. Cuius prouerbij vsum suprà explicuimus in dictione *Lepus.*

‖ Pulpido Gl. Isid. Pulpidinis colophia. leg. *coliphia.* i. panis instar pulpæ carnis. ‖

Pulpĭtum, locus editior in orchestra, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum, quoad Comœdiæ chorum habuerunt, cæterique personam non habentes, fabulæ subseruiebant, histrionibúsque in scęnam abditis, populum gesticulatione retinebant. { θυμέλη, λογεῖον. GAL. *Pulpitre ou chaire.* ITAL. *Pulpito.* GERM. Das höder oder hinner theil einer bruge/ auff deren man ein schauwspil haltet. HISP. *El pulpito, ò predicatorio.* ANGL. *A pulpit.* } Plin. *Epist.* 90 Inde ista ludibria, scena & pulpito digna. ¶ Ponitur etiam pro suggesto, id est, quocunque edito Loco, siue cathedra: cuiusmodi sunt ex quibus docent disciplinarum professores: aut qui concionem habent ad populum. Sueton *de claris Grammaticis*, Repeto quendam principem nomine alternis diebus declamare, alternis disputare, nonnullis manè disserere, post meridiem remoto pulpito declamare solitum. Quint. Augusto pulpito stans declamabat Demosthenes. Item Ouid *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Pulpo, as, de vulture. Auctor Philomelæ,

Dum clangunt aquilæ, vultur pulpare probatur.

PVLS, tis, cibi antiquissimi genus ex farina & aqua constans, additis interdum ouis, melle, vel caseo. { χέδροπα, πόλτος, ἀθάρη. GALL. *Vne sorte de viande dequoy vsoyent les anciēs en lieu de pain, faict de farine, eau, miel ou fromage & œufs.* ITAL. *Polenta con farina & aqua condita con melle ò formaggio.* GER. Ein muß/vor zeiten ward dise gattung auß wasser vnd mäl mit eyeren/honig/&c. angemacht. HISP. *Las puchas ò poleadas.* ANGL. *Potage gruell.* } Aëtius πόλτον, hoc est, pultem appellari ait sorbitionem omnem confectam ex cerealibus granis in succum resolutis. Plin. *lib.* 18. *cap.* 8. Pulte autem, non pane longo tempore vixisse Romanos manifestum est: quoniam inde pulmentaria hodiéque dicuntur. Porrò quod ad vocis huius etymon attinet, quidam à sono dictum existimant, quem edit dum coquitur. Festus tamen videtur innuere à pullis pultem appellari, quòd pullarij, vt tripudium solistimum facerent, hoc potissimùm cibi genere pullos pascerent. Verba Festi sunt hæc, Puls potissimùm dabatur pullis in auspiciis, quia ex ea necesse erat aliquid decidere quod tripudium faceret, id est, terripauium. Pauire enim ferire est. Bonum enim augurium esse putabant, si pulli per quos auspicabantur, comedissent, præsertim si eis edentibus, aliquid ex ore decidisset: sin autem non omnino edissent, arbitrabantur periculum imminere. Hæc ille. πόλτον autem Græci recentiores imitatione Romanorum videntur appellasse, quum à vetustioribus χέδροπα vocaretur.

Pultĭcŭlă, æ, diminutiuum, à pulte. πολτάριον. Colum. *lib.* 8. *cap.* 11. Nec minus quolibet frumento cocta pulticula. Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. de polypodio loquens, Coquitur in pulticula ad aluum vel in febri leniter soluendam.

Pultārĭus, ij, vasculum culinarium, in quo puls decoquitur. { χυτρίδιον, ἀγγεῖον. GALL. *Vaisseau où on cuisoit telle viande.* ITAL. *Vaso da cuocerui la polenta.* GERM. Ein muß hefen/ein geschirr in dem man das muß kochet. HISP. *El puchero ò olla para cozer puchas.* ANGL. *A vessell to seeth gruell in.* } Cornel. Celsus, Si cætera defecerint, calyculus aut pultarius oris compressioris ei rei commodè aptatur. Plin. *lib.* 6. *c.* 53. Edita cœna calidam potionem in putario poposcit. Col. *lib.* 12. *cap.* 43. Sed vuæ dependentes à matre sic in pultarios condi debebunt, ne quæ partes vasa contingant.

Pultiphagus, qui pultem vorat. Apud Plaut. legitur *in Most.* Nomen ioco fictum: per poëticam licentiam ex Latino & Græco deductum.

Pulso, Pulsus, Pulto, vide *Pello.*

Pulueraticum, donationis genus, quo quidem nomine binos solidos dari seruis, qui se militiæ offerunt, Impp. iubent.

Puluicinare, pluitare, sæpe pluere. Gloss. Isid. An Pluicinare?

PVLVĪNĀR, est, quod capiti dormienti subiicimus: dictum quasi puluinar, quòd ex plumis soleat confici. { כסת chéseth. τὸ προσκεφάλαιον. GAL *Vn oreiller.* ITAL. *Guanciale, cussino.* GERM. Ein hauptküssin. HISP. *Almohada de estrado.* ANGL. *A pillow or a cushin.* } Vtebantur autem puluinaribus potissimùm lautissimi quique, præsertim in lecto coniugali. Quo factum est vt puluinar figuratè, pro eiusmodi toris accipitur. Iuuenal. *Satyr.* 6.

———*fumóque lucernæ*
Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.

Ouid. *lib.* 2. *de Pont. Eleg.* 2.

Incolumis coniunx sua puluinaria seruat.

¶ Distinguit autem Placides *in Glossis* inter Puluinum, & Puluinar. Puluinus, inquit, est priuati hominis ceruical, vel culcitral: Puluinar verò ac puluinaria principum sunt, vel regum, id est, lectisternia. Hinc pro ipsis palatiis, siue Cæsarum domibus. Senec. *de consol ad Polyb c.* 16. Totiens ipsa funestauit puluinaria? (sup. fortuna) paulò antè illis opponit priuatas domos, &c. ¶ Sedentibus quoque, & rei alicuius innitentibus puluinaria subiici solent. Ouid. *lib.* 1. *de Arte.*

———*fuit vtile mutis*
Puluinar facili composuisse manu.

Loquitur autem de iis officiis quæ in Circo spectantibus mulieribus ab amatoribus præstari consueuerant. Sueton. *in Claud. cap.* 4. Spectare eum Circenses ex puluinari non placet nobis. Puluinaria item in templis dicebantur lectuli diis dicati, in quibus illorum simulacra solebant reclinari, atque in hac significatione semper Cic. vtitur. Idem Cic. *pro domo sua*, Ea aram, & ædiculam & puluinar sub saxo sacro dedicauit. Ouid. 14. *Metam.*

——— *& puluinaribus altis*
Dignior est.

Sueton. *in Cæs. cap.* 76 Iuxta Deos, puluinar, flaminem, lupercos, templa, aras, sibi decerni passus est. Sternebantur autem hi lectuli quoties decreta erat supplicatio: vnde & lectisternium nuncupabatur sicut docet Augustinus *lib.* 3. *Ciuit.* Liuius, Curarum lectisternium, & per triduum habitum Decemuiris sacrorum curantibus, & puluinaria in conspectu fuere Ioui & Iunoni, alterum Neptuno & Mineruæ, tertium Marti & Veneri, quartum Apollini & Dianæ quintum Vulcano ac Vestæ, sextum Mercurio & Cereri. ¶ Abusiuè aliquando puluinaria pro templis ipsis dicuntur: inde apud Liu. legitur ad omnia puluinaria sacrificatum fuisse. Cicer. *in Catil.* Quoniam ad omnia puluinaria supplicatio decreta est, celebratore illos dies cum coniugibus ac liberis vestris.

Pŭlŭīnārĭum, ij, puluinar: quod scilicet capiti substerni, aut sessuro subiici solet. ¶ Item lectus qui in templis sterni consueuit. Liu. 1. *bell. Pun.* & coruum in ædem Iunonis deuolasse, atque in ipso puluinario consedisse.

Puluinceriæ, areæ mortuorum. Isid. ‖ An legemus puluini ariæ mortuorum? sanè idem habet, Ariæ mortuorum puluinaria. ‖

Pŭlŭīnŭs, i, Puluinar, hoc est quo dormientium capita fulciuntur, à Plumis quibus farcitur, nomen habens, quasi pluminus. { כסת chéseth. προσκεφάλαιον. GALL. *Vn coussin ou oreiller.* ITAL. *Guanciale.* GER. Ein hauptküssin/küssin. HISP. *Almohada de estrado.* ANGL. *A pillow or a cushin.* } Cic. *in Verr. a.* 7. Nam vt mos fuit Bithyniæ regibus, lectica hexaphoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus, Melitensi rosa factus. Apuleius, Quattuor Eunuchi confestim puluinis compluribus, vento tumentibus, pluma delicata, terrestrem nobis cubitum perstruunt. ¶ Puluini item dicuntur qui sellis, scamnísue imponuntur quò mollior sit sessio, plumis, lana, vel tomento facti. Cic. *Trebat.* Sella tibi erit in ludo: eam puluinus sequetur. Idem *de Orat.* Tum Crassum puluinos poposcisse, & omnes in iis sedibus quæ erant sub planato, consedisse dicebant. Iuuenal. *Satyr.* 3.

——exeat, inquit.

Si pudor est, & de puluino surgat Equestri
Cuius res legit non sufficit, & sedeant hic
Lenonum pueri quocunque in fornice nati.

Senec. *cap. 16. de consol. ad Mart.* Clœlia exprobrat iuuenibus nostris puluinum ascendentibus in ea illos vrbe sic ingredi, &c. ¶ Puluinus scorteus, i. eo corio, προσκεφάλειον δερμάτινον ἢ σκύτινον. Cels. *lib. 8. cap. 12.* Subiecto inter parietem & caput eius scorteo puluino duro. ¶ Puluinus item in hortis dicitur terra eminens, seu protuberans inter duos sulcos: quod genus in agris à porrigendo, porcam appellant. Plin. *lib. 19. cap. 14.* Areis distingui, eásque resupinis puluinorum toris ambiri singulis tramitum sulcis qua datur accessus homini, scatebrísque decursus Colum *lib. 11. cap. 3.* Vlpicum habet velut allium, plures cohærentes spicas: hæque quum sint diuisæ, liratim seri debebunt, vt in puluinis positæ, minus infestentur hyemis aquis. Puluinus item pro loco vbi homines sub dio in hortis, deliciarum causa iacent, vsurpare videtur. Plin. *Epist. 101. lib. 5.* Ante porticum xystus concisus in plurimas species, distinctúsque buxo, demissus inde, pronúsque puluinus, cui bestiarum effigies inuicem aduersas buxus inscripsit. Item Arena durior, qui in modum saxi lapidescit. Vitru. *lib. 5. c. 12.* Tunc ab ipsa terra, siue crepidine puluinus firmissimè struatur

Pŭluīnātŭs, a, um, quod est ad similitudinem puluini, eminulum, & protuberans. { προσκεφαλαιώδης. GALL. *Fait en façon d'oreiller, mol comme plume.* ITAL. *Fatto à foggia di guanciale.* GERM. Das bauchlechtig vnd auffgeblasen ist wie ein küssin. HISP: *Cosa mollida ò de estrado, ò echa en manera de almohada.* ANGL. *Made lick a pillow or cushin.* } Plin. *lib. 15. c. 22. de iuglandibus loquens,* Nec non & honos his naturæ peculiaris, geminos protectis operimento puluinati primùm calycis, mox lignei putaminis. Idem *lib. 17. c. 22.* Cliuosa loca altiores poscunt scrobes, prætereа puluinatis à deuexitate labris.

Pŭluīnŭlŭs, i, diminutiuum à puluinus, varia habens significata, quemadmodum suum primitiuum. { προσκεφαλίδιον. GALL. *Petit oreiller, petit duuet.* ITAL. *Pimacciuolo.* GERM. Ein küsselin. HISP. *Pequeña almohada.* ANG. *A litle pillow or cushin.* } Nam modò id significat quo dormientium capita fulciuntur: modò id quod scamnis, sellísve imponitur, quò commodior sit sessio. ¶ Nonnunquam etiam pro areola in hortis in medio duorum sulcorum eminente. In qua significatione vsus est Col. *lib. de Arboribus, c. 10.* Sed quæcunque in cliuis erunt positæ, ita ablaqueandæ sunt, vt à superiore parte secundùm codicem lacusculi fiant, ab inferiori autem puluinuli altiores excitentur.

Pŭluillŭs, aliud diminutiuum: vt Serici puluilli, serico panno obducti. { τὸ προσκεφάλαιον, ὑπαλκώνιον, σφαιρωτίον, ὑπαυχένιον. GALL. *Petit oreiller.* ITAL. *Picciol guanciale.* GERM. Ein küsselin. HISP. *Pequeña almohada.* ANGL. *A litle pillow or cushin.* } Horat. *Epod. 8.* Quid quòd libelli Stoici inter sericos Iacere puluillos amant.

PVLVIS, olim puluer, eris, tam masculini quàm fœminini generis. Terra minuta & arida. { אבק *abák* עפר *haphár.* κόνις, κονιορτός. GALL. *Pouldre.* ITAL. *Poluere.* GER. Staub. HISP. *Poluo.* ANGL. *Dust, pouder.* } Propert. *lib. 1. Eleg. 11.*

Sit mihi perpetuò puluis Hetrusca dolor.

Virg *lib. 4. Georg.*

——*ceu puluere ab alto,*
Quum venit & terram sicco spuit ore viator
Aridus.

Idem *1. Georg.*

Humida solstitia, atque hyemes orate serenas
Agricolæ, hyberno lætissima puluere farra,
Lætus ager.

Quint. *lib. 5. c. 6.* Sed nec omne iter puluerem mouet. Dicitur autē puluis (vt quidam existimant) à pellendo, quòd ventorum impetu pellatur Gell. *c. vlt. lib. 5.* Habebat nonnullas disciplinæ Grammaticæ inaudi-tiunculas, eásque quasi puluerem ob oculos, cùm adortus quenque fuerat, aspergebat, &c. Et Senec. *Epist. 90.* Quod vsque in puluerem sectum est. (i. in minimas particulas.) Ouid. *Eleg. 3. lib. 3. Trist.*

Atque ea (ossa) cum foliis, & amomi puluere misce.

¶ Accipitur aliquando pro loco certaminis. κόνισμα. Cic. *3. de Legib.* Doctrinam ex vmbraculis eruditorum, otióque, non modò in solem, atque puluerem, sed in ipsum discrimen aciémque perduxi. Virgilius *7. Æneid.*

Ante vrbem pueri, & primæuo flore iuuentus
Exercentur equis, domitántque in puluere currus

¶ In suo puluere currere, id est, ea in re versari in qua quis plurimum valeat. Ouid. *in Fast.* Inque, suo noster, puluere currat equus. Citra puluerem contingere dicitur, quo quis facilè, & citra negotium potitur: quæ translatio sumpta est à palæstritis, qui certamen inituri se mutuo puluere solebant aspergere, vt corpora, ceromate, & sudore lubrica, mutuas prehensiones non frustrarentur, ἀκονιτί. Gell. *lib. 5.* Ouandi, inquit, causa est, quum deditione repentè facta, sine puluere (vt dici solet) incruentáque victoria obuenit. ¶ Apud antiquos etiam puluer dicebatur: Sed ab eo quod est puluis, genitiuus erat puluis: vt apud Catullum *in Epithalamio Iuliæ,*

Ille puluis Erythræi
Siderúmque micantium
Subducat numerum, prius:
Puluer verò, pulueris.

Verùm hodie tantùm in vsu est puluis in recto, pulueris in obliquis.

‖ Puluix, κονιορτός. S in X aliquando vertitur. ‖

Pŭluĕrĕŭs, a, um, & puluerulentus, a, um, de quibus infrà.

Pŭluīscŭlŭs, i, diminutiuum à puluis. { τὸ κόνισεον, ὁ μικρὸς ἢ ὀλίγης κονιορτός. GALL. *Pouldrette.* ITAL. *Poluerino.* GERM. Ein stäublin. HISP. *Pequeño peluo, poluillo.* ANG. *Small dust or fine pouder.* } quod quamuis generaliter pro omni sumatur puluere, propriè tamen de eo dicitur quo mulierculæ vtuntur, vel vt cutis colorem commendent, vel dentibus candorem inducant: qui & cinis dicitur: à quo alium cinerem, Immundi epitheto secreuit Virg. *1. Georg.*

Et cinerem immundum latos iactare per agros.

Apuleius, Misi vt petisti, mundicias dentium, Nitelas oris, ex Arabicis frugibus Tenuem, candificum, nobilem puluisculum, Complanatorem tumidulæ gingiuulæ, Conuertitorem pridianæ reliquiæ Nequa visatur terra labes sordium Restrictis fortè si labellis riseris. ¶ Cum puluisculo aliquid conuerti dicimus, quoties omnia sic tolluntur, vt nihil sit reliqui, ne puluis quidem. Plaut. *Ruden.* Conuertet iam hic me totum cum puluisculo.

Pŭlvĕrĕŭs, a, um, quod ex puluere est. { κονιορτώδης. GALL. *Poudreux, de poudre.* ITAL. *Di poluere.* GERM. Das auß staub ist. HISP. *Cosa de poluo.* ANGL. *Of dust.* } vt, nubes puluerea, id est, ex puluere moto excitata. Virg. *8. Æneid.*

Stant pauida in muris matres, oculíque sequuntur
Pulueream nubem.

¶ Nonnunquam idem quod puluerulentus, hoc est, puluere plenus. κονιορτώδης. Ouid. *7. Metam.*

Pulueréamque trahens per summa cacumina pallam,
Verrit humum.

Æquor puluereum, pro arena in qua pugnatur. κονίστρα, Stat. *11. Theb.*

Iámque in pulueream, furiis hortantibus, æquor
Prosiliunt.

Pulŭĕrŭlēntŭs, a, um, Puluere plenus. { κονιορτώδης. GAL. *Poudreux.* ITAL. *Poluerose.* GERM. Vol staub/staubig. HISP. *Lleno de poluo.* ANG. *Dustie or full dust.* } Cic. *ad Attic. lib. 5.* Nunc iter conficiebamus æstuosa & puluerulenta via. Virg. *12. Æneid.*

——*versique vicissim*
Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.

Mart, *lib. 3.*

Est illic coniunx, quæ te manibúsque sinúque
Excipiet, vel si puluerulentus eas.

Varr. *lib. 3. de re rust. c. 18* Minus valentum signa, si sunt pilosæ & horridæ, aut puluerulentæ, nisi opificij eas vrgeat tempus.

Pŭlvĕro, Occo, glebas maiores comminuo, & in puluerem resoluo, { βωλοκοπῶ. GALL. *Pulueriser, poudrer, mettre en poudre.* ITAL. *Ridurre in poluere, impoluerare.* GERM. Die erdschollen woll zu pulver zerbrächen. HISP. *Hazer poluo, empoluorar con poluo.* ANG. *To lay ouer with dust, or to dissolue into dust.* } Col. *lib. 11. c. 2.* Priusquam vineæ puluerentur, si perexilis est, vel rara ipsa vitis, lupini modij tres, vel quatuor in singula iugera spargunt. ¶ Pulueret, Plaut. dixit pro puluere plenum sit. ait enim, Exi tu Daue, age, sparge, mundum esse hoc vestibulum volo: Ventura est nostra, nolo hic pulueret.

Pŭlvĕrātĭo, est genus culturæ (vt inquit Seruius *in lib. 2. Georg.*) quo imminutæ glebæ vitibus applicantur. { ἡ κονιόρτωσις. GALL. *Puluerization, quand on met quelque chose en poudre.* ITAL. *Esso poluerizare.* GER. Die zerbrächung oder zerknitschung der erdschollen zu pulver. HISP *Obra de hazer poluo y aporcar.* ANGL. *Dissoluing into dust, or breaking, of cloades.* } Col. *lib. 11. c. 2.* Sed frigidioribus regionibus puluerationem faciunt, quam vocant rustici occationem, quum omnis gleba in vineis refringitur, & resoluitur in puluerem.

PVMEX, icis, masculini generis, Lapis leuis & cauernosus, aquis innatans, ad scabra læuiganda laudatissimus, κισσηρίς. GAL. *Pierre ponce.* ITAL. *Pomice, pomica, pietra pomica.* GERM. Bimsstein. HISP. *La piedra esponja.* ANGL. *A pumish stone vsed to mak perchment smooth.* } Virg. *lib. 12. Æneid.*

Inclusas vt quum latebroso in pumice pastor
Vestigauit apes, fumóque impleuit amaro.

Idem *5. Æneid.*

——*& dulces latebroso in pumice nidi.*

Idem *4. Georg.*

Postquàm est in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum.

Pumicibus cauis. Ouid. *8. Metam.*

Pumice multicauo, nec læuibus atria tophis
Structa subit, molli tellus erat humida musco.

Idem *Eleg. 1. lib. 1. Trist.*

Nec fragili gemina poliantur pumice frontes.

Ibid. Eleg. 1. lib. 3. Trist. Plaut. *Aulul. sc. 1. a. 2.* Pumex non æquè est aridus atque hic est senex. ¶ Læuius pumice, pro molli & effœminato. Iuuen. *Satyr. 9.*

Nam res mortifera est inimicus pumice læuis.

Ouid, *Eleg. 1. lib. 3. Trist.*

Quod neque sis credo flauus, nec pumice læuis.

Plin. *lib. 36. cap. 21.* Sed & ij pumices qui sunt in vsu corporum læuigandorum fœminis, iam quidem & viris, atque (vt ait Catullus) libris, laudatissimi sunt Melo, Scyro, Æoliis insulis. Probatio eorum est in candore, ac minimo pondere, & vt maximè spongiosi atque aridi sint, ac teri faciles, nec in fricando arenosi. A Græcis dicitur. κίσσηρις, à similitudine verniculi, qui κὶς dicitur, qui in tritico, hordeóque quum reserbuerunt, nascens semina illa cuspide sua multis foraminibus solet terebrare Vis eius in medicina est extenuare, siccare & abstergere. ¶ A pumice aquam quærere, à Plauto dictum, pro eo quod est frustrà ab alio petere, cuius ipse à quo petas, maximè sit indigens: nihil enim pumice lapide siccius, nihil siticulosius Idem *Persa,* Qua confidentia rogare tu à me tantum audes Argentum impudens? quin si egomet totus væneam, vix potest Recipi quod tu me rogas: nam tu aquam àpumice nunc postulas. ¶ Pumex etiam fœminino genere reperitur. Catullus *ad Cornelium,*

Cui dono lepidum nouum libellum
Arida modò pumice expolitum.

Pŭmĭcōsŭs, a, um, quod pumicis vel naturam vel similitudinem habet hoc est ratum & cauernosum. { κισσηρώδης. GALL. *Qui ressemble aux pierres ponces.* ITAL. *Di piccioli fori come la pietra pomica.* GERM. Der löcherechtig ist wie ein bimsstein. HISP. *Cosa esponiosa.* ANGL. *Drie, holow lyk a pumush stone.* } Plin. *lib. 17. c. 5.* Pumicosa terra, Idem *lib. 32. cap. 8.* Quartum Pumicosius, spongiæque putri simile penè purpureum Pumicosus locus pumicibus plenus.

Pŭmĭcĕŭs, adiectiuum, quod ex pumice est, vel quod aridum est ad similitudinem pumicis. { κισσηροειδής. GALL. *De pierre ponce ou ressemblant à pierre ponce.* ITAL. *Di pomica.* GER. Trucken wie ein bimsstein. HISP. *Cosa*

Cosa de esponja. ANGL. *Ofa pumish stone.*} Plaut. *in Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Pumiceos oculos habeo, non queo exorare vt expuant vnam lacrymam. Ouid 6 *Fastor.*

Et qua pumiceas versat asella molas.

Pūmĭco, as, Pumice polio, læuigo { λεαίνω τῇ κισσηρίδι. GALL. *Poncer, nettoyer & polir auec vne pierre ponce.* ITAL. *Polire, lisciare.* GER. Mit einem bimßstein außreiben vnd polieren / gletten. HISP. *Polir, esponjar.* ANG. *To polish with a pumish stone.*} Tibull. *lib.* 3. *Eleg.* 1.

Pumicet, & canas tondeat antè comas.

Pumicator, politor.

Pūmĭcātŭs, a, um, Pumice politus. Mart *lib.* 1.

Mutare dominum non potest liber notus,
Sed pumicata fronte si quis est nondum,
Nec vmbilicis cultus atque membrana.

Pūmĭlio, nis vel Pumilius, propriè dicitur homo paruæ & humilis staturæ, quem Græco vocabulo nanum appellamus. גמד *ghammádh.* νάνος. GALL. *Nain ou nainte, de petite & basse stature.* ITAL. *Nano huomo picciolo.* GER. Ein zwerglin. HISP. *Enano, hombre pequeño.* ANGL. *A dwarfe or very litle persone* } Gell. *lib.* 19. *c.* 13. Quos pumiliones dicimus, Græci νάνους appellant. Mart *lib.* 14.

———*qua vincere raro,*
Parma tibi, scutum pumilionis erit.

Transfertur etiam ad aues, aliáque cuiusuis generis animalia humilis staturæ Col. *lib.* 8. *c.* 2. Pumiliones aues, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter fœcunditatem, nec propter alium reditum nimium probo. Vide *Pomiliones.*

Pūmĭlŭs, νάνος. à Statio ponitur pro pumilione, *lib.* 1. *Syl.*

Casuraque vagis grues rapinis
Mirantur pumilos ferociores.

¶ Legitur & Pumilio, onis in eadem significatione: vt *ibidem* apud Statium,

Hic audax subit ordo pumilonum
Quos natura breui statu peracto
Nodosum semel in globum ligauit.

¶ Item Pumilius, lij, apud Sueton. *in Aug.* eadem significatione legitur *c.* 83. Nam pumilios, & distortos, & omnes generis eiusdem, vt ludibria naturæ, malique ominis abhorrebat.

PVNCTVS, masculini generis, & Punctum neutrius generis. Dicitur minima indiuiduáque lineæ pars, nullam neque longitudinem habens neque latitudinem, neque profunditatem. { נקודה *nekuddáh.* ἄτμος, στιγμή. GALL. *Vn poinct.* ITAL. *Punto.* GERM. Ein punckt oder dupfflin. HISP. *Punto en la geometria.* ANGL. *A poynt, aprick.*} Seneca. Punctum, & adhuc puncto minus, mundi quod incolimus Plin. *lib.* 2. *cap.* 68. Non aliud est terra vniuersa quàm mundi punctus. Tradunt Geometræ, punctum esse corpus indiuiduum, in quo neque longitudo, neque latitudo, neque altitudo deprehenditur, & ob incomprehensibilem breuitatem sui, in partes diuidi non posse. Hoc protractum lineam efficit: id est, corpus vnius dimensionis Longum enim est sine lato, & duobus punctis ex vtraque parte solam longitudinem terminantibus continetur. Hanc lineam si geminamus, alterum corpus efficitur, quod duabus dimensionibus extruitur, ex longo latóque, sed alto caret. Punctis autem quatuor continetur, per singulas scilicet lineas binis, & hoc Græci ἐπίπεδον: nostri planum, siue superficiem vocant. Senec. *c.* 20. *de consol. ad Martiam*, Terram hanc puncti loco ponimus ad vniuersa referentes: minorem portionem ætas nostra quàm partem puncti habet, si tempori comparetur omni, &c. ¶ Quandoque tamen punctum sumitur pro tempore, vel horæ momento. ἄτμος. Cicer. *Cacinna, lib.* 6. Itaque ne punctum quidem temporis in ipsa fortuna fuisses. Idem *pro Cluentio*, Neque postea Larini punctum est temporis commoratus. Cæsar *lib.* 1. *bell. ciuil.* Ita multorum mensium labor, hostium perfidia & vi tempestatis, puncto temporis interiit, ἐν ἀτόμῳ. Gellio *c.* 1. *lib.* 14. Idem est Momentum, punctum & cursus temporis transuolantis. ¶ Puncta item pro calculis, siue suffragiis recipiuntur. Quoniam veteres suffragia non scribebant, sed puncto notabant. Vnde Expuncti dicebantur viles, eiecti, siue fauore priuati. Græci vocant ψήφους. Cic. *pro Planc.* Nam quod questus es plures testes te habere, quàm quot in ea tribu puncta tuleris. Horat. *in arte,*

Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci.

hoc est, solus suffragia iudicum tulit, qui & vtile, & dulce scripsit, quoniam prodesset & delectaret. Sueton. *in Neron. c.* 30. Quadringenis in punctum HS. aleam lusit. ¶ In scriptura item puncta dicuntur, quibus clausulæ interpunguntur, hoc est, distinguuntur.

Pūnctim, aduerbium. Pungendo. { ἐκ κεντήσεως GALL. *De pointe, d'estoc, en picquant, en poignant.* ITAL. *Di punta, di stoccata.* GER. Mit stächen oder stupffen. HISP. *Heriendo à estocadas.* ANGL. *Foining.*} sicut cæsim, cædendo. ἐκ καταφορᾶς. Liu. 5 *bell. Pun.* Hispano punctim magis quàm cæsim, assueto petere hostem ¶ Cæsim & punctim aliquem petere, prouerbij speciem habet pro eo quod est totis viribus, omníque conatu aliquem aggredi, translatione sumpta à gladiatoribus, qui modò cuspidem intentantes, modò ictum desuper, modò à latere inferentes, in aduersarij necem incubunt.

PVNGO, is, pupugi, vel pepugi, vt autor est Gell. *cap.* 9. *lib.* 7. vel punxi punctum Cuspide, vel aculeo ictum infero. { המאיר חפריש *himeir hiphriisch.* νύττω, στίζω. GALL. *Poindre piquer* ITAL. *Pungere.* GERM. Stächen / ein stich gäben / stupffen. HISP. *Punçar.* ANG. *To foine, to pricke, to sting.*} Varr. Admota aspis quum pupugerit, si non occidat, sciat ex Psyllorum esse stirpe. Plautus *Trucul.* Næ ista stimulum longè habet quæ vsque illinc cor pungit meum. Cicer. *pro Sestio*, Gladius qui per se pungere non potest. ¶ Per translationem etiam de animo dicitur, quum quis ægritudine aliqua afficitur. Cicer *lib.* 3. *Tuscul.* Si ignominia pupugit, siquid tenebrarum offudit exilium Idem *ad Atticum lib.* 13. Tu quid dicis? vnum enim pungit, ne neglectiores esse videamur. Idem *ad Trebatium lib.* 7. Pungit me rursus, quòd scribis esse te istic libenter. ¶ Huius composita, Compungo, Expungo, & Repungo, quorum significata vide suis locis.

Pūngens, pungentis, participium. Plin. *lib.* 6. *cap.* 24. Pungentia folia prino.

‖ Puncta fœm. gen. ictus, qui punctim infertur, vt cæsa, qui cæsim. Veger.

Punctariolæ. Fest. Punctariolas leues pugnas appellat Cato in ea, quam dixit de re Histriæ militari. An potiùs *punctoriolas*: vt sit ceu diminutiuum à *punctorius*? aliter legitur *punctatoriolus*; quòd esset à puncto. ‖

Punctŭs, a, um, aliud participium. { ὁ ἐστιγμένος. GAL. *Poinct ou piqué.* ITAL. *Punto, beccato.* GERM. Gestochen oder gestupfft. HISP. *Punçado.* ANGL. *Pricked, nippeed, foined.*} Cic. *pro Mil.* Vulnus acu punctum.

Pūnctĭo, nis, verbale. { τὸ στίγμα, κέντημα. GAL. *Poigneure, picqueure.* ITAL. *Pungimento, puntura.* GERM. Ein stich. HISP. *Punçadura.* ANG. *A foining or stinging.*} Plin. *lib.* 25. *c.* 13. Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones, punctionésque ne sentiatur.

Pūnctum, i, neut. gen. Punctio. Plin. *lib.* 8. *cap.* 50. Oculos suffusos capta iunci puncto sanguine exonerat, caper rubi. Cels. *lib.* 5. *cap. de carcinomate*, Circa locum aliqua quasi puncta sentiuntur. Cicer. *in Parad.* Sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis quod proposuit, efficit. Idem *lib.* 4. *finium*, hoc ipsum ita extulit, Pungunt quasi aculeis, interrogat vinculis angustis.

‖ Puncta, vocant Hebrei vocalium signa, quia ferè punctulis conficiuntur. ‖

Pūnctŭs, us, actus, videlicet pungendi, punctio. Plin. *lib.* 29. *c.* 6. Mustelæ etiam oculis punctu erutis, aiunt visum reuerti.

Pūnctĭuncŭlă, æ, diminutiuum. { τὸ στιγμάτιον. GALL. *Petite piqueure.* ITAL. *Picciola puntura.* GER. Ein stichlin oder stupfflin. HISP. *Pequeña punçadura.* ANGL. *A litle stinging.*} Senec. 3. *de Ira*, Magis ignosco ei qui vulnus inimici, quàm qui punctiunculam concupiscit. Idem *epist.* 54. Punctiunculæ articulorum. punctiunculæ dolorum. Idem *c.* 15. *de vita beat.*

PVNICO, puniceo colore sum, rubeo. Apul.

Pūnĭcŭs, a, um, Possessiuum est à Pœnus deductum, quasi Pœniculus idem valens quod Carthaginiensis. λιβυκός. Pœnorum autem nomen à Phœnicibus deriuatum est, detracta aspiratione. ¶ Punica mala, granata: quæ hoc cognomen sibi circa Carthaginem vendicarunt, ybi & multa & insignia nasci perhibentur. ῥοιαί. Granata dicuntur, à granis quibus sunt referta Mart. *lib.* 1.

Aut imitata breues Punica mala rosas.

Poma punica Ouid. 4. *Fast.*

Rapta tribus, dixit, solui ieiunia granis.
Punica qua in lento cortice poma tegunt.

Punica grana Idem 4. *de Ponto Eleg.* 15.

Punica sub lento cortice grana rubent.

¶ Punica fides, id est, leuissima, & nullis sacramentis satis firmata. ¶ Pœnorum enim perfidia in prouerbium abiit, quòd ea gens peculiariter periurij, vanitatísque notata sit, quemadmodum abundè testatur Liuius *lib.* 2. *bell. Punic.* vbi ait, Quæ Punica religione seruata fides ab Annibale est. Salust. *in Iugurth.* Comperio Bocchum magis Punica fide quàm ob ea quæ prædicabat, simul Romanos & Numidam spem pacis detinuisse. Vide Erasmum *in Chil.* Punicum sagum. Horat. *Epod.* 9. Gloria Punica. Virg. 4 *Æneid.* Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Pellucet quasi laterna punica.

‖ Punicum, quod appellatur, genus libi, translatum à Pœnis, idem appellatum fuit probum, cæteris libis suauissimum quia videbatur. Fest. ‖

Pūnĭcĕus, a, um, quod violæ flammeæ colorem refert, φοινικέος. quod genus coloris & rutilum & spadicem appellari, autor est Gell. *lib.* 3. *c.* 9. Sunt enim hæc omnia, vt ille inquit, synonyma, quædam roboris exuberantiam splendorémque significantia. Puniceum autem colorem Latini Græcorum imitatione videntur appellasse: nam illi φοινίκεον nominant. Virg. 5. *Æneid.*

Puniceis ibant euincti tempora tanis.

Idem 5. *Eclog.*

Puniceis humilis quantum saliunca rosetis,
Iudicio nostro tantùm tibi cedit Amyntas.

Idem 12. *Æneid.*

Puniceis inuecta rotis aurora rubebat.

Plaut *Rud* Fiet puniceum corium, tibi postea atrum denuò Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Purpureum panem, an puniceum, an luteum esse soleam. Colore puniceo matura arbuta. Lucr. *lib.* 5.

Pūnĭcānŭs, a, um, quod est Pœnorum, vel quod ex regione Punica affertur: vt lecti Punicani. λιβυκός. Cic. *pro Murana*, Atque ille strauit pelliculis hœdinis lectos Punicanos.

Pūnĭo, is, iui, itum, Pœna afficio, castigo, quod & pœnio dixerunt antiqui. ענש *tanásch.* τιμωρέομαι, κολάζω. GALL. *Punir, chastier.* ITAL. *Punire, castigare.* GERM. Straffen. HISP. *Punir ò castigar.* ANGL. *To punish, or chastice.*} Cicer. *pro domo sua*, Tu eum supplicio puniendum putasti. Idem 1. *Offic.* Prohibenda autem est maxmè ira in puniendo. Plin. *Epist.* 167. Illi qui puniunt capite, initio statim in alia discedunt.

Pūnĭŏr, iris, passiuum. Ouid. 9. *Metam.*

Quòd videt hac lucem, quòd non ego punior ipsa,
Consilium, monitúmque tuum est: miserere duarum.

¶ Inuenitur { punior deponens, apud Ciceronem *pro Milone*, Tu me iratum Sexte putas ibi, cuius tu inimicissimum multò crudelius etiam punitus es, quàm erat humanitatis meæ postulare. Nonius quoque citat locum ex officiis *lib.* 1. Neque ad eius qui punitur aliquem, aut verbis castigat sed ad reipublicæ vtilitatem referri. Item ex *Tusc. lib.* 1. Tenendum est igitur, nihil curandum esse post mortem quum multi inimicos & mortuos puniuntur. Sic enim legit Nonius. ¶ Punitus, id est, supplicio affectus. Suet. *in Cal. c.* 30. Punito, per errorem nominis, alio, quam quem destinauerat, &c.

Pūnĭendŭs, κολαστέος, τιμωρητέος. Cic. *lib.* 1. *de Orat.* Iracundia est cupiditas puniendi doloris. Sueton. *in Caligul. c.* 29. Numerum puniendorum subscribens, &c.

Pūnītĭo, nis, actus puniendi, vt Mulctæ punitio; Gell. *c.* 1. *lib.* 11. Eáque res faciebat inæqualem multæ punitionem.

Pūnītŏr, oris, qui punit. { ענש *tonésch.* κολαστής, τιμωρητής. GALL. *Punisseur, qui punit.* ITAL. *Punitore, chi punisce.* GERM. Ein straffer. HISP. *Punidor, castigador.* ANGL. *A punisher.*} Cicer. *pro Mil.* At valui odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit vltor iniuriæ, punitor doloris sui

sui. Suet. *in Cæs. c.67.* Desertorum ac seditiosorum & inquisitor & punitor acerrimus.

Pūnītus, i, nomen. Suet. *in Tiber.* Nemo punitorum non in Germanias abiectus, vncóque tractus.

Punus, Pœnus, Afer. Gl. Puni Ἄφροι.

PVPA, æ, puella paruula & tenella. { παιδισκάριον. GALL. *Fillette ou poupée.* ITAL. *Puppina, fanciula.* GERM. Ein jungs meydlin oder röchterlin. HISP. *Mochacha pequeña, ò muñeca.* ANGL. *A poppet.* } Martial. *lib.4.*

Pupam se dicit Gellia, quum sit anus.

Auson.

Barbara qua Latias vincis alumna pupas.

¶ Pupas item appellabant imagunculas quasdam puellares quibus virgines in prima pueritia lusitare solebant, donec iam pubertati vicinæ, eas Veneri offerrent ἀγαλμάτια. Var. *in Orig.* Itaque breui tempore magna pars in desiderium puparum, & sigillorum veniebat. Pers. *Satyr.2.*

Dicite Pontifices, in sacris quid facit aurum?

Nempe hoc, quod Veneri donata à virgine pupa.

Pūpilla, æ, parua pupula, Niger in cornea tunica, atque adeò in medio oculi circulus tunicæ, quæ ῥαγοειδὴς à Græcis dicitur, foramini respondens. { κόρη. GALL. *La purnelle de l'œil* ITAL. *Pupilla luce d'ell' occhio.* GERM. Der augapffel oder steur deß augs. HISP. *La niña del ojo.* ANGL. *The ball or apple of the eye.* } Plin. *lib.11.c.37.* Media oculorum cornea fenestrauit pupilla: cuius angustiæ non sinunt vagari incertam aciem, & veluti canali dirigunt, obiterque incidentia facilè declinat, aliis nigra, aliis atra, aliis glauci coloris orbibus circundatis: vt habili mistura accipiatur circuniecto candore lux, & temperato repercussu non obstrepat. Adeóque iis absoluta vis, vt tam parua illa pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea causa est vt pleræque alitum è membris hominum oculos potissimùm appetant quòd effigiem suam in iis cernentes, velut ad cognata desideria sua tendunt. Hactenus Plin. ¶ Pupilla duplex iis, qui fascinant & interimunt hominem videndo. Vide Gellium *c.4. lib.9.* Cic. 1. *de natura deorum.* Acies ipsa qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parua est, vt ea quæ nocere possint, facilè vitet. Plin. *lib.28. c.6.* Augurium ex homine ipso est non timendi mortem in ægritudine, quandiu oculorum pupillæ imaginem reddant. Eadem & mox pupula dicitur.

Pūpŭla, æ, Pupilla. { בבת batáh. κόρη. GAL. *La prunelle de l'œil.* ITAL. *Pupilla luce dell' occhio.* GERM. Der augaffel. HISP. *Niña del ojo.* ANG. *The ball or apple of the eye.* } Lucr. *lib.2.* Et quoniam plagæ quoddam genus exigit in se Pupula, quum sentire dolorem dicitur album. Cic. 2. *de nat. deor.* Palpebræ quæ sunt tegmenta oculorum, mollissimæ tactu, ne læderent aciem aptissimè factæ & ad claudendas pupulas, nequid incideret, & ad aperiendas. Mart. *lib.4.*

Paruula sic totum peruisit pupula cælum.

Horatius *Epod. 5.* Interminato quum semel fixæ cibo Intabuissent pupulæ.

Pupillo, as, are, verbum fictitium à voce pauonis. Autor Philomelæ 6.

Pupillat pauo, trinsat hirundo vaga.

PVPILLVS, i, propriè paruus pupulus. Pupulus & pupillus, diminuta à pupus. Vsurpatur pro impubere, qui in patris potestate esse desiit morte, vel emancipatione, vt docet Pomp. *l. pupillus. D. de verb. signific.* { יתום jathóm. ὀρφανός. GALL. *Pupille, de douze ou quatorze ans.* ITAL. *Pupillo, sensa patre.* GERM. Ein vatterloß kind daß vnder seinen. 14. jaaren ist/ ein weißlin. HISP. *El menor de baxo del tutor.* ANGL. *One that hath not a father aliue, awarde.* } Huius fœmininum est pupilla. Videntur autem hæ voces à pupus & pupa veluti per diminutionem deductæ, quamuis, à primitiuorum significatione nonnihil degenerent. Hieronym. Pupillus dicitur qui non habet patrem: orphanus qui nec patrem habet, nec matrem. Cic. 3. *Verr.* Is mortuus est: reliquit pupillum paruum filium. Idem *in Topic.* Non quemadmodum quod mulieri debes rectè ipsi mulieri sine tutore soluas: Ita quod aut pupillo, aut pupillę debeas, rectè possis eodem modo soluere. Horatius 1. *Epist.* 1.

——— *vt piger annus*

Pupillis quos dura premit custodia matrum.

Cic. 3. *Verr.* Ille infanti pupillæ fortunas patris ademit. Gell. *c.13. lib.5.* pupilli primum iuxta parentes locum tenere debent, moribus populi Romani.

Pūpillāris, e, quod est pupilli: vt Pupillaris ætas, pupillare negotium, pupillaris pecunia. { ὀρφανικός. GALL. *Appartenant à pupille.* ITAL. *Fanciulesco.* GERM. Das eines weißlins ist. HISP. *Cosa pertenneciente à pupillo.* ANGL. *Belonging to one in warde by reason of his noneage.* } Liu. *lib. 4. bell. Pun.* Pecuniæ quoque pupillares primò, & deinde viduarum cœptæ conferri. Quint. Pupillares actiones puer egit Demosthenes. Suet. *in Aug. c.66* Si pupillari ætate essent. (sup. liberi.)

‖ Pupior, παιδάριον, juuenor. ‖

Pūppis, is, fœminini gen. Posterior pars nauis est, quasi post, ait Isid. *lib. 14. 2.* Vet. vocab. quasi pòst posita. { πρύμνα. GAL. *La pouppe, le derriere de la nauire.* ITAL. *Puppa della naue.* GERM. Das hindertheil deß schiffs. HISP. *La popa parte prostrera de la naue, ò toda la naue.* ANGL. *The hinder part of a ship.* } Liu. 2. *bell. Pun.* Naues omnes quæ non aut perfregerant proras litori illisas, aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxêre. Ouid. *Eleg. 8. lib. 4. Trist.*

In caua ducuntur quassæ naualia puppes.

Idem 13. *Metam.*

Nempe ego mille meo protexi pectore puppes.

¶ per synecdochen tamen accipitur pro tota naui. Ouid. 4. *de Ponto.*

Dum mea pupis erat valida fundata carina.

Virg. 10. *Æneid.*

Interea Æneas socios de puppibus altis

Pontibus exponit.

Ouid. *Epist. 12.*

Iussus inexpertem Colchos aduertere puppim.

¶ Ponitur aliquando pro reipublicæ administratione, translatione sumpta à gubernatoribus, qui in puppi sedentes, clauum tenent. Cic. *ad Papyr. Patum, lib. 9.* Sedebamus enim in puppi, clauúmque tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus.

Pupius, Poëta Tragicus fuit, qui ita spectantium affectus mouit, vt eos flere compelleret. Autor Acro in illud Horatij *lib. 1. Epist.*

Vt propius spectes lacrymosa poëmata Puppi.

Pupula, vide *pupilla.*

Pupulum, πούπουλον. vrbs est in latere Meridionali Sardiniæ, teste Ptol. *lib. 3. cap. 3.*

PVPVS, Puer paruulus, & tenellus. { ינק jenék. παιδάριον. GALL. *Petit enfant.* ITAL. *Fanciulino.* GERM. Ein jungs knäblin. HISP. *Mochacho pequeño, ò muñeco.* ANGL. *A babie or image lik a yonge childe or a yonge childe.* } Varr. Mammam lactantis sugentem pascere pupum. Huius fœmininum est puppa: de qua paulò antè.

Pūpŭlus, παιδάριον, & Pupula, παιδισκάριον, diminutiuum à Pupus & pupa. Catullus,

Deprendi modò pupulum puellæ ...... *Trusantem.*

PVRGO, as, Mundo, sordibus libero, quasi purum ago. { נקה nikkáh חבר hebár, καθαίρω, ῥυπτόω. GAL. *Purger, nettoyer.* ITAL. *Purgare, mondare.* GERM. Reinigen/seuberen. HISP. *Purgar, ò alimpiar.* ANGL. *To purge, to mak cleane.* } Col. *lib. 1.* Itaque cauatum foramen quum purgauimus vndique, adrasos surculos inserimus. Cato *c.63.* Si inquinata erit, lauito: à foliis & stercore purgato. Ouid. 1 *de Ponto, Eleg. 9.*

Nec dubitem longis purgare ligonibus arua.

Idem 4. *Fast.*

Omnia purgat edax ignis, vitiúmque metalli

Excoquit: idcirco cum duce purgat oues,

Orat. 1. *Epist. 7.*

Cultellos proprio pugantem leniter vngues.

Purgare aluum, est alui sordes medicamento expellere. Cic. 1. *de natura deorum,* Vomitione canis, pugare aluos ibes Ægyptiæ dicuntur. Plaut. *Amphitr.* Tu purgari iusseras vasa, vt rem diuinam faceres, ¶ Purgare se, vt vulgò dicimus *se purger,* purgari. Cels. *lib. 3. cap. 18.* Pani adijciendum (veratrum) quo faciliùs fallat. Nam si bene se Purgauerit, ex magna parte morbum leuabit. id est, si bene purgatus fuerit. ¶ Purgare oua, id est, repurgare à testis & putaminibus Cels. *lib. 6. cap. de rhagad.* Columbina quoque oua coquenda sunt, & vbi indurauerunt, purganda Purgare cum genitiuo. Horat. 2. *Serm. Satyr.*

——— *noui:*

Et morbi miror purgatum te illius

Purgare pisces. Terent. *in Adelph.* Pisces cæteros purga, Dromo, congrum istum maximum in aqua finito ludere paulisper. ¶ Per translationem, purgare significat excusare. ἀπολογεῖσθαι. Idem *in Eunuch.* Sed heus tu, purgón' ego me de istac Thaidi, Quòd eam me amare suspicata est? Cicer. *Attic. lib. 1.* Quintus frater purgat se mihi per literas. Idem *pro Sexto Roscio,* Seruos ipsos neque arguo, neque purgo. Plaut. *Amphtr.* Iam huc reuorti vti me purgarem tibi. Quintilian. Purgare metus mortis & superstitionis. ¶ Purgari rationes dicuntur, quando deciduntur superflua, aut obstantia, collatione facta accepti & expensi. Suet. *in Calig. cap.29.* Decimo quoque die, numerum puniendorum & custodia subscribens, Rationem se purgare dicebat. ¶ Purgare fastidium, est curare & remedium adhibere. Plin. *lib.8. c.27.* Palumbes, graculi, merulæ, perdices, lauri folio annuum fastidium purgant. ¶ Purgare pro inane & vacuum reddere, id est, purum. (nam purus locus in quo nemo est, & qui nulla re occupatur. Horat.

——— ——— *verùm*

Puræ sunt plateæ nihil vt meditantibus obsit.)

Cic. pro Sestio, cædem maximam facias: forum purges. Varro apud Nonium, purgatum scito.

Purgito, as, are. Plaut. *Aulul. sc.6. a.4.* Non placent homines, qui quando malè fecerunt, purgitant. (i. pertinaciter se defendunt.)

Pūrgātio, nis, verbale, ipse purgandi actus. { נקיון nikkajón. κάθαρσις GALL. *Purgation.* ITAL. *Purgatione.* GER Ein reinigung. HISP. *Obra de purgar ò alimpiar.* ANGL. *Purging or making cleane.* } ¶ Ponitur aliquádo pro excusatione, ἀπολόγημα, ἀπολογία. Terent. *in Heaut.* Nescio quid peccati portet hæc purgatio. ¶ Purgationes fœminarum, pro menstruis dixit Plin. *lib.20. c.4.* Purgationibus, inquit, fœminarum, & vesicæ, vrinæ vtile decoctum.

Pūrgātor, is, καθαρτής. Apul. *in Apol.* Herculis lustrator orbis, purgator ferarum, gentium domitor.

Pūrgātōrius, a, um, purgandi vim habens. { καθαρτικός. Macrob. Col. *lib. 1. c.8.* Secundæ virtutes, quas purgatorias vocant, hominis sunt, qui diuini capax est, solúmque animum eius expediunt, qui decreuit se à corporis contagione purgare. Purgatorium absolutè ignis purgatorius, { Fegfewer. }

Pūrgātissimus, καθαρώτατος. Pers. *Satyr.*

Somnia pituita qui purgatissima mittunt.

Pūrgāmen. inis, seu Purgamentum, ti, Sordes, vel immundiciæ, quas rem aliquam purgantes, eiicimus. אשפות aschpóth דמן dómen. περίψημα. GAL. *Baillieure, l'ordure & immódice qu'on oste de la maison.* ITAL. *Sporchezza.* GERM. Die außwüscheten/der wüst vnd vnsauberkeit so man außwüschet. HISP. *Suziedad, estierco.* ANGL. *Filth, comming of any thing that is clensed.* } Col. *lib. 1.* Sterquilinia quoque duo sunt: Vnum quod noua purgamenta recipiat & in annum conseruet: alterum verò ex quo vetera vehantur. Liu. 1 *ab Vrbe,* Cloacámque maximam receptaculum omnium purgamentorum vrbis, sub terram agendam. Senec. *Epist.74.* Purgamenta interdum creat terra pro frugibus.

Pūrgābilis, e, quod facilè purgatur. { εὐκάθαρτος. GALL. *Aisé à purger.* ITAL. *Facile da purgare.* GERM. Das gut zuseuberen oder zureinigen ist. HISP. *Cosa que se puede purgar.* ANGL. *That is easilie made cleane.* } Plin. *lib. 15. cap.23.* Rotundior quæ balanitis vocatur, purgabilis maximè, & spontè prosiliens.

Purifico, Puritas, vide *Purus.*

PVRPVRA, æ, Piscis ex concharum genere, in faucibus habens liquorem, tingendis lanis maximè expetitum. { ארגמן arghamán. πορφύρα. GAL. *Pourpre, soit le poisson ou la tinture qu'on en tire.* ITAL. *Porpora.* GERM. Ein meerschneck auß des schweiss oder blut man purpur ferbet. HISP. *La concha de carmesi color, ò el mesmo color de carmesi.* ANG. *Purple.* } Plin. *lib.9. cap. 36.* Purpuræ viuunt annis plurimum septenis. Latent sicut murices, circa Canis ortum tricenis diebus. Congregantur verno tempore,

tempore, mutuóque attritu lentorem cuiuſdam ceræ ſaliuant. Simili modo & murices. Sed & Purpuræ florem illum tingendis expetitum veſtibus in mediis habent faucibus. Liquoris hic eſt minimi in candida vena, vnde pretioſus ille bibitur, nigrantis roſe colore ſublucens. Reliquum corpus ſterile. Viuas capere contendunt, quia cum vita ſua ſuccum illum euomunt. Vitruuius autor eſt, purpuras pro ſoli proprietate alium atque alium habere colorem: & apud Tyron quidem rubrum, circa Aphricam autem puniceum ſuccum emittere, quo & purpura tingitur, quam violaceam appellant. Cornel. Nepos, Me iuuene violacea purpura vigebat. Primum autem tingendæ Purpuræ initium ad Herculem referunt Phœnices, teſte Iulio Polluce qui quum Tyro puella comitatus, iuxta maris litus iter faceret, accidit vt canis purpuram è mari eiectam nactus, carnem eius depaſceretur: cuius rictum quum Tyro gratiſſimo colore infectum videret, negauit ſibi cum Hercule deinde quippiam futurum, niſi ille coloris eiuſmodi veſtem ſibi attuliſſet. Cui morem gerens Hercules, primus cruorem ex purpuris collegit, lanáque eo infecta amicæ, quam petierat, veſtem attulit. ¶ Accipitur quandoque purpureus pro pulchro. Virg. 1. *Georg.*

Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.

Purpura à pelago pelagia appellatur. ¶ Purpura antiquitus erat inſigne Romanorum magiſtratuum: quod Martialis affirmat, quum ait, Diuiſit noſtras purpura veſtra togas. Vnde aliquando ponitur pro ipſis magiſtratibus. Idem, Purpura te felix, te colit omnis honos. Plin. *lib.* 10. *cap.* 21 vbi de gallis gallinaceis, Vt planè dignæ aliti honoris tantum præbeat Romana purpura, id eſt, Romani magiſtratus. ¶ Purpura non conuenit luctibus. Ouid. *Eleg* 1. *lib.* 1. *Triſt.* Purpuram & aurum mulieres in luctu deponunt. Liu. *lib.* 34. Et qui purpura vterentur. *Ibid.* Quintil. In purpuris repit puer: & iam coccum intelligit. Idem Quintilian. Vt purpuræ tunicarum rectè deſcendant. Plaut. *Menæch. ſc.* 2. *a.* 1. Lanam, aurum, purpuram tibi præbeo. Idem *Moſtell. ſc.* 3. *a* 1. Purpura ætas occultanda eſt: auro turpe (id eſt, turpitudo) mulieris.

Pūrpŭrĕŭs, a, um, propriè ex purpura factus: deinde eſt ſimili colore tinctus, vt Purpureus color qui purpuræ ſucco tinctus eſt: aut certè qui ſucci eius colorem refert, hoc eſt, qui ex ſubnigro rubeſcit. { πορφύρεος. GAL. *De pourpre.* ITAL. *Porporino.* GER. Purpurfarb. HISP. *Coſa de carmeſi.* ANGL. *Of purpre.* } Virg. 11. *Æneid.*

Labitur exanguis labuntur frigida letho
Lumina: purpureus quondam color ora relinquit.

¶ Purpureæ veſtes, aliàs Tyriæ dictæ, à loco vbi purpura optimè tingebantur. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Cæſari dictatori quo die primum veſte purpurea proceſſit, atque in ſella aurea ſedit, ſacrificanti bis in extis defuit cor. Plaut. *Men. ſc.* 5. *a.* 5. Purpureum panem, an puniceum, an luteum eſſe ſoleam. Ouid. *Eleg* 2. *lib.* 4. *Triſt.*

———Purpureo ſanguine tingit humum.

Idem 3. *Metam.*

Purpureum viridi genuit de ceſpite florem.

Idem 6. *Faſt.*

Lætaque purpurea luce refulſit humus.

Idem 3. *Faſt.*

Purpureum rapido qui vehit axe diem.

¶ Quandoque tamen purpureum pro cæruleo poſitum legimus, præſertim quum de mari dicitur, ex nimia altitudine nigreſcente. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

In mare purpureum violentior influit amnis.

Cicer. 4. *Acad.* Mare illud quod nunc Fauonio naſcente purpureum videtur, idem huic noſtro videbatur. Purpureus pro purpurato. Horat. 1. *Carm. Ode* 35

Et purpurei metuunt tyranni,

Sic Claudianus *de raptu Proſerp. lib.* 2. reges purpureos vocat. ¶ Purpureus, pro pulchro. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 2. *Amor.*

Notaque purpureus tela reſumit amor.

Purpurilla, locus extra portam, vbi purpurea veſte vterentur. Gloſſ. Iſidor.

Pūrpŭro, as, In purpuram vergo. { πορφυρίζω. GALL. *Prendre couleur de pourpre, ſe teindre en pourpre.* ITAL. *Tignerſi in porpora.* GERM. Sich auff purpurfarb ziehen. HISP. *Colorarſe de carmeſi.* ANG. *To be come lik purple or waxe purple coloured.* } Col. *lib.* 10.

Tum quæ pallet humi, quæ frondens purpurat auro,
Ponatur viola, nimium roſa plena pudoris.

Pūrpŭrāſco, ſcis, ere, idem. πορφυρίζειν. Cicer. 2. *Acad.* Quid, mare nónne cæruleum? aut eius vnda, quum pulſa eſt remis, purpuraſcit?

Pūrpŭrātŭs, a, um, Purpura ornatus. { מתלע *methulláh.* πορφυρίδα ἐνδεδυμένος. GALL. *Veſtu de couleur de pourpre.* ITAL. *Veſtido con habito di color porporino.* GER. Mit purpur bekleidet. HISP. *Veſtido de carmeſi.* ANGL. *Cladde with purple.* } Vnde purpurati dicti ſunt qui apud principes cæteris dignitate anteuntes, purpurea veſte vtebantur. Cic. *lib.* 1. *Tuſc. quæſt.* Iſtis quæſo, inquit, iſta horribilia minitare purpuratis tuis. Liu. 1. *bell. Punic.* Cum duce Athenagora vno ex purpuratis. Purpuratus Gabinus. Cic. 4. *Catil.* Plaut. *Moſtell. ſc.* 3. *a.* 1. Pulchra mulier nuda erit, quàm purpurata pulcrior.

Pūrpŭrārĭus, a, um, quod ad purpuram pertinet: vt, Officina purpuraria, in qua purpura tingitur { πορφυρικός GALL. *De pourpre.* ITAL. *Di porpora.* GER. Das zu dem purpur gehört. HISP. *De carmeſi.* ANGL. *Of purple.* } Plin. *lib.* 35. *cap.* 6. Alterum genus eſt in purpurariis officinis.

Purpuriſſa, & Pūrpŭrīſſum, i, Coloris genus, ex creta argentaria, purpuræ ſucco inebriata: quo & pictores vtuntur, & mulierculæ purpureum genarum colorem ſibi conciliant. ἀνδρείκελον Ariſtoteli, & Polluci. { GALL. *Croye de mine d'argent teinte de pourpre.* ITAL. *Color finto di porpora.* GERM. Ein angemachte farb auſs purpur mit deren die weiber das angeſicht maalen. HISP. *El barſilo alconcilla.* ANGL. *A kind of purple most pretious.* } Plaut. *Moſtell. ſc.* 3. *a.* 1. Credo purpuriſſū. Non do. Plin. *lib.* 35. *cap.* 9. Ex reliquis coloribus quos à dominis dari diximus, propter magnitudinem pretii, ante omnes eſt purpuriſſum, à creta argentario cum purpuris pariter tingitur, bibitque eum colorem celeriùs lanis.

Pūrpŭrīſſo, as, Purpura inficio. { תלע *thalah.* ἀνδρεικέλῳ χρίω. GALL. *Teindre de breſil, ou couleur de pourpre.* ITAL. *Tignere tale colore.* GER. Mit purpurfarb ferben. HISP. *Colorar de braſil o alconcilla.* ANGL. *To die purple or to mak of the colour of purple.* } Plin. *in Truc.* Iſtas buccas am bellè purpuriſſatas habes. Purpuriſſo enim vtebantur mulieres ad labra & genas tingendas, quemadmodum etiam hodie plerunque fieri videmus. Poſtea tamen ſubiicit, Buccus rubricæ, cera omne corpus intrinxit tibi. Quod effecit, vt ſummus Grammaticus inter purpuriſſum & rubricam non diſtingueret.

‖Purpurites inter marmora, lapis rubens, candidus punctis diſtinctis. Iſid. ‖

PVRVS, a, um, Mundus, ſine ſorde. { נקי *nakí* טהור *tahór.* καθαρὸς, ἁγνός. GALL. *Pur, net, clair.* ITAL. *Puro, mondo, ſemplice.* GERM. Rein/ſauber. HISP. *Puro y no mezclado, limpio.* ANG. *Cleane, vndefiled.* } Cic. *pro Cæcin.* Quicquid inde haurias purum, liquidúmque te haurire ſenties. Horat. 3. *Carm. Ode* 16.

Puræ riuus aquæ, ſyluaque iugerum
Paucorum, & ſegetis certa fides meæ.

Cicero 2. *de nat. deor.* Etenim licet videre acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum qui terras incolant eas in quibus aër ſit purus, ac tenuis, quàm illorum qui vtantur craſſo cælo, atque concreto. ¶ Hinc pura veſtimenta à veteribus dicebantur, quæ non erant prætexta: purum, argentum, quod eſt ſine emblematis & ſimpliciter laboratum. Idem *Verr.* 6. Emblemata detrahuntur. Sic Haluntini excuſſis deliciis, cum argento puro domum reuertuntur. Quintil. Pura voluptas ſtudiorum & litterarum. Senec. *c.* 13. *de conſ. ad Helu.* Puri oris nemo inſpuiſſet faciem Ariſtidis. Ouid. 4. *Faſt.*

———Veſtæ munere purus eris. (i. expiatus:)

Plaut. *Capt. ſc.* 1. *a.* 4. Iube vaſa pura apparari. Et *Amph. ſc.* 2. *a.* 3. & *ſc.* 1. *a.* 1. Iube vaſa pura adornari mihi. Idem *Amphitr*, Manibus puris, capite operto, Deos inuocare. Sueton. *in Auguſt. c.* 95. Liquido ac puro ſereno. (i. cœlo.) ¶ Vlpian. *in l. locum. de relig. & ſumpt. fun.* purum locum eſſe definit, qui nec ſanctus, nec ſacer, nec religioſus eſt. Purus locus in alia ſignificatione, vide *Purgo.* Pura oratio, à Terent. *in Heaut. prologo,* dicitur quæ nihil fecis barbaræ habeat admiſtum. ¶ Pura haſta, à Virg. 6. *Æneid.* appellatur quæ eſt ſine ferro, quæ præmium fuit apud antiquos militum eorum qui ex memorabili aliquo prælio victores euaſiſſent. Suet. *in Claud. c.* 28. Quem Britannico triumpho inter militares viros haſta pura donauit. Item Pura arbor, Ouid. 2. *Faſt.* Nomen idem ramo, qui cæſus ab arbore pura. ¶ Pura vaſa, à Paulo *in l. ſi rem. de rei vendicat.* dicuntur quæ ſunt ſine emblemate, ſine cælatura, & inſtructione. Pura cœna, qua fungebantur, cùm in caſto eſſent; non autem ea, quæ abſque animatis pararetur. ¶ Purum iudicium à Cic. 2. *de inuent.* ponitur pro ſimplici, & eo cui adiecta non eſt exceptio. ⚹ Impurus, quod modò ſordidum, contaminatúmque ſignificat. ἀκάθαρτος. Idem 4. *Philipp.* Quàm multis illum ingenuis, quàm multis matribusfamiliâs in illa terra atque impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis? ‖ ¶ Puri menſtruo eſſe dicuntur, qui ſacrorum cauſa toto menſe in cerimoniis ſunt, id eſt, vt puri ſint, ceteris rebus carent. Feſt. ‖

Purum putum, omni modo purum, non mixtum cum alieno, ſeu heterogeneo, & repurgatum à ſuis ſordibus. Vide *Putum.*

Pūrē, aduerb. Caſtè, religioſè. { καθαρῶς. GAL. *Purement, nettement* ITAL. *Puramente, nettamente.* GER. Seuberlich/mit reinigkeit. HISP. *Puramente, limpiamente:* ANGL. *Purelie, cleanelie.* Cic. 1. *de nat. deor.* Hæc enim omnia purè ac caſtè tribuenda deorum numini, Idem *de ſenect.* Quietè purè, & eleganter acta ætas. Loqui purè, & emendatè Idem *de optim. gener. orator.* & Gell. *c.* 6. *lib.* 13. Ouid. 2 *Faſt.* Sacra parabant quæ facerent purè quum foret orta dies, Plaut. *Aulul. ſc.* 5. *a.* 1. Vaſcula intus purè propera atque elue. ¶ Purè habere, pro puram à viro noctem tranſigere, eſt ſeorſum cubare. Plaut. *ſub finem ſc* 1. *a.* 4. Si fortè purè velle habere dixerit, tot reddat ſpurcas, (noctes,) quot puras hauerit. (Ita ibi enim legendum non habuerit, vt penultima producatur.) ¶ Legitur &

Puriter, apud antiquos, vt *Puriter facere* in ſacrificiis, tanquam ſanctè ſacrificare. Næuius, *in Virgine pregnante*: Sequere me, puriter volo facias: igni atque aquâ volo hunc excipere. Cato *de re ruſt. c.* 23. Succum puriter omnium dierum pariter in dolia diuidito.

Puriſſimè loqui Gell. *cap.* 20. *lib.* 2.

Pūrĭmē, dixerunt veteres pro puriſſimè, vt annotauit Feſtus.

Pūrĭfĭco, as, Mundo, purum facio. { טהר *tihér* בער *be'ár* נקה *nikkáh.* ἁγνίζω. καθαίρω. GALL. *Purifier.* ITAL. *Purificare, mondare.* GER. Reinigen/rein oder ſauber machen. HISP. *Apurar ò alimpiar.* ANG. *To mak cleane.* } Suet *in Auguſt.* Paulóque pòſt egreſſum, illámque expergefactam, quaſi à concubitu mariti purificaſſe ſe, & ſtatim in corpore eius extitiſſe maculam depicti draconis. Plin. *lib.* 10. *c.* 41. Villaribus gallinis & religio ineſt: inhorreſcunt edito ouo, excutiúntque ſeſe, & circumactæ purificant, ac feſtuca aliqua ſeſe, & oua luſtrant. Idem *lib.* 8 *cap.* 1. *de elephantis.* Autores ſunt, Mauritaniæ ſaltibus ad quendam amnem, cui nomen eſt Amilo, niteſcente luna noua, greges eorum deſcendere ibíque ſe purificantes ſolenniter aqua circunſpergi, atque ita ſalutario ſidere in ſyluas reuerti. ¶ Purificare agrum (cædendo rubos, ſup.) dixit Gell. *c* 12. *lib.* 19.

Pūrĭfĭcātĭo, nis, verbale, Purgatio. טהרה *taboráh* טהר *tóhar.* κάθαρσις, ἁγνισμός. GALL. *Purification, purgatio.* ITAL. *Purificatione.* GERM. Ein reinigung. HISP. *Purgation, apuramiento,* ANG. *A making cleane.* } Plinius *lib.* 15. *cap.* 30. de lauro loquens, Eadem & purficationibus adhibetur.

Pūrĭtās, atis, Munditia, caſtitas. { טהרה *taboráh* טהר *tohár.* ἁγνεία, καθαρότης. GALL. *Pureteté, netteté.* ITAL. *Purità, mondità.* GERM. Reinigkeit/ſauberkeit/lauterkeit. HISP. *Pureza ò limpieza.* ANG. *Cleaneſſe puritie.* } Cuius contrarium eſt Impuritas, hoc eſt turpitudo, ſeu improbitas.

Pūrĭtĕr, vide *Purè.*

Purum, ſubſtantiuè cœlum, *Georg.* 2.

Ac dum prima nouis adoleſcit frondibus ætas,
Parcendum teneris: &, dum ſe lætus ad auras
Palmes agit laxis per purum immiſſus habenis

Ipsa acie falcis nondum tentanda.

Ibi Seruius: *Per purum, id est, per aërem.*

PVS, puris. gen. neut. Sanies coacta, & ex maturitate crassa iam effecta & albida. { πύον. GALL. *La bouë & ordure qui sort d'vn clou, apostume ou semblables.* ITAL. *Marza, che esce d'vna apostema ò d'vn brusco.* GERM. Eyter. HISP. *La putrefacion ò podre.* ANGL. *The matter or filthinesse that cometh out of a sore.* } Plin. *lib.* 28. *c.* 11. Si grauitas sit audiendi, fel bubulum cum vrina, capræ, vel hirci prodest, vel si Pus sit. ¶ Pus à sanie distinguit Cels. *lib.* 5. *c.* 6. his verbis, Sanguis omnibus notus: sanies est tenuior hoc, variè crassa, & glutinosa, & colorata: pus crassissimum, albidissimúmque, glutinosius & sanguine & sanie. Exit autem sanguis ex vulnere recenti, aut iam senescente: sanies est inter vtrunque tempus: pus ex vlcere iam ad sanitatem spectante. Mouere pus, est pus excitare, & euocare. Idem Cels. Aliud emplastrum eodem nomine puri mouendo est. Idem *lib.* 7. *c.* 9. donec pus moueantur. ¶ Pus citare, i. pus mouere, idem *lib.* 5. *c de Meliceria.* Pus habent aures, i. purulentæ sunt. Idem *lib.* 6. *c* 7. Pus per se aperitur. Idem *lib.* 7. *cap.* 2. Satísque est cataplasmatis efficere, vt per se pus aperiatur. Quæ puri mouendo sunt, idem *lib.* 7. *cap* 7. id est, ἐκπυητικά.

Pūrŭlēntŭs, a, um, quod pure, siue sanie plenum est. { טרי *terí.* πυώδης. GALL. *Plein de bouë & d'ordure, d'aposteme.* ITAL. *Pieno di marcia.* GER. Eyterechtig/voll eyter. HISP. *Cosa podrida.* ANGL. *Full of matter.* } Plin. *lib.* 22. *c.* 11. Stœbe decocta in vino, præcipuè auribus purulentis medetur. Idem *lib.* 20. *cap.* 2. Purulenta autem expuentibus auxiliatur cum cumino, pari pondere.

Pŭrŭlēntē, aduerb. { ἐμπύως, ὑπόπύως. GALL. *Auec bouë.* ITAL. *Con marcia.* GER. Mit eyteren. HISP. *Con podre.* ANGL. *Corruptly, as the matter of a sore.* } Plin. *in procemio. lib* 23. Cicatricibus marcidis, ossibus purulentè limosis plurimùm confert.

Pŭrŭlēntĭă, æ, Ipsa puris plenitudo, vel vulnus plenum pure. τὸ πυῶδες.

Pūsă, pro puella apud antiquos accipiebatur. παιδισκάριον. Festus.

PVSILLANIMVS, i, qui pusillo & abiecto est animo. { ἄνανδρος. GALL. *Pusillanime, craintif.* ITAL. *Di poco animo.* GERM. Kleinmütig. HISP. *De poco coraçon.* ANGL. *Of small courage, cowardous.* } Græci μικρόψυχον dicunt, cui contrarium est magnanimus. A quo

Pusillanimitas, μικροψυχία, ἀνανδρία. &

Pusillanimiter, aduerbium, ἀνάνδρως.

Pūsīllŭs, a, um, Paruulus, exiguus. { הקטן *hakkatán* מעט *mehát.* τυτθός. GALL. *Petit.* ITAL. *Piccino, picciolino.* GER. Klein. HISP. *Pequeño ò poquito.* ANGL. *Litle, small.* } quod videtur esse diminutiuum à pusus, quo veteres pro puerulo vtebantur. A quo rursùs fit aliud diminutiuum pusillulus. Martial. *lib.* 1.

Bellus homo, & magnus vis idem Cotta videri:
Sed qui bellus homo est, Cotta, pusillus homo est.

Trebonius Cic. *lib.* 12. Ego tamen nactus in nauigatione nostrâ pusillum laxamenti, id est, paululum recreationis, relaxationis. Horat. 1. *Serm. satyr.* 4

Di bene fecerunt, inopis me, quòdque pusilli
Finxerunt animi, rarò perpauca loquentis.

Cic. *ad Brutum,* Videlicet quum illam pusillam epistolam tuam ad me dabas nondum erat tibi id notum. Iuuen. *Satyr.* 5.

Terra malos homines nunc educat, atque pusillos.

Cic. *Attic. lib.* 5. Habuimus in Tusculano quasi pusillam Romam, tanta erat in his locis multitudo. Vxor pusilla Horat. 2. *Serm. satyr.* 3. Testis pusillus. Cic. 2. *de Orat.* Differt autem pusillus & breuis, quòd pusillus dicitur de corpore, vt homo pusillus, pusilla vrbs: Breuis autem est in natura, vt breuis dies, nox, annus Sosipater. *lib.* 1.

Pūsĭo, nis, Pupus, paruus puer, tanquam diminutiuum ex *pusus* } ילד *jéledh.* παιδάριον. GALL. *Petit enfant.* ITAL. *Fanciullo.* GERM. Ein kleins oder iungs knäblin. HISP. *El muchacho de poca edad.* ANG. *A litle child.* } Veteres enim pusum & pusam, pro puero & puella vsurpabant. Capitur tamen ferè semper pro scorto masculo. Cic. *pro Cal.* Qui te amat plurimum, qui propter nescio quam credo, timiditatem, & nocturnos quosdam inanes metus tecum semper pusio, cum maiore sorore cubitauit. Iuuen. *Satyr.* 6.

Nónne putas melius, quod tecum pusio dormit,
Pusio qui noctu non litigat.

PVSTVLA, æ, tuberculum in summitate cutis nascens, pus continens. { שארת *seéth* אבעבעה *hababhbuhbáh* φλύκταινα, φλυκτίς. GAL. *Vne ampoulle ou vessie.* ITAL. *Brassola, valuola, bolisola.* GERM. Ein porpelen oder hüßlin so auß der haut entspringt/wachßt gewonlich eyter darin/ein blater. HISP. *Postilla de sarna ò buna.* ANG. *A blister wheale, or litle pushe.* } Nomen generale est ad tubercula omnia, præter naturam in cute efflorescentia: à pure (vt quidam volunt) quod in se continet, deducta appellatione: quanquam etiam latiùs pustularum nomen ad ea extenditur, quæ pure carent. Martial. *lib.* 14.

Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat,
Exornent docilem garrula plectra lyram.

Quo in loco pustulam appellare videtur ampullæ genus, in manibus pedibúsve ex nimio labore proueniens. Cels. *lib.* 5. *c.* 28. pustularum nomen ad quatuor contraxit genera, in phlyctænas scilicet, hoc est, maiores pustulas, liuidas, aut pallidas, aut nigras, humore distentas ex frigore, igni, vel medicamentis prouenientes, sub quibus quum ruptæ fuerint, quasi exulcerata caro apparet. In exanthemata, quæ Plinius modò eruptiones pituitæ, modò papulas appellat. In psydracia paulò duriora subalbida, & acuta Et in epinyctidas quæ sunt subliuidæ, modicè tumescentes, & plenæ sanguinis, tibias & pedes noctu ferè, maximè infestantes: vnde & nomen trahunt.

Pustulatus, a, um, pustulæ similitudinem habens: vt

Pūstŭlātum argentum, siue pusulatum, à pustula, siue pusula, vel postulatum, veteri scriptura verso u, in o. A pustulis dicitur, quæ in argento cælato in aspredinem quādam excisæ visuntur, sicut pustulæ in corpore ex igni, frigore, vel labore nascentes. ἀργύριον φλυκταινῶδες Martial. *lib.* 7.

Sed iam scio, nulla venit à me
Argenti tibi libra pustulati.

Tranquillus in Nerone, pustulatum argentum posuit pro purgatissimo, & excoctissimo: cuiusmodi aurum obryzum à Græcis appellatur. Exegitque (inquit Suetonius) ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum obryzum, vt plerique omnem collationem palàm recusarent. Budæus, Nonnulli tamen indicant legendum esse *pusulatum.* quemadmodum legitur *l.* 31. *D. locati,* & illud videri deductum à pusula, quo nomine ignis acerrimus significatur. Difficile est in hac re tam obscura omnium ingeniis satisfacere. Itaque suum, cuique relinquendum est iudicium.

Pūsŭlă, æ, idem quod pustula. Morbi genus à flaua bile, vel tenui sanguine, vel ab vtroque proficiscens, quem & ignem sacrum appellant. שארת *séeth* נבעבעה *nabehbuhbáh.* ἐρυσίπελας. GALL. *Ampoulle ou vessie, ou le feu sainct Antoine.* ITAL. *Infermità, sacro fuoco di S. Antonio.* GERM. Ein böse brennende röte mit blateren / S. Antonij feur/ ein böse kranckheit. HISP. *Roña ò sarna.* ANGL. *Te wilfyre.* } Col. *lib.* 7. *cap.* 5. Est etiam insanabilis sacer ignis, quam pusulam vocant pastores.

Pusulatus, pustulatus.

Pŭsŭlōsŭs, & pusilosus, pusulis plenus. u, & i, sæpe inter se commutantur, vt optimus, optumus. Turneb. { ἐρυσιπελατώδης. GAL. *Pustuleux, ou malade du feu sainct Antoine.* ITAL. *Chi ha il sacro fuoco.* GER. Das ein solch böß/ oder brennende röte mit blateren hatt. HISP. *Doliente de tal roña ò sarna.* ANG. *Sick of the wild fyre.* } Colum. *lib.* 7. *c.* 5. Viuam pecudem, quæ fuerit pusulosa resupinam obruamus.

‖ Pusus, puer. Lucr. *lib.* 4.

Pusi sæpe locum propter, se ac dolia certa
Somno deuincti credunt extollere vestem.

Ita Lambinus legit. ‖

Pusus, a, um à Puseus, e detrito Passerat.

Pŭtāmen, vide *Puto,* as.

‖ Putana, meretrix. L. g. b. ‖

Pŭtĕāl, is, quid sit, video vel inter primi nominis Grammaticos parum constare. Acron locum fuisse putat ad quem conuenire solebant fœneratores. Porphyrio sedem fuisse tradit Prætoris, propè Arcum Fabianum, in quo primùm tribunal & subsellia à Libone quodam fuerint collocata: vnde & Libonis puteal ab Horatio ait appellatum, Forum, puteálque Libonis, Mandabo siccis. P. Victor in regione Vrbis octaua puteal constituit Libonis, & Ianos duos, totúmque eum locum mercatoribus frequentem fuisse ait. Verùm omissis horum opinionibus, illud certè constat, Puteal locum fuisse in comitio in gradibus ipsis ad læuam Curiæ in quo olim Accij Næuij statua posita fuit, quòd in eo loco is cotem nouacula diceretur discidisse. Sub cuius statua, locus erat subterraneus, quem puteum appellabant, aram habens, & Accij nouaculam ibidem defossam. Supra autem vmbella imposita erat, siue petasus, puteum tegens: vnde & locus nomen accepit. Putealia enim puteorum opercula dicuntur. Cic. 1. *de diuin.* Cotem autem illam & nouaculam defossam in Comitio, supráque impositum puteal accepimus. Fuisse autem hunc locum iuri dicendo destinatum, satis apertè docet Horat. 2. *Serm. satyr.* 6.

——— ante secundam
Roscius orabat, sibi adesses ad Puteal cras.

PVTEO, es, ui, prima syllaba prod. Malè oleo, fœteo. { באש *baásch* נאלח *neelách* רקב *rokáb.* κακὸν ὄζω, μυδάω, βρωμῶμαι, δυσώδης εἰμί. GAL. *Puir, estre puant, sentir mal.* ITAL. *Putire, puzzare.* GERM. Stincken / vbel schmecken. HISP. *Holer mal.* ANGL. *To stink or giue an euill sauour in the nose.* } Horat. 2. *Serm. satyr.* 2.

Putet aper, rhombúsque recens.

Satyr. 3.

Nec inuideas, quòd multa fidelia putet
In locuplete penu.

Quint. *lib.* 6. *c.* 4. Aliquando desinet putere. Diurno mero putere, Horat. 1. *Epist.* 20.

Pūtĭdŭs, a, um, quod est mali odoris. { באש *boésch* נאלח *neelách* רקב *rokéb.* μυδαλέος, δυσώδης. GALL. *Puant.* ITAL. *Puzzolente, fetente.* GER. Stinckend/vbel schmeckend. HISP. *Cosa hedionda.* ANG. *That stinketh.* } Plaut. *in Bacch.* Tanti est, quanti est fungus putidus Cic. *in Pis.* Ego istius pecudis. & putidæ carnis consilio scilicet, aut præsidio niti volebam; ¶ Transfertur & ad orationem, quæ putida dicitur quum est insuauis, rancida, humilis & abiecta, aurium iudicio non satisfaciens, neque verborum pondere rei dignitatem exæquans. Nonius, Putidum non solùm ab ore fœtido & graui quod naribus præbetur, sed etiam quod auribus triste, insuaue, austerum, rancidum, putidum dici posse autoritas vetustatis admisit. Cic. 1. *Offic.* Sonus erat dulcis, literæ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum esset, aut nimis putidum. Idem *Attico,* Vereor ne putidum sit scribere ad te, quàm sim occupatus. Idem *in Orator.* Quónam igitur modo audiretur Mysius, aut Phryx Athenis, quum etiam Demosthenes exagitetur vt putidus?

Pūtĭdĭŭscŭlŭs, diminut. { σμικρόν τι, δυσωδέστερος, ἀηδέστερος. GALL. *Vn peu puant.* ITAL. *Alquanto puzzolente.* GERM. Zimlich stinckend. HISP. *Hediondo vn poco.* ANGL. *That stinketh somewhat.* } Cicero. *Cas. lib.* 7. Sumus enim putidiusculi, quàm per te vix licet. verùm vt video licebit.

Pūtĭdŭlŭs, aliud diminut. Martial. *lib.* 4.

Altera ridicula est, altera putidula.

Pūtĭdē, aduerbium, Insuauiter, austerè, rancidè. { δυσωδῶς, ἀηδῶς. GALL. *Puamment, ordement, & vilainement.* ITAL. *Sozzamente, con puzza.* GER. Vnlieblich/vnangenämlich. HISP. *Hediondamente, con hediondez.* ANG. *Stinkinglie, with to much affectation.* } Cic. *de clar. Orat.* Nam siquis eos, qui nec ineptè dicunt, nec odiosè, nec putidè, Atticè putat dicere, &c.

Pūtēsco, Putidus, vel mali odoris fio. { באש *baásch* נאלח *neelách* רקב *rakáb.* δυσωδιάζομαι. GAL. *Puir, estre puant.* ITAL. *Diuenir puzzolente, puzzare.* GERM. Stinckend werden. HISP. *Hazerse hediondo.* ANG. *To waxe stinking.* } Cic. *lib.* 2. *de finib.* Non inscitè illud dictum videtur, insuauem animum illi pecudi datum pro sale, ne putesceret.

Pūtŏr, fœtor, grauco lentia. { באש *boésch* רקב *rakáb* רקבון *rikkatón.* δυσωδία

δία. GALL. *Puanteur.* ITAL. *Puzzore.* GERM. Ein gestanck/böser geschtmacht. HISP. *Hedor y hediondez.* ANGL. *Stinck an euill sauour.*} Cato c. 157. Ea omnē putorem adimet. Detergere putōrē, Stat. 4. *Syl.* Lucr. l. 2.

Intempestiuos quum putor cœpit ob imbres.

‖ Putorius, ex mustelarum genere, à putore; quia valdè fœtet, cùm irascitur. GER. Iltis. GALL *Putois.* ANGL. *Fitche.* ‖

Pŭtĕŏli, orum, Ποτίολοι Steph. vulgò *Puzzuoli*, oppidum maritimum Campaniæ, octauo lapide distans a Neapoli, non procul ab Auerno lacu, à Samniis conditum, teste Eusebio sub idem ferè tempus quo Tarquinij Roma sunt exacti. Dicti puteoli, siue à copia puteorum aquis calidis scatentium, siue à putore, hoc est, graueolentia aquæ sulphuratæ. Olim etiam, quòd iustissimè regeretur, Dicæarchia dicebatur δικαιαρχία.

Pŭtĕŏlānus, ποτιολανὸς Stephano. Gentile est. Cic. *Thermo*, Cluuius Puteolanus valde me obseruat.

PVTEVS, is, qui perpetuas habet aquas ex terræ venis manantes, non tamen fontium more foras prorumpentes. {באר beér בור bor. φρέαρ. GAL. *Vn puits.* ITAL. *Pozzo.* GERM. Ein sod oder sodbrunnen. HISP. *El pozo.* ANG. *A well, a pitt.*} Quint. *lib.* 7. *c.* 3. Ille in puteo mortuus est inuentus. Dictus quòd puteat ex alumine & sulphure sæpe, dum cauatur: aut certè, vt Varroni placet, *lib.* 4. *de ling. Lat.* à Græco πίτος, quod potum significat. Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 2. Vincite, verberate, in puteum condite *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Faciam vt in puteo cœnam coquant. (*sup.* coqui.) Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Non potest ex vno puteo aqua aquæ esse similior. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. Miserum est opus igitur fodere puteum, vbi sitis fauces tenet. ¶ Qui puteum strenuè foderant milites donati corona. Virg. 3. *Georg.*

Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto
Currentem iliginis potare canalibus vndam.

Horat. 1. *Epist.* 15.

Collectósne bibant imbres puteósne perenneis
Iugis aquæ: nam vina nihil moror illius oræ

Differt autem puteus à cisterna, quòd ille suas habeat aquas ex terræ venis manantes: cisterna pluuias colo perpurgatas. Legitur & puteum neutri generis, vt annotauit Nonius citans locum Varronis ad Gallum Fundanium, Primùm, de miris, secundò de statuis, deinde de aquis, vt sunt lacus, stagna, putea & maria.

Pŭtĕālis. e, quod ex puteo est. {φρεάτιος. GALL. *De puits.* ITAL. *Di pozzo.* GERM. Auß dem sod/oder deß sods. HISP. *Cosa de pozo.* ANG. *Of a well.*} Ouid. *in Ibin*,

Vt quos dux Pœnus mersit putealibus vndis

Columell. *lib.* 11. *cap.* 3. Vel si non sit fluens aqua, fonte puteali possit alligari.

Pŭtĕānus, a, um, eiusdem significationis: vt aqua puteana. φρεάτιος. Plin. *lib.* 16. Deinde quantum expressere, adiiciunt vinaceis aquæ puteanæ, vt & secundarium passum faciant. Col. *lib.* 12. *c.* 26. Et aquæ dulcis puteanæ eodem agro partem decimam adiicias.

Pŭtĕārĭus, ij, qui puteos fodit. {φρεατοθρύχτης, φρεωρύχος. GAL. *Puitier. qui fait les puits.* ITAL. *Pozziero, chi fa pozzi.* GER. Ein sodgreber. HISP. *El pozero, que haze pozos.* ANGL. *That diggorth welles* } Plin. *lib.* 31. *cap.* 3. Depressis puteis sulphurata, vel aluminosa occurrentia putearios necant.

Pŭtĭcŭli, locus publicus Romæ vltra Exquilias, Commune sepulchrum miseræ plebi: ita dictus siue quòd ibi cadauera putrescerent, teste Festo, siue quòd putrefacta cadauera summum ibi putorem gignerent: siue à puteis ipsis, hoc est fossis in quibus cadauera sepeliebantur. Antiquissimum enim sepulturæ genus fuit, eodem teste, vt facto puteo cadauer humo obrueretur. Nam cremandorum corporum consuetudo à L. Sylla initium sumpsit. Varr. 4 *de ling. Lat.* non puticulos, sed *puticulas.* hunc locum vocat.

Pŭtĭdus, vide, *Puteo*, es.

‖ Putilia, μώρια. Gloss. An putitia μωρὰ? Aut petitia μικρά. an putile est à putus μικρός. ‖

Putitus pro stulto à Plauto vsurpatur, teste Festo.

PVTO, as, Inutilia, & superflua ex arboribus, fruticibúsque reseco, amputo. {זמר zamár. ἀποκλαδεύω. GALL. *Coupper les choses superfluës, esmonder tailler.* ITAL. *Podare, bruscare.*. GERM. Behauwen/beschneiclen/das vnnutz abschneiden. HISP. *Podar vides ò arboles.* ANGL. *To prune or cute of superfluous boughes or branches.*} Col. *lib.* 2. Neque arent, neque vitem aut arborem putent. ¶ Putare argentum, arbores, rationes, quid sit & vnde, vide apud Gell. *c.* 5. *lib.* 6. ¶ Putare argumentis, pro disputare. Plaut. *Amph. sc.* 1 *a.* 2. Quo id, malū, pacto potest (nam mecum argumentis puta) fieri, nunc vti hic sis, & domi? Putare item ad animum transfertur, pro cogitare, considerare, & animo reuoluere. { GAL. *Penser.* ITAL. & HISP. *Pensar.* GER. Betrachten. ANGL. *To trink or iudge.* } Cogitando enim resecamus mente quæ falsa & inutilia sunt: & quod verum ac bonum est, huic cogitando hæremus. Terent. *in Eunuch.* Dum hæc puto, præterij imprudens villam. Seneca *c.* 14. & 16. *de consl. ad Polyb.* Hunc puta tibi dicere. ¶ Aliquando ponitur pro æstimare. τιμάω. Cic. *in Verr.* Si denariis quadringētis Cupidinem illū putasset. Ter. *in Adelph.* Mitto maledicta omnia, rem ipsam putemus. ¶ Putare rationem, est calculū subducere. λογίζεσθαι. Plaut. *in Aul. sc.* 5. 3. Putatur ratio cum argentario. Idem *Most. sc.* 3. *a* 1. vel rationem pura. (subducito.) ¶ Interdum accipitur pro aptare. Titinnius *Fullonibus*, vt citat Nonius, Da pensam lanam, qui non reddet tempore putatam, rectè facito vt multetur malo. ¶ Interdum existimare, iudicare. νομίζειν, οἴεσθαι. Terent. *in Andr.* Rectè putas. Cic. *de Amic.* Attilius prudens esse in iure ciuili putatur, id est, existimatur. Putare aliquo in numero, id est, Aliquo in pretio, vel numero habere. Idem *pro lege Manilia*, Quem enim possumus Imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu væneant centuriatus, atque vænierint?

Pŭtātor, is, hoc est, qui vites, aliásve arbores, aut frutices sarmentis, ramísve inutilibus repurgat. {זומר zomér. κλαδευτής, ἀμπελουργός. GALL. *Esmondeur d'arbres, ou tailleur de vigne.* ITAL. *Pudatore d'alberi ò de viti.* GERM. Ein beschneitler/ der von bäumen vnd standen die vberflüssigen schoß abhawet/ein baumseuberer/räbenschneider. HISP. *Podador de las viñas, ò Arboles.* ANGL. *He that pruneth and cutteth away boughes of trees.*} Plin. *lib.* 27. *c.* 8. Curarum ea scio, omnibus ferè ossibus contractis prolapsum ex arbore alta putatorem, circumdata vniuerso corpori. Col. *lib.* 4. *c.* 17. Putatoris officium est, pedali ferè spatio circa iugum vitem compescere. Virg. 2. *Georg.*

——— *summúmque putator*
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.

Cic. 1. *de Orat.* Vt quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnino nesciat.

Pŭtāmen, inis, rerum quarumlibet purgamentum, à putando. {κέλυφος, ἔλυτρον, κάλυξ. GALL. *Tout le superflu & inutile qu'on couppe & oste de quelque chose, coquille, escaille.* ITAL. *Ogni superfluita che si taglia de qualche cosa.* GERM. Die abschneitlen / alles vnnutz so man von einem ding abhauwet. HISP. *La cascara ò mundadura.* ANGL. *The superfluitie or that is taken and cast away frome any thing.*} Nam quicquid ex aliqua re proiicitur, putamen appellatur. Plaut. *in Capt. sc.* 4. *a.* 3. Nucleum amisi, reliqui pignori putamina. Cicer. 5. *Tusc.* Instituítque vt candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent. Putamina ouorum. Plin. *lib.* 7. *c.* 2. Testudinum putamina secare in laminas. Idem *lib.* 9. *c.* 11.

Pŭtātio, nis Cic. *de Orat.* Nemo nescit quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium.

Puta, imperatiuum loco aduerbij positum, pro scilicet, vel verbi gratia. Pompon. *in l. si quis.* § *item si, ff. de hered. instit.* Si ille puta, Consul factus fuerit, tunc, &c. De hoc ita Priscian. *lib.* 15. *de aduerbiis*, A igitur terminantia, vel primitiua sunt, vt *Ita*, quod solum A correptam habuit, quanuis quidam Puta quoque aduerbium esse accipiant, ideóque Persium id corripuisse, vt,

Hoc puta, non iustum est, illud malè, rectiùs istud.

¶ Puta, pro verendo muliebri.

Putatiuus, a, um, opinabilis. Tertull.

‖ Puteoli, *Pozzuolo*, V. E. Campaniæ antiqua, balneis clara, sub A. Neapolitano. ‖

Putor, is, vide *Puteo.*

PVTRIS, e, quod putret, & est corruptum, ac in putredinem resolutum. { באש bésch נאלח neelách רקב rokéb. σαπρός. GALL. *Pourri, gasté & corrompu.* ITAL. *Corrotto, putrefatto.* GERM. Faul / verwäsen. HISP. *Podrido, corrompido.* ANGL. *Rotten, or corrupt.*} Virg. 11. *Æneid.*

Quadrupedum putrem cursu quatit vngula campum.

Idem 1. *Georg.*

——— *& Zephyro putris se gleba resoluit.*

Vbi Seruius, Putris gleba, id est, solubilis. Colum. *lib.* 2. Idem pinguis ac putris, quia quum plurimum reddat, minimum poscit: & quod postulat, exiguo labore, atque impensa conficit. Virg. *in Georg.*

Et cùm putre solum: namque hoc imitamur arando,

id est, solutum, laxum, ideoque optimum. Translatè dicit Persius,

Ille in Venerem est putris,

id est, solutus & profusus. Sic putres oculi, i. soluti, vt fit in somno Horat. 1. *Carm. Ode* 36.

Omnes in Damatim putres
Deponent oculos.

Putrĭdus, a, um, Putris, siue putrefactus, hoc est, corruptus, à colore externo agente in humidū. { באש boésch נאלח neelách רקב rokéb. σαπρός. ANGL. *Rotten.*} Cic. *in Pis.* Non enim nos color iste seruilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt.

Putrēdo, inis, Putor, fœtor, corruptio orta ab actione caloris externi in humidum, cuius finis est siccitas. { באש boésch רקב rakáb רקבון rikkabon. πυθὼν, σηπεδὼν, σῆψις. GAL. *Pourrissure, porriture.* ITAL. *Putredine, corrottione.* GERM. Die feule oder feulung. HISP. *Podre ò podricion.* ANG. *Rotennesse* } Ouid 1 3. *de Ponto*,

Estur, vt occulta vitiata putredine nauis

Putrĕo, es, Marceo, & in pus soluor. { באש baásch נאלח neelách רקב rakáb. σήπομαι, πύθομαι. GALL. *Se pourrir, corrompre, & gaster.* ITAL. *Marcirsi, putrefarsi.* GERM. Faulen. HISP. *Prodrirse.* ANGL. *To waxe rotten or tobe dissolued in to matter.* } Pacuuius, Quanquam annis, & ætate hoc corpus putret. Plaut. *Most.* Atque ædepol ita hæc tigna humida putrent.

Putrēsco, is, Putridus fio. { באש baásch נאלח neelách רקב rakáb. καθαπύθομαι. GALL. *Se pourrir, corrompre & gaster.* ITAL. *Marcirsi, putrefarsi.* GERM. Faul werden/ anfahen faulen. HISP. *Podrirse.* ANGL. *To waxe rotten.* } Colum. *lib.* 2. Vt herbarum culmis, cæterísque rebus immista putrescant. Idem *in eodem*, Totum sterquilinium rastris permisceri oportet, quò faciliùs putrescat, & sit aruis idoneum. Horat. 2. *Serm. sat.* 3.

Vestis putrescit in arca.

¶ Huius composita sunt, Computresco, Imputresco, quorum significata vide suis locis.

Putrĕfăcio, In putredinem resoluo, corrumpo, putre aliquid facio. {הבאיש hibeisch. σήπω, πύθω. GALL. *Pourrir, corrompre, gaster.* ITAL *Putrefare.* GERM. Feulen/faul machen. HISP. *Podrir.* ANGL. *To mak rotten.*} Colum. *lib.* 3. Per apertam vitis medullam nimius humor trahitur, idémque truncum cauat, vnde formicis, aliísque animalibus quæ putrefaciunt crura vitium latebræ præbentur. Plaut. *in Most.* Venit imber, lauat parietes, perpluunt Tigna, putrefacítque operam fabri: nequior iam factus est Vsus ædium. Liu. 1. *bell. Pun.* Ardentiaque saxa infuso aceto putrefaciunt.

Pūrus, a, um, Purus, mundus. { נקי nakí טהור tahór. καθαρός. GALL. *Pur, purgé, sans mixtion.* ITAL. *Puro, purgato.* GERM. Rein/lauter/ sauber/ HISP. *Puro, alimpiado.* ANGL. *Cleane, pure, without mingling.*} Vnde putum argentum, id est, purgatum. Iuuen. *Satyr.* 10.

Pauca licet portes argenti vascula puri.

¶ Interdum putus in oratione legitur coniunctum cum adiectiuo purus. vnde argentum purum putum dicitur, quod ita excoctum est, itaque purgatum, vt nihil alterius materiæ habeat admistum. Gell. *lib.* 6. *c.* 5. Cautum fuisse, vt Carthaginienses quotannis pop. Rom. darent certum pondus argenti puri puti. ¶ Plaut. *in Pseud. sc.* 2. *a.* 4. ad homi-

nem transtulit, quum ait, — Polyma, chæroplacides Purus putus est ipsius: noui. Quasi dicat, ipse omnino est, & non alius prorsus aut adulterinus, aut suppositititius. Idem Plaut. *sc.*7. *a.*4. Purus putus sycophanta. Festus, Putum antiqui pro puro dicebant: vnde putum aurum, putatum dici solet, id est, expurgatum. Orationes Putissimæ. Cic. *Attic. lib.*2. Vt sciat hic Hierosolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit.

‖ Putus, paruus. Scal. *in catalecto*: Potus, seu putus, ὑποκόλασμα nutricum. In vet. Gloss. Putus, μικρὸς, puti, μικροί. ‖

P Y.

‖ Pyanepsia, πυανέψια & πυανψία, festus dies Athenis, Apollini sacer, institutus à Theseo. ‖

Pyanepsion, πυανεψιὼν, mensis nomen apud Athenienses, nostro Octobri respondens, si Theodoro credimus, quo celebrabantur Pyanepsia festa Apollini sacra, coquebantúrque fabæ aliáque legumina, quæ mensi nomen fecerunt.

‖ Pycnitis, πυκνῖτις, verbascum, quia caulis eius sursum versus frequentibus (πυκνοῖς) vndiquaque floribus stipatus est. ‖

Pycnŏcŏmŏn, πυκνόκομον, herba est à comæ densitate nomen habens quam Plin. *lib.*26. *cap.*8. describit his verbis, Aluum soluit & pycnocomon, erucæ foliis, crassioribus, & acrioribus, radice rotunda, lutei coloris, terram olente: caule quadrangulo, modico, tenui flore ocymi.

‖ Pycnoticus, a, um, πυκνωτικὸς habens vim densandi. ‖

Pycnotica medicamenta, πυκνωτικὰ φάρμακα. A medicis appellantur quæ vim habent condensandi: quibus opponuntur monotica, μανωτικὰ, quæ rarefaciendi habent potestatem. πυκνὸν enim, densum: contrà μανὸν rarum significat.

Pycnŏstylon, πυκνόστυλον, Ædificium deambulationi aptum, cinctum columnis densioribus, modicóque interuallo à se inuicem distantibus. πυκνὸς enim nobis significat densum, & στῦλος columnam.

Pyctă, æ, vel Pyctes πύκτης, Latinè pugil dicitur. Lamprid. *in Heliog.* Gladiatores ante conuiuium pugnantes sibi, & pyctas frequenter exhibuit. Hinc Colum. *lib.*8. *c.* 2. gallinaceum in certaminibus gallorum pugnacem pycten vocat, Non rixosarum auium, inquit, lanistæ, cuius plerumque totum patrimonium pignus aleæ victor gallinaceus pyctes abstulit Plin. *lib.*7. *c.*47. Euthymus pycta semper Olympiæ victor.

Pyctăcium, ij, πυκτάκιον, apud Lamprid. *in Alexandri vita*, dicitur album, hoc est, tabula deabata, in qua nomina iudicum selectorum describebantur: sic enim inquit, Denique quùm inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat nomina. De promouendis etiam sibi annotabat, & perlegebat cuncta pyctacia: & sic faciebat diebus etiam pariter annotatis, & quis, & qualis esset, & quo innuente promotus.

‖ Pyctomacte, pugil, qui, πύκτης μάχεται. ‖

Pydnă, πύδνα, vulgò *Chitro*, oppidum Macedoniæ ad sinum Thermaicum, cuius meminit Plin. *lib.*4. *c.*10.

‖ Pyelus, amplum vas, in quo lauabant veteres. Gloss. πύελος alueus. Per metaph. est etiam pala annuli, ἵνα λίθος ἐναρμόζῃ.

Pyga, πυγὴ, nates, κάθισμα, ἕδρα, γλουτοί. ‖

Pygargŭs, πύγαργος, caprea quædam syluestris, non dissimilis damis. Plin. *lib.*8. *c.*58. Sunt & damæ, & pygargi, & strepsicerotes, multáque alia haud dissimilia, Iuuen. *Satyr.*11.

—— apud quem
Sumine cum magno lepus, atque aper, atque pygargus.
Et Scythicæ volucres.

¶ Est item pygargus, auis ex genere aquilarum, in oppidis habitans, & in campis, caudam habens albicantem: vnde & nomen accepit, quasi πυγὰς ἔχων ἀργὰς. Idem Plin. *lib.*10. *c.*3. Secundi generis pygargus, in oppidis mansitat, & in campis, albicante cauda. Sunt qui putant esse erodiorum genus: quæ ales coitu infesta est, vt quum mas cum fœmina coire velit, acri dolore oculorum vtrinque soluantur, ac morientium penè similes abeant.

Pygelă, læ, πύγελα, vrbs Ioniæ, non procul ab Epheso sic dicta quòd nonnulli ex iis qui sub Agamemnone militarant, propter morbum sedem & nates infestantem, illinc consederint. Autor Theopompus.

‖ Pygista, πυγιστὴς pædico. ‖

Pygmæi, {גמדים ghammadim. πυγμαῖοι.} vt Plin. *lib.*7. *cap.*2. scribit, populi in extrema parte montium Indiæ habitantes, salubri cælo, sempérque vernante, qui ternos dodrantes non excedunt: vnde & Pygmæi dicti sunt, quasi πηχυαῖοι, hoc est, cubitales. πυγὼν enim cubitum significat. {Kleine erdmenlin nur eines elnbogen hoch / in den ausseristen bergen Indiä wonendt.} August. *lib.* 16. *Ciuit.* Alij statura cubitales, quos Pygmæos à cubito Græci vocant, pugnant cum gruibus, sed vincuntur. Vnde Ouid. 6. *Fast.*

Nec quæ Pygmæo sanguine gaudet auis

Gruis periphrasis est. Horū mulieres quinto anno pariunt, & senescunt octauo. Fama est insidentes arietum capraúmque dorsis, armatos sagittis, Veris tempore vniuerso agmine ad mare descendere, & oua pullósque earum alitum consumere. ternis eam expeditionem mensibus confici, aliter futuris gregibus non resisti. Casas eorum luto pennísque & ouorum putaminibus construi. Aristot. in cauernis viuere Pygmæos tradit: cætera de his, vt reliqui. Plin. quoque *lib.*4. *c.* 11. in Thracia Pygmæos fuisse scribit, vrbémque Gehaream tenuisse, donec à gruibus fugati, nouas sibi sedes quærere fuerint coacti Ad quod etiam spectare videtur illud Iuuen. ex *Satyr.*13.

Ad subitas Thracum volucres, nubémque sonoram,
Pygmæus paruis currit bellator in armis
Mox impar hosti, raptúsque per aëra curuis
Vnguibus, à sæua fertur grue. Si videas hoc
Gentibus in nostris risu quatiere: sed illic
Quanquam eadem assiduè spectentur prælia, ridet
Nemo, vbi tota cohors pede non est altior vno.

De Pygmæis, vide Gell. *cap.*4. *lib.*9.

Pygmălĭōn, is, πυγμαλίων Suidæ, Beli Tyriorum regis filius fuit, frater Didûs, qui quum ardentissima auri cupiditate flagraret, ad Sichæi patruelis sui, & sororis suæ viri opes animum adiecit: illumque spe potiundi auri, ante aras dolo interemit. Cuius cædis, quum in somnis à mariti vmbra certior facta esset Dido, clàm sublatis thesauris, fugæque comitibus assumptis naues conscendit: & in Africam appulsa, primùm Byrsam, deinde & Carthaginem condidit. Meminit huius Virg. *lib.*1. *Æneid.*

—— Sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes,
Quos inter medius venit furor: ille Sichæum
Impius ante aras, atque auri cæcus amore,
Clàm ferro incautum superat.

¶ Fuit & alter eiusdem nominis, Cilicis filius, qui ex Eburnea statua Veneris beneficio in puellam transformata, Paphum suscepit, Paphi Cypriæ vrbis conditorem. quam fabulam vide latiùs apud Ouid. 15. *Metam.*

Pygmaris. Apud Sueton *in Calig. cap.* 26. Gladiatores quoque pygmares. *Ibid.* Casaubonus monet, se veriorem lectionē habere *pegmares.* neque inquit, laudamus eos, qui quicquam censent hîc mutandum. Quod si faciendum putarem, sequerer Viterb. cod. legerémque *pygmarem.* Ita ibi scriptū, & adiectum scholion, eam vocem à Græca dictione pygma, quæ pugnum significet, deduci. tum interpretatur *pygmares* τοὺς πυκτομάχους, vel πυγμῇ μονομαχοῦντας: qui medium quoddam genus fuerunt inter pugiles Græcorum & Romanorum gladiatores.

Pylădē, æ, vel is, πυλάδης, Strophij Phocensis filius fuit, indissolubili amicitiæ vinculo cum Oreste coiunctus. Nam quum Clytemnestra ab Ægistho adultero adiuta, Agamemnonē occidisset, Strophius Orestem adhuc puerum, certissimæ neci subduxit, & in regno suo vnà cum Pylade educauit. Posteaque quum Orestes, gratia vindicandæ paternæ mortis, matrem peremisset, eámque ob rem in furorem conuersus esset, Pyladem perpetuum omnium suarum profectionum comitem habuit, & socium periculorum: tantáque sese mutuò amoris vehementia sunt prosecuti, vt alter pro altero mori non recusaret. Cic. *de Amic.* Qui clamores tota cauea nuper in hospitis & amici mei Pacuuij fuerunt noua fabula: quum ignorante Rege vter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, vt pro illo necaretur: Orestes autem, ita vt erat, Orestem se esse perseueraret. Reliqua vide supra in dictione *Orestes.*

Pylæ, {פתחים pethachim שערים schebarim. πύλαι. GALL. *Les portes.* ITAL. *Porte.* GERM. *Thor.* HISP. *Puertas.* ANGL. *Portes or gates.*} Græco nomine dicitur quas nos portas dicimus: vnde & pro angustiis montium faucibus accipiuntur: cuiusmodi in Amano monte occurrere perhibentur, ex Cilicia Syriam petentibus: quas & Latinè Cilicias portas appellamus. Cic. *Attic. lib.*5. Itaque confestim iter in Ciliciam feci per Tauri pylas.

Pylæa, πυλαία, Conuentus Amphyctionū ad Thermopylas, ad quem quotannis è singulis ciuitatibus singuli mittebantur, quos vocabant Pylagoras, ἀπὸ τοῦ εἰς πυλαίαν ἀγείρεσθαι, hoc est, ab eo quod ad pyleam conuenirent.

Pylæmĕnēs, πυλαιμένης, Dux Paphlagonum, qui in bello Troiano Priamo suppetias ferens, à Menelao est interfectus.

Pylartes, πυλάρτης, vir Troianus fuit, ab Aiace occisus, vt scribit Homerus 11. *Iliados.*

Pylēnē, πυλήνη, Ætoliæ oppidum, teste Homero *in Catalog.* Papinius,

—— sensit scopulosa Pylene.
Pleraque cognatis auibus Meleagria Pleuron.

Pylōrus, i, πυλωρὸς. A medicis appellatur inferius os ventriculi, per quod primæ coctionis excrementa emittuntur in aluum, & inde in secessum. Ratio nominis inde ducta est, quòd πυλωρὸν Græci Ianitorem vocant. Inferius autem os ventriculi in hoc vel optimi ianitoris officio fungitur, quòd nihil emittat nisi probè concoctum: vnde etiam meatus ille à natura factus est angustissimus.

Pylus, πύλος, Agri Messeniaci oppidum est in tractu Occidentali Peloponnesi Nestore alumno (qui inde Pylius cognominatus est) nobilitatum. Ouid. 1. *Amor.*

Illius à tactu Pylius iuuenescere posset.

Idem *lib.*2. *de Pont.*

Crede mihi Pylio Nestore maior eris.

Sunt præterea duæ aliæ eiusdem nominis vrbes in Peloponneso: vnde est illud apud Strabon. *lib.*8. Ἔστι πύλος πρὸ πύλοιο, πύλος γε μὲν ἔστι καὶ ἄλλος.

Pyră, Rogus, lignorum strues, igni subiecto ardens. à πῦρ ignis. {דור dur מדורה medhuráh. πυρά. GALL. *Vn monceau de bois pour mettre au feu.* ITAL. *Stipa, mocchio de legne.* GERM. *Ein holtz beigen / scheiterbeig.* HISP. *Heguera.* ANGL. *A bone fyre.*} Lignorum congeries, cuiusmodi olim cremandorum corporum causa extrui solebant. Virg. 4. *Æneid.*

At regina pyra penetrali in sede sub auras
Erecta ingenti, tædis atque ilice secta, &c.

Idem 11. *Æneid.*

Innumeras struxere pyras.

Pyrăcmōn, πυράκμων, nomen est vnius ex Vulcani ministris, quorum opera vtitur ad fabricandum Ioui fulmen, dictus Pyracmon, quod ab incude, ferróque ignito non recedat. πῦρ Græci inguem, & ἄκμονα incudem appellant. Virg. 8. *Æneid.*

—— Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontésque, Steropésque: & nudus membra Pyracmon.

Pyræă, πυραία, pars Thessaliæ, à Pyra nominata. Steph.

Pyræchmes, πυραίχμης, Ætoli cuiusdam nomen, qui cum Degmeno Epeo singulari certamine congressus, fundæ ictu eum interfecit: quo facto Oxylo cuidam ex Ætoli posteris Eleum regnum stabiliuit. Autor Strab. *lib.*8.

Pyralis, πυραλὶς, Pennatum animaculum, magnitudine muscæ, ex igne proueniens. Vnde & nomen accepit. A quibusdam pyrausta, πυραύστης, appellatur. Quandiu est in igne, viuit: quum exiit longiore paululum volatu, tunc emoritur. Vide Plin. *lib* 11. *c.* 36.

Pyrama, vt legit Sipontinus, vel potius Phyrama, vt hodie habent castigatiora Plinij exemplaria, lacrymæ genus ex metapio arbore stillans, pingue

gue & resinosum. Vide Plin. *lib.* 13. *c.* 28.

Pyrămis, idis. {πυραμίς. Gal. *Pyramide.* Ital. & Hisp. *Piramide.* Germ. Ein viereckechtig gebeuw vnden für breit/das sich in die höhe zeucht/vnd ie lenger ie mehr biss in ein spitz verleurt. Angl. *A sleepe, any thing foure square and broad beneth and small & sharp vpwardes.*} Moles maxima quadrata, ita constructa vt è lato in acutum tendat in formam flammæ, quæ ima sui parte latior, in acuminatum desinit fastigium. Maximæ huius generis in Ægypto fuisse memorantur circa Memphim, structuræ ex quadratis lapidibus admirandæ, fastigiatæ vltra omnem excelsitatem, quæ manu fieri posset (vt scribit Solinus) sub quibus sepeliebantur reges. Excogitatæ primùm à Regibus Ægypti, ne plebs esset otiosa, vel ne pecunia successoribus relinquerent. Vnde Plin. *lib.* 36. *c.* 12. ¶ Pyramides sunt metæ Trianguli. Gell. *c.* 20. *lib.* 1. Sunt fermè metæ trianguli, quas Pyramidas appellant.

Pyrămĭdātŭs, adiectiuum. {πυραμοειδής. Gall. *Fait en pyramide.* Ital. *A foggia di piramide.* Germ. Das ein solche gestalt hatt wie ein viereckechtiger kegel. Hisp. *Echo en manera de pyramide.* Angl. *Made lyk a sleepe.*} Quod in pyramidis formam factum est. Cic. 1. *de nat. deor.* Quædam pyramidata, curuata quædam, & quasi adunca.

Pyrămŭs, πύραμος. Adolescés fuit Babylonius, qui Thisbes vicinæ puellæ mutuo amore captus, amicæ persuasit, vt deceptis custodibus, in solitudinem quandam extra vrbem ad se conueniret: quò quum puella prior venisset, conspecto leone, trepida profugit ad syluas, relicto præ festinatione amiculo, quod inuentum leo dilacerauit. Veniens deinde ad locum constitutum Pyramus, quum Thisbes amiculum à fera dilaceratum agnouisset, arbitratus ipsam à leone esse deuoratam, doloris impatientia, eo quo accinctus erat gladio, seipsum interemit. Thisbe quoque quum posito timore ex sylua redisset, Pyramúmq; ex vulnere adhuc palpitantem agnouisset, exempto ex vulnere gladio, sibi etiam mortem consciuit. ¶ Hoc nomine etiam dictus est fluuius Asiæ, Nili modo limum deferens, qui magnam Ciliciæ partem adiecit, vtroque ostij sui latere magna limi vi congesta, de quo extat illud oraculum, Tunc erit, vndisonus latè quum Pyramus olim Littora perfundens, Cyprum labetur in almam. Vide Strab. *lib.* 1.

Pyrander, πύρανδρος, quæstor fuit Atheniensis, qui quum tempore belli frumentum parcè suppeditaret, à populo saxis est obrutus.

Pyranthus, πύρανθος. Oppidum, siue vicus Cretæ, non procul à Gortyne. Steph.

Pyrasus, πύρασος, viri Troiani nomen, ab Aiace in bello Troiano interfecti, vt placet Homer. *lib.* 11. *Iliad.* Pyrasus item Stephano vrbs est Phthiotidis, ita dicta à fertilitate tritici, quod πυρὸν Græci appellant.

Pyraustă, πυραύστης, animal pennatum, magnitudine muscæ, in igne & nascens & viuens; à quo si paulò longiùs euolarit, statim emoritur. ¶ Vnde prouerbium, Pyraustæ interitus, πυραύστου μόρος. In eos dicebatur, qui sibiipsis exitium accersunt. Alio nomine pyralis dicitur, teste Plin. *lib* 11. *cap.* 36. ¶ Pyrausta item apud Aristotelem, vermiculus est quem & cleron vocat, aranei specie, nocens fauis.

Pyreicus, πυρεϊκος, nobilis pictoris nomen, qui in humilibus potissimùm argumentis pingendis excelluit. Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Subtexi par est minoris: picturæ celebres in penicillo: è quibus fuit Pyreicus, arte paucis post ferendus. Proposito nescio an destruxerit se, quoniam humilia quidem secutus, humilitatis tamen summam adeptus est gloriam Tonstrinas, sutrinásque pinxit, & asellos, & similia: ob id cognominatus Rhyparographos. Propert. *lib.* 3. Pyreicus parua vendicat arte locum.

Pyrēnē, πυρήνη, nomen puellæ, Bebrycis filiæ, in Pyrenæo monte ab Hercule compressæ, atque à feris laniatæ, & ibi sepultæ. Qui mons quoque à poëtis Pyrene nuncupatur. Silius *lib.* 3. Pyrene celsa nimbosi verticis arce Diuisos Celtis latè prospectat Iberos. Tib. *lib.* 1.

Non sine me est tibi partus honos, tua bella Pyrene
Testis, & Oceani littora Santonici.

Hic mons Galliam ab Hispania diuidit, ab Exortu Æquinoctiali in Occasum brumalem porrectus. ita dictus ἀπὸ τοῦ πυρός, hoc est, ab igne: siue quòd crebris fulminum ignibus feriatur: siue quòd Pyrenæi montis syluæ (vt autor est Diodor. *lib.* 6.) iniecto à pastoribus igne, olim vniuersæ conflagrauerint. Silius à Pyrene puella Pyrenæum saltum dici autumat. Dictur autem mons ipse Pyrene, & Pyrenæus mons. {Der Ronceual.} ¶ Pyrene autem per i nostrum, siue Peirene, πειρήνη Suidæ, est fontis nomen (inquit Probus) in Helicone Musis consecrati. Strabo autem Pirenem fontem sub Acrocorintho monte nominauit. Cuius meminit & Persius, & Plaut *in Aul.* Interbibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem Pirenem potest. Stat. *lib.* 1. *Sylu.*

——— Nec conscia detur
Pyrene largos potius mihi gurges in haustus,
Qui manat de fonte tuo, &c.

In posteriore hac significatione primam syllabam semper producit: quia apud Græcos scribitur per ει diphthongum. In priore autem eandem habet indifferentem: vt facilè est videre ex testimoniis Catulli & Silij paulò antè citatis.

Pyrēnes, Sunt cerasorum ossa, seu baccarum: vt apud Aristot. *lib.* 2. *Meteororum, in fine*, vbi sic legitur, γίνεται τὴν ἔκθλιψιν, οἷον οἱ πυρῆνες ἐκ τῶν δακτύλων πηδῶντες: id est, fieri elisionem, vt nuclei è digitis existentes. Nominatiuus singularis est πυρὴν.

Pyreneus, per tres syllabas, πυρηνεύς. Phocidis rex fuit, qui quum Musas ex Helicone in Parnassum proficiscentes hospitio suscepisset, vim iis inferre est conatus, quúmque illæ assumptis alis effugissent, Pyreneus conatus insequi, è fenestra delapsus, fregit ceruices. Vide Ouid. 5. *Metam.*

Pyrĕthrum, {πύρεθρον. Gal. *Herbe nommée pié d'Alexandre.* Ital. *Piretro.* Germ. Bettram oder speichel wurtz. Hisp. *Pelitre.*} Non est herba eadem cum dracunculo, vt perperam credidit Calepinus, Perotti errorem secutus, sed ea quam Romani saliuatem, vulgus Gallorum hodie *Pedem Alexandrinum* appellat. Folia & caulem emittit, dauco syluestri & fœniculo similem, vmbellámque anthi circinatæ rotunditatis: radicem habet longam pollicis crassitudine, gustu feruidissimo. Ouid. 2. *de Arte*, Tritáque in annoso flaua pyrethra mero. Macer, Est pyrethrum calidum, siccúmque, & quartus in illo Est gradus: excutiat dentes si frigidus humor? Masticet hæc patiens, teneátque diutius ore. Vide Plin. *lib.* 28. *c.* 9. & Diosc. *lib.* 3. *c.* 84.

Pyrĕtŭs, {קדחת kaddháchath. πυρετός.} Febris ab incendio appellata, à Græcis, quemadmodum apud nos febris à feruore.

Pyrgō, πυργώ. Nomen fuit nutricis natorum Priami, cuius meminit Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

Pyrgŏtĕlēs, pen. corr. πυργοτέλης. Proprium nomen gemmarum sculptoris nobilissimi, à quo tantùm Alexander Magnus se in gemmis sculpi passus est. Plin. *lib.* 36. *c.* 1. Ismeniæ (inquit) ætates multos post annos apparet sculpi etiam smaragdos solitos. Confirmat hanc eandem opinionem edictum Alexandri Magni, quo vetuit in gemma se ab alio sculpi, quàm à Pyrgotele, non dubiè clarissimo artis eius. Et rursum *lib.* 7. *c.* 37. Idem hic Imperator edixit, ne quis ipsum alius quàm Apelles, pingeret: quàm Pyrgoteles, sculperet: quàm Lysippus, ex ære duceret: quæ artes pluribus inclaruere exemplis.

Pyrgī, orum, πύργοι Ptolemæ. oppidum in ora Tusciæ, inter Antium & Grauiscas. Virg. 10. *Æneid.*

Et Pyrgi veteres, intempestaque Grauiscæ.

Vulgò *Ciuità vecchia.*

Pyrgŭs, {מגדל mighdál (vel) mighdol. πύργος. Gal. *Vne tour.* Ital. & Hisp. *Torre.* Germ. Ein thurn. Ang. *A toure.*} Latinè turris dicitur, quòd fulgureis ignibus feriri turres consueuerunt. ¶ A cuius similitudine pyrgus etiam vasis genus dicitur cauitate sessili, quò coniecti tali, agitantur antequam in alueolum emittantur. Horat. 2. *Serm. sat.* 7.

Mittet in pyrgum talos.

Martialis turriculam Latino vocabulo appellauit. Persius orcam dixit,

Scire erat in voto damnosa Canicula quantum
Raderet, angustæ collo non fallier orcæ.

Porphyrio pyrgum idem esse docet cum fritillo, vasculum scilicet in quo coniectæ tesseræ, agitatæque mittuntur. Iuuen. *Satyr.* 14.

——— paruóque eadem mouet arma fritillo.

Quibus verbis clarum fit, fritillum turriculam esse, non tabulam lusoriam, quæ lata, & spatiosa esse consueuit, & quæ alueus, siue alueolus, siue latruncaria tabula dicitur. Pyrgus etiam militaris ordo dicitur, quadringentos vires continens: & turma equestris, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, vt quidam existimant, eo quòd in acutum desinat more ignis.

Pyriaterium, πυριατήριον, locus, in quo sudant. πυριάω est foueo, sudare facio: πυρία sudatio sicca, vt, cùm silices, aut ferri frusta candefacta in vaporarium inferuntur ad ciendum sudorem. à πῦρ ignis.

Pyrītēs, πυρίτης, silicis genus, quod in metallis & fluminibus quibusdam inuenitur, æris similitudine: cuius varia sunt genera, cognomen accipientia à metallis quæ in se continent. Nam in quo aurum elucet, chrysodes: in quo argentum, argyrodes: in quo æs, chalcodes, hoc est ærosus cognominatur. Plin. *lib.* 36. *cap.* 6. Sed est alius etiamnum pyrites similitudine æris. In Cypro eum reperiri volunt, & in metallis quæ sunt circa Acarnaniam. vnum argenteo colore, & alterum aureo. Dictus pyrites, quòd ægerrimè quidem ignem accipiat, semel tamen acceptum diutissimè conseruet. Vide Georg. Agricol. *de re metal.* qui multò plura enumerat pyritarum genera. ¶ Pyrites item dicitur silex ille qui ferro illisus, ignem emittit. Plin. 36. *cap.* 19. Pyritarum etiam num aliqui genus vnum faciunt, plurimum habens ignis, quos viuos appellamus, & ponderosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorum maximè necessarii, qui clauo, vel altero lapide percussi scintillas edunt, quæ exceptæ sulphuratis, aut fungis aridis vel foliis, dicto celeriùs ignem trahunt. Hæc Plin. Quidam etiam molarem lapidem Pyritem appellauere, teste eodem Plinio *lib.* 36. *c.* 19. propterea quòd plurimum illi sit ignis.

Pyrŏbŏlī, πυροβόλοι, Sunt tela ignita, & ardentia, quæ cum flamma mittuntur. Vnde Plutarchus in Dione scribit pyrobolorum incendio complures extinctos.

Pyrŏcŏrăx, πυροκόραξ. Auis luteo rostro, nigra, præcipuo sapore: nomen habet à colore rostri igneo: quasi ignitum coruum dicas. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 48.

Pyrodes, πυρώδης. Cilicis filius, qui primus è silice excussisse ignem dicitur, quemadmodum asseruasse in ferula Prometheus. Plin. *lib.* 7. *c.* 57.

Pyrŏis, genitiui, pyroentis, πυρόεις, Martis sidus, ab igneo colore dictum Colum. *lib.* 10. Est item nomen vnius ex equis Solis. Ouid. 2. *Metam.* Vide *Æthon.*

Pyromantīa, πυρομαντεία, genus diuinationis quæ fit per ignem Vide in dictione *Magia.*

Pyrŏpūs, i, πύρωπος. Gall. *Vn rubis ou escarboucle.* Ital. *Carbonchio.* Germ. Ein feurrot edelgestein. Hisp. *Carbunclo piedra preciosa.* Angl. *A carbuncle or rubie.*} Gemma est flammæ colorem referens: vnde & nomen. Ouid. 1. *Metam.*

——— flammas imitante pyropo.

Pyrpile, πυρπίλη, Maris Ægæi insula, Cycladum omnium clarissima, quæ notiore nomine Delos appellatur. Pyrpile dicta eò quòd primùm ignis in ea repertus existimatur, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Pyrrha, πύῤῥα, Deucalionis vxor, quæ post diluuium, vnà cum marito, iactis post terga lapidibus, humanum genus fertur reparasse, vt fabulatur Ouid. 1. *Metam.* ¶ Est & hoc nomine Cariæ ciuitas, iuxta Myrtoum pelagus: cuius meminit Plin. *lib.* 5. *c.* 29. ¶ Est & alterum eiusdem nominis oppidum in Lycia, apud eundem *lib.* 5. *cap.* 27. ¶ Item aliud in Eubœa insula, apud eundem *lib.* 4. *c.* 12. ¶ Aliud præterea in Magnesia, cuius meminit idem Plin. *lib.* 4. *c.* 9. ¶ Rursus aliud in Phocide, apud eundem *lib.* 4. *c.* 3. ¶ Item aliud ad Pontum Euxinum, non procul à Mæotide, maris impetu haustum, teste eodem Plin. *lib.* 2. *c.* 92. Adhæc fuit & aliud in Lesbo insula, cuius meminit Ptolem. *lib.* 5. *c.* 2. & Plin. *lib.* 5. *c.* 31. ¶ Est item Pyrrha, siue Pyrrhe insula Cariæ adiacens, in sinu Ceramico: cuius meminit idem *ibidem.*

Pyrrhias, πυῤῥίας, auis, Gazæ rubicilla, à πυῤῥὸς, i. rutilo colore.

Pyrrhĭcha, a, siue Pyrrhiche, es: πυῤῥίχη, genus fuit saltationis enopliæ, hoc est, quā armati peragebant, quæ Lacedæmoniorum inuentuti loco bellici progymnasmatis erat, teste Aristoxeno, apud quos à quinto statim ætatis anno pueri incipiebant πυῤῥιχίζειν, accinente interim aliquo carmen hyporchematicum, ad cuius numeros motus componebant. Erat autem hoc laboriosum saltationis genus pugnantium iacu

iaculantiúmque: item ictus, iactúsque declinantium; interdum etiam subsilientium, & succiduo poplite excipientium motus, gestúsque exprimens, vt abundè docet Plato *lib.7. de leg.* Plin. *lib.7. c. 57.* à Pyrrho quoda Cretensi primùm instituta tradit in Creta. Aristoxenus originem eius ad Pyrrhichum quendam Laconem refert. Aristoteles contra ad Pyrrhum Achillis filium, quem primùm omnium pyrrhicam ait saltasse ad Patrocli rogum. Suet. *in Cæs.* Pyrrhichen saltauerunt Asiæ, Bithyniæque principum liberi.

Pyrrhicharii, siue Purrhicharij, (vt scribebant veteres, nullam peregrinam literam recipientes) πυῤῥιχισὰξ, qui pyrrhicam saltabant armati, pugnantium, ictúsque inferentium vicissim, & declinantium gestus motúsque ad rhythmum imitantes. Vtitur hac voce Vlp. *l. aut damnum. §. quicunque in ludum. ff. de pœnis.*

Pyrrhiachus, adiectiuum. Liu. *1. bell. Maced.* Quum legibus cautũ esset ne de pace bellóve, nisi in Panætolico Pyrrhiacho concilio ageretur. Vetus exemplar habet, *Pylaico.*

Pyrrhichius, πυῤῥίχιος, pes metricus, constans ex duabus syllabis breuibus: dictus à Pyrrho, qui primus victoria potitus, frequentibus pyrrhichiis est laudatus.

Pyrrho, πύῤῥων, Philosophus fuit Elidensis, primò pictor, deinde Anaxarchi discipulus, à quo philosophi Pyrrhonij dicti, quos Græco cognomento σκεπτικοὺς, id est, consideratores appellant. Nihil enim decernunt, sed in quærendo semper, considerandóque sunt: ac ne videre quidem planè quicquam, nequa audire se putant: aiúntque veritatem incomprehensibilem videri. Idem ἀπορρητικοί, id est, ambigentes dicuntur, quoniam nihil affirmant, & de omnibus ambigunt. Vixit annis fermè nonaginta.

Pyrrhocorax, πυῤῥοκόραξ, corui genus, rubro rostro. Steintrde / quasi cornix rupium.

Pyrrhonij, Philosophi, qui semper quærendo occupati nihil decernunt, ἀπορητικοί, ἐφεκτικοί.

Pyrrhopœcilus, πυῤῥοποίκιλος, marmoris genus, quod & à Syene Thebaidis vrbe, circa quam effodiebatur, Syeniticum dicebatur, siue lapis Syenites. Ex hoc Ægyptiorum reges obeliscos faciebant, quos Solis numini dicabant, teste Plin. *lib. 36. cap. 8.* Pyrrhopœcilon autem Græci à fuluarum macularum varietate videntur appellasse. Nam πυῤῥὸν, fuluum appellant, ποικίλον varium.

Pyrrhus, πύῤῥος, Achillis filius, ex Deidamia Lycomedis filia, ita dictus, vel à colore rubro, vt scribit Plutarch. in Pyrrho: vel à fuluo colore capillorum, teste Seruio. Hic & Neoptolemus appellatus est, propterea quod admodum adolescentulus ad belli Troiani reliquias fuerit perductus. Erat enim in fatis, sine illo Troiam capi non posse. In Ilij autem expugnatione primũ Politem Priami filium, deinde & patrem ipsum interfecit. Polyxenam Achillis patris sui Manibus inferias misit: Andromachè verò quæ in prædam sibi cesserat, aliquandiu iustæ vxoris loco habuit: quam deinde Hermionem Menelai & Helenes filiam ducturus, Heleno vxorem tradidit. Erat autem Hermione multò antè Oresti desponsata: cuius etiam mutuo amore tenebatur. Ægrè itaque ferens Orestes vxorẽ sibi eripi, ex insidiis Pyrrhum obtruncauit. ¶ Fuit & alter Pyrrhus, Epirotharum rex, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus: qui quum à suis ob odium paternæ crudelitatis ad necem quæreretur, clàm à matre subductus est, & Illyriorum reginæ traditus nutriendus: apud quam quũ ad summã spem adoleuisset, reuocatus à suis, regni administrationem suscepit. Postea à Tarentinis accitus aduersùs Romanos vario euentu pugnauit. Periit tegula percussus, quum Thebas cepisset. Vide vitam eius latiùs apud Plutarchum. Ouid. *13. Metam.*

Est genitor Peleus, est Pyrrhus filius illi.

Pyrrhidæ dicti successores. Plutarch. in Pyrrho. ¶ Pyrrhum autem antiqui vocant Byrrhum. Terent. Scaur. *de Orthogr.*

Pyrus, Arbor tota. ἄπιος. GALL. *Vn poirier.* ITAL. *Peraro arbore.* GERM. Ein byrnbaum. HISP. *Peral arbol.* ANGL. *A peare tree.* } Virgil. *4. Georg.*

Edurámque pyrum, & spines iam pruna ferentes.

Idem *1. Eclog.* Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites, &c. ¶ Pyrum fructus. { ἄπιον. GALL. *Vne poire.* ITAL. *Pero.* GERM. Ein byren. HISP. *La pera fruta.* ANGL. *A peare.* } dictum quòd ad similitudinem pyramidis è lato tendat in acutum, flammæ similitudinem reddens. Autumnalia pyra, acidulo sapore iucunda, Tiberiana appellantur, quòd maximè Tiberio principi placuere. Plin. *lib. 15.* Cucurbitina pyra, ob cucurbitæ similitudinem sic dicta. Cato *cap. 7.* Decumana pyra, apud Colum. *lib. 12. c. 10.* Vesci pyris. Horat. *1. Epist. 7.*

Non quo more pyris vesci Calaber iubet hospes.

Idem *Epod. 2.*

Vt gaudet insitiua decerpens pyra.

De pyris multa vide apud Plin. *lib. 15. c. 15.* Mammosa pyra, apud eundem *ibid.* Pyra fragilia, Cel. *lib. 2. c. 27.*

PYTHAGORAS, πυθαγόρας, Philosophus fuit Samius, Mnesarchi annulorum sculptoris filius, & Italicæ philosophiæ princeps, de quo extat celebre illud elogium apud Ouid *15. Metam.* Mente deos adiit, & quæ natura negauit Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit. Auditor fuit Pherecydis Syri: post cuius mortem Hermodamanti iam seni Creophili nepoti se in disciplinam dedit. Sub quo quum satis profecisse videretur, in Ægyptum nauigauit, vt illorum Theologiam, ritus, moré sque cognosceret. Deinde astrologiæ, Chaldaicæque disciplinæ cupidus Babylonem sese contulit vbi siderum cursus, eorúmque ingenus hominum effectus, est edoctus. Spartam quoque adiit, & in Cretam nauigauit, vt Minois & Lycurgi inclytas eo tempore leges cognosceret. Post hæc in patriam rediens, quum eam à Polycrate tyranno occupatam vidisset, in eam partem Italiæ secessit, quæ magna Græcia dicta est: delectáque sede apud Crotoniatas, magno auditorum affluxu philosophiam professus est, quo tempore Romæ regnabat Seruius Tullius, vt docet Liu *lib. 1. ab Vrb.* Auditores fertur habuisse non pauciores sexcentis, qui noctu ad eum audiendum confluebant: ex quibus clarissimi fuerunt Archytas Tarentinus, Alcmæon Crotoniata, Hippasus Metapontinus, & Philolaus Crotoniata. Primus τῆς μετεμψυχώσεως, hoc est, trãsfusionis animarum in alia corpora, astructor fuit Idque vt faciliùs persuaderet, primùm Æthalidem Mercurij filium fuisse affirmabat, quúmque à patre optio sibi facta esset petendi quicquid vellet, excepta immortalitate, se ab illo petiisse, vt & viuens & vita functus omnium quæ contingerent, memoriam haberet. Eámque ob causam se omnium quæ in vita gessisset, meminisse, eandémque memoriam post obitum reseruasse post Æthalidæ mortem Euphorbum se fuisse aiebat: & deinde Hermotimum: postea Delium quendam piscatorem nomine Pyrrhum: mortuóque Pyrrho se factum esse Pythagoram. Crotoniatis & Metapontinis leges conscripsit, populósque luxuria diffluentes, autoritate & doctrina ad frugalem cultum reuocauit, adeò vt & mulieres integritate eius, vitæque seueritate adductæ, auratas vestes, ornamentáque lasciuiora in templo Iunonis consecrarent. Postremò quum multos annos Crotone egisset, Metapontum commigrauit: vbi & supremum diem obiit: quanquam aliis alia tradentibus, de mortis genere non satis constat. Quanti autem illum viuum fecissent Metapontini, post obitum eius declararunt, ædes eius pro templo ei consecrantes, diuinísque honoribus mortuum prosequentes. Ab animalium carnibus & à fabis religiosissimè abstinebat. Quod & tangit Iuuen. *Satyr. 15.*

Vel quo non fugeret, si nunc hæc monstra videret
Pythagoras, cunctis animalibus abstinuit qui,
Tanquam homine, & ventri indulsit non omne legumen.

¶ De ætate, qua fuit Pythagoras, legendus Plutarchus *in Numa.* Vbi etiam ipse Pythagoras, cicurasse aquilam dicitur, ídque ostentauisse in ludis Olympicis. Eiusdem femur aureum, *ibidem.*

Pythagoræi, πυθαγόρειοι. Doctrinæ, & præceptis Pythagoræ insistentes, qui & Pythagorici dicuntur. Iuuenalis,

Viue bidentis amans, & culti villicus horti:
Vnde epulas possis centum dare Pytagoreis.

¶ Taciturnior Pythagora, σιωπηρότερος ἐστιν τῶν πυθαγόρου τελεσθέντων, id est, Taciturnior eo quàm qui Pythagoræ sunt initiati. de vehemẽter taciturnis vsurpari solet, Sumptum à Pythagoræ schola, in qua quinquenne silentium indicebatur auditoribus, quam ἐχεμυθίαν vocant à cohibendo sermone. Suidas & Zenodorus referunt.

Pytheas, πυθέας. Rhetor Atheniensis, Demosthenis æqualis, suprà modum arrogans, qui quum æris alieni causa in carcerem coniectus esset, fractis vinculis ad Macedones transfugit. Scripsit conciones aliquot, & orationes in genere iudiciali, aliáque nonnulla. Malè audiuit nomine furti. Quare quum in Demosthenem cauillans, ei obiecisset, orationes ejus lucernam olere. Noui, inquit ille, tibi inuisos esse qui noctu lucernam habent.

Pythermus, πύθερμος: Princeps fuit eius legationis quam Iones Æolésque ad petendum auxilium aduersùs Cyrum ad Lacedemonios miserunt: qui quum Spartam appulisset, purpurea veste indutus, in Spartiatarum conuentum processit, hortatúsque est Lacedæmonios multis verbis ad auxilium Ionibus ferendum. Autor Herod *lib. 1.*

PYTHIA, Pythiorum, πύθια. Ludi Apollinares, qui ad Apollinis honorem fuerant instituti ob cædem Pythonis serpentis nocentissimi: aut vt Strabo *lib. 8.* scribit, hominis sceleratissimi, cognomento Draconis. Ouid. *lib. 1. Metam.*

Instituit sacros celebri certamine ludos
Pythia perdomita serpentis nomine dictos.

Victores huius certaminis, teste Luciano, lauro coronabantur, additis pomis ex Apollinis templo sumptis.

Pythionices, πυθιονίκης, Pythiorum victor. sicut Olympionices, Olympiorum.

Pythia, πυθία, Sacerdos Apollinis, apud Delphos, quæ consulentibus oracula reddebat: ita dicta, παρὰ τὸ πυνθάνεσθαι, hoc est, à consulendi & interrogandi consuetudine.

Pythius, πύθιος, Apollinis cognomen, à Pythone serpente inditum, quem iaculis suis adhuc puer fertur interemisse, vel ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι, hoc est, à consulendi & interrogandi vsu. Vnde & Phœbades ipsæ Pythiæ dicuntur, teste Strab *lib. 9.* Alij Pythij cognomen ἀπὸ τοῦ πύθειν, hoc est, à putrescendo tractum existimant, eò quòd nunquam sine vi caloris fiat putrefactio. Pythij item dicebantur qui Delphos ad consulendum oraculum publice mittebantur, qui vnà cum Regibus cibaria assignata habebant, vnáque cum iis vescebantur.

Pythius, a, um, πύθιος, ία, ιον, ad Pythium pertinens: vt Pythia sacerdos quæ absolutè Pythia, quæ ἐπὶ τρίποδος καθημένη χρησμῳδεῖ. Varin.

Pythia, festum in honorem Apollinis Pythij ob interemptum Pythonem. ‖ Ouid. rationem dicit:

Instituit sacros celebri certamine ludos
Pythia perdomita serpentis nomine dictos. ‖

Pythicus, a, um, ad Pythium, aut Pythia pertinens.

Pythionices, πυθιονίκης, qui in Pythiis certaminibus vicit.

Pythodicus, nomen serui *in Aulul.* Plaut. *sc. 4. a. 2.*

Pythodorus, πυθόδωρος. Sculptoris eximij proprium nomen apud Plin. *lib. 36. c. 5.*

‖ Pythomantis, πυθόμαντις, pythicus vates. ‖

Python, πύθων, serpentis nomen, à πύθω, quod est putredo, eò quòd ex putredine terræ post diluuium Deucalionis natus dicitur. Hunc ab Apolline sagittis interfectum fuisse fabulantur poëtæ, eò quòd terræ putredo Solis calore absumatur. Claud. *6. Paneg.*

Cæruleus tali prostratus Apolline Python.

¶ Pythones item dicuntur spiritus diuinatores, qui se humanis corporibus insinuãtes, edunt vaticinia אוב *ob.* Quin & homines ipsi, qui à dæmonibus huiusmodi possessi sunt, Pythones appellantur, vt non obscurè indicat Plutarch. eo in opusculo quod inscripsit, Cur oracula desierint. Vide suprà in dictione *Delphi.*

Pythonissa, æ, fœmin. { בעלת אוב *bahalat hob.* πυθώνισσα. } Hoc est, mulier spiritu huiusmodi correpta: quam etiam Tibullus Pythona appellat, Delphica, inquiens, python: tanquam Pythonis vocabulum duobus generibus sit commune.

Pythonici, { אובות *oboth.* πυθωνικοί. } Homines pythone, hoc est, diuinatore spiritu correpti, qui & ἐγγαστρίμυθοι à Græcis appellantur.

Python, πύθων, Orator Byzantius eloquentissimus apud Philippum Macedoniæ regem, cuius meminerunt Æschines & Demosthenes in *orationibus*

Pythones come, πύθωνος κώμη. Locus est in Asia, quo primo aduentus sui tempore conueniunt ciconiæ, & eam quæ vltima aduenit, laniant vniuersæ. Autor Plin. *lib.* 10. *c.* 23.

Pythonicus, ad Pythonem, vel Apollinem pertinens, diuiniloquus,

Pythonissa, Pythonica mulier, 1. *Chron.* 10. 13.

Pythopolis, πυθόπολις, ciuitas est in Asiæ minoris parte quæ Mysia vocatur, teste Plin. *lib.* 5. *c.* 32. ¶ Est & Pythopolis Cariæ, sic dicta à Pythe illo diuite, qui & Xerxem conuiuio excepit, & militibus eius senos Daricos aureos in capita distribuit. Stephan.

Pytismă, atis. { רק *rok.* πύτισμα. } Leuis sputi irroratio, à πυτίζειν, quod est sputo leuiter & crebrò irrorare. Iuuen. *Satyr.* 11.

Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem.

id est, qui lubricat annulum sputo. Sunt tamen qui hoc in loco legant pedemate: alij etiam pytilismate. Vide Politiani Miscel. *Centuria* 1. *cap.* 38.

Pytracium, vel Pittacium, seu Pictacium, *Iosʃ.* 9. 5. calceamenta perantiqua.

Pyulcus, πύουλκος, chirurgicum instrumentum, puri eximendo accommodum, ita dictum quasi τὸ πύον ἕλκειν. Meminit huius instrumenti Galen. *lib.* 5. *Methodi.*

Pyxacanthum, πυξάκανθον, frutex est spinosus, cubitalibus ramis, foliis buxi: vnde & nomen accepit, quasi buxea acanthus. Nam πύξος nobis buxum sonat. Præstantissimum nascitur in Lycia: vnde & medicamentum quod ex eo conficitur, Lycium appellatur: de quo supra egimus suo loco.

Pyxĭs, idis. { πυξίς. GALL. *Vne boite proprement qui est de bouys.* ITAL. *Bossolo.* GERM. Ein büchß inn welcheman salb oder andere dergleichen ding behaltet. HISP. *La buxeta.* ANGL. *A boxe made of boxe tree.* } Propriè vasculum è buxo, quod Græci πύξον appellant: ex quo ligno primùm fieri cœpit: quanquam & ex illa materia fieri possit. Nam (vt docet Quintil. *lib.* 8. *c.* 6.) Pyxides cuiuscunque materiæ sunt, quarum vsus variis rebus est accommodatus. Cic. *pro Cælio*, Eodem Licinium esse venturum, atque iis veneni pixidem traditurum. Mart. *libr.* 9. Et lateas centum conditum pyxidibus. Plin. *lib.* 18. *cap.* 11. Primori inest pyxi ferrea. Apuleius *de Asino lib.* 3. Arcula quadam reclusa pyxides plusculas inde depromit. Sueton. *in Neron. cap.* 12. Barbam primam posuit, conditámque in auream pyxidem, Ioui Capitolino consecrauit. ¶ Pyxides item in ossibus per similitudinem quandam appellantur acetabula, pixidum more excauata, quæ rotunda ossium capita excipiunt.

Pyxĭdĭcŭlă, diminutiuum, in qua aromata continentur. { πυξίδιον. GALL. *Petite boite de bouys.* ITAL. *Picciol bossolo.* GERM. Ein büchßlin. HISP. *Pequeña buxeta.* ANGL. *A litle boxe.* } Corn. Cels. *lib.* 6. in collyrio Cleonis. Quod cùm miscuit, liquidum in pyxidula seruatur. Sic redosuit Constantinus ex veteri codice. In impressis est, *pyxidicula.*

Pyxĭdātŭs, adiectiuum, quod pyxidis similitudinem refert. { πυξοειδής. GAL. *Emboité mis ou serré dans vne boite.* ITAL. *Imbossolato.* GERM. Den büchßen gleich. HISP. *Cosa encaxada enbuxeta.* ANGL. *Layed vp in a boxe.* } Plin. *lib.* 31. *c.* 6. Commissuris pyxidatis.

Pyxus, untis, πυξοῦς. oppidum Lucaniæ à Latinis Buxentum appellatum. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

NOTÆ ANTIQVORVM.

P. Pupillus, posuit, pes, publicus.

P.A. pluuiæ arcendæ. PACE. P. R. pace populi Romani. P. ÆL. AVG. LIB. Publius Ælius Augusti libertus. PAL. Palmensi. PAR. parentum. PARTH. Parthicus. PAT. Patritius. PA. DIG. patriciatus dignitas.

P. C. pactum conuentum. Patres conscripti. pecunia constituta. Præfectus castrorum PCD. principem.

P. D. publicè dedit. PD. DC. pondera duodecim.

P. E. potest esse. PEC. peculium. pecunia. PERT. pertinax. P.E. positus est. P.E.F. publicè fecit. P.EX.R. post exactos Reges.

P. F. Publij filius, vel patris. potest fieri. PFM. paterfamilias.

P.H.C. publicus honor curandus. P. H. positus hic.

PICEN. Piceni. PIENT. pientissimus. P. IR. populus, vel Publius irrogauit P.I.R. populum iure rogaui. P. IV. principi iuuentutis.

P. L. Publij libertus. PLB. vel PL. plebis. PLEBS. VRB. & HON.V. plebs vrbana, & honore vsi.

P. M. Principi militum, Pontifex Maximus.

PO.RO. Populi Romani. POM. Pomponius. PON. M. Pontifex Maximus. POP. populus. POSTH. posthumus. POT. potestas.

P.P. Pater patriæ. pater patratus. P.P.P.P. ES. S.S.S. E. V.V.V.V.V.V. F.F.F.F. primus pater patriæ profectus est secum salus sublata est. Venit victor validus vincens vires vrbis vestræ, ferro, fame, flammâ, frigore. P.P. HIS. C. præses prouinciæ Hispaniæ citerioris. P.P.C. vel P.C. Patres conscripti. P. P. P. B. M. pietatis plenus posuit bene merenti. P.P.R. pace Populi Romani.

P. Q. postquam.

P. R. Populus Romanus. PR. Prætor. PRÆ. VIGIL. Prætor vigilũs. PRÆ. VRB. præfectus Vrbis. PRÆ. PRS. præfectus præsidij. PRÆF. VR. præfectus Vrbis. PRID. NON. APR. pridie Nonas Aprilis. PRINC. IVVENT. princeps iuuentutis. PRID. KAL. vel K. pridie Kalendas. PROC. proconsul. PROCOS. proconsul. PROCC. proconsules. PRON. pronepos, proneptis. PROPRÆ. proprætor. PR. S. prætoris sententia. PR. VR. Prætor vrbanus. PRS. præses. PRSS. præsides. PRS. P. præses prouinciæ. PR. K. pridie Calendas. PR. PR. præfectus prætorij.

P. S. posuit sibi. PS. plebiscitum. PSF. publicè sibi fecit. P. S. F. C. publicæ saluti faciendum curauit. vel proprio sumptu faciendum curauit. PSC. plebiscita. P. S. E T. S. posuit sibi & suis. P. S. T. Q. H. præcipito, sumito, tibique habeto.

PV. pupilla. PVB. publicus. P. V. D. pro voto dedit. P. V. E. populo visum est.

P. X. pedes dec em.

Q

Q LITERA muta est, propemodum superuacua, sicut & K: quoniam c, potest implere earum vicem: & propter nihil aliud scribenda videtur, nisi vt u vocalem semper post se sequentem in eadem syllaba cum altera vocali coniungat, quæ alioqui in eadem syllaba coniungi non posset, obliquiorémque & pinguiorem efficiat. ‖ Nec ista litera Latinis fuit semper. Papias: Q litera priùs non erat, vnde superuacua vocata est, quia veteres per C cuncta scripserunt, hanc præter Latinos multi resonant, vel habent. Sed à Latinis habent Itali, Galli, Hispani, Germani in paucis. Angli in pluribus, Slauoni & Vngari, non nisi in paucissimis, sumptis ex Latino sermone. Hebræis est Koph, quod & Chaldæi habent & Syri, Arabes, Æthiopes. Et Latini suum Q q ex Hebræo ק manifestè fecere: sed, vt Latini legunt via Hebræis aduersa, ita figuram inuerterunt, & qua parte hiabat, totam clauserunt. inde quoque & G, quod Græcis est ἐπίσημον κόππα, vel κόφ, quod & ἀντισπῶ. est enim q tanquam ϱ ἀντεστραμμένον. ‖ Quintil. *lib.* 12. *cap.* 10. Duras & illa syllabas facit, quæ ad coniungendas demum subiectas sibi vocales est vtilis, aliàs superuacua: vt quum Equum, ac Equos scribimus: quum ipsæ etiam vocales duæ efficiant sonum, qualis apud Græcos nullus est, ideóque scribi illorum literis non potest. Quod sanè terminatio ipsius q, & necessaria consequentia alterius u post illud, & ante alteram vocalem indicare potest. Nunquam enim in eadem syllaba vocalem post q, ponere possumus, quin inter q, & vocalem u interponamus. vt Qualis, queror, sequitur, loquor, & quum. Mutatur autem q in c. vt Loquor, locutus Sequor, secutus: in s, vt Torqueo, torsi: in x, vt coquo, coxi.

QVA.

Quà, aduerbium significationem habens per locum. { אי־זה *é zeh.* τῇ ᾗ, ἧς. GALL. *Par où.* ITAL. *Per che luego.* GERM. Woduruch/ dadurch. HISP. *Por qual lugar.* ANG. *By what waye.* Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3.

Dicite, lectores, si non graue, quà sit eundum.

Plautus *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Nihil est quà transire hac possit. Ouid *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

Notum quà patet orbis erit.

Autor Priapeæ, Ad fontem dic mihi quà sit iter. Cic. *pro Cæcinna*, Omnes introitus quà adiri poterat in eum fundum. Idem 4. *Philipp.* Ipse in templum, nescia quà, per cuniculum ascendit. ¶ Aliquando ponitur pro in quantum, siue quatenus, καθόσον. Senec. Hominem quippe quà animal est, moueri sensu oportet. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.* & *Eleg. vlt lib.* 3.

Quà quisque potest oro mala nostra leuate.

¶ Aliquando pro partim, vel tum. Plin. *Epist.* 49. *lib.* 3. Medium tempus distentũ impeditúmque: quà officiis maximis, quà amicitia principum egisse. Cic. *Quinto fratri*, Omnia conuestiuit hedera, quà basim villæ, quà intercolumnia ambulationis. Idem *Attico lib.* 1. Quà domini, quà aduocati sibilis concisi sunt. id est, Tum domini, tum aduocati. Idem alibi *ad eundem*, At quàm honesta, quàm expedita tua consilia, quàm euigilata tuis cogitationibus, quà itineris, quà nauigationis, quà congressus sermonísque cum Cæsare? id est, tum itineris, tum nauigationis, tum congressus & sermonis cum Cæsare. Vel (vt Bud. interpret.) qua in parte itineris nauigationis & congressus fit mentio. Ex rursum *lib.* 15. Intelligo te distentissimum esse quà de Buthrotiis, quà de Bruto, id est, partim ob Buthrotios, partim ob Bruti ludos. ¶ Interdum quà idem valet quòd qua ratione, vel quo modo. Virg. 1. *Æneid.*

Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem.

Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

Quà potes excusa, nec amici desere caussam.

Plaut. *Asin.* 1. *a.* 1. Quà me, quà vxorem, quà tu seruum: potes circumduce, aufer, &c. ¶ Aliquando idem quod qua parte. Ouid. *in Epist. Phyllidis,*

Qua patet vmbrosum Rhodope glacialis ad Hæmum.

¶ Est etiam qua ablatiuus fœm. à nominatiuo quæ: nam qua nominatiuo non vtimur, nisi in compositis, Qua gratia pulchrè dicitur pro quamobrem. Plautus *in Amph.* Amphitrio redire ad nauim melius est nos. AM. Qua gratia? Qua de re similiter aliquando pro quamobrem ponitur. Cicero, Qua de re, Iudices, vobis magnopere prouidendum est. Aliàs idem est quod de qua re. Idem 2. *Rhetor.* Firmatur similitudine eius rei qua de re agitur, &c. Qua causa, idem quod quamobrem. Plautus *in Menæch.* Quid de te merui, qua me causa perderes? Similiter qua de causa. Plinius *lib.* 18. *cap.* 7. Qua de causa leuior illis quàm cæteris panis est.

Quactum

Quactum, quasi coactum, & quasi coagulatum. Accepta enim secum alia specie coagulat. Isid.

Quacunque, aduerb. est loci, Per quacunque partem, vel per quemcunque locum. {ᾗ ἄν, ὅπῃ ἄν. GAL. *Par où ce soit, par quelque lieu que ce soit.* ITAL. *Per ogni parte.* GERM. Geh wa durchhin / durch welches theil oder ort. HISP. *Por todas partes.* ANGL. *By what soeuer waye or place.*} Liuius 1. *ab Vrb.* Vbi eò ventum est quacunque incedit, armata multitudo, pauorem ac tumultum facit. ¶ Est etiam quacunque ablatiuus à quæcunque. *Ibid.* Is Ascanius vbicunque & quacunque matre genitus, &c.

Quadantenus, Vsque ad quandam partem, siue aliquantulum. {ἕως πως, μέχρι τινός. GAL. *Par quelque part, lieu, ou moyen.* ITAL. *Al quanto.* GER. Zum theil/etlicher maaßen. HISP. *Por alguna parte.* ANG. *By some aye or meane.*} Plin. *lib.* 26. *c.* 10. Tria autem genera eius, latum, & alterum longius, quadantenus rubens. Gell. *c.* 21. *lib.* 17.

Quadi, κουάδοι Dioni: Bohemorum olim gens, sicut & Marcomani. Hieronym. Sarmatæ, Quadi, Vandali, & innumerabiles aliæ gentes, equorum & vulpium carnibus delectantur.

QVADRA, æ, instrumentum planum, aut modicè concauum super quo cibos dissecamus: ita dictum à figura quadrata: nam quæ orbiculari fiunt figura orbes nominantur. {πίναξ. GAL. *Vn tailleur quarré. Vn trenchoir, ou assiette faite, ou de bois, ou d'estain, ou d'argent.* ITAL. *Quadrato tagliere.* GERM. Ein viereckiger teller. HISP. *Instrumento para cortar el manjar.* ANGL. *A trencher.* Eadem & mensæ dicuntur: soléntque in iis cibi singulis conuiuis apponi. Neque solùm ex ligno, stannóue, aut argento, vt hodie, verumetiam ex pane fiebant. Vnde est illud apud Virgil. 7. *Æneid.*

—— Patulis nec parcere quadris.

Et paulo post,

Heus etiam mensas consumimus.

¶ Aliena quadra viuere, est alienis sumptibus victitare. Iuuenal. *Satyr.* 5.

Vt bona summa putes aliena viuere quadra.

¶ Quadram, panis fragmentum siue frustum esse nonnulli dicunt: quia olim apud Romanos quadrati panes dicebantur. Vnde, Quadra placentæ. Martial. *lib.* 19.

Quum mittis turdúmve mihi quadrámve placentæ,
Siue femur leporis, siue quid his simile.

Idem *lib.* 9. Secta plurima quadra de placenta. Sic apud eundem *lib.* 12. Quadra casei Tolosatis. Bos in quadra argentea, βοῦς ἐπὶ πίνακος ἀργυροῦ. In eos qui personam sustinent officium aliquod egregium pollicentem, nec vlli tamen sunt vsui nisi ad voluptatem & fastum.

Quadrula, parua quadra. Solin. *cap.* 20. Pulueris habet quadrulas.

QVADRAGENARIVS, a, um, quod in se continet quadraginta: vt, Quadragenarius lapis, id est, quadraginta librarum, Quadragenarius homo, id est, quadraginta annorum. {ארבעים arbahim. τεσσαρακοντούτης. GAL. *Quarantain, qui a vescu quarante ans.* ITAL. *Di quaranta anni.* GERM. Viertzig järig. HISP. *De quarenta años.* ANG. *Of fourtie yeares.*} Grex quadragenarius, id est, quadraginta capitum Liu. 7. *ab Vrbe*, Quadragenariæ octo cohortes, lecta robora virorum scribuntur. Quadragenariæ cohortes, id est, quadraginta viros continentes.

Quadrageni, æ, a, Numerus distributiuus, sicut bini, & terni. {ארבעים arbahim οἱ & αἱ & τεσσαράκοντα. GAL. *Quarante.* ITAL. *Quaranta.* GER. Je viertzig vnd viertzig. HISP. *Quarenta.* ANG. *Fourtie.*} Colum. *lib.* 5. *c.* 2. Centies vicies duceni quadrageni, fiunt viginti octo millia & octingenti. Absolutè aliquando ponitur, Sueton. *de clar. Grammat.* Luxuriæ ita indulsit, vt sæpius in die lauaretur: nec sufficeret sumptibus, quanquam ex schola quadragena annua caperet. subaudi, millia nummûm, aut aliquid tale. Idem *in August. cap.* 41. Congiaria populo frequenter dedit, sed diuersæ ferè summæ: modò quadragenos, modò tricenos: nonnunquam ducenos quinquagenósque nummos.

Quadragesimus, a, um, vnus ex numero quadragenario. {ארבעים arbahim. τεσσαρακοστός. GAL. *Quarantiesme.* ITAL. *Quarantesimo.* GER. Das viertzig ist. HISP. *Quarenta en orden.* ANG. *The fourtieth in number.*} Plin. *lib.* 14. *cap.* 20. Cocti parte quadragesima ¶ Aliquando vltimus ex quadraginta. Idem *lib.* 2. *cap.* 8. Quadragesima secunda Olympiade. ¶ Quadragesima absolutè dicitur pro quadragesima parte, τεσσαρακοστή. Sueton. *in Caligula, cap.* 4. Pro litibus, atque iudiciis vbicunque conceptis quadragesima summæ, de qua litigaretur, exigebatur. Sic dicimus, decimam, vigesimam, quinquagesimam, centesimam, *Partis* vocabulum venustè subintelligentes, quod rusticè exprimeretur. ¶ ‖ Per Synecdoc. dicitur tempus ieiunij. Galli inde faciunt contractum nomen *quaresme*, vel *caresme*. Germani dicunt Die faste. Et dominica prima, à qua ieiunium incipit, peculiariter vocatur Quadragesima, vt ordiens illud tempus XL. dierum. Origo est à quadraginta diebus, quibus ieiunauit Christus in deserto. ‖

Quadraginta, quater decem adiect. est numeri cardinalis. {ארבעים arbahim. τεσσαράκοντα. GALL. *Quarante.* ITAL. *Quaranta.* GERM. Viertzig. HISP. *Quarenta.* ANG. *Fourtie.*

Quadragies, aduerbium numerandi, quater decem. {τεσσαρακοντάκις. GALL. *Quarante fois.* ITAL. *Quaranta volti.* GER. Viertzig maal. HISP. *Quarenta vezes.* ANG. *Fourtie tymes.*

Quadrangulus, adiectiuum, quod habet quatuor angulos. {רבוע rabuah מרבע merubbah. τετράγωνος. GAL. *Quadrangulaire, qui a quatre coins.* ITAL. *de quattro cantoni, quadrangulo.* GER. Viereckechtig. HISP. *Cosa de quatro angulos.* ANGL. *That hath foure corners.*} Rete quadrangulum. Est enim macularum & plagularum forma quadrangula. Varro *Parmenone,*

Lepusculi timentis hoc quadrangulum
Dedit Diana, rete nexile, arcyas,
Viscum fugarum linearúmque compedam.

QVADRANS, quarta pars assis, hoc est, vnciæ tres. {רבע robah. τεταρτημόριον. GALL. *La quatriesme partie d'vn tout, trois onces.* ITAL. *Quarta parte di vna libra.* GERM. Der viertheil eines Assis oder plapparts/Drey heller. HISP. *Quarta parte de vna libra.* ANGL. *Three onces, a farthing.*} Plin. *lib.* 28. Ad tussim veterem recens decoquitur quadrantis pondere in vini sextariis tribus. Quoties autem de re numaria sermo est, quadrans, æreus numulus est, teste Plinio, qui & triuncis, vel triunx vocatur à tribus vnciis. Vt enim Sestertius quarta pars est denarij: ita quadrans quarta pars assis. Iuuenal. *Satyr.* 7.

Nam si Pieria quadrans tibi nullus in arca
Ostendatur.

Quadrans operæ, apud Colum. *lib.* 2. *cap.* 4. est quarta pars operæ. Plaut. *in Mario*, Quatuor quadrantes multa irrogata mulieri impudicæ à Mario. ¶ Est etiam quadrans quum de mensuris loquimur, quarta pars Romani sextarij, hoc est cyathi, vel vnciæ tres. ¶ Quadrans pedis, est mensura quatuor digitorum, quam etiam palmum minorem vocamus. {טפח tophach. παλαιστή.} Gell. *cap.* 4. *lib.* 9. duos pedes & quadrantem longi. ¶ Quadrantem qui legabat vxori, adulteram significabat. Martial. *epigr.* 33. *lib.* 5.

Quadrantalis, omn. gen. quadrantem continens. παλαιστιαῖος. GALL. *De quatre doigts.* ITAL. *Di quattro diti.* GERM. Das den vierdten theil eines schuchs lang oder breit ist. HISP. *Cosa de quatro dedos* ANGL. *Of four fingers or inches.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 13. Quatuor pedum & semipedis per medium ambitum, crassitudine quadrantali, id est, pedis quartæ partis.

Quadrantal, figura est omni ex parte quadrata, quales sunt cubi, & tesseræ, quibus in alueolo luditur. {κύβος. GALL. *Figure toute carrée, comme vn dé.* ITAL. *Figura quadra ò quadrata.* GERM. Das in allweg geviert ist als ein würffel. HISP. *Figura quadrada como dado.* In quamcumque enim partem incubuerint, immotam habent stabilitatem. ¶ Gell. *lib.* 1. *cap.* 20. Vel qualia sunt quadrata vndique, quæ κύβους illi, nos quadrantalia dicimus. Est etiam quadrantal mensuræ genus, pedem quaquauersum quadratum habens, continens sextarios quadraginta octo: vsitatiore nomine amphoram appellamus, ἀμφορεύς. Plaut. *in Curc. sc.* 2. *a.* 1. Anus hæc sitit. PA. quantillum sitit? PH. modica est capit quadrantal.

Quadrantarius, a, um, adiectiuum est à quadrante deductum. τεταρτημόριος. GAL. *De trois mailles, de petite valeur.* ITAL. *Da poco, di tre onze.* GERM. Das deß viertheils ist eines blapparts. HISP. *Cosa de la quarta parte y de poco precio.* ANGL. *Of small or litle price, for a farthing.*} vt Quadrantaria permutatio, id est, permutatio quadrantum. Cicer. *pro Cælio*, Nisi fortasse mulier potens quadrantaria illa permutatione facta familiaris erat balneatoria. Senec. *epist.* 87. Quadrantaria res balneum. ¶ Accipitur pro vili & contemnendo: vnde quadrantaria meretrix dicitur vilissimum scortum, quod quadrante se locat. Huc etiam respexisse videtur Cæcilius apud Quint. *lib.* 8. *cap.* 9. quum Clytemnæstram, quadrantariam vocat, impudicitiam nimirum illius notans. Solet enim prostibulis aliquot quadrantum merces esse constituta. ¶ Quadrantaria vnde dicta Clodia, Plutarch. *in Cicer.*

Quadrarius, adiectiuum, quadratus, aut certè quadrangulus: vt, Vas quadrarium. {רבוע rebual מרבע merubbah. τετράγωνος. GAL. *Quarré, esquarré.* ITAL. *Quadrato.* GERM. Gevieret oder viereckecht. HISP. *Quadrado.* ANGL. *That hath foure corners foure square.*} Cato *de re rust. c.* 17. Torcularium si ædificare voles quadrariis vasis, vti contractiora fient, ad hunc modum vasa componito.

Quadratarii, Quadratim, Quadratura, Quadratus, vide *Quadrum*

Quadratus, Apostolorum discipulus, præsul Atheniensis, vnà cum Philippi filiabus, prophetico spiritu clarus perhibetur, Christianos magnis ea tempestate terroribus dispersos, sua prudentia redintegrauit. Adriano principi Athenas venienti, librum pro nostra religione compositum dicauit, valde quidem probatum: in quo suæ fidei rationem assignat: vidisséque se plurimos in Iudæa asserit, qui variis pressi calamitatibus liberati sunt: sed & mortuos quoque reuixisse. Ex Hieronymo & Eusebio.

Quadricornium, dicimus quod quatuor cornua habet. τετράκερως.

Quadridens, om. gen. quod quatuor habet dentes {τετράοδους. GALL. *De quatre dents.* ITAL. *Di quattro denti.* GERM. Das vier zän hatt. HISP. *Cosa de quatro dientes.* ANG. *That hath foure teeth.*} Cato *c.* 10. Rutra quinque, rastros quadridentes duos.

Quadriennium, ij, spatium quatuor annorum. {τετραετία. GALL. *Espace de quatre ans.* ITAL. *Spazzo de quattro anni.* GERM. Die zeit begreiffend vier jaar. HISP. *Espacio de quatro años.* ANGL. *The space of foure yeares.*} Cicer. 5. *Verr.* Nam quum quadriennio post in Siciliam venissem; &c.

Quadrifariam, aduerbium, quadripartitò, in quatuor partes. {τετραχῶς. GALL. *En quatre parts, en quatre sortes.* ITAL. *In quattro modi o parti.* GERM. In vier theil. HISP. *En quatro maneras.* ANGL. *Foure foldly.*} Liu. 4. *ab Vrbe*, Quadrifariam diuiso exercitu. Idem *lib.* 1. Quadrifariam enim Vrbe diuisa regionibus collibúsque, quæ habitabantur partes, tribus eas appellauit. Suet. *in Vitellio cap.* 13. Sed vel præcipuè luxuriæ sæuitiæque deditus epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientacula, & prandia, & cœnas, comessationésque.

Quadrifidus, a, um, pen. corr. quod in quatuor partes findi potest, aut fissum est. {τετράχηλος. GALL. *Qui a quatre fourchons.* ITAL. *Chesi puo fendere in quattro parti.* GERM. Viespältig/oder is vier teil zerspalten. HISP. *Cosa hendida en quatro partes.* ANGL. *That is clouen in foure partes.*} Virg. 2. *Georg.*

Quadrifidásque sudes, & acuto robore vallos,

hoc est, ita robustas, vt in quatuor partes diuidi possint. Trabs quadrifida Valer. 1. *Argon.* Labor quadrifidus. Claud. 5. *Paneg.*

‖ Quadrifluuius. Vitru. *lib.* 2. *c.* 9 Ima autem cù excisa quadrifluuiis dissparatur. id est (ait Philander) quadripartito venarum cursu, vt loquitur Plin. *lib.* 16. *cap.* 39. qui ob id fluuialem abietem pro quadripartita vocat. ‖

Quadriforis, quod quatuor fores siue foramina habet τετράθυρος. GALL. *Qui a quatre portes, entrées, ou trous* ITAL. *De quattro porte ò entrate.* GERM. Das vier löcher oder eingang hatt. HISP. *De quatro partes horadado.* ANGL. *That hath foure gates, portes or holes.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 21. vespæ nidos vere faciunt ferè quadrifores.

Quadriforme, quod habet quatuor formas. τετράμορφον.

Quadrifrons, quatuor frontes habens, Cato *Orig.* sub eo Ianus quadrifrons.

QVADRIGA, æ, Currus quatuor equis iunctus. {מרכבה merchabah. τέθριππον.

τέθριππος.GALL.*Char ou chariot, à quatre cheuaux, quatre cheuaux attelez en vn harnois.*ITAL.*Carreta di quattro caualli.*GERM.Ein wagen für den vier roſs eingeſpannen ſind. HISP. *La careta ò carro de quatro cauallos.* ANGL. *A cart drawen with foure horſes, or foure horſes drawing à cart.*} Gell.*lib.*19.*c.*8.Quadrigas Cæſar etiamſi currus vnus,equorum quatuor iunctorum agmen vnum ſit, pluratiuo numero ſemper dicendas putat.Horat. 2.*Carm.Ode* 16. tibi tollit hinnitum apta quadrigis equa. Cicero *de claris Orat.* Nec enim in quadrigis ſecundum numerauerim, aut tertium, qui vix è carceribus exierit.Idem 3.*de natura deorum*, Mineruam quadrigarum inuentricem ferunt. ¶ Aliquando quadrigarum nomine intelliguntur equi, qui quadrigas agunt. Colum. *lib.* 3.*cap.*6. Vnde ſacrorum certaminum ſtudioſi perniciſſimarum quadrigarum ſemina diligenti obſeruatione cuſtodiunt, & ſpem futurarum victoriarum concipiunt prorogata ſobole generoſi armenti. Plaut. *Men.ſc.* 5.*a.* 5. Iunctis quadrigis me minatus proſternere. Idem *Aulul. ſc.* 1.*a.*4. Quod iubeat citis quadrigis citiùs properet perſequi. Idem *in Aſin.*Nam ſi huic occaſioni tempus ſe ſubduxerit, Nunquam pol indipiſcet quadrigis albis poſtea, Vbi quadrigas albas vocat equos Veneris, qui albi erant, & citi: vt ſit ſenſus, Etiamſi currum Veneris ab alitibus vectum,& per hoc ſummæ celeritatis,conſcenderet, & ſequi vellet iam amiſſam occaſionem, nunquam eam conſequeretur.Imò, auctore Plutarcho *in Camill.*Quadrigæ albæ erant Ioui ſacræ.Virg.8.*Æneid.*

Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ
Diſtulerant.

Claud.7.*Paneg.*

——velut ordine rupto
Quum procul inſana traherent Phaethonta quadrigæ.

Nauibus aque quadrigis, pro ſummo ſtudio ſummáque feſtinatione. Flac.*in Epiſtol.*¶ Citis quadrigis & Iouis quadrigis fugere,pro eo quod eſt quàm ociſſimè fugere,legitur apud Plaut.Vide paulò antè.

Quadrĭgŭlă,diminutiuum.{τεθρίππιον.GALL.*Petit char ou chariot à quatre cheuaux.* ITAL. *Picciola carreta di quattro caualli.* GER. Ein wägelin. HISP.*Pequeño carro de quatro cauallos.* ANGL. *A litle cart drawen with foure horſes.*} Cicer.*de Fato*,At Philippus haſce in capulo quadrigulas vitare mouebatur.

Quadrĭgārĭŭs, ij, qui quadrigas in circenſib. agebat,inquit Aſcon. {רכבּ rachcháb.τεθριππηλάτης.GAL.*Charretier qui conduit vn chariot à quatre cheuaux.*ITAL.*Carretiero chi conduce vn tal carro.*GERM.Ein farrer oder furman / der ein wagen fürt vor den vier roſs geſpannen ſind. HISP.*El rigidor de aquel carro.*ANG.*A carter that guideth a cart wirth four horſes.*} Varr.2.*de re ruſt.cap.*7.Docet aliter quadrigarius,& deſultor.Fuit præterea hoc cognomen Q.Claudij, ſcriptoris vetutiſſimi,non ſemel ab A.Gellio citati.Suet.*in Calig.cap.*19.Primo die phalerato,&c. poſtridie quadrigario habitu,&c.

Quadrĭgātŭs, Numus erat argenteus, quadrigæ imaginem habens impreſſam:ſicut Bigatus,qui Bigarum notam habebat.Plin. *lib.*3.*cap.*32. Nota argenti fuere bigæ, atque quadrigæ:& inde Bigati,& Quadrigati dicti.Liu.2.*bell. Pun.*Pacti vti arma, atque equos traderent in capita Romana tricenis numis quadrigatis, in ſocios ducenis, in ſeruos centenis.

Quadrĭgĕmĭnŭs,adiectiuum. {ὁ & ἡ τετραπλοῦς.GALL. *Doublé en quarré.* ITAL.*Doppio en quattro* GERM.Das zwyfach oder doplet vier iſt. HISP. *Coſa quatro vezes doblada.*ANGL.*Foure double.*} Plin.*lib.*8.*c.*23.Ceraſtis corpore eminere cornicula ſæpè quadrigemina, quorum motu. &c. id eſt,quatuor cornicula.

Quadrĭiŭgī, ſiue Quadriiuges, Equi quaterni ad vnum iugum alligati. {τετράζυγες,τετράορῳι.GAL.*Attelé à vn ioug luy quatrieſme* ITAL.*Quatro caualli à vn giogo.*GER.Vier roß zuſamen vnder ein joch eingeſpannen. HISP.*Quatro cauallos de vna ayunta.* ANG.*Foure horſes in one yoke.*} ſicut Biiugi, Triiugi & Seiugi, quum duo,vel tres,vel ſex equi ad vnum iugum adhibentur.Ouid.2.*Metam.*

——tritúmque relinquunt
Quadriiuges ſpatium:nec quo prius,ordine currunt.

Virg.10.*Æneid.*

——quin ecce Nymphæi
Quadriiuges in equos,aduerſaque pectora tendit.

Ouid.*Eleg.* 2.*lib.*4.*Triſt.*

Quadriiuges cernes ſæpe reſiſtere equos.

Currus quadriiugi,τέθριππος. idem quod quadriga,id eſt, currus quatuor equos iunctos habens.Virg. 3.*Georg.* Quadriiugo vehitur curru.

Quadrĭlătĕrŭm,quod habet quatuor latera.τετράπλευρον.

Quadrĭlībrĭs, e,{ τετράλιτρος. GALL. *De quatre liures.* ITAL. *Peſo di quattro libre.* GERM. Vier pfundig. HISP. *Coſa de quatro libras.* ANGL.*Of foure poundes.*} Quod eſt ponderis quatuor librarum Plaut. *in Aul. ſc.*1. *a.* 5. Quadrilibrem anſam auro onuſtam habeo, qui me eſt diuitior?

Quadrĭlīnguus,qui quatuor linguas habet:aut qui quatuor diuerſis loquitur linguis.τετράγλωσσος.

Quādrĭmănŭs.τετράχειρ.qui quatuor habet manus. Eutrop. *lib.* 4. *de bello Achaico*,Eo tempore Romæ puer ex ancilla natus eſt quadrupes,quadrimanus,oculis quatuor,&c.

Quadrĭmēmbrĭs, quatuor membrorum,hoc eſt,partium τετραμερής

Quadrimenſtruus,τετραμηνιαῖος. Gl.Cyr.qui quatuor menſium.

QVADRĪMŬS,a,um, quod habet quatuor annos. { τετραετής. GALL. *De quatre ans.*ITAL.*Di quattro anni.*GER.Vierjärig. HISP. *Coſa de quatro años.* ANGL. *Of foure yeares.* } Plaut.*in Capt.* Perdidi vnum filium puerum quadrimum.*Ibid. prolog.* Alterum quadrimum puerum ſeruus ſurripuit.Plin. *lib.*8.*cap.*24.Ad tales partus equis neque quadrimis minores,neque decennibus maiores.

Quadrĭmŭlŭs,i,diminutiuum.ὁ ὀλίγου δεῖν τετραετὴς ὤν.Plaut.*in Pœnu.*Altera quinquennis,altera autem quadrimula, Cum nutrice vnà periere. Idem *Capt.ſc.*3.2.*a.*5. Quadrimulum paruulum tibi dedit.

Quadrĭmātŭs,tus,Ætas quatuor annorum.{ τετραετία.GALL. *L'aage de quatre ans.*ITAL. *Di quattro anni.*GERM.Daß vierjärig. HISP. *Edad de quatro años.* ANG. *The age of foure yeares.* } Plin.*lib.*8.*c.*45.Id conſequutus non eſt ante quadrimatum ad partus vocando.Idem *lib.*19.*c.*11.Sed ex his quæ ſunt fortiſſima, nullum extra quadrimatum vtile eſt. Agere quadrimatum. Colum.*lib.*7.*cap.*9.Quàm ſalaciſſimos oportet eſſe mares, qui & annicula ætate commodè progenerant,dum quadrimatum agant.

‖ Quadrimeſtris, vt ſemeſtris, bimeſtriſve conſulatus apud Suetonium in Nerone. ‖

QVADRĪNGĔNTĬ,æ,a,quater centum,numeri cardinalis eſt {ארבע מאות arbab meóth.τετρακόσιοι.GAL.*Quatre cens.*ITAL.*Quattro cento.*GERM. Vierhundert.HISP.*Quatrocientos en numero.* ANGL. *Fourr hundred.*} Cicer. *in Piſonem*, Centum propè annos legem Æliam & Fuſiam tenueramus: quadringentos iudicium, rationemque Cenſoriam Idem *de diuinat.* Tali quadringenti iacti.

Quadrīngēntĭēs,aduerbium.{τετρακοσιάκις.GALL.*Quatre cens fois.*ITAL. *Quattro cento volte.*GERM.Vierhundert maal.HISP *Quatrocientas vezes.*ANGL. *Foure hundred tymes.* } Cicer. *pro Rabirio*, Seſtertiûm bis millies & quadringenties.ne magnopere contemneret.

Quadrīngēntēsĭmŭs, ma, mum, Vnus, vel poſtremus ex quadringentis, { ארבע מאות arbáb meóth. τετρακοσιοστός. GALL. *Quatrecentieſme.* ITAL.*Quadringenteſimo.*GER.Das vierhundert iſt. HISP. *Vno de quatrocientos.*ANGL.*The fourhundreth in order.* } Plin.*lib.*8. *cap.*9. Anno Vrb. 472.

Quadrīngēnŭs,a,um,&(vt nonnulli legũt)quadrigenus, vel quadricenus. {ארבע מאות arbáb. meóth.τεσσαρακόσιος.GALL. *Quatre cens.* ITAL. *Quatrocento.*GER.Vierhundert. HISP.*Quatrocientos en numero.*ANGL. *Foure hundred.*} Liu. 8 *ab Vrb.*Vectigal quoque eis Campanus populus iuſſus pendere ſingulos quotannis (fuere autem mille & ſexcenti) denarios nummos quadrigenos quinquagenos. Suet. *in Neron.cap.*10. Diuiſis populo viritim quadrigenis nummis.

Quadrĭnōctĭŭm,tempus quatuor noctium:ſicut Binoctium ſpatium duarum noctium. τετρανύκτιον.

Quadrīnŭs, a, um, adiectiuum. Pro quatuor dicitur. {ארבעה arbáhah רביעי rebihi τὰ τέσσαρα.GALL.*Quatre.*ITAL. *Quattro.* GERM. Je vier. HISP.*Quatro.*ANG.*Foure.*} Plin. *lib.*11.*cap.*36.Mutationes, & in alias figuras tranſitus trinis, aut quadrinis diebus. ¶ ‖ Quadrinæ molæ, plurimum farinæ in piſtrinis facientes, Turn. ‖

Quadrĭpārtīrī, τετραχῶς μερίζειν. Fabius Victor *in* 1.*Rhetor. Cicer.* Hic quoque aduerſarius ſyllogiſmum quadripatitur.

QVADRĬPĔRTĬŎR, iris,in quatuor partes diuido. {רבע ribbéab. τετραχῶς μερίζω. GAL.*Diuiſer en quatre parties.* ITAL. *Diuidere in quatro parti.*GERM. Viertheilen. HISP. *Partir en quatro partes.*ANG.*To deuide in to foure partes.*} Vnde quadripertitum, in quatuor partes diuiſum. Plin.*lib.*15.*cap.*22.Nucleorúmque illis quadripertita diſtinctio. Cicero 3 *Verr.* Quare hæc eadem erit quadripertita diſtributio totius accuſationis meæ.

Quadrĭpĕrtītō, aduerbium idem ſignificans quod quadrupliciter, ſiue in quatuor partes,τετραχῶς.

Quadrĭrēmĭs,huius quadriremis, pen.producta, Nauis quæ quatuor remorum ordines habet. { τετρήρης. GALL. *Nauire ayant quatre rames pour banc.*ITAL. *Galea di quattro remi per banco.*GERM.Ein ſchiff mit vier ruder ordnungen.HISP.*Naue de quatro ordenes de remos.* ANGL.*A ship or galey with foure owers in a ſeate.*} Liu.4. *belli Punici*, Præmiſſa quadriremis,quum intraſſet fauces portus,capitur.Cic.4.*Verr.*Egreditur Centuripina quadriremi Cleomenes è portu.

Quadrĭuĭum,dicitur locus publicus vbi quatuor viæ concurrunt. { τετράοδος.GAL.*Vn quarrefour ayant quatre chemins.* ITAL. *Luogo de quattro vie.*GER.Ein ort da vir wäg zuſamen ſtoſſen / ein trungaſs. HISP.*Encruzijada de quatro vias.* ANGL.*A place where foure vayes domeete.* } Catull.*ad Cælium de Lesbia*,

Nunc in quadriuiis & angiportis
Glubit magnanimos Remi nepotes.

Iuuen.*Satyr.*1.

Nonne libet medio ceras implere capaces
Quadriuio?

Quadro, as,vide *Quadrum.*

QVADRVM, i, Quadratum, quod ſcilicet quatuor æquales lineas, quatuórque angulos rectos habet. { רבוע rabúab מרבע merubbáb. τετράγωνον. GALL. *Vn quarré.* ITAL. *Vn Quadro.* GERM. Ein geviert ding. HISP.*Quadrado.* ANG. *A figure foure ſquare.* Colum. *lib.*8.*cap.*3.Perticæ dolantur in quadrum. In quadrum ſententias redigere: hoc eſt, æqualiter fundere, & ſuo numero ſeruato æqualiter diſponere: forma enim quadrata,inquit Quintil.nulla eſt ex parte neque longior,neque breuior. Cic.*in Orat.* Quin redigeret omnes ferè in quadrum, numerúmque ſententias.

Quadro, as, In quadrum redigo. { רבע ribbéab. τετραγωνίζω. GALL. *Eſquarer.* ITAL.*Quadrare* GER.Geviert machen / In die vierung bringen. HISP. *Quadrar con eſquadra.* ANGL.*To mak foure ſquare.*} Horat. 1. *Epiſt.*6.

——& qua pars quadret aceruum.

Colum. *lib.* 11. *cap.*2. Abies atque populus ſingulis operis ad vnguem quadrantur. ¶ Per tranſlationem ponitur pro conſentire & ex omni parte conuenire. חבר chibbér תכן tichchén תקן tikkén. ἁρμόζειν, συνάπτειν. GAL.*Conuenir,accorder.*ITAL.*Conuenire, accordere.*GERM.Mitſtimmen/Sich ſchicken oder fügen.HISP.*Acordar con otro.*} Tractum à lapidibus quadris, qui omnium laterum æquali proportione inter ſe optimè conueniunt, & ponitur vel ſimpliciter, vel cum accuſatiuo interueniente præpoſitione In, vel Ad.Virgil.*Georg.*

——nec ſecius omnis in vnguem
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.

Apuleius, Vt omnia ad calamitatem quadrarent. Cicero 3.*de Orat.*Et tamen eam coniunctionem,ſicuti verſum,numeroſè cadere, & quadrare,& perfici volumus. Idem *ad Attic. lib.* 4. Viſum eſt hos mihi ad multa quadrare.Idem *pro Cælio*, Quod profectò nunquam hominum ſermo, atque opinio comprobaſſet, niſi omnia quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in iſtam quadrare aptè viderentur. ¶ Summa rationum quadrans dicitur, in qua nihil excurrit, & in qua nulla ſunt reliqua:id eſt, quum æqualis eſt ſumma accepti & expenſi.Budæus.

Quadrātŭs, a, um, quod habet quatuor angulos rectos & æquales.

רבוע *rabúah* מרבע *merubbáh*. τετράγωνος. GALL. *Esquarré, quarré.* ITAL. *Quadrato.* GERM. Geviert/vierschröt/vierecket. HISP. *Quadrado del todo.* ANGL. *Foure square.* } Liuius *ab Vrbe*, Capitolium quoque saxo quadrato substructum est. Plin. *Ep.* 254. Manent adhuc paucissimi arcus: possunt & erigi quidem lapide quadrato, qui ex superiori opere detractus est. Quadratum agmen Cicer. 2. *Philipp.* Agmine quadrato cum gladiis sequuntur scutati milites. Liu. 2. *ab Vrbe*, Valerius quadrato agmine peditem ducit. Tibull. *lib.* 4.

Seu sit opus quadratum acies consistat in agmen.

Senec. *Epist.* 60. Quadrato agmine ire. Item, apud Mart *Epigr.* 152. *lib.* 14. Quadratum Gausape. ¶ Quadrati versus, Gellius *cap.* 29. *lib.* 2. Et eorum exemplum. *Ibidem.* Item, Quadrato numero factus versus. Idem Gell *cap.* 7. *lib.* 4. ¶ Quadrata Roma, locus Romæ; Plutarch. in Rom. Turres quadratæ, id est, quadrilateræ, apud Lucr *lib.* 4. Dimensio quadrati, Cicer. *in Tusc.* Mutare quadrata rotundis. Horat. 1. *Epist.* 1. Quadratum corpus, id est, mediocre, quod neque nimis procerum est neque nimium humile, sed medio quodam temperamento decorum. Cels. *Medicina lib.* 2. Corpus habilissimum quadratum est, neque gracile, neque obesum. Nam longa statura, vt in iuuentute decora est, sic matura senectute conficitur. Colum. *de canibus*, Probatur, inquit, quadratus potius, quàm longus aut breuis. Sic & Suetonius Vespasianum scribit quadrata fuisse statura. Quadrata compositio, id est, æqualiter fusa. Quint. *lib.* 2. *cap.* 5. Quæ leuis & quadrata, sed virilis tamen compositio.

Quadrŭs, a, um, Quadratus, hoc est, quatuor lineas quatuórque angulos rectos habens, & æquales. { רבוע *rabúah* מרבע *merubbáh*. τετράγωνος. ANGL. *Foure square.* } Colum. *lib.* 8. *cap.* 3. Perticæ dolantur in quadrum. Reliqua vide paulò antè in dictione *Quadrum.*

Quadrātāriŭs, dicitur marmorarius, qui marmora adamussim quadrat. { ὁ μάρμαρα, καὶ τὰ ἄλλα λίθα τετραγωνίζων, λιθοξόος. GAL. *Vn tailleur qui escarrit les pierres.* ITAL. *Tagliapietra.* GER. Ein steinmetz der die marmelstein eben in die vierung hauwet. HISP. *Cantero que quadra piedras.* ANG. *A caruer or foure squarrer of stones.* } Qua voce vsus est Sid. Apollinar. Vide (inquit vt vitium non faciat in marmore lapicida: quod factum siue de industria, siue per incuriam, mihi magis, quàm quadratario, liuidus lector adscribat.

Quadratim. τετραγώνως. Gloss. quadrata forma.

Quadrātūrā, ipsa quadratio, hoc est, alterius figuræ ad quadratam reductio. { רבע *rebah*. τετραγωνισμός. } Vnde Archimedes scripsit de Quadratura circuli.

QVADRŬPĒS, edis, propriè adiectiuum est, quod de omni eo animali dicitur quod quatuor habet pedes. { τετράπους. GALL. *Qui a quatre pieds.* ITAL. *De quattro piedi.* GERM. Vierfüssig. HISP. *Cosa de quatro pies.* ANGL. *Fourefooted.* } Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Quadrupedem agitabo aduersùs cliuum. Ouid. *Eleg* 7 *lib.* 4. *Trist.* Quadrupedésque homines (Centauri.) Tibull. *lib.* 4.

Nec quadrupes densas depascitur aspera syluas.

¶ Quadrupes de homine ita incedente, Suet *in Neron. cap.* 48. Atque ita quadrupes per angustias effossæ cauernæ receptus in proximam cellam decubuit super lectum, &c. Idem Suet. *in Calig. cap.* 27. Multos honesti ordinis, &c. bestiarum more quadrupedes cauea coërcuit, &c. Terent. *in Andr.* — tu tamen Cura asseruandum vinctum, atque audin'? quadrupedem constringito Ouid. 15. *Metam.*

Editus in lucem iacuit sine viribus infans,
Mox quadrupes rituque tulit sua membra ferarum.

Sæpe tamen accipitur substantiuè: ídque modò in masculino genere. Ouid. 2. *Metam.*

Nec tibi quadrupedes animosos ignibus illi.
Quos in pectore habent: quos ore, & naribus efflant,
In promptu regere est.

Virg. 11. *Æneid.*

Quadrupedémque citum ferrata calce fatigat.

Idem 7. *Æneid.*

Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit.

Modò in fœm. gen. Quint. *lib.* 2. *c.* 10. Distentæ quadrupedes viridi pabulo. Cicer. *in Parad.* Nihil inter te atque inter quadrupedem interest. Plin. *lib.* 10. *cap.* 33. Vt nulla quadrupes possit accedere. Aliquando etiam in neutro. Colum. *lib.* 11. *c.* 2. Nec minus maiora quadrupedia charactere signari debent. Idem *lib.* 2. *c.* 24. Quinetiam pecus lanatum cunctáque quadrupedia tempus idoneum est castrandi.

Quadrŭpĕdo, as, quatuor pedibus gradior. { τετραποδίζω, τετραποδηδὸν βαδίζω. GALL. *Aller à quattre pieds.* ITAL. *Andar con quattro piedi.* GER. Mit vier füssen gehn. HISP. *Ir à quattro pies.* ANGL. *To go or walk on four feete.* } Vnde quadrupedantia animalia, quadrupedia dicuntur. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Qui aduehuntur quadrupedanti crucianti canterio. Virg. 11. *Æneid. de equis,*

——— *perfractaque quadrupedantum*
Pectora pectoribus rumpunt.

Plin *lib.* 8. *c.* 45. Thessalorum gentis inuentum est equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare. Quadrupedans sonitus. Virg. 8. *Æneid.*

Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

Quadrupedus, quatuor pedibus nixus. Ammian. *lib.* 14. Per ancoralia quadrupedo gradu repentes.

QVADRŬPLĀTŌRĒS, à Quadruplor, aris, dicuntur Delatores, & infimæ sortis accusatores, ita quòd quartam partem ex damnati bonis consequerentur. Ex *lege Papia.* { ἐνδείκτης, συκοφάντης, φιλεγκλήμων. GALL. *Accusateurs, qui auoient la quatriesme partie des biens cōfisquez.* ITAL. *Accusatori ch'haueuano la quarta parte de beni confiscati.* GERM. Ein verrähter oder angeber eines/das jme der vierdte theil dess verdampten guts werde HISP. *Acusadores para auer la quarta parte de los bienes confiscados.* ANGL. *Whichfor accusing gett the fourt part of the goodes confiscated.* } Cicer. 4. *Verr.* Petit Næuius Turpio quidam, istius excursor, & emissarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus. Liu. 3. *ab Vrbe*, Clarum hac fore imagine Scaptium nomen; Pom. Rom. quadruplatoris, & interceptoris litis alienæ personam laturum? Ascon. *in Verrem.* Quadruplatores, delatores erant criminum publicorum, in qua re quartam partem de proscriptorum bonis, quos detulerant, consequebatur.] Idem *ibid.* Quadruplatores sunt earum rerum accusatores qui conuictu quadrupli damnari soleant, aut aleæ aut pecuniæ grauioribus vsuris fœneratæ quàm pro consuetudine, aut huiusmodi aliorum criminum. Idem Ascon. alio loco. nempe 4. *Verrin.* Quadruplatores sunt accusatores criminum publicorum sub pœna quadrupli, siue quòd ipsi ex damnatorū bonis quos accusauerant quartam partem consequebantur. Hæc Ascon. Hinc ab illa pœna quadrupli, quadruplatores dicti sunt. Festus tamen eos quadruplatores esse affirmat, qui eo quæstu se tuebantur, vt eas res persequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio.

Quadruplo actiuè est, quadruplum facio; hinc quadruplor passiuum, adigor ad quadruplum soluendum.

Quadrŭplŏr, aris, deponens, Quadruplaturam exerceo, siue delator fio, & damnati quartam partem accipio. { φαίνω, ἐνδείκνυμι. GALL. *Imputer, ou accuser pour auoir la quatriesme partie des biens confisquez.* ITAL. *Accusare per hauere la quarta parte de beni confiscati.* GERM. Ein verrähter oder falthans sein/vnd den vierdten theil dess angegebnen guts entpfahen. HISP. *Acusar para auer la quarta parte de los bienes confiscados.* ANGL. *To accuse for to get the fourt part of the goodes confiscated.* } Plaut. *in Persa*, Neque quadruplari me volo: neque enim decet, sine meo periculo abire aliena ereptum bona. ¶ Item quadruplari, passiuè, id dicitur apud IC. quod in quadruplum damnatur. Vlpian. *in l. item si cum.* §. 1 *ff. de eo quod metus*, &c. Siquis non restituat, in quadruplum in eum iudicium pollicetur. Quadruplabitur autem omne quodcunque restitui oportuit. *Ibidem* §. *Iulianus.* Iulianus ait, quod interest solum quadruplari vbi Bartolus, In quo quis damnum patitur, quadruplatur.

Quadrŭplex, icis, generis omnis, dicitur quod aut quatuor est modorum, aut quatuor specierum, aut ordinum quatuor. { τετραπλοῦς. GALL. *Quadruple, doublé en quatre.* ITAL. *Di quattro doppie, dopiato quattro volte.* GERM. Vierfältig oder vierfach. HISP. *Cosa de quattro doblezes.* ANGL. *Foure folde.* } Liu. 10. *bell. Pun.* Onerariarum quadruplicem ordinem pro muro aduersùs hostem opposuit. Cicer. *in Arato*, Præter quadruplices stellas in fronte locatas. ¶ Interdum multiplicatiui numeri vim habet, idem significans quod quadruplus, τετραπλάσιος. Plaut. *in Curcul.* Quam ego pecuniam quadruplicem abs te lenone auferam. Plin. *lib.* 12. *cap.* 11. Alia arbor floret, albæ violæ specie, sed magnitudine quadruplici.

Quadrŭplĭco, as, In quadruplum augeo. { τετραπλασιάζω. GAL. *Quadrupler, multiplier en quatre.* ITAL. *quatruplicare, doppiare quattro volte.* GERM. Vierfältig oder vierfach machen. HISP. *Doblar quatro vezes.* ANGL. *To multiplie by foure.* } Plaut. *Sticho*, Qui me in mercimoniis luit, lucrísque quadruplicauit rem meam.

Quadrŭplĭcātĭo, verb Auctio quadrupli. { τετραπλασιασμός, τετραπλασιασις. GALL. *Quadruplication, multiplication par quatre.* ITAL. *Quadruplicatione.* GER. Vierfaltigung. HISP. *Obra de doblar quatro vezes.* ANG. *An augmenting by foure.* } Vlp. *in l.* 2. *ff. de except.* Et contra replicationem duplicatio, & contra duplicationem solet dari triplicatio & contra replicationem rursus quadruplicatio.

Quadrŭplĭcātō aduerb. { GALL. *En quadruple, deux fois au double.* ITAL. *A quattro doppie.* GERM. Vierfältiglich. HISP. *En quatro doblezes.* ANG. *Fourefeld.* } Plin. *lib.* 4. *c.* 4. Emptis quadruplicatò vineis illis intra decimum fore curæ annum. Idem *lib.* 1. *cap.* 17. Veneris quindecim, & pluribus subitò rursus Saturni & Iouis duplicatò digrediuntur, Martis etiam quadruplicatò.

QVADRŬPLVS, a, um, quater tantūdem. { τετραπλάσιος. GAL. *Quadruple, quatre fois autant.* ITAL. *Di quattro tanto.* HISP. *De quatro tanto.* GERM. Vierfach/viermaal so vil. ANGL. *Foure tymes as muche.* Plin. *lib.* 7 *c.* 48. Cornici nouem nostras attribuit ætates: quadruplum eius ceruis: id triplicatum coruis. Plaut. *in Trucul.* Post id ego in te manum iniiciam quadruplus venefica, id est, ego quartus, seu à tribus adiutus. Quint. *lib.* 7. *cap.* 5. Quum duo fures pecuniam abstulerunt, separatim quadruplū quisque, an duplum debeat, id est, quater aut bis tantum, quantum abstulit. Cato *in præfatione operis de re rust.* Maiores enim nostri sic habuere, & in legibus posuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli.

Quadrŭplō, aduerbium, τετραπλασίως. Quadruplicatò. Plin *lib.* 11. *cap.* 37. *de elephantis*, Pulmo quadruplò maior bubulo.

Quæ, fœmininum à quis. { מי *mi* τίς. GALL. *Quelle, laquelle.* ITAL. *Qualle.* GER. Welche/was. HISP. *Qual.* ANG. *who.* } Modò interrogatiuè accipitur, modò relatiuè, modò infinitè. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Quæ istæc audacia est? *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Huc adhibete aures quæ loquar. (id est, ea quæ.) Idem. *sc.* 1. *a.* 5. Ex miseriis quæ sustentabam. Idem *Asin. sc.* 7. *a.* 1. Cætera quæque volumus vti Græca mercamur fide (id est, quæcunque.) & cum æ diphthongo scribitur cum omnibus compositis, vt differat à que coniunctione, vt Quænam, Quædam, Quæuis, Quæcunque, Quælibet, & cætera huiusmodi.

QVÆRO, is, quæsiui, quæsitum, & quæstum per syncopen, Inuestigo, exquiro. { בקש *bikkésch* דרש *darasch* חפש *chaphás* חקר *chakár.* ζητέω. GALL. *Cercher, enquerir.* ITAL. *Cercare.* GERM. Suchen. HISP. *Buscar.* ANGL *To seek for, to ask or gett.* } Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 2. Vbi sunt conuiuæ? quos tu conuiuas quæris? Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Quæratis chlamydem hanc vnde ad me peruenerit? *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Istum quem quæris ego sum. Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Quæris tu mulier malum. Idem *Amph.* Vide ne infortunium quæras qui me sic ludifices. Idem *Aul. sc* 3 *a.* 4. Malam rem potiùs quæram cum lucro. Tibul. *lib.* 4.

Nec quæris quid quaque iudex sub imagine dicat.

Catul. *de Com Ber.*

Et qui in principio sub terra quærere venas
Instituit, &c.

Ouid. 13. *Metam.*

Si quæritis huius fortunam pugna non sum superatus ab illo.

Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 5. Quî id quæris? quia istuc mihi quæsito est opus. Terent. *in Adelph.* Te quærebam ipsum, salue Demea. Idem *Eunuch.* Vbi quæram? vbi inuestigem? quem perconter? quam insistam viam? Donatus, Non reperitur, nisi quod quæritur: non quæritur, nisi quod præstò

præſtò non ſit. Iuuen. *Satyr.* 9.

——nec deerit qui te per compita quærat Nolentem.

Virg. 9. *Æneid.*

——huc turpidus, atque huc
Luſtrat equo muros, aditúmque per auia quærit.

¶ Item ponitur pro lucrari & acquirere. { קנה *kanáh.* *πορίζειν, περιποιεῖσθαι.* } Plaut. *in Curc. ſc.* 1. *a.* 3. Qui homo maturè quæſiuit pecuniam, niſi eam maturè parcit, maturè eſurit. Idem *Trinummo.* Quibus ærumnis deluctaui, filio dum diuitias quæro. Cicer. *pro Quint.* Nec mirum ſi is qui vocem vænalem habuerat, ea quæ voce quæſiuerat, magno ſibi quæſtui fore putabat. ¶ Aliquando pro generare. Plaut. *Capt. ſc.* 1. *a.* 4. Liberorum quærendorum cauſſa vxor ei data eſt. Gell. *cap.* 3. *lib.* 4. *& cap.* 1. *lib.* 14. Quærendorum liberorum cauſſa vxorem ducere. ¶ Aliquando ponitur pro percontari, ſciſcitari, petere, interrogare. *πυνθάνεσθαι, ἐρωτᾶν.* Plaut. *in Amphitr.* Atque vt ne, qui eſſem, familiares quærerent. ¶ Aliquando pro diſputare, conſulere, diſcutere. Plin. *lib.* 31. *cap.* 3. Quæritur inter medicos, cuius generis aquæ ſint vtiliſſimæ. ¶ Aliquando quærere ponitur pro iudicare, & de publicis criminibus dicitur. Quærere enim propriè dicitur quæſitor, qui publico iudicio præeſt, cùm nocens an innocens ſit, qui accuſatur, cum conſilio diſquirit. Veteres *Anquirere* dicebant, Cicer. *pro Milon.* Tulit enim de cæde quæ in Appia via facta eſſet, in qua Publius Clodius occiſus fuit, Quid ergo tulit? Nempe vt quæreretur. ¶ Pro deſiderare Liuius *lib.* 9. *ab Vrb.* Perſas & Indos & imbellem Aſiam quæſiſſet. ¶ Pro lucrum facere. M. Cato apud Gellium *cap.* 12. *lib.* 9. Si palàm corpore pecuniam quæreret. Idem Gell. *cap.* 4. *lib.* 15. Victum ægrè quæreret. Et *c.* 20. *eiuſdem lib.* Vendendo olera victum quærere. Item Suet. *in Neron. cap.* 36. Quærere victum diurnum. Item, Quærere alium iraſcentis, apud Martial. *epigr.* 105. *lib.* 9. ¶ Huius verbi compoſita mutant æ in i productum quæ ſunt Acquiro, Inquiro, Circunquiro, Conquiro, Diſquiro, Exquiro, Perquiro, & Requiro. quorum ſignificata vide ſuis locis.

Quærens, tis, participium. { מבקש *mebakkéſch* דורש *doréſch* חפש *chephés* חקר *chokér.* *ζητῶν.* GALL. *Qui cerche.* ITAL. *Chi cerca.* GERM. Suchend. HISP. *El que buſca.* ANGL. *He tat ſeeketh or demandeth for.* } Cicer. 1. *de Oratore,* Mihi percontanti, aut aliquid quærenti nunquam defuiſti. ¶ Quærendus. Senec. *Herc. OEtæo,* Quoties genitor quærendus erat.

|| Quæſitaria apud Petronium. Videtur (inquit Turneb. *lib* 26. 6.) eſſe mendica à quærendo: vt à Græcis *μεταίτης* & *ἐπαίτης* vocatur, & à Latinis rogator, eſt tamen in eo ſcriptum *Quaſſitaria*: quæ vox mihi quidem inani ſtrepitus aures verberat vocatque cubicularios, & me iubet calamo ligare: nec contenta mulier tam graui injuria mea, conuocat omnes quaſſitarias, familiæque ſordidiſſimam partem ac me conſpui iubet. Sic Turnebus. Sed legam ibi *quaſillarias.* Martin. ||

Quæſitus, a, um, participium, ſiue nomen ex participio, vt Artes quæſitæ. { דרוש *darúſch* נחקר *nechkár.* *ζητηθείς.* GALL. *Cerché.* ITAL. *Cercato.* GERM. Geſucht. HISP. *Buſcado.* ANG. *Seeked for.* } Virg. 3. *Georg.*

Quæſitaque nocent artes.

Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Triſt.*

Non quæſita tamen ſpatio patientia longo.

Idem 14. *Metamorph.*

Vique fuga quæſita ſalus comitique mihique.

Tacit. *lib.* 3. Adulatio quæſitior fuit. id eſt, exquiſitior. Idem *lib.* 2. Excepere Græci quæſitiſſimis honoribus. hoc eſt, exquiſitiſſimis.

Quæſitum, i, Res exquiſita & parta. { קנין *kinján.* *τὸ κτηθέν.* GAL. *Acquis.* ITAL. *Aquiſtato.* GERM. Das vberkommen/oder erübe rget. HISP. *Alcançado.* ANGL. *A thing that is conqueſed.* } Ouid. 7. *Met.*

——parcum genus eſt, patiénſque laborum,
Quæſitique tenax.

Cicer. *in Parad.* Cui quæſito autem opus ſit, qui vnquam hunc verè dixerit diuitem? ¶ Quæſitum, pro eo quod eſt rogatum, ſiue interrogatum. Ouid. 4. *Met.* Accipe quæſiti cauſam. Et 1. *Faſt.*

Nec mora quæſiti reddita cauſſa mihi eſt.

Quærito, as, frequentat. Inſtanter quæro. { חפש *chippés.* *ἐπιζητέω.* GALL. *Demander ſouuent, ou inſtamment.* ITAL. *Dimandare ſouuente, con inſtanza.* GERM. Suchen eines ſuchens/offt ſuchen. HISP. *Demandar muchas vezes y con inſtantia.* ANG. *To demand often or inſtantly.* } Terent. *in Adelph.* Ehem opportunè, teipſum quærito. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 4. & alibi ſæpè, Quem ille quæritat? Idem *Aſin. ſc.* 3. *a.* 2. Quid venis? quid quæritas? Et *ſc.* 4. *a.* 2. *ibidem,* Quæritare argentum in fœnus. Idem *Menæch. ſc.* 1. *a.* 2. Hominem inter viuos quæritamus mortuum. Idem *Capt. ſc.* 4. *a.* 3. Audin' eum lapidem quæritare? Idem *Amph.* Defeſſus ſum quæritando. Propriè tamen quæritare dicuntur, qui quotidie inquirendo, vix victum inueniunt, vt inquit Donat. Illud Terent. *in Andr.* Lana ac tela victum quæritans. *ἀεὶ ποιεῖσθαι.* Plaut. Qui inops & ſordidus quæritando alit familiam, id eſt, oſtiatim quærendo victum, quod mendici faciunt, qui & rogatores dicuntur, *πλάνοι.*

Quæſitio, actio quærentis. Apul. *lib.* 5. Quæſitioni cupidinis intenta.

Quæſito, as, frequent. admodum quæſo. eſt exoletum à verbo *quæſo.* Priſcian. Quæro, quærito differentiæ cauſa fecit, quia à quæſo, quæſito fit.

Quæſitus, us, ui, maſc. gen. Verbale, ipſe quærendi actus. Plin. *lib.* 5. *c.* 9. Nilus incertis ortus fontibus, it per deſerta & ardentia: & immenſo longitudinis ſpatio ambulans, famáque tantùm inermi quæſitu cognitus ſine bellis, quæ cæteras omnes inuenere, originem, &c.

Quæſtio, nis Inueſtigatio, actus quærendi: à ſupino quæſtum. { חקר *chekér.* *ζήτημα.* GALL. *Cerchement.* ITAL. *Cercamento.* GERM. Ein ſuchung/das ſuchen. HISP. *Obra de buſcar.* ANGL. *A ſearching or demanding.* } Plaut. *Ciſtel.* Iube domi operirier, ne quæſtioni mihi ſit, ſi quid cum velim, id eſt, ne cogat eum quærere. Idem *Capt. ſc.* 2. *a.* 2. Edepol tibi ne in quæſtione eſſemus cautum intelligo. Quem locum citans Paſſerat. legit *quæſtioni.* Idem Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 1. Sed vide ſis ne in quæſtione ſis, quando (te) arceſſam, mihi. Idem *Trinum. ſc.* 6. *a.* 5. Si aberis ab heri quæſtione. (id eſt, ſi aberis tum cùm herus te quæret. ¶ Item,

In quæſtione eſſe, pro quæri, dixit Gell. *cap.* 14. *lib.* 13. Propterea, inquit, quæſitum eſt, & nunc etiam in quæſtione eſt. (i. quæritur. Et Seneca *c.* 22. *de conſ. ad Mart.* Magna res erat in quæſtione. ¶ Quandoque ſignificat dubitationem, ſiue interrogationem. { *πρόβλημα, ἐρώτημα.* GALL. *Queſtion, demande.* ITAL. *Queſtione, diſputa.* GERM. Ein frag. HISP. *Queſtion que preguntanos.* ANG. *A demande or queſtion.* Plin. *lib.* 2. *c.* 28. Fortitudo in quo maximè extiterit, immenſæ quæſtionis eſt. Cicer. *de natura deorum* 2. Diuidunt noſtri totam iſtam de diis immortalibus quæſtionem in partes quatuor. Primùm docent eſſe deos: deinde quales ſint: tum mundum ab his adminiſtrari: poſtremò conſulere eos rebus humanis. ¶ Significat & quæſtio iudicium publicum, non quemadmodum antea hîc ſcriptum erat, informationem quæ iudicia ſolet antecedere. Et hinc iudex quæſtionis dicitur qui quæſtioni, hoc eſt, publico iudicio præeſt, qui alio nomine dicitur quæſitor. Cic. *pro Milon.* Num quæ noua quæſtio decreta eſt? Idem *pro Sexto Roſcio,* Cum huic quæſtioni iudex præeſſes, id eſt, huic iudicio publico, cùm hanc quæſtionem exerceres, quemadmodum locutus eſt, idem *de finib.* Quum prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet, apertè cepit pecunias ob rem iudicandam. ¶ Aliquando tamen ponitur pro iudicio priuato, in quo non de capite, ſed de pecunia diſceptatur. Calliſtratus *l. vltim. D. ne de ſtat. def.* D. Claudius reſcripſit, ſi per quæſtionem numariam præiudicium ſtatim videbitur fieri, ceſſare quæſtionem. Quint. *declam.* 385. Quæſtio iudicium dicitur, quum quis de capite ſortitur. ¶ Quandoque torturam corporis, eruendæ veritatis cauſa factam, quam *βάσανον* Græci vocantur. Saluſt. *Iugurth.* 76. In plebem Rom. quæſtiones graues habitæ ſunt. Cicer. *pro Cluentio,* Saſſia habere quæſtionem de viri morte conſtituit. Idem *pro Roſc. Amer.* Aliquoties duos ſeruos paternos, in quæſtionem Sext. Roſcius poſtulauit. Sueton. *in Calig. cap.* 32. Sæpè in conſpectu prandentis vel comeſſantis quæſtiones per tormenta habebantur. Plaut. *Moſtell. ſc.* 1. *a.* 5. Seruos pollicitus eſt dare ſuos mihi omnes quæſtioni. & *paulò infrà ibidem,* Seruos accipere quæſtioni.

Quæſtionarius. *βασάνων ὑπηρέτης,* i. tormentorum miniſter. Gloſſ. Cyrill. Ergo à quæſtione, quæ eſt tormentum. ¶ Quæſtionarius, item qui quæſtionem facit. Cathol.

Quæſtiuncula, Parua interrogatio, vel dubitatio. { *ἐρωτημάτιον.* GALL. *Queſtionette, petite queſtion.* ITAL. *Queſtionetta picciola.* GERM. Ein fraglin. HISP. *Pequeña queſtion.* ANGL. *A litle queſtion.* } Cicer. 1. *de Orat.* Quæſtiunculam de qua meo arbitratu loquar, ponitis. Apud Rhetores item quæſtio appellatur, circa quam cauſæ totius cardo vertitur, quæque ex conflictione in conſtitutione cauſarum gignit controuerſiam.

Quæſtor, is, Præpoſitus pecuniæ publicæ, qui curam ærarij habet. { גזבר *ghezbár.* *ταμίας, ταμιεύς.* GALL. *Vn threſorier.* ITAL. *Theſoriero, camerlengo.* GERM. Ein ſeckelmeiſter / ein meiſter vber ein gemeine ſchatzkammer. HISP. *Contador mayor.* ANGL. *A treaſurer of the common treaſure.* } Plaut. *Capt. prolog. & ſc.* 2. *a.* 1. Emit hoſce de præda de quæſtoribus. Idem *Amph. ſc.* 3. *a.* 4. *verſ.* 12. Magnus Europæ quæſtor, (id eſt, qui ad eam perquirendam miſſus eſt ab Agenore.) Cicer. *lib.* 2. *de Inuentione,* Rhodij quoſdam legarunt Athenas, legatis quæſtores ſumptum quem oportebat dari, non dederunt. Mittebantur quæſtores cum conſulibus & prætoribus in militiam ad adminiſtrandam rem pecuniariam, & prædam ac manubias in rationes publicas referendas. Idem *de ſenectute* ex perſona Catonis, Sed tamen hoc queo dicere, non me quidem his eſſe viribus, quibus aut miles Punico bello, aut quæſtor in eodem bello, aut Conſul in Hiſpania fuerim. Huiuſmodi quæſtores hodie Theſaurarios bellicos vocamus. Quæſtores vrbani, inquit Budæus, ærarium curabant, eius pecunias expenſas & acceptas referre in tabulas publicas conſueuerant. Pro iis nunc præfectos ratiociniorum habemus, quo *Magiſtros computorum* vocamus. Pecunia publica Romæ in templo Saturni condita erat, quod Ærarium dicebatur quam Tribuni ærarij, quum opus erat, promebant. Quæſtores ærarios hodie vocare poſſumus, eos quos mulctarum, & (vt vulgus loquitur) *Emendarum receptores* vocant. ¶ Quæſtor præterea dicitur, qui præeſt iudiciis exercendis & maleficiis puniendis, quem maleficiorum iudicem appellare ſolemus. { דורש *doréſch* נגש *noghéſch.* *ὁ ἀνακρίνων.* GAL. *Enqueſteur, ou iuge en matiere criminelle.* ITAL. *Giudice di cauſa criminale.* GERM. Ein blutvogt / ein richter vber maleſitziſche ſachen. HISP. *Peſquiſidor ſobre los malhechores.* ANGL. *A iudge wich inquireth of any thing in criminall affaires.* } Quæſitores propriè dicebantur Prætores, quibus forte quæſtiones de rebus capitalibus obueniebant. Vſitatiùs tamen hunc Quæſitorem vocamus. Cicer. *pro Fonteio,* Quid opus eſt mihi ſapiente iudice? quid æquo quæſitore? quid oratore non ſtulto? Idem *in Vatinium,* Quæro ex te Vatini, num quis in hac ciuitate poſt vrbem conditam Tribunos plebis appellarit, ne cauſam diceret? num quis reus in tribunal ſui quæſitoris aſcenderit, eúmque vi deturbarit, ſubſellia diſſiparit, vrnas deleuerit. Ad hanc autem ſimilitudinem (inquit Aſconius Pædianus) Virgilius Minoem iudicem, apud inferos tanquam prætor ſit rerum capitalium Quæſitorem appellat, dat ei ſortitionem, vbi vrnam nominat, dat ei electionem iudicum, quum dicit, Conſiliúmque vocat: dat cognitionem facinorum, quum dicit, Vitáſque & crimina diſcit. Verba Virg. hæc ſunt 6. *Æneid.*

Nec verò hæ ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes:
Quæſitor Minos vrnam mouet: ille ſilentum,
Conſiliúmque vocat: vitáſque & crimina diſcit.

Claudianus *lib.* 3. *de raptu Proſerp.* Quæſitor in alto Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos. ¶ Quæſtores nec viatorem, nec lictorem habent., Gell. *cap.* 12. *lib.* 13. ¶ Quæſtor ad Prætorem in ius vocari poteſt. *Ibidem c.* 13. ¶ Quæſtorum creatio. Plutarch. *in Publ.* Quæſtorum erat recitare orationes in Senatu, inquit Paſſer. citans illud Suetonij *in Ner. cap.* 15. De quibuſdam rebus orationes ad Senatum miſſas, præterito Quæſtoris officio plerunque per Coſſ. recitabat. Sed ibi emendatiores Codices habent *rationes.* quæ lectio veriſimilior & conuenientior muneri Quæſtoris eſt. Quæſtorum etiam officium erat Imperatorum orationes in Senatu recitare. Sueton *in Tito.* Orationeſque in Senatu recitaret etiam Quæſtoris vice. Et Vlpianus de Quæſtoribus loquens, qui candidati Principes erant, Hi etenim ſoli libris in Senatu

natu legendis vacabant. Quæstor autem dictus est à quærendo, (id est, cognoscendo atque animaduertendo.) quia conquireret pecunias publicas & in peculatus reos animaduerteret. ‖ ¶ Prætores parricidij, creati à populo vt capitalibus rebus præessent. ‖

Quæsītŏr, is, Iudex capitali quæstioni præfectus, iudex quæstionis, prætor rerum capitalium. { דורש doréſch נוגש noghéſch. ὁ ἀνακρίνων. GAL. *Enquesteur, iuge en matiere criminelle.* ITAL. *Giudice che intende le cose criminale.* GER. Ein richter vber dass malefitz. HISP. *Pesquisidor del maleficio.* ANG. *An infourmer or iugde which inquireth of any thing criminal* } Cicer. *pro Fonteio,* Quid mihi opus est sapiente iudice? quid æquo quæsitore? quid oratore non stulto? Virg. 6. *Æneid.*

Quæsitor Minos vrnam mouet: ille silentum,
Conciliúmque vocat, vitásque & crimina discit.

Verùm de hoc latiùs paulò antè.

Quæstōrĭŭs, a, um, quod ad quæstorem pertinet. { ταμιευτικός. GALL. *Appartenant à threſorier.* ITAL. *Pertinente à camerlengo.* GER. Das eines seckelmeisters ist. HISP. *Cosa perteneciente al contador mayor.* ANGL. *Belonging to the trasurer.* } Cicer. *Caninio lib* 2. Quod ego officio quæstorio te adductum fecisse, &c. Idem 3. *Verr.* Tu in iisdem illis locis legatus quæstorius oppida parata sociorum atque amicorum diripienda ac vexanda curasti. Persona quæstoria. Idem *pro Plancio,* Ager quæstorius, qui ex hostibus captus, per quæstores pop. Rom. limitibus actis diuisus & venditus Autore Flacco & Hygino.

Quæstōrĭŭs, ij, qui quæstura perfunctus est. { ὁ ταμιεύσας. GALL. *Qui autresfois a esté questeur ou tresorier.* ITAL. *Chi è stato thesoriero ò camerlengo.* GERM. Der ein seckelmeister gewesen ist. HISP. *El que fue contador y no lo es.* ANGL. *He thath hath be ne treasurer.* } Cicer. 13. *Phil.* Qui Æditij, qui Tribunitij, qui Quæstorij? Idem *de clar. Orat.* Sicinius quæstorius mortuus est.

Quæstōrĭum, ij, neut. generis substantiuum, Quæstoris erat tabernaculum { ταμιεῖον. GAL. *Thresoriere.* ITAL. *Luoco doue si tengono i thresori per la guerra.* GERM. Das gezelt oder losament eines seckelmeisters. HISP. *Lugar del contador mayor.* ANG. *Thet reasures house or mansion.* } sicut Prætorium, domus vel tabernaculum Prætoris. Liuius *lib.* 10. Itaque captum Quæstorium, Quæstórque ibi Pansa occisus. Cic. *pro Planc.* Thessalonicam me in Quæstoriúmque perduxit.

Quæstŭārĭŭs, qui quæstus gratia artem aliquam exercet. { χρηματιστικός, φιλοκερδής. GALL. *Mercenaire, qui fait quelque chose pour gaigner.* ITAL. *Mercenario; chi lauora per salario.* GERM. Auff den gewinn gerichtet. HISP. *Iornalero.* ANG. *That vseth traffik for gaine.* } & Quæstuariæ artes, quæ lucri gratia exercentur.

Quæstūră, æ, Quæstoris dignitas: sicut Prætura, Prætoris. { ταμιευτικὴ ἐξουσία. GAL. *La dignité de questeur, ou thresorier* ITAL. *Dignità de camerlengo.* GERM. Dess seckelmeisters ampt vnd wirde. HISP. *Contadoria mayor.* ANG. *The treasu ers office or dignitie.* } Cicer. *Acilio lib.* 12. *Epist.* Cuius cum patre mihi magna fuit amicitia, inde à quæstura mea Siciliensi. Idem 2. *Verr.* Quæstura primus gradus honoris.

Quæstŭs, us, datiuum & ablatiuum plurales facit quæstibus, per i, teste Valla, Lucrum numarium. { בצע bétſah. πόρος, πορισμός, ἐργασία, κέρδος. GALL. *Gain, proffit.* ITAL. *Guadagno, profitto.* GERM. Gewin. HISP. *Ganancia.* ANGL. *Vantage, gaine.* } Plaut. *Pœn.* Istic est thesaurus stultis in lingua situs, Vt quæstui habeant malè loqui melioribus. Cæs. *lib.* 3. *de bell. Ciuil.* Quæstui habere equites, (id est, fraudare stipendium.) Gell. *cap.* 19 *lib.* 16. In quæstibus & amoribus hominum fuit Arion. Item Quint. In quæstu esse, pro lucro siue quæstui. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Is quæstus est mihi. *Ibidem sc.* 3. *a.* 1. Hic noster quæstus aucupij simillimus est. Idem *Capt. sc.* 2 *a.* 1. Occepit quæstum inhonestum captiuos mercatur. *Ibid.* Quæstum facere carcerarium. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Nihil est hîc Sycophantis locus. Cic. 5 *Verr.* Tantùm de quæstu ac lucro dicam vnius agri & vnius anni. Quintil. Nam vt lingua primùm esse cœpit in quæstu, institutúmque eloquentiæ bonis malè vti. Plaut. *Rudente,* Omnibus modis qui pauperes sunt, homines miseri viuunt. Præsertim quibus nec quæstus est, nec artem didicere vllam Terent. *in Eunucho.* imperaui egomet mihi omnia assentari, is quæstus nunc est multo vberrimus. Antiqui declinabant, quæstus, quæsti per secundam inflexionem, sicut ornatus, ornati, & pleraque alia apud Comicos passim obuia. Plaut. *Aulul.* Apud nos nihil est aliud quæsti furibus. ¶ Interdùm ponitur pro actione ipsa, atque artificio lucrandæ pecuniæ Cic. 1. *Offic* Iam de artificiis & quæstibus, qui liberales habendi, qui sordididi sint.

Quæstŭōsŭs, a, um, idem quod lucrosus. { ἐνεργής, κερδαλέος. GALL. *Qui gaigne beaucoup.* ITAL. *Huomo che fà gran guadagno & profitto* GER. Gewinreich, das vil gewins bringt, auff gewin richtet. HISP. *El que haze mucha ganancia* ANGL. *That gainteth much.* } vt Quæstuosus homo, qui lucri quæstúsque auidior, vndique lucellum captat. Ars quæstuosa, quæ plurimum quæstus affert. Plaut. *Mil.* Dummodo eam des quæ sit quæstuosa, quæ alat corpus corpore. Cic. 4. *Verr.* Quàm illa res calamitosa Heraclio, quæstuosa Verri, turpis Syracusanis, miseranda omnibus videbatur? Cato *de re rust. cap.* 1. Scio idem agrum quod hominem: quamuis quæstuosus fiet, si sumptuosus erit, relinqui non multum. Colum. *lib.* 6. In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi pecoris, eadémque quæstuosissima. Quæstuosus, cum genitiuo. 2. *Philipp.* Cuius domus quæstuosissima est falsorum commentariorum. Et cum ablatiuo. Curt. *lib.* 4. Nasamones sunt gens Syrtica, nauigiorum spoliis quæstuosa: quippe obsident litora, & æstu destituta nauigia notis sibi vadis occupant.

Quæstŭōsissĭmē, aduerb. κερδαλέως. Senec. *lib* 4. *de beneficentia,* Istud non est beneficium, sed fœnus, circumspicere non vbi optimè ponas, sed vbi quæstuosissimè habeas, vnde facilè tollas.

Quæstĭcŭlŭs, i, diminutiuum, Paruum lucrum. { κερδύφιον. GALL. *Petit gain.* ITAL. *Guadagno picciolo* GERM. Ein gewinslein. HISP. *Pequeña ganancia.* ANG *Small or litle gaine.* } Cicer. 2 *de Diuinat.* Aut fissum iecoris cum lucello meo, aut meus quæsticulus, cum cælo, terra, rerúmque natura?

QVÆSO, primam personam indicatiui tantùm habet, in vtroque numero: in singulari quæso in plurali quæsumus: cætera exoleuerunt. Est autem quæso idem quod rogo. { התפלל hithpallél עתר ʿathár חלה chilláh נא na. δέομαι. GALL. *Ie prie, nous prions.* ITAL. *Di gratia, ti prego.* GERM. Ich bitt, Ey lieber. HISP. *Rogar.* ANG. *I pray or beseik.* } Cic. 2. *Verr.* Quid est quæso Metelle, iudicium corrumpere, si hoc non est? Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. An non sunt ruri quæso, quos cures boues? Idem *Men. sc.* 9. *a.* 5. Quæso ignoscas, si quid stultè dixi. *Ibidem sc.* 2. *a.* 5. Quæso quid tibi mecum est? *Ibidem sc.* 3. *a.* 5. Vósque omnes quæso ne me indiceris. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Tecum oro & quæso vt ei detur. Idem *Amphitr.* Deos quæso vt salua pariam. ¶ Precor quæsóque passim apud Liuium, vt *in lib.* 9. *bell. Pun.* Plaut. *Amphitr.* Quæso ædepol, num tum etiam insanis, quum id me interrogas? Terentius *in Adelph.* Deos quæso vt isthæc prohibeant. Idem *Andr.* Deos quæso, vt sit superstes, quandoquidem ipse est ingenio bono. Cicer. *pro Archia,* Quæso à vobis vt hac causa mihi detis hanc veniam accommodatam huic reo: vobis, quemadmodum spero, non molestam. Brutus *Cic. lib.* 11. Deos quæsumus consilia tua Reipublicæ salutaria sint. ¶ Antiqui declinabant, quæso, quæsis, quæsi, quæsumus: vel secundùm Probum, quæsiui, quæsitum. Lucret *lib.* 1. tertia persona singulari præsentis, vsus est, Ni diuûm pacem votis adit & prece quæsit. Apud Salustium quoque *lib.* 1. *Histor.* lectum est præteritũ Quæsiuit, Curionẽ (inquit) quæsiuit vti adolescentior, & à populi suffragiis integer, ætati concederet Mamerci.

Quæsĭto, as, frequentatiuum est, de quo supra.

Quæstĭcŭlŭs, Quæstio, Quæstor, Quæstuosus, Quæstura, Quæstus, vide *Quæro.*

Quālĭbĕt, siue Qualubet, aduerbium idem significans quod per quemcunque locum. { ὅπῃ ἂν θέλῃς, ὅπῃ οὖν. GAL. *Par où tu voudras.* ITAL. *Per ogni luoco.* GER Wa manwill, durch ein iedes ort. HISP. *Do quiera que.* ANG. *By what soeuer place.* } Quint. *lib.* 5. *c.* 13. Si vel maxima flumina in riuos deducantur, qualibet transitum præbent. Plaut. *Aulul. sc.* 3. *a.* 4. Tenta qua lubet. (id est, scrutare & excute.)

QVĀLĬS, relatiuum qualitatis est, alicuius rei naturam declarans. { οἷος. GALL. *Quel.* ITAL. *Quale.* GERM. Wie, welcherley. HISP. *Qual.* ANGL. *Of what fashion or sort.* } Cic. *de Amic.* Non sicut vulgus, sed vt eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Græcia neminem. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Ego te & tu me qualis sis, scio. (id est, nouimus nos.) Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5. Tale nunquã fecit, quale tu mihi fecisti. Catull *ad Ortal.*

Mœsta ... carmina ... legam
Qualia sub densis ramorum concinit vmbris Daulias.

¶ Ponitur & interrogatiuè. { מה mah. ποῖος. } Cic. 4. *Acad.* Qualis est istorum oratio qui omnia non tam esse, quàm videri volunt? ¶ Interdum etiam infinitè. Terent. *in Eunuch.* Hoc metuo, qualem tu me esse hominem existimes. Cicer. 1. *de Legibus,* Nulla gens est quæ non etiamsi ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum censeat. ¶ Qualis pro qualiter comparationibus faciendis apta particula. οἷον. Virg. 4. *Georg.*

Qualis populea mœrens Philomela sub vmbra,
Amissos queritur fœtus.

Et,

Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pastus.

Tibull. *lib.* 4.

Qualis in immenso desederit aëre tellus. (id est, qualiter.)

Ouid. 3. *Metam.*

———falcata nouissima cauda est,
Qualia dimidiæ sinuantur cornua Lunæ.

¶ Qualis pro quis, cuiusmodi, cuius generis. Horat, *in Epist.*

Occurrunt animo, quales neque candidiores
Terra tulit, neque quis me sit deuinctior alter.

Rursus *in Epodis,*

Nardo perunctum, quale non perfectius
Meæ laborarunt manus.

Qualiscunque, qualis vllo modo contingit qualem esse accidit. ὁποιοσοῦν. Cicer. *Attic. lib.* 14. Sed homines beneuolos qualescunque sunt, graue est insequi contumelia. & 1. *Tusc.* Totúmque hoc leue est qualecunque est. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.* & *Eleg.* 10. *ibid.*

Carmina quæ mando qualiacunque legas.

Idem *Eleg.* 4 *lib.* 4.

Qualislibet. ὁ ποῖος βούλει Cicer. 2. *de nat. deor.* Si innumerabiles vnius & viginti formæ literarum, vel aureæ, vel qualeslibet, aliquò coniiciantur. Legitur & separatis dictionibus: quales libet.

Quālĭsquālis, geminatum, Qualiscunque. Iurisconsultus *in l. rescriptum. ff de distract. pign.* Ex contractu qualiquali obligatione interposita.

QVĀLĬTĀS, ati, status, conditio, modus secundùm aliquid quale, id est, tale, vel tale dicitur. { ποιότης. GALL *Qualité, sorte & maniere.* ITAL. *Qualità, sorte, maniera.* GERM. Die gestalt oder gattung eines dings von welcher man fraget, wie oder welcherley ist es? HISP. *Qualidad, manera.* ANGL. *Qualitie, sorte, or maner.* } vt Albedo, nigredo, aduocatio, procuratio, legatio, paternitas, quod secundùm eas albos, nigros, aduocatos, procuratores, legatores, patres, dicimus. Cicer. 1. *Academic.* Qualitates igitur appellauit, quas ποιότητας Græci vocant, quod ipsum apud Græcos non est vulgi verbum, sed philosophorum. Colum. *lib.* 8. *cap.* 17. Qualitatem litoris nostri contemplemur, si vitemus scopulos, an probemus. ‖ Sic largo vsu diuiditur *Qualitas* quod sit

- *Absoluta, dicta*
  - Propriè magis
    - Forma essentialis.
    - Forma accidentaria
      - Spiritualis
        - insita.
        - acquisita.
      - corporalis
        - naturalium, tum cælestium, tum sublunarium rerum.
        - artificialium.
  - Impropriè
    - Perfectio diuina, velut veritas, bonitas, &c.
    - Quantitas, motus.
- *Comparata,* vt pulchritudo, deformitas, &c.

Vide Rodolphi Goclenij Lexicon philosophicum.

‖ Qualitatiuus vocabulum artis, dictumque κατὰ τὴν τεχνικὴν γλῶτταν. Fabius Victorinus *in* 2. *Rhetor Ciceronis*: Qualitatiuus autem locus præstat argumentum ex opportunitate. ‖

Qualiter,

Quālitĕr, aduerb. Quemadmodum. { οἷον. GAL. *Quellement, comment. comme.* ITAL. *Come, in qual modo.* GERM. Gerad wie/welcher gestalt. HISP. *En qual manera.* ANGL. *After the same maner or fashion, as.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 48. Antiquis enim taurus è stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gausape. Tibull. *lib.* 4

Qualiter aduersos hostis desigere ceruos.

¶ Qualiterqualiter, quomodocumque. Vlp. *D. lib.* 9. *tit.* 1. *l.* 7. Vel calce petiit, vel capite, vel qualiterqualiter. Idem *D. lib.* 26. *tit.* 7. *l.* 5. Innotescere autem qualiterqualiter sufficit.

Quālitercūnque, aduerbium, Vtcunque, vel quomodocunque. { ὁπωσοῦν. GALL. *Tellement quellement, en quelque maniere que ce soit.* ITAL. *Talmente qualmente, en qual modo che sia.* GERM. Geb wie oder welcherley maaß es auch sey. HISP. *Como quiera que.* } Colum. *lib.* 11. *cap.* 3. Potest etiam citra hanc operam fieri crispum, qualitercunque satum. Idem *lib.* 2. *c.* 10. Et qualitercunque obruas, substinet coloni negligentiam.

Quālŭs, i, genus est vasis viminei per quod vinum guttatim defluit, quum calcatur vua, reliqua verò materia exire prohibetur. { סל חורים *sal chorim* סלסלה *salsilláh.* ἠθμός, ταρσός. GALL. *Vn panier d'osier.* ITAL. *Cauagno, cesto.* GERM. Ein sechren oder seikorb durch welchen der wein ab dem trotber in die butten laufft. HISP. *Canasto ò cesto.* ANGL. *A panyer, fraile, or basket.* } Virg. 2. *Georg.*

——tu spisso vimine qualos.

‖ Quala sataria dicit M. Cato *cap.* 11. quibus ad serendum opus est, id est, ad sementem. Turneb. *lib.* 7. *c.* 23. ‖

Colaque prælorum fumosis deripe tectis.

¶ Ponitur etiam pro cistula, in qua mulieres ponebant pensa lanæ. Horat. *lib.* 3. *Carm.*

——Tibi qualum Cythereæ puer ales.

Apud Apuleium, accipitur pro canistro quo panis seruatur. ¶ Est & qualus, in quo gallinæ oua edunt, apud Columel. *lib.* 8. *c.* 3. ¶ Legitur & & Qualum neutr. gener. Cato *de re rust. c.* 11. Corbulas amerinas viginti, quala sfataria septem alueos quadraginta. Columella *lib.* 7. *c.* 5. Sint quala mundissima, neque earum valetudo, quæ præcipuè custodienda est, infestetur vligine. Ibi tamen nonnulli sic legunt, & melius, mea quidem sententia, sit caula mundissima, &c.

Quăsillŭs, i, & Quasillum diminutiuum, Cistula, seu vasculum in quo mulieres reponebant ea quæ ad lanificium pertinerent. { καλαθίσκος. GALL. *Vn petit panier d'osier.* ITAL. *Cestello.* GER. Ein spinlen körblin der weyber. HISP. *Canastillo.* ANGL. *A litle panyer, fraile or basket.* } Festus, Calathos Græci dicunt quos nos dicimus quasillos. Cicer. 1. *Philip.* An non inter quasilla Pendet aurum? Corripit autem hoc nomen primam syllabam, quamuis qualus illam producat. Tibul. 4. *Eleg.*

Sit tibi cura togæ potior, pressúmque quasillum.

Romani veteres quasillum Thalassionem appellarunt, vt autor est Varro: vnde Thessalij nomen in nuptiis frequentabant, ad lanificium nouas nuptias inuitantes.

‖ Quasillarius, κοφινοποιός. Gloss. Quasillaria lanifica. vide *Quasitaria.* ‖

Qvăm, Coniunctio discretiua, vel electiua. { ἤ, ὅπου, ὡς. GALL. *Que quant, de combien.* ITAL. *Che, quanto.* GERM. Dan/weder. HISP. *Que relatiuo de mas.* ANGL. *Then.* } Cicer. *lib.* 10. *Epist.* Tum ille, nihil sibi fuisse longius, quàm vt me videret. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Quàm malis perdidi modis, quod dedi. Senec. *c.* 1. *de cons. ad Marc.* Vide quàm non surripiam tibi. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

Hoc quoque quàm volui plus est.

Plaut. *Capt sc.* 2. *a.* 2. Quàm tu filium tuum, tam me pater meus desiderat. Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Tam ea nostra est, quàm potis est. (sup. esse.) ¶ Aliquando ponitur pro postquam, siue ex quo. Liuius *lib.* 6. Iupiter atque dij omnes hæc dederunt, vt T. Quintius Dictator oppida nouem caperet die vigesimo quàm creatus erat. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Quàm credidi anno pòst exigi. (i. postquam) Velleius, Decimo anno quàm. (id est ex quo, vel postquam.) Liuius *lib.* 3. *ab Vrb.* Tertio die quàm. Item. Anno trecentesimo decimo quàm vrbis, &c. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 3. plus triginta annis natus sum, quando interea loci nullum pelus facinus feci. ¶ Item, Quàm, pro, æquè ac, vel pro tam quàm, Liuius *lib.* 5. *d.* 4. Homo non quàm isti sunt gloriosus. Vide suprà *Æquè.* ¶ Aliquando pro antequam ponitur si iungitur cum pridie. Sueton. *in Cæsare*, Et pridie quàm occideretur, in sermone nato super cœnam, quisnam esset finis vitæ commodissimus, repentinum, inopinatúmque prætulerat. ¶ Aliquando pro quum. Cicer. *Tironi.* Menandrius postridie ad me venit, quàm expectabam. Videtur simile illud Sueton. *in Tib. cap.* 60. In paucis diebus quàm Capreas attigit, &c. De quo genere locutionum nonnihil etiam annotauimus in dictione *Postridie.* ¶ Aliquando sumitur pro quantum: & tam positiuo, quàm comparatiuo, & superlatiuo iungitur. { מה *mah.* ὡς, ὅσον. } vt, Quàm bene marmorei directa est semita pontis, id est, quantum bene. Cicer. Quàm morosi sint qui amant, ex hoc potes intelligere. Plaut. *Amph.* Quàm sæuus. Et Gellius *cap.* 9. *lib.* 19. Quàm suauis. Item Plaut. *sc.* 7. *a.* 4. Quàm pernix hic est. Quintil. *lib.* 1. Quàm in his quoque libris erunt omnia compositiora, & quàm nos elaboratoria, id est, quanto. Varro *lib.* 2. *de re rust.* de canibus loquens, Quàm paucissimos relinques, tam optimi in alendo fient, id est, quanto pauciores, tanto meliores. Plaut. *Aulul. sc.* 3. *a.* 1. Quàm maxima dote vxorem ducere. Cato *de re rust. cap.* 65. Quam acerbissima olea erit, dum oleum facies, tam oleum optimum erit. In cuiusmodi locutionibus, loco tam, & quàm, sæpissimè positum inuenimus tantum & quantum, Cicer. Nisi quòd tanta est inter eos, quanta maxima potest, morum studiorúmque distantia. Quàm pro magis quàm, vide apud Gell. *cap.* 7. *lib.* 2. Item Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Malam rem metuant, quàm metuunt magis, (id est, magis quàm.) ¶ Aliquando intensiua particula est, superlatiuum exigens, quemadmodum ὡς & ὅτι, apud Græcos. Cicer. Cùm quo semper quàm familiarissimè vixerat. Plaut *Men. sc.* 2. *a.* 5. Concede huc ab isto quàm potes longissimè. Quintil. Quàm infestissimè interrogare. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Quàm citissimè potest, tam celerè hoc factum volo. Curt. Collémque traiecto quàm celerrimè flumine occupat. ¶ Aliquando positiuo iungitur. Vide exempla suprà paulò antè. Cæsar *lib.* 4. *bell. Gall.* Vt quàm celerem atque instabilem motum haberet, id est, valde celerem. Cicer. *ad Luceium lib.* 5. *epist.* Genus scriptorum tuorum etsi erat semper à me vehemēter expectatum, vt tamen vicit opinionem meam, méque ita vel cepit, vel incendit, vt cuperem quàm celeriter res nostras monumentis commendari tuis. Sed huiusmodi locutiones sunt rariores. Quàm cum Aduerb. superlat. gradus, & Adiectiuo posit vt quàm maximè calidus. Cels. *lib.* 5. *c.* 28. Si nondum adapertum vlcus, æs quàm maximè calidum quis pati potest, admouendum est. Salust. Iug. 89. cultus quàm maximè miserabilis, ὡς μάλιστα. ¶ Aliquando etiam iungitur comparatiuo, nisi codices sint mendosi. Cicer. 6. *Tuscul*, Abacósque quàm plures ornauit argento, auróque cælato. Laurentius tamen negat, Quàm plures Latinè dici: putátque, sicubi inueniatur, codices esse mendosos, legendúmque esse complures. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Quàm magis intendas tantò adstringunt arctiùs. Gell. *c.* 10. *lib.* 19. Quàm notius. Iungitur etiam in hac significatione his dictionibus, per Plin. Per quàm scire velim. Teren. Perpol quàm paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores, quod sic resoluitur, Pol per quàm paucos, Sanè. Gellius, Sanè quàm vtile est. Cicer. Nam quod Pompeio Caninius ait, sanè quàm refrixit, admodum. Gellius *c.* 9. *lib.* 19. Voce admodum quàm suaui Oppido. Idem, Oppido quàm libens audiui. Plaut. *Amphitr.* Ex amore hic admodum quàm sæuus est. ¶ Aliquando quàm comparatiuè ponitur pro magis, vel potiùs quàm. Idem *in Rud.* Tacita bona est mulier semper, quàm loquens. Ita à Iurisconf. vsurpatur locis quàm plurimis. Paulus *l.* 2. *D. de reb. cred.* Mutui datio consistit in rebus quæ numero, pondere, mensura consistunt, quoniam earum datione possemus in creditum ire, quæ in genere suo functionem recipiunt per solutionem, quàm in specie. Vlpianus *l.* 2. *D. de iudic.* Alioquin compelletur iudicium, accipere quàm inuenire eos qui satis pro eo dent. Haud quàm,. Plautus *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Haud centesimam partem laudat quàm meritus vt, &c. ¶ Tam quàm, *ibid sc.* 4. *a.* 3. Satin' exquisitum? Tam satis, quàm nunquam inuenies secus. ¶ Quàm, pro secus, Idem *Amph.* Nec secus est, quàm si ab Acheronte veniam. Vide alia exempla in *Secus*, infrà. De huius particulæ vsu vide longè plura apud Vallam *lib.* 1. 18. Quàm pro aliter quàm Sueton. *in Galba cap.* 8. Ne quidem vnquam ad gestandum iter ingressus est, quàm vt secum vehiculo decies HS. in auro efferret. ¶ Quamlibet, Quantumuis, Quantumlibet, idem significant. ὅσον βούλει. Plin. Impudica mulier quamlibet audax facinus audet. Cicer. *de Amic.* Quantumuis licet excellas. ¶ Quàm mox, idem ferè valet quòd quàm citò. Plaut. *Rudente*, sed quàm mox coctum est prandium? Cicer. *pro Q. Rosc.* Quid expectas, quàm mox ego eos dicam esse ordine Senatores, ætate grandes? non faciam. Liuius *lib.* 1. *ab Vrbe*, Intenti quàm mox signum daretur. ¶ Quamobrem, quum ponitur causatiuè, tam plurali respondet, quàm singulari, significátque, quapropter, vel quam ob causam. { ἀνθ' ὅτου, παρ' ὅ. GALL. *Pourquoy, parquoy, à quelle cause.* ITAL. *Per laqual cosa.* GERM. Darumb/derhalben. HISP. *Peronde. por laqual causa.* ANGL. *For what cause, where fore.* } Singulari sic, Vnum est quamobrem te amandum putent, id est, propter quod vnum. Plurali sic, Quatuor sunt, quamobrem Imperator maximè laudetur, id est propter quatuor. Cicer. *Appio*, Multáque mihi veniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore. Plaut. *Mostell sc.* 1. *a.* 2. Ne quid patiantur quamobrem pigeat viuere. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Hoc est quamobrem cupiam viuere. Idem *Pseud. sc.* 1. *a* 5. Hoc est homini quamobrem vitam amet. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Sed quæso quamobrem nunc Epidamnum venimus. Idem *Capt sc.* 5. *a.* 3. Quid est negotij quamobrem succenses mihi? ¶ Aliquando interrogantis est particula, & rationem alicuius rei petentis Cicer. 1. *de finib.* Quamobrem tandem non satisfacit? Vnam dictionem quidam esse dicunt, quibusdam tres esse putantur. Dicimus & quas ob res. Idem 3. *Philipp.* Quas ob res Quòd Trib. Pleb. verba fecerunt, vt Senatus Calend. Ian. &c. ¶ Quàm pridem interrogantis particula est, idem valens quod quanto tempore antè. Cicer. *pro Rabi.* Quampridem nomen Fannij in aduersaria retulisti?

‖ Quamde, pro quàm vsi antiqui aliquando: ἤπερ Ennius *in primo. Iuppiter, vt muro fretus magi quam de manus vi.*

Quamprīmum, vna, dictio, Valde citò. { בפתע פתאם *bephéthat pitheóm.* ὅσον αὐτίκα. GAL. *Soudain, tout incontinent.* ITAL. *Subitò incontinente.* GER. Als bald/von stundan/eins wegs. HISP. *Luego.* ANGL. *By and by forthwith.* } Terēt. *in Adelph* Obsecro hercle, hominem istum impurissimum quamprimum absoluito te. Plaut. *Capt. sc.* 3 *a* 1. Istuc quamprimū (sup. fiat.) Idem *Most.* facite huc vt redeat noster quamprimum senex.

Qvāndĭū, Quanto tempore. { עד מתי *ad mathái.* μέχρις οὗ, ἕως οὗ. GALL *combien lōguement, combien long temps, iusques à quand, tandis.* ITAL. *Quanto tempo.* GERM. Wie lang. HISP. *De mientras que.* ANGL *How long.* } Plaut. *Capt. sc.* 3. *a* 5. Quandiu id factum est? Hic annus incipit vicesimus, Cicer. 7. *Verr.* Quandiu vixit domi suæ, non solùm post mortem, tota Sicilia clarus, & nobilis. Huic respondet altera particula tandiu. Idem *ad Atticum*, Ego tandiu requiesco, quandiu ad te scribo. Idem *lib.* 14. *Epist.* Qui se oppido tandiu tenuit, quandiu in prouincia Parthi fuerunt. ¶ Ponitur aliquando interrogatiuè Plaut. *in Captiuis*, Quandiu id factum est? ST. hic annus incipit vicesimus. Cic. *in Catilina*, Quandiu nos iste furor tuus eludet?

Quāndo, cum accentu in priore syllaba, aduerbium est temporis, idem valens quod quo tempore, ponitúrque modò interrogatiuè. { מתי *mathái.* πότε πηνίκα. GALL. *Quād, puis que.* ITAL. & HISP. *Quando* GER. Wan / zu welcher zeit. ANG. *when, for asmuch as.* } Plaut. *Curc sc.* 3. *a.* 1. Quando ego te videbo? (verba amantis.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Ducito quando habebis (pecuniam sup.) Suet. *in Cæs. cap.* 81. Quando (alias, quandoque) ossa Capyis detecta essent (id est, Quo tempore.) Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Prope est quando nerus pretium exsoluet. Terent. *in Heauton.* Quando istuc erit? Modò relatiuè, habétque ferè particulam tunc, sese antecedentem ὅτε, ἡνίκα. Cicer. 2. *Officiorum*, Vtinam tunc natus essem quando Romani dona cepissent. Quæ tamen particula aliquando non exprimitur. Plaut. *in Amphytr.* Ita se versipellem fecit quando libet. Nonnunquam & indefinitè Cicero *de senectute*, Semper enim ex his studiis viuenti, non intelligitur quando obrepat senectus. ¶ Ponitur interdum pro aliquando. ποτέ. præsertim quum præcedit num, vt, Nunquando me audiusti? μήποτε. id est, num aliquando. ¶ Interdum

terdum pro siquidem, quoniam, vel quandoquidem: & sic est coniunctio caussalis, habétque accentum in vltima. ὁπότε, ἐπειδὴ. Virg. 1. *Æneid.*

Hic tibi fabor enim quando hæc te cura remordet.

Terent. *in Adelph.* Postremò quando conscia sum à me culpam hanc esse procul, &c. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Quando te auratam & vestitam bene habet. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Non feres hinc pedem, quando me habes despicatui. Idem *Curc sc.* 2. *a.* 1. Quando te video immutatis moribus. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Migrare certum, quando Æsculapij sentio sententiam. Idem *Menach. sc.* 2 *a.* 5. Quando me insanire prædicant *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Quando ego tibi præbeo penum. & *sc.* 3. *a.* 4. Quando æquum oras. Idem *Capt. Proleg.* Quando histrionem cogis mendicarier Gallicè dicas, *Puisque, puis qu'ainsi est que,* &c. ¶ Quando gentium, id est, quando, absolutè: ea forma qua nusquam gentium. Vbi locorum. Idem Plaut. *in Amph.* — quis te misit Furcifer? s. qui me rogat? A quando gentium? s. dudum, modò, siue iamdudum modò.

Quandŏquĕ. Aliquando, aliquo tempore. {ἐνίοτε, ἔσθ' ὅτε. GALL. *Quelquesfois, aucunesfois.* ITAL. *Alcuna volta.* GERM. Underweilen/zu zeiten/ Jeder maal. HISP. *Alguna vez.* ANG. *Some tymes.* } Cic. *lib.* 6. *ep.* 19. Ego me Asturæ diutiùs arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat. ¶ Quotiescumque. Horat. *in Arte,*

——— *quandoque bonus dormitat Homerus.*

ibi *quandoque* non est aliquando, sed quandocunque; & videtur nonnullis illud ex hoc esse concisum. ¶ Aliquando idem est quod post aliquod interuallum, Caius *l.* 42. *D. de iur. dot.* Res in dotem datæ, quæ pondere, numero, mensura constant, vt quandoque soluto martimonio, aliàs maritus restituat.

Quandocunque, quo tempore lubet. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

Quandocunque precor nostro placare parenti.

Quandŏquĭdĕm, Coniunctio causalis, pro siquidem, seu quoniam. { כי chi. ὅπως, ὁπότε, ἐπειδὴ. GALL. *Puis que.* ITAL. *Gia che, dappoi che.* GER. Die weyl/sintemal. HISP. *Pues que.* ANG. *For asmuch as.* } Virg. *Eclog* 3.

Dicite quandoquidem in molli consedimus herba.

Idem 10 *Æneid.*

Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris
Haud licitum est.

Colum. *lib.* 7. Nam nisi procedat, stare debet: quandoquidem pastoris officium sublime celsissimámque oculorum veluti speculam desiderat.

Quandūdum, interrogatiua particula de modico quærens tempore, cui respondetur per iamdudum. πόσον χρόνον. Plaut. Quandudum è foro aduenisti domum? P. Non ita dudum. Idem *Asin. sc.* 4 *a.* 2.

Quanquam, καίτοι, καίπερ Coniunctio causalis, idem significans quod Tametsi. Virg. 2. *Æneid.*

Quanquam animus meminisse horret.

Cicer. 1. *Offic.* Ea quanquam petinent ad finem bonorum, tamen id minus apparet. Cum subiunctiuo. Quintil. *in Præfat. lib.* 1. Quanquam sint qui dissentiant, cum interrogatione, & sine interrogatione venustarem quandam habet corrigentis seipsum. Cicer. 2. *de Orat.* Quamobrem hoc vos doceo, Sulpici, &c. quanquam te quidem qui hoc doceam? qui, &c. Idem 3. *de nat. deor.* Homerus apud inferos conueniri facit ab Vlysse, &c. quanquam quem potissimum Herculem colamus, scire sanè velim.

Quāntŭs, a, um, refertur ad numerum, ad pondus, & ad mensuram. { πόσος, πηλίκος. GALL. *Combien grand.* ITAL. & HISP. *Quanto grande.* GERM. Als gros oder wie groß. ANGL. *How great.* } Et modò interrogatiuum est, modò relatiuum, ὅσος, ἡλίκος. modò indefinitum, ποσός. ¶ Quantum est hominum, venusta locutio, pro quotquot sunt homines. Terent. Quantum hominum est in foro. Cicer. *ad Atticum lib.* 2. Videre mihi videor tantam dimicationem, quanta nunquam fuit. Idem *pro Milone,* Scio quanta, & quàm solicita cupiditas sit Consulatus. Terent. *in Heaut.* Quanta de spe decidit. ¶ Quantus maximus, quàm maximus. Cornel. Cels. *lib.* 7. *cap.* 14. Sed abundè est, iubere spiritum continere, vt tumor quantus maximus esse potest, se ostendat. ¶ Eius composita sunt, Aliquantus, Quantisper Quantuscumque, Quantusquantus, & Quantuslibet. ¶ Genitiuus Quanti, Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Quanti istuc me perdoces? *Ibid. sc.* 7. *a.* 4. Quanti conducta est, clamys sup. *Ibidem sc.* 6 *a.* 4. Quanti refert dicere. Et Quint. Quanti veheret, &c. ¶ Quanti plurimi. *D. lib.* 9. *tit.* 2. *l.* 21. ait lex: Quanti is homo in eo anno plurimi fuerit. Et *l.* 23. Quia retrorsum quanti plurimi fuit, inspicitur ‖ ¶ Quanto minoris. verba in rebus depretiatis, atque vbi damni dati inter trimentíve ratio habetur.

Quantúsve, i. e. quantus? Ita Horatius aliquando particulis sua sponte interrogantibus addit ex superuacuo particulam interrogatricem. Turneb. *lib.* 7. 10. ‖

Quāntŭm, aduerbium quantitatis Plaut. *Milit. sc.* 3. *a* 2. Quantum familiarium est (id est, omnes conserui) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Quantum terra tegit hominum periurissime. Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Quantumuis prolationum. (sup. Trecentæ caussæ.) Idem *Capt. sc.* 1. *a* 4. Quantum est hominum optimorum optime. Item *in Pseud. sc.* 1. *a* 3. (Quantum corde conspicio meo.) Idem *Menach. sc.* 4. *a.* 2. Mulier hæc stulta est, quantum perspexi modò. Ibid. *sc.* 8. *a.* 5. Quantum potest præcurristi. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. vt quantum possit hæc veneant. (id est, celerrimè. *Ibid. Milit. sc.* 6. *a.* 2. Perij, quantum hunc audiui facere verborum senem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Nescio quid malefactum est, quantum audio. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Quantum hunc audiui loqui. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 1. Domum quantum potero, tantum me recipiam. Idem *Menach. sc.* 4. *a.* 2. Quantum potes abduc istos, Idem *Amph.* I sanè, & quantum potes fac parata sint omnia. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Iube transire huc quantum possit. *Ibidem,* Ego quantum vnus possum mihi nauem paro: (aliàs, quantum citius.) Idem *Asin sc.* 3. *a.* 1. Remigio velóque quantum potes, festina & fuge. Idem *Aulul. sc.* 6. *a.* 1. Muræ nam exdorsua, quantum potes. ¶ Quantum pro tantum, adeò. Salust. *Iug.* 88. Nam & illis, quantum importunitatis habent, parum est impunè malè fecisse, nisi deinde, &c.

Quantillum. GAL. *Combien peu.* Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Quantillum argenti mihi apud Trapezitam fiet. Vide *Quantulus,* infrà.

Quāntĭspĕr Quanto tempore. μέχρις οὗ, sicut Tantisper, tanto tempore.

Quanto Gellius *cap.* 3. *lib.* 18. facundia nimium quantò præstabilis. Velleius, fuit dux Cassius melior quanto vir Brutus, &c.

Quāntŏpĕrĕ, quanto opere, quàm vehementer. { ἡλίκως. GAL. *Combien grandement.* ITAL. & HISP. *Quanto grandemente.* GER. Wie hefftig. ANG. *How greatrie.* } Habétque ferè antecedentem particulam tantopere, præsertim quum relatiuè accipitur. Cic. *de Orat.* Neque enim tantopere desiderabam, quantopere delector. Accipitur & indefinitè. Idem *lib.* 13. *Epist. famil.* Quantóque opere eius municipij causa laborarem, tibi ostendi. Idem *Attico,* Dici non potest quantopere gaudeant.

Quāntŭscūnquĕ, Tantus quantus. { ὁποσοσπῶ, ὁπηλικοσοῦν. GALL. *Tant grand soit-il.* ITAL. *Tanto come è grande.* GERM. Geb wie groß es seyt. HISP. *Tamaño quamaño.* ANG. *How great or litle soeuer.* Cicer. 3. *Philip.* Quorum bona, quantacunque erant, suis comitibus descripsit. Quanticunque, Senec. *epist.* 81.

Quāntŭlŭscūnque, diminutiuum quantumuis exiguus, ὁπηλικοσοῦν, ὁποσοῦν. Col. *lib.* 2. *c.* 11. Nam si nox incessit, quantulocunque humore, priusquam obruatur, corrumpitur. Ouid. 3. *Fast.*

Hæc tellus quantulacunque tua est.

Quāntŭslĭbĕt, quantus alicui libet. ὁποσοσοῦν. Plin *lib.* 8 *cap.* 16. Vulneratus obseruatione mira percussorem nouit, & in quantalibet multitudine apperit.

Quantumuis Iuuen. *Satyr.* 8.

———*Quantumuis mollior agna.*

Quāntŭsquāntŭs, Quantuscunque (ὁπηλικοσποῦν. Terent. *in Adelph.* Tu quantusquantus es, nihil nisi sapientia es, id est, quantuscumque. Donat.

Quantusvis, tantus quantus vis vt sit.

Quāntŭlŭs, & Quantillus, diminutiua: sicut à tantus, tantulus, & tantillus, quàm exiguus. { ὁπηλίκος, σμικρὸς ὅσος. GALL. *Combien petit, si petit soit il.* ITAL. *Quanto picciolo.* GERM. Als klein oder wenig. HISP. *Quanto pequeño.* ANG. *How litle, howlitle soeuer.* } Cicer. 4. *Acad.* Quantulus nobis videtur? de Sole loquitur. Cels. *lib.* 7. *cap.* 7. Tum considerare quantulo detracto futurum sit, vt naturaliter se habeat. ‖ Quantulum mihi memoriæ est. Gell. *lib.* 7. 10. Quantulum mihi memoriæ est, dicam. Et *lib* 17. 12. Quantulum memini. ‖ Plaut. *in Capt. sc.* 2 *a.* 1. Quantillum argenti mihi apud trapezitam fiet. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Quantillo argento te conduxit Pseudolus.

Quāntĭtās, quantitatis, ποσότης, πηλικότης, Id quo quantum quid esse dicitur, aut indicatur. Plin. *lib.* 17. *c.* 24. Laborant & fame & cruditate, quæ fiunt humoris quantitate.

Quānuĭs, & quanquam coniunctiones aduersatiuæ, Tametsi, etiamsi, licèt. { כי *chi.* καίτοι, κἂν. GALL. *Iaçoit que, combien que* ITAL. *Ben che, anchora che.* GERM. Wie wol. HISP. *Aunque.* ANG. *Albeit. althoght.* } In quibus hoc animaduertendum est, quanquam indicatiuo, quanuis subiunctiuo potissimùm gaudere. Virg. 2. *Æneid.*

Quanquam animus meminisse horret.

Cicer. 8. *Philipp.* Quanuis intentus animus tuus sit ad fortissimum virum liberandum: tamen, &c. Tibull. *lib* 4. Languida non noster peragit labor otia, quamuis fortuna, vt mos est illi, me aduersa fatiget. Nonnunquam tamen inuenitur iunctum modo indicatiuo: Quamuis de subito cuiuis facilè est facere nequiter. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. & *Men. sc.* 2 *a.* 2. Quanuis ridiculus est, vbi vxor non adest. i. admodum, vt apud Catull. Quamuis sordida res. ¶ Interdum tamen quanuis ponitur pro quantumuis ὅσον βούλει. Plaut. *in Trin.* Quanuis malam rem quæras, illic reperias, id est, quantumuis malam.

Quāprŏptĕr, aduerbium, Propter quod, siue quamobrem. { לכן *lachén* בן על *ʿal chen.* ἀνθ' ὅτι. GAL. *Pourquoy parquoy.* ITAL. *Per laqual cosa.* GERM. Darumb / derhalben. HISP. *Porende.* ANG. *wherefore.* } Terent. *in Adelph.* Quapropter quoquo pacto celato est opus. Plaut. *prolog. Amph.* Mirari nolim vos quapropter Iuppiter nunc histriones curet. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 2. Inscita es, Quapropter? Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Animum aduorte quapropter te expertem habuerim. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. Non scis quapropter Hecubam Graij canem prædicabant? Idem *Amph.* Quid ego feci qua istæc propter dicta dicantur mihi, (Tmesis est.)

Quāquā, aduerb. { ὁπῃ ἂν, ᾗ ἂν. GALL. *Par où que ce soit, par quelque costé que ce soit.* ITAL. *Per qual luogo si voglia.* GERM. Geb wo oder an welchem ort. HISP. *Por do quiera que.* ANG. *By what soeuer waye.* } Plaut. *Epid.* Quaqua tangit, omne amburit, hoc est, quancunque partem attingit. Idem *Mil sc.* 1. *a.* 2. Is derideculi est quaqua incedit omnibus.

Quāquāuērsŭs, siue Quaquauersum, in omnem partem. { πανταχόσε. GALL. *Par quelque costé que ce soit, en toutes parts.* ITAL. *Per qual luogo si voglia, in ogni parte.* GERM. Allenthalben außhin. HISP. *Por do quiera que por todas partes.* } Cæsar. *in Comm.* Legatos quaquauersum dimittere.

Quārē, aduerbium interrogandi, notæ significationis. { לכן *lachén* בן על *ʿal chén.* ἀνθ' ὧν. GALL. *Pourquoy, parquoy.* ITAL. *Per qual causa.* GER. Warumb/ Auß was vrsach. HISP. *Porende.* ANGL. *wherefore.* } Cicer. 1. *de Orat.* Nanque illud quare Scæuola negasti? ¶ Quare, infinitè positum. Idem *pro Lege Manil.* Quare quum & bellum necessarium sit, vt negligi non possit. Idem 2. *Offic.* Vtendum est excusatione, quare id quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris. ¶ Quare, illatiua, in principio orationis pro quamobrem. Idem *pro Quintio.* Quare quòd socium tibi eum velles adiungere, nihil erat. Cor. Fronto *de diff. voca.* Cur & quare ita distinguit: cur simpliciter percontatur. Quare causam rationémque desiderat.

Quari, Galliæ Narbonensis populi, inter Salyos & Vocontios, vt autor est Strabo *lib.* 4. Plin. Quariates appellat. *lib.* 3. *cap.* 4.

Quartallum, canistrum, vel cophinus, in quo mortui efferuntur. Cathol.

QVARTVS, a, um, adiectiuum, Proximum à tertio significat. { רביעי *rebiʿi.* τέταρτος. GAL. *Quatriesme.* ITAL. & HISP. *Quarto.* GER. Das vierdt. ANGL. *The fourth.* } Liu. 4. *bell. Pun.* Eósque vbi quartæ vigiliæ lignum cecinisset, ad eum locum scalas iussit ferre. Virg. 4. *Georg.*

Inde vbi quarta sitim cæli collegerit hora.

Quarta classis continebat censum quinque & viginti millium. τέταρτον τίμημα. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe,* In quarta classe census quinque & viginti millium, totidem centuriæ factæ, arma mutata, nihil præter hastam & verutum datum. ¶ Ad quartas redigere (sup. partes.) Suet. *in Neron.* *c.* 10. Præmia delatorum Papiæ Legis ad quartas redegit.

Quā- tō,

Quartò, & quartum, aduerbia, inter se differunt. { רביעית rebihith. τὸ τέταρτον. GAL. *Quatrement.pour la quatrieme fois.* ITAL. *La quarta volta.* GERM. Der vierdt oder zum vierdten maal. HISP. *La quarta vez.* ANGL. *Fourtly, for the fourt tyme.* } Nam quartò Consul significat locum Consulum, vel ordinem, hoc modo: Marcus fuit quartò Consul: id est, tres Consules ab origine, & institutione & ordine Consulatus ante fuerunt quàm Marcus fuisset Consul, qui quarto anno à primis consulibus factus est Consul. Quartùm autem Consul dicitur, qui tribus Consulatibus iam perfunctus, quartum gerit Consulatum. Liu. 3. *ab Vrbe*, T. Quintio quartùm Consule. Gell. *cap.1.lib.10.* de discrimine harum vocum fusissimè disserit ex sententia Varronis, Ennij, Catonis, Pompeij, Ciceronis, aliorúmque doctissimorum virorum.

Quarto, verbum. Gl. Philox. Quartemur τεταρτολογηθῶμεν, τεταρτολογεῖν, videtur esse quartum quemque legere.

‖ Quartadecimari Latinis, qui τεσσαρεσκαιδεκατῖται Græcis hinc (verba sunt Augustini *lib. de heresibus*) appellati sunt, quòd non nisi quartadecima luna mense Martio, pascha celebrant, quilibet septem deorum occurrat dies: & si dies dominica occurrerit, ipso eo die ieiunant & vigilant. ‖

Quartānŭs, a, um, adiectiuum. { τεταρταῖος. GALL. *Quart.* ITAL. & HISP. *Quartano.* GERM. Das von vieren ist. vt Quartana febris. { GALL. *Fieure quarte.* ITAL. *Febbre quartana.* GERM. Das viertägig fieber oder kaltwee. HISP. *Calentura quartana.* ANGL. *The fouer quartane.* } Quæ quarto quoque die recurrit, ex humore malancholico originem trahens, quam & quartanam absolutè, suppresso febris nomine, appellamus. Plato apud Gell. *cap.12.lib.17.* Qui quartanam passus conualuerit vitésque integras recuperauit, fideliùs constantiúsque postea valiturum. Item de eiusdem laudibus, vide *ibid.* Cicer. *ad Attic. lib.8.* Modò etiam audiui quartanam à te discessisse: moriar si magis gauderem si id mihi accidisset. Quartani, quartæ legionis milites. Tacit. *lib.20.* Dein mutati in pœnitentiam primani, quartanique & duodeuisimani Voculam sequuntur.

Quartānārĭŭs, qui quartanam febrem patitur, ὁ τεταρταΐζων. Sipont.

Quartārĭŭs, teste Festo, ab antiquis appellabatur mulio mercenarius, quòd quartam patrem quæstus capiebat. ¶ Quartarius etiam apud Catonem *cap.95.* congij quartam partem significat, vt Tertiarius tertiam, & Sextarius sextam. Amurcæ (inquit) in vas æneum indito congios duos, postea igne leui coquito rudicula agitato crebrò, vsque adeò dum fiat tam crassum, quàm mel. Quartarium, inquit Budæus, in mensura pro quadrante congij intelligo: sicut in pondere, pro quadrante libræ. ¶ Quartarium autem dicit vulgus Gallicum, non quartam partem alicuius maioris mensuræ, vt Latini vocauerunt, sed vas quod quatuor mensuras caperet, id est, quaternas cheopinas: sic tertiarium, quod tres.

Quartumviri, quatuor viri certum munus gerentes, in deducendis coloniis & prohibendis damnis, si quid nouum nunciaretur. Vide Alex. de Alex. *Genial. dier. lib.3. cap.16.*

‖ Quarticeps. Turneb. *lib.20. 35.* Quarticeps cùm dicitur & terticeps, si Volaterrano credimus significatur quatuor, vel tres vertices habens. Sed intelligitur potiùs tertius, aut quartus mons, pars, vel caput. ‖

Quăsī, aduerbium similitudinis, Quemadmodum, veluti, circiter, ex *quàm* & *si*. { כמעט chimehát כ che כמו chemo. καθάπερ, οἱονεί. GALL. *Quasi, comme.* ITAL. *Quasi, como.* GERM. Gleich/wie. HISP. *Quasi, poco mas ò menos.* ANGL. *As.* } Plaut. *Pseud. sc.5.a.1.* Vide statum hominis quasi basilicum. *Ibidem*, Quasi in libro cùm scribuntur litteræ. *Ibidem* Quæ quasi per nebulam scimus. Idem *Most. sc 1.a.1.* Quasi videre mihi inuidere. Idem *Curc. sc.1.a.1.* Tam à me pudica est quasi soror mea siet. *Ibidem sc.2. a.4.* Quasi aquam frigidam feruentem esse ita putaris leges. *Ibidem sc.1.a.3.* Simulabo, quasi non nouerim. *Ibidem*, Qui monet quasi adimat. Idem *Men. sc.2.a.4.* Quin dicis quid sit? Quasi tu nescias. Idem *Aul. sc. 4. a. 1.* Quid crepuit quasi ferrum modò. Idem *in Capt. prolog.* Quia quasi vna ætas erat. *Ibidem sc.2.a.2.* præter diuitias indiciū id nomen quasi est. Idem *in Pseud. sc.1.a.4.* Verùm ex transuerso cedit, quasi cancer solet. Innuit autem non imaginis, sed substantiæ similitudinem, vt docet Valla *lib.1. Elegan.* Nam hæc oratio, Incedit quasi leo, non resoluitur per verbum repetitum, ad hunc modum: Incedit quasi leo incedit: sed per verbum substantiuum, Incedit quasi esset leo. ¶ Quasi tu dicas, pulchrè dicimus pro eo quod est, verba tua eò contendunt: vt dicas, &c. Plaut. *in Pseud.* Quasi tu dicas me te velle argento circunducere. Idem *ibidem sc.2. a 2.* Quasi mihi non sexcenta tanta solui soleant credier. Itē, Imò quasi tu dicas. ¶ Interdum idem valet quod perinde, acsi. Cicer. 1. *Epist.* Non poteram, credo, ante hyemem: (sic enim scribis) quasi verò ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. ¶ Ponitur aliquando pro ferè, penè. Suet. *in Calig.* Nono Cal. Febr hora quasi septima, cunctatus ad prandium surgeret. Terent. *in Heaut.* Quasi talenta ad quindecim coëgi.

Quăsillŭs, vide *Qualus.*

Quaso, vide *Quaxo.*

Quasso, as, Quatefacio, vide *Quatio.*

QVĀTĔNŬS, qua scil. parte tenus. In quantum, siue vsque ad quem finem. { παρ' ὅσον, καθ' ὅσον, ᾗ ταύτῃ. GALL. *Iusques oú.* ITAL. *Sino due.* GERM. Wie weit/oder wieuil ferr. HISP. *Hasta tanto, en tanto.* ANGL. *How farre, to what end.* } sicut eatenus, in tantum, aut ad eum vsque finem. Suet. *in Aug. cap.66.* Quòd sibi non liceret, amicis quatenus vellet, irasci. Cicer. *in Lælio*, Videndum est quatenus amicitiæ tribuendum sit. Idem 1. *Tusc.* Magna culpa Pelopidis, qui non erudierit, nec docuerit, quatenus esset quicquam curandum. Aliquando significat quo fine: vt eatenus, hoc fine, inquit Festus: vt Verberaui filium quatenus sit bonus, id est, ad hoc, vel ad hunc finem, vt sit bonus. ¶ Aliquando idem valet quod quoniam παρ' ὅσον. Plin. *lib.3. Epist.51.* Et quatenus negatur nobis diu viuere, relinquamus aliquid quo nos vixisse testemur. Velleius initio periodi dixit, Quatenus autem pro quia, vel Cum, si credimus Passeratio. Negant tamen Festus, Caper, Valla, aliíque docti viri, quatenus pro quoniam accipi: atque in omnibus exemplaribus in quibus quatenus pro quoniam positum putatur, mendum esse librariorum culpa affirmant, scribendúmque esse quatinus per i tertiam vocalem. ¶ Docet etiam Acron quatenus esse aduerbium loci significans, ad eum vsque locum. ¶ Interdum ponitur pro quomodo. Lactant. *lib.4.* Quanto terrori sit dæmonibus hoc signum, sciet qui viderit quatenus adiurati per CHRISTVM de corporibus quæ obsederint fugiant. Idem, Plerique vias sibi deuias per præcipitia condiderunt, per quæ plebem incautam ad mortem deducerent, quod quatenus accidat, exponant. Cicer. tamen, & quotquot eo seculo fuerunt, quatenus solùm vsurparunt, pro in quantum, & eatenus pro in tantum.

Quătĕr, aduerbium numerale. { τετράκις. GALL. *Quatre fois.* ITAL. *Quattro volte.* GERM. Viermaal. HISP. *Quatro vezo.* ANG. *Foure tymes.* } Plaut. *in Pseud. sc.3.a.1.* Vtrum vis, vel quater quinis minis. Colum. *lib. 5.c.2.* Hoc duo quater, fiunt LXXX. horum pars dimidia est. XL. Ouid. *Eleg. vlt. lib.4 Trist.*

Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.

¶ Quater, pro sæpiùs Virg. *2. Æneid.*

—*posuit, quater ipso in limine portæ*
Substitit, atque vtero sonitum quater arma dedere.

Quăterni, æ, quamuis propriè numerum significet distributiuum, sæpè tamen idem valet quod primitiuum suum quatuor. { ארבעה ארבעה *arbabah arbabáh.* τέσσαρες, &c. GAL *Quatre, de quatre en quatre* ITAL. *A quatro à quatro.* GERM. Jevier. HISP. *Cada quatro, ò de quatro en quatro.* ANG. *Foure, or foure an foure.* } Horat. 1. *Serm. Satyr.4.*

Sæpè tribus lectis videas cœnare quaternos.

Quăternĭo, mascul generis, quatuor chartarum, siue alterius cuiuscunque rei compositio. τετράδιον. vt, Quatuor quaterniones militum.

Quătĭnŭs, cū i correpta, coniunctio est causalis, Quia { ὅτι. GAL. *Puisque, pourtant que.* ITAL. *Piu che, à tanta che.* GERM. Dieweil. HISP. *Porque* ANGL. *Becaus.* } Iuuen. *Satyr.12.*

Quatinus hic non sunt nec venales elephanti.

Ita & Fabius. Vide *Quatenus.*

QVĂTĬO, is, ssi, ssum, Moueo cum violentia, concutio. { הרעיש *hirhisch* רעץ *rahats.* רצץ *ratsáts.* σείω, κραδαίνω. GAL. *Esbranler, hocher, crouler, escoüer.* ITAL. *Crollare, scuotere.* GERM. Erschütten. HISP. *Sacudir, quebrar.* ANGL. *To shak.* } Liuius, Carthaginis mœnia nunc quatit ariete. Ouid. *Eleg.1.lib.3. Trist.*

Quatitur trepido littera nostra metu.

Gell. *c.5.lib.12.* Cur sternutamentis quatitur? *Quasso.* ¶ Aliquando ponitur pro molestare. Virg. *9. Æneid.*

Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.

¶ Aliquando pro eiicio, ἐκσείω, ἀπείργω. Terent. *in Eunucho*, Nimirum homo quatietur certè cùm dono foras ¶ Composita eius mutant q in c, & abiicitur a: vt Concutio, Decutio, Discutio, Excutio, Incutio, Percutio, Recutio & Succutio, quorum significata, vide suis locis. Recutio, iterum quatio. Succutio, subtus quatio, ὑποσείω.

Quăssŭs, a, um, Quassatus, fractus. { רצץ *ratsúts.* κατεαγώς. GAL. *Esbranlé, cassé, rompu.* ITAL. *Scorlatto, concassato, rotto.* GERM. Erschüttet vnnd zerbrochen oder beweget. HISP. *Sacudido, quebrado.* ANGL. *Shaken.* } Plin. *lib.18.* Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, quassa sarcire. Ouid. *Eleg.8.lib.4. Trist.*

In caua ducuntur quassæ naualia puppes.

Idem *Eleg.11.lib.3.*

Et minima vires frangere quassa valent.

Plaut. *Curc. sc.1.a.3.* An aula quassa cū cinere effossus fiet. Et Senec. *c.11 de consol. ad Mart.* Quassum vas, homo. Ouid. 6. *Fast.*

Strataque erat tepido tegula quassa foco

Ibid. lib.5. *Et promit quassas comminuitque faces.*

Quăssŭs, ûs, verbale. { רץ *rats* רעש *ráasch.* ὁ σεισμός, ὁ τιναγμός. GAL. *Esbranlement, cassure, brisure.* ITAL. *Scorlamento, crollamento.* GERM. Ein erschütterung. HISP. *Sacudimiento, quebramiento.* ANGL. *Shaking.* } Cicer. *2. Tuscul.* Nam attrectatu & quassu sæuum amplificatis dolorem.

Quătĕfăcĭo, is, Concutio, expello. { הרעיש *hirhisch* רעץ *rahats* רצץ *ratsáts.* κραδαίνω. GAL. *Esbranler, ou pousser auec violence.* ITAL. *Commouere, crollare, scacciare.* GERM. Offt erschütten. HISP. *Sacudir, empuxar,* ANG. *To shak to cause to tremble and quake.* } Cicer. *ad Brutum.* Nullóque præsidio quatefecit Antonium.

Quăsso, as, frequentatiuum admodum quatio, sæpe quatio. { הרעיש *hirhisch* רעץ *rahats* רצץ *ratsáts.* κραδαίνω, σαλεύω. GALL. *Esbranler, hocher, casser, rompre.* ITAL. *Squassare, spesso, crollare.* GER. Offt erschütten oder rütteln. HISP *Sacudir muchas vezes.* ANGL *So shake often.* } Quassare grauius violentiúsque est, quàm quatere: vt scribit Gellius *cap.6. lib.2.* Plaut. *in Trin.* Quid quassas caput? ¶ Aliquando rumpo. διασείω. Virg. *lib. Æneid.*

Quassatam ventis liceat subducere classem.

Ouid. *Eleg.2.lib.1. Trist.*

Soluere quassatæ parcite membra ratis.

Ibid. Eleg.1. lib.2. Cùm cœpit quassata domus subsidere. Hinc Concasso, de quo suo loco. Suet. *in Aug. cap.81.* Quassato corpore. (de valetudine.)

‖ Quassagipennus, a, um, quod quassis agitur pennis. ‖

Quassans, antis. Plaut, *Asin. sc.3.a.2.* Quassanti capite incedit.

Quăssātĭo, διασάλευσις. Macrob. *Saturn. lib.7. cap. 15.* Si quando casu aliquid paulo densius in pulmonem violentia spiritus trahente deciderit, mox nasci tussim nimis asperam & alias quassationes, vsque ad vexationem salutis.

QVĂTRĬDVVM, ui, Spatium quatuor dierum. { τετραημερία. GALL. *L'espace de quatre iours.* ITAL. *Spatio di quatro giorni.* GERM. Die zeit viertag lang. HISP. *Espacio de quatro dias.* ANGL. *The space of four dayes.* } Lentulus Senatui *lib.12.* Nuntiatum est eum quatriduì iter à Laodicea abfuisse. Plaut. *Asin. sc.1.a 4.* Ni quatriduo abalienarit quo argentum acceperit.

Quatrĭdŭō, aduerbium. { τετάρτῃ ἡμέρᾳ. GAL. *En quatre iours, au quatriesme iour.* ITAL. *Quattro giorni prima.* GERM. In vier tagen. HISP. *En quatro dias.* ANG. *In four dayes, or the fourth day.* } Cicer. *ad Brutum.* Triduò verò, aut quatriduò ante hanc rem pulcerrimam timore quodam perculsa ciuitas, &c.

QVĂTVOR, nomen numerale, Binarium numerum in se bis continens, bis bina. { ארבעה *arbabáh.* τέσσαρες. GALL. *Quatre.* ITAL. & HISP. *Quatro.* GERM. Vier. ANGL. *Foure.* Virg. 6. *Eclog.* — en quatuor aras.

Plaut.

Plaut. *Menæch.ſc.5.a.5.* Quot homines (ſup. huic deferendo) ſunt ſatis; Quatuor? nihilo minus. Idem *Pſeud.ſc.2.a.5.* Credo te quatuor fructus maſſici in vna hora ebibere. A quo quater τετράκις, aduerbium numerandi: Item Quartus, τέταρτος. Quaternus, Quaternarius, Quaternio, Quadruplus, Quadruplum, Quadriennium, Quadriennis, Quadratum, Quadrum, Quadrantal, Quadrans, & multa huiuſmodi.

Quătŭōrdĕcim, ex Quatuor & decem compoſitum ארבע עשר *arbáh haſár.* δεκατέσσαρες. GALL. *Quatorze.* ITAL. *Quattordici.* GERM. Vierzehen. HISP. *Quatorze.* ANGL. *Fourtene.* } Aſinius Pollio *ad Cic. lib.* 10. Herennium Gallum hiſtrionem ſummo ludorum die, annulo aureo donatum in quatuordecim ſeſſum deduxit. Plin. *lib.* 8. *cap.* 36. Præter quatuordecim dies Quintil. Sedere in quatuordecim ordinibus.

Quătŭōrdĕciēs, aduerbium. { τεσσαρεσκαιδεκάκις. GALL. *Quatorzefois.* GALL. *Quattordici volte.* GERM. Vierzehen mal. HISP. *Quatorze vezes.* ANG. *Fourtene tymes.* Plin. *lib.* 13. *cap.* 7. Sardinia abeſt à Gadibus, M. paſſ. quatuordecies centena.

Quătŭōruiri, curatores viarum vrbis; quatuor collegæ. Dicitur ſicut Triumuiri: vt apud Pomponium *lib.* 2. *de orig. iuris.*

Quătŭōruiātŭs, ipſa quatuor virorum dignitas. Aſin *ad Ciceronem*, Quatuoruiratum ſibi prorogauit,

Quaxo, coaxo, Feſt. Quaxare ranæ dicuntur, cùm vocem mittunt. Gl. Philox. Quaſat ὅταν φωνεῖ βάτραχος. C, eſt aliquo pro Q. Melius eſſet *quaſſat.* Catholicon. Quaxum ſonus ranarum.

Q V E

Que, coniunctio, ſubiunctiui ordinis, quæ modò eſt copulatiua. { ו.ע.ת, καί. GALL. *Et, auſſi.* ITAL. *Et, e* GER. Vnnd. HISP. *Y.* ANG. *And, alſo.* } vt Arma, virúmq; cano. Plaut. *Aſin.ſc.* 2.*a.*2. Abi ad forum, adque herum. Modò cauſatiua, pro quoniam. Cicer. 1. *Offic.* Non ſolùm nobis nati ſumus, ortúſque noſtri partem patria vendicat, partem amici. Modò expletiua, quando ſcilicet ornatus tantùm cauſa ponitur. Saluſt Iug ſéque illíſque dignum eſſe. Propert. *lib.* 3.

Deiphobúmque, Helenúmque, & Polydamantas in armis.

Plaut. *Curc.ſc* 2.*a.*4. vti muſcæque, culicéſque, pulicéſque, pedéſque. Idem *Aulul.ſc.*4.*a.*1. Quæ res rectè vortat mihique, tibíque, tuæque filiæ. Idem *Capt.ſc.*1.*a.*4. faciam huius diei, locíque meíque ſemper meminerint. ¶ Per quæque ſubiecerint viris. (i. Et per quæ.) Liuius *lib.* 34. ¶ Pro autem. Plaut. *Men. ſc.*3.*a.*5. Vóſque omnes quæſo. i. Vos autem. ¶ Quandoque ponitur expoſitiuè, pro id eſt. Idem *Rud.* Rudis eſt neſcitque quid expediat, Quandoque pro etiam, καί. Apuleius. Id ei ſerióque loquenti non crederem. id eſt, etiam ſeriò loquenti. ¶ In compoſitione quoque ſemper poſtponitur, ac coniunctionis vim amittit, vim tantùm ſyllabicæ adiectionis obtinens: vt nanque, quoque, atque, itaque, vndique, vterque, plerique. ¶ Componitur etiam cum quis, qui, quæ, quod vel quid: vt quiſque, quique, quæque quodque, quidque. Et interpoſita particula cum, vt Quicunque, quæcunque, quodcunque. Et cum præpoſitione abs, vt Abſque: cum aduerbio, vt Neque: cum coniunctione, vt Atque. Differunt autem inter ſe Que, ac, atque. Que enim poſtpoſitiua eſt & enclitica: Ac ſemper præpoſitiua Atque tam præpoſitiua quàm poſtpoſitiua. ¶ Inuenitur autem que aliquando contra naturam ſuam produci. Virg. 1. *Æneid.*

Terráſque tractúſque maris, cælúmque profundum.

Idem 3. *Æneid.*

Lumináque, laurúſque dei.

Cuius generis licentia, cæſuræ ratione ſolet excuſari. ¶ Ponitur quandoque pro an. Horat. 2. *Serm.*

Quid refert vri virgis, ferróque necari?

pro eo quod eſt, Quid refert vri virgis, an ferro necari?

Queis, pro quibus. Datiuus vel ablatiuus à quis. Virg. 1. *Æneid.*

Queis ante ora patrum Troia ſub mœnibus altis
Contigit oppetere.

Valerius Probus (inquit Pierius) dicit *Queis* eſſe iambum, paſſimque, datiuo & ablatiuo caſu pro iambo accipi debere: atque ita aliquot habent marmora.

Quemādmŏdum, dictio compoſita ex quem, ad & modum. Sicut, ita vt { כאשר *chaaſchér.* ὥσπερ, καθάπερ. GALL. *Comme, comment.* ITAL. *Come, in qual modo.* GERM. Gleichwie. HISP. *Como, aſſi como.* ANGL. *As, lykas.* } Cicer. *de Amic.* Pergratum mihi feceris, ſpero item Scæuolæ, & quemadmodum ſoles de ceteris rebus, quum ex te quæruntur, ſic de amicitia diſputaris quid ſentias. Quemadmodum pro quo modo, ὃν τρόπον, quali modo. Celſ. *lib.* 8. *cap.* 10. Neque oſſa tractari ſatis expedit: ipſíque homini permittendum eſt, vt ſic ea collocata habeat, quemadmodum minimè lædunt. ¶ Ponitur nonnunquam interrogatiuè, pro quo modo, ſiue ad quem modum: πῶς τίνα τρόπον. Cicer. *Verr.* Quemadmodum eſt aſſeruatus? Aliquando nam interponitur, & dicimus, quemnam ad modum: ſed tunc, vt arbitror, tres ſunt dictiones ſeparatim ſcribendæ. Plaut. *in Bacch.* Quî ſcire poſſum? C nullus plus. P. Q. Quemnam ad modum? ¶ Pro Cur. Idem *Milit. ſc.*2.*a.*2. Pa. Paret artem & diſciplinam. PE. Quemadmodum? PA. vt verò vincat eam ſe non vidiſſe.

Quĕo, quis, iui, itum, Valeo, poſſum. { יכול *iachól.* δυνάμαι, ἔχω. GALL. *Pouuoir, auoir pouuoir & puiſſance.* ITAL. *Potere* GERM. Mögen. HISP. *Poder* ANG. *To may, to be able.* } Saluſt. *in Catil.* Sed neque pretio, neque gratia impelli quiui. Cicer. *ad Terent. lib.* 14. Non queo reliqua ſcribere, tanta vis lacrymarum eſt. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 7.

——liber ſum, dic age: non quis?

Lucret. *lib.* 3.

Mobilitate mali non quit ſentire dolorem.

Idem *lib.* 3.

Diſperiiſſe, neque in fructum conuertere quiſſe.

Plaut. *Men. ſc. vlt. a.* 5. Contineri, quin complector non queo. Idem *Pſeud.ſc.*1.*a.*1. Si id facere nequeat, det locum illi qui queat. *Ibid.* Non queo exorare oculos, lacrymam vt expuant. Idem *Curc. ſc.*2.*a.*4. Non queo quod ponè me eſt, ſeruare. Idem *Amphitr.* faciam id ſi queo, ſignis palàm. *Ibid.* Non ocyus quiui. ¶ Queor paſſiuum, Lucret. *lib.* 1.

Cùm veniant alia ac ſuppleri ſumma queatur.

A quo deducitur compoſitum nequeo: hoc eſt, non queo, non valeo, non poſſum. Virg. 1. *Æneid.*

Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo.

Antiqui etiam nequeo dixerunt pro non eo: quod & Feſtus annotauit.

Quiens, & Quitus, à queor. Apul. *lib.* 6. Nec indipiſci maritum volatilem quiens, Idem *in Apol.* Ne ſic quidem quitus eſt. Terent. *in Hecyr.* ſed antiquè, vt ait Donatus. Nam (inquit) quum compreſſa eſt g nata, forma in tenebris non noſci quita eſt Gell. *cap.*1.*lib.*20.

Quĕrcus, us, in datiuo & ablatiuo plurali quercubus, Arbor eſt lignum habens duriſſimum, glandémque ferens præſtantiſſimam, quæ ante inuentas fruges populis pleriſque victum dicitur ſuppeditaſſe. { אלה *eláh* אלון *elon.* δρῦς. GAL. *Cheſne.* ITAL. *Quercia, rouere* GER. Ein eichbaum. HISP. *Enzina arbol.* ANGL. *An oake tree.* } Ouid. *Eleg.*9.*lib.*4. Sæpè Iouis telo quercus adusta viret. Plin. *lib.*16.*c.*6. Glans optima in quercu atque grandiſſima, mox eſculo: nam roboris parua. Virg. 3. *Georg.*

Siubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos.

Feſtus, Quercus dicitur quòd id genus arboris graue ſit ac durum: tum etiam, in ingentem euadat amplitudinem. Querquerum enim quidam graue & magnum dici volunt. Olim etiam ſecundæ declinationis fuit: vnde etiam apud Cicer. legitur quercorum in plurali genitiuo, Ibi (inquit) quercorum rami ad terram iacent.

Quĕrnŭs, a, um, quod ex quercu eſt. { δρύϊνος. GALL. *De cheſne.* ITAL. *Di quercia.* GERM. Eichbäumin. HISP. *Coſa de enzina.* ANGL. *Of an oake.* } Virg. 1. *Georg.*

Sed tamen & quernas frondes.

Gell. *cap.*6. *lib.* 5. & Plutarch. *in Coriolan.* Ciuica corona fit è fronde querna. Ouid. *lib.* 1. *Faſt.*

Protegat & noſtras querna corona fores.

Idem *Eleg.*1.*lib.* 3. *Triſt.*

Augurium menti querna corona dabat.

Quĕrnĕŭs, a, um, eiuſdem ſignificationis. δρύϊνος. vt, Frons quernea apud Col. *lib.*6.*cap.*3. Querneæ glandes, apud eundem *lib.*9.*cap.*1.

Quĕrcĕŭs, a, um, idem cum ſuperiori. δρύϊνος. Seruius, Querceam coronam accipiebant qui in bello ciuem ſeruaſſent. ¶ Querceus olim cibus. Gellius *cap.*6.*lib.*5,

Quĕrcĭcŭs, a, um, idem. δρύϊνος. Suet. *in Calig. cap.* 19. Primo die phalerato equo inſigniſque quercica corona.

Quĕrcŭlānŭs, a, um. Plin. *lib.*16.*cap.*10. Vbi lucus fageus fuit, porta querculana. Legitur & *querquerulana.*

Quĕrcētum, i, Locus vbi conſitæ ſunt quercus { אלון *elón.* δρυμών. GAL. *Cheſnaye, vn bois ou foreſt de cheſnes.* ITAL. *Luogo doue ſono molte quercie.* GERM. Ein eychwald/ein ort da vil eychbäum ſtehen. HISP. *Enzinal, lugar de enzinas.* ANG. *A groue of oakes.* } Varro 1. *de re ruſt. cap.* 16. Si enim ad limitem quercetum habet, non poſſis rectè ſecundùm eam ſyluam ſerere oleam.

Quĕrcĕrŭs, a, um, vel querquerus, quod eſt frigidum cum tremore. φρικώδης, vt Febris quercera Lucilius, Iactas me vt febris quercera. Idem, Querquera conſequitur febris capitíſque dolores. Gellius *lib. vlt. c.*1. An tu fortè morbum appellari hic putas ægrotationem cum febri rabida & quercera? Querceram enim grauem & magnam quidam putant dici.

Quĕrēla, vide *Queror.*

QVĔRŎR, eris, queſtus ſine diphthongo, Lamentor, conqueror. { נלון *nalón.* μέμφομαι, ὀλοφύρομαι. GALL. *Se plaindre ou complaindre.* ITAL. *Lamentarſi, querelarſi.* GER. Klagen. HISP. *Quexarſe.* ANGL. *To complaine, to bewaile and mak moone.* } Saluſt. Sæpè de luxuria & auaritia noſtrorum ciuium queſtus ſum. Admittit autem hoc verbum variam conſtructionem. In eadem enim ſignificatione dicimus, Queror hanc rem, vel de hac re, Cæſari, cum Cæſare, & apud Cæſarem. Cicer. *de Amic.* Quorum plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrant. Idem *Lent. lib.*1.*Epiſt.* Multa de mea ſententia queſtus eſt Cæſari. Ouid. 1 *Metam.*

Cum Ioue viſa queri.

Dicimus etiam queror apud illum. Plin. *de viris illuſtribus.* Quo cognito apud populum queſtus quòd de ſe tale aliquid timuiſſent. Aliquando abſolutè, vt apud Cicer. *lib.* 1. *Epiſtol. ad Lentul.* Quid multa? queſtus eſt grauiter. Plaut. *Pſeud. ſc.*3. *a.*1. Iſtuc apud nouercam querere. Ambiguè & imperatiuo & indicatiuo modo. Idem *Moſtell. ſc.*3.*a.*1. In ſenectâ malè querere. Idem *Amph. ſc.*1.*a.*1 Satius eſt me queri illo modo ſeruitutem. Idem *Aſin. ſc.*4.*a.*1. Meas querar fortunas. Ouid. 5. *Faſt.*

Ibat vt Oceano quereretur facta mariti.

Senec. *c.*15. *de conſ. ad Mart.* Ouid. *Eleg.* 9. *lib.*4. *Triſt.*

Quódque querar (de te) *notum, qua patet orbis, erit.*

Cæſar. *lib.*3. *de bell. ciu* Queſti ſunt de iniuriis.

Quĕrĭtor, queritaris, frequentatiuum, Multum ſæpéque queror. { Διαμέμφομαι. GALL. *Se complaindre ſouuent.* ITAL. *Lamentarſi ſpeſſo, lamentarſi molto.* GER. Hefftig oder offt klagen. HISP. *Mucho ſe quexar, ò quexarſe à menudo.* ANG. *To complaine oftem.* } Liu. *lib.*9. *de bello Macedonico.* Ne vox queritantis audiretur. Tacit *lib.*16. Igitur flentes queritantéſque qui aderant faceſſere properè iubet Thraſea.

Quĕſtŭs, us, ſine diphthongo: in datiuo & ablatiuo plurali queſtubus. Lamentatio, querela. { תלונה *telunáh.* μέμψις. GAL. *Plainte, complainte.* ITAL. *Lamento* GER. Ein klag mit weinen. HISP. *Quexa ò querella.* ANG. *A complaynig or making of moone.* } Cic. 5. *de finib.* Quod eiulatu, queſtu, gemitu, &c. Virg. 4. *Georg.*

——& mœſti latè loca queſtubus implet.

Idem 4. *Æneid.*

Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtus

Cicer. *pro Quintio*, Qui denique queſtus, qui mœror dignus inueniri, &c.

Quĕrēlă, æ, Querimonia, queſtus. { תלונה *telunáh.* μομφὴ, μέμψις. GALL. *Querelle, complainte.* ITAL. *Querela.* GERM. Ein klag. HISP. *Quexa ò querella.* ANGL. *A complainte, bewayling.* } Cicer. *de ſeneƈt.* Sæpè interfui querelis meorum æqualium. Idem *ad Brutum lib.* 11. Sed tamen prouidendum eſt, ne qua iuſta querela eſſe poſſit. Ouid. 5. *Faſt.*

Inque meo non eſt vlla querela toro.

Idem *Eleg.*5.*lib.*4.*Triſt.*

Incidat & vestro rara querela toro.
Plaut. *Menach.sc.2.a.* 4. Mens est in querelis. (de litigiosis.) Catul. *de Com. Beren.*
Id mea me multis docuit regina querelis.
Et Sueton. *in Calig. cap.*10. Elicere aliquem ad querelas. Ouid. 4. *de Ponto, Elegia* 3.
Nam nisi iusta tua, iusta querela mea est.
Horat. 2. *Ode* 9.
——desine mollium
Tandem querelarum: & potius noua
Cantemus Augusti trophæa.
Virg. 4. *Æneid.*
Desine méque tuis incendere, téque querelis.

Querimonia, æ, Querela, lamentatio. { תלונה *telunáh.* μέμψις, μομφή. Gal. *Complainte*, Ital. *Querelamento, lamentatione.* Germ. Ein klag mit trauwren. Hisp. *Quexa ò querella.* Ang. *A complaynte, à moone making.* } Plaut. *Pseud.sc.3.a.*1. Semper ad me cum argentata accedito querimonia. Idem *Menach.sc.2.a.*5. vt neuter ad me veniret cum querimonia. (de viro & vxore iurgantibus simul. Cicero *ad Q. frat. lib.* 2. Eo metu iniecto repentè magna querimonia omnium discessimus. Horat. *in Arte*, Versibus impariter iunctis querimonia primum, Pòst etiam inclusa est voti sententia compos. Cicero 7. *Verr.* Vt si me in ea querimonia, quam sum habiturus de istius crudelitate, & de ciuium Romanorum indignissima morte, non modò vires, verumetiam vita deficiet. Quanquam autem nulla ab autoribus ferè inter querelam & querimoniam videatur obseruata differentia: tamen Corn. Fronto ita distinguit, vt querimonia certæ rei sit & grauitatis cuiusdam: querela verò superuacua & cùm leuitate quadam coniuncta.

Querulus, a, um. pen. correpi. Queribundus, vel querelis plenus. { ἐγκλημάτικος, μεμψίμοιρος. Gall. *Qui ne fait que se plaindre, querelant.* Ital. *Lamenteuole.* Germ. Klagbar/Das vol klagens ist/sich vbel gehabend. Hisp. *Querelloso.* Angl. *That complayneth often.* } Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 8.
Et nunquam queruli causa doloris abest.
Martial. *lib.* 4.
Missa nec à querulo mappa cliente fuit.
Ouid. *Epist.* 5.
Impleuitque sacram querulis vlulatibus Idam.
Idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*
Hoc querulam Prognen Halcyonémque facit.
¶ Quandoque à poëtis pro canoro ponitur. Virg. *lib.* 2. *Georg.*
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.
Seruius, Querulæ cicadæ, id est, canoræ. Horatius *lib.* 3. *Carm.*
Sub cantu querulæ despice tibiæ.
Ouid. 5. *Metam.*
Calliope querulas prætentat pollice chordas.
Idem *lib.* 3. *Fast.*
——Querulas impulit aura fores.

Queribundus, Querulus, vel plenus querelarum. μεμψίμοιρος. Cicero *pro P. Sylla.* De supplicio P. Lentuli, de carcere, magna & queribunda voce dicebat. Senectus queribunda, Silius *lib.* 13.

Querquetulana, Porta Romæ fuit, ita dicta à querceto quod intra muros iuxta se habebat. Festus, Querquetulanæ nymphæ, querceto præsidentes.

Querquedula, æ, Auis ex genere natantium, siue aquaticarum, tam in aqua quàm in terra vitam agens, quemadmodum anseres & anates: quod genus animalia Græco vocabulo ἀμφίβια vocantur. { Gall. *Cercerelle.* Ital. *Cercerella.* Ger. Ein art wasservögeln/murånten/sind grauw. Hisp. *Vn genero de anade.* Angl. *A water foule called a teale.* } Varro 3. *de re rust. cap.* 5. Altera species eorum quæ non sunt contenta terra solùm, sed etiam aquam requirunt: vt sunt anseres, querquedulæ, anates.

QVERQVERA, æ, à κρύος, Frigus, horror κρυερός, horridus: vnde querquera febris, horrida. Apul. *in Apol.* Posse dicitis ad res venereas sumpta de mari spuria & fascina (nempe veretillum & virginal) propter nominum similitudinem qui minus possit ex eodem littore calculus ad vesicam, testa ad testamentum, cancer ad vlcera, alga ad querceram. Malè scriptum *quercerum.*

Querquerus, a, um, aliàs quercerus. Vide *Quercus.*

Querulus, vide *Queror.*

Q V I

Qui, quæ, quod, Relatiuum est substantiæ, cuius significatio & vsus nulli non est notus. { אשר *aschér.* ὅς, ἥ, ὅ. Gall. *Qui, lequel.* Ital. *Il quale, la quale.* Germ. Welcher/welche/welches. Hisp. *Quien ò que cosa.* Ang. *which.* } Plaut. *Curc.sc.3.a.*5. Non malè creditur (iis) qui nunquam reddunt. *Ibidem sc.* 2. *a.* 4. Egon' ab lenone quicquam mancipio accipiam, quibus sui nihil est. ¶ Ponitur aliquando aduerbialiter pro quo modo. πῶς, τίνι τρόπῳ. Cicer. *de Amicit.* Quî fieri poterat vt eius dolore non augeret, qui mecum semper familiarissimè vixisset. Plaut. *Men.sc.2.a.*5. Qui istuc canere possum? Idem *Curc.sc.* 3 *a* 5. Qui promisi? T. Lingua. Idem *Milit.sc.5.a.*2. Quî vocare? (id est, quomodo.) ¶ Relatiuum *Qui, quæ, quod* interdum eleganter traiicitur, alienámque sedem occupat, vt rotundior & numerosior efficiatur oratio. Nam inter antecedens, & eius casum interponitur. Cornel. Cels. *lib.* 7. *cap.* 7. Ea verò curatio quæ palpebræ laxioris ab omnibus frequentatur, nihil habet dubij. Alter dixisset inornatè, palpebræ laxioris, quæ. ¶ Aliquando pro vt. ἵνα. Terent. *in Andria* Nunc si quid potes, aut tu, aut hic Birrhia, facite, fingite, inuenite, efficite quî detur tibi. Plaut. *Aulul. sc.* 1. *a.* 4. Scripta pueris induitur ratis, qui laborent minus. (id est, vt) Idem *Milit.sc.* 1. *a.* 2. Dedi (tabellas) mercatori, qui deferat, (id est vt.) Idem *Curc.sc.2.a.*4. Istas minas decem, qui me procurem. Idem *Ps.sc.* 1. *a.* 1. Hæc me promittere, qui vos oblectem. Idem *Capt sc.4.a.*5. Arcessatur faber qui istas compedes tibi adimam. Idem *Asin.sc.1.a.*1. Quî possim videri huic fortis (id est, vt.) Et *Menach.sc.2.a.*1. & *Mostell sc.* 3. *a.* 1. He mihi cùm nihil est, quî illi diminuam caput. Idem *Curc.sc.* 2. *a.* 4. Ecquid das qui bene sit (id est vt.) Idem *Mostell.sc.3.a.*1. Cedo cerussam. Quid opus est ea? nam qui malas oblinam. (id est, vt,) vel qua, cerussa sup. ‖ ¶ Qui pro cui, aqud veteres. ¶ Aliquando pro vtinam, εἴθε. Terent. *in Phor.* Qui illum dij omnes perdat. Plaut. *Menech.sc.*4 1.. 3. Qui illum Dij perduint. ¶ Aliquando pro vnde. Terent. *in Hecyr.* Nec quî mihi hoc eueniat scio. Et *in And.* Nam quî isthæc tibi incidit suspicio? Plaut. *Aulul. sc.4 a.*1. Satis habes qui vitam bene colas. Idem *Mostell.sc.*1. *a.*1. Quî scis an istuc eueniat. Idem *Milit.sc.5.a.*2. Qui scio an ea sit? ¶ Aliquando pro cur, quamobrem, &c. Idem *prolog. Amph.* Qui minus eadem histrioni sit lex, quæ summo viro? Idem *Asin.sc.3.a.3.* & *Ps. sc.3.a.1.* & *Mostell.sc.2.a.*1. Qui dum? Idem *Aul.sc.2.a.2.* Cererin' facturi nuptias. Qui? quia nihil est temeti. Cic. 1. *Tusc.* Qui enim beatior Epicurus quòd in patria viuebat, quàm Metrodorus qui Athenis? Terent. *in Aulul.* Non potest. Pam. Quî? Donatus, qui, id est, quamobrem. Componitur aliquando cum Dum, & dicimus quidum in eadem significatione. Terent. *in Eunuch.* At nunquid aliud? P. Quidum. Qui pro qua, Plaut. *bis in Amph.* Patera aurea, qui potitauit Rex (id est, qua.) ¶ Pro quo apud eundem *Asin.sc.4.a.*2. ¶ Est & qui à quis, abiecto vltimo elemento quod aliquando interrogatiuè tenetur pro quis. Idem *in Amph.* Qui me alter est audacior homo? aut qui confidentior? ¶ Ponitur aliquando pro nempe qui, vel vtpote qui. Idem *Milit.sc.*1. *a.*1. Amant te omnes, nec iniuria qui sis tam pulcher. Cicer. *Attic.lib.*5. Actio maluimus iter facere pedibus qui incommodissimè nauigassemus. ¶ Aliquando pro qualis. Idem 2. *de diuin.* Xenophon Socraticus qui vir, & quantus. Composita à qui sunt, Quidam, quicunque, quiuis, quilibet, à quo Vnuslibet. ¶ Quibus in extremis, eleganter dicitur pro quorum in extremo, ἐν οἷς ἐσχάτοις. Cicer. *Cæsari*, Literæ dantur mihi à te, quibus in extremis scriptum est.

Quia, coniunctio causalis, idem valens quod quoniam. { כי *chi.* ὅτι. Gall. *Pourtant que, pource que.* Ital. *Perche.* Germ. Dieweil/darumb. Hisp. *Porque.* Ang. *Becaus.* } Cicero. *de Amic.* Sed quia natura mutari non potest, idcirco veræ amicitiæ sempiternæ sunt. Plaut. *Mostel.sc.1.a.*1. Cur me verberas? Quia lubet. (aliàs, quia viuis.) ¶ Ideo quia, vide Ideo: propterea quia, vide Propterea: quia enim, vide Enim. Interdum bis reperitur, sequente subiunctiuo, vel indicatiuo. Quint. *lib.*12. *cap.*1. Non quia prodesse nunquam satis sit, sed quia hoc prospicere debet, nequid prius quàm fecerit: faciat.

Quianam, aduerbium interrogandi, Quare. { כי *chi.* διὰ τί. Gall. *Pourquoy?* Ital. *Perche.* Germ. Warumb / oder wess halben. Hisp. *Porque.* Ang. *Wherefore?* } Virgil. *lib.* 5.
Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?

Quiane, vna particula est, & significat certè, reuera. { כי *chi.* ὄντως. Gall. *Vrayment, certainement.* Ital. *In vero.* Germ. Warlich. Hisp. *Ciertamente.* Angl. *Truely, verely.* } Virg. *lib.*4. *Æneid.*
——Quiáne auxilio iuuat ante leuatos.

‖ Quiatis, cuias. Accio. à quis. ‖

Quicquam, cuiusquam, Aliquid. Si quicquam mentitum inuenies, occidito. Cic. 4. *Acad.* Nec quicquam aliud videndum est nobis. Quicquid, vide infrà post *Quidum?*

Quicum, pro Cum quo Terent. *Heaut.* Quicum loquitur filius? Cic. 1. *Offic.* Quid ad hanc mansuetudinem addi potest, eum quicum bellum geras, tam molli nomine appellari?

Quicunque, ὅστις, qui vllo pacto, vel modo, quisquis, qualiscumque. { πᾶς, ὅσις, ὁποτιοῦν. Gal. *Quiconque, quelconque, chacun.* Ital. *Chiunche.* Germ. Geb was oder welcher/wår ioch. Hisp. *Qualquiera que.* Ang. *whosceuer.* } Cic. *pro Sest.* Ego vos in omni fortuna quæcunque erit oblata complectar. ¶ Aliquando accipitur pro qualiscunque. Idem 3. *de Orat.* Easque nos primi quicunque eramus, & quantuluncunque dicebamus, conuertimus.

Quid, nomen substantiuum, quod ferè interrogatiuè sumitur. { מה *mah.* τί. Gall. *Quelle chose? quoy?* Ital. *Che cosa?* Ger. Was? Hisp. *Que cosa? alguna cosa?* Ang. *what?* } Cicer. *de sen.* Quid de pratorum viriditate dicam? Et paulò antè, Quid de vtilitate loquar stercorandi? Plaut. *Pseud.sc.3.a.*1. Quid hoc est? (stomachantis.) Idem *Most. sc.*2. *a.*2. Vah, quid est? Item, Quid est negotij. mox, Quid iam? Idem *Curc. sc.*1. *a.*1. Quid causes? Idem *Asin.sc.3.a.*1. Quid modi est ductando? Idem *Menach.sc.vlt.a.*5. Quid erat nomen nostræ matri? Quid ei nomen fiet. *Ibid sc.2.a.*2. Idem *in Pseud sc.*2 *a.*2. Quid est nomen tibi.? &c. ¶ Quid nisi. Ouid. *Eleg.*7. *lib.*1. *Trist.* Quid num? Vide *Num.* ¶ Pro cur, Idem *Eleg* 7. *lib.* 5. *Trist.* Quid venias requiret. Plaut. *Curc.sc.* 1 *a* 1 Me excruciat. P. Quid est? (id est, cur?) Idem *ibid.sc.* 3. *a.*2. Rogat quid veniam Cariam *Ibid.sc.*1. *a.*5. Quid id quæris? Idem *Asin.sc.3.a.*2. Quid venis Idem *Curc.sc.*1. *a.*3. Quid eum quæris? (bis.) Idem *Menach. sc.2.a.*4. Quid tu mihi tristis es? Idem *Most. sc.*1. *a.*1. Quid lates? Quid tibi hîc clamatio est? (id est, cur ita clamas?) Idem *Aulul. sc.*4 *a.*1. Quid tibi est? Gall. *Qu'as tu à crier?* Idem. *Curc.sc.2.a.*1. Quid lubet perditum te dicere? Idem *Amphitr.* Quid huc ad me Blepharo? (venis. sup.) Nonnunquam etiam indefinitè. Virg. 10. *Eclog.*
Nunc scio quid sit amor.
¶ Aliquando est aduerbium interrogandi, pro cur, vel quare, τί. Terent. *in Andr.* Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? Ouid. *in Epist. OEnones ad Parid.*
——quid arenæ semina mandas?
¶ Aliquando ponitur pro in quo. Cicero *in Lælio.* Quid enim indigens Africanus mei? Quint. Quid tibi tantum malum feci? quid offendi? ¶ Aliquando in oratione vacat. Cicero *ad Seru.* Trebatio mandaui, vt si quid tu voles eum ad me mittere, ne recusaret. Composita sunt quicquid, quicquam, quiddam, quicque, quippiam, nequicquam, quidnam numquid, quidni, quidlibet. Vsus habet vt d, sequente q, mutetur in c. vt quicque, quicquam: & sequente p, in p: vt quippiam. Quidcunque autem & vnumquicquid, aut vnumquicque, aut vnumquidlibet, nequaquam dixero, sed quodcunque, vnumquodque, quodlibet vnum, &c. quid agimus? consilium quærentis est, inquit Donat. τί δρῶμεν. Terent. *in Eunuch.* Quid nunc agimus? Quid hominis habes? cum contemptu dicitur. Idem *in Hecyr.* Sed quid mulieris vxorem habes? Quid istuc? aduerbium est ægrè concedentis, inquit Donatus. τί τοῦτο. Terent. *in Eunuch.* Quid istud? si certum est facere, facias: verum ne post conferas culpam in me. Idem *in Andr.* Quid istuc, si ita in animum induxit esse vtile, Nolo tibi vllum commodum in me claudier. Quid cum genitiuo, more substantiuorum. Plaut. *Aul sc.*4. *a* 1. Si quid diuortij fuat. Idem *Asin.sc.*4. *a.*3. Quid id est quæsti? Idem *Aulul. sc.*1. *a.*1. Quid rerum

rum geram. Idem *Pseud. sc.* 6. *a.* 4. Viso quid rerum egerit Et *Aulul. sc.* 6. *a.* 2. Quid clamoris oritur hinc. Item, Quid hoc negotij est neminem meum dictum magnifacere? Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Idem *Menæc. sc.* 1. *a.* 2. Quid tibi mecum est rei? Non ego te noui. Idem *Curc. sc* 1. *a.* 2. Quid tibi est? sub morbi. Ouid. *Eleg.* 5 *lib.* 1. *Trist.* Si quid ego adhuc muneris. Plaut. *Aul sc.* 4. *a.* 1. Nihil est dotis quod dem. ¶ Quid istuc est? (obiurgantis.) Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. *& Men. sc.* 7. *a.* 5. Quid est? (mirantis.) Idem *Capt. sc.* 4 *a.* 3. Quid est? (irascentis.) Quid ita, significat cur, πῶς δή. Plaut. *in Aul.* Occidi. E. Quid ita? Donatus putat esse vnam partem orationis. ¶ Quid quæris, clausula est sermonem in compendium redigentis, eandem vim habens quàm quid plura? vel quid opus est verbis? quid vis præterea? quid vis dicam? τί δεῖ λέγειν, τί πλέον. Cicer. *ad Attic. lib.* 1. Quid queris? num ad priuata redeam. Horat. *lib.* 1. *Epist.*

Quid quæris? viuo, & regno simul ista reliqui.

Quid tum, quid tum postea, & quid tum denique, idem valent quod quid ergo? quid itaque? quid interea? quid demum? τί γάρ, τί ἐπὶ τούτῳ, quæ omnia significant, quò pertinet istud de quo loqueris, siue quid attinet hæc dicere? siue, quid sibi vult hic sermo?

Quĭdam, certus quispiam, à *quis*, i. aliquis, & *dam*, enclitico. cum suis, personam certam dicit. & singulare potius signum est quàm particulare. { ὁ δεῖνα. GALL. *Quelqu'vn, aucun.* ITAL. *Vn certo.* GERM. Einer HISP. *Vn cierto.* ANGL. *Some.* Cicer. *pro Clu.* Quidam ex aduocatis, homo summa virtute præditus. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. nimis solicitum me habuit cliens quidam. Idem *ibid.* Quis homo est? Menæchmus quidam.

Quĭdem aduerbium affirmandi, profectò, certè. { אכן *achén* γένοι, γεωῦ. GALL. *Certes, certainement.* ITAL. *Certamente.* GER. Zwar. HISP. *Ciertamente.* ANGL. *Truely.* } Et tribus modis in oratione accipi solet. Vno ad distinguendas res μὲν vt, Ego quidem scribo, tu verò legis, ille autem dormit. In quo modo duobus tantùm comitibus vti potest, scilicet verò & autem. Altero quasi per exceptionem eius quod affirmes. Quintil. *in Infan.* Torquebis quidem filium, sed fatebitur mater. Cic. *lib.* 3 *Offic.* Ab optimis, illis quidem viris, sed non satis eruditis. γε δή Plurésque in hoc modo comites habere potest: vt Verum, verumtamen, sed tamen, at, attamen, cæterùm. Tertiò quum nulla sequitur ex prædictis coniunctionibus: vt apud eundem. Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut si quisquam est, ille sapiens fuit. Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Metuam ego haud multum quidem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Dabitur malum me quidem si attigeris. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Sic animatos decet esse amatores, qui quidem se ad mendacitatem properent detrudere. Idem *Ps. sc.* 2. *a.* 5. Liberè herclè hoc quidem. Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Ne pigeat proloqui. Dum quidem non percontere quod non lubeat proloqui. ¶ Quidem, & certè, aliquando simul iunguntur. Cicer. *ad Lentul. lib.* 1. Illud quidem certè nostrum consilium iure laudandum est. Terent. *in Phor.* Quidem coniunxit cum hercle. Nam tua quidem hercle certò vita hæc expetenda, &c. Cicer. autem *lib.* 10. *Epist. ad Attic.* post quidem subiunxit profectò. Nunc quidem profectò Romæ es. Quidem (vt annotat Passer.) monosyllabum ponitur *in Asin. prologo, & in Ps.* Plaut. *sc.* 1 *a.* 1. (bis.) ¶ Eius composita sunt, Equidem, Siquidem: de quibus alibi.

Quĭdnam, aliquando interrogatiuè accipitur, aliquando indefinitè. { מה *mah.* τί ποτε. GALL. *Quoy, quelque chose?* ITAL. *Che, che cosa?* GERM. Was doch/oder warumb? HISP. *Que, que cosa?* ANGL. *what?* } Terent. *in Phor.* Quidnam ille commotus venerat? hoc est, quamobrem, vel propter quid? Idem *in Eunuch* Reuiso quidnam Chærea hic rerum gerat.

Quĭdnī, Certè, vel certum est, vel cur non, { πῶς γὰρ οὔ, τί μήν. GALL. *Pourquoy non?* ITAL. *Perche non?* GERM. Warumb nicht? HISP. *Porque no.* ANGL. *why not.* } Et duæ partes sunt secundùm Priscianum, sicut, Cur non. Terent. *in Eunuch.* Habésne hominem amabo? PH. Quidni habeam? Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Ecquid sentis? Quidni sentiam? Idem *Pseu. sc.* 1. *a.* 1 Quid fles? Quid ego ni fleam? *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Omnem rem, Quid ego ni teneam? Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Nostin? L. Quidni nouerim? Veteres enim ni pro ne ponebant, & ne pro non. Idem. Ni stulta sis. Et ne vult, pro non vult.

Quidum? Quare igitur? Plaut. *Amph.* Prodigum te fuisse oportet olim in adolescentia. A. quidum. M. Quia senecta ætate à me mendicas malum. Terent. *Eunuch.* At nunquid aliud? P. quidum? G. quia tristis es.

Quídque, vel quicque. Quintil. *lib.* 3. *cap* 11. Non vt quidque primum dicendum, ita primum cogitandum est. Cicer. 3. *de nat. deor.* Interpretando quorsum quidque pertineat. Plaut. *Amph.* vt lubet quicque facias.

Quicquam. Plaut. *Ps. sc.* 2. *a.* 5. Ordine vt quicquam egisti scio. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 3. Nunquam quicquam factum peius. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Nunquam quicquam poscerem. Idem *Men. sc.* 2 *a.* 4. Non deliqui quicquam. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

———*Si quicquam credis amico.*

¶ Nonnunquam vocat. vt apud Plaut. *sc.* 3. *a* 1. *Mostell.* Quid illa pote quicquam peius muliere memorari. ¶ Pro quidque. Idem. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Ordine omne, vt quicquam gestum est edissertauit. Idem *ibid.* Ordine vt quicquam egesti, scio.

Quĭcquid, vt quidam aiunt, mutat d, in c, ne bis interrogare videamur. { ὅτιοῦν. GALL. *Tout ce que c'est.* ITAL. *Ciascuna cosa.* GERM. Alles das/Geb was. HISP. *Todo que* ANG. *what soeuer.* } Sed non est ratio satis ponderosa, vt putem non reprehendendum qui scripserit quidquid & quidquam. Quint. *lib.* 1. *de Orthograph.* Frigidiora his alia, vt quidquid quartam c haberet, ne interrogarebis videremur: & quotidie, non cotidie, vt sit quoto die. Est autem quicquid substantiuum, sicut & quid. Ideo genitiuum substantiuum, vel adiectiuum exigit: vt Quicquid pecuniarum, quicquid molle. Quicquid nomen est tibi, quocunque voceris nomine. Gell. Quodcunque adiectiuum est, & ideo substantiuum in eodem casu patitur, sicut & quod: vt Quodcunque cælum: adiectiuum verò respuit.

Quĭēs, etis, Vacatio à labore, siue cessatio à quocunque opere. { מנוח *manóach* מנוחה *menuctáh* הנחה *hanactáh* שלוה *schaluáh.* { ἡσυχία. GALL. *Repos.* ITAL. *Quiete, riposo.* GERM. Rühe oder rast. HISP. *Holgança de trabajo.* ANG. *Rest, quietnesse.* } Cicer. *Catil.* Mors, laborum, aut miseriarum quies est. Senec. *cap* 3. *de cons. ad Mart.* Quiete dignissimus. (id est qui placidè quiescat mortuus: vel qui somno dignissimus est perpetuo.) ¶ Aliquando pro Somnio. Velleius, manifestæ denunciatione quietis (i. somnij monitu) ¶ Sæpissimè accipitur pro somno, eo quòd dormientes ab omni opere ferientur: cui opponitur vigilia. Quintilian. *lib* 7. *cap.* 3. Labor an otium, vigilia an quies? Horat. *Epist.* 17.

Si te grata quies, & primus somnus in oram
Delectat.

Vt quies commodior veniat. Cels. *lib.* 6. *cap.* 6. Noctu verò, quo commodior quies veniat, nos alienum est, &c. Cicer. 1. *de diuinat.* Quæ quidem multò plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino perturbata & confusa cernimus. Virgilius 10. *Æneid.*

———*neque enim membris dat cura quietem.*

¶ Olim per quintam declinationem inflectebatur. Quies, quiei: quæ inflexio etiam hodie manet in composito requies, requiei: quanquam & hoc nonnunquam faciat requietis. Cicero *in Catone*, vt meæ senectutis requietem, delectamentáque noscatis. ¶ Differunt (vt quidam volunt) quies & tranquillitas: quòd quies, corporis sit: tranquillitas animi. Idem *in Prolog. lib.* 1. *de Orat.* Nam qui locus quietis, & tranquillitatis animi plenissimus fore videbatur, in eo maximæ moles molestiarum, & turbulentissimæ tempestates extiterunt. Salust. Nanque animus impurus diis hominibúsque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari potuit: ita conscientia mentem excitatam vexabat. Cicer. 1. *Offic.* Ioco vti illo quidem licet, sed sicut somno, & quietibus cæteris. Verùm hæc differentia non est perpetua. Accipitur enim sæpissimè quies pro otio, & tranquillitate animi. Plin. *lib.* 18. *c.* 28. Qui paupertatem & quietem doctrinam ei sciebant in primis cordi esse. ¶ Quietes, in plurali pro cubilibus. Lucret. *lib.* 1. Namque canes, vt montiuagæ persæpe ferai Naribus inueniunt intectas fronde quietes ¶ Accipitur aliquando quies pro tranquillitate, siue serenitate aëris. Virg. 2. *Georg.*

Si non tanta quies iret frigúsque, calorémque
Inter & exciperet cæli indulgentia terras.

Quĭēsco, scis, quieui, quietum, Quietem ago, quietem cupio, ferior à labore. { נח *nách* שבת *schabáth.* ἡσυχάζω, ἡσυχίαν ἄγω. GAL. *Se reposer, dormir, cesser.* ITAL. *Riposarsi.* GER. Rüwen. HISP. *Holgar.* ANGL. *To rest to beat quiet or rest.* } Virg. 1. *Æneid.*

———*nunc blanda compositus pace quiescit.*

Plaut *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Nunquam hodie quiescet, quin perfecerit. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 3. Potin'vt quiescas, si ego hanc referam. Item *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Audio & quiesco. (i. taceo.) *Ibidem*, Quiesce quæso. (i. ne sæui & irascere.) ¶ Accipitur & pro dormio. Cicer. 6. *Verr.* Eo quum venio, Prætor quiescebat. Plaut. *Amph.* Ibi cœnaui, atque ibi quieui in naui. (i. dormiui.) Idem *Mostell. sc.* 4 *a.* 1. Sine eum quiescere (i. dormire sup. ebrium.) Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Quin tu quiescis cor meum. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 3. Potin'vt quiescas, si ego hanc referam, &c. ¶ Aliquando pro sto, non moueor. ἐῶ χάζειν μένω, ἠρεμέω. Virgil. 6. *Æneid.*

Postquam collapsi cineres & flamma quieuit.

Idem 7. *Æneid.*

———*postquam alta quierunt*
Æquora.

¶ Aliquando actiuè accipitur pro quiescere facio. παύω. Plaut. *in Most.* Quiesce tumulum hunc qui est ante ostium. ¶ Quiescere etiam dicitur qui solitam petulantiam remittit. Terent. *in Prol. Andr.* De hinc vt quiescant porrò moneo, & desinant maledicere. ¶ Aliquando accipitur pro abstinere, seu supersedere. Gell. *lib.* 2. *cap* 28. Statuere, atque edicere quiescebant. Plaut. *in Mostell.* Quin tu si sapis, quiesce hanc rem modò petere. ¶ Aliquando pro permitto. Cic. *ad Att. lib.* 7. Quiescat rem adduci ad interregnum. ¶ Quiesci, impersonale. Terent. *in Andr.* Quibus quidem quàm facilè poterat quiesci, si hic quiesset. ¶ Hinc componuntur acquiesco, conquiesco & requiesco: quorum significata vide suis locis.

‖ Quietalis ab antiquis dicebatur Orcus. Fest. quòd hominibus quietem tribuat ‖

Quietorium, & requietorium, conditorium monumentum, vbi quiescant condita corpora. In inscription. antiquis illa nomina leguntur. Vide inscriptiones antiquas Orbis Romani, quas edidit Gruterus.

Quĭētus, a, um, adiectiuum est à nomine quies deductum, aut potius nomen ex participio, idem valens quod tranquillus, otiosus, placidus. { שליו *schelév* שלו *scaléu.* ἥσυχος. GALL. *Coy qui est en repos.* ITAL. *Quieto, chi sta in riposo.* GERM. Rüwig. HISP. *Sossegado y quedo.* ANGL. *Quiet or at rest.* } Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Potin'vt quieto sis animo? Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. De isto quietus esto. (id est, securus. Ter. *in Phorm.* Quietus esto, inquam: ego curabo nequid verborum duint. Vbi Donatus, Quietus, securus: ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Virg. 5. *Æneid*

———*mox aere lapsa quieto*
Radit iter liquidum celeres neque commouet alas.

Idem 1 *Æneid.* in primis regina quietum Accipit in Teucros animum & fementémque benignam. ¶ Reddere quietum, efficere vt quietè & securè quis viuat. Terent. *Eunuch.* Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam, Ne sursum deorsum cursites, néve vsque ad lucem vigiles. Solutus & quietus animus. Cic. *pro Roscio Com.* Hoc ego loco soluto & quieto sum animo: & quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. Idem 2. *Tusc.* Nam qui id quod vitari non potest metuit, is viuere animo quieto nullo modo potest. Idem 6. *Verr.* Primò mirum omnibus videri, Diodorum reum hominem quietissimum. Horat *Epod.* 10.

Quietiore non feratur æquore,
Quàm Graia victorum manus,
Cum Pallas vsto vertit i am ab Ilio
In tam impiam Aiacis ratem

¶ Apud

¶ Apuleius *Apolog.*1.Non quietus est, pro quieuit.

Quiētē, aduerbium, Tranquillè, placidè. { ἡσυχῆ, ἀτρέμα. GAL. *En paix & traquillité.* ITAL. *Pacificamente, tranquillamente.* GERM. Rüwigklich/ Mit stille. HISP. *Quedamente, sossegadamente.* ANG. *Quietlie, with rest.* } Cic. 1 *de finib.* Qua qui vtantur, beneuolentiam sibi conciliant:& (quod aptissimum est ad quietè viuendum) charitatem. Idem 3. *bell. ciuil.* Nostri compluribus interfectis, quinque omnino suorum amissis, quietissimè se receperunt.

Quīlĭbĕt, Quiuis, quasi quemcunque ex multis libet deligere. { איש isch. ὅστις, ὁστισοῦ. GALL. *Qui que tu voudras c'est tout vn lequel, chacun.* ITAL. *Ciascuno, qual ti piace.* GERM. Was einer will / ein ieder. HISP. *Quienquiera que.* ANGL. *Euerie one, whome thow wil.* } Horat. *in Arte,*

——— *pictoribus atque Poëtis*
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

¶ Ponitur etiam aliquando pro vili & obscuro. ὁ τύχων. Plin. *lib.* 7. Bis ab Annibale captus, neque cum quolibet hoste res fuit. Ouid. 1. *de Arte amandi,*

Pollicitis diues quilibet esse potest,

hoc est, vel tenuissimæ fortunæ homunculus. Cui locutionis generi non dissimile est illud Horatianum,

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.

Quīmātŭs, Ætas quinque annorum. { πεντετία. GAL *L'aage de cinq ans.* ITAL. *Spazio de cinque anni.* GERM. Des fünfjärig alter. HISP. *Espacio de cinco años.* ANGL. *The age offyue yeares.* } sicut bimatus, & trimatus, ætas duorum, & trium annorum. Plin. *lib.* 8. *cap.* 45. Fœminis vita quindecim annorum longissima, maribus viginti: robur in quimatu, de bobus.

Quin, variis modis dicitur. Nam aliquando ponitur pro cur non. { τί μή. GALL. *Que ne, pourquoy non.* ITAL. *Che non, perche non anzi.* GERM. Warumb / was ist die vrsach / oder was hinderet es das nicht? HISP. *Que no, porque no, tambien como.* ANGL *Vhy not.* } vt quum increpantes, vel interrogantes, vel exhortantes dicimus, Quin venis; quin fugis; Virg. 2. *Ecloga,*

Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus.
Viminibus, mollíque paras detexere iuncos;

Cicero *pro Rabirio,* Quin compescitis istam vocem indicem stultitiæ? aliquando pro quod, seu vt, Cicer. *Att.* Prorsus nihil abest quin sim miserrimus. Idem, Non dubito quin eo sis animo quo ego essem, si quid tu me rogares. Terent. *in And.* Non dubium est quin vxorem norit filius. ¶ Super coniunctione Quin, & eius notionibus vide Gell. *cap.* 13 *lib.* 17. ¶ Quin pro vt, idem *cap.* 3. *lib.* 13. *& cap.* 13. *lib.* 17. *noct. Attic.* Alias significationes ab exemplis discito. Tibul. *lib.* 4.

Quin hortante Deo, magnis insistere rebus
Incipe.

Ibidem,

Quin largita tuis sunt multa silentia votis.

Plaut. *Mostell sc.* 3. *a.* 1. Quin aspice me & contempla. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Nunquid memorare, quin ego liber eam. Idem *Most. sc.* 2 *a.* 1. Non videor sarcire posse ædes; quin ruant. Idem *Men. sc.* 8. *a.* 5. Me conuenisse audes dicere? Quin te eripui. Idem *Ibid. sc.* 5. *a.* 5. Quin te Iupiter, dííque omnes perduint! Idem *sc.* 2. *a.* 5. Quin incommodi plùs malique assit, boni si obtigit quid? Idem *Men. sc.* 1. *a* 4. Quin tu taces; Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Quin mone si quid erro. Aliquando pro quinetiam, id est, insuper, præter id, siue atque etiam. { אך ach גם gham. καὶ μάλ, καὶ ἔτι. } Virgil. 1. *Æneid.*

——— *quin aspera Iuno,*
Quæ mare nunc terrásque metu, cælúmque fatigat,
Consilia in melius refert,

hoc est, quinimo, vel quod maius est. Plaut. *sc.* 1. *a.* 2. *Amphit.* Vidistin' vxorem meam? so. Quin introire in ædes nunquam licitum est. ¶ Pro Imò. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Quin leno hîc habitat. Idem *alibi,* Non ædepol faciam: quin ego illum aut deseram; aut satisfaciat mihi. (i. Imò verò.) ¶ Pro atqui, idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Hercle quin rectè dicis, (pro atqui certè) Idem *Amph. sc.* 2. *a.* 2. At pol quin certa res est hanc obiurgare (i. atqui.) Idem *Ps. sc.* 5. *a.* 1. Quin vt rus irem constitueram. Idem *Menach sc. vlt. a.* 5. Hercle quin monuisti rectè. (i. atqui.) ¶ Pro quidni. Idem *Amph.* Negas scelestè; Quin negem; ¶ Pro quo non, *ibid sc.* 1. *a.* 1. Nec quicquam sit, quin me omnes dignum deputent. ¶ Pro quam non, *ibid. sc.* 1. *a.* 5. Nulla est confidentia in corde quin amiserim. ¶ Aliquando idem valet quod vt non, vel quod non. μὴ οὐχὶ, μὴ οὐ. Cic. Non idcirco causas Isocrates non defendit, quin id vtile esse, & honestum existimaret. Similiter quum dicimus, Non possum me continere quin gestiam: id est, vt non, vel quominus gestiam. Virg. 3. *Æneid.*

Hic tibi nequa moræ fuerint dispendia tanti,
Quin vatem insanam inspicias id est, vt non.

¶ Aliquando ponitur pro qui non. ὅστις οὐ. Cic. *lib.* 9. *Epist.* Nemo est nostrorum quin vota victoriæ suæ fecerit. ¶ Aliquando pro imò. Ter. *in Heaut.* Quid dicam; quam causam afferam; s. quin nolo mentiare. ¶ Aliquando pro etiam. Terent. *in Heaut.* Syre, pudet me. s. Credo, neque id iniuriâ, Quin mihi molestum est. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Nullus est quem roges mutuum argentum; c. Quin iam nomen interiit mutui, &c. ¶ Aliquando pro quamobrem. Plaut. *in Epid.* — hîc non est locus, Quin tu alium quæras cui centones sarcias. ¶ Aliquando pro certè, profectò. Idem *in Amphitr.* At pol quin certa res hanc est obiurgare.

Quinarius, numerus quinque. πεντάς.

Quincentos, pro quingentis dixere veteres, autore Festo.

QVĪNCVNX, cis, Pondus, vel mensura quinque vnciarum. { πέντε οὐγκίαι. GAL. *De cinq onces.* ITAL. *De cinque encie.* GER. Ein gewicht zehen lot. HISP. *De cinco onças.* ANGL. *Offyue vnces.* ¶ In arborum quoque ordinibus quincunx dicitur, quum ita dispositæ sunt arbores, vt binæ cum tertia proximi ordinis æquali interuallo sibi opposita, quoquo te vertas, quincuncialem referant. Quint. *lib.* 8. *c.* 3. Nullúsne ergo etiam fructiferis adhibendus decor? quis negat? nam & in ordinem, certaque interualla redigam eas arbores. Quid enim in illo quincunce speciosius, qui in quamcunque partem spectaueris, rectus est; Sed protinus in id quoque prodest, vt terræ succum æqualiter trahant. Cic. *in Catone Maiore* Quum autem miraretur Lysander & proceritatem arborum, & directos in quincuncem ordines, &c. Col. *lib.* 3. *cap.* 13. Nonnulli tamen omnem vitem per denos pedes in quincuncem disponunt. Arborum ordines (inquit Bayfius) dicuntur in quincuncem digesti, quando secundi ordinis arbores paribus interuallis sic disponuntur, vt figuram quincuncialem seruare adinuicem videantur. Est autem figura quincuncialis, vt suprà annotauimus in dictione *Decussis*, dimidia pars literæ x, per medium sectæ, quæ decussis figuram refert. Eius dimidium figura est literæ v, quæ quincuncem repræsentat. Ratio quare huiusmodi figuræ quincuncis & decussis appellationem sint sortitæ, non est obscura, Veteres enim, quemadmodum etiam hodie fieri videmus, numerum denarium & quinarium huiusmodi notis x & v, pingere solebant. Arbores itaque in quincūcem digestæ dicuntur quum ita sunt collocatæ, vt tertia duabus æquali interuallo opposita, v literæ similitudinem faciat. ¶ Qunicunces vsuræ sunt, quoties ex centum nummis (vt exempli gratia sit) quinque nummos vsuræ nomine percipimus. Sic semisses vsuræ, trientes, besses & huiusmodi Persius *Satyr.* 5.

Quid petis vt nummi, quos hîc quicunque modesto
Nutrieras, peragant auidos sudare deunces;

Quincunx adiectiuè, quinque partes habens.

Quīncūncĭālĭs, e, { οὐγκίας πέντε κατέχων. GAL. *De cinq onces.* ITAL. *De cinque oncie.* GERM. Das nicht gar eines halben schuchs hoch ist. HISP. *De cinco onças.* ANGL. *Of fyue vnces.* } Quincuncialis herba dicitur quæ mensuram quincuncialis vnius pedis habet, hoc est, septenos ferè digitos. Plin *lib.* 27. *c.* 13. de lithospermo, Herba quincuncialis ferè foliis duplò maioribus quàm rutæ. Quincunces etiam vsuræ dicuntur, quoties ex centum numis (vt exempli gratia sit) quinque numos vsuræ percipimus Sic semisses vsuræ, trientes, besses, & huiusmodi. ¶ Est & quincunx mensuræ genus, paulum & suprà mediam heminam continens. Martial *lib.* 2.

Te conuiua leget misto quincunce, sed ante
Incipiat positus quàm tepuisse calyx.

Quīncŭpĕdal, mensura erat, siue regula quinque pedum, qua fabri murarij in dimetiendis parietibus vti solebant. Huius formam & vsum sic depingit Martialis *lib.* 14.

Puncta notis ilex, & acuta cuspide clausa,
Sæpè redemptoris prodere furta solet.

Quīncŭplex, Numerus quinque continens, ex quique plicatus, { πενταπλάσιος. GAL. *Quintuple, qui a cinq doubles.* ITAL. *De cinque doppie.* GERM. Fünffaltig. HISP. *De cinco doblezes.* ANG. *Fiue double, or fiue fold.* } vt duplex, & triplex. Martial. *lib.* 14.

Cade iiuuencorum domini caret area felix,
Quincuplici cera quum datur altus honos.

Qnīndĕcim, penult. correp. Nomen numerale, indeclinabile, significans ter quinque. { חמש עשר *chamésch ḥasár.* δεκαπέντε. GALL. *Quinze.* ITAL. *Quindici.* GERM. Fünffzehen. HISP. *Quinze en numero.* ANGL. *Fyuetene.* } Plaut. *Pseud.* Et iam quindecim habeo mnas. Horat. *in Carm secul.*

Quindecim Diana preces virorum
Curet.

Quīndĕcĭēs, aduerb. numerandi, Quindecim vicibus, { δεκαπεντάκις. GALL. *Quinze fois.* ITAL. *Quindici volte* GER. Fünffzehen maal. HISP. *Quinze vezes.* ANGL. *Fyuetenes tymes.* } Mart. *lib.* 7.

Dicere quindecies poteram,
Quid pertinet ad te?

Quīndĕcĭmuĭrī, Magistratus erant Romæ, quindecim numero, soli ius habentes Sibyllinos libros adeundi. πεντεκαίδεκα ἄνδρες. Horum dignitas Quindecimuiratus appellabatur.

Quīndēnŭs, a, um, adiect. est num. distributiui. { חמש עשר *chamesch ḥasár.* πεντεκαίδεκα. GALL *Quinze.* ITAL *Quindici.* GERM. Je fünffzehen. HISP. *Quinze.* ANGL. *Fiftene.* } Liu. 5. *belli Macedonici*, Quindena iugera agri data in singulos pedites sunt.

Quīnĕtĭām, coniunctio copulatiua qua nectimusq, uæ coniuncta significare volumus: idem ferè valens quod insuper, siue præterea, & vt vulgò, *quod maius est.* { גם gam אף ach. καὶ μὴν καὶ ἔτι. GALL. *D'auantage, en outre, qui plus est.* ITAL. *Oltra cio, ancora ma, di piu.* GERM. Ja auch / vil mehr. HISP. *Mas presto, mas ayna.* ANGL. *Moreouer.* } Cicer. *de Amic.* Quinetiam necesse erit cupere, & optare, vt quàm sæpissimè peccet amicus. Virg. 4. *Æneid.*

Quinetiam hyberno moliris sidere classem.

QVĪNGĔNTI, æ, a. Quinquies centum. { חמש מאות *chamésch meóth.* πεντακόσιοι. GAL. *Cinq cens.* ITAL. *Cinquecento.* GER. Fünffhundert. HISP. *Quinientos en numero.* ANGL. *Fiue hundred.* } Cicer *ad Attic.* Nec mirum, quingentos denarios dat. Virg. 10. *Æneid.*

Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat.

¶ Quingenti item, hoc est, οἱ πεντακόσιοι. magistratus nomen erat apud Athenienses, à numero quingentorum virorum quorum officium erat ciuilia munera, rerúmque actiones, de quibus quotidie lis inter populares erat, iudicare. Dignitatem autem hi maximam obtinebant, ac ab Areopagitis secundum locum obtinebant.

Quīngēntēsĭmŭs, a, um, Numerus est ordinis. { πεντακοσιοστός. GAL. *Cinqcentiesme, de cinq cens l'vn.* ITAL. *Cinquecentesimo.* GER. Das fünffhundert ist. HISP. *Quinientos en orden.* ANG. *The fiue hundreht.* } Plin. *lib.* 15. *cap.* 1. Anno vrbis quingentesimo quinto.

Quīngēntĭēs, aduerbium numerandi. Quinquies centum. { πεντακοσιάκις. GAL. *Cinq cens fois.* ITAL. *Cinque cento volte.* GERM. Fünffhundert maal HISP *Quinientas vezes.* ANGL. *Fiue hundred tymes.* } Cicer. 4. *Verr.* Ob eam rem H-S quingenties Veneri Erycinæ de Schenij bonis exacturum.

Quīngēnī, æ, a, numeri distributiui nomen est, Quingenti per singula: vt quum dicimus, Quingenos denarios militibus diuisos, id est, singulis quingentos. Sæpè tamen ita accipitur, vt nihil amplius significet quàm quingenti. { οἱ πεντακόσιοι. GALL. *En nombre de cinq ans.* ITAL. *In numero di cinquecento.* GERM. Fünffhundert. HISP. *Cada vno quinientos.* ANGL. *Fiuehundred.* } Suet. *in Cæsare,* Annuam etiam habitationem Romæ vsque ad bina millia nummûm, in Italia non vltra quingentos

Quingenarius,a,um, nonnunquam ad numerum refertur.{πεντακοσιοστός. GALL. Cinqcentiesme. ITAL. Cinquecentesimo. GERM. Das fünffhundert hatt. HISP. Quinientos en numero. ANG. The fiue hundreth.} vt Quingenarius grex, hoc est, pecudes continens quingentas, apud Varr. *lib.2. de re rust.* ¶ Nonnunquam ad pondus: vt Lanx quingenaria, id est, quinquaginta pondo. Plin. *lib.* 33. *cap.* 11. Dispensator Hispaniæ citerioris quingenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina exædificata fuerat. ¶ Potest & ad ætatem referri: vt quingenarium sit quod est quingentorum annorum.

Quinimò, Quin potius, imò verò, imò etiam. {גם אך gham aach. ἀλλὰ δὴ & μᾶλλον. GALL. Qui plus est, & qui plus fort est. ITAL. Anzi, piu tosto. GERM. Ja vil mehr/ia auch. HISP. Antes, mas presto, mas ayna. ANGL. Yea rather.} Plin. *Epist.* 74. Præualuit sententia Cepionis: quinimò consurgenti ei ad censendum, acclamatum est: quod solet residentibus.

QVINQVAGINTA, Numerus continens quinquies decem. {חמשים chamischschim. πεντήκοντα. GALL. Cinquante. ITAL. Cinquanta. GERM. Fünfftzig. HISP. Cinquenta en numero. ANGL. Fiftie.} Inde Quinquagies, aduerbium numerandi. πεντηκοντάκις. Plin. *lib.* 7. Quinquagies collatis signis dimicauit. ¶ Pro eodem etiam dicimus Quinquagesies: vt apud Plaut. *in Men.* Vide paulò infra.

Quinquagenarius,a,um, Annorum quinquaginta, quemadmodum sexagenarius, annorum sexaginta. {חמשים chamischschim. πεντηκοντούτης. GAL. Chose de cinquante ans, cinquantain. ITAL. Di cinquanta anni. GER. Das fünfftzig järig ist. HISP. Cosa de cinquenta años. ANGL. Of fiftie yeares.} Refertur & ad numerum: vt quingenarius grex, id est, quinquaginta capitum. Varr. 6. *de re rust.* Ad equarum gregem quinquagenarium bini homines. Quinquagenaria vrna, id est, quinquaginta capiens certi generis mensuras. Cato *de re rust. cap.* 13. Vrnam quinquagenariam vnam, sextarium olearium vnum.

Quinquagesimus. GALL. Le cinquantiesme. aliud Adiectiuum, πεντηκοστός. Quinquagesimas exigere, ea forma qua & Decumas exigere, dicitur. Cicer. 5. *Verr.* Ab omnibus enim ternæ preterea quinquagesimæ exigebantur. Quinquagesima liba, pro religione quadam apud veteres offerebantur. Martial. *lib.* 10.

Natales mihi Martiæ Calendæ,
Lux formosior omnibus Calendis,
Qua mittunt mihi munus & puellæ
Quinquagesima liba, septimámque
Vestris addimus hanc foris acerram.

Quinquagesies. Plaut. *Menech. sc. vlt. a.* 5. Vix tota auctione capiet quinquagesies. ¶ Pro eodem dicitur Quinquagies, & quinquaginta. Vide paulò antè.

Quinquatria, orum, quæ & Quinquatriæ dicuntur Diomedi *lib.* 1. Festa erant Romæ Palladi, seu Mineruæ sacra, non dissimilia iis quæ ab Atheniensibus vocabantur παναθήναια. Dicta quinquatria, à numero quinque dierum quibus celebrabantur: quorum primo fiebant sacrificia: secundo, tertio & quarto gladiatorum spectacula edebantur: quinto vrbis fiebat lustratio. Videtur autem primus ex hisce diebus fuisse quintus post Idus Martias, hoc est, XIII. Calendas Aprilis: quod non obscurè colligi potest ex *lib.* 3. *Fast.* Ouid. vbi sic habet,

Idibus est Annæ festum geniale Perennæ,
Non procul à ripis aduena Tybri tuis.

Deinde subdit,

Postera quum teneras Aurora refecerit herbas,
Scorpius à prima parte videndus erit.
Tertia post Idus lux est celeberrima Baccho.
Bacche faue vati, dum tua festa cano.

Et mox,

Stella Lycaoniam vergit decliuis ad Arcton
Miluius: hac illa nocte videnda venit.

Et rursus,

Vna dies media est, post fiunt sacra Mineruæ,
Nomina quæ à iunctis quinque diebus habent.
Sanguine prima vocat, nec fas concurrere ferro:
Causa, quòd est illo nata Minerua die.
Altera, trésque super strata celebrantur arena.
Ensibus exertis bellica læta dea est.
Summa dies è quinque tuba lustrare canora
Admonet, & Forti sacrificare deæ.

Idem Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* de suo & fratris natali die:

Hæc est armigeræ festis de quinque Mineruæ
Quæ fieri pugna prima cruenta solet.

Sueton. *in Neron. c.* 34. Solemnia quinquatrium, &c. Item, Quinquatria neutro genere dixit Tacit. *lib.* 14. & interpres Iuuenal. *Sat.* 10. Varro *lib.* 5. *de lingua Latina*, autor est antiquitus vnum tantummodo festi huius diem fuisse, post quintum scilicet Idus Martias: eúmque quinquatrum vocatum fuisse, tracto vocabuli exemplo à consuetudine vicinorum populorum, qui dies post sextum, & septimum Iduum, sexatrum, & septimatrum appellauere: paulatim tamen nominis errore consuetudinem irrepsisse, vt quinque dies crederentur. Varronis sententiæ Festus quoque subscribit. Vnde apparet nonnisi mera esse somnia quæ à recentioribus Grammaticis de vocis huius etymo sunt excogitata; qui quinquatria inde dicta tradiderunt, quòd celebrarentur quinque diebus continuis post diem atrum, qui erat postridie Iduum, quum probatissimorum (quod iam adduximus) autorum testimoniis satis constet atrus, siue atria particulas; in hisce vocibus nihil significare, sed solas esse nominum productiones, vt non obscurè indicat Gell. *cap.* 21. *lib.* 2. Et interpres Iuuen. *Satyr.* 10. Quin etiam apertè hoc ostendit Sosipater antiquus Grammaticus *lib.* 1. cùm ita inquit, Quinquatrus pluraliter, non quinquatria: non enim dictæ sunt quinque dies atri, sed quòd quinquatrus antiqui dicebant à quinquando, id est, lustrando, quòd eo die arma ancilia lustrari sunt solita. Fuerunt & minora quinquatria, siue (vt Festus appellat) quinquatrus minusculæ, quæ Idibus Iuniis à tibicinibus personatis celebrabantur in honorem Mineruæ. Ouid. 6. *Fast.*

Et iam Quinquatrus iubeor narrare minores:
Nunc ades ò cœptis flaua Minerua meis.
Cur vagus incedit tota tibicen in vrbe?
Quid sibi persona, quid toga longa volunt?

Huc etiam spectare videtur illud Plaut. *Milite*, Da quod dem quinquatribus, percantatrici, collectrici, &c. Sortitur autem hoc nomen varias declinationes. Nam modò per secundam, modò per tertiam declinationem inflectitur: vnde & duplex mansit ablatiuus quinquatriis, & quinquatribus. Et genitiuus plural. 3. declin. Quinquatrium, apud Sueton. *in Neron. cap.* 34. ad sollennia Quinquatrium euocare aliquos. Cic. *Cal. lib.* 2. Ita tumultuosæ conciones quinquatriis afferebantur. Iuuen. *Sat.* 10. Incipit optare, & totis quinquatribus optat. ¶ Quinquatrus, uum, per quartam declinationem, sicut Idus, uum. Cicer. *Attic. lib.* 9. Fuit enim pridie quinquatrus egregia tempestas qua ego illum vsum puto. Quin & Diomed. Quinquatrias per primam inflexionem protulit.

QVINQVE, nomen numer. & inuariabile, tria, & duo. {חמשה chamischáh. πέντε. GAL. Cinq. ITAL. Cinque. GEMR. Fünff. HISP. Cinco. ANGL. Fiue.} Ouid. *lib.* 8. *Met.* Quinque ter implebat vlnas. Tibull. *lib.* 4.

Et quinque in partes (id est, zonas) *totus disponitur orbis.*

¶ A quo Quintus, a, um. πέμπτος. Quinus, a, um, Quinarius, a, um, Quinquies, πεντάκις. Quincunx, Quinquemestris, πεντάμηνος. Quincupertius, Quintuplex, πενταπλοῦς. Quindecim, Quinquaginta, Quingenti, Quinquagesimus, & huiusmodi. ¶ Quinque pedum præscriptio, interdicti genus est, ex Solonis legibus in XII. Tabulas translatum: quo cautum est vt qui arborem in agro suo sereret, quinque pedum interuallo à vicino abesset, præterquam in olea & ficu: in quibus, quòd sine insigni nocumento aliis plantis admoueri non possunt, vt quæ & latiùs spargant radices, & humorem absumant, & succum noxium affundant, nouem pedum requirit interuallum. Vide Caium *l. vlt. D. fin. regund.*

‖Quinque Ecclesiæ, *Cinq Eglises*, V. E. Hũgariæ, ad Drauum fl. sub A. Strigoniensi, quam Turcæ Christianis an. 1543. eripuerunt. ‖

Quinquefolium, ij, herba à numero foliorum nomen habens, vnde etiam Græcis dicitur πεντάφυλλον. de qua Plin. *lib.* 25. *c.* 6. & 9. {GALL. Quintefueille. ITAL. Herba cinquefoglie. GERM. Fünfffingerkraut. HISP. Cinco en rama.}

Quinquegentes, quinquegentium, Africæ gentes.

Quinquelibralis, quinquelibrale, quod est quinque librarum. {ὁ μνᾶς πέντε βαρύς, ἡ λίτρας πέντε. GALL. De cinq liures. ITAL. De cinque libre. GERM. Fünffpfündig. HISP. Cosa de cinco libras. ANGL. Of fyue poundes.} vt Quinquelibrale pondus. Colum. *lib.* 3. *cap.* 15.

Quinquemestris, e, quod quinque mensium ætatem habet {πεντάμηνιαῖος. GALL. De cinq mois. ITAL. De cinque mesi. GERM. Fünff monat alt. HISP. De cinco meses. ANGL. Of fiue monethes.} Varro *de re rust. cap.* 7. Quinquemestribus pullis factis.

Quinquennis, Quinque annos natus. {πενταετής. GALL. De cinq ans. ITAL. De cinque anni. GERM. Fünfjärig. HISP. De cinco años. ANGL. Of fyue yeares.} Plaut. *in Pœn.* Duæ fuere filiæ, altera quinquennis, altera quadrimula.

Quinquennalis, e, quod fit quinto quoque anno. {πενταετηρικός. GAL. De cinq ans. ITAL. De cinque anni. GERM. Das alle fünff jar ist oder wäret. HISP. Cosa de cinco años. ANGL. That is done enerie fift yeare.} vt Quinquennales ludi, apud Plin. *lib.* 4. *c.* 5. Quinquennalis magistratus, qui quinque annis continuis geritur. Liu. 4. *ab Vrbe*, Alios magistratus annos esse, quinquennalem Censuram grauem esse.

Quinquennium, ij, Spatium quinque annorum. {πενταετία. GALL. Espace de cinq ans. ITAL. Spatio de cinque anni. GERM. Die zeit fünff jar lang. HISP. Espacio de cinco años. ANGL. The space of fiue yeares.} Cicer. 3. *de Legibus*, Bini sunto, magistratum quinquennium habento.

Quinquepartitus, a, um, penult. prod. quod in quinque partes diuisum est. {πενταχῇ μεμερισμένος. GAL. Party en cinq. ITAL. Partito in cinque parti. GERM. In fünff theil abgetheilt. HISP. Partido in cinco partes. ANGL. Deuided in to fiue.} Cicero 1. *de Inuent.* Quinque partitam igitur hoc pacto putant esse argumentationem.

Quinquepartitò, aduerbium. {πενταχῇ. GALL. En cinq parties. ITAL. In cinque parti. GERM. Mit theilung in fünff. HISP. En cinco partes. ANG. Into fyue partes.} Plin. *lib.* 25. *cap.* 6. Foliis per interualla quinquefolij, aut canabis, per ambitum incisis, quinquepartitò, nigris & ipsis, plumosisque.

Quinqueprimi, quinque viri, qui aliquo ordine (vt in senatu) sunt primi, i. primarij, principes.

Quinqueremis, e, is, Nauis quinque remorum ordines habens. {πεντήρης. GALL. Galere de cinq rames pour banc. ITAL. Galea de cinque remi per banco. GERM. Ein groß schiff das an einer zeylen fünff ruder hatt. HISP. Naue ò galera de cinco ordines de remos. ANG. A galey with fiue oweres in a seate.} Plin. *de Vir. illust.* Rhegium regressus, quinqueremem hostium copiis pedestribus cepit.

Quinqueuiri, Magistratus quinque capitum numero constans, quorum officium siue dignitas quinqueviratus appellatur. πεντάνδροι.

‖ Quinquipartes versus. πεντάμερεῖς qui quinque partes signant. ‖

Quinquies, aduerbium, quinque vicibus. {πεντάκις. GALL. Cinq fois. ITAL. Cinque volte. GERM. Fünff maal. HISP. Cinco vezes. ANG. Fyue times.} Cicer. 11. *Philipp.* At hic me defendente quinquies absolutus est. quinquies millies, Plin. *lib.* 2. *cap.* 23.

Quini, æ, a, nomen distributiui numeri, à quinque deductum. {חמש חמש chaméschcharnesch. οἱ & αἱ & τὰ πέντε. GALL. Cinq en nombre de cinq à cinq. ITAL. Cinque in numero, à cinque à cinque. GERM. Je fünff und fünff. HISP. Cinco en numero, de cinco en cinco. ANGL. Fiue, or fiue and fiue.} Cicer. 3. *Verr.* Nam quum à multis quaterna, etiam quina exigerentur, &c. Horat. *lib.* 1. *Sermon. Satyr.* 2.

Quinas hic capiti mercedes exigit: atque
Quanto perditior quisque est, tanto acriùs vrget.

Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Lex quina vicenaria. Idem *ibidem*, Quater quinis minis.

Quinio, à quinque, sicut quaternio à quatuor.

Quinisco, inclino: vnde conquinisco.

Quinquertium, ij, in sacris certaminibus dicebatur quod Græci sua lingua πένταθλον appellabant: vtroque nomine deducto à quinque artium, seu certaminum generibus, quibus in sacris Græciæ certaminibus congrediebantur ij quos à professione Græci πεντάθλους, Latini quinquertiones appellabant: quòd scilicet πυγμῇ, δρόμῳ, ἅλματι, δίσκῳ, καὶ πάλῃ, hoc est, cæstu, cursu, saltu, disco, & lucta certarent. Quibus omnibus si quis vicisset, pancratiastes dicebatur. Periodo autem victores dicebantur qui quatuor Græciæ ludos obiissent, & ex iis omnibus victoriam reportassent. Vide de his plura in dictionibus *Pancratium*, & *Pentathlon*.

Quinquessis, quinque asses. Priscian. in epitoma ex Apuleio.

Quinquiplico, as, are, vt Quinquiplicare magistratus, apud Tacit *lib.* 2. pro in annum prorogare.

‖ Quintadecumani, apud Corn. Tacit. *lib.* 1. Sic vnde vicesimani. ‖

Quintale, centum pondo: non à quinto, sed à centum.

Quintana, porta, Quintanis. Vide *Quintus* infrà.

‖ Quintarius limes qui quinque centurias claudit ‖

Quintilianus, Rhetor, ortus in Hispania ex ciuitate Calaguritana, vt Eusebio placet: vnde & Quintilianus ipse Hispanos prouinciales suos vocat. Eum dicunt Romam cum Galba venisse, breuique tempore postea in familiaritatem Domitiani principis insinuatum, eius nepotes erudiisse. Ludum Romæ aperuit, primúsque è fisco salarium tulit. Scripsit declamationes, quas quidem Quintiliani alterius declamatoris dicunt esse, cuius Seneca *in* 6. *declamationum libro* meminit. Laurentius Valla eum in præceptis Ciceroni præfert: quàm rectè, ipse viderit, doctrinæ certæ eius, stilóque non immeritò plurimum tribuit. Meminit huius aliquoties Martialis, item Iuuenalis, nonnunquam etiam Plin. *in Epistolis*.

Quintilis, mensis, is, anni totius septimus, olim Quintus, quũ à Martio annum Romani auspicarentur, vnde & Quintilis primùm dictus est. Ouid. 3. *Fastor.* {μεταγειτνιών, ἰούλιος. GAL. *Le mois de Iuillet.* ITAL. *Giuglio.* GER. Der Heumonat. HISP. *El mes de Iulio.* ANGL. *The moneth of Iulie.*} Postea verò in honorem Iulij Cæsaris Dictatoris, M. Antonio M. filio consulente legem ferente, Iulius appellatus est, vt in vita Cæsaris refert Sueton. Cicer. *Attic. lib.* 14. Si ergo est, volo mense Quintili in Græciam.

Quintipor, seruile nomen, frequens apud antiquos, à pronomine domini dictum, vt Marcipor, Publipor, scil. à Quinto & Marco. Fest.

Quintius, cognomento Cincinnatus, Vir Romanus fuit insigni fortitudine, ambitionísque omnis prorsus expers, qui ab aratro ad Dictaturam vocatus Æquos prælio victos sub iugum egit, diéque decimosexto in Vrbem reuersus, Dictatura se abdicauit. ¶ T. Quintius Flaminius aduersùs Philippum Macedonum Regem Consul missus, commisso prælio eum superauit, victúmque eò necessitatis compulit, vt Demetrium filium obsidem daret, Græciæque ciuitates quas iugo suo subdiderat, libertati suæ permittere cogeretur.

Quintus, a, um, Vltimus ex quinque. {חמישי chamischschi. πέμπτος. GALL. *Cinquiesme.* ITAL. *Quinto.* GER. Das fünfft. HISP *Cosa quinta in orden, quinto.* ANGL. *The fift.*} Liu. 1. *bell. Maced.* Non quinto inde mense, quemadmodum à Sagunto Annibal, sed quinto inde die quàm ab Corintho soluerit naues, in Italiam perueniet. Plaut. *Amph.* Vereor ne nomen meum commutem, & Quintus fiam ex Sosia. ¶ Quinta classis, in censu à Seruio Tullo descripto, ex triginta centuriis constabat, nihil aliud quàm fundas, & lapides missiles ferentibus: quibus adiuncti sunt cornicines, tubicinésque in tres centurias distributi. τὸ πέμπτον τίμημα. Censebatur autem hæc classis vndecim millibus æris, Vide Liuium *lib.* 1. *ab Vrbe condita.*

Quintarium, limitem ita nominauit Hyginus. Quintum quenque quintarium volunt. Porrò inter quintum & quintarium interest aliquid. Quintus est, qui quinto loco numeratur: quintarius, qui quinque centurias claudit. hunc volunt esse quintum qui est sextus. nam & legum latoribus, quemadmodum perlatum est, sic cauerunt vt à D. M. quintus quisque spatio itineris ampliaretur. Erat sanè interpretatio legis huius ambigua, nisi eorum formæ sextum quenque limitem latiorem haberent significatione qua & minores, tractemus nunc diligentiùs quid dixerint à D. M. quintum quoque latiorem decumano: quum decumanus erat positus, positi sunt deinde quinque lemites quorum nouissimus factus est latior. his cùm decumanus accessit, sex fiunt, eandem obseruationem in reliqua limitum parte esse voluerunt. quemadmodum à D. M. quinque limites ducebantur, quorum esset summus latior, sic & ab eo quintario, cùm spatium definitum erat, quinque adiectis limitibus, summo latitudinem suam seruari placuit.

Quintò, & Quintum, Quinto loco: quanquam inter se nonnihil differant. משחמ chamischschich, τὸ πέμπτον. πεντάκις. GAL. *Pour la cinquiéme fois.* ITAL. *Por la quinta volta.* GERM. Das fünfftest/oderzum fünfften maal. HISP. *Por la quinta ves.* ANGL. *Fyftlie.*} Nam quintùm Consul esse dicitur, qui quatuor perfunctus Cosulatibus, quintum iam gerit Consulatum. Quintò autem Consul fuisse dicitur qui quinto anno post exactos Reges, institutúmque Consulatum, factus est Consul. Liu. *lib.* 7. *bell. Punic.* Declarati Consules Quintus Fabius maximus, quintum, & Quintus Fulius Flaccus quartum.

Quintana porta, in castris dicebatur quæ post prætorium erat, vbi venalium rerum forum solebat esse Liu. *lib.* 1. *dec.* 5. Prætorio deiecto, direptis quæ ibi fuerant, ad Quæstorium forum Quintanámque hostes peruenerunt. Sueton. *in Neron. cap.* 26. Quintana domi constituta diuidendæ prædæ.

Quintanis, aduerbium ea forma dictum, qua alternis: vt Quintanis semitare, hoc est, post quintum quenque palum semitam ducere. Plin. *lib.* 17. *cap.* 22. Semper verò quintanis semitari, hoc est, vt quinto quoque palo singulæ iugo paginæ includantur.

Quintus, vide *Quinque.*

Quipote, vel diuisè, quî pote, quomodo possibile. Quî fieri potest? {πῶς ἄν. GALL. *Comme est il possible?* ITAL. *Come è possibile?* GERM. Wie ist es müglich? HISP. *Como es possible?* ANGL. *How is it possible?*} Compositum à quî interrogatiuo & adiectiuo potis, pote. Pers. Satyr. 1.

Et verum, inquis, amo, verum mihi dicite de me.
Quipote: vis dicam? &c.

Quippe, particula est qua rationem reddimus eius quod præcessit. {אכן achén. οἶα. GAL. *Attendu que, c'est à sçauoir, certes.* ITAL. *In vero, perche.* GERM. Sittenmaal/dann. HISP. *Ciertamente, por que.* ANGL. *For asmuch as, for because.*} Exponitur autem aliquando per vtpote, præsertim subsequente relatiuo, siue id nomen sit, siue aduerbium. Cicer. *pro Roscio Amer.* Conuiuia cum patre non inibat, quippe qui ne in oppidum quidem nisi perraro veniret. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Iampridem nobis Cæsar te regia cæli
Inuidet, atque hominum queritur curare triumphos,
Quippe vbi fas versum, atque nefas, &c.

Ouid. 13. *Metam.*

Quippe manu fortes, nec sunt tibi Marte secundi.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Quippe relegatus non exul dicor in illo.

Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 5. Væ ætati tuæ. E. Quippe quando nihil mihi credis. Idem *prolog. Amph.* Quod dictum foret scibat facturos, Quippe qui intellexerat vereri vos sc. ¶ Interdum pro etenim, siue namque. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras.
Infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt,
Quippe solo natura subest.

¶ Interdum idem valet quod certè. Plaut. *Aulul.* Redi iam nunc intrò, atque intus serua. S. Quippe nil ego intus seruem. ¶ Quippe pro quidni. Festus adnotat. ¶ Quippe cùm: Quippe quòd: Quippe quòd etiam, Cic Quippe enim: vt, quippe habes enim à Rhetor Idem Quippe quia, Terent. Quippe quoniam, Plin. Quippe etiam, Virg. Quippe vbi, i præsertim cùm, ὅπου γε. Lucr.

Quippe vbi imaginibus fumi, nebulæque mouetur.

¶ Quippe pro & quoniam, non ad antecedens relatum, sed ad consequens (nisi mendosi libri.) Salust. *Iugurth.* 119. Quippe mea benefacta Reipubl. procedunt, nobilitatem locum inuadendi quærere.

Quippiam. Plaut. *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. Neque mirum, neque nouum quippiam fecit. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Nisi est osculando quippiam impudicior. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Visam ne noctu hac quippiam turbauerint.

Quippini, Antiqui dicebant pro quidni, sicut cur non. {πῶς οὔ, τί γάρ. GALL. *Pourquoy non?* ITAL. *Perche non?* GERM. Warumb nicht? HISP. *Porque no?* ANGL. *Why not.*} Plaut. *Menæch.* Itan' censes? MED. Quippini? Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Redi intrò, atque intus serua. ST. Item *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Quippe ego te ni contemnam: (pro Quippini, per Tmesin.)

Quiqui, vide *Quisquis*

QVIRINVS, i κυρῖνος, Romuli cognomen, ab hasta qua assiduè vtebatur, impositum. Hastam enim, teste Festo, Sabini curim, siue (vt alij legunt) quirim vocabant. Quanquam non desint qui à Curibus, hoc est, à Sabinis quos in vrbis partem recepit, Quirinum potiùs cognominatum putent. Contrà Varro *lib.* 4 *de lingua Latina*, Quirinum à Quiritibus appellatum existimat. Ouid. *lib.* 2. *Fast.* controuersiam hanc in medio reliquit, contentus omnes quas iam adduximus opiniones, recensuisse,

Proxima (inquit) lux vacua est: at tertia dicta Quirino.
Qui tenet hoc nomen, Romulus antè fuit.
Siue quòd hasta Quiris priscis est dicta Sabinis:
Bellicus à telo venit in astra Deus.
Siue suo Regi nomen posuere Quirites:
Siue quia Romanis iunxerat ille Cures.

Legendus Plutarch. *in Romul.* ¶ Ianus Quirinus; Macrob. & Sueton. *in Aug. cap.* 22.

Quirinalis, e, ad Quirinum pertinens. Quirinalis collis, dictus est quòd in eo Quirini templum erat, siue quòd in eum commigrauere Sabini à curibus venientes, κυρίνιος λόφος. Hodie Romanorum vulgus à duobus equis marmoreis Phidiæ & Praxitelis operibus, in hoc colle sitis, *montem equorum* vocant Quirinalis porta Romæ dicta, quòd in ea collem Quirinalem iretur, vel quòd proximè eam esset Quirini sacellum Quirinale iugum, Ouid. 7. *Fast.* Lituus Quirinalis, qualem Quirinus habuit. Virg. 7. *Æneid.*

Quirinalia, orum, Romani vocabant diem quo sacra Quirino fiebant, κυρίνια. Cicer. *ad Quint. Frat.* Comitialibus diebus qui Quirinalia dicuntur, Apius, &c.

Quiris, hasta Sabinis.

QVIRITES, ium, vel um, κυρῖται, ῥωμαῖοι. Romanorum nomen, à Curibus Sabinorum vrbe impositum. Romulus enim, inito fœdere cum T. Tatio Sabinorum, Rege, eóque in parte regni, Sabinísque in Vrbis portionem receptis, vt nouorum incolarum beneuolentiam aliqua sibi ratione conciliaret, mistam Romanorum, Sabinorúmque gentem vno nomine Quirites appellauit. Liu. 1. *ab Vrbe*, Mouet res tum multitudinem, tum duces, silentium & repentina fit quies. Inde ad fœdus faciendum duces prodeunt: nec pacem modò, sed & ciuitatem vnam ex duabus faciunt, regnum consociant, imperium omne conferunt Romam: ita geminata Vrbe, vt Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati. Hactenus Liuius. Cæsar apud Sueton. cùm milites exauctorat & dimittit, Quirites vocat: vnde colligitur eo nomine censeri ciues vrbanos, nec iam milites. Plutarch. πολίτας vertit. Romæ in concionibus Quirites ab Oratoribus appellabantur. ¶ Legitur & accusatiuus singularis Quiritem, à nominatiuo (vt videtur) Quiris. Pers. *Satyr.* 5.

——Heu steriles veri, quibus vna Quiritem
Vertigo facit.

Ouid. 1. *Amor.*

An si pulsassem minimum de plebe Quiritem,
Flectere, &c.

¶ Quirites pro militibus, Sueton. *in Cæs. cap.* 70. Sed vna voce quæ Quirites eos pro militibus appellarat tam facile circumegit & flexit, vt ei Milites esse confestim responderint. ¶ Quiritis Iuno, Plutarch. *in Rom.* ¶ Quirites dicti ab vrbe Tatij, idem *ibid.*

Quiritarius

Quiritarius, cui iure Quiritium dominium competit cui opponitur *bonitarius*, qui naturali iure dominus bonorum.

Quiritius, ij, Gell. *cap.* 21. *lib.* 13. In iis libris scriptum est, Iuriten Quiritij, Maiam Volcani (sub. vxores esse,) &c.

QVIRITO, as, seu Quiritor, aris, Lamentor mœstáque voce deorum hominúmque auxilium inuoco. קרא *kará* שוע *schivvéah* זעק. *Zahák.* χιτλιάζειν, ποτνιᾶσθαι, ἀλαλαγμὸν βοᾶσθαι. GAL. *Crier & plaindre, crier & requerir secours.* ITAL. *Lamentarsi, gridare.* GER. Kläglich schreyen / umb hilff schreyen. HISP. *Gridar, llorar con vozes gridando.* ANGL. *To crie and mourne, to call for aide and holp.* } Quæ significatio tracta est à consuetudine Romanorum, qui iniuria affecti, Quiritium opem implorabant. Vnde Varro quiritare interpretatur Quirites ciere. Nonius, Quiritare est clamare: tractum ab iis qui Quirites inuocant. Lucil. *lib.* 12. Stat. Concursus velut aurai; claréque quiritans. ¶ Quiritare etiam est Quirites ciere. Diomedes *lib.* 1. & Quint. Quiritare initio deliberationis ¶ Ab Apuleio ponitur pro suppetias petere. Quiritari, inquit Budæus, deos hominésque implorare. Liu. *lib.* 9. *bell. Maced.* Occulebat vim quòd præ vlulatibus, tympanorúmque & cymbalorum strepitu nulla vox Quiritantium inter stupra, & cædes exaudiri poterat. ¶ Quiritare item (si Philomelæ autori credimus) verres dicitur, quum vocem emittit, Quiritat (inquit) verres: pardus rudit, oncat asellus.

Quiritatio, verbale Lamentatio, humanæ, diuinæque opis imploratio. { שועה *schavháh.* χιτλιασμός. GALL. *Criement, auec complainte, brayement.* ITAL. *Grido, sbraiamento.* GER. Ein kläglich geschrey umb hilff. HISP. *Llanto, lloro con grito, grito.* ANGL. *Mourning, calling fort the help of god and men.* } Liu. *lib* 3. *bell. Maced.* Fuga comitum, & quiritatio, & tumultus tota vrbe discurrentium factum cum luminibus.

Quiritatus, id est, clamor vrbanorum, vt Iubilatus rusticorum, vt ostendit Valla ex autoritate Varronis. Quiritatus infantium. { שועה *schavháh.* ὁ χιτλιασμός, ἡ μεμψιμοιρία. GALL. *Criement auec complainte, brayement.* ITAL. *Grido, sbraiamento.* GER. Das schreien oder greinend klagen. HISP. *Llanto, lloro con grito, grito.* ANGL. *Crying and wailing.* } Plin. *Epist.* 106. Audires vlulatus fœminarum, infantium, quiritatus. clamores virorum.

QVIS, qui, quæ, { מי *mi* אשר *aschór.* τίς. GALL. *Qui est ce, qui.* ITAL. *Il quale, loquale.* GERM. Wär/oder welcher/welche. HISP. *Quien ò que cosa.* ANGL. *Who.* } quod, vel quid, τί quandoque interrogatiuè ponitur. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Quis is est homo? Seneca *cap.* 8. *de consol. ad Polyb.* Quis est iste furor? Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Quis tu homo es? Idem *Amph.* Cuius es? Heri sum seruus. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Quem pseudolum? quas tu mihi prædicas fallacias? Idem *Menech. sc.* 2. *a.* 5. Quæ hæc, malum, impudentia est? &c. Cicer. *pro Marcello,* Quis omnium doctior Aristotele? Virg. 1. *Eclog.*

Sed quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?

Plaut. Quod facinus ausi tantum? Idem, Quid ad illas artes optes si optio adueniat tibi? aliquando infinitè, τὶς. Plin. Iunior *in Epist.* Tum mihi nescio quid in aurem insusurrauit. Idem, Morbus nescio quis ante eam ætatem incognitus nostris. Cicer. Quum præcepta nescio quæ discipulis suis palàm tradidisset. Plaut. Nec mihi quod facinus conscirem, inueni. Senec. Paululum nescio quid visus est balbutire. Qui, quæ, quod, ὅς, ἥ, ὅ, relatiuè etiam ponuntur: quis verò, & quid, numquam. ¶ Qui quæ, quod, relatiuè posita, quandoque dissentiunt à suo antecedente, & cum subsequenti conueniunt substantiuè Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Abire ad patrem. Quem patrem, qui seruus est? Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Nimis vellem habere perticam. L. Cui rei? Idem *Amph.* Quem ego pol scipione (sub. feriam.) Cicer. Omnes tenues, atque humiles, quæ maxima in populo multitudo est, sibi præsidium paratum putant. Salust. *in Catil.* Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Verùm hæc quoniam vulgata sunt, & ad vocum significationem nihil attinent, pueris ex Syntaxi potiùs petenda relinquimus. ¶ Accipitur aliquando quis pro aliquis Suet. *in Claud.* Si quem alium, & se liberum esse. Plin. *Epist.* 6. *lib.* 3. Nec vitia, si qua sunt, celant. Verùm hæc, aliáque id genus composita potiùs censenda sunt, vt suis locis latiùs docebimus. ¶ Ponitur item quis, admiratiis, pro qualis. ποῖος. Virg. 9. *Æneid.* Quis globus ô ciues. ¶ Olim tamen fœminino quàm masculino genere proferebatur. Idque ipsum confirmat Palæmon Grammaticus. Plaut. *in Aulul.* Dic mihi si audes, quis ea est, quam vis ducere vxorem? *Ibidem sc.* 3. *a.* 1. *vers.* 16. Vbi ea est, Quis ea nam est optuma? (fœmina sup. i. quænam) Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. *vers.* 8. Quis illæc est mulier? (i. quæ. Item qui pro quæ, & pro quâ, vide suprà in *Qui.* Virg. 11. *Æneid.* Qui cum partiri curas. id est, cum qua. Loquitur enim de Acca quæ erat vna ex comitibus Camillæ. Quod autem adiectiuum est, ideo semper substantiuo iungitur: quid verò substantiuum. ¶ Accipitur aliquando qui, quæ, quod, pro quantus, quanta, quantum: sicut is, ea, id, pro tantus, tanta, tantum. Quintil. Hoc si scisses pater, affirmo, promitto, (cuius pietatis es) nemo te antecessisset, id est, quantæ pietatis es, vel pro magnitudine tuæ pietatis. Huiusmodi autem orationes tribus efferimus modis: vt, Qua es humanitate, Cuius humanitatis es, &, Quæ tua est humanitas. Idem contingit in pronomine is: vt, Ea patris est lenitas, & eius lenitatis, siue ea lenitate est pater. Cels. *lib.* 4. *c.* 10. Anisi, quod tribus digitis sumi possit, i. quantum. ¶ Inuenitur & quis, aut (vt nonnulli scribere malunt) queis in datiuo & ablatiuo pluralibus: verùm hoc à singulari nominatiuo, tempore distinguitur: producitur enim quum in nominatiuo corripiatur. Lucan. *lib.* 2.

Proh fata, quis ille, Quis fuit ille dies.

Horat. *in serm.*

Queis humana sibi doluit natura negatis.

Fit autem queis à singulari quo, sicut à domino dominis. Contrà ab ablatiuo qui, fit quibus, sicut à facili facilibus. Seruius in illud Virg. 1. *Æneid* Queis ante ora patrum, &c. Quis, inquit, & Quibus secundùm artem dicimus. Ab eo enim quod est qui, in bus mittit: ab eo verò quod est quo, in is. Sed à tertia declinatione vsu sunt datiuus & ablatiuus plurales: licèt antiqui omnibus vsi sint casibus. ¶ Quibusquibus Liuius 1. *d.* 5. Denique Cato *in Orig.* Ques, quium, declinauit: sicut puppes, puppium: Ques, inquiens, sunt populi? ¶ Composita à Quis sunt, Siquis, Aliqui, Nequis, Quisquis, Quisque, à quo vnusquisque: Quisnã, Quisputas, Quispiam, Quisquam: de quibus partim iam egimus, partim suo loco sumus dicturi.

Quisnam, interogatiuum est, Quis. { מי *mi.* τίς ποτε. GAL *Quel? qui?* ITAL. *Chi è quello?* GERM. Wär? oder wär? doch. HISP. *Quien es aquel.* ANGL. *Who?* } Nam enim syllabica est adiectio, nihil addens significationi. Terent. *in And.* Quisnam homo est? ¶ Aliquando infinitè ponitur. Plin. *lib.* 11. *cap.* 35. Delphini quónam modo audiant, mirum.

Quispiam, cuiuspiam, Aliquis. Cicer. *pro Quintio*, Pecuniam si cuipiam fortuna ademit. Pro Quidam. Gell. *lib.* 3. *cap.* 1. Erat tum nobiscum in eodem ambulacro homo quispiam sanè doctus. Idem *cap.* 17. *lib.* 7. *& cap.* 2. *lib.* 15. *& cap.* 2. *lib.* 17. pro quisquam.

Quisputas, τίς δήποτε. Onom. Quis, putas? Wer meinestu.

Quisquam, Aliquis, nonnullus. { איש *isch* τὶς. GAL. *Quelqu'un.* ITAL. *Qualcheduno.* GER. Einer/iemandts. HISP. *Alguno.* ANGL. *Some, any.* } Quisquam, olim tam masculino, quàm fœminino iungebatur. Terent. *in Eunuch.* Quandoquidem illarum neque quisquam te nouit, neque scit qui sies. *Ibidem*, — hunc oculis suis Nostrarum nunquam quisquam vidit. Verba sunt ancillæ Pythiæ. Quisquam aliquando ponitur pro quiuis, siue quilibet. ὅστις. Cicer. *ad Terentiam*, Nisi vos fortiores cognoscerem, quàm quenquam virum, hoc est, quemuis virum. Interrogatiuè ferè semper, & cum indignatione. Idem 1. *Verr.* In huiusmodi re quisquam tam impudens reperietur, qui ad alienam causam inuitis iis quorum negotium est, accedere, aut aspirare, audeat. Virg. 1. *Æneid.*

———*& quisquam numen Iunonis adoret?*

¶ Nemo quisquam; vide *Nemo.*

Quisque, vniuersale signum est, Omnis, quilibet. { איש *isch.* ἕκαστος. GAL. *Chacun, vn chacun.* ITAL. *Chiasched'uno.* GERM. Ein ieder oder ietlicher. HISP. *Todo hombre que.* ANG. *Euery one.* } Virg. *lib.* 7. *Æneid.* Quisque suos patimur manes. Auson. Pareto legi quisque legem sanxeris, (i. quicunque,) Senec. *cap.* 10. *de cons. ad Polyb.* Sua quemque credulitas decipit. Plaut. *Curc sc.* 5. *a.* 1. Sibi quisque habeant quod suum est. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Vix decimus quisque est qui se nouerit Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 3. *vers.* 2. Vbi quisque vident, eunt obuiam, gratulantúrque eam rem. Iungitur autem eleganter cum superlatiuis, aut iis quæ superlatiui vim habent; qualia sunt numeralia ordinis & eorum interrogatiuum quotus: vel cum positiuis, quæ superlatiua vsitata non recipiunt. Cicer. *lib.* 1. *Acad. quæst.* Certè enim recentissima quæque sunt correcta, & emendata maximè. Plaut. *in Pseud* Nam in foro vix est decimus quisque qui seipsum nouerit. Cic. 1. *Tusc.* Quota enim quæque eueniunt vt ab his sunt prædicta. Sic etiam dicimus, Eximius quisque, Singularis quisque. Vide de hoc Vallam *lib.* 1. *Elegant.*

Quisquiliæ, arum, Purgamenta terrarum, & quicquid ex arboribus surculorum, foliorúmque & florum minutim decidit, veluti quicquid cadit, inquit Festus. { מפל *mappál* מוץ *mots.* φρύγανον, συρφετός. GAL. *Nettoyeures, ballieures, petites branchettes ou autres choses de petite ou nulle estime.* ITAL. *Scouazza di casa, & ogni foglia à fiores che cade da gli alberi ciascuna cosa di poco valore.* GERM. Alles klein ding das abgehet/ gemusel. HISP. *Mondaduras de las mançanas ò semejante fruta, ò inutiles grancones, ò lo que se pisa y pierde de la yerua barreduras de casa.* ANGL. *Any thing shaued or scraped of.* } Ob id Cælius *lib.* 1. Quisquilias volantes, venti spolia appellat. Vide Festum. Cicer. *Epist. ad Attic.* homines nihili, & perditorum fæcem, per translationem quisquilias appellat. Idem *pro Sestio*, Omitto iam Numerium, Serranum, & Ælium, quisquilias seditionis Clodianæ. Antiqui hoc nomen etiam in numero singulari declinarunt, vt docet Festus, afferens testimonium ex Næuij Tegularia, Abi, deturba te saxo, quisquilia, non homo.

Quisquilium, ij, κόκκος Dioscoridi, Exiguus frutex illicis, producens coccum, quod granum est ad tingendas vestes gratissimum. Plin. *lib.* 16. *cap.* 8. Omnes tamen has roboris dotes ilex solo prouocat cocco. Granum hoc primóque ceu scapus fruticis paruæ aquifoliæ ilicis, quisquilium vocant, pensionem alteram tributi Hispaniæ pauperibus donat. Hinc natum esse putat Ruellius, vt vestis coccina, literis per imperitiam interceptis, *Scarlata* vulgò hodie dicatur, pro quisquiliata.

Quisquis, Quicunque, omnis qui. { ὅστις. GALL. *Quiconque.* ITAL. *Chiunque.* GERM. Geb wär oder welcher. HISP. *Qualquier, ò todo aquel que.* ANG. *Who soeuer.* } Plaut. *in Sticho*, Quisquis præterea comesa tum volo vocari. Ouid. 6. *Fast.* Et *Eleg.* 11. *&* 12. *lib.* 3. *Trist.* Quisquis is est. Plaut. *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Mihi odiosus es quisquis es. Idem *Men. sc.* 2 *a.* 3. Quisquis es odiosus ne sies. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Infanus es quisquis es.

Quiqui, id est, qui, antiquis sæpe apud Plaut. *Menach. in fine, & in Casina sc. Nunc amici.*

‖Quitum, *Quito*, Vrbs E. opulenta ac populosa admodum, Æquatoris lineæ pænè subiacens, in Peruuia, sub A. Lemensi. ‖

Quiuis, Quilibet, quasi vnus è multis, quem velis. { איש *isch.* ὅστις, ὁποιοσοῦν. GALL. *Qui que tu veux ou voudras* ITAL. *Qual tu vuoi.* GERM. Ein jeder/welchen man will. HISP. *Quien quiera que.* ANG. *Any man, any one of them.* } Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. Cuius homini facile est facere nequiter. Cicer. *pro Quintio*, Vtrunque quiuis intelligere potuisset. Gell. *cap.* 10. *lib.* 16. Quiuis volet, &c.

Quò, Accipitur pro quanto, habétque sibi respondentem particulam hoc, vel eo ᾗ, ὅσῳ. Cic. *pro Rosc. Comœdo*, Quo quisque ingeniosior est, hoc docet laboriosiùs. Idem *pro Quintio.* Quæ quo plura sunt, eo te meliore mente nostra audire oportet. ¶ Aliquando est aduerbium loci. { איפה *ephóh* אי־זה *e-Zeh.* ποῖ. GALL. *Où? en quel lieu?* ITAL. *Doue.* GERM. Wohin. HISP. *Adonde van.* ANGL. *Whether or to what place.* } Virg. *lib.* 1. *Æneid.* Quóve tenetis iter? id est ad quem locum tendis? Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Quò non curram? Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Quò lubeat nuconductus veni. (i. in quas ædes.) Idem *Aul sc.* 5. *a.* 3. Quò rapitis me? *Ibid.* bant, dum dos ne fiat comes. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Quò rapitis, idem *sc.* 7. Liber esto, & ito quò voles. ¶ Aliquando est coniunctio, idem valens quod vt, ἵνα. ὅπως. Plin. iunior, Neque id feci quo tibi molestus essem.

essem. ¶ Quò pro quia, quòd, ὅτι. Cels. *lib.7.c.4.* Tutior fistula est contra iecur, & lienem & ventriculum, quàm contra intestina: non quo perniciosior res ibi sit, sed quo alteri periculo locum faciat ¶ Aliquando ponitur pro quare, inquit Donat. Terenr. *in Andr.* Quo æquior sum Pamphilo. ¶ Aliquando etiam accipitur pro quo, pro ad quid, vel in quem vsum εἰς τί. Horat. *lib.* 1. *Epist.* Quò mihi fortunam, si non conceditur vti? Id est, ad quid vultis mihi bona esse fortunæ? Senec. *c.9. de tranquill.* Quò mihi libros innumerabiles? & ita apud Iureconsultos legimus, Quò bonum est, id est, quam ad rem. Caius *lib.13. in fin. D. ad Velleian,* Quò enim bonum est expectare conditionem vel diem, cùm in ea causa sit prior iste debitor. Sic Vlpian. *alibi,* Cúm enim possit secundùm tabulas habere possessionem, quò bonum est ei contra tabulas dari, vide Hotomanum de hac re *in suo Lexico* ¶ Hinc fiunt composita, vsquequo, quoad, quocirca, quousque, quomodo, quoquouersus, quoquam, quoque aliquò, aliquoties.

Q V O

Quoăd. Donec. quantum, quantisper, interim dum: quandiu, quousque. {עד hadh. μέχρις ὅ, ἕως ἄν. GALL. *Iusques à quand, iusques à ce, tant que.* ITAL. *Fin che, à tanto che.* GERM. Bisz dasz/so lang bisz. HISP *Hasta quando, hasta que, hasta tanto.* ANGL. *Vntill.*} Ex ad & quo compositum, sed præpostero ordine, præpositione postposita: quod & in hactenus & quatenus videmus accidere: vt, Quoad viuam, ero tibi amicus. Plaut. *Asin. sc.2. a.2.* Iubeo te saluere voce summa quoad vires valent. Idem *Menach sc.2. a.5.* Est modus quoad pati vxorem oportet (mores & vitia viri sup. (id est, quousque.) Idem *Pseud. sc.2. a.2.* Hic dies argento præstituta quoad referret, vbi Ioann. Passer, legendum putat, *quem ad,* id est, ad quem diem.) Salust. Dummodo putetis vos tutos esse, quoad reliqua multitudo aduenerit. id est, quousque. Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Tandiu autem velle debebis, quoad te quantum proficias, non pœnitebit. id est, quandiu. Nihil autem differunt hæ locutiones, quoad viuam, & quoad moriar. vt scribit Gell. *cap.21. lib.* 7. Hæc enim quanuis contraria esse videantur, idem tamen significant, quoniam duo tempora quum inter se opposita sunt, atque ita cohærentia, vt alterius finis cum alterius initio misceatur, non refert vtrum per extremitatem prioris, an per initium sequentis locus ipse confinis demonstretur. Potest etiam esse interrogatiuum ἄχρις ὅ; Terent. *in Phor:* Senem quoad expectatis vestrum? Item relatiuum: vt Quoad iussisti, parui. Cicer. *ad Treb.* Itaque ego quoad opinatus sum me in prouinciam exiturum, quę tibi vltro obtulerim meminisse te credo. Idem *ad Atticum,* Quousque, inquies? quoad erit integrum, ¶ Accipitur & indefinitè, Cicer. *de Lege Agrar.* Videte quoad fecerit iter apertius quàm antea: id est, quanto apertiùs. ¶ Aliquando rei & ingenij facultatem, siue temporis commoditatem significat. ἐφ' ὅσον. vt apud Cicer. *in Lælio,* Vt quoad possem, & liceret, ab eius latere nunquam discederem. id est, quantum, vel quatenus.

Quoadeius, Vna dictio idem valens quod quatenus, in quantum, vel quoad: nam particula eius parelcon est. ἐκ τοῦ ἐνδεχομένου. Cicero *Appio,* Si eam quoad eius facere possis, quam expeditissimam mihi trades, Idem, Elaborabo quoad eius facere possum, vt consilia hostium intelligam, ὡς ἐνδέχεται μάλιστα.

Quoadusque, eiusdem significationis est cum donec, vel quosque, καθ' ὅσον ἄν. Accius, Nihil te impedio quoadusque rem peragas.

Quŏāxārĕ, vide *Coaxare.*

Quŏcīrcă, Coniunctio rationalis est, circa quod, quapropter, quamobrem, ideo, vel igitur. {לכן *lachén* על־כן *hal chén.* διὸ, παρ' ὅ. GALL. *Parquoy, pourtant.* ITAL. *Per il che.* GERM. Darum/derhalben. HISP. *Pordonde* ANG. *Wherefore.*} Cicer. *in Catone Maiore,* Quocirca si sapientiam meam admirari soletis, quæ vtinam digna esset, &c.

Quocum, μεθ' ὅ, pro Cum quo. Cicer. 1. *de Leg.* Ergo assentiris Antiocho familiari meo: magistro enim non audeo dicere, quocum vixi.

Quocumque, Aduerbium, πανταχόσε. Plin. *lib.15. cap.27.* Numerosis nominibus & nouis quocunque incedit signis. Cicer. 2. *Tuscul.* Vt enim heri feci, sic nunc rationem, quo ea me cumque ducet, sequar, Vbi elegantem tmesim obserua.

QVŎD, nomen adiectiuum est, quod potest capi relatiuè, interrogatiuè, & infinitè, vt satis fusè suprà ostendimus in dictionibus quis, & qui. אשר *aschér.* ὅ. GALL. *Lequel.* ITAL. *Quelle che laqual cosa.* GERM. Was/welches. HISP. *Quien, ò que cosa.* ANGL. *Whiche*} Plaut. *Aulul. sc. 2. a. 2.* Si perierit quippiam (quod te scio facilè abstinere posse.) Idem *Curc. sc.2. a.1.* Id quod amo, careo. Idem *Pseud. sc.6. a.4.* Nullum est periculum, quod sciam, stipularier. Idem *Ibid. sc. 3. a.1.* Quod hoc malum? tam placidè is? ¶ Ponitur aliquando in oratione, sine manifesta dictione regente, subaudita præpositione ob, vel propter. Terent. *in Hecyra,* Nam (ita me ament dî) quod, me accusat nunc vir, sum extra noxiam. Idem Plaut. *Pseud. sc.3. a.1.* Et id, & hoc quod te reuocamus animum aduorte. (id est, cuius rei gratia.) Idem *in Epidico,* Animum aduorte, vt quòd ego ad te venio intelligas. ¶ Ponitur aliquando pro quantum. Cicer. *pro Roscio Amer.* Qui omnes quod ad me attinet, vellem viuerent. ¶ Aliquando in oratione pro quadam continuatione, siue connexione accipitur, quoties vtinam adiunctum habet. Cicer. *Terent.* Quum ad vos scribo, aut vestra lego, conficior lacrymis sic vt ferre non possim: quod vtinam minus vitæ cupidus fuissem, certè nihil, aut non multum in vita mali vidissemus: sic & Salust. *Iug.* 63. ¶ Aliquando pro in quo. Idem, sed si quid sit quod mea opera opus fiet, &c. Plaut. *Amphitr.* Non illi obtempero quod loquitur. Idem *Capt. sc.2. a.2.* Non ero falsiloquus quod sciam. *Ibid.* Vult te dare operam domino quod velit, &c. (sub. in eo, quod, vel in quo.) Aliquando pro quicquid. Cicer. *pro domo sua,* Ornamentorum quod superfuit in fanis, & communibus locis, tota è Græcia, sanè frugaliter domum suam deportauit. ¶ Quod idem, sæpe ponitur pro id quod, siue quod, ipsum, aut quod etiam. Cicer. *de Arusp. respon.* Quod idem in iudicio capitis durum, atque iniquum est. Idem *pro domo sua,* Senatus quoties de me consultus est, toties legem nullam esse iudicauit Quod idem tu Lentule vidisti in ea lege quam de me tulisti. ¶ Aliquando verò est coniunctio causalis, idem valens quod quia. {כי *chi.* ὅτι. καὶ} vt Quòd scribas, lætor. Et, Non castigo te, quòd odio habeam, sed quò meliorem efficiam. Vbi enim potest esse quòd, ibi etiam quia: & vbi potest esse vt ibi potest esse quò, & econtrarío: vt Non te castigo quia odio habeam, sed vt meliorem efficiam. Plaut. *Menæch. sc.6. a.5.* Propè est vt herus, quòd strenue faciam, pretium persoluat. ¶ Quandoque ponitur pro sed, & in principio clausulæ, locari solet κἄν cum subiunctiuo. Cicer. Quòd si quis à me huius consilij mei causam quærat, ita respondeo. ¶ Quum autem Quod pro Sed ponitur, ferè cum si, nisi, quum, quia, aut quoniam iungitur: & dicimus, Quòd si, Quòd nisi, Quòd quum, Quòd quia, Quòd quoniam. Testimonia passim studioso obuia fient. ¶ Ponitur aliquando pro cur, siue quamobrem. Virg. 3. *Eclog.*

Si ad vitulam spectes nihil est quòd pocula laudes.

Cicero *ad Terent.* In viam quòd te des hoc tempore nihil est. ¶ Aliquando præcedentis verbi significationem determinat. Cicero *in Salustium,* Credo quòd non omnes tui similes incolumes in vrbem venissent. ¶ Ponitur aliquando pro vt, inquit Donatus. Terentius *in Phorm.* Vin' primum hodie facere quod ego gaudeam Nausistrata, & quòd tuo viro oculi doleant? Quo iure, quáque iniuria, Prouerbiale est, quasi per fas, nefas, velis nolis. δικαίως, κἀδίκως. Idem *in Andria,* Quo iure, quáque iniuria, præcipitem me in pistrinum dabit. ‖ ¶ Quod genus est, pro cuius generis, siue cuiusmodi est. Gell. ‖

Quŏdămmŏdŏ, aduerb. est, Aliquo pacto, aliquo modo; quod barbarè dicitur, *Aliqualiter.* {τρόπον τινὰ, ἔστιν ὡς. GALL. *En quelque sorte, en aucune sorte, aucunement.* ITAL. *A vn certo modo, à qualche modo.* GERM. Etlicher maas oder gestalt HISP. *En alguna manera.* ANGL. *By some sorte or fashion.*} Cicero *de amic.* Quippe quum propter virtutem & probitatem, eos etiam, quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus.

Quŏdcŭnquĕ, Omne quod. {ὅτι, ὁτιοῦν. GALL. *Quelque chose.* ITAL. *Ogni cosa che.* GER. Alles das oder welches. HISP. *Toda cosa que.* ANG. *Watsoeuer.*} Cicer. *contra Rullum,* Non omnia quæcunque loquimur, ad artem sunt reuocanda. Aliquando accipitur pro quantumcunque. Idem *Bruto.* Quodcunque militum contrahere poteris, contrahe. Tibull. *lib.4.* Quodcunque tuum est. Et

Quodcunque mea poteram pendere camœna, &c.

Ouid *Eleg.8. lib.3. Trist.*

Ex his me iubeat quolibet ire locis

Quoi, antiqui dicebant pro *cui,* quod sæpè deprauarunt in quod, aut cui. Gifan. *Indice Lucret.* Sic *quoiusque* pro cuiusque, *quoique* pro cuique: *quoiquam* pro cuiquam.

Quŏmĭnŭs, Vt non, ne. {μὴ οὐχί. GALL. *D'auantage, moins, que ne.* ITAL. *Che non.* GERM. Das nicht / oder das destominder. HISP. *Que no.* ANGL. *To the and yat not.*} Cicero *lib.* 1. *Epist.* Nemo est qui nesciat, quòminus discessio fieret, per aduersarios tuos esse factum.

QVŌMŎDŎ. Siue vna sit dictio composita, siue duæ diuisæ dictiones, interrogatiua particula est, siue admiratiua. Vt, quo pacto qua via, qua ratione. {איך *eeh* איכה *eechâh.* πῶς, τίνι τρόπῳ. GALL. *Comment, en quelle maniere.* ITAL. *A che modo.* GERM. Wie/welcher gestalt/auff was weisz. HISP. *En que manera, en este modo, ò en que modo.* ANGL. *How* Plaut. *Mostell. sc. 2. a. 2.* Quomodo pultare potui si non tangerem? *Ibidem sc. 1. a. 1.* Pergite, quomodo cœpistis. Idem *Pseud. sc.4. a.2.* Ei os subleui modò. P. Quo modo? (Ambiguè.) Cicero *ad Att. lib.* 10. Tulliæ nostræ mirifica virtus: quomodo illa fert publicam cladem? quomodo domesticas tricas? Accipitur & relatiuè. Idem *de Arusp. respon.* Et sua concio risit hominem, quomodo ipse gloriari solet, ducentis confixum Senatusconsultis. Aliquando & indefinitè. Cicer. *Lent.* Hæc negotia quomodo se habeant, ne epistola quidē narrare audeo ‖ ¶ Quomodo pro quando: Et factum est, quomodo tempus erat, vt accederet sacrificium. Cerda. ‖ ¶ Componitur nonnunquam quomodo cum nam, & dicimus quomodonam. Idem *ad Quint. frat. lib.2.* Quomodonam mi frater, de nostris versibus Cæsar.

Quōmŏdŏcūmque, id est, qualicunque ratione, vtcunque, qualitercunque, quoquo pacto. {ὁπωσοῦν, ὁπωσδήποτε, ὁπηδήποτε. GALL. *En quelque maniere que ce soit.* ITAL. *In qual modo si voglia.* GERM. Geb wieoder welcher gestalt. HISP. *Como quiera.* ANGL. *By what soeuer maner or way.*} Plaut *in Pœn.* Se tamen quomodocunque quanquam sumus pauperculi, est domi quod edimus.

QVŌNAM, aduerb, ad locum. {איפה *ephóh* אי־זה *e-Zeh.* ποῖ. GAL. *En quel lieu? où?* ITAL. *Aqual luogo?* GERM. Wohin. HISP. *Adonde?* ANGL. *To what place.*} Plaut. *Trinum.* Eamus intrò, sequere. s. quò tu te agis? c. quónam, nisi domum? Cicer. *Attic. lib.8.* Eum si nunc sequor, quónam?

Quōnam, ablatiuus à quinam, iungitur ablatiuo modo, éstque tanquam vna dictio vice aduerbij posita: & modò interrogatiuè accipitur. Cicer. 2. *de finib.* Quonam (inquit) modo? quia, &c. Modò indefinitè. Idem *lib.4. de finib.* Admirantes quæramus ab vtraque, quonam modo vitam agere possimus.

Quōndam, aduerbium temporis, Olim, aliquo tempore. {כבר *chebar.* πάλαι. GALL. *Iadis, autrefois.* ITAL. *Alte fiate, per lo passato.* GERM. Einest'/vor zeyten. HISP. *En algun tiempo.* ANGL. *In tymes bygone once.*} Et modò præteritum tempus denotat. Cic. 2. *de Inuent.* Crotoniatæ quondam, quum florerent omnibus copiis. Idem, Fuit illa quondam in hac Republica virtus. Modò futurum. εἰσαῦθις. Virgil.

——— Quondam tua dicere facta
Tempus erit.

Modò præsens. Idem 2. *Æneid.*

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.

Ponitur quandoque pro semper. Idem,

Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis.

Quŏnĭam, Coniunctio causalis, quia, qua de causa. {כי *chi.* παρ' ὅτι. GALL. *Pourtant que, puis que.* ITAL. *Perche.* GERM. Darumb/sintenmaal. HISP. *Porque.* ANGL. *Becaus.*} Terent. *in Andr.* Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me. ¶ Potest esse subcontinuata. ἐπεὶ. Cicer. *pro Planc.* Quoniam ita vis, me nimium gratum esse concedam. Interdum, autore Festo, significat postquam. Plaut. *in Asin.* Quid nunc, quoniam ambo, vt est lubitum, nos delusistis, datísne argentum? Idem *Mil. c.1. a. 2.* Ego quoniam inspexi mulieris sententiam, cepi tabellas. (i postquam.) Idem *Aul. prol.* Is quoniam moritur. (i. postquam.) Idem

Men.

Men. sc. 2. *a.* 3. Quoniam errare sentio. Et Gell. *cap.* 5. *lib.* 7. Eum luctum (ob mortem filij) quoniam satis visus est eluxisse Polus, &c. (i. postquam, siue quando.)

‖ Quonqua Loaysæ, Concha Marianæ, *Cuenca*, V. E. Hispaniæ; sub A. Toletano, habet Sedem Episcopalem Arcabricâ eò translatam. ‖

Quopiam, Aduerbium ad locum, Terent. *Eunuch.* Iturâne Thais quopiam es?

Quōquam, Aliquò, id est, in aliquam partem, locúmve. { πoῖ. GALL. *En quelque lieu.* ITAL. *A alcuno luogo.* GERM. Etwan hin. HISP. *A algun lugar.* ANGL. *Any whether.* } Cicer. 4. *Verr.* O Verrea præclara, quoquam si accessisti, quò non attuleris tecum istum diem. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Exiit ex ædibus quoquam. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Ne quoquam nisi ad se mitteret. Idem *Amph.* Neque se Septentriones quoquam in cœlo commouent. *Ibidem*, Neque nox quoquam concedit die, &c.

Quōquĕ coniunctio est copulatiua, postpositiui ordinis, Etiam, { עוֹד *hodh* גַם *gham* καί. GALL. *Encores. aussi.* ITAL. *Ancora.* GERM. Auch. HISP. *Tambien.* ANG. *Also.* } Senec. Tu quoque simili modo exercere te debes ¶ Aliquando ponitur pro similiter. { ὁμοίως, GALL. *Pareillement, d'auantage.* ITAL. *Parimente, similmente.* GERM. Gleycherweiß. HISP. *Y gualmente, y semejantemente* } Plaut. *Menach. sc. vlt. a.* 5. Venibat vxor quoque etiam. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Etiam mihi quoque lubet. Idem *Amphitr. prolog.* Atque ego quoque etiam qui Iouis sum filius. *Ibid.* Hoc quoque etiam mihi in mandatis dedit. Virg. *in Daphnide,*

——*damnabis tu quoque votis.*

Huic particulæ quoque aliquando iungitur etiam. Terent. *in Hecyra.* Ego quoque hoc etiam credidi aliquando. Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Sunt vero & fortuita eorum quoque clementiæ exempla.

Quōquōuersŭs. vel quoquouersum, aduerbium ad locum, significans Versus omnes partes, siue versus quemcunque locum, { πάντη, πάντως. GALL. *De tous costez que tu voudras.* ITAL. *Verso ogni luogo.* GERM. Allenthalben hin. HISP. *Hazia todas partes y lugares.* ANGL. *To what soeuer blace thou will.* } Cæsar *in Comment.* Eius imperio classem quoquouersum dimittunt. Columella *lib.* 2. *cap.* 5. In plano pedes interualli quoquouersus octo.

Quōquō, aduerb. loci, Ad quencunque locum. { ὅποι ἄν. GALL. *En quelque lieu que ce soit.* ITAL. *A ciascun luogo.* GERM. Geb wohin. HISP. *A todo lugar.* ANG. *To what soeuer place.* } Plaut. *in Merc.* Ménsque mihi illam quærere quoquò hinc abducta est gentium. Idem *Aulul. sc.* 3. *a.* 3. Hoc mecum erit quoquò ibo. *Ibid. sc.* 5. Quoquò venias, plus plaustrorum videas. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Quoquò spectabit, eò spectato simul. ¶ Et etiam quoquo ablatiuus à quisquis. Cicer. *ad Attic. lib.* 9. Confido igitur aduentum nostrum illi quoquo tempore fuerit, vt scribis, ἀσμένιστον fore. ¶ Hinc fit compositum quoquo modo, idem significans quod qualitercunque. Cicer. *ad Attic. lib.* 13. *Epist.* Quoquo modo autem se res habeat, peto a te vt eum expedias. Pro quoquo modo, dicitur & quo pacto. Terent. *Adelph.*—tum si maximè Fateatur, quum amet aliam, non est vtile hanc illi dari. Quapropter quoquo pacto celato est opus. Idem *Eunuch.* Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est. Suet. *in Aug. cap.* 21. Tantúmque abfuit à cupiditate quoquo modo imperium, vel bellicam gloriam augendi, vt, &c. Plaut. *Menach. sc.* 2. *a.* 5. Quæ mihi molesta est quoquo modo.

Quorsum, Versum quem locum, quasi quò versum. à qui: vt *horsum* ab hic { אֵיפֹה *ephôh.* ποῖ. GALL. *Vers quel costé, de quel costé, à quel propos, quelle fin.* ITAL. *Verso che luogo.* GER. Woauß/wohin/oder gegen welchen orth. HISP. *Haziadonde.* ANG. *Toward what place? to what end?* } Et modò interrogatiuè accipitur: vt, Quorsum instituisti iter? Modò relatiuè: vt, Meridiem versus cursum tenetis, quorsum & nos. Modò indefinitè: vt, Nescio quorsum eam. Terent. *in Eunuch.* Ego nescio hercle neque vnde eam, neque quorsum eam. Idem *ibidem* per translationem dixit, Nesciebam quorsum tu ires, hoc est, quid tuis verbis velles, quò tenderes. Idem *in Adelph.* Quorsum istuc? id est, quod vulgò dicitur. *Ad quod propositum?* Dicimus & *quorsus.* Cicer. *de Clar. Orat.* Quorsus inquam istuc? non enim intelligo.

QVŎT, nomen numerale, aut potiùs numeri cardinalis interrogatiuum: quod tam relatiuè & infinitè, quàm interrogatiuè accipi potest. quàm multi. à qui, vt ὅσοι, ab ὅς. { כַּמָּה *chammêh.* πόσοι. GAL. *Combien.* ITAL. *Quanti* GERM. Wieuil. HISP. *Quantos.* ANG. *How many.* } vt Quot numi tibi sunt? Scio quot numos habes. Habeo tot quot tu. Plaut. *in Rudente,* Quot sunt? s. Totidem quot tu & ego sumus. ‖ Quot calendis, i, quot mensibus, apud Vitruuium, pro singulis mensibus, vt dicimus Quotannis. Plaut. *in Sticho*: Vos meministis quot calendis petere demensum cibum. ‖

Quŏtannīs, singulis annis. { ὁσέτη, κατ᾽ ἔκαστον ἔτος. GALL. *Tous les ans, par chacun an.* ITAL. *Ogn'anno.* GER. Järlich/alle jar. HISP. *Cada año.* ANGL. *Euerye yeare.* } Plaut. *in Epid.* Quid istæ quæ quotannis inueniunt nomina noua? Cicer. 4. *Verr.* Quòd omnes Siculi ex censu quotannis tributa conferunt. Idem 2. *de finib.* Colum. *lib.* 5 *c.* 9 Omnis deinde soboles quæ ex vna stirpe nata est, quotannis extirpanda est. Quot mensibus & quot diebus eodem modo dicitur, vt quotannis. Vlpian. *in l.* 12. §. 2. *D. quand. dies legat.* Nihil interest vtrum in annos singulos, vel quotannis, an in singulos menses, vel quot mensibus, an in singulos dies, vel quot diebus legitur. Idem apud Varronem & Catonem persæpe.

Quŏtennĭs, ætatis, interrogatiuum est, Quot annorum. { ἀμφὶ πόσα ἔτη. GALL. *De quel aage? de combien d'ans?* ITAL. *Di che età? di quanti anni?* GERM. Wie alt? wie vil jaren hast. HISP. *De qual edad? de quantos años?* ANGL. *Of what age* } Accipitur tamen & relatiuè. Habet autem antecedentia nomina numeralia, & composita ex numeralibus & anno: vt anniculus, biennis, triennis: vt, Tu es biennis, quotennis ille.

Quŏtēnŭs, penultima producta, interrogatiuum est numeri distributiui, teste Prisciano. ποσαχός. vt, Quotenis bobus arat? binis, ternis. Accipitur & indefinitè. Cicer. *Attic.* In ripa nescio quotenûm iugerum.

QVŎTĪDĬĒ, singulis diebus. { יוֹם יוֹם *jom jom.* ὁσημέραι. GALL. *Tous les iours chasque iour, par chascun iour.* ITAL. *Ogni giorno.* GERM. Täglich/alle tag. HISP. *Cada dia.* ANGL. *Daylie, or euery day.* } A quotus & dies compositum vulgus putat. Doctiores verò deducunt à continens & dies. Sunt quoque qui scribant per secundam consonantem, c. scilicet: itáque olim scribi solitum esse ostendit Quintil. *lib.* 1. *Institut.* quum ait fuisse quosdam qui Quotidie scribendum præciperent, quòd compositum videatur à quotus, vel quot, & dies, verùm rationem hanc frigidam esse dicit, & etiam suo tempore inter ineptias euanuisse. ¶ Iacob. Cuiacius Iurisconsf. & Charisius quoque *lib.* 2. Cotidie scribendum per c, censent, non quotidie. Cicer. Quotidie, vel potiùs in singulos dies, breuiores ad te literas mitto. Plaut. *Aul. prolog.* Ea mihi cotidie supplicat (secunda syllaba longa.) Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. Quod edit præbeas affatim cotidie. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Eum in odorem cœnat Iuppiter cotidie, ¶ Veteres etiam quotidie dixerunt, vt falsò, verò, teste Sosipatro, qui exemplum ex M. Cæpionis oratione in M. Æmilium Scaurū profert. Quum ab isto viderem quotidie hostes consilio adiuuari. Eodem modo Quotidie aduerbialiter pro Quotidie veteres dixerunt. Afranius *in Vopisco*, Etenim Cotidiano in rebus maximis qui præpositus nunc potest qui meo sit nexus nomine. Fronto quoque *ad Marcum Imperatorem,* Mihi satis abundéque honorum est, quos mihi quotidiano tribuis. Sosipater *Institut. Gram. lib.* 1.

Quōtīdĭānŭs, a, um, vel Cotidianus, quod quotidie fit. { כַּמֵּה *chammêh.* ὁσημερινός, καθημερινός. GALL. *Qui est ou dure chasque iour,* ITAL. *Di ciascun giorno.* GERM. Täglich. HISP. *Cosa de cada dia.* ANG. *That is daylie or euery day.* } Plaut. *in Merc.* Quæque habeat quotidianum familiæ coctum cibum. Cicer. 2. *de Diuinat.* Quia sunt hæc quotidiana, angues non item. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Nisi cotidianum sesquiopus confeceris. Idem *sc.* 1. *a.* 4. *Ibid.* Cotidiani victi ventrem ad me afferas. ¶ Per translationem quotidianus accipitur pro vulgari. Terent. *in Eunuch.* Tædet harum quotidianarum formarum.

Quotidiana, orum, excerpta, quæ annotantur quotidie.

QVŎTĬĒS, siue Quotiens (nam vtroque modo scribitur) interrogatiuum est numeri aduerbialis, significans quot vicibus. { ποσάκις. GAL. *Quantesfois? combien de fois?* ITAL. *Quante volte?* GERM. Wie offt/wie manch maal. HISP. *Quantas vezes?* ANGL. *How often.* } Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Dixi tibi: Quoties dicendum est? Cicer. 4. *Verr.* Verum quoties, & quot nominibus auferes? Idem *in Catil.* Quotiens iam, quotiēs tibi extorta est sica ista de manibus? Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

——*O quater, ô quoties non est numerare beatum?*

Plaut. *Amphit.* Quis istic Sosia? So. Ego, inquam, quoties dicendum est? Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Quoties tandem edixi tibi, ne. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Quoties vetui te, &c. ¶ Accipitur & relatiuè, habétque antecedens toties. Cicer. *de Orat.* Toties quoties præscribitur.

Quotiescunque, quotcūque vicibus. { ὁσάκις. GALL. *Toutes & quantesfois, toutesfois & quantes.* ITAL. *Qualunque volta chè.* GERM. Geb wie offt vnd dick/geb wie manches maal. HISP. *Quando quiera que.* ANGL. *How often soeuer* } Cicer. *pro Cluen.* Quotiescunque dico, toties videor mihi in iudicium venire.

Quōtquōt, quotcunque, quotlibet, quantumuis multi. { ὅσοι δή. GALL. *Tout autant qu'il y en a.* ITA. *Quanti che sono.* GER. Geb wie vil/als vil. HISP. *Todos aquellos los quales.* ANGL. *As many as.* } Brutus Cicer. Peream, si te omnes quotquot sunt, conantem loqui ferre poterunt. Idem 2. *de Inuent.* Si duæ leges, si plures aut quotquot erunt. ¶ Ponitur etiam pro singulis, siue omnibus. Varr. *de ling. Lat.* Fundus dictus quòd fundat quotquot annis multa. Et *paulò pòst*, Restibilis ager est qui reseritur singulis annis. Vide Victorium *cap.* 23. *lib.* 9.

Quotumus dies, Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. *Ibidem. sc.* 2. *a.* 4. Quotumæ sunt ædes?

QVŎTVPLEX, icis, interrogatiuum, quot plicis constans, quot generum, quot specierum, vel quot modorum. { ποσαπλοῦς. GALL. *De combien de sortes?* ITAL. *Di quante sorti?* GERM. Wie mancherley/oder wie vilfältig? HISP. *En quantas maneras?* ANG. *How many fold, or of how many sortes.* } vt siquis quærat, quotuplex sit animæ facultas.

Quŏtuplŭs, a, um interrogatiuum est numeri multiplicatiui. ποσαπλάσιος. vt Quotuplum reddit ager? ¶ Accipitur & relatiuè: vt Centuplum Ægyptij reddunt agri, quotuplum vix nostri.

QVŎTVS, a, um, interrogatiuum est numeri ordinalis. { πόστος. GALL. *Quantiesme?* ITAL. *Di qual ordine?* GERM. Welcher in der zal nach ordnung. HISP. *Quanto, puesto en orden?* ANGL. *How many.* } Horat. 2. *Serm. Satyr.* 6. Hora quota est? ¶ Accipitur aliquando pro quot. Mart.

Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec vllum
Addideris verbum, mensa parata tibi est.

id est, quot estis? seu quot tecum habes? Eleganter autem adiunctam habet particulam quisque. Cicer. 1. *de nat deor.* Quotus enim quisque formosus est? id est, quot sunt formosi? quasi dicat paucissimi. ¶ Quandoque significat continuam quantitatem, & ponitur pro quantus Iuuenal. Quota portio fecit Achææ? hoc est, quantilla portio. quasi dicat, minima.

Quōtūsquĭsquĕ, interrogatiuum, Quoties ex quibusque. sæpè enim interponitur, vt, *Quotus enim quisque.* { πόσοι. GALL. *Le quantiesme de tous?* ITAL. *Di qual numero, ò ordine?* GERM. Wie mancher/wie vil sind deren? HISP. *Quantos en cada vna parte?* ANGL. *How many?* } vt Quotusquisque est qui aliter sentiat? Est & vetus, elegánsque locutio, per interrogationem, & ad paucitatem refertur: vt, Quotusquisque studet? id est, quot student? hoc est, quàm pauci sunt qui studeant? Cicer *pro Planc.* Quotusquisque iuris peritus est? quotusquisque disertus est? Rectiùs tamen quotus quisque scribendum videtur diuisis dictionibus. Sæpè enim particulam inuenimus inter vtranque interiectam. Idem 3. *de Orat.* Quotus enim quisque est qui teneat artem numerorum, ac modorum? Idem *lib.* 2. *de diuin.* Quota enim quæque res euenit prædicta ab his? Senec. *cap.* 14. *de cons. ad Mart.* Quotaquæque domus, &c.

Quōuīs, aduerb. ad locum. Quolibet. { ὅποι ποτ. GALL. *Où tu voudras.* ITAL. *Doue tu vuoy.* GER. Geb wohin er wöll. HISP. *Donde quiera que.* ANG. *To what soeuer place thou will.* } vt apud Terent. *in Heaut.* Imò potiùs

potiùs abeat quouis gentium, Quàm hîc per flagitium ad inopiam redigat patrem.

Quoúsque, Quò vsque, ad quod vsque tempus. { עד מתי hadh mathái, μέχρι τίνος, μέχρι πότε. GALL. *D'ici à quand, iusques à quand, d'ici à quel temps.* ITAL. *Sino à che tempo.* GERM. Wie lang. item wie ferr. HISP. *Hasta quando.* ANG. *How long.* } Cicer. *Attic. lib.* 1. Quousque, inquit, hunc regem feremus? Idem *de somn. Scip.* Quousque humi defixa erit tua mens? Interdum idem valet quod Ad quem vsque locum: vt Quousque Cæsari obuiam progressus est? Idem Cicer. 1. *Catil.* Quousque tandem abutere patientia nostra Catilina? Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Quousque vtemur amore subreptitio? Senec. *cap.* 2. *de tranq.* Quousque eadem? Plaut. *Asin. sc.* 1 *a.* 1. Age excrea. Etiam amplius? Nam quousque? (pro quonam vsquam vsque.)

Quousquam, quò vsquam. Solin. *cap.* 73. Vndique versum, quousquam gentium fuit, ad regiam Memnonis conuenire.

QVVM, aduerb. temporis est, quo tempore, iterum qua causa. { כי chi. πότε. GALL. *Quand.* ITAL. & HISP. *Quando.* GERM. Wan/zu welcher zeyt. ANGL. *When.* } Cicer. *de Inuent.* Fuit quoddam tempus, quum in agris passim homines bestiarum more vagabantur. Idem *in somn.* Quum in Africam venissem. ¶ Aliquando causalis coniunctio, valens quoniam. Salustius *in Ciceronem*, Sed quum in te modestiam nullam animaduerto, respondebo tibi. ¶ Intendum aduersatiua, idem valens quod quanuis, Cicer. *lib.* 3. *Epist.* Ego quum antea studiosè commendabam Marcellum, tunc multò nunc studiosiùs. ¶ De orthographia huius dictionis variæ sunt opiniones. Sunt enim qui perpetuò scribant per c, siue Aduerbium sit, siue Coniunctio, aut etiam Præpositio: soláque accentus nota superposita, aduerbium, coniunctionémque à præpositione distinguunt. Victorinus autem in orthographiæ præceptis, Quum temporis aduerbium, per q, & u, siue vnum siue duo, vt visum fuerit, scribendum asserit. Quintil. *lib.* 1. *c.* 13. de orthographia, autor est, à multis hanc differentiam fuisse obseruatam, vt pro aduerbio temporis scriberent, quom per quartam vocalem pro coniunctione autem causali, quum per q, & geminum uu: pro præpositione verò, cum per secundam consonantem. Verba Quintiliani sunt hæc, Illa quoque seruata est à multis differentia, vt Ad, quum esset præpositio, d literam: quum autem coniunctio, t acciperet. Item, cum, si tempus significaret, per quom: si comitem, per cum: si verò causam, per q, ac duas sequentes uu, scriberetur.

Quumprimùm, seu cùm primùm, i. postquam primùm. Duæ partes sunt duo exigentes verba. { כי chi. ἐπειδὴ τάχιστα. GALL. *Soudain que incontinent que.* ITAL. *Sebito che.* GERM. Als bald. HISP. *Luego como.* ANGL. *As soone as.* } Idem enim valent quod Vbi primùm, vel quando primùm fieri potuerit, Virg *Eleg.* 7.

Quumprimum pasti repetent præsepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.

Qupsones, vel (vt Passerat. legit) *Qyposones*, Græcum verbum est, non Pœnicum.

NOTÆ ANTIQVORVM.

Q. Quasi, quintus. Q. vel QV. quartus. Q vel QVINT. Quintilianus. QAM. quemadmodum.

Q. B. F. quare bonum factum. Q. B. M. V. quæ bene mecum vixit. Q. B. N. F. Quare bonum non factum.

Q. D. R. P. quâ de re peto. Q. D. R. P. S. V. qua de re peto graues viros.

Q. E. R. E. quanti ea res erit.

Q. E R E. I V. D A. quanta ea res erit iudicium dabo. Q. E. R. E. qualis ea res erit.

Q. F. Quinti filius.

Q. I. P. quo iure petit.

Q. L. Quinti liberti. Q. L. F. Quinti Lucij filius. Q. L. S. S. quæsiuit liberam statuam Senatus.

Q. M. Quintus Mutius. quo magis. Q. MAX. Quintus Maximus. QMS. quæsumus. QM. PV. quam prouinciam.

Q. N. A. N. N. quando neque ais, neque negas.

Q. Q. quinquennalis.

Q. R. F. E. V. quod rectè factum esse videtur.

Q. S. S. S. quæ suprà scripta sunt.

Q. T. C. Quintus Cœlius. Q. TP. quo tempore. Q T. M. quot munera.

QVÆS. quæstor. QVIR. Quirites. Q. V. A. vel ANN. quæ vixit annis. QVÆSS. quæstores. QVIR. R. Quirites Romani.



R



LITERA semiuocalis est & liquida, quæ post mutam in eadem syllaba posita, præcedentem syllabam, si natura breuis sit, modò longam, modò breuem facit: vt Ouidius in dictione *patrem*, exemplum posuit,

Iam patrem famulósque patris, lucémque timebam;

vbi pa, syllaba & producitur, & corripitur. In Græcarum dictionum initio recipit aspirationem, vt Rhadamantus, Rhea, & huiusmodi. ¶ Conuertitúrque nonnunquam in l, vt intelligo, pro interlego: Polluceo, pro perluceo. In simpl. vt niger, nigellus: vmbra, vmbella. Loco R, succedit L: vt frater fratellus: Caper Capella: vt autor est Terent. Scaurus, Id etiam indicat Ouid. 5. *Fast.*

Aspera mutata est in lenem tempore longo
Litera quæ toto nomine prima fuit.

Lemuria, Remuria. In s, vt Arbos, pro Arbor: Odos, pro odor. Aliquando in duo ss, vt Vro, vssi: geto, gessi In u, consonantem: vt, Sero, seui: Tero, triui. In n, vt Æneus pro æreus. ‖ Non rarò etiam in d & contra: vt *Apor* vel apur pro apud. *Medidies* meridies ‖ ¶ Persius Literam caninam appellat, quòd tremula linguæ vibratione, canum, quum ringuntur, sonum imitari videatur. Profertur enim concitatiùs, lingua ad palatum iuxta dentes exerta, & summa sui parte spiritum elisum vibrante, ictu quodam tremulo, támque horrifico sono auditum exasperans, quàm l, eundem soni dulcedine blandiens demulcet.

R A

Rabbath. { רבה rabbáh. ῥαββάθ. } Metropolis est filiorum Ammon, quæ hodie à rege Ægypti Ptolemæo, cognomento Philadelpho. qui Arabiam tenuit cum Iudæa, Philadelphia nominatur.

Rabbi, magister.

Rabbinus, magister Iudaicus: à Rab. i. magister, dominus.

Rabboni, ad verb. magister mi.

RĂBIĒS, iei, à rapio, morbus canum, quum veluti furore quodam acti, huc atque illuc rapiuntur, nec vllum quietis locum inueniunt. { λύσσα. GAL. *Rage, furenr.* ITAL. *Rabbia.* GERM. Das wüten vnd rasen eigentlich der hunden/hundtswüt. HISP. *Rabbia.* ANGL. *Rage, furie, madnesse* } Alij Rabiem, quasi rauiem dici putant, à raucitate vocis, qua canes præ calore infestantur. Plin. *lib.* 20. *cap.* 5. Multò tamen vtilissimè iecur eius, qui in rabie momorderit datur. Ouid. 4. *Metam.*

Státque canum rabies subiectaque terga ferarum, &c.

Velleius, Canina rabie lacerabat Antonium. Senec. *cap.* 7. *de consol. ad Martiam*, Rabiem desiderij extingunt feræ orbæ. ¶ Ponitur & pro furore, & ad homines transfertur. Cicer. *in Salust.* Neque eos existimet sine rabie quicquam fortiter facere posse. Idem 3. *Tusc.* Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam & rabiem fingi in canem esse conuersam. Horatius *in Arte*,

Archilochum proprio rabies armauit iambo.

Lucret. *lib.* 5.

——— *liceat discedere Cæsar*
A rabie scelerum.

Răbĭă, æ, Antiqui dixerunt, quam nunc rabiem dicimus: vt annotauit Nonius, citans Cælium *in Hypobolimæo*; Ast rabia rabere se ait. ¶ Perperam hæc citantur, si credimus Passeratio, qui ibi legit zastrazia, non Ast rabia.

Răbĭōsŭs, a, um, propriè de canibus dicitur, qui rabie laborant: & de aliis animalibus, qui ex canis morsu rabiem contraxerunt. { λυσσώδης, ὑδρόφοβος. GAL. *Plein de rage, enragé.* ITAL. *Rabbioso.* GERM. Wütig/taub/rasend. HISP. *Rabeoso.* ANG. *Full of rage, wood angrie.* } Plin. *lib.* 29. Datur morsis à cane rabioso, ne rabidi fiant. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Dudum vxorem suam aiebat esse rabiosam canem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Ita me rabiosa fœmina obseruat canis. Idem *Capt. sc.* 4 *a.* 3. Hic homo rabiosus habitus est. ¶ Per translationem item rabiosus dicitur de homine furioso qui ita præceps fertur vt rabie agitari videatur. Cicer. 4 *Tusc.* Vide ne fortitudo minimè sit rabiosa, sitque iracundia tota plena lenitatis.

Răbĭōsē, aduerbium, Iracundè, & in modum rabie correpti. { λυσσωδῶς, μανικῶς. GALL. *Enragement, furieusment.* ITAL. *Con rabbia & furore.* GER. Wütiglich/mit rasen vnnd teube. HISP. *Con rabia.* ANGL. *Madlie, woodlie.* } Cicer. 4. *Tusc.* Nihil ne in ipsa quidem pugna iracundè, rabiosè ve fecerunt.

Răbĭōsŭlŭs, diminut. { ὁ σμικρόν τι λυσσῶν, ὑπολυσσώδης. GALL. *Quelque peu furieux & enragé.* ITAL. *Aliquanto rabbioso & furioso.* GER. Ein wenig taub oder rasend. HISP. *Rabioso vn poco.* ANG. *Somewhat mad.* } Cicer. *Trebatio lib.* 7. *Epist.* Primas illas rabiosulas sat fatuas dedisti.

Răbĭdŭs, a, um, propriè qui rabie laborat. { λυσσῶν. GAL. *Enragé.* ITAL. *Rabbioso.* GER. Wütig/taub. HISP. *Rabioso.* ANGL. *Enraged, wood, mad.* } Plin. *lib.* 29. *c.* 5. In canis rabidi morsu tuetur à pauore aquæ, capitis canini cinis illitus vulneri. ¶ Per translationem tamen rabidum accipimus pro eo qui supra modum ira incandescit, quíve alia de causa furibundo potius quàm sanæ mentis homini similis est. Autor ad Herennium *lib.* 1. Iste aspectu rabido circunspectans huc atque illuc. Cic. *in Arato*, Vel toto spirans rabido de corpore flammam. Ouid. 7. *Metam.*

Cerberon attraxit, rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras.

Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

Vt primum cessit furor, & rabida ora quierunt.

Idem 2 *Georg.*

At rabidæ tigres absunt, & sæua leonum
Semina.

Senec. *cap.* 2. *de tranq.*

Răbĭdē, aduerbium. Furiosè. { λυσσωδῶς, μανικῶς. GAL. *Auec rage & fureur, enragement.* ITAL. *Con rabbia & furore.* GER. Wütiglich. HISP. *Con rabia.* ANGL. *Furiously, madly.* } Cicer. 5. *Tusc.* Quid verò illum, quem libidinibus inflammatum, ac furentem videmus, omnia rabidè appetentem cum inexplebili cupiditate?

Răbĭo, is, ire, Nimia ira, & quasi rabie agitor. { λυσσάω. GALL. *Enrager.* ITAL. *Rabbiare.* GER. Wüten/toben. HISP. *Rabiar.* ANGL. *To be mad or wood angrie.* } Varro, Quid est, quod latres? quid rabis? quid vis? Nonius

pius tamen in loco Varronis iam citato Rabis esse existimat à rabo tertiæ coniugationis verbo: quo & Cæcilium vsum ostendit in Hypobolimæo, Ast rabia rabere sese ait.

Răbĭlŭs, ῥάβιλος. Arabiæ Rex qui Antigonum Macedonem in vico, cui nomen deinde factum est Motho, interfecit.. Autor Stephan. in dictione μωθώ.

Răbīrĭŭs, Eques Romanus fuit qui perduellionis accusatus, quòd Saturninum perniciosum ciuem, multáque seditiosè in rempub. molientem occidisset, à Cicerone defensus est pulcerrima illa oratione quæ pro A. Rabirio perduellionis reo inscribitur. ¶ Est item alius Rabirius appellatus Posthumus, quem Cicero quoque defendit ea oratione quæ pro Rabirio Posthumo inscribitur. Rabirius etiam Poëta quidam fuit Ouidij temporibus, vt ipse testatur 4. *de Ponto*,

Quum foret & Marsus, magnique Rabirius oris.

Răbōnem, pro arrhabone dici quidam putauerunt, atque adeò tanquam minimè negligendam, hunc in locum retulerunt: citantes locum Plauti *ex Trucul.*—tene hoc tibi, rabonem habeto, Vt mecum hac nocte sies. Hi tamen si Plauti locum paulò diligentiùs expendissent, animaduertissent sanè, Poëtam suo more iocari, vulgíque barbarismum irridere, qui λέξιν κολοβὰν, & ἀκέφαλον pro integra vsurpabant, Prænestinos imitati, qui coniam dicebant pro ciconia. Sed hæc quò manifestiora sint, verba Poëtæ adscribamus. Stra.— tene hoc tibi, rabonem habeto, Vt mecum hac nocte sies. Astaph. peri, rabonem quem esse dicam Hanc belluam? quin tu arrhabonem dicis? Stra. ita facio lucri, Vt Prænestinis conia est ciconia.

Răbŭlă, æ, Is dicebatur (inquit Nonius) quem nunc aduocatum, vel patronum causarum dicimus: siue à rabie, vt eidem Nonio placet, siue a rauis, id est, raucitate, vt is sit rabula qui in negotiis agendis acer est, & rabiosus, quique (vt ait Festus) in multis intentus est negotiis, paratúsque ad radendum quid, auferendúmque. Hæc Festus. { ירוב *jarib.* δικολόγος. GAL. *Vn plaidoyeur, criard, vn paidereau.* ITAL. *Auocato, procuratore.* GERM. Ein redner oder fürsprăch am gericht/der ein schreyen hatt als ob er taub wår/ ein vngestůmer schwåtzer. HISP. *Abogado.* ANG. *A iangling follovv, a babbling atturney.* } Alij rabulam dictum malunt à radendis auribus. Nam vt à fando fabula, à nando nabula: ita à radendo rabula. Nec alia ratione tabulas in foro dictos puto, quòd radant, id est, offendant aures & (vt ait Quintilianuus) nimia verbositate feriant, quasi ab instrumento illo nuncupati quòd rabula commodiùs, quàm radula vocari possit. Cicer. *in Orat.* Non enim declamatorem aliquem deludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum & perfectissimum quærimus oratorem. Idem, Quasi rabulæ qui sibi diserti non videntur nisi omnia tumultu & vociferatione concusserint. Idem 1. *de Orat.* Non enim causidicum nescio quem neque proclamatorem, aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus.

Rabuscula, vua, i. rauuscula, colore ad rauum inclinante. Plin. *lib.* 14. *c.* 3.

‖ Raceburgum, siue Raseburgum, Rattenburg/V. E. Germaniæ sub A. Bremensi, secundo ferè lapide à Lubeca. ‖

Racemarius, palmes quidam, de quo Columella. *lib.* 3. 18.

Răcēmŭs, i, Pars botryonis, siue potiùs ipse botryon, qui & botrys more Græco, & botrus nostris dicitur, hoc est, integra vua ex multis constans acinis. { ענב *benab.* βότρυς. GALL. *Grappe, soit de raisin, de lierre ou autre.* ITAL. *Racimolo, grappolo.* GERM. Ein wein trauben/ oder die kamme daran. HISP. *Razimo, gajo.* ANGL. *A causter of grapes.* } Virg. *lib.* 2. *Georg.*

——— tu mitis bumaste racemis.

Horat. 2. *Carm. Ode* 5.

——— iam tibi liuidos
Distinguet autumnus racemos
Purpureo varius colore.

Virg. tamen *lib.* 2. *Georg.* apertè racemos distinguit ab vuis, quum ait,

Et turpes quibus prædam fert vua racemos.

Quo tamen in loco Vuam nonnulli figuratè pro ipsa vite positam interpretantur. Martial. *epigr.* 23. *lib.* 3.

Racemi vineæ florentis.

Ouid. 5. *Fast.*

Donec eras mixtus nullis Acheloë racemis.

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Tempus vt extentis tumeat facit vua racemis?

¶ Dicitur item Racemus de aliis fructibus, qui vuæ in modum ex pluribus acinis sunt conglobati. Plin. *lib.* 16. *c.* 34. *de hedera*, Aliis densus acinus, & grandior racemis in orbem circumactis.

Răcēmĭfer, a, um, quod racemos fert. { βοτρυοφόρος. GALL. *Qui porte grappes.* ITAL. *Chi porta grappoli.* GER. Das trauben tregt oder kammen hatt. HISP. *Cosa que trahe ò lleua gajos.* ANG. *That beareth or bringeth grappes.* } vt Vuæ racemiferæ. Ouid. 13. Metam.

Ipse racemiferis frontem circumdatus vuis,
Pampineis agitat velatam frondibus hastam.

Bacchus racemifer. Idem 15. *Metam.*

Victa racemifero lyncas dedit India Baccho.

Idem 6. *Fast.*

Bacche racemiferos hedera redimite capillos.

Răcēmōsŭs, a, um, quod est racemis plenum. { βοτρυώδης. GALL. *Plein de grappes.* ITAL. *Pieno de grappe.* GER. Voll kammen oder trauben/trappechtig. HISP. *Lleno de gaies.* ANG. *Full of grapes.* } Plinius, Hederæ modo racemosa est.

Răcēmātŭs, a, um, quod acinos habet, siue baccas, aut etiam grana racemi modo disposita. { βοτρυωτός. GALL. *Qui a des grappes.* ITAL. *Che ha grappe.* GERM. Das traubenberen oder trappen hatt. HISP. *Lo què tiene gaios.* ANG. *That hath grapes.* Plin. *lib.* 18. *c.* 7. de Panico, paruis racemato paniculis.

Răcēmārĭŭs, a, um, βοτρυηρός. Vt racemarius malleolus is dicitur ex quo pampini pullulant, vel steriles, vel certè minus feraces, vt inquit Col. *lib.* 3. *c.* 18. Nec dubium quin gemmæ cacumini proximæ, quæ sunt infœcundæ, in eo relinquantur: ex quibus pampini pullulant vel steriles, vel certè minus feraces, quos rustici vocant racemarios..

Răcēmātĭo, nis, Collectio racemorum, qui à vindemiatoribus sunt præteriti. { עוללה *holeláh.* βοτρυολογία. GAL. *Grappage, recueil des grappes que les vendengeurs laissent.* ITAL. *Il vendemiare le grappe.* GER. Das eylen nach dem der recht herpst fürüber ist. HISP. *La rebusca.* ANG. *Gleaning of grapes.* } sicut messibus peractis quod superest, spicilegium dicitur.

Racha, ῥακά, melius *raka*, nomen Hebræum est (inquit Hieronymus) idem est quod κενὸς, id est, inanis, aut vacuus, quem nos possumus vulgata iniuria, absque cerebro nuncupare. Quidam etymologiam huius nominis de Græco trahere voluerunt, putantes dici pannosum: Græcè enim pannus ῥάκος dicitur. Sed nos huius verbi proprietatem subtiliùs perspicientes, nihil intelligimus aliud esse Racha, nisi vocem incognitam irati animi commotionem significantis, quales sunt interiectiones apud Grammaticos, sicut à dolente Heu, ab irascente Hem, & huiusmodi. Augustinus *in Matth.* Racha vox indignantis animi motum significans.

‖ Rachimburgij, rerum, & causarum iudices. Cod. ll. antiq. ‖

Răcĭlĭŭs, Tribunus plebis, qui de Clodianis facinoribus est questus in Senatu, vt scribit Cic. *in Ep. ad Qu. Fratr.*

Radagasus, Gothorum rex, qui floruit Arcadij & Honorij Cæsarum temporibus. Dicitur habuisse sub signis supra ducenta bellatorum millia. Autor Paulus Diaconus

Rādīcĭtŭs, Radico, Radicula, vide. *Radix.*

Radiolæ, oliuæ, pro eo, quòd oblongæ sunt more radiorum. Isid. *lib.* 17. *cap.* 7.

Rădĭŭs, ij, Splendor à Sole emicans. { נגה *nóghah.* ἀκτίν. GALL. *Rayon du Soleil, ou autre lumiere.* ITAL. *Raggio.* GERM. Ein streym eigentlich der Sonnen. HISP. *El rayo.* ANGL. *A beame of the sunne or of a bright starre.* } Varro, O summe Sol, qui totam hanc mundi compagem tuis radiis illustras. Cicero 5. *de finibus*, Ita enim paruæ, & exiguæ sunt istæ accessiones bonorum, vt quemadmodum stellæ in radio Solis, sic istæ in virtutum splendore ne cernantur quidem. Ouidius *lib.* 2. *Metam.*

Tum primùm radiis gelidi caluere Triones.

Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Splendor (clypei) clarior, quàm Solis radij. ¶ Transfertur & ad fulgorem oculorum. Plin. Cuius ex oculis radij nocte micantes cernuntur. Gell. *lib.* 5. *cap* 16. Stoici causas esse videndi dicunt radiorum ex oculis ea quæ videri queunt remissionem. ¶ Item Radius dicitur virga, qua Geometræ lineas indicant. V. g. 3. *Eclog.*

Descripsit radio totum qui gentibus orbem.

¶ Radius item ponitur pro linea. Cic. *pro Vniu.* Terra est corpus globosum, cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur. ¶ Item textoris instrumentum, quo subtegmen stamini inseritur, radius appellatur. { ארג *éregh.* κερκὶς, πήνιον } Virg. 6. *Æneid.*

Excussi manibus radij, reuolutaque pensa.

Radij quoque in rotis dicuntur qui hinc centro, illinc canthis inseruntur. { חשקים *chischschukim.* Græcè κνῆμαι dicuntur. } Virg. 1. *Georg.*

Hinc radios triuere rotis.

Ouid. 3. *Fast.*

Radio percurrere telas.

Instrumentum etiam quo raduntur mensuræ, Radius vocatur, quod alio nomine Hostorium nominant. Plaut. Dij deæque omnes tantam nobis lætitiam, tot gaudia sine radio cumulent. ¶ Radij item dicuntur oliuæ oblongæ. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliuæ
Orchites, & radij, & amara pausia bacca.

Hos & radiolos nominat Colum. *lib.* 12. *c.* 47. Albam (inquit) pausiam vel orchitem, vel radiolum, &c. ¶ est & radius pastinacæ pisci pro telo. Plin. *lib.* 9. *c.* 42. Pastinaca latrocinetur ex occulto, transeuntes radio (quod telum ei est) frigus. ¶ Radius item à rei Anatomicæ peritis dicitur minus brachij os, inter cubiti curuaturam & carpum situm, maiorique ossi quod cubitum appellant, superincumbens. κερκίς

Rădĭo, as, are, Radios emittere, fulgere { נגה *nethâh* החל *hebél* הופיע *hophiáh* ברק *barák.* ἀκτινοβολῶ, λάμπω, GAL. *Ietter rayons & lueur.* ITAL. *Risplendere, mandar fuori raggi.* GERM. Streymen von sich geben/ glånzen. HISP. *Risplandecer, echar de si rayos.* ANG. *To shyne, glance or cast beames lik the sunne.* } Ouid. *lib.* 2. *Metam.*

Argenti bifores radiabant lumine valuæ.

Colum. *lib.* 10. Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe Purpureo radiat vultu. Martial *lib.* 8.

Vera minus flauo radiant electra metallo.

Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 1.

Nec rudis infestis miles radiabat in armis.

Rădĭŏr, aris, Ouid. *lib.* 4. *de Ponto, Eleg.* 4.

Scuta sed & galeæ gemmis radientur & auro.

Rădĭāns, tis, particip. { נגה *nothéah* מופיע *mophiah.* ἀκτινοβολῶν. GALL. *Iettant rayons.* ITAL. *Che manda raggi.* GER. Glånzend. HISP. *Que echa de si rayos.* ANGL. *Casting beames.* } Virg. 6. *Æneid.*

Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.

Ouid. 13. *Metam.*

Ipse nitor galeæ claro radiantis ab auro
Insidias prodet.

Rădĭātŭs, adiectiuum, quod radios habet, aut emittit. { נגה *nothéah* מופיע *mophiah.* ἀκτινωτὸς, ἀκτινοειδής. GALL. *Qui a des rayons.* ITAL. *Che ha raggi.* GERM. Streymechtig/das streymen von im wirfft. HISP. *Cercado de rayos* ANG. *That hath beames of brightnesse.* Cicer. 4. *Acad.* Solis autem magnitudo, (ipse etiam hîc radiatus me intueri videtur) admonet, &c. Radiata rota. Varro. 3. *de re rust cap.* 5. In insula est columnella, in qua intus axis, qui pro mensa sustinet rotam radiatam, ita vt ad extremum vbi orbile solet esse acutum, tabula cauata sit. Radiatum caput principis vocat Plinius, quod in deos referebatur: qualiter pinguntur hodie diuorum imagines. Sic enim ait *in suo Panegyrico*, Horum vnum si præstitisset alius, illi iamdudum radiatum caput, & mediata inter deos sedes auro staret, aut ebore. Suet. *in Aug. c.* 94. Radiata corona.

Rădĭātĭo, nis. Radiorum eiaculatio, splendor, verbale. { נגה *nóghah* יפעה *iphháh.* ἀκτινοβολία. GAL. *Lueur. & iet de rayon.* ITAL. *Luce, gittamento de raggi.* GERM. Glanzung/außwerffung der streymen. HISP. *Obra*

Obra dechar de ſi rayos,luz. Angl. *Glaneing or caſting of beames.*} Plinius *lib.*36.*c.*5. Hecate Epheſi in templo Dianæ poſt ædem, in cuius contemplatione admonet æditui parcere oculis, tanta marmoris radiatio eſt.

Rădĭōſŭs,adiectiuum,quod multos emittit radios. { מופיע נגהה *notheah mophiah.* ἀκτινώδης. Gal. *Qui iette force rayons qui a grand lueur.* Ital. *Pieno di raggi.* Ger. Streymechtig/das vil ſtreymen hatt. Hisp. *Lleno de rayos.* Angl. *That caſteth great beames.*} Plaut. *in Sticho* Poſtquam miſiſti ad portum cum lucu ſimul, Commodùm radioſus ecce Sol ſuperabat ex mari.

Rādīx,icis,Ima pars plantæ, quæ alimentum attrahit. { שרש *ſchóreſch.* ῥίζα. Gall. *Racine.* Ital. *Radice.* Ger. Ein wurtzel. Hisp. *Rays.* Angl. *A roote.* Cic.5.*de finib.* Videmus ea quæ terra gignit corticibus & radicibus validè ſeruari. Virg. *lib.*2.*Georg.*

Pullulat ab radice aliis denſiſſima ſylua.
Vt ceraſis,vlmiſque, &c.

Idem *lib.*3.*Æneid.*

Nam quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos
Vellitur,&c.

Plin. Quum pali defixi radices cepiſſent. ¶ Radix pro raphano, ſiue radicula. Vide *in Radicula.* ¶ Radices montis dicuntur imæ partes montis ſimilitudine ſumpta à plantis quarum radices infimæ ſunt. Cæſar *lib.*1.*bell.ciu.* Ab infimis radicibus montis intermiſſis circiter paſſibus quadringentis,caſtra facere conſtituit. Idem 7.*bell. Gall.* Erat è regione oppidi collis ſub ipſis radicibus montis egregiè munitus. In radice Palatij: id eſt, in ima parte Palatij. Cicer. antequam iret in exil. Cuius templum à Romulo victis Sabinis in Palatij radice cum victoria eſt collocatum. ¶ Agere radices, ῥιζοβολεῖν, eſt radices emittere. ¶ Et per tranſlationem,pro ſtabilire,& firmitatem acquirere. Cic. *lib.*2. *Offic.* Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. Defixum radicibus. Idem 4. *Philipp.* virtus eſt vna altiſſimis defixa radicibus,quæ nunquam vlla vi labefactari poteſt. Plaut. *Curc.ſc.*1.*a.*2. Radices cordis pereunt. Idem *Aul.ſc.*4.*a.*1. Si te non elinguandam dedero vſque ab radicibus.

Rādĭcŭlă,æ,Parua radix. { ῥίζιον. Gall. *Racinette,petite racine* Ital. *Radicetto* Germ. Ein würtzelin. Hisp. *Pequeña rayz.* Angl. *A litle roote.*} Colum. *lib.*3.*c.*15. Idémque Phœnus autor probat, vinacea permiſta ſtercori,depoſitis ſeminibus,in ſcrobem vites mouere,quòd illa prouocent, & alliciant nouas radiculas. ¶ Radicula, raphanus, ῥάφανος. Celſ. *lib.*2.*c.*18. Ex oleribus valentior rapa, quàm paſtinaca, vel quæ ſpecialiter radicula appellatur. Dicitur etiam radix. Idem *lib.*3.*c.*16. A lenibus cibis ad acres, ab acribus ad lenes tranſire, eſſe radicem, deinde vomere. Iſidor. *lib.*17. *Etymolog.c.de olerib.* Raphanum Græci,nos radicem vocamus,eo quòd totus deorſum nititur,cùm reliqua olera in ſumma magis proſiliant. Radicula etiam vocatur herba ſuccum habens lauandis lanis, & ab œſypo repurgandis, accommodatiſſimum: quam ob id lanariam Latini appellant: Dioſcoridi στρούθιον. dicitur. de hac Plin. *lib.*19.*c.*3.

Rādĭcĭtŭs, Aduerb. A radice, vel vſque ad radicem, vel vſque ab radicibus, vt loquitur Plaut. *Pſeud.ſc.*4.*a.*1. vel vnà cum radice, funditus. { ῥιζόθεν, ἀπὸ βάθρων. Gal. *Depuis la racine, iuſques à la racine, totalement.* Ital. *Fin d'alle radici.* Germ. Mit der wurtzel auſzhin. Hisp. *Arrancando de rays haſta la rays.* Ang. *Frome the roote, vp to the roote, vterly.*} Plin. *lib.*18.*c.*26. Herbas malas radicitus erui. ¶ Per tranſlationem accipitur pro penitus ſiue omnino. πάντως. Plaut. *in Moſtell.* Nam omnia malefacta veſtra reperi radicitus. Catullus *in Argon.* Nonacrias atque ille tulit radicitus altas Fagos. Propert. *lib.*3. *Eleg.*7. Huic fluctus viuo radicitus abſtulit vngues. Cicero 1. *de finibus,* An poteſt cupiditas finiri? tollenda eſt,atque extrahenda radicitus. Idem *pro domo ſua,* Vidéſne me non radicitus euellere omnes actiones tuas.

Radiceſco,is, ere, Senec. *Epiſt.*87.

Rādico, as, ſiue radicor, aris,radices ago, radices emitto. { שרש *ſcoréſch.* ῥιζόω. Gall. *Ietter racine, prendre racine.* Ital. *Far le radici.* Germ. Wurtzelen. Hisp. *Raygar, hazer rayzes.* Ang. *To tak roote.*} Plin. *lib.*18.*c* 7. Frumenta multis radicantur fibris. Idem *lib.*17.*c.*6. Scilla autem & bulbi, & cæpe, & allium, nonniſi in rectum radicantur. ¶ Hinc componitur eradico, quod eſt vſque ad radices, vel vnà cum radicibus euello.

Rādĭcātŭs,a,um, particip. quod iam radices egit. { משרש *meſchoráſch.* ἐῤῥιζωμένος, ῥιζωθείς. Gal. *Qui a prins racine, enraciné.* Ital. *Ch'a preſo radica, rappigliato.* Germ. Gewurtzelt. Hisp. *Raygado.* Angl. *That hath taken roote.*} Columella *de Arbor.c.* 20. Arbores, aut radicata ſemina autumno ſerito.

Rādĭcōſŭs, adiect. quod multas radices habet, πολύῤῥιζος. Plin. *lib.*16 *c.*34. Omnium generi radicoſa brachia.

Rādo, is, ſum, Complano, incido, extirpo, mundo. { הקציע גלח *ghillách hiktsiah.* ξέω, ξύω. Gal. *Racler, raire.* Ital. *Radere mondare, nettare.* Germ. Schaben/beſchären. Hisp. *Raer, alimpiar.* Ang. *To ſhaue or ſcrape.*} Colum. *lib.*18. Sic tamen nequid radatur. Iuuen. *Satyr.*6.

——*nam Sergiolus iam radere guttur*
Cœperat.

Suet. *in Calig.c.*5 Regulos quoſdam barbam poſuiſſe,& vxorem capita raſiſſe ad indicium maximi luctus. Virg. *lib.*7. *Æneid.*

Proxima Circeæ raduntur littora terræ.

Lucret. *lib.*5.

——*& ripas radentia flumina rodunt.*

¶ Radere barbam, vide *Barba.* ¶ Radere aures, eſt re aliqua inamœna aures offendere Quintil *c.*1. *lib* 3. Ne ieiuna atque arida traditio auerteret animos, & aures præſertim delicatas raderet, hoc eſt, offenderet, fatigarétque. || ¶ Radere genas, vnguibus ſcindere. Lex. xij. tabb. ¶ Ponitur aliquando pro ſcalpere. גרד *gharádh.* Plaut. *in Aul* Simul radebat pedibus terram,& voce crocitabat ſua. ¶ Huius compoſita ſunt, abrado, adrado, circunrado, conrado, derado, erado, interrado, obrado, & prærado: quorum ſignificata: vide ſuis locis.

Rāſŭs,a,um, participium. { מגלח *megullách.* ξυσθείς, ξυσθείς. Gall. *Raſé, raclé, ray.* Ital. *Raduto, tonduto.* Ger. Beſchabet/beſchoren. Hisp. *Raido.* Angl. *Shaued, ſcraped, made ſmooth.*} Virg. *lib.*2.*Georg.*

Tum leues calamos & raſa haſtilia virga.

Ouid. *lib.*2.*de Ponto, Eleg.*4.

Vtque meus lima raſus liber eſſet amici,&c.

Plaut. *Amph.* Vt ego hodie raſo capite caluus capiam pileum. ¶ De eo more vide Plutarch. *in Flaminio.*

Rāſĭto,as, Sæpe rado. { ξυράω. Gall. *Raire ſouuent.* Ital. *Radere ſpeſſo.* Ger. Offt ſchaben oder beſchären. Hisp. *Raer à menudo.* Angl. *To ſhaue often.*} Gell. *lib.*3.*c.*4. Comperimus autem cæteros quoque in his temporibus nobiles viros barbam in huiuſmodi ætate raſitauiſſe. Suet. *in Othon.c* 12. Faciem raſitare.

Rāſōrēs, id eſt, Tonſores, à radendo dicti. { גלחים *ghallachîm.* ξυρευς. Gal. *Racleur, rayeur.* Ital. *Chi rade.* Ger. Schaber oder ſchärer. Hisp. *El que rae.* Angl. *Shauers or ſcrapers.*} ¶ Per tranſlationem quoque fidicines dicuntur raſores, teſte Nonio, Quòd videantur chordas ictu radere.

Rāſōrĭŭs,a,um, quod ad radendum pertinet. { κουρικός. Gal. *Appartenant à racler.* Ital. *Pertinente à radere.* Germ. Das zu dem ſchären gehört. Hisp. *Perteneciente à raer.* Ang. *Belonging to ſhauing or ſcraping.*} Vnde Culter raſorius dicitur quem alio nomine appellamus ξυρόν. Cic. etiam tonſorium cultrum vocat, *lib.*1.*Offic.*

Rāſūră, æ, ipſe radendi actus. { ξυσμός. Gall. *Raclure, raſure, raclement.* Ital. *Eſſo radere.* Ger. Schabung/beſchärung. Hisp. *La raedura ò obra de raer.* Ang. *A ſhauing, or ſcraping.*} Colum. *lib.*4.*c.*29. Eaque raſura ita diducitur, &c.

Rāſĭlĭs, e, Raſus, ſeu politus, & nihil extantis ac redundantis plenitudinis habens, inquit Valla *lib.*1.*c.*10. { ξυστός. Gal. *Rays, raſé, aiſé à raire ou racler.* Ital. *Acconcio da radere.* Ger. Glat/poliert. Hisp. *Coſa que ſe puede raer.* Angl. *Shauen, or that may be ſhauen or ſcraped.*} Ouid. 7. *Metam.*

Raſilis huic ſummam mordebat fibula veſtem.

Foris raſilis, Catul. *in Epithal.*

Transfer omne cum bono
Limen aureolos pedes,
Raſilémque ſubi forem.

Velleius, Raſili argento conſtabat apparatus triumphi Cæſaris de Hiſpania. ¶ Interdum idem quod aptum radi. 2.*Georg.*

——*Et torno raſile buxum.*

Rādŭlă, æ, Inſtrumentum ferreum, à radendo ductum, quo doliorum veterum pix liquata primùm vel in ſole, vel lampade ardenti educitur, vt deinde iterum picentur ad futuram vindemiam. { ξύστρα. Gall. *Ratiſſoire.* Ital. *Reſparola, radinandia.* Germ. Ein väſz/ſchaben/väſzraſpen mit deren man das alt bächabkratzt/ auff ein newes zwerbichen. Hisp. *La raedura, inſtrumento para raer.* Angl. *A ioyners plane.*} Colum *lib.*12.*c.*18. Sublata lampade rutabula ligneo, & ferrea curuata radula ducitur, &c.

Radulanus, vnde Radulana radix, dicta quæ radula educitur è doliis. Plin. *lib.*14.*c.*19. Radulana pice ac reſina condire muſta.

Rāgădēs, vide *Rhagades.*

|| Ragazium, pueri famulus. L.g.b. ||

Raia genus piſcis plani, & cartilaginei, in tergo & cauda ſpinas habens his ſimillimas quæ in rubo viſuntur. { βάτος. Gal. *Raye.* Ital. *Peſce raza.* Germ. Ein meerfiſch den etlich rochnennen Hisp. *La raya peſcado* Ang. *A tornebacke.*} vnde & βάτον Græci, hoc eſt, rubum, appellarunt. Plin. *lib.*9.*c.*42.& Hermolai caſtigationes *ibid.*

Rāllă, genus veſtis à raritate dictum, teſte Nonio. Nam rarum facit diminutiuum Rallum. Plaut. *in Epid.* Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam.

Rāllum, à radendo ferrum illud quo vomeres identidem purgantur in arando. Ralla etiam dicitur, & ξυστήρ exponitur in vetuſti Critici lexico. Plin. *lib.* 18. *c.*19. Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus ralla. Sic vetus codex, non *rulla.* Vulgò vocatur *la curete.*

Rāmālē, vide *Ramus.*

Rāmēntum, i, tenuis cuiuſque rei particula: à radendo, quaſi raſura. { מפל *mappal.* ῥίνημα, ψῆγμα, ξέσμα. Gal. *Toute ſorte de raclure.* Ital. *Raſſatura* Germ. Ein klein ſtücklin ſo man etwa ab geſchabet hatt. Hisp. *Raedura pedaço de lo raydo.* Angl. *Any thing ſhaued or ſcraped of.*} Vnde ramenta auri, argenti, lignorum & cæterarum rerum dicimus quæcunque illa ex locis per quæ fluunt abradunt: minutulæ arenæ partes. Plin. *lib.*33.*c.*2. Apud nos tribus modis aurum inuenitur: fluminum ramentis, vt in Tago Hiſpaniæ. Nec vllum abſolutius aurum eſt, curſu ipſo tritúque perpolitum.

Rāmĕŭs, vide *Ramus*

Rāmex, icis, ſpecies herniæ continens ſub ſe porocelam, quæ eſt quum ex abſceſſu aliquo circa ſcrotum materia indurauit: ſarcocelam, quum in ipſo ſcroto concreuit caro: cirſocelam, quum venæ intumuerunt, ex quibus teſticuli dependent, bubonocelam, inguinis ramicem. Vide Celſ. *lib.*2. *c.*18.& 24. { κήλη. Angl. *A kinde of burſting when the bowelles fall dowe into the coddes.*} Plaut. *in Merc.* Tua cauſa rupi ramices, iamdudum ſputo ſanguinem. Idem *in Pœnulo,* Tua cauſa nemo noſtrûm eſt ſuos rapturus ramices. Plin. *lib.*30.*c.*15. Ramices infantium lacertæ viridis admotæ dormientibus, morſu emendantur. ¶ Ramex etiam pro pene. Iuuenal. *Satyr.* 10. & eius Interpres *ibidem.* ¶ Colum. *lib* 9. aliter accipit ramices, quum de viuario conſtituendo ſic inquit, Deinde per tranſuerſa laterum caua traſmittuntur ramices, qui exitus ferarum obſerent.

Rāmĭcōſŭs, qui ramicibus laborat. κηλήτης. Plin. *lib.*30. *c.*15. Ramicoſis cochlearum cinis cum thure ex oui albi ſucco illitus per dies triginta medetur, quæ ex ſectione earum rerum decidunt. ¶ Fluminum quoque ramenta dicuntur.

Ramnates, Tertia pars fuere populi Romani temporibus Romuli, Propertius *lib.*4. *Eleg.*1. Hic Titiens, Ramnéſque viri, Lucerésque coloni, Quatuor hinc albos Romulus egit equos. Alij Ramneres ſcribunt. Pro quo dicitur & Ramnenſes. Liu. *lib.*1.*ab Vrbe.* Eodem tempore & centuriæ tres equitum conſcriptæ ſunt, Ramnenſes ab Romulo, ab Tito Tatio Titienſes appellati. Lucerum nominis & originis cauſa incerta eſt.

Rāmŭs, i, Arborum veluti brachium, quod à caudice fuſum, & in latitudinem

tudinem sparsum frondes emittit. { עָנָף *kanáph* אָמִיר *amir* סָעִיף *saheph* סְעַפָּה *sohappáh* פֻּארָה *puráh*. κλάδος, κλών. GAL. *Rameau, branche*, ITAL. & HISP. *Ramo*. GERM. Ein ast/baumast. ANGL. *A boughe or braunche*.} Virg. 2.*Georg*.

Tum fortes latè ramos,& brachia tendens.

Cic 3.*de Orat*.Quid in arboribus,in quibus non truncus,non rami,non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam, conseruandámque naturam, nusquam tamen est vlla pars,nisi venusta?Idem *pro Cacinna*,Qui prætereuntes ramum defringerent arboris. Virg *lib*.2.*Georg*.

———qui me gelidis in vallibus Hemi
Sistat,& ingenti ramorum protegat vmbra

Colum.*lib*.4.*c*.10. Truncum deinde superposuit,velut quandam staturam corporis, & habitus: mox ramis diffudit, quasi brachiis. Virg. *lib*.2.*Georg*.

———neque in vacuum poterunt se extendere rami.

Rāmūscŭlūs, diminutiuum, Paruus ramus { יוֹנֶקֶת *jonéketh*. κλαδίσκος. GALL. *Branchette,petite branche,petit rameau*.ITAL. *Ramicello* GERM. Ein ästlin. HISP. *Pequeño ramo,ramillo*. ANG. *A litle boughe or braunche*.} Plin. *lib*.20.*c*.23. Et viridi ferula ramusculus vtilis est ad omnia ea vitia.Dicitur & ramulus. Columella,Et quum primùm germina tumebunt,de ramulis anniculis eos ligato. Cic.1.*de diuin*. Quum autem ille respondisset in agro ambulanti ramum adductum,vt remissus esset, in oculum suum recidisse, &c.

Rāmōsŭs,adiectiuum,quod multos ramos habet. {κλάδινος.GALL.*Branchu,ramu*. ITAL.*Brancuto,ramuto*. GERM. Ästechtig/vol esten. HISP. *Lleno de ramos*.ANGL.*That hath many boughes or braunches*.} Plin.*lib*. 7.*c*.34.Cornua ramosa vngula bifida,&c.

Rāmŭlōsŭs,adiectiuum à ramulus. { ὁ ἡ κλωναριώδης,κλωνοειδής.GALL. *Branchu de petites branches*.ITAL.*Pieno de ramicelli*. GER. Ästlechtig/ ederächtig.HISP.*Lleno de ramillos*. ANGL. *That hath many litle branches*.} Plin.*lib*.16.*c* 24.Ramulosa folia vlmo & cytiso.

Rāmālĕ,is,Ramus inutilis ex arbore decisus. { κλάδος,ἔρνος. GALL *Vne branche inutile qu'on coupe d'vn arbre*.ITAL.*Ramo inutile*. GERM.Ein vnnutzer abgehawner ast HISP *Ramo enuejecido*. ANGL. *A dead boughe cutt frome a tree*.} Ouid.*lib*.4.*Met*.

Multifidásque faces,ramaliáque arida tecto.

Pers *Satyr*.1. Vt ramale vetus vegrandi subegere coctum.

Rāmĕŭs,a,um,quod ex ramo est. { κλάδινος.GALL. *De branche ou branches*.ITAL.*Di vn brancho*. GERM.Von einem ast.HISP.*Cosa de ramos ò ramones*.ANGL *Of a braunche*.} Virg.*lib*.4.*Georg*.

———& ramea costis
Subijciunt fragmenta,thymum casiásque recentes.

‖ Ran,indeclinabile,ira,vel locus iræ vnde etiam euenit quòd efficitur rabiosus homo. Cathol.‖

RĀNĂ, æ, animal amphibium coaxans. { צְפַרְדֵּעַ *tsephardéah*.βάτραχος. GAL.*Vne grenoüille,vne raine* ITAL.*Rana,ranocchia*.GERM. Ein frosch. HISP. *La rana*. ANGL. *A frogge*. }. Hæc solito vocalior pluuiam denuntiat:vnde est illud Virg. 1.*Georg*.

Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.

¶ Sunt & ranæ terrestres omnium maximæ: quæ quòd inter vepres & rubos potissimùm viuant,rubetæ à Latinis, a Græcis verò φρῦνοι appellantur,teste Plin.*lib*.8.*c*.31. ¶ Est & alia ranæ species,quam calamitam appellant eò quòd inter arundines,fruticésque viuat.Est autem hæc ex omni ranarum genere minima & viridissima, teste eodem Plin *lib*. 32. *c*.19. ¶ Sunt item ranæ mutæ, præsertim in Seripho insula, vnde & Rana Seriphia in prouerbium cessit,pro homine muto & elingui.Est & Rana marina quam à piscandi astu piscatricem cognominant: totam enim se limo operit, sola exerens cornua, quæ eminentia sub oculis habet. Ea conspicientes pisciculi, quum prædam ex iis captantes propiùs accedunt,ipsi ranæ præda fiunt. Vide Plinium *lib*.9.*c*.42. ¶ Præter hæc,rana à medicis, dicitur tumor sub lingua cum inflammatione, quem & Græci βάτραχον,Auicenna ranulam appellat. Quod morbi genus etiam boues nonunquam infestat. Columella *lib*. 6. *c*.8. Solent etiam fastidia cibo afferre vitiosa incrementa linguæ, quas ranas vocant veterinarij.

Rānūncŭlŭs,i,parua rana. {βατράχιον.GALL.*Grenoüillette,rainette*.ITAL. *Ranoccio*.GERM. Ein fröschlein. HISP.*Renacuajo de la rana*. ANG *A litle frogge*. } Ranunculos per iocum vocat Vlubrenses. Cic. *ad Treb. lib*. 8. quòd sibi obstreperent tanquam ranæ, quæ præsertim instante vespere totas paludes coaxationibus implent. ¶ Est & ranunculus herbæ genus, quatuor sub se complectens species, quas vide apud Plin. *lib*.25.*c*.13. GER Fröschkraut/froschpfeffer.

RĀNCĔO.es,Putridus sum,& rancidus. { עָבַשׁ *babásch*.σαπρὸς εἰμι. GAL. *Se moisir*.ITAL.*Diuenir rancido*. GER.Schimlich vnnd faul sein. HISP. *Enranciarse*. ANG. *To grow mouldy or moistie,or rotten*. } Vnde Rancescere,quod est putrescere & corrumpi, & ex vetustate grauem odorem contrahere.σήπεσθαι.

Rāncĭdŭs a,um,Putridum, & putidum, quod scilicet nimia vetustate corruptum fœtorem contraxit, & ingratum saporem. { σαπρός. GALL. *Ranci, chansi, moisi,pourri*. ITAL. *Rancio,rancido*. GER. Schimlig vnd stinckend von feule.HISP.*Rancio ò rancioso*.ANGL. *Mouldy, moistie, rotten, hoary*.} Horat.2.*Serm.satyr*.2.Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia nasus illis nullus erat: sed (credo) hac mente, quòd hospes Tardiùs adueniens vitiatum commodius, quàm Integrum edax dominus consumeret. Interdum pro insuaui ponitur. Plin. *lib*. 22. *cap*. 22. Quorundam ex his facilè noscuntur venena, diluto rubore, rancido aspectu,liuido intus colore.

Rāncĭdē, aduerb. { σαπρῶς,ἀηδῶς. GAL. *Ordement & salement,mal proprement*. ITAL.*Ranzamente impropriamente*. GER. Vnlieblich/vnsein/ häßlich. HISP. *Ranciosamente,suziamente*. ANG. *Rottenlie,filthelie*. } Gell. *lib*.18. *c*.8. In collocandis verbis immodicè faciunt, & rancidè. Idem *c*.11.*lib*.18.Durè & rancidè ficta.

Rāncĭdŭlŭs, diminutiuum. { ὑπόσαπρος. GAL.*Vn peu ranci,chansi,moisi*. ITAL. *Aliquanto ranco, mussito*. GERM. Ziemlich oder ein wenig schimlig vnd von feule stinckend.HISP. *Rancioso vn poco*. ANGL. *A litle mouldy, that hath somewhat a rotten sauour* } Iuuen.*Satyr*.1.

Non tamen his illa vnquam opsonia fiunt Rancidula.

RĀNCŎR, is, Putor quidam, atque odoris grauitas, quæ ex vetustate & putredine,ac corruptione nascitur.à ranceo,nomen verbale. { σαπρότης. GALL. *Ransissure,moisissure,chansissure*. ITAL. *Puzzore di fiato*. GERM. Der gestanck von schimmel.HISP.*El rancio*. ANGL. *Mouldinesse,rottennesse, hoarnesse*. } sicut Acor, ab aceo, Albor, ab albeo. Palladius *de re rust*. Receptacula olei semper sint munda,ne nouos sapores veteri rancore infecta corrumpant.

Rānco,as,are, verbum à tigridum sono effectum, quemadmodum rugire à voce leonum.Autor Philomelæ,

Tigrides indomitæ rancant,rugiúntque leones.

‖ Randelles,circuli,orbiculi.L.g.b.

Randum, arbitrandum. Gl.Isid.‖

Rāpă,æ,herba est nulli non nota, radicem habens quodammodo cartilaginosam, crassam, & in orbicularem formam conglobatam. { γογγύλη. GAL *Rabe, raue*.ITAL.*Raua,rapa*.GERM. Ein rüb. HISP. *El nauo redondo*. ANG.*A turnep or rape*.} Ita dicta, vt nonnulli existimant, quòd passim ex agro rapiatur. Quanquam non desunt, qui etymon eius à Græcis petere malunt,qui napi quoddam genus rapis simillimum ῥάφυν & ῥάπυν nominant,Palladius,Rapa mutatur in napos, in alio solo per biennium sata:alio verò napus transit in rapam,Colum.*lib*.1.*c.vlt*.Napus & rapa duas sationes habent. ¶ Dicitur & rapum, rapi, neutro genere.Martialis *lib*.13.

Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa
Quæ damus,in cœlo Romulus esse solet.

Varr.*lib*.1.*c*.11.Et semine brassicæ vetere sato nasci aiunt rapam,& contrà ex raporum brassicam. Colum. *lib*.2. Ab his leguminibus ratio est habenda naporum,raporúmque:magis vtilia rapa sunt.Seneca *Epist*.87. Oliuetum cum rapo suo transferre. De raporum natura vide plura apud Plin.*lib*.18.*c*.13.Teoph.*lib*.7.*c*.4.Diosc.*lib*.2.*c*.121.

Rapacia,orum,tenuiores raparum frondes & cauliculi.Aliter leg. *rapicia*. Est autem adiectiuum.

Rapicius,a,um,ad rapum pertinens,vnde Catoni *rapicij* coles.

Rāpŭlum, i,paruum rapum. { γογγύλις.GAL. *Petite raue*. ITAL. *Picciola rapa,picciole raua*.GER.Ein rüblin.HISP *Pequeño nabo redondo*. ANG. *A litle rape*.} Horat.2.*Serm.satyr*.2.

In primis Lucanus aper leni fuit austro
Captus,vt aiebat cœnæ pater,acria circum Rapula.

Idem *Satyr*.2.

——— quum rapula plenus,
Atque accidas mauult inulas

Rāpūncŭlŭs,i,à quibusdam appellatur herba quam Dioscorides γογγύλην ἀγρίαν,Plin.rapum syluestre nominat. {GAL *Raponce*.ITAL.*Raponzolo*. GERM.Ein Rapunzlin.HISP.*Ruyponce*.}

Răpăcĭă, orum Teneriores raporum frondes,& cauliculi,quos in brassica cymas appellamus, non ingratum ipsis etiam hominibus cibum præbentes. { γογγυλίδων κόνυζα,GAL.*Les fueilles de la raue*. ITAL.*Rauizzo*.GERM.Das zart rüblaub.HISP.*Las ojas del nabo redondo*.ANG.*The leaues of a rape*.} Plin.*lib*.18. *c*.23. Quadrupedes & fronde raporum gaudent:& homini non minor rapaciorum gratia, quàm cymarum. In antiquis codicibus manuscriptis *rapiciorum* legitur, non rapaciorum, Vnde & rapicios coles apud Catonem legimus,non rapacios, *c*.35.*de re rust*. Rapinam coles,rapicij vnde fiant:& raphanum in loco stercorato bene,aut in loco crasso serito.

Rāpīnă, Locum significat rapis consitum, aut certè rapa ipsa vno quouis in loco nascentia. { ὁ γογγυλιών. GALL. *Rabiere, rauiere*. ITAL. *Luogo doue crescono rape*. GERM. Ein rübacker / ein ort dahin man vill rüben gesäyet hatt / ein rübland. HISP. *Lugar do son nabos, simiente de nabos*. ANGL. *A rape bed*. } Cat. *de re rust*. *c*.31. Rapinam coles, rapicij vnde fiant, & raphanum in loco stercorato bene, aut in loco crasso serito.Colum *lib*.11.*c*.2. Nam & napinæ,itémque rapinæ, siccaneis locis per hos dies fiunt.

Răpācĭtās,Rapaciter,Rapax,vide *Rapio*.

Răphānŭs, & Raphanitis, propterea quòd Græca sint à r aspirato initium sumentia, meritò hinc tanquam ex alienis sedibus sustulimus, & inter aspirata,velut in proprium retulimus muncipium,

Raphia,vrbs Idumeæ Palæstinæ prope Iordanem fluuium,à Iudæis Rama appellatur.

Răpīnă,prima syllaba producta,vide *Rapa* & *Rapio*.

RAPIO,is,ui,tum, Vi, impetu,& celeritate quippiam aufero. { גָּזַל *ghazál* חָטַף *cħatáph* חָתַף *chatáph*. ἄγω, ἁρπάζω. GALL. *Rauir, emmener par force*. ITAL.*Rapire,torre per forza*. GERM Zühen / mit gewalt schnell hinreissen oder hinnemmen. HISP *Arrebatar ò robar*. ANG.*To ranish, to tak bastelie away,to pill by violance, to snatch*. } Velleius, Rapuisti Ciceroni solitam lucem(Antoni.)Plaut.*Curc sc*.3.*a*.5. Ego te in neruum haud ad Prætorem hinc rapiam.Idem *Aul.sc*.6.*a*.4.Ad Prætorem te rapiam,& tibi scribam dicam. ¶ Rapere sublimem, vide *Sublimis*. Plaut. *Mil.sc*.6.*a*.5. Iam sublimem raptum oportuit. Terent. *in Andr*. Sublimem hunc intro rape,quantum potes. Idem *in Adelph*. Cæteros ruerem,agerem,raperem,tunderem.Virg.4.*Georg*.

*Quid faceret:quò se rapta bis coniuge ferret?*id est ablata.

Et *lib*.1.*Georg*.

Atque illum in præceps prono rapit alueus amni.

Cic.3.*Verr*.Rapiunt eum ad supplicium dij patrij. Aliquando in præterito rapsi fecit.Idem 2.*de Leg. ex*.12.*Tab*. Sacrum sacróve commendatum qui irrepserit, rapserítve, patricida est. ¶ Aliquando rapere, est vim afferre,vitiare,& propriè de virginibus,atque impuberibus pueris,etiamsi loco non dimoueantur. βιάζεσθαι. Virg.*lib* 1.*Æneid*.

Et genus inuisum, & rapti Ganymedis honores.

Liuius 6. *bell. Pun*. Nec dirui, incendique patriam videbo, nec rapi ad stuprum matres Campanas, virginésque, & ingenuos pueros. Plaut. *Asin sc*.2.*a*.5. Ex lustris illum vxor domum rapit. Seneca, Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. ¶ Rapere aliquem in ius, est quouis modo aliquem compellere, vt se iudicio sistat. Apud veteres enim consuetudo erat, si quis in ius vocatus ire recusaret, vel actor apprehensis præsentium auriculis, eósque antestatus reum, vel vi in iudicium adducere posset. Quod & ipsum non obscurè docet Horat.*lib*.1.*Serm.satyr*.9.

———*casu venit obuius illi*
Aduersarius:& quò tu turpissime? magna
Exclamat voce, &, licet antestari? Ego verò
Oppono auriculam: rapit in ius: clamor vtrinque,
Vndique concursus, &c.

Plaut. *in Pœn.* Rapiamus in ius. ¶ Rapere ad pœnam, est punire. Rapere ad disciplinam, est attrahere, & impellere ad disciplinæ cognitionem. ¶ Rapere aliquem in inuidiam, est odium in aliquem concitare. Rapere item pro raptim & festinanter ducere. Plin. *in Paneg.* Per hoc omne spatium quum legiones duceres, (vel potiùs tanta velocitas erat) raperes: non vehiculum vnquam, non equum respexisti. ¶ Composita Abripio, Arripio, Corripio, Deripio, Diripio, Eripio, Irripio, Præripio, Proripio, & Surripio, quæ vide suis locis.

Rāptŭs, & Raptum, i, Res rapta. { גזל *ghézel* גזלה *gheζeláh* חתף *chetéph.* λεία, λάφυρον. Gall. *Chose rauie, rapine, rapt.* Ital. *Ratto.* Germ. Ein raub/das mitt gwalt genommen ist. Hisp. *Cosa robada ò arrebatada.* Ang. *A thing rauished or taken by violence.* } Liu. 7. *ab vrb.* Quòd rapto viuere necessitas cogeret. Ouid. 1. *Met.*

Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus:
Non socer à genero: fratrum quoque gratia rara est.

Idem 13. *Met.*

Eripere ade Deam, raptámque efferre per hostes.

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 1. & *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.*

Carmina de domini funere rapta sui.

Ibid. Eleg. 3. *lib.* 3.

Non tibi nunc primum lux mea raptus ero.

¶ Rapti, de mortuis. Suet. *in Calig. cap.* 7. Ex ea nouem liberos tulit, quorum duo infantes adhuc rapti. Velleius, Rapto vti ad se tuendum.

Rāptūrā, æ, rapiendi actus. { גזל *ghaζél* גזלה *gheζeláh* חתף *chéteph.* ἁρπαγή. Gal. *Rauissement.* Ital. *Rapimento.* Ger. Entzuckung / hinreissung/hinnemmung mit gwalt. Hisp. *Arrebatamiento.* Ang. *Rauishing or taking by violence.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 24. Quum verò raptura incidit, quàm vigilans, & paratus ad cursum.

Rāptor, is, qui rapit. { גזל *ghoζél.* ἅρπαξ, ἁρπακτής. Gall. *Rauisseur.* Ital. *Rapitore.* Ger. Ein hinreisser/reuber/entfürer. Hisp. *Arrebatador.* Angl. *He that rauisheth.* } Plaut. *in Epid.* Raptor hostium gloriosus. Virg. 2. *Æneid.*

Sic animis iuuenum furor additus: inde lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba ventris,
Exegit cæcos rabies.

Horat. 3. *Carm. Ode* 20.

Dura pòst paulò fugies inaudax prælia raptor.

Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Raptare & raptores tradere.

Rāpo, nis, Raptor. גזל *ghoζól.* ἅρπαξ. } Pomponius,

Ne vos conturbent auari atque rapones.

Varro περὶ ἐξαγωγῆς, vt citat Nonius, Prætor noster eripuit mihi pecuniam: de ea quæstum ad annum veniam ad nouum magistratum: tum hic rapo vmbram quoque spei deuorasset.

Rāpto, as, frequenter rapio, traho. { συναρπάζω. Gall. *Rauir plusieurs fois, & trainer par force.* Ital. *Strasciare.* Germ. Offt hinreissen oder hinfüren. Hisp. *Arrastrar.* Ang. *To draw or rauish or tak often by violence.* } Plautus *sc.* 4. *a.* 4. Quid me afflictas? quid me raptas? Virg. 1. *Æneid.*

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.

Idem 3. *Georg.*

Sed me Parnassi deserta per auia dulcis
Raptat amor.

Tacit. *lib.* 12. Igitur raptare inter se, immittere latronum globos, &c. Cic. *pro Sestio*, Fortunæ vexatæ, dissipati liberi, rapta coniunx. Virg. 2. *Æneid.* Raptatus bigis.

Rāpāx, icis, auidus, Rapere solens: item violentus, qui aliquid solet abripere. { ἅρπαξ. Gall. *Rauissant.* Ital. *Rapaca.* Ger. Reubisch / darauff greiffig/reissend. Hisp. *Lo que mucho arrebata.* Ang. *Rauenous, that vseth extorsion or pillage.* } Plaut. *Men sc.* 7. *a.* 5. Vos scelesti, vos rapaces, vos prædones. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Litium pleni, rapaces, fraudulenti. Sen. *c.* 16. *de consol. ad Helu.* Beneficio rapacis ingenij plus hausisti. Suet. Inopia rapax, metu sæuus. Ouid. 8. *Metam.*

Vtque rapax igni non vnquam alimenta recusat.

Plaut. *in Persa*, Procax, rapax, trahax. Salust. *in Cicer.* Imò verò homo leuissimus, supplex inimicis, amicis contumeliosus, modò harum, modò illarum partium, nemini fidus: leuissimus Senator, mercenarius patronus, cuius nulla pars corporis à turpitudine vacat: lingua vana, manus rapacissimæ, gula immensa, pedes fugaces, quæ honestè nominari non possunt, honestissima Rapax procella, id est, violenta, quòd omnia secum rapiat, verrátque per auras. Catull. *Epigrammat.* 22. Idémque Thalle turbida rapacior procella. Rapax natura, id est, sui similium attractrix. Cic. *de Amic.* Nihil enim appetentius similium sui, nihil rapacius, quàm natura.

Rapacides, æ. Plaut. *Aul. sc.* 4 *a.* 2. Rapacidarum vbi tantum fiet in ædibus. (i. furum, & coquorum.

Rāpācĭtās, atis. { τὸ ἁρπακτικόν. Gall. *Pillerie & rauissement.* Ital. *Rapacitá.* Germ. Raubung oder reubische art/raubgirigkeit/das tippen. Hisp. *El habito de mucho arrebatar.* Angl. *Rauing pillage extortion.* } Colum. *lib.* 1. *c.* 7. Nisi maxima vel negligentia serui, vel rapacitas interuenit. Martial. *lib.* 12. Diræ filius est rapacitatis. Cic. *pro Cælio*, Quis in rapacitate auarior?

Raphaël, nomen Angeli, vox sonat medicum Dei.

‖ Raphanus, vide *Raphanus.* ‖

Rapicia, vide *Rapacia.*

Rāpĭdŭs, a, um, Velox, celer: propriéque de fluminibus, torrentibus, procellis, fulmine, aliísque id genus, quæ celeritatis impetu obuia quæque secum rapiunt: quanquam & ad alia transsumitur. { מהיר *mahir.* θοός, ταχύς. Gal. *Soudain, viste.* Ital. *Rapido, veloce.* Germ. Schnell mit starcke als die strengen wasser/Reissend. Hisp. *Raudo ò ligero.* Angl. *Suddaine, swift, hastie.* } Cic. 2. *de nat. deor.* ex Arato, Has inter rapido veluti cum gurgite flumen. Virg. 6. *Æneid.*

Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon.

Idem *lib.* 12. *Æneid.*

Rapidóque volans obit omnia curru.

Idem *lib.* 5. *Æneid.*

Hic qui fortè velint rapido contendere cursu.

Idem 4. *Georg.*

Æstuat vt clausis rapidus fornacibus ignis.

Horat. *de Arte.*

Dictus ob hoc lenire tigres, rapidósque leones.

Catull. *de coma Beren.*

Flammeus vt rapidi Solis nitor obscuretur.

Tibull. *lib.* 4.

Pro te vel rapidas ausim maris ire per vndas.

Oratio rapida, id est, concitata. Cic. 2. *de finib.* Quum enim fertur quasi torrens oratio, quanuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas nihil apprehendas, nusquam rationem rapidam coërceas.

Rāpĭdē, aduerbium, Citò, velociter. { מהרה *meheráh.* ταχύ. Gall. *Soudainement, vistement.* Ital. *Rapidamente, velocemente.* Ger. Schnelliglich. Hisp. *Raudamente y ligeramente.* Angl. *Hastelie, swiftlie.* } Cic. 2. *de leg.* Rapidéque dilapsus citò in vnum confluit. Idem *in Orat.* Quod quum rapidè fertur, sustineri nullo pacto potest.

Rāpĭdĭtās, atis, Velocitas, & ipse celeritatis impetus. { מהרה *meheráh.* ταχύτης. Gall. *Soudaineté, vistesse.* Ital. *Velocità, prestezza.* Germ. Die schnelle vnnd strenge / eigentlich der wasseren. Hisp. *Aquella ligereza ò presteza.* Angl. *Hastinesse, swiftnesse.* } Cæs. *lib.* 1. *bell. ciuilis*, Tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum impedirentur.

Rāptim, per raptum, siue celeriter rapiendo. { מהרה *meheráh.* ἁρπάγδην, ἁρπαλέως. Gall. *Soudainement, à la haste.* Ital. *Velocemente.* Germ. In einem huy oder juck/fluchß. Hisp. *Ligeramente, arrebatadamente.* Angl. *Swiftlie, speedelie.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 17. Semine raptim auium fame deuorato. Sæpe tamen accipitur pro celeriter, siue velociter. Liu. 3. *ab Vrbe*, Fabius omissis omnibus, prædam ex castris raptim Antium vexit Cic. *ad Attic. lib.* 1. Et raptim in eam sententiam Pedarij cucurrerunt. Cæs. 1 *bell. ciuil.* His de causis aguntur omnia raptim atque turbatè. Cic. *ad Attic. lib.* 2. Hæc raptim scripsi. Senec. *c.* 14. *de tranq.* Non raptim relinquendus ille vir, sed cum cura dicendus.

Rāptĭo, Rāpīna, & Raptus, distinguuntur ab inuicem, quòd raptio, ἀφαρπαγμός, ad personam: rapina, ἁρπαγή, ad rem: raptus, βία, ad stuprum referatur. { גזל *ghézel* גזלה *gheζeláh* חתף *chéteph.* Gal. *Rauissement, rapt.* Ital. *Rapina, rubberia, rapimento esso rapirè.* Ger. Ein hinnimmung oder entfürung mit gewalt. Hisp. *Robo, obra de robar, arrebatamiento.* Angl. *Rauishing.* } Ter. *in Adelph.* Disperij, Ctesiphonem audiui filium vnà in raptione fuisse cum Æschino. Cic. 1. *Verr.* Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis, auaritia in rapinis, superbia in contumeliis efficere potuisset. Idem *act.* 5. Cæterósque decumanos, procuratores istius quæstus, & ministros rapinarum fuisse dico. Cæs. 1. *bell. Gall.* Satis habebat in præsentia hostem rapinis populationibúsque prohibere. Senec. *cap.* 10. *de cons. ad Mart.* Rapina rerum omnium & fuga est viuere. Ouid. 1. *Amor. Eleg.* 8.

Certior à multis, nec tam inuidiosa rapina est.

Cic. 4. *Tusc.* Quis aut de Ganymedis raptu dubitat quid Poëtæ velint? Claud. *lib.* 2. *de raptu Pros.*

———*Raptus metitur corde futuros.*

Idem.

Matronarum cædes, virginum raptus.

Cic. 6. *Verr.* Locus vt ipse raptum illum virginis quem iam à pueris accepimus, declarare videatur. ¶ In hac autem significatione, rapina primam syllabam habet correptam, quum à rapiendo deriuetur. Ouid. 1. *Amor. Eleg.* 8.

Certior è multis nec tam inuidiosa rapina est.

Rāpīnātŏr, Antiquis in vsu erat pro eo quem hodie raptorem dicimus. { גזל *ghoζél.* ἁρπακτής. Gall. *Rauisseur.* Ital. *Rapitore.* Ger. Ein reuber. Hisp. *Robador, ladron.* } Quod & Nonius annotauit, citans Lucilium *lib.* 2.

Homo impudicus impune est rapinator.

‖ Rapisma, alapa, ictus ex percussione. Cod. ll. antiq. ‖

Rapistrum, sinapi siluestre; quia folia ei exeunt lata, oblonga, aspera, velut rapi. Ger. Hederich.

Rapum, i, vide *Rapa.*

‖ Rara, piscis genus marini. Rondelet. ‖

Rārŭs, a, um, laxum, spongiosum ⩙ Densum. { μανός, ἀραιός. Gal. *Rare, clair semé, non dru, n'espois* Ital. & Hisp. *Raro.* Ger. Dünn/lück. Ang. *Thinne, seld, not eften.* } Virg. 4. *Æneid.*

Retia rara, plagæ, lato venabula ferro.

Ouid. 12. *Metam.*

———*vt ve liquor rari sub pondere cribri*
Manat.

Virg. 7. *Eclog.*

Et quæ vos rara viris tegit arbutus vmbra.

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.*

Incidat & vestro rara querela toro.

¶ Interdum rarus idem est quod infrequens, & non vbique obuius. σπάνιος. Cic *de Amic.* Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur diligantur. Rarum istud genus (& quidem omnia præclara rara:) nec quicquam difficilius quàm reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. Idem *Cælio lib.* 2. Raras tuas quidem, sed suaues accipio literas. Stat. 5 *Syl.*

———*Laudati iuuenis rarissima coniunx.*

Horat. 1. *Carm. Ode* 35.

Te spes & albo rara fides colit Velata panno.

Gell. *c.* 1. *lib.* 20. Verum est, mi Phauorine, rarissimam talionem fieri difficilimè. Rarum & vulgare contraria. Cic. *in Topicis.*

Rārē, aduerbium Infrequenter, non densè, non spissè. { ἀραιῶς, μανῶς. Gal. *Peu souuent, rarement.* Ital. *Raramente.* Germ. Dünn, Hisp. *Pocas vezes, raramente.* Angl. *Seldome, thinnely.* } Columell. *lib.* 1. *cap.*

cap. 9. Nam nisi rarè conseritur, vanam & minutam spicam facit. ¶ Etsi verò apud Columellam legatur rarè, sic tamen Varro apud Gellium *lib.2.cap.25.* Sed à rarus non dicitur rarè:sed alij *rarò* dicuntur alij *rarenter.*

Rarissimè, aduerb. Suet. *in Tib.* Rarissimè interfuit.

Rarò, aduerbium, Insolenter, infrequenter, minus sæpè. { σπανίως. GAL. *Rarement, peu souuent, gueres.* ITAL. *Di raro.* GERM. Selteinicht offt. HISP. *Pocas vezes* ANG. *Seldome.* } Cic. *pro Rosc. Amer.* Hoc maleficium ita rarò extitit, vt si quando auditum sit, portenti ac prodigij simile numeretur. Ouid. 13. *Metam.*

———Clypeus tam rarò prælia passus.

Rarius, comparatiuum, & superlatiuum, Rarissimè. Cic. *Lentulo lib.1. Epist.* Quòd si rarius fiet quàm expectabis, id erit causæ quòd non eius generis literæ meæ sint, vt eas audeam temerè committere.

Raritas, atis, propriè est laxitas ✕ Densitas. { μανότης, ἀραιότης. GALL. *Rareté.* ITAL. *Rarità.* GER. Lucke/dünne. HISP. *La raredad.* ANG. *Thinnesse, seldomnesse.* } Cic. 2. *de nat. deor.* In pulmonibus autem inest raritas quædam, id est, laxitas spongiosa. ¶ Accipitur interdum pro paucitate, & infrequentia. σπάνις, ὀλιγότης. Plin. *lib.25.c.1.* Turpissima causa raritatis, quòd etiam qui sciunt, demonstrare nolunt. Gell. *cap.16.lib.13.* Raritates monstrosæ partus. Sueton. *in August. cap.43.* Custodes in vrbe disposuit, ne raritate remanentium grassatoribus obnoxia esset. ¶ Raritas lauandi, idem Sueton. *in August. c.82.* Et, Raritas capillorum, idem *in Othon. c.12.*

Raritudo, inis, Raritas, hoc est, spongiosa quædam laxitas ✕ Densitas. ἀραιότης, μανότης. Colum. *lib. de Arbor. c 3.* Et mediocri raritudine optima est vitibus terra.

Rarenter, aduerbium, Rarò. { σπανίως. GAL. *Rarement peu souuent.* ITAL. *Di rado.* GERM. Selten/nicht offt. HISP. *Pocas vezes, raras vezes.* ANGL. *Seldome, not often.* } Gellius *lib. 3. c.16. & lib.2. cap.25.* A rarus non dicitur rarè, sed alij rarò dicunt, alij rarenter. Cato *cap.103.* Dato rarenter bibere. Pomponius *ergastulo*, Longè ab vrbe villicari, quo herus rarenter venit, non villicari est, sed dominari mea sententia. Gellius *cap.8. lib.17 & cap.15. lib.10.*

Raro, as, verbum inusitatum, Rarefacio. { ἀραιόω, ῶ, μανόω. GALL. *Esclaircir vn chose trop espoisse.* ITAL. *Diradare.* GERM. Dünn machen. HISP. *Mazer alguna cosa de dura rala, ralear.* ANGL. *To mak thinne.* } Cuius tamen in vsu sunt composita, disraro, & interraro, quod est in medio rarum facio. Διαμανόω. quo Colum. *lib.4.* vtitur.

Rarefacio, is, Rarum facio. { המעיט *himhit.* ἀραιόω. GALL. *Esclaircir vne chose trop espoisse.* ITAL. *Far raro, diradare.* GERM. Dünn machen HISP. *Ralear, hazer rado.* ANG *To mak thinne.* } Colum *lib.3.* Hoc autem facilè contingit, si prius rarefeceris, etiam eas partes, supra quas ramum secaturus es, fœno, aut stramentis texeris. Lucret. *lib.6.*

Et rarefecit calido miscente vapore.

Rarefio, fis, passiuum à rarefacio. { מעט *mahat.* ἀραιοῦμαι. GALL. *Deuenir en petit nombre, s'esclaircir.* ITAL. *Diuenir raro.* GERM. Dünn gemacht werden. HISP. *Enralecerse.* ANGL. *To be made thinne and waxe a small number.* } Lucr. *lib.1.*

Nil prodesset enim Calidum densarier ignem,
Nec rarefieri, si partes ignis eandem
Naturam quam totus habet suus ignis, haberent.

Rarefactus, a, um, adiect. { מעוט *mumhat.* ἀραιωθεὶς, ἀραιός. GAL. *Esclairci, & d'espois mis au large.* ITAL. *Fatto rarco.* GER. Dünn gemacht. HISP. *Hecho ralo.* ANG. *Made thinne.* } Lucret. *lib.3.*

———conquassatum ex aliqua re, ac rarefactum.

Raresco, is, Rarum fio, siue extenuor. { מעט *mahat.* ἀραιοῦμαι, μανοῦμαι. GAL *Deuenir en petit nombre, s'esclaircir.* ITAL. *Diuenir raro.* GERM. Dünn werden. HISP. *Hazerse ralo, ralearse.* ANGL. *To waxe thinne and a litle number.* } Colum. *lib.3. c.16.* Negligentia cultorum magna pars deperit, & interim seminum cætera quæ virent, rarescunt. Virg. *lib.3. Æneid.*

———& angusti rarescent claustra Pelori.

Stat. 1. *Sylu.*

Nubila rarescunt pluuiis.

Colum. *lib.3. cap.7.* Sed vt densum arbustum commendabile fructu & decore est: sic vbi vetustate rarescit, pariter inutile, & inuenustum est.

Raripilus, a, um, pen. corr. quod habet raros pilos. { ψεδνός. GALL. *Qui a peu de cheueux.* ITAL. *Chi ha i peli rari.* GER. Dünnhärig. HISP *Lo que tiene los pelos ralos.* ANGL. *That hath thinne heares.* } Colum. *in præfat. lib.1.* Et idipsum aliter curatur mutilum, & raripilum, aliter cornutum & setosum, quale est in Sicilia.

‖ Rasa, vestis genus. Mauric. ‖

Rasamen, rasum eboris: à raso frequent. verbi *rado.*

Rasis, teste Columell. *lib.12. cap.20.* Genus est crudæ picis, quæ ex vetustate dura effecta contunditur, & in puluerem redacta pharmacis admiscetur.

Rastelli, vide *Rastrum,*

RASTRVM, & in plurali, m.g. & Rastra neutro. Instrumentum dentatum glebis confringendis idoneum. { חריץ *charits.* ξύστρον, λίστρον. GAL. *Vn rasteau.* ITAL. *Rastello rutabeto.* GERM. Ein karst/ein rächen/oder egen. HISP. *El rastro.* ANGL. *A ruke or harrow.* } Plin. *lib.18. c.20.* A ratione pet transuersum iterata, occatio sequitur, vbi res poscit, crate vel rastro: & sato semine, iteratio. Terent. *Heaut.* —istos rastros interea tamen Depone. Virg. 1. *Georg.*

Multum adeò, rastris glebas qui frangit inertes,
Vimineásque trahit crates, iuuat arua.

¶ Rastris item agri à noxiis herbis purgabantur. *Ibidem*, Quòd nisi & assiduis herbam insectabere rastris, Heu magnum alterius frustrà spectabis aceruum, Quo in loco Seruius rastros pro surculis accipi tradit ¶ Erant item rastri instrumenta, quibus vires arborésque ablaqueabantur. Virg. 2. *Georg.*

Contrà non vlla est oleis cultura: neque illa.
Procuruam expectant falcem, rastrósque tenaces,
Quum semel hæserunt aruis.

Rastellum, diminutiuum dicitur, quo desecto fœno, prata stipulis purgabantur. { τὸ μικρὸν ἢ βραχὺ λίστρον. GAL. *Petit rasteau.* ITAL. *Picciolo rastello.* GER. Ein kärstlin oder ein kleiner rächen. HISP. *Pequeño rastro.* ANG. *A litle rake or harrow.* } Varr. *lib 1. de re rust. c.46.* Quum herba crescere desiit, & æstibus arescit, subsecari falcibus debet, & quoad perarescat, fursilis versari: quum peraruerit, de ea manipulos fieri, ac vehi ad villam. Tum de pratis stipulam rastellis eradi, atque addere fœnisiciæ cumulum. Quo facto sicilienda prata: id est, falcibus consectanda: quæ fœnisecæ præterierunt, ac quasi barba tuberosum relinquerunt campum. ¶ Rastellum item Sueton. *in Nerone*, pro sarculo posuit, aut simili instrumento, terræ effodiendæ idoneo, Tuba (inquit) signo dato, primus rastello humum effodit, & corbulo congestam humeris extulit.

Ratariæ naues, Gell. *cap.25. lib.10.*

Ratiarius, ij, vide *Ratis.*

Ratio, nis, nobilissima animæ facultas, qua vna à cæteris animantibus homo secernitur, & à qua rationalis appellatur. { חשבון טעם *tahham cheschbón.* τὸ λογικόν. GALL. *Raison.* ITAL. *Ragione.* GER. Die vernunfft. HISP. *Razon.* ANG. *Reazon, regard or respect.* } August. *lib.2. de Ordine*, definit esse motionem mentis ad ea quæ discutiuntur, connectenda, aut distinguenda. Cicero 1. *Offic.* Quam similitudinem natura, ratióque ab oculis ad animum transferens, &c. *Ibidem*, Duplex est enim vis animorum, atque naturæ: vna pars in appetitu posita est quæ est ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc & illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendúmque. Ita fit vt ratio præsit, appetitus verò obtemperet. Sueton. *in August. cap.39.* Vnumquemque equitum rationem vitæ reddere coëgit. Idem *in Claud. cap.16.* Nec quenquam, nisi sua voce, ac sine patrono, rationem vitæ passus est reddere. Quintilianus, Ad rationem vitæ reddendam aliquem vocare. ¶ Accipitur & pro ipsa ratiocinatione, hoc est, pro discursu animi ad inuestigandum verum. Horatius,

Vincit enim stultos ratio insanire nepotes.

¶ Rhetores rationem appellant probatiunculam Propositioni subiectam. Autor ad Herennium *lib. 2.* Ratio est causa quæ demonstrat verum esse id quod intendimus, breui subiectione. ¶ Aliquando pro consilio & proposito ponitur. Cicero *Varr. 2.* Mea quidem ratio, cùm in præteritis rebus est cognita, tum in reliquis explorata atque prouisa est. τὸ ἐμὸν, ἢ τὸ κατ' ἐμέ. Terent. *in Adelph.* Vestram nequeo satis mirari rationem. ¶ Aliquando pro respectu, & cura. Cic. *Planc.* Peto à te vt mei rationem habere velis, & salutis & dignitatis meæ λόγον ἔχειν, ἀπολογίζεσθαι. Sic dicimus, Habenda est ratio honoris, ratio rei familiaris. Idem *lib. 1. Offic.* Habenda ratio est rei familiaris: quam quidem dilabi sinere flagitiosum est. Plaut. *Capt. prologo*, Rationem habetis, quomodo amiserit. ¶ Si verò iungatur cum præpositione cum, significat negotium, πρᾶγμα, αἰτία. Vnde habere rationem cum aliquo, est habere quod cum illo agas. Cicero 4. *Verr.* Nihil cum eo rationis habui. Idem *Attic.* Cum omnibus musis rationem habere cogito. Idem *pro Cælio*, Cum hac aliquid adolescentem hominem habuisse rationis num tibi turpe videatur. ¶ Aliquando ponitur pro causa, vt apud eundem Cic. *ad Catonem lib.15.* Quum autem ab Cybistra propter rationem belli quinque dies essem moratus. ¶ Aliquando pro modo, via & forma, μέθοδος. Salust. *in Catil.* At ego vobis, si modò vultis esse viri, rationem ostendam qua tanta ista fugiatis. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.1. Trist.* Augurium ratio est, & coniectura futuri. Liuius *lib.2. dec.5.* Rationem reponendarum regularum nemo artifex inire potuit. Idem *lib. 4 d.5.* Rationem inite traducendi elephantos. Cæs. *lib.1. de bell. ciu.* In præsentia Pompeij insequendi rationem Cæsar omittit. ¶ Rationes & genera, Cicero *de petit. Consul.* GALL. *Sortes & manieres.* ¶ Ratio idem quandoque dicitur supputatio, calculus. { λογισμός. GALL *Conte, calcul.* ITAL. *Calcolo.* GERM. Ein rechnung. HISP *Cuenta.* ANGL. *An accumpt or reckening.* } Plaut. *in Aul sc. 5. a.3.* Postquam est disputata ratio. Item, Itur. Putatur ratio cum argentario. Idem *in Amph. Prolog.* vt vt res, rationésque vestrorum vultis bene expedire vultis. Idem *Amphitr.* Nescio quid secum solus: puto, rationes colligit. Idem *Mil. sc.1. a.1.* Quanta istæc summa? A. Septem millia. P. Rectè rationem tenes. (id est, numerum.) Senec. *cap.15 de consol. ad Mart.* Iube singulos conferre rationem, nulli contigit impunè nasci. Plaut. *Milit. sc.2. a.2.* Dextera digitis rationem computat, feriens femur. Sueton. *in Neron. cap.39.* Pestilentia vnius Autumni, qua triginta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt. (id est, vt loquuntur Eusebius & Hieronym. in Chronico, in Ephemeridem mortuorum hominum relata sunt.) Idem *in Caligula cap.29.* Numerum puniendorum subscribens, Rationem se purgare dicebat. Idem *in August. cap.16.* Rationes Imperij ab Augusto proponi solitæ. ¶ Constat ratio. Vide *Consto*, suprà. Huic contrarium apud Terent. conturbare rationes, & conturbare apud M. Tullium. Qui enim soluendo non sunt, neque se extricare nominibus possunt, & ære alieno, illi conturbant: nec enim eorum rationes explicari atque expediri possunt. Et expedire rationes, noménque dicitur. Sic enim in Epigram. de Catone Grammatico,

Omnes soluere posse quæstiones,
Vnum non facile expedire nomen.

¶ Ratio etiam proportio dicitur: vt quum tria ad quatuor epitriti, quatuor verò ad sex hemiolij rationem habere dicimus. ἀναλογία. ¶ Rationem sui ducere, est quod indocti dicunt, *habere respectum ad suum commodum.* Cicero *ad Trebat. lib.7.* ¶ Rationem inire, est modum & viam inuenire. ¶ Ad rationem nostrorum temporum, dixit idem Cicero *in Bruto*, id est, comparatione nostrorum temporum. ¶ Rationem capere oculis, est ex visu tantam rationem concipere. Plautus *Pseud. sc.2 a.2.* Hæ sunt regiones mihi ab hero demonstratæ, vt ego oculis rationem capio. ¶ Ponitur aliquando ratio pro eo quod recentiores quantitatem dicunt. Cato *de re rust.* Vbi non erunt, scito pro ratione fructuum esse, id est, pro modo fructuum, aut quantitate. ¶ Ratio constare dicitur, quum iusta, & legitima apparet. Plin. iun. Mirum est quum singulis diebus in vrbe ratio aut constet, aut constare videatur, pluribus, cunctisque non constet. Pro eodem etiam dicimus, Ratio apparet, quum scilicet accepta cum datis collocata, paria inueniuntur. Plaut. *Trin.* Ratio quidem herclè apparet: argentum, &c. [illegible] Vide *Consto.*

Ratiuncula, æ, diminutiuum à nomine ratio deductum, quod accipitur pro

pro leui & futili ratione. { λογάριον. GALL. Raisonnete. ITAL. Ragionella. GERM. Ein schlechte vrsach der vernunfft. HISP. Pequeña razon. ANG. A reason of litle effect. } Cic. 2. Tusc. Concludunt ratiunculis stoici, cur non sit malum, quasi de verbo, non de re laboretur. Suggerere ratiunculas. Idem lib. 3. de nat. deor. ¶ Aliquando pro supputatiuncula non magnæ pecuniæ. {GALL. Conte, calcul. ITAL. Calculo. GER. Ein kleine rechnung. HISP. Cuenta. ANGL. A litle accoumpt or reckening. } Terent. in Phorm.—erat ei de ratiuncula Iampridem apud me reliquum pauxillulum Nummorum, id vt conficerem: confeci, affero. Plaut. in Capt. sc. 2. a. 1. Ibo intrò, atque intus subducam ratiunculam, Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet. Idem Curc. sc. 1. a. 3. Beatus videor, subduxi ratiunculam.

Rătĭōnābĭlis, e, cui rationem natura indidit. ✕ Irrationabilis. { λογικός. GAL. Raisonable, qui vse de raison. ITAL. Ragioneuole. GERM. Vernunfftig. HISP. Cosa de razon. ANG That hath reason. } Quintil. lib. 2. Sed quia carent sermone quæ id faciunt, muta atque irrationabilia vocantur. Idem lib. 5. cap 11. Nec si mutis finis voluptas, rationabilibus quoque.

Rătĭōnālis, e, cui natura insitum est, vt ratione vti possit: quod vni homini inter animantia est concessum. { λογικός. GALL. Raisonnable, qui vse de raison. ITAL. Ragioneuole. GERM. Vernunfftig. HISP. Cosa de razon. ANGL Reasonable, that hath reason. } Quintilianus lib. 7. cap. 4. Falsa est finitio si dicas, Equus est animal rationale: nam equus animal, sed irrationale. Autor ad Herennium lib. 2. In causa rationali primum quæretur, écquid, &c. ¶ Rationales, & procuratores Cæsaris iidem erant, vt ait Lampridius in Alexandro, teste Budæo. ¶ Rationales officiales dicuntur à Constantino, pro iis qui quum in aliqua potestate curationéque fuerint, nondum rerum à se gestarum rationem retulerunt, ὑπεύθυνοι à Græcis appellantur, id est, reddendis rationibus obnoxij. l. 4. C. de Episcop. & cleric.

Rătĭōnālĕ, is, apud Ecclesiasticos scriptores accipitur pro vestis sacerdotalis genere, quo vsi sunt Hebræorum Pontifices. { חשן chóschen. λόγιον. } Hieronym. ad Fabianum, Rationale etiam dicitur genus vestis, apud Hebræos SOHAN, Græcè, λόγιον, nos Rationale possumus appellare: pannus est breuior ex auro, habens magnitudinem palmi per quadrum & duplex ne facile rumpatur.

‖ Rationalia, rationum libri. ‖

Rătĭōnārĭum, ij, Liber rationum. { λογισμός, ἐπιμετής. GAL. Liure des comptes, registre. ITAL. Libro di conti. GERM. Ein rechenbuch. HISP. Libro de cuentas. ANG. A boke of accoumptes and reckening. } Suet. in Augusto Rursus tædio diuturnæ valetudinis, magistratibus ac Senatu domum accitis, rationarium Imperij tradidit.

Rătĭōnārĭus, a, um, ad rationes pertinens: rationibus præfectus. { λογικός. GALL. De contes, de registre. ITAL. De conti. GER. Die rechnung. HISP. Cosa de cuentas. ANGL. Of accoumptes and reckening. } Marcellus Iurisconsultus, Quidam ex mercatore opulento rationarius apparitor.

RĂTĬŌCĬNŎR, aris, ratiocinatione quadam deprehendo, colligo, computo. { חשב chischscháb συλλογίζομαι. GALL. Raisoner, discourir, syllogiser, conclurre par raison. ITAL. Comprendere qualche cosa con ragione, far conto, contar. GER. Die rechnung machen. HISP. Razonar, hazer cuentas. ANGL. To reason, to proue and conclude by reason. } Gell. lib. 1. c. 1. Plutarchus in libro quem scribit, ὁπόση ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνθρώποις περὶ εὐφυΐαν καὶ ἀρετὴν διαφορά, scite, subtilitérque ratiocinatum Pythagoram philosophum dicit, in reperienda modulandáque status longitudinísque Herculis præstantia. Cic. lib. 1. Tusc. quæst. At nos metiendi, ratiocinandíque vtilitate inspecta, huius artis terminauimus modum. Idem 2. de Inuent. De pecunia ratiocinari sordidum est, quum de gratia refenda deliberetur.

Ratiocinabilis, e, ratione factum: aliquando etiam rationem habens.

‖ Rationabiliter, aduerb. εὐλόγως. Apul. ‖

Rătĭōcĭnātōrēs, dicuntur qui subducendæ rationis periti sunt, quos & calculatores nominat Martial. { מחשבים mechaschschebim. συλλογισταί, λογισταί. GALL. Qui tiennët contes. ITAL. Quadernieri, computatori. GER. Ein außrechner oder rechenmeyster. HISP. Contadores. ANGL. Casters of accoumptes. } Colum. lib. 3. c. 3. Vt diligens ratiocinator posito calculo videt id genus agricolationis maximè rei familiari conducere. Cic. ad Attic. lib. 1. Libertum ego habeo sanè nequam hominem, hilarem dico ratiocinatorem & clientem tuum. Idem 1. Offic. Hæc igitur & talia circumspicienda sunt in omni officio, & consuetudo exercitatióque capienda, vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus: & in addendo, deducendóque videre, quæ reliqui summa fiat, ex quo quantum cuique debeatur intelligas.

Rătĭōcĭnātĭo, nis, Principis animæ portionis, hoc est, mentis functio ex singularibus quibusdam vniuersalia inducens theoremata, communésque rerum ac generum summas: ex iísque deinde argumentatione plurima eliciens, de quibus scientia habetur, vel opinio. { חשבון cheschbón. λογισμός. GAL. Raisonnement, dispute, conclusion par raison de faire ou de laisser. ITAL. Quando l'animo troua per ragione di fare ò non fare vna cosa disputa. GER. Ein außrechnung / schliessung auß gewissen anfengen / eygentliche ermässung. HISP. Obra de razonar por hazer ò no hazer algo. ANG. Reasoning or disputing. } Cicero 4. de Inuentione Ratiocinatio autem est diligens, & considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. Ea dicitur tum interfuisse, quum aliquid faciendum, aut non faciendum certa causa vitasse, aut secutus esse animus videtur. Ratiocinatio (inquit Augustinus de immortalitate animæ) est diligens & considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. ¶ Accipitur aliquando ratiocinatio pro argumentatione, ex duobus pronuntiatis conclusionem inferente, quam συλλογισμὸν vocant Græci.

Rătĭōcĭnātīuus, adiect. quod ad ratiocinationem pertinet. { συλλογιστικός. GAL. Appartenant à tel raisonnement & dispute. ITAL. Pertinente à tale disputa & ragionamento. GERM. Das zu der außrechnung oder beschliesslichen erwägung gehöret. HISP. Perteneciente à tal razonamiento. ANGL. Belonging to reasoning or disputing. } vt, Ratiocinatiuum genus orationis, apud Cic. 3. de Inuent. Quintilian. lib. 7. cap. 2. Ratiocinatiua, atque collectiua quæstio orietur. Status ratiocinatiuus, idem lib. 3. cap. 5.

Rătĭōcĭnium, ij, Supputatio, vel calculi subductio. { חשבון cheschbón. λογισμός, συλλογισμός. GALL. Calcul, conte. ITAL. Calcolo, conto. GERM. Rechnung oder außrechnung. HISP. Cuenta. ANGL. Reckening, accompting, or reasoning. } Colum. lib. 5. c. 1. Hæc non aliena nec procul à ratiocinio, quod traditurí sumus, breuiter præfari oportuit. Et paulò post, Iugeri autem modus si semper quadraret, & in agendis mensuris in longitudinem haberet pedes CCXL. in latitudinem pedes CXX. expeditissimum esset eius ratiocinium.

RĂTIS, is, siue Rates, is, si Probo credimus, Connexarum trabium compages, quæ antequam nauigia essent inuenta, nauium vsum præbebat. { רפסדות raphsodhóth דברות doberóth. σχεδία. GALL. Vn raseau, vne nasselle, barque ou bateau. ITAL. Zattera, naue. GERM. Ein flots. HISP. Balsa de maderos trauados, naue. ANGL. A boate. } Plin. lib. 7. c. 56. Nauem primus ex Ægypto in Græciam Danaus aduexit: antè ratibus nauigabatur, inuentus in Mari rubro, inter insulas, à Rege Erythra. Cic. 7. Verr. Quum aut nauibus, aut ratibus conarentur accedere. Plaut. Aul. sc. 1. a. 4. Quasi pueris, qui nare discunt, scirpea induitur ratis. Eodem modo seruum ratem esse amanti hero æquum est? ¶ Varro autem à Probo dissentiens ita scribit, Ratis, inquit, dicta nauis longa propter remos, quòd hi quum per aquam sublati dextra & sinistra duas partes facere videntur, ratescunt: & hoc ratis. Eáque in significatione vsi sunt poëtæ. { אניה onijáh ספינה sephináh. } Virg. lib. 1. Æneid. Disiecitque rates, euertitque æquora ventis. Ouid. lib. 14. Metam.

Fértque rates pronas, medióque sub æquore mergit.

Virg. 10. Æneid. Quæ manus interea Thuscis comitetur ab oris Ænean, armétque rates, pelagóque vehatur. Idem 3. Æneid. Postquam altum tenuere rates, &c.

Rătiarius, ij, masc. gen. qui ratem exercet, vt nauicularius, qui nauem. { ὁ τῇ σχεδίᾳ χρώμενος, ἢ σχεδίας ναυβάτης. GALL. Vn battelier, qui conduit vne nasselle. ITAL. Vn nauicante. GERM. Ein flößer / flotzfuerer. HISP. El que rige aquella balsa ò naue. ANGL. The guider of a boate. } Paul. l. qui ratiario, de ping. act. Qui ratiario (inquit) crediderat, quum ad diem pecunia non solueretur, ratem in flumine sua autoritate detinuit: posteáque flumen creuit & ratem abstulit. Bud.

‖ Ratisbona, Regensburg / V. E. Germaniæ, sub A Salisburgensi. ‖

Ratitus, quadrans, & Ratitus triens, ab antiquis appellati sunt, quòd in iis ratis fuerit effigies, quemadmodum nauis in asse. Autor Nonius.

Rătŭmĕnă, Auriga fuit, qui quum in ludis Circensibus excussus fuisset, equi eius cum corona, & palma in Capitolium peruenerunt, sedémque ter lustrarunt. Ex quo factum est vt porta per quam intrauerant, Ratumena diceretur. Autor Plin lib. 8. Plutarch. in Publ.

Rătŭs, vide Reor.

Rauastellus, vide Rauiscellus.

Raucæ, vermes terreni, radices arborum lædétes. Plin lib. 17. c. 18. Olea vbi quercus effossa sit, malè ponitur: quando vermes, qui raucæ vocantur, in radice quercus nascuntur, & transeunt.

RAVCVS, a, um, qui nimio calore, vel frigore, aut etiam clamore, vel alia causa vocem obtusam habet, compressam & impeditam. { βραγχώδης. GALL Enroüé. ITAL. Rauco, roco. GER Heyser. HISP. Ronco. ANG. Hoarse. } Virg. 11. Æneid. Dant sonitum rauci per saxa silentia cygni. Vbi raucos cygnos vocat, non quidem canoros, aut optimam vocem habentes, sed alarum concussione inter volandum, raucum per aëra sonum efficientes, qualis est clangor tubarum. ¶ Ponitur aliquando pro fesso, & defatigato: vt, Rauca fama Cic. ad Varr. lib. 9. Te verò nolo, nisi ipse rumor iam raucus erit factus, ad Baias venire, id est, nisi ipse rumor defecerit. Bud.

Raucisŏnus, adiect. { βραγχώδης, ἐκβρομος. GAL. Qui rend vn son enroüé. ITAL. Che ha vn sono rauco. GERM. Heyser tönend. HISP. Cosa que tiene sonido ronco ANGL. That giueth an hoardse sound. } Lucr. lib 2.

Concaua, raucisonóque minantur cornua cantu.

Raucĭtas, atis, Vocis obtusitas, siue ex catharri defluxu, siue ex aëre frigido, siue ex febris calore, aliáve ex causa contracta. { βράγχος. GALL. Enrouëment, enroüeure. ITAL. L'essere roco, raucita. GERM. Die heysere oder heyserkeit. HISP. Ronquedad. ANGL. Hoarsenesse of the voice. } Plinius lib. 11. cap. 15. Elephas per nares, tubarum raucitati similem edit sonum. Legitur & Raucedo, dinis, in eadem significatione.

Raucĕo, es, ui, & Raucio, ausi, ausum. Priscian. Raucus sum. { נחר nichár βραγχιᾶν. GALL. Estre enroüé. ITAL. Diuentar rauco. GERM. Heyser sein. HISP. Enroquecerse. ANGL. To be hoarse. } A quo Raucesco, raucus fio, & compositum Irraucesco.

RAVDVS, vel rodus, vel etiam rudus, teste Festo, significat rem rudem, & imperfectam. { ἀκατέργαστον. GALL. Rude, mal poli, imparfait. ITAL. Rozzo, imperfetto. GERM. Vnbereitet / vngewercket. HISP. No labrado, imperfecto, rudo. ANG. Rude, imperfect. } Nam & saxum quoque raudum appellant poëtæ. Accius Menalippe, Collocat sese in locum celsum: Hinc manibus capere raudum saxum grande & graue. Æs quoque rude & impolitum raudus, rodus, siue rudus dicebatur. Cincius de priscis vocabulis, apud Festum, Quemadmodum omnis materia ferè non deformata, rudis appellatur: & vestimentum rude non perpolitum, sic æs infectum, raudusculum, siue rudusculum. Apud ædem Appolinis æs conflatum iacebat, id autem rudus appellabant. In æstimatione Censoria tamen æs infectum rudus dicebatur.

Raudūscŭlum, i siue rudusculum, diminutiuum à raudus, siue rudus. Propriè est æs rude & infectum: quanquam nonnunquam etiam pro ære signato accipitur, vt ex Cincio annotauit Festus. Vnde in venditionibus mancupi scriptum erat, Raudusculo libram ferito.

Raudūscŭlă, Porta Romæ appellata est, à raudo, id est, ære, quòd ærata esset. Varr. 4. de L. L. Vide Valer. Max. c. 6. lib. 5.

Rauennă, Ῥαβέννα. Vrbs in octaua regione Italiæ Sabinorum colonia, teste Plinio lib. 3. c. 15. in ora litoris Adriatici, CII. M. distans ab Ancone, olim tota ligneis compacta ædificiis, aquis diffusa, pontibúsque ac lemnis peragrata. Hanc quidam à Thessalis conditam perhibent. Alij post excisam Troiam, alij post confusas hominum

hominum linguas in Babylone constructam fabulantur. Hæc quum à mari fiunt inundationes, nõ mediocrem accipit partem cœni palustris. Silius *lib* 8.

Lenta paludosa proscindunt flagna Rauennæ.

Hinc ortus est Cassiodorus Senator, qui multa eruditissimè scripsit. Esse autem vrbem vetustam, res ab Ostrogothis gestæ commemorant, qui ibi regiam posuere. Liuius autor est, ab Augusto muris cinctam fuisse, quos Valentinianus Imperator postea ampliauit, eiúsque Archiepiscopo duodecim ciuitatum Episcopos subiecit, Arimini, Cæsennæ, Fori Liuij, Fori Cornelij, Fauentiæ, Brintij, Bononiæ, Mutinæ, Rhegij, Parmæ, & Placentiæ. Hodie cum aliis plerisque eiusdem tractatus vrbibus Venetis paret: à quibus tam egregiè est munita, tam splendidè instaurata, vt cum amplissimis, munitissimísque Italiæ vrbibus iure possit conferri. Hæc fuit patria beati Apollinaris, primi eius Episcopi, & Vitalis, & Geruasij, & Protasij. Hinc ortus est Petrus ille Rauennas illustris fori Cornelij Episcopus, qui multa in Theologia diligenter scripsit.

Rauis, is, Raucedo, hoc est, vocis obtusitas, siue ex catarrho, siue ex aëris frigiditate, siue ex febris calore, aut etiam ex immoderato clamore contracta. {βράγχος. GALL. *Enrouëment, enrouëure.* ITAL. *Raucità, l'essere roco.* GERM. Die heysere. HISP. *Ronquedad.* ANGL. *Hoarsenesse of the voice.*} Plaut. *Aul.* Huccine deduxisti me ad senem parcissimum, Vbi siquid poscamus, ad rauim poscamus prius, Quàm quicquam detur? id est, improbè (inquit Erasmus) sæpiùs, clamosè, adeò vt vox etiam toties vociferanti raucescat. Apuleius *lib.* 3. *Floridorum*, Claritudo arteriæ obsolescit: identidem boando purgant rauim. Hinc

Rauio, is, ad rauim vsque vociferor. Festus, Rauim dicebant pro raucitate, vnde & verbum rauio, rauis. Plaut. *in Pœn.* Nego, & negando, si quid refert, rauio.

Rāuus, a, um, quod medium habet colorem inter flauum & cæsium, vt interpretatur Festus, siue quod ex fuluo desinit in nigredinem. χαροπός Cicero *lib.* 4. *Academ.* Quia nobismetipsis tum cæruleum, tum rauum videtur, quódque nunc sole collucet. Sic ab Horatio raua lupa dicitur à colore oculorum, *lib.* 3. *Carm. Ode* 27. —aut ab agro Raua decurrens lupa Lanuuino. Varro 2. *de re rust. c.* 2. Cornibus pronis ad rostrum, rauis oculis.

Rāuidus, a, um, quod ex fuluo colore nonnihil ad nigredinem declinat. {μελανόπυῤῥος. GAL. *Azuré de la couleur du ciel.* ITAL. *Di colore di cielo.* GER. Schwartzgäl. HISP. *De color entre garzo y castaño, color del cielo.* ANGL. *Of the coulour of the heauen, azure.*} Vt, Rauidi oculi. Col *lib.* 8. *c.* 2. Sublimes sanguineæque nec obliquæ cristæ, rauidi, vel nigricantes oculi, χαροπὰ ὄμματα.

Rāuiscellus diminut. adiect. Plautus. Quis (inquit) hæc mulier est ille rauiscellus qui venit? Festus, Raui coloris appellantur, qui sunt inter flauos & cæsios, quos Plautus appellat rauiscellos. Aliter *Rauastellus*. nam dicebant Rauus: Rauaster: quemadmodum Caluus, Caluaster, inde ὑποκοριστικῶς Rauastellus. Meursius.

Rāuillæ, dicuntur qui rauos oculos habent χαροποφθαλμοι. quemadmodum qui cæsij, cæsiliæ. Festus.

Rāurăci, Galliæ Belgicæ populi non procul à Rheno, Tribocis, Heluetiis & Sequanis finitimi: quorum caput fuit Rauracum, siue (vt apud Ptol. legitur) Augusta Rauracorum, cuius etiam hodie ruinæ quædam ostenduntur non procul à Basilea. Vide Althamerum in Tacit. {Die völcker ob Basel zwischen dem Rhein/ der Birß/ vnd dem gebirg/ so Bötzberg / Schaffmat / Howenstein/vnd wasserfall genennet wirt/ gelägen.

R E

Rĕ, Præpositio per apocopen à retrò facta videtur. ἀνά. Vnde Respicio, retrò aspicio, Reuertor, retrò vertor, Reposco, rem datam retrò posco. Et nonnisi composita reperitur. ¶ Habet & alias significationes. Nam quandoque perfectionem denotat, vt, Recognosco. Quandoque reciprocationem, vt Redamo. Quandoque contra, siue aduersùs, vt Reluctor, id est, repugno, resisto, ἀντί. Quandoque iterum atque iterum, seu sæpe: vt Reputo. Quandoque reditum ad pristinum statum: vt Repuerasco, ad pueritiam redeo: Renouo, ad nouitatem reduco. Quandoque valde, vt Redundo. λίαν. ¶ Quandoque longè. Virg. *lib.* 3. Italiam petere, & terras tentare repostas. Vbi Seruius, Repostas, id est, longè positas. Sic Remoueo, longè moueo. ¶ Quandoque denotat contrarietatē suorum simplicium: vt Retego, quod est tectum denudo, Resigno, quod signatum erat aperio, Recludo, clausum patefacio. ¶ Quandoque habet diuersam, licèt non contrariam, à suis simplicibus significationem: vt Rescisco. Nam quum scire, sit cognoscere: rescire tamen, siue resciscere, non est rursus cognoscere, sed factum aliquod occultius & inopinatum, insperatúmque cognoscere, scitè aduertere. ¶ Aliquando nihil omnino addit significationi sui simplicis. Nam recaleo (vt mox docebimus) nihil aliud est quàm caleo. ¶ Componitur autem cum dictione ab a, incipiente: vt redamo, redarguo: b, vt rebello: c, vt recurro: d, vt reddo: e, vt redeo: f, vt refero: g, vt regredior: h, vt redhibeo: i, vt reiicio: l, vt relego: m, vt remigo: n, vt renitor: p, vt repugno: q, vt requiro: f, vt resarcio: t, vt retineo: u, vt reuertor. Sed cum a, e, & h, interponitur d. causa euphoniæ.

Rēædifico, as, Instauro, ædificium collapsum restituo. {הקים *hekím* בנה *banáh*. ἀνοικοδομεῖν. GALL. *Reedifier, rebastir, bastir derechef.* ITAL. *Reedificare, rifar di nuouo.* GER. Wider erbawen. HISP. *Edificar de nueuo.* ANGL. *To restore and build againe.*} Reædificare meritum, pro resarcire. Cic. *ad Attic. lib.* 6. Cæsarem in merito reædificando diligentiorem fore.

Readopto, readoptas, readoptare, Iterum adoptare. Modestinus *in l. si pater filium. ff. de adoptionib.* Sed nec is nepos in patris reuertitur potestatem, quem auus retinuerat filio dato in adoptionem quem denuo readoptauerit.

Reago, vicissim ago: philosophica vox, vnde reactio, id est, reciprocata actio patientis, qua scilicet patiens resistit agenti. ita repassio, est reciprocata passio. Patienti reactio agenti repassio tribuitur. aliquando autem vtrumque dicitur reagere, & repati.

Realis, e, quod rei est, ad rem pertinens. Inde

Realitas, conditio eius, quod est reale: vt potentia, & actus eius.

Realiter, modo reali.

Rĕāpsĕ, reipsa, in rei veritate. τῷ ὄντι. Pacuuius, Si non est ingratum reapse, quod feci. Cicero 1. *de diuin.* Formæ quæ reapse nullæ sunt, speciem autem offerunt. Idem 5. *de finibus*, Quod idem reapse primum est.

Reassumere, ἀναλαμβάνειν. Plin. *Epist. lib.* 5. *Appollinari*, Immensíque fluminis nomen arenti alueo deserit: autumno reassumit.

Rĕātĕ, Reatis, ῥεάτιον Steph. Ciuitas in Vmbria, Italiæ vmbilicus, teste Plin. *lib.* 3. *c.* 12. ex qua Vespasianus originem duxit.

Rĕātīnus, ῥεατῖνος, Gentile. Varro 2. *de re rust. c.* 6. Ego, inquit, de asinis potissimum dicam qui sum Reatinus, vbi optimi & maximi fiunt.

Rĕātus, us, Status, & conditio reorum. {אשמה *aschmáh* חוב *chób*. ἡ τῶν ἐνόχων κατάστασις, ἡ ἐνοχή. GALL. *La condition, & l'estat de ceux qui sont accusez.* ITAL. *L'essere reo, la conditione del reo.* GERM. Der elend stand vnd wäsen eines beklagten vmb ein missethat: auch die zeit welche ein solcher zu den rechten gefangen ligt. HISP. *Culpa, obligacion à la pena.* ANGL. *A fault or offence, the giltinesse of a person arrayned.*} Iurisconsultus, Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius subleuanda erit. id est, in eum mitiùs animaduertendum, qui diu sordidatus fuerit: id quod euenire solet, aut Iudicum consilio in diem longiorem iudicium reiicientium: aut pro re nata, si, quia de causa planè non liquebat, reus sæpius ampliatus est. Pars enim pœnæ esse visa est, longa temporis intercapedo in conspicua calamitate, & miseria. Hodie in reatu sunt, qui vel carcere detenti, squalore & illuuie conficiuntur, aut qui honoris causa custodiæ suæ, aut apparitorum commissi, aut vadimonio, aut vadibus obstricti sunt, aut expromissoribus. Iustin. *lib.* 4. Reuocato igitur ad reatum Alcibiade, duo prælia secunda Niceas & Lamachus faciunt. Ad reatum, id est, ad causam dicendam, inquit Budæus. Errore autem nimio (vt inquit idem Budæus) hæc opinio inter nostræ ætatis Iurisperitos inualuit, vt reatus pro crimine exaudiatur. Est autem reatus vocabulum nouum, Ciceronis ætati incognitum: proximo tamen seculo imperante Augusto à Messala primùm vsurpatum Plin. *lib* 8. *cap.* 3. Nam & quæ vetera nunc sunt, fuerunt olim noua, quædam in vsu perquam recentia. Messala primus reatum, numerarium Augustus primus dixerunt. Martial. *lib.* 2. Si de iniqua tibi tristem fortuna reatum, Squalidus hærebo, pallidiórque reo.

Rĕbello, as, Repugno, bellum instauro: propriéque de iis dicitur qui in fide quam principi, aut Reipubl. obligarunt, non permanent: aut qui aliquando victi, & in deditionem recepti, bellum redintegrant. {מרד *marádh* מרה *maráh* פשע *paschàh* מעל *maàl*. ἀφίστασθαι, ἀφηνιάζω. GALL. *Rebeller, se reuanger.* ITAL. *Ribellare.* GER. Sich wider abwerffen/ auß abfal zur gegenwehr greiffen/widerspennig sein. HISP. *Rebelar.* ANG. *To rebell, or rise against.*} Cæs. 8. *bell. Gall.* Si tali ratione diuersis in locis plures rebellare cœpissent. Liu. 8. *ab Vrbe*, Quia cum Latinis rebellare noluissent. Lucret *lib.* 3.

——*nisi qui vinci potuere rebellent.*

Senec. *in Cæs. cap.* 75. Quorum tamen & priores post impetratam veniam rebellauerant. Ouid. 6. *Fast.* Pœne rebellabas, &c. ¶ Rebellare dicuntur vulnera, seu alia vitia, quum semel curata repullulant. Plin. *lib.* 25. *cap.* 13. Nostri herbarij strumeam vocant, quoniam medetur strumis & panis: credúntque ea rursus fata rebellari, quæ curauerit vitia. Rebellat humor. Idem *lib.* 13. *cap.* 12. Minus sorbet politura charta, magis splendet: rebellat sæpe humor curiosè datus, primóque malleo deprehenditur: aut etiam odore, quum fuerit indiligentior.

Rĕbellātŏr, is, qui semel victus, & in deditionem receptus, bellum instaurat, quíve alioqui in fide principi, aut ciuitati obstricta non permanet. {מרד *morédh* מרי *mari* פשע *poschéa* סרב *saràb* שובב *schobéb*. ὁ ἀφιστάμενος, ἀφηνιαστής. GALL. *Celuy qui rebelle.* ITAL. *Rubello.* GERM. Einer der sich abwirfft vnnd wider zur gegen wehr greifft / ein abstelliger vnd widerspenniger. HISP. *El que rebela, rebelde.* ANGL. *A rebell, or one rebellious.*

Rĕbellātrix, fœmininum. {מרדת *morédheth* פשעת *poschahath*. ἡ ἀφισταμένη. GAL *Celle qui rebelle.* ITAL. *Donna che si ribella.* GERM. Ein abfellige vnd widerspennige. HISP. *La que rebela.* ANGL. *A woman that rebelleth.*} Liu. *lib.* 10. *bell. Maced.* Dictu, quàm re faciliùs fit, prouinciam ingenio ferocem, & rebellatricem confecisse. Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 12.

Téque rebellatrix tandem Germania magni
Triste caput pedibus supposuisse ducis.

Rĕbellio, nis, defectio, seu belli instauratio. {מרה *méredh* מרדות *marduth* מרי *meri* משובה *meschubáh*. ἀφηνιασμός, ἀπόστασις. GALL. *Rebellion, reuolte.* ITAL. *Rebellione.* GER. Ein widerstellung mit krieg/widerspennigkeit/widerstreitung. HISP. *Rebeldia, obra de rebelar.* ANGL. *Rebellion or a rising against.*} Cæs. 3. *bell. Gall.* Rebellio facta post obsidionem. Tacit. *lib.* 3. Eodem anno Galliarum ciuitates rebellionem cœptauere.

Rĕbellis, e, adiectiuum, qui semel victus, & in deditionem receptus, bellum instaurat, quíve principis aut reipublicæ suæ imperium detrectat. {מרה *morédh* מרי *meri* פשע *poschéah* סרב *saràb* שובב *schobéb*. ἀποστατικός. GALL. *Rebelle.* ITAL. *Ribello.* GERM. Abfellig vnnd sich in gegenwehr stellend/widerspennig. HISP. *Rebelde, ò que rebela.* ANGL. *Rebellious.*} Virg. 6. *Æneid.* Sternet Pœnos Gallúmque rebellem.

Rĕbellium, ij, Rebellio. {מרה *méredh* מרדות *mardúth* מרי *meri* משובה *meschubáh*. ἀπόστασις, ἀφηνιασμός. GAL. *Rebellion.* ITAL. *Rebellione.* GERM. Ein widerstreitung/ein abwerffung deß vordrigen iochs mit einem neuwen krieg. HISP. *Rebeldia.* ANG. *A rebellion, or rising against.*} Liu. 5. *decad. lib.* 2. Qui deditis contra ius, & fas bellum intulisset, & pacatos ad rebellium incitasset.

Rebilis, e, opinabile, quod reri, i. opinari possis. Gloss. Philox. Rebile, οἰητόν.

Rebito, as. compositum à re, & ito, as. frequentatiuo verbi eo, is, quo antiqui vtebantur pro reuertor, redeo. {שוב *schúb*. ἐπανιέναι. GALL. *Retourner, aller derechef.* ITAL. *Ritornare.* GERM. Widerkehren an ein ort. HISP. *Boluer de algun lugar.* ANG. *To returne, and go againe.*} Interpositum autem est b, tantùm euphoniæ causa. Plaut. *in Capt. sc.* 3. *a* 2. Ac si non

non rebitas huc, vt viginti minas dem pro te. Idem *ibidem bis*, Mea opera si hinc rebito, faciam.

Rĕbŏo, roboas, ex rè, & boo, Remugio: & per translationē resono, resulto. { הָמָה *hamáh*. ἀντιβοάω, ἀυλέω, ἀναμυκάομαι. Gal. *Remugir, retentir contre, respondre à celuy qui mugit ou crie.* Ital. *Mugghiare.* Germ. Widertönen / widerhallen. Hisp. *Dar voz, resonar.* Angl. *To lowe and sound againe.* Virg. *lib.* 3. *Georg.*

———reboant syluæque & magnus Olympus.

Vbi Seruius, Reboo Græcum est: nam apud Latinos nullum verbum est, quod ante o finalem habeat o: excepto Inchoo: quod tamen maiores aliter scribebant, aspirationem interponentes duabus vocalibus, & dicebant *Incoho*.

Rebullio, iterum, vel retro bullio, bulliendo sursum agitor. Apul.

‖ Reburrus, capite hispidus. Glos. Isid. ‖

Rĕcălcĭtro, as, Calcitro, hoc est, calce ferio. { בָּעַט *baʿát* λακτίζω. Gall. *Regimber.* Ital. *Ricalcitrare, cioè percuotere con calci.* Ger. Mit dem fuss hindersich schlagen. Hisp. *Tirar cozes atras.* Ang. *To winche, to kicke.* } Propriè de equis dicitur, quanuis etiam ad homines transferatur, Horat. 2. *Serm. satyr.* 1.

Cui malè si palpère, recalcitrat vndique tutus.

Rĕcălco, as, Rursus calco. { ἀναπατέω. Gall. *Derechef fouler aux pieds.* Ital. *Tornar di nuouo à calcare* Ger. Widerzuträtten. Hisp. *Hollar otra vez.* Angl. *To treade vnder foote, to stampe downe.* } Colum. *lib.* 2. *c.* 2. Si velis scrobibus egestam humum recondere, & recalcare, quum aliquo quasi fermento abundauerit.

Rĕcălĕo, recales, pen. corr. Caleo. { חָמַם *chamám* יָחַם *jachám*. θέρομαι. Gall. *S'eschauffer derechef.* Ital. *Scaldare.* Ger. Warm sein. Hisp. *Calentar.* Ang. *To be hoat againe.* } Virg. 12. *Æneid.*

———vix vrbe tuemur
Spes Italas, recalent nostro Tyberina fluenta
Sanguine.

Rĕcălfăcĭo, penultima correpta. Rursus calidum facio. { ἀναθερμαίνω. Gal. *Reschauffer.* Ital. *Riscaldare.* Germ. Wider erwermen / oder warm machen. Hisp. *Calentar otra vez.* Ang. *To mak warme againe.* } Ouid. 8. *Metam.*

———calidúmque prioris
Cade recalfecit consorti sanguine telum.

Rĕcălēsco, Rursus calesco. { ἀναθερμαίνομαι. Gall. *S'eschauffer derechef.* Ital. *Riscaldarsi.* Ger. Wider erwarmen. Hisp. *Calentarse otra vez.* Angl. *To waxe warme againe.* } Cic. *lib.* 2. *de nat deor.* Quod nostris quoque corporibus contingit, quum motu atque exercitatione recalescunt. Ouid. 2. *de remed. Amor.*

Quid iuuat admonitu tepidam recalescere mentem?

Rĕcălvvs, a, um, Retrocaluus, cui non totum caput, sed sinciput caluum est. { גִּבֵּחַ *ghibbéach*. ἀναφαλαντίας. Gall. *Chauue par deuant.* Ital. *Caluo deuanti.* Germ. Ein glatzkopff / der vornen kal ist. Hisp. *Caluo delante.* Ang. *Balde.* } Plaut. *in Rud.* — ecquem recaluum ac silonem senem.

Rĕcăluastĕr, ri, parum recaluus, qui fronte caluus est, non toto capite: quasi recaluatulus. Valla *lib.* 1. *cap.* 7. { גִּבֵּחַ *ghibbéach*. ἀναφαλαντίας. Gal. *Chauue par deuant, vn peu chauue.* Ital *Calueto.* Ger. Ein kalkopff / der vmb die stirnen kal ist. Hisp. *Vn poco caluo.* Ang *Balde.* } Vsus est Senec. *epist.* 67.

Rĕcandēsco, cis, à verbo recandeo, Denuò candens, siue ignitus fio. { αὖθις πυρόομαι. Gall. *Estre reblanchi par force de feu.* Ital. *Ricaldarsi, di nuouo affocarsi.* Germ. Widerumb heiss oder feurig werden / wider erhitzigen. Hisp. *Tornarse à encender.* Ang. *To waxe white or glowing hoate.* } Accipitur aliquando pro recalesco. Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti,
Solibus æthereis, altóque recanduit æstu.

¶ Per translationem quoque Ira recandescere dicitur quum semel propemodum lenita, rursus exasperatur. Idem *lib.* 3. *Metam.*

———Audito clamore recanduit ira.

¶ Interdum idem est quod candidum fieri. Idem *lib.* 4. *Metam.*

Séque super Pontum nullo tardata timore
Mittit, onúsque suum: percussa recanduit vnda.

id est, alba & candida facta est ex spuma, quam mare concitatum solet emittere.

Rĕcăno, nis, recinui, recentum. Cantu reuoco, iterum cano, vel frequenter cano. { ἀνακαλέω. Gall *Chanter apres.* Ital. *Recantare.* Germ. Mit singen widerumb hin ruffen. Hisp. *Cantar ò responder à lo que otro canta.* Angl. *To sing againe.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 33. de perdice loquens, Adeóque vincit libido etiam fœtus charitatem, vt illa furtim, & in occulto incubans, quum sensit fœmina aucupem accedentem ad marem recanat, reuocétque.

Rĕcānto, as, are, diuersa superioribus cano, & quod antè asserui retracto. { παλινῳδεῖν. Gall. *Rechanter, chanter au contraire.* Ital. *Cantare al contrario di prima.* Germ. Widerruffen / ein ander lied singen. Hisp. *Descantar, ò cantar otra vez.* Angl. *To vncharme, to reuokeor vnsaye athing.* } ¶ Hinc recantatus, a, um, participium. παλινῳδηθείς. vt Opprobria recantata, id est, mutato carmine in laudem conuersa. Horat. 1. *Carm. Ode* 16.

———nunc ego mitibus
Mutare quæro tristia, dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis animúmque reddas.

Curæ recantatæ Ouid. 1. *de remed. amor.*

Nulla recantatas deponent pectora curas.

¶ Interdum recantare, est sonum cantati carminis reflectere. Martial. *lib.* 2. *epigr.* 86.

Nusquam Græcula quod recantet Echo.

Vbi etiam quidam libri habent *recentat*, quam lectionem probat Io. Passer. pro recantat, siue recinit. ¶ Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. pro incantare videtur vsurpasse, Non pauci (inquit) serpentes ipsos recantari credunt: & hunc vnum esse ipsis intellectum: contrahique Marsorum cantu, etiam in nocturna quiete.

Rĕcēdo, is, quasi retrò cedo, Abeo. { סָר *sar* הָלַךְ *halách*. ἀπέρχομαι. Gall. *Se tirer arriere, se retirer, s'eslongner.* Ital. *Partirsi, farsi da canto.* Ger. Abweichen / dannen weichen / zu ruck weichen / hinweg rucken. Hisp. *Partirse de algun lugar.* Ang. *To de parte or go away, to recoyle.* } Cic. *Attic. lib.* 2. Aduola in Formianum: vnde nos pridie Non. Maias recedere cogitamus. Plaut. *in Capt.* Proin tu ab istoc procul recedas. ¶ Ponitur aliquando pro reuertor. ἐπανήκω. Salust. *in Iugurth.* Albinus Aulo fratre in castris pro Prætore relicto, Romam recessit. ¶ Aliquando pro diminui. Plin. *Epist.* 6. *lib.* 3. Recessit. venter. ¶ Aliquando pro disiungi Celsus, Sed in aliis quidem ossibus ex toto sæpe fragmentum à fragmento recedit, &c. ¶ Recedere ab officio, est deserere officium. Cic. 3. *Offic.* Quam si sequemur in comparatione rerum, ab officio nunquam recedemus. Recedere ab armis est cessare, desistere. Idem *pro Rosc. Amer.* Posteaquam ab armis recesserunt, in summo otio, rediens à cœna Romæ occisus est. Recedere à vita, est mori. Idem 4. *Tusc.* Quippe qui ob eam causam à vita recesserit. Recedere ab oculis, est è conspectu abire: quod tamen ipsum accipitur pro mori, κατ' εὐφημισμόν. Plin. *Epist.* 15. Viuit enim, viuétque semper, atque etiam latiùs in memoria hominum & sermone versabitur, postquam ab oculis recessit. ¶ Recedere à conditione, persona, statu, est quod dicimus immutare personam, conditionem, statum. Cic. *Attic. lib.* 1. Nam neque de statu nobis nostræ dignitatis est recedendum, &c. Idem *pro Quintio*, Qua ratione res ab vsitata consuetudine recederet. Recedere, Remotum esse. Curtius *lib.* 4. Maritimam tamen oram, & pleraque longius etiam à mari recedentia rex eius insulæ Strato possidebat. Quintilian. Eminere quædam, vel recessisse in pictura videntur.

Rĕcēssŭs, Actus recedendi, discessus, abitus. { ἀναχώρησις, ἄφοδος. Gall. *Reculement, eslongnement, retraitte.* Ital. *Il ritrarsi à dietro.* Ger. Hinweichung / hinruckung. Hisp. *Partida de lugar a tras.* Ang. *A recoyling, or going back.* } Cui opponitur Accessus. Cic. 3. *de Orat.* Luna accessu & recessu suo, Solis lumen accipit. Interdum idem quod secessus, id est, locus secretior, turba & tumultu vacuus. ἐσχατιά. Idem *Attic. lib.* 12. Mihi solitudo & recessus prouincia est. Ouid. *lib.* 1. *Fast.*

Próque domo longis spelunca recessibus ingens.

Quintil. Plus habet in recessu, quàm in fronte promittit. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

———Cane Musa, recessus. aliàs *receptus.*

¶ Recessus oculi, est ipsa concauitas, in qua oculus reconditur. Plin. *lib.* 8. *cap.* 33. Oculi in recessu cauo, tenui discrimine, &c. ¶ Recessus animi, per translationem dicuntur cogitationes reconditæ quæ difficilè possunt peruestigari. Cic. *pro M. Marcello*, Quum in animis hominum tantæ latebræ sint, tanti recessus.

Recessim, Aduerb. ἀναδρομάδην, Retrò cedendo. Plaut. *Amph.* Ego cunas recessim rursum prorsum trahere. Idem *Casin.* Recessim cedam ad parietem, imitabor nepam.

Rĕcēllo, is, reclino: à re & cello, moueo. Apul. *lib.* 10. *Metam.* videtur accipere pro eo quod est reducere, retrahere. { הִשְׁפִּיל *hischpil*. αὐχλάζειν. Gal *Abaisser fouler & presser vers en bas.* Ital. *Ridurre, inclinare.* Ger. Hindersich ziehen. Hisp. *Inclinar, tornar à tras otra cosa.* Angl. *To makdowe, or cast downe.* } Illa (inquit) quoties ei parcens, nares recellebam accedens, toties visu rabido & spinam prehendens, &c. Liu. autem *lib.* 4 *bell. Pun.* videtur vsurpasse pro deprimere: quod & Budæus annotauit. Verba Liuij sunt hæc, Ferrea manus quum iniecta proræ esset, grauique libramento plumbi recelleret ad solum, suspensa prora, nauim in puppi statuebat, id est, deprimeret, inquit Bud.

Recellula, recula. In ll. Burgund. *tit.* 14. *l.* 6. quod ex matris bonis, id est, in recellulis, vel ornamentis, aut ex suo potuerit labore conquirere. Ergo est diminutiuum nouum ex recula.

Rĕcēns, Nouus, nouitius, qui nuper fuit ✶ Vetus, siue vetustum. { חָדָשׁ *chadhásch* לַח *lach*. καλός, πρόσφατος; νεαρός. Gal. *Nouueau, frais, recent.* Ital. *Fresco, nuouo, recente.* Ger. New / frisch Hisp. *Cosa reziente ò nueua, ò fresca.* Angl. *New. fresh.* } Cic. *Aulul. Cæcinna*, Commemorarem non solùm veterum, sed horum etiam recentium, vel ducum, vel comitum tuorum grauissimos casus. Terent. *in Adelph.* Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc est recens. Virg. 3. *Georg.*

——— Iubeo frondentia captis
Arbuta sufficere, & fluuios præbere recentes.

Plaut. *Asin. sc.* 7. *a.* 1. Piscis nequam nisi recens. Senec. *de cons. ad Mart. cap.* 1 Dum recentia sunt à sanguine vulnera, facilis sanitas. ¶ Recens & lassus contraria. Curtius. *lib.* 3. Timere ne non virtute hostium, sed lassitudine sua vincerentur. Persas recentes inde successuros, si laxiùs stare potuissent. Ouid. 2. *Metam.*

Ardua prima via est, & qua vix manè recentes
Enituntur equi.

Galli vocant, *Cheuaux frais*

Rĕcēns, aduerb. Recenter. { νεωστί. Gal. *Nouuellement, de nouueau, il ny a gueres.* Ital. *Frescamente, nouuellamente.* Germ Newlich. Hisp. *Rezientemente, ò frescamente.* Angl. *Newly, lately.* } Plautus, Qui recens ex agro venerat. Virg. *Georg.* 3.

Sole recens orto,

id est, recenter, vel paulò antè. Suet. *in Tib. Cæs. c.* 1. Inde Romam recens conditam, cum magna clientum manu commigrauit. Plin. *lib.* 18. *c.* 22. Quàm recentissimè stercorato solo.

Recentaria, νεοφόρος. Gloss. id est, quæ recens aliquid fert.

Rĕcēntĕr, aliud aduerbium: cuius nullum nunc occurrit exemplum.

Recento, renouo, recens facio.

Rĕcēnsĕo, es, Recognosco, & summam totius multitudinis per numeros colligo. { פָּקַד *pakádh*, vel *pikkédh* ספר *sippér* מנה *manáh*. καταλέγομαι, ἐξετάζω, ἀπαριθμέω, ἐπισκοπέω. Gall. *Faire vne reueuë, faire vne monstre generale de gens de guerre, nombrer raconter.* Item, *Narrer, raconter vn faict. Receuoir, & corriger les fautes d'vn liure, d'vn escrit.* Ital. *Riconoscere, ricōmemorare, fare vna rassegna, vna mostra generale di soldati.* Ger. Wider zelen / abzelen / musteren. Hisp. *Remembrar algo, hazer alarde de gentes.* Ang. *To reken, to rehearse, to muster an armye.* } Liu. Inter hæc recenset exercitum, militem instruit. Idem 6 *bell. Pun.* Deinde acceptis nominibus ciuitatum recensuit captiuos, quot cuiusque populi essent. Virg. 4. *Georg.*

Consedit scopulo medius, numerúmque recenset.

¶ Recensere, narrare. διηγεῖσθαι. Cic. ad Attic. lib. 16. Ob ius enim recenses multa quæ vellem. Ouid. lib. 3. Fast.

Signa recensebat bis Sol sua.

Idem Epist. 9.

I nunc, tolle animos, & fortia facta recense.

Statius 4. Syl.

Dinumera fastos, nec parua exempla recense.

¶ Pro Retractare, emendare, recognoscere, auctorem, siue opus aliquod, vt cùm dicimus. Veteres Theologos recensuit Erasmus; Ius Ciuile Iac. Cujacius; Suetonium If. Casaubonus, &c. Et Gell. c. 10. lib. 71. Recensere, elimare, expolire, retractare, corrigere, supremam manum imponere pro eodem dixit.

Rĕcēnsŭs, a, um, partic. recognitus. { פקד pakúdh נספר nispár. ἀπαριθμηθεὶς, κατάλεχθεὶς. GAL. Reueu, conté, nombré. ITAL. Riueduto, contato, nominato. GERM. Wider abgezellet. HISP. Remembrado, nombrado. ANG. Reckenod or told. } Suet. in Vesp. c. 9. Amplissimos ordines, & exhaustos cæde varia, & contaminatos veteri negligentia purgauit suppleuítque recenso Senatu, & equite, submotis indignissimis, & honestissimo quoque Italicorum ac prouincialium allecto.

Rĕcēnsus, us, ui, Lustratio, siue recognitio exercitus, alteriúsve multitudinis. { מפקד miphkádh ספר sephár. ἐξέτασις. GAL. Reueuë, nombrement. ITAL. Esso riuedere & nominare. GER. Ein abzellung/musterung. HISP. El alarde. ANG. A reckening or rehearsing. } Suet. in Cæs. Dict. c. 41. Recensum populi vicatim per dominos insularum egit.

Rĕcēnsĭo, nis, Multitudinis cuiuslibet lustratio, siue recognitio. { מפקד miphkádh ספר sephár. ἐξέτασις. GALL. Reueuë, examen du conte & du nombre. ITAL. Riuedimento, essamine di genti & nomi. GERM. Das abzellen oder besichtigen einer menge/musterung. HISP. El alarde. ANG. A reckening or rehearsing. } vt Recensio copiarum, siue exercitus. Suet. in Cæs. c. 41. noui cœtus recensionis caussa. ¶ Interdum accipitur pro censu ciuium, eorúmque facultatum qui Romæ quinto quoque anno à Censoribus fieri solebat τίμημα. Cic. pro Milon. Qui Nympharum ædem incendit, vt memoriam publicæ recensionis tabulis publicis impressam extingueret.

Rĕcēnsĭtus, a, um, participium à verbo antiquo Recensio, sis, quartæ coniugationis, vt ait Georgius Valla, idem significans quod recensus. { פקד pakúdh נספר nispúr. ἀπαριθμηθεὶς, κατάλεχθεὶς. GALL. Reueu, conté, nombré. ITAL. Riueduto, contato, nominato. GER. Gezelt/oder abgezelt. HISP. Remembrado, nombrado. ANGL. Reckened, or told. } Suet. in Iul. Cæs. c. 41. Instituit vt quotannis in demortuorum locum ex iis qui recensiti non essent, subsortitio à Prætore fieret. Claud in Eutrop. lib. 2.

Prisca recensitis euoluite secula fastis.

Rĕcēntāri, Renouari, & denuo recens fieri. { התחדש hithchaddésch. ἀνανεοῦσθαι, νεάζεσθαι. GALL. Renoueller. ITAL. Rinouarsi. GERM. Wider neuw werden. HISP. Recentarse, renouarse, refrescarse. ANG. To waxe new agrain. } Accius, Iamiam albicascit Phœbus & recentatur commune lumen hominibus & voluptas. Nonius. Gellius cap. 25. lib. 15. citat hunc versiculum sed eum tribuit Cneo Mario, viro, (vt ipse ait) eruditissimo.

Rĕcēptŏ, vide Recipio.

Rĕcēssŭs, vide Recedo.

Rechabus, filius Ionadabi: vnde

Rechabitæ, qui fuerunt posteri Hobabi soceri Mosis

Rechamus, ea throcleæ pars, quæ ῥῆγμα (rimam, siue foramen) habet.

Rechedipna, erant vestes peregrinæ, quibus in gymnasiis vtebantur. Iuuen. Satyr. 3.

Rusticus ille tuus sumit rechedipna Quirine.

Rĕcĭdo, is, recidi, recasum. Retrorsum, siue iterum cado. { ἀναπίπτω, περιπίπτω. GALL. Rechoir, retomber. ITAL. Ricascare. GERM. Wider hindersich fallen/wider fallen. HISP. Tornar à caer, recaer. ANGL. To fall againe, to fall backewarde. } Exigit autem accusatiuum cum præpositione ad, vel in. Cic. ad Brut. Nónne hoc est in easdem tenebras recidisse? Terent. in prolog. Hecyr. Nolite finere per vos artem musicam recidere ad paucos. Cic. Attic. lib. 4. Id ego puto, vt multa eiusdem, ad nihil recasurum. Plaut. Men. sc. 2. a. 3. Omnes istæc in te recident contumeliæ. & Quintil. Exemplum quod in se recidat, &c. Idem, Quintil. c. 11. lib. 2. Res eò recidit. ¶ Inuenitur aliquando apud Poëtas recido, c litera geminata, vt prima syllaba naturâ breuis producatur. Lucr. lib. 1. At neque recidere ad nihilum res posse; &c. Propert. lib. 4. Recidit inque suos mensa supina pedes.

Recasurus, a, um. Sueton. in August. c. 96. Cuncta in illos recasura, qui extra haberent.

‖Recidiuatus, us, corporum resurrectio. Tertull.‖

Rĕcĭdĭuŭs, a, um quod post casum restitutum, denuò concidit, { ἀναπιπτωκὼς, ἀναπτωσιμός. GALL. Qui apres estre chu, reuient sus, puis retombe. ITAL. Riffato & rinouato vn'altra volta GER. Widerumbfellig/das vorhin auffgericht worden war/das wider vmbschlecht. HISP. Lo que cayo y se alço, y despues boluio recaer. ANGL. That which after one fall falleth againe. } A re præpositione, actus iterationem significante, & nomine cadiuus: vnde Cadiua mala legimus apud Plin. lib. 5. c. 16. Propriè itaque recidiuum quid dicitur, quod iteratò recidit. Virg. 4. Æneid.

Et recidiua manu posuissem Pergama victis.

id est, quæ reciderunt, Idem lib. 7. Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter, Funestæque iterum recidiua in Pergama tædæ. Vbi Seruius interpretatur Recidiua, post casum restituta: respiciens, opinor, adi oppidulum illud quod Æneas, quum primùm nauibus egressus esset, non procul à Laurento condidit: & quod & ipsum à nomine relictæ patriæ Troiam appellauit, vt autor est. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Melius tamen, mea quidem sententia, recidiua Pergama intelligere possumus, quæ iterum deciderunt, hoc est, bis euersa sunt. Constat enim Troiam bis captam fuisse: semel ab Hercule tempore Laomedontis regis, quum, Hesionem scopulo alligatam, occiso marino monstro, liberasset: quo nomine quum pactam sibi mercedem Laomedon soluere recusasset, Hercules contracto exercitu vrbem expugnauit. Laomedontem occidit, Hesionémque & Priamum captiuos in Græciam abduxit. Redemptus postea à vicinis Priamus, Troiam instaurauit, multóque splendidiorem reddidit: quæ à Græcis duce Agamemnone secundo fuit euersa. ¶ Febres recidiuæ dicuntur, in quas secundò recidimus, quum scilicet morbo liberati, denuo in eundem relabimur. ἀναγυριζόμενοι. Sed hoc non propriè, neque ex vocabuli significatione fit, sed ex appellatione tantùm quasi recidiuorum febres, propter eos qui in eas incidunt, & post earum depulsionem relabuntur. Febres enim ipsæ rediuiuæ potius quàm recidiuæ dici debent, quia tunc non recidunt, siue non depelluntur, sed reuiuiscunt, & integrantur.

Rĕcīdo, is, i, Abscindo, reseco; ex re, & cædo. { כרת charáth גדע ghadháh זמר zamár גזר ghazár. ἀποκόπτω. GAL. Couper, rogner. ITAL. Tagliare, recidere. GERM. Abhauwen/abschneiden. HISP. Cortar, tornar a cortar. ANGL. To cut of or away, or to pare. } Cato c. 2. Viam publicam muniri, vepres recidi. Mart. lib. 1.

Quamprimum longas Phœbe recide comas.

Horat. de Arte poët.

——ambitiosa recidet
Ornamenta.

Ouid. 1. Metam.

Cuncta prius tentanda: sed immedicabile vulnus
Ense recidendum est, ne pars syncera trahatur.

Sueton. in Calig. cap. 44. Recidere commoda. Quintil. Recidere facultatem. Idem, Recidenda nimia loquacitas. ¶ Recidere securibus, prouerbium, Senec. epist. 89.

Rĕcīsŭs, a, um, participiū, Amputatus, præcisus. { כרות charúth נכרת niehráth נגדע nighdáh. ἀποκεκομμένος, ἀποτετμημένος. GALL. Coupé, rogné. ITAL. Tagliato, troncato. GER. Abgehauwen/abgeschnitten. HISP. Cortado. ANG. Cutte of or away, pared. } Cicer. de prouin. Consul. Nationes eas, quæ numero hominum ac multitudine ipsa poterant in prouincias nostras redundare, ita ab eodem esse partim recisas, partim repressas. Luc. lib. 2.

——— velit fortuna colonos
Prænestina suo cunctos simul ense recisos.

Ouid. 3. Fast.

Idque ancile vocat quod ab omni parte recisum est,
Quúmque notes oculis, angulus omnis abest.

Rĕcīsĭo, nis. { גזרה ghizráh. ἀποκοπή, ἀποτομή. GAL Coupeure, coupement. ITAL. Tagliamento. GERM. Abhauwung/abschneidung. HISP. Cortadura, obra de cortar. ANGL. A cutting away or paring. } Plin. lib. 21. c. 4. Omnis autem recisione, atque vstione proficit.

Rĕcīsāmēntum, i, Frustum exiguum, & veluti ramentum à re quapiam recisum. { גזר ghézer פלח peláck. ψῆγμα, ἀπόκομμα. GALL. Rogneure, fragment, peti lopin. ITAL. Picciol pezzo. GERM. Etwas so von einem anderen ding abgeht / oder abgeschnitten wirt / abschnitlen. HISP. Pequeño pedaço. ANGL. A pece or morsell. } Plin. lib. 34. cap. 51. Ocyssimè verò æs coronarium æruginem contrahit, recisamentis in acetum additis.

‖ Recisè, ἀποτόμως. Recisius, præcisius. ‖

Rĕcīngo, is, Discingo quod cinctum erat soluo. { פתח pitteách. ἀποζώννυμι. GALL. Descindre. ITAL. Discingere. GER. Entgürten/das ist/ auffgürten. HISP. Desceñir. ANGL. To loose which was girded. } Ouid. lib. 4. Metam.

———ad inania magi
Regna redit Ditis, sumptúmque recingitur anguem.

id est, deponit anguem, quo se antea velut cingulo præcinxerat. Virg. 4. Æneid.

Vnum exuta pedem Vinclis in vestes recincta
Testatur moritura deos.

Ouid. 1. Amor.

Ecce Corinna venit tunica velata recincta.

Rĕcīnium, ij, vestis quadratæ genus, inde dictæ, vt Seruio placet quòd laciniam eius retrorsum reiiciebant. Recinium, (inquit Festus) omne vestimentum quadratum. Hi qui XII. Tabulas interpretati sunt esse dixerunt virilem togam, (qua & mulieres vtebantur) prætextam clauo purpureo. Vnde reciniati Mimi planipedes. Arnobius, Reciniatus Iupiter atque barbatus, dextera fom item sustinens perdolatum in fulminis morem.

Rĕcĭno, is, Iterum, vel frequenter cano. { ἀντᾴδω, ἀντιφωνέω. GAL. Rechanter, retentir. ITAL. Ricantare. GERM. Widersingen/widertönen/widerhällen. HISP. Cantar otra vez. ANGL. To sing againe. } Cicer. de clar. Orat. Illud est maius, quod in vocibus nostrorum Oratorum recinit quidem & sonat vrbanius. Horat. lib. 1. Epist. 1.

Hæc recinunt iuuenes dictata senésque.

Recipero, recupero, reparo, vide Recupero.

Rĕcĭpĭo, is, Ex re, & capio, Rem semel depositam traditámve, rursus assumo. { לקח lakách קבל kibbél. ἀναλαμβάνω. GALL. Receuoir. ITAL. Riceuere. GERM. Widernemmen. HISP. Recebir. ANGL. To receiue or tak againe. } Liu. lib. 9. Recipiant arma quæ per pactionem tradiderunt. Plaut. Curc. sc. 1. a. 3. Ornamenta quæ locaui, metuo vt possim recipere Ibid. sc. 3. a. 5. Age recipe actutum (verba reddentis pecuniam.) Senec. cap. 17. de consol. ad Helu. Recipere animum à luctu. (Reprendre courage.) Sueton. in Neron. cap. 11. Recipere in lusum. (pro admittere.) Et in August cap. 44. Motus iniuria Senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos nemo receperat. Idem in Galb. cap. 9. Recipere conditionem. Senec. cap. 12. de consol. ad Helu. Recipere dotem ex ærario. Cæs. 3. de bell. ciuil. Recipere sese ad cogitationem belli. Velleius, Recipere iniurias, (pro accipere & ferre.) ¶ Recipere nomina apud Liuium lib. 9. ab vrb. est redigere siue referre in tabulas reorum. ¶ Rem populus recipit. (i. legem iubet.) Ouid. 5. Fastor. Idem 6. Fastor.

Ipsa quidem fecisse negat, sed fama recepit.

Plaut. Ps. sc. 2. a. 3. Orcus eum ad se recipere noluit. Idem Aul. sc. 3. a. 1. Nescio vnde se recipit domum, Ibid. sc. 5. a. 4. Video se recipere senem (i. redire.) Idem Milit. sc. 3. a. 2. Ad stabulum Iunix se recipiat è pabulo. Idem Capt. sc. 1. a. 4 Hic se ad cœnam recipit ad me. Ouid. 3. Fast.

Annus erat decimum cùm luna receperat orbem.

¶ Quandoque ponitur pro accipere, & honoris, vel beneficij, vel humanitatis causa suscipere. ἐνδέχεσθαι, ὑποδέχεσθαι. Cicer. lib. 2. Offic. Cyrsilum

filum quendam suadentem, vt in vrbe manerent, Xetxémque reciperent, lapidibus obruerunt. ¶ Quandoque pro reuocare. ἀνακαλεῖν. Virg. 2. *Æneid.*

——Sic ore effata recepit
Ad sese.

¶ Quandoque in totum reducere, liberare. ἐπινάγειν. Idem 6. *Æneid.*

Illum ego per flammas & mille sequentia tela
Eripui his humeris, medióque ex hoste recepi.

¶ Recipere seruum, vt in *l.1. de seru. corrupt.* Vlpian. dicit, est refugium abscondendi causa seruo præstare vel in suo agro, vel in alieno loco ædificióve. ¶ Quandoque simpliciter conferre se, & proficisci. χωρίζεσθ. Plaut. *in Capt.* Inde me continuò recipiam rursum domū. ¶ Quandoque recuperare. ἀναλαμβάνειν. Cicer. *in Catil.* Tarentum verò qua vigilantia, quo consilio recepit? tum quidem me audiente Salinatori, qui amisso oppido fugerat in arcem, glorianti atque dicenti, Mea opera, Quinte Fabi, Tarentum recepisti. Et certè, inquit ridens, nisi tu amisisses, nunquam recepissem. ¶ Quandoque occipere ad vsum suum, & reseruare, quod fit quum quis venditis cæteris, sibi quippiam reseruat. ἐξαίρειν. Plaut. *in Trinum. sc.1. a.1.* Vbi nunc adolescens habet? c. posticulum hoc recepit, quum ædes venderet. Cicer. *de Orat. lib.2.* Sed dicis te quum ædes venderes, ne in ruris quidem & cæsis, solum tibi paternum recepisse. Marc. Cato apud Gel. *cap. 6. lib. 17.* Principio (inquit) nobis mulier magnam dotem attulit: Tum magnam pecuniam recipit, quam in viri potestatem non committit. ¶ Recipere ensem, est retrahere, & è vulnere educere. Sic enim interpretatur Seruius illud Virg. 9. *Æneid.*

——totum cui comminus ensem
Condidit assurgenti, & multa morte recepit.

sic apud Celsum *lib. 7. cap. 5.* telum recipere. Imò Gladiatores recipiunt ensem, cùm decumbunt, vt apud Cicer. Totum telum corpore recepisset. Sicque Senec. *Epist. 58.* dixit, Gladium (corpore) recipere. ¶ Accipitur etiam recipere pro promittere: nisi quòd recipere amplius quiddam significat, quàm promittere: quasi rei euentum & periculum in se suscipere, ὑπισχνεῖσθ. Cicer. *Crasso*, Quæ tibi promitto, ac recipio, sanctissimè esse obseruaturum. Cæcin. *ad Ciceronem*, Sed tamen ego filio dixeram, librum legeret, & ea conditione daret, si reciperes te correcturum. Plaut. *Milit. sc.2. a.2.* Recipio hoc ad me. (i. spondeo me perfecturum meo periculo.) In qua significatione etiam dicimus, Recipere in se. Cicer. *ad Brutum lib. 13.* In ipsa causa exponenda satis etiam de probitate dixi, sed tamen separatim in me recipio, fore tum tibi & voluptati, & vsui. Nam & modestum hominem cognosco, & prudentem, & à cupiditate omni remotissimum: præterea magni laboris, summæque industriæ. Neque hæc polliceri debeo, quæ tibiipsi (si bene cognoris) iudicanda sunt. Quo in loco Cicero morem suum seruat, vt difficilius verbum recipio, per facilius polliceor declaret. ¶ Ponitur aliquando pro approbare. δοκιμάζειν. Plin. *lib. 25. cap. 4.* Quartum genus molle, lanuginosum, pinguius cæteris, candidi seminis, in maritimis nascens, hoc recepere medici. Quintilian. *lib. 8.* Vsus recepit Bene moratas vrbes, poculum epotum, seculum felix. ¶ Aliquando pro nominatim cauere. Iureconsulus *in l. emptorem. de act. empti*, Quemadmodum recipitur vt nummos venditor accipiat, quamuis merx ad emptorem non perueniat. Bud. ¶ Recipere se, aliquando est ad se redire, & animum, ac vires resumere. Cicer. *in somn. Scip.* Quæ quum intuerer stupens, vt me recipi, &c. ¶ Recipere mandatum, est totum mandati onus in se transferre. Idem *pro Sext. Rosc.* Quid recipis mandatum, si neglecturus es? Differunt autem recipere & suscipere, vt, ait Asconius *in diuin.* quòd recipimus partem, suscipimus totum. Cicer. *1. de Orat.* In quo est illa quidem magna offensio, vel negligentiæ susceptis rebus, vel perfidiæ receptis.

Rĕcĕptŭs, a, um, particip. à recipio. { נלקח nilkâh. ἀναδεδεγμένος, ἀναδεχθείς. GALL. *Receu.* ITAL. *Riceuuto.* GER. Angenommen. HISP. *Recebido.* ANGL. *Receiued.* } vt Receptus mos quem sponte (vt inquit Nonius) ciuitas alienum asciuit. τὸ καθῆκον. Recepti in ciuitatem, dicuntur qui cum suffragio ciues sunt effecti, vt apud Liu. sæpè legitur, ἀναγεγραμμένοι πολῖται. Receptus cælo. Quintilian. *lib. 3. cap. 7.* Quod ipsum quoque cœlo receptum temporis eius homines non dubitauerint. Ouid. 3. *de Ponto*,

Tunc me (si qua fides) cælesti sede receptum
Cum fortunatis suspicor esse deis.

Idem 3. *Fast.*

Ex illo iubeant furta recepta loco.

Idem *lib. 4.*

Sic Venerem gradibus multis in gente (Iulia) receptam.

¶ Quintilianus, Receptæ auctoritatis homo. Gell. *c.16. lib.13.* Pro vero recepta opinio. Suet. *in Claud cap.9* Recepta cognitio falsi testamenti. *Ibid supra cap.2.* Diu atque etiam post tutelam receptam, (id est, postquam in tutelam suam venisset) alieni arbitrij, & sub pædagogo fuit, &c. Virg. *lib.1. Æneid.*

——Frugésque receptas
Et torrere parant flammis, & frangere saxo.

Receptum est, Impersonale, pro Approbatum est, vt ait Budæus. Plin. *lib. 28. cap. 2.* Quin & absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se, receptum est. Quintilianus *lib. 1. cap. 3.* Cædi verò discentes quanquam & receptum sit, & Chrysippus non improbet, minimè velim.

Rĕcĕptum, i, subst. Pollicitum, siue promissum. { דבר dabár תערבה tabarubah. ὑπόσχεσις, ἐγγύη. GALL. *Promesse.* ITAL. *Promessa.* GERM. Ein verheissung / des jemandt eingeht. HISP. *Prometimiento, promessa.* ANGL. *A promise.* } Cicer. 2. *Philipp.* Ille induxit vt peteret, promissum & receptum interuertit, ad séque transtulit, tum eius perfidiæ voluntatem tuam adscripsisti. Idem 7. *Verr.* Satis est factum, Siculis, satis officio ac necessitudini Iudices, satis promisso nostro ac recepto.

Rĕcĕptŭs, us ipse actus recipiendi, siue subducēdi se è pugna. { ἀναχώρησις, ὑπαγωγή. GALL. *Retraite.* ITAL. *Il ritirarsi.* GERM. Ein abzug vom streit. HISP. *El retraymiento del trabar.* ANG. *A retraitte in battyale, a retiring.* } Liu. 8. *ab. Vrbe*, Breuitate ipsa loci, facilique receptu in tam propinqua castra, haud ægrè militem à multa cæde est tutatus Receptui signum dare & tubæ signo copias à pugnis reuocare. τὸ ἀνακλητικὸν σημαίνειν, ἀνακρούειν. Idem 2. *ab Vrbe.* Admirationem inde auxit, signo receptui dato, adeò tranquilla serenitas, &c. Canere receptui, idem Cic. 2. *Philipp.* Quis enim reuocante, & receptui canente Senatu, properet dimicare? Nonnunquam tamen per translationem accipitur pro recedere. Idem 3. *Tuscul.* Vetat igitur ratio intueri molestias, abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem, ad miserias contemplandas: à quibus quum cecinit receptui, impellit rursum, & incitat ad conspiciendas, totáque mente contrectandas varias voluptates, quibus ille & præteritarum memoria, & spe consequentium, sapientis vitam refertam putat. Ouid. *Eleg. 9. lib. 4. Trist.*

——plus est cane Musa receptus.

¶ Receptus præterea significat locum ipsum in quem tutò se recipit exercitus. Virg. 1. *Æneid.*

Planities ignota iacet, tutique receptus.

Cicer. *Attic. lib. 9.* Neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. Plancus *Ciceroni lib. 10.* Animaduerti nullum alium receptum Antonium reliquiásque quæ cum eo essent, habere, nisi in his partibus. Cæs. *lib. 1. de bell. ciu.* Habere ad gratiam & amicitiam receptum. Liu. *lib. 5. d. 4.* Receptum ad vrbem habere. Idem *lib. 1. de bell. ciu.* Receptum celerem habere. Idē *lib. 3. de bell. ciu.* Eodem, quo venerat receptu.

Rĕcĕptŏr, Receptrix, & Receptator, verbalia à recepto, tas, quæ sæpè illos, aut illas significant qui vel quæ latrones, eorúmque surrepta recipiunt, occultántque. Vulgus *recelatores* appellat. { ὑποδέκτης. GAL. *Receleur.* ITAL. *Riceuitore, recelatore.* GERM. Ein auffenthalter / oder auffnemmer der mörder vnd räuber / der oder die inen vnd irem raub vnderschlauff gibt. HISP. *Encubridor de hurtos.* ANG. *A receiuer.* } Cic. *pro Milone*, Sustinuisset hoc crimen primùm ipse ille latronum occultator & receptor locus, dum neque multa solitudo indicasset, neque cæca nox ostēdisset Milonem. Idem 6. *Verr.* Receptrix furtorum, ac prædarum Messana. Metius Iurisconsultus *tit. de receptat.* Pessimum, inquit, genus est receptatorum, sine quibus latêre nemo diu potest. Cic. *pro Milone*, Occultator ille, & receptator latronum locus.

Rĕcĕptĭo. nis, aliud verbale. { ὑποδοχή, εἰσδοχή. GAL. *Retiremen, & recellement.* ITAL. *Retiramento.* GER. Auffnemmung. HISP. *Recibimiento.* ANGL *A receiuing.* } Plaut. *in Asin. sc. 2. a. 5* Quid tibi huc receptio ad te est meum virum? i. Quare recipis ad te virum meum?

Rĕcĕptītĭŭs, a, um, Exceptitius, hoc est, quicquid in venditione, aut quauis alia alienatione excipimus, & nobis reseruamus. { ἐξαίρετος. GAL. *Ce qu'on a reserué, excepté, ou retenu en contractant.* ITAL. *Quello che s'e riseruato vendendo qualche cosa.* GER. Das vorbehalten ist / das man in einen kauff / oder dergleichen mit anderen nit hingäben hat. HISP. *Cosa sacada fuera quando se vende.* ANGL. *which wereceiue in selling or any other alienation and keepe to our selfes.* } Vnde receptitius seruus appellatus est, nuptæ mulieris proprius, quem reseruauit quum dotem marito daret. Quoties enim mulier in danda viro dote, aliqua ex suis bonis retinet, nec ea ad virum transmittit, recipere ea dicitur. Vide Gellium *lib. 17. cap. 6.* id est, excipere, retinere, reseruare. Hinc receptitia dos, quam is qui dedit, soluto matrimonio sibi reddi stipulatus est, autore Vlpian. *Instit c. 6.*

‖ Receptitium, quod quis sibi reseruauit. ‖

Rĕcĕpto, as, crebrò recipio. { ὑποδέχομαι. GALL. *Retirer souuent.* ITAL. *Riceuere spesso, retirar spesso.* GER. Offt auffnemmen / entziehen. HISP. *Recibir à menudo.* ANG. *To receiue often.* } Terent. *Hecyr.* Meum receptas filiū ad te Pamphilum. Idem *Heaut.* Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho, Victus, vestitus, quò in tectum te receptes.

Rĕcĕptācŭlum, i, quicquid rem aliquam in se recipit. { ἐκδοχεῖον, ὑποδοχή. GALL. *Le lieu où on retire quelque chose, retraitte.* ITAL. *Ricetta colo, luogo sicuro, ricetto* GERM. Ein gehalt / ein ort so etwas entpfacht vnnd in sich haltet. HISP. *El lugar ado nos retraemos.* ANG. *A place that receiueth any thing.* { Vt quum lienem melancholiæ, vesicam vrinæ, & aluum fæcis dicimus esse receptaculum. Cicer. 2. *de nat. deor.* Aluus quidem cibi potionísque est receptaculum. Idem 1. *Tuscul.* Nam corpus quidem est quasi vas, aut aliquod animi receptaculum. Idem 7. *Verr.* Illud tibi oppidum receptaculum prædæ fuit. ¶ Interdum idem est quod perfugium, hoc est, locus in quē quis se recipit vt à vi, aut iniuria tutus sit, καταφυγή. Cæs. *bell. 7. Gall.* Præterea oppida incendi oportere, quæ nō munitione & loci natura ab omni sint periculo tuta: neu suis sint ad detrectandam militiam receptacula. Cicer. *in Pis.* Cui templum illud fui arx ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum castellum forensis Latrocinij.

Receptator, vide *Receptor.*

‖ Receptorium, decanicum, intra quod rem diuinam facturus concludebatur. Sidon. ‖

Reciperator, vide *Recuperator*, infrà.

RĔCĬPRŎCVS, a, um, quod alicunde profectum, redit eò vnde profectum est: à recipiendo dictum, vt docet Varr. *lib. 6. de lingua Latina* { ἀντίστροφος. GAL. *Reciproque. qui retourne d'où il est sorti.* ITAL. *Reciproco, che torna in se.* GER. Widerkehrig / das wider hinderssich kehrt / oder dringt daher es kommen ist. HISP. *Cosa que buelue en si mesmo.* ANGL. *That returneth thither frome whence it come.* } Reciprocus amnis, id est, refluus. Plinius *lib. 9. cap. 57.* Cauernásque faciat sibi in terra, atque in iis viuat, etiam reciprocis amnibus siccato littore. Gell. *cap. 10. lib. 5.* Reciproca argumenta, quæ Græci vocant. ἀντιστρέφοντα, &c. Idem *cap. 18 lib. 15.* Reciprocæ vices pugnæ. Idem *cap. 13 lib. 15.* Reciproca significatio, quum dicitur, Testor te, & Testor abs te. Idem *c. 1. lib. 20.* Reciprocæ taliones. Et Senec. *c. 9. de consol. ad Polyb.* Reciprocum mare æstibus alternis.

Rĕcĭprŏcātĭo, nis, eiusdem viæ retrograda repetitio, & accessus & recessus. { παλινδρομία, ἀντιπάθεια. GALL. *Retour au lieu d'où on est sorti.* ITAL. *Corrispondentia, ritorno la di doue sei partito.* GERM. Widerkehrung hindersich. HISP. *Buelta en si mesmo.* ANGL. *A retourning hit her frome whence it come.* } Plin. *lib. 9. cap. 8.* Innumera vis mugilum stato tempore angustis faucibus stagni in mare erumpit, obseruata æstus reciprocatione. ¶ Reciprocatio siderum errantium. Gell.

Gell. *cap.* 1. *lib.* 14. ¶ Reciprocatio Talionis, & Retaliatio, quæ. Idem *cap.* 13 *lib.* 10.

Recíprŏco, In contrariam partem reflecto, alternatim attraho & remitto. { ἀντιστρέφω, παλινδρομέω. GALL. *Retourner d'où on est sorti ou venu.* ITAL. *Ritornare rimettere, reciprocare.* GERM. Widerkehren zu dem vorderen/ widerschlahen/ als wie der athem gefasset wirt/ vnd wider außher gelassen wirt. HISP. *Reboluer otra cosa.* ANGL. *To returne thither frome whence y come.* } Liuius *lib.* 1. *bell. Punic.* Quum iam spiritum includeret ventus, nec reciprocare animam sineret, auersi à vento parumper consedere. Gell. *c.* 11. *lib.* 17. In eam fistulam per quam spiritus reciprocatur. Idem *cap.* 11 *lib* 9. Dux interea Gallorum gratia dimicandi ingrediens & manu telum reciprocans, incedebat, &c. ¶ Interdum est mutua quædam consequentia à se inuicem dependere. Cic. *lib.* 1. *de diu.* Si quidem ista sic reciprocantur, vt si diuinatio sit, dij sint: & si dij sint, diuinatio sit.

Recíprocicŏrnis, e, qui cornua habet in se reciprocata, id est, reflexa. Arietem reciprocicornem dixit Laberius poëta: vocabulum licentia antiqua poëtarum confictum. Laberius, Reciprocicornem, lanicutem, vestitrahum.

Recisamentum, vide *Recido.*

RĔCĪTO, as, Clarè de scripto pronuntio vt alij audiant intelligántque vt apud Sueton. *in August. cap.* 84. vnde Poëtæ, & alij scriptores recitabant publicè opera sua, & nonnulli aliena. { קרא *kará* שנן *schinnén.* ἀναγινώσκω, ἀπαγγέλλω. GALL *Reciter, lire haut & clair.* ITAL. *Recitare, narrare.* GERM. Laut verläsen/ erzellen. HISP. *Leer pronunciar.* ANGL. *To read out alowde, to rehearse, to tell by hart.* } Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Recita modò, ex tabellis scies. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Sæpe suos solitus (mihi sup.) recitare Propertius ignes.

Cic *ad Planc. lib.* 10. Caue enim putes vllas literas vnquam gratiores, quàm tuas, in Senatu esse recitatas. ¶ Aliquando non legendo, sed memoriter referendo fit recitatio. Quintil. At ista legem recitat. Loquens de muliere, quæ cæca erat. Recitatus hæres testamento, Factus, pronuntiatus, scriptus. Cic. *pro Cecinna,* Testamento si recitatus hæres esset pupillus Cornelius, &c. Plin. *lib.* 7. *cap.* 52. Apertóque testamento recitatum hæredem minorem funeri institisse.

Rĕcitātĭo, nis, de scripto pronuntiatio. { מקרא *mikrá* שנינה *scheninâh.* ἀνάγνωσις, ἀπαγγελία. GAL. *Lecture, recit à haute voix.* ITAL. *Lettione in alta voce.* GERM. Ein laute verläsung. HISP. *Obra de leer ò pronunciar.* ANG. *Reading alowde or rehearsing.* } Cicer. *pro Cluent.* Crassus tum ita Brutum vltus est, vt illum recitationis suæ pœniteret.

Rĕcĭtātŏr, is, qui aliquid de scripto pronuntiat. { קרא *koré* משנן *meschannén.* ἀναγνώστης. GALL. *Qui lit à haute voix. lecteur.* ITAL. *Lettore, chi legge in chiara & alta voce.* GERM. Ein verlässer. HISP. *El que lee alta voz, legidor.* ANG. *That readeth with alowde voice.* } Cicer. 3. *de inuent.* Neque enim vos scripti sui recitatores, sed voluntatis interpretes fore putauit.

Recitabulum, vbi recitatur. Gl. Isid Ergo est locus, vbi fit recitatio.

RĔCLĀMO, as, Clamore aduersor, non acquiesco. { ἀντιβοάω, ἀντιλέγω, GAL. *Crier à l'encontre. contredire.* ITAL. *Reclamare, repugnare.* GER. Darwider schreyen/ mit schreyen widerreden/ widerfechten. HISP. *Reclamar, resistir.* ANGL. *To crie against.* } Cic. *pro Pomp.* Propterea quòd istis reclamantibus, vos vnum illum elegistis, quem bello prædonum præponeretis. Idem *Lentulo,* Eius orationi vehementer reclamatū est. Reclamo tibi pro reo, dixit Plin. *Epist. lib.* 9. id est, cùm clamore reprobo quæ in reum dicis. ¶ Reclamare, pro respondere cum clamore in iudicio, dixit Gell. *cap.* 22. *lib.* 1. Et cùm is, qui verba faciebat, reclamasset: Ego, &c. Et Quintilian. Hæc mihi quasi conspiratione quadam vulgi reclamari videntur.

Rĕclāmātĭo, nis, Contradictio, & propriè cum clamore. { ἀντιλογία, GALL *Contredit, criment contre, repugnance.* ITAL. *Il gridare all' incontro di qualche cosa.* GER. Widerschreyung/ widerredung/ oder widerfechtung mit geschrey. HISP. *Obra de reclamar y resistir, à menudo.* ANGL. *Crying against.* { Cicer. 4. *Philip.* Præclara & luculenta reclamatione vestra factum pulcerrimum Martialium comprobauistis.

Rĕclāmĭto, as, frequentatiuum, Cum clamore oppugno. { πολὺς ἀντιβοάω, συχνὰ ἀντιβοῶ. GAL. *Fort souuent crier à l'encontre.* ITAL. *Gridar forte & spesso all' incontro.* GERM Schreyen eins schreyens wider etwas. HISP. *Reclamar y resistir à menudo.* ANGL. *To crie against often.* } Cic. *pro Rosc. Amer.* Magna est enim vis humanitatis, multum valet communio sanguinis, reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura.

RĔCLĪNO, as, are, verbum est adiectiuum, idem ferè valens quod componere, vel inclinare se ad iacendum, vel quiescendum. { נטה *natáh* הטה *hittáh.* ἀνακλίνω, κατακλίνω. GAL. *Encliner, pencher.* ITAL. *Inclinarsi, humiliarsi con riuerenza.* GERM. Anleinen HISP. *Recostarse.* ANGL. *To leane, to bend to a thing.* } Cæsar 6. *bell. Gall.* Hi sunt arbores pro cubilibus, ad eas se applicant, atque ita paulum modò reclinatæ quietem capiunt. Reclinare onus Imperij in aliquem. Senec. *cap.* 2 *de consol ad Mart.* Idem *cap.* 2. *de consol. ad Helu.* Vbi se dolor reclinaret. (i. requiesceret.)

Rĕclīnātus, a, um, participium. { נטוי *natúi.* } Horat. 2. *Serm. Ode* 3.

Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis
Interiore nota Falerni.

Reclinus, a, um quod reclinat, procumbit, Apul. Est &

Reclinis, e. Eutrop.

Rĕclĭuis, e, Reclinatus, siue procumbens. { נטוי *natui* κλιτὸς, ἀνακεκλιμένος, καταπλινὴς, ὁ ἀνακεκλιμένος, ὕπτιος κείμενος, ἀνακείμενος. GAL. *Encliné, renuersé.* ITAL. *Steso, riuersciato.* GERM. Geleinet oder der sich gelegt hat. HISP. *Recostado.* ANGL. *Bending some what vpward.* } Mart. *lib.* 9. Sic in gramine floreo recliuis, Quà gemmantibus hinc & inde riuis, &c. Ouid. 10. *Metam.* Inque sinu iuuenis posita ceruice recliuis.

RĔCLVDO, is, reclusi, reclusum, quod clausum erat aperio, retego, פתח *pathach.* ἀνοίγω. GALL. *Ouurir.* ITAL. *Aprire.* GERM. Entschliessen/ auffschliessen/ aufsthun. HISP. *Abrir.* ANGL. *To open.* } Plaut. *in Capt. sc.* 3. *a* 4. Cellas refregit omnes intus, reclusítque armarium. Idem *Mostell sc.* 1. *a.* 2. Nemo in ædibus seruat, neque qui recludat, neque qui respondeat. Virg. 8. *Æneid.* Infernas reseret sedes, & regna recludat Pallida. Ouid. 7. *Metam.*

——————*stricto*
Medea recludit Ense senis iugulum.

Virg. 1. *Æneid.*

——*veteres tellure recludit*
Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.

Horat. 3. *Carm. Ode* 3.

Virtus recludens immeritis mori
Cælum negata tentat iter via.

Rĕclūsus, a, um, partic Apertus. { פתוח *pathúach.* ἀνοιχθείς. GALL. *Ouuert.* ITAL. *Aperto.* GERM. Auffgeschlossen. HISP. *Abierto.* ANGL. *Opened.* } Ouid. 7. *Metam.*

—*venit Telamon properus, foribúsque reclusis,*
Spéque, fidéque pater dixit maiora videbit.

‖ Recœnare, apud Macrob. *Satur. lib.* 3. *cap.* 17. ‖

Rĕcōgĭto, Iterum atque iterum cogito. { ἀναλογίζομαι, πάλιν ἐνθυμέομαι. GALL. *Penser & repenser à quelque chose.* ITAL. *Ripensare.* GERM. Wider betrachten. HISP. *Mucho pensar.* ANG. *To thing vpon a thing againe and consider.* } Plaut. *Capt. Prolog.* Homunculi quanti sunt quum recogito. Et *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Verè quum recogito. Cic. *Qu. fratr. lib.* 2. Sic tu mihi videris in Sardinia de forma Minutiana nonnihil Pompeianis in otio recogitasse. Colum. *lib.* 1. *in Præfat.* Quæ quum animaduertam sæpè mecum retractans ac recogitans, quàm turpi consensu deserta exoleuerit disciplina ruris.

RĔCŌGNŌSCO, is, Agnosco, ad memoriam reuoco, & rem olim cognitam denuo cognosco. { הכיר *hichir.* ἀναγνωρίζω, ἐπιγινώσκω. GALL. *Recognoistre.* ITAL. *Riconoscere.* GERM. Widerkennen. HISP. *Reconocer.* ANGL. *To knaw againe that was knawen before, to acknawledg.* } Cicer. 2. *Verr.* Non videtur hæc multitudo cognoscere ex me causam voluisse, sed ea quæ sciuit, mecum recognoscere Ouid. 4. *Fast.*

Plura recognosces, pauca docendus eris.

Et Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Mart.* Recognouit Cornelia duodecim totidem funeribus. Cicer. *ad Brutum,* Verba tua recognosce, & aude negare seruientis aduersùs regem istas esse preces. ¶ Interdum est curiosè aliquid inspicere, quod vulgus vocat *Visitare.* { פקד *pakadh.* ἐφορᾶν. } Colum *lib.* 1. *cap.* 8. Panis potionísque bonitatem gustu suo exploret: vestem, manicas, pedúmque tegmina recognoscat. ¶ Interdum idem quod corrigo, emendo. { יסר *iassér* vel *ijssér* תקן *tikkén* διορθόω. } Cicer. *in Vatin.* Is codicem non recitandi causa legit, sed recognoscendi. Idem 4. *Verr.* Hæc omnia summa cura & diligentia recognita & collata, & ab hominibus honestissimis obsignata sunt. Recognoscere equitum turmas, pro recensere. { פקד *pakadh.* ἐξετάζειν. } Sueton. *in Octau. August. cap.* 37. & 38. Equitum turmas frequenter recognouit, & ergastula, *ibid. cap.* 32. Item, Recognoscere Iudicum decurias. *Ibid. cap.* 29. Equites. Idem *in Calig cap.* 16. & *in Claud. cap.* 16. Recognoscere custodias. Idem *in Tiberio cap.* 61. & *in Calig. cap.* 27. Et Liu. 9. *d.* 4. Recognoscere equitatum. Idem 2. *d.* 5. Recognoscere socios nauales.

Rĕcōgnĭtĭo, verbale, idem significans quod Agnitio, hoc est, eorum quæ alias nobis nota fuerunt, iterata ex interuallo cognitio. { הכרה *hachcharáh.* ἀναγνώρισις. GALL *Recognoissance.* ITAL. *Riconoscenza.* GERM. Ein wider erkantnuß/ wider erinnerung. HISP. *Reconocimiento.* ANGL. *An acknawledging.* } Idem quod cōmemoratio, vel recordatio ἀνάμνησις. Cicer. 6. *Verr.* Qui tandem istius animus est nunc in recognitione scelerum suorum. ¶ Interdum idem quod inspectio, quam vulgus *Visitationem* vocat. { פקדה *pekuddáh.* ἐφορεία. } Colum. *lib.* 11. *cap.* 1. Quare tam vestem seruitiorum, quàm, vt dixi, ferramenta bis debebit singulis mensibus recensere: nam frequens recognitio nec impunitatis spem nec peccandi locum præbet. Ita & Liu. 2. *d.* 5. At Gell. *cap.* 14. *lib.* 5. Tum (inquit) quasi mutua recognitione facta. (inter hominem & lenonem sup.) GALL. *Ayant fait recognoissance entre eux,* &c.

Rĕcŏlo, is, Denuo colo, iterum subigo. { ἀναπολέω, ἀναγεωργάζω. GALL. *Recouler, cultiuer derechef.* ITAL. *Cultiuare, & lauorare da nuouo.* GER. Widerbauwen. HISP. *Labrar la tierra otra vez.* ANGL. *To till or dresse againe.* } 5. Ouid. *Metam.*

——————*partimque rudi data semina iussit*
Spargere humo, partim post tempora longa reculta

¶ Per translationem autem accipitur pro iterum polire, exercere, & excolere. ἐξεργάζεσθαι. Plin. *Epist.* 127. Vt enim terræ variis, mutatisque seminibus, ita ingenia nostra nunc hac, nunc illa meditatione recoluntur. Aliquando etiam idem valet quod cultui suo, & nitori restituere, & pristinum decus reparare. Liu. *lib.* 9 *decad.* 4. Sed metalla etiam & vetera intermissa recoluit, & noua multis locis instituit. Tacit. *lib.* 3. Quo tum exemplo Lepidus quanquam pecuniæ modicus, auitum decus recoluit. Idem *libr.* 17. Et recens ab exilio reuersos nobiles adolescentulos auitis ac paternis sacerdotiis in solatium recoluit. ¶ Interdum ponitur pro meditari, perpendere, mente tractare, in memoriam reuocare. { μελετᾶν, ἀναλογίζεσθαι. GALL. *Reduire en memoire.* ITAL. *Ridurre in memoria* GERM. Widerumb bey im selbs betrachten/ wider in gedächtnuß bringen. HISP. *Tornar algo à la memoria.* } Cicer. 9. *Philipp.* Quæ si tecum ipse recolis, æquiore animo & maiore consolatione moriere. Idem *pro Archia poëta,* Quantum alij tribuunt tempestiuis conuiuiis, quantum denique aleæ, quantúmque pilæ: tantum egomet mihi ad hæc studia recolenda sumpsero. Plautus *Trin.* —hæc ego quum ago cum Meo animo, & recolo, vbi qui eget, quam pretij sit parui.

Rĕcollĭgo, is, Iterum in vnum colligo. { אסף *asáph.* ἀναλέγομαι. GAL. *Recueillir* ITAL. *Adunare, raccogliere. metter insieme.* GER. Wider zusamen läsen. HISP. *Recoger ò tornar à coger.* ANG. *To gather together againe.* } Col. *lib.* 8. *cap.* 5. Confestim circumire oportebit cubilia, vt quæ mota sunt oua, recolligantur. Plin. *Epist.* 190 Actionem meam, vtcunque potui, recollegi. Lucan. *lib.* 1.

Dat stragem latè, rursúsque recolligit ignes.

Ouid. 7. *Metam.*

Nunc opus est succis per quos renouata senectus
In florem redeat, primósque recolligat annos.

¶ Recolligere,

¶ Recolligere animum alicuius, reuocare ab irâ, nauigare { החליק כפרה hechelik שבח schibbách השביח hischbiách השקיט hischkit chaphán. } Cicer. *Attic lib.* 1. Quod scribis, etiam si cuius animus in te esset offensior, à me recolligi oportere, &c. Recolligere se ab ægritudine, est vires resumere, siue recipere. { נפש nippásch. ἀνιλαμβάνειν ἑαυτόν. } Plin. *lib.* 23. *c.* 7. Recolligentibus se à longa valetudine vtilissima. Idem *lib.* 20. *c.* 25. Ægrisque se recolligentibus, &c.

Rĕcōmmĭnīscŏr, eris, pen. corr. Idem quod reminiscor, & in memoriam reduco { זכר Zachar. ἀναμιμνήσκομαι. GALL. *Reduire en memoire.* ITAL. *Recordarsi, diuenir ricordeuole.* GERM. Sich wider erinneren/wider eingedenck sein. HISP. *Tornar algo a la memoria.* ANGL. *To remember againe.* } Plauti. *Trinum.* Literis recomminiscar.

RĔCŌMPŌNO, is, ere, Iterum compono, recolligo. { ἀνθδητεῖν, πάλιν διαθεῖναι. GAL. *Remettre ensemble, r'agencer.* ITAL. *Rimettere insieme, racociare.* GER. Wider zusammen setzen/oder legen. HISP. *Recōponer, poner otra vez en orden.* ANG. *To put together againe.* } Vlp. *in l. argumento. § margarita. ff. de auro & arg. leg.* Sed etsi in hoc sint soluti, vt recomponantur, ornamentorum loco sunt de lapillis & margaritis.

Rĕcōmpŏsĭtŭs, Rusus compositus { πάλιν διατεθείς, εἰσαῦθις διαθεχθείς. GALL. *Remis en ordre, r'agencé.* ITAL. *Posto in ordine di nuouo.* GERM. Wider ordenlich zusammen gesetzt/wider gerichtet. HISP. *Recompuesto, puesto otra vez en orden.* ANGL. *Put in order or together againe.* } Ouid. 1. *Amor. Eleg.* 7.

Pone recompositas in statione comas.

RĔCŌNCĬLIO, as, are, iterum concilio, in concordiam reduco, & in gratiam restituo eos qui ob offensam quampiam fuerant abalienati. { כפר chippér עתר hathar רצה ritstsáh כפרה chaphah. καταλλάττειν. GALL. *Reconcilier, remettre en paix, appoincter.* ITAL. *Riconciliare, ritornare in gratia.* GER. Widerumb versönen/wider eins machen. HISP. *Tornar otra vez ala amistad, reconciliar, soldar la amistad quebrada.* ANG. *To reconcile, and aggre againe.* } Cicer. *Attic. lib.* 6. Quintus filius piè currentem animum patris sorori tuæ reconciliauit. Liuius 2. *ab Vrbe*, Vt alio munere sibi reconciliaret ciuium animos. Idem 5. *bell. Macedo.* Non mouit modò talis oratio Regem, sed etiam reconciliauit Annibali. ¶ Reconciliare existimationem, est eam recuperare. Cicer. 2. *Verrin.* In quo reconciliare existimationem iudiciorum amissam possetis. Reconciliare filium domum, frequens est apud Plaut. *in Capt.* pro eo quod est efficere vt reducatur filius domum. Idem *Capt. prolog.* Reconciliare vt faciliùs posset domum (filium sup.) *Ibidem sc.* 2. *a.* 1. Confido domum in his diebus me gnarum reconciliassere. *Ibidem sc.* 4. *a.* 3. Si huius reconciliasso in libertate filium. In gratiam reconciliare. Cicer. *pro domo sua.* Inimici in gratiam reconciliabantur. In libertatem reconciliare. Plaut. *Capt.* si huius huc reconciliasso in libertatem filium. Conciliantur noui, Reconciliantur antiqui, inquit Festus.

Rĕcōncĭlĭātŭs, a, um, partic. { מכפר meeuppár מרצה merutstséh נעתר nehtár. διαλλαχθείς. GALL. *Reconcilié.* ITAL. *Riconciliato* GERM. Widerumb versönt. HISP. *Reconciliado.* ANGL. *Reconciled or aggreed againe.* } Cicer. *Lentul. lib.* 1. Videbatur enim reconciliata nobis voluntas Senatus esse. Sueton. *in Tiber. cap.* 4. Cum quo reconciliata pace, Romam rediit.

Rĕcōncĭlĭātĭo, nis, Aliquando specialiùs est pars pœnitentiæ post ad missum peccatum, cùm, qui à Deo auersi fueramus, ad eum per fugam impietatis & studium bonorum operum redimus. { רצון ratsón כפר chippúr עתרת hathéreth. καταλλαγή. GALL. *Reconciliement, reconciliation.* ITAL. *Accordo di pace, riconciliatione.* GER. Ein widerversönung/güttliche vertragung HISP. *Reconciliamento.* ANG. *Reconciling or aggrying.* } Cic. *Attic. lib.* 9. Vt simul Romam venerit, agat de reconciliatione gratiæ suæ & Pompeij. Suet. *in August. c.* 17. M. Antonij societatem semper dubiam & incertam, reconciliationibúsque variis malè focillatam abrupit tandem.

Rĕcōncĭlĭātor, is, Pacificator, dissidiorum compositor. { מכפר meehappér מרצה meratstséh. διαλλάκτης. GAL. *Reconciliateur.* ITAL. *Riconciliatore.* GER. Einer der zwen widerumb eins macht vnd vertregt. HISP. *Reconciliador.* ANGL. *A reconciler or mitigater of striffes.* } Liuius 5. *bell. Maced.* Phaneas reconciliatore pacis & disceptatore de iis quæ in controuersia cum populo Romano essent, vtendum potius Antiocho censebat, quàm duce belli.

Rĕcōncĭnnātĕ, Instaurare, reparare, & iterum expolire. { בדק badhák. ἀνασκευάζειν. GAL. *Rabiller, accoustrer propremēt.* ITAL. *Rifare, rinouare.* GERM. Erneuweren/widerumb besseren HISP. *Rehazer, renouar.* ANG. *To mak new againe* } Cicer. *ad Qu. frat. lib* 2. Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno. Cæs *lib.* 1. *bell. ciuil.* Diuturni laboris detrimentum solertia & virtute militum bene reconcinnatur.

RĔCŌNDO, is. Occulto, tego, repono. { אצר atsár חסן chasan צפן tsaphán כפרה chesáh. καλύπτω, κρύπτω, ἀποτίθεμαι. GALL. *Cacher, serrer mettre dedans.* ITAL. *Coperchiare, nascondere, rinchiudere, serrare.* GERM. Hinderstch legen/verbergen/wider behalten thun. HISP. *Esconder, guardar.* ANG. *To hid, to lay vp.* } Plaut. *Curc. sc.* 1. *a* 3. Et quidem reliqui in ventre cellæ vni locum, vbi reliquiarum reliquias reconderem. Cicer. 1. *de inuent.* Gladium cruentum in vaginam recondidit. Horat. 2. *Carm Satyr.* 3.

———quid discrepat istis.
Qui nummos, aurúmque recondit nescius vti
Compositis, metuénsque velut contingere sacrum?

Virg. 5. *Æneid.*

Multi præterea quos fama obscura recondit.

Ouid. 11. *Metam.*

——— Et rursus molli languore solutus,
Depositique caput, stratóque recondidit alto.

Rĕcōndĭtŭs, a, um, participium, siue nomen ex participio. Occultus, abstrusus. { נאצר neetsár נחסן nechesán צפון tsaphún κρυπτός, κεκρυμμένος. GAL. *Caché, resconsé, serré, couuert.* ITAL. *Nascosto, chiuso, serrado.* GER. Hinderstch gelegt/behalten thon/verborgen. HISP. *Escondido, guardado, cerrado.* ANG. *Hidde or layed vp.* } Cic. 5. *Verr.* Statuerunt sese nihil tā clausum, neque tam, reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum, promptissimúmque esset. Idem *pro Quint.* Vixit enim semper incultè, atque horridè: natura tristi ac recondita fuit. non ad solarium, non in campo, non in conuiuiis versatus est.

Rĕcōndūco, is, reconducere, Iterum conduco. { ἀναμισθόομαι, πάλιν μισθόομαι. GALL. *Relouër. reprendre à loüage,* ITAL. *Prendere à fitto da nuouo.* GER. Widerumb bestellen/auff ein neuwes dingen/oder entpfahen. HISP. *Alquilar de otro otra vez.* ANG. *To hire againe.* } Vlpian. *in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati & conducti.* Qui impleto tempore conductionis, remansit in conductione, non solùm reconduxisse videbitur, sed etiam pignora videntur durare obligato.

Rĕcōnflo, as, Denuo conflo, siue liquefacio: & per translationem regigno, restituo, resuscito. { ἀναχωνεύω. GAL. *Refondre, renoueller par fonte.* ITAL. *Fondere da nuouo.* GER. Widerumb giessen / item: widerumb zu recht bringen. HISP. *Fundir otra vez.* ANG. *To low or melt againe.* } Lucr *lib.* 4.

Vnde reconflari sensus per membra repentè
Possit?

Vbi reconflari dixit pro eo quod est renasci, regigni, ἀναφύειν.

‖ Reconsueuit, consueuit respondere. Tertull. ‖

Rĕcōnuĕnĭo, is, verbum est Iurisperitis peculiare, pro eo quod est contrariam actionem intentare: vt si reus in iudicio conuentus actorem vicissim conueniat. ἀντεγκάφω.

RĔCŌQVO, Rursus coquo. { ἐπαναψῶ, δὶς ἕψω. GAL. *Recuire,* ITAL. *Ricuocere.* GERM. Widerumb kochen HISP. *Cozer otra vez.* ANG. *To seeth againe.* } Mart. *lib.* 11.

Altera non deerunt tenui versata fauilla,
Et Velabrensi massa recocta foco.

Cicer. *de senect.* Quò quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit, né ve tanquam Peliā recoxerit. Vnde apud Catullum, Suffetius senex recoctus, i. decrepitus valde senex, ὑπέργηρος, ἑφθὸς γέρων in vetusto Lexico. ¶ Per translationem ponitur pro rursus polio, & formo tanquam aurum, & similia quæ iterum coquuntur vt meliora fiant. Quintilian. *lib.* 12. *cap.* 6. Sed præcipuè tamen Apollonio Moloni, quem tamen Romæ quoque audierat, se reformandum, ac velut recoquendum dedit. Lucan. *lib.* 7. Spiculáque extenso Pæan python recoxit.

Rĕcōctŭs, a, um, participium, secundo loco coctus, & ponitur pro iteratus. { δίεφθος. GAL. *Recuit.* ITAL. *Ricotto.* GERM. Widergekochet. HISP. *Recozido, cosido otra vez.* ANG. *Boyled or sodden againe.* } Stat. 4. *Sylu.*

———vel passum Psythiis suis recoctum.

Senex recoctus. Catul. *Epigr.* 50. Sed non omnia displicere vellem Tito & Suffetio seni recocto. Scriba recoctus, inquit Acron, dicitur qui sæpiùs cum Proconsule ad Prouinciam missus, exercitatior est factus ex ipsa frequentia, & vsu. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 5.

———plerunque recoctus
Scriba ex Quinqueuiro coruum deludet hiantem.

‖ ¶ Recocti aulici, veteratores in aulā. Bud. ‖

RĔCORDŎR, aris, In memoriam, siue in mentem reuoco: quasi iterum cor-. { di do זכר Zachar. σύνοιδα, σύνημι, ἀναμιμνήσκομαι. GALL. *Se souuenir recorder.* ITAL. *Ricordarsi, mettere in memoria.* GER. Sich wider erinneren/widerumb dran dencken. HISP. *Recordarse tornar algo a la memoria.* ANGL. *To reconde or to remember.* } Veteres enim cor, pro mente dixerunt. Cicer. 2. *Tusc.* Ex quo effici vult Socrates, vt discere nihil aliud sit, quàm recordari. Horat. 2. *Epist.* 2.

Quocirca mecum loquor hac tacitúsque recordor.

Virg. 9. *Æneid.*

———si ritè audita recordor.

Dicimus autem recordor huius rei, & hanc rem. Cicer. *in Catone*, Vt pedestreis naualeísque pugnas, vt bella à se gesta, triumphósque recordentur. Idem *pro Plancio*, Huius meriti in me recordor. ¶ Recordare pro recordari. Cornel. Tacit. *in Agricola*, Agnoscent Britanni suam causam, recordabunt Galli priorem libertatem. Et Plaut. *sc.* 6. *a.* 5. Cui cor modestè situm est, Recordet id, qui nihili sunt, quid iis pretij detur suis ab heris, &c. Nam Recordo, as, veteres dixisse testatur Nonius in Recordauit.

Rĕcōrdans, tis, particip. In memoriam redigens. { זכר Zochér. ἀναμιμνησκόμενος, μιμνησκόμενος. GALL. *Se souuenant, qui a souenance.* ITAL. *Che s'arricorda.* GERM. Wider gedenckend. HISP. *Que se recorda.* ANGL. *That remembreth.* } Cic. *Attic. lib.* 4. O nauigationem amandam, quam mehercule ego valde timebam, recordans superioris tuæ transmissionis.

Rĕcōrdātĭo, nis, Reminiscentia. { זכר Zécher זכרון zichcharén. ἀνάμνησις. GALL. *Souuenance, recordation.* ITAL. *Ricordatione, esso ritornare alla memoria.* GERM. Ein widergedächtnuß. HISP. *Obra de recordarse.* ANG. *Remembrance.* } Cicer. *de sen.* Conscientia benè actæ vitæ, multorúmque benefactorum recordatio iucundissima est. Idem *ad Attic. lib.* 12. Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio à te admonendo.

‖ Recorporari iterum corpus assumere. Tertull. ‖

Recorrigo, is, ere. Iterum corrigo. Senec. *Epist.* 51. Si modò autem incipimus formare animum nostrum & recorrigere quàm indurescat prauitas eius.

Rĕcrāstĭno, as, Pro crastino, differo, protelo, prorogo, quasi in crastinum reiicio. { האריך heerich משך mischschéch. ἀναβάλλομαι GALL. *Differer, ou dilayer au lendemain.* ITAL. *Prolongare, differire di giorno in giorno.* GERM. Widerumb auff ein anderen tag auffziehen/wider auffschieben biß zu einer anderen zeit. HISP. *Dilatar de dia en dia, prolongar el tiempo.* ANGL. *To delay, to prolong frome day to day.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 14. Recrastinare minimè vtile. Colum. *lib.* 2. *cap.* 41. Propter quæ recrastinari non debet, sed æqualiter flauentibus iam satis, antequam ex toto grana indurescant, quum rubicundum colorem traxerunt, messis facienda est.

RĔCRĔMENTVM, i, Purgamentum, siue excrementum, siue fæx rei cuiuslibet. { סיג sigh. ἀποκάθαρμα. GALL. *Escume, ordure, fondrille, & chose superflue.* ITAL. *Purgamento, feccia, schiuma.* GERM. Der wust so man von einem jeden ding absenberet/oder außwürfft. HISP *La hez, alimpiadura.* ANGL. *Dregges, lies or groundes or purging of any thing.* } Celsus *lib.* 5.

lib. 5. Vlcera illinenda sunt aut plumbi recremento, aut cerussa. Vbi plumbi recrementum pro scoria posuit. Gl. *cap.* 11. *lib.* 17. Delabi in stomachum esculenta omnia & poculenta: ex eóque ferri in ventriculum atque ibi subigi digerique: ac deinde aridiora ex iis recrementa in aluum conuenire. (sup. Erasistratus dicebat.

Rĕcrĕo, as, Reficio, instauro, refoueo. { נפשׁ *napháſch* כיזה *chiiáh* הרגיע *hirghiáh*. ἀναζωπυρέω, ἀναψύχομαι, ἀναλαμβάνω. GAL. *Recreer.* ITAL. *Recrear.* GERM. Wider erquicken oder ergetzen / wider erlaben. HISP. *Recrear ò renouar.* ANGL. *To ref esh or recrear.* } Plin. Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur. Idem *lib.* 12. *cap.* 1. Ex arboribus recreans membra olei liquor, virésque potus vini. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Cùm verò in isto bello noui recreatus, neque restitutus, sed subactus oppressúsque pop. Rom. est. Idem *post reditum ad Quir.* Sed tanquam bona valetudo iucundior est iis qui graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt: sic ea omnia desiderata magis, quam assiduè percepta delectant. Plautus *Menach. sc.* 1. *a.* 1. Nam illic homo homines non alit, verùm educat recreátque, &c. vbi Alere dixit pro alimenta sobriè ad vitam sustentandam suppeditare: educare verò pro cibos omnis generis ad satietatem & hilaritatem vsque ingerere, &c. Verùm hæc significatio translatitia est: nam propriè recreare, idem est quòd denuò creare Qua voce vtitur & Cicer *de natura deorum*, Atque, inquiens, & nostrorum Augurum, & Hetruscorum, & Aruspicum disciplinam, P. Scipione, C. Figulo Consulibus res ipsa probauit, quos quum T. Gracchus Consul iterum recrearet, primus togatorum, vt eos retulit, ibidem est repentè mortuus.

Rĕcrĕātĭo, verbale, Refectio, & refocillatio. { מחיה *michiáh* מרגוע *marghuáh* מרגעה *margheŧáh*. ἀνάκλησις, ἡ ἄνθησις, ἡ ἀνάλειψις. GALL. *Creation decrechef.* ITAL. *Creatione da nuouo.* GERM. Erquickung / ergetzung / erlabung. HISP. *Aquella obra de recrear.* ANGL. *Refreshing.* } Plin. *lib.* 22. *c.* 23. Ab ægritudine recreationi efficax in cibo.

Rĕcrĕpo, as, Crepitum reddo, resono. { ἀντηχῶ, ἀντιψοφῶ. GALL. *Retentir, rendre son au contraire.* ITAL. *Resuonare, rendere strepito* GER. Ertönen oder widertönen. HISP. *Resonar, hazer ruido y estruendo.* ANG. *To sowne against.* } Catullus *Epigr.* 58.

Leue tympanum remugit, caua cymbala recrepant.

Rĕcrēsco, is, Renascor, rursus cresco. { ἀναφύομαι, ἀναυξάνω. GAL. *Recroistre.* ITAL. *Rinascere, crescere vn'altra fiata.* GER. Widerumb wachsen. HISP. *Crescer otra vez.* ANGL. *To growne againe.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Cartilago rupta nōn solidescit, nec præcisa ossa recrescunt. Liu. 6. *bell. Pun.* Vos modò milites fauete nomini Scipionum, soboli Imperatorum vestrorum, veluti accisis recrescenti stirpibus. Ouid. *Epist.* 2.

Luna quater latuit, tota quater orbe recreuit.

Rĕcrīmĭnor, aris, Criminatori vicissim crimen obiicio, ἀνθυπάγω, ἀντικαλῶ.

Rĕcrūdēsco, is, Ad pristinam cruditatem redeo. { ἐξαμβλοῦμαι. GALL. *Se r'engreger, s'empirer, se renoueller.* ITAL. *Rinouarsi, incruderſi.* GERM. Wider / frisch oder new werden / wider werden wie anfencklich. HISP. *Encrudescirse, renouarse.* ANG. *To waxe new or fresh, to waxe sort againe.* { Per translationem accipitur pro exasperari, siue inualescere. παροξύνεσθαι. Tractum à vulneribus, quæ quum agitatione nimia, vel malè purgata interdum recrudescunt, id est, cruda & noua fiunt, grauiorem excitant dolorem. Cic. *ad Sulpitium lib.* 4. Num autem hoc tam graui vulnere etiam illa quæ consuetiisse videbantur, recrudescunt. Recrudescit seditio. Liu. 6 *ab Vrbe*, Recrudescente Manliana seditione. Recruduit pugna. Idem 10 *ab Vrbe*, Ibi interuentu Gellij, cohortiúmque Sabellarum, paulisper recruduit pugna. Senec. *Epist.* 70. Nihil facilius quàm amor recrudescit.

Rectūs, Rectitudo, Rectè, Rector, Rectio, Rectrix, vide *Rego.*

Rĕcŭbo, as, recubui, recubitum, Rursus, seu iterum cubo, denuò ad quiescendum me compono, רבץ *rabáts* שכב *ſcacháb*. ἀνάκειμαι. GALL. *Estre couché tout plat, gesir tout estendu.* ITAL. *Riposare* GER. Wider niderligen / sich wider legen. HISP. *Acostar, reposarse.* ANG. *To lie all a long.* } Cicer. 1. *de diuinat.* Eum primò perterritum somnio, surrexisse, deinde quum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse. ¶ Interdum idem quod cubo, quiesco, iaceo. Virg. 1. *Ecloga*,

Tityre tu patula recubans sub tegmine fagi.

Ouid. 1. *de Arte.*

Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.

Colum *lib.* 7. *cap.* 3. Neque ab his longiùs recedat, ne aut recubet, aut concidat. Cic. 3. *de Orat.* Sed in horridis quiescet suis, vbi vult, vbi etiam recubans molliter & delicatè nos auocat à Rostris. Plaut. *Curc.* Anus hîc recubare solet custos ianitrix.

Rĕcŭbĭtŭs, us, Recumbendi actus, discubitus, { רבץ *rébets* מסב *mesáb*. ἀνάκλισις. GALL. *Couchement.* ITAL. *Il sedere a mensa ò à tauola.* GER. Das nidersitzen. HISP. *Obra de assentarse a la mesa.* ANGL. *Lying all a long.* } Plin. *lib.* 24. *cap.* 13. videtur accepisse pro subsultu illo quem faciunt corpora in solum durum incidentia. Baculum (inquit) ex aquifolia factum, in quoduis animal emissum, etiam si citra ceciderit defectu mittentis, ipsum per sese recubitu propius adlabi.

Rĕcūdo, Denuo cudo. } ἀνακηλάττω. GALL. *Reforger.* ITAL. *Ribattere.* GERM. Widerumb schmiden. HISP. *Rebatir.* ANGL. *To work or forge new againe.* } Varr. vt solent ij qui vetera metalla recudunt.

Rĕcŭla, vide *Res.*

Rĕcŭmbo, is, Retro cubo, & generaliter incumbo. { חסב *hittáh*. ἀνακλίνομαι. GAL. *S'asseoir à table.* ITAL. *Sedere alla mensa.* GERM. Zu tisch sitzen. HISP. *Assentarse a la mesa.* ANG. *To sitt downe at table.* } Martial *lib.* 2.

Debet Aricino conuiua recumbere cliuo,
Quem tua felicem Zoile cœna facit.

Plin. *Epist.* 200. Recumbebat mecum vir egregius Fidius Rufinus: super eum municeps ipsius. Seneca, Recumbere in imo lecto. ¶ Interdum idem quod procumbere, & exporrectum iacere, Cicer. 2. *de Orat.* Marcus Lepidus quum cæteris in campo exercentibus, in herba ipse recubuisset, Vellem hoc esset, inquit, laborare. ¶ Interdum idem quod inclinari. Virg. 9. *Æneid.*

——*pulchrósque per artus*
It cruor, inque humeros ceruix collapsa recumbit.

Ouid. 2. *Trist.*

Quum cœpit quassata domus subsidere, partes
In proclinatas omne recumbit onus.

Rĕcŭpĕro, as Rem amissam recipio. { ἀνακομίζομαι, ἀναλαμβάνω, ἀνακτάομαι. GAL. *Recouurer, rescourre.* ITAL. *Ricuperare.* GERM. Wider vberkommen / wider erlangen. HISP. *Recobrar lo perdido.* ANG. *To geet againe and recouer.* { Cicero *ad Sulptium, lib.* 13. Ego si hominem per te recuperaro, summo me beneficio affectum arbitrabor. Veterem belli gloriam recuperat, Cæsar 7. *bell. Gall.* Cic. 4. *Verr.* Scipio qui hoc dignum populo Romano arbitraretur, bello confecto socios sua per nostram victoriam recuperare Liu. *lib.* 5. Ferro, non auro recuperare patriam iubet ¶ Recuperare somnum interruptum. Sueton. *in August. cap.* 78.

Rĕcŭpĕrātĭo, nis, rei amissæ receptio, vel ipse recuperandi actus. { ἀνακομιδή. GAL. *Recouurement, recousse.* ITAL. *Ricuperamento, riscossa.* GER. Widererholung / wider vberkommung. HISP. *Recobramiento.* ANG. *Getting or recouering* } Cicer. 10. *Philippica.* Ita præclara est recuperatio libertatis vt ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda. Festus, Recuperatio est, vt ait Gallus Ælius, quum inter populum & regem, nationésque & ciuitates peregrinas lex conuenit, quomodo per recuperationem reddantur res, recuperentúrque, res priuatas inter se persequantur.

Rĕcŭpĕrātōrēs, dicebantur iudices qui à prætore in priuatis controuersiis quacunque de re ageretur, dabantur, à recuperando dicti, quòd per eos suum quisque ius recuperare possit. Budæus delegatos iudices postea appellatos scribit. { οἱ δικασταὶ τὰ ἰδιωτικὰ ἀμφισβητήματα διαιροῦντες. GAL. *Iuges ou commissaires deleguez pour recouurer ce qu'on auoit perdu.* ITAL. *Commissarij dati da magistrato per conoscere & giudicare in qualche materia.* GER. Außgeschoßne richter / welchen ein schulteiß oder oberkeit sonderbare handel zuuerrichten befilcht. HISP. *Iuezes de la appellacion.* ANG. *Iudges or commissimers send to recouer which was lost.* } Plaut. *in Bacch.* Postquam quidem Prætor recuperatores dedit. Sueton. *in Neron. cap.* 17. Caussæ ab ærario ad recuperatores translatæ. Tacitus *lib.* 1. *in fine.* Reciperatores vocat. Cicer. 5 *Verr.* De conuentu nullum vnquam iudicem, neque recuperatorem dedit. Idem 1. *Verr* Iudicium dat statim, si pateret eam se & sua veneris esse dixisse. Iudicant recuperatores id quod necesse erat: neque enim erat dubium quin illa dixisset De recuperatorio iudicio sic scribit Cicer. *in Verr.* Vtrum est æquius Decumanum petere, an aratorem repetere? iudicium integrare an perdita fieri? eum qui manu quæsierit, an eum qui digito licitus sit possidere? Quid qui in singulis iugis arant, qui ab opere ipso non recedunt, quid facient? quum dederint Apronio quod poposcerit, relinquent arationes, larem familiarem? Venient Syracusas, vt te Prætore videlicet, æquo iure Apronium delicias ac vitam tuam iudicio recuperatorio persequantur? Quibus ex verbis apparet, iudicium recuperatorium dici per quod rem nobis per iniuriam ereptam repetimus: & Recuperatores iudices esse apud quos possessionem rei amissæ, & per iniuriam extortæ reposcimus.

Rĕcŭpĕrātōrĭŭs, a, um, adiectiuum, quod ad recuperatorem pertinet: vt Iudicium recuperatorium, quo possessionem rei amissæ, & per vim extortæ repetimus: ἀναληπτικός, ἀνακτητικός. Cic. 2. *de Inuentione*, Non enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficiis, de quo inter sicarios quæritur, fieri præiudicium.

Rĕcŭpĭo, is, Valde cupio. { אוה *iuuáh* תאב *taáb*. ἐπιθυμῶ. GALL. *Desirer grandement.* ITAL. *Desiderare grandemente.* GERM. Hefftig begären. HISP. *Codiciar mucho.* ANGL. *To desire greatlie.* } Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Quin ita faciam, vt recupias facere sumptum, etsi ego vetem.

Rĕcūro, as, Accuratè interpolo, magna cura diligentiáque reficio. { ἀνακομίζομαι. GALL. *R'accommoder, refaire, s'agencer, rapetacer proprement. Reguarir, guarir ce qui est malade, & se remettre en santé* ITAL. *Curare diligentemente.* GERM. Fleissig versorgen. HISP. *Tornar à curar otra vez.* ANGL. *To do a thing diligentlie, to tak good head to a thing heale.* } Plin. *lib.* 13. *cap.* 12. de generibus chartarum, Proximum amphitheatricè datum fuerat, à confecturæ loco. Excepit hanc Romæ Fannij sagax officina, tenuatámque curiosa interpolatione, principalem fecit, è plebeia, & nomen eis dedit: quæ non esset ita recurata, in suo mansit amphitheatrica. ¶ Interdum idem quod simplex curare, hoc est, mederi, ab ægritudine recreare, & pristinæ valetudini restituere. { חיה *chijáh* רפא *raphá*. ἰάομαι, ἀκέομαι, ἀναλαμβάνειν, θεραπεύειν. } Catull us *Epigramm.* 41.

Hic me grauedo frigida, & frequens tussis
Quassauit, vsque dum in sinum tuum fugi,
Et recuperaui ocymóque & vrtica.

Rĕcurro, is, Iterum, vel retrorsum curro. { ἀνατρέχω. GALL. *Recourir, retourner hastiuement.* ITAL. *Correr in dietro.* GERM. Widerumbhin lauffen wider hindersich lauffen. HISP. *Correr atras, ò tornar à correr otra vez.* ANGL. *To runne backe or againe.* } Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Iam ego huc recurro. Senec, *cap.* 17. *de consol. ad Helu.* Recurrunt cogitationes ad illum. Quintil. Recurrunt & retrorsus idem valent hæc argumenta. Cic. *ad Terent. lib.* 14. Dexippo quoque ita imperaui, statim vt recurreret. Terent. *in Adelph.* Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret, sat scio. Ouid. 2. *Fast.*

Et metuit nequa versa recurrat hyems.

Cic. 2. *de nat. deor.* Lunæ species mutatur tum crescendo, tum defectionibus ad initia recurrendo. Virg. 7. *Æneid.*

——*quà sol vtrinque recurrens*
Aspicit Oceanum.

Horat. 2. *Epist.* 1.

Libertásque recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter.

Rĕcursŭs, us, Recurrendi actus. { ἀναδρομή, ἐπαναστροφή. GAL. *Retour, recourse.* ITAL. *Ritorno, ricorso.* GER. Das widerumbhin / oder hindersich lauffen. HISP. *Aquella obra de correr atras.* ANG. *A running againe.* } Liu. 6. *bell. Pun.* Vt subeundi sæpè ad mœnia vrbis recursus pateret. Virg. 5. *Æneid.*

Inde

Inde alios ineunt cursus, alióſque recurſus
Aduerſis ſpatiis.

Ouid. *Epiſtol.* 6. Abſtrahor Hypſipyle, ſi dent modò fata recurſum, Vir tuus hinc abeo, vir tibi ſemper ero. ¶ Senec. *cap.* 17. *de conſol. ad Helu.* Curſus & recurſus maris. Recurſus ad valetudinem. Celſ. *lib.* 4. *cap.* 4.

Rĕcurſo, as, are, frequentatiuum. { πολὺς ἀνατρέχω, συχνὰ ἐπαναστρέφω. GAL. *Retourner ſouuent.* ITAL. *Ritornare ſouente.* GERM. Offt widerumbhin/oder hinderſich lauffen. HISP. *Correr atras muchas vezes.* ANG. *To rune againe often.* } Plaut. *Moſtell.* Quid ego huc recurſem, aut operam ſumam, aut conteram. Virg. 4. *Æneid.*

——— multúſque recurſat
Gentis honos.

Idem 1. *Æneid.*

Vrit atrox Iuno, & ſub noctem cura recurſat.

RECVRVVS, a, um, Valdè curuus. { כפוף *chaphúph.* καμψὸς, καμπύλος. GALL. *Recourbé.* ITAL. *Ritorto.* GER. Krumb. HISP. *Coruo hazia tras ò muy coruo.* ANGL. *Very crooked.* } Col. *lib.* 9. *c.* 33. Ad plauſum apertis, ad buccinam recuruis. Ouid. 1. *de remed. am.*

Vel quæ piſcis edax auido malè deuoret ore,
Abdere ſupremis æra recurua cibis

Idem 6. *Faſt.*

Quique tegunt paruis æra recurua cibis (i. hamos.).

Col. *lib.* 3. *c.* 18. Quicquid recuruum, & ſurſum verſus ſpectans, demerſum eſt, quum tempeſtiuum eximitur, in modum hami repugnat obluctanti foſſori Ouid. 3. *Amor. Epigramm.* 12

Dúxque gregis cornu per tempora dura recuruo.

Rĕcŭruo, as, Curuũ facio. { כפף *chapháph.* ἀνακάμπτω, καμπυλιάζω. GAL. *Recourber.* ITAL. *Ricornare, ritorcere.* GERM. Wider krumben/oder krumb machen. HISP. *Encoruar hazia tras, hazer coruo.* ANG. *To mak croaked* } Col. *lib.* 5. *c.* 10. Quum ab ſcrobis ſolum radix peruenit, duritia humi coërcita recuruatur. Stat. 3. *Thebaid.*

Horrentéſque ſitu gladios in ſana recuruant
Vulnera.

Rĕcŭruātus, a, um, particip. quod factum eſt recuruum. { כפוף *chaphúph.* ἀνακαμφθεὶς. GALL. *Recourbé.* ITAL. *Repiegato.* GER. Vmbhin gekrumbt. HISP. *Encoruado.* ANGL. *Crooked.* } Celſus. *lib.* 5. Id ſpecillo protrahendum eſt, aut hamulo recuſo parum recuruato. Vndis recuruatis ludit Mæander. Ouid. 2. *Metam.*

Rĕcūſo, as, Renuo, reiicio: à Re & cuſo, quod eſt frequentatiuum verbi Cudo. { מאן *meén* מאס *maás.* ἀπαξιοῦμαι, ἀναίνομαι. GALL. *Refuſer, denier, & ne vouloir obeir.* ITAL. *Recuſare, negare, rifiutare.* GERM. Abſchlahen/verſagen/außſchlahen/widergen. HISP. *Rehuzar, negar.* ANGL. *To refuſe, or denie.* } Plaut. *Curc. ſc.* 3. *a.* 1. Si abſim aut recuſem, quin mihi malè ſit. Plin. *de Viris illuſtribus*, Imperatoris nomen à militibus, & à Senatu triumphum recuſauit oblatum. Virg. 9. *Æneid.*

Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuſo.

Cic. *pro Flacco*, Pop. Rom. diſceptatorẽ non modò non recuſo, ſed etiam depoſco. Virg. 1. *Georg.*

Et quid quæque ferat regio, quid quæque recuſet.

¶ Non recuſo quin, pro Non abnuo, non inficias eo. Cicer. *pro Marcello*, Non fuit recuſandum in tanto ciuili bello, tantóque animorum ardore & armorum, quin quaſſata Reſpub. quicunque belli euentus fuiſſet, multa perderet & ornamenta dignitatis & præſidia ſtabilitatis ſuæ. id eſt, negari non potuit. Cic. 1. *de fin.* Nec verò, vt noſter Lucilius, recuſabo quominus omnes mea legant. ¶ Ponitur quoque pro accuſationem depellere, vt annotauit Bud. Cic. *in Bruto*, Tum igitur Galba recuſans pro ſeſe.

Rĕcūſātĭo, verbale, Ipſe recuſandi actus. { ἀνάνευσις, παραίτησις. GALL. *Refus.* ITAL. *Rifiuto.* GER. Abſchlahung/verſagung. HISP. *Rehuſamiento.* ANGL. *A refuſing.* } Cic. *de Orat.* Nam hæc ipſa recuſatio diſputationis, diſputatio quædam fuit mihi quidem periucunda. Ponitur quandoque pro defenſione. Idem 2. *de Leg.* Pœna verò violatæ religionis iuſtam recuſationem non habet.

Recuſſo, retro quatio. eſt enim frequentatiuum à recuſſu, ſupino verbi *recutio.* vnde pila recuſabilis, quæ recuſari ſolet.

RĔCVTĬO, is, Repercutio, ſiue reuerbero. { הרעיש *hirhíſch* הניע *heniáh.* ἀνακρούω, ἀνασείω. GALL. *Refrapper.* ITAL. *Repercuotere.* GERM. Widerſchlahen/widergellen. HISP. *Herir otra vez.* ANG. *To beat or ſtrik againe.* }

Rĕcūſſus, particip. Repercuſſus. { ἀνασεισθεὶς. ἀνακρουσθεὶς. GAL. *Esbranſlé, eſmeu.* ITAL. *Coſſo, ſcoſſo.* GER. Wider ergellet/erſchüttet. HISP. *Sacudido.* ANGL. *Striken againe.* } Aliquando tamen idem ſignificat quod concuſſus. Virg. 2. *Æneid.*

——— vteróque recuſſo
Inſonuere caua, gemitúmque dedere cauernæ.

Vbi Seruius, recuſſo, pro concuſſo, præpoſitio pro præpoſitione. Valerius Flac. 6. *Argon.*

——— penitúſque recuſſo
Æquore Cyaneas Minyæ timuere relictas.

Rĕcūſſus, huius recuſſus, verbale, Reuerberatio. { רעש *ráhaſch.* ὁ ἀνασεισμὸς, ἡ κατάσεισις. GALL. *Branſle, ſecouſſe.* ITAL. *Scoſſamento, ſmouimento.* GER. Ergellung/erſchüttung. HISP. *Sacudimiento.* ANGL *Striking againe* } Plin. *lib.* 8. *c.* 3. In hæc ſe librant, vt tormẽto aliquo rotati in petras, potiſſimùm è monte aliquo in alium tranſilire quærentes, atque recurſu pernicius quò libuerit exultent. de ibicibus.

Rĕcŭtītus, Cui à glande reſecta eſt cutis. { מול *mul* נמול *nimmól.* ἀπερίτμητος. GALL. *Iuif, circoncis.* ITAL. *Circunciſo.* GERM. Beſchnitten an der vorhaut. HISP. *Iudio, circuncidado.* ANGL. *Circonciſed.* } Quo nomine dicti ſunt Iudæi, qui ex Legis præſcripto præcidebant præputia. Sidon. Fert recutitorum primordia Iudæorum, Martial. *lib.* 7.

Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum.

Aliquando ruptus, & exulceratus, & cute nudatus. Idem *lib.* 9. Nec ruptæ recutita colla mulæ.

Rĕdabſŏluo, redabſoluis, idem quod ſoluo, vel abſoluo. { השלים *hiſchlim.* ἀπολύω. GAL. *Abſoudre.* ITAL. *Aſſoluere.* GER. Wider entſcdigen/oder vollenden. HISP. *Abſoluer, deſatar.* ANG. *To abſolue.* } Plaut. *Curcul.* Sequere hac, te redabſoluam, qua adueniſti gratia.

Rĕdambŭlo, as, Reuertor. { שב *ſchab.* ἐπανήκω. GAL. *Retourner.* ITAL. *Ritornare.* GERM. Widerumbhin wandlen. HISP. *Andar otra vez.* ANG. *To returne.* } Plaut. *Capt.* Cura quàm optimè potes. ER. bene ambula, & redambula.

Rĕdămo, as, Amantem viciſſim amo, in amore reſpondeo { אהב *aháb.* ἀντιφιλῶ, ἀντερῶ. GAL. *Aimer celuy qui aime.* ITAL. *Reamare, eſſere reciproco nell' amare.* GER. Widerumb lieben. HISP. *Reamar, ſer reciproco en el amar.* ANG. *To loue againe.* } Cicero *de Amicitia*, Quid enim tam abſurdum, quam delectari multis inanibus rebus, vt honore, vt gloria, vt ædificio, vt veſtitu, cultúque corporis: animo autem virtute prædito, eo qui amari, vel qui (vt ita dicam) redamari poſſit, non admodum delectari.

Rĕdandrŭo, as, de priſcis dictionibus eſt, ex re & andruo compoſitum, quo antiqui vtebantur pro redeo, teſte Nonio. Lucil. 9.

——— Vt vulgus redandruet inde.

Redandruare, inquit Feſtus, dicitur propriè in Saliorum exultationibus, quum Præſul andruauit, quod eſt motus edidit, ei referuntur inuicem iidem motus.

Rĕdardeſco, is, iterum flammam emitto, recandeſco: propriéque dicitur de igne ſemel ſopito. { ἀναφλέγομαι. GAL. *Ardre derechef, eſtre enflambé.* ITAL. *Mandar fiamma vn' altera fiata.* GER. Wider entbrinnen/oder auffflacken. HISP. *Arder, ò echar flãma otra vez.* ANG. *To be inflammed egaine.* } Ouid. 2. *de Remedio amoris,*

Flamma redardeſcit, quæ modò nulla fuit.

Rĕdargŭo, is, Accuſo cum reprehenſione. { הוכיח *hociach.* ἐλέγχω. GAL. *Reprendre, redarguer.* ITAL. *Riprendere.* GER. Straffen/unnd ſchelten mit worten. HISP. *Redarguir, reprehender.* ANG. *To reproue or blame.* } Cic. 2. *de fin.* Quos niſi redarguimus, omnis virtus, omne decus, omnis vera laus deſerenda eſt. *Ibid.* Poterat autem impune; quis enim redargueret? Virg. 11. *Æneid.*

Aduenit qui veſtra dies muliebribus armis
Verba redargueret.

Quintiliano Redarguere crimen, eſt refellere.

Rĕdauſpĭco, as, & redauſpicor, aris, ſignificat incipio, & denuo auſpicium ſumo, & iterum inchoo. { πάλιν ἄρχομαι, αὖθις κατάρχομαι. GAL. *Recommencer* ITAL. *Incomminciare de capo, & riſare lo auſpicio.* GERM. Wider anfahen. HISP. *Tornar ò començar otra vez.* ANG. *To beginne againe.* } Plaut. *in Capt. ſc.* 5. *a.* 3. Exauſpicaui ex vinculis, nunc intelligo redauſpicandum hunc eſſe in catenas denuo, id eſt, cœpi ego illum à catenis eximere: nunc volo vt rurſus in catenas redeat.

REDDO, is, idi, itum, propriè eſt acceptum, vel ablatum reſtituo, rem pro re do. { השיב *heſchib* השלים *hiſchlim.* ἀποδίδωμι, ἀντιδίδωμι, ἀποδίδωμι. GAL. *Rẽdre.* ITAL. *Reddere, ritornare.* GERM. Widergeben. HISP. *Tornar ò reſtituir lo tomado ò recebido.* ANG. *To giue againe, to reſtor.* } Senec. *lib. de benefic.* 6. Cùm dicimus, beneficium illi reddidi, non hoc dicimus, illud nos quod acceperamus reddidiſſe, ſed aliud pro illo reddere. Eſt enim rem pro re dare. Quídni? cùm omnis ſolutio non idem reddat, ſed tantundem. Nam & pecuniam dicimur reddidiſſe, quamuis numerauimus pro argento aurum: quamuis non interuenerint numi, ſed delegatione & verbis perfecta ſolutio ſit. Plaut. *Pſeud. ſc.* 7. *a.* 4. Non ſinam niſi argentum mihi redditur (id eſt, ſoluitur debitum ex ſtipulatu.) *Ibid ſc.* 3. *a.* 1. Suum repetunt, alienum reddunt nemini. Idem *Curc. ſc.* 1. *a.* 3. Diues ſum, ſi nõ reddo, quibus debeo: ſi reddo, plus alieni ineſt. ¶ Reddere operam alicui, id eſt, viciſſim audire. Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Reddere iudicium ex alto, Velleius. Reddidit prælio ſpiritum quem ſupplicio debuerat. Idem Item, Reddere teſtimonium, (pro dare) Idem Vell. Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Triſt.*

Cæſaris & Latio reddita vota Ioui.

Et Sueton *in Calig. cap.* 6. Terent. *in Phorm.* Siquis quid reddit, magna eſt habenda gratia. Ponitur tamen aliquando pro ſuo ſimplici dare. Celſus Iureconſultus, Reddendi verbum quanquam ſignificationem habet retrò dandi, accipit tamen & per ſe dandi ſignificationem: vt, Reddo tibi literas, quas mihi Cicero ad te dedit, Cicer. *Terent.* Omnes ſunt redditæ, diligentiſſiméque à te perſcripta ſunt omnia. ¶ Item pro efficere. ἀποτελῶ, ἀπεργάζομαι. Plin. *lib.* 16. *cap.* 35. Admota quibus leuem ſonum reddit. Laſſum reddere, vide. *Laſſus.* Plaut. *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1. Imperata effecta reddat. Idem *Capt. ſc.* 2. *a.* 2. Omne tranſactum reddunt. Gell. *cap.* 23. *lib.* 13. modulatiorem aptiorémque orationem reddit. Sueton. *in Tiber. cap.* 10. Reddere verbum eſt reſpondere. ¶ Item pro reponere. Plaut. *in Moſtell.* Tempeſtas venit, conſtringit tegulas imbréſque. Ibi dominus indiligens reddere alias non vult. ¶ Item pro producere. Idem *in Trinum.* — id frumenti, quando alibi meſſis maxima eſt, Tribus tantis illis minus reddit quàm obſeueris. Terent. *in Phorm.* Fructum quem Lemni vxoris reddunt prædia, ¶ Item pro exponere. Plaut. *in Aulul.* Tibi ego rationem reddam ſtimulorum ſeges? ¶ Ponitur, aliquando pro commemorare, ſiue recenſere. Plin. *in Præfat. lib.* 11. Tria non amplius, vt opinor, abſolutè quæ traduntur inſcripta, ille fecit, quæ ſuis locis reddam. ¶ Aliquando pro referre, ſiue præſentare. Quintilian. Reddidit Eloquentiam paternam. Plin. *Epiſt.* 139. Tantæ fœminæ matrem rurſus videor amittere, quam hæc vt reddit, ac refert nobis. ¶ Reddere animam, reſpirare. Cicer. 2. *de nat. deor.* Excipiátque animam ea qua eductus ſit ſpiritus, eámque à pulmonibus reſpiret, ac reddat. ¶ Reddere anhelitum, Plin. *lib.* 9. *cap.* 7. Nec piſcium branchias habentes anhelitum reddere, ac per vices recipere exiſtimant. ¶ Reddere animum, eſt recreare, reficere & confirmare. Terent. *in Andr.* Nuptias effugere ego iſtas malo, quàm tu adipiſcier c. Reddidiſti animum. Redditus ſibi animus. Senec. *cap.* 8. (aliàs 27.) Hoc tamen argumentum habeo iam corroborati animi & redditi ſibi. Quintilian. Xenophon non excidit mihi, ſed inter Philoſophos reddendus, &c. Reddere beneficium, id eſt, referre. Plaut. *in Perſa*, Improbus eſt homo qui beneficium, ſcit ſumere, & reddere neſcit. Gratiam reddere, eſt remetiri & reponere. χάριν ἀποδοῦναι. Colum. *lib.* 4. *cap.* 3. Experto mihi crede Syluine, bene poſitam vineam, boníque generis, bono curatori nunquam non gratiam reddidiſſe, Latinè redde-

re,est vertere Cicer. *de Orator.* Vt ea quæ legerem Græcè, Latinè redderem non solùm,&c.¶ Reddere aliquem inter, id est, referre,& connumerare Quintilian. *lib.* 10 *cap.*1. Xenophon non excidit mihi, sed inter Philosophos reddendus est.Reddere nomen alicuius,est eum proprio nomine nuncupare. Plin.*lib* 27.*cap.*24. Omnibus in exercitu suo militibus nomina reddidit. ¶ Reddere fœdus, pro contrahere. Liu. 8. *ab Vrbe.*

Rědditůiri, vetustè dicitur pro, redditum iri, quemadmodum præstituiri, pro præstitum iri. Iulian. *l.*27.*D.ad S.C.Trebell.* Et cauet quod amplius quā per legē Falcidiam liceret,cepisset,redidituiri. ex Hotom.

Rědditůs,a,um,participium,Solutus,iterum datus, { מושב *muschăh.*ἀποδοθεὶς,ἀνταποδοθεὶς. GALL. *Rendu, restitué.* ITAL. *Renduto, restituito.* GERM.Widergegăben.HISP.*Restituido.* ANG. *Restored,giuen againe.*} Cic.4 *Philip.*O fortunata mors quæ naturæ debita pro patria est potissimum reddita.Virg.11.*Æneid.*

——Patriis vt redditus oris.

Idem 6.*Æneid.*

Redditus his primùm terris tibi Phœbe sacrauit
Remigium alarum,posuitque immania templa.

Ouid.1.*Fast.*

Redditáque est omnis populo prouincia nostro.

Plaut.*Curc.sc.*3. *a.*4. Redditum vt reddam tibi, non me subiges,&c. (id est,coges.)

Rěddĭtůs, us, substantiuum, pro prouentu, vel obuentione. { תבואה *tebuáh.*πρόσοδος.Plin.*in Epistolis*, Nec redditus incertus. Hoc tamen potiùs villico d scribendum videtur, vt sit à verbo Redeo: vnde apud Poëtas prima syllaba corripitur.Ouid.2.*de Ponto.*

At reditus iam quisque suos amat,&c.

Rěddĭtĭo, nis, verbale, actus ipse reddendi. { שלום *schillúm* שלומה *schillummáh.*GAL.*Restitution.*ITAL.*Restitutione.*GER. Widergăbung. HISP.*Restitucion.*ANG. *Restoring. giuing againe.*}Quintil.*lib.*8.*cap.*3. Redditio illam rem vtranque comparat.

Redemptio,vide *Redimo.*

RĔDEO, is, iui, & ij, ditum, Reuertor, rursus eo, locum priorem repeto, prouenio. { שב *schăb.*ἀνέρχομαι,ἐπανήκω. GALL.*Retourner, reuenir.*ITAL.*Ritornare.* GER. Widerkōmen/wider vmbhin gehn. HISP.*Tornar,de algun lugar.*ANG.*To returne,to ga againe.*}Plaut. *Amphitr.*Rediisti in concordiam? Idem *Ibidem*, Vbi cum vxore rediisti in gratiam. Item, Cum vxore antiquam in gratiam redi. Idem *Menach.sc.*1. *a.*2. Opsonatu redeo.*ibidem.sc.*2.*a.*4. Illuc redi. Quò redeam? Ad Phrygionem censeo. Terent. *in Andr.* Redeo inde iratus atque ægrè ferens. Redire ad ingenium, idem *Adelphis.* id est, redire ad suam naturam, siue pristinos mores resumere. In eadem significatione dixit Cic. 1.*Verr.*Redire ad se, & ad mores suos: quod tamen aliquando accipitur pro se recolligere, & ab ira (quam breuem furorem vocat Horatius) ad mentis suauitatem redire.Terent. *in Adelph.*Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi. ¶ Redire in mores patrios, est in libertatem venire.Liu.9.*bell.pun.*Vt ab omni imperio externo soluta in perpetuum Hispania, in patrios rediret mores, ritúsque. ¶ Ponitur aliquando redire pro prouenire, vnde fit reditus, id est,prouentus,de quo paulo pòst. Plin. *lib.* 14. *cap.*4.Ac ne quis victam in hoc antiquitatem arbitraretur,idem Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit. ¶ Redire in orbem est à fine ad principium reuolui, & reuocari. ἀνήκειν, ἀνακυκλοῦσθαι.Virg. 1.*Georg.*

——Redit agricolis labor actus in orbem.

¶ Redeamus ad rem, Cicer.1.*de finib.*id est, reuertamur ad institutum: quod idem Cicer. 1. *Tusc.* dixit Ad propositum redire. ¶ Rediit mihi res ad restim, siue ad rastros. Prouerbium de re desperata.Ter.*Phorm.* opera tua Ad restim mihi quidem res rediit planissimè. Idem *Heaut.* Nam si illi pergam suppeditare sumptus Menedeme, mihi illæc verè ad rastros res redit.

‖ Redeor,passiuè apud Cæsar.*lib.*3.*belli ciuilis.*Intereà manerent induciæ, dum ab illo rediri solet. ‖

Rĕdĭēns,euntis,participium.{שב *schab.*ἐπανιὼν ἐπανερχόμενος.} Ouid. 10. *Metamorph.*

Pérque nouem errauit redeuntis cornua Lunæ.

Horat.3.*Carm.Ode* 8.

Hic dies anno redeunte festus,&c.

‖ Rediui,pro redij.Gell.*lib.*16. Rediuimus igitur necessariò ad Græcos libros. ‖

Rĕdĭtūrŭs, a, um, aliud participium,ἐπανήξων. ἐπανελευσόμενος, Ouid.4. *de Ponto.Eleg.*5.

Fluminàque in fontes cursu reditura supino.

Senec.*cap.*1.*de tranquill.*Rediturus quà intrauerat cibus. Idem *cap.*10 *de consol.ad Mart.* Scena hæc collatitiis instrumentis & ad dominum redituris adornata est.

Rĕdĭtĭo, nis,verbale,Redeundi actus. {שיבה *schibáh* תשובה *teschubáh.*ἐπάνοδος,ἀναχωρησις.GALL.*Retour.*ITAL.*Ritorno.* GER. Widerkommung.HISP.*Tornada de lugar.* ANGL.*Returning or comming againe.*} Cæs.1.*bell.Gall.*Vt domum reditionis spe sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent. Plaut. *Mostell.sc.*1. *a.*2. Quid tibi huc reditio fuit?

Rĕdĭtŭs, Reuersio, reditio. { שבה *schibáh* תשובה *teschubáh.* ἀναχώρησις, κάθοδος, ἐπάνοδος. GAL. *Retour.* ITAL. *Ritorno.* GERM.Ein widerkommung / widerkerung.HISP. *La tornada de lugar.* ANG. *Returning or comming againe.*} Cicer. *de Amic.* Idem dicebat semper, animos hominum esse diuinos, iisque cum è corporibus excessissent, reditum ad cælum patere. Idem *pro Cluent.* Sic hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus,neque in curiam reditus esset. Horat.*Epod.*16.

Hæc & quæ poterunt reditus abscindere dulces.

Ouid.1.*Fast.*

Vt pateant populo reditus ad bella profecto.

Catull.*de com.Beren.*

Si reditum retulisset is haud in tempore longo.

Ouid.13.

Protexi puppes spem vestri reditus.

¶ Reditus etiam significat prouentum, eò quòd quotannis redeat. { תבואה *tebuáh.* πρόσοδος. GALL. *Reuenu.* ITAL. *L'vtilità che ritorna.*GER.Ein einkommen/järlich gefell.HISP.*La renta.* } Ouid.2. *de Ponto,*

At reditus iam quisque suos amat:& sibi quid sit
Vtile,sollicitis supputat articulis.

Plin.*lib.*17.*cap.*1.Maiore singularum reditu, quàm erat apud antiquos prædiorum.

Rĕdĭto, as, frequent. Redeo, Statim vel continuò reuertor. { שב *schăb.* ἐπαναστρέφω. GALL. *Retourner.* ITAL. *Retornare, tornare.* GER. Schnell widerkommen. HISP. *Tornar luego de lugar.* ANG. *To returne by an by.* { Plaut.*in Capt.* Nunc ita conuenit inter me atque hunc, Tyndare, vt te æstimatum in Aulidem mittam ad patrem. Ac si non reditas huc, vt viginti minas dem pro te. Quo tamen in loco in castigatioribus Plauti codicibus *rebitas* legitur more antiquorum, non reditas.

RĔDHĬBĔO,es,secunda syllaba corr. Restituo, ex re & habeo, d interposita,causa melioris soni.{ἀποδίδωμι.GALL.*Reprendre & r'auoir ce qu'on a vendu & autrement aliené de soy.* ITAL. *Rihauere la cosa vendita.* GERM.Dem käuffer etwas gekaufts widerbringen/oder wider zu handen stellen.HISP.*Deshazer la venta por tachas.* ANGL. *To tak againe that which was sold or other wayes alienated.* } Est autem redhibere, (vt Vlp. inquit *de ædil.edict.l.redhibere*,) facere vt rursus habeat venditor quod habuerat. Festus, Redhiberi id dicitur quod redditum est improbatúmque, & qui dedit, rursus coactus est habere id quod antè habuit. Gell.*c.*2. *lib.* 4. Si ignorasset emptor eum Eunuchum esse,Labeonem respondisse aiunt redhiberi posse.Iterùm,Nam cùm redhiberi eam(mulierem sterilem)Labeo putasset,&c.Item,eum cui dens deesset, Seruius redhiberi posse respondit; Labeo in causa esse redhibendi negauit, &c. ¶ Ponitur aliquando simpliciter pro reddo,restituo. Plaut.*in Men.* Saluum tibi,vt mihi dedisti,redhibeo marsupium.

Rĕdhĭbĭtĭo, actus ipse restitutionis { ἀντικατάστασις. GALL. *Restitution.* ITAL.*Restitutione.*GERM.Ein widergăbung.HISP. *Restitucion.* ANGL. *Restoring.*} ¶Est & redhibitio, actionis nomen quæ & actio redhibitoria vocatur, ἀπωφελητική,ἀγωγή. Ea verò actio contra eum intentatur, qui quid vitio corruptum commutauerit,vendideritve, vt cogatur & restituere pretium, & retrò, quod tradiderat, accipere: hoc est enim redhibere.Gell.*cap.*2.*lib.*4. de muliere sterili loquens, Tum sanam non videri, & esse in caussa redhibitionis respondit Trebatius.Quintil.Redhibitio mancipij,

Redhibitor,ἀνάδοχος.

Rĕdhostĭo, is, ire, verbum antiquum,ex re & hostio, iterum hostio,i. æquo, æquiter tracto, pro merito. Reddo & gratiam refero, vt autor est Festus & Nonius, Hostire enim,æquare & compensare,veteribus erat.

‖ Rediculus, deus quem Romani cœperunt colere, cùm Hannibal visis quibusdam territus,ab vrbe oppugnanda auersus esset & rediisset.‖

Rĕdĭcŭli fanum,Romæ erat extra portam Capenam,idcirco dictum, quia accedens ad vrbem Annibal ex eo loco redierit visis quibusdam perterritus.Festus.

RĔDIGO,is,ex re,& ago, a, in i conuersa,& d interposita, Vi,& industria reduco ad aliquid,vel aliquò. { περιτρέπω,περιΐστημι,καθίστημι,παραγενέσθαι,περιάγω.GALL.*Reduire,rediger.* ITAL.*Ridurre.* GERM.Widerbringen/etwanhin bringen oder füren mit gewalt. HISP. *Reduzir.*ANGL.*To bring by force,to mak to bring againe, to gather together in one.* } Et semper accusatiuum cum præpositione postulat, multísque commodatur actibus, & in vtranque partem sumi solet. Plautus *in Amphitr.* Denique Alcmenam rediget antiquam in concordiam coniugis. Idem *in Asinaria sc.* 2. *a.*1. Redigam te,vnde orta es,ad egestatis terminos. Idem *in Amphitr.* Te ad id redigam miseriarum, vt semper sis miser. Idem *Aulul. sc.*3.*a.*1.In seruitutem sumptibus redigunt viros. *Ibid.sc.* 1.*a.*4. Rediget in splendorem compedes. Sueton. *in Tiber.cap.*13. Redegit se ad pallium.Cicero 4.*Philipp.* Potentissimos reges, bellicosissimas gentes,in deditionem huius Imperij redegerunt.Terent.*in Phorm.* Tu homo rediges me ad insaniam. Et *in Phorm.* Ego me nego: tu qui ais,redige in memoriam. Et iterum,In id redactus sum loci, vt quid agam ex illo nesciam prorsus. Rem ex difficillima facilem redigere, id est,facilem reddere.Cæsar 2.*bell.Gall.* Quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat. ¶ Ponitur aliquando pro retrorsum agere, & ad redeundum compellere. Ouid.4. *Fast.* Filia parua duas redigebat monte capellas.Liu. 6.*bell. Punic.* Hi supra xxx. comprehensi, & cum transfugis nouis mulctati virgis, manibúsque præcisis Capuam rediguntur.Idem 1. *bell.Pun.* Hostémque in ruinas muri expellunt: inde impeditum trepidantémque exturbant: postremò fusum, fugatúmque in castra redigunt. ¶ Accipitur aliquando pro coaceruare,accumulare, & in vnum redigere. Cic. 1.*Verr.*Deinde prædam vendit,pecuniam redegit.Idem 5.*Philipp.*Quibus rebus tanta pecunia vna in domo coaceruata est,vt si hoc genus in vnum redigatur,non sit pecunia Reipublicæ defutura.Hinc

Rĕdāctŭs,us,ui,Pecunia ex frugibus venditis redacta.Scæuola *l.*58.*§.*1.*D. de vsufruct.*Sempronio do,lego ex redactu fructuum oleris, & porrinæ partem sextam.

RĔDIMIO, is, iui, itum. ex re, & emio,significat ornare,coronare, circundare. { עטר *bittér* עדר *badhár* פאר *peér.* ἀναπλέκω, περιάπτω, στεφανοῦν, ἀναλαμβάνω. ἀναδέω. GALL. *Enuironner, orner tout autour, couronner.*ITAL.*Ornare, pingere,coronare.* GER. Zieren/bekrönen.HISP.*Afeitar, pintar,coronar.*ANG. *To crowne,to compasse aboud.*} Claudian.*lib.* 2.*de rapt.Proserp.*

Nec si innumeros arcu mutante colores.
Incipiens redimitur hyems,quum tramite flexo
Semita discretis interuenit humida nimbis.

Et *lib.* 3.

——Mediis inuenimus aruis
Exanimem Cyanen: ceruix redimita iacebat.

Cic.*in somnium Scipionis,* Cernis autem terram eandem, quasi quibusdam redimitam & circundatam cingulis.Stat. 1.*Syl.*

——Crinem redimire corymbis.

Virg.

Virg. 3. *Æneid.*

Vittis & sacra redimitus tempora lauro.

Suet. *in Aug. c.* 91. Tintinnabulis fastigium ædis redimiuit. Nam eius simplex Emio, orno, seu decoro significat.

Redimiculo, redimiculum soluo. Gloss. Redimiculat αἰωλοῦ δίσμῳ.

Rĕdĭmĭcŭlum, i, Ornamentum à mitra muliebri, vel sacerdotali dependens: quod genus etiam Græco vocabulo tænias appellamus. {פתיל *pathil.* κρήδεμνον, ταινία. GAL. *Ornement de teste de femme, bauolet.* ITAL. *Ornamento di testa di donna.* GER. Etwas so vmb das Haupt gestrickt wirt oder von dem abhin hanget zur zierd/ein zierliche hauptbinden. HISP. *Ioya ò ornamento para ornar la cabeça de la muger.* ANG. *The attyre ornamentes of a womans head or neck, as a bonet, french hoode, apast or such like.*} Iuuen. *Satyr.* 2.

——accipient te
Paulatim, qui longa domi redimicula sumunt
Frontibus, & toto posuere monilia collo.

Virg. 9. *Æneid.*

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Ouid. *lib.* 10. *Metam.*

Aure leues baccæ, redimicula pectore pendent.

Idem 4. *Fast.*

Aurea marmoreo redimicula demite collo.

¶ Redimiculum translatè pro quodam periculo & nodo quo quis velut alligatus tenetur, vt redimiculo innexi implexique crines tenentur. Plautus *in Trucul.* Vt esset aliquis laqueus & redimiculum.

Rĕdĭmo, is, Seruum captiuúmque ab eo qui in potestate eum habebat pretio libero. {פדה *padháh* גאל *ghaál.* λυτρόω, ἐξωνέομαι. GALL. *Racheter, recouurer.* ITAL. *Comparare, ricomprare, riscuotere.* GERM. Erkauffen/widererlösen/auß der gefencknuss lösen. HISP. *Redemir ò rescatar.* ANGL. *To redeme.*} vt Redimere captiuos prædonibus. Cic. 6 *Verr.* Terent. *Eunuch.* Quid agas? nisi vt te redimas captum quàm queas minimo: si nequeas paululo, at quanti queas. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. facis, homo vt redimatur: (*sup.* permutatione.) Idem *Asin. sc.* 1 *a.* 1. Tu me redimes, si me hostes interceperint. D. Redimam. ¶ Redimere largitione militum voluntates. Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu* Et, Redimere morte crimina desidiæ, Velleius. ¶ Redemptus ex alea: & Redemptus à ludo, Quintilianus. ¶ Item rem alienatam occupatámve pretio recipio, & iterum emo. Idem. 10 *Philipp.* Pompeio sua domus patebit, eámque non minoris quàm emit Antonius, redimet: redimet, inquam, Cn. Pompeij domum filius. ¶ Interdum idem quod simplex emo. Cicer. 5. *Verr.* Hæc verò, quæ vel ita redimi rectè possit, pecunia æstimare non queo. ¶ Redimere lites, est iacturæ nonnihil facere, & cum aduersario pacisci, vt te litium molestia explices, Idem *pro Q. Roscio,* Suas Roscius, non societatis lites redemit. ¶ Aliquando redimere litem, etiam est, mercede pacta litis periculum in se recipere, & alterius litem tanquam suam persequi. Id quod potentioribus non concedebatur. Hinc. Imp. *in l.* 15. *C. de procur.* Litem te redemisse contra bonos mores manifestè professus es. ¶ Ponitur & redimere pro aliquid certo pretio faciendum suscipere; quod & conducere dicimus. ἐργολαβεῖν. Vlpianus, Idémque si vestimenta texenda redemerit, vel insulam, vel nauem fabricandam, &c. Cicer. 3. *Verr.* Etenim qua stultitia fuissem, si quam diem qui istum eripiendum redemerunt, in cautione viderent, &c. Redemerunt, inquit Budæus, id est, qui susceperunt procurationem corrumpendorum iudicum, & conduxerunt corrumpendum iudicium. ¶ Redimere vectigalia, vel portoria, vel pecuaria, dicuntur Publicani, quum annorum aliquot reditum certa emunt pecunia, vt sibi ea interim liceat exigere, & in quæstum suum conuertere. Cic. *de clar. Orat.* Qui pecuaria de P. Cornelio, & L. Mummio Censoribus redemisset. Idem *ad Q. Fratr.* Malè redemptis publicis. (id est, vectigalibus.)

Rĕdemptĭo, nis, actus ipse redimendi. {פדיום *pidhiom* פדיון *pidhión* פדות *pedhúth* גאולה *gheulláh.* λύτρωσις. GALL. *Rachet, rançon, redemption.* ITAL. *Redentione, riscatto.* GER. Erlösung. HISP. *Obra de redemir ò rescatar.* ANGL. *Redeming.*} Plin. *de viris illustrib.* Impetrata redemptione marito adulterum Centurionem interficiendum tradidit. ¶ Interdum idem quod emptio, siue corruptio. Cicer. 2. *Verr.* Redemptio est huius iudicij facta grandi pecunia. Redemptio vectigalium, id est, emptio, quum quis à Principe vel ciuitate vectigalium reditum certa pecunia redimit, vt ex eo faciat quæstum. Idem *de prouinc. Consul.* Publicanos temeritate redemptionis penè esse euersos. ¶ Redemptio operis, est susceptio operis certo pretio faciundi: de quo vide latiùs paulò antè in ipso verbo *Redimo,*

Redemptionalis charta, quæ datur cùm quis semet ex seruitute suâ pecunia redimit. In Formul. public. priuator. negot. 99.

Rĕdemptŏr, is, qui redimit & liberat. {פודה *podhéh* גואל *ghoél.* λυτρωτής. GAL. *Redempteur, rachepteur.* ITAL. *Redemtore, riscatatore.* GERM. Ein erlöser der für ein gefangnen bezalt vnnd ihn erlöset. HISP. *El que redime ò rescata.* ANG. *A redemer.*} Redemptores item dicuntur qui certo pretio opus aliquod faciendum suscipiunt. Cicer. 2. *de diuin.* Redemptor qui columnam illam de Cotta & Torquato conduxerat faciendam. Idem Q. Fratri Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui. Redemptores (inquit Fest.) propriè, atque antiqua consuetudine dicebantur, qui quum ad faciendum aut præbendum quid conduxerant, illúdque effecerant, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus emere pro accipere ponebatur: At ij nunc dicuntur redemptores, qui quid conduxerunt præbendum, vtendúmve. Hæc Festus. ¶ Redemptores vectigalium dicebantur Publicani, qui certa pecuniæ summa totius anni reditum à fisco emebant, vt ex eo quæstum facerent. Sed de his plura in ipso verbo *Redimo.*

Rĕdempto, as, frequentatiuum est à verbo Redimo: à quo rursus fit aliud frequentatiuum redemptito: quod magis est in vsu. λυτρόω. Plaut. Redemptitauere ad vnum captos. Cato *de signis & tabulis,* vt citat Pomp. Facta benefactis non redemptitauere. id est, remunerauerunt, aut compensauerunt.

Redemptura, æ, quæ fit, mancipes. GAL. *Ferme.* Liu. *lib.* 3 *bell. Pun.* Exhortandos qui redemptis auxissent patrimonia. vt reipub. ex qua creuissent ad tempus commodarent. Vtitur & Vlpianus.

Redino Fest. Redinunt significat redeunt.

RĔDĬNTĔGĔR, a, um, Renouatus, instauratus, quasi rursus integer. {מתחדש *mithchadésch.* ἀποκαταστάτης, ὁλόκληρος ἐκ δευτέρου γενόμενος. GAL. *Remis en son entier, recommencé & refait tout entier.* ITAL. *Rinouato.* GER. Wider erneuweret. HISP. *Entregado otra vez.* ANG. *Restored or made new againe.*} Liu. 8. *ab Vrbe,* Tunc Papyrius redintegra ira spoliari Magistrum equitum, ac virgas, & secures expediri iussit. Aliqua exemplaria habent *reintegrata* ira.

Rĕdĭntĕgro, as, are Instauro, seu innouo, quasi in integrum restituo. חדש *chiddésch.* ἀνανεοῦμαι, ἀνακαλύζω. GALL. *Refaire tout entier, renouueller.* ITAL. *Rinouare.* GERM. Wider ergentzen/wider erneuweren. HISP. *Tornar à integrar otra vez.* ANG. *To restore or make new againe.*} Plin. *in Paneg.* Hominísne illud ingenium est, hominis tempestas, renouare gaudia redintegrare lætitiam? ad Herennium *lib.* 2. Vt renouetur, non redintegretur oratio. ¶ Redintegrare animum id est, restituere. Cæsar 2 *belli Gallici,* Huius adeuentu spe illata militibus redintegrato animo, quum pro se quisque in conspectu Imperatoris in extremis suis rebus operam nauare cuperet, paulum hostium impetus tardatus est. Bellum redintegrare. Brutus *ad Ciceronem lib.* 11. Ne bellum nobis redintegrare possint Antonio sibi coniuncto. Cæs. 13. *belli Gallici,* Nostri redintegratis viribus, quod plerumque in spe victoriæ accidere solet, acriùs impugnare ceperunt.

Rĕdĭntĕgrātĭo, nis, verbale, Renouatio} ἀνανέωσις. GALL. *Renouuellemēt. refraichissement.* ITAL. *Rinouellamento, rinfrescamento* GERM. Wider ergentzung/erneuwerung. HISP. *Aquello integramiento.* ANG. *Restoring or making new againe.*} Terent. *in Andr.* Amantium iræ, amoris redintegratio est. Cicero antequam iret in exilium, Nam quid ego improborum facta renouem oratione, vt redintegratione illius coniurationis animos vulnerem vestros?

Rĕdĭpīscŏr, eris, redeptus sum, Rem amissam recipio, rursus acquiro. {ἀνακτάομαι. GAL. *Requerir, r'auoir, recouurer.* ITAL. *Asseguire, conseguire, hauere* GERM. Wider vberkommen/oder erlangen. HISP. *Alcançar. conseguir, hauer.* ANGL. *To gett a gaine or recouer a thing lost.*} Plaut. *in Trinum.* Inter eósne homines condalium te Redipisci postulas, &c.

‖Redinuenit, reperit. Tertul. ‖

Rĕdĭvĭă, æ, Abscessus circa radices vnguium. } παρωνυχίαι GAL. *Le tournoiant, ou le tournoieur. Vne maladie quand la peau se depart des ongles.* ITAL. *Vannarite, crepatura, schioppatura torno all'vnghie.* GER. Ein böse finger plag da sich die haut von den neglen abschelet. HISP. *El respigon, repelo ò padastro de la vña.* ANGL. *A whiteflawe.*} Plin. *lib.* 29. *cap.* 2. Lana succida rediuias sanat ex aqua frigida. ¶ Legitur & reduuia duplici uu, apud Ciceronem *pro Roscio Amerino,* verba eius sunt hæc, Intelligo me ante tempus, Iudices, hæc scrutari, & propemodum errare, qui quum capiti Sexti Roscij mederi debeam, reduuiam curem. ¶ Reduuiæ, pro reliquiis. Solinus, Ea dum reduuias escarum affectat. Rursus, Reduuiæ conchyliorum, & alia multa quæ affatim mari incito expuuntur. Sic vocat maris eiectamenta, vt sunt tegumenta, conchyliorum.

Rĕdĭuĭŭs, Vermiculus, seu bestiola quædam quæ infixo semper sanguini capite viuit, cui vni ex omnibus animalibus cibi exitus non est, sed vsque adeò intumescit satietate, vt ipso alimento moriatur. Hoc Græci κρότωνα vocant, Latini rediuium à rediuiendo, id est, soluendo, quòd carnem animalium suctu resoluat. Vernaculi nostri *retas* appellant. Colum *lib.* 6. *cap.* 2. Ventri quoque, & sub femina manum subiicere conuenit, ne ad huiusmodi tactum postmodum pauescant, & vt rediuij (qui plerunque feminibus inhærent) eximantur. Sic enim legit Calepinus, sed corrupto, vt videtur Columellæ, codice deceptus. Nam in emendatioribus exemplaribus, *recini* legitur, non *rediuij.*

Rĕdĭuīuŭs, a, um, quod ex vetusto renouatum est q. rediens viuus. ἐπανελθών. GALL. *Remis en vie derechef vigoureux, remis sus.* ITAL. *Rinouato, riuienuto.* GERM. Wider erneuweret. HISP. *Lo que resucita de muerto, cosa que renasce ò torna à venir.* ANG. *That returneth to life againe or is reneued.*} Senec. *lib.* 3 *declam.* Rediuiuum me senem meretrix vocat. Iuuen. *Satyr* 6. Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum: Ac velut exhausta rediuiuus pullulet arca Numus, & è pleno semper tollatur aceruo, Non vnquam reputet, quanti sibi gaudia constent. Rediuiua, in ædificiis dicimus materiam diruti ædificij, quæ rursus ad nouum ædificium applicatur, vel potest applicari. Cic. 3. *Verr.* Rediuiua sibi habeto, Quasi quicquam rediuiui ex illo opere tolleretur: ac non totum opus ex rediuiuis constitueretur, hoc est, ex veteri materia. *Ibid.* Vtrum existimatis minus operis esse, vnam columnam efficere ab integro nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illos reponere? bella rediuiua Silius *lib.* 10. Gens rediuiua, idem *lib.* 1.

Rĕdŏlĕo, es, multum oleo, vel odorem alicuius rei refero. {ὄζω. GAL. *Rendre odeur. flairer.* ITAL. *Rendere odore.* GERM. Starck schmecken/ein geschmack gäben/nach etwas schmecken. HISP. *Bien oler derramar olor.* ANGL. *To sauour or giue a smell ather good or bad.*} Virg. 4. *Georg.*

Feruet opus, redoléntque thymo fragrantia mella.

Plin. *lib.* 12. *cap.* 12. Frutex est graui & crassa radice, situm redolente. ¶ Per translationem accipitur simpliciter pro referre aliquid, vel ad aliquid accedere. Cicer *de claris Oratoribus,* Sed nescio quomodo huius, quem constat eloquentia præstitisse, exiliores orationes sunt, & redolentes magis antiquitatem, quàm aut Cæcilij, aut Scipionis, aut etiam ipsius Catonis. Columell. *lib.* 12. *cap.* 18. Cella quoque vinaria omni stercore liberanda, & bonis odoribus suffienda, ne quem redoleat fœtorem, acorémve. Cicer. 2. *Philipp.* Is vomens frustis esculentis vinum redolentibus gremium suum, & totum tribunal impleuit. Ouid. *Metam.*

Prunaque & in Patulis redolentia mala canistris.

‖ Redones, I Cæsari & aliis noti. Condatæ Redonum, *Rennes,* V. E. Redonensis Britanniæ Aremoricæ, sub M. Turonensi, habet Parlamentum ab Henrico II. Rege Galliæ institutum. ‖

Rĕdōno, as, Reddo. } השיב *heschib.* ἀποδίδωμι, ἀνταδίδωμι. GALL. *Redonner. rebaillar, rendre.* ITAL. *Redonare, rendere.* GER. Widerschencken/widergeben.

pergeben. HISP. *Tornar otra vez à dar.* ANG. *To giue againe.*} Horat. 1. *Carm. Ode 7.*

Quis te redonauit Quiritum
Diis patriis, Italóque cælo?

Idem 3. *Carm. Ode 2.*

Inuisum nepotem Marti redonabo.

Rĕdŏrdĭŏr, iris, redorsus, sum, Retexo, quod orsum erat soluo. {ἀνυφαίνω. GALL. *Reuuider, desordir, retistre.* ITAL. *Ricominciare, ritessere.* GERM. Das angefangen wider auffläsen oder auffweben. HISP. *Tornar à començar, retexer.* ANGL. *To vnweau or vnwist.*} Plin. *lib. 9. cap. 17.* Vnde geminus fœminis nostris labor, redordiendi fila, rursúmque texendi.

Rĕdormĭo, is, Rursum dormio. {ἀνακαθεύδω, ἀὖθις κοιμᾶσθαι. GALL. *Redormir, se r'endormir.* ITAL. *Tornar à dormire.* GER. Widerumb schlaffen. HISP. *Tornar à dormir otra vez.* ANG. *To strep againe.*} Plin. *Epist. 213.* Paulum redormio, dein ambulo, mox orationem Græcam Latinámve clarè & intentè non tam vocis causa, quàm stomachi, lego.

Rĕdormĭtĭo, nis, verbale. {δεύτερα κοίμησις. GAL. *R'endormissement.* ITAL. *Esso dormire da nuouo.* GER. Widereinschlaffung. HISP. *Obra de tornar à dormir.* ANG. *A streping againe.*} Plin. *lib. 10. cap. 75.* In redormitione vana esse visa, propè conuenit.

‖ Redostire, Vide *Redhostio.* ‖

Rĕdūco, is, Retroduco, retraho. {השיב *heschíb.* ἀνάγω, κατάγω. GAL. *Remener, ou ramener.* ITAL. *Ridurre.* GER. Widerumb füren / oder hindersich füren. HISP. *Reduzir, tornar à otro guyandolo.* ANGL. *To lead or bring againe.*} Iustin. *lib. 12.* Reliquas copias rex ipse reducere in regnum parat. Sueton. *de Caligula,* Equitem Romanum obiectum feris, quum se innocentem proclamasset, reduxit, abscisáque lingua rursus induxit. Cicer. *pro Quintio,* Seruum domum reduci curauit ad Quint. Senec. *cap. 8, de tranquill.* Reducere seruum fugitiuum. Idem *de consol ad Polyb. cap. 4.* Nemo illum nobis reducet (ab inferis.) Idem 2. *Offic.* Hunc Fabricius reducendum curauit ad Pyrrhum. Ouid. 13. *Metam.*

———Mecúmque reducere nitar.

(id est, adducere, vel abducere.) Plaut. *Cap. sc. 4. a. 5.* Ex Alide hunc huc reducimus. (id est, reducem facimus ex seruitute.) Idem *Pseud. sc. 3. a. 2.* Reduxit me ex errore in viã. Metaphor. ¶ Item ponitur pro replicare. Virg. 4. *Georg.* inque sinus scindit sese vnda reductos, id est, replicatos. Gell. *cap. 9. lib. 5.* Reduxit hostis gladium, (id est, retraxit ne feriret.) Cui opponitur eduxit, siue deduxit gladium: paulò antè deducto inquit hostis gladio. Quintilian. Reducimus brachia in iaculando. ¶ Item pro reconciliare. {כפר *chippér* רצה *ristsáh.*} vt illud eiusdem 2. *Æneid.*— Numénque reducant ¶ Huius verbi quandoque prima producitur, d litera poëtica licentia duplicata: vt apud Horat. *in Serm.* Dij tibi dent capta classem redducere Troia. Alioqui corripitur. vt apud Virg. *lib 4. Æneid.*

Eiectam classem, socios à morte reduxi.

¶ Reducere, Attenuare, Senec. *de benef. lib. 1. cap. 14.* Nemo hæc ita interpretetur, tanquam reducam liberalitatem & frænis arctioribus reprimam.

Rĕductŭs, a, um, participium. {מושב *muscháb.* ἐπαναχθείς, ἀναγόμενος. GALL. *Reduit, ramené.* ITAL. *Ridutto.* GER. Widerumb gefürt oder gebracht. HISP. *Reduzido.* ANG. *Broughtt againe.*} Horat. 1. *Epist. 16.*

Virtus est medium vitiorum, vtrinque reductum.

Virg. 6. *Æneid.*

Interea videt Æneas in valle reducta
Seclusum nemus. hoc est, secreta.

Rĕdŭctĭo, nis. ἀναγωγή GALL. *Ramenement.* ITAL. *Riducimento.* GERM. Wider einfürung. HISP. *Reduzimiento.* ANG. *A leading or briging againe.*} Cicer. *ad Lentul. lib. 1.* Quoniam senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit.

Rĕductor, is. {משיב *meschíb.* ἀναγωγός. GALL. *Rameneur.* ITAL. *Chi riconduce.* GERM. Ein wider vmbhin fürer. HISP. *Reduzidor.* ANG. *A brin.ger againe.*} Liu. 2. *ab vrbe,* Reductori plebis Romanæ in vrbem sumptus funeri defuit. ¶ Plin. *Epist. 165.* Ipsarum denique literarum iam senescentium reductor ac reformator.

Rĕdūx, ucis, qui è periculo in tutum, aut à captiuitate longáve peregrinatione in patriã reuertitur. {שליו *scheléu* שליו *schalév.* ἀνασωθείς, κατισχόμενος, κατεχόμενος. GAL. *Reuenu & ramené sain & sauue.* ITAL. *Ritornato sano & saluo.* GER. Einer der gesund vnd frisch auss einer gefahr oder sorglichen reiss wider hein kommen ist. HISP. *Librado de peligro.* ANG. *That returneth safe frome danger.* Cic. *pro Milone.* Quid me reducem esse voluistis? an vt spectante me expellerentur ij per quos essem restitutus? Virg. 1. *Æneid.*

Namque tibi reduces socios, classémque relatam
Nuntio.

Plaut. *Capt. prolog.* Reducémque faciet in patriam ad patrem. *Ibid. sc. 3. a. 2.* Huius reducem facias filium. *Ibid sc. 1. a. 5.* Cùm te reducem tuo patri reddiderunt. Redux ab exilio. Senec. *c. 16 de consol. ad Helu.* ¶ Aliquando simpliciter ponitur pro participio rediens. Plin *lib. 8. c. 5.* Sexto die perfunduntur amne, non ante reduces ad agmen.

Rĕdŭlcĕro, as, Vlcerosum facio. à re, & vlcero. {ἀνελκόω. GALL. *Vlcerer derechef.* ITAL. *Rinouare le piaghe.* GERM. Wider verderben/ oder geschwärig machen. HISP. *Tornar à llagar.* ANGL. *To mack sore againd, to mak a botche againe.*} vt Cutis redulceratur putridis humoribus. id est. vlcerosa fit: vel etiam, Plaga redulceratur, hoc est, redintegratur. Colum. *lib. 7. c. 5.* Tepefactúmque medicamentum illinitur scabræ parti, quæ priùs aspera testa, vel pumice defricata redulceratur.

Redulus, strues lignorum ardentium. Gl. Isid.

Rĕdūncŭs, a, um, retro vncus, retrorsum inflexus. {ἀνακαμπής. GALL. *Crochu contremont.* ITAL. *Ripiegato, vncinato.* GERM. Hindersich gekrümbt/ vmbhin gebogen. HISP. *Encoruado.* ANG. *Bowed backward.*} Plin. *lib. 11. cap. 56.* de animalium cornibus loquens, aliis adunca, aliis redunca. Ouid. 12. *Metam.*

Viribus vsus auis, pennis, rostróque redunco,
Hamatísque viai laniauerat vnguibus ora.

Rĕdundo, as, iterum vndo, Abundo, exundo, effluo. {שטף *schatáph* עדף *hadháph* סרח *sarách.* ἀναπλημμυρεῖν. GALL. *Redonder, regorger.* ITAL. *Esser tanto pieno che si sparga, redundare.* GERM. Oberlauffen von vile deß wassers/ oberfliessen. HISP. *Rebossar lo lleno.* ANG. *To ouerflow, to fur round.*} Cic. 2. *de diuin.* Si lacus Albanus redundasset, isque in mare fluxisset, Romam perituram. ¶ Per translationem accipitur pro abundè prouenio, περίειμι, πλεονάζω. Idem 3. *Verrin.* Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula inuestigamus, redundarunt. Ouid. 2. *de remed. am.*

Gutture fac pleno sumpta redundet aqua.

Cic *pro lege Manil.* Testis est Africa, quæ magnis oppressa hostium copiis, eorum ipsorum sanguine redundauit. ¶ Aliquando verò ponitur pro recidere. περιπίπτειν. Plaut. Hoc facinus in tuum redundabit caput. Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Sera redundauit (in me sup.) veteris vindicta libelli. *Ibid. Eleg. 1. lib. 3. Trist.*

In genus (id est, prolem) *auctoris miseri fortuna redundat.*

Idem 6. *Fastor.*

Si scelus est, in me commissi pœna redundet.

Aliquando etiam accusatiuum habet cum præpositione Ad. Plinius *in Paneg.* Non ad ipsos gaudium magis, quàm ad similes redundat. Quintilian. Redundat hoc ad tractatum moralem, id est, refertur, siue pertinet.

Rĕdŭndăntĭă, æ, Superfluitas, abundantia. {שטף *schéteph* שפע *schépháh* סרח *serách.* πλεονασμός. GALL. *Superfluité.* ITAL. *Superfluità.* GERM. Oberfluß. HISP. *Superfluidad.* ANGL. *An ouerflowing or superfluous abounding.*} Cicer. *in Orat.* Ipsa enim illa pro Roscio iuuenilis redundantia, multa habet attenuata, quædam etiam paulò hilariora. Vitruuius *lib. 8.* Namque corpora, siue spiritus redundantia nen possunt habere vitam, nisi aër influens cum incremento fecerit auctus & remissiones continenter. vbi spiritus redundantia, i. aëris reciprocatio, impetus & quasi vnda.

Rĕdŭndāns, tis, Abundans. {שטף *schotéph* עדף *hodhéph.* ἀναπλημμυρῶν. GALL. *Redondant, abondant.* ITAL. *Abondante.* GERM. Oberfliessend/ oberlauffend. HISP. *Que abunda.* ANGL. *Ouerflowing.*} Cic. *de Fato,* inter locorum naturas quantum intersit videmus, alios esse salubres, alios pestilentes: in aliis pituitosos & quasi redundantes, in aliis exiccatos & aridos.

Rĕdŭndātŭs, a, um. {נשטף *nischtáph* סרוח *surúach.*} Ouid. 6. *Fast.*

Amne redundatis fossa madebat aquis.

Idem 3. *Trist. Eleg. 10.*

Siue igitur nimij Boreæ vis sæua marinas,
Siue redundatas flumine cogit aquas.

Rĕdŭndātĭo, verbale, Abundatio. {שטף *schéteph* שפע *schépháh* סרח *serach.* ὁ πλεονασμός, περιουσία. GALL. *Regorgement, redondement.* ITAL. *Inondatione.* GERM. Ein oberfluß oder oberlauffung. HISP. *Rebossamiento.* ANGL. *Ouerflowing, surrounding.*} Plin. *lib. 11. cap. 37.* Certè nulli sine redundatione eius, eruitur oculus. Idem *lib. 7. cap. 6.* Fastidium in cibis, redundatio stomachi, indices sunt hominis inchoati, id est, nausea, vel quæ fluctuatio dicitur.

Rĕdŭndāntĕr, aduerb. Plin. *lib. 1. Epist.* Immodicè & redundanter.

REDVVIÆ, Induuiæ, exuuiæ, inquit Placiades *in Glossis,* dicuntur spolia serpentum, quibus quotannis senescentes sese exuunt: quasi quibus exuti in iuuentam redeunt.

Reduuiosus, a, um, reduuiæ plenus.

Redux, qui redit, reductus est.

Rĕfăcĭo, is, antiquum, apud Plaut. legitur *in Trucul.* Nam refacere si velim, non est locus.

Refectorium, locus vbi reficiuntur famelici. Item Refectorium, locus dicitur, vbi simul comedunt fratres, vel monachi. Vet. Vocab.

Rĕfĕllo, is, ex re & fallo, quod dictum est, arguendo falsum ostendo, refuto, redarguo. {הוכיח *hochíach* מאס *maás.* ἀνασκευάζω. GALL. *Confuter, refuter.* ITAL. *Confutare, repudiare.* GERM. Verwerffen/ falsch sein beweissen/ widerlegen. HISP. *Redarguir lo falso.* ANGL. *To refute, to proue by argument to be false.*} Cic. 2. *Tuscul.* Et refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia, parati sumus. Virg. 1. *Æneid.*

——— neque te teneo, neque dicta refello.

Cic. 4. *de fin.* Vt audias me quæ à te dicta sunt refellentem. ¶ Differt à purgo, quòd refellere dicatur de eo qui factum negat: purgare verò de eo qui fatetur quidem factum, sed defendit. Testem refellere pro eo quod Galli dicunt, *reprocher.* Tranquillus *in Augusto c. 56.* Testem se in iudiciis & interrogari & refelli, æquissimo animo patiebatur. Dicitur & Eleuare, apud Quint. Budæus.

Rĕfercĭo, is, ferti, Ex re, & farcio, Repleo, quod alij quidem cum ablatiuo, alij verò cum genitiuo construunt. {מלא *milá.* ἀναπλήθω. GALL. *Remplir tout plein.* ITAL. *Empire.* GERM. Voll füllen/ wol schoppen. HISP. *Recalcar.* ANGL. *To fill or stufffull whit any thing.*} Cic. *pro Corn. Balbo,* Quòd iis rebus vrbem, Italiámque refercerunt. Idem 2. *Tuscul.* Eadem enim dicuntur à multis, ex quo libris omnia refercerunt.

Referendarius, qui aliquid refert, relator.

Rĕfertŭs, adiectiuum ex participio, Plenus. {ממלא *memullá.* πλέως, ἔμπλεως. GALL. *Tout plein, tout farci.* ITAL. *Pieno,* GER. Voll oder erfüllet. HISP. *Lleno.* ANG. *Filled or stuffed.*} Cic. *ad Quintum fratrem lib. 2.* Accepi tuas literas datas Placentiæ: deinde alteras postridie datas Slandenouæ, cum Cæsaris literis, refertis omni officio, diligentia, suauitate. Idem 5. *Verr.* Tum refertus erit ærarium pop. Rom. quàm vnquam fuit. Idem *ad Quintum fratrem lib. 1.* Quare quoniam eiusmodi theatrum totius Asiæ virtutibus est datum, celeritate refertissimum, magnitudine amplissimum, &c. Senec. *cap. 16. de consol. ad Mart.* Referta vestibula Clientum turba. Iungitur aliquando genitiuo. Cic. *pro Font.* Referta Gallia negotiatorum est, plena ciuium Romanorum. Gell. librum multæ variæque historiæ refertum composuit.

Rĕfĕrĭo, is, Repercutio. {ἀντικόπτω. GALL. *Referir, refrapper.* ITAL. *Repercuotere.* GERM. Widerumb hinschlahen. HISP. *Tornar à herir al que herio.* ANG. *To strik or beate againe.*} Ter. *in Adelph.* Quia miseram mulierem, & me seruolum, Quia referire non audebam, vicit, hui perfortiter. Ouid. 3. *Metam.*

Non aliter quàm quum puro nitidissimus orbe

Opposita

Opposita speculi referitur imagine Phœbus.

Plaut. *Asin.sc.3.a.2* Patitor quum te referiam.

REFERO, Iterum fero, reporto, reduco, quasi retrorsum fero. {השיב *heschib.* ἀνακομίζω, ἀνάγω. GALL. *Reporter, rendre, referer.* ITAL. *Riportare, riferire.* GERM. Widerumbhin bringen. HISP. *Tornar à traher lo lleuado ò traher atras.* ANGL. *To bring againe, to render or restore, to tell, to ressemble.*} Cicer. *Attic.* Epistolam ad me referri volo. Idem *alibi ad eundem*, Auster me in Italiam retulit. Plaut. *Aulul.sc.6.a.4.* Nisi refers. L. Quid tibi referam? E. Quod surripuisti. Idem *Curc.sc.3.a.5.* Ego te in neruum rapiam, ni argentum refers. (id est, teddis.) Idem *Asin sc.3.a.2.* Dromo mercedem retulit. Mox, Aiebat se reddere. Idem *Menæch. sc.7.a.5.* Referam vasa, & argentum tibi, &c. ¶ Referre aliquem, pro portare imaginem alicuius. Ouidius *Eleg.6.lib.1.Trist.*

In digito qui me fersque, refersque tuo, &c.

¶ Aliquando ponitur pro eo quod vulgo dicimus *proponere*, & sic construitur cum accusatiuo mediante ad: idque dupliciter. Dicimus enim referre rem aliquam ad Senatum, & referre de re aliqua. ἀναφέρειν πρὸς τὴν σύγκλητον. Cic.2.*Catil.* Reliquis autem de rebus constituendis, maturandis, agendis, iam ad senatum referemus, hoc est, in Senatu agitandas, decernendásque proponemus. Virg.3.*Æneid.*

Delectos populi ad proceres, primúmque parentem
Monstra deûm refero.

Referre autem ad Senatum propriè erat Consulum, aut eorum quibus cogendi Senatus erat potestas. Vnde relationes dictæ sunt propositiones quæ de re aliqua in Senatu proponebantur disceptandæ, Senatorúmque sententiis determinandæ permittebantur. Sueton. *in Tib.c.32.* Quódque de tribuendis quibusdam militaribus donis ad se referrent. Et Plaut. *Curc.sc.2.a.2.* Si quid somniasti ad me refers. (i. me consulis vt peritiorem.) Item Suet. *in Aug.c.66. & Calig. cap.37.* Desiderauit nonnunquam, ne referam de pluribus, (id est, commemorem.) ¶ Pro reducere, reflectere, replicare. Ouid. *Eleg.1.lib.4.Trist.*

Quique refert pariter lentos ad pectora remos.

Ibid. Eleg.4. ô vtinam venti referant vela. ¶ Referre de Rep. id est, senatum consulere, quemadmodum Resp. in annum administranda sit, qui in prouincias mittendi, qui reuocandi, qui exercitus conscribendi, qui dimittendi, quid domi militiæque agendum. Quæ relatio frequens fuit anni initio magistratum ineuntibus. Cæsar, Referunt Consules de Rep. Liuius, Itaque Consulibus nouis, quo die de prouinciis & de Rep. retulerunt. Liuius hoc alibi dixit Senatum consulere de Rep. Consulatum Idib. Martiis cùm iniissent, de Rep. déque prouinciis & exercitibus senatum consuluerunt. ¶ Referre omnia ad vnum, est omnia in vnum conferre, & vnius arbitrio omnia committere. Cic. *pro lege Manilia*, Si ad vnum omnia referenda sunt, dignissimum esse Pompeium hoc est si vni omnia adscribenda sunt, siue in vnum omnia conferenda sunt. ¶ Referre pedem, id est regredi, siue retrorsum se recipere. ἀναποδίζειν, ἐπανήκειν. Virg.4.*Georg.*

Iámque pedem referens, casus euaserat omnes.

Senec.*c.3.de tranq.* Relato gradu, saluis signis. Et Ouid. *Eleg.1.lib.2.* Saxa memor refero rursus ad icta pedem. ¶ Referre se, Cæs.*lib.1.de bell. ciuil.* Referre se ad castra. ¶ Aliquando ponitur pro recenseo, numero. {פקד *pakádh* ספר *sippér.* ἐξετάζειν, ἀριθμεῖν.} Virg.6.*Eclog.*

Cogere donec oues stabulis, numerúmque referre
Iussit.

Ouid.*Eleg.7.lib.3.Trist.*

Singula quid referam? &c,

¶ Aliquando significat adscribo. ἐπαναφέρω, κατατάττω. Suetonius, Ea in deorum numerum retulit. ¶ Aliquando conuerto, retorqueo. Gell. *cap.10.lib.4.* Inter vitia argumentorum, longè maximum esse vitium videtur, &c. Cùm argumentum propositum referri contrà, conuertique in eum potest, à quo dictum est (id est, retorqueri.) Virg. *lib. 11.*

Multa dies, variúsque labor mutabilis æui
Rettulit in melius.

¶ Aliquando renouo, & quasi rursus fero. חדש *chidésch.* Idem *lib.5.* Hunc morem, hoc rursus, atque hæc certamina primus Ascanius, longam muris quum cingeret Albam, Rettulit. Suet. *in Cæs.cap.20.* Antiquum etiam retulit morem. Idem *in Tib.cap.32.* Prætorem collaudauit quòd consuetudinem antiquam retulisset de maioribus suis pro concione memorandi. ¶ Aliquando est retractare & iterare. Cic. *pro domo*, Si Decemuiri sacramentum in libertatem iniustam iudicassent, tamen quotiescunque vellet quis hoc in genere rem iudicatam referre voluerunt. Sic Terent. *in prologo*, Comœdiam referre dixit, pro denuò agere & iterare. Plaut. *Capt. sc.5. a.5.* eiusmodi paucas poëtæ referunt Comœdias (aliàs *reperiunt.*) ¶ Aliquando est in alium transferre, vt referre iusiurandum, est delatum sibi ab aduersario insiurandum in eum transferre. Paulus *l.38. D. iureiur.* Manifestæ turpitudinis & confessionis nolle nec iurare, nec iusiurandum referre. Hotomanus. ¶ Aliquando produco הוציא *hotsi.* Plin. *lib.21.* Diximus & terram referre multum. ¶ Aliquando nuntio, renûtio, narro, indico. {הגיד *highghidh.* ἐπαναφέρω.} Virg.2.*Æneid.*

——*referes ergo hæc & nuntius ibis*
Pelidæ genitori.

¶ Aliquando ostendo. הורה *horáh.* Lucretius.

Vnde refert nobis victor, quid posset oriri,
Quid nequeat.

¶ Aliquando dico, vel respondeo. Cic. *pro Cæcinna*, Ego enim tibi refero, si non sum ex eo loco deiectus quo prohibitus, &c. Item vsurpatur pro eo quod vulgò dicimus replicare (id est, contra alterius responsionem opponere.) Cic. *in Partit.* Itaque ea, quæ sic referuntur continentia caussarum vocentur. Idem *pro Quintio*, Quid à nobis autem C. Aquili refertur? Item pro recinere, recantare, siue cantu respondere Sueton. *in Galba, c.13.* Cuncti consentiente voce (canticum) retulerunt. ¶ Aliquando exprimo, imitor, repræsento. παρεμφαίνω. Iuuenalis, Et multùm referens de Mecœnate supino. Plin. *Epist.111.* Amisi enim filia, quæ non minus mores eius quàm os, vultúmque referebat, totúmque patrem mira similitudine exscripserat. ¶ Aliquando reddo. Virg. *lib.8.* O mihi præteritos referat si Iuppiter annos. ¶ Referre gratiam, est ipso facto beneficium acceptum remetiri. χάριν ἀποδίδωμι, χάριν ἀνταποδίδωμι. Suet. *in Tiber. cap.20.* Batonem Pannonium, ducem ingentibus donatum præmiis, Rauennam transtulit, gratiam referens, quòd se quondam cum exercitu, iniquitate loci circumclusum passus esset euadere. Plaut *in Most.sc.3.a.1.* Núnquam ego illi possem gratiam referre, vt meritus est de me. Quid sit propriè referre gratiam, siue beneficium, pulchrè docet Senec. *epist. 81. siue 82.* eam adi. ¶ Aliquando etiam in malam partem accipitur, pro eo quod est, par pari reddere, & malum malo compensare. Cicer. *in Salustium*, Nam quod ista inusitata rabie petulanter in vxorem & filiam meam inuasisti, satis doctè & peritè fecisti. Non enim sperasti me tibi mutuam gratiam relaturum, vt nos vicissim compellarem. Pro eodem etiam dicimus referre gratias. Plautus *in Amphitr.* Næ illi ædepol, si merito meo referre studeant gratias. Aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os oscillet probè. ¶ Referre gratias, inquit Val. *lib.5.* est facto: vt si tu subleuatus à me aut patrocinio, aut pecunia, aut manu, aut aliquo simili subsidio, vicissim me aliquo modo subleuaueris, gratias retulisti: Habere verò gratiam, est animo: Agere autem gratias, est verbis. De hac differentia vide plura in verbo AGO. ¶ Referre acceptum, propriè est quod ab aliquo acceperis in tabulas referre, hoc est, in tabulis fateri & perscribere te accepisse)(Expensum ferre, quod est in rationibus adscribere quod alicui dederis. {ἀντιγράφω. GALL. *Faire crediteur.* ITAL. *Far di riceuere, far creditore.* GERM. Das entpfangen auffzeichnen oder einschreiben. HISP. *Escriuir lo recebido.*} Cicer. *lib.1.de Orat.* Quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quàm Verres illi expensum retulit. ¶ Per translationem autem accipitur pro eo quod est fateri nos aliquod beneficium ab altero accepisse. ἀνάγειν. Vel etiam in malam partem, pro eo quod est alicuius mali caussam alicui imputare. Cicer. *pro M. Marcello*, vitam acceptam refert clementiæ tuæ. In malam. Idem Omnia denique quæ postea vidimus (quid autem mali non vidimus?) si rectè ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio. ¶ Referre in literas, memoriæ prodere Lampridius *in Commodo.* ‖ ¶ Iusquintæ relationis, est summa supra senatum auctoritas, vt Imperatorum, qui iure quintæ relationis poterant omnia senatus consulta remittere & rescindere, déque iis mutandis, aut tollendis relationem discessionemque facere. *Relationem facere*, hîc est, pro arbitratu suo in senatu decreta proponere. *Discessionem facere*, est decretum aliquod consultumque approbare. Senatus enim consulta duplici modo decernebantur: aut sententiis singulorum secretò in vas quoddam collectis, aut discessione, omnes è loco suo discedentes pedibus in sententiam decernentis discedebant. Qui enim decretum consultumque approbabant, discessionem facere dicebantur: qui verò secus, iubebant ire in alia omnia, i.e, in diuersam partem non consentiunt. Quintæ autem relationis jus, est supremæ, supra omnes magistratus, qui senatum habere poterant, qui erant quatuor, dictator, consules, prætores, tribuni plebis. Nam interrex & præfectus vrbi locum consulum prætorumque supplebant. Interregis enim potestate durante, nulli erant consules: præfectus verò vrbi tum demum senatum habebat, si nulli consules prætoresque (quod rarò admodum contigit) Romæ essent. Hæc ex Iacob. Nicol. Loensis Epiphyll.*lib.8.c.20.* Vide & Budæum *annot.in Pand.* ‖ ¶ Habet autem hoc verbum primam syllabam correptam. Componitur enim ex præpositione re, & verbo fero. In præterito tamen & supino aliquando geminatur consonans, vt syllaba aliqua breuis, producatur. Horat. *lib.1.Ep.*

Rettulit acceptos regale numisma Philippos.

Lucan. *lib 9.*

Id rursum cæli rellatum in templa receptant.

Inuenitur tamen etiam retulit priore syllaba correpta. Catull. Si reditum retulisset is, aut in tempore longo. Relatum autem ferè semper primam corripit. Ouid. 15.*Metam.*

Digitis ad frontem sæpè relatis.

Rēfert, proprie product. compositum ex nomine res, & verbo fero, impersonale verbum est, aut certè per tertias tantùm personas singularis numeri declinatum: Interest, siue vtile aut commodum est, vel alicuius momenti est. {Διαφέρει. GAL. *On a à faire, il touche, appartient.* ITAL. *Importare, esser necessario, appartenere.* GERM. Es ligt daran, es trifft an. HISP. *Ser necessario pertenescer.* ANGL. *It belongeth.*} Festus ex Verrio: Refert, (i. rei fert. i. confert, conducit.) Plaut. *Pseud.sc.1.a.1.* Hoc non pluris refert, quàm si imbrem in cribrum geras *Ibid.sc.4.a.2.* Si seruus est, nunquid refert? Velleius, Quantum interfuit Cæsarem habere principem, quàm Antonium: tantum retulisset habere Brutum, quàm Cassium Plaut. *Pseud.sc.6.a.4.* Quanti refert nec rectè dicere ei, qui nihili facit? Cicer. *Attico*, Tua istud refert maximè, Διαφέρει σοὶ τοῦτο μάλιστα. Idem *P. Seruilio*, Sperare tamen videor Cæsari collegæ nos fore curæ, vt habeamus aliquam Rempublicam, cuius consilio magni referebat te interesse, id est, intererat. Plin. *lib.16.cap.39.* Infinitum refert lunaris ratio: nec nisi à vicesima in tricesimam cædi volunt. hoc est, plurimum interest quo in statu sit luna, quum ligna cæduntur. Idem, Quippe victimas cædi sine precatione non videtur referre, nec deos ritè consuli, Terentius *in Phorm.* Quid tua (malùm) id refert? G. Magni Demipho. Colum. *lib.8.* de canibus loquens, Non multum refert an villatici corporibus graues, & parum veloces sint. id est, non magni est momēti, siue non magnopere pertinet ad rem. Plaut. *in Rud.* Quomodo habeas, nihil id refert, iure ánne iniuria? Liu. *lib.2.* Adeóne est fundata leuiter fides, vt vbi sim, quàm qui sim magis referat? id est, æstimetur, siue existimetur, curetúrve. ¶ Aliquando sumitur pro expedit, siue necesse esse est. Salustius, Quare vanum quidem hoc consilium est periculum ex illis timuit: sin in tanto omnium metu solus non timet, eo magis refert mihi, atque vobis timere. Virg. *lib.2. Georg.* Neque enim numero comprehendere refert, id est, non necesse enumerare. ¶ Construitur autem refert cum his ablatiuis, mea, tua, sua, nostra, & vestra: in reliquis autem omnibus genitiuum habet. vt Plaut. *Curc.sc.1.a.3.* Quid id referet tua dum argentum accipias? Item, Nam quid id refert mea an aula quassa. Idem *Amph.* Væ capiti tuo. S. Tua istuc refert si curaueris.

Rēlātum, relatu, supinum. Plin. *lib.32.cap.11.* Præter hæc purgamenta aliqua relatu indigna, & algis potius annumeranda quàm animalibus Ouid. 15. *Metam.*

———ves horrenda relatu.

Rĕlātus, a, um, participium, Redditus. { משב muschab מגד mughghadh. ἀνενεχθείς, ἀναφερόμενος. GALL. Rapporté. ITAL. Rapportato. GERM. Widergebracht. HISP. Trahido ò lleuado otra vez. ANGL. Brought againe, or reported. } Cicer. 2. de nat. deor. Sed duros & quasi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur sonus. Ouid. 3. Fast.

Nomine mutato causa relata mea est.

Senec. c. 3. de tranquill. Relato gradu & saluis signis.

Rĕlātus, us, ui, Commemoratio. { זכרון zichsharon. ὑπόμνησις. GAL. Commemoration. ITAL. Commemoratione. GERM. Ein erzellung. HISP. Recordacion. ANG. Cōmemoration, reporting. } Tacit. lib. 17. Neque enim relatu virtutum in comparatione Othonis opus est.

Rĕlātio, nis, actus referendi. { ἀναφορά, ἐπαναφορά, διήγησις. GALL. Rapport, relation. ITAL. Relatione, rapportamento. GERM. Erzellung / widerāferung. HISP. Relacion. ANGL. Reporsing or telling. } Cicer. in Pis. Nam relatio illa salutaris, & diligens fuerat Consulis animaduersio quidem & iudicium. Quintilian. lib. 4 cap. 1. Nonnunquam contingit relatio meritorum. Senec. cap. vlt. de tranquill. Relationem nouam fieri in Senatu post horam decimam non licuit. ¶ Per relationem quædam Senatusconsulta fiebant. Gell. cap. 7. lib. 14. sub finem. ¶ Relatio aliquando est recitatio & narratio. Iustin. hist. lib. 2. In relatione rerum à Scythis gestarum quæ satis amplæ magnificæque fuerunt, principium ab origine repetendum est. Vsurpatur etiam de renunciatione alicuius magistratus. vt apud Sueton. in Calig. cap. 15. Item in relationibus Consulum, inquit, Quod bonum felixque sit C. Cæsari sororibúsque eius. ¶ Gell. cap. 5. lib. 12. Relationes etiam sunt quæ ἀντεγκλήματα ipsi Stoici vocant.

Rĕlātor, is. { משיב meschib מגיד maghghidh. ὁ ἀπαγγέλλων, διηγητής. GAL. Rapporteur. ITAL. Rapportatore. GERM. Erzeller. HISP. Relator. ANG. A reporter, or teller. } Balbus ad Cic. Incipiam sperare, etiam consilio Senatus, autore te, illo relatore Pompeium & Cæsarem coniungi posse.

Referendarius, ii, dicitur is, qui responsionibus Imperatoriis præest. Procopius lib. 2. de bello Persico.

‖ Relatiuus, a, um, referendi vim habens, ἀναπληκτικόν.

Relatoriæ, sunt apochæ & securitates, lib. 8. C. Theod. de nauicul. à referendo quòd retulisse & reddidisse indicent. ‖

Rĕferueo, es, Valde ferueo. { ἀναζέω, ὑπερθερμαίνομαι. GALL. Rebouillir bouillir fort. ITAL. Bollire molto. GERM. Gar heiß oder südig sein / hifftig sieden. HISP. Heruir mucho. ANG. To be feruent or scalding hoat. } Plin. lib. 16. c. 11. Alij vtilius putant sine aqua coquere lento igne tota die, vtique vase æris alibi. Idem tereberinthinam in sartagine referuenti. ¶ Aliquando contrarium significat, vt idem sit quod deferueo, hoc est, feruere desino. ἀποζέω. Cic. de clar Orat. Nam & contentio nimia vocis reciderat, & quasi referbuerat oratio, hoc est, refrixerat.

Rĕferuens crimen, à Cicerone pro Roscio Comœdo, per translationem dicitur pro vehementer & atroci. Nónne (inquit) vt ignis in aquam coniectus continuò restinguitur, & refrigeratur: sic referuens falsum crimen, in purissimam & castissimam vitam collatum, statim concedit, & extinguitur?

Rĕferuesco, is, Recalesco, denuo feruidus fio { ἀναθερμαίνομαι. GAL. Rebouillir, bouillir vne autre fois. ITAL. Bollir vn' altra fiata. GERM. Widerheiß vnd südig werden. HISP. Heruir otra vez. ANGL. To waxe scalding hoat. } Cicer. 1. de natura deor. Ex his Mercurium ex patera, quam dextra manu teneret, sanguinem visum esse effundere: qui quum terram attigisset, referuescere videretur, sic vt tota domus sanguine redundaret.

Reffo, as, are, euellere. GERM. Reusen. trahere, carpere, vellere: à rapio. in ll. Salic. lib. 29. 6. Si quis messem alienam per furtum metere, aut reffare præsumserit, DC. denarios, qui faciunt sol. 15. culp. iud.

Rĕfībŭlāre, Fibulam peni inductam soluere. Martial. lib. 9.

———& cuius

Refibulauit turgidum faber penem.

Rĕficio, is, Instauro, renouo quod corruptum erat in statum pristinum restituo. { בדק badhak. ἐπισκευάζω, καταρτίζω. GAL. Refaire, recreer. ITAL. Rinouare, rifare, reficiare. GERM. Wider gut machen / etwas zerbrochens wider machen. HISP. Rehazer ò renouar. ANGL. To renew, to amend, to botche. } Cæsar. 4. bell. Gall. Omnia deerant, quæ ad reficiendas naues vsui sunt. Cicer. 1. de diuinat. Quinetiam memoria nostra templum Iunonis Sospitæ, L. Lucius, qui cum P. Rutilio Consul fuit, de Senatus sententia refecit. Idem 3. Verr. Locatur id opus, quod ex mea pecunia reficiatur. Vlpian. de riuis, l. 1. Verbo reficiendi, tegere, substruere, sarcire, ædificare, & aduehere, oportereque ea quæ ad eandem rem opus sunt, continentur. ¶ Reficere Tribunos, & alios Magistratus, pro Iterum creare. Cicer. de Amicit. Papirius legem ferebat de Tribunis reficiendis. Liu. 2. ab Vrbe, Plebs Valerium Tribunum reficit. ¶ Aliquando reficio accipitur pro recreo, vel delecto. { נפש naphasch חיה chijiah הרגיע hirghiah השיב heschib. ἀναλαμβάνω ANG. To deligth or refreshe. } Plin. in Paneg. Ad hæc tam assiduus in tribunali, vt labore refici ac reparari videtur. Cæsar. 7. belli Gallic. Summámque ibi copiam frumenti & reliqui commeatus nactus, exercitum ex labore atque inopia refecit. Cic. ad Gallum. lib. 7. Ego hîc cogito commorari, quoad me reficiam: nam & vires, & corpus amisi. id est quoad valetudinem reparem, & vires recipiam. Reficere vires cibo. Idem de senectute, Tantum tibi sumendum vt reficiantur vires, non opprimantur. Liu. 6. belli Macedon. Quum in alto, vbi substiterant, cibo reficerent vires, contemplatus Eudamus hostes, &c. Cicer. in Parad. Hoc proposito nunquam erit diues, antequàm tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, vt eo tueri sex legiones & magna equitum ac peditum auxilia possis. id est, redeat. ¶ Reficere memoriam iudicis. Quintilianus.

Rĕfectus a, um, participium. { בדוק badhuk. ἐπισκευασμένος, ἀκεσθείς. GAL. Refait. ITAL. Rifatto. GER. Wider gemacht. HISP. Rehecho. ANGL. Renewed. } Ouid. 4. Fast.

Non secus indoluit, quàm si modò rapta fuisset,
Mœsta parens, longa vixque refecta mora est.

Idem lib. 4. Fast.

———Dapibúsque refectus. (id est, iterum paratis.)

Rĕfectus, us, ui, Ipsa refectio. { מחיה michjah מאכל maachal. ἀνάληψις, τροφή, νομή. GALL. Refection pasture, repas. ITAL. Rifettione, pastura. GER. Narung / erlabung. HISP. Rehazimiento, apascentamiento. ANGL. Aminding, refreshing. } Plin. lib. 18. c. 7. panem ex hordeo antiquis vsitatum vita damnauit, quadrupedúmque tradidit refectibus. ¶ Refectus aliquando ponitur pro reditu, & prouentu. Scæuola l. 78. § 10. D. ad S.C. Treb. Interim ex refectu paupertatis, qui ad vos peruenerit, alatis cum vsuris, pro quantitate numerorum redactis, id est, ex reditu partis tertiæ hæreditatis. Nam paupertatem appellat exiguæ hæreditatis partem tertiam. In eadem significatione Cic. verbum refici posuit in Paradox. Nunquam eris diues antequam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, vt ex eo tueri sex legiones possis.

Rĕfectio, nis, verbale, Instauratio, renouatio. { ארוכה arucah. ἐπισκευή, ἄκεσις. GALL. Racoustrement, rabillement. ITAL. Rifettioni. GERM. Widermachung / widerbringung eines zerbrochnen dings. HISP. Rehazimiento. ANG. Amending or botching. } Col. lib. 12. c. 3. Cæteráque si refectionem desiderant, fabris concinnanda tradantur. Senec. c. 15. de tranq. Somnus refectionis necessarius. Quint. Tempora ad quietem refectionémque data. Dicitur etiam de reparatione virium corporis. Cels. lib. 3. c. 15. Quod vt sustinere quis possit, tamen etiam febre liberatus vix refectioni valebit.

Rĕfector, is, { בודק bodhek. ἐπισκευαστής, ἀκεστής. GAL. Refaiseur raccoustreur, radoubeur. ITAL. Racconciatore, rassettatore. GERM. Der ein zerbrochen ding widermachet. HISP. Rehazedor. ANGL. A botcher. } Suet. in Vesp. c. 18. Item colossi refectorem insigni congiario, magnáque mercede donauit.

Refibulo, fibula libero. Est à fibulo verbo, & re. hîc notat fibulationi contrariam actionem.

Rĕfigo, is, refixi, xum, Quod fixum erat auello. { נתש nathasch. ἀποπηγνύω. GALL. Arracher ce qui est fiché. ITAL. Distacare, spiccare GERM. Etwas angehefftes abreissen. HISP. Arrancar lo hincado. ANG. To pluck away that was fastened. } Inde refigere tabulas, & leges, id est, rescindere. Virg. 6. Æneid.

———*Fixit leges precio, atque refixit.*

Cic. 13. Philipp. Acta Antonij recidistis, leges refixistis per vim. Idē 12. Phil. Num figentur rursus eæ tabulæ quas vos decreto vestro refixistis? ¶ Ponitur aliquādo pro rursus, siue valdè figere. Virg. 4. Georg. —aulásque, & cerea regna refigunt, id est, figunt, inquit Seruius.

Rĕflāgito, as, Instanter reposco, iterum flagito. { ἀπαιτῶ. GALL. Redemander importunément. ITAL. Adimandare con instantia ò vn' altra volta. GERM. Widerumb ernstlich oder drüngentlich bitten. HISP. Demandar con importunidad, ò otra vez. ANG. To ask againe or importunatlie. } Catul. in Epig. 39. Persequamur eam, & reflagitemus.

Rĕflecto, xi, xum, Retrorsum flecto. { השיב heschib כפף chaphaph. ἀνακάμπτω. GALL. Reflechir, doubler arriere, retourner. ITAL. Torcere adietro. GERM. Hindersich biegen / vmbhin biegen. HISP. Doblegar atras ANGL. To bowe againe, to bow back. } Virg. 11. Æneid.

———*rursúsque Latini*
Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt.

Plin. lib. 11. cap. 50. Canum degeneres caudam sub aluum reflectunt. ¶ Per translationem, pro reuocare, reprimere. ἀνακαλεῖν. Cic. pro Sylla, Fero ego te Torquate, iamdudum fero: & nonnunquam animum incitatum ad vlciscendam orationem tuam reuoco ipse & reflecto. Terent. Adelph. Quem neque fides, neque iusiurandum neque illum misericordia repressit, neque reflexit.

Rĕflexus, a, um, participium. { מושב muschab כפוף chaphuph. ἀνακαμφθείς. GAL. Reflechi. ITAL. Ripiegato. GERM. Vmbhin gebogen. HISP. Doblegado atras. ANGL. Bowed or turned backward. } Statius 1. Achil. Plin. lib. 11. cap. 37. Masculis reflexi, fœminis recti atque proni. de dentibus elephantorum.

Rĕflo, as, aui, atum, Spiro ex aduerso, contra flo. { ἀντιπνέω. GAL. Soufler à lencontre, ITAL. Soffiare all'incontro. GERM. Entgegen wäyen. HISP. Soplar hazia tras. ANGL. To blow against. } Cic. Att. lib. 6. Inde quamprimum Athenas, etsi Etesiæ valde reflauerint. Idem 4. Tuscul. Si enim remum flantibus ventis reiiciemur, tamen eodem paulò tardiùs referemur. Venustè admodum transfertur ad fortunam, quæ tunc dicitur nobis reflare, quum omnia nobis præter animi sententiam cadunt. Cicer. 1. Officiorum, Quum fortuna reflarit, affligimur. ‖ ¶ Reflo, pro displodo: cui contrarium inflo. Lamprid. in Heliogab. ‖

Rĕflātus, us, Flatus aduersus, ventus contrarius. { ἀντιπνοή. GALL. Vent contraire. ITAL. Vento contrario. GER. Das entgegen wäyen / gegenwind. HISP. Viento contrario. ANG. A contrarie wend. } Cicer. ad Attic. lib. 12. Naues relatas in Vticam reflatu hoc.

Rĕflōreo, res, penult. product. Rursus floreo: vnde Refloresco, denuo floresco. { ἀναθάλλω. GALL. Reflorir. ITAL. Tornar à fiorire. GERM. Wider blüyen / oder grünen. HISP. Tornar à florescer. ANGL. To spring and florish againe. } Plin. lib. 18. cap. 16. Secatur incipiens florere, & quoties refloruit, &c. Idem lib. 19. cap. 8. Cuius natura in carnariis reflorescens, sæpiùs dicta est.

Rĕfluo is, Cursu feror retrogrado. { ἀναρρέω, παλινδρομῶ. GALL. Recouler, & retourner d'où on est parti. ITAL. Scorrere in dietro. GERM. Wider hindersich / oder dannen fliessen. HISP. Correr lo liquido atras. ANGL. To floue againe, to ebbe. } Plin. lib. 2. c. 97. Ne vnquam eodem tempore quo pridie, refluit. Virg. 9. Æneid.

Quum refluit campis, & iam se condidit aluo.

Rĕfluus, a, um, quod retrogrado fertur fluxu. { παλινδρομος, παλίρροος. GAL. Qui recoule & retourne. ITAL. Cosa che scorre in dietro. GERM. Wider ablauffend / wider hinfliessig. HISP. Lo liquido que corre atras. ANG. That floweth againe or ebbeth. } Plin lib. 2. c. 97. Et Pontus semper extra meat in Propontidem, introrsus in Pontum, nunquam refluo mari. Ouid. in Metam.

Et quas Oceani refluum mare lauit arenas.

Rĕfōcillo, as, Iterum focillo, recreo, reficio, refoueo. { נפש naphasch חיה chijiah הרגיע hirghiah השיב heschib. ἀναζωπυρῶ, ἀναλαμβάνω. GALL. Refociller, restaurer, recreer. ITAL. Restorare, rinouare, rifare, recreare, rificiare. GERM. Erquicken / erlaben. HISP. Recrear, rehazer, calentar,

calentar. ANGL. *To confort, to refresh, to mak lustie againe.* } Plin. *Epist.* 58. Ipse paucis diebus ægrè refocillatus, non sine vltionis solatio discessit. Simplex verbum est focillo, as, quod à nomine focillus deriuari putatur, quod est diminutiuum à nomine focus deductum.

Rĕfŏdio, is, refodi, refossum, Effodio fodiendo eruo. { ἐξορύττω. GALL. *Defouir, desterrer.* ITAL. *Far fosse, ricauare.* GERM. Wider aufsgraben. HISP. *Desenterrar, cauar otra vez.* ANGL. *To digge out of the earth.* } Plin. *lib.* 2. *c.* 63. Si vlli essent inferi, iam profectò illos auaritiæ cuniculi atque luxuriæ refodissent. Cætera vide in *Fodio.*

Rĕformīdo, as, Valde formido. { חרד *charádh.* ἀποδειλιάω. GAL. *Fort craindre.* ITAL. *Hauer paura, temere grandemẽte.* GER. Hefftig förchten/ vbel entsetzen. HISP. *Mucho temer.* ANGL. *To feare greatlie.* } Cic. *in Oratore*, Tum illos existimabo non desperatione reformidauisse genus hoc, sed iudicio refugisse. Cæsar. 1. *bell. ciuil.* Neque se reformidare quod in Senatu paulò antè Pōpeius dixisset. Virg. 4. *Georg.* Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

Néve reformida ne sim tibi forte pudori.

Ibid. Eleg. 6. *lib.* 3.

Ménsque reformidat veluti sua vulnera tempus.

Rĕformīdātĭo, nis, verbale, Metus, timor. { חרדה חרדה *charadháh.* φόβος, δέος. GAL. *Fort grand crainte.* ITAL. *Timore estremo.* GER. Grosse forcht/ entsetzung. HISP. *Miedo grande y demasiado.* ANGL. *Creat feare.* } Cicer. *in Partit.* In suasione autem aut spem, aut reformidationem deliberantis.

Rĕfōrmo, as, In aliam, seu meliorem formam redigo. { ἀνατυπόω. GALL. *Reformer, rebailler forme à quelque chose.* ITAL. *Riformare.* GER. Widerumb in ein rechte gestalt bringen/anderst anrichten/oder gestalten. HISP. *Reformar ò corregir.* ANG. *To bring on a new forme or shape.* } Quintil. *lib.* 12. *c.* 6. Appollonio Meloni Rhodi rursus reformandum, ac velut recoquendum se dedit. Ouid. 11. *Metam.*

Nec te decipiat centum mentita figuras:
Sed preme quicquid erit, dum quod fuit antè reformet.

Rĕformātĭo, nis, ἀνάπλασμος. Apuleius *in Hermetis Asclepio*, Hæc enim mundi genitura cunctarum reformatio rerum bonarum.

Rĕformātŏr, is, Instaurator. { ἀνανεωτής, ἀπαρτιστής. GALL. *Reformateur.* ITAL. *Riformatore.* GERM. Ein widerbringer eines dings in sein rechte vnde vordrige gestalt. HISP. *Reformador, corregidor.* ANGL. *That bringeth on a new shape.* } Plin. *Epist.* 165. Multorúmque, qui aliqua componunt, portus, sinus præmium omnium exemplum: ipsarum denique literarum iam senescentium reductor ac reformator.

Rĕfōuĕo, es, ere, Alimento, vel calore moderato refocillo, reficio, recreo. { ἀναθάλπω, ἀναζάλπω. GALL. *Rechauffer & remettre en chaleur, eschauffer.* ITAL. *Couare, nodrire.* GER. Wider erwermen. HISP. *Recrear, abrigar.* ANG. *To cherishe or confort againe.* } Col. *lib* 2. *c.* 1. Licet enim maiorem fructum percipere, si frequenti, & tempestiua, & modica stercoratione terra refoueatur. Lucan. *lib.* 8.

———*quam pectore Magnus*
Ambit, & adstrictos refouet complexibus artus.

Suet. *in Cæsare c.* 35. Dehinc Scipionem ac Iubam reliquias partium in Africa refouentes deuicit. Idem *in Neron. c.* 27. Refotus calidis piscinis. Velleius, Refouendæ vires.

Rĕfrāctārĭus, vide *Refringo.*

Rĕfrǣno, as, Fræno, hoc est, cohibeo, & coërceo. { בלם *balám* חשך *chasách* עצר *hatsár* ἀναχαλινίζω. GAL. *Refrener, retirer par la bride, tenir court.* ITAL. *Raffrenare, ritenere, restringere.* GERM. Hindersich zäumen oder ziehen. HISP. *Enfrenar ò retener.* ANGL. *To refraine, to hold frome any thing.* } Cic. *pro Cæl.* Etenim semper magno ingenio adolescentes refrænandi potius à gloria, quàm incitandi fuerant. Ouid. 6. *Epist.* 6.

Ille refrænat aquas, obliquaque flumina sistit.

Quintilian. Id refrænat cursum dicendi.

Rĕfrænātus, participium. { נחשך *nethsáech* נעצר *nehtsár.* ἀναχαλινωθείς. GAL. *Refrené, refraint, tenu court.* ITAL. *Rafrenato, ristretto.* GERM. Hindersich gezogen/hinderhalten. HISP. *Enfrenado, retenido.* ANGL. *Refrayned.* } Lucr. *lib.* 5.

Religione refrænatus, ne forte rearis, &c.

Rĕfrænātĭo, verbale, Cohibitio { מעצר *mahtsar.* ἀναχαλινισμὸς, ἡ ἀναστολή. GAL. *Refrenement.* ITAL. *Raffrenamento.* GERM. Ein zäumung oder zemmung/das hindersich ziehen. HISP. *Enfrenamiento.* ANGL. *Refraining.* } Senec. 3. *de ira.* Necessaria est ista doloris refrenatio, vtrique hoc sortitis vitæ genus, & ad regiam mensam adhibitis.

Rĕfrāgŏr, aris, verbum deponens, Aduersor, resisto, repugno. { מרה *maráh.* ἀντιλέγω, ἐνιλλάω. GALL. *Resister contre contredire.* ITAL. *Repugnare, far resistenza, resistere.* GER. Widerstehen/widersperren/oder widerstellen/zu widersträben. HISP. *Ser contrario en voto, resistir.* ANGL. *To resist, or ganyesay.* } Homer. ἀντιτάσσω. Plin. *lib.* 19. *c.* 8. Quoniam hæc maximè refrageur Veneri. Cicer. 11. *Philipp.* Et si quis potest refragari non modò non potenti, verumetiam recusanti. ¶ Legitur etiam refrago, as, teste Nonio, pro suffragari apud antiquos. Sisenna *lib.* 2. *hist.* Multi populi plurimæ concionis Dictaturam omnibus animis & studiis refragauere, id est, Dictaturæ suffragati sunt. ¶ Refragari ingenium alicui dicitur quando ingenio aliquid assequi nequit. Quint. *lib.* 10. *c.* 6. Vt is cui non refragetur ingenium, &c.

‖ Refrequento as. Sueton. *in Augusto*: Italiam duo de X X X. Coloniarum numero deductarum ab se refrequentauit. ‖

Rĕfrĭco, as, Renouo. { ἀνανεόω, ἀνατρίζω. GALL. *Refrotter, renoueler.* ITAL. *Rinouare.* GER. Erneuweren. HISP. *Renouar.* ANGL. *To rubbe hard or againe.* } Tractam à vulneribus, quæ plerunque fricando renouantur. Cic. *ad Sestium lib.* 5. *Epist.* Sin autem omnia quæ sentio, prescripserim, ne refricem meis literis desiderium, ac dolorem tuum ¶ Propriè refricare, est rursus vel valde fricare. { GALL. *Refrotter, ou fort frotter.* ITAL. *Molte ò un' altra fiata fregare.* GERM. Wider aufsingen/ oder hefftig figgen. ... *Refregar.* } Cato *c.* 87. Id omne ita facito, & refricato denuo. Cic. *Att. lib.* 10. neutrum posuit, Crebrò, inquit, refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam.

Rĕfrĭgĕo, es, vel potiùs refrigesco, is, Frigidus fio. { ἀναψύχομαι. GAL. *Se refroidir, deuenir froid.* ITAL. *Raffreddarsi.* GERM. Wider

erkalten. HISP. *Resfriarse.* ANGL. *To waxe cold.* } Cato *cap.* 105. Vbi iam vinum refrixerit, in dolium quadragenarium infundito. Col. *lib.* 2. *c.* 2. Et boues inhibeat, vt colla eorum refrigescant: quæ celeriter conflagrant, nisi assiduè refrigerentur. Ouid. 2. *Metam.*

———*paruo cor vulnere læsum*
Corpore cum toto post tela educta refrixit.

¶ Refrigescit res, per translationem, pro cessauit & desiit. Quint. *lib.* 10. Calor ille cogitationis scribendi mora refrixit. Cic. *ad Dolabellam lib.* 9. Ego cætera qui animo æquo fero, vnum vereor, ne hasta Cæsaris refrixerit. Terent. *Adelph.* Nihil est refrixerit res.

Rĕfrīgĕro, as, Denuo frigore imbuo, frigus induco, rem calidam frigidam facio. { ἀναψύχω, καταψύχω. GAL. *Refroidir, raffraichir.* ITAL. *Rifrescare, raffreddare.* GERM. Kelten / kalt machen. HISP. *Resfriar otra cosa.* ANG. *To mak cold.* } Cicer. *in Catone*, Vbi enim potest illa ætas aut calescere, aut apricatione melius, vel igni, aut vicissim vmbris, aquísve refrigerari salubriùs? Col. *lib.* 2. Atque ita rursus in sole siccata, & mox refrigerata reconditur. ¶ Nouum vinum refrigerare, vetus calefacere dicitur. Gell. *cap. vlt. lib.* 13. Et Quintilian. Nec oratio refrigescat. ¶ Refrigerare pro retardare. Suet. *in Claud. cap.* 41. Et cùm primùm frequenti auditorio commisisset, ægrè perlegit, refrigeratus sæpè à semetipso. ¶ Refrigerari item rumor vel sermo per translationem dicitur, quum paulatim euanescit, atque minuitur, & in ore hominum esse desinit. Cic. *Appio Pulcro*, Refrigerato iam leuissimo sermone hominum prouincialium. Sic etiam negotium aliquod refrigerari dicitur, quod iam minore cura studióque geritur. Accusatio item refrigerata dicitur, cuius aculei iudicium animis infixi, temporis tractu elanguerunt. Idem 1. *Verr.* Defessa, ac refrigerata accusatione, &c. Quint. Refrigerandus testis aliquo dicto vrbano.

Rĕfrīgĕrātŭs, a, um, participium. { ἀναψυχθείς. GALL. *Refroidi.* ITAL. *Raffreddato, rinfrescato.* GERM. Erkeltet. HISP. *Resfriado.* ANGL. *Made cold.* } Cicero 1. *de natura deorum*, Quæ si mundus est deus, quoniam mundi partes sunt, dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicenda sunt. Velleius, Refrigeratus ab Antonio Plancus. (id est, minus amatus.) Vide Lipsium *in Velleium.*

Rĕfrīgĕrātĭo, nis. { מקרה *mekeráh.* ἀνάψυξις. GALL. *Refroidissement, rafreschissement.* ITAL. *Raffreddamento, rinfrescamento.* GER. Erkülung/ erlabung. HISP. *Resfriamiento.* ANG. *A making cold, a cooling.* } Cicer. *de senect.* Et refrigeratio æstate, & vicissim aut sol, aut ignis hybernus. Columell. *lib.* 1. *cap.* 11. 14. Captare vmbras arborum, fonticulorum amœnitatem, vel auræ refrigerationem. GAL. *Prendre l'ombrage, & le frais, ou la fraischeur.*

Rĕfrīgĕrātŏr, is, & Refrigeratrix, icis. { ἀναψύκτης, ἀναψυκτική. GALL. *Refroidisseur, refrigeratif.* ITAL. *Raffreddatore, rinfrescatore.* GERM. Ein erküler/erlabet/erkülerin. HISP. *Resfriador.* ANG. *He or she that maketh any ting cold.* } Plin. *lib.* 19. *c.* 8. Est quidem natura omnibus refrigeratrix.

Rĕfrīgĕrātōrĭus, a, um, quod refrigerat. { ἀναψυκτικός. GALL. *Refrigeratif.* ITAL. *Rinfrescatiuo.* GERM. Das kült/oder keltet. HISP. *Cosa que da resfriamento.* ANGL. *That hath the strength or nature to coole.* } Plin. *lib.* 22. *cap.* 22. Refrigeratoriam tamen vim esse conuenit nigro, & hac causa imponendum cum polenta. Idem *lib.* 25. *c.* 13. Semini & foliis refrigeratoria vis.

‖ Refrigerium, solatium Salmas. ‖

Rĕfrīnă, æ, Faba, (vt inquit Festus ex Cincij sententia) quæ ad sacrificum referri solet domum à segete, auspicij causa. Ælius Gallius, teste eodem Festo, addubitat an ea sit quæ prolata in segetem, domum referatur: an quæ refringatur, id est, feratur. Sed Cincij opinionem adiuuat, quòd in sacrificiis publicis, quum puls fabata diis præbetur, nominatur refrina. Hæc Festus.

Rĕfrīngo, is, refregi, refractum, Rumpendo aperio, effringo. { קרע *karáh.* ἀνακλάω. GALL. *Desrompre, brizer.* ITAL. *Frangere, fracassare.* GER. Auffbrächen. HISP. *Quebrar.* ANG. *To breack open.* } Plaut *Capt. sc.* 3. *a.* 4. Cellas refregit omnes intus, reclusítque armarium. Liu. 4. *bell. Macedon.* Comparauerat homines qui pluribus simul locis vrbis nocte incendia facerent, vt in consternata nocturno tumultu ciuitate refringi carcer posset. ¶ Refringere vim fortunæ per translationem. Liu. 5. *ab Vrbe*, Adeò occæcat animos fortuna, vbi vim suam ingruentem infringi non vult.

Rĕfrāctŭs, a, um, participium. { קרוע *karúah.* ἀνακλασθείς. GALL. *Desrompu.* ITAL. *Fracassato.* GER. Auffgebrochen/zerbrochen. HISP. *Quebrado.* ANG. *Broken vp, weakened.* } Plin *Epist.* 38. Nunc refractis pudoris & reuerentiæ claustris omnia patent omnibus.

Rĕfrāctārĭus, a, um, contumax, pertinax, alienam in se actionem refringens. { סורר *sorér.* αὐθέκαστος. GAL. *Opiniastre rebelle.* ITAL. *Contumace, ostinato.* GER. Widerspennig/vnd eygensinnig / der von seinem kopff sich nicht abweisen lässt. HISP. *Cosa que contradize, porfiado.* ANGL. *Rebellious, stubburne, wilfull in opinion.* } à refringendo, quasi nimium liber, obstantiáque omnia refringens, nullisque rationum claustris se patiens coërceri. Seneca. *Epist.* 74. Existimant philosophiæ fideliter deditos contumaces esse, ac refractarios. ¶ Equus refractarius est retrogradus, ac cessim siue recessim cedens & imitans nepam, vt loquitur Plautus.

Rĕfrāctārĭŏlŭs, adiectiuum diminutiuum. Cic. *ad Attic. lib.* 2. Et quòd se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerit, &c

Rĕfŭgio, is, Aufugio, vel fuga me retrorsum recipio. { נס *nas.* ἀποφεύγω. GAL. *Refuir, euiter, se retirer arriere.* ITAL. *Fuggire, fuggire in dietro.* GERM. Wider hindersichfliehen. HISP. *Huyr ò huyr atras.* ANG. *To flee away or to flee back.* } Gellius, Posteaquam prælio victus, in vltimam regionem refugisset. Cic. *pro Cælio.* Cur illecebris cognitis non refugisti? Ouid. 3. *Fast.*

———*Et ex oculis visa refugit humus.*

Idem *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.*

Nullo exercente refugit (vena ingenij.)

¶ Per translationem sumitur pro detrectare, recusare, & tanquam à re perniciosa resilire. Cicer. *de Oratore*, Semper ego à genere hoc toto sermonis refugi. Idem 8. *Philipp.* Refugit animus, eáque reformidat dicere, &c.

Ff 2 Rĕfŭga,

Rĕfŭga, æ, communis gen. Fugitiuus vel fugitiua. { בֹּרֵחַ πας. αὐτόμολος. GALL. *Qui s'en refuit.* ITAL. *Fugitiuo.* GERM. Flüchtig. HISP. *Hombre o muger que huye.* ANGL. *A fugitiue.* } Vlpian. *in l. aut damnum, de pœnis,* Quique refugæ ex opere metalli in metallum damnatur.

Rĕfŭgŭs, a, um, pro eo quod est recliue, ac reiectum. { נָס πας. ἀποφεύγων. GAL. *Qui s'enfuit arriere.* ITAL. *Chi fugge à dietro.* GERM. Das sich hindersich zeucht / hindersich fleucht. HISP. *El que huye atras.* ANG. *That fleeth back.* } Sidonius, Capitis apex rotundus: in patulum à planitie frontis verticem cæsaries refuga crispatur: id est, in frontem reiecta. Lucan. *lib.* 10.

———refugósque gerens à fronte capillos.

Mare refugum, id est, refluum, & quasi refugiens. Stat. 12. *Theb.*

Rĕfŭgium ij, Perfugium, profugium, asylum, locus vel persona ad quam refugimus vt tuti simus. { מחסה *mackasch.* καταφυγή. GAL. *Refuge.* ITAL. *Rifuggio, luogo di saluarsi.* GER. Ein zuflucht / oder fluchthauß / etwas darzu man fleucht. HISP. *Lugar adõde huymos y adonde nos acogemos para escapar de algun peligro.* ANGL. *A sanctuarie or place of refuge.* } Cic. *lib.* 2. *Offic.* Regum populorum, nationum portus erat, & refugium Senatus. Suet. *in Tib.* Ne refugium in tali fraude cuiquam esset.

Rĕfulgĕo, es, refulsi, refultum. fulgorem remitto, fulgeo, { נגה *nagháh* הופיע *hophiah* ἀναλάμπω, ἀπολάμπω, ἀποστίλβω. GAL. *Resplendir, reluire.* ITAL. *Risplendere lampeggiare.* GERM. Hefftig glänzen / oder scheinen. HISP. *Resplandecer.* ANG. *To shine bright, to glister much.* } Plin. *lib.* 11, *c.* 28. Nunc pennarum hiatu refulgentes. Virg. 1. *Æneid.*

———claráque in luce refulsit.

Ibidem,

———rosea ceruice refulsit.

Senec. *c.* 16. *de consol. ad Helu.* Non tibi diuitiæ refulserunt.

‖ Refulgentia, ἀπόλαμψις. Apul. *Florid. lib.* 4. Nec culminum eminentia, nec lacunarium refulgentia. ‖

Rĕfundo, is, Fundendo regero. { שפך *schaphách.* ἀναχέω. GAL. *Refondre, respandre.* ITAL. *Refondere, spandere.* GERM. Widerumb hinschütten oder außgiessen. HISP. *Derramar.* ANG. *To melt, to dissolue, to cast out againe.* } Ouid 11. *Metam.*

Egerit hic fluctus, æquórque refundit in æquor.

Idem 13. *Metam.*

Amissáque mea virtutem voce refundo,

(sup. in animos.) aliàs *reposco.* Cic. 2. *de nat. deor.* Quibus altæ renouatæque stellæ, atque omnis æther refundunt eadem, rursum trahunt indidem. Ictu euoluta intestina refunduntur, id est pristinis sedibus reponuntur, apud Celsum *lib.* 7. *cap.* 14. ¶ Refundere pecuniam, pro restituere. Vlpian. *D. lib.* 12. *tit.* 4. *l.* 5.

‖ Refusio, ἀνάχυσις. Macrob. Saturn. *lib.* 1. 21. Vnde enim imber caderet in terras, nisi Solis ardor ad supera traheret humorem? cuius refusio pluuialis est copia. ‖

Rĕfūsŭs, a, um, adiectiuum, Redundans. { נשפך *nischpháech.* ὁ ἀναχυθεὶς, ὁ ἀνακεχυμένος. GALL. *Respandu, regorgeant.* ITAL. *Sparso, andato por di sopra.* GER. Außgegossen / oder vbergegossen. HISP. *Derramado.* ANG. *Melted, dissolued or cast out againe.* } Plin *lib.* 36. *c.* 26. Nonnisi refugo mari arenas fatetur. Virg. 2. *Georg.*

———Ponto sonat vnda refuso.

Idem 1. *Æneid.*

Stagna refusa vadi, id est, effusa.

Rĕfūsē, aduerbium, Redundanter. { ἀνακεχυμένως. GALL. *Largement, abondamment.* ITAL. *Largamente, in copia.* GER. Mit hauffen / vberflüssig / glich. HISP. *Rebossadamente, abundamente.* ANGL. *Largelie, abundantlie.* } Colum. *lib.* 4. *cap.* 1. Nam semper in plano refusius egesta huius timidior est, &c.

Rĕfūto, as, à futo, quod frequentatiuum est à Fuo, fuis, quod protulit Plaut. *in Amphitr.* Ne quisquam tam audax fuat homo qui obuiam obsistat mihi. Præsertim quum dicat Festus, Futare arguere est. Vnde & confutare, & refutare, redarguere est, siue refellere, & non ita esse ostendere. { הוכיח *ho hiach.* ἀποσκυδάζομαι, ἀπολύομαι, ἀποσκυδάζω. GAL. *Refuter, confuter, reprendre.* ITAL. *Rifiutare, arguire.* GER. Verwerffen / mit widerweysungen vmbstossen. HISP. *Redarguir, reprouar, destruyr por razones.* ANGL. *To refute, to reproue.* } Cicer. *Dolabellæ,* Non tam id laboro, vt si qui mihi obtrectent, à te refutentur, quàm intelligi cupio (quod certè intelligitur) me à te amari. Alio modo dixit idem *de Arusp. responsis,* Et aut concedente, aut adiuuante Milone, eius copiam refutabo. i. aut facto, aut verbis reprimam. Refutare etiam ponitur aliquando pro repellere & profligare, vt quum dicimus, refutare hostes & refutare bellum, quemadmodum idem Cic. locutus est *Orat. de prouin. consul.* Suet. *in August. c.* 71. Infamiam impudicitiæ familiarissimè refutauit & præsentis & posteræ vitæ castitate. Quint. Refutare temporis munera.

Rĕfūtātio, nis, verbale, actus ipse refutandi. { תוכחה *tochecháh.* ἀνασκευή. GALL. *Confutation, refutation.* ITAL. *Confutatione.* GERM. Ein verwerffung / widerlegung. HISP. *Destruymento por razones, reprouamiento.* ANGL. *A confuting.* } Cic. *Top.* Refutatio autem accusationis, in qua est depulsio criminis, quæ Græcis στάσις dicitur, Latinè appellatur status in quo primùm insistit, quasi ad repugnandum congressa defensio, Firma refutatio, Quint. *lib.* 5. *c.* 10.

Rĕfūtātŭs, us, ui, Refutatio. Lucretius,

Ancipitique refutatu conuincere falsum.

Rēgālĭŏlŭs, i, auis est exigua, eadem (vt docti credunt) cum trochilo: quem Plin. *lib.* 8. *cap.* 24. & *lib.* 10. *cap.* 74. in Italia auium regem ait appellari, eóque nomine aquilæ esse inuisum, quòd regiam illi dignitatem præripere videatur. { τροχίλος. GALL. *Vn petit oiseau appellé Roitelet.* ITAL. *Vecelletto nimico all' aquila.* GER. Ein königlin / ist ein kleins vögelin. HISP. *El aue, rey de las aues.* ANG. *A wrenne.* } Suet. *in Iul. Cæs.* Pridie autem eiusdem Idus autem regaliolum cum laureo ramo Pompeianæ curiæ se inferentem, volucres varij generis, è proximo nemore prosecutæ, ibidem discerpserunt.

Rēgālis, vide *Rego.*

‖ Regalia in scriptis Ictorum sunt feuda Regis beneficio concessa, jus & auctoritas regalia feuda conferendi, cæteraque jura fiscalia. Et insignia & ornamenta regiæ inaugurationis. ‖

Rĕgĕlo, as, Gelu resulo ✕ Gelo, congelo. { ἀποκρυσταλλόω. GAL. *Desgeler.* ITAL. *Disghiacciare.* GERM. Entfrören / auffrören. HISP. *Deshelar.* ANG. *To thaw or resolue that is frosen.* } Col. *lib.* 1. *c.* 5. Quantòque fuerit ædificij solum pronius Orienti, & æstate liberius capere per flatus, & hyemis procellis minus infestari, & matutino regelari ortu poterit, concreti rores liquescant. Idem *lib.* 10.

Post vbi Riphæa torpentia frigora bruma

Candidus aprica Zephyrus regelauerit aura.

Senec. *epist.* 68. Vix ætas mea regelatur æstate.

‖ Regendarij, Singularij, Notarij, qui libellos supplices in Codicem regerebant. Bdu. ‖

Rĕgĕnĕro, as, Iterum, siue rursum genero. { ἀναγεννάω. GALL. *Regenerer, refaire de nouueau.* ITAL. *Rigenerare.* GER. Wider gebären. HISP. *Tornar à engendrar.* ANG. *To engender againe.* } Plin. *lib.* 12. *cap.* 1. Sed ex ea primùm quæ est in Creta, platani saxæ regenerauere vitium. ¶ Per translationem accipitur pro repræsentare, & formæ, morum ingeniúe similitudinem referre. Plin. *lib.* 14. *cap.* 22. de Tiberij Imperatoris, & Drusi bibacitate verba faciens, Nec alio magis Drusus Cæsar regenerasse patrem Tiberium rebatur. ¶ Regenerare auum, pro Auo similem gigni. Idem *lib.* 7. *cap.* 12. Indubitatum exemplum est Nycæi nobilis pictæ Bizantij geniti, qui adulterio Æthiopis nata matre, nil à cæteris colore differente, ipse auum regenerauit Æthiopem. id est, niger natus est, qualis fuerat auus, quum tamen alba esset mater,

‖ Regeneratio summatim est

I. in *Physicis: actio* eius, quod iterum gignit: *passio* eius, quod regignitur: *status,* quem res regenita accepit,

II. in *Theologicis: actio* Dei conuertentis hominem ad fidem sanctam per verbum & spiritum suum tum definendo res credendas, tum inclinando animam ad assentiendum: *passio* hominis qui conuertitur: *status* conuersi: *sanctificatio* regeniti, quà excitatur ad exercendas vires renascendo acceptas: item *renouatio actiua* qua Deus plenè reformat ad imaginem suam: *reformatio passiua,* illam consequens cuius pars resurrectio gloriosa: tempus illius renouationis in fine mundi. ‖

Rĕgermĭno, as, Iterum germino { ἀναφύω, ἀναβλαστάνω. GALL. *Regermer.* ITAL. *Germogliare di nuouo.* GERM. Wider fürhin sprossen. HISP. *Tornar à echar los plantas.* ANGL. *To spring or budde againe,* } Plin. *lib.* 16. *c.* 33. Et in æraria succisa regerminat.

Rĕgermĭnātio, nis, verbale. { ἀναβλάστησις. GAL. *Regermement.* ITAL. *Esser germogliare di nuouo.* GER. Das wider herfürsprossen. HISP. *Obra de echar renueuo.* ANG. *Springing or budding againe.* } Plin. *lib.* 10. *c.* 20. Regerminatione cædua, vel salice lætior.

Rĕgĕro, is, gessi gestum, Refero, reporto, reiicio, reddo. { השיב *hischib* גערֿ *ghabal* הגעיר *highil.* ἀνακομίζω, ἀποδίδωμι. GALL. *Rapporter.* ITAL. *Riferire, rapportare.* GERM. Widerumbhin tragen / entgegen halten. HISP. *Referir.* ANG. *To cast vp againe to one, to cast bak againe, to beare againe.* } Plin. *lib.* 2. *cap.* 9. In coitu quidem non cerni quoniam haustum omnem lucis auersa illò regerat vnde acceperit. Cic. *lib.* 11 *Epist.* Pro quo tibi rusticos Stoicos regeram vt Catium Athenis natum esse dicas. Quint.] Regerere inuidiam in aliquem. ¶ Interdum regerere, est scriptis mandare, quod quis legendo aut audiendo didicerit. ἀπομνημονεύω. Quint. *lib.* 3. *cap.* 8. & *cap.* 12. *lib.* 2. *in fine.* Sunt enim velut res regestæ in hos commentarios, quos puer deduxerat schola. Vnde regesta dicuntur, quæ iam in tabulas, librósue redacta sunt. τὰ ἀπομνημονεύματα, τὰ ὑπομνήματα.

‖ Regendarij, Singularij, Notarij, qui libellos supplices in codicem regerebant. Bud. ‖

Rĕgestus, a, um, paticipium. { מושב *muschab* נגערֿ *nighál.* ἀνακομισθείς. GALL. *Reietté, rapporté.* ITAL. *Regettato, riportato.* GERM. Wideraußhin gelegt / wider hin geworffen / oder getragen. HISP. *Referido, lleuado.* ANGL. *Borne or brought againe, cast vp to one.* } vt Regesta crapula, apud Apuleium *in Asino:* id est, vomitu eiecta: Regesta (inquit) crapula vestem inquinauerat. Terra regesta, id est, eodem relata vnde fuerat egesta. Ouid. 11. *Metam.*

———recedit, humúmque

Effodit, & domini quales conspexerat aures.

Voce refert parua, terraque immurmurat hausta:

Indiciúmque suæ vocis tellure regesta

Obruit, & scrobibus tacitus discedit opertis.

Rĕgestum i, Terra ex sulco egesta, & in aliquantulam altitudinem eleuata Col. *lib.* 3. *c.* 13. Quum à parte superiore in inferiorem detrahitur humus, vix iustum pastinationi præbet regestum. Idem *lib.* 1. *c.* 3. Potest etiam in siccissimis locis opus custodiri, si depressius pastinetur solum, ciúsque abundè est gradum effodere tribus pedibus, vt in quatuor consurgat regestum. Regestum etiam dici potest (inquit Budæus) quod nos registrum appellamus. Vide suprà in verbo *Gero.*

Rēgĭa, Regio, Regificus, vide *Rego.*

Regiesco, vide *Reglisco.*

Rēgĭfŭgium, Festum erat Romanorum celebrari solitum postridie Terminaliorum, hoc est, vj. Cal. Martias, quo die Tarquinius Roma profugit. Inter Terminalia autem & regifugium quarto quoque anno interserebatur dies vnus, quem ob id intercalarem vocabant. Vide Macrobium & Censorinum. ¶ Regifugium item dies notatur in fastis Kal. Iuniis, qui dies, quia totus nefastus non est, legi debet cum noti N. non NP. quòd ille dies si è nefasto fastus. Fest.

Rĕgigno, is, Iterum gigno. { ἀναγεννάω. GALL. *Regenerer, rengendrer.* ITAL. *Rigenerare.* GERM. Widerumb gebären. HISP. *Tornar à engendrar.* ANG. *To engender againe.* } Regignor, passiuũ, apud Lucret. *lib.* 5.

———quapropter maxima mundi

Quum videam membra ac partes consumpta regigni: ἀναφύομαι.

Rēgilla, vestis regia quæ & basilica & trabea dicitur, quoniam ea reges vterentur, auro & purpura intexta. βασιλική. ¶ Est & vestis muliebris genus, à superioris fortassis similitudine dictum. Plaut. *in Epid.* Quæ erat induta? an regillam induculam, an mendiculam?

Regillianus, Imperator Romanus fuit miro fortunæ ludibrio ad tantæ dignitatis fastigium euectus. Nam quum fortè milites aliquot apud ipsum

ipsum cœnarent, exortáque esse quæstio vnde Regilliani nomen deductum foret: quibusdam ad Regillum lacum, aliis aliò originem eius referentibus, Grammatista qui fortè aderat, deflectere hoc nomen à rege exorsus est, Rex, inquiens, regis, regi, inde Regillianus. Qua voce veluti omine quodam excepta succlamatum est protinus à militibus (vt est id hominum genus, ad ea quæcunque in mentem veniunt præproperum,) Meritò itaque rex eris, vt pote cui diuino quodam præsagio id nominis est impositum. Quid multa? quum postridie in publicum prodiisset, ab vniuersis Imperator est consalutatus.

Regilli, orum, gens Claudia ex Regillis orta, Suet. *in Tib. c.* 1.

‖ Regillus, regulus. id vide.‖

Rēgillūs, ῥηγιλλος Lacus Algidæ syluæ ingressu, ad quem Aulus Posthumius Dictator prosperè aduersùm Tarquinium Superbum patria eiectum, & Latinos bellum inferentes pugnauit. Vide Liu. 2. *ab Vrbe.*

Rēgimēn, Regina, Regio, vide *Rego.*

Registrum, i, Index memoriæ causa factus, in quem regerimus, quæ in necessarios vsus obuia esse volumus. Vocabulum parum receptum apud idoneos scriptores: quo tamen vsus est Vopiscus *in Probo*, Vsus (inquit) etiam ex registris scribarum porticus porphyreticæ, Budæus docet Latinè regestum posse appellari.

Rēgium: { ῥήγιον. ITAL. *Rezzo di Lombardia.* GERM. Ein statt in Lombardien/heist jetz Rezzo. } Oppidum Cisalpinæ & Galliæ, à Lepido ædificatum: vnde & Regium Lepidum vocatur: Regium, propter pulcritudinem, & amœnitatem. ¶ Est & aliud Regium in finibus agri Brutij, vbi olim Sicilia impetu maris ab Italia creditur esse diuulsa. Vulgo *Reggio.* Sed hoc in prima syllaba aspirationem recipit: quum dictum putetur ἀπὸ τοῦ ῥηγνύναι, quod est abrumpere. Ab hoc Rhegini, teste Seru. ab illo, Regienses dicti sunt.

Rēgiūs, vide *Rego.*

RĒGLVTĬNO, as, quod glutinatum erat dissoluo. { ἀνακολλάω. GAL. *Desgluer, descoller.* ITAL. *Discolare.* GER. Etwas geleimets wider auflösen. HISP. *Desengrudar.* ANGL. *To dissolue that was glued.* Plin. *lib.* 25. Purgant vlcera oculorum, expléntque, & ad cicatricem perducunt, palpebras reglutinant. Catullus,

Remitte pallium mihi meum, quod inuolasti,
Sudariúmque Setabum, catagraphósque thynos
Inepte quæ palàm habere soles tanquam auita
Quæ nunc tuis ab vnguibus reglutina & remitte.

Rēglūtĭnōsūs, a, um, valde glutinosus. { κολλώδης. GALL. *Fort gluant.* ITAL. *Molto incolato.* GER. Dar leimechtig oder klåberechtig. HISP. *Muy pegajoso, ò con mucho engrudo.* ANG. *Full of glue.* } Plin *lib.* 11. *cap.* 15. Sequens probatio: vt sit odoratum ex dulci acre, reglutinosum, perlucidum.

Rĕgo, is, xi, ctum, Guberno; administro. Perottus, Rego quasi rem populi ago. Vet. Vocab. Rego q. rectè ago, Martinius, q. re ago, id est, opere duco, quo scil. præsum alij facto & verbo. { נהג *nihéğh* רעה *rahâh* הדביר *hidhbhir.* ἐπιστατῶ, ἡγεμονεύω, βραβεύω, διαχειρίζω, πολιτεύω. GALL. *Regir & gouuerner.* ITAL. *Reggere, gouernare.* GER. Regieren/herschen. HISP. *Regir ò gouernar.* ANGL. *To rule or gouerne.* } Virg. 4. *Eclog.*

———Pacatúmque reget patris virtutibus orbem.

Cicer. *in somn. Scip.* Siquidem deus est qui viget, qui sentit, qui meminit, qui præuidet, qui tam gerit & moderatur, & mouet id corpus, cui præpositus est, quàm hunc mundum princeps ille Deus. Virg. 1. *Georgicor.*

Per duodena regit mundi sol aureus astra.

Terentius *Eunuch.* Here quæ res in se neque consilium neque modum Habet vllum, eam consilio regere non potes. Sic, Regere Galliam dixit Sueton. *cap.* 9. Item Quintilian. Ad quam speciem dicendi recturus se fit orator, &c. Item, Regere exercitus, pro Imperatorem esse. Sueton. *in Calig. cap.* 25. Item, Regere suos affectus, Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Polyb.* ¶ Regere, est rectum tenere. { ישר *yǔschshér.* ἰθύνειν. } Cornelius Celsus, Qui nimio dolore regere caput non posset. Regi fines dicuntur, autore Boëtio, cùm propriis finibus quisque ager terminatur. Hinc finium regundorum, vel de finibus regundis iudicium quod inter confines redditur. ¶ Huius composita sunt Arrigo, Corrigo, Dirigo, Erigo, Pergo, Porrigo, Surrigo, Surgo: quorum significata aperiuntur suis locis.

Rectitas, iustitia, æquitas, veritas. Gl. Isid. Vulgò dicimus Rectitudo. Sed neutrum purior latinitas nouit. Rectitudo hodie omnibus vsitata dictio est sicut *aptitudo.*

Rēctūs, a, um, quod nullam in partem flectitur)(Obliquus. { ישר *jaschár.* ὀρθὸς, εὐθύς. GALL. *Droit, iuste.* ITAL. *Dritto, giusto.* GERM. Recht/schlecht/oder schlichtig/gerad. HISP. *Derecho, iusto.* ANGL. *Right euen iuste, streight.* } Plin. *lib.* 12. *c.* 19. Hi recto cursu per sinus impellunt. Plaut. *Milit. sc.* 6. *a.* 2. *& Pseud. sc.* 4. *&* 7. *a.* 4. Hic ad me recta habet rectam viam. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Nihil est qua transire huc possit nisi recto ostio. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Discolor vt recto grassetur limite miles.

Quintilian. Dum rectum clauum teneam. Lucr. *lib.* 7.

Vidit vt hostiles in rectum exire cateruas
Pompeius.

¶ Per translationem accipitur pro bono, & laudabili)(Prauus. Cic. 1. *Academ.* Tertia de disserendo, & quid verum, & quid falsum, quid rectum in oratione, paruúmve: quid consentiens, quid repugnet, iudicando. Idem *Attic.* Saufeium sine meis literis ad te venire, vix rectum erat. Idem *pro Murena*, Negat Cato rectum esse, hoc est, æquum, iustum, & pro ratione officij. Conscientia recta. Idem *ad Atticum lib.* 13. In omni vita sua quenque à recta conscientia transuersum vnguem non oportet discedere. Quintil. Rectum quoque Iudicem inclinat miseratio. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Sic igitur carmen, recta si mente legatur,
Constabit nulli posse nocere meum.

Senec. *cap.* 3. *de tranquill.* Recta torquent in deterius calumniatores. ¶ Rectum ingenium, Senec *c.* 22. *de consol. ad Martiam*, Neque enim recta ingenia. qualem in adolescentia spem sui fecerant, vsque in senectutem pertulerunt: sed interuersa plerunque sunt. ¶ Rectis oculis aliquem aspicere. Sueton. *in August. c.* 16. Consilium rectum. Terentius *in Andria*, Facilè quum valemus, recta consilia ægrotis damus. ¶ Via recta rem narrare, est narrare rem vt est, nullo colorum vti circuitu. Idem *in Heaut.* Imò vt recta via rem narrem ordine. Cic. 2. *de Oratore*, Ego mehercule, inquit, Antoni, semper is fui, qui de te oratore sic prædicarem, vnum te in dicendo videri rectissimum. ¶ Recta cœna, vel recta, absolutè, à veteribus dicebatur cœna quam clientibus & conuictoribus, & recto ordine discumbentibus lautè principes dabant. ὀρθὸν δεῖπνον. Suet. *de Aug.* Conuiuabantur & assiduè, nec vnquam nisi recta, non sine magno ordinum, hominúmque delectu. Idem *in Domitia.* Multa etiam in conuiuiorum vsu notauit: sportulas publicas sustulit, reuocata cœnarum rectarum consuetudine. Mart. *lib.* 8.

Promissa est nobis sportula, recta data est.

Vnde Plaut. *in Mercat. sc.* 4. *a.* 4. Rectiùs cœnare. (i. lautiùs.) Liberaliores enim diuites, ciuilioréſque salutatoribus suis legitimum conuiuium exhibebant, quæ recta cœna vocabatur. Sordidi autem, & maligniores rectæ cœnæ loco sportulam tantùm præbebant. Sportula specimen erat pusilli, parcique hominis. Suet. *in Nerone*, Adhibitus sumptibus modus, publicæ cœnæ ad sportulas redactæ. ¶ Recta tunica dicebatur quæ ita contexta erat vt veluti rigens staret: vel quæ à stantibus ab imo in altum texebatur. ἐσθὴς ὀρθή. Hac tyrones, & nouæ nuptæ induebantur. Hanc parentes liberis suis conficiendam curabant, ominis causa, vt tradit Festus. ¶ Rectum intestinum. ἀπευθυσμένον ἔντερον, sextum est & postremum in ordine intestinorum, à crasso intestino, quod κῶλον appellant, ad sedem vsque productum; nullis finibus inuolutum, vnde & nomen accepit. ¶ Rectus casus, vide *Casus* suprà. ¶ Rectus, aliquando procerus. ὑψηλός. Celsus. Catullus *de Quintia*, Mihi candida, longa, Recta est. Horat. 1. *Serm.* Candida rectáque sit.

Rēctum, i, neutrius generis substantiuum, Officium perfectum, omnes virtutis numeros complens, quod Græci κατόρθωμα, appellant. מישר *mischór* מישר *meschár.* Cicer. 1. *Offic.* Perfectum autem officium, rectum opinor, vocemus, quod Græci κατόρθωμα. Idem 2. *de finibus*, Quæ autem nos aut recta, aut rectè facta dicimus, si placet, illi autem vocant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent. ¶ Ponitur aliquando pro æquo & iusto, non pro perfecto officio. Virg. 1. *Æneid.*

———& mens sibi conscia recti.

Ouid. 1. *Metam.*

———quæ vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem, rectúmque colebat.

Rēctā, aduerbium, Per rectam viam. { הגינה *haghináh.* εὐθύ. GAL. *Tout droit* ITAL. *Al dritto.* GER. Den nåchsten/Gestracks. HISP. *Por camino derecho.* ANG. *Euen forward.* } Ter. *in Eunuch.* Quid hic stabas? cur non rectà introibas? Cic. *Attic. lib.* 6. Et naui rectà ad me venit. Plaut. *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Perij: hic ad me rectà habet rectam viam. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Ad me adit rectà. Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Introrumpam rectà in ædes. Idem *Amphitr.* facit rectà in angues impetum.

Rēctāngūlūs, a, um, quod habet lineas in rectum productas, itáque coëuntes, vt nulla sit quæ magis promineat quàm altera. ὀρθογώνιος.

Rēctē, aduerbium, Bene. { καλῶς. GAL. *Bien, proprement, droitement, à droit.* ITAL. *Bene, drittamente, giustamente, ragioneuolmente.* GERM. Recht/woll. HISP. *Bien y derechamente y iustamente.* ANGL. *Rightlie, well.* } Cicer. 4. *Academ.* Rectè conclusit, teneo: sin vitiosè, minam Diogenes reddet. Idem *Attic. lib.* 9. Rectè auguraris de me: bene enim tibi cognitus sum. Cicer. *in Epist. ad Fab.* Rectène omnia? Rectè mortuus est. (sup. Vatinius.) Plaut. *Menach. sc.* 7. *a.* 5. Si rectè facias, me emittas manu. (quia te seruaui.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 4. Tibi res soluta est rectè? Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 5. fecisti & rectè & benè. Idem, Morata rectè; vide *Moratus.* Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Rectè obiurgat. (id est, meritò.) Idem *Amphitr. sc.* 3. *a.* 2. Rectè ita est vt obsignaui. ¶ Aliquando ponitur pro iustè. δικαίως. Terent. *in Andr.* Patet, non rectè vinctus est, id est, iniustè. ¶ Aliquando pro non obliquè. εὐθύ. Cicer. 1. *de finibus.* Siue aliæ declinabunt, aliæ suo nutu rectè ferentur. ¶ Ponitur aliquando in responsione, quum sine iniuria interrogantis aliquid reticemus, ait Donatus. Terent. *in Hecyr.* Quid tu igitur lacrymas? aut quid es tam tristis? PA. Rectè mater. Idem *in Adelph.* Quin fit? quid agitur? S. Rectè ¶ Aliquando pro sic, vel etiam. *Ibid.* Tu rus hinc abis? D. rectè ¶ Rectè, δαψιλῶς, lautè, opiparè. Tranquillus, Sed & conuiuabatur assiduè, nec vnquam nisi rectè & dapsilè. Seneca, Hanc petunt omnes isti, qui, vt ita dicam, rectè viuunt. Apud eundem rectus apparatus, id est, lautus: &, Recta, cœna, id est, dapsilis & opipara. Non, inquit, magnam rem facis, quòd viuere sine recto apparatu potes. ¶ Non rectè dicere alicui, est illi maledicere. Plaut. *in Pseud. sc.* 6. *a.* 4. Nam quid refert ei nec rectè dicere, qui rectè nihil faciat? Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Nec rectè quæ in nos dicis. (id est, malè.) Idem *Mostell sc.* 3. *a.* 1. Nec rectè si ei dixeris, vapulassis. cui opponitur benè loqui. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Malo magno tuo isti nec rectè dicis. ¶ Rectè restituere vrbes. (id est bona fide.) Liu *lib* 8. *d.* 4. ¶ Ponitur aliquando pro tutò, ἀσφαλῶς. Cicer. *ad Terentium lib.* 14. Rectè in præsentia domi esse potestis. Idem *ad Lentulum lib.* 3. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, non prætermittam. (id est, quibus tutò, & citra periculum dare possim literas.) ¶ Rectè esse alicui, est, illum rectè valere, quod etiam dicimus pulcrè alicui esse. Cicer. *ad Attic.* De Attica pergratum mihi fecisti, quòd curasti antè scirem rectè esse quàm non bellè fuisse. Plaut. *Menach. sc.* 4. *a.* 3. Hîc tibi erit rectiùs. (id est, domi quàm foris.) Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Quæ res rectè vortat mihi. Et Gell. *cap vlt. lib.* 13. Rectè sit oculis tuis. (verba benè precantis.) Rectè esse alicubi, est illic sine reprehensione manere. Cicer. *ad Attic.* Qui minus autem ego istic rectè esse possim, quàm Marcellus? Ponitur aliquando pro patienter. Terent. *in Eunuch.* Neque præterquam quas ipse amor molestias habet, addas: & illas quas habet, rectè feras. ¶ Rectè oria ponere, dixit Horat. 2. *Serm.* pro eo quod est vtiliter dispensare. ¶ Rectè parere, est non monstrū parere, inquit Donat. Terent. *in Hecyr.* Præsertim quum & rectè, & tempore suo pepererit. ¶ Rectè, dicere, est aptè & compositè loqui. Differunt autem rectè dicere & verè dicere, quòd rectè, ad verba, verè dicere, ad sententiam referatur. Nam possumus

sumus rectè & falsum dicere, dummodo nullo vitio verborum dicatur. Terent. *in Adelph.* Et rectè, & verè dicis. Hæc tamen differentia non vbique seruatur. Plaut. *Pseud. sc.7.a.4.* Rectè meministi & mox: Vera memoras. Idem *Capt. sc. 2. a. 5.* Neque verè, neque rectè fecisti vnquam. *Ibid. sc.1. a.1.* At ego dico rectè. (id est, verè, siue vera.) Idem *Menæch. sc.1.a.5.* Satin hoc est, rectè fabulor. (id est, verè.) ¶ Rectè atque ordine, hoc est, nihil præposterè agendo. πεϖλϖύμως, ἀνόσμως. Cic. *6. Philipp.* Rectè atque ordine, éxque Rep. fecisse videri. Idem *7. Philip.* Literas Bruti rectè atque ordine scriptas videri. Rectè pro Nihil, interprete Donato. Terent. *Eunuch.* Dum hæc dicit, abiit hora: rogo nunquid velit. Rectè, inquit ab eo. Est rectè pro Satis est. Terent. *Heaut.* Tum quod dem ei, rectè est. nam nihil esse mihi, religio est dicere. Plaut. *Menæch. sc.2.a.5.* Ancillas penum rectè præbet, (id est, abundè præbet.) ¶ Rectè interdum pro lautè, splendidè, vnde Rectiùs cœnare, (id est, lautiùs.) *Ibid. sc.5.a.4.* Iubeas, si sapias hæc intrò auferier: Eadem licebit mox cœnare rectius. ¶ Nec rectè, i. non rectè, pro malè. Idem, Si nec rectè dicis nobis.

Rectĭo, nis, Administratio, gubernatio. { פקדה *pekuddáh* תחבולה *tacbbuláh*. ἐπισκοπία. GAL. *Gouuernement.* ITAL. *Administratione, gouerno* GERM. Regierung/Herrschung. HISP. *Regimiento ò obra de regir.* ANGL. *A ruling, a gouerning.* } Cicer. *3. de finib.* Omniúmque rerum publicarum rectiones præscripsimus. Et *paulò post.* Ea quoque non solùm ad priuatæ vitæ rationem, sed etiam ad rerum publicarum rectionem relatum.

Rectŏr, is, Gubernator, administrator. { רעה *ro'éh* מנהג *menahégh* מדביר *madhbir.* ἐπιστάτης. GAL. *Gouuerneur* ITAL. *Rettore gouernatore.* GER. Ein Regierer/oder Herrscher. HISP. *Regidor ò endereçador.* ANG. *A ruler or gouerner.* Cicer. *de somn.* Ciuitatum rectores & conseruatores. Idem *de Orat.* Rector Reipublic. & publici consilij auctor. Rector nauis, apud eundem *1. de diuinat.* κυβερνήτης. Cur genitor deûm & rector Iuppiter. Ouid. *Eleg. 1. lib.2. Trist.* Rectores prouinciarum & exercituum. Sueton. *in August. cap.88.* ¶ Rector, de Imperatore. Idem *in Claud. cap.10.* ¶ Pro Tutore siue Curatore apposito paruis ætate. Idem *in August cap.48.* Rectorem quoque solitus est apponere ætate paruis ac mente lapsis.

Rectrix, icis, Gubernatrix. { מנהגת *menahégheth* רעה *ro'ah.* ἐπιστάτις. GAL. *Gouuerneresse.* ITAL. *Gouernatrice.* GERM. Ein Regiererin/herrscherin. HISP. *Regidora, ò endereçadora.* ANG *She that gouerneth.* } Colum. *lib.3.c.10.* Videmus hominibus inspiratam, velut aurigam rectricémque membrorum animam: sensúsque iniectos ad discernenda, quæ tactu, naribus, auribúsque & oculis indagantur: pedes ad gressum compositos, brachia ad complexum, &c. Plin. *lib 37.c.13.* Italia rectrix, parénsque mundi altera.

Rĕgĭmĕn, inis, ipsa rectio. { פקדה *pekuddáh* תחבולה *tacbbuláh.* ἐπισκοπία. GAL. *Gouuernement, maniement.* ITAL. *Gouerno, maneggio.* GERM. Ein Regiment. HISP. *Regimiento.* ANGL. *Gouernement.* } Liu. *3. ab Vrbe,* Regimen totius magistratus penes Appium erat fauore plebis. Plin. *lib. 7. cap. 16.* Vocis sermonísque regimen primores tenent dentes. Lucr. *lib. 3.*

In quo consilium vitæ regiménque locatum est.

Suet. *Aug. c.2.* Morum regimen, &c. Ouid. *lib. 3. Metam.* Regimen carinæ flectere.

Rĕgŭlă, æ, Norma qua lineæ reguntur, id est, diriguntur. { קו *kav* פלס *péles* משקל *mischkál.* γνώμων, κανών. GALL. *Reigle.* ITAL. *Regola, misura retta.* GERM. Ein Richtscheit/Rigel/Linial. HISP. *La regla para iuzgar lo derecho.* ANGL. *A rule or squire.* } Colum. *lib.3. cap.13.* Nam duas regulas eius latitudinis, qua pastinator sulcum facturus est, speciem Græcæ literæ χ decussauimus. ¶ Per translationem accipitur pro breui rerum præceptione. Cicer. *4. Acad.* Hanc enim esse regulam totius philosophiæ, constitutionem veri, falsi, cogniti, incogniti. Quintil. Ad hanc regulam & diligentiam non sunt locuti veteres. Idem, Ad legem & regulam compositum. ¶ Ponitur aliquando regula pro baculo quo aliquid rectum tenetur. Columel. *lib.6. cap.19.* Vt inserto capite descendentibus per foramina regulis, ceruix teneatur. ¶ Ponitur quoque pro instrumento eundem vsum præbere quem fiscus in factura olei. Idem *lib. 12. cap. 52.* Suspensa mola oleum frangito, eámque vel in regulas, vel in nouos fiscos adiicito, &c. Vide *Fiscus.* ¶ Regula Lesbia, id est, flexibilis. Prouerbio dicitur, cùm aliquid præposterè accommodatur.

Rĕgŭlātim, & regulariter, aduerbia sunt, teste Diomede *Grāmatices lib. 1.*

Rĕgŭlāris, e, quod secundùm regulam est vel quod in regulam trahi potest. { κανονικός. GALL. *Regulier fait à la reigle.* ITAL. *Fatto con regola ò misura.* GERM Nach dem Richtscheit gemacht/nach der Regel gericht. HISP. *Hecho con regla.* ANGL. *Made witg a rule and squire.* } Vnde æs regulare dictum est, quod à caldario, coronarióque distinguitur. nam coronarium est quod tenuatur in laminas, taurorúmque felle tinctum speciem auri præbet in histrionum coronis. Caldarium verò quod funditur tantùm, malleis fragile. Regulare quod obsequitur malleis, & ab aliis ductile appellatur. Sed in cæteris metallis regulare dicitur quod excoctum igni diligentiùs est, vitiisque purgatum. Plin *lib. 34. c.8.* In Cypro coronarium æs, & Regulare est, vtrumque ductile.

‖ Regulo, dirigo per regulam. verbum barbarum. Onom. Regulo κανονίζω. inde.

Regulaticus, a, um, quod dirigit: διορθωτικός. ‖

Rēx, Regis, Princeps qui ex legum præscripto suis imperat. Nam si pro libidine id fiat, tyrannus est. { מלך *méle̔ch.* βασιλεύς. GAL. *Roy.* ITAL. *Re.* GER. Ein König. HISP. *Rey.* ANGL. *A king.* } Hinc regiones dictæ videntur quod singulæ singulis parerent regibus: à quibus & Regna appellantur. Dici tamen & Reges possunt, qui vnius tantùm vrbis imperium habeant. Sic principio Reges Romanorum dicti sunt, quibus imperium vrbis permittebatur. Cic. *2. Offic.* Mihi quidem non apud Medos solùm, vt ait Herodotus, sed etiam apud maiores nostros iustitiæ fruēdæ causa videntur olim bene morati Reges constituti. Idem *3. de finib.* Rectius enim appellabatur Rex quàm Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit. Virg. *1. Æneid.*

———diuûm pater atque hominum Rex.

Horat. *1. Serm. Satyr. 3.*

———hæc magnos formula Reges
Excepto sapiente tenet.

Ouid. *1. Amor. Eleg. 15.*

Cedant carminibus Reges, Regúmque triumphi.

Plaut. *Amphitr.* per supremi Regis regnum Iuro. (id est, Iouis.) Idem *Curc. sc.3.a.4.* Quid refert me fecisse Regibus, vt mihi obedirent. Idem *Capt. sc.1.a 4.* Non parasitus sum, sed Regum Rex regalior. ¶ Rex regum dictus olim Persarum Rex, viri doctiss. annotauere, exponentes illud Suetonij *in Calig. c.5.* Regum etiam Regem & exercitatione venandi, & conuictu megistanum (id est, magnatum siue procerum regni) abstinuisse, quod apud Parthos Iustitij instar est. ¶ Qui Rex Nemorensis erat, idem quoque & Sacerdos. Idem Suet. *ibid. c.35.* ¶ Hinc Interrex, qui post prioris decessum, interea Regis locum tenet, donec nouus præficiatur. μεσοβασιλεύς: & interregnum, spatium illud quod est Interrex. Sed de hoc latiùs suo loco. ¶ Reges item à tenuioribus per assentationem appellabantur potentiores, ditioresque, quos illi sui alteriúsve commodi gratia obseruabant. Martial. *lib.9.*

Qui Rex est, Regem, Maxime, non habeat.

Colum. *in Præfat. lib. 1.* An honestiùs duxerim mercenarij salutatoris mendacissimum aucupium circunuolitantis limina potentiorum, somnúmque regis sui rumoribus augurantis. Neque enim rogantis quid agatur intus, respondere dignantur serui. Plaut. *Menæch. sc. 5.a.5.* Parasitus, qui suo regi tantum conciuit mali. ¶ Pomponij, Pinarij, Calpurnij, Mamerci cognomento reges à Numæ filiis, Plutarch. *in Numa, & Marij.* Idem *in Coriolano.* ¶ Rex, & victor etiam à Latinis dicitur qui rem absoluit, & perficit. Varro *de L. L.* Quartus vbi est aditus & initia Regis, i. qui ad quartum gradum peruenerit is rex fuerit, & planè modis omnibus rem absoluerit. Horat.

——— rex eris aiunt, Si rectè facies.

Ausonius,

Qui rectè faciet, qui non dominatur, erit rex,

Sic & victor dicitur. Virg. *in Æneid.*

——— victórque virum volitare per ora.

Rursus,

Illi victor ego, & phrygio conspectus in ostro.

Rēgīnă, æ, Regis vxor. { מלכה *malchách.* βασίλισσα, βασιλίς. GALL. *Royne.* ITAL. *Reginare, Regina.* GER. Ein Königin. HISP. *Reyna.* ANG. *A quene.* } Cicero *Attic. lib.14.* Reginæ fuga mihi molesta est: Vel quæ regnum possidet etiam si virum nunquam habuerit, vtpote ad quam regnum ex successione peruenit, vt Cleopatra in Ægypto, Dido apud Carthaginienses. Quandoque ponitur pro muliere diuite. Terent. *in Eunuch.* Quia solæ vtuntur his reginæ. ¶ Aliquando pro domina. Plaut. *in Truc.* Sed reginæ domi suæ fuere ambæ. ¶ Refertur & ad inanimata. Horat. *Epist. 6.*

Et genus & formam regina pecunia donat.

Oratio regina omnium rerum. Cic. *2. de Orat.* Siderum regina bicornis Luna. Horat. *in Carm. seculari.*

‖ Regius-Mons, Königsberg/ vrbs anno 1260. ab Equitibus Teutonicis extructa, Episcopi Sambiensis olim sedes, nunc Ducatus Prussiæ metropolis, Academia & emporium. ‖

Rēgŭlŭs, diminutiuum est à Rege deductum, non staturæ, sed potentiæ diminutionem significans, qui & regillus{ βασιλίσκος. GALL. *Vn roy de quelque petit pays, roitelet, vn duc, seigneur.* ITAL. *Duca, signore, principe.* GER. Ein König der kein groß reich vnder im hatt/sonder eines kleinen gewalts ist. HISP. *Duque, señor, principe.* ANG. *The king of a litle kingdome.* } Salust. *in Iugurth.* Postquam illa iusta more regio magnificè fecerant, Reguli in vnum conuenere, vt inter se de cunctis negotiis discceptarent. Plin. *lib. 18.c.3.* Magoni tantum honoris Senatus noster habuit Carthagine capta, vt quum regulis Africæ bibliothecas donaret vnius eius duodetriginta volumina censuerunt in linguam Latinam transferenda. ¶ Reguli item vocabulum sunt, qui & basilisco serpēti, & trochilo aui commodent, verùm eius loco Græcis nominibus receptiùs vtemur.

Rēgĭŭs, a, um, Regi conueniens, gloriosum: quod regiè curatur. { βασιλικός. GALL. *De roy, royal.* ITAL. *Regale.* GERM. Königlich/ königisch. HISP. *Cosa real ò perteneciente al rey.* ANGL. *Of the king, kingly.* } Cicer. *lib. 3. Offic.* Erat autem regius pastor. Idem *1. Tuscul.* Codrum qui se in medios immisit hostes famulari veste, ne posset agnosci si esset ornatu regio. Virg. *5. Æneid.*

Intextúsque puer formosa regius Ida.

Catul. *de Com. Beren.*

Regium adepta es coniugium.

Plaut. *Men. sc.1.a.1.* Virum forte & forma regia. Ouid. *6. Fast.* Regia res scelus est. ¶ Regius morbus, dictus est quòd mulso (quod genus potionis in regum deliciis erat) curaretur, inquit Varro, ἴκτερος. Vel quia (vt Celsus scribit) eo morbo affectos apparatu regio, hoc est, lecto, & conclaui cultiore & ludis lasciuiáque vti perutile est, per quæ mens ægrotantis exhilaretur. Horat. *in Arte,*

Aut mala quem scabies, aut morbus regius vrget.

Idem morbus aurigo antè dicebatur, à colore auri, quem bilis per totum corpus diffusa repræsentat. Arcuatus quoque morbus appellatur, quòd cælesti arcui sit concolor: vel quòd ita stringit humana corpora, vt in arcum ducat. ¶ Lex regia, Liu. *lib. 34.*

‖ Regius morbus, est icterus. Isid. *lib. 4. 8.* Icterum Græci appellant à cuiusdam animalis nomine, quòd sit coloris fullei. Hunc morbum Latini arcuatum appellant ad similitudinem cælestis arcus. Auruginem verò Varro appellari ait à colore auri. Regium autem morbum inde æstimant dictum, quòd vino bono & regalibus cibis citiùs curetur. ‖

Rēgĭă, æ, Basilica, domicilium & aula regis. { בית המלך *beth hamméleeh.* τὰ ἀρχεῖα, τὰ βασίλεια. GALL. *Le palais ou maison royale.* ITAL. *Palazzo ò sala regale.* GERM. Ein königlicher pallast/deß Königs hoff. HISP. *La casa real, palacio.* ANGL. *A place or kinges house.* } Liu. *lib. 1. ab Vrbe,* Eo tempore in regia prodigium visu, euentúque mirabile fuit omen. Iustin. *lib. 1.* In regiam se recipit. Ouid. *2. Metam.*

Regia Solis erat sublimibus alta columnis.

Virg. *1. Georg.*

Iampridem nobis cæli te regia Cæsar Inuidet.

Gell. *c. 6. lib. 4.* In sacrario, in regia hastas Martias mouisse. ¶ Regia & templum

templum Vestæ Romæ, Plutarch. *in Rom.* Iuxta templum Vestæ fuit ibi structa à Numa. Idem *in Numa.*

Rēgiē, aduerb. Regio more & imperiosè, seuerè, crudeliter. { βασιλικῶς, τυραννικῶς. GALL. *Royalement, en Roy.* ITAL. *Regalmente.* GERM. Königklich / herschlich / prächtlich. HISP. *Realmente.* ANGL. *Kingly, lyk a king.* } Cicer. *in Catili.* Idem 5. *Verr.* Nunc vt hoc tempore ea quæ regiè, seu potiùs tyrannicè statuit in aratores Apronius, prætermittam.

Rēgĭfĭcŭs, a, um, Regalis. { βασιλικός. GAL. *Royal.* ITAL. *Regale.* GER. Königklich. HISP. *Real.* ANGL. *Kingly.* } Valer. 2. *Argon.* Stat gemmis auróque tori, mensæque paratu Regifico.

Rēgĭfĭcē, aduerbium, Splendidè, sumptuosè & regio apparatu. { βασιλικῶς. GALL. *Royalement.* ITAL. *Regalmente.* GER. Königklich / vberauß köstlich. HISP. *Realmente.* ANGL. *Kingly.* } Cic. 3. *Tuscul.* Vidi ego te, astante ope barbarica, tectis cælatis, laqueatis auro, ebore instructam regificè. ex poëta quodam.

Rēgālis, e, ad claritudinē, eminentiam, & excellentiam pertinet, dignū rege. { βασιλικῶς. GAL. *Royal.* ITAL. *Regale, pertinente al re* GER. Königklich / einem König zugehörig. HISP. *Cosa perteneciente al rey.* ANGL. *Kingly.* } Cic. *in Cat.* Nihil ei tam regale videri quàm studium agri colendi. Idem 1. *de diuin.* Vt enim sapere, sic diuinare regale ducebant, vt testis est nostra ciuitas, in qua & Reges augures, & postea priuati eodem sacerdotio præditi rempublicam religionum autoritate rexerunt. Ouid. 5. *Metam.*

——fremitu regalia turbæ
Atria complentur.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Et dedimus tragicis scriptum regale Cothurnis,

Virg. 2. *Æneid.*

Regales inter mensas, Laticémque Lyæum,

Ibidem,

At domus interior regali splendida luxu.

Comparat. Regalior, Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Sum rex regum regalior.

Rēgālĭtĕr, Seuerè, crudeliter, & regū more. { βασιλικῶς. GAL. *Cruellement, royalement.* ITAL. *Crudelmente, realmente.* GER. Herschlich / prächtlich / wie die König vnd tyrannen. HISP. *Cruelmente, regalmente.* ANG. *Cruelly, lik a king.* } Ouid. 2. *Metam.*

——precibúsque minas regaliter addit.

Regaliolus, nomen auis. Suet. *in Cæsar. c.* 81.

Rĕgĭo, nis, dicta à rego, quòd priusquam prouinciæ fierent, regiones sub regibus erant, atque ab his regebantur. Vel, vt aliis placet, Regiones dictæ sunt à verbo regere, quod significat circumscribere, definire, quòd regiones certis circunscriberentur finibus atque regerentur: vnde Rubrica iuris, finium regundorum (id est, circumscribendorum, terminandorum.) { מדינה *medhináh* מחוז *machóz* פאה *peáh.* χώρα. GAL. *Region, pays, prouince, contree.* ITAL. *Regione, contrata, banda, paese, prouincia.* GER. Ein land oder landtschafft. HISP. *Regione, prouincia.* ANGL. *A region prouince, or cuntrey.* } Cic. *pro Sextio,* Quæ regio, oráve terrarum erat latior, in qua non regnum aliquod statueretur. Idem, Classem fugientem persecuti sumus vsque ad Sidam, quæ extrema regio est prouinciæ meæ. Ouid *Eleg.* 4. *lib.* 4.

——Quamuis longè regione remotus Absim.

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3 Abire non possum ab his regionibus. Tibull. *lib* 4.

Nulla tibi aduersis regio sese offeret armis.

¶ Postea maiores in vrbe partes, regiones appellari cœptæ, à similitudine earum regionum in quas orbis diuiditur. Quatuor autem fuerunt antiquitus vrbis Romæ regiones, quibus prima regio Suburbana, secunda Exquilina, tertia Collina, quarta Palatina. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Hi loci sunt, atque regiones (vrbis sup.) Idem *Milit sc.* 2. *a.* 2. *Met.* Tace (inquit) Dum in regionem mearum astutiarum te induco. ¶ Ponitur aliquando regio, præsertim in plurali numero, pro fine, siue termino: vt quum Cic. *pro Archia* dicit Vitæ spatium exiguis regionibus circumscriptum esse: id est, vt ait Budæus, finibus & terminis. Idem *contra Rullum.* Vix facilè sese regionibus officij continet: id est, terminis. Regiones vineæ, fines & limites. Cic. 2. *de nat. deor.* An Accij Nauij lituus ille, quo ad inuestigandum suem regiones vineæ terminauit, contemnendus est? Hinc metaph. Regionibus officij sese continere. Idem 2. *de lege Agr.* Singularis homo priuatus, nisi magna sapientia præditus, vix maximè sese regionibus officij, magnis in fortunis & copiis continet. Idem *pro Archia,* Si nihil animus præsentiret in posterum, & siquibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est, iisdem omnes cogitationes terminaret suas. id est, finibus & terminis, vt ait Budæus. ¶ Regiones item appellantur quatuor cæli limites, siue cardines: פאות *peóth.* Ortus, Occasus, Meridies & Septentrio. Cic. *de nat. deor.* Sed etiam regio, quæ tum est Aquilonaris, tum Australis. Regio, inquit Budæus, Gallis vernaculo sermone *Quartier* dicitur. In eáque significatione accepit Cic. *pro Planco,* qui etiam tractum vocat. Totus, inquit, ille tractus celeberrimus Venafranus, Alifanus, tota denique illa nostra aspera & montosa regio. ¶ Ponitur aliquando regio pro orbita & linea. Cic. *in Verr.* De omnibus nobis si quis tantum de regione deflexerit &c. ¶ A regio fit è regione: quod est ex aduerso, in cōspectu, quasi rectis lineis, tanquam aduerbium in oratione ponitur. { על פני *hal pené.* ἀντικρύ. } Cæs. 3. *bell. Gall.* Quum vterque vtrique esset exercitui in conspectu, ferèque è regione castra castris poneret.

Rĕgĭōnātim, aduerbium, per singulas regiones. { κατὰ χώρας. GAL. *Par regions, par quartiers.* ITAL. *Di regione in regione.* GERM. Durch alle vnd jede landtschafften. HISP. *De region en region.* ANG *Frome contrey to contrey.* } Sueton. *in Cæsare cap.* 39. Ludos etiam regionatim vrbe tota edidit, & quidem per omnium linguarum histriones. Liu. 10. *Maced.* Mutarunt suffragia, regionatímque generibus hominum, causísque & quæstibus tribus descripserunt.

Regionaliter etiam dicitur, vt regionatim. κατὰ χώρας. Apuleius *lib.* 1. *de Mundo,* Quæ tamen illi cùm regionaliter videantur esse pestifera, ad omnem salutaria sunt.

Reglisco, iterū glisco, cresco. al. *Regiesco,* Scalig. rescribit *Reglesco,* pro reglisco. Ante eum Turn. *lib.* 13. *c.* 25.

RĒGNVM, i, dicitur tam regio ipsa subiecta, quæ à rege possidetur, quàm ipse dominatus. { מלכות *malchúth.* βασιλεία. GALL. *Regne, royaume.* ITAL. *Regno, reame.* GER. Ein reich / oder königreich. HISP. *El reyno y reynado.* ANG. *A kingdome or realme.* } Plaut. *Amphitr.* Per supremi regis regnum iuro. (i. cœlum. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Sibi habeant sua regna reges. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Sub Veneris regno vapulo, non sub Iouis. Seneca *c.* 8. *de tranq.* Paupertas regnum est, cui noceri non potest. ¶ Cotij regnum videtur esse nomen loci apud Sueton. *in Tiber. c.* 37. Cic. *in Cassio,* Non regno, sed rege liberati videmur. Virg. 1. *Æneid.*

Vultis & his mecum pariter considere regnis?

Habere regna pro regnare. Idem *Æneid.*

——sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion.

¶ Regnum etiam dici potest priuata cuiusque domus in qua quisque est tanquam rex. Cic. 1. *de Orat.* Quare negasti te fuisse laturum, nisi in regno meo esses? id est, in Tusculano. ¶ Regnum Dei est vel quod Deus habet, vel Deus dat habendum, suo regno aliquatenus simile. Itaque ille casus Dei est vel subiecti, vel causæ. *Regnum Dei* quod ipse

Habet, distingui solet in regno
- *Potentiæ,* cui omnes creaturæ subsunt, vt quas potenter creauit & gubernat.
- *Gratiæ,* in quo sunt, qui se ex statu peccati vocari sustinent per Verbum Dei.
- *Gloriæ,* in quo sunt beati; hæc est Ecclesia triumphans, & eorum amici sancti Angeli.

Dat. Ita regnū Dei est.
- *Dominium mundanum.*
- *Status beatitudinis.*
- *Æterna vita.*

Regnum Dei aliquando est modus & conditio eius colligendi & gubernandi.

Rĕgno, as, Regnum possideo, & administro. { מלך *maláeh.* βασιλεύω. GALL. *Regner.* ITAL. *Regnare.* GERM. Regieren / ein reich innhaben vnd verwalten. HISP. *Reynar.* ANG. *To regne.* } Priscianus, Rex solùm quod à regendo nascitur, peperit ex se aliud verbum, regno. Cicer. *pro lege Manil.* Sed ab illo tempore annum iam tertium & vicesimum regnat, & ita regnat, &c. Idem 3. *Offic.* Nam si violandum est ius, regnandi gratia violandum est. Liu. 1. *ab Vrbe,* Mansit Syluius postea omnibus cognomen qui Albæ regnauerunt. Quintilian. Regnat modus in omnibus. ¶ Ponitur aliquando regnare pro autoritate valere & florere. Cic *ad Gallum lib.* 7. Olim quum regnare existimabamur. ¶ Regnatur, impersonale. Virg. 1. *Æneid.*

Hic iam ter centum totos regnabitur annos
Gente sub Hectorea.

¶ Regnor, aris, passiuum. Tacit. *lib.* 7. Neque enim hîc vt in cæteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum domus, &c. Ouid. 4. *de Ponto Elegia.* 15.

——regnataque terra Philippo.

Rēgnātor, is, verbale, qui regnat. { מלך *moléch.* βασιλεύων, βασιλεύσας. GAL. *Qui regne, regnant.* ITAL. *Chi regna, regnatore.* GERM. Ein regierer / regent. HISP *Reynador.* ANG *He that regneth.* } Virg. 4. *Æneid.*

Ipse tibi demum claro demittit Olympo
Regnator cælum & terras qui numine torquet.

Plaut. *Amphitr.* Pater meus deūm regnator, &c. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 1. Vbi Rex Agathocles regnator fuit. (pro regnauit.) ¶ Aliquando pro possessore. Mart. *lib.* 10.

Quisquis eris nostri post me regnator agelli.

Rēgnātrīx, icis, verbale fœmininum, vt Domus regnatrix. { מלכת *malecheth.* βασιλεύουσα, δέσποινα GAL *Regnante.* ITAL. *Regnatrice.* GERM. Ein regiererin. HISP. *Reynadora.* ANGL. *She the regneth.* } Tacitus *lib.* 1.

RĒGRĔDIŎR, Retrogredior, reuertor. { שב *schab* נסג *sagh.* ἀναχωρέω, ἐπανήκω. GALL. *Se reculer, se retourner.* ITAL. *Ritornare.* GERM. Wider hinderfich gehn. HISP. *Boluer atras.* ANGL. *To go back, to recule.* } Plaut. *Aulul.* Illuc regredere ab ostio, illuc sis: vide vt incedit. Cic. 1. *Officior.* Cum vtrisque separatim locutum, ne cupidè quid agerent, nec appeterent, atque vt regredi, quàm progredi mallent. Liu. 10. *ab Vrbe,* Pars stare, incerti vtrum progredi an regredi in castra tutius foret. Sueton. *in Tiber. c.* 11. Regredi domum. ¶ Regredi in memoriam, Plaut *Capt. sc.* 4. *a.* 5. In memoriam regredior audisse me. (i. in memoriam redeo, id est, reuoco, reduco, &c.

Rēgrĕssŭs, us, ui, regrediendi actus. { שיבה *schibáh* תשובה *teschubáh.* παλινοδία, ἀναχώρησις. GALL *Retour, reculement.* ITAL. *Ritorno.* GER. Der gang wider hindersich. HISP. *Buelta atras.* ANGL. *A going back or retiring.* } Liu. 4. *belli Pun.* Neque locus pœnitendi, aut regressus ab ira relictus esset. Cicer. *de natura deorum* 2 Nihil enim errat, quod in omni æternitate conseruat progressus & regressus, reliquósque motus constantes & ratos. Senec. *c.* 5. *de tranquill.* Non accedendum eò vnde regressus liber non est. ¶ Regressum habere. Vlpian. *D. lib.* 21. *tit.* 2. *l.* 1. siue tota res euincatur, siue pars, habet regressum emptor ad venditorem. Virg *Æneid.* 11.

——nec habet fortuna regressum.

Regula, Regulus, vide *Rego.*

Regulus Attilius, vir Consularis, de quo ita scribit Plin. *in libello de Viris illustribus,* Marcus Attilius Regulus Consul, fusis Salentinis triumphauit. primúsque Romanorum ducum in Africam classem traiecit: quassatas duce Amilcare naues longas tres & sexaginta accepit: oppida ducenta, & hominum ducenta millia cepit. Absente eo coniugi & liberis ob paupertatem sumptus publicè dati. Mox arte Xantippi Lacedæmonij mercenarij ducis captus, & in carcerem missus est. Legatus deinde de permutandis captiuis Romam missus: dato iureiurando, vt si non impetrasset, ita demum rediret: in Senatu conditionem dissuasit reiectísque à se coniuge & liberis, Carthaginem regressus, vbi in arcam ligneam coniectus, clauis introrsum adactis, vigiliis ac dolore excruciatus est. De eius morte sic Cic. *in Pisonem* Marcus Regulus quem Carthaginienses resectis palpebris vigilando necauerunt.

Rĕgŭsto, Iterum gusto, & per translationem relego, recolo. { ἀναγεύομαι. GAL. *Regouster, gouster derechef.* ITAL. *Gustare di nuouo.* GERM. Wider versuchen. HISP. *Gustar otra vez.* ANG. *To taiste againe.* } Cic. *lib.* 4. *ad Atticum*

Atticum, Nam Veſtorio dandi ſunt dies: & ille Latinus ἀττικισμὸς ex interuallo reguſtandus. *Eodem lib.* 13. Sed crebrò reguſto tuas literas: interuallo acquieſco, tamen expecto nouas.

Regyro, as, are, In gyrum reflecto. { סבב *heſeb.* } Varr. Quà non ſolùm à lateribus per feneſtras, ſed etiam ſubtus à ſolo ventus regyrare poſſet.

Rehalo, rurſus halo, exſpiro, in altum reiecto. Lucr. *lib.* 6.

Terraque cùm fumans humorem tota rehalat.

Id Arnobio eſt halitum reciproco.

Rehiſco iterum hiſcó. Gloſſ. Cyr.

Rĕiicio, is, Retrorſum iacio, in tergum abiicio, recuſo. Amabant veteres ſcribere *reicio*, vnde apud Virg. *reice capellas*. Sic *abicio, deicio, cicio, obicio. reicio.* in Gloſſ. legitur. { געל *ghabal* מאס *maás.* ἀποτίθεμαι, ἀνατίθεμαι, ἀποβάλλομαι. Gall. *Reietter, chaſſer arriere.* Ital. *Cacciare in dietro, ſcacciare.* Ger. Hinderſich werffen/hinwerffen. Hisp *Echar atras.* Ang. *To caſt baack or away.* } vt reiecto ſcuto fugere, apud Ciceronem *de Orat.* Virg. 2. *Æneid*

Reiiciunt parmas & equos ad mœnia ducunt.

Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 2. Omnem ſocordiam reiice & amoue. & Senec. *c.* 2. *de conſol ad Martiam*, Reiecit Octauia carmina, noluit legere. ¶ Quandoque ponitur pro repellere, arcere. { גרש *gharáſ.* ἀπωθεῖν, ἀποδιώκειν, } Virg. 3. *Ecloga*,

Tityre paſcentes à flumine reice capellas.

¶ Quandoque pro reſpuó, contemnó, nihili facio, ἀποβάλλομαι. Cicer. 1. *de finibus*. Quis Ennij Medeam ſpernat, aut reiiciat? Idem 2. *de diuinat.* Dicæarchus iiſdem rebus fidem tribuit: cætera diuinationis genera reiicit. ¶ Reiicere iudicem, vel arbitrum, idem eſt quod repudiare, ſiue recuſare. ἀπολέγειν, ἀπωθεῖσθαι. Cicer. *in Verr. actio.* 3. Sciebam in reiiciendis iudicibus nonnullos memoria, &c. Receptum enim erat apud Romanos, vt editis iudicibus reo liceret, ſiqui ex iis ſibi ſuſpecti eſſent, repudiare, in quorum locum alij ſubſortiebantur. ¶ Accipitur interdum pro differre, ſiue protrahere. { משך *miſchſchéch.* ἀναβάλλεσθαι. Angl. *To caſt of vntill another tyme.* } Cic. *Attico lib.* 1. In menſem Quintilem reiecti ſumus. Interdum pro remittere. { שלח *ſchilléach.* ἀναπέμπομαι. } Idem *pro Cornelio Balbo*, Quint. Scæuola, quum de iure prædiatorio conſuleretur, conſultores ſuos nonnunquam ad Furium & Ceſellium prædiatores reiiciebat. Idem *ad Atticum lib.* 9. Sed ne bis eadem legas, ad ipſam te epiſtolam reiicio. ¶ Reiicere cauſam ad Senatum eſt, ad Senatum remittere, eiúſque iudicio rem permittere. ἀνάγειν πρὸς τὴν σύγκλητον. Cicer. *ad Atticum lib.* 2. ait ſe de conſulum ſententia rem ad Senatum reieciſſe. Idem *ad Plancum lib.* 10. Tu quanquam conſilio non eges, vel abundas potiùs: tamen hoc animo eſſe debes, vt nihil huc reiicias, néve in rebus tam ſubitis, támque anguſtis à Senatu conſilium petendum putes. ¶ Quandoque euomere. ἀνάγειν. Sueton. *de Auguſt. c.* 77. Senos ſextantes non exceſſit: aut ſi exceſſiſſet, reiiciebat.

Rĕiectio, & reiectus, us, Vomitus. { געל *ghobál* ἀναγωγή. Gall *Reiectement, repouſſement.* Ital. *Scacciamento.* Germ. Außwerffung/erbrechung. Hisp. *Obra de echar atras.* Ang. *A caſting back or away.* } Plinius, Et vernatio vtilis erat, ſi poſtquam ſorpta fuerat ſtatim reiectio ſequebatur. Celſus, Et reiectus cibi non erit inutilis, ſi raró fiat. Reiectio ſanguinis, quum ſanguis per os quouis modo eiicitur, ſiue id per tuſſim fiat, pulmone, thoracéve affecto, αἵματος ἀναγωγή, ſiue per vomitum ex ventriculo, quum ſanguinis eò ex hepate lienéve defluxerit, ſiue per excreationem è faucibus, quum è capite ad interiores gurgulionis partes ſanguis fuerit delatus. Contingit autem tribus potiſſimum de cauſis: vaſe rupto, quod ῥηγμοχάσμον vocant: eroſione, quam διάβρωσιν Græci appellant: aut ore venæ paulò latiùs patefacto, quæ vocatur ἀναστόμωσις. Plin. *lib.* 25. *cap* 8. Item tuſſi & ſanguinis reiectioni prodeſt. ¶ Reiectio iudicum, eſt recuſatio. Bud. annot. poſt. in Pandect.

Rĕiecto, as, frequentat Spartian. *de Anton. Pio*, Quum caſeum Alpinum in cœna ediſſet auidiùs, nocte reiectauit.

Reiectaneus a, um, quod reiici ſolet, aut meretur.

Rĕiectānĕă, ſiue reiecta. { נגעלים *nighhalim.* ἀποβλητα. Gall *Choſes reiettees, reculees & rebutees.* Ital. *Coſe cattiue, coſe da rifiutare.* Ger. Hinwürffling/alles das man hinwirfft/als böß. Hisp. *Coſas que ſe deuen deſechar.* Ang. *Thinges caſt away and neglected.* } A Cicerone appellantur, quæ Stoici vocant ἀποπροηγμένα: cuiuſmodi ſunt morbus, egeſtas, dolor, & id genus alia: quæ vulgò mala dicuntur. Illi verò quòd ἀδιάφορα, hoc eſt, indifferentia eſſe vellent, malis non annumerabant: ἀποπροηγμένα tamen, id eſt, reiectanea vocabant, quòd ab omnibus tanquã mala reiicerentur, qualia ſunt morbus, egeſtas, dolor. Cic 4. *de fin.* Illa autem morbum, egeſtatem, dolorem non appello mala, ſed ſi libet reiectanea. Idem 3. *de fin.* προηγμένα, & ἀποπροηγμένα, quorum hæc quidem præpoſita rectè, illa reiecta dicere licebit.

‖ Reienſium ciuitas, id eſt Reius *Reiez*, V. E. Reienſis ſub M. Aquenſi in Galliâ.

Reij, rei. antiq. Scal. ‖

Rĕiicŭlŭs, a, um, quod nullo eſt in pretio, quod ob vitium aliquod ab omnibus ſpernitur. { ἀπόβλητος. Gal. *Reietté, refusé, comme choſe vile.* Ital. *Coſa di picciol prezzo, coſa di niun valore.* Ger. Außwürffling/das man in keinem wärt haltet. Hisp. *Coſa de menos precio.* Ang. *That is litle good worth or caſt away.* } Hinc oues reiiculæ dicuntur, quæ propter ætatem vel morbum reiiciuntur. Varr. 2. *de re ruſt. c.* 1. Scire oportet in grege, quòd reiiculæ ſint alienandæ. Armenta reiicula. Cato *c.* 1. Vendat boues vetulos, armenta reiicula, oues reiiculas, lanam & pelles.

‖ Reipus, pretium emptionis viduæ matrimonij cauſam. Gloſſ. vet. ‖

Rĕĭtĕro, as, Repeto. { שנה *ſchanáh* שנן *ſchinnén.* ἀναλαμβάνω. Gal. *Reietter, refaire.* Ital. *Replicare, repetere.* Ger. Widerumb thun/wideräfferen. Hisp. *Repetir, rehazer.* Angl. *To rehearſe or do againe.* } Vnde reiteratio verb. idem quód repetitio. { שנינה *ſcheninâh.* ἀνάληψις. } Quint. *lib.* 11 *c.* 2. Vt crebra reiteratione firmetur.

‖ Reiua, & reilata βατὶς εἶδος ἰχθύος. Gl. Phil. Eſt *raia* quod vide. ‖

Rĕlābŏr, eris, Recido, redeo, remeo. נפל *naphál* שב *ſcháb.* ἀναπίπτω, ἐπιπίπτω. Gal. *Rechoir, retomber.* Ital. *Ricaſcare.* Ger. Widerumb fallen. Hisp. *Tornar à caer* Ang. *To ſlide or fall againe.* } Ouid. *in Epiſt. Sappho ad Phaonem.*

Huc ades, inque ſinus formoſe relabere noſtros.

Horat. 1. *Epiſt.* 1.

Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor.

Rĕlānguĕo, es, ſiue Relangueſco, is, Denuo langueo, vel in languorem recido. { αὖθις ἀρρωστῶ. Gall. *Recheoir & tomber en langueur, defaillir.* Ital. *Tornar languido.* Ger. Widerumb blöd/oder müglos werden/widerumb in vorderige ſchwachheit fallen. Hisp. *Tornar à dolerſe.* Ang. *To be very feble and faint.* } Cic. *ad Attic. lib.* 13. Quòd autem ille relanguiſſe ſe dicit, ego ei tuis literis lectis, ſignificaui me non fore σκολιαῖς ἀπάταις. ¶ Refertur & ad animum, pro eo quod eſt effœminari. χαλᾶν. Cæſar. 2. *bell. Gall.* Nihil pati vini, reliquarúmque rerum ad luxuriam pertinentium inferri: quòd iis rebus relangueſcere animos, eorúmque remitti virtutem exiſtimarent.

Rĕlātio, Relator, Relatus, vide *Refero*.

Rĕlāxŭs, a, um, Laxus, rarus, ſolutus. { רפה *ropéh* נרפה *nirpéh* נשמט *niſchmat.* χαῦνος, μανός. Gall. *Relaſché, fort laſche.* Ital. *Largo ſlegato.* Ger. Nagelaſſen/auffgelößt/ludenlecht. Hisp. *Floxo, afloxado, deſatado.* Angl. *Looſe, large.* } Colum. *lib.* 11. *c.* 3. Relaxa humo plenioris craſſitudinis fiat radix.

Rĕlāxo, as, remitto, quod tenſum erat, laxum facio, vel ſoluo. { רפה *rippáh* פתח *pittách* הציר *hitsir.* χαυνόω. Gal. *Relaſcher, mettre au large.* Ital. *Aſlargare, ſlegare, rilaſſare.* Germ. Wider nachlaſſen das vorhin geſpannen war/wider luck machen. Hisp. *Afloxar lo apretado.* Ang. *To looſe, or to mak large or wide.* } cui contrarium eſt aſtringo. Cicer. *ad Attic. lib.* 10. Pater enim nimis indulgens, quicquid ego aſtrinxi, relaxat. ¶ Relaxare animum, eſt animum recreare, & curas intermittere. { השיב *heſchib.* } Idem 1. *Offic.* Atque etiam quum relaxare animos, & dare ſe iucunditati volent, caueant intemperantiam meminerintque verecundiæ. Seneca *cap.* 8. *de conſol ad Mart.* Relaxabatur animus à triſtitia. Idem *cap.* 15. *de conſol. ad Helu.* Relaxaui triſtem vultum, eo viſo, &c.

Rĕlāxātio, verbale, Recreatio, ſolutio. { רפיון *riphjón* מרפא *marpé.* ἄνεσις, ἀναχαλασμὸς, χαύνωσις. Gall. *Relaſche.* Ital. *Rilaſſamento.* Germ. Ein vnderleibung/nachlaßung zur ergetzung. Hisp. *Floxura.* Angl. *A releaſing or looſing.* } Idem 2. *de Orat.* Verùm otij fructus eſt, non contentio animi, ſed relaxatio.

Rĕlēgo, as, Ablego, amando, ſeparo, remoueo. { שלח *ſchilléach* הסיר *heſir* הגלה *higláh.* ἀποπέμπω, ἀποδιαπέμπω. Gall. *Renuoyer au loin, bannir, confiner en quelque lieu.* Ital. *Separare, rimouere rimandar in bando.* Ger. Hinwegſchicken/hinfertigen vnd abſünderen. Hisp. *Deſterrar, ahuyentar, ſeparar.* Angl. *To ſend away, to baniſh.* } Virg. 3. *Georg.*

Atque ideo tauros procul atque in ſola relegant
Paſcua.

Cic. 3. *Offic.* Criminabatur etiam quod Titium filium, qui poſtea Torquatus eſt appellatus, ab hominibus relegaſſet, & ruri habitare iuſſiſſet Velleius, Relegauit Catonem à repub. Clodius. ¶ Relegare inuidiam in aliquem. Idem Velleius, bis. Liu. 8. *bell. Pun.* Aduerſa caſibus fortunæ, & belli relegare. (i. ad fortunam referre.) ¶ Aliquando remitto ἀναπέμπω. Plin. *lib.* 7. *c.* 1. Nec tamen ego in pleriſque eorum obſtringam fidem meam: potiúſque ad autores relegabo, qui de dubiis rogentur omnibus. ¶ Aliquando in exilium reiicio, & incertum aliquem locum exulatum mitto. ἐξοστρακίζω, φυγαδεύω. Plin. *Epiſt.* 35. Martianum in quinquennium relegant. Ouid. 2. *Triſt.*

Vnde precor ſupplex vt nos in tuta releges,

Rĕlēgātī, dicuntur in exilium miſſi, מגלים *mughlim.* οἱ φυγάδες, ἐξόριστοι, ἐξοστρακισθέντες. Gall. *Releguez, chaſſez loing, bannis, confinez.* Ital. *Banditi, confinati, cacciati lontano.* Germ. Verwiſene/oder verſchickte in das ellend/banditen. Hisp *Deſterrados.* Ang *Send away, baniſhel.* } Cic. *ad Attic. lib.* 2. Relegatus mihi videor poſtquam in Formiano ſum. Ouid. 5. *Triſt. Eleg.* 12.

Ipſe relegati, non exulis vtitur in me
Nomine: tuta ſuo iudice cauſa mea eſt.

Idem *Eleg.* 3 *lib.* 5. *Triſt.*

Arua relegatum iuſſiſti viſere Ponti (non exulem.)

Idem *ibid. Eleg.* 1. *lib.* 2.

Quippe relegatus, non exul dicor in illo. (edicto ſup.)

¶ Relegata, ſecunda correpta, apud Mart. *Epigr.* 9. *lib.* 11. ¶ Relegatus in perpetuum, Suet. *in Aug. c.* 16. ¶ Relegatus de iis, qui vetantur exire ex vrbe. Idem *in Claud. c.* 23. Differt autem relegatus ab exule, quòd ille in certum aliquem locum eſt miſſus, in quo ſe continere debet: Exul verò ab patria tantùm abeſt, vbicunque demum ſit. Nam olim exules Italia ſolùm prohibebantur. ¶ Ambitione relegata, id eſt, citra ambitionem, vel omiſſa omni ambitione. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 10.

Ambitione relegata te dicere poſſum
Pollio.

Rĕlēgātio, nis, verbale, eſt exterminatio, quum quis fines patriæ exire iubetur: quod Cic. Sedibus expellere interpretatur. { גלות *ghalúth.* ἐξορία, φυγαδεία. Gall. *Banniſſement, renuoy.* Ital. *Eſſo bãdire* Ger. Verſchickung vom Vatterland/verweyſung in das ellend. Hisp. *Deſterramiento.* } Liu. *lib.* 8. *ab Vrbe*, Exilio, & relegatione ciuium vlciſcentes Tribunos. Cic. *pro Roſc. Amer.* Taménne hæc attenta vita & ruſticana, relegatio atque amendatio appellabitur? Relegationem ſemper exilio minorem facit Ouid. vt 2. *Triſt.*

Adde quòd edictum quamuis immite mináxque,
Attamen in pœna nomine lene fuit:
Quippe relegatus, non exul dicor in illo.

Rĕlĕgo, is, quod & *religo* ſcribebant, pen. corr. Rurſus lego. { ἐπαναγινώσκω. Gal. *Relire.* Ital. *Rileggere.* Ger. Widerumb vberleſen. Hisp. *Boluer otra vez à leer.* Ang. *To read againe.* } Ouid. 1. *de Ponto*,

Quum relego, ſcripſiſſe pudet.

Cicero 3. *de natur. deorum*, Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinent, diligenter pertractarent, & tanquam relegerent, ſunt dicti religioſi ex relegendo, vt elegantes ex elegendo. ¶ Relegere iter, eſt per eandem redire viam παλινδρομεῖν. Stat. 1. *Achil.*

Plenaque materni referens præſagia ſomni,

Culpatum

Culpatum relegebat iter.
Vir. 3. *Æneid.*

Talia monstrabat, relegens errata retrorsum
Littora Achæmenides.

¶ Relege, colligere, ἀναλέγομαι. vt Relegere pecuniam. Horatius *Epod.* 2.

Omnem relegit Idibus pecuniam.

Pertinet autem hoc Horatij ad antiquam fœneratorum consuetudinem, qua vltra statutum Calendarum diem in Idus concederent dilationem. Itaque fieri solebat, vt quæ in Calendas fœnerauerant, Idibus reciperent & relegerent.

Rĕlentēsco, is, propriè est ad lentorē pristinum redire. { ἀναγλιχραίνομαι. Gal. *Redeuenir lent.* Ital. *Diuenir di nuouo lento.* Ger. Widerumb zäch/oder weich werden Hisp. *Tornar otra vez à ser liento y flexibile.* Ang. *To relent, to waxe soft.* } Per translationē accipitur pro flaccescere, & vigorem amittere. Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 8.

Néve relentescat sæpe repulsus amor.

Releuium, honorarium, quod nouus vasallus patrono, introitûs causa, largitur. Gal. *Relief.* ? à releuando. quòd fundum, quasi collapsum, eo releuetur Græcè εἰσόδικον: vulgò *introitus.*

Rĕlĕuo, as, iterum leuo, exonero. { נשא *nasa* הרים *herim.* ἐπαίρω. Gal. *Releuer, alleger.* Ital. *Rileuare.* Ger. Widerumb auffheben. Hisp. *Aliuiar ò alçar alguna cosa.* Ang. *To lifft againe, to ease and mak light.* } Ouid. 9. *Metam.*

———*prensámque ipsis dea sæua capillis*
Traxit, & è terra corpus releuare volentem
Arcuit.

¶ Per translationem accipitur pro recreare, reficere. { השיב *heschib.* ἀναλαμβάνειν. } Terent. *in Adelph.* Nam & illi animum iam releuabis qui dolore & miseria tabescit. ¶ Releuare labores, minuere. { המעיט *himit.* Plinius *in Panegyric.* Vt studium omnium, laborémque & tanquam actor intenderes, & tanquam particeps, sociúsque releuares. ¶ Releuare aliquem molestiis, cura, metu, est liberare. Cicero 1. *de diuinat.* Hæc studia renouare cœpimus, vt animus molestiis potissimum releuaretur, & prodessemus ciuibus nostris. Ouid. 1. *Trist. Eleg.* 4.

Omnis ab hac cura mens releuata mea est.

Releuare tertia parte mercedum publicanos. Sueton. *in Cæs. cap.* 20. *Relascher aux fermiers la troisiesme partie de leur fermage.* ¶ Releuari vsuris. Vlpian. *D. lib.* 26. *tit.* 7. *l.* 7. Et si vsuræ fuerunt grauiores quæ ei debebantur, releuabitur eis pupillus.

Rĕlĭcīnus, capillus, ab Apuleio dici videtur recripsus, & versùs occiput quodammodo refugiens. Quod nomen quidam putant à recello deductum, quod significat retraho, reuibro, reclino, & cessum reduco. Et quoniam in recrispis ad cranium capillitium retorquetur, inde reclinus, veluti recellinus, crinis appellatus, euphoniæ causa. Verba Apuleij sunt hæc *lib.* 1. *Floridorum.* Laudauit sese, quòd erat & coma relicinus, & barba squalidus & pectore hirsutus. Idem *paulo post,* frontem relicinam laudat in Alexandro magno. Et tabulis (inquit) & toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi bellatoris, eadem forma viridis iuuentæ, eadem gratia reliciniæ frontis cerneretur.

Religens, entis, cui opponitur Religiosus. (i. superstitiosus.) Nigidius ex antiquo carmine refert apud Gell. *c.* 9. *lib.* 4. Religentem (inquit) esse oportet, religiosum, nefas.

Rĕlĭgĭo, nis, (quod poëtis ad producendam primam scribitur *rellıgio.*) pietas in Deum, { עבודה *habodhah* ויראת האלהים *ijreath haelohim* חסד *chesedh.* εὐσέβεια, θρησκεία, ἡ περὶ τὸ θεῖον ἀλήθεια. Gall. *Religion, deuotion, crainte de Dieu.* Ital. *Religione, diligentia di seruire à Dio.* Ger. Der recht Gottes dienst / der ernst vnd andacht Gott zudienen vnd zuehren. Hisp. *Religion ò temor de Dios.* Angl. *Religion, feare of god.* } Religio, inquit Cicero. *lib.* 2. *de Inuentione,* est quæ superioris cuiusdam naturæ, (quam diuinam vocant) curam, cæremoniámque affert. Plutarch. *in vita Pauli Æmilij,* religionem interpretatur, diuinarum rerum scientiam. Masurius Sabinus scribit, vt Gellius refert *cap.* 9. *lib.* 4. *noct. Attic.* Religiosum esse id, quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum sit à nobis: à relinquendo dictum. Vnde Virgilius,

Est ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem
Rellıgione patrum latè sacer, vndique colles
Inclusere caui, & nigra nemus abiete cingunt.

Ostendit enim religiosum locum esse è populi communione separatum, difficultate adeundi. Cicero 1. *de natura deorum,* à legendo deducit. Qui (inquit) omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & quasi relegerent, sunt dicti religiosi à relegendo. Contrà Lactantius à religando religionem dictam *lib.* 4. asserit. Hac conditione (inquit) gignimur, vt generati nos Deo iusta & debita obsequia præbeamus. Hunc solum nouerimus, hunc sequamur: hoc vinculo pietatis astricti Deo, & religati sumus: vnde ipsa religio nomen accepit, non (vt Cicero interpretatus est à relegendo. Quintilian. Morum & religionum Reip. peritus debet esse orator. Velleius, Templi se religioni supplicem credidit. Gell. *cap.* 5. *lib.* 4. Instituerant eam rem contrariis religionibus procurare. ¶ Venire in religionem res aliqua dicitur, quum religiosa esse putatur, & sancta: hoc est, quæ religiosè tractanda est. ¶ Religio, Latinè loquentibus, id est, quod vulgò *Debitum officij,* hoc est, iustam muneris functionem appellant. Cic. 4. *Verr* Ego quos adhuc magistratus mihi pop. Romanus mandauit sic accepi, vt me omnium officiorum obstringi religione arbitrarer. ¶ Ponitur aliquando pro anxia cura. Plin. *Epist. lib.* 4. *ad Tacit.* Sed parentibus solis ius præceptoris conducendi relinquatur, iisdémque religio recti iudicandi necessitate collationis addatur. id est, solicita & anxia cura præceptoris eligendi. ¶ Religio est, pro non licet, fas non est. Sueton. *in August. cap.* 6. Huc introire necessariò & castè, religio est. Et Gell. *c.* 15. *lib.* 10. Equo Dialem flaminem vehi, religio est. ¶ Aliquando pro scrupulo conscientiæ. *Ibidem.* Mortuum nunquam attingit; funus tamen exequi, non est religio. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Vocat ad cœnam: Religio fuit (sup. mihi:) denegare nolui. Gal. *I'en fay quelque scrupule, quelque conscience, quelque difficulté.* Cic. *de Arusp. resp.* Quæ tanta religio est, qua in nostris dubitationibus, atque in maximis superstitionibus vnius P. Seruilij responso liberemur? Iniicere alicui religionem, est deorum metum, & conscientiæ scrupulum ei incutere. Idem *Cæcin.* Quum Cotta Decemuiris religionem iniecisset, non posse sacramentum nostrum iustum iudicari. Pro eodem etiam dicimus, Offerre religionē. Idem *in Epist.* Oblata religio Cornuto est, pullariorum admonitu, non satis diligenter eum auspiciis operam dedisse. ¶ Religioni habere, est conscientia & deorum metu a re aliqua impediri. Idem 2. *de diuin.* Nec eam rem habuit religioni, obiecto signo, ne committeret prælium. ¶ Est mihi religio, id est, conscientia prohibeor. Idem *in Catil.* Quæ religio C. Mario non fuerat, quominus Glauciam prætorem occideret. In eadem etiam significatione dicimus, Religiosum est, hoc est, religioni repugnans. id est, conscientiæ, vel religio est, religio impedit, conscientia non permittit. Vulgò, facienda est conscientia. Liu. 2. *ab vrb.* Quem campi fructum, quia religiosum erat consumere, desectam cum stramento segetem, magna vis hominum simul immissa corbibus fudere in Tiberim. ¶ Soluere, seu liberare religione, est religionem omnem eximere, & à deorum metu securum reddere, & efficere ne quid nos deorum iræ reddat obnoxios. Cic. *pro Cæcin.* Vt ciuitas religione soluatur. Idem *in Catil.* Ea nos religione in P. Lentulo puniendo liberati sumus. Liu. *lib.* 5. *d.* 4. Soluti religione animi. & Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Obstringi religione mendacij. ¶ Ponitur aliquando religio pro eo quod *Rectam conscientiam* dicunt. Cicero. *pro Cæcin.* Splendor ordinis Senatorij, decus atque ornamentum iudiciorum, exemplar antiquæ religionis. ¶ Religio in dicendis testimoniis est deorum metus, ne peierantes, eos offendamus. Cicero *pro Flacco,* Itaque videte qua confidentia dicant, tum intelligetis qua religione dicant. *Ibidem,* Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit. ¶ Quandoque religio accipitur pro metu, connexa enim sunt timor & religio. { יראה *jiereáh.* δεισιδαιμονία. } Virg. 8. *Æneid.*

Iam tum rellıgio pauidos reddebat agrestes
Dira loci.

Vbi Seruius, Religio, id est, metus, vel solicitudo, ab eo quod mentem religet. ¶ Religioni suæ consulere, (id est, fidei & sacramento militari.) Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* ¶ In religionem ea res apud Pœnos versa est. Liu. *lib.* 6. *bell. Pun.* id est, Pœni interpretati sunt id diis non placere. Budæus.

Rĕlĭgĭōsĭtās, atis. qualitas religiosi, εὐσέβεια. Apuleius *lib. de Philosophia,* Religiositas Deûm, honori ac supplicii diuinæ rei mancipata est.

Rĕlĭgĭōsŭs, a, um, Religionis plenus, metuens deorum, pius, integer. { עבד אלהים *hobédh elohim* ירא אלהים *jaré elohim* חסיד *chasidh.* εὐσεβής, θεοσεβής. Gal. *Religieux, consciencieux, deuotieux, deuot, craignant Dieu.* Ital. *Religioso, huomo che teme Dio.* Ger. Gott vnd seinem dienst ergeben/fromb vnd Gottsförchtig. Hisp. *Religioso ò temoroso de Dios.* Ang. *Of a good deuotion fearing god.* } Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Si magis religiosa fuerit, (id est, si deorum inuocandorum desiderio tenebitur) tibi dicat Tu pro illa ores. Cicer. *in Verr. Orat.* 6. Homines integri, innocentes, religiosi. Idem *pro Cæcin.* Huic ego testi gratias agam, quòd & in reum misericordem se præbuit, & in testimonio religiosum. ¶ Interdum tamen religiosum in deteriorem partem dicimus, pro superstitioso, timido, & hæsitabundo. Terent. *in Heaut.* Vt stultæ, & miseræ omnes sumus Religiosæ. Vide *Religens,* suprà. ¶ Loca religiosa dicuntur quæ sunt religione obstricta, præcipuè per mortui illationem, & nullam consecrationem. Vlpian. *l.* 1. *ff. de relig. & sumptibus funer.* Non totus qui sepulturæ destinatus est, locus religiosus fit, sed quatenus corpus humatum est. Religiosi dies (vt *lib.* 4. *cap.* 9. docet Gellius) dicuntur tristi omine infames, impeditique, in quibus res diuinas facere, & rem quampiam exordiri temperandum est, quos multitudo imperitorum praue & perperam nefastos appellant, cùm potiùs atri dicendi sint, vel religiosi. Hinc Cicero *ad Attic. lib.* 9. diem Alliensis pugnę religiosum esse dicit. maiores nostri, inquit, funestiorem diem esse voluerunt. Alliensis pugnæ, quàm vrbis captæ, quòd hoc malum ex illo. Itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus. Macrob. *lib.* 3. *Saturn.* Religiosi sunt dies qui facienda, & vitanda discernunt. ¶ Interdum Religiosum esse, idem est quod religioni repugnans, vt ex Liuio 2. *ab vrb.* dictum est suprà in verbo *Religio.* ¶ Religiosum quid, & Religiosi dies, & religiosa delubra, & vnde dicta, vide apud Gell. *cap.* 9. *lib.* 4.

Rĕlĭgĭōsē, aduerb. Integrè, piè, & cum deorum metu. { εὐσεβῶς, ὁσίως, θεοσεβῶς, εὐλαβῶς. Gall. *Religieusement.* Ital. & Hisp. *Religiosamente.* Ger. Gottsförchtigklich. Ang. *Godlie, deuotely, with the feare of god.* } Cic. *pro Cæl.* Vt sapiens moderatúsque vir religiosè testimonium dixisse videatur. ¶ Interdum idem quod subtimidè, & verecundè. Idem *lib.* 1. *Epist.* Faciámque id quod facere debent ij, qui religiosè, & sine ambitione commendant. Sic Religio pro timore, sup. in *Religio.* ¶ Aliquando solicitè, & accuratè. Colum. *lib.* 3. *c.* 10. Nihil curiosè, nihil religiosè administrant.

Rĕlĭgo, as, Ligo, vincio. { אסר *asár* קשר *kaschár* צרר *tsarár.* ἀναδέω, ἀναδεσμεύω. Gall. *Lier, relier.* Ital. *Legare.* Ger. Binden/anbinden. Hisp. *Atar.* Ang. *To fasten, to bind hard.* } Virg. 7. *Æneid.*

Gramineo ripa religauit ab aggere classem.

Cic. *ante exilium,* Manus ad demonstrandam religantur iniuriam. Cæsar 2. *de bell. ciu.* Religare clauis ligna. *Ibidem suprà,* Religare asseribus trabes. Item, Religare nauim ferreis manibus. ¶ Religare religione bona alicuius, pro consecrare alicui deo. Cic. *pro domo sua,* Vidimus hoc idem Cn. Lentulo Censori Tribunum plebis facere? nunquid igitur is bona Lentuli religionibus religauit?

Rĕlĭgātŭs, a, um, participium. { אסור *asúr* קשור *kaschúr.* ἀναδεθείς, ἀναδεσμευθείς. Gall. *Lié, relié.* Ital. *Legato.* Germ. Gebunden. Hisp. *Atado.* Angl. *Fastened, bound hard.* } Horat. 1. *Carm. Ode* 11.

——— *est hedera vis*
Multa, qua crines religata fulges.

Rĕlĭgātio, nis, verbale, Religandi actus. } אסר *esúr* מסרת *masoreth* חשר *chischschúr* חתורה *chaschaaráh.* ἀνάδεσις. Gal. *Reliement, attachement.*

chement. ITAL. *Legamento.* GERM. Das binden/anbindung. HISP. *Atadura.* ANG. *A binding or making.*} Cic. *de senect.* Et ipsa natura delectat, adminiculorum ordines, capitum coniugatio, religatio, propagatio vitium sarmentorúmque

Rělino, is, releui, relitum, quod oblitum obturatúmque erat, aperio. {פתח *pathách.* ἀνοίγω, ἀνοίγω. GALL. *Ouurir.* ITAL. *Aprire.* GERM. Die streiche wider dannen thun / öffnen. HISP. *Abrir lo cerrado.* ANGL. *To open vp or discouer which was smeered ouer with any thing.*} Terent. *in Heaut.* Releui omnia dolia, omnes serias. Solebant enim dolia, nequid vaporis exhalaret, quàm accuratissimè oblini: vnde quum aperirentur, dicebantur relini, soluta nimirum argilla, qua erant oblita. Plautus *in Sticho,* Nolo ego nos pro summo bibere, nulli releuimus postea.

RELINQVO, is, retro linquo, desero, omitto. { עזב *hazáb* הניח *hinniach* השאיר *hischeir.* ἀνίημι. καταλείπω, λείπω, GAL. *Delaisser, laisser.* ITAL. *Rilasciare, abbandonare, dismettere.* GERM. Verlassen/sein lassen. HISP. *Dexar.* ANG. *To leaue, to forsake.*} Plaut *in Most. sc. 3. a. 1.* Vbi caput colorem cõmutauit. Reliquit, deseruítque me. Cæsar. 5. *belli Gall.* In littore molli, atque aperto deligatas ad anchoras relinquebat. Relinqui item heredibus dicuntur quæ ad eos parentis propinquíve morte deuoluuntur. Plaut. *in Aulul.* Agri reliquit ei non magnum modum, Quocunque labore magno, & miserè viueret. Idem *Capt. sc 4. a. 3.* Reliquit pignori putamina. Idem *Aul. sc. 2. a. 1.* Id argentum si relinquo ac non peto. (id est, negligo.) Idem *in Amph.* An egomet me illic reliqui, si fortè oblitus fui? Idem *Aulul. Prolog.* Is ex se hunc reliquit qui nunc habitat, filium. Idem *Curc. sc. 3. a. 1.* Iámne ego relinquor? &c. Terent. *in Phorm.* At si talentûm rem reliquisset decem, primus esses, memoriter Progeniem vestram vsque ab auo atque atauo proferens. ¶ Relinquere aliquem, est ipsum nolle iuuare. Cic. *ad Syl. lib. 13.* Tantùm à te petimus, vt agas eam rem, ne relinquas hominem innocentem ad alicuius tui dissimilis quæstum. ¶ Relinquere animam, est mori. Terent. *in Adelph.* Animam relinquam potius quàm illas deseram. ¶ Reliquisse æs alienum dicitur, qui mortuus est non persoluto ære alieno Cic. *de Orat.* Quum æris alieni aliquantulum esset relictum, Huius compositum est derelinquo.

Rělinquitur, pro restat, siue reliquum est. { נשאר *nischeár.* καταλείπεται.} Cicero *ad Atticum,* Relinquitur, vt si in Hispania vincimur, quiescamus.

Rělictus, a, um, particip. { עזוב *hazúb* נשאר *nischeár.* ἀπολελειμμένος. GAL. *Laissé.* ITAL. *Lasciato.* GERM. Verlassen worden. HISP. *Dexado.* ANGL. *Left, forsaken.* } Cicerò *Attic.* Tyronem ab altera quartana relictum audio. Plautus *Mostell. sc. 1. a. 1.* Paucorum mensium sunt relictæ reliquiæ. Velleius, Relicti coloniæ reditus. Ouidius *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

——*Totóque Helicone relicto* (à me sup.)

Senec. *c. 16. de cons. ad Mart.* Aduersùs relicta sumus iniquiores ereptorum desiderio. Tibull. *lib. 4.* Spoliérque relictis, &c ¶ Relictus ab omni honestate, id est, modis omnibus inhonestus. Cic. *pro Rab.* Nemo est, inquam, inuentus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modò honestate, sed etiam simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cum Saturnino fateretur. Horat. 1. *Serm satyr. 3.* Inuidiam placare paras virtute relicta.

Rělictio, nis, verbale, Defectio, destitutio. { נחת *nacháth* שמטה *schemittáh.* ἀπόλειψις. GAL. *Delaissement.* ITAL. *Esso lasciare,* GERM. Ein verlassung. HISP. *Dexamiento.* ANGL. *A leauing, or forsaking.*} Cicero 6. *Verrem,* Quibus illam relictionem, proditionémque consulis, &c.

Rělicta loca sunt, quæ siue locorum iniquitate, siue arbitrio conditoris relicta, limites non acceperunt: hęc sunt iuris subsecíuorum sicut etiam quæ dicuntur extraclusa loca. Ex Frontino. *de Limitib.* Relicta etiam loca nominat Cic. *ratione 1. in Rullum.*

Rěliquarium, λοιπαδάριον, ἔκθεσις λοιπάδος. Gloss. Philox. id est, expositio eius, quod reliquatur. GAL. *Reliques, & reliquaires,* sicut, reliquiæ. Budæus *reliquaire,* exponit *sacrum toreuma.*

RELIQVIÆ, arum, quæ quacunque ex re relicta sunt. שאר *schéár* שארית *scheerith.* τὰ λείψανα. GAL. *Le reste, reliques ou reliquaire, le demeurant.* ITAL. *Reliquie, auanzi, resto, rimanète.* GER. Die vberbleybesten/das man von einem ding vberlaßt. HISP. *Los relieues.* ANGL. *That remaneth or resteth of any thing.*} Virg. 1. *Æneid.* His accensa super iactatos æquore toto Troas relliquias Danaûm. Cicero 2. *de nat deor.* Cibi reliquiæ depelluntur tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus. Idem *in Parad.* Et reliquiæ coniurationis à Catilinæ furiis ad tuum scelus furorémque conuersus. Celsus *lib. 3. cap. 4.* Etiam manentibus reliquiis febrium. Plaut. *Men. sc. 2. a. 4.* (aliàs *sc. 1. a. 3.*) Ibo nunciam: Spes enim reliquiarum animum oblectat meum, Idem *Curc. sc. 3. a. 2.* Imò si scies, reliquiæ quæ sient. C. Nimis scire lubet: nam illis conuentis opus est meis dentibus. *Ibidem sc. 1. a. 3.* Reliqui in ventre cellæ vni locum, vbi reliquiarum reliquias reconderem. Cic. *ad Cassium lib. 12.* Vellem Idibus Martiis me ad cœnam inuitasses reliquiarum nihil fuisset. Reliquiæ pro cineribus. Modestinus *in l. quidam. de cond. instit.* Quidam testamento suo hæredem inscripserat tali conditione, si reliquias eius in mare proiiceret. Plinius ad Traianum de reliquiis sepultorum transferendis epistolam scripsit. Budæus. Apud Suet. *in Domitiano, cap. 8.* Monimentum, quòd libertus eius è lapidibus templo Capitolini Iouis destinatis filio construxerat, diruit per milites: ossáque & reliquias, quæ inerant, mari mersit. Idem Sueton. *in Aug. c. 100.* Ossa legenda: & paulò pòst, Reliquias legerunt primores equestris ordinis, &c. ¶ Item, Reliquiæ de ruderibus ædificiorum, idem *in Neron. cap. 38. & in Calig. c. 38.* Omnium spectaculorum reliquias subiecit, & vendit auit. Et Senec. *cap. 3.* Liuia mater Drusi filij reliquias longo itinere prosecuta est. Sueton. *in Othon. cap. 10.* Memoriam & reliquias suas commendauit, &c. ¶ Reliquias morbi effugere. Idem Senec. *cap. 2. de tranq. animi.*

Rěliquus, a, um, Residuum, quódve ex re quapiam superest. נשאר *nischeár.* λοιπὸς, ὑπόλοιπος. GALL. *Qui est demeuré de reste, qui est de demeurant.* ITAL. *Resto, rimanente, restante, residuo.* GERM. Das vberigelassen/vberennig/vberig. HISP. *Lo restante, ò lo queda.* ANGL. *The residue, or remanent.*} Cæsar. 1. *Comment.* Demonstrant sibi præter agri solum nihil esse reliqui. ¶ Reliquum est, superest, restat. καταλείπεται. Cic. *Curio,* Reliquum est vt certemus officiis inter nos. Terent. *in Andr.* Vt pernoscatis quid spei sit reliquum. ¶ De reliquo, id est, quantum ad reliqua attinet. Cic. *ad Cornif. lib. 12.* De reliquo velim tibi persuadeas, &c. ¶ Reliquum feci, eleganter dicimus pro reliqui. sicut Missum feci, pro dimisi. καταλέλοιπα. Idem *in Verr.* Quos belli calamitas reliquos fecerat.

Rěliquum, i, substantiuum, Pars debiti, quæ initis subductísque rationibus accepti & expensi superest: vnde & reliquari, & reliquator & reliqua trahere dicitur is, apud quem ea superest. { שאר *schár* נשאר *nischeár.* ἔλλειμμα. GALL. *Le demeurant.* ITAL. *Resto restante, rimanente.* GERM. Das vberbleiben / vberig / restantz. HISP. *Lo restante, ò lo que queda.* ANG. *The remanent or arrierage.* } Cicero *Attic. lib. 16.* Maximè autem me angit ratio reliquorum meorum, &c Plaut. *Cist.* Huic quod reliquum restat volo persoluere. Vt expungatur nomen nequid debeat. Idem *Capt. prolog.* Accipite reliquum, alieno vti nihil moror.

Rěliquor, aris, deponens, Reliqua traho, hoc est, post initas subductásque rationes reliqua debeo. { ἐλλείπω. GALL. *Demeuré endebté, deuoir du reliqua.* ITAL. *Rimanere restante, restare debitore.* GERM. Die restantz / oder das vbrig an einer Rechnung schuldig bleiben. HISP. *Resta, deudor.* ANGL. *To be behind in arierage or in the payment of a certaine summe.*} Vlpian. *de mune. & hono. l. rescripto.* Eos demum debitores Reip. accipere debemus, qui ex administratione Reip. reliquantur.

Rěliquator, is, verbale, qui integrum non soluit, aliquídque adhuc reliqui debet. { ὁ λοιπαζόμενος, ὁ λοιπὰς ἀδ. GALL. *Qui demeure en reliqua, qui doit du reliqua de son compte.* ITAL. *Chi è ancora debitore.* GER. Der an einer schuld noch etwas schuldig bleibt/Der an einer schuld noch etwas vberig hat zubezalen. HISP. *Que no ha pagado toda la deuda.* ANG. *He that is in arrierage, or oweth a certaine to be payed.*} Scæuol. *de solution. & liberat. l. creditor,* Accepi à Mario Marino ex summa maiore tot aureos, Quæro an hæc summa in proximum annum ei accepta ferri debeat, quum superioris anni sit reliquator. Bud.

Reliquatrix debitorum anima. Tertull. *de anima c. 35.*

Rěliquatio, nis, Reliquorum debitio. Paul. *l. 44. D. de admin. tut.* Si pupillus post pubertatem rationibus à tutore acceptis, reliquationem eius secutus, vsuras acceptauerat.

Rěloco, as, are, Rursum locare. { πάλιν ἐκμισθόω, ἐκ δευτέρου ἐκμισθόω. GAL. *Relouër, bailler à loüage derechef.* ITAL. *Affittare da nuouo.* GER. Auff ein neuwes verleihen. HISP. *Arrendar otra vez.* ANG. *To seet for hire againe.* } Vlpian *in l. item quæritur. § si lege. ff. locati, & cond.* Si in lege operis locati comprehensum esset, vt si ad diem effectum non esset, alij relocare id liceret.

Rělūceo, es, Resplendeo, lucem diffundo. { נגה *nagháh* הופיע *hophiah.* ἀγλαΐζομαι. GAL. *Reluire.* ITAL. *Risplendere.* GER. Wider schienen/ ein liecht oder schein geben. HISP. *Reluzir.* ANGL. *To shine and glister brightlie.* { Cicero 2. *de nat. deor.* Huc non vna modò caput ornans stella relucet. Liu. 10. *bell. Pun.* Relucentem flammam primò vigiles Carthaginiensium deinde excitati nocturno tumultu quum conspexissent, &c. Virg. 12. *Æneid*

——*illi ingens barba reluxit.*

Ouid. 11. *Metam.*

——*vestis fulgore reluxit.*

RELVCTOR, aris, Repugno, obnitor, siue renitor. { ἀνθιμάχομαι. GAL. *Repugner, resister.* ITAL. *Ripugnare, essere ritenente.* GER. Wider etwas sträuben oder fächten/entgegen tringen. HISP. *Resistir como luchando.* ANG. *To gaene stand, to struggle against.*} Ouid. 1. *Amor. Eleg. 4.*

Vidi ego nuper equum contra sua frana tenacem
Ore reluctanti fulminis ire modo.

Col. *lib. 1* Nam quum veteri astruitur recens ædificium, quasi assurgenti reluctans oneri cedit.

‖ Reluctatio, nis, ἀντιπάλη. Apul. ‖

Rělŭctatus, participium. ἀντιμαχόμενος. Claud. 1. *de rapt. Proserp.* Penè reluctatis iterum pugnantia rebus Rupissent elementa fidem.

RELVMINO, iterum lumino, illustro. Tertull.

‖ Reluminatio, ἀνταυγασία. Gloss. ἀνταυγάζειν est vicissim illuminare, aut è regione. ‖

Rěluo, is, quandoque compositum est à Lauo, lotionis iterationem importans. { ἀπολούω. GALL. *Lauer encor vne fois.* ITAL. *Rilauare.* GERM. Wider wäschen. HISP. *Tornar à lauar.* ANG. *To wash againe.* } Reluere (à Luo, i. ἀπολύω, ἀπολυτρόω) est, vt tradit Festus, resoluere, repignerare. Cæcilius *in Carine.* Vt aurum & vestem, quod matris fuit reluat, quod viua ipsa opposuit pignori. Cicero *in Salustium,* Vnde tu, qui modò ne paternam quidem domum reluere potueris, repentè tanquam somnio beatus hortos pretiosissimos, villam in Tiburti, C. Cæsaris, reliquásque possessiones paraueris? Plautus, Repignerat, reluit, vendit.

Remaledico, is, ere. Suet. *in Vespasian. c. 9.* Ita pronuntiauit: Non oportere maledici Senatoribus: remaledici ciuile fásque esse.

Rěmăcresco, scis, scere. { ἰσχναίνομαι, ὑποτήκομαι, φθίνω. GAL. *Remaigrir, deuenir maigre.* ITAL. *Smagrirsi, diuenir magro.* GERM. Wider mager werden. HISP. *Enmagrecer.* ANG. *To waxe leane againe.* } Suet. *in Domit. cap. 18.* Postea caluitio quoque deformis ventris obesitate, crurum gracilitate, quæ tamen ei longa valetudine remacruerant.

Rěmălědico, is, Maledictum regero. } ἀντικακηγορέω, ἀντιβλασφημέω, ἀντικακολογέω. *Redire iniures à qui en dit.* ITAL. *Ingiuriare di parole chi t'a ingiuriato.* GERM. Widerumbhin böse wort geben / oder vbel zureden. HISP. *Dezir mal del maldeziente.* ANGL. *To speak ill for ill.* } Suet. *in Vespasiano, cap. 9.* De iurgio quodam Senatoris equitísque Romani ita pronuntiauit: Non oportere maledici Senatoribus: remaledici, ciuile fásque esse.

Rěmăncipo, as, est rem sibi mancipatam, in mancipium eius à quo eam accepimus, restituo. πάλιν χειρίζω ἢ ὑποχείριον ποιῶ. Boëtius *in Topica Cic.* Fiduciá accepisse dicitur, cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, vt mancipanti aliquando remancipet. Hinc remancipata Gallus Cælius esse ait, quæ mancipata sit ab eo, cui in manū conuenerit, autore Festo.

Remando,

Remando, as, iterum mando, ceu per mandatum denuncio: sicut GERM. Entbieten.

Rĕmāndĕrĕ, Ruminata rursus mandere. { ἀναμασάω. GALL. Remascher. ITAL. Ruminare, rimasticare. GERM. Wider keuwen. HISP. Tornar otra vez à mascar. ANGL. To chew againe. } Plin. lib. 10. c. 37. Pontici mures simili modo remandunt. Quintil. lib. 11. c. 2. Deuoret initio tædium illud, & scripta, & lecta sæpius reuoluendi, & quasi eundem cibum remandendi.

Rĕmănĕo, es, Persisto, perseuero, supersum, relinquor, { שאר schaar נשאר nischeár עמד hamádh. διαμένω, ὑπολείπομαι. GALL. Demeurer derriere. ITAL. Restare, durare. GERM. Verbleiben / vberbleiben. HISP. Remanecer ò quedar. ANGL. To remaine behind. } Ci. 1. Tuscul. Expone igitur, nisi molestum est, primùm si pones, animos remanere post mortem. Cæsar. 3. belli ciuil. An non audistis ex iis qui per causam valetudinis remanserunt, cohortes esse Brundusij factas?

Rĕmansĭo, à remaneo, sicut à maneo mansio. { עמדה hemdáh. διαμονή. GALL. Demeure. ITAL. Dimora. GER. Verbleibung. HISP. Obra de quedar. ANGL. Remaning or abyding still. } Cic. ad Quint. fratr. lib. 3. Primùm tuam remansionem etiam atque etiam probo.

Rĕmāno, as, Restillo, refluo. { ἀναπιδύω. GAL. Refluer, recouler. ITAL. Colare di nuouo all' indietro. GER. Wider vmbhin fliessen. HISP. Colar lo liquido. ANGL. To droppe. } Lucret. lib. 5. Percolatur enim virus, retróque remanat. ¶ Aliquando accipitur pro repetere: vt annotauit Festus, citans locum Ennij ex lib. 5. Deserunt riuos, campósque remanant.

Remasculo, iterum masculo, animo. Gloss. Isid.

Remeaculum, reditus, à remeare, redire. Apul.

REMEDIOR, remedium affero, medeor. Scribonius Largus in Epistola. Quia cibo vinóque aptè interdum dato remediari tutius eos existimauit.

Rĕmēdĭum, ij, à medeor, mederis, Medicina contra mala: auxilium: via ac ratio iuuãdi. { ארוכה aruchâh רפואה rephuáh. ἄκος, φάρμακον, ἀντιφάρμακον. GALL. Remede. ITAL. Rimedio. GER. Ein artzney. HISP. El remedio, melezina. ANGL. A remedie. } Cic. Octauio. Nulla remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. Transsumitur & ad alia. Cæs. 3. bell ciu. Quibus rebus nostri vsu docti hæc reperiebant remedia, vt alio loco ignes facerent Cic. pro Cluent. Acrioribus saluti suæ remediis subueniendum putauit. Sequentibus verbis eleganter apponi solet, Adhibere remedium, Comparare remedium, Habere remedium, Vti remedio, Inuenire remedium, Pati remedium. Quærere remedium. Exempla legenti bonos autores inuentu facilia. Quòd autem Cornelius Fronto de differentiis vocabulorum inter remedium & medicamentum distinguit hoc modo, vt remedium adhibeatur, ne periclitemur, & submoueat imminentia: medicamentum verò ad subita pericula aptetur, & sanet insana, vsus Latinè loquentium repudiare videtur. Nam etsi medicamentum in præsentibus periculis locum habeat, tamen remedium de iis quoque dicitur, vt ex exemplis hîc positis appatet.

Rĕmēlĭgo, inis, quod remoratur. Plaut. in Patina. vt citat Festus, Quid nunc illæ tandiu remorantur remeligines?

Rĕmēndo, as, Corrigo, vt nonnulli volunt: vel mendum denuo tollo. { אמר ijsser תקן tikkén. ἀνορθόω. GALL. Corriger, amender. ITAL. Correggere, remendare. GERM. Widerumb verbesseren. HISP. Corrigir, emendar otra vez. ANGL. To correct, to amend. } Columell. lib. 3. cap. 17. Quidam flagellum totum, sicut erat mari detractum, crediderunt satitioni conuenire: idque per gemmas quinas, vel etiam senas partiti, complures tale oleaster remendauerunt. Quo tamen in loco castigatiora exemplaria legendum ostendunt, Taleas terræ mandauerunt.

Rĕmĕo, as, Retrò meo, redeo. { שב schab סב sab. ἐπανέρχομαι. GALL. Retourner. ITAL. Ritornare. GERM. Wider hindersich gehn / wider vmbkehren. HISP. Tornar, boluer otra vez. ANGL. To returne. } Virg. lib. 2. Æneid.

Si patrios vnquam remeassem victor ad agros.

Martial. lib. 1.

Gaudia non remeant, sed fugitiua volant.

Varro 3. de re rust. cap. 5. Idémque faciunt quum ex Italia trans mare remeant. Tacit. lib. 1. Caium remeantem Armenia & vulnere inualidum, mors fato propera vel nouercæ Liuiæ dolus abstulit. Plautus Asin. sc. 3. a. 1. Remeato audacter (in ludum) mercedem vbi eris nactus.

Rĕmĕātŭs, huius remeatus, verbale, Redeundi potestas. { שיבה schibáh תשובה teschubáh. ἡ ἐπάνοδος, κάθοδος, ἡ ἀνακομιδή, ἐπαναστροφή. GAL. Retour. ITAL. Ritorno. GERM. Das widerumbkehren / der gang wider hindersich. HISP. Tornada. ANG. A returning. } Martianus in l relegati. in fine. ff. de pœnis, Et nemo potest commeatum rematúmve dare exuli, nisi Imperator ex aliqua causa.

Rĕmētĭŏr, itis, remensus sum, Iterum metior. ad mensuram reddo. { ἀναμετρέω. GALL. Remesurer. ITAL. Rimisurare. GERM. Widerumb mässen. HISP. Tornar à medir. ANG. To measure againe. } Martial. lib 6.

Ille fide summa testa sua vina remensus

¶ Aliquando idem quod reddo. Plin. Epist. 164. Iam mihi reddita incipit refici, transmissúmque discrimen conualescendo remetiri. ¶ Remetiri æquor, est renauigare. ἀναπλεῖν. Virg. 2. Æneid.

——pelagúque remenso

Improuisi aderunt.

Rēmex, vide Remus

Rĕmĭgĕro, as, antiquum verbum est, pro remigro, reuerto. { שב schab. ἀνοικίζομαι. GALL. Retourner. ITAL. Ritornare. GER. Wider vmbhin ziehen. HISP. Tornar otra vez à mudar casa. ANG. To returne. } Plaut. in Persa. Crumenam hane emere, aut facere, vt remigeret.

Rĕmĭgĭum, ij, vide Remus.

Rĕmĭgro, as, reuertor in domicilium vnde emigraui. { שב schab. ἀνοικίζομαι. GALL. Retourner en son premier domicile. ITAL. Ritornare alla sua prima stanza. GERM. Widerumb hinziehen in das vordrig heimwäsen. HISP. Tornar otra vez à mudar casa. ANG. To returne, to his lodging. } Cicero 1. Tuscul. In nostram domum remigremus. Liuius 8. bell. Punic. Magna tamen pars autoritate coss. compulsa in agros remigrauit. Plautus Epist. Remigret animus nunc domum mihi.

‖ Remeligines, remoræ, à morando dictæ. Afr. Varr. Remiligenes. Gloss. Isid. ‖

Rĕmĭllum, Repandum dicitur, à remi similitudine. Festus.

RĔMĬNĬSCOR, sceris, iterum meniscor, i, memini. Recordor, quod fit quum ea quæ mens tenuit, repetuntur, inquit Varro, quasi iterum rem in mentem reuoco. { זכר zachár. ἀναπεμπάζομαι. ἀναμιμνήσκομαι. GALL. Se souuenir, se rememorer. ITAL. Ricordarsi. GERM. Wider gedencken / wider erinneren. HISP. Recordarse. ANG. To remember. } Iungitúrque modò accusatiuo, modò genitiuo, Cæsar. 1. bell. Gall. Sin bello perseuqui perseueraret, reminisceretur, & veteris incommodi Romanorum, pristinæque virtutis Heluetiorum. S. Sulpitius Ciceroni, Ea potiùs reminiscere, quæ digna tua persona sunt. Ouid. 1. de Ponto, Eleg. 9.

Nam modò vos animo dulces reminiscor amici.

Rĕmĭnĭscēntĭă, verbale, Reuocatio rei alicuius in mentem. { זכר zecher זכרון zichcharôn. ἀνάμνησις. GALL. Souuenance, vn souuenir. ITAL. Il ricordarsi. GER. Widergdächtnuß / wider erinnerung. HISP. Aquella obra de se recordar. ANGL. Remembrance. } Differt à memoria, quòd reminiscentia communis est omnium animantium: memoria ad homines tantùm, quum sit discursus rerum cum ratione ab vniuersali ad particularia, & à remotis à sensu.

‖ Remipedes, lembi, habentes pro pedibus remos. Turn. ‖

Rĕmĭscĕo, remisces, remiscui. { ἀναμίγνυμι, συγχέω. GAL. Remesler, mesler derechef. ITAL. Rimescholare. GER. Widerumb vermischen. HISP. Tornar à mezclar. ANGL. To mixe or mingle againe. } Iterum misceo, aut idem quod simplex misceo. Horat. in Arte.

Atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet.

Silius lib. 2. de tranq. vitæ, Venenum mihi dedit aliquis, sed vim suam remistum cibo perdidit. Idem Epist. 27.

RĔMĬTTO, is, Eò vnde aliquid venerat rursum mitto. Demitto, cui opponitur erigo: laxo, cui opponitur adduco, contraho; intendo, vnde animum remittere, delectare: minuo, tempero. { שלח schilléach. ἀναπέμπω, ἀναπέμπομαι, ἀποπέμπω. GAL. Remettre, renuoyer. ITAL. Rimandare in dietro. GERM. Widerumbhin schicken. HISP. Embiar otra vez atras. ANG. To send back againe. } Plautus, Munera accipit frequens, remittit nunquam. Construitur quandoque cum ablatiuo pretio, vt apud Curt. lib. 2. Captiuos si placet reddi, honestius dono donabimus, quàm pretio, remittemus. ¶ Remittere manus (in ludo.) Sueton. in August. cap. 71. Item, Remittere pecunias. Cæs. lib 2. de bell. ciu. GAL. Relascher, redonner, remettre Et Senec. Remittere ait se tibi vt viuas. (i. permittere.) Idem c. 20. de cons. ad Mart. Hæc (mors scilicet) seruitutem inuito domino remittit. (i. seruitute liberat) Ibid. Omnium etiam malorum patientiam remittit ¶ Remittere necessitudines & amicos. Sueton. August. cap. 16. ¶ Ventus remisit. Cæs. 3. de bello ciuili. ¶ Aliquando sumitur pro suo simplici mitto, πέμπω. Lucil. lib. 29. Satyr. vt citat Festus, Continet domi se mœstus Albinus, quòd filiæ repudium remisit. Filiæ hîc, vt obiter moneam, id est, vxori, vt apud Suet. in Tib. c. 11. Nam vxor patrem vocabat maritum: vt Liu. d. 4. autor est Plaut. Asin' sc. 2. a. 2. Remisit argentum, quod daretur Sauræ. (id est, misit.) Idem Capt. sc. 2. a. 2. Facis copiam vt hunc remittam nuntium. (idest, mittam.) Idem Asin sc. 3. a. 1. Modò remisisti, iam, vt remittam, rogas. ¶ Remittere repudium, vide Repudium. Remittere intercessionem, dicebantur Tribuni quum cessant ab intercessione, Liu. lib. 34 Item. Remittere pro mittere, dixit Cæs. lib. 2. de bell. ciu. ¶ Interdum pro relaxare. Ouid. Eleg. 3. lib. 1. Trist.

Ceruicis rigidæ fræna remittit equo.

Cui opponitur Adducere fræna, siue habenas. Item, Intendere. Plin. lib. 26. cap. 10. Superioris radix in lacte ouis coloniæ data neruos intendit. ¶ Aliquando pro recreo, & reficio. { רפה rippáh שבת schabáth. ἀνίημι. GALL. Cesser de trauailler ITAL. Cessar della fatica. GER. Nachlassen / vnderleybung gäben. HISP Afloxar el trabajo. ANG. To cease or stay, to slak. } Vnde animum remittere dicimur, quum deponimus curas ✕ Intendo, sumpta translatione ab arcu. Cicero. in Hortensium Quæro non quibus intendam animum rebus, sed quibus remittam. Sueton in Calig. c. 32. Animum quoque remittendi ludóque & epulis dedito. Et Senec. c. 15. de tranquill. animi, Remittas animum, an soluas multum interest. paulò antè dixerat: impetus animorum assiduus labor frangit: vires accipient paulum resoluti ac remissi. Hinc intelligimus Remittere animum nihil aliud esse, quàm animum à curis & laboribus solitis paulisper laxare, dum ludo, potu, epulis, ambulatione reficiatur recreetúrque. vide Soluo. infrà. Gell. tamen cap. 2. lib. 18. aliud esse contendit remittere animum? aliud animum laxare iucundis sermonibus; sed perperam, deceptus Musonij autoritate. Saturnalia, inquit, Athenis agitabamus hilarè prosum ac modestè, non, vt dicitur, remittentes animum. (Nam remittere, inquit Musonius animum quasi amittere est,) sed demulcentes eum paulum, atque laxantes iucundis honestísque sermonum illectationibus. Hæc ille. ¶ Sic remittere disciplinam, vel custodiam, dicimus pro eo quod est negligentiùs disciplinam, vel custodiam obseruare. Colum. lib. 1. c. 8. de re rust. Nunquid absentia sua de disciplina & custodia remiserit: num aliqua vitis, num arbor, num fruges absint. ¶ Aliquando remitto accipitur pro concedo & condono. { חנן chanán. καταχαρίζομαι. } Cic. Vatin. lib. 5. Meam animaduersionem & supplicium quo vsurus etiam in eum quem cepissem, remitto tibi & condono. Iustinus, Igitur magi ad fauorem populi conciliandum, tributa & militiæ vacationem in triennium remittunt, id est, concedunt. Velleius, Nihil aliis remittere, sibi omnia remittere, ignoscere. (i. condonare.) ¶ Aliquando pro dimittere ✕ Erigere. { שמט schamát. καθίημι. } Plin. lib. 2. cap. 32. Quum erexere aures acerrimi auditus, quum remisere, surdi. ¶ Aliquando pro intermitto, hoc est ad tempus cesso. ἀναπαύομαι. Terēt. in Heaut. Nullum remittis tempus neque te respicis. Idem in Hecyr. Nam si remittent quippiam Philomelæ dolores, omnem rem narrabit, scio. ¶ Remittere ædes venditori emptor dicitur, quum petente venditore, contractum rescindit, permittitque vt ædes à se emptæ redeant iterum ad ipsum venditorem. Plaut. in Mostell. Mœstus est has vendidisse se. TE. Quid tandem? Orat

Orat vt suadeã Philolacheti, vt istas remittat sibi. ¶ Remittere frænos dolori, est dolori habenas laxare. ⁜ Adducere habenas. ¶ Remittere librum dicitur arbor, quando sua sponte corticem relinquit. ¶ Remittere nuntium vxori, est vxorem repudiare. Cic. *ad Attic. lib.* 1. Vxori Cæsarem nuntium remisisse. Idem *in Topic.* Si mulier, quum fuisset nupta cum eo cui connubij ius non esset, nuntium remisit: quoniam qui nati sunt, patrem non sequuntur, &c.

Rĕmissus, a, um, Languidus, lenis, negligens, cui opponuntur vehemens, & intensus. { נרפה *nirpéh.* πάρετ☉. GAL. *Remis, lasché.* ITAL. *Remisso, languido.* GER. Hinlässig/der nicht fleissig anhaltet. HISP. *Floxo de trabajo.* ANG. *Slaked, loosed.* } Cic. 2. *de diuin.* Hæc scilicet in imbecillo, remissóque animo multa omnibus modis confusa & variata versantur. Idem 4. *de finib.* Itaque quanquam in eo sermone, qui cùm Torquato est habitus, non remissi fuimus: tamen hæc verior est cum Stoicis parata contentio. Idem *de Sestio*, Facit enim, Iudices, vester iste in me animorum oculorúmque contuitus, vt mihi iam licere putem remissiore vti genere dicendi. Cæsar. 5. *bell. Gall.* Loca sunt temperatiora, quàm in Gallia remissioribus frigoribus. Senec. *c.* 9. *de consol. ad Polyb.* Plus illi remissum, quàm ereptum est. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Remissum reparare exercitum, (sup. epularum.) ¶ Remissa fronte aliquid facere. i. non seuera, hilari, siue serena, Senec *cap.* 8. *de consol. ad Polyb.* Hæc remissa fronte commentanda sunt. Sueton. *in Tib. c.* 21. Vt nonnunquam remissiores hilarioresque sermones, superueniente eo (Tiberio) abrumperet. (Augustus.) Et Ouidius *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Ne tamen omne meum credas opus esse remissum. (i. iocosum) de scriptis suis loquitur. Idem 4. *Fast.* Vere nitent terræ, vere remissus ager. (id est, lætus, virens, florulentus.

Rĕmississimus, superlat. Sueton. *c.* 98. *in August.* Remississimo ad otium, & ad omnem comitatem animo.

Rĕmissă, æ, remissio: vox est Ecclesiasticis scriptoribus, quàm Classicis linguæ Latinæ autoribus familiarior. { סליחה *selicháh* συγγνώμη. GAL. *Remission, relaschement, relasche.* ITAL. *Remissione, perdono.* GER. Ablaß/nachlassung oder verzeihung. HISP. *Perdon.* ANG. *Forgiuenesse of a fault.* } Cypr. *lib.* 5. *Ep.* 14. Omnia peccata remittentur filiis hominum & blasphemiæ: qui autem blasphemauit in Spiritum sanctum, non habet remissam, sed reus est æterni supplicij.

Rĕmissio, nis, actus remittentis: & passio, seu relatio eius quod remittitur: & status consequens. { רפיון *riphjón* מרפא *marpéh.* ἄνεσις. GALL. *Remission, relaschement, relasche.* Item, *Rabais.* ITAL. *Relassatione, remissione.* GER. Underlassung / underbleibung. HISP. *Aquella obra de afloxar el trabajo.* ANG. *A refreshing or slaking.* } Cic. *pro Cælio*, Quem non quies, non remissio, non æqualium studia, non ludi, non conuiuia delectarent. Idem *ad Gall. lib.* 7. Sed visa est mihi, vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipsa fortasse iam senescentis morbi remissio profuisse. ¶ Interdum ponitur pro venia, seu gratia delicti, vel pœnæ. { סליחה *selicháh.* συγγνώμη. ANGL. *Forgiuenesse.* } vt remissio pœnæ, apud. Cic. 4. *inuect. in Catilin.* ¶ Propriè tamen remissio est earum rerum quæ adductæ sunt, relaxatio. ⁜ Contentio. Cic. *Offic.* 1. Ex oculorum obtutu, ex eleuatione, & remissione superciliorum, aut ex contractione. Item pro deductione pensionis annuæ ex vectigalibus. GALL. *Rabais.* Sueton. *in Cæs. cap.* 20. Publicanos remissionem petentes, tertia parte mercedum releuauit.

Rĕmissē, Leniter, placidè. ⁜ Grauiter, seuerè, vehementer. { ἀνειμένως, πρᾴως, ἠπίως. GAL. *Laschement, humblement.* ITAL. *Humilmente, lentamente.* GER. Häuplchlich/linß/demütigtlich. HISP. *Baxamente, humilmente, lientamente.* ANG. *Negligently, sheough, fully, slackely.* } Salustius *Iugurth.* Pauca timidè, remisséque locutus, abscessit. Cic. 3. *de Orat.* Quis vnquam res præter hunc, tragicas penè comicè, tristes remissè, seueras hilarè, forenses scenica propè venustate tractauit. Idem 6. *Verr.* Iste nihilo remissius atque etiam vehementius instabat,

Rĕmissārius, a, um, ἀνετικός, quod remittitur, quòdque eum in vsum factum est, vt possit remitti, vt remissarius vectis in torculari. Cato *de re rustic. cap.* 19. Vectes longissimos pedum decem & octo, secundos pedum sexdecim, tertios pedum quindecim, remissarios pedum duodecim.

Remissor, qui remittit. Ambros.

Rĕmo, as, vt post Perottum annotarunt quidam, antiqui dicebant pro repeto. { GAL. *Retourner.* ITAL. *Ritornare.* GERM. Wider vmbhingehen. HISP. *Tornar.* ANGL. *To returne.* } Ennius *lib.* 1. Riuos deserunt, campósque remant. Apud Festum tamen, vnde hæc descripsit Perottus, *Remanant* legitur non Remant, quod etiam in verbo Romano annotauimus.

Rĕmōlĭŏr, iris, Multa vi loco moueo. { נתץ *nathàts* נחס *nathás.* ἀποκινέω, ἀπωθέω. GALL. *Demolir & ruer ius* ITAL. *Spinger vn peso di suo luogo.* GERM. Mit gewalt vertucken/oder dannen lupffen. HISP. *Mouer algo con dificultad.* ANGL. *To put or tumble out of a place by force.* } Ouidius *lib.* 5. *Metam.*

> *Sæpe remoliri luctatur pondera terræ,*
> *Oppidaque & magnos deuoluere montibus ignes.*

¶ Nonnunquam magno labore quippiam reparo. בדק *badhák.* Silius 1. Iterum instaurata capessens arma remolitur dux agmina. ¶ Aliquando à conatu reuoco. Sueton. *in August.* Vultu erat vel in sermone, vel tacitus, adeò placido serenóque, vt quidam ex primoribus Galliarum confessus sit, se eo inhibitum, ac remolitum, quo minus, vt destinarat, in præcipitium impellerent. Legitur & remollitum. Vide *Remollio.*

REMOLLITVS, participium. נצץ *nitsáts.* Senec. *Herc. fur.*, — nec orbe remollito queat Ad supera victor numina Alcides vehi.

Rĕmollio, is, idem quod mollio. { הרך *heráeh* καταμαλάττω. GALL. *R'amollir, rendre mol & effeminé.* ITAL. *Ramollire.* GERM. Wider erweichen/weich machen. HISP. *Amollentar.* ANG. *To mak soft and effeminat.* } Ouid. 4. *Metam.*

> *Vnde sit infamis, quare malè fortibus vndis*
> *Salmacis eneruet, tactósque remolliat artus,*
> *Discite.*

Colum. *lib.* 1. *c.* 12. Nihil itaque amplius in itineratione quàm remolliri terra debet æqualiter.

Rĕmollītus, a, um, { רכך *rukkáeh.* ἐκμαλαχθεὶς ἐκμαλαχθεὶς, GALL. *R'amolly.* ITAL. *Amollito.* GERM. Erweichet. HISP. *Amollentado.* ANGL. *Made softe.* } Suet. *in Aug cap.* 79. Vultu erat vel sermone, vel tacitus, adeò tranquillo serenóque, vt quidam è primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitum ac remollitum, quo minus vt destinarat in transitu Alpium per simulationem colloquij propiùs admissus, in præcipitium propelleret. Quo tamen loco quidam legunt remolitum vnico l, à verbo remolior, pro eo quod est, à molimine & conatu reuocatum.

Rĕmollēsco, cis, Mollis fio. { רך *rach.* καταμαλάττομαι. GALL. *Se ramollir.* ITAL. *Ramollirsi.* GERM. Weich werden. HISP. *Amollentarse.* ANGL. *To waxe softe.* } Cæsar 4. *bell. Gall.* Vinum ad se importari non sinunt, quòd ea re ad laborem ferendum remollescere homines atque effeminari arbitrantur. Ouid. 10. *Metamorphos.* vt Hymettia sole Cera remollescit, tractatáque pollice multas. Flectitur in facies. Per translationem accipitur pro mitigare, siue leniri. καταπραΰνεται. Ouidius 1. *Metamorph.*

> ——— *precibus si numina iustis*
> *Victa remollescunt, si flectitur ira deorum.*

Remoneo, iterum moneo. Apul. *lib.* 7. Hîc beneuolè remonebam.

Remonium, Romæ locus, à Remo dictus. Plutarch. *in Romul. Ibidem.* & Remonia.

Rĕmŏră, vide *Remoror.*

Rĕmŏrbēsco, scis, in morbum recido, inquit Festus. { ἀναvoσέω. GALL. *Retomber en maladie, recheoir.* ITAL. *Ricascare nella malatia.* GER. Wider vmbschlahen in die vordrige kranckheit/widerumb kranck werden. HISP. *Tornar à enfermar.* ANG. *To fall into sicknesse againe.* }

Rĕmŏrdĕo, es. Vicissim mordeo eum à quo fuerim morsus. { ἀντιδάκνω. GALL. *Remordre, reaffliger & tourmenter.* ITAL. *Rimordere, cruciare.* GERM. Wider vmbhin beissen. HISP. *Remorder, atormentar, fatigar.* ANG. *To bite againe.* } Horat *Epod.* 6.

> *Quin huc inanes, si potes, vertis minas,*
> *Et me remorsurum petis?*

Per translationem accipitur pro crucio, solicito. Virg. 1. *Æneid.*

> *Quando hæc te cura remordet.*

Lucret. *lib.* 3.

> *Præteritis admissa malis peccata remordent.*

Liuius *lib.* 8. *ab vrb.* Remordet animos libertatis desiderium.

Rĕmŏrēs, Aues in auspicio dicuntur, quæ acturum aliquid remorari compellunt. Festus.

Remoria, aut (vt alij malunt) Remuria. Locus in summo Auentino, vbi Remus de vrbe condenda fuerat auspicatus. Festus.

Rĕmŏrŏr, aris. Retardo, retineo. { עכב *hikkéb* עצר *hatsár.* ἀναβάλλω, ἐφίστω, ἐπέχω. GALL. *Retarder, ou retarger.* ITAL. *Ritardare, ritenere.* GER. Verhinderen/ auffhalten vnd saumen. HISP. *Retardar, retener.* ANG. *To tary, to staye.* } Terent. *in Andr.* — sed si quid est, Quòd mea opera opus sit vobis, aut tu plus vides, Manebo ne quod vestrum remorer commodum. Apul. Sic me abire oppido volentem, suaui remoratur illecebra. Terent. *Eunuch.* Vt illum dij deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est. Ouid. 11. *Metam.*

> *Littus habet solidum, quod nec vestigia seruet,*
> *Nec remoretur iter, nec opertum pendeat alga.*

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Vter remoratur? (i. vter nostrûm in mora est?) Ouid. 13. *Metam.*

> *Cur non remoratur ituros?*

Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Vnæ quinque remorantur minæ. (i. restant, & moram afferunt emptori, quo minus abducar.)

Rĕmŏră, æ, Mora retrahens, impedimentum, obstaculum. { הקכה *hikkeháh* מעצור *mahatsor* מעצר *mahatsár.* ἐποχή. GALL. *Retardement.* ITAL. *Ritardamento.* GERM. Ein verhinderung/oder ein versaumung. HISP. *Tardança.* ANG. *A tarying or staying.* } Lucilius *apud Festum*, Quænam vox ex te resonans meo gradu remoram fecit? Plaut. *in Trin.* Quæ in rebus multis obstant, odiosæque sunt, remorámque faciunt rei priuatæ & publicæ. ¶ Remora item piscis exiguus, qui à Græcis ἐχενηὶς dicitur, spinis & crustis tectus: à remorando dictus, quòd nauem cui annixus fuerit, remoretur. Plin. *lib.* 32. *c.* 1. Tamen omnia hæc, pariterque eodem impellentia vnus & paruus admodum pisciculus, echeneis appellatus in se tenet. Ruant venti licet, & sæuiant procellæ, imperat furori, viresque tantas compescit, & cogit stare nauigia, quod non vlla possunt vincula, non anchoræ irreuocabili pondere iactæ. Idem *lib.* 9. Est paruus admodum piscis, assuetus petris, echeneis appellatus, hoc carinis adhærente, naues tardius ire creduntur. Inde nomine imposito remora à remorando dicitur,

Rĕmŏvĕo, es, ui, tum, Amoueo, aufero, abdo. { הסיר *hesír* בער *bahár.* ἀφίστημι, ἀποκινέω. GAL. *Eslogner, oster.* ITAL. *Rimouere, tor via.* GERM. Hindan bewegen/dannenthun. HISP. *Quitar.* ANG. *To put out of the place or aside.* } Sueton. *in Cæs cap.* 49. Remoue istæc quæso. Cicero *ad Tironem lib.* 16. *Epist.* Accepimus conditiones sed ita vt remoueat præsidia ex his locis quæ occupauit. Idem 1. *Officiorum*, Quæ enim natura occultauit, eadem omnes qui sana mente sunt remouent ab oculis. Idem *pro Corn. Balbo*, Fuisse iudicem ex illis equitibus Rom. grauissimis viris neminem qui remoueret oculos, & se totum auerteret. Ouid. 13. *Metam*

> *Obstantia fata remoui.*

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

> *Ergo desidiæ remoue doctissima caussas.* (i. tolle.)

¶ Remouere se ab aliquo, id est, disiungere, alienare. ἀλλοτριοῦν, ἀπαλλοτριοῦμαι. Cic *ad Attic. lib.* 4. Quid sit quòd à me remouit, si modò remouit, ignoro. Remosse, pro remouisse, Lucret. *lib.* 3.

> ——— *falso terrore coacti.*
> *Effugisse volunt longè, longéque remosse.*

Sic Horatius dixit remorât pro remouerant. Et Silius remorunt pro remouerunt.

Rĕmōtus, a, um, particip. Amotus. { מוסר *musár.* ἀπωσθεὶς, ἀποκινηθεὶς. GAL *Osté.* ITAL. *Rimosso.* GER. Hinweg gethon/dannen thon. HISP. *Quitado.* ANG. *Taken away, pu- aside.* } Virg. 1. *Æneid.*

> *Postquam exempta fames epulis, mensæque remotæ.*

Ouid.

Ouid.*Eleg.3.lib.4.Trist.*

Téque,remota procul,si modò viuit, amat.

Idem *lib.13.Metam.*

Gestum nihil est Diomede remoto.(i.absque eo.)

¶ Interdum migrat in nomen, idémque significat quod longinquus, seu procul dissitus, Cicero 5. *Verrem*, Etiámne hæc tam parua ciuitas, tam procul à manibus tuis, atque à conspectu remota? Ouidius 3.*Trist.*

——longa regione remotus.

Cic.4. *Verr.* Homines quietissimi qui maximè ab iniuriis nostrorum magistratuum remotissimi consueuerant esse præsidio fœderis. Colum. *lib.12.cap.1.*Nam in primis considerandum erit an à vino, ab escis, à superstitionibus, à somno, à viris remotissima sit. ¶ Remoti Tribuni, (i.authoritate tribunitia priuati.) Suetonius *in Cæs. cap.* 80. Post remotos Cæsetium & Marullum tribunos, reperta sunt proximis comitiis complura suffragia, &c.Liuius *lib. 5.d.5.* Remoti tribu, id est, moti

Rĕmōtĭo, nis, verbale, Amotio, translatio. { הסמ *masśách.* ἀποκίνησις, ἀπόστασις. GALL. *Ostement, eslongnement.* ITAL. *Rimouimento.* GERM. Verschupfung/hinweg stossung. HISP. *Quitamiento.* ANG. *A takingaway or putting aside.* } vt, Remotio criminis, quæ & translatio à rhetoribus appellatur. διαφορά. Cic. *lib. 2.de inuent.* Remotio criminis est quum eius inuentio facti quod ab aduersario affertur, in alium aut in aliud dimouetur.

Rĕmūgĭo, is, mugitum reddo, contra mugio. {ἀναμυκᾶομαι. GALL. *Remugler, retentir, mugler contre.* ITAL. *Remuggire, muggire all' in contro.* GER. Wider einander luyen/ wider vmbhin luyen. HISP. *Bramar retumbado la voz.* ANG. *To lowe or bellowe againe.* } Virg.12. *Æneid.*

Quum duo conuersis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt, pauidi cessere magistri.
Illi inter sese multa vi vulnera miscent.
Colla armósque lauant: gemitu nemus omne remugit.

¶ Per translationem tamen accipitur simpliciter pro resonare. Idem 3.*Georg.*

Et vox assensu nemorum ingeminata remugit.

Idem 9.*Æneid.*

——Sequitur clamor, calúmque remugit.

Remulus nepos Tiberini fulmine ictus. Ouid. 4. *Fast.*

Rĕmulcĕo, es, Paulatim & quietè attraho. { ἀνακηλέω, ἀναθέλγω, GALL. *R'appaiser, r'adoucir, reflater.* ITAL. *Rappacificare, raddolcire.* GER. Widerumb streichlen vnd lieben. HISP. *Halagar, atraher con alagos.* ANG. *To pacifie or asswage againe.* } Virg. 11. *Æneid.*

——Caudámque remulcens
Subiecit pauitantem vtero, syluásque petiuit.

RĔMŬLCO, as, are, propriè est remigando è scapha grandiorem nauim trahere. { ῥυμουλκεῖν. GALL. *Tirer la nauire d'vn esquif à rame.* ITAL. *Rimurchiare.* GERM. Mit kleinen schifflinen ein groß schiff feinsstig ziehen HISP. *Lleuar la naue à jorro, remocar.* ANGL *To drawe a slippe on the sea after a boate.* } Quod aliquando necessitatis gratia fit, quum maior nauis vento destituta, alia ratione moueri non potest: aliquando non aliam ob causam, quàm vt nauis quietiùs agatur. Remulcare, inquit, dictum est quasi molli ac leni tractu ad progressum mulcere. Sisen. *lib. 2.* Si qua celeriter solui poterat, in altum remulcando trahitur.

‖Remulcus. Festus. Remulco est cùm scaphæ remis nauis magna trahitur Isid. *lib.19.4.* habet Remulcus, funis, quo deligata nauis trahitur vice remi. ‖

Remunculi, nauium genus, Gell. *c.25. lib.10.*

RĔMŬNĔRO, as, & Remuneror, aris, Retribuo, compenso, beneficium reddo, & mutuam gratiam refero, hoc est, munere aliquo munus aliud compenso. { שחד *schachádh* שלם *schillém.* ἀντιδωρεῖσθαι. GALL. *Remunerer, recompenser, guerdonner.* ITAL. *Rimunerare.* GER. Widerbegaben / wider vergelten / vnd belohnen. HISP. *Dar galardon, galardonar.* ANG. *To rewarde; to recompense.* } Cic. *Attic. lib.8.&c.* Te, si tibi eadem causa est me remunerare, sanè velim. Cæs. 1. *bell. Gall.* Quòd si discessisset, ac liberam possessionem Galliæ sibi tradidisset, magno se illum præmio remuneraturum. Cic. *post reditum in Senatu*, Quibus autem officiis T. Annij beneficia remunerabo. ¶ Remunerari sophisma propositum, dixit Gell. *cap.13.lib.18.* pro faceta responsione illud eludere, quæ remordeat eum, à quo propositum est.

Rĕmūnĕrātĭo, nis. { שלום *schillúm*, vel, *schillém* שלמה *schillumáh.* ἀντίδωρον, ἀντιδωρημα, ἀντίδοσις. GAL. *Remuneration, recompense, guerdon.* ITAL. *Ricompensa, guiderdone, rimuneratione.* GERM. Ein widergeltung/gegengab. HISP. *Galardo.* ANG. *A rewarding or recompensing.* } Cic. *de Amic.* Nihil enim remuneratione beneuolentiæ, nihil vicissitudine studiorum officiorúmque iucundius.

Rĕmūrĭă, olim dicta fuerunt festa quibus mortuorum sepulchris epulæ inferebantur, quæ deinde literæ vnius mutatione dicta sunt Lemuria. Dicta autem Remuria putantur à Remo Romuli fratre, in cuius honorem primùm fuerunt instituta. Ouid. *lib. 5. Fast.*

Romulus obsequitur, lucémque Remuria dixit
Illam, qua positis iusta feruntur auis.
Aspera mutata est in lenem tempore longo
Littera, quæ toto nomine prima fuit.

Rĕmurmŭro, as, contra murmuro. { ἀντιμορμυρίζω. GAL. *Murmurer cõtre quelcun.* ITAL. *Mormorare contra, contradire.* GER. Widerumb murren/ gegen etwas brumlen. HISP. *Murmurar contra algo, contradezir.* ANGL. *To murmure against.* } Stat. 5.

——& nulli spoliata remurmurat aura.

‖ Remi, Belgicæ secundæ populi, I. Cæsari & aliis veteribus noti. Remorum duro cortorum, *Reims en Champagne*, V.A. Remensis & Academia. ‖

Rĕmŭs, a, ῥῶμος. Frater Romuli primi Romanorum regis, qui quòd noua vrbis Romæ mœnia per ludibrium transiliisset, à fratre est interfectus, vt placet Liuio *lib.1. ab Vrbe condita*, aut certè (vt Ouid. mauult *lib.5. Fast.*) à Celere quodam Tribuno. Post cuius mortem, oborta pestilentia, consulto oraculo responsum est, placandos esse Manes Remi: ob quam rem sella curulis cum sceptro, & diademate, & cæteris regni insignibus semper iuxta Romulum quiduis sancientem ponebatur, vt mortuus etiam Remus pariter imperare videretur. Huc respexit Virg. 1 *Æneid* quum ait.

——Remo cum fratre Quirinus
Iura dabant.

¶ Remus vnde dictus, Plutarch. *in Romul.*

RĔMVS, i, est instrumentum quo naues aguntur. שיט *schájit* משוט *maschót.* κώπη, ἐρετμός. GALL. *Auiron, gasche, rame.* ITAL. & HISP. *Remo.* GER. Ein schiffriem/oder Ruder. ANGL. *An oarre to row with.* } Ouid. *Eleg.1 lib.4. Trist.*

Quique refert pariter lentos ad pectora remos.

Ibid. Eleg.1. lib.1. Difficile est tamen hic remis vtaris an aura dicere. Plaut. *Asin. sc.1.a.3.* Metaphoricè dixit: Vbi reposui remum. Et Quintilian. item metaphor, Contrahit vela, inhibétque remos. Virg. 5. *Æneid.*

——quam deinde Cloantus
Consequitur, melior remis, sed pondere pinus
Tarda tenet,

Cic.7. *Verr.* Quàm multos esse oporteret, ex ipso nauigio quod erat factum sex remorum numero, coniiciebant. Virg. 3. *Æneid.*

Venimus & proni certantibus æquora remis.

¶ Ad remum dati serui. Liu. *lib.4. dec.4.* Item, Manussi ad remum dati. Sueton. *in August. cap.16.* Remis & velis, h.e. citissimè, vt cùm nautæ simul velis vento inflatis & remis impulsis nauigationis velocitatem adiuuant. Dicitur etiam remis & ventis. Cic. *ad Cornificium*, Atque inde ventis remísque, in patriam omni festinatione properaui. ¶ Accipitur etiam remus, pro loro quod continet tubam, vt inquit Seru. in illud Virg. 5. *Æneid.* At pius Æneas ingenti mole sepulchrum Imponit, suáque arma viro, remúmque, tubámque. ¶ Remus metaphoricè pro brachio, quatenus inter natandum aquas dimouet. Ouid. *epist.17.*

——remis ego corporis vtar.

¶ Remus pro remigio: & remigium pro conditione humili. Prouerb. A remigio ad tribunal. q.à seruitute nautica ad iudicialem, aut regiam dignitatem, vsurpatur, cùm indicare volumus, ab infimo statu ad statum honestissimum aliquem prouehi. ‖ Remo publicæ triremis affigere, *enuoyer en galere.* ad remum dare, Suetonio. ‖

Remulus, paruus remus.

RĔMĬGO, as, remum ago, nauigo, per metonym. si nauiges naui actuaria: alioqui per synecdoch. { שט *schat.* ἐρέσσω, λωπηλατέω, GAL. *Ramer, gascher, tirer à l'auiron.* ITAL. *Remigare, vuogare*, GERM. Ruderen/ruyen/an ruder ziehen. HISP. *Remar con remos.* ANGL. *To row with an oarte.* } Cic.4. *Tusc.* Vtrum igitur mauis, nos statim vela facere, an quasi è portu regredientes paululum remigare? ¶ Aues dicuntur remigare, cùm volant, quatenus ceu remigiis alarum aërem subigunt, diffindunt, & quasi sulcant. ¶ Eius composita sunt Eremigo, |& subremigo, de quibus suis locis.

Rĕmĭgātĭo, nis, verbale. { ἐρεσία. GALL. *Gaschement, tirement à l'auiron.* ITAL. *Esso tirare il remo.* GERM. Das ruderen/oder ruyen. HISP. *Obra de remar con remos.* ANGL. *A rowing.* } Cic. *ad Attic. lib. 13.* Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim.

Rĕmĕx, igis, qui remos agit. { שט *schat.* ὁ κωπηλάτης, ἐρέτης. GALL. *Celuy qui tire à l'auiron, galiot.* ITAL. *Huomo da remo, vuogatore.* GERM. Ein ruderknecht / der ein ruder zeucht. HISP. *El remador como galeote.* ANGL. *He that roweth.* } Cic.2. *de diuin.* Quid, inquies, remex ille de classe Coponij, nónne ea prædixit quæ facta sunt? Curtius, Remex militis officia turbabat. Cæsar 3. *bell. Gall.* Naues interim longas ædificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanum: remiges ex prouincia institui, nautas, gubernatorésque comparari iubet. Ouidius 3. *Metamorph.*

——tu tantùm corpore prodes,
Nos animo: quantóque ratem qui temperat, anteit
Remigis officium, quanto dux milite maior:
Tantum ego te supero.

Rĕmĭgĭum, ij, ipsa remorum agitatio: remigum multitudo: ministerium, auxilium. { ἐρεσία. GALL. *Tirement à l'auiron.* ITAL. *Remigatione, vuoga.* GER. Ruderung. HISP. *Obra de remar.* ANG. *To rowing of a ship or boat.* } Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Remigio velóque quantum potes festina & fuge.) Virg. 1. *Georg.*

Non aliter quàm qui aduerso vix flumine lembum
Remigiis subigit.

Idem. 8. *Æneid.*

——genináque legit de classe biremes.
Remigióque aptat, socios simul instruit armis.

Ouid. 3. *Fast.*

Findite remigio (nauita dixit) aquas.

¶ Translatè Plautus dixit *in Milite*, Meo remigio rem gero: quasi diceret meis remigibus impero, non alienis, itaque vt mihi pareant necesse est. Virg. 1. *Æneid.* transtulit ad aues.

——volat ille per aëra magnum
Remigio alarum.

Lucret. *lib.6.* Remigij oblitæ pennarum, vela remittunt. Aues enim alis, velut remis quibusdam, ad diffindendum aërem vtuntur. ¶ Aliquando ponitur pro remigum altitudine. Idem *lib.3.* Remigium supplet, socios simul instruit armis. Cic. 5. *Tusc.* Quæ pugna, quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, &c.

Remipes, dis, qui pro pedibus remos habet. Ausonius,

Remipedes certant medio cum flumine lembi.

Et apud Plautum *in Menæch.* Asseruatore hæc sultis nauales pedes, i. remiges.

Rĕmūto, as, are. { המיר *hemír.* ἀνταμείβω. GAL. *Muer, changer.* ITAL. *Mutare, cambiare.* GERM. Wider enderen / abwächßlen. HISP. *Mudar, cambiar.* ANGL. *To change.* } Tacit. *de Orat.* Vidit nanque conditionem temporum, & diuersitates autorum, formam quoque oratione remutandam.

Rĕnārro, as, Narro, vel narrando repeto. { שנן *schinnén.* ἀφηγέομαι, ἐξηγέομαι. GAL. *Raconter, renarrer.* ITAL. *Narrare, contare.* GER. Widerumb erzellen. HISP. *Narrar ò contar.* ANG. *To tell againe & repete.* } Virg. 3. *Æneid.*

Sic pater Æneas intentis omnibus vnus
Fata renarrabat diuûm cursúsque docebat.

RĔNĀSCŎR, eris, Iterum nascor. Nascor ad similitudinem prioris alicuius, vt cùm res non numero, sed specie eadem regignitur. Item, orior, seu appareo iterum. Ita Sol renascens. Solin. *c.* 21. &, spiritualiter regenero. Vide. *Regenero.* { ἀναφύομαι. GALL. *Renaistre.* ITAL. *Rinascere.* GERM. Widerum geboren werden. HISP. *Tornar otra vez à renacer.* ANGL. *To be borne againe.* { Plin. *lib.* 11. 6. 29. Deinde ad canis ortum obire, & aliâs renasci.

Renascens annus, pro Vere. Plin. *lib.* 16. *c.* 25. Flos est pleni Veris indicium & anni renascentis.

Renascibilitas, propriè potentia renascendi.

Rĕnātŭs, aliud Partip. Rursus natus. Liu. 6. *ab Vrb.* Clariora deinceps, certioráque ab secunda origine, velut ab stirpibus lætiùs feraciúsque renatæ vrbis, gesta domi, militiæque exponentur. Cic. *ad Brutum* Renatum enim bellum est, idque non paruo scelere Lepidi.

Rĕnāuĭgo, as, Nauigando reuertor, retrorsum nauigo. { ἀναπλέω. GALL. *Renauiger, retourner par eau d'où on estoit party.* ITAL. *Nauigare in dietro.* GERM. Wider hindersich schiffen / oder vmbhin. HISP. *Nauegar atras.* ANG. *To sayle back or returne by sailing.* } Cicero Attico, Perpaucis diebus in Pompeianum, pòst in Puteolana & Cumana regna nauigare cogitabant.

RĔN, vsitatius plurali, Rēnes, { כליות *chelajóth.* GALL. *Les reins, les roignons.* ITAL. *Reni.* GER. Die nieren. HISP. *Los riñones* ANG. *The reynes or kidneys.* } Viscera duo vtrinque, non procul à vena caua sita, sanguinis serum hoc est, vrinam per venas emulgentes attrahentia, & per longos quosdam meatus, quos οὐρητῆρας Græci nominant, ad vesicam transmittentia. νεφροί. Dicti renes, vt quidam existimant, à verbo Græco ῥεῖν fluere, quòd per eos tanquam per colum quoddam fluat vrina. Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 2. Lien necat, renes dolent. Cicero 2. *Tusc.* Nam quum ex renibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat, falsa esse illa, quæ antea de dolore ipse sensisset. Horat. 2. *Serm. satyr.* 3. Quòd latus, aut renes morbo tententur acuto. ¶ Renes pro lumbis, apud Ausonium. Nemesianus *in venenat.*

Renibus ampla satis validis diductaque castis,

Renunculus, paruus ren.

Renale, zona circa renes. Cathol. & Papias.

Renitiosus, νεφριτικός, qui ex renibus laborat.

Rĕnīdĕō, es, secunda syllaba producta, Reluceo, splendorem reddo. { נגה *nagháh.* הופיע *hophiah.* ἀποστίλβω. GAL. *Reluire, resplendir.* ITAL. *Risplendere.* GER. Glitzeren / ein widerschein geben. HISP. *Resplendecer.* ANGL. *To shyne or glister.* } Horat. *lib.* 2. *Carm.* Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Plin. *lib.* 37. Neque in recessu gemmæ, aut in deiectu renident. Stat. *lib.* 1. *Thebaid.*

Emicat effigies, & sparsa orichalca renident.

Quintilian. Renidet oratio. ¶ Interdum vsurpatur in malam partem, vt apud Liu. *lib.* 5. *d.* 4. Homo gloriosus, & renidens, &c.

Rĕnĭtĕo, es, ere. { נגה *naghâh* הופיע *hophiah.* ἀποστίλβω. } Renideo. Plin. *lib.* 37. *c.* 6. Arabicæ excedunt candore circuli prælucido, atque non gracili, neque in recessu gemmæ, aut in deiectu renitente, sed in ipsis vmbonibus nitente, præterea substrato nigerrimi coloris.

Rĕnītŏr, eris, pen. corr. renisus, vel renixus sum { ἀντερείδω, ἀντέχω. GALL. *Resister, s'efforcer à l'encontre.* ITAL. *Resistere, sforzarsi all'incontro.* GER. Widerstråben / darwider trigen / widerstehen. HISP. *Estribar.* ANGL. *To gainstand, withstand or resist.* } Contra vel aduersum niti. Liu. 5. *ab Vrbe*, Quum illi renitentes pactos dicerent sese, negat eam pactionem ratam esse. Plin. *lib.* 2. *c.* 81. Postésque alterno pulsu renitentes.

Rĕnīxŭs, us, verbale. { ἀντέρεισις, ἀντιλαβία. GALL. *Resistence & effort contre.* ITAL. *Resistenza contre altri.* GER. Ein widerstand / widerhaltung. HISP. *Obra de estribar.* ANG. *Gainst anding.* } Cels. *lib.* 5. *c.* 28. de fistulis, At cartilago vbi subhæsit, ipsa sedes docet, peruentúmque esse ad eam ex renixu patet.

Rĕno, as, are Iterum no, vel natando redeo. { ἀνανήχομαι. GALL. *Renager, reuenir en nageant.* ITAL. *Rinuotare, ritornare nuotando.* GER. Widerumb hin schwimmen. HISP. *Nadar atras.* ANGL. *To swimme againe or to returne by swimming.* } Ouidius *ad Liuiam*, Nulláque per stygias vmbra renauit aquas. Horat. *Epod.* — simul imis saxa renarint Vadis leuata.

Rĕnōdo, as, are, In nodum constringo, { πάλιν δεσμέω, ἀναδέω. GALL. *Renouer,* ITAL. *Rannodare.* GER. Wider knüpffen HISP. *Añudar otra vez.* ANGL. *To cast a knott againe.* } Horat *Epod.* 11.

Aut teretis pueri longam renodantis comam.

Valer. 5. *Argon.*

Téque renodatam pharetris, ac pace fruentem.

Rēnōnēs, vestimenti genus ex pellibus, dictum (vt quibusdam videtur) quòd partes corporis renibus obiectas tegat. διφθέρα. Nobis potius ἀπὸ τῶν ῥηνῶν, hoc est, ab ouibus dici persuasum est: vnde & Rhenones scribendum putamus, prima syllaba aspirata: vt latiùs infrà docebimus suo loco.

RĔNŎVO, as, Instauro, interpolo redintegro, refrico, { חדש *chiddésch.* ἀνακαινόω. GALL. *Renouueler.* ITAL. *Rinouare.* GERM. Wider erneweren. HISP. *Renouar.* ANGL. *To renew, or restore. to the former state.* } Cic. *pro Deiot.* Tu vetus hospitium renouare voluisti. Idem *de Orat.* Acerba sanè recordatio veterem animi curam molestiámque renouauit. Tibull. *lib.* 4.

———*Fecundos Titam renouauerit annos.*

Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Hic renuat dentem terram renouantis aratri.

Rĕnŏuātĭo, nis, Instauratio, interpolatio, ad pristinum nouúmque statum reductio. { ἀνανέωσις. GALL. *Renouuellement.* ITAL. *Rinouatione.* GER. Ein erneuwerung. HISP. *Renouacion, obra de renouar.* ANG. *A renewing.* } Cic. 2 *de nat. deor.* A quo rursum renouatio mundi fieret.

Renouatiuum fulgur vocatur, cùm ex aliquo fulgure functio fieri cœpit, si factum est simile fulgur, quod idem significet. Fest.

Rĕnŏuĕllo, as, are, Rursus nouellum facio. { ἐπιταινόω, ἀνακαινίζω. GAL. *Renouueller.* ITAL. *Rinouare.* GER. Wider zu einem newsetzling machen. HISP. *Renouar.* ANGL. *To renew.* Col. *de Arbor. c.* 6. Eiusmodi itaque vinea si non aridos in corpore habet truncos, & flecti potest, factis sulcis, optimè sternitur, atque ita renouellatur.

‖ Rentes, reditus. Gl. g. b. ‖

Rentifolia. Plin. *lib.* 21. *c.* 4. Rentifolia rosa, in Calepino emendatur, vt sit *lentifolia*. Sed lege *Centifolia*. Centifolius, a, um, adiectiuum est.

Renubo, iterum nubo. Tertull. *lib.* 1 *ad vxor.*

Renudo iterum nudo, contrà nudo.

Rĕnūmĕro, as, Reddo. { ἐπαναριθμέω. GALL. *Reconter & rendre ce qu'on auoit receu par conte.* ITAL. *Rendere cosa hauuta per conto.* GERM. Wider außhin zellen. HISP. *Tornar à contar lo contado.* ANGL. *To compt an paye.* } Terent. *Hecyr.* Sin alio est, animo, remuneret dotem huc, eat.

RĔNVNCIO, as, are, propriè nuntiorum est, aut exploratorum, aut legatorum, quum reuersi, quid egerint referunt, { הגיד *highghidh.* ἀπαγγέλλειν. GAL. *Renoncer, redire, faire rapport.* ITAL. *Rinunziare, riportare.* GERM. Wider verkünden / oder anzeigen / wider zuwissen thun HISP. *Renunciar lo mensaje.* ANGL. *To mak relation, to report, to bring word againe.* } Cic. 8. *Philipp.* Quum legati renuntiarint (quod certè renuntiabunt) Antonium non esse in vestra potestate. Cæs. 1. *comm. bell. Gall.* Qualis esset natura montis, & qualis esset in circuitu assensus, qui cognoscerent, misit: renuntiatum est facilem esse. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Hoc alij mihi renuntiant. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Metuebam hunc ne vxori renuntiaret de palla. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 4. Eam hero renuntiatum est nuptum Megadoro dari. Senec. *c.* 3. *de tranquill.* Si conuersationem tollimus, generi humano renunciamus. Idem *cap.* 8 *ad Mart.* Ipsa illi (dolori) renuntia. (i. nuncium remitte. (Idem *cap.* 14. *de consol. ad Mart.* Posteaquam renunciatum est geminum funus. (i. allatus nuncius de morte duorum liberorum.) Idem *Epist.* 76. Non renunciat ingenio philosophia Renuntiare repudium, vide *Repudium.* Item, Renuntiare legationem, Liuius *lib.* 9. *d.* 4. Renuntiare ad cœnam, vt vulgò *escondiure à soupper*, i. recusare inuitationem ad cœnam. Seneca *Suasoria* 2. Afydius venustissimus inter Rhetores scurra, cùm hanc sententiam Leonidæ (nempe, Prandete commilitones tanquam apud inferos cœnaturi) retulisset, ait, Ego illi ad prandium promisissem, ad cœnam renunciassem. ¶ Aliquando ponitur pro enunciare, significare, declarare. Terent. *in Andr.* Quasi non renuntiata sint hæc sic fore. Et iterum, Id ego iam nunc tibi here renuntio futurum, vt sis sciens, Ne tu hoc mihi posterius dicas Daui factum consilio, aut dolis. Donatus, Renuntiare est quasi secretum consilium, vel malum nuntiare. Re enim syllaba apud veteres interdum abundat. Quintilian. Renuntient sibi quanta sit vis ingenij humani. (i. secum cogitent & reputent.) ¶ Renuntiare Consules, renuntiare Prætorem, vel Sacerdotem, id est, declarare. ἀναγορεύειν τοὺς ὑπάτους. Cic. *pro Pompeio*, Prætor primus cunctis centuriis renuntiatus. Idem *lib.* 9. *Epist.* Eo modo Climachias sacerdos renuntiatus est ¶ Renuntiare alicui hospitium, vel familiaritatem, est significare se eius hospitio, vel familiaritate amplius non vsurum. ἀποτάσσεσθαι. Suet. *in Calig. c.* 3. Ac ne tunc quidem vltrà progressus, quàm Sthenio vehementer infensus, hospitium ei renuntiat, domo emigrat. Sic renuntiare conductionem, apud eundem *Epist. ad Attic.* 1. id est, irritam nuntiare, inquit Asconius. ¶ Cum solo datiuo, pro nuntium remittere, & salutem vltimùm dicere. Quintil. *lib.* 10. *c.* 7. Mea quidem sententia, ciuilibus officiis renuntiabit. Cic. *de Orat.* Pedem nemo in illo iudicio supplosit, credo ne Stoicis renuntiaretur. Suet. *in Sergio Galba, cap.* 11. Non multum abfuit quin vitæ renuntiaret. ¶ Renuntiare ad cœnam, vt vulgò *esconduire à souper*, id est, recusare inuitationem ad cœnam. Senec. ‖

Rĕnūnciātĭo, nis, Nuntij, vel legati alterius cuiuspiam relatio. { ἀπαγγελία. GALL. *Denoncement, rapport procés verbal.* ITAL. *Dinunziamento, relatione.* GER. Ein verkündung / wideransagung. HISP. *Aquella obra de renunciar.* ANGL. *A reporting, bringing of word againe.* } Renunciationis Coss. (i. relationis.) vide apud Suet. *in Calig. cap.* 15. Cic. 5. *Verr.* Cæsio renuntiat se dixisse: Cognoscite renuntiationem ex literis. Idem 2. *Verr.* Renunciationémque eius quæ erat in publicas literas illata illorum legibus, tolli iusserat. ¶ Renunciationem quoque rectè vocare possumus relationem architectorum & magistrorum vniuscuiusque opificij, quum inspecto opere iudici referunt quæ compererint. ¶ Renuntiatio item dici potest quem *processum verbalem* vulgus appellat: cuiusmodi est viatorum. & eorum qui edicta aut sententias exequuntur. ¶ Renuntiatio, item dicitur recusatio eius rei quæ in pactum & promissionem venerat. Hinc renunciatio sponsaliorum & nuptiarum.

‖ Renuntiator, qui aliquid commissum vel occultum enuntiat, ac retegit. ‖

Rĕnūntĭŭs, ij, qui aliquid iterum nuntiat. { ἀπαγγελτής, ὁ ὀπίσω ἄγγελος. GALL. *Denonciateur.* ITAL. *Dinunziatore.* GER. Ein wideransager / der einem ein ding wider verkündiget / vnd kund thut. HISP. *Denunciador.* ANG. *That bringeth word againe.* } Plaut. *in Trin.* Cantrices, fitillatrices, nuntij, renuntij.

RĔNVO, is, re, est motu capillis, aliôve signo renuere & recusare. { מאן ἀνανεύω. GALL. *Refuser proprement en faisant signe de la teste.* ITAL. *Rifiutare accennado colcapo.* GER. Das haupt etwarab schütten / mitt dem haupt ein zeichen geben das man etwas abschlage / oder versage. HISP. *Negar con señas.* ANGL. *To nod with the head in token of denying.* } ¶ Accipitur tamen pro quouis modo recusare, vel negare. Martial. *lib.* 2.

Omnia quum fecit, sed renuente Deo.

Rĕnūtŭs, us, Capitis signum quo repulsam, vel negationem significamus. { ἀνάνευσις. GALL. *Refus en faisant signe de la teste.* ITAL. *Segno di negare con la testa.* GERM. Ein zeichen des abschlagens mitt dem haupt. HISP. *Obra de negar con señas.* ANGL. *A refusing by nodding of the head* } Plin. *Epist.* 7. Nam ego quoque simili nutu ac renutu respondere voto tuo possum.

REOR

Reŏr, retis, opinor, existimo. { חשב chascháb. νομίζω. Gall. Cuider, penser, estimer. Ital. Stimare, pensare, credere, hauer opinione. Germ. Achten/meinen. Hisp. Pensar, estimar, tener opinion. Ang. To suppose, to ludge or esteme. } Plaut. Amph. An id ioco dixisti? Equidem seriò ac verò ratus Idem Asin. sc. 1. a. 3. An verba blanda esse aurum rere? Ibid. sc. 2. a. 5. Meum victum rata fui siccum & frugi Idem Pseud. sc. 2. a. 5. Hoc ego nunquam ratus sum fore, vt, &c. Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.

Quótque aderant vates, rebar adesse deos.

Cic. 1. Offic. Quod siqui simulatione, & inani ostentatione, & ficto non modò sermone, sed etiam vultu stabilem se gloriam consequi posse rentur, vehementer errant. Virg. 6. Æneid

Sic quidem ducebam animo, rebárque futurum.

Rătŭs, a, um, nomen adiect. Firmus, fixus, constans, immobilis. { נאמן neemán חוק chazák נכון nachón. κύρι@, βέβαι@, ἀκίνητ@. Gall. Ferme & arresté, approuué, confirmé. Ital. Fermo, stabile, constante. Ger. Steiff/stätt/vest. Hisp. Firme, cierto y estable. Ang. Firme, constant, stable. } Terent. in Hecyr. Ne quod egissem esset ratum. Cic. 2. de nat. deor. Qui quum tam certos cæli motus, tam ratos astrorum ordines, támque inter se omnia connexa & apta videret. Ibidem, Astrorum in omni æternitate rati, & immutabiles cursus)(Irritus. Idem de prouin. Consul. Cuius Tribunatus si ratus est, nihil est quod irritum ex actis Cæsaris possit esse. Idem pro Cæl. Si populus iusserit me tuum, aut item te meum seruum esse, id iussum ratum, atque firmum futurum? Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Et Eleg. 4. lib 1. Trist.

——— Ratam debet testis habere fidem.

Gell. c. 12. lib. 13. Sed agitabat hominem (Labeonem scilicet) libertas quædam nimia atque vecors, vsque eò, vt ratum pensúmque nihil haberet, nisi quod iustum sanctúmque esse in Romanis antiquitatibus legisset. ¶ Ratus)(Ruptus. Cicero de Orat. Testamentum ratum, aut ruptum. ¶ Ratum habere aliquid, est approbare, confirmare. Idem pro Rosc. Com. Quis hoc frater fratri, quis parens filio tribuit, vt quodcunque retulisset, id ratum haberet. ¶ Ratum facere, est quod vulgus dicit ratificare. Cic. 1. de diuin. Quid enim habet aruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? Quid augur, cur à dextra coruus, à sinistra cornix faciat ratum? Subaudi augurium. ¶ Ratum mihi est, id est, approbo, confirmo. Idem ad Gallum lib. 7. Attamen ista ipsa quæ te emisse scribis, non solùm rata mihi erunt, sed etiam grata. ¶ Pro rata, siue pro rata parte, id est, habita rationis proportionis, quod vulgus dicit ad æquipollentiam. ἀναλογάδην. Cæs. 1. bell. Gall. Quadraginta iugera in singulos proponit, & pro rata parte centurionibus, euocatisque. Liuius 5. decad. lib. 5. Tantum pediti datum fuisse credunt, & pro rata aliis, &c. Ciero 1. Tuscul. Omnia ista perinde, vt cuique data sunt pro rata parte è vita longa, aut breuia dicuntur. Pro rata portione. Plin. lib. 11. c. 15. Æstiua mellatione decimam partem Thasio Dionysio apibus relinqui placet: si pleni alueí: sin minus, pro rata portione: aut si inanes, omnino non attingi. ¶ Ratæ preces, id est, exauditæ. Ouid. 1. Fast. Bud.

Rătĭfico, as, ratificare, Approbare, quod actum est confirmare. קים kijám הקים hekim. } Veterès Ratare pro ratificare dicebant: vnde est irritare contrarium. Sipont. συγκατατίθημι.

Rator, iudex. Gl. Isid. qui retur, censet, arbitratur, iudicat: κρίνει, νομίζει.

Ratum, absolutè, quod ratum & sancitum.

Rĕpāgŭlum, i, Obex siue vectis, qui ostio aduersùs vim opponitur. {בריח bariach. μόχλ@. Gall. Vne barre ou barriere, qu'on met au trauers de l'huis. Ital. Cadenazzo, ò stranghetta alla porta, chiauistella. Ger. Ein rigel oder sparren für die thür. Hisp. La tranca de la puerta. Ang. A rayle or barre. } à re & pango, propterea quòd non vno in loco pangatur, hoc est, figatur, sed ad vtrunque postem. Repagula sunt, inquit Festus, ex Verrij sententia, quæ patefaciundi gratia ita figuntur, vt ex contrario quoque oppangantur. Ouid. lib. 5. Metam.

Raptaque de dextro robusta repagula poste
Ossibus illisit.

Cicer. 1. de diuin. Herculis valuæ clausæ repagulis subitò se ipsæ aperuerunt. Plin. lib. 16. c. 42. Firmissima in rectum abies eadem valuarum repagulis, & ad quælibet intestina opera aptissima. ¶ Repagula item in ludis equestribus dicuntur quæ equis obiiciuntur, ne ante tempus procurrant. Græci νύσσαι, ἀφετηρίαι & καμπτῆρες nominant. In stabulis quoque & pascuis obices quibus armenta coërcentur, repagula dicuntur. Ouid. 2. Metam.

Interea volucres Pyroeis, Eous & Æthon,
Solis equi, quartúsque Phlegon hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibúsque repagula pulsant.

Per translationem accipitur pro quouis obstaculo siue impedimento: vnde perfringere repagula iuris, pudoris & officij, ait Cic. 7. Verr. pro eo quod est nullo neque iure, neque pudore, neque officio à aliqua impediri.

‖ Repagularij, iudices disceptatores, commissarij ad fores curiæ ius dicentes. horum sententia dicta Repagularia. Bud.

Repagularia acta. Scriban. ‖

Rĕpandŭs, a, um, Recuruus, reflexus, latus. {ἀνάκυρτ@. Gall. Qui est cambre & courbé dehors en contremont. Ital. Ritorto, ripiegato, largo. Germ. Gebogen/ außhin oder vber sich gebuckt. Hisp. Coruo hazia tras, ancho. Ang. Bent ob bowed or broade backward. } Plin. lib. 14 c 21. de ebrietate, Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes & volutatio in cœno, & pectorosa ceruicis repandæ ostentatio. Cic. 1. de nat. deor. Quam tu, inquam, ne in somnis quidem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis. Ouid. 3. Metam.

——— truncóque repandus in vndas
Corpore desiluit.

Rĕpango, is, Pango, siue planto. { תקע takáh. φυτεύω. Gall. Reficher, ficher fort. Ital. Piantare, ficcare, coniugnere. Germ. Einstecken/oder einsetzen zupflantzen. Hisp. Plantar, hincar. añadir. Ang. To fasten, or diriue in. } Colum. lib. 1. de arborib. c. 22. In quo scrobe destinaueris nucem serere, terram minutam in modum semipedis ponito, ibique semen ferulæ repangito.

Rĕparco, is, idem quod non parco. { חמל chamál. φείδομαι. Gall. Espargner, pardonner. Ital. Perdonare, rimettere, sparnare. Ger. Sparen vnd schonen. Hisp. Perdonar, guardar escassamente. Ang. To spare, to pardon } Plaut. Most. sc. 2. a. 1. bis vsus est: Suo vsque sumptu operæ reparcunt suæ. Item, Sibique haud materiæ reparcunt. (i. non parcunt.) Vulgò ibi legitur, ne parcunt. sed perperam & mendosè. Lucret. lib. 1. Scilicet ex vlla facere id si parte reparcent, Occident ad nihilũ, nimium funditus ardor. Omnia reparcunt facere. (i. facere, inquit Lambin. (Item Plaut. Truc. sc. Num tibi nam, 4. a. 2. vtinam à principio rei item parcissem meæ, vt nunc reparcis suauiis. id est, non parcis, vt exponit Lambin. Interpres.

Rĕpăro, as, iterum paro: restauro & in pristinum statum redigo. { בדק badhák. ἐπισκευάζω, ἀνακαινίζω. Gall. Reparer, restaurer, refaire. Ital. Riparare, rifare, rinouare. Germ. Wider zurüsten/widerbringen/erneuweren. Hisp. Reparar, ò tornar à aparejar. Ang. To repairand bringe to the first state. } Reparare est nummis ex venditione conflatis aliud aliquid emere. Horat.

Vina Syra reparata merce.

Est enim parare, nonnunquam emere. Cic. ad Atticum, Cogito trans Tyberim hortos aliquot reparare, &c. Id primus omnium norauit Franc. Duarenus Iurisconsultus. Curtius, Ille non ignarus & principes amicorum & exercitum offendi, gratiam liberalitate donisque reparare tentabat. Plin. Epist. 291. Sed quæ sunt vetustate sublapsa, reparentur in melius. Horat. lib. 2. serm.

Hoc quoque Tiresia præter narrata petenti
Responde, quibus amissas reparare queam res
Artibus atque modis

Ouid. Epist. 4.

Quod caret alterna requie, durabile non est:
Hæc reparat vires, fessaque membra leuat.

Rĕpărātōr, is, Instaurator. { בדק bodhék. ἐπισκευαστής, Gall. Reparateur, restaurateur. Ital. Riparatore, ristoratore. Germ. Einwiderbringer/zurüster. Hisp. Reparador. Ang. A repaierer. } Stat. 4. Syl.

Ipse etiam immensi reparator maximus æui
Attollit vultus.

Rĕpărātĭo, Instauratio, renouatio. { ארוכה arucháh. ἐπισκευή. Gall. Reparation. Ital. Rinouatione. Ger. Widerbringung. Hisp. Reparamiento. Angl. A repairing, or renewing. } Salust. in Iugurth. Sed sanè fuerit regni reparatio, plebi sua iura restituere.

Rĕpărābĭlis, e, quod reparari potest, siue resarciri. { ἐπισκευαστός, ἀποκαταστατός Gall. Reparable, qu'on peut reparer. Ital. Che si può riparare. Germ. Widerbringlich. Hisp. Lo que se puede reparar. Ang. That may be repaired or restored. { Ouid. Epist. 5.

Tu quoque clamabis, nulla reparabilis arte
Læsa pudicitia est: deperit illa semel.

Rĕpărāmĕn, Reparatio. {ἐπισκευασία. Gall. Rempar, reparation. Ital. Riparo, riparatione. Ger. Widerbringung/erneuwerung Hisp. Obra de reparar. Ang. A repairing } Sipont.

Rĕpāstĭno, as, Refodio, ex re & pastino, fodio. { ἀναδενδροσκαφέω Gall. Rehouer, rebiner. Ital. Zappare, rifossare. Germ. Widerumb hacken mit dem karst Hisp. Cauar la viña otra vez. Ang. To digge againe about vynes, to alter ground with often digging. } Colum. lib. 3. cap. 8. Pastinum vocant agricolæ ferramentum bifurcum quo semina panguntur: vnde etiam repastinatæ dictæ fuere vineæ veteres quæ refodiebantur.

Rĕpāstĭnātĭo, nis, verbale. ἀναδενδροσκαφία. Gal. Rehouement. Ital. Rizappamento. Germ. Das widerumbhacken oder vmbgraben. Hisp. Obra de cauar la viña otra vez. Ang. A diggitg againe about vynes. } Cicer. de Senect. Quid agri refossiones repastinationésque proferam?

Repatrio, as, are, redeo in patriam: redeo. Solin. cap. 46 ad finem, Hoc Arabiæ sat est, hinc ad Pelusium repatriemus. Idem cap. 40. Assiduis denique exemplis patet eos peperisse, quum multi captiuorum aliquot leonibus obuiis intacti repatriauerint.

Rĕpecto, is, Rursum pecto. { ἀνακτενίζω. Gall. Repigner, peigner derechef. Ital. Reppittinare. Germ. Widersträlen. Hisp. Peynar otra vez. Ang. To kembe againe. } Vnde Repexus participium. Ouidius 2. de arte amandi.

Et neglecta decet multas coma: sæpè iacere
Hesternam credas, illa repexa modò est.

Rĕpĕdo, as, Pedem retraho, redeo { ἀναποδίζω. Gal. Retourner. Ital. Ritornare. Germ. Wider hindersich trätten oder gehn. Hisp. Tornar por el mesmo camino. Angl. To come backe, to recule. } Lucil. apud Non. Sancto ego à Metelli Romam repedabam munere.

Rĕpello, is, repuli, repulsum, Arceo, reiicio. { הדיח hidhiách גרש gharásch דחה dacháh. ἀπωθέω, ἀπωθῶ, ἀπωθέομαι, ἀπωθέω. Gall. Repousser. Ital. Sacciare, ributtare. Germ. Hindersich/ oder dannen treiben/hinwegstossen/ verschupffen. Hisp. Rechaçar, Angl. To put backe, to put away. } Cicero post reditum in Senatu, Tu meum generũ propinquum tuum, tu affinem tuam meam filiam superbissimis & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti. Ouid. lib. 3. de arte amand.

Iudice me fraus est concessa repellere fraudem:
Armaque in armatos sumere iura sinunt.

Idem. lib. 1. Amor. Eleg. 8.

Néve relentescat sæpe repulsus amor.

Prima præteriti syllaba aliquando producitur, p litera carmine cogente duplicata. Lucan.

Reppulit à Libycis immensum Syrtibus æquor.

Alioqui corripitur, quemadmodum & Præsens, Ouid. in Ep. Medea ad Ias.

Quæque feros repuli doctis medicatibus ignes.

Rĕpŭlsŭs, us, actus repellendi. {מדוח madduách מגרש midchéh מדחה migrásch. ἀπώθησις. Gall. Repoussement. Ital. Rispignimento. Germ. Hinweg stossung/oder gegenstossung/abtreibung. Hisp. La rechaça. Ang. A repelling or putting backe againe. } Plin. lib. 37. Vipera prægnans veneno impresso dentium repulsu virus fundit in morsus. Cic. 1. de diuin. Ortus adaugescit scopulorum sæpè repulsu.

Rĕpulso, as, frequent. { ἀπωθίζω, πολλάκις ἀπωθέομαι. Gall. Repousser souuent. Ital. Scaciare souẽte. Germ. Offt hindan treiben oder stossen. Hisp. Rechaçar muchas vezes. Ang. To put back often. } Lucret. lib. 4.

——— ita

——*ita colles collibus ipsis*
Verba repulsantes iterabant dicta referre.

Rĕpŭlsă, propriè passio eius qui repellitur. Sed speciali sensu est ea, qua quis reiicitur ab honore, vel magistratu, aut alia re petita, vel sperata. { מדוח *madduácħ* מדחה *midcéh* מגרש *mighrasch.* ἀπόδοκιμασία. Gall. *Repoussement, refus, esconduite.* Ital. *Repulsa, spigrimento.* Germ. Verschupffung / abschlagung dessen darumb jemands geworben hat. Hisp. *Rechaça en la demanda.* Ang. *A repelling or putting backe againe.* } Dicimus autem accipere repulsam & ferre repulsam, Cicero *pro Plancio*, C. Marius duas ædilitias accepit repulsas. Idem *ad Attic. lib. 5.* Quòd scribis libenter repulsam tulisse eum qui cum sororis tuæ filij patruo certaret: hoc magni amoris signum. Ouid. *Eleg. 1 lib. 3. Trist.*

——*Confusáque pudore repulsa.*

‖ Repelta, lapis excelsus. Gl. vet. ‖

Rĕpēndo, is Retribuo, recompenso, refero, reddo. { השיב *heschib* שלם *schillém.* ἀντισταθμίζω, ἀντιμείβομαι, ἀντιμετρέω, ἀνταπαλλάσσω. Gal. *Recompenser.* Ital. *Recompensare, rimunerare.* Germ. Widergelten. Hisp. *Recompensar.* Angl. *To recompense.* } Tractum ab ære graui quod ante pecuniam signatam appendi solebat, non numerari. Virg. *lib. 1. Æneid.*

——*fatis contraria fata rependens.*

Ouid. 21. *Epist.*

Ingenio formæ damna rependo meæ.

Plin. *lib. 12. c. 25.* Quum duplo rependebatur argento.

Rĕpēnsŭs, a, um, participium. { משב *meschâb* משלם *meschullám.* ἀντισταθμεθείς. Gall. *Donné en recompense.* Ital. *Dato in ricompensa.* Germ. Widergolten. Hisp. *Dado en recompẽsa.* Angl. *Recompensed.* } Cic. *lib. 2. de Orat.* Vt noster Scæuola Septimuleio illi Anagnino cui pro C. Gracchi capite erat aurum repensum, &c.

Repenso, as, frequent. de quo infrà.

Rĕpēns, tis, Subitus & Repentinus. { מהיר *mahir.* ἀφνίδιος. Gal. *Soudain, subit.* Ital. & Hisp. *Subito.* Germ. Schnell. Ang. *Hastie, suddine, comming vnwares.* } Verbum poëticum & historicum magis, quàm oratorium, quo tamen Cicero vsus est 3. *Tuscul.* Quanquam hostium repens aduentus magis aliquando conturbat quàm expectatus: & maris subita tempestas, quam antè prouisa, terret nauigantes vehementiùs. Liu. 10. *ab Vrbe.* Si quòd repens bellum oriatur. Idem *lib. 6. ab Vrbe*, Fama repens belli Gallici allata perpulit ciuitatem, vt M. Furius Dictator quintùm diceretur. Idem 9. *bell. Pun.* Ciuitatem, eo tempore repens religio inuaserat.

Rĕpēntĕ, aduerbium, Subitò, statim. { פתע *petháh* פתאום *pitheóm.* ἐξαίφνης, ἀφνίδιον. Gall. *Soudainement, incontinent, qui vint subitement.* Ital. *Subito tosto, presto.* Germ. Eins wägs / flugs. Hisp. *Subitamente, luego.* Ang. *Suddenly, hastely, vnwares.* } Cic. *Epist. lib. 4. ad Seru. Sulp.* Nam & ipse Cœsar accusata acerbitate Marcelli (sic enim appellabat) laudatáque honorificentissimè & æquitate tua, & prudentia, repentè præter spem dixit; se Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum. Plaut. *Menach. sc. 2. a. 5.* Cur filia sic repentè expetit vt ad se irem. Idem *Milit. sc. 2. a. 2.* Abripuit repente sese subitò. Idem *Amphitr.* Anguineo repentè hostes peperit seminio. (sup. Cadmus.) ¶ Quidam à Repo, is, deriuant per antiphrasim: sed non videtur verum, quòd repentè primam correptam habeat: sed magis à repens, cuius prima similiter corripitur. Ouid. *in Fastis*, Bina repens oculis occulit ora meis.

Rĕpēntīnŭs, a, um, Subitus, repens, improuisus: vt, Mors repentina, Bellum repentinum. { מהיר *mahir.* ἀφνίδιος. Gall. *Soudain, qui vient soudainement.* Ital. & Hisp. *Subito, presto.* Germ. Schnell / gächling / vrplötzlich. Ang. *Suddaine, vnlooked for.* } Cic. *ad Dolabell. lib. 19.* Oppressus est enim bello repentino. Idem 1. *Offic.* Leuiora sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quę meditata, & præparata inferuntur.

‖ Repentinior, ἀφνιδιώτερος. Apul. *lib. de Mundo*: Nimbus autem quanto repentinior, tanto vehementior. ‖

Repentinò, aduerbium, Repentè. ἀφνίδιον, ἐξαίφνης. Cicero. *pro Quint.* Moritur in Gallia Quintius, quum adesset Næuius, & moritur repentinò. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 1.* Repentè exortus sum, repentinò occidi.

Rĕpēnso, as, Rependero, retribuo, compenso, frequentatiuum verbi Rependo. { השיב *heschib* שלם *schillém.* ἀντισταθμίζω, ἀντιμείβομαι. Gall. *Recompenser.* Ital. *Riponderare, ricompensare.* Germ. Widergelten / widerersätzen / wider vergleichen. Hisp. *Repensar, recompensar.* Ang. *To recompense.* } Lactantius, Nam qui violauerit impiè humilem, sentiet in potestate vltorem, eáque omnia quæ legunt & non intelligunt, repensante Deo patientur. Colum. *lib. 3. c. 2.* Id tamen incommodum, repensant vuarum multitudine. Velleius, Repensare bonis mala.

Rĕpĕrcŭtĭo, is, Percutientem vicissim ferio, & per translationem reflo. { ἀντικόπτω, ἀνακρούω. Gal. *Refrapper, releuer, rebattre.* Ital. *Ripercuotere, difendersi, ribattere.* Germ. Widerschlagen. Hisp. *Tornar à herir, defenderse.* Angl. *To stricke againe, to beate back* } Plin. *Epist. 95* Ita est aliquid, quòd huius fontis excursum per momenta repercutiat. Repercussum lumen quod *reuerberatum* vulgò vocant. Virg. 8. *Æneid.*

Sicut aqua tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole repercussum, &c

¶ Repercutere alicuius dicta, est refellere. Quintil. Eleuare aut repercutere dicta aduersarij. Idem, Lacessere vel repercutere. Repercutere fascinationes est discutere. Plin. *lib. 28. cap. 4.* Hominum verò in primis ieiunam saliuam contra serpentes præsidio esse, docuimus. Sed & alios efficaces eius vsus recognoscat vita. Despuimus comitiales morbos, hoc est, contagia regerimus. Simili modo & fascinationes repercutimus, dextræque claudicatis occursum. id est, medemur fascinationibus, A Repercutio fit particip. pass. Repercussus. Ouid. 1. *Met.*

——*positaque ex ordine gemmæ*
Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.

Liu. 1. *bell. Pun.* Equi maximè infestum agmen faciebant, qui & clamoribus dissonis quos nemora etiam repercussæque valles augebant, territi trepidabant.

Rĕpĕrcŭssĭo, & Repercussus, huius repercussus, actus ipse repercutiendi. { ἀντιτυπία, ἀντανάκλασις. Gal. *Refrappement, reuerberation, rebattemẽt.* Ital. *Ridattimento, repercossa.* Germ. Widerschlagung / widergeltung. Hisp. *Obra de tornar à herir.* Ang. *A striking againe or beating back.* } Repercussus Solis quæ vulgò *reuerberatio* dicitur. Plin. *lib. 13.* Aut Solis repercussu talem reddi colorem existimantes. Idem *Epist. 282.* Nec in flumen, sed in ipsum mare emittere, repercussus maris seruabit, & reprimet quicquid è lacu veniet.

Rĕpĕrĭo, is, reperi, vel repperi, apud poëtas, per duplex pp, ex re & pario, Deprehendo, inuenio, compertum habeo. { מצא *matsá.* εὑρίσκω. Gall. *Trouuer.* Ital. *Trouare.* Ger. Ohn geferd finden. Hisp. *Hallar.* Angl. *To finde by aduenture.* } Propriè reperire fortunæ est, inuenire consilij. Ouid. *lib. 1. Metam.*

——*Tu non inuenta reperta es*

Ausonius vno disticho primam huius præteriti & productam & correptam protulit:

Atqui condiderat, post quam non repperit aurum,
Aptauit collo, quem reperit laqueum.

¶ Aliquando tamen reperire consilij est, non fortunæ. Plaut. *Cistell.* Requirens seruus reperit, &c. Terent. *in Phorm*, Sed vbi Antiphonem reperiam? aut qua quærere insistam via? Promiscuè autem vtrumque vsurpari palam est. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.* Argenti numum reperire non queo. Idem *sc. 1. a. 1.* dixit, Inuenire. Idem. *Aul. sc. 2. a. 4.* perscrutabor si inueniam, sed si reperero. Idem *Capt. sc. 4. a. 3.* Hoc si secus reperies, causam non dico. *Ibid. sc. 4. a. 3.* Tu repertus (es) qui Philocratem superes veriuerbio. (i. extitisti.) Mox, Tu inuentus. Idem *Aulul. sc. 3. a. 1.* Nulla muta reperta mulier, &c. ¶ Reperire item dicimus id quod palam & apertè deprehendimus. Plaut. *in Persa*, Repertus es ingratus, id est, palàm compertus es esse ingratus. Sic. Cicero *in Catone*, Reperio eum venisse Tarentum, id est, compertum habeo. Cæsar, Reperiebamus id confectum bello. (id est, cognoscebamus.) Dicimus autem Latinè Reperire auxilium alicui rei, reperire consilium. Reperire causam, id est, inuenire rationem quapropter aliquid fieri, aut minus fieri debeat. Reperirè occasionem, rationes, viam, exitum, aliquid noui, medicinam alicui rei, malefacta alcuius, negotium in aliqua re, parentes, gloriam armis.

‖ Repertissimus, vt compertissimus. Apul. ‖

Rĕpertĭtĭus, a, um, adiectiuum, quod repertum est. { מצוא *matsú.* εὑρετός, εὑρεθείς. Gall. *Trouué.* Ital. *Trouato.* Germ. Das vngeferd gefunden ist. Hisp. *Hallado.* Angl. *That is found.* } Salustius *in Cicer.* Repertitius, ascitus, & paulò antè insitus huic vrbi ciuis: quò tamen in loco emendatiores codices scripti *irreptitius* legendum ostendunt.

Rĕpertŏrĭum, ij. Inuentarium, index, apographa, seu commentarius particulatim rerum recensitarum descriptionem continens. Vulgus, *Inuentarium* vocat. { מדרש *midrásch.* ἀπογραφή. Gall. *Inuentaire, table, repertoire.* Ital. *Inuentario, indice, tauola.* Germ. Ein register. Hisp. *Inuentario de los bienes, tabla del libro que muestra la materia.* Angl. *An inuentorie, a register, the table of a booke.* } Vlpian. *l. 6. ff. de admin. & petit. tut.* Tutor qui repertorium non fecit, quod vulgò *Inuentarium* appellatur, dolo fecisse videtur.

Rĕpertŏr, is, inuentor. { מוצא *motsé.* ὁ εὑρετής, ὁ ἐφευρετής. Gal. *Trouueur, inuenteur.* Ital. *Trouatore, inuentore.* Germ. Ein erfinder. Hisp. *Hallador.* Angl. *A finder.* } Qui reperit. Ouid. 3. *de Fast.* Doctrinarum repertores. Idem 2. *de Fast.* Templorum positor, templorum sanctè repertor. Lucret. *lib. 3.* Legum repertores. Quint. *lib. 2. cap. 16.* Opis medicæ repertor Phœbus. Ouid. 1. *de remed.*

Repertum, inuentum.

Rĕpĕto, is, Iterum peto, & id quod meum est exigo, reposco. { ἀπαιτέω. Gal. *Repeter, redemander.* Ital. *Ridemandare.* Germ. Wider häyschen / widerumb begären. Hisp. *Tornar à pedir.* Angl. *To aske againe, to aske oftem, to beginne againe.* { *Lib. 2. ad Herennium*, Id quod argentario obtulerit expensum, à socio eius rectè repetere possis. Terent. *in Eunucho*, Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quicquam pretij. Interdum repetere est sæpiùs, vel instanter petere. Cic. *Cæs.* Repetenti negare non potui. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.* Suum repetunt, alienum reddunt nemini. Ouid. *Eleg. 1. lib. 1. Trist.*

Protinus admonitus, repetat mea carmina lector.

¶ Repetere aliquem reorum, pro reuocare. Suet. *in Aug. cap. 32.* ¶ Pro rursus ferire, iterum percutere, vnde vox coniuratorum apud eundem *in Calig. cap. 58.* Repete. i. rursus feri. Repetere enim, vt autor est Quintilian. verbum gladiatorum est. Interdum reiterare, resumere. { שנן *schinnén.* ἀναλαμβάνω. } Sueton. *in Calig. cap. 45.* Repetere cœnam. Gal. *Se remettre à soupper tout de noueeau.* Adi dictionem sequentem, *Repetita cœna*, &c. Cic. *de Orat.* Repetam ab incunabulis nostræ veteris, puerilisque doctrinæ quendam ordinem præceptorum. Idem *lib. 1. de nat. deor.* Quamobrem Vellei, nisi molestum est, repete quæ cœperas. Senec *c. 1. de cons. ad Mart.* Repetunt volatus suos aues. *Ibidem cap. 11.* Repeti casibus, & morbis quasi vulneribus, &c. ¶ Repetere pœnas ab aliquo, est debitum, meritúmque supplicium de eo sumere. Cicero. *pro Sext. Rosc.* Furiæ quæ parentum pœnas à consceleratis filiis repetunt. Cæsar. *Com. lib. 1.* Bello Heluetiorum confecto, totius ferè Galliæ legati principes ciuitatum ad Cæsarem congratulatum venerunt, intelligere sese tametsi pro veteribus Heluetiorum iniuriis populus Romanus ab his pœnas repetisset, tamen eam rem non minus ex vsu terræ Galliæ, quam populi Romani accidisse. Repetere reum est absolutione facta rursus eiusdem criminis postulare. *l. 12. & l. pen. D. Turpillia.* ¶ Interdum reuoluere, siue volutare, siue recordari: idque interdum cum ablatiuo memoria. ἀναλογίζομαι. Cic. *in Orat.* Cogitanti mihi sæpenumero, & memoria vetera repetenti. ¶ Repetere ex antiquitate ignominiarum, & animaduersionum genera. Sueton. *in Tiber. cap. 19.* ¶ Nonnunquam & sine illo, saltem expresso. Liu. *lib. 6. bell. Pun.* Age contrà quæ illi infestè in nos fecerunt, repetite. ¶ Interdum significat redire. { שב *schab.* ἐπανιέναι. Gal. *Retourner.* Ital. *Ritornare.* Germ. Widerumbhin kommen / widerkehren. Hisp. *Tornar a algun lugar.* } Virg. *Eclog. 7.*

Quum primùm pasti repetent præsepia tauri.

Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Quippe vera fuga, qui simulantes paulò antè secuti erant, oppidum repetebant. Senec. *epist.* 86. (*aliàs* 87.) Cum Baiis deberem Neapolim repetere. Suet. *in Aug. c.* 16. Traiecto exercitu, Cùm partem reliquam copiarum continenti repeteret. (i. ad eas traiiciendas rediret.) ‖ ¶ Repetere, pro referire. Senec. 3. *de Ira.* Nam quis satis constare sibi videatur, si mulam calcibus repetat, & canem morsu? ‖

‖ Repetentia, actus repetendi, resumendi: recordatio. ‖

Rĕpĕtītŭs, part. quod repetitur, & ad quod iterum reditur. { ἀπαιτηθεὶς, ἐπιναληφθεὶς. Gall. *Repeté, redemandé, reprins.* Ital. *Ripigliato, ridomandato.* Ger. Wider begäret/wider genommen/oder wider angefangen. Hisp. *Repedido.* Ang. *Asked againe or rechearsed.* } Vt Repetita alte oratio. Cic. *lib.* 3. *de Orat.* Ouid. *epist.* 15.

Tot priùs abductis, ecqua est repetita per arma?

Idem *Attic. lib.* 14. Deinde quum somno repetito simul cum sole experrectus essem, datur mihi epistola à sororis tuæ filio Quintilian. Repetito vulnere orbitatis. Idem, Velut rebus repetitis, abducat (philosophiam) in corpus eloquentiæ. Suet. *in Tib. c.* 19. Animaduersionum & ignominiarum generibus ex antiquitate repetitis disciplinam acerrimè exegit. ¶ Repetita cœna renunciante coactum agmen, sicut erant, lo ricatos ad discumbendum adhortatus est. Idem *in Calig. c.* 45. (i. reiterata, resumpta, denuò instaurata. Repetita consuetudo & institutum dicitur, hoc est, longo interuallo relata id est, (vt clariùs dicam.) A longissimis retrorsum temporibus petita. Cic. 1. *Verr* Neque enim magis animos hominum nocentium res vnquam vlla commouit, quàm hæc maiorum consuetudo longo interuallo repetita atque relata. Hæc Budæus. ¶ Repetita die, Locutio à Iurisconsultis vsurpata pro eo quod antidatam appellant. Vlpian. *de fide instru.* Repetita quidem die cautionem interponi non debuisse. id est, die retrorsus ementita. Vbi dies pro tempore intelligi debet, quum fœminino genere sit positum, vt in illa locutione, Annua, bima, trima die. ex eodem Budæo. ¶ Repetita emptio dicitur retrorsum petita: vt si re vendita & pretio soluto conueniat inter contrahentes, vt discedatur ab ea venditione, & consistat secunda, quasi alia non præcesserit. Certè ex quo res non est integra (quia pretium solutum non est) non potest consistere illa posterior venditio, sed prior censetur repetita: & sic disceditur à secunda, & recurritur ad priorem. Pompon. *in l.* 2. *de rescind. vend.*

Rĕpĕtītor, qui repetit. { ἀπαιτητής. Gall. *Redemandeur.* Ital. *Ridemandatore.* Germ. Wider heuscher oder forderer. Hisp. *Repedidor.* Ang. *An asker againe.* } Ouid. *Epist.* 8.

Sic socer exemplo nupta repetitor adempta,
Cui ipsa militiæ causa puella fuit.

Rĕpĕtītĭo, nis, Rei meæ, vel à me profectæ exactio. ἀπαίτησις. ¶ Aliquando idem quod resumptio. { ἀνάληψις, παλίληψις. Gal. *Repetition, redite.* Ital. *Replica, repetizione.* Germ. Widerâferung/wider zuhanden nemmung. Hisp. *Obra, de pedir ò dezir otra vez.* Angl. *A repeating or rehearsing.* } Cic. 3. *de Orat.* Et eiusdem verbi crebra tum à primo repetitio, tum in extremum conuersio.

Rĕpĕtūndæ, arum, simpliciter, vel coniunctim pecuniæ repetundæ, dicuntur quicquid à sociis, & prouincialibus per magistratus contra leges exactum acceptúmve est, à repetendo ita dictæ, quòd iudicio Romæ repeterent, & domum suam reportarent. id quod sociis Legibus fuit concessum. Prima repetundarum lex, à L Pisone, cognomento Frugi, lata fuit, deinde quum temporis tractu propemodum exoleuisset, à D. Iulio relata. Hac cauebatur, nequis cum potestate in prouinciam missus, pecuniam vllam à prouincialibus aliúsve acciperet, præterquam à personis sanguine sibi coniunctis. Item vt vrbani magistratus ab omni sorde se abstinerent, néve plus domi munerísve in anno acciperent, quàm quod esset autorum centum. Martian. *l.* 1. *ad legem Iuliam repetund.* Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias quas quis in magistratus potestate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, ministerióve publico cepit. ¶ Hac item lege plectebantur qui ob rem iudicandam, aut non iudicandam: ob denuntiandum, vel non denuntiandum testimonium pecuniam accepissent. Præcipuè tamen (vt docet Cic. *in Verrem*) tota lex repetundarum, sociorum causa lata fuit: nam siquid eius generis in vrbe accidisset, priuatis magis iudiciis repetebatur. ¶ Huius autem nominis soli genitiuus, & datiuus plurales sunt in vsu. Dicimus enim accusare quempiam repetundarum, vel de pecuniis repetendis: quòd Plutarchus ita effert, κρίνειν ἐπὶ κακώσεως ἐπαρχίας. Cic. *pro Cluent.* Clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri. Exercere iudicium de pecuniis repetundis, apud eundem *de clar. Orat.* Quintilian. In pecuniis repetundis inest & furtum. Velleius, Repetundarum ex Macedonia damnatum.

Rĕpĭgnĕro, as, pignus recipio soluto pretio, pignus luo, pecuniam ob quam pignus datum erat soluo. { ἀντενεχυράζω, ἀναῤῥύομαι. Gall. *Desgager vn gage.* Ital. *Riscuotere il pegno.* Germ. Ein pfand wider lösen. Hisp. *Desempeñar lo empeñado, recebir la prenda.* Angl. *To paye againe that is borrowed, to fetche home a gage or pledge.* } Iureconsultus *tit. commodati. l. nunc videndum*, Non repigneras, vt mihi reddas.

Rĕplaudo, is, Plausum reddo, siue repercutio. ἀντικροτέω.

Rĕplĕo, es, Impleo. { מלא *malé.* ἀναπλήθω, ἀναπληρῶ. Gal. *Remplir.* Ital. *Riempiere.* Germ. Erfüllen. Hisp. *Mucho hinchir.* Ang. *To fill.* } Virg. 2. *Æneid.* Talia vociferans gemitu tectum omne replebat. Ouid. 1. *Metam.*

Littora voce replet sub vtroque iacentia Phœbo.

Rĕplētŭs, a, um, participium. { מלא *malé.* ἀναπληρωθεὶς. Gal. *Plein.* Ital. *Pieno.* Ger. Erfüllet. Hisp *Lleno.* Ang. *Filled.* } Ouid. 9. *Met.*

Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum
Sacrarunt, diuésque meo bona Copia cornu est.

Suet. *in Aug. c.* 89. Eruditione varia repletus, &c.

Rĕplĭco, as, quod plicatum erat explico, & plicas resoluo. { פשט *paschát.* ἀναλύω, ἀναπλόω. Gall. *Desployer.* Ital. *Spiegare.* Germ. Auffwicklen/entwirren/vnd aufflösen. Hisp. *Desplegar.* Angl. *To open out that which was folded.* } Plautus, Replica tricam & extende. ¶ Interdum idem quod plico. Plin. *lib.* 17. *c.* 14. Ne luxetur, dum deprimitur, neve cortex replicetur in rugas. ¶ Interdum retrorsum plico, replico. { גלל *ghál* גלל *ghalál.* ἀνακυλίω. Gal. *Replier.* Ital. *Replicare.*

Ger. Vmbhin biegen/hindersich krümmen. Hisp. *Tornar à plegar.* } Plin. *lib.* 34. *c.* 8. Menæchmi vitulus genu premitur replicata ceruice. Sic etiam ferri aciem replicari dicimus quum ob temperaturæ mollitiem reflectitur. Senec. *de benef. lib.* 1. *c.* 4. Cuius acumen nimis tenue retunditur, & in se replicatur. ¶ Interdum idem quod reuoluo. Cic. *pro Sylla.* Si quæris, qui sint Romæ regnum occupare conati: vt ne replices annalium memoriam, ex domesticis imaginibus inuenies. Idem 3. *de legib.* Nam licet videre si velis replicare memoriam temporum, qualescunque summi ciuitatis viri fuerint, talem ciuitatem fuisse. ¶ Nonnunquam eadem sæpiùs inculco. Plin. *in Epist.* Quæ quum ille sæpiùs replicasset, tandem persuasit.

Replicatus, a, um, Suetonius *cap.* 95. *in August.* Replicata intrinsecus iecinora.

Replĭctŭs, replicatus. Stat. 4. *Syl.* 9.

Non ellychnia sicca, non replicta
Bulborum tunicæ, nec oua tantùm.

Rĕplĭcātĭo, nis, Conuersio. { ἀνάπτυξις, ἀναπλοκή. Gal. *Replique, repliquement.* Ital. & Hisp. *Replica.* Germ. Vmbtrehung/vmbwendung. Ang. *An opening out of that which was folded.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Modò alium quendam præficit mundo: eique eas partes tribuit, vt replicatione quadam mundi motum regat. ¶ Replicatio item vox Iureconsultis frequens, ad eas allegationes pertinens, quæ intentionem sustentant aduersum exceptionis iniquitatem: de quibus tractatus est *lib.* 4. *Instit. Iustiniani.*

Replicatiuè (seu per replicationem) in loco esse, quibusdam est, animum esse in loco corpore totum, & rursus in manu, corde, pede totum.

Replicatus, ἀναδίπλωσις. Gloss. Philox. id est, reduplicatio.

‖ Replum operimentum quoddam: species mulieris. Gloss. vet. ‖

Rĕplŭmbo, as, quod plumbo ferruminatum erat dissoluo & reuello: vel à plumbo separo. { ἀπομολυβδόω. Gall. *Dessoulder.* Ital. *Dispiombare.* Germ Das mitt bley vergossen oder verlötet war aufflösen/oder von bley schneiden. Hisp. *Quitar el plomo de la soldadura.* Ang. *To dissolue that which was soulded with lead.* } Vlpian. *l. quum aurum. ff. de auro & argento legat.* Si centum pondo argenti fuerint relicta, an replumbari debeant, vt sic appendantur? Proculus & Celsus aiunt exempto plumbo appendi debere. Nam & emptoribus replumbatæ assignantur. ¶ Aliquando tamen & generaliùs accipitur pro eo quod est quanuis ferruminationem dissoluere, etiam si plumbo glutinata non sit, sed aut chrysocolla, aut alio quouis genere ferruminis. Paul. *l. pediculis. eod. tit.* Aurea emblemata, quæ in lapidibus, apsidibúsque argenteis essent, & replumbari possent, deberi Gellius ait.

Repluo Gloss. Isid. Repluentibus, exabundantibus. Papias, Repluit, abundat. An *refluit?* Repluere propriè iterum pluere: quod dum fit, abundantia existit.

Rĕpo, is, psi, Serpo. { רמש *ramas* זחל *zachál.* ἕρπω. Gal. *Ramper, grimper, grauir, se trainer.* Ital. *Rampare, rampegare, andar carpioni.* Ger. Kriechen. Hisp. *Gatear po el suelo, andar gateando y no surtiendo.* Ang. *To creep, & to runne in as rootes do in the ground.* } Propriè dicitur de animalibus quæ pedibus carét, & ventre gradiuntur vt sunt vermes, quæ inde repitilia dicuntur. ἑρπετά. Quanuis & ea quæ paruos pedes habent, repere dicuntur, vt sunt lacertæ, & similia. Plaut. *in Amph.* Quũ Veneris filia angues repsisse tellus Epirotica vidit. Lucan. *lib.* 3. Sed per iter longum causa repsere latenti. ¶ Transfertur etiam ad radices, quæ & ipsæ repere dicuntur quum sese propagant, & diffundunt. Colum. *lib.* 8, Spatium autem radicibus quà repant, lapides præbent. Idem *de Arboribus*, Ne antequam inualuerit, in altitudinem repat. ‖ Bonauentura *in* 4. *sentent. dist.* 15. Animalia se mouent ad anteriora,

I. *Impellendo* se ad interiora { *pedibus*. vt gressilia, *alis*, vt aues.

II. *Rependo*, seu trahendo se antrorsum, vi { *oris*, vt vermes. *costarum*, & ventris, vt serpentes. *pinnarum*, vt pisces. *pedum*, seu breuiorum, vt lacertæ, stelliones, &c.

Significat ergo *repere*, humi se mouere in ventre. Etiam in aquis, vt piscis. Paulatim, seu pedetentim gradientem accedere, Gradi. Spargi instar repentis, vt *radices* serpunt per humum; & vinea per altitudinem repere dicitur. ‖

Rĕpēns, participium. { רמש *romés* זחל *zochél.* ἕρπων, ἑρπύζων. Gall. *Se trainant, rampant, grimpant.* Ital. *Chi si trahe, rampegante.* Germ. Kriechend. Hisp. *Que gatea por el suelo.* Angl. *Creeping.* } Plin. *lib.* 16. *c* 34. Repens humi. ¶ Est & Repens nomen, idem significans quod repentinus, seu subitarius. αἰφνίδιος. Verùm hoc priorem syllabam corripit, quum repens participium eandem producat. Sed de hoc suprà satis multa suo loco.

Rĕptītĭŭs, a, um, quod clanculum irrepit. { ἠρέμα καὶ λάθρᾳ ὑπεισδυόμενος παρεισπεσὼν. Ang. *That creepeth in priuely.* } Salust. *in Cic.* vbi M. Tullius leges, iudicia populi Romani, defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quasi vnus reliquus ex familia viri clarissimi Scipionis Africani, ac non reptitius, ascitus, ac paulò antè insitus huic vrbi ciuis. Sic enim habent vulgata exemplaria. In aliis tamen scriptis codicibus irreptitius legitur, in quibusdam etiã repetitius: quorum vtrumuis malim quàm reptitius: quod doctæ aures omnino respuunt.

Rĕpto, as, frequentatiuum à repo, Sæpe, seu continuè repo. { ἑρπύζω. Gal. *Se trainer souuent sur le ventre.* Ital. *Rampare spesso.* Germ. Kriechen eins kriechens. Hisp. *Gatear à menudo.* Ang. *To creep much, to go softly lik a snaile.* } Claud. 2. *in Eutrop.*

——cunctantia pronus
Per vada reptabat cœno subnixa tenaci

Lucr. *lib.* 2.

Nam sæpe in colli tondentes pabula læta
Lanigeræ reptant pecudes.

Reptare ad consolandum aliquem, siue ad obliganda vulnera, dixit Seneca *c.* 1. *de consol. ad Helu.* ¶ Reptare item dicimus eum qui segniter, & quasi testudineo passu incedit: quales sunt qui in hortis, aut vinetis spatiantur. Horat. 1. *Epist.* 4.

An tacitum syluas inter reptare salubres.

Plin. *Epist vlt. lib.* 1. Scholasticis porrò dominis, vt hic est, sufficit abundè tantum soli, vt releuare caput, reficere oculos, reptare per limitem, vna semita terras, omnésque viticulas suas nosse, & numerare arbuscu-las possint. Cum accusatiuo solo, Tacit. *lib.* 4. Et adhuc reptabat Africa Tacfarinas. Plaut. *Merc.* Iacent beneuolentes odiosi, humum mordent, caput reptant, Fremunt perstrepúntque. Reptabundus, Senec. *cap.* 28. *de vita beata*, Sed quam (vitam) agendam scio; quo minus virtutem adorem, & ex interuallo ingenti reptabundus sequar,

Rĕptātŭs, participium, ἑρπυσθείς. Stat. 5. *Theb.*

Et Nemees reptatus ager.

Reptatus, us, ui, Ipse reptandi actus. {ἑρπυσμός. GALL. *Rampement coulement, & glissement sur le ventre.* ITAL. *Rampamento, esso traherssi su'l ventre.* GERM. Kriechung/ schleichung. HISP. *Aquella obra de gatear.* ANG. *A creeping, or going softely.*} Plin. *lib.* 14. *c.* 1. Eædem modici hominis altitudine adminiculatæ sudibus hærent, vineámque faciunt: & aliæ improbo reptatu, pampinorúmque superfluitate peritia domini amplo discursu atria media complentes.

Rĕptīlĕ, is, quicquid repit, hoc est, sine pedibus progreditur, aut quod pedes habet adeò exiguos, vt eis carere videatur. {רמש *remés.* ἑρπετόν. GALL. *Qui rampe & se traine sur le ventre.* ITAL. *Ciò che rampega.* GERM. Ein jedes thier das da kreucht. HISP. *Lo que gatea.* ANGL. *VVhat soeuer creepeth.*}

Reptabundus, a, um, adiect. Seneca *de vita beata*, Ex ingenti interuallo reptabundus.

Repofocilium, id quod tegit ignem in nocte; vel quod retro ponitur, quasi cilium foci, super quod à posteriore parte foci ligna ponuntur, quod vulgò *lar* dicitur, & dicitur à repono, focus & cilium. Vet. Vocab. An potiùs, quòd replum foci, id est, operimentum *l* extrito, sonoritatis causâ. Scribunt etiam *repocilium.*

Rĕpŏlĭo, is, ire Rursus polio, interpolio, repurgo. {ἀναξέω, ἀνασκά ζω. GALL. *Repolir.* ITAL. *Ripollire.* GERM. Widerumb außpolieren / oder außbutzen / woll außseuberen. HISP. *Tornar à polir y afeitar.* ANGL. *To polish and trimme againe.*} Colum. *lib.* 2. *cap.* 21. Pura deinde frumenta, si in annos recondantur, repurgari debent. Nam quanto sunt expolitiora, minus à curculionibus exeduntur: sin protinus vsui destinantur nihil attinet repoliri, satísque est in vmbra refrigerari, & ita granario inferri.

Rĕpōno, is, Rursus, pono, retro pono, recondo, reseruo: abundanter colligo, aggero: reddo, reuoco, reprimo, cohibeo. {שם *sam* נתן *nathán.* ἀναθημι. GALL. *Remettre, poser derechef, mettre pour garder.* ITAL. *Riporre.* GERM. Wider vmbhin setzen/oder legen. HISP. *Guardar en lugar.* ANGL. *To put againe, to requite tho lik, to lay vp to keep.*} Cic. *pro Sest.* Hunc Pompeius erexit, atque insigne regium quod de capite suo abiecerat, reposuit. Virg. 3. *Æneid.*

——*arisque reponimus ignem.* id est, instauramus ignem.

Martial. *lib.* 2,

Vllus si pudor est, repone cœnam.

id est, rursus appone. Vnde reponere fabulas, & scripta poëtæ dicuntur, quum secundo ea in scenam afferunt. Solebant enim (vt inquit Porphyrio) qui ludis apud veteres præerant, scriptores quum primùm in scenam prodirent, benignè excipere: vt si fortè non rectè egissent, iterum ad scribendum audientium benignitate allicerentur. Vide Horat. *in Arte,*

Fabula quæ posci vult, & spectata reponi.

id est, semel, atque iterum spectari, & denuò agi. ¶ Senec *cap.* 2. *de consol. ad Mart.* Reponere animum in sedem suam. ¶ Reponere capillum, Quintilianus. ¶ Quandoque reponere, est recondere. {אצר *atsar* צפן *tsaphán.* ἀποτίθεσθαι, ταμιεύειν.} Col. *lib.* 12. *c.* 45 Vnumquodque genus separatim propriis arculis reponatur. Cic. 2. *de nat. deor.* Scientia condendi ac reponendi fructus. Quintil. Reponere in hiemem alimenta. Idem, Reponantur scripta in aliquod tempus. (i. recondantur.) Idem, Reponuntur excidentes in memoriam vnius verbi admonitione (i. reducuntur.) ¶ Animo vel mente reponere, est memoriæ imprimere, & veluti in intimo pectore recondere. Virg. 1. *Æneid.*

——*manet alta mente repostum*

Iudicium Paridis.

¶ Quandoque idem quod ponere seu collocare. Cic. *pro Sestio*, Quos equidem in deorum immortalium numero ac cœtu repono. Idem 1. *de nat. deor.* Quo quid absurdius, quàm aut res sordidas, atque deformes deorum honore afficere, aut homines iam morte defunctos, reponere in deos? Idem *de opt. gen. Orat.* Tamen hunc in numero non repono. Idem *Quint. fratri*, Virtutes tuas in numero deorum repositas vides. Lucret *lib.* 4.

Et bona sæpe valetudo quum dicitur esse.

Corporis, & non est tamen hæc pars vlla valentis,

Sic animi sensum non certa parte reponunt.

¶ Quandoque reddo, vel restituo. {השיב *heschib* שלם *schillém* השלים *hischlim.* ἀποκαθίστημι, ἀποδίδωμι.} Plaut. *in Pers.* Des mihi nummos sexcentos, quos pro capite illius pendam, quos continuò tibi reponam in hoc triduo, aut quatriduo. ¶ Reponi (inquit Senec. *ad Lucil.*) dicitur illud, quod creditori debemus. Virg. 2. *Georg.*

Et quantum longis carpent armenta diebus,

Exigua tantùm gelidus ros nocte reponet.

Id est, instaurabit resarciet, restituet. ¶ Reponere gratiam, id est, referre, & beneficium beneficio compensare. {השיב *heschib* שלם *schillém* השלים *hischlim.* ἀντιχαρίζεσθαι.} Senec. *epist.* 81. Reponere beneficium dixit, de ære alieno. ¶ Reponere poma in vetustatem, est ad eum finem reponere, vt diu incorrupta seruentur. Colum. *lib.* 12. *cap.* 44. Omne autem pomum, quod in vetustatem reponitur, cum pediculis suis legendum est. ¶ Reponere in coronamenta, est in eum vsum reponere, vt quum opus sit, coronamentis addatur, Plin. *lib.* 22. *c.* 21. de anthemide herba, in macro solo, aut iuxta semitas colligitur vere, & in coronamenta reponitur. Reponere item aliquid dicuntur scriptores, quum argumentum ab iis tractatum retractant. Horat. *in Arte*, Scriptor honoratum si fortè reponis Achillem. id est, si de Achille aliquid scribendum susceperis post Homerum, qui primus mores eius depinxit, gestáque celebrauit. ¶ Reponere se in obligationem, id est, secundò obligari. *D. lib.* 4. *tit.* 2. *l.* 10. Illud verum est, si ex facto debitoris metum adhibentis fideiussores acceptilatione liberati sunt: etiam aduersus fideiussores agi posse vt se reponant in obligationem. ¶ Reponere aliquid alicui, est vicissim illud obiicere, replicare, recriminari. Cic. *ad Lent.* Ne tibi idem reponam quum veneris.

Rĕpŏsĭtŭs, a, um, Iterum positus. {נאצר *neetsár.* ἀποτεθείς, συναποτεθείς. GAL. *Remis, serré & gardé.* ITAL. *Riposto.* GER. Wider dargesetzt. HISP. *Repuesto.* ANG. *Put againe, layed vp to keep.*} Quint. *lib.* 2. *cap.* 4. Necesse est iis, quum eadem pluribus iudiciis dicunt, fastidium vt moueant, vt repositi & frigidi cibi. id est, rursum appositi mensæ. Idem, Acquisita facultas (dicendi sup.) & quasi reposita, Gell. *c.* 19. *lib.* 7. Repositum hoc est in exemplis. Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Helu.* Repositi ad ocium mores: suprà, seductum vitæ genus, &c. ¶ Legitur & repostus per syncopen. Virg. 3. *Georg.*

——*atqui non Massica Bacchi*

Munera, non illis epulæ nocuere reposta.

Idem 3. *Æneid.*

——*& cuncti suaserunt numine diui*

Italiam petere, & terras tentare repostas.

id est, longè positas, inquit Seruius.

Rĕpŏsĭtōrĭum, ij, Vas in quo reliquiæ ciborum, & mensæ instrumenta reconduntur, siue ex corio sit, siue ex alia materia. {אוצר *otsar.* θήκη. GALL. *Repositoire, buffet ou dressoir, boëtte.* ITAL. *Repositorio.* GERM. Kensterlin/ein behalt. HISP. *Lugar donde algo se guarda.* ANGL. *Any place whhere thinges ar layed vp to keep*} Plin. *lib.* 28. *c.* 2. Bibente conuiua, mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum habetur. Idem *lib.* 9. *c.* 21. Testudinum putamina secare in laminas, lectósque, & repositoria his vestire, Carbilius Pollio instituit ¶ Quid sit repositorium vide apud Senecam *epist.* 79.

Rĕpōrto, as, Refero, reueho. {השיב *heschib* הביא *hebia.* ἀνακομίζω. GAL. *Rapporter, ramener.* ITAL. *Riportare.* GERM. Widerumb tragen. HISP. *Traer ò lleuar, coger lo derramado.* ANG. *To bring or carie againe or back.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——*aut atra massam picis vrbe reportat.*

Colum. *lib.* 7. *cap.* 1. Qui pleraque vtensilia & vehere in vrbem, & reportare dorso vel collo potest commodè. ¶ Reportare aliquid ad aures alicuius. Virg. 7. *Æneid.*

Quum prouectus equo, longæui regis ad aures

Nuntius ingentes ignota in veste reportat

Aduenisse viros.

¶ Reportare laudem ex hostibus Cic. 3. *de legibus*, Nihil enim præter laudem bonis atque innocentibus, neque ex hostibus, neque à sociis reportandum.

Rĕpōsco, cis, Repeto, hoc est peto ab aliquo quod mihi debet, vel quod à me accipit. {בקש *bekkésch* דרש *darásch* בעה *baháh.* ἀπαιτεῖν, ἀπαιτέω. GAL. *Redemander.* ITAL. *Adimandare in dietro.* GERM. Widerbegären/wider forderen. HISP. *Tornar à demandar, ò demandar atras.* ANGL. *To ask againe.*} Plaut. *in Aul. sc.* 6. *a.* 4. Aulam auri, inquam te reposco, quàm tu confessus mihi, Te abstulisse. Virg. 7. *Æneid.*

——*Parthósque reposcere signa.*

Terent. *in Adelph.* —nam ambos curare, propemodum Reposcere illum est quem dedisti. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Quam tu virginem me reposcis? Ouid. 13. *Metam.*

——*viuo dederam* (sup. arma) *post fata reposco.*

¶ Reposcere ad supplicium, & ad pœnas, pro simplici poscere. Virg. 8. *Æneid.*

Regem ad supplicium præsenti Marte reposcunt.

Idem 2. *Æneid.*

Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent

Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt.

Reposcit causa, id est, exigit. Vlp. *in l. eos ff. ad legem Iul. maiest.*

Rĕpŏsĭtōrĭum, vide *Repono.*

Rĕpōtĭa, orum dicta quum postridie nuptiarum apud nouum maritum cœnatur, quòd quasi reficiatur potatio. {τὰ ἐπαύλια, μεθ᾽ ἑορτῆς ἡμέρα. GAL. *Le banquet qu'on fait le lendemain des nopces.* ITAL. *Comiti, han chetti di nozze*, GERM. Maalzeiten/oder nachtmäler so man an dem nachtag einer hochzeit haltet. HISP. *La tornaboda.* ANGL. *Banketting of folkes newweelded.*} Horat. 2. *Serm. satyr.* 2.

Ille repotia, natales aliósue dierum

Festos albatus celebret.

Vbi Porphyrio, Repotia, inquit, dicebatur dies ille, qui nuptias statim sequitur. Acron. contrà, repotia interpretatur septimum diem, quo noua nupta redire solet ad parentes suos.

RĔPRÆSENTO, as, Rursus, præsento: præsentem sisto loco, notificatione, significatione, similitudine, vel proportione, obsignatione, finitione: præsentem infligo, exhibeo, vel præsto in genere; locum impleo, auctoritate aut vicaria potestate: ante diem soluo, antequam debeatur exhibeo. {הקריב *hikrib.* παρίστημι. GALL. *Representer, offrir.* ITAL. *Rappresentare.* GERM. Zugegen stellen/für augen stellen. HISP. *Representar contrahaziendo.* ANG *To represent, to offer.*} Colum. *lib.* 11. *cap.* 1. Itaque villicus curabit, vt iuxta reddantur: istáque non ægrè consequetur si semper se repræsentauerit. Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Mart.* Repræsentare sibi filium amissum. Gell. *c.* 18. *lib.* 15. Repræsentare pugnam. Et Sueton. *in August. cap.* 101. Repræsentari summam (sup. legatæ à se pecuniæ) voluit. Idem *in Calig. cap.* 16. Repræsentata legata Idem *in Claud. c.* 34. Repræsentare tormenta, pœnas, &c. Et *cap.* 37. *Ibidem.* Repræsentare somnij fidem. Aliquando retribuo, soluo. {השיב *heschib* שלם *schillém.*} Sueton. *in Claud. cap.* 18. Repræsentaturus pro opera dignam cuique mercedem. Idem *in Othon. cap.* 5. Omnibus dena sestertia repræsentata, quinquagena promissa (i. præ manu soluta. GAL. *Payez contant, & sur le champ, au mesme instant.*) ¶ Aliquando reddo, restituo, Cic. 5. *Philipp.* Ego corpus libenter obtulerim, si repræsentari morte mea libertas ciuitati possit. ¶ Nonnunquam refero. Columell. Repræsentant viridem saporem oliuarum. Cicero *pro Sext.* Erat eo tempore Senatus in æde Concordiæ: quod templum repræsentabat memoriam Consulatus mei. ¶ Repræsentare, est ante diem soluere.

uere. Idem *ad Attic.lib.12.* Reliquæ pecuniæ vel vsuram Silio pendemus, dum à Faberio, vel aliquo qui Faberio debet repræsentabimus. Senec. *lib. Epist. 15. cap.1.* Petis à me vt id,quod in diem suum dixeram debere differri, repræsentem. Hinc Cic. *Tironi*, Dies promissorum adest:quem etiam repræsentabo,si adueneris. Et Sueton. *in Neron.cap.44.* Pensionem repræsentare. (i. ante diem soluere.) Spectaculum repræsentare, pro rursus exhibere. Idem *in Calig.cap.58.* Ac nisi princeps gregis algere se diceret, redire ac repræsentare spectaculum voluit. (i.rursus agere.)

Rĕpræsĕntātio, verbale. { תמונה *temunáh.* ἐνάργεια. Quintil. ὑποτύπωσις, παράστασις. GALL. *Representation.* ITAL. *Rappresentatione.* GERM. Ein fürbildung / oder darstellung vnter augen. HISP. *Representamiento.* ANGL. *Representation.* } Plin. *lib. 9. cap.6.* Cuius imago nulla repræsentatione exprimi possit alia, quàm carnis immensæ dentibus truculentæ.

‖ Repræsentaneum quod repræsentat. Tertull.‖

RĔPRĔHĔNDO, is,vel per syncopen reprendo, Retraho,quasi retrò prehendo. { לקח *lakách* חפש *taphás.* ἀναλαμβάνω. GAL. *Reprendre.prendre par derriere.* ITAL. *Riprendere, ripigliare vno di parole.* GERM. Wider vmbhin ziehen. HISP. *Reprender.* ANG. *To plucke back againe, to reproue or rebuke.* } Liu. *lib.4.,d.4.* Adeò turbati erant dextræ alæ equites, peditésque vt quosdam Consul Cato manu ipse reprehenderit, verterítque in hostem. Propert.

Quàm possit nostros quisquam reprehendere cursus.

Plaut. *Mil.sc.1.a.1.* Quæ here pallio me reprehendere. Idem *Ps.sc.1.a.1.* Reprehende hominem, assequere. Suet. *in Calig. c.45.* Veluti profugos ac reprehensos in catenis reduxit. (id est, retrò prehensos.) ¶ Aliàs significat arguo, increpo. { הוכיח *hoechiáh.* ἐπιπλήττω, ἐλέγχω. } Cic.4. *Acad.* Licet, enim hæc quiuis arbitratu suo reprehendat. Idem *ad Brut.* Nihil vt in Cæsare reprehenderes, nonnulla in Hirtio Horat. 1. *Epist.19.*

Nec tua laudabis studia, aut aliena reprehendes.

Ouid. *Epist.18.*

Non sum qui soleam Paridis reprehendere factum.

Rĕprĕhēnsio, nis,verbale. { תוכחה *toechecháh.* ἐπίπληξις, ἔλεγχος. GALL. *Reprehension, reprise.* ITAL. *Riprensione.* GER. Das straffen mitt worten beschältung. HISP. *Reprehension, obra de reprehender.* ANGL. *Plucking back againe or reprouing.* } Cic. 1. *de finib.* Quamobrem differentiæ inter reprehensiones non sunt vituperandæ.

Rĕprĕhēnsor, is, Castigator, obiurgator, qui reprehendit, redaguítve. { מוכיח *mochiach.* ἐπιπληκτής, ψέκτης. GALL. *Repreneur, blasmeur.* ITAL. *Ripreditore, correttore.* GER. Ein beschälter. HISP. *Reprehendedor, corregidor.* ANG. *A rebuker, a reprocher.* } Cic.2. *de nat.deor.* Nam vt profluens amnis aut vix, aut nullo modo, conclusa autem aqua, facilè corrumpitur: sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur. ¶ Reprehensor, pro emendatore, & correctore. Cic. *pro Plancio*, Nam si ita esset, quòd patres apud maiores nostros tenere non potuerunt, vt reprenhensores essent Comitiorum, id haberent Iudices, &c.

Rĕprĕhēnso, as, frequentatiuum. { πολὺς μέμφομαι. GALL. *Reprendre souuent.* ITAL. *Riprendere souente.* GERM. Offt schälten vnd sträffen. HISP. *Reprehender à menudo.* ANGL. *To rebuke and reproue often.* } Liuius 2. *ab Vrbe*, Reprehensans singulos, obsistens obtestánsque deûm hominúmque fidem, testabatur, ne quicquam deserto præsidio eos fugere.

Repressalia, quæ & represalia, & repræsalia, ius pignorandi homines: vnde ἀνδροληψία Græcis.

RĔPRĬMO, is, ssi, ssum, Contineo, cohibeo, restingo, comprimo. { מנע *manáh* חשך *chasách.* ἴσχω, πιέζω, κατασείω. GAL. *Reprimer, retenir.* ITAL. *Reprimere, ritenere.* GERM. Hinder sich trucken/hinderhalten/ vertrucken. HISP. *Tener apretado.* ANG. *To refraine, to hold in or keep backe.* } Cic. 1. *de Leg.* Reprimam iam me, nec insequar longiùs eóque minus, quo plus pœnarum habeo, quàm petiui. Idem 1. *de fin.* Difficilem quandam temperantiam postulant in eo quod semel iam missum coërceri reprimíque non potest. Plautus *Casina*, Ita me dij bene ament, vt ego vix reprimo Labra ob istam rem, quin te deosculer voluptas mea, Terent. *in Adeph.* Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi. D. Repressi, redij: mitto maledicta omnia. Virg. 11. *Æneid.*

——stetit acer in armis

Æneas voluens oculos, dextrámque repressit.

Suet. *in Tib.cap.37.* Reges infestos suspectósque comminationibus magis & querelis, quàm vi repressit. Idem *in Calig. cap. 10.* Represso ac retento vehiculo.

Reprimentia medicamenta vocantur à Celso. *lib.3.* quæ euocantibus contraria; Græcéque dicuntur ἀποκρουστικά, quòd vel frigiditate, vel astrictoria humoris affluxum repellant.

Rĕprēssŭs,a,um participium. Profligatus, repulsus. { נמנע *nimnáh* נחשך *nechsáeh.* ἀνασταλείς, ἀναχαιτισθείς. GALL. *Reprimé, reuenu.* ITAL. *Reprenuto, ritenuto.* GERM. Hindersich getruckt. HISP. *Retenido, apretado.* ANGL. *Refrained, holden in, or keept backe.* } Cic. *pro lege Manil.* Tamen impetus hostium repressos esse intelligunt, ac retardatos.

Rĕprēssŏr, is, qui reprimit, compressor. { מנע *moneáh* חשך *choséch.* ἀνασταλών, ἐρυκτικός. GALL. *Qui reprime, reprimeur.* ITAL. *Chi reprime.* GERM. Ein vertrucker / der einem ding wehret das es nicht ausbrechen vnd sich vben möge. HISP. *Que tiene apretado.* ANGL. *A refrainer or holder in.* } Cic. *pro Sextio*, Extinctorem domestici latrocinij, repressorem cædis quotidianæ, defensorem templorum atque tectorum, &c.

RĔPRŎBO. Improbo, reiicio, abiicio contemno. { מאס *maás* געל *ghabal.* ἀποδοκιμάζω. GAL. *Reprouuer, reietter.* ITAL. *Risiutare, riprouare* GERM. Verwerffen/ nit für gut gäben. HISP. *No aprouar, reprouar.* ANG. *To disalow, to reproue to reiect.* } Cic. 4. *Acad.* Qui quum Zenonis fuisset auditor, reprobauit ea, &c. Idem *lib.1. de finib.* Confirmat autem illud vel maximè, quod ipsa natura, vt ait ille, asciscat & reprobet: id est, voluptatem, & dolorem.

Reprobatio, actio reprobationis, passio reprobati: status in quo moratur reprobatus. in specie est decretum, quod vocatur prædestinatio reproborum ad mortem, Isid. *lib.7. de summ. bono, cap.6.*

‖ Reprobatus. Scæuola *1. lib. 48. t.4. l.4.* Qui statuas imperatoris reprobatas conflauerit.

Rĕprŏbŭs,a,um. Non probus inutilis: quod tamen apud veteres non facilè inuenias. { נמאס *nimeás* נגעל *nigtál.* ἀδόκιμος. GALL. *Reprouué, reietté.* ITAL. *Riprouato.* GERM. Ein verworffner vnnutzer mensch. HISP. *Reprouado.* ANG. *VVorthie of reiection.* }

Reproces, pro asperis & difficilibus quidam legunt, apud Plin. *lib.18. c.6.* pro ibi *imbricibus* rectè legitur.

RĔPRŌMĪTTO, is, est ei qui mihi stipulanti antea aliquid promisit, nunc iam vicissim à me stipulanti promitto. Spondeo stipulanti, restipulor. { ἀντεγγυάομαι. GAL. *Promettre & s'obliger par stipulation.* ITAL. *Obligarsi per stipulatione.* GER. Hergegen verheissen. HISP. *Obligarse por promessa.* ANGL. *To bind him selfe by promise in couenant.* } Plaut. *Curc. sc.3.a.5.* Repromisit mihi, si quisquam hanc asseruisset manu, omne argentum reddere. Plaut. *Asin.* Verùm istuc argentum tamen mihi si vis denuntiare, Repromittam istoc nomine solutam rem futuram. Cic. *post red. ad Quir.* In referenda autem gratia hoc vobis repromitto, semperque præstabo, &c. idem *pro Q. Rosc.* Repromittis tu abhinc triennium Roscio: recita istam restipulationem clariùs. ¶ Repromitto, pro simplici promitto. Sueton. *in Claud. Cæs.cap.20.* Fucinum agressus est, non minus compendij spe quàm gloriæ: quum quidam priuato sumptu emissuros se promitterent, si sibi siccati agri concederentur. Sueton. *in Tib. c.17.* Eo contentum (cognomine sup.) repromittens. Idem *in Othon. cap.4.* Imperaturum verò breui repromittens.

Rĕprōmĭssio, nis, ipse repromittendi actus. { ἐγγύησις. GAL. *Promesse ou obligation par stipulation.* ITAL. *Obligatione ò promessa per stipulatione.* GERM. Ein gegenverheissung. HISP. *Promessa, obligacion.* ANG. *A promisse or obligation.* } Cic. *pro Rosc. Com.* Roscius qui ex iurisperitorum consilio & authoritate restipularetur à Fannio diligenter, vt quod is exegisset à Flauio, dimidiam partem sibi dissolueret, siquidem sine cautione, & repromissione, nihilominus id Fannius societati, hoc est, Roscio debebat.

‖ Repropitiare, parcere. Voc. Eccl. ‖

Rēptĭlĕ, Reptitius, Repto, vide *Repo.*

Rĕpūbēsco, is, Rursum pubesco, ad pubertatem redeo. { ἀνηβάω. GALL. *Raieunir.* ITAL. *Ringiouanire.* GERM. Wider jungen/oder jung werden. HISP. *Tornar ser mancebo.* ANGL. *To waxe yonge againe.* } Colum. *lib.2. cap.1.* Nec reuirescere, nec repubescere potest.

RĔPŪDĬVM, ij, propriè dicitur recusatio ea qua vir vxorem à se reiicit ob rem aliquam pudendam. { כריתות *cherithúth.* ἀποπόμπη. GALL. *Diuorce, separation de mariage.* ITAL. *Repudio, rifiuto.* GERM. Die verschupffung eines eheweibs/ ein eheschscheidung. HISP. *El desecho por cosa vergon cosa.* ANG. *A diuorce a putting away of his wife.* } Plin. *lib.7. cap.36.* M. Lepidus Apuleiæ vxoris charitate post repudium obiit. Caius *l. diuortium. D. de diuor.* In repudiis, id est, renuntiationibus, comprobata sunt hæc verba, Res tuas tibi habeto. Item hæc, Tuas res tibi agito. ¶ Repudium renuntiare, Plaut. *sc. 6. a. 4.* Is me nunc renunciare repudium iussit tibi. E. Repudium, rebus paratis, atque exornatis nuptiis? Terent. *in Phorm.* Iam accipiet, illis repudium renuntiet. Repudium remittere. Idem *ibidem*, Quum ego vestri honoris causa repudium alteri Remiserim, quæ tantundem dotis dabat. Et Plaut. *Aul. sc.6 a.4* Ea re repudium remisit auunculus caussa mea. Sueton. *in Tib. cap.11.* Competit deinde Iuliam vxorem ob libidines atque adulteria damnatam, repudiúmque ei suo nomine ex auctoritate Augusti remissum, &c.

Rĕpŭdĭo, as, Matrimonium dirimo, & vxori nuntium remitto. { גרש *gharásch.* ἀποβάλλω, ἀποπέμπομαι τὴν γυναῖκα. GALL. *Repudier, refuser, reietter.* ITAL. *Repudiare, cacciar via la moglie, rifiutare.* GER. Sein eheweib von im stossen vnd abscheiden. HISP. *Desechar per tachas la muger casada.* ANG. *To put away his wife frome him* } Sueton *in Cæs.* Neque vt repudiaret illam, compelli à dictatore Sylla vllo modo potuit. Dicitur etiam vxor repudiare maritum. Quintil. *lib.7. c.9.* Sæpe secubanti amatorium dedit, repudiauit. Vlpian. *de diuortiis l.4.* Iulianus libro 18. Digest. quærit an furiosa repudium mittere, vel repudiari possit: & scribit furiosum repudiari posse. ¶ Repudiare vxorem tribus de caussis voluit Romulus. Plutarch. *in Rom.* ¶ Quis primus repudiauit: idem docet *in Numa*, & *Lyc.* ¶ Interdum ponitur simpliciter pro non accipio, recuso, respuo, aspernor. { מאס *maás* געל *ghahál.* ἀπολέγομαι, ἀποδοκιμάζω. } Terent. *in Andr.* Repudio consilium quod primum intenderam. ¶ Repudiare)(Recipere. Vatinius *ad Cic. lib.5.* Non repudiabis in honore quem in periculo recepisti. ¶ Dicimus autem Latinè, venustéque, Repudiare beneficium, gratiam, conditionem, obsecrationem, periculum, voluntatem alicuius, authoritatem. Ille etiam repudiatus dicitur, qui in comitiis repulsus est. Cic. *pro Plancio*, Nunquam enim nobilitas, præsertim integra, atque innocens populi Romani supplex repudiata fuit.

Rĕpŭdĭātĭo, nis. { געל *ghobál*, ἀποπομπή, ἀπόπεμψις. GALL. *Repudiation, reiettement.* ITAL. *Rifiutamento, repudio.* GERM. Verschupffung/verstossung/abschlahung. HISP. *Desechamiento.* ANG. *A putting away of his wife.* } Cicero *ad Attic. lib. 2.* Sed mihi simulatio pro repudiatione fuerit.

Rĕpŭdĭōsŭs, adiect. ἐπίψογος, ἀπόβλητος. Plaut. *in Pers.* Verùm videto, me vbi voles nuptum dare, ne hæc fama faciat repudiosas nuptias. id est, vt hanc ob causam nuptiæ meæ repudientur.

Rĕpuĕrāsco, is, In puerilem ætatem reuertor. { ἀνηβάω... ἀναπαιδεύομαι. GALL. *Reuenir en enfant.* ITAL. *Ritornare tutto fanciullo.* GERM. Wider zu einem kind werden/kindlich werden. HISP. *Tornar muchacho renascer.* ANG. *To waxe childish.* } Cic. *in Cat.* Ex hac ætate repuerascam, & in cunis vagiam ¶ Interdum ad pueriles nugas & deliramenta redire. Idem *lib. 2. de Orat.* Quum iis diceret, socerum suum Lælium semper fere cum Scipione solitum rusticari, eósque incredibiliter repuerascere esse solitos, quum rus ex vrbe, tanquam ex vinculis euolauissent. Plaut. *in Merc.* Senex quum extemplo est, iam nec sentit nec sapit, aiunt solere eum rursum repuerascere.

Rěpūgno, as, Resisto, contradico, obsisto, refragor. { נחלק nechelák סורר sorér. ἀντιμάχομαι. Gall. Repugner, contredire, resister. Ital. Resistere, contraddire, contrastare. Germ. Wider etwas streiten / widerfächten / widerstråben. Hisp. Contradezir ò resistir peleando. Ang. To gaynestand or resist, to gainesay. } Cic. de Amic. Cùm autem omnium rerum simulatio est vitiosa, tollit enim iudicium veri ídque adulterat, tum amicitiæ repugnat maximè. Ouid. Eleg. 6. lib. 4. Trist.

Et domitus fræno sæpè repugnat equus.

Idem Eleg. 8. lib 4. Trist. Fota repugnarunt (votis.

Rěpūgnāntiă, æ, Dissensio. { מחלקת machalócketh הפך héphec. ἐναντιότης, ἀντιλογία. Gall. Repugnance, contrarieté. Ital. Contrarieta, repugnantia. Germ. Widerwertigkeit / zweispalt / widerstreit. Hisp. Aquella obra de resistir. Angl. A gainestanding, dissention. } Cicero Philipp. Sed qui tantarum rerum repugnantiam non videas, nihil profectò sapis.

‖ Repugnatio, etiam vt repugnantia dicitur, i. ἐνάντωσις. Apul. ‖

Rěpūgnāx, acis, Contumax, qui obsistit & reluctatur. { סורר sorér. αὐτίμαχος, ἀντίτυπος, φιλόνεικος. Gall. Qui est contraire à toutes choses, & à tous. Ital. Chi contradice à ogni cosa, & à tutti. Germ. Widerstreitig / widerwertig / der ståts widerpart haltet. Hisp. El que resiste à todas cosas. Angl. He that is wil full and gainestand leth all thinges. } Cic. 1. de Orat. Te repugnacem in disputando esse visum.

Rěpūgnāntěr, aduerbium ⚹ Patienter. { ἐναντιουμένως, ἐναντίως. Gall. En contredisant, auec contredit. Ital. Contradicendo, malgrado d'altri. Germ. Widerstråbenlich vnd vngern. Hisp. Resistiendo, con resistencia. Angl. VVith gaynesaying or gainestanding. } Cic. in Cat. Maiore, Alterum patienter accipere, non repugnanter.

Rěpullulo, as, iterum pullulo. { ἀναβλαστάνω. Gal. Repulluler, reietter surgeons & iettons. Ital. Ripullulare. Ger. Widerfürhin sprossen / oder schiessen. Hisp. Renascer y crescer los arboles. Angl. To burgen, to spring agaìne. } Plin. lib. 16. c. 10. Larix vstis radicibus non repullulat, picea repullulat.

Rěpūllŭlāsco, is, Rursus pullulasco, & nouos pullos, hoc est, noua germina emitto. { ἀναβλαστάνω, παραφύομαι. Gal Repulluler. Ital. Germinare di nuouo. Ger. Widerumb anfahen herfür sprossen / herfürschiessen. Hisp. Renascer y crescer los arboles. Angl. To burgen, or spring againe. } Colum. lib. 4. cap. 22. Vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repullulascant.

Rěpūmico, as, Rursum pumico.

Rěpūmĭcātĭo, verbale, quod de arboribus dicitur, quando gemmæ hirsutæ propter frigus expoliuntur ipso vere. { ἡ λίθῳ τ' κισσήρεως λέανσις. Gall. Polissure. Ital. Polimento. Ger. Glettung / aussseuberung. Hisp. Polideza. Ang A polishing, smooting or sliking. } Plin. lib. 17. c. 26. Gemmas si frigus retorridas, hirsutásque fecerit, remedio est repumicatio. & quædam politura.

Rěpungo, is. { ἀντινύσσω. Gall. Repoindre, repiquer. Ital. Ripungere, stimolare. Ger. Widerumbhin stechen / oder stupffen. Hisp. Ponchar otra vez, aguijonear. Angl. To prik againe. } Quando de ratione, vel calendario loquimur, facit præteritum repunxi. ἐξαλείφω. Quando verò vicem redditam ostendimus, repupugi. ἀντινύττω. Cic. Lentulo, Darent mihiipsi alium Publium, in quo possem illorum animos mediocriter lacessitus repungere.

Rěpūrgo, as, idem quod Purgo, vel diligenter mundo. { טהר tihér נקה nitkáh פנה pinná. ἀνακαθαίρομαι. Gal. Repurger. Ital. Repurgare. Germ. Widerseuberen / wol seuberen. Hisp. Mucho alimpiar. Angl. To purge diligentlie and mak cleane. } Plin. lib. 19 c. 19. Enecant cyminum ab imo dorso, nisi repurgetur. Ouid. de Nuce,

Dúmque repurgat humum, collectaque saxa remittit.

Idem 5. Metam.

———victóque Aquilonibus Austro
Fusca repurgato fugiebant nubila cœlo.

Suet. in Tib. c. 8. Repurganda ergastula.

Repurgium, repurgatio, emundatio, à repurgando, vtuntur Iustin. C. de aquæductibus, & Ambrosius ad Theodosium, Non audisti, Imperator, quia quum iussisset Iulianus reparari templum Hierosolymis, diuino qui faciebant repurgium igne cremarunt.

Rěpŭto, as, Puto, animo reuoluo, existimo: item in compotatione imputo, & subduco. { חשב chascháb. ἀναλογίζομαι, ἀναπολῶ Gal. Reputer, penser, & repenser. Ital. Riputare. Ger. Fleissig betrachten / wol bey im selbs erwägen. Hisp. Mucho pensar. Ang. To aduise or consider with my self. } Salust. in Catil. Quum sententias quorundam mecum reputo. Liu. lib. 1. ab. Vrbe, Qui sis non vnde natus sis reputa. Cic. post red. Quibus ego rebus obiectis multa mecum ipse reputaui. Cum animo reputare. Salust. in Iugurth. facinus suum cum animo reputans. ¶ Nonnunquam reseco, siue minorem summam à maiori deduco. ἀντιμῶ. Vlpian. de administ. & peric. tutorum, Item sumptus litis tutor reputabit, si ex Officio necessariò habuerit aliquò exire, vel proficisci. Item pro Imputo, vt apud Modestinum in l. nihil interest. §. si cùm filius ff. de inoff. test. Tamen est aliquid quod testatoris vitio reputetur, vt meritò repellendus non sit.

Rěpŭtātĭo, nis, Actus reputandi, & consideratio. { מחשבה machascha' áh. ἀναλογισμός. Gal. Pensement & consideration. Ital. Pensiero, consideratione Germ. Betrachtung / erwågung / nachdenckung. Hisp. Pensamiento y consideracion. Angl. A thinking or considering in mythynd. } Plin. lib. 10. c. 17. Harum volatus in reputationem cæterarum quoque volucrum nos impellit. Gell. lib. 12. c. 15. Per incrementa ætatis exorta è seminibus suis ratio est, & viuendi consilij reputatio, & honesti contemplatio. Reputationes sub rubr. C. de reputat. dicuntur compensationes, quæ contra minores in integrum restitutos fiunt: vt enim illis contra venditionem restitutis, fundi cum fructibus restituuntur: sic illi pretium cum vsuris reddunt. Hotom.

‖ Repystira, ludus latrunculorum. Fusius. ‖

Rèque capse, reapse, i. reipsa. Lucr.

Requesta, libellus, schedula supplex, supplex petitio, postulatio. vox barbara ex Gall. Requeste.

Rěquĭēs, ei, Cessatio à labore, quies, vacatio, otium. { מרגוע murghóah מרגעה margheháh שבת schébeth נחת nácbath משבת mischbáth. ἀνάπαυσις. Gal Repos, requoy. Ital. Requie, riposo, quiete. Germ. Ruw / rast. Hisp. Holgança, descanso. Angl. Quietnesse, rest ease. } Ouid. Epist. 4. Quod caret alterna requie, durabile non est. Virg. 4. Æneid.

Tempus inane peto, requiem spatiúmque furori.

Cicero in Catone maiore, Vt meæ senectutis requiem, oblectamentáque noscatis. Suet. in Tib. c. 10. Requiem laborum prætendere. Ouid. Eleg. vlt. lib. 3. Trist.

———Requies mihi, non fama petita est.

Idem Eleg. vlt. lib. 4.

Tu cura requies, tu medicina venis, &c.

¶ Legitur & genitiuus requietis. Cicero 1. de finibus, Et ad dolores ita paratus est, vt meminerit maximos morte finiri, paruos multa habere interualla requietis.

Rěquiesco, scis, Requiem capio, Cesso à labore, quietem ago. Item requiescere facio. { שבת schabáth נח nach הרגיע hirghiáh. ἀναπαύομαι Gall. Se reposer, estre à recoy. Ital. Riposarsi. Germ. Ruwen. Hisp. Descansarse, ò holgarse. Angl. To be at rest or ease. } vt, Requiescere à Reip. muneribus, apud Cic. 2. Offic. Ouid. Eleg. 2. lib. 3. Trist.

Vt via finita est, & opus requieuit eundi.

Plaut. Capt. sc. 2. a. 3. Ibi vix requieui, (i. respiraui.) Virg. 1. Eclog.

Hic tamen hac mecum poteras requiescere nocte
Fronde super viridi.

Cic. in Verr. Quum diutius in eo negotio, curáque fueram, vt requiescerem, curámque animi leuarem: ad Carpinarium reuertebar. ¶ Requiescere in spe cuiuspiam, est spem omnem in illo repositam habere. Cic. pro Cal. Qui hoc vnico filio nititur, in huius spe requiescit. ¶ Legitur & actiuè positum, pro eo quod est sistere, & quietum reddere. השביח hischbith הניח heniach הרגיע hirghiah. ἀναπαύειν. Gal. Donner repos. Ital. Dar riposo. Ger. Stillen / růwig vnd still machen. Hisp. Holgar à otro. } Virg. Pharmaceutria,

Et mutata suos requierunt flumina cursus.

Vide Quiesco.

Requietus, penultima producta. Particip. ἀναπεπαυμένος. Qui requieuit. Salust. Paulum requietis militibus. Et Liuius lib. 4. d. 5. Requietus miles, &c. Senec. c. vlt. de tranq. vitæ, Requieti animi actiores. Ouid. 2. de arte,

Da requiem, requietus ager bene credita reddit.

id est, ager qui aliquandiu requieuit. Comparat. Requietior. Colum. lib. 2. c. 1. Quòd sit requietior & iunior.

Rěquīro, is, Multum & diligenter quæro. { בקש bikkésch דרש darásch בעה baháh. ἐπιζητέω. Gall Requerir. Ital. Ricercare. Germ. Fleissig sugen / einem ding nach frachen. Hisp. Requerir, diligentemente buscar. Angl. To enquire or demande againe. } Terent. in Phorm. Abi Phœdria, eum require, atque adduc huc. Suet. in Aug. c. 55. Requirere autores facinoris. Plaut. Asin. sc. 2. a 2. Vbi ego Litanum requiram. (i. quæram.) Gell. cap. 1. lib. 19. Requirere aliquem oculis. Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.

Hei mihi, cur nimium quæ sunt manifesta requiro?

¶ Ponitur aliquando pro interrogare. { שאל schaál. πυνθάνομαι. } Plin. Epist. 137. A quibus libenter requisierim, cur concedant, &c. id est, quos libenter interrogauerim. ¶ Aliquando pro desiderare. Cicero in Parad. In quo equidem continentissimorum hominum maiorum nostrorum prudentiam requiro. ¶ Nonnunquam pro opus habere. Idem 1: de finibus, Virtutem autem nixam hoc honesto, nullam requirere voluptatem. Idem pro lege Manil. In hoc bello Asiatico non solùm militaris illa virtus, quæ est Cn. Pompeio singularis, sed aliæ quoque virtutes animi multæ, & magnæ requiruntur, id est, necessariæ sunt.

Requisita, orum. Quintilianus, Ad requisita respondere. ¶ Requisita naturæ: honesta circumlocutio.

Rěquīrĭto, as, frequent. Plautus in Mostell. Quid tu otiosus res nouas requiritas?

‖ Requisitio, verbal. ἀναζήτησις. ‖

Rēs, rei, quod aliquid est, generalem habet significationem. { דבר dabár פתגם pithghám. πρᾶγμα. Gall. Chose, negoce. Ital. Cosa, negocio. Hisp. Cosa, la hazienda. Germ. Ein ding / sach / handel / ein jetlichs damit man vmbgeht. Angl. Any thing or busines. } Nam (vt Paulus Iureconsultus inquit) tam corporalia, quàm incorporalia comprehendit. ¶ Aliquando ita accipitur, vt verbo opponatur, hoc est, pro re per voces significata. Cicero 3. de Orat. Sine re, nulla vis verbi est. Idem 4. Tuscul. Rem opinor spectari oportere, non verba. Hor rat. in Arte,

Verbaque prouisam rem non inuita sequentur.

¶ Nonnunquam ita vt opponatur personæ. Vnde loci argumentorum partim à rebus, partim à personis sumi dicuntur. Plaut. Asin. sc. 1. a. 5. Corpus quærit, animus orat, res monet Ibidem sc. 1. a. 1. Estne hoc vt dico? Ea res est. Idem Aul. sc. 2 a. 3. Quid tibi nos est tactio? Quæ res est? Ibidem sc. 5. a. 3. Res non meliùs structa domi est opinione. Idem Asin. sc. 3. a. 1. Illi rei studet: vult placere amiciæ. Idem Men. sc. 3. a. 3. Hac re occupatos occupat. Gal. Il les surprend sur le fait. Idem Asin. sc. 2. a. 5. Qua de Aucupemus clanculum quam rem gerant. Idem Men. sc. 2. a. 5. Quid de re, aut cui rei? rerum omnium. ¶ Sumitur & pro contentione, lite, negotio. ענין hinján. Cicero pro Sext. Rosc. Tecum mihi res est Rosci. Terentius, Quid huic rei est? id est, negotij. Cicero pro Muræn. Nondum potuisse statuere Iurisconsultos, vtrùm rem, an litem dici oporteret. ¶ Item pro imperio. { מלכות malchúth. ἀρχή. } Virg. 3. Æneid.

Postquam res Asiæ, Priamique euertere gentem
Immeritam visum superis.

¶ Item pro actu venereo. συνουσία. Terent. in Eunuch. Ego cum illo, quo cum vno rem habebam tum hospite. Donatus, Rem habere, honestè res impura dicitur. Plaut. Milit. sc. 5. a. 2. Manifestaria res est. (i. stuprum

prum palam est.) Idem *Amph.sc.3.a.2.* Hic rem tuam curet,& munus fungatur tuum. (de adultero.) De tribus hisce postremis significationibus, Ausonij versus est *in Monosyllabis,*

Imperium,litem,venerem,cur vna notet res.

Item pro experientia,siue,effectu.ἔργον.Terent.*in Adelph.*Re ipsa repe- ri facilitate nihil esse melius, neque clementia. Cic.*in Caton.* Habui hæc de Senectute, quæ dicerem vobis,ad quam vtinam perueniatis, vt ea quæ ex me audistis, re experti probare possitis. ¶ Item pro periculo:vt apud Terentium *in Phorm.*Verùm pone esse victum eum,At tandem tamen non capitis eius res agitur, sed pecuniæ. ¶ Dicere,vel cogitare quod res est,hoc est,veritatem dicere,vel cogitare. Idem Terent. *in Adelph.*Verùm cogito quod res est. ¶ Res item pro bonis, siue substantia accipitur. οὐσία. Idem *in Phorm.* At si talentûm rem reliquisset decem, primus esses, &c. Plaut. *Curc.sc.2.a.5.*Mihi nulla res est; nam quam habui consumpsi. Idem *Most.sc.2.a.1.*Res,fides,fama deseruerunt. Et *Men.sc.2.a.4.* Res (i. pecunia) quæritur,non fides eiusmodi. Idem *Pseud.sc.2.a.1.*Rem quærunt iureiurando malo.Idem *Capt.sc.5 a.3.*Me meámque rem dilacerauisti. Idem *Curc.sc.5.a.3.*Dicendi. non rem perdendi gratia lingua mihi nata est. *Ibid.sc.2.a.4.* Rem fidémque perdere. Vnde dicimus, rem habere, pro eo quod est diuitem esse. Cicero 2. *Offic.*Non esse duo hominum millia qui rem habeant.Rem augere, id est,locupletari. Idem *pro Rab.Postumo,* Rem bonis & honestis rationibus auxit.Rem facere, idem.Horat.1.*Epist.*

Isne tibi melius suadet qui vt rem facias,rem,
Si possis rectè,si non,quocunque modo rem,&c.

Auidus ad rem,id est,auarus.Terent.*Eunuch.*Eius frater aliquantulum est ad rem auidior. ¶ Interdum res accipitur pro vtilitate. τὸ σύμφορον. Idem *Hecyr.*Si in rem est Bacchidis. Et rursum, Neque in rem nostram est,vt quisquam amator nuptiis lætetur. Plaut. *Amphitr.prolog.*In rem communem fiet.Idem *Aul.sc.3.a.1.* Quod in rem esse vtrique arbitremur. Item,Quod in rem tuam optimam esse arbitror. *Ibid.*Et *in Men. sc.2.a.4.* E re tua feceris vt referatur palla. Idem *Pseud sc.3.a.1.* Non est ex re tua,vt emoriar. ¶ Pro prandio. Plaut. *Men.sc.3.a.2.*Res parata est.(id est, prandium.) ¶ Pro mihi, idem *Pseud.sc.1. a.3.* Nescio rebus quid faciam meis. (id est, mihi) ‖ ¶ Rei capitalis damnatus,cui pœna, mors,aut aquæ & ignis interdictio fit. Africanus *D.lib.37. tit 1. l.13.* ‖ ¶ Ex reipsa natum dicitur, quod extemporale est. E re nata, id est, occasione. Pro re nata, id est, pro euentu rei, & occasione. Ab re, aliquando ponitur pro ab euentu. ¶ Ad rem verba conferre is dicitur, qui aggreditur agere quod dixit. Terent. *in Eunuch.* Tam diu eius magnifica verba pati possumus, quàm diu verba sunt. Cæterùm si ad rem conferantur, vapulabit. ¶ Res Romana, à Liuio sæpè ponitur pro acie Romana: Sed res Romana, inquit erat superior. ¶ Res soli, bona immobilia, vt fundus, ædes. Macer *de his qui satisd. cog.D.lib 2.l.15.*Sciendum est possessores immobilium rerum satisdare non compelli.Possessor autem is accipiendus est,qui in agro,vel ciuitate rem soli possidet. ¶ Ponitur aliquando pro modo, seu ratione. Plaut. *in Rud.* Iam reperi rem quo pacto nec fur nec socius sies. ¶ Re vera, duæ dictiones sunt idem significantes quod reipsa, vel vti veritas se habet)(Verbo, specie. Cic. *pro Cluent.* Verbo ille reus erat, re quidem vera, & periculo,& tota accusatione Oppianicus. Horat.*lib.2. Serm.sat.7.*

——velut si
Re vera pugnent, feriant,&c.

¶ Alias res agere dicitur qui non attendit ad id quod aut dicit aut facit. Cicer. *ad Cassium lib.15.* Itaque facio me alias res agere, nec conuicium Platonis audiam. ¶ Rem gerere, pro ludere, *Suet. in Aug.cap. 71.* Item Res agere, pro rem & bellum gerere, Liu. 7 *bell.Punic.* Item, Res gerere. Idem *lib.9.bell. Pun.* ¶ Homo non bonæ rei, & vita turpi, Gell. *cap.2. lib. 14.* Item, Grandi pecunia & re bona multa copiosus. Idem *cap.19.lib.16.*Item, Res bonæ,eodem sensu,*c.18.lib.10.&c.* ¶ Res mihi est(id est,negotium,opus faciendum. Plaut. *Men sc.1.a.5.* Huius diminutiuum est recula, πραγμάτιον.vt à spes specula.¶Res comperendinata dicitur, quum iudicium in diem tertium dilatum est. ὑπερήμερος δίκη. ¶ Res iudicata dicitur, quæ finem controuersiarum pronunciatione accipit, quod vel condemnatione, vel absolutione contingit, vt autor est Vlpian. *ff.de re iudicata,*τὸ κεκριμένον. ¶ Res forensis,dicitur causa quæ agitur in foro, & ad causidicos pertinet. ἀγοραῖον πρᾶγμα. ¶ Cuia res est,(id est,reus) Gell. *c.22.lib. 1.* Res enim veteribus dicebatur pro caussa,vnde Rei dicti. Hinc Gell. *cap.1.lib.20.*Qui ob rem dicendam (id est,orandam caussam,) pecuniam accepisse conuictus est. ¶ Res pro arte, Gell. *c.10.lib.16.& c.9. lib.20.* Rem enim Grammaticam doceo,non ius. Idem *c.16.lib.17.* Rei medicæ peritus. ‖ ¶ Rem facere, vt rem gerere, verbum castrense, pro adoriri atque dimicare, πολεμίζειν.‖ ¶ Ad rem musicam facili ingenio.(i.ad litteras.)Idem Gell. *c.9.lib.19.* ¶ Sic,Res militaris,Res ciuilis,Politica,&c. dicitur:Et rerum actus pro iudiciis; Suet.*in Claud.c.15.& 22.* ¶ Res frumentaria,Cæsar vbique. ‖ ¶ Res,pro rei.Lucil ‖

Rĕcŭlă, æ, parua res, res parui momenti: vt Græcis πραγμάτιον. { Gall. *Petite chose, chosette.* Ital. *Picciol cosa.* Germ. Ein klein ding oder sach / ein händelin / gůttlin. Hisp. *Pequeña cosa.* Angl. *A litle thing.* } quemadmodum specula à spes:quod quanuis generale sit sua natura vocabulum, rebúsque omnibus exiguis commune:vetustissimè tamen accipitur pro tenui re familiari, quæ ab Horatio curta supellex appellatur.

Resæuio,is,ire,Iterum sæuire.Ouid.1.*Trist.Eleg.1.*

Quæque quiescebat,ne mota resæuiat ira.

Rĕsălūto, as, Salutantem saluto. { ἀντασπάζομαι. Gal. *Resaluer.* Ital. *Risalutare.* Ger. Widerumbhin grüssen Hisp. *Tornar ò saludar al que saluda.* Ang. *To halse againe.* } Martial *lib.4.*Securus nullum resalutas despicis omnes. Cicer. 2. *Philip.* Sed tum nimis inter omnes constabat neminem esse resalutatum. Senec. *c. 12. de tranq.* Aut salutatum aliquem non resalutatum.

Resalutatio,nis.Suet.*in Neron.c.37.* Certè neque adueniens, neque proficiscens quemquam osculo impertiuit, ac ne resalutatione quidem.

Rĕsarcio, cis, si, tum, quod dissutum, aut scissum erat denuò sarcio.

{ בדק *badhák* תפר *taphár.* ἀναῤῥάπτω. Gall. *Rabiller, racoustrer, radouber.* Ital. *Risar di nuouo.* Germ. Widerbutzen / wider besseren / widerflicken. Hisp. *Rehazer, remendar.* Angl. *To amend, to botch.* } Terent. *in Adelph.* Fores effregit? restituentur, discidit vestem? resarcietur.Suet.*in Claud.cap.6.* Quod decretum abolitum est,excusante Tiberio imbecillitatem eius, ac damnum liberalitate sua resarturum pollicente.

Rĕsarrio, is, Rursus sarrio. { ἀναβοτανίζω. Gall. *Resarcler, sarcler derechef.* Ital. *Zappare da nuouo.* Germ. Wider jätten. Hisp. *Sachar ò escardar otra vez.* Ang. *To rake or weed againe.* } Plin. *lib.18. c.20.* Quum hyeme prægelida captæ segetes essent, resecuerunt, resarrientes campos.

Rĕscindo, is, Cædo, tollo, aufero, destruo, reuello, abrogo. { גדע *ghadháb* בקע *bikéa* עטב *hitháb.* ἀναχίζω, ἀποτέμνω. ἀκυρόω. Gall. *Couper, rogner, abolir.* Ital. *Tagliare, troncare, distruggere.* Germ. Abhauwen dannen hauwen / oder schneiden / item abwerffen. Hisp. *Cortar, destruyr.* Angl. *To cut or break in sunder, to abolish, or fordoe.* } *Cæs. lib. 1. bell. Gall.* Pontem qui erat ad Geneuam, iubet rescindi. Propriè tamen ad ea pertinet quæ scinduntur, resecantúrve ferro, aut alio quouis instrumento. Col. *lib.2.* Et quæ falx reliquerit, priusquam inarescant, vomis rescindat, atque obruat. Etenim cedit pro stercore. Virg *lib.1.Georg.*

Non tamen vlla magis præsens fortuna laborum est,
Quàm siquis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os: alitur vitium,viuitque regendo.

id est,aperire. Idem *lib.1.Georg.*

——cælum rescindere fratres,
Ter sunt conati,

id est,oppugnare. Senec.*c.2.de cons.ad Helu.* Rescindere obducta vulnera.Suet.*in Tib.c.34.* Rescindere mercedes scenicorum.Idem *in Calig. c.55.* armaturam Mirmilionum rescidit. ¶ Aliquando non ratum habere, irritum facere abrogare, abolere. ἀναιρεῖν. Salust. *in Iugur.* Iugurtha inter alias res, ait oportere quinquennij consulta, & decreta omnia rescindi, id est, tolli, & destrui. Terent. *in Phorm.* Mihi non videtur, quod sit factum legibus, Rescindi posse. Gell.*c.10.lib.5.*Ne sententia ipsa sese rescinderet.Ouid.*Eleg.11.lib.3.Trist.*

Rescindere crimina noli,&c.

Rescissio, actus rescindendi, vt rescissio turpis matrimonij: ἀναίρεσις, ἀκύρωσις.

Rescissorius, a, um, rescindendi vim habens: vt rescissoria actio. vide *C. lib.8.tit.52.*

Rĕscīssŭs, part. { נגדע *nigbdháb* נבקע *nibkáh* נקטב *niktáb.* ἀποῤῥηγμένος. Gal.*Coupé,rogné* Ital.*Tagliato, troncato.* Ger Abgeschnitten. Hisp. *Cortado* Ang.*Cutte in sunder.* } Lucan.*lib.4.*

Rescisóque vocent suspiria dura palato.

Suet *in Tib.c.34.*Mercedibus scenicorum rescissis.

Rĕscio, cognosco occultum,quasi repositum. Donat. *in Hecyr.1.2.* Scimus,quæ ad nos deferuntur,rescimus relata. Idem 4.1. Scimus manifesta,rescimus occulta.

Rĕscīsco, is,rescire incipio, rescio, est factum aliquod occultius, aut inopinatum, insperatúmque cognosco. { ידע *jadháb.* μανθάνω,αἰσθάνομαι. Gall. *Estre aduerti apres le fait, sçauoir puis aprés.* Ital. *Risapere.* Germ. Innen werden/ein heimliche sach erfaren vnd vernemmen. Hisp. *Saber lo que se hizo.* Angl. *To knaw and be aduertised afterward.* } Plaut.*Amphitr.*Nunquam,vt iamdudum dixi,resciscet. Idem *Asin.sc.4. a.3.* Ne vxor resciscat, metuit. Terent. *in Adelph.* En tibi, resciuit omnem rem,id est,quod occultum putabamus,præter nostram opinionem cognouit. Plaut *sc.5. a.1.* Cur vbi hæc resciuisti, celata me sunt. Idem *Men. sc.2. a.5.* Quia resciui refert pallam. ¶ Aliquando significat rem postquam gesta est, scio, quam nesciebam quum gereretur. Ter. *Hecyr.* Omnia omnes vbi resciscunt, hi quos par fuerat resciscere, Sciunt.

Rĕscrībo, is,iterum scribo, scripto respondeo. { ἀντεπιστέλλω, ἀντιγράφω. Gal.*Rescrire.* Ital *Rescriuere.* Germ. Wider schreiben. Hisp.*Responder à lo que otro escriue.* Ang *To writ againe.* } Ouid. 1.*Epist.*

Nihil mi rescribas,attamen ipse veni.

Quint. Rescribere alicuius orationibus. ¶ Rescribere argentum, est renumerare, siue per mensæ scripturam reddere. Terent. *in Phorm.* Atque illud mihi argentum rursum iube rescribi. id est, caue mihi à mensa redditum iri. Vbi Donatus (inquit)id est, reddi, seu per mensæ scripturam dari. Plaut. *Asin.sc.4 a.2.* Adiuit domum vltrò, & rescribit nummos. Quoniam enim ad pecuniæ renumerationem siue redditionem antecedit scriptura, quam hodie chirographum vocamus, ideò rescribere dicebant pro renumerare siue reddere. Terent. *ibid.* Quódne ego perscripsi porrò illis quibus debui?h.e.quod ad trapezitam attuli,& totum scripsi quibus dinumeraret certa die, vt nihil iam mihi reliquum sit,atque ita expunxi nomina quibus debebam. Seruius, Scribi est dari. Horat.*lib..2.Serm.Sat.2.*

Scribe decem Nerio:non est satis;adde Cicutæ
Nodosi tabulas centum.

Rescribi verò reddi.Idem *paulò post,*

Putidius multò est cerebrum (mihi crede) Perilli
Dictantis quod tu nunquam rescribere possis.

i. quod tu nominibus ad mensam factis, non possis ei per argentarium renumerare.Dicitur & rescribere numos pro eodem.Plaut. *in Asin.* Adducit domum etiam vltrò, & rescribit nummos. Quæ omnia ex antiqua consuetudine intelligenda sunt, quæ fuit, vt creditores in argentariorum, apud quos suas pecunias collocarent, tabulis expensum aliis ferrent, & argentario id nomen dictarent. Debitores autem cùm eam pecuniam reddidissent, idem argentario, vt nomen expungeret, & pecuniam in acceptum referret, dictabat. Vide *Numus.* ¶ Ponitur aliquandò rescribo, pro eo quod est scribere contraria, iis quæ alij scripserunt. Suet. *in Cæs.c.73.* C. Memmij, cuius asperrimis orationibus in minore acerbitate rescripserat.Item, Rescripta eodem sensu, *in Aug. c. 85.& in Calig.c.53.* Rescribere. Quintil. *lib.10.c.5.* Melius hoc quàm rescribere veteribus oratoribus. ¶ Aliquando pro respondeo, vt cùm

Iuriſconſultos reſcribere dicimus, cùm conſultoribus ſua reſponſa ſcripta dabant. ¶ Reſcribere ad equum, pro referre in numerum equitum: dicit Cæſar *lib.* 1. *bell.Gall.* ¶ Reſcribere Commentarios, pro iterum ſcribere & emendare. Suet. *in Cæſ. cap.* 56.

Reſcrīptum, i, Epiſtola qua Imperatores vel ad libellos præſentium, vel ad abſentium magiſtratuum conſultationes reſponderunt. { דרך *dath.* τὸ ἀντίγραφον, ἀντιγραφή. GALL. *Reſcrit, lettres d'vn Prince, lettres royaux* ITAL. *Lettere d'vn Principe.* GERM. Ein ſchrifftliche antwort/ ein gegenſchreiben. HISP. *Letras de vn Principe.* ANG. *A writing againe, letters of a Prince.* } Vlpian. *in l. 1. ff. de appellationibus.* Quæſitum eſt an aduersùs reſcriptum principis prouocari poſſit. ¶ Pro reſponſo, ſiue reſponſione ad conuitia alicuius. Sueton. *in Auguſt. c.* 85. Multa varij generis proſa, oratione compoſuit, &c. ſicut Reſcripta Bruto de Catone, &c.

RĔSĔCO, as, reſecui, ctum. Amputo, abſcindo. { זמר *zamár* קטב *katáb* גדע *ghadháh* גזר *ghazár.* ἀποτέμνω. GALL. *Rogner, couper, reſequer.* ITAL. *Tagliar via, ritagliare.* GERM. Abſchneiden/beſchneiden/abhauwen. HISP. *Cortar ò tornar à cortar.* ANGL. *To cutt or pare away.* } Ouid. 11. *Metam.*

Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos
Viderat hoc famulus.

Cicer. 2. *de Diuin.* Aut quorum linguæ ſic inhærerent vt loqui non poſſent, hæ ſcalpello reſectæ liberarentur. Idem *in Piſ.* Quem Carthaginienſes reſectis palpebris illigatum in machina vigilando necauerunt. ¶ Reſecare ad viuum, eſt aliquid nimium ſtrictè, & quod, dicitur ad regulam reuocare: tranſlatione ſumpta ab iis qui vel vngues vſque ad viuum, vel arbores vſque ad radicem reſecant. Cicer. *de Amic.* Nec id ad viuum reſeco, vt ij qui hæc ſubtiliùs diſſerunt. ¶ Reſecare libidinem. Idem *ad Attic. lib.* 1. In qua ego nactus (vt mihi videbar) locum reſecandæ libidinis, & coercendæ iuuentutis, vehemens fui. ¶ Reſecare audacias & libidines, apud eundem 5. *Verr.*

Rĕsĕctŭs, a, um, part. Abraſus. { נקטב *niktáb* נגדע *nighdháh* נגזר *nigzár.* ἀποκοπείς, ἀποκεκομμένος. GALL. *Coupé.* ITAL. *Tagliato via.* GER. Abgehauwen/abgeſchnitten. HISP. *Cortado.* ANG. *Cutte of or away.* } Ouid. 4. *Triſt. Eleg.* 10.

Barba reſecta mihi biſve, ſemélve fuit.

Rĕsĕctĭo, Amputatio, actus reſecandi. { גזר *ghézer.* ἀποτομή, ἀποκοπή. GAL. *Coupeure.* ITAL. *Tagliamento.* GER. Beſchneidung/abhauwung. HISP. *Cortadura.* ANGL. *A cutting or paring away.* } Columel. *de Arboribus,* Quæ ex reſectione enata fuerat, vim inutilem habebit.

Rĕsĕgmen, inis, quod à re quapiam reſecatur. { ἀπόκομμα. GALL. *Coupeure, rongneure.* ITAL. *Tagliatura.* GER. Ein abſchneitlung/das man von einem anderen abhauwet. HISP. *Cortadura, mondadura.* ANGL. *That which is cutte or pared away frome any thing.* } vt, Reſegmen vnguium, quod ex vnguibus amputatur, ἀπονύχισμα. Plin. *lib.* 28. *cap.* 15. Nec pauci apud Græcos ſingulorum viſcerum membrorúmque etiam ſapores dixere, omnia perſecuti vſque ad reſegmina vnguium.

Rĕsex, icis, { τὸ τῆς ἀμπέλου κλῆμα ἀπότομον. GALL. *Sarment à deux yeux ou trois.* ITAL. *Raſolo.* GERM. Ein gerten an einer weynräben ſo man ſchneidt. HISP. *El ſermiento del cuerpo de la vid.* ANGL. *A vine branche cutte.* } Palmes ſubſidiarius, ſarmentum annotinum, quod putatur vt fructum ferat Colum. *lib.* 3 *cap.* 10. Nam confiteor pampinarios quoque quum è duro prorepſerint, tempore anni ſequentis acquirere fœcunditatem, & ideò in reſecem ſummitti vt progenerare poſſit. Verùm eiuſmodi partum comperimus non tam ipſius reſecis, quàm materni eſſe muneris.

Rĕsecro, as, à *re,* i. contrà, & *ſacro.* { ἀπολιπαρῶ. GAL. *Reprier, ou deliurer aucun de la priere que ie luy ay faicte au nom des choſes ſainctes, diuines, & ſacrées.* } Obſecrare enim eſt per omnia ſacra orare & obteſtari: & Reſecrare, eſt huiuſmodi obſecratione eum, quem obſecrauimus, liberare. Lambin. *in Plauti Aul. ſc.* 5. *ſiue* 7. *a.* 4. Reſecro, inquit Feſtus, id eſt, religione ſoluo, vti quum reus populum comitiis orauerat per deos, vt eo periculo liberaretur, iubebat magiſtratus eum reſecrare. Hæc Feſtus. Vſus eſt in hac ſignificatione Plaut. *in Aul. ſc.* 5. *ſiue* 7. *a.* 4. Nunc te obſecro fac mentionem cum auunculo, mater mea, Reſecróque mater quod dudum obſecraueram. Marcell. *lib.* 24. Exclamauit indignatus acriter Iulianus, Iouémque teſtatus eſt nullo Marti iam ſacra facturum, nec reſecrauit celeri morte præreptus. Plaut. *in Perſa.* To. Obſecro. SA Reſecro.

Rĕsēda, æ, herba quæ apud Ariminum copioſè prouenit, ſedandis collectionibus inflammationibúſve vtilis. Plin *lib.* 27. *cap.* 2. Circa Ariminum nota eſt herba, quam reſedam vocant, Diſcutit collectiones inflammationéſque omnes. Qui curant ea addunt hæc verba, Reſeda morbos reſeda, ſcíſne, ſcíſne, quis hic pullos egerit? radices, nec pedes, nec caput habeant. Hæc ter dicunt, totiéſque deſpuunt.

Rĕsēdo, as, are, ἀναπαύω. Idem quod ſimplex Sedo. Exemplum vide in dictione proximè præcedente, *Reſeda.*

Rĕsĕgmĕn, vide *Reſeco.*

Rĕsēmĭno, as, are, Iterum ſeminare. Ouid. 15. *Metam.*

Vna eſt quæ reparet, ſéque ipſa ſeminet ales.

Rĕsĕquŏr, iterum ſequor. Vnde Particip. Reſecutus. Ouid. 8. *Metam.*

Illa Dei munus bene cedere ſenſit, & à ſe
Se quari gaudens, his eſt reſecuta rogantem.

id eſt, ſic reſpondit interroganti. Et *lib.* 13.

Nereis his contra reſecuta Crateide natam eſt.

RĔSĔRO, as, retro ſeram traho, aperio: à ſera deductum. { פתח *pathách.* ἀνοίγω. GAL. *Ouurir.* ITAL. *Aprire.* GERM. Auffſchlieſſen / das ſchloſz auffthun. HISP. *Abrir.* ANG. *To open.* } Cic. 2. *Offic.* Nec ita claudenda eſt res familiaris, vt eam benignitas aperire non poſſit: nec ita reſeranda vt pateat omnibus. Virg. *lib.* 12. *Æneid.*

Vrbem alij reſerare iubent, & pandere portas
Dardanidis.

Lucan. *lib.* 2.

Vt reſeret pelagus, ſpargátque per æquora bellum.

Valer Flac. 2. *Argon.*

———hoſpitibus reſerans ſecreta Thyotes.

Rĕsĕrātus, part. { נפתח *niphtách.* } Ouid. 2. *Faſt.*

———& ſex reſerata diebus
Carceris Æolij ianua latè patet.

Rĕsĕro, is, reſeui, reſatum, Rurſus ſemino, ſeu rurſus planto. { ἀναφυτεύω. GALL. *Replanter, reſemer.* ITAL. *Riplantare, riſeminare.* GER. Widerumb ſäyen. HISP. *Replantar, ſembrar otra vez.* ANG. *To plant or ſowe againe.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 20. Nam quum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeuerunt, reſarrientes campos menſe Martio.

Rĕsĕruo, as, In aliud tempus, vel in futurum ſeruo, retineo. { אצר *atsar* צפן *tſaphán.* ταμιεύω. GAL. *Reſeruer.* ITAL. *Riſerbare.* GERM. Hinderſich behalten. HISP. *Reſeruar ò guardar.* ANG. *To keep vntill an other tyme.* } Cicer. *ad Qu. frat. lib.* 2. Præſenti ſermoni reſeruentur cætera. Idem *in Orat.* Vſum loquendi populo conceſſi: ſcientiam mihi reſeruaui. Virg. 4. *Æneid.*

Nam quid diſſimulo? aut quæ me ad maiora reſeruo?

Senec. *cap.* 11. *de tranq.* Quo te reſeruem malum & trepidum animal.

Rĕses, vide *Reſideo.*

Rĕsex, vide *Reſeco.*

RĔSĬDĔO, es, penult. correpţ. Quieſco, ſedeo, firmiter ſto. { ישב *iaſcháb* נח *nách* שקט *ſchakát* חנה *chanáh.* καθίζω. GALL. *Se r'aſſoir, eſtre aſſis.* ITAL. *Riſedere, ſedere.* GERM. Enſitzen/erligen. HISP. *Tornar otra vez à ſe aſſentar, eſtar mucho aſſentado.* ANGL. *To ſitt a long tyme.* } Virg. 7. *Æneid.*

———omniſque repente reſedit
Flatus.

Liuius *lib.* 5. *d.* 4. Poſtquam reſedit terror. ¶ Reſidere eſuriales ferias eſt otiari, agere que ferias eſuritione plenas. Plaut. *in Capt. ſc.* 1. *a.* 3. Ira venter, gutturque reſident eſuriales ferias.

Rĕsēs, idis, Segnis, otioſus, diſſolutus. { עצל *hatſél* שקט *ſchokét.* χωλός, νωθής. GALL. *Aſſis de laſcheté, demeuré laſche, pareſſeux.* ITAL. *Tardo, otioſo.* GERM. Faul vnd träg/müſſig ſitzer. HISP. *Floxo ò perezoſo.* ANG. *Slouthfull, ſluggish, idle.* } Liu. *lib.* 2. Timuere patres reſidem in vrbe plebem, incerti, manere ea, an abire mallent. Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

Otia qui rumpet patriæ, reſidéſque mouebit
Tullus in arma viros, & iam deſueta triumphis
Agmina.

Idem 1. *Æneid.*

———& viuo tentat præuertere amore
Iampridem reſides animos, deſuetaque corda.

Id eſt, pigros. Reſes aqua à Var. 3. *de re ruſt. c.* 17. dicitur quæ non fluit.

Reſidia, ignauia: à reſes, vt deſidia à deſes.

Rĕsĭdŭŭs, a, um, quod adhuc reſidet: quod ſupereſt, remanet. { נשאר *niſcheár* נותר *nothár.* λοιπός, ὑπόλοιπος. GALL. *Le reſte, reſidu, demeure de reſte.* ITAL. *Reſto, reſtante.* GER. Vberig/vberennig/vberbliben. HISP. *Coſa que queda, ò reſtante.* ANG. *The reſt, the reſidew.* } Plaut. Cicer. *lib.* 10. *Epiſt.* Cupio nullam reſiduam ſolicitudinem eſſe. Liu. 9. *bel. Pun.* Et ſiue ex reſidua & vetere ſimultate, ſiue intempeſtiua iactatione ſeueritatis inflatus. Suet. *in Tiber. c.* 62. Contis & remis elidente cadauera (damnatorum) ne cui reſidui ſpiritus quidquam ineſſet. Idem *in Auguſt. cap.* 3. Reſiduam Catilinæ manum deleuit. Idem *ibid. cap. vlt.* Reſidua vectigaliorum. Hîc autem, ſicut & *in Calig. cap.* 16 *infrà.* Vectigaliorum dixit Suet. pro vectigalium. itáque habet editio Caſauboni. Reſiduus pro relictus. Idem Suet. *Auguſt cap.* 73. Inſtrumenti eius, & ſuppellectilis parſimonia apparet etiam nunc reſiduis lectis, atque menſis: quorum pleraque vix priuatæ elegantiæ ſunt. ¶ Reſiduæ pecuniæ dicebantur, quæ apud eum qui publicam pecuniam adminiſtrarat, ſupererant cum vel in vſum publicum, vel in ærarium referri deberent. *L.* 22. *D. ad leg. Iuliam de pecul. & l.* 4. *eod.* ¶ Reſiduus pœnæ homo, qui tantùm in pœnam viuit. Quintil. *decl.* 9. Quum confectum cladibus, & tantum pœnæ reſiduum conſidero.

Rĕsīdo, is, Idem ferè quod reſideo, niſi quòd motum quendam importat: quaſi ad reſidendum deſcendo. { ישב *iaſcháb* נח *nach* שקט *ſchakát* חנה *chanáh.* ἀνακαθίζω. GALL. *Se r'aſſoir.* ITAL. *Porſi à ſedere.* GER. Wider nider ſitzen. HISP. *Hazerſe aſſiento en el hondo.* ANGL. *To light or ſitt downe as birdes after flight.* } Plin. iun. *lib.* 9. *Epiſt.* Nouiſſime Conſul, Secunde, ſententiæ loco dices, ſiquid volueris. Permiſeris, inquam, quod vſque adhuc omnibus permiſiſti: reſido, aguntur alia interea. Virg. 6. *Æneid.*

———tumida exire tum corda reſidunt.

Rĕsīgno, as, quod erat ſignatum, vel obſignatum, aperio, relaxo, patefacio, ſoluo. { פתח *pathách.* παραλύω, ἀποσφραγίζω. GALL. *Deſſeeler, crocheter, abolir.* ITAL. *Sbollare, aprire, ſlegare come ſon lettere.* GERM. Ein ſigel auffbrächen/ein ſigel oder zeichen dannen thun. ANG. *To vnſeal, or open that is ſealed.* } vt Reſignare literas)(Signo, quod eſt anulo ſignum imprimo. Plaut. *in Trin.* Iam ſi obſignatas non feret, dici hoc poteſt, apud portitorem eas reſignatas ſibi, inſpectáſque eſſe. Cicer. *Attic. lib.* 11. Quas ſi putabis illi ipſi vtile eſſe reddi, reddes: nihil me læderit. Nam quod reſignatæ ſunt, habet, opinor, eius ſignum Pomponia. Ouid. 6. *Faſtor.*

Atque ait, ô Vates venientia fata reſigna.

¶ Hinc reſignatio teſtamentorum appellata. Horat. 1. *Epod.* 7.

———& opella forenſis
Adducit febres, & teſtamenta reſignat.

¶ Item reſignare, eſt perfectè ſignare. { חתם *chatám.* κατασημαίνειν. } Colum. *lib.* 3. Priuſquam arbuſculas transferas, rubrica reſignato, vt iiſdem quibus antè ſteterunt, conſtituas eas. ¶ Reſignare oculos, i. aperire. Virg. *in Æneid.*

Dat ſomnos adimitque & lumina morte reſignat.

Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. de oculis loquens, Morientibus illos operire rurſúſque in rogo patefacere Quiritium magno ritu ſacrum eſt, ita more condito, vt neque ab homine ſupremum eos ſpectari fas ſit, & cælo non oſtendi nefas. At Seruius apud Maronem pro claudere non rectè expoſuit. ¶ Antiqui etiam reſignate pro reſcribere dicebant: ſicut ſubſignare pro ſubſcribere. ἀντιγράφειν. ¶ Item reſignare, reddere: quod fit quum in libris datorum & acceptorum pecuniam, quam acceptam ſignauimus,

gnauimus, redditam demonstramus. Hor. *lib.* 3. *Car. Ode* 19. *de Fortuna,*

Si celeres quatit pennas, resigno quæ dedit.

Idem 1. *Epist.* 7.

Hac ego si compellar imagine, cuncta resigno.

¶ Ponitur aliquando pro primo, abrogo, dissoluo. Cicer. *pro Archia,* Nam quum Appij tabulæ negligentiùs asseruatæ dicerentur, Gabinij, quandiu incolumis fuit, leuitas: post damnationem, calamitas omnem tabularum fidem resignasset, &c. Bud.

Rĕsīgnātum, æs dicebatur militi, quum ob delictum iussu Tribuni militum, ne stipendium ei daretur, in tabulas referebatur. Autor Festus.

Rĕsĭlĭo, is, Saltu retrocedo, subitò pedem refero. { ἀναπηδάω, ἀναθρώσκω. Gall. *Resaillir, reiallir, rebondir.* Ital. *Saltar in dietro.* Germ. Wider hindersich springen. Hisp. *Saltar atrass.* Angl. *To leap back, to rebound or slippe away quickelie.* } Quadrigarius *lib.* 6. Sertorius cautè dextrum humerum sauciat, atque resiliit. Quint. Resiliendum est ab iis, quæ à iudice non recipientur. ¶ Resilire item dicitur mamma, quum sterilescit lactis materia deorsum reuocata. Plin. *lib.* 11 *c.* 40. Detracto mamma alumno suo, sterilescit illico, ac resilit. ¶ Resilire item dicitur quod corpori duro illisum, repellitur atque repercutitur: vnde per translationem, crimen ab aliquo resilire dicimus, pro eo quod est non hærere, aut non quadrare in illum cui obiicitur. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Vbi scopulum offendis eiusmodi, vt non modò ab hoc crimen resilire videas, verùm omnem suspicionem in vosmetipsos recidere intelligas.

Rĕsŭlto, as, frequenter resilio, Repercutior, siue reflector: vt quum pila pauimento illisa, sursum resilit. { ἀναθρώσκω, ἀναπηδάω. Gall. *Souuent resaillir & rejallir.* Ital. *Saltar all' insu.* Germ. Widergupffen/widerhallen. Hisp. *Resultar de alguna cosa.* Angl. *To leap back often.* } Transfertur tamen sæpe ad vocis repercussionem, qua montes & nemora quodammodo morari videntur, & subsilire. Virg. 5. *Æneid.*

Pulsati colles clamore resultant.

Idem *lib.* 8.

Consonat omne nemus strepitu, collésque resultant.

Plin. *lib.* 11. *cap.* 19. Inimica apibus echo est, resultanti sono, qui pauidas æterno pulsat ictu. Quintil. Resultans vocis mutationibus pronuntiatio. Idem, Resultantes amnes obiectu lapillorum. Idem, Genus dicendi quod resultat verborum licentia.

Rĕsīmŭs, a, um, ex re, & simus, Simus, hoc est, qui nares habet depressas, extremitate sursum reflexa. { ἀνάσιμος. Gal. *Qui a le nez camus & recroché.* Ital. *Chi ha il naso aperto in su come mori.* Germ. Der ein affen nasen hatt/das ist/zu vordrist ob sich gebogen. Hisp. *Cosa muy roma de narizes.* Angl. *He that hath a camoise nose or crooked vpward.* } Vnde à Virg. capellæ dicuntur simæ 10 *Eclog.*

Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ.

Seruius, Simæ, Græcum est nomen, id est, pressis naribus: vnde & simias dicimus. Resimus, vtitur Col. *lib.* 6. *cap.* 1. loquens de boum indole, Pandi (inquit) sunt boues naribus resimis, patulis. Var. 2. *de re rust. c.* 9.

Rĕsīnă, æ, Ita Calepini posterior editio; sed nihil tale primæ. & verò malè illud. Est n. vtraque prima syllaba longa. Id sciebat quoque veteris vocabularij compilator, cuius ista verba: *Resina* pen. prod. dicitur lacryma. Martial.

Quid facient vngues? nam certè non potes illos
Resina, Veneto nec resecare luto.

Est, resina humor tenax ex arboribus defluens, in iisdémque residens. { צרי *tsori* נטף *nétheph*, ῥητίνη. Gall. *Resine.* Ital. *Ragia che cola per lo piu del pino.* Germ. Hartz/die zähe matery so auß den bäumen herfür thringt. Hisp. *La rasina del pino, cremĕtina.* Ang. *Rosen, or all lik grumme runing out of trees.* } Eius duæ præcipuæ sunt species, arida vna, humida altera. Et prorsus omni stomacho conducit, & sanguinis reiectioni: in primísque probatur quæ à terebintho arbore, terebinthina est appellata. Nascitur in Arabia, in Iudæa, in Syria, in Cypro, in Lycia, & in Cycladibus. Quæ alba, præstantior est: nitri colorem habens, & nonnihil cærulei.

Rĕsīnācĕŭs, adiect. quod resinam refert. { ῥητινώδης. Gall. *Semblable à resine.* Ital. *Simile à ragia.* Germ. Dem hartz gleich. Hisp. *Semejante a resina.* Angl. *Lyk rosen or gumme of trees.* } Plin. *lib.* 24 *c.* 11. Alterum sterile, alterum cui & caulis, & semen resinaceum, quod canchrys vocatur.

Rĕsīnātŭs, a, um, quod est resina illitum, sicut à pice, picatum. { ῥητινωτός. Gal. *Frotté de resine.* Ital. *Cosa imbrattata da ragia.* Germ. Geharzet/mitt hartz bestrichen/ oder vermischet. Hisp. *Cosa vntada con resina.* Ang. *Dawbed or smered with rosen.* } Iuuen. *Satyr.* 8.

Quid resinata iuuentus?

Resinatum, cui resina admista est. Vinum resinatum résina conditum. ῥητινίτης οἶνος. Mart. *lib.* 3.

Resinata bibis vina, Falerna fugis.

Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Nouitium resinatum nulli conducit.

Rĕsīnōsŭs, adiect. quod resina abundat. { ῥητινώδης. Gall. *Resineux plein de resine.* Ital. *Pieno di ragia.* Germ. Voll hartz/gar hartzechtig. Hisp. *Cosa llena de resina.* Ang. *Full of rosen.* } Plin. *lib.* 15. *cap.* 7. Est enim pinguissima, resinosissima.

Rĕsĭpĭo, is, resipui & resipere, & Resipire, Diomedes *lib.* 1. ex re, & sapio compositum. Sapio, saporem remitto, refero: vt quum dicimus, Vinum resipit picem, hoc est, saporem picis refert. { ἀποζέω, ὄζω. Gall. *Sentir, auoir saueur.* Ital. *Patire sapore.* Germ. Nach etwas schmecken/ erschmecken. Hisp. *Tener sabor.* Ang. *To haue a souour or taste of any thing.* } Plin. *lib.* 14. *cap.* 1. Iam inuenta vitis per se in vino picem resipiens. ¶ Resipere item dicitur is, qui ad mentis sanitatem redit, quive ex prodigo & ex inutili factus est frugi. { שב *schab.* ἀναφρονέω. Gall. *Retourner à son bon sens.* Ital. *Ritornare al suo buon giudizio.* Germ. Wider witzig/oder verstendig werden. Hisp. *Tornar en su sesso.* Ang. *To vahe wise againe.* } Terent. *in Heaut.* Multò omnium nunc me fortunatissimum Factum puto esse gnate, quum te intelligo resipuisse. Cicer. *ad Attic. lib.* 4. Vix aliquando te autore resipui.

Rĕsĭpīsco, scis, Ad mentis sanitatem redeo. { שב *schab.* σωφρονίζω. Gall. *Retourner à son bon sens.* Ital. *Tornar in ceruello.* Ger. Wider witzig/oder rechtsinnig werden. Hisp. *Tornar en su sesso.* Angl. *To amendand come to him self againe.* } Liu. *lib.* 6. *bel. Maced.* Vt tunc saltem regiam vanitatem experti, resipiscerent. Resipiscunt ægroti, quasi respirantes à defectione vel animi deliquio. Suet. *in Tib. c.* 37. Quum extractum sibi deficienti annulum mox resipiscens requisisset.

Resipiscentia, actio resipiscentis. Vox frequens Theologis pro Græca μετανοίας.

Rĕsīsto, is, Gradum sisto, restito. { עמד *hamádh.* ἀφίσταμαι, ἀνίσχομαι. Gall. *Resister.* Ital. *Resistere.* Germ. Stillstehn/item widerstehn/ein widerstand thun. Hisp. *Resistir.* Angl. *To gainstand or resist.* } Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe,* Restitere Romani, tanquam cælesti voce iussi. Ouid. 5. *Fast.*

Restitit ad nostras fessa labore fores.

Virg. 4. *Æneid.*

Incipit effari mediáque in voce resistit.

¶ Accipitur aliquando Resistere pro aduersari, seu repugnare. { התיצב לפנים *hithjátsteb lephanim.* ἀνθίστημι, ἀντιτείνειν, ἀντιπράττειν. } Cic. *Att.* Serò resistimus ei quem aluimus contra nos. Idem *de Leg. Agrar. contra Rullum,* Vis Tribunitia nonnunquam libidini restitit Consulari. Resistitur, Impersonale. Cæs. 1. *bell. Ciu.* Omnibus his resistitur. Liuius 3. *ab Vrbe,* Tamen legi resistebatur.

‖ Resolidare vulnus. Gloss. vet. ‖

Rĕsōlvo, Dissoluo quod ligatum erat. { פתח *pitteách.* ἀναλύω. Gall. *Deslier, dissoudre.* Ital. *Slegare.* Germ. Wider aufflösen/oder offbinden. Hisp. *Desatar.* Angl. *To lewse or vntie.* } Ouid. 1. *Metam.* Et velate caput, cinctásque resoluite vestes. Idem 4. *Fast.*

Ter iungat Titan, térque resoluat equos.

Idem *Eleg* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Nix iacet, & iactam non sol pluuiæque resoluunt.

Et Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 2. Bacchæ bacchanti si velis aduersarier, ex insana insaniorem facies, feriet sæpiùs: Si obsequare, vnâ resoluas plagâ. Gal. *D'vn seul coup tu te depestreras d'elle, tu la payeras, & feras retirer, Tu reprimeras sa fureur & rage.* ¶ Resoluere autorem, pro transferre ex vna lingua in aliam. Senec. *cap.* 11. (aliàs 30.) *de cons. ad Polyb.* Quæ (carmina Homeri) tu ita resoluisti, vt quamuis structura illorum recesserit, permaneat tamen gratia; sic enim illa ex alia lingua in aliam transtulisti, vt, &c. ¶ Ponitur & pro mollire, siue subigere. { הרך *heráth.* } Colum. *lib* 2. *cap.* 2. Ex his nihil non melius resoluta humo, quàm densa prouentu. ¶ Item pro destruere, amouere. { הסיר *hesir.* καταλύειν. } Virgil. *lib.* 1. *Georg.*

Inuitat genialis hyems, curásque resoluit.

id est, amouet. ¶ Nonnunquam etiam pro numerare pecunias creditoribus, aut aliis quibus promisimus. { השיב שלם *heschib scillém.* } Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 1. Ecquis pro vectura oliui resoluit? (i. soluit.) Et *in Men. sc.* 5 *a.* 5. Perdomisco si resolui argentum, cui debeo. Idem *in Epid.* Nam leno omne argentum abstulit pro fidicina, ego resolui. ¶ Item pro refellere. { הוכיח *hochiách.* } Quintil. *lib.* 5. Resoluere ex parte diuersa dicta difficile erit. ¶ Item Resoluere animum pro remittere, relaxare. Gall. *Luy dōner quelque relasche pour se recreer,* &c. Vide *Resolutus.*

Resolutio, ἀνάλυσις. ¶ Resolutio stomachi. Celsus *lib.* 4. *c.* 5. Vulgatissimum verò pessimúmque stomachi initium est resolutio, i. cùm cibi tenax non est. ¶ Resolutio ventris, ἔκλυσις κοιλίας. Idem Cels. *lib.* 3. *cap.* 24 Si purgatio fuit, post eam triduo, primo modicè cibum oportet assumere ex media materia, & vinum bibere Græcum, salsum, vt resolutio ventris maneat. ¶ Resolutio neruorum, παράλυσις. Idem *lib.* 3. *c.* 27. ¶ Resolutio maxillarum. Idem *lib.* 4. *c.* 8. Oculorum, *lib.* 6. *c.* 6.

Rĕsōlūtŭs, a, um, participium Dissolutus. { מפתח *mephutách* מותר *muthár.* ἀναλυθείς, λελυμένος. Gal. *Deslie.* Ital. *Slegato.* Ger. Auffgelöst. Hisp. *Desatado.* Ang. *Vntied, loosed.* } Tibul. *lib.* 1. *Eleg.* 3.

——*Comas resoluta puella.*

Ouid. 3. *Fast.*

——*Resoluto crine precetur.*

Senec. *c.* 15. *de cons. ad Polyb.* Resoluta vincula pacis. Col. *lib.* 1. *c.* 1. Nam sic iuuenum corpora fluxa & resoluta sunt, vt nihil mors mutatura videatur. Ouid. 15. *Metam.*

——*resolutaque tellus*
In liquidas rarescit aquas.

¶ Resolutus animus, i à solito labore liberatus tantisper dum reficiatur ac recreetur. Senec. *c.* 15. *de tranq.* Animorum impetus assiduus labor frangit: Vires recipient paulum resoluti & remissi.

Rĕsŏno, as, Sonum refero, quasi iterum aut contrà sono. { המה *hamáh.* ἀντηχῶ, ἀντιλαχέω. Gal. *Resoner, retentir.* Ital. *Risonare.* Germ. Wider tönen/widerhällen. Hisp. *Sonar otra vez, resonar.* Ang. *To mak an echoe.* } Virg. 1. *Eclog.*

Formosam resonare doces Amaryllida syluas.

Idem *lib.* 5. *Æneid.*

——*Resonat clamoribus æther.*

Idem 1. *Eclog.*

Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

Ouid. *Eleg.* 11 *lib.* 3. *Trist.*

Cúmque tribus resonans terna theatra foris.

Quintil. Vrbanum os in quo neque resonet rusticitas, nec peregrinitas. ¶ Accipitur & pro simplici sonare, siue sonum edere. Cicer. 1. *Tusc.* Qui quum coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorum venenum, vt sitiens, obbibisset. reliquum sic à poculo eiecit vt id resonaret. Quo sonitu reddito arridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ.

Rĕsŏnāns, tis, particip. { המה *homéh.* ἀντιφθεγγόμενος. Gall. *Resonant, retentissant.* Ital. *Risonante.* Germ Widertönend. Hisp. *Cosa que resona.* Angl. *Resounding.* } Virg. 1. *Georg.*

——*aut resonantia longè*
Littora misceri, & nemorum increbrescere murmur.

Rĕsŏnŭs, a, um, { המה *homéh.* ἀντίφθογγος. Gall. *Resonāt, retentissant.* Ital. *Risonante.* Germ. Wider tönig/laut tönend. Hisp. *Cosa que resona.* Ang. *That soundeth againe.* } Ouid. 3. *Metam.*

——*hæc resonis iterabat vocibus eheu.*

Valer. Flac. 1. *Arg.* Excussi manibus remi, conuersaque frontem Puppis in obliquum resonos latus accipit ictus.

Rĕsōrbĕo, bes, resorbui, & resorpsi, ptum. Proprie est iterum sorbere quod

quod quis euomuit. { ἀναῤῥοφῶ, ἀναβρόχω. GALL. Rehumer, raualler. ITAL. Resorbere. GERM. Wider auffsupffen. HISP. Resorber ANGL. To suppe vp againe.} Ouid. 12. Epist.

Quæque vomit totidem fluctus, totidémque resorbet.

Plin. lib. 9 cap. 43. Hamo deuorato, omnia interanea euomunt, donec hamum egerant: deinde resorbent. Virg. 11. Æneid.

Nunc rapidus retro atque æstu reuoluta resorbens
Saxa, fugit, litúsque vado labente relinquit.

Quintil. Resorbere spiritum.

‖ Resortus, territorium, iurisdictio. Bud. ‖

Respecto, Respectus, vide *Respicio*

RESPERGO, si, sum, Perfundo, aspergo. { נזה *nazáh* זרק *Zarák.* ῥαντίζω. GALL. *Espandre çà & là arrouser.* ITAL. *Rispargere.* GER. Besprützen/ besprengen. HISP. *Derramar rociando.* ANG. *To water or sprinkle licour vpon.*} Liu. lib. 1. ab Vrbe, Hinc patres, hinc viros orantes, ne se sanguine nefando soceri, generíque respergerent. Col. lib. 1. Deinde quum prædictum tectorium inaruit, rursus amurca respergitur. Cic. 7. Verr. Quum Prætoris nequissimi inertissimíque oculos prædonum remi respergerent,

Respersus, a, um, particip. Perfusus, conspersus. { מזה *muzzéh* זרק *Zorák.* διαῤῥανθείς. GALL. *Reparsé, arrousé.* ITAL. *Risparso, spruzzato.* GER. Besprützt/ besprengt. HISP. *Derramado rociando.* ANGL. *Sprinkled vpon.*} Liu. 4. bell. Pun. Respersæ matris cruore virgines. Manus respersæ sanguine Cicer. pro Rosc. Amer.

Respersus, us, ui, Ipse respergendi actus. { מזה *mazzéh.* ῥαντισμός. GAL. *Arrousement, respandement.* ITAL. *Spargimento, spruzzamento.* GERM. Versprützung. HISP. *Rociamiento.* ANGL. *Sprinckling vpon.*} Plin. lib. 10. cap. 3. Hæc causa est gregatim auibus natandi: quia plures simul non infestantur, respersu pennarum hostem obcæcantes.

Respersio, nis, idem. { מזה *mazzéh.* διαῤῥάνσις. } Cicer. 2. de Diuin. Habes & respersionem pigmentorum, & rostrum suis, & alia permulta.

RESPICIO, is, propriè rursus specio: item retrò specio; & generaliter specto, considero: item specto cum affectu bono, diligens, vel commiserans honoro, colo. { פנה *panáh* ראה *ráh* הביט *hibbit* נשקף *nischkáph* שזף *schazáph.* ἀποβλέπω. GAL. *Regarder.* ITAL. *Riguardare, guardare in dietro.* GERM. Hinder sich sehen/ vmbhinlugen. HISP. *Mirar atras ò otra vez.* ANGL. *To look back or to behold.*} Plaut. in Aulul. sc. 1. a. 1. Tu si ex hoc loco digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris, aut si respexis, donec ego te iussero. Quint. Respicere ad libellum; (vt solent pueri obliuiosi, &c.) Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Heu respice ad nos. Idem Curc. sc. 2. a. 1. Respice huc ad me. Eodem modo, in Milit. sc. 4. a. 2. & Capt. sc. 1. a. 4. ¶ Interdum refertur ad animam, pro eo quod est, præterita mente reuoluo. { ראה *raáh.* ἀναλογίζομαι. } Cicer. pro Archia, Nam quoad longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, & pueritiam recordari, &c. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2. Non soles respicere te, quum dicis iniustè alteri. Senec. c. 7. de cons. ad Polyb. Respicere ad res suas. ¶ Pro magnifacere, curare. Gellius cap. 11. lib 6. Neque eum amicum recipio, neque inimicum respicio. (i. curo, magnifacio. Senec. c. 11. de cons. ad Polyb. Respice fratres, vxorem, filium. Idem cap. 16. de cons. ad Marc. Respice duas filias, nepotes Cæs. lib. 1. de bell. Respiciant in Cæsarem atque eius gratiam sequantur. Idem lib. 3. bell. ciu. Ad hunc summa imperij respiciebat. Senec cap. 8. de tranq. Lætiores videbis, quos nunquam fortuna respexit, quàm quos deseruit. Respicere se, est habere rationem sui, prospicere sibi, & rebus suis consulere. Plancus Cicer. Quòd si aut Cæsar respexit se, aut Africanæ legiones celeriter venerint, securos vos ex hac parte reddemus. Terent. in Phorm. Respice ætatem tuam, id est, prospice ætati tuæ. Idem Heaut. Denique nullum remittis tempus, neque te respicis. idest, non parcis ætati tuæ, neque vllam salutis tuæ rationem habes. ¶ Nonnunquam ponitur pro faueo, misereor adiuuo, opem fero. Idem in And. Charine, me & te imprudens, nisi quid dij respiciunt, perdidi. Et in Phor. Dij nos respiciunt, gnatam inueni nuptam cum tuo filio, id est, diligunt. Idem in And. Age, me in tuis secundis respice.

Respectus, us, Modò ipsam respectionem significat. { מראה *mareéh.* ἀπόβλεψις. GAL. Regard. ITAL. Riguardo. GERM. Das hindersich sehen. HISP. *Mirada.* ANG. *A looking back or regard.*} Plaut. Et me respectu terruit ¶ Modò rationem qua ad aliquid agendum mouemur. λόγος. Plinius, Namque eo respectu commotus, abscesserat. ¶ Respectum habere ad aliquem Cicer. 5. Philipp. Itaque quum respectum ad Senatum, & ad bonos non haberet: eam sibi viam patefecit ad opes suas amplificandas, quã virtus liberi populi ferre non posset. ‖ ¶ Respectum agere λόγον ἔχειν, rationem habere. Callistratus d. lib. 48. tit. 19. l. 28. Venenarij capite puniendi sunt: aut si dignitatis respectum agi oportuerit, deportandi sunt. ‖ Liuius lib. 9. dec. 4. Si quis respectus mei. Idem lib. 2. d. 5. Aliquo respectu sui. Item ibid. Si quem respectum amicitiæ haberet. Ibidem, Si nullus sit quàm ad Romanos aspectus. Ouid. Eleg. 3. lib. 1.

Respectúque tamen non periisse mei.

¶ Aliquãdo id quod respicitur. Cicer. 1. de Diuin. Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore. id est, horrendum spectaculum.

Respecto, as, frequentatiuum est à respicio, Identidem oculos deorsum flecto, vel oculis reflexis quempiam aspicio. { ἀποβλέπω. GALL. *Regarder souuent.* ITAL. *Guardare à dietro, guardare con gli occhi volti alla terra.* GER. Mit nidersich gewendten augen offt ansehen. HISP. *Mirar à tras, ò mirar boluiendo los ojos hazia la tierra.* ANGL. *To look often back.*} Virg. 11. Æneid.

Bis reiecti armis, respectant terga tegentes.

Cicer. pro Sest. Verùm hæc ita prætereamus, vt tamen intuentes & respectantes intueamur. Plaut. Men. sc. 2. a. 1. Probus esses agitator. Quidum? respectas identidem. Senec. cap. 15. de tranq. Respectare ad vitam in ipsa morte. Quintil. Respectans deformiter orator. (quum opem scilicet ab aliis petit.) ¶ Per translationem nonnunquam significat misereri, seu propitium esse. Virg. 1. Æneid.

Si qua pios respectant numina.

Respexo, Plaut. Aul. sc. 1. a. 1. Si respexis donec ego te iussero. Vbi tamen Respexis, dictum puto pro respexeris.

RESPIRO, as, Anhelitum recipio, spiritum duco, animam attraho & emitto. { רוח *ravách.* ἀναπνέω. GALL. *Respirer, reprendre son halaine.* ITAL. *Respirare.* GER. Erkeichen/ erschnauffen/ den athem fassen. HISP. *Espirar otra vez, respirar.* ANG. *To breath, to tak his breath.*} Plaut. in Epid. sc. 2. a. 2. Mane, sine respirem quæso. P. Imò acquiesce. A. Animo malè est, Recipiam anhelitum. Cic. pro Rosc. Amer. Quum tot tantísque negotiis distentus sit, vt respirare liberè non possit. ¶ Interdum efflo, exhalo, odorem emitto, ἐκπνέω. Statius 2. Sylu.

———inde malignum
Aëra respirat pelago circunflua Nessis.

¶ Per translationem accipitur pro recreare, refici. נפש *nippásch.* ἀναψύχω, ἀναλαμβάνειν ἑαυτόν. } Cic. Aul. Torq. Si armis, aut conditione positis, aut fatigatione abiectis, aut victoria detractis, ciuitas respirauerit: & dignitate tua tibi & fortuna vti licebit. Velleius, Respirauit acies Romanorum: & hostium cessit. A re aliqua respirare. Quintil. lib. 1. c. 8. Nam præcipuè quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Asinium etiam, & cæteros, qui sunt proximi, vidimus, Ennij, Accij Pacuuij, Lucilij, Terentij, Cæcilij & aliorum inseri versus: summã non eruditionis modò gratia, sed etiam iucunditatis, quum poëticis voluptatibus aures à forensi asperitate respirent.

Respiratio, nis, verbale Anhelitus receptio, attractio, & emissio anhelitus à pulmone per asperam arteriam. { רוחה *revacháh.* ἀναπνοή. GAL. *Respiration, respirement.* ITAL. *Respiratione.* GERM. Das schnauffen/ oder athmen. HISP. *Aquella obra de respirar.* ANGL. *A breathing.* } Plin. lib. 9. cap. 7. Quis enim sine respiratione somno locus? ¶ Nonnunquam euaporatio, ἀναθυμίαμα. Cic. 2. de natura deor. Ipse enim oritur ex respiratione aquarum: earum enim quasi vapor quidam aër habendus est.

Respiratus us, ui, Respiratio. Cicer. 2. de natura deor. In pulmonibus autem inest raritas quædam & assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima: qui tum se contrahunt aspirantes tum in respiratu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis, quo maximè aluntur animantes.

Respiramen, inis, pro halitu, seu meatu spiritus. { ἀνάπνευσμα. GAL. *Le conduit par où on respire, souspirail.* ITAL. *Condotto naturale por loqualle si respira.* GERM. Der gang deß athems/ die lufftrör. HISP. *El respiradero.* ANGL. *The passage of the breath.*} Ouid. 2. Metam. Vitalésque vias & respiramina clausit. Ibidem, Elidunt fauces, & respiramen, itérque Eripiunt animæ.

Resplendeo, es, Splendeo, reluceo. { נגה *nagháh* הופיע *hophiah.* ἀποστίλβω, στίλβω. GALL. *Resplendir, reluire.* ITAL. *Risplendere.* GERM. Wider scheinen/ ein glantz geben. HISP. *Resplandecer.* ANGL. *To giue light, to shine.* } Cicer. 2. de finib. Adsint etiam formosi pueri qui ministrent: resplendeat iis vestis.

RESPONDEO, es, di, sum, Posteriore loco dico. { ענה *hanáh* השיב *heschib.* ἀποκρίνομαι, ὑποκρίνομαι. GALL. *Respondre.* ITAL. *Respondere.* GER. Antworten/ antwort geben. HISP. *Responder à la pregunta.* ANGL. *To answer.* } Plin. in Pseud. Responde quod rogo. Dicimus autem respondeo tibi, & ad te. Plin. Quum ad eos breuissimè respondissem. Marius ad Ciceronem lib. 11. Epist. Respondebo criminibus quibus tu pro me, &c. Plaut. Aul. sc. 1. a. 2. Quod eis respondi, ea omnes stant sententia. (de coniectore somniorum) Idem Men. sc. 2. a. 1. Quid olet? responde vt augur. Idem Capt. sc. 2. a. 2. E. Sponden' H. Spondeo. E. At ego aduenisse gnatum tuum respondeo. Idem Men. sc. vlt. a. 5. Sed hoc responde mihi. S. Roga. Idem Asin. sc. 3. a. 3. Hoc quod rogo, responde. Idem Curc. sc. 1. a. 2. & sc. 3. a. 5. Quando vir bonus es, responde quod rogo. Ibidem sc. 3. a. 2. Respondit mihi atque adeò fideliter sibi esse argenti inopiam. Idem Men. sc. vlt. a. 5. Vt libet roga, respondebo. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Labori rogandi & respondendi parsissem. Mox; vt te rogitem responde mihi. Quintil. Non responsurum inuadere, &c. ¶ Responsum est mihi. Plaut. Curc. sc. 3. a. 2. ¶ Aliquando significat euentu & exitu conuenire, consentire, & congruere. ἀπαντᾶν. Virg. lib. 1. Æneid.

———Dictis respondent cætera matris.

id est, consentiunt, & conformia sunt. Plin. lib. 36. c. 22. Structuram, ad normam, & libellam, & ad perpendiculum respondere oportet. ¶ Aliquando ponitur pro parem & similem esse. Cicer. 1. Tusc. Nec tamen si qui magnis ingeniis in eo genere extiterunt, non satis Græcorum gloriæ responderunt, id est, pares fuerunt. Idem in Trebon. Cui quidem amori, vtinam cæteris rebus possem, amore certè respondebo, id est, satisfaciam, vel par ero. Virg. 1. Georg.

Illa seges demum votis respondet auari
Agricolæ.

¶ Respondere ad animum alicui, est ei placere. GAL. *Luy plaire, estre à son gré.* Suet. in Cæs. c. 46. Villam, quia non tota ei responderat, totam diruisse, &c. ¶ Respondere ad nomen. Liu. lib. 4. d. 4. Respondere ad delectum. Idem ibid. Item, Respondere nobilitati suorum. ¶ Aliquando pro obiici, seu contra positum esse. ἀντίκειμαι. Virg. lib. 6.

Contrà elata mari respondet Gnosia tellus.

¶ Sanguis in fœminis non respondere dicitur, quum velut vocatus naturæ cursu non fluit. Cels. lib. 4. cap. 4. Sæpè fœminæ, quibus sanguis per menstrua non respondet, hunc expuunt. Alibi dicit, quibus menstrua non feruntur. Aluus non respondet. Idem 4. 10. soluere aluum, si aliter non respondet, etiam ducere. Idem 6. 6. Menstruis bene respondentibus.

Responso, as, crebrò respondeo: item respondeo indignanter: contradico, resisto. { ἀντιλέγομαι, ἀποκρίνομαι. GALL. *Respondre souuent.* ITAL. *Rispondere spesse volte.* GER. Offt antwort geben/ antwortten. HISP. *Responder muchas vezes.* ANGL. *To answer often.* } Plaut. Menach. Responsa aut loquere. Idem Mostell. Neu quisquam responset, quando hasce ædes pultabit senex. Idem Men. sc. 2. a. 4. Num ancillæ aut serui responsant tibi, loquere: non erit impunè. ¶ Responsare palato cibus dicitur qui minus tener est, duritiáque sua palato resistit. Hor. in præceptis Catianis,

Si vespertinus subitò te oppresserit hospes
Ne gallina malum responset dura palato,
Doctus eris viuam misto mersare Falerno,
Hoc teneram faciet.

Responsito, as, are, de re dubia consultus, responsum edo: propriéque ad iuris

iuris prudentes, antistites cæremoniarúmque conditores pertinet, & Romæ olim ad Pontifices, ἐξηγεῖσθαι. Gellius *lib.* 13. *cap.* 19. Consulentibus de iure publicè responsitauit. Cicero 1. *de Legib.* Summos fuisse in ciuitate nostra viros, qui id interpretari populo, & responsitare soliti sint.

Rēspōnsum, id quod respondetur, & actio respondentis. { מענה *mahanéh* תשובה *teschubáh*. ἀπόκρισις, ἀντίκρισις. GALL. *Response*. ITAL. *Risponsione, risposta*. GERM. Ein antwort. HISP. *La respuesta*. ANG. *An answer*.} Terent. *in prolog. Phormion.* Is sibi responsum hoc habeat: in medio omnibus Palmam esse positam. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Quod scribo, Delphis tibi responsum ducito. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Postquam responsum est mihi (id est postquam ab eo responsum accepi.) (Quibus in exemplis τὸ responsum verbi passiui naturam retinet potius, quàm nominis, &c. ¶ Dicimus autem dare responsum, & reddere responsum, pro respondere. Cicer. 6. *Ver.* Senatus Sopatro responsum nullum dat: sed commotus perturbatúsque discedit. Idem *pro Plancio*, Quum Senatus impediretur, quo minus id quod hostibus semper erat tributum responsum, Equitibus Romanis redderetur. ¶ Ponitur quoque responsum pro oraclo. χρησμὸς, λόγιον. Plin. *lib.* 15. *c.* 30. Lauriferam tellurem illam osculatus ex responso Cicer. 2. *de natura deorum*, Multa ex aruspicum responsis commemorare possum. Virg. 9 *Æneid.*

Si qua Phryges præ se iactant responsa deorum

Idem 3. *Georg.*

Nec responsa potest consultus reddere vates.

¶ Item responsa prudentum apud Iureconsultos dicuntur opiniones & sententiæ quas consultoribus suis viri prudentes & iuris periti dederunt. Hæ partem iuris scripti faciunt. Vide Iustinianum *in §. Responsa prudentum. de iur. nat. gent. & ciuil.*

Rēsponsalis, qui pro alio respondet, ἀποκρισιάριος: procurator, vel is qui absentem excusat.

Rēspōnsūs, us, Conuenientia, consensúsque. { ἐφαρμογή. GALL. *Correspondance, proportion*. ITAL. *Correspondentia*. GER. Zusammen reimung/oder stimmung/wann eines sein auff das ander geht. HISP. *Consentimiento*. ANG. *Consention or an aggrying together of thinges*. Vitruuius, Symmetria est ex ipsius operis membris conueniens consensus: ex partibúsque separatis ad vniuersæ figuræ speciem ratæ partis responsus. Idem *lib.* 3. *c.* 1. Similiter verò sacrarum ædium membra ad vniuersam totius magnitudinis summam ex partibus singulis conuenientissimum debent habere commensum responsum. *Ibidem.* Et ex membris separatis ad vniuersam corporis speciem ratæ partis commensum fieri responsum.

Rēspōnsio, nis, Ipse respondendi actus. { מענה *mahanéh* תשובה *téschubáh*. ἀντίκρισις. GALL. *Response*. ITAL. *Responsione*. GERM. Antwort. HISP. *Respuesta*. ANGL. *Answering*. } Cicer. 3. *de Orat.* Et quod continuatum, & interruptum, & imago, & sibiipsi, responsio, & immutatio, & disiunctio. Idem *pro Corn. Balbo*, Accusatoris interpretatio indigna responsione.

Rēspōnsōr, is, Fideiussor, qui pro aliquo spondet. { ערב *horéb*. ἐγγυητής. GALL. *Respondant, pleige*. ITAL. *Rispondente*. GER. Ein bürg/der für ein anderen verspricht. HISP. *El que promete por otro*. ANG. *A suretie or pledge*.} Horat. 1. *Epist.* 16.

Quo responsore, & quo causa teste tenentur.

Responsorius, a, um, respondendi vim habens, respondens.

Rēspūblĭca, æ, Libera ciuitas, status liberæ ciuitatis. { πολιτεία. GALL. *Republique, vne communauté de bourgeois*. ITAL. *Republica, cità libera*. GER. Der gemein nutz/ein gemein regiment in einer statt oder burgerschafft. HISP. *Republica, ciudad franca que biue de su ley*. ANGL. *A commone weale*.} Cic. 1. *Offic.* In quo si mihi obtemperatum esset, si non optimam, aut aliquam Rempublicam, quæ nunc nulla est, haberemus. Idem *Att.* Hoc bello victores quam Rempublicam simus habituri, nescio: victis certè nulla vnquam erit.

RĔSPŪO, is respui, tum, Repudio, & contemptim veluti cum sputo reiicio. { געל *ghahál* מאס *maás*, ἀποπτύω. GALL. *Reietter*. ITAL. *Rifiutare, far poco conto, spessare*. GERM. Hinspeiwen/verächtlich hinwerffen. HISP. *Menospreciar*. ANG. *To put away, to ligtlie or contemne*.} Cæsar 1. *bell. Gall.* Non respuit conditionem Cæsar, iámque ad sanitatem redire eum arbitrabatur. Liuius 2. *ab vrbe*, Munera eius in animis hominum respuebantur. Tibull. *in Paneg.*

Nec munera parua respueris.

Cicer. 3. *de Orator.* Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius: quique dulcedine præter cæteros sensus commouetur, quàm citò, id quod valde dulce est aspernatur, ac respuit. Gellius *cap.* 7 *lib.* 2. Declinanda, non respuenda quæ iubet pater iniustè. Senec. *cap.* 9. *de consl. ad Mart.* Quasi dirum omen respuat. ¶ Respuere auribus, per translationem, pro eo quod est loquentem nolle audire. Cicer *in Pis.* Quis vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur? Respuere item aures dicuntur, quod earum indicio deprehendimus non rectè sonare. Idem *de Patr.* Quod aures respuunt, immutandum est. Quintil. Respuunt id aures. ¶ Respuere ictus, est ictibus non lædi, & duritia sua ictum quodammodo repellere. Plin. *lib.* 7. *cap.* 15. Ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens. Lucr. *lib.* 3.

Prætereaque quæcunque manent æterna, necesse est.
Aut quia sunt solido cum corpore, respuere ictus.

Respuere secures dicitur lignum, quod securibus non potest findi. Plin. *lib.* 17. *cap.* 10. Quid simile originis suæ habent malorum pirorúmque semina: his enim principiis respuentem secures materiem nasci, indomita ponderibus, immensis præla, arbores velis, turribus, murísque impellendis arietes. ¶ Imperium respuere, id est, recusare. Colum. *lib.* 6. *c.* 8. Vbi piger iuuencus medius inter duos veteranos iungitur, aratróque iniuncto terram moliri cogitur, nulla est imperij respuendi facultas. Respuere in aliquem, Spuendo reiicere. Senec. *Epist.* 54. Quædam tela Philosophia discutit, ea in eum qui miserat respuit.

Rēspŭor, eris, passiuum. { נגעל *nighhál* נמאס *nimeás*. } Lucret. *lib.* 1.

Præterea lumen per cornua transit, ac imber
Respuitur.

Rēspŭens, tis, participium seu nomen ex participio, { געל *ghohél* מאס *moés*. ἀποπτύων. GALL. *Qui reiette*. ITAL. *Chi rifiuta*. GERM. Verächtlich hinwerffend. HISP. *El que menosprecia*. ANG *Tha .putteth away or contemneth*.} Gellius *lib.* 6. *cap.* 15. Communium vocum respuens minus. Vide *Respuo* suprà.

RĔSTĀGNO, as, are, Extrà redundo, aquam non contineo, exundo, abundo, effluo. { שטף *schatáph*. ἀναπλημμυρέω. GALL. *Se desborder*. ITAL. *Abondare di sopra, andar fuori* GERM. Vberlauffen. HISP. *Rebossar el agua*. ANG. *To sorrounde, to ouerflowe*. } Colum. *lib.* 2. *cap.* 17. Itaque si qua palus in aliqua parte subsidens restagnat, dulcis deriuanda est: quippe aquarum abundatia atque penuria graminibus æquè est exitio. Cæsar. 2. *bell. Ciuil.* Sed hoc itinere est fons, quo mare succedit longiùs, latéque is locus restagnat. Ouid. 12. *Metam.*

Quam restagnantis facit maris vnda paludem.

Rēstāgnātĭo onis, Inundatio. { שטף *schéteph*. πλημμύρα. GALL. *Desbordement d'eau*. ITAL. *Inondatione, allagamento*. GERM. Vberlauffung/ außzwellung. HISP. *Rebossadura de agua*. ANGL. *Asurren ding, ouer flowing*.} Plin. *lib.* 11 *c.* 37. Ne restagnatio in tempestiua alui obstrepat. Idem *lib.* 6. *c.* 28. Quod abesse à Petra decem dierum nauigatione nouistri negotiatores dicunt: Characenorúmque regi parere: & Apamiam sitam vbi restagnatio Euphratis cum Tigri confluat.

Rēstauro, as, Reparo, instauro, restituo redintegro, renouo. { בדק *badhák*. ἀνασκευάζω, ἐπισκευάζω. GALL. *Restaurer, refaire, renouueler*. ITAL. *Ristaurare, rineuare*. GERM. Erneuweren/wider ergäntzen. HISP. *Restaurar, renouar*. ANG *To restore, to the former estate, to repaire*.} Iustin. *lib.* 2. Interea & Darius quum bellum restauraret, in ipso apparatu decidit. Tacit. *lib.* 3. At Pompeij theatrum igne fortuito haustum Cæsar extructurum pollicitus est: eo quòd nemo è familia restaurando sufficeret.

Rēstĭbĭlis, e, quod quotannis restituitur, & quodammodo renouatur. { παλιμβλαστής, παλιμφυής. GALL *Qui rapporte tous les ans*. ITAL. *Cosa che ogni anno si torna a fare*. GER. Das järlicch wider zugerüstet/oder gebauwet wirt. HISP. *Cosa que cada año se rehaze, como la sembrada del rastrojo*. ANG. *That is repaired or cometh yearlie*.} vt, Ager restibilis, qui quotannis seritur. Colum. *lib.* 2. *c.* 10. Phaseolus terræ mandabitur, vel inueterato, vel meliùs pingui, & restibili agro. Festus, Restibilis ager fit, qui continuo biennio seritur farreo spico, id est, aristato: quo ne fiat solent qui prædia locant excipere. Restibilis seges, est quæ regerminat, quasi cuius fœcunditas in sequentem quoque annum restet. Plin. *lib.* 18. *cap.* 17. Vbertatis tamen tantæ sunt, vt sequente anno sponte restibilis fiat seges. Restibile vinetum, dixit Colum *lib.* 3. *c.* 18. pro eo quod singulis annis repastinatur. Restibilis fœcunditas est continua, & non intermissa fœcunditas. Plin. 28. *cap.* 19. Conceptum leporum vtero exemptum, his quæ parere desierint, restibilem fœcunditatem afferre putant.

Rēstinguo, is, xi, ctum, à stinguo compositum est, Extinguo, reprimo. { כבה *chibbáh* שבח *schibbéach* השביח *hischbiach*. ἀποσβέννυμι. GALL. *Esteindre*. ITAL. *Stinguere, smorzare*. GERM. Außlöschen/löschen. HISP. *Apagar*. ANGL. *To quenche, to put any thing that burneth*.} Stinguo verò (vt opinor) significat, obscuro: quod quanuis raró in vsu sit, legitur tamen apud Cicer. vt *in Arati Phœnom.* Quem neque tempestas perimet, neque longa vetustas Interimet, stinguens præclara insignia cælûm. Idem *in Prognost.* Vt quum Luna meas, Hyperionis officit orbi, Stinguuntur radij cæca caligine tecti. Plaut. *in Casin.* Ignem restinguunt aqua. Virg. *Eclog.* 5.

——— quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.

Terent. *in Eunuch.* Hæc verba vna mehercule falsa lacrymula, Quam oculos terendo miserè vix vi expresserit, Restinguet. Velleius, Restinguere initium belli.

Rēstinctūs, a, um, participium. { מכבה *mechubbéh*. ἀποσβεσθείς. GALL. *Esteint*. ITAL. *Estinto*. GERM. Außgelöscht/ erlöscht. HISP. *Apagado*. ANGL. *Quenched*.} Cicero *ad Brut. lib.* 11. Ex tuis literis, & ex Græceij oratione, non modò non restiuctum bellum, sed etiam inflammatum videtur.

Rēstinctio, nis, verbale. { ἀπόσβεσις. GALL. *Esteignement, estanchement*. ITAL. *Restintione, ammorzamento*. GER Außlöschung/erlöschung. HISP. *Apagamiento*. ANGL. *Quenching*.} Cic. *lib.* 2. *de fin.* Illa autem voluptas ipsius restinctionis in motu est.

RĔSTĬPŬLŎR, aris, ari, est ab eo cui quid antè à nobis stipulanti promisimus, vicissim aliquid stipulari. { ἀντεπερωτάω. GAL. *Restipuler*. ITAL. *Ripromettere*. GERM. Wider vmbhin versprechen/ oder verheissen. HISP. *Prometer otra vez*. ANG. *To lay in pledge that we will answer to an action brought against vs*.} Valer. *lib.* 2. Nec dubitauit restipulari. Cic. *pro Rosc. Com.* Cur igitur decidit & non restipulatur neminem ampliùs periturum? loquitur de Fluuio, à quo Roscius transactionis nomine Fannij stipulatus erat.

Rēstĭpŭlātĭo, nis, verbale. { ἀνθομολόγησις. GALL. *Promesse derechef, restipulation*. ITAL. *Promessa da nuouo*. GER. Ein gegen verheissung. HISP. *Promessa otra vez*. ANG. *Answering to an action, or layingin a gage*.} Cicer. *pro Rosc. Com.* Quis est huius restipulationis scriptor, testis, arbiter?

Rēstis, is, vinculum plexum, fune minus, à resto (vt quidam aiunt) quod quæcunque ligata sunt, stare facit. { יתר *iether* חבל *chébél*. σχοῖνος, κάλως. GALL. *Vne corde*. ITAL. *Fune, corda*. GERM. Ein seyl/ein strick. HISP. *Cuerda*. ANG. *A rope or corde*. } Apul. Restim qua grabatulus erat intextus aggredior expedire. ¶ Ad restim res rediit, dixit Terent. *in Phorm.* pro eo quod est, Res eum in statum adducta est vt de suspendio sit cogitandum, Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Volo mihi restim emere (drachma) qui me faciam pensilem, &c. ¶ Restim ductare, dicuntur in saltatione chori puerorum, puellarúmque manu conserti. Terent. *in Adelph.* Tu inter eas restim ductitans saltabis. Ibi Donatus Lusus est natus ab eo fune, quo introductus equus duriùs in Troiam est. Liuius *lib.* 27. Per manus reste data, virgines sono vocis pulsu pedum modulantes incesserunt. ¶ A qua similitudine aliorum connexa capita restes dicuntur. Plin. *lib.* 20. *c.* 6. Allium ad serpentium ictus potum, cum restibus suis. ¶ Ad restim funiculum, ἐπὶ σχοινίῳ σχοινίον sc. προσθῇς. addis: cùm aliquid superuacaneè adiicitur, aut simile simili pensatur

Restiarius, qui restes & funes torquet. { χοινοστρόφος. GAL. *Cordier*. ITAL. *Colui chi fa le funi, cordaro, faniere*. GERM. Ein seyler. HISP. *El que haze cuerdas*. ANGL. *That maketh or plotteth ropes*. } Dicitur etiam

Restio, nis, pro restiario. Quanquam Corn. Fronto *de diff. voc.* distinguit, restiarium esse qui restes torquet, restionem verò qui vendit. ¶ Restio apud Plaut. accipitur pro eo qui se suspendit. Illi, inquit, erunt buccidæ potius, quàm ego sim restio. id est, illi potius cædentur bubulis loris, quàm ego me suspendam.

Resticula, æ, parua restis. { τὸ χοινίον. GALL. *Cordelette, petite corde*. ITAL. *Cordicella*. GER. Ein seylin. HISP. *Pequeña cuerda*. ANG. *A litle corde*. } Var. *lib.* 1. *de re rust. c.* 41. Tum enim resticulas per ficus quas edimus, maturas perferunt: & eas quum inaruerint, complicant, ac quò volunt mittunt. Legitur &

Resticulus, gen. masc. Vlpian. *in l. si verò. ff. de iis qui deiecerunt*. Si amphora ex resticulo suspensa decidisset, & damnum dedisset, Aliàs scribitur, *Reticulo*. Gothofr. annotat, fortè resticulo? sed possimus legere, *resticula* secundùm analogiam. Vet. Vocab. Resticulæ etiam sunt, quas succinctoria, vel redimicula, & propriè brachiatoria appellare, possumus.

Resticularius, qui facit resticulas, vel ad eas pertinens. Vet. Vocab. ergo subst. & adiect.

Restito, vide *Resto*.

Restituo, is, Reddo. { השיב heschib שלם schillém. ἀποδίδωμι. GAL. *Restituer*. ITAL. *Restituere, rendere*. GER. Widerumb zustellen/oder zuhanden stellen/ widergäben. HISP. *Restituir*. ANGL. *To restore or repaire*. } Terent. *in Eunuch*. Primùm quod soror est dicta: præterea vt suis restituam, ac reddam. Restituere, pro de integro condere, dixit Liuius *lib.* 3. *d.* 4. ¶ Aliquando ponitur pro instauro, renouo, & in statum pristinum reduco. ἀποκαθίστημι, ἐπανορθόω, μεθαρμόζω. Iustinus, Hunc regno àpatre priuatum filius restituerat. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Restituere ad dignitatem. Suet. *in Cæsar. cap.* 62. Restituere aciem inclinatam. Quid. 3. *Fast.*

——turbatas restituitque comas.

Senec. *cap.* 11. *de tranquil.* Reddo, restituo, (quod creditum, &c.) Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Vix instillato restituenda mero. (lingua sup.)

Et propriè restituuntur volentes, cupientésque: vt ciuis patriæ, & filius patri. Terent. *in Heaut.* Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis, Dum id quæro, tibi qui filium restituerem. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Illum restituam huic: hic me meo patri. Cicero *in Top.* Ei cui domus vsusfructus legatus sit, non restituturum heredem si corruerit. Cæs. *lib.* 1. Ipsos oppida vicósque quos incenderant restituere iussit. ¶ Restituere aliquem natalibus, vt suprà docuimus in dictione Natalis, idem est quod hodie dicimus *nobilitare*, & restitutio natalium, quam vocamus *nobilitationem*. Restituere stomachum, Cels. *lib.* 1. *c.* 5. ¶ In integrum restituere, est integrum facere vt priùs erat, instaurare, reparare. Cæs. 3. *bell. Ciuil.* Quæ iudicia, aliis audientibus Iudicibus, aliis sententiam ferentibus, singulis diebus erant perfecta, in integrum restituit. Liuius 1. *bell. Maced.* Quum præcipitata raptim consilia neque reuocari neque in integrum restitui possent. Senec. *cap.* 22. *de cons. ad Mart.* Restitui in integrum, morte, &c. ¶ Restitui sibi dicuntur vina quæ mutata fuerunt. Plin. *lib.* 14. *c.* 17. Vina in apothecis Canis ortu mutantur quædam: posteaque restituuntur sibi. ¶ Restituiri, vel restitutuiri vetustè pro Restitutum iri in Iurisconsultorum libris reperitur: quemadmodum Præstituiri, Reddituiri, de quibus suo loco.

Restitutio, nis, verbale, Repositio. { שלם schillám שלומה schillumáh. ἀποκατάστασις. GAL. *Restitution, restablissement*. ITAL. *Restauratione, restablimento*. GERM. Wider zustellung/wider gebung. HISP. *A quella obra de restituir*. ANG. *A restoring*. } Caius *l. plus est. D. de verb. signif.* Plus est, inquit, in restitutione quàm in exhibitione: nam exhibere est præsentiam corporis præbere: restituere verò est etiam possessorem facere, fructúsque reddere. Quint. *lib.* 6. *c.* 1. Præmij nomine impetrauit restitutionem patris. Cicer. *in Pis.* Nemini est triumphus honorificentius quàm mihi salus, restitutióque perscripta. ¶ Pro refectione. Suet. *cap.* 47. *in Tiber.* Augusti templum restitutionémque Pompeiani Theatri imperfecta reliquit.

Restitutor, ris, qui restituit. { משיב meschib משלם meschallém. ἀποκαταστάτης. GAL. *Restablisseur, qui remet en son premier estat*. ITAL. *Chi remette alcuno nel suo primo stato*. GER. Ein widerbringer/der etwas in sein erste statt widerstellet oder einsetzt. HISP. *Restituidor*. ANGL. *A restorer*. } Cicer. *pro Milon.* P. Lentulus vltor sceleris illius, propugnator Senatus, defensor vestræ voluntatis, patronus illius publici consensus, restitutor salutis meæ. Restitutor à Quintiliano vocatur filius, qui damnatum patrem opera sua restituit.

‖ Restitutrix, icis. Apul. in Hermetis Asclepio: Terra sola in seipsam consistens, omnium est receptrix, omniúmque generum quæ accepisti, restitutrix. ‖

Restitutorius, Adiectiuum, vt Iudicium restitutorium. Caius *in l. qui proprio §. item ff. de procur.* Item quæritur, si iudicium acceperit defensor, & actor in integrum restitutus sit; an cogendus sit restitutorium iudicium accipere. Actio restitutoria. Vlp. *in l. quamuis pignori. §. Marcellus ff. ad SC. Velleianum.*

Resto, as, supersum, reliquus sum. { שאר schaár נשאר nischéar נותר nothár. ὑπολείπομαι, περίειμι, λείπομαι. GALL. *Rester*. ITAL. *Restare*. GERM. Vberig/oder vberenzig sein/vberbleiben. HISP. *Restar*. ANGL. *To rest, to remane*. } Cicero *in Cat.* Ne cum æqualibus solùm qui pauci admodum restant. Idem 3. *Offic.* Qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiam. Ouid. *lib.* 3. *Metam.*

Et mihi, dum resto, iuuenili guttura pugno
Rupit, & excussum misisset in æquora, si non
Hæsissem, quamuis amens in fune retentus.

Idem *lib.* 2. *Fast.*

Iamque duæ restant noctes de mense secundo.

Cicero *pro Rosc. Amer.* Causam dicit is, qui vnus relictus ex illorum nefaria cæde restat. Terent. *in Phorm.* Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Curia restabat.* (id est, supererat vt fierem Senator.) Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5.

——Multum restabit acerbi.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4.

——nisi nomina restant.

¶ Item ponitur pro remotum esse, vel distare. { רחק rachák. διίσταμαι. } Enn. *apud Fest.* Magnis regionibus restat. ¶ Item pro in loco aliquo subsistere, siue remanere. { עמד hamád. ἐφίσταμαι, ἀνίσχω. } Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Vbi restiteras? (i. remanseras) Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 3. Me miserum restitando retinendóque lassum reddiderunt, &c. Terent. *in Andr.* Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam Portare, & ea me hîc restitisse gratia. Cicer. *pro Ligario*, Tertium est tempus, quo post aduentum Vari in Africa restitit: quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non voluntatis. Idem 4. *in Catil.* Sed tenentur ij, qui ad vrbis incendium, ad vestrum omnium cædem, ad Catilinam accipiendum Romæ restiterunt. Terent. *in Eunuch.* Vtinam illum dij, deæque omnes senem perdant, qui me hodie remoratus est, Méque adeó, qui restiterim. ¶ Item resistere, repugnare. { התיצב לפנים hithjatsséb lephanim. ἀνθίσταμαι. } Terent. *in Heaut.* In qua re nunc tam confidenter restas stulta.

Restito, as, Identidem resto, moram traho. { עמד hamádh אחר echár. ἐφίσταμαι, ἐπέχομαι. GAL. *s'arrester plusieurs fois en chemin*. ITAL. *Fermarsi piu volte per strada*. GERM. Bleiben stehn eins stehns. HISP. *Quedarse muchas vezes por el camino*. ANGL. *To rest often in te way*. } Terentius. *in Eunuch.* Exi foras scelestè, at etiam restitas? Fugitiue prodi.

Restitrix. Plaut *Truc.* 4. 2. Ego interim hîc restitrix residebo. i. ego interim hîc resistens remanebo. Ita *restitrix* à resistendo

RESTRINGO, is, Religo, reuincio. { כבש chabásch צרר tsarár. κατασφίγγω. GALL. *Restrainde, reserrer*. ITAL. *Legare, restringere*. GERM. Zutricken/binden. HISP. *Atar ò restriñir*. ANGL. *To bind or straigne harde*. } Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Saltem, si non arriderent, denteis vt restringerent. Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Martium.* Licebit tibi auidissimum maris verticem restringere. (Gallicè *accourcir*, ita legit & exponit Passer. Aliàs tamen ibi legitur, stringere.) Idem *ibid. c.* 1. Oriens adhuc restringenda mali vis. (i. dolor, tristitia.) Plin. *lib.* 35. Item belli imaginem pinxit restrictis à tergo manibus, Alexandro in curru triumphante. ¶ Aliquando coërceo, cohibeo, comprimo, reprimo. { עצר hatsár חשך chasách. ἐπέχω, συστέλλω. } Plin. *Epist.* 105. Nam sumptus candidatorum fœdos illos & infames ambitus lege restrinxit. Idem. *lib.* 8. *cap.* 27. Draco vernam nauseam syluestris lactucæ succo restringit. ¶ Aliquando soluo. { פתח pittéach. ἀναλύω. } Apul. Iumentum restringit, abiréque stabulo liberum finit, quod stabularius inuentum, mox domum reducit. ¶ Aliquando rursus stringo. Idem, Et duplici, ne solui facilè queat, nodo restringit.

Restrictus, aliquando participium, & aliquando nomen, significátque parcum, tenacem. { כבוש chabúsch כילי chilaí. κατεσφιγμένος, φειδωλός. GALL. *Restrein*. ITAL. *Ristretto*. GERM. Kundig/kurtz angebunden/karg. HISP. *Restriñido y apretado*. ANG. *Bound hard and strained*. } Cicer. *ad Att.* An existimas illum in hoc genere lentulum, an restrictum? nemo est minus. Idem *Appio Pulchro lib.* 3. Quum natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior.

Restrictè, aduerb. Parcè, tenaciter. { φειδωλῶς. GALL. *Estroittement*. ITAL. *Strettamēte*. GERM. Kundigklich/karglich/beschnittenlich. HISP. *Restriñiday apretadamente*. ANGL. *Streitlie*. } Cicer. *de Amic.* Nec obseruare restrictè, ne plus reddat, quàm acceperit.

Restrictim, idem Afranius *Thaide*, vt citat Nonius, Ea quæ fermè cedere melius consultoribus, quàm restrictim cogitata, &c.

Resulto, as, vide *Resilio*.

Resumo. { ἀναλαμβάνω. GALL. *Reprendre*. ITAL. *Ripigliare*. GERM. Widernemmen. HISP. *Tomar otra vez*. ANGL. *To tak againe*. Plin. Resumptis post longam ægritudinem viribus. Ouid. 9. *Metam.*

Instat anhelanti, prohibétque resumere vires.

Ibid.

Inque vicem sumptas ponit, positásque resumit.

Suet. *in Aug. c.* 78. Resumere & recuperare somnum. Salust. *Iug.* 10. de integro bellum resumi.

Resuo, is, ui, utum, Iterum suo: vel quod dissutum erat, restituo. { ἀναῤῥάπτω. GAL. *Recoudre*. ITAL. *Tornar à cuscire*. GER. Widerbutzen/widerflicken/wider näyen. HISP. *Tornar otra vez à coser*. ANG. *To sowe agame*. } Aliquando tamen legitur pro dissuere. Suet. *in Aug. c.* 94. Sumenti virilem togam tunica laticlaui resuta ex vtraque parte, ad pedes decidit.

RESVPINO, as, Supinum aliquem colloco. { ἐξυπτιάζω. GALL. *Renuerser le ventre en haut*. ITAL. *Riuoltarsi col'corpo in su, riuolgere sotto sopra*. GERM. Wider an rucken/legen den bauch vbersich kehrend. HISP. *Trastornar de arriba à baxo*. ANG. *To turne vpright or the face vpward*. } Fit enim resupino à nomine resupinus, quod est eiusdem significationis cum suo simplici supinus. ⟩⟨ Pronus. Terent. *in Phorm.* Pone apprehendit pallio, resupinat, &c. Quintil. Resupinare nares plana manu. ¶ Ponitur aliquando pro peruertere. Iuuen. *Sat.* 12.

——aulam resupinat amici.

¶ Aliquando pro perturbare, vel rem cœptam reuocare. Accius *Antigono*, vt citat Nonius, Quid agis? Perturbas rem omnem, ac resupinas soror.

Resupinus, a, um. Supinus, hoc est, ita procumbens vt pars corporis anterior sursum, posterior deorsum spectet. Gell. *cap.* 9. *lib.* 19. ⟩⟨ pronus. { ὕπτιος. GALL. *Renuersé le ventre en haut*. ITAL. *Cosa che sta col corpo in su*. GERM. Ruckling ligend vnd den bauch vbersich kehrend. HISP. *Cosa trastornada hazia arriba*. ANG. *That lyeth with the bellie vpward*. } Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Eósque Sciopodas vocari, qui in maiore æstu humi iacentes resupini, vmbra se pedum protegunt. Ouid. *Epist.* 15.

Et modò cantabam veteres resupinus amores.

Pro molli & effœminato. Quint. *lib.* 5. *cap.* 12. Quapropter eloquentiam licèt hanc libidinosam resupina voluptate auditoria probent, nullam esse existimabo quæ ne minimum quidem in se indicium masculini & incorrupti, ne dicam grauis & sancti viri, ostendet. Idem Quint. Habent resupini spectantésque tectum, &c. Idem, Resupini species cantici quiddam habent, sensimque resupina sunt.

Rĕsŭrgo, is, Iterum surgo, per synecd. resurgo cubitu: resurgo à mortuis. { קם kam. ἀνίσταμαι. GALL. Ressusciter, se releuer. ITAL. Risorgere. GERM. Wider auffstehn. HISP. Leuantarse, resuscitarse. ANGL. To rise vp againe. } Velleius, stetisse Capuam, concidisse, resurrexisse. Ouid. lib. 1. Fast.

Victa tamen vinces, euersaque Troia resurges.

id est, restitueris. Sic enim resurgere dicitur herba, vel arbor, quæ iterum crescit, ἀναφύεται. Plin. lib. 13. cap. 9. Sed præcipua vtilitas, quòd cæsa anno tertio resurgit. Ouid. 2. Amor. Eleg. 16.

Pérque resurgentes riuis labentibus herbas
Gramineus madidam cæspes obumbrat humum.

Virg. 4. Æneid.

——— rursúsque resurgens,
Sæuit amor, magnóque irarum fluctuat æstu,

Plin. lib. 16. c. 32. A quo deinde tempore maiestas populi Romani resurrexit, quæ vastata cladibus fuerat. Item Sen. epist. 79. Resurgere ex morbo. Idem c. 16. de con. ad Helu. Resurget dolor. Et Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.

Nunciet huc aliquis dominam venisse, Resurgam (deficiens.)

¶ Resurgere quoque bellum dicitur. Velleius, Noui & resurrecturi belli initium.

Rĕsŭscĭto, as, Ad vitam reuoco: quódque sopitum vel extinctum erat vigori suo restituo. { הקים hokim. ἀνεγείρω. GALL. Ressusciter, faire releuer. ITAL. Resuscitare. GERM. Wider erwecken. HISP. Despertar otra vez à otra, resucitar. ANGL. To cause, to rise, to waken. } Ouid. 1. Metamorph.

——— positámque resuscitat iram.

Rētæ, vnde verbum Reto, as, are, de quo infrà. Sunt arbores, quæ ex ripis fluminum eminent, aut in alueis ipsorum extant: à retibus dictæ, quòd prætereuntes naues retinerent instar retium, & quasi irretirent. Vnde ex edicto Prætorum, retanda flumina locari solebant: hoc est, purganda, nequid moræ, siue periculi nauibus in virgulta incidentibus fieret. Hæc ferè Gell. lib. 11. c. 17.

Retalio, per talionem compenso. Gell. c. 1. lib. 21. de pœna Talionis subtiliùs disserens: Quod per imprudentiam factum est, inquit, retaliari per imprudentiam debet Ibidem, reciprocationem talionis dixit.

RĔTARDO, as, Remotor, vel detineo, vel moram affero. { משך mischschéeh עכב hikkéb. ἀνέχω, βραδύνω. GAL. Retarder, retarger. ITAL. Ritardare. GER. Verhinderen / säumen. HISP. Tardar ò detener à otro. ANG. To hinder or stay. } Plin. Ep. 11 3. Sed quid imprudens, quem reuocare conor, retardo? Cicer. 10. Philipp. Quem nisi in via caducæ hereditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres. Idem 2. de natur deorum, Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur, sæpe etiam insistunt. Ouid. 3. Trist. Eleg. 7.

Sed vereor ne nunc mea te fortuna retardet. (id est, ingenium meum.)

Rĕtardātŭs, a, um, partic. Retentus, detentus. { ממשך memuschscháeh. ἀναβληθεὶς, ἀναβραδυνθεὶς. GALL. Retargé, retardé. ITAL. Ritardato. GER. Verhinderet / gesaumet. HISP. Tardado ò detenido. ANG. Hindred or stayed, deteined. } Suet. in Othon. c. 8. Et primo egressu inundationibus Tiberis retardatus. Claud. 1. in Eutrop.

Seruatóque diu puerili flore coëgit
Arte retardatam Veneri seruire iuuentam.

Rĕtardātio, nis, Detentio. { הכבה hikkebáh. ἀναβολή, βραδυσμός. GALL. Retardement, retargement. ITAL. Ritardamento. GERM. Verhinderung. HISP. Tardança. ANG. A staying. } Cicero 5. Philip. Vnde est adhuc bellum, nisi ex retardatione & mora?

Rĕtaxo, as, Vicissim taxo, & generaliter reprehendo. { ἀντισκώπτω. GAL. Retaxer & reprendre celuy qui reprend. ITAL. Ritassare, riprendere il riprensore. GER. Widerumb schelten / vnd mangel anzeigen. HISP. Reprehender al que reprehende. ANG. To reproue and rebuke againe. } Aliquando tamen sumitur pro suo simplici taxare { הוכיח hochiach. ἐλέγχω. } Suet. in Vesp. c. 13. Licinium Mutianum notæ impudicitiæ, sed meritorum fiducia minus sui reuerentem, nunquam nisi clàm & hactenus retaxare instituit, vt apud communem aliquem amicum querens, adderet clausulæ, Ego tamen vir sum.

Rĕtĕ, is, A rapiendo, vel à raritate dictum, vt Varroni placet, est instrumentum quo feræ, vel pisces capiuntur. { רשת réscheth. δίκτυον. GAL. Vne rets à pescher ou à venere. ITAL. Rete. GER. Ein garn / netz. HISP. Red. ANGL. A nett. } Virg. 3. Ecl. Si dum tu sectaris apros, ego retia seruo. Plaut. Asin. sc. 3. a. 1. Suauium si sumpsit, sumere eum licet sine retibus. ¶ Apud antiquos etiam legitur nominatiuus Retis, tam masculini quam fœminini gen. Idem in Rud. Non vides me referre vuidum retem sine squamoso pecu? Hodie tamen hoc in loco legitur rete in neutro genere. Varr. 3. de re rust. Intra retem aues sunt omne genus. Plaut. in Rud Neque piscium vllā vnciam pondo hodie Cepi, nisi hoc quod nunc fero in rete Quibus in locis reté accusatiuus, & rete ablatiuus proculdubio sunt à nominatiuo retis. Nominatiuum quoque pluralem ab hoc singulari receptum esse autor est Sosipater. Nam & consuetudine, inquit, dicimus, In retes meas incidisti. ¶ Rete etiam dicitur pro reticulo, pro texta fasciola, qua capillum in capite colligamus.

‖ Retia, æ, rete. Plaut. Rud. Iam nunc & operam ludos facit & retiam. Sed ibi nunc legimus Retia.

Retica ligna, quibus ligna sublinuntur. Gl. Isid. leg. Ridicæ l. q. tigna. ‖

RĔTĬCVLVM, i, diminutiuum. { ἄρκυον. GAL. Vne petite rets à pescher, vne coëffe. ITAL. Reticella. GERM. Ein klein garn / oder netz. HISP. Pequeña red. ANG. A litle net, or coife. } Plin. lib. 31. c. 6. Item demissæ reticulis in mari concauæ è cera pilæ, vel vasa inania obturata, dulcem intra se colligunt humorem. ¶ Capitur & pro tegmine muliebris capitis, quod capillos continet. κεκρύφαλος. Iuuen. Satyr. 2.

Reticulúmque comis auratum ingentibus implet.

¶ est & reticulum, sacculus in modum retis quo viatores pecuniam, & panem gestabant. Horat. lib. 1. Serm. Sat. 1

——— vt si reticulum panis venales inter onusto
Fortè vehas humero.

Alio nomine dicitur funda: qua voce vtitur Macrob. in Saturn. ¶ Est & reticulum, fascia quædam lanea, vel linea, ad formam retis facta, quam faciei admouemus ne agnoscamur. { פתיל pathil } Cicer. 7. Verr. Reticulúmque ad nares sibi apponebat tenuissimo filo, minutissimis maculis, plenum rosæ. ¶ Accipitur præterea reticulum pro instrumento lusorio quo pilam remittimus. Ouid. lib. 3. de arte amandi,

Reticulóque pilæ leues fundantur aperto.

Rĕtĭcŭlŭs, i, aliud diminutiuum ab antiquo nomine retis, ἄρκυον. Plin. lib. 12. cap. 14. Persona adiicitur capiti, densúsve reticulus. Var. lib. 3. cap. 5. Inter columnas exteriores pro pariete reticuli è neruis sunt, vt perspici in syluam possit.

Rĕtĭcŭlātŭs, a, um, quod est factum in modum retis. { δικτυωτός. GALL. Fait en façon de rets. ITAL. Fatto à modo di rete. GERM. Das gemacht ist wie ein garn / als die gätter. HISP. Hecho à guisa de red. ANGL. Made lyk a nett. } vt, Structura reticulata, quæ figuram plagarum quæ in retibus sunt, imitatur. Plin. lib. 36. cap. 12. Dictyoton vocant reticulatam structuram quam frequentissimè Romæ struunt, rimis opportunam. Fenestræ reticulatæ, reticulis obiectis munitæ. Verr. 3. de re rust. c. 7. Περιστερεὼν. fit vt testudo, magna camera tectus, vno ostio angusto, fenestris punicanis, aut latioribus reticulatis vtrinque, vt locus omnis sit illustris, néve serpens, aliúdve quod animal introire queat.

Retiiaculum, siue Reteiaculum. Plaut. Asin. sc. 1. a. 1. Venari autem retiiaculo in medio mari.

Rĕtĭārĭŭs, ij, alter ex gladiatoribus dicebatur in arena depugnantibus, quòd rete sub scuto gestaret, quo aduersarium suum inuolueret, quem Mirmillonem & Gallum appellabant, à Gallicæ armaturæ genere. δικτυοφόρος. Hic in summo galeæ cono piscis effigiem gestabat, & in primo congressu cessim ibat, retiario semper insequente, carménque illud occinente. Non te peto, piscem peto, quid me fugis galle? Huius autem certaminis primum initium à Pittaco profectum existimatur, qui aduersùs Phrinonem dimicaturus propter finium controuersias, reti occultè sub scuto allato, impediuit aduersarium. Quintil. lib. 6. cap. 4. Et Pedo de mirmillone qui retiarium consequebatur, nec feriebat, Viuum, inquit, capere vult. Meminit Iuuenalis Satyr. 8. Contra retiarium ferula. Martialis in præfatione lib. 2. Denique videas an te delectet contra retiarium ferula. id est, an id faciendum tibi putes, quod nemo non damnet atque exibilet. Domitius Calderinus interpres admonet subesse prouerbium, dici solitum in eos qui infirmo præsidio contra maximè instructum pugnarent. Quanquam idem paulo pòst aliò dilabitur, Nempe huc, gladiatores olim si minus placuissent, ferula cæsos eiici solere. Erasmus. ¶ Retiarij tunicati, & eorum secutores. Suet. in Calig. cap. 30. Idem in Claud. Munere gladiatorio, etiam fortè prolapsos iugulari iubebat, maximè retiarios, vt expirantium faciem videret.

‖ Retiolum, paruum rete Apul. ‖

RĔTĔGO, is, quod tectum erat denudo, aperio. { גלה ghilláh ערה heráh. ἀνακαλύπτω. GALL. Descouurir, ouurir ITAL. Discoprire, aprire. GERM. Entdecken / auffdecken. HISP. Descubrir, abrir. ANGL. To discouer, to open vp. } Virg. lib. 1. Æneid.

———caecúmque domus scelus omne retexit.

Iuuen. Satyr. 16.

Si tibi Zelotypæ retegantur scrinia mœchæ.

Horat. lib. 3. Carm. Ode 21.

———tu sapientum
Curas & arcanum iocoso,
Consilium retegis Lyæo.

Virg. lib. 5 Æneid.

———vbi primos crastinus ortus
Extulerit Titan, radiisque retexerit orbem.

Ouid. 13. Metam.

Responsa Deûm, Troianaque fata retexi.

Ibidem, timidi (animi) commenta retexit.

Rĕtectus, a, um, participium, Detectus, apertus. { מגלה megulléh. ἀνακεκαλυμμένος. GALL. Descouuert. ITAL. Discoperto. GERM. Endecket. HISP. Descubierto. ANG. Discouered. } Virg. lib. 6. Æneid.

Iam sole infuso, iam rebus luce retectis.

Catul.

Nudantes retecta veste papillas

Rĕtendo, is, quod tensum est laxo, remitto. { χαλάω. GALL. Destendre, desbander. ITAL. Allentare, rilassare. GERM. Etwas gespannens ablassen. HISP. A floxar lo estirado. ANGL. To slak. } Ouid. 3. Metam.

———nympharum tradidit vni
Armigeræ iaculum pharetrámque, arcúsque retentos.

Idem 2. Metam.

Exuit hic humero pharetram, lentósque retendit
Arcus.

Quintil. Retenduntur ingenia quiete.

Rĕtento, vide Retineo.

Rĕtĕro. is, Rursus tero, purgo, excerno. { ἀνατρίβω. GALL. Broyer, piler de rechef. ITAL. Terare di nuouo. GER. Wider trienslen vnd seuberen. HISP. Trillar otra vez. ANG. To weare and break small. } Colum. lib. 1. Pura deinde frumenta, si in annos recondantur, reteri debent. nam quantò sunt expolitiora, minus à curculionibus exeduntur.

Rĕtexo, is, quod textum erat dissoluo ✶ Tero. { ἀναλύω, ἀναφαίνω. GAL. Destitre desfiler. ITAL. Distessere, disfare quello che ò tessuto, GERM. Wider auffwäben / ein gewüp wider aufflösen. HISP. Destexer lo texido. ANGL. To vnweaue or vntwist } Ouid. 3. Amor. Eleg. 8.

Tardaque nocturno tela retexta dolo.

¶ Penelopes telam retexere, prouerbio dicuntur qui magno vel labore, vel sumptu rem quampiam conficiunt, quam postea cogantur destruere. Tractum à Penelope Vlyssis vxore, quæ quum tantum temporis impetrasset à procis, qui suæ pudicitiæ insidiabantur, donec telam, quam tum fortè præ manibus habebat, absoluisset, quicquid interdiu texuisset, noctu retexebat. ¶ Est etiam Retexere, in contrarium mutare, expolire, emendare, vel potiùs rursus texere, & redordiri, quasi aliam telam. Cicero 2. Philip. Itaque iam retexo orationem illam. Marius Ciceroni, An quod adolescens præstiti, quum etiam errare cum excusatione possem, id nunc ætate præcipitata communicem, ac me ipse retexam? ¶ Item significat dissoluere, reuocare, irritum facere, Cicero 4. Ver.

Ver. Omnia erant tum Metelli eiusmodi: vt totam suam Præturam texere videretur. Suprà dixerat, vt omnes istas iniurias, quas posset, retexeret, Bud.

Retiarius, Reticulum, Reticulus, *Rete*

RETICEO, es, ui, Subticeo, vel supprimo. { חרש *charasch* דמה *damáh.* ἀποσιωπάω. GAL. *Se taire, ne dire mot.* ITAL. *Astenersi di dire, tacere.* GERM. Verschweigen/verhalten/vnd nicht sagen. HISP. *Callar.* ANG. *To keep silence, and not speak.* } Plaut. *Men. sc. vlt. a.* 5. Roga vt libet, nihil reticebo, quod sciam. Cicer. 2. *de Leg.* Quoniam mihi sermo est apud deos, nihil reticebo. Terent. *in Heaut.* Ne lacruma: atque istud quicquid est, fac me vt sciam: Ne retice. Cicer. 3. *Offic.* Neque enim est celare, quidquid reticeas: sed quum, quod tu scias, id ignorare emolumenti tui causa velis eos, quorum intersit id scire Ouid. *Epist.* 18.

Multaque præterea lingua reticenda modesta,

Quæ fecisse iuuat, facta referre pudet.

Reticentia, æ, quum id non dicitur quod dici debuit, vt vitium ædium, vel rei venalis. { חרש *cheresch* דמי *domi.* ἀποσιώπησις. GALL. *Reticence, quand on se taist & ne dit on mot de ce qu'on deust dire.* ITAL. *Il tacere vna cosa che si douerebbe dire.* GER. Verschweigung/verhaltung HISP. *Obra de callar lo que se deue dezir.* ANGL. *A keeping of silence.* } Cicero *lib.* 3. *Offic.* A Iureconsultis etiam reticentiæ pœna constituta est. Plaut. *in Merc.* Dic, enecas me miserum tua reticentia, Cic. 4. *Phil.* Actum igitur præclare vobiscum fortissimi viri, dum vixistis nunc verò etiam sanctissimi milites, quòd vestra virtus nec obliuione eorum qui sunt, nec reticentia posteriorum insepulta esse poterit.

RETINEO, es, Remoror, detineo, retardo. { אחז *achaz* תמך *tamach* החזיק *hechezik.* ἀναλαμβάνω, ἐπέχω. GAL. *Retenir.* ITAL. *Ritenere.* GERM. Auffhalten/hinderhalten/behalten HISP. *Retener.* ANGL. *To reteine and hold back.* Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Retine, retine me obsecro, (ne cadam sup.) Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Retinere dimidium mercedis. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. Quoties ire volo me retines, reuocas. Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Quid astas? quin retines (abeuntem.) Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 3. Restitando retinendóque me lassum reddiderunt. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.*

Quáque potes, retine nomen in vrbe meum.

¶ Turbare & retinere auspicia. Gell. 14. *lib.* 13. ¶ Non retineo, id est, non memini. Idem *c.* 9 *lib.* 17. Siue ille Hasdrubal, siue quis alius est, non retineo. Idem. *cap.* 6. *lib.* 5. Retinere locum in acie vel relinquere. Teren. *in Eunucho*, id faciebat retinendi illius causa. Cicer. *ad Attic. lib.* 13. Quare nisi iam profecti sunt, retinebis homines. Ouid. 1. *de arte amandi.*

Saucius arrepto piscis retinetur ab hamo.

¶ Aliquando pro cohibeo, coerceo. { עצר *hatsar* חשך *chasach.* ἐφίσημι. } Terent. *in Adelph.* Pudore ac liberalitate liberos retinere satius esse credo, quàm metu. ¶ Aliquandò pro suo simplici tenere. Cicero 6. *Verr.* Sagittæ pendebant ab humero, sinistra manu arcum retinebat. ¶ Retinere officium, est in officio manere. Idem *pro Cluent.* Neque in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam potest. ¶ Aliquando retinere, est retrahere aliquem, ne cadat. Terent. *in Heaut.* Ah retine me obsecro. Retinere maiestatem, vel ius suum, pro Conseruare. Liuius 4. *de bell. Maced.* Si in sua quisque nostrûm matrefamilias, Quirites, ius & maiestatem viri retinere instituisset, minus cum vniuersis fœminis negotij haberemus. Cicer. *ad Lentul. lib.* 12. Nos in Senatu, quemadmodum spero, dignitatem nostram, vt potest in tanta hominum perfidia & iniquitate retinebimus.

Retinens, tis, Participium, seu nomen ex participio. { אחז *ochez* תמך *toméch* מחזיק *machazik* עוצר *hotser* חשך *chosech.* κατέχων, ἐφεκτικός. GAL. *Retenant, qui retient.* ITAL. *Chi ritenne.* GER. Behaltig/behutsam. HISP. *El que retiene.* ANG. *Reteining or holding back.* } Cicer. *ad Quint. fratr lib.* 1. Fert enim grauiter homo, & mei obseruantissimus, & sui iuris dignitatísque retinens. Gell. *lib.* 10. *c.* 20. Salust. quoque proprietatum in verbis retinentissimus.

Retentus, a, um, particip. Detentus, remoratus, retardatus. { אחוז *achuz* נתמך *nithmach* עצור *hatsur* נחשך *nechsach.* κατεχθείς. GALL. *Retenu.* ITAL. *Ritenuto*, GER. Auffgehalten/behalten. HISP. *Retenido.* ANGL. *Reteined or holden back.* } Cicer. 2. *Verr.* Potamonem Scribam, & familiarem tuum retentum esse à Verre in prouincia, quum tu decederes. Ouid. 10. *Metam.*

———verbisque dolore retentis,

Retentio, nis, verbale. Ipse retinedi actus. { מעצר *mahatsar* מעצור *mahatsor.* ἐπίσχεσις. GALL. *Retention, retenue.* ITAL. *Retenzione.* GERM. Auffhaltung/behaltung. HISP. *Retention*, ANGL. *A reteining, or holding bak.* } Cicero *ad Attic. lib.* 13. Sempérque Carneades προβολὴν pugillis, & retentionem aurigæ similem facit. Idem *Academ.* Illud certè opinatione & perceptione sublata sequitur, omnium assensionum retentio: vt si ostendero, nihil posse percipi, tu concedas, nunquam assensurum esse.

Retinacula, quibus aliquid retinetur, siue retardatur: frenum. { מתג *méthegh.* ἡνία. GAL. *Arrest, tout ce dequoy on retient, & arreste.* ITAL. *Venghi, breue, & ogni cosa che si ritiene.* GER. Ein jetlichs ding so etwas hebt/oder auffhaltet. HISP. *Cosa que se retiene.* ANG. *wherwith any thing is holden back or stayed, as à leash, or bridde.* } vt Retinacula vitium, id est, vimina quibus vites religantur. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.

Retinacula nauium, id est, funes quibus naues alligantur continenti. Virgil. 4. *Æneid.*

———vaginâque eripit ensem

Fulmineum, strictóque ferit retinacula ferro.

Retinacula equorum, id est, lora, seu habenæ, quibus equi reguntur. Idem *lib.* 1. *Georg.*

Vi quum carceribus sese effudere quadrigæ,

Addunt se in spatia, & frustrà retinacula tendens

Fertur equis auriga: nec audit currus habenas.

Salust. *in Catil.* Nam imperium facilè his artibus retinetur, quibus initio partum est.

Retento, as. frequentatiuum, Sæpè retineo. { ἐπέχω. GALL. *Retenir fort & souuent.* ITAL. *Ritenere, ritentare.* GERM. Stäts/oder offt halten. HISP. *Retener muchas vezes.* ANG. *To hold back often.* } Plaut. *in Asin.* Cur me retentas? ¶ Interdum iterum tento, id est, denuò experior, vel periculum facio, ἀναπειράομαι. Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

Erigitur, metuitque loqui, ne more iuuencæ

Mugiat, & timidè verba intermissa retentat.

id est, iterum tentat proferre.

Retinentia, actio retinendi, conseruatio.

Retingo, is. { ἀναβάπτω, πάλιν βάπτω. GAL. *Reteindre.* ITAL. *Ritignere.* GERM. Wider eintuncken/oder einstossen. HISP. *Teñir otra vez.* ANG. *To die or dippe againe* } Stat. 1. *Sylu.*

Permissum laxare animos, ferrúmque retingi.

Reticulum, paruum rete. Apul.

Reto, as, are; vt retare flumine, id est, purgare. Retæ enim arbores sunt, quæ aut ex ripis fluminum eminent, aut in alueis eorum extant à retibus, quòd prætereuntes naues irretiant. Hinc edictum vetus de fluminibus retandis, quod extat apud Gellium *lib.* 11. *cap.* 17.

Retondeo, es, Iteratò tondeo. { ἀνακείρω. GAL. *Retondre.* ITAL. *Tondere, tosare.* GER. Wider bescharen HISP. *Tresquilar.* ANGL. *To sheare againe.* } quanquam nonnunquam etiam accipiatur pro tondeo, siue detondeo: vt apud Plin. *lib.* 18. *cap.* 17. Retonsarum verò etiam semel, omninò certum est granum longius fieri de segetibus.

Retono, as, Contra tono, resono. { ἀντιβροντάω, ἀντιαχέω, ἀντηχέω. GAL. *Retonner, retentir.* ITAL. *Tonare à vincenda.* GERM. Widertönen. HISP. *Tornar contrario.* ANGL. *To thunder or sound against.* } Catul Face cuncta mugienti fremitu loca retonent.

RETORQVEO, es, ictu vel tactu reciproco: vt quum quis saxum, telúmve aduersus se proiectum, reiicit in aduersarium, reflecto, repello. { השיב *hischzir* מלק *malák.* ἀντιστρέφω. GALL. *Tirer, retourner, renuerser.* ITAL. *Tirare.* GER. Wider hinder sich trähen/oder treiben/wider vmbhin schlahen oder werffen. HISP. *Tirar al que tiro.* ANGL. *To turne back againe violentlie, to wrest and shoote againe.* } Cato maior, Quo quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit, nec tanquam pilam retorserit. Alij legunt, Néve tanquam Peliam recoxerit. ¶ Nonnunquam reflecto, id est, retrorsum flecto. Cicer. *in Catil.* Oculos sæpiùs ad hanc vrbem retorquens. Ouid. 3. *Metam.*

Ille dolore ferox caput in sua terga retorsit.

Virg. 12. *Æneid.*

Auersos toties currus Iuturna retorsit.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Semper ab Eubeicis vela retorquet aquis.

Retortus, as, um, participium. { משזר *moschzár.* ἀντιστραμμένος. GALL. *Tors & renuersé.* ITAL. *Torto.* GER. Vmbgeträyet. HISP. *Torcido, tirado.* ANG. *wrested, shoote or turned back againe.* } Horat. 2. *Epist.* Mox trahitur manibus regum fortuna retortis. Plin. *in Paneg.* Quum delatorum supina ora, retortásque ceruices cognoscebamus & fruebamur.

Retorreo, ui, retostum, Aduro, arefacio. { יבש *jibbésch.* καταφρύγω, ἀναξηραίνω. GAL. *Rendre sec, & aride, aride.* ITAL. *Arrostire, arsare.* GERM. Dören/rösten. HISP. *Torstar.* ANG. *To burne and mak drie.* } Plin. *lib.* 13. *cap.* 8. Marcescitque non retostus furnis.

Retorrescere, Retorridum fieri. { יבש *jabésch.* ἀναξηραίνεσθαι, καταφρύγεσθαι. GALL. *Deuenir sec & aride.* ITAL. *Diuenir secco & arso.* GERM. Dürr werden/verdorren. HISP. *Hazerse tostado.* ANG. *To waxe drie or parched with feruen heat.* } Col. *lib.* 3. *cap.* 3. Deinde sata non ita enutriunt, vt ante conualescant, ac prosiliant, quàm retorrescant.

Retorridus, a, um, Solis calore exustus. { יבש *jabesch.* κατακεκαυμένος. GAL. *Haui, sec & aride.* ITAL. *Cosa adusta, orsa dal calor del sole.* GER. Verdorret/oder außgedorret. HISP. *Cosa tostada al sol.* ANGL. *Burnerd, seared, or parched with feruent heat.* } vt, Retorrida zona, hoc est, nimio Solis calore ægrè habitabilis. Ramus retorridus, id est, arefactus, deficiente alimento. Plinius *cap.* 22. *lib.* 17. Col. *lib.* 3. Si in ea olea vnus ramus aliquantò cæteris latior est, nisi eum recideris, arbor tota fiet retorrida. Idem *lib.* 11. *cap.* 2. Et si sunt parum fructuosæ, vel cacuminibus retorridæ frondis, magis arboribus quaternos modios stercoris caprini circunspergere. Gell. *cap.* 30. *lib.* 15. Detriti iam alio genere vitæ & retorridi. Senec. *epist.* 67. & 87. Tunica & retorrida manus Mutij. Retorrida materies. Plin. *cap.* 10. *lib* 16.

Retorride, aduerb. { αὐχμηρῶς, καταξήρως. GALL. *Sans humeur, aridement.* ITAL. *Senza alcuno humore.* GER. Mürr/dürre. HISP. *Sin humor, tostadamente.* ANGL. *wishout moist or humour, as burned with the sunne.* } Plin. *lib.* 17. *c.* 5. Terram amaram siue macram si quis probare velit, demonstrant atræ herbæ, frigidam autem retorridè nata.

RETRACTO as, Denuò, siue diligentiùs tracto, in manus resumo, recognosco. { פרע *paráh.* ἀναπειρατεύομαι, ἀναλαμβάνω. GALL. *Retirer, remanier, reuoir* ITAL. *Tornar à trattare piu diligentemente.* GERM. Widerumb handlen HISP. *Retratar.* ANGL. *To draw bach often, to reuoke, to handle againe and speak of a thing.* } Hinc retractare & corrigere opus, apud Gell. *cap.* 10. *lib.* 17. Vide *Retractatus.* Cic. *pro Muren.* Nunc tertius ille locus de criminibus ambitus à me retractandus, id est, rursus tractandus, post alios qui antè me dixerunt. Col. *lib.* 4. *c.* 27. Hæc eorúmque similia post putationem retractanda sunt. id est, denuò, & diligentiùs administranda. ¶ Aliquando retractare, accipitur pro refricare, siue renouare. ἀνανεόω. Cicero *Att. lib.* 8. Sed omittamus hæc, ne augeamus dolorem retractando. Ouid. *Eleg.* 11 *lib.* 3. *Trist.*

Et tamen est aliquis qui vulnera cruda retractet.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Néve retractando nondum coëuntia rumpe

Vulnera.

¶ Nonnunquam pro detractare, tergiuersari, seu subterfugere. ἀναδύεσθαι. Vnde Iuuencum retractantem vocat Colum *lib.* 2 *c.* 2. qui iugum subterfugit, & intuitus paret bubulco. Largitiones retractare, Reuocare, reprobare, quod vulgò dicunt quassare & annullare. Traianus *ad Plin. lib.* 10. *Epist.* 11. *à fine*, Sicut largitiones ex publico fieri mandata prohibent, ita ne multorum securitas subruatur, factas ante aliquantum temporis retractari, atque in irritum vindicari non oportet. Suet. *in Aug. c.* 34. Leges retractauit & quasdam ex integro sanxit, &c.

Retractatus, a, um, part, Denuò tractatus. { ὁ πάλιν μεταχειρισθείς, πάλιν διορθωθείς. GALL. *Reueu & recorrigé.* ITAL. *Riueduto, ricorretto.* GERM. Widerumb gehandlet. HISP. *Retratado, corregido otra vez.* ANGL. *Corre*

Corrected, hand led againe.} Quint. *lib.* 2. *c.* 4. Quoties eandem materiam rursus à me retractatam scribere de integro iuberem. Retractatius opus. id est, diligentiùs emendatum, multis locis immutatis, secúsque atque antea tractatis. Cicer. *Att. lib.* 16. Sed tamen idem σώνταγμα misi ad te retractatius, & quidem ἀρχέτυπον ipsum, crebris locis inculcatum & refectum. Gell. *cap.* 3. *lib.* 3. Retractatæ & expolitæ à Plauto fabulæ.

Rĕtrāctātĭo, verbale, Detrectatio, recusatio, tergiuersatio, subterfugium. {ἐπανόρθωσις. GALL. *Refus, reculement de faire quelque chose.* ITAL. *Rifiutamento, ritiramento.* GER. Enderung/widerrüffung/das hinderfich fehen in einer handlung HISP. *Rehuamiento ò recusamiento de hazer algo.* ANG. *A reucking.*} Cicero *Attic. lib.* 2. Conficies igitur: & quidem sine vlla dubitatione, aut retractatione.

RĔTRĀHO, is, xi, ctum. Retrò, siue in contrariam partē traho. {אסף *asáph* השיב *bisígh.* ἀφέλκω. GALL. *Retraire, retirer en arriere.* ITAL. *Ritirare, tirare in dietro.* GERM. Hinziehen/oder hinderfich ziehen. HISP. *Traher atras tornar atras.* ANG. *To drawe backe.*} Senec. *c.* 15. *de cons. ad Marc.* Retraxit in arctum mulieres natura. Cicero *de Senect.* Quo quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit. Ouid. 13. *Met.* dantem terga retraxi. ¶ Pro reducere, Suet. *in Cæs. c.* 41. Ex viginti trecētísque millibus accipientium frumentum retraxit ad centum quinquaginta.) id est, reduxit, coarctauit.) Retrahi fugitiui serui dicuntur, qui domum reducuntur ad herum. Terent. Retraham Hecrle opinor, ad me illud idem fugitiuum argentum tamen. Salust. In his erat Fuluius senatoris filius, quem retractum ex itinere parens necari iussit. Translatéque dixit Varro 4. *de L. L.* Quare illa quæ iam maioribus nostris ademit obliuio, fugitiua si sedulitas Mucij & Bruti retrahere nequit, non si non potuero indagare, eo ero tardior.

‖ Retractio, contractio ac diminutio. ‖

Rĕtrāctŭs, a, um participium. {ἀφελκυσθείς. GALL. *Retiré en arriere.* ITAL. *Ritirato, tirato in dietro.* GER. Hinderfich gezogen/wider vmbhin gezogen. HISP. *Trahido, atras.* ANG. *Drawin back.*} Cicer. 6. *Philip.* Ita mœstus rediit, vt retractus, non reuersus videtur. Retracti propriè dicuntur, qui inter fugiendum capti, reducuntur eò vnde fugerant Salust *Catil.* Ceparius (namque is paulò antè fuga retractus erat) Cneo Teren. traditur. Pro abdito. Liu. *lib.* 6. *bell. Maced.* Thespiensium emporium est in intimo sinu Corinthiaco retractatum. Suet. *in Aug. c.* 71. Retractus ex magnis detrimentis, &c. Liuius. *lib.* 4. *d.* 4. Emporium retractum. ¶ Retractior, idem *lib.* 4. *dec.* 4. Murus retractior à mari, &c.

Rĕtrĭbŭo, Recompenso, remunero. {השיב *heschib* תשלים *hischlim.* ἀμείβω, ἀνταποδίδωμι. GALL. *Recompenser, remunerer* ITAL. *Ricompensare, rimunerare.* GERM. Widergelten/widergäben. HISP. *Recompensa, galardonar, tornar el pago.* ANGL. *To recompense.* Cicer. *pro Qu. Rosc. Comœd.* Nihil mihi detraham, quum illis exactæ ætatis seuerissimè fructum quem meruerunt, retribuam. Idem antequàm iret in exilium, Fidei conducit, in loco debitum retribuere. Inde retributio, ἀντιμεψίας.

Rĕtrīcĕs, cum, plur. tantùm numero, Aquæ nomen supra viam Ardeatinam, inter secundum & tertium lapidem, qua irrigabantur horti infra viam Ardeatinam, & Asinariam vsque ad Latinam. Hæc Festus citans Catonem *de censura Fuluij nobilioris.*

Rĕtrīmēntum, i, cuiuslibet rei excrementum. {ἔκκριμα. GALL. *Ordure, raclure, escume. & telles superfluitez.* ITAL. *Fetore.* GERM. Außgereten/deronraht/vnsauberkeit oder wust von einem jeden ding. HISP. *Hedor.* ANGL. *The scraping of or superfluitie of any thing.*} vt Retrimentum olei, id est, amurca, siue humor aqueus. Varr. *lib.* 1. *de re rust. cap.* 64. Amurca quum ex olea est expressa, qui est humor aquatilis, ac retrimentum conditum in vas fictile. ¶ In animalibus quoque excrementa omnia tam humida, quàm sicca, retrimenta vocantur, quæ à Celso appellantur recrementa. Macrob. *lib.* 7. In ventre fit prima digestio, cuius fex retrimenta sunt quæ per intestina inferiora, orificio trudente labuntur. Idem, Aridiora retrimenta in aluum conuenire refert, humidiora in vesicam trahi.

Retritum, παλιντριβὲς, à reterendo. est iterum tritum, valdè tritum, GERM. Durchtriben/verschlagen.

RĔTRŌ, aduerbium, Ponè, à tergo. {אחור *achór.* ὄπισθεν, ὀπίσω. GAL. *Derriere, de reculons, en derriere.* ITAL. *Di dietro, in dietro.* GERM. Dahinden/hinderwertz/hinderfich. HISP. *Atras, à la parte trasera.* ANGL. *Behind on the back sid.*} ⚹ Antè. Terent. *in Heaut.* Est mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retrò. Cic. 2. *de diuinat.* Tum ei Deus præcepit vt pergeret protinus quid retrò, atque à tergo fieret, ne laboraret. Quintil. Retro tendimus neruos expulsuri tela. Ouid. 13. *Metamorphos.* Ante retro Simois fluet. ¶ Retro idem valent (id est, recurrunt, conuertuntur, reciprocantur) hæc argumenta ¶ Interdum motum importat retrosum. Cicero *lib.* 5. *Epist.* Retrò mihi ad Alpes iter incidit. Virg. 4. *Georg*

——en iterum crudelia retrò
Fata vocant.

Retrŏāgo, gis, retroagi, retroactum, Repello, retrorsum ago. {ἀναστέλλω, ἀνείργω, ἀναποδίζω. GALL. *Raualer & rabaisser, reietter derriere.* ITAL. *Scacciare, ritirare, trar in dietro.* GERM. Hinderfich treiben. HISP. *Lleuar atras.* ANGL. *To driue back.*} Plin. *lib.* 1. *cap.* 44. Aut quos non honores, currúsque illa sua violenta fortuna retrò egit, per mediam vrbem Censore tracto, Quintilian. *lib.* 11. *cap.* 3. Capillos à fronte contra naturam retroagere, vt sit horror ille terribilis. Retroagere argumentum, idem Quintilian, Retroactus dactylus, Anapæstus, &c. Idem

Rettocedo, is, ere, Regredior, retrorsum eo, retroeo. {נסג *sáth* נסג *nasáth* פרע *paráh.* εἰς τὸ ὀπίσω χωρῶ, ἀναχάζω. GALL. *Reculer.* ITAL. *Andare in dietro, arricularsi.* GER. Hinderfich weichen. HISP. *Andar atras.*}

Retrŏcēssŭs, us, ui, ἀναστροφή, ἀναποδισμός. Apul. *in Dogmate Platonis,* Hinc illi & septem motus locorum habeantur, progressus, & retrogressus, dexterioris ac sinistri.

‖ Retrocita tuba, vltro citróque ducta, quasi retrò citata. Lucr. ‖

Retrŏdūcĕrĕ. ἀνάγω. Mattianus *D. lib.* 34. *tit.* 5 *l.* 15. Quædam sunt in quibus res dubia est, sed post facto retroducitur, & apparet quid actum est.

Retrŏĕo, is, ire, Retrorsum eo. {ἀναποδίζω. GALL. *Aller en arriere, aller à reculons.* ITAL. *Andar in dietro.* GER. Hinderfich gehn. HISP. *Andar atras.* ANGL. *To go back, to recule.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 16. Retroire incipiunt stellæ,

Retrŏfĕro, retrofers, tuli, latum, retroferre. {εἰς τοὐπίσω φέρω. GALL. *Porter derriere.* ITAL. *Portare in dietro.* GERM. Hinderfich tragen. HISP. *Traher atras.* ANGL. *To bring back.*} Senec. *in Præf. decla.* Nescio qua iniquitate, & ad malum pronitate naturæ eloquentia se retrotulerit.

Rĕtrŏgrădĭŏr, eris, Retrorsum gradior. {ἀναποδίζω, ἀναστρέφω. GALL. *Marcher en arriere ou à reculons.* ITAL. *Tornar in dietro.* GERM. Hinderfich gehn oder trätten. HISP. *Tornar atras.* ANGL. *To go back or recoyle.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 15. Ab his retrogradiuntur ad Solem, & occasu vespertino delitescunt. Idem *lib.* 8 *cap.* 15. Ob id retr ograditur in pascendo.

Retrŏgrădŭs, a, um, quod retrorsum graditur. {παλίνδρομος. GALL. *Qui va en arriere, ou à reculons.* ITAL. *Retrogrado.* GER. Das hinderfich geht. HISP. *Lo que anda hazia atras.* ANG. *That goeth backward.*} Vt retrogradus exortus, apud Plin. *lib.* 2. *cap.* 17. Retrogradum in Tauro, & Geminis non fieri.

‖ Retrogradæ mentes, i. contumaces, sumta translatione ab equis refractariis. ‖

Rĕtrorsŭs, vel Retrorsum, Retro versum. {אחור *achór.* ἐπιπόδω. GALL. *En tirant en arriere à reculons.* ITAL. *In dietro.* GER. Hinderfich/oder hinderwertz. HISP. *Hazia atras.* ANGL. *Backward.*} Horat. *lib.* 1. *Carm.*

——nunc retrorsum,
Vela dare, atque iterare cursus.

Plin. *lib.* 7. *c.* 15. Ab ea gente retrorsus ad Cyrum amnem produntur ducenta viginti millia. Quint. Retrorsus idem valent hæc argumenta. (i. recurrunt,) reciprocantur, retroaguntur.

Retrōrsŭs, a, um, retrouersus, reflexus, obliquatus. {ὀπίσθιος. GALL. *En arriere.* ITAL. *In dietro* GER. Hinderwertz. HISP. *Hazia atras.* ANGL. *That is behind.*} Plin. *lib.* 26. *c.* 9. Negat Apollo pestem posse crescere, quam nuda virgo restinguat: atque ita rettorsa manu ter dicat, totiésque ambo despuant. Apul. *lib.* 2. *de Asino.* Denique sæpe retrorsa respiciens substitit: id est, reflexa, obliquata, retro conuersa.

RETRVDO, is, Repello, quasi retrorsum trudo. {ἀνασείω, ἀνωθέω. GAL. *Repousser, pousser en arriere.* ITAL. *Scacciare in dietro.* GER. Hinderfich trucken. HISP. *Encerrar por fuerça ò empuxar atras.* ANG. *To thrust back.*} Plaut. *in Epid.* Cœpi rursum vorsum ad illa pauxillatim accedere, quasi retruderet hominum me vis inuitum.

Retrusus. Cic. *de petit. Consul.* Retrusa voluntas.

RĔTVNDO, is, Repercutio, cuspidem vel aciem alicuius rei vsu nimio, vel alio casu perstringo, atque hebeto. {ἀμβλύνω. GAL. *Reboucher, refouler.* ITAL. *Ripercuotere.* GERM. Wider stumpff machen. HISP. *Rebotar.* ANG. *To mak blunt or dull.*} Plin. *lib.* 16. *cap.* 4. Mollissima tilia, eadem videtur & calidissima: argumentum afferunt, quòd citissimè ascias retundat. Gladios retundere per translationem, pro eo quod est vsum eorum vanum & irritum reddere, Cicero *in Catil.* Idémque gladios in Rempublicam districtos retudimus, mucronésque eorum à iugulis vestris reiecimus. Mucronem styli retundere. Idem *pro Cluent.* Improbitatem alicuius retundere. Quint. *lib.* 6. *cap.* 4. Idem Retunditur mucro ingenij pugna quotidiana. Item Liu. 3. *dec.* 4. Retundere linguas.

Rĕtūsŭs, a, um, participium. {מקהה *mekahéh.* ἀμβλυνθείς, ἀπηκρωτηριασμένος. GAL. *Rebouché, refoulé.* ITAL. *Rintuzzato.* GER. Stumpff gemacht. HISP. *Rebotado.* ANG. *Made blunt or dull.*} Colum. *lib.* 4. Quod euenit in retuso & crasso ferramento. Plin. *lib.* 37. *c.* 13. Tantaq; differentia est, vt aliæ ferro scalpi non possint: aliæ nonnisi retuso: verum omnes adamante. Retusum ingenium, cui contrarium est acutum. Cic. 1. *de diuinat.* Et sunt partes agrorum, aliæ pestilentes, aliæ salubres, aliæ quæ acuta ingenia gignant: aliæ quæ retusa. Ouid. 12. *Metam.*

——Tela retusa cadunt, manet imperfossus, &c.

¶ Retunsus etiam inuenitur apud Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. At hæc retunsa est. (securis.) Itidem vos estis plagis. Idem *ibid. sc.* 4. *a.* 4. Mihi Cor retunsum est oppugnando pectore.

Rĕthūro, as, are, est aperire, contra id quod dicitur obthurare. Varr. *in Agath.* Pueri obscœnis verbis nouæ aures nuptæ rethurant. Ex Nonio, quanquam malè apud eum redurare legitur.

‖ Reuadiare, debitorem se agnoscere. Gl. vet. ‖

Rĕuălēsco, is, ad sanitatem redeo. Cic. Conualesco. {חיה *cḥajáh.* ῥαΐζω, ἀναβιώσκομαι, ἀναλαμβάνομαι. GAL. *Recouurer santé.* ITAL. *Risanarsi.* GER. Wider gesund werden. HISP. *Reconualecer.* ANG. *To waxe whole.*} Gel. *lib.* 16. *c.* 13. Quod in eorum finibus sub ipso oppido ex capitali morbo reualuisset. Ouid. *Epist.* 10.

Ne tamen ignores ope qua reualescere possis.

‖ Reualia, Reuel, ad mare Balticum, V. E. Liuorniæ sub A. olim Rigensi. ‖

Rĕuănēsco, is, Iterum euanesco. {ἀφανίζομαι. GAL. *S'esuanouir derechef, resuanouir.* ITAL. *Farsi di nuouo vano, suanire ò sparir di nuouo* GERM. Wider verschwinden/oder zu nicht werden. HISP. *Desuanecerse otra vez.* ANG. *To wanisch away.*} Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 9.

Quum bene pertæsum est animique reuanuit ardor,
Nescio quo misera turbine mentis agor.

Rĕuĕho, his, Naui, plaustro, vel iumento refero, reduco. {ἀνακομίζω. GALL. *Ramener, rapporter.* ITAL. *Riportare.* GER. Wider vmbhin füren. HISP. *Traher otra vez atras.* ANGL. *To bring or carie againe.*} Plin. *lib.* 12. *c.* 17. Ex Syria reuehunt Styracem. Stat. 2. *Theb.*

——sigámque superbis
Arma tholis, quaque ipse meo quæsita reuexi
Sanguine.

Liu. *lib.* 7. *ab Vrbe,* Iámque omissa cunctando victoria erat, quum Consul vulnere alligato reuectus ad prima signa, Quid stas miles, inquit? *Ibid. lib.* 3. Conficerent equos virósque nequis reueheretur inde ad prælium, aut integraret pugnam. Cic. *de clar. Orat.* Sed ad paulò superiorem ætatem reuecti sumus: nunc ad eam, de qua aliquantulum loquuti sumus, reuertamur.

REVELLO

Reuello, lis, Abstraho, auello, aufero, refigo. { נתק nathák נתש nathásch נתץ nathâts נסח nasách. ἀπάγω, ἀποσπάω, ἀπορρήγνυμι. Gall. *Atracher, oster à force.* Ital. *Stirpare.* Germ. Abreissen/wider dannen reissen. Hisp. *Arrancar.* Angl. *To pull away by force.* } Cicero *Epist lib.* 15. Tabulam in qua ciuium nomina incisa erant, reuelli iussit. Colum. *lib.* 2. *cap.* 3. Boues quum ab opere disiunxerit, substrictos confricet, manibúsque comprimat dorsum, & pellem reuellat, nec patiatur corpori adhærere, Cicero 6. *Verr.* Nec priùs illam crucem, quæ etiamnum ciuis Romani sanguine redundat, quæ fixa est ad portum, vrbémque vestram, reuellistis, neque in profundum abiecistis, locumque illum omnem expiastis, quam Romam, atque in horum conuentum adiretis.

Reuulsus, a, um particip. Auulsus abstractus. { נתק nitthák נתש nittásch נסח nissách. ἀποσπασθείς. Gall. *Arraché.* Ital. *Stirpato.* Germ. Abgerissen/dannen gerissen. Hisp. *Arrancado.* Ang. *Pulled a way by force.* } Virg.

——*caput à ceruice reuulsum.*

Ouid. 11. *Metam.*

Vltor adest Phareus saxúmque è monte reuulsum.

Mittere conatur.

Reuulsio, nis, Auulsio, abstractio. { מסח masách. ἀπόσπασμα. Gall. *Arrachement.* Ital. *Stirpamento.* Germ. Abreissung/außreissung/dannen reissung. Hisp. *Arrancamiento.* Angl. *Apulling away.* Plin. *lib.* 13. *c.* 12. Sed ratio deprehendit vitium vnius schedæ reuulsione plures infestante paginas.

Reuello, as, Detego, aperio)(Velo. { גלה ghilláh. κατακαλύπτω, ἀποφαίνω, ἀνακαλύπτω. Gall. *Descouurir.* Ital. *Riuellare, discoprire.* Germ. Entdecken/wider auffdecken. Hisp. *Descubrir lo cubierto.* Ang. *To discouer.* } Os reuelatum. Ouid. *lib.* 6. *Fast.*

Ore reuelato quum primum luce patebit.

Suet. *in Galb. c.* 17. Reuelato capite.

Reuenio, is, Redeo, reuertor. { שב schab. ἐπανήκω. Gall. *Reuenir.* Ital. *Ritornare.* Germ. Widerkommen. Hisp. *Tornar à venir.* Angl. *To returne or come againe.* } Plaut. *in Amphitr.* Victis hostibus legiones reueniunt domum. *Ibidem*, Laudis compos reuenit, Id solatio est. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Tua ornatus reueniam ex sententia. Et *in Menach. sc.* 3. *a.* 5. Si senex reuenerit, ne me indicetis. Idem *Mostell. sc.* 1 *a.* 1. Sic huc primùm reueniat senex. Cicer. *de Orat.* Quum miles domum reuenisset, egissétque lege in hæreditatem paternam. Tacitus *lib.* 2. Vt quisque ex longinquo reuenerat, miracula narrabant. ¶ Reuenire in gratiam. Plaut. *Sticho.* Cúmque eo reueni ex inimicitia in gratiam. Idem *Amphitr.* Inter eos rursus si reuentum in gratiam est.

Reuerbero, as, are. Senec. 2. *de Clementia.* Omnem fortunæ impetum reuerberabit, & arte se franget.

Re vera, diuisis dictionibus, vel Reuera, vnica dictione composita, Re ipsa, certè, & quod vulgò dicimus, *In rei veritate.* { τῷ ὄντι. Gall. *Veritablement, pour vray.* Ital. *In vero.* Ger. Warlich/wie der handel an im selb ist. Hisp. *Ciertamente, en verdad.* Ang. *In very deade or truely.* } Cic. *pro Quint.* Deinde habet aduersarium P. Qu. verbo. Sext. Mæuium, re vera huius ætatis homines disertissimos.

Reuerbero, as, are, Senec. 2. *de Clementia*, Omnem fortunæ impetum reuerberabit, & arte se franget.

Reuereor, eris, Ætate, sapientia, vel dignitate antecedenti honorem defero, eiúsque respectum in re quapiam agenda, aut non agenda habeo. { כבד chibbedh. αἰδέομαι. Gal. *Reuerer, honorer.* Ital. *Riuerire, honorare.* Ger. Jemandt ehren vnd förchten/zucht vnd ehr beweysen Hisp. *Tener en reuerencia y acatamiento, tener con reuerencia.* Angl. *To reuerence, to honour.* } Terent. *in Hecyr.* Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile, scio reuerituras. Idem *in Phorm.* — age, mitto imperium non simultatem meam Reuereri; saltem non pudere. Cicer. *Attic.* Sed mihi nihil est molestius, quàm Statium manumissum: nec meum imperium, omitto imperium, non simultatem saltem reuereri meam, id est, simultatem meam nihili facere, eiúsque respectu non commoueri. Idem 2. *de Inu.* Obseruantiam, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus. Ouid. 4. *Epist.* 1.

——*nunc & meriti lectum reuerere parentis.*

Gell. 6. 11. *lib.* 11. Hunc Cicero ob doctrinam reueritus est.

Reuerens, qui alteri defert honorē. { מכבד mechabbédh. αἰδήμων. Gal. *Qui reuere.* Ital. *Chi fa riuerenza.* Ger. Ehr beweisend mit forcht/ehrend vndförchtend. Hisp *El que haze reuerencia.* Ang. *That honoureth another.* } Plin. *Epist.* 307. Probrum industrium atque inter ista reuerentissimum mei. Ouid. 1. *Metam.*

Non illo melior quisquam nec amantior æqui

Vir fuit, aut illa reuerentior vlla deorum.

Ausonius.

Quàm reuerens natæ, quamque tui fuerim.

¶ Reuerentior. Suet. *in Calig. cap.* 26. Nihil reuerentior leuiórque erga Senatum.

Reuerendus, Dignus reuerentiâ. { נכבד nichbádh. αἰδέσιμος. Angl. *worthe of honour.* } vt, canities reuerenda. Claud 3. *de rapt. Proserp.*

Nox reuerenda specie tenebrarum.

Ouid. *in Ibin.* Gell. *cap.* 13 *lib.* 6. Quærebantur (super cœnam) nec grauia, nec reuerenda, sed ἐνθυμημάτια quædam lepida & minuta, & florentem vino animum lacessentia, &c. vbi quidam libri non reuerenda, sed verenda habent.

Reuerentia, ho est, ingenuus quidam pudor, cum obseruantia quadam coniunctus: qualis est minorum natu erga maiores, & plebeiorum erga magistratus, & discipulorum erga præceptores. { כבוד chabódh. αἰδώς. Gall. *Reuerence, crainte honorable.* Ital. *Honore, riuerenza.* Germ. Ehrerbietung. Hisp. *Reuerencia y acatamiento.* Angl. *Honour, reuerence.* } Cic. 1. *Offic.* Adhibenda est igitur quædam reuerentia aduersùs homines. Quintilianus, Reuerentiam præstare Iudici. Colum. *lib.* 11. *cap.* 1. Nisi magnitudo rei peperit reuerentiam vel dicendi, vel profitendi penè immensam scientiam. ‖ ¶ Reuerentiæ alicuius inseruire, reuerentia dignum colere ac reuereri, ἀξίως θεραπεύειν ἢ σέβεσθαι. ‖

Reuerenter, Cum reuerētia, siue honorificè. { σεμνῶς. Gal. *Reueremment, auec reuerence.* Ital. *Con riuerenza, riuerentemente.* Germ. Mit ehrerbietung/züchtiglich. Hisp. *Con acatamiento.* Ang. *Reuerentlie.* } Plin. *Epist.* 151. Idem quum reuerenter, quàm fideliter amicos colat, multorum supremis iudiciis.

Reuertor, eris, deponens, & Reuerto, redeo, quasi retrò verto. { שב schâb. ἀναστρέφω, ὑποστρέφω, ἐπαναστρέφω, ἐπαναχάμπτω. Gal. *Retourner, reuenir.* Ital. *Ritornar.* Ger. Widerkommen/wider vmbkehren. Hisp. *Tornar atras.* Angl. *To come againe or retourne.* } Cicer. *pro Muren.* Vnde cum honore discesseris, eôdem, cum ignominia reuerti. Idem *Appio*, Epheso Laodiceam reuertit. Et *lib.* 3. *Offic.* Factus est eius sistendi vas, vt si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. Plaut. *in Aulul.* Iam ad te reuertor. Idem *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. Iam reuortar: diu est iam istuc mihi. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Dum ego reuortor, facito hæc parata sint. (pro reuortar.) Idem *Menach. sc.* 1. *a.* 4. Optimè, eccum reuortitur. ¶ Item Reuerti in gratiam. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Marc.* ¶ Aliquando reuerti ponitur simpliciter pro venire, accedere. Cicer. *de Fato*, Ad Chrysippi laqueos reuertamur: quum nihil de Chrysippo antea dixisset. Sciendum apud Ciceronem sæpè inueniri *reuerto* actiuè, sed vix aliter quàm in præterito, aut in temporibus ab eo formatis. Exemplum habes paulò antè.

Reuertendi, Ouid. *Epist.* 1.

Néve reuertendi liber abesse velis.

Reuersurus, particip. Ouid. *de arte aman.*

Pœna reuersura est in caput ista meum.

Reuersio, nis, ipse reuertendi actus, reditio, reditus. { שיבה schibáh παλινοδία. Gall. *Retour.* Ital. *Ritorno.* Germ. Widerkehrung/widerkommung. Hisp. *Tornada atras.* Angl. *A returning.* } Cic. 1. *Philippic.* Exponam vobis breuiter consilium & profectionis & reuersionis meæ.

Reuerticulum, dicitur vt diuerticulum, ἐπάνοδος, regressio, recessio. Apuleius *Florid. lib.* 4. Solis annua reuerticula.

Reuilesco, scis, scere. { נקל nakál. ἀπαξιοῦμαι, ὀλιγωρέομαι. Gal. *Estre auilé, deuenir vil, & de petite estime.* Ital. *Diuenir vile, di poca stima, essere auuilito.* Germ. Schlecht vnd vnachtbar werden. Hisp. *Tornar à ser vil.* Ang. *To become vile and nothing estimed.* } Vile fieri. Senec. *de tranquill. vita cap.* 15. Sed nec virtuti periculum est, ne admota reuilescat.

Reuincio, is, xi ctum, Religo, retrò vincio, vel vehementer & arctè ligo { אסר asúr קשר kaschár. ἀναδεσμεύω. Gall. *Relier, retacher, lier derrie.* Ital. *Legare molto à dietro.* Ger. Wider binden oder hinderſich binden. Hisp. *Atar mucho atras.* Angl. *To tie hard, to tie behind.* } Virg. 2. *Æneid.* Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum. Cæsar. 7. *bell. Gall.* Reuinciuntur retrorsus, & multo aggere vestiuntur. *Ibidem*, Anchoræ pro funibus ferreis catenis reuinctæ. Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 14.

Latus ense reuincit.

Reuinco, is, ici, uictum, Conuinco, confuto. { הוכיח hochiách. ἀπελέγχω. Gall. *Conuaincre.* Ital. *Conuincere.* Germ. Vberwinden/vberweisen. Hisp. *Conuencer, redarguyr.* Angl. *To conuict and confut.* } Cicer. *pro Archia*, Nunquam enim hic neque suo, neque amicorum iudicio reuincetur. Gell. *lib.* 6. *c.* 2. Quum in culpa & maleficio reuicti sunt, perfugiunt ad fati necessitatem. Ouid. *lib.* 6. *Fast.*

Ex quo iudicio forma reuicta tua est (ô Pallas.)

Liu. *lib.* 6. *ab Vrbe*, Crimina quibus moti bellum indixistis, reuicta rebus, verbis confutare nihil attinet. Idem *lib.* 16 *dec.* 4.

Reuiresco, is, Ad pristinam viriditatem reuertor. { ἀναθάλλω. Gall. *Reuerdir.* Ital. *Riuerdeggiare.* Ger. Wider grünen. Hisp. *Reuerdecerse.* Angl. *To waxe greane.* } Colum. *lib.* 2. *cap.* 1. Non est ergo exiguarum frugum causa terræ vetustas, si modò quum semel inuasit senectus, regressum non habet, nec reuirescere, nec repubescere potest. Ouid. 2. *Metamorph.*

——*læsásque iubet reuirescere syluas.*

Per translationem accipitur pro renascor, & reuiuisco, & vires resumo. Cicer. *ad Attic. lib.* 15. *Epist.* Ille enim nunquam reuiruisset, si nos timor confirmare eius acta non coëgisset. Idem *de prouin. consul.* Impositæ verò res & acerbæ, si erunt relictæ, quanquam sunt abscissæ, tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellum reuirescent.

Reuiso, Redeo vt videam. { פקד pakádh. ἀνεπισκέπτομαι. Gall. *Retourner, voir.* Ital. *Ritornare à vedere.* Germ. Widerumb gehn sehen/oder lugen. Hisp. *Tornar otra vez à ver.* Ang. *To returne to see.* } Terent. *in Andr.* Reuiso quid agant, aut quid captent consilij. Plaut. *in Trucul.* Nam quidnam me vis aliud? P. Vt quando otium tibi sit, me reuisas. id est, ad videndum me reuenias. ¶ Dicimus etiam, reuisere ad aliquem. Gell. *lib.* 13. *cap.* 29. Quum valebo ab oculis, reuise ad me. Idem *cap.* 17. *lib.* 7. Quum erit otium reuises ad me, atque disces, &c.

Reuisito, as, frequentatiuum est à reuiso. { πολλὰς αὖ ἐπισκέπτομαι. Gall. *Reuisiter.* Ital. *Visitare spesso ò di nuouo.* Germ. Widerumb heimsuchen vnd lugen wie es darumb steht. Hisp. *Tornar otra vez à visitar, ò visitar à menudo.* Ang. *To returne often to see.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 3. Nundinis vrbem reuisitabant.

Reuito, rebito, redeo.

Reuiuisco, is, reuixi. Ad vitam redeo, reuiresco. { ἀναβιόω, ἀναβιώσκομαι. Gal. *Reuiure, recouurer vie.* Ital. *Tornar in vita, risucitare.* Germ. Wider läbendig werden. Hisp. *Tornar à viuir.* Angl. *To recouer the life.* } Cic. 4. *de fin.* Quid si reuiuiscant Platonici illi, & deinceps illi qui auditores eorum fuerunt, & tecum ita loquantur? Idem *in Pisonem.* Is vbi galli cantum audiuit, auum suum reuixisse putat. ¶ Ponitur aliquando reuiuiscere pro recreari, respirare, & vires resumere. Idem *Attic.* Ciuitates suis legibus suetæ, αὐτονομίαν adeptæ, reuixerunt. Idem *ad Octauium*, In quibus reuiuiscente iam libertate, deinde rursus oppressa, senatus nihil consulitur. Idem *in Philip.* Senatus ad autoritatis pristinæ spem reuiuiscit. Ouid. 2 *Fast.*

Pone metum, veni, coniux ait: Illa reuixit

Lucretia, &c.

Reunctor, ris, dicitur cuius ministerio vtuntur medici qui iatralipticen, hoc

hoc est, vnctoriam medicinam exercent, ἀλειπτῆς, ἰατραλείπτης. Plin. *lib.29.cap.1.* Prodicus Selymbriæ natus discipulus eius instituēs, quam vocant iatralepticen, reunctoribus quoque medicorum, ac mediastinis, vectigal inuenit.

Rĕvŏco, as, Retrorsum voco, redire iubeo. { השיב *heschib.* ἀνακαλέομαι, GAL. *Reuoquer, rappeler.* ITAL. *Riuocare, richiamare in dietro.* GERM. Wider vmbhin rüffen. HISP. *Tornar otra vez à llamar, reuocar.* ANG. *To call againe or back.* } Plaut *Pseud.sc.3.a.1.* Abiit: quin reuocas? Idem *Menæch.sc.2.a.1.* Quoties abire volo, me retines, reuocas. Senec. *cap.1. & 2. de consol.ad Polyb.* Natura omnia eodem, & ad eundem finem reuocat. Terent. *in Phorm.* Reuocemus hominem. Salustius, Sæpiùs vindicatum est in eos qui contra imperium in hostem pugnauerant, quíque tardius reuocati prælio excesserant, quàm qui signa reliquerant, aut pulsi loco cedere ausi erant. Plautus *in Curcul.sc.3.a.2.* Postquam hæc mihi narrauit, abij ab illo, reuocat me illico. ¶ Ponitur aliquando pro retraho. Cicer. *2.de Legibus,* Quàm multos diuini supplicij metus à scelere reuocauit. Ouid. *Eleg.1, lib.2.Trist.*

Atque vtinam reuoces animum paulisper ab ira.

Idem *ibidem,*

Velle sequi sciat, & reuocare priorem (calculum sup.)

Cic. *2.de Orat.* Reuocantur in vitibus ea, quæ se nimium profuderunt. ¶ Pro repetere. Suet. *in Neron cap.44.* A delatoribus reuocanda præmia quæcunque cepissent. Idem *in Galba cap.15.* Liberalitates Neronis reuocandas curauit. ¶ Aliquando pro rursus vocare. Cic *de Lege Agrar. contra Rullum,* Quò prouocati à me venire noluerunt, reuocati saltem reuertantur. ¶ Reuocare pedem, idem quod referre pedem, hoc est, redire ἀναστρέφειν. neque solùm de iis quæ pedes habent, verùm etiam de inanimatis dicitur, vt de fluminibus. Virg. *9.Æneid.*

———cunctatur & amnis

Rauca sonans, reuocátque pedem Tyberinus ab alto.

‖ ¶ Reuocare donum, siue forum, est fori exceptione vti: allegare se ibi iudicium suscipere minimè teneri, atque alibi conueniri debuisse: iudicem recusare. ‖ ¶ Reuocari item dicebantur anagnostæ, quum aliquid parum intellectum, perperámve recitatum, iubebantur repetere. ἀναποδίζεσθαι. Plin.iun. *Cæcilio,* Memini quēdam ex amicis, quum lector quædam pronuntiasset, perperam reuocasse, & repeti coëgisse. Huic auunculum meum dixisse, Intellexeras nempe. Cui quum illi annuisset, Cur ergo reuocabas? decem amplius versus hac tua interpellatione perdidimus. ¶ Ponitur aliquando reuocare pro reducere. Suet. *in August. cap.42.* In re militari & commutauit multa, & instituit, atque etiam ad antiquum morem nonnulla reuocauit. Idem *in Tiber. cap.7.* Munus gladiatorium dedit, &c. rudiariis quoque quibusdam reuocatis, &c. Cicer. *pro Cluent.* Tribunus pleb. populo concitato rem penè ad manus reuocasset. ¶ Aliquando pro instaurare. Sueton. *in Claudio Neron cap.32.* Reuocauit & præmia coronatum quæ vnquam sibi in certaminibus ciuitates detulissent. ¶ Reuocare se, est recantare, & superiorem sententiam mutare. παλινῳδεῖν. Cic 4. *Acad.* Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum, hísque, &c. ¶ Reuocare ad vitam, resuscitare. ἀναζωόω. Idem *ad Atticum lib.7.* Cassium Tribunum plebis Philotimi literæ ad vitam reuocarunt. Sueton. *in August. cap.53.* Gallum Senatorem captum repentè oculis, & ob id inedia mori destinantem præsens consolando ad vitam reuocauit. ¶ Huius compositum est Adreuoco. Cic. *1. Offic.* Danda igitur opera est, vt si etiam aberrare ad alia cœperit, ad se reuocetur oratio.

Rĕuŏcātio, nis, Reuocandi actus. { ἀνάκλησις. GALL. *Reuocation, rappel.* ITAL. *Esso richiamare.* GERM. Ein beruffung wider hindersich/abmanung. HISP. *A quella obra de tornar à llamar.* ANG. *A calling back* } Cic. *13. Philipp.* Receptui signum, aut reuocationem à bello audire non possumus. Idem *3. Tuscul.* Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponis: auocatione à cogitanda molestia, & reuocatione ad contemplandas voluptates.

Rĕuŏcāmen, inis, Reuocatio. Ouid. *1. Fast.* Accipio reuocamen, ait, vocémque sequutus Impia per syluas vector ad antra venit.

Rĕuŏcābĭlis, e, quod potest reuocari. { ἐπανάκλητος, ἀνάκλητος. GALL. *Reuocable, qu'on peut faire reuenir.* ITAL. *Riuocabile, cosa che si puo riuocare.* GERM. Widerrüfflich. HISP. *Cosa que se puede reuocar.* ANG. *That may be called back.* } Ouid. *ad Liuiam,*

Supprime iam lacrymas, non est reuocabilis istis,

Quem semel vmbrifera nauita lintre tulit.

Idem *9.Metam.*

Motus erat quum iam reuocabile telum

Non fuit arcitenens.

Rĕuŏlo, as, Retro volo. { ἀναπέτομαι. GALL. *Reuoler, rauoler en volant retourner.* ITAL. *Volare in dietro.* GERM. Wider hindersich fliegen. HISP. *Volar atras.* ANGL. *To flee back or againe.* } Cic. *lib. 3. de nat.deor.* Ex que grues in tergo præuolantium colla, & capita reponunt: quod quia ipse dux facere non potest, quia non habet vnde nitatur, reuolat, vt ipse quoque quiescat: in eius locum succedit ex iis quæ assequuntur: eáque vicissitudo in omni cursu conseruatur. Varr. *3.de re rust.c.5.* De illo genere sunt turdi aduentitio, ac quotannis trans mare in Italiam aduolant circiter æquinoctium autumnale, & eodem reuolant ad æquinoctium vernum. Virg. *1. Georg.*

Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi.

Rĕvŏlvo, is, ere Iterum, siue retrorsum voluo. { גלגל *ghal* חסב *heséb.* ἀνακυλίω. GALL. *Rouler derechef, reuoluer, resueilleter.* ITAL. *Riuolgere, volger sotto sopra.* GERM. Wider vmbhin welzen oder trolen. HISP. *Reboluer.* ANGL. *To tumble back or roll away, to turne againe.* } vt Reuoluere saxum, id est, eòdem volutare vnde ad nos est aduolutum. Reuoluere libros est iterum atque iterum reuoluere. Liu. 4. *bell. Maced.* Tuas aduersùs te Origines reuoluam. Libros Originum Catonis intelligit. Mart. *lib.11.*

Sunt illis duo, trésve qui reuoluant

Nostrarum tineas ineptiarum.

Virg. *10. Æneid.*

———Iterúmque reuoluere casus

Da pater Iliacos Teucris.

Cicer. *ad Attic. lib. 13.* Itaque reuoluor identidem in Tusculanum. Idem *4. Acad.* Ita imprudens eò, quò minimè vult, reuoluitur, id est, recidit.

Rĕuŏlūtus, a, um, participium, Redactus. { נגול *naghól* מוסב *musáb.* περιτραφείς. GAL. *Reuolu, retourné, roulé.* ITAL. *Voltato, ritornato.* GERM. Wider gewelzt/oder gebracht. HISP. *Rebuelto.* ANG. *Turned away or rolled back.* } Luius *4. ab Vrbe* Et reuolutus ad dispensationem inopiæ, profiteri cogendo frumentum, & vendere quod vsui menstruo superasset: fraudandóque parte diurni cibi seruitia, &c. ¶ Reuolutus, apertus. Virg. *10. Æneid.*

———& interea reuoluta ruebat

Matura iam luce dies.

Liuius *lib. 9. 10. dec. 4.* Reuoluta ad præcogitata facinus mulier.

Rĕuŏlūbĭlis, παλινδρομος. Ouid *in Ibin.*

Sisyphe, cui tradas reuolubile pondus habebis.

Rĕuŏmo, is, Iterum reiicio, euomo. { ἐξεράω, ἐξερεύγομαι, ἀνέμω. GALL. *Reuomir, reietter en vomissant.* ITAL. *Reuomitare.* GERM. Wider von im kotzen / wider außwerffen. HISP. *Tornar à vomitar.* ANGL. *To vomite againe.* } Virg. *5. Æneid.*

Et falsos rident reuomentem pectore fluctus.

Silius *lib.10.*

Ac miseri fluitant reuomentes æquora nautæ.

Plin. *lib.10. c.72.* Dracones auibus deuoratis solidis, contentione plumas & ossa reuomunt.

‖ Reuortit, reuertitur. Gloss. ‖

Rĕvs, rei, dicitur quicunque in litem adducitur, etiamsi nihil admiserit. { אשם *aschém.* ὁ φεύγων, ὁ διωκόμενος. GALL. *Coulpable, defendeur en vn procés.* ITAL. *Reo, colpeuole.* GERM. Ein beklagter einer schuld helben. HISP. *Accusado ò demandado en juyzio, ò colpado.* ANG. *Giltie or faultie.* } ✠ Actor, qui reum in iudicium vocat. Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Nec malè commissa est nobis fortuna reorum

Vsque decem decies inspicienda viris

Idem *ibid. Eleg.7 lib.1.*

Duritiaque mihi non agerere reus.

Reum fieri (vt Asconius inquit) nihil aliud est nisi apud Prætorem legibus interrogari, εἰς ἀγῶνα, εἰς κίνδυνον καθίστασθαι. Quum enim in ius ventum esset, dicebat apud Prætorem accusator reo, Aio te (v g.) Siculos spoliasse, Si tacuisset, lis ei æstimabatur, vt victo: si negasset, petebat à magistratu diem accusator inquirendorum criminum, & instruebatur accusatio. Hactenus Asconius. Reus autem dictus est à re, id est, lite. Itaque antiquitus tam is qui agebat, quàm cum quo agebatur, dicebatur reus. Cicer. *lib. 2. de Orat.* Reos appello nōn modò eos qui arguuntur, sed omnes de quorum re disceptatur. Hinc fortè periphrasis illa Rei apud Gell. *cap. 22. lib. 1.* Tunc prætorem ei, cuia res erat, dixisse, &c. id est, reo. Et Gallus Ælius apud Festum, Reus est, inquit, qui cum altero litem contestatam habet, siue is egit, siue cum eo actum est. Postea autem propriè is reus dici cœpit, qui rem promiserat, & debet, & à quo aliquid petitur. ¶ Reus agitur. qui accusatur. κρίνεται, διώκεται, εὐθύνεται. Reus peragitur, qui damnatur. καταδικάζεται, κατακρίνεται. Plin. iun. Dum ille peragitur reus, sedimus. Iureconsultus. Peregisse reum non aliàs quis videtur, nisi condemnauerit. ¶ Reus stipulandi, dicitur is qui stipulatur: quemadmodum reus promittendi, qui promittit. Autor vtriusque est Modest. *l.1. D. de duob. reis constit.* ‖ ¶ Reus pecuniæ. Africanus *D. lib. 16. tit. 1. l. 17.* Mulier & Titius cùm in rem mutuarentur; eiusdem pecuniæ rei facti sunt. ‖ ¶ Reus voti, dicitur is qui suscepto voto se numinibus obligat. Virgil. *7. Æneid.*

Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum

Constituam ante aras voti reus.

¶ Reus de vi. Cic. *ad Atticum lib. 2.* Nunc reus erat apud Crassum diuitem Vectius de vi: & quum esset damnatus, erat iudicium postulaturus. ¶ Rei barbam non radebant, neque vestem candidam gestabant. Gell. *cap.14. lib.13.* Item, Aperto capite in tribu sontes condemnabant reos: vt auctor est Plaut. *in Capt. sc.1. a.3.* Vide de hoc plura in verbo *Damno.*

Rea, æ, fœm. gen. Ouid. *Eleg.3. lib.2. Trist.*

Protinus hæc vetiti criminis acta rea est.

Idem *ibid. Eleg.1. lib.4.*

Et mecum iuncti criminis acta rea est. (Musa sup.)

R H

‖ Rex, vide *Rego* ‖

Rezania, *Rezan,* V.E. Moscouiæ, inter Occam & Tanaim fluuios sita, ortum Solis spectans, Moscuâ distat 36. milliaribus Germanicis. ‖

Rhā, ῥᾶ, vulgò *Edel.* Fluuius est Sarmatiæ Europææ, supra Pontum Bosphorum Cimmerium, non procul à Tanaide fluuio, teste Ptol. *lib. 5.* alio nomine Volga, & à Tartaris Edel nuncupatus, in cuius ripis nascitur nobilis illa radix quam à nomine fluuij huius rha Ponticum vocant Romani, Arabes Rhabarbarum, Plinius rhacoma. Celsus radicem Ponticam appellat. Vide Ruell. *lib.3.c.2.*

Rhaba, ῥάβα, oppidum est ad sinum Ionicum: à quo deducitur gentile Rhabæus. Steph.

Rhabathmona, ῥαβάθμωμα, tertia Palestinæ vrbs, alio nomine Areopolis dicta. Steph.

Rhabbatammena { רבת עמון *rabbáth hammon.* ῥαββατάμμενα. } Montana Arabiæ oppidum, apud Steph.

‖ Rhabdomantia, ῥαβδομαντεία, diuinatio per baculum. Drus. ‖

Rhābduchī, { שטרים *schotterim.* ῥαβδοῦχοι } Græco nomine dicebantur quos Romani lictores appellabant: tracta appellatione à virgis & fascibus, quæ magistratibus anteferebant. Virgas enim ῥάβδους Græci nominant.

Rhabilus, ῥάβιλος, Arabum rex qui Antigonum Macedonum regem interemit in vico cui à reipsa Motho nomen inditum fuit, quod mortis locum Arabum lingua significat. Vide Stephanum in dictione *Motho.*

Rhăcĭnūs, i, piscis pulli coloris, à nomine eorum qui Halieutica scripserunt,

runt, præterquam ab Ouidio, commemoratus: ob id fortassis, quòd non alibi, quàm in Ponto nascatur, vbi supremis suis temporibus opus hoc Ouidius inchoauit, Vide Plinium *lib.32.cap.vlt.*

Rhacoma, herba de qua Plinius *lib. 37. cap. 12.* Rhacoma (inquit) affertur ex his quæ supra Pontum sunt, regionibus. Radix costo nigro similis, minor & rufior paulò, sine odore, calefaciens gestu, & astringens. Ruellius eandem putat, cum ea quam suprà Rha Ponticum vocari diximus. suspicatur tamen apud Plinium vocem esse corruptam.

Rhădămănthūs, ῥαδάμανθος, Iouis ex Europa filius, & Rex Lyciæ, qui quòd seuerus fuerit iustitiæ executor, fingitur à poëtis apud inferos nocentum explorare culpas. De quo Virg. *Æneid.lib.6.*

Gnossius hæc Rhadamanthus habet durissima regna,
Castigátque, auditque dolos, subigitque fateri,
Quæ quis apud superos furto lætatus inani.
Distulit in seram commissa piacula mortem.

¶ Minos leges ferebat: Rhadamanthus obseruare faciebat. Plut. *in Theseo.*

Rhadata, τæ, ῥάδατα, oppidum Suyenitarum in Æthiopia, in quo felis aurea pro Deo colebatur. Autor Plin. *lib.6.c.29.*

‖ Rhæbus, ῥαιβός, curuus: vnde ῥαιβοσκελὴς loripes.

Rhædestus, vrbs Thraciæ ad littus Propontidis, hodie *Rodosto.*

Rhegium, Reggio, in Italiæ humero, vt ait Plinius, situm, totius Calabriæ metropolis, & sedes Archiepiscopalis antiquissima, dicitur Rhegium Iulij, ad alterius Rhegij discrimen.

Rhegium Lepidi, *Reggio.* V.E. antiqua Æmiliæ, sub A. Bononiensi. ‖

Rhætī, ῥαιτοὶ Stephano, Populi à Tuscis oriundi, qui à Gallis sedibus suis pulsi, loca vtrinque Alpibus vicina occuparunt, & à nomine Rhæti ducis sui Rhetiam nominarunt. Hinc Rhæticæ vites, & Rhæticum vinum, inter generosa Italiæ vina non postremum locum obtinens. Nascitur autem hoc in Rhæticæ parte quæ ab Alpium radicibus Veronam Comúmque pertingunt.

Rhætĭă, ῥαιτία Stephano, Europæ regio est, quæ (vt *lib. 2.* Ptolemæus refert) ab Occasu limites habet montem Adulam, & fontes Danubij & Rheni, ab ortu Lycum fluuium qui in Danubium exit, & Rhætiam à Vindelicia diuidit: à Septentrione Danubium: à Meridie Alpibus terminatur supra Galliam Cisalpinam. Post Rhætiam, versùs Orientem sequitur Vindelicia, Cui Noricum adhæret, Æno tantùm fluuio disiuncta. { Die Ennegöuw. } Diuiditur hodie Rhætia in duas partes, superiorem & inferiorem. Superior Rhætia appellatur totus ille tractus qui ab Heluetiorum finibus initium sumens, bonam Galliæ Cisalpinæ partem ad Larium vsque lacum occupat. Huius tractus incolæ vulgò *Grisones* appellantur. { Die Grauwpündter/ Curwahlen. } Inferior à Lyco amne qui hanc à superiore diuidit, sumit principium, & vsque ad Ænum fluuium porrigitur, qui Rhætiæ & Norici terminus est. Hanc hodie incolunt Boioarij. { Das Beierland. }

Rhætico, onis, mons est in Rhætia, vt est autor Pomponius Mela *lib. 3.*

Rhæticus, a, um, vnde Rhæticum vinum, quo maximè delectatus est Augustus, vt testatur Suet. *in eius vita c.77.*

Rhaga, æ, siue Rhagæ, arum, ῥάγα, ῥάγαι, Mediæ vrbs à Nicatore condita, & ab ipso quidem Europus, à Persis verò Arsacia appellata. Autor Strabo *lib. 11.*

Rhăgădēs, ῥαγάδες, & Rhagadia neutri generis, Vocantur scissuræ quæ in sede & pedibus proueniunt. Dictæ rhagades à verbo Græco ῥαγίζω, quod significat abrumpo. Plin. *lib.23.c.4.* Attrita sanat & furfures, rhagadas, condylomata, articulos luxatos. Idem *c.7. eiusdem libri,* Arboris ipsius ciuis ex melle.

Rhăgīōn, ῥάγιον, Aranei genus acino nigro simile, pedes breuissimos habens, ósque quàm minimum, ídque sub aluo, ita dictum ab acini parui similitudine, quod Græci ῥάγιον appellant. Vide Plinium *lib. 29. cap.4.*

Rhăgōīdēs, tunica. ῥαγοειδὴς χιτὼν, tertia oculi tunica est, inter κερατοειδῆ & ἀραχνοειδῆ sita, nigræ vuæ acini similitudinem referens: vnde & nomen accepit. Ducit originem ex tenui meninge: vnde & χοροειδὴς appellatur. Parte sui anteriore, & media, foramen habet quod pupillam vocamus, Celsus *lib. 7. cap. 7.* de natura oculorum loquens, Oculus, inquit, summas habet duas tunicas, ex quibus superior à Græcis, κερατοειδὴς vocatur. Ea, qua parte alba est, satis crassa, pupillæ loco extenuatur. Huic inferior adiuncta est, media parte qua pupilla est, modico foramine concaua, circa tenuis, vlterioribus partibus ipsa quoque plenior, quæ ῥαγοειδὴς à Græcis nominatur. Hæ duæ tunicæ quum interiora oculi cingant, rursus sub his coeunt, extenuatæque, & in vnum coactæ, per foramen, quod inter ossa est, ad membranam cerebri perueniunt, eique inhærescunt. Sub his autem, qua parte pupilla est, locus vacuus est.

‖ Rhagologus, ῥαγολόγος, acinos colligens. Est epitheton echini. ‖

Rhămnēs, siue Rhamnenses, equites Romani erant, vel vna ex Romanis tribubus. Acron. Rhamnes, Luceres, Tatienses, Romanæ tribus, erant, vel, vt verius, equites. Varro *lib.4. de L.L.* Ager Romanus primùm diuisus in partes tres: à qua tribus appellatæ, Tatiensium, Rhamnum, Lucerum nominatæ, vt ait Ennius. Tatienses à Tatio, Rhamnenses à Romulo, Luceres (vt ait Iunius) à Lucumone. Hæc ille. Rhamnenses, vnde, docet Plut. *in Romul.*

Rhămnēs, etis, penult. genitiui prod. ῥαμνής, Regis & auguris nomen, qui Turni partes sequutus, noctu dormiens, à Niso est interemptus. Virg. *lib.9. Æneid.*

——*Simul ense superbum*
Rhamnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis
Extructus toto proflabat pectore somnos.

Rhămnūs, ῥαμνοῦς. Genitiuum facit Rhamnûntis: sicut Amathus Amathûntis: Trapezus, Trapezûntis. Erat autem Rhamnus, Atticæ regionis vicus, Amphiarai templo, & Nemesis Phidiacæ simulacro insignis. Vide Pomponium Melam *lib.2.*

Rhămnūsĭūs, a, um, quod est ex Rhamnunte, ῥαμνούσιος. Terent, *in Andr.* Hoc certè scio, Rhamnusium se aiebat esse.

Rhămnūsĭă, ῥαμνουσία, Indignationis dea, quam Græci Νέμεσιν vocant: quæ ab iis pœnas repetere existimabatur, qui præsentibus bonis se indignos præbuisset. Idcirco autem Rhamnusia dicta est, quòd eius simulacrum pulcherrimum est Rhamnunte (is Atticæ vicus est) coleretur, ab Agoracrito Pario, Phidiæ discipulo cælatum. De hac Ouid. *lib. 5. Trist.*

Exiget at dignas vltrix Rhamnusia pœnas.

Rhamnusis, idis, Patronymicum fœ. ῥαμνουσίς. Ouid 4. *Metam.*

——*memorémque time Rhamneusidis iram.* hoc est Rhamnusiæ.

Rhāmnūs, i. { אטד atódh. ῥάμνος. Gall. *Burgespine ou nerprun.* Ital. *Pruna albero spinoso.* Germ. Weisser strechdorn. Hisp. *Cambron.* Ang. *A whin.* } Rubi genus est candidius & fruticosius, ramos spargens, rectis aculeis, non vt cæteri aduncis, foliis maioribus, Sunt & alia Rhamni genera, quæ vide apud Plin. *lib.24. cap.14.* & Ruellium *lib.1. cap.123.*

Rhampsinitus, ῥαμψίνιτος, Rex Ægypti, Protei successor, qui filiam suam prostituit, vt ærarij sui furem deprehenderet. Vide Horat. *lib.2.*

Rhăphănus, i, ῥαφανὶς. Dioscoridi. Gal. *Raiffort.* Ital. *Radice, rauano.* Germ. Rättig. Hisp. *Rauano.* Ang. *Radisch.* } Herba est notissima, quam Romani Ridicen vocant, in assatum carnium condimentis præcipuam habens gratiam.

Rhaphanus agria Plinio, ῥαφανὶς ἀγρία, Dioscoridi. Herba est ad Rhaphani similitudinem accedens, quam Romani & rhaphanum syluestrem, & armoraciam vocant. Vulgus *repentiam* appellant.

Rhaphea, ῥαφεία, apud Ptolemæum *lib.5. cap.16.* Vrbs Palestinæ Iudææ ad Iordanem fluuium, quæ hodie *Rama* appellatur.

Rhāphĭūs, animal est effigie lupi, pardorum maculis, quod ante ludos Pompeij magni Roma non viderat. Alio nomine dicitur chaus. Vide Plin. *lib.8. c.19.*

Rhēa, ῥέα, cæli & terræ filia, quæ alio nomine Cybele, κυβέλη, dicitur. { Die Frauw Saturni/ sonst Cybele genant. } Vide *Cybele.*

Rhea Syluia, ῥέα συλβία, filia fuit Numitoris, Remi & Romuli mater, quæ alio nomine Ilia dicitur. Vide Liu. *lib.1. ab Vrbe,* & ea quę suprà annotauimus in dictione *Ilia.*

Rhēbās, ῥήβας, Orpheo in Argona, fluuius est in faucibus Bosphori Thracij. Plin. *lib. 6. c.1.* Ergo à faucibus Bosphori est amnis Rhebas, quem aliqui Rhœsum dixerunt.

‖ Rhecta, ῥήκτης, effractor. ‖

Rhēdă, æ, genus vehiculi currus, in quo gestabantur nobiliores in villas suas, cuiusmodi sunt hodie, quos Itali *cochos* vocant. { עגלה *ngagálah.* ὄχημα. Gal. *Vne sorte de chariot leger, vn coche.* Ital. *Cocchio, carretta.* Germ. Ein ringer karren/ ein roll wagen. Hisp. *Coche carro.* Angl. *A coche or chariot.* } Quintilianus *cap.9. lib.1.* Gallicum vocabulum esse docet, eiusdem ferè significationis cuius est apud Latinos Carruca. Galli vocant etiam *Carroce.* Cic. *Attic lib.5.* Hanc epistolam dictaui sedēs in rheda, quum castra proficiscerer. ¶ Rheda meritoria. Suet. *in Cæs. cap. 57.* Longissimas vias incredibili celeritate confecit expeditus, meritoria rheda, centena passuum millia in singulos dies. Et Gell. *c.25. lib.10.* In rheda disputabat sedens.

Rhēdārĭūs, dictus est auriga, rectórque ipsius rhedæ. { ἁμαξηλάτης. Gal. *Charretier.* Ital. *Carrettier.* Germ. Ein furman oder karrer / der ein rollwagen füret. Hisp. *Caretero.* } Cicer. *pro Milone,* Aduersi rhedarium occidunt.

Rhēdārĭūs, adiectiuum, ζεῦγος ἕλκων, vt Rhedarius mulus, qui rhedam ducit. Varro 3. *de re rust. cap.17.* Celerius voluntate Hortensij ex equili educeres rhedarios, vt tibi haberes mulos, quàm è piscina barbatum mullum. Inde *Epirrhedium,* de quo suprà.

Rhedones, Galliæ populi in ducatu Britanniæ, de quibus Cæs. *in Comment.* Vulgò *Renes.*

Rhegma, ῥῆγμα, ciuitas quædam. Est sinus iuxta Persicum sinum. Steph.

Rhegyum, ῥήγιον Stephano. Extremum agri. Bruti oppidum est, vt Græci nomen dedēre à fractura fractum, quòd ibi Sicilia ab Italia credatur esse auulsa. ῥήγνυμι enim Græcis rumpere est, & ῥῆγμα, ruptura. Huius oppidi incolæ dicti sunt Rhegyni ῥηγῖνοι Stephano. ¶ Regium sine aspiratione, Cisalpinæ Galliæ oppidum est, non longè à Parma, & Mutina à Lepido instauratum, quod & Regium Lepidi ad differentiam alterius dicitur, à quo Regienses vulgò *Reggio.*

‖ Rhembus, ῥεμβός, vel ῥεμβὸς, vagabundus, erro. ‖

Rhēmī, ῥῆμοι, populi Galliæ Belgicæ, Mediomatricibus, & Leucis finitimi, vt scribit Cæsar *in Commentariis:* vnde pretiosissimum telæ genus Rhemense, communicata aliisquoque Galliarum populi textrini gloria. Meminit horum Plin. *lib.4. cap.17.* Vulgò *Reims.*

Rhēnea, ῥήνεια, Exigua est insula Delo vsque adeò vicina, vt à Polycrate Samiorum tyranno duæ hæ insulæ catenis aliquando fuerint connexæ. In hanc defunctos suos Delij inferebant: eò quòd in Delo nec parere licebat, nec mortuos sepelire, nec canem alere. Autor Thucyd. *lib. 1. & 3 belli Pelopon.*

Rhēnōnes, vestes pelliceæ ex ouium præcipuè, & caprarum pellibus confectæ. { διφθέραι, σισύραι. Gall. *Grosses robbes fourrées.* Ital. *Veste grosse foderate.* Germ. Beltzkleid vorab auß schaff oder geyß fellen gemacht. Hisp. *Gamarros ò vestidura de pellejas.* Angl. *Furred garments.* } Varro *lib.5. de L.L.* Rheno Gallica. Meminit Salust. & Charisius. quæ vox à Græcis fluxisse putatur, qui oues ῥῆνας appellant. Quanquam non desunt qui à Rheno fluuio nomen sumpsisse existimant, propterea quòd Rhenani populi hisce peculiariter vtebantur. Cæsar *in Commentariis lib.6.* scribit, Germanos vti paruis rhenonum tegumentis.

Rhēnūs, i, ῥῆνος, & Rhenum, vtroque modo dicitur pro fluuio insigni Germaniam à Gallia dirimente, qui de iugo Rhetiearum Alpium defluens, circa Batauorum fines in tria cornua diuiditur, totidémque ostiis in Oceanum influit. Tria Rheni cornua, teste Altamero *in Tacitum,* & Glareano *in Cæsarem,* à Germanis hodie nominantur. Lecca V Valis, & Isella: quorum postremum olim non erat: sed à Druso aduersùs Germanos bellum gerente, ducta fossa à Rheno ad mare, effectum est vt munimentum esset aduersùs incursus Barbarorum. Quare mirum non est si tertium hoc ostium Virgilio fuerit ignotum, qui Rhenum vocat bicornem, quasi duo ostia habentem. Horat. *de Arte Poëtica,* Rhenum protulit in neutro genere, quum ait,

Aut

Aut flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus.
Vulgò *Rin.* { Der Rhein. } Est item Rhenus Bononiensis, Italiæ fluuius apud Bononiam, cuius meminit Plin. *lib.* 3.*c.*16.

Rhēōn, ῥῆον, à Græcis appellatur radix nobilis, quam Romani Rheponticum, Arabes Rhabarbarum vocant. de hac vide suprà in dictione *Rha.*

Rhesūs, ῥῆσος, Thraciæ Rex, qui quum Troianis aduersùs Græcos auxilio venisset, noctúque hostium castra vellet explorare, ab Vlysse & Diomede interceptus est interfectus, vt latiùs describit Homer. *lib.* 10. *Iliad.* Ouid. 13. *Metam.* Petij, tentoria Rhesi. ¶ Est & Rhesus Troadis fluuius, non procul ab Ilio fluens, teste Strabone *lib.* 13.

Rhetia, æ, Rhetus, ti, Rhetico, conis & Rheticus, a, um, vt Rheticum vinum: vide *Rhatia*, suprà.

RHĒTŎR, { ῥήτωρ. GAL. *Retoricien, orateur.* ITAL. *Retore colui ch' insegna l'arte oratoria.* GER. Ein lehrer der kunst deß zierlichen vnd Meysterlichen redens. HISP. *Salio en arte de bien orar, el que enseña la retorica.* ANG. *A Rhetoricien.* } Qui artem oratoriam docet, differtque ab oratore, quòd orator sit qui in iudiciis, & concionibus causas agit: rhetor qui rhetoricen profitetur: declamator, qui aut docendi alios, aut exercendi se gratia fictam causam agit, vt in veris postea causis sit exercitatior. Cic. *Q. Frat.* Pæonius Rhetor, homo, opinor, valde exercitatus. Idem 4. *Philipp.* Quasi rhetor ille te disertum facere potuisset. Apud Græcos tamen rhetores etiam dicuntur qui apud Latinos oratores: nec mirum, quum ab eloquendo rhetores dicti sint, teste eodem 3 *de Orat.*

Rhētŏrĭcă, æ, siue Rhetorice, dicendi ars, { ῥητορική. GALL. *Retorique.* ITAL. *Arte de ben' parlare, retorica.* GER. Die kunst zierlich vnnd wol zu reden/rhetoric. HISP. *La retorica, arte de bien hablar.* ANG. *Rhetorick.* } Cicer. 2. *de finib.* Zeno omnem vim loquendi in duas partes tributam esse dicebat: rhetoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse, quòd latiùs loquerentur rhetores, dialectici autem compressiùs. Quint. *lib.* 2. *c.*15. Huic eius substantiæ maximè conuenit finitio, rhetoricen esse bene dicendi scientiam.

Rhētŏrĭcă, orum. { τὰ ῥητορικά. GALL. *Liure de rhetorique.* ITAL. *Libri de retorica.* GER. Rhetorische bücher / das ist/in welchen die kunst begriffen ist. HISP. *Libros de rethorica.* ANGL. *Bookes of rhetorick.* } Libri rhetorica conscripti, siue ipsæ præceptiones rhetoricæ. Cic. *de Fato*, Mihi vestra rhetorica satis non sunt.

Rhetorici, orum, substantiuum generis masculini, Libri de Rhetorica scripti. Quintil. *lib.* 3. *cap.* 1. Post quem tacere molestissimum foret, nisi & rhetoricos suos ipse adolescenti elapsos diceret de Cicerone. Idem numero quoque singulari vsus est *lib.* 3. *cap.* 1. Sicut & Ciceronis quoque rhetorico primo manifestum est. Et rursus *cap.* 8. Nec me fallit, in primo Ciceronis rhetorico aliam esse loci negotialis interpretationem.

Rhētŏrĭcūs, a, um, ῥητορικός, ή, όν, oratorius. quod ad rhetorem, siue rhetoricen pertinet. Cicer. 2. *de Orat.* Rhetoricis quibusdam libris, quos tu agrestes putas. More rethorico loqui. Idem 1. *de Orat.* Ars rhetorica, idem 4. *de finib.*

Rhetoricōteros, ῥητορικώτερος, magis Rhetor. Cic. 3. *de Orat.* Quæ quum dixisset, in Albutium illudens, ne à me quidem abstinuit.

Crassum habeo generum, ne rhetoricotero' tuzis.

Versus est fictus à Cicerone, ad antiquum morem, Rhetoricotero' dixit pro rhetoricoteros. Veteres enim s finalem frequenter elidebant.

Rhētŏrĭcè, aduerbium. ῥητορικῶς, rhetorico more, oratorio artificio. Cic. *de claris Oratoribus*, Hanc enim mortem rhetoricè & tragicè ornare potuerunt. Idem 2. *de finibus*, Rhetoricè igitur, inquam, nos mauis, quàm dialecticè disputare.

Rhetorico, rhetoricè loquor: suauiloquens sum ad decipiendum. Nonius *Asinio*, Age nunc, quando rhetoricasti, responde quod te rogo. vsitatius verò est.

Rhētŏrĭcŏr, aris, Rhetorum more loquor. ῥητορεύω. Hieronymus *contra Heluidium*, Rhetoricati sumus, & in morem declamatorum paululum lusimus.

Rhētŏrīssō, as, Rhetoricè loquor. ῥητορίζω. Nonius.

‖ Rhetra, lex. nominatim Lycurgi ll. rhetræ vocabantur, vt axones Solonis. Est autem ῥήτρα dictio, lex, pactum, conuentio, & decretum. ‖

RHEVMĂ, tis, { ῥεῦμα. GALL. *Rheume, catarrhe, defluxion.* ITAL. *Descesa di humore.* GERM. Ein fluß/vorab der von dem haupt abhin felt. HISP. *Decurso, ò auenida de humor.* ANG. *A rheume or catarre, distiling of humours frome the head.* } Fluxio humoris à cerebro in partem aliquam decumbens, à ῥέω, fluo.

Rheūmătĭcūs, adiectiuum. { ῥευματικός. GAL. *Rheumatique, catarreux.* ITAL. *Reumatico.* GER. Dem offt die flüß abhin fallen haupt flüßig. HISP. *Que tiene romadizo.* ANG. *Sick of the catarre or humores destilling frome the head.* } Qui rheumate, siue fluxione laborat. Plin *lib.* 19.*c.*6. Aut tritas clysteribus infundendas orthopnoicis, aut rheumaticis.

‖ Rheumatidio, as. Ea voce Theodorus Priscianus medicus aliquoties vtitur, pro Græca ῥευματίζομαι: vt, si oculi rheumatidiauerint. ‖

Rheūmătīsmus, i. { ῥευματισμός, GAL. *Rheume, catarre.* ITAL. *Sfreddimento.* GERM. Ein hauptfluß so den pfnusel machet. HISP. *El romadizo.* ANG. *The rheume or catarre.* } Fluxio humoris à cerebro manans, odoratus instrumentum obturans, & grauedinem afferens. A verbo ῥευματίζομαι, quod est in fluxione noxij humoris infestor & grauedine laboro. Plin. *lib.* 22.*c.*18. Decoquuntur in cibo contra fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant.

Rhēxēnŏr, ῥηξήνωρ, Nausithoi filius, & frater Alcinoi Phæacum regis, & pater Aretes, ab Appolline sagittæ ictu interfectus, teste Homero *circa initium lib.* 7. *Odyssea.*

‖ Rhexia, herba. ‖

RHINA, ῥίνη, piscis est quæ & squatina Plin. *lib.* 32.*c. vlt.* Rhina quem squatum dicimus, &c.

Rhinobatus, vide *Rhina.*

Rhinocephalus, ῥινοκέφαλος, animal. Gesnerus ex physiologo obscuro dicit, quòd ceruicem equinam habeat cum vniuerso corpore, & flammas ex ore eructet, quibus homines pereant. Vox est ex ῥὶν & κεφαλὴ. quasi dicatur *nasiceps.*

RHĪNŎCĔRŎS, otis, { ראם reém רימים rem. ῥινόκερως. GAL. *Vne sorte de beste en Egypte qui a vne corne sur le nez, vne licorne.* ITAL. *Animale in Egitto ch' ha vn corno su'l naso.* GERM. Ein groß vierfüssig Thier in Egypten/hatt an der Nasen ein Horn. HISP. *Animal que tiene vn cuerno sobre la nariz.* ANG. *An vnicorne.* } Animal quadrupes, habens in nare vnum cornu, vnde hominem sagacem, & prudentem, nasum rhinocerotis habere dicimus. Mart. *lib.* 1.

——*iuuenésque,*

Et pueri nasum rhinocerotis habent.

Rhinoceros (inquit Plin. *lib.* 8. *cap.* 20.) genitus hostis elephanto: cornu ad saxa limato præparat se pugnæ, in dimicatione aluum maximè petens, quam scit suis ictibus peruiam esse. Solinus dicit repandum esse, id est, recuruum eius cornu, & attritum cautibus in mucronem excitari: pugnaréque cum elephantibus, longitudine parem, breuioribus cruribus. Pausanias affirmat rhinocerota duo habere cornua, alterum insigni magnitudine ex naribus extans: alterum quod supernè erumpit, exiguum quidem, sed validissimum. Festus, Rhinocerota quidam putat esse bouem Ægyptium. Suet. *in Aug. cap* 43. Publicare Rhinocerotem apud Septa: Tigrim in scena, &c. ¶ Rhinoceros, metaphoricè, Lucilio dicitur, qui dente eminente bronchus est eius versus est,

Bronchus bouillanus dente auerso eminulo, hic est rhinoceros.

¶ Compositum nomen à ῥὶν, ῥινὸς, quod nasum significat, & κέρας cornu. ¶ Mart. *lib.* 14 rhinocerotem figuratè posuit pro gutto rhinocerotis cornu confecto, quo oleum in balneis lotorum corporibus guttatim solebat instillari. Verba eius sunt hæc,

Gestauit modò fronte me iuuencus:
Verùm rhinocerota me putabis.

Rhinocerotius, um, ad rhinocerota pertinens.

Rhīnoclīsia, alterum callæ herbæ genus, de quo Plinius *libr.* 27. *cap.* 8.

Rhīphæī montes, ῥίπαια ὄρη, montes Septentrionales Scythiæ: quorum meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. Græci hoc nomen in secunda syllaba non aspirant, quòd ἀπὸ τῆς ῥιπῆς ἀνέμων, hoc est, à flatuum vi deductum putent: quòd ibi vehementissimi esse dicantur Boreæ flatus. { Mitternächtische schneeberg in Scythia. } Latini tamen tenuem mutant in aspiratam, ad differentiam Ripæorum montium, teste Seruio, qui in Arcadia collocantur.

Rhīphæūs, a, um, ῥιπαῖος. Virg. 3. *Georg.*

Gens effrana virûm Riphæo tunditur Euro.

Rhīphēūs, Riphei, ῥιπεύς. Vnus ex Centauris Ixionis & Nubis filius: cuius meminit Ouid. *lib.* 12. *Metam.* Fuit & Ripheus Troianus, iustitiæ nomine Troianis omnibus prælatus: vt placet Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

Rhīthymnă, ῥίθυμνα, vrbs in latere Septentrionali Cretæ insulæ. Ptolem. *lib* 3. *cap.* 17.

Rhīum, ῥίον, Promontorium est Achiæ propriè dictæ, ad ipsum ostium sinus Corinthiaci. ¶ Est & alterum Rhium Ætoliæ promontorium, quod à Thucydide Rhium Molycricum, ῥίον μολυκρικόν, à Molycria vicina vrbe appellatur. Plin. *lib.* 4. *cap.* 4. Antirrhium vocat. Duo hæc promontoria angusto freto dirimuntur, septem circiter stadiorum latitudine: idque est ostium sinus Corinthiaci, quem Thuc. *lib.* 2. Crisæum sinum appellat.

Rhiza, radix, ῥίζα Est & herbæ genus sine flore & semine. Hipp.

Rhīzĭās, ῥιζίας, succus est è radice laserpitij profluens: nam qui è caulibus exprimitur, caulis appellatur, Plin. *lib.* 19.*c.* 3.

‖ Rhizologus, ῥιζολόγος, qui ῥίζας λέγει, radices colligit.

RHIZOTOMVS, ῥιζοτόμος, qui ῥίζας τέμνει, radice, excidit, & eas colligit. Sed ῥιζότομος herba, species iridis Illyriæ subrufæ.

Rhizotomicus, a, um, ῥιζοτομικός, ή, όν, ad radicum excisionem faciens.

Rhizophagus ῥιζοφάγος radicibus vescens. ‖

Rhŏdănūs, ῥόδανος, fluuius Galliæ rapidissimus, à Rhoda Rhodiorum oppido: vt ait Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. Hier. *in Comment. Epist. ad Galat.* Rhodam Rhodiorum coloni locauerunt: vnde amnis Rhodanus nomen accepit. Nascitur in Alpibus quæ Italiam à Gallia diuidunt, non longè à fontibus Rheni, & Danubij. Fertur per Lamanum lacum, & versus Occidentem per Galliam, Ararim apud Lugdunum suscipit. Inde ad Meridiem conuersus, & Isaram, Druentiámque suscipiens, apud Heracleam vno ostio, & paulò vlteriùs duobus aliis in mare Tyrrhenum irrumpit. Vulgò *Rosne.* ¶ Rhodanus, Nilus, Istrus (qui & Ister, & Danubius appellatur) flumina tria omnium maxima. Vide Gell. *cap.* 7. *lib.* 10.

Rhŏdĭă, æ, ῥοδία, Nymphæ marinæ nomen, Oceani & Tethyos filiæ, à roseo, vt videtur, genarum colore impositum. Hesiod. *in Theolog.* Ἱππώ τε Κλυμένη τε, Ῥοδίη τε, Καλλιρόη τε. Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 3. Rhodiam atque Lyciam subegit. ¶ Est & vitis, vuæque genus, è Rhodo insula primùm in Italiam aduectum. Virg. 1. *Georg.*

Non ego te mensis, & diis accepta secundis
Transierim Rhodia.

Rhodia radix, herba, Germanis Rosenwurtzel: ῥοδία ῥίζα. Dioscor. à Rhodon ῥόδον rosa. nam attrita rosæ odorem spirat.

‖ Rhodigium, Rouigo, V. E ditionis Venetæ, sub A. Rauennate. ‖

Rhodinus, a, um, ῥόδινος, ή, όν, roseus, ex rosis factus: vt

Rhŏdĭnum oleum, ῥόδινον ἔλαιον, ex rosis, quod rosaceum nostri nuncupauerunt, Est enim ῥόδινος adiectiuum à ῥόδος, quòd Latinè rosam significat. Olei huius meminit Plin. *lib.* 15.*c.* 7.

Rhŏdĭnum vnguentum, ῥόδινον μύρον, quod fit oleo rosaceo. de quo Plin. *lib* 15. *cap.* 7.

Rhŏdĭtēs, ῥοδίτης, gemma à rosæ rubore nomen sortita. Plin. *lib. vlt cap.* 11.

Rhŏdŏdăphne, ῥοδοδάφνη, frutex est, quem alio nomine vocant Rhododendron, florem habens similem rosæ, folium autem indeciduum simile lauri foliis: vnde rhododaphne appellatur, nomine ex rosa, & lauro composito. ῥόδον enim Græci appellant, quam nos rosam: & quam nos laurum dicimus, illi vocant δάφνην.

Rhŏdŏdĕndrŏs, siue Rhododendron. ῥοδόδενδρον. Diosc. Frutex est florem ferens rosæ similem, foliúmque indeciduum, non dissimile lauri foliis; vnde & rododaphnen appellarunt. Rhododendron autem idcirco vocant quòd in arbusculæ altitudinem crescat. δένδρον enim arborem vocant:

vocant: quasi dicas arborem rosas ferentem, vel rosam arborescentem. ¶ Nascitur in Heluetia in montanis & syluestribus locis iuxta riuos ferè, herba ad hominis proceritatem, floribus purpureis foliis salicis, flores siliquarum rudimentis præfixi hærent. Siliquæ trium ferè digitorum longitudine floccis siue lanis aliis plenæ sunt, floret particulatim, caules & ramuli rubent, à nullo quod sciam, qui nostro seculo plantarũ historiam exoluerunt, descripta, præter Gesnerum *in Cane c.*8. Effertur autem tam fœminino genere quàm neutro. Plin. *lib.*16.*c.*20. Et quamuis herba Sabina dicatur rhododendron. Idem *lib.*24.*c.*11. Rhododendros ne nomen quidem apud nos inuenit Latinum.

Rhodomeli, ῥοδόμελι, mel rosaceum, confectio ex ῥόδοις καὶ μέλιτι.

Rhodomelum, ῥοδόμηλον, confectio ex ῥόδοις, id est, rosis & μήλοις malis, nempe contineis.

Rhŏdŏgūnē, ῥοδογούνη, fuit filia Darij, quæ post mortem viri, nutricem quæ illi secundas nuptias suadebat, occidit.

‖ Rhodon, ῥόδον, rosa.

Rhodinus, a, um, ῥόδινος, η, ον, rosius, ex rosis factus: vt Rhodinum oleum, Rhodinum vnguentum. Vide & *Rhodiaradix.* ‖

Rhodonia, ῥοδωνία, locus vbi rosæ nascuntur, rosarium, rosetum.

Rhŏdŏpē, { ῥοδόπη. Ital. *Montagna de l'argento.* Germ. Ein gebirg in Thracia. } à Rhodope Thracum regina in hunc montem (vt Ouid. fabulatur) conuersa: vel (vt aliis placet) ibi sepulta. Vel à Rhodope Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Athon gigantem genuit, qui & ipse monti nomen dedit. Corripit autem Rhodope in hac significatione penultimam syllabam. Virg. 8. *Eclog.*

——duris in cotibus illum
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes.

¶ De Rhodope meretricula vide in proxima significatione RHODOPIS. A Rhodope pro monte Thraciæ fit adiectiuum Rhodopeius, a, um, vt Rhodopeius Orpheus, apud Ouidium 10. *Metam.*

Rhŏdŏphōnē, ῥοδοφώνη, Syria dicta est in ea parte, qua transit Taurum montem.

Rhŏdŏpis, idis, ῥοδῶπις Suidæ, vel, vt apud Plinium legitur Rhodope, meretrix nobilissima fuit ex Thracia Æsopi fabulatoris aliquandiu conserua, & postea à Charaxo Sapphûs poetriæ fratre qui eius amore tenebatur, ingenti pecunia redempta. Hæc teste Plin. *lib.*36. *c.*12. tantas opes meretricio quæstu corrasit, vt pyramidem insignem suis sumptibus extructam reliquerit.

Rhŏdŏră, ῥοδώρα. Herba quæ caulem habet virgæ ficulneæ modo geniculatum, folia vrticæ, in medio exalbida, eadem præcedente tempore tota rubentia, florem argenteum ad similitudinem rosæ. Plin. *lib.*24. *cap.* 19.

Rhŏdŭs, ῥόδος. { Die Insel Rhodis. } Insula est nobilissima in mari Carpathio, Cariæ adiacens ambitu CXXX. M. pass. vrbem habens eiusdem nominis quæ toti insulæ nomen fecit, quum antea Ophiusa, Asteria, Ætherea aliisque plurimis nominibus fuerit appellata. Vrbem autem ipsam Rhodum dictam volunt, siue à Rhodia puella, ab Apolline adamata, vt fabulatur Diodo. *lib.*6 siue ab eo quòd capulo rosæ illic inuento sit ædificata. Ea portubus olim & viis & mœnibus, & reliquis ornamentis tantopere cæteras superauit, vt nulla putaretur æqualis. Legum præstantia, & naualis rei peritia adeò valuit, vt annis multis maris imperio potiretur, & piratarum latrocinia sustulerit. Hæc insula inter Asiaticas insulas tertia numeratur. Nam Lesbus, & Cyprus maiores habentur. Ab Horatio clara Rhodos vocatur. Nam, vt Solinus autor est, nunquam dies ita nubilus est vt sol in hac insula non conspiciatur. Aurum Rhodi pluisse ob felicitatem insulæ cecinit Pindarus. Illam porrò insulam omnium amœnissimam & saluberrimam esse disertè scribit Suet. *in Tib. c.*11. cùm ait: Rhodum enauigauit amœnitate & salubritate Insulæ iam inde captus, cùm ad eam ab Armenia rediens appulisset. In ea fuit admirandæ magnitudinis colossus, à quo postea Rhodij appellati sunt Colossenses, ad quos Apostolus Epistolam scripsit. Habet & Camirum vrbem, & Lindum ex qua fuit Cares statuarius qui Colossum extruxit. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Periphanes Rhodo mercator diues. (i. rhodius siuer rhodiensis.) ¶ A Rhodus fiunt adiectiua Rhodius, ῥόδιος, & Rhodiensis, & Rhodiacus. Vulgò *Rodi.* Gell. *cap.*16. *lib.*7. de cibis peregrinis loquens, Elops Rhodius, Pauus è Samo, (sup. optimi.)

Rhœas, adis, ῥοιάς. Erosio carunculæ quæ est in maiore angulo oculi.

Rhœbus, ῥοῖβος, Equus fuit Mezentij, apud Virg. *lib* 10.

Rhœbe diu, res si qua diu mortalibus vlla est,
Viximus. &c.

RHOETVS, ῥοῖτος, Marrubiorum rex fuit in Italia, pater Achemoli, qui vitiata nouerca sua, Rhœti patris furorem metuens, confugit ad Turnum. Vide Seruium *in* 10. *Æneid.* ¶ Est autem Rhætus apud Poëtas nomen gigantis, qui quum Iouem de cæli possessione deiicere conaretur, à Dionysio in leonem transmutato interemptus est Horat. *lib.*2. *Carm. ad Bacchum,*

Tum quum parentis regna per arduum
Cohors gigantum scanderet impia.
Rhœtum retorsisti leonis
Vnguibus, horribilique mala

Rhœteus, a, um vt Rhœteum littus. Catull. *de Ortalo.*

Troia Rhœteo quem subter littore tellus Obtegit.

Rhoētēum, ῥοίτειον, Promontorium & oppidum Troadis, Aiacis sepulcro celebratum, quemadmodum Sigeum sepulcro Achillis. Inde Rhœteum litus, à Virgilio dicitur *lib.*6. *Æneid.*

‖ Rhoicus, a, um, ῥοικός, ή, όν, fluxione laborans.

Rhoiscus, ῥοΐσκος, corymbus aureus. ‖

Rhŏĭtēs, ῥοΐτης, vinum ex malis punicis expressum, quæ Græci ῥοιὰς appellant. Diosc *lib.*5. *c.*25.

‖ Romboides, ῥομβοειδής, ὁ, ἡ, q. rhombiformis, e. rhombi formam habens. ‖

Rhŏmbŭs, { ῥόμβος. Gall. *Figure quadrangulaire.* Ital. *Figura quadrangula colati vguali.* Germ. Ein figur so gleiche seitten hatt / aber vngleiche vnd nicht rechte winckel/wie ein Fensterramen. Hisp. *Figura de quatro angulos de que vsauan las hechizeras.* Angl. *A figure with foure corners.* } Græca vox est, significans figuram tetrapleuron, id est, quadrilateram, cuius latera omnia sunt æqualia, angula verò obliqui: vtebantur eo maleficæ mulieres ad deducendam Lunam, tortis filis confecto. Ouid. 1. *Amor.*

——quid torto concita rhombo
Licia?

Martial. *lib.*9.

Quæ nunc Thessalico Lunam deducere rhombo.

Propert. *lib.*2.

Deficiunt magico torti sub carmine rhombi.

¶ Item rhombus est machinula illa quam vertendo mulieres tramam ad lanificium nent. ¶ Est item rhombus piscis plani genus, à figura dictum. Iuuenal. *Satyr.*4.

Incidit Adriatici spatium admirabile rhombi
Ante domum Veneris.

Rhŏmphæă, { רמח rómach. ῥομφαία. Gall. *Vne sorte de longue espee.* Ital. *Vna sorta di longa spada.* Germ. Ein lang schwert/oder gewehr. Hisp. *Espada luenga.* Angl. *A sorte of long sword.* } Framea, seu teli longioris genus. Valer. Flac. *lib.*6. *Argon.* penultimam syllabam corripuit, abiecta vocali præpositiua: aut certè diphthongo Græca licentia correpta,

Æquáque (inquit) *nec ferro breuior, nec rhomphæa ligno*

Vide Gell. *cap.*25. *lib.* 10.

RHONCHVS, { נחרה necharáh. ῥόγχος. Gall. *Ronflement.* Ital. *Ronchegiamento.* Germ. Das schnarchlen. Hisp. *El ronquido.* Angl. *A snorting in sleaping.* } Sonus quem eduut stertentes: à verbo Græco ῥόγχω, quod est sterto. ¶ Per translationem accipitur pro irrisione. Mart. *lib.*1.

Maiores nusquam rhonchi, &c.

Rhŏnchĭssŏ, as, Sterto. { ῥογχάζω. Gal. *Ronfler.* Ital. *Ronfare.* Germ. Ich schnarchle/oder schlaff hart. Hisp. *Roncar.* Ang. *To snort in the sleap.* } Plaut. Cyatissat dum cœnat: dum dormit, ronchissat.

Rhŏnchĭsŏnŭs, adiectiuum, quod rhoncorum sonum imitatur, & ad irrisionem spectat Sidonius, Nec nos rhonchisono rhinocerote notat.

Rhŏpălŏn, ῥόπαλον, herba quæ notiore nomine nymphæa appellatur. Rhopalon autem appellatum existimant ab eo quòd radicem habeat ῥοπάλῳ, hoc est, clauæ similitudinem referentem.

Rhopalici versus apud Ausonium, sunt quorum singula verba sequentia singulis syllabis priora exuperant, vt,

Spes Deus æternæ stationis conciliator.

sic vocati sunt, quòd clauæ more quibusdam gradatim surgunt toris & nodis.

Rhoxalani, populi Scythici vltra Borysthenem, in extremis Europæ finibus, quorum meminit Strabo *lib.*2. & Plin. *lib.*4. *c.*12.

Rhŏxānă, ῥωξάνη, Oxyartis filia, & vxor Alexandri Magni, quæ illi iam vita functo posthumum peperit de qua multa apud Qu. Curtium & Arrianum.

Rhoxani, ῥωξανοί, populi Septentrionales, inter Borysthenem & Thanaim amnes, campestria incolentes. Strabo *lib.*7.

Rhūs, ῥοῦς, frutex in petris nascens, binûm cubitorum altitudine, foliis oblongis, subrubentibus, in ambitu serratis, acinó vuarum gracilium denso, magnitudine terebinti. Vulgò in officinis vocatur *Sumach.* Latinum nomen non habet, teste Plinio *lib.*24. *cap.*11. Dicitur & Erythros ab vuæ rubedine. ¶ Rhus Syriacum & opsoniorum idem esse censent. Apud Cels. *lib.*6. *cap.*11. ita scriptum, quia Græcè ῥοῦς: rhus quem Syriacum vocant ῥοῦς βυρσοδεψικός, est rhus coriariorum: vnde quidam coriarum fruticem appellant, quòd coriarij eo vtantur ad inspissandas pelles. ¶ Rhus item Plinio herba est syluestris, breuibus coliculis foliis myrthi, tineas & venena pellens, *lib.*24. *c.*11.

Rhymnĭcĭ, ῥυμνικοί, Scythiæ populi à Rhymno vicino amne, vt quidam volunt, dicti. Meminit horum Plin. *lib.*6. *c.*17.

Rhymŭs, ῥύμος, Mysiæ fluuius, iuxta Alaziam fluens, & per Mygdonium campum in Rhyudacum influens. Vide Strab. *lib.*12.

Rhytēni, ῥυτηνοί, populi Galliæ Aquitanicæ (vt inquit Plinius) contermini Narbonensi prouinciæ. de quibus Lucan. *lib.* 1.

Soluuntur flaui longa statione Rhuteni.

Vulgò *Rodez.*

Rhyndăcŭs, ῥύνδακος. Mysiæ fluuius in Tenno monte nascens, & in Propontidem se exonerans: circa quem serpentes in tantam magnitudinem adolescunt, vt in summo aëre volantes, solidas aues haustu deuorent. Vide Plinium *lib.* 8. *cap.* 14. Hinc Rhyndacius, a, um, ῥυνδακηνός.

Rhynĭtălcus, vir fuit Thracius, cuius exemplo, teste Plutarcho *in vita Romuli,* Cæsar sæpe dicere consueuerat, amare quidem se proditionem, sed proditores magnopere abhorrere.

Rhynton, ῥίνθων, Tarentinus nugator vilissimus, in agendis præcipuè fabulis: a quo Rhyntonicæ fabulæ dictæ sunt. Ad quem alludunt tam Varro, quàm Columella, apud quos modò Mython, modò Rynthon legitur.

Rhypărŏgrăphŭs, ῥυπαρογράφος. sordidarum rerum humilisimque pictor. Sic enim cognominatus fuit Pyreicus, pictor excellens quidem, sed qui tonstrinas, ac sutrinas, asellos, opsonia, aliáque huiusmodi humilia sectatus est. nam ῥύπαρος Græci sordidum dicunt,

Rhytĭŏn, ῥυτίον, vasis genus, lunari specie. Mart. *lib.*2.

Quum sint crura tibi similent quæ cornua lunæ,
In rhytio poteris Phœbe lauare pedes.

RHYTHMVS, i, Latinè numerus, harmonia. { ῥυθμός. Gall. *Rime.* Ital. *Numero, harmonia.* Germ. Ein zal oder zusammen stimmung. Hisp. *Numero, consonantia en la musica.* Ang. *A ryme or harmonie.* } Quintilian. *l b* 9. *de Instit. cap.*4. Sunt numeri rhythmi, qui neque finem habent certum, nec vllam in contextu varietatem, sed qua cœperunt sublatione, ac positione, ad finem vsque decurrunt. Diomedes, Rhythmus est versus, imago modulata, seruans numerum syllabarum, positionem sæpe sublationémque continens. Differt à metro, quia temporum, syllabarum, pedúmque congruentia in infinitũ multiplicatur, ac profluit. ¶ Hinc

Rhythmicus, a, um, ῥυθμικός, ή, όν, ad rhythmum pertinens.

Rhythmicus, rhythmorum concinnator, ῥυθμοποιός. Cic. 3. *de Orat.* Nec sunt hæc in rhythmicorum ac musicorum acerrima norma dirigenda.

R I

Ribes, stirps quædam fruticosa, foliis propè vitigeneis (seu bryoniæ) sed minoribus,baccas ferens vuæ racemosæ modo digestas : plurimum rubras, sapore dulci subacido. Est tamen & species nigro fructu,& vnionum instar candido,vocant & *ribesium* vox & Arabica.

Rica, æ,veli genus erat,à ritu dictum , teste Varrone *lib.* 4. *de L. L.* quod eo mulieres Romano ritu sacrificantes , caput velabant. { μίτρα. GAL. *Vne sorte d'habillemēt à l'vsage de femme Romaine.* ITAL. *Vesta da dōna vsitata anticamente.* GER. Ein schleyer/oder hauptrüchlin den weyberen zu Rom breuchlich bey iren Opfferen / etlich nennen es für ein andere Kleidung. HISP. *Vn cierto genero de vestidura.* ANGL. *A kerchiefe.*} Ricæ (inquit Festus)palliola erant,ad vsum capitis facta.Idem paulò pòst ex Granij sententia, cingulum capitis interpretatur,quo procincta Flaminica solet redimiri. Et *alibi*, Rica est quadratum vestimentum fimbriatum,& purpureum, quo pro palliolo , seu vitta vtebantur Flaminicæ.Alij dicunt quòd ex lana fiat succido alba , quod conficiunt virgines,ingenuæ,patrimæ,matrimæ,ciues,& inficiunt cæruleo colore.Hæc Festus.Plaut *in Epid.* Supparum, aut subminiam, ricam, basilicum, aut exoticum.Nonius, Ricam sudarium interpretatur.Huius diminutiuum est Ricula,quod legitur apud Festum.

Ricina,vna ex insulis quæ Hyberniæ adiacent,autore Ptolem.*lib.*2.*c.*2.Plinio Ricnea dicitur.

‖ Ricinetum,olim Heluia Ricina,V.E. Piceni,in ditione pontificia.

Ricinium,idem quod *recinium*:quod & mox ‖

Rĭcĭnūs & ricinum, vel (vt quidam malunt) recinum, dicitur à reiiciendo,vestis antiquissima quadrata,vt inquit Varro,cuius partem mediam retrorsum iaciebant. τερίβωλον. vnde Riciniati mimi. Seruius *in lib.*1. *Æneid.* Ricinus dicitur ab eo,quòd post tergum reiicitur. Festus, Ricinum est omne vestimentum quadratum. Apul.Cic. 3.*de legib* legitur ricinium per quatuor syllabas.Extenuato (inquit)sumptu tribus reciniis, & vinculis purpuræ,& decem tibicinibus , tollit etiam lamentationem. ¶ Est & ricinus genus animalculi (vulgò *rique*) canum boúmque aures acerrimè infestans. κρότων. Varro 2.*de re rust. c.*9. Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt catulorum aures, quòd ricini soleant (si hoc vnguine non sis vsus) eas exulcerare. ¶ Ab huius animalis similitudine ricinus dicitur frutex, aut herba instar arboris grana ferens ricinis animalibus similia:quam Dioscorides arborosum fruticem esse dicit,similem ficui,sed minorem,folia habentem,similia platano,sed maiora, læuia, & nigriora,ex qua exprimitur oleum ricinium, κρότων. Vulgus *Palmam Christi* appellat.

Rīctūs,vide *Ringo.*

‖ Ricula,mitra virginalis,capitis plagula,sudariolum,Gl·A.L. ‖

Rīdĕo, es, risi, risum. { צחק *tsachák* שחק *sachák.* γελάω,μειδιάω GALL. *Rire.* ITAL. *Ridere* GER. Lachen. HISP. *Reir.* ANGL. *To laught.* } Ponitur aliquando absolutè. Gell. *lib.* 1. Rex quasi anus ætate desiperet, risit. Cic. 5. *de finib.* M. Crassus , quem semel ait in vita risisse Lucilius, & ea re ἀγέλαστον vocatum. Aliquando datiuum admittit , Rideo tibi Virg. 5. *Æneid.*

———sit pater optimus olli.

Quum autem accusatiuum habet , significat derideo. καταγελάω. Plaut. *in Stich.* Æcastor,risi te hodie multum. Idem *Asin.sc.*2.*a.*4. Hem aspecta,rideo,(sunt verba mœsti filij:cui ita respondet pater.) Vtinam malè qui mihi volunt sic rideant. Idem *Capt.sc.*1.*a.*4. Quasi muti silent, neque me rident. (id est , neque risu accipiunt facere dicta à me , vel non mihi arrident.) Terent. *in Adelph.* Rideo hunc primùm ait se scire is solus nescit. Cic. *de Arusp.resp.* Quum riseritis impudentiam hominis,&c.Ouid. 2. *Fast.*

Ridet amatorem Lyda puella suum.

¶ Transfertur & ad plantas,quæ ridere dicuntur, quum coloris amœnitate spectantium oculos oblectant. Virg. 4 *Eclog.* Mistaque ridenti colocasia fundet acantho. Item ad fortunam.Ouid. *Eleg.*4.*lib.*1.*Trist.*

Dum iuuat & vultu ridet sereno.

Rīdēns,tis, participium. { צחק *tsochék* שחק *sochék* γελῶν,μειδιῶν. GALL. *Qui rit.* ITAL. *Chi ride.* GER. Lachend. HISP. *Que rie.* ANGL *That laugheth.*} Horat. *in Arte,*

Vt ridentibus arrident, ita flentibus adsunt
Humani vultus.

Rīdēndūs, Deridendus. { γελαστέος. γελοῖος. GALL. *Digne de quoy on rie, digne d'estre moqué* ITAL. *Chi merita di essere schernito.* GER. Verlachens wert. HISP. *Digno de se burlado.* ANGL. *worthie of mocking.* } Horat. 1. *Epist.* 1.

Soluo senescentem maturè sanus equum,nec
Peccet ad extremum ridendus,

Rīdĭbūndūs , adiectiuum. { ὁ γελῶν ἢ ἐοικὼς,ὁ πολὺν γέλωτα γελῶν. GALL. *Tout riant , ne faisant que rire.* ITAL. *Chi ride sempre.* GERM. Einem lachenden gleich/ oder lachend eines lachens. HISP. *Cosa que mucho rie ò burla.* ANGL. *That euer laugheth* } Plaut. *in Epid.* Illam ridibundam, atque hilarem huc adduxit simul. Gell. *c.*15. *lib.*11. plura de hoc verbo & similibus.

Rīdĭcūlŭm,i,substantiuum,Dictum,factúmve risum excitans. {τὸ γελοῖον. GALL. *Mot pour rire, moquerie.* ITAL. *Ridicolo , moto galante da ridere,beffa.* GER. Ein lächerlich ding/ein lächerlicher boss. HISP. *El donayre ò que dizen gracia que hazen reir ò carcajada de risa.* ANGL. *A thing to be laughed at.* } Cicer. *lib.* 2. *de Orat.* Sæpè etiam sententiosè ridicula dicuntur. Plaut. *in Stich.* Me meum obtenturum ridiculis meis. ¶ Hinc Gell. *lib.* 17. *c.* 1. formauit compositum Deridiculum,vt vel ipsa re quòd ita dicebat, opprobraret aduersariis, & per facetias ostentaret, facere eos deridiculum, quòd perinde Cælio formam crimini darent, quasi arbitrium eius fuisset,qualis forma nasceretur. Plaut. *in Amph* Et quidem ioco illa dixeram dudum tibi ridiculi causa. Terent. *in Heaut.* Ridiculum est istuc me admonere Clitipho. Idem *in Eunuch.* Ridiculum,non enim cogitaras.

Rīdĭcŭlārĭă,in plurali ridicula. Cato apud Macrob. *Saturn. lib.*3.*cap.*14. Descendit de Cantherio inde staticulos dare,ridicularia fundere.

Rīdĭcŭlūs , a, um , qui aliis risui est. & qui aliis risum mouet : { καταγέλαστος. GAL. *Ridicule , de qui on se rit,de qui on se moque. Et qui prouocque les autres à rire par ses comptes facetieux, ou autrement.* ITAL. *Ridicolo* GER. Lächerlich oder lächerig/dess man lachen muss. HISP. *Cosa de quien se haze bula.* ANG. *That is a mocking or scorne to others.* } Iuuen.

Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quàm quòd ridiculos homines facit.

¶ Interdum accipitur pro scurra hoc est, risus concitatore,quem Græci γελωτοποιὸν nominant. Plaut. *Men.sc.*2. *a.*2. Quamuis ridiculus est, vbi vxor non adest. (supra,locari solet. Idem *in prolog. Asin.* Inest lepos ludúsque in hac Comœdia:Ridicula res est,(id est,festiua, faceta,ac risum concitans.) Idem *Capt.sc.*1.*a.*3. Dico vnum dictum de dictis melioribus. *Ibid.* Iuuentus ridiculos ad se segregat. (i. parasitos.) Cicer. *Attic.* Facie magis, quàm facetiis ridiculus. Idem *alibi*, C.Sicinius homo impurus , sed admodum ridiculus. Sic dicimus iocos ridiculos. Plaut. *in Sticho*,Iocos ridiculos vendo, agite licemini. Superlat Ridiculissimus,quo vtitur. Idem *in Sticho,*—euge quando Adbibero,alludiabo,tum sum ridiculissimus.

Rīdĭcŭlē,aduerbium.{γελοίως. GAL *Par mocquerie* ITAL *Ridiculosamente, beffegiando.* GER. Lächerlich/spöttlich. HISP. *Con burla,burlando.* ANG. *By scorne or mockerie.* } Cic. 1. *de Orat.* Non modò acutè,sed etiam ridiculè,ac facetè.

Rīdĭcŭlārĭŭs, adiectiuum, Ridiculum. { καταγέλαστος. GALL. *Ridicule.* ITAL. *Cosa da ridere.* GER. Etwas lächerigs HISP. *Cosa para burlar ò donayres.* ANGL *That is worthie of scorne.* } Plaut *in Asin.* Mitte ridicularia,id est,ineptias dignas quæ risu excipiantur. Gell. *lib* 4. *c.*20. Qui iurabat,cauillator quidam,& canicula,& nimis ridicularius fuit,id est, risum excitandi studiosior quàm conueniret.

Risibilis,e, ridendi facultate præditus.

Rīsĭo , nis , verbale. צחק *tsechók* שחק *sechók* משחק *mischák.* μειδίασις,γέλασμα. GALL. *Ris , risée.* ITAL. *Esso ridere.* GER. Ein gelächter. HISP. *Obra de reir, reimiento.* ANGL *Laughing* } Plaut Quot risiones,quot iocos.

Rīsŏr is,Irrisor. { צחק *tsochék* שחק *sochék.* καταγελαστής. GAL. *Rieur, mocqueur.* ITAL. *Chi ride & beffeggia.* GER. Ein verlacher. HISP. *Burlador. que rie.* ANG. *A laugher or mocker.* } Horat. *in Arte,*

Verùm ita risores, ita commendare dicaces
Conueniet satyros.

Rīsūs,us,actus ridentis : passio eius qui ridetur. { צחק *tsechók* שחק *sechók* משחק *mischák.* γέλως. GALL. *Ris,risee.* ITAL. *Riso,risaglia.* GERM. Das lachen. HISP. *Obra de reir,risa.* ANG *Laughing.* } Plaut. *in Milit.* Nequeo hercle quidem risu meo moderarier. Tenere risum. Cicer. *de clar. Orat.* Equidem in quibusdam vix risum tenebam.Concitare risum.Idem 2. *de Orat.* Atque illud primùm quid sit ipse risus quo pacto concitetur, vbi sit, quomodo existat atque ita repentè erumpat, viderit Democritus. Captare risum. Idem 4 *Tusc.* Mouere risum. Idem *Attic.* In quo ille mihi risum magis quàm stomachum mouere solebat Edere risus,idem *Quint. frat.* Memini miros nos risus edere. Plaut. *Asin.sc.*3 *a.*3. Ægrè risum continui. Ouid. *Eleg* 1. *lib.*2. *Trist.*

Est & in obscœnos deflexa Tragœdia risus.

‖ Risum de se tradere, i. de se risus dare (vt Horatius) se deridendum exhibere.‖

Risus etiam deus ridendi : vt gentiles quasuis propè res in deos vertebant.

Rīdĭcă , æ , Pedamentum vinearum quod è quercu , & iunipero solet fieri optimum. { יתד *iathéth* משען *mischán.* χάραξ. GALL. *Vn eschalat de vigne.* ITAL. *Palo da sostentare le pergole delle viti.* GERM. Ein räbsteck. HISP. *Rodrigon que sostiene la vid.* ANGL. *A proppe or post to susteine and vp hold any thing* } Varro *lib.* 1. *de re rust. cap.* 8. Vnum robustum, quòd optimum solet afferri in vineam in quercu ac iunipero,& vocatur ridica. Col. *lib* 11. *cap.* 2. Palos vna opera cædere,& exputatos acuere centum numero potest:ridicas autem querneas siue oleaginas findere , & dedolatas vtraque parte exacuere numero sexaginta. Idem *lib* 4. *c.*1 1. Hic annus nondum vehementem palum aut ridicam desiderat Pedamentum vinearum, inquit Budæus,aut est fissile: vt ridica:aut est teres,vt palus.

Ridicula,parua ridica.

Rīdĭcŭlŭs,vide *Rideo.*

‖ Rien,vide *Ren.*

Riga, *Riga*, Liuoniæ Metropolis, V. olim A.& Magistri Equitum Liuoniæ sedes,empo rium celebre.‖

Rĭgĕo, Rigidus,vide *Rigor.*

Rigiacum,autore Ptolemæo *lib.*2.*c.*1. Atrebatum ciuitas.

Rignarium,locus Romæ,olim Remonium. Plutarch. *in Romul.*

Rĭgo,as, Madefacio,humorem aspergo,adaquo, irrigo. An riuis ? An à rigore aquæ,de quo I.C. {הרוה *riuuáh* הרוה *hirváh.* δεύω,βρέχω. GAL. *Arrouser,mouiller.* ITAL. *Adacquare,inacquare.* GERM. Wässeren/befeuchtigen. HISP. *Regar.* ANG. *To water ground.* } Plin. *lib.*20. *c.*11. Rigatur arbor gelidis fontibus Ouid. 2. *de Ponto Eleg* 1.

Iuppiter vtilibus quoties rigat imbribus agros.

Virg. 11 *Æneid.*

Congeminat vulnus,calido rigat ora cerebro.

Idem 12. *Æneid.*

———& sparso late rigat arua cruore.

Ouid. 5. *Fast.*

Est mihi fœcundus dotalibus hortus in agris:
Aura fouet,liquidæ fonte rigatur aquæ.

Tibull. *lib.*4.

Hebrus Tanaisque Getas rigat atque Mosynos.

Liu. *lib.* 5. *ab vrb.* Rigabis aquam emissam per agros dissipatámque riuis extingues.

Rĭgātĭo , nis, Irrigatio. {רי *ri.* δεῦσμα. GALL. *Arrousement.* ITAL. *Inaffiamento.* GERM. Wässerung. HISP. *La obra de regar.* ANGL. *A watering or moisting of ground.* } Colum. *lib.* 11. *cap.* 3. Sin autem sicco loco seri debuerint , quòd rigationem ministrari non expediat , mense Februario sesquipedali altitudine sulci faciendi sunt. ¶ Huius compositum est irrigo,as, de quo alibi.

‖ Rigula , est vitta virginalis capitis. Item terra fœcunda opima, fertilis à rigo. ‖

Rigŭus, a, um, Irriguus, hoc est, aquæ affluxu humectus, seu quod rigari facilè potest. { רוה ravéh. κατάρρυτ☉. GALL. Moiste & arrousé d'eaux qui sourdent sur le lieu. ITAL. Che si puo adacquare. GER. Das man wol wässeren kan/wässerig. HISP. Cosa que se riega. ANG. That may be easily watered or that watereth.} Col. lib. 2. cap. 17. de prato loquens. Eius (inquit) animaduertimus duo genera, quorum alterum siccaneum, alterum riguum siccaneum, quod rigari nunquam, aut non facilè potest, in telli go: riguum, quod facilè. Ouid 8. *Metam.*

Quótque suus coniux riguo collegerat horto.

¶ Aliquando & actiuè accipitur, pro eo quod irrigandi vim habet. Virg. 2. *Georg.*

Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes.

Rigŏr, is. Frigus, { צנה tsinnáh קר kor קרה karad. ῥῖγ☉. GALL. Quand on est tout roide de froid, roideur. ITAL. Freddo, rigore, durezza. GERM. Grimme kelte/die zu gestablen vnd erstarren machet. HISP. Frio, rigor, dureza. ANG. An exceading cold.} Plin. *Epist.* 161. Rigor aquæ certauerit niuibus nec color cedit. Col. *lib.* 9. *c.* 14. Quàm recentissimi rigoris aqua infusa. Plin. *lib.* 7. *c.* 50. Certis pestifer color remeat horis, aut rigor. ¶ Aliquando ponitur pro duritie, & inflexibilitate: { קשי keschi פרך peréch.} Virg. 1. *Georg.*

Quum ferri rigor, atque arguta lamina serræ.

¶ Rigor qui caput scapulis annectit, id est, ὀπισθότον☉, Cels. *lib.* 8. *cap.* 11. ¶ Transfertur & ad alia: vt Rigor naturæ, hoc est, seueritas, & implacabilitas. Plin. *lib.* 7. *c.* 19. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatémque naturæ duram & inflexibilem, affectúsque humanos adimit. Hinc Rigoris suspicio, (i. seueritatis principis.) Suet *in August. cap.* 66. & Rigor antiquus patris mei. (i. seueritas.) Senec. *c.* 16. *de cons.* & Quint. Imperitia, rusticitas, rigor. ¶ Rigor orationis, id est, tenor quidam perpetuò sui similis. Idem *lib.* 9. *c.* 3. Oratio habeat tectam quandam velut faciem, quæ stupere immobili rigore non debeat. ¶ Rigor, Terminus est, sed hoc differt à limite, quòd limes est quodcunque in agro opera manuum factum est ad obseruationem finium: rigor verò suæ rectitudinis naturalis nomen accepit. Sic Aggenus *in lib. de limitibus.*

Rigoratus, adiectiuum. σκληρωθείς. Plin. *lib.* 17. *cap.* 23. Traduces Gallica culcuta bimi vtrinque lateribus, si pes quadrageno distet spatio, quaterni si viceno inter se obuij miscentur, alligantúrque vnà conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati quà deficiant. hoc est, rigidiores & firmiores facti.

‖ Rigor stillicidij. *D. lib.* 8. *t.* 2. *l.* 41. inquit Scæuola: Lucius Titius aperto pariete domus suæ quatenus stillicidij rigor, & tignorũ protectus competebat, ianuam in publico aperuit. Stillicidij rigorem hîc accipe, quatenus labitur aqua per protectum, antequam vergere & flecti deorsum incipiat. *l.* 1. *de flum.* nam rigidum flexo opponitur. Duaren. 1. *disp. c.* 32. ‖

Rigĭdus, a, um, Frigidus, durus præ frigore. { קר kár. ῥιγηλός, κρυερός. GAL. Roide de froid, roid & dur. ITAL. Rigido, freddo, aspero. GERM. Hefftig kalt/von kelte gestablet/oder geraget. HISP. Elado, yerto, aspero. ANG. That is stiff fort cold.} Virg. 2. *Georg.*

Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat autor,
Tellurem Borea rigidam spirante moueri.

Idem 6. *Eclog.*

Tum rigidas motare cacumina quercus.

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Nec poterit rigidas (gelu) scindere remus aquas.

Ibid. Eleg. 10. *lib.* 1.

Si (hieme) rigidas incutiente minas.

Idem *Eleg.* 6 *lib.* 4.

Hoc rigidos silices terit.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1.

Ceruicis rigidæ fræna remittit equo.

Item, Rigidi iudicis sententia. Senec. *epist.* 81. ¶ Per translationem etiam pro aspero, seuero, & crudeli. { קשה kaschéh קז kaz אכזר aehzár.} Plin. *Epist.* 74. Sententiam Macri vt rigidam, durámque reprehenderunt. Mart. *lib.* 10.

Nec dorcas rigido fugax leoni.

¶ Rigida caligo. Cic. 1. *Tusc.* Per speluncas saxis structas asperis, prudentibus maximis, ibi rigida constat caligo inferûm. Rigida innocentia. Liu. 9. *bell. Maced.* Inuicti à cupiditatibus, & rigidæ innocentiæ, contemptor gloriæ diuitiarum.

Rigĕo, es, ui, Frigeo, vel durus & inflexibilis sum præ frigore. { ῥιγέω, πήγνυμαι. GAL. Estre roidde de froid, estre gelé & glacé. ITAL. Esser freddo, esser aspero, esser duro. GERM. Erstarren/oder gestablen/von kelte halben geragen. HISP. Elarse, estar yerto y duro. ANGL. To be stiff for cold. } Cicer. *lib.* 1. *Tusc.* Cæteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut vrantur calore. Plin. maior *lib.* 6. *cap.* 13. Verùm Asiæ quoque magna portio apposita Septentrionali, iniuria sideris rigentis. vastas solitudines habet. ¶ Rigere gelu Liu. *lib.* 1. *bell. Pun.* Homines intonsi & inculti, animalia, inanimáque omnia rigentia gelu, cætera visu quàm dictu fœdiora terrorem innouarunt. Mart. *lib.* 1.

Quæ dum miratur pingui se rore teneri,
Concreto riguit vincta repente gelu.

Tibull. *lib.* 4.

Sed durata riget (vnda) *densam in glaciémque niuémque.*

Ibidem,

———Intérque rigentes, &c.

Rigentes oculi apud Plinium, qui non circumaguntur, vt ait Budæus. Ita Suet. *in Neron. c.* 49. Atque in ea voce defecit, exstantibus rigentibúsque oculis vsque ad horrorem formidinémque visentium. ¶ Rigens corpus, nullo modo flexum. Quintil. Aduersa facies, demissa brachia, & iuncti pedes, & à summo ad imum rigens corpus. Huius composita sunt, Dirigeo, à quo Dirigesco: Obrigeo, à quo Obrigesco, quorum significata vide suis locis.

Rigĕsco, Frigesco, per translationem Rigescere capitur pro indurari, vel erectum, seu contractum esse: quoniam quæ frigent, horrent, & indurescunt. { קשה kascháh. σκληρύνομαι. GAL. S'endurcir. ITAL. Indurirsi. GERM. Von kelte erstarren/oder gestablet sterben. HISP. Endurecerse. ANGL. To wax stiff for cold.} Virg *lib.* 2. *Georg.*

Æraque dissiliunt vulgò, vestésque rigescunt.

Vbi Seru. Durantur, vt frangi potius, quàm scindi posse videantur.

Rigido, rigidum facio.

Rigĭdŏr, aris, rigidari, penult. prod. Rigidum fieri. Senec. *Epist.* 72. aliàs 71. quæ incipit, *Subinde me.* Flexuram non recipit: rigidari quidem, amplius intendi non potest. virtus sup. Correctiora tamen exemplaria ibi habent, rigida est, pro rigidari quidem.

Rigŭus, a, um, vide *Rigo.*

RIMA, æ, propriè fissura dicitur in tabulis malè iunctis, aut æstu fissis. { חגו chagháu נקיק nekik בקיע bekiah. κλειθρία. GALL. Fente, creuasse. ITAL. Fessura. GER. En spalt oder ryss. HISP Hendedura ò resquebrajadura. ANG. A cutt, a chap or cleft. } Quanquam etiam generalius accipitur, vt fissuræ omnes, rimæ dicantur: & rimas agere quæcunque finduntur. Plin. *lib.* 15. *c.* 8. Amurca subigi areas terendis messibus, vt formicæ, rimæque absint. Cic. *Attic. lib.* 14. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Virg. 1. *Æneid.*

———laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimísque fatiscunt.

Terent. *Eunuch.* Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo. ¶ Inuenire rimam dicitur in tergiuersatores, inquit Erasmus, qui nulla in causa tot fidei vinculis possunt astringi: quin qua elabantur, aliquid inueniant. Plaut. *Casin.* Iis præstigiis dux fuit vxor: ea hanc inuenit rimam. ¶ Rimas explere, dicuntur oratores, per translationem, quum verba infarciunt, vt pleniorem orationem faciant. Cic. *in Orat.* Neque infarciens verba quasi rimas expleat: nec minutos numeros sequens, concidat, delumbétque sententias. Carminum item rimas explere dicuntur versificatores, qui tibicinibus passim insertis, carminis hiatum supplent. Huius diminutiuum est *Rimula.*

Rimōsus, a, um, rimarum plenus. { κλειθριώδης, GAL. Plein de fentes & creuasses. ITAL. Pieno de fessure. GER. Kläckechtig/voll spalten. HISP. Lleno de hendeduras. ANGL. Full of chapes or cleftes. } Col. *lib.* 1. *c.* 15. Quicquid ab inferiore mox apposueris, fissum erit, rimosúmque. Virg. 6. *Æneid.*

———gemit sub pondere cymba
Subtilis, & multam accepit rimosa paludem.

¶ Rimosior fit pulmo; Gell. *c.* 11. *lib.* 17.

Rimŏr, aris, diligenter quæro, scrutor, quasi rimulas quasque perquiro, { בקש bikkésch חפש chippés דרש darásch. ἰχνεύω. GALL. Fouiller par tout, cercher diligemment. ITAL. Cercar bene. GER. Fleissig auch alle spält vnd fleck durchsuchen. HISP. Buscar diligentemente. ANGL. To seak and searche diligentlie.} Tractum ab auibus, quæ escam inquirunt in terræ rimis. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.

id est, pascuntur in pratis, & cibum per omnes rimas terræ perquirunt. Cic. 1. *de diuin.* Sed tamen id quoque rimatur, quantum potest. Sil. *lib.* 8.

Quæ natura loci, quod sit rimabere solers
Armorum genus.

Rimari iecur epulis Virg. *lib.* 6. *Æneid. de Tityo,*

———rostróque immanis vultur obunco
Immortale iecur tundens, fœcundaque pœnis
Viscera, rimatúrque epulis, habitátque sub alto Pectore.

¶ Interdum rimari est scindere, & quasi in rimas agere. { בקע bakáh. διαχίζειν.} Idem 3. *Georg.*

Ergo ægrè rastris, terram rimantur.

Rimabundus, rimanti similis, studiosè inquirens Apul.

RINGO, is, xi, rictum, Ringor deponens, Os torqueo, quod canes faciunt quum latraturi sunt, vel quum ex ira in rugas diducunt os. { פער פה patár peh. τὸ ῥινασεύεσθαι. GAL. Tordre la bouche comme vn homme courroucé, rechigner. ITAL. Torcere la bocca come sdegnato. GER. Das maul rumpffen/krummen oder zersperren. HISP. Risar los canes. ANG. To grinne and shew the teeth as a dogge doeth.} Hinc Ringi, pro irasci, indignari, allatrare, conuiciari, murmurare ponitur. בהעצב bithhátséb. Terent. *in Phorm.* Quum ille & cura, & sumptu absumitur, dum tibi fit quod placeat, ille ringitur, tu rides. Dicitur autem ringi à narium tortura, nam ῥὶν naris dicitur: vt sit ringi, quasi narem agi, id est, torqueri. Illius verbi periphrasis *in Capt.* Plauti. Canem irritatam nemo imitari voluit: saltem si non arriderent, dentes vt restringent.

‖ Ricto, as. Spartiatus *in Geta:* Leopardi rictant, elephanti barriunt. ‖

Rĭctus, us, non solùm hiatum significat vnde verba exeunt, sed totam illam partem circa ipsum hiatum, quæ in homine ridente, vel alio modo os torquente, lineis quibusdam terminatur. { σιαγών. GALL. L'ouuerture de la bouche quand on rit, ou qu'on rechigne. ITAL. Cesso, apertura di bocca quando se ride. GERM. Die auffsperrung dess mauls vnd bleckung der zänen. HISP El abertura grande de la boca quando se rie. ANGL. A grinning or opening of the mouth.} Budæus, Rictus, est, oris distentio, qualis esse solet in ridentibus. Mart. *lib.* 3. Quum comparata rictibus tuis ora Niliacus habeat crocodilus angusta. Contrahere rictum, eorum est qui mœsti aut meditabundi sunt. συνάγειν διαχεῖν. Putatur & Rictus esse figura in ore ad tempus aliquo modo contracta, vel producta, vel inuersa, vel extensa, quæ paulò pòst reditura sit in naturalem formam. Est & communis tam belluis quàm hominibus. Diducere rictum, est ad hilaritatem impellere. Horat. Ergo non satis est risu diducere rictum. Suet. *in Claud. c.* 30. Risus indecens, ira turpior, spumante rictu, humentibus naribus. ¶ Aliquando diducere rictum, est os aperire. Iuuen. *Satyr.* 10.

Ipse ad conspectum cœnæ diducere rictum
Contentus.

¶ Ponitur aliquando rictus, pro minaci habitu oris. Cic. *Verr.* 6. de Herculis statua, Vsque eò iudices: vt rictus eius, ac mentum paulò sit attritius. ¶ Dicimus & *rictum* in neutro genere. Lucr. *lib.* 5.

Irritata canum quum primùm magna molossum
Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes.

¶ Aliquando accipitur pro rostro: vnde nonnulli à Græcis deductum volunt, apud quos ῥύγχ☉ rostrum dicitur. Versimilius tamen est à Latino verbo *ringo* deriuari.

‖ Rictum, neutro genere pro *rictus*

Rinas, naues. Gl. Isid. lege, carinas Cerda. ‖

‖ Ripa, Rypę, V. E. in Iutia seu Cimbria, regni Daniæ prouincia, sub A Lundensi. ‖

Rīpă ăltă, ὄχθη ὑψηλή. Oppidum in Orientali parte Britanniæ, teste Ptol. *lib. 2. c. 3.*

‖ Ripa Trausonis, *Ripa*, V. E. Piceni, seu A. Firmano. ‖

Rīpă, æ, Crepido, siue labrum amnis, hoc est, terræ extrema ora, quæ vtrinque flumine alluitur. à rumpendo, vt rupa, sic rupes dicitur. { שפה *saphàh* יד *jadh* גדה *ghedhàh*. παραποτάμιον ὄχθη. GAL. *Riue, riuage.* ITAL. *Riuiera, riua.* GER. Ein gestad eines fliessenden wassers. HISP. *La ribera.* ANGL. *A riuer bake.* } Propriè enim fluuium & torrentium ripæ dicuntur, vt littora maris. Ouid. *1. Metam.*

——campósque recepti
Liberioris aqua pro ripis littora pulsant.

Cæs. *6. bell. Gall.* Erat inter Labienum atque hostem difficili transitu flumen, ripísque præruptis, &c. Inuenitur tamen ripa de mari dici Plin. *lib. 9. c. 15. de mari Pontico,* Thynni dextra ripa intrant, læua exeunt.

Rīpŭlă, diminutiuum. { ὀχθίδιον. GAL. *Petite riue.* ITAL. *Picciola riua.* GERM. Ein gestädlin/ flußpörtlin. HISP. *Pequeña ribera.* ANG. *A litle riuer bank* } Cic. *ad Attic. lib. 3.* Et tamen hæc τοπογραφία ripulæ, videtur habitura celerem satietatem.

Rīpārĭŭs, a, um, ad ripam pertinens, in ripa habitans. { ὀχθηρός, παραποτάμιος. GAL. *Qui se tient és riuages.* ITAL. *Che habita à la riua.* GERM. Das an dem gestad eines fliessenden wassers wohnet. HISP. *Lo que esta en la ribera.* ANG. *That dwelleth by the bankes of riuers.* } Plin. *lib. 34. c. 4.* Ripariæ volucres. Idem *lib. 30.* Multo tamen efficacissimè, ripariarum pulli: ita vocant in riparum cauis nidificantes.

Rīpārēnsēs, dicebantur milites qui in Imperij limitibus excubabant pro Republica aduersùs Barbaros: vtpute qui citeriores Rheni, & Danubij ripas, ad compescendas Germanorum, vel Sarmatorum excursiones insidebant. Horum meminit Iustinianus *C. de re militari.*

Rīphæi, montes vide suprà, inter ea quæ ad Rh, aspirato principium sumunt.

Rīphĕus, vide *Rhipheus.*

Ripuarius, vt, Ripuarius homo, Ripuaria regio. Est autem ripuaria regio, illa ad Ruram fluuium (à quo Ruremunda ciuitas nomen accepit) qui inter Mosam & Rhenum medius currit.

Rīscŭs, i, Cistula est, interprete Donato, pelle contecta. cui astipulatur Pollux, qui inter arculas memorat Vlpianus in mundo muliebri ponit *l. 25. §. 4. de aur. & arg.* ῥίσκος. Seruius verò ait esse fenestram paruam in pariete. Ter *in Eunuch.* Abi, cistellam domo effer cum monumentis. P. Vbi sita est? T. in risco.

‖ Risius, *Ris*, vox Germanorum. Risios vocabant homines proceros ac robustos, qui siluas & montes incolebant latrocinandi gratia. ‖

Rīsŭs, us, vide *Rideo.*

RĪTVS, us, mos & approbata consuetudo, quam omnes ratam habent. { חק *chók* חקה *chukkáh* תורה *toráh* τρόπος, θρησκεία. GALL. *Coustume, façon, maniere de faire, accoustumée.* ITAL. *Rito, costume, vsanza.* GER. Ein ordenliche gewonheit/ ein breuchliche weiß. HISP. *La costumbre, modo ordenado de obrar.* ANG *A maner or custome.* } Festus Ritus, mos est comprobatus in administrandis sacrificiis. Ouid. *2. Fast.*

Hinc populi ritus edidicere nouos.

Tacitus *lib. 2.* Nisi certam ante diem profanos ritus exuissent. ¶ Accipitur tamen etiam generalius (quod & Festus fatetur) pro quouis more, & quauis consuetudine. Cic. *de Amic* De his qui pecudum ritu omnia ad voluptatem referunt. Plaut. *Menach. sc. 4. a. 1.* Ritu cantherino astans somniat. ¶ Legitur & ablatiuus *rite*, tanquam à nominatiuo rites, siue ritis. Stat. *lib. 11. Theb.*

Hei mihi primitiis armorum, & rite nefasto
Libatus.

In plur. Ablat. Ritibus. Liu *4. d. 4.*

Rītē, ritu debito: rectè & bene, teste Pompeio. { καλῶς. GALL. *Bien & droittement, ainsi qu'il appartient.* ITAL. *Drittamente, come è conuene uole.* GER. Ordenlich vnnd wol/ nach rechter weiß. HISP. *Bien y derechamente.* ANG. *Right and well.* } Varro à ritu dictum putat, propterea quòd quæ secundùm ritum fiant, recta & rata sint. Cic. *2. de finib.* Quæ potest appellari ritè sapientia. Liu. *lib. 4. dec. 5.* In monte sacrificio ritè perpetrato, Ouid. *Eleg. 8. lib. 3. Trist.*

Et quem sensisti ritè precare Deum.

Idem *Eleg. 2. lib. 4.*

——Veheris
Purpureus populi ritè per ora tui.

‖ Rito, facio habere ritum. ‖

Ritualis, e, ad ritus pertinens.

Ritualis annus, qui in ritibus Ecclesiæ obseruatur, vt in diebus festis & eorum sanctis operationibus.

Rītuālēs libri, Hetruscorum libri erant, teste Fest. in quibus scriptum erat quo ritu vrbes condantur, aræ, ædésque sacrentur, curiæ, tribus, & centuriæ distribuantur. θρησκευτικὰ βιβλία. Cic. *1. de diuin.* Quod Hetruscorum declarant & aruspicini, & fulgurales, & rituales libri, nostri etiam augurales.

RĪVĀLĒS, qui eiusdem mulieris amore tenentur. { ἀντερασταί. GAL. *Corriuaux, qui aiment vne mesme fille.* ITAL. *Riuali, inamorati d'vna sola.* GERM. Mittbuler / zwen oder mehr die alle vmb eine bulen. HISP. *Competidores, enamorados de vna sola.* ANGL. *They which loue one woman.* } Plaut. *in Sticho,* Eadem est amica ambobus, riuales sumus. Terent. *in Eunuch.* Militem ego riualem recipiendum censeo. Translatio sumpta est vel à bestiis quæ sitientes, quum ex eodem riuulo haustum petunt, prælium contra se inuicem concitant, vel à re rustica: nam riuales dicuntur ij quorum agros riuus aliquis disterminat, qui incertitudine, & mutatione crebra cursus lites sæpe inter eos suscitat. Vlpian. *de aqua quotid. & æstiu. l. 1.* Riuales qui per eundem riuum aquam ducunt, inter quos sæpè contentio est de aquæ vsu. ¶ Sine riuali diligere dicuntur ij qui stultè mirantur, quod nemo alius concupiscat: sumpta allegoria ab amantibus, quibus est amica deformis, & quam alius nemo velit. Cic. *ad Quint. Frat. lib. 3.* O dij quàm ineptus, quàm se ipse amans sine riuali.

Rīuālĭtās, atis, Æmulatio illa inter eos qui eandē amant. { קנאה *kineáh.* ἀντιζηλία. GAL. *L'enuie entre deux compagnons aimans vne mesme fille.* ITAL. *Concorrentia d'inamorati* GERM. Dereyfer vnnd neid so die mitbuler gegen ein ander tragen. HISP. *Competicion de combleços.* ANG. *Enuie betwene two that loueth one woman.* } Cic. *in Tusc.* Obtrectare verò alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ riualitati similis est.

Rīuālis, e, vide *Riuus.*

‖ Riui, seu Riuenæ, *Rieux. Rioux* V. E. Riuensis, sub A. Tolosano. ‖

Rīuīnŭs, Riualis, ἀντίζηλος. Plaut. *in Asin.* Cedit noctem filius riuinus amens ob raptam mulierem.

RĪVVS, Aqua fluens, à fonte vel flumine ducta. { פלג *pélegh.* ῥύαξ. GAL. *Ruisseau.* ITAL. *Riuo, riofossatello.* GERM. Ein bach/ wasserrunß. HISP. *El chorro ò rio pequeño.* ANG. *A riuer.* } Cic. *in Topic.* Tanquam riuorum à fonte deductio Virg *8. Eclog.*

Propter aqua riuum viridi procumbit in vlua.

Horat. *3. Carm Ode 16.*

Puræ riuus aquæ syluaque iugerum Paucorum.

Idem *2. Carm. Ode 3.*

——& obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuo.

Lapidosus riuus. Ouid. *3. Fast* Sanguinis riuos vomens. Virg. *11. Æneid.* Lacrymarū riuum. Ouid. *9. Metam.* ¶ Hinc deriuo, as, & corriuo, as, de quibus suprà suis locis.

Rīuŭlŭs, diminutiuum, Paruus riuus. { ῥυάκιον. GALL. *Ruisselet, petit ruisseau* ITAL *Ruisseleto* GERM. Ein bächlin. HISP. *Chorro pequeño.* ANG. *A litle riuer.* } Cic. *pro Cælio,* Vt riuulus accersitus, & ductus ab ipso capite. Idem *1. Acad.* Sed meos amicos in quibus est studium, in Græciam mitto: id est, ad Græcos ire iubeo, vt ea à fontibus potius hauriant, quàm riuulos consectentur.

Rīuālĭs, e, quod ex riuo est, siue quod in riuo nascitur. { ποτάμιος. GAL. *De ruisseau.* ITAL. *Di ruscello* GERM. Deß bachs / oder auß dem bach. HISP *Cosa de chorro.* ANGL. *Of a riuer.* } Colum. *lib 8. c. 15.* Datur cammarus, & riualis alecula, vel si qua sunt incrementi parui fluuiorum animalia. ‖ ¶ Riualis item, qui per eundem riuum aquam ducit cum alio; qui agros possidet propinquos riuo. ¶ Item qui eundem amoris velut riuum cum alio communem habet.

Riualitas, affectio riualium ‖

Rīuātĭm, aduerbium, Per riuos. Macrob. *Satur lib. 7. c. 12.* Quæ igitur ratio facit, vt riuatim aquæ de Ponto fluant.

RIXA, æ, Lis, contentio, pugna, à ringendo, vt quidam volunt: quod propriè est canum quando irritantur. { ריב *reb* מצה *mastsáh* מצות *ma tstsúth.* ἔρις. GALL. *Riote, noise, estrif, debat.* ITAL. *Rissa, discordia, contentione.* GERM Ein zanck/ hader. HISP. *La renzilla, ò obra de risar.* ANGL. *Brawling, chiding.* } Cicer. *in Verr.* Ecce autem noua turba, atque rixa. Ouid. *de Arte,*

N[illegible] frangetur nocturna ianua rixa.

Cic. *ad* [illegible] Etsi academiæ nostræ cum eo magna rixa est. Liu. *2. ab V*[illegible]dum intercursu rixa sedata est. In rixam ire. Quintil. Et, Rixam dirimere, Plaut. *Amph. sc. 4. a. 4.*

Rīxōsŭs a, um, Contentiosus, litigiosus. { איש ריב *ab* יריב *aríb.* ἐριστικός, δύσερις. GALL. *Noiseux, rioteux.* ITAL. *Contentioso.* GER. Zänckisch/ haderisch. HISP. *Renzilloso ò risador.* ANGL. *That euer chideth and scoldeth.* } Festus, Rictus, rixæ, rixosè, ringitur, dici videntur quia in diuersum rumpantur, contrariáque sint recto. Col. *lib 8. c. 2.* Non rixosarum auium lanistæ, cuius plerunque, &c.

Rixator, is: Rixatores in plur. apud Quint *c. 1. lib. 11.*

Rīxŏr, aris, (quod & Varroni *rixo*) committo rixam, iurgor, contendo, litigo. { רב *rab* הצרח *hitstsáh.* ἐρίζω. GAL. *Riotter, estriuer, noiser.* ITAL *Contendere mouer rissa.* GER. Zancken/ haderen. HISP. *Reñir à risar.* ANGL. *Tho chide, to scolde.* } Cic. *de Orat* Quum esset cum eo Tarracinæ de amicula rixatus. Plin. *lib. 16. cap. 2.* Et ipsos inter se rixantes, &c. Rixantur herbæ aridæ. Varr. *1. de re rust. cap. 47.* Aridæ factæ herbæ rixantur, ac celerius rumpuntur, quàm sequuntur, ¶ Rixari de lana caprina. Horat. *1. Epist. 19.*

Alter rixatur de lana sæpe caprina.

Prouerbium est in eos qui de re nihili disceptant.

‖ Riza, radix. Tertull. ‖

R O

‖ Robeus, rubeus, hoc vide. ‖

Rōbīgo, inis, siue Rubigo, Segetum morbus est, quem *niellam* vocant Galli, quo spicæ torrentur, friabilésque redduntur. ירקון *birkon.* ἐρυσίβη. GALL. *Niellure de bleds, nielle.* ITAL. *Malatia che viene alle biaue per troppo humore.* GER Die röte deß korns/ wan die helm rot vnnd flackechtig werden. HISP. *El añublo, quando se añubla el pan.* ANGL. *Blasting or corne* } Virg. *Georg.*

—— vt mala culmos
Esset robigo.

¶ Fuit & ROBIGO, Dea quædam apud Romanos, quæ auertendæ rubiginis causa colebatur. Ouid. *4. Fast.*

Flamen in antiqua lucum Robiginis ibat.

Rōbīgālĭă, siue Rubigalia, lium, siue rubigaliorum, dies festus erat, septimo Calendas Maias celebrari solitus, teste Festo, quo Robigo deo sacra fiebant, vt robiginem, siue (vt hodie vsitatiùs loquimur) rubiginem à segetibus auerteret. Est autem robigo, siue rubigo, ἐρυσίβη Aristoteli, segetum morbus quam *niellam* vulgus Gallorum appellat. qua spicæ aduruntur, prorsúsque redduntur friabiles. Varr. *lib. 1. de re rust cap. 1.* Quarto Robigum & Floram, quibus propriis neque rubigo frumenta, atque arbores corrumpit: neque non tempestiuè florent. Itaque publicæ Robigo feriæ, & Robigalia: Floræ ludi, Floralia instituti. Plin. *lib. 18. cap. 29.* Tria tempora fructibus metuebant; propter quod instituerunt ferias, diésque festos, Rubigalia, Floralia, Vinalia. Rubigalia Numa constituit anno regni sui vndecimo: quæ nunc aguntur ad vij. Calend. Maij, quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat.

Rōbīgŭs, Deus qui auertendæ rubiginis causa colebatur Gell. *cap. 12. lib. 5.* Robigus accederet succidaneis hostiis. de quo vide plura paulò antè in dictione *Robigalia.*

RŌBVR, siue robor, is, Propriè species est arboris glandiferæ durissimæ. { אבה *ebáh.* ἀχία, δρῦς, αἰγίλωψ. GALL. *Roure, chesne.*

Ital. Rouere, quercia. Ger. Eychbaum. Hisp. *La enzina ò roble arbol.* Angl. *An oke tree.* } Plin. *lib.* 16 *c.* 1. Roborum vastitas intacta, & congenita mundo. Cic. 2. *de diuin.* Itaque perfracto saxo fortes erupisse in robore, insculptis priscarum literarum notis. Idem paulò pòst, Quis robur illud cecidit, dolauit, inscripsit? Virg. 1. *Georg.*

——— graue robur aratri.

¶ Per translationem sumitur pro animi fortitudine. Cic. *pro Fon.* Equites tantum habuere animi, tantum roboris, &c. Idem *de Orator.* Virtutes quæ in animi magnitudine & robore positæ sunt. Hinc Calpur. Flaccus *declam.* 4. Robur Tullianum in carcere. Et Quint. Cùm robur aliquis in stylo fecerit. (i. stylum confirmarit) Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

Mens tamen ægra iacet, nec tempore robora sumpsit.

¶ Capitur & pro corporis firmitate. { חיל *chaýl* גבורה *gheburáh* חוק *chózeck* חוקה *chózekáh* (vel) *chezkáh* אמץ *ómets* אמצה *amtsáh*. ἰσχύς, *περιστηνεία*. Gal. *Force, fermeté.* Ital. *Forteʒʒa fermeʒʒa.* Germ. Sterckе. Hisp. *Fuerça ò reziura.* Angl. *Force or strength.* } Cic. *pro Rosc. Amer.* Messala, qui si iam satis ætatis ac roboris haberet, ipse pro Sexto Roscio diceret. ¶ Demum omnium rerũ firmitatem, duritiámque, robur dicimus. Col. *lib.* 2. Quod protinus exile natum sit nunquam robur accipere manifestum est. Vnde Seruius dicit, Omne quod forte est, robur vocamus. Virg. *lib.* 7.

——— æternaque ferri

Robora.

¶ Robur item, teste Festo, in carcere dicitur is locus quo præcipitatur malefactorum genus: quòd antea arcis robustis includebantur. Cicer. *pro Milone*, Subitò arrepti in quæstionem, tamen separantur à ceteris, & in arcas coniiciuntur, ne quis cum his colloqui possit. Dicitur à Iureconsultis *mala mansio*, πιτισσόεχλον ξύλον. Robustum carcerem dixit Plaut. *in Curcul.* At ego vos ambo in robusto carcere, vt pereatis, &c. Item Liu. *lib.* 8. *dec.* 4. Apuleius *in* 2. *Apolog.* O subtilitas digna carcere, & robore. Ex arcis sontes interdum præcipitabantur & interficiebantur. Valerius Max. *lib.* 6. *cap. de seuerit.* Quinetiam familiares eorum, ne quis Reip. inimicis amicus esse vellet, de robore præcipitati sunt. Lucr. Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædæ. Vbi tamen pro fuste lignóque quo sontes tondebantur fustuario accipiunt. A robore Codicem distinguunt, de quo suo loco.

|| Roboretum, quercetum δρυμών. Gloss. locus, vbi robora nascuntur. ||

Rōbŏrĕŭs, a, um, quod est ex materia roboris. { δρύϊνος. Gal. *De roure.* Ital. *Fatto di rouero.* Ger. Eychin oder eychbeumin. Hisp. *Cosa de roble.* Ang. *Of an oke.* } Col. *lib.* 11. *c.* 2. Materies si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem debet Ouid. 5. *Fast.*

Tunc quoque priscorum virgo simulacra virorum

Mittere roboreo scirpea ponte solet.

Rōbŭrnĕŭs, adiectiuum, quod ex robore nascitur. δρύ[...]um. *lib.* 9. *cap.* 1. Nam vt graminibus, ita frugibus roburneis [...]nt. id est, glandibus.

Rōbŭstĕŭs, denominatiuum à robur. δρύϊνος. vt Robu[...]ies, quæ ex robore facta erat vt esset durior. Varro *lib.* 1. *de re rust. cap.* 38. In eo si in medio robustea aliqua materia sit depacta, negant serpentem nasci.

Rōbŭstŭs, a, um, quod est multi roboris. { גבור *ghibbór* חוק *chazák* אמיץ *ammits*. ῥωμαλέος, σθεναρός. Gall. *Robuste fort, forme.* Ital. *Robusto, forte.* Germ. Starck / das vil stercke hatt. Hisp. *Fuerte ò rezio.* Ang. *That is very strong.* } Col. *lib.* 2. Neque dubium est ex robusto semine posse fieri non robustum. Virg. 4. *Eclog.*

Robustis quoque iam tauris iuga soluet Arator.

Cic 4. *in Catill.* Tertium genus est, ætate iam confectum, exercitatione robustum. Idem 5. *Philipp.* Omne malum nascens facilè opprimitur: Inueteratum fit plerunque robustius. Idem 2. *Philipp.* Sed hæc quo robustioris improbitatis sunt, omittamus.

Rōbŏro, as, Fortifico, firmo, robur addo. { חוק *chizzék* החזק *hechezik* אמץ *immets* האמיץ *heemits* עזז *hechéz*, κρατύνω, ἐπισχυρίζω. Gall. *Roborer, affermir.* Ital. *Fortificare, rinforʒare.* Germ. Stercken / starck vnd krefftig machen. Hisp. *Fortaleçer, haʒer fuerte.* Ang. *To mak strong, to fortifie.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 31. Hirundines nidos luto construunt, stramento roborant. Cicer. 1. *Officiorum*, Catoni autem quum incredibilem tribuisset natura grauitatem, eámque ipse perpetua constantia roborauisset, sempérque in proposito, susceptóque consilio permansisset moriendum potius, quam tyranni vultus aspiciendus erat. Plin. *lib.* 11. *cap.* 51. Vox roboratur XIII. annis: eadem in senecta exilior. ¶ Hinc componitur Corroboro, de quo suprà suo loco.

Rōbŏrārĭă, antiqui appellauerunt omnia ædificia, septa, villas, quæ inclusa habent animalia: à tabulis roboreis, quibus septa erant ante quàm mœnibus cingerentur. δρυφάκτης. vide Gell. *lib.* 2. *c.* 20.

Rōbŭs, i. { אדום *adhóm*. ἐρυθρός. } Apud veteres dicebatur rubeus: & bouem robum idcirco rustici vocabant. Vnde & materia, quæ plurimas huius coloris venas habet, dicta est robus: & homines valentes, ac boni coloris, robusti. Hæc Festus. ¶ Robus etiam genus tritici, maximè laudabile (inquit Colum. *lib.* 2. *c.* 6.) quum & pondere, & nitore præstet.

Rōbŭstĕŭs, Robustus, vide Robur.

|| Rocca, colus. Gl. g. b.

Rodaticus, vide *Rotaticus*. ||

Rodotus quidam amatus à Diis Plutarch. *in Num.*

Rōdo, is, rosi, rosum, propriè murium est. & similium, qui dentibus ferè semper aliquid abrodunt. { אכל *achál*. κείρω, κατατρώγω. Gal. Ronger, Ital. *Rodere.* Germ. Nagen. Hisp. *Roer.* Angl. *To gnawe.* } Cic. *de diuin.* Quasi verò quicquam interſit, mures noctem & diem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 10.

——— & in versu faciendo

Sæpe caput scaberet, viuos & roderet vngues.

¶ Per translationem quandoque pro detraho sumitur, siue obtrecto. Cicer. *pro Cor. Balbo*, More hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis vellicant. Flumina rodunt ripas, Lucr. *lib.* 5. Ferrum roditur scabra rubigine, Ouid. 1. *de Pont. Eleg.* 1. Amicum absentem rodere, Hor. 1. *Serm. Sat.* 4. Dentem dente rodere, prouerbium in illos qui carpunt eos qui pari sunt prædití mordacitate: aut qui lædi non possunt, neque sentiunt. Martial. *lib.* 13.

——— quid dentem dente iuuabit

Rodere? carne opus est si satur esse velis.

Rōsĭo, nis. { βρῶσις, δηγμός. Gall. *Rongnement, morsure.* Ital. *Rodimento, roditura.* Germ. Das nagen / versеerung. Hisp. *Ocra de roer.* Ang. *A gnawing.* } Plin. *lib.* 10. *c.* 21. Succus decoctæ neruis prodest, & vesicæ, & intestinorum rosionibus. Cels. *lib.* 5. *c.* 28. rosio maior.

|| Rodos, vide *Rudus*. ||

Roga, donatiuum, honoratium. Landulphus Sagax *in Tiberio* 11. Duxit Anastasiam vxorem suam, & coronauit eam Augustam, & iactauit rogam multam.

|| Rogalis, e, ad rogam pertinens. Ouid. 3. *amor. El.* 8.

Téne sacer vates flammæ rapuere rogales? ||

Rogalia, dies, quibus rogæ ab Imperatore & Patriarcha populo dabantur.

|| Rogarius, bustuarius. Gloss. Gr. νεκροκαύστης. i. qui mortuos vrit. ||

Rŏgo, as, Posco, peto, contendo, oro, precor. { שאל *schaál* בקש *bikkésch* בעה *baháh* דרש *darásch* התפלל *hithpallél* העתיר *hehethir* עתר *hathár*. αἰτέω. Gall. *Prier, requerir, demander, emprunter.* Ital. *Demandare, cercare, pregare.* Ger. Bitten. Hisp. *Rogar, preguntar, demandar.* Ang. *To ask, to demande, or pray.* } Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Quæ vtenda vasa semper vicini rogant. Vtendum rogare; vide *Vtor.* Item Emere malo, quàm rogare: vide *Emo.* Idem Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Nullus est tibi quem roges mutuum argentum. Gell. *lib.* 13. *cap.* 20. Crepidarium cultellum rogauit à crepidario sutore. Plaut. *Rud.* Intelligo: hanc quæ proxima est, illam pulsare iussisti, Atque aquam rogare. Virg. *lib.* 7. *Æneid.*

——— litúsque rogamus

Innocuum, & cunctis, vndámque aurámque patentem.

Cicer. 1. *Verr.* Rogare & orare, ne illos supplices aspernarer quos me incolumi nemini supplices esse oporteret. Idem *in Verr.* Profectò hinc natum est, Malo emere quàm rogare. Cato *c.* 5. Duas aut tres familias habeat, vnde vtenda roget, & quibus det. ¶ Aliquando ponitur pro interrogare, quærere. { שאל *schaál*. ἐρωτᾶν. } Cic. *Attic.* Roga ipsum quemadmodum Arimini ipsum acceperim. Ter. *in Adelph.* Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret, sat scio, Rogabit me vbi fuerim. Idem *And.* accedo ad pedisequas, Quæ sit, rogo: sororem esse aiunt Chrysidis. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Roga quod lubet. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Me rogas? pol haud rogem te, si sciam. *Ibid.* Quid dixisti vxori? Nescio. Eam ipsus roga. *Ibid. sc. vlt. a.* 5. Vterque id quod rogabo dicite. Idem *Ps. sc.* 4. *a.* 2. Ecquid habet dulce rogas? Idem *Men sc.* 5. *a.* 2. Quin ego rogem quod nesciam? &c. ¶ Pro orare. *Ibid. sc.* 5 *a.* 5. Rogo pallam vt referat. (id est, oro reddat.) Rogare Consulem iure non potest Prætor, & de iure rogandi in auspiciis. Gell. *c.* 14 *lib.* 13. Item, Viros rogant: Legem, suffragia. Liu. *lib.* 34. Et, Rogare aliquos in consilium (de iudice.) Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. ¶ Roget quis, elegans loquendi formula, pro eo quod minus ornatè dicitur, Posset me aliquis interrogare: qua vtimur quoties per anthypophoram tacitæ obiectioni volumus occurrere. Ter *in Eunuch.* Roget quis, quid tibi cum illa? ¶ Rogare de stipulatione etiam dicitur. Plaut. *Ps. sc.* 1. *a.* 1. Rogo me viginti minas: Dabis? Dabo. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Agesis roga. (id est, stipulare.) E. Emptum nisi quis meliorem. &c. ¶ Rogare sacramento milites, hoc est, iureiurando eos adstringere. Liu. 5. *bell. Maced.* Ex Sicilia Hispaniam petentem, tempestate in Africam delatum, scribit, vagos milites, de exercitu P. Africani sacramento rogasse. ¶ Rogare aliquem sententiam. Quint. *lib.* 6. *c.* 3. Post acceptam hæreditatem primus sententiam rogabatur. ¶ Rogare legem, id est statuere, νόμον εἰς φέρειν. Solebat enim populus rogari, num eam legem ratam vellet Gell. *lib.* 1. Lex deinde Licinia rogata est. Cicer. 2. *Philipp.* Ego ad eum belli ciuilis causam attuli: ego leges perniciosas rogaui. ¶ Composita sunt, abrogo, arrogo, corrogo, derogo, erogo, irrogo, prorogo, & subrogo: quorum significata vide suis locis.

Rŏgāns, tis, particip. { שואל *schoél* מבקש *mebakkésch* דורש *dorésch* עותר *hothér* מעתיר *mahathir* מתפלל *mithpallél*. δεόμενος, αἰτῶν. Gall. *Priant, requerant.* Ital. *Chi dimanda, & prega.* Germ. Bittend. Hisp. *El que roga.* Angl. *That asketh, or prayeth.* } Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 3.

Mollis in obsequium facilísque rogantibus esses.

Idem *in Epist. Medeæ.*

En iterum scribo, mittóque rogantia verba.

Idem 1. *de Arte*,

Flectitur iratus voce rogante Deus.

Rŏgandus a, um, δεητέος. παρακλητέος, δεησόμενος. Ouid. 3. *Trist.*

Tunc quoque solicita mente rogandus erit.

Rŏgātŭs, a, um. { מבקש *mubakkásch* בקש *bukkásch* דרוש *darúsch* נבעה *nibhéh*. δεηθεὶς, παρακληθεὶς. Gall. *Prié.* Ital. *Pregato.* Ger. Gebätten / gefraget. Hisp. *Pregado, rogado* Angl. *Prayed* } Plin. *lib.* 7. *c.* 48. Rogatus sententiam in consulatu. Ouid. 2. *de Arte*,

Quæ dant, quæque negant, gaudent tamen esse rogatæ.

Rŏgātĭo, nis, verbale, actio rogantis: passio rogati. { שאלה *scheeláh* בקשה *bakkascháh* תפלה *tephilláh* תחנה *tecinnáh*. δέησις, ἱκετεία. Gal. *Priere.* Ital. *Preghiera.* Germ. Ein bit / oder frag. Hisp. *Ruego.* Angl. *Praying.* } Legis quoque rogatio dicitur, quoniam rogare populum magistratus solebat an id placeret quod statuerant. νομοθεσία. Hinc etiam derogare legi, & abrogare legem dicimus: de quibus abundè suprà dictum. Rogationis autem nomine intelligitur lex nondum à populo iussa: sæpè tamen pro lege iussa & à populo approbata sumitur. Rogationis autem hæc erant verba solemnia, Velitisne iubeatísne, Quirites, vt hoc vel illud fiat. Vnde rogatio quasi quædam interrogatio, Gell. *cap.* 20. *lib.* 10. vbi docuit quid sit lex, plebiscitum, priuilegium. Sed totius (inquit) huius rei, iurísque, siue cùm populus, siue cùm plebs rogatur, siue quod ad vniuersos pertinet, caput ipsum, & origo, & quasi fons rogatio est. Sueton. *in Cæsare cap.* 2. Receptum in ciuitatem rogatione Plotia confecit, id est, lege à Plotia latum in ciuitatem rogatione Plotia confecit, id est, lege à Plotia lata. ¶ Festus rogationem videtur accipere pro priuilegio: eámque ita distinguit à lege, quòd hæc in omnibus & rebus & personis locum habeat: rogatio, de vno, aut certè paucis feratur: neque ad res omnes pertineat.

pertineat. Verba eius ſunt hæc : Rogatio ea dicitur , quum populus conſulitur de vno , pluribúſve hominibus , quod non ad omnes pertineat : & de vna , pluribúſve rebus , de quibus non omnibus ſanciatur. Nam quod in omnes homines , réſve populus ſciuit , lex appellatur. Itaque Gallus Ælius ait , Inter legem & rogationem hoc intereſt. Rogatio eſt genus legis: quæ lex eſt non continuò , ea rogatio eſt: non poteſt non eſſe lex , ſi modò iuſtis comitiis rogata eſt. ¶ Ferre rogationem ad populũ, Cæſar. 3. *bell. ciuil.* Item prætoribus, Tribuníſque plebis rogationes ad populum ferentibus, &c. ¶ Perferre rogationem, id eſt, legem perferre. Cicer. *ad Qu. Frat. lib.* 2. Sed tamen ſuſpicor per vim rogationem Caninium perlaturum. ¶ Accipere rogationem, id eſt. legem accipere & approbare. Idem *ad Attic. lib.* 1. Vt conſules populũ cohortarentur ad rogationem accipiendam. Liu. *lib.* 3. *ab Vrb.* Omnes tribus eam rogationem acceperunt.

Rogatum, i. Gall *Priere.* Ouid. 5. *Faſt.*

Sic ergo: ſic noſtris reſpondit diua rogatis,

‖ Rogatatius, petitor. Gl. Iſid. à rogando, i. petendo. Onom Rogatores, ἐπαίται. Gloſſ. Cyr. ἐπαίτης mendicus. Sic Germ. bättler/ à bätthen/ i. rogare, orare ‖

Rŏgātŭs , us, ui, Actus rogandi. { שאלה *ſcheeláh* בקשה *bakkaſcháh.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Nam quum feriis Latinis ad eum ipſius rogatu, accerſitúque veniſſem, offendi eum ſedentem in exhedra.

Rogitatio: vide infrà *Rogito.*

Rŏgātĭuncula , diminutiuum. { τὸ δεημάτιον , ἡ σμικρὰ καὶ εὐτελὴς δέησις. Gal. *Petite priere.* Ital. *Picciola preghiera.* Ger Ein bittlin/ oder fräglin. Hisp. *Pequeño ruego.* Ang. *A litle prayling.* } Cic. *pro domo ſua,* Eáque te ex vna rogatiuncula feciſſe.

Rŏgātŏr, is, verbale, qui rogat. { מבקש *mebakkéſch* מתחנן *mithchannén.* ἱκέτης. Gal. *Qui prie, prieur, ſuppliant.* Ital. *Chi prega.* Ger. Ein bitter oder bätter. Hisp. *Rogador, que ruega.* Ang. *He that prayeth or asketh.* } Cic. *ad Attic lib.* 16. Quanquam hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris. Rogatores, Poſtulatores & Mendici , qui eleemoſynam poſtulant. Plaut. Vt rogator oſtiatim petam panem. Rogator comitiorum, qui in populum comitiis rogat & cum populo agit. Cic. 1. *de diuin.* Qui recentibus comitiis in Senatum introducti negauerunt iuſtum comitiorum rogatorem fuiſſe.

Rŏgĭto, as, frequentatiuũ à rogo. { πολλάκις δέησιν ποιοῦμαι, πολλὰ (vel) πολλοὺς αἰτοῦμαι. Gal. *Prier inſtamment, requerir, demãder.* Ital. *Pregare, cercare, demandare.* Germ. Bitten eins bittens / empſig bitten oder fragen. Hisp. *Rogar, preguntar.* Ang. *To pray or ask often.* } Plin. Patrem adit, rogitat vt ſui miſereatur. Plaut. *Curc. ſc.* 3. *a.* 1. Si amas, eme: ne rogites (vtendam ſup.) Idem *Aulul. ſc.* 5. *a.* 2. Venio ad macellum, rogito piſces: indicant caros. *Ibid. ſc.* 3. *a.* 2. Quid tibi nos tactio eſt? E. Etiam rogitas? Idem *Milit. ſc.* 1. *a.* 1. Quid dixerunt tibi? A. Rogitabant: Hiccine Achilles eſt ? Idem *Aſin. ſc.* 2 *a.* 2. Placidè vnumquidque rogita. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 3. Rogitas quoduis, &c. ¶ Aliquando ponitur pro iterum , atque iterum interrogo. ἀνερωτῶμαι. Virg. 1. *Æneid.*

Multa ſuper Priamo rogitans ſuper Hectore multa.

¶ Hinc componitur Erogito , quod eſt interrogando extorqueo : de quo ſuo loco.

Rŏgĭtātĭo, verbale, Lex plebiſcitum. Plaut. *in Curc. ſc.* 2. *a.* 3. Rogationes plurimas propter vos populus ſciuit. Quas rogatas rumpitis. (id eſt, leges perrogatas & perlatas.)

Rŏgŭs , i , Strues lignorum ad cremanda cadauera: ita dictus , quòd in eo dij manes rogentur. { מדורה *medhuráh.* πυρά. Gal. *Vn tas qu'on faiſoit anciennement pour bruſler les corps des morts.* Ital. *Stipa di legno da bruſciare i corpi morti anticamente.* Germ. Ein holtzbeygen/ oder holtzhauffen / ſcheyterbeygen auff welchen man bey den Heyden die abgeſtorbnen verbrant. Hisp. *La hoguera para quemar muertos.* Angl. *A bone fire.* } Plaut. *in Menach. ſc.* 2. *a.* 1. Age ſanè igitur, quando æquum oras, quàm mox incendo rogum ? Cicer. 3. *de fin.* Nec ſi beatus vnquam fuiſſet, beatam vitam vſque ad illum à Cyro extructum rogum protuliſſet. Idem 1. *de diuin.* Si quidem ad mortem proficiſcens Calanus Indus, quum aſcenderet in rogum ardentem, O præclarum diſceſſum, inquit, è vita quum, vt Herculi contingit, mortali corpore cremato , in lucem animus exceſſerit. Virg. 4. *Æneid.*

Hoc rogus iſte mihi, hoc ignes, araque parabant.

Ouid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Triſt.*

Structus flamma parata rogis mihi conuenit, &c.

Item *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Triſt.*

—Sapè manus demens

Miſit in arſuros carmina noſtra rogos.

Senec. *cap.* 3. *de conſ. ad Mart* Tot rogis ardentibus per Italiam (in funere Druſi.) Idem *cap.* 1. *de conſ. ad Heluiam* , Quid quòd nouis verbis opus erat hominis ad conſolandos ſuos ex ipſo rogo caput alleuanti. (id eſt, à recenti luctu reſurgenti.)

Rŏgālĭs, e, ὁ τῆς πυρᾶς, ὁ τῆς πυρκαϊᾶς, vt ignis rogalis. Stat. 1. *Theb.*

——hac ipſe rogali Fulgurat.

Ouid. 3. *Amor Eleg.* 8.

Téne ſacer vates flamma rapuere rogales.

Rōmă, ῥώμη. Vrbs Italiæ, regina vrbium , & totius propemodum orbis olim caput : de cuius origine , & nominis ratione non ſatis conuenit inter ſcriptores. Vulgatiſſima tamen eſt opinio , à iuuentute Albana conditam fuiſſe, ducibus Romulo & Remo nepotibus Numitoris : atque à Romuli nomine Romam fuiſſe appellatam , non autem Romulam, ne nominis diminutio vrbis maieſtati quippiam detraheret. Alij multis ante Romulum ſeculis conditam volunt, primúmque Valentiam appellatam: Romam autem dici cœpiſſe poſt Euandri & Æneæ aduentum, qui Latina voce in Græcam eiuſdem ſignificationis tranſlata ; ῥώμην apellarunt. Sunt præterea qui exiſtiment Æneæ neptem fuiſſe , & Aſcanis filiam, nomine ῥώμην, à cuius nomine vrbi huic nomen fuerit impoſitum. Nec deſunt qui Troia capta Achiuos quoſdam ea in loca veniſſe aſſerant, qúmque in Palatino monte oppidum condidiſſent, à nobilis captiuæ nomine ῥώμην appellaſſe. Sunt & aliæ non paucæ hac de re ſcriptorum opiniones , quas hic breuitatis cauſa omittimus. Si quis tamen noſſe cupiat, adeat Pompeium Feſtum *de antiqua vocum ſignificat. lib.* 16. Id certè conſtat, à tenuiſſimis ortam fuiſſe principiis: primúmque in Palatino monte conditam fuiſſe : ſæpiúſque deinde pomœria eius fuiſſe prolata. Scribit enim Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Veſpaſiani temporibus ambitum vrbis fuiſſe XIII. M. CC. paſſuum. Voſpicus autem tradit , Aurelium Imperatorem ambitum eius ad triginta millia paſſuum ampliaſſe. ¶ Roma vnde dicta , Plutarch. Initio Romuli quæ Quadrata Roma; vide *Quadrata.* A Roma fit gentile ,

Romanus, ῥωμαῖος. vt Romani rerum domini, apud Virg. 1 *Æneid.* ¶ Romanus vir quis ſit, Senec. *c.* 1. *de conſ. ad Marc.* docet his verbis: Qui velit ſcire quid ſit vir Romanus , qui ſubactis iam ceruicibus omnium & ad Seianum iugum adactis indomitus ſit homo, ingenio, animo, manu liber , &c.

Rōmānŭs, a, um. poſſeſſiuum : vt, Arces Romanæ, apud Virg. 2. *Georgic.* Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Triſt.*

Collaque Romana prabens animoſa ſecuri.

Tibull. *lib.* 4.

Te manet inuictus Romano Marte Britannus.

Rōmānēnſĭs , qua voce propriè ſignificatur is qui alibi ortus Romæ verſatur : vnde etiam Cato *de re ruſt.* Romanenſem ſalem appellat , non Romæ factum, ſed qui Romæ vendebatur.

Rōmānĭcŭs, a, um, adiectiuum, ῥωμαϊκός, denominatiuum à Roma deductum: vt, Aratra Romanica, id eſt, Romæ facta, Cato *cap.* 135. Aratra in terram validam Romanica bona erunt , in terram pullam Campanica iuga Romanica optima erunt.

‖ Romanenſe, vectis, quo fores clauduntur. L. g. b. ‖

Roma noua, dicta eſt Conſtantinopolis: tanquam altera Roma, Imperatorum Orientalium ſedes. Inde *Romania* vocatum imperium Orientale. Septem montes murorum ambitu non minus claudit atque vetus Roma Bellon. *obſeru. lib.* 1 *c.* 76, de Conſtantinopoli.

Romandiola, exarchatus Rauennæ. Malè legitur *Romandiola* pro Roconlia *lib* 4. *feud. tit.* 36.

Rōmānă, porta in infimo cliuo Victoriæ fuit , à Romulo primùm inſtituta, gradibúſque quibuſdam in quadraturam formata. Appellata eſt autem Romana à Sabinis præcipuè, quibus ea proximus aditus erat Romam. Hæc Feſtus. Vulgò tamen, eodem Feſto referente, Romana porta dicta eſt, vbi ex epiſtylo aqua defluebat: qui locus ab antiquis dictus eſt Ad ſtatuas Cyncias, quòd ibi olim fuerit ſepulchrum eius familiæ.

‖ Romania. Imperium orientale. L. g. b.

Romanĭtas, Romanum imperium. Caſaub. ‖

Rōmānŭlă porta, teſte Varrone *lib.* 4. *de Ling. Lat.* In Palatino monte fuit, gradus habens in naualia, ad Volupiæ ſacellum.

Rōmĭlĭă lex cauit , ne alij præter patres , & magiſtratus , ſacra inirent, perageréntve , poſtea plebi quoque aditus ad ſacra fuit. nam rogationibus tribunitiis , primum Sextia Licinia ſancitum eſt, vt x. viri ſacrorum, non vt antea omnes patricij, ſed ex parte dimidia de plebe crearentur, deinde ſequuta eſt Ogulnia: vt, cùm quatuor Pontifices eſſent, ſacerdotum numerum augeri , quatuor præterea Pontifices, quinque augures, de plebe omnes allegarentur : vt omnino octo Pontificum , nouem augurum numerus fieret.

‖ Romula, Galliæ olim Togatæ pars hodie Romandiola, Romaniola. ‖

Rōmŭlŭs , ῥωμύλος. Romulus & Remus dicti à Ruma Lupæ. (i. à mamma.) Plutarch. *in Romul.* Romulus autem Martis, (vt Romani credi voluerunt) ex Ilia filius , & nepos Numitoris , & frater Remi , eodem cum illo partu editus. Erat enim Numitori frater nomine Amulius, præferoci ingenio : qui non contentus fratri natu maiori imperium præripuiſſe , vt poſteritati quoque ſuæ tyrannidem conſtabiliret , prolem illius maſculam interemit. Iliam quoque, vt ſpem omnem nepotum fratri eriperet , ſub ſpecie honoris virginem Veſtalem legit, cóque modo perpetua virginitate damnauit. Ea tamen poſtea grauida deprehenſa , gemellos peperit : quos Amulius in Tiberim abiici iuſſit, matrem autem arctiſſima cuſtodia aſſeruari. Verùm quum id temporis Tyberis extra ripas reſtagnaſſet, nec adiri vſquam ad iuſti amnis curſum poſſet : qui mergendorum puerorum negotium ſuſceperat , in proxima eos alluuie vbi poſtea ruminalis ficus fuit , expoſitos reliquit. Vbi à Fauſtulo regij pecoris magiſtro inuenti ſunt , & Laurentiæ vxori educandi traditi : quæ quòd vulgato corpore quæſtum faceret, ideóque lupa inter paſtores vocaretur : factus eſt locus fabulæ, Romulum & Remum à lupa educatos fuiſſe. Hi poſtea quum adoleuiſſent, de genere ſuo à Fauſtulo edocti, Amulium trucidant: auúmque Numitorem in regnum reſtituunt. Nec ita multo pòſt collecta magna paſtorum manu, vrbem nouam in Palatino monte, vbi educati fuerant, ædificant. Et quoniam fratres gemini erant , nec ætatis verecundia differentiam facere poſſet , orta inter eos contentione , vter nouæ vrbi nomen daret , & conditam imperio regeret , placuit rem auium iudicio permittere. Qúmque Remo in Auentino vultures ſex priores , Romulo autem in Palatino duodecim , ſed poſteriores apparuiſſent illo, tempore, hoc numero ſe potiorem eſſe aſſerente ; exorta inter paſtores primùm altercatio eſt , quæ deinde ad manus peruenit. Ibi Remus in turba ictus cecidit. Vulgatior fama eſt ludibrio fratris Remum nouos muros tranſiliiſſe : inde à Romulo, ſiue à Celere quodam, Romuli iuſſu fuiſſe interfectum. Solus itaque regno potitus Romulus , vt vrbem incolis frequentiorem redderet , Aſylum aperuit. Senatores centum quos ab honore Patres appellauit , conſcripſit. Viciniş connubia negantibus , virgines quæ ad Conſualium ſpectaculum conuenerant, rapuit. Ceninenſes bellum inferentes prælio vicit , Regéque obtruncato Ioui Feretrio optima ſpolia obtulit. Antemnates deinde , & Sabinos prælio ſuperatos in ciuitatem recepit. Fidenates acie fudit , & ad oppidum fugientes inſequutus , vrbem eodem impetu cepit. Veientibus poſt aduerſam pugnam pacem petentibus , centum annorum inducias conceſſit. Hiſce rebus geſtis, quum ad Capreæ paludem concionem haberet , ingenti coorta tempeſtate repentè nuſquam comparuit Patrum (vt creditur) manibus diſcerptus. ¶ Fuit & Romulus quidam Grammaticus, qui Græcis ſcriptoribus qui in ſcholis docebantur, ſublatis, Latina induxit. Hic ad centeſimum vſque annum vixiſſe traditur : interrogatúſque quánam ratione vitam tandiu propagaſſet : Intus, inquit, vino, foris oleo.

Rōmŭlēŭs , a , um , adiectiuum : vt, Vrbe Romulea, apud Ouidium 15. *Metamorph.*

Rŏmūlŭs,a,um:vt Tellus Romula.Virg.6.*Æneid.*

———nec Romula quondam
Vllo se tantum tellus iactauit alumno.

Rōmĭlĭŭs.a,um,vt,Tribus Romilia.Cic.*de leg. Agrar.*Respondit se à tribu Romilia initium facturum.

Rōmŭlĭdēs,dæ, ῥωμυλίδης, idem quod Romanus, à Romulo, primo vrbis conditore.Persius *Satyr.*1.

———Ecce inter pocula quærunt
Romulidæ saturi,quid dia poëmata narrent.

Roncalia,siue Rōcaliæ(verba sunt Cuiacij) campi supra Padum,non procul à Placentia, in quibus solebant olim Imperatores conuentus agere solemnes. Abbas Vrspergensis: Romuliæ mos Longobardorum est iustitiam suam requirere, & ab Imperatoribus recipere.

Rōnchŭs,vide *Rhonchus.*

Rōs, roris, humor qui sereno tempore de cælo fluit, serena nocte, neque gelu, neque ardoribus, neque ventis existentibus. { טל *tal*.δρόσος. GAL.*Rousee.* ITAL.*Ruggiada.* GERM. Das tauw. HISP.*El rocio.* ANG. *The dewe.*} Aristot.*lib.*1.*Meteor.*scibit,rorem fieri ex vaporatione modica,quum pluuia ex largo vapore progeneretur. Apul. *lib. de Mundo,* Ros nocturnus, humor quem serenitatis tenuitas spargit: à Græcis dicitur δρόσος.Virg.*lib.*2.*Georg.*

Exigua tantùm gelidus ros nocte reponet.

Cic.1.*de diuinat.*Quum primùm gelidos rores Aurora remittit. Ouid. 3.*Metam.*

Virgineos artus liquida perfundere rore.

Virg.8.*Eclog.*

Quum ros in tenera pecudi gratissimus herba est.

Plaut. *Capt. sc.*1.*a.*1. Ros si non cadit, suo sibi succo viuant Cochleæ: Ita parasiti. ¶ Ros pro rore marino herba, Ouid.*lib.*4.*Fast.*

Roralis, e, ad ros pertinens: aptus ad rorandum,id est,irrigandum. δροσοφόρος.Ouid.4.*Fast.*

Virgaque rorales laurea misit aquas.

‖ Roramenta auri, i. in auri ramenta. Lampridius *in Commodo* vocat auri radiamenta.

Rōrĭfĕr, a,um, { δροσοβόλος. GALL. *Qui apporte la rousee.* ITAL.*Che apporte ruggiada.*GER.Das tauw bringt. HISP.*Lo que trahe rocio.*ANGL. *That bringth dewe.*} vt Aurora rorifera. Seneca *Hippol.* Qua rorifera mulcens aura Zephyrus vernas euocat herbas. Biga Lunæ rorifera. Stat.1.*Theb.*

Rorifera gelidum tenuauerat aëra biga.

Lucr.*lib.*6.

Hinc vbi roriferis terram nox obruit vmbris.

Rorifluus,a,um,rorem fluens.In carmine Varroni Aracino attributo,

Quam nos rorifluam sectemur carmine lunam.

Sic autem vocat, quòd noctu ros decidat, quo tempore luna regnat.

‖ Rorigenæ,rore geniti.Papias.‖

Rōrŭlentŭs,a,um,quod est plenum, rore { δροσερός, πολύδροσος. GALL. *Couuert ou plein de rousee.* ITAL. *Ogni cosa piena di ruggiada.* GERM. Tauwig/voll tauw/nass von tauw. HISP *Cosa rociada o llena de rocio.* ANGL.*Couered and full of dewe.*} Col.*lib.*5.Cauendum ne aut Septentrionalibus ventis, aut rorulentæ, sed siccæ ferantur vites.Idem *lib.*12. *c.*38.Rorulentæ baccæ ne legantur cauendum.

Rōscĭdŭs,a,um,quod est rore perfusum:vnde Nox roscida,dicitur quæ rore humecta est. {δροσερός.GALL.*Plein de rousée,moüillé de rousee.*ITAL. *Inruggiadato.* GERM. Voll tauw/nass von tauw. HISP. *Cosa rociada.* ANG. *Sprinkled with dewe.*} Plin. *lib.* 18. Quidam pridie rigant prata: vbi sunt rigua,noctibus roscidis siccari melius. ¶ Similiter Mala roscida,quæ matutino rore humecta sunt. Virg.8.*Eclog.*

Sepibus in nostris paruam te roscida mala
(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.

Aurora roscida, Ouid *ad Liuiam*, Gramina roscida. Claud. 2.*de rap. Proserpinæ.* Mella roscida, Virg. 4. *Eclog.* Pruina roscida foliis excussa, Ouid.5.*Fast.*

Rōrărĭi Leuis armaturæ milites dicebantur, qui antequam acies congrederentur,fundis & lapidibus pugnæ præludebant. γυμνῆται, ἀκροβολισταί. Rorarii dicti,teste Nonio,quòd illi prælium,vt ros pluuiam, antecederent. Iidem & Ferentarij dicuntur, teste Festo. Liuius, Nam & rorarij procurrebant inter antepilanos.Hinc Rorarium vinum dicebatur,teste eodem Festo,quod rorariis militibus dabatur.

‖ Rorarius,a, um, ad rorarios pertinens. Fest. Rorarium vinum,quod rorariis dabatur.

Rorastrum herba,bryonia alba.‖

Roro,rore aspergo: & per Synecd. aspergo, vt rorare sanguine, lacrymis, cruore.Ouid.*epist.*21.

*Oculi rorantur lacrymis.*id est,rigantur.

¶ Est & Roro absolutè rore destillo,& impersonaliter.

Rōrăt, verbum ex eorum genere quæ Grammatici vocant verba exceptæ actionis,quemadmodum Pluit, & Ningit, perse sine nominatiui adminiculo sensum explens:est enim rorat,idem quod ros decidit. {δροσίζει. GALL.*Faire ou ietter rousee.* ITAL. *Inruggiadare, bagnare.* GERM. Es tauwet/das tauw felt.HISP.*Rociar.*ANG.*To dewe or droppe dewe.*} Col. *lib.*11.*cap.*3. Idibus Octoribus, & sequenti biduo interdum tempestas nonnunquam rorat. Ouid. 3.*Fastor.*

Cum croceis rorare genis Tithonia coniux   Cœperit.

¶ Per translationem accipitur pro guttatim distillare. { רעף *rahaph* השטיף *hitiph* נטף *natáph.*Virg.8.*Æneid.*

Raptabátque viri mendacis viscera Tullus
Per syluam & sparsi rorabant sanguine vepres.

Ouid.3.*Metam.*

Vndique dant saltus,multáque aspergine rorant:
Emergúntque iterum,redeúntque sub æquora rursus:
Inque chori ludunt speciem,&c.

¶ Si rorasset, Augusto longam terrà maríve profectionem ingredienti, lætum ipse existimabat esse auspicium. Suet. *in August.c.*92. ¶ Aliquando admittit post se accusatiuum: vt, Rorare imbrem. Plin. *lib.* 17. *c.* 10. Periculum tantum eo die est, si rorauerit quantulumcunque imbrem. ¶ Roror passiuum, pro irroror,siue irrigor,aut madefio, Ouid. *Epist.* 21.

Scribimus & lacrymis oculi rorantur obortis.

Rōrāns,tis, participium. { δροσίζων, ψεκάζων. GALL.*Qui fait rousee.* ITAL. *Chi fa ruggiada.*GERM. Tauwend.HISP.*El que rocia.*ANGL.*Dropping lik,dewe or deuing.*} Virg.3.*Æneid.* Ter spumam elisam & rorantia vidimus astra.Cic *de senect.*Pocula,vt in Symposio Xenophontis minuta atque rorantia. Ouid.4.*Fast.*

Littore siccabant rorantes nuda capillos

Idem 5.*Fast.*

Spargit & ipse suos lauro rorante capillos.

Rōrātŭs,a,um. { δρόσῳ ῥανθείς,ῥανιδωθείς. GAL.*Arrousé & mouillé de rosee.* ITAL.*Inruggiadato.*GERM.Mitt tauw besprengt oder genetzt.HISP.*Rociado.*ANGL.*Sprinkled with dewe.*} Ouid.3.*Fast.*

Mollis erat tellus,rorata manè pruina.

Rōrātĭo,nis, morbus est vitium, quum illæ deflorescentes rore læduntur, priúsque corrumpuntur, quàm in acinos transformentur. { δροσισμός, δρόσου ῥαντισμός.GALL.*Coulement de rousee,coulure de vignes.*ITAL.*Colatura de vite.* GERM. Der gepräst der räben/wan sie sich im pluft schütten vnd abrysen.HISP.*Obra de rociar,coladura de vid.* ANG.*Dropping of dewe.* } Cui vitio affine est illud, quod Galli *Colaturam* vocant, quum acini iam nati aut decidunt, aut indurescunt in callum. Vtriusque meminit Plin. *lib.*17. *c.*24. Siderationis (inquit) genus est in vitibus deflorescentibus roratio: aut quum acini priusquam crescant, decoquuntur in callum. Theophrast. *lib.*4.*de plantis*, Roratio, inquit, fit quum vitis deflorescens irroratur. Propter hoc vitium Floralia ab antiquis instituta sunt, autore Plin. *lib.*8. *c.*19. Floralia quarto Calendas Maij instituerunt anno Vrbis quingentesimo sextodecimo ex oraculis Sibyllæ: vt omnia bene deflorescerent. Et *paulò pòst*, Aliud hoc quatriduum est, quo neque rore sordere velint: exhorrent enim frigidum sidus Arcturi postridie occidens, & multo minus plenilunium incidere,&c.

‖Rorella, herba, quæ & ros solis vsitatius, etiam *salsirora.* Dicta à rore, quo sub ardentissimo solis æstu madet.

Rōrēsco, cis, Roscidus fio: rore aspergor: ab inusitato verbo Roreo. { δροσίζομαι. GALL. *Estre arrousé & mouillé de rousee.* ITAL. *Inruggiadarsi.* GERM. Mitt tauw besprengt vnd nass werden. HISP. *Enrociarse.* ANGL. *To be sprinkled with dewe.* } Plinius *lib.* 18. *c.* 33. Aquilonem pronuntiat terra siccescens: sed rorescens repentè austrum immiscet.

Ros Solis, herba, quæ cùm muscoso concreto fruticetur, à flauo ac rutilanti colore aureísque guttis, quæ illi insident, Ros Solis dicitur.

Ros Syriacus. Hadr.Iun.*in Nomencl.* Aëromeli ros Syriacus, drosomeli, mel aërium,officinis *marna.*ἀερόμελι Galen. & δροσόμελι. GERM. Himmelhonig/Honich dawe.

Rŏsă,æ,frutex notissimus nobilis flore nascente è spina. { עכצלרת *chabatsseleth*.ῥόδον.GALL.*Rose.*ITAL.& HISP.*Rosa.* GER. Rosen ANG.*A rose.*} qui propter pulchritudinem, & suauem odorem Veneri sacer est: & fortasse non absurdè: quia sicut rosa breui viget, ita & venerea voluptas. Quo pacto autem rosa,quæ priùs candida fuit, cruore Veneris infecta, purpureum colorem traxerit, ex Aphthonij fabella cognosces De rosis plura apud Plin.*lib.*21. inuenies,& Theoph. *lib.*6.*c.*6. & 7. & Dioscor.*lib.*3.*c.*131.Cic.5.*Tusc.* An tu me in viola putas,aut in rosa dicere? Idem 3.*Tusc.*Sertis redimiri & rosa.Virg.4.*Georg.*

Primus Vere rosam, atque Autumno carpere poma.

Horat.2.*Carm.Ode* 3.

Huc vina & vnguenta, & nimium breueis
Flores amœnæ ferre iube rosæ.

¶ Plaut.*Curc.sc.*2.*a.*1.Tu Cinamomum,tu rosa.Idem *Asin.sc.*3.*a.*3.Da mi anime, da mea rosa, mea voluptas. Senec. *epist.* 36. In rosa iacere æquo animo. ¶ Rosa pro oleo rosaceo,apud Celsum *lib.*8.*c.*4.Quòd si membrana per inflammationem intumuerit, infundenda erit rosa tepida.Item apud Iurisconsultum *in l.*21.§.1. *D. de aur. & arg.* ‖ ¶ Rosa canina. Hadr. Iun.*in Nomencl.* Rosa canina, siluestris. ¶ Rosa Græca lychnis,λυχνὶς ἢ ῥοδοδάφνη.¶ Rosa laurea, arborescens stirps lori effigie, & flores ferens,ceu rosas. ‖

Rŏsĕŭs,a,um,rosæ similis. { ῥοδωπός, ῥόδεος. GAL.*De couleur de roses,vermeil comme roses.* ITAL. *Ogni cosa che mostra color di rosa.* GERM. Rosenfarb/rosenrot. HISP.*Cosa de color rosado.* ANG.*Of a rose or coloured lika rose.*} vt, Pannus rosaceus,Rosea vestis.Plin. Asini è coitu spuma collecta roseo panno, & inclusa argento venerem stimulat. Virg. 12.*Æneid.*

———Et roseas laniata genas.

Idem 6.*Æneid.*

Hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis
Iam medium ætherio cursu traiecerat axem.

Idem 2.*Æneid.*

———roseóque hæc insuper addidit ore.

Rŏsācĕŭs,a,um, quod ex rosa factum est. {ῥόδινος.GALL.*De roses.*ITAL. *Ogni cosa fatta di rose.*GERM.Auss rosen gemacht.HISP.*Cosa de materia de rosas.*ANG.*Of roses.*} Vnde Rosaceum oleum, ex rosis,Plin.*lib.*20. *cap.*3.Succus ex strigmentis illius cum rosaceo,& aceto,febrium ardores refrigerat.

Rosarius,a,um,ad rosam pertinens.Suet.*in Neron.c.*27.Rosaria absortio. Ita enim legit Casaubon.Alij verò Rosaria absyrtio.

‖ Rosarius, ῥοδοπώλης,qui rosas vendit.‖

Rŏsārĭum, ij, hortus rosarum. { ῥοδωνία. GALL. *Rosier, vn lieu ou croissent force roses.* ITAL. *Luogo che abunda di rose.* GERM. Ein rosengehurt / ein ort mit vil rosen stauden. HISP. *El rosal,donde ay muchas rosas.* ANGL.*A place planted with roses.*} Plin. *lib.*31.*cap.*11. Rosaria à Fauonia fossa oportet esse, iterúmque Solstitio. Ouid. *Eleg.*2. *lib.*5. *Trist.*

Littora quot conchas,quot amœna rosaria flores (habent.)

Rŏsētum, significat locum rosis consitum. { ῥοδωνία. GALL. *Vn lieu pour planter des rosiers.* ITAL. *Luogo piantato di rose.* GERM. Ein rosengarten. HISP. *Rosal.* ANGL. *A place planted with roses.*} Virg. 5. *Eclog.*

Puniceis humilis quantum saliunca rosetis   *Iudicio*

Iudicio nostro tantum tibi cedit Amintas.

‖ Roschildia, Roschilt, V. E. regni Daniæ, in Zelandia insula, tumulis Regum nobilitata, sub A. Lundensi.

Roscium, hodie Rossanum, *Rosano*, V. A. magnæ Græciæ, seu Calabriæ. ‖

Rōscĭdus, vide *Ros.*

Rōscĭus, Histrio insignis fuit Ciceronis ætate in arte sua vsque adeò absolutus, vt si quem significare velimus cæteris sui generis hominibus præcellere, Roscium κατ' ἐξοχὴν appellemus. Roscij (inquit Festus) dicebantur in omnibus perfecti artibus: propterea quòd Roscius quidam perfectus vnus in arte sua id est, Comœdia iudicatus est. Cic. *de Oratore*, Roscius hoc iam diu est assequutus, vt in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. Horat. 2. *Epist.* 1.

Quæ grauis Æsopus, quæ doctus Roscius egit.

Hunc primùm in scena persona vsum ferunt, quòd & strabo esset, & aspectu fœdus. Tantum tamen pronunciandi suauitate valuit, vt populo sine persona gratior esset: quod & Cicero testatur *lib. 1. de Orat.* Gratia verò apud summos etiam viros tantum valuit, vt à Fannio de societatis cuiusdam rationibus in iudicium vocatus, Ciceronis patrocinium meruerit: qua de re etiam hodie extat Oratio, quæ ipso Qu. Rosc. Comœdo inscribitur. Quin & librum conscripsit, in quo histrionicam cum eloquentia comparare conatur. Cum Cicerone quoque aliquando certasse dicitur, num ille eandem rem sæpiùs oratione, an ipse gestu variaret. ¶ Fuit & alter Roscius, prænomine Sextus, ex Municipio Amerino, cuius quum pater noctu à cœna rediens, Romæ occisus esset, filius ab iis qui bona eius à Sylla curauerunt (curauerant enim vt mortuus inter proscriptos referretur) parricidij accusatus, defensus est à Cicerone vigesimum tertium, (si Cornelio Nepoti credimus) aut certè (vt aliis placere video) vigesimum septimum annum agente: quæ oratio etiam hodie omnium manibus teritur. Meminit huius orationis Cicero ipse *in Bruto.* Prima (inquit) causa publica pro Sexto Roscio dicta, tantum commendationis habuit, vt non vlla esset quæ non nostro digna patrocinio videretur. Fuit & Roscius quidam Otho Tribunus plebis, qui legem tulit vt Equitibus Romanis in Theatro XIV. gradus proximi assignarentur, qui censum CCC. H-S, haberet, autor Liuius.

Rŏsĕă, Campus in agro, Reatino, quòd in eo arua rore humida semper serantur Varro 1. *de re rust. c.* 7. Cæsar Vopiscus Ædilitius, causam quum ageret apud Censores, campos Roseæ Italiæ dixit esse sumendos, in qua relicta pertica postridie non appareret, propter herbam.

‖ Rosetum, *Grosseto*, V. E. Etruriæ, ad oram maris Tyrrheni, sub A. Senensi. ‖

Rŏsĕŭs, vide *Rosa.*

Rŏsĭo, vide *Rodo.*

Rōsmărīnŭs, siue (vt apud Plinium legitur) Rosmarinum, in quadruplici est differentia. { λιβανωτίς. GAL. *Rosmarin.* ITAL. *Rosmarino.* GERM. Rosmarin. HISP. *Romero mata.* ANGL. *Rosemary.* } Sunt enim duo eius genera fœcunda, quorum alterum folia habet fœniculi crassiora, & latiora, in rosæ speciem humi sparsa, iucundè olentia, caulem cubiti altitudine, multis concauum alis: in cacumine vmbellam, in qua semen nascitur copiosum candidum, spondylio simile, rotundum, angulosum, resinaceum, quod in mandendo linguam exurit, radicem autem prægrandem, candidam, thus redolentem: vnde & rustici *incensoriam* appellant. Alterum superiori omninò consimile est, semen ferens latum, nigrum vti spondylium, sed minimè exurens, radice foris nigra, sed intus, si frangatur, alba. Tertium, quod ad superiorum differentiam sterile dicitur, superioribus non dissimile: sed neque caulem neque florem, neque semen emittit: nascitur in saxosis & asperis. Quartum, quod Græci non absolutè λιβανωτίδα, sed cum adiectione quadam λιβανωτίδα στεφανωτικὴν appellant, frutex est notissimus, nusquam non apud nos in hortis obuius, in agro autem Narbonensi sponte tanta prouenien's copia, vt non temere alio ligno ad ignem vtantur, λιβανωτίδα autem vocant Græci eadem ratione qua superiora genera, quòd scilicet thuris odorem referat. στεφανωτικὴν autem, hoc est, coronariam, quòd coronamentis soleat intexi. Plin. *lib.* 19. *cap.* 12. Libanotis locis putridis & macris, ac roscidis seritur semine. Radicem habet olusatri, nihil à thure, differentem. Vsus eius post annum stomacho saluberrimus. Quidam eám nomine alio rosmarinum appellant. Idem *lib.* 17. *cap.* 13. Sabina herba propagine seritur & auulsione, tradunt fæce vini, aut è parietibus latere tuso mirè ali, iisdem modis rosmarinum serunt, & ramo: quoniam neutri semen. Sic. *lib.* 24. *cap.* 11. & Colum. *lib.* 9. *cap.* 4.

Ros marinus quoque diuisis vocibus dicitur. Virg. *in Culice,*

Liliaque & rores; Nouacria tura, marini,
Herbaque turis opes priscis imitata Sabina.

Rōsmărĭs, frutex odoriferus, qui & rosmarinus dicitur. { λιβανωτίς. GAL. *Rosmarin.* ITAL. *Rosmarino.* GER. Rosmarin. HISP. *Romero mata.* ANG. *Rosemary.* Ouid. 3. *de Arte,*

———*tegit arbutus herbam,*
Rosmaris & laurus, nigraque myrtus olent.

‖ Rosona, vel Rosonum, *Castel nouo*, V. E. regni Dalmatiæ, sub A. Ragusino. ‖

Rosorius, a, um, corrosorius, vel reprehensorius, à rosor, oris, &, rosorium locus vbi aliquid roditur. Vet. Vocab.

‖ Rotsia, M. sub P. Constantinopolitano. ‖

Rōstĕllum, vide *Rostrum.*

Roster. ῥύγχος. Vet. Lex. i. rostrum, fortè ita legendum, nisi factum ex *rostro*, quod Hispanis masculinum; vt qui duo tantùm genera agnoscant.

‖ Rostonium, *Rostoro*, V. A. Moscouiæ, ad lacum, vnde Cotoroa fl. emergit. ‖

RŌSTRVM, i, corneum munimen, quo aues cibum capiunt. { ῥύγχος. GAL. *Bec, museau.* ITAL. *Becco, muso, mostazzo.* GERM. Ein schnabel. HISP. *El pico como de aue: ò hocico, como de puerco.* ANG. *The beake of abirde or snoutt of a beast.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Procero, corneóque rostro aues. Ouid. 6. *Fast.*

Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinæ,
Canities pennis, vnguibus hamus inest.

Virg. 6. *Æneid.*

———*rostroque immanis vultur obunco*
Immortale iecur tundens, &c.

¶ Nec solùm de auibus, sed de reliquis quoque animalibus, & de ipso homine dicitur. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Apud mensam plenam homini rostrum deliges, Plin. Et mugilis rostrum Caprarum rostra, Varr. 2. *de re rust. c.* 3. Duo enim genera earum, sub rostra duas vt mammulas pensiles habeat, quòd hæ fœcundiores sint. Canum, Plin. *lib.* 8. *c.* 4 Quum significans demonstratio est, caudâ primùm, deinde rostro. *Ibid.* ventos, & odorem captantes, prodentésque rostro cubilia. Suum, Cic. 1. *de diuinat.* Sus rostro si humi a litteram impresserit, num propterea suspicari poteris Andromachem Ennij ab eo posse describi? § A similitudine autem rostri auium, pars nauis exporrecta, & acuminata, ex ære, ferróve, in prora eminẽs, rostrum appellatur. { ἔμβολος. GAL. *Le bec au deuant du nauire, muni & garni de cuiure ou de fer.* ITAL. *Sperone della naue.* GERM. Der vorder spitz oder schnabel eines schiffs. HISP. *La guarnicion de la proa de la naue.* } A. Hircius *de bello Alexand.* Nauibus actuariis, quarum numerus erat satis magnus, rostra imposuit.

Rōstră, orum, Polybio templum erat Romæ in foro, ante curiam Hostiliam, nauium Antiatium rostris adornatum: ex quo ad populum concio haberi solebat. οἱ ἔμβολοι. Liu. *lib.* 8 *decad.* 1. Naues Antiatium partim in naualia Romæ subductæ, partim incensæ: è rostrísque earum suggestum in foro extructũ adornari placuit, Rostráque id templum appellatum. Quintilian. *declam.* 340. *in Argumento.* Per publica rostra iecit nouitium mango. Idem, Pro rostris laudauit auiam Augustus.

Rōstrātŭs, a, um, Rostro armatus. { ὁ ῥυγχωτός. GALL. *Qui a vn bec, beccu.* ITAL. *Chi ha becco.* GER. Geschnäblet. HISP. *Cosa que tiene pico.* ANGL. *Beaked, or that hadh a beak.* } vt, Naues rostratæ quæ in prora æneo munitæ erant rostro, quo in hostium naues cum impetu impacto sæpè eas dissoluebant. αἱ χαλκέμβολοι. Liu. 4. *decad. lib.* 6. Vna & octoginta rostratis nauibus, multis præterea minoribus quæ aut apertæ, rostratæ: aut sine rostris speculatoriæ erant, Delum traiecit. Idem *lib.* 8. *bell. Pun.* Prouinciæ ita decretæ: alteri Consuli, Sicilia, & triginta rostratæ naues, quas C. Seruilius superiori anno habuisset: eædem & æratæ dicebantur. Cæsar 2. *belli ciuilis.* Interim L. Nasidius ab Cn. Pompeio cum classe nauium sedecim, in quibus paucæ erant ætate. ¶ Corona rostrata, id est, naualis, quòd exiguis quibusdam veluti nauium rostris exornaretur. Plin. *lib.* 16. *cap.* 4. Ciuicis cedunt murales, vallarésque & aureæ, quanquam prælio antecedente: cedunt & rostratæ, quamuis in duobus ad hoc æui maximè celebres. M. Varrone è piraticis bellis, dante Cn. Pompeio: itémque M. Agrippa, tribuente Cæsare è Siculis Tempora rostrata, id est, nauali, siue rostrata corona exornata. Virg. 8. *Æneid.*

———*Cui belli insigne superbum*
Tempora nauali fulgent rostrata corona.

Rostratus impetus, qui fit rostro impacto, apud Plin. *lib.* 10. *c.* 12. Rostrata columna, Suet. *in Galba c. vlt.*

Rōstro, as, Rostrum impingo, rostro penetro. { ῥυγχέω, ῥυμφόω. GALL. *Becquer, picquer & donner du bec.* ITAL. *Poner il becco dentro.* GERM. Mit dem spitz/oder schnabel auffschurpffen. HISP. *Poner el pico dentro alguna cosa.* ANG. *To pearse with the beak.* } Plin. *lib.* 10. *c.* 19. Omne aruũ rectis sulcis, mox & obliquis subigi debet: in collibus transuerso tantùm monte aratur, sed modò in superiora, modò in inferiora rostrante vomere, id est, rostrum impingente, ait Budæus.

Rōstellum, i, paruum rostrum. { ῥύγχιον. GALL. *Petit bec.* ITAL. *Picciolo becco.* GERM. Ein schnäbelin. HISP. *Pequeño pico.* ANG. *A litle beake.* } Plin *lib.* 30. *cap.* 11. Muris rostellum. Colum. *lib.* 8. *cap.* 5. Animaduertat an pulli rostellis oua percuderint.

RŎTĂ, æ, cuius conuersione currus procedit: à rotunditate, seu à ruendo: ruit enim facilè in suos orbes. { גלגל *ghalghál* אופן *ophán.* τροχός. GALL. *Vne roue.* ITAL. *Rota, ruota.* GERM. Ein rad. HISP. *La rueda de carro ò de ollero.* ANGL. *A wheele.* } Plaut. *in Capt. sc.* 3. *a.* 2. Pro rota me vti licet: Vel ego huc, vel illuc vortar, quò imperabitis. Plin. *lib.* 16. *cap.* 40. Sed lignum non alio penè quàm ad radios rotarum vtile. Horatius 1. *Epist.* 18.

———*Si te puluis, strepitúsque rotarum,*
Si lædit caupona, Ferentinum ire iubebo.

Ouid. 2. *Metam.*

Hac sit iter, manifesta rotæ vestigia cernes.

Velleius, Præceps festinatio, rotæ modo, vel proni gurgitis. ¶ Figuratè tamen rota accipitur pro toto curru. Virg. 12. *Æneid* Eque rotis magnam respexit ad vrbem. Sic translatè rota Solis pro Solis rotundo globo. Lucret.

Hic neque cum Solis rota cerni lumine claro
Altiuolans poterat, nec magni sidera mundi.

Cic. *in Arati Phænom.* Hunc tangit rota feruida Solis. ¶ Rota, Solis orbis, δίσκος etiam Græcis. Sidonius,

Non patefecit radiis rota candida cœlum.

¶ Rota Fortunæ, id est, inconstantia, & volubilitas. Cic. *in Pisonem.* In quo ne tum quidem Fortunæ rotam extimescebat. ¶ Rota pœnalis, tormenti genus. Idem 5. *Tuscul.* In eo etiam putatur dicere, In rotam beatam vitam non ascendere. De hoc supplicij genere apud Plutarch. *in Nicia*, & apud Aristoph. Vide τροχὸς in Lexico Constantini. ¶ Rotæ etiam à Latinis dicuntur capræ quædam feræ, quarum magna est copia in Samothrace insula. Varro *lib.* 2. *cap.* 1. Etiam nunc multis in locis pecudum ferarum genera sunt aliquot, vt in Phrygia ex ouibus, vbi greges videntur complures: vt in Samothrace caprarum, quas Latinè rotas appellant. ¶ Est & rota, piscis, siue belluæ marinæ genus à rotæ, quæ in curru voluitur, similitudine dictum. Plin. *lib.* 9. *cap.* 4. Apparent & Rotæ appellatæ à similitudine, quaternis distinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus vtrinque claudentibus. ¶ Rota item in figlinis dicitur, qua fictilia tornantur: cuius primum inuentorem fuisse tradunt Anacharsin Scytham, aut (vt alij malunt) Hyperbion Corinthium. Horat. *de Arte*,

———*amphora cœpit*
Institui: currente rota cur vrceus exit.

Rŏtŭlă, est diminutiuum. {τροχίσκος. GALL. *Petite roue.* ITAL. *Rota picciola.* GERM. Ein rädlin/scheiblin. HISP. *Pequeña rueda.* ANG. *A litle wheele.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 18. Galliæ verò duas addiderunt rotulas.

‖ Rotabulum, vide *Rutabulum.* ‖

Rŏto, as, Verto, in modum rotæ verso, circumago. {הגר *hethél.* γυρόω, κυκλόω. GALL. *Faire la roue, rouer, rouler.* ITAL. *Rotare, ruotare, voltar atorno girare.* GER. Umbtreiben wie ein rad/umbtrullen/umbwelzen. HISP. *Rodar ò traher en derredor, hazer bueltu en derredor.* ANGL. *To turne about lik a wheele.*} Mart. *lib.* 1.

Præceps sanguinea dum se rotat vrsus arena.
Implicitam visco perdidit ille fugam.

Ouid. 4. *Metam.*

Déque sinu matris ridentem, & paruu Learchum
Brachia tendentem, rapit, & bis térque per auras
More rotat fundæ, rigidóque infantia saxo
Discutit ora ferox.

Lucret. *lib.* 6.

———*rotántque cauis flammam fornacibus intus.*

¶ Rotare item se pauones dicuntur, quum veluti pulcritudinem suam admirantes, gemmantes caudæ pinnas in orbem explicant, rotæque orbem imitantur. ὡραΐζεσθαι. ¶ Rotare comas, inquit Quintilian. fanaticum est.

Rŏtātĭo, nis, & rotatim, aduerbium. Diomedes Grammat. *lib.* 3. Huic contrarius Trochæus, quàm χορεῖον appellant. Constat ex longa & breui, temporum trium, vt Roma; dictus ἀπὸ τοῦ τρόχου, hoc est, rotatione: Quippe eius modulationem poematum siue metrorum compositioni accommodatam rotatim, & volubiliter dicebant.

Rŏtālĭs, e, rotis instructus. Iulius Capitolinus *in Macrino*, Tribunum qui excubias deseri passus est, carpento rotali, superadnexum per totum iter viuum atque exanimem traxit.

Rŏtans, tis {מגהל *methél* κυκλῶν} Horat. 4. *Ode* 11.

Sordidum flamma trepidant rotantes vertice fumum.

Rŏtātŭs, a, um. {נגהל *nathól* κυκλωθείς.} Ouid. *ad Pisonem*,

——— *& nunc ceruice rotata,*
Incipit effusor in gyrum carpere cursus

Iuuen. *Satyr.* 6.

———*aut currum sermone rotato*
Torqueat enthymenia.

Vbi rotatus sermo, i. oratio conuersione conclusa, atque comprehensa ambitu: quod genus dicendi à Cicerone versum, ab Aristotele συνεστραμμένον appellatur: ea contorta oratio est, quæ breuior quàm sponte naturæ fusa.

Rotaticus, a, um, quod de vectura super rota soluitur. Scribunt etiam *rodaticum.* Vide *Pontaticum.*

Rotatim, aduerbium, rotæ instar. Diomedes *lib.* 3. Vide in voce *Rotatio*, suprà.

Rŏthŏmăgus, siue Rhothomagus Ῥοθόμαγος, vrbs Velicassiorum, in Gallia Lugdunensi, ad Sequanam fluuium, teste Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 8. Vulgò *Roüen*, sedes Parlamenti Normanniæ.

RŎTVNDVS, a, um, globosum, hoc quod globi, siue sphæræ figuram habet, vnica superficie contentum, & in medio sui punctum habens, à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ, sunt æquales. {עגול *hagól* גליל *ghalil.* περιφερής, στρογγύλον, περιτρεχής, σφαιροειδής. GALL. *Rond.* ITAL. *Rotondo.* GER. Rund/Rundlecht. HISP. *Redondo.* ANG. *Round, well compact or fashioned.*} Dictum Rotundum (vt quidam volunt) à retundendo, quòd omnis vndique retusa sit angulorum asperitas. Plin. *lib.* 10. *c.* 52. Aquatiliū oua rotunda. *Ibid.* Oua exeunt à rotundissima sui parte, dum pariuntur. Cic. 1. *de nat. deor.* Nunc autem hactenus admirabor eorum tarditatem qui mundum animantem, immortalem, & eundem beatum & rotundum esse velint, quòd eâ formâ negat vllam pulchriorem esse Plato. Horat. 8. *Epod.*

Nec sit marita, quæ rotundioribus.
Onusta baccis ambulet.

Cic. *de Vniuers.* Idque ita tornauit, vt nihil effici possit rotundius, nihil vt asperitatis haberet, nihil offensionis, &c. Colum. *lib.* 8. *cap.* 8. Quum deinde quis volet quamplurimos mares excludi, longissima quæque, & acutissima oua subjiciet: & rursus quum fœminas, rotundissima. ¶ Ore rotundo loqui, est volubili, & concinno orationis genere vti. Horat. *in Arte*,

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Musa loqui.

Gellius, Crispum sanè agmen orationis, rotundúmque, ac modulo ipso numerorum venustum. Cicero *in Orat.* Thucydides autem præfractior, nec satis (vt ita dicam) rotundus, primus instituit dilatare verbis. Rotundæ clausulæ dicuntur, intra quas sententiæ clauduntur cum sequentibus non hærentes. Budæus. Gellius *cap.* 1. *lib.* 16. Enthymema verbis breuibus, & rotundis Idem *c.* 13. *lib.* 11. Rotunda & volubilis sententia.

Rŏtundĭtās, atis. {στρογγυλότης, περιφέρεια. GAL. *Rondeur.* ITAL. *Rotondita.* GERM. Die runde. HISP. *Redondez por todas partes.* ANG. *Roundnesse.*} Plin. *lib.* 1 *cap.* 3. Cornibus quæ sunt rotunditate præpilatata, ad latera porrectis. *Ibid. c.* 36. Rotunditas oris.

‖ Rotunditas verborum. Macrob. *Satur. lib.* 7. *c.* 5. Nihil tam indignum toleratu, quàm quod aures nostras Græca lingua captiuas tenet, & verborum rotunditati assentire cogimur, circumuenti volubilitate sermonis, qui ad extorquendam fidem agit in audientes tyrannum. ‖

Rŏtundē, aduerbium, Aptè. eleganter. {στρογγύλως, περιφερῶς. GAL. *Rondement.* ITAL. *Rotondamēte.* GER. In die runde/klärlich. HISP. *Redondamente.* ANG. *Roundlie, compactlie.*} Cic. 4. *de finib.* Ista ipsa, quæ tu breuiter, Regem, Dictatorem, diuitem solùm esse sapientem, à te quidem aptè, ac rotundè, &c.

Rŏtundo, as, Rotundū facio. {σφαιρόω. GALL. *Arrondir, faire rond.* ITAL. *Rondare, far rontodo.* GERM. Rund oder kugelecht machen. HISP. *Redondear por todas partes, hazer redondo.* ANG. *To mak round.*} Cic. *de Vniuers.* Quúmque similes vniuersalis natura efficere vellet, ad volubilitatem rotundauit. Vitr. *lib.* 10. *c.* 11. Id ad circinum rotundatur. ¶ Pertranslationem accipitur pro explere siue perficere, eò quòd rotunda forma nulla sit perfectior. Horat. 1. *Ep.* 6.

Mille talenta rotundentur, totidem altera: porrò
Tertia succedant.

Rotundare caput, pro Rotundum habere, vel producere. Plin. *lib.* 19. *c.* 18. de papauere, Satiuum omne magis rotundat capita: at syluestri longum ac pusillum.

Rotundatus, data, datum. Velleius, Rotundatus Sol in colorem arcus.

Rŏtundātĭo, verbale. {σφαίρωσις. GALL. *Arrondissement.* ITAL. *Rotondamento.* GER. Ein rund machung. HISP. *Aquella obra de redondear.* ANG. *A making round.*} Vitr. *lib.* 10. *c.* 11. Sic in rotundatione, & in longitudine, æqualia spatia fient.

Rŏxānă, siue potiùs Rhoxana, vide suprà, inter ea quæ ab Rh aspirato initium sumunt.

Rŏxĭcum, apud Ptolemæum *lib.* 3. ciuitas est Corsicæ insulæ: nunc vulgò *Rogela* dicta.

R.R. geminatum (inquit Festus) in compluribus orationibus, quum de actis disseritur, quæ etiam perscribi solent, id est, rationum relatarum, quod iis tabulis docentur iudices, quæ publicè data atque accepta sit.

R V.

Rŭbēdo, Rubefacio, vide *Rubeus.*

Rŭbellĭānæ vites, siue rubellæ, quæ dicantur, vide *Rubellus.*

Rŭbellĭo, nis, rubecula. Hadr. Iun. Rubellio, rubecula, siluia. ἐρυθῖνος. ¶ Est item piscis prægrandi capite, ex genere mullorum, (quem ἐρυθρῖνον vocat Aristoteles, vt Gaza arbitratur) à coloris rubedine nomen habens. Vnde Galli *rougeretum* appellant. ANGL. *Arochet fishe.* Hic in vino necatus, in posterum vini tædium inducit. Plin. *lib.* 32. *c.* 10. Mullus in vino necatus, vel piscis rubellio, iis qui inde biberint, vini tædium affert.

Rŭbētă, æ, Ranæ genus venenosum, in sicco semper viuens: & à rubis nomen trahens, in quibus plerunque victitat. {φρῦνος. GAL. *Certaine espece de grenoüille ou reine venimeuse, qui vit és hayes & arbrisseaux.* ITAL. *Rana sammartina, rospo, botta.* GERM. Ein Gartenkrot/Ein gifftig thier von dem geschlächt der Krotten oder fröschen / Welches sich in stauden enthalter. HISP. *La rana de las çarçalas.* ANGL. *Akinde of venemoue frogge.*} Iuuen. *Satyra* 1.

———*qua molle Calenum*
Porrectámque viro miscet sitiente rubetam.

Plinius *lib.* 8. *cap.* 31. Auxiliantur contra ranam rubetam. Idem *lib.* 32. *cap.* 5. Sunt quæ in vepribus tantùm viuunt, ob id rubetarum nomine, vt diximus, quas Græci phrynos vocant, grandissimæ cunctarum, geminis veluti cornibus, plenæ veneficiorum. Mira de his certatim tradunt autores.

RVBEVS, a, um, & Rufus, generalia nomina sunt, ad omnia quę quomodolibet rubent. {אדם *adhóm* ἐρυθρός. GALL. *Rouge.* ITAL. *Rosso.* GERM. Rot. HISP. *Bermejo.* ANGL. *Redde.*} Etenim sanguineus, croceus, aureus, ostrinus, fuluus, flauus, rubidus, phœniceus, rutilus, luteus, spadiceus, rubei seu rufi coloris sunt, aut acuentes eum, & quasi incendentes, aut cum colore viridi miscentes, aut nigro infuscantes. Gell. *lib.* 2. *cap.* 26. Sed quum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, aliter crocum: has singulas rufi varietate, Latina oratio singulis, propriísque vocabulis non demonstrat, omniáque ista significat vna ruboris appellatione: quam tamen ex ipsis rebus vocabula mutuatur, & igneum aliquid dicit, & flammeum & sanguineum, & croceum, & ostrinum, & aureum. Sunt tamen qui negent rubeum Latinam vocem esse: illud certè constat rubentem, seu rubrum colorem vsitatius dici, quàm rubeum.

Rŭbĕo, es, ui, Rubeus sum. {אדם *adhám.* ἐρυθραίνομαι, ἐρυθεάω. GALL. *Estre rouge, deuenir rouge.* ITAL. *Esser rosso, arrossirsi.* GERM. Rot sein. HISP. *Emberme jecerse.* ANGL. *To be redde.*} Virg. 2. *Georg.*

Sanguineisque insulta rubent auiaria baccis.

Idem 4 *Georg.*

Ante nouis rubeant, quàm prata coloribus, &c.

Ouid. *Eleg.* 16. *lib.* 4. *Trist.*

———*cui tela suo sanguine tincta rubent.*

¶ Aliquando ponitur pro pudore suffundor & erubesco, quòd ij quos pudet rubere soleant. Cic. *ad Attic. lib.* 15. Rubeo, mihi crede: sed iam scripseram, delere nolui. id est, præ pudore suffundor, Idem 4. *Verr.* Hærere homo, auersari, rubere. Mart. *lib.* 1. Præstantis rubeant æmula labra rosis. Ouid. 2. *Fast.*

Diffugiunt hostes, inhonestaque vulnera tergo
Accipiunt: Tusco sanguine terra rubet.

Rŭbens, tis, participium, siue nomen ex participio, Rubrum. {אדם *adhóm.* ἐρυθρόν. GAL. *Rouge.* ITAL. *Rosso.* GERM. Rot. HISP. *Bermejo.* ANG. *Redde.*} Virg. 1. *Geor.*

Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni.

Ouid. 4. *Fast.*

———*tremula dat vina rubentia dextra.*

Sueton. *in Aug. cap.* 69. Rubentibus oculis, incomptiore capillo in conuiuium reducta mulier.

Rŭbesco, is, Rubens fio, erubesco. {אדם *adhám.* ἐρυθραίνομαι. GAL. *Deuenir rouge.* ITAL. *Arossirsi, diuenir rosso.* GER. Rot werden. HISP. *Embermejecerse.* ANGL. *To waxe redde.*} Virg. 2. *Æneid.*

Iámque rubescebat stellis Aurora fugatis.

Ouid. 2. *Metam.*

Tum pater vt terras, mundúmque rubescere vidit.

Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. Miror ipse tantum eas cælo gaudere, sole rubescere, colorémque perdere, vt corpus humanum. ¶ Hinc componitur Erubesco, de quo suo loco.

Rŭbefăcio, rubefacis Rubro colore tingo. {אדם *iddém.* φοινίσσω, ἐρυθαίνω. GAL. *Rougir, faire rouge.* ITAL. *Far rosso, tingere di rosso.* GER. Rot oder Rotfarb machen. HISP. *Embermejar à otra cosa.* ANG. *To mak redde.*} Cuius passiuum est rubefio. Silius *lib.* 16.

Visque Atlantiadum rubefecerat ostra suorum.

Rŭbefactŭs, a, um, participium. {מאדם *meoddám.* ἐρυθρωθείς. GAL. *Fait rouge.* ITAL. *Arrossito.* GERM. Rot gemacht. HISP. *Hecho bermejo.* ANGL. *Made*

Made redde.} Ouid.13.*Metam.*

Expulit ipse cruor, rubefactaque sanguine tellus.

Rŭbĕr, a, um, Rubeus { אדם *addóm.* ἐρυθρὸς, ἐρυθρίας. GALL. *Rouge.* ITAL.*Rosso.* GER. Rot/rotfärbig. HISP.*Bermejo.* ANGL.*Redde.*}Horat. *in Serm.*

Obscœnóque ruber porrectus ab inguine palus.

Ouid. 1.*Fast.*

At ruber hortorum deus, & tutela Priapus, &c.

Martial.*lib.* 1.

Flauaque de rubro ponere mella cado.

Ouid. 11.*Metam.*

Fulmineus rubra suffusus lumina flamma.

Horat. 3.*Carm. Ode* 13.

——*nam gelidos inficiet tibi*
Rubro sanguine riuos.

Rubrum mare. Cic. 1.*de nat deor.* An quicquam tam puerile dici potest, quàm si ea genera beluarum, quæ in Rubro mari, Indiáve gignantur, nulla esse dicamus? Rubrior, comparatiuus. Plin. *lib.*10.*c.*63. Colorem illico mutant rubriore pilo.

Rŭbŏr, is ipse color rubeus, qui & rubedo dicitur. {הכלילות *hachlilúth.* ἐρύθημα, ἐρυθρότης. GAL. *Rougeur.* ITAL.*Rossore.* GERM. Die rôterote farb. HISP.*Bermejura.* ANG.*Reddenesse*}Plin. *lib.* 11.*c.*37. In malis maximè ostenditur rubor. Ouid. 3. *Metam.*

Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem.

Lucan.*lib.* 5.

——*rubor igneus inficit ora.*

Tyrij rubores, pro pupura. Virg. 3.*Georg.*

——*Tyrios incocta rubores.*

Virgineus rubor, pro pudore. Idem 1.*Georg.*

At si virgineum suffuderit ore ruborem

Plaut.*Capt.sc.*2.*a.*5 faciam vt pudeat: Nam in ruborem te tantum dabo. Ouid.*Eleg.* 3.*lib.*4.*Trist.*

Nec tibi purpureus molli fiat in ore rubor.

Catull.*ad Ortal.*

Huic manat tristi conscius ore rubor.

Ouid.*Eleg* 3.*lib.*4.

——*& subit ora rubor.*

Idem *Eleg.*7.*lib.*3.

Caussa ruboris eram. (increpando.)

Idem 5.*Fast.*

Verba quis auderet coram sene digna rubore
Dicere.

Liuius, Non sine rubore id aspexi.

Rŭbĭcŭndŭs, a, um, Rubore plenus, siue abundè rubeus. {חכלילי *kachlili.* ἐρυθρίας, ἐρυθρός. GAL. *Rouge.* ITAL.*Rubicondo, rosseggiante.* GERM. Vol rotfarb. HISP *Bermejo* ANG.*Redde.*} In quo alternitatis causa (vt inquit Priscianus) c loco b ponitur, ne sit absonum si rubicundus dicatur. Terentius *in Hecyr.* Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius, Plaut.*Pseud.sc.*7.*a.*4. Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo admodum. Plin.*lib.*18.*c.*35. de luna loquens. Si rubicunda, ventos portendere creditur. Martial.*lib.* 14.

Hanc tibi Cumano rubicundam puluere testam
Municipem misit casta Sibylla suam.

Rŭbĭcŭndŭlŭs, diminut. Subrubens. { אדמדם *adhamdám.* ὑπέρυθρος. GALL. *Vn peu rouget, rouge.* ITAL. *Aliquanto rosso.* GERM. Zimlich oder ein wenig rotfarb. HISP.*Bermejo vn poco.* ANGL.*Somewhat redde.*} Iuu.*Sat.*6.

——*tandem illa venit rubicundula totum*
OEnophorum sitiens.

Rŭbĭdŭs, a, um, Rufus cum aliqua nigredine { חדמוני *adhmoni.* ὑπέρυθρος, ἀνερυθής. GALL. *Rougeastre.* ITAL. *Rossardo.* GERM. Schwartzrot. HISP.*Ruuio, roxo,* ANG.*Hauing aswat red.* } Aul. Gell. *lib.*2.*cap.* 26. Non enim hæc sunt sola vocabula rufum colorem demonstrantia, quæ tu modò dixisti, rufus & ruber, sed alia quoque hactenus plura, quàm quæ dicta abs te Græca sūt. Fuluus enim & flauus, & rubidus, & phœniceus, & rutilus, & luteus, & spadix, appellationes sunt rufi coloris. Hæc ille ¶ Aliquando tamen rubidus, pro scabro, & aspero accipitur. Plaut. *in Stich.* Rubiginosam strigilem, ampullámque rubidam. Hinc & panis bis coctus, à scabritie rubidus dicitur, qui & à nautarum vsu nauticus etiam appellatur. Idem, Exiguam buccellam rubidi panis. Quo tamen in loco Festus (si modò emendati sunt codices) rubidum panem interpretatur panem parùm coctum.

Rŭbĕllŭs, a, um, Subrubrum. { אדמדם *adhamdám.* ὑπέρυθρος. GAL. *Rouget, rougeastre, tirant sur le rouge.* ITAL.*Rossetto.* GER. Rotlecht. HISP. *Bermejo vn poco.* ANG.*Reddish, or somewhaht redde.*} vt Vinum rubellum siue rubellum absolutè, quod modicè, & dilutè, dicitur ruber. Martial.*lib.*1.

Et Veientani bibitur fæx crassa rubelli.

Rubellæ vites, id est, Nomentanæ, à materiæ rubedine cognominatæ. Plinius *lib.* 14.*cap.*2. Proxima dignitati Nomentanis, rubente materia: quapropter quidam rubellas appellauere. Easdem & rubelhanas vocat. Columell.*lib.* 3. *cap.*2. Nomentanæ, inquiens, vini nobilitate subsequuntur Ammineas, fœcunditate verò etiam præueniunt: quippe quum frequenter impleant, & id quod ediderunt, optimè tueantur, Sed earum quoque feracior est minor, cuius & folium parcius scinditur, & materia non ita rubet, vt Ammineus: à quo colore rubellianæ nuncupantur.

‖ Rubi, *Ruuo,* V.E. Calabriæ, sub A. Barensi: gaudet titulo Comitatus, spectatque ad gentem Carafam. ‖ ¶ Est etiam oppidum Campaniæ, à ruborum frequentia, siue à rubore dictum. Horat.*in Serm.*

Inde Rubos fessi peruenimus. vtpotè longum
Carpentes iter, & factum corruptius imbri.

Rŭbĕŭs, a, um, ex rubo factum. vt Vimen Rubeum, Virgæ Rubeæ, quæ Rubis afferebantur, fiscellis texendis vtiles. Virg. 1. *Georg.*

Nunc facilis Rubea texatur fiscina virga.

Rŭbĭă, æ, herba radicem habens rubram, tingendis lanis, ac coriis idoneam, { ἐρυθρόδανον. GAL.*Herbe nommée Garance.* ITAL.*Grana robbia* GERM. Röte oder Ferberröte/ein Kraut. HISP. *La rubia de los tintores.* ANGL. *Madder hearbe to die or colour with.*} De qua Plin.*lib.*24.*c.*11. Erythrodanus, quem aliqui ereuthrodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ, pelléstque perficiuntur, in medicina vtinam ciet. Idem *lib.*35.*c.*6.*& lib.* 19. *c.*3. Pharmacopolæ *rubiam tinctorum*, Galli sua lingua *garanciam* nominant.

Rŭbĭcōn, genitiuo rubiconis, penult. prod. ῥουβίκων. Fluuius disterminans Italiam à Gallia citeriore. Originem ducit ex Apennino monte, fluítque inter Ariminum & Rauennam, in mare Adriaticum Lucanus *lib.* 1.

Vt ventum est parui Rubiconis ad vndas, &c.

Eius multa mentio est apud Plutarchum *in vita Pompeij & Cæsaris.* Plinius eum in octaua regione Italiæ collocat. Suetonius *in Cæs.* Consecutúsque cohortes ad Rubiconem flumen, qui prouinciæ eius finis erat, paulùm constitit. Vulgò *Pisatello.*

Rŭbĭcŭndŭs, Rubidus, vide *Rubeus.*

Rubigalia, eadem quæ Robigalia.

RVBIGO, rubiginis. {ירקון *jerakón.* ὁ ἰός. GALL. *Roüil, ou roüille. rouilleure.* ITAL.*Ruggine, rugginezza.* GERM. Rost. HISP. *Herrumbre de hierro.* ANGL. *Rust or canker.*} Vitium metalli, & propriè id quod ferro contrahi videmus, aridum & rubrum metallum paulatim erodens. Dicta rubigo à rubro, siue rubido colore: vnde & antiquis robigo dicebatur, nam illi robum dicebant, teste Festo, quod nos rubrum. Ærugo verò propriè fit in ære: sicut ferrugo in ferro: & contrahitur ex humore: neque rufa est, & sicca, qualem diximus rubiginem esse, sed viridis, atque humida. Plin.*lib.*17. *c.*4. Ferróque argilla omnis rubiginem obducit. Virg. 1.*Georg.*

Exesa inueniet scabra rubigine tela.

Catull. *Argon.*

Squallida desertis rubigo infertur aratis.

Ouid. 2.*Metam.*

——*liuent rubigine dentes.*

¶ Rubigo, vel robigo. ירקון *jerakón.* In segetibus, inquit Budæus, est quam *Nuyllam*, hoc est, nebulam nostrates agricolæ vocant: spicæ enim marcidæ fiunt hoc vitio, & in puluerem fœtidum confriatiles: dicitur etiam ærugo. { ἐρυσίβη. GAL. *Nielle de blez.* ITAL. *Ruggine che viene alle biade.* HISP.*El añuble de los panes.* ANGL.*Blasting of corne.*} Horat. *lib.* 1.*Carm.*

Nec pestilentem sentiet Africum
Fœcunda vitis, nec sterilem seges rubiginem.

¶ A rubigine

Rubigalia dicta, id est, festi dies, amoliendæ rubigini instituti ab antiquis: quales sunt supplicationes amburbiæ, aut ambaruales, quæ hodie propter eiusmodi causas factitantur. Plin *lib.* 18.*c.*29. Rubigalia Numa constituit, quæ nunc aguntur ad septimum Calen. Maij: quoniam tunc fere segetes rubigo occupat. Hactenus Budæus

Rŭbĭgĭnōsŭs, a, um. { ἰώδης, ἐρυσιβώδης. GALL. *Enroüillé.* ITAL. *Rugginoso* GERM. Rostig. HISP. *Cosa con herrumbre.* ANGL. *Rustie or cankred.* } vt apud Martial.*lib.*5. Rubiginosi dentes. Cætera vide in dictione *Robigo.*

Rŭbĭgĭno, & Rŭbĭgĭnŏr, aris, Rubiginem contraho. {ἰόω, GAL *S'enroüiller.* ITAL. *Arrugininirsi.* GER. Rostig werden. HISP. *Hazerse con herrumbre.* ANG.*To waxe rustie.*} Apul *lib.*3. *Floridorum,* Profectò vt gladius vsu splendescit, situ rubiginatur: ita vox in vagina silentij condita, diutino corpore hebetatur.

Rubinus, gemma diaphana, rutilans rubénsque exigua portiuncula cærulei coloris, ac limam respuens.

Rŭbŏr, vide *Rubeus.*

RVBRĪCĂ, æ, Terra rubri coloris, qua fabri materiarij lineas ducunt. {ששר *schaschár.* μίλτος. GAL. *Terre rouge.* ITAL. *Terra rossa.* GERM. Rot erdtrich / das rot ferbet/Rôtel stein / Rubric HISP. *Barro bermejo.* ANGL.*Redde chaulke or earth.*} Colum *lib.* 2. Omnes arbusculas priusquam träsferas, rubrica notare conuenit: vt quum ferentur, easdem cæli partes aspiciant. quas etiam in seminariis conspexerunt. Hac librorum indices, id est, titulos & capita notabant. Quintilian. Ad album & rubricas se transferre. Persius.*Satyr.*5.

Excepto siquid Masuri rubrica notauit.

Hoc de iure publico Fabius, quorum alij se ad album ac rubricas transtulerunt. Prudent.

——*dicant quid condita sit lex*
Bis sex in tabulis, aut cur rubrica minetur.
Quæ prohibet peccare reos?

¶ Rubrica etiam à rubricæ colore, dicta est impetiginis species (quæ in morbo Gallico frequens) secunda, apud Celsum, *lib.* 5. *cap. de impetigine.* Rubrica terra, quæ subrubens est, & rubris arenulis conspersa. Columell.*lib.*2.*cap.*10. Id, vt dixi, exilem amat terram, & rubricam præcipuè.

Rubrico, rubricâ signo: item rubrum facio. Vt apud Claudian. rubricauerit ensem.

Rubrĭcātŭs, a, um, quod est rubrica intinctum. { מאדם *meuddám.* μιλτωτός. GALL. *Teint de terre rouge.* ITAL. *Cosa imbruttata di terra rossa.* GERM. Rot geferbt. HISP.*Cosa ensuziada de barro bermejo.* ANG.*That is dipped with redde chaulke.*} Hieronymus *in Exodum*, Pelles arietum rubricatas. Rubricata linea, est qua fabri vtuntur ad opus suum dirigendum & bene coaptandum, ne vlla inæqualitas appareat. Cornutus *in Pers. Sat.*1.

Rubrīcĕră, æ, Color quem mulieres genis inducunt. ἀνδρείκελον. Plaut. *in Truc.* Buccas rubriceta, & omne corpus intinxit tibi. Alio nomine purpurissum dicitur: vnde idem Plaut. *ibidem*, Buccas purpurissatas & rubriceta tinctas, in eadem effert significatione.

Rubrĭcōsŭs, a, um, adiect. Rubrica abundans, vel rubricæ similis. { μιλτώδης. *Plein de terre rouge.* ITAL.*Pieno di terra rossa.* GERM. Das voll rot erdtrichs / oder rotfärbender matery ist/der Rubric gleich. HISP. *Lleno de barro bermejo.* ANGL. *Full of redde chaulk or ruddle to marksheepe.*} vt, Terra rubricosa, ex qua rubrica effoditur: aut quæ rubra est ad similitudinem rubricæ. Colum.*lib.*4. *cap.*33. Spissum solum & rubricosum reformidat.

Rubricatus

Rubricatus Ptolemæo, Rubricatum Plinio, Fluuius est Tarraconensis Hispaniæ, Lalætanos & Indigetes dirimens ab Ilergetibus. Vide Ptolemæum *lib.2.cap.6.*& Plin.*lib.3.c.3.*

Rubrum, vermiculum, quem Græci cæcum dicunt. Papias.

Rubrum mare, pars Oceani, Arabiam à Meridie alluens, ad Occidentem Arabico, ab Ortu Persico sinu terminata. { ים סוף *iam suph.* ἐρυθρὰ θάλασσα. } Rubrum autem mare dictum est imitatione Græcorum, qui ἐρυθρὰν θάλασσαν vocauerunt, siue quòd eius coloris aquam esse crediderint, quod tamen falsum esse constat: siue quòd ob rubras arenas aqua rubra esse appareat, siue ab Erythra Rege Persei & Andromedes filio, qui proxima mari huic loca tenuit. Plin.*lib.5.c.23.* Irrupit deinde & in hac parte geminum mare in terras, quòd rubrum dixere nostri, Græci Erythræum à rege Erythra: aut (vt alij) Solis repercussu talem reddi colorem existimantes, alij ab arena terráque: alij à tali aquæ ipsius natura.

Rubrus, a, um, idem quod Ruber, de quo suprà. Apud Solinum *cap.53.* Colores duos sunt quos fingere non valet, rubrus & candidus; cæteros facilè mentitur, de chamæleonte.

RVBVS, i, frutex notissimus, passim in dumis prouenienѕ, flagellis lentis, & nisi quis occurrat, quod aduncis spinis comprehendat, & humi sparsis, capitibúsque nonnunquam in terram defixis, & radicem denuò ex se agentibus, quæ res agricolas primùm propagandarum vitium rationem videtur docuisse. { סנה *seneh.* βάτος. GALL. *Vne ronce.* ITAL. *Rubo, rogo.* GERM. Bramber staud. HISP. *çarça* ANG. *A bramble, the black berie tree.* } Florem habet candidum, & fructum moris non absimilem Horat.1. *Carm.*

——seu virides rubum
Dimouere lacertæ.

Virg.3.*Eclog.*

Mella fluant illi ferat & rubus asper amomum.

Quintilianus *lib. 9. cap. 4.* Rubos armis excidimus. ¶ Rubus Idæus, frutex est superiori non dissimilis, tenerior tamen, & minoribus horrens spinis; quanquam & sine spinis inueniatur. Copiosissimè prouenit in Ida monte: vnde & nomen habet. ¶ Rubus caninus, frutex est arbusculæ instar, rubo longè maior, folia ferens multa latiora myrto, firmis circa ramos spinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo oliuæ simili, qui per maturitatem fulуescit, & flocculos intus continet, lanæ quandam speciem præ se ferentes. κυνόσβατος. Galli *esglanteriam* nominant. ‖Dalecamp.ad Plin.

Rubus { qui morum fert. { excelsus, βάτος. Humistratus, χαμαίβατος, νεβράπασος. } qui rosam gignit. { Cynosbatos, siue cynospastos. Cynorrhodus, *rosier sauuage.* } Idæus *framboisier.* { Spinosus. Non spinosus. ‖ } }

Rubetum, i, locus in quo rubi copiosè proueniunt, vel ipsa ruborum copia. { βατών. GALL. *Vn lieu où croissent force ronces, & esglantiers, buissonnerie.* ITAL. *Macchione.* GERM. Ein ort an dem vil Brambeer standen stehen. HISP. *El çarçal, lugar de çarças.* ANGL. *A place where many brambles growe.* } Ouid. *Metam.*

Cornaque & in duris hærentia mora rubetis

Ructa, vel frumen in homine, rumen in bestia, pars gutturis gurgulioni proxima. Ita Gl. Isid. al. *crustum.*

RVCTVS, us, ui, est propriè cibi & potus in stomacho malè concocti ventosa per os efflatio. { ἐρυγή. GAL. *Rot, rottement.* ITAL. *Rutto.* GER. Ein görpß kopp/oder kopß. HISP. *Regueldo.* ANGL. *A belche and breaking of wind vpward.* } Martial *lib.1.*

Ista linunt dentes ientacula, sed nihil obstant,
Extremo ructus quum venit à barathro.

Cic. *Pæto, lib.6.* Stoici crepitus aiunt æquè liberos ac ructus esse oportere. Colum.*lib.6.* Cruditatis signa sunt crebri ructus, ac ventri sonitus, fastidia cibi, neruorum intentio hebetes oculi Plin. *lib.21. cap.18.* Anethum quoque ructus mouet, & tormina sedat. Plaut. *Pseud sc.2.a.5.* Suauis ructus mihi est.

Rūcto, as, est ructus emitto. { ἐρεύγω GAL. *Rotter.* ITAL. *Ruttare.* GERM. Görpsen/Reupsen/Grönen/grölzen/koppen. HISP. *Regordar.* ANGL. *To belche, or bealk or break wind vpward.* } Iuuen. *Sat.4.* laudare paratus, Si bene ructauit, si rectum minxit amicus. Cic. *ad Cornificium lib. 12.* Quem ego ructantem, nauseantem conieci in Cæsaris Octauiani plagas. Plaut. *Pseud.* Pergin' ructare tu mihi?

Rūctŏr, aris, deponens, Ructo. ἐρεύγω. Varro.3. *de re rust.cap.2.* Ego, inquit, te præsertim, cuius aues hospitales etiam nunc ructor, quas mihi apposuisti paucis antè diebus. Horat.*in Arte,*

Hic dum sublimeis versus ructatur, & errat.

Ructito, as, are, frequentatiuum. Colum. *lib.6.cap 6.* de boue ægrotante sit inquit, Gemitus exprimit, locóque stare non patitur, sæpe decumbere, & ructitare cœpit, caudámque crebrius agere. Sunt tamen qui hunc locum corruptum velint, legi autem debere, agitare caput, caudámque, &c.

Rūctātus, a, um, pro eructatus, vel ructando eiectus. { ἀπερευχθείς, ἀπερυγείς. GALL. *Ietté en rottant.* ITAL. *Gittato ruttando.* GERM. Außgeworffen mit görpsen. HISP. *Echado regolgando.* ANGL. *Cast forth by bealking.* } Ructari cruores. Silius *lib. 15.* Permiscétque mero ructatos ore cruores.

Rūctātŏr, is, & Ructatrix, verbalia Martial. *lib.10.*

Nec deest ructatrix mētha, nec herba salax. ἡ ἐρευγομένη, ἡ ἐρευγτική.

‖ Ructum, frumen. Gl. Isid. aliàs *Crustum* Cerda ‖

Rūctŭōsŭs, a, um, ὁ ἢ ἡ ἐρυγματώδης, ἐρυγματώδης. Spiritus ructuosi. Quintil.*lib.4.cap.2.* Ructuosos spiritus geminare.

Rudens, vide *Rudo.*

Rūdēro, Rudetum, vide *Rudus.*

Rūdĭæ, arum, ῥυδίαι Ptolemæo. ῥοδαὶ Stephano, siue Rhudia, æ, Plinio: siue, vt apud Strabonem legitur, Rhodæi, orum, oppidum Pediculorum, siue Salentinorum, non procul à Brundusio, à Græcis conditum, patria Ennij Poëtæ. Post Barium (inquit Mela *lib.2.*) Egnaria & Ennio ciue nobiles Rudiæ. Item Silius, Miserunt Calabri, Rudiæ genuere vetustę.

Rŭdĭŭs, a, um. Cicero pro Archia poëta, de Ennio loquens, Ergo illum qui hæc fecerat, Rudium hominum maiores nostri in ciuitatem acceperunt.

Rūdĭārĭus, Rudicula vide *Rudis* substantiuum.

Rūdīmentum, vide *Rudis* adiectiuum.

‖ Rudatum, i, rudis naturæ habitus Apul.‖

RVDIS, substantiuum, fœminini generis. Virga rudis & impolita, siue ea lignea sit sine ferrea, quæ variis olim vsibus accommodabatur. { σπάθη. GALL. *Vne verge de bois sans estre accoustrée.* ITAL. *Verga di legno nō ornata che si daua à soldati vecchi, quando cessauano della militia.* GER. Ein vngehoblete vnbereitete ruten sie sey hölzen oder heysen. HISP. *Vara no polida y labrada.* ANGL. *An vnprepared or polished rodde.* } Nam & rudibus agitabantur ea quæ ad ignem coquebantur, aut alia ratione miscebantur. Plin. *lib.34.* Vritur in patinis per laminas minutas cum sulphure, versatum rudibus ferreis. aut ferulaceis. Cato *de re rust.c.104.* Hæc rude misceto ter in die, quinque dies continuos. ¶ Rudibus item depugnabant gladiatores, teste Lampridio, qui refert, Commodum in arena rudibus inter cubiculares gladiatores depugnasse. Hinc rudibus batuere. Suet. *in Calig.c.32.* Mirmillionem è ludo rudibus batuentem, & sponte prostratum, &c. Hinc ad rudem compellere, idem est quod cogere depugnare Cic.*Octauio* Qui veteres gladiatores reliquias ludis Cæsari ad rudem compulisti, Iidem quoties aut ætate emeriti, aut multis iam relatis palmis, vacatione digni videbantur, rude à Prætore donabantur. Idem 5. *Philipp.* Tam bonus gladiator tam citò rudem accepisti? Ouid. *Eleg. 8.lib.4.Trist.*

Me quoque donari iam rude tempus erat.

Sueton. *in Claud.cap.21.* Cum essedatio, magno omnium fauore rudem indulsisset. Horat.1. *Epist.*

Spectatum satis, & donatum iam rude, quæris
Mecœnas iterum antiquo me includere ludo.

Vbi Donatus *rude*, per translationem dixit pro eo quod est, ætate emeritum. Gladiatores enim accepta rude, ab omni depugnandi necessitate eximebantur. Quo fit vt Rudem pro libertate, & optato rei cuiusuis fine accipiamus. Iuuenalis,

Ergo sibi dabit ipse rudem.

Rŭdĭcŭlă, æ, diminutiuum, Parua virga impolita, ad multa vtilis, potissimùm autem ad mouenda & agitanda ea quæ super ignem decoquuntur. { σπάθη. GAL. *Vne petite verge ou espatule dequoy on remuë les choses qu'on cuit sur le feu.* ITAL. *Verga ò spadola da mescolare nelle cose che si muouono sopra il fuoco.* GERM. Ein vngehoblet oder vnbereitet rütle oder stängelin/als die sind mit denen man etwas ob dem Feur vmbrüret. HISP. *El rodauillo ò palo para mecer.* ANGL. *A stick or ladell wher with men do stirre the thinges that ar sodden on the fire.* } Cato *cap.9.* Igni bene coquito, rudicula agitato crebrò, vsque adeo dum fiat tam crassum, quàm mel. Plin. *lib.20.* Non est opus in hoc vsu lanas rudiculis esse curatas.

Rūdĭārĭī, dicti sunt qui impetrarunt missionem artis gladiatoriæ, donati rude. οἱ ἀπεσταλμένοι. Sueton. *in Tiber. cap.7.* Rudariis quoque quibusdam reuocatis autoramento centum millium dedit. ¶ Item Rudiarij dicuntur qui saga rudia, & noua poliunt, vt ait Hermolaus ex Festo.

RVDIS, e, asper, impolitus. { αὐτοσχέδιος, αὐτόχθονος, ἄξεστος. GALL. *Rude, nouueau, rustaut.* ITAL. *Ogni cosa rozza.* GERM. Vnbereitet/ vngewerckt/ rauw. HISP. *Cosa no labrada ò no enseñada* ANG. *Rude, rusticall.* } vt, Rude marmor, ebur rude cui artificiosa forma nulla adhuc est inducta. Rude argentum, id est, infectum, quod neque signatum est, neque alium in vsum laboratum. Liber rudis, id est, non satis diligenter excultus. Cic. *de Orat.* Quæ pueris nobis inchoata & rudia exciderunt. ¶ Transfertur inde ad animum, rudésque illi dicuntur, qui adhuc animum non expoliuere disciplinis, & doctrina, rerúmque vsu. ἀμαθεῖς, ἄπειροι. Idem 2. *de nat.deor.* Rudem me discipulum, integrúmque accipe. Ouid. *Eleg.6.lib.2.Trist.*

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Idem *Eleg.3. lib.3 Trist.*

Ad mala iampridem non rude pectus habes.

Gell.*cap.21.lib.15.* Rudia tempora nec expolita doctrina. Idem *cap.23. lib.13.* Inexcultæ, & rudes villæ. Velleius, Rudis erat studiis, Sextus Pompeius. Quintilian. Rudes anni (pueritiæ,) Velleius, Rudis intellectus Corinthiorum (vasorum) Plin *lib.2. cap.7.* Sedere cœpit sententia hæc, paritérque & eruditum vulgus, & rudem in eam cursu vadit. ¶ Rudis, genitiuo aliquando iungitur. Cic.*pro Flacco,* Homines impediti, rerum omnium rudes ignarique. Idem *lib.1.Offic.* Rudes Græcarum literarum. Aliquando accusatiuo cum præpositione Ad. Liuius 4. *belli Punic.* Rudem ad pedestria bella Numidarum gentem esse, equis tantùm habilem. Aliquando ablatiuo cum præpositione In. Cic.1. *de Orat.* Rudem in iure ciuili. ¶ Ponitur aliquando rudis pro rustico. Iuuenal. *Satyr.11.*

Tunc rudis, & Graias mirari nescius artes,
Magnorum artificum frangebat pocula miles.

¶ Interdum pro duro & inclementi. Terent.*in Phorm.* Adeon' te esse ingenio rudi & inexorabili?

Rŭdĭtās, atis, disciplinarum, rerúmque imperitia. { ἀμαθία, ἀπειρία. GALL. *Rudesse, ignorance.* ITAL. *Rusticità, ignoranza totale.* GER. Grobheit deß verstandts/ vnkönnenheit/ vnerfachrung. HISP. *Nouedad ò ignorancia.* ANG. *Rudnesse, ignorance.* }

Rŭdīmentum, i, Primum artis cuiusuis tyrocinium, seu prima disciplina, qua rudes imbuuntur. { προπαιδεία, εἰσαγωγή, εἰσήγησις. GALL. *Les premiers commencemens de quelque art, apprentissage, Esbauchement, coup d'essay.* ITAL. *Primo ammaestramento.* GER. Der anfang oder einfeltigest bericht/ so man einem fürgibt/ der noch rauw ist/vnd erst anfahet lehrnen. HISP. *Lo principio ò comienço de alguna arte.* ANG. *The first rudiment or instruction or theaching of any thing.* } Vnde ponere rudimenta dicimus pro eo quod est artis alicuius principiis operam dare: quanquam figuratè simpliciter accipiatur pro rem quamlibet incipere. Cic. *in Salust.* Verùm eò magis odisse debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare, minimis rebus posuit rudimentum: sed ita ingressus est, vt neque ab alio vinci possit, &c. Liu.1.*bell. Maced.* Responsum, & patrem eius Syphacem

Syphacem sine causa ex socio & amico hostem repentè populi Romani factum: & eum ipsum rudimenta adolescentiæ bello lacessentem Romanos posuisse. Sueton. *in Ner. cap.* 22. Mox & ipse aurigare, atque etiam spectari sæpiùs voluit, positóque in hortis inter seruitia & sordidam plebem rudimento, vniuersorum se oculis in Circo maximo præbuit. Iustin. *lib.* 9. Alexandrum filium XVIII. annos natum, vt sub militia patris tyrocinij rudimenta deponeret, ad se accersit. ¶ Rudimenta & incunabula virtutis. Rudimentum lucis, pro vitæ initio, apud Plin *in Prœm. lib.* 7. Et Gell. *cap.* 1. *lib.* 12. Ad fouenda vitæ & lucis rudimenta. (i. infantem recens natum) præstò est, (lac sup) Senec. *Epist.* 89. Rudimenta hæc sunt non opera. Sueton. *in Aug. c.* 64 Nepotes litteras, & natare, aliáque rudimenta per se plerunque docuit. Idem *in Tiber. cap.* 8. Ciuilium officiorum rudimentis, Regem Archelaum, Trallianos, & Thessalos, varia quosque de caussa, Augusto cognoscente, defendit.

Rūdo is, udi, asperam vocem edo. Propriè ad asinos pertinet, qui rudere dicuntur quum vocem emittunt. {נער *naḥár*. ὀγκάομαι. GAL. *Recaner, rugir, braire comme asne ou lion.* ITAL. *Ragghiare.* GERM. Gigagen/schreien wie ein Esel. HISP. *Rebuznar, proprio del asno.* ANGL. *To braye lik an asse or lyone.*} Ouid. 3. *de Arte,*

Vt rudit à scabra turpis asella mola.

¶ Idem *lib.* 6. *Fast.* Intempestiuo cum rudit ille sono. (Asellus, sup.)
¶ Abusiuè & de leonibus, & de hominibus dicitur, Virg. 7. *Æneid.*

Hinc exaudiri gemitus, iræque leonum
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum.

Idem 9. *Æneid. de Caco,* inclusúmque cauo saxo, atque insueta rudentem. Persius primam verbi eius syllabam produxit, quum in exemplis iam citatis corripiatur.

Rudor, is, ruditas. Apul.

Rūdēns, tis, participium. {נער *noḥér.* ὀγκώμενος. GAL. *Qui recane ou rugit, rugissant.* ITAL. *Che raggina.* GERM. Schreyend wie ein Esel. HISP. *Cosa que rebuzna.* ANGL. *That brayeth likan asse.*} Ouid. 1. *Fast.* Ecce rudens rauco Sileni victor asellus, Intempestiuos edidit ore sonos.
¶ Rudens substantiuum, vide sequentia.

Rūdēntisībĭlŭs, Sibilus qui rudendo emittitur. vox antiqua poëtarum licentia à Pacuuio conficta, quemadmodum incuruiceruicum pecus. Varro *lib. de ling. Lat.* eodem modo Lucillius domiporta, & repandirostum.

Rūdēns, tis, substantiuum, tam masc. quàm fœm. gener. Funem nauticum maiorem significans, à malo ad puppim religatum. {חבל *chebél.* κάλως. GAL. *Chable ou grosse corde de nauire.* ITAL. *Corda, fune, spago, sarta.* GERM. Ein groß Schiffseil. HISP. *La cuerda de la naue.* ANG. *A cable rope.*} Quintilia. Aptare vela & rudentes disponere. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

Nunc quoque contenti strident Aquilone rudentes.

quanquam etiam pro eo Plinius accepisse videtur quo naues continenti alligantur, quem Græci appellant πρυμνήσιον. Virg. 3. *Æneid.*

——excussósque iubet laxare rudentes.

Plaut. *Rud.* Dum hanc rudentem complico. Catullus. Candidáque intorti sustollant vela rudentes. Cicer. 5. *Tusc.* Vt mihi illud Laconis dictum in hos cadere videatur, qui glorianti cuidam mercatori, quòd multas naues in omnem oram maritimam dimisisset: non sanè optabilis est quidem, inquit, rudentibus apta fortuna. Idem 1. *de diuin.* Sed est quasi rudentis explicatio. ¶ Rudentes autem ea de causa sapientissimi dictos volunt, quòd funes cùm vento verberantur, rudere existimentur, atque hunc sonum proprium funium, non asinorum putat. Ex Nonio. Rudentem seu funem omnem mouere, pro omnia tentare & experiri. Metaphora sumpta à difficili nauigatione, in qua sunt omnia tentanda Ex Erasino.

RVDVS, eris, Lapidum frusta, & ruinarum materies. Est autem duplex, nouum scilicet, & vetus. {ἐρείπιον. GAL. *Toute rude matiere, soit vieille, soit neufue, moillons plastras & seblables.* ITAL. *Scaglia, ogni vecchia materia di roto edificio, come pietre, calci & simili.* GERM. Allerley matery von einem zerbrochnen gebeuw/als zerbrochne stein/kalck/ scherben vnd dergleichen HISP. *La vassura.* ANGL. *Shardes or peeces of stones brokẽ, rubbell or rubbish of oldh houses.*} Nouum rudus est materia pauimenti, hoc est, saxa recens contusa, seu testæ confractæ cum calce ad pauimentum faciendum. Vitruu. *lib.* 7. Deinde ruderi nouo pars tusæ admisceatur, calcísque duæ partes ad quinque mortarij misti omnibus præstent responsum. Vetus rudus, est materia veterum pauimentorum, & dirutorum ædificiorum, quæ lapidibus & testis confractis, calcéque arena commista constat. Plinius, Complantatæ veteri rudere erant viæ. Liu. *lib.* 6. *bell. Pun.* Cùm rudera milites religione inducti iacerent. Suet. *in Ner. c.* 38. Pollicitus cadauerum & ruderum gratuitam egestionem, nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit. ¶ Antiqui *Raudus* & *rodus* dicebant, teste Festo, eóque nomine, non solùm lapidum fragmenta, verum etiam rem omnem rudem, & impolitam significant. Qua de re vide plura paulò antè in dictione *Raudus.*

Rudusculum, vide suprà in *Raudus.*

Rūdĕro, as, est, rudus induco: vt *erudero*, rudus eiicio. {καταρειπόω. GAL. *Pauer ou remplir de mouillon neuf ou de vieilles matieres d'edifices ruinez.* ITAL. *Empire di tale materia, mescolataui calcina.* GER. Mit stein vnd kalck gemusel beschütten. HISP. *Xaharrar ò ripiar la pared.* ANG. *To paue or fill with rubbish of old houses.*} Vitruu. *lib.* 7. *cap.* 1. Ne minori saxo quàm quod possit manus implere, crustuminationibus inductis ruderetur. ¶ Eruderare verò est rudus eiicere. ἐξερειπόω. Varro *de re rust. lib.* 2. *cap.* 2. Solùm oportet esse eruderatum & procliuum, vt euerri facilè queat.

Ruderatus ager, dicitur qui veterum ædificiorum materia scatet. ἐρειπώδης, χερμάδης, ἐρειπίων μεστός. Plinius *lib.* 21. *cap.* 4. Rosam siccis locis quàm humidis odoratiorem constat nasci: ferendam nec pinguibus, nec argillosis locis, contentámque raris: Propriéque ruderatum agrum amare.

Rūdĕrātĭo, nis, verbale. ἐρείπωσις. Vitruu. *lib* 7. *c.* 1. Primúmque incipiam de ruderatione, quæ principia tenet expolitionum.

Ruderarius, a, um, ad rudera expurganda factus: vt Ruderarium cribrum, ab Apuleio appellatur cribri genus maius, ex membranis, minutis foraminibus pertusa, quo rudera, hoc est, lapilli, consimiléque sordes è frumento expurgantur. Pollinarium autem, siue excussorium cribrum dicitur, quod ex setis equinis, aut linteo rariore confici solet, ad pollinem à furfuribus secernendum.

Rŭdētum, i, locus plenus rudere, hoc est, lapidum fragmentis & materia ruinæ. {ἐρειπιώδης τόπος. GALL. *Vn lieu plein de vieilles matieres de bastimens, cheuts ou abbatus.* ITAL. *Luogo pieno di scoglie.* GER. Ein ort das da ligt voll scherben / steinen / vnd anderem gemusel eines zerbrochnen gemeurs. HISP. *Cosa llena de los cassatos de los edificios viejos.* ANG. *A place full of rubbell or shardes of old houses.*} Cato, Lentem in rudeto & rubricoso loco qui herbosus non siet, serito.

Rufæ, oppidum Campaniæ, cuius meminit Macrob. *lib.* 7. Quippe Rufas, Batulúmque tenent, &c.

Rufillus, & Gorgonius, duo quidam, de quibus prouerbialiter illud dictum est ab Horatio, Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. In duos aliquos diuersis laborantes vitiis. Siquidem vt vitio dandum, siquis hircum oleat: ita adæquè vituperandum, siquis oleat vnguenta. Nam pastilli, pilulæ sunt vnguentariæ. Alterum spurci est, alterum mollis.

Rufinus, vir consularis à Fabricio Censore damnatus, quòd decem pondo argenti apud eum inuenta essent. ¶ Rufinus alter, vnà cum Stilicone & Gildone relictus à Theodosio Iuniore imperij administrator, pro tutela Arcadij & Honorij filiorum: Gildo in Africa, Stilicon in occidente, Rufinus verò in Oriente: omnes sanè cupiditate regni incensi in suos principes arma conuerterunt, ex quo diuersis modis oppressi periere. Extant in hunc Rufinum Claudiani poëtæ inuectiuæ.

Rufrimaceriæ, plurali numero, oppidum Campaniæ. Cato *cap.* 22. Venduntur ad Rufrimacerias numis centum octoginta, &c.

RVFVS, a, um, color non planè ruber, sed ad flauum nonnihil declinans. {אדמוני *adhmoni* אדמדם *adhamdhám.* ξανθός, πυῤῥός. GALL. *Roux.* ITAL. *Rosso.* GERM. Feuerrot oder rotprecht. HISP. *Ruuio, roxo ò bermejo.* ANGL. *Reddishe, or somewhat redde with yallow.*} Martial. *epigram.* 129. *lib.* 14.

Rufus color pueris militibúsque gratus.

Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Qua facie fuit? Rufus quidam, ventriosus. Martial. *lib.* 14.

Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis.

Terentius *in Heauton.* Rufámque illam virginem, &c. Plin. *lib.* 12. *cap.* 12. Sincerum quidem leuitate deprehenditur & colore rufo. Rufior comparatiuus. Idem *lib.* 16. *cap.* 14. Namque & materies maris dura, rufiórque ac nodosa. ¶ Rufus color dictus à rubore. Vide Gell. *cap.* 26. *lib.* 2

Rŭfŭlŭs, diminutiuum. {ὑπόπυῤῥος. GALL. *Rousselet.* ITAL. *Rosseto.* GERM. Rotlecht. HISP. *Ruuio vn peco.* ANG. *A litle reddish and yallow.*} Plaut. *in Amph.* Vt primùm coiuit cicatrix rufula. Idem *in Asin. sc.* 3. *a.* 2. Macilentis malis, rufulus.

Rufuli, appellati sunt Tribuni militum, non à populo, sed à Consule facti, quòd de eorum iure Rutilius Rufus legem tulerit. Hi postea mutatione vnius literæ Rutuli sunt appellati. Festus.

Rŭfĕo, es, Rufus sum. {אדם *adhám.* ξανθός εἰμι. GALL. *Deuenir roux.* ITAL. *Essere rosso.* GERM. Rot sein. HISP. *Enruuiarse, enroxarse.* ANGL. *To waxe somewhat reddish and yallow.*} vnde Rufesco. ξανθίζομαι. Plinius *lib.* 10. *capit.* 29. Grues senectute nigrescunt: merula ex nigra rufescit.

Rŭfo, as, Rufum facio {ξανθίζω, πυῤῥόω. GALL. *Roussir, faire roux.* ITAL. *Far rosso.* GERM. Rot machen. HISP. *Enruuiar ò enroxar otra cosa.* ANGL. *To mak reddush.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 22. Rufatur capillus primùm prodeuntibus nucleis Et *lib.* 23. *c.* 2. Tunc addito lentisco oleo illita vna nocte rufat capillum.

Rufus Purpurio, Legatus Romanorum in concilio Ætolorum, apud Liu. *lib.* 31. ¶ Rufus, Centurio sub Scipione Africano, cuius & res gestas, & & belli apparatum descripsit. Autor Appianus. ¶ Virginius Rufus, orator egregius, interfectus à Nerone, de quo Tacitus Virginium (inquit) Rufum claritudo nominis extulit. Et *paulò inferiùs,* Nam Virginius Rufus studia iuuenum eloquentia, Musonius præceptis sapientiæ fouebat. Rufus poëta Bononiensis, cuius meminit Martial.

Fundo tuo lacrymas orbata Bononia Rufo,
Et resonet tota planctus in Æmilia.

¶ Rufus medicus insignis, qui sub Troiano principe floruit, multáque conscripsit, quorum nihil ad nos peruenit: sæpe tamen ab aliis testis citatur. ¶ Rufus, Corinthius sophista, quanquam diuitiis & generis nobilitate pollebat: plus tamen ad eius laudem dicendi gloria linguæque gratia contulit. Autor Philostratus.

Ruga, cognomen siue cognomentum fuit Sp. Carbilij, viri nobilis. Gell. *cap.* 3. *lib.* 4.

RVGA, æ, Contractio cutis in plicas & quosdam quasi sulcos: cuiusmodi in senibus conspici solent. {כמט *chcháb* ῥυτίς. GALL. *Ridé, plis.* ITAL. *Rappa, falda, respargriccia.* GERM. Ein runtzel. HISP. *La Ruga.* ANGL. *A wrinkle.*} Cicero 1. *de senectute.* Non cani, non rugæ repentè autoritatem arripere possunt, sed honestè acta superior ætas. Ouidius. 14. *Metamorph.*

——& rugis perarauit anilibus ora.

Idem 1. *de Arte,*

Iam venient rugæ quæ tibi corpus arent.

Persius,

——Iam decies redit in rugas.

Iuuen. *Satyr.* 14.

Hoc quoque si rugam trahit, extenditque labellum.

Tanta summa non satiat, sed corrugat, & iratum reddit adductúmque vultum. Plicæ quoque in vestibus eminentes, rugæ dicuntur: quemadmodum contra cauitates inter plicas, sinus appellamus. Plin. *lib.* 5. *c.* 8. Præter quæ in veste rugas & sinus inuenit. ¶ In arborum quoque fructibus qui ante maturitatem sunt decerpti, asperitates quædam, & corticis contractiones oriuntur, quæ à similitudine rugarum anilium veniunt, & ipsæ in nominis huius communionem. Plin. *lib.* 12. *c.* 7. Semina

mina piperis distant à iunipero paruulis siliquis, quales in phaseolis videmus. Hæ priusquam dehiscant, decerptæ, tostæque sole, faciunt, quod vocatur piper longum. Paulatim verò dehiscentes per maturitatem, ostendunt candidum piper, quod deinde tostum solibus rugis coloréque mutatur. Et *paulò post*, Deest tosta illa maturitas, ideoque & rugarum colorísque similitudo.

Rūgōsŭs, a, um, adiectiuum, Rugis plenum, contractum. {ῥυτιδώδης. GAL. *Plein de rides, ridé, plein de plis.* ITAL. *Pieno de crisp.* GER. Runtzlechtig/ voll runtzlen. HISP. *Cosa llena de rugas.* ANG. *Full of wrinkles or plaites.*} Colum. *lib.* 12. *cap.* 43. Sed hæc ratio facit rugosa acina, & penè tam dulcia, &c. Idem *lib.* 16. *c.* 31. Cortex omnibus in senectute erugosior. Facies rugosior, vua passa. Claudian. 1. *in Eutro.* Martial. *lib.* 5.

Rugosiorem stola quum geras frontem,
Et araneārum cassibus pares mammas.

Rūgo, as, Rugas contraho. {כחח *chabáh* קמט *kamát.* ῥυτιδόω. GALL. *Faire ride, se rider & plier en plis comme vne robe se plie.* ITAL. *Infaldare, increspare.* GER. Felchtig/oder gerumpffen machen. HISP. *Arrugarse.* ANG. *To mack wrinckes.*} Plaut. *in Cas.* Vide palliolum vt rugat. Rugata testa, apud Plin. *lib.* 9. *cap.* 33. Vnde Corrugo, in rugas contraho. συνίστημι εἰς ῥυτίδας, ῥυτιδόω. Horat. 1. *Epist.* 3.

Ne turpe toral, ne sordidat mappa
Corruget nares

✠ Erugare. de quo suo loco.

Rŭgĭo, is, iui, & ij. {שאג *schaágh.* βρυχάομαι. GAL. *Rugir, bruire, bugler.* ITAL. *Ruggire.* GERM. Brüllen oder rurren wie ein löw. HISP. *Bramar el leon.* ANG. *To roare lyk alyon.*} vnde Rugitus, qui propriè leonis est, quum vocem emittit. βρυχηθμός. Hieronym. *Amos.* 3. Leo rugiet, quis non timebit? Autor Philomelæ, Tigrides indomitæ rancant, rugiúntque leones. Hinc componitur irrugio, gis: de quo suprà suo loco.

Rūgĭtŭs, us, verb. à Rugio, vox leonis. {שאגה *scheagháh.* βρυχηθμός.}

Rŭīdŭs, a, um, adiectiuum à ruendo, hoc est, à cadendo, vt quidam volunt, deductum: vt pilum ruidum, cuius crebro casu frumenta pinsuntur. ἄξεστος. Plin. *lib.* 18 *cap.* 10. Pistura non omnium facilis. Quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato, fistula serrata, & stella intus denticulata: vt nisi intenti pinsant, concidantur grana, ferróque frangantur. Maior pars Italiæ ruido vtitur pilo, rotis etiam quas aqua verset obiter, & molat. Quem tamen Plinij locum explicans Hermolaus, ruidum pilum dictum innuit, non à ruendo, sed ab asperitate quasi ruuidum: siue (vt alij scribunt) rubidum: quod nomen antiquis asperum & impolitum significabat. Verba Hermolai sunt hæc, Præferratum pilum in molendo propterea vocatur Plinio, vt à pilo ruido (sic enim ipse vocat) quod sine ferro est, id nomen habeat, quam quod asperum, impolitúmque.

Rŭīnă, vide *Ruo.*

Rulla, æ, vide *Rullum.*

Rullus, Tribunus plebis fuit, Agrariæ legis promulgator, quam Cicero in Consulatu suo euertit. Hic, teste Plinio *lib.* 8. *c.* 51. solidum aprum, Romanorum primus in epulis apposuit. Plutarch. *in Fabio*, Fabius Rullus cognomento Maximus.

Rūmă, æ, à veteribus dicebatur mamma, vt annotauit Nonius, citans locum Catonis ex opere de liberis educandis. {שד *schad* דד *dhadh.* μαστὸς, θηλή. GALL. *Mammelle.* ITAL. *Poppa, poccia, tetta.* GER. Ein dutten. HISP. *Teta.* ANGL. *The dugge or pape or teat of a beast.*} Romani (inquit Cato) prisco vocabulo mammam appellarunt: à qua subrumi etiam nunc appellantur agni. ¶ Romulum quoque & Remum à Ruma, i. mamma, appellatos esse scribit. ¶ Hinc etiam Irrumare dicebant antiqui pro lactare: quasi rumam in os inserere. quod tamen verbum postea ad fœdæ libidinis significationem est translatum, vt latius videre licet suo loco. ¶ Rumam præterea Seruius interpretatur, eminentiorem coli partem, ad quam demissus cibus à certis reuocatur animalibus. Quod & ipsum Festus innuere videtur, quum rumare antiquos dixisse ait pro ruminare.

Rumbus, figura æquilatera, sed non recti angula. Papias. Id verò est *Rhombus*, de quo suprà.

Rūmĕn, inis, propriè in animalibus quibusdam dicitur quidam quasi ventriculus, quo illa pabulum ad tempus demittunt, indéque rursus ad os reuocant: vnde & ruminatio nomen accepit. {τὸ ἄνω τ. γαστρὸς, ὁ κεκρύφαλος. GALL. *Le haut du ventricule des bestes ruminantes.* ITAL. *La gola.* GERM. Der vorwanst der thieren auss den sie die speiss wider holen/vnd widerkeuwen. HISP. *La crucera con que tragamos.* ANG. *The cudde.*} Rumen, inquit Nonius, locus est in ventre quo cibus demittitur, & vnde redditur. ¶ Per translationem tamen pro ipso etiam sumitur ventriculo, cibi & potus receptaculo. Pompon. *Prostibulo*, vt citat idem Nonius, Ego rumorem parui facio, dum sit rumen qui impleam. Festus tamen interpretatur partem colli qua esca deuoratur. Rumen item antiqui pro ruma accipiebant, hoc est pro vbere siue mamma. Plin. *l b.* 15. *c.* 18. Colitur ficus arbor in foro ac Comitio Romæ nata, sacra, fulguribus item conditis: magísque ob memoriam eius, quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata: quoniam sub ea inuenta est lupa infantibus præbens rumen: ita enim vocabant mammam. Hæc Plinius. Illa autem olim à rumine Rumina dicebatur. Nunc à Romulo Romula appellatur, vt videre est in dictione sequenti.

Ruminus, a, um: vt ficus Rumina. Ouid. 2 *Fast.*

Quaque vocatur Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.

De ea, & vnde dicta, legendus Plutarch *in Rom.* & Plin *suprà in Rumen.* Item alij infrà in dictionibus Ruminalis, & Rumia.

RVMINO, as, & Ruminor, aris deponens, Remando, & cibum à rumine ad os reuoco: propriéque de iis dicitur animantibus, quæ in superiore mandibula dentes primores non habent. {גרר *ghar.* ἀναμηρυκάομαι, ἀναμασάομαι. GAL. *Ruminer, remascher ce qu'on a mãgé.* ITAL. *Ruminare, quãdo i buoi ò pecore rimasticano, quando hanno mangiato.* GER. Widerkeuwen/mowen. HISP. *Ruminar los animales, ò rumenar.* ANG. *To chaw the cudde.*} Colum. *lib.* 7. Propter quæ bos neque ruminat, neque lingua se detergit. Virg. 6. *Eclog.*

Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas.

Plin. *lib.* 10. *c.* 37. Ruminant præter iam dicta syluestrium cerui quum à nobis aluntur. Per translationem ponitur pro in memoriam reuoco, & diligenter perpendo. ἀναπεμπάζομαι. Varro *Bimargo*, vt citat Nonius, Odysseam enim Homeri ruminari incipies. Idem *Tanaquile*, apud eundem Nonium, Non modò absens de te sæpius cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem tuam.

Rūmĭnātĭo, nis, verb. actus ruminandi. {גרה *gheráh.* μηρυκισμός. GAL. *Ruminement, remaschement.* ITAL. *Rimasticamẽto.* GERM. Widerkeuwung. HISP. *Obra de ruminar ò rumiar.* ANGL. *A chawing of the cudde.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Quibus neque dentes vtrinque, neque ruminatio. ¶ Ruminatio, rei cuiuspiam in memoriam reuocatio. Cic. *ad Attic. lib.* 2. Quanto magis vidi ex tuis literis, quàm ex illius sermone quid ageretur de ruminatione, &c.

Ruminalis, analogicè erit ad rumen pertinens: rumine vtens, ruminare solens.

Ruminalis ficus, Romæ fuit in Comitio, fulguribus sub ea conditis sacra, à ruminando, vt quidam volunt, dicta, quòd sub ea pecudes æstatis tempore frigora captantes, herbas ruminare consueuerint. Aut certè (vt Plin. *lib* 15. *c.* 18. placere video) ab eo quod sub ea inuenta sit lupa, Romulo & Remo rumen, id est, mammam præbens. Liu. *lib.* 1. *ab vrbe*, Primum Romularem ficum à Romulo dictam putat, quæ deinde voce paulatim deprauata, Ruminalis cœpit appellari. Verba Liuij sunt hæc, Ita velut defuncti regis imperio in proxima alluuie, vbi nunc ficus ruminalis est (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt. ¶ Ruminales hostiæ, eorum animalium quæ ruminant. Plin. *lib.* 8. *c.* 51. Coruncanus ruminales hostias, donec tridentes fierent puras negauit. Ruminam ficum, pro ruminali dixit Ouid. 2. *Fast.*

Arbor erat, remanent vestigia quaque vocatur
Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.

à rumine, i. mamma, vide *Rumen*, suprà, vel à Ruma, quod verbum *Mammam* etiam significat. Vide *Ruma* infra.

Rūmentum, inquit Festus, idem quod abruptio.

Rūmex, icis, herba est syluestris ex lapathi generibus, à quibusdam oxalis appellata, satiuæ proxima, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima. {λάπαθον. GALL *Ozeille, pareille, patience.* ITAL. *Rumice.* GERM. Mengelwurtz oder Grindtwurtz. HISP. *La romaza, yerua conocida.* ANG. *Sower dock or sorell.*} Quidam etiam lapathum cantherinum appellant, ad strumas cum axungia efficacissimum. Virg. *in Moreto,*

Fœcundúsque rumex, malua, violaque virebant.

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Apponunt rumicem, brassicam, betam, &c. Sunt ex recentioribus qui rumicis appellationem latius accipiant, vt ad omnia lapathi genera extendatur. Plin. tamen speciem iam depictam, à cæteris generibus, rumicis nomine distinguit. Vide ipsum *lib.* 20. *cap.* 21. & *lib.* 19. *cap.* 12. ¶ Rumex, teli genus, simile spari Gallici, cuius meminit Lucilius,

Tum spara, tum rumices portantur tragula porrò.

aliter murices. Casaub. *Athen. lib.* 8. 9. ait: In Glossis rectè *Murices* κήρυξ, πορφύρα. Inde in re militari *murices* dicti, qui Græcis τρίβολα, vel σιδήρες κεντρωτοί.

Rūmĭă, siue Rumina, vt alij malunt, dicta est dea quæ rumis, id est, mammis, hoc est, pueris lactentibus præsidebat. {Die Göttin der saugenden kinderen.} cuius meminit & Augustinus *lib.* 4. *de Ciuit. Dei*, Varr. *lib.* 2. *de re rust. cap.* 11. Non negarim, inquam, ideo apud diuæ Rumiæ sacellum à pastoribus satam ficum. Ibi enim solent sacrificare lacte pro vino, & pro lactentibus. Cato de liberis educandis, vt citat Nonius, Hisce lacte fit, non vino, Cuninæ propter cunas, Ruminæ propter rumam: sic prisco vocabulo mammam appellabant, à quo Subrumi etiam nunc dicuntur agni, vt suprà dictum est in *Ruma.*

Rūmĭfĕro, Rumigero, vide *Rumor.*

Rūmĭgārĕ, Apuleius vsus est pro ruminare, &, quod Quintilianus ac Plinius aiunt, remandere, & commanducare, {גר *ghár.* μηρυκάομαι. GALL. *Ruminer, remascher ce qu'on a masché.* ITAL. *Ruminare, masticare bene.* GERM. Widerkeuwen. HISP. *Rumiar.* ANGL. *The chawo the cudde.*} Verba Apuleij sunt hæc *lib.* 4. *de Asin* Iam ferè tertium qualum rumigabam.

Rumigeitri, sunt tela, quorum meminit Gell. *lib.* 10. *c.* 25.

Rūmĭno, Ruminor, vide *Rumen.*

Rūmĭs, Ruma, id est, mamma. Rumis (inquit Festus) mamma dicitur: vnde & rustici appellant hœdos subrumos, qui adhuc sub mammis habentur. שד *schadh* דד *dhadh.* μαστὸς, θηλή. GALL. *Mammelle.* ITAL. *Mammella.* GERM. Ein dutten. HISP. *La teta.* ANGL. *The teat or dugge of a beast.*} Varro *de re rust. cap.* 11. Mamma rumis, siue ruma, vt antè dicebant: inde dicuntur subrumi agni lactentes.

Rumito Fest. Rumitant, rumigerantur. Næuius, Simul alius aliunde rumitant inter se, Vet. Voc. affert etiam composita, Arrumito, corrumito.

Rūmo, as. Antiquis idem erat quod lacto, quasi rumam in os infero. θηλάζω. GAL. *Donner mammelle, allaitter.* ITAL. *Lattare, mettere la mammella in bocca.* GERM. Seugen. *Dar à mamar la leche,* ANGL. *To giue suck.*} Vide paulò antè, *Ruma.*

Rūmŏr, is, Fama, & sermones populi. {שמע *schémah.* φήμη. GAL. *Renommée, bruit de ville.* ITAL. *Rumor, fama, nouella.* GERM. Ein geschrey das von einem ding aussgeht/ein gemein gassenred. HISP. *La fama de nueuas inciertas.* ANGL. *Fame, brute.*} Rumor quid sit, docet Quintil. *declam.* 252. & Rumores alere, Liu. *lib.* 4. *d.* 5. Rumores ire. *Ibidem.* Ouid. *Eleg.* 12 *lib.* 3. *Trist.*

———*Memori rumorem voce referre:*
Et fieri fama párque, gradúsque potest.

Cicer. *in Philip.* Improbissimis rumoribus dissipatis. Terent. *in Andr.* Meum gnatum rumor est amare. Cicer. *ad Cassium, lib.* 12. *Epist* Nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppresso Dolabella: satis illos quidem constantes, sed adhuc sine autore. Idem *Attico lib.* 16. Sed tamen rumoris nescio quid afflauerat, Horat. 2. *Serm. satyr.* 6.

Frigidus à rostris manat per compita rumor,

Virg. 12. *Æneid*

Rumoréque ferit varios, ac talia fatur.

¶ Aliquando ponitur pro fauore, seu studio. σπουδή. Virg. 8. *Æneid.*

Ergo iter inceptum peragunt rumore secundo.

¶ Rumor

¶ Rumor clemens, Saluſt. *Iugurth.* 69. cui opponitur atrox. Tacit.

Rūmūſcŭlŭs, ,diminut. Paruus rumor. { τὸ ϑρυλλίδιον, τὸ δοξάριον. GALL. *Petit bruit.* ITAL. *Picciola fama, rumore.* GERM. Ein geſchreilin/ ein ſchlechte ſag von einem ding. HISP. *Pequeña fama* ANG. *A ſmall or litle brute.* } Cic *ad Attic. lib.* 2. Quas quidem ego multò magis vereor, quàm eorum hominum, qui hodie viuunt, rumuſculos.

Rūmĭfĕro, as, Rumorem fero, hoc eſt, famam ſpargo: quod & RVMIGERO, as, dicitur. { השמיע *hiſchmiah.* διαφημίζω. GALL. *Faire courir vn bruit.* ITAL. *Spargere rumore.* GERM. Auſsſagen gemeinlich/ ein geſchrey auſsgehn laſſen. HISP. *Acarrear nueuas.* ANGL. *To ſow or ſpread a brute and rumour.* } Plaut. *Amph.* Quámque adeò ciues Thebani non rumiferant probam. Legitur & *Rumificant.*

‖ Rumigeratio, nis. Lamprid. *in Heliogabalo.* Et quæ ſtultitia, vel innocentia Imperatorum, qui hoc non perſpiciunt infami rumigeratione paſcuntur. ‖

RVMPO, is, rupi, ruptum, Frango, reuello, ſcindo. { פרץ *paráts* קרע *karáh* פרם *parám.* ῥήγνυμι, ἀγνύω, καταγνύω. GALL. *Rompre, mettre en pieces.* ITAL. *Rompere, spezzare, diſſoluere.* GER. Brechen/ oder zerbrechen / zerknellen/ zerreiſſen. HISP. *Romper, quebrar.* ANGL. *To break.* } Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

——Nodos & linea vincula rupit.

Idem 9. *Æneid.*

Rumpere clauſtra manu, ſocióſque immittere portis.

Rumpere vincula, eſt effracto carcere, vel ruptis compedibus, aliáve è cuſtodia eximere. Cicero *in Catil.* Adiungit grauem pœnam municipibus, ſi qui eorum vincula ruperit. Idem 4. *Tuſcul.* Nec tamen vlla vincula carceris ruperit. ¶ Vulnera rumpere non coëuntia. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Triſt.*

Néve retractando nondum coëuntia rumpe
Vulnera.

¶ Rumpi copia ciborum. Senec. *cap.* 11. *de conſol. ad Mart.* (homo) alimenta metuens ſua; quorum modò copia, modò inopia rumpitur. ¶ Rumpere coquum (flagris.) Martial. *epigram.* 13. *lib.* 3. Item Ouidius *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.*

Et tibi ſacratum ſors mea rupit opus.

¶ Interdum rumpere ponitur pro defatigare. Terent. *in Hecyr.* Vt me ambulando rumperet. ¶ Rumpere ſilentium, & rumpere vocem, eſt in vocem prorumpere, & rem ſilentio aliquandiu ſuppreſſam eloqui ῥῆξαι φωνήν. Virg. 10. *Æneid.*

——Quid me alta ſilentia cogis
Rumpere?

Idem 1. *Æneid.*

Compoſito rumpit vocem, & me deſtinat aræ.

¶ Rumpere moras, eſt auferre moras, ſiue feſtinare. Idem *lib.* 3. *Georg* —en age ſegneis rumpe moras. ¶ Rumpere fidem, eſt fidem violare. Ouid. *Epiſt.* 23.

Rupi quam ruptam ſum mihi queſta fidem.

Sic Rogitationes (i. plebiſcita) rumpere, Plaut. *Curc. ſc.* 2. *a.* 4. Rogitationes propter vos populus ſciuit, quas vos rogatas rumpitis. ¶ Rumpi item dicuntur, quæ nimia tenſione diſſiliunt. διαῤῥήγνυσθαι. Cicer. *in Vatin.* Vt aliquando iſta quæ ſunt inflata, rumpantur. Hinc Quintil. Periclitatur rumpi vox tenſior. & Plaut. *in Capt.* Ego me, tuâ cauſsâ, ne erres, non rupturus ſum (clamando, ſiue vocem intendendo.) ¶ Inflatas rumpere veſiculas, apud Cic. 2. *de diuin.* Horat. 2. *Serm. ſatyr.* 3.

——quum magis atque
Se magis inflaret, Non ſi te ruperis, inquit,
Par eris.

¶ Hinc ſumpta tranſlatione, rumpi inuidia, & rumpi malis dicimus, pro eo quod eſt, grauiter diſcruciari, & vix ferre poſſe. Virg. 7. *Eclog.*

——inuidia rumpantur, vt ilia Codro.

Cic. *Quint lib.* 3 Vt his malis Reipub. licentiáque audacium, quibus antea rumpebar, nunc ne mouear quidem. ¶ Rumpere patientiam. Suet. *in Tib. cap.* 24. Et Rumpere obſequium primi auſi. Idem *in Galba c.* 16. ¶ Rumpo, pro rumpi facio. Martial. *lib.* 10.

Grandis vt exiguam bos ranam ruperat olim:
Sic, puto, Torquatus rumpet Otacilium.

¶ Rumpere ſicut & frangere pro interimere. Ouid.

Quique Lycurgidem lethauit & arbore natum,
Idmonaque audacem te quoque rumpat aper,

Martialis,

Sæpius eſt equitem rumpere quàm leporem.

¶ Huius verbi compoſita ſunt, Abrumpo, corrumpo, dirumpo, erumpo, irrumpo, interrumpo, perrumpo, & prorumpo, de quibus ſuis locis.

Rūptĭo, ῥῆξις, αἴκισμός. Vlpian. *D. lib.* 9. *tit.* 2. *l.* 27. Rupiſſe enim vtique accipiemus qui vulnerauit: vel virgis, vel loris, vel pugnis cecidit, vel telo vel quo alio vt ſcinderet alicui corpus, vel ruptionem fecerit. Aquila enim eas ruptiones quæ damna dant perſequitur.

Rupturus, a, um, Senec. *c.* 28. *de vita Beata*, Quæ tempeſtates rupturæ ſint nimbum ſuum, video.

Rūptŏr, is. פרץ *poréts* קרע *koréah* פרם *porém.* ὁ διαῤῥήκτης, ὁ ῥηγνύων, ὁ κλάστης. GAL. *Rompeur, qui rompt.* ITAL. *Chi rompe.* GERM. Ein bråcher/ zerreiſſer. HISP. *El qui rompe.* ANGL. *He that breaketh.* } Liu. 4. *ab Vrbe*, Hiccine eſt, inquit, ruptor fœderis humani, violatórque gentium iuris.

Rūptŭs, a, um, Fractus. { פרץ *paráts* קרוע *karúah.* ῥαγείς. GAL. *Rompu, creué.* ITAL. *Rotto, crepato.* GERM. Zerbrochen. HISP. *Quebrantado*, ANG. *Broken.* } Virg. *Georg.* 2.

——qua vi maria alta tumeſcant
Obicibus ruptis.

¶ Rupti membri æſtimatio. Gell. *cap.* 1. *lib.* 20. ¶ Teſtamentum ruptum, id eſt, irritum. ✕ Ratum, Cicero *de Orat.* Teſtamentum ruptum, aut ratum. ¶ Aliquando ruptum dicimus, fatigatum & membris fractum ex diutino labore. Apuleius, Quouſque ruptum iſtum aſellum, nunc etiam claudum fruſtrà paſcemus? Aliquando ruptus, pro eo ſumitur qui veſtibus eſt laceris, & pannoſus. { קרוע *karúah.* ῥακώδης. } Mart.

Qui ſanet ruptos, dic mihi Galle quis eſt?

Ruptura, æ. i. fractio *Rompure, rupture, fraction*: vt, Ruptura membri, pacis, &c. Gell. *cap.* 1. *lib.* 20. Quoniam talioni par non ſit talio: neque rumpi membrum facilè poſſit, ad alterius rupturæ, vt ais æquilibrium.

Rūmpī, orum, qui & traduces dicuntur, Brachia ſunt vitium, quibus illæ ex arboribus in arbores traducuntur, & ſibi mutuò connectuntur. { GAL. *Auantins de vigne.* ITAL. *Rampoli, raſoli.* GER. Die langen knebel an den Råben ſo man in die hôhe von einem baumbiſs zu dem anderen zeuget. HISP. *Sarmientos de la parra.* ANG. *Branches wherby the vine tree is brought frome trees to and tied together.* } Varro *lib.* 1. *de re ruſt. cap.* 8. Quartum pedamentum eſt natiuum eius generis, vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit: quos traduces, quidam rumpos appellant. Quibus ex verbis, Varronis, quoniam manifeſtum eſt eoſdem eſſe rumpos, qui alio nomine traduces dicuntur, reliquum eſt vt doceamus, hiſce nominibus non arbores ipſas ſignificari, (vt quidam putauerunt) neque rurſus vites ipſas, ſed quædam vitium veluti brachia, à ſua vtrinque matre porrecta, & circa medium arborum interuallum ſibi occurrentia, ibidémque connexa. Id autem planum fiet Columellæ teſtimonio *lib.* 5. *c.* 7. vbi ſic habet. Cætera ſimili ratione atque in arbuſto Italico adminiſtrantur, vt vites longis ſcrobibus deponantur, vt eadem diligentia curentur, atque in ramos diducantur, vt noui traduces omnibus annis inter ſe ex arboribus proximis connectantur, & veteres decidantur. Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligetur. Quum deinde fructus pondere vrgebit, ſubiectis adminiculis ſuſtineatur.

Rūmpōtĭnum arbuſtum, genus arbuſti Gallici eſt, à rumpis, id eſt, traducibus nomen habens, qui vtrinque à matre exporrecti, & circa medium arborum duarum interuallum ſibi occurrentes connectuntur. Colum. *lib.* 5. *c.* 6. Eſt & alterum genus arbuſti Gallici, quod vocatur rumpotinum. id deſiderat arborem humilem, nec frondoſam. Cui rei maximè videtur idonea populus: ea eſt arbor corno ſimilis. Quinetiam cornus, & carpinus, & ornus nonnunquam & ſalix. Hoc genus arbuſti frequens eſt in agro Mediolanenſi, vbi etiam hodie nomen ſeruat. ¶ Arbores rumpotinæ, quibus vites rumpotinæ innituntur. Vites autem rumpotinas (vt ex prædictis facilè intelligi poteſt) eas vocamus, ex quibus rumpi, id eſt, traduces ducuntur. Idem Colum. *loco iam citato*, Arboribus rumpotinis ſi frumentum non ſubſeritur inter vtranque partem, viginti pedum ſpatia interueniunt. At ſi ſegetibus indulgetur, in alteram partem quadraginta pedes, in alteram viginti relinquuntur.

‖ Rumpotinus, a, um, rumpis, ſeu traducibus de arbore in arborem ductis factum. ‖

Rūmpōtĭnētum, locus rumpotino arbuſto conſitus, vel ipſum arbuſtum rumpotinum. Colum. *lib.* 5. *c.* 6. Nam ita ferè conſtitutum rumpotinum animaduerti, vt ad octo pedes locis ſiccis, & cliuoſis, ad duodecim pedes planis & vliginoſis tabulata diſponantur. Reliqua vide in dictione præcedenti.

Rūmūſcŭlŭs, vide *Rumor*.

Rūnă, teli genus latiorem habens cuſpidem: è quo deducitur adiectiuum Runatus, id eſt, runa armatus. Ennius, Runata recedit, id eſt, pilata, vt interpretatur Feſtus. ¶ Huius diminutiuum eſt Rulla, de quo paulò antè.

Runca, æ, pro Runcina veteres vſurpauerunt, teſte Feſto.

RVNCĪNA, æ. { ANGL. *A bush ſyth to cut bushes.* } Fabrile inſtrumentum eſſe conſtat: id tamen quale ſit, video non ſatis conuenire inter eruditos: aliis aſſerentibus genus eſſe ſerræ maioris, qua fabri materiarij ſecent arborum moles, ſubiectis canteris: aliis ruſtici ferramenti genus eſſe exiſtimantibus, ad dumeta excidenda accommodatum. Nos contrà runcinam eandem putamus, quam vulgus hodie planulam vocat, qua fabri aſſamenta radunt & læuigant. Idque vt ita cenſeamus, facilè adducimur Plinij teſtimonio *lib.* 16. *c* 42 vbi ſic habet, Firmiſſima ad tectum abies. Eadem valuarum repagulis, & ad inteſtina opera aptiſſima, ſiue Græco, ſiue Campano, ſiue Siculo fabricæ artis genere ſpectabilis, ramentorum crinibus pampinato ſemper orbe ſeſe voluens ad incitatos runcinarum raptus. Arnobius, Dolata, effoſſa, terebrarum excauata vertigine, runcinarum læuigata de planis. Dicitur à Græcis ῥυκάνη. ¶ Runcina, item à Romanis Dea credita eſt, quæ runcationi præeſſet: cuius meminit & Auguſt. *lib.* 4. *Ciuit.* Quum runcantur ſegetes, id eſt, à terra herbæ auferuntur, deam Runcinam præfecerunt.

Runcino, runcina læuigo. Varro Deruncino. Plaut. *Capt.* 3. 4.

RVNCO, as, herbas inutiles, fruticéſve noxios euello, ſiue extirpo. { βοτανίζω. GALL. *Sarcler, oſter les meſchantes herbes* ITAL. *Stirpa l'herbe cattiue.* GERM. Auſsjåtten/ auſsreuten. HISP. *Roçar.* ANGL. *To weed or pluck out weedes.* } vt, Runcare ſpinas, apud Catonem *de re ruſt. c.* 2. Runcare ſegetem, eſt herbis noxiis expurgare. Plin. *lib.* 18. *c.* 21. Siliginem, far, triticum, ſemen, hordeum occato, ſarrito, runcato, quibus dictum erit diebus. ‖ ¶ Runcare, tranſlatè pro vellicare ac depilare Perſ. *Sat.* 4.

Deſpuat in mores penemque, arcanaque lumbi
Runcantem. ‖

¶ Hinc componitur Erunco, de quo ſuprà ſuo loco.

Runco, nis. Papias, Runcones ſunt, quibus vepres ſecantur, hi & falcaſtria à ſimilitudine falcis dicuntur.

Rūncātĭo, verbale. { βοτανισμός. GALL. *Sarclement.* ITAL. *Eſſo roncare.* GERM. Jåttung. HISP. *Roçamiento* ANGL. *A weeding.* } Columel. *lib.* 2. *cap.* 9. frequentem tamen exigunt ſarritionem & runcationem, vt herbis liberentur.

Rūncātŏr, is. { βοτανιστής. GALL. *Sarcleur.* ITAL. *Roncatore.* GERM. Ein jåtter. HISP. *Roçador.* ANG. *A weeder.* } Colum. *lib.* 11. *cap.* 3. Quæque prætericro, intelligi oportebit nullam operam poſtulare runcatoris.

RVO, is, rui, rutum, & ruitum, Cado, concido. { נפל *naphál.* ἐρείπω, καταφέρομαι. GAL. *Cheir du haut en bas, tomber, aller en ruine.* ITAL. *Rouinar, cadere, precipitare.* GERM. Zu hauffen fallen / nider fallen. HISP. *Derribar, caer.* ANGL. *To fall downe or go violently.* } Virg. 2. *Æneid.*

——ruit alto à culmine Troia.

Terent. *in Heaut.* Quid ſi nunc cælum ruat? Ouid. 4. *de Ponto Eleg.* 3.

Et ſubito caſu quæ valuere ruunt.

Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 5. Ædes primò ruere rebamur tuas. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Quin totæ ædes ruant, quin cum fundamento perierint. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Exoritur ventus, turbo, spectacula. runt. ¶ Per translationem quandoque ponitur pro effundi. נשפך *nischpach.* Virg. *lib.* 6.

Vnde ruunt totidem voces responsa Sibyllæ.

¶ Quandoque pro decipi. פתה *patháh* נפתה *niphtáh* Cic. *lib.* 3 *Offic.* Sic hoc non est emptorem pati ruere, & per errorem in maximam fraudem incurrere. ¶ Quandoque pro cumulare, vel corradere, euertere, disiicere, ponitur. Et sic habet accusatiuum, quum alioqui sit absolutum, Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Quid dicam iacto qui semine cominus arua
Insequitur cumulósque ruit malè pinguis arenæ?

Idem *lib.* 1. *Æneid.*

———*spumas salis ære ruebant.*

Plaut. æris aceruos fuit, ἐπιμετρεῖ scilicet. Horatius idem intellexit, vt metiretur nummos, id est, etiam si modus metiretur & rueret aceruos nummorum Hinc est quod Cicero dixit *ad Attic lib.* 16. De Dolabellæ laudibus deruam cumulum. ¶ Quandoque pro festinanter ire, seu in præceps ferri, & sine cautela in aliquem impetum facere. {פחז *pacház* חפז *chapház.* ὁρμᾶν.} Virg. *lib.* 10.

Quò moriture ruis, maioraque viribus audes?

¶ Quandoque pro impellere. {הדיח *hiddiach.* ὠθεῖν.} Terent. *in Adelph.* Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, posternerem. ¶ Quandoque pro eruo, siue eximo. {הציל *hitsil.* ἐξαιρέω.} Virg. *lib.* 11.

———*confusa ruebant*
Ossa focis.

¶ Quandoque pro crepare, & graui sonitu quodammodo ruinam minari. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——— *ruit arduus æther*, id est, tonitu percrepat.

Ad eundem modum cæli ruinam idem *lib.* 1. *Æneid.* pro tonitru posuit.

Fluctibus (inquit) *oppressos Troas, cælique ruina.*

Ver ruit, id est, præcipitatur, & ad finem properat. Idem *lib.* 1. *Georgicorum*,

——— *Vel quum ruit imbriferum ver.*

Nox ruit. Idem 6. *Æneid.*

Nox ruit. Æneas, nos flendo ducimus horas.

¶ Ruere nubem, est egerere, emittere. Idem 2. *Georg.*

———*& ruit atram ad cælum picea crassus*
Caligine nubem,

¶ Huius composita sunt, adobruo, corruo, diruo, eruo, irruo, obruo & subruo: quorum significata vide suis locis. ¶ Ruere (vnde *rutrum*) ἐπιμετρεῖν admetiri, & rutro, siue hostorio cumulum modio adæquare. Plaut. æris aceruos ruit. Quod intellexit Horat.

——— *vt metiretur nummos.*

Hoc & *deruere* dicitur. Cic. *Attic. lib.* 16. de laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

Rŭīnă, æ. Casus, excidiúmque dicitur. {מפלה *mappaláh*, vel, *mappeláh.* πτῶσις, κατάπτωμα.} GALL. *Ruine, cheute.* ITAL. *Rouina, caso.* GERM. Ein fall/umbfallung HISP. *Caida.* ANG. *Decay of housing or falling downe.*} Nam (vt inquit Hieronymus) Ruina est quum parietes domorum diruuntur. Cicero 3. *Tusc.* Magis me mouerunt Corinthi subitò aspectæ parietum ruinæ, quàm ipsos Corinthios. Ouidius *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Vt cecidi, cunctique metu lugere ruinam.

Ibid. Eleg. 8 *lib.* 1.

At simul impulsa est (domus) *omnes timuere ruinam.*

Gell. *c.* 15. *lib.* 3. Anus viso filio, copia atque turba, & quasi ruina incidentis inopinati gaudij oppressa exanimataque est. ¶ Ponitur aliquando pro morte מות *mavéth.* Plin. *lib.* 17. *c.* 25. Prodigium in nostro æuo Neronis principis ruina factum. ¶ Cæli ruina, pro tonitru. רעם *ra'ám.* Virg. 1. *Æneid.*

Fluctibus oppressos Troas, cælique ruina.

Vbi Seruius, Cæli ruina, id est, tonitribus quorum sonus similis est ruinis ¶ Transfertur & longiùs, vt pro quauis pernicie, seu calamitate accipiatur. איד *edh.* Cic. 1. *inuect. in Catil.* Prætermitto ruinas fortunarum mearum. Idem *Attico*, Magna proximis Idibus ruina impendet. ¶ Subdere caput ruinæ, est exponere se periculo. Curtius *lib.* 5. Hinc spe, hinc metu militares animos versant; ruina rerum illos subdere capita, in perniciem trahi, quum Bactra pateant exceptura eos donis & opulentia.

Rŭīnōsŭs, a, um, Caducus, seu ruinam minans. {σαθρός. GAL. *Ruineux.* ITAL. *Ruinoso, che minaccia rouina.* GER. Bauwfellig/ ymbfellig HISP. *Cosa que esta para caer.* ANG *Ruinous, that decayeth.*} vt, Ædes malæ materiatæ, ruinosæ, apud Cic. 3. *Offic.* Ignoretur in omnibus cubiculis apperere serpentes, malè materiatæ, ruinosæ.

‖ Rupa, ex vtraque parte acuta. Gl. Isid. ‖

Rūpēs, is, Petra, propriè in summo rupta & acuta, deinde & quæuis petra; à rumpendo, vt & ripa. {צור *tsur* כף *cheph* סלע *séláh.* ἀπορρὼξ, πέτρα. GAL. *Vne roche, vn rocher.* ITAL. *Rupe.* GERM. Ein schrof/oder fels. HISP. *La peña.* ANGL. *A rock.*} Cæsar 2. *bell. Gall.* Quod quum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes, despectúsque haberet, vna ex parte, &c.

Rūpĭcēs. Festus, Petrones rustici ferè dicuntur propter vetustatem, & quod deterrima quæque. ac prærupti iam agri petræ vocantur, vt rupices iidem à rupinis, aliter à petrarum asperitate & duritia dicti.

Rūpĭcōnes, Apul. *Flor. lib.* 1. Qui ex rupiconibus, baiulis tabernariis tam infans est, vt si pallium accipere velit disertis maledicat?

Rūpĭcāprā, æ, Capra syluestris, quasi rupium capra. {יעלה *iahaláh.* αἲξ ἀγρία. GALL. *Vn cheureul.* ITAL. *Cabra saluatica.* GERM. Ein wilde Geyß die in Birgen vnnd Felsen hin vnnd hår stågert/ als die Gembßen. HISP. *Vn genero de cabra montes.* ANG. *A wilde goat.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Rupicapris in dorsum adunca cornua, damis in aduersum. *lib.* 9. *cap.* 53. Capræ tamen in plurimas similitudines transfigurantur. Sunt capræ, sunt rupicapræ, sunt ibices pernicitatis mirandæ. vide etiam *Dama.*

Rupina. Gl. Isid. Rupes abrupta montium.

Rupio, suo subula, à ῥάπτω. Gloss. Philox.

‖ Ruremunda, siue Ruræmunda, *Rurmonde*, V. E. Geldriæ ad Mosæ, & Ruræ confluentem, sub A. Machliniensi. ‖

Rūtēstrĭs, Ruricola, Ruro, vid *Rus.*

Rūrsŭs, & Rursum, Iterum, denuo. {עוד *hodh.* αὖ αὖθις. GALL. *Derechef, d'auantage*, ITAL. *Di nuouo, vn'altra volta.* GER. Widerumb. HISP. *De nueuo, otra vez.* ANGL. *Againe oft soones.*} Cic. *pro Mur.* Facis vt rursus plebs in Auentinum seuocanda videatur. Terent. *in Eunuch.* Inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rursum. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. Pater venit: Iube abire rursum. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Me recipiam rursum domum. Idem *Amphitr.* Si rursus reuentum in gratiam est Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Quò abis redi rursum. ¶ Inueniuntur interdum rursus & denuò coniuncta. Plaut. *in Penulo*, Reuertor rursus denuo Carthaginem. ¶ Rursum prorsum. Terentius *in Hecyr.* Tace, trepidari sentio, & cursari rursum prorsum. Donatus, Rursum propriè retro, Prorsum antè significat: & est prouerbiale, sicut dicimus, Sursum deorsum, Intrò foras, Hac illac, ¶ Quandoque ponitur rursus pro è contrario. Virg.

Haud rursum enodes trunci resecantur.

Rūs, ruris, Prædium rusticum: ita dictum, teste Varro. *lib.* 4. *de ling. Lat.* quòd in eo quotannis rursus eadem fiant, vt capiatur fructus, quòd tamen ineptum videri potest, cùm verisimilius sit esse ex Græco ἄγρος, prima litera abiecta: vt ἀμέλγω, mulgeo, & similia. Scaliger *in Varronem.* ¶ Rura autem agrorum dicuntur, tantùm: Prædia, non nisi cùm ædificia sunt. Hoc tamen non obseruatur à Iureconsultis. {שדה *sadhéh.* χωρίον, ἀγρὸς, ἀγροικία. GAL. *Vn lieu és champs, vn village, les champs.* ITAL. *Villa, possessione, contado, campo.* GER. Ein feld/oder Gut/ ein Bauwren besitzung. HISP. *El campo que se labra ò ara, aldea.* ANGL. *The cuntrey*} Plautus *in Captiu.* Rus iit. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. An ruri censes te esse? (sup. qui sic clamas.) Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Dum ruri rurant homines. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Te vexerunt vinctum rus. Horat. 1. *Epist.* 10. Ruris amatores hac in re scilicet vna Multum dissimiles. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Habet animi relaxandi causas rus amœnum & suburbanum. Idem 3. *Offic.* Ab hominibus relegasset, & ruri habitare iussisset. Virg. 3. *Georg.*

Luciferi primo cum sidere frigida rura
Carpamus.

Rus mittendi. (de pueris infelici ingenio.) Quint. *cap.* 9. *lib.* 2. Plautus *Most. sc.* 1. *a.* 1. Augebis ruri numero genus ferratile. ¶ Rus eleganter posuit Catull. pro eo, qui est aduersus vrbanitati. Infaceto, inquit, infacetior rure. & alibi; pleni ruris & infacetiarum. Rus saturum dixit Persius, quòd omnibus rebus abundet. *Satyr.* 1. Rus ciuitas, prouerbium. Vbi quis in vrbe neglectis legibus, vi, próque sua libidine rem gerit. In ciuitatibus enim legibus ex æquo viuitur, in agris licentiùs agitur. Quadrabit etiam in ciuitatem, in qua legum non magnus habetur respectus. Ex Erasmo.

Rūscŭlŭm, diminutiuè à rus. Gell. *lib.* 19. *c.* 9. Cœnam dabat amicis ac magistris in rusculo.

Rūră veteres incultos agros dicebant, id est, syluas, & pascua. Ex libro variorum autorum *de limitibus.*

Rūrālĭs, e, quod ad rus pertinet. {ἀγροικός. GALL. *Champestre, de village.* ITAL. *Cosa di villa.* GERM. Das zu dem Feld gehört. HISP. *Cosa de campo que se labra, ò de aldea.* ANGL. *Of the cuntrey.*} Vnde Rurales dij, Mercurius, Pánque, quibus sacrificabant placentas, & vinum, qua de re extat non inuenustum Leonidæ Græci poëtæ Epigramma:

Αὐλίες, καὶ νυμφέων, ἱερὸς πάγος, αἵθ' ὑπὸ πέτρῃ
Πίδακες, ἥθ' ὕδατι γειτνιόωσα πίτυς,
Καὶ σὺ τετράγλωχιν μηλοσσὸς μαιάδος Ἑρμῆ,
Ὅστε τ' αἰγιβότων πᾶν κατέχεις σκόπελον,
Ἵλαοι τὰ ψαιστὰ, τό τε σκύφος ἔμπλεον οἴνης,
Δέξασθ' Αἰακίδεω δῶρα Νεοπτολέμου.

Id est, Stabula, & Nympharum sacer pagus, vos sub saxo fontes, túque aquis vicina pinus, & quadrate ouium seruator. Maiæ Mercuri, quique capris depastum Pan occupas scopulum: propitij hæc liba, poculúmque plenum vino suscipite, Æacide dona Neoptolemi.

Rūrātĭo, nis, actio rurantis. Apuleius *in Apologia.* Iste verò nec Dijs rurationis qui eum pascunt, ac vestiunt, segetis vllas aut vitis, aut gregis primitias impartit.

Rūrēstrĭs, quod est ruris, vel eorum proprium, qui ruri degunt. {ἀγροῖκος. GALL. *De village, rustique.* ITAL. *Di villa.* GERM. Bauwerisch/ des feldts. HISP. *Cosa de aldea.* ANGL. *Vplandish or of the cuntrey.*} Apuleius, Rurestri vocabulo vulgus indoctum rosas laureas appellat.

Rūrĭcŏlă, æ, qui rus colit. {אכר *ichchar* עבד האדמה *hobédh haadhamáh.* γεωργός. GALL. *Laboureur des champs, villageois.* ITAL. *Contadino.* GER. Ein bauwr/einer der das Feld bauwet. HISP *Aldeano.* ANGL. *That dwelleth in the cuntrey.*} Colum. *lib.* 10. *c.* 31. Hæc ne ruricolæ paterentur monstra? Ouid. *lib.* 5. *Metam.* Ruricoláque boues letho dedit, Aratrum ruricola. Imò τὸ ruricola, aliter hîc explicandum est: ait Passer. Ouid. 4. *Trist. Eleg* 6. aliàs 5.

Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri.

Rūrĭgĕnă, qui ruri natus est. {ἀγρόγονος. GALL. *Qui est né, ou habite és champs.* ITAL. *Nato in villa.* GER. Der auff dem feld oder land/das ist/ nit in der Statt geboren. HISP. *Engendrado ò nacido en aldea.* ANGL. *Borne in the cuntrey.*}

Rūro, as, Rusticor, ruri ago. {ἀγραυλέω. GALL. *Se tenir ou demeurer aux champs.* ITAL. *Star in villa.* GERM. Auff dem Feld sein/ mit Feldwerck umbgehn. HISP. *Estar en el aldea.* ANG. *To duell in the cuntrie, to exercise husbandrie.*} Plaut. *in Capt. sc.* 1 *a* 1. Dum rurant homines. ¶ Dicitur ruror, aris, deponens. Varr. *in Serano*, vt annotauit Nonius, Dum in agro studiosiùs ruror, aspicio Triptolemum sculponeatum bigas sequi cornutas.

Rusina, ruri præposita, Papias. nempe Dea ruris. August. *lib.* 4. *de Ciuit. Dei*, *cap* 8.

‖ Rusium, M. sub P. Constantinopolitano. ‖

Rusma, metallicum aliquid. Turcis valde vsitatum.

Ruspor. Fest. Ruspari est quærere crebrò: vt hoc versu indicatur, Et ego ibo, vt latebras ruspet maritimas.

Russatus,

Russatus, russo coloratus: rubro infectus.

‖ Russia duplex est, Nigra, & Alba: illa Poloniæ contermina est, & ad regnum Poloniæ pertinet: hæc distinctionis Moscouiticæ pars est. ‖

Russus, a, um, ruber certo modo, qui *incarnato* Italis, GER. Leibfarbe.

Russulus, nonnihil russus.

Russus, & Russeus, nomina sunt coloris, ad rufum inclinantis, dilutius tamen rubentis. Vnde in factionibus aurigantium russati dicebantur, qui hoc colore erant exornati. Vide Thylesium *in bello de coloribus*. ‖

Rūstĭcŭs, a, um, quod ruris, vel rustici est, vel ruri degit. { ἀγροικὸς. GAL. *Rustique, rural*. ITAL. *Di villa*. GERM. Bäurisch / eines Bauwren. HISP. *Cosa de aldea*. ANGL. *Rustical, of the village or contrey*. } ¶ Rusticus sermo, barbarus olim dicebatur, Gell. *c.* 6. *lib.* 13. ¶ Domus rustica Cic. *pro Quintio*, Erat ei pecuaria res ampla, & rustica, sanè benè culta, & fructuosa Liu. 11. *belli Punici*, Quæ vox in rusticum inde prouerbium posita. Cic. *pro Roscio Amer.* Vita autem hæc rustica, quam tu agrestem vocas, parsimoniæ, diligentiæ magistra est. ¶ Quandoque rusticus dicitur moribus, & vita incultus, quasi semibarbarus. ἄγροικος. Virg. 1. *Eclog.*

Rusticus est Coryden.

Quint. *lib.* 2. *c.* 12 Manus indoctæ ac rusticæ.

Rusticior, comparatiuus, Senec. *Epist.* 90. Simus hoc titulo rusticiore contenti: ô virum bonum.

Rūstĭcŭs, i, substantiuum, Agricola siue ruri habitans. { ἀγροικος. GALL. *Rustique, villageois, rustaut*. ITAL. *Rustico, contadino, villano*, GERM. Ein Bauwer / oder Bauwrman. HISP. *Aldeano, rudo, villano*. ANG. *A husband man or vplandish man*. } Plaut. *Most. sc.* 1 *a.* 1 Germana illuuies rusticus, hircus, hara suis. Idem *in Merc.* Vrbani fiunt rustici. Virgilius 1. *Georg.*

Iam dum acer ceras venientem extendit in annum
Rusticus.

Cicero *in Oratione*, Sermo non modò vrbanorum, sed etiam rusticorum.

Rustica vinalia, quarto decimo Calendas Septembris celebrabantur, quo die primum in vrbem vinum deferebant. [illegible] Festus autor est, a Latinis primum diem hunc fuisse institutum, qui aduersùs Mezentium pugnaturi vinum Ioui eo die libarunt.

Rūstĭcē, veteres pro barbarè vsurpabant, siue imperitè. { ἀγροίκως, ἀγροικικῶς. GAL. *En villageois, rustiquement, lourdement*. ITAL. *Villanamente, rozzamente*. GER. Beuwrischer weiß / Rarsthänsisch. HISP. *Rusticamente*. ANGL. *Lyk an vplandish or rusticall man*. } Cic. 1. *Offic.* Vrgent sanè rusticè: negant enim posse, & in eo perstant. Rusticè loqui, pro barbarè & imperitè. Gell. *c.* 6. *lib* 13.

Rūstĭcĭtās, atis, Morum inciuilitas, vrbanitati contraria. { ἀγροτης. GALL. *Rusticité lourdise*. ITAL *Rusticita, vigliaccaria*. GERM. Beuwrische grobheit / vnliebligkeit der sitten. HISP. *Simplicidad mureza, ò sin doctrina*. ANG. *Inciuilitie of maners* } Martial. *lib.* 7.

Quare aliquem Curios semper, Fabiósque loquentem,
Hirsutum & dura rusticitate trucem.

¶ Ponitur quandoque pro inepta & timida verecundia, quam δυσωπίαν vocant Græci. Ouid. *in Arte*,

——— & si rusticitas non vetat, rogat.

Ibidem,

Hei mihi rusticitas non pudor ille fuit.

Item, pro inciuilitate. Suet. *in Cæs.* 53. Ne hospitem aut negligentiæ, aut rusticitatis videretur arguere.

Rūstĭcŭlus, a, um, diminutiuum Subrusticus id est qui moribus nonnihil rusticis est prædictus [illegible] GAL *Vn peu rustique, qui sent aucunement son rustique & lourdaut* ITAL. *Aliquanto rustico, vn poco villano, colui che ha costumi villaneschi*. GER. Zimlich bäurisch vnnd grob mitt sitten. HISPANICE, *Villano vn poco*. ANGLICE, *That hath vnplandish and notciuill maners*. } Cicero *pro Sestio*. Sentit rusticulus non incautus (neque enim homines nequam tacere potuerunt) suum sanguinem quæri ad restinguendam inuidiam facinoris Clodiani. Martial. *lib.* 10.

Nec doctum satis, & parum seuerum,
Sed non rusticulum nimis libellum
Facundo mea Plinio Thalia,
Perfer.

Rusticula, auis perdici similis, nisi quòd rostrum longius habet. Plin. *lib.* 10. *cap.* 38. Ambulant aues aliquæ, vt passeres, merulæ: currunt vt perdices, rusticulæ ante se pedes iaciunt, vt ciconiæ, & grues. Extat de hac aue distichon apud Martialem *lib.* 13.

Rustica sum perdix quid refert, si sapor idem?
Carior est perdix. sic sapit illa magis.

Rūstĭcānŭs, a, um, Rusticus. { ἄγροικος. GALL. *Rustique*. ITAL. *Rustico*. GER. Beuwrisch HISP. *De aldea, aldeano*. ANGL. *Rusticall, of the village or cuntrie*. } Cic. 3. *de Orat.* Et illud quod loquitur, priscum visum iri putat, si planè fuerit rusticanum. Idem *pro Rosc. Amer.* Taménne hæc attenta vita & rusticana, relegatio atque amandatio appellabitur. Rusticanum ne contempseris rhetorem, ἀγροῖκον μὴ καταφρονήσῃς ῥήτορα. (apud Diogenianum) Admonet adagium, ne quem ob imperitiam, infantiámve fastidiamus: neque spectemus a quo, quóve pacto dicatur, sed quid. Qui valent eloquentia, non perinde curandum est, quid minentur, aut polliceantur. At penes quo rusticana veritas est, si quid vel incultè dixerint, haudquaquam oportebit negligere. Siquidem huiusmodi plus solent efficere, quam loqui Ex Erasmo.

Rūstĭcārĭŭs, a, um, quod ad rus, aut rusticum pertinet { ἐπαύλιος. GALL. *Appartenant à village*. ITAL. *Pertinente à villa*. GER. Bauworen zugehörig HISP. *Pertenesciente a aldea*. ANG. *Perteining to the cuntrey or village*. } Vnde facies rusticarias dixit Varro 1. *de re rust. cap* 22. Vetus exemplar habet *Ruscarias*, à rusco, vt apud Catonem *cap.* 11. alij *rustarias* perperam legunt, quia apud Festum *Rustum* ex rubus legatur fugientibus literis.

Rūstĭcŏr, aris, Ruri degere { ἀγροικίζω. GAL. *Se tenir ou demeurer aux champs*. ITAL. *Stare in villa per spasso, & piacere*. GER Auff dem Feld sein / oder wohnen / mit Feldwerck / oder Bauwrenwerck vmbgehn. HISP. *Estar ò morar en el campo ò aldea*. ANGL. *To dwell in the cuntrey, to exercise husbandrie*. } Plinius, Quum simul æstate rusticaremur. Cicero *Tironi*, Liceat modò rusticari. Idem 1. *de Legib* Vt dum consisto in Tusculano sciam quid garriat: sin rusticatur, quid scribat ad te.

Rūstĭcātĭo, nis, actus ipse rusticandi. { ἀγροικία. GALL. *Demeurance és champs*. ITAL. *Esso dimorare in villa*. GER. Die wohnung auff dem feld / das ist / ausserhalb der Stat. HISP. *Aquella estancia del campo* ANG. *An abiding in the cuntrey*. } Cicero *de Amicitia*, Neque solùm militia, sed etiam peregrinationes, rusticationésque communes. Columell. *lib.* 11. *cap.* 1. Et hoc vndecimum præceptum rusticationis memoriæ tradita.

Rūstĭcātim, aduerbium, pro rusticè. { ἀγροίκως. GALL. *Rustiquement, ruralement*. ITAL. *Rusticamente, villanescamente*. GER. Beuwerysch. HISP. *Rusticamente*. ANGL *Rusticallie, vnciuillie*. } Pomponius, Ego rusticatim tangam, vrbanatim nescio.

Rūstĭcŭlă, siue perdix rustica. Martiali σκολόπαξ. { ANGL. *A woodcock*. } Auis est perdici similis, sed rostro oblongo, vermibus victitans. Plin. *lib.* 10. *c.* 38. Currunt vt perdices rusticulæ.

Ruscino, nonis, oppidum in extremis Galliæ finibus, non procul à montibus Pyrenæis, cuius meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 4. Vulgus *Rusciliomem* hodie appellat.

Rūscŭm, i, vel ruscus, Humilis frutex est, foliis myrti, sed latioribus, cuspidis specie, mucronato cacumine baccis per maturitatem rubescentibus, quæ à mediis foliis dependent nucleo intus ossea duritia. { GALL. *Meurte sauuage*. ITAL *Rusco albero saluatico*. GERM. Mensedorn / oder Reerbesen / scharpffer Myrtus. HISP. *El brusco* ANG. *A certaine roughe and sprinckled shrubbe, petegreio*. } Græci χαμαιμυρσίνην, ὀξυμυρσίνην, μυρσίνην ἀγρίαν, hoc est humilem, acutam, & agrestem myrtum appellant. Virg. 7. *Eclog.*

Horridior rusco, proiecta vilior alga.

Idem *lib.* 2. *Georg.*

——— necnon etiam aspera rusci
Vimina per syluam

¶ Rusco etiam sepes muniebantur antiquis. Colum. *l. b.* 10.

——— hirsuto sepes nunc horrida Rusco
Prodit

Ruscarius, vide *Rusticarius*.

Rūspīnă ῥουσπίνα, oppidum Africæ propriè dictæ, non procul ab Adrumeto: de quo Plin. *lib.* 5. *c* 4.

Rūspŏr, aris, antiquis in vsu fuit pro scrutari, seu diligenter inquirere. { WEN clippés. μεταλλάω, ἐρευνάω. ANGL. *To searche diligentlie*. } Accius Nyctegresia, vt citat Non. Vagent ruspantes syluas. Sic ruspari latebras, apud Festum, Translatio sumpta est à gallinis, quæ ruspari propriè dicuntur, quum escam quærentes, terram scalpunt. ¶ Hinc componitur Corruspor, pro conquiro. Plautus, Corruspare tua consilia in pectore.

Rŭtă, orum, apud Iurisconsultos, quasi eruta dicuntur: vt arena, creta, & his similia nondum in opus conuersa. Festus, Ruta cæsa dicuntur quæ venditor possessionis, sui vsus gratia conciderat, eruendáque contraxerat. Vlpian. *in l. fundi de act. empt. & vend.* Si ruta cæsa excipiantur in venditione ea placuit esse ruta, quæ eruta sunt: vt arena. creta, & similia, Cæsa ea esse, vt arbores cæsas, & carbones & his similia Mutius *l. in rutis de verb. signif.* In rutis, & cæsis ea sunt quæ terra non teneutur quæque opere structili, rectoríove non continentur. ¶ Ne in rutis quidem & cæsis, prouerbialis locutio est, qua vsus est Cic 2. *de Orat.* pro eo quod est nulla in parte. Sed dicit (inquit) quum ædes venderes, ne in rutis quidem & cæsis solum tibi paternum recepisse. Vide de hoc plura in Adagiis Erasmi.

Rŭtă æ, herba est nulli non nota, etiam hodie nomen vel apud vulgum retinens, luminibus claritatem afferens, sed venerem coërcens. { πήγανον. GAL *Herbe appellée ruë*. ITAL *Herba detta ruta*. GER. Rauten / ein kraut. HISP *La ruda yerua conocida*. ANG. *Rue or herb grace*. } Dictam autem volunt rutam quòd vna ex omnibus herbis, propter multiplicem eius vsum maximè eruatur. Ouid. 2. *de remed amor.* Vtiles sumas acuentes lumina rutas, Et quicquid Veneri corpora nostra negat. Ruta mustela contra serpentes dimicaturæ se muniunt: habet enim præsentaneum aduersùs venena omnia remedium. Vide Plin. *lib.* 20. *c.* 16. ¶ Ruta, manipulus militum Latini posteriores eo aliquando vtuntur.

Rūtācĕŭs, a, um, quod ex ruta confectum est: vt aqua rutacea.

Rŭtātŭs, a, um, quod ruta conditum est. [illegible] GALL. *Meslé auec de la rue, ou enueloppé dedans* ITAL. *Cosa mescolata con ruta*. GER. Mit Rauten vermischet HISP. *Cosa mesclada con ruda*. ANG. *Mingled with rue*. } vt, Mustum rutatum Plinius, Inuenio mustum rutatum populo datum Rutati lacerti, ruta conditi. Martial. *lib.* 10.

Secta coronabunt rutatos oua lacertos.

Rŭtābŭlum, i, autore Festo, propriè dicitur instrumentum quo rustici vtuntur in proruendo igne, panis coquendi gratia. { σκεῦος ῷ ἀρτοποιοὶ πρὸς τὸ [illegible] GAL. *Vn fourgon, ou furgon* ITAL. *Spatola da mescolare in cose che si cuoceno*. GERM. Ein ofengabel mit deren man das feur rüret / ein ofenbruck. HISP *Mecedero ò burgonero*. ANG. *A makron or colerake*. Colum. *lib.* 12. *cap.* 18. Sublata lampade rutabulo ligneo. Hodiéque id nomen seruatur apud Italos. Sueto. *in August. cap* 75. Nihil præter cilicia, & spongias, & rutabula, & forcipes, (aliàs *forpices*. &c.

Ruteiæ. vermes arborum.

Rutheni, [illegible]. Populi Galliæ Aquitaniæ, Narbonensi prouinciæ & Aduercis contermini. Valgò *Rhodez*. ¶ Alij sunt Rutheni in Sarmatia Europæa, non procul a Tanai fluuio hodie Russi dicti: & eorum regio Russia.

‖ Ruthium, spina peregrina H. P. ‖

Rutilius Geminus, Iurisconsultus fuit sua ætate insignis, & Pontificalium librorum autor: Orator quoque vt illa ferebant tempora, non contemnendus: cuius tamen orationes posteritati horridæ visæ sunt, & ieiunæ. de hoc Cicero *in Bruto*, Rutilius in quodam tristi & seuero dicendi genere versatus, magnum munus de iure respondendi sustinebat.

Sunt eius orationes ieiunæ, multa præclara de iure, doctus vir & Græcis literis eruditus, Panætij auditor, propè perfectus in Stoicis. Hæc ille. ¶ P. Rutilius Cn. Manlij in Consulatu collega fuit, qui primus accitis in castra gladiatoribus, vitandorum inferendorúmque ictuum rationem militibus tradendam curauit. Armorum (inquit Valerius) tractandorum meditatio, à P. Rutilio Consule Cn. Manlij collega militibus est tradita. Is enim nullius ante se Imperatoris exemplum secutus ex ludo Cn. Aurelij Scauti doctioribus gladiatorum accersitis, vitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem legibus ingenerauit. Hic actus in exilium à partibus Syllanis, & à Sylla deinde redeundi potestate facta, respondit illud quod à Seneca *lib 6. de benef.* refertur, Malo vt patria mei exilij erubescat quàm reditu mœreat. ¶ M. Rutilius Censorinus, teste Valer. *cap. de moderatione*, Iterum Censor creatus, in concione populum corripuit, quòd eam potestatem sibi bis contulissent cuius maiores quia nimis magna videretur, tempus coarctandum iudicassent. ¶ Rutilius Lupus, Rhetor insignis fuit, ipsi etiam Quintiliano commemoratus, cuius etiam hodie opus extat de Rhetorum figuris.

RVTILO, as. Rutilum facio. { חיפיע *hophiáh* נגרה *nagl áh*. ξανθίζω. GALL. *Faire comme or, iaunir, reluire. Blondir, faire deuenir les cheueux blonds.* ITAL. *Far risplendere, risplendere.* GERM. Glitzerend/oder scheinend machen. HISP *Arruuiar o arroxar, resplendecer* ANGL. *To mak lyk gold, to shyne to glister as god* } Plin. *lib.* 28. *cap.* 1. Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis & cinere & seuo. Comæ promissæ & rutilatæ. Plin *lib.* 28. *cap.* 12. Liu. *lib.* 8. *d.* 4. Rutilatæ comæ Gallorum, &c. Suet. *in Calig.* 47. Galliarum quoque procerissimum quemque, &c. coëgit non tantùm rutilare & submittere comam, sed & sermonem Germanicum addiscere. Crinis propexus ac rutilatus. Tacitus *lib.* 26. ¶ Interdum neutrum est absolutum, significans idem quod rutilo colore resplendere. Virg. 8. *Æneid.*

Arma inter nubem cœli in regione serena,
Per sudum rutilare vident.

Rutilesco, is, Rutilus fio. { ξανθίζομαι. GALL. *Reluire & ietter lueur comme or.* ITAL. *Diuenir splendente, chiaro.* GER. Glitzerend werden/gelbrot werden. HISP *Enruuiacerse, enroxarse.* ANGL. *To waxe glistering lyk gold.* } Plin. *lib.* 8. *c.* 55. In Alpibus candidi lepores quibus hybernis mensibus pro cibitu niuem credunt esse, certè liquescente ea, rutilescunt omnibus annis.

Rutilus, a, um, Color est è flauo rubescens cum quadam splendoris exuberantia. { ירקיק *jerakák*. πυρσός, πυῤῥός. GAL. *De couleur iaune comme or, reluisant, resplendissant.* ITAL. *Risplendente, di color giallo come oro.* GERM. Goltgäl vnd glitzerend. HISP. *Cosa ruuia.* ANG. *Glistering, coloured lyk gold.* } Gell. *cap.* 26. *lib.* 2. Fuluus enim & flauus, & rutilus, &c. appellationes sunt Rufi. Cui astipulatur Sueton. *in Neron. c.* 1. Atque in fidem maiestatis adeò permulsisse malas, vt è nigro rutilum æríque assimilem capillum redderet. Plin. *lib* 8 *c.* 18. Albis maculis colorem rutilum distinguentibus. Cic. *in somn. Scip.* Cùm rutilus fulgor horribilísque terris, quem Martem dicitis. Rutilæ mulieres dicuntur, inquit Varro, valde rufæ.

Rutrum, i, quo quid eruitur, à ruendo. { σκαφεῖον. ANGL. *A mattock or pikeaxe.* } Vulgò *Rable*, ou *rabot*. Nam sicut aratum aratrum: sic rutum rutrum facit. Festus Rutrum tenentis iuuenis effigies in Capitolio ephebi fuit, more Græcorum arenam eruentis: exercitationis gratia: quod signum deportauit ex Bithynia Romam Pompeius Bithynicus. Plin. *lib.* 36. *c.* 23. Experimentum marmorati est in subigendo donec rutro non cohæreat. Cato *cap.* 11. Oportet habere villicum palas sex, rutra quatuor, rastros quadridentes duos. Significat & hostorium: quod Græcè ῥόχανον. Hinc diminutiuum *Rutellum*. Lucilius.

Frumentarius est, modium secum atque rutellum
Vnum adfert.

Ruere est enim modio cumulum adæquare. Cic. *ad Att. lib.* 16. De laudibus Dolabellæ, Deruam cumulum. Plaut.— æris aceruos ruit. ἐπιμέτες, scilicet. Scaliger *in Varronem*, ex Nonio.

Rutubam veteres turbationem appellabant, teste Nonio ϑόρυβον. Varro *Sexages.* Id postea viderimus, nunc sumus in rutuba. ¶ Est etiam Rutuba Liguriæ fluuius, ex Apennino fluens. Plin. *lib.* 3. *c.* 5.

Rutuli, ῥούτουλοι, antiquissimi Italiæ populi qui Latij partem tenuerunt, Ardeæ proximam. Hi duce Turno aduersùs Æneam bella gesserunt, vt latè describit Virg. *sex posterioribus Æneidos sua libris.* Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Tam tenues, inquit, primordia imperij fuere radices. Colonis sæpè mutatis tenuere alij aliis temporibus, Aborigenes, Pelasgi, Arcades, Siculi, Arunci, Rutuli.

‖ Rutum, quod rutum est, καταβληθέν, à ruo, deiicit. Fest. Ruta cæsa dicuntur quæ venditor possessionis, sui vsus gratia, concidit, ruendoque contrahit. Non. Rutu dicuntur diruta. ‖

Rutupiæ, Britanniæ insulæ portus, apud Ptolemæum *lib.* 2. *cap.* 3. vulgò *Sandwich*, aut *Rochestre*.

Rutupinum, promontorium Britanniæ. Lucan. *lib.* 6.

Aut vaga quum Tethys, Rutupináve littora feruent,
Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.

R Y

‖ Vide Rh aspiratum suprà.

NOTÆ ANTIQVORVM.

R. Roma, Romanus, Romanorum, Rex, Regulus, regnum.
R C. rescriptum R.C. Romana ciuitas, Romani ciues.
R. d. Regis domus, vel donum. R. D. D. res dono data.
R E G. regio. R E I. M. rei militaris. R E I P. reipublicæ. R E S T. restituitur. R E T. P. C. retro pedes centum. R E T. P. X X. retro pedes viginti. R E T. P. retrò pedum.
R. F. E. D. rectè factum esse dicetur.
R G. F. regis filius, regis familia. R G. F A. Regis filia. R G. R H A V. Regia Rhuaenna. R G. D. Regis donum, domus. R G. T S. regium thesaurum.
R. M. regis manus, rege major, regis mundum. R M. L. Romanæ leges R M S. Romanus. R. M. I. res materna jacet.
R. N. L O N. P. X. retrononge pedes decem.
R O. Romani. R O M. Romani.
R P. Respublica. R. P. P. R. Romani Principes. R. P. C. rei publicæ constituto. R. P C P. rei principium. R. P R I. res priuata.
R. R. reiectis ruderibus, ruderibus recolligendis. R. R E G. rurum regientium. R. R R. rurum Romanorum. R. R. R. F. F. F. Regnum Romæ ruet, ferro, flammâ, fame.
R T. refert. R T D. rotundam.
R. V. rura venalia. ‖



S



LITERA est semiuocalis, vt quæ sonum suum à vocali auspicetur, & in seipsam terminet. Hæc si antecedat m, vel p, vel t, in simplicibus dictionibus, ad subsequentem pertinet syllabam: vt in cosmus, prosper, testis. In compositis verò aliud est: nam in aruspex (teste Quintiliano) quia pars eius posterior à spectando est, s tertiæ, dabimus: in abstemius verò, quia ex abstinentia temeti composita vox est, primæ relinquitur. ¶ Transit quandoque s in m, vt Rursum pro rursus: in n, vt Sanguis, sanguinis: in r, vt Flos floris. Hinc M. Ter. Scaurus *de Orthographia* S, pro R, inquit, vsurpabant veteres, vnde *Lases*, pro Lares; & *Asa*, pro Aræ dicebant. ‖ ¶ S, quoque apud veteres Poëtas elidebatur sæpissimè in metiendo, testibus. Cic. Quint Victorin. & Lucilius,

Tum lateralis dolor certissimum nuntium mortis.

Interdum cum proxima adiunctáque vocali exteri solet, quod tamen insolentius. Lucil. *lib.* 13.

Aut operatum aliquo in celebri cum æqualibus fano. ‖

S A

Saba, { סבא *sebá*. σάβα. Steph. } Ciuitas regia Æthiopiæ, inquit Ioseph. quam postea Cambyses à sororis suæ nomine Meroën denominauit. Hanc Nilus circundans, inexpugnabilem reddebat. Dicta Saba ἀπὸ τοῦ σέβειν, quod est colere & venerari: quia thus mittit, quo in sacrificiis vtuntur. Sunt qui dicant Saba, Arabum lingua mysterium significari. Hieronym. verò conuersionem sonare autumat.

Sabæus, a, um, σαβαῖος. vt Sabæus odor apud Colum. *lib.* 10. Thus Sabæum, ex Saba. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Sabacus, Æthiopum rex, qui Amasim Ægypti regem fugauit, & illius regnum quinquaginta annis obtinuit, teste Herodoto *lib.* 2.

Sabæi, { שבאים *schebá*. σαβαῖοι. } Populi felicis Arabiæ, ditissimi syluarum fertilitate odorifera: quorum metropolis est Saba, quam Strabo *lib* 6. Meriabam vocat. His proxima est inquit, felicissima Sabæorum terra, quæ maxima natio est. Apud hos thus & myrrha & cinnamomum nascitur, in ora etiam balsamum, & alia quædam herba valde odorata, quanquam eius odor citò deperit. Habent præterea palmas odoratas & calamum. Serpentes quoque palmares, colore puniceo, vsque ad ilia assilientes, quarum morsus incurabilis est. Homines propter maximam fructuum copiam, otiosi senésque viuunt: in radicibus arborum cubant: & ex eis incidunt, quæ proximi suscipientes protinus, alter alteri consequenti tradunt, vsque in Syriam atque Mesopotamiam. Ab odoribus autem stupefacti, bituminis suffitu, & hirci barba stuporem tollunt. Meriaba Sabæorum vrbs, in monte iacet arboribus pleno. Sub rege sunt, qui iudiciorum ac cæterarum rerum potestatem habent. Hactenus Strabo *lib.* 16. Hos Iosephus *lib.* 1. à Saba Chusi filio, qui à Cham ortus fuit, dictos affimat. Sabæos dictos putat Seruius ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, quod est venerari, quòd deos ipsorum thure venerarentur. Virg. 1. *Georg.*

India mittit ebur, molles sua thura Sabei.

Idem 2. *Georg.*

Solis est thurea virga Sabæis.

‖ Sabaja, potus ex frumentis coctus. ‖

Sabaoth, vide *Sebaoth*.

‖ Sabaria, Plinio, in Norico: Ptolemæo in Pannonia superiore: S. Martini E Turonensis patria: hodie oppidum Hungariæ, quod Germani Stainam Angera vocant. ‖

Sabatia, Pomponio. siue (vt apud Plinium legitur) Vadum Sebatium, oppidum Luguriæ maritimum, olim nobili portu insigne. Hodie *Sauona*.

Sabatra, Sabæorum oppidum in littore maris, rubri. Plin. *lib.* 16. *c.* 29.

‖ Sabaudia, *Sauoye*, veterum Allobrogum prouincia. ‖

Sabazius, σαβάζιος, Bacchus apud Thraces. Quidam Bacchi filium esse volunt.

SABBATHVM,

Sabbāthum, i, { שבת *schabbáth.* σάββατον. Gall. *Le sabbat, le samedi qui est le iour du repos aux Iuifs.* Ital. *Sabbato, riposo.* Germ. Der ruhtag / oder Sabbath tag / ist bey den Hebräeren der sibend einer iezlichen wochen. Hisp. *El sabato fiesta de los Hebraos.* Ang. *The day of rest, which was setterday to the Iewes.* } Hebræi septimum quemque hebdomadæ vniuscuiusque diem appellabant: quem ethnici Saturni diem nominabant, quo die Iudæi ab opere omni feriabantur, Deum mundi architectum imitati, quem Sacræ literæ tradunt, confecta sex diebus mundi machina, eáque exornata, septimo die quieuisse, vnde & sabbathum vocauerunt, quæ vox Hebræis diem quietis significat. ¶ Prima itaque sabbathi dicitur, primus dies septimanæ, quem Dominicum etiam nominamus. Secunda sabbathi, secundus dies. Tertia sabbathi, tertius dies. Quarta sabbathi, quartus dies. Quinta sabbathi, quintus dies. Sexta sabbahti, sextus dies a die Dominico. Et ipsum sabbathum, septimus dies. Plin. *lib* 31. *cap.* 2. In Iudæa riuus sabbathis omnibus siccatur. Hæc ethnici planetarum nominibus appellant, quod nunc quocque retinemus: vt secunda sabbathi à Luna, dies Lunæ sit, tertia à Marte, quarta à Mercurio quinta à Ioue, sexta à Venere. ¶ Die Sabbathi religiosè coluisse, eóque die ieiunasse diligenter Iudæos, ipsi Ethnici testantur: vt Augustus Cæsar ad Tiberium scribens his verbis: Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter Sabbathis ieiunium seruat, quàm ego hodie seruaui. & Suet. *in Aug. c.* 76. Apud Hebræos quoque Sabbatum, teste Iosepho, pro septimana accipitur. Vnde est illud in Euangelio S. Lucæ *c.* 18. *vers.* 12. Ieiuno bis in sabbato. Vltimam huius dictionis syllabam aspiramus: quia à verbo Hebræo fluxit, quod scribitur per ת *th* שבת *schabbáth* quieuit, quanuis Græci per τ scribant.

Sābbătharii dicti sunt Iudæi à Romanis, quod sabbatha sanctè ac religiosè colerent. οἱ σαββατίζοντες. Mart. *lib.* 4.

Quod ieiunia Sabbathariorum &c.

‖ Sabbathicus, fluuius. De eo vide Iosephum *lib.* 7. *bell. Iud c* 24. ‖

Sābbăthĭsmus, σαββατισμὸς. Celebratio sabbathi.

Sabbăthīzāre, est sabbathum obseruare. { שבת *schabáth.* σαββατίζειν. } Hieron. *in Leuit.* Quando fueris in terra hostili, sabbathizabit, & requiescet in sabbathis solitudinis suæ.

Sabasius, σαβάζιος, Bacchi cognomen, ἀπὸ τοῦ σαβάζειν. quod verbum Phrygibus, aliísque nonnullis barbaris idem valet quod bacchari, siue bacchantium more saltare. Vide Cælium Rhodig. *lib.* 7. *cap.* 15.

Sabe, Syrorum lingua mensis Februarius dicitur.

Sabelli, populi à Sabanis orti, qui incolunt montes, qui sunt inter Sabinos & Marsos: olim etiam Samnites dicti, vt teltis est Plin. *lib.* 3. *c.* 12.

Săbellŭs, a, um. Virg. 2. *Georg.*

Hæc gens acre virum Marsos, pubémque Sabellam.

Sabellicus, a, um. idem. Virg. 3. *Æneid.*

———deptésque Sabellicus exacuit sus.

Sabidius, vir Romanus gulæ deditus, plus vorabat quàm posset concoquere: quocirca ita fœtebat eius anima, vt nemo posset cum eo loqui quem Martialis Epigrammate insectatur.

Non amo te Sabidi, nec possum dicere quare:
Hoc tantum possum dicere, non amo te.

Sabis, Arabum deus, cui decimas mensura, non pondere persoluunt.

Săbīnă, æ, herba est duorum generum, quarum altera cupressi, altera amaricis folia refert. { βράθυ. Gall. *Herbe appellé du Sauinier.* Ital. *Sauina.* Germ. Seuenbaum. Hisp. *Sabina yerua.* Ang. *Sauin hearbe.* } Plin. *lib.* 24. *c.* 11. Herba sabina brathy appellata à Græcis, duorum est generum: altera tamarici similis folio est, altera cupresso. Colum. *lib.* 6. *c.* 4. Alij sabinam herbam rutámque cum mero diluunt.

Săbīnam, Illyrij appellabant telum venabuli simile. Ennius,

Illyrij restant siccis sabinisque fodentes.

Hæc Festus.

Sabina, Poppæa, T. Olij filia, & Poppæi Sabini neptis, quam Nero Othoni nuptam, à viro abduxit, illo per speciem honoris in Lusitaniam relegato: deinde & matrimonio sibi coniunxit, repudiata relegatáque in Pandatariam insulam Octauia. Periit ictu calcis à Nerone, quum grauida esset, percussa. Vide Tacit. *lib.* 3. *Annal.*

Sabini, σαβῖνοι, populi sunt in quarta Italiæ regione, non procul à Roma, à religione & cultu deorum cognominati, quasi Sebini, ἀπὸ τοῦ σέβειν. Sabini, vt refert Plutarchus *in Rom. & in Num.* Silius verò à Sabo autore gentis Sabinos dici putat, qui *l b.* 8. ait, Pars laudes ore ferebant Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus Dixisti populos magna ditione Sabinos. Hos Plinius Apennini iugis vallatos vtrinque scribit. Strabo Sabinos ait angustum incolere agrum in longitudinem propensum, à Tiberi vsque Nomentum oppidum, stadiis mille vsque ad Vestinos. Horum filias rapuerunt Romani olim in spectaculo, quum vxoribus carerent. Romulus enim quum affinitatem vicinorum bona pace impetrare non posset propter vrbis nouitatem, consilium cepit de rapiendis virginibus. Indictis itaque ludis Neptuno peragendis, quum multi hospites accolæ conuenissent cum coniugibus & liberis: vltimo die dato signo quum ad rapinam discurreretur, raptæ sunt virgines 683. autore Dionysio in antiquitatibus: propter quam rapinam consequutum, postea est bellum inter Romanos & Sabinos: cuius exitus talis fuit, vt victi Sabini, in partem vrbis fuerint recepti. Virg. 8.

———Et raptas sine more Sabinas
Consessu caueæ, &c.

Sabinus, Declamator tempore Senecæ, lepido vir ingenio: cuius meminit Seneca in declamationibus. Sabinus Vespasiani frater, interfectus à Vitellio quum Vespasiano res contra Iudæos gerente, post Othonis mortem Capitolium cum æde Iouis occupasset. Sabinus sophista, sub Adriano principe scripsit Isagogen ad materias & hypotheses, declamationum libros quatuor, preterea in Thucydidem enarrationem. Suidas. Sabinus Masurius scripsit Fastorum & memorabilium rerum libros. ¶ Sabinus, Syrus, memorandæ fortitudinis, qui tempore Titi, primus Hierosolymæ muros ascendit. Autor Ioseph. *lib.* 7. *c.* 1. ¶ Sabinus Tiro qui κηπευτικῶν, id est, de re hortensi libros aliquot conscripsit, teste Plin. *lib.* 19. *cap.* 10.

Sabis, σάβις, fluuius est Carmaniæ in sinum Persicum illabens. Autores Ptolemæus *tab.* 6. *Asiæ*, & Plinius *lib.* 6 *c.* 23.

Sabrina, fluuius Britanniæ insulæ, versùs Occidentem in mare illabens, cuius meminit Tacit. *Annal. lib.* 2.

‖ Sabrum, asperum. Gl. A. L. ‖

Sābūcus, vt Ruellio scribendum videtur: siue *Sambucus*, vt alij malunt: frutex est duorum generum, quorum alter ad iustæ propemodum arboris robur assurgens, à Græcis ἀκτῆ appellatur { Gal. *Sureau, ou sureau.* Ital. *Sambuco.* Germ. Holder oder attich. Hisp. *El sauco arbol.* Ang. *An elder tree.* } Alter humilis, flore tamen & folio superiori non dissimilis, à Latinis ebulum, à Græcis χαμαιάκτη nominatur. Vtrunque genus baccas fert in vmbella, per maturitatem nigrescentes, succúmque atri sanguinis colore reddentes. Verùm de his plura infra in dictione *Sambucus*.

Săbŭlum, i, & Sabulo, nis, Arena crassior, ponderosiórque. { חול *chôl.* ἄμμος, ψάμμος. Gal. *Sable, sablon.* Ital. *Sabiana, arena grossa.* Germ. Grob sand. Hisp. *Tierra arenisca, a arena.* Ang. *VVeightie and ponderous sand, or balase of a shipe.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 43. Inuicem sabulum album in Ticinensi, multísque in locis nigrum, itémque rubrum, etiam pingui terræ permistum, infœcundum est, Colum. *lib.* 4. *cap.* 35. Pullam terram, & resolutam desiderat, sabulonem humidum, vel refractum tophum non respuit. Var. 1. *de re rust. c.* 9. In queis lapis, marmor, rudus, arena, sabulo, argilla, &c. ¶ Sabulum instrumentum musicum, apud Apuleium. Macrobius, Sabulo sabulonis videtur pro eodem posuisse. Apud Fest. & Varr. Sambulo tibicinem significat, de quo infrà, quod non longè videtur à sabulo aut sabulone aut recedere.

Săbŭlōsŭs, a, um, Plenum sabulo. { ἀμμώδης. Gall. *Sablonneux.* Ital. *Sabbionoso.* Ger. Sandechtig/voll sand. Hisp. *Lleno de tierra arenisca, arenoso* Ang. *Full of ponderous sand* } Plin. *lib.* 13. *c.* 4. Palma gignitur leui sabulosáque terra.

Săbŭlētum, i dicitur locus in quo sabulum abundat. { ψαμμώδων Gall. *Sablonniere.* Ital. *Luogo doue è multo sabbio.* Germ. Ein ort an dem vil sand ist/ein sandgrub. Hisp. *Lugar de aquella tier a arenisca.* Ang. *A place full of ponderous sand.* } Plin. *lib.* 27. *c.* 8. Crocodilion nascitur in sabuletis.

Săbŭrră, æ, propriè sabulum vilius & crassius, quo naues onerari solent vsque ad certam mensuram, quò stabiliores sint. { ἕρμα. Gal. *Grosse arene ou grauier de quoy on charge les nauires pour estre plus fermes contre la tempeste, la Saorne.* Ital. *Sabbione, bellota, saorna* Ger. Gar grob sand mit dem man die schiff beschwäret daß sie hart daher fahren. Hisp. *El lastro para assentar la naue.* Ang *Balase wher with shipes ar euen poysed to go vpright.* } Plin. *lib.* 10. *c.* 23. Certum est, Pontum transuolaturas, primum omnium angustias petere, inter duo promontoria, Criumetopon, & Carambin, mox saburra stabiliri. Liu. 7. *bel. Pun.* Se in animo habuisse, tota classe Ephesum petere, & onerarias ducere multa saburra grauatas, atque eas in faucibus portus supprimere. Priscianus præcipit in hac voce b literam esse geminandam: quod an verum sit, ipse viderit. Virg. certè primam syllabam corripit *lib.* 4. *Geōrg.*

———& sæpe lapillos
Vt cymba instabiles fluctu iactante saburram, Tollunt,

Saburra, vicus antiquæ Romæ, vbi meretricum diuersoria erant: quæ inde *Saburranæ*.

Săbŭrrāre, est saburra onerare, & se stabilire aduersùs vim ventorum. { ἐρμάζειν. Gal. *Charge d'arene.* Ital. *Mettere la saorna nella naue.* Ger. Mit grobem sand beschwären. Hisp. *Alastrar la naue.* Angl. *To balase shipe.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 35. Echini affigentes sese, aut arenas saburrantes, tempestatis signa sunt. Solinus, Grues volaturæ arenas deuorant, sublatísque lapillis ad moderatam grauitatem saburrantur.

Săbŭrrātŭs, a, um, { ἐρμασθεὶς. Gal. *Chargé d'arene ou de grauier.* Ital. *Carico di grossa arena o di sabbia grossa.* Ger. Mit grobem sand beschwäret oder gefüllt. Hisp. *Cargado de lastro, alastrado.* Ang. *Balased or loden with grauel* } Saburra oneratus, & per translationem quouismodo expletus. Plaut. *Cistel.* —quæ vbi saburratæ sumus, Largiloquæ extemplò sumus.

Sabyllus, vir Gelous, Cleandri tyranni interfector. Autor Herodot. *lib.* 6.

Sacæ, carum, Scythiæ Asiaticæ populi, Iaxarti fluuio vicini, à Sogdianis Comedorum montibus diuisi, nullas habentes domos, sed nemora & speluncas inhabitantes. Autor Ptolemæus Tabula Asiæ septima. Persæ Scythas omnes vno nomine Sacas appellant: propterea quòd Sacarum gens ex omni Scytharum genere illis proxima sit, illósque penè solos nouerunt. Plin. *lib.* 6. *cap.* 17. Vltra sunt Scytharum populi, Persæ illos Sacas vniuersos appellauere à proxima gente, &c. Hi olim Bactrianam prouinciam occupauere, & optimam Armeniæ regionem adepti sunt, vt *lib.* 11. Strab. refert, atque vsque ad Cappadocas processerunt. Sed quum ex spoliis festa celebrarent, Persarum imperatores eos noctu adorti, funditus deleuere. Hos quidem Sacasenos, σακασηνοὺς vocant.

Sacal, Ægyptiorum lingua electrum significare existimauit Nicias, & in Ægypto ex radiis Solis nasci, vt refert Plin. *lib* 37. *c* 2.

Săcchărum, i, { σάκχαρον Gall. *Du sucre.* Ital. *Succharo.* Germ. Zucker. Hisp. *El açucar de cañas* Angl *Sugar.* } Dicitur mel arundinibus collectum, gummi modo candidum, fragile. Nascitur in Arabia, India, Creta, Italia, & Sicilia. Vnde oxysaccharum, potionis genus ex saccharo & aceto. Plin. *lib.* 12. *cap.* 8. Saccharum & Arabia fert, sed laudatius India. Est autem mel in arundinibus collectum, gummi modo candidum, dentibus fragile, amplissimum, nucis tantùm auellanæ magnitudine, ad medicinæ tantùm vsum. Hæc Plinius. Hodie præstantissimum aduehitur saccharum ex Fortunatis insulis, quas Canarias vocant in metæ formam redactum. Nascitur & in Ægypto, Cypro & Rhodio. Galeni seculo saccharum vix notum erat hodie tam vulgatum, vt ne quotidianus quidem cibus placeat sine saccharo.

Săccĭlāză σακκιλάζα. Oppidum Africæ propriè dictæ, non procul à Syrti magna: cuius meminit Ptol *lib.* 4. *cap.* 3.

Săccĭpērium, ij, Maior crumena, & minoris marsupij receptaculum. σακκοπήριον. Plaut. *in Ruden.* Meum marsupium, quod plenum argenti fuit in sacciperio. Dictio composita ex sacco & pera.

Sacco, per saccum colo. Gloss, Saccat ὑλίζει. inde

Saccata vina, id est, colata per saccum. à saccus, quatenus est colum, ἠθμός. Senec. *epist.* 86. Non saccata aqua lauabatur, sed sæpè turbida. Vulgò legitur paccata. Ibi Lipsius: Scripta, *non saccata aqua*.

Saccatum, liquor est aquæ fæce vini admixtus & sacco expressus: & vnde dicitur Isid. *lib.* 20.3.

SACCVS, i. { שַׂק *sak*. σάκκος. GALL. *Sac*. ITAL. & HISP. *Saco*. GERM. Ein Sack. ANGL. *A sack*. } Notæ significationis est: quippe quòd non modò apud Hebræos, Græcos & Latinos, verumetiam apud Italos, Hispanos, Flandros, Germanos, Gallos, multarúmque aliarum linguarum homines eodem nomine dicatur. ¶ Et à Sacco Poloni appellant *Zak*, hoc est, scholasticus, quòd ex literis victum quærentes, perpetua premantur penuria, & instar mendicorum saccos baiulantium, sibi difficulter victum quærant. Horat. 1. *Sermonum*, congestis vndique saccis Indormis inhians. Cicer. 5. *Verr.* Quum iste ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, saccos imperaret, neque ea sumeret, pro iis rebus pecuniam exigeret. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Vel extra portam ire trigeminam ad saccum licet. (i. vt exponit Lambinus, mendicatum ire licet.) Saccus frumentarius, quo frumentum geritur, Saccus niuarius, id est, colum ex lapide spongioso, ad colandas aquas ex niuibus resolutas. Martial. *epigr.* 104. *lib.* 14.

Sacculus, & Saccellus, diminutiua. Exiguus saccus, marsurpium. { σακκίον. GALL. *Sachet*. ITAL. *Sacchetto* GER. Ein säcklin. HISP. *Pequeño saco*. ANGL. *A litle sack, bagge or purse*. } Cicer. 2. *de finib.* Ius, & sacculos abstulerit. Asconius, Sacci, vnde sacculi & sacelli. Iuuen. *Satyr.* 11. Quantum ferrata distet ab arca sacculus.

Saccaria, æ, Saccorum mercatura. σακκοπωλική. Apul. *lib.* 1. *de Asino aureo*, Saccariam faciens merebam.

Saccarius, dicitur baiulus, vel gerulus, qui saccis gestandis victum quæritat. { σακοφόρος. GAL. *Vn portesac, portepoche, portefaix* ITAL. *Porta sacco ò pesi*. GERM. Ein sackträger. HISP. *El baastaje ò ganapan*. ANG. *A bearer of sackes*. } Paul. *l. qui fundum. de contrahen. empt.* Si quid ex sacco saccarij cecidisset. Saccaria nauis vnde dicta docet Quintil. *in instit. Orat.*

Saccularij, orum. { ῥαδιουργοί. GAL. *Pilleurs de bourses, affronteurs*. ITAL. *Fraudatori, ingannatori*. GERM. Leutbscheisser/der die leut betreugt mit bösen künsten/vnd in seinen sack machet. HISP. *Enganadores*. ANG *Robbers of purses*. } Apud Iureconsultos accipiuntur pro fraudulentis impostoribus, qui vetitas artes exercent, & in sacculos partem subducunt, partem subtrahunt, quos Vlpianus ait plus quàm fures puniendos, *de extraordin. crim l. saccularij*.

Sacellum, vide Sacer, adiectiuum.

SACER, ra, rum, Consecratus, religiosus. { קָדוֹשׁ *kadhósch*. ἱερός. GAL. *Sacré, sainct, dedié à Dieu*. ITAL. *Sacro*. GER. Heilig. HISP. *Cosa sacrada*. ANG *Holy, consecrate*. } Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

Extulit os sacrum cœlo tenebrásque resoluit.

Plaut. *Menæch.* At ego te sacram coronam surripuisse Ioui scio. Plin. *Epistol.* 177. Reuerere gloriam veterem, & hanc ipsam senectutem quæ in homine venerabilis, in vrbibus sacra est. Miscere sacra profanis. Horat. *lib.* 1. *Epist.* 17. Ædes sacra, Cicer. *Bruto lib.* 13. Arces sacræ, Virg. *lib.* 3. *Georg.* Liuius *lib.* 34. Sacer mons à plebe occupatus. Vide paulo infrà. Item Sacrum certamen, vide certamen. Plaut. *in Aul. sc.* 1. *a.* 4. In ara hîc assidam sacra. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Inter sacrum saxúmque sto. Quintil. sacra patris memoria. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Polyb.* Nihil sacrum intactúmque fortunæ. Idem *cap.* 9. *de tranq.* Sacrorum opera ingeniorum. i. libri ¶ Capitur nonnunquam pro execrando, scelesto. { אָרוּר *arúr* נֶעֱלָב כִּשְׁאוֹל *neeléb* נִתְעָב *nitʿá*. κατάρατος. } Virg. *lib.* 3. *Æn.*

———*quid non mortalia pectora cogis*
Auri sacra fames?

¶ Antiquitus homo sacer dicebatur, qui post diras execrationes, pestis, alteriúsve calamitatis expiandæ gratia alicui deorum immolabatur: quanuis per translationem etiam latiùs accipiatur pro quouis homine scelerato, & detestabili. κάθαρμα. Horat. *lib.* 2. *Ser. Satyr.* 6.

Intestabilis & sacer esto.

Vide plura de hoc apud Macrobium *lib.* 3. *Saturn.* ¶ Sacer ignis, morbus cuius multa sunt genera, quæ apud Plinium habentur, *lib.* 26. *cap.* 11. ἐρυσίπελας. Cels. *lib.* 5. Sacer quoque ignis malis vlceribus annumerari debet. Eius duæ sunt species, Alterum est subrubicundum, aut mistum rubore atque pallore, exasperatúmque per pustulas continuas, quarum nulla altera maior est. In his semper ferè pus & sæpè rubor cum calore est. Fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipuéque in plantis, alterum autem est in summa cutis exulceratione, sed sine altitudine latum & sublíuidum Hæc Celsus. In pecudibus (nam & eas infestat) pusulla appellatur, Colum. *lib.* 7 *cap.* 5. Est etiam insanabilis sacer ignis quam pusulam vocant pastores. Ea nisi compescitur intra primam pecudem, quæ tali morbo correpta est, vniuersum gregem contagione prosternit. Siquidem nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur. Nam penè ad omnem tactum excandescit. Inter sacri ignis species numeratur quem vulgus ignem *S. Antonij* vocat. A Plinio, ni fallor, zoster appellatur, medium hominem cingens, & vbi cinxerit, enecans. ¶ Sacer morbus, idem qui comitialis, quod comitia dissolueret: & Herculeus, propterea quòd Hercules eo laborasse dicatur. ἱερὰ νόσος, ἐπιληψία. Sacer autem idcirco dici putatur, quòd sanctissimam hominis partem, hoc est, animæ rationalis domicilium præcipuè infestet. Sacer locus, qui publicè est dedicatus, siue in ciuitate sit, siue in agro: similiter sacræ res, quæ publicè sunt consecratæ. ¶ Sacer serpens, serpentis genus admodum exiguum, adeò tamen pestilens, vt vel maximi angues venenum eius reformident, eóque adueniente diffugiant, ἱερὸς ὄφις. ¶ Magnitudo huic ad cubitum, species hirsuta. Quicquid momorderit, continuò putrescit.

Sacer mons, trans Anienem fluuium vltra tertium milliarium appellatur quem plebs Romana post expulsos Reges, quum nexu potentiorum premeretur, secessione facta à Patribus, vrbéque relicta occupauit: neque nisi impetratis suis sacrosanctis magistratibus, maximè adnitente Menenio Agrippa, cum Patribus rediit in gratiam. ἱερὸν ὄρος. Vide Liu. *lib.* 2. *ab Vrbe*. & Plutar. *in Coriolan.*

Sacra, scil. epistola: rescriptum, siue epistola Imperatoris, tanquam personæ sacræ, pro sacra & inuiolabili habendæ. Latini posteriores absolutè, vtuntur ea voce, tanquam substantiua. Landulphus Sagax in Iustino 11. Cùm autem suscepisset Imperatoris sacram, osculatus est signaculum. Sic passim in histor. ecclesiastica. Græci retinent σάκρα.

Sacra via, in vrbe Romana vocitata est, quòd in ea ictum fœdus sit inter Romulum & Tatium, siue quòd continuò ea vtebantur sacerdotes Idulium sacrorum conficiendorum causa. ἱερὰ ὁδός. Extendebatur autem à domo regia sacrificuli vsque ad sacellum Sireniæ, & rursus à regia vsque in arcem. Cic. *pro Planc.* Equidem, inquit, si quando (vt fit) iactor in turba, non illum accuso qui est in summa Sacra via, quum ego ad Fabium Fornicem impellor, sed eum qui in me ipsum incurrit atque incidit. Hinc Ouid. *Eleg.* 1 *lib.* 3. *Trist.* Hæc est à sacris quæ via nomen habet. Hanc Horatius Sacrum cliuum nuncupauit.

Sacra certamina Græciæ quatuor erant, quæ à Tacito ludicra vocantur, ἱεροὶ ἀγῶνες. Olympia, Isthmia, Pythia, & Nemæa, de quorum institutione & præmiis abundè multa annotauimus in dictione *Certamen*.

Sacres porci, qui dicantur, vide infrà.

Sacrum promontorium à Ptolem. appellatur extremum Lusitaniæ promontorium inter Anam & Chalyben fluuios, quod nunc appellant *Caput sancti Vincentij*, ἱερὸν ἀκρωτήριον.

Sacrum, i, substantiuum, res sacra Deo dicata: per Synecd gener. sacrificium omninóque ritus sacer; & locus sacer, templum. Sacrificium. { חַג *chagh* קָרְבָּן *korbán* זֶבַח *zéuach* זִבְחָה *Zibchah*. θυσία, λειτουργία. GALL. *Sacrifice, sacrement*. ITAL. *Sacramento, sacro, consacro*. GER. Ein Gottsdienst/opfer/heilig werck. HISP. *Sacrificio*. ANGL. *A sacrifice, any thing dedicated to god*. } Virg. 3. *Æneid.*

Sacra Dionææ matri, diuísque ferebam.

Idem 5. *Æneid.*

Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incœpta paraui.

Ouid. 5. *Fast.*

Ecce anus in mediis residens annosa puellis,
Sacra facit tacitè, nec tamen ipsa tacet.

Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Vbi sacro manus sis admolitus. Ouid. 4. *Fast.*

Siue sacro pauit (pecus) sediue sub arbore sacra.

Plaut. *Capt sc.* 1. *a.* 4. Sine sacris hereditatem sum adeptus. ¶ In sacris minutissima quæque obseruabantur ita vt tricies iterata sint, Plutarch. *in Coriol.* ¶ Sacrorum detestatio fiebat calatis comitiis, Gell. *c.* 27. *lib.* 15. ¶ Sacrum de ludis Olympicis. Velleius. ¶ Nonnunquam idem quod templum. הֵיכָל *hechál* מִקְדָּשׁ *mikdásch*. ἱερόν. GALL. *Temple*. ITAL. *Tempio*. GER. Ein kirch/tempel/heilig orth. HISP. *Templo*. ANGL. *A churche or temple*. } Paulus iureconsultus, Sunt autem Sacrilegi, qui publica sacra compilarint. At qui priuata sacra, vel ædiculas incustoditas tentauerint, amplius quam fures, minus quàm sacrilegi merentur. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Apud Cloacinæ sacrum, i. fanum. ¶ Inter sacrum & saxum, prouerbialis locutio est, qua vtimur, quoties nos in summo discrimine constitutos volumus significare. Vide Erasmi Adagia. ¶ Stata sacra quæ dicantur, vide supra in dictione *Feria*, & infrà in dictione *Stata*. Sacra hæc non alıter constant. Prouerbium, quo licebit vti, si quando fatebimur culpam, sed quæ rei locóve conueniat: veluti siquis in balneis agat impudentiùs, aut inter mulierculas ineptiùs, aut inter aulicos dissimulantiùs, aut inter sophistas loquaciùs, aut apud populum adulantiùs. Ausonius nuptialis Centonis excusans, licentiam, Etenim fabula est, inquit, de nuptiis, & velit nolit, sacra hæc aliter non constant. ¶ Sacrum sine fumo, ἄκαπνα θύματα, vt cum mola, lac, corollæ offeruntur. qualia erant pauperculorum sacrificia. Prouerbio dicitur de tenui conuiuio, in quo nihil recens coctum apponitur.

Sacellum, i, diminutiu. à sacrum: & significat locum paruum Deo sacratum cum ara. { רָמָה *ramáh*. ἱερόν. GALL. *Vn petit temple, vne chapelle*. ITAL. *Cappelletta*. GERM. Ein Cappel/kirchlin. HISP. *Templo pequeño*. ANGL. *A chappell or litle temple*. } Cicer. *de Lege Agrar.* Sunt enim loca publica vrbis, sunt sacella, &c. Trebatius Iureconsultus scribit, Sacellum compositum esse verbum, quasi sacra cella. Gell. *c.* 12. *lib.* 6. Sed hoc neque verum, neque verisimile.

Sacro, as, Deo dedico, & sacrum facio, consecro. { קָדַשׁ *kiddésch* חָנַךְ *chanach*. τελετάω, ἱερόω, καθιερόω. GALL. *Sacrer, consacrer, dedier à Dieu*. ITAL. *Sacrare*. GERM. Weihen/heiligen/ einem heiligen brauch zueignen. HISP. *Consagrar*. ANG. *To consecrat to god, to mak holy or dedicat*. } Plinius *lib.* 36. Eiusdem remanet & alius centum cubitorum, quem post cæcitatem visu reddito, ex oraculo Soli sacrauit. ¶ Sacrare votum diis est voto sese astringere. Virg. 8. *Æneid.*

Diis Italis votum immortale sacrabat.

¶ Ponitur aliquando Sacrare pro deuouere, & detestabile decernere, & ita morti addicere, vt impunè occidi, & violari possit. { הַחֲרִים *hecherim*. } Liu. 2. *ab Vrbe*, Ante omnes de prouocatione aduersùs magistratus ad populum, sacrandóque cum bonis capite eius, qui regni occupandi consilia inisset, gratæ in vulgus leges fuere. ¶ Huius composita sunt Consecro, Desecro, Obsecro, Prosecro, & Resecro, quorum significata vide suis locis.

Sacratio, nis, sacrandi ritus. ἱέρωσις. Macrob. *Satur. lib.* 3. *c.* 7. Sacrationis vocabulo obseruantiam diuini iuris impleuit.

Sacror, aris pass. Ouid. 1. *Fast.*

Vtque ego perpetuis olim sacrabor in aris,
Sic Augusta nouum Liuia numen erit.

Sacratus, a, um, participium. { מְקֻדָּשׁ *mekuddásch*. ἱερωθείς, καθιερωθείς. GAL. *Sacré, dedié à Dieu, consacré*. ITAL. *Sacrato*. GER. Geweyhet/Geheiliget. HISP. *Consagrado*. ANGL. *Consecrated, dedicated to god*. } vt, Caput sacratum. Virg. 1. *Æneid.*

Exorat pacem diuûm, vittásque resoluit
Sacrati capitis.

Idem 2. *Æneid.*

Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura,
Sacratæ leges.

vide suprà. Opus alicui sacratum. Ouid. 2. *Trist. Eleg. unica.*

Idque tuo nuper scriptum sub nomine Cæsar,
Et tibi sacratum sors mea rupit opus.

Liuius

Liuius *lib.9.dec.4.* Viget eloquentia eius sacrata scriptis. Idem *lib.8.dec.4.* Sacratum fœdus in Capitolio. Et *lib.4.dec.9.* Sacrata atque sancita lex. Cæs. *lib.3.de bell.ciu.* Sacrati viri à Capua. ¶ Sacratæ leges quibus sancitum erat vt si quis aduersùs eas fecisset, sacer alicui deorum cum familia, pecuniáque esset. ὅσιοι νόμοι. Liu.2.*ab Vrbe*, Præcipuus pauor Tribunos inuaserat, quàm nihil auxilij haberent sacratæ leges, morte collegæ monitos. Idem, Sub idem fermè tempus, Ligures lege sacrata coacto exercitu, nocte castra Proconsulis aggressi sunt.

Sacratior, & hoc sacratius, Sacratissimus. Plin. *lib.16.cap.44.* Nihil habent Druidæ (ita suos appellant Magos) visco & arbore in qua gignatur, sacratius. Idem *lib.33.c.4.* Numine illis gentibus sacratissimo.

Sacrārium, ij, locus in quo sacra reponuntur. { מקדש *mikdásch.* ἱεροφυλακεῖον, ἄδυτον. GALL. *Le lieu où on met & serre les choses sacrées, sacristie.* ITAL. *Sagrestia.* GERM. Sacrystey / Ein orth einer kirchen in welches man heilige ding hinbehaltet. HISP. *El lugar dõde se guarda lo sagrado, sacristia.* ANG. *A place to keep thinges consecrated in.* } Nam Sacer locus & Sacrarium differunt. Sacer enim locus, est locus consecratus. Sacrarium simpliciter in quo sacra reponuntur, quod etiam in ædificio priuato esse potest. Vnde à Cicerone Sacrarium Bonæ Deæ nominatur. Senec. *lib.5.Quæst.* Arcana illa rerum naturæ sacra non promiscuè & omnibus patent: reducta, & in interiori sunt clausa sacrario. Gell. *cap.6. lib.4.* Vt terram mouisse nuntiari solet, ita in veteribus memoriis scriptum legimus, nuntiatum esse Senatui in sacrario in regia hastas Martias mouisse. Ægesipp. *lib.5.* scribit, sacrarium templi Hierosolymorum fuisse profanatum à Gentibus, quò solus semel in anno princeps sacerdotum solebat intrare, non sine sanguine. ¶ Quid intersit inter sacrum locum, & sacrarium, ostendit Vlpian. *in l.sacra.de diuis.re.* inquiens, Sacer locus, est consecratus: Sacrarium, in quo sacra reponuntur. Sueton. tamen *de August. cap.5.* non tam pro sacrorum repositorio, quàm pro sacello, locóque sacrato sumsit. Natus est (inquit) Augustus ad capita bubula, vbi nunc sacrarium habet, aliquantò postquam excessit, constitutum. Paulò pòst, *eodem cap.* Id ipsum sacrarium pars domus appellatur. Et *in Tib.cap.51.* eadem in significatione Sueton. videtur vsurpare, cùm ait; At illa commota veteres quosdam ad se Augusti codicillos, de acerbitate & intolerantia morum eius è sacrario protulit atque recitauit. ¶ Ponitur & sacrarium pro larario in ædibus priuatis. Cicer. *ad Memmium lib.15.* Caio Auiano Euandro qui habitat in tuo sacrario, & ipso multum vtor, & patrono eius M. Æmilio familiarissimè.

Sacris, e, sacer, aptus ad sacrum.

Sacris, hostia absolutè. Fest.

Sacrēs, porci, id est, sacri, appellabantur qui puri essent ad sacrificium, vt immolarentur quum primùm depulsi essent ab vbere: id autem contingebat die circiter decimo à partu: & ob id appellabantur ab antiquis sacres, quòd tum ad sacrificia idonei primum essent. Græc. χοῖροι ἁγνοί Plaut. *in Menæch. sc.2. a.2.* Quanti hic porci sunt sacres? Ita quidem Varro (ex quo hæc desumpta sunt) citat hunc locum Plauti; qui tamen locus ita vulgò legitur; — quibus hic pretiis veneunt porci Sacres, sinceri, &c. Vide de illis porcis plura apud ipsum Varronem *c.1. & 4.lib.2.de re rust.* vel etiam apud Lambinum in hunc locum Plauti.

Sacrāmentum, Pecunia dicebatur à duobus contendentibus in iure deposita, ea conditione vt qui vicisset, suam auferret, victi verò ærario cederet. Varro autem quid propriè veteribus fuerit explicat *lib.4. de Lingua*, his verbis: Sacramentum à sacro: & qui petebat, & qui infitiabatur, vterque quingenta æris ad Pontificem deponebat: de aliis item rebus alio certo numero. Qui iudicio vicerat, suum sacramentum à sacro auferebat: victi ad ærarium redibant, id est, victus ea pecunia, quam deposuerat, mulctabatur in pœnam iniustæ litigationis, quæ ærario cedebat. Cicer. *lib.9.Epist.* Pugna, si me amas, nisi arguta apparebunt vt sacramento contendas mea non esse. Idem *de Oratore*, Agerent enim tecum Pythagorei, quibuscum tibi iusto sacramento contendere non liceret. ¶ Iniustis vindiciis & sacramentis fundos alienos petere. Cicer. *pro Milone.* Sacramentum item, *interprete Festo*, dicitur quicquid iureiurando interposito geritur. Sacramentum idem esse cum iureiurando docet Liuius *lib.5.dec.4.* Idem, quid sit sacramentum in militia, docet *lib.2.d.3.* Cæs. *lib.1. de bell.ciu.* Sacramenta apud se milites dicere iubet. Sic & Liu. *lib.2.ab Vrb.* Sacramenta dicere, & Sacramento dicere: Idem *lib.4.ab Vrb.* sicut & Cæs. *lib.1.de bell.ciu.* Et Sacramenti formula; Neque me, liberósque meos chariores habeo, quàm Caium & sorores eius. Sueton. *in Calig.cap.15.* Idem *in Neron.c.44.* Ad sacramentum citare. Idem *Galba, c.10.* Mutare sacramentum. Idem *in Tib.cap.8* Sacramenti metu in egrastulis latere. ¶ Sacramentum pro militia: Sueton. *in Aug. cap.24.* Sacramenti detrectandi caussa filiis pollices amputare. Senec. *Epist.37.* Sacramento ligari (aliàs rogari) mox dicitur auctoramentum. Idem *epist.66.* Sacramento ligatus, &c. Quint. Sacramento rogati aut superstitione adstricti nefas ducunt à suscepta semel persuasione discedere. Hinc Sacramentum militare dicebatur, quo milites in verba Imperatoris sui iurabant, quod nisi præstitissent, iusti milites non videbantur, eóque absoluti, in hostem legitimè pugnare non poterant. Legitima (inquit Seruius) militia erat eorum, qui singuli iurabant pro Repub. se esse facturos, nec discedebant nisi completis stipendiis: & Sacramentum vocabatur. Vegetius *de re militari lib.2.* Milites iurare solent, & ideo militiæ sacrati dicuntur. Iurant autem se omnia strenuè facturos quæ præceperit Imperator, nunquam deserturos militiam pro Romana Republica. ¶ Iuuenalis *Satyr.15.* Sacramenta figuratè pro ipsis militibus posuit:

Præmia nunc alia atque emolumenta notemus
Sacramentorum.

id est, militum iuratorum, & sacramento rogatorum. ¶ Suet. *in Cæsare*, Sanxit nequis ciuis maior viginti annis minórve decem qui sacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abesset. Teneri sacramento, est, obligari per sacramentum. ¶ Sacramento rogari, est iureiurando adigi. Quint. *lib.12.cap.2.* Sed hæc inter ipsos, qui velut sacramento rogati, vel etiam superstitione constricti, nefas ducunt à suscepta semel persuasione discedere. Et Liu.5. & 10.d.4.

Sacramentalis, e, ad sacramentum pertinens.

Sacramentalis aduocatus, & absolutè *Sacramentalis*, qui ad sacramentum i. iuramentum aduocatur.

Sacramentarium, constitutio, seu liba de sacramentis & cerimoniis: quæ vulgò *Agenda* nominantur.

Sacrosanctum, dicebatur, teste Budæo, quod iureiurando interposito erat institutum, vt qui violasset, morte pœnas penderet. { קדוש *kadhósch.* ἐκπεθειασμένον. GALL. *Sainct & sacré.* ITAL. *Sacrosanto.* GERM. Das allerheiligest / das so heilig vnd theur geachtet wirt das es bey verlierung leibs vnd läbens von niemandts verletzt oder schmächlich gehalten werden soll. HISP. *Lo sacrado con juramento, muy santo.* ANGL. *Hallow de holy.* } Cic. *pro Cornelio Balbo*, Quid fuit in rogatione ea, quæ de Pompeio à Gellio, & Lentulo coss. lata est in qua aliquid sacrosanctum videretur? Idem *ibid.* Sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod per populum, plebémve sancitum videretur. ¶ Sacrosanctus Tribun. plebis dicebatur, quem violari nefas erat, qui sine capitali piaculo attingi violenter non poterat. Ideo Principes Romanos legimus Tribunitiam potestatem assumere sibi solitos, vt augustiores, & sacrosanctos facerent: id quod in numismatis quoque eorum extat. Tranquillus *in Aug. cap.27.* Tribunitiam potestatem perpetuam recepit. Tacit. *lib 12.* Accurrunt Patres, decernitur Othoni tribunitia potestas, & nomen Augusti, & omnes principum honores. Hinc Seneca *cap.20 de consol. ad Mart.* de corpore Pompeij loquens: Sacrosanctum, inquit, victoribus satelliti præstitit (Pompeius.) Hinc sacrosancta templa in quibus est ius asyli: è quibus quempiam per vim extrahi nefas putatur.

Sacrifico, as, Sacrum facio. { זבח *zabách* העלה *heheláh* הקריב *hikrib.* θύω, καθαγιάζω, ἱερουργῶ. GALL. *Sacrifier.* ITAL. *Sacrificare.* GERM. Opfferen. HISP. *Hazer sacrificio, sacrificar.* ANGL. *To sacrifice.* } Plaut. *in Captiu.* Quin etiam vt magis noscas, Genio vbi suo quando sacrificat, ad rem diuinam, quibus est opus, Samiis vasis vtitur. Idem *Amph. sc.2.a.4.* Sacrifico ego tibi. A Qui? Quia enim te macto infortunio. *Ibidem*, Euades nunquam quin te sacrificem. Idem *Pseud. sc.3.a.1.* Si Sacrificem summo Ioui, & extra teneam, rem diuinam deseram. ¶ Sacrificor pro sacrifico olim dixere veteres, Gell. *cap.12. lib 18.* ¶ Sacrificantes autem coronati erant. Suet. *in Galba c.18.* Obseruatum Kalen. Ianuariis sacrificanti coronam de capite, &c. ¶ Interdum per sacrificia veniam peto: lito verò, veniam impetro. Plaut. *in Pœn.* Si hercle istuc vnquam factum est, tum me Iuppiter faciat, vt semper sacrificem, neque vnquam litem Confunduntur tamen quandoque.

Sacrĭfĭcātĭo, nis, verbale. { זבחה *zibecháh* קרבן *korbán.* ἱερουργία. GALL. *Sacrifice.* ITAL. & HISP. *Sacrificio.* GERM. Opfferung. ANGL. *A sacrificing or offering vp.* } Cicer. *1. de natur. deor.* Itaque in ea dea quod est rerum custos intimarum, omnis & precatio, & sacrificatio extrema est.

Sacrificatus, us, actio sacrificandi. Apul.

Sacrificatus, a, um, Latinis non ignotum, pro ἱερευθείς, oblatus.

Sacrĭfĭcālis, e, adiectiuum, ad sacrificium pertinens. { ἱερουργικός. GALL. *Appartenant à sacrifice.* ITAL. *Pertinente à sacrificio.* GERM. Das zu dem opfferen gehört. HISP. *Perteneciente à sacrificio.* ANGL. *Belonging to sacrifice.* } vt, Apparatus sacrificalis. Tacit. *lib.2.* Sacrificalem apparatum, festam Antiochensium plebem per lictores proturbat.

Sacrĭfĭcŭs, substantiuum, qui sacra facit. { כהן *chohén* כמר *chamár.* ἱεροποιός. GALL. *Sacrificateur.* ITAL. *Chi fa sacrificio.* GERM. Ein Opfferer. HISP. *El que haze sacrificio,* ANGL. *He that offereth vp a sacrifice.* } Ouid 6. *Fast.*

Martia sacrifico deductum nomen ab Anco.

Sacrĭfĭcŭs, a, um, adiectiuum, quod ad sacra attinet. { ἱερουργικός. GAL. *Appartenant à choses sacrées.* ITAL. *Pertinente à cose sacre.* GERM. Das zu dem opfferen gehört. HISP. *Perteneciente à cosas sagradas.* ANG. *Belonging to sacrifice or holy thinges.* } vt. Sacrificæ tibiæ, quibus vtebantur in sacrificiis. Plin. *lib.16. cap.27.* Nunc sacrificæ Tuscorum è buxo tibiæ. Dies sacrifici. Ouid. 13. *Metam.*

— diésque
Des mihi sacrificos, calituràsque ignibus aras.

Ritus sacrifici, Ouid. 15. *Metam.* Vestis sacrifica, Silius *lib.3.*

Sacrĭfĭcŭlŭs, i, Sacerdos à sacris faciendis. { כמר *chamár.* ἱεροποιός, ἱερεύς. GAL. *Sacrificateur.* ITAL. *Chi fa sacrificio.* GERM. Opfferer / der die opffer vnnd solche heilige ding verbringt. HISP. *El que haze sacrificio.* ANGL. *A preast that offreth a sacrifice.* } Suet. *in Domit. cap.1.* Ardente templo, apud Æditimum clam pernoctauit: ac manè Isiaci celatus habitu, interque sacrificulos vanæ superstitionis, &c. Rex sacrificulus (quem & Athenienses βασιλέα appellabant) Romæ post exactos Reges primùm creatus est, quòd quædam sacra ita instituta essent, vt necesse esset ea per Regem obiri. Vide Liu. *lib.2. ab Vrbe.* Gell. *lib.10. cap.15.* Super Flaminem Dialem in conuiuio, nisi Rex sacrificulus, haud quisquam alius accumbit. Liuius *lib.6. bell. Pun.* Vulgò ergo Pontifices, augures sacrificuli Reges creentur, cuilibet apicem Dialem, dummodo homo sit, imponamus.

Sacrĭfĭcĭum, ij, Sacrum, seu res diuina. { זבחה *zibecháh* קרבן *korbán.* θυσία. GAL. *Sacrifice.* ITAL. & HISP. *Sacrificio.* GERM. Ein opffer. ANGL. *A sacrifice.* } Cicer. *ad Attic.* Cuius Laurentiæ vos Pontifices ad aram in Velabro sacrificium facere soletis. Idem *de Arusp. respon.* De illo sacrificio quod fit pro salute populi Romani. Liu. *lib.4. Decad.5.* In monte sacrificio ritè perpetrato. Plaut. *Amph.* Sacrificia ad epulum conduxit. ¶ Sacrificium anniuersarium excusat militem. Gellius *cap.4. lib.16.*

Sacrĭcŏlă, Minister sacrorum, vel ipse sacrificus, quasi sacra colens. { ἱερόδουλος, ἱεροφάντης. GALL. *Sacrificateur.* ITAL. *Sacrificatore.* GERM. Ein diener zu heiligen dingen / oder ein Opfferpriester. HISP. *Sacrificador.* ANG. *A sacrificer.* } Tacit. *lib.9.* Domitianus prima irruptione apud Æditimum occultatus, solertia liberti lineo amictu turbæ sacricolarum immistus, ignoratus apud Cornelium Primum, paternum clientem, iuxta Velabrum delituit.

Sacrĭfĕr, a, um, Sacra ferens. { ἱεροφόρος. GAL. *Qui porte choses sacrees & sainctes.* ITAL. *Chi porta le cose sacre.* GER. Das heilige ding daher tregt. HISP. *El que lleua las cosas sagradas.* ANGL. *That bringeth holy thinges or sacrifices.* } Ouid 4. *Fast.*

Quum Troiam Æneas Italos portaret in agros,

Est dea sacriferas penè secuta rates.

Sacrilĕgus,i,qui rem sacram, aut rem profanam de loco sacro legit, id est, furatur. {ἱερόσυλ☉. GAL.*Sacrilege, larron des choses sainctes*.ITAL.*Inuolatore di cose sacre.* GER. Ein kirchendieb/Gotts dieb/der auß heiligen orten etwas stilt. HISP.*El que hurta lo sagrado,sacrilego.*ANG.*That steleth holy thinges.*} Terent.*in Adelph.*Vbi est ille sacrilegus?Cic.1.*de Legib.*Sacrilego pœna est:neque ei soli qui è sacro abstulerit,sed etiam qui sacro commendatum:quod & nunc multis fit in fanis. Iuuen.*Sat.*13.

Hæc tibi si non sunt minor extat sacrilegus,qui
Radat inaurati femur Herculis.

Plaut.*Pseud sc.*3 *a.*1.Parricida,sacrilege. (leno.)

Sacrilĕgus,a,um,adiectiuum:vt, Artes sacrilegæ, Manus sacrilegæ. Ouid. 1.*de arte amandi*:

Non mihi sacrilegas meretricum vt persequar artes,
Cum totidem linguis,sint satis ora decem

Cic.5.*Verr.*Cæteros item deos deásque omnes imploro,atque obtestor: quorum templis & religionibus iste nefario quodam furore & audacia instinctus, bellum sacrilegum semper impiúmque habuit indictum. Ignes sacrilegos admouere templis.Tibul.*lib.*1.*Eleg.*1.

Sacrilēgium,ipsum sacrarum rerum furtum. { ἱεροσυλία. GALL.*Sacrilege, larcin des choses sacrées* ITAL.*Sacrilegio,rubbamento di cose sacre.*GER. Ein kirchendiebstal/ein diebstal heiliger dingen. HISP.*Hurto de lo sagrado,sacrilegio.*ANGL.*Thif of holy thinges.*} Quint.*lib.* 5 *cap.*10.Si quis sacrilegium faciet, faciet & furtum. Cic.*in Salust.*Non ita est,sed abiit in sodalitium sacrilegij. Nigidiani. ¶ Reum esse sacrilegij, Quint.*lib.*4. *c.*1.& admittere sacrilegium.Idem.

Sacrimonium,ἱερουσιον. Gloss.conditio,seu relatio rei sacræ.

SACERDOS, otis, comm. gen. qui Deo dicatus est ad sacrificia facienda. כהן *cochén*.ἱερεὺς.GAL.*Sacrificateur,prestre*.ITAL *Sacerdote.prete*.GER. Ein priester oder opfferpriester. HISP. *El sacerdote, presbytero.* ANGL. *A preast.* } Dicitur enim à sacro & ἔρδειν,quod facere significat. Ouid. *Eleg.*4 *lib.*4.*Trist.*

Et iam constiterat stricto mucrone Sacerdos. (Iphigenia.)

Idem *Eleg.*1 *lib.*2.*Trist.*

Quacunque erumpit quà non sinit ire sacerdos.

¶ Sacerdotes prætextati erant. Liu.*lib.*34. ¶ Sacerdos fœmina, Gell. *c.* 19 *lib.*13.Sacerdotes quoque fœminas,inquit,M. Cicero Antistitas dicit. Et paulo pòst: Sacerdotes Cereris,inquit Cicer. atque illius fani antistitæ, &c. Idem 4.*Acad.*Sed quum sacerdotes deorum vacationem habeant,&c. Apud Romanos varia erant sacerdotum genera,Flamines, Diales, Martiales, Quirinales, Salij, Pontifices maximi, Reges sacrorum, Sacrificuli, & Galli, qui Cybeles sacra faciebant. Ouid.3. *Amor. Eleg.* 7.

Ille ego Musarum purus Phœbique sacerdos
Ad rigidas canto carmen inane fores.

Virg.6.*Æneid.*

Quique sacerdotes casti dum vita manebat,
Quique pij vates. &c.

¶ Sacerdos,otis,genere fœminino,ἱέρεια.Idem 6.*Æneid.*

Deiphobus contrà,ne sæui magna sacerdos
Discedam,explebo numerum, &c.

Idem 3.*Æneid.*

———cu-sú̆sque dabit venerata sacerdos.

Săcērdōtĭsă,æ,fœm.gen.dixit Gellius,quanuis sacerdos communis generis sit, *lib.*10. *cap.*15. Eædem ferme ceremoniæ sunt, quas Flaminicas sacerdotissas Diàleis seorsum aiunt obseruitasse. { ἱέρεια.GALL.*Femme dediée à quelque religion,nonnain.*ITAL.*Sacerdotissa.*GERM.Ein priesterin/Pfaffin/Ein Nunn.HISP.*Sacerdotisa,monja.*ANG.*A noone.*}

Săcērdōtālis,e,quod ad sacerdotem pertinet. { ἱεροφαντικός. GALL. *Appartenant à sacrificateur ou prestre.* ITAL. *Pertinente à Sacerdote ò prete.* GERM Priesterisch/das den priesteren oder pfaffen zugehört.HISP.*Pertenesciente à sacerdote ò presbytero.*ANG.*Belonging to a preast.*} Liuius *lib.* 5.*ab Vrbe*, Virgines,sacráque in plaustrum imposuit:& Cære, quò iter sacerdotalibus erat,peruexit.Meliùs *sacerdotibus.*

Săcērdōtium, ij, Officium & dignitas sacerdotis. { כהנה *chehunnáh.* ἱερωσύνη.GAL.*Prestrise, cure,benefice.* ITAL.*Sacerdotio, beneficio.* GER. Das priesterlich ampt vnd wùrde/ Priesterthumb. HISP. *Dignidad de sacerdote.* ANG.*Preasthoode.*} Cicer.*pro domo sua*, Quum Licinia, virgo vestalis, summo loco nata, sanctissimo sacerdotio prædita, &c. Liu. contrà *lib.* 34. Sacerdotia fœminis non contigunt. Velleius, Sacerdotio Pontificatus eum honorauit. ¶ Sacerdotium etiam appellatur quod nos dicimus vulgò beneficium, aut præbendam. Liu. *lib.*9. Gens Potitia, cuius ad aram Herculis familiare sacerdotium erat. ¶ Sacerdotiorum autem sicut & beneficiorum duo fuerunt genera. Vnum,quod sacris esset addictum locis,quæ Reipublicæ, aut Principium, aut Pontificum collegij collationis essent:alterum, quod ædis,aut sacelli iuris esset,à patrefamilias ea ratione erecti, dedicatique, vt sacrorum cura, & fructuum ipsius sacerdotij perceptio, ad solam gentem, familiámque suam perpetuis successionibus deuolueretur. Quod sacerdotiorum genus à priscis Gentilitia sacerdotia, à nostris Beneficia iuris patronatus,appellata sunt. Cornel. Tacit. *de Othone*, At recens ab exilio reuersos adolescentes auitis & paternis sacerdotiis in solatium recoluit.aliàs *reposuit.* Liu.10.*bell Pun.*In eiusdem locum Pontifex (nam duò sacerdotia habuit)Seruius Sulpitius Galba inauguratus. ¶ Sacerdotia abeundi ius Gell.*c.*7.*lib.*6.

Sacio,is, ire.Formul. solemn. Ipsas res nec vendere, nec alienare, nec ad proprium sacire,nec hæredibus meis in alode derelinquere pontificium habeam ad faciendum,& 150.titulus est:Si aliquis rem alterius, quam excolit, ad proprietatem sacire vult, sed non potest, &postea eum precariauerit. GAL.*Saisir* est compotire, *se saisir de quelque chose*,occupare.apprehendere rem aliquam,*saisine & possession*, possessio.

‖ Sacitza,depopulatio. L.g.b.‖

Sacodios, σακώδιο☉, gemma est hyacinthini coloris, vnde nomen habet. Nam Indi hyacinthinum colorem Sacon vocant. Vide Plin *lib.*37. *c.*9.

Săcōmă tis, { σάκωμα. GAL.*Contrepois, equiualent,autant pesant.*ITAL. *Contrapeso, piombino della stella.* GER. Das gwicht so mann zu den leichteren legt biß in gleicher schwære die waag innstehet / gleych schwær gwicht.HISP.*Contrapeso.* ANG. *Equall poize or weight.*} Est æquipondium,hoc est,quod in libra apponitur ad æquilibrium faciendum.Vitru. *lib.*9. *cap.*3.*de Archimede*, Quum auream coronam votiuam diis immortalibus in quodam fano constituisset ponendam, immani pretio locauit faciendam, & aurum ad sacoma appendit redemptoris. Is ad tempus opus manufactum subtiliter regi approbauit,& ad sacoma pondus coronæ visus præstitisse.Bud.

Sacon, Indi vocant colorem hyacinthinum: vnde sacodios dicta gemma ex genere amethystarum, in hyacinthi colorem declinans. Autor Plin. *lib.vlt.c.*9.

Sacrāmentum,vide Sacer.

Sacrāni, populi Italiæ fuerunt Romæ vicini, qui à Corybante quodam magnæ matris sacerdote ea loca tenente,initium duxerunt:à sacrificando dicti:Corybantium enim erat,Matri deûm sacra facere. Seruius tamen Ardeades intelligi putat, propter ver sacrum quod apud eos immolationis genus erat, quo grauibus periculis adducti,vouebant quæcunque proximo vere apud se animalia nata essent, se immolaturos. Vide Seru in illud Virg.7.*Æneid.*

Et Sacranæ acies,& picti scuta Labici.

Sacrātus, Sacrifico, Sacrilegus,Sacro, Sacrum,vide *Sacer.*

Scrīmă, (inquit Festus) antiqui appellabant mustum quod Libero patri sacrificabant pro vinea,& vasis & ipso vino conseruandis. {ἀπαρχαὶ τοῦ γλεύκους quemadmodum præmessum, de spicis quas primùm messuissent,Cereri sacrificabant.

Sacrista, thesaurarius, qui custodit sacra vasa, vestimenta ecclesiastica, luminaria,& omnino thesauros ecclesiasticos. *cap. vnic. extr. de Offic. sacrist.& c.perlecto.§.ad thesaurar.*25.*dist.*

Sacrium, Scytharum lingua succinum dici credidit Xenocrates, referente Plin.*lib.*27.*c.*2.

Sacriuus,a,um,votiuus, quasi consecratus. Leg.Sal.*tit.*2.15. Siquis marialem sacriuum,qui dicitur votiuus,furauerit,&c.

Sadalis,σάδαλις,vrbs Ægypti.Gentile Sadalites, Steph.

Saddai,apud Hebræos vnum ex Dei nominibus.

Săddūcæi, σαδδουκαῖοι, Iudæorum factio, qui Sadducæum quendam magistrum Legis sequentes, neque resurrectionem credebant, neque Angelos, neque spiritus esse.

Sadyates,σαδυάτης,filius Adryos,filij Gygis,& auus Crœsi, teste Herod.*lib. hist.*1.post patrem regnauit in Lydia.

SÆPĔ,aduerbium,multis vicibus,frequenter,crebrò, à crebritate & densitate sepium dicitur recipitque diphtongum, vt differat à sepe ablatiuo nominis sepes. { פעמים *pehamim.* πολλάκις. GAL. *Souuent, souuentesfois,plusieurs fois.*ITAL.*Spesso,souente.*GERM.Offt/offtermaalen. HISP. *Muchas vezes.*ANGL.*Often tymes.*}Terent.*in Heaut.*Non licet hominè esse sæpè ita vt vult,si res non sinit. Plaut. *Mostell.sc.*3.*a.*1. Insperata accidunt magis sæpè,quàm quæ speres.Idem *Men.sc.*4.*a.*2. Nauem sæpè tritam,sæpè fixam, sæpè excussam malleo. ¶ Aliquando ornatus causa iungitur nomen Numero,& fit vna dictio Sæpenumero,Sæpe valde.Cic. filius ad *Tironem lib.*16.*Epist.*Sum totos dies cum eo,noctisque sæpenumero partem. ¶ Huius compositum est Persæpe,de quo suprà suo loco.

Sæpĭcŭlè, diminutiuum à sæpe:sicut à sæpiùs sæpiusculè, significat teneritatem crebritatis. θαμινά. Apul. Nam vt lacrymæ sæpiculè de gaudio prodeunt. Plaut.*in Casin.*Sæpiculè peccas.

Sæpīnum, σαίπινον Ptol. oppidum Samnitum, cuius incolæ dicuntur Sæpinates: quos Plin.collocat in quarta regione Italiæ.

Sætabis,fluuius apud Ptolemæum *lib.*2.*cap.*6.Augusta Valeria alio nomine dicta,Sectanis olim,nunc Xatiua.

SÆVVS, a, um, Durus, horridus, crudelis. { אכזר *achzár* אכזרי *achzarí* קשה *kaschéh.* χαλεπός,ἀπηνής. GAL. *Cruel, furieux, rigoureux.* ITAL. *Crudele, aspro,duro.* GERM. Grausam/ grim/rauch/vngeheursam. HISP. *Cruel,aspero,duro.*ANG.*Cruell.fierce,outragious.*} Virg.5.*Æneid.*

Quum sæuo è scopulo multa vix arte reuulsus.

Idem 1.*Æneid.*

———sæuæ memorem Iunonis ob iram.

Plaut.*Amph.* Sæuas belluas mansitasse. (loquitur de hominibus in lupos versis.) Idem *Milit.sc.*5. *a.*2. Seruauit me sæuis fluctibus. Ouid. *Eleg.*3.*lib.*4.*Trist.*

———Sæuis Iouis ignibus ictus.

¶ Quandoque ponitur pro forti, apud Virg.1.*Æneid.*

Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector.

¶ Quandoque pro irato. Idem *ibidem*, & sæuum ambobus Achillem.

¶ Quandoque pro magno. Idem *de Ænea pio*,12.*Æneid.*

———maternis sæuus in armis.

¶ Quandoque pro potenti.Idem *lib.*1.*Æneid.*

Non illi imperium pelagi,sæuúmque tridentem,
Sed mihi sorte datum.

¶ Sæuior.Ouid.13.*Metam.*

Virg.3.*Æneid.*

Tristius haud illis monstrum,nec sæuior vlla
Pestis,& ira deûm Stygiis sese extulit vndis.

¶ Sæuissimus. Ouid.12.*Metam.*

Num tibi sæuorum sæuissime Centaurorum Euryte,&c.

Liuius *lib.*4. *bell. Maced.* Sæuissimo & violentissimo in suos tyranno. Virg.2.*Æneid.*

———hic Iuno Scæas sæuissima portas
Prima tenet.

Sæuĭtĕr,aduerbium,Crudeliter. { χαλεπῶς. GAL.*Cruellement.*ITAL. *Crudelmente.*GERM.Mit grimme/scheutzlich/grausamlich HISP. *Cruelmente.* ANG.*Cruellie.*} Plaut.*in Pseud.sc.*2. *a.*5. Magis cogito,sæuiter blanditérne alloquar.

Sæuĭtĭă,æ,& Sæuitudo,nis,Crudelitas. { אכזריות *achzeryúth* פרך *peréch.* ἀπήνεια,χαλεπότης. GALL. *Cruauté.* ITAL.*Crudelità.*GERM. Grausamkeit/grimme.HISP.*Crueldad.*ANGL.*Crueltie.fiercenesse,outragiousnesse.*} Cicer. 1.*Offic.* Sed heris sanè adhibenda sæuitia in famulos, si aliter teneri non possunt.Plin.*lib.*6.*cap.*17.Proxima inculta, sæuitia gentium. Ouid. 6.*Metam.* quid enim mea tela reliqui, Sæuitiam, & vires irámque animósque minaces?Idem *Epist.*7.Da breue sæuitiæ spatium, pelagique tuæque.Tacit *lib.* 5. Quantúmque sæuitia gliseeret, miseratio

tio arcebatur. Idem *lib.* 13. Italiam luxuria sæuitiáque afflictauisset.

Sæuitas, atis, Gellius *in fine sui operis*. At etiam quò sit quorundam malè doctorum hominum sæuitas & inuidentia irritatior, &c.

Sæuio, is, iui, & sæuij, sæuitum, Crudeliter in aliquem ago. { ϰαϰοσχολάω, ἀγριαίνω, χαλεπαίνω. GAL. *Estre cruel, vser de cruauté.* ITAL. *Crudeleggiari, incrudelirsi.* GERM. Wüten vnd sich letz stellen / grimmiglich ertoben mit vmbgehen. HISP. *Encruelecerse.* ANGL. *To be fierce, cruel and rigorous.* } Pacuuius, Quid commerui? quid in me sæuis pater? Liu. 7. *ab Vrbe*, In Tarquinienses acerbè sæuitum, multis mortalibus in acie cæsis. Idem *alibi*, Quum post victoriam quoque in hostem sæuiret. ¶ Aliquando sæuire, est fortiter, & strenuè sese gerere. Martialis,

Belliger inuictis quòd Mars tibi sæuit in armis.

Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. An sæuiendum est mihi. (sup. in vos, pedes.) ¶ Sæuire animis, pro vehementer irasci. Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

Tum pater Æneas procedere longiùs iras,
Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis.

¶ Huius composita sunt, Consæuio, Desæuio, Exsæuio, & Obsæuio, de quibus suis locis.

Săgă, æ, anus superstitiosa vel mulier incantatrix, venefica, quæ malis veneficijsque artibus cuiquam boni aliquid vel mali conciliat: ita dicta à sagiendo, propterea quòd multa scire velit, vt ait Cicer. 2. *de Diuin.* { מכשפה *mechaschschephâh.* φαρμαϰεύτϱια. GALL. *Sorciere, deuineresse, enchanteresse.* ITAL. *Saga, incantatrice.* GERM. Ein häx / vnhold / ein weib die mit zauberey vmbghât. HISP. *Muger que adeuina lo venidero, encantadora de palabras.* ANGL. *A witche.* } Horat. 1. *Carm.*

Quæ saga, quis te soluere Thessalis
Magus veneniis, quis poterit deus?

Vbi Acron, Saga dicta est venefica, quòd satis agat, & ea est quæ carminibus, & herbis mala hominibus dicebatur vel arcere, vel impellere.

Sagæ, Scythiæ populi, iidem qui Sacæ, de quibus iam diximus. Autor Pomp. Mela *lib.* 3.

Săgănă, Vas in quo aliquid teritur. { מדוכה *medhochâh* θυεία. GALL. *Mortier.* ITAL. *Mortaio.* GERM. Ein mörsel. HISP. *Mortero.* ANG. *A morter.* } Est & nomen veneficæ, apud Horat. *in Epod.* At expedita Sagana per totam domum Spargens Auernales aquas, Horret capillis, vt marinus asperis Echinus, aut currens aper.

Sagaria, Sagarius, vide *Sagum.*

Săgărĭŭs, Σαγαϱις, Ptolom. Fluuius est Asiæ, qui ex Dydimo Galatiæ monte nascens, & per Phrygiam Bithyniámque flexuoso cursu delatus, tandem influit in Pontum Euxinum. Vide Ptol. *Tab.* 1. *Asiæ.* Ouid. *Sagarim* effert per tertiam declinationem *lib.* 4. *de Ponto*,

Huc Lycus, huc Sagaris, Peneúsque, Hypanisque, Cratésque,
Influit, & crebro vortice tortus Hal s.

Săgăpēnum, σαγάπηνον. Succus est herbæ ferulaceæ, quæ in Media nascitur, gustu acri, odore medium quiddam inter laser & galbanum referens: Officinæ vocant *Serapinum.*

Săgătŭs, vide *Sagum.*

SĂGĀX, icis, à sagiendo, Perspicax, odorus. { ῥινηλάτης. GAL. *Sagace, qui flaire bien le trac.* ITAL. *Sagace.* GER. Scharpffschmeckend / gespürig. HISP. *Ventor ò sabueßo.* ANG. Wittie, *that hath the senses sharpe, that perceiueth quickely.* } Propriè enim canes sagaces dicuntur, qui odoris ductu venatores ad ferarum cubilia perducunt. Cic. 2. *de Diuin.* Sagire, acutè sentire est: ex quo sagaces dicti canes. ¶ Per translationem tamen accipitur pro callido & solerti. { ערום *harûm* חריץ *charûts* חכם *chachâm.* ἀγχίνους. GALL. *Sage & prudent, caut & fin.* ITAL. *Diligente, acuto.* GER. Scharpffsinnig / gescheid / klug der ein ding bald merckt vnd versteht. HISP. *Sabio, prudente, y astuto.* } Cic. 3. *de Legib.* Homo animal prouidum, sagax, multiplex. Martial. *lib.* 12.

Excogitauit homo sagax, & acutus.

Sagax ad Cic. *in Cat.* Quem tu videlicet & ad custodiendum te diligentissimum, & ad suspicandum sagacissimũ, & ad vindicandũ fortissimum fore putasti. Sagax in Plin. *lib.* 8. *c.* 37. *de muribus*, Quorum palatum in gustu sagacissimum, authores quodammodo intellexerint. miror. Sagacissimus rerum naturæ, id est, Peritissimus. Columell. *lib.* 1. *c.* 1. Nam qui se in hac scientia perfectum volet profiteri, sit oportet rerum naturæ sagacissimus.

Săgācĭtās, atis, Acuta illa sentiendi vis in canibus & odoratu aliquid prehendendi. { ῥινηλασία. GALL. *Excellence de sentiment, bon flairement.* ITAL. *Sagacita eccelenza di sentimenti.* GERM. Scharpffspürung. HISP. *Obra de bien sacar el rastro por olor.* ANGL. *A quicknesse in smelling.* } Cic. 3. *Tuscul.* Canum incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium. ¶ Per translationem tamen sumitur pro astutia, seu calliditate. { ערמה *hormâh* חכמה *chocmâh.* ἀγχίνοια. GALL. *Bon esprit pour sentir ce qu'il faut.* ITAL. *Bontà d'ingegno, quando vna prouede di subito qualche cosa futura.* GERM. Geschwinde / gescheidigkeit. HISP. *La astucia ò prudentia.* ANGL. *A sharpnesse of witt.* } Cic. 4. *Verr.* Qua est iste sagacitate in his rebus.

Săgācĭtĕr, aduerbium, Astutè, prudenter, callidè. { ἀγχίνως, δεξιῶς, εὐμηχάνως. GALL. *Sagement & finement.* ITAL. *Accortamente, sagacemente.* GER. Gescheidiglich / fürsichtigklich. HISP. *Astuta y prudentemente.* ANGL. With *quicknesse of witt and senses.* } Liu. 7. *belli Punic.* Ibi duo duces sagaciter moti sunt: alter ad inferendam, alter ad cauendam fraudem.

Săgdă, gemma porracei coloris, quam Chaldæi adhærentem nauibus habent. Inuenitur & in Samothracia eiusdem nominis gemma nigra, ac sine pondere, ligno similis. Plin *lib. vlt. cap.* 10.

SĂGĒNĂ æ, { חרם *cherém.* σαγήνη, GALL. *Vn grand filé à prendre poissons.* ITAL. *Rete da pescatore.* GER. Ein zuggarn der fischeren. HISP. *La red para pescar.* ANGL. *A nett.* } Genus retis piscatorij: Latini verriculum appellant. Manil. *lib* 5.

Excipitur vasta circumuallata sagena.

Sagenula, pro naui ponitur. Papias. Propriè est parua sagena, deinde nauis latiuscula, instar expassæ sagenæ, vt videtur. Et Græcis. σαγήνη est nauis species.

‖ Sagestre, (inquit Turnebus *lib.* 11. 16.) videtur esse operimentum crassum, vt sagorum erat crassior pannus. Lucillius.

Penula si quæris, canterius, seruus, sagestre.

etsi *segestre*, hic qui legant non desunt. Igitur segestris, e, foret sago assimile. ‖

Sagibaro, videtur esse sagus baro, i. sapiens vir. Ital. aliter scribitur *sachbaro*, quod sonat, causarum vir. Et Gallicè exponitur in Gloss. Lindebrogij ad ll. antiq *homme de loys, ou de causes.* Item: sagibarones dicuntur quasi senatores.

Sagiensis E. *seez*, vel *sais*. ‖

SĂGĪNĂ, æ, Cibus lautus, & ad saginandum aptus. { σιτισμός. GALL. *Graisse qu'on acquiert pour estre bien traité.* Item, *Volailles, ou autres bestes engraissées pour manger.* ITAL. *Cibo da ingrassare, ò grasso nel corpo che viene per darsi buon tempo.* GERM. Ein mastspeiß / ein speiß die feißt vnnd masug machet. HISP. *La gordura ò sayn ò sainete.* ANGL. *Superfluous fatnesse, cramming feeding.*) Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Este, effercite vos, saginam cædite. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Estur, bibitur, Sagina planè est. Suet *in Calig. cap.* 27. Cùm ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur ex noxiis laniandos adnotauit. Iuuen. *Sat.* 4.

——*genialis agatur*
Iste dies, propera stomachum laxare saginis.

¶ Sagina docendi, apud Quintil. *lib.* 10. *c.* 5. est dicendi vbertas. Quandoque etiam dicitur pinguedo superuacua, cuiusmodi auibus quibusdam arte & fartura inducitur, & in hominibus quibusdam nimio otio contrahitur. Iustinus *lib.* 20. Sublatis deinde æmulis, in segnitiam lapsus, saginam corporis ex nimia luxuria, oculorúmque valetudinem contraxit. Quintil. *cap.* 16. *lib.* 2. Inani sagina verum robur mentiri. ‖ ¶ Saginam cædere Plaut. *in Mostell.* 1. *c.* Este, effercite vos, Saginam cedite. Accipi posset simpliciter pro diuidite, edendi causa, cibos, vnde pinguescatis.

Sagina gladiatoria, Corn. Tacit. *lib.* 2. singulis ibi militibus Vitellius paratos cibos, vt gladiatoriam saginam, diuidebat. Quid id sit explicat Andreas Scholtus *obseru. l. b.* 5. 9. solebant gladiatores a lanistis saginati è certis ciborum diariis, non quæ valetudini, paucis contentæ, sed corpori corroborando responderent. Hinc Propertius *Saginæ* nomine ludum gladiatorium intelligit,

Qui dabit immundæ venalia fata saginæ.

Saginarius, σιτιστός, Onom. id est, altilis, saginatus.

Saginarius, σαγματοποιός. Gloss. Cyr. Lege. Sagmarius, qui sagmata facit. ‖

Săgĭnārĭum, ij, locus vbi saginantur altilia. { מרבק *marbék.* σιτιστήριον. GAL. *Le lieu où on engraisse les beste mue.* ITAL. *Luogo doue s'ingrassano le bestie.* GER. Ein meststall / ein orth da man die thier mestet. HISP. *Lugar do se engordan los animales* ANG. *A feeding place à coupe or stie, or franker.* } Varr *lib.* 3. *c.* 10 *de re rust.* Pullos anserum includunt in Saginario, ibíque polenta, & pollinem aqua madefactum dant cibum, ita vt perinde se saturent.

Săgĭno, as, sagina impleo, pinguefacio. { הבריא *hi ri.* σιτίζω. GALL. *Engraisser vne beste.* ITAL. *Ingrassare vna bestia.* GERM. Mesten / wol feist machen. HISP. *Ceuar ò engordrar animal.* ANG. *To mak fatt, to franke.* } Colum. *lib.* 6. *cap.* 38. Ea herba viridis nec tardè tamen arida fœni vice saginat iumenta, verùm modicè danda, ne nimio sanguine strangulentur pecora. Interdum ablatiuo iungitur, quum res qua quid saginatur, exprimitur: vt apud eundem *lib.* 5. Formantur offæ quibus auis saginatur. Et rursus *lib.* 6. *c.* 27. Hordeo saginandus equus.

Săgĭnātŭs, a, um, participium, pinguis factus. { אבוס *abûs.* σιτιστός. GALL. *Engraissé.* ITAL. *Ingrassato.* GER. Gemestet. HISP. *Ceuado ò engordado* ANG. *Made fatt, crammed.* } Propert *lib.* 4. *Eleg.* 1.

Parua saginati lustrabant compita porci.

Săgĭnātĭo, nis, verbale. { πιασμός. GAL. *Engraissement.* ITAL. *Ingrassamento di bestie.* GERM. Mestung. HISP. *La gordura.* ANG. *A making fatt.* } Plin. *lib.* 8. *c.* 51. Pinguescunt sexaginta diebus, sed magis tridui inedia saginatione orsa.

SĂGĬŌ is, iui, itum, propriè de canibus dicitur, qui odoris ductu ferarum vestigia peruestigant: quanuis etiam per translationem accipitur pro eo quod est aliquid acutè & callidè præsentiscere { ῥινηλατέω. GAL. *Sentir & flairer excellemment.* ITAL. *Sentire & odorare perfettamente.* GER. Geschwind erschmecken / eilends mercken. HISP. *Sacar perfectamente el rastro por olor.* ANGL. *To be quincke of sent.* } Cicer. 1. *de Diuin.* Sagire enim sentire acutè est: ex quo sagæ anus, quia multa scire volunt: & sagaces dicti canes. Is igitur qui antè sagit, dicitur præsagire, id est, futura antè sentire.

SĂGĬTTĂ, genus teli quod arcu emittitur. { חץ *chets.* τόξευμα, ὀϊστός. GALL. *Vne flesche, vn trait à tirer.* ITAL. *Saetta, freccia.* GER. Ein pfeil. HISP. *Saeta ò vira ò frecha.* ANG. *An arrow.* } Virg. 11. *Æneid.* Non secus ac neruo per nubem impulsa sagitta. Tacit. *de Germanis*, Sola in sagittis spes, aquas inopia ferri ossibus asperant. Virg. 11. *Æneid.*

Dixit, & aurata volucrem Threissa sagittam
Deprompsit pharetra.

Ouid. 3. *Trist Eleg.* 10.

——*longéque volante sagitta.*

Horat. 3. *Carm. Ode* 10.

Interim dum tu celeres sagittas
Promis, hæc dentes acuit timendos.

Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 2. Contige sagittis fures thesaurarios. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Hostis equo pollens longéque volante sagitta.

¶ Sagitta etiam à rei rusticæ scriptoribus sumitur pro nouissima surculi parte: siue quia longiùs recessit à matre, & quasi emicuit, atque prosiliuit: seu quia cacumine attenuata, prædicti teli speciem gerit. Vide Col. *lib.* 3. *c.* 17. ¶ Est & sagitta, herba ex vluæ generibus, de qua Plin. *lib.* 21. *c.* 17. ¶ Est & signum cæleste, stellas habens quinque, quæ ferè in fine Capricorni cernuntur. Idem *lib.* 18. *c.* 26.

Săgittārĭŭs, a, um, quod ad sagittas pertinet, siue idoneum vt ex eo fiant sagittæ. { ὀϊστικός. GALL. *Appartenant à flesche.* ITAL. *Pertinente à freccia.* GERM. Zu pfeilen füglich oder dienstlich. HISP. *Pertenecienté à saeta.* ANGL. *Belonging to an arrowe.* } Plin. *lib.* 16. *c.* 36. Suum genus sagittario calamo est.

Săgittārĭŭs, qui sagittas ex arcu emittit. { רב *rab* קשת *kaschscháth.* τοξότης.

ξότης. GAL. *Archer.* ITAL. *Sagittario, balestriere, arciere.* GER. Ein schütz. HISP. *Frechero, ballestero, archero* ANG. *An archer.* } Cicer. *ad Att. lib.* 5. Magna tormentorum copia multis sagittariis, magno labore, apparatu multis sauciis ex nostris, incolumi exercitu negotium confecimus. ¶ Est & Sagittarius, signum cæleste, quem alij Centaurum Chironem arbitrantur, alij Crocum filium Euphemes nutricis Musarum & habitasse in Parnasso cum Musis, & venationi incubuisse & visum esse sagittis, & equo insedisse: post mortem precibus Musarum à Ioue inter astra relatum, & varia forma conscriptum. Idibus Februarij vespere occidit, ac vehementer hyemat, inquit Columella.

Sagittator, τοξότης. Gloss. vet. qui sagittat.

Sāgittĭfĕr, a, um, qui fert sagitas. { οἰστοφόρος. GAL. *Qui porte flesches, archer.* ITAL. *Chi porta saete.* GERM. Der pfeil tregt. HISP. *Cosa que tiene è trahe saetas.* ANGL. *That beareth arrowes à fletcher.* } vt, Geloni sagittiferi. Virg. 8. *Æneid.*

Hic Lelegas, Caráſque, sagittiferóſque Gelones, Finxerat.
Sagittiferæ pharetræ,

Stat. 1. *Achil.* Pecus sagittifera, Claudian. *de histrice.*

Sāgittĭpŏtēns, Pro signo cælesti, quem & Sagittarium dicimus. Cic. *in Arat.* Mense Sagittipotens Solis quum sustinet orbem.

Sāgitto, as, Sagittas ex arcu emitto, Sagittam peto. τοξεύω. Iustinus *histor. lib.* 41. *de Parthis*, Hos pari cura ac liberos suos habent, & equitare, & sagittare magna industria docent.

SĀGMĂ, atis, σάγμα, Græci scuti thecam significat nam σάγη illi dicunt quem nos clypeum, aut scutum appellamus. Sunt & qui pro iumenti sella, siue strato accipi tradant, in qua significatione & Veteris instrumenti interpres sumpsisse videtur. { ANGL. *A packsadle.* } *Leuitic. c.* 15. vbi sic legitur, sagma super quod sederint, immundum erit. Vide *Sagmarius.*

Sagmarius, a, um, ad sagma pertinens; sagma ferens, sarcinarius, sellam, seu instratum ferens.

Sagmarius, σαγμάριον, τοῦ δ' Suidæ, dossuarium iumentum & sarcinarium, quod fert impedimenta résque necessarias. Isidorus *Etymol. lib. vlt. cap. de instrumentis equorum*, Sagma, quod corruptè vulgò *salma* dicitur, à stratu sagorum vocatur: vnde & caballus sagmarius: mula sagmaria, vulgò *vn sommier.* Apud Lampridium *in vita Heliogabali, equus sagmarius* legend. non *saginarius*, qui pro equo strato à nonnullis exponitur.

SĀGMĬNĂ, Romani herbam appellauere, quam Græci ἱεροβοτάνην, & περιστερεῶνα nominant, nostri etiam verbenam, siue verbenacam, qua Pater patratus & Feciales, tam fœdera percussuri, quàm bellum denuntiaturi solebant coronari. Festus, Sagmina vocantur verbenæ, id est, herbæ puræ, quia ex loco sancto secabantur à Consule, Prætoréve, legatis ad indicendum bellum, aut fœdus faciendum proficiscentibus. Plin. *lib.* 22 *c.* 2. Quoniam non aliunde sagmina in remediis publicis fuere, & in sacris legationibus, quàm verbenæ. Certè vtroque nomine idem significatur, hoc est, gramen ex ara cum sua terra euulsum. Hac semper & legati, quum ad hostes, clarigatúmque mitterentur, vsi sunt. Vide Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe, & lib.* 10. *bell. Pun.*

Sagmo, sagmate onero.

‖ Sagona, Sagon, V. olim E. Corsicæ, sub A. Pisano. ‖

Sāgră, fluuius est in ora Magnæ Græciæ, non procul à Crotone vrbe, apud quem Crotoniatæ à Locris maximo prælio fuerunt victi. Cicer. 3. *de natur deor.* De Sagra Græcorum est vulgare prouerbium, qui quæ affirmant, certiora esse dicunt, quàm quæ apud Sagram. Vulgò *Sagriano in Calabria.*

Sagrūs, i, Italiæ fluuius, Pelignos diuidens à Ferentanis, & inter Amiternum & Ortium in mare influens. Autor Strab. *lib.* 5. ¶ Est & Sagrus Asiæ mons, ex Armenia ad Medos, & Adiabenos, pertingens, supra Parætacenem & Persidem. Autor Plin *lib* 6. *c.* 27.

SĀGVM, i. { σάγος, ἐσθὴς πολεμική, Plutarch. GALL. *Vn saye ou sayon. Vn Hoquetton.* ITAL. *Saio, saglio, habito da guerra.* GERM. Ein kurtz kriegskleid. HISP. *El sayal ò albornoz.* ANGL. *A cassocke or clok.* } Genus erat vestis breuioris, qua tempore belli omnes Romanis vtebantur, exceptis viris Consularibus: quemadmodum contrà, quum vrbs nullo bello premebatur, vtebantur togis. Vt enim toga pacis, ita sagum erat indicium belli: vt non obscurè colligi potest ex Cicer. 8. *Philipp.* Hinc Velleius, Vt ad saga iretur. ¶ Est & Sagum vestis stragulæ genus, non dissimilis cilicio. Suet. *in Othon* Ferebatur & vagari noctibus solitus atque inualidum quemque obuiorum, vel potulentum corripere, ac distento sago impositum in sublime iactare. In masculino genere vsus est Afranius, Quod quadrati sunt sagi. Et Ennius in fœminino, Saga cœrulas Therna purpureis gemmauit pampinus vuis. Sosipat. *lib.* 1. & Plin.

Sāgŭlum, paruum sagum, hoc est, vestis genus, quod armis superindui solet. { σαγίδιον. GAL *Petit sayon.* ITAL. *Picciolo saglio.* GERM. Ein vberkeid/ein kleid so man vber den harnisch anhatt. HISP. *Pequeño sayal.* ANGL *A litle cassocke or cloke.* Virg. *lib* 8. Virgatis lucent sagulis. Liuius *lib.* 1. *bell. Punic.* Multi sæpè militari sagulo opertum, humi iacentem inter custodias, stationésque militum conspexerunt. Suet. *in Aug c* 26. Sagulo reiecto, capulum gladij ostendens, &c.

‖ Sagus, mascul. idem quod *sagum.* saga, æ. idem quod *Sagum.* ‖

Sāgŭlātŭs, adiectiu. Sagulo indutus. Suet *in Vitell c.* 11. Vrbem denique ad classicum introiit paludatus, ferróque succinctus inter signa atque vexilla sagulatis comitibus, ac detectis commilitonum armis.

Sāgārĭă, æ, Exercitium vendendi saga { ἱματιοκαπηλία. GALL. *Marchandise de sayes.* ITAL. *Mercantia de sagli.* GERM. Feilhabung oder verkauffung kurtzer kriegs kleideren. HISP. *Mercaduria de sayales.* ANG. *Merchādise or selling off cassockes.* } quemadmodū Lintearia, linteorum mercatura. Vlp. *de trib. act.* Duas negotiationes exercebat puer, sagariam, & linteariam.

Sagaris. σάγαρις, securis quædam Amazonum gestamen.

Sagarius, a, um, ad saga pertinens.

Sāgārĭŭs, ij, qui ex sagorum negotiatione quæstum facit. { ἱματιοκάπηλος. GALL. *Vendeur de sayes & hocquetons.* ITAL. *Chi vende sagli.* GER. Ein kramer oder verkeuffer der harnisch kleidern. HISP. *El que haze ò vende sayal.* ANG *A seller of cassockes.* }

‖ Sagarus, qui munus theatrale exercet. Lips ‖

Sāgātŭs, a, um, qui sago indutus est. { χλαμυδωτός. GAL. *Qui est vestu d'vn saye* ITAL. *Vestito di saglio.* GERM. Der kriegs kleid oder kriegs schopen anhat/mit einem prägeden bekleidet. HISP. *Vestido de sayal.* ANG. *Cladde with a cassocke or clocke.* } Suet. *in Cæsare*, Duobus tricliniis, vno quo sagati palliatiue, altero quo togati cum illustrioribus prouinciarum discumberent. Mart *lib.* 6. Vis te purpureum Marce sagatus amem?

‖ Sagertre, operimentum crassum, vt sagorum, crassior pannus. Turn. ‖

SĀGVNTVS, { σάγουντος. Muruedre/ oder Monuiendro. } Hispaniæ ciuitas vltra Iberum fluuiū à Zacinthiis cōdita. Strab *lib.* 3. Saguntus (inquit) occurrit à Zacynthiis condita, quam Annibal contra populi Romani fœdera diruens, belli Punici secundi suscitauit incendium. Huius vrbis situm eleganter describit *lib.* 1. Silius Meminit cladis *lib.* 1. *decad.* 3. Liu.

Săguntīnŭs, a, um, σαγουντῖνος, vt, Vasa Saguntina, quæ maximè commendantur. Martial.

Siue Saguntino pocula facta luto.

Saguntina fames in prouerbium abiit Nam Saguntini, Pœnorum obsidione faméque eò redacti sunt, vt extructo in foro igni, quicquid erat pretiosarum rerum in eum conicerent: ac postremò séque suósque liberos eodem præcipitarent, ne venirent in hostium manus. Ausonius,

Iam iam Perusinæ, iam Saguntina fame
Lucaniacum liberet.

‖ Saiga. In ll. Alemann *tit.* 6 *l.* 3. Saiga & quarta pars tremissis, h. e denarius vnus: duæ saigæ duo denarij dicuntur, Tremissus est tertia pars solidi, & sunt denarij quatuor.

Sajo. In leg. VVisigotth. *lib.* 2. *tit.* 1. *l.* 17. Nullus in territorio non sibi commisso, vel vbi ille iudicandi potestatem nullam habet omnino commissam, quemcunque præsumat per iussionem, aut sajonem distringere. Gloss. A. L. Sajo pœnator, tortor.

Sajorum ciuitas *Sais, Seez*, V. E. Normanniæ, sub A. Rothomagensi, nunc Sagiensis. id vide. ‖

Sāis, σάϊς, vrbs est Ægypti, iuxta vnum ex ostiis Nili, quod ab ea Saiticum dictum est.

Sāïtēs, vel Saita, σαΐτης, gentile Cicer 3. *de nat. deor.* Secunda Minerua orta Nilo, quam Ægyptij Saitæ colunt.

SĀL, is. per metathesin à Græco deducitur, quod est ἅλς: éstque illud quo vtimur in condiendis cibis. Declinatur vtroque numero. In plurali tamen tantùm masculini est generis, quum in singulari etiam neutrum admittat. { מלח *melach.* GAL. *Du sel.* ITAL. *Sale.* GERM. Saltz. HISP. *Sal.* ANGL *Salt.* } Cato, Ex sale qui apud Carthaginienses fit. Salust. *in Iugurtha*, Neque salem, neque alia gulæ irritamenta. Colum. Carnem salibus aspersam. Paul. Iurisconsultus, Cotem ferro subigendam, necessaria quoque hostibus venundari, vt ferrum, & frumentum, & sales, non sine capitis periculo licet. Colum *lib.* 12. *cap.* 53. Deinde in seriam substernitur sal coctum, sed modicè infractum. Dicatur etiam Sale neutro genere, secundùm Priscianum pro mari. Enn. *lib.* 14. *Annalium*, Cæruleum spumat sale conferta rate pulsum. ¶ Aliquando sal ponitur pro sapientia, in qua significatione masculino tantùm genere proferri consueuit. Terent. *in Eunuch.* Qui habet salem qui in te est. Vbi Donatus, Sal neutraliter, condimentum: masculinum, pro sapientia. Hæc distinctio fallit. Sal enim pro condimento dixit optimus Latinæ linguæ autor. Plaut. *in Curc. sc.* 4. *a.* 4. Hic apud me nunquam delingues salem. ¶ Sale & cumino vesci, prouerb in parcos, autore Plu. *in Opusc.* ¶ Sal & panis, simplex victus. ¶ Aliquando pro vrbanitate, ioco, & ridiculo, dictis ad risum, vel delectationem compositis, ídque tam singulari quàm plurali numero, εὐτραπελία, ἀστεϊσμός. Catul. *Epigr.* 81. *de Quintia,*

Nulla est in tanto corpore mica salis.

hoc est, nihil venustum, nihil facetum, vel nihil pulchrum, siue nihil pulchritudinis: ita enim Plutarch., *cap. extremo lib.* 5. *συμποσιακῶν*, Salsam & acrem pulchritudinem ἁλμυρὸν κάλλος. Victor. Cicer. *de Clar. Orat.* P. Scipio omnes sale & facetiis superabat. Lucanus, Non soluti lusere sales. Quint. *lib.* 6. Salsum (inquit) in consuetudine pro ridiculo tantum accipimus: natura non vtique hoc est, quanquam & ridicula oporteat esse salsa. Sales etiam periculosi placent Ægyptiis. Senec. *c.* 17. *de consol. ad Helu.* Nam sicut sal suauitatem quandam cum mordacitate habet, ita etiam vrbanorum ioca. Sales enim, Ciceronis sententia, sunt ipsa ridicula, quæ necessariò salsa oporteat esse. Nam salsum erit quod non erit insulsum, velut quoddam oris condimentum, quod sentitur latente iudicio, & veluti palatum excitat. Salis etiam nomine frugalem victum innui passim ex poetis licet cognoscere. Horat. *in Sermonibus,*

Modò mihi si mensa tripes & concha salis puri

Idem *in Odis.*

Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum.

¶ Quandoque sal pro mari ponitur, quemadmodum & ἅλς fœmininum apud Græcos: quia salsum est, & ex ipsius aqua sal elicitur. Virg. 1. *Æneid.*

———Et spumas salis ære ruebant.

¶ Sales masculini generis religionis caussa dicuntur, Diomed. *lib.* 1.

Sălārĭŭs, ij, substantiuum, qui sal, vel salsamenta vendit. { ταριχοπώλης. GAL. *Qui vent du sel ou dela saline, saunier,* ITAL. *Chi vende sale ò salumi.* GERM. Ein verkäuffer deß saltz oder gesaltzner dingen/ grimpler. HISP *El que vende sal ò cosas saladas.* ANGL. *That selleth salt.* } Mart. *lib.* 1. Quod viles pueri salariorum.

Sălārĭŭs, a, um, adiectiuum, quod ad sal pertinet. { τὸ τῶν ἁλῶν. GAL. *Appartenant à sel.* ITAL. *Pertinente à sale.* GERM. Das zu dem saltz gehört. HISP. *Perteneciente à sal.* ANG. *Perteaning to salt.* } Liu. *lib.* 9. *bell. Pun.* Vectigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt.

Sălārĭum, ij, substantiuum, dicitur stipendium, vel merces quam quis pro opera persoluit. { שכר *sachár.* GAL. *Salaire, loyer qu'on reçoit de son labeur.* ITAL. *Salario paga, mercede.* GERM. Die besoldung/sidlon HISP. *El salario ò acostamiento del señor.* ANGL. *Wage payed to hired folkes.* } Plin. *lib.* 31. *c.* 7 Sal honoribus etiam militiæque interponitur, salariis inde dictis, magna apud antiquos autoritate. Vopiscus *in Aureliano* Nam illi Romam venienti salaria sui ordinis sunt decreta. vbi annonam

nam recenset. erat enim ducum salarium, ideóque à Græcis σιτηρέσιον vocatur, & à recentioribus ἀλάριον. ¶ Salarium non solùm de anonna, sed & de commodis stipendiísque. Plin. Nec pudet Tribunorum militarium salariis emere. Quod Iuuenalis dixit,

——alter enim quantum in legione tribuni
Accipiunt, donat Calinnæ, vel Catienæ.

Cornutus *in Persium* scribit, salarium victum esse vnius diei, atque hoc valde congruit cum verbis Plinij: victus enim quotidianus tam est necessarius quàm sal. Suet. *in Tiber. c.* 46. Comites nunquam salario, cibariis tantùm sustentauit. Idem *in Neron. c.* 10. Salaria dare Senatoribus.

Sălārĭārĭŭs, ij, cui salarium soluitur. Vlp. 10. §. 8. *D. mandat.* Nisi si salariarius fuit, & hoc conuenit, vt sumptus de suo faceret, hoc est, de salario. Hotoman.

Salso, sale condio. item condio mortuum.

Sălsŭs, a, um, quod salis saporem habet, siue quod sale conditum est. { ἁλμυρός. GAL. *Salé.* ITAL. *Salato.* GER. Gesaltzen. HISP. *Salado.* ANG. *Salted.* } Plaut. *in Rud.* Itaque aluum prodisperauit nobis salsis poculis. Horat. *Epod.* 16.

Amétque salsa leuis hircus æquora.

Lucret *lib.* 1.

Et lacrymis salsis humectant ora, genásque.

Virg. *lib.* 2. *Æneid*

——salsúsque per artus
Sudor iit.

Idem 5. *Æneid.*

Et salsos reddent reuomentem pectore fluctus.

Mola salsa, vide. *Mola.* ¶ Per translationem salsus dicitur pro faceto & vrbano. Quint. *lib.* 6. *cap.* 3. Ridiculum dictum plerumque salsum est. Cicer. *ad Papyr. lib.* 9. Accedunt non Attici, sed salsiores quàm illi Atticorum Romani veteres atque vrbani sales.

Sălsē, aduerbium, facetè, & vrbanè, & cum quadam mordacitate. { ἁλμυρῶς, ἀστείως, σκωπτικῶς, χαριέντως. GAL. *En picquant, en mordant, en rencontrant.* ITAL. *Piaceuolmente, con gratia.* GER. Schimpflich/mitt rässen possen oder schimpffreden. HISP. *Donosamente, con donayres.* ANG. *Merilie, tauntinglie.* } Cicer. 2. *de Orat.* Valdè hæc ridentur, & hercle omnia, quæ à prudentibus quasi per dissimulationem non intelligendi subabsurdè, salséque dicuntur. Idem *eodem lib.* Quod est hominibus facetis & dicacibus difficillimum, habere hominum rationem, & temporum: & ea quæ occurrunt, quum salsissimè dici possent, tenere. Quint. *lib.* 6. *cap.* 4. Sed repetam necesse est infinitas esse species, tam salsè dicendi, quàm seuerè, quas præstat persona, locus, tempus, casus denique, qui est maximè varius.

Sălsāmēntum, i, quod est ex sale compositum, siue quod est sale conditum ad diuturnum vsum ciborum. { τάριχος. GAL. *Toute salure, ou chose salee, soit chair, soit poisson.* ITAL. *Salame, salsamento,* GERM. Allerley eingesaltzne speyß/es seye fisch/fleisch/&c. HISP. *Salsas de cosas saladas.* ANGL. *Made of salt, or any thing that is salted.* } vt, pisces salsi, & lardum, quæ & per syncopem salsamenta dici possunt. Terent. *in Adelph.* — salsamenta hæc Stephanio Fac macerentur pulcrè.

Sălsāmēntārĭŭs, qui salsamenta vel facit, vel vendit, qui & salarius. { ταριχοπώλης. GALL. *Vendeur de salines, chaircuitier.* ITAL. *Luganegaro, pizzicaruolo.* GER. Ein einsaltzer/ der allerley eingesaltzene speis verkaufft. HISP. *El que vende saladura.* ANGL. *A salter or that selleth any salt thing.* } Autor ad Heren. *lib.* 4. Vt si salsamentarij filio dicas, Quiesce tu cuius pater cubito se emungere solebat.

Sălsāmēntārĭŭs, a, um, quod ad salsamenta pertinet. { ταριχευτικός. GAL. *Appartenant à salures & sausses.* ITAL. *Pertinente à salame & salsamento.* GERM. Das zu dem einsaltzen dienstlich ist. HISP. *Pertenecientè à salsa de cosas saladas.* ANG. *Vessells to salt in, or any thing belonging to salting.* } Plin. *lib.* 31. Quin & testis cadi salsamentarij tusis cum axungia vetere, mirum in modum prodest. Colum. *lib.* 2. *cap.* 10. Ita rursus in sole siccata, & mox refrigerata recondatur, si maior est modus in horreo: si minor, in vasis oleariis, & salsamentariis.

Salsicia, fartum intestinum salsum.

Sălsūra, æ, Salsamentum. { ταριχεία. GALL. *Salure.* ITAL. *Salame.* GERM. Eingesaltzene speiß. HISP. *Saladura.* ANGL. *Salting or powdring.* } Col. *lib.* 8. *c.* 17. Nulla tamen æquè, quàm prædictæ salsuræ pabula, commodè dantur.

Sālsēdo, inis ipse salis sapor. ἅλμη.

Sălīnă, locus in quo sal aut effoditur, aut ex aqua marina paratur. { ὁ τόπος ἐξ οὗ ἅλες ἐξορύττονται ἢ ἐν ᾧ πήγνυνται. GALL. *Saline.* ITAL. *Salina.* GERM. Ein saltzgrub/oder ein orth da man auß wasser saltz seudet/ saltzhütten. HISP. *Las salinas donde se haze la sal.* ANGL. *A place where salt is made.* } Plin. *lib.* 31. Fit sal vulgaris, plurimúsque in salinis effuso mari, non sine aquæ dulcis riuis, sed imbre maximè iuuante. Cic. *ad Att. lib.* 5. Destrue salinarum planè rogo. Idem *pro lege Manil.* Quum publicani familias maximas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portubus atq; custodiis, magno periculo se habere arbitrentur.

Sălĭnātŏr, is, vide ante verbum *Salio* infrà.

Sălīnum, i, vasculum in quo sal reponitur tum ad mensæ vsum, tum ad sacrificia paratum. { ἁλοδόχον. GALL. *Saliere.* ITAL. *Salino, saliera.* GER. Ein saltzfaß. HISP. *El salero, vaso donde se pone la sal.* ANG. *A salt cellar, or salt fatt to sett salt on the table.* } In eo enim cum sale diis primitiæ offerebantur. Persius *Satyr.* 3.

——purum & sine labe salinum.

Idem *Satyr.* 5.

Vare regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages.

¶ Ponitur tamen pro quocunque vase fictili mensæ pauperis. Horat. *lib.* 2. *Carm.*

Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum.

Săĭllum, i, diminutiuum, paruum salinum. { τὸ μικρὸν καὶ βραχὺ ἁλοδόχιον. GALL. *Vne petite saliere.* ITAL. *Salinetto.* GERM. Ein saltzfäßlin/ saltzbüchßlein. HISP. *Pequeño salero.* ANGL. *A litle salt, fat or salt cellar.* } Plaut. *in Trinū.* vtrum nos homunculi, Salillum animæ, quæ quum extemplo amisimus, æquè mendicus, Atque ille opulentissimus censetur ad Acherontem mortuus.

Sălĭo, is, quartæ coniugationis & prima correpta, Sale condio { מלח *malách.* ἁλίζω. GALL. *Saler.* ITAL. *Salare.* GERM. Saltzen. HISP. *Salar.* ANGL. *To salt.* } Tibul.

Farre pio placet, & saliente sale.

Huius præteritum salíui, supinum salitum. Vnde salitus, & saliturus Celsus *lib.* 2. *cap.* 18. Item pisces omnes qui salem non patiuntur, solidíve saliuntur. Legitur etiam pro eodem sallio duplici ll. Corn. Seuerus, Ad quem salliti pomiliones offerebantur.

Săllo, is, per duplex ll, tertiæ coniugationis, salli, salsum, Salio, sale condio. { מלח *malách* ἁλίζειν. GAL. *Saler.* ITAL. *Salare.* GERM. Saltzen. HISP. *Salar* ANG. *To salt.* } Lucilius *lib.* 4.

Sallere murænas, & frigidaria terra.

¶ Participio passiuæ significationis in dus, vsus est Colum. *lib.* 7. *cap.* 7. quum inquit, Quòd si ea res ægritudinem non depellit, vendenda sunt corpora: vel si neque id contingere potest, ferro necanda sallendáque.

Sălĭtŏr, is, qui salis tributum colligit. Cic. *ad Att. lib.* 4. Confecta Britannia, obsidibus acceptis, multa præda, imperata tamen pecunia data salitoribus Britanniæ. Vbi interpres, Salitoribus præfectis, quos iurisperiti Murilegulos appellant, relictis à Cæsare in Britannia, qui salum scrutarentur, margaritásque Britannicas. Quidam codices habent, non salitoribus, sed data à littoribus.

Sălĭtūră, æ, actus saliendi, hoc est, sale condiendi. { ἅλισις. GALL. *Quand on sale.* ITAL. *Esso salare.* GER. Einsaltzung/das saltzen. HISP. *Obra de salar.* ANG. *Salting when one salteth.* } Colum. *lib.* 2. *cap.* 21 Post salituram musti cochlear cumulatum.

Sălsĭlāgo, inis, Salsugo. { ἅλμη. GALL. *Saumure, salure, liqueur, salee.* ITAL. *Liquore salata, salamora.* GERM. Saltzbrühe/saltzlab. HISP. *Sudor dela cosa salada, salmuera.* ANGL. *Salt liquour, brine* } Plin. *lib.* 20. *c.* 12. Natura ciceris est gigni cum salsilagine, ideo solum vrit. Idem *lib.* 3 : *cap.* 7. Præter hoc etiamnum appellatur in salinis salsugo, ab aliis salsilago.

Sălsĭtūdo, inis, Humor saporem salis referens. { ἅλμη. GALL. *Liqueur salée, salure, saumure.* ITAL. *Liquore salata, salamora.* GERM. Ein rässe oder gesaltzne feuchte. HISP. *Sudor de cosa salada, salmuera.* ANGL. *Salt liquour, brine* } Plin. *lib.* 20. *cap.* 14. Salsitudines corporis, si cum vino tradatur, minuit.

Sălsūgo, inis, quiuis humor salsus: cuiusmodi in salinis est aqua salsa, ex qua sal conficitur { ἅλμη. GALL. *Liqueur salée, saumure* ITAL. *Liquor salata, salamora* GERM. Saltzwasser/saltzlab/saltzbrühe. HISP. *Sudor de cosa salada, salmuera.* ANGL *Any salt liquour or brine.* } Plin. *lib.* 31 *c.* 7. Præter hoc etiamnum appellatur in salinis salsugo, ab aliis salsilago, tota liquida marina aqua saltior vt distans.

‖ Sala, atrium, domus. GER. Sahl. ab aula, aut ἄλσος. ‖

Sălă, Σάλας, nomen fluuij in Germania. vt Strab. *lib.* 7 scribit: inter quem & Rhenum Drusus Augusti priuignus domitis iam hostibus victor oppetiit. ¶ Est item Sala Mauritaniæ oppidum, ad occidentem, impositum fluuio eiusdem nominis. Autor Plin. 5. *c.* 1.

Salacia, Saturni vxor. Gell. *c.* 21 *lib.* 13.

Salacia (inquit Festus) antiqui dicebant Deam aquæ, quam putabāt salum ciere, hoc est, mare mouere. { Die wassergöttin vnd fraww Neptuni } Quo vocabulo Poëtæ pro aqua vsi sunt. Pacuuius, Hinc sæuitiam Salaciæ fugimus Hæc Festus.

Salaconīa, σαλακωνεία. Vox Græca est iactantiam significans cum vanitate & superbia coniunctam. Quidam & mollitiem interpretantur.

Salacones, σαλάκωνες, dicuntur homines iactabundi, qui quum Iro pauperiores sint, Crœsos tamen quosdam se esse simulant: quúmque Sardanapalo sint effœminatiores, fortitudinis tamen opinionem captant. Cicer. *M. Fabio Gallo,* Cognosti meam causam, & istius Salaconis iniquitatem. Suidas hanc significationem fluxisse existimat à Salacone quodam, eiusmodi, quales iam depinximus, moribus prædito.

Sălămāndră, { σαλαμάνδρα. GALL. *Salamandre* ITAL. *Salamandra.* GERM. Salamandra ist ein art der molen. HISP. *Salamanquesa.* ANGL. *A criket.* } Animal lacerti figura, stellarum, nunquam nisi magnis imbribus proueniens, & æstate deficiens: cuius tantus rigor est, vt ignem nulla sui læsione tactu extinguat, non aliter quàm glacies. Autor Plin. *lib.* 10. *cap.* 67. Et licèt venenatissimus sit (nam si arbori irrepserit, omnia poma veneno inficit, & eos, qui ederint, interimit: idem facit si in puteum cadat) à suibus tamen sine nocumento manditur.

Salambriae, Σαλαμβρίας. Ciuitas est Cappadociæ, in Gardaucrotæ præfectura Ptolem. *lib.* 5. *cap.* 6.

Sălămĭs, siue Salamin, Σαλαμίς, genitiuo Salaminis penult. product. vel Salamina, Salaminæ. Insula est in Sinu Saronico, contra Atticam, vrbem habens eiusdem nominis, in qua Telamon regnauit, Aiacis & Teucri pater. { Ein Insel im Euboischen meer gegen Athen gelägen/heist jetz Coluri. } Verùm quum Teucer capta iam Troia, in patriam rediret, indignatus Telamon quòd Aiacis mortem (qui inimicorum iniuriis exagitatus, & in furorem conuersus, sibi necem intulerat,) non vindicasset, eum Salamine expulit. Exclusus itaque è patria Teucer, in Cyprum nauigauit. vbi nouam vrbem condidit, quam & ipsam relictæ vrbis desiderio, Salaminem appellauit. Hanc hodie *Constantiam* appellant.

Sălămĭnĭŭs, Σαλαμίνιος, nomen gentile à Salamine vrbe deductum. Cicer. *pro Archia*, Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi verò suum esse confirmant.

Sălămĭnĭŭs, a, um, possessiuum: vt. Salaminium trophæum, apud Cicer. *in Tuscul* Plutarchus *in vita Periclis*, nauim robustam & in qua velut in triariis vltimum sit præsidium, Salaminiam appellat Celebratur enim vel in primis nauale bellum aduersùs Xerxem gestum apud Salaminem. ¶ Salaminiacus, aliud possessiuum. Lucan. *lib.* 5.

Vt Salaminiacum meminit mare.

Salanea. Σαλάγγα, mons altissimus, mari imminens, inter Britanniam & Hyberniam

Hyberniam: à Salanga, Bartulani primi habitatoris Hyberniæ filio dictus. Hodie *Mons D. Dominici* appellatur, à monasterio à Diuo Dominico ibi extructo.

Salapia, vrbs est Apuliæ Dauniorum, meretricio Annibalis amore nobilitata, vt scribit Plin. *lib.* 3. *c.* 11.

‖ Sala pitta, ῥάπισμα. Gloss. Philox. Id autem est ictus qui fit virgâ, quæ ῥάπις. Gl. Cyr. ῥαπίζω expalmo, alapo. Scaliger in catalecta, cùm explicasset vocem *Salaputium*, Aliud verò, inquit, est, *Salupilta* in veteri Glossario, quam vocem ego in Arnobio offendi, sed valde dissimulatam. ‖

Sālāpūsiūs à sale, & pusio compositum nomen. Pusius enim, siue Pusio, apud Latinos dicitur puer. Quo nomine dictus est Caluus, Catuli familiaris, tanquam puer, ob staturam puerilem: plenus salis, & oratoriæ mordacitatis.

Salar, piscis quidam Ausonius *in Mosella*,

Purpureisque salar stellatus tergora guttis.

Sālāriă viă, ea dicta est quæ ex Vrbe per Anienis pontem ducebat in Sabinos. Nam per eam Sabini sal à mari deferebant. Plin. *lib.* 31. *c.* 7. Sicut apparet ex nomine Salariæ viæ, quoniam illa sal in Sabinos portari consueuerat. Varr. *lib.* 3. *de re rustic. c.* 2. Nostri materteræ meæ fundum in Sabinis, qui est ad quartum & vigesimum lapidem via Salaria à Roma. Suet. *in Neron. c.* 48.

Sālāriūm, vide *Sal.*

Salaria, V. olim E. Hispaniæ Tarraconensis, prope Cazorlam. Est & alia Salaria in Oretanis. ‖

Sălāsiī, apud Ptol. *lib.* 3. Populi sunt sub Insubribus. Salassi Suet. dicuntur *in vita August. c.* 21. Hodie Marchia Salutiæ. GALL. *Marquisat de Saluffe.*

Sălāx, acis, Propensus in venerem, multa libidine pruriens: à saliendo (vt quidam volunt) hoc est, ab attingendo. Aut certè ab eo quod ex humore salso citatur libido. Vnde Venus fingitur è mari orta. { עגב *hoghet* ἀφροδισιαστικός. GAL. *Fort enclin à saillir & paillarder, luxurieux.* ITAL. *Salace, lussurioso.* GERM. Geil/vnkeusch / oder zu vnkeuschheit geneigt. HISP. *Luxurioso.* ANGL. *Cockish, lecherous or lustie.* } Colum. *lib.* 7. *cap.* 9. Maximéque quod ad rem pertinet, quàm salacissimos oportet esse mares, qui & annicula ætate commodè progenerant. Galli salaces. Varr. 3. *de re rust.* Nymphæ salaces. Ouid. 4. *Fast.* Aries salax, *ibidem.* ¶ Salaces cibi, venerem citantes: vt erucæ, & bulbi. Ouid. 2. *de rem. amor.*

Nec minus erucas aptum est vitare salaces.

Et quiquid Veneri corpora nostra parat.

Sălācĭtas, atis, id est, lasciuia & propensio in venerem. { עגבה *hagbháh.* τὸ ἀφροδισιαστικόν. GALL. *Hastiueté à paillardise, inclination à paillarder, luxure.* ITAL. *Lussuria.* GER. Geilheit/nigung zur vnkeuschheit / der gammel. HISP. *La luxuria.* ANGL. *Locherie or vnchastnesse.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 36. Passeri minimum vitæ cui salacitas par.

Săldĕ, colonia, Mauritaniæ Cæsariensis vrbs, apud Plin. *lib.* 5. *c.* 2. & Ptol. *lib.* 4. *c.* 8. Creditur esse ea quam vulgò *Algeriam* vocant, regnum Ariadeni Barbarossæ, Turcicæ classis præfecti.

SĂLEBRÆ, sunt loca inæqualia, & aspera, & prærupta: ita dicta quòd vix sine saltu præteriri possunt. { τὰ ἐρείσματα, ῥωχμοί, ῥήγματα γῆς. GAL. *Lieux mal vnis, hauts & bas, qu'à grand peine on peut passer sans sauter.* ITAL. *Luogi male vniti per i quali à fatica si puo andare senza saltare.* GER. Rauche/vnebne/vngebanete vnd schroffechtige ort. ANGL. *Places that ar not plaines going vp and downe, which can not be passed but leaping.* } Propert. *lib* 3. *Eleg.* 36.

Luna ministrat iter, demonstrant astra salebras.

Per translationem accipitur pro quauis asperitate, siue difficultate. Martial. *lib.* 11.

Carmina nulla probat, molli quæ limite currunt,

Sed quæ per salebras altaque saxa cadunt.

Cicer. *de Orat.* Alter enim, quasi sedatus amnis, sine vllis salebris fluit. Idem 2. *de finibus.* Hic si definire, si diuidere potuisset, si loquendi vim, si denique consuetudinem verborum teneret, nunquam in tantas salebras incidisset. ¶ Tristitiæ salebra, singulari numero dixit Valer. Max. *lib.* 6. Legitur & apud Cicer. 5. *de finib.* Salebra numero etiam singulari, vbi sic ait, Hæret in salebra: cupit enim dicere, nihil posse ad beatam vitam deesse sapienti, &c.

Salebritas, inæqualitas loci: & ipse inæqualis locus. Apul.

Sălĕbrōsūs, a, um, quod multas habet salebras { איתן *ethán.* κατερρωγώς. GALL. *Mal vni, desrompu.* ITAL. *Asproda caminare.* GERM. Das vilrauhe/harte vnnd abgerissne ort hatt. HISP. *Cosa aspera, llena de piedras.* ANG. *Vneuen, vneasie to go in.* } vt, Iter salebrosum, hoc est crebris salebris interruptum. Salebrosa oratio, id est, abrupta, intercisa, & quibusdam veluti salebris remorans impetum auditoris. Quint. *lib.* 11. *c.* 1. Inde interruptus actionis impetus, & resistens, ac salebrosa oratio. ¶ Salebrosus scriptor, id est, difficilis, inamœnus, & in cuius lectione sæpiùs sit restitandum. Martial. *lib.* 11.

Scriptores tetrici salebrosum edisc ite Sanctram.

Sālĕntīnī, σαλεντῖνοι, populi sunt in finibus Italiæ, proximam Apuliç peninsulam incolentes, quæ est inter Tarentinum sinum, & fauces Adriatici protensa, circa Brundusium, & Rudias, in isthmum contracta, latum stadia circiter trecenta. Salentini autem dicti putantur à Salentino promontorio, in extremis eius peninsulæ finibus sito: quod & ἄκραν ἰαπυγίαν appellant. Festus tamen à solo dictos mauult, fortassis ob id, quòd penè circunquaque mari ambiantur, tenui tantùm isthmo continenti annexi. Ortos autem putat à Cretensibus, & Illyricis, qui societate cum Locrensibus inita, iis in locis consederunt.

Sălĕntinum, σαλέντινον. Ptolemæo, Promontorium est extremum totius Italiæ, quo illa quàm longissimè in mare excurrat: quod alio nomine ἄκραν ἰαπυγίαν Græci dicunt. Vide Plin. *lib.* 3. *c.* 11.

Sale, Stagnum est Mæoniæ, eodem in loco in quo olim Sipylum, totius regionis caput, terræ hiatu decedit. Autor Plin. *lib.* 5. *c.* 26.

Sāl Ammoniacus, Terræ salsugo est, in Libyæ arenis crescente Luna efferuescens alumini scissili non dissimilis, glebis oblongis, venísque in longitudinem rectis, ἀμμωνιακόν Dioscoridi. Inuenitur potissimum in tractu Cyrenaïco, iuxta Iouis Ammonis templum, vnde & nomen accepit. Qui salem Ammoniacum metopij arboris lacrymam sunt interpretati, in errorem sanè quàm puerilem inciderunt, lacrymam Ammoniacam à sale Ammoniaco non distinguentes: quum tamen sint res diuersissimæ, vt latiùs annotauimus suprà in dictione *Ammoniacum.*

Sălernum, Picentinorum oppidum in Italia, cuius meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Volaterranus ait, Salernum fuisse ab Romanis contra Picentes & Lucanos munitum, ob initam cum Annibale societatem.

SĂLGĂMĂ, Appellabantur à priscis quæcunque conditanea ad victum nostrum vasis seruabantur, vtputa mala, pyra, fici, vuæ, rapæ. { τὰ τάριχα. GALL. *Toutes choses salées ou confites & mises dans des pots pour garder.* ITAL. *Cose condite & assaggionate, acconciate ne i vasi.* GERM. Allerley eingemacht essig ops/kreuter vnd wurtzeln. HISP. *La conserua que se guarda en jarrillo.* ANG. *Thinges condite and conserued, as peares figges grappes.* } Colum. *lib.* 10. Tempore non alio vili quoque salgama merce, Capparis, & tristes inulæ, ferulæque minaces Plantantur. Idem *lib.* 12. *c.* 4. Post hoc præceptum locum & vasa idonea salgamis præparari iubent.

Sālgămārĭūs, qui salgama vendit. { ἀλλαντοπώλης. GALL. *Vendeur de telles confitures.* ITAL. *Chi sa condire & assaggionare ò chi vende tel cosa.* GERM. Der obs/kreuter/wurtzeln / vnd dergleichen ding einmacht vnd verkaufft. HISP. *El que vende aquella conserua.* ANG. *He that selleth thinges conserued.* } Colum. *lib.* 1 *c.* 44. Libros tres edidit quos inscripsit nominibus Coci, & Getarij, & Salgamarij. *Ibidem c.* 54. Raporum quàm rotundissima sumito, eáque si sint lutosa, detergito, & summam cutem nouacula decerpito: deinde sicut consueuerunt salgamarij, decussatim ferramento lunato incidito.

Sālī, per simplex i, auiculæ sunt quas Aristoteles αἰγίθους, & αἰγιθοὺς appellat, fœcunditatis magnæ, vt perdices, gallinæque. Plin. *lib.* 10. *c.* 52. Plurima oua pariunt struthiocameli, gallinæ, perdices, sali.

Sala, fluuius est Hispaniæ ad oram Britannici maris, à quo Saleni accolæ dicti: quos Salinos Ptolemæum *lib.* 2. *cap.* 6. nominasse existimat Hermolaus.

Salica lex, vide *Salij*, Germaniæ populi,

Sălĭcāstrum, genus labruscæ in salictis nascens. ἄμπελος ἀγρία. Plin. *lib.* 23. *c.* 10. Est labruscæ similis sed in salictis nascens, ideo dist inguitur nomine quum eosdem vsus habeat, & salicastrum vocatur.

Sălĭcētum Sălĭctum, Saligneus vide *Salix.*

Sălĭentes, vide *Salio.*

Sălĭī, orum: Germaniæ populi, (qui & Franci dicuntur) eius regionis, incolæ quæ vulgò *Franconia* vocatur Ammianus Marcellinus *lib.* 17. de Constantino scribens, Quibus, inquit, paratis, petit primos omnium Francos, eos videlicet quos consuetudo Salios appellauit. Andreas Althamerus *in Tacitum*, suspicatur ita fuisse nuncupatos ab Sala fluuio. Francia enim illa Orientalis irrigatur fluminibus Mœno, Radiantia, Æsto, Sala, Sinna, & Tubero. Hi Gallis expulsis, eorum sedes occuparunt, Franciámque de suo nomine appellarunt. ¶ Ab his Saliis putat Alciatus legem Salicam nomen duxisse, quasi dicat Francicam.

Salicus, a, um, ad Salios pertinens, i. Francos, Gens Salica, sunt Franci. Salica lex, vide *Lex Salica.*

Sălĭī, σάλιοι, Sacerdotes Martis: sic dicti, quòd in portandis Ancilibus saltare eos mos esset. Virg. 8. *Æneid.*

Hic exultantes Salios, nudósque Lupercos,

Lanigerósque apices, & lapsa Ancilia cælo

Extuderat.

Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Numa item Salios duodecim Martio Gradiuo legit, tunicæque pictæ insigne dedit, & super tunicam æneum pectori tegmen, cælestiaque arma, quæ Ancilia appellantur, ferre, ac per vrbem ire, canentes carmina cum tripudiis, solennique saltatu iussit. Cicero 3. *de Oratore*, Non neglecta, vt mihi videtur, à Numa rege doctissimo, maioribúsque nostris, vt epularum solennium fides, ac tibiæ, Saliorúmque versus indicant. Sueton. *in Claud. cap.* 33. Ictúsque nidore prandij, quod in proxima Martis æde Saliis apparabatur, deserto tribunali, adscendit ad Sacerdotes, vnáque discubuit. ¶ Salij quando, & cur instituti, Plutarch. *in Numa.* ¶ Vocantur etiam Salisubsuli à Catull. *Epig.* 17. *ad Coloniam.*

Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat,

In quo vel Salisubsuli sacra suscipiunto.

Sălĭāris, e, quod ad Salios pertinet. σαλιακός. Vnde Saliares cœnæ appellatæ sunt, quas Salij faciebant amplissimo apparatu. Ex quo opiparæ, ac copiosæ cœnæ, Saliares dicuntur. Dapes saliares. Horat. 1. *Carm. Ode* 37.

——— nunc Saliaribus

Ornare puluinar deorum

Tempus erat dapibus, sodales.

Carmen saliare Numæ, idem 2. *Epist.* 1.

Sălīnă, Salinum, vide *Sal.*

Salinæ, arum, vrbs Siciliæ: iuxta Lilybæum, palmis abundans. Sunt & aliæ non paucæ eiusdem nominis vrbes à salsis fontibus nomen sortitæ, inter quas minimè conuenit præteriri quæ apud Sequanos visuntur, & structuræ genere, & salis prouentu adeò admirandæ, vt non immeritò octauum sibi locum inter orbis miracula possint vendicare.

Sălīnātŏr, is, σαλινάτωρ, dictus est M. Liuius Claudij Neronis in Consulatu collega, propter vectigal, quod nouum ex salaria annona commentus est in Censura. Meminit huius Salinatoris Liuius, & Sueton. *in Tiber. cap.* 3.

Salinator, qui sal fecit. Papias.

‖ Salisubsulus, ludius, quasi Salius subsiliens. Catull.

In quo vel Salisubsuli sacra suscipiunto.

Ibi Scaliger annotat. Omnes ludij & saltatores, qui ad cantum & tibiam in sacris ludunt, Salij & Salisubsuli dicuntur. Virgil. *lib.* 8.

Tum Salij ad cantus incensa altaria circum

Populeis adsunt euincti tempora ramis.

Ibi simpliciter Salij sunt ludij ad sacra Herculis saltantes. ‖

SĂLĬO, is, iui, vel salij, vel salui diuisis syllabis; supinum saltum, Saltō. { רקד

{רקד *rakádh* גלד *dalág* נתר *nitter*. ἅλλομαι, πηδάω. GAL. *Sauter*. ITAL. *Saltare*. GER. Springen/gumpen. HISP. *Saltar*. ANG. *To leape*.} Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Tu sali solus, &c. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Ita supercilium salit. Virg. 2. *Georg.*

Mollibus in pratis vinctos salière per vtres.

Horat. 1. *Epist.* 14.

——*nec meretrix tibicina, cuius*
Ad strepitum salias terræ grauis.

Plaut. *Bacch.* Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila, Saliendo se exercebant magis quàm scorto, aut suauiis ¶ Salire è terra, pro prodire, emitti. {יצא *iatsá*.} Lucr. *lib.* 1.

E terráque exorta repentè arbusta salirent.

Virg. 1. *Georg.*

Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.

Suet. *in August. cap.* 82. In peristylio saliente aqua. ¶ Salit mihi cor, per translationem. Plaut. *Mil.* Dicito doctè & cordatè, vt ei cor saliat. subaud. præ gaudio. ¶ Salire dicuntur animalia carentia ratione, quando mares ineunt fœminas: nam saliendo ascendunt. {רבע *rabáh*.} Ouid. 2. *de Arte*,

Læta salitur ouis, tauro quoque læta iuuenca est.

Varr. 2. *de re rust. c.* 7. Quum equus matrem vt saliret, adduci non posset, & eum capite obuoluto peroriga adduxisset, & coëgisset matrem inire: quum descendenti velum dempsisset ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit. Idem 3. *de re rust. cap* 10. Saliunt ferè in aqua, de anseribus. ¶ Composita sunt, assilio, absilio, consilio, desilio, dissilio, exilio, insilio, prosilio, resilio, & transilio: quæ omnia mutant a, simplicis in i, faciúntque præteritum vsitatius per ui, diuisis syllabis. In supino autem mutant a, sui simplicis in u: vt Assilio, assilui, assultum, Dissilio, dissilui, dissultum. Significata vide suis locis.

Sălientēs, à Latinis dicuntur fistularum capita, atque etiam ipsæ tubulorum, fistularúmque scaturigines, quæ & siphunculi dicuntur, & sipunculi, ab aquæ expressione, tanquam ex siphone salientis. {צנורים *tsinnorím*. κρουνοί. GALL. *Les bouts des tuyaux des fontaines par où l'eau sort*. ITAL. *Canoni per condurre l'acque dalle fonti altroue*. GERM. Wasserrören/oder die vorderisten theil der teuchlen auß welchen daß wasser herfür springt/brunnröen. HISP. *Los jorros del agua viua*. ANG. *Pypes conueigh water*.} Vitruu. *lib.* 8. Hæc maximè considerantur Athenis. ibi enim ex eiusmodi locis, & fontibus, & in asty, & ad portum Piræum ducti sunt salientes, è quibus bibit nemo, sed lauationibus & reliquis rebus vtuntur. Bibunt autem ex puteis Cicer. *ad Qu. Fratr. lib.* 3. Equidem hoc quod melius intelligo, affirmo, mirifica suauitate te villam habiturum, piscina & salientibus additis, palæstra & sylua viridicata.

Sălto, as, Salio crebrò, tripudio. {חגג *chágh* רקד *rakádh* כרכר *chirchér*. ὀρχέομαι. GALL. *Sauter*, *danser*. ITAL. *Ballare*. GERM. Springen vnd tantzen. HISP. *Dançar ò baylar*. ANGL. *To leape often, to dance*.} Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 1. Obsecro sic salta cum palla. P. Sanúsne es. *Ibidem*, Si non saltas, exue. (sup. pallam.) Idem *in Pseud. sc.* 1. *a* 5. Orant me vt saltem. & paulo pòst, Vbi circumuortor, cædo. Salust. *in Catil.* Sed in his Sempronia, multa virilis audaciæ commiserat. Hæc mulier genere atque forma, præterea viro, liberísque satis fortunata fuit, literis Græcis atque Latinis docta, psallere & saltare & cantare elegantius quàm necesse est probæ, multáque alia quæ luxuriæ instrumenta sunt. Cicer *in Catilinam*, Hi pueri tam lepidi, ac delicati non solùm amare, & amari, neque cantare, saltare, sed etiam sicas vibrare, & spargere venena didicerunt. Idem *pro Murena*. Nemo ferè saltat sobrius. Carmina saltantur theatro. Quid. 5. *Trist. Eleg.* 8. Saltata poëmata populo. Idem 2. *Trist.* ¶ Saltare laudes alicuius, est saltationibus immiscere, ait Budæus. Plin. *in Paneg.* Quum laudes Imperatorum ludis etiam, & comessationibus celebrarentur, saltarentúrque, &c. ¶ Huius composita mutant a, in u, vt Assulto, Exulto, Prosulto, Præsulto, Subsulto, & Transsulto, de quibus suis locis.

Saltatus, a, um, Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Et mea sunt populo saltata poëmata sæpè.

Săltātĭo, nis, illa hominum iactatio, quam vulgus *tripudium* vocat. {חג *chágh*. χορεία, ὄρχησις. GALL. *Dansemét, sautement, danse*. ITAL. *Esso ballare*. GERM. Ein tántz. HISP. *Dança ò bayle*. ANGL. *A leaping, dansing*.} Cicer. *pro Murena*, Multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Quint. *lib.* 1. *cap.* 11. Nam Lacedæmonios quidem etiam saltationem quandam, tanquam ad bella quoque vtilem, habuisse inter exercitationes accepimus. Cicer. *de clar. Orat.* Quos, Sextus Tityus consecutus, homo loquax sanè, & satis acutus, sed tam solutus & mollis in gestu, vt saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Tityus nomen esset.

Săltātŏr, Tripudiator, qui saltat. {חגגּ *choghégh* רקד *rokedh*. ὀρχηστής, ἀλτικός. GALL. *Danseur*. ITAL. *Danzatore*. GER. Ein trantzer. HISP. *Dançador ò baylador*. ANGL. *A dancer or iumper*.} Cicer. 1. *Offic*: Adde huc, si placet, vnguentarios, saltatores, totúmque ludum talarium. Quint. *lib.* 1. *c.* 12. Non Comœdum in pronuntiando, nec saltatorem in gestu facio. Cicer. *pro Muran.* Saltatorem appellat L. Muræнam Cato: maledictum est, si verè obiicitur, vehementis accusatoris: sin falsò, maledici conuitiatoris.

Săltrātrix, verbale fœmininum. {חגגת *choghegthéth* רקדרה *rokédheth*. ὀρχήστρια. GALL. *Dansereſſe*. ITAL. *Ballerina*. GER. Ein tántzerin. HISP. *Dançadora ò bayladora*. ANGL. *She that danceth*.} Cicer. *in Pison.* Tu ex tenebricosa popina Consul extractus, cùm illa saltatrice tonsa, Senatum Reipub. occasum atque interitum lugere vetuisti.

Săltātrīcŭlă, diminutiu. {ἡ μικρὰ καὶ εὐτελὴς ὀρχήστρια, ἡ σμικρὰ ὀρχηστρίς. GAL. *Sauterelle, sautinelle, dãserelle*. ITAL. *Picciola ballarina*. GER. Ein kleine tántzerin HISP. *Pequeña bayrladora, dançadora*. ANGL. *A litle le dancer*.} Gell. *lib.* 1. Dionysiámque eum notissimæ saltatriculæ nomine appellat.

Săltātōrĭus, a, um, quod ad saltationem pertinet. ὀρχηστικός. vt Ludus saltatorius, in quo saltare docetur. {GAL. *Escole pour apprendre à dancer le bal*. ITAL. *Luogo doue si impara à ballare*. GERM. Ein orth da man lernet springen vnd tantzen. HISP. *Escuela de dançar o baylar*. ANG. *Belonging to leaping or dansing*.} Macrob. *lib.* 3 *Saturn.* Filij Senatorum in ludum saltatorium commeabant, & illic crotala gestantes, saltare discebant. Cicer. *in Pis.* Quúmque ipse nudus in conuiuio saltaret, in quo ne nunc quidem, quum illum suum saltatorium versaret orbem, Fortunæ rotam pertimescebat.

Sāltātŭs, us, Saltatio. {חג *chag*. ὄρχησις. GAL. *Dansement, danse*. ITAL. *Esso dansare*. GERM. Tantz oder tantzung. HISP. *Dança ò bayle*. ANGL. *Dansing*.} Liuius *lib.* 1. *ab Vrbe*, Per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis, solenníque saltatu iussit.

Salticus, a, um, saltare solens. Dántzerisch. Tert.

Sāltūră, æ, Saltatio, πήδησις, πήδημα. Plaut. *in Curc.* Nunc dum saltura sat bona est, si id feceris. Vænire poteris, intestinis vilius.

Saltus ipse saliendi actus. {πήδησις. GAL. *Saut*. ITAL. & HISP. *Salto*. GERM. Ein sprung. ANG. *Al cap or iumpe*.} Virg. 9. *Æneid.*

Tum demum saltu præceps sese omnibus armis
In fluuium dedit.

¶ Saltus Pireneus apud Tranquillum, in eo montes Pirenei significantur, vt apud Liuium, Saltus Graius, alpes Graiæ. Ad prærupta ducunt saltúmque demonstrant. Plinius de ceruis saltum dicit, cubile & lustrum eorum intelligens, quod Aristoteles σταθμὸν, i. mansionem dixit.

Sāltim, apud antiquos, siue saltuatim, Per saltus {πηδητικῶς. GALL. *De saut en saut, en sautelant*. ITAL. *Di salto in salto*. GERM. Mit springen oder hopfen. HISP. *Salto à salto*. ANGL. *Frome leape to leape*.} Gell. *lib.* 9. *cap* 4. Atque item esse alia apud vltimas Orientis terras miracula homines, qui monomeri appellantur, singulis cruribus saltuatim currentes, viuacissimæ pernicitatis. ¶ Saltuatim scribere, est carptim scribere, non suo ordine, sed vt sese offert. Sisenn. *lib.* 3. *Hist.* Nos vna æstate in Asia, & Græcia gesta, literis idcirco conuenientia mandauimus, ne vellicatim, aut saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus.

Saltuari, πηδημμαλικός, quod ad ictus saltantium mouetur. Plin. *lib.* 2. *c.* 95. Sunt & in Nymphæo paruæ insulæ, saltuares dictæ, quoniam in symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur.

‖ Salisburgum, olim Iuuanium, Saltzburg, ad Iuuanium fl. qui hodie *Salza* nuncupatur: V. A. Germaniæ. ‖

Sālĭsātōrēs, inquit Rhabanus Maurus *de Magorum præstigiis*, vocati sunt, quia dum eis membrorum quæcunque salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste significari prædicunt.

Salisij, σαλίσιοι, Populi Alpini, Boiis, Heluetiísque finitimi, quos Cato Tauriscæ gentis esse arbitratur.

Sălĭvncă, herba est eadem, vt Ruell. putauit, tum nardo Celtica. {ANG. *A kinde of leuander*.} Plin. *lib.* 21. *cap.* 7. Saliunca foliosa quidem est, sed breuis & quæ necti non possit Radici numerosæ cohæret herba verius quàm flos, densa veluti mansi pressa: breuitérque cæspes sui generis, Pannonia hanc gignit, & Norici, Alpiúmque aprica: vrbium Eporrhedia, tantæ suauitatis, vt metallum esse cœperit. Vestibus interponi eam gratissimum. Virg. *Eclog.* 5.

Puniceis humilis quantum saliunca rosetis.
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

‖ Saliuncula, parua saliunca. ‖

Saliuncanus portus, Maritimum Galliæ Celticæ oppidum ea in parte qua Britanniam insulam spectat. Autor Ptolemæus *lib.* 2. *c.* 8.

‖ Salius, Salij Martis sacerdotes.

Saliaris, e, ad Salium pertinens, Salia virgo. Fest.

Salius, a, um. Francus ‖

Sălĭvvm, i, & Saliua, æ, Sputum, quod ferè salis saporem habeat: vel à saliendo, quòd in ore saliat, & crescat. {רק *rok*. πτύελον, σίαλος. GALL. *Saliue*. ITAL. *Saliua, sputo*. GERM. Der speichel/graggen/geiffer. HISP. *La saliua de la boca*. ANGL. *Spittle*} Plin. *lib.* 7. *c.* 2. Ferúntque ictas saliua, vt feruentis aquæ contactu fugere. Idem *lib.* 23. Sua cuique vino saliua innocentissima, sua cuique ætas gratissima, hoc est, media. ¶ Ponitur aliquando saliua pro gustu. Pers. *Sat.* 6.

Nec tenuem solers turdorum nosse saliuam.

D. Hieronymus in Euangelia præloquens, Quis enim, inquit, doctus pariter, vel indoctus, cùm in manus volumen assumpserit, & à saliua quam semel imbibit, viderit discrepare quod lectitat, non statim erumpat in vocem. Eleganter profectò, prouerbialique figura dixit, Et à saliua quam semel imbibit: id est, ab illo gustu quo puer imbutus est. Sumpta metaphora ab infantibus, quibus præmansum cibum nutrices in os inserunt, non fine saliua. Cui cùm assueuerint, nihil iam illis sapit, quod ab illius primæ saliuæ gustu diuersum sit: proinde modis omnibus curandum vt optimis assuescamus. Senec. *epist.* 80. Id tibi saliuam mouet. (i. excitat ad carmen canendum. Sic & vulgò dicimus, *cela me fait venir la saliue à la bouche*.

Saliuare, Meurs. in Gloss. Græcob. σαλιβάριον saliuarium, lupatum, quia saliuam. Gloss. vet. Græcolat. σαλιβάριον lupa potiùs lupatum. Sed potiùs est ea freni pars, quæ saliua equi imbui solet. GER. Das gebiß.

Saliuaris, e, ad saliuam pertinens.

Sālĭuōsŭs, adiect. saliuæ plenus, & saliuæ saporem habens, aut figuram. {πτυελώδης. GALL. *Plein de saliue, resemblant à saliue*. ITAL. *Che rende gusto di saliua, pieno di saliua*. GERM. Dem speichel gleich. HISP. *Cosa llena de saliua ò semejãte à saliua*. ANG. *Full of spittle or l.k spittle*.} Plin. *lib.* 16. *cap.* 34. Humor vlmis saliuosus.

Sālĭuo, as, Saliuam facio, spuo. {ירק *iarák* רק *rak*. σιαλίζω, πτύω, πτυαλίζω. GALL. *Ietter saliue, cracher*. ITAL. *Gittare saliua*. GERM. Geifferen. HISP. *Hazer ò echar de si saliua*. ANGL. *To spitte, to cast spittle*.} Plin. *lib.* 6. *cap.* 36. Congregantur verno tempore purpuræ, mutuóque attritu lentorem cuiusdam ceræ saliuant. ¶ Aliquando illino, siue perungo. Colum. *lib.* 6. *cap.* 5. Tunc panacis, & eryngij radices fœniculi seminibus miscendæ, & cum defruti ac moliti tritici farina, candentique aqua conspergendæ, eóque medicamine saliuandum ægrotum pecus.

Sălĭuārĭŭs, a, um, adiect. ad saliuam pertinens, vel saliuæ assimilis. {σιαλώδης. GAL. *Appartenant à saliue*. ITAL. *Pertinente à saliua*. GERM. Das zu dem speichel oder geiffel gehört. HISP. *Perteneciente à saliua*. ANGL. *That belongeth to spittle*.} Plin. *lib.* 9. *cap.* 15. Quæ durioris testæ sunt, vt

vt, murices, purpuræ, saliuario lentore pariunt, id est, viscositate saliuæ.

Saliuarium, quod excipiendæ saliuæ appenditur.

SALIX, icis, arbor nota, à saliendi, hoc est, crescendi celeritate dicta. { ערב *baras. ἰτέα.* GALL. *Saulx.* ITAL. *Salice, salzo.* GERM. Ein weiden oder weidbaum. HISP. *Sauze.* ANGL. *A willow tree or withie.* } Nam siue sata, siue casu terræ impacta, statim surgit. Virg. 10. *Eclog.*

Mecum inter salices lenta sub vite iacerem.

Ouid. 10. *Metam.*

Amnicolæque simul salices, & aquatica lotos.

Virg. 1. *Eclog.*

Florentem cytisum, & salices carpetis amaras.

Salictarius, apud Caton. in vinea instruenda, is est qui salictum curat, & ex eo maceriam salignam viti pedandæ iugandæque parat.

SALIGNVS, a, um, quod ex salice confectum est. { *ἰτέϊνος.* GALL. *Qui est de saulx.* ITAL. *Di salzo.* GERM. Weiden / weidbeumin / von weiden gemacht. HISP. *Cosa de materia de sauze.* ANGL. *Made of a willow tree.* } Virg.

Est tuguri custos armatus falce saligna.

Idem 4. *Georg.*

Et custos furum, atque auium, cum falce saligna

Hellespontiaci seruet tutela Priapi.

Colum. *lib.* 7. *c.* 1. Quippe vel foliis, spinisque, vel perticis salignis alitur. Horat. 1. *Serm. Sat.* 5.

——— donec cerebrosus prosilit vnus,

Ac mula nautaque caput lumbósque saligno

Fuste dolat.

Sālīgnĕus, a, um, idem Colum. *lib.* 7. *cap.* 10. Deinde ab ictu virgæ oportet tumentem venam ferro rescindi, detractoque sanguine colligari saligneo libro, vel etiam vlmo. ¶ Salignea claua, apud eundem *lib.* 6. *cap.* 2.

Sălĭcētum, i, & per syncopam *salictum*, locus salicibus consitus. ערבים *ʿara im. ἰτεών.* GALL. *Vne saulsaye.* ITAL. *Luogo piantato di salici.* GERM. Ein orth an dem vil weiden stehen. HISP. *El sauzedal, lugar de sauze.* ANGL. *A place set with willow trees.* } Var. Idoneus locus eligendus vbi facies salictum, & arundinetum. Cicer. 1. *de Diuin.* ex Ennio,

Nam me visus homo pulcher per amœna salicta,

Et ripas raptare.

Idem *pro lege Agr.* Accedet eò mons Gauius, accedent salicta ad Minturnas. Virg. 1. *Eclog.*

Hyblæis apibus florem depasta salicti.

Iuuen. *Sat.* 11.

Necdum ausus virgas humilis mordere salicti.

Plaut. *Aulul. sc.* 3. *a.* 4. Syluani lucus crebro salicto oppletus. ¶ Salictum pro ipsis salicibus per meton. subiecti. Virg. *Georg.* 2.

Populus & glauca cauentia fronde salicta.

Vbi Seruius: locum salicum pro ipsis arboribus posuit.

Sālĭo, Sallo vide *Sal.*

Salicippium, sic dictus Caluus orator, qui cùm vidisset (inquit Senec. *in* 4 *controuersiarum*) à clientibus Catonis rei sui Pollionem Asinium circumuentum in foro, imponi se supra cippum iussit; erat enim paruulus statura, propter quod etiam Catull. *in Hendecasyllabis* vocat illum Salicippium disertum. Catullus,

Risi nescio quem modò in corona,

Qui cùm mirifice Vatiniana

Meus crimina caluus explicasset,

Admirans ait hæc manus que tollens

Dij magni Salicippium disertum.

SALLVSTIVS Crispus, Nobilis historicus, atque adeò, Martiale teste, totius Historiæ princeps fuit, Ciceronis coætaneus, cuius acerrimus fuit inimicus, vt ex vtriusque inuectiuis constat. Vide *Crispus.*

Sallustianus, a, um, adiect. Quint. *lib.* 4. *c.* 2. Quare vitanda etiam illa Sallustiana (quanquam in ipso virtutis obtinet locum) breuitas, & abruptum sermonis genus.

Sālmāntĭcă, Ptol. *lib.* 2. *c.* 5. oppidum est in Orientali tractu Lusitaniæ, in Hispania Vettonum. Vulgò, *Salamanca.*

SALMACIS, *σαλμακὶς.* Fons in Caria, iuxta Halicarnassum, quo veteres crediderunt lauantium corpora effœminari. Ouid. 15. *Metam.*

Cui non audita est obscœna Salmacis vnda?

Strab. *lib.* 14 Salmacis fons nescio quam ob rem calumniatus, tanquam emolliens eos qui inde bibant. Hominum enim mollities non videtur ab aëre, vel ab aqua proficisci. quum ea minimè sit causa mollitiei, sed diuitiæ, & victus incontinentia.

Sālmăcĭdŭs, a, um, denominatiuum à nomine Salmacis; vt, Salmacida spolia, apud Cicer. ex Enn. Plin. *lib.* 3. *cap.* 3. Nam nitrosas, atque Salmacidas & fœculentas in desertis, Rubrum mare petentes, addita polenta, vtiles intra duas horas faciunt, quo tamen in loco nonnulli legunt Salnacidas, putántque salnacidas aquas dici, quæ salis saporem referunt.

‖ Salmantica, *Salamanca*, V. E & Academia celeberrima Hispaniæ, sub A. Compostellano. ‖

Salmentum, salsamentum. Gl. Isid. Nestor. Nouar. Salsamentum, & per syncopam salmentam, in vno significatu accipi possunt: vt Caper testatur & Donatus.

Sălmo, piscis marinus, qui & fluuios subit, semélque gustata aqua dulci vix vnquam in mare regreditur. { GAL. *Saulmon.* ITAL. *Salmone pesce.* GERM. Ein salm. HISP. *Salmon pescado.* ANG. *A salmond fishe.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 18. In Aquitania Salmo fluuiatilis marinis omnibus præfertur.

Sālmōnĕus, *σαλμωνεύς*, Æoli filius fuit, & rex Elidis, qui quum diuinos sibi honores petulantiùs quæreret, Iouémque structo æneo ponte tonando, & iaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulminatus, ad inferos detrusus est. Vide Seruium in illud Virg. 6. *Æneid.*

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,

Dum flammas Iouis, & sonitus imitatur Olympi.

Sālmōnĭs, Salmonidos, filia Salmonei, id est Tyro. Proper. *lib.* 1.

Non sic Æmonio Salmonida mixtus Enipeo

Thracius, &c.

Sālnĭtrum, vt modò consuetudine vulgi dicitur, factitium est, & ad tormenta ignium missilia repertum, veteribus autem fuisse videtur incognitum. *ἀλόνιτρον.* Corrupta tamen dictio est. Nam legitur apud Plin. Sal, & nitrum sulphura concoctum in lapidem vertitur. Vide in dictione *Nitrum.*

Sălo, Salonis, fluuius est apud Celtiberos, non procul à Bilbili oppido optima ferri temperatura nobilis. Martial. *lib.* 10.

Auriferúmque Tagum sitiam, patriúmque Salonem.

SALOMON, siue, vt alij malunt, Solomon, *σολομών*, nomen sapientissimi Iudæorum Regis: quod si interpreteris, Pacificum sonat. Filius fuit Dauidis ex Bersabea, qui patri in regnum successit, Deóque optimo maximo templum primus ædificauit.

Sălōmōnĭŭs salomonia, salomonium, possessiuum: vt templum Salomonium, apud Lactant.

Salon, *σάλων* Regio Bithyniæ, pascendis bobus idonea, Vnde & Salonensis caseus, *σαλωνεύς.* Strab. *lib.* 12. Vulgò *Xalon.*

‖ Salona, & Salo, *Salona*, V. A. Dalmatiæ antiqua, ditionis Venetæ, solo ferè antiquatu iacet. ‖

Salonæ, arum, *σαλῶναι* Steph. Vrbs Dalmatiæ, olim capta ab Asinio Pollione, à qua & filium suum Saloninum appellauit. Lucan.

Qua maris Adriaci longas ferit vnda Salonas.

Saloninus, Pollionis filius. sic dictus à captis à patre Salonis Dalmatiæ ciuitate, autore Seru. Asinius Pollio, inquit, ductor Germanici exercitus, quum pòst captas Salonas Dalmatiæ ciuitatem, primò meruisset lauream, pòst etiam Consulatum adeptus fuisset, eodem anno suscepit filium quem à capta ciuitate, Saloninum vocauit: cui nunc Virgilius Genethliacon dicit. Hunc constat natum risisse statim: quod parentibus omen fuit infelicitatis: nam ipsum puerum inter ipsa primordia periisse manifestum est.

Sălpă, *σάλπη*, genus piscis, circa Ebusum Hispaniæ insulam, obscœnus alibi, & qui coqui non possit, nisi ferula percussus, vt ait Plin. *lib.* 9. *cap.* 18.

Sālpĭæ, Ptolemæo *lib.* 3. *cap.* 1. Apulorum vrbs in Ionio pelago: Salapia Plinio.

Sālpīnă, Palus in Apulia, iuxta Salpiam ciuitatem, meretricio amore Annibalis inclytam. Lucan. *lib.* 5.

Quos recipit Salpina palus,

Sālsāmĕntum, Salse, Salsedo, vide *Sal.*

Sālsĭcōrtex, salsicorticis, à nonnullis appellatur arbor ex genere glandiferarum, quam Græci *ἁλίφλοιον* nominant. Est autem hæc arbor cortice, atque caudice crassissimo, & plerunque cauato, fungosóque. Sola corde caret, etiam quum viuit, putrescens. Fulmine frequenter icitur etiam si altitudine non excellat: ideo ad sacrificia vti nefas erat apud Æoles. Eadem ferè sterilis est: & si quando glandem tulerit, adeò est amara, vt præter sues, à nullo attingatur animali: ac ne ab iis quidem, quum aliud pabulum possunt nancisci.

Sālsīlāgo, Salsitudo, Salsura, vide *Sal.*

Salsulæ, Fons in finibus Narbonensis Galliæ, aquis salsis fluens, circa arcem Hispanorum munitissimam, quæ vulgò *Saulses* dicitur.

Sāltātōr, Saltatrix, Saltatricula. Vide *Salto* in *Salio.*

Sāltem, ad minimum: particula *ἐλαττωτική.* quasi, Si alter non potest, vel Salutem (vt inquit Gell. *cap.* 14. *lib.* 12.) u, litera abiecta. { *γοῦν, ἀλλ' οὖν, τὸ ἐλάχιστον.* GALL. *Au moins à tout le moins.* ITAL. *Al meno, pure.* GERM. Doch nur / zum wenigsten oder mindesten. HISP. *A lo menos ò si al que no.* ANGL. *At the least.* } Nam à principio salutem dicebant, quod nos saltem dicimus. Nam quum alia quædam petita & non impetrata sunt, hìc solemus, quasi ad extremum aliquid petituri, quod negari minimè debeat, dicere, Hoc saltem fieri, aut dari oportere: tanquam salutem postremò petentes, quam impetrari sit æquissimum. Seruius, Saltem tractum à captiuis, qui quum tenerentur ab hostibus, dicebant sublatis manibus, Salutem concede. Hinc per synæresin natus est sermo, vt in conceptu rerum multarum petituri aliquid, saltem dicamus. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Sin absumpta Salus, & te pater optime Teucrum

Pontus habet Libyæ, nec spes iam restat Iuli:

At freta Sicaniæ saltem, sedésque paratas,

Vnde huc aduecti, regémque petamus Acestem.

Idem *lib.* 6. *Æneid.*

Da dextram misero, & tecum me tolle per vndas,

Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam.

Cicero *Attic. lib.* 9. Eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Nosce hunc saltem qui sit. Idem *Amph.* Saltem tu te si pudoris egeas, sumas mutuum. *Ibidem*, Qui sum saltem, si non sum Sosia. Idem *Menæch. sc.* 5. *a.* 1. Hìc ero vsque ad noctem, Saltem (tunc sup.) intromittar domum. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Saltem Pseudolum mihi dedas. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Qui vult cubare, pangit saltem suauium. ¶ Pro tantùm. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Vt operiare hos sex dies saltem modò.

Sālsĭæ, populi sunt iuxta Pontum Euxinum, postea *φθειροφάγοι*, à tenuitate victus appellati.

Sălto, vide *Salio.*

Sāltŭārēs, insulæ in Nymphæo sitæ sunt: ita dictæ quòd ad ictus saltantium mouentur. Plin. *lib.* 2. *cap* 95. Sunt & in Nymphæo paruæ insulæ, Saltuares dictæ, quoniam in symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur.

SALTVS, us, locus incultus propter syluas, inquit Varro, aut id genus, vbi pecus pasci possit. { יער *iahar. ἄλσος.* GERM. Ein forst / ein vngebauwen waldechtig ort da man das viech weiden vnd summeren mag. ANG. *A forest, a tavone in a park or forest.* } De saltu ita scribit Festus, Saltum Ælius *lib.* 2. *significationum, quæ ad ius ciuile pertinent*, ita definiuit. Saltus est vbi syluæ & pastiones sunt, quarum causa casæ quoque: si qua particula in eo saltu pastorum, aut custodum causa aratur, ea res non peremit nomen saltus, non magis quàm fundi, qui est in agro culto, & eius causa habet ædificium, si qua particula in eo habet syluam. *Cæs.* 6. *bell. Gall.* Atque ille latebris, aut syluis, aut saltibus se eriperet, & noctu occultaret.

occultaret. Idem 1.*bell. Ciuil.* Celeritérque Pyrenæos saltus occupari iubet. Virgil. 1. *Georg.*

——& magnos canibus circundare saltus.

Ouid. *Epist.* 5.

Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos?

Idem *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

Saltus ab hac terra breuis est, &c.

¶ De loco damnoso, siue periculoso. Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Méque vt eum (herum sup.) ex hoc saltu damni saluum eliciam foras, scio. de vrbe Epidamno & domo meretricia. ¶ Item pro silua muliebri, siue inguine mulieris pilis obsito Idem *Casina. sc.* Neque quò fugiam, 21. sectione: Illa (inquit) haud verbum facit, & sepit veste id, qui estis: Vbi illum saltum video obseptum, rogo vt, &c. Vide plura de hac voce apud Vallam *Elegant. lib.* 5. *c.* 106. *& lib.* 4. *c.* 57.

Saltuares insulæ. Plin. *cap.* 95. Sunt & in Nymphæo paruæ, saltuares dictæ; quoniam in symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur. Quod sumpsit ex Sotionis Eclogis, vbi Calamina insula, & saltuaris eadem est. Propè autem erat Nympharum templum (quod Nymphæum vocat Plinius.) cui dicata erat.

Sāltŭārĭŭs, ij, Syluarum, seu saltus custos. { δρυμοφύλαξ. GAL. *Maistre, garde ou sergent de forest. Forestier, Verdier, Gruyer.* ITAL. *Guardiano di foresta.* GERM. Ein forst meister. HISP. *Montaraz que guarda los bosques.* ANGL. *A maister or keeper of forestes.* } Pomponius. *l. si ita. ff. de vsu & habitat.* Dominus proprietatis, etiam inuito vsufructuario, fundum, vel ædes per saltuarium vel insularium custodire poterit.

Sāltŭōsŭs, a, um, id in quo multi sunt saltus. { δρυμώδης. GALL. *Plein. de forest, boscageux.* ITAL. *Boscoso, pieno di foreste.* GERM. Waldächtig HISP. *Cosa de muchos bosques y pastos.* ANG. *Full of forestes.* } Liu. 7. *bell. Pun.* Aperta erat regio, sine vllis, ad insidias latebris: itaque in loca saltuosa cedere inde cœpit.

Saluber, Salue; vide *Salus.*

‖ Saluciæ, seu Salūtiæ, *Saluzzo*, V. E. ab omni iurisdictione A. exempta, Marchionatus Salutiensis caput: hodie ad Sabaudiæ ducem pertinet. ‖

Saltuatim, ἐπιδηλικῶς. GAL. *Par saults, à la haste, legerement.* Sisenna *lib.* 6. *Histor.* ita apud Gell. *cap. vlt. lib.* 11. Nos vna æstate in Asia & Græcia gesta, idcirco litteris continentia mandauimus, ne velitatim aut saltuatim scribendo, Lectorum animos impediremus, Et ipse Gell. *c.* 4. *lib.* 9. Saltuatim currentes homines, &c.

Sălŭĭă, æ, frutex est nulli non notus, virgas habens quadrangulas, foliáque aspera, crassa, & incaua, odore suaui quidem, cæterùm ingrato. { ἐλελίσφακος, GAL. *Saulge* ITAL. & HISP. *Saluia.* GERM. Salbey. ANG. *Sauge.* } Dicta saluia (vt putatur) quòd multis incommodis medeatur, ægrósque saluos præstet. Prodest enim paralyticis, & contra serpentium morsus remedium exhibet. Plin. *lib.* 22. *cap.* 25. Diosc. *lib.* 3. *cap.* 38. ¶ Fuit & SALVIA mater Apuleij. ¶ Est & SALVIA, Triacensium oppidum, in quinta regione Italiæ: de quo Plin. *lib.* 3. *cap.* 33.

Sălŭĭātum, saluiati, genus medicamenti est, quo veterinarij, & mulomedici vtuntur in ægrotantium animalium curatione. { τὸ ἐλελισφακωτὸν ποτόν. GAL. *Breuuage de saulge, vn saulgé.* ITAL. *Beuanda di saluia,* GER. Ein artzney oder tranck von salbeyen. HISP *Beuida de saluia.* ANG. *A drink made of sauge.* } Colum. *lib.* 6. *c.* 9 Recens tussis optimè saluiato farinæ ordeaceæ discutitur. Idem *lib.* 6. *cap.* 24. Lupini semicrudi conteruntur, & offæ saluiati more faucibus ingeruntur. Et *paulò pòst,* Potest etiam cum arido fico & eruo conteri herba santonica & formata in offam, sicut saluiatum demitti. Quibus tamen in locis saliuatum potiùs legendum crediderim: quod & eruditioribus placere video: qui saliuatum interpretantur medicamenti genus quod pecori ægroto datur deglutiendum.

Sălŭĭo, as, Saluiato medeor, vel saluiatum deglutiendum præbeo. { ἐλελίσφακον ποτίζω ἢ ἀλλὸ ποτὸν ἐλελισφακωτόν. GALL. *Faire boire vn saulgé.* ITAL. *Dar à beuere beuāda di saluia.* GER Salbeyen eins gäben. HISP. *Dar a beuer vna beuida de saluia.* ANG. *To giue à drink of sauge.* } Colum. *lib.* 6. *cap.* 24. Vel tenero olere commisto torrido, mollitóque milio, & per vnam noctem lacte macerato saluiatur. Quo tamen in loco doctioribus quibusdam, saliuatur, legendum videtur: quorum iudicio nos quoque libenter subscribimus, alio Columellæ loco adducti qui est *eiusdem lib. cap.* 5. vbi sic habet, Euincendi sunt, quanuis pestiferi morbi, & exquisitis remediis propulsandi. Tūc panacis & eryngij radices, fœniculi seminibus miscendæ, & cum defruti, ac moliti tritici farina, candentique aqua conspergēdæ: eóque medicamine saliuandum ægrotum pecus. Vbi saliuandum pecus dixit, pro eo quod est, saliuato per os immisso curandum.

Sălum, i, Mare. { ים *iam.* ἅλς. GAL. *Mer.* ITAL. *Mare.* GER. Das meer. HISP. *El mar.* ANG. *The sea.* } à sapore salis: vel à verbo Græco σαλεύειν. quod significat mouere, fluctuare. Virg. 1. *Æneid.*

Pérque vndas superante salo.

Cicer. *pro Cæcin.* Vt à quo loco depulsus esset, in eum se fortuna restitueret, non in salum, sed in ipsam vrbem quam petebat. Idem 3. *Tusc.* Nec tam ærumnosa nauigassem salo. Virg. 2. *Æneid.*

Fit sonitus spumante salo.

Gell. *cap.* 1. *lib.* 16. In salum se eiaculauit Arion. Liu. 7. *d.* 4 In salo stare. ¶ Veteribus etiam in masculino vsu fuit, vt annotauit Nonius Ennius *in Hecuba,* Vndantem salum.

SĂLVS, salutis, felicitas: incolumitas, quæ interitui opponitur: valetudo recta; remedium, subsidium. { ישע *iéscah* תשועה *teschuháh.* σωτηρία. GALL. *Salut, sauuement, santé.* ITAL. *Salute, sanità.* GERM. Glück vnd heil/gesundheit/wolstand/wolfart. HISP. *Salud, sanidad.* ANG. *Health.* } Cicer. *Attic.* Saluti, si me amas, consule. Terent. *in Adelph.* Quod cum salute eius fiat. Cicer. *lib.* 3. *de Legibus,* Cui ne reditus quidem ad bonos, salutem à bonis potuit afferre. Plaut. *in Merc.* Spem teneo, salutem amisi: redeat, an non, nescio. Ouid. *lib.* 3 *Metam.*

——te scilicet omnis in vno

Nostra salus posita est.

Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 3. An quid est homini salute melius? Idem *Capt. sc.* 3. *a* 7. Nulla vitæ salus sperabilis est mecum. ¶ Bona salus, i. salus propitia quo verbo bonam valetudinem & salutem ominabantur, contrariaque deprecabantur. Cato *de R. R.* Si quid bona salute vsus venerit, benignè defende. Plaut. *in Merc* dixit, Sua quidem salute ac familiæ maxima. ¶ Salutem dicere alicui rei, id est, vale dicere, & iubere valere, relinquere. Cicer. *ad Volum. lib.* 6. Quas si, vt volumus, exceperimus, ego verò multam salutem & foro dicam, & curiæ: viuámque tecum & cum communibus nostris amatoribus. hoc est, iubeo valere curiam, nihil mihi amplius cum curia erit commune. ¶ Accipitur aliquando salus pro remedio. Virg. 2. *Æneid.*

Vna salus victis, nullam sperare salutem.

SALVS item dea salutis credita est, vnde salutaris porta Romæ appellata, ab eius deæ æde, quæ ei proxima fuit. Terent. *in Adelph.* Ipsa si cupiat Salus, seruare prorsus non potest hanc familiam. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Licet laudem fortunam vt ne Salutem culpem. (Deam.) Idem *Pseud sc.* 4. *a.* 2. Vtrum spem an salutem te salutem? Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Ipsa salus si volet me seruare non potest. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. Nec salus nobis saluti esse, si cupiatis, potest. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Sum tibi Iuppiter, satus, fortuna. ¶ Pro pecunia. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 3. ecquid est salutis. (id est, pecuniæ.) ¶ Dicimus Latinè, Nuntiare salutem: Adscribere salutem. Dicere salutem, est salutare. Cicer. *Att. lib.* 4. Misit ad me statim, qui salutem nuntiaret. Et *lib.* 6. Filiola tua gratum mihi fecit, quòd tibi diligenter mandauit, vt mihi salutem adscriberes. Plaut. *in Capt.* Omnium primum salutem dicito patri & matri. Mittere salutem, remittere salutem. id est salutare & resalutare, Ouid. *Epist.* 15.

Hanc tibi Priamides mitto Ledæa salutem.

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Salutem scriptam mittere, *Ibidem,* milites manu mittunt salutem beneuolentibus. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Salutem mittit & salutem à te expetit. *Ibidem,* pro lignea salute, vis argenteam (salutem) remittere illi? Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Salutem multam dicito patrono. C. Nuntiabo. *Ibidem sc.* 1. *a.* 3. Multam me iussit tibi salutem dicere. Idem *Pseud. sc.* 4 *a.* 2. Porrige audacter ad salutem brachium. (id est, ad salutandum,) Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.*

Hic mihi morte sua caussa salutis erit.

¶ Salus in vado, vide *Vadum,* &c. ¶ Salutis Augurium restituit Augustus. Suet. *in Aug. c.* 31.

‖ Salus, deæ nomen in Gentilium theologia. ‖

SĂLŪBĔR, m. g salubris fœminini, salubre, neutri: & hic & hæc salubris, & hoc salubre, quod præbet sanitatem. { ὑγιεινὸς, σωτήριος. GAL. *Salutaire, qui donne salut, sain.* ITAL. *Salubre, salutifero, salutare.* GERM. Das gesund ist / oder gesundheit bringt / gnädreich. HISP. *Cosa saludable.* ANG. *Holesome, that giueth health.* } Vnde aër, cibus, locus salubres dicuntur. Colum. *lib.* 2. *c.* 4. Fundum sicuti ne fœcundissimi quidem soli, quum sit insalubris: ita ne effœti, si vel saluberrimus sit, parandum. Cicer. 1. *de Diuin.* Vti enim Ceos accepimus eorum Caniculæ diligenter quotannis solere seruare, coniecturámque capere, vt scribit Ponticus Heraclides, salubrísne an pestilens annus futurus sit. Nam si obscurior, quasi caliginosa stella extiterit, pingue & concretum esse cælum, vt eius aspiratio grauis & pestilens futura sit. Sin illustris & perlucida stella apparuerit, significari cælum esse tenue, purúmque, & propterea salubre Aquæ salubres. Horat. *in Carm. secul* Fluuius saluber. Virg. 1. *Georg.* Salubre alicui rei. Plin. *lib.* 8. *c.* 27. Chelidoniam visui saluberrimam hirundines monstrauere. Consilium salubre, Cicer. *ad Att. lib.* 8. Sic salubrem principem dixit Suet. *in Aug. c.* 42. Item, Vrbem parum salubrem valetudini. *Ibidem c.* 72. & salubrem societatem, idem *in Tiber. c.* 1. ¶ Aliquando salubris accipitur pro sano. Salust. *in descriptione Africæ,* Genus hominum salubri corpore. Liu. 3. *ab Vrbe,* Grauiore tempore anni circumacto, defuncta morbis corpora, salubriora esse cœpere.

Sălūbrĭtās, atis, Sanitas { רפואה *rephuáh* רפאות *ripheúth.* ὑγίεια. GALL. *Santé, sainete.* ITAL. *Sanità.* GER. Gesundheit/gesunde. HISP. *Sanidad.* ANGL. *Holesomnesse.* } Plin. *lib.* 37. *c.* 13. Iam situ ac salubritate cæli atque temperie, &c. Cæs. 8. *bell. Gall* Ipse tantum itinerum faciebat, quantum satis esse ad mutationem locorum propter salubritatem existimabat. Velleius, Aquæ salubritate nobiles: Item, Salubritatis instar. Cels. *lib.* 5. *c.* 27. Italia frigidioréśque regiones hac quoque parte salubritatem habent, quòd minus terribiles angues edunt.

Sălūbrĭtĕr, aduerb. { ὑγιεινῶς, σωτηρίως. GALL. *Sainement.* ITAL. *Sanamente.* GERM. Mit gesundheit/heilsamlich. HISP. *Saludablemente.* ANGL. *Holsomelie.* } Liu. 3. *ab Vrbe,* Et trahi bellum salubriter, & maturè perfici potest. Cicero *de senect.* Vbi enim potest illa ætas aut æquè callescere, vel apricatione melius, vel igni: aut vicissim vmbris, aquísque refrigerari salubrius?

SĂLŪTĀRIS, e, Salubre, hoc est, sanitatem præbens, vel ad sanitatem præbendam idoneum. { σωτήριος. GALL. *Salutaire, sain, qui donne santé.* ITAL. *Salutare, salubre, salutifero.* GER. Heilsam/gnädreich/gesund/das heil oder gesundheit bringt/heilfürderlich. HISP. *Cosa saludable.* ANGL. *Holsome or that giueth health.* } Cicer *ad Octauium,* Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Quod sempiternum salutare sit liberis procreandis (omnem præfantis,) Velleius, Exemplo inutili, facto salutari, cæsus Pub. Clodius. Liuius *lib.* 4. *dec.* 5. nihil salutare in eo exercitu (id est, nihil sanum.) ¶ Salutares literæ dicuntur quæ consolationem afferunt, Cicero *ad Att. lib.* 7. Sic ergo habeto, salutares te mihi literas misisse, &c. ¶ Salutaris litera à Cicerone dicitur A, quæ absolutionis nota erat: vt tristis c, quæ condemnationis. Idem *pro Milone,* Nec nobis tam salutarem hanc iudicando literam, quàm illam tristem dedisset. Bud. ¶ Inuenitur & Salutare substantiuum. Plin. *lib.* 12. *c.* 5. In præsentia externa prosequemur, à salutari maximè orsi. ¶ Salutaris digitus, qui pollici est proximus, qui & index dicitur. λιχανός. Sueton. *de August. cap.* 80. Dextræque manus digitum salutarem tam imbecillum interdum sentiebat, vt torpentem, contractúmque frigore, vix cornei circuli supplemento scripturæ admoueret. Martianus *de nupt.* Verùm quidam redimitus puer ad os compresso digito salutari, silentium commonebat. Dicitur autem salutaris, vel quia non salutamus, nisi visa & indicata. Virg. 3. *Æneid.*

Italiam læto socij clamore salutant.

Vel quia eo comprimimus os ad silentium, quod salutare est præceptum. Inter salubris tamen & salutaris multum interest, non enim salutarem

lutarem locum, cibum, aquam, dicimus vt salubrem. Itaque intelligendum est, salubris dici de loco, cibo & aliis quæ natura affert & largitur. Salutaris verò de reliquis omnibus, quæ arte, ingenio aut alio modo parantur. Cornel. *Fronto de diff. vocab.* Salutaris Ad. Cic. 1. *de Diuinit.* Quid astrologus, cur stella Iouis aut Veneris coniuncta cum Luna, ad ortus puerorum salutaris sit, Saturni Martísve contraria? ‖ ¶ Salutaris herba dicta, quòd dolorem capitis & stomachi incendium mitiger hæc stychnos dicitur. Pap. ¶ Salutaris porta appellata est ab æde salutis, quòd ei proxima fuit. alij ob salutationes. Fest. ‖

Sălūtārĭtĕr, aduerbium, Salutis ergo, sine discrimine salutis, tuendæ salutis gratia. { σωτηρίως. GALL. *Salutairement, sainement.* ITAL. *Sanamente.* GERM. Heilsamlich/zu heil oder gesundheit. HISP. *Saludablemente.* ANGL. *Holsomelie, without hurt or danger.* } Planc. *Cicer.* Quadraginta millia passuum spatio relicto, consedi eo consilio vt vel celeriter accedere, vel salutariter recipere me possem. Cicer. *de Clar. Orat.* Tum arma sunt ea sumpta, quibus illi ipsi qui didicerant eis vti gloriosè, quemadmodum salutariter vterentur, non reperiebant.

SĂLVTO, as, Salutem dico: inuiso. { ברך beréch. προσαγορεύω, ἀσπάζομαι. GALL. *Saluer, donner le bon iour.* ITAL. *Salutare.* GERM. Grüssen. HISP. *Saludar denunciando saludes.* ANGL. *To halse to giuegood morrowe.* } Cicer. *Attico.* Quum Philogenes libertus tuus ad me salutandi causa venisset. Terent. *in Adelph.* Opperiar hominem hîc, vt salutem, & colloquar. ¶ Neque verò accedentes tantùm salutare dicimur, verumetiam recedentes. Stat. 4. *Theb.*

Stant tamen, & nota puppim de rupe salutant.

Sic. Plaut. *in Milite*, Etiam nunc saluto te familiaris priusquam eo: Conserui conseruæque omnes bene valete & viuite. Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Herum saluto primùm, vt æquum est? postea si quid superfit, vicinos impertio. (sup. salute.) *Ibid. sc. 2. a. 4.* Eho, an non prius salutas? (sup. quàm percontaris.) Idem *Aul. sc. 2. a. 1.* me benigniùs omnes salutant, quàm salutabant priùs. Idem *ibid. sc. 4. a. 1.* Eo me salutat blandiùs: paulò antè blandè appellat. Idem *Curc. sc. 1. a. 1.* Si deos salutas dextro: sum censeo, Ouid. *Eleg. 7 lib 3. Trist.*

Vade salutatum Perillam Littera.

Velleius, Nunquam reginam (Cleopatram) nisi nomine salutauit Cn. Domitius. Ouid. *Eleg. 3. lib. 1. Trist.*

Este salutati tempus in omne mihi.

(id est, valete) Salutare item, Salutem precari sternutanti. Plin. *lib. 28. c. 2.* Cur sternutamentis salutemur? id est, quum sternutamus. Subdit Plin. Quod etiam Tiberium Cæsarem tristissimum (vt constat) hominum, in vehiculo exegisse tradunt. Et aliqui nomine quoque consalutare religiosiùs putant. ¶ Salutare item venerari. { השתחוה hischtachaváh. } Terent. *in Phormio.* At ego deos Penates hinc salutatum domum diuortar. Martialis *lib. 12.*

Multis dum precibus Iouem salutat.

Ouid. 15. *Metam.*

——— *lætóque Deum clamore salutant.*

¶ Composita, Consaluto, & Resaluto, de quibus suis locis.

Sălūtātŏr, is, qui salutat. { מברך mebarech. ἀσπαστής. GALL. *Salueur, qui salue & fait la reuerence.* ITAL. *Chi saluta & fa riuerenza.* GER. Ein grüsser. HISP. *El que saluda.* ANGL. *He that harseth.* } Quint. *Cic. de petit. Consul.* Deductorum officium quod maius est quàm salutatorum Plaut. *Amph.* Herus salutator oppessulatas ante fores graditur.

Sălūtātio, nis, salutandi actus. { ברכה berachâh. ἀσπασμὸς, προσαγόρευσις, προσφώνησις. GAL. *Salutatiō.* ITAL. *Salute* GERM. Ein gruß/begrüssung. HISP. *Salud.* ANGL. *Halsing.* } Cicer *in Pison.* Quis enim te aditu, quis vllo honore, quis denique communi salutione dignum putet? Senec. *cap. 17. de consol. ad Helu.* Claræ salutationis audaciam (sup. in ambiendo) non sustinere posse. Suet *in August. cap. 53.* promiscuis salutationibus admittebat & plebem. ¶ Salutatio, cuiusdam Scipionis cognomen, apud eundem Suet. *in Iul. Cæs. cap. 58.* Salutationem accipere, & reddere. Macrob. *Saturnal. lib. 1. cap. 6.* Acceptáque ac reddita salutatione consederunt.

Sălūtātōrĭus, a, um, adiect. { προσαγορευτικὸς, ἀσπαστικός. GALL. *Appartenant à salut.* ITAL. *Pertinente à salute.* GER. Das zu dem grüssen oder heilwünschen gehört. HISP. *Perteneciente à salud.* ANG. *Belonging to health.* } Plin. *lib. 15. cap. 11.* Omnia iam & virorum salutatoriis cubilibus inclusa.

Salutatorium, locus, in quo ad salutandum aduenientes excipiebantur. Pap.

SĂLVTĬFĔR, a, um, Salutarius. { σωτήριος. GALL. *Qui donne santé, sain* ITAL. *Salutifero.* GERM. Das heil oder gesundheit bringt/heilsam. HISP. *Cosa que trahe ò tiene salud* ANGL. *That bringeth or restoreth health.* }

Ouid. 2. *Metam.*

Aspicit infantem, totóque salutifer orbi,
Cresce puer dixit, tibi se mortalia sæpe
Corpora debebunt.

Martial. *lib. 5.*

Seu placet Æneæ nutrix, seu filia Solis,
Siue salutiferis candidus Anxur aquis.

Ouid. 15. *Metam.*

Vtque salutifera miseris succurrere rebus
Sorte velit, tantæque vrbis mala finiat, orans.

‖ Salutificator, Saluator, faciens salutem. Tertull. ‖

SĂLVTĬGĔR, quo nomine vtitur Apuleius, videtur esse non qui suo nomine alicui dicit salutem, sed qui nuntiat tanquam interpres & administer eius à quo mittitur. { ἀσπασμοφόρος. }

Salutigerus, & Sălūtĭgĕrŭlŭs, qui salutem defert, id est, perfert, ad hos & illos. Plaut. *in Aulul. sc. 5. a. 3.* Enim mihi quidem æquum est purpuram, atque aurum dari, Ancillas, mulos, muliones, pedissequas Salutigerulos pueros, vehicula quis vehat. E. Matronarum hîc facta probe nouit.

SĂLVĒ, verbum salutantis, idem valens quod saluus sis: solúmque declinatur per secundas personas imperatiui vtriusque numeri, & præsens infinitiui. { שלום schalóm. χαῖρε. GAL. *Dieu te garde, bien te soit.* ITAL. *Dio ti salui.* GERM. Gott grüß dich/biß gegrüsset. HISP. *Sey saluo.* ANG. *Good morowe, good euening, god saue.* } Terent. *in Phorm.* Here salue, saluum te aduenisse gaudeo. D. Oh bone custos, salue. Plaut. *Most. sc. 4. a. 1.* Salue amicissime mihi omnium hominum. B. Dij te ament. Idem *Men. sc. vlt. a. 5.* Teneri quin conmplectar nequeo: Salue mi gemine germane frater. *Ibid. sc. 2. a. 5.* Salue multùm mi pater. Idem *Curc. sc. 3. a. 2.* Aggredior hominem, saluto? Salue, inquit mihi. ¶ Rebus inanimatis (Salue) etiam dicitur. Idem *ibid. sc. 1. a. 1.* Salue ostium. Et *ibid. sc. 2.* Anus alloquens vinum, sic ait: Salue anime mi Item *in Mercat.* Limen superum inferúmque salue, simul autem vale. ¶ Salue dicebant manè: Vesperi, Vale Suet. *in Galba cap. 4.* ¶ Iubeo te saluere, id est, precor tibi salutem. Horat. *lib. 1. Epist. 10.*

Vrbis amatorem Fuscum saluere iubemus
Ruris amatores: hac in re scilicet vna
Multùm dissimiles, at cætera penè gemelli.

Cicer. *Att lib. 4.* Dionysium velim saluere iubeas. Virg. 5. *Æneid.*

Salue sancte parens, iterum saluete recepti
Nequicquam cineres, animæque, vmbræque paternæ

¶ Salueo dixit Plaut *Truc. sc. 2. a. 2.* pro saluus, & sanus sum. ¶ Saluebis in futuro dixit Cicer. *Attit. lib. 6.* Saluebis à Cicerone meo. id est, Cicero meus te salutat. Vide in dictione VALEO. ¶ Salue, Aduerbium: Diomed. *lib. 1.*

Sălvŭs, a, um, salutis compos, salutem habens: sanus, incolumis. { σῶος. GAL. *Sain, saune, eschappé hors de danger.* ITAL. *Sano ò saluo, scampato da vn pericolo.* GERM. Frisch vnd gesund/auffrecht. HISP. *Cosa salua de peligro.* ANGL. *Saue, whole.* } Ter. *in Phor.* Saluum te aduenisse gaudeo. Idem *in Andria*, Saluus sum, si hæc vera sunt, hoc est, in tuto, & sine periculo sum. Plaut. *Aul sc. 4. a. 1.* Saluus atque fortunatus sis senex. E. Dij te ament. Idem *Curc. sc. 1. a. 5.* Saluus sum, ecce quem quærebam. (Idem *Aul. sc. 3. a. 4.* Dij me saluum & seruatum volunt. Idem *Amph.* Valeo & saluus sum rectè Amphitruo. (i. salua, sanáque mente sum, non insanio.) Idem *ibid.* Equidem ecastor sana & salua sum. *Ibid.* Saluum signum est?s. Inspice. A. Rectè est ita, vt obsignaui. Idem *Pseud. sc. 6. a. 4.* Viginti minæ sanæ ac saluæ sunt tibi (id est, integræ, intactæ.) Idem *Aul. sc. 2. a. 4.* Vide vt saluam olam auferam. ¶ Transfertur & ad inanimata. Idem *in Rud.* Heu, heu, scelestus galeam in naui perdidi: Nunc mihi opportuna hîc esset, salua si foret. Cicer. 2. *de finib.* Simulátque ipse graui vulnere exanimari vidit se vt primùm dispexit, quæsiuit, saluúsne esset clypeus, &c. Terent. *Adelph.* Salua res est. id est, rectè se habet. Velleius, Salua republ. saluus esse non poterat. ¶ Hoc saluo, i. hoc excepto, aut seruato, vulgò *cela sauf.* Corn. Celsus *lib. 3. c. 5.* Etenim perpetuum est, id quod omne consilium dirigi potest, cibum quàm maximè semper ab accessione futura reducere, & hoc saluo, dare quàm integerrimo corpori. Rursus *lib. 3. cap. 4.* Id linum bis die saluo nodo ducendum est, i. excepto nodo.

Sălvo, as, Saluum facio, seruo. { הושיע hoschiah. σώζω. GALL. *Sauuer, rendre sain & sauue.* ITAL. *Saluare.* GERM. Erhalten bey dem heil vnd wolstand. HISP. *Hazer saluo, saluar.* ANGL. *To saue.* } Cicer. *in Pisonem.* Me posse iterum Rempub. saluare, si cessissem, infinitam cædem fore, si restitissem. Legitur & apud eundem Cicer. 2. *de natur. deor.* Itaque maximè Reipub. partes in iis bellis quibus Reipub. salus continetur, nullis auspiciis administrantur, nulla perennia saluantur. Et Quint *lib. 12. cap. 10.* Quod si non eueniret, omnes pares essent, & idem omnes deceret. At loquuntur, & saluant personarum discrimen, &c. Verùm hoc verbum apud veteres doctissimorum iudicio non inuenitur: ideóque hi tres loci suspecti sunt, qui & in meliori sensu legi possit, *seruare, seruantur, & seruant.*

Sălvātor, is, qui saluat Vox in sacris literis nusquam non occurrens { מושיע moschiah. σωτήρ. GALL. *Sauueur.* ITAL. *Saluatore* GERM. Ein heiland/säligmacher. HISP. *Saluador.* ANGL. *A sauiour.* } quam tamen eruditiores, tanquam parum probam, religiosè fugiunt, quemadmodum & verbum *Saluo*: quod nec ipsum satis Latinum iudicant: putántque locum Ciceronis, quem iam citauimus, menda non vacare: præsertim quum id verbum non facilè apud quempiam veterum, apud Ciceronem certè alibi nusquam liceat inuenire.

Saluatio, actus saluandi: & salus ipsa, & salutis auctor.

Saluifico, saluum facio.

Salyes, Salyum, σάλυες. Strab. & Ptol. Populi sunt Narbonensis Galliæ, Liguribus finitimi, Plin. tamen Sallyos vocat, Liguriæ eos adscribens: Ligurum celeberrimi vltra Alpes Sallyi.

Samardacus, homo ridiculus. Chrysost. *ad Ephes. homil. 18.* οὐχ ὁρᾷς τοὺς λεγομένους γελωτοποιοὺς, σαμαρδάκας; ἔπι εἰσιν οἱ τάπλοι. Item terminus bifurcus. Latin. liber de terminis: Terminus si bifurcus fuerit, samardacus dicitur. Vocatur etiam *Sarmatia* in eisdem libris. Hæc ex Gl. Græcob. Meurs.

Samaria. { שמרון schemerón. σαμάρεια Steph. GERM. Die hauptstatt der zehen stämmen Israels. } Palæstinæ regio est, Galilææ & Iudææ contermina, oppida habens Neapolim, antea Marmortham, Sebastem & Gamalam. Vide Plin. *lib. 5. c. 13.* Stephano item Samaria regionis huius vrbs est, eadem cum ea quæ postea Neapolis est appellata. ¶ Gentilia sunt, Samarita, & Samaritanus, σαμαρείτης, σαμαρεύς.

‖ Samaritæ, ministri mensariorum. Casaub. ‖

Samarobrini, σαμαροβρῖναι, fuerunt populi in Gallia inter Belgas, apud quos Cæsar Gallorum concilium indixit, Horum ciuitas est Samarobrina, à Samara amne nomen habens. Hanc Cameracensem esse vrbem nonnulli autumant, quam Scaldis fluuius interfluit. Vulgò *Cambray.* Constantior tamen opinio est, vrbem esse Nouioduno vicinam, quam vulgò *Sancti Quintini* dicunt. Hanc enim præterfluit Samara fluuius.

‖ Sambia, Prussiæ ducalis prouincia. ‖

Sambicus, σάμβικος, famosi sacrilegi nomen, qui quum Dianæ τῆς ἐπιποίκτου fanum aliquoties expilasset, tandem deprehensus, annum perpetuum in quæstione, tormentísque habitus, miserrimo mentis genere excarnificatus, sacrilegij pœnas luit. ¶ Hinc, factus est locus prouerbio, vt Sambico grauiora pati dicamus, quem significare volumus exquisitissimo tormenti genere excruciari.

SĀMBVCĂ, æ, siue Sambyca, siue Sambyx, sambycis, σαμβύκη, ἢ σάμβυξ. Instrumenti musici genus, trianguli, teste Porphyr. *in Ptolem Harmoniaca,*

moniaca, quod ex neruis tum longitudine, tum crassitudine inæqualibus constabat: solebátque leuiori carminum generi adhiberi. Vnde sambucam cothurno aptare, prouerbij schema habet, pro eo quod est res leuissimas, planéque nugatorias, negotiis grauibus seriísque admiscere. Pers. *Satyr*. 5.

Sambucam citius caloni aptaueris alto.

Nomen habet, vt Diomedes existimat, à Sambyce inuentore, quanquam Athenæus ad Ibycum Rheginum poëtam eius originem referre malit. ¶ Est & genus machinæ militaris, qua vrbes expugnare consueuerant: in qua sic funes intendebantur, sicut in organo musico chordæ. ¶ De Sambuca machina bellica, Plutarchus *in Marcell*.

Sambūcĭnă, quæ sambuca canit. σαμβυκίστρια, sicut fidicina, quæ fidibus. Plaut. *in Stich*. Fidicinas, tibicinas, sambucinas aduexit secum forma eximia.

Sambuciarius, ipse qui dicit, i. ludit, nempe sambuca. Gl. Isid.

Sambūcĭstrĭă, sambucistriæ, σαμβυκίστρια, mulier sambucâ canens; quæ sambucina dicitur. Liu. 9. *bell. Maced*. Tunc psaltriæ, sambucistriæque, & conuiualia ludorum oblectamenta addita epulis.

Sambucus, saltator, histrio. Gl. Isid. videtur scripsisse *sambucinus*, seu *sambucen*, qui sambuca canit.

SAMBVCVS, i, arbor nota, surculos spargens arundinaceos, teretes, cauos, candicantes, fungosa medulla plenos, folia iuglandis terna quaternáve, ex interuallis circa ramos exeuntia, graui odore, minutim in ambitu secta, & in ramulorum cacuminibus, caulísque circinatas habens vmbellas, quæ florem candidum pariunt, mox acinum terebintho similem in nigredine purpureum, racemosum, atri sanguinis succo madentem. { ἀκτή. GALL. *Sureau, ou suseau, ou seu*. ITAL. *Sambuco*. GERM. Ein Holderbaum. HISP. *Sauco arbol*. ANG. *An older tree*. } ¶ Est & alterum sambuci genus, quod ob humilitatem χαμαιάκτην vocant Græci, herbaceo magis generi assignandam, caule quadrangulo, geniculato, foliis amygdalæ, ex interuallo longioribus, geniculatim expansis, pinnatísque in ambitu, serratis, muscario flore, & acino superioris sambuci. Latini ebulam vocant. Vide Plin. *lib*. 42. *c*. 8.

Sambūcĕŭs, adiect. { ἄκτινος. GAL. *De sureau*. ITAL. *Di sambuco* GERM. Holderbäumin / auß holder. HISP. *Cosa de sauco*, ANGL. *Made of older*. } Quod ex sãbuco est. Plin. *de vir. illustr*. Iuuenibus regiis Delphos euntibus, ridiculi gratia comes adscitus, baculo sambuceo aurum infusum Deo donum tulit. ¶ Sambucea arbor. Idem Plin. *lib*. 29. *c*. 4.

Sāmē, es, σάμη, insula ante sinum Ambracium, quæ & Samos, & Cephalenia dicitur. Item oppidum eiusdem insulæ, à Romanis dirutum. Vide Plin. *lib*. 4. *c*. 11.

Sāmĕră, æ, semen est vlmi. { τὸ τῆς πτελέας σπέρμα. GALL. *Semence ou graine d'vn orme*. ITAL. *Seme di olmo*. GERM. Der saamen deß rußholtz oder vlmenbaum. HISP. *Simiente de olmo*. ANGL. *The sead of the elme tree*. } Colum. *lib*. 5. *cap*. 6. Atineam vlmum Tremellius Scrofa non ferre sameram (quod est semen eius arboris) falsò est opinatus. Apud Plin. *lib*. 17. *c*. 11. legitur, samara per primam vocalem in media syllaba. Vlmorum (inquit) priusquam folio vestiantur, colligenda est, circa Martias Cal. quum flauere incipit. Et rursum *lib*. 16. *c*. 17. Atineæ non ferunt samaram: ita vocatur vlmi semen.

Samiarius, qui ferramenta acuit: à Samius, acutus. Gl. Cyr.

SAMIO, acuo. Vopiscus *in Aureliano*, ferramenta samiata Nonius Marcellus, Samium (lego *samiatum*) acutum. Vnde & samiare dicimus acuere. Quia, credo, Samiis testis ferramenta acuebant.

Samiator, in antiquo lexico, ἀκονητής, qui ferramenta acuit Et in antiqua inscriptione, Samiariis doryphorion.

‖ Samica, puluis. Gl. Isid. ‖

Sāmnītēs, σαμνῖται. Vulgò *Abruzzo*, Populi in Samnio, quod nunc Aprutium vocamus: quæ regio est Italiæ inter Picenum, Campaniam, & Apuliam Vrbes in ea sunt, Adria, Aquilia, Aminternum, Sulmo, Ottona, Arpinum, Aquinum, Atina, Beneuentum, Corfinium. Iidem & Sabelli dicuntur, nomine per diminutionem à Sabinis deducto, teste Strabone *lib*. 5. Ferunt enim, Sabinos, quum aduersùs Vmbros bellum gererent, Marti votum fecisse, si victoria potirentur, se illi consecraturos quicquid eo anno apud ipsos nasceretur. Quare quum re bene gesta in patriam rediissent, cùm reliquum anni totius prouentum, tum etiam filios eo anno natos Marti consecrasse. Quos deinde quum adoleuissent, duce Tauro in Campaniam ad sedes nouas quærendas emiserunt: vbi nullo propemodum negotio eiectis Opicis sedes suas collocarunt: originísque suæ memores, Sabellos sese, quasi Sabinorum sobolem appellarunt. Hi grauissima olim bella cum Romanis vario euentu gesserunt. Sp. Posthumium Consulem, cum collega, totóque exercitu ad Furcas Caudinas locorum angustia circumuentos, ex fœdere sub iugum miserunt: quam tamen ignominiam Romani non ita multò post magna illorum clade deleuerunt, Samnitibus vicissim sub iugum missis. Postea quum sæpiùs rebellassent, tandem à L. Sylla Dictatore multis præliis fracti, quum ne sic quidem iugum ferre possent, funditus sunt deleti.

Samonium, Cretæ insulæ promontorium, Rhodo aduersum, sicut contrario littore Cyrenas versùs κριοῦ μέτωπον prominet. Autor Pompo. Mela *lib*. 2.

SĀMŎS, σάμος, vulgò *Samo*. Gell. *cap*. 16. *lib*. 7. Pauus à Samo nobilissimus. Nomen trium insularum: quarum vna Ioniæ adiacet eregione Ephesi ambitu LXXXVII. M. passuum, Iunoni dicatissima, quòd in ea nata fuerit, & educata, & Ioui nupta. Scribit Varro, Samon priùs Partheniam nominatam, ibique antiquissimum fuisse Iunonis templum, & simulacrum, in habitu nubentis figuratum: vbi & sacra eius anniuersaria nuptiarum ritu celebrabantur. In ea Pythagoras quoque philosophus ortum habuit, necnon & vna ex Sibyllis, quæ inde Samia dicta est, quam ferunt de Christo prædixisse, Tu enim stulta Iudæa Deum tuum non cognouisti ludentem mortalium mentibus: sed & spinis coronasti, horridúmque fel miscuisti. Fiebant etiam in ea vasa fictilia egregiè ex creta effícta, quæ Samia vocabantur. Altera Thracica, in mari Ægeo, & Thraciæ opposita. Hæc Samos Straboni: & Diodoro Siculo Samothracia & Samothrace Ptolomæo, Pomponio & Plinio, Olim Dardania. Hodie *Samandrachi*. Tertia sita est è regione Epiri, non procul à sinu Ambracio, quæ & *Cephalonia* dicitur. De hac intelligendum est illud Suetonij *in Augusto*, Ab Actio quum in Samum insulam se in hyberna recepisset. Est enim hæc insula breuissimo maris spatio ab Actio dirempta. Eodem spectat & illud Homer. *Odyss. lib*. 14.

Ἐν πορθμῷ γ' Ἰθάκης τε, Σάμοιό τε παιπαλοέσσης.

Eadem & Same. σάμη aliquando appellatur per primam nominum decilinationem. Homerus *loco iam citato*,

Ὅσσοι γὰρ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι
Δουλιχίῳ τε, Σάμῃ τε, καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ.

Virg 5. *Æneid*.

Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,
Dulichiúmque, Saméque, & Neritos ardua saxis.

¶ Fuit & Samos, siue Same, oppidi nomen in eadem insula à Romanis dirutum. Strabo *lib*. 10. Quoniam quum Insula sit tetrapolis, id est, quatuor habeat vrbes, ex iis vna est quæ Samus, siue Same dicitur, vtroque vsitato vocabulo, ipsi etiam insulæ communi. Et *paulò pòst*, De Cephalonia verò quæ est tetrapolis, id est, ciuitates habet quaternas, neque huius temporis nomine dixit, neque vlla de ciuitate, vna tantùm excepta, siue Same, siue Samo: quod oppidum hodie deletum prorsus est. Plin. *lib*. 4. *cap*. 12. Cephalonia quondam Melæna dicta, XI. M. pass. abest: circuitu patet XLIV. Same diruta à Romanis, adhuc tamen oppida tria habet. Ex his satis constat vanam eorum esse differentiam, qui insulam, Samon: vrbem verò, Samen dicendam contendunt. ¶ Ab hac Same deducitur gentile Samæus σαμαῖος, quum à Samo Ioniæ insula, Samius deducatur. ¶ Est & Samus, cognomento Threicia, quæ & Samothracia dicitur: de qua vide paulò pòst suo loco.

Sămĭŭs, a, um, σάμιος, quod est ex Samo insula: vt, Pythagoras Samius, Vas Samium, Plaut. *Captiuis. sc*. 2. *a*. 2. Ad rem diuinam quibus opus est Samis vasis vtitur. Plaut. *Menæch. sc*. 2. *a*. 1. Metuis ne fores Samiæ fient. (id est, fragiles) vt, Samia vasa. Gell. *cap*. 8. *lib*. 17. Samium gullum Ouid. *Eleg*. 3 *lib*. 3. *Trist*.

——— Et Sam ij sunt rata dicta senis.

Cicer. *pro Murana*, At que ille strauit lectulos: exposuit vasa Samia. Auson. *de Agathocle*,

Fictilibus cœnasse ferunt Agathoclea Regem,
Atque Abac um Samio sæpe onerasse luto.

¶ Pro eodem dicimus & Saminum absolutè. Autor ad Heren. *lib*. 4. Nos Samiis delectabimur. Nonius Marcellus, Samium est testeum. Lucil. *Satyr. lib*. 14.

Et non pauper uti Samio, curtóque catino.

M. Tul. *de Rep. lib*. 6. Extat oratio Lælij, quam omnes habemus in manibus, quàm Sympina Pontificum diis immortalibus grata sint, Samiæque (vt is scribit) capedines. Samia testa. Lucil. *Satyr. lib*. 8.

Hanc vbi vult male habere, vlcisci pro scelere eius.
Testam sumit homo Samiam, sibique illico telo
Præcidit caulem, testésque vnà amputat ambo.

Samius lapis, poliendo auro vtilis: grauis & candidus, à Samo insula. Plin. *lib*. 36. 21. ibid. *lib*. 16. 4.

Sămĭŏlŭs, a, um, diminutiuum: vt Samiolum poterium. Plaut. *Stich*.—batiocis Bibunt ? nos nostro samiolo poterio, tamen viuimus.

Sămŏsătă æ, σαμόσατα, vrbs Comagenes ad Euphratem, Luciani Sophistæ patria: stagnum habens limum quendam gignens, quam maltham illi appellant: cuius tam admirabilis natura, vt aqua accendatur, nec nisi terra restinguatur. Hoc limo Samosatæi vrbem suam Lucullo oppugnante defenderunt, hostes vnà cum armis exurentes, vt est autor Plin. *lib*. 2. *cap*. 107.

‖ Samoscum, *Samoski*, vrbs noua regni Poloniæ, à Samoscio Cancellario condita, habet Academiam ab eodem institutam. ‖

Sămŏthrăcĭă, siue Samothrace, σαμοθράκη Stephano, *Sarmadachi*. Insula est maris Ægæi, Thraciæ adiacens, ea in parte qua Hebrus in mare influit. Olim Dardania dicta, à Dardano quodam Troiano, qui Palladium secum ferens, eò traditur confugisse. ¶ Gentilia sunt Samothrax, & Samothracius. Virg. 3. *Æneid*.

Threiciámque Samum quæ nunc Samothracia fertur.

Sāmpsa, siue Sansa, (vt ex Gregorij Tiferni sententia tradit Georgius Alexandrinus in suis ad Columellam annotationibus) nucleus est oliuæ, quem Græci πυρῆνα vocant. { GAL. *Le noyau d'vne oliue*. ITAL. *Ossa dell'oliua*. GERM. Die frucht deß ölbaums / wirt in der zeitigung schwartz / hat ein kern in ir verschlossen. HISP. *Huesso de azeytuna*. ANGL. *The kernell of an oliue*. } Quorum sententiæ subscribit & Cælius Rhodiginus, & Ruellius, aliique nonnulli eruditione non contemnenda viri. Locus autem cui, qui primi sententiæ huius autores sunt, innituntur, est apud Colum. *lib*. 12. *cap*. 50. vbi sic habet, Quum primùm baccæ variare cœperint, & iam quædam nigræ fuerint, plures tamen albæ, sereno cælo manibus distringi oliuam oportebit, & substratis tegetibus aut cannis cribrari & purgari. Tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiscinis nouis includi, prælísque subiici, vt quantum possit, paulatim exprimatur. Postea resolutis corticulis emolli debebunt, adiectis binis sextariis integri salis in singulos modios, & aut tegulis, si consuetudo erit regionis, aut certè nouis fiscinis sampsæ exprimi. Quo in loco Columellæ, Sampsas exprimere idem esse putant, quod sampsas, hoc est, ossa, ex oliuis premere, siue oliuas ossibus liberare. Quorum sententiæ quominus subscribam, facit alter eiusdem Columellæ locus, qui est *lib. eodem cap*. 49. vbi sic legitur, Oliua nigra maturissima sereno cælo legitur, eáque sub vmbra vno die in cannis porrigitur, & quæcunque est vitiosa, bacca separatur. Item siqui adhæserant pediculi, adimuntur, foliáque & surculi quicunque sunt intermisti, eximuntur. Postero die diligenter cribratur, vt siquid inest stercoris, separetur. Deinde in trita oliua nouo fisco includitur, & prælo subiicitur, vt tota nocte exprimatur. Postero die iniicitur, quàm mundissimis molis suspensis, ne nucleus frangatur. Et quum est in sampsam redacta, tunc sal coctus tritúsque manu permiscetur cum cæteris aridis condimentis. Quo certè in loco sampsas nulla ratione pro oliuarum ossibus accipere possumus. Neque enim vllo pacto fieri potest vt oliua in nucleos suos redigatur. Quinetiam is ipse locus, quo illi præcipuè nituntur, interpretationi, quam adducunt, prorsus reclamat:

mat: vt non magno negotio deprehendet qui locum eum paulò pensiculatiùs examinarit. Quid autem ea voce significetur, non facilè fuerit pronuntiare, præsertim quum præter vnum Columellam (quod quidem sciam) nemo ea fuerit vsus. Si tamen coniecturæ locus sit, quantum partim ex iam citatis Columellæ locis, partim ex variis Catonis, Varronis, & Palladij locis colligere licuit, crediderim sampsas dici ipsas oliuarum carnes, mola suspensa leuiter comminutas & ossibus liberatas: quæ deinde exprimuntur, oleúmque funduntur, aut aridis quibusdam herbis seminibúsve conditæ, in vsum cibarij condimentive reponuntur.

Sāmpsūchum, siue Sampsychum. {σάμψυχον. Gall. *Majolaine.* Ital. *Maiorana.* Germ. Meyeraan. Hisp. *Amoradux.* Angl. *Maioram.* } Herba quam nunc *Maioranam* appellant, alióque nomine Amaracus dicitur. Plin. *lib.* 21. *cap.* 22. Sampsuchum siue amaracum in Cypro laudatissimum & odoratissimum.

Sāmpsūchīnus, adiectiu. { σαμψύχινος. Gall. *De mariolaine.* Ital. *Di maiorana.* Germ. Von meyeraan. Hisp. *Cosa de amoradux.* Angl. *Of maioram.* } Idem quod amaracinus. Plin. *ibidem*, Fit ex eo oleum, quod sampsuchinum vocatur, aut amaracinum: vide *Amaracus.*

Sānābilis, Sanatio, vide *Sano.*

Sanas. in fragm. Festi dicti sunt qui infra supráque Romam habitauerunt: quod nomen iis fuit, quia quum defecissent à Romanis, breui pòst rediere in amicitiam, quasi pòst sanata mente. Itaque in XII. Tabulis cautum est, vt idem iuris esset Sanatibus quod fortibus, id est, bonis, & qui nunquam defecerant à pop. Rom. Hæc Festus. Vide Gell. *cap.* 10. *lib.* 16.

Sanas, Phrygiæ oppidum, Apolloniæ metropolis, teste Strab. *lib.* 12. Ptol. Σανάος appellat.

Sāncio, is, iui, itum, vel xi, ctum, firmiter constituo, stabilio. Diom. *lib.* 1. Statuo, stabilio, ratum facio, firmo. { הקים *hekim* קים *kiyám* חוקק *chokék.* κυρόω. κυρῶμαι. Gall. *Ordonner & decerner, establir & confirmer sur peine grande au transgresseur.* Ital. *Consacrare, ordinare, determinare, confirmare, ratificare.* Ger. Setzen oder ordnen / steiff vnd vnzerbrüchlich zuhalten / bestätigen. Hisp. *Establecer, ordenar, consagrar.* Angl. *To decree, to mak firme and stable.* } à sanguine, vt putatur, dictum, eo quòd mactatæ hostiæ sanguine fœdera solerent confirmari: vt est videre apud Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe condita*, vbi vetustissimum fœdus inter Romanos Albanósque initum, porcæ immolatione docet sancitum fuisse. Hinc etiam Seruius explicans illud Virgil. 12. *Æneid.*

Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit:

Sanctum, inquit, dicitur quasi sanguine consecratum. Vnde & Sanctio vocatur pars ista legis, qua eam violantibus pœna præscribitur. Sed de hoc suo loco. Est itaque sancire sanctè aliquid & inuiolabiliter constituere. Cicer. *de Amic.* Hæc igitur prima lex in amicitia sanciatur, vt neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Idem 1. *de legib.* Populariter interdum loqui necesse erit, & eam legem quæ scripto sanciat quod vult, aut iubendo, aut vetando, vt vulgus appellat Cæs. 1. *bell. ciuil.* Hæc quò faciliùs certísque conditionibus sanciatur, aut, &c. Horat. 1. *Serm. Sat.* 3.

——*eheu*,

Quàm temerè in nosmet legem sancimus iniquam.

Cicer. *Attic. lib* 10. Ego verò Solonis popularis tui, vt puto etiam mei, legem negligam, qui capite sanxit, si quis in seditione non alterius partis fuisset. id est, legibus suis capitis pœnam statuit. Idem *de Arusp. respon.* Hoc si minus iure ciuili perscriptum est, lege tamen naturæ, communi iure gentium sancitum est, id est, receptum & corroboratum. Sancire de. Cicer. 4. *Verr.* In quibus multa sanxit de ætate hominum. Et 3. *Off.* Ac de iure prædiorum sancitum est apud nos iure Ciuili, vt in his vendendis vitia etiam dicerentur.

Sancitus, us, sanctio. Tertull. *de castit.*

Sānctus, a, um, participium à supino sanctum, idem quod sancitum. { מוקם *mukám* מחקק *mechukkák.* ὁ νομοθετηθεὶς, κυρωθεὶς. Gall. *Ordonné.* Ital. *Ordinato.* Ger. Geordnet darob zuhalten / bestätiget. Hisp. *Ordenado.* Ang. *Decreed, ordeined.* } Liu. 10. *ab Vrb.* De prouocatione legem diligentiùs sanctam. id est, sancitam. Sic Liuius *lib.* 9. *dec.* 4. Sancta atque sacrata sunt. (id est, sancita. Idem *lib.* 4. *dec.* 5. Adesse fœderi sancitæ societatis. ¶ Hinc deducitur & Sanctus, a, um, nomen quod significat propriè id quod neque religiosum est, neque profanum, sed sanctione quadam confirmatum: ita vt violari non liceat. { קדוש *kadhósch.* ὅσιος. Gall. *Sainct, & sans tache de vice.* Ital. *Santo, senza macchia di vitio.* Germ. Heilig. Hisp. *Sancto, dedicado à Dios.* Angl. *Holy.* } Cicer. *post reditum*, Numénque vestrum æquè mihi graue & sanctum ac deorum immortalium, erit. Idem 2. *de nat deor.* Astypalæa insula Achillem sanctissimum colit. Idem *de Arusp. respon.* Id omnibus semper sanctum, augustum, & religiosum esse visum est. Liuius *lib.* 5. *d.* 4. Quæ hominibus sancta caráque sunt. Item, Sanctius ærarium. Et Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Ita me amabit sancta saturitas. (Iusiurandum edaci parasito dignum, cui Saturitas Deorum omnium instar est.) ¶ Sancta loca, dicuntur quæ aduersùs iniuriam & vim religione quadam muniuntur, & (vt inquit Donatus) quæ omni obseruatione inuiolata sunt. Sanctum (inquit Mart. *lib.* 1. *D. de rer. diuisione*) propriè dicitur quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est. ¶ Sanctæ leges dici possunt variè, & quòd à sanctis auctoribus latæ, & de rebus sanctis, seu rectis, & pœnis annexis sancitæ, seu stabilitæ. Budæus. Item quod pœnæ sanctione corrumpi vetantur. ¶ Sanctum interdum idem quod purum & impollutum. Virg. 12. *Æneid.*

Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ
Descendam.

Idem 11. *Æneid.*

——*túque ô sanctissima coniux,*
Felix morte tua,

id est, castissima coniux. Senec. *cap.* 15. *de tranq.* Non magis sancta & seuera vita conceptus inchoati. Item pro silendo, apud Liu. 3. *bell. Pun.* Et si quid vnquam arcani sanctive in curia fuerit.

Sānctulus, a, um, diminutiuum à sanctus, per contemptum deductum. Hier. *in Rufinum*, Tibi quasi religiosus, & sanctulus personam humilitatis imponis.

Sānctē, aduerb. Religiosè. { ὁσίως. Gall. *Sainctement.* Ital. *Santamente.* Germ. Heiliglich. Hisp. *Sanctamente.* Angl. *Holy.* } Cicer. *pro Font.* Ab his quicquam sanctum, aut moderatè dictum putabis? Plaut *Capt.* An tu dubium habebis, etiam sanctè quum ego iurem tibi? ¶ Aliquando idem quod firmiter & constanter. { βεβαίως. Gall. *Fermement, constamment.* Ital. *Fermamente.* Germ. Vestiglich. Hisp. *Firme y fuertemente.* } Cicer. *Lucin. lib.* 5. *Epist.* Méque ea quæ tibi promitto, ac recipio, sanctissimè esse obseruaturum, diligentissimè esse facturum. ¶ Hinc compositum persanctè. Terent *in Hecyr.* Thais persanctè deierat. Plaut. Persanctè iurauit se facturum.

Sānctor, is, Sancitor: vt, Sanctor legis, idem quod legislator. { מקים *mekim* (vel) *mekaijém* מחוקק *mechokek.* νομοθέτης. Angl. *Alawmaker.* } Tacitus *lib.* 3. Sed præcipuus Seruius Tullius sanctor legum fuit.

Sānctio, nis, actio sancientis? passio sanciti; qua aliquid sancitur. Confirmatio. { חק *chók* חקה *chukkáh.* βεβαίωσις. Gal. *Ordonnance, ratification. confirmation.* Ital. *Confirmatione, ratificatione.* Germ. Ein bestätigung / ein satzung / ein bott oder verbott das man bey einer peen steiff halten sol. Hisp. *Establecimiento.* Angl. *Ordinance, ratyfying, or decreting.* } vt, Sanctio fœderis, apud Cicer. *pro Corn. Balbo.* ponitur pro lege, constitutione & decreto *Ibidem*, Sanctiones sacratæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione, & consecratione legis, aut pœna, quum caput eius qui contra facit consecratur. ¶ Aliquando sanctio significat partem illam legis qua se contra violatores munit, qua pœna constituitur. Sanctio (inquit Seruius) latio legis est, cum terrore pœnæ. Cicer. 6. *Verr.* Nisi vehementiùs homini minatus essem, nisi legum sanctionem, pœnámque recitassem, tabularum mihi potestas facta non esset. Idem *ad Attic. lib.* 3. Sed vides nunquam esse obseruatas sanctiones earum legum quæ abrogarentur.

Sānctitās, atis, Pietas, reuerentia, sanctimonia. { קדש *kódhesch.* ἁγιότης, ὁσιότης. Gall. *Saincteté.* Ital. *Santità.* Germ. Heiligkeit / frombkeit. Hisp. *Sanctidad.* Angl. *Holinesse, deuotenesse.* } Cicer. 1. *Offic.* Deos placatos pietas efficiet, & sanctitas. Idem *pro Cælio*, Si matrem familiàs secus quàm matronarum sanctitas postulat, nominamus. Idem 2 *de finib.* Iam si pudor, si modestia, si pudicitia, si vno verbo temperantia, pœnæ, aut infamiæ metu coërcebuntur, nō sanctitate sua se tuebuntur. Quint. Sanctitatem fori ludorum talarium licentia soluere. Liuius *lib.* 4. *dec.* 4. pudor sanctitásque matronarum.

Sānctitūdo, inis, Sanctitas. Gellius *cap.* 12 *lib.* 17. { קדש *kódhesch.* ἁγιότης. } Cicer. 4 *de Republ* vt citat Nonius, Eosdem terminos hominum curæ atque vitæ, sic Pontificio iure sanctitudo sepulturæ. Accius *Tereo*, apud eundem, Alia hîc sanctitudo, aliud & nomen, & numen Iouis.

Sānctīmōnia, æ, Sanctitas. { קדש *kódhesch.* ἁγιότης. } Cicer. *pro Quintio*, Quid mihi, inquit, cum ista sanctimonia summa ac diligentia? Idem *pro Rabirio*, Mentes quæ ex hominum vita ad deorum immortalium religionem, sanctimoniam demigrarunt.

Sanctimonialis, sanctimoniæ deditus.

Sānctuārium, ij, Abditissimus templi locus, sacrarium. { מקדש *mikdásch* דביר *debir.* ἁγιαστήριον, ἄδυτον. Gall. *Sanctuaire, vn lieu sainct & retiré.* Ital. *Santuario.* Germ. Das heiligtumb. Hisp. *Lugar donde guardan las cosas sanctas.* Ang. *A sanctuarie, the most hohe and secret place in the churche.* } Sanctuaria quoque Mithridatis appellauit. Plin. *lib.* 23. *c.* 8. quæ alio loco vocat arcana: Plutarchus ἀπόρρητα. In sanctuariis, inquit, Mithridatis maximi Regis deuicti Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem antidoti. Sanctuarium Cæsaris appellat Siculus Flaccus, sanctius tabularium principis.

Sanctifico, Sanctum facio, opere: sanctum agnosco, aut prædico animo: sanctum facio studio & affectum, sanctè colo, vsui sancto deputo: præparo.

Sanctificatio, actio sanctificantis, passio sanctificati: & status eius specialiter regeneratio: & regenerati gubernatio ad studium bonorum operum.

Sanctificium, sanctuarium.

Sancus, Dei nomen quoddam, cuius meminit Ouid.

Quærebam, Nonas Sanco Fidióne referrem,
An tibi Semo pater.

Intelligo autem ex Var *de ling. Lat.* hunc deum eundem esse, qui alio vocabulo dicitur Deusfidius à Latinis, & à Græcis Hercules Putabant, inquit, Sanctum à Sabina lingua, & Herculem à Græca.

Sāndăliōtis, σανδαλιῶτις, Sardinia insula denominata est, ab effigie sandalij, hoc est, soleæ: vnde & nonnulli Ichnusam, ἰχνοῦσαν vocant, a similitudine vestigij, quod Græcè ἴχνος dicitur. Plin. *lib.* 3. *cap.* 7. Sardiniam ipsam Timæus Sandaliotin appellauit ab effigie soleæ, Myrsilus Ichnusam à similitudine vestigij, vulgò *Sardegna.*

Sāndălium, ij, { σανδάλιον, ἡ σάνδαλον. Angl. *A shoe called a slipper or pantouffle.* } Luciano muliebris calceamenti genus. Victor. *cap.* 15. *lib.* 14. Erat calceamentum fœminarum diuitum ac beatarum. Terent. *in Eunucho*, Vtinam tibi commitigari videam sandalio caput. ¶ Hinc Sandalarius Apollo, Cuius meminit Suet. *in August. c.* 57. Apollinem Sandalarium, & Iouem Tragœdum aliáque simulacra vicatim dedicabat, dictus est: à vico, cuius meminit Gellius *lib.* 17. In Sandalario fortè apud librarios fuimus. ¶ Item Sandaligerula, σανδαλιοφόρος, ἡ, quæ sandaliis vtitur. Plaut. *in Trinum.* ducitur familia tota, Vestispicij vnctor, auri custos flabelliferæ, sandaligerulæ, cantrices, cistellatrices, nuntij, renuncij, raptores panis & peni.

Sandalarius, vicus Romæ erat, à sandaliis dictus.

Sandaligetulus, qui sandala gerit: sandaligerula, ancilla quæ dominæ sandala gerit.

Sandalotheca, σανδαλοθήκη, sandalorum theca, seu repositorium. Pollux.

Sāndălum, i. Farris Gallici genus, plus alio quouis farre panis reddens. Plin. *lib.* 18. *c.* 7. Galliæ quoque suum genus farris dedere, quod illic *Brance* vocant, apud nos sandalum, nitidissimi grani Est & alia differentia, quòd quaternis libris plus reddat panis, quàm far aliud. Ruell. autor est, etiam hodie Gallis vnius literæ immutatione *Blance* appellari.

Sāndălĭdes, σανδαλίδες, palmæ genus, à similitudine sandalij dictum. Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. Quarta autoritas sandalidum, à similitudine appellatum.

Sāndănis,

Sandanis, vir fuit quidam Lydus, qui frustra Crœso suadere conatus est ne bellum Persis inferret. Herod. *lib.* 1.

SANDAPILA, æ, { ποιόν τι γλῶσσ@ φορεῖον νεκροφόρον. GAL. *Biere à mettre les trespassez.* ITAL. *Cadaletto da morti.* GERM. Ein todtenbar. HISP. *Lecho en que lleuan à enterrar los muertos.* ANGL. *A biere or corphin wheron dead men ar caried.* } Genus feretri, quo tenuiorum cadauera efferebantur. Martial. *lib.* 8.

Grandis in angusta sarcina sandapila.

Sandapilarii, dicebantur vespillones, qui pauperum cadauera in sandapila efferebant. aliter *Sandapillo*, vespillo.

SANDARACHA, æ, { σανδαράχη. ANGL. *A bright redde colour vsed of peinters, arsenik.* } Coloris rubri genus est, quod in aurariis & argentariis fodinis inuenitur, eò melius, quò magis rufum, quoque magis virus redolet, quòque purius est magísque friabile. ¶ Est & sandaracha factitia, quæ ex cocta cerussa confici solet. Plin. *lib.* 35.*c.*6. Sandaracha, quo modo fieret diximus. Fit & adulterina ex cerussa non in fornace cocta. Color esse debet flammeus. Pretium in libras asses quini. Hæc si torreatur, æqua parte rubrica admista, sandycem facit. ¶ Sandaracha item herbæ nomen apibus gratissimæ, quam alio nomine cerinthum appellant. Vide Plin *lib.*1.*c.*7. Cæterùm Sandaracha, & Sandaraca, σανδαράχη & σανδαράκη scribitur.

Sandarachinus, a, um, σανδαράχιν@, quod colorem sandarachæ refert, hoc est, quod flammæ colorem imitatur. Næuius apud Nonium, Merula Sandarachino colore.

Sandarachatus, a, um, cui sandaracha admista est. Plin. *lib.* 35.*c.*15. Item lentes tollit cum squamis æris, aceto sandarachato admisto.

Sandastros, gemma est ex genere ardentium, quem aliqui Garamantiten vocant. Habet velut in translucido stellantes intus aureas guttas, & ferè Hyadum numero. Hanc nonnulli eandem putauerunt cum sandasere, quam Nicanor sandaserion & sandaseron appellat: sed falsò, vt inquit Plin. vicinitate nominum decepti, quum sint gemmæ prorsus diuersæ. Vide eundem *lib* 37.*c.*7.

Sandyx, ycis. σάνδυξ. Coloris rubri genus, quod fieri solet ex cerussa vehementiùs adusta, teste Galen. *ad finem lib.* 9. *simpli.* Plinius & ex sandaracha fieri tradit, æqua parte rubricæ admista. Quo in loco & Vrgilium tacitè imperitiæ videtur reprehendere, quòd sandycem herbam esse crediderit, quum ait, Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos. Verùm (quod viri totius memoriæ doctissimi bona cum venia dictum velim) eo ex versu colligi non potest, Virgilium sandycem pro herbæ genere posuisse: quod & ante nos annotauit Virgilius Marcellus eo capite quo de sandaracha agit Dioscor. Illud enim solùm videtur spectasse Maro, eam fore rerum omnium & felicitatem, vt spontè sua colores in ouium velleribus nascerentur, & inter pascendum lanæ colorarentur: neque id pastu sandycis futurum significasse: sed id tantùm voluisse, fore vt sponte sua lanæ sandycis colorem contraherent, non detonsæ, sed in ipsis agnorum tergoribus, quum interim illi pascerentur.

Sanè, aduerbium, Profectò, certè. { אכן *aehén* אולם *ulám*. δῆθεν, πάντως. GALL. *Certes, vrayement.* ITAL. *Certamente, veramente.* GERM. War/warlich. HISP. *Ciertamente.* ANG. *Truely, seruly, verely.* } Cicer. *ad Lentulum lib.* 11. Sanè molestè Pompeium id ferre constabat. Plaut. *Pseud. sc.*2. *a.*2. Sanè sapis, & consilium placet. Idem *Men. sc. vlt. a.*5. Auctio fiet manè sanè die septimi. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Pauxillum amare, sanè bonum est; Insanè non bonum. ¶ Aliquando in concessionibus locum habet: vt Sit sanè vt vis, pro, esto vt vis. Cicer. Quid enim habet commodi? quid non potius laboris? sed habeat sanè. Quintil. Tulerit sanè filius noster meritò pœnas, dederit spiritum supplicio, nihil de præteritis loquimur. quasi dicat, Esto ita sit vt vis. ¶ Quandoque ponitur pro valde: quoniam qui sanus est, validus est. μάλα. Suet. Bellum sanè difficile gessit. ¶ Iungitur nonnunquam cum Et, affirmatiuáque est. Quintil. Et sanè quis concipiat vel declamantis habitum, vel orantis vocem, incessum, pronuntiationem, illum denique animi & corporis motum? Item cum Quàm. Gellius, Sanè quàm vtile est. ¶ Non sanè pro non admodum. Cicer. 2. *de finib.* Post enim Chrysippum non sanè est disputatum. Budæus. ¶ Sanè bene, id est, bene quidem. Cicer *pro Quint.* Erat ei pecuaria res ampla, & rustica: sanè bene culta & fructuosa. ¶ Ponitur aliquando in principio sententiæ. Idem 2. *de nat. deorum*, Sanè restat vt qualis eorum natura sit consideremus: ¶ Ponitur aliquando pro Satis. Idem Sopater, quum hoc illi improuisum accidisset, commotus est sanè. ¶ Aliquando pro Multum. Terent. *in Andr.* Sanè pol illa temulenta est mulier.

Sanea, σάνδα, vrbs Indiæ: gentile, Saneus. Steph.

Sanesco, vide *Sanus*.

Sanga, σάγγης, Cantabrorum fluuius, in Hispania citeriore. Plinius *lib.* 4. *c.* 20. ¶ Sanga præterea est serui nomen apud Terentium *in Eunuch.*

Sangarius, σαγγάριος. Vulgò *Zagari*, fluuius est Asiæ, alio nomine Coralius dictus in Didymo monte nascens, & per Phrygiam Bithyniámque in Pontum illabens. Vide Plin. *lib.*6 *c.* 1. Ptolem. Sagarium appellat. Ouid. Sagarim. Vide suprà suo loco.

Sangenos, gemma est ex opali generibus, quam ob eximiam gratiam, & παιδέρωτα quidam appellarunt. Plin. *lib. vlt. c.* 6.

SANGVIS, inis, quod & sanguen, neutri generis ab antiquis dicebatur. { דם *dam.* αἷμα. GALL. *Sang.* ITAL. *Sangue.* GERM. Blut. HISP *Sangre.* ANG. *Bloode.* } Lucret.

Visceribus viscus gigni, sanguénque creari.

Dicitur autem propriè sanguis, qui est intra venas: cruor verò, qui iam extra vasa est effusus. Cic. 2. *de nat. deorum*, In quam sanguis à iecore per venam illam cauam influit, eóque modo ex his partibus & sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias Idem 2. *de Orat.* Reliquæ duæ, sicut sanguis in corporibus, sic illæ in perpetuis orationibus fusæ esse debent. Virg. 2. *Æneid.*

——nec soli pœnas dant sanguine Teucri.

Idem *Eclog.* 8.

Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus.

Seneca *cap.* 1. *de consol. ad Marc.* Restituisti in publica monumenta libros, quos vir ille fortissimus sanguine suo scripserat. Idem *Ibidem*, Dum à sanguine recentia sunt vulnera, sanitas facilis est. Velleius, sanguinem alicuius petere. Ouid. 13. *Metam.*

——Rubefactaque sanguine tellus.

Idem *Eleg.*6. *lib.*4. *Trist.* Gladiator cui tela suo sanguine tincta rubent. Liu. 5. *d.* 4. Sanguis factus pro cæde. ¶ Sanguis salsus dicitur à Poëtis, cùm tamen dulcis à Medicis. Ennius apud Macrob. Neque miseræ lauere lacrymæ salsum sanguinem. Apud Cicer. 1. *Tuscul.* vetus Poëta, Alti Acherontis, salso sanguine mortuorum imagines. ¶ Detractio sanguinis, & Sanguinis missio, φλεβοτομία: & Sanguinem mittere, & Sanguinem detrahere, φλεβοτομεῖν, apud Celsum *lib.*2.*c.*8. & 9. sæpiùs leguntur. Quintilian. *lib.*2. *cap.* 10. Impleat se declamator aliquando, dum sciat, vt quadrupedes, quum viridi pabulo distentæ sunt, sanguinis detractione curantur, &c. ¶ Sanguinem dimittere & venam soluere militi, genus ignominiæ. Gell. *cap.*8. *lib.*10. ¶ Sanguis ærarij, pro substantia in ærario contenta: metaphoricè. Cicer. 5. *Verr.* Quæ quum de popul. Rom. victu, de vectigalium neruis, de sanguine detraxisset ærarij, Tertiæ minæ condonauit. Plenus sanguinis, pro sanguinario. Plaut. *in Bacch.* Magistrôn' quenquam discipulum minitarier? Nil moror discipulos mihi esse tam plenos sanguinis. ¶ Sanguis pro vigore ac vi. Cicer. *ad Att c. lib.* 4. Amisimus, mi Pomponi, omnem succum & sanguinem, sed et iam colorem & speciem pristinam ciuitatis: nulla est Resp quæ delectet, in qua acquiescam. Velleius, plus sanguinis in hoc scriptore, in illo plus limæ. Et Gell. *c.*4 *lib.*18. Medullas & sanguinem verborum Salustij eruere, atque introspicere penitus, non primam tantùm cutem & sententiarum speciem. ¶ Sanguis, pro progenie. { זרע *zérah*. τὸ ἔμφυλον αἷμα. GAL. *Lignée & race de quelqu'vn.* ITAL. *Generatione, progenie.* GERM. Ein geblüt/geschlächt. HISP. *Generacion, linaje.* ANG. *The stock or parentage where of oue cometh.* } Virg 4 *Æneid.*

——Troiano à sanguine duci
Italiam regeret: genus alto à sanguine Teucri
Proderet, ac totum sub leges mitteret orbem.

Idem 2. *Æneid.*

——hortamur fari quo sanguine cretus,
Quidve ferat, memoret: quæ sit fiducia capto.

Cicer. *pro Rosc. Amer.* Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternúsque sanguis. Quint. *lib.*8 *cap.* 3. Vt medici abalienata morbis membra præcidunt, ita turpes ac perniciosos, etiamsi nobis sanguine cohæreant, amputandos. Ouid. 6. *Fast.* At sanguis ille sororis erat (id est, filius.) Item, Socius sanguinis pro fratre, idem *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.* Item, Latio de sanguine natus. (id est, ciuis.) Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Idem 13. *Metam.*

——Nostri quoque sanguinis auctor
Iuppiter.

¶ Sanguis pro Calamitate, Sen. *c.* 15. *de cons. ad Heluiam*, Non ex intacto corpore sanguis fluit. ¶ Sanguis, κατ' ἐξοχὴν, dicitur de sanguine DOMINI nostri Iesu Christi, quem is cum vita sua dedit in pretium redemptionis pro nobis: vt eius λύτρον sit nostrum λύτρον. ¶ A Sanguis fit compositum Exanguis Item denominatiuum Sanguineus, eiúsque compositum Consanguineus: de quibus suo loco. ¶ Sanguine flere, αἷμα κλαίειν, prouerbialis hyperbole, significans nihil non fieri quo flectatur aliquis. Sic enim antiquitùs loquebantur, Haud flectes illum, ne si sanguine quidem fleueris. Translatum videtur à prodigiis, quibus interdum statuæ sanguineis guttis lacrymare videntur.

Sanguiculus, sanguis hœdi, siue suis, in cibum formatus. αἱμάτιον. Plin *lib.* 28 *c.* 14. Vtuntur ad vtrunque vitium & coagulo hœdi in vino myrteo magnitudine fabæ poto, & sanguine eiusdem in cibum formato, quem sanguiculum vocant.

Sanguinalis, e, vt, Sanguinalis herba. πολύγονον. eadem quæ Sanguinaria. Colum *lib.* 7. *cap.* 12. Vide in voce *Sanguinarius*, infrà.

Sanguinolentus, a, um, plenus sanguine, & sanguine conspersus. { αἱματώδης. GAL. *Sanglant, plein de sang.* ITAL. *Sanguinoleto pieno di sangue, tutto sangue.* GERM. Bluttig/vol blut. HISP. *Cesu llena de sangre.* ANG. *Full or sprinkeld with bloode.* } Varro *de vita pop. Rom.* Itaque propter amorem imperij, magistratus gradatim, seditionibus sanguinolentis vi bem perturbauere Ouid. *Epist.* 3.

Vidi quantus erat, fusum tellure cruenta
Pectora iactantem sanguinolenta virum.

Idem 1. *Amor. Eleg.* 12.

Ille color ferè sanguinolentus erat.

¶ Littera sanguinolenta pro inuectiua, seu famoso libello. Idem *in Ibin.*

Nullaque quæ possit, tot scriptis millibus, extat
Littera Nasonis sanguinolenta legi.

Sanguinolenti præterea appellabantur infantes expositi, quòd recens nati efferrentur. de quibus *in C. sub rubr. de infant. exposit. & de iis qui sanguinolentes nutriendos acceperunt.*

Sanguinarius, a, um, adiectiuum. Sæuus & crudelis. { φιλαίματο@, αἱμοχαρής. GALL. *Sanguinaire, cruel.* ITAL. *Crudele, sanguinario.* GERM. Blutdurstig/bluthund/rauw vnd grausam. HISP. *Ensangrentador, cruel.* ANGL. *Cruell, bloode thristie or bloodie.* } Cicero itaque grauem illam, ac sanguinariam vocem audiuimus. Sic sanguinarius homo dicitur à Seneca qui gaudet humano sanguine, & crudelis est. Cicero *ad Attic. lib.* 2. Megabrotus, & hæc sanguinaria iuuentus inimicissima est. Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. Tarquinius nuntium illum sæuum atque sanguinarium filio remisit ex horto. ¶ Sanguinaria, herba est quam Græci à multitudine geniculorum πολύγονον appellant, Sanguinaria dicta, propterea quòd succus eius infusus naribus supprimit sanguinem. Colum. *lib.* 7. *c.* 5. Est etiam grauis pernicies herbæ sanguinariæ, quam si pasta est ouis, toto ventre distenditur contrahitúrque, & spumam quandam tenuem tetri odoris expuit. Vocatur & sanguinalis herba. Idem *lib.* 7. *c.* 12. cuius hæc sunt verba: Possunt etiam, vt Cornelius præcipit, lilij radix, aut scylla cum sale, vel sanguinalis herba, quam πολύγονον Græci appellant, vel marrubium, ferro reclusa sanare. Vulgus *corrigiolam* vocat, & *centinodiam*.

Sanguineus, a, um, is cui plurimum inest boni sanguinis. { αἱματώδης, αἱματηρός. GALL. *Sanguin, de sang.* ITAL. *Sanguigno* GER. Blutreich/bluttig. HISP. *Lleno de sangre.* ANGL. *That hath much bloode, of à sanguine or bloodie colour.* } Medicis enim Sanguineus dicitur, cui plurimum insit boni

boni sanguinis hoc est, qui temperamento calido sit & humido. ¶ Aliquando, id est, quod ex sanguine constat: vt, Imber sanguineus, apud Cicer. 3. *de Diuinat.* Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Costæ nulli, nisi sanguineum pulmonem habenti. Ouid. 2. *Metam.*

——at inde
Sanguineæ manant tanquam de vulnere guttæ.

¶ Interdum idem quod sanguinolentus. αἱμαλώδης Idem 3. *Trist. Eleg.* 9.
Pallentésque manus, sanguineúmque caput.

¶ Modò ad animum refertur, & significat crudelem cruentúmque. Idem 12. *Metam.*
Hunc ego sanguineæ successu cadis ouantem
Eminus ingenti resupinum pondere fudi.

Horat. 1. *Carminum, Ode* 27.
Tollite barbarum morem, verecundúmque Bacchum
Sanguineis prohibete rixis.

¶ Sanguineus frutex, à corticis sanguineo colore nomen accepit, vimina ferens lenta, vitibus vincula suppeditantia, teste Plin. *lib.* 16. *cap.* 37. Virgæ sanguineæ, ex sanguineo frutice detractæ. Idem *lib.* 19. *c.* 10. Sunt qui virgis sanguineis tangant ea quæ erucis nolint esse obnoxia. Idem *lib.* 24. *cap.* 10. Nec Virga sanguinea felicior habetur. Cortex eius interior cicatrices quæ persanauere aperit.

Sānguĭno, as, est sanguine manare. { αἱμάσσω. GALL. *Saigner, ietter sang.* ITAL. *Insanguinare.* GERM. Bluten. HISP. *Ensangrentar, haziendo, sangre.* ANGL. *To lett out bloode.* } Quint. *in Declam.* 10. Tum repetitis sanguinauere planctibus iam conualescentes lacerti. Et iterum, Mulier quæ sanguinantes porrigit ad iudicem lacertos. Tacitus *in Dialog. de Oratoribus.* Nam lucrosæ huius & sanguinantis eloquentiæ vsus recens, & malis moribus natus.

Sanguisorba, herba, quæ & pimpinella sanguisorba: vt distinguatur à pimpinella saxifraga. Gesnerus hanc peponellam dici mauult à peponum odore. Sanguinem supprimit & quasi sorbet, intus & foris adhibita & hinc est nomen. Alij pompinulam, alij bipennulam, plerique solbastrellam nominant. GER. Kolblestrautt/hertgottsbärtlein/bluctrautt. GAL. *Sanguisorbe.* ANGL. *Burnet.*

Sānguĭsūgă, æ, Vermis in aqua degens, sanguinémque sese lauantium exugens: qui & hirudo dicitur. { עלוקה *halukáh* βδέλλα. GALL. *Vne sangsue.* ITAL. *Sansuga, sanguisuga, sanguetta.* GERM. Ein ägel so das blut sauget. HISP. *Sanguisuela.* ANGL. *An horsebach or boude sucker.* } Plin. *lib.* 32. *c.* 7. Idem præstare sanguisugarum cinis ex aceto illitus putatur.

Sanicula, herba quæ à nonnullis Diapensia. Sed saniculæ nomen apud pelerosque manet.

SĀNĬĒS, ei, Sanguis corruptus, necdum ad putis albedinem crassitudinémque coctus. { חבורה *chal burâh.* ἰχώρ, βρότος. GALL. *Sang meurtri ou venant à corruption.* ITAL. *Marza sangue, marcito.* GERM. Wundschweiß / die matery auß welcher der eyter wachset. HISP. *Sanguaza de la sangre.* ANGL. *Mater comming of putrefaction, corrupted bloode.* } Virg. 8. *Æneid.*

——& sanie, tabóque fluentes.

Celsus *lib.* 5. Sanguis omnibus notus est: sanies est tenuior hoc, variè crassa, & glutinosa, & colorata: pus crassissimum, albidissimúmque, glutinosius & sanguine & sanie. Exit autem sanguis è vulnere recenti, aut iam senescente: sanies inter vtrumque tempus est: pus ex vlcere iam ad sanitatem spectante. ¶ Ponitur aliquando sanies pro lanæ infectura. Plin *lib.* 9. *cap.* 38. Rursúsque carminata mergitur, donec omnem ebibat saniē. ¶ Sanies oleæ, est ipsa amurca, hoc est, fœx olei. Idē *lib* 15. *c.* 3. Oliuæ constant nucleo, oleo, carne, amurca: sanies est hæc eius amara.

Sănĭōsŭs, adiect. Sanie, & impuro sanguine conspersus. { βρώδης. GALL. *Saigneux, plin de sang meurtri.* ITAL. *Guasto ò di marza ò pieno di issa.* GERM. Schweissig vnd eyterächtig. HISP. *Lleno de sanguaza.* ANG. *Full of putrefaction and corrupted bloode.* } Plin. *lib.* 7. *cap.* 15. Aut non vitales partus eduntur, aut saniosi, vt autor est Nigidius.

Sānĭtās, vide *Sanus.*

‖ Sanitium Vesdiantiorum, in Alpibus maritimis. ‖

Sanna, per duplex. nn Irrisio, quæ (vt inquit Hieronymus) ab occipitio distorto ore, & labris contractis fit, anteriorū dentium ostentatione. Corn. verò *in Pers. Sat.* 1. Tria Sannorum genera esse scribit, cùm aut manuum contractis digitis, & ad inferiorem partem inclinatis Ciconia significatur; aut auriculæ asini apponuntur: aut lingua in modum sitientis canis protenditur. { קלס *kéles* קלסה *kallusáh.* χλευή. GALL. *Mocquerie.* ITAL. *Irrisione, dileggiamento.* GER. Verspottung mit zerzuntem maul/ vermupffung. HISP. *Ronquido ò escarnio.* ANG. *A scoffo & mocke.* } Quo vocabulo vsus est Iuuen. *Satyr.* 6.

I nunc, & dubita qua sorbeat aëra sanna
Tullia.

Et Pers. *Sat.* 1.
Vos ò patritius sanguis quos viuere fas est,
Occipiti cæco posticæ occurrite sannæ.

Prouerbialiter hoc dixit pro clancularia irrisione. ¶ Hinc Sanniones, & Sannij vt inquit Probus, de quibus paulò pòst. Item Desanno, desannas, quod est per fastidium derideo. Subsanno, de quo alibi. χλευάζω. ¶ Similiter sannatores, qui eò modo irrident, χλευασταί.

Sānnĭo, nis, qui soluto risu; & contortis corporis totius partibus quempiam irridet, moresque aliorum tam inepto gestu exprimit, vt quum alios irrideat, ipse omnibus fit ridiculus { מתקלס *mitkallés.* χλευαστής. Arist. GALL. *Mocqueur, le fol en vn ieu ou en vne farce.* ITAL. *Chi fa il bossone, ò contrafa altri nelle comedie.* GER. Ein gläffer / ein schalcknarr / der mit seinen spötlichen possen jederman zu lachen macht / ein läppischer spötter. HISP. *El mofador ò escarnidor, bouo.* ANGL. *A scoffer or mocker.* } Cicer. 2. *de Orat.* quid enim potest esse tam ridiculum quàm sannio est qui ore, vultu, imitandis motibus, voce, denique corpore ridetur ipso? Idem *ad Papyr. lib.* 9. Salis enim satis est, sannionum parum. ¶ Sannio quoque per metaphoram dicitur, qui rectum vultum non habet; quòd sanniones alios irridendo, os & vultum distorqueant. Cornut. *in Pers. Sat.* 1.

Sānnāūs, quod hîc pro Asiæ quodā lacu corruptè legebatur, vide *Sinnaus.*

Sāno, as, vide *Sanus.*

Sānquālĭs, auis, quam quidam ossifragam appellant. φήνη. de qua vide Plin. *lib.* 10. *c.* 7. Sanqualem autem atque immussulum, Augures Romani in magna quæstione habent. Immussulum aliqui vulturis pullum arbitrabantur esse, & Sanqualem ossifragæ. Massurius sanqualem ossifragam dicit esse: immussulum autem pullum aquilæ, priusquam albicet cauda. Quidam post Mutium Augurem non esse visos Romæ affirmauere.

Sanlucus, vide *Sampsuchum.*

Sānsă, vide *Sampsa.*

Sāntălum, i, σάνταλον Aëtio, quod vulgus *sandalum* vocat; Lignum est quod India mittit: cuius tria sunt genera, candidum, rubrum, luteum, quibus simul commistis fit compositio vulgaris, quæ trisantalon appellatur, Vide Ruell.

Sāntĕrnă, æ, chrysocollæ genus est, quo aurifices vtuntur ad auri ferruminationem. Temperatur Cypria ærugine, & pueri impubis vrina, addito nitro. vide Plin. *lib.* 33. *c.* 5.

Santolina, planta odorata. Hetruscis cupressus pusilla.

SANTŌNĒS, & Santoni, σάντωνες, populi quidam Galliæ Aquitanicæ non longè à Tolosatium finibus, quæ ciuitas est in prouincia Romanorum, vt Cæsar. *lib.* 1. *Comment.* scribit. { GERM Völcker in Langendot/ietz Xantonge. } Lucan. *lib.* 1.

——gaudétque amoto Santonus hoste.

Sāntŏnĭcŭs, a, um, adiectiu. Iuuen. *Sat.* 6.

Tempora santonica velas adoperta cucullo.

Sunt qui scribant Xantones cum x in prima syllaba, non cum s.

Santonica, herba apud Scribonium Largum, vt & Santonica virga apud Martial. tertia absinthij species est minore folio quàm Ponticum: aliis nominibus absinthium marinum, & absinthium seriphum appellatum. ἀψίνθιον θαλάσσιον. Dicta santonica, siue (vt apud Plin. *lib.* 17. *c.* 7. legitur) Absinthium Santonicum, à Santonibus Galliæ Aquitanicæ populis, apud quos copiosissimè prouenit.

Santonum portus Galliæ vrbs est, ad Oceanum, teste Ptol. *lib.* 1. *c.* 7. Vulgò *la Rochelle.*

SĀNVS, a, um, Integer, incorruptus, bene habens, prospera vtens valetudine, cuiusque partes omnes probè suas obeunt functiones. { בריא *bari* תמים *tamim* חי *cháj.* ὑγιής. GAL. *Sain.* ITAL. & HISP. *Sano.* GERM. Gesund. ANGL. *whole or in health.* } Cicer. *in Philip.* Quasi medicus ille te sanum fecisset. Cato *cap.* 137. Quum plurimum ederit, tum citissimè sanus fiet ex eo morbo. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 13. Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit. Cicer. 3. *Offic.* Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, & eo medicamento sanus factus fuerit. Plaut. *Amph. sc.* 4. *a.* 4 Viuus & sanus intereo. Idem *Menæch. sc.* 4. *a.* 5. Sanum futurum mea id promitto fide. (inquit medicus.) ¶ Transfertur & ad animum. Vnde dicimus hominem sana mente, sanóque consilio Terent. *in Heaut.* Satin' sanus es, aut sobrius? Plaut. *Trinum.* Satin' tu sanus mentis, aut animi tui, qui conditionem Hanc repudies? Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Satin' hæc pro sano maledicta maledictis respondeo. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Sanáne es quæ isti commitas? (sup. annulum.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Melius est sanam mentem sumere. *Ibid.* Sanúsne es qui istuc exoptes? Cicer. 2. *de nat. deor.* Esse igitur deos, ita perspicuum est, vt id qui neget, eum sanæ mentis non existimem. ¶ Nihil sanum, οὐδὲν ὑγιὲς. Prouerbium quo indicatur summa morum corruptio, & nullius honesti respectus. ¶ Hinc insanus dicitur, cui mentis sanitas deest, hoc est, qui instrumentum principum animæ facultatum habet vitiatum: ἄνους, ἀνόητος. Vnde insania, pro dementia: & Insanio, pro deliro, desipio, mentis compos non sum: de quibus copiosiùs egimus suis locis. ¶ Superlat. sanissimus. Cels. *lib.* 7. *c.* 4. Licet cibum capere perinde atque sanissimo.

Sānĭtās, atis, Bona valetudo, hoc est, status corporis actiones omnes suas probè obeuntis. { רפואה *rephuáh* ריפאות *ripheúth* מרפא *marpé* תעלה *thehaláh.* ὑγίεια. GALL. *Santé.* ITAL. *Sanità.* GERM. Gesundheit. HISP. *Sanidad.* ANG. *Health of bodie.* } Quint. *lib.* 5. *c.* 10. Si robur corporibus bonum non est, minus sanitas. Cicer. 5. *Tusc.* Corporis temperatio, quum ea congruunt inter se è quibus constamus, sanitas est. Sen. *cap.* 1. *de consol. ad Mart.* Dum à sanguine recentia sunt vulnera, sanitas facilis est. ¶ Per translationem quoque de animo dicitur, quum ille functiones suas probè obit. Vnde redire ad sanitatem dicimus, pro eo quod est resipiscere Cic. *Cassio lib.* 11. *Epist.* Quibus tamen ad sanitatem redeundi ante Calend. Septemb. potestas facta est. Idem 3. *Tusc.* Ita fit vt sapientia, sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quædam, quæ est insania, eadémque dementia. ¶ Item de oratione dicitur. Cic. *de clar. Orat.* Eloquentia omnem illam salubritatem Atticæ dictionis, quasi sanitatem perdidit. ‖ ¶ Sanitas metri. Macrob. *Satur.* 5. 17. Nam si quis eum putat Latinè dixisse Diomedem, Sanitas metri in versu desiderabitur. ‖

Sanitas etiam apud vanas gentes erat deæ nomen. cuius symbolum Alexander M. tribunus militum dedit vestibus eorum insuendum.

Sāno, as, Sanum facio, redintegro, & incolumitati restituo. { רפא *rippá* גהה *ghahâh* חיה *chijáh.* ἰάομαι. ὑγιάζω, ἀλθαίνω. GALL. *Guarir.* ITAL. *Sanare, guarire.* GER. Heilen/vnd gesund machen. HISP. *Sanar à otra cosa.* ANG. *To heale.* } Cic. 4. *Tusc.* Citiúsque oculorum tumor sanatur quàm diuturna lippitudo depellitur. Idem 3. *de nat. deor.* Nec enim Herculi nocere Deianira voluit, quum ei tunicam sanguine Centauri tinctam dedit, nec prodesse Pheræo Iasoni is, qui gladio vomicam eius aperuit, quam sanare medici non potuerant. Ouid. 10. *Metam.*

——habeo quod carmine sanet, & herbis.

¶ Vulnera Reip. sanare, per translationem Cic. 4 *de finib.* Quæ hic reipub. vulnera imponebat, eadem ille sanabat. Idem 2. *in Catil.* Quos quidem ego, si vllo modo fieri posset, non tam vlcisci studeo, quàm sanare, & ipsos placare Reip. Tibull. *lib.* 2. *Eleg.* 3. Nec potuit curas sanare salubribus herbis. Senec. *cap.* 16 *de consol. ad Helu.* Sanabunt vulnus suum studia. ¶ Hinc fiunt Consano, & Resano, composita: quorum significationes suprà explicantur suis locis.

Sānātĭo, nis, Valetudinis restitutio. { רפואה *rephuáh* ריפאות *riphut* מרפא *marpé* תעלה *tehaláh.* ἴασις, ὑγίασμός. GALL. *Guarison.* ITAL. *Il restituir la sanità.* GER. Heilung/widarbringung der gesundheit. HISP. *Obra de sanar.* ANGL. *A healing or curing.* } Cicero 3. *Tusc.* Quumque ad

ad corporum sanationem multùm ipsa corpora, & natura valent, &c. Et paulò pòst, Eorum igitur malorum in vna virtute posita sanatio est.

Sānābĭlĭs, e, qui sanari potest. { ἰάσιμος. GAL. *Facile & aisé à guarir, guarissable.* ITAL. *Cosa atta à risanarsi.* GERM. Gnädsertig / das sich leichtlich heilen läßt. HISP. *Cosa que se puede bien sanar.* ANG. *That may be healed or cured.* } Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. Aspides percussos torpore, & somno necant, omnium serpentum minimè sanabiles. Ouid. 1. *de remed. amor.*

Vidi ego, quod primò fuerat sanabile vulnus,
Dilatum longa damna tulisse mora.

Cic. 4. *Tusc.* Qui autem naturâ dicuntur iracundi, aut immisericordes aut inuidi, aut tale quid, sunt eiusmodi constituti, quasi mala valetudine animi, sanabiles, tamen.

Sanè, aduerb. sano modo, saniter. Sed plurimum est pro certè, verè.

Sānēsco, is, Sanus fio. { חיה *chaiáh* נרפא *nirpá.* ὑγιάζομαι. GAL. *Se guarir.* ITAL. *Sanarsi.* GERM. Heil oder gesund werden / genesen. HISP. *Sanarse.* ANG. *To waxe heale.* } Colum. *lib.* 6. *c.* 7. Sed vulnera facta igne, dum sanescunt, defricare bubula vrina conuenit: at ferro rescissa, melius pice & oleo curantur. Huius compositum est Consanesco. Idem *lib.* 4. Tum etiam vitem minus cicatricosam reddit, quoniam id ex quo viride, & tenerum decerptum est, celeriter consanescit.

Săpă, æ, Succus, plantarum. Item vinum ex musto ad tertias decocto confectum, σίραιον Græcè & ἕψημα ab ἕψειν, quod decoquere dicitur. { GAL. *Du vin cuit.* ITAL. *Sapa, vino cotto.* GER. Ein gesotner wein / oder most biß auff das drit theil. HISP. *La meloxa arrope.* ANGL. *Sodden wine.* } Plin. *lib.* 13. *c.* 2. Vino coquata res sapa est, musto decocto, donec tertia pars supersit. Idem *lib.* 14. *cap.* 9. Siræum, quod alij hepsema, nostri sapam appellant, ingenij, non naturæ opus est, musto vsque ad tertiam partem mensuræ decocto. Martialis,

Et Laletana nigra lagena sapa.

Ouid. 4. *Fast.*

Lac niueum potes, purpureámque sapam.

Săpæi, σαπαῖοι, Thraciæ populi sunt ad Nestum amnem, quorum meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Săpĕrdă, σαπέρδης, piscis pontici genus, teste Athen. *lib.* 3. qui in Mæotide optimus capiebatur. Pers. *Sat.* 5.

Ecquid agam rogitas? En saperdam adueho Ponto.

Festus saperdam vilissimum piscem interpretatur. Quinetiam Phocion, referente Cælio Rhodigino, saperdam pro aqua accepit arundini inserta. Nonius per translationem pro sapiente, & venusto accipi annotauit, citans locum Varronis *in Modio*, Omnes videmur nobis esse belli, festiui, saperdæ, quum sumus κόπροι.

Saphariũm, atrium templi. Papias.

Saphena est vena, que supra genu tripartitò finditur, ramúmque vnum per priorem & interiorem tibiæ regionem rectè deiicit in subiectum malleolum, vbi clarus & conspicuus, *Saphena* dici solet.

Saphon (inquit Isid. *lib* 19. *cap.* 4.) funis in prora positus, de quo Cælius: Venerio cursu veni, prolato pede vsque ad Saphonem.

Săpĭdŭs, Sapiens, Sapientia, vide *Sapio.*

SĂPĪNVS, pars est abietis inferior, quæ enodis est. { ἐλάτη. GAL. *Vn sapin.* ITAL. *Abieto albero, parte piu basse d'esso.* GERM. Das vnderist theil einer tannen so ohn knöpff ist. HISP. *La parte baxa del abeto arbol, ò abetello, ò pinsapo.* ANGL. *The neather part of a firret ree.* } sicut superior, quæ nodosa est sussterna. Hodie tamen vulgus Gallorum totam arborem sua lingua *sapinum* vocat. Vide Plin. *lib.* 6. *cap.* 39.

Săpīneŭs, a, um, quod ex sapino est. { ἐλάτινος. GALL. *De sapin.* ITAL. *Di abieto.* GERM. Das auß dem vndesten stammbloch ist. HISP. *Cosa de abeto.* ANGL. *Offire.* } Colum. *lib.* 12. *c.* 5. Alij nucibus ardentibus sapineis idem efficiunt.

Săpīnos, genus gemmæ est, ex amethysti generibus, colore hyacinthi, sed paulo dilutiore, quæ & paranites dicitur. Autor Plinius *lib. vlt. cap.* 9.

SĂPIO, is, iui, vel sapij, sapitum, pen. prod. vel sapui, sapitum, pen. corr. Propriè pertinet ad sensum gustus: propriéque res ipsa sapere dicitur, quæ habet in se aliquem saporem. { χυμίζω. GALL. *Sentir auoir saueur & goust.* ITAL. *Hauer sapore.* GERM. Ein geschmack haben am versuchen. HISP. *Tener sabor.* ANGL. *To sauour, to haue a tast in the mouth.* } Plaut. *Mil. sc.* 6. *a* 2. Occisam credo sapere plus multò suem cùm manducatur. (ambiguè.) Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Iste quid sapit? C. Hircum ab alis. Iuuen. *Sat.* 11.

Qui meminit, calidæ sapiat quidvulua popinæ.

Cicero 2. *de finib.* Nec enim sequitur, vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. Colum *lib.* 7. *cap.* 8. Nec dubium quin fici ramulis glaciatus caseus iucundissimè sapiat. ¶ Hinc sapor, & sapidus: quorum significationes vide suis locis. ¶ Transfertur & ad animum, pro sapientem esse, seu recta mente præditum esse. { חכם *chacham.* φρονεῖν. GAL. *Estre sage & posé.* ITAL. *Esser in ceruello esser sauio.* GER. Weis oder witzig sein / verstendig sein. HISP. *Saber ò tener prudencia.* ANGL. *To be wise and wittie.* } Plaut. *Most, sc.* 3. *a.* 1. Vt lepida scelesta Scapha sapit multum! vt res sententiásque tenet amantum. Idem *Mil sc.* 3. *a.* 2. Mihi ego video, mihi sapio. (id est, sanus sum mente) mihi credo plurimùm. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Ne me attingas, si sapis. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Ne illa plus aut minus, quam sapiat. Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Non habet plus sapientiæ quàm sapis, &c. Terent. *in Eunuch.* Si sapis, neque præterquam quas ipse amor molestias habet addas: & illas quas habet, rectè feras. Martial.

Nubere vis Prisco: non miror, Paula: sapisti.

Cic. 3. *Offic.* Quem qui audiunt, intelligere etiam sapere plusquam cæteros arbitrantur. ¶ Quandoque datiuo iungitur. Plaut. *in Trinum.* Haben' tu amicum, aut familiarem cui pectus sapiat? ¶ Hic sapit rem suam, id est, scit quid tibi agendum sit. Idem *sc.* 5. *a.* 1. Rectè ego meam rem sapio. (q. d. desine monere.) Sapit ad genium: id est, nouit curare cuticulam, & indulgere genio. ¶ Si sapis, quod scis, nescis. Idem *Heauton.* Tu nescis, quod scis, Dromo, si sapies. Prouerbium significans te quod scias effutire non debere, &c. ¶ Accipitur etiam sapio pro refero: vt illud apud Persium, Quum sapimus patruos, hoc est, quum sapientiam patruorum referimus. Ad hunc modum dicimus, Liber hic sapit hæresin, Phrasis sapit Græcanismum: hoc est, refert hæresin, vel Græcanismum. ¶ Huius composita sunt, desipio, & resipio: quorum significata explicantur in verbo *Desipio.*

Săpĭens, tis, qui sapit. { חכם *chacham* נבון *nabón.* σοφός. GAL. *Sage, prudent, bien auisé.* ITAL. *Sapiente, saggio, saputo.* GERM. Weiß / verständig. HISP. *Sabio ò prudente.* ANGL. *VVise.* } Cic. 4. *in Catil.* Misera mors sapienti non potest accidere. Horat. *lib.* 1. *Epist.* 7 Vir bonus & sapiens dignis ait esse paratum. Idem 2. *Epist.* 1. Sed tuus hic populus sapiens. Tacit. *lib.* 3. Cæteri ad sapientiora conuertere. Ouid. 13. *Metamorphos.* Qui nisi pugnacem sciret sapiente minorem Esse. ¶ Sapiens etiam de brutis dicitur. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Neque te equo magis est vllus sapiens equus. ¶ Sapiens tribus modis dicitur: Primò, qui scientiam aliquam optimè tenet: vt Aristoteles in Philosophia, Acilius in iure ciuili. Secundò, qui per longam ætatem rerum multarum cognitionem adeptus est: vt Cato. Tertiò, qui circa præcepta bene viuendi, & cognitionem versatur: qualis fuit Lælius. Cic. *de Amic.* Vnum accepimus Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum. Sapiens ad. Idem 10. *Philipp.* Quis aut sapientiòr ad coniecturam rerum futurarũ. Sapiens operis Horat 1. *Serm. satyr.* 3. Et Gell. *c.* 8. *lib.* 13. Sapiens rerũ humanarum. ¶ Sapiens significat & prudentẽ, & doctum. Plutarch. *in Grach.* Iuris magistri, Sapientes olim dicti, Gell. *cap.* 1. *lib.* 4.

Săpĭentĭă, æ, est (vt ait Cic. 4. *Tusc.*) rerum diuinarum, atque humanarum scientia, cognitióque, quæ cuiusque rei causa sit. { חכמה *chochmáh* תבונה *tebunáh.* σοφία GALL. *Sagesse.* ITAL. *Sapientia.* GER. Weißheit. HISP. *Sabidura, prudencia.* ANGL. *VVisdome.* } Idem 2. *Offic.* Sapientia est (vt à veteribus Philosophis definitum est) rerum diuinarum & humanarum, causarúmque, quibus hæ res continentur, scientia. Idem 1. *Offic.* Princépsque omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci vocant: & qui eam profitetur sapiens, σοφὸς appellatur. Vnde qui nunc philosophi dicuntur, primùm σοφοὶ à Græcis, à nostris sapientes dicebantur. Neque quemlibet eo nomine olim dignabantur. Vix enim septem eodem tempore inuenit Græcia, quibus id nominis deferret: quorum nomina & patria sic se habent: Thales Milesius: Solon Salaminius, seu Atheniensis: Chilon Lacedæmonius: Pittacus Mitylenæus: Bias Prienæus: Cleobulus Lindius: Periander Corinthius. Sed postea Pythagoras primus non sophum se, sed Philosophum appellauit, hoc est, non sapientem, sed sapientiæ amatorem: & scientiam ipsam, non Sophiam, sed Philosophiam nuncupandam existimauit, quòd hominum neminem, sed solum Deum sapientem iudicaret. Sapientia non obuenit. Mox, beneficiaria res non est. Senec. *Epist.* 91. (quia scilicet labore nostro quæritur.) Idem *Epist.* 54. Philosophia (siue sapientia) non est res subsesiua: ordinaria res est. ¶ Vsus & memoriæ filia σοφία dicitur à Gellio *cap.* 8. *lib.* 13. ¶ Sapientia pro calliditate. Liu. *lib.* 1. *dec.* 5. ¶ Pro mente vsurpatur, per meton. adiunctis qua scilicet sapimus, id est, intelligimus, siue rectè, siue prauè.

Săpĭentĭpŏtens, entis, penultima corr. qui sapientia multùm valet, quemadmodum Bellipotens, qui plurimùm potest bello. Est autem vox Enniana satis durè composita Cic. 2. *de diuin.* Postremò quanquam semper fuit, vt apud Ennium est, stolidum genus Æacidarum, bellipotens magis quàm sapientipotens, tamen hanc versùs amphiboliam intelligere potuisset.

Săpĭentĕr, aduerbium. { σοφῶς. GAL. *Sagement.* ITAL. *Sauiamente.* GERM. Weißlich HISP. *Sabia, ò prudentemente.* ANGL. *VVisely.* } Ter. *in Andr.* Sapienter vitam instituit. Cic. *pro domo sua.* Quia ius à maioribus nostris, qui non fictè & fallaciter populares, sed verè & sapienter fuerunt, ita comparatum est, &c. Idem *Curioni lib.* 2. Nemo est qui tibi suadere sapientiùs possit teipso. Ouid. 13. *Metam.*

Pérque deos oro, quos hosti nuper ademi,
Per si quid superest quod sit sapienter agendum. &c.

Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Imperium meum sapienter habeatis curæ. Idem *Aul sc.* 5. *a.* 3. Sapienter actum & consilio bono. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 4. facis sapientius, quàm pars lenonum.

Săpŏr, is, est qualitas illa quam gustu dignoscimus. { טעם *tâam.* χυλός, χυμός. GAL. *Saueur goust.* ITAL. *Sapore.* GER. Der geschmack eines dings so man versucht. HISP. *Sabor de lo que se gusta.* ANG. *A tast, sauour or smacke.* } Saporum verò decem sunt genera (vt docet Plin. *lib.* 15 *c.* 17. sc. dulcis, suauis pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus & salsus. His duo item alia genera videtur addere Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* cùm ait:

Illo quo nocuit grata sapore fuit.

Et *Eleg.* 6. *lib. eiusdem.*

Et ne sint tristi poma sapore facit. sup. tempus.)

Cic. 3. *de finib.* Vt enim mel etsi dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis dulce esse sentitur. Plin *lib.* 15. *c.* 18. Quæ odoratiora, non eadem in gustu tenera: quia non sunt pariter odor & sapor. Quamobrem citreis odor acerrimus, sapor asperrimus, quandantenus & cotoneis, nullúsque odorificis. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

Asper in ora sapor.

Quintil. *lib.* 1. *c.* 10. Et muta animalia mellis illum inimitabilem humanæ rationi saporem vario florum ac succorum genere perficiunt. Idem *lib.* 1. *c.* 1. Vt sapor, quo nouas imbuas, durat, &c. ¶ Ponitur aliquando sapor per translationem pro iucunditate sermonis. Cic. *de clar. Orat.* Grauius obruebat nescio quo sapore vernaculo,

Saporo, saporem facio. inde

Saporatus, sapidus factus, sapore imbutus, delibutus, ἡδυσμένος, κεχυλωμένος, χυλωθείς.

Săpĭdŭs, a, um, quod gratum saporem habet. { εὔχυλος. GALL. *Sauoureux.* ITAL. *Saporito.* GERM. Wolgeschmackt am versuchen. HISP. *Sabroso al gusto.* ANG. *That hath a good tast, smak or relish.* } Cuius contrarium est Insipidus, sine sapore: vt, Caseus sapidus. Vinum insipidum.

Săpĭres, σάπιρες Steph. Populi in Ponti mediterraneis, qui & Sabires σάβειρες dicuntur, Meminit horum & Orpheus *in Argonauticis.*

Săpis, fluuius Italiæ in Flaminia prope Cesanem vrbem, autor est Plin. *lib.* 3. *c.* 15. ¶ Est & Sapis Galliæ Cisalpinæ fluuius Senogalliam vrbem subterlabens, iuxta quam & Isaurus fluit. Lucan. *lib.* 2.

Crustumiúmque rapax, & iunctus Sapis Isauro.

Vulgò *Albo en marca de Ancona.*

‖ Sapium, piscis genus Forum Rom. ‖

Săpo, masc. gen. { בורית *borith.* σμῆγμα, σμῆγμα, ὁ σάπων. GALL. *Du sanon.*

non. ITAL. *Sauone.* GER. *Seiffen.* HISP. *El xabon.* ANGL. *Sope, or any thing to scoure and clense with.* } Plin. *lib.* 28. *cap.* 12. Prodest & sapo Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis ex seuo & cinere. Optimus fagino & carpino duobus modis, spissus ac liquidus: vterque apud Germanos maiori in vsu viris quàm fœminis. Martial. *epigramm.* 26. *lib.* 14.

Saponaria, herba: sic dicta ab abstergendi potentia, qua folia pollent, Succum etenim quendam ex se emittunt, dum confricantur, saporis ferè modo extergentem.

Săpŏr, vide *Sapio.*

‖ Sappa, ligo.

Sappula, parua sappa. ‖

SAPPHĪRVS, gemma. { ספיר *sappir.* σάπφειρος. GALL. *Saphir.* ITAL. *Zaffiro.* GERM. Das edel gestein so man Saphir nennet. HISP. *El çafir piedra preciosa.* ANG. *A saphirre stone.* } Lapis pretiosus, coloris aërij, aureis punctis collucens, de quo vide plura apud Plin. *lib* 38. *cap.* 9.

Sāpphīrātūs, a, um, σαπφειρωτός. Sapphiris intertextis variegatus. Sidonius, Ac si sub versicoloribus figuris vernans herbida crusta sapphiratos.

Sāpphīrīnūs, a, um, adiect. ad sapphirum pertinens: ex sapphiro factus, { σαπφείρινος. GALL *De saphir.* ITAL. *Di Zaffiro.* GERM. Eines Saphiers. HISP. *Cosa de çafir.* ANGL. *Of saphirre.* } vt, sapphirinus lapis. Plin. *lib.* 37. *c* 2.

SĀPPHŌ, Σαπφώ, insignis poëtria fuit carminis inuentrix, quod ab ea Sapphicum appellatur. Ferunt nonnulli fuisse duas hoc nomine: quarum vna Eresia, quæ & antiquior, Lyrica, qua tempestate Alcæus claruit: Terpsichorus, & Pittachus, tempore Tarquinij Prisci. Ea plectrum prima inuenit. Scripsit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, Iambos, & Monades. Altera Mitylenæa, longè iunior, cuius pulcerrimum opus ad amicum Phaonem extat. Scripsit & alia multa apud Græcos, vt merito nona inter Lyricos poëtas annumeretur. Antipater autem Sidonius sic de ea scribit.

> Μνημοσύνην εἷλε θάμβος, ὅτ᾽ ἔκλυε τῆς μελιφώνου
> Σαπφοῦς, μὴ δεκάτην μοῦσαν ἔχουσι βροτοί.

id est, Mnemosynem matrem Musarum cœpit stupor, quando audiuit dulcisonam Sappho Nunquid decimam Musam habent mortales?

Sapphicus, a, um, ad Sappho pertinens: siue à Sappho ortum, siue dilectum & frequentatum. Ita tamen Sapphicum, quod a Sappho præcipuè vsurpatum, & cum gratia excultum fuit.

SAPRVM, σαπρόν, Plin. *lib.* 28. *cap.* 9. appellat casei quoddam genus putridum, quòd cum sale & sorbis siccis è vino tritum epotúmque medetur cœliacis. Græci σαπρὸν vocant putridum: vnde &

Saprophagi, Σαπροφάγοι dicuntur, qui putridis vescuntur: & verbum σαπροφαγεῖν, quod est putridis vesci. Quo quidem verbo etiam Martialis vtitur *lib.* 3. Nescio quod stomachi vitium secretius esse Suspicer: vt quid enim Bæticè σαπροφαγεῖν.

Saprus, a, um, σαπρός, ὁ, ὀν, est putris, e, ex, σήπω putrefacio.

Săpsă, à veteribus dictum est, pro Ipsa, vel seipsa. Ennius, Quæ res sapsam loco sese ostendat.

‖ Sarabara, vestis medica, fluxa, Turn.

Sarabus, muliebre pudendum. Rh. ‖

Saraca, Ptolæmeo *lib.* 6. *cap.* 1. Oppidum in Mediterraneis Mediæ, & eidem *lib.* 5. *c.* 10. Sarace ciuitas in Colchide.

Saracenus, Ismaelita. Isid.

Sarapis, Σάραπις, vel Σέραπις, idolum gentile. deus Sinopensis, in Alexandriam ciuitatem Ægyptij tanquam inquilinus receptus. ¶ Sarapis etiam Persica tunica.

Sărăstēs, populi, vide *Sarastes.*

Sārcăsĭnūs, σαρκασμός. Latinè dicitur iocus cum amaritudine, vel hostilis insultatio, vt apud Virg. 1. *Æneid.*

> ——*Referes ergo hæc & nuntius ibis*
> *Pelidæ genitori, illi mea tristia facta,*
> *Degenerémque Neoptolemum narrare memento.*

Sărcĭnă, vide *Sarcio.*

SĀRCIO, is, sarsi, sartum, reficio, vestes consuo. { תפר *taphár* בדק *badhák* ῥάπτω. GALL. *Racoustrer, refaire, reparer.* ITAL. *Cusire vesti, racconciare vesti.* GERM. Zusammen flicken oder butzen. HISP. *Coser ò Zarzir.* ANG. *To amed, to botche sto restore or renewe* } Vnde Sartores dicti, qui vestes sarciunt, vel resarciunt. ¶ Accipitur & pro restituere, instaurare. ἀνασκευάζειν. ¶ Item, pro reficere ædem. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Non videor sarcire posse ædes meas. *Ibid.* Si quid numo sarciri potest vsque dum mantant (id est, manent) domi cùm parietes ruunt. ¶ Per translationem ponitur pro damnum soluere, reparare, ἀντιμεθέλειν. Pacuuius, Tu damni nostri causa fuisti, tu nobis sarcito vt debes. Colum. *lib.* 10. *c.* 15. Quæ quum fuci aliquam partem cibariorum absumunt, sarciendo damna, fiunt agiliores. Gell. *c.* 18. *lib.* 11. de furibus loquens: Pueros impuberes Prætoris arbitratu verberari voluerunt, noxámque ab his factam sarciri. Dicimus quoque Sarcire detrimentum, pro reparare. Cæs. 1. *bell. ciu.* Dum sarcire acceptum detrimentum volunt, temere insecuti fugientes, in locum iniquum progrediuntur. Sarcire infamiam. Idem 3. *bell. ciu.* Exercitui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor, tantúmque studium infamiæ sarciendæ, vt nemo aut Tribuni, aut Centurionis imperium desideraret. Generis lapsi sarcire ruinas. Virg. 4. *Georg. de Apibus.*

> *Quo magis exhaustæ fuerint, hoc acrius omnes*
> *Incumbent generis lapsi sarcire ruinas*

¶ Hinc cōponitur Resarcio pro instauro, & quasi nouam formā induco.

Sārtŭs, a, um, participium. sarciendo factus: suppletus: integer, generali notione. { ברוק *badúk.* ἐπισκευασθείς, κατηρτισθείς. GAL. *Racoustré.* ITAL. *Raconciato.* GER. Zusammen geflickt/ gantz gemacht. HISP. *Cosido.* ANGL. *Amended or botched.* } Horat. 1. *Epist.* 3.

> ——*an malè sarta*
> *Gratia nequaquam coit, & rescinditur.*

Sārtē, aduerbium pro integrè, Sarcire enim est integrum facere, Sosipater *instit. Grammat. lib.* 11.

‖ Sarsor, ῥάπτης. Gloss. pro sartor. Veteres dicebant sarsum pro sartum.

Sārtŏr is, qui vestes facit, aut resarcit. { תפר *tophér.* ἀκεστής. GALL. *Rauaudeur, rappetasseur.* ITAL. *Raccoсiatore.* GER. Ein Schneider. HISP. *El sastre, o remendador.* ANGL. *A cobler or botcher.* } Item, Sartor dicitur qui sarrit. GAL. *Vn sarcleur, vn bineur.* de quo vide plura in *Sarrio* is.

Sārtrīx, icis, mulier quæ sarrit תפרת *tophéreth.* Differt autem Sartrix & Sarcinatrix, quòd Sartrix est tantummodo quæ sarcit: Sarcinatrix verò quæ sarcinas seruat. Cornel. Fronto *de differ. vocab.*

Sārtă tēctă, opera publica quæ locantur vt integra præstentur. ἐπισκευαὶ καὶ κατασκευαί. Dicimus autem exigere sarta tecta, locare sarta tecta, conducere sarta tecta, tradere sarta tecta, habere sarta tecta, præstare sarta tecta. Locabant sarta tecta Censores, exigebant ipsi quoque Censores, interdum Ædiles, aliquando etiam Prætores, nec nisi quum Senatus decreuerat, tradebant, habebant, præstabant, conducebant sarta tecta, redemptores Dicimus interdum cum coniunctione, sarta tectaque, & sartum & tectum. Vtuntur antiqui hac locutione per translationem. Cic. *ad Aristium lib.* 13 *epist.* Hoc mihi da atque largire, vt M. Curium sartum & tectum, vt aiunt, ab omni incommodo, detrimento, molestia sincerum integrúmque conserues. Plaut. *in Trin.* Sarta tecta tua præcepta pater vsque habui mea modestia, hoc est, exacta, & constante vndique obedientia, præcept s tuis parui.

Sārcĭmĕn, inis, Sutura, Sarciendo facta ῥαφή. Apuleius, Tunc tenui sarcimine summas oras eius adæquauimus, & iuncturæ rimam seræ densitate sepsimus.

SĀRCĬNĂ, æ, propriè vtensilium est, & eorum quæ ad cultum, & similem vsum pertinent, veluti fascis, quem quis in itinere faciendo comportare possit, atque ita Corn. Fronto distinguit ab onere, quum ait, Onus esse vehiculorum: sarcinam hominum. { משא *massá* מעמסה *mahamasáh.* σκεῦος, ἐπίσαγμα, δέσμιον. GAL. *Charge, fardeau, paquet qu'on porte.* ITAL. *Carica, carga, peso.* GER. Ein bürde/pündtel. HISP. *La carga ò sarcia ò fardaje.* ANG. *A burden, a fardell or pack cariage.* } Plaut. *in Mostell.* —hinc speculabor procul, Vnde aduenienti sarcinam imponam seni. Hinc milites quum castra mouere volunt, sarcinas colligere dicuntur: & qui in aliam domum immigrant, sarcinas suas componere solent. Cæs. 2. *bell. Gall.* Quum prima legio in castra venisset, reliquæque legiones magnum spatium abessent, hanc sub sarcinis adoriri. Ouid. *Epist.* 3.

> *Non ego sum classi sarcina magna tuæ,*

Senec. *c.* 12. *de consol. ad Helu.* Sarcinæ peregrinantium circumcisæ sunt. Idem *de consol. ad Polyb. cap.* 3. Cogitabat quantum tu ornamentum tuorum esses, & onus. Suffecit ille huic sarcinæ. ¶ Res etiam nostras domi cistis, capsisque compositas, sarcinas vocamus. Quint. Iacent relictæ sine hærede sarcinæ. ¶ Per translationem quandoque sarcina ponitur pro inutili onere.

‖ Sarcinalis, e, ad sarcinas pertinens. ‖

Sarcinas, atis, neutro genere dixit Plaut. *Mostell.* Quid sarcinatis ecqua est, si vmbram non habes?

Sārcĭnŭlă, æ, diminutiuum. { τὸ μικρὸν καὶ βραχὺ φορτίον. GAL. *Petit fardeau, petit paquet, fardelet.* ITAL. *Picciolo fardello* GERM. Ein büdelin/püntelin. HISP. *Pequeño fardaje.* ANG. *A litle fardell or pack.* } Iuuen. *Sat.* 3. Quis gener hîc placuit censu minor, atque puellæ Sarcinulis impar? Idem *Satyr.* 6.

> *Collige sarcinulas, dicit libertus, & exi:*
> *Iam grauis es nobis & sæpe emungeris, exi*
> *Ocyus.*

Sārcĭno, sarcinas conficio. { σκευάζω. ANG. *To mak fardelles or packes.* } Interdum sarcinare capitur pro suere. { תפר *taphár.* ῥάπτειν. } Huius compositum est Consarcino; de quo suprà suo loco dictum est.

Sārcĭnātūs, a, um, adiectiuum. { σκευοφορῶν, ἐπισαγείς. GALL. *Chargé de hardes.* ITAL. *Caricato di carga.* GERM. Mit einer bürde beladen. HISP. *Cargado de fardaje.* ANG. *That hath or beareth a fardell.* } Sarcinis onustus. Plaut. *in Pœn.* Viden' homines sarcinatos consequi.

Sārcĭnārĭūs, a, um, adiectiuum, quod ad sarcinas pertinet. { σκευοφόρος, φορτηγός. GAL. *Appartenant à charge & fardeaux.* ITAL. *Pertinente à cariche & carghe.* GER. Das zu den bürdinen dienet HISP. *Pertenecientes à cargas y fardajes.* ANG. *Belonging to fardelles or packes.* } vt, Sarcinarium iumentum, quo sarcinæ vehuntur. Cæs. 1. *bell. ciu.* Illi & inopia pabuli adducti, & quo essent ad id expeditiores omnia sarcinaria iumenta interfici iubent.

‖ Sarcinarius, qui sarcinam fert. ‖

Sārcĭnātŏr, is, qui suit, & vestes reficit. { תפר *tophér.* ἀκεστής, σκευασής. GAL. *Radaubeur, rauaudeur, r'acoustreur d'habits.* ITAL. *Racconciatore, strezzaruolo.* GER. Ein kleiderbutzer/Hosenflicker. HISP. *El sastre de vestiduras.* ANG. *A botcher, that amendeth garmentes.* } Lucilius, Sarcinatorem esse summum, suere centonem optimè. Plaut. *in Aul.* Petunt fullones, sarcinatores petunt. Paulus *in l. fullo. ff. de fur.* Fullo, vel sarcinator, qui polienda, & sarcienda vestimenta accepit, ex contrectatione eorum furtum facit. ‖ In magnis familiis vt ornatrices vestispicas: ita sarcinatrices partem famulitij fuisse pars lapidis Romani indicat:

IVLIA. IVCVNDA. AVG. L. SARCINATOR.

Sārcĭnātrīx, icis, mulier quæ vestes suit, & reficit. { תפרת *tophéreth.* ῥάπτρια. GALL. *Rauaudeuse, radoubeuse.* ITAL. *Donna che racconcia le vesti.* GER. Ein flickerin/kleider butzerin. HISP. *La sastra de vestiduras.* ANG. *She that amendeth garmentes.* } Caius *in l. & ancillarum, de pecul.* Maximè si qua sarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium vulgare exerceat. Idem autem hîc differentiam suprà in voce sartrix traditam, non obseruauit.

Sārcīŏn, σαρκίον; est veluti carnosa quædam vena gemmarum, vitiúmque carchedoniis smaragdis admodum peculiare. Vide Plin. *lib. vlt. cap.* 5.

‖ Sarcitector dictus, quia hinc inde tabulis coniunctis tecti sarciat corpus: inde & tignaris. Pap.

Sarcimen, ῥαφή, i. sutura sarciendo facta. Pap. ‖

Sarcites, σαρκίτης, gemma, quam bubulæ (σαρκὸς) carnes præsentant. Plin. *lib.* 3. *c.* 10. ¶ Est & σαρκίτης hydropis species, qui & ὑποσαρκίδιος & ἀνασάρκα & λευκοφλεγματίας dicitur: nimirum ex humore per totum corpus diffuso.

Sarcocele, σαρκοκήλη, i. σαρκὸς κήλη, carnis tumor. Ramicis genus, cùm caro inter tunicas increscit, *Ramex carnosus.*

Sārcŏcŏlla

Sarcŏcolla, σαρκοκόλλα, lacryma arboris in Perside nascentis, similis thuris pollini inquit Dioscorides: ita dicta à glutinandis vulneribus. Vide Plin. *lib.*24.*cap.*14 *&* *lib.*13.*cap.*11.

Sarcoma, σάρκωμα, ad verbum esset carnatum: à σαρκόω carne oppleo. σαρκῶσαι incarnari. In Gl. Cyr. est σάρκωμα palpamentum.

Sarcoticus, a, um, σαρκωτικός, ή, όν, carnem restituens. Sic medicamentum dicunt, quod carnem perditam instaurat.

Sarcomphalon, σαρκόμφαλον, vmbilico incrementum carnis, mitis, vel malignæ. ὀμφαλός, vmbilicus.

Sarcŏphăgŭs, σαρκοφάγος, lapidis, siue marmoris genus, quod circa assum Troadis exciditur: in quo corpora defunctorum condita, absumi intra quadragesimum diem constat, exceptis dentibus: vt tradit Plin. *lib.*36.*cap.*17. Vnde & nomen habet à carne edenda. σάρξ, σαρκός enim caro est, φάγω, comedo. Vnde conuenienter pro sepulcro poni consueuit. Iuuen. *Sat.*10. Sarcophago contentus erit. August. *lib.* 18. *de Ciuit.* Quia enim arca, in qua mortuus ponitur, quod omnes iam sarcophagum vocant, σορὸς Græcè dicitur, à nostris pro sepulcro vsurpatur.

SARCVLVM, i, genus rastri, hoc est, cratis illa dentata qua segetes herbis purgantur: à sarriendo, vt inquit Varro. { מעדר *mahdér.* σκάλις. GALL. *Sarcloir, ou sercler.* ITAL. *Zappa, arpego, sarchiello.* GERM. Ein jätthäcken. HISP. *Escardillo para escardar.* ANGL. *A rache or weding book.* } Cato *cap.* 10. Sarcula octo, palas quatuor. ¶ Alij putant esse ligonem, aut simile aliquod instrumentum ferratum, quo terra foditur. Horatius *lib.*1. *Carm.*

Gaudentem patrios findere sarculo Agros.

Ouid. 1. *Fast.*

Sarcula cessabant, versique in pila ligones.

Idem 11. *Metam.*

———vacuósque iacent dispersa per agros,
Sarculáque, rastrique graues, longique ligones.

Sarcŭlo, as, Sarculo abscindo. { σκαλίζω. GAL. *Sarcler.* ITAL. *Arare & Zappare.* GER. Jätten / abschneiden. HISP. *Escardar los panes* ANGL. *To weed with a weeding hooke or rake.* } Colum. *lib.*5. Primò plantæ sarculari debent, ita vt simplex stylus altitudinem maximè scrobis excedat.

Sarcŭlātĭo, nis, verbale. Sarritio. { σκαλισμός. GALL. *Sarclement sarclure.* ITAL. *Arpegamento, Zappamento.* GER. Das jätten HISP. *Aquella obra de escardar los panes.* ANGL. *A weeding, with a weeding book.* } Plin. *lib.*18. *cap.*1. Sarculatio induratam hyberno rigore soli tristitiam laxat temporibus vernis.

Sardă, æ, σάρδιον, gemma est vulgaris non pellucida, rubedine diluta carnis colorem referens: vnde & apud vulgum *Cornalina* nomen obtinuit: facilè scalprum admittit, vnde in literis obsignandis plurimus eius est vsus. Sarda dicta est, quòd Sardibus primùm fuerit inuenta. Vide Plin. *lib.* 37 *c.*7. ¶ Est & Sarda piscis ex genere pelamidum, teste eodem *lib.* 32. *cap. vlt.*

Sardăchātēs, σαρδαχάτης. Gemma est ex Achatæ generibus, ad sardæ colorem nonnihil declinans. Huius gemmæ meminit Plin. *lib.*37. *c.*10.

Sardănāpălŭs, σαρδανάπαλος. Vltimus Assyriorum rex, & trigesimus à Nino, omni libidinis mollitiæque genere effœminatissimus: adeò vt non erubuerit inter scortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes lasciuia anteire. Quamobrem indignati Assyrij tali fœminæ parêre, duce Arbace desciscentes, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui victus in regiam se recepit, & extructa pyra, se atque diuitias in incendium misit. Ouid. *in Ibin*, Inque Pyram tecum carissima corpora mittas, Quem finem vitæ Sardanapalus habet. Eius epitaphium refert Cic *lib.* 5. *Tusc. quæst* Quomodo igitur (inquit) iucunda vita potest esse, à qua absit prudentia, absit moderatio? Ex quo Sardanapali opulentissimi Syriæ regis error agnoscitur, qui incidi iussit in busto, Hæc habeo quæ edi, quæque exaturata libido Hausit: at illa iacent multa & præclara relicta Quid aliud (inquit Aristoteles) in bouis, non in regis sepulcro inscriberes? Hæc habere se mortuum dicit, quæ ne viuus quidem diutius habebat, quàm fruebatur. Suidas refert in Nino monumentum habuisse, cui hæc fuerint inscripta. Σαρδανάπαλος ὁ ἀνακυνδαράξου παῖς, ἀγχίαλον καὶ ταρσὸν ἐν ἡμέρῃ μιῇ ἐδείματο, σὺ δ' ὦ ξένε, ἔσθιε καὶ πῖνε καὶ παῖζε, ὡς ἄλλα τὰ ἀνθρώπινα οὐκ ὄντα τούτου ἄξια. hoc est; Sardanapalus Anaxacyndaraxi filius, Anchialon & Tarson vno die extruxit: Tu autem ô hospes, ede, bibe, lude, cum quibus reliqua mortalia omnia non sunt conferenda. Vide plura de hoc apud Iust. *lib.* 9. & Diodorum Siculum *Biblioth. lib.*8.

Sardemissos, Tauri montis promontorium est quod inter Lyciam & Pamphyliam in nostrum pelagus imminet. Meminit eius *c.*27. *lib.* 5. Plin.

Sardĭānŭs, adiectiuum, vide *Sardis.*

‖ Sardica, Turcis, *Triaditte*, vrbs Thraciæ: in qua habitum est concilium Sardicense, in causa S. Athanasij.

Sardinæ (trichides) piscis ex membradibus gignuntur: ipsæ sardas trichias procreant. Gloss. Phil. sardina θρίσσα.‖

SĀRDĬNĬĂ, σαρδὼ Stephano, vulgò *Sardigna.* Insula est, teste Salustio, in mari Lybico: ita dicta à Sardo Herculis filio (sicut Silius *lib.*12. & Solinus scribunt) qui è Libya veniens, cum multitudine colonorum insulam occupauit: quum antea Sandaliotis appellaretur, ab effigie Soleæ, quem Græci σανδάλιον vocant, & Ichnusa, à similitudine vestigij, quod Græcè dicitur ἴχνος. Huius latitudo est millium passuum nonaginta octo, longitudo ducentorum viginti: quanquam alij stadia multa adiiciant. Habet hæc insula à Septentrione montes editissimos, qui prohibent quominus à Borea possit perflari, quo fit vt aëris pestilentia maximè sit obnoxia. Quo nomine etiam olim tam malè audiuit, vt M. Cicero Quintum fratrem moneat, etiam tum quum optimè valeret, meminisse eum debere in Sardinia ipsum esse. & alibi, Tigellum quendam Sardum hominem esse ait patria sua pestilentiorem. Martialis quoque Sardiniam Tyburi, tanquam saluberrimo loco pestilentissimum opponit. Nullo (inquit) fata loco possis excludere, quum mors Venerit in medio Tybure Sardinia est. Mirum in ea insula, neque lupum gigni, neque serpentem reperiri. Habet ciuitates multas, sed omnium præclarissima Calaris est, vbi coralliorum piscatio est. In qua diui Augustini ossa tandiu conquieuere quoad ab Heliprando rege Papiam translata sunt. Hæc ciuitas Iole à priscis appellabatur: ab Iole illa, quam Hercules perditissimè amauit. Insulam Pœni occupauere, sed à Romanis expulsi primo bello Punico, eandem amisere. ¶ Est & Sardinia piscis genus ad condimenta & salituras vtilis, apud Italos plurimus. { ἡ τριχίς, ίδος, ἡ τρίχια, ἡ θρίσσα. GALL. *Sardelle, ou sardine.* ITAL. *Pesce sardella.* HISP. *Sardina.* } Colum. *lib.* 8. *c.*17. Tabentes haleculas, & salibus exesam chalcidem, putrémque Sardiniam.

Sārdī orum, σάρδοι, σαρδῷοι, Sardiniæ incolæ. Plaut *in Mil. sc.*1. *a.*1. Triginta Sardi, sexaginta Macedones, &c. Hi ob insignem vilitatem nequitiámque in prouerbium abierunt. Cic. *lib.*4. *Epist.* Habes Sardos vænales, alium alio nequiorem.

Sardi venales vnde dicti, Plutarch *in Romul.*

Sārdĭnĭēnsēs, σαρδώνιοι, qui aliunde orti negotiationis gratia, aliámve ob causam in Sardinia versantur.

Sārdŏŭs, a, um, σαρδῷος, Possessiuum à Sardinia. Ouid. *lib.*4. *Fast.*

Sardoáque regna sinistris
Respicit à remis.

Herbæ Sardoæ. Virg. 7. *Eclog.*

Imò ego Sardois videar tibi amarior herbis.

SĀRDĪS, σάρδις Stephano, tantùm pluraliter, vrbs Lydiæ magna, ad latus Tmoli montis sita, olim Crœsi regia. Horat. 1. *Epist*

Quid concinna Samos, quid Crœsi regia Sardis?

Terminat autem nominatiuum & accusatiuum in is producta, quomodo Trallis, & Syrris. Ex Sardibus fuere duo Diodori oratores, quorum iunior Strabonis amicus fuit, & historias scripsit, & poëmata. In Sardibus ecclesia fuit vna ex septem Asiæ, quarum Ioannes meminit in Apocalypsi.

Sārdĭānŭs, a, um, adiectiuum. Sardianæ balani à Græcis dictæ sunt castaneæ, quod circa Sardis primùm fuerint inuentæ. Vide Plin. *lib.* 15. *c.*23.

Sardius, σάρδιος λίθος (qui & σάρδιον & sarda) gemma, quæ vulgò carneolus (vel corneolus corruptè) dicitur; à colore carnis. Sanguinis biliosi, vel subcitrini colorem refert. Dicitur Sardius, quia in Sardinia laudatissimus nascitur.

Sārdo, as, verbum est obsoletum, quo antiqui vtebantur pro intelligere. { הבין *hebin.* σάρπω. } Næuius apud Festum, Quod bruti nec satis sardare queunt.

Sārdŏă, sardonia herba apiastro similis, quæ nascitur in Sardinia, & in fontium defluuiis largiùs prouenit. σαρδόνιος πόα. Ea si quis vescatur, neruos contrahit, & rictu diducit ora, vt qui moriuntur, veluti ridentiũ facie intereant. Inde Sardonius risus, prouerbio celebratur pro risu ficto, aut amarulento, aut insano. Sunt qui aliam huius prouerbij originem tradunt. Gentem esse quandam Carthaginiensium coloniam, quæ Sardonem regionem inhabitet: ei morem esse, senes septuagesimum prætergressos annum Saturno sacrificare, ridentes interim ac mutuò sese complexantes. Nam turpe ducebant, in funere, aut eiulatum edere, aut lacrymas profundere. Hinc adsimulatum risum, Sardonium vocari cœptum. Vide plura apud Erasmum *in Chiliad.*

Sardonius, a, um, ad Sardonem pertinens. σαρδὼν, όνος autem est Sardinia. Igitur hinc rectè scribitur σαρδόνιος. Est etiam σαρδονικόν.

Sardonici, montes Liburniæ, Ptolem. *lib.* 2. *c.*17.

Sārdŏnyx, ychis, { שהם *schóham.* σαρδόνυξ. } tam mascul. quàm fœm. gener. quemadmodum & onyx. Gemma est in summa sua parte vnguis humani candorem, inferiore autem dilutum sardæ ruborem referens: ita vt cuipiam videri posset non simplex esse gemma (vt tamen est reuera,) sed ex onyche & sarda composita. Plin. *lib.*37. *c.*6. Sardonyches olim (vt ex nomine ipso apparet) intelligebantur ex candore, hoc est, veluti carnibus vngue hominis imposito, vtroque translucido. Sardonychem insignem habuit Polycrates Samiorum tyrannus: quem vt fortunæ nimium blandientis insidias alicuius rei charæ iactura redimeret, in mare abiecit, qui tamen in ventre piscis paulò post inuentus, ad eum relatus est Iuuen. *Sat.*6.

In manibus densi radiant testudine tota
Sardonyches.

Persius fœminino genere vsus est, Et natalitia tandem cum sardonyche albus, ‖ ¶ Est & sardonyx vrbs Indiæ intra Gangen Ptolom.‖

Sārdŏnўchātŭs, a, um, σαρδονυχωτός. Sardonyche ornatus. Martial. *lib.*3.

Cuius & hinc lucet sardonychata manus.

Sārdŭs, σάρδος. Herculis filius, qui adhuc puer ab Iolao eorum furori subtractus, quos Hercules viuens lacessierat, cum fratribus aliquot in Sardiniam insulam peruenit: eámque quæ antea Sandaliotis, seu Ichnusa vocabatur, à nomine suo Sardiniam creditur appellasse.

SAREPTA, { צרפת *tsarphàth.* Σάρεπτα Stephano. } Vrbs Phœnices, in qua diuinus vates Elias esurientem viduam miraculo pauisse scribitur in libris Regum. Meminit eius & Plin. *lib.* 5. *c.*29.

Sareptanus a, um, σαρεπτηνός. Sidonius,

Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna,
Quæque Sareptano palmite missa bibas.

Sargapises. leges *Spargapises.*

Sarginus & Sargo, piscis è genere mugilum: à sargi similitudine.

Sārgŭs, σαργός, piscis genus qui in Ægyptio mari copiosissimè capitur. Hic piscem lutarium perpetuò comitatur, ipsóque lutum fodiente excitatum deuorat pabulum. Plin. *lib.*9. *c.*17. *&* 51.

Sari, σάρι, neut. gen. genus fruticis prouenientis in aqua, radice dura, intortáque, ferrariis officinis vtile: de quo Plin. *lib.*13. *c.*23. Fruticosi est generis & sari, circa Nilum nascens, duorum cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, similíque manditur modo: radice ferrariis officinis præcipua, carbonis vsu propter duritiam.

Saricha, vrbs Cappadociæ gentile Sarichenus.

Sarissa, { σάρισσα. GALL. *Vne sorte de longue lance, comme vne pique.* ITAL. *Lancia, lanza, picca.* GER. Ein lang glän oder spieß. HISP. *Lança.* ANGL. *A long speare.* } Hasta prælonga qua Macedones in bello vtebantur. Liu. 7. *bell. Maced.* Prælongas hastas Macedones sarissas vocant. Ælianus docet sarissam esse lanceam qua vtebatur phalanx Macedonica, longitudine quatuordecim cubitorum, quorum duo manus continent, reliqua duodecim prominent. Inde σαρισσοφόροι, qui sarissas gestant. Ouid. 12. *Metam.* Qui clypeo, gladióque Macedonicáque sarissa.

‖ Sarlatum, Sarlat, V.E. Sarlatensis Galliæ, sub A. Burdegalensi. ‖

SARMATÆ, σαρμάται Stephano, populi Scythiæ iuxta Danubium, in Mæoticam paludem vergentes, qui & Sauromatæ Σαυρομάται dicuntur: & regio eorum Sarmatia, Σαυρομάτία dicitur. Plin. *lib.* 3. Sauromatas gentes Scytharum Græci vocant quas Sarmatas Romani dicunt. Dicti Sauromatæ, ab oculis lacertarum. σαῦρος enim lacerta est, ὄμμα oculus. Ouid *Eleg. vlt. lib.* 4. & *Eleg.* 4 *lib.* 1. *Trist.*

Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis.

¶ Nomina diuersa habent Sarmatæ, habitant montes & saltus vtuntur plaustris pro domibus: pascuntúrque lacte equino: vnde quidam eos ἱππημολγοὺς, hoc est, equarum mulsores: alij γαλακτοφάγους, hoc est, lacte vescentes appellant. Sunt etiam quidam interiùs, habitantes, qui sanguinem equinum lacte mistum potant, quos vocant Gelonos. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Bisaltæ quo more solent, acérque Gelonus,
Quum fugit Rhodopen, atque in deserta Getarum.
Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Idem, Sarmatæ alij sunt, qui equino sanguine è cruribus detracto, farinæque commisto aluntur. Alij etiam qui pro victimis homines immolant. Alij bellorum & cædis amatores: quibus bellantibus mos est cruorem eius, quem primum interemerint, ex ipsis vulneribus bibere: & vt quisque plures interemerit, ita apud eos eximius habetur. ¶ Sunt & in Scythiæ extremis Sarmatæ, qui carne equina vescuntur: alij qui humanæ carnis alimento vitam ducunt, propter quod vocantur Anthropophagi: ἀπὸ τοῦ φαγεῖν τοὺς ἀνθρώπους, hoc est, ab hominibus edendis. Idem ab vsu plaustrorum, Hamaxobitæ Pomponio, Hamaxobij, Ptolemæo vocantur. Auri & argenti, maximarum pestium, ignari, permutatione rerum commercia exercent: atque ob sæuitiam hyemis diuersis in humum sedibus, specus aut suffossa habitant, totum bracchati corpus & nisi qua vident, etiam ora vestiti. Horum meminerunt Plin. *lib.* 4. *c.* 12 & Strabo *lib.* 11. ¶ Sunt autem duæ Sarmatiæ, secundum Ptolemæum: quarum vna est in Europa, quæ (vt *lib.* 3. scribit) à Septentrione Oceano terminatur, ab Occasu parte Germaniæ, à Meridie Iazygibus Metanastis. In ea est Olbia, quam nunc Russiam & Tartariam esse credunt. Altera Sarmatia est in Asia (vt idem *lib.* 5. refert) quæ à Septentrione terra incognita terminatur, ab occasu Sarmatia Europæ, & Tanai fluuio. In ea sunt Caucasij montes.

Sarmaticus, a, um Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Ducunt & Sarmatici barbara plaustra boues.

Ibid. Eleg. 8. *lib.* 4.

Dij me Sarmaticis exposuère locis.

Et *Eleg.* 1 *lib.* 5. *Trist.* Sarmaticas in oras proiectus.

Sărmătis sarmatidis, Patronymicum. Ouidius,

Terreat haud manes Sarmatis vmbra meos,

SĀRMĔNTĂ, orum, virgulæ superuacuæ (inquit Festus) à vite abscissæ. {κληματίδες, οἱ ἀκλάδες, φρύγανα. GAL. *Sarmens de vigne.* ITAL. *Sarmenti, gli tagli de vite bruscati* GERM. Geräsp/allerley vnnutze oder vberflüssige abgehauwne zweyg. HISP. *Sarmientos de la vid.* ANGL. *Twiges or branches of a tree or vine cut of.*} Virg. 2. *Georg.*

Primus humum fodito, primus deuecta cremato
Sarmenta, & vallos primus sub tecta referto.

Cic. 3. *Verin.* Ligna & sarmenta circundare, ignem subiicere cœperunt. ¶ Frequentissimè tamen etiam sarmentum accipitur pro flagello adhuc in vite hærente, siue id frugiferum sit siue sterile. Colum. *lib.* 3 *c.* 10. Numerus vuarum, qui plerunque conspicitur in productissimo sarmento. Idem *lib.* 4. *c.* 24. At vbi spissa intermedia, frequentésque oculi sunt, quamuis breue sarmentum multis palmitibus virescit. Varr. *rei rust lib.* 1. *c.* 31. Emucidum enim sarmentum, propter infirmitatem sterilescit.

Sārmĕntĭtĭŭs, a, um, quod est materia sarmentorum. {κληματίνος. GAL. *De sarment.* ITAL. *Di sarmento.* GERM. Das von solchem geräsp ist HISP. *Cosa de materia de sarmientos* ANG. *Of twiges of trees.*} Columell. *lib.* 6. *cap.* 26. Verùm vulnera eius sarmentitio cinere linienda sunt.

Sārmĕntōsŭs, adiect. quod plurimum habet sarmenti. {φρυγανώδης. GALL. *Qui a force sarmens.* ITAL. *Chi ha molti sarmenti.* GER. Das vil schoß oder geräsp hatt. HISP. *Cosa llena de sarmientos.* ANG. *Full of twiges or braunches cutt of.*} Plin. *lib.* 25. *cap.* 11. Radice tenui, superuacua, sarmentosum.

Sārmĕntŭs, nomen proprium Equitis Romani, qui scurrilitate claruit sub Augusto Horat. 1. *Serm. satyr.* 5.

———nunc mihi paucis
Sarmenti scurræ pugnam, Messique Cicerri
Musa velim memores,

Sārnŭs, σάρνος. fluuius Campaniæ, oriens à Sarno monte, inter Pompeianum agrum, & Salernum, iuxta oppidum in Sarni montis radicibus positum. Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Littore autem hoc Neapolis Chalcidensium, & ipsa Parthenope à tumulo Sirenis appellata: Herculanium Pompeij, haud procul aspectante monte Vesuuio, alluente verò Sarno amne, ager Nucerinus est. Virg. 7. *Æneid.*

Sarrasteis populos, quæ rigat æquora Sarnus.

{Ein fluß in Campanien der landtschafft Italiae heißt jetz Scafare.}

Sārōnĭcŭs, sinus, σαρωνικὸς κόλπος, qui Corinthiacum Isthmum ab Ortu alluit: nam qui eundem alluit ab Occasu, Crissæus, siue Corinthiacus dicitur. Plin. *lib.* 4. *c.* 5. Sinus Saronicus olim querno nemore redimitus: vnde nomen, ita Græcia antiqua appellante quercum. Multi à Sarone deo marino. Nam Saronem fuisse regem, qui illic Atlepiæ marinæ regioni imperarit, in Corinthiacis scribit Pausanias.

Sārpă, Vinea putata, id est, pura facta, vt interpretatur Festus, {ἄμπελος τμηθεῖσα. GAL. *Vigne pouée & taillée.* ITAL. *Vigna bruscata.* GERM. Ein geschnittner räbacker. HISP. *Viña cortada o podada.* ANG. *A vine that is pruned.*} Vnde & virgulæ abscissæ sarmenta dicuntur. Nam Sarpere antiqui pro purgare vsurpabant. Vnde fortassis deductum vulgare nostrum, hoc est, Gallicum vocabulum, vt *Sarpam* pro falce putatoria accipiamus.

SARPO, sarpsi. Prisc. *lib.* 10. id est, purgo falce. Hinc

Sarptus, a, um, Fest. Sarpta vinea, putata, id est, pura facta.

Sārpēdōn, σαρπηδὼν, teste Homero *lib. Iliad.* 16. Iouis filius ex Laodamia Bellerophontis filia: aut, vt Herodotus tradit in Polymnea, eiusdem Iouis filius ex Europa, & frater Minois: Hic quum Lyciæ rex esset, in armis strenuus, Priamo suppetias tulit aduersùs Græcos: vbi quum multa edidisset virtutis suæ documenta, tandem à Patroclo est interfectus Corpus autem eius Iouis iussu ab Appolline è medio pugnantium sublatum est, & flumine ablutum, ambrosióque respersum liquore, ac regia indutum veste, ad exequendum funus suis restitutum. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector, & ingens
Sarpedon, vbi tot Simois, &c.

¶ Est & Sarpedon, Ciliciæ promontorium, finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciam à Pamphilia distinguit. Pomponius Mela *lib.* 1. *in descriptione Ciliciæ.*

Sărrā, {צור *tsór.* σαρρα.} Nomen ciuitatis, quæ postea Tyrus dicta est: à qua Sarranum ostrum est nominatum. Sed id quoque nomen à pisce quodam accepit, qui illic abundat, & sar illa lingua vocatur, ex cuius sanguine sericum in purpuram tingebatur. {Die gewerbstatt Tyrus in Phenicia gelegen. Vulgò *Puerta de Sar.*}

Sărrānŭs, a, um, σαρρανός, Tyrius: vnde Sarranæ vestes dictæ sunt, quæ & ostrinæ, & purpureæ, quòd Sarræ, id est, Tyri optimè tingerentur. Virg. *lib.* 2 *Georg.*

———Et Sarrano dormiat ostro.

Iuuenal.

———aut picta Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa toga.

Sarraca, σάρρακα, nomen est duarum vrbium, quarum vna est in Media, altera in felici Arabia Vide Ptolem. *lib.* 6. *c* 2. & 8.

Sărrăcēnī, σαρρακηνοὶ, populi sunt Nabathæos à Sarraca (vt Stephanus inquit) quæ est pars Arabiæ. Plin. *lib.* 7. *c.* 28. Nabathæis Thimanæos iunxerunt veteres: nunc sunt Taueni, Suellini, Sarraceni, Arraceni.

Sărrăcum, Plaustrum, siue vehiculi genus, quo ligna, & lapides vehi consueuerunt. {עגלה *haghalàh.* ἅμαξα. GAL. *Vn chariot, ou vne charrette à porter bois ou pierres.* ITAL. *Carro da vettura.* GER. Ein karren oder wagen auff dem man stein oder holtz füret. HISP. *Carro ò carreta de cargo.* ANGL. *A cart to carie tiber and stones*} Iuuen. *Sat.* 3.

———longa coruscat
Sarraco veniente abies.

Idem *Sat.* 5.

Frigida circumagunt pigri sarraca Boota.

Quint. *lib.* 8. *c.* 3. An quum dicit in Pisonem Cicero, Quum tibi tota cognatio in sarraco aduehatur: incidisse videtur in sordidum nomen?

Sărrāstes, populi Campaniæ, Sarno amni vicini: à quo & nomen accepisse putantur. Virg. 7. *Æneid.*

Sarrasteis populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

SĀRRĬO, is, iui, itum, Sarculis fodio, purgo, quod fit quum segetes leuiter scalpendo rastris, à noxiis herbis purgamus. {עדר *hadhár.* σκαλλω. GALL. *Sarcler les blez ou biner les vignes.* ITAL. *Zappare, sarchiare.* GERM. Jätten/außscharren oder außhacken. HISP. *Escardar.* ANGL. *To weede.*} Plaut. *in Capt. sc.* 5. *a.* 3. Semper occant, priusquam sarriunt rustici. Plinius *lib.* 18. Qui sarriet, caueat ne frumenti radices effodiat. ¶ Hinc componitur Resarrio, quod est rursus sarrio. Idem, Quum hyeme prægelida captæ segetes essent, resecuerunt, resarrientes campos.

Sārrītōr, & contractè sartor, qui sarrit. {עדר *hodhér.* σκαλιστής. GALL. *Sarcleur, bineur.* ITAL *Zappatore* GERM. Der ein saamen jättet oder außshacket. HISP. *Escardador.* ANG. *He that weeth.*} Colum. *lib.* 2. *c.* 23. Tritici modij quatuor vel quinque bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris vnam, sarratoris duas.

Sārrītūrā, æ, (& contr. sartura) Purgatura, siue ipse sarriendi actus. {σκάλισις. GALL. *Sarclure, binure.* ITAL. *Zappamento.* GERM. Das jätten oder außseubern. HISP. *Obra de escardar.* ANG. *A weeding.*} Columell. *lib.* 11. *c.* 2. Sarritura quoque frumentorum iteratur egregiè, &c.

Sarritio, nis, verbale, idem quod Sarritura significans. Varro *de re rust. lib.* 2. *cap.* 12. Peracta sementi, sequens cura est sarritionis, de qua non conuenit inter authores. Quidam negant eam proficere quicquam, quòd frumenti radices sarculo detegantur, aliquæ etiam succidantur. Colum. *lib.* 1. *cap.* 9. Frequentem tamen exigunt sarritionem. Sic *lib.* 11. *cap.* 2.

Sārtor, is, à sarrio. Sarritor, id est, purgator. עדר *hodhér.* σκαλιστής. ANGL. *A weeder.*} Plaut. *in Capt. sc.* 5 *a.* 3 Sator, sartórque scelerum, & messor maxumè. TYN. Non occatorem dicere debebas priùs? Nam semper occant priusquam sarriunt rustici. ¶ Est & sartor à sarcio de quo suprà egimus. Sartor, inquit Nonius Marcellus, non solùm à farciendo, sed etiam à sarriendo deducitur: & tam eum qui sarcit, quàm qui sarrit significat.

‖ Sartrix, & sarcinatrix. Sartrix, quæ sarcit: Sarcinatrix, quæ sarcinas seruat, inquit Cornel. Fronto *de nominum verborúmque differ.* ‖

Sārtūrā, æ, Sarritura, hoc est, frugum, vinearúmve à noxiis herbis purgatio. σκάλισις. Plin. *lib.* 18. *c* 27. Sartura nocere & vineæ, & segeti existimatur.

Sārsĭnā, σάρσινα, vetus ciuitas in Æmilia, ex qua Plautus poëta Comicus ortus est: vnde & Sarsinas appellatus est: quanquam à doctis quibusdam Farcinas, non Sarcinas vocetur. Lacte abundat, vt testatur Silius *lib.* 8. his Sarsina diues Lactis, &c.

Sārtāgo, inis, Patella in qua caro frigitur. ἀπὸ τῆς σαρκὸς, hoc est, à carne nomen habens. {מרחשת *marcheścheth* מחבת *machabàth.* τήγανον. GALL. *Poille à frire.* ITAL. *Padella.* GERM. Ein röstpfann/oder braatpfann. HISP. *Sarten para freir.* ANG. *A frying panne.*} Plin. *l* 6. 16. *cap.* 11. Item terebinthinam in sartagine referuenti. Sartago loquendi Pers. *Sat.* 1.

Hos pueris monitus patres infundere lippos,
Quum videas, quærisne vnde hæc sartago loquendi
Venerit in buccas?

Fortè Farrago,

Săs, veteres pro suas dixere: & Sam, pro *eam.* Ennius *lib.* 1. Virgineo nam sibi

sibi quisque domi Romanus habere fas. Idem *lib.*4. Nec quisquam philosophiam in somnis vidit, priusquam fam dicere cœpit.

Sāsōn, σάσων, insula est inter Epirum & Brundusium, quinque ab vtroque millia passuum distans, vt ait Strab. *lib.* 6. ¶ Est & fluuius in mare Adriaticum influens: de quo Silius, Adriatici fugite infaustas Sasonis arenas. Et *alibi*, Expauit sonitus tremefacto littore Sason.

Săt, aduerbium est per apocopen à satis deductum, cuius etiam retinet significationem. { דַּי dai. ἱκανῶς, ἅλις. GALL. *Assez*. ITAL. *Assai, à bastanza*. GER. Genug. HISP. *Assaz*. ANG. *Ynough*. } Cic. 2. *de nat. deor.* Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum, &c. Idem *de senect.* Tantum quantum sat est. Sat est osculi. Plaut. *Sticho.* Et, Sat litium, apud eundem *in Rud.* Testium sat est, Cic. 2. *de finib.* Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Ipsi sat habent quod possit illis vile dici. (i. vitiorum.) Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Si tibi sat acceptum est fore tibi illum amicum sempiternum. (i. certum est.) Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Sat certò scio suem occisam plus sapere. Idem *Curc. sc* 1. *a.* 1. Si quid super illi fuerit, id nobis sat est *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Et sat consilia suppetunt. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Sat habeo, (id est, mihi satisfecisti.) *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. Vel legioni sat est. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Nolo bis iterare: sat hîc sunt longe fabulæ.

Sătăgo, is, ex sat, & ago, compositum videtur: vnde sategi præteritum, satactum supinum facit. Hinc per illusionem. Gell. *cap.* 1. *lib.* 19. Nostris, inquit, in sentina satagentibus. Est autem satagere, anxium esse & distorqueri difficultate alicuius rei conficiendæ. { חָרַד charádh נֶאֱנַק daágh. πολυπραγμονῶ, διαπονοῦμαι, σπεύδω, ἀποπονοῦμαι. GAL. *Estre fort aspre à faire quelque chose, soigner & diligenter à la faire.* ITAL. *Ansiare, cruciarsi.* GER. Sorgsam oder angsthafft sein einem ding genug zuthun. HISP. *Estar solicito ò congoxoso.* ANG. *To be very sharpe, earnest carefull or diligent.* } Terent. *in Heaut.* Nam hic Clinia, etsi is quoque rerum suarum satagit, attamen Habet bene & pudicè edoctam, ignaram artis meretriciæ. ¶ Aliquando significat diligentem esse, seu festinare, σπουδάζομαι. Plaut. *in Asin.* Nunc satagit, adducit domum etiam vltro & scribit nummos. dictum de debitore. Quint. *lib.* 6. *cap.* 4. Afer venustè Manlium Suram multum in agendo discursantem salientem, manus iactantem, togam deiicientem, & imponentem: non agere dixit, sed satagere.

Satagens, entis. Gell. *cap.* 11. *lib.* 9 Consulibus de vi ac multitudine hostium satagentibus, (id est, sollicitis.)

Satageus, qui satagit, anxius. Senec. *epist.* 98. Sic est à satago, vt abigeus ab abigo.

Satagutæ, σαταγύται, populi in Scythia Asiatica, vt *lib.* 4. testatur Herodotus.

‖ SATAN, vox Hebr. שָׂטָן i.e. per se appellatiuum, idem quod aduersarius. Ita vertitur ἐπίβουλος insidiator, & διάβολος vel etiam σατάν. ‖

Satanās, σατανᾶς, idem quod satan; sed illud ex dialecto chaldæa, hoc ex Hebr. שָׂטָן satán. ANG. *An aduersario.* } quod aduersari declarat. Quo nomine appellatus est diabolus, quòd Christi aduersarius sit. Quicquid enim animæ ad Deum tendenti resistit, & aduersatur, & quicquid paci contrarium est, hoc satanas esse dicitur: sicut legitur in Regum *lib.* 1. (alias, 3. *c.* 11. *vers.* 14. *c.* & *vers.* 23. *d.* Quia suscitauit Deus Salomoni satanam, aduersùs eum qui erat pacificus. Et *lib.* 2. Samuel (aliàs *lib.* 2. *Reg. cap.* 19. *v.* 22. *d.* Filii Saruiæ cur efficimini mihi hodie in satan? Sic Iesus Christus ait Petro Matth. 18. *vers.* 23. *d.* Vade post me Satana, scandalum mihi es. q.d. Apage à me procul aduersarie, Obstaculum vocationi meæ es, &c. Et alibi sæpè.

Sătarchæ, σατάρχαι, populi in Scythia Europæa, iuxta Mœotidem, qui (vt Solinus refert) damnato auri, & argenti vsu, se à publica auaritia abdicarunt. Horum oppidum fuit Myrmecion, Panticapæum, Theodosia, Hermisium, aliáque nonnulla, quæ vide apud Melam *lib.* 2. in descriptione Scythiæ Europææ. Flaccus *lib.* 6. *Argon.* Flaui crinem Satarchæ.

‖ Satarium, qualum, quo vtimur ad sementem. Turn. Colum.

Sătăspēs, σατάσπης, vir Achæmenius fuit, Theaspis filius, qui quum Zopyri filiam violasset, & ob eam rem à Xerxe cruci destinatus esset, intercessione matris, quæ Darij erat soror, impetrauit vt in exilium ageretur, donec Africam vniuersam lustrasset. Quúmque iam aliquot menses illa in peregrinatione consumpsisset, nauigationis tædio ad ductus, in Persidem rediit: Regique retulit, sese reliquum itineris conficere non potuisse, quòd naues à magnetibus retinerentur. Quod quum Xerxi fabulosum videretur, hominem, vt antea destinarat, cruci affixit. Vide Herodot. *lib.* 4.

‖ Satax, sapiens, scitus inuestigator. Papias. fortè *Sagax.* ‖

SĂTELLES, itis, Stipator. miles mercede conductus qui semper est à latere. Item apparitor, viator { שׁוֹטֵר schotér. δορυφόρος. GAL. *Satellite, garde de corps, sergent, ministre.* ITAL. *Satellite, birro, Zaffo.* GERM. Ein trabant. HISP. *El que armado acompaña à otro.* ANG. *An officer or sergeant of the garde of a Prince.* } Liu. 2. *ab Vrbe.* Quum concursu ad clamorem facto, comprehensum regij satellites retraxissent ad tribunal regis. Ouid. 5 *Fast.*

———ille dea custos ille satelles erat.

Cic. *contra Rullum*, Ianitores ducentos in annos singulos stipatores corporis, constituit, eosdem ministros & satellites potestatis. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Sequimini satellites (inquit Miles.) Satelles Iouis, aquila. Cic. 2. *Tusc.* Tristi aduolatu aduncis lacerans vnguibus Iouis satelles pastu dilaniat fero. ex poëta quodam. Sic & 1. *de diuinat.* Ministri & satelites cupiditatum alicuius. Idem 5. *Verr.* Qui primus certos instituerit, nomine decumanos, re vera ministros ac satellites cupiditatum suarum. ¶ Satelles item dicitur, qui sontibus capiendis præest, qui & apparitor & viator dicitur.

Sătellĭtium, ij. { δορυφόρημα, τὸ δορυφορικόν. ANGL. *The gard or office of a sergeant.* } Luciano collectiuum nomen est ipsos significans satellites, tuendi corporis causa adhibitos: quemadmodum seruitium accipitur pro ipsis seruis: sodalitium, pro ipsis sodalibus.

Satherium animal quadrupes, ex mari victum quærens.

Sătĭcŭli, populi Campaniæ, moribus asperi, de quibus Virg. *lib.* 7.

———amnísque vadosi

Accola Vulturni, paritérque Saticulus asper.

Sătin', vide Satis.

Sātĭo, as, Saturo, expleo, à sat deducitur, pertinétque ad omnes sensus, & frequenter ad animum. { הִשְׂבִּיעַ hisbiah. κορέω, κορέννυμι, χορτάζω. GALL. *Saouler, assouuir.* ITAL. *Satiare, fastidiare.* GERM. Settigen. HISP. *Hartar hasta el hastio.* ANGL. *To fill or satisfie.* } Cic. *in Catone*, Satiari delectatione non possum, vt meæ senectutis requietem oblectamentúmque noscatis. Idem *in Paradoxis*, Nunquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. Idem *lib.* 2. *de finibus bonorum & malorum*: Veniebat enim ad cœnam, vt satiaret animo quieto desideria naturæ. Ouid. 5. *Fast.*

Mars ades, & satia, scelerato sanguine ferrum.

Idem 3. *Trist. Eleg* 8.

Forsitan hoc olim, quum iam satiauerit iram.

Propriè ad famis sitísque expletionem pertinet. Colum. *lib.* 9. Satiátque se modius cibi in diebus singulis, vicenos & centenos turtures. Ouid. 8. *Metam.*

Vtque fretum recipit de tota flumina terra.
Nec satiatur aquis, peregrinósque ebibit amnes:
Sic epulas omnes Erisichthonis ora profani
Accipiunt, poscúntque simul: cibus omnis in illo
Causa cibi est sempérque locus fit inanis edendo,

Satiare videtur à Plinio positum pro Abundare *lib.* 5. *c.* 8. Propterea obseruatum est, prout in Mauritania niues imbrésve satiauerint, ita Nilum increscere.

Sătĭātus, a, um, participium, Expletus, saturatus. { שָׂבֵעַ sabéah. κορεσθείς, ἐμφορηθείς, κεχορτασμένος. GAL. *Saoulé assouui.* ITAL. *Satio.* GERM. Gesettiget. HISP. *Hartado con hastio.* ANGL. *Filled satisfied.* } Liu. 2. *ab Vrbe*, Vbi illuxit, Romanus integer, satiatúsque somno productus in aciem, fessum stando & vigiliis primo impetu Volscum perculit. Iuuenal. *Satyr.* 6. Et lassata viris, nondum satiata recessit. Velleius, Proscriptio. Ciceronis cæde satiato Antonio finita.

Sătĭĕtās, atis (contractè satias) à satis, eo quod instar nominis est. Saturitas. { שֹׂבַע sabáh (vel) sobáh שִׂבְעָה sibáh. κόρος. GAL. *Saoulement. repletion. assouuissement.* ITAL. *Satietà, fastidio pienezza, abbondanza.* GER. Genüge/settigung/masslleide. HISP. *Hartura, ò hastio.* ANG. *Satietie, filling.* } Licèt frequentiùs accipiatur pro fastidio quod ex rei alicuius assiduo vsu nobis ingignitur. Cic *in Catone*, Omnino quidem, vt mihi videtur, studiorum omnium satietas facit vitæ satietatem. Idem 1. *de inuentione*, Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Deseret te ætate & satietate (sup. amator.) Item, honorum Satietas, Sueton. *in Tib. cap.* 10. Tunc autem honorum satietatem & requiem laborum prætendens commeatum petiit. Quintil. *lib.* 5. *cap* 14. Et odium ex quadam seruitute, & ex copia satietatem, & ex amplitudine fastidium tulerit. Liu. 4. *belli Punici*, Pluribus vos milites hortarer si cum armatis dimicatio futura esset, inermes, incautos ad satietatem trucidabitis. Idem *lib.* 8. *ab vrb.* Ad Satietatem vestram pugnauimus. (vox exprobrantis cladem.) ¶ Satietas me tenet. Salust. *Iugurth.* 77. Nisi fortè dominationis eorum satietas nondum etiam vos tenet. ¶ Sosipater *lib.* 1. Satietatem à saturitate ita distinguit, vt saturitas dicatur in cibo & potione, satietas verò in cæteris omnibus: quam distinctionem Latinè loquentium vsus comprobare videtur.

Sătĭās, atis, Satietas. Terent. *in Eunuch.* Ex meo propinquo rure hoc capio commodi: Neque agri, neque vrbis odium me vnquam percipit. Vbi satias cœpit fieri, commuto locum. Salust. Hi saltibus occupatis externorum agros inuasere, frumentíque ex inopia graui satias facta. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Vt ad litationem satias huic suppetat. Item Liu. vsus est ea voce, *lib.* 7 *bell Pun.*

Sătĭēs, ei, idem. Silius *lib.* 4.

Nec finis, satiésve, noui sed sanguinis ardor
Gliscere.

Sătĭābĭlis, e, qui satiari potest facilè. { κορεστός. GAL. *Aisé à saouler & assouuir.* ITAL. *Satiabile, che satia.* GERM. Ersettiglich. HISP. *Cosa que facilmente se puede hartar.* ANGL. *That is easilie filled or satisfied.* } Cuius contrarium est, Insatiabilis, inexplebilis. ἀκόρεστος. Salustius, Auaritia insatiabilis est, neque copia, neque inopia minuitur.

Sătĭo, nis, vide *Sero*, is.

Sătĭs, & contr. sat quantitatis aduerbium, abundè, vel quantum opus est. { דַּי dai. ἅλις ἱκανῶς. GALL. *Assez suffisammeat.* ITAL. *Assai abbondamente, à bastanza.* GERM. Genug. HISP. *Assaz.* ANGL *Ynough.* } Cic *de inuentione*, Longum est, quod pluribus sententiis vltrà quàm satis est μήκει δεῖ ντος, producitur. Plaut. *Men. sc.* 4. 1. Opsonium, tribus quod sit satis, (affer sup.) neque defiat, neque supersit. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. facito hæc in aqua iaceant: Satin' audis? Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Si animus est æquus, satis habes, qui vitam bene colas. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Satin' audis, quæ illic loquitur, Satis. Idem *ibid.* Tristis es, R. Non istuc mihi satis placet. Idem *Men. sc* 2. *a* 1. Satin' magnificus tibi videtur, (i. non valdè) *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Satin' hoc opsonatum est tribus vobis? Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Frumentum quod satis sit mihi & familiæ. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Contempla satin' hæc me vestis deceat. Idem *Men. sc.* 2. *a* 2. Tu non sanus satis. *Ibid sc.* 5. *a.* 5. Accerse homines, qui illum ad me deferant. S. Quot sunt satis? M. Quatuor nihilominus. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Vide hic ornatus satisne me condecet. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Satin' abiit, neque quod dixi, flocci æstimat? id est, Nónne planè abiit.) Idem *in Mil. initio sc.* 6. *a.* 2. Satin' abiit ille? & sub finem eiusdem scenæ; Satin' oratus abiit: Idem *Amph.* Satin' habes, si fœminarum nulla est quam æquè diligam? &c. ¶ Aliquando ponitur loco nominis: vt Satis eloquentiæ habeo. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Satis verborum est. Cura quæ iussi. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.*

———Satis pœna quod superabit, erit.

¶ Abundè satis. Quint. ¶ Hinc satius, comparatiuum, id est, melius Nam quanuis satis significet quantitatem, satius tamen comparatiuum quantitatem denotat, quia deriuatiuum non semper seruat sensum primitui. Virg. 2. *Eclog.* Nónne fuit satius tristes Amaryllidis iras Atque superba pati fastidia? ¶ Dicimus pulchrè, Non est satis æstimare, pro eo quod est, Non posset quis satis æstimare. Plin. *lib.* 7. *in Præfat.* Vt non sit satis æstimare, parens melior homini, an tristior nouerca fuerit.

¶ Non satis habeas semel circuire, dixit Cato c.1. id est, Non satis sit tibi, non sufficiat tibi, siue non sis contentus semel circuire. ¶ Iungitur Satis cum Super, & dicimus, Satis superque, id est satis, & plus quàm satis. Cic. 2. de nat.deor. Nam contra Epicurum satis superque dictum est. ¶ Satin' pro satisne: Terent. *in Andr.* Satin' sanus es? Item Plaut. *Amph.sc.1.a.2.*

Sătĭsaccĭpĕrĕ, est accepto fideiussore sibi cauere ✕ Satisdare. {μισσηγυᾶσθ. GALL. *Prendre caution & respondant de quelqu'vn.* ITAL. *Prender cautione ò sicurtà per alguno.* GER. Ein gnugsamme versicherung mitt bürgen empfahen oder nemmen. HISP. *Recebir de otro caucion ò fiança.* ANG. *To tak suretie or a pleage of one.*} Cic. *pro Rosc.Com.* Qua de causa Flauius, quum de tota lite faceret pactionem, neque satis acciperet à Roscio, neque absolueretur à Faunio, &c. Nam satis accipere dicitur creditor, quum accepit fideiussorem à debitore: contrà debitor satisdare dicitur, quum interposito fideiussore securum reddit creditorem. Idem *pro Quintio*, Si veretur, vt res iudicio facto parata sit, iudicatum solui satis accipiat: quibus à me verbis satis accipiet, iisdem, quod peto, satisdet.

Sătĭsacceptĭo, quæ est (vt Pomponius inquit) stipulatio, quæ ita obligat promissorem, vt expromissores quoque ab eo accipiantur, id est, qui idem promittant. {ἱκανῶς ἐγγυητὴ λῆψις. GAL. *Caution prinse de quelqu'vn.* ITAL. *Cautione ò sicurtà presa.* GER. Die gnugsame versicherung durch mittschuldner so einer von einem änderen entpfacht. HISP. *Aquella obra de recibir fianças.* ANG. *Caution, taking of suretie.*}

Satis agere, curare, Vlp. *l hac conditio.ff.de cond.& demonstr.*

SĂTĬSDO, as, are, est dato fideiussore creditorem securum reddo. {ἐγγυητὴν καταστῆσαι. GALL. *Donner ou bailler caution.* ITAL. *Sicurare, far la sicurtà.* GERM. Einem mitt bürgen vnd mitschuldneren ein genugsamme versicherung thun. HISP. *Dar à otro caucion y fianças.* ANG. *To giue suretie.*} Cic. *Sulpicio*, Primùm vt si quid satisdandum erit amplius eo nomine non peti, cures vt satisdetur fide mea. Caius, Satisdatio eodem modo appellata est quo satisfactio. Nam vt satisfacere dicimur ei cuius desiderium implemus: ita satisdare dicimur aduersario nostro, quum aliquem damus qui pro eo, quod à nobis petitur, ita caueat, vt eum hoc nomine securum faciamus. ¶ Satisdare iudicatum solui. Cic. *4.Verr.*

Sătĭsdătĭo, nis, {ἱκανοδοσία. GAL. *Donnement de caution.* ITAL. *Esso dare sicurtà.* GERM. Genugsame versicherung so einer mit bürgen dem anderen gibt oder thut. HISP. *Aquella obra de dar fianças.* ANG. *A geuing of suretie or caution.*} Cic. *ad Attic.* De satisdando vero te rogo, quoad eris Romæ, tu vt satisdes: & sunt aliquot satisdationes secundum mancipium in his & Menianorum prædiorum, vel Attilianorum.

Sătĭsdătum, i, vt, Satisdato aliquid debere. ἱκανοδοθέν. Cic. *Attic.lib.16.* Sed & illi turpe arbitror, eo nomine, quod satisdatio debeat procuratores eius non dissoluere. vt, Satisdato debeo. GALL. *Ie doibs vn debte pour lequel il m'a fallu bailler pleige, caution, respondant.* Pomponius, potius, inquit, exsoluisse videor, quod satisdato, quàm quod satisdatione debeo, &c. Quibus verbis satisdatum à satisdatione differre clarissimum est, contra eos, qui idem esse autumant.

SĂTĬSFĂCIO, is, Exoluo, persoluo. { השיב heschib השלים hischlim. ἐκτίνω. GALL. *Satisfaire, contenter, faire son deuoir.* ITAL. *Satisfare, contentare alchuno, far suo debito.* GERM. Vernügen/aussrichten vnd bezalen. HISP. *Satisfazer de fianças y deuda.* ANG. *To satisfie, to paye.*} Cic. *pro Flacco*, Hermippus Fulsiis satisfacit, & fidem suam liberat. Quintilian. Quisquis rei satisfacit, abundè dixit benè. Senec. *cap.10. de consol.ad Mart.* Vrgebunt noua incommoda priusquàm satisfeceris veteribus. Plaut. *Asin.sc.4.a 2.* Scibam te mihi hodie facturum satis pro iniuria. ¶ Satisfacere (inquit Ascon. *in 5.Verrin.*) est tantum facere, quantum satis sit irato ad vindictam. Suet. *in Tib.c.66.* Parthorum regis laceratus est litteris, &c. monentis vt voluntaria morte, maximo iustissimóque ciuium odio quamprimùm satisfaceret. (id est, pœnas lueret.) ¶ Nonnunquam satisfacere est præsentibus testibus affirmare te pœnitere, quòd aliquem læseris. Hanc enim esse vim verbi satisfacere ex Cic. *Orat. pro Roscio*, Terent. *Adelph.* satis intelligi potest, sicut & ex Plauti *Amph. sc.2.a.3.* Aut satisfaciat mihi, atque adiuret insuper nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit (vbi vide multa de satisfactione.) Item Sueton. *in Cæs cap.73.* Valerium Catullum, à quo sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita non dissimulauerat, satisfacientem ea die adhibuit cœnæ: hospitióque patris eius, sicut consueuerat, vti perseuerauerit. Idem *in Tib. c.27.* Consularem verò satisfacientem ac per genua orare conantem, ita suffugerit vt caderet supinus. ¶ Satisfactum iusiurandum, GAL. *Serment qui a esté accompli, & pour lequel a esté satisfaict par celuy qui l'auoit fait.* Gell. *c.18.lib.7.* Cùm itaque iureiurando satisfacto, rursum iniurati abissent. ¶ Interdum idem quod placeo, & efficio ne quid habeat, quod de me queratur. Cic. *ad Attic. lib.7.* Cui nos valde satisfacere multi ad me scripserunt. Plaut. *Pseud. sc.1.a.5.* Orant me vti saltem, Ad hunc me modum intuli, vt illis satisfacerem. GALL. *Pour leur complaire, & donner quelque plaisir & contentement.* ¶ Aliquando idem ferè quod purgo me, siue excuso. Cic. *Philipp. 2.* Acceperam iam enim antè Cæsaris literas, vt mihi satisfieri paterer à te, id est, vt acciperem tuam purgationem, & excusationem. ¶ Satisfacio, præter datiuum, aliquando ablatiuum habet cum præpositione De. Cæs. *5.bell.Gall.* Seséque paratos esse demonstrant, omnibus rationibus de iniuriis satisfacere. ¶ Satisfieri. Cic. *Acilio lib.13.* Quanquam à te quidem cumulatè satisfit & mihi & omnibus. Publicè satisfacere hoc est, publico nomine. Idem *3. Verr.* Sed aliqua ex parte violatus sit, nisi publicè satisfactum sit, ei ciuitati bellum indici atque inferri solere.

Sătĭsfactĭo, Purgatio, & excusatio. {ἀπολογία. GALL. *Satisfaction, contentement, excuse.* ITAL. *Scusatione, satisfattione.* GERM. Vernügung/entschuldigung. HISP. *Escusa, obra de satisfazer.* ANG. *Satisfaction, a contenting.*} Cicer. *ad Treb.lib.7.* Hîc tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis. Velleius, In accipienda satisfactione facillimus Pompeius. Quintilian. Turpis satisfactio (ob improbum dictum, sup.

Sătĭsprætārĕ, Satisdare, hoc est, pro re quæ petitur, fideiussorem dare, {ἐγγυητὴν καταστῆσαι.}

‖ Satis superque, abundanter.‖

Sătĭŭs, comparatiuum videtur esse ab aduerbio satis, licèt à positiui significatione nonnihil recedat. { טוב מן tob min. βέλτιον. GAL. *Mieux.* ITAL. *Meglio.* GERM. Besser/wäger. HISP. *Mejor.* ANGL. *Better.*} Idem enim significat quod melius, siue potius. Virg. *2.Eclog.*

Nonne fuit satius, tristes Amaryllidos iras,
Neque superba pati fastidia?

Plaut. *Pseud. sc.1.a.1.* Quantò satius est adire blandis verbis. Idem *Amphitr.* Nam me quàm illam quæstione inquisitam amittere mortuum satius est. Idem *Curc.sc.2.a.2.* Satius te fuerat incubare Ioui.

Satior, & hoc satius, Melior, potior. Plin. *lib.17.c.5.* Erit igitur hæc optima & operi satior. de terra tenera.

Sătĭŭs, Sator, vide Sero, is.

Satræ, populi Græcorum in littoribus Thraciæ, vt ostendit Herodotus *sua historia lib.7.*

SATRĂPĂ, vel Satrapes, æ, { שרנים seranim אחשדרפנים achaschdarpenim. σατράπης. GAL. *Satrape, gouuerneur d'vne prouince & pays.* ITAL. *Prefetto, presidente.* GERM. Ein landtvogt/vogt/statthalter. HISP. *Prelado, prefecto.* ANGL. *A piere of a realme, a lieutenant.*} Dictio Persisica apud nos significans præfectum prouinciæ. Imò Græca. Gell. *c.18. lib.14.* (Mausolus) Prouinciæ Græcæ perfectus, quem σατράπην Græci vocant. Terent. *in Heaut.* Satrapes si fiet Amator, nunquam sufficere eius sumptus queat.

Satrăpĭă, æ. {σατραπεία. GALL. *Prouince.* ITAL. & HISP. *Prouincia.* GERM. Vogtey/herrschafft. ANGL. *A duckedome or duchie.*} Idem quod præfectura, quam Græci νόμον appellant, hoc est, regio quæ ab vno administratur præfecto. Suidas, Σατραπεία ἐπαρχία, Σατράπης δὲ σατράπης, ὁ ... ἀξιώματος. Plin. *lib.6.cap.10.* Etenim plerique ab Occidente, non Indo determinant, sed adiiciunt quatuor Satrapias, Gedrosos, &c.

Satrapicus, a, um, σατραπικός, ή, όν, ad Satrapam pertinens, Satrapæ conueniens.

‖ Satrus, vietus: à Græco σαθρός.‖

Satum, mensura. σάτον in Scriptura.

SĂTŬR, a, um, quod est cibo plenum. { שבע sabéah. ἔμπλεως, κορεσθείς. GALL. *Saoul, plein.* ITAL. *Satollo, pieno.* GERM. Satt/vol/gesettiget. HISP. *Harto.* ANG. *Full of meat, or full fedde.*} Plaut. *Men. sc.5.a.5.* Vbi satur sum, nulla crepant, (intestina) quando esurio, crepant. Idem *Curc. sc.3.a.2.* Dico me ire quò saturi solent (id est, ad requisita naturæ.) Idem *Curc. sc.1.a.3.* Nihil tu me saturum monueris. (quia parasitus habet memoriam in ventre.) Idem *in Amph.* S. Alcmenam ante ædes stare saturam intelligo. *Amphitr.* Grauidam ego illam hîc reliqui. *Ibidem sc.4. a.4.* Si tu nunc esuris, ego satur pugnis ad te volito. Terent. *in Hecyra*, Sed tu quum satura atque ebria eris, puer vt sit satur facito. Cicer. *1. de diuinat.* Præclara verò auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geritur. Terent. *in Adelph.* Sed postquam intus sum omnium rerum satur, Pro deambulare huc lubitum est. Virg. *Eclog.10.*

Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.

Horat. *1.Serm.satyr.1.*

Inde fit vt rarò qui se vixisse beatum
Dicat, & exacto contentus tempore vitæ,
Cedat, vti, conuiua satur, reperire queamus.

¶ Sumitur interdum pro fœcundo, & abundante εὔφορος. Pers. *Sat.1.* Nec rus saturum laudare. Virg. *lib.2. Georg.*

Saltus & saturi petito longinqua Tarenti.

Vbi Seruius, Saturi, aut fœcundi, aut quòd iuxta oppidum Saturum Tarentum enim, & Saturum vicinæ sunt Calabriæ ciuitates.

Satur color, id est, plenus, vehemens, cui opponitur dilutus. Plin. *lib.37. c.10* Ion apud Indos violacea est, sed rarò saturo colore lucet.

Satura, inquit Festus, & cibi genus ex variis rebus conditum est, & lex multis aliis confecta. Itaque in sanctione legum ascribitur: néve per saturam abrogato, aut derogato.‖ de satura cibi genere habes apud Apicium ex Varrone, in veteri tabula ænea:

EXTRA. QVAM. SEI. QVID. IN. SATVRAM. FERETVR.

Sătŭrĭo, nis, nomen est parasiti apud Plautum *in Persa*, captandi ioci gratia à contrario impositum. Solet enim hoc hominum genus perpetuò esurire, & nunquam saturum esse. Vnde quum Toxilus seruus eum Saturionem salutasset: respondet parasitus, Mendacium ædepol dicis, atque haud te decet. Nam Esurio venio, non aduenio Saturio.

Sătŭrĭtās, atis, Cibi, potúsque plenitudo, satietas. { שבע sabáh (vel) sobáh שבעה sibbáh. πλησμονή, κόρος. GAL. *Saouleté, repletion.* ITAL. *Saturita.* GERM. Sette oder ersettigung. HISP. *Hartura, hastio.* ANGL. *Fulnesse in feeding.*} Plautus *Captiuis*, Proinde tu deum hunc saturitate tranquillum facias tibi. ¶ Aliquando accipitur pro fœcunditate, seu fertilitate. εὐφορία. Cic. *in Catone*, Neque solùm officio, quòd hominum generi vniuerso cultura agrorum est salutaris, sed etiam delectatione quam dixi, & saturitate copiáque rerum omnium, quæ ad victum hominum, & ad cultum etiam deorum pertinent. Accipitur quoque pro Excrementis ventris. Plin. *lib.10. cap.33.* Notabili munditia egerunt excrementa pullorum, adultioréśque circumagi docent, & foris saturitatem emittere.

Sătŭro, as, Saturum reddo, satio, cibo potúque expleo. { השביע hisbiah. κορέννυμι, χορτάζω. GALL. *Saouler.* ITAL. *Satollare.* GERM. Satt machen/ersettigen/erfüllen. HISP. *Hartar.* ANGL. *To mak full with meat and drink.*} Cic. *2.de nat.deor.* Nuper nati mammas appetunt, earúmque vbertate saturantur. ¶ Transfertur & ad animi cupiditates: vt, Saturare odium, apud Cicer. *in Vatinium.* Saturare sanguine, apud eundem *4. Philipp.* Habet autem saturandi verbum vim maiorem quàm explendi. Cic. *pro domo sua*, Expleui animos inuidorū, placaui odia imperitorum: saturaui etiā perfidiam, & scelus ciuium. Expleri (inquit Nonius) & Saturari hanc habent differentiam: Expleri, est tantummodo plenum esse: saturari, supra modum. Cic. *lib.6. de Repub.* Graues enim dominæ cogitationum libidines, infinita quædam cogunt, atque imperant, quæ expleri atque saturari nullo modò possunt. ¶ Composita sunt Exaturo, & Obsaturo, de quibus alibi.

Sătŭrātŭs, a, um, particip. idem quod Satiatus: quanquam volunt ita distinguere, vt Satiatus, ventris sit: Saturatus, animi. Corn. Front. *de voc. differ.* Saturatæ vestes murice, id est, tinctæ. Martial. *lib.8.*

Non

Non quicunque capit saturatas murice vestes,
Nec nisi deliciis conuenit esse color.

Senec. *cap.11. de consol. ad Helu.* Saturata multo conchilio purpura.

Sātŭllo,as,antiqui dicebant pro saturo. κορέννυμι, χορτάζω. Varro. Neque in puluere mihil coquam carnes, quibus satullem corpora & famem ventris. Nonius.

Sătŭrēiā, herba fragrantis odoris, quæ & cunila dicitur, & origanum Heracleoticum. { θύμβρα. GALL. Sarriette. ITAL. *Herba santoreggia.* GERM. Sedeney oder saturey/ein kraut. HISP. *Axedrea.* ANGL. *Sauery.* } Plin. *lib.19.c.8.* Thymbra, quæ & cunila: Hæc apud nos habet & aliud vocabulum, satureia, dicta in condimentario genere. Venerem ex Græco (vt quidam volunt) nomen sibi vendicat, quasi satyrea, à Satyris qui sunt in Venerem proni & salaces: vel à virili membro, quod σάθων Græci vocant. Dioscor. *lib.1.c.43.*

Săturæ palus, quæ & Pontina, iuxta Circeios fuit, XXIII. olim vrbium locus, vt ex Mutiani sententia tradit Plin. *lib. 3. cap. 5.* Hæc ad viam vsque Appiam pertingebat, vbi & nauibus traiiciebatur, inter Appij Forum, & Anxurem. Virg. *lib.7.*

——queis Iupiter Anxurus aruis
Præsidet, & viridi gaudens Feronia loco,
Qua Saturæ iacet alta palus, gelidúsque per imas
Quærit iter valles, atque in mare conditur Vfens.

Saturium, siue Satureium σατύρειον, vrbs Calabriæ fuit, non longè à Tarento. ¶ Stephanus quoque autor est, regionem Tarento vicinam Saturium, siue (vt ipse scribit) σατύριον nominari. Sunt tamen qui Saturum legant, de quo aliquid suprà in dictione *Satur.*

Sătŭrēiānŭs, satureiana, satureianum, possessiuum. Horat. *lib.1. Serm. sat.6.*
Me Satureiano vectari rure caballo.

Sātŭrnĭā, σατυρνία, Latij oppidum à Saturno conditum. Virg. 8. *Æneid.*
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem.

Sātŭrnĭānā colonia: Tuscorum vrbs mediterranea, Ptolemæo *lib. 3. cap.1.*

Sātŭrnĭānī, Hæretici à Saturnino quodam nominati, qui mundum solos angelos septem, inscio Deo, fecisse dicebant.

Sātŭrnīnŭs Tribunus plebis fuit seditiosus, qui quum perniciosis legibus Rempublicam perturbaret, sumptis ex Senatusconsulto armis, in Capitolio occisus est à Scæua quodam Qu. Crotonis seruo, cui idcirco libertas præmij loco data est. Fuerunt multis pòst annis, qui à C. Rabirio occisum dicerent: quo nomine ille à T. Labieno in iudicium vocatus, & perduellionis reus factus, à Cicerone defensus est pulcerrima illa oratione, quæ pro Caio Rabirio Posthumo perduellionis reo inscribitur. ¶ De Saturnino Plutarchus *in Mario.*

Sātŭrnĭŭs, mons quondam dicebatur, qui postea Tarpeius, deinde Capitolinus appellatus est.

SĀTVRNVS, in Italia rex Aboriginum antiquissimus: vnde Saturnia tellus Italia. Seru. *Georg. 2.* A poëtis fingitur fuisse antiquissimus deorum, qui ex Ope coniuge genuit Iouem, à quo postea cælo pulsus est. A Græcis dicitur κρόνος, quasi χρόνος, hoc est, tempus. A Latinis autem Saturnus, quòd annis saturetur, vt ait Cic *de nat. deor.* vel quia se in deuorandis filiis saturauit. Ex se enim natos comedisse fingitur, quia consumit ætas temporum spatia, annisque præteritis insaturabiliter expletur. Ouidius.

Tempus edax rerum, túque inuidiosa vetustas,
Omnia destruitis, vitiatáque dentibus æui
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

¶ Saturni templum ærarium instituit Publicola. Plutarch. *in Publicol.* Meminit & Suetonius *in Claud. cap.24.* Plaut. *in Amph.* faxo, vt bubulis coriis onustus sis Saturni hostia. Sunt qui Saturnum à Satu deducant, quoniam peritiam ruris, & satorum omnium primus edocuisse fertur. Quidā ab eo quod Græci σάθων, membrum virile nominant, propterea quod patris pudenda abscidisse, atque in mare proiecisse dicitur: vnde Venerem procreatam ferunt, quæ à spuma, vnde coaluit, Aphrodites nomen accepit ¶ Fratrem habuit Titanem maiorem natu, qui quum parenti succedere vellet, tamen animaduertens matrem sororésque Saturno magis fauere, regnum ipsi concessit ea tamen lege, ne Saturnus prolem masculam tolleret, vt regnum ad suam prolem rediret. Saturnus igitur quum plures liberos deuorasset, nati sunt gemini Iupiter & Iuno: tum mater Iunonem Saturno ostendit, Iouem verò clàm nutriendum ablegauit: adhibitis interim Corybantibus, qui cymbalorum, tympanorúmque pulsu obstrepant, ne pueri vagitus audiretur. Saturno autem, quum ille puerum deposceret, vt & ipsum deuoraret, Opis lapidem ei ostendit pannis inuolutum, eúmque partu illo à se editum simulabat: quem ille acceptum sine mora deuorauit. Neptunum quoque clàm Saturno Opis peperit, quem similiter clàm educari curauit. Tertiò rursus geminos enixa est, Plutonem & Glaucam: vbi rursus Glaucam Saturno ostendit, Plutonem abscondit. Verùm detecta tandem fraude, quum Titan resciuisset, fratri prolem masculam, suósque ea ratione regni successione pulsos esse, cum filiis, qui Titanes à patre cognominabantur, bellum aduersùs Saturnum suscepit, illúmque & Opem sorotem captos, muro inclusit: sed à Ioue filio deuictis Titanibus liberati sunt. Porrò Saturnus ex oraculo edoctus, fore vt à filiis regno pelleretur, quum ab hoc Ioui insidias strueret, ab eo regno pulsus, in Italiam profugit, vbi diu apud Ianum regem latitauit: vnde ea pars Italiæ Latium dicta est. Hoc regnante ætatem auream fuisse fabulantur, terrámque sua sponte expertem vomeris & aratri peperisse fruges: communes, & nullis destinatas limitibus agrorū possessiones fuisse.

‖ ¶ Saturni synecd. dicuntur seniores in familiis. ¶ Saturnus item est planeta septimus supra Lunam, vt nos loquimur. Veteres autem (Sole & Luna, quæ lumina peculiariter, exclusis) quinque stellas erraticas dicebant. Itaque Saturnus à Sole abest longissimè; & est frigidissimus. ‖

Sātŭrnĭŭs, a, um, ad Saturnum pertinens: vt pater Saturnius, id est, Iupiter Saturni filius: Iuno Saturnia, id est, filia Saturni, κρονίδης. Versus quoque quos olim Fauni, vatésque canebant, Saturnios nominabant, vt ait Varro.

Saturnia (verba sunt Festi) Italia; & mons, qui nunc est Capitolinus, Saturnius appellabatur, quòd in tutela Saturni esse existimatur.

Sātŭrnālĭā, orum, festa septem, seu quinque dierum mense Decembri Saturno dicata, quibus Romani synthesin vestem sumebant, seruísque discumbentibus inseruiebant, muneráque vltrò citróque mitti, remittíque solebant. { κρόνια. GERM. Die fästag Saturni so man zu Rom hielt im Wolffmonat. } Suetonius *in August. cap. 75.* Saturnalibus, & si quando aliis libuisset, modò munera diuidebat vestem, aurum, & argentum. modò nummos omnis notæ. Idem Sueton. *in Claud. cap.5.* rescripsit, Quadraginta aureos in Saturnalia & Sigillaria ei misisse. Idem *in Calig. cap. 17.* Saturnaliorum diebus diem adiecit Caligula nomine Iuuenalem. Plutarch. *in compar. Num. & Lyc.* Saturnaliorum libertate seruili.

Sātŭrnālĭtĭŭs, a, um, quod ad Saturnalia pertinet. κρόνιος. Martialis *lib. 5.*
Saturnalitia ligulam misisse selibræ.
Saturnalitiæ nuces, apud eundem *lib.6.*

Sătŭro, as, vide *Satur.*

Sătŭs, vide *Sero.*

SĂTYRĂ, æ, σατύρα. Quasi satura dici videtur, ob carminis varietatem, seu propter copiam rerum quæ ibi tractantur. Est enim Satyra carmen maledicum, & ad carpenda vitia compositum, quale scripserunt Lucilius, Horatius, Iuuenalis, Persius. Accepit & id carminis genus titulum, quòd personis, factísque satiatum abundare videatur. Quidam à Satyra lance, quæ referta multis, variísque primitiis in sacrificiis diis offerebatur. Alij à lege Satyra dictam existimabant, quæ vno rogatu multa simul complectebatur. de qua lege Salust. *in Iugurth.* Deinde quasi per Satyram sententiis exquisitis in deditionem accipitur. Varro à quodam farciminis genere, quod multis referciebatur dictam Satyram esse scribit. Vnde in secundo libro Plautinarum quæstionum habetur, Satyra est vua passa, & polenta, & Nuclei pinei ex musto conspersi. Sunt qui à Satyris deriuent, quòd in hoc genere carminis res ridiculæ, pudendæque scribuntur: quemadmodum proferri à Satyris solent. Donatus *in Terent.* Deinde aliud genus fabulæ, id est, Satyra, sumpsit exordium: quæ à Satyris, quos illotos semper ac petulantes esse legimus, vocitata est. Potest etiam dici, Satyram ideò vocatam, quòd in antiqua Satyra introducebantur Satyrorum personæ, aut si quæ erant ridiculæ similes Satyris. Duo quippe Satyrarum genera fuisse constat: alterum antiquius, quod sola carminum varietate constabat: alterum recentius, apertam hominum reprehensionem continens, & acrem vitiorum obiurgationem.

Sătyrĭcŭs, σατυρικὸς, quod ad Satyram pertinet, aut Poëta ipse qui Satyram scripsit. Item libidinosus, licentiosus, scopticus. Synecd. gen. & metaphor.

Sătyrĭcē, aduerbium, Acriter, cum conuitio.

Sătyră, auis, vel vt alij legunt Satyria, à L. Floro pro coruo accipitur. Verba eius sunt hæc, Quum singulari certamine Manlius aureum torquem Barbaro detraxisset, inde Torquati. Iterum in Pontino agro, quum in simili pugna L. Valerius insidente galeæ Satyra alite adiutus, Gallum vicisset, inde Coruini. Quo in loco illud quidem constat, Satyram auem, pro coruo accipi, cur tamen ita dicatur, video à plerísque omnibus ignorari. Quidam ad naturam eius auis id referunt, quòd sola sit Satyrorum more, & ad libidinem procliuior. Quinetiam Anaxagoras ore coire credidit: quod tamen negat Aristoteles. Olim tamen vulgò ita persuasum fuisse satis constat ex Martialis disticho,

Corue salutator, quare fellator haberis?
In caput intrauit mentula nulla tuum.

Verisimilius tamen est, Satyram auem dictam à loco quo res gesta est. Constat enim non modò Flori, verumetiam Liuij & Gellij testimonio *c.11. lib.11.* singularem hanc Valerij cum Gallo pugnam in agro Pontino factam fuisse, quem agrum palus alluebat, quam Plinius Pontoniam, Virgilius Saturæ, siue Satyræ paludem appellat. Satyra itaque auis dicta videtur, quasi auis Satyræ paludis. Coruos enim locis aquosis delectari, autor est Theon. apud Aratum, propterea quòd corpora eorum vehementissimè inaruerint. Vide Cæl. Rhodig. *lib.19.c.25.*

Sătyrī, { שעירים *Schirim.* σάτυροι. GERM. Satyri sind vierfüssige thier in wälden vnnd bergen Indie/haben menschliche gestalt. } Dicti sunt quòd in libidinem semper proni sint, à virili membro, quod veteres Græcè σάθων appellabant. Hi sunt (vt Plinius *lib.7. cap.2.* ait) animalia quadrupedia, in subsolanis Indorum montibus pernicissima, humana effigie, rectè currentia. Veteres huiusmodi monstra pro syluestribus diis coluerunt, cuiusmodi à D. Antonio visum fuisse in eremis Ægypti, autor est Hieronymus *in vita Antonij.* Vidit homunculum (inquit) aduncis naribus, & fronte cornibus aspera, cui extrema corporis in capratum pedes desinebant. Et præmisso signo crucis, quum quisnam esset, interrogasset Antonius, respondisse fertur, Mortalis ego sum, vnus ex accolis eremi: quos vano errore delusa gentilitas, Faunos, Satyrósque, & Incubos appellat. ¶ Satyrus captus, ad Syllam adductus est, Plutarch. *in Sylla.*

Sătyrōrum insulæ, σατύρων νῆσοι, sunt tres contra Indiam extra Gangem sitæ, sicut Ptolem. *lib.7.* scribit: quas qui habitant, caudas habere dicuntur, quales Satyris pinguntur.

‖ Satyricus, a, um, σατυρικὸς, ή, όν, ad satyros pertinens. Item libidinosus, licentiosus, scopticus, synecd. & metaph. Hinc satyrica poësis, satyricum drama. ‖

Sătyrĭcum signum, id est, Priapi effigies, quæ in hortis constitui solet, ad fascinationes hortorum arcendas σατυρικὸν ἄγαλμα. Plin. *lib.19 cap.4.* Quam rem comitata est, & religio quædam, hortósque & fores tantùm contra inuidentiam fascinationes dicari videmus. In remedio satyrica signa: quanquam hortos tutelæ Veneris assignante Plauto.

Sătyrĭă, satyriæ, σατυρεία, cibus ex variis compositus herbis.

‖ Satyrus, σάτυρος, animal ex simiarum genere. Item spectrum diabolicū, cui per poëtarum licentiam multa quoque sunt affecta. Est etiam fluuij nomen in Aquitania, cuius meminit Lucan. *lib.1.*
Satyriscus, paruus satyrus. Bud.
Satyrismus, tuberculum prælongum.
Satyristæ, pantomimi. Salmat. ‖

——tunc rura Nemetis
Qui tenet, & ripas Satyri qua littore curuo, &c.

Satyriasis, vel Satyrismus, σατυρίασις, σατυρισμός, Pulsus testiũ, & velut singultus quidam inguinis, sequens inflammatam quandam passionem seminalis receptaculi, cum intentione, & tentigine. Quòd si non cessauerit pulsus ille, solent seminis receptacula intendi, vel spasmus nasci. Satyrismus, inquit Gal. *lib.2. Methodi.* est virilis membri præter naturam arrectio. σαθυελᾶν enim Græcis arrigere est, & rei venereæ pruritu extimulari. Idem & Priapismus dicitur, ab obscœno hortorum custode ducto nomine qui veretro prægrandi sculpi solet, & erecto.

Satyrium, σατύριον, herba foliis lilij rubri aliquanto minoribus, tribus non amplius à terra exeuntibus, caule læui, cubitali modo, radice gemina. Vulgus *Testiculum sacerdotis* appellat. ¶ Est & alterum Satyrij genus, quod ἐρυθρόνιον cognominant, siue ἐρυθρόκηκον, Venerem etiam si manu tangatur, extimulans. Semen habet lini, eóque maius, durius & læuius. Est & tertium, cognomento βασιλικόν, foliis nigra plumbagine maculosis, reliqua superficie cynosorchi similibus, radix est lutea, crebrísque ramis, ad manus effigiem accedens, Officinæ *Palmam Christi* appellant. Denique herbas propemedum omnes libidinis desiderium extimulantes, Græci Satyrij nomine sunt complexi. ¶ ‖ Satyrium fera quadrupes, quæ victum ex lacubus & fluuiis petit, hinc dicitur, ‖ Satyrion bibisse, i. ad libidinem incitatum esse atque inflammatum. Petronius Arbiter, Adeò vbique omnes mihi videbantur Satyrion bibisse.

Saucio, as, are, Vulnero. { פצע patsáh κατατραυματίζω. GALL. *Blesser, naurer.* ITAL. *Ferire impiagare.* GERM. Verwunden/vbel wirsen. HISP. *Herir llagar.* ANG. *To hurt or wound.* } Cicer. 3. *Verr.* Serui nonnulli vulnerantur: ipse Rubrius in turba sauciatur. Colum. *lib.6.c.14.* Ferro palatum opus est sauciare, vt sanguis profluat. Idem *lib.4.c.25.* Sauciandа ferro est atque exulceranda vitis in ea parte qua pampinum studemus elicere. Ouid. 3 *de Arte,*

——tenues à pectore vestes
Rumpit & indignas sauciat vngue genas.

Sauciatus, a, um, participium, Vulneratus. { פצוע patsúah חלל chalál. ὁ τρωθείς, τραυματισθείς. GALL. *Blessé, nauré.* ITAL. *Ferito, impiagato.* GERM. Verwundet. HISP. *Herido. llagado.* ANGL. *Huet, wounded.* } Colum. *lib.1.c.1.* Siue quis (quod plerunque accidit) sauciatus in opere noxam ceperit, &c.

Sauciatio, nis, verbale, Vulneratio. { פצע pétsah. κατάτρωσις, τραῦμα. GALL. *Blesseure, naureure.* ITAL. *Esso ferire, impiagare.* GERM. Verwundung. HISP. *Herimiento de llaga.* ANGL. *A hurting, worunding.* } Cicero *pro Cæcinna*, Et sauciatio quæretur quum fugam factam esse constabit.

Saucius, a, um, Vulneratus. { פצוע patsúah חלל chalál. τραυματίας. GAL. *Blessé, nauré.* ITAL. *Ferito, impiagato.* GER. Verwundt. HISP. *Herido con llaga.* ANG. *Hurt, wounded.* } Virg. 2. *Æneid.* Quales mugitus, fugit quum saucius aram Taurus. Cæs. 3. *bell. ciu.* Sauciorum modo, & ægrorum habita ratione. Cic *pro Cæcinna*, Nemo, inquit, occisus est, neque saucius. Saucios cum cura reficit. Salust. *Iugurth.* 96. ¶ Transfumitur & ad animum: vt, amore saucius, idem *pro Cæl.* ex vetusto quopiam Poëta, Medea amore sæuo saucia. Idem Virg. *in principio 4. Æneid.*

At regina graui iamdudum saucia cura,
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni,

Ouid. 4. *Fast.*

Saucius aut sanus nunquam tua signa reliqui.

¶ Saucius fatigationis, id est, fessus, seu fatigatus. Apul. *lib.2. de. Asino*, Mihi verò fatigationis hesternæ etiam nunc saucio da veniam.

Sâucior, Sauium, vide *Suauium.*

‖ Sauic, ptisana, vox Arab. סויק, quia aliquid sorbile.

Sauillum, placentæ genus quoddam apud Catonem *c.84.* à suauitate dictum. *Sauium* est suauium huius diminutiuum *Sauillum*, & *Sauiolum.* Turneb. *lib.23. 10.* ‖

Sauo, nis, fluuius est in finibus Campaniæ. Plin. *lib.3.c.5.*

Sauona, Ptolem. *lib.3.c.1.* Sabbatium, Plin. Sabbatia Pompon. vrbs Liguriæ notissima, vulgò *Sauone.*

Saura, σαῦρα, Lacerta quæ in maceriis, & in sepibus delitescit. Est & piscis nomen quem & Latini lacertam nominant.

Sauria, siue Saurea nomen serui in Comœdia Plauti cui nomen Asinaria.

Saurion, est sinapi species. Plin.

Saurites, æ, σαυρίτης, gemmæ species quæ in ventre viridis lacertæ traditur inueniri Plin. *lib.37.c.10.*

Saurix, auis de qua infrà in dictione *Sorix.*

Saurocionos, ‖ σαυροκτόνος, lacertæ necator. Epitheton, Apollinis. ‖

Sauromatæ, σαυρομάται. Populi Septentionales, qui & Sarmatæ dicuntur; quorum alij Asiatici sunt, alij Europæi, Tanaide fluuio discreti: de quibus vide plura suprà in dictione SARMATA. Ouid. *Eleg. lib.3. Trist.*

Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit, &c.

‖ Saurus, marinus piscis. Rondel. ‖

Saurus, nobilis statuarius, cuius opera commemorat Plin. *lib.36.c.5.*

Saus, σαῦος Ptolemæo, fluuius est apud Carnos ortum habens, & circa Liburniæ montes, non procul à Paurono oppido (hodie albam Græcam vocant) in Danubium prolabens. { Die Sauw in Vngeren. }

‖ Sausatismus, aridæ linguæ, & hærentis affectio: linguæ hæsitatio. Bud. Saxa, saxi, breues gladij. L.g.b. ‖

SAXONES, σάξονες, Illustres Alemaniæ populi, qui Angelæ Reginæ auspicio Angliam deuicerunt. Hos Ptol. non longè à Cimbris in Oceani Septentrionalis littoribus, & paludibus inuiis constituit, *lib.3.c.11.*

‖ Saxonia, Sachsen/Germaniæ regio amplissima, ducatus, & Electoratus dignitate nobilis, cuius metropolis est VVittemberga, ad Albim, Academia anno 1502. instituta ‖

Saxum ferratum & SAXOFORATVM, teste Volaterrano, oppidum in Piceni, atque Vmbriæ finibus situm: ita appellatum à Ferro, propter fodinas ferrarias, quas eo in loco multas fuisse earum reliquiæ ostendunt. Sentinum σέντινον, à veteribus dicebatur; à Sentino amne iuxta mœnia labente, quem nunc quoque incolæ Sentinum vocant.

SAXVM, i, Maius, asperius, duriúsque quàm lapis: licèt quandoque saxum pro lapide ponatur. { סלע saláh צור tsúr אבן ében. λίθος. GALL. *Caillou, pierre, roche ou rocher.* ITAL. *Sasso, pietra quadrello.* GERM. Ein grosser rauher vnd harter stein. HISP. *Piedra tosca y no labrada.* ANG. *A rocke.* } Cic. *pro Cæcin.* Qui saxa iacerent. Ouid. *de Nuce*, A populo saxis prætereunte petor. Virg. 2. *Æneid.*

Iámque faces & saxa volant, furor arma ministrat.

Idem 2. *Georg.*

Adde tot egregias vrbes, operúmque laborem,
Tot congesta manu præruptis oppida saxis.

Ouid. 13. *Metam.*

Saxa moues gemitu.

Idem *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Saxa memor refero rursus ad icta pedem.

Senec. De saxo præcipitata, incesti damnata vixit. ¶ Voluere saxum dicuntur, qui inexhausto quopiam, atque inutili labore fatigantur. Terent. *in Eunuch.* Satis diu iam hoc saxum voluo. Donatus admonet prouerbium fuisse dictum in eos qui inextricabili sudore affligerentur: tractúmque putat è notissima Sisyphi fabula, saxum apud inferos sursum ac deorsum voluentis. Ad quem respexit & Virg. 6. *Æneid.*

Saxum ingens voluunt alij, radiisque rotarum
Districti pendent, &c.

¶ Ponitur aliquando pro scopulo, seu monte saxoso, πέτρα. Plaut. *in Most.* Iterum iam ad vnum saxum me fluctus efferunt. Virg. 1. *Æneid.*

Pérque vndas superante salo, pérque inuia saxa
Dispulit.

Ouid. 3. *Metam.*

Per rupes scopulósque, aditúque carentia saxa.

Virg. 2. *Æneid.*

——stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

Idem 2. *Georg.* Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. Ouid. *in Fast.*

Saxum locus Roma, pars bona montis.

¶ Inter sacrum saxúmque stare, est in summo periculo esse, Plaut. *Capt. sc.4.a.3.* Nunc ego inter sacrum saxúmque sto, nec quid faciam scio, &c. Prouerbium hoc sumptum puto à victimis, nempe porcis fœminis, quæ in fœderibus faciendis, saxo à Sacerdote feriebantur.

Saxulum, i, diminutiuum. { λίθιον. GALL. *Petit caillou.* ITAL. *Picciol sasso.* GERM. Ein steinlin/felslin. HISP. *Pequeña piedra tosca.* ANGL. *A litle rocke.* } Cic. *lib.1. de Orat.* Vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam.

Saxetum, i, locus saxosus, & petricosus. { πετρώδης τόπος. GALL. *Vn lieu pierreux.* ITAL. *Luogo sassoso, pietroso.* GERM. Ein steinächtig oder felßächtig orth. HISP. *Lugar pedroso.* ANGL. *A place full of rockes or stones.* } Cic. *pro Lege Agraria.* Quod solum tam exile & macrum est, quod aratro perstringi non possit? aut quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret?

Saxetanus, adiect. quod inter saxa habitat. πετραῖος, λιθαῖος. Mart. *lib.7.*

Quum saxetani ponatur cauda lacerti.

Saxeus, a, um, quod è saxo est. { λίθινος. GALL. *De cailloux, ou de pierre, dur comme pierre.* ITAL. *Fatto di sasso, duro come sasso* GERM. Steinin. HISP. *Cosa de materia de piedra.* ANGL. *Of a rock, hard lik a rocke or stone.* } Lucret. *lib.1.*

Strataque iam vulgi pedibus detrita viarum
Saxea conspicimus.

Lucan. *lib.4.*

Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu.

Ouid. 12. *Metam.*

——socium quoque saxea moles
Oppressit spatio stantem propiore Cometem.

Pons saxeus, Lucan. *lib.4.*

Saxosus, a, um, Saxorum copiam habens: vt, Saxosa via, quæ saxis abundat. { πετρώδης. GALL. *Pierreux.* ITAL. *Sassoso, pieno di pietre.* GERM. Steinächtig/vol steinen. HISP. *Cosa llena de piedras toscas.* ANGL. *Full of rockes or great stones.* } Colum. *lib.5. cap.10.* Loca aprica calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat. Saxosus frutex, in saxis crescens, vel saxosis locis. Plin. *lib.15.c.7* Simillimum huic inest, & chamæleæ frutici saxoso. Virg. 5. *Eclog.*

————nec qua
Saxosas inter decurrunt flumina valles.

Idem 2. *Georg.*

Fluminibus salices, crassisque paludibus alni
Nascuntur, steriles saxosis montibus orni.

Saxatilis, quod saxa incolit. { πετραῖος. GALL. *Qui est parmi les pierres, pierreux.* ITAL. *Ogni cosa che sta fra gli sassi.* GERM. Das in steinen oder felsen wonet. HISP. *Cosa que esta entre las piedras toscas.* ANGL. *That in habiteth rockes, or is stonie.* } vt, piscis saxatilis. Colum. *lib. 8. cap. 16.* Rursus optimè saxosum mare nominis sui pisces nutrit, qui scilicet, quòd in petris stabulentur, saxatiles dicti sunt: vt merulæ, turdique, nec minus melanuri. Saxatiles aues, quæ saxa incolunt. Varro 3. *de re rust. cap.7.* Vnum agreste, vt alij dicunt, saxatile, quod habetur in turribus, ac columinibus villæ, à quo appellatæ columbæ. Piscatus saxatilis, qui fit inter saxa. Plaut. *in Rud.* Piscatum hamatilem, saxatilémque aggredimur.

Saxificus, a, um: vt, Os saxificum: id est, vultus aspicientes in saxa vertens. { πετροποιός, λιθοποιός. GALL. *Qui fait deuenir pierre ou caillou.* ITAL. *Che conuerte qualche cosa in sasso.* GERM. Das zu steinen machet. HISP. *Cosa que haze ò cria piedras.* ANGL. *That maketh rockes or stones.* } Senec. *in Herc. Furen.* Tete laborum socia, & adiutrix, precor Belligera Pallas, cuius in læua ciet Ægis feroces ora saxifico minas. Ouid. 5. *Metam.*

Vincis, ait, Perseu: remoue tua monstra: tuaque
Saxificos vultus quæcunque ea, tolle Medusæ.

Saxifragum, i, vel Saxifraga, æ, vel Saxifragia, æ. σαξίφραγον. Dioscoridi, Herba, à frangendis in corpore calculis appellata: vel quòd in locis saxosis quum enascatur, saxa ipsa frágat. Vulgus *Saluiam vitam* appellat. ¶ Saxifragia pro Pimpinella apud Nicol. Myrepsum *in Serapio* ex Arthemisia, teste Fuchsio. ¶ Saxifragum est Adiantum nigrum Plinio, sic dictum à frangendis calculis potius quàm quòd in saxis nascatur, *lib.*

lib. 22. cap. 21. Samonicus *cap. de vesica*, Saxifragam, seu Saxifragum, &c.
|| Saxifraga, herba. Vocatur autē saxifraga pimpinella, etsi vetus versus distinguat:
Pimpinella pilos, saxifraga non habet vllos.
Est & alia saxifraga alba: item saxifraga aurea: item saxifraga lutea, quæ melilotus, &c. ||
Saxifragæ vndæ, Cic. 3. *de Orat.*
|| Saxius, item saxa, breuis gladius: vox Saxonica. Gotfridus Viterbiensis *Chron. part.* 15.
Ipse breuis gladius apud illos saxa vocatur. ||

S C

Scăbĕllum, vide *Scamnum.*
Scăbĕr, bra, brum, Scabiosus. { שעיר *sabir.* ψωραλέως. GALL. *Rude & aspre à manier.* Item *Rongneux, galleux, rapilleux, teigneux.* ITAL. *Aspro, scabroso.* GERM. Rauch vnzugreiffen / schebig. HISP. *Aspero, barrancoso.* ANGL. *Rough to handle.* } Cato *de re rustica cap.* 66. Si hæc sic feceris, non scabræ fient, & lanæ plus, & meliorem habebunt. Columell. *lib. 2. cap. 4.* Hoc modo curatum pecus toto anno scabrum fieri non potest. Varro 2. *de re rust. cap. 2.* Non enim solùm ea vligo lanam corrumpit ouium, sed etiam vngulas scabras fieri cogit. Ouid. 4. *Fast.*
Parce precor scabrásque manus à messibus aufer.
Idem, Scabras molas vocauit, *lib. 6. Fast.* ¶ Quoniam verò quæ scabiosa sunt, cutem asperam habent, factum est, vt scabrum pro aspero ponamus, & impolito. τραχύς. Virg. *lib. 1. Georg.* Exesa inuenies scabra rubigine pila. Cic. 4. *Tusc.* Pectus illuuie scabrum. Celsus *lib. 7.* At vbi scabri vngues sunt, circum aperiri debent, quà corpus contingunt. Scabro aspectu, res, pro Re quæ aspectu scabra apparet. Plin. *lib. 12. c. 25.* Balsamo tria genera, Tenui & capillacea coma, quod vocant eutheriston. Alterum scabro aspectu incuruum, &c.
Scabrōsus, a, um, Plenus scabritia. { שעיר *sabir.* τραχώδης. GALL. *Scabreux, rude & aspre à manier.* ITAL. *Rozzo, aspro nel toccare.* GER. Vol rauhe / schrundechtich. HISP. *Aspero, barrancoso.* ANGL. *Full of roughnesse in handling.* } Plin. *lib. 20. c. 21.* Hippolapathi radices priuatim vngues scabrosos detrahunt.
Scabris, illuuies: sicut scaber sordidus, eo quòd sordes inæqualem faciant superficiem.
Scabrum i, substantiuum, neut. gen. Scabrities, τραχύτης. Plin. *lib. 37. cap. 2.* Infestantur plurimis vitiis Scabro, ferrugine, maculosa nube, &c. de crystallis.
Scabrātus, a, um, adiect. τετραχυσμένος. Col. *lib. 4. c. 24.* Quo plerunque fit, vt quod præcidi debeat, perfringatur, & sic vitis laniata scabratáque putrescat humoribus.
Scabrēdo, inis, Scabrities, hoc est, asperitas, & inæqualitas. τραχύτης, Quo vocabulo vsus est Hieronymus *in diui Hilarionis vita.*
Scabrĭtĭă, æ, & Scabrities, ei, Asperitas. { τραχύτης, GALL. *Aspreté & dureté au toucher.* ITAL. *Asprezza che si sente nel maneggiare.* GER. Rauhe / oder schebigkeit. HISP. *Aspereza.* ANG. *Roughnesse in handling.* } Vnde Plin. Vnguium scabritiam dixit. Nonnunquam accipitur pro scabie. Col. *lib. 7. cap. 5.* Potest etiam scabritiem tollere succus viridis cicutæ.
Scabro. Vlpian. *l. 11. §. vlt. D. de edil. edict.* Trebatius ait, non esse morbosum, os alicui olere, velut hircosum, scabronem vulgò leg. *strabonem.* At (inquit Cuiacius *lib. 11. obs. cap. 10.*) quid est quòd hircoso Trebatius adiungit strabonem? Hic enim oculorum, non oris vitio laborat. Itaque lege *scabronem*, vt sit, qui dentes, aut gingiuas illuuie scabras & spurcas habet, quod vitium est veteribus *scabres* & *scapres*, nouis *scabrities.*
Scăbĭēs, iei, Asperitas cutis cum pruritu, natura corporis interiora expurgante, noxiósque humores foras expellente. { חרס *gharás chéres.* ψώρα. GALL. *La rongne.* ITAL. *Rogna, scabbia.* GER. Raud. HISP. *La sarna ò semejamente.* ANG. *A scab, a scalde or scabbednesse.* } Iuuenal. *Satyr. 2.*
———sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci,
Vuaque conspecta liuorem ducit ab vua.
Virg. 3. *Georg.*
Turpis oues tentat scabies, vbi frigidus imber
Altius ad viuum persedit, &c.
Ouid. *de Arte.*
Vt mala quem scabies, aut morbus regius vrget.
¶ Quoniam verò scabiem comitatur pruritus, pruritum autem scabendi cupiditas, & ex fricatione quædam voluptas: factum est, vt scabies pro voluptatis illecebris accipiatur. Cicer. 3. *de legibus*, Nos voluptatis blanditiis corrupti, quæ naturâ bona sunt quia dulcedine hac & scabie carent, non cernimus satis.
Scabidus, scabie infectus.
Scābĭōsus, qui scabie laborat. { ψωραλέος. GAL. *Rongneux, teigneux, galleux.* ITAL. *Rognoso.* GERM. Reudig / schebig. HISP. *Lleno de sarna.* ANG. *Scabbie or full of scailles.* } Persius Satyr. 2.
———nanque est scabiosus, & acri
Bile tumet.
Col. *lib. 11. c. 1.* Nam si paucioribus diebus detur, vt ait Hyginus, per ver scabiosi boues fiunt.
Scabiosa, herba, dicta quòd scabiem sanet: & quòd apostemata.
Scăbo, is, itum, Frico, scalpo. { גרד *gharádh.* κνάω, κνίζω. GALL. *Galler, gratter.* ITAL. *Grattare, fregare.* GERM. Jucken / kratzen / schaben / gyffen. HISP. *Rascar la sarna ò comezon.* ANGL. *To scratch or clawe.* } Plin. *lib. 8 cap. 27.* Si verò squamæ obtorpuere, spinis iuniperi se scabit. Horat. 1. *Serm. Satyr. 10.*
——— & in versu faciendo
Sæpe caput scaberet, viuos & roderet vngues.
|| Scabillus, vel Scabillum, crepitaculi genus. ||
Scabinus. Gloss. Scabini auditores comitum, an adiutores? aut auditores, qui audiunt ex comitibus causam, & ius dicunt. Gloss. Apud Germanos, qui iurisdictioni præerant, Comites dicebantur, quibus adiuncti erant scabini. || dicitur etiam Scabineus, & Scabinius. Gall. *Escheuin.*
Scabno, qui dentes, aut gingiuas illuuie scabras aut spurcas habet. Vlp. l. 11. §. vlt. D. de ædil. edict. Trebatius ait non esse morbosum, os alicui olere, vel hircosum, scabronem sic legi vult Cuiac non *Strabonem*, cùm hic oculorum, non oris vitio laboret.
Scachum, furtum, vnde ludus scachorum, i. latrunculorum ludus. Inde Scachus, vel scacus, latrunculus, calculus.
Schaddai, Deus dicitur in Hebræis Bibliis. ||
Scæa, porta, σκαιὰ πύλη. Vrbis Troianæ porta fuit, fatali Laomedontis sepulchro nobilitata: ita dicta (vt Grammaticis placet) quòd ad sinistrum, hoc est, Occidentale vrbis latus sita esset. In Augurum enim disciplina quæ Ortum spectant dextra: quæ Occasum sinistra dicuntur, Strabo tamen *lib. 13.* videtur sentire Scææ portæ nomen à Scæis Thraciæ populis sumptum fuisse, cum quibus Troianos multa nomina communia habuisse ostendit Virg. 3. *Æneid.*
———& arentem Xanthi cognomine riuum
Agnosco, Scæaque amplector limina portæ.
Scævă, substantiuè, sinistra manus. Auspicium sinistrum, quod ad sinistram accidit. Auspicium felix: signum cuiuslibet euentus. ¶ Scæua item qui sinistra manu vtitur pro dextra, & dextra pro sinistra. { ימינו ואטר יד *iettér jadh jeminó* שמאלי *semali.* σκαιός. GALL. *Gauchet, senestre, gauche, mal droit.* ITAL. *Mancino, sinistro*, GERM. Ein lingkerauss. HISP. *Cosa izquierda.* ANGL. *That vseth the left hand in stead of the right.* } Hoc nomine dictus fuit fortissimus quidam Cæsaris miles, qui apud Dyrrachium, magna Pompeianorum vi oppugnatus, multisque vulneribus acceptis, adduci tamen non potuit vt castelli sibi commissi custodiam desereret. Sueton. *in Cæs. cap.* 68. Scæua excusso oculo, transfixus femore & humero, centum & viginti ictibus scuto perforato custodiam commissi castelli obtinuit. ¶ Scæua, omen, augurium. Plaut. *in Casina*, hac ibo, caninam scæuam spero meliorem fore. Est verò canina scæua, cùm canis latrat & ringitur.
Scæuŭs, a, m, adiectiuum, Bonum significat eam ob causam, vt inquit Varro, quòd quæ sinistra sunt bona auspicia existimantur. Quò respiciens Plautus peritè dixit, Aue sinistra auspicio liquido.
Scæuitas, scæuum esse: improbitas, infelicitas. Apul.
Scæuŏlă, σκαιολας, Quinti Mutij cognomen fuit, inde tractum; quòd ex quo in Porsenæ castris dextram exussisset, eius loco sinistra fuerit vsus, σκαιὰν enim Græci sinistram vocāt. Vnde Scæuæ, & per diminutionem Scæuolæ dicti sunt, qui sinistra dextræ loco vtebantur. Aliam huius nominis causam adducit Varro *lib. 6. de L. L.* Pueris, inquit, turpicula quædam res in collo suspenditur, ne quid obsit bonæ scæuæ, inde Scæuola appellatus.
Scālă, æ, scalarum, vtroque modo dicitur, à scandendo, quòd his altiora scandamus. { סלם *sullám.* κλῖμαξ, κατῆλιψ. GALL. *Eschelle.* ITAL. *Scala.* GERM. Ein leiter / stägen. HISP. *La escalera.* ANGL. *A ladder.* } Nam propriè scalæ sunt, quæ ex pluribus gradibus constant. Distinguunt quidam sic, Scala est quæ ex teretibus lignis, aut funibus aliáve materia simili huc atque illuc transferri potest: scalæ verò, quæ latiores habent gradus, & immobiles permanent. De hac Plin. *lib 14. cap. 1.* Etiamnum scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur. De illa Caius Iurisc. Vel scalam sciens accommodauerit ad ascendendum. Sed sæpe confunduntur, & scalæ magis in vsu esse, quàm scala dicimus. Salust. *in Iugurth.* Vnæ atque alteræ scalæ cōminutæ sunt: qui supersteterant afflicti sunt. Non dixit, Vna atque altera, singularem numerum tanquam parum vsitatum refugiens. Cicer. *pro Milone*, Quum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. ¶ Scalæ quibus per gyrum ascendimus, à cochleæ forma cochlides, & cochleæ dicuntur: quæ verò ex lignis teretibus constant, siue cannabinis funibus, à Capaneo inuentæ primùm fuerunt: vt est apud Vegetium *de re militari.* Gell. *c. 15 lib. 10.* Scalæ Græcè κλίμακες appellantur. ¶ Scalæ anulariæ, locus Romæ. Suet. *in Aug. c. 72.* Habitauit primò iuxta Romanum forum supra scalas anularias, in domo, quæ Calui Oratoris fuerat.
Scalaris, e, simile scalis. Hadr. Iun.
Scalabis, σκαλαβις, Lusitaniæ oppidum, alio nomine Præsidium Iulium appellatum, teste Plin. *lib. 4. c. 22.*
Scāldĭs, { Die Schelde / ist ein fluss in Brabant. } Insignis fluuius est in confinio Germaniæ & Galliæ Belgicæ: quas regiones suo alueo ad Septentrionem disterminat, Antuerpiam clarissimum orbis Christiani emporium alluens, marisque æstu refluus, & bissenis quotidie horis versus caput recurrens Plin. *lib. 4. c. 17.* A Scalde ad Sequanam Belgica. *Ibid. c. 13.* Toto autem hoc mari ad Scaldum fluuium, Germanicæ accolunt gentes, haud explicabili mensura.
|| Scalenus, a, um. Euclid. *lib. 1. 25.* σκαληνὸν est, quòd tria inæqualia habet latera. Martianus: σκαληνὸν, quod omnes tres lineas inter se inæquales habet.
Scalenās Græcè, Latinè gradatim: vt bis, ter, quater.
Scalholtum, *Scalholt*, V. E. Islandiæ insulæ, sub A. Nidrosiensi.
Scalis, *Scala*, V. E. Picentinorum, apud Amalphim, sub A. Amalphitano. ||
Scālmus, { σκαλμός. GALL. *La cheuille d'vn nauire, à laquelle on attache l'auiron.* ITAL. *Palaschermo, legno rondo al quale si ligano i remi.* GER. Der nagel oder rund holtz darauff man das ruder legt / ein ruder klaffen. HISP. *El escalmo en que se ata el remo.* ANG. *The brode end of the oare* } Lignum teres, cui nautæ remos loro quodam alligant: siue lignum crenatum, ac fenestratum in apsidem, rapiens remum, vt facilius, & solidius impellatur. Cic. *de clar. Orat.* At verò contrà Crassus ab adolescente delicato, qui quum in littore ambulans scalmum reperisset, eámque ob rem ædificare nauim concupiuisset, exorsus est. Idem 1. *de Orat.* Nauicula duorum scalmorum. Idem 3. *Offic.* Venit ipse maturè: scalmum nullum videt, hoc est, nullam non modò videt scapham, sed ne scaphæ quidem scalmum. Velleius, Nauis quatuor scalmorum, &c. Hinc Interscalmus & Decemscalmus: de quibus suis locis.
Scalpĕllum, Scalper, vide *Scalpo.*
|| Scalpetum, vdo, calceus. L. g. b. ||
Scālpo, scalpis, scalpsi, scalptum, Scabo, frico. { גרד *gharádg.* κνάω, κνίζω. GALL. *Gratter, galler, grauer, tailler.* ITAL. *Grattare, intagliare, scolpire.* GERM. Kratzen / schaben / scharren. HISP. *Escaruar, rascar, ò raspar.* ANG. Te

To scratch or clawe, to carue or graue. } Plin. *lib.* 9. Attritúque petræ scalpentes pisces pruritus inuadit. Iuuen. *Satyr.* 9.

——— vndique ad illos
Conueniunt, & carpentis, & nauibus omnes,
Qui digito scalpunt vno caput.

Col. *lib.* 7. *c.* 5. Vitiosum locum pecudes aut morsu scalpunt, aut cornu, aut vngula tundunt. ¶ Scalpere, item gallinæ, cæteréque id genus aues dicuntur, quum escam humi quærentes, pedibus dissipant quisquilias. ¶ Scalpere item gemmam, aut aliquid aliud, inquit Diom. *lib.* 1. dicimus, non sculpere: quod si verum est, innumeri ferè libri mendosi erũt, in quibus sculpo, sculptor, sæpissimè occurrunt. { פתח *pittách* חק *chak* חקק *chikkáh.* γλάπτειν. }

Scalptus è saxo. Cicer. 4. *Acad.* Non enim est è saxo scalptus, aut è robore dolatus: habet corpus, habet animum, mouetur mente. Vetus codex legit, *sculptus.*

Scalptŏr, is, qui scalpit: vt, Scalptor gemmarum, sculptor, & incisor. { מפתח *mephateách.* γλάπτης. GALL. *Tailleur, ou graueur.* ITAL. *Intagliatore, scultore.* GERM. Ein graber. HISP. *Escaruador, esculpidor, ò entallador.* ANGL. *A grauer or caruer.* } Plin. *lib.* 37. Expetuntur a scalptoribus, ferróque includuntur, nullam non duritiam ex facili cauantes.

Scalptorium, quid, Martialem *Epigr.* 83. *lib.* 14. adi.

Scālptūrā, æ, Scalpendi actio. { פתוח *pittúach* מקלעת *miklahath.* γλυφή. GALL. *Tailleure, ou graueure.* ITAL. *Intagliatura, scultura.* GERM. Das graben. HISP. *Esculpidura ò entalladura.* ANGL. *A graning or caruing.* } Plin. *lib.* 37. *c.* 7. Omnia autem hæc genera, scalpturæ contumaciter resistunt. Dion. Gramm. Scalpturam dici probat, non sculpturam: Scalpta (inquit) gemma dicendum est, non sculpta, quoniam adiecta præpositione facit insculpta. Sic quoque Suet. *in Calig. cap.* 10. loquitur, quum ait; Repertus est anulus opere antiquo Scalptura gemmæ victoriam cum trophæo exprimente.

Scālptūrātŭs, a, um, sculptura variegatum. { מפתח *mephuttách* מחקה *mechukkéh.* ποικίλως, διαγλυφος. GALL. *Encisé ou engraué.* ITAL. *Intagliato.* GER. Verschroten oder eingelegt/außgehauwen. HISP. *Esculpido ò entallado.* ANGL. *Graued or carued.* } vt, Pauimentum scalpturatum. Genus pauimenti, quod & vermiculatum dicitur, quod Romæ primùm fieri cœpit post tertium Punicum bellum ex tessellis minutis, diuersicoloribus, vt in templis antiquis. διαποικιλον. Nos Musaicum opus dicere solemus. In his pauimentis picturæ radendo fiebant, quo modo nunc scalpturata albaria in exteriore parte parietum ac murorum fiunt. Alij volunt scalpturatum pauimentum esse, quod scalpturis variorum lapidum, & quibusdam veluti imbricibus compositum est ad ornatum. Plin. *lib.* 37. *c.* 25. Romæ scalpturatum pauimentum in Iouis Capitolini æde primùm factum est.

Scālptūrĭo, is, iui, itum, propriè desideratiuum verbum est, idem ferè significans quod prurio, vel ob prurium scalpendi desiderio teneor. { גרד *gharádh.* κνήθομαι, κατακνήθομαι. GALL. *Gratter.* ITAL. *Raspare*, GERM. Jucken oder kratzen begären/kratzen/scharren. HISP. *Rascar, ò hauer gana de rascar.* ANG. *To scratch or clawe.* } Plaut. tamen *in Aulul.* pro simplici scalpo posuit. Vbi erat hæc defossa, occepit ibi scalpturire vnguibus.

‖ Scalper, & scalprum, instrumentum quo aliquid scalpitur, cælatur, scinditur. Gloss. Scalpium σμίλα. leg. *Scalprum* σμίλη, vt in Gloss. Cyr. Puto, propriè, quo aliquid σμᾶται, i. tergitur, fricatur, purgatur, deinde etiam scinditur: vt est scalprum sutorium librarium, chirurgicum. ‖

¶ Fabrile scalprum Liuius appellat, quo magistri elephantos interimebant, inter aures beluæ adacto, in ipsa compage qua coniungitur capiti ceruix. ¶ In falce quoque putatoria scalprum dicitur ea pars quæ à flexu procurrit. Col. *lib.* 4. *c.* 25. Quæ pars vinitoriæ falcis à flexu procurrit, scalprum: quod deinde aduncum est, rostrum appellatur. Cato *de re rust.* Ficos & oleas altero modo, quod genus aut ficum aut oleam esse voles: deinde librum scalpro eximito.

Scalpurigo, inis, fœm. gen. Solinus *cap.* 25. Os belluæ huiusce paulatim scalpit, & sensim scalpurigine blandiente aditum sibi in vsque fauces facit.

Scālprātŭs, a, um, adiectiuum. σμιλοειδής ξυστικ@. Col. *lib.* 9. *cap.* 15. ferramentum scalpratum dixit ad similitudinem scalpri formatum, quo ait opus esse ad castrandos apum alueos.

‖ Scalpellus, um, paruus scalper: nominatim, quo chirurgi venas incigũt. ‖ φλεβοτόμον. GALL. *Vn petit burin ou lancette* ITAL. *Lancetta da barbiero ò chirurgico.* GER. Ein flietmen / lassensenlin. HISP. *Lanceta para sangrar.* ANG. *A litle riping instrumento to ripe woundes with.* } Cels. *lib.* 2. *cap.* 9. Postero die auerso medio digito, non autem scalpello, vena ferienda, vt recens coitus eius resoluatur. ¶ Accipitur & pro alio ferramento, quo putridam carnem exscindunt. Columell. *lib.* 6. Ferro cæsa scabies perluatur vrina. Etiam sæpe scalpello vsque ad imũ resecare, & amputare stabiem sæpe profuit. Cicer. *in Oratione pro Sectio*, Non est (inquit) ea medicina, quum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur, atque integræ: carnificina est ista, & crudelitas. ¶ Auerso scalpello subsecare. Cels. *lib.* 7. *cap. de Ancyblepharo.*

‖ Scalpurigo, nis, pruritus, Iun. ‖

Scămănder, σκάμανδρ@, fluuius Troiæ ex Ida monte descendens, quem Hesiodus θεῖον σκάμανδρον, id est, diuinum Scamandrum appellauit. Antea Xanthus dicebatur: quod & Homerus innuit, quum eam ab hominibus quidem Scamandrum, à diis verò Xanthum vocari ait, suo more vetustiorem appellationem diis, recentiorem hominibus assignans. In hoc fluuio sponsæ iam nupturæ sese abluebant, Scamandrum nominatim his verbis inuocantes, λάβε μου Σκάμανδρε τὴν παρθενίαν. Qua occasione vsus Cimon quidam Atheniensis, quum Callirrhoes generosæ puellæ amore teneretur, quæ iam viro desponsata erat, in Scamandri virgultis sese occultauit, capútque arundine coronauit: qúmque illa ex more lauaretur, carménque, solenne caneret, Scamandrum, vt virginitatem suam acciperet, inuocans, Cimon è virgultis prosiliens, Ego verò (inquit) accipio lubens, virginémque in ripam sustulit: vbi & vitium ei obtulit. Vide hac de re plura *in Epist. Æschinis.* ¶ Fuit & Scamander nomen filij Hectoris & Andromaches: quem tamen Troiani Astyanacta, hoc est, ciuitatis principem vocare maluerunt, Hectori id honoris tribuentes, cuius virtute Ilium nouem perpetuos annos fortissimè erat defensum. Vide Homer. 5. *Iliad.*

Scămăndrĭă, σκαμανδρία, vrbs parua à portu Iliensi parum remota. Plin. *lib.* 4. *cap.* 30.

‖ Scamaris, prædo. Papias: Scamares, i. piones legis. Meurs. habet, scamares spiones legis. An spiones loci?

Scamma. Gloss. Isid. Scammata arenæ, athletæ luctant. propriè est locus fossus, quocunque fine. Deinde est fossum athleticum per synecd.

Scammares, latrones. L. g. b. ‖

Scāmmōnĭa, vel scammonea. { σκαμμωνία. GALL. *Scammonie ou scamonee.* ITAL. *Scammonea herba.* GERM. Ein purgierend safft eines krauts an seiner gestalt der springwurtz gleich. HISP. *La escamonea.* } Herba est radice ramosa: pinguibus foliis triangulis, albis, radice crassa, madida, nauseosa: quæ excauata, succum emittit, quem scammonium appellant. Vide Plin. *lib.* 24. *c.* 15. & Cic. *de diuin.*

SCĂMNVM, i, est quod lecto veluti gradus apponitur, vt per id in lectum faciliùs ascendatur. { כבש *chébesch* הדום *hadhóm.* βάθρον. GAL. *Vn banc, vn marchepied.* ITAL. *Scanno, banche.* GERM. Ein schemel/ bettschemel. HISP. *Escaño ò banco para se assentar.* ANG. *A footstoole or any stoole to sitton.* } Varro scribit scamnum esse quo duplici gradu in lectum altiorem conscendebant: scabellum, quo simplici scansione in lectum non altum scandebant. Interdum tamen & scamna dicuntur quæ pedibus sedentium subiici solent, quæ Græci ὑποπόδια vocant. Ouid. *in arte*, Et caua sub tenerum scamna dedisse pedem. ¶ Item scamnum dicitur terra illa altior, quæ inter duos sulcos in colendo relinquitur. Plin. Scamna inter duos sulcos cruda relinquantur, Colum. *lib.* 2. *c.* 2. vocat scamnum crudum, solum immotum, minimèque aratro proscissum. Idem *lib.* 3. Duabus gemmis supra terram eminere passi reposita humo, cætera coæquant: quæ faciunt in eadem linea, intermissis totidem pedum scamnis, dum peragant ordinem ¶ Quandoque etiam scamna accipiuntur pro ipsis sedilibus, in quibus sedere consueuimus. Ouid. *lib.* 6. *Fast.*

Ante focos olim scamnis considere longis
Mos erat.

¶ Scamna etiam in arboribus dicunt rami & brachia sedilibus vsum præbentia. Plin. *lib.* 12. *cap.* 1. Aliud exemplum, Caij principis in Veliterno rure mirati platani vnius tabulata, laxisque ramorum trabibus scamna parula, & in ea epulati, &c.

Scamnulum, i, diminutiuum, Diomedes *lib.* 1.

SCĂBĔLLVM, Scamnum exiguum, quod sedentium pedibus subiicitur. { כבש *chébesch.* הדום *hadhóm.* ὑποπόδιον. GAL. *Scabeau, scabelle ou petit banc.* ITAL. *Banchetta, scabello, deschetto.* GER. Ein schämelin/fußschämelin. HISP. *Escaño chico, banquillo.* ANG. *A footstoole.* } Cic. *pro Cælio*, Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. Suet. *in Calig. c.* 54. Scabellorum crepitus (in ludis.) ¶ Scabellum item, teste Varrone dicitur illud quo simplici scansione in lectum conscendimus. Quod si duos habeat gradus, iam non scabellum, sed scamnum dicitur, à scandendo. Vide paulò antè in dictione *Scamnum*,

Scamnellum, idem quod scabellum, paruum scamnum.

Scamnatus, a, um, per scamna diuisus.

Scabellum antiqui dicebant, quod nos Scapillum, crepitaculi genus. Terent. Scaur. *de Orthograph.*

Scabaile, is, n. gen. Idem quod scabellum. ὑποπόδιον. Cato *c.* 10. Scamnũ in cubiculo vnum, scabilia tria, sellas quatuor.

Scāndălĭdes, palmæ, vide *Sendalides.*

SCĀNDĂLVM, { מכשול *michschól* מכשלה *machscheláh.* σκάνδαλον, πρόσκομμα. GALL. *Scandale, esclandre, offense.* ITAL. *Scandalo, offensione.* GERM. Ein anstoß/ergernuß. HISP. *Tropeçadero, afrenta, escandalo.* ANGL. *A sclander or offence.* } Græca vox est, quam nos offendiculum, vel ruinam, vel impactionem possumus dicere. Quando ergo legimus Matth. 18. v. 6. Quicunque de minimis scandalizauerit quempiam: intelligimus qui dicto, factóve occasionẽ ruinæ siue cadendi cuiquam dederit.

Scāndălĭzo, as. { הכשיל *hichschíl.* σκανδαλίζω. } quod est, Alicui scandalum præbeo, aliquem offendo. vox biblica, quam vix reperias apud profanos.

‖ Scandia. Veteres hanc insulam Germaniæ aliquando dicunt. Sed inquit Ortelius, non esse insulam at peninsulam nostra ætas cognouit: & eam esse putamus, quæ hodie tria amplissima regna nempe Noruegiam, Suediam & Gothiam aliasque regiones comprehendit. ‖

Scāndĭnauĭā, Insula est Oceani Septentrionalis, quam Plin. *lib.* 4. *cap.* 1. incompertæ magnitudinis esse scribit. Quidam alterum terrarum orbem appellauere: nonnullis etiam Officinam gentium, eò quòd incredibilem mortalium vim identidem effuderit, qui ad quærendas nouas sedes orbem peragrantes, cuncta cladibus & vastitate implerunt. Hodie satis constat insulam non esse, sed ad ortum supra Liuoniam continenti adhærere. Tenent eam Suedi, Nortuegi, Gothi, innumeræque aliæ barbaræ gentes

Scāndĭx, σκάνδιξ, oleris syluestris genus, gingidio simile, amarum, & subacre, quo tenuiores in cibo vtebantur. Athenis olim notissima erat Aristophanis Poëtæ in Euripidem dicteriis: quibus illi obiecit, matrem eius ne legitimum quidem olus, sed scandicem venditasse. Vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 15.

‖ Scandicopola, σκανδικοπώλης, qui scandicem vendit. ‖

SCĀNDO, is, scandi, scansum, Ascendo, simul, & descendo. { עלה *aláh.* ἀναβαίνω. GALL. *Monter amont.* ITAL. *Ascendere, andare in su, andare all'alta.* GER. Auffgehn/steigen. HISP. *Subir arribas* ANGL. *To climme.* } Cicer. *in Catone*, Vt si qui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant, quum alij scandant malos, alij per foros cursant. Virg. 2. *Æneid.*

——— scandit fatalis machina muros.

Ibidem,

——— pars ingentem formidine turpi
Scandunt rursus equum, & nota conduntur in aluo.

Liu. 3. *ab Vrbe*, Exquilias quidem ab hoste prope captas: & scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submouit. Quintilian. Scandens in

in aduersum cliuum (Lepide.) Plaut. *in Pseud.sc.1.a.1.* Litteræ quærunt hæ sibi liberos: alia aliam scandit. ¶ Scandor, eris passiuum. Plin. *lib.* 14.*cap.*1. Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur via vna Cypria. Hinc Scalæ dictæ sunt, per quas in altum ascendimus. ¶ Scandere in subrectum, dixit Plin. *lib.*10.*cap.*18. pro eo quod est felium modo ascendere. ¶ Huius composita sunt Ascendo, Conscendo, Inscendo, Superscando, & Transcendo: quorum significata vide suis locis.

Scānsĭlis, quod scandi potest, & per quod facilè ascenditur. { ἀναβατόν. GALL. *Aisé à monter.* ITAL. *Che si può ascendere facilmente.* GERM. Darauff gut zusteigen ist. HISP. *Cosa que se puede subir.* ANGL. *That may be easily clymmed.* } Plin. *lib.*17.*c.*11. Ficumque sic etiam scansilem fieri. ¶ Scansilis annorum lex à Plinio *lib.*7. *cap.*49. dicitur, per quam ad ætatem veluti quibusdam annorum gradibus ascendimus.

Scansorius, a, um, vim scandendi habens: analogicè quidem. Sed est, per quod scanditur,

Scansuæ, ferrum, per quod equus scandit. Gloss. Isid. Martinius legit scansile f.p.q.e. scanditur, id est, in equum scanditur. Cathol. Scansile f.p.q. equum ascendimus.

Scāndŭlăcă, (inquit Festus) herba est frugibus inimica, quòd eas velut hedera implicans necat. Creditur esse secunda species clematidis, quam Latini conuoluulum vocant.

‖ Scandulaceum est inter nothas appellationes thlaspios. Dodonæo. ‖

SCĀNDVLÆ, scandularum. { αἱ χίδακες. GALL. *Petit aix, ou aissélles, & bardeaux a couurir maisons.* ITAL. *Cātinelle.* GERM. Schindlen. HISP. *Ripias de madera rajada.* ANGL. *Swingles, or slates to couer houses withall* } Asserculi è ligno in tenues laminas scissi quibus ante inuentas tegulas ædes tegebantur. Constat enim Romam ad bellum vsque Pyrrhi, hoc est, annos CCCCLXX. scandulis tectam fuisse. Fiunt autem ex robore, abiete, & picea fissis, vel assulatim desectis. Dictæ scandulæ, à scindendo, quasi scindulæ: vel à scandendo, quoniam in culminibus tectorum, ad tegulas, imbricésque sustinendos collocantur, quò scandentes peruenire solemus. Inde tectum scandulare, quod ex scandulis constat.

Scandularis, e, ad scandulas pertinens: ex scandulis factum. Apul.

Scandularius, ij, qui ædes scandulis tegit. Huius mentionem facit Tarruntenus Paternus *l.vlt.D.de iur. immunitat.*

‖ Scantare, cingulum militare. L.g.b. ‖

Scāntĭana poma, à Scantio inuentore dicta, quæ Cato tradit in doliis optimè condi, referente Plin. *lib.* 15. *cap.* 14. Scantiana vua, à Varrone dicta est, quæ alio nomine Amminea maior appellatur: vt refert idem Plin. *lib.*14.*cap.*4.

‖ Scaperda, ludi genus in quo per foramen trabis erectæ, & de puncto solo, traiectus erat funiculus, eo vnus auersus circundabatur, & alter penè stans, capútque funiculi retinens, ita vi protrahebat, donec ad summum trabis aueheret socium, atque suspenderet, in quo consistebat victoria. Lex. Poll. ‖

Scapha, æ, nomen ancillæ est, apud Plaut. *Mostell.sc.*3.*a.*1.

SCAPHA, æ, Nauicula parua, quæ ad maiorem alligata sequitur. { עברי babaráh. σκάφη, ἐφόλκιον. GALL. *Nasselle, barchote. Vn Esquif.* ITAL. *Barchetta, batello.* GERM. Ein weidling / oder kleins schifflin. HISP. *Esquife, pequeña barca.* ANG. *A cock beat or boat.* } Cic. *lib.*2. *de inuent.* Postea aliquantò ipsos quoque tempestas vehementiùs iactare cœpit, vsque adeò vt dominus nauis, quum idem gubernator esset, in scapham confugeret. Iustinus *lib.*2. Scapham pro piscatoria nauicula posuit: Vbi (inquit) solutum pontem hybernis tempestatibus offendisset, piscatoria scapha traiecit trepidus. Liu. *lib.* 5. *bell. Punic.* Quum mersissent eas in alto, exceptis in præparatas scaphas nautis, multiplices fuisse merces ementiebantur. Dicta est autem scapha ἀπὸ τοῦ σκάπτειν, hoc est, ab excauando, propterea quòd primùm ex prægrandi arbore cœptæ sint excauari. ¶ Scapha vinculi genus, quo summum caput, vel quod inter ipsum & frontem est, vincire conuenit, vel si quando coniungere diducta necesse est post incisam cutim ad sistendam veterem in oculos fluxionem, vel ab alio vulnere in fronte accepto. Dicitur etiam *tholus.*

Scaphe etiam horologium, quod aliter scaphium, hemisphærium.

Scāphĭum, ij, { σκάφιον. GALL. *Pot à pisser ou chaire percée.* ITAL. *Necessario, cacatoio.* GERM. Ein geschir zu allerley vnradt füglich / ein brunnkachel. HISP. *Seruidor ò orinal.* ANG. *A pispot or chamber pot.* } Vasis genus, quo excrementa tam liquida quàm sicca excipiuntur: à quadam scaphæ similitudine nomen habens. Propriè autem mulierum erat, quemadmodum lasanum virorum: vt annotauit Iulius Pollux *Onomastici sui lib.*10.*c.*9. Vlpian. *l. Quint. Mutius. D. de auro & arg. leg.* Legato argento, puto habita ventris causa scaphia non contineri. ¶ Erat item scaphium ferramenti genus, quo athletæ exercendarum virium gratia terram effodiebant, ἀπὸ τοῦ σκάπτειν, hoc est, à fodiendo dictum. Latini ligonem vocant. Vnde Plut. *in Arato*, athleticam ei speciē fuisse tradit à pugilum victu & scaphio non abhorrentem. In qua item significatione à Iuuenale positum existimat *Satyr.* 6. vbi viriles mulierum exercitationes insectatur, ne à pugilum quidem & palæstritarum armis abstinentium,

> *Aspice (inquit) quo fremitu monstratos perferat ictus,*
> *Et quanto galeæ curuetur pondere, quanta*
> *Poplitibus sedeat, quàm denso fascia libro.*
> *Et ride, scaphium positis quum sumpserit armis.*

¶ Erat & scaphium vas æneum, in quo styli in medio siti proceritas horarum ductus discriminabat. Vitruuius scaphem, & hemisphærium appellat. Plutarch *in Numa*, Scaphium appellat, quo ignis sacer extinctus, Solis tantùm radiis accendebatur. Suidas præterea Scaphion, σκάφιον κουρᾶς, hoc est, tonsuræ quoddam genus interpretatur: citátque Aristophanem *in Vespis*, σὺ δ' ἠγνόχουν ἴσοις, σκάφιον ἀποτιλμένον, hoc est, Tu verò Copsycho similis es, cui reuulsum est scaphium. ¶ Athenæus quoque *lib.*4. Scaphium inter vasa potoria enumerat. In qua significatione videtur & Plautus accepisse *in Sticho*, Quibus diuitiæ domi sunt, scaphio, cantharis, batiocis vtuntur.

‖ Scaphisterium, capisterium, instrumentum rusticum, purgandis seminibus. Item locus, in quo infantes lauabantur. L.g b.

Scaphoides, σκαφοειδής, ες, scaphæ simile. os scaphoides, q nauiculare, os tarsi habens in parte gibbosa tres superficies planis proximas.

Scaphus, σκάφος, aliquando est cauitas in genere, specialiter de auribus. ‖

Scăpĭlium, ij, veteres pro tergo vsurparunt, & aliquando pro ipsa scapula, νῶτον. Vnde & spatium quod inter scapulas quasi vallecula est, interscapilium dicitur. GAL. *L'entredeux des Espaules.*

Scapillum antiqui Scabillum dixerunt: Terent. Scaur. *de Ortograph.*

‖ Scapreo, est scabreo Scapres pro scabres. ‖

Scăptēnsŭlă, inquit Festus, locus in Macedonia vbi argentum fodi solebat, à σκάπτω, fodio. Lucr. *lib.*6. Quales expirat Scaptensula subter odores. Rectius tamen videtur Scaptesula legi posse, sine, n. Apud Stephanum enim scribitur σκαπτησύλη, quanquam ille in Thracia, non in Macedonia, eam collocet. Quod discrimen non est magni momenti: quippe quum ne inter celeberrimos quidem Geographos satis conueniat de Macedoniæ, Thraciæque termini, aliis Strymones amne, aliis Nesso eas terminantibus.

Scaptiă, Latij oppidum fuit, teste Plin. *lib.*3. *cap.* 5. à quo Scaptia tribus. de qua Sueton. *in August. cap* 40. Fabianis (inquit) & Scaptensibus tribulibus suis singula milia nummûm à se diuidebat Comitiorum die.

SCĂPVLÆ, arum, propriè dicuntur ossa duo in posteriore corporis parte, figura triquetra externa facie tumescente, interiore reducta, extrema sui parte in acetabula quædam desinentia, quæ humerorum capita excipiunt. { כתף chatéph שכם schechém. ὠμοπλάται. GALL. *Espaules.* ITAL. *Spallo, homeri.* GERM Die schertern/oder scheulter bein. *Las espaldas, los hombros.* ANGL. *The shulder blades* } Celsus etiam scapula operta nominat *lib.*8. *cap.*1. Passim tamen apud scriptores scapulas acceptas inuenies pro tota illa regione quæ ponè pectori obiecta est. Plaut. *in Asinar.* Mirabar quid dudum scapulæ gestibant mihi, Hariolaríque occœperunt: sibi esse in mundo malum. Idem *Amphit. sc.*4. *a.*4. Machina meas onerat scapulas, &c. Varro 2. *de re rust. cap.*7. Lumbis deorsum versum pressis, scapulis latis, spina maximè duplici. Claud. 1. *in Eutrop.*

> ——*qua miseri scapulas tutabimur arte.*

Scăpŭlārĭs, e, adiectiuum, ad scapulas pertinens. ὠμιαῖος, vt, Scapularis seruus, cuius scapulæ ad flagra denudantur, quíque tergum habet assiduis verberibus liuidum. Scapularis vestis, qua scapulæ teguntur.

Scapulum, fustis longus, Gl. Isid. Diminutiuum forte à *Scapus.*

Scăpŭs, i, ab architecturæ peritis dicitur ipsum columnæ corpus quod est inter basim & epistylium. { σῶμα. GALL. *Le corps ou membre d'vne colonne.* ITAL. *Il corpo della colonna.* GERM. Das theil einer säul so sich vom fuss hinauff biss zu dem Capital erstreckt. HISP. *El cuerpo ò astill de la columna.* ANG. *The bodie of a piller betwene the chapitre and the base.* } Scapus (inquit Budæus) corpus columnæ: nam quod super Columnam imponitur, capitellum, vel epistylium vocatur: infra scapum, pira, quæ basis sæpe appellari solet, infráque spiram, stylobates. Vitr. *lib.*3.*cap.*3. Scapis columnarum statutis capitulorum ratio, &c. Et *paulò pòst*, In summis columnarum scapis. Et *c.*4. Qua crassitudine fecerunt basim scapi. ¶ Scapus item in herbis dicitur caulis simplex in styli modum surrectus. { ὁ καυλὸς ἀσφαλὴς, ὁ ψιλός. GALL. *La tige des herbes.* ITAL. *Gambo, trunce d'herbe.* GERM Der gesad oder gestrackt stengel eines krauts. HISP. *El tallo ò astill de las yeruas.* ANG. *The vpright stalk of an hearbe.* } Ruellius *lib.*1. *cap.*2. Radix est id quo alimentum allicitur & terræ cohæret: caulis verò, in quod idem defertur nutrimentum, simpléxque super terram assurgit, is si in styli modum sursum prorepat, aut in altum feratur, scaphus Latinis nominari consueuit, ducta à columnaribus scapis similitudine. Varro *de re rustic. lib.*1. *cap.*31. *ad finem,* Vicia dicta à vinciendo, quod item capreolos habet vt vitis, quibus quum sursum vorsum serpit, ad scapum lupini, aliúmve quem hæreat, solet vinciri. Plin. *lib.*18. *cap.* 10. Inuentus est iam & scapus vnus centum fabis onustus. His constat classicis autoribus scapum pro caule frequenter vsurpatum. Idem quoque quod in virgulæ modum, vel teli rectitudinem consurgat, thyrsi nomen sibi vindicat. Hactenus Ruellius. ¶ Scapus cardinalis, rectum illud, & paulò crassius lignum, in valuis quo fores ipsæ sustinentur, & reguntur præcipuè: & cuius capitibus, seu ambabus extremitatibus in superiori cardine insertis valuæ ipsæ voluuntur, aut aperiendæ, aut claudendæ. Vitruu. *lib.*4.*cap.*6. Fores ita compingantur, vti scapij cardinales sint ex altitudine liminis totius duodecima parte: inter duos scapos tympana ex duodecim partibus, &c. ¶ Scapos item nonnulli appellant tenues illos, lignosósque ramusculos, è quibus vuarum acini dependent. Varro *lib.*1. *rei rustic. cap.*54. Quæ calcatæ vuæ erunt, eorum scapi cum folliculis subiiciendi sunt sub prælum. Quo tamen in loco alij *scopi*, legendum existimant. Scapus in chartarum ratione, pro plagularum congerie. Plin. *lib.*13. *cap.*12. Premitur deinde prelis, & siccantur sole plagulæ, atque inter se iunguntur, proximarum semper bonitatis diminutione ad deterrimas. Nunquam plures scapo, quàm vicenæ. Id putatur esse quod vulgò manum papyri vocamus, aut ramam potiùs. Est etiam instrumentum quoddam textorium. Lucr. *lib.*5. Nec ratione alia possunt tam læuia gigni Insilia, ac fusi, radij, scapíque sonantes. Non satis constat quid sit. Vide ibi Baptistam Pium.

Scara. Hincm. *epist.* 5. Bellatorum acies, quas vulgari sermone scaras vocamus. ¶ Scara item, combustio ignis. Papias.

Scărābæus. Insecti genus, teneras habens pennas, & ob id crusta tectas, stercore potissimùm sese alens. { κάνθαρος. GAL. *Escharbot.* ITAL. *Scarafaggio, scauarazzo.* GERM. Ein kaatkäfer/roszkäfer. HISP. *Escaruajo.* ANGL. *A betell.* } Varia eius sunt genera. Sunt enim grandiores, cornua prælonga habentes, bisulcis denticulata forcipibus, in cacumine quum libet, ad morsum coëuntia, quæ infantibus remedij vice ex collo suspenduntur. Hos Nigidius Lucanos appellat. Alij ex fimo ingentes pilas auersis pedibus voluentes, paruósque in iis contra rigorem hyemis vermiculos fœtus sui nidulantes. Hos Ægyptij sacerdotes summo venerabantur cultu, animatam Solis imaginem esse putantes,

tantes, vt scribit Eusebius *de præpar. Euang.* Volitant alij magno cum murmure, & quodam quasi mugitu. Alij focos & prata crebris foraminibus excauant, nocturno stridore vocales. Scarabæorum generi adscribuntur & Lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc verò compressu obumbratæ, nō ante matura pabula: aut post desecta conspicuæ. Sunt & alia scarabæorum genera, quæ vide apud Plin. *lib.* 11. *cap.* 28.

Scaramangis, genus vestis.

Scardona, σκάρδωνα. Insula in mari Adriatico, adiacens Illyrico, teste Ptolemæo *lib.* 2. *cap. vlt.* In ea sunt duæ vrbes, Collentum & Alba, vulgò *Scardo*.

SCARIA arbuscula spinosa. Rubrum pomum affert. Papias.

Scariola, secundùm modernos est velut lactuca agrestis, nisi quòd in dorso costarum habet spinas paruas. pro endiuia ponitur. Simon Ianuensis.

SCARIFICO, as, Scalpello aperio, leuiter vulnero quò aliquis faciliùs exeat { ἐπιχαράσσω, ἀμύσσω. GAL. *Scarifier, faire petites incisions & ouuertures à fin que le sang ou autre humeur sorte.* ITAL. *Far piccioli tagli nella carne perche ne esca piu facilmente il sangue.* GER. Schrepfen. HISP. *Iassar para sacar sangre.* ANGL. *To launce or open a sore.* } Plin. *lib.* 32. *cap.* 7. Dentium dolores sedantur ossibus draconis marini scarificatis gingiuis. Scarificare dolorem, id est, scarificando dolorem expellere. Idem *lib.* 28. *c.* 11. Præterea in corde equorum inuenitur os dentibus caninis maximè simile: hoc scarificari dolorem putant.

Scarificatio, verbale. { ἀμυχή. GALL. *Scarification.* ITAL. *Esso dare tagli piccioli.* GER. Schräpffung. HISP. *Obra de tassar para sacar sangre.* ANG. *A launcing or opening of a sore.* } dicitur leuis vulneratio quum aut arborum cortex, aut animalis cutis leui incisione aperitur. Plin. *lib.* 17. *cap.* 27. Interim est & scarificatio quædam in remediis, quum macie corticis ex ægritudine astringente se, instóque plus vitalia arborum comprimente exactam falcis aciem vtraque manu imprimentes, perpetuis incisuris diducunt ac veluti cutem laxant. Colum. *lib.* 6. *cap.* 12. Si sanguis adhuc supra vngulas in cruribus est, assidua scarificatione discutitur.

Scarites, æ, σκαρίτης, gemma est quæ scari piscis colorem refert, vt ait Plin. *lib.* 37. *c.* 11.

Scarphea, siue Scarphia, pen pro. σκάρφεια, insula est Helladi adiacens in mari Ægæo, non procul ab Attica, de qua Plin. 4. *c.* 12. Est & Scarphia vrbs Locrorum Epicnemidiorum, decem stadiis distans à mari, teste Strab *lib.* 9. à Stephano Phocidi falsò assignata.

Scartanea, lorum.

Scarus, i, σκάρος, piscis nobilissimi genus, mari Carpathio maximè frequens, qui solus piscium ruminare dicitur, & herbis, non aliis piscibus, vesci. Lecton Troadis promontorium sponte non excedit. Hunc Optatus Elipertius classis sub Claudio præfectus, à mari vsque Carpathio petitum, nauibúsque aduectum, inter Ostiensem & Campaniæ oram disseminauit: adhibita etiam cura, vt proximo quinquennio capti, mari redderentur: vt refert Plin. *lib.* 9. *cap.* 17. Oppianus, Hic scarus saxa frequentat, Qui mites inter pisces clamore tremendo Intonat, & solus pallentes ruminat herbas. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 2.

——pinguem vitiis, albúmque, nec ostrea,
Nec scarus, aut poterit peregrina iuuare lagois,

Gell. *c.* 16. *lib.* 7. Scari Cilices optimi.

‖ Scafinus, pars nauis Resin.

Scaftanea, lorum. L. g. b. ‖

SCATEO, es, ere Emano, erumpo, ebullio, & propriè de fotibus dicitur. { נבע *nabá* הקיר *hekir* βρύειν, ἀναβλύζειν, ἀναβλύειν. GALL. *Bouillonner, ietter sources, abonder* ITAL. *Vscire, sorgere fuori.* GERM. Fürhin quellen/herfür wallen oder fliessen HISP. *Bullir lo que mana.* ANGL. *To spring out aboundantlie, to haue great plentie, to runne or brast out with aboundance.* Cicer. 1. *Tuscul.* fontes scatere, prata herbis conuestiriet. Ablatiuo aliquando iungitur. Plaut. *Anlul. sc.* 5 *a.* 3. Quæ mihi inter bibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem Pyrenem potest. ¶ Per translationem accipitur pro abundare. Horat. 3. *Carm. Ode* 27.

Scatentem beluis Pontum.

Colum. *lib.* 6. *cap.* 26. Solent etiam neglecta vlcera scatere vermibus. Et Gell. *cap.* 8. *lib.* 17. Puer scatens argutiis. ¶ Aliquando etiam pro exagitari, siue æstuare: idque aliquando cum genitiuo. Idem *lib.* 1. *cap* 17. Irarúmque & molestiarum muliebrium per diem, pérque noctem scatebat Nonnunquam etiam cum accusatiuo, dependente à præpositione ob, vel propter subauditis. Plaut. *Pers.* Potin' ne me moneas? memini & scio, Et calleo, & commemini: amas pol misera: id tuus scatet animus.

Scatebra æ, Scaturigo, origo aquæ ex terra prouenientis. { מבוע *mabbúah* מקור *makór.* βλυσμός. GAL. *Vne source.* ITAL. *Sortiua.* GER. Ein Brunquell/ brunnader/eins wassers vrsprung HISP. *Aquella obra de bullir para manar bulliaura.* ANG. *The boyling or rising out of water out of a springe.* } Virg *lib* 1 *Georg.*

———scatebrisque arentia temperat arua.

Plin. *lib.* 31. *cap.* 10 Mirum est & illud scatebra fonticuli semper emicante, lacum nec augeri, nec effluere. Idem *lib.* 5. *c.* 1. Eundem opacum, nemorosúmque & scatebris fontium riguum qua spectat Africam, fructibus omnium generum sponte ita subnascentibus, vt nunquam satietas voluptatibus desit.

Scaturigo, inis, scatebra. מבוע *mabbúah* מקור *makór.* ἀνάβλυσις. ANGL. *The borlinh of water out of spring.* } Col. *lib* 3. *cap.* 13. Nam præstat non conserere, quàm in summa terra suspendere, nisi tamen scaturigo plaustris obuia, sicut in agro Rauennate, plus quàm sesquipedem prohibeat infodere. Plin. *lib.* 33 *cap.* 3. In nigra scaturigines non ferè sunt perennes.

Scaturiginosus, adiectiuum, Abundans scaturiginibus. πολυπίδαξ, εὔυδρος, ὁ πηγάζων. GALL. *Plein de sources.* ITAL. *Pieno di sortiue.* GER. Brunnquellig/ das vil brunnquellen/ das ist springender brunnen hat. HISP. *Lleno de tales bulliduras.* ANGL. *That brusteth and runneth ouer, full of springes.* } Col. *lib.* 5. *cap.* 8. Creta ex toto repudianda est, magis etiam scaturiginosa, & in qua semper vligo consistit.

Scaturio, is, pro suo primitiuo Scateo ponitur, quod propriè fontium est, quamuis etiam per translationem accipitur pro quouis modo abundare. { נבע *nabáh* הקיר *hekir.* βλύζω. GALL. *Ietter sources, sourdre.* ITAL. *Saltare fuori, sorgere.* GERM. Auffwallen/entspringen/herfürquellen. HISP. *Bullir lo que mana, salir hazia arriba.* ANGL. *To boyle vp and spring out aboundantly.* } Col. *lib.* 3. *cap.* 1. Modicè tamen roscidum solum, quod fontibus non in summo, non in profundo terræ scaturiat, sed vt vicinum radicibus humorem subministret.

Scatinia lex, qua præposteræ veneris vsus coërcebatur: ita dicta à Scatinio latore. Iuuen. *Satyr.* 2.

Quòd si vexantur leges, ac iura, citari
Ante omnes debet Scatinia.

Scauri, { σκαῦροι. GALL. *Qui ont les talons gros, piebots.* ITAL. *Chi hanno le caueccchie grosse.* GERM. Einer der grosse knoden hatt/ oder ein Tschiegger. HISP. *Los que tienen los pies tuertos.* ANGL. *which hath great hanckles or beles.* } Dicti sunt qui talos pedum tumentes ac porrectos habent, vel quibus pedes inflexo talo tardigradi sunt. Horat. *lib.* 1. *Serm.*

——————illum
Balbutit Scaurum prauas fultum malè talis.

Ab huiusmodi pedum vitio cognomen traxit, qui primus in Æmylia gente SCAVRVS dictus est. Fuit autem SCAVRORVM familia Romæ in primis illustris: ex qua fuit Marcus Æmylius Scaurus, princeps Senatus cuius patrem adeò inopem tradunt fuisse, vt carbonariam vitæ sustinendæ causa exercere cogeretur. Quin Marcus ipse primùm addubitasse fertur, num ad argentariam sese, an potiùs ad forum & curiam conferret. Verùm quum eloquentiæ semper studiosissimus fuisset, foro magis idoneus sibi visus, breui magnam sibi gloriam peperit. Et cæteros quidem magistratus ex ordine adeptus, ita eos gessit, vt Consulatu dignissimus videretur. Magno itaque nobilitatis studio Consul factus, Ligures & Cantiscos domuit, & de iis triumphauit. Censor deinde creatus, Æmyliam strauit, pontémque Æmylium extruxit Filium suum, quòd in saltu Tridentino hosti loco cessetat, in conspectum suum venire vetuit, quod tam ægrè tulit adolescens, vt sibi sponte necem consciscêret. Idem in Africam legatus missus, vt Iugurtham ab oppugnatione Cirthæ, & obsidione Adherbalis auocaret, quum re infecta rediisset, Senatui autor fuit belli aduersùs Iugurtham suscipiendi. Quo tamen in bello, quum L. Calphurnij Bestiæ legatus esset, auaritiæ quoque eius & rapinarum particeps creditur extitisse: quæ res, vitæ anteactæ splendori haud exiguam offudit labem. ¶ Scaurus alter, superioris filius, & Syllæ priuignus fuit: de cuius Ædilitate sic scribit Plin. *lib.* 30. *cap.* 15. Non patiemur duos Caros, vel duos Nerones ne hac quidem gloria famæ frui: docebimúsque etiam insaniam eorum victam priuatis operibus. M. Scauri, cuius nescio an Ædilitas maximè prostrauerit mores ciuiles, maiúsque sit Syllæ malum tanta priuigni potentia, quàm proscriptio tot millium. Hic fecit in ædilitate sua opus maximum omnium quæ vnquam fuerunt humana manu facta, non temporaria mora, verum etiam æternitatis destinatione: Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex altitudine CCCLX. columnarum, in ea ciuitate quæ sex Hymetrias non tulerat fine probro ciuis amplissimi. Ima pars scenæ è marmore fuit, media è vitro, inaudito etiam postea genere luxuriæ. Summæ tabulis inauratis columnæ, vt diximus: imæ duodequadragenûm pedum. Signa ærea inter columnas, tria millia numero. Cauea ipsa cepit hominum octoginta millia, quum Pompeij amphitheatri, toties multiplicata vrbe, tantóque maiore populo, sufficiat largè XL. M. Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veste, tabulis pictis, cæteroque choragio fuit, vt in Tusculanam villam reportatis quæ superfluebant, quotidiani vsus deliciis, infensa villa ab iratis seruis concremaretur ad sestertium millies. Hæc Plinius. Fuit præter hos & Aurelius Scaurus, qui quum legatus aduersùs Cimbros infeliciter pugnasset, fuso exercitu viuus in hostium manus peruenit. Quúmque ab iisdem in consilium adductus, de ratione belli aduersùs Romanos gerendi interrogaretur, magnopere iis dissuasit ne Alpes traiicerent, populum Romanum bello insuperabilem esse asserens: quod eius responsum tanta indignatione excepit Bolus, hostilium copiarum rex, vt protinus impetu in eum facto, multis vulneribus eum confixerit.

Scazon, tis, σκάζων. Carminis iambici trimetri genus, in quinta sede Iambum, in sexta habens spondeum, in cæteris nihil differens à recto Iambico. Nos delumbes, siue claudos Iambos nominare possumus. Σκάζειν enim claudicare est. Huius generis sunt illi in Præfatione satyrarum Persij,

Nec fonte labra prolui Caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parnasso, &c. ‖

Scebrum, sceurum, scuria, horreum, Latinobarbaris scriptoribus. ex Germanico Scheure. vide Græcob. Meurs.

‖ Scessila, mensuræ genus apud Germanos. Gloss. vet ‖

Sceledrus, nomen serui in Plaut. *Milite.*

Sceletus, σκελετός, aridum cadauer: omnium humani corporis ossium inuicem connexorum vniuersa syntaxis. Adiectiuè dicunt, σκελετός, ἡ, όν, aridus siccus: ex σκέλλω arefacio, sicco.

Scelotyrbe, scelotyrbes, σκελοτύρβη, morbi genus quo compages in genibus resoluuntur. Plin. *lib.* 25. *cap.* 3. In Germania trans Rhenum castris à Germanico Cæsare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagésque in genibus soluerentur: stomacen medici vocant, & scelotyrben. Hoc mali genere Ælij Galli exercitum laborasse ex Arabicorum fructuum esu, autor est Strabo *lib.* 15. Fit etiam mali huius mentio in Medicis definitionibus Galeno attributis.

SCELVS, eris, graue aliquod peccatum, seu atrox facinus. { זמה *zimmáh* עול *hauél* רשע *rischáh* רשעה *rischháh.* μυσαρία. μιαρία. GALL. *Meschanceté, meschant acte, meffait.* ITAL. *Malfatto, sceleraggine.* GERM. Ein grob laster/ schwäre missethat. HISP. *El grande y deforme pecado.* ANGL. *A mischief or a mischieuous deede.* } Plaut. *in Sticho.* Aduorsari sine dedecore, & scelere summo haud possumus. Idem *Capt. sc.* 5.

sc.5.a.3. Quod hoc est scelus? (sup. in deos peccatum à me, aut meis.) *Ibidem,* Sator satórque scelerum, & messor maxume (id est, doli.) Idem *Menæc sc.2.a.2.* Quod te vrget scelus? Idem *Milit. sc.3.a.2.* Quod ego scelus ex te audio? (suprà, facinus impudicum.) Quintilian. *lib. 6. cap.1.* Vestis tamen illa sanguine madens, ita repræsentauit imaginem sceleris, vt non occisus esse Cæsar, sed tum maximè occidi videretur. ¶ Hortator scelerum. (i. doli scelerati, siue impudici facinoris,) apud Virg. 6. & 12. *Æneid.* & Ouid. 13. *Metam.* Plaut. *Milit. sc.3.a.2.* & *Capt. sc. 5. a.3.* vt paulò superiùs, & in exemplo sequenti videre est. Virg. 6. *Æneid.*

Quid moror? Irrumpunt thalamos, comes additur vnà
Hortator scelerum Æolides,

¶ Pro infortunio: vt apud Martial.

Accidit infandum nostræ scelus Aulepuellæ.

Vide *Scelestus pro infortunato* infrà.

Dicimus autem facere scelus, edere scelus in aliquem, astringi scelere, perficere scelus, suscipere scelus, quorum exempla nusquam non occurrunt. ¶ Ponitur aliquando scelus pro scelerato. Plaut. *in Amph.* Ego tibi istam scelestam scelus linguam abscindam? Idem *Pseud. sc.2.a.5.* Credo equidem scelus te ebibere potesse. i. scelerate. *Ibid. sc.5. a.1.* & *sc.5.a.4.* hic mihi corrumpit filium, scelerum caput. Idem *Curc. sc. 2. a.5.* Quam (virginem sup.) à lenone abduxisti scelus viri. (i. vir sceleratе.) Et *in Amphitr. sc.3.* (aliàs 4.) *act.4.* En verborum scelus. (i. en verba scelesta & impia in herum.) Idem *Curc. sc.1.a.2.* ô scelerum caput salueto. (i. sceleratorum princeps, siue dux.) Iterum *Milit. sc.6.a.2.* Túne scelerum caput, &c. Item Senec. *cap.15. de tranquill.* Occurrit scelerum felicium turba. (i. sceleratorum diuitum.) Felix enim, vt obiter id moneam, interdum sumitur pro diuite, beato, locuplete, vt apud Ouid. *Eleg. 8. lib.1. Amor.*

Scělěrĭtās, tis, pro, scelere, obsoleta dictio, qua vsus est Mart. *in l.3. D. de bon. eor. qui ant. sent.*

Scělěstŭs, a, um, Sceleratus, impius, flagitiosus. {עַוָּל *havvál* רָשָׁע *ra-schâh.* ἀνόσιος, μοχθηρός. GAL. *Meschant, malheureux.* ITAL. *Pieno di scelerità.* GER. Lasterhafftig. HISP. *Scelerado, lleno de grandes pecados.* ANG. *Mischieuous, vengeable, full of naughtinesse.*} Cicer. *pro Sexto Roscio,* Res scelesta, atrox, nefaria. Plaut. *Milite.* Atqui improbi & scelesti iis animam adimerent citò. Liu. *lib.5. ab Vrbe condita,* Ibi scelesto facinori scelestiorem sermonem addidit. Plaut. *Menæc. sc 2. a. 4.* Viden' vt te scelestus captat. *Ibid. sc.7.a.5.* Sed vbi illic vos scelesti, vos rapaces, vos prædones. Idem *Menach.* & *Milit.* Scelesté? Item, Scelestum caput. Item, Scelus. Scelerum caput. Idem; vide *Scelus.* Plaut. *Pseud. sc.3.a.1.* Periurauisti scelestе. B. At ego scelestus argentum intro condidi. Tu isto genere natus nummum non habes. Idem *Capt. sc.5 .a.2.* Tuis scelestis, falsidicis fallaciis. ¶ Nonnunquam sumitur pro infelici, misero, siue infortunato, Cui Dij videntur irati vt scelesto, *Asin. sc.4.a.2.* Non audes mihi scelesto subuenire? *Ibid. sc. vlt. a. vlt. vers. 6.* At scelesta ego. (paulò inferius; perij misera.) Idem *Casin. sc.* Nulla sum, *scelione 14.* Scelestissimum me esse credo. Mox; Neque est quisquam adæquè miser, Idem *Mostell. vers. 1. sc.1.a.3.* Scelestiorem ego annum argento fœnori nunquam vidi, &c. ¶ Pro plebeio, idem *Pseud. sc.3.a.1.* Ego scelestus nunc argentum promere possum domo. Plebs enim scelesta dicitur. Horat. *Od.4. lib.2.* Et Plebes. vt loquitur Liuius, dissentiunt ab optimatibus: vide *Plebs,* suprà. Hinc fit vt Scelesti, Plebeij vocentur. vt boni diuites. ¶ Interdum blandiendi, siue adulandi particula est; vt Plaut. *Mostell. sc.3.a.1.* Ita me Dij ament, vt lepida Scapha sapit scelesta multum. Vt lepidè res omnes tenet, & sententias amantum. ¶ Scelestior, i. astutior, callidior. Idem *Aul. sc.1.a.1.* Scelestiorem me hac anu certè scio vidisse nunquam, nimisque hanc metuo malè, ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit, &c. suprà? Oculos effodiam tibi, ne me obseruare possis.

Scělěstē, aduerbium, Sceleratè, flagitiosè, impiè. {μιαρῶς, ἀνοσίως. GALL. *Meschamment.* ITAL. *Sceleratamente.* GERM. Lasterhafftiglich/ oder lesterlich. HISP. *Con grande y deforme pecado.* ANGL. *Mischieuoustie.*} Cicer. *Attic. lib.5.* Clodium nihil arbitror malitiosè, quanquam sceleste quidem egerit. Liu. *lib.4. bell. Punic.* Quæcunque post Hieronis mortem scelestè, atque impiè facta essent, Andronodorum atque Themistium arguit fecisse.

Scělěrōsŭs, a, um, Sceleratus. {עַוָּל *havvál* רָשָׁע *raschâh.* μιαρὸς, μοχθηρὸς, κατάρατος. GALL. *Plein de meschanceteʒ.* ITAL. *Pieno di sceleraggini.* GERM. Lasterhafftig/mit schalckheit durchgetryben. HISP. *Scelerado, lleno de grãdes pecados.* ANG. *Mischieuous, vengeable, vngracious.*} Terent. *in Eunuch.* Vbi ego illum scelerosum, misera, atque impium inueniam? Facta scelerosa atque impia. Lucret. *lib.1.*

Scělěro, as, Polluo, coinquino. {חִלֵּל *chillel,* μιαίνω. GALL. *Faire meschanceté, souiller & polluer.* ITAL. *Maculare.* GER. Beflecken mit schand vnd laster. HISP. *Ensuziar con tal peccado.* ANG. *To do mischief or a mischieuous dede, to defyle.*} Virg. 3. *Æneid.*

Parce pias scelerare manus.

Scělěrātŭs, a, um, Scelestus, nefarius, perditus, impius, profligatus. {עַוָּל *havvál* רָשָׁע *raschâh.* κατάρατος, μιαρός. GALL. *Vn scelerat, unpendard, vn mauuais garnement. Meschant, mesfaisant* ITAL. *Scelerato, ribaldo.* GER. Lasterhafftig/schandtlich. HISP. *Scelerado, perdido, lleno de grandes pecados.* ANG. *wicked, vaughtie, mischieuous.*} Cic. *ad Attic.* Ego autem illum malè sanum semper putaui: nunc etiam impurum, & sceleratum puto. Ouid. *Eleg.2. lib.1. Trist.*

Stultaque mens nobis, non scelerata fuit.

Idem *Eleg.4. lib.4.*

Dubium est pius, an sceleratus Orestes. &c.

Idem 6. *Fast.*

Flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes.

Idem 3. *Metam.*

――― facto pius & sceleratus eodem.

Lucan. *lib. 3.*

Quenque sua rapiunt scelerata in prælia causa.

Ouid. 11. *Metam.*

A me causa dicta est, ego sum sceleratior illo.

¶ Veteres etiam sceleratum accipiebant pro contaminato, & scelere aliquo polluto. Vnde Sceleratam portam dixerunt, quâ egressi Fabij, ad Cremeram amnem ad vnum omnes à Veientibus sunt interempti: & Sceleratum campum, proximè portam Collinam, in quo virgines Vestales quæ incestum fecerant, defodiebantur. Et sceleratum vicum in quo quum Tarquinius Superbus interficiendum curasset Seruium regem socerum suum, corpus eius iacens, filia carpento superuecta est, properans in possessionem domus paternæ. ¶ Transfertur & ad inanimata, vt idem sit quod noxius. Virg. 1. *Georg.*

――― at sceleratum exquirere frigus
Difficile est.

hoc est, nocens, omnia exurens. Plaut. *Pseud. sc.2.a.3.* Teritur sinapis scelerata cum illis, (herbis sup.) qui terunt, priusquam triuerunt, oculi vt extillent, facit.

‖ Scematio, diffiguratio corporis, cùm schema mutatur. ‖

Scēnă, æ, sine diphthongo. {סוֹךְ *soch* סֻכָּה *suchchâh.* σκηνή. GALL. *Vne ramee, vn eschaffaut couuert.* ITAL. *Scena, luogo vmbroso & doue stauano i rappresentatori delle comedie.* GERM. Ein laubhütten vmb des schattens willen gemacht. HISP. *Morada sombria, cabañuela, tienda, pauellon.* ANGL. *A scaffold or stage to behold playes.*} Propriè significat tabernaculum ex frondibus inumbrationis causa compositum: ἀπὸ τῆς σκιᾶς, hoc est, ab vmbra, deducto nomine. Vnde & Scenopegia, dicta sunt festa quædam Hebræorum, quibus agentes sub huiusmodi tabernaculis, ex ramis frondibúsque compositis, memoriam renouabant eius temporis quo Ægyptiorum seruitute liberati in solitudine sub tentoriis agitauerant. Ad hanc vocis huius originem respexit. Virg. *lib.1. Æneid.* Africæ portum quendam his versibus describens,

Hinc atque hinc vastæ rupes, geminique minantur
In cælum scopuli: quorum sub vertice latè
Æquora tota silent: tum syluis scena coruscis
Desuper, horrentique atrum nemus imminet vmbra.

Quanquam ibi scenæ vocabulum, non pro tabernaculo arte, manúve facto acceperit, sed pro loco, situ naturáque vmbroso. ¶ Et quoniam in eiusmodi tabernaculis Attica iuuentus, quum adhuc vicatim ageret, carmina quædam incondita decantabat, fabulásque quasdam suo more agebat, factum est vt postea in vrbem redactis Atheniensibus, nomen idem illi manserit contabulationi, quæ inter vtrumque theatri cornu erat protensa, in qua ab histrionibus fabulæ agebantur: quod etiam nomen Romani vnà cum re ipsa ab Atheniensibus acceptum assiduo vsu veluti suum effecerunt. Latiùs tamen Scenæ vocabulum interpretatur Labeo, referente Vlpian. *l.2. ff. de his qui not. infa.* cuius verba sunt hæc, Scena est (ve Labeo definit) quæ ludorum faciendorum causa, quolibet loco vbi quis consistat, moueatúrque, spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico priuatóve, vel in vico: quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittebantur. ¶ Scenarum olim varia fuerunt genera: ex quibus quæ Tragica dicebatur, columnis, fastigiis, palatiis, & signis, cæteróque apparatu prorsus regali instruebatur: Comica, priuatorum ædificiorum, & Menianorum, mediocrísque cultus speciem habebat: Satyrica, arboribus, montibus, speluncis, operéque topiario exornabatur. Erat & scena versatilis, quæ subitò tota machinis quibusdam vertebatur, & aliam picturæ faciem ostendebat. Item alia ductilis, quæ contractis tabulatis hac atque illac interiorem picturæ speciem denudabat. ¶ Produci scenam dicebantur histriones, mimíve quum ab eo qui ludos edebat, mercede, autoritate, aut gratia adducebantur, vt in scenam ad agendum prodirent. Reduci autem in scenam dicebantur, qui aliquanto interuallo postquam primum sui spectaculum præbuerant, ad agendum reuertebantur. Plin. *lib.7. cap.48.* Valeria Copiola Emboliaria reducta est in scenam à Pompeio Magno, quæ producta fuerat à M. Pomponio Ædili plebis. Ouid. *Eleg.12. lib.3. Trist.*

Scena viget, studiisque fauor distantibus ardet.

Idem 4. *Fast.*

Mira, sed in scena testificata loquar,

Plaut. *Pseud. sc.5.a.1.* Qui in scenam prouenit nouo modo. Idem *Capt. Prolog.* Foris illic extra scenam sicut prælia. Senec. *cap.10. de consol. ad Mart.* Collaticiis & ad dominos redituris instrumentis scena hæc adornatur. sup. apparatus. GALL. *Ce train & magnificence.* Sic quoque pro apparatu, & pompa funeris eo nomine vsus est Sueton. *in Calig. cap.15.* Tiberio, inquit, funerato amplissimè, &c. ad transferendos matris fratrísque cineres festinauit. *Et paulò pòst,* Nec minore scena Ostiam, & inde Romam Tiberi subuectos per splendidissimum quemque equestris ordinis, medio ac frequenti die duobus ferculis (aliàs forulis) Mausoleo intulit. ¶ Seruire scenæ, id est, seruire tempori, & rebus præsentibus sese accommodare. Translata ab histrionibus fabularum metaphora, qui non suopte ingenio agunt, sed hoc vnum spectant, vt quouis modo populi oculis placeant, alioqui explodendi exibilandique. Cic. *ad Brutum,* Tibi nunc populo & scenæ, vt dicitur, seruiendum est. ¶ Scena totius rei hæc est, dixit Cælius *ad Cicer. lib.6.* pro eo quod est, hæc est totius rei actio, in hoc rei totius cardo vertitur. ¶ Scena minore aliquid agere, id est, minore apparatu, pompa, & ostentatione: Budæus ex Sueton.

Scēnālis, e, adiectiuum, Scenicus σκηνικός, vt, Species scenalis. Lucret. *lib.4.* Namque ibi concessum caueat subter, & omnem Scenalem speciem patrum, matrúmque inficiunt.

Scēnătilis, e, & scenaticus, idem quod scenicus. Varro *in Modio.* Sed ô Petrulle ne meum taxis librum. Si te pepigat hic modo scenatilis. Idem ἐν ὄνῳ λύρας, vt comici, nitidi, scenatici. Ex Nonio.

Scēnĭcŭs, a, um, ad scenam pertinens. {σκηνικός. GAL. *De scene ou eschaffaut.* ITAL. *Pertinente à scena.* GERM. Zu der laubhütten so man in schawspil leu auffrichtet/ gehört. HISP. *Pertenециente à morada sombria ò cabañuela ò tienda.* ANGL. *Of a scaffold.*} vt, Scenici ludi. Cic. *de Orat.* Quis vnquam res præter hunc tragicas penè comicè, tristes remissè, seueras hilarè, forenses scenicè propè venustate tractauit. Idem *pro Archia Poëta,* Quod scenicis artificibus largiri solebat, id huic summa ingenij prædito gloria noluisset. Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Scenica vidisti lætus adulteria.

Sueton. *in Caligul. cap.11.* Nec tunc quidem inhibere poterat, quin scenicas

scenicas saltandi canendique artes studiosissimè appeteret. Idem *ibid. cap.* 18. Scenicos ludos & assiduè, & varij generis, multifariam fecit, &c. ¶ Scenicus verò absoluto vocabulo, histrio dicitur, qui in scena agit. ὑποκρίτης. Idem *in Nerone*, Ac spectaculis theatri clàm illatos quidam scenico placenti nuntium misit. Idem *in Tiber. cap.* 34. Ludorum ac munerum impensas corripuit, mercedibus scenicorum rescissis.

Scenicè aduerbium: vt Facere aliquid scenicè. σκηνικῶς. Quintilianus *lib.6.cap.*1.

Scenitæ, σκηνῖται. Cognominati sunt quidam Arabiæ populi, ἀπὸ τῶν σκηνῶν, hoc est, à tabernaculis, siue tentoriis in quibus habitant (vt inquit Solinus) ex caprarum pilis contextis. Hi à carnis suillæ esu abstinent, torúsque ille Arabiæ tractus suibus adeò est inimicus, vt eò aliunde inuectæ statim moriantur. Plin. *lib.*9.*c.*28. Nomades, infestatorésque Chaldæorum Scenitæ, vagi & ipsi, sed à tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metantur vbi libet.

Scenoma, tis. σκήνωμα. Tabernaculum, tentorium, siue habitaculum à verbo σκηνόω, quod est castra metari, siue tabernacula figere.

Scenographus, σκηνογράφος, qui scenas pingit. Hinc

Scenographia, σκηνογραφία, in pictura dicitur frontis & laterum abscedentium adumbratio.

Scenographicus, a, um, σκηνογραφικός, ἡ, όν, ad scenographiam pertinens.

Scenopegia. {חג הסכות *chag hassuchchóth.*} Vide *Scena.*

Scepsis, σκῆψις Stephano, duorum Oppidorum nomen est in Troade, quorum alterum vltra Cebrinem situm erat, ad excelsiorem Idæ montis partem, prope Polychnam. Hæc postea, recentiore condita, Palæscepsis dicta est, hoc est, antiqua Scepsis. Altera Scepsis, infrà superiorem sita erat stadiis circiter sexaginta, in quam veteris vrbis inco læ immigrauerunt ducibus & Scamandro Hectoris, & Ascanio Æneæ filiis. Hanc nonnulli putant Æneæ regiam fuisse, mediúmque situm obtinuisse inter regionem illi subditam & Lyrnessum, Vide Strab. *lib.* 13. Quin ipsa quidem regiuncula vrbibus hisce circuntecta Scepsis appella est. Plinius *lib.* 11.*cap.* 37. Asiæ regio Scepsis appellatur, in qua minimos (repete ex superioribus, lienes) pecori esse tradunt, & inde ad lienem inuenta remedia. E Scepsi recentiore ortum traxerunt Demetrius Grammaticus Homericæ Iliadis interpres & Metrodorus philosophus, & orator: de quo nonnulla diximus suo loco.

Sceptica, æ, σκεπτική. Philosophica quædam secta, nihil astruens, nihil definiens, aliorum tantùm decreta oppugnans, & in veritatis inquisitione perpetuò versans: vnde & Sceptica dicta est, quasi consideratrix, ἀπὸ τοῦ σκέπτεσθαι, quod est considerare. Primus sectæ huius autor Pyrrho Eleus fuisse existimatur: vnde & Pyrrhoniam quidam appellarunt: eiúsque sectatores Pyrrhonios. Gell *lib.*11. *cap.*5. Quos nos Pyrrhonios Philosophos, ij Græco cognomento σκεπτικοὶ appellantur. Id fermè significat quasi quæsitores, & consideratores. Nihil enim decernunt, nihil constituunt: sed in quærendo semper, considerandóque sunt, &c.

Scepticus, a, um, σκεπτικός, ἡ, όν, speculatiuus. σκέπτεσθαι speculari. Sceptici Philosophi, quasi quæsitores & consideratores qui omnia in suspenso relinquentes, nihil definiunt. Vide Lellium *loco superius citato.*

‖ Sceptoriæ, cistern.æ. Gl. Isid. Pro *exceptoria cisterna.* Sic olim sceptus, pro exceptus. Spansum, pro expansum. Cerda. ‖

Sceptrum, i, שבט *sché* et שרביט *sarbit.* σκῆπτρον. Gall. *Sceptre, baston royal.* Ital. *Scetro, bacchetta regale.* Ger. Ein königs stab/Scepter. Hisp *El cetro insigne real.* Ang. *A scepter, a rodde, a mace royal.*} Baculus regni insigne, quo Reges maiestatis gratia vtebantur. Propriè autem Iouis sceptrum erat, ab eo ad Reges & principes, & magistratus translatum. Ouid. 13 *Metam.*

——— *Datique*
Summa mouet sceptri. i. Imperij.

Idem 4. *Fast.*
A noto sceptris excutiere tuis.

Idem *lib.* 3. *Amor, Eleg.* 1.
Læua manus sceptum latè regale tenebat.

Hinc ad fœdera facienda semper adhiberi sceptrum consueuit: quando veteres in hoc Iouis simulacrum adhibere solebant cum sceptro. Quod quum difficile esset aliquando, præsertim quando fœdera cum remotissimis fiebant, inuentum est, vt sceptrum, quasi imaginem Iouis tenentes, fœdus percuterent.

Sceptifer, a, um, σκηπτοῦχος, σκηπτροφόρος. Gall. *Qui porte sceptre ou baston royal.* Ital. *Chi porta il scetro.* Germ. Sceptertrager/der des Königs stab tregt Hisp. *El que leua el cetro real.* Ang. *That beareth à mace royall.*} Ouid. 6 *Fast.*
Sceptriferas seruis tomola dedisse manus.

Schadon, χαδών, animal quoddam pennis & pedibus carens.

Schasteria, χαστηρία, quo organum ducitur, h. e. intentum laxatur, vel erectum demittitur: à χάζω, i. laxo.

Schasterium, χαστήριον, scalpellus, quo cutis χάζεται, laxatur, aperitur.

Scheda {σχέδη. Gal. *Vne fueille de papier ou de parchemin, ou autre chose à escrire, tablette.* Ital. *Carta, cartella, tauoletta.* Ger. Ein blat papeyr/ ein zedel item ein schreibtäfelin / welches man außwüschen kan. Hisp. *La carta ò hoja.* Ang *A sheet or shed of paper.*} Tabella, siue pagella philyracea, hoc est tiliacea, qua pro chartis priscos vti solitos Eustathius & Ælianus asserunt, hodieque Græcum vulgus σχέδας vocat tabulas eas quibus supputatores numeris scribendis vtuntur, vt mox litu spongiæ leuiter aboleri possint. Accipitur aliquando scheda pro charta seu libello extemporaneo, non satis expolito, cuiusmodi sunt, quas tanquam relecturi ponimus. Quint. *c.* 14. *lib.* 1 Nam qui omnes etiam indignas lectione schedas excutit, anilibus quoque fabulis accommodare sese potest, Martial. *lib.* 4.
Ohe iam satis est, ohe libelle,
Tu procedere adhuc, & ire quæris,
Nec summa potes in scheda teneri.

¶ Sosipater scidam scribi à nonnullis sine aspiratione, à scindendo, & ab aliis schidam ex Græco, ἀπὸ τοῦ σχίζειν, confirmat.

Schedula, æ, diminutiuum à scheda. {σχέδιον. Gall. *Petite charte ou tablette.* Ital. *Carticella, policetta breue.* Germ. Ein zedelin / bletlin papeyr darauff man schreibt. Hisp. *Cartezilla ò escritura que se toma por nota.* Angl. *A litle sheet or scrow of paper.*} Cicero *ad Cassium lib.* 15. Hæc te tertia iam epistola ante oppressit, quàm tu schedulam aut literam.

Schedicus, & Schedius, a, um, {σχέδιος. Gall. *Qui est fait à l'improuiste sur le champ, à la haste, hastif.* Ital. *D'improuiso.* Ger. Vnuersehenlich/ onbsünlich. Hisp. *Apressuroso.* Angl. *That is hastie or cometh vnwares*} Extemporarius, subitarius, tumultuarius, inelaboratus: qua voce vsus est Apuleius, de Dæmonio Socratis; In isto, inquit, schedico, & inconditio experimini, an idem sim repentinus, qui præparatus. Græci in eadem significatione dicunt σχέδιον, quum subitarium quiddam significare volunt, neque magna cura elaboratum. Vnde & σχεδιάζειν dicunt, pro eo quod est celeriter & ex tempore aliquid conficere: & σχεδίαν pro subitario nauis genere, quam ratem Latini appellant: siue etiam pro ponte tumultuario, quales aut ex funibus, aut ex connexis nauiculis ex tempore solent confici.

Schedia, genus nauigij inconditi, trabibus tantùm inter se connexis facti, quo mercimonia circumferunt post amissam nauem. Festus.

Schema, tis, Latinè figura, habitus, modus, ornatus. {σχῆμα. Gall. *Figure, forme, ornement.* Ital. *Forma, figura, ornamento.* Germ. Ein figur/gestalt/gezierd Hisp. *El habito, ò modo, ò forma ò figura* Angl. *A figure or ornament.* Næuius *Lycurgo*, vt citat Nonius, Pergite thyrsigeræ Bacchæ modo Bacchico cum schemate. Lucilius *lib.* 29. apud eundem, In gymnasio vt schema antiquo est, spectatores retinerem. ¶ Schemata item dicuntur quædam tam verborum quàm sententiarum lumina quibus tanquam insigniori ornatu, tota oratio distinguitur. Cic. *de clar. Orat.* Schemata enim quæ vocant Græci, ea maximè ornant orationem, eáque non tam verbis pingendis habent pondus quàm illuminandis sententiis. Quintil. *lib.* 9. *cap.* 1. Schema propriè dicitur quod est à simplici ac in promptu posito dicendi modo poëticè vel oratoriè mutatum. Legitur & schema fœmin. genere apud antiquos. Plautus *in prolog. Amph.* Quod ego huc processi sic cum seruili schema, id est, seruili habitu. In antiquioribus codicibus *scema* absque aspiratione scriptum visitur.

Schematismus, σχηματισμός, figuratio: modus corporis, figuratio vocis.

Schesis, σχέσις, vox Græca est habitudinem significans, vel affectionem. Accipitur autem pro figura non absimili antiphoræ, qua aduersariorum affectum quemlibet fingimus, cui mox respondeamus. Exemplum vide apud Rufinianum.

Scheticus, a, um, σχετικός, ἡ, όν, relatiuus, relationem habens. Schetica febris quæ facilè soluitur, vt diaria, putrida, biliosa, hectica incipiens. Et opponitur (hectica ἑκτικὸς πυρετός) quæ difficillimè soluitur: vt putrida pituitosa, melancholica, hectica iam absoluta & μαρασμώδης. Gorrh. ¶ Est etiam σχετικὸς habens vim retinendi, cohibendi, copulandi.

Scheria σχερία, insula est ex aduerso Thesprotiæ; quæ aliis nominibus Phæacia & Corcyra dicitur, Alcinoi hortis celeberrima, olim etiam Drepane appellata. Vide Plin. *lib.*4.*c.*12.

Schidia, {פלח *pélach.* σχίδια. Gall. *Fragmens, petites pieces.* Ital. *Scheggie.* Germ. Zimmerspän/hauwspän. Hisp *Pedaços de madera.* Angl. *Chippes that carpenters mak.*} Sunt assulæ, siue fragmenta quæ fabri materiarij ex ligno deiiciunt: à verbo Græco σχίζω, quod est findo: siue seco. Vnde σχίδος siue σχίδαξ, & per diminutionem σχίδιον siue σχιδάκιον, pro minutioribus illis fragmentis quæ à lignis quum finduntur, dolantúrve, dissiliunt. Vitruu. *lib.* 2. *cap.* Interualláque quæ relinquuntur propter crassitudinem materiæ, schidiis & luto obstruunt. Hinc ipsi etiam cunei quibus ligna finduntur, à Græcis ἐπισχίδια appellantur. Cælius *lib.*4.*cap.*13.

Schinis, σχίνις, insignis latronis nomen est, qui circa Isthmi initium, teste Pausania, miro crudelitatis genere sæuiebat. Apprehensas enim piceas in terram flectebat, & quos pugna vicisset, hos alligatos sinebat in aërem efferri: quocirca quum vtraque arbor alligatum ad se traheret, vinculique nodus in neutram laxaretur partem, sed vtrinque pariter conuelleret, eueniebat vt qui alligatus esset, laceraretur. Eodem pacto ipsum quoque Schinin Theseus dilaniauit, viam quæ ex Trœzene Athenas ducit, latronibus infestam, tutam reddidit. Ouid. *lib.*7.
Occidit ille Schinis, magnis malè viribus vsus.

Schinos, σχῖνος, arbor est eadem cum lentisco, mastichen exudans: ex cuius ligno cuspides, fiunt purgandis dentibus accommodæ. Vnde σχινοτρῶγες à Græcis dicti sunt homines delicatiores qui vt dentibus candorem concilient, perpetuò, lentiscum arrodunt.

Schinussa, σχίνουσα. Insula vna ex Sporadibus. Plin. *lib.*4.*c.*12.

Schisma, tis, {מחלקת *machalóketh.* σχίσμα. Gall. *Discorde, diuision, separation.* Ital. *Discordia, diuisione, separatione, dispartione.* Germ. Ein spaltung/ zertrennung / zweyung. Hisp. *La cisma, diuision, discordia.* Angl. *Discord, dissention.*} Latinè scissura, à Græco σχίζω, quod est scindo. Hinc diuisionem Ecclesiæ, schisma dicimus, quum eius membra diuisa, diuersa sequuntur capita. Per metaphor. est animorum discidium, concordiæ diuulsio. Item dissensio charitati Christianæ contraria; etsi maneat in fide concordia.

Schismaticus, a, um, σχισματικός, ἡ, όν, ad schisma pertinens. Schismaticus, qui schisma facit, vel sequitur.

Schiston lac, γάλα σχιστόν, in quo pars caseosa quodam cocturæ genere à sero est separata. Plinius *lib.*8. *cap.*9. Medici speciem vnam addiderunt lactis generibus quod schiston appellauere. Id fit hoc modo, Fictili nouo feruet maximè caprinum, ramisque ficulneis recentibus miscetur, additis totidem cyathis mulsi, quot sint heminæ lactis. Deinde igne demptum refrigeratione diuiditur, & discedit serum à lacte.

Schistus, siue Schistos, σχιστός, lapis est crocei coloris, in tenuissimas bracteas fissilis: vnde & nomen habet, ἀπὸ τοῦ σχίζεσθαι, idque κατ᾽ ἐξοχήν: multi enim præterea sunt lapides fissiles, quos hoc nomine non dignamur

gnamur. Effoditur in quibuſdam Hiſpaniæ locis, circa Iberum fluuium morſus omnino expers: vnde & ophthalmicis medicamentis in primis idoneus eſt. Hodie ſeplaſiarij eius loco vtuntur creta alba.

Schiſta oua. Plin. *lib.29.cap.3*. Fiunt & tota lutea, quæ vocant ſchiſta quum triduo incubata tolluntur.

Schiſtum, alumen. Plin.

Schiſta oua, ideſt, fiſſilia, reſpectu contentarum partium, apud eundem.

Schœneus, χοινεὺς, qui & Iaſius, rex Arcadiæ fuit, filius Abantis, & pater Atalantæ, quæ ab eo Schœneis dicitur. Ouid. *Epiſt* 15.

Et tulit Hippomenes Schœneida præmia curſus.

Hæc etiam vocatur Schœneia virgo, Idem 1. *Triſt.* Vide dictionem ſequentem.

Schœneia. Ouid. *Eleg.*1.*lib.*2.*Triſt.*

Quid loquar Hermionem, quid te Schœneia virgo!

Vide dictionem proximam. ſupra.

Schœniſmus, χοινισμὸς, menſura quædam terræ eſt, & torturæ genus, quod fit per funes.

SCHOENVS, { χοῖνος. GALL. *Vne corde, ou du ionc.* ITAL. *Corda, giunco.* GERM. Ein ſeyl. HISP. *Cuerda, junco.* ANGL. *A rope or buirushe.* } Latinè funis & iuncus. Plaut. *in Ruden.* Hi ſchœni enim atque hæ arundines ſunt nobis quæſtu & cultu Quo nomine etiam dicta fuit vrbs in ora Bœotiæ, infra Thebas: cuius meminit Plin. *lib* 4. *cap*. 17. ¶ Schœnos quoque menſura terræ apud Ægyptios, ſexaginta ſtadia continens, vt inquit Herodotus *lib*.2. Contrà Plin. *lib*.5.*c*.10. Schœno quadraginta tantùm tribuit ſtadia. Nec mirum eſt de menſuræ eius longitudine non ſatis conuenire inter ſcriptores: quum Strabonis teſtimonio conſtet apud ipſos etiam Ægyptios variè & inconſtanter obſeruatam fuiſſe ſchœni longitudinem, quum quibuſdam in locis ſchœni ſinguli centum viginti conſtent ſtadiis, in aliis ſexaginta, in aliis tantùm triginta.

Schœnŏbătēs, { χοινοβάτης. GALL. *Qui marche ſur vne corde, baſteleur qui danſe ſur vne corde.* ITAL. *Colui che giuoca caminando ſu la corda.* GERM. Ein gauckler der auff dem ſeyl gehet. HISP. *El trepador.* ANGL. *That danſeth on a corde.* } Qui per funes ludendo graditur. χοῖνος funis dicitur, & βαίνω, aſcendo. Iuuen. *Satyr*. 3.

Augur, ſchœnobates, medicus magus omnia nouit.

Hi à Firmico dicuntur neurobatæ, funerepi ab Apuleio, funambuli ab omnibus. Hinc

Schœnobaticus, a, um, ad ſchœnobatas pertinens.

Schœnŏbătĭcă. { χοινοβατική. GALL. *Art de danſer ſur la corde.* ITAL. *Arte di ballare ſu la corda.* GERM. Das gauckelſpyl / oder kunſt auff dem ſeyl zugehen. HISP. *Arte para danſar ſobre la cuerda.* ANGL. *The art of danſing on a corde* } Ars ipſa, ſiue exercitium funambulorum. Cælius *ad Ciceronem libr.* 8. Ego qui ſcirem Qu. Pompeium Bauli ſchœnobaticam facere & vſque eo, vt ego miſererer eius eſuriei.

Schenopegia, ἡ σκηνοπηγία, Hebræorum feriæ, quæ vulgò feſta tabernaculorum vocantur. *Leuitic cap.*23.*f & Deutero.c.*16.*Nehem. cap.*8. *& Zach.*14. vbi etiam in fœm. genere vſurpatur, ἡ τῆς σκηνοπηγίας ἑορτή. Tabernaculorum feſtum. Vide ſuprà in dictione *Scena.*

Schœnophilinda, χοινοφιλίνδα, luſus genus Polluci. Conſeſſum puerorum, circulo ſedentium, obit vnus, funiculúmque aut muccinium, aliúdve quid apud vnum aliquem deponit: qui ſi dolum non præuiderit, antequam circumcurſarit ille, vicem illius obire cogitur. Hadr. Iun.

Schœnoplocos, χοινοπλόκος, qui funes torquet, quem Latini reſtionem appellant.

Schœnopola, qui funes vendit.

Schœnus, untis, χοινοῦς Peloponneſi portus eſt ad ſinum Saronicum, in ipſis Iſthmi anguſtiis ſitus, diſtans à Cenchreis Corinthiorum nauali ſtadia XLV. vt eſt autor Strab. *lib*.8.

Schœnus, i, χοῖνος. Fluuius eſt Bœotiæ, per eiuſdem nominis oppidum labens, quinquaginta ſtadiis à Thebis. Autor Strabo *lib* 9.

Schœnopraſum, porri ſpecies. { GAL. *Petit porreau.* GERM. Schnitlauch/ & Bryßlauch.

SCHŎLĂ, æ, Ludus literarius. { γυμνάσιον, παιδευτήριον, διδασκαλεῖον, φοιτητήριον, ἠγορτήριον. GALL. *Vne eſcole, ou college.* ITAL. *Scuola, collegio.* GERM. Ein ſchul/ lehrhauß. HISP. *Eſcuela.* ANGL. *A ſchoole.* } à verbo Græco σχολάζω. quod eſt vaco, quia cæteris rebus omiſſis vacare liberalibus ſtudiis pueri debent. Auſonius tamen ἀπὸ τῆς σχολῆς deduci mauult: id eſt, ab vacatione & laxamento, quod pueris interdum dandum eſſe præſcribit. Sic enim ait, Graio ſchola nomine dicta eſt, Iuſta laboriferis tribuantur vt otia muſis. Plurali numero ſcholæ, apud Feſtum. Cicer. 2. *Offic.* Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de vtenda commodiùs à quibuſdam optimis viris ad Ianum medium ſedentibus, quàm ab vllis philoſophis vlla in ſchola diſputatur. Sueton. *in Tib. cap*.11. Cùm circa ſcholas & auditoria profeſſorum aſſiduus eſſet, &c Quintilianus *lib*.3. *cap*. 8. Hæc vel ad ſcholarum exercitationes pertinere creduntur. Idem *in Proœm. lib*.2. Qui ſi fuiſſet aliquando perfectus, non à philoſophorum ſcholis virtutis præcepta peterentur. Ergere ſcholas. Quintilianus *lib*.1. *c*. 2. Sed vt fugiendæ ſint magnæ ſcholæ, cui ne ipſe quidem rei aſſentior (ſi ad aliquem meritò concurritur) non tamen hoc eo valet, vt fugiendæ ſint omnino ſcholæ: aliud eſt enim vitare eas, aliud eligere. Explicare ſcholam, eſt præcepta doctrinæ exponere. Cicer.2. *de finibus*, Primùm, inquam, deprecor, ne me tamquam Philoſophum putaris ſcholam vobis aliquam explicaturum: quod ne in ipſis quidem philoſophis magnopere vnquam probaui. ¶ Erat & in balneis ſchola apud Vitruuium, hoc eſt, pars labri ſiue aluei, à præſtando (vt quidam arbitrantur) dicta, vt occupato ab his qui priores veniſſent labro, in ſchola cæteri circumſpectantes, rectè ſtare poſſent. Erat & in porticibus, autore Plin. Alexandrum, inquit, & Philippum cum Minerua, qui ſunt in ſchola in Octauiæ porticibus & Philippi. ¶ Cicer. *lib*.1 *Tuſcul.* poſuit ſcholas pro diſputationibus & controuerſiis quæ in ſcholis inter doctorem & diſcipulos otioſè agitari ſolent, quum inquit, Hanc perfectam philoſophiam ſemper iudicaui, quæ de maximis quæſtionibus copioſè poſſet ornatéque dicere: in quam exercitationem ita nos ſtudioſè operam dedimus, vt iam etiam ſcholas Græcorum more habere auderemus.

‖ Scholæ, ordines officialium. Buleng. ‖

Schŏlāris, e, quod ad ſcholam pertinet. { σχολαστικὸς. GALL. *Appartenant à eſcole.* ITAL. *Pertinente à ſcuola.* GERM. Schuleriſch. HISP. *Perteneciente à eſcuela.* ANGL. *Belonging to eſchoole.* } Hieronymus *ad Damaſc.* Nec aures Quintiliani floſculis & ſcholari declamatione mulcendæ.

‖ Scholares & Scholarij. Suid. milites ſupernumerarij. His maius ſtipendium quàm cæteris militibus datum. Buleng. ‖

Scholicus, a, um, σχολικὸς, ἡ, ὸν, ad ſcholam pertinens. Athen. *lib*.3. σχολικὰ ὑπομνήματα. Gell. *cap*.1. *lib*.4. Oſtentabat quiſpiam Grammaticæ rei doctior, ſcholica quædam nugalia, de generibus & caſibus, (i. ſcholaſtica.)

Scholaſtes, σχολαστὴς, qui σχολάζει, otiatur: qui vacat literarum ſtudiis, diſcipulus. Dicunt etiam

Scholaſter: vnde

Scholaſterium, σχολαστήριον, locus, in quo commodum eſt σχολάζειν, quieſcere poſt labores.

Schŏlăſtĭcŭs, a, um, ad ſcholaſtem pertinens, otioſus: otioſis congruens ſpectans ad ſcholam: puerilis, frigidus: eleganter eruditus: Aduocatus & patronus cauſarum; antè in ſcholis præparatus: etiam per prouincias iudex. Vide Meurſ. Gloſſ. Græcobarb. { σχολαστικὸς. GALL. *Appartenant à eſchole, ſcholaſtique.* ITAL. *Pertinente à ſcuola.* GERM. Das zu der ſchul gehört/ſchuleriſch. HISP. *Coſa perteneciente a eſcuela.* ANGL. *Belonging to the ſchoole.* } Vnde Scholaſtica diſciplina, & ſcholaſticos vocamus diſcipulos, qui dicendi gratia ſcholas frequentant. Plin. *Epiſt*.24. Scholaſticis porrò dominis, vt hîc eſt, ſufficit tantùm abundè ſoli, vt releuare caput, reficere oculos, reptare per limitem, vnámque ſemitam terere, &c. ¶ Seneca, Scholaſticorum mos à iureiurando exordiendi. ¶ Ponitur quandoque Scholaſticus pro declamatore ſolùm in fictis cauſis & otioſis verſato, non in veris litibus. Plin. *Epiſt.lib*.2. Scholaſticus tantùm eſt, quo genere hominum nihil aut ſimplicius aut ſincerius aut melius: nos enim qui in foro, veriſque litibus terimur, multum malitiæ, quamuis nolumus, addiſcimus.

Scholarcha, σχολάρχης, qui σχολῆς ἄρχει, præeſt ſcholæ.

Schŏlĭum, ij, Interpretatio breuior, breue ſcriptum. { σχόλιον. GALL. *Vne gloſe, vne brieue interpretation.* ITAL. *Breue dichiaratione.* GERM. Ein kurtze erleuterung oder außlegung/gloß. HISP. *La poſtilla ò gloſa.* ANGL. *An short expoſition.* } Cic *Attic.lib*.16 Velim σχόλιον aliquod elimes ad me, oportuiſſe te id facere.

Scholiaſtes, σχολιαστὴς, commentator: qui ſcholia ſcribit.

Sciæ ſiue Siciæ Balneæ. Gell. *initio lib*.4 Hyeme iam diſcedente apud Balneas Scias in area ſub calido ſole ambulabamus. Sebaſt. Gryphij editio hîc habet *Sicias.*

Scia, σκιὰ, vmbra. ¶ Item coxa, femur. correptum ex ἰσχίας. ſic Sciatica, ex ἰσχιαδικὴ, ſc. νόσος: dolor iſchiadicus.

Sciăgrăphĭă, { σκιαγραφία. GALL. *Premier delineament, ombragement.* ITAL. *Bozzatura imbozzatura.* GERM. Erſte entwerffung eines gemäls. HISP. *La traza ò debuxo.* ANGL. *The firſt draught or delineation of any thing.* } Prima illa & rudis picturæ delineatio quæ & ichnographia dicitur, quum ſcilicet futuri operis lineamenta carbone, creta aut rubrica ducuntur.

Sciămăchĭa, ſiue Sciomachia, σκιαμαχία, ἢ σκιομαχία pugna vmbratilis, teſte Gellio, & armorum meditatio quæ fieri ſolet roboris agilitatiſque exercendæ gratia.

Sciapodes ſiue Sciopodes, σκιάποδες, ἢ σκιόποδες. Populi ſunt Troglodytis finitimi (vt ex Cteſiæ ſententia tradit Plin. *lib*.7.*c*.2.) qui & monoſceli à ſingulis cruribus ſunt appellati, miræ pernicitatis ad ſaltum. Sciapodes inde dicti, quòd in maiori æſtu humi iacentes reſupini, vmbra ſe pedum protegant.

SCĬĀTHĒRĬCVM, Horologium quo horas ex vmbra Solis colligimus { ὡρολογεῖον, σκιαθηρικόν. GALL. *Horologe du ſoleil, vn quadran.* ITAL. *Horiuuolo a ſole.* GERM. Ein ſonnen vhr/oder ſonnenzeyger. HISP. *Relox de ſombra* ANG. *A diall.* } Cic. 1. *de nat. deor.* ſolarium appellat.

Sciăthēiăs, æ, ſiue Sciotheron. { σκιαθήρας, ἢ σκιόθηρον. GALL. *La broche ou verge d'vn quadran qui monſtre les heures par ombre* ITAL. *Brocca, raza ò verga di horiuuolo a ſole che monſtra le hore.* GERM. Der zeyger deß ſchattens in einem ſonnen inſtrument. HISP. *La verga del relox de la ſombra.* ANGL. *The threade or any thing whereby we knawe the houres in a diall.* } Inſtrumētum gnomicū quo vmbras indagamus. Hoc architecti in metandis vrbibus vtebatur, octóque cæli regiones exactè colligentes, ventorum vim, moleſtā vrbibus oppoſitis platearum, angiportorúmque angulis frangebant, aut amoliebantur: auráſque corporibus ſalubres platearum directionibus admittebant. Vide Vitruuium *lib*.1. *cap*.6.

Sciathos, Inſula eſt ad Artemiſium, teſte Herodoto *in Polymnia.* Vide Valerium *Argon*. 2

Iam Scyathos ſubſedit aquis.

Scibones, telorum genus. Gell. *cap*.25.*lib*.10.

Sciens, Scienter, Scientia, vide *Scio.*

Scĭlĭcĕt, videlicet, nempe, nimirum, certè, profectò, ‖ quaſi ſcire licet, vt *videlicet*, videre licet. { δῆπου δηλαδὴ, ἀμέλει. GALL. *Penſez que voire, certes, Dieu ſçait que voire, pour certain.* ITAL. *Certo, certamente.* GER. Nämlich/freilich HISP. *Conuiene à ſaber ò ciertamente.* ANGL. *Truely, without doubt, that is to ſay.* } Cic. 2. *Verr.* Reſpondit id quod neceſſe erat, ſcilicet dicto audientem fuiſſe prætoris. Idem *pro Cælio*, Quum ſcires quantum ad ſcelus aurum hoc quæreretur, ad necem ſcilicet legati. Idem *lib*.9. *Epiſt.* Quid eos interpretari putas, quum hoc faciunt: ad hoſtem ſcilicet portari. Ouid. *in Epiſt.*

Canaces, ſcilicet eſt aliquid cum ſæuis viuere ventis.

id eſt, multum profectò ad rem facit. Plaut. *Aſin. ſc* 1. *a*. 4. Ita ſcilicet facturam (credibile eſt, ſup.) Idem *Pſeud. ſc*.2.*a*.3. Verum amicis an inimicis daturus cœnam? Item *Curc. ſc*.2.*a* 2. Item alios Deos facturos ſcilicet. (i. credere licet & veriſimile eſt) Idem *Capt. ſc*.2.*a*.2. Id Orcum ſcire oportet ſcilicet. Catul. *de Com. Beren.*

Scilicet in vario me solum limite cœli.

(affirmantis.) ¶ Scilicet, pro nempe. Ouid. *Eleg.6. lib.4. Trist.* Venustissimè autem ponitur ironicôs, tanquam, quasi verò, quum rem aliquam absurdam esse, & minimè credibilem, volumus significare. Terent. *in Andr.* Meum gnatum rumor est amare. DAV. Id populus curat scilicet. Virg.4. *Æneid.*

Scilicet is superis labor est.

Ouid. *Eleg.1.lib.2. Trist.*

Scilicet imperij princeps.

Idem 13. *Metam.*

Scilicet idcirco pro nato,&c.

Cum interrogatione. Cic. *pro Rabirio perduel. reo,* Scilicet tibi grauiorem dolorem patrui tui mors attulit quàm G. Graccho fratris?

SCILLA, {σκίλλα. GALL. *Squille, oignon marin.* ITAL. *Squilla.* GERM. Meerzwibel / oder meußzwibel. HISP. *La cebolla albarrana ò syluester.* ANGL. *A shrimpe fishe.*} siue, vt apud Varronē legitur, Squilla. Herba est ex genere bulborum, radices habens cæparum modo multipliciter tunicatam. Officinæ cum Varrone squillam nominant Aristotel.*lib.1. de plantis,* Quædam habent vnam tantùm radicem, vt scilla: quia illa nascitur ex solo raro, procedítque infernè dilatando se. Col. *lib.* 16. Sed etiam remedio cum dulci vino tritū serpillum, & concisa, & aqua macerata scilla. Idem *cap.* 28. *lib.6.* Si equa marē non patitur, detritā stillā naturalia eius linuntur, quæ libidinem accendit.

Scillitus, a, um, ex scilla factus.

Scillīticūs, a, um, idem. {σκιλλιτικός GALL. *De squille.* ITAL. *Di squilla.* GERM. Auß meerzwiblen gemacht. HISP. *Cebolla, albarrana.* ANGL. *Of a shrimpe fishe.*} Quod ex scilla factum est. Plin. *lib.24.cap.8.* At cum aceto acri, magísque scillitico,&c.

Scillīnūs, aliud adiectiuum, idem Plin. *lib.23. cap.2.* Acetum scillinum inueteratum magis probatur,&c.

Scillītēs, acetum, dicitur in quo scillarum bulbi ad medicamentum macerati sunt. ὄξος σκιλλιτικόν. Plin. *lib.32.cap.10.* Vrtica marina trita ex aceto scillite,&c.

Scimpōdĭum, scimpodij. {σκιμπόδιον. GALL. *Petit lit.* ITAL. *Picciol letto.* GERM. Ein gautschen / Lotterbet. HISP. *Lecho pequeño.* ANGL. *A litle bed to rest on.*} Grabatum, siue humilior lectulus, diurnæ quieti accommodatus. Gell. *lib.18.* Offendimus eam cubantem in scimpodio Græciensi. Est autem diminutiuum à Græco σκίμπους, quod est eiusdem ferè significationis.

Scincūs, σκίγκος, genus crocodili terrestris, ab aquatico distans tum candore, & tenuitate cutis, tum squamarum situ, quas habet ad caput versas. Affertur salsus ex India, & Arabia. Rostrum eius, & pedes in vino albo poti, cupiditates Veneris accendunt. Vide Plin.*lib.28.c.8.* ¶ Scincus perna. Theod. Priscian. *lib.2.cap.11.* Reparatum est & pipere, satyrio & scinto & erucæ semine. Hinc compositum, *friscinga,* inquit Cl. Meursius: nempe, puto, quasi frischeschincke / recens, seu mustea perna.

Scindapsus, genus plantæ, similis hæderæ, apud Nysam in India: vt Apollonij scoliastes tradit.

SCINDO, is, scidi, ssum, per duplex ss. Findo, frango, diuido. {קרע karáh בקע bakáh פלח paláchּ. τέμνω, σχίζω. GALL. *Trancher, couper, deschirer.* ITAL. *Schiappare, fendere.* GERM. Schneiden/Sparten. HISP. *Cortar ò tajar ò hender.* ANGL. *To cutt, to deuide, to rent, to teare.*} Senec.*c.17. de vita beata.* Quare peritè seruitur, & est aliquis scindendi opsonij magister. ¶ Scindere conuiuis, pro apponere, & carpere, & dare. Martial.*epigr.12.lib.3.* Virg.5.*Æneid.*

Procumbunt piceæ: sonat icta securibus ilex,
Fraxineæque trabes, cuneis & fissile robur
Scinditur.

Ouid.3.*Trist.Eleg.19.*

Nec poterit rigidas scindere remus aquas.

Idem *Eleg.3.lib.5. Trist.*

Et scythicum profuga scindere puppe fretum.

Idem *Eleg.3.lib.3.Trist.*

Parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos.

¶ Scindere comam, i. laniare & vellere. Apud Cic.3.*Tusc.* Scindens dolore identidem intonsam comam. Scindere dolorem suum est, patefacere commemorando. Idem *ad Attic. lib.3.* Nolo commemorare, quibus rebus sim spoliatus: non solùm quia non ignoras, sed etiam ne scindam ipse dolorem meum. ¶ Penulam scindere dicimur quum summo studio hospitem discedentem retinemus. Idem *ad Attic.lib.13.* Venit enim ad me, & quidem id temporis, vt retinendus esset: sed ego ita egi, vt non scinderem penulam. Et *paulò pòst,* Horum ego vix attigi penulam, tamen remanserunt. Scindere sententiam, est mutare. Idem *ad Attic.lib.13.* Non licet scindere sententiam suam: sed tamen quæ tum acta sunt, non possum non probare: & tamen non curare pulcrè possum, sicuti facio. Virg.2.*Æneid.*

Sinditur incertum studia in contraria vulgus.

id est, Diuiditur, & in diuersas sententias, veluti partes quasdam, it. ¶ Scindo, scindidi, olim in præterito habuit. Plaut. *in Pseud.* Nam ego cicilendrum, quando in patina scindidi. ¶ Huius verbi composita sunt, Abscindo, Conscindo, Discindo, Interscindo, Proscindo, & Rescindo: de quibus suo loco.

Scissūs, a, um, participium. {קרוע karúaּh נבקע nibkáh. ἐσχισμένος, διῃρημένος. GALL. *Fendu, coupé, rompu, deschiré.* ITAL. *Tagliato, fesso, rotto, stracciato.* GERM. Zerschnitten/zerrissen/zerschrentzt. HISP. *Cortado, tajado, ò hendido.* ANG *Cutte rent, torne.*} Virg.12.*Æneid.*

——— it scissa veste Latinus
Coniugis attonitus fatis, vrbisque ruina.

Ouid.*Epist.11.*

Quum superincumbens, scissa tunicáque, comáque,
Pressa refouisti pectora nostra tuis.

Scīssūs, us, ni, pro ipsa scissura. {קרע keráh בקיע bekiáh. σχίσις, σχισμός. GALL. *Coupure, rompure.* ITAL. *Schiappatura, fessura.* GERM. Ein schnit/schrot/riss/eis flack. HISP. *Cortadura, hendidura.* ANGL. *A cutting.*} Varr. Scissu materiæ fatigatus, quiescebat lectulo.

Scīssĭlis, e, quod scindi potest, vel quod scissum est. {σχιστός. GALL. *Facile à couper, aisé à rompre & deschirer.* ITAL. *Che si può fendere.* GERM. Das gut zuschneiden oder zuspalten ist. HISP. *Cosa que se puede cortar ò hender.* ANGL. *That is easilie cutte or deuided.*} vt, Scissi alumen, apud Celsum *lib.6.* Inspergíque vlcera debent alumine scissili.

Scīssĭo, nis, σχίσις. Macrob.*comment.lib.1. cap.6.* Sed ille ratione scissionis, hic numero.

Scīssūrā, æ, ipsa scissio. {קרע kérah בקיע bekiáh. σχίσις. GALL. *Fente, rompure, deschirure.* ITAL. *Schiappatura, fenditura, rompitura, stracciatura.* GERM. Ein riss/spalt/zerschneidung/schlitz. HISP. *Cortadura, hendidura.* ANGL. *A cut, chap or cleft.*} Plin.*lib.11.c.28.* Pennæ insectis omnibus sine scissura. Idem *lib.5.c.9.* Vnde ad Ammonis oraculum duodecim dierum iter est: ad scissuram autem Nili quod appellauimus Delta, quindecim M.P. Scissuras aui vocat Cels. *lib.6.cap.18.* quæ Plin. fissa aui, h.e. ῥαγάδας, & ῥήξεις.

SCĪNTILLA, æ, Igniculus, propriè qui è silice quum cæditur exilire solet. {שביב schebib נצוץ nisóts. σπινθήρ. GALL. *Estincelle.* ITAL. *Scintilla.* GERM. Ein funck oder gneist. HISP. *Centella de fuego.* ANGL. *A sparge of fier.*} Virg.1.*Æneid.*

Ad primum silicis scintillam excudit Achates.

Ouid.4.*Fast.*

Pars quoque quum saxis pastores saxa feribant,
Scintillam subitò prosiluisse ferunt.

¶ Per translationem accipitur pro minima lucis alteriúsve rei particula. Cicer.4.*Academ.* Isti autem, quos tu probas, tantis effusis tenebris, ne scintillam quidem vllam nobis ad aspiciendum reliquerunt. Scintilla belli, pro reliquis. Idem *ad Plancum lib.10.* In illam igitur curam incumbe, mi Plance, vt neque scintilla teterrimi belli relinquatur.

Scīntīllŭlă, diminutiuum. {σπινθηρίδιον. GALL. *Petite estincelle.* ITAL. *Scintilleta.* GERM. Ein füncklin. HISP. *Pequeña centella.* ANGL. *A litle spark of fier.*} Cicero *lib.5. de finib.* Virtutum quasi scintillulas videmus,&c.

Scīntĭllo, as, Splendeo, mico, & veluti scintillas quasdam emitto. {ברק barák. σπινθηρίζω. GALL. *Estinceller.* ITAL. *Splendere, risplendere, scintillare.* GERM. Gneisten/ zwitzeren als ob gneist daruon füren. HISP. *Centellar, echar centellas, resplandecer.* ANGL. *To sparkle or cast forth sparkes.*} Plaut. *in Men.sc.2.a.5.* Vt oculi scintillant, vide Virg.1.*Georg.*

Ne nocturna quidem carpentes pensa puellæ,
Nesciuere hyemem, testa quum ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.

Plin.*lib.20.cap.1.* Hoc enim veri experimentum est, si admodum prius quàm extinguant, scintillare sursum ac deorsum cogat.

Scīntīllātĭo, nis, actus scintillandi. {σπινθηρισμός. GALL. *Estincellement.* ITAL. *Scintillamento.* GERM. Das gneisten vnd zwitzeren HISP. *Obra de centellar.* ANG. *A sparkling.*} Plin.*lib.29.c.8.* Prodesse tradit capitis doloribus, oculorum caligini, scintillationibúsque.

SCĬO, scis, sciui, scitum: futuro, sciam & scibo. {ידע jadháh. εἰδω, γινώσκω, ἐπίσταμαι. GALL. *Sçauoir, entendre.* ITAL. *Sapere, essere dotto.* GER. Wissen. HISP. *Saber, ser docto.* ANGL. *To knaw, to vnderstād.*} Terent. *in Adelph.* Hinc scibo iam vbi fiet. Scibo, pro sciam, sæpe apud Plaut. vt *Asin.sc.1. a.1.* Ipse scibo, te faciam vt scias. Idem *Menach. sc. 4. a. 2.* Iam scibo vtrum me magis amet, an marsupium. Item *sc.2.a. 5.* Scibo vt factum. *Ibidem sc.2.a. 1.* Scibo si quid titubatum est. Idem *Pseud. sc. 4. a. 4.* Haud multò pòst scibis. Et iterum *ibidem sc. 2. & 5. a. 1.* ¶ Quid sit scire & quid differat à Meminisse, disce ex Senec. *Epistol.33.* Et propriè scire, est rem per causam cognoscere. Plaut. *Epid.* quia ego hanc quæ fiet, Neque scio neque noui. Idem *Mostell.sc.1.a.1.* Hoc vnū scito: nimio celeriùs venire quod molestum est, quàm quod cupidè petas. Idem *Pseud. sc.4.a.2.* Scis amorem, scis laborem; scis egestatem meam. Idem *Menach. sc.2.a.2.* Neque te quis sis homo scio. Idem *ibidem sc. 5. a.5.* Non tu scis quantum isti morbo facias mali. Idem *Pseud. sc.2. a.1.* Pacisci modò scis, sed quæ pacta es, non scis soluere. Idem *Milit. sc.2.a.2.* Tacere nostrorum solus scio. Idem *Curc.sc.3. a.1.* Scires velle tuâ gratiâ. Hîc scires, (i. facilè intelligere posses.) Idem *Menach. sc. vlt.a.5.* Roga nihil reticebo quod sciam. Idem *Curc sc.1.a.2.* Hic solus scit diuinitùs. (i. coniector somniorum est.) Idem *Capt. sc. 1. a.4.* Scis bene esse. (i. edere.) *Ibid. sc.1. a.2.* Scimus nos nostrum officium quod est. Idem *Menach.sc.3.a.3.* Vt hæc bona ex me sciat. Idem *Capt. sc.2.a.2* Scio ego, lucrum multos lutulentos reddidit. *Ibid.* Id Orcum scire oportet scilicet. Senec. *cap. 4. de consol. ad Marciam* (Quantum ego quidem sciam.) Et Velleius, Scires quid interesset. (i. scire posses.) Cicero 1. *de Orat.* Nihil certum sciri, nihil planè recognosci & percipi possit. Liu.5.*bell. Punic.* Iam tumultus erat, clamórque, qualis esse in capta vrbe solet: sed quid rei esset nemo satis pro certo scire. ¶ Quod scio, nescio: vel, Nescio quod scio: & similia prouerbij speciem habent, nósque monent, ea quæ scimus, interdum ita tacenda esse, ac si nesciremus, h. e. non esse diuulganda. Hinc illud serui apud Plaut. *in Bacchid. sc. 5. a. 4.* Nescio etiam id, quod scio: oblitus sum omnia; Scio me esse seruum. Idem *in Milit. sc.6.a.2.* Linguam comprime posthac: etiam illud quod scies, nesciueris. Et Terent. *Eunuch.* Tu pol si sapis. Quod scis, nescis. Et rursus *in Heauton.* Tu nescis quod scis, Dromo, si sapis. Scire linguas, hoc est, nosse, siue callere. Plautus *Pen.* Et hic omnes linguas scit: sed dissimulat sciens se scire. Scire fidibus. Terent. *Eunuch.* Is vbi hanc forma videt honesta virginem, Et fidibus scire, pretium sperans illico producit. Scire Latinè, vel Græcè. Cicer. *de clar. Orat.* Non enim tam præclarum est scire Latinè, quàm turpe nescire. Idem 2. *de finib.* Quum Græcè, vt videor, luculenter sciam. Scire de aliquo, pro referre ab aliquo. Cicer. *pro Sylla,* Nam de cæteris certè sciebat. Scio Ex. Plaut. *Curc. sc.2. a.2.* Nam quod scio, omne ex hoc scio. ¶ Sciri passiuum. Cicero 5. *Verr.* Id adeò sciri facillimè potest ex literis publicis. Idem 2. *de Orat.* Ars enim earum rerum est quæ sciuntur: oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur. Scibitur, impersonaliter. Plautus *Capt. scen. 1. a.4.* quod quum scibitur, Per vrbem irridebor. Scin' pro Scisne. Terent. *in Eunuch.* Scin' tu vt tibi res sese habeat? Huius composita sunt, Ascio, Abscio, Conscio, Descio, Nescio, Præscio, & Rescio: à quibus Ascisco, Concisco, Descisco & Rescisco, de quibus suis locis.

Sciēns, tis, participium à ſcio: ſiue nomen ex Participio, non ignorans, non neſcius. { ידע jedhéath. εἰδώς. GALL. Sçachant, ſçauant, qui ſçait. ITAL. Sciente, intendente. GERM. Wiſſend. HISP. El que ſabe, ſabidor. ANGL. Knawing, underſtanding. } Terentius *Andr.* Id ego iam nunc tibi renuntio here futurum, vt ſis ſciens. Plaut. *Milit. ſc.* 1. *a.* 2. Sene ſciente hoc feci: Is conſilium dedit. Idem *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 1. An tu te vis ſciens ſuſpendere vt me defraudes? Idem *Capt. Prol.* Plus inſciens ſæpè quis fecit, quàm ſciens boni. Idem *Milit. ſc.* 6. *a.* 2. Si ego, me ſciente, pateret fieri vicino iniuriam. Et *in Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Propterea quòd me non ſcientem feceris. Item Gell. *lib* 7. *cap.* 11. extremo: Sed tu verbis conceptis iuraſti ſciens, ſciente animo tuo. ¶ Aliquando idem quod prudens, & data opera. Terent. *Heaut.* Sciens non faciam. Cic. 7. *Verr.* Nam mihi videor de omnibus iam rebus eius geſtis dixiſſe, quæ quidem ad belli fugitiuorum pertinerent ſuſpicionem: certè nihil ſciens prætermiſi. Idem *pro Sylla*, Nullum à me ſciente facinus occultatur. ‖ ¶ Sciens agendi. Velleius Paterc. *Triſtor.* 2. Prouidens atque agendi ſciens. ‖ ¶ Sciens cum genitiuo pro gnarus, ſiue peritus. Sciens locorum, Saluſt. *Iug.* 132. Gell. *lib.* 18. *cap.* 5. Lucilius adeò vir adprime linguæ Latinæ ſciens, equum equitare dicit. Antiquè pro Equitem: vide ſuprà *Eques*, & *Equus*. Horat. 3. *Carm. Ode* 9.

Me nunc Threſſa Chloë regit
Dulceis docta modos, & citharæ ſciens.

Velleius, Sciens agendi. ¶ Scientior, comparatiuus. Cicero *pro Lege Manilia*, Quis igitur hoc homine ſcientior vnquam aut fuit, aut eſſe debuit? ¶ Scientiſſimus, ſuperlatiuus. Cicero 1. *de Inuent.* Nam nauis optimè curſum conficit, ea quæ ſcientiſſimo gubernatore vtitur. Velleius, Parendi ſed vni ſcientiſſimus. Saluſt. *Iug.* 135. regionum ſcientiſſimi.

Sciēntĕr, aduerbium, Prudenter, & data opera. { ἐπιστημόνως, ἐπιστημονικῶς. GALL. Sçauamment, à ſon eſcient, & à ſon gré. ITAL. Sauiamente, ſapendolo. GERM. Wiſſentlich/mit wiſſen. HISP. Sabia, ſcientificamente. ANGL. wittinglie. } Plin. *in Paneg.* Explanauítque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam ſcienter fefelliſſet, deorum iræ conſecraret. ¶ Aliquando Scitè, Peritè, doctè. Cic. *in Bruto*, Quàm omnino multa de iure ciuili, quæ quidem peritè & ſcienter, tum ita breuiter & preſsè, & ſatis ornatè, & pereleganter diceret. ¶ Scientiùs. Scientiſſimè. Idem *de Orat.* Nam neminem in eo genere ſcientiùs verſatum Iſocrate confitendum. Idem *lib.* 1. *de diuinat.* Hetruria autem cœlo tacta, ſcientiſſimè animaduertit, eadémque interpretatur, quid quibuſque oſtendatur monſtris atque portentis.

Sciēntĭă, æ. Certa rei alicuius per cauſam cognitio. { דעת dáhat מדע maddah חכמה choehmáh. ἐπιστήμη. GALL. Science, cognoiſſance. ITAL. Scienzia, dottrina, ſapienza. GERM. Wiſſenheit/kunſt HISP. Sciencia. ANGL. Science, knawledge, underſpanding. } Philoſophi definiunt eſſe habitum, vna vel pluribus demonſtrationibus acquiſitum, quo certò ſcimus rem aliter ſe non poſſe habere. Cic. 1. *de natura deorum.* Vt magno argumento eſſe debeat cauſam, id eſt, principium philoſophiæ eſſe ſcientiam. Idem *de Officiis*, Modeſtia eſt ſcientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. *Ibidem*, Prudentia eſt rerum expetendarum, fugiendarúmque ſcientia. Idem 2. *de nat. deor.* Futurorum malorum ignoratio vtilior eſt quàm ſcientia. Idem 3. *de Orat.* Omnes enim trahimur, & ducimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem. ¶ Dicimus autem conſequi ſcientiam, dare ſcientiam, habere ſcientiam, profiteri ſcientiam, tenere ſcientiam alicuius rei, quæ locutiones viris doctis familiares ſunt. ¶ Contrarium eſt inſcientia, quæ & inſcitia dicitur, de quibus ſuis locis.

Scĭtus a, um, prima breui. Venuſtus, elegans, politus, excultus, argutus, ornatus. { חכם chacám, σοφός, χαρίεις. GAL. Sage & ſçauant, accort, bien appris. ITAL. Dotto, ſaputo, aguto, accorto. GERM. Fein/Zierlich/Klug. HISP. Sabio, ſcientifico. ANG wiſe, trimme, wittie, feat. } Ter. *in Eunuch.* Scitum hercle hominem, hic prorſus ex ſtultis inſanos facit. Plaut. *Amphit.* Nimis ſcitus eſt Sycophanta. Idem *Pſeud. ſc* 4. *a* 2. Ecquid is homo ſcitus eſt? C. Plebiſcitum non eſt ſcitius, (vel vt alij libri habent,) non eſt æquè ſcitum. Cic. *in Lælio*, Scitum eſt illud Catonis, Multo melius de quibuſdam acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos qui dulces videantur. ¶ Interdum accipitur pro formoſo. { טוב tob נעים natim יפה japhéh. ἀςεῖος. GALL. Gentil, ioly, gratieux, mignon. ITAL. Gentile, galante, gratioſo. GER. Hüpſch. HISP. Hermoſo. } Terent. *in Andr.* Scitus puer natus eſt Pamphilo. Plaut. *Aſin. ſc.* 3. *a.* 4. Scitam ſyngraphum! Idem *Moſtell. ſc* 3. *a.* 1. Scita quidem es tu, interpolare vis noua pictura opus lepidiſſimum. ¶ Scita, i. ſciens: Ouid. 5. *Faſtor.*

——— *Curua ſcita Thalia lyra.*

Plaut. *in Amphitr.* Hæc nox ſcita eſt in exercendo ſcorto, conducto malè ⁜ Inſcitus penultima producta: de quo ſuprà ſuo loco.

Scitum, pro iuſſu, vide *paulò pòſt.*

Scītē, aduerbium, doctè, pulcrè, bene. { ἐπιστημόνως. GALL. Gentement, fort bien, mignonnement. ITAL. Saputamente, dottamente, leggiadramente. GERM. Fein/ Künſtlich/ wol vnd wäſenlich. HISP. Hermoſa y ſcientemente. ANGL. Featlie. } Cicer. *ad Brutum lib.* 11. Satis ſcitè, & commodè tempus ad te cepit adeundi Liu. *lib.* 4. *ab Vrb.* Scitè coli. Gell. *lib.* 1. *c.* 1. Scitè, ſubtilitérque ratiocinatum Pythagoram philoſophum ducit. ⁜ Inſcitè, ideſt, indoctè, imperitè, ineleganter. Colum. *lib.* 4. Nam id plurimum refert inſcitè non facere.

Scĭtŭlŭs, diminutiuum. { κομψότερος, ὑπόκομψος. GALL. Gentillet, iolliet. ITAL. Galantino. GERM. Zimlich hüpſch vnd holdſälig. HISP. Hermoſo vn poco. ANG. A litle feat ono. } Plaut. *in Rud.* Atque ambas forma ſcitula atque ætatula.

Scĭtāmēntă, orum, ſunt edulia, ex eo dicta, quòd ſciti ſaporis ſint: hoc eſt, egregij & præcellentis. { מטעמים matchammim. ἡδύσματα. } Macrob. *lib. vlt. c.* 14. *Saturnalium*, Apud popinatores pleraque Scitamentorum cernimus, propoſita ampliora ſpecie, quàm corpore, id eſt, iucundiora pulmenta. ¶ Gell. *lib.* 18. *cap.* 8. per tranſlationem poſuit pro exornationibus orationis, quæ in collocandis verbis (ſi modicè vſurpentur) non carent reprehenſione. καυςζηλίαι. Cæteráque, inquit, huiuſmodi ſcitamenta, id eſt, ſcitè, & argutulè, vt ipſis videntur, excogitata orationis ornamenta. Plaut. *Men. ſc.* 3. *a.* 1. Iube aliquid ſcitamentorum de ſoно opſonarier.

Sciſco, is, Intelligo, vel operam do vt ſciam. { אלף aláph למד lamádh. μανθάνω. GAL. Entendre, ſçauoir, s'enqueſter. ITAL. Sapere, cercare d'informarſi. GER. Erfaren/innen werden. HISP. Entender, buſcar para ſaber. ANGL. To inquire & vnder ſtand. } Plaut. *in Amphit.* Ocyus accurro, vt ſciſcam quid velit. ¶ Aliquando etiam ponitur pro ſtatuere, decernere, ſancire, edicere. { χειροτονεῖν, χρᾶν. GALL. Ordonner. ITAL. Ordinare. GER. Ordnen/ſetzen/anſehen. HISP. Ordenar. ANG. To ordeine. } Idem Plaut, *in Curc.* Rogationes plurimas propter vos populus ſciuit, quas vos rogatas rumpitis. Cicero *pro Flacco*, Quæ ſciſceret plebs, aut quæ populus iuberet ſummota concione, diſtributis partibus. Idem 3. *Offic.* Durius etiam Athenienſes, qui ſciuerunt vt Æginetis, qui claſſe valebant pollices præciderentur. Idem *pro Planco*, Plancus primus legem ſciuit de publicanis.

Scītŏr, aris, deponens, Interrogo, ſeu inueſtigo quæ occulta magis, ac ſecretiora ſunt. } שאל ſchaál דרש daráſch בקש bikkéſch. ἐξεργάζομαι, ἔρομαι. GALL. S'enquerir de quelque choſe, interroger. ITAL. Interrogare, cercare d'intendere. GER Erforſchen/Fleiſsig erfragen. HISP. Preguntar para ſaber. ANGL. To inquire for to knaw. } Virgil. *lib.* 2. *Æneid.* Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus. Ouid. *lib.* 10. *Metam.*

——— *at Cinyras, quem Copia digna procorum*
Quid faciat, dubitare facit, ſcitatur ab ipſa
Nominibus dictis, cuius velit eſſe mariti.

Cic *de Orat.* Sentiebam non te id ſcitari, qualem, &c. Plaut. *Capt. ſc.* 2. *a.* 2. Sunt quæ ex te ſolo ſcitari volo.

Scīſcĭtor, aris, deponens, Scitor, inquiro, ſcire cupio. { שאל ſchaál דרש daráſch בקש bikkeſch. πυνθάνομαι. GALL. S'enqueſter, s'enquerir, interroger. ITAL Interrogare, cercare d'intendere. GER. Erforſchen/nach hin fragen. HISP. Preguntar para ſaber. ANGL. To ſearche or inquire. } Plaut. *Amphitr.* Ibo aduerſum, vt ſi quid habent ſciſciter. Cicer. 1. *de natura deor.* Epicuri ex Velleio ſciſcitabat ſententiam. Plaut. *Capt.* Secede hinc: nam ſunt quæ ex te ſolo ſciſcitari volo. ¶ Legitur & *ſciſcito*, in eadem ſignificatione. Idem *in Merc.* Imò manè, paucula etiam prius ſciſcitare volo.

Scītum, ſubſtantiuum, primam longam habet; Scĭtum verò ab adiectiuo Scĭtus, a, um, breuem. Decretum, ſiue iuſſum. { מצוה mitſváh. ψήφισμα. GALL. Decret, ordonnance. ITAL. Decreto. GERM. Ein erkantnuſs/ Satzung. HISP. Eſtatuto, decreto. ANG. A decrete or ordonance. } Liuius *lib.* 1. Cætera quoque omnia publica, priuatáque ſacra Pontificis ſcitis ſubiecit. Hinc Plebiſcitum, plebis ſtatutum. Autor ad Herenn. *lib.* 1. In rem confertur, vt ſi quis ex teſtamento, quod facere iuſſus eſt, ex plebiſcito vetetur.

Scius, a, um, ſciens Marcell. *lib.* 6. *c. vlt.*

Scĭŏlŭs, Semidoctus, literis leuiter tinctus: qui quum in Muſarum ædem vix à limine inſpexit, nihil tamen non audet, falsáque eruditionis opinione intumeſcit. { ANGL. A ſmatterer in learning. } GAL. Qui ſe fait accroire de beaucoup ſçauoir.

‖ Sciographia, adumbratio frontis, & laterum aſcendentium. ‖

Scĭŏmāntĭă, σκιομαντεία. Diuinatio quæ fit per vmbram.

Scione, Plin *lib.* 4. *cap.* 10. Oppidum Macedoniæ in ſinu Thermaico.

Scĭŏpŏdĕs, σκιόποδες. Monſtroſum hominum genus, non procul à Troglodytis, ſingulis cruribus, miræ pernicitatis ad ſaltum: ſic dicti, quòd in maiore æſtu humi iacentes, σκιᾷ ποδὸς, hoc eſt, vmbra pedis ſe protegant. Auguſt. *lib.* 6. *ciuil*, Ferunt eſſe gentem vbi ſingula crura in pedibus habent, nec poplitem flectunt, & ſunt mirabilis celeritatis, quos Sciopodas vocant, quod per æſtum in terra iacentes reſupini vmbra ſe pedum protegant.

‖ *Sciotherum*, locus captandæ domui, aut vrbi idoneus.

Sciothericum, horologium, quo ex vmbra Solis colligimus horas. ‖

Scĭpēnsŭlă, σκηπλωσύλη, locus eſt in Macedonia, teſte Feſto, dictus à σκάπτω, id eſt, effodio Nam argentum illic fodi ſolebat: vnde Lucan.

Qualeis expirat Scipenſula ſubter odores.

Scipia, Latij oppidum fuit, teſte Plin. *lib.* 3. *c.* 5. à quo Scipia tribus.

Scipona, σκήπονα, inſula in mari Adriatico, adiacens Illyrico, teſte Ptolemæo *lib.* 2. *cap. vlt.* In ea ſunt duæ vrbes, Collentum, & Arba. Vulgò *Scardo.*

Sciphea, ſiue Scarphia, σκάρφεια. Inſula Helladi adiacens, in mari Ægæo, non procul ab Attica, de qua Plin. *lib.* 4. *c.* 12. Eſt & Sciphea, vrbs Locrorum Epicnemidiorum, decem ſtadiis diſtans à mari, teſte Strab. *lib.* 9. à Stephano Phocidi falsò aſſignata.

Scipabis, σκιπαβὶς Ptolem. *lib.* 2. *c.* 3. Luſitaniæ ciuitas, antea Iulium Præſidium, ſiue Turris Iulia: hodie Troſilium, vulgò *Trugillo.*

Scipiode, fluuius Galliæ Belgicæ. Plin. *lib.* 4. *c* 17. { Die Schelde/ein fluſs in Braband. }

Scipio, nis, propriè dicitur baculus ille, cui ſenes innitentes gradum ſtabiliunt. { משען miſchhán מטה mattéh σκῆπτρον. GALL. Vn baſton à s'appuyer. ITAL. Vn baſtone da ſoſtentarſi. GERM. Ein ſtäck an dem alt oder ſchwah leut gehen. HISP. Cayado. ANGL. A ſtaffe that old man leane vpon. } Liu. 6. *ab Vrbe*, Scipione eburneo in caput incuſſo, iram mouiſſe. Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 5. Comminuam oſſa & artus illo ſcipione quem habet. Idem *Aſin, ſc.* 1. *a.* 1. Tam paratum ſcio eſſe, quàm me hunc Scipionem contui. Idem *Amphitr.* Quem pol ego Scipione. (ſup. feriam.) ¶ Scipio in vineis, quo ipſa vua veluti baculo ſuſtinetur: ſcapum Varro: noſtri caudam appellant, alij pedem vuæ. Col. *lib.* 12. *c.* 39. Vbi ſatis erunt corrugata acina, demito, & ſine ſcipionibus in dolium coniicito, pedibúſque bene calcato.

Scīpĭo, cognomen fuit Corneliorum, cui P. Cornelius initium dedit, qui quòd patrem luminibus orbũ vice ſcipionis regeret, primus id cognominis eſt ſortitus, & deinceps ad poſteros ſuos tranſmiſit. ¶ Huius filius fuit P. Cornelius Scipio, quo quum Imperatore Annibal primùm in Italia ad Trebiam fluuium ſigna contulit: quo in prælio quum ab hoſtibus circunuentus eſſet, & graui vulnere ſaucius, filij virtute periculo eſt ereptus. Hic poſtea in Hiſpaniam miſſus, quũ incautiùs ſeſe periculis offerret, rebus iã multis præclariſſimè geſtis, vnà cum fratre in acie occubuit. ¶ P. Cornelius Scipio, qui poſtea Africanus maior dictus eſt, ſuperioris filius fuit, qui ab ipſa ſtatim pueritia quiddam humano faſtigio maius præ ſe tulit. Quo factum eſt vt à pleriſque diuino ſemine

misería: propterea quòd qui in luctu constituti sunt, omni prorsus cultu neglecto, sordidati conspiciantur. Virg. *ad Messal.*

——— & scoria patiar tabescere tali.

Scŏrŏdŏn, { שום *schum*. σκόροδον. GAL. *Ail.* ITAL. *Aglio.* GER. Knoblauch. HISP. *Ajo* ANG. *Garlick.* } Herba est nulli non nota, quam Latini allium appellant. ¶ Est & sylvestris allij genus quod Græco nomine ὀφιοσκόροδον, quasi allium anguinum appellatur.

Scŏrŏdŏprăsŏn, σκοροδόπρασον, herba est magnitudine porrum æquans, qualitatum porri & alij particeps.

Scŏrpænă, genus piscis apud Plin *lib* 32. *c. vlt.* Meminit eius & Ambrosius, Scorpæna, inquiens, quoque castitatem immaculati connubij generi suo seruat, non percutit, sed reficit.

‖ Scorpis, σκορπὶς, scorpius paruus, fœmina scorpij piscis.

Scorpioides, σκορπιοειδής, scorpij formam habens. ‖

Scŏrpītes, σκορπίτης. Gemma est scorpionis colore. Plin. *lib.* 37 *c.* 11.

SCŎRPIVS, ij, & Scorpio, nis. { עקרב *ăkráb*. σκορπίος. GALL. *Scorpion.* ITAL. *Scorpione, scorp o.* GERM Ein scorpion. HISP *Escorpion ò alacran.* ANG. *A scorpion.* } Animal venenosum, cauda feriens; de cuius natura vide Plinium *lib.* 11. *c.* 25. ¶ Scorpius etiam siue Scorpio, cæleste signū. Col. Sol ingreditur Scorpion XIV. calend. Nouemb. ¶ Item militare instrumentum, ita dictum, quòd paruis ac subtilibus spiculis inferat mortem: siue quòd scorpionis similitudinem habeat, quum arcus hinc atque illinc chelarum similitudine præ se ferant spiculum caudæ. Vulgus *Arcubalistam* appellat. ¶ Scorpio pro scorpionis telo, vt catapulta quoque pro catapultario pilo. Oppius *lib.* 5. belli ciuilis, Scopione accuratiùs misso, atque eorum decurione percusso, & ad terram defixo. ¶ Quidam etiam accipiunt scorpium pro genere tormenti, vt sunt rubi aculeati, vel flagellum virgarum, vt scutica habens in summitate glandes plumbeas. Quo quidem tormenti genere sæpè legimus martyres afflictos fuisse. Plin. *lib.* 6. *c.* 56. Et in tormentis scorpionem Cretes inuenisse ferunt. ¶ Præterea scorpius herba est semen habens ad similitudinem scorpionis, quæ valet aduersùs animal sui nominis: de qua Plin. *lib.* 32. *c.* 15. ¶ Est & scorpius piscis apud eundem *lib.* 32. *c.* 11.

Scorpionius, a, um, adiect. ad scorpionem faciens. Plin. *lib.* 20. *c.* 1. Aliqui etiam ab eo scorpionium cucumin vocant, efficacissimum contra scorpionum ictus.

Scorpiurus, σκορπίουρος, herba quæ & scorpius dicitur, semen habens simile scorpionis caudæ: vnde & nomen habet. Plin. *lib.* 22. *c.* 21.

SCŌRTVM, i, meretrix, inde dicta, teste Festo, quòd tanquam pellicula subigatur. { זונה *zonáh*. πόρνη. GALL. *Putain de bourdeau.* ITAL. *Meretrice.* GERM. Ein hur oder hurensack/mätz. HISP. *La puta.* ANGL. *An harlot of common brothell house.* } Omnia nanque pellibus facta, antiqui scortea appellabant. Cic. *pro Milone,* Clodius semper scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat. Idem *de Arusp. respon.* Quis vnquam nepos tam liberè cum scortis, quàm hic cum sororibus volutatus? Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Hodie scortum ducam, & condicam aliquò ad cœnam. *Ibidem sc.* 2. *a.* 2. *& sc. vlt. a.* 5. Prandi, potaui, scortum accubui. Idem *Mostell. sc.* 1 *a.* 1. Libet potare, amare, scorta ducere. ¶ Dicitur aliquando & de maribus, præposterè virorū libidini obsequentibus. Cic. *pro Sext.* Nec mihi res erat cum Saturnino, sed cum scurrarum locupletum scorto, cum sororis adultero, &c. Quo in loco Clodium intelligit Plaut. *Truc.* Vel amare possum, vel iam scortū ducere. A. Dic mihi vin' parasitum te potesse ducere? S. Intellexisti lepidè, quod ego dicerem. Hinc apud eundem ita ex ambiguo loquitur Parasitus, *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Iuuentus nomen indidit scorto mihi; eò quia inuocatus soleo esse in conuiuio. Nam in cōuiuio sibi amator talos cùm iacit, scortum inuocat. ¶ Propriè tamen scortum est corium animalium, præsertim eorum quæ crassiorē habent pellem ac duriorem. τὸ σκύτος. Scortum, inquit Festus, pellis testium arietinorum. Nonnulli Scortum idem etiam volunt esse quod Scrotum, de quo vide suo loco.

Scŏrtillum, dimin. { τὸ πορνίδιον, τὸ πορνάκιον. GALL. *Petite putain,* ITAL. *Picciola meretrice.* GERM Ein hurlin. HISP. *Pequeña puta.* ANGL. *A litle harlot.* } Catullus,

Scortillum mihi quum repentè visum est
Non sanè illepidum nec inuenustum.

Scŏrtĕŭs, a, um, Coriaceus, pelliceus. { σκύτινος. GALL. *Fait de cuir, ou de peaux.* ITAL. *Fato de pezzi di cuoio.* GERM. Läderin. HISP. *Cosa hecha de cuero ò pelleja.* ANGL. *Made of leather or of an hide.* } Ouid. *Fast.*

Scortea non illi fas est inferre sacello.

Scortei numi, σκύτινα νομίσματα, qui fiebant ex corio. Donat quoque *in Comment. in Virg.* pecuniam autumat ex corio bubulo priscis temporibus fuisse, & inde dictam pecuniam fuisse, quòd ex pecore fieret.

Scŏrtŏr, aris, Meretricor. { זנה *zanáh*. πορνεύω. GAL. *Paillarder.* ITAL. *Andare à meretrice.* GERM. Huren/oder hurerey treiben. HISP. *Andar tras putas ò en puteria.* ANGL. *To haunt or companie with harlottes.* } Terent. *in Heaut.* Scortari crebrò nolunt. Idem *in Adelph.* Non est flagitium (mihi crede) adolescentulum scortari. Plaut. *Pseud. sc* 7. *a.* 2. Edunt, bibunt, scortantur Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Quando mecum pariter potant, pariter scortari solent.

Scŏrtātŏr, is. verb. Meretricum sectator. { זונה *zonéh*. ὁ πόρνος. GALL. *Putier paillard.* ITAL. *Putaniero, fornicatore.* GERM. Ein hurer/ hurenjäger/hurenbub HISP. *Putañero, que anda tras putas.* ANGL. *An haunter of har lottes.* } Cic. *in Catil.* O bellum magnopere pertimescendum, quum sit habiturus Catilina scortatorum cohortem prætoriam. Plaut. *Amphit.* Vbi sunt isti scortatores, qui soli inuiti cubant?

‖ *Scotia*, pars Britanniæ insulæ, Regni titulo nobilis. ‖

Scoti, Britanniæ insulæ populi, ab Anglis ad Ortum Tueda, ad Occasum Solueo flumine dirempti, mediterranea mons Cheuiota discriminat. Horum olim tanta fuit feritas, vt humanis carnibus vescerentur: quod & ipsum testatur Hieronymus *lib.* 2. *contra Iouinianum.* Quid, inquit, loquor de cæteris nationibus, quum ipse adolescentulus in Gallia viderim Scotos, gentem Britannicam humanis vesci carnibus? Et quum per syluas porcorum greges & armentorum pecudúmque reperiant, pastorum nates & fœminarum papillas solere abscindere, & has solas ciborum delicias arbitrari.

‖ Scotica, circa radicem terram aperiens. Gl. A. L. ‖

Scotina, σκοτῖνα, locus est apud Lacedæmonios, densis quercubus vmbrosus, in quo Iupiter colebatur cognomento Scotinas: vt est autor Pausanias *lib.* 10.

‖ Scotinura, obscuritas. Gl. g. b. ‖

Scŏtōmă, σκότωμα. Vertigo capitis, quum omnia quæ foris oculis occurrunt, in gyrum circumagi videntur: quam & visus obtenebratio nonnunquam & casus solet comitari. Dictum scotoma quasi obscuratio: σκότος n. Græcè tenebras significat: vnde σκοτόω, obtenebro, obscuro: à cuius præter. pass. deducitur verbale σκότωμα. Latini hoc mali genus vertiginem appellant.

‖ Scotomus, cædes. Gl. g. b. ‖

Scotussa, σκότουσα, oppidum est in confinio Macedoniæ ad Nessum amnem locum habens, quem κυνὸς κεφαλὰς, hoc est, canis capita appellant: in quo Romani & Ætoli T. Quintio duce, Philippum Demetrij filium, Macedoniæ regem ingenti prælio superarunt. Strab. *lib.* 9.

Scraceo. Scaliger in Varr. ad vocem *Scrancia*: Scracere videtur olim dictum τὸ χρέμπτεσθαι. quod verbum & hodie quoque in Gallia vsurpamus, nempe *cracher* est screare, excreare, spuere. Sed

‖ Scrama, teli genus. *in ll. VVisigoth.*

Scramasaxus, gladiolus, culter, quo cæsim secamus. ‖

Scrancia à screo esse potest, significat siccum.

Scrapta. Fest. Scraptæ dicebantur nugatoriæ ac despiciendæ mulieres, ab iis, quæ screa iidem appellabant, id est, quæ quis excreare solet, quatenus id faciendo se purgaret.

‖ *Screa* pituita. Gl. Isid. quia screando eiicitur. ‖

Scrĕo, as, Cum conatu quodam de pectore sputum eiicio. { ירק *jarák* רק *rak*. χρέμπτομαι. GALL. *Cracher.* ITAL. *Carcassare, sputare per forza.* GERM. Mit Reusperen außwerffen/ gragsen. HISP. *Escupir tossiendo à gargajear.* ANGL. *To spitte.* } Plin. *lib.* 23. *c.* 1. Eadem in iumēto, hominéque, phlegma aut sanguinem qui screatur, talo circūligata sanat. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. de anu siticulosa: Tibi screanti, siccæ, semisomnæ.

Screātŏr, qui screat. { ירק *joréh*. ἀποχρεμπτικός, χρεμπτικός. GALL. *Cracheur.* ITAL. *Sputatore.* GERM. Ein koderer/ der roz oder gragsen außwirfft. HISP. *Escupidor.* ANGL. *He that spitteth.* } Plaut. *in Milite.* Screator sum itidem minimè succidus.

Screābĭlĕ, quod screari potest. { χρεμπτόν. GALL. *Qu'on peut cracher.* ITAL. *Che si puo sputare.* GERM. Das gut außzuwerffen oder auß zukoderen ist. HISP. *Que se puede escupir.* ANG. *That may be spitted out.* } Vnde compositum Excreabilis. Plin. *lib.* 20 Pulmonum vitia excreabilia facit.

Screātus, us, Ipsa screatio. { רק *rok*. χρέμψις. GAL. *Crachement.* ITAL. *Sputamento.* GERM. Das reusperen vnd roz außwerffen/ außkoderung. HISP. *Obra de escupir tossiendo.* ANGL. *Spitting.* } Terent. *in Heauton.* Gemitus, screatus, tussis.

Scrānctĭæ, meretrices dicebantur contemnendi causa, quemadmodum blitidæ diobulares, &c. Varr *lib.* 6. *de ling. Lat.* Apud Festum & Nonium manifestò legitur scraptæ. Tintinnius *Prilla*, Rectiùs mecastor piculetæ posthumæ lectum hodie stratum vidi scraptæ mulieris. Vide Scaligerum *in Varr.*

Scrībă, vide *Scribo.*

Scriblītă, penultima producta, genus cibi appellatum, quòd in circuitu ad restis modum torqueretur. { ANGL. *A tarte.* } Hoc solum differens à placenta, quòd sine melle coquebatur & feruentissima edi solebat. Mart. *lib.* 3.

Circunlata diu mensis scriblita secundis
Vrebat nimio sæua calore manus.

Plaut. Dum ludi fiunt, in popinam pedisequi irruptionem facite: nunc dum occasio est, nunc dum scriblitæ æstuant occurrite.

SCRĪBO, is, psi, ptum, Conscribo, opus aliquod compono. { כתב *chathàb*. συντίθομαι, λογογραφέω, συγγράφω. GALL. *Escriture.* ITAL. *Scriuere.* GERM. Schreiben. HISP. *Escriuir.* ANGL. *To write.* } Cicer. Sed proximè scripsi de optimo genere dicendi, in quo, &c. Idem *Lentul. lib.* 1. Scripsi etiam versibus treis libros de temporibus meis. Plin. *lib.* 12. *c.* 14. Iuba rex iis voluminibus quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium. Plaut. *Prolog. Asinar.* Demophilus scripsit, Marcus vortit barbarè. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Nisi si historiam scribimus, &c. Horat. 2. *Epist.* 2.

Præter cætera Romæ méne poëmata censes
Scribere posse inter tot curas, tótque labores?

Sícque Ouid. 4 *Fast.* Scribere annum, pro describere. Hinc & Scribens, pro Scriptore. Idem,

Denique non video de tot scribentibus vnum.

¶ Interdum tamen scribere accipitur pro literas exarare. γράφειν. Plaut. *in Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Quasi in libro quum scribuntur literæ calamo. stylis me vlmeis conscribito. Cicer. *Attic.* Neque semper mea manu literas expectabis. ¶ Scribere literas, est etiam Scribere epistolam, Plancus *ad Cicer.* Quod & simpliciter Scribere dicitur. Cicer *ad Terentiam lib.* 14. Nam ad me P. Valerius homo officiosus scripsit id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum à Vesta ad tabulam Valeriam ducta esses. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Salutem scriptam dignum est dignis mittere. Idem *in Curc. sc.* 1. *a.* 3. Istoc nomine dum scribo, expleui ceras quatuor. (Verba sunt Trapezitæ acceptum referentis in tabulas.) *Ibidem*, Istic scriptum est vt faceres. (id est, in tabulis.) ¶ Scribere alicui laudes & gratias. Gell. *cap.* 8. *lib* 3. ¶ Scribere alicui dicam, Plaut. *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. ¶ Quandoque ponitur pro pingere. Plin. *de Nicomacho pictore*, Scripsit & Apollinem, & Dianam, Deúmque Martem in leone sedentem. Vnde & picturas legere dicimus. Virg. 6. *Æneid.*

——— quin protinus omnia
Perlegerent oculis.

¶ Scribere notis, est celeriter excipere, & dictionibus decurtatis aliquid scribere, quemadmodum olim faciebant notarij, quibus etiam nomen à notis huiusmodi remansit. Quintil. *lib.* 11. *cap.* 2. Habemus sanè, vt qui notis scribunt, certas imagines omnium, &c. ¶ Scribere leges, quod & condere, & dicere, & facere dicitur. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Eius porrò ciuitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse eum, qui leges quibus hodie quoque vtuntur, scripserit. ¶ Scribere hæredem, est instituere, facere. Martial. *lib.* 10.

Hæredem

Hæredem scripsit me Numa, conualuit.

Scribere seruo libertatem est ei libertatem testamento relinquere. Vlpianus *in l. si seruum. ff. de acquirend. vel omit. hæred.* Quintil. *declamat.* 380. Crux scripta seruo, vel libertas testamento. Idem Quintil. Scribere stigmata fugitiuo. Numos alicui scribere, Per mensæ scripturam dare: vt ait Bud. ex Plaut. *in Asin.* Scribere Milites, Liu. *lib.* 4. *d.* 4. Legiones, *ibidem.* Scribere delectum. Cicer. *pro Milon.*

Scrīptum, i, scriptura, hoc est, idipsum quod literis mandatum est. { כתב *chethāb* מכתב *michtāb.* σύγγραμμα. GALL. *Escrit, escriture.* ITAL. *Scritto, scritura.* GERM. Ein geschrifft. HISP. *Escritura.* ANG. *Any thing written, a writing.* } *lib.* 1. *ad Herenn.* Ex scripto sententiæ controuersia nascitur hoc modo, Quum videbitur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire. Cic. *Luceio,* Ardeo cupiditate incredibili, neque, vt ego arbitror, reprehendenda, nomen vt nostrum scriptis illustretur, & celebretur tuis. ¶ Scriptum facere, est scribendo victum quærere. vel potiùs scribam esse. Gell. *lib.* 6 *cap.* 9. Cn. Flauius patre libertino natus, scriptum faciebat. i. scriba erat.

Scrīptŭs, us, ui, Scriptum, siue scriptura. { כתב *chetāb* מכתב *michtāb.* γραφή. ANGL. *A writing.* } Gell. *lib.* 6 *c.* 9. Dicitur tabulas posuisse, scriptu sese abdicasse. de Cn. Flauio.

Scrīptĭto, as, frequentatiuum est à verbo vsitato scripto, as, quod & ipsum frequentatiuum est à verbo vsitato scribo. { πολὺς γράφω. GALL. *Escrire souuent.* ITAL. *Scriuere souente.* GERM. Offt schreiben. HISP. *Escriuir muchas veces.* ANG. *To writt often.* } Cic. *Att. lib.* 7. Et hæc & si quid aliud ad me scribas velim, vel potiùs scriptites.

Scrīptĭo, nis, Actus quidpiam literis mandandi siue idipsum opus quod conscribitur. { כתב *chetāb* מכתב *michtāb.* σύγγραφή. GAL. *Escriture.* ITAL. *Scrittura.* GER. Ein beschreibung / oder geschrifft. HISP. *Escritura, obra para escriuir.* ANG. *The act of writing.* } Cicer. 5. *Tusc.* A quo non modò impulsi sumus ad philosophicas scriptiones, verumetiam lacessiti. Idem *Dolabellæ,* Oratiunculam pro Deiotaro quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram: itaque eam tibi misi, quam velim sic legas, vt rem tenuem & inopem, nec scriptione magnopere dignam, id est, non magnopere dignam quæ literis mandetur. ¶ Ponitur etiam pro quacunque scriptura, aut ipso scribendi actu. Cic. *ad Attic. lib.* 10. Crebrò refricat lippitudo, non illa quidem prodigiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam. Varro, Auarus fœnerator, spe lucri rem scriptione duplicarat.

Scrīptĭlĭs. Diomedes Grammat. *lib.* 1. Vox literalis, vel scriptilis appellatur, quia literis comprehendi potest.

Scrība, æ, Rerum publicè gestarum iussu magistratus scriptor. { כתב *chothéb* ספר *sophér.* γραμματεύς. GALL. *Escriuain, scribe greffier.* ITAL. *Scriuano, cancelliere, notaio.* GERM. Ein schreiber. HISP. *Escriuano, notario.* ANGL. *A scribe or notarie, a clerk.* } Liu. *lib.* 2. de Cneo Mutio loquens, Ibi quum militibus stipendium fortè daretur, & scriba cum Rege sedens pari ferè ornatu multa ageret. Et *paulò pòst,* Scribam pro Rege obtruncat. Cicer. *Rufino,* Ad ea quæ scripsisti commodiùs equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius scriba meus adesset. ¶ Scribæ dicuntur scriptum facere. Gell *c.* 9. *lib.* 6. ¶ Scribarum decuriæ. Suet. *in Claud. c.* 1. ¶ De Scribarum officio & corruptela, Plutarch. *in Caton. Vticens.* &c.

Scrībātus, Scribæ munus & officium. Imp. Philip. *in l si ad scribatum. C. de appellationibus.*

Scribo, nis. Anastasius *in Vigilio,* Quo audito Augusta misit Anthemium scribonem cum iussionibus suis. *In Theodoro,* Per manus Maurini scribonis, i. satellitis.

Scribello, scribo veterib. vnde conscribello.

Scrīptŏr, is operis alicuius autor, qui quippiam literis mandat. { בעל *bátal* מכתב *metabbér* כתב *choté* ספר *sophér* συγγραφεύς. GALL. *Escriuain.* ITAL. *Scrittore, compositore.* GERM. Ein schreiber. HISP. *El que escriue componiendo libros.* ANG. *A writer.* } Horat. *in Arte,*

Scriptor honoratum si fortè reponis Achillem.

Liu. *lib.* 1. Etsi in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro est. Donat. *in prologo Terentij,* Indifferenter, inquit, omnis qui aliquid scripsisset, scriptor à veteribus dicebatur. ¶ Scriptor legum, legum lator. { מחוקק *mechokék.* νομοθέτης. } Cic. *ad Brutum,* Neque solùm vt Solonis dictum vsurpem, qui & sapiens vnus fuit ex septem, & legum scriptor solus ex septem.

Scrīptōrĭŭs, a, um, quod aptum est vt ex eo scribatur, seu quod ad scriptorem pertinet. { γραφικός. GALL. *Seruant à escrire ou à escriuain.* ITAL. *Cosa da scriuere ò da scrittore.* GER. Zu dem schreiben dienstlich. HISP. *Cosa para escriuir ò para escriuano.* ANGL. *Belonging to write or a writer.* } vt, Atramentum scriptorium, μέλαν γραφικόν, apud Cels. *lib.* 6. *cap.* 4. Id autem quod subinde raditur, illini attramento scriptorio satis est. Idem *lib.* 5. Sed eadem medicamenta in calamum scriptorium conijcienda sunt, ísque ori fistulæ aptandus, inspirandúmque vt ea medicamenta intus compellantur.

Scrīptūră, æ, Scriptio, stylus, vel ipse actus aliquid literis mandandi. { כתב *chetáb* מכתב *michtáb.* γραφή. GALL. *Escriture.* ITAL. *Scritura.* GERM. Ein geschrifft. HISP. *Escritura.* ANGL. *A writing.* } Autor ad Herenn. *lib.* 3. Non sum nescius quantum susceperim negotij, qui motus corporis exprimere verbis, & imitari scriptura conatus sim voces. Scriptura, inquit, id est, scribendo, vel (vt Cic. loquitur) scriptione. Et *lib.* 3. Reliquum scripturæ consumetur in exemplis, id est, reliquum eius quod scribendū est. Idem Cic. *Treb. lib.* 15. Quum verò ea quæ scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non potueris. Cæcinna *Ciceroni,* Genus autem hoc scripturæ non modò liberum, sed incitatum, atque latum esse quis ignorat? Velleius, Scriptura (statuæ) indicat ætatem. Diomedes *lib.* 1. Vaco scriptura militiæ. ¶ Scriptura ponitur aliquando pro vectigali quod percipitur è portorijs, seu pascuis: vel ipsa ratio eorum qui præsunt huiusmodi vectigalibus: & ij, qui portus aut portoria curabant, vectigalia describentes, aut colligentes, Magistri scripturæ, & portus dicebantur. Scriptura huiusmodi hodie est eorum mancipum qui glandiarios, & pascuos saltus redimunt. Plaut. *in Trucul.* Nam aduersum legem à me ob meam scripturam pecudem accipi, Fierique. A. idem quod tu facis, faciunt rem malè gerentes: vbi non Est scriptura, vnde dent, incusant publicanos. Quid sit hæc Scriptura docet Ascon. Pædian. in Diuinationem. Item, Pecuarij quique greges habebant, certam in singula pecudum capita pecuniam pendebant Publicanis pro pastione, quæ Scriptura dicitur. ¶ Scripturæ magister, Qui vectigalia describebat in portu, eorúmque rationes conficiebat. ἀπογραφεύς. Cicer. *ad Att.* Magister scripturæ, & portus, quidam L. Carpinatius.

Scrīptūrārĭī, olim dicebantur, teste Nonio, qui postea tabularij dicti sunt, quòd scripturis & commentariis omnes, aut ciuitatum, aut prouinciarum res complecterentur. ἀπογραφεῖς. Lucil. *lib.* 26. Publicarum rerum assuefiam, vt scripturarius. ¶ Scripturarius ager, teste Festo, is dicitur qui publicus est, in quo vt pecora pascantur, necesse est vt certum æs pastor pendat publicano.

Scrībōnĭŭs Aphrodiseus, Orbilij seruus atque discipulus, mox à Scribonia Libonis filia, quæ priùs Augusti vxor fuerat, redemptus & manumissus. Huius meminit Tranquillus.

SCRĪNIVM, à secernendo, arca dicitur qua seruantur pretiosa ac secreta. { ארון *arón.* κιβώτιον. GALL. *Coffret ou cabinet.* ITAL. *Scrigno, cassetta.* GERM. Ein schrein / kisten / laden. HISP. *La caxa en que se guardan las cosas preciosas.* ANG. *A coffer to keep pretiouse thinges in.* } Plin. *lib.* 13. *cap.* 1. Alexander cepit scrinium vnguentorum. Horat. 2. *Epist.* 1.

———Et prius orto
Sole vigil calamum, & chartas & scrinia posco.

Idem 1. *Serm. Satyr.* 1.

Iam satis est, ne me Crispini scrinia Lippi
Compilasse putes, verbum non amplius addam.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

(Cum) Contigerisque tuam scrinia curua domum. (ô liber.)

Huius diminutiuum est Scriniolum.

Scrīnĭārĭŭs, Scriniorum custos, id est, rerum secretarum. χαρτουλάριος.

SCROBS, scrobis. { פחרת *páchath* שחרת *scháchath* בור *bor.* ὄρυγμα. GAL. *Vne fosse.* ITAL. *Fossa, buca pòro caua da piantar vigna ò arbori.* GERM. Ein grub HISP. *El hoyo para plantar.* ANGL. *A pitte or diche.* } Generis tam mascul. quàm fœm. secundùm Priscianum. Seruius tamen ait magis masculinum esse quàm fœmininum, & citat Plautum, qui dixit, Sexagenos scrobes. Quòd verò Lucanus ait, Exigua posuit scrobe: id vult esse contra artem: Sunt autem Scrobes, fossiones, vel putei, vel foueæ intra terram manu factæ: ad vineas, vel arbores conserendas, vel ad metalla, & quæcunque alia fodienda. Colum. *lib.* 4. *cap.* 1. Contenti bipedanea scrobe. Idem, ante annum quàm poma disponere voles, scrobes fodito *Scrobis* etiam in nominatiuo dicitur Colum. *lib.* 5 *c.* 10. Sed scrobis clibano similis fiat.

Scrŏbĭcŭlŭs, diminutiuum. { τὸ πεφείδιον, τὸ βοθρίον. GAL. *Fossette, petite fosse.* ITAL. *Fosseta.* GERM. Ein grublin. HISP. *Pequeño hoyo.* ANGL. *A litle diche.* } Plin. *lib.* 21. *cap.* 5. Atque ita in scrobiculis seruntur, heminis fæcis circunfusis. Colum. *lib.* 15. Et id quod à matre abscissum recessit, confestim à latere circunfoditur & scrobiculo facto ad imum solum præciditur.

SCROFA, æ, Sus fœmina quæ fœtus causa alitur. { ὗς. GALL. *Vne truye vieille.* ITAL. *Porca vecchia, scrotta.* GERM. Ein zuchtmor. HISP. *Puerca ya vieja ò parida.* ANGL. *An old sow.* } Gell *cap* 6. *lib* 18. Sus, quæ semel peperit *porcetra*; quæ sæpiùs, *scrofa* dicitur. Varro, Propterea matrem scrofam sua quæque hara suos alat oportet, quæ alios aspernatur Plaut. *in Capt. sc.* 1. *a.* 4. Eorum si cuiusquam scrofam in publico conspexero, Ex ipsis dominis, meis pungis exculcabo furfures. Col. *lib.* 7. *c.* 9. Scrofæ probantur longissimi status, & vt sint reliquis membris similes descriptis verribus,

Scrōfĭpāscŭs, qui pascit scrofas. { ὁ χοιροβοσκός GALL. *Porcher, qui paist ou nourrit truyes.* ITAL. *Notritore di porche.* GERM. Der den schweinen zu essen gibt. HISP. *Criador de puercas.* ANGL. *A feeder of old swine.* } Plaut. *in Capt. sc.* 1. *a.* 2. Tum pastores scrofipasci qui alunt furfure sues.

Scrōfŭlæ, propriè dicuntur indurati adenes, in collo præcipuè, in alis & in inguinibus consistentes, ita dictæ à suibus, qui peculiariter hoc morbo infestantur. { χοιράδες. GAL. *Escroüelles.* ITAL. *Scrouole.* GERM. Trüse. HISP. *Lamparones.* ANGL. *The kinges euill or an impostume in the teboat.* } Latini strumas appellant. Vide Cels. *lib.* 5. *c.* 38. & infrà in dictione *Struma.*

Scrophă, Tremellius, vir Prætorius fuit, Varronis æqualis, quem de familiæ suæ cognomine ita inducit loquentem *lib.* 2. *c.* 4. *rei rustic.* Auus (inquit) meus primùm appellatus est Scropha: qui Quæstor cùm esset à Licinio Nerua Prætore in Macedoniæ prouincia relictus qui præesset exercitui, dum Prætor rediret: hostes arbitrati occasionem se habere victoriæ, impressionem facere cœperunt in castra. Auus quum hortaretur milites vt caperent arma, ac exirent contra: dixit celeriter se illos, vt scropha porcos, disiiecturum: ídque fecit. Nam eo prælio hostes ita fudit, ac fugauit, vt eo Nerua Prætor Imperator sit appellatus: & auus cognomen inuenerit vt diceretur Scropha. Itaque proauus & superiores, de Tremelliis nemo appellatus Scropha. Nec minus septimus sum deinceps Prætorius in gente nostra. Hactenus Varro.

Scrōtum, Rugosus ille testiculorum sacculus, quem nonnulli etiam scortum appellant, quòd quandam coriacei sacculi similitudinem referat. { ὄσχεον. GALL. *La peau en laquelle sont contenues les genitoires.* ITAL. *La pelle che pende sotto i testicoli.* GERM. Der hodensack. HISP. *La bolsa de los cojones.* ANG. *The skinne or hid wher the stone is keped called the bacode.* } Scortea enim veteres appellant quæcunque ex aluta aut pelle constabant.

Scrūpēdŭs, qui ægrè incedit, ab eo quòd qui per scrupos & lapillos incedunt, difficile ingrediuntur. Hinc scrupedas mulieres veteres eas vocabant, quæ tardè ingrederentur, aut difficulter consisterent. Actius apud Varr. Scrantiæ scrupedæ, stritabillæ.

Scrupulum, aliter Scriptulum &, eliso t, scripulum, est pars in ponderibus. In chronologicis canonibus scrupulum primum est pars sexagesima vnius horæ: scrupulum secundum pars sexagesima vnius primi: scrupulum tertium est pars sexagesima vnius secundi. & ita in infinitum. Scrupulum Iudaicum pars millesima, Scaliger *lib.* 1.

Scrupus, i, Calculus, seu lapillus exiguus, pedes ambulantium offendens. { חצץ chatsáts. λίθαξ, ψηφίς. Gall. *Vne petite pierre ou grauois.* Ital. *Pietruzza, pietricella.* Ger. Ein steinlin Hisp. *China ò pedrezita.* Angl. *A litle stone.* } Festus, Scrupi dicuntur aspera saxa, & difficilia attrectatu. ¶ Duodecim scruposum lusus, apud Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* ita describitur:

Parua sedet ternis instructa tabella lapillis:
In qua vicisse est continuasse suos.

¶ Scrupus etiam accipitur pro ænigmate, seu pro nodoso quopiam argumento Gell. *lib. 12. cap. 6.* Quæ Græci αἰνίγματα, Latini scrupos appellauerunt: tales etiam Græcis itidem γρῖφοι appellantur. Ea enim est genuina lectio: quanquam in vulgatis exemplaribus scirpos perperam legamus. Vide suprà in voce *Scirpi*.

Scrupeus, a, um, quod est lapillosum. { λιθώδης. Gall. *Pierreux, graueleux.* Ital. *Sassoso.* Germ. Vol steinlin vnnd kiß. Hisp. *Cosa de china ò pedrezita, pedregoso.* Angl. *Full of litle stones or grauell.* } Virg. *lib. 6.*

Spelunca alta fuit, vastóque immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro.

Scruposus, idem. Lucanus,

Scruposisque angusta vacant vbi littora saxis,
Imposuit terra.

Scrupulus, i, diminutiuum à scrupus, propriè lapillus breuis, & asper qui in calceo latens, plerunque nos lædit, pressúsque dolorem creat. { חצץ chatsáts. ψηφίς. Gal. *Vne petite pierre ou grauois* Ital. *Scrupulo, picciola pietra, pietrella, pietricella.* Germ. Ein klein steinlin/als die sind so ein offt in den schuhen trucken. Hisp. *China ò pedrezita.* Angl. *A litle stone in the shooe that an noyeth.* } Vnde pro solicitudine & difficultate ponitur. { דאגה deagháh דאבה deabáh חרדה charadháh. ἡ δυσχέρεια, ἡ ἀπορία. Gal. *Difficulté scrupule, doute, souci.* Ital. *Dubbio, difficultà, pensiero.* Ger. Ein zweyfel oder angst so einem im busem ligt/etwas das einem in seinem gemüt truckt. Hisp. *Duda, cuidado, difficuldad.* Angl. *A difficultie, a doubt.* } Cicer. *pro Sext. Rosc.* Hunc mihi ex animo scrupulum euelle, qui me dies noctésque stimulat, ac pungit. Idem *pro Cluentio*, Hic tum iniectus est homini scrupulus ac dubitatio. ¶ Scrupulus etiam, vel scrupulum, genus est exigui ponderis pendentis tertiam partem drachmæ, hoc est, obolos duos. A Græcis dicitur γράμμα. hoc est, littera quòd alphabetum apud Græcos quatuor & viginti literas habet, in quot scrupula diuiditur vncia. { Gal. *Scrupule, le poix de deux oboles.* Ital. *Scropolo* Ger. Der drit theil eines quintlins / dann zwölff scrupel machen ein lod. Hisp. *Escrupulo.* Ang. *The thride part of a dramme.* } Fannius apud Priscianum, In scrupulis trinis drachmam. Valer. Maxim. *lib. 4. de paup.* Eadem gens nullũ antè scrupulum auri habuit. Ouid *de remed.*

Quinque parant marathri, scrupula myrra nouem.

Cicer. *Attic.* Illud cognitum est nullum esse argenti scrupulum in illa insula. ¶ Scrupulus etiam mensura est in metiendis terris, continens pedes quadratos centum. Colum. *lib. 5. cap. 1.* Igitur iugerum, vt diximus, habet quadratorum pedũ millia XXVIII, & DCCC qui pedes, efficiunt scrupula CCLXXXVIII.

Scruposus, vnde scrupulosus. i. scrupis, siue lapidibus abundans. Item, difficilis saxosus, salebrosus, asper, &c. Vnde scrupulosa via: Plautus *Capt. sc. 2. a. 1.* Non meus scrupulosam victus commeat viam. (q. d. opsonia, quibus vescor, emptu facilia sunt. Mox, Asper meus victus sanè terrestris est.) Lucr. *lib. 4.*

Haud quaquam ratis scruposa relicta est.

Apul. *Florid. lib. 2.* Pariter enim vt qui hærediolum sterilem, & agrum scruposum, meras rupinas, & senticeta miseri colunt. Vide & *Scrupeus*, paulo antè.

Scrupulosus, a, um, quod scrupulis abundat. { πολύψηφος, λιθακώδης. Gall. *Pierreux, graueleux, ou grumeleux.* Ital. *Pieno di sassetti.* Ger. Voll steinlinen/kiss/oder grien. Hisp. *Lleno de aquellas chinas ò pedrezitas.* Angl. *Full of litle stones.* } Plaut. *in Capt. sc. 2. a. 1.* Non meus scrupulosam victus commeat viam. hîc Scruposam habent emendatiores codices. de qua voce vide dictionem præcedentem Cicer. 4. *Tuscul.* E quibus, tanquam ex scrupulosis cotibus, enauigauit oratio. ¶ Per translationem accipitur pro anxio, tristi & solicito. { ὁ καὶ ἡ ὑπερακριβής, δυσχερής, ὁ καὶ ἡ ἀκριβολόγος. Gall. *Scrupuleux, trop curieux plein de doutes & difficultez.* Ital. *Pieno de dubij & difficultà.* Ger. Angsthafftig/vol zweiffels/oder tieff nachsuchens. Hisp. *Muy dudoso, cuidado, lleno de dudas.* } Val. Max. *lib. 1.* Qui tam scrupulosa cura, paruula quæque momenta religionis examinare videntur. Gell. *c. vlt. lib. 20* Scrupulosa quædam & anxia in his commentariis erunt. Et paulò pòst, aut perceptu difficilia.

Scrupulosè, aduerb. Anxiè, difficulter, religiosè. { ὑπερακριβῶς, δυσχερῶς. Gal. *Scrupuleusemẽt, auec difficulté & chagrin.* Ital. *Con difficultà & dubbio, scropolosamente.* Ger. Schwärlich/mitt zweyfel vnnd sorg/grubschtig. Hisp. *Con mucha cuida, muy dudosamente.* Ang. *with dowbt or difficultie.* } Col. *lib. 8. c. 8.* At quæ dono, vel aucupio contingunt, minùs scrupulosè probantur, (id est, difficulter.) Quintil. Scrupulosè secta partitio. & inferiùs, *Scrupulosius.*

Scrupulosissimè, admodum exquisitè atque anxiè. Col. *operis initio*, Nec minus corporis gesticulatorem scrupulosissimè inquirant, saltationis ac musicæ rationis studiosi. sic legendum correctè.

Scrupulositas, anxietas, difficultas. { דאגה deagháh דאבה deabáh חרדה charadháh. τὸ ὑπερακριβές, δυσχέρεια. Gal. *Scrupulosité, difficulté.* Ital. *Difficultà, pensiero.* Ger. Angsthafftigkeit/Nachgrublung. Hisp. *Cuida, mucha duda.* Angl. *Difficultie* } Colum. *lib. 11. c. 1.* In hac autem ruris disciplina non desideratur eiusmodi scrupulositas.

Scrupularis, e, quod ad scrupulum pertinet. { γραμματιαῖος. Gall. *Appartenant à scrupule, du poix de deux oboles.* Ital. *Pertinente à scropolo.* Ger. Das zu einem scrupel gehört. Hisp. *Pertenesciente à escrupulo.* Ang. *Of the weigt of the thride part of a damne.* } Plin *lib. 33. c. 8.* Protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulari differentia.

Scrupulatim, per scrupula. { κατὰ γράμματα. Gal. *Par le menu, par scrupules.* Ital. *Minutamente à scropoli.* Ger. Bey den minsten stucklinen. Hisp. *Desmenuzamente, por escrupulos.* Ang. *By litle stones, by litle peeces.* } Plin. *lib. 22. c. 24.* Scrupulatim quidem colligere, ac miscere vires, non coniecturæ humanæ opus, sed impudentiæ est.

Scruta, orum. { בלוים belojim. γρυτάρια. Gall. *Vieux fers, ou vieux drappeaux.* Ital. *Stracci, baronzi.* Ger. Allerley alt grumpel/vnd grumpel werck das nicht vil mehr wärt ist. Hisp. *Vestiduras viejas.* Ang. *Old and worne garmentis.* } Attritæ vsu vestes, dimidiatæ strigiles, & iumentorum soleæ, refixi claui, idque genus alia quæ vilissimi proxenetæ venalia habent, quos antiqui scrutarios γρυτοπώλας appellabant. Horat. *lib. 1 Epist.*

——*Vlteium manè Philippus*
Vilia vendentem tunicato scruta popello
Occupat.

Lucil. *apud Gell noct. Attic lib. 3.* Quidni? scruta quidem vendat scrutarius, laudat. Cæl *lib. Antiq. 10. c. 6.* Verbo Scruta, veteramẽta significari puto omnifaria, quæ quum vsu iam detrita sint pretio item diminuta censentur.

Scrutaria, æ, Scrutorum venditio. γρυτοπωλία. vt, Sagaria, cœnacularia, lintearia. Apul. *lib. 4.* Scrutariam facitis.

Scrutarius, qui scruta vendit.

‖ Scrutillus, ventriculus fartus. Gl. Isid. ‖

Scrutor, aris, Inquiro, inuestigo. { חפש chippés דרש darásch. ἐρευνάω, ματεύω. Gal. *Fouiller & cercher soigneusement.* Ital. *Cercare.* Germ. Nachhin suchen/ergrunden/fleissig erforschen. Hisp. *Buscar ò escudriñar.* Ang. *To searche diligentlie or to seck.* } Cic. *pro Rosc. Amer.* Non excutio te, si quid fortè ferri habuisti, non scrutor, nihil ad me pertinere arbitror. Plaut. *Amph.* Scrutabor, eho, dic mihi num satis videor Amphitruo? Senec. *cap. 1. de consol. ad Marciam*, Dum à sanguine recentia sunt vulnera, & digitos scrutantium recipiunt. Plin. *lib. 5. c. 1.* Polybius annalium conditor ab eo accepta classe, scrutandi illius orbis gratia circumuectus prodidit, &c. Horat. 1. *Epist.* 18.

Arcanum neque tu scrutaberis vllius vnquam,
Commissúmque teges, & vino tortus & ira.

Plin. *lib. 8. cap. 40. de canibus*, Sed in venatu solertia & sagacitas præcipua est, scrutatur vestigia, atque persequitur, &c. ¶ Legitur & *scruto* apud antiquos actiua voce: quod & Nonius annotauit. Vnde compositum perscruto, quo vsus est Plaut. *in Aulul.* Postremò hunc iam perscrutaui.

Scrutator, is, Inuestigator. { מחפש mechappés דרש dorésch. ἐξεταστής, ἐρευνητής. Gal. *Foüilleur, cercheur.* Ital. *Cercatore.* Ger. Ein ersucher/erforscher/nachhin gründer. Hisp. *Buscador escudriñador.* Ang. *A diligent searcher.* } vt Pallidus scrutator auri, Lucan. *lib. 4.* Stat. 3. *Syl.*

Quódque legit mersus pelagi scrutator Eoi.

Scrutinium, ij, Inuestigatio inquisitio, à scrutor. { חפש chéphes חקר chekér מחקר mechkár. ἐξερεύνησις. Gall. *Cerchement, inquisition.* Ital. *Inquisitione, cercamento.* Ger. Ein erforschung/nachgründund/ersuchung. Hisp. *Obra de escudriñar, buscamiento.* Ang. *Diligent searching or seaking.* } Apul. *lib. 9.* Postremum magistratibus placuit, obstinatè denegantem scrutinio detegere.

‖ Scudicia dicta eo quod circa caudicem terram aperiat. ‖

Sculca. Meurs. *in Gl. Græcob.* Σκοῦλκαι sculcæ. quasi exculcitæ, excubiæ.

Sculcator, qui sculcat. Meurs. *in Gl. Græcob.* σκουλκάτωρ, truncatè pro ἐξκουλκάτορες, exculcatores, excubitores.

Sculnam veteres pro sequestro vsurparunt, quasi sequulnam, quo verbo vsus est Varro Gell. *lib. 20. c. 10*

Sculpo, is, psi, ptum, Cædendo imaginem aliquam efficio, imaginem in materiam aliquam incido. { פתח pittách חקה chikkáh. γλύφω. Gall. *Tailler grauer.* Ital. *Scolpire.* Germ. Etwas bildwerck schnitzlen/graben/außstechen. Hisp. *Esculpir ò entallar.* Ang. *To carue or graue.* } Et propriè in marmore & aliis lapidibus sculptura fieri dicitur: conflatura verò in metallis quæ solui possunt, atque conflari, vt auro, & argento, & cæteris. Plin. *lib. 36. c. 4.* Marmore sculpendo primum omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllis. Ouid. 10. *Metam.*

Interea niueum mira feliciter arte
Sculpsit ebur.

Diomedes tamen contendit sculpo Latinum non esse, eiúsque loco scalpo dicendum esse. Dicendum est, inquit, scalpere gemmam, & non sculpere. Quod si verum est, codices ferè omnes mendosos esse oportet in quibus sculpere frequenter occurrit.

Sculptor, ris, verbale, qui sculpit. { מפתח mephattéach מחקה mechakkéh. γλύπτης, γλυφεύς. Gall. *Tailleur, graueur.* Ital. *Intagliatore, scultore.* Germ. Ein bildschnitzer / bildhauwer / der etwas gräbt oder außsticht. Hisp. *Esculpidor ò entallador.* Angl. *A caruer or grauer.* } Plin *lib. 20. cap. 13.* Sculptores, & pictores vtuntur. Idem *lib. 38. cap. 5.* Iam fuerat in Chio insula Malas sculptor, dein filius eius Micciades, &c. Vide *Scalptor*, suprà.

Sculptura, æ, quæ auro, argento, ære, ferro, ligno, ebore, marmore, vitro, gemma, opera nostra efficit. { פתוח pittúach מקלעת mikláhath. γλυφή. Gal. *Tailleure, graueure.* Ital. *Intagliatura, scultura.* Germ Bildschnitzlerey/das schnitzlen oder graben zu bildwerck. Hisp. *Esculpidura, entalladura* Ang. *A caruing or grauing.* } Plin. *lib. 16. c. 40.* Habent in sculpturis facilitatem. Diomedes tamen dicendum esse contendit Scalpturam gemmæ, non sculpturam. Suprà in dictione *Scalptura.*

Sculptilis, e. quod sculptum est: vt, Sculptile simulacrum. { מפתח mephuttach. γλυπτόν. Gal. *Graué, taillé.* Ital. *Intagliato, sculpito.* Ger. Ein geschnitzlet oder gegraben zu bildwerck. Hisp. *Cosa esculpida ò entallada.* Angl *That is graued or carued.* } Ouid. 4. *de Ponto,*

Signa quoque in sella nossem formata curuli.
Et totum Numidæ sculptile dentis opus.

Numidam dentem vocat ebur è dente elephanti Numidici.

Sculponeæ, arum, Calcei ex lana confecti. Plaut. *Casin.* Qui quæso potius quàm sculponeas, Quibus batuatur tibi os? Neuius, Sculponeis batuenda sunt latera. { ὑποδήματα ἐριοῦν. Gall. *Soulier fait de laine.* Ital. *Scarpa di lana.* Ger. Wollin schuch oder filtzschuch. Hisp. *Zapato de fieltro.* Ang. *Shooes of wold.* } Cato Sculponeas bonas alternis annis dari oportere familiæ rusticanæ,

Sculponeatus,

Sculponeatus, sculponeis calceatus. Varro in Serano apud Nonium, dum in agro studiosius ruor, aspicio Triptolemum sculponeatum bigas sequitur cornutas.

‖ Scultator, apud Veget. *lib.* 2. 15. ferentarij & leuis armaturæ, quos nunc scultatores & armamenturas dicimus. ‖

Scurgum, σκοῦργον. Germaniæ vrbs in climate Septentionali, Ptolemæo autore *lib.* 2. *c.* 11. Vulgò Schmeben.

SCVRRA, æ, turpiter facetus, in iocando inuerecundus, & qui risum audientibus turpibus dictis commouet. { γελωτοποιὸς, βωμολόχος. GALL. *Vn plaisanteur, vn bouffon.* ITAL. *Boffone.* GER. Ein speywogel/lottersbub/der nichts thut dann die leut zu lachen machen. HISP. *El truban ò vano.* ANGL. *A sauire scoffer or flattering iester.* Cic *pro Quint.* Memini, vetus est, de scurra multò facilius diuitem, quam patremfamiliâs fieri posse. Idem 5. *Verr.* Albam habebo iudicem, eum hominem qui se scurram improbissimum existimari vult, qui à scurris potius semper gladiator, quàm scurra appellatus sit. Iuuen. *Satyr.* 13.

——Vrbani fugitiuus scurra Catulli.

Plautus *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Tu vrbanus verò scurra, deliciæ populi. ¶ Scurra etiam apud veteres pro vrbano. Plautus *in Mostell.* Tu vrbanus verò scurra delitiæ populi, Rus mihi tu obiectas? Et *in Trinummo*, — neque periurius Quàm vrbani assidui ciues, quos scurras vocant. Iterum *in Epidico*, T. Scurra es. E. scio te esse quidem hominem militarem. Dici volunt scurram quasi sine cura: alij à sequendo, quod irridet Festus. Vide *Scurrilis*.

Scurrilitas, Turpis & procax dicacitas, neque temporis, neque loci, neque personarum respectum habens. { לעג מבעה *lábazh máhogh.* βωμολοχία, γελωτοποιΐα. GALL. *Plaisanterie.* ITAL. *Mestiero di compiacere con molti disonesti.* GERM. Speywerck/ leichtfestigkeit mitt lächerlichen vnd vngereimpten reden. HISP. *Aquel habito de truhanear.* ANG. *Malapert scoffing.* }

Scurrilis, e, qui mouet risum cum turpitudine. { γελωτοποιὸς, βωμολόχος. GAL. *De plaisanteur.* ITAL. *Di Boffone.* GER. Etwas grobpossechtig oder schamper. HISP. *De truhan.* ANGL. *Belonging to a malapert or sawcie scoffer.* } Cicer. 2 *de Orat.* In quo non modò præcipitur, ne quid insulsè, sed etiam si quid perridiculè possis, vitandum est oratori vtrunque, ne aut scurrilis iocus sit, aut inimicus ¶ Lusus scurrilis, i. vrbanus. Valerius Maximus *lib.* 8. *cap.* 8. Vt enim in rebus seriis Scæuolam, ita & in scurrilibus casibus hominem agebat. Vide *Scurra*.

Scurriliter, aduerbium, Procaciter. { γελωτοποιητικῶς. GALL. *En bouffon, en plaisanteur.* ITAL. *Boffonescamente* GER. Mit schamparen schimpffpossen. HISP. *Truhaneando assi.* ANGL. *Lik a sawcie or flattering scoffer.* } Plin. *Epist.* 90. Qui hunc putamus domi facere, qui in tanta re, tam serio tempore, tam scurriliter ludat?

Scurror, aris, Scurram ago. { βωμολοχεύω, γελωτοποιέω. GAL. *Plaisanter & dire mots pour rire.* ITAL. *Fare il boffone.* GER. Schamparen vnnd leichtfertige possen treiben/wie die lottersbuben. HISP. *Truhanear.* ANG. *To scoff lik a sawcie mocker.* } Horat. 1. *Epist* 18.

Scurror ego ipse mihi, populo tu.

Idem 1. *Epist.* 19.

Scurrantis speciem præbere professus amicum.

hoc est, turpiter adulantis.

‖ Scurtia, scottea, flagellum è scotto, i. corio. Gl. g. b. ‖

Scutale, is, n. g. corium, cuius loris habena consutis facta erat: sic appellatur, quòd ex eo genere corij scuta, conficerentur. Liu. 8. *bell. Macedon.* Centum funditores ab Ægio & Patris & Dymis acciti. A pueris in more quodam gentis, saxis globosis, quibus fermè arenæ immistis strata littora sunt, funda mare apertum incessentes exercebantur. Itaque longius, certius & validiore ictu quàm Balearis funditor eo telo vsi sunt, & est non simplicis habenæ, vt balearica, aliarúmque gentium funda: sed triplex scutale crebris suturis duratum, ne flaxa habena voluteur in iactu, glans sed librata quum sederit velut neruo missa excutiatur. Alij scutale exponunt, id quod reticulatum in medio fundæ. Ego vero existimo, habenam triplicem reticulatam vocari scutale in funda Constantin.

Scutella, vide *Scutum*.

Scutica, æ, Genus verberis è loris facti: à Græco σκῦτος, quod corium significat, vel pellem. { σκυτάλη. GALL. *Escourgée, vn fouët de lanieres de cuir* ITAL. *Scorreggiata, staffile, bacchetta, sferza.* GER. Ein lederine geyssel/ein geisel auß lader riemen. HISP. *Açote liuiano como para niño.* ANG. *A scourge or whippe.* } Martial. *lib.* 10.

Scuticaque locis horridis Scytha pellis,
Qua vapulauit Marsyas Celenaus.

¶ Rubere scuticâ. Iuuen. *Satyr.* 6.

——hic frangit ferulas, rubet ille flagellis,
Hic scutica.

Horat. 1. *Serm. Satyr.* 3.

—— adsit
Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas,
Ne scuticâ dignum horribili sectere flagello.

Scutriscum, vasis genus, apud Catonem *de re rust. cap.* 10. & videtur ex figura Græca deriuari à scutra, Est enim *scutra*, vasis genus, quod & *scutula* dicitur.

SCVTVM, i. armorum genus, quo pugnantes corpus tegunt. ἀπὸ τοῦ σκύτους. hoc est, à corio, siue pelle, qua obtegebantur. { מגן *mathén* סוחרה *soc'erán.* θυρεὸς, ὅπλον. GALL. *Bouclier, rondelle, escu.* ITAL. *Scudo, targa.* GERM. Ein schilt den man im streit braucht. HISP. *Escudo ò pauez.* ANGL. *A buckler or shield.* } vel à sectura, inquit Varro quòd à minutis confectum sit tabulis. Plin. *lib.* 35. *cap.* 3. Scutis enim, qualis apud Troiam pugnatum est, continebantur. Cæs. 5. *bell. Gall.* Quo percusso exanimato, hunc scutis protegunt hostes, & in illum vniuersi tela coniiciunt. Cicer. 2. *Tuscul.* Ignauus miles ac timidus simul ac viderit hostem, abiecto scuto fugiat quantum possit. Virg. 8. *Æneid.*

——scutis protecti corpora longis.

Ouid. 7. *Ep. st.*

Iacta super galeas, scutaque longa sonant.

Idem 3. *Fast.*

——Scutoque nepotem
Fert auus, hic scuti dulcior vsus erat.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

——gladióque latus, scutóque sinistram
Subiicio.

Gellius. *cap.* 13. *lib.* 9. Scutum proiicere. Mox; Manlius iterum Scutum scuto percutit. ¶ Differre à clypeo ostendit Liuius *lib.* 1. *ab vrb.* Secunda classis Seruij Tullij Romanorum regis dicebatur ea pars populi quæ æris LXXV. M. aut eo amplius, intra tamen centum milia, in censum deferebat: iisdémque armis vtebatur, quibus prima classis, præter loricam & clypeum, cuius loco scuto vtebatur, &c. Idem *lib.* 8. *ab Vrb.* Postquam, inquit, stipendiarij facti sunt, scuta pro clypeis fecere. Idem *lib.* 9. Clypeo & sarissa scutum maius esse ait corpori tegumentum.

Scutulum, i, paruum scutum. { ὁπλάριον. GALL. *Petit escu.* ITAL. *Picciolo scudo.* GERM. Ein schiltlin. HISP. *Pequeño escudo.* ANG. *A litle buckler or shied.* } Cicer. 2. *de natur. deor.* Cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis. Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciuil.* Quatuor biremes subiectis scutulis impulsas vectibus in interiorem partem traduxit. Plin. *lib.* 8. *cap.* 48. Galliam tradit inuenisse sagula scutulis diuidere. Erant autem Gallorum sagula virgata & scutulata (vulgò *faits à lausanges*, id est, ῥαβδωτὰ, vt dixit Virg. *in Æneid.* Virgatis lucent sagulis. ῥαβδωτὰ & πλινθίοις diuisa fuisse dixit Diodotus: cui πλινθία (quæ tetragona sunt, vt maculæ retium: ob ídque Varro *in Parmenone* rete quadrangulam dixit) scutula Plinio. Idem author ait alibi, araneas scutulato rete grassari, i. reticulato: at rete cùm extenditur cancellatum est, & virgatum, vel, vt loquitur Pollux, ῥαβδοειδές.

Scutarius, qui scuta facit. { ἀσπιδοποιός. GALL. *Faiseur de boucliers & escus.* ITAL. *Colui che fa i scudi ò le targhe.* GER. Ein schiltmacher. HISP. *El que haze escudos ò pauez.* ANGL. *That maketh buklers or shieldes.* } Plaut. *in Epid.* Id modò videndum, vt materia suppetat scutariis.

Scutarius, a, um, quod ad scuta pertinet. { ἀσπιδικός. GAL. *Appartenant à bouclier & escu.* ITAL. *Pertinente à scudo ò targa.* GERM. Das zu den schilten gehört. HISP. *Perteneciente à escudo ò paues.* ANG. *Belonginh to bucklers.* } Vnde Veget *lib.* 2. In Romana militia habebant fabricas scutarias, & loricarias, quibus armorum genera formabantur.

Scutatus, a, um, Scuto armatus. { ἀσπιδίτης. GALL. *Garni ou armé de bouclier ou rondelle.* ITAL. *Armato di scudo ò di targa.* GER. Der mit einem schilt gerüstet ist / schiltnecht. HISP. *Armado de escudo, esculado con escudo.* ANG. *Armed with a shield.* } Cic. 2. *Philip* Agmine quadrato, cum gladiis sequuntur scutati milites. &c. Virg. 9. *Æneid.*

Tercentum scutati omnes Volscente magistro.

‖ Scutra, genus vasis, à scuti figura.

Scutriscum, vasis genus. ‖

Scutula, æ, forma rotunda, quales Aranea contexit. Inde scutulata figura dicitur quæ telæ aranearum similitudinem habet. Plin. *lib.* 11. *cap.* 23. Quanta arte celant pedicas, scutulato rete grassantes. ¶ Est & scutula vasculi genus, vnde diminutiuum deducimus *scutella*. { קערה *kebaráh.* παροψίδιον, στρογγύλος, πινάκιον. GAL. *Vne platte escuelle, vn petit plat.* ITAL. *Scodella.* GERM. Ein kleine schüßlen HISP. *La escudilla.* ANG. *A plater or dishe.* } Martial. *lib.* 8.

Bessalem ad scutulam sexto peruenimus anno.

Idem *lib.* 11.

Sic implet gabatas, paropsidésque,
Et leues scutulas, cauásque lances.

A nomine scutum Diomedes deducit *lib.* 1. ¶ Scutula, in arboribus emplastratis. Plin. *lib.* 17 *cap.* 16. Ergo amputatis omnibus ramis, ne succum auocent, nitidissima in parte quáque præcipua cernitur hilaritas, exemptâ scutula (ita ne descendat vltra ferrum) cortici, imprimitur ex alia cortex par cum sibi germinis mamma.

Scutella, æ, vasis genus rotundi concaui quo minutal ex carne, vel oleribus in mensam exhibetur. { קערה *kebaráh.* πινάκιον. GALL. *Escuelle ou plat.* ITAL. *Scodella.* GERM. Ein kleine schüßlen. HISP. *Escudilla.* ANGL. *A dish.* } Est autem diminutiuum à scutra, sicut à mitra mitella, aut certè à scutula. Cicer. 3. *Tuscul.* Eripiamus huic ægritudinem. Quomodo? Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, hedycrum incendamus, demus scutellam dulciculæ potionis, aliquid prouideamus & cibi.

Scutulatus, a, um, scutulæ figuram habens. Ita

Scutulata vestis, dicitur quæ quibusdam orbibus, seu circulis, quasi scutulis est distincta, ad aranearum similitudinem accedentibus. Iuuen. *Satyr.* 2. Cærulea indutus, scutulata, & galbana rasa. Hoc autem texturæ genere olim præcipuè commendabatur Lusitania. Id autem ferè erat eiusmodi, quale cernimus in araneorum telis, quorum retia etiam scutulata dicuntur à Plin. *lib.* 11. *c.* 23. ¶ Est & scutulatus color, in equis præcipuè commendatus, quem vulgus ab exiguorum pomorum rotunda specie *Pomulatum* appellat. Meminit eius coloris & Palladius *in mense Martio*, *c.* 13.

Scutigerulus, à Plauto sumitur pro armigero, qui scutum domini gerit, qui & scutifer dicitur. { ἀσπιδοφόρος. GALL. *Qui porte l'escu ou bouclier.* ITAL. *Chi porta scudo.* GERM. Ein schiltbub / der einen schilt tregt. HISP. *El que trahe escudo.* ANG. *A page or custrell that beareth a shield to his maister.* }

Scyathos, insula est cum oppido in Ægeo mari prope Thraciam, vt scribit Pomponius Mela *lib.* 2. Vulgò *Sciato*, σκίαθος.

Scybalum, quisquiliæ. Id vide Gloss. Cyr. σκύβαλον stercus, tetrimentum.

Scylace, σκυλάκη. Vrbs citra Cyzicum, vt inquit Hecateus: Pomponius Placia & Scylace paruæ Pelasgorum coloniæ.

Scylax. { גור *ghur.* σκύλαξ. } Paruus canis, canis, catulus. ¶ Est præterea scylax, apud Suidam nomen insignis Mathematici, qui ad Polybij historiam scripsit Antigraphen.

Scylla, σκύλλα, filia fuit Nisi regis Megarensium, quæ Minois, paterni hostis amore capta, vt illum sibi beneficio aliquo demereretur. patrem purpureo capillo, in quo situm erat regni totius fatum, spoliauit, eúmque hosti obtulit, tanquam futuri coniugij dotem. Verùm quum se ab illo sperni videret, doloris impatientia in Cirim auem commutata est: Nisus autem in aliam auem sui nominis quæ veluti tantæ adhuc impietatis

pietatis pœnas à filia repetens, etiam nunc eam vbique insectatur. Vide latiùs hanc fabulam apud Ouid. *lib.* 8. *Met.* ¶ Fuit & altera Scylla, Phorci filia, quæ cùm mutuo Pici amore teneretur, indignata Circe, quæ Picum miserè deperibat, Scyllam sibi ab illo præferri, fontem in quo illa lauare sese solebat, noxiis herbis, veneficiísque infecit. Cuius rei illa ignara, quum lauandi gratia fontē ingressa esset, videt inferiorem corporis partem in caninos rictus esse commutatam: quam deformitatem tantopere exhorruit, vt sese statim in vicinum præcipitauerit fretum: vbi & in saxum mutata fingitur Charybdi ex aduerso obiectum, prætemauigantibus vehementer periculosum. Tibull. *lib.* 4.

Non Scylla sæuo conterruit impetus orbe,
Cum canibus rabidas inter fieta serperet vndas,

¶ De Scylla & Charybdi legendus Senec. *epist.* 80. {Ein sorglicher felsen den schiffleuten im Sicilischen meer. Vide latiùs hanc fabulam apud Ouid. 14. *Met.* ¶ Est item Scyllæ genus piscis quo maximè abundat Liris Campaniæ amnis. Horat.

Affertur Scyllas inter murena natantes.

Martial.

Cæruleus nos Liris amat, quem sylua Maricæ
Protegit: hinc scyllæ maxima turba sumus.

Scylleta, loca in quibus scyllæ pisces capiuntur. Cic. *de Leg. Agrar. contra Rullum.* Hac Lege Tribunitia, Decemuiri vendent agrum Campanum, accedit ei mons Caurus accedent scylleta ad Minturnas.

Scyllaceum, σκυλλακεῖον. Oppidum fuit in finibus Calabriæ, cuius meminit Strab. *lib.* 6. Virg. 3. *Æneid.* abiecto altero l, primam syllabam corripuit, quum ait, Caulonísque arces & naufragium Scylaceum. Vulgò *Capo de squillaci in Calabria.*

Scyllæum, σκύλλαιον, Promontorium Peloponnesi, vt Strab *lib.* 8. testatur, in sinu Argolico iuxta Hermonem, quo Scylla Nili filia fluctibus eiecta creditur. Vulgò *Capo Sciuli.*

Scyllias, σκυλλίας Herodot. *lib.* 8. vir quidam Scionæus, omnium ea tempestate hominum optimus vrinator qui etiam in naufragio ad Pelium factum, multam pecuniam Persis seruauit, multa & sibi lucratus est. Hunc Pausanias Scyllin vocat, qui de eo sic scribit: Scyllis Scyonæus homo cum Cyane filia classis Persicæ, qua Xerxes Græciæ bellum intulerat, anchoras natando vrinandóque præcidit ad Pelium montem, & Sepiada Magnesiæ: idque signum in Apollinis templo positum ab Amphictyonibus, (quod erat commune Græciæ concilium) à Nerone principe Romam translatum.

Scyllus, untis, σκυλλοῦς, oppidum Achaiæ, vt Strab scribit, quo Xenophon donatus est à Lacedæmoniis.

Scyllurus, siue potiùs Scillurus, per i nostrum, pen. prod. σκύλλουρος. Nomen viri proprium, qui, vt Plutarch. autor est, quum relictis maribus filiis octoginta diem esset obiturus, hastilium fascem cuique obtendens, vt illum confringeret, iubebat. Id autem singulis se posse negantibus, ipse sigillatim educta hastilia omnia facilè confregit. Ita docens illos, vbi vnà esse perseuerarent, firmos ac potentes fore: imbecillos autem si separarentur ac dissiderent.

Scymnus. { גור ghur. σκύμνος. GALL. *Lionceau, le petit faon d'vne lione.* ITAL. *Leoncino.* GERM. Ein iung Leuwlin. HISP. *Leoncillo, hijo de leon.* ANGL. *A lyons whelpe.* } Significat leonis catulum, vt aliarum ferarum scylacia, Iulio Pol. autore. Lucr. *lib.* 5.

Ac catuli pantherarum scymnique leonum.

SCYPHVS, i. { גביע ghabiáh כוס cos. σκύφος. GALL. *Vn hanaph ou tasse à boire.* ITAL. *Coppa, tazza, bicchiero, gotto.* GERM. Ein trinkgeschirr/ein weiter bächer. HISP. *Cierto vaso para beuer.* ANGL. *A cuppe or tasse to drink in.* } Vasis potorij genus, quod propriè Herculi attribuitur, teste Macr. *Saturn. lib.* 5. *c.* 21. sicut cantharus Libero patri. Hoc veteres in sacris [illegible] sunt, & in conuiuiis. Virg. 8. *Æneid.* Et impleuit dextram scyphus. Hor. *Epod.* 9.

Capaciores adfert huc puer scyphos.

Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Scyphos quos vtendos dedi.

Scyphium, σκυφίον, poculum σκυφοειδές.

Scyra, in insula in mari Ægeo. Hinc

Scyricum, coloris genus, apud Plin. *lib.* 33. *c.* 7.

Scyritæ, σκυρῖται, gentes sunt inter Nomadas Indos, quæ narium loco foramina tantùm habent. Plin. *lib.* 7. *c.* 2.

Scyros, σκῦρος, insula est contra Magnesiam in Mari Ægæo, vna ex Cycladibus Lycomedis regis patria: vbi Achilles puellari habitu educatus, Deidamiam eius regis filiam vitiauit, & ex ea Pyrrhum suscepit, quæ ab hac insula & ipsa Scyrias est appellata. Ouidius 1. *de arte amandi,*

Scyrias Æmonio victa puella viro.

In ea est vrbs eiusdem nominis. Patet hæc insula, Plin. teste, longitudine viginti quinque millium passuum, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi.

Scyriades, σκυριάδες, mulieres ex Scyro insula. Stat. 2. *Achil.*

Nec minus egressa thalami Scyriades ibant
Ostentare choros.

Scyrius, a, um, prima syllaba producta, σκύριος. Ouid. *Epist.* 8.

Sæpe malis stupeo rerúmque oblita, locíque,
Ignara tetigi Scyria membra manu.

Scytala, æ, vel Scytale, es, σκυτάλη. Mus araneus Latinè dicitur. Col. *lib.* 6. *cap.* 17. Músque araneus, quem Græci σκυτάλην appellant: quanuis exiguus, dentibus non exiguam pestem molitur. Plin. *lib.* 31. *cap.* 5. Eadem vis contra venenatorum omnium morsus, priuatim scytalem & angues. ¶ Est etiam scytale, genus secretioris epistolæ quo ad res arcaniores vtebantur Lacedæmonij: vnde & Scytale Laconica appellata est. Id autem erat huiusmodi, Imperatori ad bellum proficiscenti Lacedæmonij surculum dabant teretem, alterúmque omnino simisilem penes se retinebant. Deinde si quid secretioris rei incidisset, in loro quodam tenui prius ad surculum adaptato, quod visum esset præscribebant, illúdque minutim concisum ad Imperatorem mittebant, qui loro illo per surculum suum circumplicato, literísque coeuntibus, commodè quod scriptū erat, perlegebat. Vide de hoc plura apud Gellium *lib.* 17 *c.* 9.

Scytalis, σκυταλίς, parua scytale: bacillus, palangula: σκυταλίδες digitorum ossa.

Scytolasagittipelliger, Hercules. Tertull.

Scythas, Iouis filius. Plin *lib.* 7. 56. Arcum sagittam Scytham Iouis filium alij sagittam, Persen, Persei filium inuenisse dicunt, lanceas Ætolos iaculum cum amento Ætolum Martis filium.

Scytha Herculis filius, à quo Scythiam appellatam esse, tradit Herodotus.

Scythes, Scythæ, σκύθης, Scythiæ incola.

SCYTHIA, Σκυθία, Regio septentrionalis latissima, in duas diuisa partes Europæam & Asiaticam, quarum Europæa à Tanaidis ripis per Mæotidis & ponti Euxini littora, vsque ad Istri ostia expanditur. Asiatica à limitibus oppositorum littorum in Orientem procurrit, Oceano à Septentrione, à meridie Tauro terminata. Vtriusque variæ ac propè innumeræ sunt gentes, ad bella magis quàm ad vllum humanitatis studium idoneæ. Hominibus inter se fines nulli: neque enim agrum exercent, nec domus illis vlla, aut tectum, aut sedes est, armenta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis. Vxores liberósque secum in plaustris vehunt, quibus coriis, imbrium, hyemísque causa tectis, pro domibus vtuntur. Iustitia gentis ingeniis culta, non legibus. Nullum scelus apud eos furto grauius: quippe sine tecto & munimento pecora & armenta habentibus, quid saluum esset si furari liceret? Aurum & argentum perinde aspernantur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle vescuntur. Lanæ iis vsus ac vestium ignotus. Et quanquam continuis frigoribus vtantur, pellibus tamen ferinis aut murinis vestiuntur. Hæc continentia illis morum quoque iustitiam dedit, nec alienum concupiscentibus: quippe diuitiarum cupido ibi est, vbi & vsus. Atque vtinam reliquis mortalibus similis moderatio & abstinentia alieni foret: profectò non bellorum tantùm per omnia secula terris omnibus continuaretur: nec plus hominum ferrum & arma quàm naturalis fatorum conditio raperet. Scythæ ab alieno imperio aut intacti, aut inuicti manserunt. Darium regem Persarum turpi à Scythia submouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri Magni ducem cum copiis vniuersis deleuerunt: Romanorum audiuere, non sensere arma. Gens & laboribus & bellis aspera. Vires corporum immensæ. ¶ Nostra verò hac ætate coadunato exercitu numerosissimo, & rei bellicæ peritissimo feri ac furiosi illi latrones, in vicinum illis Poloniæ regnum excursiones perpetuas faciunt, quos fortiter resistendo & penè quotannis cædendo Polonus bello assuetus à conspectu suo longè remouet: & in vastis illis solitudinibus quasi obligat, nec in Germaniam, quam veluti murus, totamque Christianitatem ab excursione Turcarum, Moscorum, Tartarorum, & cæterorum gentilium tutatur, perrumpere patitur. Dicta est autem Scythia (vt placet Herodot. *lib.* 4.) à Scytha quodam Herculis ex muliere semiuipera filio, fratre Geloni, & Agathyrsi.

Scythicus, a, um, adiect. ad Scythas pertinens: ex Scythia ortus. vnde Scythici smaragdi. Scythis vsitatus, vnde σκυθικά calceamenta. Est & σκυθικὸς, tetricus, crudelis, inhumanus.

Scythā, æ, vel Scythes, Σκύθης, qui ex Scythia est: vt, Anacharsis Scythes apud Cic 3. *Tusc.* Sunt autem Scytharum alij Europæi, alij Asiatici: de quibus vide suprà latiùs in dictione *Scythia.*

Scythis, Patronymicum fœm. σκυθίς. apud Ouid. 15. *Metam.*

Haud equidem credo, sparsa quoque membra veneno
Exercere artes Scythides memorantur easdem.

Scythius, a, um, adiect. σκυθικός, Virg. *lib.* 3. *Georg.*

At non quà Scythiæ gentes Mæoticaque vnda.

Scythice, herba, à Scythia, in qua nascitur: glycyrrhiza vulgaris, quæ tamen & copiosa nascitur in Germania, præsertim agro Padenbergensi, & in Hispania. Dodon.

Scythizo, Sythisso, σκυθίζω, Scytharum mores imitor: intemperanter bibo.

Scythismus, σκυθισμός, imitatio Scytharum.

Scython, is, σκύθων, nomen proprium viri nescio cuius, quem poëtæ fabulantur pro suo arbitrio, modò in fœminam sese commutasse: modò rursus in virilem formam rediisse. Ouid. *lib.* 4. *Metam.*

Quid loquar: vt quondam naturæ iure nouato
Ambiguus fuerit modò vir, modò fœmina Scython.

Scythopolis, Σκυθόπολις, vrbs est in Decapolitana Syriæ regione, nomen habens à Scythis in eam deductis: quum antea à Liberi patris nutrice ibi sepulta, Nysa diceretur. Autor Plin. *lib.* 5 *cap.* 18. Scythopolis autem sine aspiratione, Libyæ oppidum est, vt ex Polyhistoris sententia tradit Steph. Σκυτόπολις.

Scythotauri, Σκυθόταυροι, populi Scythiæ, Tauricæ regionis iuga incolentes, qui (vt Solin. refert) pro hostiis aduenas cædere consueuerunt. Meminit horum & Plin. *lib.* 4. *c.* 12.

S E

SE, Præpositio est ex earum numero, quæ quòd extra compositionem nō inueniantur, inseparabiles à Grammaticis dicuntur, διὰ. Composita verò diuisionem siue separationem ferè significat: quemadmodum διὰ apud Græcos: vt, Separo, Seduco. ¶ Nonnunquam & priuationem, seu negationem, à c: vt Secedo: d, vt Seduco: g, vt Segrego: i, vt Seiungor: l, vt Seligo: p, vt Separo: u, vt Seuoco. Est & se pronomen reciprocum accusatiui casus à genitiuo sui αὐτόν: quod etiam cum seipso componitur. Virg. 3. *Eclog.*

At mihi sese offert vltrò meus ignis Amyntas.

Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 2 Me in ædes ad se duxit domū. *Ibid. sc.* 3. *a* 2. Ex nostro hospitio eduxit se foras. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Ipsæ sese patinæ feruefaciunt. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Vult placere sese amicæ. Idem *Mem. sc.* 2. *a.* 5. Expetit ad sese, me vt item. Catull. *de Com. Beren.*

Sed quis se ferro postulet esse parem? &c.

¶ ‖ Se, veteribus etiam separatum pro sine. vide *Sed.* ¶ In compositione aliquando est è *Sex*: vt, sedigitus, sedecim, semestris. Aliquando ex semi, vt, selibra. ‖

Sebaste, es, { שמרון schomerón. σεβαστή. } Samariæ oppidum, ab Herode instauratum: & in honorem Augusti Cæsaris ita appellatum, quum antea quemadmodum & regio ipsa Samaria diceretur, σεβαστὸν enim Græci dicunt quod nos augustum. Vide Strab. *lib.* 16. & Plin. *lib.* 5. Stephanus etiam alteram Sebasten in Armenia collocat.

Sebastia, σεβαστία, oppidum in Colopena, Cappadociæ regione: de qua Plin. *lib.* 6. *c.* 3.

‖ Sebaſtocrător, dignitas poſt deſpotam, tertia poſt Imperatorem. Bulleng.
Sebaſtophorus, ſummus dux copiarum. Idem. ‖
Sĕbăſtŏpŏlĭs, σεβαςόπολις, Ponti Cappadocij vrbs, Ptol. *lib.* 5. *cap.* 6. Vulgò *Sebaſto.*
‖ Sebenimon, veſtimenti genus. Heſych. ‖
Sĕbĕnnytŭs, σεβέννυτος Steph. Vrbs in Ægypto: vbi & palus & amnis ſunt cognomines. Vnde præfectura quoque Sebennytica? σεβεννύτης νόμος: & Sebennyticum Nili oſtium, σεβεννυτικὸν στόμα vocari cõſtat: quod in duo alia diuiditur: ſcilicet in Saiticum & Mendeſium, teſte Herod. *lib.* 2.
Sĕbēthŏs, σέβηθος. Fons apud Neapolim cuius aqua vicatim decurrens, amnis ferè vſum Neapolitanis præſtat. Plin. *lib.* 1. *Syluar.* Et pulcra tumeat Sebethos alumna. Huius Virg. Stat. Columell. meminerunt: quod quidem nomen cum t litera procul dubio ſcribendum eſt, etſi ſciam eſſe qui Saberthus per r legant. Teſtis eſt, vt alia omittam, tabella marmorea vetuſtiſſima Neapoli in murorum fundamentis reperta, quæ habet. P. Meuius Eutychus ædiculam reſtituit Sebetho.
Sebethis, idis, fœm. gen. Virg. 7. *Æneid.*

Nec tu carminibus noſtris indictus abibis,
OEbale, quem generaſſe Telon Sebethide nympha
Fertur.

Sĕbīnus, σεβῖνος. Lacus circumpadanæ regionis, è quo Lolius amnis naſcitur, teſte Plin. *lib.* 3. *c.* 19.
Sebritæ, arum, σεβρῖται, populi Ægyptij Nili inſulam incolentes, non procul à Meroe. Sebritæ dicti quaſi, aduenæ, eo quòd Pſammitichum regem fugientes, in Æthiopiam commigrarint. Vide Strab. *lib.* 17.
Sēbum, quod & ſepum, & ſeuum, pingue in fine carnis animalium, quod ſiccum, fragile, nec ad ignem admotum tum facilè liqueſcit, &, cùm liquefactum fuerit, iterum concreſcit. { στέαρ. GALL. *Suif.* ITAL. & HISP. *Seuo.* GER. Vnſchlit. ANG. *Sewer or tallew.* } Vnde Sebaceus, a, um, quod ex Sebo, ſiue ſeuo, confectum eſt, στεάτινος: vt, Candela ſebacea. vide *Seuum.*
Sebaceus, a, um, ex ſebo factus. Apul.
‖ Sebaſtæa, N. in Armenia, ſub P. Conſtantinopolitano. ‖
SEBO, as, ex ſebo formo: vt Sebare candelas. alit. ſeuare. Columell. *lib.* 1. 22.
Sēbārĕ, verbum, Seuo obducere. { στεατῶ. GALL. *Mettre ou adiouſter du ſuif, faire ſuif.* ITAL. *Ognere con ſeuo.* GERM. Mit vnſchlit bedecken oder beſtreichen / vnſchlit kertzen machen. HISP. *Enſeuar, vntar con ſeuo.* ANG. *To ſmere ouer with ſewet or tallow.* } Colum. *lib. cap.* 22. Feriis autem ritus maiorum etiam illa permittit, far pinſere, faces incidere, candelas ſebare. Quid autem propriè ſit Sebum ſiue ſeuum, & quomodo differat ab adipe & pingui, abundè ſuprà explicauimus.
Sĕcālĕ, neutr. gener. { ANGL. *Rie.* } Frugis genus tantùm ad arcendam famem tenuiorem vtile, fœcunda, ſed gracili ſtipula. Huic milium in Italia miſcetur, paniſque fit melior. Galli, inquit Ruell. vna litera detrita *Seclam* vocant: de quo vide Plin. *lib.* 18. *cap.* 16.
Sĕcāmentum, vide Seco.
‖ Seccouia, Seckaco / V. E. Germaniæ, ſub A. Salisburgenſi. ‖
SĒCĒDO, is, ceſſi, ſum, Seorſum ab hominum frequentia recedo. { סר *ſar* הלך *halách.* ἀναχωρέω, μεθίσημι GALL. *Se retirer à part & à l'eſcart.* ITAL. *Partirſi, andar via, venir.* GERM. Nabend ſich weichen / dannen weichen / etwan hin von den leuten gehen. HISP. *Retraherſe ò partirſi.* ANGL. *To go a part frome other.* } Plaut. *in Amph.* Secede huc tu Soſia. Idem Capt. *ſc.* 2. *a.* 2. Secede huc; Sunt quæ ex te ſolo ſciſcitari volo. Idem *in Curcul. ſc.* 2. *a.* 2. Fugite omnes, abite & de via diſcedite. Liu. 10. *bell. Maced.* Poſteaquam veniſſe eos nuntiatum eſt, ſeceſſit in partem interiorem cum duobus amicis, totidem cuſtodibus corporis. Ouid. *lib.* 4. *Triſt. Eleg.* 8.

Sed modò, quos habui, vacuos ſecedere in hortos.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 3. *Triſt.*

Nec quo ſecedam locus eſt. (ſup. ſtudiorum cauſſa.)

Sēcēſsĭo, nis, Seceſſus, diſceſſus, ſiue receſſus in locum ſecretiorem. { פרדה *ſaráh* ἀναχώρησις. GALL. *Retirement à part, ſeparation.* ITAL. *Partimento, commiato, partita.* GERM. Abweichung oder abtrettung in ein ſonderbar ort. HISP. *Partida à lugar ſecreto.* ANGL. *A going a part.* } Hinc ſeceſſionem ſcriptorum dixit Cicero *pro Murena*, pro ſecreta collocutione quæ fit ſine arbitris, non ſine ſuſpicione conſpirationis. Etenim, inquit, ſeductiones teſtium, ſeceſſiones ſcriptorum animaduerti. ¶ Ponitur aliquando pro ſeditione, quum populus in diuerſas partes diſcedit. Cicer. *pro Ligario*, Seceſſionem tu illam exiſtimauiſti, Cæſar non bellum. Cæſ. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Nulla ſeceſſio populi, &c.
Sēcēſsŭs, us, ui, Diſceſſus in locum ſolitarium, minúſve frequentem. { פרדה *ſaráh* ἀναχώρησις. GALL. *Retirement à part, le lieu où on ſe retire à part.* ITAL. *Luogo doue ſi retira.* GER. Abweichung / abſünderung von den leuten Item, ein ſtill vnd abgeſündert orth. HISP. *Retrahimiento lugar ſecreto donde nos recogemos, apartamiento.* ANGL. *A going a part frome other: alſo a place where one goeth a part.* } Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Triſt.*

Carmina ſeceſſum ſcribentis & otia quærunt.

Quint. Cicero quoque in hos ſtudiorum ſeceſſus excurrit. Item Suet. *in Aug. c.* 72. Ex ſeceſſibus præcipuè frequentauit maritima. ¶ Nonnunquam locus ipſe ſecretior, & ab hominum turba aſpectúque remotus. Virg. 1. *Æneid.*

Eſt in ſeceſſu longo locus.

Plin. *Epiſt.* 13. *lib.* 2. Ille meus in vrbe, ille in ſeceſſu contubernalis: id eſt, in villa. Idem *Epiſt.* 15. *lib.* 3. Petis vt libellos tuos in ſeceſſu legam. Seceſſus auium. Idem *lib.* 10. *c.* 29. Sed in ſeceſſu auium & noctuæ paucis diebus latere traduntur.
SĒCĒRNO, is, ſecreui, tum, Diuido, ſeparo, diſcerno, ſegrego. { הבדיל *hibdil* הפריד *hiphridh.* διακρίνω, ἀφορίζω, χωρίζω, διαχωρίζω. GALL. *Separer, mettre à part.* ITAL. *Spartire, diuidere, ſeparare.* GERM. Von einander ſcheiden oder abtheilen / abſünderen / underſcheiden. HISP. *Diuidir ò apartar.* ANGL. *To ſeparat or ſeuer.* } Cicero *Luteio*, Si à continentibus tuis ſcriptis ſecernas hanc quaſi fabulam rerum euentorúmque noſtrorum. Cicero *in Catil.* Secernant ſe mali à bonis. Idem *de Amicit.* Secerni autem blandus amicus à vero & internoſci tam poteſt adhibita diligentia, quàm omnia fucata & ſimulata à ſinceris atque veris. Horatius *in Arte.* — fuit hæc ſapientia quondam; Publica priuatis ſecernere, ſacra prophanis.
Sēcrētum, a, um, particip. Seiunctus, ſeparatus. { מפרד *mephorádh* מבדל *mibdhál.* ἀφωρισμένος. GALL. *Separé & mis à part.* ITAL. *Separato, meſſo diuiſamente.* GERM. Abgeſündert / abgeſcheiden HISP. *Apartado, pueſto apartadamente.* ANGL. *Seuered, ant put à part.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Habent igitur ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes ab æthereа coniunctione ſecretam & liberam. Virg 8. *Æneid.* Secretoſque pios, id eſt, ab impiis ſeparatos. Interdum idem eſt quod ſelectus. Quintil. *lib.* 9. *a.* 3. Secretæ & extra vulgatem vſum poſitæ, ideoque magis nobiles, vt nouitate autem excitant, ita copia ſatiant. Idem. Secretus & iam conſecratus (Orator ſenior.) Et Liu. *lib.* 9. *d.* 4. Nihil ſecretum alter ab altero habebat. (i. habebant omnia inter ſe communia.) ¶ Migrat interdum in nomen, & admittit comparationem. Colum. *lib.* 9. *cap.* 4. Probatis apibus deſtinari debent pabulationes, eæque ſint ſecretiſſimæ, vt noſter Maro præcipit, viduæ pecudibus, aprico, & minimè proceſſoſo cæli ſtatu. ¶ Secretum locum dicimus, ſolum, & quaſi à cæteris ſeparatum. Cic. 2. *de legibus*, Loco publico, priuatóne: celebri, an ſecreto: aliena ciuitate, an tua: in caſtris, an foro dicas, intereſt plurimum. ¶ Secretum petere, eſt ſecretò remotíſque arbitris colloqui velle. Sueton. Auiæ Auſoniæ ſecretum petenti denegauit, i. petenti vt ſecretò cum aliquo loqueretur. Plin. *in epiſt.* Paucos poſt dies ipſe me regulus conuenit in prætorio iudicio; illuc me perſecutus, ſecretum petit, i. petiuit, vt mecum ſecretò loqueretur.
Sēcrētum, i, pro ſeceſſu. { חדר *chédher.* ἀπόκρυφον. GALL. *Secret, vn lieu retiré & ſeparé où on ſe retire à part d'auec les autres.* ITAL. *Luogo doue ſi retiriamo ſeparamente.* GERM. Ein abgeſündertet heimlich ort an dem einer von den leuten iſt. HISP. *Lugar ſecreto do nos recogemos apartadamente.* ANGL. *A place ſeparated a part.* } Plin. *Epiſt.* 1. *lib.* 1. Quam pulchrum illud, quàm dulce ſecretum, quantum ibi antiquitatis? Quintil. Secretum ſibi facere etiam in turba. Idem, Situ ſecreti conſumi ſcripta. Hactenus eloquentia ſecretum habet. Idem, Secretum quærunt ſtudia. Sueton. *in Othon. cap.* 10. Secreto captato codicillos exárauit ad ſororem conſolatorios. GALL. *S'eſtant retiré en ſon cabinet:* vel, *en quelque lieu à l'eſcart*, &c. Idem *in Claud. cap.* 10. Secretum deſiderare. (i ſeceſſum.) Excluſus inter cæteros ab inſidiatoribus Caij, cùm quaſi ſecretum eo deſiderante turbam ſubmouerent, in diætam, cui nomen eſt Hermæum, receſſerat. ¶ Aliquando ſecretum accipitur pro re arcana quam nulli temerè communicamus, ſed apud nos tacitam ſeruamus. { סוד *ſodh.* ἀπόρρητον. GALL. *Secret.* ITAL. & HISP. *Secreto.* GERM. Verborgene vnd heimliche ſachen. ANGL. *Any priuie and cloſe thing.* } Quintil. *lib.* 11. *cap.* 1. Profert enim mores plerunque oratio, & animi ſecreta detegit. Ouid. 2. *Metam.*

Et legem dederat ſua ne ſecreta viderent.

Sueton. *in Aug. cap.* 66. Secretum de comperta Murenæ coniuratione vxori Terentiæ prodit (Mæcenas.) Ouid. *Eleg.* 6 *lib.* 3. *Triſt.*

Cuique ego narrabam ſecreti quicquid habebam.

¶ Item, Secretum petere. i. velle ſecretò colloqui. Sueton. *in Tib. cap.* 25. *& in Calig. c.* 23. Item, Secretum agere, idem *in Tib. c.* 60. ¶ Secretum rei, pro re arcana, Gell. *c.* 23. *lib.* 1. Mulier fit audiendi cupidior ſecretum rei. Cœna ſecretior, Suet. *in Aug. c.* 70. Cœna quoque eius ſecretior in fabulis fuit, &c.
Secretò, aduerbium, ἰδίᾳ, κατ' ἰδίαν, occultè, ſine arbitris. Plaut. *Amph.* Mirum quid ſolus ſecum ſecretò ille agat Cicer. *Attic. lib.* 7. 128. Vnà Formias venimus, & ab hora octaua ad veſperum ſecretò collocuti ſumus. Comparat. Secretius id eſt, ſeparatius. Colum. *lib* 11. *cap.* 1. His diebus commodè inſtruuntur horti, de quibus ſuo loco dicam ſecretius, ne inter hanc quaſi turbam operum, negligentius olitoris officia deſcripſiſſe videar.
Secretarius, cui ſecretum commiſſum eſt, ſeu ſcriba in ſecretario. Dacryanus *in Spec. Mon.* Statim alios diiudicare & deſpicere incipiunt, ſe ſanctos iam Deíque ſecretarios exiſtimant. & hinc idem eſt, cum eo, qui ἀσηκρήτης aliàs dicebatur. Meurſ. Gloſſ. Græcob.
‖ Secretaria, ſecretæ artis exercitamenta. Apul. ‖
Secretarium, locus vbi ſecreta, ſeu arcana habentur.
Sēcrētĭo, nis, verbale, Separatio, diuiſio. { פלגה *pelughgháh* פלגה *pelaghgháh.* ἡ ἔκκρισις, ἡ διάκρισις. GALL. *Separation.* ITAL. *Separatione.* GERM. Abſünderung HISP. *Apartamiento.* ANGL. *Separation or putting a part.* } Cicero 1. *Tuſcul.* Eſt enim interitus quaſi diſceſſus, & ſecretio ac diremptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.
Sēcēſpĭtă, interprete Feſto, Culter eſt ferreus, oblongus, manubrio, eburneo, rotundo, ſolido, iuncto ad capulum argento, auróque fixo clauis æneis, ære Cyprio, quò Flamines, Flaminis virgines, Pontificéſque ad ſacrificia vtebantur: à ſecando dicta. σφαγίς. Suet. *in Tib. c.* 26. Nam & inter Pontifices ſacrificanti ſimul pro ſeceſpita plumbeum cultrum ſubiiciendum curauit. Idem *alibi*, Seceſpitam, alij ſecurim, alij dolabram æneam, alij cultellum putant.
Sĕcĭuĭum, inquit Feſtus, à veteribus dicebatur libum quo in ſacrificio ſeceſpita ſecabatur.
Sĕcĭŭs, aduerb. quidam à ſecus. (i. aliter.) deriuant, quidam à ſerò: vnde quandoque ſumitur pro poſitiuo, quandoque pro minus, vel tardius. { ἧττον, ἧσσον. GALL. *Moins, autrement.* ITAL. *Meno, altramente.* GERM. Deſt minder / langſamer. HISP. *Menos, en otra manera.* ANGL. *Or olles, otherwiſe.* } Virg. 2. *Georg.*

— nec ſecius omnis in vnguem
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.

Apul. Nec eo ſecius approbabitur tibi nunc etiam firmitas animi mei. Accius *Amphitryone*, vt citat Feſtus, Si fortè paulo quàm dixi veniam ſeciùs. id eſt, tardiùs, Suetonius *in Caſ. cap.* 8. Nec eo ſecius maiora mox in vrbe molitus eſt. Idem *in Neron. cap.* 24. Deſtitit ante decurſum, nec eo ſeciùs coronatus eſt. (i. & nihilominus.) Plaut. *Capt. ſc.* 3. *a.* 2. Quaſi ſeruus meus ſi eſſes, nihilo ſecius fuiſti obſequioſus. Idem *Menæch. ſc.* 7. *a.* 5. Hæc nihilo mihi videntur eſſe ſecius, quàm inſomnia. (i. nihil minùs mihi videntur eſſe aliter, quàm ſomnia.

SECLVDO, is, Seorsum claudo, seiungo, disiungo. חבדיר הסגיר *bisghir* חלק *hebdil* חלק *chalák.* ἀποκλείω. GALL. *Enfermer à part.* ITAL. *Serrar, chiudere.* GERM. Nabend sich beschliessen: item, ausschliessen. HISP. *Cerrar, apartar.* ANGL. *To shute a part.*} Cicer. 1. *Tusc.* Nam qui se humanis vitiis contaminassent, & se totos libidinibus dedissent: iis deuium quoddam iter esse, seclusum à consilio deorum. Quandoque excludo. Virg. 1. *Æneid.*

Soluite corde metum Teucri, secludite curas.

¶ Secludere vitam corpore, dixit Plautus, pro occidere.

Seclūsă, sacra, à priscis dicebantur, quæ Græci μυστήρια appellant: ab eo quòd separata, ac seorsum clausa, à nobis propter sanctitatem aliquam esse debeant. id genus sacra Plinius appellat *operanea*, quòd in operto occulta sint, ne oculis profanorum polluantur.

Sēclūsōrium, ij, in quo aliquid seorsum concluditur. { אוצר *etsár.* ἀπόκλεισμα. GALL. *Vn lieu où on enferme quelque chose à part.* ITAL. *Luogo doue si ripongono le cose diuisamente.* GERM. Ein orth in das man etwas nabend sich beschleusst. HISP. *Lugar donde recogemos algo apartadamente.* ANG. *A place where any thing is shute a part.*} Varr. 2. *de re rust. cap.* 5. Quum opus sunt ex hoc auiario, vt sumantur idoneæ, excluduntur in minusculum auiarium, quod est coniunctum cum maiori ostio, & lumine illustriore: quod Seclusorium appellant.

SECO, as, secui, sectum, Præcido, amputo: item diuido, distribuo. { זמר *zamár* גזר *ghazár* בתר *bittér* חתך *chatáh.* τέμνω, τμέω. GAL. *Coupper, trancher, tailler, scier.* ITAL. *Tagliare, segare, spartire, diuidere.* GERM. Schneiden, hauwen. HISP. *Cortar, partir.* ANGL. *To cutt, to cut of or a sunder.*} Colum. *lib.* 2. Quum secueris autem herbam medicam, sæpiùs eam rigato. Plautus *Mercat.* Vel vt scias me amare, cape cultrum, seca Digitum, vel aurem. Secare nouacula fauces. Sueton. *in Calig. c.* 23. Silanum Socerum ad necem, secandásque nouacula fauces, compulit. Cic. *de Orat.* Atque isti quidem causas in plura genera secuere. Virg. 1. *Æneid.*

Pars in frusta secant, verubúsque trementia figunt.

Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Helu.* Vrere ac secare, non mederi molli via. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

——— *Vasti secet ostia Ponti* (Nauis. sup.)

¶ Secare viam, est celeriter proficisci, translatione sumpta ab auibus, quæ aërem inter volandum diuidunt. Virg. *lib.* 6.

Ille viam secat ad naues.

Seruius exponit, id est, tenet. ¶ Accipitur item Secare pro sequi. Virg. *lib.* 10.

Quæ cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem,

id est, sequitur, tenet, habet.

Sĕctūs, a, um, participium. { נגזר *nighzár* חטוב *chatúb.* τετμημένος, κεκομμένος. GALL. *Taillé, coupé, scié.* ITAL. *Tagliato.* GER. Geschnitten. HISP. *Cortado.* ANG. *Cutte of.*} Cicer. 2. *Tuscul.* At verò C. Marius rusticanus, sed planè vir, quum secaretur, principio vetuit se alligari: nec quisquam ante Marium, solutus dicitur sectus. ¶ Legitur tamen participium futuri temporis, secaturus pro secturus, apud Columellam. *lib.* 5. *cap.* 9.

Sĕcāmentum, i, Lignum sectile, aut quippiam ex ligno sectili confectum. { שבב *schebáb.* τὸ πρίσμα, ἐπίκομμα. GALL. *Toute aiserie ou rongn eure de bois qu'on scie ou fend.* ITAL. *Ogni cosa diuisa segando, come tauolete & simili.* GERM. Ein abgehauwen stuck von holtz. HISP. *Cosas tajadas y cortadas, come tablas de madera.* ANGL. *Any thing that is cutt of.*} Plin. *lib.* 16 *cap.* 10. E diuerso materia abieti pulcherrima, piceæ ad fissiles scandulas, cupásque, & pauca alia secamenta.

‖ Sectaculum, id quod sequitur propago, progenies. Apul. ‖

Sĕctĭo, nis, actus ipse secandi. { גזר *ghézer* בתר *béter.* τμῆσις. GALL. *Tailleure, coupeure, rongneure.* ITAL. *Tagliatura.* GERM. Schneidung, zerhauwung. HISP. *Cortadura.* ANGL. *A cutting of or a sunder.*} Plin. *lib.* 25. *cap.* 13. Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones, punctionésque, ne sentiantur. ¶ Aliquando accipitur pro bonis damnatorum, & præda hostium, quæ sub hasta venditur, pro ea denique quæ postea appellata est confiscatio. { ἡ τῶν ὑπαρχόντων καταγραφή, καὶ φαίρεσις, ζημία δημιόσιος. GAL. *Butin, confiscation de biens.* ITAL. *Bottino, confiscatione de beni.* GERM. Eines verfallenen guts zertrennung, wie die geschicht wann es verkauffet wirt, vnd eines hie außhin, das ander dort außhin kompt. HISP. *Compra de bienes de desterrado.* ANGL. *Forfetting of some mens goodes.*} Cæs. *comment.* 3. Postridie eius diei refractis portis: quum iam defenderet nemo, atque intromissis militibus nostris, sectionem eius oppidi vniuersam Cæsar vendidit, i. bona oppidi vendidit sub hasta. Tacit. Reliquias sectionum Neronianarum nondum in fiscum conuersas reuocatus ab exilio concessit. hoc est, reliquias eorum bonorum quæ Nero, dominis in exilium actis fisco vendicauerat.

Sĕctŏr. is, verbale est à secando deductum, eum significans qui aliquid incidit, aut diuidit. { גזר *ghozer* מבתר *mebatrér.* τμήτης. GAL. *Coupeur, rongneur.* ITAL. *Tagliatore* GERM. Ein abschneider, hawer. HISP. *Cortador.* ANG. *A cutter that cutteth any thing of or a sunder.*} vt, Sector zonarius, qui alterius zonam aut marsupium incidit. βαλαντιοτόμος. Plaut. *in Trin.* Mira sunt, nî illic homo est aut dormitator, aut sector zonarius. ¶ Sectores item dicũtur, vt autor est Asconius, qui spem sui lucri secuti, bona damnatorum emebant in auctionibus, ac postea pro compendio venditabant. Inde à Cicer. 2. *Philipp.* M. Antonius sector Pompeij appellatur, quoniam bona Cn. Pompeij emerat. { ὁ δημοσίων ὠνητής οὐσίας. GALL. *Acheteurs de butins ou biens confisquez.* ITAL. *Compratori del bottino.* GERM. Der ein verfallen gut so man verganteet an sich kaufft. HISP. *Comprador de los bienes del destarrado.* ANGL. *That byeth the forfaite of some man.*} Cic *pro Rosc.* Nescimus per ista tempora eosdem ferè sectores fuisse bonorum & collorum. Asconius innuit Sectorem in hac significatione dici à sequendo: arbitror ab antiquo verbo Seco secas dictum, quod idem significat, quod Sequor. Vnde Sector, sectaris, & secta Sectæ. ¶ Item Sectores teste Valla *lib.* 1. *Elegant.* sunt accusatores, qui ex damnatione accusati dimidium bonorum expectant, aut certam reliquam partem, & id persequuntur. Bud. eos propriè dicit sectores appellari posse, qui delationibus faciendis confiscationes à principibus impetrant, vt homines interdum insontes fortunis omnibus euertant.

Sectrix, verbale, fœminini generis, eiusdem significationis. Plinius *lib.* 36. *cap.* 17. Vnde enim vitricus Sylla, & Metella mater, proscriptionum sectrix.

Sĕctūră, æ, ipsa sectio, siue secandi actio. { גזר *ghézer* בתר *béther.* τομή. GALL. *Coupeure, rongnure.* ITAL. *Tagliatura.* GERM. Ein schnitt oder das schneiden. HISP. *Cortadura.* ANGL. *A cutting a sunder.*} Plin. *lib.* 37. *c.* 8. Et venatus quidem Callaidis talis sectura, formantur, aliàs fragiles. ¶ Secturæ item dicuntur fodinæ, siue cuniculi subterranei, in quibus metalla exciduntur. Cæsar *comment.* 4. Quibus fortiter resistentibus, vineas, turrésque subegit: illi aliàs eruptione tentata, aliàs cuniculis ad aggerem vineásque actis, cuius rei sunt longè peritissimi Aquitani, propterea quòd multis ærariæ secturæ sunt.

Sĕctĭlis, e, quod sectum est, siue secari solet, aut sectu facile est. { τμητόν. GAL. *Aisé à couper, tailler, scier ou fendre.* ITAL. *Tagliata, ò facile da tagliare.* GERM. Schneidig, geschnitten, das sich gern schneiden oder hauwen läßt. HISP. *Cosa cortada, ò que se puede cortar.* ANGL. *Easie to be cut.*} ¶ Sectile porrum, idem quod sectiuum, cuius folia identidem solo tenus secantur. πράσον τμητόν. Iuuen. *Satyr.* 3.

——— *quis tecum sectile porrum*
Sutor, & exili verrucis labra comedit?

Medulla sectilis. Plin. *lib.* 16. *c.* 39. Ebur sectile, Ouid. *de medicam. faciei.* Sueton. *in Cæs. c.* 47. Sectilia vocat pauimenta quæ modicis sectionum interuallis distincta sunt In expeditionibus, inquit, tessellata & sectilia pauimenta circumtulisse.

Sĕctĭuūs, a, um, quod sectum est, aut secari solet. { τμητός. GALL. *Taillé, coupé, chiqueté.* ITAL. *Tagliato, fesso.* GERM. Geschnitten, das man abschneidet. HISP. *Cortado, tajado.* ANGL. *That is cutt or vsed to be cutt.*} vt Porrum sectiuum, quòd folia eius sæpiùs secantur, vt profundiùs crescat. Duo enim sunt porri genera, vnum capitatum, alterum sectiuum. Colum. *lib.* 11. *c.* 3. Porrum si sectiuum facere velis, densius satum præceperunt priores relinqui: & ita quum increuerit, secari.

Sĕgmĕn, inis, Segmentum, quòd à re aliqua resecatur: à quo fiunt præsegmen, & resegmen. { בתר *béther.* τμῆμα. GALL. *Rongnure, piece.* ITAL. *Tagliamento.* GERM. Ein abschnitzling, abgehauwen stuck. HISP. *La tajada.* ANGL. *That is cutt of frome any thing.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 12. Segminibus vtrunque amputatis. Gell. *lib.* 10. *cap.* 15. Vnguium Dialis & capilli segmina subter arborem felicem terra operiuntur. Composita vide suis locis.

Sĕgmĕntă, propriè segmina, & ramenta quæ à re quapiam resecantur: à secando, quasi secamenta, c in g mutata. { שכבים *schechabim.* ἀποκόμματα. GALL. *Morceaux, pieces, lopins.* ITAL. *Tagliamenti, pezzi tagliati da qualche cose, tagliatura.* GERM. Abschnitzling, alles das so von einem ding abgehauwen virt. HISP. *Las cortaduras, tajadas.* ANG. *Thinges that is cut of frome other.*} Plin. *lib.* 36. de ratione secandi marmoris loquens, Crassior arena laxioribus segmentis terit, & plus erodit marmoris Hinc etiam partes, & (vt ita dicam) membra mundi, quæ in vniuersa terra digeritur (quæ nostri circulos, Græci parallelos appellant, & climata) segmenta dicuntur. Plin. *lib.* 6. *cap.* 33. Plura autem sunt segmenta mundi. Principium habet Indiæ pars versa ad Austrum, patétque vsque ad Arabiam & Rubri maris accolas. Idem, Quod superest terrarum, tribus assignatur segmentis. ¶ Segmenta item, dicebantur minuta auri, & purpuræ, alteriusve materiæ segmina, ex quibus vermiculatim compositis, pretiosissimæ conficiebantur vestes, quæ segmentatæ dicebantur: quanquam non rarò pro ipsis etiam vestibus segmenta posita legamus. Ouid. 3. *de Arte,*

Quid de veste loquar? non iam segmenta requiro,
Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.

Valer. Max. *lib.* 2. *de institutis antiquor.* Permisit quoque iis purpurea veste, & aureis vti segmentis, vbi segmenta virgæ aureæ & zonæ vesti insertæ ad ornamentum, velut institæ quædam & limbi. Iuuenal. *Sat.* 2. segmenta enumerat inter nubentium ornamenta.

Segmenta (inquit) & longos habitus & flammea sumit
Arcano qui sacra ferens nutantia loro
Sudauit clypeis ancilibus.

Non desunt tamen qui Segmenta interpretentur monilia ex auro & gemmis confecta.

Sĕgmĕntātŭs, a, um, Segmentis ornatus, siue ex segmentis & frustis factus. { ἐκ ποικίλων & διαφόρων μικρῶν πεποιημένος. GALL. *Fait de plusieurs pieces, & de diuerses couleurs.* ITAL. *Ricamato.* GERM. Eingelegt, versetzt mit villerley holtz. HISP. *Trepado, pintado* ANGL. *Made of many and diuerse pieces of diuerse colours.*} Segmentata vestis (inquit Isidor. *lib.* 19. *cap* 22.) zonis quibusdam, & quasi præcisamentis ornata. Nam & particulas cuicumque materiæ abscissas præsegmina vocabant. ¶ Segmentatæ cunæ, quæ confectæ sunt ex tenuissimis segmentis diuersorum colorum, & quodam quasi vermiculato emblemate pictæ. Iuuenal. *Satyr.* 6.

Et segmentatis dormisset paruula cunis.

Quanquam non desunt qui cunas segmentatas ibi intelligant, veste segmentata tectas.

Segmentarius. Hadr. Iun. Nomencl. Phrygio Plinio, limbolarius Nonio, barbaricarium vocat Donatus. Segmentarius, qui segmentis aureis sericísve additis vestes exornat. tametsi Probus Grammaticus eum intelligit, qui vestes ex auro elaboret, ποικιλτὴς ῥαπτοποιός.

Sēcŏrs, & socors, Ignauus, segnis, tardus, vel negligens in consulendo, meditando, prospiciendóve quid opus sit facto, quasi sine corde. נבוב *nabúb* כסיל אויל *evil* כסיל *chesil* עצל *hatsél.* ῥάθυμος, ὀκνηρός, ἢ μελλητής. GALL. *Estourdi, lourd, paresseux, negligent.* ITAL. *Pigro, tardo, negligente, poltrone, misero.* GERM. Vnbehertz, hinlessig. HISP. *Descorazonado, perezoso, negligente.* ANGL. *Slutish, slouth full, hartles or with outh spirites.*} Terent. *in Adelph.* Nolim cæterarum rerum te socordem eodem modo. Cic. 1. *de nat. deor.* Contra quos Carneades ita multa disseruit, vt excitaret homines non socordes ad veri inuestigandi cupiditatem. Colum. *lib.* 1. *c.* 1. Itaque istam vitam socordem persequitur valetudo.

Sēcōrdĭă, & socordia, ignauia, inertia, segnities. { תולות *tuvéluth* כסל *chésel* כסלון *chiluh* עצלה *hatsláh* עצלות *hatslúth.* ἀθυμία, ῥαθυμία. GALL. *Sottise, auec paresse, bestise & lourdise.* ITAL. *Mancamento di*

di core, di giudicio. GERM. Tragheit / hinlässigkeit / mangel an gutem verstand vnd vrtheil. HISP. Descorazonamiento. ANGL. Slouthfulnesse, sluggishnesse.} Secordiam, inquit Festus, quidã pro ignauia posuerunt. Cato pro stultitia. Plaut. *in Pœn.* Nimia nos socordia hodie tenuit. Idem *Asin. sc.1.a.2.* Quin tu abs te socordiam omnem reiice, & segnitiem amoue. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Nisi somnum socordiámque ab pecore oculísque amouebitis, &c. Terent. *in Andr.* Enimvero Daue nihil loci est segnitiei, neque socordiæ. Liuius 2. *bell. Punic.* Sed Pœnus aduena ab extremis orbis terrarum terminis nostra cunctatione, & socordia iam huc progressus.

Secorditer, siue Socorditer, Ignauiter, negligenter. { ῥαθύμως. GALL. *Lourdement, & negligemment.* ITAL. *Con dapocagine.* GERM. Hinlässiglich / faulich. HISP. *Descorazonadamente.* ANGL. *Slouthfullie sluggishlie.*} Inde Socordius, comparatiuum. Liu. 1. *ab Vrbe*, Ab Albanis socordiùs res acta.

Secreto, Secretus, vide *Secerno.*

Secta, Sectarius, Sectator, vide *Sequor.*

SECVBO, as, Seorsum, siue solus cubo. { χωρὶς κοιμῶ. GALL. *Coucher à part.* ITAL. *Sedersi ò dormire da vn canto solo.* GERM. Besonder ligen. HISP. *Assentarsi ò dormir à parte.* ANGL. *To lye a part.*} Liu. 4. *decad. lib. 9.* Per iocum adolescens vetat eam mirari, si per aliquot noctes secubuisset religionis causa, vt voto pro valetudine sua facto liberaretur. Idem ferè ait Ouid. 2. *Fast.* Quintil. Sæpè secubanti (viro) amatorium dedit mulier. Suet. *in Tib. cap. 7.* Cum Iulia primò concorditer, & amore mutuo vixit: mox dissedit; & aliquanto grauiùs, vt etiam perpetuò secubaret.

Secubitus, us, ipse secubandi actus. { χωρισμὸς κοίτης. GALL. *Couchement à part.* ITAL. *Esso dormire separatamente.* GERM. Das besonder ligen. HISP. *Aquel apartamiento de cama.* ANGL. *A lying a part.* Ouid. 5. *Amor. Eleg. 9.*

Qui tibi secubitus tristes dea flaua fuissent,
Hos cogor sacris nunc ego ferre tuis.

Catull. *Argon.*

Anxia nec mater discordis mœsta puellæ
Secubitu, caros mittet sperare nepotes.

Secula, Falx à secando dicta, vt ait Varro *lib. de ling. Lat. 5.* { מגל *maghghál.* δρεπάνη. GALL. *Faucille.* ITAL. *Falce.* GERM. Ein sichel. HISP. *Hoz para segar.* ANGL. *Sikle or hooke.* } Hac vtuntur qui in pratis herbas secant.

SECVLVM, i, siue à secando, vt quibusdam placet: siue, vt alij malunt, à sequendo deducatur, absque diphthongo meliùs scribitur, producítque antepenultimam contra primitiui rationem. { עולם *hòlám.* αἰών, γενεά. GALL. *Siecle, l'espace de cent ans.* ITAL. *Secolo, età.* GERM. Ein zeit von hundert jaren / ein alter. HISP. *Siglo, edad.* ANG. *An age, the space of an hundred yeares.* } Est autem seculum idem ferè quod hominis vnius ætas. Festus interpretatur spatium centum annorum. Vnde carmen Horatij seculare dicitur, quo describuntur sacrificia quæ centesimo quoque anno fiebant. Id etiam colligi potest ex *lib. 2.* Ciceronis *de Oratore*, quum ait, Numam Pompilium duobus seculis Pythagoram præcessisse: quem ex Liuij autoritate constat ducentis annis fuisse ante Pythagoram. Tibull. *lib. 4.* Terna secula vixit testor. Plaut. *Aul. sc. 3. a. 1.* Nec vllam (mulierem) repertam hodie dicunt vllo in seculo. Senec. *cap. 14. de tranquill.* Canius Iulus, vir imprimis magnus, cuius admirationi ne hoc quidem obstat, quòd nostro seculo natus est, &c. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

Nam tulerint magnos cum secula nostra poëtas.

Velleius, Sæculi sui eminentissimus. Idem, Non seculi sui, sed domi æui optimus. Sueton. *in August. cap. 88.* Seculi sui ingenia fouit. Senec. *cap. 2. de tranq.* De seculo quæri. Quintilian. Æuum seculorum consecutus, &c. Sunt qui spatium triginta annorum, seculum putent: alij verò mille annos seculum habere existimant, Idque confirmant adducto ex Plauti *Milite* loco, qui sic habet: Quin mille annorũ mille perpetuò viuunt ad seculum. Cicer. *Brut. lib. 11.* In multa secula videbamus Rempublicam liberatam, hoc est, in multum tempus. siue in multas ætates. Idem 2. *de Orat.* seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in his philosophi garrire cœperunt. id est, multis retrò ætatibus. Idem 6. *Verr.* Parietes quorum ornatus tot secula manserat. Idem 4. *Acad.* Nihílne tot seculis summis ingeniis, maximis studiis explicatum putamus? Seculum, siue seclum, per syncopen. Lucretius pro genere vsurpat: vt, Serpentia secla, *lib. 6.* Naribus alipedes, vt cerui sæpè putantur Ducere de latebris serpentia secla ferarum. Idem *lib. 3.* Desiperent homines, saperent fera secla ferarum. Et *lib. 1.* Efficis vt cupidè generatim secla propagent. ¶ Sæpe etiam seculum accipitur pro tempore. Cic. *in Parad.* Etiam ipse fortassis in huius seculi errore versor. id est, in errore nostri temporis, vel nostræ ætatis. Aurea secula. Virg. 6 *Æneid.*

Augustus Cæsar diuum genus aurea condet
Secula.

Aspera secula Ouid. 1. *Metam.*

Aspera tum positis mitescent secula bellis.

Impia secula. Virg. 1. *Georg.*

Impiáque æternam timuerunt secula noctem.

Secularis, quod centesimo quoque anno instauratur. { ὁ κατ' αἰῶνα γιγνόμενος. GALL. *Qui se fait de cent ans, de siecle en siecle.* ITAL. *Di cent anni di secolo.* GERM. Das vber die hundert jahr wider gehalten wirt. HISP. *De cien años, de siglo.* ANGL. *That is done euery hundred yeares.*} Vt ludi seculares, qui ita instituti erant, vt nonnisi centesimo quoque anno fierent: quanquam postea Principum ambitione, minore spatio interiecto, sæpiùs fuerint instaurati. In his ludis præco pronuntiare solebat, Populum Romanum eos visurum esse ludos, quos nemo eius ætatis vnquam vidisset, aut visurus esset posthac. *lib. 7. c. 48* Minus miror Stephanionem, qui primus togatus saltare instituit, vtrisquè secularibus ludis saltasse. ¶ In secularibus ludis nocturnũ erat spectaculum. Sueton. *in August. cap. 31.* ¶ Periphrasis ludorum secularium, apud Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Ludi quos ætas aspicit vna semel.

Secum, dictio composita ex ablatiuo se, & præpositione cum: notæ est significationis. { עמו *himmó.* σὺν ἑαυτῷ. GALL. *Auec soy.* ITAL. *Con seco.* GERM. Mit sich / mitt in selbs. HISP. *Consigo.* ANGL. *With him self.* } Cic. *Attic. lib. 8.* Quis autem est, tanta quidem de re, quin varie secum ipse disputet; Virg. 4. *Æneid.*

Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores
Abstulit: ille habeat secum seruétque sepulchro.

Plaut. *Amph.* Mirũ quid solus secũ secretò agat. Idem *Ps. sc. 2. a. 2.* Quid illic secum solus loquitur? Idem *Aul. sc. 1. a. 1.* Sola secum murmurat.

Secundo, secundas, vide *Secundus.*

SECVNDVS, a, um, qui immediatè sequitur primum: & tam numeri, quàm dignitatis ordinem denotat. { שני *scheni.* δεύτερος. GALL. *Second, deuxiesme.* ITAL. *Secondo.* GERM. Das ander. HISP. *Segundo en orden.* ANGL. *The secunde.* Cicer. *in Orat.* Quoniam id secundum erat de tribus. Virg. 11. *Æneid.*

Turnus ego, haud vlli veterum virtute secundus.

Hirtius 4. *bell. Alex.* Bellonæ templum, quod tantã religione colitur, vt sacerdos eius deæ maiestate, imperio, & potentia secundus à rege consensu gentis illis habeatur. Cum præpositione Ad. Cicer. 3. *de finibus*, Nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem, sed eos qui in aliquo honore sunt: quorum ordo proximè accedit, vt secundus sit ad regium principatum. Ouid. 13. *Metam.*

Manu fortis, nec sunt tibi Marte secundi.

¶ Prior, secundus, de duobus Quintiliano dicitur. ¶ Secundus gradus, pro primo in heredibus, Sueton. *in Tib. cap. 10.* Quidam, inquit, existimant adultis iam Augusti liberis loco, & quasi possessione, vsurpati à se diu secundi gradus, sponte cessisse, &c. Idem Sueton. *in Claud. cap. 7.* Sub Caio demum fratris filio secundam existimationem circa initia imperij omnibus lenociniis colligente. ¶ Per translationẽ ponitur pro prospero. { מצליח *matsliach.* εὐτυχής. GALL. *Heureux, fauorable, qui vient à gré.* ITAL. *Prospero, fauoreuole.* GERM. Glücklich HISP. *Cosa prospera, fauorable.* ANGL. *Prosperous, luckie.* } vt secunda fortuna, id est, prospera, quòd vel conatus nostros sequatur, vel quòd nobis obsequatur. ἀγαθὴ τύχη. Virg 9. *Æneid.*

——— *tantum fortuna secunda*
Aut diuersa cadat.

Sic res secundæ, quæ pro nostro desiderio sequuntur. Cato apud Gell. *c. 3. lib. 7.* In secundis rebus, quàm in aduersis minus consilij esse docet. Plaut. *Asin. sc. 4. a. 2.* Iam nũc secunda mihi facis, (id est, hac oratione secundã id est, grata animo meo atque iucunda, mihi satisfacis. GALL. *Maintenant tu me contentes*) Senec. *c. 2. de consol. ad Mart.* Vbi secundo cursu vita procedit. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 4.* Metuo ne in re secunda mihi obuertat cornua. ¶ ‖ Secundissimus. Hirtius *lib. 4. de bello Alexandrino.* Ita prælium secundissimum est factum. ‖ Secundissimæ leges latæ. Liu. *lib. 3 ad vrb.* Secunda sua fama aliquid facere. Idem *lib. 7. bell. Pun.* & Suet. *in Aug. cap. 3.* Quintum fratrem parum secunda fama proconsulatum Asiæ administrantem, hortatur & monet Cicero, &c. Virg. 10. *Æneid.*

Nescia mens hominum fati, sortísque futuræ,
Et seruare modum rebus sublata secundis.

Secunda oratione extollere. Salust. *Iugurth. 105.* id est, composita ad voluntatem audientis ab eo qui obsecundet illius affectui. ¶ Ventus secundus, qui à puppe sequitur. οὔριος. Virg. 4. *Æneid.*

——— *Nec Zephyros audis spirare secundos?*

Secundo flumine nare, siue, nauigare, hoc est, in eam partem in quam flumen decurrit. Ouid. 4. *de Ponto*, — sed flumine sæpe secundo Augetur remis cursus euntis aquæ. Virg. 3. *Georg.*

——— *missúsque secundo defluit amni.*

Eodem sensu dixit Liu. *lib. 7. bell. Pun.* Secundis collibus via [illegible] ac facili decurrere. Sic eidem *lib. 2. ab Vrb.* Secunda iræ verba, dicuntur, quæ ex ore irati fluunt, quæque ipsius iram facilè sequuntur, vel quæ ipsi irato placent. Secundis auribus aliquid accipere: id est beneuolis, clementibus. Idem *lib. 6. ab vrb. & 3. dec. 4.* Omniáque semper magistratus ille dicet, secundis auribus: quæ ab nostrûm aliquo dicentur, aduersis accipietis? Secundo populo philosophiam vituperare, dixit Cic. *lib. 2 Tusc.* id est, fauente, & repugnante. ¶ Secundo lumine pro secundo die, posuit Cic. *ad Attic. lib. 7. Epist. 144.* ¶ Secunda classis, in censu Seruij Tullij Romanorum regis, dicebatur eas pars populi, quæ æris LXXV. M. aut eo amplius, intra tamen centum millia, in censum deferebat: iisdémque armis vtebatur, quibus prima classis, præter loricam & clypeum, cuius loco scuto vtebatur. δεύτερον τίμημα. Vide Liu. *l. 1. ab Vrbe condita.* ¶ Secundę mensæ dicuntur fructus, cæteráque bellaria, quæ sublatis carnibus secundo loco apponuntur. τραγήματα. Quæ nominis ratio inde ducta est, quòd antiqui mensas appellabant ipsos discos, siue quadras, quibus epulæ in conuiuium inferebantur. Virg. 2. *Georg.* Non ego te diis & mensis accepta secundis Transierim Rhodia. Horat. 2. *Serm. satyr. 2.*

——— *tum pensilis vua secundas*
Et nux ornabat mensas cum duplice ficu.

Legitur secunda mensa, in singulari numero. Cicero *Attic. lib. 14.* Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa. Plin. *lib. 9. cap. 35.* Inferri mensam secundam iussit.

Secundæ, sc. partes, τὰ δεύτερα, τὰ δευτερεῖα. Secundas partes agere δευτεραγωνιστεῖν. Est & secundas agere, obsecundare. Senec. *lib. 3. de ira cap. 8.* Sequi & secundas agere. Ibi Lipsius exponit, *sequi*, obsequi præeunti, ancillari. ¶ Secundæ, mẽbrana illa qua partus obuolutus ex vtero prodit: dictæ quòd nascentẽ infantem sequatur. { שליה *schilјáh.* τὰ χόρια, ὕστερα. GAL. *La peau dequoy est enueloppé l'enfant au ventre de sa mere, l'arriere faix.* ITAL. *Secondine, la pelle nella quale è inuolto il fanciullo nel ventre materno.* GER. Das büschelin / bürde oder nachgeburt / ist das fellin in welchem das kind in mutter leib ligt. HISP. *Las pares de la muger despues del parto.* ANG. *The shinne where in the infant lyeth in his mothers wombe* } Cels. *lib. 7. c. 29.* Dextráque eum sequi vsque ad eas, quas secundas vocant, quod velamentum infantis intus fuit. id est, δεύτερα, & χόρια, vel χορίον. Plin. Brassicæ succus contra ardorem febrium facit & stomachi vitia, & ad secundas. Senec. *epist. 92.* (aliàs 93.) sub finem. Sed vt ex barba capillos detonsos negligimus, ita diuinus ille animus egressurus hominem, quo receptaculum suum conferatur, ignis

ignis illud exurat, an feræ distrahant, an terra contegat, non magis ad se iudicat pertinere, quàm secundas ad editum infantem. Comparat. Secundior.Sueton. *in Iul. cap.* 2.Reliqua militia secundiore fama fuit, id est, feliciore & magis prospera, seu meliore.

Secundùm, præpositio accusat. casui seruiens, & ponitur pro Ex. { על *hal* אחר *achár*. κατά. GALL. *Pres, aupres, apres, selon.* ITAL. *Seconde, appresso.* GERM. Nach. HISP. *Segun, ò cerca.* ANGL. *According.* } Cic. 6. *Verr.* Secundùm arbitrium tuum testes dabo, id est, ex tuo arbitrio. Idem *de senectute*, Quid autem tam secundùm naturam est, quàm senibus emori! ¶ Interdum idem valet quod post. μετά. Seruius Sulpitius *ad Cic. lib.*4. Duo vulnera accepisse, vnum in stomacho, alterû in capite secundùm aurem. Quintil. Nam quod vnum mihi secundùm patrem, fortuna videbatur parasse præsidiû, id ego sperare in alia sortte non poteram. Cic. 1.*Offic.* Proximè autem & secundùm deos, homines hominibus maximè vtiles esse possunt. Plaut. *Amphitr.* Age i tu secundùm. So. sequor, subsequor te. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Secundùm patrẽ tu pater es proximus. ¶ Aliquando iuxta, siue propè. Plaut. *Rud.* Quid illud est Scepario Hominum secundus litus? Cic. *Attico lib.*16. An iret ad Macedonicas legiones, quæ iter secundùm mare superum faciunt. Eodem modo & Suet. *in Cæs. c.* 14. In deditionem redacto atque dimisso (Corfinio) secundùm superum mare Brundusium retendit, quò Coss. & Pompeius confugerant, &c. ¶ Interdum idem valet quod Pro, vt, Prætor secundùm me decreuit. id est, pro me. Cic. *pro Q. Roscio*, Secundùm nos iudicari volumus. Idem *Attico*, Quisque eorum secundùm causam nostram iudicauit. ¶ Aliquando in: vt secundùm quietem: id est, in quiete. Sueton. *in Augusto cap.*94. Affirmabat ipsum esse, cuius imago secundùm quietem sibi obuersata sit. Eodem modo etiam Senec. *Epist.*54. ¶ Aliquando super, siue de. περί. Salust. *in Iugurtha*, Secundùm ea vt deliberetis, &c.

Secundò, & secundùm, aduerbia, Secundo loco, secunda vice, iterum, rursus. { שנית *schenith* עוד *hodh.* δεύτερον. GALL. *Secondement, pour la seconde fois.* ITAL. *Secondamente, secondariamente.* GERM. Zum andern mahl. HISP. *Secundamente, segunda vez.* ANG. *Secondly.* } Cic. *Attic.* Semel hominem allocutus fueram: an secundò mihi redeundum esset, ignorabam.

Secundani, dicebantur secundæ legionis milites, sicut Primani, primæ legionis. οἱ ἐκ τῆς δευτέρας τάξεως στρατιῶται. Liu. 4. *bell. Maced.* Dum repetunt enixè signum priores, secundani se porta eiecere. Et *paulò post*, Secundani terga hostium cædunt: cæteri castra diripiunt. Plin. *lib.* 3. *c.* 4. In Mediterraneo colonia Arelate sextanorum, Bliteræ septimanorum, Arausio secundanorum.

Secundarius, a, um, quasi secundi ordinis. { שני *scheni.* δευτερεῖος. GALL. *Second, apres le premier.* ITAL. *Secõdario, della seconda volta.* GERM. Des anderen. HISP. *Lo segundo que se saca.* ANG. *The seconde,* } vt, Panis secundarius, id est, vulgaris & sordidus, vt qui confectus sit ex farina, ex qua pollinis pars ante sit excussa. { ῥυπαρὸς ἄρτος. GALL. *Du pain bis, gros pain.* ITAL. *Pane grosso per la famiglia.* GERM. Schwartz vnd rauch gesindbrott. HISP. *El pan baço.* } Suet. *in August.* Cibi minimi erat atque vulgaris ferè: secundarium panem, & pisciculos minutos maximè appetebat. Hic etiam secundus dicitur. Horatius,

Pasti siliquis, & pane secundo.

¶ Legimus & secundarium, neutr. gener. pro ea parte farinæ ex qua conficitur panis secundarius. Plin. *lib.* 8. *cap.* 9. Iustum est è grano Campanæ, quam vocant castratam, è medio redire sextarios quatuor siliginis, vel è gregali sine castratura sextarios quinque. Præterea floris semodium, & cibarij (quod secundarium vocant) sextarios, quatuor, furfuris sextarios totidem. ¶ Ponitur aliquando pro proximo; & secundo. Cic. 2. *de inuent.* In hoc autem loco caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit alij nemini causam fuisse faciendi: secundarium si tantam, aut tam idoneam nemini. ¶ Secundarius, actor secundarum partium, (vt tertiarum, tertiarius, i. τριταγωνιστής) qui vocatur δευτεραγωνιστής. ¶ Cicero *de clar. Orat.* Q. Arrium M. Crassi secundarium appellat, hoc est secundum à M. Crasso eloquentiæ locum obtinentem. Idem (inquit) faciebat Q. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius.

Secundo, as, Prospero, prosperum reddo. { הצליח *hitsliach.* εὐοδόω. GAL. *Donner prosperité, faire prosperer.* ITAL. *Prosperare.* GERM. Glücken/ das ist/ glücklich machen. HISP. *Prosperar ò fortunar.* ANGL. *To make prosperous or to luck well.* } Propertius,

Iam liquidum nautis aura secundat iter.

Virg. *lib.* 7 *Æneid.*

——— *dij nostra incœpta secundent.*

Ouid. *Epist.* 13.

Blandaque compositas aura secundet aquas.

¶ Hinc obsecundo, as, de quo alibi.

Secundus, Philosophus fuit Atheniensis, quem aliqui Epithyrum vocant, quòd architecti filius fuerit, multæ quidem doctrinæ, mediocris eloquentiæ, æqualis, æmulúsque Herodis Attici: qui illud Hesiodi eleganti mutatione in eum cauillatus est, Figulus æqualem exagitat, tu rhetora tecton Nihilominus tamen senem postea mortuum, & epicedio & lacrymis honorauit. Ex Philostrato. Secundus alter Tridentinus, vir sanctus, Agiulphi regis Longobardorum tempore, scripsit breuiter Longobardorum historiam. Autor Paulus Foroiuliensis. ¶ Fuit etiam hoc illustris Veronensis familiæ cognomen, ex qua fuit Plinius Secundus Naturalis historiæ scriptor.

SECVRIS, is, instrumentum ad secanda ligna, quasi semiquiris: vt inquit Seruius, vel vt verisimilius videtur, à secando. { כשיל קרדום *kardúm chasch* *schil* גרזן *gharzén* כילף *cheláph.* πέλεκυς. GALL. *Vne hache ou cognée.* ITAL. *Scure, manara.* GERM. Ein axt/beihel. HISP. *La segura ò seguron.* ANGL. *An axe or hatchet.* } Virg. *lib.* 11.

——— *auratam quatiens Tarpeia securim.*

Cic. 3. *Verr.* Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Romanorum, quos partim securi percussit, partim in vinculis necauit. Idem *in Pisonem*, Quum miser ille securibus hospitis sui ceruices subiicere gestiret. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Collaque Romanæ præbens animosa securi.

Ibidem,

——— *adducta collum percussa securi*

Victima.

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Securim capiam ancipitem, & dedolabo assulatim viscera. Huius instrumenti inuentrix fuit Penthesilea Amazon, teste Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Vnde & Amazones securigeræ à Poëtis dictæ sunt. Hinc apud Suet. *in Neron. cap.* 44. Secures Amazonicæ & Pelti. ¶ Secures magistratibus, qui animaduertendi potestatem habebant, solebant præferri illigatæ fascibus. Plutarch. *in Paul. Æmylio*, Secures sex Prætoribus. Duodecim Consulibus præferebantur. Cic. 6. *Verr.* Quamobrem falces Prætoribus præferantur, cur secures datæ? ¶ Infligere reip. securim, per translationem dixit Cicero *pro Plancio*, pro eo quod est vehementer lædere, vel grauiter ei officere. Idem *pro Mur.* Quam te securim putas iniecisse petitioni tuæ? id est, quàntum detrimenti putas te attulisse tuæ petitioni? quasi dicat, Omnem petitionis tuæ spem quasi securi præcidisti. ¶ Securibus recidere aliquid, prouerb. apud Senec. *epist* 89.

Securicula, æ, exigua securis. { πελεκύδιον. GALL. *Vne hacchette, petite hache.* ITAL. *Picciola scure, manara.* GERM. Ein ǽxtlin. HISP. *Pequeña segure ò seguron.* ANGL. *A litle axe or hatchet.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 19. Securiculam insitiuam pendere, qua intercidantur radices.

Securifer, a, um, qui fert securim. { πελεκυφόρος. GALL. *Qui porte hache ou cognée.* ITAL. *Chi porta la scure.* GER. Ein axtrager. HISP. *El que trahe la segura.* ANGL. *That beareth an axe.* } Ouid. 12. *Metam.*

Quinque neci Caneus dederat, Stiphelúmque, Bromúmque,
Antimachúmque, Helimúmque, securiferúmque Pyracmon.

Securiger, ra, rum, Securifer. πελεκυφόρος. Ouid. *Epist.* 4.

Prima securigeras inter virtute puellas
Te peperit, nati digna fauore parens.

Silius *lib.* 16.

——— *hic fera gentis*
More securigera miscebat prælia dextra.

Securicla, æ, Ligneum retinaculum, quod suscus, siue subscus dicitur: quo duo ligna inter se tenacissimè vinciuntur. Vnde securiclati cardines apud Vitr. *lib.* 10. Nostri, inquit Bud. vt arbitror, *hirundinum caudas* appellant.

Securicularius, qui secures fert. Gloss. Isid.

Securidaca. Herba est ciceris foliis, pusilla, foliculos habens corniculorum modo aduncos, & in iis semen rufum, securulæ ancipitis figura, à quo argumento & nomen inuenit, πέλεκινος. Nascitur in hordeo, & tritico, quæ & amplexu suo non rarò enecat. Alio nomine hedysarum dicitur. Apud Gallos varia sortitur nomina, aliis fabam lupinam, aliis erbum, aliis granum appellantibus.

SECVRVS, a, um, Tranquillus, cura & anxietate vacans: quasi secura, id est sine cura: בוטח *batúach* נאמן *neemán* שליו *schaléu* שלו *schelév.* ἀφρόντις, ἄθυμος, ἀσφαλής. GAL. *Asseuré, seur.* ITAL. *Sicuro.* GER. Rüwig/ one sorg/ sicher. HISP. *Seguro ò descuydado.* ANGL. *Quiet, slack, slouthfull, assured.* } Et differt à tutus, quòd securus dicatur is qui non timet, etiam si immineat periculum: tutus autem is qui extra periculum, quamuis etiam timeat. Sumitur tamen interdum pro tuto: vt, Securus locus, id est, tutus, apud Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* Cicer. *Planco lib.* 10. Si Africanæ legiones celeriter venerint, securos vos ab hac parte reddemus, Ouid. 1. *Metam.*

Mollia secura peragebant otia gentes.

Ibidem,

Néve foret terris securior arduus æther,
Affectasse ferunt regnum cœleste Gigantas, &c.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Securaque in otia natus, &c.*

Securus De. Liu. 6. *bell. Maced.* Antiochus Ephesi securus admodum de bello Romano erat, tanquam non transituris in Asiam Romanis, quam securitatem ei magna pars amicorum, aut per errorem, aut per assentationem faciebat. ¶ Aliquando securus capitur pro contemptore, incurioso, & negligente: túncque regit genitiuum. ὀλίγωρος. Virg. 1. *Æneid.*

——— *securus amorum Germanæ.*

Quint. *lib.* 8. In quod sæpè etiam incidit Cicero, securus tam paruæ obseruationis. Lucan. *lib.* 1.

Per ferrum tanti securus vulneris exit.

de leone.

Securitas, atis, Tranquillitas, curæ, anxietatis & periculi expers. { בטח *bétach* בטחון *bittachón* שלוה *schalváh* שלי *scholi* ἄδεια, ἀσφάλεια, ἀθυμία. GALL. *Seureté, asseurance.* ITAL. *Sicurtà, sicurezza.* GER. Sicherheit/ruh/vnd stille deß gemüts. HISP. *Seguridad ò descuydo.* ANGL. *Quietnesse, securitie, surenesse.* } Cic. *de Amic.* Caput esse ad beatè viuendum securitatem qua frui non possit animus, si tanquam non percutiat vnus pro pluribus. Idem 5. *de finib.* Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas quam appellant εὐθυμίαν, eò separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas ea ipsa est beata vita. Plin. *Epist.* 332. Sicut largitiones ex publico fieri mandata prohibent, ita viuendum ne multorum securitas subruatur. Philosophi definiunt Securitatem, rectam esse placidámque animi constitutionem, malorum impendentium cura vacantem.

Secus, præpositio cum accusatiuo, idem significans quod iuxta. { παρά. GALL. *Pres, aupres.* ITAL. *Appresso.* GERM. Nebend. HISP. *Cerca.* ANGL. *Nere or nigh to.* } Sempronius *Asellio hist. lib.* 14. Ne possent stationes facere secus hoc. ¶ Aliquando aduerbium est, & significat aliter. { ἄλλως. GALL. *Autrement.* ITAL. *Altrimenti.* GER. Anderst. HISP. *En otra manera.* } Sequuntur autem eleganter particulæ ac, atque, quàm. Cicero *pro Murana*, Qui me non secus amauit ac si meus esset frater. Idem *de Orat.* sed paulò secus à me quàm ab illo distributa. Idem *de nat. deor.* Sed quoniam cœpi secus agere, atque initio dixeram. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Non ei secus facturus sum, quàm mihi. *Ibid. sc.* 4. *a.* 3. Nunquam inuenies secus. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Non me secus honore honestes, quàm quum seruibam tibi. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 3. Nec mirum, nec nouum fecit, nec secus, quàm alij solent. Idem *Amph.* Nec secus est, quàm si ab Acheronte veniam. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Hoc si secus reperies, causam non dico, &c. Item apud Cic. Secus minus rectè, &c. Suet. *in Tib. c.* 2. Multa multorum

rum Claudiorum merita, multa ſecus in Rempub. admiſſa extant. ¶ Secus pro malè. Saluſt, *Iugurth.*68. Prius tamen omnia pati decreuit, quàm bellum ſumere: quia tentatum antea ſecus ceſſerat. Cicer. *in Piſon.* Rectè, an ſecus, nihil ad nos. ¶ Hinc comparatiuus *Secius.* Virg. 3. *Georgic.*

Interea toto non ſecius aëre iungit.

‖ Secutio, vide *Sequutio.* ‖

Afranius *pro repub.* Sin id quod non ſpero, ratio talis ſecius ceciderit ¶ Secus etiam neutri generis nomen, idem ſignificans quod ſexus, notatum à Soſipat. ex Saluſt. Virile ſecus.

‖ Secutor, mirmillo, gladiator, alter, retiario oppoſitus ‖

Sĕd, coniunctio eſt diſcretiua, ſiue aduerſatiua. { כיאם *chilím.* ἀλλά. Gal. *Mais.* Ital. *Ma.* Ger. Aber. Hisp. *Mas, ò empero.* Angl. *Bos.* } Terent. Scaur. *de Orthograph.* Sedum, inquit, antiqui dicebant, vnde per abſciſionem, ſed remanſit. Cic. *de Orat.* Non de præſtanti quadam & eximia, ſed propè de vulgari, & cõmuni prudentia diſputo. ¶ Aliquãdo incipientis particula eſt, aut certè ad diuerſa tranſeuntis. Terent. *Andr.* Sed Pamphilum video. Plaut. *Aul. ſc.* 5. *a.* 2. Sed quid ego apertas ædes noſtras conſpicor? Idem *Capt. ſc.* 1. *a.* 1. Sed aperitur oſtium. Idem *Curc. ſc.* 2. *a.* 1. Sed tace tace, ſt. & Iterum, *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 1. Sed tace, atque hanc rem gere. Idem *Capt. ſc.* 2. *a.* 2. Sed viden'. Et *Men. ſc.* 5. *a.* 5. Sed ego ſtultus, &c. Idem *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 2. Sed iam ſatis ſum philoſophatus. Item *in Curc. ſc.* 2. *a.* 5. Sed vbi eſt qui. Item *Mil. ſc.* 2. *a.* 2. Planè ea eſt Sed quomodo diſſimulabat. ¶ Iungitur aliquando cum Autem. Idem *in Rud.* Sed autem quid ſi hanc hinc abſtulerit quiſpiam ſacram vrnam Veneris? Aliquando cum verò. Cic. 7. *Verr.* O præclarum imperatorẽ, nec iam cum M. Aquilio fortiſſimo viro, ſed verò cum Paulis, Scipionibus, &c. ¶ Ponitur aliquando pro ſed etiam. Idem *pro Milone*, Obliti eſtis non modò inimicorum Milonis ſermones, ſed nonnullorum imperitorum ‖ ¶ Sed, pro *ſe*, cum paragogico D. Paulus: ſed pro ſe inueniuntur poſuiſſe antiqui. Ibi Scaliger: ſed, pro *ſine* veteres dicebant cuius rei fidem fecerit vetuſtiſſima lex, quæ extus in Bibliotheca regia: *Ei primo quoque die quæſtorem ſoluere iubet, quæſtorque eam pecuniam eis ſed fraude ſua ſoluito.* Idem ad *Suadted* annotat: lego. *Sedted,* idem ait eſſe ſine te. Veteres *ſe* ponebant pro ſine item *ſed, & ted* pro te. In vetuſtiſſimo lapide Duillij, ſemper legitur *marid*, pro *mari*, & ſimilia cum d, litera ſuperflua. A *ſe ſine* factum eſt, vt ab *iter* itiner, à *iecur iecinor.*

Sedecum, ἐπιδὲ. Gloſſ. leg. Sed eccum. ‖

Sĕd ĕnim, aduerſatiua particula, quandam etiam probationis vim habens adiunctam. { כי אם *chi im.* ἀλλὰ γάρ. Gall. *Mais pource que, mais.* Ital. *Ma pur.* Germ Aber doch / dan je. Hisp. *Mas, empero, mas.* Angl. *Bot becaus, bot.* } Virg 1. *Æneid.*

——— *Hoc regnum dea gentibus eſſe,*
Si qua fata ſinant, iam tum, tenditque, fouétque,
Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ verteres arces.

¶ Accipitur & pro autem, ſiue verò. Cicero *pro Archia Poëta.* Statim Luculli, quum prætextatus etiam tum Archias eſſet, eum domum ſuam receperunt. Sed enim hoc non ſolùm ingenij, ac literarum, verumetiam naturæ atque virtutis, vt domus, quæ huius adoleſcentiæ prima fuerit, eadem eſſet familiariſſima ſenectuti. Aliquando pro etenim, ſiue certè, enimuerò: vt apud Plaut. *Capt. ſc.* 4. *a.* 3. Sedenim nequeo contineri, quin, &c. Et *in Curcul. ſc.* 3. *a.* 1. Sedenim nequeo durare quin herum accuſem meum. ¶ Sedenim pro ſed tantùm. Gell. *cap.* 19 *lib.* 18. Sedenim Tarquinius, &c. *& cap.* 21. *eiuſdem lib.* Sedenim, quum Phauorino Higini commentarium legiſſem, &c. (id eſt, ſed.) ¶ Pro, At verò initio periodi. Idem Gell. *cap. vlt. lib.* 20. vel pro autem, vt *c.* 2. *lib.* 14. *& c.* 9. *lib.* 13. *& c. vlt. lib.* 11. Sed enimuerò, Liu. 5. *d.* 4. Item & Suet. *in Auguſt. c.* 30.

Sēdātē, Sedatio, Sedatus, vide *Sedo, as.*

Sĕdĕo, es, ſedi, ſeſſum.)(Sto, ambulo. { ישב *iaſchab.* κάθημαι, καθίζομαι, καθίζω. Gall. *Se ſeoir, s'aſſeoir, eſtre aſſis.* Ital. *Sedere, ſentare, ſtar à ſedere, ſtar aſſentato* Germ. Sitzen. Hisp. *Aſſentarſe, eſtar aſſentado.* Angl. *To ſitt.* } Cic. 1. *de diuin.* Quum virgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet. Plaut. *Stich.* Si non vbi ſedeas locus eſt: at eſt vbi ambules. Idem *Men. ſc.* 1. *a.* 5. Inter ancillas ſedere, lanam carpere. *Ibid.* Lumbi ſedendo, oculi ſpectando dolent. Idem *Pſeud. ſc.* 2 *a.* 3. Sedebant Mercenarij in foro, qui expectabant vt conducerentur. Idem *Capt. prolog.* Hi ſtant, non ſedent. *Ibidem*, Si non eſt vbi ſedeas locus, eſt vbi ambules. Quintil. veluti ad arculas ſedent. Dicimus autem, Sedeo ſuper equum, Sedeo equo, & Sedeo in equo Idem *cap.* 4. *lib.* 2. An ſit credibile, ſuper caput Valerij pugnantes ſediſſe coruum. Cic. *de Orat.* In ſolio ſedens domi. Idem 2. *de finib.* Sedere in ſolio ornatu regali. Idem *Attic. lib.* 2. Malóque in illa tua ſedecula ſedere, quàm in iſtorum ſella curuli. Martial. *lib.* 5. *Epigr.*

Vno credis equo poſſe ſedere duos?

Quintil Sedere in Delphino, vt Arion. ‖ Sedere ad menſam, vetus mos eſt: vt Homerus heroas ſuos & procos Penelopes ſedentes facit in conuiuio. ‖ ¶ Parum mihi ſedet iudicium. Senec. *Epiſt.* 46. (id eſt, tranquillum eſt.) ¶ Sedet telum pro hæret infixum. Idem *Epiſt.* 53. *in fine*, Nullum telum in corpore eius (philoſophiæ) ſedet, munita eſt ſolidáque. ¶ Sedere in ouis, pro incubare. Plin. *lib.* 9. *cap.* 51. Polypus fœmina modò in ouis ſedet: modò cauernam cancellato brachiorum implexu claudit. ¶ Aues quoque ſedere dicuntur, quum arbori, tecto, aliúve rei inſiſtentes, non mouentur. Virg. 12. *Æneid.*

Alitis in paruæ ſubitò collecta figuram,
Quæ quondam in buſtis, aut culminibus deſertis
Nocte ſedens, ſerum canit importuna per vmbras.

¶ Aliquando ponitur pro otiari, & ignauum eſſe. Cicer. *Attic.* Quid enim? ſedere totos dies in villa iſta? Virg. 11. *Æneid.*

——— *ſedeant ſpecténtque Latini.*

Terent. *Adelph.* An ſedere oportuit domi virginem tam grandem? ¶ Aliquando Sedere ponitur pro placere, & tunc cum datiuo conſtruitur. Virg. 5. *Æneid.*

Idque pio ſedet Ænea, probat autor Aceſtes.

Hieronym. *in Deuter.* Si autem poſtea non ſedet animo tuo, dimittes eam liberam. ¶ Aliquando pro manere, immorari, Cic. *lib.* 9. *Epiſt.* Si venti eſſent, nos hîc Corcyræ non ſederemus. Liu. *lib.* 2. *bell. Pun.* Id horreum fuit præſidiũ pœnis ſedentibus ad Trebiam. Sedere pro conſiderare, ſeu curare. Virg. 1. *Æneid.*

——— *celſa ſedet Æolus arce.*

id eſt, curat. Seruius Idem 9. *Æneid.*

——— *Turnus ſacrata valle ſedebat.*

Vbi Seruius, Sedebat vt, Aſper dicit, Erat quæ clauſula antiqua eſt, & de vſu remota. Secundùm Plautum, Sedere eſt conſilium capere qui inducit ſeruum dicentem. Sine iuxta aram ſedeam, & dabo meliora conſilia. ¶ Sedeor, Paſſiu. Solin. *cap.* 57. Alexandri Magni equus Bucephalus dictus, &c. quum ab Equario ſuo aliàs etiam ſatis molliter ſederetur, accepto regio ſtratu neminẽ vnquam alium præter dominum vehere dignatus eſt. ¶ Item ſecundùm Augures, Sedere eſt auguriũ capere. Nam poſt deſignatas cæli partes, à ſedentibus captabantur auguria. ¶ Veſtis item ſedere dicitur, quæ apta eſt. Quintilian. *cap. vlt. lib.* 11. Nam & ita ſedet melius toga, & cõtinetur. A qua loquendi conſuetudine ſumpta tranſlatione, Imperiũ humeris alicuius bene ſedere dicimus, quod illi probè conuenit, & ab illo pro dignitate rectè ſuſtinetur. Plin. *in Paneg.* Quum abundè expertus eſſet, quàm bene humeris tuis ſederet imperium. ‖ ¶ Sedere, de nauibus in ſtatione. Claud. Rutil. *in Itinerario.*

Tranquillâ puppes in ſtatione ſedent.

¶ Sedet vox auribus. Vide ſequentem dictionem.

Sĕdēns, participiũ, apud Martial. *lib.* 10. Sedens lactuca pro ſeſſili. { ישב *ioſchéb,* καθήμενος, καθεζόμενος. Gal. *Seãt, qui eſt aſſis.* Ital. *Chi ſenta. aſſentato.* Germ. Sitzen. Hisp. *Aſſentado.* Ang. *Sitting.* } Mart. *lib.* 10. *Epigrammat.* 48 In quibus eſt lactuca ſedens & ſectile porrum. ¶ Sedens humero toga. Quintilian. Et ſedens auribus pronuntiatio Idem. Item, Vox clara, pura, ſecans aëra auribus ſedens. Idem Quintilian. *cap.* 3. *lib.* 11.

Sēdēs, is, Sella in qua ſedemus. { מושב *moſchâb.* ἕδρα, θῶκος. Gall. *Siege, ſeiour, logis & demeure* Ital. *Sede, ſedio, luogo da ſedere, catedra, ſeggio.* Germ. Ein ſitz/ſeſſel. Hisp. *Aſſiento, ſilla, lugar para aſſentarſe* Ang. *A ſeat, or place of remaning* } Plin. *in Paneg.* Iam dudum illi radiatum caput, & media inter deos ſedes auro ſtaret, aut ebore. ¶ Interdum ponitur pro habitatione, vel domicilio, ídque tam ſingulari, quàm plurali numero. Cicer. *de prouinc. Conſular,* Nam ſi ille aditus Gallis patuiſſet, nunquam hæc vrbs ſummo imperio domicilium ac ſedem præbuiſſet, Idem pro *Cluentio.* Sceleratorum ſedes atque regio. Virg. 1. *Æneid.*

Hic tamen ille vrbem Pataui, ſedéſque locauit
Teucrorum.

Ouid. *Eleg.* 1 *lib.* 1. *Triſt.*

Quáſque petam ſedes hoſpes in vrbe liber.

Idem *lib.* 4. *Eleg* 1. Hic ego ſolicitæ iaceo nouus incola ſedis. Senec. *c.* 2. *de conſol. ad Mart.* In ſedem ſuam animum reponere. Et Sueton. *in Aug. c.* 28. In ſua ſede Rempub. ſiſtere. ¶ Interdum ponitur pro ſepulchro. Virg. 6. *Æneid.*

Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcam.

¶ Interdum pro podice, & ani circulo. Plin. *lib.* 3. Cinis ſarmentorum, vitiúmque, & vinaceorum condylomatis, & ſedis vitiis medetur. ¶ Sedes luxuriæ, & per tranſlationem, pro loco in quo maximè viget luxuria. Cic. *contra Rullum,* Coloni Capuæ in domicilio ſuperbiæ atque in ſedibus luxuriæ collocati.

Sĕdĭcŭlă, Parua ſedes. { ἑδράριον. Gall. *Petit ſiege.* Ital. *Sedietta.* Germ. Ein ſitzlin/ſeſſelin. Hisp. *Aſſiento pequeño.* Angl. *A litle ſeat.* } ſicut ædicula, parua ædes: quanquam non deſunt, qui Sedecula ſcribendum contendant: quo pacto etiam legitur apud Cic. *in Epiſtol. ad Attic lib.* 4. Malóque in illa tua ſedecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, &c. Valla tamen putat omnino *ſidicula* eſſe ſcribendum per tertiam vocalem.

Sĕdīlĕ, is, Sedes, ſubſellium, ſcamnum ad ſedendum aptum. { מושב *moſchâb.* ἕδρα, καθέδρα Gall. *Siege, chaire* Ital. *Sedia, catedra.* Germ Ein ſitz/ſcul/ſeſſel/ſchâmel Hisp. *Aſſiento, ſilla.* Angl. *A ſeat or ſtoole to ſitt vpon.* } Plin. *Epiſt.* 101. Sunt locis pluribus diſpoſita ſedilia è marmore. Virg. 1. *Æneid.*

Intus aquæ dulces, viuóque ſedilia ſaxo.

Sĕdēntārĭŭs, a, um, quod ſedendo fit. { ἑδραῖος. Gall. *Ce qu'on fait eſtant aſſis.* Ital. *Che ſi fa a ſedere.* Germ. Das man ſitzend thut. Hisp. *Coſa que ſe haze à aſſentadas.* Ang *That is made ſitting.* } vt ars ſedentaria, quæ ſedendo exercetur: quam & ſellulariam vocant. Opera ſedentaria, quæ fit à ſedentibus. Colum *lib.* 12 *c.* 13. Neque enim ſedentaria eius opera, ſed modò ad telam debebit accedere: modò eos qui cibum familiæ conficiunt inuiſere.

Sĕdēntārĭŭs, ij, qui ſedendo opus facit: ſicut ſutor, ſartor, & id genus alij. ὁ ἑδραῖος, ὁ καθεζόμενος ἐργάτης. Gall. *Vn artiſan qui fait ſa beſongne eſtant aſſis.* Ital. *Chi fa arte ſtando a ſedere.* Germ Der ſitzlingen ſein arbeit verrichtet. Hisp. *Azedor de arte à aſſentadas.* Angl. *That ſitteeth and worketh.* } Plaut. *in Aul* Calceolarij, ſedentarij, ſutores.

‖ Sedētum, foſſa, foſſatũ, vbi ſedent milites, aut foſſa, vbi ſunt muri. Suid. ‖

Sediculum, ſedile, Paul apud Feſtum, Tamen Varr. *lib.* 7. *in L. L.* ait à ſeſſione ſediculum non eſſe, vt à cubatione cubiculum. Sed *Sedicula,* vel *ſedecula* parua ſedes, eſt diminut. à *ſede.* Onom. Sedicula ἑδράριον.

Sedigitus, qui ſex digitos habet. Gloſſ. Cyr.

‖ Sedimentum, craſſamentum, quod ſedet, ſeu hæret in imo: quod ſubſidit in liquore. ‖

Sēſsĭo, nis, actus ſedendi. { שבת *ſchébeth* שיבה *ſchibáh.* καθέδρα. Gall. *Aſſiette, lieu à s'aſſeoir, aſſiement.* Ital. *Il ſedere.* Ger. Das ſitzen. Hisp. *Obra de aſſentarſe.* Angl *A ſitting.* } Cic. 2. *de nat. deor.* Accubatio, inclinatio, ſeſſio. ¶ Aliquando ponitur pro ſedili. { מושב *moſchâb.* ἕδρα. Gal. *Siege, chaire.* Ital. *La ſedia.* Germ. Ein ſitz Hisp. *El aſſiento.* } Cic. 2. *de Orat.* Num tandem aut locus hic non idoneus videtur, in quo porticus hæc ipſa, vbi inambulamus, & palæſtra, & tot locis ſeſſiones gymnaſiorum & Græcarum diſputationum quodammodo commouent? id eſt, tot ſedilia.

Sēſsĭto as frequentatiuum. { συχνάκις ἐφιζάνω. Gall. *S'aſſeoir ſouuent.* Itla. *Sedere ſpeſſo.* Germ. Stâts oder offt ſitzen. Hisp. *Aſſentarſe à menudo.*

nudo. ANGL. To sitt oftem.} Cic. *de clar. Orat.* Quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse, id est, sæpiùs sedisse.

Sessibulum, i, super quod sedemus, & quiescimus. {מושב *moschá.* ἕδρασμα. GALL. *Siege.* ITAL. *Sedia.* GERM. Ein sessel darauff man sitzt. HISP. *Assiento. silla.* ANGL. *Any thing to sitt vpon.*} Plaut. *in Pœn.* Quæ tibi oleant stabulum, statum, sellam & sessibulum merum.

Sessilis, e, quod sedet, vel sedere videtur. {ἑδραῖος. GAL. *Qui est assis.* ITAL. *Chi senta ò monstra di sentare.* GERM. Das da sitzt/oder sich ansähen läßt als wann es säsze. HISP. *Assentado, rellanado y ancho.* ANGL. *That sitteth or seameth to sitt.*} Plinius *lib.* 15. *cap.* 15. Incerta nominum causa est barbaricis, venereisque, quæ colorata dicunt, regiisque quæ minimo pediculoso sessilia, &c. Hinc sessiles lactucæ dicuntur, quasi sedentes, hoc est, quæ ita humi proiectæ sunt, vt sedere videantur, neque sursum rectæ esse, aut in subline ascendere. Martial. *l.* 5.

Illic videres frutice nobili caules,
Et vtrunque porrum, sessilésque lactucas.

¶ Tergum sessile, in quo quis possit sedere. Ouid. 11. *Metam.*

——— *sic tergum sessile, sic sunt*
Pectora celsa toris.

Sessurus, participium futurum. Horat. *de Arte,*

Si plausoris eges aulæa manentis, & vsque
Sessuri donec cantor, vos plaudite, dicat.

Sessimonium, ἕδος, templum ac sedes. Deducitur à sessu, vel sede, vt à merce mercimonium. Vitruuius *lib.* 7. Suspectu habent in deorum sessimonio, i. in deorum sedibus statuendis ædificandisque ædiculis.

Sessor, יושב *joschéb.* ἐφεδρος, ὁ καθήμενος, καθεζόμενος. GALL. *Qui est assis.* ITAL. *Chi senta.* GERM. Ein sitzer. HISP. *Assentado.* ANGL. *He that sitteth.*} Horat. 2. *Epist.* 2.

In vacuo lætus sessor plausóque theatro.

Sedigitus, i, Senos habens in manu digitos. ἑξαδάκτυλος. Vnde & Volcarius poëta, Sedigitus, & C. Horatij filiæ Sedigitæ sunt cognominatæ. Plin. *lib.* 11. *c.* 43. Digiti quibusdam in manibus seni, C. Horatij ex patritia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepi, Volcatium Sedigitum illustrem in poëtica.

Sedimentum, vide *Sido.*

SEDITIO, nis, à se, hoc est, seorsum, & itio componitur. {מהומה *mehumáh* קשר *kóscher.* στάσις. GAL. *Sedition, mutinerie.* ITAL. *Seditione, discordia.* GERM. Ein auffrur/aufflauff des volcks. HISP. *Bullicio ò alborote de pueblo.* ANGL. *Sedition, variance, discord.*} Cicer. *lib.* 6. *de Rep.* docet seditionis proprietatē à discessione ciuium dictam esse, quòd seorsum eant alij ad alium: est enim propriè quum populo discordante itur ad maius: qualem describit Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Ac veluti magno in populo quum sæpe coorta est
Seditio, sæuitque animis ignobile vulgus:
Iámque faces, & saxa volant, furor arma ministrat.

Plaut. *Amph.* Eam seditionem pater illi in tranquillum conferet. (id est, turbas & diuortium.) Liu. *lib.* 6. *dec.* 4. In seditione ipsi inter se sunt. Similiter seditio in exercitu dicitur, in classe, in campo, & vbicunque est multitudo hominum aduersùs Duces, Magistratúsve arma capientium, vel imperium detrectantium. Ouid. 12. *Metam.*

Seditióque recens, dubióque autore susurri.

Idem 9. *Metam.*

——— *crescitque fauore*
Turbida seditio.

Cæs. 7. *bell. Gall.* Veritus nequa in castris ex eorum concursu & misericordia vulgi seditio oriretur. Pollio *Ciceroni lib.* 12. Singulæ quædam cohortes seditionem fecerunt. Dicimus autem Latinè, elegantérque Concitare seditionem, Facere seditionem, Commouere seditionem, Ciere seditionem, Sedare seditionem.

Seditiosus, a, um Procliuis ad seditionem. {στασιώδης. GALL. *Seditieux, mutin.* ITAL. *Seditioso, discordeuole, scandaloso.* GERM. Auffrurisch/der gern auffruren anstifftet. HISP. *Alborotador.* ANGL. *Seditious, that stirreth vp striffe or discorde.*} Cic. 3. *Verr.* Malus ciuis, improbus Consul, seditiosus homo Cn. Carbo fuit.

Seditiosior, comparat. Asconius Pædian. *in Orat. pro Milone,* Nam eius seditiosior fuit conditio.

Seditiosè, aduerbium, Per seditionem, aut more seditiosorum. {στασιαστικῶς. GALL. *Seditieusement, auec mutinerie & sedition,* ITAL. *Seditiosamente, con seditione.* GERM. Auffrurisch. HISP. *Con bullicio ò alborote.* ANGL. *Seditiouslie.*} Cicer. *pro Cluent.* Quæ concionibus seditiosè concitatis accommodatior est quàm tranquillis, moderatísque iudiciis. Idem *ad Attic. lib.* 2. Multa, quum seditiosissimè diceret, vocem exprimere non potuit.

SEDO, as, Mitigo, quiescere facio, placo, lenio, remoueo, fræno, extinguo. {החליק *heekelik* שבח *schibbeach* השקיט *hischbiach* *hischkit.* πραΰνω, καταστέλλω, πραΰνω. GALL. *Appaiser, rendre coy.* ITAL. *Sedare, acquettare, mitigare.* GER. Stillen/zu friden vnnd zu ruch machen. HISP. *Aclarar lo turbio ò assossegar.* ANLG. *To appease or mitigat.*} Salust. *in Catil.* Nanque animus impurus, diis, hominibúsque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari potuit, ita conscientia mentem excitatam vexabat. Tibull. *lib.* 4.

Non alius sedare queat fremitum vulgi.

Lib. 4. *ad Heren.* Et hic sitiens quàm maximè loquatur, neque habeat qui sitim suam sedet. id est, extinguat. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Sitim sedatum it. ¶ Dicimus præterea, Sedare arrogantiā, bellum, controuersiam, discordias, infamiam, iram, lites, mentes commotas, motus animi, pauorem, tempestatem, tumultum: quorum omnium exempla probatissimis quibusque autoribus nusquam non sunt obuia. Cic. 2. *in Catil.* Atque hæc omnia sic agentur, Quirites, vt res maximæ minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bellum intestinū ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum & maximum, me vno togato duce & imperatore sedetur. ¶ Sedare)(Incendere. כבה *chibbáh.* Cic. 3. *de legib.* At aliquando incenditur, & quidem sæpe sedatur. ¶ Sedare passiuè inuenitur vsurpatum à Cn. Velleio *in Annalibus* apud Gell. *c.* 12. *lib.* 18. postquam, inquit, tempestas sedauit, Atherbal taurum immolauit, id est, sedata est.

Sedatus, a, um, nomen ex participio, Tranquillus, quietus, minimè præceps. {שקט *schokét.* ἥσυχος, καθεστηκὼς, πρᾶος. GALL. *Posé & rassis. coy & tranquille.* ITAL. *Acquetato.* GERM. Gestilled/gesetzt/beruwiget. HISP. *Sossegado.* ANGL. *Asswaged, appeased or mitigated.*} Virg. 12. *Æneid.*

Olli sedato respondit corde Latinus.

Cic. *ad Attic. lib.* 8. Hæc scripsi sedatiore animo quàm proximè scripseram. Horat. *in Epist.*

Oderunt hilarem tristes, tristémque iocosi,
Sedatum celeres.

Plaut. *Amph.* Sed pudicitiam & pudorem & sedatum cupidinem. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Benè & sedatè seruio.

Sedatè, Placidè, quietè, tranquillè, & citra commotionem. {καθεστηκότως, ἡσύχως, πράως. GAL. *Coyement, sans trouble.* ITAL. *Placidamente quietamente.* GER. Ruwigklich. HISP. *Sossegadamente.* ANGL. *Quietlie, without trouble.*} Cic. *in Orat.* Cuius oratio, quum sedatè placidéque loquitur, &c. Placidè, & sedatè ferre dolorem. Idem 4. *Tusc.* Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Benè & sedatè seruio.

Sedatio, nis, Moderatio, placatio. {שקט *schekét.* κατάστασις, πράϋνσις. GALL. *Tranquillité, appaisement.* ITAL. *Moderatione, pacificamento.* GER. Stillung. HISP. *Sossiego, aquella aclaration.* ANGL. *An appeasing.*} Cic. 1. *Offic.* Temperatio & modestia, omnísque sedatio perturbationum animi.

SEDVCO, Seorsum duco, ab aliis duco & seiungo. {פרד *perédh* הפריד *hiphridh.* ἀπάγειν. GAL. *Tirer & mener à part.* ITAL. *Trahere della via.* GER. Naben sich füren. HISP. *Apartar.* ANGL. *To lead or bring a part.*} Terent. *in Hecyr.* Pòst Pamphilus me solum seduxit foras. Cic. *ad Attic. lib.* 2. Quum hæc disseruissem, seducit me Scaptius, ait se nihil contradicere. Plaut. *in Aul.* Eo nunc secretò te huc foras seduxi. Cic. 1. *Tusc. quæst.* ad animum transtulit, inquiens, Quum à negotio omni seuocamus animum, quid, inquam, tum agimus, nisi animum ad seipsum aduocamus, secum esse cogimus, maximéque à corpore seducimus? Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Senex solum seduxit me seorsum ab ædibus. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Præhendit dextrā, seducit, rogat quid veniam, &c. ¶ Accipitur & in malam partem prodecipio, & in fraudem induco. {פתה *pittáh* רמה *rimmáh.* ἐξαπατάω, φενακίζω. GALL. *Seduire, tromper, deceuoir.* ITAL. *Ingannare.* GERM. Vberfüren/verfüren/hinder das liecht füren. HISP. *Engañar.* ANG. *To beguile or deceiue.*} Terent. *in Andr.* Etiam nunc me seducere istis dictis postulas?

Seductus, a, um. particip. Seorsum ductus. Liu. 10. *bell. Pun.* Singulos deinde separatim, Lælium, ac Masinissam seductos obtestatur, vt quantum nox prouidentiæ adimat, tantum diligenti expleant cura. Seductus pro distincto, seu discreto. Senec. *epist.* 118. Si proprium habent quidam & à corporibus seductum. Idem *cap.* 2. *de consol. ad Mart.* Honores reiecit, & aures suas aduersùs omne solatium clausit, à solennibus officiis seducta. (id est, sponte remota.)

Seductilis, qui facilè seduci, id est, decipi potest. εὐεξαπάτητος.

Seductio, nis, Abductio, seiunctio. Idem secessus.} ἀπαγωγή. GALL. *Destournement à part.* ITAL. *Esso tirare alguno à parte per parlargli.* GERM. Nabend sich fürung. HISP. *Apartamiento.* ANGL. *A leading or conueighing a part.*} Cic. *pro Murana,* Mœstos amicos, obseruationes, testificationes, seductiones testium, secessionem subscriptorum animaduertebant.

Seductus, us, idem. Senec. *cap.* 2. *de tranquill. vitæ,* Sic hominum, quorum maximæ in seductu actiones sunt, &c. i. Secessus.

Seductor, qui seducit: impostor, γόης.

Seduculum, i, quasi sudaculum dictum, genus est flagelli quòd vapulantes sudare faciat. Festus.

Sedularia, quæ in rheda sedenti subiiciebantur. *Dig. lib.* 33. *tit.* 10. *l.* 4. Rhedæ & sedularia supellectili annumerari solent. Ibi Gothofr. *Seliquastra* Haloand. vt apud Festum.

SEDVLVS, a, um, Diligens, officiosus, intentus, propriè qui sedet, id est, immoratur in re aliqua: vt qui sedendo opus facit, Sedentariis ergo conuenit. {חרוץ *charúts* שקד *schoked* חרד *charédh* תמיד *tamidh.* ἐπιμελής, ἀκελόνης. GAL. *Diligēt, soignieux.* ITAL. *Diligēte, officioso.* GERM. Fleissig/ernsthafftig/empsig. HISP. *Cuidadoso ò diligente.* ANGL. *Diligent, geuen to worke, earnest.*} Cic. *de clar. Orat.* Eloquentes videbāre, non sedulos velle conquirere. Tibull 1. *Eleg.* 3.

At tu casta precor maneas, sanctique pudoris,
Assideat custos sedula semper anus,

Ouid. 1. *de remed amoris.*

Nec desunt comites sedula turba canes.

Sedulitas, pro instanti & fideli officio, ac diligentia. {חרדה *charadháh* דאגה *deaghâh.* ἐπιμέλεια. GALL. *Soing & diligence.* ITAL. *Sollecitudine, diligenza.* GERM. Fleiß vnd ernst/emsigkeit/ernsthafftigkeit HISP. *Cuidado, y diligentia.* ANGL. *Diligence, or carnestnesse in doing.*} Cic. *Attic. l. b.* 11. Quæ si non essent sedulitate effectæ, & beneuolentia tua, liceret mihi abire in solutiones aliquas, Ouid. 10. *Metam.*

Sensimus (inquit) amas: & in hoc mea (pone timorem)
Sedulitas erit apta tibi.

Horat. 1. *Epist.* 7.

Officiosaque sedulitas, & oppella forensis
Adducit febres.

Ouid. 3. *Fast.*

Et non sentitur sedulitate labor (legendi flores.)

Ibid. 6. *Fast.*

Rustica sedulitas (operando liba) *gratior arte fuit.*

Sedulò, aduerbium, instanter diligenter, & simpliciter, quasi fine dolo, vt inquit Nonius. {ἐπιμελῶς, ἀπεχνῶς. GALL. *Soigneusement, diligemment.* ITAL. *Sollecitamente, diligentemēte.* GERM. Fleissigklich/ernstlich/emsiglich. HISP. *Cuydadosa y diligentemēte.* ANG. *Diligently.*} Plaut. *in Aulul.* Nam nunc quum celo sedulò, vt omnes nesciant, Omnes videntur scire. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Habui numerum sedulò. Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5. Parata naui clauo hæreres sedulo. Terent. *in Phorm.* Ego sedulò hunc dixisse credo, id est, simpliciter, inquit Donat. Idem *in Hecyr.* Non clam me est, mi gnate, tibi me esse suspectam vxorem tuam Propter meos mores hinc abisse, etsi ea dissimulas sedulò. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Non credis quod ego dico sedulò. Vide, *Non dicam dolo*

Sēdŭlē, aduerb. Sedulò. ἐπιμελῶς. Colum. *lib.* 9. *c.* 9. Semper quidem custos sedulè circumire debet aluearia.

Sedum. Varro *lib.* 4. Ab sedendo appellantur sedes, sedile, sedum, sella, seliquastrum. Ibi Scaliger. Sedum, Solum, vel solium. ¶ Sedum antiqui pro *sed* dixerunt, Terentius Scaurus *de Ortograph* vide Sed.

Sēdum, alij Sadum, i, herba perpetuò virens: vnde etiam semperuiuum appellatur. {ἀείζωον. GALL. *De la ioubarbe.* ITAL. *Semprenina.* GERM. Hausswurtz/maurpfeffer. HISP. *Yerua pútera.* ANG. *Houslek, senegrene or semegrene or ayegrene.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 17. Democritus succo herbæ, quæ appellatur aizoon, in tegulis nascens, tabulísve, Latinè verò sedum, aut digitellum, medicata seri iubet omnia semina. Colum. *lib.* 2. *c.* 9. Id ne fiat, remedio est mistus succus herbæ, quam rustici sedum appellant. Duo autem sedi sunt genera, quorum alterum in tectis ferè & suggrundiis nascens, quod folia habeat latiora sedum maius appellant. Alterum in petris & parietinis prouenit, à Latinis sedum, siue semperuiuum minus dictum. Græci, quia quotannis ter floreat, τρίφυλλις cognominarunt. Vulgus à foliis vermiculorum similitudinem referentibus *Vermicularem* nominat.

‖ Sedunum, Germanis Sitten/Gallis *Sion*, V.E. ad Rhodanum fl. sita, Tarentasiensi A. suffraganea, est confœderata cum XIII. Cantonibus Heluetiorum. ‖

Sēgēs, etis, propriè fruges eorum seminum ex quibus conficitur panis, nondum demessa, vt ait Valla *lib.* 4. *cap.* 24. } קמה *kamáh.* σπόρος. GALL. *Grain, ou blé en terre.* ITAL. *Frutta biada en herba, segete.* GER. Die saat des getreids/ Kornsaamen. HISP. *La miesse.* ANG. *Corne growing or standing.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 17. Si in articulum seges ire cœperit, runcare remedium est, ne herbæ vincant. Et *paulò pòst*, Luxuria segetum castigatur dente pecoris, in herba duntaxat. Virg. 1. *Georg.*

> *Quid, qui, ne grauidis procumbat culmus aristis,*
> *Luxuriem segetum tenera depascit in herba.*

Ouid. 1. *de Arte,*

> *Fertilior seges est alienis semper in agris.*

Horat. 2. *Epist.* 2.

> ——— *& villicus Orbi*
> *Quum segetes occat, tibi mox frumenta daturus,*
> *Te dominum sentit.*

Tibull. *lib.* 4.

> *Nec frugem segetes præbent, nec pabula terra.*

¶ Seges per translationem: vt Seges stimulorum, apud Plaut. *in Aulul.* | Tibi ego rationem reddam, stimulorum seges? ‖ Seges osculationis apud Catullum *ad Iuuentium:*

> *Non si densior aridis aristis*
> *Sit, nostra seges osculationis.* ‖

¶ Ferrea seges telorum. Virg. 3. *Æneid.*

> *Nam Polydorus ego: hic confixum ferrea texit*
> *Telorum seges, & iaculis increbit acutis,*

Clypeata seges virorum, Ouid. 2. *Metam.* Seges ac materia gloriæ, Cic. *pro Milone*, Quid enim odisset Clodium Milo, segetem atque materiem suæ gloriæ? ¶ Quandoque accipitur pro ipsa humo iam subacta, & sata, ἀγαρικὴ γῆ. Varro *lib.* 1. *de re rust. cap.* 29. Seges dicitur, quod aratum & satum est: aruum, quod aratum, nec satum est: noualis, vbi satum fuit ante, quàm secunda aratione renouetur. Virg. 2. *Georg.*

> *Illa seges, demum votis respondet auari*
> *Agricolæ, bis quæ Solem, bis frigora sensit.*

Plin. *lib.* 18. Segetes quæ interquieuere, fundunt rosam odoratiorem, satiua adhuc terra non cessat parere. ¶ Seges quoque aliquando de leguminibus dicitur. Colum. *lib.* 2. *cap.* 14. Quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit.

Sĕgĕsta, æ, Σεγέστα Ptolemæo, oppidum est peruetus, (inquit Cic. 6. *Verr.*) in Sicilia, quod ab Ænea fugiente à Troia, atque in Italiam veniente, conditum fuit, præposito ibi Egesto, qui eam Egestam nominat. Sed deinde præposita est ei litera s, ne obscœno appellaretur nomine. Plin. Egestam vocat *lib.* 31. *c.* 6. ¶ Est & Segesta altera in Liguria, Tigulorum caput, teste Plin. *lib.* 3. 5. Vulgò *Sigestro.* ¶ Fuit & alia in Venetia, non procul à Timauo fluuio, cuius meminit idem Plin. *lib.* 3. *cap.* 11. ¶ Fuit & Segesta quædam in citeriore Hispania, à qua Segestani populi qui Carthaginiensi conuentui attribuuntur à Plin. *lib.* 2. *c.* 3. ¶ Sĕgēstă, vt apud Plin. legitur: siue, vt aliis placet, Segetia, deæ nomen à segetibus, quibus præesse putabatur, tractum. Idem Plin. *lib.* 18. *cap.* 2. Seiam à serendo, Segestam à segetibus appellabant: quarum simulacra in Circo videmus.

‖ Segestoriorum, vel Cesterouensium ciuitas, *Cisteron*, V.E. Galliæ, sub A. Aquensi. ‖

Segestre, teges quædam pauperculorum. Varro.

Sĕgmĕn, Segmentarius, Segmentum, vide *Seco.*

‖ Segnia, Segna, V.E. Dalmatiæ, sub A. Spalatensi, ad mare Adriaticum: est gentis Austriæ. Qui eam vrbem, vicinúmque tractum incolunt, vulgò *Vscoqui* rei maritimæ peritissimi. ‖

SĒGNĬS, huius segnis. Piger, tardus, ignauus, quasi sine igne, sicut contrà, Ardens pro solerti, diligenti, & moræ omnis impatienti. { עצל *hatsél.* ἀργὸς, βλακώδης, νωθής. GALL. *Lasche, paresseux, nonchalant, tardif.* ITAL. *Pigro, tardo, poltrone.* GERM. Träg/faul/langsam. HISP. *Perezozo, floxo, negligente.* ANG. *Slouthfull, slack, sluggish.*} Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

> *Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes*
> *Explorat ventos.*

Cic. *ad Attic. lib.* 8. Ego sicut adhuc videor segnior fuisse, dum ne tibi videar non laboro. Idem *pro Fonteio*, Segniores ad imperandum posthac cæteri sint, quum videant eos oppugnari, quibus oppressis populi Romani imperium incolume esse non possit. ¶ Segnis mora. Liu. 4. *dec.* 4. Segnia æstiua, *lib.* 7. *dec.* 4. ¶ Interdum ponitur pro infœcundo & inutili. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

> ——— *lanisque horret in aruis*
> *Carduus.*

Sēgnĭpēs, dis, qui tardè incedit. {βραδύπους. GALL. *Qui va lentement & pesamment.* ITAL. *Chi va lentamente, pesatamente.* GER. Der träg oder gemach zu fuß ist. HISP. *El que camina floxamente*, ANGL. *That goeth sluggishlie or slowlie.*} Iuuen. *Sat.* 8.

> ——— *tritóque trahunt epirhedia collo*
> *Segnipedes.*

Sēgnĭtĭēs, iei, siue Segnitia, tiæ, Tarditas, negligentia. { עצלה *hatsláh* עצלות *hatslúth.* νωθεία, ῥᾳθυμία. GALL. *Nonchalance, negligence, tardiueté, paresse.* ITAL. *Negligenza, tardezza, da poccagine.* GERM. Langsame/tragheit/faulheit. HISP. *Pereza floxedad, negligencia.* ANG. *Slugishnesse, or slowfulnesse.*} Socordia autem est negligentia in consulendo, meditando, prospiciendo quid opus sit facto. Terent. *in Andr.* Enimuero Daue nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Quin tu omnem socordiam abs te & segnitiem amoue. ¶ Quandoque segnities dicitur infœcunditas. ἀφορία. Plinius, Hinc negligentia cultorum, hinc agrorum segnities. ¶ Legitur & segnitas: quod & Nonius annotauit. Cicero *de Orat.* Et quando de prudentia diximus, castigemus etiam segnitatem.

Sēgnĭtĕr, aduerbium, Negligenter, ignauè, tardè. {ῥᾳθύμως. GALL. *Nonchalamment, paresseusement, negligemment.* ITAL. *Negligentemente, con dapoccagine.* GER. Fauliglich/hinlässiglich/langsamglich. HISP. *Perezozamente y floxamente.* ANG. *Slowlie, carelesslie.* } Liu. 2. *ab Vrbe*, Segniter, otiosè, negligenter, contumaciter omnia agere: nec pudor, nec metus coërcebat. Velleius, Non segniter ceruicem dare. Segnius comparat. Velleius, Non segnius obiit, quàm sceleris consilia inierat. Ouid. 10. *Metam.*

> *Quæ quanquam Scythica non segnius ire sagitta*
> *Aonio visa est, iuueni tamen, &c.*

Sĕgŏbrīdă, Σεγόβριγα, oppidum Hispaniæ citerioris, Celtiberiæ totius caput, circa quod Sertorius & Metellus prælium commisere. Strabo *lib.* 2.

Sĕgūr, σηγώρ, fuit quinta ciuitas post Sodomam & Seboim, quæ ad preces Lot seruata est.

‖ Segonia, Plinio, vulgò *Segobia*, V.E. Hispaniæ, lanificio insignis: olim & nunc A. Toletano suffraganea.

Segouia noua, Hispanis *Nueua Segouia*, V.E. in Philippinis insulis sub A. Munilano. ‖

SĒGRĔGO, as, Ab aliorum numero, vel societate, vel grege separo. { הפריד *hiphridh* הבדיל *hibdil.* ἐκκρίνω, ἀφορίζω. GALL. *Mettre hors du troupeau, mettre à part, separer.* ITAL. *Separare, spartire.* GERM. Vom hauffen absünderen / abscheiden. HISP. *Apartar como de la manada.* ANGL. *To separat or takfrom te flock.*} Terent *in Hecyr.* Nam si ita est, vt hæc nunc Pamphilum verè à se segregarit. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Suspiciones omnes à se segreget. Idem *Capt. sc* 3 *a.* 2. Iuuentus inopes à se segregat. *Ibid sc.* 3. *a.* 3. Spes, opes, auxiliáque à me segregant. (i. segregantur,) vel subauditur τὸ se. Idem *in Mil.* Ille illas spernit: Segregat ab sese omnes extra te vnam. Cic. *pro Arch.* Quod si mihi à vobis tribui, concedíque sentiam: perficiam profectò, vt A. Licinium non modò non segregandum, quum sit ciuis, à numero ciuium, verumetiam si non esset, putetis adsciscendum fuisse. Séque gregari, pro segregarique, apud Lucretium *lib.* 1. Dissidio potis & seiungi, séque gregari.

Sēgrex, egis. omnis gen. Solitarius, se grege, i. sine grege. מפרד *mephorádh* מבדל *mibdál.* ὁ ἐκ ἢ ἀγέλης. GALL. *Separé, hors du troupeau.* ITAL. *Segregato di tal gregge.* GERM. Abgesundert HISP. *Apartado de la manada.* ANGL. *That is separated and taken frome the flock.* } vt, Segrex vita, id est, solitaria. Seneca *de benefic. lib.* 4. Quoniam cæteris animalibus in tutelam sui satis virium est, quæcunque vaga nascuntur, & acturа vitam segregem armata sunt.

‖ Segregatim, aduerb. ἀφορισμένως. Diomedes. *Gramm. lib.* 1.

Seianus vir autoritate ferè principali: de cuius coniuratione [illegible]ndus. Suet. *in Tiber. c.* 48. & apertius *cap.* 55. 62. *&* 65. ¶ Seianus equus, vide paulò inferiùs.

Segullum, i, est terræ genus in summo solo, ex quo metallarij cognoscunt subesse venam auri. Plin *lib.* 13. *c.* 4. Aurum qui quæruut ante omnia segullum tollunt: ita vocatur indicium, &c.

‖ Seguntia, *Siguenza*, V.E. Hispaniæ: olim & nunc sub A. Toletano. ‖

Segusium, vrbs est Segusianorum in Graiis Alpibus. Ptolem. *lib.* 3.

Sēĭă, Dea habita fuit Romæ, quæ sationi præesse putabatur: quemadmodum Segesta, seu Segetia, quæ segetes lætas facere existimabatur. Plin. *lib.* 18. *c.* 2. Seiam à serendo, Segestam à segetibus appellabant: quarum simulacra in Circo videmus.

Sēĭr, σηείρ, mons in terra Edom, in quo habitauit Esau, in regione Gabalena: quæ ex eo quòd Esau pilosus esset, & hispidus, Seir, id est, pilosi nomen accepit.

Sēiŭgī, & Seiuges, οἱ ἑξάζυγες, ἡ ἑξάζυγις. Dicuntur equi seni ad vnum currum adhibiti. Apuleius *in Flor.* Vni cui omnes prouinciæ quadriiuges & seiuges currus vbique gentium ponere gratulantur.

Sēiŭgo, as, Seiungo, Separo, à se, & iugo, as. { הפריד *hiphridh* הבדיל *hibdil.* διαζεύγνυμι. GALL. *Separer du ioug, disioindre.* ITAL. *Disiungere.* GERM. Ablösen/absünderen. HISP. *Desuñir.* ANGL. *To loose out of yoke or put a sunder.* } Cic. 1. *de diuin.* Humani autem animi eam partem quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habeat, non esse ab actione corporis seiugatam.

SĒIŬNGO, is, Iunctos separo, disiungo. { הפריד *hiphridh* הבדיל *hibdil.* ἀφίσημι, διαζεύγνυμι GAL. *Disioindre, separer.* ITAL. *Disiungere, lontanare.* GER. Von einander fügen/abscheiden/absünderen. HISP. *Apartar, desuñir.* ANG *To put a sunder, to separat, to desioyner.* } Cicero Lentulo, Tibi autem multò notior, atque illustrior meus in te animus esset, si hoc tempore omni quo seiuncti fuimus, & vnà, & Romæ fuissemus. Idem 3. *de nat. deor.* Fortunam nemo ab inconstantia & temeritate seiunget. Idem *in Catil.* Dummodo tua calamitas à Reipublicæ periculo seiungatur.

Seiunctio verbale, ipse seiungendi actus. Cic. 3. *de Orat.* Propositóque quid sis dicturus, & ab eo quod est dictum seiunctio, & reditus ad propositum, & iteratio, & rationis apta conclusio.

Sēĭŭs, prænomine Cneus, equi præstantissimi quidem sed infelicissimi dominus: qui ab ipso Seianus cognominatus est: de quo Gell. *lib.* 3. *cap.* 9. & Erasmus *in Adagiis*, & mox.

Sēĭānŭs equus, dictus est à Cn. quodam Seio, qui equum habuit inusita-

ta magnitudine,omnibúsque aliis equorum laudibus præstantissimum: adeò vt ex eorum genere equorum crederetur quos Hercules occiso Diomede Argos perduxit. Sed eo fato is equus fuit, vt quisquis possideret eum,is cum omni familia interiret. Primus enim huius equi dominus à M.Antonio, qui postea Triumuir constituendæ Reipub. fuit damnatus,miserando affectus est supplicio. Hunc deinde emit Cornelius Dolabella H-S.centum millibus,qui & ipse à Cassio victus, in prælio occubuit. Ab hoc ad Cassium victorem equus peruenit, qui ab Antonio victus,sibi manus intulit. Nec multo pòst Antonius victor, qui equum hunc abstulerat, ab Augusto victus simili mortis genere periit. Hinc ortum est prouerbium, vt homines calamitosi Equum Seianum habere dicerentur. Vide Gell.*lib.*3.*cap.*9.

‖ Seiux,Seiuges sex equis,&c iugati:vt seiuges currus.‖

Selago,inis,herba est sabinæ similis, quam Druidæ certa superstitione lectam, solo fumo omnibus oculorum vitiis mederi tradiderunt. Vide Plin.*lib.*14.*cap.*11.

Sĕlēnītes, σελωίτης, gemma in Arabia nascens, ex candido translucens melleo fulgore, imaginem Lunæ continens, reddénsque eam in dies singulos crescentis, minuentísque numero. Autor Plin.*lib.* 37.*cap.*10.

Selenus,vide *Selinus.*

Sĕlĕucĭă,σελδύκεια,Syriæ Antiochenæ oppidum est, ab Antiocho Seleuci filio conditum:de quo Plin.*lib.*5.*c.*21. ¶ Est & Seleucia alia ad Euphratem:tertia ad Belum amnem:quarum meminit idem Plin.*lib.*5.*cap.*23. Rursus alia Ciliciæ,Trachiotis cognominata, ad Calicadnum amnem, teste eodem Plin.*lib.*4.*cap.*27.

Sĕlĕucŭs,σέλδυκ@-. Fuit vnus ex principibus Alexandri, qui primus post Alexandri mortem regnauit in Syria annos quadraginta. Fuerunt & alii Seleuci.Vnus Mathematicus,cuius meminit Sueton. *in Othon.c.*4. Fuit & Rex vnus huius nominis. Plaut. *Milit. sc.*1.*a.*1.Rex Seleucus me orauit,&c.

Selge, σέλγη,vrbs Pisidiæ, quam Strabo *lib.*12. laudat, ἐκ τῆς πολιτείας νομίμως.

Selibra,semilibra.{ἡμίλιτρον.GALL.*Demie liure.*ITAL.*Mezza libra.* GER. Ein halb pfund. HISP. *Media libra.* ANGL. *An half pound weight.*} Liu.5.*ab Vrbe*,Selibra farris.Gell.*lib.*7.*c.*18. Darent argenti pondo, libram scilicet & selibram.

SĔLIGO,egi,ctum.Seorsum colligo,secerno. {בחר *bachár.*ἀπολέγω, ἀποκρίνω.GALL.*Eslire & mettre à part.*ITAL.*Far la scelta,discernere.*GERM. Rabend sich lasen/außerlasen/ausserkoren.HISP.*Apartar lo mejor.*ANGL. *To cull.to choose or pike out.*}Cic.*de optimo gener.* Quæ exempla selegissem,nisi vel nota esse arbitrarer,vel posse eligere qui quærerent. Ouid. 3.*Amor.Eleg.*10.

Quicquid eris, mea semper eris, tu selige tantùm:
Me quoque velle velis, ánne coactus amem.

Cic.*in Orat* Nec verò vtetur imprudenter hac copia,sed omnia expendet ac seliget.

Sĕlēctĭo,nis,verbale,actus seligendi. {מבחר *micbchár.* ἐκλογή, ἀπόκρισις. GALL.*Eslite & choix.*ITAL.*Scelta di cose che si mettono à parte.*GER. Ein außlesung/ausserkorung.HISP.*Apartamiento de lo mejor.* ANGL.*A culling or choosing out.*}Cic.2.*de finib.*Dum etiam in vna virtute sic esse omnia voluerunt, vt eam rerum selectione expoliarent: nec ei quicquam aut vnde oriretur darent,aut vbi inniteretur. Idem 3. *de Legib.* Selectio vitiorum.

Sĕlēctŭs, a, um, participium,Secretus,seiunctus. {נבחר *nibchár.* ἐξειλεγμέν@-,ἀπεκκεκριμέν@-.GALL.*Esleu parmi d'autres, & mis à part.* ITAL. *Eletto,posto da parte.*GERM.Rabend sich gelasen/ausserlasen.HISP.*Cosa assi escogida y apartada y puesta à parte.* ANGL. *Choosed out.*}Cic.1. *de nat.deor.*Itaque in illis selectis eius breuibúsque sententiis, quas appellat κυρίας δόξας, hæc,vt opinor, prior sententia est,Quod beatum & immortale est, id nec habet,nec exhibet cuiquam negotium. Ouid.5. *Fastor.*

Romulus hoc vidit, selectáque corpora patres
Dixit: ad hoc vrbis summa relata noua est.

Plaut.*Most.sc.*1.*a.*1.Nec tam selectis, quàm tu viuere victibus. (omnes possunt,sup. ¶ Selecti iudices.Cic.*pro Cluent.* Deinde Prætores tantùm vrbani,qui iurati debent optimum quenque in selectos iudices referre, nunquam sibi ad eam rem Censoriam ignominiam impedimento esse oportere duxerunt. Horat.1.*Serm.saty.*4.

——— *& siue iubebat*
Vt facerem quid: habes aurem quo facias hoc,
Vnum ex iudicibus selectis obiiciebat,

id est,ex Equestri ordine.

Sĕlīnis.σελινίς,vrbis nomen iuxta Lilybæum, à selino, quòd ibi plurimum nascatur. Autor Seru.in illud Virg.3.*Æneid.*

Téque datis linquo ventis palmosa selinis.

Sĕlīnum.σέλινον,à Græcis appellatur,herba notissima, quam Latini apium nominant. ¶ Inde fiunt composita petroselinum, hipposelinum, & eleoselinum:de quibus egimus suis locis.

Sĕlīnūs,σελινοῦς, duorum fluuiorum nomen in Asia,qui in mare influentes Dianæ Ephesiæ templum vtrinque complectuntur. Vide Plin.*lib.*5.*cap.*29. ¶Est & Selinus,alius in Ægiorū agro,qui est in Achaia propriè dicta. ¶ Item alius in Elide. ¶ Rursus alius in Sicilia, iuxta Megara & Hyblam montem: quorum omnium meminit Strab.*lib.*8.

Sĕlīnūsĭŭs,a,um,adiect.σελινούσι@-:vt,Terra Selinusia,quæ à Galeno *lib.*9. *simpl.*inter medicamenta ophthalmica ponitur.

Sĕlĭquāstră,(inquit Festus)sedilia appellantur antiqui generis, d litera in l,conuersa,sicut & in sella,& in solio factum est, quæ omnia à sedendo dicta sunt.

SĔLLĂ,æ,Sedes.{מושב *moschab.*ἕδρα,καθέδρα,θρόν@-. GALL. *Vne selle, vn banc.*ITAL.*Sedia.*GERM. Ein sitz/sessel.HISP.*Assiento.silla.*ANG. *A steole,chayre or seate.*} à sedendo dicta,quasi sedda καὶ ἀντίστοιχον. Seddam enim dixere antiqui quam nos sellam,inquit Terent.Scaur.*de Orthogr.* Plaut.*Curc.sc.*3. *a.*2. Datin' isti sellam vbi assidat ocyus? (de lasso & ægro.) ¶ Sella curulis quid,Gell.*cap.*8.*lib.*3.Sella castrensis,item,Sella Curulis,Suet.*in Galba.cap.*18.*lib.*3.Item,Sella adoperta incedere. Idem *in Aug.c.*63.Et,Sella muliebri abditus.Idem *in Othon.cap.*6.Et Quint. Sellam Curulem Prætoris frangit Consul. Plin. *de vir.illustr.* P. Decium Prætorem transeunte ipso sedentē iussit assurgere, eique vestem scidit, sellam concidit: nequis ad eum in ius iret, edixit.

Sĕllŭlă. diminutiuum à sella. ἑδράριον. Corn.Tacit. *lib.* 20. In domum vxoris sellula defertur.

Sĕllārĭă, æ, dicta sunt loca, in quibus sedes disponi solebant. {ἐξέδρα. ITAL. GALL.*Vn lieu en la maison où sont sieges arrangez de tous costez. Luogo doue si pongono più sedie.*GERM.Ein orth dahin man die sessel oder stul stelt.HISP.*Lugar donde estan las sillas.* ANGL.*Places wher in seates ar sett in all partes.*}Plin.*lib.*34.*c.*8.Atque ex omnibus quæ retuli clarissima quæque in vrbe,iam sunt dicata à Vespasiano principe in templo Pacis,aliisque eius operibus,violentia Neronis in vrbem conuecta, & in sellariis domus aureæ disposita. Suet.*in Tib.* Secessu verò Capreensi,etiam sellariam excogitauit, sedem arcanarum libidinum.

Sĕllārĭŏlă,diminut.Martial.*lib.*5.

——— *In sellariolis vagus popinis.*

Sellularius, a, um, vt, sellularius quæstus. Gellius *cap.* 1. *lib.*3. Negotiis se plerumque vmbraticis, & sellulariis quæstibus intentos habent.

Sĕllŭlārĭī,opifices, qui sedendo opus faciunt:quos Liu.*lib.*8. scribit militiæ minimè aptos. {ἑδραῖοι GALL.*Qui gaignent leur vie faisans leurs besongnes assis.* ITAL.*Chi guadagnano facendo l'arte sua sedendo.* GERM. Der auff dem stul/das ist/sitzlingen sein arbeit volbringt. HISP. *Los que ganan trabajando assentados.* ANGL.*VVorkmen that worketh sitting.*} Quia (inquit) opificum quoque vulgus, & sellularij,minimè militiæ idoneum genus,exciti dicuntur.Iidem & sedentarij à quibusdam appellantur, vt suprà docuimus suo loco.

Sellæ,oppidum est Epiri,cuius incolæ Sellani dicuntur. Lucan.*lib.*3.

——— *Quercúsque silentes*
Chaonio veteres liquerunt vertice Sellæ,&c.

Sĕlymbrĭă,σηλυμβρία,ciuitas Thraciæ ad Propontidem,propinqua Byzantio,teste Herodoto *lib.*6.

Sĕmbĕllă,libræ dimidium,quasi semilibella.ἡμιλιτρον. Varro *lib.*4.*de lingua Latina.*

Sĕmĕl,aduerb. vnica vice. {פעם אחת *pahàm achàth.*ἅπαξ. GALL.*Vne fois,tout à vne fois.*ITAL.*Vna volta.*GER.Ein mal.HISP. *Vna sola vez.* ANGL. *Ones or one tym.*} Plaut. *in Capt. sc.*5. *a.*3. Satis sum semel deceptus.Ouid.*Eleg.vlt. lib.*4.*Trist.*

Barba resecta mihi bisue, semélve fuit.

¶Aliquando accipitur pro summatim,aut summa.κεφαλαιωδῶς.Quintil.Denique(vt semel finiam(sic ferè componendum quum pronuntiabis, erit. Idem, Vt semel omnia complectar. ¶ Nonnumquam & pro omnino,penitus, immutabiliter, siue irreuocabiliter poni consueuit: quia quod semel tantùm fit, non habet regressum,vt rursus fiat.Virg. 11.*Æneid.*

——— *Quid nequid tale videret,*
Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.

Ouid.*Epist.*5.

——— *nulla reparabilis arte*
Læsa pudicitia est, deperit illa seme l.

id est,omnino,prorsus.Vel,Irreuocabiliter. Sic Quintil.*lib.*1. *c.*3. Nec semel de hoc decretum erat: tricesimus dies reddebat victo certaminis potestatem,Budæus. Plaut. *Pseud.sc.*5.*a.*1. Potin' vt huic semel modò respicias? Plin. *lib.*7. *c.*34. Vir optimus semel à condito æuo iudicatus est Scipio Nasica à iurato Senatu. *Ibid.cap.*35. Pudicissima fœmina semel matronarum sententia iudicata est Sulpitia Paterculi filia. Hic particula *Semel*, affirmantis venustatem habet, vt quod verissimum esse asseuerare volumus, id semel tantùm dixisse sufficiat. Semel (inquit Ascon.)Vicinum est ad Pene nunquam.Cic.2.*Verr.*Semel ait se in vita pertimuisse tum quum primùm à me reus factus sit. Quasi dicat, ferè nunquam. Simile est, quòd semel in vita risisse Crassum scriberet Lucilius.Senec.*c.*1.*de tranquill.* Non tam semel, quàm per partes ostendere possum(sup.qualis sit infirmitas animi.)

Sĕmĕlē,σεμέλη, Cadmi Thebarum regis filia, ex qua Iupiter Bacchum genuit,teste Horat.1.*Carm Ode* 19.

Mater sæua Cupidinum
Thebanaque iubet me Semela puer,
Et lasciua licentia
Finitis animum reddere amoribus.

Propertius,

Narrabis Semele quàm sit formosa.

Sĕmĕlēĭŭs,a,um,adiect.Ouid.5.*Metam.*

Delius in coruo,proles Semeleia capro, &c.

SĔMĔN, inis, granum quod seritur: quasi serimen, à sero,ris. {זרע *zerah.* σπέρμα.GALL.*Semence.*ITAL.*Seme,semenza,semente.* GERM. Ein saamen HISP.*La simiente generalmente.*ANGL.*Sead* }Colum.*lib.*1.*c.*7.Et maximè vexant serui qui boues elocant, eosdémque & cætera pecora malè pascunt,nec industriè terram vertunt,longéque plus imputant seminis iacti,quàm quod seuerint,&c. Virg. 1.*Georg.*

Debita quàm sulcis committas semina,&c.

Horat.*Epod.*16.

Pinguia nec siccis vrantur semina glebis.

¶ Nonnunquam etiam de virgultis,& surculis dicitur. Virg.2.*Georg.*

Seminibus positis superest deducere terram Sæpiùs.

Colum.*lib.*3. si compluribus vindemiis eundem tenorem seruauerint, ex eiusmodi vitibus lecta semina multum, bonúmque vinum præbebunt. ¶ Est & semen frumenti genus,quod zeam ζεία appellant, simile farri. Plin. *lib.*18. *cap.* 11. Alica fit ex zea, quam semen appellamus. ¶ Translatè sumitur pro autore & causa alicuius rei. Cic. *Philipp.*2.Vt igitur in seminibus causa est arborum & stirpium:sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti. ¶ Pro Prole, Ouid.*initio lib.*3.*Fast.*

Vt huic vrbi semina magna dares.

¶ Ponitur aliquando pro genere.Suet.*in Calig.c.*25. Nec vllo firmiore iudicio sui seminis esse credebat,quàm feritatis: quæ illi quoque tanta iam tunc erat,vt infestis digitis ora & oculos simul ludentium infantium incesseret.Virg.7.*Æneid.*

——— *geminósque iugales*
Semine ab ætherio,&c.

Ouid.

Ouid. 10. *Metam.*

——— *coeúntque animalia nullo*
Cætera delicto: nec habetur turpe iuuencæ
Ferre patrem tergo; fit equo sua filia coniux,
Quásque creauit init pecudes caper: ipsáque cuius
Semine concepta est, ex illo concipit ales.

Sic Semina belli dixit Liu *lib.* 10. *dec* 4. Et vbique. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Ludi quoque semina præbent Nequitiæ. Et Quintilianus, Semina probationum spargere.

Seminiuerbius, seminans verba. Papias. Vsurpat Ambros. *lib.* 10. *ep.* 92. Quid vult hic serminiuerbius?

Sēmĭnĭum, ij, Semen, vel planta, aliúdve quidvis, quod de se aliquid potest producere. { זֶרַע *Zerāh.* σπέρμα. GALL. *Semence.* ITAL. *Seme, pianta.* GERM. Ein sämling/ darvon man etwas anders zeuget. HISP. *Simiente, planta.* ANGL. *Sead.* } Colum. *lib.* 2. Nonnũquam superfusa terra latentibus seminiis. Varr *de re rust. c.* 6 Ego, inquit, de asinis potissimùm dicam, quòd sim Reatinus: vbi optimi & maximi fiunt: è quo seminio ego hîc procreaui pullos. Plaut. *in Amph.*—anguineo Repente hostes peperit seminio. Lucr. *lib.* 3.

Denique cur acru violentia triste leonum
Seminium sequitur? vulpes dolus? & fuga ceruis
A patribus datur?

¶ Quandoque accipitur pro seminis lucro. Plaut. *in Rud.* vænundatur merces non hoc suo seminio.

Sēmĭnārĭum, ij, est locus ex quo transferuntur plantæ in aliam terram. { φυτευτήριον. GAL. *Vne pepiniere.* ITAL. *Luogo dal quale si trasferiscono le plante in altro terreno.* GERM. Ein orth in dem man iunge zweig oder setzling zeucht/ so man hernach außgraben vnd anderßwo hin setzen kan. HISP. *El almaciga para arboles.* ANGL. *A place or pedwher sead is sowen.* } Col. *lib.* 10 *de arborib. c.* 1. Qui vineam vel arbustum constituere volet, seminaria prius facere debet: sic enim sciet cuius generis vitem positurus sit. Idem *lib.* 5 *c.* 6. Operam dabit ne emortuis arboribus raresceat, ac primam quamque senio, aut tempestate afflictam summoueat, & in vicem nouellam sobolem substituat. Id autem facilè consequi poterit si vlmorum seminarium per translationem pro rei alicuius fonte & origine: idque tam in bonam partem, quàm in malam. Cic. *in Catil.* Qui nisi exeunt, nisi pereunt, etiamsi Catilina perierit, scitote hoc in Republica seminarium Catilinarium futurum. Idem 1. *Offic.* Id autem est principium vrbis, & quasi seminarium Reipublicæ. Idem *in Pisonem,* Ex illo fonte & seminario triumphorum quum arida folia laurea retulisses, quum ea obiecta ad portam reliquisti, tum tuipse de te sententiam tulisse videris, tum iudicium pronuntiauisti.

Sēmĭnārĭus, a, um, quod ad seminandum pertinet. { φυταλιώς. GALL. *Appartenant à semence.* ITAL. *Cosa pertinente à semenza.* GERM. Den saamen zugehörig. HISP. *Cosa para simiente.* ANGL. *Belonging to sead.* } Ambros. Inest nascentibus singulis aut semen, aut virtus aliqua seminaria.

Sēmentis, is, fœm. gen. Satio, seminatio { זֵרוּעַ *Zerūh* מִזְרָע *mizrāh.* σπόρος. GALL. *Semaille, semoison, le temps de semaille.* ITAL. *Il seminare, seminatura, tempo di seminare.* GERM. Säyung/saamen. HISP. *La sementera, tiempo de sembrar* ANGL. *Sowing or tyme of sowing.* } Plin. *lib.* 18. Sunt qui properent, atque ita pronuntient, Festinatum sementem sæpe decipere, serotinam semper. Col. *lib.* 13. Quibus magna sementis præparatur. Liu. Vt Campani sementem facere possent Ouid. *lib.* 1. *Fast.*

Villice da requiem terra semente peracta.

¶ Nonnunquam pro seminandi tempore Col. *lib.* 1. Prima sementis rarius serere permittit, nouissima spissiùs postulat: id est, primum tempus sationis. Idem seminari debet post æquinoctium media ferè sementi, læto solo. ¶ Ponitur aliquando pro segete, Gell. *lib.* 2. *c.* 29. In sementes fortè concesserat tempestiuiores. Facit sementis aliquando in ablatiuo sementi, & in accusatiuo sementim. Cato *c.* 27. Sementim facito ita. Colum. *lib.* 2. *c.* 12. Peracta sementi. Plaut. *Men. sc.* 7. *a.* 5. Hisce ego sementem in ore faciam, pugnósque obseram.

Sēmĭnālis e, quod ad sementem faciendam pertinet. { σπόριμος, σπερματικός. GALL. *De semence, seruant à semer.* ITAL. *Di semenza da seme.* GERM. Das man säyet. HISP. *Cosa para simiente.* ANGL. *Belonging to sowing.* } Colum *lib.* 11 *c.* 2. Viciæ pabulatis modios septem, vel octo viciæ seminalis modios quinque, vel sex.

Sēmentĭcus, a, um, quod seminari potest. { σπόριμος. GALL. *Bon à semer.* ITAL. *Buono da seminare.* GERM. Gut zusayen. HISP. *Cosa buena para sembrar.* ANGL. *That may be sowen.* } Plin. *lib.* 18. Sementica autem triticum, hordeum, fabam, napum, rapam.

Sēmentīnus, a, um adiectiuum. { ὁ καθ' ὥραν σπόρου ἀκμάζων. GALL. *Qui dure iusques aux semailles.* ITAL. *Che dura sin' al seminare.* GER. Das biß zu dem säyen währet. HISP. *Que dura hasta las sementeras.* ANGL. *That contineuw vnto seed tyme.* } vt, Sementia pyra, vel à seminum multitudine, vel quod vsque ad sementis tempus durent, dicta. Cato *c.* 7. Pyra volema, aniciana, & sementina. Feriæ sementinæ. Festus, Sementinæ feriæ fuerant institutæ, quasi ex iis fruges grandescere possent, Dies sementina, festum fuit antiquis celebratum, postquam terræ mandassent semina agricolæ. Ouid. 1. *Fast.*

Nec sementina est vlla reperta dies.

Sēmento, as, Semen produco. { הִזְרִיעַ *hizriāh.* σπερματίζω. GALL. *Ietter & produire semence.* ITAL. *Far semenza, andar in semenza.* GERM. Saamen bringen. HISP. *Sementar para simiente.* ANGL. *To beare or bring forth seed.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 28. Est in primis inutile nasci herbas sementatuias.

Sēmĭno, as, Sero, semen spargo. { זָרַע *Zarāh.* σπείρω, φυτεύω GALL. *Semer.* ITAL. *Seminare.* GERM. Säyen. HISP. *Sembrar.* ANGL. *To sow.* } Dicimus autem. Seminatur hordeum, & Seminatur ager hordeo: sicut spargitur humor, & spargitur vestis humore. Colum. *lib.* 1. *c.* 9 Seminari debet hordeum post æquinoctium. Idem *lib.* 3. *c.* 8. Ne seminarentur agri. ¶ Semino, pro gigno. Virg 6 *Æneid.*

Quale solet syluis brumali frigore viscum,
Fronde virere noua, quod non sua seminat arbos.

Col. *lib.* 6. *c.* 24. de tauris, Vnúmque marem quindecim vaccis sufficere abundè est, qui vbi iuuencam superuenit, certis signis comprehendere licet, quem sexum generauerit: quoniam si parte dextra desiluit, marem seminasse manifestum est: si læua, fœminam. Plaut. *in Amph.* Alter decumo post mense nascetur puer, Quàm seminatus. Per translationem significat spargo, diuulgo. διασπείρω. Lactant. *lib* 4. Et cultum Dei per totam terram seminaret. Huius composita sunt, Dissemino, & Insemino: de quibus suprà suis locis.

Sēmĭnātio, nis, verbale, Satio. { מִזְרָע *mizrāh.* σπορά. GALL. *Semement, le faict de semer.* ITAL. *Esso seminare.* GERM. Säyung. HISP. *Sembradura.* ANGL. *A sowing.* } Varro *de re rust. cap* 6. Ad seminationem onagrus idoneus, quod è fero fit mansuetus facilè, & è mansueto ferus nunquam.

Sēmĭnātor, is, qui serit, seminátve. { זוֹרֵעַ *Zoréah.* σπορεύς. GALL. *Semeur.* ITAL. *Seminatore.* GERM. Ein säer/oder sehman HISP. *Sembrador.* ANG. *A sower.* } Cic. 2. *de nat. deor.* Omnium autem rerum, quæ natura administrantur seminator, & sator & parens, vt ita dicam, atque educator, & altor est mundus: omniáque, sicut membra sua, & partes suas nutricatur, & continet.

Semenstra, liber in quo actiones sex mensium continentur. Papias. leg. *Semestria.*

Sēmestris, quod est sex mensium: vt, Semestris Tribunatus. { ἑξαμηνιαῖος. GALL. *De six mois, semestre.* ITAL. *Di sei mesi.* GERM. Sechs monat wärend. HISP. *Cosa que dura seis meses.* ANGL. *Of six monethes.* } Plin. *Epist.* 96. Hunc rogo semestri Tribunatu splendidiorem & sibi, & auunculo suo facias. Idem *lib.* 10. *cap.* 25. Temporum magna differentia auibus: perennes, vt columbæ: semestres, vt hirundines: trimestres, vt turdi, & turtures: & quæ quum fœtum eduxere abeunt, vt galguli, vpupæ. ¶ Semestre regnum, Cicero *Attic. lib* 10. Sed tamen ea pone ante oculos, iam intelliges id regnum vix semestre esse posse.

Semet, ἑαυτὸν, Pronomen accusatiui, vel ablatiui casus, à Suimet genitiuo. Suetonius *de clar. Gram.* Ab semet nominatus. Liu. 2. *ab Vrbe,* Timens sciscitari vter Porsena esset, ne ignorando regem semet ipse aperiret quis esset.

Sēmĭgro, as, ad seorsum habitandum me confero. { ἀποικίζω. GALL. *Se retirer ou partir & aller demeurer en autre lieu.* ITAL. *Partirsi.* GERM. Näbend sich an ein sonder orth ziehen. HISP. *Partirse ò mudar casa con otro.* ANGL. *To go dwell a part.* } Cicero *Cæl.* Reprehendistis, à patre quòd semigrarit: quòd quidem in hac ætate minimè reprehendendum est.

‖ Semiphōrus, signifer, vexillifer, L. g. b. ‖

Sēmīrāmis, mis, vel midis, σεμίραμις. Fuit nomen Assyriorum reginæ, Nini regis vxoris, mulierum omnium, quarum memoria ad nos peruenit, clarissimæ: quæ post viri obitum, quòd intelligeret Assyrios grauatè mulieris imperium passuros, dissimulato illius obitu, personam eius assumpsit, donec Ninus filius adolesceret, regnóque administrando idoneus fieret. Hæc Babylonem muro lateritio cinxisse dicitur, & subactis vicinis regni sui terminos latissimè propagasse. Verùm eadem tam portentosæ libidinis fuisse traditur, vt & filij concubitum expetierit, & equum vsque ad coitum adamasse dicatur. De hac Plutarchus in Apophthegmaticis sic scribit, Semiramis sepulchro, quod sibi construxerat, hanc addidit inscriptionem, Quicunque rex pecuniis indiguerit, patefacto monumento, quod voluerit accipito. Qua spe adductus Darius, sublato lapide, pecuniarum nihil inuenit, sed alias reperit litteras in hanc sententiam, Ni malus vir esses, ac numis insatiabilis, cadauerum loculos non moueres. ¶ Semiramis lingua Syriaca, auem significat. Namque ab auibus, adhuc infans nutrita dicitur. Scribit Valer. Maxim. *lib.* 9 *cap.* 3. aliquando quum circa cultum corporis occupata esset, & nuntiaretur ei Babylonem defecisse, soluta ad altera parte crinium, protinus ad eam expugnandam cucurrisse, nec prius decorem capillorum redegisse in ordinem, quàm tantam vrbem in suam potestatem restituisset. Exercitum ipsius sic describit Suidas, Peditatus centum millia, equitatus centum myriades, falcatorum autem curruum decies decem millia. Virorum in camelis pugnantium par numerus: aliorum verò camelorum (ad quodcunque indigebat opus) vicies dena millia. Terga verò boum excoriatorum tricies dena millia. Naues verò, in Bactris fabricatæ ter mille. Et multa alia, quæ prosequitur admiranda.

Sēmĭānĭmis, & cætera à semis composita. Vide *Semis.*

Sēmis, cuiuscumque rei dimidium. { ἥμισυς, ἡμίσεια, ἥμισυ. GALL. *Demi.* ITAL. *Metà, mezzo.* GERM. Das halb eines jeden dings. HISP. *La mitad de qualquier cosa.* ANGL. *The half or moitie.* } Dicitur quasi semi as. itaque pro dimidio asse. hoc est, sex vnciis, & dimidia libra ponitur { ἡμίλιτρον. GALL. *La moitié d'vne liure demi liure.* ITAL. *La metà della libra, mezza libra.* GERM. Ein halb pfund HISP *La mitad de la libra ò seis onças.* } Quandoque etiam significat dimidium & indeclinabile est: vt duos & semis cubitos habet. Quandoque *semissis* genitiuum facit. id vide.

Sēmēsus, a, um, Semicomestum. { ἡμίβρωτος. GALL. *A demi mangé.* ITAL. *Mezzo mangiato.* GERM. Halb geessen/ benaget. HISP. *Cosa medio comida.* ANG. *Half eaten.* } Eadem enim forma dicitur qua ambesum, & comesum. Suet. *in Tiberio c.* 54. Solennibus ipse cœnis pridiana sæpè, ac semesa opsonia apposuit. Virg. 8. *Æneid.*

Ossa super recubans antro semesa cruento.

Horat. 2. *Sermon Sat.* 6.

——— *Semesaque lardi*
Frusta dedit.

Silius *lib.* 16.

——— *nunc fractis ossibus atram*
Absorbet saniem, & tabo manante per ora,
Mutat hians hostem, semesaque membra relinquit.

Sēmĭānĭmis, e, vel Semianimus, a, um, Semiuiuus, siue semimortuus. { ἡμιθανής. GALL. *A demi mort.* ITAL. *Mezzo morto, tramortito.* GERM. Halb todt. HISP. *Medio muerto.* ANGL. *Half quick or half ead.* } Plin. *de Viris illustribus.* Ipse cum trecentis pugnans cecidit, & postea ab Attilio semianimis inuentus, & sanatus, magno postea terrori hostibus fuit. Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 3.

Illa dolore amens tenebris narratur obortis.

Semianimis media procubuisse domo.
Virg. 11. *Æneid.*
Semianimes voluuntur equi, pugna aspera surgit.
Lucr. *lib.* 6.
Languida semianimo cum corpore membra videres
Horrida pædore, & pannis cooperta perire
Corporis illuuie.

Sēmĭăpertus, a, um, dimidiata sui parte apertum. {ὑπάνοικτον. GALL. *A demi ouuert* ITAL. *Mezzo aperto* GERM. Halb offen. HISP. *Medio abierto ò entreabierto.* ANGL. *Half open.*} Liu. 6. *bell. Pun.* Paucos ex multis trepida fuga incedentes, semiapertis portarum foribus in vrbem compulit.

Sēmĭassus, a, um. {ἡμίοπτος. GALL. *A demi rosti.* ITAL. *Mezzo arrostito.* GERM. Halb gebraten. HISP. *Medio assado.* ANGL. *Half rosted.*} Cicer. 1. *Tuscul.* Heu reliquias semiassi Regis denudatis ossibus, Per terram sanie delibutas fœdè diu vexarier. Ex poëta quopiam vetusto.

Semiambustus, a, um. Suet. *in Calig. c.* 59. Cadauer eius clam in hortos Lamianos asportatum, & tumultuario rogo semiambustum leui cespite obrutum est.

Sēmĭbarbărus, Iulius Capitolinus *in Maximino*, Hic adolescens & semibarbarus. Suet. *in Cæs. c.* 76. Ciuitate donatos & quosdam è semibarbaris Gallorum recepit in Curiam.

Sēmĭbos, ouis, Epitheton est Minotauri, quem Poëtæ fingunt, dimidia sui parte bouem fuisse. {ἡμίβους. GALL. *A demi bœuf.* ITAL. *Mezzo boue.* GER. Halb ein rind oder ochs. HISP. *Medio buey.* ANGL. *Half an oxe or cowe.*} Ouid. 4 *Trist. Eleg.* 6.
Centimanúmque Gygen, semibouémque virum.

Sēmĭcăpĕr, huius semicapri, Faunorum & Satyrorum epitheton est, qui inferiore sui parte capris similes pinguntur. {ἡμίτραγος. GALL. *A demi bouc.* ITAL. *Mezzo capra.* GER. Halb ein bock. HISP. *Medio cabron.* ANG. *Half à goate.*} Ouid. 5. *Fast.*
Semicaper coleris succinctus Faune Lupercis.
Deus semicaper, idem 4. *Fast.*
——— *Pan semicaper.*
idem 14. *Metam.*

Semicaput, dimidium caput. Vide *Sinciput.*

Sēmĭcinctĭum, ij, Succinctorium, quòd medium hominem cingat & vestiat. {אזור *ezór* חגור *chagór* חגורה *chagoráh*. ὑπόζωμα. GALL. *Vn demi ceint.* ITAL. *Cintura.* GER. Ein schurtz so nur den halben menschen niderſich bedeckt. HISP *La cinta para ceñir.* ANGL. *An apron or any such thing*} Est enim genus vestis breuissimæ, quo venter, & velanda teguntur. Apud Martial *lib.* 14. de semicinctio tale est epigramma,
Det tunicam diues, ego te præcingere possum,
Essem si locuples, munus vtrunque darem.

Sēmĭcircŭlus, medius circulus. {ἡμικύκλιον. GALL. *Demi cercle.* ITAL. *Mezzo circolo.* GERM. Ein halber ring oder cirkel. HISP. *Medio circulo.* ANGL. *An half circle.*} Colum. *lib.* 5. *c.* 2. Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus, aut rotundus, aut etiam semicirculi, vel arcus, nonnunquam etiam plurium angulorum formam exhibet. Cic. 5. *de finib.* Quúmque non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes circulos, & semicirculos consectari.

Sēmĭcircŭlāris, e, mediam circuli formam habens. {ἡμικύκλιος. GALL. *Demi rond.* ITAL. *Mezzo rotondo.* GERM. Das ein gestalt hat wie ein halber circkel. HISP. *Medio redondo.* ANG. *Half round.*} Colum. *lib.* 1. *c.* 2. Semicircularis agri forma.

Semicirculatus, ἡμικυκλοειδής, dimidij circuli figuram habens. Cels. *lib.* 7. *c. de calculo*, Meges ferramentum fecit rectum, in summa parte labrosum, ima semicirculatum acutúmque.

Sēmĭcoctus, a, um, Semicrudus, dimidia ex parte coctus. {ἡμίεφθος. GALL. *A demi cuit* ITAL. *Mezzo cotto* GERM Halb gekochet. HISP. *Medio cozido.* ANG *Half sodden.*} Colum. *lib.* 8. *c.* 5. Semicoctum hordeum. Et apud Plin. *lib.* 22. *cap.* 25 Semicocta aqua.

Sēmĭcrĕmātus, a, um. {ἡμιφλεκτος, ἡμίπυρος. GALL. *A demi bruslé.* ITAL. *Mezzo abbruciato.* GERM Halb verbrennt. HISP. *Medio quemado.* ANG. *Half burnt.*} Ouid. *in Ibin*, Membra feras Stygiæ semicremata neci. Martial. *lib.* 11.
Thuraque de medio semicremata rogo.
Dicitur & Semicremus, pro eodem Ouid. 2. *Metam.*
Semicremóque nouat repetitum stipite vulnus.
id est, dimidia ex parte cremato.

Sēmĭcrūdus, a, um. {ἡμίωμος. GALL. *A demi cru.* ITAL. *Mezzo crudo.* GERM. Halb rouw. HISP. *Medio crudo.* ANGL. *Half rawe.*} Colum. *lib.* 6. *cap.* 26. Si iam tali vitio laborant, lupini semicrudi conteruntur, & offæ saliuati more faucibus ingeruntur. Stat. 4. *Syl.* Quid si quum bene malè semicrudus Illatam tibi dixero salutem. Sueton. *in Aug. cap* 1. Nunciata repente hostis incursione, semicruda exta rapta foco prosecuit.

Semicubitalis, e. Liu. *lib.* 2. *decad.* 5. Vt palmæ spiculum hastili semicubitali infixum.

Semicupium, vas in quo homo potest resupinatus iacere in modo lintris. Papias.

Sēmĭdĕus, adiect. q. dimidius Deus, herus. {ἡμίθεος. GALL. *Demidieu.* ITAL. *Mezzo dio.* GERM. Halb ein gott. HISP. *Medio dios y medio hombre* ANGL. *Half à god.*} Lucan. *lib.* 8.
Nos in templa tuam Romana accepimus Isin,
Semideóque canes.
Ouid. *in Ibin,*
Vos quoque plebs superûm Fauni, Satyrique,
Fluminaque, & Nymphæ, semideúmque genus.
Reges semidei, Stat. 2. *Achil.*

Sēmĭdoctus, mediocris eruditionis. {ἡμιμαθής. GALL. *A demi sçauant.* ITAL. *Mezzo dotto ciò è non molto.* GER. Halb gelehrt. HISP. *Medio enseñado.* ANGL. *Of half learning.*} Cic. 2. *de Orat.* Hæc vt & properans & apud doctos, & semidoctus ipse percurro, vt aliquando ad illa maiora veniamus. Gell. *c.* 7. *lib.* 16. Non vt ipsi nouitij semidocti dicunt, &c. Et Plaut. *Asin. sc.* 7. *a.* 1. Discipulum à te semidoctum semoues, &c.

Sēmĭermis, e. {ἡμίοπλος. GALL. *A demi armé.* ITAL. *Mezzo armato, disarmato.* GERM. Halb gewaffnet oder gerüst. HISP. *Cosa medio armada.* ANGL. *Half armed or weaponed.*} Liu. 2. *bell. Pun.* Binis in castris quum multitudo semiermis, sine ducibus esset, nuntium qui in maioribus erant, mittunt. Idem *lib.* 6. *decad.* 4. Semiermes milites dixit, nisi sit mendum.

Sēmĭfactus, a, um. {ἡμιτελής. GALL. *A demi fait.* ITAL. *Mezzo fatto.* GERM. Halb gemacht. HISP. *Cosa medio hecha.* ANGL. *Half made.* Tacit. *lib.* 15. Semifacta opera fuga perrupit.

Semifalarica, vide infrà *Semiphalarica.*

Sēmĭfĕr, a, um, vel semiferus, ex dimidia parte ferus. {ἡμίθηρ, ἡμίθηλος, ἡμάγριος. GALL. *A demi sauuage.* ITAL. *Mezzo saluatico.* GERM. Halb grimm oder wild. HISP. *Cosa medio fiera, medio mansa.* ANGL. *Half wilde.*} Ouid. 2. *Metam. de Chirone centauro,*
Semifer interea diuinæ stirpis alumno,
Lætus erat.
Plin. *lib.* 8. *c.* 57. Semiferum & ipsum animal, cui viuaria in doliis idem qui apris instituit.

Sēmĭfĕrus, idem ἡμίθηρ. vt, Centaurus, quasi medius equus, vt inquit Seruius *in* 2. *Æneid.* Nam Centaurus, anteriore parte homo est, posteriore equus.

Sēmĭformis, e, mediam habens formam, media ex parte formatus. {ἡμίμορφος, ἡμιμόρφωτος, ἡμίτυπος. GALL *A demi formé.* ITAL. *Mezzo formato.* GERM. Halb gestaltet. HISP. *Medioformado,* ANGL. *Half formed or shaped.*} Colum. *lib.* 8. *c.* 5. Pullíque semiformes interimuntur, antequam totis partibus suis consummuntur.

Sēmĭfultus, a, um, {ἡμιστήρικτος. GALL. *A demi appuyé.* ITAL. *Mezzo sostentato.* GERM. Halb vnderstützt. HISP. *Medio sostenido.* ANGL. *Half propped.*} Mart. *lib.* 5.
Subselliòque semifultus extremo,
Et malè receptus altero genus, iactat
Equiti sedere, Lectióque se stare.

Sēmĭgermānus, {ἡμιγέρμανος. GALL. *A demi Aleman.* ITAL. *Mezzo Tudesco.* GERM. Halb Teutsch. HISP. *Medio Aleman.* ANG. *Half a Ducheman or Aleman.*} Liu. 1. *bell. Pun.* Vtique quum quæ ad Appenninum ferunt, obsepta gentibus semigermani fuissent.

Sēmĭgræcus, {ἡμιέλλην. GALL. *A demi Grec.* ITAL. *Mezzo Greco.* GER. Halb Griechisch. HISP. *Medio Griego.* ANGL. *Half à Greck.*} Varr. 2. *de re rust. c.* 1. vt semigræcis pastoribus dicam Græcè.

Sēmĭgrăuis, e. {ἡμιβαρής. GALL. *A demi pesant & chargé.* ITAL. *Mezzo graue & caricato.* GERM. Halb schwärfertig. HISP. *Medio graue y cargado.* ANGL. *Half weightie or heauie.*} Liu. 5. *bell. Pun.* Quia magna pars in turribus epulati aut sopiti vino erant, aut semigraues potabant.

Sēmĭhomo. {ἡμιάνθρωπος. GALL. *A demi homme.* ITAL. *Mezzo huomo.* GERM. Ein alber mensch. HISP. *Medio hombre.* ANGL. *Half à man.*} Col. *lib.* 10. Quanuis semihominis vesano gramine fœta Mandragoræ pariant flores, mœstámque cicutam. Virg. 8. *Æneid.*
Hic spelunca fuit vasto submota recessu
Semihominis Caci.

Sēmĭhōra, æ. Horę vnius spatium dimidium. {ἡμιώριον. GALL. *Demi heure.* ITAL. *Mezza hora.* GERM. Ein halbe stund. HISP. *La metad de vna hora, ò media hora.* ANGL. *An half houre.*} Cic. *pro Rabir. perd. reo*, Nunc quoniam Tite Labiene diligentiæ meæ temporis angustiis obstitisti, méque ex comparato & constituto spatio defensionis in semihoræ circulum coëgisti, parebitur, & quod iniquissimum est, accusatoris conditioni: & quod miserrimum, inimici potestati. Plin. *lib.* 22. *cap.* 9 Omne autem curatur recens præligato ore, lino crasso, demissum in feruentem aquam semihora.

Seminanis, pro Semiinanis. Plin. *lib.* 2. *cap.* 18. Itaque in quadrato Solis diuidua est. In triquetro seminani ambitur orbe, impletur autem in aduerso de luna.

Sēmĭiūgĕrum. i, ἡμιπλέθριον. GAL. *Arpent de terre.* ITAL. *Mezzo vn campo.* GERM. Ein halbe iouchart. HISP. *La metad de vna huebra de tierra.* ANGL. *Half so much land as two oxen yoked can plough in a day.*} Colum. *lib.* 5. *c.* 1. At Galli candetum appellant in areis vrbanis spatium centum pedum: in agrestibus autem pedum CL. quòd aratores cadetum nominant: semiiugerum quoque arpennam vocant. Idem *lib... cap.* 18. Vel in semiiugera omnibus modis dirimatur.

Sēmĭlăcĕr. {GAL. *A demi dechiré* ITAL. *Mezzo stracciato.* GERM. Halb zerrissen. HISP. *Cosa medio despedaçada.* ANGL. *Half rent or torne.*} Ouid. 7. *Metam.*
Ille cruore fluens, subitò tamen alleuat artus,
Semilacer toto tentat consurgere.

Semilater, dimidius later. Gloss. ἡμιπλίνθιον semilateres.

Sēmĭlīber. {ἡμιελεύθερος. GALL. *A demi libre, ou en liberté.* ITAL. *Mezzo libero.* GERM. Halb frey HISP. *Cosa medio libre.* ANGL. *Half free.*} Cic. *Attic. lib.* 13. Obsecro abiiciamus ista, & semiliberi saltem simus: quod assequemur & tacendo & latendo.

Sēmĭlixa, æ, masc. gen. q. dimidius lixa: vilis homo. ἡμιστρατοφόρος. Liu. 8. *bell. Pun.* Sed illi primùm non Annium Vmbrū semilixā, nominis etiam abominandi ducem, sed Decium Iubelium Tribunum militum sequuti sunt. Vide *Lixa.*

Semilixula, ein sudelkoch.

Sēmĭmădĭdus, adiectiuum. {ἡμίβροχος. *A demi moite, à demi mouillé & trempé.* ITAL. *Mezzo bagnato.* GERM. Halb naß. HISP. *Cosa medio amojada.* ANGL. *Half wett.*} Colum. *lib.* 2. *cap.* 4. Sed quandoque arabitur, obseruabimus ne lutosus ager tractetur: néve exiguis nimbis semimadidus.

Sēmĭmărīnus, adiectiu. {ἡμιθαλάσσιος. GALL. *A demi marin.* ITAL. *Mezzo marino.* GERM. Halb deß meers HISP. *Medio marino, ò de mar.* ANGL. *That belongeth half to the sea.*} Lucr. *lib.* 5.
Aut rapidis canibus succinctas semimarinis
Corporibus Scyllas.

Sēmĭmās, aris, mascul. gen. q. dimidius mas. Castratus, euiratus. {ἡμίανδρος. GALL. *A demi masle, chastré.* ITAL. *Castrato, mezzo maschio.* GERM. Ein halber mann/verschnitner. HISP. *Cosa medio mascula.* ANG. *Half gelded.*} Varr. 3. *de re rust. c.* 8. E queis tribus generibus proprio nomine vocantur fœminæ, quæ sunt villaticæ gallinæ, mares galli, capi semimares,

semimares, quòd sunt castrati. Liu. 1. *bell. Maced.* Ante omnia abominati semimares, iussique in mare, extemplo deportari. Ouid. 1. *Fast.*

Semimaris flammis viscera libat ouis.

Idem 4. *Fast.*

Ibunt semimares, (Galli sup.) *& inania tympana tundent.*

¶ Semimares item dicuntur androgyni, vtrunque habentes sexum. Idem 4. *Met.* de Hermaphrodito,

Ergo vbi se liquidas, quo vir descenderet vndas
Semimarem fecisse videt.

Semimetrum, dimidium metrum. Papias: Semimetrum imperfecta mensura, q. Semis metron.

Sēmĭmĭtræ. Vlpian. *D. lib.* 34. *titul.* 2. *lib.* 25. Ornamentorum hæc vittæ, mitræ, semimitræ, calantica.

Sēmĭmŏrtŭŭs, a, um. { ἡμιθανής. GALL. *A demi mort.* ITAL. *Mezzo morto.* GERM. Halb gestorben/halb todt. HISP. *Cosa medio muerta.* ANGL. *Half dead.* } Catul. *ad Licinium, Epig.* 48.

At defessa labore membra, postquam
Semimortua lectulo iacebant.
Hoc Iucunde tibi poëmata feci,
Ex quo perspiceres meum dolorem.

Sēmĭnĕcēs, Semimortui: propriéque de iis dicitur qui graui vulnere accepto morti sunt vicini. { ἡμιθανεῖς. GALL. *A demi morts.* ITAL. *Mezzo morti.* GER. Halb tod. HISP. *Cosas medio muertas y medio viuas.* ANGL. *Half dead.* } Liu. 9. *bell. Pun.* Tandem postquam ij qui circa regem seminecem restantem, deinde pilo terræ affixum pugnabant, obruti telis occubuerunt. *Ibid. lib.* 3. Seminecem eum ad Cannas in aceruo cæsorum corporum inuentum, curatúmque benignè etiam cum donis Annibal domum remiserat. Ouid. 1. *Metam.*

Atque ita semineces partim feruentibus artus
Mollit aquis: partim subiecto torruit igni.

Sēmĭnūdŭs, adiect. { ἡμίγυμνος. GALL. *A demi nud.* ITAL. *Mezzo nudo.* GERM. Halb bloß oder nackend HISP. *Cosa medio desnuda.* ANGL. *Half naked.* } Liu. 9. *ab vrbe*, Primi consules propè seminudi sub iugum missi: tum vt quisque gradu proximus erat, ita ignominiæ obiectus.

Sēmĭŏbŏlŭs, Oboli dimidium: & per translationem quæuis res vilissima. { ἡμιωβόλιον. GAL. *Demi denier, vne maille.* ITAL. *Mezzo danaro.* GER. Ein halber heller, HISP. *Medio dinero.* ANGL. *Half a farthing.*

Sēmĭpāgānŭs, i. adiect. { ἡμιδιώτης, ἡμιάγροικος. GALL. *A demi rustique.* ITAL. *Mezzo rustico.* GERM. Ein halber baur oder dorffman. HISP. *Medio aldeano.* ANGL. *Half an vplandish man.* } Pers. *prologo*,

——— *ipse semipaganus*
Ad sacra vatum carmen affero nostrum.

Sēmĭpătĕr, (quod hic corruptè legebatur) vide *Semicaper.*

SĒMĬPĒS, edis, & masc. gen. Mensura dimidiati pedis, hoc est, digitorum octo. { ἡμίπους. GALL. *Demi pié* ITAL. *Mezzo piede, di misura.* GERM. Ein halber schuch. HISP. *Cosa de quantidad de medio pie.* ANGL. *The measure of an hal foote.* } Plin. *lib.* 12. *cap.* 18. Casiæ colos triplex. Quum primùm emicat, candidus, pedali mensura: deinde rubescit addito semipede: vltra nigricans.

Sēmĭpĕdālĭs, e, quod dimidij pedis longitudinem habet. { ἡμιποδιαῖος. GALL. *De demi pié.* ITAL. *Di mezzo piede.* GERM. Halb schuchig. HISP. *De medio pie.* ANGL. *Of the measure of halfa foote.* } Plinius *lib.* 14. *cap.* 4 Semipedales ramorum relinquentes truncos. Idem *lib.* 36. *cap.* 25. Materia crassitudine semipedali ad regulam & libellam exigitur.

Sēmĭpĕrfĕctŭs. Sueton. *in Caligula*, Opera sub Tiberio semiperfecta absoluit.

Semiphalarica, teli genus siue gladij est. Gell. *cap.* 25 *lib.* 10. Hasta, pilum, phalarica, Semiphalarica soliferrea, &c.

Sēmĭplăcēntīnŭs, Cic. *in Pisonem*, Quum esses interrogatus, quid sentires de Consulatu meo, grauis autor, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæsonius semiplacentinus Caluentius, respondes, alterò ad frontem, &c. vbi Pisonem Cic. vocat Semiplacentinum, quòd matrem ex Placentino municipio habuerit.

Sēmĭplăgĭum, ij, Paruum rete. ἡμιδίκτυον.

Sēmĭplēnŭs, a, um. { ἡμιπλεος. GALL. *A demi plein.* ITAL. *Mezzo pieno.* GERM. Halb voll. HISP. *Cosa medio llena, medio vazia.* ANGL. *Half full.* } Fulu. *lib.* 5. *bell. Pun.* Qui improuisò adorti semiplenas stationes, & adapertas fores portæ, qua paulò antè excurrerant armati, haud magno certamine Nassum cepere. Semiplenæ nares, Cic. 7. *Verr.* Semiplenæ scrobes, Colum. *lib.* 5. *c.* 5.

Semiplenæ legiones. Velleius.

Sēmĭpŭtātŭs, a, um. { ἡμίκλαστος, ἐκ τῶ ἡμισείας κλαδευθείς. GALL. *A demi esmondé.* ITAL. *Mezzo tagliato ò bruscato.* GERM. Halb geschnitten. HISP. *Cosa medio podada.* ANGL. *Half cut or cleansed of the branches.* } Virg. 2. *Eclog.*

Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.

Sēmĭplōtĭa, Soleæ quibus vtebantur in venando, quo planiùs pedem ponerent.

Semiplotus, a, um. Semiplota crura. Catull. breuia, sed obesiuscula. sic Scal. *in Catal.* Alij. semilauta legit.

Sēmĭquīnārĭă diuisio, Cæsuræ genus, quum post duos pedes relinquitur syllaba, partem orationis terminans. πενθημιμερής. vt arma vi-ru rúmque ca-no —. Dicta Semiquinaria, quòd constet ex duobus pedibus & semisse: quod est dimidium quinque pedum ¶ Semiseptenaria autem diuisio, dicitur quum post tres pedes similiter relinquitur syllaba, partem orationis terminans. ἑφθημιμερής. vt, arma vi ru rúmque ca-no Tro—iæ.

Sēmĭrāsŭs, a, um, vna parte rasus. ἡμίξυρος. GALL. *A demi rais & fondu, à demi rasé* ITAL. *Mezzo razo.* GERM. Halb beschoren. HISP. *Cosa medio raida.* ANGL. *Half shauen or shorne.* } Catul. *epig.* 55. Quam deuolutum ex igne prosequens panem à semiraso tonderetur vstore. Vbi de eo qui est extremæ sortis vltimæque conditionis. Nam seruitia ergastulorum, & pistrinorum, semirasa erant. Apuleius, frontes literati, & capillum semirasi & pedes annulati.

Sēmĭrĕdŭctŭs, adiect. { ἐξ ἡμισείας ἀνεσταλμένος. GALL. *A demi retiré.* ITAL. *Mezzo ridoto.* GERM. Halb wider vmbhin gefür:. HISP. *Medio traido.* ANGL. *Half brought againe.* } Ouid. 2. *de Arte,*

Ipsa Venus pubem, quoties velamina ponis,
Protegitur læua semireducta manu.

Sēmĭrĕfăctŭs, adiectiuum. { καὶ ἡμίσυ ἀνακατασκευασμένος. GALL. *A demi refait.* ITAL. *Mezzo rifatto.* GERM. Halb wider gemacht. HISP. *Cosa medio restaurada y rehecha* ANGL. *Half made againe.* } Ouid. *Ep.* 7.

Et socij requiem poscunt: laniataque classis
Postulat exiguas semirefacta moras.

Sēmĭrŭtŭs, a, um, quasi semidirutus. { ἡμίπτωτος. GALL. *A demi abbatu & ruiné.* ITAL. *Mezzo rotto.* GERM. Halb nider gerissen oder geschleifft. HISP. *Cosa medio derrocada.* ANGL. *Half cast downe and destroyed.* } Liu. *lib.* 2. *bell. Maced.* Purgato loco qui strage semiruti muri cumulatus erat, turrim ingentis altitudinis, magnam vim armatorum multiplici tabulato portantem, promouit. Idem 6. *bell. Pun.* Quùm vbi semirutam, ac spoliatam patriam respexerit, ingrediens Romam, &c. Lucret *lib.* 1.

At nunc semirutis pendent quòd mœnia tectis.

Sēmĭsĕnĕx, vel Semiseneus antiquè. { ἡμιγέρων. GALL. *A demi vieil.* ITAL. *Mezzo vecchio.* GERM. Halber alt HISP. *Medio viejo y medio moço.* ANGL. *Half old.* } Plaut. *in Mil.* O Lepidum semiseneum, næ si quas memorat virtutes habet, Atque equidem planè eductum in nutricatu Venereo. Alij legunt *semisenem.*

Sēmĭsĕptēnārĭă diuisio, vide suprà *Semiquinaria.*

Sēmĭsĕpūltŭs, a, um, adiect. { ἡμίταφος. GALL. *A demi enseueli, ou à demi enterré* ITAL. *Mezzo sepolto.* GER. Halb begraben. HISP. *Medio enterrado.* ANGL. *Half buried.* } Ouid. *Ep.* 1.

Semisepulta virûm curuis feriuntur aratris
Ossa: ruinosas occulit herba domos.

Sēmĭsŏmnŭs, a, um. Vixdum experrectus, somno plenus. ἡμίυπνος. GAL. *A demi endormi.* ITAL. *Che si risueglia con il sono à gli occhi.* GERM. Halb entschlaffen. HISP. *Cosa medio adormescida.* ANGL. *Half sleeping, half waking, in a slumber.* } Cic. *ad Marium lib.* 6. Quum illi interea, qui te istic reliquerunt spectarent communes mimos semisomni. Liu. *lib.* 9. *ab Vrbe*, Fuga cuncta complentur, portæque à semisomnis, ac maxima parte inermibus refringuntur. Tacit. *lib.* 1. Sine vulnere milites, qui semisomnos, inermes, aut palantes ceciderant. Plaut. *Curcul. sc.* 2. *a.* 1. Tibi screanti, siccæ, semisomnæ affert potionem. & Quintil. Semisomne sopore, &c.

Sēmĭsōmnĭs, e, idem. Cicer. 7. *Verr.* Confirmant ipsi se, quum is etiam tum semisomnis stuperet: arma capiunt: totum forum, atque insulam, quæ est vrbis magna pars, complent. Liu. 7. *bell. Maced.* Pedites verò ordinati, & præparati, sparsos per negligentiam, & semisomnes propè adorti sunt: cædes passim, fugaque per campos facta est.

Semisonarius, qui crotalia sonitat, quæ veluti medij tintinnabuli formam gerit. Plaut. *Aul* —sarcinatores petunt, Scropharij astant, semisonarij. Sunt qui legunt. *semizonarij.*

Sēmĭsŏpītŭs, a, um, Semisomnis. ἡμικοίμητος. Liu. 5. *bell. Pun.* Pars semisopitos hostes cædunt, pars ignis escas stramento arido tectis iniiciunt. Ouid. 1. *Amor. Eleg.* 14.

Purpureo iacui semisopita toro.

Sēmĭspăthĭum, ij, ἡμισπάθιον. GALL. *Demi espee, vn verdun.* ITAL. *Mezza spada, verdugo* GERM. Ein dusäch/ turtzer sebel. HISP. *Media espada, terciado.* ANGL. *An half sword.* } Breuior ensis, quasi dimidiata spatha.

Sēmĭsŭpīnŭs, a, um. { ἡμιύπτιος. GALL. *A demi renuersé le visage en haut.* ITAL. *Mezzo steso col ventro in su.* GERM. Halb ruckling. HISP. *Medio papo arriba.* ANGL. *Lying with halfe the face vp and half down.* } Martial. *lib.* 6.

At tu muta diu dicis, vitreisque tepentem
Ampullis potas semisupinus aquam.

Ouid. 3. *de Arte,*

Quum iacet in dextrum semisupina latus.

Sēmĭtŏgĭum, ij, Breuis, & quasi dimidiata toga: à quo Semitogatus, ἡμιτήβεννος.

Sēmĭtrītŭs, a, um, { ἡμίτριπτος, ἡμιτριβής. GALL. *A demi battu & broyé.* ITAL. *Mezzo battuto & tritato.* GERM. Halb zerriben oder zermalen. HISP. *Medio trillado.* ANGL. *Half worne or brayed.* } Colum *lib.* 1. *cap.* 6. Huic autem nubilarium applicari debet, maximéque in Italia propter inconstantiam cæli, quo collocata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit.

Sēmĭuĭētŭs, a, um, Mollis, flaccidus. { רך rach. καὶ ἡμίσυ σαπείς. GAL. *A demi mol & fané.* ITAL. *Molle fiappo.* GER. Halb luck/ludens lecht. HISP. *Cosa medio marchita y muelle.* ANGL. *Half soft and fleging.* } Colum *lib.* 12. *cap.* 19. Alij solis vitigineis, nonnulli plantaninis semiuietas vuas contegunt, & ita in amphoras recondunt.

Sēmĭuĭr, i, Mollis, effœminatus, spado, eunuchus, ἡμίανδρος. GALL *Demi homme, chastré.* ITAL. *Mezzo huomo.* GERM. Ein halber man/verschnittner/der keins mans werdt ist. HISP. *Medio varon.* ANGL. *Half a man or a gelded man.* } Liuius 3. *bell. Maced.* Errare ait homines, qui tam atrocem cædem pertinere ad illos semiuiros crederet Plin *lib.* 11. *c.* 49. Testes homini tantùm iniuria aut sponte naturæ franguntur: idque tertium ab hermaphroditis, & spadonibus semiuiri genus habent. Virg. 4. *Æneid.*

Et nunc ille Patris cum semiuiro comitatu.

Ouid. 4. *Metam.*

Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
Semiuir, & tactis subitò mollescat in vndis.

¶ Est etiam hoc centaurorum epitheton, quos Poëtæ fabulantur interiore sui parte homines, cætera equos fuisse. Idem *de Centauro Nesso Epist.* 9.

Semiuir occubuit vi, Leniferóque veneno
Nessus, & infecit sanguis equinus aquas.

Sēmĭuīuŭs, a, um, Semimortuus. { ἡμίζωος. GALL. *A demi vif, à demi mort.* ITAL. *Mezzo viuo.* GERM. Halb noch läbendig. HISP. *Cosa medio viua.* ANGL. *Half quicke.* } Cicero 3. *Verr.* Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi Romani socium atque amicum, fumo excruciatum,

excruciatum, semiuiuum reliquit. Idem *pro Sextio*, Et cùm erat teclamatum semiuiuis mercenariorum vocibus, Popul. Rom. negare dicebat.

SEMIVNCIA, æ, aut potiùs Semuncia. Dimidia vncia. { ἡμιούγκιον. GALL. *Demi once*. ITAL. *Mezza onza*. GERM. Ein lot. HISP. *Media onça*. ANGL. *An alf once*. } Persius,

——— sed nullo thure litabis,
Hæreat in stultis breuis vt semuncia recti.

Liu. 4. *bell. Maced.* Ne qua mulier plus semuncia auri haberet: neu vestimento versicolori vteretur. Cicer. *pro Cecinna*, Facit hæredem ex deunce & semuncia Cæcinnam. ¶ Semunciæ, apud Catonem *de re rust.* de ornamentis boum. Vetus Criticus exposuit καλάθιον, i. clitellulas: alij semisirpeas.

Semūnciālis, e, quod mensuram, pondus, vel valorem semunciæ exæquat. { ἡμιουγκιαῖος. GALL. *De demi once*. ITAL. *Di mezza onza*. GER. Lötig/eines lods schwär. HISP. *Cosa de media onça*. ANGL. *Of an half ounce*. } Plin. *lib.* 33. *c.* 1. Mox lege Papyriana semunciales asses facti.

Semūnciārius, a, um, Semuncialis. Liu. 7. *ab Vrb.* Item otium domi, forísque mansit, T. Manlio Torquato, C. Plautio secundùm Consulibus: semunciarium tantùm ex vnciario fœnus factum.

Semiuocāles, dictæ sunt sex numero consonantium, quasi dimidium vocalium sonum habentes. ἡμίφωνα.

Semiūstus, a, um, dimidia parte vstus, semiustulatus. { ἡμίφλεκτος. GALL. *A demi rosti & bruslé*. ITAL. *Mezzo arso*. GER. Halb verbrent. HISP. *Cosa modio quemada*. ANGL. *Half burned*. } Et Semustus, pro Semiustus. Ouid. 4. *Fast.*

Semustámque facem vigilata nocte viator
Ponet, & ad solitum rusticus ibit opus.

Virg. 3. *Æneid.*

Fama est Enceladi semustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac.

Robora semusta; Lucan. *lib.* 8. Membra semusta, idem *lib.* 9.

Semiūstŭlātus, a, um, semiustus ἡμιφλεγής. Cicero *pro Milone*, Tu P. Clodij cruentum cadauer eiecisti domo, tu in publicum eiecisti, tu spoliatum imaginibus, exequiis, pompa, laudatione, infelicissimis lignis semiustulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.

Semiūstŭlandus, a, um, ἡμιφλεκτέος. Suet. *in Tiberio c.* 75. Corpus vt moueri à Miseno cœpit, conclamantibus plerísque Atellas potius deferendum, & in amphitheatro semiustulandum, Romam per milites deportandum esse, cremandúmque publico funere.

Semizōnārius, qui semizona, siue semicincta conficit. Plaut. *Aulul. sc.* 5. *a.* 3. Strophiarij astant, astant semizonarii.

SEMISSIS, est dimidia pars assis, hoc est, vnciæ sex. { ἡμίλιτρον. GALL. *La moitié de quelque chose*. ITAL. *Mezza libra*. GER. Das halb theil eines dings das in zwölff theil mag abgetheilt werden. HISP. *La metad de la libra ò seis onças*. ANG. *The half of ant thing*. } Cicero *ad Attic. lib.* 15. Sed sicubi inciderit de Tulliano semisse, Maxianam adhibebis, vt scribis. Ad monetam quoque refertur, vt ait Budæus, quemadmodù triens, & quadrans. Cicero *pro P. Sextio*, Sed ab vno gladiatore innumerabilia alia noua conscriberentur: vt remissis semissibus & trientibus, quinta propè pars vectigalium tolleretur. ¶ Semissis homo, id est, nullius pretij, & vix semisse æstimandus. { ἡμιωβολιαῖος. Vatinius. Cic. *lib.* 5. Simul verò semissis homo contra me arma tulit. ¶ Semissis vsura dicitur, quoties de centum numis senos numos vsuræ nomine quotannis percipimus. Capitol *in Alexand.* Trientarium fœnus, ait eum, æquissimum & lenissimum exercuisse, ad vsum Reipubl. Plin. *lib.* 14. *cap.* 4. Ex his tamen vsuræ multiplicatæ semissibus.

Semissālis, e, quod est vnius semissis: vt, semissales vsuræ, cùm seni aurei quotannis in centenos penduntur. *l.* 10. *D. de pollicitat.*

Semissārius, a, um, idem. vt, Hæres semissarius, qui est hæres ex semisse. *l.* 116. *D. de leg. & fideicom.* Ex Hotomano.

SEMITA, æ, Via arcta, & angustior, dicta quasi semi iter, vt autor est Var. *lib.* 4. *de ling. Latin.* { נתיב *nathib* נתיבה *nethibáh* שביל *schebil* מסלה *mesilláh*. ἀτραπός. GALL. *Vne sente*, *vn sentier*, *vn chemin estroit*. ITAL. *Sentiero, calle, viotolo*. GER. Ein fußwäg. HISP. *La senda ò el sendero*. ANG. *A path or fotoway*. } Cæsar 7. *bell. Gall.* At ne singulari quidē homini vnquā eo tempore anni semitæ patuerāt. Virg. 9. *Æneid.*

Rara per occultos ducebat semita calles.

Semitam pro via dixit Cic. 4. *Verr.* Attendite, iam intelligetis, hanc pecuniam qua via modò visa est exire ab isto, eadem semita reuertisse. Semitâ cedere honoris caussa. Senec. *epist.* 65. fuisti heri, &c. Horat. 1. *Epist.*

——— & fallentis semita vitæ.

Metaph. & obscœnè vsurpauit Plaut. *in Curc. sc.* 2. *a.* 1. Nemo (inquit) quemquam publica prohibet via, Dum ne per fundum septum facias semitam: Dum tete abstineas nupta, vidua, virgine, &c.

‖ Semitalis deus, dictus quòd semitas in agris custodiat. ‖

Semitarius, qui semitas percurrit. { ὁ ὁδοιπόρος. GALL. *Qui est souuent par les chemins ou qui guette les chemins*. ITAL. *Chi è sempre per i sentieri*. GER. Ein gassentenner / gassentreter. HISP. *Aquello que anda por las sendas*. ANG. *That runneth through the pathes*. } Catull. *ad cōtubernales*,

Omnes pusilli & semitarij mœchi.

Semitatim, Aduerb. per semitas. Titinnius, Ita semitatim effugi, & effugi patrem.

Semitatus. Martial. *lib.* 6. *epigr.* 74.

Caluam Triphilem semitatus vnguento.

Cùm in capite tanquam sulcos duxisset vnguenti lituris, & velut vias secuisset, *semitatus* dixit. hanc esse antiquorum librorum scripturam, & mirari se quòd multi segmentatus & defendant & declarent: ait Turneb. *lib.* 20. 27.

Semito, as, are, eo modo dictum, quo Limito, as; { ὁδοποιεῖν, ῶ. GALL. *Faire vn sentier*. ITAL. *Fare vn sentiero*. GERM. Ein fußwäg machen/pfaden. HISP. *Hazer senda*. ANG. *To mak à path or footway*. } Plin. *lib.* 17. *c.* 22. Vineas limitari decumano XVIII. pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum transitus, aliísque transuersis limitibus denùm pedum distingui per media iugera. Aut si maior sit modus, totidem pedum cardine, quot decumano semitari. Semper verò quintanis semitari, hoc est, vt quinto quoque palo singulæ iugo paginæ includantur.

Semiuiuus, Semiustus, & cætera à semis composita, vide in *Semis*.

‖ Semiuocalis, e, habens sonum dimidiæ vocalis.

Semizonarius, zonulas minus dimidio latas, quàm iusta zona est, faciens.

Semneum, σεμνεῖον, locus venerabilis.

Semo, Mercurius dictus, quòd inter semones recenseretur.

Semones dij minores & pagani, nec cœlestes ob meriti paupertatem; nec terrestres, q. semihomines, heroes, vt Priapus, Hippona, Vertumnus, &c. ‖

SEMODIVS, ij, quasi semis modius, { ἡμιμέδιμνος. GALL. *Vn demi boisseau*. ITAL. *Mezzo mozzo*. GERM. Ein halber sester. HISP. *Medio celemin ò medio*. ANGL. *Half à bushell*. } Iuuenal. *Satyr.* 4.

——— & tamen vno
Semodio scobis hæc emundat seruulus vnus.

Martial. *lib.* 7.

Semodiúsque fabulæ cum vimine Picenarum.

Columell. *lib.* 2. *cap.* 11. Quòd eadem quatuor modis nonnunquam & tribus, interdum etiam duobus ac semodio iugerum occupat.

Semodialis, placenta, de qua Cato *cap.* 76 à semodij quantitate.

SEMOVEO, es, Seorsum moueo, seiungo, disiungo. { הסיר *hesir* לקח *lakách*. ἀποκινέω. GALL. *Oster, retirer à part*. ITAL. *Leuare via*. GER. Abthend sich rucken oder thun. HISP. *Mouer à parte*. ANGL. *To tak away and put à parte*. } Plaut. *in Asin. sc.* 7. *a.* 1. Culpa tua isthæc, quæ discipulū semodoctum abs te semoues, Cic. *de Arusp. resp.* Itaque qui antea voce præconis à liberis semouebantur, tuis ludis, non voce, sed manu liberos à se segregabant. Terent. *in And.* — iam fermè moriens me vocat, Accessi, vos semotæ, nos soli. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Semotus à militibus locus petito colloquio.

Semōtē, aduerb. ἀποχωρίς. Diomedes Grammat. *lib.* 1. Separatio, vt seorsum, separatim, semotè, segregatim.

SEMPER, omni tempore, vel duratione, continuè, sine interuallo, perpetuò. { לעולם *leholám* תמיד *tamidh*. ἀεί. GALL. *Tousiours, à iamais*. ITAL. *Sempre*. GER. Allwegen/immerdar. HISP. *Siempre*. ANGL. *Euer*. Terent. *in Andr.* Rectè ego semper fugi has nuptias. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Qui gaudent, gaudeant suo semper perpetuo bono. Catull.

Semper mœsta tua carmina morte canam.

Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Vt semper dum viuam, me alat, &c.

Sempĕrlĕnĭtās, atis, vnica dictio est apud Ter. *in And.* aut certè duæ per subunionem coniunctæ. Verba Terent. sunt hæc, Et heri semperlenitas verebar quorsum euaderet.

SEMPITERNVS, a, um, quasi semper æternus, perpetuus, & semper durans. { תמיד *tamidh*. ἀΐδιος, ἀτελεύτητος. GALL. *Sempiternel, eternel, perpetuel*. ITAL. *Sempiterno*. GER. Ewig/immerwärend. HISP. *Cosa que siempre dura*. ANGL. *Perpetuall, eternall*. } Plaut. *in Merc.* Homo me miserior nullus est æquè, opinor, neque aduersa cui plura sint sempiterna. [Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Quod sempiternum salutare sit liberis procreandis (præfantis bonum omen verba sunt.) Item *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. fore amicum tibi sempiternum & amatorem proprium in vita putas. Terent. *in And.* Ego vitam deorum propterea sempiternam esse arbitror, Quòd voluptates eorum propriæ sunt. Cicer. *Luceio lib.* 5. Neque autem ego sum ita demens, vt me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim.

Sempĭternō, aduerbium, idem est, quod in sempiternum Cato *de consulatu suo*, Ego mihi monumenta sempiternò posui quæ cepi. Sosipater *lib.* 11. *Instit. Grammat.* ¶ Item sempiternè idem quod semper. Pacuuius *in Medo*, Populóque vt faustum sempiternò suspirent. Ex Nonio.

Sempĕruīuum, i, herba quæ Græcè ἀείζωον dicitur, vtroque nomine à perpetua viriditate deducto. { GAL. *Ioubarbe*. ITAL. *Sempreuiua*. GERM. Haußwurtz. HISP. *Yerua puntera*. ANGL. *Ayegrene, senegrene, or semegrene*. } Herba hæc folio est carnoso, leni, atque oblongo. Duo eius genera sunt: maius in fictilibus vasculis seritur, quod aliqui Buphthalmon, à similitudine, hoc est, bouis oculum vocant. βοῦς enim bos, ὀφθαλμὸς oculus. Alij ζωόφθαλμον, hoc est, animalis oculum. Alij Hypogeson, quoniam ferè in suggrundiis nascitur. Alterum genus est minusculum, quod Erithales vocatur, quasi amor florescens. θάλλω enim floresco significat. Item Trithales, quòd ter floreat. Item Chrysothales, quòd aureum florem producat. Nascitur in parietinis & petris. Latini vtrumque genus Sedum appellant. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 13.

Semprōnius Gracchus, pater fuit Tiberij, & Caij Gracchorum. Vide Plut. *in vita Gracchorum*.

Semuncia, vel semiuncia, dimidia vncia.

Sena, insula in Brittannico mari, aduersa litoribus Galliæ. Autor Pompon. *lib.* 3. ¶ Est & nomē ciuitatis inclytæ in Tuscia, octingentis à Roma stadiis distans, quam Brennus Gallorū dux pro senibus, va letudinariísque & armentis extruxit, anno ante Christi aduentum 362. Vulgò *Siena*.

Sena, planta, Syriæ frequens; valens virtute purgandi per inferiorem ventrem. quam ad rem folia vulgò efficaciter adhibentur, anisi semine, aut aliis odoratis & lenientibus medicamentis contemperata.

Senācŭlum, i. vbi Senatores consultandi gratia consistebant. { שער *schaár*. βουλευτήριον, γερουσία. GALL. *Le parloir ou le lieu où s'assemblent les senateurs, senat*. ITAL. *Palazzo di consiglio*. GER. Ein raathauß/oder raatstuben. HISP. *Lugar do se ayuntauan los senadores*. ANGL. *A consaile house*. } Valerius Maximus scribit, Senatum apud Senaculum habitare consueuisse, vt quum ad Curiam vocaretur, præstò adesset. Fuerunt autem tria præcipua senacula Romæ. Vnum vbi nunc est ædes Concordiæ, inter Capitolium & forum, in quo sedebant magistratus, de Republica cum senioribus deliberantes, alterum ad portam Capenam: tertium intra ædem Bellonæ. Autor Nicostratus *lib. de senatu habendo*. Festus, Senaculum locus Senatorum. ¶ Senaculum, item de senatu mulierum. Lamprid. *in Heliogabal.* Fecit & in colle Quirinali senaculum, id est, mulierum senatum, in quo antè fuerat conuentus matronalis solennibus saltem diebus.

Seni, & Senarius, vide *Sex*.

SENATORES, inquit Plutarchus *in Problematis*, Alios Patres vocant, alios Patres conscriptos, quia primis à Romulo lectis alij additi, & conscripti: vel quia qui sententiam dicunt, conscripti sunt, qui non solùm Patres vocati sunt, sed cum additione Patres conscripti. { וזקנים *Zekenim*. βουλευταί. GALL. *Senateurs, conseillers*. ITAL. *Senatori*. GERM. Raatsherren. HISP. *Los senadores*. ANGL. *Senatours or consaillours*. } Vlpianus *de senat.*

de senat.l. nupta, dicit, Senatores esse, qui à Patritiis, & Consularibus vsque ad omnes illustres viros descendunt, quia hi soli in Senatu dicere sententiam possunt: appellatique sunt ab ætate prouecta, quòd tales in principio in Senatum electi fuere. Sed & à finendo dici possunt Senatores: quoniam ipsi agendi facultatem dabant. ¶ Senatores qui, Gell. *cap.*18. *lib.*3. ¶ Senatorium census octingentorum millium antea: Sub Augusto duodecies HS. Suet. *in August.c.*41. ¶ De pignore & multa Senatoris, qui non adesset, Gellius *cap.*7.*lib.*14.

Sĕnātōrĭūs, a, um, quod est Senatoris. { βουλευτικός. GALL. *De senateur.* ITAL. *Cosa di senatore.* GERM. Raatsherlich / des raatsherren. HISP. *Cosa de senador.* ANGL. *Belonging to à senatour.* } vt, Senatoria dignitas, Senatorium consilium. Cicer. 3. *Verr.* Respub. senatorio consilio maximè posse defendi. Tacit. *lib.*15. Et Viuianus Annius gener Corbulonis nondum Senatoria ætate, sed pro legato quintæ legioni impositus. Cic. *pro Flac.* Lisanias adeptus est ordinem Senatorium. Senec. *epist.*47. Senatorium per militiam gradum auspicari.

Sĕnātŭs, us, & i, à senectute, vel à sinendo quia magistratibus non plus licebat, quàm Senatus permitteret. { שער *schábar*. βουλή, γερουσία. GAL. *Senat, la compagnie des Senateurs & conseillers.* ITAL. *Senato, palazzo di consiglio.* GERM. Ein raat. HISP. *Senado ò lugar do se ayuntauan los senadores.* ANG. *The compagnie or assemblie of the cōsaillours.* } Et significat tam locum in quem Senatores conueniūt, quàm ipsos Senatores. Cic. *pro Sextio*, Senatus princeps salutis, mentisque publicæ. Idem *alibi*, Nec ante in Senatum accederem, quàm rem confecissem. Senatum agere, i. cogere, vel habere. Conuocare, vel vocare Senatum, Efficere frequentem senatum, est ferè omnes Senatores cogere. Senatum haberi, est cogi. Senatus erit, id est, cōuocabitur, cogetur. Senatus mitti, aut dimitti dicitur, quum Senatores à Consule missi facti, domum abeunt. Senatum cooptare, est Senatum constituere. In senatum legere, est Senatorem facere. In Senatum venire, aliquando est Senatorem fieri. Mouere Senatu & ex Senatu reiicere, idem. Senatum extinguere, est Senatus autoritatem & dignitatem deprimere, vel tollere. ¶ Senatus legatis datur, i. Oratoribus conuocato senatu fit dicendi copia. Salust. *in Iugurth.* 59. Igitur, vbi legati satis confidunt, die constituto senatus vtrisque datur. ¶ Senatum consilij in cor conuocare, dicit Plaut. *in Amph.* quod est consulere apud se quid agendum sit. Huc (inquit) concessero dum mihi Senatum consilij in cor conuoco. Idem *in Epid.* iam Senatum conuocabo in corde consiliarium. Omni Senatu, id est, Omni Senatorum coitione, quoties congregantur Senatores. Plin. *lib.*15.*cap.* 18. Namque perniciali odio Carthaginis flagrans, nepotúmque securitatis, quum clamaret omni senatu Carthaginem delendam, attulit, &c. de Catone. ¶ Senatus vnde dictus, Plutar. *in Romul.* Senatus & pro loco & pro hominibus sumitur, inquit Verrius apud Gellium *cap.* 7. *lib.*18. ¶ Senatum quibus habere liceat, Gellius *cap.vlt.lib.*14. Et de ratione Senatus consulendi, rogandi, habendi, idem Gell. *cap.*7.*eiusdem lib.*14. ¶ Senatus princeps à quo legebatur, & de ordine rogandi in senatu sententias, vide *eundem c.*10. *lib.*4. ¶ Senatui operam dare. Plaut. *Asin.sc.*2.*a.*5. Censes illum Senatui operam dare, aut clientibus Idem *Milit.sc.*6.*a.*2. frequens Senatus poterit nunc haberier. (de consilio trium.) Idem *Aulul.sc.*5.*a.*3. Quid tute solus de Senatu seuocas. *Ibidem*, Redeo in Senatum: de loco & hominibus simul.

Sĕnātūscōnsūltum, i, Senatus sententia, senatus autoritas iam perscripta. { דת *dath* חק *choek* חקה *chukkáho* βούλευμα, ψήφισμα, τὸ δόγμα τῆς βουλῆς. GALL. *La deliberation ou le conseil des senateurs ou conseillers.* ITAL. *Senato consulto, deliberatione del senato.* GERM. Ein radts oder kantnuß. HISP. *Establecimiento ò decreto del senado.* ANG. *A decrete of the senat or consaile.* } Quod fiebat aut per rogationem, quum rogabatur vnusquisque sententiam: aut per discessionem, quando plerique idem sentientes, in vnam partem pedibus ibant, sicut testatur Gell. *lib.*3. *c.*18. Flauius Vopiscus *de Aureliano*, Deinde aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in sententiam euntibus, plerisque verbo consentientibus est Senatusconsultum. Senatusconsulti exemplum apud Gell. *cap.*6.*lib.*4. Idem S. C. formula, apud eundem *c.*11. *lib.*15. ¶ Quibus liceret S. C. facere, & S. C. intercedere. Idem *c.*7.*lib.*14. Item, S. C. per relationem Gellius *ibid.* & S.C. duo genera. *Ibid. & c.*18 *lib.*3. ‖ ¶ Senatusconsultum ad ærarium deferebatur. Suet. *in Aug. cap.* 94. ¶ Senatusconsultum, tacitum, id est, vbi non scribæ, non serui publici, non censuales interessent. ‖ ¶ De S. C. per discessionem, idem *in Tib.* 31. SCtum per discessionem quomodo fiebat, Gell. *cap* 18. *lib.*3.

Sĕnĕcă, αντρός, natione Hispanus fuit, patria Cordubensis, Academicus philosophus &. Neronis præceptor: à quo diuitiis ingentibus auctus, quum in Pisonianæ coniurationis suspicionem venisset, eiusdem iussu incisis venis mortem obiit. ¶ Fuit & alter Seneca, Tragicus poëta, cuius fabulæ decem ad nos peruenerunt. Vtriusque meminit Sidonius Apollinaris ad Felicem,

Non quod Corduba præpotens alumnis,
Facundum ciet, hîc putes legendum.
Quorum vnus colit hispidum Platona,
Incassúmque suum mouet Neronem.
Orchestram canit alter Euripidis.
Pictum facibus Æschylum sequutus.
Aut Plaustris solitum sonare Thespim.
Qui post pulpita trita sub cothurno:
Ducebant olida patrem capella.

‖ Senecensis, vulgò Senet, V. E. Galliæ, sub A. Ebrodunensi. ‖

Sĕnĕcĭo, nis, herba est cichoracei generis, cauliculo cubitali, subrubro, foliis continuis, diuisura erucæ, sed multo minoribus, floribus luteis, qui celeriter in pappos vanescunt capillorum modo canescentes, idque potissimum vere: vnde & erigeron à Græcis appellatur. { ἠριγέρων, GALL. *Seneçon.* ITAL. *Cardonello.* GERM. Creutzwurtz oder grindtkraut. HISP. *Los berros ò bonvarun.* ANG. *Groundsell.* } ¶ Fuit item hoc Oratoris cuiusdam cognomen Neronis tempore, qui quòd omnia grandia affectaret, per iocum pro Senecione Grandio dicebatur. Vide Senec *Suasoriarum lib.*1.

Sĕnĕctă Senectus, Senesco, vide *Senex.*

‖ Senescalcus. L. Alen.*tit.*79. Si alicuius seniscalcus, qui seruus est & dominus eius XII. vassos infra domum habet, occisus fuerit XL. sol. componatur. antecedit de pastore porcorū & ouium: sequitur de mariscalco, coquo, pistore, fabro, artifice, spatario. Frid. Lindebr. in Glossa. seniscalcus armenti custos, *son* enim, siue *senneste* & *sente* armenta vocantur in ll. Ripuat. & Anglior. sic marscalcus, id est, equorū custos, siue seruus. Vtraque vox honestiorem significationē postea nacta, & *senescalcus*, regiæ mensæ præpositus dictus fuit, Vide & *Mareschalcus.* ‖

SĔNĔX, is, olim & senecis. Dictus videtur quasi seminex, quòd acta maiori suæ ætatis parte, iam morti propinquior sit. { זקן *Zakén* ישיש *jaschísch.* γέρων πρεσβύτης. GALL. *Vieil, vieillard, ancien.* ITAL. *Vecchio.* GERM. Alt / wolbetagt. HISP. *Viejo.* ANGL. *An old man or woman.* } Est & generis communis secundùm Priscianum. Tibul. *lib. Eleg.*6.

Commemorant meritò tot mala ferre senem:

loquitur de meretrice vetula. Apertè autem Pomponius apud Varronem *lib.*6.*de ling. Lat.* in fœminino posuit: Dic tu pusam illam, sic fiet mutuo muli, Nam verè pusus tu, tua amica senex. Pro hero maiori. Plaut. *Mostell.sc.*1.*a.*1. Sine modò adueniat senex. Idem *Pseud. sc.*4.*a.*1. Volui iniicere tragulam in nostrum senem. *Ibid. sc.* 5.*a.*1. Orationem tibi para aduersùs senem. (id est, herum.) Idem *Asin.sc.*4.*a.*2. Si sciat noster senex (id est, herus.) Idem *Menæch.sc.*3.*a.*5. Si senex reuenerit, ne me indicetis. Idem *Capt.sc.*3.*a* 4. Ibo vt conueniam senem. (i.herū.) ¶ Idem *Asin.sc.*2.*a.*4. Vxori excuses te, & dicas senem, (id est, inutilem Veneri.) Item, Senex, pro Nestore. Tibull.

Namque Senex longa peragit dum secula vita.

¶ Huius genitiuus est senis, olim etiam senecis, secundùm analogiam. Plaut. *in Cistell.* Vos negotiosi senecis soletis esse. Comparatiuum est senior, quod valde senem significat. Ouid. *lib.* 2. *Metam.* Tum senior quanuis obstet mihi longa vetustas. Quint. *de Isocrate*, Eo namque seniore (octauum enim & nonagesimum compleuit annum) præcipere Aristoteles pomeridianis scholis cœpit. ¶ Capitur quandoque etiam senior pro magis sene. Senec. *Epist.* 75. Quemadmodum ex duobus sapientibus qui senior discessit, non est beatior eo, cuius inter pauciores annos terminata est virtus. ¶ Est & *senior*, generis communis: in obliquis verò commune trium generum. ¶ Senes vocantur quantum ad priuatā ipsorum vitam, quòd vsque ad senilem ætatem vixerunt. Veteres, quantum ad publicum tempus, quòd alia ætate vixerunt, etiamsi ad senium non peruenerunt: vtrique Antiqui dicuntur, sed magis veteres quàm senes. ¶ Seniores pro Senatu aliquando dicuntur, quoniam ex prouectioris ætatis hominibus legi solet Senatus. Liuius 4. *bell. Maced.* Scriptum erat Aristonem priuatum ad neminem, publicè ad seniores (ita Senatum vocabant) mandata habuisse. ¶ Seniores ab anno quadragesimo sexto dicebantur: vt scribit Gell *cap.*28.*lib.* 10.

Sĕnēctūs, utis, & Senecta, æ, Ætas senilis. { זקנה *Ziknáh* זקן *Zokén* זקנים *Zekunim.* γῆρας. GALL. *Vielleße.* ITAL. *Vechiezza, vechiaia.* GERM. Das alter. HISP. *La vejez.* ANGL. *Old age.* } Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Martiam.* Huc quod Senectus vocatur, pauci sunt circuitus annorum. Plaut. *Asin sc.*1.*a.*1. Te obtestor per senectutem tuam. Ouid. 2. *Fast.*

Sub quo (Augusto) *delubris sentitur nulla senectus.*

Terent. *in Phorm.* Senectus ipsa est morbus. Virg. 6. *Æneid.*

——— *vires vltra, sortémque senectæ.*

Plin. *lib.*16.*cap.*17. Est etiamnum ætatis differentia Amygdala enim & pyrus in senecta fertilissimæ, &c. Est autem senectus, sexta hominum ætas: vnde & senes à senario numero quidam dictos existimant. Ætas enim prima incipit ab infantia, nomen à non fando accipiens. In ea enim ætate non fatur homo: aut si fatur, imperfectus est ei[illegible]mo. Secunda, pueritia: cuius pars est pubertas, vsque ad XIV. annum. Tertia, adolescentia. Quarta, iuuenta Quinta, virilis ætas. Sexta, senectus, cuius pars est ætas decrepita. Alij tamen senes à segnitie dictos malunt, quòd tardi sint, & ad res gerendas inutiles. Alij rursus à mortis vicinitate appellatos contendunt, quasi semineces. Cicer. *in Topicis*, Senectus est occasus vitæ. Idem *de senectute*, Hoc enim onere (quod mihi tecum commune est) aut iam vrgentis, aut certè aduentantis senectutis, & te, & meipsum leuari volo. Iuuen *Satyr.*9.

——— *obrepit non intellecta senectus.*

Cic. *de senect.* Ædepol senectus si nihil quicquam aliud vitij apportet secum, quum aduenerit, vnum id satis est, quòd diu viuendo, multa quæ non vult, videt. ¶ Senectus præterea dicitur pellis quam verno tempore serpentes eruunt, quæ & à Græcis γῆρας, à nobis etiam venatio dicitur: vnde & senectutem exuere dicuntur, Plin. *lib.*8. *cap.*30. Angues modo eodem & stelliones senectutem exuere, eámque protinus deuorare, præripientes comitiali morbo remedia. ¶ Senectutis incommoda enumerat Plaut. *Men.sc.*2 *a.*5. initio.

Sĕnēctŭs, a, um, Senilis: vt, Membra senecta. { עתיק *Éattik.* γηραλέος. GALL. *Enuieilli, chose de vieil.* ITAL. *Cosa de vecchio.* GERM. Alt / ein alter. HISP. *Enuejecido, cosa de viejo.* ANG. *Old.* } Lucr. *lib.*3.

Quidve foras sibi vult membris exire senectis.

Ætas senecta. Plaut. *Aulul.* Video hercle ego te me arbitrari Euclio hominē idoneum, Quem senecta ætate ludos facies haud merito meo. Senectum corpus. Salust. *lib.*4.*Histor.* Omnes quibus senecto corpore animus militaris erat.

Senica idem veteribus fuit quod Senex. Pomp. *Pistori.* Pappus hic medio habitat senica. Idem *præcone posteriore*, Sed me exercet Senica nequam, neque illo quid faciam scio. Ex Nonio.

‖ Seniculus, instrumentum, cui stupas circumuoluunt suspendentes. Poll. ‖

Sĕnĭum, ij, Senectus. זקנה *Ziknáh* זקן *Zakén* זקנים *Zekumnim.* γῆρας. GAL. *Vielleße.* ITAL. *Vecchiezza.* GER. Das alter. HISP. *Veiez.* ANGL. *Old age.* } vt, Confectus senio, apud Plin. *lib.* 7.*cap.* 55. Mens senio fluxa, Tacit *l.* 5. Terent *Eunuch.* pro improbo & moroso sene posuit, quū ait, Vt illum dij deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est. Gellius *c. vlt. lib.* 20. Senio aut tædio languens animus. ¶ Senium lunæ, pro decursu, Plin. *lib.*7. *cap.*48. Quidam lunæ senio annum terminabant, vt Ægyptij. ¶ Quandoque etiam dicitur tædium, tristitia, & molestia: quòd senes omnibus odio sint. Cicer. *pro Mil.* Tota ciuitas

confecta senio est: squalent municipia. Turpilius, Quia odio, ac senio mihi nuptæ sunt. Nævius senium sonticum appellat, quia nocens, quia senectus naturalis morbus est, vt inquit Aristot.

Sĕnĕo, es, ui, & Senesco, cis, Senex fio. { זקן *Zakē* בלה *baláh*. γηράσκω. GAL. *S'enuieillir, deuenir vieil.* ITAL. *Esser vecchio, inuecchiarsi.* GERM. Alt werden/alt werden. HISP. *Enuejecer.* ANGL. *To waxe old.* } Catul.

Nunc placida senet quiete.

Plin. *lib.* 6. *c.* 4. Fœminas gigni celerius quàm mares, sicut celeriùs senescere. Vnde & Consenesco, de quo supra suo loco. Senescit ciuitas otio, id est, otio torpescit. Liuius *lib.* 1. *ab Vrb.* Senescit pugna. Idem *lib.* 5. *ab Vrb.* Senescit studium cum spe. Velleius. Item, Senescunt consilia. Liu. 5. *d.* 4. quum nimia diuturnitate & mora vana fiunt. Senescere fama dicitur, ab eodem *lib.* 5. *ab Vrb.* quum tempore minuitur. Senescit hyems, id est, declinat. Idem 4. *dec.* 5. Senescente exiguo cornu Luna. Item, Hic amore senescit habendi. Senescit laus, id est, deflorescit. Senescit morbus, id est, remittitur, relaxatur. Senescunt vitia, abolentur. Senuit tranquillissimè. Suet. *in August. cap.* 2.

Sĕnīlis, e, quod ad senem pertinet. { עתיק *hattik*. γεροντικός, γηραλέος. GAL. *De vieillard.* ITAL. *Cosa da vecchio.* GERM. Eines alten/das zu einem alten gehört. HISP. *Cosa perteneciente à viejos.* ANGL. *Belonging to an old man or woman.* } Cic. 1. *de diuin.* Is autem Tages, vt est in libris Hetruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. Ouid. 1. *de Ponto*,

Iámque meos vultus ruga senilis arat.

Cic. *pro Sestio*, Te sororis filius Posthumius, adolescens grauis, senili iudicio notauit. Ouid. 5. *Metam.*

——hyems senilis tremulo venit horrida passu.

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 1. *Trist.* Ruga senilis erit in fronte.

Sĕnīlĭtĕr, aduerb. { γεροντικῶς, πρεσβυτικῶς. GALL. *En vieillard.* ITAL. *Da vecchio.* GERM. Nach der alten weiss/wie die alten. HISP. *Con vejez, en viejo.* ANGL. *Lik old man and woman.* } Vt tremere seniliter. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 11.

Seni, senæ, sena, vide *Sex.*

Senio, nis, Latus tali sex puncta continens, & à senario numero dici videtur: eiúsque iactus perutilis erat. { ἑξίτης. GALL. *Six poincts en dé, ou vn dé qui contient six poincts.* ITAL. *Sei punti nel dado.* GERM. Ein sess auff einem würffel. HISP. *Seys puntos en el dado.* ANGL. *A sise, the nomber of sixe in the dice.* } Persius *Sat.* 3.

Iure etenim id summum, quid dexter senio ferret,
Scire erat in voto.

¶ Nonnunquam & damnosus, quemadmodum & canis. Erat enim quædam ludi ratio, qua quicunque aut canem iecisset, aut senionem, numum vnum in medium conferre cogebatur: vt est videre in epistola quadam Augusti apud Suet. Martialis *lib.* 13.

Non mea magnanimo depugnat tessera talo,
Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.

Sĕnĭum, vide *Senex.*

Sennaar, σεννααρ, campus Babylonis, in quo à Nimrod gigante extructa est turris illa celsissima, diuortio linguarum notissima.

‖ Sennumia tristitia. Gl. Isid. leg. *Senium tristitia.* ‖

Sĕnŏgallia, σενογαλλία, ciuitas est agri Gallici, infra Picenum, teste Plin. *lib.* 3. *c.* 14. dicta à Senonibus Gallis, qui eam condiderunt. De hac Silius *lib.* 8. Et Glanis & Rubico, & Senonum de nomine Sena. Pomp. Mela *lib.* 2. Senogallia maritima ad Aterni fluminis ostia.

SĔNŎNĒS, σένονες, populi Galliæ, finitimi Belgis, qui olim vrbem Romam incenderunt, & Capitolium obsederunt. Hos Furius Camillus aggressus adeò cecidit, vt incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleuerit. Scribit Verrius referente Festo, ideo Senones appellati, quia noui venerunt ex Transalpina Gallia, quasi Cænonas, litera immutata. καινός enim Græcè, Latinè nouus dicitur.

Senonicus, a, um, Gellius *cap.* 21. *lib.* 17. Pòst non longo tempore bellum Senonicum fuit.

Sĕnsĭle, Sensim, Sensus, vide *Sentio.*

Sĕntă, Deæ nomen apud Romanos, quam & bonam deam vocabant: veteres Faunam & Fatuam dixerunt. Hanc Varro scribit tantæ pudicitiæ fuisse, vt nemo illam, dum vixit, præter virum suum, mas viderit, nec nomen eius audierit. Propter quod illi in operto mulieres sacrificabant, & bonam deam nominabant.

Sĕntĕntĭa, Sententiosus, vide *Sentio.*

Sentica, Hispaniæ vrbs. Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 6.

Sentĭcētum, vide *Sentis.*

SĔNTĪNĂ, æ. Pars nauis inferior, in qua omnes confluunt sordes, à sentiendo dicta. { ἄντλον. GALL. *L'offec.* ITAL. *Sentina, vna parte bassa nella naue.* GERM. Das vnderist theil eines schiffs in welches allerley vnradt / vnd wüst wasser zusammen rünnet. HISP. *La sentina do se coge agua en la nao.* ANGL. *The pumpe of à shippe.* } Cæsar *lib.* 3. *de bell. ciuil.* Sentinæ vitiis conflictari. Iuuenalis *Sat.* 6. Si iubeat coniux, durum est conscendere nauem, Tunc sentina grauis, tunc summus vertitur aër. Senec. *Epist.* 29. Nauis, quæ sentinam trahit (id est, aquam.) ¶ Per translationem sentina dicitur omnis locus qui sceleratorum hominum receptaculum fit. Cic. *in Catilinam*, O fortunatam Rempublicam, siquidem hanc sentinam huius vrbis eiecerit. Vno mehercule Catilina exhausto, releuata mihi, & recreata respublica videtur.

Sentino, as, Satago, ac subtiliter periculum euito: à sentina nauis, quam quisque vt aqua liberet, euacuare contendit Cæcilius, Capit Consilium postquam sentinat satis. Festus.

Sentinum, σέντινον, oppidum in confinibus Vmbriæ, & Piceni, quod nunc Saxum ferratum appellatur: à quo Sentinates populi dicti sunt. Plin. *lib.* 3. *cap.* 14. tradit vocatum Sentinum ab amne qui Sentinus dicitur.

SĔNTĬO, is, si, sum, Sensu percipio. { ראה *raáh* הבין *hebín*. αἰσθάνομαι. GALL. *Sentir, perceuoir.* ITAL. *Sentire, pigliare in sentimento.* GERM. Empfinden. HISP. *Sentir.* ANGL. *To perceiue, or feele.* } Plaut. *in Curcul. sc.* 2. *a.* 2. Sentio sonitum. Vnde quinque corporis sensus appellati sunt, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Lucret. *lib.* 1.

Quin porrò varios rerum sentimus odores:
Nec tamen ad nares venientes cernimus vnquam.

Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Dij te iuuant. H. Nihil sentio. R. Non es in senticeto, Ideò non sentis. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Vtque suum Bacche non sentit saucia vulnus.

Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. An tibi intestina crepant, quod sentias. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.*

Et quem sensisti ritè precare Deum.

Plaut. *Aulul. sc.* 2. *a.* 3. Cum magno malo tuo si hocce caput sentit. E. Pol haud scio, quid post fiat, tuum nunc caput sentit. Idem *Menach. sc.* 5. *a.* 5. Ecquid sentis? (inquit Medicus.) B. Quidni sentiam? ¶ Interdum sentire ponitur pro intelligere. { νοεῖν. GALL. *Entendre.* ITAL. *Intendere.* GERM. Verstehen/vermercken. HISP. *Entender.* ANGL. *To vnderstand.* } Cic. *pro Archia.* Nam & ipse animus sentit, nescio quid in se esse diuinum. Plautus *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Me habent venalem, sensi, & iamdudum scio. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 4. Donec se fieri ludos senserit. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Æsculapij sentio sententiam. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Sensi ego & subolet mihi. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Semper sensi filio te esse amicum, & illum intellexi tibi. ¶ Interdum pro iudicare, opinari φρονεῖν, γνώμην ἔχειν. Plinius iunior Cupio abs te intelligere quid sentias. Cicero *de Amicitia*, Sed hoc primùm sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Gell. *cap.* 10. *lib.* 5. Si Iudices pro caussa mea senserint (id est, pro me iudicarint.) Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Tecum sentio. pro assentior.) Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Sentio pariter. *Ibidem sc.* 5. *a.* 3. Seorsum abs te sentio. Et Gellius *cap.* 11. *lib.* 18. Non idem sentio cum illo. ¶ Interdum pro aduertere. Plaut. *in Amphitr.* Nec nostrûm quisquam sensimus, quum peperit. ¶ Sentire pro aliquo, siue ab aliquo, est sententia sua alicui fauere. ¶ Sentire grauiter de aliquo, est *malam* (vt vulgus loquitur) *de eo opinionem habere.* Cæsar 2. *de bello ciuili*, siue grauiter de aliquo iudicare, statuere. Budæus. ¶ Sentire medicinam, apud Cellsum, est melius habere post medicinam. Sic Plin. *lib.* 22. *cap.* 25. atropha dixit, quæ cibum non sentiunt. hoc est, quæ ob debilitatem alimentum attrahere non possunt, aut in substantiam sui conuertere. ¶ Eodem ferè sensu dicere videtur Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

At mihi sentitur nix verno sole soluta.

(id est bibitur, vel fallor.) Sentire cariem, sentire vetustatem. Plin. *lib.* 12. *cap.* 7. Celeriter ea cariem sentit. hoc est, efficitur cariosa. Idem *lib.* 11. *cap.* 42. Tradunt Zoroastrem in desertis caseo vixisse annis XX. ita temperato vt vetustatem non sentiret. id est, non senesceret. Budæus. ¶ Huius composita sunt, Assentio, consentio, dissentio, præsentio, subsentio, quæ vide suis locis.

Sentiens, tis, idem quod sensu percipiens, opinans, iudicans, intelligens: Interdum significans: vt apud Gell. *c.* 23. *lib.* 13. Tribus (inquit vocabulis idem sentientibus (id est, idem significantibus, siue sensum eundem habentibus.)

Sensurus, a, um, Particip. futurum. Ouid. 13. *Metam.*

Est animus certè vestros sensurus honores.

Idem *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.*

Non me sensurus egentem.

Sĕntīsco, scis, Sentio. { ראה *raáh* הבין *hebín*. αἰσθάνομαι. Lucret. *lib.* 3.

Vsque adeò priùs in nobis sunt multa cienda
Semina, corporibus nostris immissa per artus,
Quàm primordia sentiscunt concussa animai.

Sĕnsŭs, us, ui, Facultas animæ, qua obiecta sensibilia apprehenduntur. { αἴσθησις. GALL. *Sens, sentement ou sentiment, apprehension.* ITAL. *Senso, sentimento.* GERM. Ein sinn oder entpfindtlichkeit. HISP. *Sentido, potentia para sentir.* ANGL. *The sense, feeling or perceiuing.* } De quinque sensibus, vide Gellium *c.* 16. *lib.* 7. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Vt tandem sensus conualuere mei.

Ibidem,

——moriendo ponere sensus.

Velleius, Sensibus celebrem, verbis rudem Pomponium. (id est, sententiis.) Ouid. 1. *Fast.*

Hic sensus verbi, vis ea vocis erat.

Et Senec. *c.* 7. *de cons. ad Polyb.* Hoc longè à sensibus tuis prudentissimis piissimisque abest. Suet. *in Aug. c* 86. Sensum animi exprimere. Liu. *lib.* 4. *ab Vrb.* Ab operis sensu hostium animos auertere. Item Quintilian. Expressa & veluti sensu tincta esse debet oratio in narrando. Sensuum autem alij sunt exteriores, visus, auditus, gustus, tactus & olfactus. Alij interiores, sensus communis, imaginatrix, & memoria. Plin. *lib.* 10 *c.* 69 Ex sensibus ante cætera homini tactus, deinde gustus: reliquis superatur à multis: Aquilæ clariùs cernunt: vultures sagaciùs odorantur: liquidiùs audiunt talpæ obrutæ terra, tam denso, atque surdo naturæ elemento. Cicer. 2. *de natur. deor.* Gustatus præclarè septus est: ore enim continetur, & ad vsum aptè, & ad incolumitatis custodiam: omnísque sensus hominum multa antecedit sensibus bestiarū. Differunt autem sensus, & sensa: nam sensus sunt facultates ipsæ quibus sentimus: sensa verò, quæ sentiuntur. Sensus humanitatis. Cic. 3. *Verr.* Non dubito quin tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio vnquam fuit religionis: nunc tamen in metu periculóque tuo, tuorum tibi scelerum veniat in mentem. Idem 7. *Verr.* An vos quoque hic acerbissimus innocentium cruciatus & mœror pari sensu doloris afficit? ¶ Sensus vitalis. Lucret. *lib.* 3. Denique sæpè hominem paulatim cernis obire, Et membratim vitalem deperdere sensum: In pedibus primùm digitos liuescere, & vngues: Inde pedes & crura mori: pòst inde per artus Ire alios tractim gelidi vestigia lethi. ¶ Mentis conceptus etiam sensa dicuntur. { מחשבה *machabáh*. ἐνθύμημα, νόημα, διαλογισμοί. } Quintilian. *lib.* 8. *c.* 5. Sententiam veteres, quòd animo sensissent, vocauerunt: id cùm est apud Oratores frequentissimum, tum etiam in vsu quotidiano quasdam reliquias habet. Nam & iuraturi ex animi nostri sententia, & gratulantes ex sententia dicimus. Non rarò tamen & sic loquuti sunt, vt Sensa sua dicerent: nam sensus corporis videbantur. Sed consuetudo iam tenuit, vt mente concepta sensus vocaremus: lumina autem, præcipuéque in clausulis posita sententias. Cicer. 1. *Acad.* Quod autem erat sensu comprehensum, id ipsum sensum appellabant. Idem 1. *de Oratore.* Hoc vno præstamus feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo sensa possumus. ¶ Sensus communis. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 3. Sensum ipsum, qui dicitur communis, vbi discet, quum se à congressu qui non ab hominibus solùm, sed mutis quoque animalibus naturalis

naturalis est, segregarit? Vbi interpres, Communis sensus accipitur pro rerum peritia, ex multorum hominum congressu comparata, non pro sensu communi, qui in anteriori cerebri ventriculo à Physicis collocatur. Horat. 1. *Ser. Satyr.* 3. Communi sensu planè caret.

Sensum, vnde plurale Sensa, vide in præcedenti dictione.

Sensiculus, i, diminutiuum. { αἰσθημάτιον. GALL. *Petit sens.* ITAL. *Picciol senso.* GERM. Ein kleine entpfintligkeit / sinnlin. HISP. *Pequeño sentido.* ANGL. *A small sense.* } Quintil. *lib.* 5. *c.* 5. Inde minuti, corruptique sensiculi, & extra rem petiti.

Sensim, aduerbiũ, Paulatim, seu pedetentim. { לאט *at* לאט *leát.* ἐκ προσαγωγῆς, ἠρέμα. GAL. *Peu à peu, tout bellement, petit à petit.* ITAL. *A poco à poco.* GERM. Gemächlich / sittlich / linß. HISP. *Poco à poco.* ANGL *At leasure.* } Plaut. *in Casin.* Sensim super attolle limen pedes noua nupta. Cic. 5. *Verr.* Quibus rebus non sensim, atque moratè, ad istius amicitiam adrepserat: sed breui tẽpore totum hominem, totámque eius Præturam possederat. Sensim ✕ Repentè. Idem *lib.* 1. *Offic.* Magis decere sapientes amicitiam sensim dissuere, quàm repentè præcidere.

Sensibilis, e, ferè passiuè accipitur, pro eo quod sentiri potest, quod sub sensum aliquem cadit, hoc est, quod vel auditu, vel visu, vel olfactu, vel gustu, vel tactu potest deprehendi. { αἰσθητός. GALL. *Sensible.* ITAL. *Sensibile.* GERM. Entpfindtlich. HISP. *Cosa que se siente, ò que se puede sentir.* ANGL. *Sensible, that may be perceiued by the senses.* } Nonnunquam & actiuè, pro eo quod sensus facultate præditum est. αἰσθητικόν. ¶ Huius contrarium est Insensibilis: quo vtitur A. Gellius *noct. Attic. lib.* 17. *cap.* 10.

Sensifer, a, um, Sensum ferens. { αἴσθησιν, ἢ αἴσθημα φέρων. GALL. *Qui port sentiment.* ITAL. *Chi porta sentimento* GERM. Das entpfindung bringt HISP. *Que tiene ò haze sentido.* ANGL. *That beareth or hath sense.* } Lucr. *lib.* 3. Ideò, conclusa mouebunt Sensiferos motus. *Ibidem*, Longè ab sensiferis primordia motibus errant.

Sensificus, a, um, adiectiuum, quod sensus causam præstat. { αἰσθητήριος. GALL. *Qui fait sentir, qui donne sentiment.* ITAL. *Chi fa sentire.* GERM. Das entpfinden macht. HISP. *Que haze à otro sentir.* ANGL. *That giueth the cause of feeling.* } Macrobius, Spiramentum sensificum, ad sua quæque loca naturali lege ducentes.

Sensilis, e, Sensibile, hoc est quod sensui subiectum est, αἰσθητόν. Insensibile, quod sentiri non potest. Lucret. *lib.* 2.

Ex insensilibus, ne credas sensile gigni.

Sensitiuus, a, um, sentiendi vim afferens: sentiendi vim habens oriens à sensu, exsistens.

Sensualia, αἰσθητικά, sensilia. Apuleius *in Hermet. Asclepio*, De sensu autem & de omnibus sensualibus quando & de spiritu, tunc totam vobis præstabo rationem.

Sensualitas, id est, pars appetitiua sensus, tripliciter sumitur: vt sensitiua est absolutè: vt est volentis; & vt est mota deliberatione.

Sensatus sensu valens, intelligens, prudens.

Sententia, æ, Iudicium, animi conceptio, mens, animus. { מחשבה *machaschabáh* דעת *dahath.* γνώμη, νοῦς. GALL. *Sentence, opinion, auis.* ITAL. *Sentenza, parere, opinione.* GERM. Ein meinung / ortheil; item, ein spruch. HISP. *Sentencia, ò parecer.* ANGL. *An opinion, sentence, iudgement.* } Salust. vt M. Porcius Cato rogatus sententiam, huiusmodi orationem habuit. Plaut. *in Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Hæc mea sententia est, vt hinc porrò quid agas consulas. id est, sic decretum & iudicatum à me est. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Dicam meam sententiam (vt arbiter sup.) si vultis quod decreto facere. *Ibidem*, Vt scire possis meam sententiam. (arbitri.) Sequitur Iudicium hoc meum est. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 3. Scis iam meam sententiam? (minantis.) Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Tua ornatus reueniam ex sententia. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Benè opsonaui atque ex mea sententia. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Nimis stultè faciunt mea quidem sententia. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Tenet res omnes sententiásque amantium. Liuius *lib.* 10. *bell. Pun.* Sententiam interrogare. Terent. *in Phorm.* Alere nolunt hominem edacem, & sapiunt, mea quidem sententia. ¶ Ex animi mei sententia, prout censeo. Salust. *Iug.* 121. Nam me quidem, ex animi mei sententia, lædere nulla oratio potest, i. mea quidem sententia. Vide adnot. Constantini in Salust. 121. Sic sententia est: id est, ita statui in animo. Res posita in sententiis dicitur, de qua variæ sunt hominum sententiæ. In ea sum sententia, id est, ita sentio. Omnibus sententiis absolutus est, dixit Cicer. *ad Quintum fratrem lib.* 2. id est, omnium consensu, & calculo. Paulus, Dicere sententiam æstimatus is qui ea mente id pronuntiat, vt secundùm hoc discedere eos, qui litigant, à tota controuersia velit. ¶ Sententias etiam vocamus, inquit Quintil. *lib.* 8. *cap.* 5. lumina orationis, præsertim quæ in clausulis sunt breuiter collecta, quas γνώμας vocant Græci: cuiusmodi est illa apud Terent. Obsequium amicos, veritas odium parit.

Sententiosus, a, um, quod sententiis abundat, & dictis quibusdam breuiter collectis. { γνωμολογικός. GALL. *Sententieux.* ITAL. *Pieno di sententie.* GERM. Der voll hüpscher sprüch ist. HISP. *Lleno de sentencias.* ANGL. *Full of sentences.* } Cicer. *de Claris Orator.* Genera autem Asiaticæ dictionis duo sunt: Vnum sententiosum, & argutum sententiis, non tam grauibus & seueris, quàm concinnis, & venustis.

Sententiosè, aduerbium. { γνωμολογικῶς, γνωμικῶς. GAL. *Sententieusement, auec bon sentiment* ITAL. *Sententiosamente, con buon sentimento.* GER. Mit hüpschen sprüchen HISP. *Sentenciosamente, con bueno sentido.* ANGL. *With many and good sentences.* } Cicer. 2. *de Orat.* Sæpè enim sententiosè ridicula dicuntur. Autor ad Herenn. definit sententiam hoc modo, Sententia est oratio sumpta de vita, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat, in vita breuiter ostendit.

‖ Sententialiter, idem quod sententiosè. Macrob. *Saturn. lib.* 5. *cap.* 16. Et alia immemorabilia, quæ sententialiter proferuntur. ‖

Sententiola, æ, diminutiuum. { γνωμίδιον. GAL. *Petite sentence.* ITAL. *Picciola sentenza.* GERM. Ein sinnlin oder kurtzer innhalt: item ein hüpsch sprüchlin. HISP. *Pequeña sentencia.* ANGL. *A litle sentence.* } Cic. 3. *Philippic.* Sententiolam edicti cuiusdam memoriæ mandaui.

SENTIS, is, Spina, quòd à tangentibus quàm primùm sentiatur. { סיר *sir* סלון *sillón* קוץ *kots.* ἄκανθα. GALL. *Espine.* ITAL. *Spina.* GERM. Ein dorn. HISP. *Espina.* ANGL. *A brier, thorne, or bramble.* } Colum. *lib.* 6. *cap.* 4. Liberantur arua sentibus, pro æstiuo tempore pro Caniculæ ortu recisi, plerunque intereunt radicitùs. Virgil. 2. *Æneid.*

Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens.

Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Asper meus est victus, sentésne esitas? ¶ Sentis canis, frutex est arbusculæ instar, rubo multo maior, folia ferens multo latiora myrrho, firmis circa ramos spinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo oliuæ simili, qui per naturitatem fuluescit, & flocculos intus continet. κυνόσβατος. Alio nomine rubus caninus, & Gallorum vocabulo, *Engleteria* nominatur. Colum. *l.* 11. *c.* 3. Et eius quam Græci vocant κυνόσβατον, nos sentem canis, appellamus.

Senticosus, a, um, Spinosus & asper. { ἀκανθώδης. GAL. *Espineux.* ITAL. *Spinoso.* GERM. Dornächtig. HISP. *Espinoso.* ANGL. *Full of brieres and briambles.* } Lucil. Quàm senticosa verba prætorquet.

Senticetum, i, locus in quo sentes abundant. { ἀκανθών. GALL. *Vn lieu où croissent forces espines, buissoniere.* ITAL. *Spineto, fratta.* GER. Ein dorn gestend. HISP. *Espinar, lugar de espinas.* ANGL. *A place wher brambles grow.* } Plaut. *in Capt. sc.* 1. *a.* 4. Non enim es in senticeto, eo non sentis.

Sentus, a, um, Horridus, pilosus, situ & squallore obsitus. { λάσιος, δασὺς αὐχμηρός, ἀζηλής. GAL. *Espineux, aspre cõme espines & buissons.* ITAL *Peloso, spinoso.* GERM. Rauch als wann es voll dörnen wär / strublechtig schützlen. HISP. *Lleno de espinas.* ANGL. *Rough, couered with pricking heares lik swine, brierie or branblie* } Terent. *in Eunuch.* Video sentum, squalidum, ægrum annis, pannísque obsitum. Virg. 6. *Æneid.*

Sed me iussa diuûm, quæ nunc has ire per vmbras
Per loca senta situ cogunt, noctémque profundam,
Imperiis egere suis.

‖ Seon, mons Amorrhæorum, Hermon. Item villa iuxta montem. Taborem. ‖

SEORSVS, & seorsum, & seorsim, aduerb. Separatim. { לבד *lebádh.* χωρίς. GALL. *A part, separément à part soy.* ITAL. *Separatamente, à parte, da parte.* GERM. Sonderbar an einem orth. HISP. *Apartadamente, à parte.* ANGL. *A part, à sunder, seuerallie.* } Cic. *lib.* 7. *Epist.* Seorsum à collega puto mihi omnia paranda. Autor ad Herennium *lib.* 1. Seorsum hoc ab illo tractandum est. Plaut. *in Epidico*, In ædiculam seorsum isthæc eat iube. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Seduxit me seorsum ab ædibus. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Abs te seorsum sentio. ¶ Est & seorsus aduerbium. Afranius in emancipato. Principium hoc oro in animo vt sic suo statuas, officiis cogi vt abs te seorsus sentiam de re vxoria. Autor est Sosipater *lib.* 11. *Instit. Grammat.*

Seorsus, a, um, adiectiuum, Separatus. à se & orsus: quasi distinctis exordiis constans. { מבדל *mibdál* מפרד *mephorád.* καθ' αὑτόν. GALL. *Separé.* ITAL. *Sparato.* GERM. Abgesunderet. HISP. *Apartado.* ANGL. *Separated, put à part.* } Virgil, in eo opusculo cuius est initium, Est & Non,

——— *pariter nonnunquam sæpè seorsis*
Obsistunt dubiis.

Separ, is, Adiectiuum, Dispar, diuersus. Solinus *cap.* 12. Varro opinatur duo in Bœotia esse flumina, naturâ licèt separi, miraculo tamen non discrepante.

SEPARO, ras, Diuido, distraho. A se & paro. { הבדיל *hibdil* הפריד *hiphridh.* ἀφορίζω, διακρίνω, χωρίζω. GALL. *Separer, departir.* ITAL. *Separare, spartire, distinguere.* GERM. Von einander scheiden / absunderen / abtheilen. HISP. *Apartar vna cosa de otra.* ANGL. *To separat à part, to seuer, to put one frome an other.* } Plin. *lib.* 13. *cap.* 17. Mox separant lauando, & siccata tundunt. Cicer. 4. *Acad* Quoniam vera à falsis nullo discrimine separantur. Idem *cont. Rullum*, Quum illa duo maria pertenui discrimine separentur. Idem 1. *Offic.* Quæ [illegible] cogitatione magis à virtute potest, quàm re separari. Ouid 1. *Amor. Eleg.* 4.

Separor à domina nocte iubente mea.

Separatus, a, um, participium, Seiunctus, disiunctus. { מבדל *mibdál* מפרד *mephorádh.* κεχωρισμένος, ἀφωρισμένος. GALL. *Separé.* ITAL. *Separato.* GERM. Abgesunderet. HISP. *Apartado.* ANGL. *Put à part, seuered* } Cic. 4. *Tusc.* Quando igitur virtus est affectio animi, & virtus ipsa per se sua sponte separata etiam vtilitate laudabilis. Idem *Attic. lib.* 14. Ista verò quæ tu contexi vis, aliud quoddam separatum volumen expectant.

Separabilis, e, quod separari potest { χωριστός, GALL. *Aisé à separer.* ITAL. *facile da separare.* GERM. Absunderig / das sich von einem anderen sunderen läßt. HISP. *Que se puede apartar.* ANGL. *That is easily seuered.* } Cic. 1. *Tuscul.* Nec separabilem à corpore esse.

Separatim, aduerb. Diuisim, seorsum. { לבד *lebádh*, χωρίς. GALL. *Separément, priuément.* ITAL. *Separatamente.* GERM. Besonder / insonderheit / sonderbarlich. HISP. *Apartadamente.* ANGL. *A part, a sunder, seuerallie.* } Salust. Omnia virtutis præmia ambitio possidet: neq; mirum vbi vos separatim quisque consiliũ capitis. Separatim de probitate alicuius dicere, dixit Cic. *ad Brutum*, pro eo quod est sigillatim: cui opponitur Aceruatim. ¶ Legitur & separatè, à quo fit comparatiuum Separatius. Idem 2. *de Inuent.* Quædam separatiùs ad finem quo referri ad omnem orationem oportet, adiungentur. Separatim à. Idem *ad Cælium, lib.* 2. Nihil accidet ei separatim à reliquis ciuibus.

SEPELIO, is, ui, vltum, quod verbum à sepio quidam deducunt, quia cadauer terra, vel alio materiæ genere circumsepitur. Humo, terra obruo, in sepulcrum insero, tumulo mando. קבר *kabár.* θάπτω. GAL. *Enseuelir, enterrer vn corps mort.* ITAL. *Sepelire, sotterrare.* GERM. Begraben / zu der erden bestatten. HISP. *Enterrar.* ANGL. *To burie, to interre, to lay in the graue.* } Cic. 2. *de Legibus*, Mortuum in vrbe ne sepelito, néve vrito. Idem *lib.* 4. Vt in quo vellemus gymnasio eum sepeliremus, nobis permiserunt. ¶ Sepelire dolorem per translationem est deponere, tegere. Idem 2. *Tusc.* Amittenda igitur fortitudo est, aut sepeliendus dolor.

Sepultus, a, um, Humatus, in sepulcrũ illatus. { קבור *kabúr.* ταφείς. GALL. *Enseuely.* ITAL. *Sepelto, sepelito.* GERM. Begraben. HISP. *Enterrado.* ANGL. *Buried, interred.* } Plin. *lib.* 7. *cap.* 64. Sepultus intelligitur quoquomodo conditus: humatus verò, homo tectus. Plaut. *Amph.* Spes & opes

opes vitæ iacent ſepultæ in pectore. *Ibid ſc.* 1. *a.* 5. Prò Iuppiter ſepultus eſt quaſi ſit mortuus. (de humi iacente ob crepitum fulminis.) Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Triſt.*

Felices ambo tempeſtiuaque ſepulti.

¶ Sepultus pro ſopitus Virg. 3. *Æneid.*

Nam ſimul expletus dapibus, vinóque ſepultus
Ceruicem inflexam poſuit.

Idem 2. *Æneid.* Inuadunt vrbẽ ſomno, vinóque ſepultã. Idem 6. *Æneid.*

Occupat Æneas aditum cuſtode ſepulto.

Cicer. *pro Lege Manil.* Quod bellum expectatione Pompeij attenuatum, atque imminutum eſt, aduentu ſublatum & ſepultum. ¶ Sepultus ſum, id eſt, perij. Et plus eſt, quàm nullus ſum, autore Donato *in Phorm.* Terent. *Phorm.* Lemni habuit aliam. c. nullus ſum. p. ex quo filiam ſuſcepit, & eam clàm educat. c. ſepultus ſum.

Sĕpūltūră, æ, quandoque pro ipſo ſepulcro dicitur. { קבורה keeuráh קבר kebér ταφος. Gall. *Sepulture, enterrement.* Ital. & Hisp. *Sepultura.* Germ. Begräbnuß. Angl. *Buryng, or enterring.* } Sulp. *ad Cicer. lib.* 4. Ab Athenienſibus locum ſepulturæ intra vrbem vt darent, impetrare non potui. ¶ Quandoque pro funeratione, atque ipſo ſepeliendi actu. ἐνταφιασμός. Plin. Poſt ſepulturam aliæ manium ambages ſunt. Cic. 1. *Tuſc.* Cuius hoc dicto admoneor, vt aliquid etiam de humatione & ſepultura dicendum exiſtimem. ¶ Sepulturæ honos, Suet. *in Auguſt. cap.* 17. Ambobus communem Sepulturæ honorem tribuit ac tumulum ab ipſis inchoatum perfici iuſſit.

Sepūlcrum, i, locus in quo corpus, oſſáve hominis ſepulta ſunt, à ſepeliendo dictum, vel à ſeorſum & pulcrum, quòd propter recordationem doloris minimè pulchrum & iucundũ ſit. Soſipater *lib.* 1. { קבורה keburáh קבר kebér. τάφος. Gall. *Sepulcre, tombeau, monument.* Ital. *Sepolcro, ſepoltura, auello.* Germ. Ein grab. Hisp. *Sepultura, generalmente.* Angl. *A ſepulcre, graue or burying place.* } Sicut à luo, lucrũ: à fulcio, fulcrum: à polio, polcrum, ſiue pulcrum: Simulacrum à ſimulo, & Lauacrum à Lauo. Vnde etiam ars exigit vt ſine aſpiratione ſcribatur: conſuetudo tamen (vt inquit Gell.) *cap.* 3. *lib.* 2, obtinuit vt vegetioris ſoni cauſa aſpirationem recipiat. Virg. 1. *Georg.*

Grandiáque effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris,

Idem 3. *Georg.*

——— *animámque ſepulcro*
Condimus.

Cic. *pro Archia*, Ennius in ſepulcro Scipionum putatur eſſe conſtitutus. Idem *pro Sext. Roſc.* Cui de tanto patrimonio, ne iter quidem ad ſepulcrum patrium relictum eſt. Idem *de ſenectute*, Nec ſepulcra legens vereor, quod aiunt ne perdam memoriam. Plaut. *Milit. ſc.* 4. *a.* 2. Scio crucem futuram mihi ſepulcrum: Ibi maiores mei ſunt ſiti. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Triſt.* Sepulcri ianua pulſata. Sepulcri autem appellatione omnis ſepulturæ locus continetur, vt ait Vlpi. *de ſepul violat l. prætor ait.* Sepulcrum, pro Sene, dixit Plaut. *Pſeud. ſc.* 4. *a.* 1. Ex hoc ſepulchro vetere viginti minas effodiam. ¶ Sepulchrum commune, quod plebis erat, vt in Puticulis extra Exquilias, nec hæredem ſequebatur. Horat.

Hoc miſera plebi ſtabat commune ſepulchrum.

Catullus tranſlatè dixit,

Troia nefas commune ſepulchrum Europæ Aſiæque.

Lucret. de terra,

Omniparens eadem rerum commune ſepulchrum.

Sĕpūlcrālĭs, e, quod ad ſepulcrum pertinet. { ἐπιτυμβιος. Gall. *Appartenant à ſepulcre.* Ital. *Pertinente à ſepolcro.* Ger. Das zu dem grab gehört. Hisp. *Perteneciente à ſepultura.* Angl. *Belonging to à graue.* } vt, ceremoniæ ſepulcrales, quæ pertinent ad funeratione, impenſam, ſtructurámque ſepulcrorum. Ouid. 8. *Metam.*

...ante ſepulcrales infelix aſtitit aras.

Idem *Epiſt.* 12. Fax ſepulcralis.

Sĕpūlcrētum, i, Locus vbi ſepulcrorum eſt frequentia. { τόπος τάφων μεστός. Gal. *Vn lieu plein de ſepulchres, vn cimetiere.* Ital *Luogo pieno di ſepolcri, vn cimetero.* Germ. Ein gottesacker/kirchhof/greberſtat. Hisp. *Lugar de muchas ſepulturas.* Angl. *A churcheyard.* } Catull. *Epigr.* 55.

Vxor Meneni, ſæpe quam in ſepulcretis
Vidiſtis ipſo carpere è rogo cœnam.

Sĕpĕlībĭlis, e, quod ſepeliri debet, aut poteſt. { θαπτός, θαπτέος. Gall. *Qui peut eſtre enſeueli.* Ital. *Che puo eſſere ſepolto.* Germ. Das man begraben ſoll oder mag. Hisp. *Que pueda ſer enterrade.* Angl. *That may or ought be buried.* } Plaut. *Ciſtell.* —facito, vt facias ſtultitiam ſepelibilem. s. Quid faciam? g. in latebras abſcondas pectore penitiſſimo Tuam ſtultitiam.

‖ Sepedes, quibus ſunt ſex pedes. Apul.
Sepēdon, vlcus putridum. Rh. ‖

Sĕpēs, is, fœmini generis. quæ obiecta introitum prohibet in agrum, aut hortum. { מסוכה (vel) משוכה meſucháh. φραγμός. Gal. *Vne haye.* Ital. *Siepe, ceſa, ſpinata.* Germ. Ein zaun/hag. Hisp. *Seto ò ſoto.* Ang. *A hedge, a mound.* } Colum. *libro* 10. Talis humus, vel parietibus, vel ſepibus hirtis Claudantur, neu ſit pecori, neu peruia furi. Virg. 8. *Eclog.*

Sepibus in noſtris paruam te roſcida mala
(Dux ego veſter eram) vidi, cum matre legentem.

Idem 1. *Georg.*

Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus
Fas & iura ſinunt: riuos deducere nulla
Religio vetuit, ſegeti prætendere ſepe,
Inſidias auibus moliri, incendere vepres.

Sepes, ſeptum, & ſepimentum, idem ſignificare declarat his verbis Varro *lib.* 1. *de re ruſtica cap* 14. Nunc de ſeptis quæ tutandi cauſa fundi, aut partis fient videamus Earum tutelarum genera quatuor: vnum naturale, alterum agreſte, tertium militare, quartum fabrile. Horum vnumquodque ſpecies habet plures. Primum naturale ſepimentum, quod obſeri ſolet virgulis, &c. Secunda ſepes eſt ex agreſti ligno, &c.

‖ Sephora, gallina. Pap. ‖

Sēpio, is, iui, itum, vel ſepſi, ſeptum, Circunuallo, circundo. { שך ſách סבב ſabab גדר ghadhár הסב heſéb עזק hizzék. περιβάλλομαι, φράττω. Gall. *Enuironner, clorre de hayes.* Ital. *Circundare, intornare,* Germ. Verzeunen/verhagen/mit einem zaum vmbgeben. Hisp. *Cercar de ſeto ò ſoto.* Angl. *To hedge or incloſe.* } Dictum à ſepibus, quæ obiectæ, intercludunt iter. Cicer. 2. *de nat. deor.* Latent præterea vtiliter, & excelſis vndique partibus ſepiuntur. Idem *Epiſt. lib.* 15. Vallo & foſſa circundedi, ſex caſtellis, caſtríſque maximis ſepſi. Tacit. *lib.* 1. Acribus nanque cuſtodiis domum & vias ſepſerat Liuia. Virgil. 1. *Æneid.*

At Venus obſcuro gradientes aëre ſepſit.

Suet. *in Auguſt. c.* 63. Sepſit cuſtodia militum eum. Velleius, Sepire mare præſidiis claſſium, &c. ¶ Sepire pro ambage verborum obſcurare & quadam ſæpe obducere? vt & *circumueſtire* ſumitur. Apud Cicer. vetus Poëta, Quandoquidem circumueſtit dictis ſepit ſedulò: vnde & *ſeptuosè* pro obſcurè, dixit Liuius Andronicus, Septuosè dictio abs te datur.

‖ Sepimen inis, φραγμός, ſepimentum. Apul. *Florid. libr.* 1. colliculus ſepimine conſecratus. ‖

Sēptŭs, a, um, participium, Circundatus, munitus. { מוסב muſáb מקף mukkáph. πεφραγμένος, φραχθείς. Gal. *Enuironé.* Ital. *Circundato.* Germ. Vmbgezeunt/vmbgeben. Hisp. *Cercado.* Angl. *Incloſed with a hedge.* } Liu. 1. *ab Vrbe*, Ad hæc Albana pubes inermis ab armatis ſepta in variis voluntatibus, communi tamen metu cogente ſilentium tenuit. Virg. 1. *Æneid.*

Infert ſe, ſeptus nebula, mirabile dictu,
Per medios miſcétque viris, neque cernitur vlli.

Plaut. *Curc. ſc.* 2. *a.* 1. Per fundum ſeptum ſemitam facere. (Obſcœnè.) Vide ſuprà *Semita.*

‖ Septa. *Ceuta*, V. E. Mauritaniæ Tingitanæ, ſub A. Oliſiponenſi, paret Regi Catholico. ‖

Sēptă, orum, generali vocabulo dicuntur omnia loca munita, & quodam ſepimento vallata. { גדרות ghedherót. δρύφακτα, περίβολοι, ἑρκη. Gall. *Parc, cloſture de haye.* Ital. *Mandria, branco.* Germ. Jetliche örther die vmbgezeunt oder eingeſchranckt ſind/pferrich. Hisp. *Seto ò ſoto. ò vellado, circuito.* Angl. *Places hedged or incloſed, à cloſe or encloſure.* } vt, Septa villæ, quibus villa circunſepitur. Varro *lib.* 1. *de re ruſt. cap.* 14. Nunc de ſeptis, quæ tutandi fundi cauſa, aut partis fiant, videamus. ¶ Hinc etiam pecorum ſtabula: vt ſtabula ouilia, bubilia, caprilia, & id genus reliqua, Septa nuncupantur. Virg. 1. *Eclog.*

Quanuis multa meis exiret victima ſeptis.

E conuerſo Lucanus Ouilia pro ſeptis poſuit, & miſeræ maculauit ouilia Romæ. ¶ Septa etiam dicuntur loca in campo Martio circundata & circunclusa, in quibus populus Romanus ſtans ſuffragia ferebat Cicer. *pro Mil.* Cùm ille vi in ſepta irruiſſet. Hæc ſepta Ciceronis tempore ex marmore facta ſunt. Idem *ad Atticum*, In campo Martio ſepta marmorea ſumus facturi, eáque cingemus excelſa porticu. Mart. *lib.* 9.

In ſeptis Mamurra diu multúmque vagatus.

Iuriſconſulti accipiunt Septa, pro obicibus, & clauſtris quibus vtimur ad impetus fluuiorum coërcendos. Vlp. *de riuis lib.* 1. Septum pro intercapedine & interſtitio, apud Celſ. *lib.* 8. *cap.* 4. media ſepta. & alibi ſepta ſimpliciter, de ſpatiis dicitur, quæ iacent inter terebræ foramina. ¶ Septum tranſuerſum à Medicis, reíque anatomicæ peritis appellatur, quod Græci vocant διάφραγμα, quo partes vitales, hoc eſt, cor & pulmo à naturalibus diſcluduntur: de cuius ſubſtantia, figura & vſu vide plura ſuprà in dictione *Diaphragma.*

‖ Septuoſus, quaſi ſeptuum plenus: itaque ita obſcurus. ‖

Sēptŭōsē, aduerb. à ſepio, Obſcurè. { ἀσαφῶς. Gall. *Obſcurement.* Ital. *Obſcuramente.* Germ. Verborgenlich/dunckel. Hisp. *Eſcuramente.* Ang. *Obſcurelie, darklie.* } Liu. *Antiopa*, Ita ſeptuosè dictio abs te datur quòd conſecutam agris ſapiens ægrè contulit.

Sēpīmentum, i, id dicitur quo aliquid ſepitur. { גדרה ghedheráh. φράγμα. Gall. *Cloſture de hayes.* Ital. *Chiuſura di ſiepe.* Germ. Verzeumung. Hisp. *Seto ò ſoto, eſpinal.* Ang. *A hedge or encloſing with à hedge.* } Varr. 1. *de re ruſt. c.* 14. Primum naturale ſepimentum, quod obſeri ſolet virgultis aut ſpinis, quod habet radices viuæ ſepis. Cicer. 1. *de Leg.* Atque hæc omnia quaſi ſepimento aliquo vallabit, differendi ratione, veri & falſi iudicandi ſcientia.

Sēpĭo, vide *Sepes.*

Sēpĭă, σηπία. Gall. *Seiche.* Ital. *Sepa,* Germ. Ein meerſpin oder blackfiſch der ein ſchwartzen ſchweiß von ihm leſt wan man in fahen wil/ vnd ſich darein verbirgt. Hisp. *La xibia pecado.* Angl. *A fiſhe called à cattell.* } Genus piſcis atrum cruorem dum ſe peti animaduertit, per aquam effundens, atque ita piſcatoribus iter veluti præſepiens. Plin. *lib.* 9. *cap.* 29. Sepiarum generis mares varij & nigriores, conſtantiæque maioris. Percuſſæ tridente fœminæ auxiliantur: at fœmina icto mare fugit. Ambo autem vbi ſenſere ſe apprehendi, effuſo atramẽto, quod pro ſanguine iis eſt, infuſcata aqua abſconduntur. Perſ. *Satyra* 3. Sepiam pro atramento ſcriptorio poſuit, reſpiciens nimirum ad piſcis eius ſanguinem, atramenti nigrorem referentem. Verba eius ſunt hæc,

Tum querimur, craſſus calamo quòd pendeat humor,
Nigra quòd infuſa vaneſcat ſepia lympha.

Sēpĭŏlă, diminutiuum. Plaut. *in Caſ.* Emitto ſepiolas lepidas, &c.

Sepium, σήπιον, pars dura ſolidáque in dorſo ſepiæ: quæ in loligine, gladiolus Fiſchbein/quo vtuntur aurifabri.

Sēpĭăs, ſepiadis, σηπιάς, Magneſiæ promontorium eſt, Herod. *lib.* 6. & Plin. *lib.* 4, *cap.* 9.

Sepinates, vel potiùs Sæpinantes, σαιπινᾶται, Populi ſunt inter Samnites in quarta Italiæ regione à Plinio collocati. Horum oppidum Sæpinum, σαίπινον commemoratur à Ptolemæo *lib.* 3. *cap.* 1.

Sēpīŭs, untis. σηποῦς Siponto, hodie *Mafredonia.* Oppidũ Appulorũ Dauniorũ, ad radicẽ Gargani montis à Diomede conditũ: à multitudine Sepiarũ, quæ ibi fluctibus eiiciuntur, impoſito nomine. Hoc poſtea aliquot literarum immutatione Sipius, σηποῦς, & Sipontum appellatum eſt.

Seplasia, fuit forum Capuæ, in quo vnguentarij negotiabantur. cuius deliciis fractam fuiſſe Punicam ferociam teſtatur Valerius Maxim. *lib.* 9. Cicer. *contra Rullum.* Iam verò qui metus erat tunicatorum illorum? & in Albana, & Seplaſia.

Seplasiarius, pro vnguentario, & effœminato. Lampridius *in Heliogabalo*, Pinxit se vt cupidinarium, vt seplasiarium, vt popinarium.

SEPONO, nis, pen. pro. Seorsum pono, separo, seiungo, disiungo. { אצל *atsal* אצר *atsár*. περιοδίω, ἀποτίθημι. GAL. *Separer, mettre à part, reseruer.* ITAL. *Mettere da banda, separare.* GERM. Näben sich setzen oder legen HISP. *Poner à parte.* ANGL. *To put aside, or à part, to lay à part.* } Cic. *in Orat.* Vt ij qui docerent, nullum sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent. Idem 3. *de Orat.* Vt alius aliam sibi partem, in qua elaboret, seponeret. Horat. *in Arte.*

Scimus inurbanum lepido seponere dicto.

Quint. *l.* 12. In consiliis verò, quæ ratio suadendi est, ab honesti quæstione seposita est, id est, diuisa, separata. Liuius *l.* 1. *ab Vrbe*, Captiuam pecuniam in ædificationem eius templi seposuit. Ouid. 3. *Fast.*

Te memorant primitias magno seposuisse Ioui.

Sueton. *in Calig. c.* 47. Ac nonnullos ex principibus legit ac seposuit ad pompam. ¶ Pro relegare in aliquem locum. Suet. *in Aug. cap.* 65. Agrippam ob ingenium sordidum & ferox, abdicauit, seposuítque Surrentum. (Paulò antè, relegauit.) vide paulò infrà *Sepositus*.

Sepositio, ἀπόθεσις. Vlp. *D lib. vlt. tit.* 2 *l.* 2. Si fortè qui decimam vouit, decesserit ante sepositionem.

Sepositus, Remotus, disiunctus. { נאצל *neetsál*. ἀποπεθειμένος. GAL. *Mis arriere des autres, retiré reculé & lointain.* ITAL. *Tirato à dietro, allontanato.* GER. Feer gelegen. HISP. *Apartado, puesto à parte.* ANG. *Put à part, reculed.* } Mart. *lib.* 1. Quæ tam seposita est, quæ gens tam barbara, Cæsar, Ex qua spectator non sit in vrbe tua? Pro relegatus, Sueton. *in Othon. c.* 3. Quare diducto matrimonio, sepositus est per caussam legationis in Lusitaniam. vide *Sepono* suprà.

SEPS, sepis, masculini generis, σήψ, Paruus serpens, ex cuius ictu membra percussa putrescunt: à σήπω, verbo Græco, quod est putrefacio. Nam quidquid momorderit, resoluitur in putredinem. Lucan. *lib.* 9. Ossaque dissoluens cum corpore tabificus seps, Plin. *lib.* 29. *cap.* 5. Lacerta quam hi Sepa, alij Calcidem vocant. Auson.

An Libyæ ferale malum sit Romula vox, seps?.

Sepedon, σηπεδών, etiam serpens, quem Gesnerus eundem esse censet cum sepe. Vox propriè est putredo. ergo serpens per meton. effecti.

Septa, septorum, vide *Sepio* in *Sepes*.

SEPTEM, numerale nomen notæ significationis, à Græco ἑπτά deductum, spiritu aspirato in s, mutato, & vocali vltima in em. { שבעה *schibháh*. ἑπτά. GAL. *Sept.* ITAL. *Sette.* GERM. Siben. HISP. *Siete en numero.* ANG. *Seuen.* } Virg. 6. *Æneid.*

Necnon Threicius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

Septemagium territorium captum à Romanis. Plutarch. *in Romul.*

Septangulus, dicitur quod septem angulos habet. ἑπτάγωνος.

September, mensis septimus à Martio, à quo Romani olim annum suum auspicabantur. { תשרי *tischri*. μαιμακτηριών, σεπτέμβριος. GAL. *Septembre.* ITAL. *Settembre.* GERM. Der herbstmonat. HISP. *El mes de setiembre.* ANGL. *The moneth of september.* } Aliquando sumitur adiectiuè. Horat. 1. *Epist.* 16.

Hæ latebræ dulces etiam (si credis) amœnæ,
Incolumem tibi me præstant Septembribus horis.

Septemfluus, a, um, quod septem alueis, riuis aut fontibus fluit. { ἑπτάρροος. GAL. *Qui coule par sept lieux.* ITAL. *Che cola per sette luoghi.* GER. Das siben flüss oder furt hat. HISP. *Que corre por siete partes.* ANGL. *That floweth or runneth in seuen places.* } Ouid. 15. *Metam.*

Pérque papyriferi septemflua flumina Nili
Victrices egisse rates.

Septemgeminus, a, um, quod septem habet partes, siue membra. { ἑπταπλοῦς. GALL. *Qui double en sept.* ITAL. *Che ha sette parti ò membri.* GER. Das siben theil oder arm hatt. HISP. *Cosa de siete doblezes.* ANGL. *Seuenfold.* } Virg. 6. *Æneid.*

Et septemgemini turbant trepida ostia Nili.

‖ Septempeda, *San seuerino*, V. E. Piceni. sub A. Firmano. ‖

Septempedalis, e, quod septem pedes est longum, { ἑπτάποδιαῖος. GALL. *De sept pieds.* ITAL. *Lungo di sette piedi.* GERM. Sibenschuchig. HISP. *Luengo de siete pies.* ANG. *Seuen foote long.* } Plaut. *Curcul.* ibi nunc statuam vult dare auream, Solidam faciundam ex aureo Philippeo, quæ fiet Septempedalis.

Septemplex, icis, quod in septem partes diuisum est. { ἑπταπλοῦς. GALL. *De sept doubles, separé en sept parties.* ITAL. *Spartito in sette parti.* GER. Sibenfach / oder das siben theil hatt. HISP. *Cosa de siete doblezes.* ANG. *Seuenfold.* } Virg. 12. *Æneid.*

——— *& clypei extremos septemplicis orbes*
Per medium stridens transit femur,

Ouid. 2. *Trist.*

Solus ad ingressus missus septemplicis Istri
Parrhasiæ gelido virginis axe premor.

Idem 13. *Metam.*

Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Aiax.

SEPTEMVIR, i, ‖ vnus ex septem viris, dignitatem aliquam administrantibus in imperio Germanico, electores principes dicuntur Septemuiri: Churfürsten / q. electionis principes, ἀρχιψηφισταί. Romæ collegia quatuor erant, Pontificum, augurum, septemuirorum, epulonum, & quindecim virorum. Postea sodalium Augustalium accessit collegium. Vide Casaub. in Sueton. Octau. *cap.* 10. ‖

Septemuiralis, e, ad septemuiros pertinens. Liuius 4. *bell. Pun.* Vt proditio pro Septemuirali iudicio esset, sempérque aliud sentiret, infidus Socius, vanus hostis, &c.

Septemuiratus, us, d. Septemuirorum dignitas. Cicer. 1. *Philipp.* Eundem in Septemuiratu nónne destituisti? interuenit enim.

Septenarius, a, um: vt, Septenarius numerus, qui constat septem rebus. ἑπτάς. GALL. *Contenant sept.* ITAL. *Numero di sette.* GERM. Die zal von siben. HISP. *Numero de siete.* ANGL. *That conteineth seuen.* } Septenarius versus. ἑπτάμετρος. Cicero 1. *Tusc.* Non intelligo quid metuat, quum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. ¶ Septenarius dierum, est hebdomas.

Septemdecim, Numeri nomen indeclinabile, notæ significationis. { δεκαεπτά, ἑπτακαίδεκα. GALL. *Dixsept.* ITAL. *Dieciseite.* GERM. Sibenzehen. HISP. *Diez y siete.* ANGL. *Seuentene.* } Cicer. 7. *Verr.* En quod Tyndaritani libenter prædicent, nos in septendecim populis Siciliæ non eramus.

Septenus, a, um, Septem. { שבעה *schibháh*. ἕβδομος. GALL. *Sept.* ITAL. *Sette.* GERM. Siben / je siben. HISP. *Siete.* ANG. *Seuen.* } Cicer. 4. *Verr.* Et pueri annorum senûm septenúmque denûm, Senatorium nomen nundinati sunt. Virg. 5. *Æneid.*

Dixerat hæc, adytis quum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, septena volumina traxit.

Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 17.

Non quia septenas noctes seiuncta cubaris.

Septennis, e, Septem annorum. { ἑπταετής. GALL. *Qui a sept ans, aagé de sept ans.* ITAL. *Di sette anni.* GERM. Sibenjärig. HISP. *Cosa de siete años.* ANGL. *Of seuen yeares.* } pro quo legitur & Septuennis, & hoc septuenne. Plautus *in Menæch.* Postquam iam pueri septuennes sunt.

SEPTENTRIONES, sunt septem stellæ, ex quibus quasi iuncti Triones figurantur. { עש *hasch*. ἄρκτος. GALL. *Septentrion, la partie septentrionale opposite au midi.* ITAL. *La parte settentrionale opposta à mezzo di.* GER. Das mitternächtisch sibengestirn / der heerwagen oder bär. HISP. *El norte.* ANGL. *The north, or seuen starres in the north.* } Scribit Varro triones rusticorum vocabulo boues vocari, quasi teriones, hoc est, arandæ terræ, ac colendæ idoneos. Alij triones à situ dictos malunt, quoniam ita sitæ sunt, vt ternæ quæque stellę proximæ inter se trigonon, id est, triquetram figuram constituant, quam recentiores vocant triangulum. Hoc sydus à figura, quia simile plaustro videtur, antiqui Græcorum ἅμαξαν, id est, plaustrum dixerunt: nostri à bobus iunctis, Septentriones appellarunt. Ab his etiam ventus spirat, qui Austro obiectus est: & Latinè Septentrio, & Septentrionalis ventus, & Septentrionarius: Græcè verò, quod ab arcto flet, Apartias appellatur. Cicer. *ad Att. lib.* 9 Ex ea die fuêre Septentriones venti. Septentriones, Græcè ἅμαξα, quid, & vnde, docet Gell. *cap.* 21. *lib.* 2.

Septentrionalis, e, adiect. ἀρκτικός. GALL. *Septentrional, du septentrion.* ITAL. *Setentrionale, di settentrione.* GERM. Mittnächtisch. HISP. *Cosa de la parte del norte.* ANGL. *Of the north.* } Vt, Septentrionalis ventus, à Septentrione flans. Plin. *lib.* 9. *cap.* 17.

‖ Septentrionarius, ventus septentrionalis. ‖

Septies, aduerbium, Septem vicibus. { ἑπτάκις. GALL. *Sept fois.* ITAL. *Sette volte.* GERM. Siben mahl. HISP. *Siete vezes.* ANGL. *Seuen tymes.* } Cicer. 2. *Philip.* Vbi est septies millies sestertiûm, quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat. Plin. *lib.* 16. *c.* 40. Septies restituto templo.

Septifariam, Septem modis, ea forma qua multifariam. { ἑπταχῆ. GALL. *Diuisé en sept.* ITAL. *A sette modi.* GER. Sibnerleyweiss. HISP. *En siete maneras.* ANGL. *Seuen diuerse wayes.* } Satra *de Verborum antiquitate*, In quod volumen vnum eos sectitauimus, & postea inuenimus septifariam diuisum. Nonius.

Septimus, a, um, Vltimus, siue vnus ex septem. { שביעי *schibhí*. ἕβδομος. GAL. *Septieme.* ITAL. *Settimo.* GERM. Der sibent / einer auss sibnen. HISP. *Cosa setena en orden.* ANGL. *Seuenth in order.* } Plin. *lib.* 7 *c.* 52. Vt tamen in septimum & quinquagesimum, atque centesimum vitæ duraret annum. Plaut, *Pseud sc.* 2 *a.* 2. Ædes esse septimas à porta esse dixit. Idem. *Men. sc. vlt. a.* 5 Auctio die septimi fiet. (Ita ibi omnes docti legunt die septimi. Caue scribas septimo.

Septimanus, a, um, qui ex ordine septimorum: septimo mense editus.

Septimana adiectiuè, quæ in septimarum ordine: vt primana [illegible] primarum. substantiuè est, septimana dies: ipsi septem dies collecti, hebdomas dierum. ¶ Septimana item, septem hedomades inter Pascha & Pentecosten ¶ Solemnitas ad finem illarum hebdomadum, quæ Pentecoste. Quinquagesimo die post falcem missam in segetem, celebrabatur. ¶ Septimana magna, quæ Pascha antecedebat, ob varios pietatis ritus, qui ad meditationem passionum Christi pertinebant, ita dicta.

Septimum, aduerb. Septimò. { שביעים *schibhím*. τὸ ἕβδομον, ἑπτάκις. GALL. *Pour la septiemefois, sept fois.* ITAL. *La settima volta.* GER. Zum sibendenmahl. HISP. *La setena vez.* ANGL. *Seuenthlie.* } vt, Septimùm Consul, sicut & secundùm Consul. Cic. 3. *de natur. deor.* Cur enim Martius tam feliciter septimùm Consul domi suæ senex est mortuus?

Septingenarius, a, um, quod septingentorum numerum complectitur. { שבע מאות *schebháh meóth*. ὁ ἑπτακοσιαῖος. GALL. *Du nombre de sept cens, septcentieme.* ITAL. *Di settecento, settecentesimo.* GER. Das sibenhundert hat. HISP. *De sietecientos.* ANGL. *Of the nomber of seuen hundred.* } vt, Septingenarius grex, Varr. 2. *de re rust. cap.* 10. Septingenarij enim mei, tu octingenarios habuisti.

Septingenti, æ, a, pluraliter tantùm. { שבע מאות *schebháh meóth*, ἑπτακόσιοι. GALL. *Sept cens.* ITAL. *Settecento.* GER. Sibenhundert. HISP. *Sietecientos en numero.* ANG. *Seuen hundred.* } Plin. *lib.* 35. *c.* 2. Et M. Varro benignissimo inuento insertis voluminum suorum fœcunditati non nominibus tantùm septingentorum illustrium. Liuius 3. *bell. Pun.* Casilinum oppidũ redditum Campanis est, firmatis septingentorum militum de exercitu Annibalis præsidio.

Septingentesimus, a, um, Vltimus, siue vnus ex septingentis. { שבע מאות *schebháh meóth*. ἑπτακοσιοστός. GAL. *Septcentieme.* ITAL. *Settecentesimo.* GER. Der sibenhunderst ist / oder einer auss sibenhunderten. HISP. *Sietecientos en orden.* ANGL. *The seuenhundreth.* } Liu. 3. *ab Vrbe*, *in Prooem.* Res est præterea, & immensi operis, vt quæ supra septingentesimum annum repetatur.

Septicollis, vrbis Romæ epitheton, à septem collium numero impositum. { ἑπτάλοφος. GAL. *De sept collines.* ITAL. *Di sette colli ò montagnette.* GER. Das siben bühel hat. HISP. *De siete collados.* ANGL. *Of seuen hilles.* } quorum nomina erant, Capitolinus, Palatinus, Quirinalis, Auentinus, Cælius, Viminalis, & Exquilinus.

SEPTIMONTIVM, dies festus appellatus mense Decembri, qui dicitur in Fastis Agonalia, quòd in septem montibus fiunt sacra: Palatio, Velia, Fagutali, Subura, Cermalo, Cælio, Oppio, Cespio. Fest. Illa verò Agonalia

nalia propridie idus Decembres,alia ab illis Agonalibus, quæ notant fasti mense Ianuario.

Septimontialis, e, ad septimontium pertinens: vt, Septimontiale sacrum, Suet. *in Domit.c.4.*

Septizonium, hebdomas: quasi zona temporis à septem diebus constibulata.

Septuaginta, Decies septem. { שבעים *schibbim.* ἑβδομήκοντα. GALL. *Septante.* ITAL. *Settanta* GER. Sibenzig. HISP. *Setenta en numero.* ANG. *Seuentie or threescore and ten.* } Cicer. 5. *Verr.* Vnus ager Agyrinensis centum septuaginta oratoribus inanior quum sit.

Septuagenus, a, um, quanuis propriè ad distributiuum numerum pertineat, sæpè tamen id ferè valet quod septuaginta. { שבעים *schibbim.* ἑβδομηκοστός, vel ἑβδομήκοντα. ANG. *Seuentie.* } Plin. *l.26.c.16.* Septuageno coitu durare libidinem contactu herbæ cuiusdam.

Septuagies, Aduerbium. Colum. *lib.7.c.2.* Hoc in se multiplicato, septuagies septuageni fiunt quatuor millia & nongenti.

Septiana mala, σηπιανὰ μῆλα, dicuntur à Septio Libertino, eorum primo insitore, insigni rotunditate prædita. apud Colum. tamen *lib.5.cap.10.* vnde Calepinus hæc se sumpsisse profitetur, *Sextiana poma* legimus non *Septiana.*

Septicus, a, um, σηπτικός, Putrefactiuus, ἀπὸ τοῦ σήπειν, quod est putrefacere. Vnde & σήπτικα dicuntur medicamenta quæ putrefaciendi vim habent. Plin. *lib.28.c.9.* Quin & sanguis eorum septicam vim habet.

SEPTVNX, cis, mensura, vel pondus septem vnciarum. hoc est, assis partes septem. { ἑπτούγκιον. GALL. *Sept onces.* ITAL. *Sette onze, ò sette parti di dadici.* GERM. Siben theil eines dings das in zwölffe abgetheilt wirt. HISP. *Siete partes de doze.* ANGL. *Any weight of seuen ounces.* } Vide & in agri mensuris septunx dicitur qui continet semiiugerum, & iugeri partem duodecim. Columell. *libr.5. capit.1.* Pars dimidia, & vna duodecima, pedes sexdecim millia & octingentos: hoc est, septunx, in quo sunt scrupula CLXVIII. ¶ Accipitur etiam septunx pro septem cyathis vini. Solebant enim veteres, quando se paulò liberiùs inuitabant, tot vini cyathos ebibere, quot erant literæ in amasiorum, amicaúmve nominibus singulósque cyathos appellabant vncias Mart. *libr.8.*

Si Theluthusa venit, promissaque gaudia portat.
Seruabor domina Rufe triente tuo.
Si dubia est, septunce trahar: si fallit amantem.
Vt iugulem curas, nomen vtrumque bibam.

Tale est illud eiusdem poetæ *lib.11.*

Quincunces, & sex cyathos, bessémque bibamus,
Caius vt fiat Iulius, & Proculus.

Quincunces ait, id est, quinque cyathos: bessem, id est, cyathos octo. In Caius enim quinque sunt literæ, in Iulius sex, in Proculus octo. Idem *lib.1.*

Næuia sex cyathis, septem Iustina bibatur,
Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus:
Omnis ab infuso numeratur amica Falerno,
Et quia nulla venit, tu mihi Somne veni.

Septuncialis, e, quod est vnciarum seu partium septem. { ἑπτουγκιαῖος. GALL. *De sept onces.* ITAL. *Di sette onze.* GERM. Das siben theil hat eines zwölfftheiligen. HISP. *De siete onças.* ANGL. *Of seuen ounces.* } vt, Septuncialis satio, qua seritur semiiugerum, & duodecima iugeri pars. Colum. *lib.2.cap.10* Media sementi pars seri, & pars vltima debet, quæ septuncialis satio dicitur.

Septuplus, a, um, septies tantus proportione.

Septimius, vir Romanus, cuius amores describit Catullus. A quo Septimillus diminutiuum. Catul. *de Asme*, Sic, inquit,

——— mea vita Septimille,
Huic vni domino vsque seruiamus.

Septuosus, & Septuose, vide *Sepes.*

Sepulcrum, Sepultura, vide *Sepelio.*

Sepum, vide *Seuum, & Sebum,* στέαρ.

SEQVANA, σηκουάνα. Vulgò Seine, fluuius Galliæ, Belgas à Celtis diuidens qui Sequanis populis, apud quos oritur, nomen creditur fecisse. Plin. *lib.4.cap.17* A Scalde ad Sequanam Belgica.

Sequani, σηκουανοὶ Stephano, populi sunt Galliæ, Heduis, Lingonibus, & Heluetiis finitimi, à Sequana fluuio qui apud eos oritur, nomen sortiti. Horū loca hodie tenent Burgundiones, gens origine Germanica, quemadmodum & Franci qui traiecto Rheno in Galliam irruperunt, pulsísque prioribus incolis, sedes eorum inuaserunt.

Sequanus, a, um, adiectiuum. Lucanus *lib.1.*

Optima gens flexis in gyrum Sequana frenis.

Sequanicus, a, um, aliud adiectiuum. Martial *lib.13.*

Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam, &c.

Sequax, Sequela, vide *Sequor.*

SEQVESTER, ris, re: & hic & hæc Sequestris, & Sequester, tra, trum, apud quem plures rem aliquam, de qua controuersia est, deposuerunt: vt inquit Modestinus *de verb. sign.* { μεσεγγυητής, μεσίτης. GALL. *Gardien de biens, ou depositaire en iustice, sequestre.* ITAL. *Chi ha in deposito danari d'altri, intromesso.* GERM. Ein mittelmann hinder welchen zwo partheyen etwas gelegt haben darumb ein span ist/ein schidmann/oder/ handler. HISP. *El tercero, aquel en quien se reponê los rehenes ò prendas terceria.* ANG. *A sollicitour, or atturney in the law, an indifferent man betwene two parties.* } Dictus (vt docet Gellius *lib.20.c.10.*) quòd eius qui electus sit, vtraque pars fidem sequatur: est enim medius inter duos altercantes, apud quem aliquid seponitur. Quapropter Virg. *lib. 11.* Pacem sequestram, inducias appellauit, quòd mediæ sint inter bellum præteritum & futurum:

Bis senos (inquit) pepigere dies, & pace sequestra
Per syluas Teucri, mistique impune Latini
Errauere iugis.

Senec. *c.12. de consol. ad Heluiam*, Menenius Agrippa, qui inter patres ac plebem publicæ gratiæ sequester fuit. Sequester (inquit Asconius apud quem pecunia deponitur. ¶ Tribuum quoque corrumpendarum conductor, Sequester dicebatur: quod etiam annotauit Budæus, Sequestri, inquiens, verbo Oratores pro iis interpretibus vtuntur, qui iudiciis corrumpendis, aut eiusmodi maleficiis suscipiendis operam suam locant. Cicer. 2. *Ver.* Moneo, prædico, antè denuntio, qui aut deponere, aut accipere, aut recipere, aut polliceri, aut sequestres, aut interpretes corrumpendi iudicij solent esse: quíque ad hanc rem aut potentiam, aut impudentiam suam professi sunt, abstineant in hoc iudicio manus, animósque ab hoc scelere nefario. Idem *pro Cluent.* Quo sequestre in illo iudice corrumpendo dicebatur esse vsus. ¶ Sequester apud Quintil. est, qui à litigatore doctus, docet patronum. is enim ait *lib. 12. cap. 8.* Quomodo autem sequester ille, & media litium manus, & interpres, &c.

Sequestrò, aduerbium, apud sequestrem: ἐπὶ μεσεγγύῳ, vt, Pecuniam sequestrò deponere, hoc est, in manibus sequestris, donec sententia decisum fuerit cuius esse debeat. Sequestrò se ponere, dixit Cato apud Gell. *cap.10. libro 20.* pro eo quod est sese separare ab eo cum quo antea fueris coniunctus. Nolite (inquit) per Deum immortalem vos sequestrò ponere. Hinc Sequestropositus, a, um, quicquid apud sequestrum positum est. Differt autem res sequestrò posita à Deposito, quòd rei depositæ proprietas apud deponentem manet vnà cum possessione at sequestropositæ possessio ad sequestrum transit. Id enim agitur ea dispositione, vt neutrius possessioni id tempus procedat. Hotom.

Sequestro, as, apud sequestrum depono, vt in tuto sit: depono seruandum, condo. certum facio, & persuasum: sequestrum ago.

Sequestrarius, adiect. vt, Actio sequestraria. Pompon. *in l.si in agro.§.cùm sequestro ff. depositi, vel contra.*

Sequestratorium, locus vbi aliquid sequestratur, seu depositum seruatur. Tertull. sequior, deterior.

‖ Sequestrum scriptum illud, quod de sequestratione conficitur Cath.‖

Sequius, ἄλλως. pro Secius aduerbio Liu. 2. *ab Vrbe*, Inuitus, inquit, quod sequius sit de meis ciuibus loquor, &c.

SEQVOR, eris, utus, à Seco deductum est verbum commune, secundum Priscianum. Eo pòst. { הלך אחר רדף *halách achár* רדף *radhaph.* ἕπομαι, ἀκολουθέω. GALL. *Suiure.* ITAL. *Seguire, seguitare.* GERM. Folgen/ nachfolgen. HISP. *Seguir.* ANGL. *To followe.* } Plaut. *in Amph.* Sequere hâc igitur me. Plaut. *Men. sc.1.a.4.* Quò sequar ego te? c. Ad trapezitam. *Ibid. sc.4.a.1.* Eamus intrò. M. Iam sequar te, &c. Terent. *Andr.* funus interim procedit, sequimur, ad sepulchrum venimus. Cicer. 1. *Offic.* Neque enim attinet repugnare naturæ, nec quicquam sequi quod assequi non queas. Virg. 1. *Æneid.*

——— hos tota armenta sequuntur,
A tergo, & longum per valles pascitur agmen.

Sequi amicum, est facere quod amico placet, & obtemperare illi. Cicer. *de Amicitia*, Vt ne quis concessum putet, amicum bellum patriæ inferentem sequi. Sequi consuetudinem, est facere secundùm consuetudinem. Plin. *Epist. 30.* Tu ergo, inquit, quam consuetudinem sequeris? ¶ Sequi fidem alicuius. Cicer. *de Diuin.* Quòd fidem secutus, amicitiámque pop. Rom. functus sit officio. ¶ Sequi suam fortunam, est successu, & occasione fortunæ vti. Sequi naturam ducem, facere quemadmodum natura nos inclinat. Sequi verbum aliquod, est summæ dictionis cuti insistere, omissa interim sententia. Sequitur vt. Idem 2. *de finib.* Nec enim sequitur vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. Idem *de Fato*, Veniet in Tusculanum Hortensius, verum non est, sequitur vt falsum sit. *Ibidem*, Nec si omne enunciatum verum aut falsum est, sequitur ilico esse causas immutabiles & æternas. ¶ Sequi sequentem, *Æneid. 11. v.695.* Totus locus ostendit, id de motu in orbem dici, vbi, quod tunc prius, mox posterius videtur. Ait,

Orsilochum fugiens magnúmque agitata per orbem
Eludit æquo interior, sequitúrque sequentem.

Et sequi, hoc est persequi possumus sequentem.

Sequor, Secta, secutio, & eorum notio, apud Gell. *cap. 9. libr. 18.* Huius composita sunt, assequor, consequor, exequor, insequor, obsequor, persequor, subsequor, pedisequus, & pedisequa: de quibus suis locis.

‖ Sequutio, ἀκολουθία. Gell. *lib.18.c.9.* Et sequor, & item secta & sequutio, consuetudine loquendi differunt, sed qui penitius inspexerit, origo & ratio vtriusque vna est. ‖

Sequutor, ris, qui præeuntem sequitur. { הלך אחר *holéch achár* רדף *rodhéph.* ἀκόλουθος. GALL. *Qui suit.* ITAL. *Seguitatore.* GER. Ein nachfolger. HISP. *El que sigue ò va tras otro.* ANGL. *He that followeth.* } Sequutores item inter gladiatores dicuntur, qui aduersus retiarios pugnabant, alio nomine mirmillones dicti. Vtitur hac voce Suet. *in Caligula c.30.* Retiarij tunicati, inquit quinque numero gregatim dimicantes, sine certamine vllo totidem sequutoribus succubuerant: vsus est Iuuenal. *Sat.8.*

Sector, atis, Multùm & continuè sequor. { הלך אחר *halách achár* רדף *radhaph.* παρακολουθέω. GALL. *Suiure souuent.* ITAL. *Seguitare, andar dietro.* GERM. Stets oder embsig nachfolgen. HISP. *Mucho seguir, andar tras otro.* ANG. *To follow often.* } Plaut. *in Cistel.* Anum sectatus sum clamore per vias. Cic. 4. *Verr.* Is cùm Prætorem circa omnia fora sectaretur. Idem *pro Sext. Rosc.* Ij serui vbi sunt? Chrysogonum, Iudices, sectantur. Plaut. *Milit. sc.1.a.2.* Ait sese vltrò mulieres sectarier. Propriè autem hoc verbum (quod & Donatus annotauit) ad Philosophorum discipulos pertinet, qui præceptorem assiduè comitantur, vt colloquio eius, & vsu eruditiores, eique per omnia similes euadant. Huc respexit Gnato ille Terentianus *in Eunucho*, Ibi homo cœpit me obsecrare, vt sibi liceret discere id de me, sectari iussi. Tanquam Philosophorum habent disciplinæ ex ipsis Vocabula, parasiti ita vt Gnatonici vocentur. ¶ Sectari & flagitare aliquem. (de Creditore.) Gell. *c.6. lib.7.* ¶ Sectari beluas, apros, ceruos, & venando consectari, persequi, inuestigare, perquirere, sequi. διώκειν. Virg in *Bucolicis 3. Ecloga*,

Si dum tu sectaris apros, ego retia seruo.

Horat. *Sermonum Satyra 2.*

——— leporem sectatus, equóve
Lassus ab indomito.

Plaut. *Pseud. sc.2.a.2.* Quod ille gallinam, aut columbam se sectari dicat, (id est, persequi fugientes.)

Sectator, is, verbale, qui assiduè aliquem assectatur. { ὁ ἀκόλουθος. GALL. *Qui*

Qui suit & hante aucun pour apprendre de luy, sectateur. ITAL. *Chi segue alcuno per imparare da lui.* GERM. Ein embsiger oder fleyssiger nachfolger. HISP. *Quien sigue alguno para aprender.* ANG. *He that followeth often or haunteth one.* Cic *pro Murana*, Quid opus sectatoribus? Idem *pro Rab. Posthumo*, Num Gabinij comes est, vel sectator? ¶ Sectatores Philosophorum, id est, discipuli, qui vt aliquid ab iis addiscant, ab eorum latere nunquam discedunt. Gellius *lib. 2. cap. 2.* Taurus sectatoribus commodùm dimissis, sedebat pro cubiculi sui foribus.

Sectă, æ, { αἵρεσις. GALL. *Vne secte, opinion suivie par quelques gens contre l'opinion des autres.* ITAL. *Setta, liga, opinione.* GERM. Ein sect/ein rott einer besonderen meinung. HISP. *La secta que cada vno sigue.* ANG. *A sect, or opinion of some against the commone opinion.* } Propriè est ratio illa dogmatum, quam quis sibi in philosophia imitandam proposuit: & tuendam suscepit: à sectando (vt volunt) dicta, quòd plures primùm opinionis cuiuspiam autorem sequantur. vel à sectione (vt aliis placet) quòd quum omnes philosophi dicantur, scitorum tamen diuersitate à se inuicem sint diuisi. Aliud enim de summo bono sentiunt Stoici, aliud Academici, aliud Peripatetici, aliud Epicurei. Cicero *de Orat.* Est autem secta, disciplina, seu certa quædam disciplinæ formula, factio, studium, ratio vitæ. Colum. *lib. 6.* Quare antiquissimum est formam huius operis conscribere, quam velut sectam, legémque in proscindendis agris sequantur agricolæ. Cic. *pro Cælio*, Qui hanc sectam, rationemque vitæ re magis quàm verbis secuti sumus. Idē *2. de nat. deo.* Omnis natura artificiosa est, quòd habet quasi viam quandam, & sectam quam sequatur. Idem *ad Brut.* Reliquias hostium Brutus persequitur. Et Cæsar, Hostes autem omnes iudicari, qui M. Antonij sectam secuti sunt. Quid secta, & vnde, vide apud Gel. *cap. 9. lib. 10.* Hinc *Consectaneus*, qui eiusdem sectæ est. ὁμόδοξος. August. *lib. 10. de Ciuit.* Quantò humaniùs, & tolerabiliùs consectaneus tuus Platonicus Apuleius errauit.

Sectaculum, id quod sequitur, propago, progenies. Apul.

Sectāriŭs veruex, qui gregem ouium præcedens, ducem se illis præbet { ὁ κριὸς ὡς ἕπεται ὁ ἀκολουθεῖ, ὁ καὶ ἡγεμών. GALL. *Le mouton qui va deuant le troupeau que les autres suiuent.* ITAL. *Montone, che precede il grege.* GER. Ein hammel oder herman dem die schaffherd nachzeucht. HISP. *El cabestro de qualquier ganado.* ANGL. *A ramme that goeth before and guideth the flock.* } Plaut. *in Captiuis*, Qui petroni nomen indunt verueci sectario.

Sĕquāx, cis, Facilis, siue aptus ad sequendum quocunque trahatur. {ἀκολουθητικός. GALL. *Qui suit facilement.* ITAL. *Segace.* GERM. Zuzig/das gern volget wohin man es zeucht. HISP. *Cosa que mucho sigue, ò persigue.* ANGL. *That followeth easilie.* } vt, Lanæ sequaces, quæ nentis manum sequuntur. Martialis *lib. 13.*

Niliacum ridebis olus, lanásque sequaces,
Improba quum morsu fila, manúque trahes.

Cornuum natura, sequax, id est, flexilis, & ductilis. Plin. *lib. 11. cap. 37.* Adeò sequax natura est, vt in ipsis viuentium corporibus feruenti cera flectantur. ¶ Aliquando significat id quod se spargendo dilatat. Persius *in Proœmio*, Quorum imagines lambunt Hederæ sequaces. ¶ Sequacem verò materiam, dixit Plin. *lib. 11. c. 2.* pro tractabili, & facili. Idem bitumen sequax, dixit *lib. 7. cap. 15.* id est, lentum, & quod attactum digitos sequitur, piscis vel visci more. ¶ Sequaces capreæ, hoc est, aliæ aliam sequentes. Virg. *3. Georg.*

——— Capreæque sequaces
Illudunt, pascuntur oues, auidæque iuuencæ.

¶ Aliquando sequax, idem est quod sectator. Senec. Cæterique Aristippi sequaces.

Sĕquēlă, æ, ipse sequendi actus. {ἀκολουθία. ANGL. *The act of following.* } ¶ Aliquando ponitur pro accessione & appendice. Scæuol. *l. 93. D. de solut.* Et quasi generale quid retinendum est, vt vbi ei obligationi, quæ sequelæ locum obtinet, principalis accedit, &c.

‖ Sequella, accessio. Vlp. *d. lib. 47. tit. 2. l. 14.* Si iumenta tibi commodauero, quorum sequella erat eculeus. ‖

Sĕră, æ per simplex r. Instrumentum est, quo clauduntur ostia. { מנעול *manhúl.* κλεῖθρον, κλεῖδρον. GALL. *Vne serrure ou vn cadenats & bout.* IT. *Chiauatura, serratura, chiusura, toppa.* GER. Ein thürschloß. HISP. *Cerradura.* ANGL. *A locke.* } Iuuen. *Saty. 6.*

Adde seram, cohibe: sed quis custodiet ipsos
Custodes?

Veterum seræ exēptiles erant, nec foribus clauis affixæ, tales sunt quas vocamus *cadenats.* Petronius Arbiter, Dum loquimur, sera iam sua sponte delapsa cecidit. Ouid. *1. Amor. Eleg. 6.*

Tempora noctis eunt, excute poste seram.

Dictæ seræ, teste Festo, quòd foribus admotæ opponuntur, defixæ postibus, quemadmodum ea quæ terræ inseruntur. Varro *lib. 3. de lingua Latina*, à serare deriuat, quod est aperire.

Sĕrānus, siue (vt alij scribunt) Serranus, duplicator, Attilij cuiusdam nobilissimi Senatoris cognomen, à serendo impositum: quòd quo tempore aduersùs Samnites dictus est dictator, à viatore inuentus fuerit in agro sua manu frumentum serens. Plin. *lib. 18. cap. 3.* Serentem inuenerunt dari honores Serranum: vnde cognomen.

‖ Serapha, animal quadrupes. Gesn. ‖

Seraphim, שרפים Vox est Hebraica, pluralis numeri, idem significans quod igniti, candentes: à verbo שרף *seráph.* succendo, vro, exuro, comburo. *Numer. 21.* Misit Dominus in populum hannehasim haseraphim, id est, ignitos serpentes. ¶ Significat & certum ordinem angelorum cœlestis hierarchiæ, estque generis tam masculini, quàm neutri. *Isaie 6.* Seraphim stabant subter illud *Ibidem*, Et volauit ad me vnus de Seraphim. D. Hieronymus *ad Furiam*, Hæc sunt duo seraphim ter glorificantia trinitatem.

Sĕrāpiăs, σεραπιάς. herba, quæ & orchis dicitur, eò quòd habeat radicem geminis testiculis similem: de qua Plin. *lib. 26 c. 10.*

Serapion, Ælianus dictus, orator Alexandrinus, scripsit ad Adrianum principem Panegyricum, & orationes in genere deliberatiuo. Item, Vtrum Plato iure remouerit Homerum à sua republica: præterea artem rhetoricam. Autor Suidas ¶ Serapion, pictor, cognominatus Rhypatographus, quòd humilia quædam & sordida pingeret. Autor Plin. *lib. 35. cap. 10.* ¶ Serapion, præsul Antiochenus sub Commodo principe: cuius meminit Hieronymus. ¶ Serapion item alius, qui ob elegantiam ingenij, Scholasticus meruit cognominari, charus Antonio monacho: scripsit contra Manichæos egregium volumen, & quædam alia: laudatus etiam ob fidei constantiam sub Constantino principe, vt idem Hieronymus autor est.

Sĕrāpĭs, is, vel Serapidis, secunda syllaba indifferente, σέραπις, Deus Ægyptiorum, qui & Apis & Osiris dicitur. Martial. *lib. 9.*

Vincebant, nec quæ Serapin amat.

Idem.

Isæum Serapin Nilus veneratur Osirin.

Vide de hoc plura in dictionibus, *Apis & Osiris.*

Sĕrāpēum, σεραπεῖον, Serapidis templum Alexandriæ, atriis, & columnis amplissimis, signísque spirantibus, omníque opum varietate ita exornatum, vt toto orbe terrarum, vno Capitolio excepto, nihil vnquam visum sit ambitiosius. Autor Am. Marcellinus *in Alexandro.*

Sĕrbōnis, σερβωνίς, palus iuxta montem Casium, mille circiter stadiorum ambitum habens. Vide Strabonem *lib. 17.* Herodotus *lib. 3.* Serbonitidem vocat.

Sĕrēnă. vxor Stiliconis, ex qua Mariam suscepit: quæ Honorio Imperatori nupsit. Huius Serenæ laudes eleganti Panegyrico celebrauit Claudianus poëta.

SĔRĒNVS, a, um, Tranquillum, sine nubibus, sine imbre: à serendo, vt quidam volunt, quòd id maximè tempus sationi aptum sit. { צח *tsach* טהור *tahór.* εὔδιος, αἴθριος. GALL. *Clair & serain, sans nuées & pluyes.* ITAL. *Sereno, tranquillo, senza nube.* GER. Schön/heiter/hüpsch. HISP. *Cosa serena y clara.* ANGL. *Faire, leere, without cloudes or rayne.* } Virg. *6. Æneid.*

Ac veluti in pratis, vbi apes, æstate serena
Floribus insidunt variis.

Idem *1. Georg.*

Humida solstitia, atque hymes orate serenas
Agricolæ.

Autor ad Herennium *lib. 4.* Ita vt hirundines æstiuo tempore præstò sunt, frigore pulsæ recedunt: ita falsi amici sereno vitæ tempore præstò sunt, simulátque hyemem fortunæ viderint, deuolant omnes. Martialis *lib. 1.* Cælo perfruitur sereniore. ¶ Serena frons per translationem ponitur pro læta. Idem *lib. 2.*

Sic me fronte legat dominus Faustine serena.

Ouid. *Eleg. 1. lib. 1. Trist.*

Carmina proueniunt animo deducta sereno.

Suet. *in Aug. cap. 79.* Vultu erat vel in sermone, vel tacitus adeò tranquillo, serenóque, vt, &c. ¶ Serenus color, lucidus, Plin. *libro 9. cap 35.* Serenum colorem margaritæ pro claritate matutina contrahunt. ¶ Serenum, substantiuè, idem quod serenitas, εὐδία, αἰθρία. Virg. *1. Georg.*

Nec minus ex imbri soles, & aperta serena
Prospicere.

Quint. Temperatus (sanguis) medium quoddā serenum in vultu. ¶ Sereno, casus ablatiui, pro sereno tempore)(Nubilo. Plin. *l. 11. c. 24.* Aranei sereno non texunt. nubilo texunt. ¶ Quandoque ponitur serenus, pro sicco: quod & Nonius annotauit. Virg. *1. Georg.*

——— vnde serenus
Ventus agat nubes.

quas alibi Arida nubila appellauit.

——— atque arida nubila differt.

Sĕrēnĭtās, atis, Puritas & tranquillitas aëri. { צחצחות *tsachtsachoth* טהרה *taboráh.* αἰθρία, εὐδία. GAL. *Serain, beau temps.* ITAL. *Serenità, serenezza.* GER. Wätterschöne. HISP. *Aquel sereno ò claridad.* ANGL. *Fairnesse of weather.* } Plin. *l. 10. c. 97.* Salamandra animal lacerti figura, stellatum, nunquam nisi magnis imbribus proueniens, & serenitate deficiens Cic. *2. de Diuin.* Hæc igitur quum sint tum serenitas, tum perturbatio cæli: est ne sanorum hominum, hoc ad nascentium ortus pertinere non dicere? Liu. *l. 6. bell. Pun. 2.* Vbi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur.

Sĕrēno, as, Clarifico, Tranquillo. { שבח *schibbách* השביח *hischbiach* השקיט *hischkit.* GALL. *Faire clair & serain,* ITAL. *Serenar, far l'aria chiaro & sereno.* GERM. Schön vnd heiter machen. HISP. *Hazer claro y sereno.* ANGL. *To mak faire weather, to quiet* } Virg. *1. Æneid.*

Olli subridens hominum sator, atque deorum,
Vultu quo cælum, tempestatésque serenat.

¶ Translatè dicitur & de aliis, quàm aëris constitutione. Idem *4. Æneid.*

Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat.

Plin. *lib. 2. cap. 6.* Atque etiam nubila humani animi serenat.

‖ Serenator, vt serenator Iupiter, apud Apul. ‖

Sĕrēnātus Phœbus. { צח *tsach* טהור *tahór.* ἠθεριωθείς. } Silius *lib. 5.*

Dona serenato referat solemnia Phœbo.

Serenum, serenitas: vitæ felicis æquabilitas.

Sĕrēs, σῆρες, populi Scythiæ Asiaticæ, à Sera vrbe sic dicti, apud quos arbores sunt, quæ non solùm folia, sed lanam quoque proferunt tenuissimam. Nam ex earum frondibus canitiem depectunt aqua perfusam ex quo vellere vestimenta conficiunt, quæ serica nuncupantur. Virg. *2. Georg.*

Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres.

De his Marcellinus *lib. suæ historiæ 23.* Agunt, inquit, ipsi quietiùs Seres, armorum semper & præliorum expertes: vtique hominibus sedatis & placidis est otium voluptabile: nulli finitimorum molesti cæli, apud eos iucunda salubrisque temperies, aëris facies munda, leuiúmque ventorum commodissimus flatus, & abundè syluæ sublucidæ, à quibus arborum fœtus aquarum asperginibus crebris velut quædā vellera mollientes, ex lanugine & liquore mistam subtilitatem tenerrimam pectunt, nentésque subtegmina, conficiunt sericum ad vsus antehac nobilium, nunc etiam infimorum sine vlla discretione proficiens. Ipsi præter alios frugalissimi, pacatioris vitæ cultores, vitant reliquorum mortaliū cœtus. Qúmque ad coëmenda fila, vel quædam alia transeunt flumen aduenæ, nulla sermonum vice, propositarum rerum pretia soli

solis oculis æstimantur:& ita sunt abstinentes, vt apud se tradentes genitia nihil ipsi comparent aduentitium. Hæc Ammianus Marcellinus.
¶ Huius nominis nominatiuus singularis est Ser, σήρ. Sidonius,

Assyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus.

Ausonius,

Iam Pelago volitat mercator vestifluus Ser.

In manuscriptis exemplarib.

Vellera depectit memoralia vestifluus Ser.

¶ Quin & vermiculus quidam sericum texens(vt autor est Pausanias) ser appellatur, σήρ.

Seresco, scis, Siccus fio, quasi serenesco, & serenus fio, quoniam serenitas sicca est. { יבש jabésch. ξηραίνομαι. GALL. *Deuenir sec.* ITAL. *Seccarsi.* GERM. Trucknen/trucken werden. HISP. *Secarse.* ANGL. *To waxe drie.* } Lucret. *lib.* 1.

Denique fluctiuago suspensa littore vestes
Vuescunt, eadem candenti Sole serescunt.

Hæc Nonius. ¶ Aliquando serescere, est in serum abire. ὀρρώδης. Plinius *lib.* 11. *c.* 41. Omne autem lac igne spissatur, frigore serescit.

Sergestus, vnus ex comitibus Æneæ. Virgil. 1. *Æneid.* Mnesthea; Sergestúmque vocat.

Sergia, oliuæ genus, apud Col. *lib.* 5. *c.* 8.

‖ Sergiopolis, M. sub P. Antiocheno ‖

Seria, æ, vas vinarium, fictile, oblongum. { πίθος. GALL. *Vn vaisseau longuet à mettre du vin ou de l'huyle, baril.* ITAL. *Bote longhetta.* GERM. Ein lang irdin weingeschir. HISP. *Vasija luenga de barro.* ANGL. *A pipe, a wine vessel in fashion long.* } Liu. *lib.* 4. *bell. Pun.* Et in vico Istrico fontem sub terra tanta vi aquarum fluxisse, vt serias, doliáque, quæ in eo loco erant peruoluta, velut impetus torrentis tulerit. Terent. *in Heaut.*
— sodes vide Releui dolia omnia, omnes serias. Pers. *Satyr.* 4.

——— *& ô si*
Sub rastro crepet argenti seria dextro
Hercule.

Colum. *lib.* 12. *c.* 18. Dolia quoque & suriæ, cæteraque vasa ante quadragesimum vindemiæ diem picanda sunt. ¶ Seriæ oleariæ, Varro 3. *de re rust. c.* 2. Nec tamen ibi se vidisse tabulam pictam, neque signum æneum, aut marmoreum vllum nihilo magis torcular vasa vindemiatoria aut serias olearias, aut trapetas.

Seria, Hispaniæ vlterioris vrbs, in tractu Celtico, alio nomine Fama Iulia dicta. Autor Plin. *lib.* 3. *c.* 1.

Seriola, doliolum fictile, in quo vinum solet asseruari. { πιθίδιον. GALL. *Petit baril.* ITAL. *Picciola bote.* GERM. Ein langlecht irdin geschirrlin / in das man wein thut. HISP. *Tinajuela, vasija pequeña.* } Pers. *Satyr.* 4.

Seriola veterem metuens deradere limum.

SERICVM. { σηρικόν. GALL. *Soye.* ITAL. *Seta.* GERM. Seyden. HISP. *Seda.* ANGL. *Silke, fine flexe.* } Id dici potest quod à Seribus fiebat, & depectebatur ex arboribus ad vestimentorum nobilitatem, vt refert Plin. *lib.* 6. *c.* 17. Vnde Virg. 2 *Georg.*

Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres.

Vulgus autem nostrum Sericum accipit pro eo texturæ opere, quod ex bombycum lanificio depecti solet.

Sericus, a, um, quod ex serico confectum est. { σηρικός. GALL *De soye.* ITAL. *Di seta.* GERM. Seiden/auß seiden gemacht. HISP. *Cosa de materia de algodon, ò seda.* ANGL. *Of silk.* } Est autem sericum, lanæ pretiosissimæ genus, quod apud Seras Scythiæ Asiaticæ, aut (vt alij malunt) Indiæ populos, ex arborum frondibus dicitur depecti. ¶ Quanquam non desunt, qui vermiculi lanificium esse putent, qui gentis illius lingua Ser, σήρ, appellatur. Quam sententiam ne Iulius quidem Pollux dissimulauit, sic scribens: *Onomastici sui lib.* 7. Ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς σῆρας ἀπὸ τοιούτων, ἑτέρων ζώων ἀθροίζειν φασὶ τὰ ὑφάσματα. Priorem opinionem sequitur Virgil. 1. *Georg.*

Velleráque vt foliis depectant mollia Seres.

Hinc serica vestimenta dicta sunt, quæ ex serico conficiebantur. Vlpianus *l. vestis. de auro & argento leg.* Vestimentorum sunt omnia lanea, lineáque, vel serica, vel bombycina, quæ induendi, præcingendi, iniiciendi, incubandíve causa parata sunt. Plin. *lib.* 21. *c.* 3. Lautissimum quippe habetur e nardi foliis eas dari, aut veste serica, versicolores, vnguentis madidas. Puluilli serici. Horat. *Epod.* 8.

Quid quod libelli Stoici inter sericos
Iacere puluillos amant?

Pallia serica, apud Stat. 3. *Syl* 4. Quintil. Ne crassa toga sit, non serica.
¶ Legimus & serica absolutè pro vestibus sericis. Martial. *lib.* 6.

Non aliter dentes quàm serica, nocte reponis.

¶ Serici olim tanta erat caritas, vt auro rependeretur: vt est videre apud Flauium Vopiscum *in Aureliano*, vbi sic habet, Vestem sericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri vtendam dedit. Et quum ab eo vxor sua peteret, vt vnico pallio blatteo serico vteretur, ille respondit, Absit vt auro fila pensentur. Libra enim auri tunc libra serici fuit. Hæc ille.

Sericarius textor, qui vestes sericas texit. { σηρικοπλόκος. GALL *Rubennier, faiseur de soye, tisseran de soye, marchand de soye.* ITAL. *Tessitor di panni di seta.* GERM. Ein seiden wäber. HISP. *Texedor de seda.* ANGL. *That weaueth silken clothes.* } Iulius Firmicus *lib.* 8. *Matheseos* refert, sericarium textorem nasci, qui habuerit horoscopum in vigesima octaua parte Arietis.

Sericatus, qui est indutus serico. { σηρικοφόρος. GALL. *Vestu de soye.* ITAL. *Vestito di seta.* GERM. Mit seiden bekleidet. HISP. *Vestido de materia de seda.* ANGL. *Aparailled in silk.* } Suet. *in Caligula c.* 52. Armillatus in publicum processit, aliquando sericatus, & cycladatus.

Series, iei, Ordo & quasi quædam rerum continuata progressio. { סדר sédher טור tur. τάξις, εἱρμός. GALL. *Ordre bien continué, suite, continuation.* ITAL. *Ordine.* GERM. Ein ordnung die aneinander hangt / einzeileten. HISP. *Orden continuada uniformemente.* ANGL. *An order or proces in any mater hanging well together, à rewe.* } A serendo, id est, ordinando dicta, vt, Series orationis, id est, contextus. Quintil. Quod non nisi in contextu orationis seriéque contingit. Cic. 1. *de Diuin.* Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id est, ordinem, seriémque causarum. Idem 1. *de nat. deor.* Est enim admirabilis quædam continuatio, seriésque rerum, vt alia ex aliis annexa, & omnes inter se aptæ colligatæque videantur. Virg. 1. *Æneid.*

——— *calataque in auro*
Fortia facta patrum, series longissima rerum.

Ouid. 15. *Metam.*

——— *trepidósque obitúmque timentes,*
Sic exhortari, seriémque euoluere fati.

Valerius Max. Quis compos mentis, domesticæ, peregrinæque historiæ seriem felici superiorum stylo conditam, vel attentiore cura, vel præstantiore facundia traditurum se sperauerit? Ouid. 13. *Metam.*

——— *Sic à Ioue tertius Aiax,*
Nec tamen hæc series in caussam prosit.

(i. ordo sanguinis.) Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4.

Si tanti series, sit tibi nota mali.

Et Suet. *in Calig. c.* 27. Custodiarum seriem recognoscens.

Serilla, inquit Festus, Verrius appellari putat Istrica nauigia, Liburnica, quæ lino ac sparto condensantur: à conserendo, hoc est, contexendo dicta. Qua tamen in re à Verrio videtur dissentire Fest. Vide ipsum *de verb. signif. l.* 17.

Seriphos, insula in quam relegebantur nocentes, vt in Gyaron. Iuu. *Sat.* 10.

Vt Gyara clausus scopulis, paruáque Seripho.

SERIPHVS, i, σέριφος. Insula est in mari Ægæo, vna Cycladum viginti non amplius passuum millia distans à Celo: vt refert Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. In hac insula ranæ prorsus mutæ esse traduntur: vnde prouerbialiter Seriphia rana dicitur in homines mutos, ac dicendi canendique prorsus imperitos. βάτραχος ἐκ σερίφου. Vide Plin. *lib.* 8. *c.* 58. ¶ Ibi exules, Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Helu.*

Seriphius, a, um, σερίφιος, adiectiuum, vt est illud Themistoclis, Neque enim vel tu, si Atheniensis esses, clarus extitisses: aut ego si Seriphius essem, ignobilis.

Seriphium absynthium, Absynthij genus quod alio nomine marinum appellant. { ἀψίνθιον σερίφιον. GALL. *Absynthe marin.* ITAL. *Assenso marino.* GER. Wurmkraut/ist ein geschlächt deß wermuts. HISP. *Assensios, alosna marina.* ANG. *A kind of wormewood growing by the sea.* } à Seripho insula nomen habens, in qua copiosissimè prouenit. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 7.

Seris, is. { σέρις. GALL. *Escharïotte ou chicorée blanche.* ITAL. *Scariola.* GERM. Wegwar: oder wegweis. HISP. *Endiuia ò cerraja yerua.* ANG. *Endyue and succourie.* } Herba est, quam alio nomine Intubum vocamus. Varias sub se continet species, quas vide suprà in dictione *Intubus.* Varro 3 *de re rust. cap.* 10. Seruntque his herbam quæ vocatur seris, quòd ea aqua tacta, etiam quum est arida, fit viridis.

Serius, fluuius Cisalpinæ Galliæ, per Bergomatem agrum, in Adduam fluens: à quo vallis Seriana in eodem agro populosa, artificiosáque nominata est.

SERIVS, a, um, graue & minimè iocosum. { σπουδαῖος. GALL. *Fait à bon escient, graue & de consequence.* ITAL. *Da douere, graue, importante.* GER. Ernsthafftig/da kein schempff giltet. HISP. *Cosa de veras y no de burlas.* ANGL. *Earnest, of à mater of weight.* } Terent. *in Eun.* Ait rem diuinam fecisse, & rem seriam velle agere mecum: Cic. 1. *Offic.* Ludo autem ioco vti illo quidem licet, sed sicut somno & quietibus cæteris, tum quum grauibus, seriisque rebus satisfecerimus. Suet. *in Calig. cap.* 32. Sæpè in conspectu prandentis vel comessantis seriæ quæstiones per tormenta habebantur. Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 1. *Trist.*

——— *Lusus & seria nosse.*

Gell. *cap. vlt. lib.* 1. Verba seria & obiurgatoria facere. Idem *ibid. cap.* 19. Tarquinius ore iam serio, atque attentiore animo fit. Macrob. *c.* 14. & *c.* 15 *lib.* 3. *Satur.* Serius homo, &c. Quintil. *lib.* 6. *c.* 4. Dictorum vrbanorum alia seria, alia iocosa, alia media. Serium (inquit Nonius) id est, triste, & quasi sine risu, vel sine ridiculo.

Seria, orum, res graues, seueræ & minimè iocosæ. { σπουδαῖα. GALL. *Choses graues & d'importance.* ITAL. *Cosa da douere, graui, importanti.* GERM. Ernstliche ding. HISP. *Cosas deras y no de burlas.* ANGL. *Maters of weight or earnest.* } Mart.

Parce precor socero, seria forsan amat.

Ouid. 4. *Fast.*

Nulla coronata peraguntur seria fronte.

Horat. 1. *Ser.* 1. *Sat.*

Sed tamen amoto quæramus seria ludo.

Quoties omnia nostra cum aliquo communicamus, cum eo ioca seriáque conficere dicimur. Cic. 1. *de fin.* At qui cum ioca & seria, vt dicitur, qui cum arcana, qui cum occulta omnia? Tecum optimè, deinde etiam cum mediocri amico. Vide adagia Erasmi.

Seriò, aduerbium, Sine ioco: quod vulgus barbarorum dicit, *Pro bono.* { σπουδαίως. GALL. *A bon escient, sans mocquer.* ITAL. *Da douere.* GERM. Ernstlich/on schimpff/ernst. HISP. *De veras y no burlando.* ANGL. *Earnestlie.* } Plaut. *in Amph.* An id ioco dixisti? equidem seriò ac verò ratus. Idem *Casin.* Ego eo quòd me ipsa misit. s. verône? A. seriò. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Responde Herclè verò seriò, quòd te rogo. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Dic mihi verum seriò hoc est? Idem *Amph.* Dic mihi verum seriò. Terent. Misit porrò orare vt venirem seriò. Cicero *Attic. lib.* 5. Inde ad Taurum cogitabam, vt cum Mophragine signis collatis, si possem, seriò decernerem.

SERMO, nis, locutio, verba, colloquium, mentio. { דבר dabár דברה dabberáh כמר comer. λόγος, ὁμιλία GALL. *Parole, propos, deuis, bruit.* ITAL. *Sermone, parlamento, ragionamento, loquela.* GERM. Red/sprach. HISP. *Sermon, razon ò palabra.* ANGL. *A word speach, à purpose or communication, à brute.* } Cic. 1. *Offic.* Sermone vti debemus, qui notus est nobis, ne, vt quidam, Græca verba inculcantes, iure optimo rideamur. Dictum autem putant sermonem, à verbis serendis, hoc est, conserendis siue connectendis. Seruius, Sermo est consertio orationis, & confabulatio duorum, vel plurium. Plaut. *Asin. sc.* 3 *a.* 3. Sermoni finem face tuo: huius sermonem accipiam. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Circumspice ne quis sermonem nostrum abrumpet. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Conferunt sermones inter sese. Idem *Amph.* Cum ea sermonem nec ioco, nec seriò tibi habeas. ¶ Sermoni participare aliquem, pro sermone. ¶ Pro fabula. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Per vrbem solus sermo est omnibus. Liu. 4. *d.* 5. Hoc in sermonibus

sermonibus homines habebant. Virg. 1. *Æneid.*

Amissos longo socios sermone requirunt.

Idem 6. *Æneid.*

Nec magis incepto vultum sermone mouetur,
Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes.

Tractare aliquid Græco, vel Latino sermone, Cicer. *lib.* 1. *de finib.* Non eram nescius, Brute, quum quæ summis ingeniis, exquisitáque doctrina philosophi Græco sermone tractauissent, ea Latinis literis mandaremus, fore vt hic noster labor in varias reprehensiones incurreret. Instituere sermonem cum aliquo, est cum illo verba facere, vel incipere colloqui. Idem *de Orat.* Quum mihi sermo cum hoc ipso Crassio multis audientibus esset de te institutus. ¶ Dissipare sermonem, est vulgare, & dispergere. διαφημίζειν τὸν λόγον. Idem *pro Flacco*, Sermo est tota Asia dissipatus. Ordiri sermonem, id est, excogitare, comminisci. Idem *de Orat.* Crassus princeps eius sermonis ordiendi fuit. Habere sermonem, est verba facere. Idem *de senect.* Cyrus in eo sermone quem moriens habuit. Item, Sermones habere cum aliquo è libello. Suet. *in August. c.* 84. Sermonibus morologis vti. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Conspectu & sermone filij frui. Senec. *c.* 15. *de consol. ad Heluiam.* Item, Serere sermonem, pro fabulari, Plaut. *Curs. sc.* 3. *a.* 1. Tribuere alicui sermonem, est inducere eum loquentem. Cicer. *de senect.* Omnem autem sermonem tribuimus Catoni seni. Incidere in sermonem alicuius. Idem *de Amicitia*, Conferre sermonem cum aliquo, hoc est, colloqui. Idem 2. *de inuent.* Sermo capite carens, & pede, hoc est, cuius neque initium facilè fuerit inuenire, neque exitum. Plaut. *Asin. s.* 4. *a.* 3. Nec pes, nec caput sermonis apparet. ¶ Sermo, & continua oratio opponuntur apud Suet. *in Tib. c.* 27. Atque etiamsi quid in sermone, vel in continua oratione blandiùs diceretur, non dubitaret interpellare, reprehendere, & commutare continuò.

Sermŭncŭlŭs, diminutiuum. { λογίδιον. GALL. *Petite parole, petit bruit de ville.* ITAL. *Picciola fama, picciol ragionamento* GERM. Ein kleine red. HISP. *Pequeño sermon ò razon y fama.* ANGL. *A litle talk or brute.* } Plin. *Epist.* 103. Vt sermunculis etiam & fabellis ducantur, Cicer. *ad Attic. lib.* 13. Sermunculum enim omnem aut restrinxerit, aut sedarit. Idem *pro Deiotaro*, Nónne intelligis Cæsar, ex vrbanis maleuolorum sermunculis hæc ab istis esse collecta?

Sermōcĭnŏr, aris, Sermonem facio, loquor. { דבר *dibbér.* ὁμιλέω. GALL. *Sermoner, parler, deuiser.* ITAL. *Parlare, ragionare.* GER. Reden/red oder sprach halten. HISP. *Parlar, hablar, razonar.* ANGL. *Co speack. to talk or commone.* } Plin. *lib.* 10. Super omnia humanas voces reddunt psittaci, & quidam sermocinantes. Cic. 2. *de inuent.* Et quibus in rebus homines in consuetudine scribendi, aut sermocinandi eo verbo vti soleant, considerabitur. Idem 3. *Verr.* Respondit illa, vt meretrix, non inhumanè, libenter se ait esse facturam, & se cum isto diligenter sermocinaturam. ¶ Sermocinari cum aliquo, (i. loqui.) Gell. *cap.* 4. *lib.* 10 Spiritum atque animam porrò versum ad eos, quibus cum sermocinamur, intendimus. ¶ Pro disserere, siue disputare, Suet. *in Tib. cap.* 56. Zenonem quendam exquisitus sermocinantem, cùm interrogasset, &c.

Sērmōcĭnātĭo, { ὁμιλία. colloquium. Macrob. *Satur. lib.* 1. *c.* 6. Præcontantes, quidnam offenderint sermocinationis.

Sērmōcĭnātrīx, cis, διαλεκτική. Quint. *lib.* 3. *c.* 43. Quam sanè permittamus dicere sermocinatricem.

Sermōnor, aris, Sermonem habeo, loquor. Gell. *cap.* 2. *lib.* 17. Sermonari, inquit, rusticius videtur, sed rectius: Sermocinari crebrius est, sed corruptius. Qu. Claud. *in Annalib.* apud Gell. *loco citato.* Cum his, inquit, consermonabatur.

Sermyla, siue Sermylia, Σερμυλία Stephano, ciuitas est in finibus Macedoniæ, non procul ab Atho monte, vt scribit Herodotus *lib.* 7.

Sĕro, as, sera claudo. { נעל *nahál.* κλείω. GAL. *Clorre, ferrer.* ITAL. *Serrare, chiudere.* GERM. Beschliessen. HISP. *Cerrar con cerradura.* ANGL. *To lock to shute à dore.* } Colum. *lib.* 6. de mulæ feminibus loquens, Femina (inquit) serari, & interdum inuri solent. ¶ Huius composita sunt Obsero, pro occludo, καταλείω. Terent. *in Eunuch.* Tu abi atque obsera ostium intus. Et Resero, aperio, ἀνοίγω. Virg. 7. *Æneid.*

——— *reserat stridentia limina Consul.*

Sĕro, is seui, satum, Semino. { זרע *Zaráh.* σπείρω. GAL. *Semer.* ITAL. *Seminare.* GER. Seyen. HISP. *Sembrar.* ANG. *To sewe.* } Cæs. 5. *belli Gallici*, Frumenta non serunt, sed lacte, & carnibus viuunt. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Nudus ara, sere nudus, hyems ignaua colono.

Ibidem,

Exercete viri tauros, serite hordea campis.

¶ Aliquando significat Planto. { נטע *natáh* שתל *schatál.* φυτεύω. GAL. *Planter.* ITAL. *Piantare.* GERM. Pflanzen. HISP. *Plantar.* ANG. *To plante.* } Cicer. 1. *Tusc.* Serit arbores, quæ alteri seculo prosint. Colum. *lib.* 3. *cap.* 20. Si vnum genus seuerimus, quum id acciderit quod ei noxium est, tota vindemia priuabimur. ¶ Per translationem serere quandoque capitur pro generare. הוליד *holidh.* Vnde satus, id est generatus. Virg. 7 *Æneid.*

——— *Satus Hercule pulchro*
Pulcher Auentinus.

¶ Per translationem quoque dicimus, Serere bella, & serere certamina: id est, mouere lites, & pugnas, siue bellis causam dare. Liu. 7. *bell. Punic.* Annibal turmatim per equites peditúmque iaculatores leuia certamina serens, casum vniuersæ pugnæ non necessarium ducebat. Idem 2. *ab Vrbe*, Et in aliena vrbe cum patribus sere certamina, priusquam pignora coniugum, ac liberorum, charitásque ipsius, cui longo tempore assuescitur, animos eorum consociasset. Serere bella ex bellis, est bello vno extincto, alterum aggredi. Idem 1 *bell. Maced.* Tum Qu. Bebeius Tribunus plebis viam antiquam criminandi Patres aggressus, incusauerat bella ex bellis seri, ne pace vnquam plebs frui posset. Serere caussas discordiarum. Suet. *in Calig. cap.* 16. Serere colloquia, Liu. *lib.* 4. *bell. Pun.* Item, Serere fabulam. *Ibid.* Serere orationes. Idem *Liu. lib.* 10. *ab Vrb.* ¶ Huius composita sunt, Assero, circunsero, consero, desero, dissero, exsero, intersero, insero, obsero, resero, & subsero, quæ habent penultimam correptam: de quibus suis locis. ¶ Fuit etiam antiquis in vsu sero, serui, sertum: à quo manserunt Assero, rui, assertum, Consero, rui, consertum, aliáque complura: de quibus egimus suis locis.

Sătŭs, a, um, participium, Seminatus. { זרוע *Zaruáh.* σπαρείς. GALL. *Semé.* ITAL. *Séminato.* GER. Geseyet. HISP. *Sembrado.* ANGL. *Sowen.* } Virg. 3. *Georg.*

Sed frumenta manu carpes sata.

Idem 3. *Eclog.*

Atque satas aliò vidi traducere messes.

¶ Per translationem etiam accipitur pro participio natus, siue genitus נולד *noládh* (vel) *nulládh.* Virg *lib.* 2 *Æneid.*

At non ille, satum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoste fuit Priamo.

Liu. 8. *bell. Macedon.* Vt fidem fecerit, non sanguine humano, sed stirpe diuina satum se esse.

Sătŭs, us, ipsum serendi actum siue plantationem denotat. { מזרע *mizráh.* σπορά. GAL. *Semaille, semoison, planté.* ITAL. *Semenza, seminata, piantagione.* GERM. Seyung/pflantzung. HISP. *Sementera, semiente.* ANG. *A sowing, planting.* } Plin. *lib.* 17. *c.* 17. Quapropter de talearum satu nunc dicendum, id est, plantatione. Cic. *de senectute*, Quid ego vitium ortus satus, incrementa commemorem? Idem 1. *de diuinat.* Ob eandem caussam multa inusitata partim è cælo, alia ex terra oriebantur: quædam etiam hominum, pecudúmve conceptu, & satu. ¶ Quandoque etiam satus, pro ipso accipitur semine, siue semento. { זרע *Zéráh* σπέρμα. } Cic. 2. *Tusc.* Cultura autem animi philosophia est, quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad satus accipiendos.

Sătŏr, oris, verbale, qui serit, qui plantat. { זורע *Zoréah* נטע *notéah.* σπορεύς. φυτευτός. GAL. *Semeur, planteur* ITAL. *Seminatore, piantatore.* GER. Ein seyeer/pflantzer. HISP. *Sambrador plantador.* ANG *A sower or planter.* } Colum. *lib.* 3. *c.* 16 Satoris officium est, primùm quam recentissimam, & si fieri posset, eodem momento quo serere velit, de seminario transferri plantam diligenter exemptam & integram: deinde, &c. Plin. *lib.* 25. *c.* 1. Hesiodus negauit satorem oleæ fructum ex ea percepisse quenquam, Sator cælestium, Cicer. 2. *Tuscul* id est, creator, & genitor. { מוליד *molidh* אב *ab.* } ¶ Pro autore, siue caussa. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Sator sartórque scelerum & messor maxume. Et Sator litis apud Liuium *lib.* 1. *d.* 3.

Sătōrĭŭs, a, um, quod ad satorem pertinet. { σπορευτικός. GALL. *Appartenant à semeur.* ITAL. *Pertinente à seminatore.* GERM. Das zu dem seyer gehört. HISP. *Perteneciente à sembrador.* ANG. *Belonging to à sower.* } Col. *lib.* 2. *c.* 9. Nonnulli pelle hyænæ satoriam trimodiam vestiunt, &c. Satoria quala, apud Caton. quibus ad serendum opus est, i. ad sementem.

Sătio, nis, Satus, seminatio. { מזרע *mizráh.* σπορά. GALL. *Semaille, semoison, semement* ITAL. *Semenza, seminata.* GER. Seyung. HISP. *Semiente, sementera.* ANGL. *Sowing.* } Cicer. *de Vniuers.* Post eam autem sationem diis (vt ita dicam) iunioribus permisit vt corpora mortalia effingeret. Idem 5. *Verr.* Nec si tempus sationis præteriisset, granum in prouincia Sicilia nullum haberemus. Virg 2. *Georg.*

Optima vinetis satio est, quum vere rudenti
Candida venit auis, longis inuisa colubris.

‖ Sationarius, ager satiuus. Blesen. ‖

Sătĭuŭs, a, um, quod seminatur, vel quod idoneum est, vt seminetur. { ἥμερος, πόσιμος. GALL. *Bon à semer.* ITAL. *Buono da seminare.* GERM. Gut zu seyen/ das man seyet HISP. *Cosa que se puede sembrar.* ANGL. *Sowen or feruing to sowe.* } Cui contrarium est agrestis. Plin. *lib.* 15. *c.* 7. Eadem ratio & in satiua myrto. Gellius, Sed hi plerasque naues loris suebant; Græci magis cannabe, & stuppa, cæterísque satiuis rebus.

‖ Serto, as, densè sero, i. ordino: vt cùm corona plectitur. Gloss. *Sertat* στεφανοῖ. ‖

Sĕrō, aduerbium, Serotinus, vide *Serus.*

Serōpta, Σερόπτα, ciuitas Phœnices, apud quam nascebatur vinum laudatissimum, quod Seroptanum dicebatur. Sidonius,

Quæque Seroptano palmite missa bibas.

Sĕrpēns, serpentis, vide *Serpo.*

Sĕrpĕrāstra, Varro vocat instrumenta, quæ geniculis puerorum ambulare discentium alligantur, ne vari fiant, aut compernes. Dicta à serpendo: serpunt enim magis pueri quàm gradiuntur.

Serphus, σέρφος, insecti genus, formicæ simile, vel culici.

Sĕrpo, is, psi, ptum, Repo, ventre ingredior, more serpentis incedo. { זחל *Zachál* רמש *ramás* ἕρπω. GALL. *Se trainer, se couler, se glisser.* ITAL. *Rampegare, andar carponi* GERM. Kriechen/schleichen. HISP. *Gatear por el suelo.* ANG. *To creepe.* } Cic. 5. *de fin.* Deinde suo quæque appetitu mouentur: serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, cornibus vti videmus boues, vespas aculeis: sum denique cuique naturam esse ad viuendum ducem. Plin. *lib.* 9. *c.* 13. Pinnis quibus in mari vtuntur, humi quoque vice pedum serpunt. ¶ Serpere quoque dicuntur plantæ, quum ob caulis infirmitatem stare non possint, humi procumbunt. Plin. *lib.* 22. *c.* 16. Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, vt eius quam coronopum vocant. Virg. 8. *Eclog.*

——— *atque hanc sine tempora circum*
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

¶ Serpere item humi dicuntur scriptores, qui nimis humili vtuntur genere dicendi. Horat. *de Arte*,

Serpit humi tutus nimium, timidúsque procellæ.

¶ Transfertur & ad inanimata, vt idem sit quod spargi, crescere seu dilatari. Cicero *in Lælio*, Serpit enim, nescio quomodo per omnium vitas amicitia. Idem *pro Rab. Posth.* Serpet hoc malum, mihi credite, longius quàm putatis. ¶ Composita sunt Inserpo, & Proserpo: de quibus egimus suis locis.

Sĕrpēns, tis, participium, quod longiùs, ac latiùs serpit, & diuagatur. { זוחל *Zochél* רומש *romés* ἑρπων. GALL. *Qui coule & se traine, qui s'estend & s'auance.* ITAL. *Chi se stende auanti.* GERM. Kriechend/ das sich weit aussstreckt. HISP. *Cosa que gatea por el suelo.* ANGL. *That creepeth.* } Cicero *de senectute*, Vitis, quæ natura caduca est, & nisi fulta sit, ad terram fertur, tandem vt se erigat, claiuculis suis, quasi manibus quicquid est nacta, complectitur, quam serpentem multiplici lapsu, & erratico, ferro amputans coërcet ars agricolarum, ne syluescat sarmentis. Ouid. *Eleg. vlt, lib.* 4. *Trist.*

Quæque nocet serpens, quæ iuuat herba.

¶ Aliquando

¶ Aliquando serpens nomen substantiuum est, & significat anguem, & omne quicquid serpit, tam masc. quàm fœm. generis. { נחש *nachásch.* ἑρπετόν, ὄφις. GALL. *Serpent.* ITAL. *Serpente.* GERM. Ein schlang. HISP. *Sierpe.* ANGL. *A serpen..* } Plin *lib.* 8. *cap.* 23. Nec pedibus pauendas tantùm serpentes, sed & missili volare tormento. Idem *lib.* 8. *cap* 14. Nota est in Punicis bellis ad flumen Bagradam à Regulo Imperatore ballistis, tormentisque, vt oppidum aliquod, expugnata serpens CXX. pedum longitudinis. Virg. 1. *Georg.*

Ille malum virus serpentibus addidit atris.

Ouid. 3. *Metam.*

——— longo caput extulit antro

Caruleus serpens, horrendaque sibila misit.

¶ Serpentia secla ferarum, pro serpentum genere. Lucret. *lib.* 6.

Naribus alipedes vt cerui sæpè putantur

Ducere de latebris, serpentia secla ferarum.

¶ Serpens Draco, Suet. *in Tiber. c.* 72. Erat ei in oblectamentis serpens draco, &c.

‖ Serpedo, rubor cutis, cum membrorum extantia, dictus eo quod serpat per membra. Pap. & Isid. *lib.* 4. 8. ‖

Serpentaria, herba. Germani (vt Tragus tradit) numulariam appellant, Schlangenkrautt/id est, serpentariam: quia tanquam anguis subter alias plantas humi repit. Serpentaria radix, consiligo, Schlangenwurtzel/quòd omni veneno aduersetur.

Sĕrpentīnŭs, a, um, ad serpentem pertinens. vt, Vox Serpentina. ὀφικός.

¶ Iustinus *histor. lib.* 32. Omne serpentinum genus in fictiles lagenas coniici iussit.

Sĕrpentĭgĕr, a, um. { ὀφιοῦχος. GALL. *Qui porte serpent.* ITAL. *Che porta serpente.* GERM. Schlangentrager. HISP. *Que tiene ò trahe serpiente.* ANG. *That beareth à serpent.* } Ouid. 4. *Trist. Eleg.* 6.

Sphyngaque, & Harpyias, serpentigerósque Gigantes.

Sĕrpentĭgĕnă, ex serpentibus natus. { ὀφιογενής. GALL. *Engendré d'vn serpent, ou de race de serpent.* ITAL. *Generato da serpente, ò da razza di serpente.* GER. Von schlangen erboren. HISP. *Engendrado de serpiente ò de linaje de serpiente.* ANG. *Engendred of à serpent.* } Ouid. *Metam.*

Vos serpentigeris in se fera bella de istis.

Sĕrpŭlla, æ, à veteribus dicebatur, quam nos serpentem dicimus. Festus ἑρπετόν, ὄφις.

Sĕrpyllum { ἕρπυλλον. GALL. *Serpolet* ITAL. *Serpillo, serpolino.* GER. Quendel. HISP. *Serpo yerua conocida.* ANGL. *Wild or creeping tyme.* } Herbæ nomen nulli non notæ, παρὰ τὸ ἕρπειν. hoc est, à serpendo dictum, mutatione aspirationis in s literam. Habet enim ramusculos tenues humi serpentes: & quacunque terram attigerint, radicem agentes, & sese propagantes. Officinæ etiam hodie Latinum nomen retinent. Vulgus Gallorum *Serpoletum* appellat. Virg. 2. *Eclog.*

Allia serpyllúmque herbas contundit olentes.

Idem 4. *Georg.*

——— & olentia latè

Serpylla.

‖ Serra, *Serra*, V. E. Christianorum S. Thomæ in India Orientali ‖

Sĕrră, æ, per duplex r, instrumentum dentatum, quo ligna & lapides secantur: à Dædalo primùm inuentum, teste Plin. *lib* 7. *c.* 56 { משור *massór* מגרה *megheráh* πρίων. GALL. *Vne scie.* ITAL. *Seca, rasega, sega.* GER. Ein sägen. HISP. *La sierra de hierro.* ANGL. *A sawe.* } Colum. *lib.* 5. Vno ictu arborem præcidi: si minus, serra desecari. Mart. Et pingues tunicas serra secare potest. Sueton. *in Calig. cap.* 27. Multos honesti ordinis, &c. Serrâ medios dissecuit. ¶ Serra, & forfices, verba sunt militaria. Gell. *cap.* 9. *lib.* 10. ¶ Est & genus piscis marini, apud Plin. *lib.* 32. *c.* 1.

Serrŭlă, æ, diminutiuum, Parua serra. { πριόνιον. GALL. *Petite scie.* ITAL. *Seghetta.* GER. Ein kleine sägen/säglin. HISP. *Pequeña sierra.* ANGL. *A litle sawe.* } Col. *lib. de arboribus, cap.* 6. Et si fieri potest, iuxta aliquem nodum serrula desecato.

‖ Serræ, arum, M. sub P. Constantinopolitano olim fuit. Hodie Serrarum Archiepiscopus se nuncupat Primatem Macedoniæ. ‖

Serrago, quod serra de ligno deteritur. GER. Sägmehl/ quasi serræ farina, πρίσμα.

Sĕrro, as, Serrâ per medium seco, disseco. { נשר *nasár* גורר *ghorér.* πριονίζω. GALL. *Scier, fendre, ou couper auec vne scie.* ITAL. *Segare, rasegare* GER. Sägen. HISP. *Asserrar con sierra.* ANG. *To cutt with à sawe, to sawe.* }

Sĕrrātŭs, a, um, quod serræ in modum est denticulatum. { πριονοειδής. GAL. *Fait en façon de scie, qui a des dents comme vne scie.* ITAL. *A foggia di serra.* GER. Zeißzetsset oder gezänet wie ein sägen. HISP. *Cosa que tiene dientes como sierra.* ANGL. *Toothed lik à sawe* } vnde serrati dentes dicuntur, qui ad similitudinem dentium serræ pectinatim sunt stipati. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Dentium tria genera, serrati, aut continui, aut exerti. Serrati pectinatim coëuntes, ne contrario occursu atterantur, vt serpentibus, piscibus, canibus: continui, vt homini, equo: exerti, vt apro, elephanto. ¶ Serrati item numi quidam dicebantur apud Romanos, ab impressa serræ nota. Tacit. *de moribus Germanorum*, Pecuniam probant veterem & diu notam, serratos, bigatosque.

Sĕrrānus, vide *Seranus*, vnico r.

Sĕrrātă, frutex est dodrantalis, in petrosis & asperis nascens, folia habens exigua, amara, effigie & diuisura quercus, flore paruo, penè purpureo. χαμαίδρυς. Alio nomine trissago dicitur. Vide Plin. 24. *cap.* 15.

Sĕrrātŭlă, herba est, caulem habens quadrangulum, tenuem, cubiti altitudine, folia mollia, quernis similia, per ambitum incisuris diuisa, odorata, propè radicem maiora, semen in summo caule thymbræ modo spicarum, radicem tenuem, vt ellebori. κέστρον. Nascitur in pratis montosis, frigidis & opacis locis: vnde & ψυχότροφον Græci appellarunt. Latini etiam Vetonicam appellant, nomine à Vetonibus Hispaniæ populis, qui eam primi inuenerunt, indito: qua appellatione etiam hodie vtuntur officinæ. Plin. *lib.* 25. *c.* 8. Vetones in Hispania eam inuenerunt, quæ Betonica dicitur in Gallia, in Italia autem Serratula, à Græcis cestron, aut psycotrophon, ante cunctas laudatissima.

Serrheum, siue Serrhium, σέῤῥειον Stephano, mons Thraciæ, cuius meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Serrhī, σέῤῥοι, populi sunt Colchidi vicini, inter Cercetas & Sephalotomos siti, quorum meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 5.

Sĕrtōrĭus, ciuis Romanus fuit, è Nursia oriundus, rei militaris peritissimus, Partium Marianarum fuit vnà cum Cinna: moderatius tamen se gessit, quàm alij. Sylla redeunte è bello Mithridatico, vrbéque potito, ipse quoque in Hispaniam aufugit: vbi breui tempore ob virtutem sibi gratiam earum gentium conciliauit: traditúrque per eum Hispanos disciplinam rei militaris Romanam didicisse, ac fortiores deinde fuisse. Nam præter artem rei militaris abstinentissimus etiam voluptatum, tum religiosus est habitus: quòd ceruam quandam secum in expeditionibus haberet sequentem, quam Dianæ numen dicebat esse, ex eáque responsa accipere, résque gerendas auspicari. Illa cerua alba erat, à Lusitano quodam ei data. Vide Gell *c.* 22. *l.* 15. Quare dux Lusitanorum delectus, paruis copiis multas vrbes subegit. Sed & quatuor Romanorum duces contra se missos variis cladibus adflixit. Primum Cottam nauali prælio superauit, Phidiam Hispaniæ Prætorē cum duobus millibus ciuium Romanorum interfecit, Domitium Proconsulem contriuit, Toranium quoque à Metello missum cum toto exercitu deleuit. Denique a Pompeio victus est, & à M. Perpenna eiusdem factionis socio per proditionem in cœna interfectus est. Ex Plutarcho.

Sĕrtŭlă campana, herba incana, croci odorem referens, folia habens breuissima atque pinguissima, in coronamentorum vsu commendata: vnde & sertulæ nomen inuenit. { μελίλωτος. GAL. *Melilot*, ITAL. *Meliloto.* GERM. Der gemein odergroß steinklee/bärenklee. HISP. *Corona de Rei.* ANGL. *Melilot.* } Cato sertam Campanicam vocat, propterea quòd circa Nolam Campaniæ vrbem laudatissima proueniat: quanquam & in agro Attico, & circa Cyzicum, & Chalcedonem nascatur. Vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 9.

Sĕrtŭs, a, um, Consertus, vel compositus. { מחבר *mechubbár* עשוי *hasui.* συμπεπλεγμένος. GALL. *Composé.* ITAL. *Composto.* GERM. Geflochten. HISP. *Compuesto.* ANGL. *Made.* } Lucan. *lib.* 10.

Accipiunt sertas nardo florente coronas,

Et nunquam fugiente rosa.

Sĕrtum, i, Serta, corollæ ex herbarum frondibus, floribúsque consertæ, hoc est, connexæ: vnde & nomē acceperunt. { צפירה *tsephiráh* עטרה *határáh.* στεφάνοι, στεφανία. GALL. *Vn chapeau de fleurs.* ITAL. *Ghirlanda.* GERM. Ein krantz. HISP. *Guirnada.* ANGL. *A gar land or hatt of floures.* } Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

——— Sertisque recentibus halant.

Idem *Eclog.* 6.

Serta procul tantum capiti delapsa iacebant.

Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Serta, coronas, vnguenta ferre Veneri. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Ponis & in nitida laurea serta coma (Victori)

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Déque tuis lacrymis humida serta dato. (mortuo)

¶ Fœminino genere dixit Corn. Seuerus, Huc ades Aonia crinem circundata serta. Idem Propertius,

Quum tua propendent demissa in pocula serta.

Sosipater *lib.* 1. Quanquam in vulgaribus Propertij exemplaribus, aliter nunc legitur.

Seruă, vide *Seruus.*

Sĕrŭlă, æ, Sertum quod ex floribus fiebat. { צפירה *tsephiráh* עטרה *határáh.* στεφάνιον, στέφανος. GALL. *Chapeau de fleurs.* ITAL. *Ghirlanda.* GER. Ein blumenkrantz. HISP. *Guirnalaa.* ANGL. *An hatt of floures.* } Plin. *lib.* 21. *c.* 1. Quum verò ex floribus fierent serta, à serendo seruiæ appellabantur.

Sĕruīlĭōrum illustris Romæ familia fuit: ex qua ortum trahit P. ille Seruilius, vir triumphalis, qui à deuictis Isauris Asiæ populis, Isaurici cognomen accepit: de quo vide Strab. *lib.* 14. Item P. Seruilius Rullus qui primus Romæ solidum aprum in conuiuio apposuit, teste Plin. *lib.* 8. *c.* 51. Huius filius fuit Seruilius ille Rullus, legis Agrariæ promulgator, quam Cicero in consulatu suo subuertit: cuius meminit idem Plin. *loco iam citato.*

Sĕruīlĭs, Seruiliter, Seruio, Seruitium, Seruitudo, Seruitus, vide *Seruus* in *Seruo, as.*

Serum, seri, vide *Serus*, aduerbium.

Sĕruĭŭs Tullus, Sextus Romanorum Rex, ex serua natus, Tanaquilis astu post Tarquinij Prisci necem ad imperium prouectus. Hetruscos ingenti prælio fudit. Primus lustrum condidit, populúmque omnem ex censu in quinque classes distinxit. Vrbis pomœria protulit, Quirinali & Viminali collibus muro inclusis. Tandem iamiam ætate prouectior, à Tarquinio genero occisus est, & insepultus in viam abiectus: idque instinctu Tulliæ filiæ suæ, quæ etiam conspecto patris cadauere, aurigam eius reuerentiâ lora retorquentem, compulit vt per medium patris corpus carpentum ageret: à quo tam immani scelere ei vico in quo gesta sunt, sceleratí nomen mansit. Vide plura de hoc apud Liuium *lib.* 1. *ab Vrbe.* ¶ Seruius Sulpitius, Iurisconsultus insignis fuit Cicer. temporibus, qui à Senatu legatus missus ad Antoniū, Reipublicæ bellū inferentem, ea in legatione periit. Quo nomine illi statua, & monumentum publicum in campo Martio est decretum. Vide Cic. 9. *Philip.*

SĔRVO, as, Libero, incolumem præsto, custodio, tueor: { שמר *schamár* נטר *natár* הושיע *hoschiah.* σώζω, φυλάττω. GALL. *Garder, sauuer la vie à quelqu'vn, deliurer, contregarder.* ITAL. *Seruare, custodire.* GERM. Erhalten / erlösen. HISP. *Guardar, saluar.* ANGL. *To keepe, to saue, to preserue or deliuer.* } Virg. 3. *Æneid.*

Seruatum ex vndis Strophadum me littora primùm

Accipiunt.

Virg. 2. *Æneid.*

Dij patrij seruate domum, seruate nepotem.

Plaut. *Mostell sc.* 2. *a.* 2. Natus nemo in ædibus seruat. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Si bonam famam mihi seruasso, sat ero diues. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Redi intrò, ac intus serua. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Serua me tibi perpetuum amicum. Item, Seruasti me quisquis es. Idem *Men. sc.* 9. *a* 5. ¶ Item ponitur pro solicitè, ac diligenter obseruo. Idem *in Asin.* Tuus seruus seruet, Venerine eas det, an viro. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Qua castos perpetua seruent virginitate focos.

Plaut.

Plaut. *Pseud.sc.2.a.3.* Vt te seruem ne quid surripias. Idem *Milit sc.* 3. *a.* 2. Serua istas fores. Mox, obserua. Idem *Aulul.sc.5.a.3.* Quos (coquos) si Argus seruet. ¶ Seruare, pro defendere. Idem *Curc.* Phædrome, serua me. (i. defende à militis vi.) ¶ Pro colere. Ouid. 6. *Fast.*

Inde focum seruat pictor.

Sic, seruare ferias. Gell. *cap.28. lib.2.* ¶ Item pro inhabito, possideo. {אחז *achăz* ישב *jaschăb.*} Virg. *lib.4. Georg.*

Centum quæ syluas, centum quæ flumina seruant

Item teneo. Idem *lib.7.*

———curuam seruas sub imagine falcem.

¶ Ponitur aliquando pro recuperare. Iulianus, Si mandato meo decem Titio credideris, si cum Titio egeris, ego non liberabor: sed in id duntaxat tibi obligatus ero, quòd à Titio seruare non potueris. Cicer. *ad Quint. frat. lib.3.* Caluus aiebat, aqua dempta, & eius aquæ iure constituto, & seruitute fundo imposita, tamen nos pretium seruare posse, si vendere vellemus. Qui modus loquendi frequens est apud Iurisconsultos. Budæus. ¶ Seruare de cælo, est nuntiare, aut pluisse aut intonuisse & ideò diruptum esse auspicium qua obnuntiatione facta, si quis tamen in re cœpta persisteret, id contra auspicia fieri dicebatur. Cicer. *pro domo sua*, Negant fas esse agi cum populo, quum de cælo seruatum sit. Gell. *cap. 14 lib.13.* Ne quis magistratus minor de cœlo seruasse velit. (Verba Edicti Consulum.) ¶ Seruare fidem, est præstare promissum. Terent. *Hecyr.* Pollicitus sum, & seruare in eo certum est, aliquo dixi fidem. ¶ Seruare in vetustatem, est aliquo in loco reponere, vt diu, siue in aliquot annos integrum, incorruptúmque duret. Colum. *lib.12.c.28.* Si in vetustatem seruare voles, in cado duarum vrnarum, quàm optimi vini sextarium, aut fecis generosæ recentis sextarios tres addito. ¶ Dicimus quoque Seruare modum, ordinem, officium, institutum, promissum, temperamentum, & gloriam. Exempla studiosis passim occurrent. Seruaueris, pro Vide ne feceris. Plaut. *Amphit* Quid si ego illum tractin tangam, vt dormiat? S. Seruaueris: Nam continuas has tres noctes peruigilaui.

Sĕruāns, tis, participium, seu nomen ex participio. { שמר *schomér.* σώζων, φυλάττων, τηρῶν GALL. *Qui garde & obserue.* ITAL. *Seruatore, osseruatore.* GER. Ein erhalter/achthaber das etwas vnuersert bleib. HISP. *Guardador.* ANGL. *That keepeth or preserueth.*} Virgil. 2. *Æneid.*

———cadit & Ripheus iustissimus vnus
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui.

Sĕruātŭs, a, um, { נשמר *nischmár* נושע *noschăb.* σωσμένος, τετηρημένος. GALL. *Gardé, sauué & deliuré.* ITAL. *Seruato, conseruato.* GER. Erhalten. HISP. *Guardado.* ANG. *Saued preserued, keept.*} Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 1.

Causa superposita scripto testata corona,
Seruatos ciues indicat huius ope.

Plaut. *Curc. sc.2.a.1.* Perij. E. At ego seruata sum. (sup. quæ antea peribam,) Idem *Pseud. sc.2.a.3.* Dij me seruatum volunt.

Sĕruātor, is, qui seruat & liberat, conseruator, liberator. } מושיע *moschiăb.* σωτήρ. GALL. *Qui sauue & deliure, sauueur.* ITAL. *Chi libera & conserua.* GERM. Ein erhalter oder behalter/Erlöser. HISP. *Guardador.* ANGL. *A keeper, preseruer or sauiour.*} Liu. 4. *bell. Maced.* Quorum agmen Imperator sequutus persequentibus cunctis, seruatorem, liberatorémque acclamantibus, salutatis dimisśisque eis, eadem qua venerat, via Elatiam rediit. Ouid. 4. *de Ponto Eleg.* 15.

Téque mea causam seruatorémque salutis,
Méque tuum libra norit & ære magis.

Plaut. *Pseud. sc.2.a.3.* An tu veneficus hominum seruator magis?

Sĕruātrīx, icis. { מושיעה *moschăbath.* σώτειρα. GALL. *Celle qui sauue & deliure.* ITAL. *Donna che libera & conserua.* GERM. Erhalterin. HISP. *Guardadora.* ANG. *She that keepeth and preserueth.*} Cicer. 5. *de fin.* Non dubitémque dicere, omnem naturam esse seruatricem sui: idque habere propositum quasi finem & extremum, se vt custodiat, quàm in optimo sui generis statu. Terent. *Hecyr.* O Bacchis ô mea Bacchis, seruatrix mea.

Sĕruābĭlis, e, quod seruari potest. { σώσιμος, σωτὸς. GALL. *Qu'on peut ou qu'on doit garder.* ITAL. *Che si può conseruare.* GERM. Das zu erhalten ist. HISP. *Cosa que se guarda ò puede guardar.* ANGL. *That may be keept.*} Ouid. 4. *Trist. Eleg.* 5.

Et tutare caput nulli seruabile.

Sĕruācŭlum, i. Hotoman ab Vlpiano dictum putat pro anchora, quasi ἐρυμάτιον, *in l.19.§.1.D. ad leg. Aquiliam.* Parui refert nauem immittendo, aut seruaculum ad nauem ducendo, aut tua manu damnum dederis. Nam anchora tollenda, scapha proximæ noceri poterit. ¶ Videtur tamen seruaculum potiùs dici ἐρυμάτιον, paruus portus asseruandis in statione nauibus. Vlpian. *D. lib.9. tit.2. l.29.* Si nauis tua impacta in meam scapham damnum mihi dedit, quæsitum est, quæ actio mihi competeret? Et ait Proculus, Si in potestate nautarum fuit ne id accideret, & culpa eorum factum sit, lege Aquilia cum nautis agendum: Quia parui refert naui immittendo aut seruaculum ad nauem ducendo (legendum aut seruaculum nauem ducendo) an tua manu damnum dederis.

SĔRVVS, i, propriè is dicitur, qui sui iuris non est, sed alieni dominio subiicitur. { עבד *těbedh.* δοῦλος. GALL. *Serf, seruiteur.* ITAL. *Seruo, seruitore.* GERM. Ein knecht/leibeigner. HISP. *Sieruo.* ANGL. *A manseruand.*})(Liber. Cicer. *pro Cornelio Balbo*, Serui quorum ius & fortunæ conditio infima est. *Ibid.* Seruos de Republ. bene meritos persæpe libertate, id est, ciuitate publicè donari vidimus. Idem 6. *Verr.* Neque tam serui illi dominorum, quàm tu libidinum. Idem 1. *Offic.* Vlysses contumelias seruorum ancillarúmque pertulit. Plaut. *Milit. sc.6.a.2.* Hominem seruum domitos habere oporteret oculos, orationémque & manus. *Ibid. sc. 5.a.2.* Plus oportet scire seruum, quàm loqui. Idem *Asin. sc.4.a.2.* Non decet esse superbum hominem seruum. ¶ Serui ad cibum vocabantur, iisque dabatur pulmentum. Idem *Milit. sc. 3.a.2.* ¶ Serui in ius vocari non poterant: vide *Ius.* ¶ Serui frugi, quod officium sit. Plaut. *Aul. sc.1. a.4.* Idem, quomodo moratus esse debet. ¶ Seruis nulla est cognatio iure ciuili, ac proinde nullus pater, auus, proauus, abauus, &c. Docet Plaut. *Capt. sc.4.a.3.* Abit ad patrem. Ar. Quem patrem (habet sup.) qui seruus est? Quintil. *declam.311.* Seruus neque nomen neque censum, neque tribum habet. Contra tamen Sceledrus seruus, apud eundem Plaut. *in Milit. sc.4.a.2.* Ibi maiores mei sunt siti Pater auos, proauos, abauos, [uos. August. *lib.19. ciuit.* Origo vocabuli seruorum inde creditur ducta, quòd ij qui iure belli possent occidi, à victoribus conseruabantur, & serui fiebant, à seruando appellati, quam etymologiam confirmat *l.3. & l.4. D. de statu hom.* Plaut. *Men. sc.2.a.4.* Nunquis seruorum deliquit? ¶ Serui ad pedes, qui ad dominorum cœnantium pedes stabant. Seneca, Seruus, qui cœnanti ad pedes steterat, narrat quæ inter cœnam ebrius dixisset. Martial.

Dum negligentem ducit ad pedes vernam.

¶ Serui, quorum nomine venditor nihil præstaret, venum ibant pileati. Gellius *cap.4. lib.7.* Item, Serui coronati. *Ibidem.* Item Quintil. *declam.* 311. Seruus aut domi natus, aut relictus hæreditate, aut emptus.

Sĕruŭlŭs, diminut. { δουλάριον. GALL. *Petit serf, ou seruiteur.* ITAL. *Picciol seruo.* GERM. Knechtlin. HISP. *Pequeño sieruo.* ANGL. *A litle seruand.*} Terent. *in And.* obseruabam manè illorum seruulos Venientes, &c.

Sĕruŭs, a, um, adiectiuum, à seruo deductum, Seruitute obstrictus, mancipatus, deditus. { δουλικός. GAL. *Seruant, ou de condition seruile.* ITAL. *Seruo, di conditione seruile.* GERM. Knechtisch. HISP. *Sieruo* ANGL. *Bound to seruice.* } vt, Serua prædia, quæ seruituti alicui obstricta sunt. Cicer. *contra legem Agrariam*, Libera prædia meliore iure sunt, quàm serua. Lucanus *lib.6.*

O famuli turpes, seruum pecus.

Ouid. 1. *Amor. Eleg.6.*

Nec tibi perpetuò serua bibatur aqua.

Idem 1. *de Remedio amoris.*

Vtile propositum est sauas extinguere flammas,
Nec seruum vitiis pectus habere tuum.

Ouid 6. *Fast.*

Hoc est cur odio sit tibi serua manus.

Sĕruă, æ, Ancilla, quæ seruitutem seruit. { אמה *amáh* שפחה *schiphcháh.* δούλη, δουλίς. GALL. *Seruante, chambriere* ITAL. *Serua, massara, ancilla.* GERM. Ein dienstmagt/leibeigne. HISP. *Sierua ò esclaua.* ANG. *A maid seruand* })(Libera. Virg. 5 *Æneid.*

Olli serua datur operum haud ignara Mineruæ.

Sĕrŭlă diminutiuum, Ancillula. { δουλάριον. GALL. *Chambrillon, petite chambriere, petite meschine.* ITAL. *Picciola serua.* GER. Ein dienstmägtling. HISP. *Pequeña sierua ò esclaua.* ANGL. *A litle maid seruand.* } Cicer. *Attic. lib.* 10. Eúmque per manum seruulæ seruatum, atque eductum.

Sĕruīlĭs, e, quod seruorum est, vel quod ad seruos pertinet, despectus, contemptus, abiectus. { δουλικός. GALL. *Seruile, appartenant à seruiteur.* ITAL. *Seruile, da seruo.* GERM. Knechtisch/ das zu den knechten gehört. HISP. *Cosa perteneciente à sieruo.* ANGL. *Belonging to seruandes, vile or abiect* } vt, Seruilis conditio, & seruile officium. Indoles seruilis. Liu. 1. *ab Vrbe.* Comparādo eorum ætatem, & ipsam minimè seruilem indolē, tetigerat animum memoria nepotum. Iugum seruile. Cic. 1. *Philipp* Patriæ liberatores vrbe carebant ea cuius à ceruicibus iugum seruile deiecerant, Senec *cap.9. de trāquil.* Ignari etiam seruilium litterarum.

Sĕruīlĭtĕr, aduerb. Seruorum more. { δουλικῶς. GALL *Seruilement, en seruiteur.* ITAL. *A foggia di seruo.* GER. Knechtischer weiss. HISP. *A manera de sieruo.* ANGL. *Lik à seruand.*} Cicer. 2. *Tusc.* Nequid seruiliter, muliebriterve faciamus.

Sĕruĭtŭs, utis, ipsa seruiendi necessitas, aut seruorum conditio)(Libertas. { עבדות *ăabdúth* אבודה *ăabodháh* δουλεία. GALL. *Seruitude, seruage.* ITAL. *Seruitio.* GERM. Knechtschafft/leibigenschafft/ dienstbarkeit. HISP. *Seruidumbre.* ANGL. *Seruice, bondage.* } Cicero *Philipp.* Pax est tranquilla libertas: seruitus postremum malorum omnium, non modò bello, sed morte etiam repellendum. Tacit *lib.17.* Sed imperaturus es hominibus, qui nec totam seruitutem pati possint, nec totam libertatem. Terent. *in Andr.* Vt semper tibi apud me iusta & clemens fuerit seruitus, Scis, id est, quàm iusta & clementi dominatione in te fuerim vsus. Plaut. *Capt. sc.3. a.2.* Seruitutem ita fers, vt ferri debet. Idem *sc.7.a.4.* Ij nomen diu seruitutis ferunt. ¶ Etiam passiuè. Idem *Amph. sc.1.a.1.* Opulento homini quàm dura sit seruitus (i. quæ seruitur.) ¶ Scelestam seruitutem seruire. Vide *Seruio* infrà. ¶ Seruitus muliebris exuitur tantùm viduitate & orbitate, &c. Liuius *lib. 34.* ¶ Seruitus item de rebus dicitur quæ alteri seruiunt, id est, in quibus alteri quoddam ius est, vt seruitus vrbanorum & rusticorum prædiorum, de qua apud Iurisconsultos magna disputatio.

Seruitudo, inis. Idem *lib. 4. bell. Pun.* Seruitudinis indignitatísque homines expertos aduersùs notum malum irritatos esse.

Sĕruĭtium, ii, Seruitus, { עבודה *ăabodháh* עבדות *ăabdúth.* δουλεία. ANGL. *Seruice.* } Terent. *in And.* Ego Pamphilo, hoc tibi pro seruitio debeo, Conari manibus, pedibúsque, noctésque & dies Capitis periculum adire, dum prosim tibi. Virg. 1. *Eclog.*

Quid facerem? neque seruitio me exire licebat:
Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos.

Idem. 1. *Æneid.*

Quum domus Assaraci Phthiam, clarásque Mycenas
Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis.

Ouid. *Eleg 6. lib.4. Trist.*

———Seruitium subit Inda
Bellua.

Item Liuius *lib.34.* In Seruitio habere vxorem, ¶ In plurali verò Seruitia, non tarò pro ipsis seruis accipimus. Salust. *Catili.* Interea seruitia repudiabat, quorum in initio magnæ copiæ ad eum concurrebant. Cic. 4. *in Catil.* Hic ad euertenda fundamenta reipublicæ Gallos accersiuit, seruitia concitauit, Catilinam euocauit. In qua significatione aliquando etiam legimus Seruitium singulari numero. Plaut. *Curc. sc. 3. a. 2.* Ita nunc seruitium est. (i. tales sint nunc serui.) Suet. *in Cæs. c. 47.* Cic. *de Arusp. resp.* Omne seruitium in alteram scenam immissum, atque hoc cum Sosipat. antiqui Grammatici sententia congruit, scribit enim *lib. 1. sue Grammat.* Seruitium propriè multitudinem seruorum significare: quanquam apud veteres pro seruitute, id est, seruiendi conditione in vsu fuerit.

Seruio, is, iui, itum, In seruitute, sum, in alicuius manu & dominio sunt, domino ministerium exhibeo. { עבד *ăabádh.* δουλεύω. GALL. *Seruir.* ITAL. *Seruire.* GER. Deinen. HISP. *Seruir.* ANG. *To serue, to do seruice*

to any.} Plaut. *in Menach.* Propterea heri imperium exequor benè, & sedulò seruio. *Ibid sc.6.a.5.* Benè & sedatè seruio. *Ibid. sc. vlt.a.4.* Tanquam si me argento emeris, liber seruibo tibi. Idem *Aul. sc.1.a.1.* Apud te hoc pacto seruiam. Idem *Curc. sc. 2.a.5.* Libera ego sum nata vt alij multi qui nunc seruiunt. Propertius *lib. 3. Eleg.24.*

Quinque tibi potui seruire fideliter annos.

Horat. 1. *Epist.* 10.

Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret: dominum vehet improbus, atque
Seruiet æternum: quia paruo nesciat vti.

¶ Dicitur etiam de iis, qui alij alicui rei ita mancipati & dediti sunt, vt dominis serui. Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 17.

Siquis erit, qui turpe putet seruire puellæ, &c.

Plaut. *de scorto, in Asin. sc.3. a.1.* Perpetuum hunc annum mihi seruiat. Interdum idem quod obtemperare, seu morem gerere. Cicer. *in Catil.* Qui aliorum amori flagitiosissimè seruiebat. ¶ Seruire rei, est rei augendæ incumbere. Terent. *Hecyr.* Rus habitatum abij, concedens vobis, & rei seruiens. Cicer. *pro Sext. Roscio*, Rei familiari maximè seruire, & in prædiis colendis operæ plurimum studijque consumere. ¶ Seruire item prædia dicuntur, quæ seruitutem debent. Idem *de lege Agraria contra Rullum*, Capite hoc prædia omnia, quæ seruiebant, non seruient Idem *de Orat.* Quum Marcus ædes Auratæ vendidisset, neque seruire quandam partem ædium in mancipij lege dixisset. ¶ Seruire posteritati, valetudini, honori, dignitati vel commodis, est eorum rationem habere. Idem *3. de Tusc.* Optimus quisque posteritati seruit. Idem *Tyroni lib.16. Epist.* Sed indulge valetudini tuæ, cui quidem tu, dum mihi deseruis, seruisti non satis. Idem *Quint. fratri*, Consulere populi commodis, & vtilitati eius salutique seruire. ¶ Seruire seruitutem, Plaut. *Capt sc.2. a.2.* Priuatam, an publicam illic seruit seruitutem? *Ibid. sc.4. a.3.* Seruitutem seruisti vsque à puero. Idem *Curc. sc. 1. a. 1.* Scelestam seruitutem ædes hæ seruiunt. (nempe quæ Lenonis sunt.) Seruire autem seruitutem, est in seruitute esse ex iure, quo serui; vide Quint. *c. 3. lib.7.* ¶ Seruire tempori, est sese tempori accommodare. Cic. *pro Sext.* Sed agam moderatè, & huic tempori seruiam potius, quàm dolori meo. Seruire scenæ, idem quod seruire tempori, & se præsentibus hominum moribus accōmodare: quæ metaphora tracta est ab iis, qui in orchestra cantu, vel gestu, histrionibus in scena fabulam agentibus subseruiebant. Idem *Bruto*, Ac mihi tum, Brute, officio solùm erat, & naturæ, tibi nunc populo, & (vt dicitur) scenæ, seruiendum est. ¶ Auribus alicuius seruire. Cæsar *2. de bell. ciu.* ¶ Seruitur, impersonale. Cicer. *1. Offic.* Primùm, vt necui noceatur: deinde vt communi vtilitati seruiatur. Mart. *lib.2.* Non bene (crede mihi) seruo seruitur amico. ¶ Seruibo, in futuro. Plaut. *Menach.* Tanquam si emeris me argento liber seruibo tibi. ¶ Huius composita sunt Asseruio, Deseruio, Inseruio, Reseruio, Subseruio. quorum significata explicantur suis locis.

Seruior, iris, iri, pass. Senec. *cap 9. de tranquillitate vitæ*, Assuescamus cœnare posse sine populo, & paucioribus seruis seruiri.

SĔRVM, i, Pars lactis aquea à caseosa parte separata. { ὀῤῥός. GALL. *Laict clair, megue.* ITAL. *Scolo di latte.* GERM. Käsmolcken. HISP. *El suero, agua de la leche.* ANGL. *whete of milk.* Virg 3. *Georg.*

——acrémque molossum
Pasce sero pingui.

Ouid. 4. *Fast.*

Déntque viam liquido vimina rara sero.

Serarius, sero nutritus. Cato *de R.R.* Porcos serarios in oues denas singulos pascat.

SĒRVS, a, um, Tardus, ratione temporis. { מאחר *meachér.* χρόνι@. GALL. *Tardif.* ITAL. *Tardo.* GERM. Spaht/langsam. HISP. *Tardio.* ANG. *Late, long à comming.*} Ouid. 13. *Metam.*

Me arguit incepto serum accessisse labori.

Velleius, Serâ Pompeij curâ reuocatus. Cicer. Suet. *in Aug. cap. 17.* Seras conditiones pacis tentare. Ouid. *Eleg.1. lib.4. Trist.*

Is quoque iam serum referet veterémque triumphum.

Ibid. Eleg.9.

Nostraque vincetur lacrymis clementia seris.

Gell. *cap.7. lib.11.* Vitium seræ eruditionis, quam Græci ὀψιμαθίαν vocant. Senec. *cap.22 de consol. ad Mart.* Interuersa & sera ingenia. Mart. *lib.1.*

Sera nimis vita est crastina, viue hodie.

Hinc. Colum *lib.1.* comparatiuum formauit, Sationes (inquit) eius duas seruamus, alteram maturam per mediam sementem, seriorem alteram mense Februario. Plin. *lib.15. c. 15.* Patriæ cognomina habent serissima omnium Amerina. ¶ Aliquando ponitur pro graui, tristi, & magno. Salust. Serum bellum in angustiis futurum. Virg. 5. *Æneid.*

Seraque terrifici cecinerunt omnia vates.

¶ Serus conuiua Tonantis, qui serò moritur. Martial. *lib.8.*

Esse velis, oro serus conuiua Tonantis.

Serum limen, est, nocti vicinum. Virg. 1 *Georg.*

Illic sera rubens accendit lumina Vesper.

Seræ frondes, dicuntur serò cadentes. Idem 2. *Georg.*

Et iam olim seras posuit quum vinea frondes.

¶ Serus studiorum, ὀψιμαθὴς, qui serò literas didicit, nec παιδομαθὴς est. Horatius, O seri studiorum.

Serō, aduerb. Tarde. {ὀψὲ. GAL. *Au soir, tard, trop tard.* ITAL. *Tardamente, tardi, di sera.* GER. Spaht. HISP. *Tarde.* ANG. *Latelie, in the euē or euening.*} Cicer. *de clar. Orat.* Eloquentia serò prodiit in lucem. Idem *lib. 1. Epist.* Longè absum, audio serò. Plaut. *Amph.* Serò aduenimus. A. Qui? S. Quia Alcmenam stare ante ædes saturam intelligo. (i. post prandium.) Idem *Capt. sc. 1.a.4.* Abi stultus, Serò, post tempus venis. Idem *Men. sc.6.a.5.* Metuo ne serò veniam depugnato prælio. Allegoricūs, &c. ¶ Aliquando significat vespere, hoc est post occasum, atque hæc est eius vera significatio, inquit Valla *lib. 4* Cicer. *Attico*, Eo die alter consul venit serò. ¶ Aliquando post tempus, quæ significatio tracta est ex superiori. quod enim post Solis lucem est, id verè post tempus dici potest. Ouid. 1. *de remed. amor.*

Principiis obsta, serò medicina paratur,
Quum mala per longas inualuere moras.

Autor ad Herenn. *lib.1.* Serò atque acto negotio venistis. Sic etiam Cicero, Quum accusator Milonis identidem interrogatus perstaret, quo tempore Clodius esset occisus, vrbanè respondit, Serò: ludens nimirum in vocis ambiguitate. Nam quum illud videretur dicere, Vesperi Clodium fuisse occisum: illud potiùs voluit significare, serius quàm oportuerat, fuisse interemptum. ¶ Hinc seriùs comparatiuum, id est, tardiùs. Cicer. *in Catil.* Hoc seriùs à me factum est. Et Serissimè, tardissimè. Plin. *lib.15.c.17.* Tarentina serissimè legi.

Sērōtĭnus, a, um, à serò, Vespertinus. {ὄψιμ@. GALL. *Du soir, tardif.* ITAL. *Di sera, tardi.* GERM. Das spaht ist. HISP. *Cosa tardia è perteneciente à la tarde.* ANG. *Of the euen or euening, late.*} Hora serotina, tempus serotinum. ¶ Aliquando ponitur pro Tardus: vt poma serotina, quæ post legitimum tempus vel tardiùs cæteris maturescunt. Colum. *lib. 3.* Locis frigidis, & autumni temporibus aquosis, præcoces serito, &c. locis hybernis serotinas serito. Idem *lib.8.c.5.* Item serotini pulli, quia ab solstitio nati carpere iustum incrementum non potuerunt.

Sērum, i, substantiuum, significat extremam partem diei. { ערב *béreb.* δείλη, ὀψία, ἑσπέρα. GALL. *Le soir.* ITAL. *Sera.* GERM. Der abend. HISP. *La tarde.* ANGL. *The euen or last part of the day.*} Liuius *lib. 7. ab Vrb.* Erat iam diei serum, ὀψὲ ἦν τῆς ἡμέρας. Sueton. *in August. c.16, & in Neron. c.22.* Nec multò pòst naualio prælio apud Actium vicit, in serum dimicatione protracta, vt in naui victor pernoctauerit, id est, in horam vespertinam. Liuius *lib.10. ab Vrbe*, Extrahebatúrque in quam maximè serum diei certamen. Sueton. *in Othon. cap. 11.* In serum vsque patente cubiculo, &c.

Sēruūs, vide *Seruo.*

‖ Sesac, nomen regis Ægyptij.

Sesach est Babylon. ‖

SĒSĂMĂ, æ, siue Sesamum i, σήσαμον, frugis genus, à Plinio Frumenti, à Columella leguminum generibus annumeratum. Culmum habet ferulaceum, foliis sanguineis, semine candido, infra magnitudinem lini, quod vasculis, vt papauer, continetur, radice simplici & alba. Officinæ *sisamum*, Itali hodie *iugiolinam* appellant. Plin. *lib. 18.c.10.* Æstiua frumenta diximus sesamam, milium, panicum. Colum. *lib.2.c.10.* Sesama, qua rigantur maturiùs, &c.

Sēsămĭnūs, adiectiuum: vt, Sesaminum oleum, de quo Plin. *lib.23.cap.4.*

Sēsămĭs, idis, σησαμίς, placentæ genus, ex sesamo & crudo melle confectum, quod & σησαμοῦντα Græci appellant. Vide Galen. *lib.1. de aliment. facult.*

Sesamium, σησάμιον & σησαμοῦς, placenta ex sesamo, melle & oleo.

Sēsămoīdes, σησαμοειδής, herba est ex ellebori generibus, similis senecioni, aut rutæ, longo folio, flore candido, radice gracili, ignaua, semine gustu amaro, cætera sesamo similis, vnde & nomen accepit. Nascitur in Anticyra insula, purgationibus vtilissimum. Vide Plin. *lib. 22. cap. 25.*

Sēsāmum, mi, σήσαμον Stephano, vrbs Paphlagoniæ, postea Amastris appellata, cuius meminit Plin. *lib.6.c.1.*

Sēsārēthūs, i, σεσάρηθ@, oppidum est Taulantiorum, qui sunt in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari incumbit. Stephan. ex Hecateo.

Sescenaris bouis iecur, quid sit, vide apud Liuium *1.d.5.*

Sescu in compositione est alicubi pro *sesqui*, vt in Sescunx, sescuplus, &c

SESCVNX, siue Sexcūnx, cis, & Sescuncia, ciæ, Vnciam significat, & vnciæ dimidium, vt ait Bud. {τετρωμιόβολον. GALL *Vne once & demie.* ITAL. *Vn' onza è mezza.* GERM. Drey lot. HISP. *Vna onça y media de peso.* ANGL. *An ounce and an half*} Col. *lib.12. c.57.* Laseris radicis, quod σίλφιον Græci vocant sescunciam. ¶ Non est sescunciæ, vel assis, i. vilis est, nullius, aut exigui pretij. Pomponius, Pappus hic in medio habitat scenica non sescunciæ.

Sēscūncĭālis, e, quod pondus aut mensuram habet sescunciæ. { ὁ μιᾶς οὐγκίας καὶ ἡμίσεως ὤν, ὅ ἐστι ἡ δυοδεκάδραχμ@. GALL. *Contenant vne once & demie.* ITAL *Di vn'onza & mezza.* GERM. Anderthalb vntzen dick oder schwär. HISP. *De vna onça y media.* ANGL. *Of an ounce and an half.*} Plin *lib.13.c.15.* Tota crassitudine sescunciali.

Sēscŭplūm, siue Sesquiplum, quod numerum, pondus, aut mensuram totam in se continet, & præterea eius dimidium, ἡμιόλιον. Sic Senarium dicimus esse sescuplum quaternarij, & semissem trientis. Ita emendo cùm antea esset scriptum in omnibus exemplaribus, quadrantis. Mendosè. Triens enim. (i. tertia pars assis siue quatuor vnciæ) & dimidium trientis. (i. duæ vnciæ) semissem. (i. sex vncias) efficiunt atque explent: Quadrans verò, & dimidium quadrantis non item: siquidem Quadrans quarta pars assis est, tres tantùm vncias continens.

Sēsēlis, fœm. gen. siue Sesele, neutro, σέσελι. Herba est folio fœniculi, sed crassiore, semine quoque non absimili, sed callosiore & hebetiore, capite anethi: in quo granum habet oblongum & angulosum: & quum estur, acre: radice autem longa, & odore non ingrato. Vulgus herbariorum *Saxifragam maiorem* appellat. Cicer. 2. *de nat. deor* Paulò ante partum ceruæ se purgant quadam herbula, quæ Seselis dicitur. Dioscorides quatuor facit seselis genera, Massilioticum, Æthiopicum, Peloponnesiacum, & Creticum.

‖ Sesarinus, piscis marinus. Aoud. ‖

Sēsōstris, Ægyptiorum rex, Mœridis successor, qui subactis Maris rubri accolis, alueum nauigabilem conatus est ducere ex Nilo in Mare rubrum. Idem & Colchos & Getas creditur subegisse, regionésque omnes à se subactas trophæis insigniuisse, quorum aliquot se vidisse testatur Herodotus muliebri pudendo insculpta. Valer. Flac. 5. *Arg.*

———quum prima Sesostris
Intulerit rex bella Getis.

SĒSQVĪ, Tantundē, & eius dimidium: qua voce non modò in compositione vtimur, vt sesquialtera, sesquimodius: verùm etiam extra compositionem. {πεντάκι. GAL. *Autant & moitié d'auantage.* ITAL. *Altre tanto è la metà.* GER. Anderthalb. HISP. *Otro tanto y la mitad.* ANGL. *As much and the half more.*} Cicer. *de Perf. Orat.* Pes enim qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, vt necesse sit partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse maiorem: ita fit æqualis dactylus, duplex iambus. sesquiplex pæon.

‖ Sesquialter, qui habet tantundem seu totum, & semis pro altera parte. ‖

Sēsquĭālteră

Sesquĭăltĕră, proportio, quæ quantitatem aliquam in se continet, & eius dimidium. {ἡμιόλιος. GALL. *Contenant vne fois & demie autant.* ITAL. *Vna parte piu grande la metà che l'altra.* GER. Die vergleichung da ein ding das ander anderthalb mal in sich haltet. HISP. *Vna vez y media.* ANGL. *Conteyning ones and half so much.*} Cicer. *de Vniuer.* Sesquialteris autem interuallis, & sesquitertiis, & sesquioctauis sumptis ex his, &c.

Sesquĭcŭlĕārĕ dolium, quod culei mensuram continet, & dimidij, ἡμιόλιον κώλεον διχόρδιον. Col. *lib.* 12. *c.* 18. Sunt autem satis sesquiculearibus doliis picis duræ pondo vicena quina.

Sesquĭhōră, vna hora cū dimidia. {τελημιώριον. GALL. *Vne heure & demie.* ITAL. *Vn'hora e mezza.* GER. Anderthalb stund. HISP. *Vna hora y media.* ANGL. *An houre and a half.*} Plin. *Epist.* 84. Egeram horis tribus & dimidia, supererat sesquihora.

Sesquĭiūgĕrum. {τελημιπλεθρον. GALL. *Vn demi arpent, & la moitié d'vn demi arpent.* ITAL. *Vn campo e mezzo.* GER. Anderthalb iauchart. HISP. *Vna huebra de tierra y media.* ANGL. *An aker and a half.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 19. Iterari sesquiiugerum.

Sesquĭlībră, vna libra cum dimidia alterius. {τελημιλιτρον. GALL. *Vne liure & demie.* ITAL. *Vna libra e mezza.* GERM. Anderthalb pfund. HISP. *Vna libra y media.* ANGL. *A pound weight and a half.*} Colum. *lib.* 12. *c.* 36. Sat erit autem rorismarini sesquilibram in duas musti adiicere.

Sesquĭmēnsĭs, vnus mensis cum dimidia parte alterius. {τελημιμήνιον. GALL. *Vn mois & demy.* ITAL. *Vn mese e mezzo.* GER. Anderthalb monat. HISP. *Vn mes y medio.* ANGL. *A moneth and a half.*} Varro. *lib.* 1. *de re rust. c.* 17. Annus est diuisus in quatuor partes, & idem subtilius sesquimensibus in octo.

Sesquĭmŏdĭŭs, qui continet vnum modium cum dimidia parte alterius. {τελημιμόδιος. GAL. *Vn muy & demy.* ITAL. *Vn mozzo e mezzo.* GER. Anderthalb sester. HISP. *Vn celemin y medio.* ANG. *A bushell and a half.*} Varro *lib.* 1. *de re rust. cap.* 42. Vt nuces integras, quas vno modo comprehendere possis, quòd putamina suo quæque habent loco natura composita, quum easdem si fregeris, vt sesquimodo concipere possis.

Sesquĭŏbŏlŭs, Obolus cum dimidio. {τελημιωβόλιον. GALL. *Vne obole & demie.* ITAL. *Obole e mezzo.* GER. Anderthalb heller. HISP. *Vn obolo y medio.* ANG. *A farthing and a half.*} Plin. *lib.* 25. *c.* 8. Deiectóque quod supernatat, reliquus succus purgat, vtraque parte sesquioboli in aqua mulsa.

Sesquĭoctāuŭs, octauam rei alicuius partem in se continens, & eius dimidium, malè. nam hoc sesquioctauus est, quod arithmeticis notis scribitur $1\frac{1}{8}$ vnum totum & vna octaua pars illius totius. Martinius in suo Lexico.

Sesquĭŏpĕrā, opera diei vnius & dimidiati. {τὸ ἔργον ἡμιόλιον. GALL. *Vne iournée & demie d'œuure.* ITAL. *Vna giornata e mezza di opera.* GER. Anderthalb tagwert. HISP. *Huebra de vn dia y medio.* ANG. *An iournay and a half.*} Colum. *lib.* 2. *cap.* 13. Fabæ occantur sesquiopera, iterum sarriuntur vna opera.

Sesquĭpēs. Mensura vnius pedis & semissis. {τελημιπόδιον. GALL. *Vn pié & demi.* ITAL. *Vn piede e mezzo.* GERM. Anderthalb schuch. HISP. *Vn pie y medio de medida.* ANGL. *The measure of a foote and a half.*} Colum. *lib.* 3. *c.* 13. Nisi tamen si scaturigo palustris obuia (sicut in agro Rauennate) plus quàm sesquipedem prohibeat infodere. Martial. *lib.* 8.

Summa Palatini poteras æquare Colossi,
Si fieres breuior Claudia sesquipede.

Sesquĭpĕdālĭs, e. continens pedem & dimidiatum: longum sesquipede: latum sesquipede: inflatum, grandiloquum. {ὁ τῆς ποδιαίω ἡμιόλιος. GAL. *D'vn pié & demi.* ITAL. *Di vn piede e mezzo.* GERM. Anderthalb schůchig. HISP. *De vn pie y medio.* ANGL. *Of a foote and a half.*} Cato *c.* 10. Sesquipedalis paries. Plin. *lib.* 7. *cap.* 16. Sesquipedales quosdam gigni longiores, in trimatu implentes vitæ cursum, haud ignotum est. ¶ Sesquipedalia verba, id est, grauia & turgida qualia Tragicis poëtis solent esse familiaria. Horat. *de Arte,*

Proiicit ampullas, & sesquipedalia verba.

Sesquiplaris. Veget. *lib.* 2. *de re milit. cap.* 7. Duplares duas, sesquiplares vnam semis consequebantur annonam. sic ex opt. exempl. Stevvech. Vulgò Simplares vnam.

Sesquĭplus, a, um, siue sesquiplex, Sesquialterum, ἡμιόλιον. Vt quum dicimus senarium esse sesquiplum quaternarij: continet enim eum totum, & insuper dimidiam eius partem. Budæus. Cicer. *in Orat.* Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, sesquiplex pæon. Et *paulò pòst*, Modus aut duplex, aut sesquiplex, aut par.

Sesquĭtertĭŭs, continens semel terminum aliquem, & insuper tertiam partem.

‖ Sesquiulysses, quasi Vlysses vnus integer, & vnus dimidius præstantissimus. Turn. ‖

Sesquunx, quod molliùs sescunx, sescuncia, vncia & dimidium. Papias scribit, sesquunx, qui & sescuncia, quasi vncia & semiuncia quoque. Et Budæus initio libri de asse. Hemioliam rationem habet ad vnciam. Sed sexcunx esset sex vnciæ.

Sesquo: vnde sesquati numeri, tanquam sesquifacti.

Sessĭlis, Sessio, vide *Sedeo.*

SESTĀNS, tis, siue Sextans, Sexta pars assis, hoc est, vnciæ duæ. {ἡκτημόριον. GAL. *Deux onces.* ITAL. *La sesta parte d'vna libra, cioè due oncie.* GER. Der sechste theil eines dings / zwey theil eines gantzen / das zwölfft theil hat. HISP. *Dos onças de peso.* ANGL. *Twoo ounces.*} Plin. *lib.* 26 *cap.* 11. Prodest & vino myrteo fouere: menthæ sestans, viui sulphuris vncia. ¶ Est item sestans, numulus æreus, tertia parte minor quadrante. Liuius *lib.* 2. *ab Vrbe,* Extulit eum plebs, sextantibus collatis in capita. ¶ Nonnunquam etiam mensura cōtinens sextam partem iugeri. Varr. 1. *de re rust. cap.* 10 Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in succisiuum esse vnciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, quum ad iugerum peruenerunt, id habet scrupula ducenta octoginta octo. ¶ Interdum sumitur pro mensura vini, siue liquidorum: vt apud Sueton *in August. c.* 77. Vini parcissimus erat. Mox: Quoties largissimè se inuitare senos sestantes non excessit. Inde,

Sestāntārĭŭs, a, um, quod habet pondus, aut mensuram sestantis. ἑξάντης. Plin. *lib.* 33. *cap.* 23. Constitutúmque vt asses sestantario pondere ferirentur.

SESTERTIVS, ij, masc. gen. σηστέρτιος, apud Romanos moneta erat argentea, valens quartam partem denarij argentei, hoc est, (vt ad Gallicæ pecuniæ æstimationem redigamus) decem denariolos turonicos & semissem. Hic alio nomine numus dicebatur. Interdum vtrunque coniungentes, numum sestertium vocabant. Dictus est autem sestertius, quasi semis tertius, eò quod in se continebat asses duos, & tertium dimidiatum. Notabaturque apud veteres per geminum LL. qua nota duæ libræ, siue dupondius: & per S, qua semissis, siue dimidia libra significabatur. Hæ tres literæ transuersa interueniente linea postea ad hunc modum sunt coniunctæ H S. Veteris consuetudinis fuit, vt Semis in compositione antè poneretur: vt Semisquartus, Semisquintus, Semistertius: vnde sublatis duabus literis, dictus est Sestertius. Est autem compositio Attico more facta. Illi enim ἑπτὰ ἡμισυ τάλαντα, hoc est, septem semitalenta dicebant. ¶ Sestertium autem in neutro genere, & in plurali numero sestertia, singula valebant mille numos sestertios. Habétque sestertium in neutro genere eādem proportionem ad libram Romanam, quæ & mina, & pondo dicitur, quam numus sestertius ad assem, hoc est, ad libram æris grauis. Continent enim singula sestertia in se duas libras Romanas & semissem. Singulæ autem libræ drachmas, vel denarios centum, hoc est sestertio quadringentos. Duæ itaque libræ & dimidia, vt clarum est, valebant sestertios numos mille: ídque vno nomine sestertium dicebant in neutro genere. Decem ergo sestertia valebant decem milia numorum sestertiorum. Quòd si hunc numerum per aduerbium extuleris ad hunc modum, Decies sestertiûm, iam reddideris hanc summam centuplo maiorem. Idem enim est dicere Decies sestertiûm, quod Decies centena millia numorum sestertiorum. GALL. *Vn million de sesterces, valant vingt cinq mille escus couronne à 35. sols piece.* Vide Budæum *de Asse*, diffusiùs hac de re tractantem. Decies sesterrio nubere; Senec. *c.* 12. *de consol. ad Heluiam*, Beatiores, inquit, istos putas, quorum pantomimæ decies sestertio nubunt, quàm Scipionem, &c. Et Velleius, Sestertium septies millies. Item, Bis millies centies. Idem, alibi sexies millies H S è manubiis, &c. Idem, Centies sestertium, vide *Centies.* ¶ Amplum sestertium pro immensa summa ponitur. Solinus, Denique basilisci reliquias amplo sestertio pergameni compararunt. ¶ Est etiam sestertium genus veli triplici licio texti, vt tertium licium duobus impar sit. Suet. *in Aug. cap.* 83. Ita vt in extremis spatiis subsultim discurreret, sestertio vel lodicula inuolutus. Alij exponunt operimentum duûm omnem in partem pedum & semissis. ¶ Sestertium, locus vbi plecti solebant qui à Cæsaribus interficiebantur. Plutarchus dicit Galbæ caput datum Patrobij, & Vitellij seruis, ab illis proiectum eum in locum fuisse.

Sestertĭŏlŭs, diminutiuum, vel Sestertiolum, cum accentu in antepenult. Martial. *lib.* 1.

Sed sestertiolum donauit mentula Phœbo
Bis decies, &c.

Sestĭæ, siue Sextiæ aquæ, ὕδατα σέξτια. Ptolemæo, Galliæ Narbonensis oppidum, aquis calidis scatens: ita dictum à Sestio quodam Romanorum duce, qui subactis Salybus, oppidum hoc creditur condidisse. Vide Strab. *lib.* 4 Vulgò *Aix en Prouence.*

Sestĭŭs, prænomine Publius, Ciuis Romanus fuit magni animi, qui Ciceroni aduersùs Clodium contractis armatis auxilio fuit: quo nomine in iudicium vocatus, defensus est à Cicerone elegantissima illa oratione, quæ pro P. Sestio inscribitur. Erudiri tamen non Sestium, Sed Sextium scribendum contendunt. ¶ Fuit & alter Sestius, Aquarum Sestiarum in agro Salyum conditor: de quo vide Strabonem *lib.* 4.

Sestĭānă mala, à Sestio cognominata, apud Colum. *lib.* 12. *c.* 45. Ita possunt alia genera malorum, sicuti orbiculata, Sestiana melimela, Mariana, hoc liquore custodiri. Sestiana pyra, apud Colum. *lib.* 5. *c.* 10.

Sestŏs, σηστὸς, vrbs erat in littore Thracio, ad Hellespontum sita, [illegible] Abydo, Leandri & Erûs amore pernobilis. Strabo *lib.* 13. & Musæus *de amoribus Leandri & Erûs.*

Sestĭăs, adis, σηστιὰς, patronymicum à Sesto Hellesponti vrbe deductum Statius 2. *Theb.*

Contrà autem frustrà sedet anxia turre supremis
Sestias in scopulis,

id est, Ero puella Sestia.

Sĕtăbĭs, is, σαιταβίς, fluuius est citerioris Hispaniæ, in conuentu Carthaginensi: à quo vicini populi, Setabitani appellantur à Plin. *lib.* 3. *cap.* 3. Hinc Sudaria Setaba dixit Catullus, quæ ex lino Setabitano conficiebantur.

SETÆ, arum, dicuntur pili crassiores, rigidíque atque erecti, quales sues habent. {שערים *scharim.* τρίχες. GALL. *Soye ou poil comme de porceau.* ITAL. *Sede setole.* GERM. Bürsthar / burst. HISP. *Las sedas comme de puercos.* ANG. *Bristles or bigge heares.*} Vnde dictæ sunt setæ, quasi suetæ. A quo & suo, suis deducitur. ¶ Dicitur tamen & de durioribus aliorum animalium pilis. Cic. 5. *Tuscul.* In hoc medio apparatu fulgentem gladium à lacunari seta equina appensum demitti iussit, vt impenderêt illius beati ceruicibus. Ouid. 8. *Metam.*

Protinus exuuias rigidis horrentia setis
Terga dat.

Setæ leonis. Cic. 3. *de Orat.* Oculos autem natura nobis, vt equo & leonî setas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit.

Setarium, quod & setaceum, instrumentum purgandi farinam. Cathol.

Sĕtĭgĕr, a, um, quod setas gerit. {χαίτην ἔχων φριξαύχην. GALL. *Qui a de la soye sur le dos.* ITAL. *Porta sede, porta setole.* GERM. Der bürst hat. HISP. *Lo que trahe ò tiene sedas.* ANGL. *That hath bristles.*} Martial. *lib.* 13.

Qui Diomedeis metuendus setiger agris,
Ætola cecidit cuspide, talis erat.

Ouid *lib.* 8. *Metam.*

Vulnera fecissent, nisi setiger inter opacas,
Nec iaculis isset, nec equo loca peruia syluas.

Virg. 12. *Æneid.*

Setigeræ fœtum suis, intonsámque tridentem
Attulit.

Sētōsŭs, a, um, quod est setis plenum. {שעיר *sahir.* λαχνήεις. GALL. *Qui a force soye.* ITAL. *Sedoso, pieno di sede, pieno di setole.* GERM. Bürstlechtig / vol bürsthar. HISP. *Lleno de sedas.* ANGL. *Full of bristles.*} vt, Setosum animal. Plin *lib.* 8. *c.* 45. Torua fronte, auribus setosis. Virg. 7. *Eclog.*

Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus,
Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui.

Propert.*lib.4.Eleg.*1.
Verbera Pellitus setosa mouebat arator.

Setia, σητία, vrbs Campaniæ non procul à Tarracina: à qua Setinum vinum. Mart. *lib.*13.
Pendula Pontinos, quæ spectat Setia campos,
Exigua vetulos misit ab vrbe cados.

Vulgò *Sezza.*

‖ Setinum, *Setta*, V.E. prouinciæ Romanæ ‖

Setubia, æ, σετυβία, Aræuacum oppidum, in Hispania Tarraconensi: cuius meminit Ptolem.*lib.*2.*c.*6.

Seu, contractum ex siue, sicut *neu* ex neue; breuitatis & in carmine alicubi necessitatis ergò: vt Virg. 12. *Æneid.*
Siue errore viæ, seu tempestatibus acti.
Disiunctiua particula, qua iungimus ea, quorum alterum, non vtrumque affirmamus. {או ô. ἤ. GALL. *Ou, ou bien, soit que* ITAL. *Ouero* GER. Oder. HISP. O. ANGL. *Or.*} Plaut. *in Trin.* Hæc sunt, seu rectè, seu peruersè facta sunt, egomet fecisse Confiteor. Tibull. *lib.*4.
Parma seu quis dextra velit, seu læua tueri.

‖ Seuerena, vulgò *S. Seuerina*, V.A. antiqua Calabriæ. ‖

Seuerianus, a, um. Seueriana pyra, à Seuero insitore dicta: quorum meminit Plin. *lib.*15.*c.*15.

Seueriani, σευηριανισταὶ Hæretici quidam fuerunt: à Tatiano primùm propagati, deinde & à Seuero aucti, qui matrimonio penitus abstinendum prædicabant. Meminerunt horum Hieronymus & Sophronius.

SĔVĒRVS, a, um, Grauis, tetricus, tristis, asper. {קשה *kaschéh.* ἀπότομος, σεμνός. GALL. *Seuere, rigoureux, rude.* ITAL. *Seuero, graue.* GER. Rauch/ vnd streng/ernsthafftig. HISP. *Graue y riguroso.* ANGL. *Seuere, cruell, rigorous, rough.*} vt, Seueri agricolæ, apud Lucret. *lib.*5. Dicitur à se & verus. (i. bonus & æquus, & facilis:) vel à Seuero monte, vt placet Seruio *in* 7. *Æneid.* Seuerus autor. Plin. *lib.*11.*c.*5. pro graui, & cui maximè sit fidendum. Virg. 8. *Æneid.*
Romulidis, Tatióque seni, Curibúsque seueris.
Terent. *Heaut.* Sed ipse egreditur, quàm seuerus, rem quum videas, censeas. Cic. 2. *Verr.* L. Cassius ex familia tum ad cæteras res, tum ad iudicandum seuerissima. Idem 3. *Offic.* Magnus vir in primis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbè seuerus in filium. Senec. *c.*15. *de tranq.* Non magis sancta & seuera est vita, quam conceptus inchoati. Plaut. *Mil. sc.*2. *a.*2. Vide vt astitit seuera fronte curas cogitans. ¶ Aliquando actiuè accipitur pro eo quod horrorem aspectu incutit. Virg. 3. *Georg.*
Inuidia infelix Furias, amnémque seuerum
Cocyti metuet.

Sĕuērē aduerbium, grauiter, asperè. {σεμνῶς, αὐστηρῶς, αὐστηρῶς. GALL. *Seuerement, rigoureusement, rudemēt.* ITAL. *Rigorosamente.* GER. Mit rauche vnd strenge. HISP. *Grauemente y rigurosamente.* ANG. *Cruellie, rigorouslie.*} Cic. 2. *de finib.* Ita grauiter & seuerè voluptatem secernit à bono. Idem *pro Rosc. Com.* Nihil mihi detraham, quum illis exactæ ætatis seuerissimè fructum, quem meruerunt, retribuam.

Sĕuērĭtĕr, Seuerè. Titinnius, Seueriter hodie sermonem amica mecum contulit.

Sĕuērĭtās, atis, Grauitas & constantia in iudicando, & imperando ⚹ Facilitas, misericordia. {קשי *keschi* פרך *pérec h.* σεμνότης, ἀποτομία. GALL. *Rigueur, rudesse.* ITAL. *Seuerità, grauità durezza.* GERM. Strenge vnd rauche/ernsthafftigkeit. HISP. *Graueza y rigor.* ANG. *Crueltie, fiercenesse, rigorousnesse.*} Cic. 7. *Verr.* Quum iste vestra seueritate permotus multa fig... [illegible]erat quamobrem is responsurus non videretur. *Ibidem*, Sum... [illegible] diligentiæ summam imperij seueritatem addidit. ¶ Quinetiam extra iudicium dicitur de morum grauitate, & quadam naturæ toruitate, quæ & seueritudo dicitur. Plaut. *in Epid.* Quid illud est, quòd illi ceperat frons seueritudine; Vitij vnguentorum seueritas, id est, Asperitas. Plin. *lib.*13.*c.*3. Quando etiam corruptissimo in genere magis tamen iuuat quædam ipsius vitiis seueritas. de vnguentis.

SĔVĒRVS, Septimus Romanorum Imperator, qui Albinum iuxta Lugdunum Galliæ vrbem ingenti prælio superauit. Reliqua eius gesta vide apud Herod. *lib.* 3. & 4. ¶ Est item Seuerus, vt Seruio placet, montis nomen proprium in Sabinis. Virg. *lib.*7. *Æneid.*
Qui Tetrica horrentes rupes, montémque Seuerum, &c.
Quo tamen in loco Nonius seuerum, actiuè positum arbitratur pro aspero.

‖ Seueriani à Seuero exorti, vinum non bibunt: vetus Testamentum & resurrectionem non recipiunt. Isid. *lib.*8.5. ‖

Seuo, mons Ingenouum, in litore Germaniæ, Riphæis iugis non minor, immanem ad Cimborum, vsque promontorium efficiens sinum, qui Codanus vocatur. Autor Plin. *lib.*4.*c.*13.

Sēuŏco, as, Seorsum, seu in alteram partem voco, seduco, seiungo. {ἀποκαλέω. GALL. *Appeller à part, retirer.* ITAL. *Chiamare da banda separatamente.* GERM. Nâbend sich beruffen. HISP. *Llamar à otro apartandolo.* ANGL. *To call a part or away, to withdraw frome.*} Cicer. *Philipp.* Et ob eius consilij societatem quum interficeretur Cæsar, tum te à Trebonio vidimus seuocari Ouid. 2 *Metam.*
Seuocat hunc genitor, &c.
Sueton. *in Calig. c.*36. Egressus è triclinio, cùm maximè placitam (alienam vxorem) seuocasset, &c. Obscœnè. ¶ Seuocare ad se de communi, est de eo quod multis commune est furari. Cic. *pro Quint.* Itaque hercule, haud mediocriter de communi, quicquid poterat, ad se in priuatam domum seuocabat. ¶ Seuocare animum ab omni negotio, est animum laxare, & nulli rei intendere. Idem 1. *Tusc.* Quum à re familiari, quæ est ministra & famula corporis, quum à Republica, quum à negotio omni seuocamus animum. Plaut. *Aul sc.*5.*a.*3. Quid tu te solus de Senatu seuocas? Catull. *ad Ortalum,*
Curæ me seuocat à doctis virginibus.
¶ Seuoco, decipio. Papias: Seuocat, ad remotiora vocat, solicitat, in secreto decipit.

SĔVVM, i, quod & sebum & sepum dicitur, Vnctuosum illud, quod in animalibus quibusdam musculorum extremitatibus membranísque adcrescit, ex frigida potione sanguinis, quæ è venis excidens exsanguibus, ideóque frigidis membranis adhæret, ibidémque non secus atque oleum frigore concrescit. {στέαρ. GALL. *Suif.* ITAL. & HISP. *Seuo.* GERM. Vnschlit. ANG. *Tallow of beastes.*} Differt autem ab adipe, quòd seuum propriè est cornigerorum duntaxat, quæ in vna parte dentata sunt, & quæ in pedibus talos habent. Bisulca verò, & quæ pedes scissos in digitis habent, & carent cornibus, non seuum, sed adipem habent. Vterque autem concretus est, & quum refrixit, facilè frangitur, sempérque est in fine carnis sine sensu, quia nec arterias habet, nec venas. Contrà pingue inter carnem, cutémque est, succo liquidum, quod etiam in aliquibus sine sensu esse manifestum est. Vnde sues viuentes à muribus legimus aliquando fuisse erosas, nido etiam in iis constructo. Idem *Capt. sc.*2. *a.* 2. Diuitiæ suntne Opimæ, vnde excoquat seuum senex. Vide *Sebum*

Seuōsŭs, a, um, quod instar seui vnctuosum est. στεατώδης. GALL. *Plein de suif, ou ressemblant à suif.* ITAL. *Simile à seuo.* GERM. Seisszt oder schmirbig wie vnschlit. HISP. *Seuoso, ò enseuado.* ANGL. *Full or lik tallow greasie and fatt*} Plin. *lib.*11.*cap.*37. Seuosa cornigenis medulla.

Sēuo, as, seu Sepo, as, quod est seuum impono, seu candelas ex seuo facio, {στεατόω. GAL. *Enduire de suif, faire de chandelles de suif.* ITAL. *Far candele di seuo, vngere con seuo.* GERM. Vnschlit kerzen machen. HISP. *Enseuar, vntar con seuo.* ANG. *To mak tallow candles or smere with tallow.*} Colum. *lib.*2.*cap.*22. Feriis autem ritus maiorum etiam illa permittit, far pinsere, faces incidere, candelas seuare, seu, vt quidam legunt, sebare, aut separe.

SĔX, numeri nomen „notæ significationis, à Græco deductum mutatione aspirationis in s literam. {ששה *schischscháh.* ἕξ. GALL. *Six.* ITAL. *Sei.* GER. Sechs. HISP. *Seys en numero.* ANG. *Sixe.*} Hinc multa deducuntur tum composita, tum deriuata quæ suo ordine explicabimus.

Sexagenarius, a, um, sexaginta comprehendens. item LX. annos natus. ¶ Sexagenarios de ponte mittere, vel deiicere, est senes rebus agendis, submouere.

Sĕxāgēnŭs, a, um, quanuis propriè sit numeri distributiui nomen, sæpe tamen idem est quod sexaginta. {ששים *schischchim.* ἑξήκοντα. GALL. *Soixante.* ITAL *Sessanta.* GERM. Sechzig. HISP. *Sesenta.* ANGL. *Sixtie or three score.*} Liu. 8. *ab Vrb.* Ordo sexagenos milites, duos centuriones, Cic. 7. *Verr.* Sexagena millia modiorum.

Sexagesimus, claudens ordinem, qui habet sexaginta: continens sexaginta: in certo genere ad sexaginta respiciens.

Sexagesima, ex decimis Iudæorum minima.

Sĕxāgĭēs, aduerbium. {ἑξηκοντάκις. GALL. *Soixante fois.* ITAL. *Sessante volte.* GER. Sechzig mal HISP. *Sesentas vezes.* ANGL. *Sixtie tymes.*} Cic. 2. *Philipp.* Orabat vt te contra suum patrem, si sestertium sexagies peteret, defenderem.

Sĕxāgĭntā, decies sex. {ששים *schischschim* ἑξήκοντα. GALL. *Soixante* ITAL. *Sessanta.* GER. Sechzig. HISP. *Sesenta.* ANGL. *Sixtie or three score*} Cic. 3. *Verr.* Possum sexaginta decreta proferre, in quibus vt ego pecuniam non dicam intercessisse, ipsa decretorum nouitas, iniquitásque declarat.

Sĕxāngŭlŭs, a, um, quod habet sex angulos. {ἑξάγωνος. GALL. *Qui a six anglets.* ITAL. *Che a sei cantoni.* GER. Sechseckig. HISP. *Figura de seys angulos.* ANGL. *That hath sixe corners.*} Plin. *lib.*37.*c.*3. Quare sexangulis nascatur lateribus non facilè ratio inueniri potest. Idem *lib.*11.*c.*11. Apum sexangulæ omnes cellæ. Ouid. 5. *Metam.*
Nónne vides quos cera tegit sexangula fœtus,
Melliferarum apium sine membris corpora nasci?

Sexangulatus, a, um, adiect. Qui sex angulos habet. Solin. *c.*46. Inuenit & iridem in mari rubro, sicut crystallum sexangulatam, quæ radiis icta Solis, &c.

Sēxcēnŭs, a, um, numeri distributiui nomen, Sexcentenus. {שש מאות *schesch meóth.* ἑξακόσιος. GAL. *Six cens.* ITAL. *Sei cento.* GERM. Je sechshundert. HISP. *Seys cientos.* ANGL. *Sixe hundred.*} Cic. 7. *Verr.* Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere certum pretium sexcenos nummos nautarum missione constituere. Colum. *lib.*2.*cap.*3. Quibus & antè iam M. Cato, & mox Terentius Varro prodidit singula iugera vinearum sexcenas vrnas vini præbuisse.

Sĕxcēntēnŭs, a, um, numeri distributiui nomen. ἑξακόσιος, idem. Col. *lib.*3. *c.*5. Qui ducentos quadragenos pedes obtinent; sexcenteni malleoli pangendi sunt. id est, sexcenti vnicuique.

Sĕxcēntī, æ, a, sexies centum. {שש מאות *schesch meóth.* ἑξακόσιοι. GALL. *Six cens.* ITAL. *Seicento.* GER. Sechshundert. HISP. *Sescientos en numeros.* ANGL. *Sixe vndred.*} Cicero *de diuinat.* Sexcenta licet eiusmodi proferre, vt distantiū rerum cognatio naturalis appareat. Terent. *in Phorm.* Sexcenta proindepotiùs scribito dicas. Vbi Donatus, Apud nos sexcenta dicere pro infinito numero ferè vsitatum est. Cicer. *pro Rosc Amer.* Sexcenti sunt, qui inter sicarios, & de veneficiis accusabant. Plaut. *Aul. sc.*1. *a.*2. Sexcenta sunt quæ memorem, si esset otium. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 5. Quin suspirabo plus sexcentos dies. (aliàs *Sexcentum dies.*)

Sĕxcēntēsĭmŭs, a, um, Vltimus, siue vnus ex sexcentis. {ἑξακοσιοστός. GALL. *Sixcentiesme.* ITAL. *Seicentesimo.* GER. Das sechshundert ist. HISP. *Cada vno de seyscientos.* ANG. *The sixe vndreth.*} Plin. *lib.*8.*c.*7. Anno vrbis sexcentesimo quinquagesimo quinto.

Sĕxcēntĭēs, aduerbium numeri, Sexcentis vicibus. {ἑξακοσιάκις. GALL *Six cens fois* ITAL. *Seicente volte.* GER. Sechshundert mahl. HISP. *Seyscientas vezes.* ANGL. *Sixe hundred tymes.*} Cic. *Attic. lib.*4. Vt forum laxaremus, & vsque ad atrium libertatis explicaremus, contempsimus sexcenties H. S. Plin. *Epist. vlt. lib.*1. Quàm citò sestertiūm sexcenties impleturus esset.

Sĕxcēntŏplāgŭs, fictum à Plauto nomen est *in Capt.* pro eo, qui sexcentas, plagas accepit.

Sĕxcŭplŭs, vide *Sescuplus.*

Sĕxdĕcĭēs, aduerbium, Sedecim vicibus. {ἑκκαιδεκάκις. GALL. *Seize fois.* ITAL. *Sedeci volte.* GER. Sechszehen mahl. HISP. *Diesy seis vezes.* ANG. *Sixtene tymes.*} Plin. *lib.*16.*c.*29. Sebusus ab Egyptis extremis sexdecies centena LXXV. M. passuum.

Sexennis, e, ἑξαετής, quod est sex annorum. Plautus *Pœnul* inde surreptus ferè sexennis. Plin. *lib.* 8. *c.*32. Indicia quoque ætatis in illis gerunt, singulos annis adiicientibus ramos vsque ad sexennes. de ceruis.

Sexennium, ij, ἑξαετία. Tempus sex annorum, apud Ciceronem 1. *de diuinat.* Quod quidé sexennio post Veios captos factum esse vidimus.

Sexies, aduerbium, Sex vicibus. {ἑξάκις. GALL. *Six fois.* ITAL. *Sei volte.* GERM. Sechs mahl. HISP. *Seis vezes.* ANGL. *Sixe tymes.*} Liu. 4. *ab Vrbe*, Veientem hostem sexies victum pertimescant. Col. *lib.* 5. *cap.* 1. Hoc sexies ducendum est, quoniam sex latera sunt.

Sextans, tis, vide *Sestans.*

Sextus, a, um, vltimus, siue vnus ex sex. {שש *schischschi.* ἕκτος. GALL. *Sixesme.* ITAL. *Sesto.* GERM. Das sechst. HISP. *Cosa sexta en orden.* ANGL. *The sixte.*} vt, Sexta ætas. Sextum Angiportum. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4 Hoc est, sextum à porta Angiportum. Ouid. 6. *Fast.*

Quæ duo mixta simul sextis quicunque Calendis
Ederit, huic lædi viscera posse negant.

Sextùm Consul, vt Tertiùm Consul. Cic. *in Pison.* Qui C. illi Mario fortissimo viro & Consuli, & sextùm Consuli, & eius Inuictis legionibus, ne armis confligeret, cedendum esse duxit.

Sextarius, dicitur sexta pars congij, quæ mensura apud antiquos tam liquidis, quàm aridis seruiebat. Capit auté sextarius cotulas binas, quæ & heminæ dicuntur. Sextarius vini. לג *logh.* Liu 7. *ab Vrbe*, Iisdem militibus legiones libras farris, & sextarios vini contulerunt. ¶ Ducere sextarium est ebibere. Iuuenal. *Satyr.* 7.

——— de quo sextarius alter
Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim.

¶ Sextarius aquæ. Cic. 2. *Offic.* Si emere sextarium aquæ mina cogeretur. Sextarius olearius. Cato *c.* 13. Sextarium, rij, vas sextarij, id est, heminarum duarum capax.

Sextilis, mensis qui nunc Augustus. Sic autem dicebatur, quòd sextus esset in ordine mensium à Martio: à quo Romani annum auspicabantur. Horat. 1. *Epist.* 11.

Per brumam Tiberis, Sextilis mense caminus.

¶ De hoc mense ita Suet. *in Augusti vita, cap.* 30. Annum à D. Iulio ordinatum, rursus ad pristinam rationem redegit: in cuius ordinationem Sextilem mensem è suo cognomine nuncupauit, &c.

Sextula, æ, vnciæ pars sexta, quatuor cótinens scrupula, hoc est, assis partem LXXII. Cic. *pro Cæcin.* Facit hæredem ex deunce, & semuncia Cæcinnam: ex duabus sextulis M. Fulciniū libertum superioris viri, Ebutio sextulam aspergit, hoc est, hæreditatis totius partem LXXXII. Colum. *lib.* 5. *c.* 1. Pars LXXII. pedes CCCC. hoc est, sextula, in qua sunt, scrupula quatuor.

Seni, æ, a, à sex. {ששה *schischscháh.* οἱ καὶ αἱ & τὰ ἕξ. GALL. *Six.* ITAL. *Sei.* GERM. Je sechs. HISP. *Seys.* ANGL. *Sixe.*} Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Cum senis manibus, genere Geryonaceo (de coquis.) Cic. 4. *Verr.* Ab isto & præco qui voluit istum ordinem pretio mercatus est, & pueri annorum senûm, septenûmque denûm Senatorium nomen nundinati sunt. Anni deciesseni, id est, sexaginta. Ouid. 5. *Fast.*

Senarius, a, um, quod constat sex rebus. {ἑξαδικός. GALL. *De six.* ITAL. *Di sei.* GERM. Das sechs hatt. HISP. *De seys.* ANGL. *Of sixe.*} Vt senarius numerus, ἑξάς. Hinc senarij versus, qui & senarioli dicti sunt, à sex pedibus. Cic. *lib.* 5. *Tusc.* Tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam, qui declarabant in summo sepulcro sphæram esse positam cum cylindrio.

Sextius Caballus, scurra fuit insignis, Martialis ætate, qui à calcitratu nomen accepit. Martial. *lib.* 1. Qui Galbam salibus tuis, & ipsum posses vincere Sextium Caballum.

‖ Sextianus, a, um, ad Sextium pertinens. ‖

Sextus, Σέξτος, Philosophus Chæronensis, Plutarchi nepos, qui doctor fuit M. Antonini Imperatoris, de quo Iulius Capit. Audiuit & Sextum Philosophum Chæronensem.

Sexus, us, masc. gen. Maris & fœminæ discrimen. {φύσις. GALL. *Sexe.* ITAL. *Sesso, natura.* GERM. Geschlecht/natur/ bildtnuß/ als durch die der man vom weib vnderscheiden wirt. HISP. *Sexo, miembro por do discerne quien es hembra ò macho.* ANGL. *A kind or sexe.*} à Græco ἕξις, vt Festus existimat, quod habitum significat. Plin. *de viris illustribus.* Ad quos quum vtriusque sexus multitudo venisset, dato suis signo, virgines raptæ sunt. Col. *lib.* 6. *cap.* 24. Certis signis comprehendere licet quem sexum generauerit. Cic. 1. *de inuent.* Hominum genus in sexum consideratur, an virile, an muliebre sit. ¶ Mentiri sexum. Colum. *in præfat. lib.* 1. Attonitique miramur æstus effœminatorum, quòd à natura sexum viris denegatum muliebri motu mentiantur, decipiántque oculos spectantium. ¶ Antiqui Sexus, neutro genere efferebant: quod post Nonium etiam Priscianus annotauit. Plaut. *Rud.* Virile sexus nunquam habui vllum. Varro *lib.* 1. *de Analogia*, Sexus vtrum virile, an muliebre, an neutrum sit. Salustius *lib.* 2. *Historiarum*, vt citat Nonius. At Metellus in vlteriorem Hispaniam post annum regressus, magna gloria concurrentium vndique virile ac muliebre sexus per vias & tecta omnium visebantur.

S I.

Si, coniunctio est conditionalis. {אם *im.* εἰ ἐάν, ἄν. GALL. *Si, puis que, iaçoit que.* ITAL. & HISP. *Se, si.* GERM. Wan/so. ANGL. *Gif or if.*} Cic. *Attic. lib.* 6. Moriar si magis gauderem, si id mihi accidisset. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. Si possim hospitium nancisci. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Nam seruus meus si esses. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Si acum quæreres, acum inuenisses. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 4. Si post hanc diem mutiuero, dato me excruciatum. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Te si non dedero elinguendam, me castrandum loces, &c. ¶ Iungitur etiam indicatiuo. Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Si indicium facio, interij, Si taceo, interij tamen. *Ibidem*, Si falsò insimulas, peperis: Si verum est, peperis. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Si credis, numo; Si non, ne mina quidem. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Si herus mihi es. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Ohe, Si quid audis. Idem *Milit.* Mulier, si qua es mala. Item, si quid vis, nuncia. Item *in Curc. sc.* 3. *a.* 5. Si potis sum hanc rem componere, &c. ¶ Ponitur interdum pro vtinam. Virg. *lib.* 6. Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat. ¶ Interdum pro postquam. Terent. *in Phorm.* Herus si redierit, moleudum vsque in pistrino. ¶ Nonnunquam pro quia, seu siquidem: vt sit confirmantis. Plaut. *in Amph.* Si similem rem ipse in legem iussit esse Iupiter. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——— vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

Idem alibi, Si concessa peto. Et rursum, Si qua est cælo pietas. Vbi Seruius, Si, exponit pro siquidem: in qua significatione ferè indicatiuum exigit quum alioqui subiunctiuo sæpiùs iungatur: quem tamé modum etiam tunc inuenitur habere, quum meram conditionem importat. Terent. *in Andr.* Si illum relinquo, eius vitæ timeo. *Ibid.* Si id facis, hodie postremùm me vides. ¶ Ponitur si, aliquando pro quamuis, etsi, siue etiam: idque indifferenter cum indicatiuo, aut subiunctiuo. Idem *in Eunuch.* Nam si ego digna hac contumelia sum maximè, hac tu indignus, qui faceres tamen. Plaut. *in Mercat.* Decem vocasset si ad cœnam summos viros, nimium opsonauit. ¶ Aliquando pro an. Terent. *in Heaut.* Visam si domi est. Cicero *de diuin.* Dicito si pascuntur aues. ¶ Aliquando subauditur si. Plinius iunior, Dedisses huic animo par corpus, fecisse quod optabas. Cic. *de natur. deor.* Roges me, quid sentiam, nihil respondeam, id est, si roges. ¶ Si est vt admiserit: id est, si admisit apud Terentium.

Si, interiectio est silentis. Diomedes *lib.* 1. *Grammat.*

‖ Sialis, σιαλὶς, auicula. Item piscis blennus. ‖

Sialochi, σιάλοχοι. Dicuntur qui inter loquendum vnà cum verbis saliuam expuunt. σίαλος enim Græcis dicitur spuma, vel saliua ex ore emissa.

Siambis, σιαμβὶς, insula est in Oceano Britannico. Autor Plinius *lib.* 4. *cap.* 16.

Sibaris, vide *Subaris.*

Sibde, σιβδὴ, Cariæ oppidum Halicarnasso ab Alexandro Magno attributum. Plin *lib.* 5. *c.* 29.

SIBILVS, i. Sonus exilis qui fit ore, compressis dentibus & parum diductis labris. {שרקה *scherekáh.* συριγμὸς, ὁ σύριγμος. GALL. *Siblement, ou sifflement, sifflet.* ITAL. *Sibilo, subbio, Zuffolo.* GERM. Ein pfeiff des munds. HISP. *El siluo.* ANGL. *Whisteling or hissing.*} Col. *lib.* 2. Sibilóque allectari, quò libentiùs bibant. Liu. 5. *bell. Pun.* Vbi iam ea consuetudinis adducta res est, vt quocunque noctis tempore sibilo dedisset signum, porta aperiretur. Solebat autem populus Rom. in concione & theatro, siquid non placeret, sibilo ostendere. Hinc illa Ciceronis, sibilo & conuicio explodere, sibilis consectari: itémque sibilum metuere, *pro Rosc. Com.* Qui posteaquam è scena non modò sibilis, sed etiam conuitiis explodebatur. Idem *in Pis.* Da te populo, committe laudis, sibilum metuis, &c. ¶ Dicitur etiam in neutro genere Sibilum. Ouid.

Sibila dant, saniémque vomunt.

Corn. Seuer. Ex sua concordes dant sibila clara dracones. Sosipater *lib.* 1. Transfertur etiam ad sonitum venti leuiter flantis. Virg. 5 *Eclog.*

Nam neque me tantum venientis sibilus Austri,
Nec percussa iuuant fluctu tam littora.

Sibilus, a, um, adiectiuum, sibilans. {שרק *scharák.* συρίττων, συρίττουσα, συρίττον. GALL. *Sifflant, qui siffle.* ITAL. *Chi Zufola.* GERM. Pfeiffend. HISP. *Aquel que silua.* ANGL. *That wisteleth or hisseth.*} vt, Ora sibila, pro sibilanti, inquit Seruius. Virg *lib.* 2. *Æneid.*

Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

Sibila colla. Idem 3. *Georg.*

——— cape, robore pastor,
Tollentémque minas, & sibila colla tumentem
Deiice.

Sibilo, as, Sibilum edo. {שרק *scharák* συρίζω, σιφλάζω. GALL. *Siffler, sibler.* ITAL. *Zuffolare, sibilare fischiare, subbiare* GERM. Pfeifen. HISP. *Siluar.* ANGL. *To hisse or whistle.*} Cic. *ad Attic. lib.* 2. Populares isti iam etiam modestos homines sibilare docuerunt. Ouid. 4. *Metam.*

——— quotiésque aliquot parat edere questus, Sibilat.

Virg. 11. *Æneid.*

Arrectisque horret squamis, & sibilat ore.

Horat. 1. *Serm. satyr.* 1.

——— populus me sibilat: at mihi plaudo
Ipse domi, simulac nummos contemplor in area.

¶ Huius composita sunt, Assibilo, & Exsibilo: quorum significata suis locis explicuimus.

Sibus, veteribus erat callidus, & acutus. πανοῦργος. Festus.

SIBYLLA, {נביאה *nebeáh.* σίβυλλα. GALL. *Sibylle, prophetesse.* ITAL. *Sibilla.* GERM. Ein weyssagerin/sibyll. HISP. *Sibylla, prophetissa.* ANGL. *Sibylla, a prophetesse.*} Plautus *Pseud sc.* 1. *a.* 1. Has nisi Sibylla legerit, interpretari alium reor neminem. Virgo fatidica ab enuntiandis deorum consiliis dicta. σιὸς enim deos vocant Æoles: βουλὼ autem Græci omnes dicunt, quod nos sententiam, siue consilium. Hieronymus *contra Iouinianum.* Quòd si Æolici sermonis genere Sibylla θιοβόλη appellatur, rectè consilium Dei sola scribitur nosse virginitas. Sibyllas decem fuisse scribit Varro, Prima fuit Persica, secunda Libyca, tertia Delphica, quarta Cumæa in Italia, quinta Erythræa, sexta Samia, septima Cumana Amalthea nomine, octaua Hellespontiaca, nona Phrygia, decima Tyburtina nomine Albunea. Vide plura de his apud Suidam.

Sibyllinus, adiectiuum, quod est Sibyllæ, vel quod à Sibylla factum est. {ὁ σιβυλλινός. GALL. *De Sibylle, Sibyllin.* ITAL. *Di Sibilla, Sibillino.* GERM. Sibyllinisch/von einer Sibyllin oder weyssagerin. HISP. *De Sibylla.* ANGL. *Of Sibylla*} Cicero *de Arusp. resp.* Ne hoc quidem tibi in mentem veniebat Sibyllino sacerdoti; hoc est, ei cuius erat sibyllinos libros aperire, & proferre, si quando vaticinium aliquod petendum erat. De librorum Sibyllinorum origine prodidit Gellius *lib.* 1. *c.* 19. Anum quandam ignotam, quæ Sibylla Cumana credita fuit ad Tarquinium Priscum regem nouem libros attulisse, ac pro eis trecentos poposcisse Philippeos, regéque aspernante pretij magnitudinem, in conspectu eius tres libros exussisse, & pro reliquis idem pretium postulasse, cúmque à rege velut delira irrideretur, tres præterea alios combussisse, nihilóque minus pretij pro tribus petiisse, regémque mulieris constantia commotum, tres illos libros trecentis Philippeis comparasse, iussisséque hos libros in Capitolio religiosissimè asseruari; & de rebus dubiis à Quindecim viris velut oraculum consuli. Hos libros Stilico, quum aduersùs Honorium & Arcadium principes defectionem moliretur, exussit. De quo Rutilius, Ne tantùm patriis sæuiret proditor armis, Sancta Sibyllinæ fata cremauit opis. Suetonius *in August. cap.* 31. Quicquid fatidicorum librorum Græci Latinique generis, nullis vel parum idoneis auctoribus vulgò ferebatur, sup.a duo millia contracta

contracta vndique cremauit: ac solos retinuit Sibyllinos; hos quoque delectu habito condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi.

Sibyna, æ, sic Illyrij vocant telum venabuli simile. Ennius,

Illyrij restant siccis sibynisque fodentes.

Hæc Festus. Et apud Gellium, vbi *Scibonæ*, legend. *Scibynæ*

Sibyrtus, σιβύρτος, oppidum Cretæ: vt ex Polybij sententia tradit Steph. Gentile est Sibyrtius. σιβύρτιος.

Sic, aduerbium est similitudinis, Ita, hoc, vel eo modo. { כן *chen.* οὕτως, ὧτω. GALL. *Ainsi, pareillement.* ITAL. *Si cosi, in tal modo, in tal guisa.* GERM. Also/ja HISP. *Assi en tal manera.* ANGL. *So, euenso.* } Virg. 2. *Æneid.* Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis Exiit. Cic. *lib.* 16. *Epist.* Apud eum sic fui, tanquam domi meæ. Plaut. *Most. sc.* 2. *a* 2. Insanine estis? Quî dum? Sic quia foris ambulatis Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Nolo bis iterare, sat sic fiunt longæ fabulæ. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Sic sine modo. *Ibid. sc.* 5. *a.* 1. Iam sic sino, iratus sat. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Nunc sic finam. *Ibid sc.* 1. *a.* 2. Quid ais? C. Sic sum, vt vides. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 2. Sine fores sic: operiri nolo, &c. ¶ Aliquando responsiua est particula, affirmandi vim habens, quemadmodum & Etiam. καί. Cic. 4. *Philipp.* Visne igitur te inspiciam à puero? Sic opinor. Sic apud Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a* 2. Sed profectò hoc sic erit. ¶ Quandoque optandi. Virg. 10.

Sic pater ille deûm faciat, sic magnus Appollo.

¶ Est & coniunctio illatiua, idem valens quod igitur. Cic. 4. *Tusc.* Sic tot simul virtutes continentiæ, grauitatis, iustitiæ, fidei defecerunt. ¶ Nonnunquam capitur pro valide. Apuleius, Nec ego rebar sic multorum id opus dierum esse. ¶ Duplicatur etiam maioris expressionis causa. Virg. 4. *Æneid.*

——sic iuuat ire sub vmbras.

¶ Aliquando demonstratiuum est. Terent. *in Eunucho*, Ego limis aspecto sic per flabellum clanculum, &c. ¶ Ponitur aliquando pro tam. Plaut. *in Trin.* Nil sic celere est neque volat. ¶ Sic quia, idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. Insanine estis? Quidum? Sic, quia foris ambulatis. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Ex tua re non est. B. Quidum? P. Sic, quia, Si ego emortuus sim, &c. ¶ Sic datur: Minantis, ferientis, ante vel post vltionem & castigationem insultantis sermo est: vt apud Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. bis: Sic datur: Clanculum istæc flagitia facere censebas potesse te. Mox: Aufer manum. Sic datur. Properato absente me comesse prandium. (Sunt verba vxoris virum increpantis & ferientis ob comestum ea absente prandium.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Item, Sic datur; Si quis herum seruus spernit. ¶ Pro tam facilè, idem *ibid. sc.* 3. *a.* 1. Qua opera sic credam tibi, &c. ¶ Sic, producitur passim apud poëtas: à Martiale tamen *Epigr.* 14. *lib.* 2. correptum legitur.

Siccine, aduerbium interrogantis est pro, an sic. { οὕτωσί. GAL. *Est il ainsi?* ITAL. *E cosi?* GERM. Also/der gestalt? HISP. *Es assi tes en tal manera?* ANGL. *Is it so?* } Plautus, Siccine tu illam? Siccine nos habes ludibrio omnes? Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Siccine hoc fit? Foras ædibus me eiici. Idem *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Siccine os mihi esse sublitum? Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Siccine mihi bene merenti gratia refertur?

Sica, æ, genus gladij breuioris, quasi seca, à secando. { שלח *schelách* רצח *rétsach.* ξίφος. GALL. *Vne dague ou vn poignard.* ITAL. *Daga, daghetta.* GERM. Ein dolch/oder dergleichen kurtz gewehr. HISP. *Daga ò cuchillo secreto para matar.* ANG. *A litle hanger or sworde.* } Cic. 3. *in Catilinam* E quibus ille maximum sicarum numerum, & gladiorum extulit. *Ibidem*, Non enim iam inter latera nostra sica illa versabitur: non in campo, non in foro, non in curia, non denique inter domesticos parietes pertimescemus. Idem 3. *de nat. deor.* Tum hæc quotidiana, sicæ, venena, peculatus, &c. Suet *in Calig. c.* 32. Mirmillonem sica ferrea confodit.

Sicula, diminutiuum. { τὸ μαχαιρίδιον. GALL. *Vne petite dague, vn petit poignard.* ITAL. *Daghetta.* GERM. Ein dölchlin/dägelin. HISP. *Pequeña daga.* ANGL. *A litle hanger or sworde.* } Plaut. *in Rud.* Pòst est sicula argenteola, & duo connexæ maniculæ.

Sicarius, ij, qui sica, id est, gladio hominem interfecit, vel sicam maleficij alicuius gratia gerit. { φονεύς, ξιφηφόρος, πυλαμναῖος. GAL. *Vn brigand, ou meurtrier.* ITAL. *Homicida, assassino.* GERM. Ein todtschleger/ oder der ein dolchen oder kurtz wehr tregt einen heimlich zuferggen/ ein ripphyaner HISP. *El que tiene tal cuchillo pequeño escondido para matar.* ANGL. *A murtherer, that killeth with a litle hanger or sworde.* } & καταχρηστικῶς, quicunque cædem telo quocunque commiserit. Cic. *pro Rosc. Amer.* Vetus videlicet siccarius, homo audax, & sæpè in cæde versatus. Horat. 1. *Serm. satyr.* 4.

Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui Famosus.

Sicambri, { σίκαμβροι. GER. Die Westphalen/ etlich deutens Geldern. } Populi Germaniæ, Menapiis finitimi, ad vtranque Rheni ripam habitantes: quorum meminit Strabo *lib.* 4. Hi crines natura flauos habent quos crescere sinunt, & artificio quodam intorquent. Martial. *lib.* 1.

Crinibus in nodum tortis venêre Sicambri.

Eruditi eos esse iudicant, quos hodie Geldrenses vocamus: quanquam videntur olim latiores fuisse Sicambrorum, quàm hodie sint Geldrensium termini.

Sicani, σικανοί, populi Hispani, à fluuio Siccari, siue potiùs Sicori, dicti. de quo Lucanus; Hesperios inter Sicoris non vltimus amnes. Hi duce Siculo exclusis Aboriginibus, Italiam tenuerunt: ipsique postea ab ipsis pulsi, quos antè pepulerant, insulam vicinam Italiæ occupauerunt, & eam Sicaniam à suo nomine nuncupauerunt. Huius dictionis syllaba, CA, indifferenter ponitur. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

Sicano prætenta sinu iacet insula contrà.

Silius *lib.* 13.

Sydera Elisiis aderat gens Sicana votis.

Sicania, { σικανία. GERM. Die insel Sicilia } Dicta est insulæ Siciliæ quædam pars, in finibus Agrigentinis, vt ex Apollodori sententia tradit Stephanus, qui & Sicanum amnem iisdem in locis collocat. Sed & insula quandoque tota, Sicania dicta est, à Briarei Cyclopis filio Sicano: vel à Sicanis populis, qui primi eam insulam incoluisse feruntur, qui tamen non sunt indigenæ, sed Hispani.

Sicaris, fluuius Hispaniæ Tarraconensis, non procul ab Ilerda fluens, iuxta quem Cæsar Africanij & Petreij exercitum siti ad deditionem compulit. Lucan. *lib.* 1.

Hesperios inter Sicaris non vltimus amnes.

Alij tamen hunc fluuium Sicorim malunt appellare, per quartam vocalem in media syllaba.

Sicarius, vide *Sica.*

Sicca, vrbs Numidiæ, Romanorum colonia, apud Plin. *lib.* 5. *c.* 3.

Siccine, vide *Sic.*

Siccus, a, um, Aridus, sine humore. { יבש *jabésch.* ξηρός. GALL. *Sec.* ITAL. *Secco, sutto, arido, asciuto.* GERM. Gantz trucken/ dürr. HISP. *Secco.* ANGL. *Drye.* } Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

Summa petit scopuli, siccáque in rupe resedit.

Idem 1. *Georg.*

Et sola in sicca secum spatiatur arena.

Ouid. *lib.* 3. *Amor. Eleg.* 5.

At tibi pro meritis opto non, candide torrens,
Sint rapidi soles, siccaque semper hyems.

Senec. *Epist.* 63. Nec sicci sint oculi, nec fluant. ¶ Panis siccus. (i. sine opsonio.) Idem *Epist.* 84. ¶ Per translationem ponitur pro exercitio, quod etiam Nonius annotauit. Nam exercitij vehementia sudantes, corpus siccamus. Lucil. *lib.* 26. Quum studio in gymnasio duplici corpus siccassem pila. ¶ Item pro continente, sobrio)(Madidus, ebrius. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Siccum, frugi, continentem, amantem vxoris maximè. Idem *in Pseud. sc.* 2. *a.* 1. vini modò cupidæ Estis, eo vos panticésque adeò madefacitis, quum sim ego hîc siccus. ¶ In sicco, id est, extra aquam. Plin. *lib.* 8. *c.* 8. Non reuersum in maria, atque in sicco expirasse. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——cumque marinæ In sicco ludunt fulicæ.

Sicce, aduerbium. { ξηρῶς. GALL. *Seichement.* ITAL. *Seccamente.* GERM. Truckenlich/ mit truckne. HISP. *Secamente.* ANGL. *Dryeli, without humour,* } Colum. *lib.* 6. *c.* 12. Vt siccè stabuletur. Dicimus per translationem, Siccè dicere, vt ieiunè dicere. Cicer. *in Orat.* Id verò desinant dicere, qui subtiliter dicunt, eos solos Atticè dicere, id est, quasi siccè, & integrè, & amplè, & ornatè, & copiosè.

Siccificus, ξηραντικός, Macrobius *Saturn. lib.* 7. *c. vlt.* æri vis quædam remedialis & siccifica.

Siccitas, atis, & Siccitudo, inis, Ariditas)(Humiditas. { יבושת *jebóscheth* חרב *chóreb.* ξηρότης. GALL. *Seicheresse.* ITAL. *Siccità, secchezza.* GERM. Truckne/dürre HISP. *Sequera, sequedad.* ANG. *Drynesse.* } Colum. *lib.* 2. Si verò tepor cæli, siccitásque regionis suadebit, Februario statim proscindendi sunt. Cæs. 4. *bell. Gall.* Qui quum propter siccitates paludum, quò se reciperent non haberent, &c. Cicer. 2. *de nat deor.* Neque enim flumine conturbor inanium verborum, nec subtilitate sententiarum, si orationis est siccitas. ¶ Ponitur aliquando pro firmitate, interprete Nonio. Cic. *in Catone Maiore*, Summam esse in eo corporis siccitatem. Item pro vacuitate praui humoris & pituitæ. Idem 5. *Tusc.* Varro *apud Nonium.* Victor. *c.* 15. *lib.* 10.

Sicco, as, quod humidum erat siccum reddo. { יבש *jibbésch* החריב *hecherib.* ξηραίνω. GALL. *Seicher.* ITAL. *Seccare.* GERM. Trucknen/trucken machen. HISP. *Secar.* ANGL. *To drye or mak drye.* } Colum *lib.* 2. Si humidus erit, abundantia vliginis antè siccetur fossis. Plin. *lib.* 8. *c.* 24. Mergit se limo sæpius, siccátque sole. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Sic madidos siccat Venus vda capillos.

Quintilianus, Siccare frontem sudario. Gell. *cap.* 14. *lib.* 15. Siccare cruorem & detergere, &c. Virg. 4. *Æneid.*

——atque atros siccabat veste cruores.

Ibidem lib. 10.

Interea genitor Tyberini ad fluminis vndam
Vulnera siccabat lymphis, corpúsque lauabat
Arboris accliuis trunco.

Ouid. 8. *Metam.*

——lacrymas siccauerat ardor.

¶ Sicco item aliquando pro exhaurio & ebibo. Horat. *Serm. satyr.* 6.

Siccat inæquales calices conuiua solutus
Legibus insanis.

¶ Huius composita sunt, Assicco, quod est valde sicco. Plin. *lib.* 8. *c.* 24. Ea quum spicas ediderint, prius quàm semina hient æstibus, manu carpuntur, & suspensa in sole quum assiccauerint, reconduntur, atque ita reposita perennant æuo diutius, quàm cætera. Absicco, idem quòd exicco. ἀποξηραίνω. Idem, Plurimum refert, non absiccato succo fimū vires continere, & assiduo macerari liquore Desicco, Exicco, vide suprà suis locis.

Siccesco, scis, à Sicceo, es, Siccus fio. { יבש *jabésch* חרב *charáb.* ξηραίνομαι. GAL. *Seicher, deuenir sec.* ITAL. *Seccarsi.* GER. Trucken werden HISP. *Secarse, hazerse seco.* ANG. *To waxe drye.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 34. Aquilonē præ nuntiat terra siccescens repentè: Austrum, humescens rore occulto. Colum *lib. vlt.* Fœnum Græcū vetere vino macerato, deinde in sole exposito, aut in furno, vt siccescat. ¶ Hinc Assiccesco, siccus & aridus fio. Idem *ibid.* In muria luere oportet, & expressos in cratibus pendere dum assiccescent.

Siccoculus, adiectiuum. ξηρόφθαλμος. Plaut. *in Pseud.* Genus nostrum semper siccoculum fuit. Nomen videtur à Plauto fictum, pro eo quod est siccis oculis, id est, nec lippis, nec lacrymosis.

Siccaneus, a, um, quod est naturaliter siccum, vel quod nullo humore irriguum, vel aspersum est. { κατάξηρος. GALL. *Sec de nature, qui n'a pas grand humeur.* ITAL. *Secco di natura.* GER. Trucken oder dürr von natur. HISP. *Cosa seca, ò de sequedad.* ANGL. *Drye of the awin nature, that hat no springes to water it.* } Colum. *lib.* 1. *c.* 17. Eius prati animaduertimus duo genera, quorum alterum est siccaneum, alterum riguum. Idem *cap.* 2. De siccaneis & irriguis non comperimus vtræ numero, vincant.

Siccanus, idem. Plin. *lib.* 16. *cap.* 17. de vlmorum generibus, Italia attineas vocat excelsissimas, & ex iis siccanas præfert, quæ non sint riguæ. Rem ipsam exponit idem Plinius.

Siccuth, nomen idoli.

Sicelion, ψύλλιον Dioscoridi, herba est, quæ alio nomine pulicaris dicitur à semine pulicis similitudinem referente Vide Plin. *lib.* 25. *c.* 11.

Sicelis, vide *Sicilia.*

Sicemus, σίκημος ἢ σίχημος vrbs Arabiæ: inde Sicemij, & Sicemitæ. Steph.

Sicendus, lacus est Thessaliæ, mutas habens ranas: quæ tamen aliò translatæ fiunt vocales. Autor Plin. *lib.* 8. *c.* 58.

Sicenus,

Sicēnūs, i, σίκηνος, insula est non procul à Creta, ante OEnoë appellata. Autor Strab. *lib.* 10.

Sicĕrā, æ, { שכר *schechár*. σίκερα. ANGL. *Sider, drink made of apples.* } Omnis potio apud Hebræos, quæ inebriare potest (vt scribit Hieronymus ad Nepotianum) siue illa frumento conficiatur, siue pomorum succo: siue faui decoquantur in dulcem & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimantur in liquorem, coctísve frugibus aqua pinguior coloretur.

Sichæus, σιχαῖος, filius fuit Philisthenis, sacerdos Herculis, & maritus Didonis, à Pygmalione iuxta aras, incautus ob auri cupiditatem interfectus: vt est apud Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Huic coniux Sichæus erat ditissimus agri, &c.

Sichem, σιχέμ, filius Chanaam, qui ciuitatem sui nominis ædificauit in Phœnice, quæ Sidon à Græcis appellata est.

‖ Sicila, smila, scalprum librarium, sutorium. Casaub. ‖

SICILĔO, es, ui, vel Sicilio, is, ui, tum. Verbum est propriè ad prata pertinens, quæ tunc siciliri dicuntur, quum ea quæ prima sectione relicta sunt à fœnisecis, iterata sectione demetuntur. { χόρτον ἀπολελειμμένον κόπτω. GAL. *Refaucher, couper & recueillir ce que les faucheurs ont laissé à faucher.* ITAL. *Segare le cose mal segate.* GERM. Nachhin abmäyen was die mäder haben stehen lassen. HISP. *Segar la segunda vez el prado.* ANG. *To cutt againe that was not well cutt before, as grasse in medowes.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 28 Prata quoties secta sunt, sicilire oportet: hoc est, quod fœnisecæ prætererunt secare. Varr. *lib.* 1. *de re rust. c.* 29. Quo facto sicilienda prata, id est, falcibus consectanda, quæ fœnisecæ prætererunt, ac quasi barba tuberosum reliquerunt campum: à qua sectione arbitror dictum sicilire pratum.

Sicilīmentum, i, herba siciliciione resecta, id est, ea quæ à fœnisecis prima sectione relicta, iterata sectione demetitur. { ἀπολειφθεὶς χόρτου σωμάθρισμός, GAL. *Ce qu'on recueille en vn pré apres les fauchers.* ITAL. *Esso segare vn prato mal segato.* GER. Das grass so im nachmeyen abgehawen wirt. HISP. *Aquello que entonces se siega.* ANGL. *That is cut or mowed after it was cut before.* } Cato *c.* 5. Item fœnum cordum, sicilimenta de prato demito, eáque arida condito.

SICILĪĂ, σικελία, Tyrrheni maris insula, à Thucydide Sicania dicta, à pluribus Trinacria, quòd tria habeat promontoria. Patet in circuitu, vt ex Agrippæ sententia tradit Plin. DCXIII. M. pass. { Die insel Sicilien im Mittelmeer/nahe bey Italien gelegen. } Olim agro Brutio creditur adhæsisse, postcáque interfuso mari auulsa M. D. pass. freto, iuxta columnam Rhegiam. A quo dehiscendi argumento, Rhegium Græci nomen dedêre oppido. Quin & insula ipsa inde nomen creditur traxisse, quasi Sicilia, id est, resecta. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

Hæc loca vi quondam & vasta conuulsa ruina
(Tantum æui longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt, quum protinus vtraque tellus
Vna foret.

Eadem & Triquetra à quibusdam appellatur, à figura trianguli, cuius vnus angulus, qui in Meridiem vergit, Pachynus dicitur: alter Pelorus, qui ad Septentrionem spectat, & ab Italia mille quingentis passibus distat: tertius Lilybæus, qui Carthaginem maximè spectare videtur, quémque ab Africæ littoribus CXX. millibus passuum distare prodiderunt. Hæc ab Oriente, & Occidente, Septentrionéque Tyrrheno mari, à Meridie Africo alluitur. Patet in longitudinem à Peloro vsque ab Pachynum millia passuum centum octoginta septem, in latitudine centum octogintanouem. Sicaniam autem dictam putant à Sicanis Hispaniæ populis, qui duce Sicano primùm in Italiam venisse feruntur. Solinus autor est, Siciliam primùm Cyclopum sedem fuisse, iísque extinctis, Æolum insulam occupasse. Vnde Virg. 3. *Æneid.*

Ignarique viæ Cyclopum allabimur oris.

Item *lib.* 11.

——— *Ætnæos vidit Cyclopas Vlysses.*

De hac Diodorus sic scribit, Sicilia optima insularum omnium, antiquitate rerum cæteras antecellit In ea sunt Panormus, Catana, Syracusæ vndecima Olympiade conditæ. Plaut. *Men. sc.* 4 *a.* 2. *& sc. vlt. a.* 5. Syracusis natus in Sicilia, &c. Præterea Messana, Eryx, & Leontium Gorgiæ rhetoris patria. Ibi Arethusa fons, Eryx & Ætna montes. In ea Comœdia primùm creditur inuenta. Viros genuit illustres complures, ex quibus satis fuerit hîc nominare Dionem Platonis auditorem, & Archimedem insignem Mathematicum.

Sicĕlis, idis, σικελὶς, patronym. fœm. forma Græca à Sicilia deductum. Virg. 4. *Eclog.*

Sicelides Musæ, paulò maiora canamus.

Sicilienses, dicuntur qui alibi orti, in Sicilia versantur. σικελιῶται.

Siciliensis, se, possessiuum à Sicilia deductum. Cicero 2. *Verr.* Ei quoque negotio fisci Sicilienses minabantur. Fretum Siciliense, apud eundem 2. *de natura deorum*, Quæstura Siciliensis, apud eundem *in Epist.*

Sicilisso, as, loquor lingua Siculorum, quorum sermo adeò corruptus fuit, vt abierit in prouerbium. { σικελίζω. GAL. *Parler comme les Siciliens.* ITAL. *Parlare à modo di Siciliani.* GERM. Sicilisch reden HISP. *Hablar como los de Sicilia.* ANG. *To speack as the people of Sicilia.* } Plaut. *in Menæch.* } Non Atticissat, sed Sicilissat.

Sicŭli, σικελοὶ, qui Siciliam insulam incolunt. Plaut. *Men. sc.* 9. *a.* 5. Siculus sum Syracusanus. Cic. *in diuin.* Quum Quæstor in Sicilia fuissem, Iudices, itáque ex ea prouincia decessissem, vt Siculis omnibus diuturnam, iucundámque memoriam mei nominis relinquerem. ¶ Siculum mare. { Das eng Strudelmeer zwischen Sicilien vnd Italien. } angustum atque anceps alterno cursu, modò in Tuscum, modò in Ionium pelagus influit, vorticosum, & Scyllæ ac Charybdis sæuitia inclytum. σικελὴ θάλασσα. Sicula tellus, pro Sicilia, Virg. 2. *Æneid.*

SICILICES, hastarum spicula lata, inquit Festus. Ennius, Incidit veles vulgò sicilicibus latis. Gellius. *c.* 25. *lib.* 10. Sicilices enumerat inter telorum genera.

Sicilicula, paruula quædam spicula, aut falculæ, quæ in crepundiis interdum puerorum habebantur.

Sicilicum, i, Pars assis quadragesima octaua, hoc est, scrupulæ sex, siue (quod inidem recidit) drachmas duas continens. { שקל *schékel*, δίδραχμον. } Dictum Sicilicum, à siciliendo, id est, secando, quòd semunciam per medium secet. Neque solùm de ponderibus dicitur, verumetiam de mensuris. Plin. *lib.* 13. *cap.* 15. Qua in re non omittendum videtur, Tiberio principi mensam quatuor pedes sextante, & sicilico excedentem, tota verò crassitudine sescunciali, operimento laminæ vestitam fuisse.

Sicimina, inquit Hieronymus, quidam interpretantur, genus arborum quæ Palæstinæ nascuntur in campestribus, quæ si non vellicentur, amarissimas caryculas faciunt, & à culicibus corrumpuntur. שקמים *schikmim.* Nobis autem (inquit) quia solitudo in qua morabatur Amos, nullam huiusmodi gignit arborem, magis videtur rubos dicere qui afferunt mora, & pastorum famem ac penuriam consolantur.

Sicinium, cùm vnus canit singulari voce.

SICĪNNIS, σίκιννις, saltationis Satyricæ genus, teste Athenæo, à Sicinno inuentore (siue is Barbarus fuit, siue Cretensis) ita dictum: à quo & Satyri ipsi Sicinnistæ appellantur. ¶ Gell. *lib.* 20. *cap.* 2. de Sicinnibus loquens, eos ait habuisse proprium genus tubæ qua canerent, à cæterorum tubicinum proprietate differens, quos Sicinistas vulgus dicit. Qui rectiùs locuti sunt Sicinnistas litera n, geminata dixerunt. Sicinnium enim genus veteris saltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quæ nunc stantes canunt. Posuit hoc verbum Lucius Accius poëta in Pragmaticis.

Sicinnista, qui sicinnium exercet Gell.

Sicīnnĭus Dentatus, σικίννιος, Strenuus bellator, qui ob ingentem fortitudinem, Achilles Romanus appellatus est. Is centum & viginti præliis pugnauit: cicatricem auersam nullam, aduersas quadraginta quinque tulit: coronis aureis octo donatus est. Triumphauit cum Imperatoribus suis triumphos nouem. Vide Gellium *lib* 1. *cap.* 11. & Plinium *lib.* 7. *cap.* 28.

Sicinnotyrbe, modus quidam tibiæ in fidiculis. à σίκιννις & τύρβη, turba.

‖ Sicla, segla, mensuræ genus. Gloss. vet. ‖

Siclŭs. { שקל *schekel* σίκλος. } Apud Hebræos dicitur vncia: apud Græcos Latinósque quarta pars vnciæ est, & staterìs medietas, drachmas duas appendens. Iosephus ait Hebræorum numisma esse, quatuor drachmas Atticas valens.

Sicŏris, Hispaniæ Tarraconensis fluuius, non longè ab Ilerda fluens, iuxta quem Cæsar Afranium & Petreium Pompeianos duces siti ad deditionem compulit. Lucan. *lib.* 4.

Hesperios inter Sicoris non vltimus amnis.

Vulgò *Segre.*

‖ Sicrica, velum, quo fœminæ sacrificantes caput velabant. Rh.

Sīcŭbi, contractum pro si alicubi. { εἴπη. GALL. *Si en quelque lieu.* ITAL. *Si in qualche luogo.* GERM. So etwan/wo etwan. HISP. *Si en algun lugar.* ANGL. *If in any place.* } Liu. 3. *ab Vrbe*, Consul prouidere omnia, laudare fortes, increpare sicubi segnior pugna fuisset. Cic. 7. *Verr.* Atque hæc sicubi facta sunt. &c.

‖ Siculus, qui è Sicilia. Item imputus in sermone. Erat enim siculorum lingua mixta ex Latina & Græca. Et stultus. ‖

Sīcundĕ, aduerbium de loco. Si ex aliquo loco, si alicunde. { εἴποθεν. GALL. *Si de quelque part, ou de quelque lieu.* ITAL. *Si de qualche luogo.* GERM. So etwan her. HISP. *Si de algun lugar.* ANGL. *If frome any place.* } Cic. *ad Attic. lib.* 13. Sicunde potes eruere, &c.

Sīcŭt, & Sicuti, aduerbia similitudinis sunt. { כאשר *chaaschér* כמושי *chemósche.* ὡς, ὥσπερ. GALL. *Comme, ainsi que, ainsi comme.* ITAL. *Come si come.* GERM. Eben wie/gleich wie. HISP. *Assi como.* ANGL. *As, lik as.* } Plaut. *in Rud.* Quibuscum parua periit Athenis, sicut dixi. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Non omnes possunt olere vnguenta exotica, sicut tu oles. ¶ Interdum tamen non res similes, sed diuersas, & planè contrarias denotant, & ita in priore membro ponuntur Quint. *lib* 10. *c.* 1. Sed hæc eloquendi præcepta, sicuti cognitioni sunt necessaria, ita non satis ad vim dicendi valent, nisi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos ἕξις nominatur, accesserit. ¶ Habent etiam venustatem, atque vtilitatem magnam, quoties antecedentem sententiam annectunt cum sequenti. Plin. *lib.* 7. *c.* 19. Ferunt Crassum, auum Crassi in Parthis interempti, nunquam risisse, ob id Agelastum vocatum, sicuti nec flesse multos. ¶ Sicut, pro Tanquam. Cic. *pro Rosc. Comœdo*, Qui postea quàm è scena non modò sibilis, sed etiam conuitio explodebatur, sicut in aram confugit in huius domum, disciplinam, patrocinium, nomen. Quintil. *lib.* 10 *c.* 1. Ennium sicut sacros vetustate lucos adoremus.

Sicynus, insula est non procul à Creta, vna Sporadum antea OEnoë dicta, teste. Plin. *lib.* 4. *c.* 12. A Strabone tamen & Stephano, Sicenus, σίκηνος, appellatur.

SICYŌN, is, σικυὼν, vrbs vetustissima Peloponnesi, non procul à Corintho, olim Ægialos dicta, à rege Ægialeo, qui totius eius tractus imperium tenuit. Hanc Plin. *lib.* 36. *c.* 4. metallicarum omnium officinarum patriam fuisse scribit. { Ein statt in Achaia / nahe bey Corintho. } Præcipuè autem nobilitatam constat Occasionis simulacro à Lysippo fabricato. Ab hoc oppido vicina regio, Sicyonia appellatur. Ex hac vrbe ortus est Aratus ille, cuius in clarorum virorum catalogo meminit Plutarch. Vulgò *Basilica.* Plaut. *Pseud sc.* 1. *a.* 4. Necesse est hodie Sicyoni me esse. *Ibid. sc.* 7. *a.* 4. Ex Sicyone. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Catapultâ hoc ictum est mihi apud Sicyonem.

Sicyonia, σικυωνία, insula est in mari Ægeo, ex opposito ad Epidaurum, alta quidem & eminens, vt refert Plinius.

Sicyonius, a, um, ad Sicyonem pertinens.

‖ Sicyonium, calciamentum muliebre. Hesych. ‖

Sicyopepon. σικυοπέπων, cucumeris genus, quod pepon.

Sida, æ, siue Side, es, σίδη, Pamphiliæ vrbs, teste Plin. *lib.* 5 *c.* 27. & Pompon. *lib* 1. in descriptione Pamphiliæ. ‖ ¶ Sida item Danai filia, à qua oppidum Bœotiæ Sida. ‖

Side, { רמון *rimmón.* σίδη. } Græcis, Arbor punica & malum punicum. Est etiam alia arbor non omnino ei dissimilis apud Ægyptios vasculo ampliore & candidis membranis obducto quæ in lacu Orchomenio quoque est frequens, vt autor est Theophrastus. Ab huius similitudine Martialis ridet caluum, Inter Spondephorum Telesphorúmque Sidem stare putabis almyrodem. Vide indictione *Almyrode.*

Sīdĕrātĭo, Siderari, Sidereus, vide *Sidus.*

Sīdērĭōn, Heracleum, σιδήριον ἡράκλειον, herba est ab Hercule inuenta, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, iuxta amnes & lacus nascens, & omnia vulnera ferro illata sanans. Autor Plin. *lib* 25.

Sīdērītis, σιδηρῖτις, herba est foliis marrubij, sed longioribus, cauliculis quadratis, palmæ longitudinem non multùm excedentibus, gustus non iniucundi, & subastringentis, in quibus per interstitia orbiculatæ vertebræ, vt in marrubio spectantur. & semen in iis nigrum. Vulgus *Tetrahil*, siue *Iudaicam herbam* appellat. ¶ Est & sideritis altera, binûm cubitorum, ramulis exilibus, folio filicis numeroso, vtrinque per oras diuiso, pediculo longo, prodeuntibus è summo alarum sinu surculis longis, tenuibus, capitulo in cacumine orbiculato, aspero, in quo semen continetur, quàm betæ rotundius aliquanto & durius. Hodie chymici & herbarij nonnulli *Lunariam maiorem* appellant. ¶ Sunt & alia sideritis genera, quæ ex Dioscoride & Plinio tibi petenda relinquimus.

Sīdērītis, σιδηρῖτις, lapis occultæ naturæ vi ferrum ad se trahens: vnde & nomen accepit. Nam σίδηρον Græci ferrum appellant. Idem & Magnes dicitur, & Heracleus lapis, eò quòd primùm inuentus fuerit in Magnesia Asiæ, circa Heracleam vrbem. Plinius tamen in Ida monte primùm repertum arbitratur à Magnete quodam pastore, & ab eo nomen accepisse.

Sīdērītēs, σιδηρίτης, gemma est ex genere adamantum, à ferri splendore nomen habens, pondere cæteris præstans, sed ictibus fragilis, & ab alio adamante perforabilis. Autor Plin. *lib* 37. *c*. 4.

‖ Siderocapsa, pagus Macedoniæ, auri & argenti fodinis nobilissimus, & Turcarum Imperatori vtilissimus.

Sidicinum Theanum, Campaniæ oppidum Mediterraneum, Sidicinum cognominatum ad discrimen alterius Theani, quod est in Apulia. Meminit vtriusque oppidi. Plin. *lib*. 3. *c*. 5.

‖ Sidium, σίδιον, malicorium. ‖

Sido, is, sedi, sessum, Deorsum feror, subsido, ad sedendum me demitto, consido, resido. {ירד iarádh. καταφέρομαι, δύομαι, ἰζάνω. Gall. *Aller à fond, descendre en bas, s'asseoir.* Ital. *Descendere, abassarsi, andare à fundo, sedere.* Germ. Sich setzen oder sich nider lassen. Hisp. *Assentarse, hazer essiento la cosa pesada.* Angl. *To sitt downe, to light as hirdes on a tree, to sinke.*} Virg. *lib*. 6.

Sedibus optatis gemina super arbore sidunt.

Plin. *lib*. 6. *cap*. 22. Mare interest vadosum, senis non amplius altitudinis passibus, sed certis canalibus adeò profundum, vt nullæ anchoræ sidant. Sedisse immensos montes. Tacit. *lib*. 2. & Ouid. 1. *Fast.* Præteritum sidi, legitur apud Colum. *lib*. 12. *c*. 24 Deinde patiemur picem considere, & quum siderit, aquam eliquabimus. ¶ Huius composita sunt, Assido, Consido, Circunsido, Desido, Insido, Obsido, & Subsido: quorum significata vide suis locis.

Sidens particip. vt, Sidens fundamentum imperij, id est, dehiscens, metaphoricè dicitur à Plin. *lib*. 15. *c*. 18. Quà sidentia imperij fundamenta ostento fatali Curtius expleuerat.

Sēdīmentum, i, quod in re aliqua subsidit. {ὑπόστασις. Gall. *Affaisement, quand quelque chose s'abbaisse & s'affaisse.* Ital. *Ogni materia graue che va à basso.* Germ. Das sich etwan zu boden setzt/nidersetzung. Hisp. *El assiento ò orruras de cosas liquidas.* Angl. *Grounds, or that sinketh to the bottome.*} Vnde crassiorem vrinæ partem, in fundo matulæ subsidentem, Medici sedimentum appellant. In ædificiis quoque sedimentum dicitur ipsa subsessio, quum scilicet ob fundamenti infirmitatem ædificium subsidit. Plin. *lib*. 36. *c*. 10. Siue inundationibus Tyberis sedimento [illegible] facto: quanquam ad altitudinem impositæ rei quoque dicantur [illegible]acta fundamenta.

Sīdōn, is, צידן tsidhón. σιδών. Germ. Ein statt in Phoenicia am Meer gelegen. } vrbs Phœnices, cum Tyro & vetustate certans, & claritate: ita dicta (vt Eustathio placet) à Sida Beli filia: quanquam Iosephus à Sichem filio Chanaam appellatam mauult: vnde etiam apud Hebræos conditoris nomine integro seruato, Sichem vocari tradit. A Phœnicibus iis conditum volunt, qui mediterranea incolebant, qui quum perpetuis vexarentur terræmotibus, relictis sedibus suis nouam vrbem ad mare cōdiderunt, quam à piscium vbertate sua lingua Sidon appellarunt.

Sīdōnĭŭs, a, um, antepenult. indifferente. Nam apud Græcos, teste Stephano, indifferenter σιδώνιος scribitur per ω magnum, aut σιδόνιος per ο paruum, צידני tsidhoni. Virg. 1. *Æneid.*

Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido.

Et paulò pòst,

Sidoniásque ostentat opes.

Ouid. *Eleg*. 2. *lib*. 4. *Trist.*

Hic qui Sidonio fulget sublimis in ostrô.

Ibid. Eleg 3.

Legis altera Graias altera Sidonias rates.

Sidonicus, a, um, vt apud Salust. *Iugurth*. 114. pleraque Sidonica.

Sidrona, Dalmatiæ vrbs, aliis Stridona vulgò *Sdrigna*, S. Hieronymi patria.

Sidus, untis, σιδοῦς, oppidulum est in agro Megarensium: cuius meminit Plin. *lib*. 4. *c*. 7 Hinc deducitur gentile Siduntius σιδουντιος Stephano.

Sīdŭs, {כוכב choch háb. ἄστρον. Gall. *Astre, signe au ciel, planette, estoille.* Ital. *Stella, segno celeste.* Germ. Ein gestirn. Hisp. *Estrella, ò costellacion de las estrellas.* Angl. *A starre.*} Licèt quidam Græcum esse velint, ἀπὸ τοῦ σιω, simul & εἴδειν, videre, quòd plures stellæ simul conspiciantur: aut παρὰ τὸ συνοδεύω, quod est commeo & conuenio, vt sit plurium stellarum conuentus: rectiùs tamen Latinum esse putatur, & à sido deduci: propterea quòd sidera occidentia in mare subsidere videantur. ¶ Est autem sidus signum ex pluribus stellis compositum, vt Aries, Taurus, Andromeda, Perseus, Corona, & quæcunque variarum genera formarum feruntur in cælum recepta, stella verò singularis est. Sic etiam apud Græcos, ἀστὴρ & ἄστρον diuersa sunt, teste Suid. Nam ἀστὴρ est stella vna: ἄστρον verò signum stellis coactum: quod nos sidus vocamus. ¶ Quandoque tamen sidus pro stella ponitur. Cicero, Itaque nesciunt hos siderum errores. Quintilianus, Quid hæc fulgentium siderum veneranda facies, quæ quadam veluti infixa ac cohærentia perpetua semel capta luce collucent, alio toto sparsa cœlo vagos cursus certis emetiuntur erroribus. Catull. *de com. Beren.* Vt cedant certis sidera temporibus. Liuius *lib*. 8. *ab Vrb.* Sidere pestifero icti. ¶ Sidus de homine, Fastum nomen & laudis epithetón, vt apud Ouid. *Eleg*. 5. *lib*. 4. *de Ponto,*

O sidus Fabiæ maximè gentis ades.

(id est, decus & ornamentum.) Eodémque significatu. Senec. *de consol. ad Polyb. cap*. 13. (*aliàs* 32.) de homine loquens, dixit: Sidus hoc semper luceat. Vide & Sueton. *in Calig. cap*. 13. ¶ Sidus consici, quid sit, vide in *Conficio.* ¶ Sidus pro plaga, & inclinatione mundi, Plinius, Sub eodem sidere pars tota mundi vergens in Caspium mare pernauigata est. ¶ Sidera cadentia. Virg. *in Æneid.*

——— *suadéntque cadentia sydera somnos.*

Et alio loco, — primisque cadentibus astris, i. sub auroram, cùm astrorum aduentante sole hebescit acies, & fulgor obscuratur. Nam cadunt sydera diluculo albescente cœlo exortu auroræ exacta propè nocte.

Sīdĕrālĭs, e, quod ad sidus pertinet. {ἀστρικὸς, ἀστρονομικός. Gall. *Des astres, des estoiles ou constellations.* Ital. *Pertinente à stelle ò à costellationi.* Germ Das zu den gestirnen gehört. Hisp. *Cosa de costellacion ò estrella.* Angl. *Belonging to the starres.*} Plin. *lib*. 7. *c*. 49. Poscere videtur locus ipse sideralis scientiæ sententiam.

Sīdĕrĕŭs, a, um, Stellatus. {ἀστερόεις. Gall. *D'astres, d'estoilles, estoillé.* Ital. *Stellato, pieno di stelle.* Germ. Gestirnt/das stern hat. Hisp. *Estrellado.* Angl. *Of the starres.*} Siderea sedes, apud Virg. 2. *Æneid.* id est, sphæra stellata. Cælum sidereum, Ouid. 10. *Metam.* ¶ Aliquando ponitur pro alto. Mart. *lib*. 1.

Hic vbi sidereus propiùs videt astra colossus.

¶ Aliquando pro fulgenti, & lucido: vt, ignes siderei, apud Ouid. 1. *Metam.* Virg. 3. *Æneid.*

——— *nec lucidus æthra Siderea polus.*

Sīdĕrārī, est sidere pestifero afflari. {ἀστροβολίζεσθαι. Gall. *Estre gasté du chaud, froid, ou autre iniure du ciel, pluye, orage, vent, gelée, ou tempeste.* Ital. *Siderarsi, assiderarsi.* Ger. Durch eines gestirns einfluß/fürnemlich von hitz vbertriben werden. Hisp. *Pasmarse subitamente.* Angl. *To be strikem with à blast of winde or planet.*} & propriè de arboribus dicitur, quum per sideris cuiuspiam, & præcipuè caniculæ exortum, æstu vehementer inualescente, aut alia quauis ratione humor consumitur, totæque vel aliqua sui parte subitò inarescunt. ¶ Transfertur & ad animalia, quæ & ipsa siderata appellantur, ἀστρόβλητα, quum simili sideris afflatu aliqua sui in parte sphacelismon, hoc est, ossium cariem patiuntur, ita vt subitò ea pars, cum ipsis etiam ossibus inarescat, omnémque prorsus sensum amittat. Plin. *lib*. 28. *c*. 16. Sideratis vrina pulli asinini nardo admisto perunctione prodesse dicitur. Idem *lib*. 9. *c*. 16. Fluuiatilium silurus Caniculæ ex ortu sideratur: & aliâs fulgure sopitur. Plautus, Sideratus est, moueri non potest.

Sīdĕrātĭo, nis, propriè plantarum morbus est, quum nimio æstu humore absumpto, vel totæ, vel aliqua sui parte inarescunt. {ἀστροβολία, ἀστροβολισμός. Gall. *Corruption de plantes ou membres des animaux.* Ital. *Guastatione, ò corrottione totale d'vn membro.* Germ. Schwechung oder verenderung der feldgewächsen von hitz. Hisp. *Aquella obra de assi pasmar.* Angl. *Blasting in trees with great heate.*} Quod quoniam sideri alicuius afflata fieri putatur & præsertim caniculæ (quem Theophrastus peculiariter ἄστρον vocat) factum est, vt hoc plantarum vitium Græci ἀστροβολισμὸν, nos siderationem dicamus, Plin. *lib*. 17. *c*. 24. Sideratio tota è cælo constat. Et *paulò pòst*, Proprium tamen siderationis est sub ortu canis siccitatum vapor, quum insitæ ac nouellæ arbores moriuntur, præcipuè ficus ac vites. ¶ Quin & in animalibus sideratio dicitur, quum pars aliqua corporis pestifero sidere percussa subitò inarescit, ipsáque etiam ossa carie consumuntur Quod morbi genus Galenus σφακελισμὸν appellat.

‖ Siderosus, ἀστροπλὴξ, ἐπιληπτικός. Gloss. Phil. quasi sidere percussus. ‖

Sīfĭlātōrēs, à veteribus dicebantur sibilatores: & sifilare, quod nos sibilare dicimus, σιφλάζειν. Nonius.

Siga, σίγα, vrbs Cæsariensis Mauritaniæ, Siphacis olim regia, teste Plin. *lib*. 5. *cap*. 2.

Sīgālĭōn, σιγαλίων, Simulacrum erat apud Ægyptios in sacris Isidis & Serapidis, quod digito labiis impresso, silentium imperare videbatur: vnde & nomen accepit ἀπὸ τοῦ σιγᾶν, quod est silere: alio nomine Harpocratem appellabant. Vide suprà *Harpocrates.*

Sigēum, i, σίγειον, vulgò *Genizzari.* Promontorium & oppidum Troadis, Aiacis sepulcro nobilitatum. Dictum σίγειον, vt quidam volunt, ἀπὸ τοῦ σιγᾶν, hoc est, à silendo, eò quòd Hercules præmio suo à Laomedonte fraudatus, dissimulato discessu, ibi se occultarit, indéque silentio magno reuersus, vrbem repentè adortus, ceperit. Alij per antiphrasin Sigeum dictum putāt, quod nullum ibi vnquam fit silentium, aquis se perpetuò magno cum murmure saxis illidentibus.

Sīgēŭs, a, um, & Sigeius per quatuor syllabas. Virg. 2. *Æneid.*

——— *iam proximus ardet*

Vcalegon: Sigea igni freta lata relucent.

Ouid. 13. *Metam.*

——— *Sigeia toruo*

Littora prospexit vultu.

Sīgillum, Sigillare, vide *Signum.*

Sīgillātim, vide *Singulus*, adiectiuum.

Sigma, σίγμα, Dictæ, siue stibadij, aut cœnationis genus erat, à Græcis (vt quidam volunt) elementi similitudine dictum. Lampridius *in Heliogabalo*, primus inuenit sigma in terras sternere. Idem, Vt de croco sigma statuerit, quum summos viros vocaret ad prandium. ¶ *De Mensa* Martialis *Epigr*. 48. *lib*. 10.

Signĭă, æ, Latij oppidum fuit, in cuius agro vinum nascebatur mirè austerum, ideóque ventris profluuio sedando vtile. Plin. *lib*. 14. *c*. 6. Nam quod Signiæ nascitur, austeritate nimia continendæ aluo vtile, inter medicamenta numeratur.

Signīnī, populi, de quibus Plinius *lib*. 3. *cap*. 5. Et vinum Signinum. Martial. *lib*. 13.

Potabis liquidum signina morantia ventrem:

Ne nimium sistant sit tibi parca sitis.

Signina

Signina pyra, apud Iuuen. *Satyr.* 11.

Signĭă, mons est, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 9. in cuius radicibus sita est Apamia vrbs.

Signīnum opus, quod fractis testis, addita calce conficiebatur. Colum. *lib.* 15. Cuius solum, terrenum prius quàm consternatur, perfossum & amurca recenti non falsa madefactum, velut signinum opus, paniculis condensatur.

SIGNVM, i, propriè parua quædam nota, indicans totius rei qualitatem, inquit Donatus, indicium, nota. {אות *oth.* σημεῖον. GALL. *Signe, marque, signet, enseigne.* ITAL. *Segno.* GERM. Ein zeichen/ gemerck. HISP. *Señal para señalar algo.* ANGL. *A marcke or token a seale, asignet.*} Terentius *in Andr.* Vide num eius color pudoris signũ vsquam indicat? Ouid. 1. *Metam.*

Sed silet, & læsi dat signa rubore pudoris.

Plaut. *Prolog. Amph* Torulus inerit aureus sub petaso, id signum Amphitruoni non erit. *Ibidem*, Signo eodem. (de cicatrice.) Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Oculis mihi signum dedit, ne se appellerem. Idem *Capt. sc. vlt. a.* 5. Si placuimus, signum mittite, & plausum date. Idem *Amph.* Faciam id, si queo, signis palàm. (de internoscendis geminis Amphitruoni ibi, sermo est.) Nec dissimile est illud de cognoscendis fratribus geminis apud eundem Plaut. *Men. sc. vlt. a.* 5. Signa agnoui, Contineri quin complectar, non possum. Tibull. *lib.* 4.

Compertum est veracibus vt mihi signis.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4 *Trist.*

Nam dedit è specula custos vbi signa tumultus.

Ibid. Eleg. 9.

Siccaque sint oculis proxima signa meis. (id est, Vrsæ.)

¶ Signa ad salutem, pro signis quæ salutem demonstrant. Terent. *in Andr.* Adhuc Archillis quæ adsolent, quæque oportet signa ad salutem esse, omnia huic esse video. Virg. 3. *Georg.*

Morborum quoque te causas & signa docebo.

Signa mortis, Prognostica mortis. Lucret. *lib.* 6.

Multaque præterea mortis tum signa dabantur.

¶ Dare signum alicui, GALL. *Donner le mot du guet.* Sueton. *in Neron. cap.* 9. Primo Imperij die signum excubanti Tribuno dedit. Item, Signum petere. Idẽ *in Calig. c.* 58. Signum petenti, Priapum aut Venerem dare consueuerat. Et iterum *ibid. cap.* 58. Sabinum (tradunt alij signum more militiæ petiisse. ¶ Dare signum militibus, est pugnam ineundam significare. Terent. *in Eunuch.* Tu hosce instrue: hic ego ero post principia, inde omnibus signum dabo. Liu. 2. *ab Vrbe*, Sensêre vigiles exercitus, signo dato concursum est ad arma. ¶ Signum tacitum, i. mutum, clandestinum absque vllo signo, strepitúque, ne hostis exaudiret, non autem vocale, quod tuba, aut classico, aut cornu dari cõsueuerat. Liu. *lib.* 9. *bell. Maced.* Silentio noctis tacito signo exercitum abduxerunt. ¶ Item notæ quæ pecudibus inuruntur, signa dicuntur, Virg. 1. *Georg.*

Aut pecori signum aut numeros impressit aceruis.

¶ Hinc duodecim illa sidera, quæ in Zodiaco animalium figuris imaginamur, signa dicuntur. Sunt enim notæ quædam, ad quæ naturam Solis referunt. Eorum nomina sunt, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. ¶ Item signum vexillum dicitur, ab effigie animalium quæ in vexillis fieri consueuerunt. {דגל *deghél.* σύμβολον, σημεῖον.} Lucan, *lib.* 1.

——— *infestisque obuia signis,*

Signa, pares aquilas, ac pila minantia pilis.

Plin. *lib.* 7. *cap.* 25. Signis collatis quinquagies dimicauit. Liuius *lib.* 34. Signis collatis dimicarè. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Omnes ordines sub signis ducam. Senec. *cap.* 3. *de tranq.* Saluis signis cedendum. Plaut. *Pseud. sc.* 6. *a.* 4. Viso an meus Vlysses habeat signum ex arce. Liu. 3. *bell. Maced.* In prælio supra quadraginta millia hominum cæsa Valerius Antias scribit, & quinquaginta septem signa militaria capta. Hinc Antesignani dicuntur, qui in acie ante signa constituuntur, de quibus egimus suprà suo loco. ¶ Item, Signa transferre apud Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* dicuntur ij, qui ad hostem transeunt Dicuntur etiam tollere. Velleius, Signis sublatis eæ legiones se ad Cæsarem contulerunt. ¶ Signum pro tuba. Cæs. 3. *de bell. ciu.* Vt signa concinerent. ¶ Signa quoque dicuntur sculptilia siue fusilia ad effigiem animalium fabricata. {פסילים *pesilim.* ἀγάλματα.} quemadmodum tabulæ, opera pictorum. Vnde signa & tabulas dicimus pro cælatis operibus atque pictis. Siquidem in tabulas antiqui pingebant, non in parietibus. Tabulæ igitur picturæ sunt: signa verò statuæ. Vnde apud Salustium, Signa & tabulas pictas, vasa cælata mirari, ea priuatim & publicè rapere, delubra spoliare. Cic. 3. *in Verr.* Delum venit: ibi, ex fano Apollinis religiosissimo noctu clam sustulit signa pulcherrima atque antiquissima, eáque in onerariam suam nauem coniiciendà curauit. ¶ Pocula aspera signis, quæ etiam dicebantur sigillata, id est, signis decorata, & ornata, qui mos fuit apud antiquos. Virg. 9. *Æneid.*

Bina dabo argento perfecta atque aspera signis

Pocula, deuicta genitor quæ cepit Arisba.

¶ Signum etiam dicitur quo quid consignamus, vel obsignamus & notamus: quod sigillum dicitur. {חותם *chothám* חותמת *chothémeth.* σφραγίς.} Cic. *pro Quintio.* Tabulæ maximè nobilium hominum signis consignantur. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Accipe epistolam, Cognosce signum. (suprà, nosce imaginem.) Idem *Curc. sc* 1. *a.* 3. Cape tabellas. Signum nosce. Nostin'? L. Quid ni nouerim? Clypeatus elephantum vbi machæra disiicit Et *in Amph. sc.* 3. *a.* 4. Erat signum obsignatum probè. Idem *Curc.* Tuum qui signum ad me attulisset (alibi) tabellas anulo obsignatas dixerat. Et Suet. *in Tib. c.* 23. Illatum deinde Augusti testamentum non admissis signatoribus nisi senatorij ordinis, cæteris extra curiam signa agnoscentibus recitauit per libertum. Dicitur & signum id quod pro tabernis suspendi solet. Quint, *lib.* 6. *cap.* 4 Tabernæ autem erant circa forum, ad scutum signi gratia positum. ¶ Signum etiam dicitur miraculum, prodigium, ostentum vel augurium, & tanquam omen boni aliquid malive prænuntians. Cic. *lib.* 1. *de diuin.* Equus eius repentè concidit, nec eam rem habuit religioni, obiecto signo vt peritis videbatur, ne committeret prælium.

Philosophi, Theologi & Politici variè distinguunt signa respicientes

- *Causas*
  - *Efficientem*
    - *Naturalem.* Hoc signũ significat naturâ, estque
      - σημαντικὸν, rei præsentis.
      - μνημονευτικὸν, rei præteritæ.
      - προγνωστικὸν, rei futuræ.
    - *Voluntariam* ex instituto
      - Dei,
      - Angelorum,
      - Hominum.
  - *Finem.* Id etiam
    - σημαντικὸν, indicium, γνώρισμα, Kennzeichen / merkzeichen.
    - μνημονευτικὸν, monumentum, μνημόσυνον, denckzeichen.
    - σφραγιστικὸν, obsignatorium, sigillum ad
      - celandum arcana.
      - muniendum ea, quæ inuiolabilia esse volumus.
      - Confirmandum dicta.
        - Dei, vt Sacramenta tum impropriè, tum propriè dicta
        - Hominum, vt in diplomatis & instrumentis contractuum.
  - *Materiam*, h. e. rem cui signi relatio inest. Ita signa sunt
    - Obuia naturâ, vel artificio parata.
    - Corporalia, vel spiritualia.
  - *Formam*, seu modum significandi: quomodo signa sunt
    - Externa, vel interna.
    - Instrumentalia, vt voces; vel formalia, vt species potentiis impressæ.
- *Effecta* quod *signa* sunt.
  - *Efficacia*, quæ efficaciter mouent.
  - *Inefficacia*, quæ minus.
- *Subiecta*,
  - *Quibus significant*, sic sunt
    - vniuersalia, toti mundo data, vt Iris, *Gen.* 9.
    - particularia
      - ante lapsum protoplastis arbor vitæ.
      - post lapsum
        - toti Ecclesiæ, vt Sacramenta Veteris & Noui Testamenti.
        - certis personis, vt Gedeoni.
  - *Obiecta*, quæ significantur. Ita sunt rerum
    - corporalium,
    - spiritualium.
- *Adiuncta* sunt signa
  - *Necessaria*, & *contingentia*.
  - *Certa*, & *incerta*.
  - *Habentia* cum rebus singulis aliquam *analogiam*, *nullam*.

Apud Medicos est peculiaris disciplinæ pars de signis, quam σημειωτικὴν dicunt. Hîc etiam signa sunt

Præsentium διαγνωστικά, futurorum προγνωστικά, præteritorum ἀναμνηστικά.

Salubria, Sanam constitutionem indicantia.

Insalubria, ægram. Et hæc,
- *Communia*, ac separabilia συμβεβηκότα, quasi assidentia; ἐπιφαινόμενα & ἐπιγινόμενα. hæc & præcipuè τὰ ἐπιφαινόμενα prognostica.
- *Propria* & inseparabilia, παθογνωμονικά, hæc propriè diagnostica.

Neutra, nec sanum, nec ægrum omnino, seu partim sanum, partim ægrum: vel aliquando sanum, aliquando ægrum.

Signa cæli apud Astrologos varias sortiuntur appellationes. Præcipua diuisio est in austrina & aquilonia.

Signa militaria, vexilla.

Sigillum, i, diminutiuum est à signum, Paruum signum, parua statua. {חותמת חותם *chotham* *chothémeth*. ἀγαλμάτιον, σφραγίς. GALL. *Signet, marque, cachet, seau dequoy on seelle*. ITAL. *Sigillo, bollo*. GERM. Ein klein bildlin oder sigel. HISP. *Sello ò sortija para sellar*. ANGL. *A seale or signet, a signe manuell*.} Cic. 6. *Verr*. Apposuit patellam in qua erant sigilla egregia Aliquando ponitur pro parua imaguncula qua literas obsignamus. Idem 1. *Acad*. Si in eiusmodi cera centum sigilla hoc annulo impressero? ¶ Sigillum Salomonis, in officinis dicitur herba polygonatum, Dodon ¶ Sigillum Mariæ, herba vilis, siluestris, ita vocatur in officinis, vt Ruellius ait.

‖ Siglum, paruum sigillum. Bud. ‖

Sigillatus, a, um, participium Obsignatus. {חתום *hathúm* ἐσφραγισμένος. GALL. *Marqué, catheté*. ITAL. *Sigillato, bollato*. GERM. Besiglet. HISP. *Sellado* ANGL. *Sealed, marked*.} vt, Literæ sigillatæ. ¶ Aliquando est nomen, & significat sigillis ornatus. Cic. 8. *Verr*. Iubet me scyphos sigillatos ad prætorem afferre.

Sigillo, as, Signum imprimo, sigillum alicui rei appono. {חתם *chatham*. σφραγίζω GALL. *Marquer, cacheter, noter & fermer*. ITAL. *Sigillare, bollare*. GERM. Besiglen. HISP. *Sellar con sello*. ANGL. *To seale, to sette a mark on a thing*.} Hinc Sigillatæ dicuntur literæ: id est, clausæ & annulo impressæ. Propter quod veteres sigillare simpliciter pro claudere vsurpabant. Varro, Contra lex nimis impia est, Ne filij patribus luce sigillent oculos.

‖ Sigla, & siglæ, compendia lectionis & scripturæ.

Siglus, idem quod siclus. g & c permutantur.

Sigma, litera Græcorum, σίγμα. Item mensa ad similitudinem sigmatis lunati, quod est C, seu accubatio μηνοειδής, diæta, stibadium. ‖

Signaculum, Signum impressum. {σφραγίς. ANGL. *A seale*.} Vlpian *D. lib.* 16. *tit.* 3. *l.* 1. Si pecunia sacculo signato deposita sit, si resignetur sigillis priùs impressis, vel à prætore, vel ab his quibus coram signacula remota sunt.

Signanter. Papias, Signanter, euidenter, expresse.

Signatè, aduerbium, Significanter. διαστικῶς. Macrob *lib.* 6. *cap.* 7. Quæ à veteribus, qui propriè & signatè loquuti sunt. Et Gell. *cap.* 6. *lib.* 1. *& c.* 24. *lib.* 13.

Sigillaris, e, adiectiuum à sigillis deductum. {σφραγιστικός. GALL. *De cachet ou marque & seau*. ITAL. *Di sigillo* GERM. Der bildinen. HISP. *De sello ò sortija*. ANG. *Of a mark or seale*.} vt, Ars sigillaris, ἀγαλματοποιΐα. Sigillaria opera, id est, parua signa siue imagunculæ ex metallo confecta. ἀγαλμάτια.

Sigillaria, vicus erat Romæ, vbi sigilla vendebantur. Sueton. *in Nerone cap.* 28. Alij, locus vbi libri résque aliæ promercales vænibant, & auctiones fiebant. Ausonius, Pro quo si per sigillaria in auctione væniret, neque Afranius nauci daret, nec Stichum suum Plaut. offerret. Gell. *lib.* 5. *cap.* 4. *& lib.* 2. *cap.* 3. Apud Sigillaria fortè in libraria ego & L. Paulus consederamus. ¶ Sigillaria præterea dicebantur dies festi Saturnalibus additi, quibus sigilla, hoc est, parua signa amicis missitabantur. Autor Macrobius *lib.* 1. *Satur. cap.* 10. Et Suetonius *in Claud. cap.* 5. ¶ Sigillaria pro sigillis & signis. Arnobius, Quinimo deos esse sigillaria ipsa censetis.

Sigliara, vrbs condita à Publicola. Plutarch. *in Public.*

‖ Signarij, qui parua sigilla faciebant. PanciroL.

Signia, mons, in cuius radicibus sita est Apamia. Est item Latij oppidum.

Signinus, è signia. ‖

Signifer, ri, qui signa fert, hoc est, vexillifer. {נסס *nosés*. σημειοφόρος. GALL. *Porteenseigne, qui porte marques & signes*. ITAL. *Porta segno, bandarale, signifero, alfiere*. GERM Ein fenderich/der das kriegs zeichen tregt. HISP. *Cosa que tiene ò trahe señal, alferez*. ANG. *A stander or bearer*.} Cic. 4. *Verr* Sit in eius exercitu signifer, &c. Idem 1. *de diuin.* Quo tempore quum signifer primi hastati signum non posset mouere loco, &c. Ouid. 5 *Fast.*

Romanaque aquilæ signifer hostis erat.

¶ Signifer item dicitur circulus ille obliquus in quo duodecim signa sunt, qui Græcè ζῳδιακὸς appellatur, ab effigie animalium quæ in eo Astrologi imaginantur. Cic. 1. *de nat. deor.* Infra autem hanc stella Mercurij est, quæ anno ferè vertente signiferum lustrat. Plin. *lib.* 2. *cap* 4. Adiuuat rerum ordo, descripto circulo, qui signifer vocatur, in duodecim animalium effigies, & per illas solis rursus congruens tot seculis ratio.

Signifex, qui facit signa, hoc est, statuas. {ἀγαλματοποιός. GALL. *Faiseur d'images & enseignes*. ITAL. *Che fa insegne ò statue*. GERM. Ein bildmacher/bildschnitzer/dockenmacher. HISP. *El que haze imagines ò estatuas*. ANGL. *A maker of imagines*.} Apuleius *lib.* 2. Egregius ille signifex

Signo, as, signo imprimo. {חתם *chatham*. σημειόω, σφραγίζω. GALL. *Signer, marquer, monstrer par signe*. ITAL. *Segnare sigillare, bollare*. GERM. Zeichnen HISP. *Señalar, firmar, ò sellar escritura*. ANGL. *To seale or mark*.} Virg. 3. *Georg.*

——— *& summo vestigia puluere signent.*

Vnde Signare Epistolam dicimus, anulo signum imprimere. ✕ Resigno, quod est deleto signo aperio. Sic Signatam pecuniam dicimus, & signata pecora, quæ signis notata sunt, & quæ notam inustam habent. ¶ Signare non licet seruo Quintil. *declam.* 340. vt suprà; Signaui, i. notaui. ¶ Signare vota, ἐπισφραγίζεσθαι τὰς εὐχὰς Philostrat. *in Iconib.* id erat, votum suum nuncupatum, & in charta conceptum conscriptúmque, deorum genibus obsignatum affigere. Plin *in ep. ad Traianum*, Solennia vota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur; & suscepimus domine, pariter & soluimus precati deos, vt velint ea semper solui, sempérque signari. Hoc significauit Iuuenalis hoc versu *Satyr.* 11.

Propter quæ fas est genua incerare Deorum.

¶ Interdum signare significat ostendere, indicare signo. {הראה *heréah* הודיע *hodhiah* הגיד *highghidh* חוה *chivvah* σημαίνειν.} Plaut. *in Cistell.* — cui hæc excidit cistella? rectè, Eccam locum signat vbi ea excidit. Idem, Hîc meretricem deperit, signat tamen se eam non amare. Quintilian. Signare aliquid appellatione. Et Seneca *cap.* 1. *de tranquill.* Signanda res nomine. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Icarus immensas nomine signet aquas.

¶ Interdum scribere. כתב *chathab*. Colum. *lib.* 1. *cap.* 3. Huc pertinet præclara nostri poëtæ sententia,

——— *laudato ingentia rura,*

Exiguum colito.

quod vir eruditissimus (vt mea fert opinio) traditum vetus præceptum numeris signauit. Vnde & subsignare, subscribere dicimus, ὑποσημαίνειν. Accipitur etiam signare pro designare. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Quinetiam cæli regionem in cortice signant.

Velleius, Signare stylo, (i. scribere & mandare memoriæ) Huius composita sunt Assigno, Consigno, Circumsigno, Designo, Obsigno, & Subsigno; quorum significata vide suis locis.

Signatus, a, um, aliquando participium est, idem significans quod insignitus, hoc est, quod signum habet impressum. vt, Pecunia signata. {נסמן *nismán* רשום *raschúm*. σεσημασμένος, σημειωμένος. GALL. *Signé, marqué, cacheté*. ITAL. *Segnato, bollato*. GERM. Gezeichnet. HISP. *Señalado, sellado*. ANGL. *Sealed or marked*.} Cic. 6. *Verr.* Argentum factum atque signatum. Liu. *lib.* 34. Signatum argentum aut factum. Virg. 2. *Georg.*

——— *& admorso signata in stirpe cicatrix.*

Ouid. 2. *de arte amandi,*

Aspice signatum sanguine pectus habet.

Aliquando nomen est, & tunc pro insigni aliquando captum à veteribus legitur, ἐπίσημος. Lucilius *lib.* 19. vt citat Nonius, Primùm Chrysidem negat signatam reddere.

Signaculum, quo aliquid signatur. Gl. Philox.

Signatores, dicebantur qui aut testamentis, aut causis sese subsignabant. {ἐπισφραγισταί. GALL. *Tesmoins qui signent ou seellent*. ITAL. *Testimoni che segnano*. GERM. Ein besigler der erbgemechten oder anderer/händlen. HISP. *Testigos que señalan ò sellan*. ANG. *VVitnesses that put to there seales*.} Salustius. Multis modis mala facinora docebat. Ex illis testes signatorésque falsos commodare fidem, fortunas, pericula vilia habere. Suet. *in Tib. c.* 23. Illatum deinde Augusti testamentum, non admissis signatoribus nisi Senatorij ordinis. Idem Suet. *in Aug. cap.* 32. Iuuenal. *Satyr.* 10.

——— *veniet cum signatoribus auspex,*

Idem *Satyr.* 1.

Et multum referens de Mecœnate supino

Signator.

Signatorius, a, um, quod signat, seu quo ad signandum vtimur. {σφραγιστικός. GALL. *Qui sert à seeler & cacheter*. ITAL. *Cosa che segna, cosa da segnare*. GERM. Mit dem man besiglet. HISP. *Cosa para señalar ò sellar, cosa que señala* ANGL. *That serueth to seale with*.}, vt, Signatorius anulus. Valer. Maximus, Vt anulo quo signatorio vtebatur. Paulus Iureconsult. Anulus signatorius ornamenti appellatione nō continetur.

Signatura, æ, Suet. *in Nerone cap.* 17. Cautum vt in testamentis primæ duæ ceræ testatorum modò nomine inscripto, vacuæ signaturis ostenderentur.

Significo, as, Indico, notum facio, demonstro, ostendo. {הראה *hereáh* הודיע *hodhiáh* הגיד *highghidh* חוה *chivváh*. σημαίνω. GALL. *Signifier, faire signe, monstrer, donner à cognoistre & entendre*. ITAL. *Significare, dimonstrare, far sapere, far intendere*. GERM. Ein zeichen geben/anzeigen HISP. *Significar algo por señales, demonstrar*. ANG. *To signifie, to shewe, to aduertise*.} Plaut. *in Truc.* Etenim sic istuc volo, ne inter vos significetis, &c. Cic. *pro Rosc. Amer.* Quid hæc tanta celeritas festinatióque significat? Idem *ad Attic. lib.* 1. Ac ne illud quidem mirere, cur quum ego antea sibi significarem per litteras me sperare illum in nostra potestate fore, nunc idem videar diffidere. Gell. *c.* 13. *lib.* 10. Significare manu. (in pugna.) Idem *cap.* 12. *lib.* 1. Significor pro significo, as, olim dictum docet.

Significans, tis, nomen ex participio, Apertus & euidens. {מודיע *modhiah* מראה *mareéh* מגיד *maghghidh* מחוה *mechavvéh*. ἐμφατικός. GALL. *Signifiant, monstrant bien ce qu'il veut dire*. ITAL. *Significante*. GERM. Deutlich HISP. *Cosa que significa*. ANGL. *That sheweth or signifieth*.} Quint. *lib.* 4. *c.* 2. Verbis propriis & significantibus. Idem *lib.* 8. *c.* 2. Quo nihil inueniri potest significantius.

Significanter.} ἐμφατικῶς. GAL. *Clairement, ouuertement, manifestement*. ITAL. *Chiaramente, apertamente*. GER. Deutlich/verstendiglich. HISP. *Significatiuamente, claramente*. ANGL. *Manifestly, clerely*.} & Significantius, ἐμφατικώτερον, id est, Expressè & expressius & quod vulgus dicit *intelligibiliter, notabiliter*. Quint. *lib.* 6 *c.* 3. Non parum significanter etiam illa in schola צוה dixerimus. Idem *lib.* 3. *c.* 10. Colligere tantùm eadem, ac disponere paulò significantius conor.

Significantia. Nonius Marcel. Negatiuas duas, negatiuam nouè significantiam habere. Rursus, facere apertam habet significantiam.

Significatio, nis, verbale, Indicatio, indicium. {אחוה *achuáh*. σημασία. GALL. *Signification, demonstrance, apparence*. ITAL. *Significatione, auertimento*. GERM. Ein anzeigung/bedeutung. HISP. *Aquella obra de significar, demonstrar*. ANGL. *A shewing or declaring*.} Cic. Heu quæ significatio doloris. Idem *Amic.* Quum autem contraxit virtus amicitiam, vt suprà dixi, si qua significatio virtutis eluceat ad quam se similis animus applicet, & adiungat. Id quorum contigerit, amor exoriatur necesse est. *Ibidem*, Ipsi autem intelligamus à natura gigni sensum diligendi & beneuolentiæ charitatem facta significatione probitatis. Cæs. *lib.* 6 *bell Gall.* Monet vt ignes fieri in castris prohibeat, nequa eius aduentus procul significatio fiat.

Significatus, us, ui, Significatio. אחוה *achuáh*. Plin. *lib.* 18. *c.* 25. Ipsi dies rarò non aliquos tempestatum significatus habent. Idem *lib.* 2. *cap.* 25. Acontiæ iaculi modo vibrantur ocyssimo significatu. Gell. *c.* 18. *lib.* 5. De significatu librorum libri.

Significantia, æ, Significatio. σημασία. Fabius Victorinus *in* 1. *Rhetoric.* Cic. Alia nominis significantia talis est. Item, Significantia verborum. Quintilian.

Significatiuus, σημαντικός. Caius *D. de verborum significatione*, Hæc enuntiatio, Quæ sunt pluris aureorum 30. simul & quantitatis & æstimationis significatiua est.

Significus. σημειουργός. qui signa facit, statuarius. Apuleius *de Deo Socratis*, Nescio vt Hismenias tibiis canere, aut Apelles pingere, vt Lysippus fingere, sed non pudet me non esse significum.

‖ Sy

‖ Sygimum, iaculi genus. Rh. ‖

SIL, silis, genus pigmenti luteum colorem quemadmodum ochra reddens: inuenitúrque seu limus quidam in argenti & auri fodinis, quemadmodum etiam id aliud pigmentum quod cæruleum à colore dicitur. Vide Plin. *lib.* 34. *c.* 12. Auson. *in Monosyl.*

Sitne peregrini vox nominis, aut Latij sil?

Silaceus color, Luteus ex sile compositus. Vide Plin. *lib.* 37. *c.* 7.

Sila, galea: quòd facta sursum versus, tanquam adunca. Vide *Silus.*

Silanius σιλάνιος, mons Hiberniæ insulæ altissimus à Silanio rege in vertice eius sepulto dictus.

‖ Silanus tubus. Gloss. Turn. *lib.* 28. 6. Gifanius: silanus tubus, fistula, aquæ ductus vel fontis. ‖

Silărŭs, vulgò *Seli in Basilicata*, Lucaniæ amnis, Pisentinos diuidens à Lucanis, cuius ea est natura, vt & virgulta & folia in idipsum decidentia lapidescant, vt refert Plin. *lib.* 2. *c.* 103. Silius *lib.* 8.

Nunc Silarus quos nutrit aquis, quos gurgite tradunt
Duritiem lapidum mersis inolescere ramis.

Virg. 3. *Georg.*

Est lucos Silari iuxta ilicibúsque virentem
Plurimus Alburnum volitans.

Silatum antiqui (inquit Festus) dicebant, quod nunc ientaculum dicimus, eò quòd tum ieiuni vinum sili herba conditum absorbebant.

Sīlāŭs, vt nonnulli legunt apud Plinium *lib.* 26. *cap.* 8. Herba est in perennibus & glareosis riuis nascens apij similitudine. Hermol. tamen in castigatioribus Plinianis exemplaria corrupta asserit, contenditque lauer esse legendum: sumítque lauer pro ea herba quam vulgus *Crescionem* vocat.

Sĭlĕ, is, herba quam alio nomine seselim, σέσελι vocant, cuius vel radice, vel semine vinum condiebant, quod ante meridiem sumere mos erat. Propterea Silatum antiqui dixere quod nunc ientaculum dicimus. Fest. Dioscor. *lib.* 3. *c.* 58.

Sīlēnŭs, σιληνός. Bacchi nutritius fuit & pædagogus, semper asino vehi solitus: quem Aratus in gratiam alumni inter sydera translatum dicit. Virg. 6. *Eclog.*

Chromis & Mnasyllus in antro
Silenum pueri somno vidêre iacentem,
Inflatum hesterno venas, vt semper, Iaccho.

Ouid. *lib.* 1. *Fast.*

Te quoque inextincta Silene libidinis vrunt:
Nequitia est quæ te non sinit esse senem.

‖ Silenus, a, um, sileno similis, simus. Lucr. *lib.* 4.

Simula silena ac satyra est: labiosa philena.

Ibi Gifan. silenas vocant suas delitias amatores, quæ simis sint naribus. ‖

SĬLĔO, es, ui, Taceo, conticeo. { דם *dham* דמה *dhamáh* חשה *chascháh* חרש *charásch* שקט *schakát.* σιγάω. GAL. *Se taire, ne dire mot, se tenir coy.* ITAL. *Tacere.* GER. Stil schweigen. HISP. *Callar.* ANG. *To keep silence, to bestill.* } quanuis hæc ita inter se differre velit Seruius, vt Silere dicatur qui nondum cœpit loqui: tacere, qui iam cœpit. Quæ differentia si vera est, falsi sunt, qui dicunt silere factitium verbum esse, f litera, quæ silentij nota est: quoniam in ludis literariis publicisque conuentibus dum volunt silentium indicere, f literam quasi sibilando pronuntiant. Cornel. Fronto, Seruio etiam scribit contrarium. Tacet, inquit, qui nec loqui quidem cœpit. Silet verò cuius oratio comprimitur ab ipsa significatione S. Iungitur aliquando accusatiuo. Cicero *Attic. lib.* 2. Hæc tu silebis. Frequentiùs ablatiuo cum præpositione De Idem 6. *Verrina*, Me non solùm de vestris monimentis silere oportebit, sed etiam lætari, P. Africani eiusmodi esse fortunas mortui, vt eius honore, &c. Quid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

At poteras, inquis, melius mala silendo.

Tibull. *lib.* 4.

Non violata vagi sileantur pascua Solis.

Passiuum habet Plin *lib.* 21. *c.* 1. Nullum sileatur rerum naturæ opus. Idem *lib.* 16. *c.* 21. Idque mirum est Græcis autoribus proditum, apud nos post ea sileri. Silent Musæ Varronis, dixit Cic. *lib.* 4. *Acad.* id est, Varro nihil scribit, nibil edit. Sileo verbum facere. Hirtius *de bell. Hisp.* Vnus ex nostris respondit, vt sileat verbum facere: id est, ne verbum faciat. Rarum.

Silens, participium. { חשה *cheschéh* מחריש *macharísch* שקט *schokét.* ὁ σιγῶν, ὁ σιωπῶν. GALL. *Qui se taist, qui est à recoy.* ITAL. *Che tace.* GER. Stilschweigend. HISP. *Que calla.* ANG. *That is still and keepeth silence.* } Quod aliquando fit nomen ex participio. Vnde Silens cœlum pro tempore sereno & tranquillo Plin. *lib.* 18. *cap.* 28. Alia sunt illa quæ silente cælo serenísque noctibus fiunt, nullo sentiente nisi quum facta sunt. ¶ Silens flos. Columellæ *cap.* 7. *lib.* 11. qui non amplius crescit & quodammodo declinat. ¶ Silens luna dicitur quando fit coniunctio eius cum sole, quod contingit ipso die nouilunij. Plin. *lib.* 16. *c.* 39. Inter omnes verò conuenit vtilissimè in coitu eius sterni, quem diem alij interlunium, alij silentis lunæ appellant Colum. *lib.* 2. *cap.* 10. Silente luna fabam vellito ante lucem. ¶ Silentes surculi, silentes vineæ, id est, nondum germinantes. Idem *lib.* 11 *c.* 2. Surculi quoque silentes ad insitionem nunc præcipuè vtilitérque leguntur. Idem *lib.* 4. *c.* 27. Fossor protinus adhuc silentibus vineis inducendus est. id est, nondum gemmantibus. ¶ Silentes pro mortuis. Ouid. 5. *Fast.*

Mox etiam Lemures animas dixere silentum. id est, mortuorum.

Idem *lib.* 13. *Metam.*

Qui iura silentibus illic Reddit.

Item, Silenta loca, Næuius apud Gell. *c.* 7. *lib.* 19. Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

Quæsitor Minos vrnam mouet: ille silentum
Consiliúmque vocat, vitásque & crimina discit.

Sĭlentĭum, ij, Taciturnitas. { דממה *demamáh* חרש *chéresch* שקט *schéket.* σιγή, σιωπή. GAL. *Silence, taciturnité.* ITAL. *Silenzio, il tacere, taciturnità.* GER. Stillschweigung. HISP. *Silencio, ò obra de callar.* ANG. *Silence.* } Plin. *lib.* 10. *c.* 69. Silentium in mari piscantibus ostrea. Tibull. *lib.* 4.

Quin largita tuis sunt multa silentia votis

¶ Facere silentium. Plaut. *Prolog. Amphitr.* Ita huic fabulæ facietis silentium. ¶ Indicere, Sueton. *in Calig. c.* 55. Ne inquietaretur equus nimine incitatus) viciniæ silentium per milites indicere solebat. ¶ Silentium agere de re aliqua, est illam tacere. Quintil. *lib.* 10. *cap.* 1. Quippe quum Tullius tot millibus versuum de Romanis tantùm Oratoribus loquatur, & tamen de omnibus ætatis suæ, quibuscum conuiuebat, exceptis Cæsare atque Marcello, silentium egerit: quis erit modus, si & illos qui postea fuerunt, & Græcos omnes, & Philosophos, & Poëtas persequi velim? ¶ Silentium est de aliqua re, id est, de re illa nihil dicitur. Cic. *ad Attic. lib.* 5. De Partho silentium est: sed tamen concisos equites nostros à barbaris nuntiabant ij, qui veniebant. ¶ Silentio aliquid ferre, est dissimulare, & de re illa nihil conqueri. ¶ Silentium cœpit, intelligend. fieri. Salust. *Iugurth.* 90. Pòst vbi silentium cœpit. Et 34. quàm maximum silentium haberi iubet. ¶ Descendere in silentium, incipere taciturnum esse. Quint. *lib.* 10. *c.* 3. Accidit etiam ingeniosis adolescentibus frequenter, vt labore consumantur, & in silentiũ vsque descendant nimia benè dicendi cupiditate. ¶ Silentium dicimus in auspiciis, quòd omni vitio caret, vt ait Cic. *lib.* 2. *de diuin.* ¶ Silentium noctis, pro intempesta nocte ponitur, quam alij concubium, alij conticinium vocant, Liu. 5. *ab Vrb.* Supra ædem Vestæ vocem noctis silentio audisse clariorem humana. Silentium, pro quiete. Idem *lib.* 7. *bell. Maced.* Silentium deinde biduum fuit, neutris transgredientibus amnem. Intelligit non fuisse ad certamen progressos. Silentij tutum præmium. Dictum elegans quod Plutarchus *in apophthegmatis* adscribit Augusto Cæsari. Vsurpatur ab Horatio *Ode lib.* 3.

Est & fideli tuta silentio Merces.

Silentium mulierem ornat, Prouerbium quo vtitur Sophocles.

Sĭlentĭārĭi. Dicti sunt, quorum ministerio Imperator vtebatur ad ea, quæ ad quietem palatij pertinebant. Accursius Silentiarios dici putat, quos vulgo *Secretarios* appellamus. Sic enim ait Iustinianus *C. de silentiariis,* Viros clarissimos sacri nostri palatij silentiarios circa latus nostrum militantes, de tutelis & curationibus excusari sancimus. Propert. *lib.* 2. *belli Pers.* Romani, inquit, ad ea quæ quietis sunt in palatio, ministrum silentiarium vocant.

Sĭlesco, is, Tacitus, seu quietus fio. { דם *dam* דמה *damáh* חשה *chascháh* חרש *charásch* שקט *schakát.* σιγηρὸς γίνομαι. GALL. *Se taire, ne dire mot, se tenir coy.* ITAL. *Tacere, acquetarsi.* GER. Still vnd rüwig werden. HISP. *Callar.* ANGL. *To be still or to keep silence.* } Terentius *in Adelph.* Quid ego nunc agam, nisi dum hæ silescunt turbæ, interea in angulum aliquò abeam atque edormiscam hoc villi? Virg. 10. *Æneid.*

Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
Infit: eo dicente, deûm domus alta silescit:
Et tremefacta solo tellus: silet arduus æther.

Furor cæli silescit, Catull. *Epigr.* 43. & Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Sĭlĕr, gen. neutr. { ANGL. *An osier tree.* } Frutex nonnunquam arborescens, adeò vt baculos rustici ex eo faciant: aquosis locis crescit, quasi pumila salix, cuius etiam generibus annumerari creditur, inquit Ruellius: contenditque non esse id, quod seseli Massiliense officinæ, & siler montanum appellant. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Nanque aliæ nullis hominum cogentibus ipsæ
Sponte sua veniunt, campósque & flumina latè
Curua tenent, vt molle siler, lentæque genistæ.

Sĭlĕr, masc. gen. Fluuius est, Picentinos diuidens à Lucanis, naturæ tam admirabilis, vt virgulta & frondes in ipsum decidentes statim lapidescant, teste Plin. *lib.* 2. *cap.* 103. quanuis illi vt cæteris ferè omnibus Silarus dicatur, non Siler. Qua tamen terminatione efferrur à Lucan. *lib.* 2.

——Radénsque Salerni Tecta Siler.

Vide plura de hoc supra in dictione *Silarus*

‖ Silesia. Germaniæ regio, ad regnum Bohemiæ pertinens. ‖

SILEX, icis, lapis durus, ex quo ignis excuti solet: vnde & nomen habet, quòd ignis ex eo saliat: vel quòd silentem intra se ignem habeat, qui attritu aut percussu excitetur. { חלמיש *challamisch.* πυρίτης. GAL. *Vn caillou, pierre à feu.* ITAL. *Pietra, battifuoco.* GER. Ein kißling. HISP. *El pedernal, ò piedra dura.* ANG. *A flint stone.* } Virg. 1. *Æneid.*

Ac primùm silicis scintillam excudit Achates,
Suscepitque ignem foliis.

Idem 1. *Georg.*

Et silicis venis abstrusum excuderet ignem,

Ouid 7. *Metam.*

Aut vbi terrena silices fornace soluti, &c.

Silicis durissimi rupes, Sueton. *in Calig. c.* 37. Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Et dicam Silices pectus habere tuum.

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 1. *Trist.*

Et tua sunt silcis circum præcordia venæ.

¶ Accipitur nonnunquam latiùs silicis appellatio, vt etiam de petris & marmoribus dicatur. Plin. *lib.* 36. *c.* 18. Idem Varro, Lunensem silicem serra secari tradit. Virg. *lib* 8. *Æneid.*

Stabat acuta silex præcisis vndique saxis.

¶ Est autem hoc nomen tam masc. quàm fœm. gen. Lucr. *lib.* 1.

Vnde queant validi silices ferrúmque creari.

Virg. 1. *Eclog.*

Spem gregis, ah, silice in nuda connixa reliquit.

¶ Lapidem silicem manu tenebant fœdera ferientes, itaque precabantur, Si sciens fallo, qui me despicit, salua vrbe, arcéque, is me eijciat, vt hunc ego lapidem.

Sĭlĭcĕŭs, a, um, quod est ex silice. { ὁ λίθινος πυρίτης. GALL. *De caillou, de pierre à feu.* ITAL. *Di pietra foccacia.* GERM. Kißlingin. HISP. *De pedernal.* ANGL. *Of flint.* } Cato *c.* 18. Inibi lapides siliceos in totum forum statuito, &c.

‖ Silicida. σιληκεργός. Gloss. qui scilicet cædit silices. ‖

Silia, fluuius in montanis Indiæ esse dicitur, in quo nihil innatet: quanuis Democritus, Aristotelésque id verum esse negent. Vide Strab. *lib.* 15.

Sĭlĭcernĭum, ij, variè exponi solet. Scribit Nonius esse funebre conuiuium, quod senibus exhibetur. Festus docet esse farciminis genus, quo familia in luctu à fletu purgatur: quia cuius nomine instituebatur ea res, is iam silentium cerneret. Cælius, Credidi me silicernium eius esse esurum. Donatus inquit esse cœnam, quæ infertur diis manibus, vel

quod

quod eam silentes cernant vmbræ,id est,possideant : vel quòd qui hæc inferunt, cernant, neque degustent. Nam de iis quæ libantur inferis, quisquis ederit,aut biberit,funestatur. Hinc Terent. *in Adelph.*appellat senem silicernium, qui iamiam silentibus cernendus sit. Alij silicernium nomen fictum à Terentio existimarunt pro sene, quòd incuruitate silices spectet. Ab hoc conuiuio abeuntes,veluti se amplius non visuri,mutuò se salutabant. Varro,Funus executi, lautè ad sepulcrum antiquo more silicernium confecimus.id est,conuiuium,in quo pransi discedentes dicimus aliis alij, Vale. Silicernium ergo Terentius senem vocat,atque decrepitum:id est,dignum,vel cui silicernium fiat, vel qui ad ad silicernium vocetur, τυμβογέρων.

Silicia, siue Silicula. τῆλις Dioscoridi, herba quæ alio nomine fœnum Græcum,à Theophrasto buceras vocatur, ab aliis ægoceras nuncupatur. Vide Plin.*lib.24.c.19.*

Sĭlīgo,inis,frumenti species est,quæ Gallis olim *arinca* dicebatur,ex qua laudatissimus conficitur panis. { σίλιγνις,ὄλυρα. GALL. *Certaine espece de froment blanc & menu,& fort delicat.* ITAL. *Formento bianco,minuto,in che non è segala.* GERM. Rocken oder weitzenkorn. HISP. *El trigo candial.* ANGL. *A king of small and fine wheat.* } Plin. *lib.* 18. *cap.*10. Siligo nunquam maturescit pariter : nec vlla segetum minus dilationē patitur, propter teneritatem iis quæ maturuêre, protinus granum dimittentibus, sed minùs quàm cætera frumenta in stipula periclitatur, quoniam semper habent rectam spicā, nec rorem continet qui rubiginem faciat. Idem *lib.* 18.*cap.*8.Et siligine laudatissimus panis, pistrinarúmque opera laudatissima, præcellit in Italia.Colum.*lib.*2. Omne triticum solo vliginoso post tertiam arationem conuertitur in siliginem. Plin.*eodem lib.c.*8.Siliginem propriè dixerim tritici delicias: candor est, & sine virtute, & sine pondere, conueniens humidis tractibus, quales Italiæ sunt,& Galliæ comatæ. Sed & trans Alpes in Allobrogum tantùm, Aruernorúmque agro pertinax : in cæteris verò partibus biennio in triticum transit. Ex his omnibus satis constat siliginem tritici genus esse,quod iam aliquot sationibus in aliquam speciem degenerauit, minus quidem potentem ad nutriendum, cæterùm gustui non iniucundiorem.

Sĭlīgĭnĕŭs, a, um, quod ex siligine:vt,panis siligineus. {σιλιγνίτης.GALL. *Fait de froment blanc.* ITAL. *Fatto di tale formento.* GERM. Das auß rocken oder weitzen gemacht ist. HISP. *Hecho de aquel trigo candial ò flor de harina.* ANG. *Made of fine wheate.* } quem Seneca commendat his verbis,Malum panem,inquis:Expecta,bonus fiet,& iam illum tenerum tibi & siliginem fames reddet.

Sĭlīgĭnārĭŭs,ij,Siliginis venditor vel distributor. { ὁ σιλιγνοπώλης, ὁ ὀλυροπώλης. GALL. *Vendeur de ce froment blanc.* ITAL. *Venditore di simil formento.* GERM. Ein kornverkeuffer/oder kornherr. HISP. *Vendedor de aquel trigo candial.* ANGL. *That selleth fine wheate.*

Sĭlĭquă, Folliculus, seu integumentum, cui grana leguminum includuntur,& si quid leguminibus est simile.{ מוץ *mots.* λόβος,κελύφιον. GALL. *L'escorce ou gousse de febues,pois & semblables.* ITAL. *Tega,teca,tiga,sauella,scorza.* GER. Die hülsen oder käfen darin das gewechß wachßt. HISP. *Hollejo de qualquiera legumbre.* ANGL. *The huske or codde of beanes, preasons or such like.* } Virg *lib.*1.*Georg.*

Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset.

Plin. *lib.* 18. de fabulis loquens ait, Nam siliquæ, caulésque gratissimi sunt pabulo pecori. ¶ Siliqua pro eo quod est, silicia, τῆλις, fœnum Græcum. Samonicus *cap.de præcordiis.*

Nec non & lini tunsum siliquaque legumen.

¶ Item siliqua κεράτιον, siue siliqua Græca, fructus est arboris, quæ à Plinio κερατωνία appellatur, siliquis tectus falcatis humani digiti longitudine,iisque prædulcibus,& ob id in cibis expetitus,quum semen propter amaritudinem negligatur. Vide Plinium *lib.*15.*cap.*24. Horat. 2. *Epist.*1.

——Viuit siliquis,& pane secundo.

Colum *lib.*5.*cap.*19.Siliquam Græcam,quam quidam cerationi vocant, & persicum,ante brumam per autumnum serito. ¶ Est & alia arbor, siliqua dicta, in Syria nascens,quam Iones ceraunian appellant,omnino diuersa à siliqua Græca,de qua vide Plin.*lib.*13.*c.*8. & Gellium *cap.*15. *lib.*10. ¶ Siliquæ pro parcitate,interpres Iuuen.*Satyr.*11. ¶ Est etiam siliqua minimi ponderis apud Romanos nomen,quod & à Græcis Ceration appellatur, scrupuli sextam partem, drachmæ verò decimam octauam conficiens.Sex itaque siliquæ conficiunt scrupulum Scrupula autem tria,siue octodecim siliquæ,explent drachmam. Sextula autem sexta pars vnciæ est,& nomen habet : continétque scrupula IIII. siue siliquas XXIIII. Continet itaque sextula drachmam vnam, & tertiam eius partem.Drachma Græcum nomen est,Latinóque vocabulo Denarius dicitur, vt Budæus non vno loco prodidit : quanuis Agricola hoc putet interesse inter denarium & drachmam, vt septem denarij, octo drachmas,siue vnciam expleant. Supra sextulam, semunciam legimus, dimidium vnciæ continentem. Vncia ab vno denominatur, quòd ex duodecim ea vna est pars assis,& ex octo drachmis conficiebatur,aut ex totidem denariis,vt putauit Budæus:quanuis,vt suprà diximus,Agricola ex septem denariis,qui octo drachmis respondebant, vnciam constare asserat. Vnciæ duæ,Sextans, quasi sexta pars assis, nuncupatur, ἑπταούγκιον. Quadrans,quarta pars:Triens,tertia pars:Semis, vnciæ sex,quasi semias.Septunx,vnciæ septem:Bes,vnciæ octo:Dodrans, vnciæ nouem: Dextans vnciæ decem:Deunx,vnciæ vndecim. Inde as,ex duodecim vnciis constans, quæ & libra dicitur : minórque est quàm mina Attica quatuor drachmis.Habet enim Romana libra nonaginta sex non amplius drachmas, quum Attica mina ex centum drachmis constet. Ex duobus assibus conficitur Dupondius:ita dictus,quòd sit duorum pondo.Vltra dupondium est sestertius, qui ex duabus libris & semisse constat,quasi semistertius,de quo vide suo loco.Quod enim fiebat ex duobus assibus,& tertio semisse,Sestertium veteres vocauerunt. Supra Sestertium,tressis,à tribus assibus. Octussis quoque ac nonussis,decussisque reperitur,octo,nouem, ac decem asses. Decussem verò denarium à decem assibus nominauerunt. A duobus deinde decussibus, vicessis,id est, viginti asses. A tribus,tricessis,triginta asses. A centum, centussis,centum asses:qui erant breues ex ære numi. Supra centussem maius æris vocabulum non habemus.

Sĭlĭquŏr,aris, Siliquas facio, hoc est,siliquis tegor,quod de leguminibus siliquis tectis dicitur. { λοβίζω. GALL. *Venir en escorce, en gousse.* ITAL. *Far tega è tauella.* GERM. Hülsen/ oder käfen gewünnen. HISP. *Echar hollejo la legumbre.* ANGL. *To growe,to a huske or codde.* } Plinius *lib.*17.*c.*9. Inter omnes autem constat, nihil esse vtilius lupini segete, prius quàm siliquetur aratro vel bidentibus versa.Idem *lib.*18.*c.*7.Siliquantur verò omnia diuersis diebus, & ima primùm parte paulatim flore subeunte.

Sĭlĭquastrum,herba hortensis,quæ alio nomine πιπερῖτις nominatur, cuius meminit Plin *lib.*19.*c.*12. { GALL. *Herbe de coq, ou de la poiurette.* ITAL. *Herba di gallo.* GERM. Hanensuß/ein kraut. HISP. *Pimiento ò pebre de España.* }

‖ Siliquaticum, vectigal,quod mercibus omnibus impositum est.Buleng.

Siliquatarij,qui huic præsunt.‖

Silis,amnis Venetiæ primus,ex montibus Taurisanis fluens,& in stagnum cadens,vbi nunc habentur suburbanæ Venetiarum insulæ,Murianum, Torcelliúmque.Plin.*lib.*3.*cap.*18.

Silla,vide *Silia.*

Sĭllŏgrăphŭs,σιλλογράφος,Sillorum scriptor:qualis fuit Timon ille Philiasius,qui librum quendam conuitiorum, & irrisionis plenum, quem in Philosophos edidit,Sillos inscripsit:quo nomine Græci maledicta,& irrisiones intelligunt.

Sĭllūră, σίλυρα, insula in Oceano Britannico (vt Solinus inquit)cuius incolæ pecuniæ ignari,permutationibus commercia exercent.

Sillus,σίλλος,carmen dicax & mordax.

Sillographus, σιλλογράφος, qui sillos scribit : qualis erat Timon Philiasius.

Sĭlo,qui prominentia habet supercilia, à Sileno, quem hirsutis superciliis fuisse tradunt. Silonem quidam naso repando hominem dicunt, vt infrà patet ex Plinio. חרום *charúm.* ἐξόφθαλμος.GALL. *Camus,qui a le nez crochu contremont.* ITAL *Ch'ha le ciglie alte.* GERM. Der grosse augbrawen hatt/ oder ein vbersich gebogne naß. HISP. *Hombre de nariz roma.* ANG. *He that hath a cameised or flatt nose, turned vpward lik a shooing horne.* } Autor Nonius citans locum Varronis,ex Satyra, cui titulum fecit γνῶθι σεαυτόν,Nónne vnum scribis esse grandibus superciliis silonem quadratum.Plin.tamen *lib.*11.*cap.*37.non obscurè innuit silones dictos fuisse homines repando naso. Altior(inquit)homini tantùm, quem nouit mores subdolæ irrisioni dicauêre, nasus. Non alij animalium nares eminent.Auibus,serpentibus,piscibus foramina tantùm ad olfactus,siue naribus.Et hinc cognomina Simorum,Silonum.Hæc Plinius.Castigatiora exemplaria sic habent: Et hinc cognomina Silorum. Vide *Silus.*

‖ Silo,שילה, nomen montis & vrbis in tribu Ephrataæ,vbi arca fœderis, post ingressum populi in Chananæam, substitit donec tempore Elis Sacerdotis caperetur. ‖

Silon, insulam Indiæ docet esse August.*de ciuit.Dei lib.*21.quæ ex eo cæteris terris præfertur,quòd omnis arbor,quæ in ea gignitur, nunquam foliis nudatur.

Silphe,σίλφη,insecti genus.

Sīlphīŏn,σίλφιον, idem quod laserpitium, cuius succum laser appellari suprà suo loco ostendimus.Vide Plin.*lib.*.9.*c.*3.& *lib.*22.*c.*23.

Sīlphĭum,Regio Libyæ,ab insula Plateæ vsque ad os Syrtium protensa,teste Herodot. *lib.*4.

Silua,vide *Sylua.*

‖ Silua,*Silues*,V.E.prouinciæ Algarbiæ,apud Lusitanos,sub A.Eborensi.

Silua ducis,siue Buscum ducis, *Hertoghenbosch, Bolducq,* V.E.Brabantiæ, sub A.Mechliniensi.

Siluanectum,*Senlis*,V.E. Siluanectensis,sub A.Remensi : decimo lapide à Lutetia Parisiorum.‖

Sĭluānī tres fuerunt, vnus dicebatur domesticus, possessioni consecratus: alter agrestis,pastoribus:tertius orientalis, cui est in confinio lucus positus, à quo inter duo pluréſve fines oriuntur, ideoque inter duo pluréſve est & lucus. Omnis autem possessio quare Siluanum colit? quia primus in terram lapidem finalem posuit.Ex libello variorum autorum *de limitibus.*

Sĭlūrŭs,γλάνις (si credimus Theodoro)piscis prægrandis,fluuiatilis pariter ac marinus, præcipua autem magnitudine in Nilo & Gange, carne prædulci,nullis ossibus aut spinis intersitis:rostro autem caudáque delphino similis. Paulus Iouius in eo libello, quem de Piscibus Romanis conscripsit,eum coniicit esse,quem hodie sturionem vocamus.

Sĭlŭs,appellatur(inquit Festus)naso sursùm versùs repando. { חרום *charóm.* } Vnde galeæ quoque à similitudine,silæ appellatæ sunt. Cic. 1. *de natur.deor.* Equos Silos,Flaccos,Frontones,Capitones,&c. Plin.*lib.*11.*c.*37.de naso hominis loquens:Et altior homini tantum. Hinc cognomina Simonum, Silonum. vbi *Silorum* solùm legend. nam Simonum, Silonum voces,sunt interpretis. Vide *Silo.*

Silybum,σίλυβον,cardui species.

Silys,fluuius Europam ab Asia discriminans, quem notiore nomine Tanaim appellamus.Plin *lib.*6.*c.*8.Tanaim Scythæ Silyn vocant.

‖ Simæ,partes in summis coronis,obtusiores, instar nasi caprarum. Italis sunt gulæ rectæ, vt cymatium inuersa gula. Græcis ἐπιθυθίδες,quasi superimpositiones.‖

Sĭmbellă, læ, quasi semilibella, hoc est, dimidia libella. Est præterea Simbella, instrumentum paruum quo singuli numi ponderantur. Sipont.

Simethus,siue Simethis,idis, vide *Symæthus*, & *Simæthis.*

Simichidas,σιμιχίδας. Nomen pastoris apud Theocr. *in Idyl.* quem ipsius enarratores patrem Theocriti fuisse existimant.

Sĭmĭæ,& Simij, hominum figuris proxima animalia, quæ cauda carent, & in Libya nascuntur,dictæ quòd simæ sint,id est, naribus depressis: vel quasi mimæ,hoc est,imitatrices. { קוף *tsiijm* שממית *semamith.* πίθηκοι. GALL. *Singes, guenons.* ITAL. *Scimie, bertuccie.* GERM. Affen. HISP. *Monas, ximios, ò monos.* ANGL. *Apes.* } Martial.*lib.*14. *Epig.*202. Callidus emissas eludere simius hastas. Vide Plin.*lib.*8. *cap.*54. ¶ Simia per translationem dicitur, qui ridiculè & stultè alium imitatur. Idem *Epist.*5.In quo rusticum insectatur, atque etiam Stoicorum simiam appellat. Simia non capitur laqueo. Dictum in tergiuersatores, qui coargui

argui nequeunt. Id olim dictum est in Heraclidem, qui per imprudentiam perperam citarat ex Dionysio quod erat apud Sophoclem. Missum est exemplar, vt ibi conspecto carmine agnosceret suum errorem. Hîc quoque tergiuersanti, nec lapsum agnoscenti, dicentique casu fieri posse, vt in diuersis poëtis versus consentiant, scripsit quispiam; Simiam haud capi laqueo. Diog. Laert.

Sīmiŏlŭs, diminutiuum, qui vtcunque alterum imitatur. { πιθήκιον. Gall. *Petit singe, singereau.* Ital. *Picciola scimiola.* Germ. Ein äfflin. Hisp. *Pequeño ximio ò mono.* Ang. *A litle ape, he that somewhat hath imitateth a man.* } Cicer. *ad Mart. lib.* 7. Hic simiolus animi causa me, in quem inueheretur, delegerat.

Sĭmĭlă, æ, Medulla farinæ triticeæ, hoc est, ea pars quæ media est inter pollinem & secundarium potissimam nutriendi vim habens. { סלת soleth. σεμίδαλις. Gall. *La pure farine de froment, la fleur de farine, semoule.* Ital. *Amito, amido pura farina di formento.* Germ. Semmelmäl / grießmäl / das zartist vnd reinigst mäl. Hisp. *Semola ò acemite, la flor de harina.* Ang. *Fine floure of wheate.* } Sunt enim molitæ farinæ partes quatuor, pollen, simila, secundaria, siue cibarium, & furfures. Eadem & similago dicitur. Plin. *lib.* 18 *cap.* 10. Similago ex tritico fit laudatissima. Ex Africo iustum est è modiis redire semodios, & pollinis sextarios quinque: ita enim appellant in tritico, quod florem in siligine. Præterea secundarij sextarios quatuor, furfurumque tantundem. Mart. *lib.* 13.

Nec dotes poteris simila numerare, nec vsus.

Sĭmĭlāgo, Simila. Plin. *lib.* 18. *cap.* 10. Simila ex tritico fit laudatissima.

Sĭmĭlāgĭnĕŭs, adiect. vt similagineus panis. { σεμιδαλίτης ἄρτος. Gall. *Pain de fleur de farine.* Ital. *Pan di fior di farina.* Germ. Auß semmelmäl. Hisp. *Pan de flor de harina.* Angl. *Bread of fine floure.* } Senec. *Epist.* 119.

Sĭmĭlis, e, Æqualis, part. { דומה doméh נשותה nischtavéh. ὅμοιος, ἐμφερής. Gall. *Semblable, pareil, resemblant.* Ital. *Simile, assimigliante.* Ger. Gleich oder gleichförmig. Hisp. *Cosa semejante.* Angl. *Lik.* } Construitúrque indifferenter cum genitiuo aut datiuo. Solet tamen ita distingui, vt quoties ad morum vel doctrinæ, vel huiusmodi imitationem refertur, genitiuo iungeretur. Horat. *lib.* 2. *Serm. Satyr.* 2.

———similésque meorum
Mille die versus describi posse.

Trebat. *Ciceroni*, Vt aliquorum similes in dicendo valeamus esse. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Volo me patris mei similem. (sup. esse.) Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Homo similis nouarum ædium quando natus est. ¶ Quando verò vel in forma, vel in ætate, vel in fortunis, aut aliis huiusmodi rebus similitudo est, cum datiuo. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Os humerósque Deo similis.

Plinius, Effigie ac lineamentis corporis patri similis. Sed confunditur apud autores hæc differentia: nam vtrunque indifferenter reperitur. Cicer. *Verr.* 4. Si aliqua in re Verri similis fuero. Idem *lib.* 5. *de finib.* Non video cur non potuerit patri similis esse filius. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Fratri similior quàm patri. Quibus in locis de moribus, non de figura sermo est. Quintil. Pares magis, quàm similes Liuius & Salustius. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Omnes inueniri similes tibi vis. Senec. *c.* 1. *de tranquill.* Ne semper casuro similis pendeam. ¶ Hinc similior & simillimus. Cicer. *pro M. Marcello*, Hæc qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico. Ouid. 13. *Metam.*

Furtísque & fraude simillimus illi.

Plaut. *Menach. sc. vlt. a.* 5. Nec aquam aquæ, nec lac lacti similius. Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Similiorem mulierem non vidi, vtpote quæ non sit eadem. *Ibid.* Magis eandem. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Hic noster quæstus aucupij simillimus. Virg. 6. *Æneid.*

———presśitque iacentem
Dulcis & alta quies, placidæque simillima morti.

Ouid. *lib.* 4. *Metam.*

———violaque simillimus ora
Flos tegit.

Plin. *lib.* 12. *c.* 17. Mastiche tertia in Ponto bituminis similior. Simile gaudet simili, ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. Prouerb.

Sĭmĭlĭtĕr, aduerbium, Æqualiter, pariter. { כן גם gham chen. ὁμοίως. Gall. *Semblablement.* Ital. *Similmente.* Germ. Gleich / zu gleicher weiß. Hisp. *Semejantemente.* Angl. *Likwise, after the same fashion.* } ad Herennium *lib.* 4. Similiter cadens exornatio dicitur, &c. Simillimè, superlatiuum. Cicer. 2. *Tuscul.* Simillimè animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum: remissione autem sic vrgetur, vt se nequeat extollere. Idem *pro lege Agrar.* Hic tamen excipit Pompeium: simillimè, vt mihi videtur, atque in illa lege, qua peregrini Roma eiiciuntur, Glaucippus excipitur. ¶ Similis, & similiter nonnunquam in prima orationis parte ponuntur, pro ita, sequente in secunda Vt, vel Ac, aut Atque pro Vt. Columell. *lib.* 5. Cætera simili ratione atque in arbusto Italico administrantur. Liuius, Similem pauorem, inde fugámque fore, ac bello Gallico fuerat. Cicer. *de senectut.* Similes sunt vt si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant. Idem *de natura deorum*, Similiter facis ac si me roges, &c. Idem *Philipp.* 1. Neque verò illum similiter atque ipse eram, commotum esse vidi. Idem *de Offic.* Similiter eos facere, qui inter se contenderent, vter Rempublic. potiùs administraret, vt si nautæ inter se certarent, quis eorum potissimùm gubernaret. Similes inter se, id est, sibi inuicem similes. Idem *pro Cluent.* Homines inter se cùm forma, tum moribus similes.

Sĭmĭlĭtūdo, inis Æqualitas. { דמות demúth דמיון dimjón סמל sémel. ὁμοιότης. Gall. *Semblance, similitude.* Ital. *Similitudine, imagine, forma.* Ger. Gleichheit / gleichförmigkeit. Hisp. *La vna y otra semejança, imagen.* Angl. *Liknesse.* } Cic. *lib.* 1 *Offic.* Nihil autem amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum: in quibus enim eadem studia sunt, eædem voluntates: in iis fit, vt æquè quisque altero delectetur, ac seipso. Liu. *lib.* 5. *bell. Pun.* Gracchus fraudem & sermoni, & rei abesse ratus, ac similitudine veri captus, cum lectoribus ac turma equitum è castris profectus, duce hospite in insidias præcipitatus ✕ Dissimilitudo. Cic. *in Lælio*, Dispares mores, disparia studia sequuntur: quorum dissimilitudo dissociat amicitias.

Sĭmĭlĭtās, atis, Antiquitus in vsu erat pro similitudine. { דמות demúth דמיון dimjón סמל sémel. ὁμοιότης. } Cæl. apud Non. Vide quid ferat morum similitas.

Sĭmĭlo as, Refero, repræsento: exigitque accusatiuum. { דמה dimmáh. ὁμοιόω. Gal. *Ressembler.* Ital. *Simigliare.* Ger. Gleich sein. Hisp. *Semejar.* Angl. *To represent or resemble.* } Mart.

Quum sint crura tibi, similent quæ cornua Lunæ.

¶ Hinc componitur Assimilo, de quo suprà suo loco.

Similaris, e, ὁμοιομερής, in similes partes diuisibilis.

Sĭmĭtu, Antiqui vtebantur pro simul: quod & Nonius annotauit. { יחד jáchad. ἅμα. Gall. *Ensemble.* Ital. *Insieme.* Germ. Miteinander / eins mals. Hisp. *Iuntamente.* Angl. *Together.* } Plaut. *in Mercat.* Ita tres simitu res agendæ sunt. Idem *in Amphitr.* Non ego cum vino simitu ebibi imperium tuum. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Cum vno simitu volo mitti mulierem. Idem *Menach. sc.* 1. *a.* 5. Ego te simitu noui cum Parthaone.

‖ Simius, vide *Simia*. ‖

Sĭmmĭās, σιμμίας, Philosophus Thebanus, Socratis auditor: cuius scripta enumerantur à Suida.

Sĭmŏïs, entis, σιμόεις. Fluuius est Troadis, ex Ida monte nascens, labitur per campum Troianum, qui ab eo dicitur Simoësius, & mari appropinquans, commiscetur Xantho, ac in paludem cogitur, deinde exit in Hellespontum iuxta Sigæum promontorium. Virg. 1. *Æneid.*

Túne ille Æneas quem Dardanio Anchisa
Alma venus Phrygij genuit Simoëntis ad vndam?

Ouid. 13. *Metam.*

Antè retrò Simoïs fluet.

Sĭmoēsĭŭs, a, um, adiectiuum: vt, Campus Simoësius, hoc est, Troadis campus, Simoënte irrigatus. Quo nomine etiam dictus fuit adolescens quidam Troianus, quòd apud Simoëntem fluuium esset natus. Autor Hom. 4. *Iliad.*

Simo & Callipho. sunt senes apud Plautum *in Pseud. sc.* 4. *a.* 1.

Sĭmōnēs, { חרומים charumim. σιμωνες. Ang. *Flattnozed.* } Iidem qui simi, hoc est, qui nares habent pressas.

Sĭmōnēs, plures fuerunt nomine hoc, post Philippum Græcis, Latinis, Hebræísque pariter communi facto. { שמעון schimhón. } Ex his antiquissimum legimus Atheniensem philosophum, Socratis discipulum fuisse, qui scripsit dialogos XXXIV. ¶ Alius fuit, qui scripsit de Arte Rhetorica. Alius medius, alius sculptor: quorum omnium autor Diogenes Laërtius. Et Simon Magnesius, musicus egregius qui & ipse superiorum musicorum more corrupto Simodiam introduxit, quemadmodum etiam & Lysis Lysiodiam. Strab. *lib.* 14. ¶ Simon Constantinopolitanus, ludimagister, annos ab hinc circiter ducentos composuit Græcè Metaphrastas, id est, sanctorum vitas, quæ habentur in bibliotheca Vaticana. ¶ Ex Hebræis verò Simonem Magum legimus, caput & autorem totius hæreseos: de quo Eusebius *lib.* 2. latissimè, & Iustinus *in Apologia ad Antonium principem*, in hanc sententiam scribit, Simon quidam Samaritanus sub Claudio principe, artibus magicis & ope dæmonum subleuatus vrbe nostrâ, compluribus per phantasiam deceptis, deus est creditus, & honore simulacri donatus, à vobis inter duos pontes Tiberis colitur cum titulo literis Latinis descripto, Simoni deo sancto. Quem omnes penè Samaritæ, & nonnulli alij tanquam deum adorant, ac fatentur. Sed & Selenem quendam erroris comitem, qui priùs in lupanari fuit apud Tyberiadem, cum ipso consecrauerunt. Similia quoque Irenæus *in primo aduersùs hæreses libro.* ¶ Simon item ille, qui à Petro Spiritus sancti gratiam mercari volebat, vnde vitio nomen inditum: aliíque complures, præter Apostolum. Hic Simon idem videtur esse cum superiore, Magúsque insignis [illegible] ita vt Samaritanis vulgò diceretur, *Virtus Dei magna*, vt testatur [illegible] *Actor. cap.* 8. 10. 19 *&c.*

Simonia muneralis ambitus, studiosa voluntas vendendi & emendi spiritualia, vel spiritualibus annexa per temporalia à Simone illo dicta, de quo *Act.* 1. Breuiter ambitus in sacris.

Simoniacus, qui Simoniæ peccato obnoxius.

Simoniani, hæretici, dicti à Simone magicæ disciplinæ perito.

Sĭmōnĭdēs, σιμωνίδης, Lyricus poëta fuit è Cea insula, Stesichori æqualis, quem Plin. *lib.* 8. *cap.* 56. quatuor harum literarum ζ, η, ψ, & ω, inuentorem fuisse tradit, octauámque in lyra chordam inuenisse. De hoc Cicero *in Oratore*, Simonides, inquit, Ceus primus artem memorandi inuenisse fertur, Quum cœnaret in Thessalia Simonides apud Scopam fortunatum hominem & nobilem, cecinissétque id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa orandi causa poëtarum more, in Castorem & Pollucem scripta fuissent, nimis illum sordidè Simonidi dixisse, se dimidium eius ei quod pactus esset, pro illo carmine daturum: reliquum à suis Tyndaridis, quos æquè laudasset, peteret, si ei videretur. Paulò pòst esse ferunt nuntiatum Simonidi vt prodiret, iuuenes stare ad ianuam duos quosdam, qui eum magnopere euocarent: surrexisse illum ipsum, prodiisse, vidisse neminem. Hoc interim spatio conclaue illud vbi epularetur, Scopas concidisse, ea ruina ipsum oppressum cum suis interiisse: quos quum humare vellent sui nec possent obtritos internoscere vllo modo, Simonides dicitur ex eo quòd meminisset quo eorum loco quisque cubuisset, demonstrator vniuscuiusque sepeliendi fuisse. Hac re tunc admonitus, inuenisse fertur, ordinem esse maximè qui memoriæ lumen adferret. Hactenus Cicer. ¶ Fuit & Simonides alter, Crinci filius, ex Amorgo insula, Iambicus poëta: de quo Quintil. *lib.* 10. *cap.* 1. Simonides tenuis, alioqui sermone proprio, & iucunditate quadam commendari potest: præcipua tamen eius in commouenda miseratione virtus, vt quidam in hac eum parte omnibus eiusdem operis autoribus præferant. ¶ Simonides item alius, Caristius, siue Erythræus poëta Epicus fuit, qui scripsit Græcorum apud Aulidem conuentum trimetrorum libros duos, & alia. ¶ Præter hos alios duos ponit Suidas, vnum nepotem Simonidis Lyrici ex sorore, cognominatum Melicertam, qui ante bellum Peloponnesiacum fuit, scripsítque genealogiam libris tribus. ¶ Alterum Simonidem Magnetum poëtam Epicum Antiochi magni tempore, cuius res gestas scripsit: ac bellum aduersùs Galatas. Suidas. Simonidis cantilenæ: de vastis ac subdolis dictum est. Hunc tradunt primùm astutiam & quæstum in artem

artem induxisse. Erant illi duo scrinia, alterum gratiarum, alterum præmiorum; quæ quum post tempus aliquantum aperuisset, gratiarum arculam semper offendebat inanem, præmiorum semper plenam. Hoc commento significans se nolle gratis donare carmina. Plut. & Aristophan. huius rei meminerunt. Ex Erasmo.

Sĭmōnĭdēŭs, a, um, adiect. à Simonides, vt Simonideæ lacrymæ, Catul. *ad Cornif.*

Mœstus lacrymis Simonideis.

Intelligit autem τοὺς θρήνους Simonideis, qui citantur à Stobæo & interprete Theocriti.

‖ Simplagium, minus rete. Gl. vet. ‖

Sɪᴍᴘʟēx, cis)(Concretus. Philosophis propriè appellatur quod nullo modo compositum est: quemadmodum elementa quatuor, quæ sola, si rationem consulamus, sunt simplicia. { ἁπλοῦς. Gᴀʟ. *Simple, pur, sangle, qui n'est point double.* Iᴛᴀʟ. *Semplico, sempio, puro.* Gᴇʀ. Einfeltig/ Nicht auß vil dingen zusammen gesezet infach. Hɪsᴘ. *Cosa senzilla è sin doblez.* Aɴɢʟ *Single or simple.* } Simplicium verborum crimen, Suet. *in Tiber. cap.* 61. Idem *in Cas.* simplici more punire. Simplicior versus, Gell. *c.* 25. *lib.* 13. Simplicissima suauitas. Idem *cap.* 13 *lib.* 11. Simplicissima res dolor, Senec. *cap.* 11. *de tranquill.* Item Simplices ac religiosi homines. (id est creduli) Liu. *lib.* 4 *bell. Pun.* ¶ Aliquando tamen in simplicibus discernendis à compositis, sensum, non rationem iudicem adhibemus. Et ita partes corporis, partes similares: item plantas omnes simplices dicimus, propterea quòd sensus in iis compositionem nullam possit deprehendere. ¶ Argumentum simplex quod in plures partes non est diuisum Terent. *Prol. Heaut.* Duplex quæ ex argumento facta est simplici. ¶ Aliquando ponitur pro vero, & sincero, sicut econtrariò, duplex pro fallaci & vafro. { פתי *pethì* ἀφελὴς, ἁπλικός. } Marius *Cic. lib.* 11. Trebatio nostro magnas ago gratias, quòd tuum erga me animum simplicem, atque amicum aperuit. Horat.

Et cursus duplicis per mare Vlyssei.

¶ Simplex homo, purus, apertus, nihil tectum, nihil simulatum habens. Cicer. 4. *Acad.* Cum simplici homine simpliciter agerem, nec magnopere contenderem. Senec. *cap. vlt. de consol. ad Heluiam*, Simplex virtutibus admirandis antiquitas. Anni simplices, id est, rudes, & doli nondum capaces, cuiusmodi sunt in pueritia, aut prima adolescentia, in quibus etiam simplex toga, & pura quæ prætexta dicebatur, sumi solebat. Martial. *lib.* 10.

Tu mihi simplicibus Mani dilectus ab annis,
Et prætextata cultus amicitia.

¶ Simplex cibus Purus, non affectatus, aut aliquo condimento corruptus, vel compositus, αὐτόσχεδιον ὄψον. Plin. *lib.* 11. *cap.* 53. Homini cibus vtilissimus simplex: Condimentum orationis simplex. Quint. *lib.* 6. *cap.* 3.

Sĭmplĭcissĭmŭs, ἁπλούστατος. Senec. 2. *de Ira*, Simplicissimi omnium habentur iracundi. Vide *Simplex.*

Sĭmplĭcĭtās, atis, eius natura, quod simplex est. { פחיורת *pechajúth.* ἁπλότης, ἀφέλεια. Gᴀʟʟ. *Simplicité, simplesse.* Iᴛᴀʟ. *Simplicità.* Gᴇʀᴍ. Einfält/einfaltigkeit. Hɪsᴘ. *Simplicidad.* Aɴɢʟ. *Simplicitie, plainesse, singlenesse.* } Matt. *lib.* 10.

Vitam quæ faciunt beatiorem,
Iucundissime Martialis, hæc sunt:
Res non parta labore, sed relicta:
Non ingratus ager, focus perennis,
Prudens simplicitas, pares amici.

Ouid. 3. *de Arte,*

Simplicitas rudis antè fuit: nunc aurea Roma est,
Et magna domiti possidet orbis opes.

[illegible]ntilian. *lib.* 5. *cap.* 7. In paucis atque humilibus accusator simplicitate gloriari potest. Liu. *lib.* 10. *dec.* 4. Simplicitate & hilaritate leuare iram alterius. Velleius, Eminentissimæ ac nobilissimæ simplicitatis vir. Idem, Vir in tantum boni, in quantum simplicitas humana intelligi potest.

Sĭmplĭcĭtĕr, aduerb. Purè, apertè. { ἁπλῶς. Gᴀʟʟ. *Simplement, rondement, sans feintise, à la bonne foy.* Iᴛᴀʟ. *Simplicemente, sempiamente.* Gᴇʀᴍ. Einfeltigklich / schlechtlich/ rund herauß. Hɪsᴘ. *Simple y senzillamente.* Aɴɢʟ. *Plainelie, simpli, singly.* } Plin. *Epist.* 98. Amicè, & simpliciter reprehenderunt. Item, Simpliciter facere. Qu. Curtius. (id est, candidè & sine dolo.) Et, Ludere simpliciter, Sueton. *in August. cap.* 71. ¶ Simpliciter oberrare, est imprudenter ab itinere deflectere. Plin *lib.* 8. *c.* 4. Elephas homine obuio fortè in solitudine, & simpliciter oberrante, clemens, placidúsque etiam demonstrare viam traditur. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 12. Præterea secundùm aliam ætatis illius facilitatem, velut simpliciùs docentes sequuntur.

Sĭmplĭcissĭmē. Cornel. Tacit. *lib.* 17. Ego ac tu simplicissimè inter nos hodie loquimur.

Sĭmplĭcĭtŭs, veteres pro simpliciter vtebantur. Plaut. *in Merc.* Vt simplicitus dicat. Sic enim legit Nonius: nequis fortè sciolus librariorum incuria Simplicitus pro Simplicius irrepsisse suspicetur.

Simpludiaria funera sunt, quibus adhibentur duntaxat ludi corbitorésque quidam ea dixerunt esse, quibus neutrum genus inesset ludorum. nam indictiua sunt, quibus adhibentur non ludi modò, sed etiam desultores, quæ sunt amplissima. Fest. Ibi Scaliger: dicta quasi simpliludiaria, quibus simpli ludi adhiberentur, h. e. Saltatores, siue cernuatores.

Sɪᴍᴘʟŭs, nomen numerale, Vnicum, & minimè multiplex. { ἁπλοῦς. Gᴀʟ. *Simple, sangle, qui n'est point double.* Iᴛᴀʟ. *Sempio.* Gᴇʀᴍ. Einzig/ eines als vil. Hɪsᴘ. *El tanto en cosa senzilla, simple.* Aɴɢʟ. *Single, one only.* } Plaut. *in Mostell.* Simpla est habitatio. Idem *Pœn.* Liceat simplum soluere. Sic duplus, bis tantum, Triplus, ter tantum, & huiusmodi.

Sĭmplārĭs, e, & Sĭmplārĭŭs, a, um, adiectiua à simplo, siue simplici deducta, cuius etiam propemodum habent significationem. ἁπλοϊκός. Simplariæ venditiones (inquit Budæus) sunt pro quibus venditor necesse non habet de dupla emptoris repromittere: quarum meminit Vlpian. *l. emptoria, de euict.* Ita enim simplariæ venditiones à Pomponio dicuntur, vt simplariæ actiones, & duplariæ, & quadruplariæ dicebantur, quæ in simplum, duplum, quadruplum dabantur. Eadem ratione armaturæ simplares, duplarésque à Vegetio dicuntur 2. *de re milit.* quas qui gestabant, singulas, & duplas consequebantur annonas. Et à Modestino *de vocabulis rei militaris*, Torquarij simplares, duplarésque, quòd qui illa præmia virtutis, & decora militiæ meruissent, singulas, & binas præter alios consequebantur annonas. Sic hodie in sacerdotalibus collegiis sacerdotia quædam simplaria dici possunt, & quædam duplaria: à simplice, dupliceque stipe in consessu Ecclesiastico accipiendo. Vide plura de hisce in dictione *Duplarius.*

Simpulo, qui sponsum conuiuia discurrentem comitatur. Gl. Isid.

Sĭmpŭlum, i, Calix fictilis, quo vinum in sacrificiis libabatur: à sumendo, quòd eo vinum sumebant minutatim. { ποιόν τι κυλίκιον ὀστράκινον. Gᴀʟ. *Vn vaisseau de terre à boire, de quoy ils se seruoyent iadis és sacrifices.* Iᴛᴀʟ. *Vaso da bere di terra vsato à sacrificij.* Gᴇʀᴍ. Ein irdiner kelch oder becher / vor zeyten bey dem opfferen breuchig. Hɪsᴘ. *Cierto vaso de barros vsados en los sacrificios.* Aɴɢʟ. *A cuppe or chalice of earth vsed in sacrifices.* } Plin. *lib.* 35. *c.* 12. Sed fictilibus prolibatur simpulis innocentiùs. Apuleius *Apolog.* 1. catinum & simpulum sacrificiis adhiberi solita ostendit his verbis: Paupertas populo Romano imperium à primordio fundauit, próque eo in hodiernum diis immortalibus simpulo & catino fictili sacrificat. Fest. Simpulum, vas paruum, non dissimile cyatho, vnde mulieres diuinis rebus redditæ, Simpulatrices vocantur. Varro scribit vas esse minutim fundens, in cuius locum successerit epichysis: vnde veteres res minutas, nulliúsque pretij, simpularias appellabant. Sunt qui pro simpulo, simpuuium legunt: cuius meminit Iuuenal. *Satyr.* 6.

Aut quis Simpuuium ridere Numæ, &c.

Sunt etiam qui velint simpulum geminò l, scribendum, forma qua ampullam dicimus. ¶ In simpulo aliquid facere, prouerbij speciem habet, pro Facere aliquid clanculum, vel in re minuta atque humili. Cic. 3. *de Legibus*, agens de lege Tabellaria, hoc est, de iure ferendorum per tabellam suffragiorum? Et auus quidem noster, inquit, singulari virtute in hoc municipio quoad vixit, restitit M. Gratidio, cuius in matrimonio sororem auiam nostram habebat, ferenti legem Tabellariam. Excitabat enim fluctus in simpulo, vt dicitur, Gratidius, quos pòst filius eius Marius in Ægæo excitauit mari. Hactenus Cicero. Non absurdum videtur mihi (inquit Erasmus) si quis existimet sumptam allegoriam à puerorum lusu, quo solent per fistulam angustam in simpulum inflantes, quasi fluctus quosdam & aquæ strepitum excitare.

Sĭmŭʟ, aduerb. congregandi, Vnà, pariter. { יחד *jachádh* יחדו *jachdáv.* ἅμα ὁμοῦ. Gᴀʟ. *Ensemble, auec.* Iᴛᴀʟ. *Insieme di compagnia.* Gᴇʀᴍ. Miteinander/ zumal oder eins mals. Hɪsᴘ. *Iuntamente y en vno.* Aɴɢ. *Together.* } Terentius *in Eunuch.* simul consilium cum re amisisti. Plautus *Menach. sc.* 2. *a.* 4. Domum nunquam introibis, nisi feres Pallam simul. ¶ Tibullus *lib.* 4.

Iam simul audacis veniunt certamina Martis.

¶ Aliquando ponitur pro deinde, vel etiam, vel præterea. Vatinius *Ciceroni*, Ciues Romanos occidit, abripuit, disperdidit, regiones vastauit: simul verò semissis homo contra me arma tulit, Salustius, His amicis sociísque confisus Catilina, simul quòd æs alienum per omnes terras ingens erat. Inuenitur quandoque geminatum & habet quasi eandem vim quam cùm & tū, siue partim. Quintilianus, Simul vt pleniori obsequio demererer amantissimos mei, simul ne vulgarem viam ingressus, alienis vestigiis insisterem. ¶ Ponitur aliquando simul pro eadem opera. Plaut. *in Merc.* Duas res simul nunc agere decretum est mihi. Dicimus venustè, simul, tecum, nobiscum, & simul cum aliquo. Cic. *pro domo sua.* Optimi ciues fruuntur nobiscum simul hac ciuitate. Idem *de Amicitia*, Differere cœperunt cum corporibus simul animas interire, &c. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Ducit nescio quem secum simul. Idem *Menach. sc.* 4. *a.* 2. hac mecum simul. Idem *Aulul. sc.* 3. *a.* 4. Quis illic est qui erat tecum simul? Idem *Menach. sc.* 1. *a.* 5. Dic tecum vt veniat simul. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Amo pariter simul. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Age i, simul. (id est, veni mecum.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Cum eo simul me mitteres. ¶ Accipitur aliquando simul pro postquam, simulac, siue simulátque. Cicer. 4. *Acad.* Et simul inflauit tibicen, à perito carmen agnoscitur. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a* 1. Simul res, fides, fama, virtus deseruerunt (sup. me.)

Sĭmŭlāc, & Simulātque. Quamprimùm, vel statim, quum siue postquam. { כאשר *chaascher.* ἐπειδὴ τάχιστα, ὡς τάχιστα. Gᴀʟʟ. *Incontinent que, apres que.* Iᴛᴀʟ. *Subito che, poi che.* Gᴇʀᴍ. So bald als. Hɪsᴘ. *Luego que, subito que.* Aɴɢʟ. *As soone as* } Salust. Iam primùm iuuentus simulac belli patiens erat. Col. *lib* 5. Semper conueniet simulátque folia agere cœperint, ficus rubricam amurca diluere. Cicer. *Appio*, Gratissimum mihi feceris si ad me simulátque adeptus eris miseris. In eadem etiam significatione dicimus simulac primùm, simul primùm & simul vt. Idem 3. *Verr.* Simulac primùm ei occasio visa est, aduersa pecunia publica Quæstor Consulem, exercitum prouinciámque deseruit. Idem, Simulac potestas primùm data est, adeunt hi quos dixi. Liu. 6. *ab vrbe*, Interim Qu. Fabio, simul primùm magistratu abiit, ab C. Martio tribuno dicta dies est. Plin. *lib.* 11. *cap.* 49. Vrso quoque simul vt expirauerit, cornescere aiunt genitalia. ¶ Ponuntur aliquando simul & simúlque pro atque etiam, vel præterea: vt quum dicimus, Vir fortis simul & prudens. Idem *Epistol.* 7. *lib.* 2. Sordidum simul & sumptuosum. Idem *lib* 9. *cap.* 35. Superbo simul ac procaci fastu. Quint. *lib.* 10. *cap.* 1. Qualis ferri fulgor, quo mens simul visúsque perstringatur.

Sĭmŭlācrum, Imago ad similitudinem rei alicuius efficta. { צלם *tselém* סמל *semél* דמיון *dimijón.* εἴδωλον, εἰκών, ἀπεικόνισμα, ὁμοίωμα. Gᴀʟʟ. *Image esleuée, semblance, statue, idole.* Iᴛᴀʟ. *Simolacro, statua, forma, imagine, idole, effigie.* Gᴇʀᴍ. Ein bild oder bildnuß. Hɪsᴘ. *Imagen ò semejança.* Aɴɢʟ. *An image, proportion lyknes, or resemblance of a thing.* } Cicer. *pro domo sua*, Mulieris simulacrum è marmore. Ouid. 10. *Metam.*

——quò multa sacerdos
Lignea contulerat veterum simulacra deorum.

¶ Simulacrum ciuitatis per translationem pro signo & nota. Cicer. *ad Plancum. lib.* 10. In qua nec Senatus, nec populus vim habet vllam, nec leges vllæ sunt nec iudicia, nec omnino simulacrum aliquod ad vestigium ciuitatis. Sic Simulacrum virtutis pro iudicio & vestigio virtutis

tis dicitur. Ne simulacrum quidem virtutis in eo apparet. Cicero. Simulacra præliorum. Gell. *cap. 3. lib. 7.* Item, Simulacra & irritamenta doloris. Idem *cap. 3 lib. 7.*

SIMVLO, & Similo, as, Præ me fero quod non est, & fictam rei alicius similitudinem refero, & pro vero falsum ostendo. { חנף *chanéph* כחד *chachid.* σχηματίζομαι, ὑποκρίνομαι. GALL. *Feindre, contrefaire, faire semblant.* ITAL. *Simulare fingere.* GERM. Gleissnen/dergleichen thun. HISP. *Fingir lo que no es.* ANG. *To fayne, to contrefaite, to mak à semblance.*} Cicer. *Attic.* Simulabat se Romam rediturum, quum in Africam nauigaturus esset. Virg. 1. *Æneid.*

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Ouid. 1. *de Arte,*

Vt simulet vultu gaudia, tristis erit.

✠ Dissimulo. Cicer. *lib. 7. Ep.* Multa & simulaui inuitus, & dissimulaui cum dolore. Ouid. 13. *Metam.*

Si simulasse vocas crimen simulauimus ambo.

Plaut. *Curc. sc. 1. a. 3.* Simulabo quasi non nouerim. (id est, fingam me non nosse.) Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Te experiar quid ames, quid simules. Ouid. *Eleg. 1. lib. 1. Trist.*

Carmina nunc simulo, studiúmque quod obfuit odi.

¶ Simulo non sentire, id est, dissimulo. Plin. *Ep. 14. lib. 3.* Ille siue quia non sentiebat, siue quia non sentire simulabat, immobilis & extentus fidem peractæ mortis impleuit. ¶ Est & similo, as, per tertiam vocalem in secunda syllaba. quod significat similitudinem rei alicuius repræsentare. {דמה *dimmáh.* ἐξομοιοῦ} de quo supra.

Simulatio, nis, verbale, Fictio & simulata fictáque alicuius rei repræsentatio. {חנף *chonéph* חנפה *chanpháh.* σχηματισμός. GAL. *Feintise, simulation.* ITAL. *Fintione, simulatione.* GERM. Gleisnung/oder gleisnerey/ein erdichte gestaltung. HISP. *Aquella obra de fingir lo que no es.* ANGL. *A fayning, counter fayting, or making of a semblance.*} Vnde pro deceptione & circumuentione ponitur, quòd animo vel vultu aut voluntate simulata fiat. Cicer. *ad Lentul. lib. 1.* A quibus tuendus fuerat, derelictus: ídque non solùm fronte, atque vultu, quibus simulatio facillimè sustinetur. Idem 3. *Verr.* Nullæ sunt occultiores insidiæ quàm hæ quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Senec. *epist. 89.* Artes in quibus nulla honesti simulatio (id est, species & similitudo.

Simulator, is, qui simulat. {חנף *chonéph.* GALL. *Simulateur, contrefaiseur, qui feint, hypocrite.* ITAL. *Chi finge simulatore.* GER. Ein gleisner HISP. *El que finge lo que no es.* ANG. *That fayneth or pretendeth that which is not.*} Cic. 1. *Offic.* De Græcis autem dulcem & facetum, festiuíque sermonis, atque in omni ratione simulatorem, quem εἴρωνα Græci nominauerunt, Socratem accepimus. Ouid 2. *de Arte,*

Tantum ne pateas verbis simulator in illis.

Simulatrix, fœm. quæ simulat. item venefica, quæ se diuinam & religiosam simulat.

Simulatè, aduerbium, Fictè. {εἰρωνικῶς, πεπλασμένως. GALL. *Par feintise, par simulation.* ITAL. *Fintamente.* GERM. Gleisnerisch/mit gleisnerey. HISP. *Fingiendo lo que no es.* ANGL. *Counte faily, with a pretence only*} Cic. 2. *de nat. deor.* Mala enim & impia consuetudo est contra deos disputandi, siue ex animo id fit, siue simulatè.

Simulamen, inis, vel Similamen, Repræsentatio, simulatio. { צלם *tselém* סמל *semél* דמיון *dimjón.* ἐξομοίωσις, μίμησις. GALL. *Representation, imitation, semblance.* ITAL. *Representatione, simiglianza.* GERM. Einbildung/gleisnerey. HISP. *La ymagen ò semejança.* ANGL. *A fayning or pretending of that which is not.*} Ouid. *de Adonide lib. 10. Metam.*

Annua plangoris peraget simulamina nostri.

id est, repræsentationem nostri doloris. Loquitur etiam de sacris annuis quæ Adonia dicebantur, in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur.

Simultas, atis. Inimicitia, à simulando, vt quidam volunt, quòd propriè latens & dissimulatum odium nomine hoc significari existiment: quanquam re vera etiam de apertis inimicitiis dicatur. { איבה *ebáh.* ἔχθρα. GAL. *Haine couuerte.* ITAL. *Odio coperto.* GER. Ein heimlicher neyd vnd neyd zwischen etlichen/feindtschafft/groll. HISP. *Competicion odiosa entre dos, odio cubierto.* ANG. *A couered hatredh, grudge.* } Cicer. *pro lege Manilia,* Vt multas etiam simultates, partim obscuras, partim apertas intelligam mihi non necessarias, vobis non inutiles suscepisse. Iuuenal. *Satyr. 5.*

Inter finitimos vetus atque antiqua simultas.

Plaut. *Pseud.* Nam hic id metuit, ne illam vendas ob simultatem suam.

Simulter, aduerbium dixerunt antiqui pro similiter. { כן כמו *gham chen.* ὁμοίως. } Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.* Exossabo ego eum simulter vt murænam coquus.

Simultum, vermis in cornu, arietis. Gl. Isid.

SIMVS, a, um. { חרום *charóm.* σιμός. GALL. *Camus.* ITAL. *Con le narici voltate in su* GER. Ein schaffsnas/flachnas. HISP. *Cosa que tiene las narizes romas.* ANGL. *That hath a flatte nose.*} Qui pressis est naribus: vnde proprium est caprarum epitheton. Virg. 10. *Eclog.*

Dum tenera attondent sima virgulta capellæ.

Hieronymus *de Socratis vxoribus,* Quæ cùm crebrò inter se iurgarentur, & ille illas irridere solitus, quòd propter se fœdissimum hominem simis naribus, recalua fronte, pilosis humeris, & repandis cruribus disceptarent. Martial. *lib. 6.*

Atque ille sima nare, turgidis labris.

Simulus, diminut. Martial.

Simulus iste quis est, vxori semper adhæret
Qui Menedore tuæ?

Sin, ἐὰν δέ, cum subiunctiuo, ex si & ne componitur, adiecta e, significátque Si verò: & nunquam in prima parte collocatur, & nisi præcesserit si, sed in secunda, vbi duorum est oppositio: & ferè semper in priore parte præcedit. { GALL. *Mais si, si non.* ITAL. *Ma se.* GERM. Oder so/oder wann/wann aber. HISP. *Mas si.* ANGL. *Bot if, if not.* } Terent *in Andr.* Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, eius minas: habent enim quandam vim negationis, perinde ac si diceretur, Si autem non relinquo, sed opitulor. ¶ Aliquando sin solum reperitur, ita tamen vt conditio aliqua intelligatur præcessisse. Salustius in *Iugurth.* Imperat vt pretio, sicuti multa confecerat, insidiatores Massinæ paret, ac maximè occultè: sin id parum procedat, quouis modo Numidam interficiat: id est, si potest, occultè, si non potest, vtcumque queat. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.* Licet te colloqui. B. At non libet. P. Sin est tuam in rem.

Sina. { סיני *sinai.* σίνα.} Vrbs Mesopotamiæ, quo nomine etiam dictus est mons Petrææ Arabiæ. Apostolus, Sina σινᾶ mons est Arabiæ, qui coniunctus est ei, qui nunc est Hierusalem.

‖ Sina vulgò china, Beniamino Tudelensi nota, vltima terrarum Asiæ, ab Oriente & Meridie alluitur Oceano, ab Occidente Indiam vlteriorem attingit, ab septentrione cingitur Tartarorum limitibus. ‖

Sinada (quòd hic pro Cariæ vrbe legebatur.) Vide *Sinnada.*

Sinæ, σῖναι. populi sunt Indiæ, ad Septentrionem Seribus, ad Occasum Indis extra Gangem finitimi, terras incognitas desertásque ad Ortum & Meridiem habentes. Horum caput est Thina. Autor. Ptol. *lib. 7. c. 3.* Stephanus vrbem quoque ipsam Sinas appellat.

‖ Sinaida via. Gloss. & ll. Long. *lib. 1. tit. 25. l. 5. 6.* Melius est *Sneida* Germ. Schneide / est cæsura, via diuidens territorium: à scheneidem scindere. diuidere. ‖

SINAPI, neutr. gen. & indeclinabile, vel Sinapis fœm. gen. { σίναπι. GALL. *Seneué, moustarde.* ITAL. *Senapa, senape.* GERM. Senff. HISP. *Mostaza.* ANGL. *Mustarde.*} Herba est semen ferens tanta acrimonia vt cieat lacrymas comedenti, in hybernis condimentis vsitatissimum. Plin. *lib. 18. cap. 9.* Acerrimum sapore, ignei effectus ac saluberrimum corpori, sinapi. Plaut. *in Pseud. sc. 2. a. 3.* fœm. gen. vsus est. Teritur (inquit) scelerata sinapis cum illis. Item Col. *lib. 10.* Séque lacessenti fletum factura sinapis.

Sinapismus, σιναπισμός. cataplasma ex sinapi: tanquam ex σιναπίζω item exulceratio cutis, quæ fit imposita cataplasmate è sinapi. Hadr. Iun.

Sinapodes, (quod hîc corruptè legebatur,) vide *Hiantopodes.*

Sincerus, vide *Syncerus.*

‖ Sincinia. Fest. Sinciniam cantionem solitariam. Gloss. A. L. Sincinium dicitur, quasi singularis cantilenæ vox; cùm vnus canit, quod Græcis monodia dicitur quum verò duo, bicinium: quum multi, chorus. ‖

Sinciput, itis, pars anterior capitis, aures temporáque complectens. { βρέγμα. GALL *Le deuant de la teste.* ITAL. *Parte dinanzi della testa.* GERM. Das forder theil deß haupts so die ohren vnd schlaffaderen begreifft/das forhaupt. HISP. *Pedaço delantero de la cabeça.* ANG. *The fore parte of the heade.* } Sinciput, inquit Cornutus *in Persium,* anterior pars capitis: Occiput posterior. Plaut. *Menechmis sc. 2. a. 3. & sc. 2. a. 4.* Non est tibi sanum sinciput, adolescens. *Ibid. sc. 3. a. 1.* Glandium, pernam, sinciput. Iuuenal. *Satyr. 13.* Si verò & pater est, comedam, inquit, flebile nati Sinciput elixi, Pharióque madentis aceto. ¶ Neque solùm in homine sinciput dicitur, verumetiam in brutis animantibus: & præcipuè in genere suillo. Erant enim olim in deliciis sincipitia verrina siue aprugna, aceto condita, & ad esum præparata. Plin. *lib. 8. cap. 51.* Interdicta quoque abdomina, glandia, testiculi, vuluæ, sincipitia verrina.

Sinda, dæ, σίνδα, oppidum Lycaoniæ in confinio Galatiæ atque Cappadociæ, teste Plin. *lib. 5. c. 27.* Stephanus Sindam aliam in India collocat ad sinum magnum à Sindis populis habitatam.

Sindon, is, {סדין *sadhin.* σινδών. GAL. *Vn linge fort deslié, crespé.* ITAL. *Linziolo molto sottile.* GERM. Reiner vnd köstlicher leinwatt. HISP. *Lienço sutil.* ANG. *Lawen or fine linnen cloth.*} Amictus ex lineo Ægyptiaco: inde, vt creditur, nomen habens quòd primùm in Sidone vrbe [illegible] ventus ob id Tyria Sindo à Martiale dicta *lib. 4.*

Ridebis ventos hoc munere tectus & imbres,
Nec sic in Tyria sindone tutus eris.

Sincerastum, vide *Syncerastum.*

Sine, præpositio separatiua, idem significans quod absque, citra. {בלי *béli* בלתי *bilti.* ἄνευ. GALL. *Sans.* ITAL. *Senza.* GERM Ohn. HISP. *Sin.* ANG. *without.*} vt, sine Cerere & Baccho friget Venus, Ter. *Eunuch.* Virg. 1. *Æneid.*

Imperium sine fine dedi.

Ouid. 2. *Metam.*

Immotósque oculos in se sine fine tenentem
Nescius extimuit.

Ibid. lib. 13.

Tu vires sine mente geris.

Item,

Sine pectore miles,

ibid. & Plaut. *Capt. sc. 5 a. 3.* Haud sine pœna feceris. Idem *Aul. sc. 4. a. 1.* Te ciuem sine omni malitia sum arbitratus. (i. sine vlla.) Sic *ibid. sc. 1. a. 4.* Sine omni suspicione in ara hîc assidam.

Singara, æ, σίγγαρα. Arabiæ vrbs Rhetanorum caput. Autor Plin. *lib. 5. cap. 4.*

‖ Singidunum, *Semender,* Hungaris *Zeuderin,* Italis Samandria, V. E. Seruiæ, seu Mysiæ superioris, ad Danubium: à Turcis anno 1439. capta. ‖

Singilio. Trebellius in Claudio. Singiliones Dalmatenses decem. Meurs. *Gl. Græcob.* non probat legi *cingliones,* & exponi de paruis cingulis, quibus equites Dalmatæ vterentur. Singiliones ait nihil aliud sunt, quàm ἁπλοΐδες. Est autem ἁπλοΐς vestis simplex. Nam Odyss. 10. ἁπλοΐδας χλαίνας. Singilio ergo est ex singulo, seu vno; non è gemino panno, quæ διπλοΐς.

SINGVLVS, a, um, semel vnum. plurale est vsitatius, Singuli, æ, a, Vnusquisque per se, hoc est, separatim ab aliis. { כל איש אחד *isch chol echad.* ἕκαστος, οἱ καθ' ἕνα. GAL. *Chacun, l'vn apres l'autre.* ITAL. *Chiascuno da per se.* GERM. Jetlichs besonder. HISP. *Cada vno, sendos.* ANGL. *Euerichone, seuerally.* } Cicer. 7. *Verr.* Vt non modò plures, sed ne singuli quidem possint accedere. Virg. 1. *Æneid.*

Namque sub ingenti lustrat dum singula templo. &c.

Idem 6. *Æneid.*

Suscipit Anchises atque ordine singula pandit.

Plaut.

Plaut. *Amphitr.* Rex vigiles nocturnos singulos semper locat. Idem *Menæch.sc.*1.*a.*3. Adsatim est hominum qui singulas escas edunt. Ouid. *Eleg.*7.*lib.*3.*Trist.*

Singula qui referam.

Dicimus autem Latinè, Aliquid fieri singulis diebus, vel in singulis diebus, cum præpositione In: vel cum accusatiuo in singulos dies, pro eo quod est quotidie. Cic.*pro Murana*, Qui singulis diebus ediscendos fastos populo proposuit. Idem 2.*de natura deorum*, Sol binas in singulis annis reuersiones facit. Idem *ad Atticum*, Quotidie vel potiùs in singulos dies breuiores literas ad te mitto. In dies tamen, siue in dies singulos, licèt idem significent quod quotidie, vix vnquam tamen in oratione ponuntur sine comparatiuo aut verbo incrementi. Idem *in Catil.* Crescit in dies singulos hostium numerus. ¶ Capitur etiam substantiui more addito adiect. Cel. *lib.* 5.*cap. de Phygetlo*, Licet etiam miseræ æquis portionibus ammoniacum, galbanum, propolim, viscum, pondúsque adiicere myrrhæ dimidio minus, quàm in prioribus singulis. Sic optimi codices. ¶ Antiqui etiam singulum dicebant pro vnico & singulari. Plautus *in Cistell.* At at, singulum video vestigium. Sic singulo numero, pro singulari dixit Gellius *cap.* 8. *lib.* 19. De Cælo (inquit ille) & Tritico non inficias eo quin singulo semper numero dicenda sint. *Ibidem paulò inferiùs*; Nam cum Arena singulari numero dicta, &c. Item *cap.*13.*lib.*18. Nisi dixerat, numo singulo multabatur.

‖ Singulæ, sc. litteræ: quæ contractè *sigla*; sic *sigla*, seu *singula*, sc. elementa vt S.P. pro salutem plurimam. ‖

Sĭngŭlāris, e, Vnicus, peculiaris. {ἀδιάφορον. GALL. *Singulier, seul, vnique.* ITAL. *Singulare, vnico.* GERM. Einig/einzig/allein. HISP. *Cosa singular.* ANGL. *Singulare, one.*} Plin *lib.*18.*cap.*10. Democritus etiamnum affectus auget eius qui singularis natus sit. Verbis singularibus gratias agere, hoc est, quæ vnum tantùm, non etiam plures complectenentur. Cicer. *in Catil.* Primùm quòd mihi gratias egistis singularibus verbis, &c. ¶ Dicitur aliquando singulare quod est excellens, & tam in malum quàm in bonum sumitur. ἐξοχον. Cicer. *pro Silla*, Me singulari immanitate & crudelitate præditum. Plin. *Epist.* 45. Mox vehiculum ascendit, assumit vxorem singularis exempli, &c. Sueton. *in Aug.c.*72. Erat illi locus in edito singularis. (sup. in ædibus.) Pro eodem antiqui dicebant *singularius*, quod Nonius annotauit citans locum Turpilij in Demetrio, Homini natura vnica est & singularia. Plaut. *in Capt. sc.*2.*a.*1. His indito catenas singularias, hoc est, singulis catenam vnam. Sic singulariæ literæ. Gell. *cap.*9 *lib.* 17. Et Quintilian. Quæ natura singularia sunt secare.

Sĭngŭlārĭtĕr, Vnicè excellenter, magnopere, mirum in modum. {διαφερόντως, ἐξόχως. GALL. *Singulierement.* ITAL. *Singolarmente.* GERM. Sonderlich/einzig für andere. HISP. *Singularmente.* ANG. *Singularly, passingly.*} Cicer. 4.*Verr.* Quem ego singulariter in prætura mea dilexissem.

Sĭngŭlātim, aliud aduerb. Minutatim, seorsim, separatim, per singulos. {καθ' ἕκαστον. GALL. *Chacun à part soy, l'vn apres l'autre, singulierement.* ITAL. *Singolarmente, à vno, per vno.* GERM. In sonderheit/besonder. HISP. *Singularmente, vno à vno, apartadamente.* ANGL. *Particularly, seuerally, euery one a part.*} Cicer. 1. *Verr.* Si tantulum offensum, titubatùmque sit, vt ea quæ singulatim ac diu collecta sint, vno tempore vniuersa perdamus. Idem 1. *de inuent.* Singulatim de vnoquoque genere in secundo libro dicemus. Pro eodem etiam dicimus sigillatim. Cæsar *lib* 5.*bell.Gall.* Centuriones sigillatim Tribunósque militum appellat: quorum egregiam fuisse virtutem testimonio Ciceronis cognoscitur.

‖ Singu[...]tor, ἱππασιεκίλης. Gl. Phil. nempe vt est in alio Gloss. quod citat [...]sius, μονοκέλλαριος, qui vno equo seruit. Germ. Einspänniger; vt miles gregarius, Meurs. in L.g.b. In imperio Orientali erant agmina fossati certis locis per regiones distributa in monocaballos, dicaballos, tricaballos & megalogitas.

Singulator, is, qui Manilio *lib.*5. solo vectatus equo. Ei opponitur desultor ζεύξιππος, μεταβάτης, combinator. Huic iuncti erant equi, à quorum alterutro in alterum corpus transmittebat. ‖

Sĭngĭllātim, Singulatim, hoc est, vnumquodque per se. καθ' ἕκαστον. Cic. 4. *Phil.* Ciuitas non singillatim, sed prouinciis totis dabatur. Lucilius, Singillatim vnusquisque nostrûm mouetur. Sueton. *in Augusto*, Atque etiam singillatim è certo genere hominum libentes, ac pro facultate quisque pecunias contulerunt. Dicitur & sine n Sigillatim. Cæsar. 5. *bell. Gall.* Centuriones sigillatim Tribunósque militum appellat, quorum egregiam fuisse virtutem testimonio Ciceronis cognouerat.

SĬNGVLTVS, us, ui. {אנקה *anakáh*. λύγξ. GAL. *Hoquet, ou hochet.* Item *Sanglot, que l'on iette en pleurant.* ITAL. *Singulto, singhiozzo.* GER. Das Kluxen/aufstoßung. HISP. *Solloço ò obra de dipar.* ANG. *Yexing, hichet or sobbing*} Species est conuulsionis, quæ fit vel nimia spirituum suppressione, vel propter inanitionem, vel repressionem immoderatam, vel ob erosionem ab acrioribus in ventriculo humoribus: quas cum expultrix per se expellere non possit, motricem in auxilium accersit, spiritúmque aut humores noxios vi quadam cum sonitu expellit: atque ita cietur conuulsionis quoddam genus in ventriculo quod singultum appellamus. Cicer. *pro planc.* Non modò lacrymulam, sed multas lacrymas & singultum cum fletu videre potuisti. Neque solius hominis est singultus, verumetiam brutorum animantium, vt equorum. Virg. 3.*Georg.*

——imaque longo
Ilia singultu tendunt.

Idem 6.*Æneid.*

——& longis singultibus illa pulsat.

Ouid. 3.*Amor. Eleg.*7.

Oraque singultu concutiente sonant.

Idem *Eleg.*3.*lib.*1.*Trist.*

Singultus medios impediente sonos.

Item gallinarum. Col. *lib.*8.*cap.*5. Assiduus autem debet esse custos, & speculari patientes: quod se facere gallinæ testantur crebris singultibus interiecta voce acuta.

Singultio, hoc est, singultus emitto. {אנק *anák*. λύζω. GALL. *Hoqueter, auoir le hoquet.* Itē, *Sanglotter en pleurant.* ITAL. *Singultire.* GER. Kluxen. HISP. *Solloçar ò hipar.* ANGL. *To yexe, or haue the hichet.*} Plin. *lib.*23.*c.*21. Nec singultientibus, nec si cum febre dyspnœa sit, &c.

Sĭngŭlto, as, frequentatiuum, quod est frequenter singultio. {πολὺς λύζω. GALL. *Sangloter, hoqueter souuent.* ITAL. *Singultire spesso.* GER. Kluxen eins Kluxens. HISP. *Sollocar ò hipar muchas vezes.* ANG, *To yexe often.*} Virg. 9.*Æneid.*

Tum caput ipsi aufert domino truncúmque relinquit
Sanguine singultantem.

id est, cum Singultu animam efflantem. Quintilianus, Singultantium modo breuia quædam eiicere.

Sĭngultĭm, aduerbium, qui per glutos loquitur. GALL. *En hoquetant.* ITAL. *Facendo singolti.* GERM. Mit kluxen, oder abgebrochnen worten. HISP. *Sollocando ò hipando.* ANGL. *with yexing.*} Horat. *Serm. Satyr.*6. Vt veni coràm, singultim pauca locutus, id est, verbis interruptis. Budæus.

Singultas, atis, pro singultu. Ouid. *Eleg.*5.*lib.*3.*Trist.*

Et singultatis oscula missa sonis.

Ita Aldus *singultatis* legit. Quid si *singultantis* legendum.

SĬNĬSTRA, æ, Manus læua, à sino, is, vt placet Festo, eò quod aues, quæ ad læuam apparent, rem institutam nos agere sinant. {שמאל *semól*. σκαιὰ, ἀριστερά. GALL. *La main senestre ou gauche.* ITAL. *Mano sinistra, man manca, man zanca, man stranca, man mancina.* GERM. Die lincke hand. HISP. *Mano siniestra ò yzquierda.* ANGL. *The left hand.*} Virg. 10.*Æneid.*

——clypeum tum deinde sinistra
Extulit ardentem.

Idem 5.*Æneid.* Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. Ouid. 3.*de Ponto*,

Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra.

¶ Sinistra ponitur aliquando pro ea parte quæ sinestram manum versùs est. Cic. 1.*de diuinat.* Cur à dextra coruus, à sinistra coruix faciat ratum. ¶ Ponitur aliquando aduerbialiter pro à parte sinistra. Cicer. 4. *Acad.* Et quum in vno modo ornatus hic sit tam mirabilis, innumerabilis, suprà, infrà, dextrà, sinistrà, antè, pòst. ¶ Sinistra manus furtifica appellata à Plaut. *in Pers.* Vbi illa altera est furtifica læua? eam ob causam, quòd hac manu furta potissimum fiebant, dum dextra aliud simulabatur. Catul. *in Asinum*, inter cœnam Asini manu sinistra Non bellè vteris in ioco atque vino, Tollis lintea negligentiorum. Inde apud eundem sinistra liberalitas *in Epigramm. ad Cæsarem*, quæ ex furtis & concussionibus facta est.

Sĭnĭstĕr, ra, rum, quod ad sinistram est. {שמאלי *semáli*. λαιὸς, σκαιὸς, ἢ ἀριστερὸς, κατ' εὐφημισμόν. GAL. *Senestre, à gauche.* ITAL. *Chi è alla sinistra.* GERM. Linck/auff der lincken seiten. HISP. *El que puesto à la mano siniestra.* ANGL. *That is on the leaft hand.*} vt, Sinistra manus, Sinistrum cornu. Liu. 3 *ab Vrbe*, Nam quum aequasset aciem, duo extra ordinem millia, quæ in sinistrum cornu Romanorum in ipso certamine impressionem facerent, renuere. Virg. 10. *Æneid.*

——Pallásque sinistro
Affixus lateri.

Idem 7.*Æneid.*

——vestigia nuda sinistri
Instituêre pedis.

¶ Sinisterior, & sinisterius. Varr. 2. *de re rustic.cap.*5. Siquidem si mas est, in dexteriorem partem abit: si fœmina, in sinisteriorem. Cicero, Cornu sinisterius, quod erat infirmius. ¶ Sinistrum autem, quantum ad auguria pertinet, significat prosperum, teste Festo, propterea quòd nos agere aliquid sinat. Cicer. *de Leg.* Is aue sinistra dictus populi magister est. Aliam tamen eius rationem affert Varr. *lib.*5. *Epist. quæstionum* his verbis, A deorsum sede quum in Meridiem spectes, ad sinistram sunt partem mundi exorientes, ad dexteram occidentes: quò factum arbitror vt sinistra meliora auspicia, quàm dextera, esse existimentur. ¶ Aliquando accipitur pro aduerso, noxio, ominoso, quòd quæ sinistra manu fiunt, minus rectè fieri videantur. {GALL. *Malheureux, mal fortuné.* ITAL. *Infelice, noceuole, contrario.* GERM. Vnglücklich/schädlich HISP. *Cosa de mal aguero.* ANG. *Vn prosperous, vnhappie.*} Sueton. *in Tiber. cap.*23. Quoniam sinistra fortuna filios mihi eripuit. Virg. *lib.*1.*Georg.*

Arboribúsque, satísque Notus pecorique sinester.

Plin. *Epist.*9. Nemo me apud quenquam sinistris sermonibus carpit: neminem ipse reprehendo, nisi vnum me. Virg. 9.*Eclog.*

Antè sinistra caua monuisset ab ilice cornix.

¶ Sinistrum pro stupro, siue turpitudine. Ouid. *Eleg.*1.*lib.*2.*Trist.*

——Si qua est studiosa sinistris.

Sĭnĭstrē, aduerbium, Malè. {σκαιῶς, δυσχερῶς. GAL. *Du costé senestre, à la mal'heure, gauchement.* ITAL. *Da banda sinistra, infelicemente.* GERM. Vnglücklich/übel. HISP. *Hazia la mano yzquierda, desdichadamente.* ANGL. *Vnluckely.*} Tacit. *lib.*17. Cæterùm vtraque cædes sinistrè accepta. Exceptus sinistrè, Horat. *in Arte.*

Sĭnĭstrōrsum, aduerbium, Ad, siue versùs sinistram partem. {ἐπ' ἀριστερὰ, ἐπὶ τὰ σκαιά. GALL. *A gauche à la main gauche, du costé senestre.* ITAL. *Di banda sinistra* GERM. Auff die lincke hand oder lincke seiten. HISP. *Hazia de mano yzquierda.* ANG. *Towardes the leaft hand.*} Horat. 2. *Serm. Satyr.*3.

Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit.

Legitur & *sinistrorsus*: quod & Festus annotauit, citans locum Cæsaris 6. *bell. Gall.* Hinc se flectit sinistrorsus, diuersis à flumine regionibus.

Sĭnĭstĕrĭtās, atis, Peruersitas, improbitas. {עול *ável*. σκαιότης. GALL. *Gaucheté, sottise, lourdise.* ITAL. *Senestrezza, malignità.* GERM. Der linck oder läz sinn/geucherey/verkerung HISP. *Aquella disposicion del siniestre, maldad.* ANGL. *Lack of grace in doing a thing vnhand semenesse.*} Plin. *Epist.*182. Plerique autem dum verentur ne gratiæ potentium nimium impartire videantur, sinisteritatis, atque etiam malignitatis famam consequuntur.

Sĭnĭstĭmum, inquit Festus, antiqui dixerunt pro sinistro: vt, Sinistimum auspicium,

auſpicium,quum aues à ſiniſtra conſpiciuntur:id autem dextro felicius habebatur. Cuius rationem hanc reddit Feſtus, ex ſententia Varronis, quòd veteres deorum ſedem ad Septentrionem eſſe voluerint, atque inde eos in Meridiem ſpectare. Quo fit vt ortum ad dextram, Occaſum habeant ad ſiniſtram.

Sĭno,is,ſiui,ſitum, non impedio : omitto,deſino : ſinio:permitto,liberum facio. { הניח *hinniách.* ἐάω,ἀφίημι GALL. *Permettre, laiſſer faire.* ITAL. *Permettere, laſciare.* GERM. Laſſen oder zulaſſen/ geſtatten. HISP. *Dexar ò deſamparar.* ANGL. *To ſuffer,to permitte.*} Plaut. *Pſeud.ſc.2.a.3.* Sine ſis loqui me. *Ibid.ſc.2.a.1.* Sine modò (minantis) Idem *Aſin.ſc 2. a.5.* Sine veniat modò domum. *Ibidem ſc.3.a.1.* Pſeudole. Sine ſim nihili. P. Mitte me. Sino. Idem *Moſtell.ſc.4 a.2.* Sine cadere me. Sino. Idem *Curc.ſc.3 a.1.* Nunquam ſinam te hoc triduum domi eſſe. Idem *Amph. ſc.3.a.4* Sne me Blepharo. (id eſt,ne me tene.) Idem *Moſtell. ſc.1. a.1.* Sine modò , aduenit ſenex , id eſt , herus. Varro, Sine is ad pubertatis annos perueniat. Terentius *Andr.* Sine nunc meo me viuere interea. modo. *Ibidem*, Sine te hoc exorem.s.Sino. *Caſ.4.bell.Gall.* Vinum ad ſe importari omnino ſinunt.

Sĭtŭs. {מנח *munnách.*} & ſiturus, particip. Permiſſus,& permiſſurus. Cic. *pro Seſtio*, Accuſare eum moderate, à quo ipſe nefariè accuſatur,per Senatus autoritatem non eſt ſitus. Idem *ad Q frat.lib.2.* Cato concionatus eſt, comitia haberi non ſiturum. ¶ Huius compoſitum eſt Deſino: de quo ſuo loco.

Sĭnōn, onis,penult. genitiui product. Nomen eſt filij Siſyphi , nepotíſque Autolyci furis. Autolycus enim, teſte Seruio,duos habuit liberos, Siſyphum,vnde natus eſt Sinon:& Anticleam , vnde Vlyſſes. Hinc eſt quod Virgil.2. *Æneid.* Sinoni aſtuti & fallacis proditoris tribuit perſonam. Hic nanque cum Græcis Troiam profectus , poſt diuturnum bellum ab iiſdem ſubornatus, ſua ſponte ſe Troianis capiendum obtulit, & ad Priamum deductus, illi & omnibus ciuibus Græcos abiiſſe , ac equum illum ingentem in vrbem recipiendum eſſe fictionibus ſuis perſuaſit, ſed maximo eorum detrimento. Virg. *lib.2. Æneid.*

Talibus inſidiis periuríque arte Sinonis
Credita res, &c.

Sinonis huius inuentum eſſe ſignificationem ſpecularem , autor eſt Plinius *lib.8.cap.56.*

Sinonia , inſula Corſicæ vltra Tyberina oſtia in Antiano , vt tradit Plin. *lib.3. cap.6.*

Sĭnōpē, Aſopi filia dicitur, quam Apollo raptam in pontum traduxit , & ex ea genuit Syrum , inde Syri poſtea appellati ſunt,tametſi alij Martis & Æginæ, alij Parnaſſes & Martis : quidam autem non ab Apolline vitiatam , ſed ab eo & Ioue perpetuam virginitatem ſortitam , cùm illi ſpe concubitus, quicquid poſtulaſſet, iſ daturos promiſiſſent.

Sĭnōpē, σινώπη, vrbs Ponti, quæ olim frequenti gymnaſio , & rubricæ genere,quam Sinopicam vocant,clariſſima fuit. Sinopem, (inquit Strab. *lib.12.*) vrbium quæ in Ponto ſunt,clariſſimam Mileſij condidêre:quæ claſſe comparata, mari, quod intra Cyaneas eſt,imperauit. Extrà verò multorum certaminum particeps fuit cum Græcis:& quum libera fuiſſet,tandem amiſſa libertate,Pharnaci obtéperauit (fuit enim obſidione capta) poſteáque ſucceſſoribus eius vſque ad Eupatorē, & Romanos, qui illum ſuſtulerunt. Eupator ibi natus & educatus, eximiè illam coluit,& regni metropolim fecit. Munita eſt naturali prouidentia. Nam in colle peninſulæ cuiuſdam ſita,ex vtraque Iſthmi parte portus & ſtationes habet,&c. Hinc Diogenes Cynicus,& Timotheus, Pattion,& Diphilus comicus orti ſunt. Cicero in oratione pro Pompeio haud obſcurè indicat in Sinope & Amiſo Mithridatis olim domicilia fuiſſe, omnifariis rebus ornatiſſima. refertiſſimáque.

Sĭnōpĕus,gentile,per tres ſyllabas. σινωπεὺς. Ouid. 1. *de Ponto*,

Non doluit patria Cynicus procul eſſe Sinopeus.

Sĭnōpĭs , idis. {ששר *ſchaſchár.* σινωπίς.} Rubricæ genus præſtantiſſimum , quod circa Sinopen Ponti vrbem effodiebatur : vnde & nomen habet. Plin. *lib.53.cap.6.* Naſcuntur ſinopis, rubrica, paræronjum,melinum, eretria , auripigmentum, cæteri finguntur. Et *paulò poſt*, Sinopis inuenta eſt primùm in Ponto : inde nomen à Sinopite vrbe. Species eius ſunt tres, rubens, minus rubens, & media. Hæc ille. Vitruu. *lib.7.* eam rubricam ſinopicam appellauit , Strabonem arbitror ſequutus, qui *lib. 12.* μίλτον σινωπικὴν eam nominat, & in Cappadocia eam naſci aſſerit:idcirco autem ſinopicam vocari , quòd à mercatoribus Sinopem ſoleret ad mercatum deferri, priuſquam Epheſiorum emporium tam celebre eſſet.

Sinties , & Saphæi, dicebantur Thraces, qui Lemnum olim incoluerunt. Stephan.

Sĭnŭeſſă, σινόεσσα, vulgò *Seſſa*. Oppidum (vt inquit Plin. *lib 3.cap.5.*) noui Latij extremum, non procul à Liri fluuio,quod quidam olim Sinopen appellatum voluerunt. In eius agro gignitur vinum copioſum, quod à ſaxoſis collibus in quibus naſcitur, Sinueſſanum petrinum vocat Horatius. De hac Liuius *lib. 10.* In ſaltu Veſtino Falernum contingente agrum , Sinope dicitur Græca vrbs fuiſſe, Sinueſſa deinde à Romanis colonis appellata. Strab. *lib. 5.* Sinueſſa in Setano ſita eſt ſinu,à quo nomen vendicat. Ei proximæ calidæ ſunt balneæ ad ægritudines quaſdam accommodatiſſimæ.

Sinum, vas lactis. Varro.

Sĭnŭo,as, Sinuoſus, vide Sinus.

Sĭnŭs , Curuitas illa quæ eſt intra pectoris,brachiorúmque complexum. { חיק *chek.* κόλπος. GALL. *Sein, replis.* ITAL.& HISP. *Seno.* GERM. Der buſen. ANG. *The boſome.*} Terent. *in Adelph.* Hic non amandus ? hiccine non geſtandus in ſinu eſt? Ouid. *Ep.3.*

Te tenet in tepido mollis amica ſinu.

Idem *Eleg.8.lib.4.*

Inque ſinu dominæ conſenuiſſe debebam.

Idem *Eleg.1.lib.4.Triſt.*

Inque ſinum mœſtæ labitur imber aquæ.

Suet. *in Auguſt.* prætentare ſinum (metu occulti ferri ſup.) Seneca *in Troade*, Blando ſinu fouens nepotem. Fouere dextram ſinu , Ouid. 1. *Amor. Eleg.4.* Hinc ſinus veſtium appellati ſunt, laxitates inter plicas intermediæ. Virg. 1. *Æneid.*

Nuda genu,nodóque,ſinus collecta fluentes.

¶ In ſinu gaudere , prouerbialiter dicitur pro, Tacitam apud ſe voluptatem ſentire,nullis foras prolatis gaudij notis. Tibullus,

Qui ſapit in tacito gaudeat ille ſinu.

Cicer. *in Epiſt. ad Qu. Frat.* Mihi crede in ſinu eſt , neque ego diſcingor. His verbis promittit fidem ſilentij. Nam ſiquis diſcingatur , effluit quod ſinui creditum eſt. ¶ Sinus pro ſecuritate. Plinius *in Paneg.* Geſtus Conſulatus non in hoc vrbis otio & intimo pacis ſinu , ſed iuxta barbaras gentes. ¶ Pro tutela, atque præſidio ; Plinius *in Paneg.* Confugit in ſinum tuum concuſſa Reſpub. GALL. *Se vient ietter entre tes bras,ſe met en ta ſauuegarde & protection & defenſe.* Eodem ſenſu dixit Cicero *initio 5.Tuſcul* ſe grauiſſimis caſibus magnáque rempeſtate iactatum in ſinum Philoſophiæ confugere. ¶ Per tranſlationem quoque ſinus vocantur littora curua , duobus quaſi brachiis longius in mare procurrentibus incluſa, Græci κόλπους appellant. { GAL. *Gouffre ou golfe de mer.* ITAL. *Golfo.* GER. Ein Meerſchoſs. HISP. *Golfo de la mar entre dos cabos.* ANG. *The boſome of the ſea.*} Hinc Plinius totam Europam,qua Mediterraneo mari alluitur , in quatuor præcipuos diuidit ſinus, quorum primus Calpæ Hiſpaniæ , & Lacinio extremo Italiæ promontorio includitur:ſecundus à Lacinio initium ſumens, Acrocerauniis montibus terminatur : tertius ab Acrocerauniis ad Helleſponti anguſtias extenditur:quicquid reliquum eſt Europæ vſque ad Tanaim fluuium quarto ſinu includitur. Senec. *Epiſt. 54.* Sinus præcidere in nauigando. ¶ In oculis item ſinus dicuntur concauitates illæ quibus lacrymæ erumpentes , primùm excipiuntur. Sic enim interpretatur Seruius in illud Virg. 4. *Æneid*

Sic effata ſinum lacrymis impleuit obortis,

Pollux vocat κόλπους. ¶ Accipitur item ſinus pro gremio , ſiue ea parte veſtis,qua verenda teguntur. Iuuenal. *Satyr.9.*

Fata regunt homines:fatum eſt in partibus illis,
Quæ ſinus abſcondit:nam ſi tibi ſidera ceſſant,
Nil faciet longi menſura incognita nerui.

¶ Sinus vlceris pro concauitate. Celſus *cap.2.lib.7.* Dandáque opera, vt imus ſinus exitum habeat , ne qui humor intus ſubſidat , &c. Apud eundem Sinus tumori opponitur , vbi de luxatis membris ſic ſcribit: Siquidem ſemper eâ parte tumor eſt, in qua os prorumpit : eâ ſinus, à qua receſſit. ¶ Nonnunquam etiam pro caſſibus venatoriis. Martial. *lib. 13.*

Pulcher adeſt onager,mitti venatio debet
Dentis Erithræi,iam remouere ſinus.

¶ Aliquando pro velo,quod ventis flantibus curuatur,& ſinuoſum redditur. Virg. *5. Æneid.*

Colligere arma iubet,validíſque incumbere remis,
Obliquátque ſinus in ventum,&c.

Iuuen. *Satyr.1.* Totos pande ſinus. Quintilian. Validior ſpiritus noſtros ſinus (velorum) tendat. ¶ Sinum ex toga facere, eſt extremas togæ oras ita contrahere , vt in medio ſinus, hoc eſt,capacitas quædam relinquatur. Liu. 1. *bell. Pun*, Tum Romanus ſinu ex toga facto : Hîc(inquit) vobis bellum atque pacem portamus:vtrum placet,ſumite. ¶ Sinum effundere. Idem *lib. 1.bell. Pun.* Cùm is ſinu effuſo bellum dare dixiſſet. (id eſt , excuſſa toga,quam in ſinum collegerat. Bud.) ¶ Sinum deducere. Suet. *in Caſ.cap. 82.* Quo honeſtius caderet ſinum ad ima crura deduxit. Item Quintilian. Sinum (togæ) reducere vſque ad lumbos. Idem , Sinus togæ nulli veteribus deinde perquam breues. E ſinu alicuius eſſe dicimus , quod ex intima familiaritate eius eſſe volumus intelligi. Cic. *3.Verr.* Verres ſimulac tetigit prouinciam, ſtatim Meſſanam literas dedit : Dionem euocauit , calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit qui, &c. ¶ In ſinu ſuo habere, pro eo quod eſt habere in poteſtate ſua. Caius Ireconſultus, Titio centum do,lego,quæ mihi pertulit, quæ ideo ei non caui , quòd omnem fortunam & ſubſtantiam , ſi q[illegible] matre ſuſceperat, in ſinu meo habui ſine vlla cautione. Senec. Non [illegible] bat quidem Reſp. ſed in boni principis ſinum ceciderat. ¶ Sinus ſolutus pro liberalitate ponitur : quo modo accipitur à Seneca , Non recipit ſordidum virtus amatorem : ſoluto ad eam ſinu veniendum eſt , id eſt, plena liberalitate,& copia effuſa, vt interpretatur Bud. & vt Henric. Steph. id eſt, arca aperta & penu recluſa. ¶ Sinus, nus, prior, product. Genus vaſis ſinuoſi, interprete Nonio, quemadmodum & galeola. Plautus *in Curcul.ſc.1.a.1.* Hic cum vino ſinus fertur. Varr. *de Vita populi Romani*, vt idem Nonius citat, Vbi erat vinum poſitum in menſa, aut galeola, aut ſinu. Virg. *Eclog.7.*

Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis
Expectare ſat eſt,&c.

Varr. in hac ſignificatione in neutro genere ponit *lib.4.de ling. Lat.* Sinum , inquit, a Sinu : quòd ſinum maiorem cauationem habeat quàm poculum. δῖνος Græci dicunt , vnde & origo vnius mutatione literæ.

‖ Sinus Dei, arcanum,& tutela,& benedictio eius.

Sinus Abrahæ *Luc.16.22.* eſt locus quietis piorum.‖

Sĭnŭs magnus, κόλπος μέγας, Indici Oceani ſinus eſt, iugo ſeu promontorio magno , & Sæui fluminis oſtiis interſeptus : vt deſcribitur à Ptolemæo Tab. Aſiæ vndecima. Hiſpani, qui eam orbis partem luſtrauerunt, vocant *Mare de ſur*, tradúntque breuiori itinere eò perueniri ſi Occidentem versùs nauigetur.

Sĭnŭo,as, Curuo, in ſinus flecto. { κυρτόω. GALL. *Entortiller, ou tortiller en pluſieurs plis, courber.* ITAL. *Ingobbire, intorcere.* GERM. Krümmen oder biegen in renck oder fält. HISP. *Enroſcar, entorcer.* ANGL. *To turne and wind in forme of a ſerpent.*} Virg. *lib.2. Æneid.*

——— Sinuátque immenſa volumine terga,

id eſt, in ſinus flectit. Ouid. *lib.2. Metam.*

——— tremulæ ſinuantur flamine veſtes.

id eſt, rugantur, vel in ſinus colliguntur. ¶ Sinuare, pro ſinuoſum & cauum facere. Celſ. *lib. 7.* de ſuppuratis loquens incidendis : Dandáque opera vt imus ſinus exitum habeat, ne quis humor intus ſubſidat qui & proxima , & adhuc ſana corrodet. Idem *Caſ.* Sinuari dixit, pro ſinuosè formari. Hinc componitur Inſinuare : de quo ſatis multa dicta ſunt ſuo loco.

Sĭnŭōſŭs, a,um , quod habet multos ſinus, flexuoſus. { κολπώδης. GALL. *Qui a pluſieurs plis , qui a pluſieurs detours.* ITAL. *Tortuoſo, gombitoſo, golfoſo.*

golfoso. GERM. Das viel krumb oder fält hat/vol winckeln. HISP. Tuerto torcido, lleno de golfos. ANGL. That hath many turninges or windinges.} vt Mare sinuosum, Vela sinuosa, quæ vento inflata in sinus turgescunt. Claud. lib. 1. de rapt. Proserp.

———sinuosa draconum
Membra tegens, volucri per auia nubila, &c.

Plin. lib. 11. cap. 37. Cor prima domicilia intra se animo & sanguini præbet, sinuoso specu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. Virg. 11. Æneid.

Saucius at serpens sinuosa volumina versat.

Ouid. 5. Metamorph.

———tamen sinuosa veste pependit.

Sinuōsè, adueb. σκολιῶς. Vnde sinuosius, obliquius ac magis inuolutè, tectius. Gell. lib. 12. c. 6. Sed vt tibi à me mos geratur, dicam ego indoctiùs (vt aiunt) & apertius quæ fuisse dicturum puto sinuosius, atque solertius, si quis nunc adesset Stoicorum.

Sio, meio, Gl. Philox.

Sion, & sium, σίον herba est in locis aquosis nascens, frutice pingui, tecto, foliis satis, olusatro similibus, sed minoribus, & odoratis. Alio nomine Lauer dicitur, & vulgò Berula. Plin. lib. 22. c. 22. His adnumerant Sion, latius apio, in aqua nascens, pinguius, nigriúsque, copiosum semine, sapore nasturtij. Ruellius lib. 1. c. 20. Sion sibi nomen asciuit à concussu, quod Græci σείειν dicunt. nam excutiendi vim nactum est, vtpote quod renibus calculos emoliatur, vrinam & menses exigat. Lauer, vt mea fert opinio, nomen à lauatu contraxit, quòd personantibus aquis enatum semper elui gaudeat.

‖ Sion mons vrbis Hierosolymæ, proximus ei ad meridiem, vbi Dauid arcem regiam habuit, circa quam cùm multa ædificia essent, ciuitas Dauidis appellabatur. ¶ Est ea montis pars, in qua arx Dauidis erat. ¶ Arx ipsa dauidis. ¶ Ecclesia ibi circa arcam, publici cultûs causâ, congregari solita. ¶ Sion in terris Ecclesia militans. ¶ Synecdochicè, & metaphoricè, Ecclesia N. T. ¶ Sion cœlestis, seu Ecclesia triumphans. ‖

Sīpărium, ij, veli genus, quo vtebantur mimi, scenicíque artifices ad scenam velandam. { מסך masâch. σιφάριον. GALL. Vn rideau dequoy se seruoyent lesioueurs. ITAL. Velo da ornare il teatro, tapezziare. GERM. Ein vmbhang oder verhenckdecke der heuslinen in schawspylen. HISP. Velo para ornar el teatro. ANGL. A courtaine vsed in stages.} Cicer. de prouinciis Consul. Itaque ille alter (vt ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtiliùs eruditus) quibuscum iam in orchestra helluatur, antea post siparium solebat. Senec. cap. 11. de tranquill. Cothurno, non tantùm sipariis fortiora.

Sĭphnŏs, σίφνος, Insula est maris Ægei, non procul à Scyro. XXVIII. M. passuum ambitu: antè Meropia & Acis appellata, vt tradit Plin. lib. 4. cap. 12. Hæc insula locupletissima erat, teste Herod. lib. 3. vt in qua auraria & argentaria metalla essent, vnde tantum pecuniæ fiebat, vt ex decima eius parte reponeretur apud Delphos thesaurus locupletissimo cuique par, Siphniis pecuniam, quæ quotannis conficiebatur, distribuentibus. ¶ Gentile est.

Siphnius, σίφνιος Stephano.

Sĭphōnēs, { צנורים tsinnorim. σίφωνες. GALL. Siringues ou tuyaux. ITAL. Canoni, condutti de aqua. GERM. Ein rör durch welche man mit dem blast wasser fürhin treibt. HISP. Los aguatochos ò atenores de agua. ANGL. Pipes to conueigh water, à conduite pipe.} Canales, tubi, siue fistulæ in fontibus, quibus aqua vel alius liquor emittitur: à sono dicti, quem edit aqua per eos rumpens. Iuuen Satyr. 6.

Effigiémque deæ longis siphonibus implent.

Plin. lib. 2. de aqua in summa iuga erumpente, Quo spiritu acta, & pondere terræ expressa siphonum modo emittat.

Sĭphuncŭlus, i, diminutiuum est à siphone, Exigua fistula ex ære, vel marmore, aliáve materia, ex qua aqua exilit è fonte. {ὁ μικρὸς, ἢ βραχὺς σίφων, ἢ σιφώνιον. GAL. Petite siringue ou petit tuyau. ITAL. Picciol canone è condutto de aqua. GERM. Ein wasserrörlin, brunnrörlin. HISP. Pequeño aguatocho, ò atenor de agua. ANG. A cocke in a condutte, or a litle cundite pipe.} Plin. ad Appollinarem, In hoc fonte crater, circà siphunculi plures miscent iucundissimum murmur.

‖ Siphra, defectus, priuatio, nulla, οὐδὲν, nihil significans. ‖

Sipo, nis, id est, siphon, σίφων, instrumentum ad aquam eiaculandam compescendi incendij gratia, vulgò Syringue. Hesichio σίφων ὄργανόν τι εἰς ἀφέσιν ὑδάτων ἐν τοῖς ἐμπρησμοῖς. Heromechanicus rationem docet in libro πνευματικῶν. Plin. in epist. Et alioqui nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. Hoc instrumentum Latinè etiam dicebatur locusta, vel lucusta: nam in perantiqui Critici lexicó etiam exponitur σίφων ἐμπρησμοῦ.

Sīpo, as, are, antiquis in vsu erat pro spargere. { פזר pizzér זרק zarák זרה zaráh. πτύειν, σκεδάζειν, πάσσειν. ANG. To sprinkle or statler a broade.} A quo manserunt composita Dissipo, insipo, & obsipo: quorum significationem explicuimus suis locis.

Sīpontvm, i, siue sipvs, ūntis, σιπ\οῦς, vulgò Manfreduria. Vrbs Apuliæ iuxta Garganum montem à Diomede ædificata, quæ primùm ob multitudinem sepiarum, quæ ibi capiuntur, Sepiûntis, fuit appellata teste Strab. lib. 6. Lucan. lib. 4.—& subdita Sipus montibus. Hinc

Sipontinus, à Siponto, vt Sepiuntius, à Sepiunte, σιπουντῖνος.

Sĭpylŭs, σίπυλος. Stephano. Vrbs est Phrygiæ, quæ regnante Tantalo terræ motu concidit. Vide Strab. lib. 1. & 12. Ouid. 6. Metamorphos. Tunc quum Mæoniam virgo Sipylúmque colebat. Hinc Adiectiuum.

Sipyleius: vt, Genitrix Sipyleia, Niobe, Stat. 5. Sylu.

Sĭquāndo, aduerbium temporis, Si aliquando, vel si aliquo tempore: primam productam, & acutam habet. {εἴποτε. GALL. Si quelquefou. ITAL. Se qualche volta, se pur vna volta. GER. Wan etwan. HISP. Si alguna vez. ANG. If at any tyme} Cic. ad Amicit. Non erunt ergo homines diuitiis affluentes audiendi, siquando de amicitia, quam nec vsu nec ratione habent cognitam, disputabunt.

Sĭquĭdem, componitur ex si, & quidem: quamuis Si, per se producatur, ibíque correpta sit: nec significationem partium habeat ex quibus componitur. Significat enim nam, seu quoniam. { כי chi. εἴγε. GALL. S'il est ainsi, car. ITAL. Se pur, poi che, certamente. GERM. Dann je/dieweil. HISP. Ciertamente. ANGL. For, if it be so.} Cicer. Dolab. Gratulo Baiis nostris, siquidem, vt scribis, salubres, repentè factæ sunt. vel pro si modò: vt apud Plaut. Pseud. sc. 4. a. 2. Amicam amplexabere, siquidem hoc viuet caput. Idem ibidem sc. 7. a. 4. Si tu quidem es Ballio, pro Siquidem per Tmesin, (id est, si modò. Item Milit. sc. 5. a. 2. Si quidem ea est. ¶ Pro etiamsi. Idem Curc. sc. 3. a. 1. Siquidem mihi regnum detur, nunquam id potiùs prosequar. & Milit. sc. 2. a. 2. Siquidem centies hic via sit, tamen inficias eat ¶ Ponitur & pro Si certè, dubitatiua coniunctione. Asinias Cic. Nam & robur, & soboles militum interiit, siquidem quæ nuntiantur vera sunt. Colum. in Præfat. lib. 1. Accedit huc, quòd ille, quem nos perfectum esse volumus agricolam, siquidem artis consummatæ non sit, nec in vniuersa rerum natura sagacitatem Democriti, vel Pythagoræ non fuit consecutus: multùm tamen profecerit: si vsu Tremellios, Sasernásque, & Stolones nostros æquauerit. Terent. Eunuch. Biduum saltem vt concedas solùm. PH. Siquidem biduum, & non fiant isti viginti dies. Verùm in hac significatione duæ diuisæ dictiones esse videntur: vnde Si producendum est, quum in composita dictione corripiatur. Profertur tamen testimonium ex Ouidio, in quo Si, corripi volunt, etiam extra compositionem: id autem est huiusmodi,

Quæ mihi ventura est siquidem est ventura senectus,
Quum desit numeris ipsa iuuenta situs?

Sic enim legit Laurentius Valla: quum tamen emendatiores codices genuinam lectionem hanc esse ostendant,

Si qua est ventura senectus.

¶ Pro quamuis. Plaut. Pseud sc. 2. a. 2. Siquidem herclè etiam Iouis thesauros promptas.

Sīquĭs, siqua, siquod, vel siquid, compositum à quis: Quod si aliquis. {εἴτις. GALL. Si aucun, si quelqu'vn. ITAL. Se alcuno. GERM. So einer oder jemandt wann jenen etwas. HISP. Si alguno, si alguna. ANG. If any one, or if any.} Plin Epist. 6. lib. 3. Nec vitia, siqua sunt, celant. Siquis alius, εἴτις ἄλλος, clausula est in primis elegans, qua vtimur quum significare volumus quempiam in re aliqua vehementer excellere, vt Varro totius antiquitatis, siquis alius, peritissimus: id est, Aut Varro peritissimus est antiquitatis, aut nemo. Sueton. in Claudio, Siquem alium & se liberum esse.

Siraci, corum, Populi sunt Scythici, Caucasi radicibus ad Septentrionem proximi: quorum meminit Strab. lib. 11.

Sirbon, onis, siue, Sirbonis, idis, σίρβων καὶ σιρβωνὶς Stephano, Palæstinæ lacus, non procul à Casio monte olim CL. M. pass. circuitu: Plinij verò ætate in exiguæ paludis angustiam contractus. Herodotus Serbonitidem vocat. Vide Plin. lib. 5. c. 13. & Strab lib. 16.

Sīræus, a, um, decoctus: vt Siræum vinum, ex musto cocto.

Sītemps, vox antiqua, & prorsus obsoleta: qua tamen Catonem vsum tradit Festus, pro eo quod omnimodam rei alicuius similitudinem refert, quasi similis res ipsa.

Sīrēn, sirēnis, {σειρὴν. GERM. Ein Merwunder oben auß ein jungfraw / vnden auß ein fisch.} Monstri marini genus poëtarum fabulis celebratum, superiori sui parte virginis formam referens, inferiore in piscis caudam desinens. Has Poëtæ tres fuisse fabulantur Acheloi fluminis & Calliopes Nymphæ filias, quarum nomina fuerunt, Parthenope, Lisia & Leucosia. Hæ quum littus Siculum incolerent, nautas præternauigantes suauitate cantus in naufragium pelliciebant. Vlysses autem quum illac sibi iter esset, sociorum aures cera obturauit, ne insidiosos Sirenum cantus possent exaudire, seipsum verò malo nauis iussit alligari: atque ita periculum tutus euasit. Sirenes itaque quum se contemni viderent, impatientia doloris se præcipitauerunt in mare. Ouid. lib. 5. Metamorph. tradit has fuisse comites Proserpinæ, eámque raptam diu quæsisse: quam quum non inuenissent, in marina monstra esse conuersas sursum versum virginea forma, postrema corporis parte pisces: voce, cithara & tibiis tam blandè canentes, vt cantus dulcedine nautas sopirent, sopitos demergerent, demersos etiam deuorarent. Seru. in illud. Virg. 5. Æneid.

Iamque adeò scopulos Sirenum aduecta subibat,
Difficiles quondam, multorúmque ossibus albos:

sic ait, Sirenes secundùm fabulam partim virgines fuerunt partim volucres, Acheloi fluminis & Calliopes Musæ filiæ. Harum vna, voce: altera tibiis: alia lyra canebat: & primò iuxta Pelorum, pòst in Capreis insulis habitauerunt, vbi nautas illectos suo cantu in naufragia deducebant. Secundùm veritatem meretrices fuerunt quæ quoniam transeuntes perducebant ad egestatem, fictæ sunt inferre eis naufragia. Has Vlysses contemnendo deduxit ad mortem. Ouidius,

Monstra mari Sirenes erant, quæ voce canora
Quaslibet admissas detinuêre rates.

Hæc Seruius. Dictæ autem sunt Sirenes, non ἀπὸ τοῦ σύρειν, hoc est, à trahendo (vt quidam voluerunt) quum Græci ει diphthongo scribant, sed παρὰ τὸ σείειν, quod inter cætera significat decipere. Aut ἀπὸ τοῦ σειρὰς quod catenam, vel vinculum significat: propterea quòd aduenas incautos amore sui veluti vinculo quodam iniecto, retinebant. Fuerunt qui & aues quasdam in India esse tradiderint, Sirenas appellatas, cantu homines mulcentes, vt deinde somno grauatos lacerarent. Vide Plin. lib. 10. cap. 49. ¶ Sunt & Sirenes in fucorum genere, quas in apibus nymphas appellamus: hoc est, fuci imperfecti, quum iam formam capere incipiunt. Idem lib. 11. cap. 16. de apibus loquens, Cætera turba quum formam capere cœpit nymphæ vocantur: vt fuci sirenes, atque cephenes. Si quis alterutris capita demat, priusquam pennas habeant, pro gratissimo sunt pabulo matribus. ¶ Siren, tunica tenuis & transparens.

Sīrēnĭus, a, um, adiectiu σειρήνιος: vt, Sirenij scopuli. Gell. lib. 16 cap. 8. Tu quoque in illis Dialecticæ gyris, atque meandris, tanquam apud Sirenios scopulos consenescas.

Sīrēnūssæ, σειρηνοῦσαι, Insulæ tres sunt Lucaniæ adiacentes, ex aduerso eius promontorij, à quo sinus Præstanus initium sumit.

Sires, σίρες, Traciæ populi, supra Byzantios, author Steph.

Sīriăsis,

Sirĭăsis, fœmin. gen. σειρίασις, Inflammatio est partium earum, quæ circa cerebrum aut membranas sunt, ἀπὸ τοῦ σειριᾶν, quod est capitis inflammatione laborare. Plin. *lib.* 10. *cap.* 10. Ossibus in canino fimo inuentis, adustis infantium, quæ vocatur siriasis, adalligatis emendatur. Idem *lib.* 22. *cap.* 21. Folia infantium vstulationibus, quod siriasim vocant, illita medentur.

Siris, σῖρις, fluuius Græciæ magnæ, cum oppido eiusdem nominis inter hunc fluuium & Acirin sito, è quo deducti à Tarentinis coloni Heracleam tenuerunt. Vide Strabonem *lib* 6. & Plinium *lib.* 3. *cap.* 11. ¶ Siris quoque ab Æthiopibus appellatur Nilus, donec infra Meroën alueos suos omnes in vnum collegerit. Idem Plin. *lib.* 5. *cap.* 9. Insulas ita innumeras spargit Nilus, quasdámque tam vastæ magnitudinis, quanquam rapida celeritate, vt tamen dierum quinque cursu non breuiore transuolet. Circa clarissimam earum Meroën, Astabores læuo alueo dictus, hoc est, ramus aquæ venientis è tenebris: dextro verò Astusopes, quod latentis significationem adiicit. Nec ante Nilus quàm se aquis concordibus rursus iunxit. Sic quoque etiamnum Siris, vt antè, nominatur per aliquot millia. Rufus ex Dionys. Hic quà se retis incidit flexibus agro, Æthiopum lingua Siris ruit: vtque Syenem Cærulus accedens diti loca flumine inundat, Nomine se claro Nilum trahit. ¶ Dictus autem putatur Siris à Sirio, sidere æstiuo, quoniam sub ortum Caniculæ, & introitum Solis in Leonem, quotannis augeatur. Vide Eusthat. *in Dionys.* & Hermolaum *in Plinium.*

Sirīūs, σείριος, Stella est in ore Canis, quæ à Latinis Canicula dicitur. {GERM. Der hundsstern.} Higinus tamen in tractatu de Signis celestibus, Sirium diuersum facit à Canicula, neque in ore Canis, sed in capite eius collocat. Hæc in cæli centro cum Sole coniuncta, æstum eius duplicat, mortaliúmque corpora nimio calore languida reddit. Dictus Sirius, vt quidam volunt, ἀπὸ τοῦ σειραίνειν, hoc est, à siccando, propterea quòd & fluuios, & fontes nimio calore exciccet: vt alij, ἀπὸ τοῦ σειρῶν, hoc est, ab euacuando, quòd corpora nostra sudoribus euacuet. Lucan. *lib.* 10.

———*rapidus quà Sirius ignes, Exerit.*

Stat. *lib.* 1. *Silu.*

———*Nec calido latrauit Sirius astro,*

Seruius enarrans illud Virg. 10. *Æneid.*

———*Non secus ac liquida si quando nocte cometæ*
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor;

sic inquit, Sirius stella in ore Canis: quæ, quantum in ipsa est, pestifera est: sed pro qualitate adiacentium aut vincitur, aut maioribus vtitur viribus. Hinc est quòd quum tempore certo oriatur, non semper est noxia. Ad hanc stellam Sol mense Iulio veniens duplicat æstus, & præ nimio calore languent mortalia corpora. Quin & solem ipsum quidam Sirium, & astra omnia Siria appellarunt, vt annotauit Suid. cuius verba sunt hæc, Σείριον τὸν κύνα, οἱ δὲ τὸν ἥλιον, Ἴβυκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα σείρια λέγει. hoc est Sirium Canem, quidam Solem: Ibicus autem omnia astra, Siria appellat. ¶ Est item Sirius, eodem Suida teste, amiculi genus prætenue, leuiter contextum.

‖ Sirium, σείριον, tenue vestimentum.‖

Sīrītæ, penult. product. σειρῖται, Magnæ Græciæ populi, Siridis vrbis incolæ, ne ipsis quidem Sybaritis luxu cedentes. Vide Cæl. Rhodig. *lib* 7. *cap.* 10.

Sīrītēs, σειρίτης, Nomadis cuiusdam nomen fuit in Libya, primus auleticæ inuentor qui & Matroa, hoc est, magnæ matris sacra primus tibia fertur cecinisse. vide Cæl. *lib.* 9. *c.* 7.

Sīrmīōn, σίρμιον, vrbs est Panoniæ inferioris, longiusculè à Danubio flumine dissita. Autor Ptol. *lib.* 2. *c.* 16. Vulgo *Simach.*

Sīrnīdes, σιρνίδες, insulæ aliquot ante Sammonium Cretæ promontorium iacentes. Autor Plin. *lib.* 4. *c.* 12.

‖ Sirpe, quod & silpe, silphium, syrpe. Vide illa.‖

Sīrpĕă vehes, quæ virgis, vt inquit Varr. sirpatur, id est, colligando implicatur, in qua stercus aliúdve quid vehitur. Hinc sirpicula diminutione factum vocabulum, quo vsus est Lucil. Tintinnabulum abest hinc sirpiculæque oletorum.

Sirpiculæ falces, apud Catonem *de re rust.* quibus sirpabantur & alligabantur dolia veterum, quæ fictilia erant, tum cùm erant fracta. Varro *lib.* 4 *de L. L.* Sirpiculæ falces, vocatæ à sirpando, i, ab alligando: sic sirpata dolia quassa, cùm alligata dicta. His vtuntur in vinea alligando fasces, incisos fustes, faculas, &c.

Sirpices, vide *Irpices.*

Sīrpo, as, are, est colligando implicare. Varr. περὶ μίξεως. Cupas vinarias sirpare noli. Ex Nonio.

Sirpus, idem quod scirpus: quia ad sirpandam habilis: vide *Scirpus.*

Sīrrhă, σίῤῥα, Thraciæ oppidum est, apud Theopompum, referente Steph. à quo gentile *Sirrhæus.*

Sīrrhūs, σιῤῥός, Suidæ, Cuniculus siue fossa subterranea, in qua frumentum quàm diutissimè incorruptum asseruatur. Vide infra in dictione *Sirus.*

Sīrūs, σιρός, siue Sirrhus, duplicato r, σιῤῥός. Suid. Spelunca subterranea, condendo seruandóque frumento accommodata. Varr. *lib.* 1. *de re rust. cap.* 37. Item huius generis granaria alia quidam habent sub terra, vti speluncas, quas vocant siros: vt in Cappadocia, ac Thracia, Russia & Moscouia. alij vt in Hispania citeriore, puteos, vt in agro Carthaginiensi & Oscensi. Horum solum paleis substernunt, & curant ne humor aut aër tangere possit, nisi quum promitur ad vsum. Vide in *Syrus.*

Sis, pro si vis dixêre veteres. Ad verba enim imperatiua, quia videbantur contumeliosa, addebat sis, pro, si vis: vt, Fac sis, Vide sis, Plaut. *in Amphitr.* Modò sis veni huc, inuenies infortunium. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Vide sis, ne in quæstione sis. *Ibidem*, Vide sis, signi quid siet. *Ibidem sc* 2. *a.* 3. Sine sis loqui me. Idem *Amphit. sc.* 4. *a.* 4. Tace sis, meum est quærere. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Caue sis malam rem. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Iube te sis operiri, Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Mane sis. *Ibidem sc.* 3. *a.* 5. Sta sis ilicò. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. fac sis delatum sit frumentum (iubentis.) Sic *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Exi è culina, sis foras, mastigia. & *Curc. sc.* 2. *a.* 4 fac sis bonæ frugis fies. Cic. *pro Sexto Roscio*, Age nunc, refer animum sis ad veritatem. ¶ Interdum sis, præcedit verbum imperandi, vt apud Plaut. *in Aul. sc.* 1. *a.* 1. Sis vide vt incedit! Et *Milit. sc.* 1. *a.* 2. Illic sis vide quemadmodum astitit.

Sisamus, (quod hîc pro Paphlagoniæ vrbe corruptè legebatur.) Vide *Sesamum.*

Sisapo, nis, σισαπών, oppidum Hispaniæ Bæticæ, miniariis metallis in primis celebre, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 1. Ab hoc vicina regio Sisaponensis dicitur. Idem *lib.* 33. *cap.* 7. Celeberrimum ex Sisaponensis regione Bæticæ minium.

Sĭsărōn, σίσαρον, herba est pastinacæ non dissimilis, quæ Latinè siser appellatur. Vide paulò pòst in dictione *Siser.*

Sĭscĭă, σισκία, Pannoniæ superioris vrbs, Romanorum colonia: de qua Ptol. *lib.* 1. *c.* 15. & Plin. *lib.* 3. *c.* 25.

Sisĕr, eris, σίσαρον Dioscoridi, herba est pastinacæ non dissimilis, quæ hodie vulgò *Serulla*, siue *Cheruilla* appellatur. Eius duo sunt genera satiuum & erraticum. Satiuum, caulem habet angulosum, folia oblonga, & in extremitatibus incisa, semen latum, & foliaceum, radices candidas, iucundi gustus, esúque gratissimas. Satiui rursus duo sunt genera, floris colore distincta. Nam quod ex iis maius est, flores habet luteos, minus candidos. Erraticum verò caule est bicubitali, foliis biximallæ, sed maioribus, flore luteo, & vmbella anethi, semine lato & rotundo, vt satiuum, radice tenui & longa. Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. Inter medica dicendum siser: quod ipsum Tiberius princeps nobilitauit, flagitans omnibus annis à Germania: Gelbduba appellatur castellum Rheno impositum, vbi generositas præcipua. Inest longitudine neruus, qui in decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta, quæ mulso in cibis temperata, etiam in gratiam vertitur.

Sisigambis, vxor fuit Darij, quæ nulli suæ ætatis fœminæ pulchritudine cessit. Quam tamen victo Dario Alexander non solùm non violauit, sed & summam adhibuit curam, ne quis captiuo corpori alluderet.

Sison, σίσων, Semen est exiguum: in Syria nascens apio simile, nigrum, feruens, & oblongum. Vide Diosc. *lib.* 3.

Sistento. Tacit. *ann. lib.* 14. Frumentum plebis vetustate corruptum in Tiberim iacit, quò securitatem annonæ sistentaret. Ibi Lipsius: Suspicor antiquis vsurpatum *sistentare*, pro ostentare. Sic & apud Plautum legit, Aduenisti huc sistentatum, cum exornatis ossibus.

‖ Sisteriensis E. *Sisteron*, in Gallia, sub A. Aquensi.

Sisternon, arca, quasi cisterna. Gl. g. b.‖

SISTO, is, stiti, supinum statū. State facio, coerceo, reprimo, retineo. {העמיד *hehemidh.* ἵστημι, σταθίζω. GALL. *Retenir & arrester, presenter, faire comparoir.* ITAL. *Fermare, reprimere.* GERM. Stellen/stillstellen. HISP. *Estancar.* ANG. *To mak to taryor stand still, to appeare as one doth sued in the law, to stoppe or hold bak.*} vt Siste gradum, Siste lacrymas. Plin. Sanguinis profluuium sistit herbæ pæoniæ semen rubrum. Aluum sistere, id est, reprimere. Plin. *lib.* 20. *cap.* 6. Capita bis aqua mutata cocta, aluum sistunt, &c. Fugam sistere, Liu. 10 *bell. Pun.* Ibi Syphax dum obequitat hostium turmis, si pudore, si periculo suo fugam sistere posset, equo, &c. Profluuium genitale, vel sanguinem sistere. Senec. *cap.* 1. *de tranquill.* Sistas fluctuationem meam. ¶ Quandoque ponitur pro sui copiam facere & se præsentem exhibere. ἐφιστάναι, παριστάναι. Cicer. *ad Attic.* Des operam, id quod mihi affirmasti, vt te ante Calendas Ianuarias, vbicunque erimus, sistas. Idem 3. *Offic.* Vas factus est alter eius sistendi, vt si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. Sic sistere vadimonium, est ad præstitutam diem iudicio se præsentem exhibere: cui opponitur vadimonium deserere. Cato apud Gell. *cap.* 14. *lib.* 2. Quòd si vadimonium capite obuoluto stitisses. & *cap.* 1. *lib.* 7. Scipio loquens de vadimonio, Perendie, inquit, sistant se illo in loco, &c. Item, Sistere aliquem iudicio. Vlpian. *l.* 1. §. 1. *D. de eo per quem, &c.* Qui impediit aliquem iudicio sisti, &c. Plaut. *in Curc. sc* 3. *a.* 1. Sisto ego tibi me. Et, mihi te sistas suadeo: Ecce me. (de Vadimonio.) Idem *Amph.* Eum hîc sistam. Cum datiuo. Idem *in Mil.* Ego iam illam huc tibi sistam in viam. Cicer. *ad Attic. lib.* 10. Tu quoniam quartana cares, & nouum morbum remouisti, te vegetum nobis Græcia siste. Gellius *cap.* 10. *lib.* 18. Sistas hunc sanum, (id est, reddas, exhibeas.) ¶ Sistere etiam pro subsistere & stare. ἱστάναι. Cicer. 5. *Verr.* Qui Rempublicam sistere negat posse, ni ad Equestrem ordinem iudicia referantur. ¶ Quandoque est confirmare, corroborare, & quasi nutantem fulcire. στηρίζειν, ἑδράζειν. Virg. 6. *Æneid.* Hic rem Romanam magno turbante tumultu Sistet eques. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Molliter siste nunc me: caue nunc cadam. Liuius, Vix ope Deorum omnium rex sisti potuisset. (i. ne rueret impediri atque defendi.) Hinc à sistenda rep. statum eius deducit. Sueton. *in August. cap.* 48. Priscianus præteritum huius verbi statui esse existimauit: quod certè à verbo statuo esse constat, quemadmodum & supinum statutum. Stiti autem verum verbi eius præteritum esse, in Noctibus suis Atticis docet Gell. *cap.* 14 *lib.* 2. cuius hæc sunt verba, In libro vetere M. Catonis, qui inscribitur Contra Tyberium exulem, scriptum siquidem sic erat, Quid si vadimonium capite obuoluto stitisses? Rectè ille stitisses scripsit, sed falsi, & audaces emendatores, exscriptos per libros *stetisses* fecerunt, tanquam stitisses vanum & nihili verbum esset. Quin potiùs ipsi nequam & nihili sunt, qui ignorant stitisses dictum à Catone, quoniam sisteretur vadimonium, non staretur. Duplex hîc lapsus Calepini. Primus quum scribit supinum verbi sisto esse *stitum*, non autem *statum*: alter verò quum Iouem non à sistendo, sed à stando, *statorem* cognominatum esse tradit. Quod ad primum attinet, disertè refellitur verbis Vlpiani, *in l.* 3. *si quis in ius vocatus*, ita loquentis: Si quis iudicio sisti promiserit, neque adiecerit pœnam, si statum non esset, &c. & iterum *in l.* 1. Si ex noxali caussa, Non videri, inquit, in eadem caussa statum, &c. Quibus in locis *statum* dicitur, non *stitum*, vt sine vllo exemplo persuadere voluit Calepinus. Cæterùm quòd *statoris* appellationem deductam asserit à stando, non à sistendo, refutatur à Liuio *lib.* 1. *ab Vrbe*, cuius verba vide in *stator*, sequenti dictione, vbi inter alia sic scribit: At pater Deûm deme terrorem Romanis: fugámque fœdam siste: Hic tibi templum Statori Ioui voueo, &c. ¶ *Sistere fanum*, vel templum. Sextus Pompeius, sistere fana cùm in vrbe condenda dicitur, significat loca in oppido futurorum fanorum constituere, quod Antistius Labeo ait *in Comment.* 15. *iuris Pontificij* fana

fana sistere, esse lectisternia certis locis & Diis habere. Tacitus *lib.4.* Cùm Diuus Augustus sibi atque vrbi Romæ templum apud Pergamum sisti non prohibuisset. ¶ Verbi huius composita sunt, absisto, assisto, consisto, circunsisto, desisto, existo, insisto, obsisto, persisto, & resisto: quorum significata vide suis locis.

Stător, is, verbale, Apparitor, viator, qui magistratui præstò est, vt illius iussu quemlibet accersat, & coram illo sistat: a iugi astandi munere dictus. { שוטר *schotér.* κλητήρ. Gall. *Messager, sergent, ou huissier* Ital. *Vfficiale, sbirro, Zaffo, mezzo, famiglio della corte.* Germ. Ein statt knecht/der stehn muß vnd warten wo man in hin schickt/ein weibel. Hisp. *El que esta en pie delante el principe para seruirlo.* Angl. *A bealde or sergeant, a summer which warneth men to appeare.* } Cicer. *lib. 2. Epist.* Vt ad testatores meos, & lictores cum litteris mitterem. Idem *lib.9.* Præstò mihi fuit stator eius cum literis, quibus ne venirem denuntiabat. ¶ Stator item Iouis cognomen fuit apud Romanos, (Græci στάσιον vertunt, nonnunquam etiam ἐπιστάσιον) dictum non à stando, (vt voluit Calepinus in Sisto, dictione antecedente, sed à sistendo. quòd Romanos à Sabinis in fugam versos stiterit, id est, confirmauerit, corroborauerit, resistere ac firmiter stare fecerit: vt ex Liuij verbis perspicuè intelligimus, hac de re sic scribentis *lib.1. ab Vrb.* Vt Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies, fusáque est ad veterem portam Palatij. Romulus & ipse turba fugientium actus, arma ad cælum tollens, Iuppiter tuis (inquit) auibus iussus hîc in Palatio prima vrbi fundamenta ieci: arcem iam scelere emptam Sabini habent: inde huc armati superata valle media tendunt. At tu pater deûm, hominúmque hinc saltem arce hostes, deme terrorem Romanis, fugámque fœdam siste: hîc ego tibi templum Statoris Ioui, quod monumentum sit posteris tua præsenti ope seruatam vrbem esse, voueo. Hæc precatus, veluti si sensisset auditas preces, Hinc, inquit, Romani Iupiter optimus maximus resistere, atque iterare pugnam iubet. Hæc ille. Sic quoque à sistenda Republ. (id est stabilienda, firmanda) statum eius deducit Suetonius *in August. cap.28.* non autem à stando, vt vulgus. Cicer. *antequam iret in exilium,* Iupiter Stator, quem verè huius vrbis statorem maiores nostri nominauêre: cuius templum à Romulo victis Sabinis in Palatij radice cum victoria est collocatum. De Ioue Statore vide Plutarch. *in Romul.*

Sĭstrum, i, σεῖστρον, Crepitaculum æneum, quo Ægyptij sacerdotes in Isidis sacris vti solent. ita dictum. ἀπὸ τοῦ σείειν, hoc est, à quatiendo, propterea quòd concussum, argutum, sonorúmque ederet tinnitum. Ouid. 2. *Amor.* Per tua sistra precor, per Anubidis ora verendi. Apuleius, Æreis & argenteis, & aureis sistris argutum tinnitum constrepentes. Martial. *lib.14.* Si quis plorator collo tibi vernula pendet, Hæc quatiat, tenera garrula sistra manu. Hoc instrumentum apud Ægyptios vicem tubæ exhibebat. Virg 8. *Æneid.*

——patrio vocat agmina sistro.

Ouid. 3. *Amor. Eleg 8.*

Quid nos sacra iuuant? quid nunc Ægyptia prosunt
Sistra? quid in vacuo secubuisse toro?

Sĭstrātŭs, a, um, sistrum tenens: quod est proprium epitheton sacerdotum Isidis. Martial. *lib.12.*

Linigeri fugiunt calui, sistrataque turba.

‖ Sisurna, vide *Sisyra.* ‖

Sĭsymbrĭum. { σισύμβριον. Gal. *Balsamite, mente Romaine, cresson.* Ital. *Balsamita, menta acquatica.* Germ Wilder quendel. Hisp. *Yerua buena de agua, axedrea.* Ang *wilde, tyme or creeping tyme.* } Herbæ genus est, teste Dioscoride, quod alio nomine serpillum syluestre vocatur. Nascitur in solo inculto, menthæ hortensi simile, odoratius tamen & latiore folio. Officinæ *balsamitam* vocant. Solet autem hæc herba vnà cum myrto coronis adhiberi. Ouid. 4 *Fastor.*

Cúmque sua domina data grata sisymbria myrto.

¶ Est præterea aliud Sisymbrij genus, locis riguis gaudens, quod alij Cardaminam, alij sion, vulgus autem *Nasturtium aquaticum* vocat. Vtriusque meminit Diosc. *lib.2.c.120.*

Sĭsyphŭs, σίσυφος, Æoli filius fuit, mortalium omnium suæ ætatis astutissimus, qui quum Atticam latrociniis infestaret, à Theseo occisus est. Hinc Poëtæ fabulantur eo supplicij genere apud inferos plecti, vt saxum ingens in montis cuiusdam verticem cogatur prouoluere, quod quum ad summum penè extulerit, repentè deorsum relabitur. Ouid. *lib.13. Metam.*

Aut peris, aut vrges rediturum Sisyphe saxum.

Hoc etiam respexit Virg. *lib.6. Æneid.*

Saxum ingens voluunt alij radiisque rotarum
Districti pendent.

¶ Fuit & alius Sisyphus Corinthiorum rex, cui Merope Atlantis filia nupsit. Ouid 4 *Fast.*

Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit.

Sĭsyphĭŭs, adiect. Ouid. 13. *Metam.*

——quid sanguine cretus
Sisyphio furtisque & fraude simillimus illi
Inseris Æacidis aliena nomina gentis.

Sisyra pellis lanata propriè ouis, ad tegendum. item vestis hinc facta.

Sisyrinchium, σισυρίγχιον, Bulbi genus, cuius imæ radices hyeme crescunt, verno autem tempore, quum apparuerit viola, minuuntur ac contrahuntur, bulbo interim pinguescente. Autor Plin. *lib.19.c.6.*

Sitanium, σιτάνιον, frumenti genus, quod quoniam tertio à satu mense metitur, à Græcis τρίμηνον, à Latinis etiam trimestre dicitur, toti Alpino tractui, atque adeò frigidioribus omnibus regionibus notissimum certissimúmque agricolis famis leuamen, quoties aut niues altiores, aut aquæ affluentiores maturam sationem prohibuerunt. ¶ Hinc Sitanius panis ex sitanio frumento confectus. Plin. *lib.22.c.25.* de panis generibus loquens, Sitanius, hoc est, trimestris incusso in facie, aut desquamata cum melle aptissimè curat.

‖ Sitarcha, σιτάρχης, præfectus annonæ, σίτου ἄρχων. vnde ‖

Sĭtarchĭă, σιταρχία, Annonæ vel commeatus præfectura: Sitarchus annonæ vel commeatus præfectus. A Græco σῖτος siue σῖτον, quorum illud cibum, hoc frumentum significat: & ἀρχή, quod magistratum denotat, siue præfecturam.

‖ Sitaro portus, puls ex frumento. Gl. A. L.
Sitea, *Sittia,* V. E. Candiæ insulæ. ‖

Sitella, vide *Situla.*

Sithonia, σιθωνία, pars Thraciæ est, teste Stephano. Plin. quoque *lib. 4. cap. 11.* Sithonios collocat in ea parte Thraciæ, quæ ab Hæmo monte auersa, vergit in Pontum Euxinum. Herodot. verò *lib.7.* Sithoniam regionem in ora maritima Macedoniæ collocat ad sinum Thermæum, eiúsque vrbes facit Toronam, Sermylam, Mecibernam, & Olynthum. Poëtæ autem Sithoniam pro ipsa Thracia ferè accipiunt: vnde Sithonias niues frequenter legimus pro altissimis Thraciæ niuibus. Virg. 10. *Eclog.*

Sithoniásque niues hyemis subeamus aquosæ.

Sitia, σιτία, Hispaniæ Bæticæ oppidum, in conuentu Tarraconensi: cuius meminit Plin *lib.3.c.1.*

Sĭtĭcĭnēs, Dicti sunt, teste Gell. qui apud sitos canere soliti essent, hoc est, vita functos, & sepulchro ad tempus conditos Plura de hoc Gell. *lib.10. cap.2.* ex sententia Attei Capitonis, & Nonius *de Proserpina.*

Sĭtis, is, fœm. gen. est appetitus bibendi. { צמא *tsamái* צמאה *tsimeáh* צמאון *tsimmaón.* δίψα. Gal. *Soif, conuoitise, & enuie de boire.* Ital. *Sete.* Germ. Durst. Hisp. *La sed, apetito de beuer.* Ang. *Thrist, or appetit of drink.* } Cicer. *1. de finib.* Quum cibo & potione fames, sitísque depulsa esset. Idem *2. de finib.* Estne quæso, inquam sitienti in bibendo voluptas? Quis istud, inquit, posset negare? Eadémne, inquam quæ restincta siti? Imò alio genere: nam restincta sitis stabilitatem voluptatis habet, inquit, illa autem voluptas ipsius restinctionis in motu est. Virg. 5. *Eclog.*

Tale tuum carmen nobis diuine poëta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.

Plaut. *Mostell. sc.1.a 2.* Miserum est fodere puteum, vbi sitis fauces tenet. Ouid. 4. *Fast.*

——Sitis vsserat herbas.

Senec. *c 11. de tranquill.* fame & siti periit. Ouid. *Eleg 11. lib.3. Trist.*

Vtque sitim nostro possis explere cruore.

Idem *Eleg.8. lib.4.*

Nec siccam Getico fonte leuare sitim.

Plaut, *Most. sc.3.a.1.* Nisi anum illam interfecero siti, fame, atque algu. Idem *Curcul sc.2.a.1.* Sitim sedatum it. Et, Affert tibi potionem. Idem *ibid* Egon' salua sim, quæ tibi sicca sim? &c. ¶ Per translationem etiam sitis dicitur nimia rei alicuius auiditas. Cic. *in Parad.* Neque enim vnquam expletur, nec satiatur, cupiditatis sitis. Horat. 1. *Epist.18.*

Quem tenet argenti sitis importuna faméque.

Sĭtĭo, is, ire, Appeto bibere, siti laboro. { צמא *tsamá.* διψάω. Gall. *Auoir soif.* Ital. *Hauere sete.* Germ. Dürsten/durst haben. Hisp. *Hauer sed.* Ang. *To thrist.* } Cicer. *in Pison.* Ipse cum paucis ad portam sitiens perueni. Transfertur etiam ad plantas, quæ tunc sitire dicuntur, quum sicciores sunt, humorémque desiderant. Idem *in Orat.* Translatione fortasse crebrior, qua frequentissimè sermo omnis vtitur non modò vrbanorum, sed etiam rusticorum: siquidem est eorum, gemmare vites, sitire agros, lætas esse segetes, luxuriosa fruméta. Virg. 4. *Georg.*

Quum sitiunt herbæ & pecori iam gratior vmbra est.

Ouid. 4. *Fastor.*

——Quo sidere moto
Tota sitit tellus.

¶ Aliquando etiam sitire accipitur pro vehementer cupere, sicut sitis pro vehementi rei alicuius auiditate. Iustinus, Satiare sanguine quem semper sitisti. Cicer. *ad Qu. frat. lib.3.* Nec sitio honores, nec desidero gloriam. Idem *5. Philip.* Etenim aderat L. frater gladiator Asiaticus, qui Mirmyllo Mylasis depugnarat, sanguinem nostrum sitiebat. Et apud Suet. *in Tiber. c.59.* est versus huiusmodi:

Fastidit vinum, quia iam sitit iste cruorem.

¶ Passiuo sitior vsus est Ouid. *lib.1. Fastor.*

Quo plus sunt pota, plus sitiuntur aquæ.

Sĭtĭēns, tis participium, & aliquando nomen, & ponitur pro cupido, auido. צמא *tsomé.* διψάων, διψαλέος. Gall. *Qui a soif, sec.* Ital. *Chi ha sete.* Germ. Dürstend/durst habend. Hisp. *Que tiene sed.* Ang. *That thristeth or is drie.* } vt, Sitiens hortus. Ouid. 1. *de Ponto. Eleg.9.*

Nec dubitem longis purgare ligonibus arua,
Et dare iam sitiens quas bibat hortus aquas.

Virg. 4. *Georg.*

Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos
Ardebat cælo, & medium Sol igneus orbem
Hauserat, &c.

Idem 1. *Eclog.*

At nos hinc alij sitientes ibimus Afros.

Sitientia Africæ, id est, loca siticulosa Africæ. Plinius *lib.10. cap.73.* Orygen perpetuò sitientia Africæ generant. Et *lib.25.c.11.* Nascitur in sitientibus.

Sĭtĭēntĕr, aduerbium. Ardenter. { διψώντως, διψαλέως. Gall. *Ardemment, auec grande conuoitise.* Ital. *Ardentemente, con grande desiderio.* Ger. Durstiglich/begirlich als ob ein durstete Hisp. *Con mucho ardor y codicia.* Angl. *with great desire and thrist.* } Cic. 4. *Tuscul.* Nec sitienter quid appetens.

Sĭtĭcŭlōsŭs, a, um, Sitim afferens. { צמא *tsomé.* δίψιος. Gall. *Sans humeur, essardé, & alteré.* Ital. *Che fa sete.* Germ. Das durst bringt. Hisp. *Cosa que haze sed.* Angl. *Veri thristie, without humour drie.* } Plin. *lib. 23. cap. 6.* Melimela, & reliqua dulcia stomachum & ventrem soluunt, siticulosa, æstuosa, sed neruos non lædunt. ¶ Interdum significat siccus, aridus, & vehementer sitiens. { διψαλέος. Gal. *Qui a grande soif, essardé & alteré.* Ital. *Chi ha grande sete.* Ger. Vast dürr vnd dürstig. Hisp. *Cosa que tiene mucha sed.* } Loca siticulosa, Col. *lib. 13.c.6.* Sed si aspera, & siticulosa loca a laboribus obserenda sint, neque populus, neque vlmus tam idoneæ sunt, quàm orni Horat. 3. *Epod.*

Nec tantus vnquam siderum insedit vapor
Siticulosæ Apuliæ.

Sĭtĭbūndŭs, Vehementer sitiens: & per translationem idem quod siccus, &

& humoris omnis expers. {נטש ṫsomé.ἄψαυλ@.}

Sitocōmia, σιτοκομία, Dignitas eorum qui frumentum & annonam curabant. Qui verò magistratu hoc fungebantur σιτώνμη dicebantur: quasi ὁ σίτε κόμη, quasi præfecti seu curatores annonæ. Arcad. *l. munerum, de munerib & honorib* Personale munus est, cura emendi frumenti & olei: nam harum specierum curatores, quos σιτώνας Græci vocant, creari moris est.

Sitones, æ, σιτώνης, ν, curator frumento comparando præfectus: qui σῖτον ὠνεῖται. *Cod. lib.* 12. *tit.* 642.

Sitonia, σιτωνία, cura frumenti coëmendi.

‖ Sitostatius, in Foro Romano exponitur: qui certam stationem tenet ad frumentum vendendum, quod fit à σῖτ@ & ςάσις. Sed leg. *Zygostasij.*

Sittăcēne, σιττακηνὴ, Regio Asiæ, Medis ad Meridiem proxima, alio nomine Arbelitis dicta, Sittacene autem appellata à Sittace vrbe, regionis totius capite. Vide Plin. *lib* 6. *c.* 26. *&* 27.

Sittyba, membrana, qua teguntur libri.

Sĭtŭlă, æ, Vas est ad hauriendam aquam accommodum: à sitiendo dictum, quòd aquam sitiat. i. appetat is, qui eam in puteum demittit. {דלי *deli* כד *chadh*. κάλπη, κάλπις. Gall. *Seau ou seille à porter eau.* Ital. *Secchiella.* Germ. Ein geschirr mit dem man wasser schöpfft / ein kübel/schuffen Hisp. *Herrada para sacar agua.* Ang. *A paile or bucket to drawe or carie water in.* } Nonnunquam etiam vrna, è quo sortes ducuntur. Plaut. *Casin.* Et situlam huc tecum afferto cum aqua. & sortes. *Ibid.* Sortiar illa in situla. Idem *Amph.* Si situlam cœpero. Næ ego illi puteo animam omnem intertraxero. (i. aquam.) ¶ Situla, serpens, sitim morsu afferens. Vide *Dipsas.*

Sitellă, æ, diminut. est à Situla. {καλπίδιον. Gall. *Petit seau petite seille à porter eau.* Ital. *Sechiella picciola, secchia da portare acqua.* Germ. Ein klein geschirrlin wasser zuschöpffen/ein schupff. Hisp. *Pequeña herrada para sacar agua.* Angl. *A litle paile or bucket to carie water in.* } Quemadmodum Matella à matula. Accipitur frequenter pro situla siue vrna, è qua sortes duci consueuerunt. Liuius 5 *bell. Punic.* Tribuni populum summouerunt: sitellàque allata est vt sortirentur, vbi Latini suffragium ferrent. Plaut. *Cas.* Coniiciam sortes in sitellam, & sortiar Tibi & Chalino.

Situlus, idem quod situla.

Sĭtŭs, a, um, Positus. { מנח *munnách.* κείμεν@. Gall. *Situé. mis & posé.* Ital *Posto, messo.* Germ. Gelecht oder gesetzt. Hisp. *Puesto situado.* Ang. *Placed, situate.* } Liu. 10. *bell. Punic.* Ea sinum ab alto claudit, in quo sita est Carthago. Terent. *in Adelph* In te spes omnis Hegio nobis sita est. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Si qua in hoc spes sita est mihi. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 4. Probè in latebris situm est. (aurum.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Argentum apud Trapezitam situm est. Idem *Menach. sc.* 6. *a.* 5. Cui cor modestè situm. Idem *Mil sc.* 4. *a.* 2. Scio crucem futuram mihi sepulcrum: ibi enim maiores mihi sunt siti. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Mihi res omnis in incerto sita est. Cicer. 1. *definibus,* Est autem situm in nobis, vt & aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, & secunda iucundè ac suauiter meminerimus. ¶ Accipitur aliquando situs, pro conditus. Tacit. *lib.* 3. Vrbémque Philippopolim à Macedone Philippo sitam. ¶ Situs præterea dicitur pro sepulto. Plaut *in Milite,* Scio crucem futuram mihi sepulchrum: ibi enim mei maiores sunt siti.

Sĭtŭs, us, Lanugo ex humore creata, præsertim in locis Sole carentibus. {αὐχμὸς, εὐρὼς. Gal. *Chansissure, moisissure, & relend, crasse & ordure.* Ital. *Sito ruto, ruffa muffa.* Germ Schimmel oder schimligkeit/die growe wollechtige matery so von feule entspringt. Hisp. *Suziedad, moho.* Ang. *Ordure and moissinesse in a wett place wher the sunne shyneth not.* } Valla *lib.* 6. Situs sordes, & illuuies illa, qualis nascitur inter opaca domus, quæ diu non repurgatur. Virg. 6. *Æneid.*

Sed me iussa deûm quæ nunc has ire per vmbras,
Per loca senta situ cogunt, noctémque profundam,
Imperiis egère suis.

Solet autem in locis situlentis odor quidam tener & fœdus olfactantium nares offendere, qui & ipse situs dicitur. Plin. *lib.* 21. pessimum esse crocum quod situm redolet. Quintil. situ secreti consumi scripta. Senec. *c.* 25. *de cons. ad Marc.* Dum expurgat inhærentia, sitúmque omnia mortalis æui excutit. ¶ Accipitur & situs pro squalore quodam corporis, quum scilicet cultu omni neglecto corpus horriditatem quandam, & ingratum contrahit odorem, quem etiam pædorem dicimus, cuiusmodi *lib.* 5. describit Lucretius, Fœda situ macies. ¶ Quinetiam vitibus ipsis Col *lib.* 5 situm assignat. Iam verò (inquit) muscus qui more compedis crura vitium, & vineta comprimit, sitúque & veterno macerat, ferro distringendus, & eradendus est. ¶ Accipitur aliquando situs pro torpore & inertia ex diutino otio. Virg. 7. *Æneid.*

Sed te victa situ, verique effœta senectus,
O mater, curis nequicquam exercet.

Quem locum explicans Donatus, Situs, inquit, est corruptio ex humore & diuturnitate contracta, qua deteriores fiunt species vno in loco prolixo tempore constitutæ. Vnde Senectus victa situ, quasi otio, & nihil agendo corrupta. Hinc non dissimile est illud apud Virg. 1. *Georg.* Et segnem patiere situ durescere campum, id est, quiete & intermissione arandi. Ouid *Eleg.* 10 *lib.* 3 *Trist.*

Cessat iners rigido terra relicta situ.

Ibid. Eleg. vlt. Et longo periit arida facta situ. (sup. vena.) ¶ Situs præterea dicitur qualitas & positio loci. {נחת *náchath* תשומת *tosúmeth.* προθησία. Gal. *Situation, assiette.* Ital. *Situatione.* Germ. Gelegenheit. Hisp. *El sitio ò disposition de lugar.* } Cæs. 5. *bell. Gall.* Sub castris eius vagabantur, aliàs vt situm castrorum cognosceret, aliàs collocandi, aut territandi causa.

Siuĕ coniunctio, quum ex si & ve composita sit, duorum generum vim simul obtinere videtur. {או *o.* εἴτε. Gall. *Ou bien, ou si, soit que.* Ital. *O, ouero, che.* Germ. Ob/oder. Hisp. *O.* Ang. *Or elles.* } Itaque quum orationem incohat minimè mirum est, si præter morem aliarum coniunctionum tres minimum sensus postulat, quum & si continuatiua suam apodosin, & ve alteram disiunctiuam exigit: vt, Siue me amas, siue odisti, non magni æstimo. Aliquando quatuor. Ouid *in Ep. Penelopes,*

Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum,
Antilochus nostri causa timoris erat:

Siue Menœtiadem falsis cecidisse sub armis,
Flebam successu posse carere dolos.

Plautus *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Ibi potat. Tuáne caussa potabit, siue illic, siue alibi libebit? Tibull. *lib.* 4. Siue hac siue illac grandis venit impetus hastæ. ¶ Aliquando simpliciter pro Vel ponitur. Cicer. *ad Qu. Frat.* Quapropter hoc te primùm rogo, ne contrahas, aut demittas animum, néve te obrui, tanquam fluctu, sic magnitudine negotij sinas, contráque te erigas, & resistas, siue etiam vltrò occurras negotiis.

Sium, σίον, herba aquatica Vide *Sion.*

S K

‖ Skiodus, Sotheri Danorum regis filius, quum ab adolescentia venandi studio flagraret, immanem belluam, quam nemo aggredi audebat, subegit, quæ futuram in eo fortitudinem ominata est. Idem postea repertum miræ magnitudinis aprum cingulo detinuit, socijsque dedit occidendum. Saxo Grammaticus.

S L

Slesuicum, *Schlescoik,* V. E. Holsatiæ, sub A. Lundensi, ad Sliam fluuium, seu sinum maris Eoi.

Slusa, clausula. Gloss. vet. ‖

S M.

Smărăgdītēs, σμαραγδίτης. Gemma viridis coloris, quam alio nomine Carchedoniam vocat, quòd circa Carchedonem, hoc est, iuxta Carthaginem legebatur. Vide Plin. *lib.* 37. *c* 5.

Smaragdvs, {σμάραγδ@. Gall. *Vne esmeraude.* Ital. *Smeraldo* Germ. Ein smaragd/ist ein grün edelgestein Hisp. *La esmeralda piedra preciosa.* Ang. *A asmaragd stene.* } Gemma viridis & translucida, tertiam in ordine gemmarum nobilitatem obtinens, Plin. *lib.* 37 *c.* 5. Tertia autoritas smaragdis perhibetur pluribus de causis. Nullius coloris aspectus iucundior est. Nam herbas quoque virentes & frondes auidè spectamus: smaragdos verò tanto libentiùs, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Præterea soli gemmarum contuitu oculos implent, nec satiant. Martial. *lib.* 5.

Sardonicas smaragdos, adamantas, iaspides vno
Portat in articulo.

Ouid. 2. *Amor Eleg.* 6.

Tu poteras virides pennis hebetare smaragdos.

¶ Est autem smaragdus ferè generis masculini, vt sæpiùs apud Plin. *lib. vlt cap.* 5. Apud Suidam tamen inuenitur articulo fœminino iunctum. Insignis Smaragdus, in luce quidem obscurus. Prouerbium in eos iaci solitum, qui præposterè ibi semet occultarent, vbi maximè conueniebat edere virtutis specimen.

Smaragdinus, a, um, σμαράγδιν@, η, ον, é Smaragdo factus. Sed & σμαράγδιν@ λίθ@ est ipse smaragdus. ¶ Est etiam ad smaragdum pertinens: siue ratione materiæ, siue formæ, siue similitudinis.

‖ Smarides, mulieres furiosæ. L. g. b. ‖

Smăris, idis, σμαρὶς, piscis exigui genus mari peculiare, quod Theodorus ex Aristotele cerrum vertit. Plin. *lib.* 33. *c.* 2. Mulieribus lactis copiam facit glauciscus e iure sumptus, & smarides cum ptisana sumptæ, vel cum fœniculo decoctæ.

Smēcticus, a, um, σμηκτικὸς, quod habet vim abstergendi, vnde smectica vis dicitur, quæ & smegmatica id est, abstersiua. Plin. *lib.* 30. *cap.* 4. Omnium autem cochlearum cinis spissat, calfacit smectica vi.

Smēgma, tis, {בורית *borith.* σμῆγμα. Gall. *Sauon, nettoyement, ce qui sert à nettoyer.* Ital. *Sapone.* Germ. Seiffen/oder ein jedes so reiniget vnd abseuberet. Hisp. *Xabon.* Angl. *Sope, or any thing to clense with.* } Sapo, aliúdve quid abstergendi habens facultatem. ἀπὸ ὁ σμήχω, quod est abstergere siue purgare. Plin *lib.* 22. *c.* 25. Si verò cælesti aqua decoquantur, succus ille smegma fit quo solent fouere gangrænas.

Smēgmăticus, a, um, propriè ad smegma pertinens. σμηκτικὸς, σμηγματικός. Gall. *Qui a vertu & puissance de nettoyer, purger ou absterger.* Ital. *Cosa ch' ha virtù di purgare & nettare.* Germ. Das die krafft hat zureinigen oder abzuseuberen Hisp. *Cosa para limpiar.* Ang. *That hath force to clense, as sope.* } Pro smectico vsurpat Plin. *lib.* 31. *c.* 7. Sudorem cit, aluum soluit in vino & aqua, acopicis & smegmaticis vtilis, hoc est, medicamentis quæ latitudinem tollunt, & detersoriis.

‖ Smegatopola, qui smega vendit. ‖

Smerdis, Cambysæ Persarum regis frater, quem quum Cambyses per somnium vidisset regio throno insidentem, metuens ne regnum occuparet, occidi iussit. Fuit & alter Smerdis, Magus, qui post Cambysæ mortem, fratrem se illius esse assimulauit; eoque astu in regni successionem irrepsit, regnauitque aliquot menses, donec fraude per Phædiman Otanis filiam detecta conspiratione septem optimatum est interfectus. Vide Herod. *lib.* 2.

Smīlax, σμίλαξ, puellæ nomen, quæ amore Croci pueri capta extabuit, mutatáque est in frutitem sui nominis, quæ similis est hederæ: siue in flores, vt ait Ouid *lib.* 4. *Metam.*

Et Croton in paruos versum cum Smilace flores

Smīlax, smilăcis. { σμίλαξ Gall. *Vn arbre nommé If* Ital. *Nasso, tasso.* Ger. Eybenbaum Hisp. *Taxo.* Angl. *An ewe tree.* } Arbor est abietem magnitudine & foliis referens, in Italia & Narbonensi Gallia, Hispaniæ contermina, abundans: quam Latini, Dioscoride teste, taxum appellant. Bacchas habet lethales, in Hispania præcipuè. Ligno quoque exitialis est, adeò, vt compertum sit lagenas viatorias ex eo confectas, ex iis bibentibus exitio fuisse. In Arcadia verò etiam vmbram lethiferam esse tradunt sub ea aut dormientibus, aut cibum sumentibus. Galli *Ifum* vocant, puniceam arcubus materiam suppeditans. ¶ Smilax hortensis. { σμίλαξ κηπαί@. Gall. *Faseoles.* Ital. *Fagioli, faseli.* Germ. Kleine fasseln / sind ein art welscher bonen. Hisp. *Fayones.* } Frutex est hederæ foliis, sed mollioribus, caulibus tenuibus, & capreolis vicinis fruticibus circumuolutis, qui in tantam altitudinem excrescunt vt topiarias scenas repræsentare videantur. Siliquas habet fœnograeci, sed longiores, & torosiores, in quibus semina includuntur renibus similia, inæqualiter fulueseentia. Aëtius vnà cum recentioribus eandem hanc plantam esse existimat, quam alio nomine phasiolum appellant, non illum quidem candidum, sed rubentem, qui & lobos & dolichos dicitur. ¶ Est & smilax aspera. { σμίλαξ τραχεῖα. Gall. *Smilax aspre.* Ital. *Hedera spinosa, rouo ceruino.* Ger. Stächend

winden oder scharpff winden/flechten sich umb die zain und die weinstock.

HISP. *Biguorda* } Frutex hederæ similis, densis geniculatis caulibus, spinosus fruticosis ramis, folio hederaceo, flore candido, olente lilium, infausta omnibus sacris & coronis, eò quòd lugubris sit, puella eiusdem nominis ob amorem iuuenis in hunc fruticem, aut in flores eius commutata. Ouid. *lib.4. Metam.*

Et Crocon in paruos versum cum Smilace flores.

¶ Est & smilax læuis. { σμίλαξ λεία. GALL. *Liset.* ITAL. *Voluchio maggiore.* GER. Glatt winden/zaunglocken. HISP. *La campanella, correhuela mayor.* } Foliis hederæ non dissimilibus, sed mollioribus, læuioribus & tenuioribus, nullis horrens spinis. Circunuoluitur arboribus: fructúmque parit lupini modo nigrum, exiguum floribus in cacumine perpetuis multis & rotundis.

Sminthēus, σμινθεὺς, Apollinis cognomen, qui apud Chrysam Æolidis vrbem colebatur, à muribus, quos Græcorum nonnulli σμίνθας appellant, impositum. Qua de re duplex ab Homeri interprete adfertur opinio: quarum prior est, fuisse in Chryse oppido Æolidis, Crinim sacerdotem Appollinis: cui deus iratus, immisit in agros illius mures qui fructus illius vastabant, posteáque eiusdem sacrificiis placatus, quum pestem hanc tollere vellet, ad Orodem pastorem illius venit: à quo hospitio acceptus, pollicitúsque mali remedium, mures sagittis omnes interfecit: eóque facto iussit pastorem Crinidi indicare, ipsum Apollinem humana specie apud se diuertisse, & ab eo mures occisos: quod audiens Crinis, templum deo construxit, vocauítque Apollinis Sminthei, quod Æolicæ linguæ dialecto mures σμίνθαι vocantur. Altera talis est, Quum Cretenses aliquando coloniam deducturi essent, ab Appolline responsum acceperunt, vt ibi vrbem conderent, vbi eis terra geniti obstetissent. Venientibus igitur ad Hellespontum, noctu mures clypeorum lora arroserunt: itaque manè quum id factum viderent, memores oraculi, vrbem posuerunt, eámque Sminthiam appellauerunt templo etiam Appollini extructo, quem illi ab euentu Sminthera cognominauerunt. Ouid. *lib.6. Fast.*

Consulitur Smintheus, lucóque obscurus opaco.

Sminthīum, siue Smintheum, σμινθεῖον. Apollinis delubrum circa Chrysam vrbem, quæ fuit in confinio Troadis & Æolidis, teste Strab. *lib.* 13.

‖ Sminya, selina pellicula, ligoni apposita, si manubrium vetustate sit corrosum. Poll. ‖

Smiris, vel Smyris, lapis quidam, quo annularij gemmas duras pungunt & exterunt, etiam vitrarij laminas vitreas diuidunt, ipsi est ferri duritia & color.

‖ Smolentium, *Smolenski*, V.E. Moscouiæ, prope fines Russiæ Lituanicæ sita, ad fl. Borysthenem. ‖

SMYRNĂ, σμύρνα, vulgò *Le Smirne* Vrbs Ioniæ clarissima, Melere amne irrigata, Homeri, vt plurimi credunt, patria. De hac Strab *lib.*14. Quum Lydi Smyrnam euertissent, circiter annos quadringintos in vici modum mansit habitata. Postmodum Antigonus eam suscitauit, deinde Lysimachus: & nunc omnium pulcherrima est. Eius pars in monte sita est, pars maxima in campo, præter portum, & gymnasium, & matronarum locum. Viæ sunt in rectum pro viribus distinctæ, & lapidibus instratæ, porticus magnæ, quadratæ, planæ & altæ. Habet etiam bibliothecam & Homereum, hoc est, porticum quadratum cum Homeri templo & statua. Nam & hi maximè hunc poëtam sibi vindicant: vnde & nummus quidam æneus apud eos Homerus vocatur. Vrbis mænia Melas amnis præterfluit: ad cæteram structuram etiam portum clausum habet Hactenus Strabo. Hanc Theseus Thessalus in memoriam vxoris suæ quæ Smurna vocabatur, extruxit. ¶ Smyrnam item Græci vocant aromatis genus, quod alio nomine myrtham appellamus.

Smyrnæus, adiectiuum, Plectra Smyrnæa, Homerica, Sicilius *lib.*8.

Smyrnium, σμυρνίον. Herba est ex dauci generibus, myrrhæ odorem referens: vnde & nomen accepit. Vulgus *Leuisticum* appellat. Descriptionem eius vide apud Plin. *lib.* 12. *cap.*5. Theophrast. *lib.*6. *c.*3. & Dioscor. *lib.*2. *cap.*77.

S O

Soana, σόανα, teste Ptol. *lib.* 11. dicta sunt ostia fluuij cuiusdam in Taprobana insula.

Soanes, σόανες, populi Asiæ Caucasi extrema obtinentes, qui ducenta hominum millia educunt in pugnam. Vide Strabo. *lib.* 11.

SŎBŎLĒS, Proles, ab olescendo, i. crescendo dicta. { ילד *iéledh* מצאים *mitsim* צאצאים *tseetsaim.* γόνια GAL. *Race, lignée, engeance.* ITAL. *Successione, figlioulanza.* GERM. Ein zucht/geschlächt/ Junge auffwachsende. HISP. *La generacion ò linaje que desciende.* ANGL. *Succession of children, of spring.* } Plaut. *Pseud. sc.*2. *a.*3 Hem Soboles sis vide, (i. coqui discipulos improbos.) ¶ Soboles de planta. Suet. *in Aug. c.*94. Ex ea palma continuò enata soboles adeò in paucis diebus adoleuit, vt, &c. Item, Soboles pullorum, apud eundem Suet. *in Galba, c.*2. Plin. *lib.*10. *c.*34. Amor vtrique sobolis æqualis. Cic. 1. *Offic.* Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui: quæ propagatio & soboles, origo est rerum publicarum. Virg. 4. *Eclog.*

Chara deûm soboles, magnum Iouis incrementum.

Idem 4. *Æneid.*

Saltem siqua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles.

Cicer. 3. *de legibus*, Censores populi æuitates, soboles, familia, pecuniásque censento.

Sŏbŏlēsco, scis, ere, Subnascor, succresco. { ילד *ialádh* רבה *rabáh* פרה *paráh.* γόνοφυεω. GAL. *Croistre & multiplier la lignée, se peupler.* ITAL. *Figliuolare.* GER. Sich mehren/auffwachsen HISP. *Crescer en generacion* ANG. *To encrease and multiplie.* } Liu. 9. *bell. Pun.* Illis Romanam plebem, illis Latium iuuentutem præbuisse maiorem semper, frequentiorémque pro tot cæsis excitibus sobolescentem. Quo tamen in loco *subolescentem* potiùs legendum videtur.

‖ Sobracones, gubernator. L.g.b. ‖

SOBRĪNĪ, duarum pluriúmve sororum filij, quasi sororini. { ἀνεψιοὶ. GAL. *Cousins germains.* ITAL. *Cugini germani figliuoli di sorelle.* GERM. Geschwisterte kind/zweyer schwester kind. HISP. *Primos hijos de hermanos.* ANGL. *Cousing germanes, sister sonnes.* } Terent. *in Andr.* Quem video éstne hic Crito sobrinus Chrysidis? Idem *in Phorm.* Eho tu sobrinum tuum non noras.

Sobrina, fœm. Plautus *Pœnulo*, Nam mihi sobrina Ampsigura tua mater fuit.

Sōbrĭus, a, um, non potus, siccus: temperatus, moderatus: sana mente præditus, sapiens. { νήφων, νηφάλιος. GALL. *Sobre sage.* ITAL. *Sobrio.* GER. Nüchter/mässig mitt essen und trincken. HISP. *Cosa templada en beuer.* ANG. *Sober wise, temperat.* } Terent. *in Andr.* Tu pol homo non es sobrius. Cicer. 4. *Acad* Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrij. Pocula sobria. Tibul. *lib.*1. *El.*6.

———at ipse bibebam
Sobria suppositâ pocula victor aqua.

Plaut. *Amph. sc.*1. *a.*4. faciam vt sit madidus sobrius. (i. eum redigam ad insaniam.) Vell. Sobrinus Antonius. ¶ Rura sobria, id est, in quibus antea vinum non nascebatur. Stat. 4. *Syl.*

———sic vitifero sub palmite nudos
Vmbrauit colles, & sobria rura Lyæus,

‖ Sobriolus, aliquantum sobrius Cath. ‖

Sōbrĭē, aduerb. Temperanter. { νηφαλέως. GAL. *Sobrement, sagement.* ITAL. *Sobriamente, saviamente.* GER. In nüchterkeit/mässiglich HISP. *Templadamente.* ANGL. *Soberlie, temperatlie.* } Cic. 1. *Offic.* Intelligimus quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicatè, ac molliter viuere, quámque honestum parcè, contienenter, seuerè, sobriè Plaut. *Capt. sc.*1. *a.*2. Sobriè & accuratè & diligenter hoc agatur. Idem *Pseud sc* 1. *a.*4. Si hanc rem sobriè accurassis.

Sobrietas, qualitas sobrij, temperantia quæuis, animi modestia, prudentia, omninóque σωφροσύνη, rectitudo animi

Sobrifacio, sobrium facio Apul.

Socamilauchum, σοκαμίλαυχον, truncatum, ἰσωκαμίλαυχον pileolum interius, quale sub pileo gestant senes. Meurs. Gloss. Grecob.

SŎCCVS, i, per duplex cc, genus calceamenti, humilius cothurno, quod non tantùm comœdorum erat (vt apud Horatium, Hunc socci cepêre pedem) sed etiam mulierum. { ἐμβάς. GAL. *Brodequin commun aux hômes & aux femmes.* ITAL. *Foggia antiqua di sarpe.* GERM. Soeckschuch oder sockstifel. HISP. *El abarca de madera.* ANGL. *A kinde of shooes, brodekins.* } Sueton. *de Calig.* Sæpè gemmatas, depictásque penulas indutus, manuleatus & armillatus in publicum processit: aliquando sericatus & cycladatus, ac modò in crepidis vel cothurnis, modò in speculatoria caliga, nonnunquam socco muliebri. Idem *in Claud. c.*8. Solebant & manibus stertentis socci induci, vt repentè expergefactus faciem sibi confricaret. Et Quintil. Socco ne ingrediatur Tragœdia, neu Comœdia in cothurnos assurgat.

Sŏccŭlŭs, i, diminutiuum. Paruus soccus. ἐμβάδιον Suet. *in Vitell.* Pro maximo munere à Messalina petiit, vt sibi pedes præberet excalciandos: detractúmque socculum dextrum, inter togam, tunicásque gestauit assiduè. Plin. *lib.*9. *c.*35. Quin & pedibus margaritas, nec crepidarum tantùm obstragulis, sed totis socculis addunt.

Sŏccātŭs, Socculos gerens. Senec. *lib.* 2. *de beneficentia*, parum enim fœdè, furioséque insolens fuerat, qui de capite consularis viri soccatus audiebat, nisi in os senatoris ingessisset imperator pictos soccos.

SŎCĔR, i, pen. conr. Vxoris meæ pater, à quo fœmininum, Socrus vxoris meæ mater. { חתן *chothén* חם *cham.* πενθερός. GALL. *Le pere de la femme du marié, le beau pere.* ITAL. *Socero, messer padre della moglie, padre del marito.* GER. Schwäher. HISP. *El suegro padre del marido ò de la muger.* ANGL. *My father in law.* } πενθερά. Cicer. 1. *Offic.* Nostro quidem more cum parentibus puberes filij, cum soceris generi non lauantur. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.*

Sic socerum faciat tedam te nata iugali.

Plaut. *Men. sc* 5. *a.*5 Abiit socer, abiit medicus. (vbi tamen quidam legunt *Socerus.*) ¶ Socer magnus, vxoris meæ auus, qui & prosocer dicitur, cuius relatiuum est progener. Sic etiam auus meus, socer magnus est vxoris meæ, illa illi pronurus. ¶ Socer autem & Socrus dicuntur, quia sibi generum associent. Consoceros vocant, quorum filij inter se matrimonio copulati sunt. verbi gratia, Ego illi consocer sum, & ille mihi consocer est, cuius filio filia mea nupsit.

Sŏcĕrŭs, i, idem qui & socer. Plaut. *in Menach.* Abiit socerus, abiit medicus, nunc solus sum.

Sochis Ægypti Rex, qui numini Solis apud Heliopolin obeliscos quatuor, 48. cubitorum longitudine dedicauit. Autor Plin. *lib.* 36. *c.*8.

Sŏcĭālis, Sociabilis. Socio, vide *Socius.*

Socion, Philosophus Peripateticus genere Hispanus, scripsit κέρας ἀμαλθείας, i. Cornu Copiæ librum multæ, variæque doctrinæ. Autor Gell.

SŎCĬVS, ij, qui pari consilio, spe, & periculo rem aliquã cum altero aggreditur. { חבר *chabér* רעה *rebéh* רע *réah.* ἑταῖρος, κοινωνός. GAL. *Compagnon.* ITAL. *Compagno.* GERM. Ein gesell. HISP. *Compañero.* ANGL. *A companion or fellow.* } Senec. *epist* 74. Socium efficit id, quod etiam ex minima parte commune est. Cic. 5. *Verr.* Nam socij putandi sunt, quos inter communicata est. Idem *Att. lib.* 11. Ita præter Lælium neminem habeo culpæ socium. Lucan. *lib.*1.

Nulla fides regni sociis.

Virg. 2. *Æneid.*

Addunt se socios Rhipheus, & maximus armis
Iphitus.

Plaut. *Asin. sc.*2. *a.*1. Ille homo socium ad malã rem quærit, quẽ adiungat sibi. ¶ Hinc Romani socios suos appellabãt, quos ita fœdere cõiunctos habebant, vt & belli & pacis essẽt participes. συμμάχους. Liu. *lib.* 34. Socij nominis Latini. Itẽ, Socij nauales, vide *Naualis.* Sic quoq; pro fratre Socium sanguinis dixit Ouid *El.* 5. *lib.* 4. *Trist.* Inter negotiatores quoque socij dicũtur, qui lucri damníque communione iniũrunt. Cic. *pro Quint. Rosc.* Qui socium fallit, in virorum bonorũ numero non est habendus. Societatis itaque coniunctio fortunarũ, & periculi communionem importat: fitque propemodum inter pares. ¶ Comitum verò appellatio propriè ad eos pertinet, qui non tam sui causa, quàm vt aliũ prosequantur, iter, aut expeditionem arripiunt Cæs. *de Labieno*, Quum se victoriæ Pompeij comitem esse mallet, quàm socium Cæsaris. ¶ Sodales verò (vt Caio Iurisconsulto placet) propriè dicuntur qui eiusdem sunt collegij: aut certè qui rerum leuiorum iucundiorúmque inter se sunt participes.

ticipes. ¶ Hinc deducitur fœmininum Socia. { חברת *chabéreth.* ἑταίρα. GAL. *Compagne.* ITAL. *Compagna.* GER. Ein gesellin/gespil. HISP. *Compañera.* } Vt Tori socia, id est, vxor, quæ cùm marito non prosperæ solùm fortunæ, sed & aduersæ societatem iniit. Ouid. 10. *Metam.*

Appellátque tori sociam.

Sŏcĭūs, a, um, adiect. Commune, quod est sociorum. { חברת *chabéreth.* κοινωνικός, ἑταιρικός. GALL. *Compagnon, complice, allié.* ITAL. *Compagno, complice.* GER. Gesellig. HISP. *Compañero.* ANG. *Belonging to companione or fellowes* } Ouid. 3. *Metam.*

Dij maris exceptum socio dignantur honore,

id est, honoris societate dignantur. Idem 5. *Trist. Eleg.* 11.

Exercent illi socia commercia lingua.

Virg. 2. *Æneid.*

Primus se Danaûm magna comitante caterua
Androgeos offert nobis socia agmina credens
Inscius.

Socia nox, quæ alicuius facinoris perpetrationem iuuat. Cic. 2. *Philipp.* Quum tamen tu nocte socia hortante libidine. Et Liu. *lib.* 1. *ab vrb.* Socia arma iungere.

Sŏcĭālĭs, e, quod est sociorum: vt amor socialis, qualis esse solet inter socios. { συμμαχικός, ἑταιρικός. GALL. *De compagnie, d'alliance ou d'alliez.* ITAL. *Compagneuole, da compagno.* GERM. Gesellig/das der gesellen ist. HISP. *Cosa perteneciente à tales compañeros.* ANGL. *That is sociable or beareth companie or fellowship.* } Ouidius 7. *Metamorphos.*

Mutua cura duos, & amor socialis habebat.

Anni sociales, Idem 2. *Tristium,*

Liuia sic tecum sociales impleat annos.

Idem, Socialis torus. Sociale bellum, quod cum sociis gestum est. Fœdus sociale. Liu. 4. *belli Maced.* Quum qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere inter se iungendam coëant. Idem *lib.* 8. Socialis exercitus. Item *lib.* 10. *decade.* 4. Sociales Dij, &c.

Sŏcĭālĭtĕr, aduerbium, quo vsus est Horat. *de Arte*, non vt de sede secunda Cederet, aut quarta socialiter. { ἑταιρικῶς, συμμαχικῶς. GAL. *Selon le droit de societé & compagnie.* ITAL. *Come si conuiene alla compagnia.* GERM. Geselliglich. HISP. *Acompañando ò en compañia.* ANG. *Lyk companions, or like fellowes.*

Sŏcĭābĭlĭs, e, quod facilè coniungitur alteri. { κοινωνικός. GALL. *Compagnable, qui s'accompagne.* ITAL. *Compagneuole, sociabile.* GERM. Gesellich/das sich zusammen gesellen oder fügen lest. HISP. *Cosa compañera.* ANGL. *Sociable, that beareth or hath companie with an other.* } Plin. *lib.* 16. *cap.* 42. Eadem & curribus maximè sociabilis glutino, in tantum vt findatur antequam solida est. Liuius *bell. Maced.* Meliora quoque exempla parte altera posui, sociabilem consortionem inter bonos Lacedæmoniorum reges, salutarem per multa secula ipsis, patriæque.

Sŏcĭālĭtās, atis, pro societate, seu sodalitio. Vox est satis infrequens classicis scriptoribus, qua tamen vsus est Plin. iunior *in Paneg.* { חבר *chébér* חברה *chebráh.* ἑταιρεία. GALL. *Bande & compagnie, assemblée de compagnons.* ITAL. *Compagnanza, compagnia.* GER. Gesellschafft. HISP. *Compañia en trabajos.* ANG. *A companyıng, a fellow shipe.* } Non remissionibus tuis eadem frequentia, eadémque illa socialitas interesset.

Sŏcĭĕtās, Communitas, communio fortunæ, & periculi participatio, quæ fit quum socium ad aliquod negotium gerendum nobis adiungimus. { חבר *cheber* חברה *chebráh.* κοινωνία. GALL. *Societé, compagnie.* ITAL. *Compagnia.* GER. Gesellschafft. HISP. *Compañia.* ANG. *Fellowship, companie, societie.* } Cicer. 1. *Verr.* Video enim permulta esse crimina, quorum tibi societas cum Verre eiusmodi est, vt ea in accusando, attingere non audeas. Idem *pro Quintio*, Cum eo tu voluntariam societatem coibas, qui te in hereditaria societate fraudaret. Liu 8. *bell. Maced.* Decreuerunt renuntiandam societatem Achæis. Idem 1. *ab Vrbe*, Infida regni societas.

Sŏcĭo, as, Iungo: quasi socium socio appono, consocio, coniungo. { חבר *chibbér.* συμμίγνυμι συναγελάζω. GAL. *Accompagner, conioindre, associer, assembler.* ITAL. *Accompagnare.* GERM. Zusammen gesellen oder fügen. HISP. *Acompañar.* ANGL. *To ioyne together, to confederate, to accompanie.* } Col. *lib.* 4. At si qui cum scientia sociauerint diligentiam. Virg. 1. *Æneid.*

——terraque marisque
Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos,
Vrbe, domo socias.

Ouid. 10. *Metam.*

——quòd si felicior essem,
Nec mihi coniugium fata importuna negarent,
Vnus eras cum quo sociare cubilia vellem.

¶ Eius composita sunt, Associo, Consocio, & Dissocio: quorum significata vide suis locis.

Sŏcĭāns, tis, participium. { מחבר *mechabbér.* συναγελάζων. } Ouid. 11. *Metamorphos.*

——tumuli de vertice cernunt.
Orphea percussis sociantem carmina neruis.

Sŏcĭāndŭs, a, um. Horat 4. *Carm Od* 9.

Verba loquor socianda chordis.

Sŏcĭātŭs, a, um. { מחבר *mechubbár.* συζευχθείς, συνημμένος. GALL. *Accompagné.* ITAL. *Accompagnato.* GER. Zugesellet. HISP. *Acompañado.* ANG. *Accompanied.* } Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 7.

Qui fuit inter nos sociati corporis index?

Idem *in Ibin,*

Perpetuóque mihi sociatam fœdere lecti.

Sŏcĭātrix, icis, verbale. { מחברת *mechabbéreth.* συζεύκτρια. } Val. Flacc. 5. *Argon.*

Sed me nuda fides, sanctique potentia iusti
Huc tulit, ac medij sociatrix gratia Phryxi.

Sŏcĭĕnŭs. Antiquis in vsu fuit pro socio: quod & Nonius annotauit. Plaut. *in Aulul.* Ibo intrò, atque illico socieno tuo iam interstringam gulam.

Sŏcŏrs, Socordia, vide Secors.

Sōcrătēs, σωκράτης. Philosophus Atheniensis, Apollinis oraculo omnium sapientissimus iudicatus, qui Philosophiam naturalem primus in moralem transtulit. Hic æquabilitatem in omni vita seruauit, adeò vt idem semper vultus, eadémque frons siue prosperis, siue aduersis rebus extiterit vsque ad extremum. Plin. *lib.* 7. Ferunt Socratem clarum sapientia, eodem semper visum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Habuit duas eodem tempore vxores, Xanthippen & Myrtonem Aristidis Iusti filiam, quæ quum crebrò inter se iurgarent, & ille eas derideret, quòd propter se fœdissimum hominem, simis naribus, recalua fronte, pilosis humeris, repandis cruribus disceptarent, nouissimè verterunt in eum impetum, & malè mulctatum frugientémque diu persecutæ sunt. Interrogatus autem ab Alcibiade, cur mulierem tam acerbam domo non exigeret, Quoniam, inquit, quum illam domi talem perpetior, insuesco & exerceor, quo foris petulantium iniuriam faciliùs feram. Iterum dicenti Alcibiadi, intolerandam esse Xanthippes maledicentiam, Tu, inquit, nónne toleras anseres clamore perstrepentes? eóque respondente, Nec mirum quum mihi oua & pullos pariant: Et mihi, ait Socrates, Xanthippe filios gignit. Pater Socratis fuit Sophroniscus statuarius, mater Phanatera obstetrix. Hic in paupertate beatissimus, amicis olim audientibus dixit, Emissem pallium, si numos haberem. neminem poposcit, omnes admonuit, à quo acciperet ambiguus, fuit. Auditor fuit Anaxagoræ & Dæmonis, postea ad Archelaum physicum se contulit. Postea animaduertens, naturalis speculationis fructum nullum esse, inuenit primus Ethicem, id est, moralem philosophiam ad quam transiens, fertur dixisse, Quæ supra nos, nihil ad nos. Autor est Xenophon, Socratem nunquam de natura rerum, neque de sublimioribus rebus disputasse, quum ea sint supra captum hominum. Quòd præter cæteros suo tempore mortales, & vita castissimus, & moribus patientissimus fuerit, exempla vtriusque rei constant. Nam & patientiam Gellius pulchro scommate refert: Quum vxorem Xanthippen contumaciùs ac clamosiùs è loco sublimiore in agentem diu tolerasset, & postremò aqua ab ea esset perfusus, cœpit ridens dicere, Sciebam Xanthippen, vbi detonuisset, quandoque pluituram. Castitatis illud ab Æliano memoratur, quòd Zopyrus Physiognomus Socratem ex physiognomia iudicarit, omnium libidinosissimum esse: ciuibus autem tanquam falsa loquutum eum ridentibus, Socrates minimè mentitum dixit, sed naturæ vim se animi virtute oppressisse. Cicer. tamen de Fato non lasciuum, sed bardum ac mente stupidum & obtusum à Zopyro dicit fuisse iudicatum. Nil vnquam scripsisse constat, sed eius dissertationes à Platone commemorantur. Dæmonem se habere dicebat, qui sibi futura prædiceret. Ex Socratis varijs in omnem partem diffusis disputationibus, plures fluxêre discipuli: & quum alius aliud apprehenderet, proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se, quuum tabulæ omnes philosophos Socraticos & dici vellent, & esse arbitrarentur. Primùm ab ipsos Socrate Plato, à Platone Aristoteles & Xenocrates. Deinde ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico sermone maximè adamarat, Cynica: & ab Aristippo, quem maximè voluptariæ disputationes delectarunt, Cyrenaica philosophia, manauerunt. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, vt Erethricorum, Megaricorum, Pyrrhoniorum, qui se Socraticos esse dicerent. Vnde meritò philosophorum fons Socrates appellatus est. Accusatus postremò ab Anyto quodam diuite, & Melito poëta, & Lycone Oratore, vel quòd de diis malè sentiret: vel (vt aliis placet) ob flagitiosam in pueros libidinem, in carcerem coniectus ac è vinculis causam dicere iussus, neglexit: & Lysiæ orationem elegantissimam respuit, vt scribit Cicero *lib.* 1. *de Orat.* Imitatus est (inquit) homo Romanus & Consularis veterem illum Socratem, qui quum omnium sapientissimus esset, sanctissiméque vixisset, ita in iudicio capitis pro se dixit, vt non supplex aut reus, sed vt magister, aut dominus videretur esse Iudicum: quinetiam quum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam si ei videretur, edisceret, vt ea pro se in iudicio vteretur, non inuitus legit, & commodè scriptam esse dixit. Sed (inquit) Vt si mihi calceos Sicyonos attulisses, non vterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent viriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. interrogatus deinde ex more à Iudicibus, quanam pœna se dignum iudicaret, Vt (inquit) in Prytaneo alar ex publico. Quo eius voce irritati Iudices, eum capitis damnauerunt, & ad bibendam cicutam compulerunt, qua ille intrepidè, & non alio vultu, quàm quo vinum solebat, exhausta decessit. Sed statim populus mortem eius ita doluit, vt accusatores eius partim morte, partim exilio puniret. & ipsi Socrati statuam æream dedicaret. ¶ Socrates alter pictor fuit, inter cuius opera enumeratur Ocanus quidam nomine, funem torquens, astante interim asella, prærodentéque quicquid ille torsisset: cuius picturæ meminit Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. quanquam Pausanias eam Polygnoto mauult attribuere. Ad hanc tabulam alludit Propertius, quum ait, Dignior obliquo funem qui torquet Ocano, Assiduúsque tuam pascat asella famem. ¶ Alius Socrates Constantinopolitanus, qui historiam ecclesiasticam à tempore Apostolorum vsque ad Chrysostomum contexuit: cuius etiam ætate viguisse putatur.

Sŏcrŭs, us, Vxoris mater, aut mariti: nam & ad generum, & ad nurum refertur. { חמות *chamóth.* πενθερά. GALL. *Belle mere, la mere de la femme ou du mari.* ITAL. *Socera, madonna, madre della moglie ò del marito.* GER. Ein schwiger/des ehmans oder ehfrawen mutter. HISP. *Suegra, madre de marido ò muger.* ANG. *My wifes mother or mother in law.* } Cic. *pro Cluent.* Nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis autoribus, funestis omnibus Claud. *in Eutrop.*

—— qualis venit arida socrus
Longinquam visura nurum.

‖ Socruale, ad socrum spectans. Sidon. ‖

Sŏcŭs, σῶκος, per simplex c. fuit vt Troianus, animo & corporis dignitate generosis. Hic, Homero teste, magno animo Vlyssem vulnerauit: sed ab eo deinde ipse interfectus est.

Sōdālĭs, is, rerum lætiorum, læuiorúmque cum altero particeps. { חבר *chabér* רעה *rebéh.* σύσσιτος, ἑταῖρος. GALL. *Compagnon* propre

proprement à boire & à manger. ITAL. *Compagno di conuiti* GERM. Ein geseil in schlechten vnd geringen sachen/bursgesell/zächgesell. HISP. *Compañero en los plazeres* ANGL. *A compagnion in eating and drinking.*} Quintilian. *in Gladiatore*, Et tempestiua conuiuia, & petuigiles iocos, aduocata sod. l um turba, solutus atque affluens agerem. Apud Cic. 3. *Verrina*. Sodales dicuntur eiusdem imperij prouinciales ministri & adiutores. Idem *pro Planc.* Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. Virg. 10.

——nam Pallas antè ruentem
Dum fuerit incautum crudeli morte sodalis,
Excipit, atque ensem tumido in pulmone recondit.

Horat. 1. *Carm. Ode* 63.

Caris multa sodalibus, &c.

Ouid. 1. *de arte*

Heu facinus, non est hostis metuendus amanti,
Quos credis fidos, effuge, tutus eris.
Cognatum fratrémque caue, fidúmque sodalem:
Præbebit veros hæc tibi turba metus.

Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Est ne hic meus sodalis? est. Ouid. *El.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Quósque ego dilexi fraterno more sodales.

¶ Caius Iurisconsultus Sodales interpretatur, qui sunt eiusdem collegij. In morbo sodalis. Cic. 3 *Verr.* Nam ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo & cupiditate. id est, eodem animi vitio tenebatur.

Sŏdālĭtās, atis, Collegium, seu familiaritas, & conuictus multorum. { חבר *cheber* חברה *chebráh.* συσσίτια. GALL. *Communauté, compagnie de gens beuuans & mangeans ensemble.* ITAL. *Compagnia à tauola.* GERM. Ein gesellschafft als der zunfftbruderen / bursgsellen / &c. burs. HISP. *Compañia en los plazeres* ANGL. *Fellowship at table.*} Cicer. *de sen.* Sodalitates autem me Quæstore constitutæ sunt. Idem *pro Cælio*, Fera quædam sodalitas, & planè pastoritia atque agrestis germanorum Lupercorum.

Sŏdālĭtĭum, ij, Sodalitas. { חבר *cheber* חברה *chebráh.*} *Ad Herennium* 4. Venit in ædes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum. Cic. *pro Planc.* Sed aliquando veniamus ad causam, in qua tu nomine legis Liciniæ, quæ est de sodalitiis, omnes ambitus legis complexus es. Idem *in Sal.* Non ita est, sed abiit in sodalitium sacrilegij Nigidani. Dulce sodalitium. Catul. *Epigram.* 95. De Propertio sic Ouidius *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Iure sodalitij qui mihi iunctus erat.

Sodalitius, a, um, ad sodales pertinens.

Sōdēs, quidam aduerbium precationem, vel exhortationem denotans, arbitrantur. ἄγε. Priscianus putat esse verbum defectiuum, quum ait, quædam verba esse, quæ in vsu deficiunt personis, vt Cedo, Sodes, Salue, Aue, Furis, Infit, Inquam, Foret, Fio. Dictum Sodes, pro si audes: vt, Sis, pro si vis: Illico, pro in loco. Cicer. *in Orat.* Libenter etiam copulando verba iungebant: vt, Sodes, pro si audes: Sis pro si vis. Plautus *Menæch. sc.* 3 *a.* 5. Da sodes abs te (aurum.) Soluto hoc verbo vsus est. Idem, Dic mihi, inquit, si audes quam ducere vis vxorem. Cornutus *in Persium, Satyr* 3.

Sŏdŏmă, æ, {סדום *sedhóm.* Σόδομα Stephano.} Oppidum Palestinę, vnum ex iis quæ Asphaltide lacu hausta esse Sacræ literæ testantur. Strab. *lib.* 16. autor est, Sodomam olim XIII. vrbium caput fuisse, vrbémque magnam, quippe cuius etiam illa ætate sexaginta stadiorum fuerit ambitus.

Sodomia, turpitudo in masculum facta.

Sodomita, Sodomæ incola: & Sodomiæ deditus.

Sodomiticus, a, um. ad Sodomitas pertinens.

‖ Soga, res. In ll. Longob. Rotharis *tit.* 101. siquis sogas fuerit furatus de [illegible] vinitorio. componat Solidos VI. ‖

Sogdiana, Σογδιανή, Sogdiorum regio in Asia, quæ (vt *lib.* 6. ait Ptolemæus) à Septentrione parte Scythiæ terminatur, ab Oriente Sacis, à Meridie & Occasu Bactriana. In ea sunt vrbes, Oxiana, Maruca, Alexandria, quam (vt Solinus ait) Alexander tertiam condidit, ad contestandos itineris sui terminos.

Sōl, solis, Planetarum omnium medius & temporum dispensator, vt qui aduentu suo diem, recessu noctem, efficiat. { שמש *schémesch.* ἥλιος. GALL. *Soleil.* ITAL. *Sole.* GERM. Die Sonn. HISP. *El sol.* ANGL. *The sunne.*} Dictus Sol, quasi solus, quòd vnus sit, & non plures, vt sentit Cicer. 2. *de natur. deor.* quódque tantam claritatem solus obtineat, vt solus quum est exortus, obscuratis omnibus aliis appareat, quanquam Varro ostendit vocabulum esse Sabinum. Idem *ibid.* Sol, qui astrorum obtinet principatum. Idem 1. *Tuscul.* Sol moderator & dux temporum. Idem *de somn. Scip.* Deinde subter mediam ferè regionem Sol obtinet, dux & princeps & moderator luminum reliquorum, mens mundi & temperatio, tanta magnitudine, vt cuncta sua luce lustret, & compleat. Virg. 3. *Georg.*

Diffugiunt, non Eure tuos, neque Solis ad ortus.

Ibidem,

——& pascere rursus
Solis ad occasum quum frigidus aëra Vesper
Temperat, & saltus reficit iam roscida Luna.

Quintilianus, Vt sol in oculos, sic inanimum incurrat oratio. Idem Quintil. Quia sol est super terram, dies est. Suet. *in Cæsar. cap.* 57. In agmine, nonnunquam equo, sæpiùs pedibus, anteibat capite detecto, seu sol, seu imber esset. Item Senec. *cap.* 3. *de tranq.* Sole & exercitatione diem educere. ¶ A primo Sole: hoc est, statim post Solis ortum. Iuuen. *Satyr.* 2.

——officium cras
Primo à sole mihi peragendum in valle Quirini.

¶ Niger Sol, hoc est, infaustus. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 9.

——hunccine solem
Tam nigrum surrexisse mihi?

Sole nouo. Virg. 1. *Georg.*

At quum sole nouo terras irrorat Eous.

i. oriente die & sole adhuc recenti, necdū feruenti, vt interpretatur Seruius. ¶ Sol nouus significat etiam primam æstatis partem. Virg. 7. *Æn.*

Vel quum sole nouo densæ torrentur aristæ.

id est, prima æstatis parte. Seru. ¶ Soles plurali numero, pro diebus legimus. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

Tres adeò incertos cæca caligine soles
Erramus pelago.

Et soles, Solis splendores vel radij dicuntur Mart.

Hybernis obiecta Notis specularia puros
Admittunt soles & sine fæce dies.

‖ Solis dies, primus in hebdomade feria prima. ‖ ¶ Item Solis æstus, vel ardores Solis. Horat. 1. *Epist.* 21.

Corporis exigui, præcanum, solibus aptum.

¶ Hinc insolo, as, de quo supra. ἡλιάζω. ¶ Solem adiuuare facibus. Prouerb. quod Gratianus refert ex Anacleto Papa *causa* 6. *q.* 1. in eos qui hîc vsurpant sibi diuinum iudicium, quod nullus hominum poterit effugere. Nam incerta sunt hominum iudicia: neque secus sese habent ad iudicia Dei quàm fax ad solem. Si omnia, inquit, in hoc seculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent, Superuacuis laborat impendiis, qui solem certat facibus adiuuare, &c.

Sōlĭfĕr, a, um, adiectiuum. { ἡλιοφόρος. GALL. *Qui apporte le soleil.* ITAL. *Chi porta il sole.* GERM. Das die Sonnen dahär bringt. HISP. *Que trae el sol.* ANGL. *That beareth or bringeth the sunne.*} Senec. *Hercul. OEtæo,* Aut qui soliferæ suppositus plagæ Vicino Nabathæ vulnera dirigit.

Sōlĭgĕnă, æ, { ἡλιόγονος. GALL. *Né du soleil, de la race du soleil.* ITAL. *Nato dal sole, di razza del sole.* GERM. Von der sonnen geboren. HISP. *Hijo del sol, ò de linaje del sol.* ANGL. *Engendred of the sunne.*} Valer. Flac. 5. *Argon.*

——nec fama fefellit
Soligenam Æten media regnare sub Arcto.

Sōlārĭs, e, quod est Solis. { ἡλιακός. GAL. *Du soleil.* ITAL. *Di sole, solare* GERM. Der sonnen. HISP. *Cosa del sol, solar.* ANG. *Of the sunne.*} vt, Radij solares, Annus solaris, quum sol expleto per omnia signa circuitu, ad id vnde digressus fuerat rediit, quod fit ferè CCCLXV. diebus & quadrante. ¶ Solaris herba, teste Celso, quæ Græcè ἡλιοτρόπιον dicitur, quòd se cum sole circumagat, etiam nubilo die: tantus est eius sideris amor. Lumen solare. Ouid. 5. *Trist. Eleg.* 10.

Sōlānŭs, a, um, Idem quod solaris. ἡλιακός. ¶ Hinc subsolanus ventus, qui sub sole oriente nasci videtur. ἀπηλιώτης.

Solanum, herba (in officinis *solatrum*) quam Græci στρύχνον vocant: cui vis reprimendi refrigerandique.

Sōlārĭum, ij, instrumentum in quo horæ ad solem conspiciuntur, veruto vmbram faciente, vel pinula. { צל המעלות *tsal hammahalóth.* ὡρολόγιον ἡλιακόν. GAL. *Vn quadran ou horloge au soleil.* ITAL. *Horologio del sole.* GERM. Ein Sonnen zeyt / Sonnen vhr. HISP. *Relox de sol.* ANGL. *A diall.*} Cicer. *pro Quintio*, Non ad solarium, non in campo, non in conuiuiis versatus est. id est, in eo loco fori Romani, in quo erat solarium, vbi otiosi deambulare solebant. Primus Romanis hoc statuisse dicitur L. Papyrius Cursor ad ædem Quirini, duodecim annis, antequam cum Pyrrho bellatum est. Nam prius ortus tantùm & occasus Solis nominabantur, post aliquot annos adiecto meridie. Plaut. *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Neque solarium, neque hortus apud nos est. ¶ Est item solarium, locus apricus in summa ædium parte, Solis calori fruendo accommodatus. Græci ἡλιακάμινον appellant. Vlp. *l. si arborem. ff. de seruitut. vrban præd.* Si arbor in heliocamino, vel solario solem adimat, dicendum erit, quia vmbram facit in loco, cui Sol fuit necessarius, contra seruitutem impositam fieri. Plaut. *in Milit. sc.* 3. *a.* 2. Nam certò neque solarium apud nos est, neque hortus vllus, neque Fenestra, nisi clatrata. Suet. *in Claudio* prorepsit in solarium proximum. ¶ Solarium locus in porticu eminentissimus, vt patet ex eodem Sueton. *in Neron. c.* 16. ¶ Solarium pro vectigali. Vide *Solum*, i.

Sōlātī, dicuntur qui sole correpti sunt, quemadmodum Siderati, qui Sidere. { ἡλιαζόμενοι. GAL. *Gastez du soleil.* ITAL. *Guasti ò corrotti dal sole.* GERM. Krancke so von der Sonnen hitz vbertriben worden sind. HISP. *Guastados del sol.* ANG. *Burne with the sunne.*} Plin. *lib.* 29. *c.* 6. Sic & solatis prosunt.

SŌLSTITIUM, ij, Solis statio, quum sol vltrà non progreditur, sed retrocedere incipit. { ἡλίου τροπή. GALL. *Solstice, le plus court iour ou le plus long de l'année.* ITAL. *Solstitio, il giorno più longo & il più corto dell' anno.* GERM. Die widerkerung der Sonnen/Sonnenwendung. HISP. *El mayor ò menor dia del solsticio.* ANG. *The standing of the sunne, when he goeth nether higher nor lower.*} Singulis autem annis duo solstitia sunt: vnum æstiuum, alterum hyemale. Sunt enim duo tropici, hybernus & æstiuus. Hybernus est per quem sol transmittens octauam Capricorni partem solstitium hybernum facit, quo tempore Sol altiores incipit circulos petere: Æstiuus verò, per quem Sol octauam partem Cancri transmittens, solstitium æstiuum facit, quo tempore remeare Sol ad inferiores incipit circulos. Hoc autem Cæsaris ætate fiebat octauo Calen. Ianuarias, quemadmodum Æstiuum solstitium octauo Cal. Iulij. Verùm ea ratio hodie nonnihil est mutata propter minuta supra CCCLXV. dies & quadrantem exuperantia. Hodie enim solstitium æstiuum incidit in ipsas Idus Iunij, quemadmodum hybernum in Idus Decembris. ¶ Solstitij tamen nomine veteres, si nihil adiiceretur, æstiuum ferè intelligebant. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Humida solstitia, atque hyemes optare serenas Agricolæ.

Nam quum hybernum solstitium intelligi volebant, id non absolutè Solstitium, sed cum adiectione brumale solstitium nominabant. Col. XVI. Calen. Ianuar. quum Sol in Capricornum transitum facit, brumale solstitium.

Sōlstĭtĭālĭs, e, ad solstitium pertinens. { τροπικός. GALL. *Solsticial, du solstice.* ITAL. *Solstitiale.* GERM. Das zu der Sonnen widerkehr gehört HISP. *Solsticial.* ANGL. *Belonging to the tyme when the sunne is at the fardest.*} Item vt, Circulus solstitialis, id est, tropicus Cancri. Plin. *lib.* 2. *cap.* 11. quia circa solstitialem circulum habitantium meridie ad Septentrionem vmbræ cadunt, ortu verò ad Occasum. Tempus solstitiale, Ouid. 6. *Fast.* Solstitiales dies. Cicer. 1. *Tuscul.* id est, dies anni totius longissimus, quo Sol altissimum in nostro hemisphærio locum obtinet: dies brumalis, anni totius breuissimus. ¶ Solstitialis herba quæ Græcè dicitur ἡλιοτρόπιον, & ἡλιότροπος, quòd τρόπας, id est, solstitia spectet. Plin. *lib.* 26. *c.* 5. Cōdurdon herba solstitialis, flore rubro, suspensa collo, comprimere

primere dicitur strumas. Apud Plautum verò Solstitialis herba, à Grammaticis exponitur herba, quæ æstate crescit, & propter an ni vaporem mox exarescit. Meminit & Ausonius ¶ Solstitialis morbus apud Plautum, i. febris ardens, siriasis, qui Solstitio à Sirij Caniculæque ardore & æstu excitatur. ¶ Solstitialis pro solari. Liuius, Desúntque dies solido anno, qui solstitiali circum agitur orbe, i. solari. Solinus, Qua solstitiali plagæ obuia est, i. solari plagæ & meridiei.

Sōlis Fōns, ἡλίου πηγή, fons est apud Troglodytas aquæ dulcis, circa meridiem maximè frigidus, mox paulatim tepescens: ad medium autem noctis feruore & amaritudine infestatur. Autor Plin. *lib.2. c.103.* Herod. *lib.4.* eiusdem & nominis, & naturæ fontem apud Ammonios collocat: cuius meminit & Plin. quamuis eum non Solis, sed Ammonis fontem appellat. Vide ea quæ suprà annotauimus statim post dictionem *Fons.*

Sōlipuga, vide *Solifuga.*

Sōlis gēmmă, quæ ad speciem Solis fulgentes in orbem radios habet, ἡλίου λίθος. Plin. 37. *c.10.*

Solis insula, ἡλίου νῆσος. Est in mari Indico semper rubens, & (vt Solinus refert) omni animantium generi inaccessa, quoniam eò ingresso vis circunfusi aëri, confestim exanimat. Plin *lib.6. c.23.* Insula quæ Solis appellatur, & eadem cubile Nympharum rubens, in qua nullum animal non absumitur incertis causis.

Solis mensa, Æthiopiæ locus, apparatis epulis semper refertus: & quia vt libet (inquit Pomponius) vesci volentibus licet, ἡλίου τράπεζαν, id est, Solis mensam appellant: & quæ passim adposita sunt, adfirmant nasci subinde diuinitus. {Das schlauraffen land.} Ad quem locum Seuerus Imperator, referente Spartiano, quum Alexandriam venisset, rei fama permotus profectus est. Cæl. multæ lectionis vir, *lib.16.* antiquarum lectionum scribit, Solis mensam adagio dici diuitum, opulentorúmque hominum domos, omni rerum copia vbertim adfluentes, expositásque inopum necessitatibus & alimentis.

Sōlis ōstiă, de quibus Pomponius in descriptione Indiæ, loca sunt ob æstum intolerabilem, & aquarum longo tractu penuriam, sic dicta, quibus in locis periclitatum Alexandri exercitum Diodor. *lib. 17.* scribit.

Sōlāmĕn, solaminis, vide *Solor,*

Sōlānum, στρύχνος, herba est quatuor generum, quorum vnum, quod solanum satiuum, siue hortense dicitur, στρύχνος κηπαῖος, esui aptum est, haud magno frutice, sed alis frequentibus, nigro folio, maiore quàm ocymi, acinis rotundis, quum maturuerint, nigrantibus, aut rufescentibus: Officinæ *solatrum* vocant, vulgus *morellam.* De hac herba lege Gesn. *lib.1. de Animal.* Alterum halicacabon cognominant, foliis supradicto similibus, sed latioribus, caulibus quum increuêre, in terram inclinatis. Semen fert in folliculis rotundis ad speciem vesicarum, orbiculatum, rubens, & læue, acinorum vuæ figura Mauritani *alca quengi* nominant: rustici in Gallia *cocretum.* Tertium figuræ genus ὑπνωτικόν, hoc est, somniferum dicitur, ab effectu. Est enim naturæ frigidissimæ: ita vt & velociùs quàm opium necem afferre credatur. Vulgus *solatrum marinum* vocitat. Quartum solani genus peculiariter dicitur à vi insaniam gignendi μανικόν: nam drachmæ pondere datur, vt sibi quis placeat, pulcherrimúmque existimet: duplicato pondere, vana spectra animo offert: triplicato legitimus, perpetuúsque subit furor, siquid adiicitur præsentanea mors rapit. Vulgus *Solatrum mortale* nominat. Vide plura de his generibus apud Plin. *lib.27. c.13.*

Sōlāris, Solarium. vide *Sol, & Solum, i.*

Sōlārium, vide Solor.

Soldum, pro solidum, Martial. *lib.1.*

Ex insulis fundisque tricies soldum.

Sōldūrĭī, vox Celtica, arctissimum amicorum genus significans quos Latinè deuotos dicere possumus: eorúmque eiusmodi erat conditio, vt omnibus in vita commodis vnà cum his fruerentur, quorum se amicitiæ addixissent: & siquid eis per vim accidisset, aut eundem casum subirent, aut sibi mortem consciscerent. Autor Cæs. *bell. Gall. lib. 2.* Eadem apud Athenæum ex Nicolao Damasceno, qui tamen σιλοδούρους vocat.

Sŏlĕă, æ, Calceamenti genus, quo solæ obteguntur plantæ, cæteris pedis partibus nudis relictis, ansulis tantùm quibusdam in superiore parte coëuntibus reuinctum, quòd solo pedis subiiciatur. { נעל *nâhal.* ὑπόδημα, κρηπίς. GAL. *Semelle, espece de souliers ou pantouffles, qui ne couurent que la plante du pié, patins.* ITAL. *Suola.* GERM. Weit außgeschnitten schuch / ein gattung schuch so nur ein solen hat/vnd mit einem riemen auff dem rist an fuß gebunden wirt/pantofflen. HISP. *Alcorque, chapin, ò chinela suela.* ANG. *A kind of shooes that couer only the sole of the foote. also the sole of a shooe.* } Soleæ, quid, vide apud Gell. *cap. 20. lib. 13.* Plaut. *Mostell sc.1. a.2.* Cedo soleas. (vt surgam è triclinio sup.) Item, Soleæ lunatæ, Martial. *Epigram. 65. lib. 14.* Plautus *in Trucul.* Date iam soleas, atque intro me actutum ducite. ¶ In equis quoque & mulis soleæ dicuntur ferramenta illa, quæ pedibus illorum subiiciuntur. Catul. & supinam animam graui derelinquere cœno, Ferream vt soleam tenaci in voragine mula. Fuerunt etiam soleæ argenteæ. Suet. *in Neron. cap.30.* Nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis canusinatis mulionibus, &c. ¶ Est etiam solea instrumentum quo oleum ex oliuis exprimebatur. Colum, *lib.12. cap.50.* Oleo autem conficiendo molæ vtiliores sunt quàm trapetum, quàm canalis & solea. ¶ Item solea genus piscis plani à similitudine soleæ. {GALL. *Sole.* ITAL. *Suola.* GERM. Ein gattung eines meerfischs/hat ein gestalt wie ein fuß solen. HISP. *El lenguado.* }. Plin. *lib. 11.* Rhombi, soleæ, passeres, habent formam planam. Solea item dicitur materia roborea, super quam paries creatitius extruitur: vt ex Verrij sententia annotauit Festus.

Sŏlĕārĭī, solearum sutores. {ὑποδηματοποιοί GAL. *Cordonniers qui font des semelles.* ITAL. *Scarparo.* GER. Solenschuster/pantofflen macher. HISP. *çapateros que hazen suelas.* ANGL. *Sole makers of sowers of shooes.* } Plaut. *in Aul.* Soleari astant, astant molochinarij.

Sŏlĕātus, qui soleis indutus est. { κρηπιδωτός. GALL. *Qui porte des patins.* ITAL. *Solato.* GERM. Der weit außgeschnitten schuch oder pantoffen antregt. HISP. *Calçado de alcorques.* ANGL. *That weareth shooes to couer the soles.* } Gell. *lib.13. cap.20.* Cur soleatos dixisset, qui Gallicas non soleas haberent? Cicero. *7. Verr.* Stetit Soleatus Prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicáque talari muliercula nixus, in littore. Martial. *lib.12.*

Etsi iam lotus, iam soleatus erit.

Sōlēnēs, σωλῆνες, genus concharum: quod & onychas & digitos vocamus, itémque donacas & aulos. Solenes, vt arbitror, dicti à caniculata longitudine, σωλῆνας enim Græci canales appellant.

Sōlēnistæ, σωληνισταί, dicuntur, qui id genus concharum piscantur. Quo cognomine Philoxenum quendam dictum legimus, quòd primùm σωληνοθήρας fuisset, deinde Demagogus & postremò tyrannus effectus. Vide Cæl. *lib.13. c.5.*

Sōlēnnis, e, quod quotãnis fieri solet. {ἐτήσιος. GALL. *Solennel, ordinaire, accoustumé.* ITAL. *Solenne.* GERM. Jahrzeitlich/das alle jar geschicht. HISP. *Cosa solenne ò cadañera.* ANGL. *Solemne, ordinarie, accustomed.* } Valer. Max. Maiores status solemnésque cæremonias Pontificum scientia bene gerendarum rerum autoritate, &c. Virg. 2. *Æneid.*

Solennes taurum ingentem mactabat ad aras.

Horat. 4. *Carm. Ode 11.*

Qui dies mensem Veneris marinæ
Findit Aprilem,
Iure solennis mihi, sanctiórque
Pene natali proprio.

Ouid. 5. *Fast.*

Solennes ludos circi celebrare
Quirites.

Salust. *in Catil.* Sicut in solemnibus sacris fieri consueuit. ¶ Solennia verba (dedicationis) concipere. Senec. *cap.13. de consol. ad Mart.* Solennia triumphi. Sueton. *in Neron.* Solenne nuptiarum. *Ibid. cap.28.* Item, Solennes dies, (de natali.) Idem Sueton. *in August. cap.53.* ¶ Accipitur aliquando solenne pro solito, recepto, & consueto. Idem *de Aug. cap.44.* Fœminis ne gladiatores quidem, quos promiscuè spectari solenne olim erat, nisi ex superiori loco spectare concessit. Cic. *ad Attic. lib.7.* Tantùm igitur nostrum illud solenne seruemus, vt nequem istuc euntem sine literis dimittamus. Senec. *cap.2. de consol. ad Mart.* A solennibus officiis seducta. (sup. Octauia.) *Ibid cap.14.* eodem sensu dixit: processit ad solita in publicum officia. Idem *ibid. cap.16.* Hoc erit tibi solenne officium. (Auiæ in neptem.) Idem *ad finem c.12. de tranq. Animi*, Vbi nullum officium solenne nos citat, inhibendæ actiones sunt. Et Suet. *in Aug. c.44.* Quos promiscuè spectari solenne olim erat. Et *infrà cap.56.* Supplicabátque more solenni. Item Liu. *lib.3. ab vrb.* Statum ac propè solenne bellum, &c.

Sōlēnnē, & solennia, ium, substantiuum, Festa quæ singulis annis certo tempore fiunt. {מועד חג *mohédh* חג *chágh.* ἑορτή. GALL. *Feste en certain temps, feste solennelle, solennité.* ITAL. *Solennità, solenne.* GER. Jahrzeit/ fåsttag so man alle jar begeth. HISP. *Solennidad.* ANG. *Solemnitie, feastes that cometh euerie yeare.* } Iuuen. *Satyr. 10.* Incolumi Troia Priamus venisset ad vmbras Assaraci magnis solennibus. Tacit. *lib.12.* Et funeris solenne perinde ac diuo Augusto celebratur. Idem *lib.11.* Cuncta nuptiarum solennia celebrat. Virg. 6. *Æneid.*

Et statuent tumulum, & tumulo solennia mittent.

Solennia tristia, Propertius *lib.21.* dicit ea Isidis in cuius casto, seu peruigilio matronæ & impuræ quoque fœminæ secubabant: aliter non facturæ rem diuinam, sine piaculo, id est, puro secubuisse toro, Tibull. *lib.13.*

Sōlēnnĭtās, atis, Cæremonia cum quadam maiestate. {מועד *mohédh* חג *chágh.* ἑορτή. GALL. *Solennité.* ITAL. *Solennità.* GERM. Ein zeit/ oder die festhaltung eines iahrzeitlichen tags. HISP. *Solennidad de cada vn año.* ANGL. *Solennitie.* } Gell *lib.1. cap.24.* Per dierum varias solennitates.

Sōlēnnĭtĕr, aduerb. {GALL. *Solennellement.* ITAL. & HISP. *Solennemente.* GERM. Nach jårlichem oder gewonlichem brauch ANG. *Solemnelie* } Liu. *5. ab Vrbe.* Ibique omnibus solenniter peractis, eadem reuertens Plinius *lib.9 cap.1.* Ibique se purificantes solenniter aqua circunspergi, atque ita salutato sidere in syluas reuerti, &c.

Sōlēnnĭtūs, Veteres pro solenniter vsurparunt: quod & annotauit Non. citans Lucil. *in Ægysth.* Sollennitúsque eum laudet lubens.

Sŏlĕo, es, solitus, Consueui, pro more habeo, hunc morem habeo. { למד *lummádh* εἴωθα, φιλέω. GALL *Souloir, auoir de coustume.* ITAL. *Hauer per costume.* GERM. Gewohnt sein/pflegen. HISP. *Acostumbrar ò soler.* ANG. *To vse, to haue an accustome or vse, to be wont.* } Plautus *Men. sc 4. a. 2.* Dixin' tibi hæc hîc solere fieri. (sup. hunc morem habent.) Virgil.

——— Vnde omnis Troia videri
Et Danaûm solita naues & Achaica castra.

Terent. *in Andr.* Quod vulgus seruorum solet, dolis vt me deluderes. Virg. 10. *Eclog.*

——— solet esse grauis cantantibus vmbra.

Cic. *de Amic.* Si prius, quod maximè reprehendere solitus sit, edixero. ¶ Solere cum viro, aut muliere, & remissiuè consuetudinem habere. συμπλέκεσθαι. Plaut. *in Cistell.* —frigidam Subdolè suffundunt: viris cum suis nos solere prædicant. Idem *Pseud. sc.1. a.3.* Neque illud possum, quod illi qui possunt, solent. Obscœnè. Vide infrà *Solitus.* ¶ Apud antiquos legitur præteritum solui, quod & Festus annotauit, citans locum Cælij ex *Annalium lib.7.* Duos & septuaginta lictores domum deportauisse, qui ductoribus hostium antea soluerint ferri. Salust. *lib.2. Hist.* Neque subsidiis vti soluerat compositus. ¶ Solet, aliquando impersonaliter ponitur: & cum particula vt, vel simili, non inuenustè longiori orationis contextui interiicitur. εἴωθε, φιλεῖ. Cic. *pro Cluent.* Quum quædam in collibus, vt solet, controuersia pastorum esset orta. hoc est, vt ferè fit. Eundem vsum habet eius compositum Adsolet. Idem *in Lælio*, Quum in hortos D. Bruti auguris commentandi causa, vt adsolet, venissemus, tu non adfuisti.

Sōlēns, tis, participium. Assuetus. {למד *limmúdh.* ἐθιζόμενος, εἰωθώς. GAL. *Ayant de coustume.* ITAL. *Chi a per costume.* GER. pflegend. HISP *Que tiene costumbre.* ANG. *That accustometh wonteth, or hathan accustome.* } Plautus *in Epid.* — ego abscessi solens Paulum ab illis, id est,

vt soleo. Idem *in Amph.* Si dixero mendacium, solens meo more fecero.

Sŏlĭtus, a, um; aliud particip. Consuetus. {לִמּוּד limmúdh. εἰθισμένος. GALL. *Qui a accoustumé, accoustumé.* ITAL. *Solito, vsato, assueto.* GERM. Gepflegt. HISP. *Acostumbrado.* ANGL. *wonte, accustomed.*} Cicer. *de Orat.* Quod optimo cuique Athenis accidere solitum est. Plautus *Pseud. sc.* 7 *a.* 4. Tune cubitare in cunis solitus es puer? Scilicet solitum esse, Et alibi; Etiamne solitus puer: scin' quid loquar? (Obscœnè, inquit Passeratius, vt Consuetus, vsurpatur.) ¶ Legitur & Solitus pro Solus, apud antiquos. Plaut. *Amph.* Qui soliti inuiti cubant.

Sŏlĭtus, a, um, nomen ex particip. Ouid. 6. *Metam.*

——vt solito finem imposuêre labori.

Velleius, Ex solito aliquid omittere.

Sŏlĭtō, ablatiuus. { ANGL. *More then it was wont.* } Qui solis comparatiuis nominibus aut aduerbiis iungitur. Liu. 5. *bell. Pun.* Reate saxum ingens visum volitare: sol rubere solito magis, sanguineóque similis. Ouid. 14. *Metam.*

Ille fugit sed se solito velocius ipse
Currere miratus.

Idem 1. *de Arte,* Tu neque subiectus, solito neque blandior esto. Vell. Ex solito aliquid omittere.

Sŏlĭto, as, frequenter soleo {εἴωθα. GALL. *Auoir souuent de coustume, auoir souuent accoustumé.* ITAL. *Accostumare molto.* GERM. Offt pflegen oder gewohnt sein. HISP. *Mucho acostumbrar.* ANG. *To be often wonted or accustomed.*} Gell. *lib.* 7. *c.* 1. Scipionem Africanum solitauisse noctis extremo, priusquam dilucularet, in Capitolium ventitare.

Sōlērs, tis, omn. gen. Industrius, ingeniosus, acutus, dexter. { חָרוּץ cħarúts עָרוּם ħarúm חָכָם cħachám שָׁקֵד schokédh. ἀγχίνους, δεξιός, πανοῦργος. GALL. *Ingenieux, caut & fin.* ITAL. *Solicito, diligente, industrioso, ingenioso, sottile.* GERM. Klug/gescheid/scharpffsinnig. HISP. *Cauto, prudente, y sabio, y industrioso en lo que haze.* ANGL. *wise, wittie, quick in doing, diligent.*} Terentius *Eunuch.* —fac Periculum in litteris, Fac in palæstra, in musicis, quæ liberum Scire æquum est adolescentem, solertem dabo. Cicer. *pro Rosc. Com.* Iam quò quisque est solertior, & ingeniosior, hoc docet iracundiùs & laboriosiùs. Gell. *cap.* 16. *lib.* 17. Solers medicina rei. Ouid 13. *Metamorph.* Solertior isto & sibi inutilior. Colum. *lib.* 8 *cap.* 13. *de ansere,* Solertiorem custodiam præbet quàm canis. Virg. 4. *Georg.*

Quem mihi vix frugum & pecudum custodia solers
Omnia tentanti extulerat.

Cicer. *de senect.* Nec consitiones modò delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil inuenit agricultura solertius.

Sōlertissĭmus, superlat. Senec. *Epist.* 118. Transcurramus solertissimas nugas.

Sōlertia, æ, Ingenij acumen, & dexteritas ad rem aliquam agendam, industria, malitia. { חָכְמָה cħochmáh עָרְמָה ħormáh. ἀγχίνοια, δεξιότης. GALL. *Ingeniosité d'esprit* ITAL. *Ingegno, diligentia.* GERM. Klugheit/scharpffsinnigkeit/geschwindigkeit/des verstands. HISP. *Tal solercia, diligencia, industria, vigilancia ò astucia.* ANG. *witinesse, quicknesse of witt, craftinesse in practising.*} Cic. *in Catone,* Tum eum dixisse, mirari se non modò diligentiam, sed etiam solertiam eius à quo essent illa dimensa, atque descripta. Idem *lib.* 1. *Offic.* Itaque eorum fines, sicut ipsi dixerant, terminauit, & in medio relictum quod erat, populo Rom, adiudicauit. Decipere hoc quidem est, non iudicare. Quocirca in omni re fugienda est talis solertia. Claudian. *lib.* 3. *de raptu Proserpinæ,*

—— ——rerúmque remotas
Ingeniosa vias paulatim explorat egestas,
Vtque artes pariat solertia, nutriat vsus.

Sōlertĕr, aduerbium, Ingeniosè, perspicaciter, & subtiliter. {δεξιῶς. GALL. *Subtilement & ingenieusement.* ITAL. *Sottilmente, ingeniosamente.* GER. Gescheidlich/scharpffsinnigklich/spitzfündigklich HISP. *Prudente y diligentemente.* ANGL. *Craftelie, quickelie wittelie.*} Cic. 1. *de legib.* Artes verò innumerabiles repertæ sunt docente natura: quam imitata ratio, res ad vitam necessaria solerter consequuta est. Idem 6. *Verri.* Tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta solertissimè perspicis? Ouid. *lib.* 11. *Metam.*

——— Non illo iussos solertius alter.
Exprimit incessus, vultúmque sonúmque loquendi.

Soliar, quo solium tegitur: vt aular, quo aula; toral, vel torus.

Sōlĭcĭtūdo, inis, Cura, anxietas, & mentis inquietudo. {דְּאָגָה deaġháh חֲרָדָה cħaradháh. μέριμνα, ἀγωνία. GALL. *Solicitude, soing & chagrin.* ITAL. *Solicitudine, affanno.* GERM. Sorgfeltigkeit/vnrüwigkeit deß gemüts vnd der gedancken. HISP. *Cuydado, congoxa.* ANG. *Care, cark, pensiuenesse.*} Ter. *in Andr.* Quantas hic confecit solicitudines. Cicero 4. *Tusc.* Solicitudo, est ægritudo cum cogitatione. Idem 1. *de finib.* Fásque ipsas solicitudines, quibus eorum animi noctes, diésque exeduntur, à diis immortalibus supplicij causa importari putant. Idem *ad Attic lib.* 6. Solicitudine prouinciæ tamen vel maximè vrgemur. Quint. Curam verborum: rerum volo esse solicitudinem.

Sōlĭcĭtus, a, um, Inquietus, anxius, & curis affectus. {דּוֹאֵג doéġh חָרֵד cħarédh שָׁקֵד scokédh. πολυμέριμνος. GALL. *Qui est en souci & chagrin.* ITAL. *Solicito.* GER. Sorgfeltig/vnrüwig von sorgen. HISP. *Cuydadoso con congoxa.* ANGL. *Carefull, pensiue.*} Cicer. *Cælio,* Mirificè sum solicitus quidnam de prouinciis decernatur. Solicitus ex aliqua re, in eadem significatione dicimus qua Solicitus propter rem aliquam. Ter. *in And.* Laborat è dolore, atque ex hoc misera solicita est, ne se deseras. Cic. 2. *de fin.* Num igitur eum postea censes anxio animo aut solicito fuisse? Solicitus de re aliqua. Idem *ad Dolabellam lib.* 9. Te tamen hoc scire volo, vehementer populum solicitum fuisse de P. Syllæ morte, ante quàm certum scierit. Idem *ad Tironem,* Qu. autem pater & filius Butroti solliciti eramus de tua valetudine mirum in modum. ¶ Solicitam lucem rapere alicui. (i vitam.) Vell. Catull. *de Coma Beren.*

Vt tibi tunc toto pectore solicitæ
Sensibus ereptis mens excidit?

Solicitus In. Quint *lib.* 8. *c.* 3. Nec sum in hoc solicitus, cum res ipsa volentibus discere appereat. Solicitus vicem. Liu. 8. *bell. Pun.* Commemorauit quantum essem periculi aditurus, si in Africam traiicerem: vt meam quoque, non solùm Reip. & exercitus, vicem videretur solicitus

¶ Interdum actiuè accipitur pro eo quòd solicitudinem & curam affert. φροντιστικός. Virg. 10. *Eclog.*

Incipe, solicitos Galli dicamus amores.

Sōlĭcĭtē, aduerb. Anxiè, cum cura & solicitudine. {ἐπιμελῶς, πεφροντισμένως. GAL. *Soigneusement.* ITAL. *Sollecitamente.* GER. Sorgfeltigklich. HISP. *Cuydadosamente* ANGL. *Carefullie, pensiuelie.*} Ouid. 4. *de Ponto, Eleg.* 16.

——— vestri non immemor vnquam,
Qui mala solicitè nostra leuatis, ero.

Sōlĭcĭtiūs, aduerb. Compar. magis solicitè. *in Epitome* Sext. Aurelij Vict. *in Theodosium,* Annonæ curam solicitiùs attendere.

Sōlĭcĭtissĭmē, superl. Senec. *Epist.* 94. Minimum est de quo solicitissimè agitur. Sic etiam Suet. *in Claud. c.* 18. Vrbis annonæque curam solicitissimè semper egit, &c.

Sōlĭcĭtĭŏr, comparat. Magis solicitus. { φροντιστικώτερος. GALL. *Plus soigneux.* ITAL. *Piu sollecito.* GER. Mehr sorgfeltig. HISP. *Mas cuydadoso con congoxa.* ANGL. *More pensiue.*} Senec. *de benefic. lib.* 3. Multò tardiores futuros ad accipienda beneficia si periculum causæ dicendæ adituri erunt, & innocentiam solicitiore habituri loco. Plancus Cicer. *lib.* 10. Solicitiorem certè hominem non satis contractis, neminem puto fuisse.

Sōlĭcĭto, as. Inquieto, curam iniicio, seu contristo. {עִצֵּב ħistsébh הַחֲרִיד hecħeridh. κινέω. *Sollicier, & presser de faire, pourchasser, fascher en poursuiuant.* ITAL. *Attristare, affannare, sollecitare.* GERM. Sorgfeltig machen/mit sorgen beladen. HISP. *Poner cuydado congoxoso, acruciar.* ANG. *To desquiet, to trouble, to mak carefull, to prouok, & lie instantly vpon one.*} Terent. *in Andr.* Cur meam senectutem solicito huius amentia? Plin. *Epist. lib.* 9. Nulla spe, nullo timore solicitor, nullis rumoribus inquietor. Plautus *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Visam sítne aurum ita vt condidi, quod me solicitat plurimis miserum modis. *Ibid. sc.* 6. *a.* 4. Id quod tuum sollicitat animum feci. ¶ Sollicitare pacem. (i. turbare.) Liu. 1. *ab Vrb.* ¶ Aliquando insto, aut spem, metúmve ostendendo allicio. {פִּתָּה pittáh שָׁקַד schakádh הֵסִית hesíth. πείθω. ANGL. *To prouoke or intise to do a thing.*} vt, Solicitare pudicitiam mulieris, hoc est, attentare, & conari, labefactare. Gell. *cap.* 12. *lib.* 15. Si vlla, inquit, meretrix domum meam introiuit, aut cuiusquam seruulus propter me solicitatus est. ¶ Sollicitare aliquem maritum: Sueton. *in Galba cap.* 5. Remansit in cœlibatu, neque sollicitari vlla conditione amplius potuit, ne Agrippinæ quidem viduatæ morte Domitij, quæ maritum quoque adhuc necdum cœlibem Galbam adeò omnibus sollicitauerat modis. Solicitare animos militum, est ad seditionem, defectionem, proditionémve conari compellere. Δημαγωγεῖν. Curt *lib.* 2. Verùm enim verò quum modò milites meos literis ad proditionem, modò amicos ad perniciem pecunia solicitet, ad internecionem mihi persequendus est, non vt iniustus hostis, sed vt percussor, veneficus. ¶ Dictum sollicitare, quasi solo citare, id est, suo loco mouere: propriè enim significat terram vertere: ideóque vnico l, scribendum videtur. In carmine tamen assumit alterum, quia alioqui tot concurrentibus breuibus syllabis, carmen ingredi non posset. Tibull. Et teneram ferro sollicitauit humum. Virg. 2. *Georg.* Sollicitanda tamen tellus puluisque mouendus. Ouid. 4. *Fast,*

Quas (herbas) tellus nullo sollicitante dabat.

¶ Sed quia solùm etiam de mari dicitur, ponitur quandoque pro nauigare, & mare vertere. Claud. *in Præfat. lib.* 1. *de rap. Proserp.*

Et rudibus remis sollicitauit aquas.

¶ Solicitare forem, pro eo quod est aperire ianuam. Ouid. 3. *Amor. Eleg.* 1.

Per me decepto didicit custode Corinna
Liminis adstricti sollicitare forem.

Sōlĭcĭtātio, Contristatio. {עִצָּבוֹן ħétsebh. κίνησις. GALL. *Solicitation & pourchas, soigneuse poursuite, souci.* ITAL. *Solicitudine, procaccio.* GERM. Bechunrüwigung/bemüung. HISP. *Cuydado congoxoso, obra de poner en cuydado congoxoso.* ANGL. *A soliciting or intising to do a thing.*} Terent. *in Andr.* Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt, Amor, misericordia huius, nuptiarum solicitatio. ¶ Sumitur & pro tentatione & incitatione ad aliquam rem. {מְפַתֶּה mephatéh מַסִּית masśíth. πειρασμός.} Cic. *in Catil.* Iam verò illa Allobrogum solicitatio, à Lentulo cæterisque domesticis hóstibus, tanta res, tam dementer credita & ignotis, & barbaris, &c.

Sōlĭcĭtātŏr, is, verbale, Tentator, incitator, impulsor. {מְפַתֶּה mephattéh מַסִּית masśíth. πειραστής. GALL. *Soliciteur, solicitateur.* ITAL. *Sollecitatore.* GERM. Ein anstrenger/der ein versuchstuck thut ob es gerahten wölle. HISP. *Que pone en cuydado congoxoso.* ANG. *An intiser to do any thing.*} vt, Solicitator alieni lecti, hoc est, qui pudicitiam matronæ conatur labefactare. Paul. *de extraord. crimin.* Solicitatores alienarum nuptiarum, itémque matrimoniorum interpellatores.

Sŏli, orum, Σόλοι, vrbs in Cypro insula, metallorum copia nobilitata: cuius meminit Galen. *lib.* 9. *simpl.* ¶ Est præterea einsdem nominis Ciuitas in Cilicia, quæ postea Pompeiopolis dicta est. Vide paulò pòst in dictione Soloe.

‖ Solidion, stipendium. L. g. b. ‖

Sŏlĭdus, a, um, propriè de eo dicitur, quòd habet tres dimensiones longitudinis, latitudinis, & profunditatis. { קָשֶׁה kaschéh חָזָק cħazák στερεός. GALL. *Solide, ferme, massif.* ITAL. *Saldo, fermo.* GERM. Ein iedes das sein lenge/breite/vnd dicke hat. HISP. *Firme, fortalecido.* ANG. *Sound, woll, massie.*} Linea enim sola longitudine contenta est: superficies, præter longitudinem habet & latitudinem: quibus si profunditas accesserit, tum demum solidum quiddam intelligimus. Cic. 1. *de natura deorum,* Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus, ex planis circulus aut orbis. ¶ Accipitur aliquando solidum pro integro, quod neque concauum est, neque ex partibus compositum, sed quod ex vno, eóque iugi constat corpore. Sic columnas dicimus esse ex solido marmore, non quæ marmoris tectæ sunt crustis, sed quæ ex vno confectæ sunt. lapide. Virg. 6. *Æneid.*

Tum Phœbo & Triuiæ solido de marmore templa Instituam, delibm.

——— solidóque adamante columna.

Idem

Idem 3. *Georg.*

In foribus pugnam ex auro, solidóque elephanto
Gangaridum faciam.

id est, ex integro ebore, non sectili, inquit Seru. Cicer. 1. *de diuin.* Annibalem Cælius scribit, quum columnam auream, quæ esset in fano Iunonis Laciniæ, auferre vellet, dubitarétque vtrum ea solida esset, an extrinsecus deaurata, perterebrauisse. ¶ Transfertur & ad alia, accipitúrque pro toto, siue perfecto, quòd scilicet omnibus suis partibus constat, cuíque nihil est detractum. { תם *tam* תמים *tamim*. ὁλόκληρος, ὁλόμετρος. } Sic solidam hæreditatem accepisse dicimus eum, qui ex asse institutus est hæres. ¶ Solidus annus, id est, integer, & non interruptus. Plautus, Puer. Decem annos solidos errauit puer. Sic solidus dies dicitur apud Senec. *epist.* 84. Item totus, idem *ibidem.* ¶ Solidum beneficium, id est, plenum, & ad cuius perfectionem nihil desideratur. Ter. *Eunuch.* Vt solidum parerem hoc mihi beneficium. Solida lætitia, Solida felicitas, hoc est, nulla ægritudine aut infortunio contaminata. Plin. *lib.* 7. *cap.* 44. Nulla est profectò solida felicitas quam contumelia vlla vitæ rumpit, nedum tanta. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Inibis à me solidam & grandem gratiam. Item, Nostra gloria cùm sit ex solido. (i. vera, non futilis, non inanis.) Sic idem Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. dixit: Solidam auream statuam dare faciundam, &c. Solidam. Plin. *cap.* 4. *lib.* 33. nulla inanitate dixit de statua aurea. Terent. *in Andr.*—nónne tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium, Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres; Vbi Donatus, Solidum, plenum, idoneum, integrum. In solidum aliquid promittere dicuntur plures debitores, fideiussorésve, quorum vnusquisque se rei totius debitorem, fideiussorémve constituit: quod locutionis genus frequens est apud Iurisconsultos. Fossa fit ad solidum, Ouid. 4. *Fast.*

Sŏlĭdŭs, substantiuum, quo Romani vtebantur pro genere quodam numi aurei, ita dicti, quòd iusto pondere erat percussus, non dimidiato, aut trientali, quemadmodum semisses, & tremisses. Lamprid. *in Alexandr.* Vectigalia publica in id contraxit, vt qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam partem aurei præstarent, túncque primùm semisses aureorum formati sunt, tum etiam quum ad tertiam partem aurei vectigal decidisset, tremisses, dicente Alexandro, etiam quartarios futuros. Sed quum non potuisset per publicas necessitates, conflari eos iussit, & tremisses tantùm, solidósque formari. Ex his verbis Lampridij facilè intelligimus solidos primùm dictos esse aureos numos cuiusdam, suíque ponderis, quasi integros, Bud.

Sŏlĭdē, aduerb. Integrè, omnibus modis. { ὅλως. GALL. *Solidement, entierement.* ITAL. *Solidamente, interamēte.* GER. Gäntzlich/eigentlich. HISP. *Firme y enteramente.* ANGL. *Soundly, massily.* } Terent. *Andr.* Nam hunc scio mea solidè solùm gauisurum gaudia. Plaut. *Trinum.* Hic homo solidè sycophanta est.

Sŏlĭdĭtās, atis, Firmitas, stabilitas. { קוממיות *komemiiuth* חזק *chózek* חזקה *chezkáh*, vel, *chozkáh*. στερρότης. GALL. *Solidité, massiueté.* ITAL. *Saldezza, saldamento.* GERM. Veste/steiffe/oder gäntze. HISP. *Firmeza.* ANGL. *Soundnesse, massinesse.* } Cicero *de natura deorum*, Vt manu doceat, eam esse vim & naturam deorum, vt primùm non sensu, sed mente cernatur, nec soliditate quadam, nec ad numerum. Idem *de Vniuers.* Sed quum soliditas mundo quæreretur, solida autem omnia vno medio, nunquam duobus, semper copulentur, &c.

Sŏlĭdĭpēs, solidipedis, om. gen. quod solidos habet pedes, non bifurcatos. { στερεόπους. GALL. *Qui a les pieds pleins sans fourcher.* ITAL. *Di piedi sodi non biforcati.* GERM. Das gantz füß hat wie ein roß. HISP. *Animal de vñas maciças.* ANGL. *Sure footed.* } Plin *lib.* 10 Contra naturam solidipedum, aut bisulcorum supra cuncta est murium fœtus.

Sŏlĭdo, as, Solidum & firmum reddo, stabilio, fulcio. { הקים *hekim* קים *kijám.* στερεόω. GAL. *Affermir, faire solide.* ITAL. *Soldare, affermare, far duro.* GERM. Befestnen/hart oder steiff machen. HISP. *Fortalecer, fundar.* ANGL. *To mak sound, wholl or massie.* } Virg. 1. *Georg.*

Area tum primùm ingenti est æquanda cylindro,
Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci.

Gell. *cap.* 3. *lib.* 1. Solidatur lacuna (id est, repletur.) ¶ Nonnunquam quod ruptum, fractúmve erat, conglutino. συμπήγνυμι. Plin. *lib.* 24 *c.* 16. Boum neruos abscissos vomere, solidari ea, rursúsque iungi, addita axungia, affirmans.

Sŏlĭdēsco, cis, Consolidor, conglutinor, coëo, solidus fio. { דבק *dabák.* συμφύομαι, στερεοῦμαι. GALL. *Se resoudre & reprendre.* ITAL. *Saldarsi.* GER. Gantz werden. HISP. *Hazerse firme, fortalescerse.* ANG. *To waxe sound and wholl, to close as a wound doeth.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Vesica mēbrana constat, vulnerata cicatrice non solidescit.

Sŏlĭfĕrrĕum, genus teli: appellatum, quasi totum ferreum. Tractum ex Oscorum lingua, teste Festo, qui solon dicebant, quod nos totum. Gellio *cap.* 25. *lib.* 10. Solifera dicitur. { GALL. *Armure toute de fer.* ITAL. *Arma tutta di ferro.* GERM. Ein gattung eines gantzen eisinen pfeils. HISP. *Arma de hierro maciça.* ANG. *A weapon all of yron.* } Liuius 4. *bell. Maced.* Vt emissis soliferreis falaricisque gladios strinxerunt, tum velut redintegrata est pugna.

Sŏlĭfŭgă, genus formicæ, venenatæ, à fugiendo sole dicta. Plin. *lib.* 22. *cap.* 25. Et leguminibus innascuntur bestiolæ venenatæ, quæ manus pungunt, & periculum vitæ afferunt solifugarum generis. Idem *lib.* 29. *cap.* 4. Et formicarum genus venenatum: non eas nouère in Italia. Solifugas Cicer. appellat, salfugas Bætica. Fest. Solipungam vocat: indéque nomen sortitum existimat, quòd fiat acrius concitatiúsque feruore Solis. A Lucano dicitur Solpuga, *lib.* 9. Quis calcare tuas metuat solpuga latebras?

Soliloquus, μονολόγος. Onom. is qui solus secum loquitur. vox facta ex analogia ad Latinam, vt ibid.

Soliloquium, μονολογία.

Solino, consulo. Fest. Ibi Scalig. consulo consilino: vt iter itiner, fruiscor fruniscor.

Solipuga, genus bestiolæ maleficæ, quod acrius concitatiúsque fit feruore solis. vnde etiam nomen traxit. Fest.

Sŏlistĭmum, tripudium, dicebatur quum in auspicando, esca ex ore pulli decidens, solum pauiebat, hoc est, terram feriebat: vnde & Tripudium dictum quasi terræ pauiū. ¶ Solistimum autem à solo dictū est, sicut à medio mediastinum. Vide latiùs infra in dictione. *Tripudium.*

Solitanæ cochleæ, ab Africæ loco dictæ, quibus Plin. *lib.* 30. *cap.* 6. principatum tribuit. Laudatissimæ (inquit) sunt cochleæ Africanæ, ex his Solitanæ. Varr. *lib.* 3. *c.* 14. Nam & valdè amplæ sunt quædam ex Africa cochleæ, quæ vocantur Solitanæ, ita vt earum calyces quadrantes octoginta capere possint.

Sŏlĭtārĭus, vide *Solus.*

Sŏlĭtaurīlĭa, orum, neut. gen. plural. numeri, Solennia apud Romanos sacrificia erant diuersi generis, tauri, arietis, & verris, quibus Censores quinto quoque anno vrbem lustrabant, teste Asconio. Dicta Solitaurilia, vt placet Festo, ab integris genitalibus hostiarum, quæ immolabantur. Solum enim Osci integrum dicebant, tantum autem etiam Græci eam pudendorum partem, quæ à castratore eximitur: vnde & lastauri dicti sunt, qui egregiè sunt mentulati. Liu. 8. *ab Vrbe*, Si potiatur, Marti Solitaurilibus piaculum fieri.

Sŏlĭto, solitas, vide *Soleo.*

Sŏlĭtūdo, Soliuagus, vide *Solus.*

Sŏlĭum, ij, Sella regia, in qua Reges ius dicentes sedebant. { כסא *chissé* θρόνος. GALL. *Siege royal.* ITAL. *Cadrega, sedia, solio.* GERM. Ein könig-licher stul. HISP. *La silla propria de los reyes.* ANG. *A royall seat, a throne.* } Dictum solium (vt quidam volunt) quasi solidum, propterea quòd olim Reges in thronis ligneis, & quibusdam quasi armariis ob corporis sui tutelam sedebant. Alij inde dictum malunt, quòd soli in eo Reges sederent. Asper κατ' ἀντίστοιχον appellatum putat, quasi sedium: quemadmodum & sella dicta est, quasi sedda. Virg.

Præfatus diuos, solio Rex infit ab alto.

¶ Quandoque pro vase salìgno, vel abiegno ponitur, quo vtimur ad vinum, plurimósque liquores transferendos, & ad pannos lineos cum lixiuio calido, & cinere emaculandos. ¶ Est & solium vas, quo in balneis vtebantur, & in quo sedentes lauabantur. Cels. Interpositis duabus horis, in solium his aquæ calidæ resupinus demittendus est, sic vt à genibus ad vmbilicum aqua pertingat. Martial. Non vis in solio prius lauari. Sueton. *in August.* At quoties neruorum causa, marinis, albulisque calidis vtendum esset, contentus hoc erat, vt insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo *duretam* vocabat, manus ac pedes alternis iactaret. ¶ Nonnunquam etiam solium dicitur loculamentum sepulcrale in quod conduntur defuncti. Plin. *lib.* 35. Quin & defunctos sese multi fictilibus soliis condi maluere. Curt. *lib.* 10. Septimus dies erat ex quo corpus Regis iacebat in solio.

Solo, as, vide *Solus.*

Sŏlœ, numero plurali, more Græcorum, σόλοι, sicut Dioscuræ, pro Dioscuri. Ciuitas est Ciliciæ ab Achiuis & Rhodiis ædificata, postea Pompeiopolis appellata à Pompeio, qui piratas in eam transtulit, quos dignos existimauit vt seruarentur. Laertius *in vita Solonis* autor est, vrbem hanc à Solone Salaminio conditam fuisse, & ab eo nomen accepisse: vt latiùs docebimus in dictione Solœcismus. Ex hac vrbe ortum traxerunt viri memoratu digni, Chrysippus Stoicus, Philæmon Comicus, & Aratus, qui de astris carminicè scripsit. ¶ Sunt & Solœ, siue Soli in Cypro insula, metallorum prouentu nobilitati: quorum meminit Galenus *lib.* 9. *simpl.*

Solœcus, σολοικός, Solorum habitator. Item ille Solorum incola, qui Atticus ortu inter Solenses viuens, decus suæ linguæ corrupit.

Sŏlœcĭsmŭs, σολοικισμός, est impar, & inconueniens compositura partium orationis: à nostris imparilitas, à vetustioribus Latinis striblígo dicebatur, quasi stroblígo, hoc est, inuersura & prauitas tortuosa orationis. Siquidem στρεβλόω, torqueo, ac deprauo significat. Vide Gellium *cap.* 20. *lib.* 5. vnde hic locus desumptus est, & apud quem scriptum est tanquam sterobligo, non autem quasi strobligo, vt hîc legitur. Iuuenal. *Satyr* 6.

——— *Solœcismum liceat fecisse marito.*

Martial. *in Calliodorum*,

Vnus quum sitis, duo, Calliodore sedetis:
Surge, solœcismum, Calliodore, facis.

Dictus solœcismus, vt in vita Solonis annotauit Laërtius, à colonis quibusdam Atheniensibus, quos Solon Salaminius in Solos Ciliciæ vrbem transtulit: qui quum non multo interiecto tempore, patrij sermonis nitorem corrupissent, & parum conuenienti partium structura vti cœpissent, factum est, vt qui in ea parte peccarent, σολοικίζειν dicerentur. Vide infrà, in verbo Solon. ¶ Per translationem tamen latiùs solœcismi nomen accipitur, vt quicquid perperam fiat, nec rectè, nec ordine peragatur, solœcismum vocemus.

Sŏlœcŏphănēs, σολοικοφανής, quicquid speciem habet solœcismi, qui ratione aliqua potest excusari: vt quum genus superioris iungitur inferiori diuersi generis, vt Eunuchus Terentiana, respiciendo ad genus superioris, Comœdia.

Sŏlōn, σόλων, fuit vnus ex septem sapientibus Græciæ, patria Salaminius, qui (teste Gell. *lib.* 17. *c.* 21.) Athenis claruit, Tarquinio Prisco Romæ regnante. Hic Atheniensibus leges dedit, tanto temperamento cōpositas, vt parem gratiam à Senatu & plebe contraheret, quanquam plebs & Senatus in summa priùs essent dissensione. Draconis autem leges (iis exceptis, quæ in homicidas pœnas statuebant) quòd iusto atrociores viderentur, omnes abrogauit. Illis enim in omnia scelera æqualis pœna statuta erat, adeò vt etiam ij, qui otij damnati essent, aut qui olera surripuissent, capite plecterentur. Ob quam causam Demades dicere solebat, Draconē non atramento, sed sanguine leges scripsisse. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. videlicet Solon est, leges vt conscribat. εἴρων. Florebat tunc in Republica Philistratus æmulus Solonis, cui & genere propinquus erat. Illius igitur eloquentia plus potuit apud populum, quàm huius sapientia. Cessit sponte Solon tyrānum fugiens, primùm in Ægyptum, deinde in Cyprum, postremò ad Crœsum regem: cuius quum opes videret, ostentanti Crœso, atque interroganti num quis se felicior esset, respondit, Tellum quendam pauperem admodum, alioqui iustum, Athenis agentem: qui in suo prædiolo solitarius consenuerat: simul adfirmans nihil esse felix quod temporum mutationi subiaceat: felicitatem tantùm finem indicare. Cuius sententiæ Crœsus, postea à Cyro captus

ptus meminisse dicitur. Solon inde in Ciliciam profectus, ciuitatem à suo nomine Solos dixit, in qua Athenienses colonos statuit, qui interuallo tēporis ab Attica lingua desciscentes, Soloecissare dicti sunt: vnde verbum Soloecismi tractum. Decessit in Cypro annorum LXXX. mandauitque ossa Salaminē transferri, ibique per regionem proiici ac dissipari, ne Athenas inferretur, quoniam discedens iureiurando ciues adegerat, non antiquaturos leges suas donec rediret. Reliquit etiam conciones & epistolas quasdam. Epigramma sepulcro eius inscriptum, Cicero in hanc sententiam commemorat *Tusc.quæst.lib.1.* Mors mea ne careat fletu: linquamus amicis Mœrorem, vt celebrent funera cum lacrymis Ex Plutarch, & Diogen. Laert.

Sŏlŏphytŭs, σολόφυτος, Regius ex Scytharum genere iuuenis fuit, qui vnà cum Ilino fratre per optimatium factionem domo pulsus, ingentem iuuentutem secum traxit, & in Cappadociæ ora ad Thermodoontem amnem consedit: subactisque Themiscyris, vnà cum fratre regnum occupauit. Verùm quum ex vicinis populis perpetuò prædas ageret, tandem illorum conspiratione per insidias vnà cum fratre trucidatur. Horum vxores quum exilio orbitatem quoque adiunctam viderent, arma capessunt, finésque suos, submouentes primùm, mox etiam inferentes bella, quàm latissimè propagant: virísque omnibus interfectis, finitimorum concubitus admittunt: mares natos trucidant, virgines nō lanificio & colu, sed equis venationibúsque exercent, dextris mammillis, ne sagittarum ictus impediretur, inustis. Vnde & Amazones dictæ sunt, quasi sine mammis.

Sōlŏr, aris, verbum est commune, Consolationem do, vel consolationem accipio, consolor. { נחם nicham. παραμυθέω, παρηγορέω. GALL. *Consoler, conforter, se consoler.* ITAL. *Consolare, consolarsi.* GERM. Trösten oder getröstet werden. HISP. *Consolar ò consolarse.* ANGL. *To confort.* } Solari propriè est ægritudinem mulcere eius, qui solitudinem suam conqueritur, Ouid. *Eleg.3.lib.3.Trist.*

Non qui soletur....adest.

Idem *Eleg.7.lib.1.Trist.*

Vt neque respiceres nec solarere iacentem.

Cicer. *in Vatin.* C. Antonius hac vna re miseriam suam solatur. Virg. 5. *Æneid.*

Quos bonus Æneas dictis solatur amicis.

Ouid. 1. *Fast.*

Hinc pater, hinc coniux lacrymas solantur, & orant.

Indicet, &c.

¶ Solari laborem, vel famem, idem est quod subleuare. Virg. 1. *Georg.*

Interea longum cantu solata laborem,

Arguto coniux percurrit pectine telas.

Ibid. Concussáque famem in syluis solabere quercu. Idem 10. *Æneid.* Et mœstum Musa solatur amorem. Sic dixit, Solari æstum Horatius *Ode 5.lib.2.* ¶ Hinc fit compositum Consolor: item verbalia Solator, Solamen, & Solatium: quorum significata vide *in seq.*

Sōlandus, παραμυθητέος. Ouid. 5. *Trist. Eleg. 5.*

———qua consolatus amicam

Sis ope, solandus quum simul ipse fores.

Sōlātium, Consolatio, miseriæ mitigatio. { נחם nócham, vel, nichúm נחמה nechamáh. παραμυθία. GALL. *Soulas, consolation, confort.* ITAL. *Consolatione, piacere, sollazzo.* GER. Ein trost. HISP. *Solaz, consolacion de obras.* ANGL. *Confort, solace.* } Quint. *in Pariete palmato*, Cæcitatis miseriæ solatium est, habere rem videntium. Cic. *Mario lib.7.* Vacare culpa magnum est solatium. Virg. 9. *Eclog.*

———heu tua nobis

Penè simul tecum solatia rapta Menalca.

Quint. *in Procem.lib.6.* Credendúmque doctissimis hominibus, qui vnicum aduersorum solatium literas putauerunt. Ouid. 8. *Metam.*

———sed vincite fratres,

Dummodo, quæ dedero vobis solatia, vósque

Ipse sequar.

Senec. *c.13. de consol. ad Mart.* Solatia simul & auxilia perdere. (de liberis amissis.) ¶ Solatium aliquando accipitur pro mercede. *l. 13. §. 1. D. commun. prædior.* Nisi talis consuetudo in illis lapidicinis consistat, vt si quis voluerit, ex his cædere, non aliter hoc faciat, nisi priùs solatum solatium pro hoc domino præstet. Alciatus tamen hic legit Solarium. Sed non conuenit præsertim cùm solatium pro mercedere in locis multis aliis reperiatur. Vide Lexicon Hotomani.

Sōlātiŏlum, i, diminutiuum, { παραμυθικόν, παραμύθιον. GALL. *Petit soulas, petit confort.* ITAL. *Picciol sollazzo.* GERM. Ein geringer oder schlechter trost. HISP. *Pequeño solaz.* ANGL. *Litle or smal confort.* } Catull. *ad passerem Lesbiæ epig. 2.* vt solatiolum sui doloris.

Sōlāmĕn, inis, Solatium. { נחם nócham, vel, nichúm נחמה nechamáh. παραμύθιον. GALL. *Soulas.* ITAL. *Solazzo.* GERM. Ein trost. HISP. *Solaz.* ANGL. *Solace, confort.* } Cicer. *in Lal.* Etsi illis planè orbatus essem, magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solamen. Virg. 3. *Æneid.*

Solamenque mali de collo fistula pendet.

Sōlātŏr, verbale, qui solatur: vt, Solator lugentum, apud Stat. 5. *Sylu.*

Sōlŏx, (inquit Fest.) est lana crassa, & pecus, quod passim pascitur non tectum. Titinnius *Barathro*, Lana soloci ad puram data. Lucil. Montano hirco, atque soloce. Hæc Festus, sed succinctiùs, quàm vt à quouis possint intelligi. Fient autem notiora, si sciamus, duo veteribus in vsu fuisse ouilis pecoris genera: quod vulgatissimum erat & robustissimum, à velleris hirsutie hirtum dicebatur: alterum à lanæ mollitie molle nominabant, hirto pecore multò infirmius, sed velleris nobilitate longè præstantius. Vnde & pellibus quibusdam tectum pasci solebat, ne aut spinis adhærescens lana minueretur, aut luto sordidaretur Hoc genus è magna Græcia, & præcipuè è Tarento peti solet: vnde & Græcum pecus, & Tarentinum solet appellari: nonnunquam etiam ex agro Gallico quod Altinum vocitabant. Ex hisce igitur satis constat quid Solocis nomine intellexerit Festus, nimirum vulgatum illud pecudis genus, quod ab hirsutiore vellere hirtum appellat Columella. Id enim nullis pedibus tectum pascebatur, cuius etiam lanam eodem nomine appellabant.

Sōlpŭgă, æ, genus est venenatæ formicæ, quod etiam à fugiendo sole, solifuga nominatur. Concitatur enim acriùs feruore Solis: ideóque eum fugit quantum potest. Lucan. *lib. 9.*

Quis calcare tuas metuat solpuga latebras?

Plin. *lib.8.c.19.* Latè deserta regio est, à scorpionibus & solpugis gente sublata. A Festo dicitur Solipunga, nisi codex mendosus sit. Vide suprà in dictionibus *Solipuga*, & *Solifuga.*

Solsequium, herba ad solem sese conuertens.

Sōlstĭtium, vide *Sol.*

Sōlum, i, dicitur omne quod quid sustinet, & rei cuipiam velut fundamentum subiicitur. { שרה sadhéh קרקע karkáh. πέδον, ἔδαφος. GALL. *Le parterre, fond de terre.* ITAL. *Suolo, suolaro, suola.* GERM. Der boden. HISP. *Suelo de la tierra.* ANG. *The ground.* } Vnde aquæ superficies dicitur solum, quia nauium fundamentum est. Virg. *lib. 5.* Subtrahiturque solum. ¶ Cælum stellarum Solum est. Ouid. *lib. 1. Metam.* Astra tenent cæleste solum. ¶ Næuius verò sola terrarum plurali numero dixit: Sed sola terrarum postquam permensa parumper. Sic etiam Cicero *in Orat. pro Corn. Balbo*, Vos mutæ regiones imploro, & sola terrarum vltima. ¶ Aër etiam solum dicitur, quia auium sustentaculum. ¶ Item terra ipsa quod hominum & animalium fundamentum sit. Col. *lib. 2.* Nam quod sicco solo ingestum est, & iam inoccatum est, perinde ac si repositum in horreo non corrumpitur. Ouid. 2. *Metam.*

——— inde solo quod texerat terra iacebat.

Quint. *lib. 2. c. 19.* At in solo fœcundo plus cultor, quàm ipsa per se bonitas soli efficiet. Ouid. 13. *Metam.*

——— Procubuêre solo mœnia.

Æquare solo, pro funditus euertere, passim apud scriptores. Item, Ad solum diruere. Suet. *in August. c. 72.* Profusè ab ea (nepte) extructa etiam diruit ad solum, ¶ Virg. *lib. 7.* etiam mensam appellauit solum,

——— Et cereale solum pomis agrestibus augent.

¶ Aliquando solum, πέλμα, est inferior pedis pars, quam vulgò soleam vocant, quæ callosa fit, & dura discalciatis. Cic. 5. *Tuscul.* Mihi amictui est Scythicum tegmen: calciamentum solorum callum cubile terra. Lucretius,

Auia Pieridum peragro loca, nullius ante

Trita solo.

¶ Et solum dictum est pro solea calciamenti, & corio. ὑπόδημα. Mart.

Dentibus antiquas solitus producere pelles,

Et mordere luto putre, vetúsque solum

¶ Propriè tamen solum terra dicitur. vnde Natale solum dicimus, pro patria in qua nati sumus: quemadmodum exulem, qui extra solum, hoc est, extra patriam eiectus est. Vertere solum, est sedem & habitationem mutare. Cicer. *pro Cecinna*, Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eo solum vertunt, hoc est, sedem ac locum mutant. ¶ Solum fossæ, pro ima fossæ parte. Cæs. 7. *bell. Gall.* Fossam pedum viginti latam directis lateribus duxit, vt eius solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant. ¶ Solum pro solio, Ennius,

———regni stabilitas, scamma solúmque.

Ab solo dictum solium inquit Varro 4. *de L. L.*

Solùm, Aduerb. vide infrà post *Solus.*

Sōlārium, ij, à nomine solum, soli: Vectigal quod pro solo penditur. { מדה midháh. τὸ τέλος πελάθμιον ὑπὲρ ἐνοίκου πεδίου, ἢ ἐδάφους. GALL. *Ce qu'on paye pour le fond de la terre par chacun an, censiue.* ITAL. *Datio, fitto che se paga per lo terreno, censo.* GERM. Ein bodenzinss. HISP. *Renta que se paga por el suelo de la tierra.* ANG. *Tribut that is payed for ground or land.* } Qua voce vtitur Vlpian. *ff. nequid in loco, vel itin. publ. fiat.* Si quis nemine prohibente in publico ædificauerit, si tamen obstet ædificium id publico vsui: vtique is qui operibus publicis præst, debebit id deponere: aut si non obstet, solarium ei imponere. Sic enim vectigal hoc appellatur, ex eo quòd pro solo pendatur.

‖ Solopurum, Solothurn/ vrbs Heluetiorum, diœcesis Lausanensis, vna ex XIII. pagis, seu Cantonibus. ‖

Solvo, is, ui, solutum, Dissoluo quod erat ligatum. { פתח pittách התיר hittír. λύω. GALL. *Deslier, soudre, rompre, lascher.* ITAL. *Sciogliere, soluere, distegare, disfare.* GERM. Aufflösen oder auffbinden. HISP. *Desatar, deshazer.* ANGL. *To lowse, to release.* } Virg. *lib. 7.* Soluite crinales vittas, capite Orgia mecum. Terent. *in Andr.* Iube solui obsecro. Soluere dentem, id est, resoluere ac liberare loculamento, Cels. *lib. 6. cap. 9.* Soluere item dicuntur qui naui vehuntur, quum soluto fune quo nauis retinetur, recedunt. Et dicimus soluere simpliciter, nullo adiecto: & soluere nauem. Cicer. *ad Tironem lib. 16.* Nos eo die cœnati soluimus. Cæsar. 1. *bell. ciuil.* Pompeius sub noctem naues soluit. Cicer. 3. *Offic.* Si idem sciat complures mercatores, Alexandria soluisse, &c. Plautus *Amphitr*, Soluta nauis è portu Persico. Cæsar 3. *de bell. ciuil.* soluere à terra. Dicitur etiam solui nauis, quum frangitur ac dissipatur. Ouid. *Eleg. 6. lib. 4. Trist.*

Soluitur vetus nauis quamlibet exiguo imbre.

Item soluere oram, vide *Ora.* Senec. *c. 10. de consol. ad Mart.* Mox soluentur ista contubernia. ¶ Pro aperire: Plaut. *Amph. sc. 3. a. 2.* Solue cistulam. Mox, Aperi. Ouid. *Eleg. 2. lib. 5. Trist.*

Et tibi sollicita soluitur illa manu. (sup. Epistola.)

Ibid. Eleg. 2. lib. 1. Trist.

Soluere quassatæ parcite membra ratis

¶ Et quoniam qui debent, quodammodo obligati sunt creditori, soluere etiam pro debitum reddere ponitur. { GALL. *Payer.* ITAL. *Pagare.* GER. Bezahlen. HISP. *Pagar.* ANGL. *To paye.* } Cicer. 4 *Verr.* pro quo frumento pecunia soluta non est. Soluere ab aliquo, id est, per aliquem, quum non ipsi soluimus, sed alium substituimus, qui soluit nostro nomine. { השיב heschib השלים hischlim. ἀποδίδωμι, πληρόω. } Cicer. *ad Atticum*, Frater laborat vt tibi quod debet, ab Egnatio soluat. *Et alibi.* Sed etiam dixit se à me quodammodo soluere. Plaut. *Curc. sc. 3. a. 5.* Sequere ad Prætorem, Inde rem soluo omnibus quibus debeo. Idem *ibid. sc. 2.* pro ista rem solui ab trapezita meo. (Ibi sermo non est reddentis, sed ementis.) *Ibidem. sc. 1. a. 3.* Soluant pugnis, si quis poscat durius. ¶ Hinc per translationem Solutionis vocabulum ad omnem liberationem quoquo modo factam transfertur, magisque ad subiectum obligationis, quàm ad numorum solutionem. Vnde soluo pro satisfacio, ἐκτίνω. Terent. *in Adelph.* Neque tu verbis vnquam solues quod mihi re malefeceris. ¶ Soluere ebrietatem, pro discutere, Cels. Nisi febris accessit

accessit eo tempore quo ebrietas solui debet. ¶ Soluere aliquem legibus, est eum legum vinculo eximere, & efficere ne legibus teneatur. Gell. cap. 2. lib. 14. Soluitur iudicatu Iudex qui iurat sibi non liquere. ¶ Soluere partum. Ouid. 4. *Fast.*

———*Precetur*
Vt soluat partus molliter ipsa suos.

¶ Soluere iusta funeri. Cic. *pro Rosc. Amer.* Hunc miserum luctu perditum, qui nondum etiam paterno funeri iusta soluisset. ¶ Suscipere & soluere vota. Suet. *in August. c.* 97. Quo animaduerso, vota, quæ in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare iussit. Nam se negauit suscepturum quæ non esset soluturus. ¶ Quandoque ponitur pro liberare. Virg. 1. *Æneid.*

Soluite corde metum, Teucri.

Vnde solutus risus, dicitur magnus, & à curis liber. Idem, Risúque soluto. ¶ Sic etiam dicimus, Soluere religione, id est, religione liberare, & efficere nequis religionis scrupulus relinquatur. Cicer. *pro Cæcin.* Vt religione ciuitas soluatur. ¶ Solui cera igni, vel sole dicitur, hoc est, mollescere, siue liquefieri. Sic etiam hyemem solui dicimus, hoc est, mitescere, & molliorem fieri. Horat. *lib.* 1. *Carm.* Soluitur acris hyems. ¶ Soluere fidem, est rumpere, vel non seruare fidem. καταλύειν πίστιν. Ter. *in Andr.* Solu sti fidem. Quintil. Soluere sanctitatem fori ludorũ talarium licentia, (id est, violare.) ¶ Soluere venam, est venam aperire. φλεβοτομεῖν. Col. *lib.* 7. Ea porrò vena, quæ in aure videtur esse amplissima, sarmento prius verberatur, deinde quum ad ictum intumuit, cultello soluitur. Gell. *c.* 8. *lib.* 10. Iubere ignominiæ caussa militi venam solui & sanguinem dimitti. ¶ Solui inter cœnandum. (id est, mori) Senec. *Epist.* 67. ¶ Soluere aliquem pro expiare & soluere nefas, Ouid. 2. *Fast.* ¶ Soluere animum interdum significat animum studio fatigatum cantu, risu, ludo immoderatè recreare, & quasi submergere. Cui opponitur *Remittere animum*, id est, animum à solennibus officiis, studiis, ac laboribus moderatè laxare, eúmque interposito aliquo gaudio reficere ac recreare, vt vires recuperet suas, & laborem alacriùs ferre possit. Hoc laudi, illud vitio vertitur. Hinc Senec. *c.* 15. *de tranq.* Remittas an soluas animũ multum interest. ¶ Composita huius verbi sunt, Absoluo, Dissoluo, Exsoluo, Persoluo, & Resoluo, de quibus suis locis. ¶ Soluendo non sum, hoc est, satisfacere non possum id pro quo obligatus sum, siue pecunia, siue remuneratione, ἀξιόχρεως οὐκ εἰμί. Cic. 2. *Philipp.* Tu nec soluendo eras id est, soluere debita non poteras. Idem 2. *Offic.* Nam cui res erepta est, est inimicus: cui data est etiam dissimulat se accipere voluisse, & maximè in pecuniis creditis occultat suum gaudium, ne videatur non fuisse soluendo. Soluisse quatuor syllabarum, per diæresin. Tibull. *lib.* 4. *Eleg.* 5.

Sed potiùs valida teneamur vterque catena,
Nulla queat posthac quàm soluisse dies.

Sŏlūtus, a, um, nomen ex participio, Securus, liber, cura & solicitudine vacuus. {חפשי *chopschi* מפתח *mephuttách.* ἀμέριμνος. GALL. *Deslié, deliuré, lasché.* ITAL. *Sciolto, disfatto.* GERM. Auffgelößt. HISP. *Desatado, deshecho.* ANGL. *Sure and free, sett a libertie.*} Cic. *Attic.* Quæ soluto animo scribi solent, ea his temporibus excluduntur. Suet. *in Aug. c.* 43. Solutissimus ac confusissimus mos spectandi. Senec *c.* 8. *de consol. ad Polyb.* A seuerioribus scriptis ad solutiora animum producere, id est, ad hilariora suprà)Ibid. Gell. *c.* 1. *lib.* 5. de summo & soluto pectore laudes effutire. ¶ Hominem in solutum æstimare. Senec. *epist.* 81. ¶ Tibi res soluta est rectè. Plaut. *Curc sc.* 3. *a.* 4. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Magis solutum erit quàm si ipse dedis. Sequitur: Res soluta erit. ¶ Solutus, pro libero. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Scimus nos nostrum officium, si nos solutos sinat. Terra soluta, id est, rara & laxa, cui opponitur densa. μανός. Colum. *lib.* 1. Soli pinguis, vel macri, soluti vel spissi, humidi vel sicci. Ouid. 2. *Fast.*

Inque mero soluta eris, violaque soluta.

¶ Sŏlūti agri sunt, quorum fines deprehendi non possunt, vt ait Siculus Flac. Oratio soluta, Quæ metrica lege non tenetur, nec pedibus vincitur. Quintil. *lib.* 9. *c.* 4. Oratio alia vincta atque contexta, alia soluta, qualis in sermone, & in epistolis. Tibull. *lib.* 4.

Quique canent vincto pede quique soluto.

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Scribere conabar verba soluta modis.

Risus solutus, id est, magnus, & à curis liber. Virg 2. *Georg.*

Versibus incomptis ludunt, risúque soluto.

hoc est, cachinno. vt ait Seruius. Solutissimus, superlat. Cicero *ad Lentulum lib.* 1. *&* 9. Si essent omnia mihi solutissima, tamen in Repub. non alius essem atque nunc. id est, etiamsi liberrimum esset mihi.

‖ Solutissima lingua, pro dicaci ac petulanti. Seneca ‖

Sŏlūtē, aduerb. Sine cura aut solicitudine. { ἀμεριμνως, ἀμερίμνως. GALL. *Deliuré.* ITAL. *Liberamente.* GER. Liederlich oder ledigklich HISP. *Libremente.* ANG. *Lewsely dissolutely.*} Cic. *de clar. Orat.* Tam solutè egit, tam leniter, tam oscitanter. Idm 2. *de diuin.* Si aut furore diuino incitatus animus, aut somnio relaxatus, solutè moueatur ac liberè. Liu. 9. *dec.* 1. Solutè aut negligenter.

Sŏlūtĭo, nis verbale, Dissolutio eius quod compactum fuit: vt quum mortem animæ & corporis solutionem dicimus. { התם *témes* שלום *schillùm*, vel, *schillem* שלמה *schillumáh* λύσις. GALL. *Desliement, payement.* ITAL. *Solutione, pagamento.* GER Aufflösung. HISP. *Obra de pagar ò desatar.* ANGL. *A lewsing or paying.*} Cic. 4 *Tusc* λύσις quasi λύσις. id est, solutio totius hominis. ¶ Solutio stomachi, quam & dissolutionem dicimus, quum naturales eius facultates, aut amissæ sunt, aut vitiatæ, aut certè imbecilliores redditæ. Plin. *lib.* 20. Cum melle, aut adipe, aut cera, stomachi solutione inspersum polentæ modo. ¶ Solutio ad omnem liberationem quoquo modo factam transfertur, magisque ad subiectum obligationis, quàm ad nummorum solutionem. Vlpian. *de verbor. signif.* Solutionis nomine satisfactionem quoque omnem accipiendam placet. Cic. 2. *Offic.* Nec enim vlla res vehementiùs Remp. continet, quàm fides: quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum.

Sŏlūtĭlis, e, quod ita compactum est. vt quoties opus sit, solui possit. {λύσιμος. GALL. *Aisé à dissoudre, & deslier.* ITAL. *Facile da sciolgere.* GERM. Aufflößlich/das man wol wider aufflösen kan. HISP. *Cosa que se puede desatar.* ANGL. *Easie to be lewsed.*} Sueton. *in Neron. c.* 34. Solutilem nauem cuius vel naufragio, vel cameræ ruina periret commentus est.

‖ Solutim, vno circumiectu. Tertull. ‖

SŌLVS, a, um, Incomitatus, vnicus, quam vocem Festus ex Oscorum lingua ductam putat, qui solum dicunt, quod nos totum: nam qui vnus est, totus est. { יחיד *iachid* לבד *lebadh* בדד *bodhédh*, vel, *badhádh* μόνος. GALL. *Seul, seulet.* ITAL. & HISP. *Solo.* GERM. Alleinig/einig. ANGL. *One alone.*} Cic. 3. *Offic.* Cui quum visum esset vtilius, solum se, quàm cum altero regnare, fratrem interemit, Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Ego insipiens, qui solus mecum loquor. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Dimidiam partem nationum omnium subegit solus. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Non igitur nos soli ignaui sumus, &c. ¶ Solus, & Vnus pro solus, more superlatiuorum genitiuum regunt, vel ablatiuum mediante præpositione Ex, vel accusatiuum mediante præpositione Inter. Plin. *lib.* 9. Solus omnium accipenser squamis ad os versis contra aquas natando, meat. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Tacere nostrorum solus scio. Cicer. *de Orat.* Gorgias solus ex omnibus. Idem *de prouinciis Consularibus*, Gracchus solus ex toto illo collegio. Et quum singularitatem significat, inuenitur tamen pluraliter. Terent. *in Adelph.* Solæ sumus. ¶ Ponitur aliquando solus pro solitario, & deserto. ἔρημος. Virg *lib* 3. *Georg.*

Heu malè tum Libyæ solis erratur in aruis.

Terent. *in Andr.* Venit meditatus alicunde ex solo loco. Idem, Nónne hinc abiici oportet in solas terras? Salustius *in Iugurtha*, Marius interea, exercitu in hybernis composito, cum expeditis cohortibus, & parte equitatus proficiscitur in loca sola obsessum turrim regiam. ¶ Genitiuum facit solius, olim etiam soli, læ, li. Terent. *Eunuch.* Mihi solæ ridiculo fuit.

Sōlūm, aduerbium, Tantùm, tantummodo. { רק *rak* לבד *lebádh.* μόνον. GALL. *Seulement.* ITAL. & HISP. *Solamente.* GERM. Nur allein. ANGL. *Only.*} Cicer. 4. *Philipp.* Nos nuntiationem solum habemus, Consules etiam inspectionem. Idem 2 *de leg.* De vna re solum dissident, de cæteris mirificè congruunt.

Sōlĭtārĭus, a, um, Solus agens, soliuagus, frequẽtiam vitans. { בדד *bodhédh*, vel, *badhádh* גלמוד *ghalmúdh.* μοναχικός, μονάζων. GALL. *Solitaire, seulet.* ITAL. *Solitario.* GERM. Einsam/ abgesündert von den leuten/einsidler. HISP. *Solo y solitario.* ANG. *Solitare, alone.*} Cic. 1. *Offic* Solitarius homo, atque in agro vitam agens, Vita solitaria, quæ agitur in secessu, & procul ab hominum frequentia, μοναστικὸς βίος. Locus solitarius, id est, locus desertus, nullisque incol.s frequentatus ἔρημος. Res solitaria, id est, sola, & sine alterius consortio. Cic. *de Amic.* Sic natura solitarium nihil amat, sempérque ad aliquid, tanquam adminiculum admittitur. Gell. *c.* 3 *lib.* 13. Id vnum solitarium significat. (i. vnum tantùm.) Idem *cap.* 3. *lib.* 7. Solitaria epagoge. ¶ Solitarius, de eo, qui se à seditione remouet. Idem *cap.* 12. *lib.* 2. Qui in eo tempore, in eóque casu ciuilis discordiæ non alterutra parte sese adiunxerit, sed solitarius, separatúsque à communi malo ciuitatis secesserit, is domo, patria, fortunisque omnibus careto, exul, extorrisque esto.

Sōlĭtūdo, inis, Plaga inhabitata, locus desertus. { ערבה *ḥarabah* חרבה *chorbáh* ישימון *ieschimon* מדבר *midhbár.* ἐρημία, ἐρημιά. GALL. *Desert, delaissement, vie solitaire.* ITAL. *Luogo abbandonato.* GERM. Einöde. HISP. *Soledad, ò lugar desierto.* ANGL. *A desert, or place not inhabited.*} Cæsar 6. *belli Gall.* Ciuitatibus maxima laus est, quàm latissimis circum se vastatis finibus solitudines habere. Salustius *Iugurth.* 125. Erat inter ingentes solitudines oppidum magnum. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Solus te solitudine atque ab egestate abstuli. ¶ Veteres & Solitas pro solitudine dixerunt. Accius *in Eutysace*, Tuam solitatem memorans, formidans tibi.

Sōlĭuăgus, a, um, qui solus vagatur. { μονάζων, μονώτης, μονόπλανος. GALL. *Qui va çà & là tout seul, qui n'aime compagnie.* ITAL. *Soliuago*... Das alleinig oder einsam hin vnd hár schwäbt. HISP. *Cosa sal...e braua, fiera.* ANGL. *That wandreth his a lone.*} Plinius *lib.* 8 Nec nisi lacessiti noceant, ideoque gregatim semper ambulent, minimè ex omnibus soliuagi. Cicero 5. *Tusc.* Alias volucres cælo frui libero: serpentes quasdam esse gradiantes: earum ipsarum partim soliuagas, partim congregatas.

Sōlo, as, locum aliquem desertum & solum reddo, depopulor, vasto, desolo. { שדד *schadhádh* השם *heschám.* ἐρημόω. GALL. *Rendre vn lieu desert, & abandonné.* ITAL. *Far' vn luogo deserto è abbandonato.* GERM. öd machen. HISP. *Assolar, hazer algun lugar desierto.* ANG. *To mak solitare and desert, to spoile and destroye*} Statius 5. *Thebaid.*

———*furor omnibus idem,*
Idem animus solere domos, iuuenúmque senúmque
Præcipitare colos: plenisque adfringere paruos
Vberibus, ferróque omnes exire per annos.

‖ Sollus, Oscis totus. ‖

Sōlūs untis, Σολοῦς Stephano, Cypri insulæ oppidum, à Phalero & Acamante Atheniensibus conditum, portum nobilem habens, cum flumine, item Veneris & Isidis delubra. Gentile est Solius. Autor Strab. *lib.* 14. ¶ Est & Solus Siciliæ oppidum, non procul à Lilybœo promontorio: cuius meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 8.

SŌLYMĪ, rum, Σόλυμοι, Populi Asiæ, Lyciis & Pisidis proximis, postea Milyes appellati, vt docet Strab. *lib.* 1. *&* 14. Plinius eosdem facit cum Pisidis, *lib.* 5. *c.* 27. Insident (inquit) verticem Pisidæ, quondam Solymi appellati. Alij Solymos eosdem fuisse cum Lyciis asserunt, quorum tamen sententia cum Homero non satis conuenit, qui Bellerophontem à Lyciorum rege missum ait ad subiugandos Solymos.

Sōlymă, æ, vel Solyma, orum. { ירושלם *ierusckaláim.* σόλυμα.} Vrbs clarissima Iudææ: quæ postea addito templo, Hierosolyma dicta est.

Sōlymŭs, a, um, Iuuen. *Sat.* 6. Interpres legum Solymarum.

Sōmătŏphylăcĕs, σωματοφύλακες. Custodes corporis, quos Latini prisco vocabulo Latrones vocabant, quasi laterones: quod principum latera cingerent aduersùs vim insidiatorum. Trabãt necht.

Sōmătŏpœĭă, σωματοποιΐα, figura affinis prosopopœiæ, qua rei incorporeæ corpus tribuimus.

SŌMNVS, i. Sopor, quies, quæ ab humoribus à corde ad cerebrum sublatis

ris concitatur, qui quum ibi fuerint refrigerati, recidentes ad cor, calorem eius refrigerant. { שנה *schenáh* תרדמה *tardemáh.* ὕπνος. GAL.*Sommeil, le dormir.* ITAL.*Sonno.* GERM.Der schlaff HISP.*El sueño quando dormimos* ANGL. *Sleepe* } Dictum autem volunt Somnium à Græco ὕπνος: vnde mutata aspiratione in ſ literam, primùm sypnum, siue supinum, mox sopnum, & postremò somnum volunt appellatum. Vide Gell.*c.9.lib.*13.Virg.1.*Georg.*

——Nec somnos abrumpit cura quietos.

Cic.*de diuin.* Animus per somnum curis vacuus. ¶ Tenere somnum, Quintil. Somnum vix tenebamus. ¶ Facere, Ouid.4.*Fast.*

Nox erat, & vino somnum faciente iacebant.

Capere, Plaut.*Pseud.sc.*2.*a.*1.Dabitur lectus: vbi haud somnum capias. Somno studere. Idem *Mil.sc.*2.*a.*2.Viglia, Somno ne stude. Edormiscere somnum. Idem *Amphitr.* Paullisper mane dum edormiscat vnum somnum. Perire somno.(i.cupiditate dormiendi) Idem *Curc.sc.*3,*a.*1.Item, Arctissimo somno quiescere: Sueton. *in Othon.c.* 11. ¶ Somnum mouentia. Cornel. Cels.*lib.*2.*c.*9. ὑπνωτικά. Vt somnus fiat, i. concilietur. Idem *lib.*6 *in Collyrio Euelpidis,* Vinum bibere neque effusè, neque timidè, vt neque cruditas ex eo, & tamen somnus fiat. ¶ Somnum Deum finxit antiquitas, cuius sedem apud Cimmerios collocat. Ouid. 11.*Metam.*

Est propè Cimmerios longo spelunca recessu
Mons cauus, ignaui domus, & penetralia somni,
Quò nunquam radiis oriens, mediúsue, cadénsue
Phœbus adire potest

¶ Hinc fit compositum Insomnis ἄϋπνος: de quo egimus suo loco.

Sōmnĭum, ij, Insomnium, hoc est, quòd videre nobis videmur dormientes. {חלום *chalóm.* ἐνύπνιον. GALL.*Songe, resuerie en dormant.* ITAL.*Sogno.* GERM. Ein traum/ein gesicht so enim ihm traum fürkompt. HISP. *El sueño que soñamos,* ANGL. *A drame.*} Plaut *Mil.sc.*4.*a.*2. Haud falsum mihi euenit somnium quod hac noctu somniaui. Idem *Curc. sc.* 1 *a.*2.Manè dum huic coniicio somnium. Idem *Amph* Narrat tibi somnium. ¶Somnium expiare. Sueton.*in Galba c.*18.Item, Somnio penetrali eruere carmina. Idem *Ibid. cap.* 9. Somnia vigilantium, Quintil Virg 8.*Eclog.*

——an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Cic.*de lege Agraria contra Rullum,* Hæc per deos immotales, vtrum esse vobis consilia siccorum, an vinolentorum somnia, & vtrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur? Macrob. *lib.*1.*in somn. Scipionis,* eorum quæ dormientes videre nobis videremur, quinque tradit esse genera, Somnium scilicet, quod Græcè est ὄνειρος: Visio, id est, ὅραμα: Insomnium, id est, ἐνύπνιον: Oraculum, id est, χρηματισμός: & Visus, qui Græcis φάντασμα dicitur. Ex his insomnium, & phantasma quum falsa sint, interpretatione non indigent: tria reliqua vates interpretantur. Et oraculum quidem est, quum in somniis aliquid nobis denuntiat: Visio, quum id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat, euenit. Somnium autem propriè vocatur, quod regitur figuris, velatur ambagibus nonnisi interpretatione intelligendis, estque

Naturale, { *Vulgare*, quod ferè nihil significat, nisi fortè aliquid de corporis constitutione & occupationibus cuiusque. *Singulare*, quod præsagum in quibusdam, ex ipsorum obseruationibus. }

Non naturale. { *Diuinum* de rebus Deo dignis, cum iniecta pia (non curiosa & superstitiosa) solicitudine, & cum aliqua persuasione, qualis cum prophetico instinctu iungi solet: *Euidens* ἐναργής; vnde somniantes ἀληθόνειροι. obscurum, αἰνιγματώδης καὶ φαρμακικόν. *Diabolicum* de rebus, vnde diabolum agnoscere possis, turpibus falsis, aut fallacibus; ferè ambiguum & perplexum. }

Sōmnĭo, as, Somnium habeo, vel per quietem aliquid quasi vigilans video. { חלם *chelám.* ὀνειρώττω. GAL.*Songer, resuer.* ITAL.*Sognare, insognare.* GERM. Traumen/ein gesicht im schlaff sehen. HISP. *Soñar algun sueño.* ANGL.*To dreame.*} Plaut. *Curc. sc.*1.*a.*2. Hac noctu quod ego somniaui dormiens. Idem *Capt sc.*1.*a* 4.Hic vigilans somniat. Idem *in Amph.*Næ vigilans somniat Cic.*de diuin.*Nec mihi magis vsquam videor, quàm quum in Curia Senatum video somniare. Et paulò antè, Defert ad coniectorem somniasse se ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. ¶ Somniare item ponitur pro ineptire, & fallere, quod somnia inepta ferè sint & falsa. Plaut. *in Curc. sc.*3. *a.*4. Quos tu mihi luscos libertos, quos summanos somnias, id est, somniando loqueris. Idem *Pseud. sc.*7.*a.*4. Quid somniatis? (dixerat suprà, Sanine estis?) Terent.*in Andr.*—num ille somniat Ea quæ vigilans voluit? Colum. *lib.* 1.*c.*8. Nunquam non easdem ineptias somniat. Cic.2.*de diuin.* Quod si ita natura paratum esset, vt ea dormientes agerent, quæ somniarent, alligandi essent omnes, qui cubitum irent: maiores enim quàm vlli insani, efficerent motus somniantes.

Sōmnĭātur, impersonale. Plin. *lib.*28. Aristoteles & Fabianus plurimum somniari circa ver, & autumnum tradunt: magísque supino cubitu: at prono nihil.

Somniator, qui somniat: qui multum somniare solet: qui somniare solet absurda, insomniosus.

Sōmnĭōsŭs, a, um, qui crebris somniis vexatur.{ὀνειρώδης. GALL.*Qui songe souuent, ou plusieurs songes, songecreux.* ITAL.*Sonnachioso.* GER.Treumig/dem offt traumet. HISP.*Cargado, ò fatigado de sueño.* ANGL. *That dreameth often.*} Plin.*lib.*18. Somniosos fieri, lepore sumpto in cibis, Cato arbitratur.

Sōmnĭfĕr, a, um, quod affert somnium. {ὑπναλικός. GAL.*Qui fait dormir.* ITAL.*Sonnachioso. porta sonno.* GER.Das den schlaff bringt. HISP.*Cosa que haze ò trahe sueño* ANG.*That bringeth one asleape.* } Plin. *lib.*18. Visque somnifera etiam satiuo papaueri. Ouid.9.*Metam.*

Plenaque somniferis serpens peregrina venenis.

Sōmnĭfĭcus, a, um, quod somnum inducit. { ὑπνωτικός. GAL. *Qui fait dormir.* ITAL.*Che fa dormire.* GERM.Das den schlaff machet HISP.*Que haze ò trahe sueño.* ANG.*That causeth sleape.*} Plin.*lib.*37.Et viso dracone spargere somnifica medicamenta, atque ita præcidere. Idem *lib.* 19. *c.*4. Quoniam vincatur aspidum somnifica vis.

Sōmnĭcŭlōsŭs, a, um, à somniculo magis fit, quàm à somno: & is dicitur qui somno plenus est, & ignauiæ. { נרדם *nirdám.* ὑπνηλός. GAL. *Tout endormi, nonchalant.* ITAL. *Addormentato, che sempre voria dormire.* GERM.Schläfferig/schlefig/vol schlaffs. HISP. *Cargado de sueño.* ANG. *That is geuen te much sleape, slouthfull, sluggard.* } Somniculosus actiuè & passiuè dicitur, vt etiam inuidiosus, ambitiosus, gratiosus, laboriosus, &c. Vide Gellium *c.* 11. *lib.*9. Cic.*de senect.* Quæ vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignauæ, somniculosæ senectutis. Colum. *lib.*11.*c.*1. Nam & ebrioso cura officij pariter cum memoria subtrahitur, & somniculoso plurima effugiunt. ¶ Interdum somniculosum dicimus, non quod somno indulget, sed quod somnũ inducit habétque vim somnificam. ὑπνωτικόν. Vnde, Sisenna aspidem vocat somniculosam, non quòd ipsa dormiat, sed quòd vi somnifica homines percussos enecet.

Sōmnĭcŭlōsē, aduerbium, Negligenter. {ὑπνωτικῶς, ὀκνηρῶς. GALL.*Negligemment.* ITAL.& HISP.*Negligentemente.* GER.Schläfferige oder liederlich. ANGL.*Sluggardly, slumberly.*} Plaut. *in Capt. sc.*1.*a.*2. Haud somniculosè hoc agendum est. Idem *in Amph.* Non soleo somniculosè heri imperia persequi.

Sōmnŏlĕntŭs, a, um, Somniculosus: & per translationem tardus, ignauus. {נרדם *nirdám.* ὑπνηλός. GALL.*Tout endormi, plein de sommeil.* ITAL. *Addormentato, pieno di sonno.* GERM.Voll schlaffs faul/träg. HISP.*Soñoliento.* ANG.*All geuen to sleape.*}

Sōmnōrīnŭs, a, um. Apud antiquos dicebatur id, quòd in somnis videtur. Varro *in Prometheo,* vt citatur à Nonio, Hic somnorinas imagines affatur.

Sōmphŭs, σομφός, Cucurbitæ syluestris genus, digitali crassitudine, non nisi in locis saxosis nascens, intus inane: vnde & nomen inuenit. Nam Græci σομφόν vocant inane. Quidam Cucurbitam marinam appellant. Vide Plin.*lib.*20 *cap.*3.

Sŏnābĭlĭs, vide *Sonus.*

Sŏnchŭs. {σόγχος. GALL.*Laitteron, ou lacerons* ITAL.*Cicerbita, crespina.* GERM.Hasenköl oder hasenstrauch. HISP.*Serraja, serralla* ANG.*An herbe called sowthistle.*} Herba est ex genere aculeatarum cuius duæ sunt species: vna syluestrior, & spinosior: altera tenerior, olim etiam esculenta, caule cubitali, anguloso, intus cauo, interim rubescente, sed qui fractus copioso lacte manet, foliis per oras ex interuallo scissis: quum perfectè adoleuerit, aculeis quibusdam aspera. Galli à lactis copia *Lacteronem* appellant. Plin.*lib.*22.*c.*22. Estur & sonchos, vt quem Theseo apud Callimachum apponat Hecate, vterque albus & niger, lactucæ similes ambo, nisi spinosi essent, caule cubitali, anguloso, intus cauo, sed qui fractus copioso lacte manant.

Sŏnĭpēs, Sonitus, Sono, Sonor, sonoris, Sonorus, vide *Sonus.*

Sōns, sontis, omnis gener. Nocens, noxius, criminis alicuius conuictus. { אשם *aschém.* ὑπαίτιος, ὑπόδικος. GALL. *Coulpable, malfaicteur.* ITAL.*Colpeuole, maligno* GERM.Schuldig eines lasters. HISP.*Culpado.* ANGL.*Giltie faultie.*} Cic.3.*de Legib.* Vincula sontium seruanto, capitalia vindicanto. Idem 1.*Offic.* Idque est viri magnanimi rebus agitatis punire sontes, multitudinem conseruare in omni fortuna, recta atque honesta retinere. Ouid. *Eleg.*9.*lib.*4.*Trist.*

Nec tua te sontem tantummodò sæcula norint.

Plaut. *Capt. sc.*1.*a.*3. In tribu aperto capite sontes condemnant reos. Virg.10.*Æneid.*

Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem.

Ouid.13. *Metam.*

Immergitque manus, fœdátque sanguine sonti,
Non lumen (neque enim superest) loca luminis haurit.

♓ Insons, de quo suprà suo loco.

Sōntĭcŭs, a, um, Grauis, noxius, vehemens. { חשב *haschéb* כבד *chabédh.* κακοηθής, βλαπτικός. GALL. *Malin, meschant.* ITAL.*Maligno, iniquo.* GERM.Hefftig schädlich. HISP.*Culpado, malicioso, injusto.* ANG.*VVicked, euill, or an euildoer.*} Næuius apud Festum, Sonticam causam esse oportet, quamobrem perdas mulierem. Vnde Sonticum morbum veteres appellarunt, qui ita grauis esset, vt solitas functiones impediret, quem qui pateretur, iustam excusationem habere putabatur, quò minùs in iudicium vocatus se sistere cogeretur. à nocendo ita dictus putatur, autore Festo, & Cassio, quòd sontes significet nocentes. Quæsitum est (inquit Iurisconsultus) quum alter ex litigatoribus febricitans decessisset, & iudex absente eo pronuntiasset, an iure videretur pronuntiasse? Respondi, quòd sonticus morbus etiam inuitis litigatoribus ac iudice, differret diem. Sonticus autem morbus existimandus est, qui cuique rei agendæ impedimento est. Porrò quid magis impedimento est, quàm morbus corporis contra naturam, quam febrim appellant? Potest tamen dici esse aliquam etiam febrium differentiam. Nam si quis sanus aliàs ac robustus, tempore iudicandi leuissima febri correptus fuit, aut si quis tam veterem quartanam habet vt in ea omnibus negotiis suis superesse soleat, poterit dici morbum sonticum non habere. Plin.*lib.*36.*c.*19. *de gagate lapide,* Deprehendit sonticum morbum & virginitatem suffitus. ¶ De sontico morbo, vide Gell.*c.*1.*lib.*20. ¶ Sonticus morbus excusat militem, idem *cap.*4.*lib.*16.

Sŏnŭs, i, quicquid auribus percipitur, siue id ab ore animalis proficiscatur quam vocem appellamus) siue ex aliorum corporum collisione. {שאון *schaón* קול *kol.* ἦχος. GALL.*Son, bruit.* ITAL *Suono di ogni voce.* GER. Ein thon. HISP.*Son, sonido.* ANGL.*A sowne or a noise.*} Cicero *de diuin.* Qui sono quodam vocum & Phrygiis cantibus incitantur. Idem *in somn. Scip.* Quis est qui complet aures meas tantus & tam dulcis sonus? Idem 2.*de nat.deor* Aures quum sonum recipere debeant, qui natura in sublime fertur, rectè in altis corporum partibus collocatæ sunt. Virg. 4. *Georgic.*

Tum sonus auditur grauior, tractimque susurrant.

¶ Pro verbis Ouid.*Eleg.*5.*lib.*3.*Trist.*

Et singultantis oscula missa sonis.

Idem 6. *Fast.*

Instimulat fictis insidiosa sonis.

Idem *Eleg.*3 *lib* 1.*Trist.*

Singultu medios impediente sonos.

¶ Pro nomine:

Erubuit falso virginis illa sono.

¶ Sonum

¶ Sonum fundere. Cicero *in Acad.* Ac mihi videtur dignissimum rebus his, de quibus loquitur, sonum fundere. ¶ A sonus, fiunt Absonus, Altisonus, Armisonus, Consonus, Dissonus, Dulcisonus, aliáque nonnulla, quorum significata explicantur suis locis.

Sonus, a, um, Sonans. Isid.

Sonax, idem. Apul.

Sonor, is, Vehementior sonus. { שאון *schaón* המיה *hemiáh* המית *hamith*. βρόμος. GALL. *Vn son fort*. ITAL. *Strepito*. GERM. Ein starker thon. HISP. *Estruendo, sonido*. ANGL. *A great sowne or noise*. } Virg. 7. *Æneid*

——*Magno veluti cum flamma sonore*

Virgea suggeritur costis vndantis aheni.

Idem 9. *Æneid.*

Et crines albos, & sæua sonoribus arma.

Sonōrus, a, um, Clarus, valde sonans. המה *homéh*. ἠχώδης, ἠχητικός. GAL. *Qui rend ou fait grand son, de grand bruit*. ITAL. *Strepitoso*. GERM. Laut tönend / das ein grossen thon gibt. HISP. *Cosa que mucho suena*. ANG. *That maketh a vehement sowne, shrill.* } Virg. 1. *Æneid.*

Luctantes ventos tempestatésque sonoras.

Flumina sonora. Idem 12. *Æneid.* Sonoro fremitu, Gellius *cap.* 14. *lib.* 5.

Sonōrē, ἠχητικῶς. Gellius *lib.* 4. *cap. vlt.* Clarè nimis ac sonorè oscitauit.

Sŏno, as, sonui, sonitum, & aliquando sonaui, sonatum. { המה *hamáh*. ἠχέω. GAL. *Sonner, bruire*. ITAL. *Suonare, far strepito*. GER. Tönen / ein thon gäben. HISP. *Sonar, hazer sonido*. ANG. *To sowne or to mak a noise*. } Horat. 1. *Serm. sat.* 4.

Magna sonaturum des nominis huius honorem.

Est autem Sono, sonum edo. Virg. 4. *Æneid.*

——*pharetrámque fuga sensere sonantem*

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist,*

Thuraque in igne sonant.

Ibid. Eleg. 13. *lib.* 3.

Micaque solenni thuris in igne sonet.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1.

——*Luctus, gemitúsque sonabant.*

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Sæpe sonant moti glacie pendente capilli.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2.

Bella sonant alij telis instructa cruentis.

Senec. *cap.* 11 *de tranquill.* Sonuit fragor ruentis ædificij. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Cuia vox sonat procul? &c. ¶ Aliquando actiuè accipitur, pro eo quod est sono referre, siue repræsentare. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

——*Nec vox hominem sonat.*

¶ Sono item ponitur pro significo. Cicero 3. *Offic.* Honestate igitur dirigenda vtilitas est, & quidem sic, vt hæc duo verba inter se discrepare, re vnum sonare videantur. ¶ Huius composita sunt, Assono, Consono, Circunsono, Dissono, Insono, Intersono, Persono, Resono, de quibus suis locis.

Sŏnans, tis, particip. { המה *homéh*. φωνῶν, ἠχῶν GALL. *Sonnant, resonnant, qui sonne bien*. ITAL. *Cosa che risuona*. GERM. Tönend / klinglend. HISP. *Cosa que mucho suena y haze grande sonido*. ANGL. *That sowneth shrilly.* } Ouid. 12. *Metam.*

Nocte diéque patet: tota est ex ære sonanti.

Virg. 3. *Æneid.*

Turba sonans præda pedibus circunuolat vncis.

Ouid. 4. *Fast.*

Adiuuat & fortes voce sonante manus.

Sŏnantiŏr, comparat. Plin. *Epist. lib.* 6. *Tacito,* Nam meatus animæ qui illi propter amplitudinem corporis grauior, & sonantior erat.

Sŏnandŭs, a, um. Ouid. 2. *de Arte,*

Et magno nobis ore sonandus eris.

id est, graui carminis genere celebrandus. Idem 5. *Fast.*

Signi caussa sonanda mihi est.

Sŏnābĭlis, e, Sonorum. { φωνήεις. GAL. *Qui sonne & resonne, qui meine grand bruit*. ITAL. *Che rende gran suono ò strepito*. GERM. Laut tönend. HISP. *Cosa que mucho sueno*. ANGL. *That sowneth shrilly.* } vt, Sistrum sonabile Ouid. 9. *Metam.*

——*crepuitque sonabile sistrum.*

Sŏno, is, sonere, tertiæ coniugationis. המיה *hamah*. Lucr. *lib.* 3.

Caligare oculus, sonere aures, succidere artus.

Sŏnĭtus, us, Crepitus vel sonus. { שאון *schaón* המיה *hemiáh* המית *hamith*. ἦχος. GALL. *Son, bruit*. ITAL. *Suono, strepito*. GERM. Ein ton / getöß. HISP. *Sonido* ANGL. *A sowne, a noise.* } Virg. 6. *Æneid.*

Dum flammas Iouis & sonitus imitatur Olympi.

Idem 8. *Æneid.*

Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum,

Idem *lib.* 2. *Georg.*

Ingentem cælo sonitum dedit.

Cicer. *de somn. Scip.* Hoc sonitu completæ aures obsorduerunt. Idem 1. *Tusc.* Quo sonitu reddito ridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Equi facitote sonitus vngularum appareant. Idem *Amph. sc.* 1 *a.* 5 Strepitus, Crepitus, sonitus. (de flumine.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Prohibe sonitum forium *Ibidem*, Sonitum & crepitum claustrorum audio.

Sŏnĭpēs, edis, pen. corr. Significat celerem equum, quòd pedibus sonet. { ἠχοπαχήπους. GALL. *Vn cheual qui a bon pied, & puissant cheual viste, qui en marchant fait sonner la terre*. ITAL. *Cauallo veloce*. GERM. Ein pferd das mit einem getön einhär trabt / ein klepper. HISP. *Cauallo ligero, ò pateador*. ANG. *A swift, and weelfooted horse, that cause the ground to sowne.* } Virg. 4. *Æneid.*

Stat sonipes ac fræna ferox spumantia mandit.

Soniuius, adiectiuum. Festus, Soniuio sonanti. Cicer. *ad Cecinn. lib.* 6. *ep.* 6 Non igitur ex alitis inuolatu, nec è cantu sinistro oscinis, vt in nostra disciplina est, nec ex tripudiis solistimis, aut soniuiis tibi auguror: sed habeo alia signa quæ obseruem.

Sŏphēnē, es, { ארם צובה *aram tsobáh*. σωφηνή. } Regio est Asiæ Armeniæ maiori ab ea parte adiacens, qua vergit in Comagenem, iuxta Antitaurum & Masium montes. Huius regionis incolæ Sopheni à Plinio, ab aliis Sophenæ appellantur. Lucan. *lib.* 2. *Pharsalie,*

——*& dedita sacris*

Incerti Iudæa Dei, mollésque Sophena.

Sŏphĭă, æ. { חכמה *chocmáh*. σοφία. GALL. *Sagesse, sapience*. ITAL. *Sapientia*. GERM. Weisheit. HISP. *Prudencia, sabiduria*. ANGL. *VVissedonie, knawledge*. } Latinè sapientia dicitur: & qui eam profitentur, Sophi, σοφοί, appellantur. Martial. *lib.* 1.

Quum tibi sophiæ par fama, & cura deorum.

Cicer. 1. *Offic.* Princépsque omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci vocant. ¶ Sophia etiam Latinis verbum est vsitatum, scribit Seneca *Epist.* 9.

‖ Sophia, vrbs Seruiæ, hodiéque populosa, N. sub P. Constantinopolitano. ‖

Sŏphŭs, i, Sapiens. { חכם *chacham* σοφός. GALL. *Sage*. ITAL. *Sapiente, sauio*. GER. Ein weiser. HISP. *Sabio, prudente*. ANGL. *VVise*. } Cic. 5 *Tusc.* Itaque & illos septem, qui à Græcis σοφοὶ, sapientes à nostris & habebantur, & nominabantur. Martial. *lib.* 7.

Te pia Cecropiæ comitatur turba Mineruæ:

Te secreta quies; te sophos omnis amat.

Grande sophos. Martial. *lib.* 1.

Audieris quum grande sophos, dum basia captas,

Ibis ab excusso missus in astra sago.

Vbi Sipontinus, Mos est Græcorum, dum scripta alicuius vel legerint, vel audierint, assentando dicere, Σοφῶς, hoc est, sapiens, doctus. Neutro autem genere dixit poëta, Grande sophos, id est, grandem illam & adulatoriam vocem tot hominum clamantium, Sophos. Sic alibi, Quòd tam grande sophos clamet tibi turba togata, &c. Hoc autem nomine primùm appellati sunt, qui postea dicti sunt Philosophi. Pythagoras enim primus modestiæ gratia, non Sophum, sed Philosophum voluit se appellari, vt Cicero testatur *lib.* 2. *de finib.* ‖ ¶ Sophus item Persarum Imperator. ‖

Sŏphĭstă, siue sophistes, sophistæ. { σοφιστής. GALL. *Sophiste, philosophe pour vaine gloire*. ITAL. *Sophista filosofo por vana gloria*. GERM. Ein sophist oder falschweiser / der vmb eigens rhums willen oder dergleichen dingen andere betreugt / vorzeiten war es ein ehrentittel / deren so sich der weisheit vnd freier kunsten beflissen HISP. *Sophista, philosopho por vana gloria*. ANGL. *A sophist or vaine philosopher*. } Sophistæ qui dicti docet Plutarchus *in Theseo.* Olim honesta appellatio erat communis iis omnibus, qui in arte aliqua excellerent: vnde & rhetores, & sapientiæ professores olim sophistæ dicebantur: quanquam ad eos postea hoc nomen transierit, qui fallacibus conclusiunculis inanem quandam sapientiæ speciem ostentarent. Suidas, Σοφιστὴς πᾶς τεχνίτης, καὶ ὁ τὸ λεκτικὸν ἠσκηκὼς καὶ ὁ ἐπιγελάζων ἑαυτὸν ἐν τοῖς λόγοις καὶ ἀπατῶν. id est, Sophista omnis artifex, & qui eloquentiam profitetur, & qui in verbis calumniatur, atque fallaciis. Plato ait sophistas esse rhetores, qui veluti venatores parati sunt ad capiendos iuuenum animos. Aristot. *lib.* 10. *Ethic.* Scientiam gubernandarum rerum publicarum sophistæ profitentur, quorum nullus rempublicam gerit. Olim autem sophistæ dicebantur Philosophi, & sapientiæ professores: deinde verò rhetores: postremò abiit nomen in inuidiam, vt sophistæ dicerentur, qui fictam quandam sapientiæ speciem iactitarent, Cic. *lib.* 1. *de nat deor.* Abderites quidam Protagoras, cuius à te modò facta est mentio, sophistes temporibus illis, vel maximus Idem 4. *Acad.* At quis est nunc hic sophistes? sic enim appellantur hi, qui ostentationis, aut quæstus causa philosophantur. Idem *lib.* 2. *de fin.* Eorum erat iste mos, qui tunc sophistæ nominabantur. ¶ Hinc antisophistæ à Suetonio *in Tiberio* dicuntur, inter se pugnantes sophistæ.

Sŏphĭstĭcă, σοφιστική, pars dialecticæ plus ostentationis habens, quam vtilitatis, qua docemur fallacibus conclusiunculis aduersarium irretire, atque argumenta ita acutè inuenire, vt quæ falsissima sunt, vera esse videantur.

‖ Sophophilus, sapienter amans, non qui sapientes amat. ‖

Sŏphĭsmă, atis, σόφισμα, Græcis fraudem significat, deceptionem, siue cautelam: vnde pro fallaci argumenti genere accipitur, ita ingeniosè excogitato, vt quum mendosissimum sit, incauto tamen rectè conclusum videatur. Cicero 4. *Academ.* Atqui habebam molestos vobis, sed minutos, Stilbonem, Diodorum, Alexinum, quorum sunt contorta & aculeata quædam sophismata. sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ.

Sŏphĭlus, σώφιλος, Sicyonius vel Thebanus Comicus, mediæ comœdiæ scriptor, cuius fabulæ nonnullæ commemorantur à Suida.

Sŏphŏclēs, σοφοκλῆς, Poëta Tragicus fuit, patria Atheniensis, tanta orationis suauitate, vt vulgò μέλιττα, hoc est, apis cognominaretur æqualis Euripidis, & Periclis, cuius etiam quandoque collega fuit in Prætura. Natus fuit Olympiade LXXIII. ante Socratem annis XVII. Primus tribus actoribus vsus est, adiecto eo qui vocatur Tritagonista, hoc est, tertiarum & vltimarum partium histrio. Primus etiam choros ex iuuenibus quindecim introduxit, quum antea duodecim tantùm introducerentur. Primus quoque tragicas contentiones ac compositiones instituit. Scripsit insuper Elegiam & Pæanas, atque orationem prosam, quum de Choro aduersùs Thespin & Chœrilum contenderet. Obiit autem sexto anno post Euripidis mortem: cui styli magnitudine præfertur, licet ei sententiis inferior, Filios habuit Iophontem, Leosthenem, Aristonem, Stephanum, Meneclidem. Exhibuit fabulas centum viginti tres: quanquam alij dicant multò plures. Victorias autem viginti tres reportauit. Hunc Cicero diuinum poëtam, *lib. de diuin.* vocauit: eiúsque in Catone Maiore his meminit verbis, Sophocles ad summam senectutem Tragœdias fecit, quòd propter studium quum rem familiarem negligere videretur, à filiis in iudicium vocatus est, vt quemadmodum nostro more malè rem gerentibus bonis interdici solet, sic illum quasi desipientem, à re familiari remouerent Iudices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & proximè scripserat, OEdipum Coloneum recitasse iudicibus, quæsisséque num illud carmen desipientis videretur: quo recitato, sententiis Iudicum est liberatus. Sophoclem ex insperato gaudio ob victoriam ex Tragœdia quadam repentè obiisse Valerius autor est. Is hospitio excepit Æsculapium, vt scribit Plutarch. *in Numa.* ¶ Sophocles, superioris nepos, Poëta item Tragicus, qui docuit Tragœdias XL. vicit 8.

commemoratur à Suida. ¶ Sophocles etiam Grammaticus, minor appellatus, enarrauit Lycophronem, Apollonium, alióſque poëtas, cuius opera habemus. ¶ Sophocles alius, dux Athenienſium, Soſtratidæ filius, apud Thucydidem.

Sŏphŏclēŭs, a, um, σοφόκλειος. Cic. *ad Tyr.* An pangis aliquid Sophocleum? Virg. 8. *Eclog.*

Sola Sophocleo tua carmine digna cothurno.

‖ Sopolium, ſuburbium, L. g. b. ‖

Sŏphrōn, σώφρων, Syracuſanus. Xerxis & Eurypidis tempore ſcripſit mimos viriles, & mimos fœmineos lingua Dorica, & ſoluta oratione, cuius ſcripta erant admodum obſcura. Statius *lib. 5. Sylu.* Sophronáque implicitum, tenuíſque arcana Corinnæ. Huius ſcriptis tantopere delectatum ferunt Platonem, vt etiam moriens capiti ſubiecta habuerit. ¶ Fuit alter eiuſdem nominis Comicus, cuius meminit Athenæus *in Dipnoſophiſtis.*

Sōphrōnĭă, σωφρονία, matrona Romana fuit, quam ob inſignē pudicitiam Lucretiam Chriſtianam vocant. Hæc quum ſe vim Decij principis videret non poſſe effugere, conſentiente viro, arrepto gladio ſe ipſa trāsfixit. & in diuorum numerum eſt relata. Autor Euſeb. *in hiſtor. Eccleſiaſtica.*

Sophroniſcus, ſtatuarius, pater Socratis, clariſſimi illius philoſophi Athenienſis.

Sōphrŏnīſtæ, σωφρονισταί. Magiſtratus quidam erant apud Athenienſes, non diſſimiles iis, quos Romani Cenſores vocabant, licèt longè plures eſſent, & poteſtate aliquanto inferiores. Legebantur enim ex ſingulis tribubus decem, qui iuuenum mores cenſerent.

Sōphrŏnīſtērēs, σωφρονιστῆρες. Dentes duo, qui omnium extremi innaſcuntur, circa annum ætatis vigeſimum, κατὰ τὴν τοῦ φρονεῖν ὥραν, hoc eſt, circa id tempus, quo iam ſapere incipimus.

Sophroniſterium, σωφρονιστήριον, locus vbi diſſoluti homines σωφρονίζονται; domus emendationis, carcer correctionis: Zuchthauſs.

Sōphrŏnĭum, σωφρόνιον, meretriculæ nomen apud Plautum, amatoria quadam adulatione per diminutionem prolatum, ἀπὸ τῆς σωφροσύνης, quod temperantiam, modeſtiam, ſiue caſtitatem ſignificat.

Sōphrŏſynē, nes. { σωφροσύνη. GALL. *Temperance, modeſtie.* ITAL. *Temperanza, modeſtia.* GERM. Meſſigkeit/ zucht/ keyſcheit HISP. *Templança modeſtia.* ANGL. *Temperance ſobrietie.* } Temperantia, modeſtia, caſtitas. Hieron. *contra Iouin.* Non enim (vt malè habetur in Latinis codicibus) ſobrietas eſt legenda, ſed caſtitas: id eſt, σωφροσύνη. Fit autem à Græco σώφρων, quod Latinè temperantem, ſeu caſtum ſignificat, ſe moderatum. Cic. 3. *Tuſc.* Veriſimile etiam illud eſt, qui ſit temperans, quem Græci σώφρονα appellant: eámque virtutem σωφροσύνην vocant, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam, &c.

Sŏpōr, is, Somnus. { שנה *ſchenáh* תרדמה *tardemáh.* ὕπνος. GALL. *Sommeil, faim de dormir, le dormir.* ITAL. *Sonno, dormire.* GERM. Der ſchlaff. HISP. *Sueño quando dormimos, ò obra de adormecer.* ANGL. *A deade or ſounde ſleape.* } Cic. 1. *de diu.* Quum iā quieti corpus nocturno impetu Dedi, ſopore placans artus languidos. Idem *in Saluſt.* Noli nobis languorem ac ſoporem nimium exprobrare. Virg. 6. *Æneid.*

Tum conſanguineus lethi ſopor, & mala mentis
Gaudia.

Horat. 5. *Epod.*

Formidoloſis, dum latent ſyluis feræ
Dulci ſopore languida.

Ouid. 15. *Metam.*

Aut furit, aut patitur mirum grauitate ſoporem.

Plaut. *Amph.* Quatuor viros in ſoporem collocaſtis nudos. Quint. Sopore temulento profligatus, &c.

Sŏpŏrĭfĕr, a, um, quod ſoporem inducit, ſomnifer. { מישן *mejaſchſchén.* ὑπνωτικός. GALL. *Qui engendre & cauſe ſommeil, en dormant.* ITAL. *Porta ſonno.* GERM. Das den ſchlaff bringt. HISP. *Coſa que haze adormecer, ò que trahe ſueño.* ANGL. *That cauſeth ſleape.* } Plin. *lib. 9. c. 13.* Præterea dextræ pinnæ vim ſoporiferam ineſſe, ſomnoſque allicere ſubditam capiti tradunt. Virg. *lib. 4. Æneid.*

Spargens humida mella, ſoporiferúmque papauer.

Ouid. 11. *Metam.*

Viſe ſoporiferam ſomni velociter aulam.

Sŏpōro, as, Soporem induco, ſtupefacio. { ישן *jiſchſchén.* κατακοιμίζω. GALL. *Endormir, aſſoupir.* ITAL. *Adormentare.* GERM. Entſchlaffen/ in ſchlaff bringen HISP. *Adormecer à otro.* ANGL. *To cauſe or to bring on asleape.* } Plin. *lib. 28.* Cauda flumina & aquarum impetus ſiſti, ſerpentes ſoporari. Idem *lib. 1. c. 31.* Nec illud præteribo, aſpidum naturæ halicacabum in tantum aduerſam, vt radice eius propiùs admota ſoporentur.

Sŏpōrātŭs, a, um, particip. Sopore obrutus. { נרדם *nirdám.* καταχοιμισθείς. GALL *Endormi, aſſoupi de dormir, enſomné.* ITAL. *Adormentato.* GERM. Entſchläfft/ in ſchlaff gebracht. HISP. *Adormecido.* ANG. *That is brought asleape.* } vt, Artus ſoporatos premit quies. Plin. *lib. 10. cap. 75.* Aquatilia ipſa quiete cernuntur placida, ceu ſoporata. Dolor ſoporatus, id eſt, lenitus. Curt. *lib. 7.* Recruduit ſoporatus dolor, Offa ſoporata melle, apud Virg. 6. *Æneid.* id eſt, ſoporifero melle imbuta. Ramus ſoporatus vi Stygia. *Ibidem.*

Sŏpōrŭs, a, um, Somnum inducens. vt, Nox ſopora, id eſt, nox intempeſta, quæ placida rigat membra quiete. { מישן *mejaſchſchén.* ὑπνωτικός. GALL. *Qui fait dormir, qui aſſoupit.* ITAL. *Porta ſonno, che fa dormire.* GERM. Schlaffmachig. HISP. *Coſa que haze adormecer.* ANG. *That bringeth on a ſleape.* } Lucret. *lib. 2.* ſed nocte ſopora Atria cognati pulſat non ampla Catonis. Stat. 1. *Theb.*

——— *eandem ſub nocte ſopora*
Luſtra terit.

Sōpĭo, is, iui, itum, Soporo, ſoporem induco. { ישן *jiſchſchén.* κατακοιμίζω. GALL. *Aſſoupir, endormir.* ITAL. *Adormentare.* GERM. Entſchlaffen. HISP. *Adormecer à otro.* ANGL. *To bring à ſleape.* } Liu. 9. *ab Vrbe,* Die feſto alij alios per ſpeciem celebrandarum cantu epularum cauſa inuitant, & vino, cuius auidum fermè genus, oneratos ſopiunt. Idem 4. *bell. Pun.* Lentior denique æqualiórque accidens auribus, magnam partem hominum ſopiuit. Ouid. 7. *Metam.*

Cuſtodémque rudem ſomno ſopiſtis.

¶ Vnde ſopitum dicimus qui iam cœpit dormire. Liu. 7. *bell. Pun.* Nico ex improuiſo ad portas ſopitos vigiles in cubilibus ſuis obtruncat, portámque aperit. Virg. 1. *Æneid.*

Hunc ego ſopitum ſomno ſuper alta Cythera.
Aut ſuper Idalium ſacrata ſede recondam.

Aras ſopitas excitat ignibus. Idem 1. *Æneid.* Brachia ſopita. Ouid. *Epiſt.* 14. Ignis ſopitus, id eſt, propemodum extinctus, aut cineribus occultatus. Virg. 8. *Æneid.*

Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes.

Manus ſopitæ, Ouidius *lib. 3. Faſt.* Sopitus ictu, id eſt, ſtupefactus. Liuius 1. Iubet bono animo eſſe, ſopitum fuiſſe regem ſubito ictu, ferrum haud altè in corpus deſcendiſſe, iam ad ſe rediiſſe, inſpectum vulnus, abſterſo cruore, omnia ſalubria eſſe: conſidere, propediem ipſum eos viſuros. ¶ Huius compoſitum eſt Conſopio, quod eſt totum ſopore obruo. Cic. 1. *Tuſcul quæſt.* Num igitur eum curare cenſes quum Luna laborat, è qua conſopitus putatur, vt eum dormientem oſcularetur?

Sōră, Σῶρα, oppidum Campaniæ, cuius meminit Plinius *lib. 3. cap. 5.* Iuuenal. *Sat. 2.*

——— ——— *optima Sora,*
Aut Phabrateria domus, aut Fruſinone paratur.

¶ Stephanus, Soram alteram collocat in Phœnice.

Sōrāctē, is, vel Soractis, is, mons eſt Faliſcorum Apollini ſacer, circa quem fiebat ſacrificium annuum, in quo Hirpiæ familiæ ſuper ambuſtam lignorum ſtruem ambulantes, non adurebantur, vt refert Plinius *lib. 7. c. 2.* Virg. 11. *Æneid.*

Summe deus, ſancti cuſtos Soractis Apollo.

Plin. *lib. 31. cap. 1.* Varro ad Soractem ſcripſit eſſe fontem, cuius ſit latitudo quatuor pedum, ſole oriente eum exundare feruenti ſimilem, auéſque quæ guſtauerint, iuxtà mortuas iacere. Neutro genere vſus eſt Silius Italcus *lib. 8.*

Et ſacrum Phœbo Soracte frequentant.

Vulgò *Monte di S. Silueſtro.*

‖ Soracum vide *Sorracum* ‖

Sorani, inquit Seruius, dicti ſunt populi Hirpini, Nam lupi Sabinorum lingua Hirpi vocantur. Sorani verò, à Dite: nam Ditis pater Soranus appellatur, quaſi lupi Ditis patris.

Sōrānŭs, Ditis ſeu Plutonis cognomen: à voce Græca σωρός, quæ tumulum ſepulcralem ſignificat, vel à Sora oppido, ad Soractem montem ſito. Tradit enim Plin. *lib. 2. cap. 92.* eò in tractu tam peſtiferos ſpiritus exhalari, vt auibus ſint lethales. Vnde videri poteſt Pluto dictus eſſe Soranus, non diſſimili ratione ab ea, qua Auernum pro inferis poëtæ acceperunt. ¶ Soranus, Σωρανός, Epheſius medicus, Alexandriæ vixit. Deinde Romam venit, vbi artem exercuit Traiani, & Adriani temporibus. Suidas.

Sōrbĕo, es, ui, tum, vel ſorpſi, ſorptum, Liquidum aliquid deglutio. { בלע *baláh* לע *lah.* ῥοφέω. GALL. *Humer & aualer en tirant à ſoy, engloutir.* ITAL. *Sorbire.* GERM. Suppfen oder ſurfflen. HISP. *Sorber.* ANGL. *To ſuppe.* } Factitium verbum à ſono quem edunt qui ſorbent. Plaut. *in Milite,* Sorbet dormiens. PA. Quid ſorbet? LV. Illud ſtertit, volui dicere. Sed quia conſimile eſt quod ſtertas, quaſi ſorbeas. Plin. *lib. 7. c. 53.* Ap. Saufeius quum à Balneo reuerſus mulſum bibiſſet, oúmque ſorberet, &c. ¶ Transfertur & ad alia. Ouid. 2. *de arte,*

Terraque cæleſtes arida ſorbet aquas,

Virg. 3. *Æneid.*

Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis
Obſidet, atque imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus.

Lucan. *lib. 4.*

Sordidus ex hauſto ſorbetur ab vbere ſanguis.

¶ Sorbere odia alicuius, pro perferre. Cicer. *ad Quint. fratr.* Sed me ab alio ita obſeruari ſcio, vt eius iſta odia non ſorbeam ſolùm, ſed etiam concoquam. Senec. *cap. 17. de conſ. ad Mart.* Sorbet nauiga Charybdis. ¶ Sorbere animo, Cic. 2. *Philipp.* Quem gurgitem, quam voraginem, quid eum non ſorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius ſanguinem non bibere cenſetis? Huius compoſita ſunt, abſorbeo, exorbeo, obſorbeo, & reſorbeo: de quibus ſuis locis.

Sōrbĭtĭō, nis ipſe ſorbendi actus, vel potio ad ſorbendum apta. { בלע *bélah.* ῥόφημα. GALL. *Humement, humet, chaudeau.* ITAL. *Sorbitione,* GER. Suppfung oder ſurpfflung. HISP. *Sorbo ò ſorbedura.* ANGL. *A ſupping.* } Perſ. *Sat. 4.*

——— *barbatum hæc crede magiſtrum*
Dicere, ſorbitio tollit quem dira cicuta. (Socratem intelligit)

Plin. *lib 10. cap. 6.* Pulmonis & arteriæ ſanat vitia, datum in ſorbitione ptiſanæ. Plautus *Pſeud. ſc. 2. a. 3.* Sorbitione faciam ego te hodie mea ita, vt Medea Æſonem concoxit ſenem, quem medicamento & ſuis venenis dicitur feciſſe rurſus ex ſene adoleſcentulum. (Ibi autem apud Plautum lego *Æſonem,* non vt vulgò, *Peliam,* quem recoquendo necauit ipſa Medea.

Sōrbĭtĭūncŭlă, æ, diminutiuum, Sumitur pro potiuncula, vel cibo liquido, qui facilè ſorbetur. { ῥοφημάτιον. GALL. *Humet, ou chaudeau.* ITAL. *Sorbitionella.* GERM Ein ſupfflin. HISP. *Pequeña ſorbedura, manjar liquido diſpueſto para beuer.* ANG. *A litle ſupping meat* }

Sōrbīllo, as, diminutiuum à ſorbeo, Minutim & paulatim ſorbeo. { κατὰ μικρὸν καταῤῥοφέω. GALL *Humeter, buueter, humer peu à peu.* ITAL. *Sorbire poco y à mebire poco ma ſpeſſo.* GER. Gemächlich ſupfflen HISP. *Sorber poco y à menudo.* ANGL. *To ſuppe litle and litle.* } Terent *in Adelph.* — & cyathos ſorbillans paulatim hunc producam diem. Turneb. *lib. 25.* ait: Pleraque eius formæ ſimplici l, ſcribuntur, & corripiuntur. Ita apud Catull. *epigr 21.* legit *conſcribilent.*

Sōrbīllum, i, Potiuncula ſorbitioni apta. { ῥοφημάτιον. GALL. *Humet & chaudeau.* ITAL. *Picciola ſorbitione.* GER. Ein ſupfflin/ brülin. HISP. *Pequeña ſoruedura.* ANGL. *A litle ſuppling meat.* } Plaut *in Pœnul.* Hem mihi iam video propter te victitandum ſorbillo, i. video mihi propter te vapulandum & gemendum: ſuſpiria enim & gemitus vapulantium imitantur ſpiritum ſorbentium.

Sorbilis

Sorbilis, e, quod facilè sorbetur. { ῥοφητόν. GALL. Qu'on peut humer. ITAL. Cosa che facilmente si sorbe, cosa da sorbire. GERM. Suppflich/das gut auss zusupffen ist. HISP. Cosa que se sorbe ò puede sorber. ANGL. That is easily supped. } vt, Ouum sorbile, apud Cels. lib.2.c.10 & 25. Colum lib. 5.c.17. Quique sunt cibi sorbilibus proximi, vt mulctra, recens caseus.

Sorbus, fœm.gen. Arbor est procera, quam Græci ὄην, & οἴην, fructúmque eius ὄα, & οἶα vocant cuius longiorem descriptionem videbis apud Theophrastum lib.3 c.11. {GALL. Cormier. ITAL. Albero di sorbe, sorbolero. GERM. Sperwerbaum oder sperbyrnbaum/sorböpffel. HISP. El serual arbol conocido. ANGL. A seruis tree.}

Sorbum, i, Sorbi arboris fructus similis pyro. {οὖα. GAL. Vne corme le fruict d'vn cormier. ITAL. Sorbo. GER. Speierling/pserhyrlin. HISP. Serua fruta ANGL. A seruis fruto. } quod malum sorbum etiam Columella appellat, lib.5.c.10. Et mala sorba, pruna, post mediam messem, vsque ad Idus Febr. serito. Hæc mala, vt docet Mart. lib.3. aluum sistunt.

Sorba sumus molles nimium durantia ventres,
Aptius hæc puero, quàm tibi, poma dabis.

Columella, Sorba manu lecta, in vrceolos picatos adiicito Plin. lib.15. cap.21. Sorbis quadruplex est differentia: aliis enim eorum rotunditas mali, aliis turbinatio pyri: aliis ouata species, ceu malorum aliquibus. Hæc obnoxia acori: odore & suauitate rotunda præcellunt: cæteris vini sapor: generosissima, quibus circa pediculos tenera folia. Quartum genus torminale appellant remedio tantùm probabile, assiduum prouentu, minimúmque pomo, arbore dissimili, foliis penè platani. Non fuerunt ante trimatum ex vllo genere. Cato c.7. Sorba in sapa quum vis condire vel siccare, viridia facias.

Sordes, is, fœm.gen. immunditia. {צאה tsoah, vel, tséah טמאה tumeáh. ἄση, ῥύπος. GALL. Ordure, saleté. ITAL. Sporchezza, bruttura, sporcitia. GERM. Wüst/onsauberkeit/onflat. HISP. Suziedad, fealdad. ANG. Filthines, the sweeping of an house.} Plaut. in Pœn. Viden' tu? pleni oculi sordium qui erant, iam splendent mihi. N. Imò etiam in medio oculo paruum sordis est. Horat. 1. Epist.2.

———iuuat illum sic domus aut res,
Vt lippum picta tabula fomenta podagram,
Auriculas cithara collecta sorde dolentes.

Reorum sordes, Sueton. in August. c.32. Quintil. crimen sordium. i. mercenariæ operæ forensis. Senec. c.13, de consol. ad Mart. Ex sordido lucens ignis viuacior est. Et Martial. Epigr.4. lib.8. Sordida vnguento vestis. Plaut. Asin. sc.2. a.1. Sordido vitam oblectabis pane. (i. atro.) vt apud Sueton in Neron c.48. Sordidum panem oblatum aspernatus est. ¶ Iacere in sordibus est nimio animi dolore squallere. Cic. ad Terent. Te nunc mea Terentia sic vexari & iacere in lacrymis & sordibus. ¶ Sordem vrbis vocat idem Cicero fæcem plebis, Attico sic scribens, Apud bonos iidem sumus quos reliquisti: apud sordem vrbis & fæcem multo melius nunc, quàm reliquisti. ¶ Sordes item accipimus pro immoderata parsimonia & auaritia, ex minimis etiam rebus lucrum captante. ῥυπαρία, σμικρολογία. Quint. lib.6. Incusans eius sordes, calceos cum veteres dicebat vendere solere. Horat. 1. Serm. sat.6.

Si neque auaritiam, neque sordes, ac mala lustra
Obiiciet verè quisquam mihi.

Luxuriæ sordes. Iuuen. sat.1.

———sed quis feret istas
Luxuriæ sordes?

id est, summam prodigalitatem cum insigni auaritia coniunctã, loquitur enim de illis, qui quum ventribus suis indulgerent omnia, in aliorum egestate subleuanda parcissimi essent. Gaudet autem Iuuenalis antitheta hoc pacto coniungere, vt alibi, Socraticos cinædos, tristitia obscœna, lacernatam amicam.

Sorditudo, inis, Sordes. { צאה tsóah, vel, tseáh טמאה tumeáh. ῥύπος.} Plaut. in Pœn. Vt mihi absterserunt omnem sorditudinem.

Sordidus, a, um, quod est sordibus infectum. {צא tso טמא tamé. ῥυπαρός. GAL. Ord & sale. ITAL. Sporco, imbrettato. GERM. Wüst/vnflätig/vnsauber HISP. Suzio. ANG. Fulthie, vncleane.} Cic.3. Tusc. Sæpe est etiam sub pallido sordido sapientia. Virg.6. Æneid.

Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.

Ouid.3 de Arte,

Quas geritis vestes, sordida lana fuit.

¶ Sordidus homo, tenax, auarus, & ex rebus vilissimis quæstum captans ῥυπογλυφος, σμικρολόγος. Cicero 1. Offic. Sordidi etiam putantur, qui mercantur à mercatoribus, quod statim vendant. ¶ Sordido loco natus, id est, ignobili. Liuius 2. bell. Pun. Vnus inuentus est suasor legis C. Terentius Varro, qui priore anno prætor fuerat, loco non humili solùm, sed etiam sordido ortus: patrem lanium fuisse ferunt, ipsum institorem mercis, filióque hoc ipso in seruili eius artis ministerio vsum. ¶ Sordida lingua, impura, mendax. Tibull. lib.3. Eleg.7.

Aut fallat blanda sordida lingua fide.

Sordidum consilium pro corrupto. Cic. ad Quint. fratr. lib.3. Gabinius absolutus est: omnino nihil accusatore Lentulo, subscriptionibúsque eius infantibus, nihil illo consilio sordidius. Bud. Sueton. in August. cap.65. Ex quibus Agrippam, ob sordidum ac ferox ingenium breui abdicauit.

Sordidè, aduerbium. Auarè, tenaciter, nimis parcè. { σμικρολόγως. GAL. Villaquement. ITAL. Vigliaccamente, auaramente. GERM. Vnfletigklich/geinigtlich. HISP. Escassa y auariciosamente. ANGL. Filthelie, niggardlie.} Plin. Epist.9. Proconsulatum, sed sordidè gesserat. Cic. 2. de Orat. Si asperè, si arroganter, si turpiter, si sordidè, si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videatur.

Sordidulus, adiectiuum diminut. { ῥυπαρώτερος. GAL. Vn petit souillard, souillardeau. ITAL. Alquanto sozzo. GERM. Zinlich oder ein wenig wüst. HISP. Suzio vn poco. ANGL. Somewhat slutish.} Plaut. in Pœn. Seruulorum sordidulorum scorta diobolaria. Iuuen. Sat.3.

Si toga sordidula est.

Sordeo, es, sordui, sordidus sum. {נטמא nitmá. ῥυπόω. GAL. Estre ord & sale. ITAL. Esser sporco. GER. Wüst oder vnsletig sein. HISP. Ensuziarse. ANGL. To be slutish or filthie.} Martial. lib.1.

Dum nulla teneri sordent lanugine vultus.

¶ Sordere alicui res aliqua dicitur, à quo cõtemnitur, & vilis æstimatur. נבזה nibzáh. Plin. lib.35.c.10. Sordebat ille suis, vt plerũque domestica. Cic. ad Octauianum. Cui sordebat Macedonia prouincia, quam victor sibi sumpserat Cæsar. Liu.4. ab Vrbe, Adeò se suis etiam sordere, nec à plebe minus, quàm à patribus contemni. Plin. lib.15. Vitam non iuuare fortasse credet aliquis, quum hæc quoque cura friuola existimetur, adeò deliciis sordent, & quæ ad salutem pertinent. Quintilian. Quibus sordent omnia quæ natura dictauit.

Sordesco, is, Sordidus fio. { נטמא nitmá. ἀπλυνῶμαι, ῥυπαίνομαι. GALL. Deuenir ord & sale. ITAL. Diuenir sporco. GERM. Wüst oder vnflätig werden. HISP. Ensuziarse. ANGL. To waxe slutis, or filthie. } Horatius 1. Epist.20.

Contrectatus vbi manibus sordescere vulgi
Cœperis.

Gell. cap.12. lib.4. Si agrum passus fuerat sordescere, eúmque diligenter curabat, &c. Plin. lib.1. cap.12. Nunc verò è tanta cadens altitudine multúmque, dum venit, sordescens. ¶ Hinc exsordescere, de quo suo loco.

Sordidatus, a, um, pannosus, sordidis vestibus indutus, { לביש צאים labúsch tsoim. ῥακώδης, ῥυπαλέος GAL. Vestu ordement & salement. ITAL. Vestito sporcamente. GERM. Wüst oder vnflätig bekleidet. HISP. Vestido de vestidura suzia. ANGL. Slutishlie arayed. } Plaut. in Asin. Quanquam ego sum sordidatus, Frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari. id est, sordidè indutus. Idem 6. Verr Diodorus Romæ sordidatus circum patronos, atque hospites cursare, rem omnibus narrare. Idem in Pisonem, Nec minus lætabor, quum te semper sordidum, quàm si paulisper sordidatum viderem. Sordidum dixit vilem & abiectum, ac sine vllo vitæ nitore ac lautitia vitam agentem. Sordidatum autem, accusatum & reum Budæus.

‖ Sordiscum, corium crudum Gl. Isid.

Sordulentus, sordidus. Tertull. ‖

Sorex, icis, mascul. gen. Animal est notissimum, maius mure, clariúsque strepens, domos nostras frequentans, omniáque arrodens. { עכבר hachbár. ὕραξ, μῦς. GALL. Vne souris. ITAL. Sorzo, rato. topo. GERM. Spitzmauss/sind etwass gifftig/das auch die katzen daruon siech vnnd schebig werden. HISP. Raton pequeño. ANGL. A rat. } Colum lib. 12. cap. 31. Si serpens aut mus, sorexve in mustum ceciderit. Idem lib. de arboribus, Vites quæ secundùm ædificia sunt, à soricibus aut muribus infestantur. ¶ Sorex suo iudicio perit, prouerbialis metaphora est, qua vtimur quoties significare volumus quempiam à seipso proditum esse, cui vel in primis expediebat cautissimè latere. Terent. in Eunuch. Egomet meo iudicio miser, quasi sorex, hodie perij. Vidè Adagia Erasmi.

Soriceus, cea, ceum, ad soricem pertinens.

Soricinus, a, um. {μύιος. GAL. De souris. ITAL. Di sorzo, di topo. GER. Von einer spitzmauss. HISP. Cosa petteneciente à raton. ANG. Of a rat. } Vnde soricinos dentes dixit Plautus. Idem Bacchid. Si tibi Machæra est, nobis veruina est domi, Qua quidem te faciam, si tu me irritaueris, Confossiorem soricina nænia.

Soriculatus, a, um, Sōrĭcŭlātă vestis quæ variis coloribus erat. { διαποίκιλος. GALL. Robes & habillemens de diuerses couleurs. ITAL. Veste di più colori. GERM. Ein getheilt kleid von farben. HISP. Cierta manera de vestidura de diuersos colores. ANGL. Garments of diuerse colours. } Varro, Vermiculatam ac soriculatam vestem. Plin. lib.8.c.48. Vndulata vestis primò lautissimis fuit: inde soriculata defluxit.

Sorilla, nauigia Istrica vocantur, quòd lino & sparto conserantur, & condensentur.

Soritæ, σωρῖται, populi sunt Ichthyophagi, quos Arabis fluuius ab Indis disterminat, nullum alium cibum noscentes, quàm piscium, quos vnguibus dissectos torrent sole, panémque ex eis conficiunt. Plin. lib.7. c.2 Oritas vocat.

Sorites, σωρείτης: Græcis vocatur captiosum & multiplex argumentandi genus, in quo ex vno concesso, ad multas conclusiones connexas assurgitur. Dictus Sorites, ἀπὸ τοῦ σωροῦ, quod Græcis aceruum significat, quoniam semper ascendunt in cumulum hæc argumenta. Cic. de diuin. Quemadmodum soritæ resistamus, quem, si necesse sit, Latino verbo liceat acerualem appellare. Sed nihil opus: vt enim ipsa philosophia, & multa verba Græcorum, sic sorites satis Latino sermone tritus est. Idem 1. Acad. Posthac potiùs disseremus de obscuritate naturæ, quàm de oculorũ sensuúmque reliquorum mendaciis, & de sorite, aut Pseudomeno, quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. Idem 4. Acad. Captiosissimũ genus interrogationis, quod genus maximè in Philosophia probari solet, quum aliquid minutatim, & gradatim additur, aut demitur. ¶ Soritas hos vocant, qui aceruum efficiunt vno addito grano, vitiosum sanè, & captiosum genus.

Soriticus, a, um, ad soritem pertinens, σωρειτικὴ ἀπορία, acerualis dubitatio, aut Soritica intricatio, quæ multa indefinita, & nullis limitibus circumscripta comprehendit, & in aceruum colligit.

Sorix, aut Saurix auis tributa Saturno ab auribus: quia tarditati & vetustati, & senectuti conuenit. Nam & in veteranis maximè versatur locis, & noctis maximè primæ est, & tempestatis nuntius atque index.

Soror, is, dicta est, quòd quasi seorsum à sua stirpe pascatur, separatúrque ab ea domo, in qua oritur, & in aliam familiam transgrediatur, vt docet Gell. lib.13 c.10. ex sententia Antistij Labeonis. { אחות achóth. ἀδελφή. GAL. Sœur. ITAL. Sorella sorore sirochia. GERM. Ein schwester. HISP. Hermana. ANGL. A sister. } Plaut. Curc. sc.1.a.1. Tam à me pudica est, quàm si soror mea sit. Ouid. Eleg.4. lib.5. Trist. Dominæ fati sorores. (i. parcæ.) Plaut. Mil. sc.2.a.2. Gemina soror germana, &c. Germana soror, vide Germana. Cic. pro Milone. Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. Virg.2. Georg.

Panaque, Syluanúmque senem, nympháſque sorores.

Ouid.5. Metam.

Constitit, & doctas sic est affata sorores.

palmulæ, id est, simillimæ, & quasi gemellæ. Plin. lib.13.c.4. Minus speciosæ, sed sapore caryotarum sorores, ob hoc adelphides dictæ.

Sororicida, æ, qui sororem occidit. { ἀδελφοκτόνος, ὁ κτείνας τὴν ἀδελφήν.

GALL. *Qui a tué sa sœur.* ITAL. *Chi a veciso sua sorella.* GERM. Ein schwestermörder / der sein schwester tödtet. HISP. *Que matado ha la su hermana.* ANGL. *That killeth his sister.* } Cic *pro domo sua*, Quid, de me quod tulisse te dicis parricida, fratricida, sororicida, nónne extra ordinem tulisti?

Sōrōriāri, puellarum mammæ dicuntur quum iam intumescunt, quòd non singulæ, sed veluti geminæ sorores simul nascuntur. Vide Crinitum & quæ suprà annotauimus statim post dictionem *Frater*.

Sōrōriŭs, a, um. { τῆ ἀδελφῆς ὤν, ὁ ἀδελφικός. GALL. *De sœur.* ITAL. *Di sorella.* GERM. Der schwester. HISP. *Cosa de hermana.* ANGL. *Of a sister.* } vt, Cœna sororia. Plaut. *in Curc.* Nobis omnibus tu, vt hodie aduenien s, cœnam des sororiam. Hic nuptialem cras dabit. Cic. *pro Sext.* Qui enim in eiusmodi vita nerui esse potuerunt, hominis fraternis flagitiis, sororiis stupris, omni inaudita libidine infamis? Ouid. 5. *Fastor.* Lacrymánsque sororia linquit Limina. Sororium tigillum appellabatur locus sacer in honorem Iunonis, quem Horatius ille vnus ex fratribus trigeminis statuerat causa sororis à se interfectæ, ob suam expiationem. Festus.

Sorracus, sorraci, quo portantur instrumenta scenicorum. Plaut. *in Persa*, Librorum enim ecce illum plenum sorracum habeo.

SŌRS, sortis, fœm. gener. à serie secundùm Varronem, ponitur pro fortuito alicuius rei euentu, fortuna, casus. { גורל *ghorál* פור *pur.* κλῆρος. GAL. *Sort, condition, fortune.* ITAL. *Sorte, fortuna, caso.* GERM. Ein glückfal/loß. HISP. *La suerte, ò la fortuna.* ANG. *A lot, kauell, fortune.* } Cic. *lib. 2. de diuin.* Dicendum igitur putas de sortibus? Quid enim sors est. Idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas & casus, non ratio, nec consilium valet. Tota res est inuenta fallaciis, aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem. Idem 1. *Verr.* Accusaui eum quicum Quæstor fueram, quicum me sors, consuetudóque maiorum, quicum me deorum, hominúmque iudicium coniunxerat. Ouid.

———*Prolatus munere sortis.*

Ibidem,

Nec me sors ire iubebat. (exploràtum sup.)

Idem *cap. 10. de consol. ad Mart.* Ex incerta sorte pendentia. (bona.)

Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Et tibi sacratum sors mea rupit opus. (i. fortuna exilij.)

Idem *ibidem,*

Materiam veniæ sors tibi nostra dedit. (i casus noster siue delictū.)

Idem *Eleg. 4. lib. 3.*

Nec vnquam simili contacti sorte rogetis Idem. (i. infortunio.)

Idem 3. *Fast.*

Sorte tori gaudes.

Ibid. lib. 4.

Vtque fero Marti primam dedit ordine sortem. (i. primum locum in anno.)

Liu. *lib. 6. dec. 4.* Quicquid sors belli tulisset. (i. fortuna, euentus. ¶ Pro conditione. Idem 2 *dec. 5.* Videbā quàm impar esset sors. Suet. *in Claud. c. 3.* Sortem populi Rom. tam indignam, tam iniquam, &c. ¶ Accipitur etiam sors pro munere, vel officio. Liuius, Si ita videretur Patribus, mitterent ad Collegam, vt is, qui profligatum bellum haberet, ad Comitia Romam rediret: si id facere grauaretur, quod non suæ sortis, id negotium esset, se quidem id facturum, quod Senatus censuisset. ¶ Est præterea sors, summa, siue caput, & prima pecunia, quæ confertur in societatem, vt inde lucrum fiat. { ראש *rosch.* ἀρχαῖον, δάνειον, δάνεισμα, κεφάλαιον. GALL. *Le sort & principal, premier argent sur lequel est constitué l'vsure & interest.* ITAL. *Principal somma, capitale.* GERM Die hauptsum so man etwar anlegt damit zugewinnen. HISP. *Caudal de lo que seda à logro.* ANGL. *The special summe of money where of vsurie is taken.* } Liu. 6 *ab Vrbe*, Multiplici iam sorte exoluta mergentibus vsuris obrutum fœnore. Ac paulò pòst, Sortem aliam fert, de capite deducite quod vsuris pernumeratum est. Terent. *in Adelph.* Hei mihi etiam de sorte nunc venio in dubium, hoc est, de conditione, siue pretio quo empto erat fidicina. ¶ Inde consortes, qui sortes, contulerunt, & qui vnam aliquam rem inter se habent communem. ¶ Item sors est fatalis necessitas. Virg. 3. *Æneid.*

———*hic exitus illum*

Sorte tulit.

Ouid. 3. *Fast.* Tunc memor imperij sortem consistere in illo. Senec. *c. 6. de cons. ad Mart.* Si Sors immota, & in æternum fixa, nulla miseria mutatur. ¶ Sortes deiicere (sup. in sortitione prouinciarum.) Cæs. *lib. 1. de bell. ciu.* &c. Sorte obuenit & Asia. Velleius. Item, Sortem trahere, producere. Suet. *in Tib. c. 14.* Sorte tracta, qua monebatur. (de oraculo, siue responso.) ¶ Item dicitur iudicium. Virg. 6. *Æneid.*

Nec verò hæ sine sorte datæ, sine indice sedes.

Tractum ex Romano more, non enim audiebantur causæ, nisi per sortem ordinatæ. Nam quo tempore causæ agebantur, conueniebant omnes, & ex sorte dierum ordinem accipiebant, puta quòd post triginta dies causas suas exequerentur ¶ Sortes etiam oracula, seu responsa dicebantur, quæ à diis eorúmve sacerdotibus consultoribus edebantur. χρησμοί. Valer. *lib. 1.* Cuius rei explorandæ gratia, legati ad Delphicum oraculum missi, retulerunt præcipi sortibus, vt aquam eius lacus emissam per agros diffunderent. Ouid. 13. *Met.*

Dura sortes cogunt Agamemnona mactare natam.

Idem 4. *Fast.*

Reddita Saturno hæc sors erat,

Sortes & oracula, idem apud Suet. *in Tib. c. 63. & in Calig c. 56.* ¶ Accipitur etiam sors pro progenie. Ouid. *lib. 6 Fast.*

Si genus aspicitur Saturnum prima parentem

Feci, Saturni sors ego prima fui.

id est, primogenita filia. Et Quintilian. Sors nascendi. Vltimæ sortis homo, id est, vilis atque infimus. Scribonius Largus *in epist.* contendit vltimæ sortis esse medicum, qui non ad singula quæque vitia binas ternásve compositiones, & expertas protinus paratas habeat. ‖ Est autem

Sors:
- *Diuina*, quæ dei iussu & instinctu mittititur: ideoque certò eius voluntatem in humana dubitatione indicat: non vsurpanda, nisi Deo præeunte.
- *Humana*, quæ hominibus licita in iis rebus, quæ ipsorum arbitrio & libertati sunt subiectæ. Hæc politica dicitur: quæ *diuisoria*, in bonis communibus partiendis. *Consultatoria*, in rebus liberæ electionis, vt cùm è personis, quæ pariter idoneæ videantur, vna aliqua eligitur.
- *Diabolica*, ad inquirendum curiosè de rebus præteritis, vel præsentibus, vel futuris. Hæc μαντικὴ dicitur quia præcipuè ad diuinandum refertur. ‖

Sŏrtĭcŭlă, æ, diminutiuum à sors. { ὁ μικρὸς κλῆρος. GALL. *Petit sort.* ITAL. *Picciol sorte.* GERM. Ein schlechter oder kleiner glückfal. HISP. *Pequeña suerte.* ANGL. *A litle lott or kauell.* } Suet. *in Nerone c. 21.* Ac fine mora nomen suum in albo profitentium citharœdorum iussit scribi, sorticuláque in vrnam cum cæteris demissa intrauit ordine suo.

Sortiarius, qui sorte inconcessa vtitur, diuinus. GALL. *Sorcier*, veneficus, *sorciere* venefica.

Sortĭŏr, iris, sortes duco. { κληρόω, ῶ. GALL. *Ietter par sort, faire sort.* ITAL. *Sortire, far le sorti, buttar le sorti.* GER. Lossen/das loß fellen oder werffen. HISP. *Sortear.* ANGL. *To cast lottes.* } Plaut. *Casina*, Nam si sic nihil impetrare potero, saltem sortiar. *Ibidem*,—ego sic agam: Coniiciam sortes in cistellam, & sortiar tibi & Chalino. Velleius, Sortiti sunt Lydus & Tyrrhenus: Sors Tyrrheno contigit. Item Quintilian. Prætor certa legē sortitur. ¶ Sortiri remos. Virg. 3. *Æneid.*

Sternimur optatæ gremio telluris ad vndam.

Vbi Seruius, Sortiri remos, per sortem diuisi ab officio remigandi, quis esset proreta, quis pedem teneret. Idem 8. *Æneid.*

Ocyus incubuêre omnes, paritérque laborem

Sortiti.

id est, diuiserunt inter se laboris officium. ¶ Sortiri Iudices, per sortem eligere. Cic. *ad Quint. fratr. lib. 2.* Sententiam dixit, vt ipse Iudices per Prætorem vrbanum sortiretur. ¶ Sortior, pro sortitò capio, & sorte consequor. Cic. 7 *Philipp.* Est enim patronus trigintaquinque Tribuū, quarum sua lege qua cum C. Cæsare magistratum sortitus est, suffragium sustulit. Sueton. *in Aug.* Ex prætura Macedoniam sortitus. Sortiri prouinciam, est sorti committere, cuius prouincia futura sit. Cic. *ad Attic. lib. 1.* Senatus decreuit, vt Consules Galliam sortirentur. Idem *Lentulo lib. 1. Epist.* Si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam. ¶ Sortiri prouincias, est sorte prouincias diuidere. Idem *Attic. lib. 1.* Prætores nondum sortiti sunt prouincias. Sortiri filium, pro suscipere. *de Vlpian. l. 3. D. de bon. poss. cont. tab.* Si emancipatus filius, vxore non ex voluntate patris ducta, filium fuerit sortitus. ¶ Aliquando sortiri significat disponere. κληροδοτεῖν. Virg. 3. *Æneid.*

———*sic fata deûm rex*

Sortitur, voluitque vices, is vertitur ordo.

¶ Sortiri pro substituere, & subministrare. Virg. 3. *Georg.*

Semper enim refice, ac ne post amissa requiras,

Anteueni, & sobolem armento sortire quotannis.

Vbi Seruius, Sortire, substitue, subministra.

Sŏrtĭtĭo, verbale, ipse sortiendi actus. { κλήρωσις GALL. *Le iet du sort.* ITAL *Sortione.* GERM. Loßfellung / loßwerffung. HISP. *Obra de sortear.* ANG. *A casting of lottes.* } Cic. *pro Cluent.* Ecce tibi eiusmodi sortitio, vt in primis Bulbo & Staleno & Guttæ esset iudicandum. *Ibidem*, Statuerunt enim ita maiores nostri, vt si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortione in quosdam animaduerteretur: vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. His verbis Cicero morem illum antiquum significat, quo in decimum, aut centesimum quémque militem sortitò animaduertebatur capitaliter: vnde & legiones decimatas & centesimatas legimus apud Liu. ¶ Sortitio fiebat nominum inter atheltas. Gell. *c. 9. lib. 5.* Sortitione ductam vxorem repudiare, Sueton. *in Tib. cap. 35.*

Sŏrtītŭs, us, masc. gen. Pro sortitione. κλήρωσις. Cic. *pro domo sua*, Quid si etiam pluribus de rebus vno sortitu retulisti? Virg. 3. *Æneid.*

O felix vna ante alias Priameia virgo,

Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis

Iussa mori: quæ sortitus non pertulit vllos,

Nec victoris heri tetigit captiua cubile.

Sortitor, is, verbale, qui sortitur. Senec. *Troa. 10.*—& iniquæ ferus Sortitor vrnæ.

Sŏrtĭlĕgŭs, i, qui per sortes futura prænuntiat, & qui per sortem aliquid eligit. { χρησμῳδός. GAL. *Sorcier, qui deuine par sort.* ITAL. *Chi con sorte predice le cose à venire.* GERM. Der auß dem lossen etwas künfftigs liset oder abnimpt. HISP. *Adeuino por suertes.* ANG *A soothsayer by casting of lottes.* } Cic. 1. *de diuin* Hæc habui, inquit, de diuinatione, quæ dicerem nūc illa testabor, nō me sortilegos, nec eos, qui quæstus causa ariolátur, ne psychomantia quidem, quibus Appius amicus tuus vti solebat, agnoscere. Horat. *de Arte*,

———*& diuina futuri*

Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

Sŏrtĭlĕgĭum, ii, diuinatio per sortes, sortitio. { χρησμῳδία. GALL *Sorcelerie diuination par sort.* ITAL. *Diuinatione con sorte.* GERM. Die abnehmung künfftiger dingen vom lossen. HISP. *Diuinacion por suertes.* ANGL *Sorcerie, or witcherie by casting of lottes.* } Plin. accepit pro magicis quibusdam superstitionibus, *lib. 28. c. 4.* vbi titulus capitis sic habet, De sortilegiis quibusdam & saliua hominis Quid autem ibi sortilegiorum nomine intelligat, satis declarat capitis totius tenor, quo non nisi vanissimas Magorum persuasiones exequitur.

Sŏrti, aduerb. { κληρωτός. GALL. *Par sort.* ITAL. *Per sorte.* GERM. Durch das loß. HISP. *Por suerte.* ANG. *By lotte.* } Virg. 4 *Georg.* Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti. Vbi Seruius, sorti, id est, ex sorte, vel in sortem. Nam aduerbium est, quod traxit à militia.

Sŏrtītō, aduerb. ex sorte, vel per sortem. { κληρωτεί. GALL. *Par sort.* ITAL. *Per sorte*, GERM. Mit der loßfellung/durch das loß. HISP. *Sorteando ò por suerte.* ANGL. *By lotte.* } Cic. 4. *Verr.* Lex Iouis sacerdotem sortitò

sortitò capi iubet. Idem *lib.6.Epist.* Eos sortitò in prouincias mitti placere. Plaut. *Mil.sc.6.a.2.* Abeo domum: ne dum absum illis sortitò suam. ¶ Aliter accipitur apud Horat. 4. *Epod.* Lupis & agnis quanto sortitò obtigit, Tecum mihi discordia est, hoc est, naturaliter vel occulta quadam fati ratione.

Sortiuidus, qui videt per sortes. Cathol.

‖ Sortutillus, venter suillus condito farre expletus. Paul. apud Fest. leg. *Scrutillus.*‖

Sōry, σῶρυ. Corpus metallicum, simillimum melanteriæ, nisi quòd hæc densior est, & solidior, illud rarius & fistulosius. Facultates habet easdem cum chalciti, & misy, astrictoriam videlicet & causticam, crassioris tamen esse essentiæ: vnde & in metallis infimo loco nascitur, sub chalciti nimirum, quemadmodum & chalcitis sub misy. ¶ Est autem Sory tantùm fossile, quòd & temporis progressu in chalcitim commutatur, quemadmodum chalcitis in misy. Vulgus hodie, vt cætera ferè omnia eius generis *Vitriolum* appellat.

Sōs, pro eos antiqui dicebant, interdum pro suos. vti *sis* pro suis. Fest Ergo sus, sa, sum, est suus.

Sōsandrā, dræ, Σωσάνδρα, Insula Cretæ adiacens, ita dicta, quòd incolas suos à vi Lyctiorum seruarit incolumes. Autor Steph.

Sōsiānus, Apollinis cognomen, cuius Romæ erat statua ex cedro, è Seleucia aduecta, teste Plin. *lib.13.cap.5.*

Sōsiās, siue Sosia, Σωσίας, Philosophus quidam impius, qui sublata penitus prouidentia, omnia temerè ferri asserebat: quo in errore & Euhemerum, & Diagoram, & Hipponem, & ipsum etiam Epicurum, versatos accepimus. ¶ Est item hoc personæ protaticæ nomen in Terentiana Andria.

Sōsibiūs, Σωσίβιος, Grammaticus Lacedæmonius, cuius meminit Suidas. ¶ Fuit & alter Sosibius, homo astutus, qui falsò tutoris nomine assumpto, Ptolemæi regnum inuasit, & Lysimacho Arsinoës filio machinatus est necem.

Sōsigĕnēs, Σωσιγένης, Astrologus insignis fuit, cuius opera vsus est Cæsar, quum annum ad Solis rationem redigeret. Autor Plin. *lib.18.c.25.*

Sōsiclēs, Σωσικλῆς, patria Syracusius, poëta Tragicus, circa nouissima Philippi Amyntæ filij tempora, vnus ex iis, quos à sideris nomine, quòd septem numero essent, Pleiadam appellarunt. Plaut. *Men.sc.vlt.a.5* Sosicles nomē Menæchmi aui, & Nepotis Syracusij. Docuit fabulas LXXXIII. victorias retulit septem. de hoc Suidas.

Sōsiī, Bibliopolæ erant celeberrimi Horatij temporibus, quorum meminit *lib.1.Epist.* librum suum alloquens, Scilicet vt prostes Sosiorum pumice mundus.

Sōsipătĕr, Σωσίπατρος, Nobilis Grammatici nomen, è Carysto Eubœæ oppido: cuius meminit & Suidas.

Sōsipatrā, Σωσιπάτρα, mulier è Libya, Ædesij sophistæ vxor, quæ ob insignem doctrinam, vaticinandíque peritiam à numinibus quibusdam educata credebatur. Autor Eunapius.

Sōsithēus, Σωσίθεος, Poëta Tragicus, patria Syracusanus, vt alij Atheniensis (quanquam non desunt, qui ex Alexandria Troadis ortum malunt) vnus ex iis, qui quòd septem essent numero, Pleiades dicebātur, Homeri Tragici æmulus. Vide Suidam.

Sōsipŏlis, Σωσίπολις, Iouis cognomen apud Magnesios: cuius meminit Strabo *lib.* 14. ¶ Sosipolis alius apud Eleos colebatur, ita dictus quòd ab Arcadum impetu ciuitatem seruasse crederetur. Ferunt enim Eleis aduersùs Arcades in prælium exeuntibus, apparuisse mulierem puerum in manibus gestantem, cuius sese & matrem esse dicebat, & in somnis monitam, vt Eleis ducem traderet. Quid multa? credita res. Acceptus à muliere puer, & in ipsa aciei fronte nudus hostibus obiectus, qui in ipso ineundi prælij momento in draconis speciem sese transformauit, tantúmque Arcadibus terroris incussit, vt se protinus in fugam conuerterent. Cuius beneficij memores Elei, eo in loco quo draco se recipere visus erat, sacrum extruxerunt, quòd Sosipolidi deo dedicauerunt.

Sōspēs, itis, gen. comm. Saluus, incolumis. { שליו *schelév* שלו *schalév* שלם *schalem.* σῶος. GALL. *Sauué d'vn danger.* ITAL. *Sano & saluo.* GERM. Gesund vnnd frisch/vnuerletzt. HISP. *Cosa salua de peligro.* ANGL. *Saue or heale.* } Sospes dicitur is, quem sua spes non fefellit. Nam Fest. Sospitare exponit bona spe afficere, vel bonam spem non fallere. Passerat. à se. (i. seorsum,) & hospes deducit; quasi qui seorsum est ab hospite; vt sobrius à se & ebrius, id est, qui seorsum est ab ebrio. Ouid. 4. *Fastor.*

Sospes eas, sempérque parens. (bene precantis.)

Idem *Eleg.9.lib.4.Trist.*

Et patriam, modò sit sospes, speramus ab illo.

Idem *Eleg.3.lib.5.Trist.vers.5.* Quo sospite (Cæsare, sup.) Plaut. *Capt. sc.1.a.1.* Vt vis gnatum tuæ superesse vitæ sospitem & superstitem. *Ibid. sc.1.a.4.* Liu. 2. *ab Vrbe,* Sospitésque omnes Romam ad propinquos restituit. Virg. 11. *Æneid.*

———at non Euandro pudendis
Vulneribus pulsum aspicies, nec sospite dirum
Optabis nato funus pater.

Idem 8. *Æneid.*

Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquam
Res equidem Troiæ victas, aut regna fatebor.

Horat. 1. *Carm. Ode* 36.

Vix vno sospes nauis ab ignibus.

¶ Antiqui item sospitem accipiebant pro sospitatore, siue seruatore: vnde Iouem sospitem dixit Ennius, quē alij Iouem seruatorē appellant.

Sōspĭtā, æ, Seruatrix. { מושעת *moschaháth.* σώτειρα. GALL. *Celle qui saune d'vn danger.* ITAL. *Donna che libera è conserua.* GERM. Ein heilbringerin/helfferin in der noth. HISP. *La qua libra de peligro, saluadora.* ANGL. *She that is heale and saue or that preserueth.* } Hoc cognomine Iuno colebatur apud Lanuuinos. Cic *pro Murana,* Nolite à sacris patriis Iunonis sospitæ, cui omnes Consules facere necesse est, domesticum & suum Consulem potissimùm auellere. Idem 1. *de diuinat.* Quin etiam memoria nostra templum Iunonis sospitæ L. Iulius, qui cum P. Rutilio Consul fuit, de senatus sententia refecit ex Cæciliæ Balearici filiæ somnio.

Sōspitālis, e, Salutifer, salutaris. { מושיע *moschiah.* σωτήριος. GAL. *Qui deliure de peril, salutaire.* ITAL. *Salutifero.* GERM. Heilbringend/erhaltend. HISP. *Saludable, cosa que trahe ò tiene salud.* ANGL. *That deliuereth frome danger.* } Plaut. *in Pseud sc.3.a.1.* Quis est qui moram occupato molestam obtulit? P. qui tibi sospitalis fuit.

Sōspĭto, as, Incolumen seruo, sospitem facio. Nam, vt ait Festus, sospitare est bona spe afficere, vel bonam spem non fallere. { הושיע *hoschiah.* σώζω. GALL. *Garder sain & saune, deliurer de peril.* ITAL. *Conseruare sano & saluo.* GERM. Gesund vnd in wolstand erhalten. HISP. *Librar à otro de peligro.* ANGL. *To saue out of danger.* } Liu. *lib.* 1. Pacem precibus exposcunt, vti volens propitiam suam semper sospitet progeniem. Plaut. *Aul.sc.* 5. *a.* 3. Plus plúsque sospitent istuc quod nunc habes. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Scis herum tuis factis sospitari, &c.

Sōstrătus, Σώστρατος, insignis architectus qui in insula Pharo iussu Ptolemæi Philadelphi turrim extruxit ad ostentandos nocturnos ignes, nauigantiúmque cursus dirigendos, cum huiusmodi scriptione, Sostratus Gnidius Dexiphanis filius, diis seruatoribus pronauigantibus. Nam quum ora ex vtraque parte importuosa, & humilis esset, & cautes, & breuia haberet, signum aliquod necessarium fuit, altum & clarum, quo nauigantes ad portus ingressum dirigerentur. Hæc Strabo *lib.* 7. ¶ Sostratus alius fuit nobilis æneorum signorum artifex, qui CXIII. Olympiade floruit, vt refert Plinius *lib.4.c.38.* Alius item pugil, patria Sicyonius, Acrochersites cognominatus, quòd aduersarium extremis manibus corriperet, nec ante dimitteret, quàm deficientem sentiret. Autor Pausanias.

Sōtădēs, Σωτάδης, Maronites poëta fuit, turpissimi carminis autor, in quo omnes nefandarum libidinum refert species. Hoc carminis genus sumpto nomine ex argumento, Cinædos inscripsit Suidas.

Sōtădēum carmen, Σωτάδειον μέτρον, pedes habet septem. Primus spondæus, secundus periambus, tertius spondeus, quintus & sextus tribrachys, & vltimus spondeus. Et (quod magis mirum est) totus sotadeus numerus è trochæis potest constare pedibus. Hæc Fortunatianus Atrilius. Alij de hoc vocabulo sic: Sotadeum carmen constat è quinque pedibus: primis duobus Ionicis à maiore, & tribus reliquis trochæis. Et quia Ionicus à maiore constat è duabus primis longis, & reliquis duabus breuibus, primus pes interdum, soluta prima Ionici in duas breues, fit mesomacros, constans è media longa, & duabus vtrinque breuibus: soluta secunda, fit paropæon, constans è prima longa, & quatuor breuibus.

Sōter, is, Latinè Seruator, qui salutem dat. { מושיע *moschiah.* σωτήρ. GALL. *Saunieur.* ITAL. *Seruatore, saluatore.* GERM. Ein heiland/erlöser/säligmacher. HISP. *Saluador.* ANGL. *A sauiour.* } Cic. *in Verr. a* 4. Itaque non solùm patronum istius insulæ, sed etiam sotera inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? Ita magnum, vt Latino vno verbo exprimi non possit. is est nimirum soter qui salutem dedit.

Sōtēriă, orum, σωτήρια, dicuntur munera, quæ pro conualescentia diis vouentur. Solebant autem huiusmodi munera ab amicis corrogari. Vnde non inuenustè Martialis iocatur in Sosibianum, qui quoties visum esset se ægrotum simulabat, vt munuscula ab amicis prætextu soteriorum extorqueret. Verba Martialis sunt hæc,

Ægrotas quoties soteria poscis amicos
Iam precor ægrota Sosibiane semel.

Soterici (vel, vt alij scribunt, Sotherici,) lectos admirari dixit Seneca de re despicienda potius, quàm admiratione vlla digna: Is enim ita apud Gell. *c.2 lib.12.* de quibusdam versibus Ennij loquens ita ait: Qui huiusmodi versus amant, liceat sibi & eos admirari & Sotherici lectos, &c. Quibus Senecæ verbis in defensionem Ennij optimi poëtæ hæc inter alia subnectit Gellius ironicè: Dignus sanè Seneca lectione ac studio adolescentium: qui honorem colorémque veteris orationis Soterici lectis comparauit, &c.

Sōtērĭchus, Σωτήριχος, versificator fuit ex Asso Troadis, qui Diocletiani encomium scripsit, & Dionysiacorum libros duos, & alia nonnulla quæ commemorantur à Suida.

Sōtērĭdās, dæ, Σωτηρίδας, Epidaurius Grammaticus, Pamphiliæ doctissimæ mulieris pater: cuius meminit Suidas.

‖ Soteropolis, primùm A. postea M. sub. P. Constantinopolitano. ‖

Sōtīrā, Σώτειρα, vrbs Arienorum ab Antiocho Seleuci filio condita, Stephanus.

‖ Sotulare, vide *Subtalare,* in verb. *Subtal.*‖

Sōzūsă, Σώζουσα. Trium oppidorum nomen, quorum vnum in Phœnice collocatur à Stephano, secundum in Pisidia, tertium in Æthiopia.

S P

‖ Spacchides, filij principum in aula Turcica ministrantes. L.g.b.
Spacchoglani, excubitores aulæ Turcicæ. Idem.‖

Spaco, Σπακώ, vxor fuit Mithridatis, bubulci Astyagis Medorum Regis, & nutrix Cyri: quæ vox, quoniam Medorum lingua canem significat, factum est, vt Cyrus creditus sit nutritus esse à cane. Autor Herodot. *lib.1.*

Spādīx, icis, σπάδιξ, teste Gell. *lib.2.c.26. & lib.3.c.9.* est auulsus à palma termes cum fructu: qui quoniam puniceum refert colorem hoc est, rubrum cum exuberantia quadam splendoris, factum est, vt spadicem pro puniceo colore accipiamus, qui potissimùm in equis commendatur. Virg. *lib.3.Georg.*

Luxuriátque toris animosum pectus honesti
Spadices glaucique.

¶ Est etiam spadix, genus instrumenti musici, cuius meminit Iulius Pollux *lib.4.* & Cælius *lib.9 c.4.* Quintil. *lib 1 c.17 de Musica,* Psalteria & spadices etiam virginibus probis recusanda.

Spādĭcĕus, a, um, Puniceus, siue baius, quod coloris genus in equis potissimùm commendatur. φοινίκεος. Significatur autem hac voce exuberantia quædam ruboris, splendorisque, qualis cernitur in termitibus palmarum, qui spadices appellantur. Vide Thylesium *in libello de coloribus.*

Spădo, nis. { סריס *saris.* σπάδων. GALL. *Chastré.* ITAL. *Castrato, eunuco.* GERM. Ein verschnittner/hodenloss. HISP. *Varon castrado* ANGL. *A gelding be it man or beast.* } Propriè is dicitur, cui aut testes euulsi sunt, aut ipsi cremasteres, hoc est, nerui, è quibus testes dependēt. A verbo Græco σπάω,

σπάω, quod est euello. Eunuchus autem etiam natura quis esse potest, vt quum frigidior temperatura veneris vsum cuiquam pernegat. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Defluuium capillorum in spadonibus non visum. ¶ Spadones item dicuntur surculi infrugiferi. Col. *lib.* 1. *de arborib.* Eiusmodi surculos, qui nihil afferunt, spadones appellant.

Spadonius, a, um. Plin.

Spado, as, are, Spadonem facio, castro in vet. ll. vide Gloss. Lindebrog.

‖ Spadonatus, castradura. Tertull. ‖

Spagas, picis genus.

Spagirus, alchymista, qui metalla coquens, purum ab impuro separat. vnde

Spagiricus, ad spagirum pertinens.

Spalathra, σπάλαθρα, Magnesiæ oppidum, apud Plin *lib* 9. *c.* 9.

‖ Spalatum, *Spalatro*, V. A. Dalmatiæ, ad mare Adriaticum, ditionis Venetæ.

Spaliones, plutei, seu musculi bellici. Suid.

Spalis olim, nunc Hispalis *Seuilla*, V. A. Hispaniæ.

Spanga. in ll. Bojor. *tit.* 9. *c.* 8. Trabes exteriores, quas spagas vocamus, eò quòd ordinem continent parietum.

Spania, Hispania, hoc vide.

Spanus. color, id est, Hispanus, Iberus, pullus.

Spannum, spanna, spithama in ll. Frison *tit.* 22. §. 65. 66.

Spanopogon. Gl. Cyr. σπανοπώγων malibarbis, cui mala (h. e. non plena non spissa) barba est.

Spargana, initia um infantia. Gl. Isid. Propriè σπάργανον fascia tumida, in qua infans inuoluitur. Tropicè autem infantiæ initia, & signa, quibus infantes discernuntur. ‖

Sparganium, σπαργάνιον, fasciola. Item, herba folia habens similia gladioli, sed angustiora, magísque in terram procumbentia, circa summum autem caulem semen capitulis quibusdam inclusum. Autor Dioscor. *lib.* 4.

Spargapises, σπαργαπίσης, fuit filius Tomyridis, Massagetarum reginæ, qui captus à Cyro seipsum interfecit. Autor Herodot. *lib.* 1.

Spārgo, is, si, sum. Huc illuc proiicio, dissemino, latè diffundo. { זרה *zaráh* פזר *pizzár* בזר *bazár* זרק *zarák*. σκεδάζω, πάσσω. Gall. *Espandre, ietter ça & là, semer.* Ital. *Spargere.* Germ. Außspreiten. Hisp. *Derramar.* Angl. *To scatter, to sprinkle, to cast or spread abroade.* } Virg. 3. *Ecloga*, Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 4.

——Spargit tamen acer, arenam
Taurus.

Idem 5. *Fast.* 2.

Spargit & ipse suos lauro rorante capillos.

Quintilianus, Spargenda plura tela incertæ manui, vt fit & fortunæ locus. Spargere vires, (id est, dilatare deductis coloniis. sup.) Velleius. ¶ Spargenda est manus, quid sit docet Senec. *epist.* 29. cum ait: Non possum scire, an ei profuturus sim, quem admoneo. Illud scio, alicui me profuturum si multos admonuero Spargenda est manus: non potest fieri, vt non aliquando succedat, multa tentanti. Item, Spargere in plebem munus. Suet. *in Calig.* 37. Item, Spargere in vulgus missilia. Idem *in Nerone c.* 11. ¶ Spargere aquam, est aquam effundere. Plaut. *Turc.* Sparsisti aquam: iam rediit animus Insulæ sparsæ per æquor, id, est, latè diffusæ. Virg. 3. *Æneid.*

——niueámque Paron, sparsásque per æquor
Cycladas.

Colum. *lib.* 2. *c.* 16. Si tamen aliqua causa tempestiuam stercorationem facere prohibuerit: secunda ratio est ante quàm sarrias, more seminantis ex auiariis puluerum stercoris per segetem spargere. ¶ Spargere humum foliis, id est, sternere vel operire. Virg. 5. *Æneid.*

Spargite humum foliis, inducite fontibus vmbras.

¶ Spargere se in aristas, vel brachia, dicitur herba, quando in aristas, vel in brachia dilatatur. Plin. *lib.* 12. *c.* 12. Cacumina in aristas se spargunt. ¶ Composita sunt Aspergo, Conspergo, Dispergo, Inspergo, & Respergo: quorum significata explicantur suis locis.

Spārsus, participium. Longè latéque diffusus. { מזורה *mezoréh* מפזר *mephuzzár*. ἐσπαρμένος. Gal. *Espars, ietté çà & là, semé.* Ital. *Sparso.* Germ. Außgespreitet. Hisp. *Derramado.* Angl. *Sprinkled, scattered* } Cic. *in Arat.* Stellæ sparsæ fusæque videntur. ¶ Os sparsum, id est, latum, & plus satis diffusum. Terent. *in Heaut.* Rufamne illam virginem, cæsiam, sparso ore, adunco naso. ¶ Aliquando idem quod Conspersus. Ouid. 8. *Metam.*

——raris iam sparsus tempora canis.

Corpus senatus spaisum id est, disiectum Lucan. *lib.* 7.

Calcatósque simul reges, sparsúmque senatus
Corpus & immensa populos in cæde natantes.

Spārsim, aduerb. multis variísque in locis hìc & illic. { σποράδην. Gal. *Par cy par là, pesle mesle.* Ital. *Sparsamente, chi & li.* Germ. Hin vnd här spreuzlechtig/treuffechtig. Hisp. *Derradamente.* Angl. *Here and there mingledly.* } Gell. *lib.* 11. Præterea ex eodem lib. Catonis hæc etiam sparsim & intercisè commeminimus.

Sparsio, actus spargendi. Gloss. Philox.

Spārtă, tæ, σπάρτη. Peloponnesi ciuitas nobilissima fuit, Lycurgi legibus optimè olim instituta, ita dicta à Sparto Phoronei filio, aut (vt alij malunt) à Sparta Eurotæ filia: quum antea Lacedæmon diceretur. Virg. 3. *Georg.*

Veloces Spartæ catulos, acrémque Molossum
Pasce sero pingui.

Huius ciues dicuntur Spartiatæ, siue Spartani, Σπαρτιάται qui & Lacedæmonii. ¶ Spartam nactus es, hanc orna. Prouerbium est, quod admonet. vt quamcunque prouinciam erimus sorte nacti, ei nos accommodemus, próque huius dignitate nos geramus

Spārtānŭs, a, um, idem quod Lacedæmonius Σπαρτιατικός. Virg. 1. *Æneid.*

Virginis os habitúmque gerens, & virginis arma
Spartanæ.

Spārtās, lacus in Atropatia, in quo sales nascuntur, & congelascunt.

Spārtăcŭs, Σπάρτακος. Famosus gladiator è Thracia oriundus, robore animi & corporis præstans, qui vnà cum Chryso & Enomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cum septuaginta gladiatoribus erupit Capua, manúque seruorum congregata quasi iusto exercitu comparato, Ceruesium montem in Campania occupauit: vbi quum à Clodio Glabro obsideretur, eius castra diripuit, & Campaniam populatus, raptis Prætorum fascibus appellatus est Imperator. Inde Lentuli exercitum in Appennino dissipauit: apud Mutinam Cassij castra deleuit. Tandem quum de Vrbe inuadenda deliberaret, à M. Crasso pulsus, fatigatúsque quum Brutium angulum occupasset, nec in Siciliam præ nauium penuria traiicere potuisset, cum suis omnibus fortissimè dimicans quasi Imperator occisus est. Lucan. *lib.* 2.

——Parthorum vtinam post prælia sospes,
Et Scythicis Crassus victo remeasset ab oris,
Vt simili causa caderes, qua Spartacus hostis.

De eo Plutarchus *in Crasso.*

Spartio, Promontorium est Sithoniæ in Thracia, nobile Orphei vatis origine, quod multi Sperchium esse volunt. Stat. 1. *Sylu.*

Iam noctis propioribus sub vmbris
Diues Spartio quos agit tumultus.

‖ Spartopola, σπαρτοπώλης, qui vendit spartea texta. ‖

Spārtŏpŏliūs, Σπαρτοπόλιος, persona erat histrionica in Tragœdia, à sparti canitie dicta, virili specie, nigra & subpallida, quemadmodum cuprapolia, πολιά, facie muliebri, denso, canóque capillitio, cæteris omnibus muliebribus personis, vt ætate, ita & dignitate præstans. Vide Iulium Pollucem *Onomastici lib.* 4. & Hermolaum *in Plinium.* ¶ Est item Spartopolios, gemma quædam à colore dicta, quem Sparti modo habet incanum. Vide Plin. *lib.* 37. *c.* 11.

Spārtum, i, siue Spartium, Σπάρτιον Diosc. *lib.* 4. id est. quod nostri Genistam appellant, fortassis quia genu modo flexilis adnexus sit: vel quia genibus medeatur dolentibus. { רתם *róthem.* Gall. *Genest.* Ital. *Genesta.* Germ. Pfrimmen/ist von der genisten art. Hisp. *Genesta, giesta, giestera.* } Est & aliud sparti genus, quod in Hispania nascitur: de quo Plin. *lib.* 19. Sparti quidem vsus multa post secula cœptus est: nec antè Pœnorum arma, quæ primùm Hispaniæ intulerunt. Herba & hæc sponte nascens, & quæ non queat seri, iuncúsque propriè aridi soli, vni terræ dato vitio: nanque id malum telluris est, nec aliubi ibi seri, aut nasci potest. Idem *lib.* 24. Genista quoque vinculi vsum præstat: flores apibus gratissimi. Dubito an hæc sit, quam Græci autores Sparton appellauêre, quum ex ea lina piscatoria apud eos factitari docuerim. Et nunquid hanc designauerit Homerus, quum dixit, Nauium sparta dissoluta. Nondum enim fuisse Africanum, vel Hispanum spartum in vsu, certum est: & quum futiles fierent naues, lino tamen non sparto vnquam sutas. Semen eius quod Græci eodem nomine appellant, in folliculis phaseolorum modo nascens, purgat Hellebori vice, drachma & dimidia pota in aquæ mulsæ ciathis quatuor, ieiunis. ¶ Sparti vsus, quando, & de eo plura apud Gell. *c.* 3. *lib.* 17.

Spārtārĭum, i, locus sparto abundans. { σπαρτιών. Gall. *Vn lieu où il y a force genest.* Ital. *Luogo oue sono molte geneste.* Germ. Ein ort an dem vil pfrimmen stehn. Hisp. *Lugar de muchas genestas, y espartos.* } Plin. *lib.* 11. Falsò excipiunt spartum: quippe in Hispania multa in spartariis mella eam herbam sapiunt.

Spārtĕŭs, a, um, adiectiuum, E sparto compactum & compositum. { ὁ ἐκ σπαρτίου φορμός. Gall. *De genest.* Ital. *Di genesta.* Germ. Auß pfrimmen oder genisten gemacht. Hisp. *Cosa de genesta.* } Cato *de re rustica, capite tertio*, Trocheas Græcanicus binas, quæ sparteis funibus ducantur.

‖ Sparteoli, fiscellæ è Sparto. Tertull.

Spartarius, auis accipitri similis. in ll. Salic. 2. 4. Bojor. *tit.* 20. *l.* 4. ‖

Spărŭs, seu sparum, Telum rusticum, in modum pedis recuruum. Vide Gell. *c.* 25. *lib.* 10. { ποιόν τι εἶδος, ἀκοντίς, βραχύς, ἀγροικικός, καὶ πολεμικός. Gall. *Petit dard rustique & militaire.* Ital. *Picciel dardo rustico da guerra.* Germ. Ein gattung eines bawrengeschoß oder pfeils. Hisp. *Pequeño tiro rustico para pelear.* Angl. *An vplandish or rusticall weapon or dart.* } Virg. *lib.* 5.

Agrestisque manus armat sparus.

Salust. Sed ex omni copia circiter quarta pars militaribus armis instructa: cæteri vt quosque casus armauerat, sparis aut lanceis, alij præacutas sudes portabant. Festus, Spara minimi generis sunt iacula: à spargendo dicta, quòd passim pugnando spargerentur Lucilius, Tum spara, tum murices, portantur tragula porrò. ¶ Est & sparus, σπάρος, piscis marini nomen circa vernum æquinoctium parientis: vt tradit Plin. *lib.* 9. *cap.* 51.

Spăsmus, i, siue spasma, atis. { σπασμός, σπάσμα. Gall. *Spasme, retirement de nerfs.* Ital. *Spasmo spasimo.* Germ. Der krampff. Hisp. *Pasmo.* Angl. *The crampe.* } Contractio neruorum, rigor, siue distentio, conuulsio. A verbo Græco σπάω, quod est conuello. Plin. *libro* 22. *capite octauo*, Item ex mulsa auxiliatur renibus stranguriæ opisthotonicis, spasmis, lumbis.

Spăstĭcŭs. { σπαστικός. Gall. *Qui a les nerfs retirez.* Ital. *Chi ha gli nerui ritirati* Germ. Krampffig/dem die aderen gestrupfft sind Hisp. *Pasmado.* Angl. *Sick of the crampe.* } Dicitur cui aliquid intus conuulsum est. Plin. *lib.* 31. *c.* 19. Radicem decoctam pipere spasticis, euersis, conuulsis, suspiriosis salutare.

Spăthă, æ, חרב *chéreb.* σπάθη. Gall. *Espée.* Ital. *Spada* Germ. Ein groß schwert oder hawdägen/Ein langer sebel. Hisp. *Espada.* Angl. *A sword.* } Gladii genus, ἀπὸ τοῦ σπαθᾶν, hoc est, à scindendo, siue diuellendo: aut certè ἀπὸ τοῦ σπᾶν. quod inter cætera significat stringere. Apuleius, & militaris sacramenti genium ob amissam spatham verebatur. Vegetius gladios maiores spathas vocari docet: minores verò semispathas. Hæc etiam autore Augustino, dicitur framea, & alio nomine romphæa. ¶ Est item spatha, rudicula qua vtimur in versandis rebus quæ componitur. Colum. *l b.* 12 *c.* 22. Deinde permisceto spatha lignea. ¶ Spatham præterea vocamus instrumentum illud culinarium, quo spumam detrahimus. ¶ In palmis item spathæ dicuntur, ramuli ex quibus palmulæ dependent: à frondis, vt videtur, figura nomen habentes, quæ ad gladioli folium satis accedit, licèt duplex sit, minor & tenuior. Plin. *lib.* 16. *c.* 26. Palma sola in spathis habet fructum, racemis propendentem. ‖ Inde alia per similitudinem dicuntur vt

naturalia

naturalia { vagina, seu inuolucrum palmæ florentis, quo dehiscente, flores panduntur.
ramus palmæ.

artificialia vt { gladius: & in specie oblongior.
hasta.
instrumentum textoris, quo licium telæ inculcat & apprimit.
instrumentum equisonis, pennæ simile, qui pilos equi perpurgat.‖

Spăthălĭŏn. { σπαθάλιον. GALL. *Rameau ou branche de palme auec le fruict pendant.* ITAL. *Ramo di palma.* GERM. Ein zweig von einem dattelbaum/ an dem die datteł kern noch hangen. HISP. *Razimo de datiles.* ANGL. *A branche of a date tree with the frute.* } diminutiuum à Spatha, significans ramulum palmæ cum dactylis inde pendentibus. Vnde apud Martial. *lib.* 13. Spathalion cariotarum numeratur inter munera tenuiorum, quæ Calendis Ianuariis solent missitari.

Aurea (inquit) *porrigitur Iani caryota Calendis:*
Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.

¶ Est etiam ornamentum muliebre inter delicias fœminarum annumeratum. A verbo Græco σπαθαλάω, quod significat delicias ago, & lasciuio. Plin. *lib.* 13 *c.* 15 Iuba tradit circa Troglodytarum insulas fruticum in alto vocari isidos plocamon, corallio similem, sine foliis: præcisum, mutato colore in nigrum durescere, quum cadat, frangi. Item alium qui vocatur caritoblepharum, efficacē in amatoriis: spathalia eo facere, & monilia fœminas. Plaut. *Menæchmis*, Amabo Menæchme inaureis da mihi faciendas, pondo duûm numûm spathalia, vt te libenter videam, quum ad nos veneris.

Spăthē, es, σπάθη, inuolucrum est, siue operimentum fructus palmarum adhuc florentium, quo in spissandis vnguentis vtuntur vnguentarij, vt docet Dioscorides *lib.* 1. cui ea in re optimè conuenit cum Theophrasto qui *lib.* 3. *de Plantarum historia*, de palmis agens, in eo masculum à fœmina differre scribit, quòd mascula prior florem ferat in spathe. Plin. *lib.* 23 *c.* 6. spathes, siue elates nomine proprium quoddam palmæ genus videtur intellexisse, quod medicinæ conferret germina, folia corticem. Vide Marcellum *in Dioscoridem.*

Spăthŭlă, læ. { σπαθίον, ἡ σμικρὰ καὶ βραχεῖα σπάθη. GALL. *Espatule.* ITAL. *Spatola.* GERM. Ein hawdägelin/schwertlin HISP. *Spatula.* ANG. *A litle skisse* } diminutiuum à spathe, siue spatha, quo Celsus *lib.* 8. *c.* 15. vsus est pro instrumento chirurgico, ad humeri luxati curationem accommodato. At (inquit) si vastius corpus neruique robustiores sunt, necessaria est spathula lignea, & quæ crassitudinem duorum digitorum habeat.

Spatharius, satelles.

‖ Spatharo cubicularij, cubicularij Principis, eius ensem gerentes. Buleng. ‖

Spathiurus, σπαθίουρος, animal caudam habens, vt σπάθην.

‖ Spathius, spathatus, ducis armiger. Buleng. ‖

Spathomele, specillum chirurgicum.

SPĂTIVM, ij, intercapedo, interuallum, tam temporis, quàm loci { רוח *révach* מרחב *merchab.* διάστασις, διάστημα. GALL. *Espace.* ITAL. *Spatio, agio, tempo.* GERM. Ein weyle/ein zwischendfallender begriff. HISP. *Espacio, ò anchura.* ANG. *Space.* } Cic. *lib.* 1. *de natura deorum.* Sidus spatiis immutabilibus ab Ortu ad Occasum commeans. Virgil. 3. *Georg.*

Hic vel ad Elei me metas & maxima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas.

Ouid. 2. *Metam.*

——— *ritúmque relinquunt*
Quadriiuges spatium, nec quo prius ordine currunt.

Cic. *pro Archia*, Quoad longissimè potest, mea mens respicere spatium præteriti temporis. Autor ad Heren. *lib.* 2. Spatium ita consideratur, satisne longum fuerit ad eam transigendam: sciéritne, satis ad perficiendum spatij futurum. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Non quæsita tamen spatio patientia longo.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Inuida me spatio natura coërcuit arcto. (sup. ingenij)

Et Senec. *cap.* 9. *de tranquill.* Et in Circi, & in vitæ spatiis interiùs flectendum. ¶ Spatium pro curriculo Lucr. *lib.* 4.

Nam facit ex animo sæpè, & communia quærens
Gaudia, solicitat spatium decurrere amoris.

Cic. *in Orat.* Fateor me oratorem, si modò sim, aut etiam quicumque sim, non ex rhetorum officinis, sed ex academiæ spatiis extitisse: illa enim esse curricula multiplicium, variorúmque sermonum. ¶ Spatium, pro mensura, & temporibus pedum in carmine. Idem *in Orat.* Trochæus, qui in eodem spatio est, quo choreus. Quintil. Spatia lentiora, aut citatiora. (in voce sup.) Idem, Spatia neruorum in cithara, &c. ¶ Spatium pro dilatione. Liu. *lib.* 8. Orabant vt rem in posterum diem differret, & iræ suæ spatium, & consilio tempus daretur. Bud. ¶ Spatium pro spatij ambulatione & decursu. Cicero *lib.* 1. *de Orat.* Tum Scæuolam duobus spatiis, tribúsve factis dixisse, i. cùm bis, aut ter totum ambulationis spatium peragrassent. Tranquillus, Singulos à septenis spatiis ad quina corripuit, i. à septenis cursibus, vel curriculis.

Spătĭŏr, aris, spatium transeo, ambulo, erro. { בתהלך *bithhallech.* περιπατέω. GALL. *Se pourmener, s'esbanoyer.* ITAL. *Andar à spasso.* GERM. Spatzieren/hin vnd hår gehn. HISP. *Espaciarse.* ANG. *To walk abrood.* } Gellius. *cap.* 3. *lib.* 11. Spatiari aut vectari motandi corporis causa. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce,
Et sola in sicca secum spatiatur arena.

Idem 4. *Æneid.*

Aut ante ora deûm pingues spatiatur ad aras.

Ouid. 2. *Metam.*

——— *nam quum per littora lentis*
Passibus, vt soleo, summa spatiarer arena.

Transfertur & ad animum. Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Illa per immensas spatiatur libera terras. (sup. mens.)

Spătĭāns, tis. { מתהלך *mithhallech.* περιπατῶν, περιϊών. GAL. *Qui se pourmene.* ITAL. *Chi anda à spasso.* GERM. Spatzirrend/weit aufsgethon. HISP. *Que anda à espacio.* ANGL. *That walketh abroade.* } Ouid. 4. *Metam.*

——— *& spatiantia passim Brachia compescit.*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Trist.*

——— *Lato spatiantem flumine Gangem.*

Spătĭātŭs, a, um, περιπατηθείς, περιελθείς. Ouid. 3. *Fast.*

Flebat amans coniux spatiataque littore curuo
Edidit incultis talia verba comis.

Spătĭātōrem pro erratore posuit Cato. Festus.

Spătĭōsŭs, a, um, Amplus, capax, vastus, magni spatij. { נרכב *nirchab.* εὐρύχωρος. GALL. *Spatieux, large & de grand' estendue.* ITAL. *Spatioso, grande.* GER. Hefftig weit/das ein grosse weite begreifft. HISP. *Espacioso, largo, grande, ancho.* ANGL. *Ample, broade, wide, spatious.* } Colum. *lib.* 6. *c.* 2. Primùm omnium spatiosum stabulum præparetur, vbi domitor facilè versari, & digredi sine periculo possit. Idem 2. *de arte.*

Omnibus Andromache visa est spatiosior æquo

Ouid. 13. *Metam.*

Qua vtiliter feci spatiosi tempore belli.

¶ Interdum non loci, sed temporis spatium importat. Idem *lib.* 1. *Amor. Eleg.* 8.

Sed nunquam dederis spatiosum tempus in iram:
Sæpè simultates ira morata facit.

Spătĭōsē, aduerb. Latè, diffusè. { εὐρύ. GAL. *Largement au large.* ITAL. & HISP. *Largamente.* GERM. In die weite/welt hinauss / weitleuffiglich. ANGL. *Amply, largeli, abreade* } Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. Quoniam spatiosè fruticat. Spatiosiùs, & spatiosissimè. Idem *Epist.* 61. Bono ciui conuenientissimum credidi, eadem illa spatiosiùs & vberiùs volumine amplecti.

‖ Speciarius, ἰδικὸς, peculiaris. Cæsar *bell. ciu. lib.* 3. ‖

Specio (quod & spicio) video attentus In vsu sunt composita & *specto.*

SPĔCIĒS, ei, Forma, effigies, facies, vel imago. { תמונה *temunáh* תאר *tóar* מין *min.* ὄψις, εἶδος GALL. *Espece, forme, figure, beauté, mine face.* ITAL. *Specie, imagine.* GERM. Ein gestalt. HISP. *Hermosura ò forma, especie.* ANG. *The fourme, figure, or shape of a ting, beautie, apperance, face.* } Cicer. *lib.* 1 *Offic.* Quæ autem specie quadam vtilitatis, hanc Græci εἰδέαν vocant Et *in Topicis*, In diuisione formarum, quas Græci εἴδη vocant, nostri (si qui hæc fortè tractant) species appellant. Cæs. *Comment.* 4. Auxiliaiésque quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat, lapidibus, telísque subministrandis, & ad aggerem cæspitibus comportandum, speciem atque oppugnationem pugnantium præberent. Cicer. *de Amicitia.* Quæ est enim ista securitas? specie quidem blanda, sed reipsa multis locis repudianda est. ¶ Species, ipsa cernendi actio, ὅρασις, vel cernendi sensus. Lucret.

Denique eam partem, quæcunque est ignibus aucta
Ad speciem nobis vertit, i. πρὸς τὴν ἡμετέραν ὄψιν.

¶ Quandoque sumitur pro aspectu, &, re visa. Virg. 2. *Æneid.*

Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus.

Specie pro visionibus nocturnis. Liu. *lib.* 6. *bell. Pun.* Pleraque apud multitudinem, aut per nocturnas visa species, aut diuinitus mente mota agebat. Suet. *in Aug. c.* 96. Cuius sibi species itinere auio occurrisset. (i. imago.) Et *in Calig. c* 50. vt qui Species quondam pelagi colloquentem videre visus sit. Idem *in Claud. c.* 1. Species barbaræ mulieris humanâ amplior. *Ibid. cap.* 37. Sibi quoque eandem speciem obuersari aliquot noctibus, &c. Idem *in Neron. c.* 44. Vt confessus sit exagitari se materna specie, *in Galba cap* 18. Proxima nocte somniauit speciem fortunæ quærentis fraudatam se dono destinato, &c. Gell. *c.* 3 *lib.* 1. In quidem specie. (i. in certa quadam re,) &c. Idem *c.* 2. *lib.* 9. Simili exemplo ex contraria specie. (i. ex contrario. Suet. *in Aug. c.* 9. Per species exequar eius vitæ partes Idem *in Cæs.* Nihil esse Rempubl. Appellationem modò sine corpore ac specie. ¶ Quandoque pro pulchritudine, seu deformitate: a speciendo. Plaut. *in Bacchid.* Bellan' videtur specie mulier? Ouid. 5 *Fast.*

Et color & species floribus omnis inest.

Ibid. Et monet ætatis specie dum floreat vti. Et Suet. *in Cæs. c.* 67. Milites auro, argento, politis armis ad spec em ornare. (i. ad ornatum.) Et Ouid. *de chao. lib.* 5. *Fast.*

In nouas species omne recessit opus.

(i. formas, figuras.) vt in *Cæs.* Suet. *cap.* 77. ¶ Inde speciosus pro pulchro & formoso accipitur, de quo infrà. ¶ Species item (vt definitur à Dialecticis) est quæ dicitur de pluribus differentibus numero, vt homo est species, quoniam de Socrate, Platone, & aliis, non specie, sed numero differentibus prædicatur. Ob eam rationem ita appellata, quòd multorum collectio vna quasi visione comprehendatur. Genus autem est, quod prædicatur de pluribus differentibus specie: vt animal, quod de homine, equo, asino, & huiusmodi dicitur, quæ specie differunt. ¶ Species itē aliquando ponitur pro cōtrouersia. *l.* 18. *D. de min.* Species in auditorio finita. Quod ex eo ductum est, quòd finitam quæstionem Græci appellant ὑπόθεσιν. ¶ Quandoque species in plurali numero sumitur pro aromatibus. Macrob. *lib. vlt. Saturn.* Species, & acres, & calidæ, super faciem, quum apponuntur, exulcerant. Martianus Iurisconsultus, Species pertinentes ad vectigal cinnamomum, piper longum, piper album. Sic dicitur Vicus speciarius, à speciebus Arabicis, peregrinísque. ¶ Aliquando in plur. num. significat fruges. Arcad. *l. vlt. de muneribus & honoribus*, Cura quoque emendi frumenti, olei. Nam harum specierum curatores, &c. Eodem modo *in l.* 26. *C. de vsur.* In traiectitiis contractibus vel specierum fœnori dationibus. Hotoman. ¶ In speciem, simulatē. Liu. 4. *ab Vrbe*, de Sempronio reo, Ægrè Hortensius pati tentationem eam credere esse perseuerantiæ suæ: nec precibus tribunorum, quæ in speciem modò iactentur se auxilio confidere reum. Suet. *in Cæs. c.* 82. Assidentem (Cæsarem) conspicati, specie officij circumsteterunt. (sup. coniurati: (GAL. *Soubs couleur, soubs pretexte.* Eodemque sensu idē Sueton. *in Tiber. c.* 36. *c.* 50. & 59. & *in Othon. c.* 3. Et Liuius *lib.* 9. *dec.* 4. Per speciem bella quærere. (id est, per prætextum,) &c. Per speciem. Plinius *de vir. illust.* Per speciem legationis in Asiam ablegatus est, vt inuidiæ subtraheretur (i. Prætextum, siue, vt loquitur Suet.

Suet. *in Othon. c.* 3. Per caussam legationis.) Et Liuius *lib.* 7. *ab Vrb.* Per speciem. Et *lib.* 9. sub specie. ¶ Prima specie. i. prima fronte. Idem Liu. *lib.* 5. *bell. Pun.* Idem *lib.* 6. *ab Vrb.* In specie. GALL. *En apparence.* ¶ Species enim dicta est ab Aspectu, autore Gell. *cap.* 28. *lib.* 13. ¶ Species porrò (sicut & forma) verbum medium est, tam deformitatem quàm pulchritudinem significans, vt ex Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. & Virg. 4. *Æneid.* infrà probatur in verbo *Speciosus.*

Spĕciālis, e, Particulare, proprium, & veluti peculiare, { εἰδικὸς, ἰδιὸς. GALL. *Special, propre, & particulier.* ITAL. *Speciale, singulare, proprio.* GERM. Sonderbarlich/eigen. HISP. *Cosa especial en su genero, proprio.* ANG. *Particular, proper.* } In qua significatione vtitur hoc nomine Iulius Capitolinus, quum ait, Macrinorum familiam id speciale semper habuisse, vt Alexandrum magnum in auro & argento exculptum semper haberet.

Specialitas, conditio eius, quod speciale.

‖ Speciarius, ἰδικὸς, peculiaris. ‖

Spĕcĭātim, aduerb. Particulariter. { εἰδικῶς, εἰδεῖ. GALL. *Specialement, en special.* ITAL. *Specialmente, singularmente.* GERM. Insonderheit. HISP. *Especialmente, de especie, en especie.* ANGL. *Speciallie, chiefstie.* } Cicer. *post reditum in Senat.* Multa de me C. Messinius & amicitiæ & Reipublicæ causa dixit, legem speciatim initio de salute mea promulgauit.

Spĕcĭālĭtĕr, aduerb. Speciatim εἰδικῶς, εἰδεῖ. Colum. *lib* 3 Atque de cura eligendi malleoli generatim præcipimus: nunc illud propriè specialiter, vt non solùm ex feracissima vite, sed etiam è vitis parte feracissima semina eligantur.

‖ Speciatus, in speculo speciosus apparens. Tertull. ‖

Specificus, a, um, εἰδοποιὸς speciem constituens.

Specifico, speciem facio. ‖ Sed Plinius specificare est

Speciem efficere:
- *physicè* è materia & forma.
- *metaphysicè* aut logicè, à genere & differentia.
- *technicè*, seu artificialiter ex materia:
  - propria,
  - aliena,
  - partim propria partim aliena.
- Denominationem certam tribuere: vt motus & mutatio specificantur à temino.
- Thesin ad hypothesin transferre, generalia per specialia declarare.
- Vnum è pluribus eligere. ‖

Spĕcĭōsŭs, a, ūm, Pulcher, formosus, elegans: semper enim in bonum accipitur, quanuis species medium vocabulum sit. { יפה iaphéh. εὐειδής. GALL. *Beau* ITAL. *Vistoso, apparente, bello, ben formato.* GER. Wolgestalt/hübsch. HISP. *Cosa de mucha hermosura, hermoso, bello.* ANG. *Faire bautiful goodlie to see.* } Virg. 4. *Æneid.*

———neque enim specie famáve mouetur,

hoc est, nec præsenti deformitate, nec rumore mox futuro. eodem planè sensu Scapha lena ob deformitatem ab amatoribus derelicta ac planè deserta loquitur apud Plautum *in Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Equidem vel falsò laudari multo malo, quàm verò culpari, aut alios meam speciem irridere. (i. deformitatem capitis & oris.) Sequitur enim paulò infrà, vbi hoc caput colorem immutauit, deseruit me. (sup. quem vnicè amaueram.) Sic & formosus, licèt forma indifferenter ponatur, semper tamen in meliorem partem accipitur. Senec. *c.* 9. *de consol. ad Polyb.* Speciosa, sed fallax voluptas. Idem *c.* 2. *de cons. ad Marc.* Ad speciosa stupet animus. Velleius, Speciosis verbis narrare. Idem, Speciosis inuidens, vt pareret humillimis. Idem, Magnis speciosísque rebus gestis. Idem Non patricia, sed speciosa familia equestri. Plin. *lib.* 13. *c.* 4. Minus speciosæ, sed sapore caryotarum sorores. Celsus *lib.* 2. *cap.* 2. Si plenior aliquis, & speciosior & coloratior factus est, suspecta habere bona sua debet. Horat. *de Arte.*

Interdum speciosa iocis, morataque rectè
Fabula, &c.

Ouid. 7. *Metam.*

———speciosaque nomine culpa
Imponis Medea tua: quin aspice quantum
Aggrediatur nephas.

Speciosissimus. Superlat. Senec. *de beneficiis, lib.* 3. *c.* 7. Hoc enim speciosissimum est in illo, quòd dedimus vel perdituri, &c.

Spĕcĭōsē, speciosius, speciosissimè, Pulcrè, ornatè. { ὡραίως, εὐπρεπῶς, εὐειδῶς. GALL. *Brauement, magnifiquement.* ITAL. *Honestamente, magnificamente.* GERM. Zierlich/schön. HISP. *Con mucha hermosura, hermosamente, ornadamente.* ANGL. *Trimmelie, gaielie, godlie to see.* } Liu. 4. *bell. Maced.* Et quum tibi viro liceat purpura in veste stragula vti, matremfamilias tuam purpureum amiculum habere non fines? & equus tuus speciosiùs instratus erit, quàm vxor vestita? Velleius, Speciosè restituta domus Ciceronis. ¶ Speciosè ingredi, id est, cum ornatu. Colum. *lib.* 2. *c.* 2. Igitur in opere boues arctè iunctos habere cōuenit, quo speciosiùs ingrediantur sublimes & elatis capitibus, ‖ ¶ Speciosissimè. Hirtius de bello Africo: Productas in aciē, quàm speciosissimè potuit, instruxit. ‖

Spĕcĭmĕn, nis, Propriè in quauis merce dicitur exiguum quiddam, quod à venditore spectandum, vt ex eo empto rem totam æstimet. { תבנית tabnith. ὑπόδειγμα. GALL. *Monstre, eschantillon, exemplaire, espreuue, patron.* ITAL. *Sperienza, tasta, proua, mostra.* GERM. Ein schawfal/schawstuck / auss welchen man abnehmen kan welchergestalt das gantz sey/ zeigstuck. HISP. *La muesta de lo mejor.* ANGL. *The shewe of some thing, the cantell, an exemplary or paterne.* } Frequentissimè tamen per translationem accipitur pro quouis documento, experimento, siue exemplo, ex quo rei totius capimus coniecturam. Cicer. *in Tuscul.* Quid illud? num dubitas quin specimen naturæ capi deceat ex optima quaque natura? Apul. *in Flor.* Sed Marsyas, (quod stultitiæ maximum specimen) non intelligens se derididiculo haberi, quædam deliramenta effutiuit. ¶ Date, præbere specimen, sui est re aliqua insigni declarare, quid de se sit sperandum. Cicer *in Diuin in Verrem,* Tu verò Cæcili quid potes? quo tempore, aut qua in re non modò specimen cæteris aliquod dedisti, sed tute tui periculum fecisti? Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Igitur tum specimen cernitur, quo eueniat ædificatio. ¶ Specimen innocentiæ, prudentiæ, virtutis, id est, exemplar. Cicer. 3. *de nat. deor.* Cur temperantiæ prudentiæque specimen ante simulacrum Vestæ pontifex maximus est Q. Scæuola trucidatus. Quintil. Vnicum specimen orandi M. Tullius.

Spĕcĭo, is, xi, ctum, ‖ (quod & spicio) video attentus. ‖ { ראה raáh. σκοπῶ. GALL. *Regarder, auiser.* ITAL. *Vedere.* GERM. Sehen. HISP. *Mirar, veer.* ANGL *To see, to aduise or behold.* } Vnde augures specire, hoc est, inspicere aues dicebantur. Ennius *apud Varronem*, Vos epulo postquam spexit. Hodie abiit in desuetudinem, vtimúrque tantùm eius compositis, aspicio, conspicio, circunspicio, despicio, dispicio, inspicio, perspicio, prospicio, præspicio, respicio, introspicio, suspicio, & introspicio, de quibus suis locis.

Spĕcĭto, as, are, frequentatiuum antiquum. { πολὺς βλέπω. GAL. *Regarder souuent.* ITAL. *Guardare spesso.* GERM. Offt oder embsig sehen. HISP. *Mirar muchas vezes.* ANG. *To behold often.* } Plaut. *in Cistel.* Per Dionisia Mater pompam me specitatum duxit.

‖ Spectio, actus speciendi.

Spectus, aspectus. Pacuuius *in dulcoreste*: Amplius rubicundo colore & specta proteruo ferox. ‖

Spĕcto, as, aliud frequentatiuum à specio antiquo verbo, Multum & fixè intueor. { ראה צפה raáh נשקף nischkáph צפה tsapháh. ὁράω, θεάομαι. GAL. *Regarder ferme & attentiuement.* ITAL. *Guardare, guardare spesso.* GER. Sehen eins sehens/fleissig schawen. HISP. *Mucho mirar.* ANG *To behold and look vpon a thing attentiuelie.* } Cicer. *de Aurusp. resp.* Quòd ni tu Megalesia eo die spectare voluisses, haud scio, &c. Terent. *in Eunuch.* Here, ne me spectes: me impulsore hæc non facit. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Quò quò spectabit, eò spectato simul. Idem *Amph.* Age, me huc aspice. S. Specto. (i. aspicio.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Me specta modò. (minantis.) Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Lubido est ludos tuos spectare. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 5. Per impluuium, intrò spectant. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 2. Lumbi sedendo, oculíque spectando dolent, &c ¶ Accipitur non rarò pro iudicare, probare, siue æstimare. { בחן bachan. ἐξετάζειν. τιμᾶν. Cicer. *pro Roscio Com.* Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. *Ibid.* Quem si tu ex censu spectas, eques Romanus est: si ex vita, homo clarissimus est: si ex te, iudicem sumpsisti: si ex veritate, id quod scire potuit & debuit, dixit. Idem *lib.* 5. *Tuscul.* Non igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, Aurum spectatur in ignibus Ouid. 1. *Trist. Eleg.* 4.

Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum.

id est, probatur. Vnde & spectatores pecuniæ, dicuntur qui valorem eius explorant. Huc etiam pertinet illud Virg 2. *Eclog.*

Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes,

hoc est, si vitulæ pretium tecum repntes; vel (vt Seruius interpretatur) si pocula cum vitula compares. ¶ Interdum spectare, idem est quod attendere, cauere, dispicere, &, vt Cicero loquitur, etiam atque etiam videre. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Spectandum ne cui multum det, neque roget. ¶ Eleganter item accipitur spectare pro eo quod est ad rem aliquam pertinere, tendere seu referri, quod & Græci dicunt, ἀποβλέπειν, σύγκειν, & θεῖναι πρὸς τι. Cicer. 3. *de finib.* Hæc studia ad imitandos summos viros spectant. Idem *lib.* 2. *Epist.* Omnia vtriusque consilia ad concordiam spectauerunt. Idem 2. *Offic.* Ad extremum, si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris. Spectat Græciam, pro tendit in Græciam. Idem *ad Atticum.* Spectat Orientem, & similia, pro E regione est, & vergit. Plin. *lib.* 6. *cap.* 17. & *lib.* 5 *cap.* 1.

Spĕctātŭr, impersonale, Plin. *lib.* 10. *c.* 70. Plausu congregari feros ad cibum consuetudine spectatur.

Spĕctātū, supinum. Cicer. 2. *Offic.* Maximéque admirantur eum qui pecunia non mouetur: quod in quo viro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur.

Spĕctāndŭs, adiect. θεατός. Plin. *lib.* 10. *c.* 42. Nec vulgaris psittaci forma, quanuis non spectanda.

Spĕctātŭs, Probatus, cognitus, cuius scilicet perspecta iam virtus est. { נבחן nibchan. δοκιμασθείς. GAL. *Loüé, approuué.* ITAL. *Lodato, probato.* GERM. Bewdret ausn langem zusehen/ erkennet was hinder einem stecke. HISP. *Alabado, prouado.* ANGL. *Approued, well tried and considered.* Virg. 8. *Æneid.*

———sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuuentus.

Plaut. *Persa,* Vitam equidem iam satis tibi spectatam esse censueram, Et meos mores. Spectatæ integritatis vir. Liu. 6. *bell. Pun.* Spectatissima fœmina. Cicer. *pro Sext. Rosc.* Quasi verò nescias hunc & ali, & vestiri à Cæcilia Balearici filia, Nepotis sorore, spectatissima fœmina: quæ quum patrem clarissimum, amplissimos patruos, ornatissimum fratrem haberet: tamen, &c.

Spĕctātē, aduerb. Feliciter, egregiè. { ἐκπρεπῶς, εὐδαλόντως. GALL. *A la veuë de tout le monde, clairement, heureusement.* ITAL. *Felicemente, egregiamente.* GERM. Ansichtiger weiss / zierlich / fein. HISP. *Bienauenturadamente, señaladamente.* ANG. *In the sight of all, gaielie, goodlie to see.* } Plin. *lib.* 21. Flores verò odorésque in diem gignit, magna (vt palàm est) admonitione hominum, quæ spectatissimè floreant, celerrimè marcescere.

Spĕctātĭo, nis, verbale, Ipse spectandi actus. { ראי roi. θέα. GALL. *Regard, esgard.* ITAL. *Esso guardare.* GERM. Ansehung / beschawung. HISP. *Mirada, obra de mirar.* ANGL. *A looking or beholding.* } Cicer. *ad Attic.* Est quiddam etiam animum leuari tùm spectatione, tùm religione opinionis & fama. ¶ Spectationes antiquæ. (id est, spectacula.) Gellius *lib.* 12. *cap.* 5. In antiquis spectationibus nomina hæc Deorum inesse animaduertimus. ¶ Spectatio, pro probatione pecuniæ. Cicer. *in Verrem, actione* 4. Ex omni pecunia, quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant primùm pro spectatione & collybo: deinde pro nescio quo cerario. Budæus.

Spĕctātōrēs, qui ad ludos spectandi causa conueniunt. { ראה roéh. θεαταί. GALL. *Contempleurs, regardeurs.* ITAL. *Spettatori.* GERM. Zuseher/ die zusehen wie ein ding verhandlet werde. HISP. *Los que miran los juegos.* ANGL.

ANG. *Beholders, lookers vpon.*} Plaut. *Amph.* Nunc spectatores, Iouis summi causa, clarè plaudite. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Quin vocas spectatores simul. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Horum caussa hæc agitur spectatorum fabula. ¶ Spectatores rerum cælestium, id est, contemplatores. Liu. *lib.* 4. *bell. Pun. de Archimede*, Archimedes erat vnicus spectator Cœli siderúmque. Cicer. *de nat. deor.* Homo rerum superarum, atque cælestium spectator. ¶ Spectator pugnæ, qui se pugnæ non admiscet, sed securus eius exitum expectat, tractum à ludorum spectatoribus, qui histrionibus in scena fabulam agentibus otiosi interim desident. Idem 2. *Offic.* Spectatorésque se otiosos præbuerunt Leucticæ calamitatis. ¶ Spectator formarum, id est, iudex, æstimator, probator, ἐξεταστής. Terent. *in Eunuch.* Quum meipsum noris quàm elegans formarum spectator siem. Vbi Donatus, spectator elegans est qui sit cunctantis & fastidiosi iudicii, cui non quiduis facilè placet. ¶ Spectator; probator: vt, Spectatores pecuniæ dicuntur.

Spectātrix, icis, verbale, fœm. à spectando deductum. { ראה *reáh.* θεάτρια. GAL. *Regarderesse, celle qui regarde & contemple.* ITAL. *Donna che guarda.* GER. Ein zusäherin/anschawerin. HISP. *La que mira.* ANG. *She that beholdeth.*} Plaut. *Merc.* Diuûm atque hominum quæ spectatrix atque hera eadem es hominibus. Lucan. *lib.* 3.

Detege iam ferrum: neque enim tibi turba verenda est
Spectatrix scelerum, &c.

Spectātiuus, adiect. Speculatiuus siue contemplatiuus. { θεωρητικός. GALL. *Contemplatif, speculatif.* ITAL. *Contemplatiuo.* GERM. Das des ist so ein ding nur im gemüt betrachtet vnd anschawet. HISP. *Cosa para mirar y contemplar.* } Quint. *lib.* 3. *c.* 5. Vt illa sit spectatiuæ partis, hæc actiuæ.

Spectābilis, e, Spectatu dignus, clarus illustris. { נכבר *nicbádh.* θεατός, ἀξιοθέατος. GAL. *Digne d'estre regardé, illustre.* ITAL. *Spettabile, illustre.* GER. Achtbar/wolgeacht/ansichtig. HISP. *Lo que se puede mirar, claro, illustre.* ANGL. *worthie to be beholden, goodly to see.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 14. Alibi enim faui cera spectabiles gignuntur. Ouid. *Eleg.* 8 *lib.* 3. *Trist.*

Hæret & ante oculos veluti spectabile corpus.

Idem 2. *de Pont. Eleg.* 2.

Ipse super currum placido spectabilis ore.

Idem 7. *Metam.*

——*spectabilis heros,*
Et veteris retinens etiam nunc pignora forma
Ingreditur.

Iuuenalis *Satyr.* 9.

Ipsi deinde lares, si quod spectabile signum, &c.

Tacitus *in vita Agricolæ*, Et extremo metu corpora defixêre in his vestigiis, in quibus pulchram & spectabilem victoriam ederetis.

Spectāculum, i, Ludi gladiatorij, id quod spectandum exhibetur. { ראי *roi* θέα, θέαμα. GALL. *Spectacle, ce qu'on regarde.* ITAL. *Spettacolo.* GERM. Ein spectackel/ein schawspil. HISP. *Iuego que se mira.* ANG. *A publick or co commone sight.*} Virg. *in quodam Epigram.*

Nocte pluit tota, redeunt spectacula manè.

Liu. *lib.* 1. Indici deinde finitimis spectaculum iubet. ¶ De spectaculis matutinis bestiariorum. Item, de Spectaculo naumachiæ secundo. Senec. *Epist.* 72. ¶ Aliquando dicitur ipsa spectatio. θέα. Cicer. 7 *Verr.* O spectaculum miserum, atque acerbum, ludibrio esse vrbis gloriam. ¶ Aliquando locus vnde spectatur. θέατρον. GAL. *Eschaffault.* Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Exoritur ventus, turbo: Spectacula ibi ruunt. Ouid. *Eleg.* 2. *lib* 4. *Trist.*

Vera tamen capiet (oculis) populus spectacula felix.

Quintil. De spectaculis excitari. Suet. De spectaculo excitatus descendit. Liu. Tum primùm circo, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus, diuisa loca Patribus, Equiti úsque, vbi spectacula sibi quisque faceret, Fori appellati. ¶ Spectaculum præbere pro spectaculo & ostentui esse. Salust. *Iugurth* 63. rerum humanarum spectaculum præbeo, i. ex me spectari potest quàm fluxæ atque incertæ res humanæ.

Spectāmen, inis, Specimen. { ἡ ἐπίσκεψις, ἡ σκέψις. GALL. *Monstre, regard.* ITAL. *Monstra di qualche cosa, r guardo.* GERM. Ein anzeigung/schawstuck. HISP. *Miada, la muestra.* ANGL. *A shew, à sight.*} Plaut. *in Menach sc.* 6. *a.* 5. Spectamen bono seruo, id est, qui rem herilem procurat, videt, collocat.

Spectāmentum, i, idem quòd spectaculum, id quod spectatur. Interest tamen illud, quòd spectaculum locum etiam significat, ex quo spectatur: spectamentum verò tantùm res quæ spectantur.

Spectio, onis, verbum est propriè ad Augurum disciplinam pertinens in qua officia ita distributa erant, vt qui spectionem habebant, nunciationem non haberent. οἰωνοσκοπία. Vide Varronem *lib.* 5. *de ling. Lat.* & Pompeium Festum *lib.* 17.

Spēcium, ij, Instrumentum teres & paruum, quo medici ad tentandum vulnerum ac fistularum viam & profunditatem vtuntur. { μηλωτίς. GAL. *Vne esprouuette de Chirurgien.* ITAL. *Tasta, tenta* GERM. Ein meissel oder der gleichen instrument der wundarzten / mit welchen sy die tieffe der wunden ersuchen. HISP. *La tienta ò cala del cirujano.* ANG. *A lancelette or lyk instrument* } Pacuuius, Vt medici faciunt, qui priùs specio vulnus tentant. Fit autem à verbo specio.

Spectābilis, Spectaculum, Spectator, Spectatus, Specto, vide *Specio.*

Spectrum, i, Simulacrum, seu imago oculis sese offerens, visio, visum. { חזיון *chizzaión* φάσμα, εἴδωλον. GAL. *Phantosme v sion.* ITAL. *Simulacro, imagine, fantasia, imaginatione.* GERM. Ein gesicht das einem für augen schwebt/gespänst. HISP. *Imagen ò idolo, fantasia.* ANGL. *A bugge, a goast, an image in mannes imagination* } Cicer. *lib.* 15. *Epist.* Qui putant, διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. *Ibidem*, Quæ ille Gargettius, etiam antè Democritus εἴδωλα, hic spectra nominat. Et rursus, His autem spectris etiam si oculi feriri possint, animus quî possit non video.

Specula, æ, locus editus, & eminens, vnde aliquid eminus videri & prospici potest. { מצפה *mitspéh.* σκοπιά, φρυκτωρία. GALL. *Beffroy, on eschauguette, sentinelle.* ITAL. *Vedetta.* GERM. Ein ort da man von der höhe hüten vnd außsähen khan/ein schawthurn/hochwacht. HISP. *La atalaya, lugar para atalayar.* ANGL. *An espyng tower.*} Valla *in Raudensem*, Specula locus vnde fiunt excubiæ, an hostes veniant, trãseántve, an maneant, quot sint, & quæ sunt id genus. Virg. 8. *Eclog.*

Præceps aërij specula de montis in vndas
Deferat.

Ouid. *in Epist.*

Leandri, in speculis omnis Abydos erat.

Liu. 8. *bell. Punici*, Ipse in Cisseo (mons est in altitudinem ingentem cacuminis editi) speculam posuit, vt ignibus procul sublatis, signum, vbi quid molirentur hostes, momento temporis acciperet. Virg. 3. *Æneid.*

——*dat signum specula Misenus ab alta.*

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Nam dedit è specula custos vbi signa tumultus.

Spĕcŭlŏr, aris, ari, Exploro, contemplor, quasi à specula prospecto. { צפה *tsapháh.* κατασκοπέω, σκοπιάζομαι. GALL. *Guetter, espier.* ITAL. *Contemplare, speculare.* GERM. Außspähen/ein wackeres aufsähen tragen/schawen vnd späch haben. HISP. *Contemplar, mirar atalayar.* ANG. *To spie and watch in a high tower, to se a farre of, to consider diligentlie.* } Plaut. *in Mil* Sed speculabor ne quis aut hinc ab læua, aut ab dextra Nostro consilio venator adsit cum auritis plagis. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Concedam huc, hinc speculabor procul. Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 4. Is me speculatum misit, vt quæ fierent, fieret particeps, &c. Ouid. 13. *Metam.*

Omnia cognoram, nec quid specularer habebam.

Cæsar. 8. *belli Gallici*, Qui speculandi gratia essent remissi. ¶ Per translationem speculari ponitur pro scrutari, & exactè considerare. { חפש *chippés.* σκοπεῖν. } Tacit. *lib.* 18. Satis patuit iis, qui principum offensas acriter speculantur. Cicer. *in Catil.* Multi te etiam oculi & aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient. ¶ A quo fit compositum Præspeculor, quod est ante speculor, vel præmissis speculatoribus exploro. Suet. *in Cæs.* Exercitum neque per insidiosa itinera duxit vnquam, nisi præspeculatus locorum situs.

Speculabundus, Suet. *in Tiber. cap.* 65. Speculabundus ex altissima rupe identidem signa, quæ, &c.

Spĕcŭlātōres. Exploratores, qui è specula speculantur, vel qui in bello ante exercitum explorandi gratia mitti solet. { צפים *tsophim* תרים *tarim* מראגלים *meraghghelim.* κατάσκοποι. GALL. *Espies, guettes, espions, guetteurs.* ITAL. *Spie, guardie.* GER. Außspäher/lawrer HISP. *Atalayadores, miradores* ANGL. *Espiers.*} Cæsar. 2 *bell Gall.* Hac re Cæsar statim per speculatores cognita, insidias veritus. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist*

Quem procul vt vidit tumulo speculator ab alto.

Spĕcŭlātrix, icis, verb. { צפה *tsopháh* מרגלה *maraghghelah.* ἡ κατάσκοπος, ἡ σκοπός. GALL. *Celle qui espie & fait le guet.* ITAL. *Speulatrice* GER. Ein außspäherin/beschawerin HISP. *Atalayadora.* ANGL. *She that espieth* } Cicer. 3. *de nat. deor.* Furiæ deæ sunt, speculatrices credo, & vindices & facinorum & sceleris.

Spĕcŭlātōrius, a, um, adiectiuum, quod speculationi est accommodatum. { κατασκοπικός. GALL. *Appartenant à espier.* ITAL. *Che serue à spiare.* GERM. Das zu dem außspähen gehört. HISP. *Pertenneciente à atalayar.* ANGL. *Belonging to espying.* } vt, Speculatoria nauigia quibus in mari speculamur quid fiat. Cæs. 4. *bell. Gall.* Item speculatoria nauigia militibus compleri iussit. Suet. *in Calig. cap.* 52. Modò in crepidis vel cothurnis, modò in speculatoria caliga, nonnunquam socco muliebri.

Spĕcŭlātus, huius speculatus, ipse speculandi actus. { מצפה *mitspéh.* κατασκοπή. GALL. *Espiement, guet, guettement.* ITAL. *Esso spiare & guardare.* GERM. Ein specht. HISP. *Atalayamento, mirada.* ANGL. *Espying.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 73. Feles quàm occulto speculatu in musculos exiliunt.

Spĕcŭlāris, e, adiectiuum à specula deductum: vt, Specularis significatio, quæ fit igne è specula ostenso. φρυκτωρικός. Plin *lib.* 7. *cap* 56. Specularem significationem Troiano bello Sinon inuenit.

Speculabundus, Intentus ad speculandum. Tacitus *lib.* 10. Festus Adrumeto vbi speculabundus substiterat, ad legionem tendit. Suet. *in Tiberio c.* 65. Aptatis etiam nauibus ad quascunque legiones, meditabatur fugam, speculabundus ex altissima rupe identidem. hoc est, subinde speculans.

Spĕcŭlum, i, Instrumentum ex vitro, chalybe, stanno, argentóve intuentium imaginem repræsentans: cuius inuentionem Æsculapio assignat Cic. 2. *de natur. deorum.* { ראי *rei* מראה *marcáh* גליון *ghillaión.* κάτοπτρον. GALL. *Miroir* ITAL. *Specchio.* GERM. Ein spiegel HISP. *Espejo en que nos miramos.* ANGL. *A locking glasse, a murour.* } Terent. *in Adelph.* Inspicere tanquam in speculum vitas hominum iubeo. Ouid. 3. *de Arte,*

——*quid quanque decebit*
Eligat, & speculum consulat ipsa suum.

Plaut. *Mostel. sc.* 3. *a.* 1. Vt speculum tenuisti metuo ne oleant argentum manus Idem *Amph.* Cùm in speculum inspexi, nimis similis est mei. Idem *Mostel. sc.* 3. *a* 1. Quid opus est in speculo tibi, quæ ipsa speculo speculum es maximum? Ad speculum corpus in omnem terrorem componere. Suet. *in Calig c.* 50. Cic. 2. *de fin.* Nec tamen argumentum hoc Epicurus à pueris petiuit, aut etiam à bestiis quæ putat esse specula naturæ. ¶ Speculum etiam de Luna dicitur, quòd ipsam Solis speculum esse crederent, & vultum qui in ea apparet imaginem magni maris opinarentur, teste Plutarcho in carmine antiquo,

——*mulier prædira sub vmbras*
Detrahit altiuago è speculo.

Spĕcillum, i, Instrumentum quo vtuntur chirurgi ad scrutationem vulnerum & fistularum. { μηλωτίς. GALL. *Esprouuette de Chirurgien.* ITAL. *Tasto.* GERM. Ein meisselin oder dergleichen instrument / mit welchen die wundarz die tieffe ersuchen der wunden/röhren/&c. HISP. *La tienta ò cala de cirujano.* ANGL. *A lancelette or earepiker.* } Est autem diminutiuum à specium, quo antiqui vsi sunt in eadem significatione. Cornel. Cels. *lib.* 5. de fistulis & earum curationibus. Ante omnia autem specillum dimitti in fistulam conuenit, vt quò tendat, & quàm altè perueniat, scire possimus. Hinc auricularium specillum dicitur, quod curandis auribus adhibetur. ¶ Est & specillum, instrumentum quo oculos inungimus. Plin. *lib.* 7. *cap.* 53. Super omnes Caius Iulius medicus, dum inungit

inungit, per oculum specillum trahens expirauit. Celsus *lib* 6. Specillo super oculum inducatur. Specillo asperato, & interdum scalpello vtuntur chirurgi in aspritudine oculorum, duràsque palpebras eradunt. Cels. *lib.*6.*cap.*6. Vermes aurium auriculario specillo protrahuntur. Idem *lib.*6. *cap.*7. (id est, auriscalpio Scribonio Largo quod Græci μήλλω ἐξωτίδι.) Eodem instrumento aurium sordes eximuntur, *ibid.* ¶ Quidam etiam specilla appellant vitreos illos orbiculos, quos quo clariùs cernamus oculis admouemus, quò faciliùs spectemus aliquid. {τὸ μικρὸν ϗ βραχὺ ἔσοπτρον. GALL. *Petites lunettes.* ITAL. *Gli occhiali.* GER. Augenspiegel/brillen. HISP. *Los antojos para ver.* ANGL. *A paire of spectacles.*} Varro *de ling. Lat. lib.* 5. Hinc quo oculos inungimus, quibus specimus, specillum.

Spĕcŭlārĕ, is, siue specular. aris, siue specularium, rij, Fenestræ genus, admittendæ in ædificium lucis, & excludendæ pluuiæ, ventique gratia excogitatum: quod primùm ex speculari lapide fieri cœpit, hodie magis ex vitreis orbibus, vel tessellis plumbo iunctis. {τὸ ἔσοπτρον, ϛ τὸ κάτοπτρον. GALL. *Des guettes, des lunettes ou fenestres de verre par trauers quoy on voit.* ITAL. *Vitriata, finestra di vetro.* GERM. Fenster so man vor zeiten auss durchsichtigen spiegelsteinen/so genant werden unser frawen eise/gemacht hatt/wie jetz auss glass. HISP. *Finiestra de vidrio* ANGL. *A kind of windowes to lett in light and to looke out at.*} Mart. *lib.* 8.

Hibernis obiecta Notis specularia puros
Admittunt Soles, & sine luce diem.

Senec. *Epist.* 87. Specularibus diem admittere. Vlpianus, Specularia & vela quæ frigoris causa, vel imbrium in domo sunt, instrumento domus non contineri Cassius existimauit. In hortis quoque ambulationes specularibus claudi solere docet Budæus, citans illud. Iuuen. *Sat.* 4.

Qua vehitur clauso latis specularibus antro.

Spĕcŭlārĭŭs, ij, Specularium artifex. {κατοπτροποιός. GAL. *Lunettier ou verrier, vitrier.* ITAL. *Chi fa vetro ò vero occhiali.* GERM. Spiegler/augspiegel macher. HISP. *El que haze antojos ò vidrio.* ANGL. *A glasier, that maketh glassen windowes.*} Qua voce vtitur Vlpian. *l. quæsitum. ff. de fund. instruct.*

Spĕcŭlāris lapis, Lapidis pellucidi genus, in tenuissimas crustas sectile, ex quo olim specularia conficere solebant, hoc est, fenestras admittendæ luci, & excludendo vento imbríque idoneas: quod genus hodie ex orbibus, tessellisve vitreis magis conficimus. Dictus specularis, siue quòd specularia ex eo fierent, siue quòd speculi modo luceret. Plin. *lib.* 21. *c.* 13. Multi aluearia ex speculari lapide fecerunt, vt operantes intus spectarent. Vide plura de hoc lapide apud eundem *lib.* 36. *c.* 22

Spĕcŭs, us, tam mascul. quàm fœm. gener. & Specus, oris, neutri generis, Spelunca, antrum. {מערה *meharáh.* σπήλαιον, σπέος. GALL. *Vne fosse tenebreuse, profonde & grande.* ITAL. *Spelonca, cauerna.* GERM. Ein hüle/ ein loch oder grub in dem erdtreich HISP. *La cueua, hoya ò cauerna.* ANG. *A denne, a caue or priuie hole.*} Gell. *lib.* 5 *c.* 14. Sole medio & arido ac flagranti specum quandam nactus remotam, latebrosámque penetro. Senec. *cap.* 9. *de cons. ad Heluiam*, Quo depressiùs specus æstiuos foderint, &c. Horat. *lib.* 3. *Carm.*

Quæ nemora, aut quos agor in specus.

Ouid. 13. *Metam.*

Est specus in medio syluis & vimine densus.

Virg. 7. *Æneid.*

Hic specus horrendum, & sæui miracula Ditis
Monstrantur.

Spēlæum, {מערה *meharáh.* σπήλαιον. GALL. *Cauerne, tasniere.* ITAL. *Cauerna grotta.* GERM. Ein hüle. HISP. *Cauerna, hoya.* ANGL. *A denne or priuie corner.*} Nomen Græcum, quod à nostris dicitur spelunca. Virg. 10. *Ecloga,*

Certum est in syluis inter spelæa ferarum
Malle pati.

Spēluncă, æ, Antrum, specus subterraneus, vel montis cauitas. {מערה *meharáh.* σπήλαιον. GALL. *Cauerne, taniere* ITAL. *Spelonca.* GERM. Ein hüle. HISP. *Cueua ò hoya.* ANG. *A caue or denne.*} Virg. 8. *Æneid.*

Spelunca alta fuit vastóque immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorúmque tenebris.

Cicer. 2. *de fin.* At iam decimum annum in spelunca iacet.

Sperarchus Philosophus Suet. *in Aug. c.* 89. Quo in loco quidam Codices habent Sphærus, Areus philosophus.

Sperchīŭs, σπερχειός. Fluuius Thessaliæ, qui Pelio monte effusus, velocissimo cursu defluit in sinum Maliacum. Autor Strabo. *lib.* 8. Lucanus *lib.* 6.

——ferit amne citato
Maliacas Sperchius aquas, &c.

Hinc Patronymicum masc. Sperchionides Ouid. 5. *Metam.*

Caucaseúmque Abarim, Sperchionidémque Lyretum.

Hinc etiam fit aliud Patronymicum fœm. Sperchias penult. product. Ouid. 2. *Metam.*

Æstuat Alpheus, ripæ Sperchiades ardent.

SPERMA, σπέρμα: semen humanum, soboles.

Spĕrmŏlŏgus, σπερμολόγος, auiculæ nomen, apud Aristotelem, quam frugilegam interpretatur Gaza, vtroque nomine à semine legendo originem sumente. Alioqui σπερμολόγον appellant Græci, quem nos loquutuleium dicimus, hoc est, hominem magnam verborum vim inaniter profundentem.

Spĕrmŏphăgi, σπερμοφάγοι, Æthiopiæ populi non procul à Meroë insula, ita dicti quòd semine victitarent, quod Græci σπέρμα appellant. Autor Strab. *lib.* 16.

SPĔRNO, is, spreui, spretum, Fastidio, despicio, contemno, vilipendo. {בוזה *bazáh* געל *ghaál* זהם *zihém* מאס *maás.* ἀποφαυλίζω, ἐξουθενῶ. GALL. *Mespriser, despriser.* ITAL. *Risiutare sprezzare.* GERM. Verachten/vernichtigen/verschmehen HISP. *Menospreciar.* ANG. *To dispise, to e distdaine, to sett naught by.*} Cicer. *de Sen.* Tum quòd sperneréntur ab iis à quibus essent coli soliti. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Item, sic datur, si quis herum seruus spreuerit. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Spes, opes, auxiliáque à me segregant spernúntque me, &c. Terent. *Eunuch.* Ob hæc facta abs te spernor. Virg. 3 *Eclog.*

Quid prodest, quòd me ipse animo non spernis Amynta?

Cicer. 2. *de natura deorum* Veritas auspiciorum spreta est, species tantùm retenta. Catul. *Epigr.* 20.

Hæc tu commoda tam beata Furi
Noli spernere, nec putare parui.

Horat. 1. *Epist.* 2.

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

Ouid. 8. *Metam.*

——pater huius erat qui numina diuûm
Sperneret, & nullos aris adoleret odores.

Antiqui spernere dicebant pro segregare, quod & Nonius annotauit, citans Ennium in Hectoris Lytris, Ius atque æquum se à malis spernit procul.

Spernāx, acis, Cõtemptor. {בוזה *bozéh* געל *ghoél* מאס *moés.* καταφρονητικός, ὀλίγωρος. GAL. *Mespriseur, desprisant.* ITAL. *Refiutatore sprezzatore.* GERM. Verachtlich HISP. *Menospreciador.* ANG. *A despriser, that setteth naught by.*} Silius *lib.* 8 Ductor Piso viros spernaces mortis agebat.

‖ Spernulus, qui spernit. ‖

Sprētŏr, is, eiusdem significationis. Ouid. 8. *Metam.*

——vtque deorum
Spretor erat, mentisque ferox Ixione natus.

Spēro, speras, vide *Spes.*

SPĒS, ei, Opinio futuri boni. {תקוה *tikváh* בטחון *bittachón* מבטח *mibtách.* ἐλπίς. GAL. *Esperance, espoir.* ITAL. *Speranza.* GERM. Ein hoffnung. HISP. *La esperança de algun bien.* ANG. *Hope.*} Cicer. 4. *Tusc.* Spes est spectatio boni. Cæs. *bel. Ciuil. lib.* 2. Plenus spei bonæ, atque animi aduersùs eos proficiscitur. ¶ Spes in angusto est, i. parum spei restat, feréque deplorata res est. Cels. *lib.* 5. *c.*. Quo oppressis in angusto spes est: sed vnicum tamen remedium est, nec, &c. ¶ Spes in plurali. Salust. *in Orat. Marij* 119. Mihi spes omnes in memet sitæ sunt: quas necesse est & virtute, & innocentia tutari. ¶ Spes aliquando ponitur pro lætitia. {שמחה *simcháh* תוחלת *tochéleth* סבר *séber.*} Virgil. 1. *Æneid.*

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Vbi Seruius Spem, lætitiam interpretatur. Est & crebra apud Virgilium figura, quæ fit quoties significatur ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Nam spem lætitia sequitur: spes verò in vultu non videtur, sed lætitia. In numero plurali habet nominatiuum, accusatiuum & vocatiuum. Horat. 1. *Epist.* 5.

Quid non ebrietas designat: operta recludit,
Spes iubet esse ratas, ad prælia trudit inermem.

Liu. 1. *ab vrbe*, Has spes cogitationésque secum portantes, vrbem ingressi sunt. Sic etiam Plaut. *Amph.* Spes atque opes iacent sepultæ in pectore. *Ibid.* Vbi sunt spes meæ? (de argento.) Idem *Mostel. sc* 1. *a* 2. Spes nostra occidit. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4 *Trist.*

Cur labat ambiguo spes mea mixta metu?

Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. Reliquiarum spes animum oblectat meum. Gell. *c.* 1. *lib.* 4. Expectatio spei te suspensum fatigabit. ¶ Spem facere, Suet. *in Tib. c.* 24. Recepit imperium: nec tamen aliter, quàm vt depositurum se quandoque spem faceret. Idem *in Claud. c.* 3. Aut spem de se commodiorem in posterum facere potuit. Ouid. 5. *Fast.* In spe vitis erat. Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Spe trahor exigua, quam tu mihi demere noli.

Senec *cap.* 16. *de cons ad Heluiam.* Spes conceptas liberorum intra viscera tua non elisisti, &c. ¶ Spem pretio emere, prouerbialiter dicitur pro eo quod est certum & præsens detrimentum facere spe incerti lucri. Terent. *in Adelph* Spem pretio non emo, Antiqui autore Festo, declinabãt, Hæc speres, huius speris. Varr. Quibus suam delectet ipse amicam, & sese speribus iactent suis. ¶ Hinc dictum putat Asperè, quasi sine spere: & prosperè, quasi pro spere.

Spēcŭlă, diminutiuum, sicut à Res, recula. {ἐλπίδιον GALL. *Petite esperance.* ITAL. *Picciola speranza.* GERM. Ein kleine oder schlechte hoffnung. HISP. *Pequeña esperanza.* ANG. *Small hope*} Cicer. *Cælio*, Hac tamen oblectabar specula, scilicet Tullia. Idem *pro A. Cluent.* Qui aliquid ex eius sermone speculæ degustarat. Plaut. *Pers.* Ecquid quod mandaui tibi, est mihi in te speculæ.

‖ Speres. Non. Sperem veteres spem dixerunt; vnde & prosperè dicitur pro spe. ‖

SPĒRO, as, Spem habeo, expecto. {בטח *batách* שבר *sabár.* ἐλπίζω. GALL. *Esperer, auoir esperance.* ITAL. *Sperare, hauer speranza.* GERM. Hoffen. HISP. *Esperar algun bien, tener esperança.* ANG. *To hope or trust.*} Plin. *lib.* 11. Speratur largior prouentus Horat. 1. *Epist.* 4.

Grata superueniet, quæ non sperabitur, hora.

Cicer. *Attic. lib.* 1. A quo nihil speres boni Reipub. quia, &c. Idem *de Amicicia*, Amicitiæ nostræ memoriam spero sempiternam fore. Idem *pro Deiot.* Iubeo te sperare, & bono animo esse. Ouid *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

Et patriam modò sit sospes speramus ab illo.

Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Speraui me ex seruitute exemisse filium, ea spes elapsa est, &c. ¶ Aliquando sperare est existimare seu confidere: vt apud Liuium *lib.* 4. *d.* 4. & tam de præsenti, quàm de præterito dicitur. De præsenti, Quintil. Facilis (vt animaduertere vos spero) defensionis meæ cursus est. De Præterito. Idem, Et innocentiam quidem puellæ satis, vt spero, defendimus. ¶ Accipitur item sperare pro timere, propterea quòd in omni spe timor aliquis insit. ירא *jaré.* Virgil. 1. *Æneid.* Si genus humanum, & mortalia temnitis arma, At sperate deos memores fandi, atque nefandi. Vbi Seruius, Sperare abusiuè, timere: vt *lib* 4. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, Et perferre soror potero. Quum alioqui propriè speremus bona, timeamus aduersa. ¶ Accipitur & sperare pro gaudere: שמח *saméach.* Terent. *in Adelph.* Sperabam iam deferuisse adolescentiam. Vbi Donatus, Rectè Sperabam pro Gaudebam. Sic enim dicimus, quum errasse nos cernimus. ¶ Speratum, teste Nonio, vetres dicebant eum, qui vxorem petit: & speratam virginem, quæ petitur Afranius, Curre, & nuntia venire: & mecum speratam adducere, vt videat puellam. Postquam verò sponsio facta erat, non Sperata, sed vel Dicta, vel Pacta, vel Sponsa vocabatur.

Spērātŭs, a, um. {מיוחל *mejuchál.* ἐλπισθείς. GALL. *Esperé.* ITAL. *Sperato.* GERM.

GERM Gehoffet. HISP. Esperado. ANGL. Hoped or looked for. } Plaut. *Amphit.* Amphitruo vxorem salutat lætus speratam suam, &c. Idem *in Merc. sc.* 3. *a* 3. Spem speratam quum hanc obtulisti mihi, grates ago.

Sperābĭlis, e. quod sperari potest. {ἐλπιστός. GAL. *Qu'on peut esperer.* ITAL. *Cosa che si può sperare.* GERM. Zuhoffen/ deß man mag hoffnung haben. HISP *Cosa que se puede esperar.* ANGL. *That may behoped for.* } Plautus *in Capt.* Hic ille dies est, quum nulla vitæ salus sperabilis est mecum.

Spetile pars carnosa infra vmbilicum suis. de qua Fest. Spetile, inquit, vocatur infra vmbilicum suis exos. Plaut. enumerandis vilibus obsoniis sic meminit *in Carbonaria*, Ego pernam, sumen, superes, spetile, callum, glandia. Græcè ἦτρον, τὸ ὑποκάτω τοῦ ὀμφαλοῦ μέρος.

‖ Speusticus, a, um, σπευστικός, ή, όν, properare solens. ‖

Speūstĭcī panes. σπεύστικοι. GALL. *Faits à la haste, faits & cuits soudainement.* ITAL. *Fatti in fretta.* GERM. Brot das in einer eil gebachen ist. HISP. *Hechos ò cozidos de presto.* ANGL. *Breade baken in haste.* } Dicti sunt à festinatione: σπεύδω enim Græcè significat festino. Plin. *lib.* 18. *c.* 11. Panis ipsius varia genera prosequi superuacuum videtur, aliàs ab opsoniis appellati, vt ostrearij: aliàs à deliciis, vt Artologani: aliàs à festinatione, vt Speustici.

Speūsĭppŭs, σπεύσιππος, Philosophus Atheniensis Platonis ex sorore nepos, qui octo annos Platonicæ scholæ profuit. Ferunt hunc senio confectum, sibi mortem consciuisse mœrore impulsum. Plutarchus verò scribit, illum pediculis efferuescentibus interiisse. Primus inuenit quo pacto ex gracilioribus lignis fierent vasa capacia. Composuit dialogos à Diogene commemoratos. Hunc Plato quasi philosophiæ hæredem reliquit, vt scribit Cic. *lib.* 1. *Academ. quæst.*

Sphăcĕlŭs. σφάκελος. Propriè ossium est affectus, teste Galeno, quum tota illorum substantia corrumpitur. Latini ossium cariem appellant. Hesychius indicat, quemlibet dolorem grauem, sphacelum dici. Sphaceli etiam facient immunitatem, Prouerbium est, Athenis celebratum de iis qui quouis prætextu quod volunt assequuntur. Natum aiunt ab euentu eiusmodi: Pisistratus tyrannus decimas exigebat ab Atheniensibus, eorum quæ in agris prouenissent. Itaque cùm aliquando obambularet, viderétque senem quendam in saxis quibusdam, hoc est, loco petricoso laborantem, rogabat quosnam fructus inde colligeret. At is respondens: Dolores, inquit, & sphacelos, atque horum decimas exigit Pisistratus. Porrò tyrannus admiratus hominis libertatem, decimas Atheniensibus remisit. Ea res in vulgi sermonem abiit, etiam sphacelos immunitatem parere.

Sphăcĕlĭsmus, σφακελισμός, morbi genus ipsis etiam plantis cum animalibus commune, de quo abundè multa suprà diximus in vocibus Astrobolismus, & Sideratio.

Sphăctērĭă, quæ & Sphagia, σφακτηρία, ἢ σφαγία, Insula est Messeniæ adiacens, è regione Pyli: cuius meminit Strabo *lib.* 8.

‖ Sphacus, σφάκος, Saluia. ‖

SPHÆRĂ, Latinè globus. { כדור chidhór. σφαῖρα. GALL. *Vne sphere ou globe, vne chose ronde, massiue & espoisse.* ITAL. *Sphera, palla, globo.* GERM. Ein kugel. HISP. *Pella redonda, pelota, Esphera.* ANGL. *A boule, any thing round and massie.* } Geometræ definiunt esse corpus solidum, vnica superficie contentum, in medio sui punctum habens, à quo omnes lineæ ad superficiem ductæ sunt æquales. Cic. 2 *de nat. Deor.* Quúmque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari libet) ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur: his duabus formis contingit solis vt omnes earum partes sint inter se simillimæ, à medióque tantum absit extremum, quantum idem à summo: quo nihil fieri potest aptius.

Sphærŭlă, diminutiuum, id est, parua sphæra globus. σφαιρίδιον.

Sphærālĭs, σφαιρικός. Macrob. *Comm. lib.* 1. *c.* 22. Sphæralis extremitas, quæ si paululum à medio declinauerit, fit cuicunque vertici proprior.

Sphæricus, a, um, σφαιρικός, ή, όν, ad sphæram pertinens. σφαιρικὴ θήκη, theca in qua sphæra asseruatur.

Sphærĭcă, æ, placentæ genus, quod ex multis globulis in sphæram, & rotundam formam coactis, ac deinde simul compactis fiebat. Cato *c.* 81. Sphæricam sic facito, ita vti spiram, nisi sic effingito, detractis caseo, melle: sphæras pugnum altas facito, eas in solo componito, densas eodem modo componito atque spiram, itémque coquito.

Sphærĭstērĭum, { σφαιριστήριον. GALL. *Vn ieu de paume ou de boule* ITAL. *Luogo di bagno rotondo da giuocare alla balla della mano* GERM. Ein ronder platz an dem man badet oder die ballen schlecht. HISP. *El jugar de pelota.* ANG. *A place to play at the tennis.* } Locus balnei specie rotunda, cùm aliis plerisque exercitationum generibus, tum pilæ ludo præcipuè destinatus, quem Græci σφαῖραν vocant. Vnde σφαιρίζω, pila ludo, & σφαιρισταί, pilæ studiosi. Plin. *in Epistolis*, Apodyterio suppositum est sphæristerium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit. Lampridius *in Alexandro*, Post lectionem, operam palæstræ, aut sphæristerio, aut cursui, aut luctaminibus mollioribus dabat.

‖ Sphærita, σφαιρίτης, sc. πλακοῦς, placenta quædam apud Catonem, quæ sphæras, seu globulos multos habet, qui in solo eius componebantur. Turn. ‖

Sphærŏmăchĭă, { σφαιρομαχία. GALL. *Le ieu ou exercice de la paume ou de la boule.* ITAL. *Giuoco della balla da mano.* GERM. Das ballenspyl/ kugelspyl. HISP. *juego de la pelota.* ANG. *Tennis play or bowling.* } } Pilæ lusoriæ certamen, quæ à sphærica, circularique figura σφαῖρα dicta est.

‖ Sphæroter, σφαιρωτήρ, corrigia. ‖

Sphærus, Areus philosophus, cuius meminit Suet. *in August. c.* 89. Ita ibi legit Isaac. Casaubonus. Alij quidem ita, Sperarchus Philosophus: sed meo quidem iudicio, minus rectè.

Sphagitides, σφαγίτιδες, Venæ duæ insignes, vtrinque ad iugulum apparentes, omnes tum colli, tū capitis partes nutrientes. Latini iugulares venas interpretantur, σφαγὴν enim illi iugulum appellant. Agit de his Galenus *lib.* 6. *de vsu partium.*

Sphenida, inquit Porotus, pilæ genus, maius paganica, & tenuius quā follis ex panno ferè constans, nonnunquam etiam ex pelle. Alio nomine dicitur harpastū. Hæc ille, sed non rectè: constat enim hoc pilæ genus phenindā, φενίνδα, non sphenidam appellari. vide Cæliū Rhodig. *lib.* 20. *c.* 14.

‖ Sphenopōgon, σφηνοπώγων, cui cuneata barba est, vel quasi cuneo diffissa.

Sphincter, eris. Gl. σφιγκτήρ, strictorium à σφίγγω, stringo, presso, per synecd. est musculus quidam.

Sphīnx, gis, vel sphingos, σφίγξ, monstrum apud Thebas, cuius caput & manus puellæ, corpus canis, alæ auis, vox hominis, vngues leonis, cauda draconis similitudinem referebant. dicta est autem sphinx ἀπὸ τοῦ σφίγγειν, hoc est, à constringendo, vel vinciendo, quòd prætereuntes suis quæstionibus ita stringeret, vt se expedire non possent. Scribit Lactantius Papinianæ Thebaidos interpres. Sphinga monstrum fuisse, alas & vngues habens in similitudinem Harpyiarum, quod insidens scopulo viæ imminenti, insolubilia ænigmata transeuntibus proponebat: & quotquot dissoluere non poterant, vnguibus & alis interficiebat. Ænigma autem erat eiusmodi, Quodnam animal manè quadrupes, meridie bipes, vesperi tripes esset. Cuius ænigmatis nodum OEdipus ita dissoluit, vt hominem esse diceret, qui in infantia manibus & pedibus repens verius, quàm incedens, quadrupes est, factus vir, vt qui nullo alio quàm pedū adminiculo nititur, bipes: ingrauescentibus autem annis assumpto scipione, tripes. Quam solutionem illa tam ægrè tulit, vt se statim de saxo præcipitarit. Hinc sumpsit originem adagium in Terentiana Andria, Dauus sum, non OEdipus. Sed hæc fabulosa sunt. Constat enim cùm aliorum multorum, tum Alberti Magni testimonio, sphingem animal esse ex genere simiarum, insigne duabus in maxilla maculis nigricantibus, cauda coloris subnigri oblonga. Solin. Inter simias habentur & sphinges villosæ comis, mammis prominentibus, dociles ad feritatis obliuionem. De sphingibus sic Diodorus Sicul. *lib.* 4 Sphinges & apud Troglodytas, Æthiopésque nascuntur, forma haud ei dissimili qua pinguntur, sed paulò pinguiores. Naturam habent mansuetam, pluribus exercitiis, disciplinísque aptam. de his & Plin. *lib.* 8. *c.* 21.

Sphrāgis, idis, σφραγίς, species est optimæ rubricæ, teste Plin. *lib.* 36. *cap.* 6. quæ in Lemno insula effodiebatur: ita dicta quòd signata venderetur. σφραγίζειν enim Græci dicunt, quod nos signare. Quo autem in loco quibúsque cæremoniis hæc terra colligatur, docuimus suprà statim post dictionem LEMNOS. ¶ Est item sphragis, gemma viridis, & non translucens: ita dicta quòd optimè signet: vt apud eundem Plin *lib. vlt. cap.* 8.

Sphygmus, σφυγμός, est motus arteriæ, celeriùs, tardiúsve salientis, pro ratione dilatationis, & contractionis ipsius cordis Dictus σφυγμός ἀπὸ τοῦ σφύζειν, quo inter cætera significat salire.

Sphyræna σφύραινα Græcis animal marinum, quod Latinis sudis dicitur, vt ait Plin. *lib.* 32 *c.* 11. Sunt præterea à nullo autore nominati, sudis Latinè appellata, à Græcis sphyræna, rostro similis nomine, magnitudine inter amplissimos, rarus, sed tamen non degener, & pernæ concharum generis, circa Pontias insulas frequentissimæ. Stant velut suillo cruore longo in arena defixæ, hiantésque quà lampitudo est, pedali non minus spatio, cibum venantur. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim spissatos, intus pro spondylo grandis est caro.

SPĪCĂ, æ, in frumento dicitur totum illud quo granum continetur: cuius partes sunt glumæ & aristæ. { שבלת schibbóleth מלילה melilàh. στάχυς. ἄσταχυς. GAL. *Espic de blé.* ITAL. *Spica de biada.* GERM Ein äher. HISP. *Espiga.* ANGL. *The eare of corne.* } Cicer. 5. *de finib.* Ne seges quidem igitur spicis vberibus & crebris, si auenam vspiam videris. Dicta spica, quasi speca, à spe, vt inquit Varr. *de re rust. lib* 1. Nam quum fruges in spicam exit, spem præbet hominibus. Seruius, Spicam dictam putat à figura spiculi, quam refert, vbi primùm è folliculo erumpit. Tunc enim solùm propriè spicam dici arbitratur: sed hoc non esse vsquequaque verum, satis docet Varro *lib.* 1. *cap.* 48. quum granum spicæ partem facit: quod certè de spica iam primùm erumpente intelligi non potest, quæ quum nondum floruerit, granum habere non potest. Verba Varronis sunt hæc, Spica in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, aristam & etiam primitus spica quum oritur, vaginam. Ouid. 9 *Metam.*

——inerant lunaria fronti.
Cornua, cum spicis nitido flauentibus auro

Cererem in spicis intercipere. Idem 8. *Metam.* de Apro Calydonio,

Is modò crescentes segetes proculcat in herba:
Nunc matura metit fleturi vota coloni,
Et Cererem in spicis intercipit.

Quid sit Cererem in spicis intercipere, iam ipse exposuit, quum inquit, Matura vota coloni. Primò enim herbescit seges, vnde illud est, segetes proculcat in herba; & *in Epistolis* adhuc tua messis in herba est, Deinde verò vbi maturuit, in spica esse dicitur. ¶ Spicæ allij Ruell. *lib.* 1. *c.* 2. Cohærentes bulbi, in quos allij caput extumuit, qui seorsum consiti nouam creant sobolem, & nuclei, & spicæ Latinis autoribus appellantur. Colum. *lib.* 11. *c.* 3. Habet enim allium plures cohærentes spicas, cæque quum sint diuisæ, liratim seri debent. ¶ Antiquis etiam in vsu erat *spicus* masc. gen. & *spicum* neutro, quod & Nonius annotauit De neutro genere exemplum est apud Cicer. *in Arato*, Spicum illustre ferens insigni corpore virgo. Idem apud Varr. *de lege Mænia*, neque in bona segete nullum est spicum nequam, Neque in mala non aliquod bonum. De masculino genere citatur versus vetustus à Festo, sed sine autoris nomine: Quasi messor permessum vnumquemque spicum colligit ¶ Est & spica signum cæleste, oriens in virginis parte decima. Iul. Firmicus, Quicunque in ortu spicæ natus fuerit, erit ruralibus officiis semper applicatus, & multas fruges horreis condet. ¶ Spica musitica, quæ non habet aristam, quasi mutila. Aristæ enim quasi cornua sunt spicarum. Varro *de re rust. lib.* 1. *c.* 48. { GALL. *Espic sans barbe.* ITAL. *Spica con le reste, spica senza barba.* GERM. Ein glatt äher one spitzlin oder ägien. HISP. *Espiga macha sin raspas.* }

‖ Spica lilissa. Ouid.

Et souet accensis spica lilissa focis.

Et Propert. *lib.* 4.

Terque lauet nostras spica lilissa comas.

Obseruandum, spicam lilissam hîc esse balbum croci; quanquam pro croco ipso accipitur. ‖

Spīcĕŭs, a, um, quod ex spicis est. { σταχύϊνος. GALL. *D'espic, fait d'espic.* ITAL. *Di spica.* GERM. Auß äher gemacht/ährin. HISP. *Cosa de materia*

de espiga. ANGL. *Of the eares of corne.*} Tibullus,

Flaua ceres tibi sit nostro de rure corona

Spicea.

Messis spicea. Virgil. 1. *Georg.*

Spicea iam campis quum messis inhorruit, & quum

Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.

Ouid. 2. *Metam.*

Stabat nuda æstas, & spicea serta gerebat.

Spīcĭfer, a, um, quod fert spicas. {σταχυοφόρος. GALL. *Qui porte espics.* ITAL. *Che porta spiche.* GERM. Das äher tregt. HISP. *Que trahe espigas* ANGL. *That beareth or hath eares of corne.*} vt, Ceres spicifera à poëtis dicitur. Senec *Hercul. OEtæo*, Et spiciferæ concessa deæ Attica Mystas claudit Eleusis Mart. *lib.* 10.

Non Hybla, non me spicifer capit Nilus.

Spīcĭlēgium, Collectio spicarum, quæ à messoribus relinquuntur: & ipsum tempus quo spicæ leguntur. {σταχυολογία. GALL. *La glane qu'on amasse apres les moissonneurs, cueillette d'espics.* ITAL. *Spicolo, raccoglimento di spiche.* GERM. Die nachsamlung oder aufflåsung der äherso man verzettet hatt. HISP. *Obra de coger, ò cogimiento de espigas.* ANGL. *Gleaning of corne, gathering of eares, leasing of corne.*} Varro 1. *de re rust. c.* 53. Messe facta spicilegium venire oportet, aut domi legere stipulam. ¶ Hinc spicilegium facere dicuntur, qui messorum terga insequentes spicas ab iis præteritas colligunt. σταχυολογεῖν.

Spīco, as, Spicas emitto. {σταχυοφυέω. GAL. *Ietter hors les espics.* ITAL. *Spicare, mandar fuor le spiche.* GERM. Aeheregewünnen/ in äher schiessen. HISP. *Echar fuera las espigas.* ANG. *To lett out eares as corne.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 7. Grana in stipula crinito textu spicantur.

Spīcātus, a, um, nomen adiectiuum, quod habet spicas. {ἐσταχυωμένος, σταχυηρός. GAL. *Qui a des espics.* ITAL. *Che a spiche.* GERM. Das äher hat/ das schon in äher geschossen ist. HISP. *Cosa espigada.* ANGL. *That hath eares.*} Plin. *lib.* 21. Aliud rursum spicatarum genus herbarum. Et *lib.* 24. *c.* 15. Chamæcissos spicata est tritici modo, ramis quinis ferè foliosa. ¶ Spicatum, nobile vnguentum Romæ dici solitum Galenus prodidit, & fœminis, præsertim diuitibus, familiare. Idem & Nardinum dictum, vt refert Hermolaus *in Corolla.* Dictum spicatum, quòd ex spica nardi conficiatur, vt docet Marcellus interpres Dioscoridis.

Spĭcĭo, spicere, verbum est obsoletum, quo antiqui vtebantur pro Aspicere, seu intueri. {ראה *raáh* צפה *tsapháh* ὁρᾶν, θεᾶσθαι. GAL. *Voir, regarder.* ITAL. *Vedere, riguardare* GERM. Anschawen. HISP. *Ver, mirar.* ANGL. *To see, to beholde.*} quod & Festus annotauit, citans locum Plaut. *in Milit.* Flagitium est, si nihil mittetur, quod supercilio spicit.

Spĭcŭlum, i, Lancea breuis, seu (vt Vegetius ait) telum missile cuius ferrum est triangulum, vnciarum nouem, hastile pedum quinque & semissis. {רמח *romach.* λόγχη, ξυστός. GALL. *Vne iaueline, le fer d'vne lance ou dard, le piquant.* ITAL. *Dardo, punta.* GER. Ein glän/ schäfelin sechßhalb schuch lang mit einem dreieckceten eisen. HISP. *Lança, casquillo, ò hierro de lança.* ANGL. *A short speare or iaueline.*} Antiqui pilum neutro genere vocauerunt. Ad huius iactum exercebantur milites, ita vt arte & virtute directa, scutatos pedites, & loricatos equites sæpè transuerberarent. Quintil. Spiculum tuum in eius corpore inuentum, &c. Plaut. *in Casin.* Si non impetrauit, spicula etiam insortita sunt mihi. Cicer. *in Pison.* L. Crassus homo sapientissimus nostræ ciuitatis spiculis propè scrutatus est Alpes, vt vbi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quæreret. Virgil. 5. *Æneid.*

Gnossia bina dabo leuato lucida ferro

Spicula, cælatámque argento ferre bipennem.

Idem 7. *Æneid.*

Aut acres tendunt arcus aut lenta lacertis

Spicula contorquent: cursúque lacessunt.

¶ Accipitur & pro sagitta; חץ *chet.* Idem Virgil. 11. *Æneid.*

Spicula conuerso fugientia dirigit arcu.

¶ Aliquando sagittæ ferrum, seu cuspis ipsa, & aculeus, vt sunt spicula sagittarum, & aculei apum. Curtius, Alexander sagitta ictus est, quæ in medio crure reliquerat spiculum. Virg. 4. *Georg.*

——— de apibus, & spicula cæca relinquunt

Affixæ venis.

Dictum spiculum, à spicarum specie. Spicarum Solis, vide *Telum*,

Spīcŭlo, as, Cuspidem acuo. {ἀκονάω. GALL. *Faire aigu, faire la pointe à quelque chose.* ITAL. *Aguzzare la punta.* GERM. Spitzen oder wetzen. HISP. *Aguzar la punta.* ANGL. *To sharpe the poynt of any thing.*} Plin. *lib.* 11. Telum verò perfodiendo tergori quo spiculauit ingenio.

Spīcŭlātōres, dicti sunt satellites principum, à spiculis quæ gestant. {δορυφόρος. GAL. *Sergeans ou officiers portans iaueline, archers de la garde* ITAL. *Sbirri, Zaffe, satelli.* GER. Trabanten die schäfelin oder glän tragen/ wie die fürsten gäben. HISP. *Hombres armades que acompañan los principes.* ANGL. *Sergeants or officiers bearing short speares or iauelines.*} Cornel. Tacit. Dilapsis speculatoribus, cætera cohors non aspernata concionantem. Suet. *in Galba c.* 18. Descendentem (essedo Galbam sup.) Spiculator impulsu turbæ lancea propè vulnerauit.

Spicus, & Spicum, vide *Spica.*

Spīnă, æ, propriè est aculeus sentis, vel rubi quo pungitur. {חוח *choach* קוץ *kots* סלון *sillón* סיר *sir.* ἄκανθα. GALL. *Espine* ITAL. *Spino.* GERM. Ein dorn HISP. *Espina.* ANGL. *A thorne, to backbone, the sting of a bee.*} Virg. 5. *Eclog.*

Carduus & spinis surgit paliurus acutis.

Colum. *lib.* 11. *cap.* 3. Ea sint vastissimarum spinarum, maximéque rubi, & paliuri, & eius quam Græci vocat κυνόσβατον, nos sentem canis appellamus. ¶ Spinam facere dicitur asparagus, quum percreuit, & spinosus fit. Col. *lib.* 11 *c.* 3. Deinde quum spinam fecerit, collectus seminibus ipsis, scorpiones, ita vti sunt, in suo loco perurendi sunt. Spina etiam dicitur, vertebrarum in quocunque animali contextus inter se (quam & Græci ἄκανθαν nominant) qui est à collo ad extremum vsque os, quod sacrum dicitur: sic autem appellata est, quòd ipsæ vertebræ in suo contextu processus vtrinque ostendant spinis haud absimiles. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Spina lumbis ossea, sed tereti structura, per media foramina à cerebro medulla descendente. Eandem esse ei naturam quam cerebro colligunt: quoniam prætenui eius membrana modò incisa statim expiretur. ¶ Spina etiam pro aculeo, qualis serpentibus & hystricibus, & plerisque piscibus inest. Idem *lib.* 8. *c.* 35. Hystrices generat & Africa, spina contectas. ¶ Spinæ per translationem pro difficultatibus. Cic. 4. *Tusc.* Peripatetici autem ad placandos animos multa adferunt, spinas partiendi, & definiendi prætermittunt.

Spinula, parua spina.

Spinachia, herba blito, vel atriplici cognata; quia folia habet acuminata, ceu spinas: nonnullis spinacheum olus, aliis Hispanicum olus. Quidam τεῦτλολάχανον appellant. HISP. *Espinaca.* ITAL. *Spinaci.* GERM. Binetsch.

Spīnĕus, a, um, quod ex spinis factum est. {ἀκάνθινος. GALL. *D'espine, fait d'espines.* ITAL. *Di spine.* GERM. Dörnin. HISP. *Cosa de materia de espina.* ANGL. *Made of thornes.*} vt, Corona spinea, Vincula spinea. Ouid. 2. *Metam.*

——— baculúmque capit quem spinea tortum

Vincula cingebant.

Spīnōsus, a, um, Spinis abundans. {ἀκανθώδης. GALL. *Espineux, plein d'espines.* ITAL. *Spinose, pieno di spine.* GERM. Dornechtig/ voll dornen. HISP. *Lleno de espinas.* ANGL. *Thornie or full of thornes.*} Varro *lib.* 2. *de re rustic. c.* 3. Quod vsu venit his quod inter se cornibus pugnant, atque in spinosis locis pascuntur. ¶ Spinosa oratio, per translationem, pro dura & aspera. Cic. 1. *de Orator.* Sed hæc erat spinosa quædam & exilis oratio, longéque à nostris sensibus abhorrebat.

Spīnētum, Locus spinis abundans. {ἀκανθεών. *Vne espinaye, lieu planté d'espines.* ITAL. *Luogo piantato di spine.* GERM. Ein dörn gesteud/ ein ort an den vil dörn stehnd. HISP. *Espinal, lugar de espinas.* ANGL. *A thornie place.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 74. Asinus spinetis se scabendi causa atterens, nidos ægithi dissipat. Virg. 2. *Eclog.*

Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.

Spīnĭfer, adiect. {ὁ & ἡ ἀκανθοφόρος. GALL. *Portant espines.* ITAL. *Che porta ò produce spine.* GERM. Das dörne tregt. HISP. *Cosa que tiene ò trahe espinas.* ANG. *That beareth thornes.*} Cic. *in Arato.*

Quod superest gelido delapsum flumine fontis

Spiniferum subter caudam pistricis adhæsit.

Spineticum, vnum ex Padi ostiis: quo Claudius Cæsar è Britannia triumphans, prægrandi illa domo verius, quàm naui intrauit Adriam, à Spina vrbe nomen habens, quam conditam volunt à Diomede. Vide Plinium *lib.* 3. *cap.* 16.

Spīnthărus, σπίνθαρος, Nobilis architectus Corinthius, qui Delphicum templum ædificauit. Autor Pausanias.

SPĪNTER, siue Spinther cum aspiratione, Armillæ genus erat, teste Festo, quo mulieres vtebantur in summo brachio sinistro. {אצעדה *etsadháh* צמיד *tsamid.* βραχιονιστήρ. GALL *Vn brasselet, ou boucle, ou agraphe.* ITAL. *Fibbia, armilla, maniglia.* GER. Ein weibisch armgezierd/ vorspang des armes/ vorhaffte HISP. *Heuilla ò candado, manillo ò manija.* ANG. *A boucle, a claspe, a bracelet.*} Plaut. *Menæchmis*, Iubeas spinter nouum reconcinnarier. Idem *ibid. sc.* 3. *a.* 3. Scin quòd hoc sit spinther? nescio nisi aureum, quod surripuisse te aiebas vxori ex armario. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Spinther ad aurificem ferres vt fieret nouum. Idem *ibid. sc.* 9. *a.* 5. Pallam & spinther abstulerim, &c.

Spīntrĭæ, dicti sunt repertores monstrosæ libidinis, nouíque concubitus. Suet. *in Tiber. c.* 43. Monstrosíque concubitus repertores, quos spintrias appellabant. eorum etiam meminit idem Suet. *in Calig. c.* 16. Qui sint, vide apud eruditissimum Adrianum Turneb. *cap.* 1. *lib.* 5. *Aduers.* Aliis Spintria, est qui muliebria patitur, séque aliis abutendum præbet, ὁ πεπορνευμένος Dioni, i. prostitutus, stuprum passus. Suet. *in Vitellio*, Et ipse perpetuò spintriæ cognomine notatus. Tacitus, Túncque primum ignota antè vocabula reperta, sellariorum & spintriarum, ex fœditate loci & multiplici patientia.

Spīntŭrnix, icis, Inauspicata auis, quæ & incendiaria dicitur, σπινθαρίς. Plin. *lib.* 10. *c.* 13. Inauspicata est, incendiaria auis, & propter quam sæpenumero lustratam vrbem in Annalibus inuenimus, L. Crasso, C. Mario coss. quo anno & bubone viso lustrata est. Quæ sit auis ea, nec reperitur, nec traditur. Quidam ita interpretantur. Incendiariam esse quæcunque apparuerit carbonem ferens ex aris & altaribus. Alij spinturnicem eam vocant.

Spīnus, Agrestium prunorum arbor, quòd spinis referta sit. {קוץ *koths* סיר *sir.* κοκκυμηλέα ἀγρία, ἀγρία πρύμνη. GALL. *Prunelier, prunier sauuage.* ITAL. *Susinaro, saluatico pruno.* GERM. Wilderpflaumbaum/ schlehendorn. HISP *Ciruelo montes.* ANG. *A wild plumme tree as of sloes bullesses, &c.*} Virg. 4. *Georg*

Edurámque pyrum, & spinos iam pruna ferentes.

¶ Dicitur etiam, Hæc spinu indeclinabiliter. Varr. In Asia silax ex spinu alba præfertur, quod purgationis causa adhibetur. Sosipater *lib.* 1.

‖ Spinus, σπίνος, auis parua & canora, similis passeri, sed diuersa. ‖

Spīō, σπειώ, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, sic appellata à speluncis maris, in quibus Nymphæ habitare dicuntur. σπέος enim spelunca est. Virg. *Æneid.*

Niséque, Spióque, Thaliáque, Cimodocéque, &c.

SPĪŌNĬA, quæ & spinea, vitis Rauennati agro peculiaris æstum, imbres, & nebulas facilè ferens, quæ & spinea quibusdam dicitur. Colum *lib.* 3. *c.* 2. At spionia dapsilis musto, & amplitudine magis vuarum, quàm numero fertilis. Vide Plin. *lib.* 14. *cap.* 2.

Spīōnĭcus, a, um, adiect. vt, Spionicus gustus, id est, gustus vuæ spioniæ. Colum. *lib.* 3. *c.* 21. Iam & illud magnæ dotis est, posse gustum cuiusque generi, non mistum, sed verè merum condere, ac separatim reponere, siue est ille bituricus, seu basilicus, seu spionicus.

Spīrābĭlis, Spiraculum, vide *Spiro.*

Spiræ, arum. {σπεῖραι. GALL. *Collier.* ITAL. *Collana del collo.* GERM. Vnuollkomne circkel so sich selbs nit beschliessen / als die schnür sind so die knaben vmb die köpff winden. HISP. *Cadena que se hecha al cuello.* ANGL. *The round turning of a cable, abande or lace wherewith a hatt is made fast vnder a mans chinne, the base of a pilleur.*} Sunt reuolutiones, siue circuli, qui in seipsos non recurrunt: vnde in matronarum ornamentis spiræ dicuntur quidam quasi circuli caput aliquoties ambientes. Plin. *lib.* 9. *c.* 35. Lolliam Paulinam, quæ fuit Caij principis matrona, nec seriò quidem, aut solenni cæremoniarum aliquo apparatu, sed

sed mediocrium etiam sponsalium cœna, vidi smaragdis, margaritísque operam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus, digitísque. ¶ In serpentibus quoque spiræ dicuntur, quum in orbem contracti quosdam quasi circulos imitantur. { GALL. *Pliement en rond, comme celuy qui fait vn chable ou vn serpent entortillé.* ITAL. *Piegamento intorno che fa vn serpente.* GER. Die schlangen geringel. HISP. *Rosca como de culebra.* } Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Nec rapit immensos orbes per humum, neque tanto
Squammeus in spiram tractu se colligit anguis.

Et *lib.* 2. *Æneid.*

——spirísque ligant ingentibus, & iam
Bis medium amplexi.

¶ Funes item nautici in orbem conuoluti, propriè spiræ dicuntur. ¶ Item Spira dicitur funiculus qui à pileo ad fauces extenditur, & sub mento alligatur. Iuuen. *Sat.* 8.

——de faucibus aurea quum se
Porrigat, & longo iactetur spira galero.

¶ Basis item columnæ vnius tori aut duorum spira dicitur. Plin. *lib.* 36. *c.* 33. In Ephesiæ Dianæ æde primùm columnis spiræ subditæ, & capitella addita. ¶ Item Spira genus operis pistorij, vt ait Festus. Cato, Spiram sic facito, quantum voles pro ratione, ita vti placenta fit, eadem omnia facito, &c. ¶ Ennius etiam spiram hominum multitudinem vocauit. Festus.

‖ Spiræa, frutex quidam Theophr.

Spira Nemetum, *Speier*, V. E. Germaniæ, sub A. Moguntino. ‖

Spirillum, capræ barba. Fest.

SPĪRO, ras, Spiritum duco, animam emitto & attraho { נפח *naphách* שאף *scháp* נשב *naschāb.* πνέω. GALL. *Halener, ietter hors son vent, souffler.* ITAL. *Spirare, mandar fuora il flato, esalare.* GER. Athmen. HISP. *Espirar ò respirar, echar à fuera el soplo.* ANGL. *To breath, to blowe.* } Plin. Hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent. Idem *lib.* 9 *c.* 7. Spirant autem confessione omnium & paucissima alia in mari. ¶ Spirare interdum ponitur pro flare: vt, Valentiùs spirat Eurus, id est, flat. Ouid. 11. *Metam.*

Quum mare sub noctem tumidis albescere cœpit
Fluctibus, & praceps spirare valentiùs Eurus, &c.

Clementiùs spirant Austri. Stat. 2. *Syl.* ¶ Aliquando Spirare, est odorem aliquem emittere, siue exhalare: & sic construitur cum accusatiuo. Virg. 1. *Æneid.*

Ambrosiaque comæ diuinum à vertice odorem
Spirauere.

Colum. *lib.* 1. Reliquísque immunditiis tetrum odorem spirantibus. Exta spirantia, hoc est, Palpitantia. Virg. 4. *Æneid.*

——Spirantia consulit exta.

Spirantia signa, hoc est, tam artificiosè facta, vt viuere, atque adeò spirare videantur. Idem 3. *Georg.*

Stabunt & Parij lapides spirantia signa.

Huius verbi composita sunt, Aspiro, Conspiro, Expiro, Interspiro, Prospiro, Respiro & Suspiro. Gellius *cap.* 5. *lib.* 7. Veris & spirantibus lamentis.

Spīrĭtŭs, Halitus, & anima. { רוח *ruách* נשמה *neschamáh.* πνοή, πνεῦμα. GALL. *Haleine, vent, esprit, ame, souffle.* ITAL. *Spirito, animo, fiato.* GERM. Der athem. HISP. *Espirito, soplo.* ANG. *The breath, the soule or blowing.* } Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Nam si morte carens volat altus in auras Spiritus *Ibid Eleg.* 3. *lib.* 4. Spiritus hic per te patrias exisset in auras. Cicer. 1. *de natura deorum.* Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potione, spiritu. Idem *de senectute,* Quorũ vsque ad extremum spiritum prouecta est prudentia. Impedire spiritum, i. respirationem, Cels. *lib.* 6. *cap.* 9. Quòd si tanta est inflammatio vt spiritum impediat. ¶ Spiritus pro aëre Idem Cels. *lib.* 7. *cap.* 16. de euolutis intestinis loquens Momento enim alienantur externo & insueto spiritu circundata. ¶ Spiritus pro vita. Auferre spiritum sine sensu doloris. Idem *in Verr.* ¶ Accipitur aliquando, Spiritus pro vento. Virg. 12. *Æneid.*

Ac veluti Edoni Boreæ, quum spiritus alto
Insonat Ægeo.

Quintil. Validior spiritus nostos sinus tendat. (id est, ventus.) Plaut. *Amph.* Ex spiritu & anhelitu nebula constat. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Cuius tu legiones difflauisti spiritu. (id est, flatu.) ¶ Pro respirandi facultate, Senec. *cap.* 1. *de consol. ad Marciam.* Vt verò aliquem spiritum mutatio temporum dedit, ingenium patris tui in vsum hominum reduxisti, &c. ¶ Pro memoria. Quintil. Hoc veluti spiritu cæteræ partes dicendi continentur. ¶ Pro aëre, Circunfusus nobis Spiritus volucribus conuenit. ¶ Pro animo siue affectu, Quint. Maiore spiritu loquendum de rebus diuinis. Item, Nisi ea maiore oratoris spiritu impleantur. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Sic vbi mota calent sacro mea pectora thyrso,
Altior humano spiritus ille malo est.

¶ Pro vita, atque anima. Velleius, Spiritu priuare aliquem. Idem, Spiritum reddere. ¶ Item, Spiritum suspendere, (legendo sup.) Quintil. *cap.* 14. *lib.* 1. ¶ Pro sono, Quint. *cap.* 11. *lib.* 1. Grauiorem spiritum reddunt tibiæ, &c. ¶ Nonnunquam etiam pro animi elatione Cicer. *pro Silla,* Res enim gestæ credo meæ, me nimis extulerunt, ac mihi nescio quos spiritus attulerunt. Cæs. *lib.* 3. *belli ciuilis,* His rebus tantum fiduciæ ac spiritus Pompeianis accessit, vt non de ratione belli cogitarent, sed vicisse iam sibi viderentur. ¶ Spiritus pro odore, apud Lucr. *lib.* 3. Bacchi quum flos euanuit, aut quum Spiritus vnguenti suaues, diffugit in auras.

Spīrĭtŭālĭs, e, & per syncopem spiritalis, & le, quod halitum emittit. πνευματικός. GALL. *Spirituel* ITAL. *Spirituale.* GERM. Das den athem oder blahst fasset. HISP. *Cosa espiritual.* ANGL. *Siritutell.* } Vnde Spirituales auras dicimus, id est, vitales: & Spiritalem fistulam, pro aspera arteria.

Spīrābĭlĭs, e, Vitalis, quo, spiramus & viuimus. { ἀναπνευστός. GALL. *Dequoy nous halenons qui cause qu'on iette vent* ITAL. *Spiraglio, col quale respiramo.* GERM. Athmig/dadurch wir leben vnd athmen. HISP. *Cosa que espira, y con ella espiramos.* ANGL. *wherby we breath and liue.* } Virg. 2. *Æneid.*—per sidera testor, Per superos, atque hoc cæli spirabile lumen. Spirabilis animus. Cicer. 2. *de nat. deor.* Quin & humorem, & calorem, qui est fusus in corpore, & terrenam ipsam viscerum soliditatem, animum denique ipsum spirabilem, si quis quærat, vnde habemus, apparet: quòd aliud à terra sumpsimus, aliud ab humore, aliud ab igne, aliud ab aëre eo, quem spiritum dicimus,

Spīrāmĕn, inis, per quod exit spiritus. { מפּח *mappách.* φυσητής. GALL. *Respirement, souspiral, trou par où sort l'air ou la fumee.* ITAL. *Spiramento, spiraglio.* GER. Ein lufftloch/gang deß athems. HISP. *Espiradero.* ANG. *An issue or hole of breathing.* } vt Naris spiramina Lucr. *lib.* 2.

Hic aures, alius spiramina naris adunca.

Stat. 12 *Theb.*

——reficit spiramina fessi
Ignis.

Spīrāmĕntum, i, est per quod exit spiritus. { מפּח *mappách.* φυσητήριον. GALL. *Souspiral.* ITAL. *Spiramento.* GERM. Ein lufftloch/athemloch HISP. *espiradero.* ANGL. *The passage of the breath.* } Virg. *lib.* 4. *Georg.*

Nequicquam in tectis ceriatim tenuia cera
Spiramenta linunt.

¶ Spiramenta pro poris. Plin. *lib.* 31. *cap.* 6. Spiramentum cauernæ. Iustinus, Vbi acrior per spiramenta cauernarum ventus incubuit. Virg. 1. *Georg.*

Seu plures calor ille vias & cæca relaxat
Spiramenta.

Spiramentum, pro interuallo & spatio temporis. Tacit. *in vita Agricolæ,* Quo Domitianus non iam per interualla ac spiramenta temporum, sed con inuò, & velut vno ictu Rempub. exhausit.

Spīrācŭlŭm, li, per quod odor, aerve expiratur, aut exhalat { נפח *napp'ách.* φυσοσύριγξ. GALL *Souspiral respirement.* ITAL. *Spiragli.* GER. Ein lufftloch/dampffloch/windloch. HISP *Respiradero.* ANGL. *A breathing hole or issue of the breath.* } Virg. 7 *Æneid.*

Hic specus horrendum & sæui spiracula Ditis
Monstrantur.

id est, aditus, ait Seruius. Plin. *lib.* 2. *c.* 93. Vt in Sinuessano agro & Puteolano sunt, quæ spiracula vocant, mortiferum spiritum exhalantes.

Spīrarchus, σπειράρχης, quasi primipilaris, aut cohortis præfectus. Nam σπεῖρα inter cætera cohortem significat.

Spīrĭllum, Antiqui dicebant barbam capræ. Festus ex sententia Opilij Aurelij.

‖ Spiriolus, animal quadrupes. Gesn. ‖

SPĪSSVS, a, um, Densus, compactus. ⚹ Rarus. { עב *ḥáb.* πυκνός. GALL. *Espois, massif.* ITAL. *Spesso, massiccio.* GERM. Dick. HISP. *Espesso, maciço.* ANGL. *Thick, hard closed together.* } Virgil. 2. *Georg.*

——scrobibus superabit terra repletis Spissus ager.

Ouid. 1. *Metam.*

Et liquidum spisso secreuit ab aëre cælum.

Idem *lib.* 2. *Amor. Eleg.* 23.

Aut caderet spissa nube retentus equus.

Plin. *lib.* 12. *cap.* 24. Aspalathi probatio est in colore rufo, vel igneo, tactúque spisso. ¶ Quandoque significat tardum. { מאחר *meacher.* } Plaut. *in Cistell.* Spissum, hoc est, amanti dicere, Veniet. Cicer. *ad Attic. lib.* 10. Sed hoc quoque timidè scribo: ita omnia adhuc tarda, & spissa. Idem *ad Q. Frat. lib.* 1. Scribebam illa quæ dixerat πολιτικὰ, spissum sane opus & operosum ¶ Hinc etiam Spissiùs legimus pro tardiùs. Varr. *de Mysteriis,* vt citat Nonius, Nascimur enim spissius quàm emorimur. Vix duo homines decem mensibus edolatum vnum reddunt puerum: contrà vna pestilentia totas acies puncto temporis immanes aceruos facit. ¶ A Spissus fiunt Spissior & Spississimus, hoc est, densior, & densissimus. Plin. *lib.* 11. *c.* 21. E diuerso Arabica glans viridis ac tenuior: & quoniam montosa sit, spissior. Idem *lib.* 16. *cap.* 40. Spississima ex omni materia, ideo & grauissima iudicatur ebenus.

Spīssē, aduerb. Densè, siue ad multam spissitudinem. { συχνῶς, πυκνῶς. GALL. *Espoissement, ferréement.* ITAL. *Spessamente, strettamente.* GERM. Dick/Dick auffeinander. HISP. *Espessamente.* ANGL. *Thickle and closely together.* } Plin. *lib.* 36. *c.* 25. Deinde spissè calcatis carbonibus inducitur, sabulo, calce ac fauilla mistis. Cicer. *de clar. Orat.* Quandiu in eorum enumeratione versamur, quum tamen spissè atque vix, vt dudum ad Demosthenem & Hyperidem, si nunc ad Antonium Crassúmque peruenimus.

Spīsso, as, Spissum facio, denso, condenso. { עבה *ḥibbáh.* πυκνόω, πήγνυμι. GALL. *Faire ou rendre espois, reserrer & restraindre.* ITAL. *Spessare.* GER. Dick machen. HISP. *Espessar lo rado ò liquido.* ANGL. *To thicken or make thick.* } Plin *lib.* 15. *c.* 41. Omne lac igne spissatur. Spissari in panem farinæ modo. Idem *lib.* 13. *c.* 4. Dentes pectinatim spissati, Idem *lib.* 31. *c.* 11. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim spissatos Ouid. *lib.* 15. *Metam.*

Ignis enim densum spissatus in aëre transit.

Nubes spissatæ Lucan. *lib.* 4.

Spissatæque fluunt, nec seruant flumina flammas.

¶ Huius composita sunt, Inspisso, & Conspisso, quorum significata vide suis locis.

Spīsēsco is, ere, Spissum fieri. { עבה *ḥabáh.* πυκνοῦσθαι, πήγνυσθαι. GALL *S'espessir, deuenir espois.* ITAL. *Impessirsi.* GERM. Dick werden. HISP. *Espessarse.* ANG. *To waxe thick.* } Celsus *lib.* 5. de Curatione aduersùs ictum aspidis, Eadem ergo vi verisimile est spissescentem quoque intus humorem hominis ab eo discuti, & sic dari sanitatem Lucr. *lib.* 6.

Fecit vt ante cauam docui spissescere nubem.

Spissamentum, illud quo quis spissatur atque obturatur, obturamentum Scribonius Largus, Sed antè diligēter & spissè obturatum: atque vbi se congelauerit adeps, extrahendum erit spissamentum. Colum. *lib.* 12. *c.* 46. Spissamentóque cumilæ imposito contectum vas pelliculetur. Senec. *ep.* 32. Firmiori spissamento opus est quàm vsum in sociis Vlyssem ferunt. ¶ Etiam spissamenta vocantur quæ à Græcis σύμματα, de quibus copiosè in Græco lexico Constantini.

Spīssĭgrădŭs, qui tardo passuum motu in ambulando vtitur. βραδύπους. Antiqui enim spissum dicebant pro tardo, vt paulò pòst latiùs docebimus suo loco. ¶ Hinc spissigradior & spissigradissimus. Plaut. *in Pœn.* homines spissigradissimos Tardiores multò quàm corbitæ sunt in tranquillo mari.

Spissitas, atis, Spissitudo, densitas. { עבי *tabi* מעברה *ma'abéh*. πυκνότης. Gall. *Epoissisure*. Ital. *Spessezza*. Ger. Dicke. Hisp. *Espessura*. Angl. *Thicknesse*.} Plin. *lib.28.c.30*. Quoniam spissitate sua concalescit.

Spissitudo, idem quod spissitas. { πυκνότης. Angl. *Thicknesse*.} Senec. *quæst. nat. lib.8.c.3*. Est autem nubes spissitudo aëris crassi.

Spithama. { σπιθαμή. Angl. *A spanne*.} Palmus, constans ex duodecim digitis, quem Latini dodrantem appellant, Plin. *lib.7.cap.2* Supra hos extrema in parte montium spithamæi Pygmæi narrantur, ternas spithama longitudine, hoc est, ternos dodrantes non excedentes. Spithama vitæ, prouerbialiter dicitur modus vitæ pusillus. Quæ prouerbialis figura mutuo sumpta est à rerum mensoribus: apud quos Spithama seu palmus, digitos duodecim continet, quantum fermè longissimo digitorum porrectu complecti licet. Erasm.

Splen, is. m.g. { σπλήν. Gall. *La rate*. Ital. *Milza*. Ger. Der miltz Hisp. *El baço*. Angl. *The milte*.} Viscus est in sinistra animalis parte situm, succo crassos & melancholicos in hepate genitos ad se attrahens, quorum parte subtilissima quum se aluerit, quod superest proprio quodam meatu ad ventriculum remittit. Latini lienem appellant. Celsus *lib.4*. Splen in sinistra parte est intestino innexus, natura mollis & rarus, longitudinis & crassitudinis modicæ. Plin *lib. 8.cap.23*. Sanguis in corde, & circa oculos tantùm viscera sine splene. Pers. *Sat. 1*.

Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno.

‖ ¶ Splen item, quod spleni simile: vt plagula, pannus & puluinus qui fracturis imponitur splenis figura; & alia quoque.‖

Splenĕticus, adiectiuum. { σπληνητικός. Gall. *Qui a mal en la rate*. Ital. *Chi ha male di milza*. Germ. Miltzensuchtig. Hisp. *Dolenite del baço*. Angl. *That hath a disease in the milte*.} Id est, lienosus, cui post inflammationem lien in pristinum non restituitur habitum, sed tumor permanet, ac durities. Plin. *lib.20.cap 9*. Item spleneticis in vino albo per dies 40.

Splenicus, a, um, σπληνικός, ἡ, όν, ad splenem pertinens.

Splenium, ij. { σπλήνιον. Gall. *Emplastre qu'on applicque sur vne playe*. Ital. *Impiastro da vna piaga*. Germ. Ein lang pflaster oder züglin wie ein miltz. Hisp. *Emplastro para llaga*. Ang. *A plaister layed to a wound*.} Emplastri genus oblongum, quod ferè fronti ad sedandos capitis dolores solet adhiberi, quanquam & aliis partibus interdum accommodetur, nomen habens ab oblonga splenis figura Martial.

Splenia tolle leges.

Plin. *lib.29. cap. 29*. de oculis cruore suffusis loquens, Superimponi oportet splenium è melle decoctum. ‖ ¶ Splenium, etiam herba asplenum, quæ Nicolao Nyrepso σπληνοδάπανον, quia splenem δαπανᾷ, i.e. consumit.‖

Splēniātus, a, um. Splenio obuolutus. { σπληνωτός. Gal. *Qui a vn emplastre*. Ital. *Chi ha vn impiastro*. Ger Mit züglinen bekleibet. Hisp. *Que tiene emplastro*. Angl. *That hath a plaister*.} Mart. *lib.10*.

Cur spleniato sæpe prodeam mento,
Albáve pictus sana labra cerussa,
Philani quæris, basiare te nolo.

Splendeo, es, ui, Luceo. { נגה *nagháh* הופיע *hophiáh* צח *tsách*. λάμπω. Gall. *Reluire, resplendir*. Ital. *Resplendere, rilucere*. Germ. Scheinen/glantzen. Hisp. *Resplandecer*. Anc. *To glister, glitter or shine*.} Martial. *lib.4*.

Et faciens multo splendeat alta pilo.

Virg 7. *Æneid.*

——Splendet tremulo sub lumine pontus.

Cicer. *pro Sext.* Quid denique virtus valeret, quæ in tempestate sæua quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atque hæret in patria, splendétque per se semper, neque alienis vnquam sordibus obsolescit? Senec. *cap.15.de tranquill.* Iam splendet per turpitudinem ambitio.

Splendesco, scis, Splendidus fio, nitorem acquiro. { נגה *nagháh* הופיע *hophiáh* צח *tsach*. λαμπρύνομαι. Gal. *Commencer à resplendir & reluire*. Ital. *Cominciare à risplendere*. Ger. Scheinend oder glantzend werden/ ein glantz gewünnen. Hisp. *Commençar à resplandecer*. Angl. *To waxe glistring or shyning*.} Apuleius, Quum iam aurora splendesceret. Mart. *lib.8*.

Defluat, & lento splendescat turbida limo
Amphora centeno Consule facta minor.

Cicer. *in Parad.* Nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur. Idem *de senect.* Omnino canorum illud in voce, splendescit etiam nescio quo pacto in senectute.

‖ Splendidare, polire. Apul.‖

Splendor, is, Lux, nitor, claritas { נגה *nógah* יפעה *iiptáh*. αὐγή, λαμπρότης. Gal. *Resplendissement, lueur, clarté* Ital. *Splendore luce*. Ger. Ein schein/glantz. Hisp. *Resplendor*. Angl. *Light, brightnes, glistering*.} Plaut. *in Merc.* Cælum vt splendore est plenum, nónne ex aduerso vides. Idem *Asin. sc.4.a.2*. Dare in splendorem bullas foribus. Idem *Aul. sc.1.a.4*. Nec rediget in splendorem compedes. Idem *Milit. sc.1.a.1*. Vt splendor sit clypeo clarior, quàm Solis radij. Horat. *1.Serm. Sat.4*.

Hunc capit argenti splendor, stupet albius ære.

¶ Per translationem ponitur pro decore, dignitate, gloria. δόξα Vnde splendor nominis, splendor familiæ, splendor virtutum: hoc est, Claritas. Cicer. *pro Pompeio* Nunc imperij nostri splendor illis gentibus lucet. Idem *pro Cluent.* Honesti homines & summo splendore præditi.

Splendidus, a, um, Clarus, lucidus, nitidus, mangnificus, lautus, { נגה *noghiah* צח *tsach* מופיע *mophiáh*. λαμπρός. Gall. *Clair & reluisant, resplendissant*. Ital. *Splendido, risplendente*. Ger. Scheinend/ gleissend oder glitzerend. Hisp. *Resplandeciente*. Angl. *That shyneth or glittereth*.} Cicero *in Parad.* Reuiuiscat M. Curius, eorum aliquis, quorum in villa ac domo nihil splendidum, nihil ornatum fuit, præter ipsos. Virg. *1. Æneid.*

At domus interior regali splendida luxu.

Horat. *lib.3. Carm. Ode 13.*

O fons Blandusiæ splendidior vitro,
Dulci digne mero.

Tibul. *lib.4.*

Splendidior liquidis cum Sol caput extulit vndis.

Cicer. *1. Offic.* In maximis animis, splendidissimísque ingeniis plerunque existunt honoris, imperij, potentiæ, gloriæ cupiditates. Splendidus homo, id est, magnificus, diues, lautus, liberalis: cui opponitur sordidus. Idem *1. de fin.* C. Plotius Eques Romanus splendidus.

Splendidè, aduerb. Lautè, magnificè. { λαμπρῶς. Gall. *Illustrement, magnifiquement*. Ital. *Splendidamente, magnificamente*. Germ. Scheinbarlich/ herrlich. Hisp. *Resplandecientemente, magnificamente*. Angl. *Clearlio, brightlie*.} Cicer. *3. Tusc.* Et acta ætas honestè ac splendidè, tantam adfert consolationem, vt eos qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleuiter tangat animi dolor.

Splenĕticus, Splenium, vide *Splen.*

Splendidissimè, λαμπρότατα. Suet. *in Vespasiano*, Vitellij hostis sui filiam splendidissimè maritauit.

Spodium, σπόδιον, recrementum metallorum vstorum; quasi cinerula. est enim vt cinis.

Spodos, siue Spodium, σποδός, σπόδιον, Cineris genus est quod ex fornacibus ærariis sursum æuolat, atque inde recidit in pauimentum. Nam quod testudini fornacis adhæret, pompholyx dicitur. Vide Galenum *lib.9. simpl.*

Spoletium, ij, σπολήτιον, ciuitas in Vmbria, etiam hodie nomen retinens.

Spoletinus, a, um, σπολητῖνος, vt ab Aretio Aretinus: vt, P. Cominius Spoletinus, apud Cic. *de clar. Orat.* Martial *lib.13.*

De Spoletinis, quæ sunt cariosa lagenis,
Malueris, quàm si vina Falerna bibas.

Spolium, ij, quicquid hostibus detrahitur, vt ait Seruius. { שלל *schalál* מלקוח *malkóach* בז *baz* בזה *bizzáh*. σκῦλον. Gall. *Despoüille, pillage, butin*. Ital. *Bottini, spoglie d'inimici*. Germ. Ein raub/ beut Hisp. *Despojo de los enemigos, presa, ò robo*. Angl. *Spoile, bootie*.} Virgilius 8. *Æneid.*

——— nam maximus vltor
Tergemini nece Geryonis, spoliísque superbus
Alcides aderat.

Ouid. *Eleg 5. lib.1. Trist.*

Tu facis vt spolium non sim, nec nuder ab illis.

Plaut. *Amphitr.* Regem mactaui Pterelam, spolia ademi. Ouid. *13. Metam.*

Virtutis honor spoliis quæratur in istis.

Spolia opima, quæ dux duci detrahit: qualia fuerunt ea, quæ primus omnium Ioui Feretrio obtulit Romulus, rege Cecinensium manibus suis in acie occiso: vt est videre apud Liuium *lib. 1. ab Vrbe.*

Spolio, as, Exuo, nudo, orbo, priuo, spolia detraho. { שלל *schalál* נצל *nitstsél* בזז *bazáz*. σκυλεύω. Gall. *Despoüiller, piller, détrousser*. Ital. *Spogliare*. Germ. Berauben/ausziehen. Hisp. *Despojar*. Angl. *To spoile or robb*.} Liu. *lib. 1. ab Vrbe.* Exercitum fundit fugátque, fusum persequitur, regem in prælio obtruncat, & spoliat. Cicer. *6. Ver.* Apollonium omni argento spoliasti, & depeculatus es. Terent. *in Hecyr.* Quin spolies, mutiles, laceres. Virg. *5. Æneid.*

Pars spoliant aras.

Lucan. *lib. 3.*

——tristi spoliantur templa rapina.

Ouid. *13. Metam.*

Cur spolieris erit, non cur metuaris ab hoste.

Cicer. *5. Verr.* Nesciebas ab eo Cn. Carbonem Consulem cuius re vera Quæstor fuit, non modò relictum, sed etiam spoliatum auxiliis, pecunia nefariè oppugnatum, & proditum? Idem *pro Quint.* Necesse est, iste qui amicum, socium, affinem, fama & fortunis spoliare conatus est, vanum se, & perfidiosum, & impium esse fateatur. Metaphoricè Plaut. *Pseud. sc.1.a.2.* Facilè vt vincam, facilè vt spoliem meos perduelles ¶ Huius composita sunt Despolio, Dispolio, de quibus suis locis.

Spolior, inquit Nonius, Antiqui dicebant pro spolio: vnde Despolior, & Expolior in actiua significatione leguntur. Afranius, Quos impunè depopulatur & despoliatur dedecus. Quadrigarius, Agrum Campanum expoliabatur. ¶ Spoliatus, a, um, Velleius, Vita ei concessa, spoliata dignitas.

Spoliatio, nis, verbale, Spoliorum detractio, depopulatio. { שלל *schalál* בזה *bizzáh* σκύλευσις. Gall. *Pillerie, despoüillement*. Ital. *Spoliamento*. Germ. Beraubung/aussziehung *Despojamiento, obra de despojar*. Ang. *A spoiling or robbing*.} Cicer. *4. Verr.* Quum in legatione oppidorum, fanorúmque spoliationes cogitaret.

Spoliator, is, verbale, qui alterum spoliat. { שלל *scholél* בוז *bozéz*. λαφυραγωγός. Gal. *Pilleur, volleur*. Ital. *Spogliatore*. Germ. Ein rauber/der einen ansszeucht vnd im das sein nempt. Hisp. *Despojador*. Ang. *He that spoileth or robbeth*.} Cicer. *6. Verr.* Neque solùm spoliata illa patiête, sed etiam spoliatorem vexatoremque eorum defendes?

Spoliarium ij, propriè locus ante balneum, quo loturi sese spoliabant, hoc est, exuebant. { ἀποδυτήριον. Gall. *Le lieu où on se despoüille és bains*. Ital. *Luogo doue si spoglia ne bagni*. Germ. Ein ort in einem badhauss in welchem man sich aussgeucht vnd geplünderet witt. Hisp. *Lugar donde le douiste a le bañn*. Ang. *A place where mē be robbed and spoiled*.} Accipitur tamen & pro quouis alio loco, in quo quis vestibus pecunia, aliáve re à latronibus exuitur. Plin. *in Pan.* Quàm iuuat cernere ærarium silens & quietum, & quale ante delatores erat: nunc templum illud, nunc verè Deus, non spoliarium ciuium, creaturarúmque prædarum sæuum receptaculum.

Spoliatrix, { שוללת *scholéleth* בוזזת *bozézeth*. ἡ σκυλεύουσα, ἡ συλῶσα. Gal. *Celle qui pille & despoüille*. Ital. *Donna che spolia*. Germ. Berauberin/oder reuberin. Hisp. *Despojadora*. Ang. *She that robbeth or sporteth*.} Martial. *lib. 1.* Sic spoliatricem commendat Faustus amicam.

Sponda, æ Latus lectorum sponda sunt tabulæ, quæ vtrinque lectum sustinent. { רמשק *deméschek*. ἡ κλίνη, vel τὸ τῆς κλίνης πλευρόν. Gall. *Vn chalit, ou les costez d'vn chalit*. Ital. *Sponda del letto*. Germ Ein Spābett/oder seiten bret eines spanbets. Hisp. *La cama ò lecho de madera, ò mejor, los lados de la cama, ò las orillas*. Angl. *A bedstede or the sides of a bedstede*.} Mart. *lib. 1.*

Sed si nec focus est, nudi nec sponda grabati.

Virgil.

Virgil 1. *Æneid.*

Quum venit aulæis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda, mediámque locauit.

Horat. *Epod.* 3.

———*precor*
Manum puellæ suauio opponat tuo,
Extrema & in sponda cubet.

Quintil. Ab omnibus spondis transuersas incubare. (amicas, sup.) Ouid. 2. *Fast.*

Ascendit spondáque sibi propiore recumbit.

¶ Sponda interior regiæ lecticæ dictus Cæsar ab iniquis & inuidis. Autor Suet. *in Cæs. cap.* 49.

Spondalium, est genus carminis seu cantus, à Spondeo, pede in versu, (vt videtur) appellatum. Cicer. *lib.* 2. *de Orat.* Tamen in hoc genere sæpè vidi quum ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur, spondalia illa dicentis, Segregare abs te ausus, aut sine illo Salamina ingredi.

Spondeo, es, spopondi, sponsum, Promitto, polliceor. Facit & in præterito Spepondi, vt Probus & Aul. Gell. *c.* 9. *lib.* 7. docet ex Valerij Antiatis *lib.* 2. *Historiarum*, cuius hæc sunt verba: Et cæteri, qui pacem spoponderant, &c. { יעד *iahádh* הקים *hekim* נדר *nadhár* ערב *hará*ḃ. ἀναδέχομαι, ἐγγυῶμαι. Gall. *Promettre de franche volonté.* Ital. *Promettere.* Germ. Gutwillig verheissen. Hisp. *Prometer.* Angl. *To promise, to assure.* } Spondere, inquit Varro, Est dicere, Spondeo à sponte. Nam id valet voluntate, ab eadem sponte declinatum spondet. Spondet enim qui dicit sua sponte, Spondeo. Cicer. 14. *Philip.* Pansa aut morte, aut victoria se satisfacturum Reipublicæ spopondit. Idem *ad Attic. lib.* 16. Egit autem pater & filius, vt tibi sponderem: sed ita, vt tum crederes, quum ipse cognosces. Idem *Lentulo lib.* 1. Dependendum tibi est quod mihi pro illo spopondisti. Virgil. 12. *Æneid.*

Nam quid ago, aut quæ iam spondet fortuna salutem?

Ouid. *in Ibin,*

Te fera nec quicquam placidum spondentia Martis,
Sydera presserunt.

¶ Spondere puellam dicitur pater alicui cui eam vxorem promittit. Plaut. *Trin.* Sponden' ergo Tuam gnatam vxorem mihi? C. H. spondeo, & mille auri Philippûm dotis. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Spondes miles mi hi hanc vxorem? M. Spondeo. C. Et ego hoc idem vnum spondeo. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Sponden' istud? H. Et ego tuum aduenisse filium spondeo. Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Sponden' (filiam vxorem sup.) E. Spondeo. ¶ Eius composita sunt, Consponđeo: vnde veteres Consponsos dicebant, teste Festo, fide mutua obligatos. Et consponsores duo pluresue eadem rem promittentes. Cicer. *Leptæ*, De negotio tuo, quòd sponsores pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit. Despondeo & Respondeo, de quibus alibi.

Sponsus, a, um, Part. Promissus, { מעד *muḱádh*. μνησθείς, ἐγγυητός. Gall. *Promis.* Ital. *Promesso.* Germ. Verheissen/versprochen. Hisp. *Prometido.* Angl. *Promised, bethrothed.* } Terent. *in Eunuch.* Sis spõsam mihi? Subaudi esse. Idem *Phorm.* — etiam nunc si vult Demipho Dare, quantum ab hac accipio, quæ sponsa est mihi, Nullam mihi malim, quàm istanc vxorem dari.

Sponsus, i, masc. gen. Cui spondetur puella, vel cui desponsa est. { חתן *chatán*. νυμφίος, μνήστωρ. Gall. *Accordé & fiancé.* Ital. *Sposo.* Germ. Ein breutigam. Hisp. *Esposo.* Angl. *A bridgrome, or he that affianceth.* } Vide Gell. *cap.* 4. *lib.* 4.

Sponsa, Puella quæ spondetur. { כלה *challáh*. μνηστή. Gall. *Accordée ou fiancée, espouse, promise.* Ital. *Sposa.* Germ. Ein braut. Hisp. *Esposa.* Ang. *A bride, or she that is affianced or promised to aman.* } Plaut. *Casin.* Huc venisti sponsam præreptum meam? Iuuen. *Satyr.* 1.

Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ?
Quém sponsæ turpes, & prætextatus adulter.

Sponsus, us, sponsio. { ערבה *harubbáh* תערבה *taharubáh*. ἐγγύη. Gall. *Promesse.* Ital. *Promissione, promessa.* Germ. Ein verheissung/zusagung. Hisp. *Obra de prometer, promessa.* Angl. *A promesse.* } Seruius Sulpit. Si post eas stipulationes vxor non dabatur, qui stipulabatur, ex sponsu agebat, iudices cognoscebant.

Sponsum, i, Sponsio, sponsus. { ערבה *haruḃáh* תערבה *taharuḃáh*. ἐγγύη. } Cicer. *pro Quint.* sponsionem facere maluit: fecit. Te iudicem sum psit, ex sponso egit.

Sponsor, is Fideiussor, qui pro altero spondet. { ערב *horéḃ*. ἐγγυητής. Gall. *Qui promet, promettant.* Ital. *Sicurta, chi promette.* Germ. Ein bürg/der für ein andern verspricht. Hisp. *Prometedor, fiador.* Angl. *A Suretie, that answereth or pomiseth for another.* } Cicero *Attic. lib.* 1. Tulliola, nostræ deliciæ, tuum munusculum flagitat, & me. vt sponsorem, appellat. De sponsore appellando plura apud Quint. *declamant.* 273. Sponsor item dicitur is, qui puellam viro promittit. Ouid *Epist.* 2.

Qui mihi coniugij sponsor & obses erat.

Sponsio nis, verbale, Promissio. { ערבה *harubbáh* הערבה *taharu-ḃáh*. ἐγγύη. Gall. *Premesse.* Ital. *Promissione, promissa.* Germ. Ein frey willige verheissung/zusagung. Hisp. *Promessa, fiança ò apuesta.* Ang. *A promising or promisse.* } Ex eo appellata est quod prius eum qui ageret, spondere, quam stipulari oporteret. Paulus *de verbor. sign.* Sponsio appellatur, non solùm quæ per sponsi interrogationem fit, sed omnis stipulatio, promissióque. ¶ Sponsio item, est promissio certæ pecuniæ, quam qui litem intendit daturum se, ni veram causam habeat, promittit. Actor enim primùm spondebat, id est, sponte, atque vltrò sponsionem deferebat aduersario, quem ideo sponsione lacessere & prouocare dicebatur: ab eo nanque postea simul summam eandem stipulabatur. Hic autẽ aut fateri cogebatur, aut si inficiaretur, restipulari. Tum actor iterum stipulari aduersario spondebat. Hotomanus Cic. *in Orat. pro Quin.* Erat autem decima pars controuersæ rei in causis priuatis: in publicis autem quinta apud Græcos, autore Polluce, pœna scilicet temerè litigantium. Idem *lib.* 3. *Offic.* Fimbrium Consularem audiebam de patre nostro puer, iudicem M. Luctatio fuisse equiti Romano, sanè honesto, quum is sponsionem fecisset, ni vir bonus esset. Fiebat sponsio plerunque in interdictis: id quod ostendit Quintil. in septimo, Quoties autem, inquit, poterimus, efficiendum est, vt de re quacunque bene sentiat iudex: sic enim iuri nostro libentiùs indulgebit, vt in sponsionibus, quæ ex interdictis fiunt etiam si non proprietatis est quæstio, sed tantùm possessionis: tamen non tantùm possedisse nos, sed etiam rem nostram possedisse dicere oportebit. Cicer. *pro Cæcinna*, Erat enim Cæcinna de fundo vi armata deiectus: propterea Prætor interdixerat, vt vnde deiecisset, restitueret: restituisse se dicit: sponsio facta est, hac de sponsione vobis iudicandum est. Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 4. vt eam in controuersiam sponsio fieret Item, Sponsione sese defendere: Liuius 9. *dec.* 4. Et Iuuenal. *Satyr.* 11. Quos clamor & audax sponsio. (sup. in ludis) ¶ Sponsio voti Cicer. 2. *de leg.* Diligentia votorum satis in lege dicta est, ac voti sponsio, qua obligamur Deo: pœna verò violatæ religionis iustam recusationem non habet.

Sponsalis, e, quod ad sponsionem pertinet. { μνηστευτικός. Gall. *Appartenant à promesses* Ital. *Pertinente à promessa.* Ger. Das der verheissung oder versprechung zur ehe zugehörig ist. Hisp. *Perteneciente à promessa.* Angl. *Belonging to promisse.* } Vnde sponsalis dies dicitur, quo puella sperato promittitur. Ein ehtag.

Sponsalia, orum, mutua repromissio futurarum nuptiarum. { μνηστεῖα Gal. *Fiançalles, l'accord & appointement du mariage à venir.* Ital. *Sponsalizio, maritaggio.* Ger. Versprechung zur ehe/verheuratung/eheberedungen Hisp. *Promessa por casamiento* Ang. *The spousage or betrothing of a man or woman before full mariage.* } Sponsalia hoc modo fiebant, quemadmodum Seruius Sulpitius autor est: Qui vxorem ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat, stipulabatur sibi in matrimonium datum iri. Qui daturus erat, itidem stipulabatur eam traditum iri. Is contractus stipulationum, sponsionúmque dicebatur sponsalia. Senec. *c.* 12. *de tranq.* Prosequi sponsalia sæpè nubentis. Vide Gell. *lib.* 4. *c.* 4. Vlpianus *lib.* 2. *de sponſ.* Sponsalia dicta sunt à spondendo. Nam moris fuit veteribus stipulari, & spondere sibi futuras vxores, vt videre, est apud Plaut. multis in locis, ex quo desumpta exempla quædam habentur suprà in Spondeo. Iuuen *Satyr.* 6.

Conuentum tamen & pactum & sponsalia nostra
Tempestate paras.

¶ Sponsalia præbere. (i. conuiuium sponsaliorum.) Cicer. *lib.* 2. *ad Qu. fratrem.* Vide *Prabeo.*

Sponso, as, freq. à Spondeo, Vxorem stipulor & peto, & sponsalia contraho. { יעד *iahádh* ארש *arás*. μνηστεύω. Gall. *Accorder, & fiancer vne fille, la promettre en mariage.* Ital. *Promettere, sposare.* Germ Vermählen. Hisp. *Prometer como casamiento.* Angl. *To betroth, to affiance* } Paul. *de ritu nupt. lib.* 1. Siquis officium in aliqua prouincia administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem vxorem ducere non potest, quanuis sponsare non prohibeatur: ita scilicet. vt si post officium depositum noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, arrhis tantummodò redditis, quas acceperit. Budæus.

Spondeus, σπονδεῖος, Pes duabus syllabis longis constans, qui in Heroico versu omnem sibi vendicat locum, licèt rarò quinto loco reperiatur. Dictus, quòd in sacrificiis & libamentis eo maximè vterentur. Nam σπονδὴ libamentum, fœdúsque ac sponsionem significat. ¶ Spondalia, orum, quid significent apud Cicer. 2. *de Orat.* vide suprà post dictionem *Sponda.*

‖ Spondiacus, a, um, σπονδειακὸς, ή, όν, ad σπονδεῖον pertinens. ‖

Spondialia, cantiones trochaicis versibus contextæ quas spondiales canebant. Cic. 2. *de Orat.* Cùm ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur spondialia illa dicentis: segregare abs te ausus, aut sine illo Salaminem ingredi?

Spondiauli, vide *Spondialis.*

Spondialis. Isidorus *Etymolog lib.* 1. *c.* 16. Spondeus dicitur, quia tractim sonat. Nam spondeus tractus quidam dicitur, i. sonus qui fundebatur circa aures sacrificantium. Vnde & hi qui tibiis canebant in sacris Gentilium Spondiales nominabantur. Marius Victorius, Spondeus è duabus longis, vt reges temporum quatuor, dictus à tractu cantus eius qui per longas tibias in templis supplicantibus editur, vnde & Spondiauli appellantur, qui huiusmodi tibias inflare assueuerunt. Vnde eiusmodi cantiones Spondialia suprà dici adnotatum.

‖ Spondophori, libaminum portatores. Stuck. ‖

Spondylion, ij, siue Sphondylion, σφονδύλιον Dioscoridi, herba est in locis palustribus nascens, foliis propemodum platani, caulibus cubitalibus, vel etiam amplioribus, fœniculi caulibus non dissimilibus qui semen afferunt in cacumine filis similitudine, sed duplex & latius, candidum, paleosum, graue olens, flore candido, vel pallente, radice alba, raphano simili. Romani, teste Dioscoride, herbam rutinalem appellarunt. Plin. *lib.* 12. *cap.* 26. inter ferulæ genera annumerat, panacique similem facit, nisi quòd minora habeat folia, & platani diuisura.

Spondylis, ilis, fœm. gen. σπονδυλὶς Aristoteli, serpentis genus, quod Gaza ex Aristotele *verticellam* vertit. Plin. *lib.* 17. *c.* 13. Et animalium quidem cæterorum nullum aliud radices à nobis dictas attingit, excepta spondyli, quæ omnes persequitur, genus id serpentis est.

Spondylus, i, siue Sphondylus, masc. gen. { σπόνδυλος, ἢ σφόνδυλος. Gall. *Spondile ueu de l'eschine.* Ital. *Spondiglio, nodo della scheina.* Germ. Ein knopff oder gleych dess ruckgrahts. Hisp. *Espondil, nudo del espinazo.* Angl. *Places in the bakbone where the ioyntes turne.* } Nodus, seu vertebra spinæ dicitur. Sunt autem in ipsa spina spondyli quatuor & viginti, quorum septem collum constituunt, duodecim thoracem, quinque alij lumbos. ¶ Spondylus in mari animal, apud Plin. *lib.* 32. *cap.* 11. ¶ Spondylus calculus æneus, quo suffragia sua Iudices Athenis dabant, vt est apud Iulium Pollucem. ¶ Spondylus, verticulum quod apponitur fusis, vt neudo melius versantur. Angl. *A where or wherle.* ¶ Spondylus callus, siue caro interior ostreorum. Plin *lib.* 32. *cap.* 6. Neque in luto capta, neque in arenosis, sed solido vado, spondylo breui, atque non carnoso, nec fibris lacinioso, ac tota in aluo Spondylo vtitur Martial. pro animalium osficulis, *lib.* 7 Rosos repenti spondylos sinu condit.

Spongia, æ, { σπογγος. Gall. *Esponge.* Ital. *Sponga, spugna.* Germ. Ein schwam. Hisp. *Esponja.* Angl. *A sponge or that wherwith any thing is wiped.* } Quiddam est in natura tertium ordinem habens, vt neque animal, neque frutex, sed tertium quiddam ac medium inter vtrunque genus dici possit, quod Græci ζωόφυτα appellant. Plurimis locis in saxis

xis marinis nascuntur spongiæ, diuersísque nominibus ab antiquis distinctæ, quoniam non vna est earum bonitas & vsus. Sensum iis inesse apparet, quia vbi auulsorem sensêre, contractæ multo difficilius abstrahuntur, auulsæ relinquunt in petris veluti cruoris vestigium, atque ex his quasi molliores penicelli recrescunt. Spongias antiqui in deliciis habuerunt, strigilum vice linteorúmque illis vtentes ad distringenda & mundanda corpora. Quapropter purpura tingebant eas, alias cura candidas faciebant tinctas per æstatem salis spuma ad lunam & pruinas sternentes inuersas, vt candorem biberent. Apud antiquos in vsu erat tergendarum mensarum, adhibebantúrque ad obscœna emundanda. Mart. *Epigr.* 144. *lib.* 14.

Hæc tibi fortè datur tergendis spongia mensis
Vtilis expresso quum leuis imbre tumet.

¶ De spongia in loco obscœno & fœtido. Senec. *lib.* 10. *Epist.* Vnus è Germanis lignum id quod ad emundanda obscœna adhærente spõgia, totum in gulã farsit, & in præclusis faucibus spiritum emisit. ¶ Accipitur & Spongia pro asparagi satiui radice, apud Plin. & Col. *lib.* 11. *c.* 3. ¶ Spongia corpori tegumentum, Liu. *lib.* 9. *ab Vrb.* Spongia concaua apud Celsum *lib.* 4. *cap.* 2. est quæ capaci cauitate sua plus humoris combibit, qualis spongia fœmina μανὸς dicta, quæ rarior maioribus fistulis, ac mollior, quàm tragos, i. spongia mas, spissior quidẽ, tenuiore fistula, & durior & asperior. Vide Plin. *lib.* 31. *c. vlt.* & 9. *c.* 45. ¶ Spongia delere scripta, Suet. *in Calig. cap.* 20. Hinc ipse Augustus apud Suet. *in Aug. c.* 85. quærentibus amicis quidnam Aiaxageret, respondet Aiacem suum in spongiam incubuisse. Hîc per *Aiacem* intelligenda Tragœdia est, quam Augustus exorsus, spongia deleuerat non succedente stilo.

Spõngĭŏlă, æ, diminutiuum à spongia, quo nomine etiam significatur quiddam (quamatim compactum è cynorrhodi ramis paruæ spongiæ modo dependens. σπογγίδιον. Plin. *lib.* 25. *c.* 2. Aliàs apud autores cynorrhodi vna medicina erat, spongiolæ quæ in mediis spinis eius nascitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri. ¶ Spongiolæ radiculæ asparagorum inter se implicitæ. Col. *lib.* 11. *c.* 3. Sulci autem inter se pedali mensura distantes fiunt non amplius dodrantalis altitudinis, in quã ita spongiolæ deprimuntur vt facilè superimposita terra germinent.

Spõngĭōsŭs, adiectiuum, quod similitudinem spongiæ habet. σπογγοειδής. GALL. *Espongieux.* ITAL. *Spongoso.* GERM. Schwammig/luck vnd löchere chtig wie ein schwam. HISP. *Esponjoso, ò cosa à manera de esponja.* ANG. *That is lyk à sponge.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Idcirco pulmo spongiosus.

Spongiare significat spongia extergere, quo frequenter Apicius vtitur, ἀποσπογγίζειν.

Spongiatores, qui spongias captant σπογγοθῆραι, ea forma dicti qua purpuratores appellantur, qui purpuras piscantur. Vide Cælium Rhodig. *lib.* 8. *c.* 11.

Spõngītēs, σπογγίτης. Gemma est à spongiæ similitudine dicta. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Sponsa, Sponsalis, Sponsio, Sponso, Sponsus, vide *Spondeo.*

Spons, spontis, & Spõntē, idem valens quod aduerbium vltrò, hoc est, propria voluntate. {αὐτομάτως. GALL. *De bon gré, sans contrainte, volontairement.* ITAL. *Da sua posta, di volonta.* GERM. Freywillig / von im selbs. HISP. *Voluntariamente.* ANGL. *willingly, with à goed will.* } Cic. *Attic.* Gaudeo id te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos.

Virg. 4. *Eclog.*

Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos.

Suet. *in Cæs. c.* 81. Sponte patuerunt fores. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* suã spõte prouinciam vacuam occupauerat. (id est, iniussu Senatus vel populi.) ¶ Sua sponte (id est, sine cuiusquam auxilio.) Liuius *lib.* 1. *bell. Pun.* Nunciatum bouem in tertiam contignationem sua sponte scandisse. ¶ Sunt qui putent sponte aduerbium esse, quod certè verum esse non potest, tum quòd admittat secum adiectiuum, quemadmodum alia nomina substantiuum: vt mea, tua, vel sua sponte: tum quòd non rarò legatur eius genitiuus spontis. Celsus *lib.* 1. *c.* 1 Sanus qui & bene valet, & suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet. Varr. *lib.* 2. *de re rust.* Spontis suæ statuerat finem.

‖ Spontaneus, a, um, quod sponte fit. Papias: Spontaneus, voluntarius. Gloss. Cyrill. αὐτοφυὴς spontanea, naturalis. Latinè loquentes dicunt sponte faciens, seu suscipiens, sponte factus, seu susceptus. Nam & actiuè & passiuè accipitur: vt & Græcis ἑκούσιον, cui opponitur ἀκούσιον, inuitè factum, aut susceptum. Sic in Ethicis dicitur *Persona spontanea*, quæ consultò vel inconsultò facit. cui opponitur nõn voluntaria, seu inuita, agens per imprudentiam vel vim. *Factum spontaneum*, quod consultò, vel inconsultò fit; si per imprudentiam, imprudensiã per vim, violentum. ‖

Spõntālĭs, Spontaneus, vltroneus. { αὐτόματος, αὐθαίρετος. GALL. *Volontaire.* ITAL. *Volontario, spontaneo.* GERM. Freywillig/ daß auß eignem trib ist. HISP. *Cosa de su propria voluntad, voluntarioso.* ANG. *willing.* } Apul. *lib.* 4. Quúmque nulli nostrûm spontale parricidium suadens persuadere posset, gladium per medium pectus ictu fortissimo transadigit.

Sporades. σποράδες, insulæ quædam circa Cretam in mari Carpathio, sicut Strabo *lib.* 10. scribit, Dictæ quòd in mari sparsæ sint, non in orbem coarctatæ, quemadmodum & Cyclades, Sunt autem harum nomina, Helene, Phocusa, Phæcasia, Scinusa, Pholegandros, Thera, Anaphe, Astypalæa, Lagusa & Ios: in qua Homerus fertur esse sepultus.

SPŌRTĂ, æ, aut à sporto herba quæ frequens apud Hispanos nascitur, aut ab Asportando: erat vasis genus ex vimine, iuncis, aut sparto: aut simili leuiori materia. {סל *sal* סלסלה *salsilláh.* σπυρίς. GALL. *Vn pannier ou vne corbeille.* ITAL. *Sporta.* GERM. Ein geflochner korb. HISP. *La espuerta.* AGNL. *A baskette or maunde.* } Salustius *lib.* 2. *Histor.* E muris canes sportis dimittebant. Colum. *lib.* 8. *cap.* 7. Locus ad hanc rem desideratur calidus maximè & minimi luminis, in quo singulæ caueis includantur angustioribus, vel sportis inclusæ pendeant aues.

Spõrtŭlă, æ, dimin. {σπυρίδιον. GALL. *Petit panier, corbillon.* ITAL. *Sportella.* GERM. Ein geflochten körblin. HISP. *Pequeña espuerta.* ANG. *A litle baskette or maund.* } Plaut. *in Curc. sc.* 3. *a.* 2. Qui incedunt suffarcinati cum libris, cum sportulis. Idem *Menæch. sc.* 3. *aliàs* 4. *a.* 1. Sportulam cape, atque argentum: ecce numos tres habes. C. habeo. i, abi, atque opsonium affer. ¶ Publicæ cœnæ ad sportulas redactæ. Suet. *in Neron. cap.* 16. Sportula metaphor. de anniuersario munere gladiatorio; vide apud eundẽ *in Claud. c.* 11. *&c.* Quint. Ad librarios suos ita respiciunt vt sportulam dictare videantur. ¶ Et quoniam in sportulis pecunia, quandoque etiam cibus in quotidianum vsum deferri solebat, factum est. vt sportula pro iis cibis, & prò ea pecunia acciperetur, quæ à magnatibus iis quotidie dabatur, qui ipsos officij gratia essent comitati, aut domi salutauissent togati, τὸ ἐν σπυριδίοις φερόμενον & διδόμενον. Iuuenal. *Satyr.* 1.

——— nunc sportula primo
Limine parua sedet turba rapienda togata.

Idem *Satyr.* 3.

Nónne vides quanto celebretur sportula fumo?

Spõrtēllă, aliud diminutiuum. genus quoddam bellariorum significans. σπυρίδιον. Cicer. *ad Papyrium Pætum*, Dediscendæ sunt tibi sportellæ & artologani tui.

Sportellarius, qui sportellam portat. Gl. Philox.

Sporus, Spado fuit à Nerone in deliciis habitus, quem etiam in mulierem conatus est transformare, eundémque dote inter auspices consignata, palàm vxorem duxit. Post Neronis autem necem iussus à Vitellio vt in habitu constupratæ puellæ se in theatro sisteret: non ferens autem tantam ignominiam Sporus, manus sibi intulit.

Spudastes, æ, σπουδαστής. Fautor, studiosus. Hieron. *lib. de script. Ecclesiast.* vbi de diuo Luca agit, Sed & Tertullianus vicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Asia σπουδαστὴν, id est, amatorem Pauli, conuictum apud Ioannem, quòd autor esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, loco excidisse.

SPVMĂ, æ, Rara quædam fæx, quæ per ebullitionem, aut vehementem agitationem rebus liquidis supernatat. {קצף *ketséph* חלאה *chelaáh.* ἀφρός. GAL. *Escume.* ITAL. *Spuma, schiuma.* GERM. Schaum. HISP. *Espuma.* ANGL. *Fome or frothe.* } Virg. 1. *Æneid.*

——— spumas salis ære ruebant.

Ouid. 3. *Metam*

Spumaque pestifero circumfluit albida rictu.

Virg 3. *Æneid.*

Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedere,
Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra.

Spūmĕūs, a, um, Spuma abundans. {ἀφρώδης. GALL. *D'escume, plein d'escume.* ITAL. *Che rendo grand' spuma.* GER Schaumig. HISP. *Lleno de espuma,* ANG. *Fomie or full of fome.* } Virg. 10. *Æneid.*

Spumea semifero sub pectore murmurat vnda.

Spumosus, a, um, idem. ἀφρώδης. Plin. *lib.* 12. *c.* 7. Lycium aptissimum medicinæ quod est spumosum. Virg. 6. *Æneid.*

Inter saxa virum spumosa immerserat vnda.

Spūmātūs, adiectiuum, Spuma aspersus. { ἀφρόεις. GAL. *Couuert ou plein d'escume.* ITAL. *Schiumato, spumato.* GER. Mit schaum besprengt. HISP. *Espumado* ANG. *Fomie or smered with fome.* } Cicer. 1. *de Diuin.* Saxaque cana salis niueo spumata liquore, Tristificas certant Neptuno reddere voces.

Spūmĭfĕr, a, um, Spumosus. { ἀφρώδης. GALL. *Qui porte escume, escumant.* ITAL. *Che fa la spuma.* GERM. Das vil schaum tregt. HISP. *Cosa que tiene, ò trahe espuma.* ANGL. *Fomie or frothie.* } vt, Fluctus spumiferi. Stat. *lib.* 1. *Achil.*

Illi spumiferos glomerant à pectore fluctus.

Spumiger, a, um, eiusdem significationis cum superiore: vt, Fons spumiger. Ouid. *lib.* 11. *Metam.*

Spumigeróque tuum fonti qua plurimus exit,
Subde caput.

Lucr. *lib.* 5.

Eiectique domo fugiebant saxea tecta
Spumigeri suis aduentu, validique leonis.

Spumo, as, Spumam emitto. {ἀφρίζω. GALL *Escumer, rendre escume.* ITAL. *Mandar fuora la spuma, far la spuma* GERM. Schaumen. HISP. *Hazer espuma, echar de si espuma.* ANGL. *To fome, to frothe.* } Plin. *lib.* 31. *cap.* 7. Subinde spuma pennis detersa: & postquam desierit spumare, tepidum infundere. Virg. 2. *Georg.*

——— spumat plenis vindemia labris.

Idem *lib.* 5. *Æneid.*

——— ferit æthera clamor
Nauticus, adductis spumant freta versa lacertis.

Spumans, antis, participium. { ἀφρίζων. GALL. *Rendant ou iettant escume.* ITAL. *Che rende spuma.* GERM. Schaumen. HISP. *Que echa de si espuma.* ANGL. *Foming or frothing.* } Virg. 1. *Æneid.*

Aut spumantis apri, cursum clamore prementem.

Idem 4. *Æneid.*

Stat sonipes, ac fræna ferox, spumantia mandit.

Colum. *lib.* 10.

Sordidus & musta spumantes exprimit vuas.

Spūmātūs, us, ui, substantiuum. { ἀφρισμός. GALL. *Iettement d'escume.* ITAL. *Esso rendere spuma.* GERM. Schaumung/ das schaumen. HISP. *Echamiento de espuma* ANG. *A casting of fome.* } Stat. 1. *Sylu.*

Dictamni florentis opem, quoque anguis abundat
Spumatu.

Spūmēsco, is, ere, Spumosus fio. {ἀφρίζομαι GALL. *Escumer, rendre ou deuenir escume.* ITAL. *Spumare, mandar fuora la spuma, diuentar spuma.* GERM. Schaumend werden. HISP. *Echar de si espuma, ò hazerse espuma.* ANG. *To waxe fomie.* } Ouid. *Epist.* 2.

At si nostra tuo spumescant æquora remo.

SPVO, is, ui, utum, Saliuam eiicio. {ירק *iarák* רק *rak.* πτύω. GALL. *Cracher.* ITAL. *Sputare.* GER. Speiwen/oder sprützen. HISP. *Escupir.* ANGL. *To spitte.* } Virg. *lib.* 4. *Georg.*

Námque alia turpes horrent, ceu puluere ab alto
Quum venit, & terram sicco spuit ore viator
Aridus

¶ Huius

¶ Huius composita sunt. Adspuo, conspuo, despuo, expuo, inspuo & respuo, de quibus suis locis.

Spŭto, as, spuo frequentatiuum. {πτύω. GALL. *Cracher souuent.* ITAL. *Sputare souente.* GER. Offt speyen. HISP. *Escupir à menudo.* ANGL. *To spitte often.*} Plaut. Nam illic isti qui sputatur, interdum morbus venit. i. morbus comitialis, quem nominantes solemus despuere.

Spūtātŏr, is, qui frequenter spuit. {πτυστής. GALL. *Cracheur.* ITAL. *Sputatore.* GERM. Ein speyer. HISP. *El que mucho escupe.* ANGL. *That spitteth often.*} Plaut. *in Milite*, Minimè sputator, screator sum.

‖ Sputa rium, sputum. Gl. Isid. Tertull. ‖

Spūtum, i, Saliua à spuendo dicta. { רק *rak.* πτύσμα. GALL. *Crachat.* ITAL. *Sputo.* GERM. Speichel/speuerten HISP. *Escopetina.* ANG. *Spitle.*} Dicitur & sputus, tus. Lactant. *lib.* 4. Dabant autem Deo alapas manibus incestis, & impurato ore expuebant venenatos sputus.

Sputatilicus, adiectiuum, est inusitatum à verbo spuo: quo quum vteretur Sisenna in defensione cuiusdam Chritilij, meritò à C. Ruscio est irrisus, vt refert Cicer. *de clar. Orat.* Fuit accusator, inquit, vetus, quo accusante Chritilium, Sisenna defendens dixit quædam eius sputatilica esse crimina. Tum C. Ruscius, Circumuenior, inquit, Iudices, nisi subuenitis, Sisenna, quid dicas nescio, metuo insidias, sputatilica quid est hoc? sputa quid sit scio: tilica nescio. Maximi risus: sed ille tamen familiaris meus rectè loqui putabat esse, inusitatè loqui.

SPVRCVS, Impurus, obscœnus, lutulentus. { טמא *temé.* μιαρὸς. ῥυπαρός. GAL. *Ord & sale, deshonneste, vilain.* ITAL. *Sporco, lordo, mal netto.* GER. Vnrein/vnflätig/wüst. HISP. *Cosa suzia* ANG. *Vncleane filthie, dishonest.*} à spuendo dictum, quòd tale sit quod despuentes auersemur. Plaut. Tot noctes reddet spurcas quot puras habuit. Cic. 2. *Tusc.* ex poëta quodam, Samnis spurcus homo, vita illa dignus, locóque. Idem *pro domo sua*, Spurcissimus homo, prægustator libidinum. Aliquando ponitur pro fœtido, δυσώδη. Apuleius, Tam multæ res spurcæ & graues nares infestant. Aliquando pro vehementi, aspero, δεινὸς. Cicero Iactati tempestate spurcissima. Colum. *in præfat. lib.* 1. Atque in his ipsis haberet quid cognitum, quid recusaret collis, quid campestris positio, quid humidus & graminosus, quid siccus & spurcus ager. Aliquando pro sæuo & sanguinario. Varro, Spurcus gladiator & carnifex. Sic etiam sumitur, interprete Nonio, Samnis spurcus homo.

Spūrcē, aduerb. {αἰσχρῶς. GAL. *Ordement & salement, deshonnestement, vilainement.* ITAL. *Sporcamente, dishonestamente, villanamente.* GERM. Vnflätigklich/häßlich. HISP. *Fea y suziamente.* ANGL. *Vncleanely, filthely.*} Cicer. *Attic lib.* 7. An bene conueniat, inquit Carneades: spurcè, sed tamen prudentius quàm Lucius noster & Patron. *Eidem lib.* 11. Deinde perscribit spurcissimè quas ob causas fecerit. ¶ Spurcè, atrociter, sæuiter, sanguinariè. Ad Heren. *lib.* 1. Si quid eorum superbè, spurcè.

Spūrcĭtĭā, & spurcities, Immunditia. { טמאה *tumeáh* צאה *tsoáh*, vel, *thseáh.* ἀκαθαρσία. GALL. *Ordure, saleté.* ITAL. *Sporcizia, lordezza.* GER. Vnflat/vnsauberkeit/wüst. HISP. *Suziedad.* ANG. *Vncleanesse, filthinesse.*} Lucret. *lib.* 6.

At contra nobis cœnum teterrima quum sit
Spurcities, eadem porcis hac munda videtur.

Colum. *lib.* 12. *cap.* 22. Cinis autem odorem refert, & eluit spurcitiam. Idem *lib.* 1. *cap.* 5. Nulla alia vis potest nocturnas pruinas, & quodcunque rubiginis aut spurcitiæ resedit, siccare atque detergere.

Spūrco, as, Fœdo, vitio, contamino, maculo. { טמא *timmé*, ῥυπαίνω. GALL. *Soüiller, vilainer.* ITAL. *Sporcare, lordare, imbrattare.* GERM. Vnsauber machen/verwüsten/verschenden. HISP. *Ensuziar.* ANGL. *To mak filthie to defile.*} Celsus Iureconsult. Cum eo agi posse Aquilia, qui vinum spurcauit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiauit. Plaut. *in Menach.* Spurcauit nasum odore illutibili. Antiqui spurcum vinum dicebant cum aqua mistum, tanquam non amplius purum foret, aut igne calefactum, aut mustum antequam deferuescat. Catullus *Epigram.* 103. *ad Siconium,*

Siconio arbitrio populi tua cana senectus
Spurcata impuris moribus intereat.

Hinc Conspurco, de quo suo loco.

Spūrcĭfĭcŭs, qui spurca & fœda facit. { טמא *tamé.* αἰσχροποιός. GAL. *Qui fait vne chose orde & vilaine.* ITAL. *Che fa sporco.* GERM. Ein wüster vnflatt/der mit vnflätigen sachen vmbgeht. HISP. *Qui haze alguna cosa suzia.* ANG. *Theat doeth anyfilthie or dishonest thing.*} Plaut. *in Trinum.* Spurcificum, immanem, intolerandum, vesanum.

Spurcidicus, qui spurca loquitur. αἰσχρολόγος. Plaut. *in Capt.* Neque spurcidici insunt versus.

Spurinas Dux Regis Parthorum, qui Crassum intermit. Item Mathematicus ac vates, qui Cæsari prædixit vt Martias caueret Idus: cuius Tranquillus *in Cæsare*, & Valerius meminere. Tertius huius nominis adolescens fuit egregia forma, qui cùm se fœminas viròsque ad libidinem aspectu decoro videret inuitare, oris pulchritudinem vulneribus sponte dehonestauit. Autor Valerius *de Verecundia.*

Spŭrĭŭs, adiectiuum, incerto patre natus. { ממזר *mamzér.* ἀπὸ τῆς σπορᾶς. hoc est, à semine, propterea quòd nihil habeat à patre nisi semen, vel quasi σποράδην conceptus. { טמא *tamé.* νόθος. GALL. *Bastard, né d'vne paillarde publique.* ITAL. *Bastardo, nato di meretrice.* GER. Ein bastart/oder banckart/vnehlich geboren/hurenkind. HISP. *Qualquiera cosa bastarda.* ANGL. *A bastarde borne of a common woman vn certaine who is his father*} Seruius, Spurius dicitur qui ex muliere non nota ortus est. Modest. Iurecons. Spurios eos dici affirmat quos & vulgò conceptos appellamus: eos scilicet qui incerto patre orti sint, vel qui quum habeat patrem, quem habere non liceat. Plutarch. *in Problem.* de hoc verbo loquens, ita inquit, Spurius proprium est nomen apud Romanos, vt Sextus, & Decius & Caius. Prima autem nomina non tota scribunt, sed aut vnalitera, vt T. Titum: aut duabus, vt Cn. Cneum: aut tribus, vt Sex. Sextum. Sic Spurius Sp. scribebatur. Eos autem qui sine patre erant, qui ἀπάτορες Græcè dicuntur S. & P. designabant quasi sine patre. Hoc errore factum: vt spurij qui sine patre sunt, dicerentur. ¶ Spurius Caruilius primus repudiauit vxorem Romæ. Plautarch. *in Num. & Lyc.* Transfertur etiam ad alia: & ponitur pro quouis adulterino & falso, vt Spurij versus. Ausonius,

Quique notas spuriis versibus apposuit.

Sputatilicus, a, um, consputatione dignus. Vide Cicer. *de clar. Orat.*

S Q

SQVĀLĔO, vel squallèo, es, ui, squalus sum, i asper cum molestia. à squamarum crebritate & asperitate dictum est, teste Macrob. *lib.* 6. *Saturn.* Vide Gell. *c.* 6. *lib.* 2. { טמא *tamé.* αὐχμέω. GAL. *Estre plein de crasse & ordure.* ITAL. *Essere sporco.* GERM. Wüst vnd öd sein/vnsauber sein/von that gleissen. HISP. *Estar suzio.* ANGL. *To be slutish, to be out of fashion for, lack of dressing.*} Olim enim hoc verbum de omnibus iis dicebatur quæ dura essent, densa & rigida, & squamarum similitudinem imitantia. Hinc Virg. 10. *Æneid.* tunicam curo squalentem dixit, hoc est, rigentem & densam & in squamarum modum contextam. Idem 12. *Æneid.*

Ipse dehinc auro squalentem, albóque orichalco
Circundat loricam humeris.

Postea tamen assiduo vsu effectum est vt hoc verbum de iis tantùm dicatur quæ inculta sunt, horrida, deformia & multarum sordium congerie contaminata. Idem *Ibid.* 12. *Æneid.*

Squalentem barbam & concereto sanguine crines.

Quint. *lib.* 10. *cap.* 1. Neque ego squalere arma situ & rubigine velim. Cicer. *pro Sect.* Erat igitur in luctu senatus, squalebat ciuitas publico consilio veste mutata. Virg. 1. *Georg.*

——non vllus aratro
Dignus honos: squalent abductis arua colonis.

Ouid. 5. *Fast.*

Dúmque senex tractat squallentia tela venenis.

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

At cùm tristis hyems squallentia protulit ora,

Squālĭdŭs, a, um, Sordidus, incultus. { טמא *tamé.* αὐχμηρός. GAL. *Crasseux ord & sale,* ITAL. *Sporco.* GER. Vnflätig/vnsauber/kahtig/müd vnd öd. HISP. *Suzio.* ANGL. *Filthie foule, shutish.*} Terent. *Eunuch.* Video sentum, squalidum, ægrum pannis, annísque obsitum. Liu. *lib.* 1. *bell. Pun.* Otium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuuie, tabéque squalida, & propriè efferata corpora variè efferebant. Ouid. 1. *Fast.*

Ora super postes, affixaque brachia pendent:
Squalidáque humanis ossibus albet humus.

Idem *Eleg.* 2. *lib... Trist.*

Squalida prolixis qui tegit ora comis.

Cicer. *in Orat.* Sed quia sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor.

Squāldam vestem, pro squalida veste dixère veteres, vt annotauit Nonius, citans locum Ennij ex Telamone. Elauêre lachrymis vestem squaldam sordidam.

Squālĭdē, aduerbium, Horridè, incultè. { αὐχμηρῶς, ῥυπαρῶς. GALL. *Salement, mal proprement.* ITAL. *Sporcamente, lordamente.* GER. Vnrahtlich/vnflätigtlich HISP. *Suziamente.* ANGL. *Filthelie and vn properlie.*} Cic. 4. *de finibus*, Primùm enim ipsa illa, quæ subtiliter disserenda erant, politè, apertéque dixerunt, cùm definientes, tum partientes, vt vestri etiam: sed vos squalidiùs: illorum vides quàm niteat oratio.

Squālŏr, is, Inquinatio, sordes, immunditia. { טמאה *tumeáh* צאה *tsoáh*, vel, *tseáh.* αὐχμός. GALL. *Crasse & amas d'ordure.* ITAL. *Sporchezza.* GERM. Vnraht/wust der sich an ein ding allgemach henckt/wan man es nit sauber vnd in ehren haltet. HISP. *Suziedad.* ANGL. *Slutishnesse, filthinesse deformitie of any thing for lacke of trimming.*} Gell. In corporibus incultis, & squamosis alta congerie sordium squalor appellabatur. Liuius. 1. *ab Vrbe*, Obsita erat squalore vestis, fœdior corporis habitus pallore ac macie perempti. Cicero *ad Terent.* Nam mihi ante oculos dies noctésque versatur squalor vester, & mœror, &c. Virg. 6. *Æneid.*

Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat
Terribili squalore Charon, cui plurima mente
Canities inculta iacet.

Squalus, a, um, squalidus. Ennius apud Nonium: vestem squalam & sordidam. ¶ Est etiam Squālŭs, i, piscis marinus, ex genere cartilaginosorum, qui parit circa æquinoctium vernum, teste Plin. *lib.* 9. *c.* 51. Var. 3. *de re rust. cap.* 3. Et in ea duntaxat squalos ac mugiles pisces. *pisn* vide, *Squatina.*

SQVĀMÆ, arum, quibus corium piscis aut serpentis tegitur. { קשקשת *kaskéseth.* λεπίδες. GALL. *Escailles* ITAL. *Scaglie.* GERM. Ein schüp. HISP. *Escamas.* ANG. *Scailes.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 10. Aquatilium tegmenta plura sunt: alia corio & pilis teguntur, vt vituli: alia squamis, vt pisces. Virg. 11. *Æneid.*

Saucius ac serpens sinuosa volumina versat,
Arrectísque horret squamis, & sibilat ore.

¶ Hinc Desquamo, mas, de quo suo loco. ¶ Ab harum similitudine loricarum quoque catenulæ squamæ dicuntur. Virg. 4. *Æneid.*

——quem pellis ahenis
In plumam squamis auro conserta tegebat.

¶ Est & squama æris, de qua Plin. *lib.* 34. *c.* 11. Et scoria æris simili modo lauatur, minor effectu quàm æs ipsum. Sed & æris flos medicinæ vtilis est: fit ære fuso, & in alias fornaces translato ibi flatu crebriore excutiuntur velut milii squamæ, quas vocant florem.

Squāmĕŭs, a, um, adiect. Plenum squamis. { λεπιδωτός. GALL. *Plein d'escailles,* ITAL. *Scaglioso.* GER. Schuppechtig/voll schuppen. HISP. *Lleno de escamas.* ANGL. *Scaillie or full of scailles.*} Virg. 2. *Georg.*

Nec rapit immensos orbes per humum: neque tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis

Squāmōsŭs, idem Plin. *lib.* 9. *c.* 16. Vagantur gregatim ferè cuiusque generis squamosi. Virg. 4 *Georg.*

Squamosúsque draco, & fulua ceruice leana.

Plaut. *Men. sc.* 5 *a.* 5. Soleámne esse aues squamosas, pisces pennatos.

Squāmĭgĕr, a, um, quod habet squamas. { φολιδοφόρος, λεπιδοφόρος. GALL. *Qui a escailles.* ITAL. *Che ha scaglie.* GERM. Das schüppen hatt. HISP. *Que tiene escamas.* ANGL. *Tha hath, scailes.*} Lucr. *lib.* 1.

——é terra posset oriri
Squamigerum genus,

id est,

id est, pisces. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Simili modo squamigeris atque serpentibus.

Squāmātim, aduerbium, Ad similitudinem squamarum. { λεπιδοειδῶς. GALL. *En façon. d'escailles.* ITAL. *A foggia di scaglie.* GERM. Wie die schüppen. HISP. *A manera de escamas.* ANGL. *Lik scailes.* } Plin. *lib.* 16. *c.* 10. Nucamenta squamatim compacta dependent. id est, velut squamæ compacta, & colligata.

SQVARA, idem quod scara, ἐσχάρα, durities, & veluti crusta qua obducuntur vulnera, aut vlcera. scribitur & *squarra.*

Squārōsŭs, à squamarum similitudine dicitur, cuius cutis exurget ob assiduam illuuiem. Lucil. apud Festum,

Varonum ac rupicum squarosa incondita rostra.

Squātĭnă, è planorum piscium genere, quo propter squalorem, hoc est, asperitatem cutis, ligna & ebora poliuntur. { ῥίνη. GALL. *Ange ou esquaque, ou escaye ou esquadre.* ITAL. *Squadra, squaia.* GERM. Ein vnbekanter fisch bey vns/der so ein rauche haut hat/dasman mit deren holtz/helffenbein/&c. außreibet/oder außpalieret. HISP. *La lexa pescad.* ANG. *Ascate.* } Plin. *lib.* 9. *c.* 12. Aspera cute, vt squatina, qua lignum & ebora poliuntur.

‖ Squatraja, Gazæ, qui ῥινόβατος Aristoteli: mollius squatoraja, piscis quato & rajæ similis. ‖

Squillă, æ, Varroni, reliquis scilla. { σκίλλα Dioscor GAL. *Oignon marin, ou squile.* ITAL. *Squilla.* GERM. Meerzwibel/oder meußzwibel. HISP. *Cebolla albarana.* ANGL. *A shrimpe.* } Bulbus nobilissimus, cæpæ modo multipliciter tunicatus: qui etiam hodie in officinis nomen retinet. Squillas è sepulchro velle. Prouerbium in eos qui parum sanæ mentis esse viderentur, iubebantur squillas vellere. Hac enim herba malum hoc expiabatur antiquitus. Theocrit. *in Bucolicis.*

I, squillas ab anus quàm primùm velle sepulchro.

Innuit, illum quòd in certamine canendi superatus sit, adeò iracundè ferre, vt periculum sit, ne vertatur in insaniam ¶ Est præterea squilla paruus piscis, qui cum pinna pisce comparandi cibi init societatem. Vide Martial. *epigram.* 83 *lib.* 13. Cicer. *de natur. deorum*, Pinna vero (sic enim Græcè dicitur,) duabus grandibus patula conchis, cum parua squilla quasi societatem coit comparandi cibi. Alio nomine pinnotherem, siue pinnophylacem appellant. Plin. *lib.* 9. *c.* 42. Concharum generis & pinna est. Nascitur in limosis subrecta semper, nec vnquam sine comite, quam pinnotherem vocant: alij pinnophylacem, id est, squillam paruam. alibi cancer dapis affectator. Iuuenal. *Satyr.* 5.

Aspice quàm longo distendat pectore lancem,
Quæ fertur domino squilla.

S T

‖ Sunt autem squillæ,

Maiores { vrsa, crange.

Minores, gibbæ (κυφαί) omnes. ¶ Squillæ à cancris differunt, quòd caudam non habent; à crustaceis, quòd forcipe careant, quoniam plures habet pedes, puto *Squillam* dici, quòd caput habeat magnum & velut bulbosum, sicut scilla bulbosam radicem. ‖

St, vox est silentium indicentis. Terent *in Phorm.* Quid? non is obsecro es. Quem semper te esse dictitasti; c. St. s. quid has metuis fores? c. Conclusam hîc hebeo vxorem sæuam. Plaut *Curc. sc.* 2. *a.* 1. St; Tace, tace, &c. Idem *in Pseud sc.* 2. *a.* 2. Pomponius Atellanarius, Pater. at st. negato esse hîc me: operibo caput. & vetus poëta

———sanctu' Serapis
Isis, & Harpocrates digito qui significat st.

Vide Varronem 4. *de L L.* Hic vocatur & Sigaleon. Ausonius,

Aut tua Sigaleon Ægyptius oscula signet.

Quid *in Metam.* ita descripsit:

Quique premit vocem digitóque silentia suadet.

STĂBĬAE, atum, Campaniæ oppidum, bello sociali à Sylla deletum, Cn. Pompeio, & L. Carbone coss. Autor Plin. *lib.* 3 *cap.* 7.

Stăbĭānŭs, a, um, vt Ager Stabianus. Plin. *lib.* 32. *cap.* 1. In Stabiano Campaniæ ad promontorium Herculis Melanuri, in mari panem abiectum rapiunt, iidémque ad nullum cibum, in quo hamus sit accedunt.

Stăbĭlīmĕn, Stabilio, Stabilis, Stabilitas, vide *Sto.*

STĂBVLVM, i, à Stando, locus dicitur in quem longo itinere fessi succedere solent, quod & diuersorium, & hospitium dicitur. { אורה auerâh ארוה urauâh וריה urajâh. ἱππώλις, σηκός, σταθμός. κυφαί } GAL. *Estable.* ITAL. *Stalla* GERM. Ein herberg/vnderschleiff. Item, ein stall. HISP. *Establo.* ANG. *A stall, stable or other place for cattaile.* } Vnde & prostibula meretrices dictæ, quòd quæstus copiosioris gratia, concurrentibus illuc aduenis, mansiones ante stabulum habuêre. Plaut. *in Aul. sc.* 4. *a.* 1. Neutrobi habeam stabulum stabile. Idem *sc.* 3. *a.* 2. quam mox Iunix (ita appellat meretriculam) se recipiat è pabulo ad stabulum. ¶ Stabula quoque dicuntur loca generaliter omnia, in quibus armenta, gregésque consistunt, veluti quædam stationes animalium. Nam vbi equi tenentur, specialiter equile: vbi oues, ouile: vbi sues, haram dixêre: bouile quoque à bobus: caprile à capris nomen traxerunt. Virg. 8. *Æneid.*

Quattuor à stabulis præstanti corpore tauros Auertit.

¶ Stabulum etiam sumitur pro quacunque statione, seu habitatione & loco, vbi quis stare consueuit. Idem 7. *Æneid.*

Ardua tecta petit stabuli, & de culmine summo
Pastorale canit signum.

¶ Stabulum confidentiæ, flagitij, nequitiæ. Plaut. *in Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Nusquam stabulum est confidentiæ Idem *Trucul.* Túne ais impudentem me esse, ipsa quæ sis stabulum flagitij. Idem *in Casin.* Stabulum nequitiæ. Sic ab inuidis & maleuolis Iulius Cæsar dictus est Stabulum Regis Nicomedis. Suet. *in Cæs. c.* 49.

Stăbŭlo, as, in stabulum recipio, in stabulo guberno, { σηκάζω. GALL. *Establer, mettre à l'estable.* ITAL. *Allogiare mettere nella stalla.* GERM. Inn stall thun/im stall halten HISP. *Tener meson ò establo. recebir algo en el establo.* ANG. *To put in a stable.* } Varr. *lib.* 1. *de re rust.* Si prata sint, & in fundo neque pecus dominus habet, danda opera, vt pabulo vendito, alienum pecus in suo fundo pascat & stabulet. Stat. *lib.* 1. *Theb.* Geticóque pecus stabulare sub Hemno,

Stăbŭlŏr, aris, verbum deponens, In stabulum recipior, in stabulo sum: passiuum à stabulo, Ineptè enim hîc stabulari apud Columellam & Ouidium, actiuè acciperemus, quemadmodum Calepinus fecerat. Colum. *lib.* 7. Si idoneis temporibus ad præsepia, ad aquam, ad exercitationem pecus duxerimus, curæque fuerit vt stabulentur sicco in loco, in humore madescant vngulæ. Ouid. 13. *Metam.*

Hoc pecus omne meum, multa stabulantur in antris.

Varro *cap.* 3. *lib.* 2. *de re rust.* Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus si spectat, quod est alsiosum. Martial. *lib.* 9. *epig.* 75.

Ipse licèt videas cauea stabulantur in vna.

Stabulans, antis. Gell. *c* 3. *lib.* 6 Stabulantem in iis locis serpentem.

Stăbŭlātĭo, nis, Mansio in stabulo, { ἐπισταθμοί. GAL. *Establement, establage, demeure en l'estable.* ITAL. *Stallaggio.* GER Stalhaltung/wohnung im stall. HISP. *Aposentamiento en establo.* ANG, *A taryng in a stable or stall.* } Colum *lib.* 7. Calore boues sub dio, frigoribus intra tectum manere oportet: itaque stabulatio eorum præparanda est. Gell. *c.* 5. *lib.* 16. Ab illa ergo grandis loci constitutione & quasi quadam stabulatione vestibula appellata sunt.

Stăbŭlārĭŭs, ij, Caupo viatores pretio recipiens. { πανδοχεύς. GALL. *Hostelier. qui loge, vallet d'estable.* ITAL. *Stallato, allogiatore, hoste tauerniero.* GERM. Ein wirt. Item, ein stalknecht. HISP. *Establerizo, mesonero ò ventero.* ANG. *An hostler.* } Vlpian. Caupones & stabularios eos æquè accipiemus, qui cauponam & stabulum exercent. ¶ Stabularius item dicitur. qui stabuli, hoc est, loci vbi animalia stant curam gerit. Colum. *lib.* 7. Hic enim recognosci grex poterit, numerúsque constare, si velut ex militari disciplina intra stabularij castra manserunt. Var. 2. *de re rust. c.* 10. In quibus stabularij solent equas abigere. ¶ Stabulariæ mulieres, inquit August. *lib.* 8. *de ci uit. Dei*, dicuntur quæ exercent stabulum, & viatores mercede pascunt. καπηλίδες.

Stăchys, stachyos στάχυς. Frutex est marrubio similis, sed longior, folia ferés numerosa, hirsuta, rara, prædura, cana, odoris iucundi, & complures virgas ab radice exeuntes, marrubio candidiores Nascitur in montanis & asperis. Dicta stachys, quasi spicata ob caulem quem ex se mittit floribus & semine spicatum Nam στάχυν Græci spicam vocant. ¶ In officinis quibusdam dicitur pituitaria, quòd eius semen mansum pituitam ex capite in os deducat: porrò illitum ex oleo capiti puerorum pediculos enecat, vnde à quibusdam appellatur herba pedicularis. Plin. *lib.* 18. *c.* 15. Ea quoque quæ stachys vocatur, porri similitudinem habet, longioribus foliis, pluribúsque & odoris iucundi, colorísque in luteum inclinati, pellit menstrua.

STĂCTĒ, stactes, fœm. gen. { נתף *natáph.* στακτή. } teste Theophrasto & Dioscoride, vocatur pinguitudo recentis myrrhæ, cum exigua aqua rufæ, & origano expressæ: à distillando dicta, quod Græci στάζειν dicunt: quia è stillatitia duntaxat myrrha fiat. Lucret. *lib* 2. Sicut amaracini blandum stateque liquorum. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Tu mihi stacte, tu mihi cinnamomium, tu rosa. ¶ Pro eodem dicitur etiam Stacta. Plaut. *Mostel. sc.* 3. *a.* 1. Vide. Vbi vnguenta PH. Quid opus est? cum stacta accubo. (id est, cum æquè grata & amicâ, ac vnguentum suaue est, cui nomen stactæ est inditum.)

Stāctēŭs, a, um, adiectiuum: vt, Myrrha stactea, id est, stillatitia, è qua stacte exprimitur, quam Theophrastus factitiæ opponit. Plin. *lib.* 12. *c.* 16. Genera myrrhæ complura, Troglodytica, syluestrium prima, Erythræa sequens, & Minæa in qua Stactea Atramaticia est, &c.

Stădĭum, ij, Curriculum, locus in quo cursu, & luctatione exercemur. { στάδιον. GALL. *Vne stade, mesure de cent vingt & cinq pas. lieu pour s'exercer à la course.* ITAL. *Stadio, luogo ordinato dal publico per correrui, spatio di cento venticinque passi.* GERM. Ein Rennplatz/das ist/ein ort an dem man sich ihm rennen/vnd lauffen übt. Itē, Ein weite CXXV. schritt lang. HISP. *Carrera de cauallos, ò lugar dōde corran espacio de* CXXV *passos, ò de* DCXXV. *pies.* ANG. *A place where running it exercised as well of men as of horses.* } Dictum stadium ἀπὸ τοῦ στάσεως, hoc est, à statione, quòd Hercules eo spatio vno spiritu confecto, constitisset. Nam clarissimum fuit curriculum stadij Olympici, quod Hercules suis pedibus metatus fertur. Plutarch, auctore in Gracchis. continétque octauā mille passuum partē, quod centum viginti quinque (inquit Plin. *lib.* 2. *cap.* 23.) nostros efficit passus, hoc est pedes sexcentos vigintiquinque Quæ mensura octies sumpta, efficit mille passus. Dicimus autem, Curro stadium, in stadio & per stadium. Cicer. 2. *Offic.* Qui stadium currit, eniti & contendere debet, quàm maximè possit, vt vincat. Idem *de senect.* Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur: quum humeris bouem sustineret viuum. Stadium ad tempus. Suet. *in Cæs. cap.* 19. Item, E medio stadio (id est, curriculo)

‖ Stadialis, e, stadij mensuram habens. ¶ Stădĭālĭs ager habebat passus CXXV. id est, pedes DCXXV. cuius mensura octies comparata milliarium facit, qui constat quinque millibus pedum ex libello variorum autorum *de limitibus.*

‖ Stadiata porticus. Vitruu. *lib.* 5. 11. vbi tanquam in tectis stadiis athletæ exercebantur. ‖

Stădĭŏdrŏmī, orum, σταδιοδρόμοι, dicti sunt qui in stadio cursu certant. Iul. Firm. Si Mars respexit Leporem cælestem in horoscopo, faciet stadiodromos. ¶ Stadiodromus etiam locus in quo ludi & cursus exercentur. Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. Eundem vincit & Leontius, qui fecit stadiodromum astylon, qui Olympiæ ostenditur.

Stăgīră, στάγειρα, oppidū in finibus Macedoniæ, ad sinū Strymonicum, Aristotelis Peripatetici patria: qui inde Stagirites, σταγειρίτης, cognominatur.

STAGNVM, i, à stando dicitur, aqua stans: vel à Græco, vt autor est Festus, στεγνός. { ברכה *berechâh* ים *iam.* λίμνη. GALL. *Estang.* ITAL. *Acqua morta, stagno* GERM. Ein stillstehend wasser/ein see/oder weyer. HISP. *Estanque agua reposada.* ANGL. *A qua ponde or poole, a standing water.* } Plin. *lib.* 10. *c.* 55. Postremò lamenta circa piscinæ stagna mergentibus se pullis natura duce. Virgil. 4. *Georg.*

At liquidi fontes & stagna virentia musco Adsint.

¶ Stagnum pro mari & Oceano vt, & apud Græcos λίμνη. Idē *in Æneid.*

Cùm pedes incessit medij per maxima Neres
Stagna viam scindens.

Idem. 1. *Æneid.* stagnum pro parte maris profundissima posuit, quòd ea minimè moueatur, sempérque stet, id est, quiescat:

Emissámque

Emissámque hyemem sensit Neptunus, & imis
Stagna refusa vadis.
Liuius *lib.6. dec.* 1. Leuibus stagnis effusus Tyberis. Quintil. Stagnis lenibus similes Rhodij Oratores.

Stăgno,as, Stagnum facio, propriéque de mari aut flumine dicitur, quum litora aut ripas prætergressum, aliquo in loco stagnum efficit. {λιμνάζω. Gall. *Faire estang, deuenir eau du lac ou d'estang, & ne retourner en la mer comme les eaux qui se desbordent.* Ital. *Tenere, stagnare l'acqua serrata intorno.* Germ. Außschwellen/zu einem see machen. Hisp. *Hazerse estanque, y no voluer el rio en la mar.* Angl. *To stand as water and not to flow.*} Virg. *lib.*4. *Georg.*
Nam quà Pellæi Gens fortunata Canopi
Accolit, effuso stagnantem flumine Nilum.
¶ Aliquando actiuè accipitur pro inundare. Tacit. *lib.*1. Tiberis plana vrbis stagnauerat, id est, plana loca inundauerat. Stagnare item agri dicuntur, qui non absorbent, sed continent aquam. Idem, Agris humidis atque stagnantibus. Huius compositum est Restagno, quod est exundo: vt apud Tacit. *lib.*9. Idem tradit in Paphlagonia effodi pisces gratissimos cibis terrenos, altis scrobibus, in his locis, vbi nullæ restagnant aquæ.

Stāgnāntĭŏr, comparatiuus. Claud. *de Nilo*, Effluit Ægæa stagnantior.

Stāgnātūs, adiectiuum, λιμνώδης. Aqua stagnante humidus. Col. *lib.* 10. Nam neque sicca placet, nec quæ stagnata palude Perpetitur querulæ semper conuitia ranæ.

‖Stagnum, *Stagnô*, V. E. Reipublicæ ac prouinciæ Ragusinæ, in Dalmatia.‖

Stalagmias, σταλαγμίας, q. stillatitius, à σταλαγμὸς stilla.

Stalagmion, genus inaurium. Fest. simile guttæ.

Stălāgmŭs, σταλαγμὸς, purissimum genus calcanthi, ita dictum quòd è guttis, siue stiriis fieret, hyberno tempore in scrobes effossos decidentibus. Nam σταλάζειν Græci dicunt stillare. Vide Plin. *lib.*34. *cap.*13. ¶ Stalagmum item, siue, vt loquitur Plaut. stalagmium, antiqui appellarunt genus inauris, guttæ figuram imitantis, quam σταλαγμὸν vocant Græci. Cæcilius *apud Nonium*, Ex auro eius stalagmum domi habeo. Quo in loco Perottus, & Perottum sequutus Calepinus corruptè legunt *Stalagnium*. Plaut. *Men. scen.* 3. *act.* 3. Inaures da faciundas mihi pondo duûm nummûm, stalagmia, id est, Inaures quæ stalagmia vulgò dicuntur. Inauris enim generis, Stalagmium speciei vicem obtinet.

Stāmĕn, inis, στήμων. Dicitur ipsum filum quod è colu ducitur, non cannabis, aut lana siue linum vnde fila ducuntur: quemadmodum ineptè hîc antea scriptum erat. {Germ. Ein kunckel/es sey wollen/flachs/hanff/&c. Angl. *Cloth in the loome or frame, a threade.*} Plin. *lib.*8. *c.*48. Inde factum vt nubentes virgines comitaretur colus compta, & fusus cum stamine. Ouid. 1. *de Arte*,
Reijce succinctos operoso stamine fusos.
¶ Stamina (inquit Sipontinus) etiam dicuntur fila recta in opere textorio, & stabilia per pectinem transmissa, quibus alia, quæ subtegmina vocant, intertexuntur. {ערב *héreb.*} Ouid. *Eleg.* 1. *lib.*4. *Trist.*
Hic quoque cognosco natalis stamina nostri,
Stamina de nigro vellere facta mihi.
Idem 6. *Metam.*
Tela iugo iuncta est: stamen secernit arundo,
Inseritur medium radijs sub tegmen acutis.
¶ Dicuntur præterea stamina in ligno vel herbis quædam quasi filamenta. Plin. *lib.*21. *cap.*5. Ita odor, colórque duplex: alius calycis, alius staminis, differentia angusta.

Staminarius, qui net. Gl. Phil.

Stāmĭnĕŭs, a, um, ex stamine factus; & generaliter ad stamen pertinens. {στημόνιος. Gall. *D'estain.* Ital. *Di stame.* Germ. Auß dem vil streimen/oder fäden gehn wie auß einer kunckel. Hisp. *Cosa de estaño.* Angl. *That hath in it as it were threades.*} vt, Vena staminea. Plin. *lib.*16. *cap.*43. Stamineam hæc vsu probant venam, & vocant fertilem, argumento similitudinis, quoniam lacrymosè crispa. Prop. *lib.*3. *Eleg.*3.
Staminea rhombi ducitur ille rota.

Stānnvm, i, metalli genus, quod in fodinis inuenitur cum argento, & in fornace primùm liquescit. {אנך *anách.* κασσίτερος. Gall. *Estain.* Ital. *Stagno.* Germ. Zinn. Hisp. *Estaño.* Angl. *Pewter or tinne.*} Plin. multis in locis plumbum album vocat, ad differentiam plumbi nigri, quod velut argenti stanníque quoddam purgamentum in fornace remanet. Verba eius sunt hæc, ex *lib.*34. *c.*16. Plumbi nigri origo duplex. Aut enim sua prouenit vena, necquicquam aliud ex se parit, aut cum argento nascitur, mistísque venis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur: qui secundus, argentum: quod remansit in fornacibus, galena: quæ portio est tertia addita venæ. Hæc rursus conflata dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus: *ibid. cap.*17. Stannum illitum æneis vasis, saporem gratiorem facit, & compescit æruginis virus: mirúmque, pondus non auget.

Stānnĕŭs, a, um, Factum ex stanno. {κασσιτέρινος. Gall. *D'estain.* Ital. *Di stagno.* Germ. Zinnin/auß zinn gemacht. Hisp. *Cosa de estaño peltre.* Angl. *Of pewter or tinne.*} Plin. *lib.*29. *cap.* 2. Tum in stannea pyxide conditur.

‖Stanno, as, obduco stanno: quod & stagno scribunt.‖

Stapes, fulcrum pedum equestre; subex ephippiarius. Hadr. Iunius *in Nomencl.*

Stapia in vetustis inscriptionibus, & apud D. Hieronymum, subex pedaneus Budæo, stapes Grapaldo.

Stăphylē, σταφυλὴ, vitis alba, quam alij Ampeloleucen vocant, alij Melothron. Plaut. *Aul. sc.*4. *a.*1. Heus Staphyla te voco.

Stăphylŭs, σταφυλος, Sitheni filius, primus aquam vino miscere docuit. Plin. *lib.*7. *cap.*56.

Stăphys, ydis, fœm. gen. {σταφὶς. Gall. *L'herbe aux poulx.* Ital. *Staphusaria, semenza de frati.* Germ. Leußkraut. Hisp. *Fabaraz, hauarraz.* Angl. *Stauis agre.*} quæ etiam staphy agria, & Latinis pituitaria, & pedicularis, dicitur: Vitis est cauliculis nigris, rectis, foliis labruscæ, folliculos verius quàm acinos ferens, virides, similes ciceri. Vide Plin. *lib.*23. *cap.*1.

Stăphylīnŭs, {σταφυλῖνος. Gall. *Pastenade, panets.* Ital. *Pastinaca.* Germ. Pästenen/Morenwurtz. Hisp. *çanahoria.* Angl. *A par snep or carret.*} Quam pastinacam vocant Latini, duorum generum est: hortensis, quem σταφυλῖνον κηπαῖον nominat Dioscorides: & agrestis, quem idem σταφυλῖνον ἄγριον appellat: Romani etiam pastinacam erraticam. Hæc folia habet gingidij, sed latiora, & subamara, caulem rectum, scabrum, vmbellam similem anethi, in qua flores insunt candidi, & in medio purpureum quiddam fermè croceum, radicem digiti crassitudine, & dodrantalem, odoratam, quæ cocta manditur. Galli peculiari nomine pastinacam appellant. Staphylinorum autem nomine, si nihil addatur, satiuos potiùs intelligimus, quas iidem *carotas* sua lingua nominant. Sic Colum. *lib.* 10. Lætetur, mollémque sinum staphylinus inumbret. Loquitur enim de iis quæ in hortis seruntur. Idem *lib.*11. *cap.*4. Tunc agrestis pastinaca, & eiusdem nominis edomita, quem Græci staphylinum vocant.

Stăphylŏdēndrŏs, σταφυλόδενδρος, Arbor trans Alpes simillima aceri, alba materia, siliquas ferens, & in eis nucleos nucis auellanæ. Quidam eandem existimant cum Theophrasti colicia. Vide Plin. *lib.*16. *cap.*16.

Starcaterus, Rex Danorum, qui quum Lenum quendam per nefas occidisset, pœnitentia ductus, eius filio Hathero se præbuit occidendum. Saxo *lib.*8.

Staseas, στασέας, Neapolitanus philosophus Platonicus, vt scribit Cicer. *de finib. bon. & mal.*

Stasis, στάσις, vrbs est Persidis, edita in petra sita, quam tenuit Antiochus Seleuci filius. Gentile Stasites, στασίτης. Steph.

Stătānŭs, Deus puerilitatis præses credebatur antiquis, in cuius tutela pueri esse putabantur, quum primum stare atque incedere inciperent, vt ex Varrone *de liberis educandis*, docet Nonius.

Stătārĭŭs, vide *Sto.*

Stătēr, is, {שקל *schékel.* στατήρ.} Genus numismatis duo didrachma, hoc est, quatuor valens didrachmas, siue solidos Turonenses quatuordecim. Dictus stater à verbo Græco ἱστάναι, quod inter cætera significat ponderare. Erat autem hæc appellatio Persis cum Macedonibus communis. Vnde & Philippeos, & Daricos, & Alexandreos stateras passim legimus.

Stătēră, æ, Instrumentum quo res sine lancibus ponderantur. {מאזנים *moznáijm.* σταθμὸς, ζυγὸς. Gall. *Balance, trebuchet.* Ital. *Statera da pesare, bilancia.* Germ. Ein holtzwag/ein wag die kein schüssel hat. Hisp. *Balança, ò peso para pesar.* Angl. *The gold smithes balance.*} Nam quod lances habet propriè libram dicimus. Statera punctis & vnciis signatur, non autem trutina: Interpres Persij *in Satyr.*5. Dicta statera à verbo Græco ἱστάναι. Cic. 2. *de Orat.* Hæc enim nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. ¶ Erat item statera vasis genus in argentea supellectili, quod & tympanum & magida appellant. Plin. *lib.*33. *cap.*11. Tympana verò se iuuene appellata stateras & lances, quas antiqui magidas appellauerant.

Stăthmŭs, i, {מלון *malón.* σταθμὸς. Gall. *Hostellerie.* Ital. *Hosteria.* Germ. Ein stelle/herberg/stall. Hisp. *Hospederia, venta.* Angl. *A place of standing or remaning, hostelerie.*} Græca vox est, nobis stabulum, diuersorium, vel stationem significans. ¶ Item mensuræ geometricæ genus apud Persas maximè vsitarum, quorum regnum vniuersum in stathmos regios diuisum erat, dispositis certo interuallo diuersoriis, quò quæ vel in extremis regni angulis gererentur, celeriùs ad Regem possent perferri. Fuit autem stathmorum mensura non vbique eadem, vt est videre apud Herodotum *lib.*5. Ferè tamen res eò redibat, vt singuli stathmi sesquistadium supra centena continerent, eodem Herodoto teste, qui CXI. stathmos, XIII. M. D. stadiis exæquat. Sunt & aliæ vocis huius significationes, quæ quoniam ad Latinæ linguæ instructionem nihil pertinent, ex Græcorum Lexicis petendas relinquimus.

Staticus, a, um, στατικός, ή, όν, vim sistendi habens. item ponderandi peritus. Hinc statice, scientia ponderum. ἵστημι pondero. Est item

Statice, herbæ genus septem caulibus veluti rosæ capita sustinens. Vide Plin. *lib.*29. *cap.*8.

‖Staticula, statuæ. Tertull.

Staticuli, quietes in gestu & saltu. Turn.‖

Stătĭcŭlum, i, genus vehiculi, seu gestorij, sicut essedum & petoritum. {ποιόν τι ὀχημάτιον. Gall. *Petit chariot, branslant.* Ital. *Picciol carro.* Germ. Ein gattung eines hangenden wagens. Hisp. *Pequeño carro.* Angl. *A kind of chariot, or a stirrup.*} Plin. *lib. vlt. cap.*19. de achatæ generibus loquens, Reddunt species fluminum, nemorum, & iumentorum, & esseda, & staticula, & equorum ornamenta. ¶ Apud Plautum *in Persa*, staticuli sunt motus ex arte saltatoria, & gesticuli in quibus ad numeros, modulósque musicos nunc sibsistendum erat, nunc subsiliendum. χειρονομήματα, ὑπορχήματα. Cato quoque (referente Gellio) Cæcilium Senatorem, saltatorem, & fescennium vocare solet, quòd elegantiùs saltaret, & staticulos daret, quàm deceret virum probum. Idem Cato apud Macrob. *cap.*14. *lib.*3. *Saturn.* Descendit de Cantherio inde staticulos dare, ridicularia fundere (cœpit.) Alij staticulos dare exponunt choream quandam & saltationem dare non motoriam, sed statariam, qualis erat & in choris στασίμοις. In Catonis orat. apud Macrob. descendit de cantherio: inde staticulos dare, ridicularia fundere.

Statilinus, & Statanus, & Fabulinus, præsides puerorum dij, quibus sacrificabant, cùm stare & fari inciperent. Vide Non. *in fine cap.* 12.

Statim, aduerbium, Constanter, perseueranter, continuè, quasi insistendo, & vno statu: à stando. {פתע *péthah* פתאם *pitheóm.* βεβαίως. Gall. *Incontinent, soudain.* Ital. *Di subito.* Germ. Stendlingen. Item, Eins wägs/von stund an. Hisp. *Luego, a la hora.* Angl. *Incontinent, forth with.*} Plaut. *in Amphit.* Nec recedit loco, quin statim rem gerat. Terent. *in Phorm.* Bina talenta capiebant statim. ¶ Sæpiùs ponitur pro mox, illicò, continenter, αὐτίκα, εὐθύς. Cic. *in Verrem*, Statim Messanam literas dedit. Idem *ad Attic.* Has literas scripsi statim vt tuas legeram. ¶ Statim à Plin. *lib.*27. *cap.*9. Semipedalibus ramulis quinis, senísve, à radice statim foliosis. ¶ Statim atque. Paulus *ad* C. *Vell. l. debitrix*, Quamuis statim atque intercesserat mulier, competierat.

¶ Statim in. Cicer. *de Arusp. resp.* Haud potest grauioribus à me verbis vulnerari, quàm est statim in facto ipso à grauissimo viro P. Seruilio confectus ac trucidatus. ¶ Statim quàm. Martianus *de officio Proconsulis, l. omnes*, Proconsules statim quàm vrbem egressi fuerint, habent iurisdictionem. ¶ Statim sequente ablatiuo. Cicer. *in Orat.* Itaque hoc sum aggressus statim Catone absoluto. Iam statim, Gell. *cap.* 19. *lib.* 16.

Stătīnæ, arum, secunda syllaba correpta, Insulæ sunt in sinu Campano, terræmotu enatæ, teste Plin. *lib.* 2. *cap.* 88. Papin. *in Syluis*, Ænariæque lacus medicos, Statinásque renatas.

Stătĭo, Statiua, vide *Sto.*

Stātĭus, Cæcilius poëta Comicus fuit, cui Volcatius Sedigitus primas in Comœdias partes tribuit: quanquam à Cicerone nonnunquam etiam ferreus scriptor appellatur. ¶ Statius alius, cognomento Papinius, illustris poëta fuit Neapolitanus, Domitiani temporibus, Iuuenalis & Martialis æqualis: cuius multa extant poëmata, Syluarum libri quatuor, Thebaïdos libri duodecim: præterea Achilleidos opus inchoatum, quod morte præuentus absoluere non potuit. Scripsit & Agauen Tragœdiam, quam inopia coactus Paridi histrioni vendidit. Iuuen. *Satyr.* 7.

Curritur ad vocem iucundam, & carmen amicæ
Thebaidos, lætam faciat cùm Statius vrbem,
Promisitque diem, tanta dulcedine captos
Afficit ille animos, tantáque libidine vulgi
Auditur: sed quum fregit subsellia versu,
Esurit intactam Paridi nisi vendat Agauen.

Fuisse autem horum vtrunque seruum, Statij nomen seruile satis declarat.

Statones, Hetruriæ populi, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. quorum oppidum Stratonia commemoratur à Strab. *lib.* 3. In horum agro vinum satis generosum nascebatur, quod Statoniense vocabatur: cuius meminit Plin. *lib.* 14. *cap.* 6.

Stătŏr, is, vide *Sisto.*

Stătŭa, Statuarius, Statumen, Statumino, vide *Statuo.*

Stătŭo, is, ui, utum. Pono, colloco, erigo. {הציב הושיב *hoschīb* *hitsīb* הציב *hitsīg.* ἵστημι. GALL. *Poser & mettre, asseoir, arrester.* ITAL. *Statuire, deliberare, ordinare.* GERM. Stellen/setzen/ auffrichten. HISP. *Establecer, ordenar, deliberar.* ANGL. *To ordeine, to stand vpon some purpose, to put or sett, to assigne or appoynt.*} Cicer. 2. *de inuent.* Thebani in finibus æneum trophæum statuerunt. Idem 3. *Verr.* Syracusani statuam postea statuerunt. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Siquidem mihi statuam & aram statuis. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Disturba quas statuisti machinas. Tibull. *lib.* 4.

Nulla mihi statuent te fata canendi.

¶ Nonnunquam accipitur pro constituo, delibero. {בחר *bachár.* ὁρίζω.} Liu. 1. *ab Vrbe*, Ferro igitur eam arcere contumeliam statuunt. Cicer. 3. *Verr.* Iste certè statuerat, ac deliberauerat non adesse. ¶ Aliquando pro decerno, iudico, censeo. גזר *ghazár.* Idem 5. *Verr.* Statuit Senatus, hoc ne illi quidem esse licitum, cui concesserat omnia, à populo factarum, quæsitarúmque rerum summas imminuere. Idem 2. *de Orat.* Sine vlla dubitatione sic statuo & iudico, neminem omnium tot & tanta, quanta sunt in Crasso, habuisse ornamenta dicendi. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Res quoque priuatas statui sine crimine iudex.

¶ Statuo pro dedico. חנך *chanáeh.* Virgil. 5. *Eclog.*

Craterásque duos statuam tibi pinguis oliui,

id est, dedicabo. ¶ Terent. pro concutere posuit quum ait, Sublimen illum arriperem, & caput primùm in terram statuerem, Vt cerebro dispergat viam. ¶ Statuere, prouidere, existimare, vel expectare, & prorsus ita opinari. Cicer. *vlt. Verr.* Statuerat causam sibi esse dicendam, etiam ante, quàm hoc vsu venit. ¶ Exemplum statuere in homine, idem quod edere exemplum. Idem 4. *Verr.* Sed vt illi quoque qui in ea prouincia non fuerunt, intelligere possint in quo homine tu statueris exemplum eiusmodi, &c. Budæus.

Stătūtŭs, particip. Constitutus. {מועד *muhádh* מוקם *mukám.* τεταγμένος, ἀποτεταγμένος. GALL. *Ordonné, assigné, establi.* ITAL. *Statuito.* GERM. Angesetzt/bestimpt. HISP. *Establecido.* ANGL. *Ordeined, appointed.*} vt, Statuta die, hoc est, constituta, ac decreta ex conuentione. Cæs. *lib.* 2. *de bell. ciu.* Ad statutum diem conuenire. Liu. 1. *bell. Maced.* Consilium Ætolorum statuta die, quod Panætolium vocant, futurum erat. Statuti pali, ita collocati in terram vt stantes, non transuersi aut obliqui appareant. Varr. 1. *de re rust. cap.* 14. Fit autem palis statutis crebris, aut virgultis implicatis.

Staturus. Velleius, Statutum libertati arbitrio suo modum.

Stătŭa, æ, Simulachrum ex ære, alióve metallo quod alicui vel mortuo, vel etiam viuenti antiquitus decernebatur, & in foro aut aliquo loco conspicuo collocabatur, ad alicuius rei bene gestæ memoriam. {מצבת *matsfebáh* פסל *pésel.* ἄγαλμα, ἀνδριάς. GALL. *Statue, image de pierre, de bois, & de metail.* ITAL. *Statua, imagine, simulacro, effigie.* GERM. Ein auffgericht bild jemandts zu ehren etwan hin gestelt/ein bildsaul. HISP. *Estatua, imagen.* ANGL. *An image of wood stone, or metall.*} Generalius est autem imaginum nomen, quàm statuarum, quum pictas etiam tabellas imagines vocemus: ad quas certè statuarum appellatio non extenditur. Suet. *in Tiber.* Etiam statuas atque imagines, nisi permittente se, non prohibuit. Cicer. 9. *Philipp.* Maiores quidem nostri statuas multis decreuerunt, sepulcra paucis: sed statuæ intereunt, tempestate, vi, vetustate: sepulcrorum autem sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moueri, neque deleri potest. Catullus, Inaurata statua pallidior. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Statuam auream ex auro Philippeo quæ fiet septempedalis. *Ibidem sc.* 3. *a.* 1. Vineam tibi pro aurea statua statuam. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Mihi statuam & aram statuis. ¶ Statuarum tituli. Suet. *in Calig. cap.* 34. Item, statua posita consecrari. Et, Consecrata statuæ subscriptio. Senec. *cap.* 22. *de consol. ad Marc.* ¶ In statua Ciceronis victoria coniuratorum scripta. Diomed. *lib.* 1. Statua equestris, vide *Equestris*, & Velleium. Statuæ Tuscanicæ & Græcæ. Quintilian. ¶ Ad statuam Augusti confugere. Suet. *in Tiber. cap.* 53. Verberea statua. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 5. (de seruo.) Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4.

Stătŭārĭa, æ, Ars statuas ex ære, alióve metallo conficiendi. {ἀγαλματοποιΐα, ἀνδριαντοποιΐα. GALL. *L'art de tailler images.* ITAL. *Arte d'intagliare imagini.* GERM. Die kunst bilder zumachen/es sey mit giessen/schnitzlen/oder außhawen. HISP. *Arte de hazer estatuas.* ANGL. *The art of caruing of images.*} Plin. *lib.* 36. *cap.* 5. de marmoris sculptura loquens, Non omittendum, hanc artem tantò vetustiorem fuisse, quàm picturam, aut statuariam, quarum vtraque cum Phidia cœpit LXXXIII. Olympiade. Quo in loco Plinius manifestè statuariam distinguit à sculptura, Statuariæ nomine intelligens fusoriam quæ ex ære potissimùm, nonnunquam ex alio metallo statuæ conficiebantur: sculpturam autem quæ ex marmore, lignóve, aut alia materia simulacra scalpro exsculpebantur. Idem quoque non temerè statuam appellat, nisi ex metallo confectam. nam quæ marmore exculpitur, simulacrum potiùs, vel imaginem, vel signum appellat.

Stătŭārĭŭs, ij, propriè is dicitur, qui ex ære alióve metallo fusoria arte signa conficit. {ἀγαλματοποιὸς, ἀνδριαντοποιὸς. GALL. *Imageur, tailleur d'images.* ITAL. *Intagliatore d'imagini, maestro d'intagli.* GERM. Ein bildhawer/ bildschnitzer/ bildgiesser. HISP. *Entallador de estatuas.* ANGL. *A caruer or maker of images.*} quo in genere maximè claruerunt Lysippus, Phydias, Praxiteles, Polycletus, & Alcamenes, quorum meminit Plin. *lib.* 34. *cap.* 7. quod de statuariis antiquis scribitur.

Stătŭārĭŭs, a, um, quod ad statuarum conficiendarum rationem pertinet. ἀγαλματοποιὸς, ἀνδριαντοποιικός. vt, Ars statuaria. {ἀγαλματοποιική. GALL. *L'art de tailler images.* ITAL. *Arte d'intagliare imagini.* GERM. Das zu dem bilder machen / oder bildschnitzerey gehört. HISP. *Arte de hazer estatuas.* ANGL. *Perteaning to the making of images.*} Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. Fuisse autem statuariam artem familiarem Italiæ, indicat Hercules ab Euandro sacratus.

‖Statues, serui ante patronum stantes, vt eis præstò sint. Turn.‖

Stătūră, æ, corporis magnitudo. {גדל *ghodhél.* μέγεθος. GALL. *Stature, grandeur de corps.* ITAL. *Statura, grandezza ò picciolezza.* GERM. Die leibs maß/die grösse vnd lenge deß leibs. HISP. *Estatura y corpulencia y altura de hombre.* ANGL. *The stature and greatnesse of the boodie.*} Suet. Statura fuit eminenti, corpore pallido. Idem *in Cæs. cap.* 45. Cicer. 2. *Philip.* Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Turselius qua facie fuerit, qua statura. ¶ Statura de viribus. Col. *lib.* 5. *cap.* 5. Producat in tantam staturam quantam permittit agricola. Plaut. *Amph.* Sura, pes, statura, tonsus. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Truculentis oculis, commoda statura. Senec. *epist.* 72. Virtus vnius est staturæ, nec maior, nec minor. ‖¶ Statura quadrata esse quis dicitur, qui τετράγωνος.‖

Stătūmĕn, Pedamentum, ridica, vel palus, quo vitis fulcitur. {יתד *jathédh* מוט *mot.* χάραξ. GALL. *Pieu ou eschalas.* ITAL. *Giaccio.* GERM. Ein räbstäcke/ pfal/stütz. HISP. *El altura ò estado de arbol.* ANGL. *A prope, poste or shore to hold vpany thing.*} Colum. *lib.* 4. *cap.* 30. Quum mensum trigesimum excesserit posita vinea, id est, tertio autumno, vehementioribus statuminibus statim impendenda est. *Ibidem cap.* 33. Spatia huiusce sationis capita castanearum recipiunt MM. DCCCLXXX. cuius summæ ex facili iugera singula præbebunt statuminum duodena millia. Non tamen de solis vitium pedamentis statumina dicuntur, verumetiam de quibusuis fulcimentis: vnde etiam Colum. *lib.* 6. *cap.* 18. in descriptione machinæ cuiusdam, qua iumenta clauduntur, statumina accipit pro stipitibus erectis, quibus lignum quoddam transuersum, quod iugum vocat, superincumbit. Primus (inquit) duobus statuminibus imponitur firmum iugum, ad quod iumenta capistrantur. Cæs. *lib.* 1. *de bell. Ciu.* Carinæ ac statumina nauium.

Stătūmĭno, as, Fulcio, firmo, & quasi statuminibus quibusdam sustineo. {העמיד *hehemidh.* ἱστάω, στηρίζω. GALL. *Eschalasser, enuironner ou clorre de pieux.* ITAL. *Aggiacciarsi le viti.* GERM. Sticken/ vnderstützen. HISP. *Poner en estado el arbol.* ANGL. *To proppe, to sett a poste, or shore to any thing.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 6. In solutione terra sepibus firmari, ora vtrinque lapidibus statuminari, & alio superintegi. ¶ Statuminare verbum est architecturæ. Vitruuius *lib.* 7. Tunc insuper statuminetur non minore saxo, quàm quod possit manum implere: statuminibus inductis ruderetur—insuper ex testa nucleus inducatur. Nam statuminatio fiebat lapidibus & cementis libralibus & mamalibus sine calce & arena. Reduratio verò statumini superinducebatur cum calce & arena, aut rudere nouo, aut rediuiuo, id est, vetere ædificio sumpto, non nuper effosso, quod constabat ex cemento ad differentiam nuclei, qui è testa contusa constabat, tertio loco inducebatur.

Status, a, um, & Status, us, vide *Sto.*

Statyelli, statyellorum, populi Liguriæ, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. quorum oppidum Aquæ Statyellæ collocatur à Strabone in ea via quæ à Genua Placentiam ducit.

Stauropegium, σταυροπήγιον, crucis fixio. σταυροῦ πῆξις: item diœcesis Episcopi in qua ille crucis figendæ ius habebat. Vide Gloss. Græcob. Meursij.

‖Stauropolis in Cariâ, M. sub P. Constantinopolitano.‖

Steătītes, στεατίτης, gemma similitudinem seui ostentans, quod Græci στέαρ vocant, autor Plin. *lib. vlt. cap.* 11.

Steătōmă, {שאת *schéeth.* στεάτωμα.} Tumor est foris in corpore apparens, pinguem intus materiam continens seuo simillimam, vnde & nomen accepit: nam στέαρ, ατος, seuum significat.

Stĕgă, {στέγη. GALL. *Vne loge.* ITAL. *Luogo in naue coperto, vna loggia.* GERM. Ein bedeckt ort in einem schiff/schirmheußlin. HISP. *Tejado.* ANGL. *A lodge, a litle cottage or house.*} Locus in naui contectus: ἀπὸ τοῦ στέγειν, quod est tergere. Plaut. *in Bacchid.* Fortè vt adsedi in stega. Hinc tristega τρίστεγα dicitur pro triplici tabulato.

Steganomium, mansionis pretium.

Stēlæ, vnico l, {מצבות *matsebóth.* στῆλαι.} Vox est Græcis quàm Latinis vsitatior, qua significantur pilæ cum inscriptione ad rei alicuius memoriam propagandam erectæ. Plin. *lib.* 9. *cap.* 29. Stelæ lapideæ literis incognitis. Latini cippos vocant. His fœdera & proscriptorum nomina insculpebantur, quò faciliùs omnibus innotescerent, vt est videre in Panæg. Isocratis, & plerisque in locis apud Demosthenem. Hodie stelas vocare possumus cruces lapideas, quæ passim ad viam militarem erectæ conspiciuntur cum inscriptione, ad rei alicuius memoriam propagandam.

Stelis,

Stelis, viſci genus.

Stella Aruntius, Poëta Patauinus lepidiſſimus, familia conſulari ortus, Violantillam amauit, puellam Neapolitanam, quam tandem duxit vxorem. Hæc in deliciis habuit columbam, auem dicatam Veneri, quam Stella fleuit defunctam pulcherrimo carmine, opúſque ipſum Columbam inſcripſit. Martial. *lib.* 12.

Laurigeros habitat facundus Stella penates.

STĒLLĂ, æ, à ſtando, quòd ſtare ſtellæ videantur. {כוכב *chochâb.* ἀστήρ. GALL. *Eſtoille.* ITAL. *Stella.* GERM. Ein ſtern. HISP. *Eſtrella.* ANGL. *A ſtarre.*} Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 1. Vſque ad ſtellam diurnam craſtinam potabimus. Cicer. 2. *de diuin.* Ita te nec terræ fremitus, nec cæli diſceſſus, nec lapideus, aut ſanguineus imber, nec traiectio ſtellæ, nec faces viſæ terrebunt. Virg. 5. *Æneid.*

Poſtera quum primo ſtellas oriente fugarat
Clara dies.

Idem 4. *Æneid.*

——vbi maximus Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Differunt autem ſtellæ à ſyderibus, quòd illæ ſingulæ ſint: ſidera verò ex pluribus ſtellis compoſita, quæ & ſigna cæleſtia vocamus: cuiuſmodi ſunt Aries, Taurus, &c. ¶ Stella Crinita ſummis poteſtatibus exitium portendit. Sueton. *in Neron. cap.* 36. ¶ De ſtellis cadentibus, diſputatio apud Plutarch. *in Lyſand.* Item, Luminis ſtella. Vide Fabium *c.* 10. *lib.* 1. ¶ Stella diurna, i. Lucifer, vt Heſperum noctiferum vocauit Catullus. Plaut. *in Menæch.* Inde vſque ad diurnam ſtellam craſtinam perpotabimus. ¶ Septem ſtellæ, i. Septentriones. Cicer. *in Tuſcul.* Quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſeptem ſtellas. Varro, Noſtri eas ſeptem ſtellas, boues & temonem, & prope eas axem. ¶ Eſt & ſtella piſcis marinus, à ſtellæ effigie nomen habens. Plin. *lib.* 9. *cap.* 60. Præter hæc claros ſapientia autores video mirari ſtellam in mari. Ea figura eſt parua admodum, caro intus, extrà duriore callo. Huic tamen igneum feruorem eſſe tradunt, vt omnia in mari contacta adurat, omnem cibum ſtatim peragat. ¶ Stellis ſignare, prouerbialiter ſignificat ſignare notulis quibuſdam & coniecturis rem alioqui difficilem peruestigatu. Euſtath. *in* 5. *Odyſſ. lib.* admonet conuenire in eos, qui longam ac deſertam ingrediuntur viam. Sumpta metaphora à nautis qui in nocturna nauigatione viam, ſtellarum obſeruatione coniectant. Poſtea deflexum eſt, vt ſtellas prænotare dicantur, qui quippiam velut animaduertendum inſigniunt. Cui diuerſum ὀβελίζειν, id eſt, veru prænotato quaſi iugulare ac damnare.

Stēllāris, adiect. Macrob. *commentar. lib.* 1. *cap.* 14. Heraclytus Phyſicus dixit animam ſcintillam ſtellaris eſſentiæ eſſe.

Stēllātŭs, adiectiuum, ſtellis plenus, proprium cæli epitheton, quum eſt clarum & ſerenum, quanquam ad alia etiam transfertur. {ἀστερόεις. GALL. *Eſtoille, plein d'eſtoilles.* ITAL. *Stellato, pieno di ſtelle.* GERM. Geſtirnet/voll ſternen. HISP. *Eſtrellado, lleno da eſtrellas.* ANGL. *Starrie, or full of ſtarres.*} Plin. *lib.* 20. *cap.* 67. Salamandra animal lacerti figura ſtellatum. Ouid. 1. *Metam.*

Talia dicenti ſtellatus ſummouet Argus.

Virg. 4. *Æneid.*

——atque illi ſtellatus iaſpide fulua
Enſis erat.

¶ Stellatus, pro inter ſydera relatus, ſidus factus, vt Græcè κατηστερισθείς Cic. 5. *Tuſc.* Nec ſtellatus Cepheus cum vxore, &c.

Stēllĭfĕr, a, um, quod ſtellas fert: proprium cæli epitheton. {ἀστροφόρος. GALL. *Qui porte eſtoilles, eſtoillé.* ITAL. *Stellifero.* GERM. Sterntragend. HISP. *Coſa que trahe eſtrellas.* ANGL. *Starrie, or that beareth ſtarres.*} Cicer. *in ſomn. Scip.* Quam ob cauſam ſummus ille cæli ſtelliferi curſus: cuius conuerſio eſt concitatior acuto & excitato mouetur ſono: grauiſſimo autem hic lunaris atque infimus.

Stelliger, a, um, eiuſdem ſignificationis cum ſuperiori. ἀστροφόρος. Stat. 12. *Theb.*

——radios declinat & horret
Stelligeri iubar omne poli.

Idem 3. *Sylu.* Nondum ſtelligerum ſenior demiſſus in axem.

Stello, as, Luceo, & quaſi ſtellas imitor. {נגהה *naghâh* הופיע *hophiah.* ἀστράπτω. GALL. *Luire comme les eſtoilles.* ITAL. *Lucere, far à guiſa di ſtelle.* GERM. Scheinen wie ein ſtern. HISP. *Luzir, hazer à manera de eſtrellas.* ANGL. *To twinckle and gliſter as a ſtarre.*} Mart. *lib.* 2.

Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem.

Plin. *lib.* 37. Quoniam ſtellarum Hyadum & numero, & diſpoſitione ſtellantur. Claud. *lib.* 2.

Ducitur in thalamum virgo, ſtat pronuba iuxta
Stellantes mox picta ſinus.

Stellans, antis. Ouid. 5. *Faſt.* Ora ſtellantia.

Stēllĭo, nis, animal, non diſſimile lacertæ, multò tamen minus, tergum habens lucentibus quibuſdam guttis depictum ad modum ſtellarum. {γαλεώτης. GALL. *Vne petite beſte comme vne liſarde.* ITAL. & HISP. *Tarantola.* GERM. Ein geflecktes heidächslin/ſchier wie ein moll/doch kleiner. ANGL. *An euet, a litle beaſte lyk a liſarde.*} Veſcitur rore & araneis. Exuit quotannis cutem, exutámque deuorat, inuidens nimirum homini, comitialis morbi remedium. Vnde & ſtellionum nomen in maledictum abiit. Morſus eius perrarò interimit hominem, tamen ſemiſtupidum facit & variè afficit. ¶ Eſt & alius ſtellio ex phalangiorum genere, lentiginoſus, acerbi ſtridoris, in cauernulis dehiſcentis per æſtum terræ habitans. Olim Italiæ incognitus, nunc in Apuleia frequens viſitur, & ſimiliter tarantula dicitur: ſcorpionibus ita contrarius, vt viſus ab eis pauorem ipſis afferat & torporem. Plin. *lib.* 30. *cap.* 18. ſtellionem tranſmarinum appellat: eundémque à Græcis ἀσκαλαβώτην vocari tradit: ab eo, opinor, quòd circulatim progrediatur, ἄσκαλος enim Græcis circulus eſt, & βῶ, ἀντὶ τοῦ βαίνω, incedo.

Stēllĭōnātŭs crimen à Iuriſconſultis dicitur quando quis alterum callida quapiam impoſtura defraudat: vt ſi quis alij rem obligatam, diſſimulata obligatione, per caliditatem alij vendiderit: aut ſi quis merces corruperit, aut impoſturam fecerit, cuius nulla ordinaria pœna eſt, ſed extraordinariè plectitur, & ad præſidem ſpectat cognitio. Dictus ſtellionatus à ſtellionis natura, quo nullum animal fraudulentiùs homini inuidet, vt inquit Plin. *lib.* 30. *cap.* 10. Cutem enim quam quotannis ponit, protinus deuorat, vt præcipiat homini præſentiſſimum comitialis morbi remedium. Inde eſt (inquit idem Plin.) quòd ſtellionum nomen in maledictum eſt tranſlatum.

Stellatura, æ, Stellionatus, hoc eſt, fraus, deceptio, impoſtura. Lamprid. *in Alexand.* Annonas (inquit) militum diligenter inſpexit: Tribunos qui per ſtellaturas militibus aliquid abſtuliſſent, capitali pœna affecit.

Stēmmă, tis, Latinè corona. {עטרה *hattaráh* ציץ *tſis.* στέμμα. GALL. *Couronne, guirlande.* ITAL. *Ghirlanda, mazzo di fiori.* GERM. Ein kron/kranz. HISP. *Corona, guirnalda.* ANGL. *A croune.*} à verbo στέφειν, quod ſignificat coronare. Iulius Firmicus *lib.* 2. Magnos viros faciet Mercurius qui ſacris & glorioſis ſtemmatibus coronentur. Stemmata item dicebantur maiorum imagines quæ in atriis magnatum ad nobilitatis oſtentationem ſolent collocari: quanquam nonnunquam etiam pro ipſa ſtirpe ſiue generis nobilitate accipiuntur. Martial.

Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto.

Iuuenal. *Satyr.* 8.

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri.

Sueton. *in Neron.* Quod in vetere gentium ſtemmate C. Caſſij percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet. Sueton. *in Galba cap.* 2. Stemma in atrio proponere. Senec. *Epiſt.* 44. Stemma non inſpicit Philoſophia. Mox; omnibus licet. Quoniam verò mos erat apud antiquos, vt viri ob res bene geſtas coronis donarentur, & eædem ſtatuarum capitibus imponerentur, inualuit conſuetudo, vt ſtemma aliquando pro facinore accipiatur. Martial. *lib.* 1. Cæſaris atque Iouis confert nunc ſtemma iuuentus, Par onus vt tulerint altiùs iſte tulit. Plin. *lib.* 35. *cap.* 2. Stemmata accepiſſe videtur pro ipſa generis ſerie gradibúſque deſcendentium, qui ramis quibuſdam, & velut incurrentibus lineis diſtinguebantur. Stemmata verò lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Legimus præterea ſtemmata aliquando accipi pro inſcriptionibus ſaxorum. Martial.

Triſtia ſaxorum ſtemmata dele therus.

Stemnio, Boccatio *lib.* 10. *cap.* 10. vna eſt Gorgonum, ſed Stenyo ſcribendum, vt infrà: filia Phorci ex monſtro marino ſuſcepta, quæ debilitas interpretatur, id eſt, timoris initium, quòd tantùm mentem debilitat. Vide *Gorgones.*

Stēntor, στέντωρ, Græcorum omnium vocaliſſimus, qui quinquaginta hominum clamorem vocis magnitudine adæquabat, vt placet Homero 5. *Iliad.* Vnde prouerbium, Stentore clamoſior. Iuuenal. *Satyr.* 13.

Tu miſer exclamas, vt Stentora vincere poſſis.

Stĕphănŭs, {עטרה *hataráh.* στέφανος. GALL. *Couronne.* ITAL. & HISP. *Corona.* GERM. Ein kron/kranz. ANGL. *A crowne.*} Latinè corona: à quo ſtephanium & ſtephaniſcus diminutiua: à quorum poſteriore fit rurſus aliud diminut. ſtephanidium.

Stĕphănōmă, στεφάνωμα, Coronamentum, hoc eſt, materia coronarum, id eſt, flores, frondéſve, quæ odoris coloríſve gratia coronis ſolent intexi.

Stephanomelis, herba Plin. *lib.* 25. *cap.* 13. ſic dicta, quòd melino colore in coronis placeat, aliter argentina.

Stĕphănŏplŏcŭs, Coronarius, coronarum confector. {στεφανοπλόκος. GALL. *Faiſeur de couronnes.* ITAL. *Chi fa corone.* GERM. Ein kranzlemacher. HISP. *El que haze coronas.* ANGL. *A maker of crownes.*} στέφανος enim coronam ſignificat, & πλέκω, texo. Apud Græcos eſt communis generis. Vide Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. Glyceram quandam à Pauſia Sicyonio adamatam, corollarum confectricem ſtephanoplocon appellatam ſcribit.

Stephanitæ vites, hoc eſt, coronariæ: nempe quæ per ſtatumina calamorum materiis ligatis in orbiculos gyróſque flectuntur, & materiis ſubmiſſis earundem ſtatuminibus, per vrbem & in coronam connectuntur. Colum. *lib.* 3. *cap.* 1. Nec ſolùm quæ iucunditate ſaporis, verumetiam quæ ſpecie commendari poſſint, cenſeri debent, vt Stephanitæ, vt trepidaneæ.

Stĕphănŏpōlĭs, Corollarum venditrix. {στεφανόπωλις. GALL. *Qui vend couronnes.* ITAL. *Chi vende corone.* GERM. Ein kränzlekrämerin. HISP. *Muger que vende coronas.* ANGL. *A woman that ſelleth crownes.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. Amauit in iuuenta Glyceram municipem ſuam inuentricem coronarum, certandóque imitatione eius, ad numeroſiſſimam florum varietatem perduxit artem illam. Poſtremò pinxit illam ſedentem cum corona, quæ nobiliſſima tabula appellata eſt ſtephanoplocos, ab aliis ſtephanopolis, quoniam Glycera coronas venditando ſuſtinuerat paupertatem.

STĔRCŬS, oris, ab extergendo deduci videtur, quod vndique abſtergi ſoleat. {אשפות *aſchpôth* פרש *peréſch* צאה *tſoáh* vel צאה *tſeáh* דמן *domén.* ἀφόδευμα, κόπρος. GALL. *Fiente, merde, eſtron, fiens.* ITAL. *Sterco, merda.* GERM. Dreck/kat/miſt. HISP. *Eſtiercol.* ANGL. *Dung.*} Plaut. *in Aſin.* Iuſſin' ſceleſte ab ianua hoc ſtercus hinc auferri? Colum. *lib.* 2. *cap.* 6. Vineis emacitatis & aruis, optimum ſtercus lupinum præbet. Cic. 1. *de Diuin.* Tum & dormienti eundem illum viſum eſſe rogare, vt quoniam ſibi viuo non ſubueniſſet, mortem ſuam ne inultam eſſe pateretur, ſe interfectum in plauſtrum à caupone eſſe coniectum, & ſupra ſtercus intectum, &c. Iuuen. *Sat.* 14.

Ergo miſer trepidas, ne ſtercore fœda canino
Atria diſpliceant oculis venientis amici.

Horat. *Epod.*

Colórque ſtercore fucatus crocodili.

Stercorĕŭs, a, um, Ex ſtercore factus: & ponitur pro vili & nullius pretij. {κόπρειος. GALL. *De fiente, de merde.* ITAL. *Di ſterco.* GERM. Dreckig. HISP. *Coſa de eſtiercol.* ANGL. *Of dung.*} Plaut. *in Mil.* —miles meus eſt herus, Qui hinc ad forum abiit: glorioſus, impudens, ſtercoreus, plenus periurij atque adulterij.

Stĕrcŏro, as, Fimum agris fœcunditatis gratia adhibeo. {κοπρίζω. GALL. *Fumer, ou femer.* ITAL. *Letamare, ingraſſare.* GERM. Miſten/ miſt oder kat anlegen. HISP. *Eſtercolar la tierra.* ANGL. *To dung or compeſſe.*} Plinius *lib.* 18. Ager ſi non ſtercoratur, alget: ſi nimium ſtercoratus eſt,

est, aduritur. Col. Lupinum vbi in florem verterit, nihil agrum stercoraueris. Idem *lib.2. cap.16.* Nec ignorare colono oportet, sicuti refrigescere agrum qui non stercoretur: ita peruri si nimium stercoretur: magísque conducere agricolæ frequenter id potius quàm immodicè facere. Stercorari item ager dicitur quum quouis modo pinguescit, etiam nullo adhibito fimo, sed alia quauis re quæ fimi vicem supplet. Idem *lib.12* Vicia & faba stercorare agrum dicuntur.

Stērcŏrātŭs, a, um, participium, vel nomen ex participio, Stercore infectum vel fœcundatum. {κεκοπρισμένον. GALL. *Fumé.* ITAL. *Letamato, smerdato, imbrottato.* GERM. Gemist. HISP. *Estercolado, ensuziado.* ANGL. *Dunged.*} Colum. *lib.1.* Pomaria quoque & hortos oportet septo circundari, & esse in propinquo, atque in ea parte qua possit omnis stercorata colluuies cohortis, balineorúmque & oleis expressa amurcæ sanies influere. & apud Catonem *lib.2.* Locus stercoratissimus.

Stērcŏrātĭo, nis, Ipse stercorandi actus. {κοπρισμός. GALL. *Fumement de terre.* ITAL. *Esso letamare la terra.* GERM. Das misten/mist anlegung. HISP. *Obra de estercolar la tierra.* ANGL. *A dunging.*} Columell. *lib.2. cap.16.* Si tamen aliqua causa tempestiuam stercorationem facere prohibuerit, secunda ratio est antequam sarrias more seminantis, ex auiariis puluerem stercoris per segetem spargere.

Stērcŏrārĭŭs, a, um, quod ad stercora pertinet. {κοπρευτικός. GALL. *Qui sert à porter fiens.* ITAL. *Che serue à portare letame.* GERM. Das zu dem mist/ oder kaht gehört. HISP. *Cosa para estiercol.* ANGL. *Belonging to dung.*} Varr. *lib.1. de re rust.* Sic è ligno & ferro, vt plaustra maiora tria, aratra cum vomeribus sex, crates stercorarias quatuor.

Stērcŏrōsŭs, a, um, adiectiuum, Plenus stercore. {κοπρώδης. GALL. *Plein de fiens, fort fumé.* ITAL. *Ben letamato, pien di stercore.* GERM. Voll kaht/dreck oder mist. HISP. *Lleno de estiercol.* ANGL. *Full of dung.*} Columell. *lib.9. cap.4.* Villaticum quod nascitur in oleribus & stercorosis herbis. Idem *lib.8. cap.3.* Nam plurimum refert aquam non esse in ea nisi vno loco quam bibant eámque mundissimam: nam stercorosa pituitam concitat. Cato *cap.52.* Locus stercorosissimus.

‖Sterquilinum, sterquilinium. *D. lib.19. tit.1. l.17.* ‖

Stērquĭlīnĭŭm, ij, locus stercoribus plenus, seu stercoris receptaculum. {דמן *domén.* κόπρεια, κοπρών. GALL. *Fumier.* ITAL. *Fossa di sterco.* GERM. Ein mistgrub/ oder misthauff. HISP. *Muladar, lugar de estiercol.* ANGL. *A dunghill or mixen.*} Colum. *lib.1.* Sterquilinia duo sint: vnum quod noua purgamenta recipiat, & in annum conseruet: alterum ex quo vetera vehantur: sed vtrumque more piscinarum deuexum leni cliuo, & extructum, pauitúmque solum habeat, ne humorem transmittat.

Sterculius, vel Stercutius, dictus est Saturnus quòd primus stercorandi agri rationem inuenerit. Autor Macrob.

Stereometria, στερεομετρία, solidorum dimensio.

Stereontium, στερεόντιον, vrbs in inferiore climate Germaniæ; cuius meminit Ptolem. *lib.2. cap.12.*

STĔRĬLĬS, Infœcundus & fructum non ferens, ἀπὸ τοῦ στερεῖν, quod inter cætera significat carere. {עקר *hakár* שכול *schachúl.* ἄκαρπος, ἄφορος, ἄγονος, στεῖρος. GALL. *Sterile.* ITAL. *Sterile.* GERM. Vnfruchtbar. HISP. *Esteril, cosa sin fructo.* ANGL. *Barrayne, vn frutefull.*} Plin. *lib.11. cap.39.* Pubescit homo solus, quod nisi contingat, sterilis in gignendo est, masculus seu fœmina. Virg. *6. Æneid.*

———sterilémque tibi Proserpina vaccam.

Idem *3. Æneid.*

———tum steriles exurere Sirius agros.

Ouid. *5. Fast.*

———sterilem quoque tange iuuencam.

¶ Sterilis veri, qui verum nescit. Persius *Satyr. 5.* Vell. Steriles vrbes studiorum. ¶ Sterilis pecunia eadem dicitur quæ otiosa, quæ nullum suo domino fructum affert.

Stērĭlĭtās, atis, Infertilitas, infœcunditas. {שכול *scheehol.* στείρωσις. GALL. *Sterilité.* ITAL. *Sterilità.* GERM. Vnfruchtbarkeit. HISP. *Esterilidad.* ANGL. *Barraynenes, vn frutefulnes.*} Cicer. *pro leg. Agr.* Alterum genus agrorum propter sterilitatem est incultum. Idem *1. de Diuin.* Quorum ex habitu atque colore cùm salubritatis, tum pestilentiæ signa percipi, nonnunquam etiam quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. Plin. *lib.31. cap.2.* In eadem Campaniæ regione, Sinuessanæ aquæ sterilitatem fœminarum, & virorum insaniam abolere produntur. Sueton. *in Aug. cap. 42.* Magna verò quondam sterilitate, ac difficili remedio, &c.

Stērĭlesco, is, ere, Sterilis fio. {στειρόω. GALL. *Deuenir sterile.* ITAL. *Diuenir sterile.* GERM. Vnfruchtbar werden. HISP. *Ser alguna cosa esteril, sin fruto.* ANGL. *To waxe barrayne.*} Palladius, de gallinis loquens, Vinaciæ (inquit) cibo sterilescunt, hordeo semicocto & parere sæpè coguntur, & reddunt oua maiora. Plin. *lib. 8. cap. 50.* Capræ pinguedine sterilescunt. Idem *eod. lib. cap. 16.* Is ergo tradit leænam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos singulos vno minus, ab vno sterilescere.

STĔRNO, is, straui, stratum, Humi deiicio, & quasi in terram extendo, prosterno, affligo. {הציע *hiTsiah* רפדה *raphádah* הרביץ *hirbits.* καταβάλλω. GALL. *Mettre bas, abattre, couurir.* ITAL. *Gittare per terra, distender giu, atterrare.* GERM. Niderwerffen/zuboden werffen. HISP. *Derribar por el suelo.* ANGL. *To thrawe in the ground, to spread.*} Plaut. *Men. sc.3. a.2.* Sternite lectos, incendite odores. Liu. *7. bell. Pun.* Ita desertum à ducibus agmen primò per agros palatur, fessíque aliquot somno ac vigiliis sternunt corpora passim. Idem *1. ab Vrbe,* Stratis ariete muris. Hor. *5. Carm. Ode 14.* Primósque & extremos metendo Strauit humi sine clade victor. Ouid. *2. Metam.*

Dicit, & arreptam prensis à fronte capillis
Strauit humi pronam.

¶ Aliquando pro occidere ponitur המית *hemith.* Virg. *lib. 10. Æneid.*

Sternitur infelix alieno vulnere: calúmque
Aspicit, & dulceis moriens reminiscitur Agros.

Liu. *1. bell. Maced.* Et cornua ab equitibus, & mediis à pedite pulsi: ac repentè quum omni parte cæde ingenti sternerentur, Galli terga verterunt. Hinc cæsum exercitum stratum dicimus. Item stragem pro ingenti clade. ¶ Per translationem sterno, pro extendo quandoque ponitur. {נטה *natáh.* στρώννυμι, καταστρώννυμι.} Vnde sternere humi tapetas, frondes, & huiusmodi dicimus. Valla, Sternimus quidem vestes humi, ramos arborum, flores, & multa eiusmodi. Tamen frequentiùs dicimus, Sterno humum floribus, ramis, vestibus. ¶ Et quoniam sternendo fit, vt id supra quod sternimus, hoc est, extendimus, aliquid tegamus: sternere etiam pro tegere sumitur. Vnde sternere equos, cooperire. Liu. *8. bell. Pun.* Tesseram vesperi per castra dedit, vt ante lucem viri equíque pransi essent, armatus eques frænatos stratósque teneret equos. ¶ Sternere mensam vel lectum: id est, adornare, instruere, apparare. ערך *haráeh.* Terent. *in Heaut.* Video alios festinare, lectos sternere, Cœnam apparare, &c. Cicer. *2. de Leg.* Credóque quòd erat factitatum vt vni plana fierent, lectíque plures sternerentur. Triclinia sternere. Idem *2. Verr.* Publicè sibi conuiuia parari, sterni triclinia etiam in foro iubebat. ¶ Item quoniam sternendo, id est, extendendo, & id quod extendimus, complanamus atque componimus, fit vt sternere quoque pro componere ac complanare vsurpemus: & stratum dicamus, complanatum atque compositum. Vnde stratum mare dicimus, quando nullo vrgente in fluctus vento, æquatum manet. {נשתוה *nischtavéh.* ἐστρωμένον.} Virg. *9. Eclog.*

———& nunc omne tibi stratum silet æquor.

Et stratas vias dicimus, siue quòd complanatæ sint, siue quòd lapidibus tectæ. Liu. *8. ab Vrbe,* Facto iudicio, viua sub terram ad portam Collinam dextra via strata ad fossa, scelerato campo. ¶ Item, quia iacendo quodam modo extendimur, fit vt eos etiam se sternere dicamus, qui se ad iacendum collocant, vt quiescant. Idem *lib.4. Georg.* Sternunt se somno diuerso in littore Phocæ. ¶ Huius verbi composita sunt, Asterno, Consterno, Externo, à quo Superexterno, Desterno, Insterno, Prosterno, & Substerno, quorum significata vide suis locis.

Strātŭs, a, um, particip. Prostratus, humi extensus. {מצע *matstsáh* נשוי *natui.* στρωτός. GALL. *Couché dessus, estendu.* ITAL. *Disteso, buttato giu per terra.* GERM. Nidergeworffen/gespreitet. HISP. *Derribado por el suelo.* ANGL. *Throwen to the ground spread.*} Plaut. *Mostell. sc.4. a.1.* Vbi lectus stratus. (sup. conuiuis.) Idem *Pseud. sc.2. a.1.* facite hæc strata reperiam. (id est, hos lectos.) Et Liuius *lib.4. dec.4.* Quæ strata erant ruinis. Virg. *7. Eclog.*

Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma.

Idem *1. Æneid.*

———Stratóque super discumbitur ostro.

Cicer. *ad Attic. lib.10.* Alter is, qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne subleuauit quidem. ¶ Stratum verò nomen ponitur pro lecto. {יצוע *jetsúah.* στρωμνή.} Liu. *1. bell. Pun.* Id quod gerendis rebus superesset, quieti datum, ea neque molli strato, neque silentio accersita. Ouidius,

Stratáque membris intepuere tuis.

Virg. *2. Æneid.*

Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes
Explorat ventos.

Stratus quoque substantiuum mascul. generis pro lecto (si quibusdam credimus) inuenitur apud Gell. *cap.8. lib.15.* vbi ita scribit: Quando stratus auro, argento, purpura amplior aliquot hominibus, quàm diis immortalibus adornatur, &c. At hic, meo quidem iudicio, Stratus participium est, subintelligitúrque nomen lectus. ¶ Strata item dicuntur quæ & stragula, hoc est, quælibet vestes, quæ homini aliísve animalibus insternuntur. Vnde strata seu instrata generaliter dicuntur omnia quæ equis, mulísve insternuntur: & dicimus equos stratos, instratósque, hoc est, stratis ornatos. {מרבדים *marbaddim.*} Liu. *7.* Strata detrahi iubet. Idem *2. de bell. Pun.* Armatos deinde, instratísque equis signum expectare. Senec. *ad Lucil.* Stultus est qui equum empturus, non ipsum inspicit, sed stratum eius & frænos.

‖Stratus, us, actus sternendi: id quod insternitur, vt equo ad sedendum. Stratum, quod stratum est. ¶ Via strata. ¶ Via publica, etsi non strata. ¶ Est & strata, via absolutè. ll. Long. ‖

Strātŏr, qui equum domini sella insternit, ipsúmque in equum sustollit. {מציע *matstsiah.* ἀναβολεύς. GALL. *Estafier, palefrenier, valet d'estable, escuyer.* ITAL. *Staffiere, palafrenìere.* GERM. Ein roßsatler/ der einem das roß rüstet vnd bedeckt vnd auch darauff hilfft. HISP. *El que haze estrado, cauallerizo.* ANGL. *He that sadleth an horse.*} Spartianus *in Caracalla,* Quum illum in equum strator suus leuaret: pugione latus confodit. Vlpian. *de Offic. Proconsul.* Proconsul statores suos habere non potest, sed eorum vice in prouincia milites funguntur.

Stratura, æ, Sueton. *in Claud. cap. 24.* Quæstorum collegio pro stratura viarum gladiatorum munus iniunxit. id est, pro cura sternendarum viarum.

Stērnāx equus, dicitur qui sessorem excutit, ac in terram deiicit. {καταβλητικός. GALL. *Qui iette par terre.* ITAL. *Chi gitta per terra.* GERM. Ein abwürffig roß. HISP. *Que derriba por el suelo.* ANGL. *That casteth and throweth to the ground.*} Virg. *12. Æneid.*

Et sternacis equi lapsum ceruice Thymœten.

STĔRNVO, is, ui, utum, Flatum è pectore exurgentem cum capitis concussione emitto. {זורר *zorér.* πταίρω, πτάρνυμαι. GALL. *Esternuer.* ITAL. *Sternutire.* GERM. Niessen. HISP. *Esternudar.* ANGL. *To neeze.*} Plin. *lib.7. c.6.* Oscitatio quidem in enixu lethalis est: sicut sternuisse à coitu abortiuum. Idem *lib.26. cap.6.* Theophrastus senes laboriosiùs sternuere dicit. Prop. *lib.2. Eleg.3.*

Num tibi nascendi primis mea vita diebus
Aridus argutum sternuit omen amor?

Colum. *lib.8.* At si molesta pituita est, cunilæ bubulæ, vel surculi nepetæ syluestris lana inuoluti, naribus inseruntur, versantúrque, donec sternuat ouis. Plaut. *Pseud. sc.2. a.2.* Dum tu sternuas. (id est, viuas.) vulgò strenuas.

Stērnūto, as, are, frequentatiuum. {זורר *zorér.* συχνὰ πταίρω. GALL. *Esternuer souuent.* ITAL. *Starnutare spesso.* GERM. Hefftig oder offt niessen. HISP. *Esternudar à menudo.* ANGL. *To neeze often.*} Plin. *lib.28. cap.8.* Proboscidis tactu capitis dolor leuatur: efficaciùs si & sternutet.

Stērnūtātĭo, nis, verbale, Ipse sternutandi actus. {עטישה *hatischáh.* πταρμός. GALL. *Esternuement.* ITAL. *Starnuto.* GERM. Niessung. HISP. *Esternudo.* ANGL. *A neezing.*}

Sternutamentum,i,Sternutatio. πταρμός. Plin. *lib.20. cap.12.* Semen tritum,& haustum naribus,sternutamenta mouet. Gell. *cap.5. lib.12.* Sternutamentis quati. ¶ Sternutamentum, medicamentum quod sternutamenta mouet, πταρμικόν, vt transtulit Cælius Aurelianus Chroniôn *lib.1. cap.1.* Cels. *lib.6. cap.7.* Sternutamenta quoque admota id commodè elidunt.

Sterŏpe,es,στερόπη Suidæ, Atlantis filia vna Pleiadum: quam nonnulli Asteropen vocant. Vide suprà in dictione *Pleiades.*

Sterŏpes,is, στερόπης, vnus ex Vulcani ministris, à fulgure nomen habens. Virg. 8. *Æneid.*

Brontésque, Steropésque, & nudus membra Pyracmon.

Sterquilinium, vide *Stercus.*

Sterrhogonia, στερρογονία, genus thuris, quod Latini masculum dicunt, à soliditate. στερρὸν enim Græci solidum dicunt.

STERTO,is,ui, Dormio, siue dormiendo rhonchos emitto. {ῥέγχω. GALL. *Ronfler.* ITAL. *Roncheggiare, ronfare.* GERM. Schlaffen das rauſt. HISP. *Roncar dormiendo.* ANGL. *To snorte, to route.*} Terent. *in Eunuch.* Fatuus, insulsus, tardus, stertit noctes diésque. Plaut.—sorbet dormiens. HA. Quid sorbet? LY. illud, stertit volui dicere. Sed quia consimile est quod stertas, quasi sorbeas. Idem *Asin. sc.2. a. 5.* Labore delassatum totam noctem stertere. Item Quintil. Stertere totis præcordiis. Cicer. 2. *de Diuin.* Et quum stertentem aliquem viderint, &c. Iuuen. *Satyr.1.*

Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso.

Horat. 1. *Serm. Sat.3.*

———noctes vigilabat ad ipsum
Manè, diem totum stertebat, nil fuit vnquam
Sic impar sibi.

¶ Hinc fit compositum Desterto, pro euigilo, seu expergiscor. Persius, Cur iubet hoc Enni, postquam destertuit esse Mæonides, quintus pauone ex Pythagoreo.

Stesichorite, στησιχορίτης. In talis numerus est octonarius, ita dictus, teste Polluce, à Stesichori Poëtæ sepulchro, quod omnibus suis partibus octonis constaret, angulis videlicet, columnis, & gradibus.

Stesichorus, στησίχορος, nomen poëtæ Lyrici ex Himera Siciliæ vrbe, à quo Himeræus est dictus. Alij ex Methauria vrbe natum dicunt. Alij ex Palantio Arcadiæ oppido. Ferunt inde profugum Catanam venisse, eóque in loco defunctum, & extra portam vrbis sepultum fuisse, portámque ab eo Stesichoriam nuncupatam. Natus est trigesimaseptima Olympiade, sextáque & quinquagesima obiit. Fertur lusciniam aliquando in ore Stesichori infantis cecinisse mirabili auspicio, summum eum Poëtam futurum, & cantus suauitate omnes, qui ante eum fuissent, superaturum. Fratrem habuit Mamertinum, optimum geometram. Dicitur & scripsisse Helenæ vituperationem, ex quo oculatum fuisse, rursúsque ob palinodiam visum recuperasse. Quam fabulam tetigit & Horatius *in Epod.* ad Canidiam sic scribens, Infamis Helenæ Castor offensus vice, Fraterque magni Castoris, victi prece, Adempta vati reddidêre lumina. Vocatúsque est Sthesichorus, quoniam primus cum citharæ cantu chorum instituit: nam prius Tisias vocabatur. Autor Suid. Quintil. verò *lib.10. cap.1.* sic eum taxat, Stesichorus, quàm sit ingenio validus, materiæ quoque ostendunt, maxima bella, & clarissimos canentem duces, & epici carminis onera lyra sustinentem. Reddit enim personis in agendo simul loquendóque debitam dignitatem: ac si tenuisset modum, videtur æmulari proximus Homerum potuisse: sed redundat, atque effenditur: quod vt est reprehendendum, ita copiæ vitium est.

Stesiclea, mulier fuit insigni forma miráque venustate prædita, quæ cum à Themistocle & Aristide adamaretur, causa fuit dissidij inter duos præstantissimos duces. Autor Plut. *in Themist.*

Stesimbrotus, στησίμβροτος, Historicus fuit Tarsensis, qui Cimonis Atheniensium ducis res gestas scripsit, teste Plutarcho *in vita Cimonis.* ¶ Stesimbrotus alius fuit Epaminondæ filius, à patre interfectus, quòd cum Lacedæmonibus ipso inconsulto manum conseruisset, etiamsi speciosissimam eo ex prælio victoriam reportasset. Autor Plutarch. *in Parallelis.*

Sthenelus, Σθένελος, Capanei & Euadnes filius, vnus ex Græcorum ducibus qui bello Troiano interfuerunt. Hunc Virgilius inter eos annumerat, qui lignei equi aluo fuerunt inclusi.

Thersandus (inquit) *Sthenelúsque duces, & dirus Vlysses.*

¶ Fuit & alter Sthenelus Persei filius ex Andromeda, cuius meminit Homer. *lib. 2. Iliad.* Hinc Adiectiuum, Stheneleius, apud Ouid. *Epist. 9.*

Quem non mille feræ, quem non Stheneleius hostis,
Non potuit Iuno vincere, vicit Amor.

Et 2. *Metam.*—proles Stheneleia Cycnus.

Sthenoboea, Σθενόβοια Suidæ, Prœti Corinthiorum, aut (vt alij malunt) Argiuorum Regis vxor, filia Iobatæ regis Lyciorum, quæ Bellerophontis amore capta, quum repulsam tulisset, apud virum eum detulit tanquam vim sibi afferre voluisset. Quam fabulam qui latiùs nosse cupit, videat suprà in dictione *Bellerophontes.*

Sthenyo, Σθενώ, fuit vna ex filiabus Phorci & belluæ marinæ, Medusæ soror. Vide suprà in dictione *Gorgones.*

Stibadium,ij, {στιβάδιον. GALL. *Siege ou lit d'herbes, ou de ionc.* ITAL. *Sedio d'herbe ò di gionchi.* GERM. Ein laubbet. HISP. *Silla hecha de hieruas ò de juncos.* ANGL. *An herbour or banketting place spread with bowes and herbes.*} Propriè est sedile, siue lectulus, ex herba siue frondibus fultus, quo conuiuæ mensæ accumbere solebant. Dicta stibadia à stibadibus herbis ad discumbendum idoneis. Latini à tortis herbis totum appellant. Plin. *lib.5. Epist.* Ex stibadio aqua velut expressa cubantium pondere siphunculis effluit. Seruius *lib.1. Æneid.* Stibadia (inquit) antiqui non habebant, sed stratis tribus lectis epulabantur. Vnde & triclinium dicitur. Martial. *epig.87. lib.14.* de stibadio,

Accipe lunata scriptum testudine signum,
Octo capit, veniat quisquis amicus erit.

Fiebant etiam stibadia è tabulis quæ ebore atque auro ornabantur, transferebantúrque de loco ad locum, prout libido animi ferebat. De hoc loquutus est Martial. quum inquit,

Et testudineum mensis quater hexaclinon
Ingenuit atrio non satis esse suo.

Hexaclinon vocat stibadium sex capiens lectos.

STIBIVM, ij, quod & Stibi, & Stimmi. στίμμι. GALL. *Antimoine.* ITAL. *Antimonio, cosa da ornare gli occhi.* GERM. Spießglaß. HISP. *El alcohol.* ANGL. *A king af metall.*} Metalli genus est simile galenæ, sed magis radians, quod vulgò *antimonium* dicitur. Plin. *lib.33. cap.6.* In argenti enim metallis inuenitur lapis spumæ candidæ atque nitentis, quem alij stibium, alij alabastrum, alij larbason appellant. Duo eius genera, mas & fœmina. Magis probant fœminam: horridior est mas, scabriórque, & minùs ponderosus, minúsque radians, & arenosior. Fœmina contra nitet, friabilis, fissurísque, non globis dehiscens. Cuius vis principalis est circa oculos quos dilatat, quorúmque fluitiones, exulcerationésque inhibet. Ideò id Græci πλατυόφθαλμον dixêre, ab oculorum dilatione. Vnde in Ieremia propheta, Quum pinxeris stibio oculos tuos, frustrà componeris. Hieronymus *ad Furiam*, Non habuit crispantes mitras, nec stridentes calceolos, nec orbes stibio fuliginatos.

Stibinus,a,um, quod stibij colorem habet. στιμμινώδης.

Sticus, nomen serui vicatij apud Plaut. *in Asin. sc.4. a.2.*

STIGMA,tis. {קַעֲקַע kahakáh. στίγμα. GALL. *Signe & marque de playe, pointure.* ITAL. *Segno segnale, bollatura, suggellatura, puntura.* GERM. Ein malzeichen/brandmahl. HISP. *Señal que dexa la llaga despues que sana, punçadura, punctura.* ANGL. *A scarre made with an hoat yron.*} Nota siue signum quod inuritur: à στίζω pungo. Martial. *lib.12.*

Frons hæc stigmate non meo notanda est.

Plin. *lib.25. cap.13.* Ideò ad lepras & psoras vtuntur, & ad tollenda stigmata. Iuuenal. *Satyr.10.*

Mitius id sanè, quod non & stigmate dignum
Credidit.

Sueton. *in Calig. cap.27.* Multos honesti ordinis deformatos prius stigmatum notis, ad metalla, aut ad viarum munitiones, aut ad bestias condemnauit, &c. Et Quintil. stigmata scribere fugitiuo. ¶ Per translationem quandoque ponitur pro infamia. Suet. *in Cæs. Dictat.* Valer. Catullum à quo sibi versiculis de Mammurra perpetua stigmata imposita non dissimulauerat, satisfacientem eadem die adhibuit cœnæ: hospitióque patris eius, sicut consueuerat, vti perseuerauit.

Stigmatias, στιγματίας, cui stigma inustum est: seruus compunctus notis.

Stigmatici. {στιγματικοί. GALL. *Marquez de playes, ou ferrez par meffait.* ITAL. *Bollati, segnati per mal fare.* GERM. Denen ein schandzeichen angebrennet ist/mit schandflecken bezeichnet. HISP. *Herrados en la cara por mal hazer.* ANGL. *Marked with an hoat yron, notablie defamed for a naughtie persone.*} Dicuntur famosi & nocentes, quibus stigma, hoc est, nota aliqua ita inusta est, vt semper appareat. Cicero scribit Alexandrum Pheræum, quum ad vxorem in cubiculum veniret, solitum præmittere seruum stigmaticum, compunctum notis Threiciis, districto gladio, ob metum. Eius verba sunt hæc *lib.2. Offic.* O miserum qui fideliorem & barbarum & stigmaticum putaret, quàm coniugem. Nonius tamen in hoc Ciceronis loco stigmatiam legit, quam lectionem omnia vulgaria exemplaria retinent. Stigmatias, inquit, veteres compunctos notis dici voluerunt, indéque Cicero, O miserum qui fideliorem & barbarum & stigmatiam putaret quàm coniugem!

Stigmosus,a,um, idem Plin. *Epistol.5.* In quo rusticum insectatur, atque etiam Stoicorum simiam appellat, adiicit Vitelliana cicatrice stigmosum.

Stigo (cuius compositum *instigo* in vsu est) incito, propriè pungendo; vt equum calcaribus. est enim à στίζω pungo, stimulo, excito.

Stilbon,tis, στίλβων, Mercurij stella, ἀπὸ τοῦ στίλβειν, hoc est, à lucendo dicta. Cicer. 2. *de nat. deor.* Infra autem hanc stellam Mercurij est, ea στίλβων appellatur à Græcis, quæ anno ferè vertente, signiferum lustrat orbem, neque à sole longiùs vnquam, vnius signi interuallo discedit, tum anteuertens, tum subsequens.

Stilico,nis, Honorij Imperatoris socer, à Claudiano poëta multis laudibus celebratus. Hic quum res plurimas felicissimè gessisset, tandem vt Eucherium filium ad imperatorium fastigium eueheret, aduersùs principes coniurauit: quúmque Gothorum irruptioni resistere posset, vt Imperatorum vires minueret, passus est Italiam ferro flammísque crudelissimè deuastari. Vide Eutropium. ¶ Hinc Adiectiuum Stiliconius, apud Claud. *de nupt. Honorij,*

Agnoscat famulum virgo Stiliconia Pontum.

STILLA,æ, diminutiuum à Stiria (vt inquit Festus) & accipitur pro gutta. {דֶּלֶף déleph אֶגֶל éghel רְסִיסִים resis. σταγών, σταλαγμός. GALL. *Vne goutte qui cheoit.* ITAL. *Goccia, ghiozza.* GERM. Ein tropff. HISP. *Gota que cae distilando.* ANGL. *A droppe of water or any licour.*} vt, Stilla olei, stilla aquæ. Plin. *lib.29. cap.4.* Ex eo, quum opus sit, ternis stillis additis in oleum, perunguntur, vt omnes bestiæ fugiant eos. Apuleius, Et sanguinis eruptionem, ventriculo admoto excipit diligenter, vt nulla stilla compareat vsquam. Vitruu. *lib.2.* Fastigia facientes, luto, inducto, proclinatis tectis, stillicidia deducebant: per id stillæ decidunt in impluuium, Martialis, Atque olei stillam donarat Opellicus vnctor. Inter guttam tamen & stillam ita distinguit Corn. Fronto, vt gutta sit quæ manet, stilla quæ cadit.

Stillarium. Senec. *epist. 97.* Stupra insuper salarij loco exacta sunt. Ibi Lipsius: Mei & alij scripti, stillarij loco. Sanè *stillarium* aliquis interpretetur pro additamento, vel auctario, quod supra legitimam mensuram in liquidis, vel stillando datur.

Stillatitia resina, quæ rufo colore lentescit, dicta quòd guttatim stillaret, κατασταλακτός. Plin. *lib.17. cap.11.* Eadem resina si cum aqua leuius decoquatur, colatúrque, rufo colore lentescit, ac stillatitia vocatur.

Stillicidium, locus in quem è tecto guttæ decidunt, quasi stillarum cadium. {דֶּלֶף déleph. σταλαγμός. GALL. *Degout, ou esgout, qui chet d'en haut.* ITAL. *Gronda, grondona.* GERM. Ein tachtrauff/ ein ort dahin es tropffet. HISP. *Gotera.* ANGL. *The dropping or eaues of an house a sinke or gutter.*} Cic. *de Leg.* Quamobrem quò me vocas? aut quid hortaris? vt libellos conficiam de stillicidiorum, ac parietum iure? Idem *in Orat.* Quàm enim indecorum est, de stillicidiis, quum apud vnum iudicem dicas, amplissimis verbis, & locis vti communibus de maiestate populi Romani

Romani submissè & subtiliter. Senec. *cap.* 11. *de tranquill. animi*, Cùm tot flumina possideret (Pomponius) mendicauit stillicidia, fame ac siti periit. Paulò antè ei defuit panis & aqua. Quintil. Circa stillicidia non debet affici orator.

Stillo, as, guttatim fluo, per stillas cado. {דלף *daláph* נטף *natáph*. στάζω, λείβω. GALL. *Degouter, cheoir goutte à goutte.* ITAL. *Stillare, gocciolare.* GERM. Tropffen. HISP. *Gotear, destilar alguna cosa gota à gota.* ANGL. *To droppe.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 7. Et contra morsum eiusdem bibitur, stillatúrque. Horat. *de Arte*,

Pallescet super his etiam stillabit amicis
Ex oculis rorem.

Lucan. *lib.* 7.

Omne nemus mihi misit, volucres omnísque cruenta
Alite sanguineis stillauit roribus arbor.

Iuuen. *Satyr.* 3.

——*nam quum facilem stillauit in aurem*
Exiguum de natura, patriaque veneno,
Limine submoueor.

Ouid. 2. *Fast.*

Stillantémque tenens generoso sanguine cultrum.

¶ Huius composita sunt, Destillo, extillo, & instillo: quorum significata suprà explicuimus suis locis.

Stillans, tis, particip. {דולף *doléph* נוטף *notéph*. στάζων, ψεκάζων. GALL. *Qui degoutte.* ITAL. *Che gocciola.* GERM. Tropffend. HISP. *Que gotea.* ANGL. *Dropping.*} Cic. 2. *Philipp.* Ille qui stillantem præ se pugionem tulit, is à te honoris causa nominatur? Ouid. I. *Amor. Eleg.* 8.

Sanguine (si qua fides) stillantia sidera vidi.

Stillatus, a, um, particip. {ἐσταλαγμένος. GALL. *Degoutté & sorty goutte à goutte.* ITAL. *Che è stillato, gocciolato.* GERM. Getropffet. HISP. *Goteado, destilado.* ANGL. *Dropped.*} Ouid. 2. *Metam.*

Inde fluunt lacrymæ, stillatаque sole rigescunt
De ramis electra nouis.

Stillatio, nis, verbale, actus stillandi.

Stillatim, aduerbium. Diomedes *lib.* 1.

Stilpo, Στίλπων, Megarensis philosophus fuit, tempore primi Ptolemæi, discipulus Pasiclis Thebani: præfuit scholæ Megarensi, scripsit dialogos non minus viginti. Huic quum Ptolemæus Soter, patria eius potitus, splendidam conditionem offerret, si secum in regnum proficisci vellet, constantissimè recusauit: Demetrius quoque cognomento Poliorcetes, quum Megaram cepisset, tantum huic honoris detulit, vt quicquid illi ablatum erat, iusserit restitui. Ille contrà nihil se amisisse respondit: Philosophiam enim cum eloquentia neminem sibi adimere potuisse. De hoc quoque memoriæ prodidit Cic. *in lib. de Fato*, quod quum ei vinositatis, & luxuriæ vitia essent ingenita, sic vitiosam naturam edomuerit, vt nemo vnquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit.

Stimmi, ios, στίμμι, metalli genus, quod & stibium à Latinis, & vulgò *antimonium* appellatur. Vide paulò antè in dictione *Stibium*.

STIMVLVS, & in neut. gen. stimulum, i, ἀπὸ τοῦ στίζω, propriè dicitur fustis acutæ cuspidis, quo rustici boues suppungunt. {מלמד *malmádh* דרבן *dorbán*. κέντρον. GALL. *Esguillon, ou aguillon.* ITAL. *Stimolo, pungolo.* GERM. Ein gert so man braucht die Ochsen damit zustupffen vnd manen/Stupffgert. HISP. *Aguijon, ò incitamiento.* ANGL. *A prik or sting.*} Plaut. *in Asin. sc.* 4. *a.* 2. Vtinam nunc stimulus in manu mihi sit, qui latera conteram tua. Idem *in Aul. prolog.* Si hodie fustem cepero, aut stimulum in manum, testudineum istum tibi grandibo gradum. Idem *Pseud. sc.* 8. *a.* 4. Vbi cum stimulis aut flagris insidiantur seruis. ¶ Dixerunt etiam veteres Stimulum in neutro genere, idem *Men. sub finem sc.* 2. *a.* 4. Iam stimulum in manu, St. &c. ¶ Per translationem dicitur omne illud à quo vexamur. Cic. 2. *Tusc.* Nam si omnia fugiendæ turpitudinis, adipiscendæque honestatis causa faciamus, non modò stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit. ¶ Hinc Stimulum carnis & vitiorum dicimus. Plaut. *in Truc.* Næ ista stimulum longè habet, quæ vsque illinc Cor pungit meum. Virg. 3. *Georg.*

Sed non vlla magis vires industria firmat,
Quàm venerem, & cæci stimulos auertere amoris.

Idem 11. *Æneid.*

——*Et stimulis haud mollibus incitat iras.*

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Ingenio stimulos subdere fama solet.

Stimulo, as, pungo, commoueo, ago, concito, incito, extimulo, incendo, impello. {הפריש *hiphrísch* המאיר *himeír* הסית *hissíth*. παροξύνω, παρορμάω, ὀξύνω, διεγείρω, κεντέω. GALL. *Esguillonner, poindre, piquer, poinçonner, inciter.* ITAL. *Stimolare, pungere.* GERM. Stupffen/treiben. HISP. *Aguijonear, ò incitar.* ANGL. *To moue, to stirre, and prick forward.*} Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Laruæ stimulant virum. Terent. *in Heaut.* Magis me nunc amicæ dicta stimulant. Cicer. *pro Sext. Rosc.* Hunc mihi ex animo scrupulum euelle, qui me dies noctésque stimulat ac pungit. Idem *ad Attic. lib.* 9. Me congressus Cæsaris stimulat, & primas eius actiones horreo. Idem *in Parad.* Te conscientiæ stimulant maleficiorum tuorum. Liu. 2. *ab Vrb.* Hæc ira, indignatióque, ferocem animum ad vexandum sæuo imperio exercitum stimulat. Plaut. *in Cistell.* Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota. Virg. 4. *Æneid.*

Ecce iterum stimulat, &c.

¶ Hinc extimulo, & instimulo, de quibus suprà.

Stimulatio, nis, verbale, Ipse stimulandi actus, concitatio, incitatio. {κέντησις, παροξυσμός. GALL. *Aguillonnement ou esguillonnement.* ITAL. *Stimolatione, puntione.* GERM. Das treiben mit stupffen. HISP. *Obra de aguijonear.* ANGL. *A princking and stirring forward.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 2. Erátque hæc stimulatio summa & ingens, exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum.

Stimulator, is, verbale, Concitator, excitator. {מפריש *maphrísch* ממאיר *mameír* מסית *massíth*. κέντωρ. GALL. *Esguillonneur, esmouueur.* ITAL. *Chi punge, stimola smoue.* GERM. Ein stupffer / anstiffter / treiber. HISP. *Aguijador.* ANGL. *Amouer or stirrer forward.*} Cic. *pro domo sua*, Sin in causa fuit annona, seditionis quidem stimulator & concitator tu fuisti.

Stimulatrix, icis. {מפרשת *maphréscheth* ממארת *mameérath*. κέντρια. GALL. *Celle qui point & esguillonne.* ITAL. *Donna che punge ò stimola.* GERM. Ein anstiffterin/anweiserin. HISP. *Aguijadera.* ANGL. *She that pricketh.*} Plaut. *in Most. sc.* 3. *a.* 1. vt veneficæ illi Fauces prehendam, atque enecem scelestam stimulatricem. Item, *ibid.* Vix comprimor quin inuolem in oculos illi stimulatrici.

Stimuleus, a, um, tanquam ex stimulis factus. {מפריש *maphrísch* ממאיר *mameír*. κεντητικός. GALL. *Qui point & esguillonne.* ITAL. *Chi punge.* GERM. Das mit stupffen geschicht. HISP. *Cosa que aguijona.* ANGL. *That pricketh or hath prickes and stinges.*} vt, Supplicium stimuleum, quod stimulis infligitur. Plaut. *in Mil.* Nisi tibi supplicium stimuleum deditur, Dedecoris pleniorem herum faciam tuum.

Stimulatus, a, um, participium, vt rabie furenti stimulatus animus. {מפרש *muphrásch* ממאר *mumeár*. κεντηθείς. GALL. *Esguillonné, esmeu, & incité.* ITAL. *Stimolato.* GERM. Gestupfft/getriben/bewegt. HISP. *Aguijoneado.* ANGL. *Pricked or stirred vp, prouoked.*} Cato *Epigr.* 58. Ouid. 1. *de arte*,

Iurgia præcipuè vino stimulata caueto.

STINGO, siue Stinguo, is, xi, ctum, est extinguo, restinguo, deleo. {כבה *chibbáh*. σβέννυμι. GALL. *Esteindre.* ITAL. *Stinguere, spegnere, amorzare.* GERM. Löschen. HISP. *Apagar.* ANGL. *To quenche or put out fier.*} Cic. *in Progn.* Vt quum luna means Hyperionis officit orbi, Stinguntur radij cæca caligine tecti. Lucret. *lib.* 2.

——*vt cernere possis,*
Euanescere paulatim, stinguique colorem.

¶ Huius composita sunt, Distinguo, extinguo, interstinguo, instinguo, & restinguo.

Stipatio, nis, Stipator, vide *Stipo*.

STIPENDIVM, ij, Æs militare, seu præmium quod militibus datur. {שכר *sachár*. ἀποφορά. GALL. *Les gages des gens de guerre, leur solde, loyer.* ITAL. *Paga, stipendio.* GERM. Kriegssold. HISP. *Sueldo ò salario.* ANGL. *VVages payed to souldioures to seruandes.*} Compositum nomen ex stipe & pendo, quod ante nummum signatum Quæstores stipem militibus appendere solebant, non annumerare. Stips autem dicebatur ab antiquis à stipulando, quod eo tempore, quo populus Rom. ære graui vtebatur, in cellulis æs solebat stipari. Nam etiàm æris grauis summæ maiorem faciebant cumulum, quàm vt crumenis, vel loculis possent includi. Paulò aliter Vlpian. *de verbor. signif. l. ager.* Stipendium (inquit) à stipe appellatum, quod per stipes, id est, modica æra colligatur. Salust. *Iugurth.* 126. ad oppidum Latis, vbi stipendium & commeatum locauerat, vulgò *les finances pour la soulde.* ¶ Emeritis stipendiis in eadem dicuntur significatione. Dicebantur enim stipendia confecta, vel emerita: quum elapso tempore iustæ militiæ, milites iureiurando soluebantur. Cicer. *pro Pompeio*, Partem militum qui iam stipendiis confectis erant, dimisit. ¶ Emerita stipendia ambitionis. Idem *de senect.* At illa quanti sunt animum tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium secum esse, secúmque (vt dicitur) viuere? ¶ Explere stipendia. Tacitus *lib.* 3. Quanquam ipse plures per prouincias quadraginta stipendia expleuisset. Homo nullius stipendij, ἀπόλεμος, qui bello non interfuit. Salust. *in Orat. Marij* 119. ¶ Facere stipendia pedibus. Liuius, Sed qui tum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset. Stipendia etiam faciebat Tribun. militum. Sueton. *in Tiber. cap.* 9. ¶ Metaphor. sæpe vsurpatum legitur apud Senecam, & alios. Idem *Epist.* 66. Veluti sacramento ligatus hoc quod viuit, stipendium putat. Idem *cap.* 22. *de consol. ad Mart.* Hoc illos vitæ stipendium manebat (id est, mors.) Idem 3. *de tranquill.* In stipendiorum numerum veniunt etiam ministeria incruenta. ¶ Stipendium etiam dicitur tributi genus, quod quis tenetur soluere principi, aut Reipublicæ ad sustentationem militum. φόρος. Liuius *lib.* 2. Vt diuites conferrent, qui oneri ferendo essent, pauperes satis stipendij pendere si liberos educent. Sueton. *in Cæsar. cap.* 25. Eíque (Galliæ) quadringenties, in singulos annos, stipendij nomine, imposuit. Velleius, Quæ natio redacta in formulam prouinciæ stipendia pasta sit.

Stipendialis, e, ad stipendium pertinens. {ὑποτελής. GALL. *Tributaire, taillable.* ITAL. *Tributario.* GERM. Das sold oder steur gåben soll. HISP. *El pechero.* ANGL. *He that payeth wages.*} vnde Fœdus stipendiale, apud Sidonium Apollinarem.

Stipendiarium, ij, Certum vectigal. {ἀποφορά. GALL. *Tribut, gabelle, dace.* ITAL. *Tributo, ò gabella, ò datio determinato.* GERM. Ein steur/schatzung. HISP. *Pecho ò pecha.* ANGL. *A certane tribut or tolle.*} Cicero *in Verr. act.* 5. Inter Siciliam, cæterásque prouincias, Iudices, in agrorum vectigalium rationibus hoc interest, quòd cæteris aut impositum vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur: aut censoria locatio constituta est.

Stipendiarius, a, um, Tributarius, qui soluendo stipendio obnoxius est. {ὑποτελής. GALL. *Tributaire, taillable.* ITAL. *Tributario.* GERM. Der steur oder schatzung vnderworffen/das steur gåben muß. HISP. *Pechero que paga aquel dinero.* ANGL. *That payeth wages or tribute.*} vt, Ciuitates stipendiariæ, quibus certum singulos in annos imperatum erat tributum. Cæsar *comment.* 1. Reliquásque ciuitates stipendiarias haberent, id est, tributarias. ¶ Stipendiarius homo prouinciatus. Sueton. *in Cæs. cap.* 71. Et Masintham nobilem iuuenem, &c. stipendiarium pronunciatum. Et Velleius, stipendiaria facta prouincia.

Stipendiarij, substantiuè, stipendiariæ ciuitatis incolæ. Cic. 1. *Verr.* Socij, stipendiariíque populi Romani, afflicti, miseri, &c. Idem *pro Cornel. Balbo*, Quæ pateant stipendiariis, pateant hostibus.

Stipendiosus, Adiectiuum, Stipendiosos Vegetius vocat ærarios milites, siue mercenarios, qui stipendia faciunt: quamuis & stipendiosi dicantur, stipendiis pleni: hoc est, qui stipendia plurima fecerunt.

Stipendior, aris, Stipendia facio, vel mereo. {μισθοφορέω. GALL. *Estre soldoyé, gaigner loyer.* IATL. *Meritare soldo.* GERM. Versolden/vmb sold dienen. HISP. *Merecer sueldo.* ANGL. *To be heired for wages.*} Plin. *lib.* 6. Regi eorum peditum sexcenta millia, equitum triginta millia, elephantorum nouem millia, per omnes dies stipendiantur, id est, stipendia faciunt, & merent.

Stĭpēs,itis,Truncus,aut validus fustis humidi defixus. {גזע gheźáh. κορμός. GALL. *Vn tronc d'arbre,ou vn gros pieu, ou gros baston.* ITAL. *Tronco, palo,zocco.* GERM. Ein stock/Pfal/sparre. HISP. *Tronco del arbol,el madero, ò palo derecho.* ANGL. *A logge set in the ground,a stock, a stalke.*} Cæs.2. *bell. ciu.* Fossas transuersas viis perducit, atque ibi sudes stipitésque præacutos defigit. Ouid.4.*Fast.*

——querno religant in stipite funem.

Idem 3.*Fast.*

Constitit ipse super ramosos stipite nixus.

Idem *Eleg.6. lib.1. Trist.*

Vtque cremasse suum fertur sub stipite natum
Thestias.

Senec.*cap.19.& cap.20.de consol.ad Mart.* Stipitibus infixi(de cruce & patibulo.) ¶ Per translationem accipitur pro stulto, insulso, & fatuo. Terent.*in Heaut.* In me quiduis harum rerum conuenit, Quæ sunt dicta in stultum:caudex,stipes,asinus,plumbeus, Cic.*in Pisonem,* Sed qui tanquam truncus atque stipes, si stetisset modò, posset sustinere tamen titulum Consulatus.

Stĭphĕlŭs,vnus ex Centauris, Ixionis, & Nubis filius à Cæneo interfectus ea in pugna, quæ in Piritoi nuptiis commissa est inter Lapithas Centauros. Ouid.12.*Metam.*

Quinque neci Caneus dederat Stiphelúmque, Bromúmque,&c.

STĪPO, as, Rimas obturo, condenso, in vnum cogo, claudendo coarcto. {אטם atám סכר sachár. ἐπάγω, πυκνόω. GALL. *Estouper,entasser.* ITAL. *Empire le fissure.* GERM. Verstopffen/ zustopffen. HISP. *Recalcar ò tupir ò costribar.* ANGL. *To stoppe chinkes or cleftes.*} ἀπὸ τοῦ σῦφειν, quod significat condensare: vnde & stipare, siue stupare quidam scribendum existimant. Aut certè à stupa,hoc est, lini purgamento, quod in stipandis nauium rimis solet adhiberi. Colum.*lib.7.cap.8.* Deinde quo tenerior permaneat, clauso, neque ventis obnoxio loco stipatur per plura tabulata. Virg.1.*Æneid.* de apibus,

——aut quum liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.

Idem 3.*Æneid.*

——stipátque carinis
Ingens argentum.

¶Stipari item dicuntur principes qui custodiæ causa satellitio cinguntur. {הסב heséb.δορυφορεῖσθαι. GALL. *Enuironner ou se tenir autour de quelqu'vn pour le deffendre.* ITAL. *Stare d'intorno ad' alguno per difender lo.* GERM. Vmbgäben oder vmbstellt werden von denen so wes beleyten / oder verwaren. HISP. *Acompañar alguno para defenderlo.* ANGL. *To enuironne and accompanie.*} Item qui amicorum,clientum, comitúmve turba sepiuntur. Liu. *lib.* 1. Stipatus agmine armatorum, in forum erumpit. Cic. *Attic.lib.*1. Quum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, qui cum aut iocari liberè, aut suspirare familiariter possimus. Virg.1.*Æneid.*

Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Incessit, magna iuuenum stipante caterua.

Idem 4. *Georg.*—ad apes transtulit, quæ & ipsæ regis sui latera, tanquam de eius salute solicitæ, cingunt sepiúntque.

Stīpātus,a,um. {מוסב musáb. δορυφορούμενος, περιτειχιζόμενος. GALL. *Accompagné de force gens tout autour.* ITAL. *Accompagnato di gente in giro.* GERM. Vmbgäben / bewart. HISP. *Acompañado de hombres en derredor.* ANGL. *Accompanied, enuironned with men as a prince.*} Virgil.*lib.* 11. *Æneid.*

Tum socios (namque omnis eum stipata tegebat
Turba ducum) sic incipiens hortatur ouanteis.

Liu.2.*d.*4. Stipata phalanx densa.

Stīpātĭo,nis,verbale. Ipse stipandi actus. {מסב mésab. ἡ πύκνωσις, περιβολή, περιοχισμός. GALL. *Enuironnement pour defendre.* ITAL. *Circondamento d'alchuno.* GERM. Vmbgäbung/vmbstellung eines. HISP. *Aquella obra de acompañar, cercar y rodear alguno para defenderlo.* ANGL. *Accompanying.*} Cic.*pro Sylla.* Eius aspectus,concursatio,stipatio,greges,hominum perditorum, metum nobis, seditionésque afferebant. Plin.*lib.*10. *cap.*22. Ita cæteri stipatione naturali propellunt eos.

Stīpātōrēs, qui in nauibus onera componunt. ἐπακταί, inquit Seruius. ¶ Item satellites, quos principes corporis custodiæ causa sibi adhibent,à stipe,quam accipiebant: vel quòd reges stipent, & vndique circumdent, ac claudant, penè constringentes, instar apum circa ipsarum regem: aut quòd ipsi ferro stipati sint. {δορυφόρος. GALL. *Gardes du corps,archers de la garde.* ITAL.*Stiuatori.* GERM. Trabanten/gwardiknecht/ die eines Fürsten leib bewaren. HISP. *Los que acompañan al mayor.* ANGL. *That enuironneth a prince, to keep his bodie.*} Cic.*lib.2.Offic.* Præmittebátque de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres, & ne quod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent. Hos antiqui à latere latrones vocabant. Horat.1.*Serm.satyr.*3.

——dum tu quadrante lauatum
Rex ibis, neque te quisquam stipator ineptum
Præter Crispinum sectabitur.

Stipticus, adiect. vide *Stypticus.*

STĪPS,& stipis,is,fœmin.gen. pecunia quæ per capita colligebatur, & stipabatur in cella,vel ærario. {כסף גלגלת ehesepb ghulghóleth. Pecuniæ genus,quod per capita colligi solet,quod ἀγερμὸς dicitur à Græcis. {GALL. *Paye, loyer, vne piece de monnoye, denier ou autre chose.* ITAL. *Paga,mercede.* GERM. Gelt. HISP. *Moneda que se coge para pagar sueldo, paga.* ANGL. *Money giuen to beggers, wages to souldioures.*} Cicer.2.*de Legib.ex xij. tabul.* Præter Ideæ Matris famulos, eósque iustis diebus, ne quis stipem cogito. Et rursum,Stipem sustulimus nisi eam quam ad paucos dies propriam Ideæ Matris excipimus. Implet enim superstitione animos & exhaurit domos. Stipem Elephanto porrigere. Sueton. *in August.cap.*53.*Ibid.cap.*57.Omnes ordines in lacum Curtij quotannis ex voto pro salute eius stipem iaciebant. ¶ Pecunia quoque quam vel in ærarium reponebant,vel diis offerebant,vel medicis porrigebant ad sustentationem vitæ, stips dicebatur à stipando, propterea quòd in cella stipabatur,id est,componebatur. Plin. *Epist.*161. Eluctatúsque facit gurgitem qui lato gremio patescit, purus & vitreus, vt numerare iactas stipes & relucentes calculos possis. Suet.*in August.cap.*91. Ex nocturno visu etiam stipem quotannis die certo emendicabat à populo, cauam manum asses porrigentibus præbens. Idem *in Calig. cap.* 42. Stetit vestibulo ædium Kal.Ian.ad captandas stipes.¶Stipem magnam confert hæc res,id est,fructum. Columell.*lib.7.cap.*1. Quippe villaticæ pastiones, sicut pecuariæ non minimam colono stipem conferant. Conferre stipem. Vlpian. *de coll. illic.* Sed tenuioribus permittitur stipem menstruam conferre,dum tamen semel in mense coëant. Spargere stipem. Plin. *lib.*33. *cap.* 10. Populus Romanus stipem spargere cœpit Sp.Posthumio,Quint.Martio coss.tanta pecunia erat,vt eam conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit. ¶ Stipis dandæ & æris conferendi mos. Ouid.4.*Fast.*

Stĭpŭlă,æ,à stipa, siue stupa deducitur, siue quòd stupæ instar vratur, siue quòd ea quoque stipati tectorum rimæ consueuerunt. {קש kasch תבן tében. καλάμη. GALL. *Esteul,estouble,tuyau de blé,chaume.* ITAL. *Stoppia, stropola.* GERM. Ein halm / stupffel. HISP. *La paja, como cana de trigo.* ANGL. *Stubble, or the stalke of corne.*} Est autem stipula calamus frumenti,puta tritici,hordei, & similium, quod scilicet continet spicam, cuius internodia genicula dicuntur,& aliquando genua, à similitudine genuum animalis. Ouid.4.*Fast.*

Móxque per ardentes stipulæ crepitantis aceruos
Traijcias celeri strenua membra pede.

Ibidem,

Captiuam stipula fænóque inuoluit & ignes
Admouet: vrentes effugit illa manus.

Virg.1.*Georg.*

——Culmúmque leuem stipulásque volantes.

¶ Stipula etiam dicitur, quæ remanet in campo demesso frumento.
Virg.1.*Georg.*

Sæpè etiam steriles incendere profuit agros,
Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis

¶ Spicæ præterea quæ post messorum terga à tenuioribus legi solent, stipulæ appellantur. Terent.*Adelph.*—præter hæc meridie ipso faciam vt stipulam colligat. Hinc stipula illecta, dicitur spica in messe desecta necdum collecta.

STĬPŬLŎR, aris, est solenni conceptione verborum postulare sibi aliquid promitti solenni formula promittendi. {συγγράφω, διομολογοῦμαι, ἀποδέχεται, μνηστεύομαι. GALL. *Stipuler.* ITAL. *Stipolare.* GERM. Fragen ob einer etwas eingehn vnd verheyssen wölle: item, verheyssen. HISP. *Aceptar lo que otro promete.* ANGL. *To require a thing to be giuen him or done with ordinarie woordes of the law, to require by conuenant, to mak a bargaine, to promise affectually that he is required to do.*} Et quamuis propriè de iis interrogationibus dicatur,in quibus de pecunia agitur,eò quòd à stipe dictum putetur:transfertur tamen ad omnes rogationes,quæ de quauis re interponuntur. Cic.2.*de Leg.* Si is cui legatum est,stipulatus est idipsum quod legatum est, vt ea pecunia ex stipulatione debeatur. Col. *in præfat. lib.* 10. Fœnoris tui Syluine, quòd stipulanti spoponderam tibi, reliquam pensiunculam percipe. Plaut. *Pseud. sc.6. a.4.* Nullum periculum est stipularier, vt concepisti verba, Datin' viginti minas? Dabo. Est autem stipulor, secundùm Priscianum, verbum commune, quod tam in actiua,quàm passiua significatione,ablatiuo iungitur. Dicimus enim stipulor abs te, pro rogo te, peto abs te: & stipulor abs te, pro rogor abs te. Iuuenal.

Quantum vis stipulare & protinus accipe quod do,
Vt toties illum pater audiat.

Quo in loco est actiuæ significationis. Suetonius verò passiuè protulit, Prætorum lectoria, quæ vetat minorem annis vigintiquinque stipulari,id est,interrogari. Plautus quoque passiuè dixit, Nisi dolo malo instipulatus sis. Idem *in Curc.sc.1.a.4.* Ibidem erunt scorta exoleta,quíque stipulari solent. id est, Adstipulatores (turpe verbum.) ¶ Hujus verbi composita sunt, Adstipulor, instipulor, & restipulor: quorum significata vide suis locis.

Stĭpŭlātōrēs, dicuntur qui per interrogationem obligant promissorem. {οἱ διομολογηταί, οἱ ἐπερωτώμενοι, οἱ ἐπερωτῶντες. GALL. *Stipulateurs.* ITAL. *Interrogatori, stipolatori.* GERM. Anforderer/frager ob einer etwas verheyssen wölle. HISP. *Aceptadores de lo que otros prometen.* ANGL. *Requesters of a thing to be done with ordinarie wordes of the law.*} Cicero *pro Quintio*, Literæ P. Quintij testes tot, quibus omnibus causa iustissima est cur scire potuerint: nulla cur mentiantur, quum stipulatore tuo comparabuntur. Hæc enim duo stipulator & promissor opponuntur, quod docet Iureconsult. *titul. de verborum obligationibus.*

Stĭpŭlātĭo,nis, (vt inquit Pomponius,) est verborum conceptio,quibus is qui interrogatur daturum facturúmve se id quod interrogatus est, respondet. {συγγραφή. GALL.*Stipulation.* ITAL. *Interrogatione, stipulatione.* GERM. Verheyssung des darumb jemands ist angefordert worden. HISP. *Obra de aceptar lo que otro promete,estipulacion.* ANGL. *An affectuall promise to do which de is required to do.*} Cic.*ad Attic.lib.16.*Et si nondum stipulationes legeram (nec enim Eros venerat) tamen pridie Iduum velim conficias. Senec. *de benefic.lib.3.cap.*15. Vtinam nulla stipulatio emptorem venditori obligaret, nec pacta, conuentáque impressis signis custodirentur,fides potiùs illa seruaret, & æquum colens animus. ¶ Acceptam ferre stipulationem, est eum, qui per stipulationem promisit obligatione liberare. Vlp.*in l.Iulian.ff.de dol.mal.& metus except.* Stipulationis formulam & periphrasim, vide apud Plaut. *sc.1. a.1. & sc.6. a.4.*

Stĭpŭlātĭuncŭlă, æ, diminut. {ἡ σμικρὰ καὶ εὐτελὴς διομολόγησις. GALL. *Petite stipulation.* ITAL. *Picciola stipulatione.* GERM. Ein kleine oder schlechte versprechung. HISP. *Pequeña estipulacion.* ANGL. *A litle premise to do which is required.*} Cic.1.*de Orat.* Tu mihi quum in circulo decipiare aduersarij stipulatiuncula,& quum obsignes tabellas clientis tui, quibus id sit scriptum quo ille capiatur, ego tibi vllam causam maiorem committendam putem?

Stĭpŭlātŭs, us, Stipulatio, ὁμολογία. Plin.Iouis deorum summi stipulatu. Vsi quoque hoc vocabulo sunt Iurisconsulti.

Stīrĭă, æ, propriè est aqua frigore concreta pendens, guttatímque stillans. {אגל éghel נטף natáph דלף déleph. σταλαγμός. GALL. *Goutte d'eau gelée & pendante.* ITAL. *Acqua agghiacciata che sta pendente.*

GERM. Ein eißzapff. HISP. *El cetrion, gota de agua helada.* ANGL. *A frosen droppe.*} Virg. 3. *Georg.*

Stiriáque impexis induruit horrida barbis.

Martial. *lib.* 7.

Turpis ab inuiso pendebat stiria naso.

Plin. distillantes hyberno gelu stirias.

Stirillum, barba capræ, & dicitur à stiria, quòd pendet ad modum stiriæ. Cathol. Sed suprà fuit *Spirillum.*

STIRPS, is, fœmin. gen. Origo, progenies, sobolés. {עקר *héker* יחש *jachasch.* φύτα. GALL. *Race, lignée.* ITAL. *Progenie, lignaggio.* GERM. Ein stamm/geschlecht. HISP. *Generacion, linaje.* ANGL. *Offspring or stock in kinred.*} Virg. 7. *Æneid.*

Heu stirpem inuisam.

Idem 3. *Æneid.*

———quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit tellus.

Ouid. 2. *Metam.*

Semifer interea diuinæ stirpis alumno
Lætus erat, mistóque oneri gaudebat honore.

Item stirps masculini generis est, & significat imam arboris partem, quam & truncum appellamus. {שרש *schorésch.* ῥιζόφυτον, παραφυάς. GALL. *Racine d'arbre ou d'herbe, ou ce qui en sort.* ITAL. *Stirpe, tronco, radice d'alberi ò d'herbe.* GERM. Ein stamm / als an einem baum. HISP. *Planta, raiz ò tronco del arbol.* ANGL. *To stock or stemme of a tree or herbe.*} Idem *Metam. lib.* 12.

Quum semel in syluis imo de stirpe recisum.

In qua significatione inuenitur etiam fœmininum. Horatius,

———stirpésque, & raptas, & pecus, & domos.

Sueton. *in Tib. cap.* 2. Ex hâc stirpe genus trahit.

¶ Stirps quæstionis origo, fundamentum, per translationem. Cic. 4. *de finib.* Differo eam partem, quæ quasi stirps est quæstionis. Dixerunt tamen significatione sobolis masculino genere: vt Pacuuius, Qui stirpem occidit meum? Rursus in significatione materiæ. Horat. Stirpésque raptas & pecus & domos. Sosipater *lib.* 1.

Stirpesco, is, ere, In stirpem conuertor. {εἰς παραφυάδας μεταβάλλω, ὑποφύομαι. GALL. *Ietter gettons, produire tiges, se conuertir en tiges & sions.* ITAL. *Farsi & conuertirsi in tronco.* GERM. Verhert werden / verdorren. HISP. *Arrayar ò hazer raiz la planta.* ANGL. *To waxe, to hare a stock or stemme.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. Nam si defringatur, stirpescere & intermori.

Stirpitus, aduerbium, Funditus, radicitus. {ἐκ βυθῶν. GALL. *De la racine, totalement.* ITAL. *Da fondo, dalle radici, totalmente.* GERM. Mit der wurtzel herauß/vom grund herauß. HISP. *Arrancado de raiz.* ANGL. *Vterly, by the rootes.*} Cic. 4. *Tusc.* Hunc errorem quasi radicem omnium malorum stirpitus philosophia se extracturum pollicetur.

‖Stirpix Onom. Stirpices ῥιζοτόμοι, quia stirpes effodiunt: radicum sectores, qui radices colligunt, earum peritiam habentes, herbarij.

Stirpo ῥιζόω. Onom. Latinum inusitatum. at ῥιζόω est radico, radices ago, stabilio.

Stitiones Solis, solstitia. Tertull.‖

Stiua, æ, Aratri manica, quæ tenetur manibus quum aratur. {ἐχέτλη. GALL. *Le manche ou le tenon de la charruë.* ITAL. *Manico dell' arato.* HISP. *El esteua ò manzera del arado.* ANGL. *The plough tayle or handle.*} Virg. 1. *Georg.*

Stiuaque quæ currus à tergo torqueat imos.

Ouid. 8. *Metam.*

Hos aliquis tremula dum captat arundine pisces,
Aut pastor baculo stiuaque innixus arator
Vidit, &c.

Idem 4. *Fast.*

Inde premens stiuam designat mœnia sulco.

Dicta stiua à stando, quia super eam regula stat, & est quasi temo inter boues.

STLATA, genus nauigij (inquit Festus) latum magis quàm altum, à latitudine sic appellatum: sed ea consuetudine qua stlotum pro lotum, stlitem pro litem dicebant antiqui, qui dictionibus ab l incipientibus, st literas præponere solebant. Ea vox etiam apud Gellium de nauigiis, horiolæ, stlatæ. In antiquo Lexico, stlata, πειρατικοῦ σκάφους εἶδος.

‖Stlataris, vestis piratica. Gloss. Isid. & Caper.‖

Stlatarius, qui stlata vehit, sicut à scapha scapharius.

Stlatarius, a, um, piraticus. Caper Grammat. Stlataris, sine c, litera scribendum est, à stlata rate piratica. Iuuenal. *Satyra* 7.

Spondet enim Tyrio stlataria purpura filo;

id est, purpurea vestis, velut piratica & latrocinans, cuius splendore spoliantur, & falluntur venditores, diuitem censentes qui eam gestat: vel potiùs fallax & deceptrix, quasíque irridens. In Critici antiquissimi Lexico Stlatarius, ἐξάγωγος.

Stlembus, grauis & tardus. Lucilius,

Atque equum pedibus stlembum. Festus.

‖Stlengis, olei gutta. Item ornamentum capitis. Poll.‖

Stlitibus iudicandis dicebant veteres, pro litibus. Hinc Decemuiri dicebantur Stlitibus iudicandis. Festus.

Stlopus, Sonus, qui ex inflatione buccarum erumpit. Pers. *Sat.* 5.

Nec stlopo tumidas intendis rumpere buccas.

Alij scribunt *sclopus.*

STO, as, steti, statum, Erectus sum, consisto.)(Sedeo. {עמד *hammádh.* ἱστάναι, ἱδρύεσθαι. GALL. *Estre debout, demeurer en vn estat, s'arrester.* ITAL. *Stare.* GERM. Stehn. HISP. *Estar en pie ò en hiesto.* ANGL. *To stande.*} Plaut. *Casin.* Hi stant hîc ambo, non sedent. Terent. *Eunuch.* interim dum ante ostium sto, notus mihi quidam obuiam Venit. Ouid. 1. *Fast.*

Ingenium vultu státque cadítque tuo.

Plaut. *Capt. Prolog.* Quos videtis stare captiuos. Stant, non sedent. ¶ Pro cessare. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Quid nunc igitur stamus? Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Palinure quid stas? (id est, cessas.) ¶ Stare pro incolumen esse. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.* Dum stetimus, &c. (sup. incolumes fuimus.) ¶ Stantes in publico, (id est, quasi prostibula prostantes.) Liuius *lib.* 34. & Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* & veneris. ¶ Et non tantùm de animatis, sed de inanimatis dicitur. vt, Nauis stat, Flumen stat, Currus stat. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 2. Stat in portu nauis prædatoria. (id est, expectat parata.) ¶ Cancer stat, cùm serpere desiit. Cels. *lib... cap.* 27. Vbi stare cœperit cancer. ¶ Sol item stare dicitur, quum ad alterum Tropicorum perueniens, vlterius progredi non potest, sed cursum incipit reflectere. Vnde duo dicimus esse solstitia, alterum æstiuum, alterum hybernum. ¶ Item ponitur pro satisfacere, permanere & durare. Cic. 1. *Offic.* Facere promissa, stare conuentis, reddere depositum. Virgil. 4. *Æneid.*

Et bene apud memores veteris stat gratia facti.

Velleius, Cùm stetisset Carthago. Idem Velleius, Stetisse Capuam, concidisse, resurrexisse. Sueton. *in Othon. cap.* 5. Neque enim dissimulabat nisi principem se stare non posse, &c. ¶ Item pro horrere. סמר *samár.* vt annotauit Nonius citans locum ex Titinnio, Atque illud ante partum comedet: fundi stabunt sentibus. Item alterum ex Cæcilio, Hic amet, familiæ fame pereant: ager autem stet sentibus. ¶ Item pro plenum esse. מלא *malé.* Virg. 12. *Æneid.*

———iam puluere cœlum
Stare vident.

Item pro promittere, vt annotauit idem Nonius, citans illud Lucilij ex *lib.* 29.

Hic corpus solidum inuenies, hîc stare papillas
Pectore marmoreo.

¶ Item significat aliquando præstitutum esse, & immobilem. Virg. 10. *Æneid.*

Stat sua cuique dies, breue & irreuocabile tempus
Omnibus est vitæ.

Ouid. 1. *Metam.*

Sic stat sententia, id est, immobilis & fixa est. δέδοκται.

¶ Item in animo esse, & constitutum habere. Virg. 12. *Æneid.*

Stat conferre manum Æneæ, stat quicquid acerbi est
Morte pati.

¶ Item positum esse, κεῖται. Idem 1. *Æneid.*

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Item quiescere. Apuleius, Dum fortè starent in taberna ludentes.

¶ Item in pristino statu manere. Idem 2. *Æneid.*

Troiaque nunc stares, Priamique arx alta maneres.

¶ Item ponitur pro emptum esse & constare. Liu. *lib.* 23. Multóque sanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria stetit. Gellius, Magno ei stet, ea nocte absentem fuisse. Quintil. Neque ipse hoc periculum ignoro, expertus non leui documento, quanti steterit mihi, quod semel imparata non feci. Liuius 3. *ab Vrb.* Magno detrimento certamen staturum fuerit. Idem 4. *d.* 4. Centum talentis stetit. Et Velleius, Morte stetit Ciceroni vindicta libertatis. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Periculum vitæ meæ tuo stat periculo. ¶ Stare firmum, est non moueri, sed constantem esse. ἐν χώρᾳ μένειν. Liuius, Resistes autem aduersùs famam rumorésque hominum, si satis firmus steteris. Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Polyb.* Stare in statu & gradu, vel arma submittere. Ouid. 13. *Metamorph.*

———cui standi vulnera vites
Non dederant, fugit.

Quintil. Standum in iis omni pede. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Iubes me facere Impetum in eum, qui stat. (i. restat, nec fugit.) ¶ Pro venisse. Liu. 4. *ab vrb.* Tempus agendæ rei nondum stare. (GALL. *N'estre pas encore escheu.*) ¶ Stare per me, per te, per illum aliquid dicitur, quum ego, tu, aut ille impedimento est, ne quid fiat. Plin. *lib.* 18. Non stat per me quominus cælum intelligas & cælestia scias. Quintil. Non per me stetit, sed per illam. Stare à Senatu, vel ab optimatibus, est Senatus, vel optimatium causam tueri. Cic. *de clar. Orat.* Nemo à Senatu, & à bonorum causa stetit constantiùs. ¶ Stare à mendacio contra verum. Idem 2. *de Inuent.* pro eo quod est tueri falsum & verum oppugnare. ¶ Cum aliquo stare, pro partes eius sequi, & ei fauere. Terent. *Phorm.* Nam ni hæc ita essent, cum illo haud stares Phædria. id est, pro illo. Cic. 2. *de inuent.* Quemadmodum ei dicebamus, qui à scripto diceret, hoc fore vtilissimum, si quid de æquitate ea quæ cum aduersario staret, derogasset, sic huic, &c. ¶ Fabula dicitur stare. Terent. *in prol. Hecyræ*, Partim sum earum exactus, partim vix steti. Vbi Donatus, Agitur fabula quum recitatur, stat, quum placet. ¶ Statur, Impersonale. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Quid agitur? P. Statur hîc ad hunc modum. ¶ Stare extrema fortuna, est summo in periculo situm esse. Cic. *in Salust.* Bis ad subsellia attractus, extrema fortuna stetit. Ouid. 4. *Fast.*

Statur & arbitrium Romulus vrbis habet.

¶ Composita huius verbi sunt, Absto, adsto, vel asto, consto, circunsto, antesto, contrasto, exto, à quo superexto, insto, intersto, disto, obsto, persto, præsto, prosto, resto, substo, supersto: de quibus suis locis. Stans & staturus, pen. prod. Participia. Cic. *in Catil.* Quòd incolumes ciues, quòd stantem vrbem reliquit, quantò tandem illum mœrore afflictum esse, & profligatum putatis? Plin. *lib.* 25. *cap.* 13. Anaxilaus autor est, mammas à virginitate illitas, semper staturas.

Status, a, um, Firmus, fixus, immobilis, certus. {מעמד *mahomádh.* πάγιμος. GALL. *Arresté, assigné, certain.* ITAL. *Fermo, stabile.* GERM. Stätig/bestendig/gewiß. HISP. *Firme, que no se muda.* ANGL. *Firme, stable, that standeth hand is not moued.*} Plin. *lib.* 18. Iam primùm hanc iniuriam omnibus annis accidere non posse propter status siderum cursus. Cic. *de Arusp. resp.* Status solemnésque ceremonias pontificatu continere. Sic Statis vicibus aliquid fieri dicitur, quod certis fixísque temporibus iteratur. ἐν τάξει ποιεῖσθαι. ¶ Status dies cum hoste, est dies constitutus controuersiæ cum peregrino iudicio finiendæ. Plaut. *Curc. sc.* 1. *act.* 1. Et Gellius *cap.* 4. *lib.* 6. Status condictus cum hoste intercedit dies. Cicer. 1. *Offic.* Si status dies sit cum hoste venito. Liu. 2. *dec.* 5. Stato die, & stato loco. Item Suet. *in Claud. cap.* 1. Die stato supplicare. Item *in Calig. cap.* 40. Certum statúmque exigere. ¶ Stata sacra, quæ certis ac statutis diebus fiebant, & non mutabantur, sed firma & stabilia erant, diuersa ab illis quæ indicta vocantur, quæ nimirum vel in alia tempora reiici possunt, vel etiam omitti penitus: πάγκτοι θυσίαι. Catull.

Sacra stata, solennia, sancta seruasti.
Ouid. 6. *Fast.*
Et fornicali sunt strata sacra Deæ.
Idem 1. *Fast.*
Ter, quater euolui signantes tempora Fastos:
Nec sementina est vlla reperta dies:
Tum mihi (sensit enim) lux hæc inducitur, inquit,
Musa: quid à Fastis non stata sacra petis?
Ennius. Modicam & modestam formam mulieris statam vocauit, quam Phauorinus apud Gellium non inuenustè vxoriam formam nominat. Vide Gell. *lib. 5. cap. 11.*

Stătŭs, us, conditio, habitus, gestus, positio, constitutio. {מעמד *mahamádh.* κατάστασις. GALL. *Estat, condition, geste, maintien, contenance.* ITAL. *Stato, stado, qualità di vna cosa.* GERM. Ein stand oder stat/wäsen. HISP. *Estado de cada vna cosa.* ANGL. *Thet stat, behauiour or contenance.*} A sistenda autem Repub. Statum eius deducit Sueton. *in August. cap. 28.* Sistere significat inter cætera stabilire, firmare, stare facere: vulgus contra à stando statum deducit, sicut & statorem: qui suprà in verbo sisto & stator abundè confutatur. Colum. *lib. 8.* Quare status eius longior productiórque ad hos casus magis habilis est. Cicer. *Lentul. lib. 1. Epist.* Ex eodem de toto statu rerum omnium cognosces. Idem *de Arusp. resp.* Hunc statum qui nunc est qualiscunque est, nulla alia re nisi concordia retinere possumus. Seneca *cap. 17. de consol. ad Mart.* Vt nunquam scires cuius status esses. Quintilian. statu periclitari. Ouid. *Eleg. 1. lib. 5. Trist.*
Flebilis vt noster status est, ita flebile carmen.
¶ Pro positione siue constitutione corporis. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 1.* Quid agitur? P.S. Statur hic ad hunc modum. S. Statum vide hominis Calipho, quasi basilicum. GALL. *Considere la carre, la posture, la contenance, la targue, la morgue du personnage.* Idem Plaut. *ibid.* vide *Statum.* Num pertimescit. Idem *Mil. sc. 2. a. 2.* Crebrò commutat statum. (de cogitabundo & æstuante.) Item Gell. *cap. 13. lib. 9.* de certamine duorum loquens: Manlius scutum scuto percussit, atque statum Galli conturbauit. GALL. *La posture,* q. d. Gallum de loco, quo pedem fixerat ad decertandum, dimouit, deiecitque Manlius. Et Senec. *de consol. ad Polyb. c. 6.* Vtrúmne statim percussus arma submiseris, an in statu, & in gradu steteris. ¶ Statum cœli notare Liu. 7. d. 4. (i. positionem.) ¶ Pro habitudine & statura corporis. Plaut. *Amph. sc. 1. a. 1.* Cœpi huius formam in me atque statum. ¶ Pro munere, siue cura, siue negotio videtur vsus. Sueton. *in Tiber. cap. 16.* Delegatus ei pacandæ Germaniæ status. GALL. *L'estat & charge.* Casaubon. ita hic legit, Delegatus pacando Germaniæ statui. Elegantiùs quidem, sed contra fidem omnium veterum librorum. ¶ Deducere aliquem de statu vitæ, est eum à solito vitæ tenore abducere. Cic. 1. *Verr.* Me de vitæ meæ statu lacrymis suis deduxerunt. ¶ Status item ponitur pro stata & firmata ætate, nimirum annorum xxv. *l. 77. D. de leg. & fid. 2.* Quanquam igitur testamento cautum esset, vt quum ad statum suum peruenisset, ei solueret. ¶ Apud Rhetores autem status, στάσις, dicitur summa causæ constitutio, ad quam totius orationis argumenta referuntur, hoc est, id quod nascitur ex conflictione petitionis actoris & defensionis rei. id autem dilucidius fiet hoc exemplo. Deiotarus insidias struxit Cæsari: intentio est actoris. Non struxit: depulsio rei. Hinc oritur constitutio siue status, Struxeritne insidias Cæsari Deiotarus. Et quoniam in omni disceptatione quæritur an sit, quid sit, vel quale sit, tres inde oriuntur statuum differentiæ, Coniecturalis, Legitima & Iudicialis. Cic. *in Topic.* Refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis. Græcè στάσις, Latinè Status vocetur. ‖ ¶ Status quæstionem facere, vel inferre. *D. lib. 40. tit. 12. l. 37.*

Statu liber, qui statutam & destinatam in tempus, vel conditionem libertatem habet. Paulus *D. lib. 40. tit. 7. l. 1.* ‖

Stătĭo, nis, de quouis loco dicitur vbi statur: vt atria, porticus ædium. Est etiam locus in littore sinuosus, in quo naues ad tempus possunt consistere, minùs tamen tuto quàm in portu. {מעמד *mahamádh* מצב *matssáb* עמדה *hemdáh.* σταθμός. GALL. *Station, place, ou lieu d'arrest de quelque chose que ce soit: comme les basses cours, antichambres, galeries où le peuple attend le maistre de la maison. Item, le port ou haure, ou Gay où s'arrestent les nauires. L'assiette de guet, ou d'autre chose.* ITAL. *Statione.* GERM. Stelle/schiffstelle. HISP. *La estança ò estancia.* ANGL. *A place where men of warre or shippes abide for a tyme.*} Virg. 2. *Æneid.*
Nunc tantùm sinus & statio malè fida carinis.
Item 10. *Æneid.*
Frangere nec tali puppim statione recuso.
Velleius, Statio quælibet pro portu fugientibus tempestatem. ¶ Pro porticu, siue templo. Ouid. *Eleg. 1. lib. 3. Trist.*
——*quoniam statio mihi publica clausa est.*
Idem 5. *Fast.*
Et pro Diis aderant in statione suis.
¶ Stationes item dicuntur loca, in quibus milites consederunt, quæ & statiua dicuntur, & præsidia. Curtius, Cognitum id per exploratores, qui stationes hostium fuerant ingressi. Stationes militum per Italiam dispositæ. Sueton. *in Tib. c. 37.* Idem *in August. cap. 24.* Cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas hordeo pauit, Centuriones, statione deserta itidem vt manipulares capitali animaduersione puniit. Cæsar 1. *de bell. ciuil.* Stationes crebras equitum disponere. *Ibidem,* Custodias stationésque vitare (equitum vias obsidentium, sup.) ¶ Locum item vigilibus ad excubias agendas assignatum, stationem vocamus, quòd in eo subsistere cogantur, neque eum sine graui noxa possint relinquere. Virg. 9. *Æneid.*
——*vigiles simul excitat: illi*
Succedunt, seruántque vices: statione relicta,
Ipsa comes Niso graditur.
Sueton. *in Neron. cap. 37.* Orfito obiectum est, quòd tabernas tres de domo sua circa forum ciuitatibus ad stationem locasset. Ouid. 2. *Fastor.*
Próque tua maneant in statione domo. (Dij, sup.) id est, excubent.
¶ Item ponitur pro loco in quo ius Romæ docebatur. Gell. *lib. 13. c. 13.* Quæsitum esse memini, in plerisque Romæ stationibus, ius publicè docentium, Iuuenal. *Satyr. 1.*
——*Stationes omne theatrum.*
Item dicit, Stationes omnes tribunal, de Rutulo. vbi doctiores, stationes mancipiorum in foro Romano intelligunt. Vide Victorem *in descriptione regionis fori Romani.* Plin. *lib. 16.* Radices eius in forum vsque Cæsaris per stationes mancipiorum penetrare. ¶ Similiter errantium stellarum matutinæ (quas primas vocant) & vespertinæ (quas secundas) quum stare spectantibus videantur in Oriente, & Occidente, stationes vocantur. ¶ Per metaphoram etiam statio pro temporaria habitatione accipitur. Cic. *ad Attic. lib. 6.* Athenis statio mea nunc placet. Sumpta translatio à loco litorali, vbi naues ad tempus subsistunt, quamuis non æquè tuto, atque in portu. ¶ Propriè autem statio dicitur ipse standi actus. Vnde cæteræ omnes significationes fluxerunt.

Stătĭuncŭlă, diminutiuum, parua statio: sicut à ratione ratiuncula.

Stătĭōnālĭs, e, adiectiu. {φυλακτικός. GALL. *D'assiette, de station.* ITAL. *Della statione.* GERM. Gehörig zu der stellung auff die wacht. HISP. *Cosa de estança ò de estacion.* ANGL. *Beronging to an abiding place for shippes.*} vt, Stationales milites, qui & stationarij, quibus certa ad excubias agendas assignata est statio. Stationales stellæ, quæ matutino tempore omnium nouissimæ, & vespertino omnium primæ in cælo apparentes, quasdam quasi excubias facere videntur. Plinius, de sideribus loquens, *lib. 2. c. 15.* Eadem stationalis senis mensibus commemoratur insignis, aliorum bimestris: quum cæteræ vtraque statione quaternos menses non impleant.

Stătĭōnārĭi milites, dicuntur quibus custodiæ, aut præsidij gratia statio assignata est, vt qui in castris, vrbibúsve ad excubias agendas certo loco disponuntur: quive in prouinciis distribuuntur partim ad externam vim, si qua fortè ingruat, propulsandam: partim ad prouinciales in fide continendos. {φύλακες. GALL. *Garnison de lieux forts.* ITAL. *Guarnizione de luoghi forti.* GERM. Kriegsleut die zur hut auff die wacht gestellt sind/ oder die im zusatz ligen. HISP. *Guarnicion de lugar fuerté.* ANGL. *Men of wearre to watch or to whome a certane place is appointed to keep.*}

Stătīuă, orum, Castra, siue munitiones militares: à stando dicta, quòd in iis milites subsistunt. {מצב *matstsáb* מחנה *machanéh.* σταθμὸς, ἔρυμα. GALL. *Vn camp, ou vn fort, ou vne place où sont assis les gens de guerre, ou le guet, ou la garnison.* ITAL. *Statiue, luoghi forti* GERM. Läger/lägerstatt/ darinn sich ein kriegsvolck enthalt/ kriegsstelle. HISP. *El real de hueste para poco tiempo.* ANGL. *A fort or camp pitched.*} Liu. *lib. 1. ab Vrbe,* In his statuis (vt fit) longo magis, quàm acri bello satis liberi commeatus erant. Et *lib. 9.* Statiua nostra munimento satis tuta sunt. Cic. *pro lege Agrar.* Num quid causæ est, quin omnes agros, vrbes, statiua, portus, totam denique Bithyniam Decemuiri vendituri sint?

Stătīuŭs, a, um, Stationalis, {ἑδραῖος, στάσιμος, σταθμικός. GALL. *D'assiette, de station.* ITAL. *Della statione.* GERM. Das man auffstellt zuhüten vnd wachen. HISP. *Cosa de estança ò estacion.* ANGL. *Belonging to a camp pitched or fort.*} vt, Præsidium statiuum, quod certis locis custodiæ & securitatis gratia disponitur. ¶ Castra statiua, quæ & statiua absolutè, munitiones sunt militares, quibus copiæ sepiuntur, vt aduersùs repentinum hostium incursum tutæ sint, neque inuitæ in prælium descendere cogantur. ¶ Statiuæ aquæ dicuntur, quæ contrariæ sunt manantibus, & perennibus, cuiusmodi sunt fontes, riui, fluuij. Varr. *de admirandis ad Fundanium socerum,* Secundò de statiuis aquis, vt sunt lacus, stagna, putei & maria. Plin. *lib. 2. c. 88.* In eadem & oppidum haustum profundo alioqui motu terræ statiuas emersisse.

Stătārĭus, a, um, Fixus, firmus, immobilis. {μόνιμος, σταθερός. GALL. *Qui ne bouge d'vne place, ferme.* ITAL. *Fermo, immobile.* GERM. Stätig/bestendig/stät. HISP. *Cosa firme y no variable.* ANGL. *Firmen, sure, that is not easilie moued.*} Vnde statariæ fabulæ dictæ sunt, quæ motoriis opponuntur, histrionibus minimè laboriosæ, quippe quæ à stantibus non discursantibus, tumultuantibúsve peragerentur. Ter. *in Heaut.* Adeste æquo animo, date potestatem mihi Statariam agere, vt liceat per silentium. Statarius orator. Cic. *de clar. Orat.* C. Piso statarius, & plenus sermonis orator. Et paulò antè, Ij quos statarios appellant, quorum est illa simplex in agendo veritas. ¶ Pugna stataria, in qua non furtis, non excursionibus, non læuibus præliis, sed collatis vtrinque signis decertatur. ¶ Statarij ordines, ad statariam pugnam instructi. Liu. *lib 9. ab vrb.* Statarios vterque miles ordines seruans.

Stăbĭlĭs, e, Firmus, & fixus. {נאמן *neemán.* βέβαιος, στάσιμος, σταθερός. GAL. *Ferme, stable, asseuré, immuable.* ITAL. *Stabile, immutabile.* GERM. Stät/steiff/bestendig. HISP. *Cosa firme que no se muda.* ANGL. *Stable, sure, firme.*} vt apud Ter. *in Adelph.* Errat longè, mea quidem sententia, Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius, Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur. Cic. 1. *de Orat.* Nihil est enim tam insigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quàm id in quo aliquid offenderis. Ouid. 5. *Trist. Eleg. 14.*
Rara quidem virtus, quam non fortuna gubernet,
Quæ maneat stabili, quum fugit illa pede.
Senec. *c. 6. de consol. ad Mart.* Contra fige stabilem gradum. Plaut. *Aul. sc. 4. a. 1.* Stabile stabulum habere. ¶ Stabile est, id est, certum, & statutum. Plaut. *in Bacch.* Profectò stabile est me fratri aurum reddere. ¶ Mala stabilia, hoc est, poma non decidua, & quæ diutius in arbore stant, vel diu maturitatem retinent, neque citò corrumpuntur. Cato *cap. 7.* Eo lotium suillum, aut stercus ad radicem eorum addere oportet, vt stabilia mala fiant. Patria stabilis, in qua quis perpetuò habitat, nec huc atque illuc discurrit. Plaut. *Merc.*—quis finis fugæ? Quæ patria aut domus tibi stabilis esse poterit? Vita stabilis, Felix & non variis casibus subiecta. Lucret. *lib. 3.*
Turpis enim fama contemptus, & acris egestas
Semota ab dulci vita, stabilique videtur.

Stăbĭlĭo, is, stabilem facio, firmo. {הקים *hekim* חזק *chizzék.* βεβαιόω, ἀσφαλίζομαι, ἑδραιόω, κατασκευάζω, καθίστημι. GALL. *Affermir, asseurer, establir.* ITAL. *Stabilire, fermare.* GERM. Bestätigen/bestendig machen. HISP. *Firmar, establecer.* ANGL. *To mak sted fast or stable.*} Plautus *in Amphitr.* Regique Thebano Creonti regnum stabiliuit suum. Cicer. 4. *de finib.* Nisi fortè censeres C. Gracchum patrem beatiorem fuisse quàm filium, quum alter stabilire Rempublicam studuerit, alter euertere. ¶ Hinc Constabilio, quod est omnibus modis stabile & securum.

curum reddo. Plautus *in Capt.* Ædepol rem meam Constabiliui, quum illum emi.

Stăbilīmĕn,inis, & Stabilimentum, i, Firmamentum, siue corroboratio. {מסעד *mushádh* חוזקה *chozkáh* vel *chezkáh*. ἑρεισμα, βεβαίωσις. GALL. *Affermissement, asseurance.* ITAL. *Stabilimento.* GERM. Ein beuestigung/sterckung. HISP. *Firmeza para estar.* ANGL. *That stablisheth or maketh stedfast.*} Plaut. *in Curcul.* Hæc sunt ventri stabilimenta, panis, & assa bubula, Poculum grande. Cicer. *de nat. deor.* Addo, inquit, hoc, quòd mihi portento cælestium pater prodigium misit regni stabilimen eius.

Stăbilĭtās,atis,firmitas. {אמנה *amanáh*. εὐσθενότης. GALL. *Fermeté*. ITAL. *Stabilità, fermezza.* GERM. Bestendigkeit. HISP. *Firmeza para estar.* ANGL. *Stedfastnesse, firmitie.*} Cæsar 4. *bell. Gall.* Ita nobilitatem equitum, stabilitatem peditum in præliis præstat. Cicer. 1. *de finib.* Quo loco videtur quibusdam stabilitas amicitiæ vacillare. Plin. *lib.* 23. *cap.* 3. Gingiuis, & oris vlceribus, dentium stabilitati efficacissimè subuenit.

Stoa, στοὰ, porticus, tentorium.

‖Stocholmia, siue Holmia, *Stocholm*, regni Sueciæ metropolis.

Stocius, stultus. Gl. A. L.‖

Stœbē, fœmin. gen. στοίβη. Frutex aculeatus tum caule, tum foliò, semine molli, rubido, radice pecoris pabulo gratissima, non alibi quàm in aquaticis nascens. Plin. *lib.* 21. *c.* 15. Quædam spinam habent in folio, & in caule, vt phleos, quod aliqui stœben appellauère. Idem *lib.* 22. *c.* 11. Stœbe, quam aliqui phleon vocant, decocta in vino, præcipuè auribus purulentis, medetur: item oculis ictu cruentatis: hæmmorrhagiæ quoque, & disenteriæ infusa.

Stœchădēs, στοιχάδες, insulæ sunt numero tres, Massiliensium litori vicinæ: sic dictæ propter ordinem quo sitæ sunt. Vulgò *Las Eras*. Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Stœchades tres, à vicinis Massiliensibus dictæ propter ordinem: quas item nominant singulis vocabulis, Proten, & Mesen, quæ & Pomponiana vocatur: tertia Hypæa. Lucan. *lib.* 3.

Et iam turrigeram Bruti comitata carinam
Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite classis
Stœchados arua tenens.

Suet. *in Claud. c.* 17. Iuxta Stœchadas insulas.

Stœchās, adis. {στοιχάς. GALL. *Stechas.* ITAL. *Steca.* GERM. Stoechas kraut/ man bringt es dürr in Teutschland. HISP. *Cantuessa.*} Herba à Stœchadibus insulis ex aduerso Massiliæ, in quibus solis nascitur, nomen accepit. Tenues habet circulos, comam hyssopi, amaram gustu. Hanc hodie vocant imperiti *sticados citrinum.* Nanque frutex ostendit surculosus, odoratus, capitibus luteolis ex concoloribus flosculis compactis: vnde citrinum vocatur. Plin. *lib.* 27. *cap.* 21. Stœchas in insulis tantùm eiusdem nominis gignitur, odorata herba, coma hyssopi, amara gustu. Menses ciet potu, pectoris dolores leuat, antidotis quoque miscetur.

Stœcheum, στοιχεῖον, elementum.

STŌĬCĪ, στωϊκοὶ, Philosophi appellati sunt, à στοὰ, quod significat Stationem, siue porticum, quo conuenire ad disserendum solebant. Erat enim Statio, ita enim loquitur Gellius, siue porticus Athenis dicta Pœcile, ex varietate picturæ (Græci enim ποικίλον varium dicunt) in qua Zenon primus huius autor, philosophiam profitebatur. Vnde & secta Stoica, & philosophi Stoici nuncupati sunt, qui antea Zenonij dicebantur, à Zenone doctore. Hæc est illa porticus Stoicorum memoratissima, quam Chrysippus dictus est fulcire, quam pinxit Polygnotus gratuitò. ¶ De Stoicis ita Seneca *c.* 18. *de consol. ad Polyb.* Et scio inueniri quosdam duræ magis, quàm fortis prudentiæ viros, qui negent doliturum esse sapientem.

Stoicida, æ, patronym. masc. Iuuenal. *Sat.* 2.

Fugerunt trepidi vela ac manifesta canentem
Stoicida.

Stōĭcē, aduerb. Cicer. *in Parad.* De diis immortalibus, de charitate patriæ, Stoicè scilicet, nullis oratoriis ornamentis adhibitis, dicere. de Catone.

STŌLĂ, æ, Græcorum vocabulum est: quo illi quodlibet vestis genus significant. {בגד *béghedh*. στολή. GALL. *Vn habillement, & principalement celuy d'vne femme iusques aux talons.* ITAL. *Stola, ogni sorte d'habito, ò vesta feminile sin' à piedi.* GERM. Ein settlichs kleid/besonder ein langs. HISP. *Qualquier vestidura, ò vestidura propria de mugeres castas.* ANGL. *A womans gowne, a long robe.*} ἀπὸ τοῦ στέλλειν, hoc est, ab induendo. Vnde Plutarchus scribit ab Alexandro cuidam esse permissum, vt stola Persica vteretur, hoc est, cultu Persico. Idem *in Dione*, Dionysium maiorem ait eò diffidentiæ processisse, vt ne fratrem quidem, aut filium in cubiculum admitteret, nisi priùs illam suam stolam posuissent, & aliam sumpsissent. Apud Latinos tamen ad honestæ tantùm matronæ vestem hoc nomen translatum est, quæ vsque ad imos pedes demissa erat, & cuius extremam partem ambibat instita assuta, quæ erat fasciola quædam siue limbus. Vlp. *l. vestis ff. de aur. & argen. leg.* Muliebria sunt (inquit) quæ matrisfamiliâs causa parata sunt, quibus vir non facilè vti potest sine vituperatione: veluti stolæ, pallia, tunicæ, &c. Cic. 2. *Philipp.* Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddisti. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Ecquid ab hac omnes rigida summouimus arte,
Quas stola contingi, sumptaque vitta vetat?

Valer. Max. *lib.* 2. Sed quo matronale decus verecundiæ munimento tutius esset, in ius vocanti matronam, corpus eius attingere non permiserunt, vt inuiolata manus alienæ tactu stolæ relinqueretur. ¶ Hinc Stola nonnunquam pro ipsa matrona, siue honesta muliere figuratè accipitur. Papin. *in Syluis*, Omnis plebeio teritur matrona tumultu. Hinc eques, hinc iuuenum cœtu stola mista laborat. ¶ Stola etiam accipitur pro veste sacerdotali, apud Ouid. *lib. vlt. Metam.* Processi duodecim sacratus stolis.

Stŏlātŭs, a, um, Stola ornatus. {στολιδωτός. GALL. *Vestu de vestement long iusques aux talons.* ITAL. *Vestito di tale habito.* GERM. Mit einer erbaren langen kleidung angethon. HISP. *Vestido de tal vestidura.* ANGL. *Cladde with a long robe vnto the heeles.*} Verùm quoniam (vt iam docuimus) stola honestarum tantummodo matronarum vestis erat, factum est, vt stolatum accipiamus pro matronali & honesto. Vnde stolatam mulierem pro locuplete & primaria dicimus: sicut contrà, togatam, pro plebeia, & minoris dignitatis: vt non obscurè innuit Horatius *lib.* 1. *Serm. satyr.* 2. ¶ Stolatus pudor, hoc est, matronalis verecundia. Mart. *lib.* 1.

Quis Floralia vestit, & stolatum
Permittit meretricibus pudorem?

Liuiam Augustam proauiam, Vlyssem stolatum identidem appellans.

STŎLĬDŬS, a, um, Excors, stupidus, stultus. {נבל *nabál* כסיל *chesil.* ἀβέλτερος, ἀνόητος, νήπιος. GALL. *Sot, niais.* ITAL. *Pazzo, goffo.* GERM. Torhafft/torechtig/toll/dölpel. HISP. *Bouo, loco.* ANGL. *Foolish, fonde, lewde of conditions.*} Terent. *in Heaut.* Nónne ad senem aliquam fabricam fingit? s. stolidus est. Plaut. *Epid.* Ego illic me autem assimulabam quasi stolidum. Liu. 4. *bell. Maced.* Consul extemplò arma capere milites iussit: armatos inde paulisper continuit, vt & stolidam fiduciam hosti augeret, & disponeret copias, quibus quæque portis erumperent. Ouid. 11. *Metam.*

Pingue sed ingenium mansit, nociturаque, vt ante,
Rursus erant domino stolidæ præcordia mentis.

Plaut. *in Milit.* Nullum est hoc stolidius saxum. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Mihi stolido os subleuere. Idem *Amphitr.* Quid me aspectas stolide! paulò antè, fatue. ¶ Quis verò stolidus dicatur, docet Gell. *cap.* 4. *lib.* 18.

Stŏlĭdē, aduerb. Stultè. {ἀβελτέρως. GALL. *Sottement, niaisement.* ITAL. *Pazzamente.* GERM. Torechtiglich. HISP. *Bouamente y locamente.* ANGL. *Foolishlie, fondlie.*} Liu. 5. *bell. Pun.* Id non promissum magis stolidè, quàm stolidè creditum, tanquam eædem militares, & imperatoriæ artis essent.

Stŏlo, nis, inutilis, & quasi stolida fruticatio ex arborum radicibus. {שתיל *schetil.* παραφυάς. GALL. *Vn reietton qui naist au pied de l'arbre.* ITAL. *Germoglio à piè del' albero.* GERM. Ein vnnutz schoß/ein aberschoß. HISP. *Pimpollo que nace al pie del arbol.* ANGL. *The spring or yong ymps that growe out of the stemmes or rootes of trees.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 1. Fuerunt ab arboribus cognomina antiquis: vt, Fronditio militi illi qui præclara facinora, Vulturnum transnatans, fronde capiti imposita, aduersùs Annibalem edidit: Stolum Luciniæ genti: ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis. Varr. *lib.* 1. *de re rust. cap.* 2. Nam Stolonis illa lex, quæ vetat plus quingenta iugera habere ciuem Romanum, & qui propter diligentiam culturæ Stolonum confirmauit cognomen, quòd nullus in eius fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum arbores è radicibus, quæ nascerentur è solo, quos stolones appellabant.

Stolus, στόλος, actio τοῦ στελλομένου profectio: classis aliquò commeans, quæ & commeatus, στόλος παράλιος, cataplus, κατάπλους, quæ tamen propriè appulsus ad portum ac præsertim mercatorum. Vide Casaub. *in August.* Suéton. *cap.* 97.

‖Stoma, στόμα, ος. Item aliquid ori simile, vt per quod est introitus, vt cibo & potui per os. Sic ostium fluminis.‖

Stŏmăcăcē, στομακάκη, gingiuarum morbus, quum illis vitiatis dentes excidunt. Plin. *lib.* 2. *cap.* 3. In Germania trans Rhenum castris à Germanico Cæsare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis solus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagésque in genibus soluerentur. Stomacacem medici vocabant, & sceletyrben ea mala.

STŎMĂCHŬS, i. {στόμαχος. GALL. *Estomach.* ITAL. *Stomacho.* GERM. Die speißrör/sonst der magen. HISP. *La boca del estomago, ò vientre.* ANGL. *The stomack, the meat pipe.*} Fistula per quam cibus descendit. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Summum gulæ fauces vocantur, postremum stomachus. Cicer. 3. *de nat. deor.* Linguam autem ad radices eius hærens stomachus excipit, quo primùm illabuntur ea accepta sunt, & oris vtraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Cels. *lib.* 4. *c.* 1. Deinde duo itinera incipiunt: alterum asperam arteriam nominant, alterum stomachum. Arteria exterior ad pulmonem, stomachus interior ad ventricum fertur: illa spiritum, hic cibum recipit. Et paulò pòst, Stomachus verò, intestinorum principium est, neruosus, septus, è septimæ spinæ vertebra incipit, ac circa præcordia cum ventriculo committitur. Ventriculus autem dicitur, qui receptaculum cibi est. Hactenus Celsus. Suet. *in Aug. cap.* 76. Stomachus cibum desiderat. Idem *Claudio cap.* 3. Valetudine prospera vsus est, excepto stomachi dolore. ¶ Impropriè tamen stomachus accipitur pro ventriculo qui cibum concoquit. Iuuen. *Satyr.* 5.

Si stomachus domini feruet vinóque, cibóque.

Cels. *lib.* 1. *cap.* 2. Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit. Horat. 2. *Serm. satyr.* 2.

Ieiunus stomachus rarò vulgaria temnit.

Et *paulò pòst*, Latrantem stomachum bene lenit cum sale panis. Dictus stomachus, ἀπὸ τοῦ στόμαχος, ἢ χᾶν, quòd cibum inferiore orificio ad intestina transfundat. Stomachi resolutio. Cels. *lib.* 4. *c.* 5. Vulgatissimum verò, pessimúmque stomachi vitium est resolutio: id est, quum cibi non tenax est, soletque desinere ali corpus, ac sic tabe consumi. Plin. *lib.* 9. *c.* 48. Vomitum, dissolutionémque stomachi protinus creat. ¶ Interdum stomachus ponitur pro indignatione, siue iracundia. {ἀγανάκτησις, ὀργιλότης. ANGL. *Anger, wrath.*} Cic. 4. *Tusc.* Tracta definitione fortitudinis, intelliges eam stomacho non egere. Sic dicimus, Possum sine stomacho dicere: hoc est, sine fastidio & indignatione. Idem *Quint. fratr. lib.* 6. Superiori epistolæ quid respondeam nihil est, quæ plena stomachi & querelarum est. Idem *ad Attic. lib.* 6. In quo tamen ille mihi risum magis, quàm stomachum mouere solet. Plaut. *Amph.* Hominem ne congrediamur quæso, prius quàm stomachum detexerit. ¶ Stomachus pro animo: quia quemadmodum stomachus facilè eo cibo mouetur, à quo natura adhorret, sic animus eas res maximè auersatur, & abhorret, quas suæ naturæ contrarias esse sentit. Cic. *ad Cæl. lib.* 2. Nosti enim non modò stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum meorum in hominum insolentium indignitate fastidium. hoc est, nosti animum meum præ fastidio id ferre non posse. Quintil. Ad stomachum litigatoris compositus patronus, vt

vt ei morem gerens aduersario maledicat. ¶ Interdum in bonam partem capitur pro facilitate. Plin. *in Prolog.* Argumentum huius stomachi mei habebis, id est, huius meæ facilitatis & mansuetudinis, & benignitatis.

Stŏmăchŏr, aris, ari, Indignari ac turbari. {זעף zabáph קצף katsáph. ἀγανακτέω, δυσχεραίνω, ἀποπνίγομαι, πικραίνομαι, ἀγανακτεῖν. GALL. *Se courroucer & despiter.* ITAL. *Sdegnarsi.* GERM. Vnwirsch vnd zornig sein/zürnen. HISP. *Ensañarse.* ANGL. *To be angrie or crabed.*} Cic. *Cassio*, Si enim stomachabere, & molestè feres, plura dicemus. Terent. *in Eunucho*, id quidem aduenìens mecum stomachabar modò. Cic. 4. *Tusc.* An verò vir fortis, nisi stomachari cœperit, non potest fortis esse? Idem *Capitoni in Epist. ad Attic. lib. 26.* Non dubito quin mirere, atque etiam stomachere, quòd tecum de eadem re agam sæpiùs. Sueton. *in August. cap. 21.* Si quid stomachor valdè, &c.

Stŏmăchāns, tis, partic. {זעף zoéph vel zabéph קצף kotséph. ἀγανακτῶν. GALL. *Qui se courrouce & despite.* ITAL. *Che se sdegna.* GERM. Vnwirsch-end. HISP. *El que se ensaña.* ANGL. *That is angrie or crabed.*} Cicer. *de clar. Orat.* Videre quempiam irascentem, & stomachantem. Hinc Substomachor, de quo suo loco.

Stomachabundus. Gell. *cap. 8. lib. 17.* Aspicit puer guttum atrocibus oculis stomachabundus, &c.

Stŏmăchĭcŭs. {στομαχικός. GALL. *Qui a mal à l'estomach.* ITAL. *Che ha il stomaco cattiuo, ò disconcio.* GERM. Der ein blöden oder kalten magen hatt. HISP. *Doliente de estomago.* ANGL. *That hath à disease in the stomacke.*} Propriè is dicitur, teste Æegineta, cuius stomachus, siue ventriculus cibum assumptum non retinet. Plin. *lib. 25. c. 5.* scribit helleborum mederi stomachicis.

Stŏmăchōsŭs, a, um, Iracundus, qui facilè indignatur, ac cuncta fastidit. {זעף zabéph. ὀξύχολος. GALL. *Colere & despit, qui se courrouce & despite aisément.* ITAL. *Accorocciosо, colerico, fastidioso.* GERM. Vnwirsch/der voll vnwirsche vnd zorn steckt. HISP. *Ayrado, ò sañudo, ò el que toma fastidio, ò enojo.* ANGL. *Angrie, or easie to be angred.*} Cicer. 2. *de Orat.* Me quidem herculè valdè illa mouent stomachosa, & quasi submorosa ridicula, non quum à moroso dicuntur: tum enim non sal, sed natura ridetur. ¶ Literæ stomachosæ, quæ indignationem, iracundiámque scriptoris præ se ferunt. Stomachosiores meas literas, quas dicas, non intelligo.

Stomalgia, στομαλγία, oris dolor, στόμα ἄλγος.

Stomargus, στόμαργος, loquax, nugator.

Stŏmătĭcŭs, {στοματικός. GALL. *Qui a la bouche vlcerée.* ITAL. *Che ha qualche male ò postema in bocca.* GERM. Prästhafft am mund. HISP. *Doliente de la boca.* ANGL. *That hath disease in the mouth or swelling.*} Oris vitio laborans, cui os est exulceratum. Plin. *lib. 24. c. 14.* Huius flos cum melle epiphoris illinitur, & ignibus sacris, stumaticisque ex aqua bibendus datur. ¶ Stomatica item dicuntur, quæ oris vlceribus medentur. Plin. *lib. 22. cap. 9.* Ideò & commanducata, stomatice est, vlceribus oris inspersa. Stomatica tamen Cels. *lib. 3. c. 18.* interpretatur quæ aperiendi vim habent. Sunt (inquit) quædam malagmata, quæ στοματικὰ Græci vocant, quoniam aperiendi vim habent.

Stŏmōmă, atis στόμωμα, Squama subtilissima ex æris summa lanugine decussa. Plinius *lib. 34. cap. 11.* de squama æris, Squamæ est alterum genus subtilius, ex summa scilicet lanugine decussum, quod vocant stomoma.

Stŏrĕă, æ, siue storia, vt legitur apud Liu. *lib. 10. bell. Punic.* {ψιάθιον GALL. *Nate, ou autre conuerture qu'on estend sur terre.* ITAL. *Stora, stuoia.* GERM. Ein serge auß schlechtem zeug gemacht/so man auff den boden spreytet. HISP. *La estere de esparto, ò juncos.* ANGL. *A mat, or any couering spred on the ground.*} Teges vilior, ex iuncis, aut stramentis, quæ humi sternitur. Plin. *lib. 15. c. 16.* Colligi mala post æquinoctium autumnale, neque ante sextamdecimam Lunam, neque ante primam horam: cadiua separari stramentis, storeis, paleisve. Dicta storea, ἀπὸ τοῦ στορέννυμι, quod significat sternere. Storia tegmenti genus ex funibus anchorariis, Cæs. 2. *de bell. ciu.*

‖Stotarius, admissarius. In ll. Alem. *tit. 98. 53.* Germ. Stute/ equus admissarius.‖

Străbo, nis. {στράβων. GALL. *Louche ou bigle.* ITAL. *Chi guarda in trauerso, guercio.* GERM. Ein schiler/schelch. HISP. *El que tiene los ojos turuios.* ANGL. *Gogle eyed or a squint.*} Qui oculos habet distortos. Cic. *de nat. deor.* Redeo ad deos: ecquos si non tam strabones, at petulos esse arbitramur? Plin. *lib. 11. c. 37.* Vni animalium homini oculi deprauantur, vnde cognomina Strabonum & Pætorum.

Străbo, insignis geographi nomen, qui temporibus Augusti & Tiberij claruit. Scripsit Commentarios geographicos, qui etiam hodie omnium manibus teruntur. ¶ Scripsit autem præter geographicos commentarios, libros historiarum, quorum comminit lib. 11. vbi de Parthorum moribus. Citat quoque lib. 12. rerum Italicarum à se editum.

Străgēs, is, Clade, occisio, vel (vt Valla interpretatur) cadauerum interfectorum multitudo. {הרג herégh הרגה haregháh מגפה magghepháh מכה maccháh. ὄλεθρος, φόνος. GALL. *Abattement, tuement de gens, tuerie, deffaite.* ITAL. *Strage.* GERM. Ein niderlag. HISP. *Estrago de cuerpos muertos.* ANGL. *Great slaughter or killing of people.*} Cic. *ad Att. lib. 1.* Quas ego pugnas, & quantas strages edidi? Idem 3. *de Leg.* Sed ille quas strages edidit? Liu. *lib. 8.* Per arma, per viros latè stragem dedère. Virg. 9. *Æneid.*

Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quisque virum demiserit Orco, &c.

Idem 6. *Æneid.*

Procubuisse super confusæ stragis aceruum.

Strāgŭlum, i, vel stragula, æ, genus vestis, inquit Asconius. {מרבד marbádh. ἐπίβλημα, στρῶμα. GALL. *Couuerture, loudier, housse.* ITAL. *Coperta di letto, ò da cauallo.* GERM. Allerlen decke/als auff den betten die gantz teren. HISP. *El repostero, tapete, ò albombra.* ANGL. *A counterpoynte, a couering of a bed or other thing.*} Varro *lib. 4. de ling. Lat.* Quicquid insternebant, à sternendo stragulum appellabant. ¶ Vlpianus accipit pro veste exteriore, quæ reliquis iniicitur: quale est Græcorum pallium. In stragulis item dormiebant: vnde prouerbio monemur, vt stragula semper conuoluta habeamus, hoc est, vt pudoris verecundiæque limites non transgrediamur. ¶ Item quæ equis iniiciuntur, Stragula dicuntur. ¶ Stragulas item vestes, siue stragula pro aulæis, siue peripetasmatibus accipiebant veteres, quòd iis aulæ & triclinia, nonnunquam etiam lecti insternebantur. Tibull. *lib. 1. Eleg. 2.* Nam neque tunc pluma, nec stragula picta saporem, &c. Cic. 4. *Verr.* Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam, multam Deliacam supellectilem, &c. ¶ Item est vestis picta, Asconius. Martial.

Vis fieri sanus stragula sume mea.

¶ De stragulo, culcitra & opertorio, vide Senecam *Epist. 88.*

STRĀMĔN, inis, siue stramentum, Culmi frumentacei, inde dicti, quòd pecori substernantur. {κάρφη. GALL. *Foarre, estrain, litiere.* ITAL. *Strame, letto di paglia, saccone.* GERM. Strow. HISP. *La paja de la cama, lecho, los paños para endereçar la cama.* ANGL. *Strawe, litter.*} Varro *de re rust. lib. 1. cap. 50.* Tertio modo metimur, vt stramentum medium subsecent, quod manu sinistra summum prehendunt: à quo medio messem dictam puto. Infra manum stramentum, quod terræ hæret, postea subsequatur. Colum. *lib. 6. cap. 3.* Hybernæ stabulationi boum præparanda sunt stramenta. Cæsar *lib. 6. bell. Gall.* Et ferueacta iacula in casas, quæ more Gallico stramentis erant tectæ, iacere cœperunt. Horat. 2. *Serm. sat. 3.*

Si & stramentis incubet, &c.

Strāmĕntĭtĭŭs, a, um, quod ex stramento fit. {κάρφινος. GALL. *De foarre, d'estrain, de paille.* ITAL. *Cio che si fa di strame, ò di paglia.* GERM. Ströwin. HISP. *Cosa que se haze de aquella tall paja.* ANGL. *Of strawe or litter.*} vt, Tectum stramentitium, Tegetes stramentitiæ.

Strāmĭnĕŭs, a, um, quod est ex stramine. {κάρφινος. GALL. *De foarre, d'estrain, de chaume.* ITAL. *Di strame, di paglia.* GERM. Ströwin. HISP. *Cosa de paja.* ANGL. *Of strawe.*} Propert. *lib. 2. Eleg. 17.*

Straminea posset dux habitare casa.

Ouid. 3. *Amor. Eleg. 9.*

Roma nisi immensum vires promosset in orbem,
Stramineis esset nunc quoque densa casis.

STRĂNGVLO, as, are, Stringendo gulam neco, suffoco. {חנק chanák. ἄγχω, στραγγαλίζω. GALL. *Estrangler, suffoquer.* ITAL. *Strangolare, strozzare.* GERM. Erwürgen/ersticken. HISP. *Ahogar.* ANGL. *To choke, to strangle, to stoppe the breath.*} Plin. *lib. 7.* Fabius Senator Prætor in lactis haustu pilo strangulatus est. Cicer. *ad Pætum lib. 9.* Nos autem ridiculè, si dicimus, Ille patrem strangulauit, honorem non præfamur. ¶ Strangulare virgines olim nefas. Sueton. *in Tiber. cap. 61.* ¶ Transfertur & ad alia: vt quum hominem cura strangulari dicimus. Iuuen. *Satyr. 10.*

Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat.

Sic, strangulari voluptate, Senec. *cap. 16.* Sed ipsos voluptas habet: cuius aut inopia torquentur, aut copia strangulantur. Ouid. *Eleg. 1. lib. 5. Trist.*

Strangulat inclusus dolor.

Et Senec. *cap. 1. de tranq.* Strangulant se cupiditates sine exitu. ¶ Strangulare diuitias in arca, est conclusas seruare, & perpetuis quasi tenebris damnare, nec quicquam inde, aut ad suum, aut ad amicorum vsum depromere. Stat. 2. *Syl.*

Non tibi sepositas infelix strangulat arca
Diuitias.

¶ Strangulare segetes dicitur in nimia terræ lætitia. Quintil. *lib. 8. in Proœm.* Et velut læto gramine sata strangulant.

Strāngŭlātŭs, us, verbale, Strangulatio, {מחנק machanák. στραγγάλησις. GALL. *Estranglement, suffocation.* ITAL. *Strangolamento, strozzamento.* GERM. Erwürgung/ersteckung. HISP. *Ahogamiento.* ANGL. *Strangled, choked.*} Vnde strangulatus vuluæ, pro compressione & angustia vteri. Plin. *lib. 20. cap. 18.* Datur & olfactandum ex aceto in strangulatu vuluæ.

Strāngūrĭă, æ. {στραγγουρία. GALL. *Difficulté d'vriner, quand on ne pisse point à son aise.* ITAL. *Difficultà d'orina, di pisciare.* GERM. Harnwinde/da einer tröpfflechtig harnet. HISP. *Ahogamiento de la vrina.* (isti morbo crudæ glans comestus medetur.) ANGL. *Difficultie and paine in pissing.*} Vrinæ stillicidium, quum vrina per interualla, & guttatim defluit. Vnde definitiones Galeno assignatæ στραγγουρίαν esse aiunt τὸ στάγδην τὸ οὖρον ἐκκρίνειν, hoc est, vrinæ per guttas excretionem. ¶ Dysuria autem dicitur, quum ægrè it lotium (vt Cato loquitur) nec sine dolore excernitur. Cic. 2. *Tusc.* Quamuis idem forticulum se in torminibus, & in stranguria sua præbeat. Plin. *lib. 20. c. 5.* Philistion in lacte coquit, & ad stranguriam dat radicis vncias quatuor.

Strătēgŭs, i, Dux exercitus. {נגיד naghídh. στρατηγός. GALL. *Chef & capitaine d'vne armée.* ITAL. *Capitano dell' essercito.* GERM. Ein hauptman vber ein zug. HISP. *Capitan de armada.* ANGL. *Chieftaine or lieutenant of an armye.*} Plaut. *in Curcul.* Nec strategus, nec tyrannus quisquam, nec agoranomus.

Strătēgēmătă. {στρατηγήματα. GALL. *Ruses & finesses de guerre.* ITAL. *Strategemmi, astucie militari.* GERM. Geschwinde vnd listige kriegstenck. HISP. *El ardid, ò astucia de guerra.* ANGL. *Policeis or wittie shiftes in warrefarre.*} Astutię rei militaris, facinus egregium, consilio potius, quàm viribus gestum. Cic. 3. *de nat. deor.* Consilium illud imperatorium fuit, quod Græcè στρατήγημα appellant, sed eorum imperatorum, qui patriæ consulerent, vitæ non parcerent. Idem *ad Attic. lib. 5.* Quum interim Rufio noster, quòd se à Vestorio obseruari videbat, strategemate hominem percussit. Dictum est autem strategema à Græco verbo στρατηγεῖν, quod est exercitum duco.

Strategus, στρατηγός, qui στρατοῦ ἡγεῖται, exercitum ducit.

Strătēgĭă, æ. {στρατηγία. GALL. *Capitainerie, charge de commander à vne armée.* ITAL. *Carico di gouernare vn' armata.* GERM. Ein hauptmanschafft vber ein kriegs volck. HISP. *Gouernamiento de vna armada.* ANGL. *The office of a chieftaine or generall capitaine of an armye.*} Præfectura, militatio, prætura, imperium rei militaris, & gubernatio. Plin. *lib. 6. cap. 9.* A Tigranocerta ad Iberiam diuiditur (quod certum est) in

in præfecturas, quas ij strategias appellant. Idem *lib.4.cap.11.* Thracia sequitur, inter validissimas Europæ gentes in quinquaginta strategias diuisa.

Strătiōtēs, στρατιώτης miles, à στρατὸς exercitus: fortè ex eo, quòd, qua ducitur, στρῶ, id est, sternit omnia. ¶ Item herba, Mille folium. Frutex exiguus, palmi altitudine, foliis auicularum pennas imitantibus, breui admodum dissectóque foliorum exortu, στρατιώτης, χιλιόφυλλον. Latini & militarem herbam appellant, propterea quòd vulnera omnia ferro facta intra dies quinque sanare dicatur ex oleo imposita. ¶ Est & stratiotes aquaticus, sine radice viuens, aquis tantùm supernatans, folia habens semperuiuo similia, sed maiora. Huius meminit & Plin. *lib.24. c.18.* Celebratur (inquit) & à Græcis stratiotes; sed ea in Ægypto tantùm, ex inundatione Nili nascitur, aizoo similis, ni maiora haberet folia. Refrigerat mirè, & vulnera sanat ex aceto illita, &c.

Strătiōtĭcŭs. {στρατιωτικός. GALL. *Militaire de guerre.* ITAL. *Militare di guerra.* GERM. Kriegisch. HISP. *Cosa de guerra.* ANGL. *Belonging to warre.*} Militaris. Plautus *in Pseud. sc.2. act.2.* Stratioticum nuntium aduenientem percutiam probè. Idem *ibidem sc.1.a.4.* Stratioticus homo.

Strătĭŭs, Iouis cognomen qui apud Caras colebatur: quod nos bellicosum interpretari possumus. Autor Herod. *lib.5.*

Străto, στράτων. Nomen proprium Sidonis reguli, qui (vt Hieronymus scribit) manu propria se volens confodere, ne imminentibus Persis ludibrio foret, quorum fœdus Ægyptij regis societate neglexerat, retrahebatur formidine, & gladium, quem arripuerat, circumspectans, hostium pauidus expectabat aduentum. Quem iam iámque capiendum vxor intelligens, extorsit acinacem de manu, & latus eius transuerberauit, compositóque ex more cadauere se moriens superiecit, ne post virginalia fœdera, alterius coitum sustineret. Item, Stratonis filius Demenætus. Plaut. *Asin. sc.2. a.2.*

‖Stratocŏpus, viator. Gl. g. b.‖

Strătōn, στράτων, vt scribit Suidas, Lampsacenus philosophus fuit Theophrasti familiaris, & successor, & præceptor Ptolemæi Philadelphi: qui ob insignem naturalis philosophiæ cognitionem Physicus est cognominatus. Stratones octo fuerunt: primus Isocratis auditor: secundus, Lampsacenus, Theophrasti discipulus: tertius medicus, qui Erasistratum audiuit: quartus historicus: quintus poëta, Epigrammatum scriptor: sextus antiquus medicus, vt ait Aristoteles: septimus Peripateticus, qui vixit Alexandriæ. Hæc Diogenes Laërtius. Octauum Plutarchus Stratonem ponit rhetorices præceptorem, ac Bruti familiarem, qui vnà cum eo in bello Philippensi fuit: solúsque adhibitus, dum ille sibi mortem consciuit. Conciliatus postea Augusto per M. Messalam, qui comes ad bellum Actiacum fuit. Lacrymans enim Messala, hic est (inquit Augusto) qui meo Bruto gratias extremas sub mini strauit.

Stratonice, Stratonices, στρατονίκη. Ariarathi Cappadocum regis filia, vxor Eumenis, Pergameni Regis: cui Attalum peperit, qui illi in regnum successit. Vide Strab. *lib.13.*

‖Stratopedarches, castrorum præfectus. Buleng.

Stratopedarchia, præfectura castrorum. Idem.‖

Strebula, lingua Vmbrorum appellabantur partes carnium sacrificatarum. Fest. Meminit & Arnobius. Nónne, inquit, placet carnem strebulam nominare, quæ taurorum è coxendicibus demitur? Dicta autem strebula à curuatura. στρεβλὸς enim, curuus & prauus, inde stribiligo, deprauata oratio, de quo infrà.

‖Stremus, redimiculum. Gl. g. b.‖

Strēnă, æ, munus, quod datur die festo, omnis boni gratia: qualia sunt quæ passim dantur quotannis circiter Calendas Ianuarias. {ξένιον. GALL. *Estrenes.* ITAL. *Bona mano, mancia.* GERM. Ein gab zu dem newen jar/feirtags schencke. HISP. *Las estrenas, aguinaldo ò albricias.* ANGL. *A new yeares gift.*} Dicta à numero quo significabatur alterum, tertiúmque venturum similis commodi: veluti trena, quæ præposita s litera, dicitur strena, vt in lite solebant antiqui dicentes stlitem. Hæc ex Festo. Contrà Nonius, Strena, inquit, dicta est à strenuitate. Pomponius *Pistoribus*, Aside, siqua ventura est alia strena, strenæ. ¶ Strenarum commercium vltra Kalend. Ianuarias prohibuit Tiberius. Sueton. *in Tiber. cap.34.* Idem *in Calig. cap.42.* Edixit & strenas ineunte anno se recepturum: stetítque in vestibulo ædium Kalend. Ianuariis ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba ferebat.

‖Strenax. Glossar. Isidor. Strenaces cupidi. fortè, qui multas strenas capiunt.‖

STRĒNŬŬS, a, um, Fortis, celer, vigilans, & ad res gerendas promptus. {גבור ghibbór אדיר addir, אביר abbir שקד schokédh. δραστήριος. GALL. *Vaillant, soigneux & vigilant.* ITAL. *Forte, valoroso, gagliardo.* GERM. Streng/handuest/dapffer. HISP. *Fuerte, diestro, y diligente.* ANGL. *Valiant, actiue quick.*} Strenuum à forti discernit Plaut. *in Cistell.* apud Gell. *cap.7. lib.7.* Salust. *in Catin.* Nam strenuus quisque aut occiderat in prælio, aut grauiter vulneratus discesserat. Cicer. *ad Attic. lib.15.* Noli me tam strenuum putare, vt ante Nonam recurram. Idem *2. Philipp.* Vt cognosceret te, si minus fortem, attamen strenuum. Ouid. *9. Metam.*

Vna ministrarum media de plebe Galantis,
Flaua comas, aderat faciendis strenua iussis.

Colum. *lib.8.* Magister pecoris acer, durus, strenuus, laboris patientissimus, alacer, atque audax esse debet. Plaut. *Pseud. sc.4. a.2.* Vt adducerem aliquem hominem strenuum, dixerat suprà *sc.3. a.1.* doctum, calidum, non qui vigilans dormiat. *Ibid. sc.7. a.4.* Populi strenui damno mihi (lenoni) sunt. Vell. Manu promptus, impetu strenuus. ¶ Strenua mors, pro cita & celeri. Curt. *lib.9.* Nec causa tam strenuæ mortis excogitari poterat à medicis, quum etiam leues plagæ insanabiles essent. Sic alibi, Strenuè reuocare, pro mox siue continuò. & *lib.6.* Strenuè sumpta galea. (id est, subitò, statim.) ¶ Strenuior, pro Magis strenuus. Plaut. *Epid.* Nam strenuiori deterior si prædicet suas pugnas, de illius ore fiunt sordidæ.

Strēnŭĭtas, atis, Fortitudo, alacritas. {גבורה ghebuŕah. ἀνδραγαθία. GALL. *Vitesse, vaillantise, habilité & hardiesse.* ITAL. *Valentería, agilità, destrezza.* GERM. Strengheit/dapfferheit. HISP. *Ligereza, destrezza, y diligencia.* ANGL. *Valiantnesse, doughtinesse.*} Ouid. *4. Metam.*

Strenuitas antiqua manet, nec terga colorem
Amisere suum, forma est diuersa priori.

Hinc strenuior comparatiuum, pro magis strenuus, & superlatiuum strenuissimus. Plaut. *in Epid.* Nam strenuiori deterior si prædicet suas pugnas, de illius ore fiunt sordidæ. Plin. *lib.18. c.5.* Fortissimi viri, & milites strenuissimi. Cato. *in Præf.* At ex agricolis & viri fortissimi, & milites strenuissimi gignuntur.

Strēnŭē, aduerbium, Fortiter, diligenter. {δραστικῶς, ἀνδρείως. GALL. *Vaillamment, diligemment, soigneusement, vertueusement.* ITAL. *Gagliardamente, diligentemente, con diligenza.* GERM. Dapfferlich/handtlich. HISP. *Diestra, y diligentemente.* ANGL. *Valiantlie.*} Cicer. *ad Quint. fratr.* Domus vtriusque nostrûm ædificatur strenuè. Plautus *Aulul. sc.4. a.1.* Sequere me properè ac macellum strenuè. Idem *Milit. sc.5. a.2.* Vin' tu hoc facere strenuè? P. Quid? s. Affer machæram. *Ibidem sc.7. a.4.* Strenuè mehercule iisti, (id est, rectè ambulasti.) Et Gellius *cap.6. lib.5.* Strenuè fodere puteum.

STRĔPO, is, ui, itum, pedibus, aut alio quocunque modo strepitum facio, susurro, murmuro. {המה hamáh המם hamám. ψοφέω, κτυπέω. GALL. *Faire bruit.* ITAL. *Far strepito, è romore.* GERM. Rauschen/ein gereusch/ oder getümmel machen. HISP. *Hazer estruendo.* ANGL. *To mak a noise, to mutter or murmure.*} Plin. *lib.11. de apibus,* Quum aduesperascit, in alueo strepunt. Virg. *6. Æneid.*

——— strepit omnis murmure campus.

Idem *8. Æneid.*

——— & rauco strepuerunt cornua cantu.

¶ Strepere aliquid pro submurmurare. Liu. *2. ab Vrbe*, Hæc quum sub ipso vallo portísque streperent, haud ægrè Consules pati. Idem *2. bell. Punic.* Strepunt aures clamoribus plorantium sociorum, sæpius nos quàm deorum inuocantium opem. ¶ Composita sunt, adstrepo, constrepo, circumstrepo, instrepo, obstrepo, & perstrepo: quorum significata vide suis locis.

Strĕpĭto, as, Frequentem exilémque strepitum edo. {κροταλίζω. GALL. *Faire bruit plusieurs fois, & souuent.* ITAL. *Far strepito spesso.* GERM. Hefftig rauschen / ein groß gereusch / oder getöß machen. HISP. *Hazer estruendo à menudo.* ANGL. *To mutter or mak a noise often.*} Virg. *lib.1. Georg.*

Nescio qua præter solitum dulcedine læti
Inter se foliis strepitant.

Arma strepitantia. Tibull. *Eleg.2. lib.6.*

Strĕpĭtŭs, us, Lenior sonitus, murmur, susurrus: cuiusmodi pedibus ambulantium edi solet, aut voce admurmurantium. {המית hamith המיה hemijjáh. ψόφος, κτύπος. GALL. *Bruit.* ITAL. *Strepito ò mormorio.* GERM. Ein gereusch/getöß/getümmel. HISP. *Estruendo.* ANGL. *A noise or mutteoing.*} Cic. *2. Verr.* Tum verò non strepitu, sed maximo clamore suam populus Romanus significauit voluntatem. Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

———— Strepitúque exterruit orbem. (Iupiter.)

Plaut. *Aul. sc.5. a.2.* Strepitus est intus, númnam compilor. Senec. *c.6. de consol. ad Mart.* Primo dumtaxat strepitu (ruinæ) conterrita. ¶ Accipitur etiam pro fastu diuitum, & comitum pompa: vt apud Quintil. *declamat.13.* Hic quum me euocasset subitò trepidum, totóque fortunæ suæ strepitu circumstetisset.

STRĬÆ, arum, sunt quidam quasi caniculi, & sulci, cuiusmodi in columnarum scapis quibusdam, item in herbarum quarundam caulibus videmus æquali interuallo excauatos. {צנורים tsinnorim. GALL. *Canaux ou royes au long d'vne colonne.* ITAL. *Camellate à lungo vna colonna.* GERM. Holtäl wie man an langen seulen macht. HISP. *Los canales entre dos alturas.* ANGL. *A rabate or small forrow made in stone or timber, chamfering.*} Vitruu. *lib.3.* Columnarum striæ faciendæ sunt XXIIII. ita excauatæ, vt norma in cano striæ quum fuerit conjecta, circumacta anconibus striarum, dextra ac sinistra tangat acumen. ¶ Striæ etiam in herbis (inquit Ruellius) sunt partes quædam, & vt ita dicam femora, quæ protuberant. ἐξοχὰς Græci vocant: sicut caua canaliculíque strigiles, si Vitruuio credimus, appellantur.

Strĭātŭs, a, um, vnde Striatas columnas dicimus, quæ striis distinctæ sunt, & folia striata, & conchas striatas. {GALL. *Canellé, creusé, ridé, rayé.* ITAL. *Accannellato.* GERM. Das holtäl hatt/gekänlet. HISP. *Cosa acanalada.* ANGL. *Chamyered.*} Plin. *lib.21.* Candor eius eximius, foliis foris striatis, & angustiis in latitudinem paulatim sese laxantibus effigie calathi. Idem *lib.37. cap.30.* Eureos nucleo oliuæ similis est, striata concharum modo, non adeò candida. Apuleius frontem striatam vocat contractam, captatámque, & quasi sulces facientem præ tristitia.

Strĭo, as, are, Strias facere. {GALL. *Faire rayes & canaux le long d'vne colonne.* ITAL. *Fare incauature à lungo vna colonna.* GERM. Känlechtig machen. HISP. *Acanalar assi, ò la obra de aquella manera.* ANGL. *To chamforre, to mak rabates or small forrowes in stone or timber.*} Vitr. *lib.4.* Columnas autem striari viginti striis oportet. ¶ Striare etiam dicuntur boues, quum peracto, aut non peracto priore versu anhelant, non conuenit. Plin. *lib.18. c.19.* In arando versum peragi, nec striare in actu fæpius. legend. *strigare.* vide *Stria.*

Striaturæ, idem quod Striæ. Vitruu. *lib.4. cap.3.* Striaturæ paribus lateribus. Paulò pòst, Ita Dorica columna sui generis striaturæ habebit perfectionem.

Strībĭligo, à vetustioribus Latinis dicebatur solœcismus. σολοικισμός, à tortuosæ orationis prauitate ac versura. Ab Asinio Capitone definitur impar & inconueniens compositura partium orationis. Vide Gell. *lib.5. cap.20.*

Strictè, Strictim, Strictura, Strictiuus, vide *Stringo.*

‖Striculus, pro histriculus, detractâ syllabâ, vt cùm Spania pro Hispania. Gloss. Istriculus δειπνοσοφιστής. Ne quis autem, inquit Hugo Grotius *hirticulus* emendet in Glossario, sciendum est, histriculum eadem ratione dici, quâ histricem ab hirtitudine.‖

STRĪDĔO, es, ui, Stridorem, aut strepitum edo. {חרק charák. τρίζω, ῥοιζέω. GALL. *Crisser & bruire.* ITAL. *Far stridore ò strepito.* GERM. Kirren/

Kirren/ oder geigen. HISP. *Rechinar, hazer ruydo fuertemente apretando los dientes.* ANGL. *To gnas or grinde the teeth.*} Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

——Strident Aquilone rudentes.

Idem 6. *Fast.*

——Nominis huius
Caussa quod horrenda stridere nocte solent.

Plin. *Epistol.* 203. At quum strident funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt. ¶ Quamuis etiam ad alia transferatur. Horat. 2. *Serm. satyr.* 8.

——stridere secreta diuersos aure susurros.

Virg. 1. *Æneid.*

——foribus cardo stridebat ahenis.

Idem 4. *Georg.*

Vt mare solicitum stridet refluentibus vndis.

Lucan. *lib.* 6.

——strident oculis ardentibus ignes.

Legitur & Strido, is. Virg. 8. *Æneid.*

——stridúntque cauernis Strictura chalybum.

Strīdēns, tis. {חרק *chorék.* τρίζων.} Virg. 6. *Æneid.*

——ac bellua Lerna
Horrendum stridens, flammísque armata Chimæra.

Idem 3. *Georg.*

——Montésque per altos
Contenta ceruice trahunt stridentia plaustra.

Strīdŏr, is, strepitus, ingratus sonus: qualis in forium cardinibus, & in curruum rotis malè iunctis intelligitur. {המית *hamith* המיה *hemyá.* βρυγμὸς, τρισμός. GALL. *Crissement, ou bruit.* ITAL. *Stridore, strepito, romore.* GERM. Das Kirren/oder geigen. HISP. *Ruydo fuerte.* ANGL. *Gnashing, grinding or crashing noize.*} Virg. 1. *Æneid.*

——stridórque rudentum.

Cic. 5. *Tusc.* At vocem citharœdi non audiunt, ne stridorum quidem serræ tum, quum acuitur. Virg. 7. *Æneid.*

Stridore ingenti liquidum trans æthera vecta
Obsedere apicem.

Ouid. 8. *Metam.*

Feruida quum rauco latos stridore per armos
Spuma fuit.

Senec. *de consolat. ad Mart. cap.* 7. Aues cum stridore magno inanes nidos circunfremuerunt, &c. Item Quintilian. Tristior stridor consonantium.

Strīdŭlŭs, adiectiuu. ψίθυρος, λιγυρός. vt, Plaustra stridula. Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 12.

Fax stridula lacrymoso fumo.

Item *Metam.* 2. Conuitia stridula. Idem *ad Pison.* Idem *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.

Strīdōn, vulgò Strigud. Oppidum in agro Iustinopolitano fuit, in Dalmatiæ & Pannoniæ confinio, D. Hieronymi patria, à Gothis euersum.

Strĭgă, æ, Ordo rerum inter se continuatè collocatarum, vt ait Festus: quòd vnà sint constrictæ. {טור *túr.* χρονολογημα. GALL. *Ordre des choses mises continuement.* ITAL. *Ordine di cose acconciate continuamente.* GERM. Ein seulen/ ordnung der dinge so an ein ander hangen. HISP. *Orden de cosas puestas continuadamente.* ANGL. *A rowe of thinges layde in order one by another.*} Col. *lib.* 2. *c.* 19. Vtrunque siccatum coarctabimus in strigam, atque ita in manipulos vinciemus. Altera lectio habet *striam.* Sosipater *lib.* 1. Strigam dicit castrense esse vocabulum interuallum turmarum significans, in quo equi stringuntur. ¶ Striga Higino auctore *in libello castrorum metatione*, Ordo est & series equorum in castris tendentium: vel, vt Sosipater ait, striga castrense vocabulum interuallum turmarum significans, in quo equi stringuntur. Vnde & stringare pro in striga quiescere. Plin *lib.* 18. *c.* 19. In arando versum peragi, nec strigare in actu spiritus, i. interquiescere. ¶ Item longitudo maior latitudine dicitur striga: à quo strigatus ager vocatur, qui per strigas crescit à Septentrione in meridiem. ¶ Striga apud scriptores agrestium mensurarum sic exponitur. Ager, inquit Frontinus, per strigas & per scamna diuisus & assignatus est more antiquo in hac similitudine, qua in prouinciis arua publica coluntur. Hyginus autem sic, Mensuræ quadraturam dimidio longiorem facere debebimus, & quod in latitudinem longius fuerit, scamnum appellare, quod in longitudinem, strigam. Et Aggenus, Strigatus, inquit, ager est, qui à Septentrione in longitudinem in Meridianum decurrit: scamnatus autem, qui eo modo ab Occidente in Orientem crescit.

Strigo, as, are, interquiescere. Plin. *lib.* 18. *c.* 19. In arando versum peragi, nec strigare in actu spiritus, i. interquiescere. Sic manuscripta exemplaria. vide *Striga.*

STRĬGĬLĬS, is, Instrumentum propriè è ferro dentatum, quo equos, & id genus iumenta expolire solent equisones, è corpore sordes abradendo. {στλεγγίς, ξύστρα. GALL. *Vne estrille.* ITAL. *Striglia, strigia.* GERM. Ein strigel. HISP. *Almohaça de hierro.* ANGL. *An horse combe.*} ¶ Strigilibus item vtebantur veteres in balneis ad radendas sordes corporis, sudorémque tergendum præcipuè in frictionibus ante cibum. Fiebat autem hæc ex auro, argento, ferro, interdum etiam ex pumicibus. Pers. *Satyr.* 5.

I puer & strigiles Crispini ad balnea defer.

Martial. *epigr.* 51. *lib.* 14. Sueton. *in August. cap.* 80. Assiduo ac vehementi strigilis vsu calli in corpore plurifariam concreti. ¶ Strigiles etiam sunt velaria quibus athletæ post laborem stringuntur. Plin. *de spongia*, Cinis eius plurimum proficit contra scabrities genarum, & quicquid opus distringere: præstat & strigilum vicem, linteorúmque affectis corporibus. ¶ Alij strigilem accipiunt pro quodam vasis genere. Plaut. *in Pers.* Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium, Marsupium habeat. Cic. *lib.* 4. *de finib.* Si ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampulla, aut strigilis accedat. Et hinc Hispani (vt inquit Plin. *lib.* 31. *c.* 3.) strigiles etiam vocabant auri paruulas massas. ¶ Item *strigil* aluminis genus pumicosum & foraminosum, fistulis spongiæ simile, rotundúmque natura. Corn. Cels. medicamentum in aurem per strigilem instillari iubet. ¶ Strigiles etiamnum sermone vernaculo pisciculi dicuntur, quorum frequens fit captura per hyemes. ¶ Strigilis etiam est ὠτέγχυτης, specillum auricularium, quo liquida collyria in aurem instillantur. Cels. *lib.* 6. *cap.* 7. In aurem verò infundere aliquod medicamentum oportet, quod semper antè tepefieri conuenit, commodissimóque per strigilem instillatur. ¶ Hanc dictionem Priscianus à stringo, vel à Græco στλεγγὶς deduci existimat. ¶ Strigilis, inquit Nonius, certum est esse fœminini generis: antiqui & neutro genere protulerunt.

Strĭgĭlēcŭlă, diminutiuum, Instrumentum quo sudores, sordésque à corpore in balneis abraduntur. {στλεγγίδιον. GALL. *Petite estrille.* ITAL. *Picciola streglia.* GERM. Ein strigelin. HISP. *Pequeña almohaça.* ANGL. *A litle horse combe.*} Apuleius, Qui magno incœptu prædicauit, fabricatum semet sibi ampullam quoque oleariam, quam gestabat lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate, iuxtáque honestam strigileculam, recta fastigiatione clausulæ, flexa tribulo ligulæ, vt & ipsa in manu capula moraretur, & sudor ex ea riuulo laberetur.

Strĭgillo, as, verbum est à stringendo deductum, eiusdem cum illo significationis. {רכש *raehás* שבץ *schibbéts.* GALL. *Estraindre.* ITAL. *Strignere, stregnere.* GERM. Strigeln. HISP. *Apretar.* ANGL. *To strayne, to wring or stresse.*} ¶ A quo fit compositum Obstrigillo, quod est obsto, impedio. Varr. Quid Curio? quum id fecisset, dicebat amicis, vt illi nunciaretur se obstrigillaturum, ne aut triumphus decerneretur, aut iterum Consul fieret.

Strīgmentum, i, Sordes quæ ex corporibus raduntur. {ξύσμα, ῥύπος, & γλοιός Hermol. GALL. *L'ordure qu'on racle d'vn corps, raclure.* ITAL. *L'ordura che si rade del corpo.* GERM. Die abstrigelten / der vnradt so man abstrigelt/ badstuben wust. HISP. *Mondadura ò suziedad que se rae del cuerpo.* ANGL. *Paringes or any thing scraped away.*} Cels. *lib.* 2. *cap.* 6. Aluus quoque varia pestifera est, quæ strigmentum, sanguinem, bilem, viridem, aliquid modo diuersis temporibus, modò simul in mistura quædam, discreta tamen, repræsentat. Vnde strigmenta olei dicimus ceromata, id est, sordes olei, quæ ex vnctorum athletarum corporibus raduntur. κηρώματα πάτος. Plin. *lib.* 15. *cap.* 4. Notum est magistratus honoris eius octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse.

Strĭgium, vestis Hispan. Plaut. Nudus est, iurat se strigium oppignerasse.

Strĭgōnēs, densarum virium homines, quòd in se constricti atque armati sunt. Apud Festum legitur *strigores.*

‖Strigonium, Gran/ V. A. Hungariæ ad Danubium, à Turcis an. 1543. capitur.‖

Strĭgōsŭs, a, um, quod est exhaustum & macilentum, quasi stringosum: vnde iumenta strigosa dicta sunt, quorum corpora restricta sunt fame, aut alia vitij causa. {רזה *razéh.* λεπτός. GALL. *Maigre, & qui n'a que les os, eslancé, restreci, langoureux.* ITAL. *Attenuato, macilento, consumato, disfatto.* GERM. Mager/ außgezert/ straublechtig. HISP. *Muy magro, consumido.* ANGL. *Leane, lank or thinne in the bodie.*} Columell. *lib.* 6. *cap.* 47. Quanquam possit huic aliquatenus comparari, quod progenerat onager, nisi & indomitum, & seruitio contumax, syluestri more strigosum patris præferret habitum. Et *lib.* 7. *cap.* 6. Placidè ac lentè pabuletur, vt & largi sit vberis, & non strigosissimi corporis. Hic etiam malè habitus dicitur. Gellius, Equum strigosum, & malè habitum, sed equitem eius vberrimum, & habitissimum viderunt. ¶ Strigosus orator, per translationem, ieiunus, ineptus. Cicero *de clar. Orat.* Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates consectentur: quos valetudo modò bona sit, tenuitas ipsa delectat: quanquam in Lysia sunt sæpè etiam lacerti, sic vt & fieri nihil possit valentius: verùm est certè genere toto strigosior, sed habet tamen suos laudatores, qui hac ipsa eius subtilitate admodum gaudeant. id est, gracilior & tenuior: vt ipse ibidem: cui opponit habitum corporis opimum.

STRĪNGO, is, xi, ictum, arcto, constringo. {רכש *raehás* שבץ *schibbets* צרר *tsarar* הצר *hetsár* אפד *aphádh.* σφίγγω, σφίγγω, σφίγγω. GALL. *Estraindre & fort serrer.* ITAL. *Stringere.* GERM. Pfrengen/ trengen/ zusammen klemmen HISP. *Estreñir ò apretar.* ANGL. *To strayne, to wring or stresse.*} Plin. Apprehensámque manu stringit. ¶ Per translationem stringere quandoque pro percutere ponitur. הכה *hichcháh,* Virg. *lib.* 10.

Atque animum patriæ strinxit pietatis imago.

¶ Quandoque pro decerpere, colligere. {ארה *aráh* אסף *asáph* בלס *balás.*} Idem *in Bucolicis,*

——hic vbi densas
Agricolæ stringunt frondeis.

Idem *lib.* 2. *Georg.*

Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tempus,
Et lauri baccas.

Cæs. 3. *de bell. ciu.* Foliis ex arboribus strictis. ¶ Stringere pro detrahere, destringere. Lucret.

Sed quæ sunt rerum primordia, nulla potest vis
Stringere.

id est, nulla vis de eis quicquam potest detrahere. ¶ Quandoque pro rado. {קציע *kitsiáh.* παραψαύω, παραψάω. } Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

——Ego sum, pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas.

¶ Quandoque pro vulnerare, ἐπιξύειν, ἐπιγράφειν. Idem *lib.* 9. *Æneid.*

——hunc primum leuis hasta Themillæ
Strinxerat.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Sic ego delicias, & mollia carmina feci
Strinxerit vt nomen fabula nulla meum. (i. læserit.)

¶ Quandoque pro attenuare, quod stringendo fieri solet: vt, Stringere remos. ¶ Stringere ensem, est nudare. {שלף *schaláph* הריק *herik.* γυμνόω.} Virg. *lib.* 11.

——Strictum rotat acer Lucagus ensem.

Non dissimile est illud Sueton. *in Calig. cap.* 53. Peroraturus strictum se

se lucubrationis suæ telum minabatur,&c. ¶ Stringi gelu, pro congelascere. Gell. cap.8.lib.17. Mare omne quod Scythicum dicitur, gelu stringi & consistere,&c. Plaut. Pseud.sc.2.a.1. Item,hodie stringam ad carnarium,id tibi profectò taurus fiet.Plaut.ipsum adi. ¶Huius composita sunt, Astringo,constringo, distringo, destringo, obstringo, perstringo,præstringo,restringo, & substringo : quorum significata explicantur suis locis.

Stringor,is,verbale.Lucret.lib.13.de anima,

Námque ita connexa est per venas,viscera, neruos,
Ossaque vti dentes quoque sensu participentur:
Morbus vt indicat,& gelidai stringor aquai.

hoc est,Leuicula percutio aquæ frigidæ dentes ferientis.

Strictus, a, um, particip. à verbo stringor : vt, Strictus gladius, euaginatus. {רכוס rachús צרור tsarúr שלוף schalúph. ὁ ἐσφιγμένος. Gall. *Estraint & fort serré.* Ital. *Stretto.* Germ. Außgezuckt. Hisp. *Apretado.* Angl. *Strayned or streyct.*} Cicer. 2. *Philipp.* Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, quum tu illum in foro spectante populo Romano, stricto gladio insecutus es? Liu.2. *ab Vrb.* Stricto itaque gladio , simul verbis increpans transfigit puellam. Ouid. *Eleg.*4. *lib.*4.*Trist.*

Et iam constiterat stricto mucrone sacerdos.

Ibid.*Eleg.*2.*lib.*5.

Vt taceam strictas in mea verba manus.

¶ Strictior, comparatiuus. Quintilian. Strictior Cicerone Demosthenes.

Strictè,aduerb. Arctè,constrictè. {στενῶς. Gall. *Estroittement.* Ital. *Strettamente.* Germ. Einzwungenlich. Hisp. *Apretadamente.* Angl. *Streictlie.*} à quo formantur strictiùs & strictissimè. Cic. *de Amic.* Nec obseruare strictè,ne plus reddat quàm acceperit. Quintilianus , Strictè robustéque dicere.

Strictim,aduerb.Compressè,breuiter. {ἐπιψαύδην, κεφαλαιωδῶς, ὀλίγδην, ἀκροτομῶς. Gall. *Estroittement, briefuement.* Ital. *In poche parole , in breuità.* Germ. In kurtzem begriff/mit vberlauffung. Hisp. *Estrechamente,breuemente.* Angl. *Shortlie.*} Vnde strictim referri dicimus ea quæ quæ sparsa ac diffusa essent, breuiter, & quasi summatim colliguntur. Cic.*pro Cluent.* Audistis quum ea quæ copiosissimè dici possunt,breuiter à me, strictímque dicuntur. Idem *ad Attic.lib.*2. Quem tu Corcyræ,vt mihi aliis literis significas, strictim attigisti. Idem *de nat.deor.* Quibus de quæstionibus tu quidem strictim , nostri autem multa solent dicere. ¶ Strictim tondêre , i. tondere ad cutem , ἐν χρῷ κείρειν, quod tonsuræ genus σκάφιον vocatur. Per pectinem verò est paulo longius à cute interposito pectine,quæ tonsura κῆπος dicitur. Plaut. *in Capt. sc.*2. *a.*2. Sed vtrum strictimne attonsurum dicam esse , an per pectinem , Nescio. Sueton. *in Tiber.cap.*72. Strictim de re aliqua scribere.

Strictiuus, a, um , quod stringitur : vt , Strictiuæ oleæ , quæ manu colliguntur ad differentiam caducarum. {αἱ δρεπόμεναι ἐλαῖαι, δρεπταί. Gall. *Oliues cueillies à la main.* Ital. *Oliue raccolte con la mano.* Germ. Oliuen die von hand abgeläsen/oder abgestreifft worden sind. Hisp. *Azeytunas cogidas à mano.* Angl. *Oliues gathered with te hand.*} Cato *cap.* 146. Oleæ caducæ modij quinquaginta , strictium modij decem.

‖Strictoria,tunica,quòd ad corpus stringeretur. Salmas.‖

Stricturæ, teste Nonio, propriè dicuntur scintillæ quæ de ferro candenti micant , quum massa malleis tunditur : siue quòd strictè emittuntur, id est , celeriter : siue quò oculos suo fulgore perstringant. {זקוקות zikkóth. σπινθῆρες. Gall. *Estincelles & pailles qui sortent du fer chaud quand on le bat sur l'enclume.* Ital. *Scintille e lordure che saltano via del ferro caldo quando se batte.* Germ. Die funcken/oder gneist so von einem glüenden eisen sprützeln wan man es schmidt. Hisp. *Las centellas de hierro caliente.* Angl. *Sparkes of fier comming frome hoat yron.*} Virg.*lib.*8.

——stridúntque cauernis
Strictura chalybum, & fornacibus ignis anhelat.

¶ Stricturæ pro Massis terræ, ex qua ferrum fit. Plin. *lib.*34. *cap.* 14. Aliud rubiginem celeriùs sentit, stricturæque vocantur eæ omnes, quod non in aliis metallis , à stringenda acie vocabulo imposito. Bud.

Strio,as,vide *Stria.*

Stritare,Stribillare,est ægrè consistere,hinc

Stritabillæ eæ dicebantur mulieres , quæ & scrupedæ, quæ nimirum præ pedum vitio ingredi vix possent. Varr. *lib.* 6. In nonnullis autem ibi legitur , Strictipellæ. Eæ erunt quæ stringunt cutem, & rugas in facie extendunt.

Strix,igis,auis quædam nocturna & importuna, à stridendo dicta. {σύρνιον. Gall. *Cheuesche ou fresaye.* Ital. *Strega.* Germ. Ein scheutzlicher nachtuogel/nachtwigglen/heuse. Hisp. *La bruxa aue de la noche.* Angl. *A shrich owle.*} Lucanus *lib.*6. Quòd trepidus bubo,quod strix nocturna queruntur. Plin. *lib.*11.*cap.*39. Fabulosum enim arbitror de strigibus,vbera eas infantium labris immulgere.Esse in maledictis iam antiquis strigem conuenit:sed quæ sit auium,constare non arbitror.Hæc Plinius.Ouidius autem infantes sine nutricum custodia relictos à strigibus è cunis rapi tradit,sanguinémque omnem ab illis exsorberi. Sic enim habet 6.*Fast.*

Sunt auidæ volucres, non quæ Phineïa mensis
Guttura fraudabant : sed genus inde trahunt.
Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinæ:
Canities pennis, vnguibus hamus inest.
Nocte volant, puerósque petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta suis.
Carpere dicuntur lactantia viscera rostris:
Et plenum poto sanguine guttur habent.
Est illis strigibus nomen : sed nominis huius
Causa, quòd horrenda stridere nocte solent.

Ab huius auis nocumento striges appellamus mulieres puellulos fascinantes,suo contactu, & lactis mammarúmque oblatione. Serenus, Præterea si fortè premit strix atra puellos Virosa immulgens exertis vbera labris. ¶ Striges etiam dicuntur olera vilia , vt apud Plaut. *in Pseud. sc.*2. *act.*3. Hei homines cœnas sibi coquunt : quum condiunt, Non condimentis condiunt , sed strigibus. q. d. Quæ condimenta adhibent alij coqui distorquere & discruciare intestina solent, tanquam striges quædam. ¶ Strix , frumenti genus , apud Hippocratem.

Strobilus, {בטנים botním. στρόβιλος. Gall. *Vne pomme pigne.* Ital. *Pina.* Germ. Ein zirbelnußlin/ist die frucht des fiechten baums. Hisp. *Piñon ò piña.*} Nux pinea,quæ & cocalus, & à forma conus appellatur,vt non vno in loco testatur Galenus. ¶ Ab huius similitudine & carduum satiuum strobilum à Romanis fuisse appellatum, autor est Dioscorides, voce quidem Græca, sed tunc fortè quotidiana, & in vsum populi recepta. Habet enim carduus in summo caule capitula quædam pineæ nuci non absimilia. Quin & pinum ipsam strobilon aliquando legimus appellari. Plinius quoque arborem quandam ex pinastrorum genere hoc nomine appellat:cuius verba sunt hæc *lib.*16.*c.*10. Easdem arbores alio nomine esse per oram Italiæ , quas strobilos vocari plerique arbitrantur,sed graciles,succinctiorésque,& enodes liburnicarum ad vsus, penè sine resina. ¶ Est & Strobilus,nomen serui. Plaut. *Aul.sc.*4.*a.*1. Heus Strobile sequere me. ¶ Item saltationis genus, apud Pollucem. ¶ Eodem etiam nomine ab Aristotele vocantur flatus ex inferiore loco sursum reuoluti.

Strobus,i,fœm.gen. ὁ στρόβος. Arbor odorifera,de qua sic Plin.*lib.*12.*c.*17. Petunt & in Carmanos arborem strobum ad suffitus , perfusam vino palmeo accedentes.Huius odor redit à cameris ad solum iucundus,sed aggrauans capita,citra dolorem tamen.

Stroma,tis, {στρῶμα. Gall. *Tapisserie.* Ital. *Stramazzo.* Germ. Ein jede decke so man vber spreitet. Hisp. *Tapete , alhombra.* Angl. *Tapestrie.*} Vox Græca est,qua illi quoduis straguli genus significant. Vnde & pro aulæis accipitur, quæ & peristromata dicuntur, multa colorum varietate picturata. Clemens Alexandrinus quoque libros quosdam miscellaneos ornamento constantes,Stromata inscripsit.

Strombus, στρόμβος , Concha est tortilis in mari,nomen habens à figura. Meminit eius Plin. *lib.*32.*cap.*11.

Strombites , στρομβίτης. Lapis est strombi marini figuram omni ex parte referens.

Strongyle,es, στρογγύλη. Vulgò *Stronboli* , Insula est maris Tyrrheni , non procul à Sicilia,vna Æolidum:cuius incolæ triduo antè ex fumo prædicere solebant,quínam flaturi essent venti:vnde factus est locus fabulæ, vt Æolus qui in hac insula regnabat , ventorum rex crederetur. ¶ Dicta est autem Strongyle à rotunditate : nam Græci rotundum στρογγύλον appellant. A Silio Italico *lib.*14. Strongylos appellatur, Mille Agathina dedit, perflatáque Strongylos Austris. ¶ Strongyle item dicta fuit Ægæi maris insula,vna Cycladum,quæ notiore nomine Naxos appellatur. Vide Plin. *lib.*4.*c.*12.

Strongylus,a,um, στρογγύλος,η,ον, globosus,rotundus, teres, propriè contortus.est enim à στρογγύζω torqueo.

Strongyle,sc. στρογγυλεία, rotundum alumen.

Stropha,æ. {ערמה hormáh. στροφή. Gall. *Finesse,tromperie.* Ital. *Astutia , acutezza , sottigliezza.* Germ. Ein geschwinder vnnd listiger poß. Hisp. *Astucia , engaño.* Angl. *Subtilitie in arguing , awylie deceite.*} Subtilitas, impostura, ludificatio:à verbo Græco στρέφω, quod est verto : vnde & à nostris versutia dicitur. Hieron. *contra Ruffinum*, Vis scire totas argutiarum tuarum strophas,vel specularum insidias? Martialis *lib.*3.

Regis superbi sportula recesserunt:
Nihil stropharum est, iam salarium dandum est.

Senec.*epist.*26.Remotis strophis ac fucis.

Strophe, στροφή, versio , in fabulis est τῶν κώλων σύστημα , atque ij versus, quos chorus ad populum spectatorésque conuersus decantabat in altera parte theatri. huic opponitur ἀντιστροφή.

Strophades, στροφάδες, sunt duæ insulæ in mari Ionio,ad Occidentale latus Peloponnesi,quæ antea Plotæ dicebantur,vulgò *Striuali.* Strophades dictæ à conuersione Calais & Zethæ,qui ad has vsque insulas Harpyias persecuti , inde reuersi sunt. Nam στροφή inter cætera conuersionem significat. Virg.3.*Æneid.*

Excipiunt Strophades : Graio sunt nomine dictæ,
Insulæ Ionio in magno.

Strophium, ij. {στρόφιον. Gall. *Vn gorgias ou colet de femme , desquels elles couuroyent leurs poitrines , vn chapeau ou couronne de fleurs.* Ital. *Fascia che portauano le virgine al petto , ghirlanda di fiori.* Germ. Ein brusttuch/halßmentelin. Hisp. *Corona ò cinta ò faxa.* Angl. *A neckerchiefe or patlet,acrowne of flowres.*} Fascia pectoralis, quæ tumorem cohibet papillarum virginalium. Turpilius,Me miseram, quòd inter vias epistola excidit mihi : infelix inter tuniculam ac strophium collocatum. Catullus,

Non tereti strophio lactantes vincta papillas.

¶ Strophia etiam coronæ dicebantur , ab insigni quod imponebatur capitibus sacerdotum. Plin. *lib.*21.*cap.*2. Tenuioribus vtebantur antiqui coronis, strophia appellantes. Suidas, Στρόφιον, τὸ στρογγύλον ζωάριον : id est,strophium zonula est rotunda:& subdit, Στρόφιον, ὃ οἱ ἱερεῖς φέρουσιν:id est,strophium est quod sacerdotes gestant. Cic. *de Arusp. resp.* Publius Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus soleis, purpureísque fasciolis,à strophio,à psalterio,à flagitio,à stupro est factus repentè popularis.

Strophiolum, diminutiuum , τὸ στροφίδιον. Plin. *lib.*21. *cap.*2. Tenuioribus vtebantur antiqui coronis , strophia appellantes , vnde nata strophiola.

Strophiarius,qui strophia facit. {στροφιοποιός. Gall. *Faiseur de gorgias ou guirlandes.* Ital. *Chi compone fascie ò ghirlande.* Germ. Ein brusttuch macher/krentzlin macher. Hisp. *El que haze coronas ò cintas ò faxas.* Angl. *A maker of neckerchiefes.*} Plaut. *in Aul.sc.*5.*a.*3. Strophiarij adstant, astant Semizonarij.

Strophius, στρόφιος. Proprium nomen Phocensis regis,patris Pyladis:cuius beneficio Orestes matris suæ crudelitati est ereptus , & vnà cum Pylade eius filio liberalissimè educatus.

Strophus, {στρόφος. Gall. *Douleur de ventre.* Ital. *Dolore di ventre, cor della*

della bisaccia. GERM. Das grimmen des bauchs. HISP. *Dolencia de vientre.* ANGL. *Doloure of the bellie.*} Dolor intestinorum, quod tormen Latini vocant. Celsus *lib.6.c.2.* Eiusdem morbi nota est, quum circa vmbilicum intestina torquentur, στρόφοι Græci nominant, coxæque dolores manent. ¶ Significat & funiculum peræ apud Græcos, & cincinnos tortos, aliáque nonnulla: quæ significationes quoniam Latinis vsitatæ non sunt, ex Græcorum Lexicis eas petendas relinquimus.

Stroppus, i, quod Græci vocant στρόφιον, Ornamentum quod sacerdotes pro insigni habent in capite: quidam coronam esse dicunt, quòd pro corona insigne in caput imponatur, quasi sit strophium. Hæc ex Festo. Scaliger autem virgulam esse putat, quæ in flaminei apice ex felici arbore imponitur, & eam in flaminibus stroppum, in flaminicis inarculum appellari existimat. Quod si ita est, pro capite, hic, apice, legendum videretur.

Structilis, Structor, Structura, Strues, vide *Struo.*

Struferctarii dicebantur qui ferctum, aut, vt Sipontinus legit, fartum, libi genus, cum strue altero libi genere ad sacra ferebant. Festus.

Strufertarios dicebant, inquit Festus, qui quædam sacrificia ad arbores fulguritas faciebant, à ferro scilicet quodam sacrificij genere.

Struices, inquit Festus, ab antiquis dicebantur omnium rerum extructiones. κατασκευαί. Plaut. *in Men.sc.1.a.1.* Cereales cœnas dat, ita mensas extruit, Tantas struices concinnat patinarias.

Struix, exstructio & ipsa res exstructa. Næuius, teste Seruio in Schedis, struix malorum.

STRUMA, æ, Tumor, ceruicem præcipuè infestans, quæ à scrophis quæ id morbi patiuntur scrophula dicitur, quum scilicet circa guttur glandulæ quædam ex pure & sanguine plenæ oriuntur. {χοιράδες, χοιράς. GALL. *Escrouelles, goitre.* ITAL. *Scrofola.* GERM. Ein kropff. HISP. *Puerca ò lamparon.* ANGL. *The kinges euill.*} quamuis & in aliis inter dum corporis partibus gignantur, vtputa in alis, inguinibus, & lateribus. Vide Cels. *lib.5.cap.28.* Plin. *lib.11.cap.17.* Guttur homini tantùm & suibus intumescit, aquarum quæ potantur plerunque vitio: propter quod quædam tubera spongiosa per corpus aliquando inspersa scrophulæ dicuntur, quæ etiam sub strumæ appellatione continentur, vt rectius strumulæ quasi paruæ strumæ, quàm scrophulæ nominentur. ¶ Struma ciuitatis. Cic. *pro Sext.* Hi medentur Reipublicæ qui exsecant pestem aliquam, tanquam strumam ciuitatis. ¶ *Struma* etiam Nonij cuiusdam Romani Senatoris nomen fuit, in quem veluti sella curuli indignum stomachatur. Catul. poëta *Epigram.49.* Sella, inquit, in curuli Struma Nonius sedet. ‖ ¶ Strumæ, opera variè contenta. Gloss. g. b.

Strumaticus, pro strumoso, apud Iul. Firmicum *Matheseos lib.8.*‖

Strumosus, a, um, qui hoc vitio laborat. {χοιραδώδης. GALL. *Qui a les escrouelles, goitreux.* ITAL. *Chi ha tale infirmità.* GERM. Kröpffig/ das ein kropff hatt. HISP. *El que tiene tal passion.* ANGL. *That hath an impostume in the throat or kinges euill.*} Iuuen. *Satyr.10.*

> *Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, vel*
> *Strumosum, atque vtero pariter gibbóque tumentem.*

Strumea herba, quarta ranunculi species, à reliquis lacteo flore distincta: ita dicta, teste Plin. *lib.25.c.13.* quòd medeatur strumis, & panis parte in fumo suspensa: vel (vt tradit Ruellius) quòd strumosam radicem habeat. Hæc herba est qua validi mendicantes sibi crura & lacertos dilaniant, quò possint impudentiùs stipem extorquere. Hinc nonnullis herbariis *vlceraria* vulgò dicitur, aliis *scelerata.*

STRUO, is, xi, ctum, Extruo, ædifico, ordino, ordine colloco, & benè coniungo. {בנה banáh הכין hechín תקן tikkén. κατασκευάζω, συντίθημι, παρασκευάζω. GALL. *Bastir, agencer, mettre par ordre, machiner.* ITAL. *Ordinare, apparecchiare, accommodare, edificare.* GERM. Bawen/ zurüsten/ ordentlich zusamen setzen. HISP. *Componer, edificar, ordenar.* ANGL. *To build, to sett in order.*} Cæsar 8. *bell. Gall.* E regione eius vineas agere aduersùs montem, & aggeres struere cœpit magno cum labore, & continua dimicatione. Liu. *1. ab Vrbe,* Postquam structi vtrinque stabant cum paucis procerum in medium duces prodeunt. Ouid. *1. Metam.*

> *Affectasse ferunt regnum cæleste gigantes,*
> *Altaque congestos struxisse ad sydera montes.*

¶ Struere aliquid, est machinari, moliri. {עולל holél חרש charásch. μηχανᾶσθαι.} Ter. *in Heaut.* Num me fefellit hosce id struere? ¶ Struere aciem. {ערך harách. τάττειν.} Cic. *ad Octauium,* A quibus exercitum abducis, & aduersùs quos aciem struis? ¶ Struere dolos, vel insidias, est parare. Liu. *3. bell. Pun.* Ibi quum dies aliquot, suspecti Campani, timentésque cauendis ac struendis inuicem insidiis traduxissent, &c. Plaut. *Asin.sc.1.a.1.* Non puduit eum id ætatis struere sycophantias. ¶ Structus, a, um. Ouid. *Eleg.13.lib.3.Trist.*

> ——*Structis flamma parata rogis.*

Tibull. *lib.4.*

> *Latior eluxit structos super ignis aceruos.*

Ibidem,

> ——*Structis exurgunt oppida muris.*

¶ Composita huius verbi sunt Astruo, destruo, extruo, instruo, obstruo, præstruo, substruo & superstruo, quorum significata vide suis locis.

Structor, is, Architectus, faber qui aliquid struit. {בונה bonéh. κατασκευαστής, τέκτων. GALL. *Bastisseur, comme masson ou charpentier.* ITAL. *Constituitore, ordinatore, edificatore.* GERM. Auffbawer/ bawman/ werckman. HISP. *El que compone ò edifica.* ANGL. *A maison or any builder.*} Cic. *ad Quint. fratr. lib.2.* A puero vt discessi, in aream tuam veni: res agebatur multis structoribus. ¶ Structores annonæ. Idem *Attic. lib.14.* Ecce autem structores nostri ad frumentum profecti quum inanes rediissent, rumorem afferunt magnum Romæ, domum ad Antonium frumentum omne portari. ¶ Structores item dicuntur qui instruendæ mensæ, ciborúmque apponendorum curam habent. {GALL. *Despensier, maistre d'ostel.* ITAL. *Dispensatore, cellerio, scalco.* GERM. Ein tischdiener/ tischrüster. HISP. *Despensero, maestresala.*} Vide Iuuen. *Sat.5.* ¶ Item ij qui decoro manuum gestu cibos discerpunt, quos Græci χειρονόμους appellant. {GALL. *Escuyer trenchant.* ITAL. *Scalco.* GERM. Ein höflicher speißzerleger/ oder außtheiler. HISP. *Trinchante.*} Mart. *lib.10.* Et quæ non egeant ferro structoris Ofellæ.

Structura, æ, Ædificium, siue compositio & ordinatio. {בנין binján מערכה maebaraecháh. κατασκευή, οἰκοδομή. GALL. *Bastiment, comme massonnerie ou charpenterie.* ITAL. *Edificio, ordenanza, compositione.* GERM. Ein gebew/ ordnung eines zu dem anderen/ zusamen setzung. HISP. *Fabrica, edificio.* ANGL. *Building, setting of thinges in good order.*} Col. *lib. 1.* Igitur ad structuram quum primùm statim fundamenta iaciuntur, enitendum est, &c. Cæs. *2. bell. ciu.* Structura parietum. Senec. *c.11. de consol. ad Polyb.* Structura versuum recessit transferendo. ¶ Surgens operum structura. Lucanus *lib.6.*

> *Prima quidem surgens operum structura fefellit*
> *Pompeium.*

Cic. *de opt. gen. Orat.* Sed & verborum est structura quædam duas res efficiens, numerum, & lenitatem, &c. Ouid. *4. Fast.*

> *Vnde saluteris, color hic tibi protinus index,*
> *Et structura mei carminis esse potest.*

Structilis, e, quod structum est. {κατασκευαστός. GALL. *Fait ou basti de plusieurs pieces ou pierres.* ITAL. *Fabricato di molte pietre.* GERM. Das zusammen gesetzt ist/ als die seul so man nit auß einem gantzen stein/ sonder auß vilen auff einander gesetzt bawt. HISP. *Compuesto, ò edificado de muchas piedras.* ANGL. *That is builded of many pieces.*} vt, Structiles columnæ, quæ non sunt ex vno lapide, sed multis ⁜ Solidæ columnæ, quæ ex vno solidóque constant lapide. Monolithas columnas, (μονολίθους) vocauit Laberius apud Nonium Marcellum. ¶ Sepes structiles, i. manu factæ ⁜ Viuæ. Col. *lib.11.c.3.* Vetustissimi autores viuam sepem structili prætulerunt. ¶ Structiles lapides, non quadrati & ad normam cæsi, sed rudes & informes, quod vel reticulata structura vel ordinaria fit: de qua Vitr. *lib.2.c.8.*

Strues, is, propriè lignorum congeries est. {דור dur. ὄγκος. GALL. *Monceau, tas de bois.* ITAL. *Catasta, stipa, monte di legna.* GERM. Ein holtzbeige/ scheitherbeige. HISP. *Monton, hazina de leña para quemar.* ANGL. *A pile of wood, an heape.*} Liu. *1. bell. Punic.* Struem ingentem lignorum faciunt. Gell. *cap. 15. lib. 10.* Capsula cum strue apud lecti fulcrum. ¶ Strues item dicebatur genus libi, quod adolebatur in sacris. Ouid. *lib.1. Fast.*

> *Hæc adolet flammis cum strue farra suis.*

Strumentum, id quod struitur, instrumentum. Apul.

Struppi, inquit Festus, vocabantur in puluinaribus fasciculi de verbenis facti, qui pro corona deorum capitibus imponebantur.

‖ Strutheum in mimis præcipuè vocant obscœnam partem virilem, à salacitate scil. passeris: qui Græcè στρουθὸς dicitur. Fest. ‖

Struthius, a, um. Struthia mala, quæ & struthiomela vnica voce dicuntur, στρουθόμηλα. Ex genere sunt cotoneorum, cæteris odoratiora, sed minora, serotinique prouentus. Autor Plin. *lib.15.c.11.*

Struthium. {στρούθιον. GALL. *L'herbe à foulon.* ITAL. *Herba da tintori, radicella.* GERM. Seyffenkraut. HISP. *Yerua sabonera.* ANGL. *An hearbe apt to wash wooll, which the fullers vse.*} Herba est vulgo nota, qua ad eluendas lanas vtuntur fullones, Plin. *lib.10.c.3. in fin.* At quæ vocatur radicula, lauandis demum lanis succum habet: mirum conferens candori mollitiæque. Et *paulò pòst,* Struthion Græci vocant: floret æstate, &c. Vulgus Seplasiariorum Saponariam appellat.

Struthocamelus, q. passer camelus, {στρουθοκάμηλος. GALL. *Vne austruche.* ITAL. *Struzzo, struzzolo.* GERM. Ein straußvogel/ hat schöne fäderen/ fleucht doch nicht in der lufft wie ander gevögel. HISP. *Abestruz aue.* ANGL. *An ostriche.*} Maxima auium est, si tamen auis est dicenda, quum pennas dumtaxat habeat, vt adiuuent ad currendum, cætero volucris non sit, nec à terra tollatur. Vngulas habet ceruinis similes, bisulcas, comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga contra insequentes pedibus ingerit. Concoquit quæcunque deuorat sine aliquo delectu. Mira in eo stoliditas: etenim in tanta corporis altitudine, si colla frutice occultauerit, latêre se putat. Oua eius in pretio sunt propter amplitudinem: & pennæ, quia galeas variis coloribus insectæ adornant. Vide Plin. *lib.10.cap.1.*

Struthio, auis, quæ & struthiocamelus.

Struthopodes, στρουθόποδες. Mulieres sunt in Italia tantæ breuitatis, vt nomen acceperint à passerculorum pedibus. Sipontinus.

Struthos. {צפור tsippór. στρουθός. ANGL. *A sparrow.*} A Græcis dicitur, quem nos passerem vocamus. Ab antiquis etiam Mimorum scriptoribus struthos vsurpabatur pro virili membro, à passeris salacitate sumpta nominis ratione.

Strymon, is, στρύμων fluuius est Macedoniam à Thracia diuidens, vt Plin. placet. Nam Ptolem. Nesso fluuio eas disterminat. Oritur Strymon in Hæmo monte, septémque efficit lacus: quibus deinde in vnum alueum collectis, iuxta Amphipolim influit in maris Ægæi sinum, qui ab ipso Strymonicus appellatur. Virg. *4. Georg.*

> *Rupe sub aduersa deserti ad Strymonis amnem.*

Ouid. *Eleg.4.lib.5.Trist.*

> ——*adúsque niuosum Strymona.*

Strymonius, a, um: vt, Grues Strymoniæ. Virg. *10. Æneid.*

> —— *quales sub nubibus atris*
> *Strymoniæ dant signa grues.*

Strychnus, στρύχνος, herba est, quam Latinè solanum, vulgò solatrum vocamus, multa sub se continens species, quas vide suprà in dictione *Solanum.*

‖ Stuba, vel stufa, hypocaustum, vaporarium. *in ll. Alem. tit. 81.* GERM. Stube. GALL. *Estuue.* ITAL: *Stufa.* HISP. *Estufa.* ANGL. *Stew.* ‖

STVDIVM, ij. Diligentia, amor, & alacritas ad aliquam rem. {מעלל mahalál עלילה haliláh. σπουδή. GALL. *Estude, faueur, soing & diligence.* ITAL. *Studio, fauore.* GERM. Ein fleiß/ oder trew vnd liebe so man an ein ding wendet. HISP. *Estudio, fauor.* ANGL. *Diligence, studie, labour, trauelle.*} Cic. *de Inuent. lib.1.* Studium autem est animi assidua & vehemens ad aliquam rem applicata, magna cum voluptate occupatio, vt philosophiæ, poëticæ. Salust. *Iug. 115.* magnis muneribus & maioribus promissis ad studium perlicit. *al. perducit.* Plaut. *in Asin. sc.3.a.1.* Vbi quid dederam, quasi columbæ pulli ore ambæ meo Vsque eratis: meo de studio studia erant vestra omnia: Vsque adhærebatis: quod ego iusseram, quod volueram faciebatis. Terent. *in Hecyr.* Viris esse aduersas, æquè studium est, similis pertinacia est. Cæs. *4. bell. Gall.* Quibus rebus nostri

nostri perterriti, atque huius omnino generis pugnæ imperiti non omnes eadem alacritate ac studio, quo in pedestribus vti præliis consueuerunt. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

Studium quid inutile tentas? (i. poësin.)

Ibidem,

Iratus studio carminibúsque meis.

Idem *Eleg. 1. lib. 5. Trist.*

————*Quiésque*
Nulla nisi in studio est, Pieridúmque mora.

Ibid. *Eleg. 4.*

Egi mollem in studiis vitam Pieridúmque choro.

Ibid.

Assuetus studiis mollibus ipse fui.

Velleius, Apolloniam eum in studia miserat. Sext. Pompeius. Velleius, Studij rudis. ¶ Studium pro voluptate & delectatione. Cicer. *initio 6. Verrin. & in lib. de senectut.* ¶ Accipitur quandoque pro exercitatione. ἐπιτήδευμα, σπούδασμα. Columell. Et ne singula persequar, ei studio, quod quisque agere velit, consultissimum rectorem adhibeat, id est, exercitio, vel operi, vel arti. Terent. *in Andr.* Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos alere, &c. ¶ Pro obseruantia, Cornific. *lib. 1. in fin.* Pro tuo in nos officio, & nostro in te studio. ¶ In studio esse aliquid. Cicer. 2. *Tuscul.* Quibus magis palestras, Eurotas, sol, puluis, labor, militia in studio est, quàm fertilitas barbara, id est, ἐν τῇ σπουδῇ. ¶ Quandoque pro fauore seu amore. Salust. *in Cat.* C. Syllanum certè scio, quæ dixerit, studio Reipublicæ dixisse. ¶ Quandoque pro voluntate. Virg. 2. *Æneid.*

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

¶ Pro ira, vel desiderio, siue cupiditate vindictæ. Cæs. *lib. de bell. ciuil.* Studium & iracundiam suam Reipub. dimiserat. *Ibid.* Elati studio militeš; & iterum paulò pòst, Desiderium vindictæ, &c. ¶ Studio habere aliquid. Ter. *in Adelph.* Dij vestram fidem! Vtrum studióne id sibi habeat, an laudi putat Fore, si perdiderit gnatum? ¶ Studium in aliquid. Cic. *ad Qu. Fratr. lib. 2.* Ego Curtium (id quod ipsi dixi) non modò rogatione, sed etiam testimonio tuo diligo, quòd literis tuis studium illius in salutem nostram facilè perspexi. ¶ Studium in aliquo est, id est, studiorum & literarum amor, & scientia ac doctrina. Idem Cic. 1. *Acad.* Sed meos amicos, in quibus est studium, in Græciam mitto, id est, ad Græcos ire iubeo, vt ea, &c. ¶ Studio alicuius aliquid habere, hoc est, diligentia & labore. Idem *ad Curionem lib. 2.* Eam autem tui vnius studio me assequi posse confido. ¶ Studiorum otiosus, (vt seruus studiorum Horatio, i. ὀψιμαθής) σπουδαῖος ἢ σχολάζων.

Stŭdĭōsŭs, a, um, studij plenus, diligens, assiduus, perseuerans. {שקד *schokedh.* σπουδαῖος. GALL. *Studieux, soigneux, diligent.* ITAL. *Studioso, diligente.* GERM. Fleissig oder geflissen/ernsthafftig. HISP. *Estudioso, diligente.* ANGL. *Diligent, giuen to studie, laborious.*} Cic. 4. *Acad.* Homo & acutus, vt Pœnus, & valde studiosus & diligens. Idem 4. *Verr.* Videte quid potuerit, qui quatuor in prouincia Quæstores, studiosissimos defensores, propugnatorésque habuerit. Autor ad Heren. Ideóque bonis viris & studiosis amicus erat. ¶ Aliquando ponitur pro cupido, amico & fautore, quem Græci σπουδαστὴν appellant. {חפץ *chaphéts* אהב *ohéb.* GALL. *Cupide, desireux, ami, fauorable.* ITAL. *Desideroso, fauoreuole, amico, beneuolo.* GERM. Ein geflißner gönner/ einem zudienen vnd befürderen ergäben/dienstgeflißner. HISP. *Fauorable, codicioso, amigo.*} Cicer. *de clar. Orat.* Habet enim certos sui studiosos. Idem *ad Att.* Ego mei studiosos habeo Dyrrhachinos. Idem *Cecinna*, Viri sunt optimi & tui similium studiosi, & mei necessarij. Idem *de Amic.* Nec si qui ineunte ætate venandi aut pilæ studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos tum eodem studio præditos dilexerunt. Ouid. *Eleg. 1. lib. 5. Trist.* Nostri studiose, &c. *Ibid. Eleg. vlt. lib. 3.* Vatum studiose nouorum. (Suprà, cultor doctorum.) *Ibid. Eleg. 1. lib. 2.*

————*Si qua (matrona) est studiosa sinistri.*

Idem *Eleg. vlt. lib. 7.*

————*Ad vos studiosa reuertor*
Pectora. (i. ô amici.)

Item, Studiosi iuris, qui scripsissent aut dictassent ea (testamenta sup.) Suet. *in Neron. c. 32.* ¶ Accipitur etiam studiosus pro literarum cupido. Cic. *de opt. gen. Orat.* Suscepi laborem vtilem studiosis. Plin. *Epist. 5. lib. 3.* Itaque soleo ridere, quum me quidam studiosum vocant. ¶ Hinc fit perstudiosus. Cic. *in Caton.* Literis Græcis quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute. ¶ Cum datiuo. Plaut. *Milite*, Qui nisi adulterio studiosus, nulli aliæ rei est improbus.

Stŭdĭōsē, aduerbium, Diligenter. {σπουδῇ. GALL. *Soigneusement, diligemment.* ITAL. *Studiosamente, con diligenza.* GERM. Fleissiglich/ernsthafftiglich. HISP. *Estudiosamente, diligentemente.* ANGL. *Diligentlie, laborioustie.*} Ter. *in Heaut.* Texentem telam studiosè ipsam offendimus. Cic. *de senect.* Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite quæso studiosè. Libenter studioséque audire, apud eundem 2. *Verr.* Studiosè diligentérque aliquid curare. Idem *Attic.*

Stŭdĕo, es, ui, tum, Studium adhibeo, valde cupio, operando diligenter ago, nitor, literis do operam, faueo, laborem impendo. {יגע *jaghább.* σπουδάζω, φιλοτιμέομαι. GALL. *Estudier, mettre soin, estude à faire, tascher, mettre peine.* ITAL. *Studiare, adoperare à fare qualche cosa.* GERM. Sich befleissen/fleiß anwenden. HISP. *Estudiar, dar obra, aplicarse con diligencia.* ANGL. *To studie, to giue diligence, to spend trauell.*} Terent. *Eunuch.* Quas matres student, demissis humeris esse. Cicer. 5. *de finib.* Studet enim meus audire Cicero, quænam sit istius veteris, quam commemoras, Academiæ de finibus bonorum Peripateticorúmque sententia. Plaut. *Asin. sc. 3. a. 1.* Illi rei studet, vult placere sese amicæ. *Ibid. Asin. sc. 2. a. 5.* Corruptelæ & liberis lustris studet. Idem *Milit. sc. 2. a. 2.* Vigila, ne somno stude. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Quæ suæ rei vel somno studeat. Idem *Aulul. sc. 3. a. 2.* Vulcano studes. Iungitur hoc verbum aliquando datiuo. Cæsar *comment. 1.* Cupiditate regni adductus, nouis rebus studebat. ¶ Nonnunquam etiam cum ablatiuo mediante In. Gell. *cap. 2. lib. 11.* Si quis in ea re studebat. ¶ Interdum & cum accusatiuo: & tunc significat cupere & velle. Cic. *lib. 5. Epist.* Qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agat. Plaut. *Asin. sc. 1. a. 1.* Ego me id facere studeo: Volo amari à meis. Idem *Milit. sc. 2. a. 2.* Minus has res studeant. ¶ Accipitur aliquando studere pro amare, siue fauere, cum datiuo. σπουδάζειν, συμπράττειν. Ouid. *lib. 9. Metam.* Cui studeat, deus omnis habet. ¶ Item pro eniti. Cic. *lib. 1. Offic.* Quorum verò patres aut maiores aliqua gratia præstiterunt, ij student plerunque in eodem genere laudis excellere. Lactant. *lib. 3.* duo eodem exemplo significata eius comprehendit, Qui sapientiæ studet, vtrique nondum sapit: sed vt sapere possit studet. ¶ Studere cum genitiuo. Cic. 3. *de nat. deor.* Parentem habere auarum, illepidum in liberos, difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui. ¶ Construitur etiam cum accusatiuo, cum præpositione In. Fabius *lib. 10. c. 2.* Poëtæ & pictores in id solùm student, vt describere tabulas mensuris ac lineis sciant. Senec. *c. 1. de tranquill.* Studere in diem. ¶ Ponitur etiam absolutè, pro amare, siue fauere. Salust. Neque studere, neque odisse, sed minimè irasci decet.

Stŭdēbātŭr, impersonale. Plin. *lib. 35. c. 12.* Hic & similitudinem reddere instituit, ante eum quàm pulcherrimas facere studebatur.

STVLTVS, a, um, Imprudens, improuidus, incautus, ineptus. {כסיל *chésil* אויל *evil* נבל *nabál.* μωρός, ἀνόητος, ἀρχαῖος. GALL. *Fol, sot.* ITAL. *Stolto, goffo, grossolano, di poco ingegno.* GERM. Narr/narrechtig. HISP. *Bouo, loco.* ANGL. *Foolish or a foole.*} Cic. 4. *Philipp.* Vt hominem stultum magis etiam infatuet. Leuius est enim stultum esse quàm fatuum. Fatuus enim dicitur qui omnino desipit. Afranius, Ego stultum me existimo, fatuum esse non opinor. Insanus verò qui abiecta ratione, cum furore & impetu omnia facit. Terent. *in Eunuch.* Scitum hercle hominem! hic homines prorsus ex stultis insanos facit. Cic. *ad Curionem lib. 7.* Quanquam me non ratio solùm consolatur, quæ plurimùm debet valere, sed etiam dies quæ stultis quoque mederi solet. Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Nimis stulta es mulier. Idem *ibid.* Stulta es planè. Idem *Men. sc. 5. a. 5.* Sed ego stultus, qui illius esse dico, quæ mea est. Idem *Milit. sc. 4. a. 2.* Ego stulta ac mora multum quæ quum insano fabulem. Idem *in prolog. Amph.* Sed ego stultior. Et *in Curc. sc. 3. a. 4.* Stultior stulto fuisti, qui, &c. Ouid. *Eleg. 2. lib. 1. Trist.*

Stultaque mens nobis, non scelerata fuit.

Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* Stultus es, rem actam agis, &c. Horat. 1. *Serm. Satyr. 5.*

Hic ego mendacem stultissimus vsque puellam
Ad mediam noctem expecto.

Cic. *Pato lib. 9.* Stultorum plena sunt omnia. Dies stulti, pro adolescentia. Tibull. *lib. 1. Eleg. 4.*

Vidi iam iuuenem premeret quum serior ætas
Mœrentem stultos præteriisse dies.

Consilium stultum capere, Cic. 7. *Verr.*

Stultĭtĭă, æ, Imprudentia. {אולת *iwveléth* כסל *chésel* כסלות *chesilúth.* ἄνοια, μωρία. GALL. *Folie, sotie ou sotise.* ITAL. *Pazzia.* GERM. Narrheit/ oder narrerey. HISP. *Boueria, locura, y poco saber.* ANGL. *Foolishnesse or folie.*} Cicer. 2. *de diuin.* O deliberationem incredibilem! non enim omnis error stultitia est. Idem 3. *Tuscul.* Est enim proprium stultitiæ, aliorum vitia cernere, obliuisci suorum. Idem 3. *de Orat.* Malo indisertam prudentiam, quàm stultitiam loquacem. Plin. *lib. 11. c. 52.* Auricularum magnitudo, loquacitatis & stultitiæ nota est. Hor. 2. *Serm. Satyr. 3.*

Stultitiáne erret, nihilum distabit, an ira.

Plautus *Amphitr.* Alcumena, non tibi aut stultitia accessit, aut superat superbia. (sup. quæ me salutare nolueris.) Idem *Aulul. sc. 6. a. 4.* Tibi supplicatum aduenio ob stultitiam meam. (i. errorem adolescentiæ.) Idem *Pseud.* Stultitia est facinus magnum timido cordi credere.

Stultē, aduerbium, Imprudenter. {ἀρχαϊκῶς ἀνοήτως. GALL. *Folement, sotement.* ITAL. *Stoltamente, rozzamente.* GERM. Närrisch/ torechtiglich. HISP. *Con locura, locamente.* ANGL. *Foolishlie, without wisdome.*} Plaut. *in Menæch. sc. 9. a. 5.* Quæso ignoscas siquid stultè dixi, atque imprudens tibi. Terent. *in Heaut.* Factum à vobis stultè. Cic. 2. *de nat. deor.* Hæc & dicuntur & creduntur stultissimè, & plena sunt futilitatis, summæque leuitatis. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.* Non iucundum nisi amans facit stultè. *Ibid. sc. 2. a. 3.* Forum coquinum qui vocant, stultè vocant. (i. non benè.) Idem *Pseud. sc. 1. a. 4.* Malus sum, cùm malos stultè caui. Idem *Menæch. sc. 4. a. 2.* Si quid ego stultè fecero, mihi dolebit, non tibi. Idem *Most. sc. 3. a. 1.* Miror te non stultam stultè facere. Ouid. 4. *Fast.* Stultè pia mater, &c.

Stultĭlŏquĭum, ij, Imprudens sermo. {μωρολογία. GALL. *Sote maniere de parler, vn sot parler, resuerie, bauerie.* ITAL. *Parole pazze.* GERM. Ein narren tädung/ närrische red. HISP. *Habla de tales bouerias.* ANGL. *Foolish talk.*} Plaut. *sc. 3. a. 2. in Milit.* Paratum est dupliciter, ne reprimas totum stultiloquium.

Stultĭlŏquentĭă, æ, Stultiloquium. Plaut. *Trinum.* Paucissimi faxim qui sciant quod nesciunt: occlusioremque habeant stultiloquentiam.

Stultiuidus, a, um, i. stultus in videndo, vel stultè videns. Plaut. *Milit. sc. 3. a. 2.* Vin' iam faciam, vt stultiuidam te fatearis?

STVPA, æ, vel Stypa, vt quibusdam placet. {נערת *nehóreth.* GALL. *Estoupes de lin ou de chanure.* ITAL. *Stoppa.* GERM. Mäschelhanff/die groben lincke/oder kauder vom hanff/oder flachs. HISP. *Estopa de lino ò de cañamo.* ANGL. *Harders of hempe.*} Linum vile, quod lini cortici proximum est, vt inquit Plinius: à Græco στυπεῖον, quod stupam significat: vel à stipando, quòd ea stipetur, hoc est, obturentur nauium rimæ. Liu. 1. *bell. Pun.* id sicut in pilo, quadratum stupa circumligabant, linebántque pice. Idem *lib. 8. bell. Maced.* Alij cum ardentibus facibus, alij stupam, picémque & malleolos ferentes, tota collucente flammis acie, aduenêre. Virg. 5. *Æneid.*

————*vdo sub robore viuit*
Stupa vomens tardum fumum.

(Gell. *c. 3. lib. 10.* Stupis, quibus deligata erat lectica, vsque adeò verberari iussit, dum animam efflauit.

Stŭpĕŭs, a, um, quod est factum ex stupa. {στύππινος, ὁ ἐκ στυπῆς χορδὴ. GALL. *D'estoupe.* ITAL. *Di stopa.* GERM. Auß hanff mäschlen/auß groben werck gemacht. HISP. *Cosa de estopa.* ANGL. *Made of hardes.*} Virg. *lib. 2. Æneid.*

- *Subijciunt lapsus, & stupea vincula collo Intendunt.*

Idem

...is inserere. Stylus præterea pro vellicatione ac reprehensione aliquando accipitur, quæ scriptis & inuectiuis libellis fieri solet. Plin. *in Præfat. operis*, Quòd si hoc Lucilius, qui primus condidit styli nasum dicendum sibi putauit. Censorius stylus, apud Cic. *pro Cluent.* ¶ Accipitur etiam stylus pro radice recta, & oblonga ad styli, hoc est, columnæ similitudinem. Colum. *lib. 5. c. 9.* Omnis autem nux vnam tantùm radicem mittit, & simplici stylo prorepit.

...yma, στῦμα, αἰδοῖα τάσις: à στύειν, quod est δύμας ἀνορθοῦν, vt modestiùs loquimur. ab ἱστάναι.

...ymmă, στύμμα, est spissamentum, & dormitura vnguenti ex odoramentis constans. Plin. *lib. 13. cap. 1.* Ratio vnguenti faciendi duplex, succus, ...corpus, ille olei generibus ferè constat, hoc odorum: hæc stymmata ...cant, ille hedysmata. Dicta stymmata ἀπὸ τοῦ στύφειν, quod est stringere, seu condensare.

...mphālŭs, στύμφαλος. Lacus in Arcadia iuxta Stymphalum oppidum, a... quo Erasinus fluuius erumpit. Ouid. *lib. 2. Fast.*

Testis erit Pholoë, testes Stymphalides vndæ.

...mphala, accusat. apud Lucret. *lib. 5.*

———vncisque timenda

Vnguibus Arcadiæ volucres Stymphala colentes.

A Stymphalo lacu Stymphalides aues appellatæ sunt, tantæ magnitudinis vt Solis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam deuastantes, donec ab Hercule ænei crepitaculi sonitu pellerentur. Virg. *de Herculis ærumnis*, Stymphalidas pepulit volucres discrimine quinto. ¶ A Stymphalo oppido fit Stymphalius, phalius, phalium, στυμφάλιος, & Stymphalis, idis. Hieronymus *contra Iouinianum*, Aristoclides, Orchomeni tyrannus adamauit virginem Stymphalidem, quæ cùm patre occiso ad templum Dianæ concessisset, & simulacrum eius tenet, nec vi posset auelli, in eodem loco confossa est. Ob cuius necem tanto omnis Arcadia dolore commota est, vt bellum publicè sumeret, & necem virginis vlcisceretur.

...yptēria, æ, Alumen, Græcè στυπτηρία, *l. 3. de reb. eo. qui sunt sub tut.* Si la... ...dinas vel quæ alia metalla pupillus habuit, stypteriæ, vel cuius al... ...ius materiæ. Hotom.

...pticŭs, a, um, {στυπτικός. GALL. *Reserrant, restreintif.* ITAL. *Stitico.* GERM. Stopffend. HISP. *Cosa que restriñe y aprieta.* ANGL. *That hath vertue or ...orce to bind or to constipat.*} Astringens, hoc est, densandi seu astringendi vim habens: ἀπὸ τοῦ στύφειν, quod est astringere, seu den...are. Plinius *lib. 14. cap. 13.* Inter medicamenta quæ styptica vocant, ...ihil efficacius rubi mora ferentis radice decocta in vino ad tertias ...tes. Idem *lib. 21. cap. 23.* Quæ ex his phœniceum colorem habet, ...dice contrita, quicunque animalium imposita vlcerum, habet stypti...am vim.

..., στύρα, Eubœæ insulæ oppidum fuit, non procul à Caristo, à ...ædro Atheniensium duce bello Malliaco euersum. Autor Strab. ...b. 10.

...ar, acis, masculini generis, στύραξ, arbor est cotoneæ malo similis ...uctu maiore quàm auellana, specie candidi pruni: ex qua manat li...or eiusdem nominis, coloris flaui, sordidi, resinosi, albicantibus fra...mentis, odoris perseuerantis. Hodie officinæ *storacem* appellant. Plin. ...*12. c. 17.* Ex Syria reuehunt styracem, acri odore eius in locis abi...tes suorum fastidium. ‖ ¶ Styrax alioqui Græcis est cuspis hastæ ...a, qua eam in solo defigimus, quæ dicitur χρόσφος & σαυρωτήρ. ‖

...cus, a, um, στυλικὸς, ή, όν, habens vim τοῦ στύειν, quod est mutinum arri... ...e, dictum in *Styma.*

..., στύξ, fons est ad Nonacrim Arcadiæ è saxis profluens, exitiosus om...us animalibus, támque frigidus, vt potus statim enecet, ferrúmque ...es erodat, soláque mulæ vngulâ possit contineri: cætera vasa frigo... vehementia statim dirumpens. Hoc veneno quidam Alexandrum Antipatro non sine Aristotelis consilio, putant peremptum. Styx ...æcis mœstitiam sonat, ἀπὸ τοῦ στυγεῖν, quod querulum, tristem, vel ...iosum sonat. Hinc poëtæ occasionem arripuerunt, qui Stygem palu... ...m esse apud inferos dixerunt: apud superos tanta in veneratione ha...am, vt nefas ducerent quicquam eorum quæ per Stygem iurassent, ...n obseruare. Si quis deorum violasset, centum annis à nectare absti...bat, & numinis maiestate erat priuatus. Virg. *6. Æneid.*

———Stygiámque paludem

DI cuius iurare timent, & fallere numen.

...hac Seruius sic scribit: Dicitur Victoria Stygis filia bello Gigan... ...n Ioui fauisse: pro cuius remuneratione Iupiter ei tribuit, vt iuran... ...dij per eius matrem, non audeant fallere. Ratio autem hæc est: ...x mœrorem significat, vnde ἀπὸ τοῦ στυγεῖν, id est, à tristitia Styx di... ...est. Dij autem læti sunt semper, vnde & immortales: ergo quia ...erorem non sentiunt, iurant per rem suæ naturæ contrariam, id ..., tristitiam, quæ est æternitati contraria. Idem ... ...erationem habent. Hactenus Seruius, enarrans hunc locum Virgilij *...Æneid.*

Quòd si tantus amor menti, si tanta cupido est,
Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara, &c.

...st & alia palus in Ægypto iuxta Memphim quam veteres Styga ...cauere, ambiens Abaton insulam.

...alis, e, ad stygia pertinens.

...ialia sacra, quæ sagæ faciebant Stygio Ioui ad pelliciendum in amo... ...m sui, quoscunque vellent. Eadem *Cocytia.*

...ius, a, um, aliud adiectiuum, στύγιος: vt, Iupiter Stygius pro Plutone, ...ud Virg. *lib. 4. Æneid.*

Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incepta paraui.

...ius canis, id est, Cerberus. Seneca, Hic sæuus vmbras territat Stygius ...nis. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

Si sunt in Stygio criminia nostra foro.

...dem *Eleg. 5. lib. 4. Trist.* *———Si non*
Qui mersit stygia subleuet illud aqua.

...s Stygium, Venenatum, Ouid. *3. Metam.*

———quisque altius exit
Ore niger Stygio vitiatas inficit herbas.

...e serpente quodam.

S V

SVĀDĔO, es, si, sum, Autor sum, persuadeo, hortor. {פתה pittáh יעץ iaháts. πείθω, εἰσηγοῦμαι. GALL. *Suader, exhorter, faire remonstrance, tascher & induire à faire quelque chose.* ITAL. *Suadere, essortare, indurre, persuadere.* GERM. Mahnen/ vermahnen. HISP. *Induzir con razones, exhortar.* ANGL. *To persuade or counsaille.*} Plaut. *Mil.* Nam si honestè censeam te facere posse, suadeam. Cic. *Valerio lib. 13.* Hæc eò spectant, vt te horter & suadeam: reliqua sunt quæ pertinent ad rogandum. Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Ne id mihi suadeas vt illum minoris pendam. Idem *Curc. sc. 3. a. 1.* Tibi me sisto: & vt mihi te sistas, suadeo. Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Aurum multa multis suasit perperam. Ouid. *13. Metam.*

Consensistis enim, nec me suasisse negabo.

Suadere legem, est populum ad accipiendum legem adhortari. Nam quum lex esset recitata in comitiis antequam populus suffragia ferebat, potestas dabatur suadendæ legis, & dissuadendæ. Cicer. *de senect.* Quum legem Voconiam magna voce, & bonis lateribus suasissem. ¶ Transfertur ad res inanimatas quæ tum suadere dicuntur, quum rei alicuius faciendæ nobis præbent occasionem. Ouid. *lib. 1. Amor. Eleg. 6.*

Nox & amor, vinúmque nihil moderabile suadent.

Virg. *lib. 2. Æneid.*

———suadéntque cadentia sydera somnos.

Ouid. *2. Fast.*

Iamque vbi suadebit placidos nox humida somnos.

Suadetur, passiu. Plaut. *Trinum.* Minus placet magis quod suadetur: quod dissuadetur placet.

Suādă, æ, à Romanis dicta est quædam persuasionis dea, quam Græci vocant πειθώ Cic. *de clar. Orat.* Πειθὼ quam Græci vocant, cuius effector est orator, hanc Suadam appellauit Ennius. Eius autem Cethegum medullam fuisse vult, vt quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse, huius hic medullam nostram oratorem fuisse dixerit. Et *paulò pòst*, Cethegum illi homines florem populi esse dixerunt, Suadæque medullam. Idem *de senect.* M. Cethegus, quem rectè Suadæ medullam dixit Ennius.

Suādēlă, æ, dicitur suasio. {πειθώ. GALL. *Persuasion.* ITAL. *Persuasione.* GERM. Beredung/ rahtgäbung. HISP. *Induzimiento con razones.* ANGL. *Persuasion or counsayling.*} Plaut. *in Cistell.* Iam perducebam illam ad me mea suadela. Horat. *1. Epist.* videtur Suadelam accepisse pro dea persuasionis, quæ & Suada dicitur:

At bene numatum decorat suadela, Venúsque.

Suadibilis, e, quod suaderi potest.

Suāsŏr, is, verb. qui suadet, autor. {מפתה mephattéh. σύμβουλος, εἰσηγητής. GALL. *Qui tasche à induire & persuader, exhortateur.* ITAL. *Essortatore.* GERM. Ein rahtgäber. HISP. *Induzidor con razones.* ANGL. *A persuader or counsayler.*} Cicer. *3. Offic.* Atque huius deditionis Posthumius ipse, qui debebatur, suasor & autor fuit.

Suāsĭo, nis, verbale, fœmin. gen. Actus ipse suadendi, adhortatio. {πειθώ, εἰσηγησις, παραίνεσις, παράκλησις. GALL. *Suasion, exhortation.* ITAL. *Essortatione, persuasione.* GERM. Ein rahtgäbung/ vermanung. HISP. *Induzimiento con razones, obra de induzir assi.* ANGL. *Persuasion, alluring to do any thing.*} Cic. *in Oratoribus*, Tales suasiones qualem Isocrates fecit Panegyricum.

Suāsōrĭus, a, um, quod ad suadendum pertinet: vt, Suasorium munus, id est, ... *induire à faire quelque chose.* ITAL. *Essortatorio, cosa che serue à persuadere.* GERM. Das zu dem rahtgäben gehört. HISP. *Cosa para induzir assi.* ANGL. *That serueth to persuade.*} Suasorium genus causæ rhetoribus idem est quod deliberatiuum, quo scilicet aliquid suademus, vel dissuademus. Quintilianus *in Proœmio lib. 8.* Suasoriis accedere, tertiam partem ex coniectura, possétne fieri, aut esset futurum quod deliberaretur. Suasoriam declamare. Seneca.

Suasus, us, ui, idem quod Suasio. Vlp. *in l. item si obstetrix. §. 1. ff. ad legem Aquil.* Siquis per vim vel per suasum medicamentum alicui infudit, vel ore, vel cystere, &c.

Sŭāltĕrnĭcum, Philæmon electrum fuluum appellauit, credidítque apud Scythas è tellure effodi, referente Plin. *lib. 37. cap. 2.* Quod tamen falsum esse satis constat ex iis quæ suprà annotauimus in dictione *Electrum.*

Sŭāmĕt, Vox composita ex ablatiuo sua, cum syllabica adiectione met: idem valens quod sua ipsius. τῇ ἑαυτῆς, τῇ ἑαυτῶν δυνάμει. Plin. *lib. 10. c. 59.* Anseres suamet vi colla sua abrumpunt.

‖Suaua, Soaua, V. E. Etruriæ, sub A. Senensi, patria S. Gregorij VII. Papæ. ‖

Sŭāptĕ, & Suopte, voces sunt compositæ ex ablatiuis sua & suo; cum ...adiectione, pte: idémque significant quod suamet, & suoest, suo ipsius nutu, ... id est, sua ipsius sponte: suopte nutu, id da suopte nutu, & suo pondere ... *Tusculan.* Terrena & humiferuntur. ... in mare

Sŭārĭus, vide *Sus.*

Suāsŭs color, Pullus & impluuiatus. Legitur & suasum, substantiuum neut. gen. {φαιός. GALL. *Noir, enfumé.* ITAL. *Fosco, nero.* GERM. Schwartze schechte farb/ rauch farb/ dunckelfarb. HISP. *Negro de hollin.* ANGL. *Black colour or dunne.*} Plaut. *in Truc.* Quia tibi suaso infecisti propudiosa pallium. ¶ Suasum (inquit Festus) color appellatur qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo.

Sŭātim, vide *Sus.*

Suauiŏr, suauitas, vide *Suauium.*

SVĀVĬS, e, Dulcis, iucundus, gustui siue odoratui gratus: nam ad hos duos sensus propriè pertinet. {מתוק mathók. ἡδύς. GALL. *Doulx, souëf.* ITAL. *Suaue, dolce.* GERM. Süß/ lieblich. HISP. *Cosa suaue ò que da delectacion.* ANGL. *Sweet, pleasant.*} Sapores enim & odores suaues dicimus, qui blanda quadam voluptate gustandi, odorandíve sensum afficiunt. Virg. *4. Georg.*

Verùm ipsa foliis natos, & suauibus herbis
Ore legunt.

Idem *2. Eclog.*

nostri perterriti, atque huius omnino generis ...

Idem 8. *Æneid.*

Stupea flamma manu, telísque volatile ferrum
Spargitur: arua noua Neptunia cæde rubescunt.

Ouid. 14. *Metam.*

Stupea prærupit Phrygiæ retinacula classis.

Stūpārĭŭs, a, um, aliud adiect. {ὁ καὶ ἡ στυππειρός. GALL. *Appartenant à estoupe.* ITAL. *Pertinente à stopa.* GERM. Das zu dem mäschelwerck gehört. HISP. *Perteneciente à estopa.* ANGL. *Belonging to hardes.*} vt, Stuparius malleus, quo lina tunduntur. {ὁ στυππεῖον τύπτει. GALL. *Maillet dequoy on bat les estoupes.* ITAL. *Maglio da battere la stopa.* GERM. Ein hanff schlegel/bleuestein. HISP. *Maça para menear estopa.*} Plin. *lib.* 19. *cap.* 1. Mox arefactæ tunduntur in saxo stupario malleo.

STŬPĔO, es, ui, Stupidus sum, sensu quodammodo careo. {חשתאה *hischtaéh* תמה *tamáh* נדהם *nidhám* שמם *schomám.* ἀναισθήτως ἔχω, ἐξίσταμαι, ἐκπλήττομαι. GALL. *Estre ou deuenir tout estonné.* ITAL. *Stupirsi, esser stupido.* GERM. Erstümmen. HISP. *Estar sin sentido y pasmado.* ANGL. *To be very much astonied or sore abashed.*} Terent. *in Andr.* Ita postquam adempta spes est, lassus, cura confectus, stupet. Cicer. 7. *Ver.* Confirmant ipsi se, quum is etiam tum semisomnis stuperet. Ouid. 5. *Metam.*

Mater ad auditas stupuit, ceu saxea, voces.

Pers. *Satyr.* 3.

Sed stupet hic vitio,

i. insanus est factus vitiis. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Vtque suum Bacche non sentit saucia vulnus
Dum stupet Ideis exululata modis.

Quintil. Rigore immobili stupore. ¶ Iungitur & cum accusatiuo, significátque cum stupore quodam admiror. Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ.

Cic. 2. *de fin.* Hæc quum loqueris, nos Varrones stupemus: tu videlicet tecum ipse rides.

Stŭpēns, particip. {משתאה *mischtaéh* נדהם *nidhám* משומם *meschumém.* θαμβῶν.} Plin. *lib.* 14. *c.* 21. Vini natura non gelascit, aliàs ad frigus stupens tantùm.

Stŭpĕfăcĭo, is, Stupentem reddo. {שומם *schomém.* ἐκπλήττω, ἐκφοβέω. GALL. *Estonner.* ITAL. *Stupire.* GERM. Erstümmt machen. HISP. *Pasmar ò espantar.* ANGL. *To astonish or abash.*} Liu. 5. *ab Vrbe*, Priuatos deinde luctus stupefecit publicus pauor, postquam hostes adesse nuntiatum est.

Stŭpĕfīo, is, passiuum. {חשתאה *hischtaéh* תמה *tamáh* נדהם *nidhám* שמם *schamám.* ἐκπλήττομαι. GALL. *Estre ou deuenir estonné.* ITAL. *Stupirsi, essere stupido.* GERM. Erstummt werden. HISP. *Estar sin sentido y pasmado.* ANGL. *To be abashed or astonied.*} Senec. *Thyeste*, Fratris aspectu stupefactus hæsit. Virg. 4. *Æneid.*

——— Et ingenti motu stupefactus aquarum.

Idem 5. *Æneid.*

——— arrectæ mentes, stupefactaque corda Iliadum.

Stŭpēsco, is, stupefio, hoc est, stupidus fio. Cic. 3. *de Orat.* Incidat, aspiciat, admiretur, stupescat.

Stŭpĭdŭs, a, um, quandoque pro stupefacto, quandoque pro stulto accipitur. {משתאה *mischtaéh* נדהם *nidhám* משומם *meschomém.* ἀναίσθητος, ἔκπληκτος, ἀπόπληκτος. GALL. *Estourdi, estonné, stupide, gros sot.* ITAL. *Stupido, stupefatto, pazzo.* GERM. Erstummt/oder toll. HISP. *Pasmado ò espantado, loco.* ANG. *A dullard, asseheaded.*} Plaut. *in Epid.* Quid stas stupida? quid taces? Terent. *in Prolog. Hecyr.* Ita populus studio stupidus in funambulo animum occuparat. Cic. *de Fato*, Zopyrus physiognomon stupidum esse Socratem dixit, & bardum. Idem *in Paradox.* Actæonis tabula te stupidum detinet. Ad Heren. *lib.* 4. Omnes stupidi timore obmutuerunt. Plaut. *Pœnulo*, Misera timeo quid hoc negotij sit mea soror: Ita stupida sine animo asto.

Stŭpĭdĭtās, atis, Stupor. {שמה *schámmah.* ἀναισθησία. GALL. *Grosse bestherie, ou bestise, stupidité.* ITAL. *Stupidità.* GERM. Tolle/vnuerstand. HISP. *Espasmo, espanto.* ANGL. *Dullardnes, astonishment.*} Cic. 2. *Philip.* In quo primùm incredibilem stupiditatem hominis cognoscite.

Stŭpŏr, is, Stupiditas. {שממה *schemmáh.* ἔκστασις, ἔκπληξις, θάμβος. GALL. *Estonnement, grosse bettise, faute d'entendement.* ITAL. *Stupidità, stupore.* GERM. Erstummung aller sinnen. HISP. *Espasmo, espanto.* ANGL. *Dullardnesse, astonishment.*} Cicer. *in Pison.* Pauci ista tua lutulenta vitia noueramus, tarditatem ingenij, stuporem, debilitatémque linguæ. Idem *pro domo sua*, Eámque animi duritiem, sic vt corporis (quod quum vritur, non sentit) stuporem potius quàm virtutem putarent. Virg. 3. *Georgicor.*

——— Oculos stupor vrget inertes.

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 1.

Seu stupor huic studio, siue est insania nomen.

¶ Est & admirationis species, ex magnitudine miraculi ... ita vt etiam impediatur sensus ab ... concubitus cum vidua, aut virparentis. ... *niúph* נאפוף *naphúph.* μοιχεία. GALL. *Violement d'vne femme, paillardise.* ITAL. *Stupro.* GERM. Hurerey/ ... liche beschlaffung eines weibsbild / iungfrawen / oder weiber schendung. HISP. *Fuerça hecha à moço ò moça donzella.* ANGL. *whoredome, adoutry, deflouring of a virgin.*} Cic. *in Tusc.* Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, incesta denique. Idem *pro Milone*, Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. eodem planè modo loquitur & Suet. *in Calig. c.* 24. Plaut. *Amph.* Itáne probri, stupri, dedecoris à viro argutam meo? Ouid. 1. *de Arte*,

——— quid blanda voce moraris
Autorem stupri Deidamia tui?

Cic. *pro domo sua*, Qui non solùm aspectu, sed etiam incesto, flagitio & stupro polluit cæremonias. Hæc tamen differentia inter stuprum & adulterium sæpè obseruatur, vt adulterium dicatur in nuptam, stuprum in virginem, aut viduam: autor est Modestinus *l.* 101. *D. de verb. sign.* ¶ Aliquando stuprum ponitur pro turpitudine, ignominia seu dedecore, quam ὕβριν Græci vocant. Næuius *apud Fest.* Séque perire ij mauolunt ibidem, quàm cum stupro redire ad suos populares.

Stŭpro, as, Vitio, stuprum infero. {ענה *hinnáh.* μοιχεύω. GALL. *Corrompre fille ou femme, auoir la compagnie de fille ou femme, ou violer.* ITAL. *Stuprare, viziare, violare, suerginare, tor la virginità, sforzare.* GERM. Ein weibsbild beschlaffen/ vnd schwechen/ oder fellen. HISP. *Forçar moço ò moça donzella, desuirgar, corromper virgen.* ANGL. *To deflour a mayde, to committ adnoutrie.*} Paut. *in Aulul.* Is adolescentis illius ... auunculus, Qui illam stuprauit noctu Cereris vigiliis. Cicer. 2. *de fin.* Stuprata per vim Lucretia à regis filio testata ciues seipsa interemit. Vatinius ad Cicer. *lib.* 5. Hominem vnum omnium crudelissimum, qui tot ingenuas matres familiás stuprauit. Cicer. 5. *de finib.* Qui interfici ret filiam ne stupraretur. ¶ Huius compositum Constupro, de quo supra suo loco.

Stŭprātŏr, is, verbale. {מענה *mehanneh* וזנה *zoneh.* διαφθορεύς, μοιχευτής. GALL. *Corrompeur de filles ou femmes.* ITAL. *Violatore di donne.* GERM. Ein weiber/ oder iungfrauwen schwecher. HISP. *Forçador de donzellas.* ANGL. *A deflourer of women.*} Quintilianus *lib.* 7. Stuprator an decem millia dare debeat, quæ pœna huic crimini constituta est. Seneca *Hippol.* Hic dicet ensis, quem tumultu territus Liquit stuprator.

Stŭprōsŭs, adiectiuum. {ὁ διαφθαρτικός, μοιχευτικός, ἀφροδισιαστικός. GALL. *Grand corrompeur de femmes.* ITAL. *Grand' violatore di donne.* GERM. Voll hurerey. HISP. *Grande forçador y corrompidor de donzellas.* ANGL. *Geuen to aduoutrie and whoredome.*} Valer. Maxim. *lib.* 6. *cap. de Pudicitia*, Metellus quoque Celer stuprosæ mentis acer punitor extitit.

Stŭprē, aduerb. Antiquissimi dixerunt pro turpiter: vt *in Nelei carm.* apud Festum, Fœdè stupréque castigor. αἰσχρῶς.

Stura, fluuius est in Alpibus nascens, vnus ex triginta qui à Pado in mare Adriaticum deferuntur. Autor Plin. *lib.* 3. *c.* 16. Vulgò *Store.*

Sturij, populi ad Oceanum Gallicum, Rheni quasdam insulas incolentes. Autore Plin. *lib.* 4. *c.* 15. Vulgò *Los de staueren en Frisca.*

Sturio, piscis.

Sturium, ij, insula est Galliæ Narbonensi adiacens, non procul à Stœchadibus. Autor Plin. *lib.* 3. *c.* 5.

Stŭrnŭs, i, auis genus satis notum. {ὁ ψὴρ, ὁ ψάρος. GALL. *Vn estourneau.* ITAL. *Storlino, stornello.* GERM. Ein star. HISP. *Estornino.* ANGL. *A stare, or starling.*} de quo scribit Plin. *lib.* 10. *cap.* 14. Sturnorum generi proprium cateruatim volare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Martialis *lib.* 9.

Nunc sturnos inopes, fringillarúmque querelas
Audit, & arguto passere vernat ager.

Styellă, στύελλα. Castellum Megaridis in Sicilia: cuius incolæ dicuntur Styelleni, στυελλῆνοι Stephano.

Stygĭŭs, vide *Styx.*

Stylŏbătes, æ, {στυλοβάτης. GALL. *Le patin ou la pate d'vne coulonne, sur quoy est assise la base.* ITAL. *La baste d'vna colonna.* GERM. Ein fussblat einer saul. HISP. *El cimiento ò caga de columna.* ANGL. *The ground foundament of a pillour.*} Lapis, & quædam veluti basis supposita columnæ, cui innititur scapus. Parietes autem siue fundamenta, quibus stylobatæ sustinentur, stereobatæ appellantur. Varro *lib.* 1. *de re rust.* Cohortes in fundo magno duæ aptiores: vna vt interdiu compluium habeat lacum, vbi aqua saliat, qui intra stylobadas quum venit, fit mipiscina. Boues enim ex aratro æstate reducti, hîc bibunt, hîc perfunduntur. Idem *lib.* 3. *c.* 3. Subter columnarum stylobatem est lapi à fare pedem & dodrantem altos.

STYLVS, {עמוד *hammúdh.* στῦλος. GALL. *Vne colonne.* ITAL. *Colonna.* GERM. Ein saul. HISP. *Columna.* ANGL. *A stile, a maner or forme in wordes writing, or any sharpe thing at the end lik à pillour.*} Græca vox est columnam significans: vnde epistylium, ἐπιστύλιον, capitellum quod super columnæ scapum locatur. ¶ Accipitur item stylus pro graphio quo in libro albo, id est, in ceratis tabulis antiquitus scribebatur, vt nunc in libellis ligneis, vel codicillis mercatores scribunt. {GALL. *La touche dequoy on escriuoit iadis sur les tablettes.* ITAL. *Stilo da scriuere.* GERM. Ein schreib gryffel. HISP. *El punçon para escriuir en tablillas.*} Stylo scribebant in cerata tabella, styllique pars qua scribebatur, acumen vocabatur. Cic. *de Orat.* Omnia sub acumen styli subeant necesse est. Altera pars styli obtusa, qua in cera delebant verba, quæ non placebant, ac ceram rursus complanabant atque æquabant ad scripturam nouam veteri deleta. Prudentius,

Inde alij stimulos & acumina ferrea vibrant,
Qua parte aratis cera sulcis scribitur, & qua
Secti apices abolentur, & æquoris hirti
Rursus nitescens innouatur area.

Plin. *lib.* 34. *cap.* 14. Et stylo scribere institutum est, vt vetustissimi ... *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Habes tabellas? A. Vis rogo ... tabeo & stylum. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Stylis me totum vlmeis conscribito, quasi cum calamo scribuntur litteræ. Item, Signare stylo, mandare litteris.) Sueton. *in August. cap.* 85. Tragœdiam magno impetu exorsus, non succedente stylo, aboleuit. Idem *in Tiber. cap.* 70. Sed affectatione & morositate nimia obscurabat stylum. Stylum vertere, Horat. 1. *Serm.*

Sæpe stylum vertas, iterum quæ digna legi sint
Scripturus.

Stylum vertit qui pro acumine obtusa eius parte vtitur obliterando. Cic. 4. *in Verr.* Vertit stylum in tabulis suis, quo facto causam omnem euertit suam. ¶ Stylus etiam dicitur structura orationis, ac modus dicendi. {γραφική. GALL. *La maniere d'escrire ou composer.* ITAL. *Foggia di scriuere.* GERM. Die form/vnnd weyss zureden/oder zuschreiben. HISP. *El estilo y manera de escriuir.*} Terent. *in Prolog. Andr.* Sed tamen dissimili oratione sunt factæ, ac stylo. Vbi Donatus, Oratio in sensu, stylus in verbis: oratio ad res, stylus ad verba. ¶ Accipitur etiam stylus pro ipsa scribendi exercitatione, & meditatione. Cicer. 1. *de Orat.* Stylus optimus & præstantissimus dicendi effector ac magister. ¶ Stylus præterea dicitur quicquid vel ligneum, vel ferreum, aut alterius materiæ acuminatum est ad columnæ similitudinem. Colum. *lib.* 11. *c.* ... Deinde eas confecto æquinoctio infra terram secare & ligneo stylo ... xatis, vel ferulæ medullis stercus immittere, atque ita semina ...

Sic positæ quoniam suaues miscetis odores.

Plaut. *Asin.sc.3.a.3.* Non omnia omnibus æquè suauia. ¶ Per translationem tamen & aliis rebus accommodatur, vt idem ferè sit quod iucundum & amœnum. Cicer. *in Cælium lib.2.* Nam & honorificus in me Consul fuit, & suauis amicus. Idem *ad Sulpitium lib.13.* Tum pro familiari consuetudine sæpè ex me audierat quàm suauis esset inter nos, & quanta coniunctio. Horat. 1. *Serm.Satyr.10.*

———at sermo lingua concinnus vtraque
Suauior.

Cicer. *pro Corn.Balb.* Comes, benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur. Plautus *Pseud.sc.2.a.5.* Suauis ructus mihi est. Idem *Asinar. sc.1.a.5.* Vino & suaui sermone agitare conuiuium. *Ibidem sc.2.a.5.* (ô) animam suauiorem quàm vxores meæ. Plaut. *Pseud.sc.1.a.1.* Suauis suauiatio. Idem *Pseud.sc.2.a.3.* (Cœnam) ita suaui suauitate condiam. Idem *Capt.sc.2.a.3.* Quid est suauius quàm bene Rempub. gerere bono publico?

Suāuĭtās, atis, Dulcedo, iucunditas. {מתק *móthek* vel *méthek*. ἡδύτης. Gall. *Douceur, suaueté.* Ital. *Suauità, dolcezza.* Germ. Süssigkeit/ liebligkeit. Hisp. *Suauidad, dulçura.* Angl. *Swoetnesse, pleasantnesse.*} Plin. *lib.10.c.19.* Vt non sit dubium hanc suauitatem præmostratam efficaci auspicio. Cic. *ad Atticum lib.6.* Miram in eo pietatem, suauitatem humanitatémque perspexi. Idem *Appio Pulchro lib.3.* Sic enim tibi persuade, carissimum te mihi esse, cùm propter multas suauitates ingenij, officij, humanitatis tuæ. Idem 2. *Philipp.* Quidam morbo aliquo, & sensus stupore, suauitatem cibi non sentiunt. Plaut. *Ps.sc.2.a.3.* Piscis recens habet succum & suauitatem. Idem *Asin.sc.3.a.1.* Suauitate condiam (cœnam.)

Suāuĭtūdo, inis, Suauitas. Autor ad Herenn. *lib.3.* Quoniam igitur res eædem vocis similitudini, & pronuntiationis suauitudini prosunt. Plautus *Stich.* Age mulsa mea, suauitudo salsa. ¶ Horum contraria sunt, insuauis, id est, austerus, asper, iniucundus, inamœnus: & insuauitas, & insuauitudo, iniucunditas, inamœnitas, voluptati contraria.

Suāuĭtĕr, aduerbium, Iucundè. {ἡδέως, λαγνικῶς. Gall. *Doucement, souësuement.* Ital. *Suauemente, dolcemente.* Germ. Süssiglich/lieblich. Hisp. *Suauemente.* Angl. *Swoetlie, pleasantlie.*} Cicer. 4. *Acad.* Veruntamen video quàm suauiter voluptas sensibus nostris blandiatur. Horat. 1. *Serm.Satyr.6.*

Accurrit quidam notus mihi nomine tantùm
Arreptáque manu, Quid agis dulcissime rerum?

Suauiter, vt nunc est, inquam. Idem 2. *Serm.Satyr.8.* Et leporum auulsos, vi multò suauius armos, Quàm si cum lumbis quis edat. ¶ Suaue pro suauiter. Virg. 3. *Eclog.*

———Et suaue rubens hyacinthus.

Suāuĭdĭcus Adiect. qui suauiter dicit. Lucr. *lib.4.*

Suauidicis potius quàm multis versibus edam.

Suāuĭlŏquēns, omnis gen. qui suauiter loquitur. {ἡδύλογος. Gall. *Qui parle doucement.* Ital. *Chi parla dolcemente, chi ha dolce parole.* Germ. Süss/oder lieblich redend. Hisp. *El que habla suauidades.* Ang. *That speaketh sweetlie.*} Cicer. *de clar.Orat.* ex Ennio, Additur orator Cornelius suauiloquenti ore Cethegus.

Suāuĭlŏquentĭă, æ, Orationis suauitas. {ἡδυλογία. Gall. *Doux parler.* Ital. *Dolce parlare.* Germ. Süssredenheit/lieblígkeit der red. Hisp. *Dulce y suaue hablar.* Angl. *Faire and sweet speach.*} Cic. *de clar.Orat.* Et oratorem appellat & suauiloquentiam tribuit.

Suāuĭlŏquŭs, a, um, idem quod suauiloquens. ἡδύλογος. Lucret. *lib.2.*

Quod quoniam docui, nunc suauiloquis age paucis
Versibus ostendam corpuscula materiai
Ex infinito summam rerum vsque tenere.

Suāuĭum, ij, quod & sauium dicitur per detractionem literæ u, Osculum, siue basium voluptatis, vel gaudij causa datum. {נשיקה *neschikáh.* φίλημα. Gall. *Vn baiser.* Ital. *Bascio.* Germ. Ein sanffter kuss/ oder schmutz. Hisp. *Beso como de enamorados.* Angl. *A kisse.*} Horatius *Epod.3.*

Manum puella suauio opponat tuo.

Cicer. *Attic.lib.16.* Atticæ, quoniam hilaratula est, meis verbis suauium des. Plaut. *Pseud.sc.1.a.4.* Quæ mihi suauia super suauia det. Idem *Curc.sc.*¶*.a.1.* Tene suauium. ¶ Sumere suauium. Idem *Asin.sc.3.a.1.* Pangere. Idem *Curc.sc.1.a.1.* Oppangere, figere, dare, *ibidem.* Item, Suauium facere. (de osculo manus.) Plaut. *Asin.sc.3.a.4.* Idem *in Asin.* Tu labellum abstergeas, Potius quàm cuiquam suauium faciat palàm, i. quàm sic os comparet & formet, vt ad basiandum aliquem inuitet. Alibi, Ne sic tussiat, vt cuiquam linguam in tussiendo proferat. ¶ Meum suauium, amantium blandimentum est, quemadmodum Mea voluptas. Terent. *Eunuch.* Thais meum suauium. Plaut. *Pseud.sc.2.a.1.* Quibus oculi estis, vitæ, suauia mellita.

Suāuĭŏlum, i, diminut. {τὸ φιλημάτιον. Gall. *Vn petit baiser.* Ital. *Picciolo bascio.* Germ. Ein schmutzlin. Hisp. *Pequeño beso.* Angl. *A litlekisse.*} Catul. Suauiolum dulci dulcius ambrosia.

Suāuĭātĭo, verbale. {נשיקה *neschiká.* ἡ φίλησις, ἡ καταφίλησις. Gall. *Baisement amoureux.* Ital. *Esso alto di basciare.* Germ. Küssung. Hisp. *Obra de besar, besamiento de enomorados.* Angl. *Kissing of louers.*} Gell. *lib.18.cap.2.* Suauiationes puerorum & puellarum. Alij legunt suauiationes.

Suāuĭŏr, aris, & Sauior, Suauium do, cum voluptate, aut præ gaudio osculor. {נשק *nischschék.* φιλέω. Gall. *Baiser.* Ital. *Basciare.* Germ. Küssen/ ein guten freydigen kuss gäben. Hisp. *Besar.* Angl. *To kisse.*} Catull. *ad Veratium.*

Lucidum os, oculósque suauiabor.

Cic. *ad Attic.lib.16.* Atticam nostram cupio suauiari: ita mi dulcis salus visa est per te missa ab illa.

Sūb, cum ablatiuo, siue accusatiuo, Præpositio idem significans quod subter, qua tam in compositione vtimur, quàm in appositione. {תחת *táchath.* ὑπὸ. Gall. *Sous.* Ital. *Sotto.* Germ. Vnder. Hisp. *De baxo.* Angl. *Vnder.*} Extra compositionem modò accusatiuo iungitur, modò ablatiuo, pro ratione motus aut quietis significatæ per verbum cui adhæret. Virg. 8. *Æneid.*

Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.

Ouid. 13. *Metam.*

An quod in arma prior, nulloque sub iudice veni.

Virg. 2. *Georg.*

Sarmenta & vallos primus sub tecta referto.

¶ Sub omni cœlo. Gell. *c.vlt.lib.13.* tanquam vnus esset sub omni cœlo Satyrarum M. Varronis enarrator. Sub armis moratus. Cæs. *lib.1.de bell.ciu.* (i. in armis) bis. Sub verberibus acti necantur. Liu. *lib.4.d.4.* Sub pædagogo esse. Sueton. *in Claud.cap.2.* Sub ipsa profectione. Cæs. *lib.1. de bell.ciuil.* Sub castris Afranij. *Ibid.* Sub oculis domini suam probare operam. Senec. *epist.73.* In conspectu, &, vt ita dicam, sub ictu. Idem *cap.21.lib.singularis de vita beat.* Illi ipsi stulti & inæquales & sub ictu pœnitentiæ magnas percipiunt voluptates. Idem *c.9.de consol.ad Marc.* Tua innocentia sub ictu est. (i. imminenti periculo exposita est.) Gall. *Est sur le point de prendre fin, d'estre ruiné par les meschans.* Cæsar *lib.1. de bell.ciuil.* Sub onere confligere. Liu. *lib.8.d.4.* Sub oneribus iumenta abstrahere. Item, Sub nouerca creuisti. Senec. *cap.2.de consol.ad Helu.* Item Suet. *in Tib.c.13.* Sub conditione. Gall. *Soubs condition.* Item *in Aug.c.21.* Sub lege venundare. Idem *in Othone cap.5.* Cadere in foro sub creditoribus. Liu. *2.d.5.* Vbi primum sub iactu teli fuerunt. Suet. *in Neron.c.35.* Occidit sub crimine adulteri. Idem *in Calig.cap.48.* Cùm etiam sub mortis pœna denuntiasset. Plaut. *Capt.sc.5.a.3.* Sub terra lapides eximere. Catull. *de Com.Beren.*

———Sub terra quærere venas. (ferri.)

Ouid. 5. *Fast.*

Hæc tria sunt sub eodem tempore festa.

Tibull. *lib.4.*

At tua non titulus capiet sub nomine facta.

Plautus *Pseud.sc.4. act.2.* Omnes ordines sub signis ducam. *Ibidem sc.1.a.1.* Sub Veneris regno vapulo, non sub Iouis. Ouidius 13. *Metamorph.*

———Sub imagine tutus Achillis.

¶ Aliquando ponitur pro In. Cels. *lib.7.cap.5.* Accedit verè aliquid difficultatis, sub omni ictu, si telum ossi inhæsit. Rursus *lib.7.cap.7.* ὑξυλοβλέφαρον sub vtroque vitio Græci vocant. sic Græcè ὑπὸ vice ἐν interdum. Virg. 1. *Æneid.*

Nanque sub ingenti lustrat dum singula templo, h. e. in templo.

Idem *lib.1.Georg.*

———sæpè exiguus mus
Sub terris posuitque domos atque horrea fecit.

Idem 3. *Georg.* de ceruis,

Ipsi in defossis specubus secura sub alta
Otia agunt terra.

Ouid. *Eleg.3.lib.1.Trist.*

Nata procul Libycis aberat diuersa sub oris.

Ibid. *Eleg.5.*

Sub nuda positum cernere possit humo.

¶ Aliquando tempus importat, & accipitur pro circiter, siue per, vel paulò antè. Virg. *lib.3.Georg.*

———Sub lucem exportant calathis.

Liuius *lib.1. ab Vrbe condita*, Vtrinque legati ferè sub idem tempus ad res repetendas missi. Sueton. *in August. cap.16.* Sub horam pugnæ tam arcto repentè somno deuictus, vt ad dandum signum ab amicis excitaretur. Sic dicimus: Sub vocem. Liu. *5.d.4.* Sub hanc vocem fremitus fuit. Sub irruptionem dicimus, vt sub noctem. Sueton. *in Tiber.cap.6.* Quos apud Neapolim sub irruptionem hostis nauigium clàm petentes, &c. Idem *Curc.sc.2.a.2.* Omnes subdam sub solum. Ouid. 5. *Fast.*

Vtque ego sub terras sanguinolentus eas, &c.

¶ Sub furca, vide *Furca.* Sub titulo, vide *Titulus.* Sub nomine, vide *Nomen.* Sub vinculis animum habere. Senec. *c.9.de tranq.&c.* ¶ Aliquando sumitur pro antè. Virg. 2. *Æneid.*

———postésque sub ipsos
Nituntur gradibus.

¶ Aliquando pro iuxta. Idem 3. *Æneid.*

Antandro & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

¶ Nonnunquam ordinem importat, idémque valet quod post. Idem 5. *Æneid.*

———quod deinde sub ipso
Ecce volat, calcémque terit iam calce Diores.

¶ Composita plerunque localem significationem retinent, quæ illi propria est: vt Subeo, subiicio, suppono, quæ idem valent quod subter iaceo, eo, siue pono. Idem 11. *Æneid.*

———caudámque remulcens,
Subiecit pauitantem vtero, syluásque petiuit.

¶ Interdum diminutionem: vt Subdubito, subirascor, id est, aliquantulum siue nonnihil irascor, siue dubito. Est enim (vt Donatus inquit) temperamentum plenæ pronuntiationis. ¶ Interdum significat super: vt, Corpora saltu subiiciunt in equos, id est, superiaciunt. ¶ Interdum prosperè: vt Succedit. ¶ Interdum pòst: vt Subsequor. ¶ Interdum latenter: vt Suppilo. ¶ Interdum sensim: vt Subrepo. ¶ Interdum adhuc. Liu. *lib.1.ab Vrbe*, Tanquam spes subesset. ¶ Habet & alia significata quæ suis locis explicabuntur. Componitur autem ferè cum omnibus literis: a, vt Subaro: b, vt Subbibo: c, vt Succido: d, vt Subdo: e, vt Subeo: f, vt Suffero: g, vt Suggero: h, vt Subhasto: i, vt Subiungo: l, vt Subleuo: m, vt Submoueo: n, vt Subnecto: o, vt Suborior: p, vt Suppono: r, vt Surripio: s, vt Subsanno: t, vt Subtraho: u, vt Subuenio. Sed quoties subiungitur vocalibus: vel b, d, h, l, n, s, t, remanet b integra, in aliis mutatur b in literam sequentem, nisi in subrideo, subrogo, subruo: sustineo verò, suspiro, suspicor, suspicio, sustuli, sustollo, & huiusmodi sine b, scribenda sunt, quia non à sub, sed à sus, siue sursum composita sunt. ¶ Sub corona vænundari captiui dicebantur, quia coronati vendebantur, ὑπὸ στέφος. Liu. 8. *ab Vrbe*, Polliæ sententia fuit puberes verberatos necari coniuges, liberósque sub corona lege belli venire. ¶ Sub dio, id est, sub ipso cælo, & sine tecto. {ὑπ' αἴθρᾳ. Gall. *Au descouuert, au serain.* Ital. *Al scoperto, all' aere.* Germ. Vnder blossem himmel. Hisp. *Al soreno.* Angl. *In the open ayre.*} Locutio est à Græcis tracta, qui Iouem

Iouem Δία nominant. Varro *de re rust. c.*14. Nam & idoneus ſub dio ſumendus eſt locus cochlearis, quem totum circum aqua claudas. ¶ Legitur & ſub diuo, in eadem ſignificatione. Col. *lib.*1.*c.*8. Nullus dies tam intolerabilis eſt quo non moliri ſub diuo aliquid poſſit. ¶ Nonnunquam etiam ſub Ioue. Horat. 1. *Carminum Ode* 1.

Manet ſub Ioue frigido
Venator teneræ coniugis immemor.

¶ Sub iugum mitti dicebantur milites, qui ab hoſtibus victi, eam ignominiam ſubire cogebantur, vt poſitis armis per iugum tranſirent, ὑπὸ ζυγὸν ἄγεσθαι. Iugi autem forma erat huiuſmodi, vt duobus tignis erectis, tertium ſupernè incumberet. Qua de re vide plura ſuprà in dictione *Iugum.* ¶ Sub manu ex tempore, ſtatim, ſina mora. {παραχρῆμα, παραχεῖρας. GALL. *De main en main, ſoudain, ſans delay.* ITAL. *Di mano in mano, ſubito, presto.* GERM. Bey handen oder vor handen/vnuerzogenlich. HISP. *Qual el tiempo, tal el conſejo, luego.* ANGL. *Frome hand to hand, without delay.*} Senec. *lib.*19. *Epiſt. ad Lucilium*, Conſilium naſci ſub dio debet, & hoc quoque tandem eſt nimis: ſub manu quoque, quod aiunt, conſilium naſcatur. Sueton. *in Auguſt. cap.*49. Sub manum, (ita enim ibi lego cum Iſaaco Caſaubon.) i. promptè: non vt vulgo ſub manu. ¶ Et quò celeriùs, ac ſub manum annuntiari, cognoſcique poſſet, quid in prouincia quaque gereretur, iuuenes primò modicis interuallis per militares vias dehinc vehicula depoſuit. ¶ Sub vinea iacere dicuntur milites, qui ſub militari machina, quam vineam vocant, latitantes in propugnatores haſtæ, pilâve eiaculabantur. Qua de re vide plura infrà in dictione *Vinea.* ¶ Sub vmbra, id eſt, ſub prætextu, vel quæſito colore, ὑπὸ σχήματι, ὑπὸ προφάσει. Liu. 8. *ab Vrbe.* Nam ſi etiam nunc ſub vmbra fœderis æqui ſeruitutem pati poſſumus: quid abeſt, quin proditis Sidicinis, non Romanorum ſolùm, ſed Samnitium quoque dicto pareamus. Sub autore, pro alicuius autoritate, vel *ſub* vacat. Celſ. *lib.*6. *cap. de hæmorrh.* At ſi iam vetuſtiora ſunt, ſub autore Dionyſio inſpergenda ſandaracha eſt.

Sŭbabsurdŭs, a, um, adiectiuu. Aliquantulum abſurdus. {ὑπάτοπος, GALL. *Aucunement abſurde & eſtrange.* ITAL. *Alquanto brutto, inconueniente, odioſo.* GERM. Ziemlich vngereimpt/ minder/ vnd mehr vngeſchickt. HISP. *Vn poco inconueniente, intolerable, indigno de ſer oydo.* ANGL. *Somewhat ſtrange or againſt reaſon.*} Cic. *de Orat.* Sunt enim illa ſubabſurda, ſed ex ipſo nomine ſæpè ridicula, non ſolùm nimis perappoſita, ſed etiam quodammodo nobis.

Sŭbabsurdē, aduerbium. {ἀτόπως τρόπον τινὰ, ὑπατόπως. GALL. *Aucunement, eſtrangement & ſottement.* ITAL. *Alquanto ſcioccamente.* GERM. Etwas vngereimlich. HISP. *Con ſonido diſcorde, locamente vn poco.* ANGL. *Somewhat ſtranglie.*} Cic. *de Orat.* Valde hæc ridentur, & hercule omnia, quæ à prudentibus, quaſi per diſſimulationem non intelligendi, ſubabſurdè ſalſéque dicuntur.

Sŭbăcĭdŭs, a, um, adiect. Aliquantulum acidus. {ὑπόξυς. GALL. *Aigret, tirant vn peu ſur l'aigre.* ITAL. *Vn poco forte ò garbo.* GERM. Ziemlich oder etwas ſaur. HISP. *Coſa vn poco acedia.* ANGL. *Somewhat ſower or tart.*} Plin. *lib.*12. *c.*25. Eſſe enim debet lenis, non ſubacidus.

Sŭbăcĭdŭlŭs, adiectiuum, diminutiuum. {ὁ σμικρόν τι ὑποξύζων. GALL. *Vn peu aigret.* ITAL. *Vn pocchetto garbo ò agro.* GERM. Ein wenig ſaurlechtig. HISP. *Vn poquillo azedo.* ANGL. *Alitle ſower or tart.*} Cato *de re ruſtic. cap.*108. Vinum ponito ſub dio, poſtridie manè guſtato: ſi id ſapiet quod in dolio eſt, ſcito id duraturum: ſubacidulum non durabit.

Sŭbaccūſo, as, are, pro nonnihil & leuiter accuſo. {κατηγορῶ σμικρόν τι. GALL. *Aucunement accuſer, blaſmer en quelque ſorte.* ITAL. *Quaſi accuſare.* GERM. Zum theil anklagen/ minder/ vnd mehr beſchuldigen. HISP. *Acuſar vn poco.* ANGL. *To accuſe and blame for a ſmall cauſe.*} Cic. *pro Plancio*, Sed ſunt hæc leuiora: illa verò grauiora & magna, quòd meum diſceſſum, quem ſæpè defleras, nunc quaſi reprehendere & ſubaccuſare voluiſti.

Sŭbāctŭs, a, um. Vide *Subigo.*

Subadiuua, qui adiutoris eſt adiutor. Vox frequens in Notitia Imperij. Vide Caſaub. *in Athen. lib.*1. *cap.*6. & Ioann. Meurſ. *in Gloſſar. Græcob.*

Subæratum aurum, quod foris quidem aurum oſtendit, intus autem æs occultat. {ὑπόχαλκον χρυσίον. GALL. *Or ſur du cuiure.* ITAL. *Oro che ha rame ſotto.* GERM. Golt vnder welchem ertz bedeckt ligt. HISP. *Oro ſobre cobre.* ANGL. *Gold by outward apperance, and other metall within.*} Perſ. *Satyr.*5.

———tibi recto viuere talo
Ars dedit, & veri ſpeciem dignoſcere calles,
Nequa ſubærato mendoſum tinniat auro.

¶ Hinc prouerbiali metaphora hominem virtutum prætextu vitia occultantem, aurum ſubæratum vocamus.

SVBAGITO, as, verbum actiuum eſt, Subtus fodiendo aro. {ὀχλίζω. GALL. *Secouër, demener, eſmouuoir.* ITAL. *Dimenare.* GERM. Vnden für treiben. HISP. *Souajar.* ANGL. *To groape or be buſie with one.*} Vnde per tranſlationem ſubagitare dictis aliquem, eſt multis verborum lenociniis allectare & commouere. Plaut. *in Ciſtell.* Subagito blandis & benedictis dictis.

Subagitatio, nis. Plaut. *Capt. ſc. vlt. a.*5. Nec ſubagitationes, nec vlla amatio, &c.

Sŭbăgrestĭs, e, Aliquantulum agreſtis. {ὑπάγροικος. GALL. *Quelque peu ruſtique.* ITAL. *Vn poco ſaluatico, vn poco bruſco.* GERM. Ein wenig bewriſch. HISP. *Coſa vn poco campeſina.* ANGL. *Somewhat vplandish or ruſticall.*} Cic. *de clar. Orat.* Cotta, quia ſe valde dilatandis literis à ſimilitudine Græcæ locutionis abſtraxerat, ſonabátque contrarium Catulo, ſubagreſte quiddam, planéque ſubruſticum, alia quidem quaſi inculta & ſylueſtri via ad eandem laudem peruenerat.

SVBALBICO, as, are, Subalbidus ſum. {ὑπολευκός εἰμι. GALL. *Tirer ſur le blanc, blanchir quelque peu.* ITAL. *Imbianchirſi alquanto.* GERM. Minder/ vnd mehr weiſs ſein/ ſich auff die weiſſe ziehen. HISP. *Blanquear vn poco.* ANGL. *To be ſomewhat whyte.*} Varr. 3. *de re ruſt. c.*9. Roſtro breui, acuto, oculis ranis aut nigris, palea rubra, ſubalbicanti.

Sŭbalbĭdŭs, a, um, Aliquantulum albidus. {ὑπόλευκος. GALL. *Blanchaſtre, quelque peu blanc.* ITAL. *Alquanto bianco.* GERM. Weiſslecht. HISP. *Coſa vn poco blanqueſina.* ANGL. *Somewhat whyte.*} Plin. *lib.*21. *c.*25. Ramulos habet candidos, folia ſubalbida, abrotano ſimilia.

Sŭbālārĭs, e, quod ſub alis eſt. {ὑπομασχάλιος. GALL. *Qui eſt ſous les aiſles.* ITAL. *Che è ſotto le ale.* GERM. Das vnder den fettichen iſt als die ſpahn adern. HISP. *Coſa que es debaxo las alas.* ANGL. *That is vnder the winges.*} Vnde ſcribit Lampridius, Heliogabalum ſolitum fuiſſe in accubitis habere plumas ſubalares, & ſubalares culcitras.

Sŭbalpīnŭs, a, um, quod eſt ſub Alpibus. ὑπάλπειος. Plinius *lib.*29. *cap.*7. Radice lenta, ſubnigra, fine odore, aquoſa, montibus ſubalpinis plurima. ¶ Italia ſubalpina, quam hodie Pedemontanam regionem appellant. Idem *lib.*16. *cap.*11. Nec niſi in paucis locis Subalpinæ Italiæ.

Sŭbămārŭs, adiect. In amaritudinem nonnihil declinans, paulum amarus. {ὑπόπικρος. GALL. *Vn peu ou aucunement amer.* ITAL. *Amaretto.* GERM. Bitterlechtig/ das ſich auff bittere zeucht. HISP. *Vn poco amargo.* ANGL. *Somewhat bitter.*} Cicer. *de Fato*, At quoniam in naturis hominum diſſimilitudines ſunt, vt alios dulcia, alios ſubamara delectent.

Subaquaneus, & Sŭbăquĕŭs, a, um, quod ſub aqua latet. {ὕφυδρος. GALL. *Sous eau.* ITAL. *Sotto acqua.* GERM. Vnder dem waſſer gelégen. HISP. *So la agua.* ANGL. *That is vnder the water.*} vt, Scopulus ſubaqueus.

Sŭbăquĭlŭs, a, um, adiect. Subfuſcus. {ὑπόφαιος. GALL. *Vn peu ou aucunement roux, ou obſcur.* ITAL. *Oſcureto.* GERM. Schwertzend. HISP. *Vn poco negro y eſcuro.* ANGL. *Somewhat broune of couloure.*} Plaut. *in Ruden.* Eia corpus cuiuſmodi Subuolturium? Illud quidem ſubaquilum volui dicere.

Sŭbargūtŭs, a, um, Aliquantulum argutus, à quo diminutiuum Subargutulus, apud Gell. *lib.*15. *c.*30. {ὁ σμικρόν τι σωμύλος. GALL. *Subtil, ſophiſtereau.* ITAL. *Sottile, ingenioſo.* GERM. Ein wenig ſpitzfündig/ vnd ſubtil. HISP. *Agudo y ingenioſo.* ANGL. *Somewhat ſubtill.*}

Subarmalia ſunt veſtimenta vt ſaga, quibus arma ſuperinduuntur. Spartianus *in Seuero*, Prætoriana cum ſubarmalibus inermes ſibi iuſſit occurrere.

SVBARO, as, Subtus arando terram moueo. {ὑπαρόω. GALL. *Sarfouir, fouïr par deſſous.* ITAL. *Arare di ſotto la terra.* GERM. Vnderern. HISP. *Arar de baxo la tierra.* ANGL. *To plough or till vp the ground vnder.*} Plin. *lib.*16. *cap.*27. Item quæ ſubarantur, aut quæ ablaqueantur, celeriora neglectis.

Sŭbărātĭo, & Subarator, verbalia. Plin. *lib.*17. *cap.*24. Vel etiam ſubarator imprudens luxauit radices. {ὁ ὑπαροτρεύς, ὁ ὑποσκαπτής. GALL. *Sarfouiſſeur, qui fouit par deſſous.* ITAL. *Arator di ſotto la terra.* GERM. Ein ackerer der wol vnden füreret. HISP. *El que ara de baxo la tierra.* ANGL. *A tilling vp of the ground.*}

Sŭbarrŏgāns, antis, omn. gener. Aliquantulum arrogans. ἀλάζων τρόπον τινά.

Subarroganter, aduerbium. {τρόπον τινὰ ἀλαζονικῶς. GALL. *Vn peu arrogamment.* ITAL. *Con alquanta arrogantia.* GERM. Etwas vermäſſenlich/ ſtoltzlich. HISP. *Vn poco preſumptuoſa y ſoberuiamente.* ANGL. *Somewhat arrogantlie.*} Cicer. 4. *Acad.* Vercor ne ſubarroganter facias, ſi tuam dixeris.

Subaſſentiens, entis, Quintil. Subaſſentientibus humeris. (in geſtu.)

Subaudio, ſubintelligo, ὑπακούω: ex audio quatenus intelligo. Papias.

Sŭbauſcŭlto, as, are, Leuiter & quaſi prætereundo auſculto. {ὑπακροάομαι. GALL. *Entreouyr, ouyr vn peu, entendre vne partie de ce qu'on dit.* ITAL. *Aſcoltare di naſcoſto.* GERM. Heimlich aufflosen/ in einem fürgehn loſen. HISP. *Eſcuchar de ſecreto.* ANGL. *To heare a litle as in paſſing by.*} Plaut. *in Milite*, Tace, ſubauſcultemus ecqua de me fiat mentio. Idem *Aſin. ſc.*2. *a.*5. Os opprime, ſubauſcultemus. Cicer. *lib.*2. *de Orat.* Subauſcultando tamen excipere voces eorum, & procul, quid narrarent, attendere. Idem *Attic. lib.*10. Omnes enim κωρυκαῖοι videntur ſubauſcultare quæ loquor.

Subauſterus, a, um, vt ſubauſterum vinum, Celſ. *lib.*3. *c.*6.

Subballio; fictum nomen. Plaut. *Pſeud. ſc.*2. *a.*2. Túne es Ballio: imò Subballio ſum.

Subbaſilica. Plaut. *Curc. verſu* 11. *ſc.*1. *a.*4. Diteis damnoſos maritos ſubbaſilica quærito.

Sŭbbăsĭlĭcānŭs, a, um, qui libenter & frequenter ſub baſilica ſpatiatur, ita enim interpretatur Priſcianus. In Baſilica nanque negotiationes & publica conſilia tractabantur, & iudicia quoque in baſilicis fiebant. Plaut. *in Capt. ſc.*1. *a.*4. Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum.

‖Subbatēre, occidere, verberare. Gloſſ. vet.‖

Sŭbbĭbo, bis, Aliquanto liberaliùs bibo, & ſubinebrior. {ὑποπιπίνω. GALL. *Boire aucunement.* ITAL. *Beuere poco.* GERM. Ziemlich vil trincken/ mämmelen. HISP. *Vn poco beuer.* ANGL. *To drink ſomewhat liberallie.*} Plaut. *in Trucul.* Qui improbus eſt, ſiue ſubbibit, ſiue adeò caret temeto, Tamen ab ingenio eſt improbus. Suet. *in Nerone, cap.*30. Si paulum ſubbibiſſet.

Sŭbblandĭŏr, iris, iri, Paulolum & leuiter blandior. {ὑποθωπεύω. GALL. *Blandir aucunement, amignotter.* ITAL. *Accarezzare al quanto, vn poco.* GERM. Liebkoſen/ zärtlen. HISP. *Halagar vn poco.* ANG. *To ſpreak ſomewhat faire, or to flater a litle.*} Plaut. *in Caſina*, Non matronarum eſt officium, ſed meretricum, viris alienis, Mi vir ſubblandirier. Idem *Aſin. ſc.*3. *a.*1. Catulo meo ſubblanditur amator.

Sŭbcærŭlŭs, adiectiuum, In cæruleum colorem declinans. {ὑποκυάνεος. GALL. *Blaffart, tirant ſur le bleu, aſuré.* ITAL. *Alquanto giallo ò azurro.* GERM. Sich auff himmelbaw ziehend. HISP. *Vn poco azul, eſcuro.* ANGL. *Somewhat blew.*} Celſ. *lib.*6. *cap.*5. In ea pares portiones ſunt myrobalani, magmatis, cretæ crimoliæ ſubcærulæ nucum amararum, &c.

Sŭbcāndĭdŭs, adiect. Ad colorem candidum nonnihil accedens. {ὑπόλευκος. GALL. *Blancheaſtre, vn peu blanc.* ITAL. *Alquanto candido.* GERM. Minder vnd merhweiſs/ weiſſlecht. HISP. *Vn poco blanco.* ANGL. *Somewhat withe.*} Plin. *lib.*27. *cap.*8. Folia bouis linguæ ſimilia, minora, ſubcandida.

Sūbcĕntŭrĭo, nis, mascul. gener. qui Centurionis vices gerit. {ὑφεκατόνταρχος. GALL. Lieutenant de Centenier. ITAL. Luocotenente sopra cent' huomini. GERM. Ein vnderhauptman vber hundert. HISP. Que tiene el lugar del capitan de cien armados. ANGL. A lieutenant vnder the centurion or capitane of an hundred.} Liu. 8. ab Vrbe, Romano haud satis fidenti viribus, permissum erat ab consulibus, vt subcenturionem sibi quem vellet legeret, qui tutaretur eum ab vno destinato hoste.

Sūbcĕrnĭcŭlum,i,Farinarium cribrum, quod fit è setis equorum. {κόσκινον.GALL. Bluteau,tamis.ITAL.Seddazzo,tamiso.GERM.Ein syb/mälsyb. HISP. El cedaço. ANGL. A siue,an instrument to clense flour of wheat.} quemadmodum excussorium & pollinarium fit è lino.

Sūbcĭnĕrĭtĭŭs panis,qui sub cinere coquitur. {עֻגָה hughâh. ἐγκρυφίας ἄρτος. GALL.Pain cuit sous les cendres. ITAL. Pane cotto sotto la cenere. GERM. Brot vnder der eschen gebachen. HISP. Pan cozido so la ceniza. ANGL.That is baken vnder the celes or ashes.}

Sūbcīsma, vide *Succido.*

Sūbcĭngŭlum,i,Baltheus. {אֵזוֹר ezór. ζωστήρ. GALL.Ceinture d'espee,baudrier. ITAL.Cintura da spada. GERM. Ein gürtel/vndergurt. HISP. Cinta para cenir de baxo,ò cinta de espada. ANGL.A belt or girdle.} Plaut. in Menæch. Nimio ego hanc periculo Surripui hodie meo animo, ab Hippolyta subcingulum: Haud Hercules æquè magno vnquam abstulit periculo.

Subcœno,as,are, ὑποδειπνέω. Quintilian. lib.6.c.3. Et Galba de piscibus, qui quum pridie ex parte adesi, & versati postero die appositi essent, Festinemus,alij subcœnant,inquit.Subtus cœnare apud,&c.

Sūbcōntŭmĕlĭōsus,adiectiuum, Aliquantulum contumeliosus. {ὑφυβριστικός. GALL. Vn peu iniurieux. ITAL. Alquanto oltraggioso in parole. GERM.Zimlich oder ein wenig schmächlich. HISP.Vn poco injurioso de palabras. ANGL. Somewhat iniuriouse.} à quo subcontumeliosè aduerbium.Cic. ad Att. Hercule,verum vt loquamur,subcontumeliosè tractatur noster Publius, qui quum in domo Cæsaris quondam vnus vir fuerit, nunc ne in viginti quidem esse potuerit. {ὑφυβριστικῶς, ὑβριστικῶς, τρόπον τινά, ἐφ' ὕβρει. GALL. Vn peu iniurieusement, vn peu outrageusement.ITAL. Al quanto oltraggiosamente.GERM.Etlicher massen/oder ein weing schmächlich. HISP.Vn poco injuriosamente.}

Sūbcrīspŭs,a, um, adiect. qui crines habet aliquantulum crispos. {οὖλος μικρόν. GALL. Aucunement,ou quelque peu crespu. ITAL. De capelli alquanto crespi. GERM.Kraussecht. HISP.Cosa vn poco crespa.ANGL.That hath heare curling or wrinckling.} Cicer.in Verrem,Videtis illum subcrispo capillo nigrum?

Sūbcrūdŭs,a,um,adiect. quod non omnino coctum est. {נָא na. ὑπωμός, ἡμίεφθος. GALL.Encore creu,& non meur,ou bien cuit.ITAL.Mezzo crudo,non cotto in tutto. GERM. Halb row/minder/vnd mehr row.HISP.Cosa vn poco cruda ò cruele.ANG.Somewhat rawe.} Cato 156.Sumito brassicam, coniicito in aquam feruentem, coquito paulisper, vti subcruda fiet.Cels.lib.6.c.13. Subcrudum incidendum,ne si diutius ibi pus permanserit,os lædat.

Sūbcrŭēntŭs, a, um, adiect. Aliquantulum cruentus. {ὕφαιμος, αἱματώδης. GALL.Vn peu sanglant. ITAL. Alquanto insanguinato. GERM. Ein wenig blutig. HISP. Vn poco sangriento. ANGL. Somewhat bloodie.} Cels.lib.4. cap.28. Descendunt autem pituitæ mucisque similia: interdum etiam leniter subcruenta, id est, cruentum aliquid mistum habentia.

Sūbcūrātōr,is,qui curatoris locum tenet,adiutor curatori,minori tamen potestate datus. {ἐπιτρόπου μοῖραν ἔχων. GALL. Subrogué tuteur,ou curateur,soucurateur.ITAL.Sostituto di curatore.GERM.Ein vnderschaffner. HISP.El que tiene lugar de curador. ANGL. Vndercuratour, or that occupieththe curatours place in absence.} Iulianus in l.ex facto.de negot.gest. Quendam ad siliginem emendum decreto ordinis constitutum,eidémque alium subcuratorem constitutum.

Sūbcŭs,& Sūbcŭtānĕŭs,siue subtercutaneus morbus,dicitur qui intra cutem,siue sub cute est,siue subter cutem. ὑποδερμάτιος.

Sūbcŭstōs, odis, qui pro alio custode substitutus est. {ὑποφύλαξ. GALL. Substitué,ou commis en la place d'vn des gens de la garde.ITAL.Sostituto in vna guardia.GERM.Ein vnderhüter/der in eines hütters statt ist.HISP. La guarda en lugar de otro. ANGL. That keepeth for another.} Plaut. in Mil. Quia Sceledrus dormit,hunc subcustodem suum Foris ablegauit, dum eapse transire hoc placet.

Sūbdēbĭlĭtātŭs, adiectiuum, Aliquantulum debilitatus. {ὑπεξασθενῶν. GALL.Vn peu debilité.ITAL.Vn poco indebilito.GERM.Schwachlechtig/ein wenig blöd/vnd schwach. HISP. Vn poco debil y floxo. ANGL.Made somewhat weak and feble.} Cic.ad Attic.lib.11.Equidem ex tuis literis intellexi,& iis quas communiter cum aliis scripsisti,& aliis quas tuo nomine: (quod etiam mea sponte videbam)vt subdebilitatum nouas rationes tuendi mei,quæ,&c.

Sūbdĭālĭs,e,quod sub dio est,hoc est, sub ipso aëre,& sine tecto. {ὑπαίθριος, GALL.Qui est sous le ciel,en l'air. ITAL. Chi e sotto el cielo,all'aria. GERM. Das vnder dem blossen himmel ist. HISP. Cosa no tejada y so el cielo. ANGL.That is in the open ayre.} Plin.lib.34.c.12. Distat à cadmia,quòd illa super terram ex subdialibus petris cæditur:hæc ex obrutis. Subdialia à Græcis primò habita, quibus quum tegerentur domus pedali crassitudine ex contusa testa fistucata. ¶ Hinc subdialia pauimenta, & subdiales deambulationes, quas Vitruuius Græco vocabulo vocat ὕπαιθρας. Terracium nunc appellatur.

Subdica secundarius,qui secundo loco dicit.

Sūbdĭffĭcĭlĭs, e, Aliquantulumdifficilis. {ὑποδύσκολος. GALL. Vn peu ou aucunement difficile. ITAL. Alquanto difficile. GERM. Zimlich schwer. HISP.Vn poco dificil. ANGL.Somewhat difficill or vneasie.} Cic.de Amic. Exstitit autem hoc loco quæstio quædam subdifficilis.

Sūbdĭstĭnctĭo,nis, ὑποστιγμή, est silentij nota legitimi, qua pronuntiationis terminus sensu manente ita suspenditur, vt statim id quod sequitur,succedere debeat. Diomedes Grammat.lib.2. Subdistinctio vna ex posituris, siue distinctionibus (quas Græci θέσεις) quæ lectionis interruptum tenorem,aliud adhuc illatura suspendit.

SVBDĪTĪTĬVS, a, um, Suppositicius. {ὑποβολιμαῖος, ὑπόβλητος. GALL. Sousmis,subrogé,supposé,mis en la place d'vn autre.ITA.Sottoposto. GERM. Vnderschoben/an eines andern statt gelegt. HISP. Enechado. ANGL.Put in the roome of another.} Vnde à Plaut.in Amph. Iupiter dictus est subdititius.Amphitruo subdititius—eccum exit foras cum Alcumena vxore vsuraria. Idem Ps.sc.4.a.2. Subdititium fieri illum militis seruum volo.Cic.7.Verr. Quòd eodem cæteros piratas contrudi imperarat,intellexit,si hunc subdititium archipiratam in eandem custodiam dedisset,fore,vt,&c.Suet.de claris Gramm. Non modò versus censoria quadam virgula notare, & qui libros falsò viderentur inscripti tanquam subdititios summouere familia, permiserint sibi. Iisdem verbis vsus Quintilian. Subdititios summouere familia.

Sūbdĭtīuŭs, adiectiuum, qui subditus est, & in alterius locum positus. {ὑποβολιμαῖος. GALL. Mis dessous, soubsmis, supposé. ITAL. Sottoposto, messo. GERM. An statt eines andern gelegt. HISP. Enechado puesto por otro. ANGL. That is put in an others place.} Plaut.in Amph. Namque de illo subditiuo Sosia mirum nimis est. Sueton.in Neron.c.7.Vt Subditiuum arguere apud patrem conatus est. (Ænobarbum sup.) Ibi tamen quidam viri docti legunt subdititium. ¶ Subdititius,fabula Cœcilij:Gell. initio cap.9.lib.15.

Sūbdĭū,Die:siue interdiu. {יוֹמָם jomâm. καθ' ἡμέραν. GALL. De iour,sur le iour.ITAL.Di giorno. GERM.Bey tag. HISP.De dia. ANGL. In tyme of day.} Plaut.in Most. Nam subdiu sol agit hîc perpetuum diem.

Sūbdo,is,Suppono, subiicio. {נָתַן nathán כָּבַשׁ chabásch הִכְנִיעַ hichniâh. ὑποτίθημι. GALL.Soubmettre, mettre sous,mettre par dessous. ITAL. Sottoporre, sotto mettere. GERM. Vnder etwas thun oder legen/vnderscheyden. HISP. Sojuzgar, someter. ANGL. To put vnder.} Cato de re rust. Ignem subdito:vbi bullabit vinum,ignem subducito. ¶ Pro deiicere,prosternere.Plaut.Curc.sc.3.a.2. Omnes subdam sub solum.(i.sternam vt sub humo iaceant. h. e. omnes pedibus proteram. ¶ Aliquando accipitur pro subiungere,siue adiicere,ἐπιλέγειν.Quintilianus,His dictis & alia subdidit. ¶ Interdum pro sufficere,siue substituere. Cic.3.Verr. Videat quid de illis respondeat, quos in eorum locum subditos domi suæ reseruauit. Idem pro domo sua, Quis in meum locum iudicem subdidit? ¶ Subdere equo calcaria, est ventrem equi calcaribus pungendo ad cursum incitare.Quanquam & per translationem accipitur pro quouis modo vrgere. Ouid.2.de Arte,

Quum mora non tuta est,totis incumbere remis
Vtile, & admisso subdere calcar equo.

Idem Eleg.1.lib.5.

Ingenio stimulos subdere fama solet.

Liu.lib.7.ab Vrb. Subdere Spiritus.(i.addere animos.)¶Subdere reum, Tacitus lib.1. ¶ Subdere ignem ac materiam seditioni,per translationem pro augere, & fouere seditionem, animósque iam satis incitatos vehementiùs inflammare,& oleum (quod dici solet) camino adiicere. Liu. lib.8.ab Vrbe condita, Ita irritatis militum animis subdere ignem ac materiam seditioni,non esse ætatis,non prudentiæ eius.

Sūbdĭtŭs, a, um, adiectiuum, Suppositus, subiectus. {נִכְבַּשׁ nichbásch נִכְנָע nicnáh. ὑποτεθειμένος. GALL.Mis dessous, supposé, soubmis.ITAL. Sotto posto,sotto messo. GERM.Vndergelegt/vndergeschoben. HISP.Sojuzgado,sometido. ANGL.Put vnder,subiect.} Cicer.2.de natur deor. Quæ efferuescant subditis ignibus. ¶ Subditum etiam partum dicimus suppositum,hoc est, sublatum ab ea muliere quæ peperit, & alteri appositum. ὑποβολιμαῖον. Item apud Iurisconsultos subditum testamentum dicitur, quum vero testamento occultato, aliud clàm fuit appositum. ¶ Subditus iudex,hoc est,in locum alterius suffectus. ¶ Accipitur interdum subditus,pro subiecto,eóque qui alterius paret imperio, ὑπήκοος,ὑποτεταγμένος. Tibull.lib.4.Proles Deûm interno Plutonis subdita regno.

Sūbdŏcĕo, es, Vicem præceptoris occupo, vel horis successiuis doceo, {ὑποδιδάσκω.GALL.Enseigner tellement quellement.ITAL. Alquanto insegnare ò ammaestrare. GERM. An eines statt lehren/oder/etlicher maßen lehren. HISP. Vn poco enseñar. ANGL. To theach in the maistres steade.} Cicer. Attico lib.8.Ciceronésque nostros non potius labore subdoceri, quàm me alium vis magistrum quærere.

SVBDŎLVS,a,um,Fraudulentus,astutus, dolosus. {עָקוֹב hakób. ἀπατηλός. GALL. Cauteleux, fin & malitieux. ITAL. Ingannatore, astuto. GERM. Trüglistig/tückisch/heimlich/betriegig. HISP. Engañador,ò engañoso à escondidas. ANGL. Somewhat deceit full and subtill.} Plaut. Aulul.sc.2.a.2. —Strobile subdole Huccine detrusisti me ad senem parcissimum?Idem Epid. —atque ei præmonstrabitur. Quo pacto fiat blæso subdola aduersùs senem.Ouid.1.de Arte,

Fac titubet blæso subdola lingua sono.

Mart.lib.5.

Sed tendis auidis rete subdolum turdis.

Plaut.Men.sc.2.a.3.Subdole ac minimi pretij.Idem Capt.sc.3.a.3.Nec mendaciis mejs subdolis mantellum est. Idem Milit.sc.4.a.2. Metuo vt sis satis subdola.P.Ne doceto malas vt sint malæ.

Sūbdŏ,Cautè, & fraudulenter. {ὑπούλως, ἀπατηλῶς. GALL. Cauteleusement, finement & malicieusement. ITAL. Cautelosamente. GERM. Trüglistigklich/ tückischer/ vnnd betrieglicher weiß. HISP. Engañosa y cautelosamente. ANGL.Subtily,with guile.} Plaut.in Trinum. Eos consectatur,subdolè blanditur,ab re consulit. Cicer. de clar.Orat. Nihil acutè inuenire potuit in eis causis quas scripsit:nihil(vt ita dicam)subdolè,nihil versutè, quod ille non viderit. Plaut.sc.1.a.1. Cistell. Nostro ordini palam blandiuntur: clam, si occasio vsquam est, frigidam subdolè suffundunt.

Subdomo, as, are. Plautus Asinar.sc.3.a.3. Sic istuc solent superbi subdomari.

Sūbdŭbĭto,as,are,nonnihil addubito. {ὑπαπορῶ.GALL.Se douter aucunement. ITAL.Dubitare vn poco.GERM.Etlicher massen zweifeln. HISP. Dudar vn poco.ANGL.To doubt somewhat.} Cic.Cælio lib.2.Hæc eò pluribus scripsi, quod nonnihil significabant tuæ literæ, te subdubitare qua esses erga illum voluntate. Idem Attic.lib.14. Iam enim dico meum; antea,crede mihi,subdubitabam.

SVBDVCO, is, Subtraho. {הֵסִיר hesír. ὑπεξάγω, ὑπεξαιρέω. GALL. Soustraire & retirer, mettre dessous. ITAL. Tirar sotto, menar sotto, condur' sotto. GERM. Vnden dannen ziehen. HISP. Sostraer. ANGL. To tak or drawe away,to bring vnder.} Cato, Ignem subdito: vbi bullabit vinum ignem

ignem subducito. Sunt enim contraria, Subdo, & Subduco. Iuuenal. *Satyr.1.*

Et nos ergo manum ferulæ subduximus.

Sueton.*in Tib.cap.22.* Subducere materiam tumultus.i.auferre.Senec. *epist.*48.Subducere supercilia.Ouid.13.*Metam.*

Ergo aut exilio vires subduxit Achiuis
Aut morte.

Seneca, Subducebat ei memoriam ebrietas. Idem *cap.vlt.de consol. ad Marc.* Hiatibus subducere vrbes,& inundationib.terras obducere.Velleius,Quos periculo subduxerat fortuna. ¶ Subduci,pro latere,Senec. *c.9.de consol.ad Polyb.* Si tibi ipse renuntiaueris,nihil horum quæ facis posse subduci. ¶Subducit aluum faba.Gell.*c.11.lib.4.* Item,Subducere statuam in locum editum.Idem *cap.5.eiusdem lib.* ¶ Interdum sursum duco,eleuo,extollo. {נשא *nasá.* ὑπάγω.} Virg.*Eclog.*

———*quà se subducere colles Incipiunt.*

Subducere naues, dicimus pro eo quod est in terram trahere, quòd terra altior mari sit. ⟗ Deducere, in mare è terra ducere. Virg. 1. *Æneid.*

Quassatam ventis liceat subducere classem.

Plaut.*in Casin.*Ibo intrò,vt subducam nauim rursum in puluinarium. ¶ Subducere rationem vel calculum, est computare, siue calculare. {חשב *chischáb.* λογίζεσθαι.} Cic. *Lentulo,* Rationibus subductis,summam feci cogitationum mearum. Plaut. *in Capt.sc.2.a.1.* Subducam ratiunculam, Quantillum argentum mihi apud trapezitam siet. Idem *Curc.sc.1.a.3.* Beatus videor, subduxi ratiunculam. Subducere summam,quod vulgus summare dicit.Cic.*ad Att.lib.*115.*ep.*0.Collaudaui homines,Rectè,inquit Scaptius,sed subducamus summam. Subducere, non adiecto nomine ratio. Idem *Attic. lib.5.ep.*110. Quid vos,quantum inquam debetis?Respondet,cvi. Refero ad Scaptium: homo clamare.Quid opus est,inquam?rationes conferatis.Adsidunt:subducunt: ad nummum conuenit. ¶ Subducere item est furtim subtrahere. {גנב *ghanáb* לקח *lakách.* ὑφαιρέω, κλέπτω.} Plaut. *in Curc.sc.3.a.2.* Propino magnum poculum, ille bibit, Caput ponit:quum dormiscit, ego ei subduco anulum.Virg.3.*Eclog.*

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

¶ Subducere se ex aliqua societate, vel de aliquo loco, est sensim & clanculum discedere,ita vt nullus videat:ὑποχωρέω. Cic.*ad Quint.Fr. lib.3.* De circulo se subduxit.Ter. *Eunuch.* Vbi primùm poterit,se illinc subducet,scio.*Ibid.* Et cum eo clàm subduxit te mihi,Plaut. *Asin. sc.2.a.5.* Tempus est hinc me subducere.Senec. *c.15.de tranquill.* Subducere se,& in morte ad vitam respectare. Item,Subducere alimenta. (i.deducere.)Suet.*in Tib.c.14.* Salustius,Præterea ex gregariis militibus quenque armatum in prima acie subducit,id est, extrahit, & alibi locat.¶Subducere aliquem dictis,circunuenire.Terent.*in Andr.*Etiam nunc me subducere istis dictis postulas?

Subductus,a,um,Senec.*c.11.de tranq.*Non subducta ceruice recipere ferrum. Idem *c.4.de consol.ad Helu.* Subducto (morte)altero adminiculo (nempe Druso)titubabat Augustus.

Sŭbdŭctārĭus,adiectiuum.ὑπαγωγικός,ἀναβιβαστικός.vt,Funis subductarius, quo aliquid leuatur. {GALL. *Vne corde à poulie,à tirer quelque chose en haut.*ITAL. *Fune da leuare qualche peso.* GERM.Ein zugseil mit dem man etwas auffzeucht. HISP.*Cuerda para leuantar hazia arriba.*ANGL.*A corde to drawe vp any thing.*} Cato *de re rust.c.12.* Funes loreos quinque, subductarios quinque,medipontos quinque.

Sŭbdŭctĭo,nis,verbale, Ratio & quod vulgus *Computum* vocat. {חשבון *cheschón.*λογισμός. GALL.*Subduction,compte & calcul en reduisant & rabatant.*ITAL.*Sottratione,ragione,computo.* GERM. Ein abrechnung.HISP. *Obra de sacar vno de otro.* ANGL. *A compt, reckening.*} Cicer. *de Orat.* Quo prospecto statim occurrit naturali quadam prudentia, non his subductionibus,quas isti docent,quid faciat causam. ¶Subductio,Ipse extollendi siue leuandi actus. Cæsar 5. *bell. Gall.* Ad celeritatem onerandi subductiones paulò facit humiliores,quàm quibus in nostro mari vti consueuimus.

Sŭbdulcĭs,e,nonnihil habens dulcedinis. {ὑπόγλυκυς. GALL.*Douceastre.* ITAL. *Alquanto dolce.* GERM.Süßlecht/ein wenig süß.HISP.*Vn poco dulce.*ANGL. *Somewhat sweet.*} Plin. *lib.26.c.8.* Radix subdulcis,in petris nascens,aut sub arboribus vetustis.

Sŭbĕdo, is, ere. {ὑποτρώγω. GALL. *Manger par dessous.* ITAL. *Mangiare sotto.* GERM. Underfressen. HISP. *Comer de baxo.* ANGL.*To eat vnder.*} Ouid.*lib.11.Metam.*

Dixit,& è scopulo,quem rauca subederat vnda
Decidit in pontum.

SVBĔO,is,iui,vel ij,itum,Ingredior,subtus eo. {בא *ba.* ὑποδύομαι. GALL. *Entrer, aller dessous ou dedans, se mettre dessous.* ITAL. *Andar sotto, sotto entrare.* GERM.Underhingehn/eingehn. HISP.*Subir de baxo arriba.*ANGL. *To go in or vnder.*} Cæsar *Com.1.* Qui intra annos quatuordecim tectum non subiissent.Ouid.*Eleg.3.lib.4.Trist.*

Et Maris occiduas non subeatis aquas.

Liuius *lib.9.* Subire ad vallum:Subire ad murum. ¶ Passiuum protulit Iuuenalis *Satyr.16.*

Nam si subeantur prospera castra.

Et Cic.7.*Ver.*Inimicitiæ sunt?subeantur:labores?suscipiantur. ¶Subire item aliquando est suscipere,aut pati:vt, Subeo periculum,Subeo crucem, mortem. Idem *lib.3.Offic.* Qui retinendi officij causa cruciatus subierit vltrò.Item succrescere. ὑποφύομαι.Virg.1.*Georg.*

Ne subeant herbæ,neu puluere victa fatiscat.

Ouid.5.*Fast.*

———*Multa subiere nocentes.*

Quintil.Subire censuram maledicendi. ¶Interdum inuadere,corripere,in mentem venire, idque tam cum datiuo, quàm cum accusatiuo. ὑπεισιέναι, εἰσιέναι, ἐπιέναι. Dicimus enim, Subiit mihi cura, & subiit me pœnitentia. Ouid.*Eleg.6.lib.1.Trist.* Subeat tibi dicere. (i.veniat tibi in mentem.) De datiuo nusquam non occurrunt exempla. Accusatiuo autem iunxit Virg.12.*Æneid.*

Et mentem patriæ subijt pietatis imago.

Item Curtius *lib.3.*Sera pœnitentia subiit regem.¶Item,subdere,supponere.Virg.*Æneid.*10.

Æneas subijt mucronem, ipsúmque morando
Sustinuit.

Liu. *lib.7.d.4.* Subit animos memoria, &c. Humeris subire aliquem, Ferre aliquem humeris.Virg.4.*Æneid.*

Quem subiisse humeris confectum ætate parentem,&c.

Sueton.*in Aug.c.10.*Subire humeris Aquilam. ¶Subire onus dorso,est suscipere,siue ferre. Horat.*lib.1.Serm.Sat.9.* Demitto auriculas vt iniquæ mentis asellus,Quum quauis dorso subiit onus. ¶ Accipitur item subire pro subleuari,& in altum extolli.Plin.Sed hi rationem afferunt, quòd leuissima sit imbrium cisternarum aqua, vt quæ subire potuerit, & pendere in aëre.Idem,Nec leuitatis in pluuia aqua argumentum est subiisse eam in cælum quum etiam lapides subiisse appareat. ¶ Item pro succedere. Varro,In quarum locum subierunt inquilinæ,impietas, perfidia,impudicitia.Ouid.4.*Fast.*

———*Subit Alba Latinum.*

¶ Item respondere,seu resistere. Cicer. *de diuin.* Poterísne orationem eius subire? ¶ Item scandere. Plin.*lib.4.cap.11.* Hæmi excelsitas sex millia passuum subitur. ¶Subire iudicem,est iudici quodammodo obrepere,& latenter eum inducere vt pro nobis sentiat. Quint. *lib.4.c.5.* Fallendus est iudex, & variis actibus subeundus, vt aliud agi, quàm quod nos petimus,putet. ¶Subire ad hostes,i.versùs hostes ascendere. Liu.2. *ab Vrbe,* Cum Æquis pòst aliquantò pugnatum est, inuito quidem Consule, quia loco iniquo subeundum erat ad hostes. ¶ Subire aleam est periclitari,& obiectare sese fortunæ dubiæ. παρακινδυνεύειν. Tractum ab aleatoribus qui in foro aleatorio variè agitantur, & repentè victores, repentè victi dubio euentu examinantur. Liu. Dubiam seruitij,imperiíque aleam subimus.

Sŭbĭtŭs,a, um, Repentinus. {מהיר *mahír.* αἰφνίδιος. GALL. *Subit, soudain.*ITAL.*Subito,repentino.* GERM. Schnäll/vrplötzlich. HISP.*Cosa subita y de improuiso.* ANGL.*Hastie,sudden.*} Plaut. *Curc.sc.3.a.2.* Ita subita res(est sup.) Idem *Aul.sc.5.a.1.* Non potest(fieri sup.) Subitum est nimis.Cic.*Planco lib.10.* Néve in rebus tam subitis,támque angustis,à senatu consilium petendum putes. Plaut. *Pers.* Si tibi subiti nihil est, tantundem est mihi. Cic. *Memmio lib.13.* Nam propter opera iniusta multa multorum,subitum est ei remigrare.¶Pro subitò.Sueton.*in Tib. cap.33.* Si quem reorum elabi gratia rumor esset, subitus aderat, &c. Virg.11.*Æneid.*

Sterneret vt subita turbatam morte Camillam.

Ouid.6.*Metam.*

———*subitúsque inuita notauit*
Ora rubor.

Virg.1.*Æneid.*

Quum subito assurgens fluctu nimbosus Orion.

¶ De subito, ἐξαίφνης. Cels.*lib.5.cap.28.* Et quod de subito durius non est,melius esto.

Sŭbĭtō, aduerbium, Repentè, confestim, ex tempore. {פתע *pétháh* בפתאם *pitheóm.*ἐξαίφνης,ἐξαπιναίως.GALL.*Soudainement,soudain.*ITAL. *Subitamente.* GERM. Vrplötzlich/ gälingen. HISP. *Subitamente ò adessora.* ANGL.*Hastelie,suddenlie.*} Cicer. *pro Fonteio,* Quum tot bella aut à nobis necessariò suscipiantur, aut subitò, atque improuisò nascantur.Virg.

Dixit,& ex oculis subitò,ceu fumus in auras
Commistus tenues fugit diuersa.

Plaut.*Amph.*Quòd tam subitò domo abeas.Idem *Most.sc.2.a.2.*Quam subitò rem mihi apportas nouam. Plaut. *Pseud.sc.1.a.1.* Subitò scies. Quàm subitò mihi argento inuento vsus sit.

Sŭbĭtānĕus,a,um,Subitus. {αἰφνίδιος. GALL.*Subit,soudain.* ITAL.*Subito, repentino.* GERM. Schnell/vnd vnuersehen. HISP. *Subito y de improuiso.* ANGL.*Hastie,sudden.*} Col.*lib.1.c.6.*Hinc autem nubilarium applicari debet, maximéque in Italia, propter inconstantiam cæli,quo collata semitrita frumenta protegantur,si subitaneus imber incesserit.

Sŭbĭtārĭŭs,a,um, Repentinus:licèt quandoque pro extemporali sumatur. {מהיר *mahír.* ἐξαπιναῖος. GALL. *Soudain à l'improuiste.* ITAL.*Subito, repentino.* GERM.Schnell/vnuersehen. HISP.*Subito y de improuiso.* ANGL. *Sudden.*} Celsus, Quid sibi vellet subitaria dictio. Plaut. *Milite, sc.2.a.2.*Hanc age rem,res subitaria est. ¶Subitarij milites,pro repentino auxilio. Liu.*lib.3.ab Vrbe,* Ad eum explendum Latini,Hernicique & colonia Antium dare Quintio subitarios milites (ita tum repentina auxilia appellabant) iussi. Idem Liu. *ibidem,* Subitarium exercitum scribere.

SVBĔR, eris, generis neutri, Arbuscula est glandifera, corticem habens præcrassum, cui inniti solent qui natare discunt. {φελλός. GALL. *Du liege.*ITAL.*Subero,souero,sughero.*GERM.Pantoffelholtz. HISP.*El alcornoque arbol suro.* ANGL.*Corke.*} Plin.*lib.16.cap.8.* Suberi minima arbor, glans pessima, rara, cortex tantùm in fructu præcrassus ac renascens, atque etiam in denos pedes vndique explanatus. Col. *lib.4.c.26.* Nam est præcipua cuneis fissa olea,quercus & suber,& siqua sunt similia robora. Persius *Satyr.1.*

Vt ramale vetus vegrandi subere coctum.

¶ Sunt qui hoc nomen etiam masculino, & fœminino efferri putant. De fœminino nullum proferunt testimonium: præsertim quum in Columella loco paulò antè citato genus perspici non possit. De masculino proferunt exemplum ex Plin.*lib.16.cap.25.* vbi sic legunt,Tardissimus suber. Sed perperam: quum vera Plinij lectio sic habeat, Serotino autem germine malus, tardissimo suber, subaudi ex superioribus,Germinat.

Sŭbĕrĕŭs,adiectiuum à subere, apud Columellam. {ὁ φέλλινος. GALL. *De liege.* ITAL. *Di souero.* GERM. Pantoffelhöltzin. HISP. *De alcornoque.* ANGL.*Or corke.*}

Suberies,idem quod suber.Isid.

Sŭbĕrro,as,are, Sub re aliqua erro. {ὑποπλανάομαι. GALL. *Errer dessous.* ITAL. *Erarre sotto.* GERM. Vnden an etwas irrgehn/oder lauffen. HISP. *Errar de baxo.*ANGL.*To erre vnder or a litle.*} Vt,Suberrare montibus, hoc est,errare sub montibus.Claud.5.*Paneg.*

Indigetes fluuios Italis quicunque suberrant
Montibus,Alpinásque bibunt de more pruinas.

[Subeth, Arab. Sopor, κάρος, ἔκστασις.]

Subex,

Subex, vide *Subices*.

SVBFERVÉFIO, subferuefis, subferuefieri. {GALL. *Deuenir vn peu boüillant.* ITAL. *Alquanto diuentar bogliente.* GERM. Ein wenig siedig werden. HISP. *Ser vn poco heruiente.* ANGL. *To waxe somewhat scalding hoat.*} Plin. *lib.* 27. *c.* 9. Affirmat, lapillos qui subferuefiunt, vnà rumpi.

Sūbfĕruēfăctŭs, partic. à subferuefacio. Paulùm feruefactus. {ὑπόθερμος. GALL. *Vn peu boüillant & eschauffé.* ITAL. *Alquanto bogliente.* GERM. Ein wenig siedig gemacht. HISP. *Vn poco heruiente.* ANGL. *Made somewhat scalding hoate.*} Plin. *lib.* 29. *c.* 9. Contra scabiem verò quouis admisto iumentorum seuo pro parte tertia, & pice pariter subferuefactis.

Sūbfĭbulum, siue Suffibulum, Vestimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestales virgines sacrificantes habebant: idque fibula comprehendebatur. Autor Festus.

Sūbfrīgĭdus, adiect. Nonnihil frigidus. {ὑπόψυχρος. GALL. *Vn peu froid.* ITAL. *Alquanto freddo.* GERM. Kaltächt. HISP. *Vn poco frio.* ANGL. *Somewhat cold.*}

Sūbfrīgĭdē, aduerbium. {ὑποψύχρως. GALL. *Vn peu froidement.* ITAL. *Alquanto freddamente.* GERM. Kaltächtig. HISP. *Vn poco friamente.* ANGL. *Somewhat coldlie.*} Gell. *lib.* 2. *c.* 9. Nimis minutè ac propè etiam subfrigidè.

‖Subgannare, deridere. Salmas.‖

Sūbgrăndĭs, e, adiect. Grandiusculus, hoc est, aliquantulum grandis. {ὑπομήκης. GALL. *Grandelet, vn peu grand.* ITAL. *Alquanto grande.* GERM. Zimlich groß/großlächt. HISP. *Vn poco grande.* ANGL. *Somewhat great.*} Cic. *ad Atticum lib.* 3. Subgrande cubiculum autem & hybernum altum, valdè probaui.

Sūbgrăuĭs, Aliquantulum grauis. {ὑπόβαρυς. GALL. *Vn peu grief & fascheux.* ITAL. *Alquanto graue.* GERM. Zimlich scharpff oder starck. HISP. *Vn poco graue.* ANGL. *Somewhat weightie.*} Plin. *lib.* 27. *c.* 9. Radice tenui, nigra, subgrauis odore.

Sūbgrŭndă, æ, siue Suggrunda, pars tecti prominens, qua stillicidia à parietibus arcentur (inquit Budæus) qualia ferè sunt Lugdunensium tecta quæ à Græcis γεῖσοι καὶ γεῖσα dicuntur. {GALL. *Le bas de la couuerture d'vne maison, qui passe outre pour ietter la pluye long du mur, la seueronde.* ITAL. *Gronda caualletto.* GERM. Ein vortächlin das den rägen von den mauren abtregt. HISP. *El ala de tejado que buela.* ANGL. *The eaues an house that defendeth the walles frome rayne.*} Varr. 3. *de re rust. c.* 3. Apes enim subter subgrundas ab initio villatico vsæ tecto.

Sūbgrŭndātĭo, nis, verbale, Huiusmodi prominentium partium constructio. γεισοποδισμα. Vitruuius *lib.* 7. *cap.* 2. Sub tectis (inquit) si maiora spatia sunt, columen in summo fastigio culminis (vnde & columnæ dicuntur) & transtra, & capreoli: si commoda columen & canterij prominentes ad extremam suggrundationem.

Sūbgrŭndĭă, orum, subgrundæ, γεῖσοι καὶ γεῖσα. Plin. *lib.* 25. *c.* 13. Alij stergethron vocant, quod amatoriis conueniat: alij hypogeson, quoniam in subgrundiis ferè nascitur.

Sūbhāstārĕ, est sub hastam mittere, hoc est, per auctionem vendere. {λαφυροπωλεῖν. GALL. *Vendre à l'encant.* ITAL. *Vendere all' incanto.* GERM. Verganten/an der gant verkauffen. HISP. *Vender como en almoneda à quien da mas.* ANGL. *To sel publicklie.*} Solebat enim hasta figi in publicis auctionibus, in quibus aliquid veluti belli iure vendebatur.

Sūbhŏrrĭdŭs, Aliquantulum horridus. {ὑπόφρικος, ὑποαυχμηρός. GALL. *Aucunement hideux, quelque peu horrible & effrayant.* ITAL. *Alquanto sozzo.* GERM. Etlicher massen rauch vnd scheützlich. HISP. *Vn poco espantable ò espeluzado.* ANGL. *Somewhat hidduous andfier full.*} Cic. *pro Sest.* Quia eum tristem semper, quia taciturnum, quia subhorridum atque incultum videbant.

Subhumidus, nonnihil humidus. Cels. *lib.* 3. *cap.* 6. Si oculi graues, & aut persicci, aut subhumidi.

SVBIĂCĔO, es, subiacui, Sub re aliqua iaceo. {ὑπόκειμαι. GALL. *Estre couché & gesir dessous, estre estendu dessous.* ITAL. *Sottogiacere, sottoporsi.* GERM. Vnden an etwas ligen. HISP. *Yazer ò estar de baxo.* ANGL. *To lye vnder.*} Plin. *Epist.* 101. *lib.* 5. Sed hi procul à mari recesserunt: quinetiam Apennino saluberrimo montium, subiacent. Col. *lib.* 10. Et mater facili mollissima subiacet aruo. Subiacentes quæstiones. Quintil.

Sŭbĭāctō, as, In altum iacto, vt quum in areis frumenta vanno à paleis secernuntur. {ἀναῤῥιπίζω. GALL. *Ietter souuent & mettre dessous.* ITAL. *Trarre in su, palare.* GERM. Vil vnd offt ob sich werffen. HISP. *Echar en alto.* ANGL. *To cast vp and put beneth.*} Varr. *lib.* 1. *de re rust. cap.* 51. His tritis oportet è terra subiactari vallis aut ventilabris, quum ventus spirat lenis. Ita fit, vt quod leuissimum est in ea, atque appellatur acus, euannetur foras extra aream: ac frumentum, quod est ponderosum, purum veniat ad corbem.

Subicio, subiicio: ‖vt abicio, deicio, reicio.‖

Subĭcŭlum, vide *Subijcio.*

Subidus, vide *Insubidus.*

SVBĬGO, is, Cogo, impello. {אץ ats פצר patsár. βιάζομαι. GALL. *Contraindre.* ITAL. *Costringere.* GERM. Zwingen. HISP. *Souar, constreñir.* ANGL. *To compell or constrayne.*} Salustius, Ambitio multos mortales falsos fieri subegit. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 4. Nec me vnquam subiges redditum vt reddam tibi. (i. coges.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Necessitas me subigit vt te rogitem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Nemo me minoris numo potest vt surgam subigere. (i. cogere.) ¶ Quandoque subigere, est subiicere, domare. {כבש chabásch הכניע hicbniáh. καταδουλόω, καταστρέφομαι, χειρόω. GALL. *Subiuguer.* ITAL. *Sottomettere.* GERM. Vnderwerffen/vnder sich bringen. HISP. *Sojuzgar.* ANGL. *To subiect, to dantone.*} Salust. Postea verò quàm in Asia Cyrus, in Græcia Lacedæmonij & Athenienses cœpere vrbes atque nationes subigere. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Eos (populos) subegit solus intra viginti dies. Suet. *in Cæs. c.* 49. Gallias Cæsar subegit. ¶ Quandoque acuere. Virg. *lib.* 7.

Pars leues clypeos & spicula lucida tergunt
Aruina pingui, subigúntque in cote secures.

¶ Quandoque agito, commisceo. {לוש lasch. ἀναμιγνύω, ἀναφύρω.} Cato, Farinam in mortarium indito: aquam paulatim addito, subigitóque pulchrè. ¶ Quandoque bene aro, bene colo. {חרש charásch. καταγεωργέω.} Virg. 1. *Georg.*

Iouem nulli subigebant arua coloni.

Colum. *lib.* 2. Sequitur vt tempora quoque subigendi arui præcipitamus. ¶ Cicero per translationem *lib.* 2. *de Orat.* pro exercere posuit. Subacto mihi ingenio opus est, vt agro non semel arato, sed nouato, & iterato, id est, exercito: sumpta translatione ab agris. ¶ Quandoque pro suffodere. Virg. 2. *Georg.*

———*tamen hac quoque si quis*
Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis.

¶ Quandoque pro subagitare ὀχεύειν. Cic. *Peto*, Gallam subigito Suet. *in Cæs. c.* 49. Nicomedes non triumphat, qui subegit Cæsarem. (obscœnè.) ¶ Subigi digeríque esculenta (in ventriculo, sup.) Gell. *c.* 11. *lib.* 17. ¶ Quandoque sursum agere. ὑπάγειν. Sed tunc à sus, quod significat sursum, componitur. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Non aliter quàm qui aduerso vix flumine lembum
Remigiis subigit.

¶ A subigo fit aliud compositum, Prosubigo: de quo suprà.

Sŭbāctŭs, a, um, part. Cultus, bene aratus. {נעבד nebbah. ἐξειργασμένος. GALL. *Labouré.* ITAL. *Lauorato.* GERM. Gebawen/vmbgeert. HISP. *Labrado.* ANGL. *wool laboured and manured.*} Cic. *in Catone*, Terra gremio mollito & subacto semen sparsum excipit. Et *paulò pòst*, Humus subacta atque dura. ¶ Ingenium subactum per translationem pro exercitato atque exculto. Idem *de Orat.* Subacto mihi ingenio opus est, vt agro non semel arato, sed nouato, & iterato. Aliquando idem quod victus & domitus. {נכבש niebbásch נכנע niebnáh. κατεστραμμένος. GALL. *Assuietti, contraint, domté.* ITAL. *Sottomesso, domato.* GERM. Vnder sich gebracht/vnderthenig gemacht. HISP. *Sojuzgado.* ANGL. *Ouercome, subdued.*} Cicer. *pro Fonteio*, Galli ab Imperatoribus nostris subacti, & bello domiti. Lucan. *lib.* 21. gentésque subactas Vix impunè feres. ¶ Interdum idem quod coactus βιβιασμένος. Tacit. *lib.* 5. *Annal.* Multitudine periclitantium subactus. Idem *lib.* 15. Donec vi amoris subactus. Plaut. *Amphitr. sc. vltima, act. vlt.* Mea vi subacta est facere. (id est, coacta est, quasi dicat, compressa est à me.) ¶ Subactus dicitur mollis, μαλθακός. Cælius Aurelian. *Chronicôn lib.* 4. *cap. vlt.* Molles, siue subactos Græci μαλθακοὺς vocauerunt, quos quidem esse nullus facilè virorum credit. Non enim hoc humanos ex natura venit in mores, sed pulso pudore, libido etiam indebitas partes obscœnis vsibus subiugauit.

Sŭbāctĭo, verbale, Cultura, exercitatio. {אנס ónes משמע mischmáh. ἡ κατεργασία, χείρωσις. GALL. *Contrainte, assuiettissement, exercice.* ITAL. *Esso sottometter ò constringere exercitio.* GERM. Vnderbringung mit übung. HISP. *Sojuzgamiento, exercicio.* ANGL. *Subduyng, constrayning.*} Cic. *de Orat.* Subactio autem est vsus, auditio, lectio literæ.

Subactor, is, Prædico, cuius fœmininum apud Plautum est subigatrix, id est, τρίβας, frictrix. Lamprid. *in Commodo*, Romam vt rediit subactore suo Antero post se in curru locato, ita triumphauit, vt eum sæpè ceruice inflexa publicè oscularetur.

Sŭbāctus, us, Subactio. {אנס ónes משמע mischmáh. κατεργασία.} Plin. *lib.* 18. *c.* 7. Quod in subactu congium aquæ capiat.

Subidus, a, um, turpis. Gell.

Subigatrix, vide τριβὰς in Constantini Lexico.

SVBĬĬCIO, icis, subieci, subiectum, Suppono. {ὑποβάλλω. GALL. *Mettre dessous, soumettre, assuiettir.* ITAL. *Sottoporre, sottomettère, sottogiugnere.* GERM. Vnderwerffen. HISP. *Someter.* ANGL. *To put vnder, to subiect, or subdue.*} Virg. 4. *Georg.*

———*& ramea costis*
Subijciunt fragmenta.

Velleius, Subiicere ignem penatibus suis. Liuius *lib.* 10. *d.* 4. Subiicit hoc natura. ¶ Aliquando ponitur pro subigo, subiugo. {כבש chabásch הכניע hicbniáh. καταδουλόομαι.} Cic. Tot sibi populis repentè subiectis. Tibull. *lib.* 4.

Libera Romana subiecit colla catena.

¶ Subiicere, pro subdere, siue addere. Cicer. 7. *Verr.* At quæ causa cùm subiiciebatur ab ipso, Iudices, huius tam nefariæ crudelitatis? ¶ Aliquando sursum iacio. Virg. 12. *Æneid.*

——— *& corpora saltu*
Subijciunt in equos.

¶ Subiicere calumniæ, per translationem. Liu. *lib.* 8. *bell. Mac.* Sed si ego in ea ciuitate, quæ ideo omnibus rebus incipiendis gerendísque deos adhibet: quia nullius calumniæ subiicit ea quæ dij comprobauerunt. ¶ Subiicere est interdum falsum ac adulterinum quippiam veri ac germani loco supponere. Græcis ὑποβάλλειν. Cic. *in Orat.* Mutata, in quibus pro verbo proprio subiicitur aliquid, quod idem significat. Idem *in Ant.* Subiicere testamenta, id est, falsa pro veris supponere, & ita hæreditates inuadere. Hinc testamentorum subiectores, qui & testamentarij dicuntur, qui quasi artem quandam factitant falsa testamenta pro veris supponendi. Suet. *in Neron. c.* 35. Vt Anicetum pædagogum suum iudicem subiecerit, qui dolo stupratam à se fateretur. ¶ Subiicere pro clam monere, Quint. Senecæ. Vnde sequentem dictionem. ¶ Item subiicere est in altum erigere Virg. *in Bucolicis*,

Quantum verè nouo viridis se subijcit alnus.

¶ Subiicere pro loco alterius ponere. Liu. 9. *bell. Pun.* Relictísque quos non idoneos credebat, in locum eorum subiecit quos secum ex Italia adduxerat: suppleuítque legiones eas. ¶ Subiicere pro Respondere. Virg. 3. *Æneid.*

Hector vbi est? dixit: lacrymásque effudit, & omnem
Impleuit clamore locum vix pauca furenti
Subijcio, & raris turbatus vocibus hisco.

‖Subiectum, quod subiicitur, seu cui aliquid adiungitur; quod subiicitur attributo, seu prædicato, tanquam fundamentum. vtrunque & Græcis ὑποκείμενον. Ideo aliud inhæsionis, aliud prædicationis subiectum dicetur.‖

Sŭbiēctŭs, a, um, Subditus, & alterius imperio parens. {נכבש niebbásch נכנע niebnáh. ὑποκείμενος, ὑπήκοος. GALL. *Suiet, submis, assuietti, mis dessous.* ITAL. *Soggetto, sottoposto.* GERM. Vnderworffen/vnderthon. HISP. *Sojuzgado, sugeto.* ANGL. *Subdued, put vnder.*} Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

Parcere subiectis, & debellare superbos.

¶ Subiectum nomen à monitore. Seneca, Cùm subiectum nomen à (monitore sup.) excidisset. ¶ Idem, Subiectus petitor, (i. suppositus, subornatus.)

natus.) ¶ Aliquando idem est quod expositus, siue obnoxius. Cicer. 5. *Tusc.* Sin autem virtus subiecta sub varios incertósque casus, famula fortunæ est: nec tantarum virium est, vt seipsa tueatur. Idem 2. *de nat. deor.* Nulli naturæ est obediens, aut subiectus Deus. Idem, Omnes res subiectæ sunt naturæ sentienti. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 6.

Per totum hoc tempus subiectior in diem & horam
Inuidiæ.

Subiecta, vel Sūbiēctĭo, nis, verbale, est repræsentatio, viua alicuius rei descriptio. {ὑποτύπωσις. GALL. *Suiection, obeissance, supposition.* ITAL. *Soggettione.* GERM. Fürstellung/vnder augen stellung. HISP. *Sugeçion.* ANG. *A puting vnder, a setting out to sight.*} Cic. 3. *de Orat.* Rerúmque, quasi gerantur sub aspectum penè subiectio, quæ & in exponenda re plurimum valet, & ad illustrandum id quod ponitur. ¶ Interdum accipitur pro suppositione rei adulterinæ pro vera: ὑποβολή. Liu. 9. *belli Maced.* Qui falsis testimoniis, signis adulterinis, subiectione testamentorum, fraudibus aliis contaminati, eos capitali pœna afficiebant.

Sūbiēctissĭmē, aduerbium. Cæsar *bell. ciuil. lib.* 1. Hæc quàm potest demississimè atque subiectissimè exponit.

Sūbiēctŭs, us, verbale. {ὑποβολή, ὑποθήκη. GALL. *Supposition, assiette par dessous.* ITAL. *Soggettione, esso sottoponere.* GERM. Vnderlegung. HISP. *Obra de someter.* ANGL. *Aputting vnder.*} Plin. *lib.* 26. *cap.* 15. Vuluas quoque procidentes inhibet fotu, vel suffitu, vel subiectu.

Subiectiuus, a, um, quod subiicitur. Apul.

‖Subiectiuum, subiectum. Tertull.‖

Sūbiēctŏr, is, qui falsa pro veris subiicit, falsarius. {ὁ ὑποβολεύς. GALL. *Supposeur, qui au lieu d'vn suppose l'autre.* ITAL. *Sottopone.* GERM. Vnderscheiber/der etwas heimlich an eines andern statt legt. HISP. *El que supone vno por otro.* ANGL. *That supposeth or putteth one thing in stead of an other.*} Cicer. 2. *in Catil.* Quis tota Italia veneficus? quis gladiator? quis latro? quis sicarius? quis parricida? quis testamentorum subiector? quis circunscriptor? &c. Dicimus etiam testamenta subiicere. Vide *Subiicio.*

Sūbĭcēs, dicuntur subiecti. ὑποκείμενοι. Ennius *in Achilla*, referente Festo, Ergo deûm sublime subiices, humidus, Vnde oritur imber sonitu sæuo & strepitu. Vide Gell. *lib.* 5. *cap.* 7.

Sūbiēctŏ, as, In altum eiaculor. {ἀναρρίπτω. GALL. *Ietter en haut, lancer en haut.* ITAL. *Lanciare in altò.* GERM. Dick vber sich werffen. HISP. *Lançar en alto.* ANGL. *To cast vp aloft.*} Virg. 3. *Æneid.*

Nigrámque altè subiectat arenam.

¶ Aliquando idem valet quod identidem subiicio: vnde subiectare manum dicuntur, qui sub ventrem manum mittunt ad partes pudendas, vt solent pastores, qui sub equulorum ventrem manum solent subiicere, ne postea adulti ad tactus huiusmodi expauescant. ¶ Subiectare stimulos lassos, pro Stimulis vrgere. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 7.

Sūbiĭcĭto, as, are, aliud frequentatiuum. ὑπορριπτάζω. Plaut. *in Casina*, Nunc tu si venis subiicitare me, proba est occasio, Peristi hercle, age, accede huc.

Sūbĭcŭlum, i, qui semper flagris subiicitur. μαστιγίας. Plaut. *in Pers.* Vir summe populi stabulum seruitritium, Scortorum liberator, subiculum flagri: Compedum contritor, pistrinorum ciuitas.

Sūbīmpētrāndŭs, Participium à verbo subimpetro. Tacit. *lib.* 4. Nam priores duces subimpetrando triumphalium insigni sufficere res suas crediderant.

Sūbīmpŭdēns, adiectiuum, Nonnihil impudens. {ὑπαναίσχυντος. GALL. *Vn peu impudent, aucunement eshonté.* ITAL. *Alquanto impudente.* GERM. Etlicher massen vnuerschampt. HISP. *Vn poco desuergonçado.* ANGL. *Somewhat vnshamefull.*} Cic. *ad Treb. lib.* 7. Interdum timidus in labore militari, sæpè autem etiam (quod à te alienissimum est) subimpudens videbare.

Sūbĭnānĭs, e, Nonnihil vacui habens, aut inanitatis. {ὑπόκενος. GALL. *Aucunement vain.* ITAL. *Quasi voto.* GERM. Zum theyl lär/oder nichtsollend. HISP. *Vn poco vazio.* ANGL. *Somewhat emptie or voyde.*} Cicer. *ad Attic. lib.* 2. Quin etiam quod est subinane in nobis, & non ἀφιλόδοξον. (bellum est enim sua vitia nosse) is afficitur quadam delectatione.

Sūbindē, ‖frequenter, sæpius, ingeminanter.‖ {פתע petháh פתאם pitheóm מהרה meheráh. εἶτα. GALL. *Incontinent apres, ou souuentesfois.* ITAL. *Subito, immantemente.* GERM. Eins wegs darauff. HISP. *Subitamente, luego.* ANGL. *Incontinent after, oftentymes.*} Horat. 1. *Epist.* 8. Si dicet rectè: primùm gaudere, subinde Præceptum auriculis hoc instillare memento. Liu. 7. *ab Vrbe*, Vno alteróque subinde ictu ventrem, atque inguina hausit. Sueton. *in August. cap.* 95. Ac subinde Iuliæ Cæsaris filiæ momentum fulmine ictum est. ¶ Interdum significat frequenter, siue (vt propriè dicam) identidem, hoc est, crebrò: cum exiguo quodam interuallo. ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. Suet. *in Tib. c.* 57. Læua natura ne in puteo quidem latuit, quam Theodorus Gadareus & prospexisse primus sagaciter, & æstimasse aptissimè visus est: subinde in obiurgando appellans eum lutum sanguine maceratum. ¶ Dicitur & subin, sicut proin & dein.

Sūbĭngĕrĕrĕ arietem (inquit Festus) Antistius esse ait dare arietem, qui pro se agatur, cædatúrve.

Subinfluo. Senec. 3. *nat. quæst.* Quum aliæ aquæ subinfluunt terras, aliæ circumfluunt. pro influunt sub terras.

Sūbīnsŭlsŭs, adiectiuum, Aliquantulum insulsus. {ὑπαπειρόκαλος. GALL. *Vn peu mal sade, qui n'a pas grand grace.* ITAL. *Alquanto goffo.* GERM. Ein wenig tölpisch vnd vnlieblich. HISP. *Vn poco soso y desgraciado.* ANGL. *Half vnsauorie, or without discretion.*} Cic. *de Orat.* Est enim vitiosum in sententia, si quid absurdum, aut alienum, aut non acutum, aut subinsulsum est.

SVBĪNVĪDĔO, es, idi, isum, Aliquantulum inuideo. {ὑποφθονέω. GALL. *Auoir quelque enuie.* ITAL. *Hauere alquanto inuidia.* GERM. Minder vnd mehr vergönnen. HISP. *Auer vn poco enuidia.* ANGL. *To enuie somewhat.*} Cic. *Treb. lib.* 7. *Epist.* Subinuideo tibi vltro te etiam accersitum ab eo, &c.

Sūbĭnuĭsŭs, adiectiuum, Aliquantulum inuisus. {ὁ σμικρὸν πεφθονημένος. GALL. *Vn peu odieux, qu'on ne volt pas fort volontiers, quelque peu hay.* ITAL. *Vn poco odiato.* HISP. *Vn poco aborrecido y embidiado.* ANGL. *Somewhat enuied and hated.*} Cic. *pro Rabirio posthumo*, Ille Puteolanus sermo illius temporis, vectorum cursus atque ostentatio, tum subinuisum apud maleuolos. Posthumi nomen.

Sūbĭnuīto, as, Aliquantulum inuito & prouoco. {ὑποκαλέω, ὑπεξεγείρω. GALL. *Inuiter aucunement, prouoquer vn peu.* ITAL. *Prouocare alquanto, vn poco inuitare.* GERM. Etlicher massen reitzen/oder laden. HISP. *Vn poco procurar y combidar.* ANGL. *To call and prouok à litle.*} Cicer. *ad Marium lib.* 7. *Epist.* Hæc ad te pluribus verbis scripsi quàm soleo, non otij abundantia, sed amoris erga te, quòd me quadam epistola subinuitaras.

Sūbīrāscŏr, Nonnihil irascor. {ὑποργίζομαι. GALL. *Estre vn peu courroucé, se courroucer aucunement.* ITAL. *Alquanto accorrucciarsi.* GERM. Etlicher massen zörnen. HISP. *Ensañarse vn poco.* ANGL. *To be somewhat angrie.*} Cic. *ad Atticum lib.* 9. In Epeirum quòd me non inuitas comitem, non molestum: subirascor, sed vale.

Sūbĭs, auis quæ aquilarum oua frangit. Plin *lib.* 10. *c.* 4. ¶ Hoc nomen ex Nigidio corrigendum est. Est enim *subris* (à voce Græca ὕβρις) non Subis, vt apud Plinium mendosè legitur.

Subitillus, placenta, fortè à subita paratur. Casaub. *in lib.* 14. *c.* 15.

Subitò, Subitus, vide suprà post *Subeo.*

SVBIVGIS, e, Subiugalis. {ὑποζυγιάδης. GALL. *Qui est sous le ioug, accoustumé à porter le ioug.* ITAL. *Auezzo à tirare in giogo.* GERM. Vnderjöchig. HISP. *Domado y obediente al yugo, acostumbrado a traher yugo.* ANGL. *A customed with the yoke.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 49. Nero ostentabat hermaphroditas subiuges carpento suo equas.

Sūbĭugĭă lora, οἱ ζυγόδεσμοι, οἱ ζυγόδεσμοι, τὰ ζυγόδεσμα. Dicebantur quibus iugum collis boum, vel iumentorum aptabatur. Cato *de re rustic. cap.* 15. Subiugia in lustrum lora pedum XIX. Idem *cap.* 73. Subiugia in plostrum P. XIX. funiculuum P. XV. in aratrum subiugia lorum P. XVI. funiculum P. VIII.

Sūbĭūgo, as, De bello, & imperio meo subiicio, quasi sub iugo pono. {כבש chabásch. ὑποτάσσω. GALL. *Subiuguer, asseruir, mettre sous le ioug.* ITAL. *Soggiogare.* GERM. Vnder das ioch bringen. HISP. *Sojuzgar ò meter so el yugo.* ANGL. *To subdue or put vnder impyre or yoke.*} Claud.

——— nulla est victoria maior,
Quàm quæ confessos animo quoque subiugat hostes.

Sūbĭūgātŏr, is, ὑπονικητής. Apuleius *lib. de Philosophia*, Suffragator bonorum, & malorum subiugator.

SVBIVNGO, is, Subdo, subiicio. {סמך samáeh הדביק hidhbik. ὑποτάσσω, ὑποζεύγνυμι. GALL. *Ioindre apres, ajoindre, adiouster.* ITAL. *Sottogiugnere.* GERM. Vnden/oder hinden dran hencken. HISP. *Ayuntar de baxo.* ANG. *To ioyne or cast to.*} Cicer. *de Arusp. resp.* Video in Aruspicum responsis hæc esse subiuncta Oratori omnes artes subiungere. Idem *de Orator.* Plin. *Epist.* 153. Venimus ad consules, dicit Seuerio, quæ res ferebat: aliqua subiungo. Aliquando significat idem quod subiugo, id est, debello. כבש chabásch. Virg. 8. *Æneid.*

Nulli fas Italo tantam subiungere gentem.

Cic. *pro lege Agrar.* Vt sub vestrum ius, iurisdictionem, potestatem, terrarum orbem subiungeretis? ¶ Vnde subiectiuus modus dictus est quia subiungitur alteri verbo, sine quo sententiam explere non potest, ὑποτακτικός.

‖Subiunctiuus, a, um, habens vim subiungendi.‖

Sūblābŏr, eris, Prætereo, siue latenter decurro, aut fugio. {ὑπολισθαίνω. GALL. *Cheoir ou decheoir peu à peu ou sous le faix.* ITAL. *Cadere poco à poco.* GERM. Allgemach dannen fallen/dahin fallen. HISP. *Caer ò deslisarse poco à poco ò de baxo.* ANGL. *To slip or slide litle and litle.*} Virg. 1. *Georg.*

——— sic omnia fatis
In peius ruere, ac retrò sublapsa referri.

Sūblăbro, as, {חלעיט hilhit. ὑποχειλίζω. GALL. *Mettre la viande dans la bouche.* ITAL. *Mettere la viuanda dentro la bocca.* GERM. In das maul nemmen. HISP. *Meter lo manjar en la boca.* ANGL. *To put meat into the mouth.*} Cibum intra labra mitto, vt interpretatur Nonius, citans illud Næuij ex Decuma, Iam ergo illis subiens sublabrabo esui illud sinciput.

Sūblātŭs, Sublatio, Sublate. Vide *Tollo.*

Sūblătĕo, es, Sub re aliqua lateo. {ὑπό τινι λανθάνω. GALL. *Estre caché & mussé dessous.* ITAL. *Nascondersi alquanto.* GERM. Vnder etwas verborgen ligen. HISP. *Esconderse vn poco.* ANGL. *To lurk vnder some thing.*} Varro 1. *de re rust. c.* 48. Aristæ enim quasi cornua sunt spicarum, quæ primitus quum oriuntur, neque planè apparent in qua sublatent herba: ea vocatur vagina vt qua latet conditus gladius.

Sūblēgo, as, Substituo. {ὑποκαθίστημι. GALL. *Substituer.* ITAL. *Sostituire.* GERM. An eines statt ausserlesen vnd setzen. HISP. *Sustituir.* ANGL. *To appoynte in place of an other.*} Iustin. *lib.* 3. Senatui custodiam legum, populo sublegandi Senatum, vellet magistratus, potestatem permisit.

Sūblĕgo, is, Furto aliquid surripio. {גנב ghanáb. ὑφαιρέομαι. GALL. *Cueillir & amasser en cachette comme vn larron, desrober.* ITAL. *Rubbare.* GERM. Heimlich auswischen/oder verstälen/verkippen. HISP. *Arrebatar por hurto, hurtar.* ANGL. *To steall or scrape tinges together like a thraje.*} Virg. 9. *Eclog.*

Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper.

¶ Nonnunquam idem quod cursim, siue obiter aliquid legere. Gellius *lib.* 13. *c.* 12. Quem hoc in ea Capitonis epistola sublegissemus. ¶ Sublegere, colligere. אסף asáph. Col. *lib.* 12. *c.* 17. Propter imbres in terram decidit, quæ quum sublecta est, &c. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 8.

——— puer altè cinctus, acernam
Gausape purpureo mensam pertersit: & alter
Sublegit quodcunque iaceret inutile.

¶ Sublegere in locum alicuius, est legendo substituere. ὑποκαθίστημι. Liu. 3. *bell. Pun.* Est ita in demortuorum locum sublecturum, vt ordo ordini, non homo homini prælatus videretur. ¶ Sublegere sermonem, est clàm excipere. Plaut. *in Milit.* Clàm nostrum hunc illæ sublegerunt sermonem.

Sūblēstŭs, a, um, Infirmus, leuis, friuolus, debilis. {אמלל amelál (vel) vmlál חלש challásch. ἀσθενής. GAL. *Debile, infirme, friuole.* ITA. *Infermo, friuolo,*

friuolo, debole. GERM. Schwach/unnmögend/liederlich. HISP. Flaco, enfermo. ANGL. weak, frayle.} Plaut. *in Persa*, Nam vbi ad paupertatem accessit infamia, Grauior paupertas fit, fides sublestior. Idem *Bacchid.* Lingua factiosi inertes opera, sublesta fide. ¶ Vinum sublestissimum, quod maximam debilitandi vim habet: vt exponit Festus citans Plaut. *in Aulularia*.

Sūblĕuo, as, Sursum leuo, {נשא *nasá* נטל *natál* הקים *hekim*. ὑποζυγίζω, ἀνακουφίζω. GALL. *Sousleuer, souslager*. ITAL. *Solleuare*. GERM. Auffluppfen/auffheben. HISP. *Aliuiar o soliuia, arriba*. ANGL. *To lift vp*.} Sueton. *in Vespasiano*, Aluo repentè vsque ad defectionem soluta: Imperatorem ait stantem mori oportere, dúmque surgit ac nititur, inter manus subleuantium extinctus est. Per translationem sumitur pro prodesse, iuuare, erigere. {הועיל *hohil* עזר *hazár*.} Cic. 4. *Tuscul.* Quum multa in conuentu collegisset in Socratem Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus à cæteris est, qui illa in Socrate vitia non agnoscebant, quæ ipse ex illius aspectu multa collegerat. Ab ipso autem Socrate est subleuatus, quum illa sibi ingenita, sed ratione à se deuicta diceret. Plancus *Ciceroni lib.* 10. Hoc omne assignatum iri, aut pertinaciæ meæ, aut timori videbam, si aut hominem offensum mihi, aut coniunctum cum Republica non subleuassem. Idem 5. *Verr.* Sed eadem ista æstimatione alter subleuauerat aratores, alter euerterat. Idem *pro Cæcinna*, Etenim non minus nos stultitia illius subleuat, quàm lædit improbitas. ¶ Subleuare testimonio aliquem, id est, causam alicuius iuuare & meliorem facere. Cic. *pro Cluentio*, Pater adolescentis, quem propter animi dolorem perennis suspicio potuisset ex illo loco testem in Aulum Cluentium constituere, is hunc suo testimonio subleuat.

Sūblĭcă, æ, Palus pertica quæ in aqua defigebatur ad pontis alicuius constructionem. {δοκίς, δοκός. GALL. *Vne piece de bois qui soustient vn pont, vne soliue*. IATL. *Palositto in acqua per edificar vn ponte sopra*. GERM. Ein pfeiler so man in das wasser schlecht zu brucken. HISP. *Palo ò pertiga para sostener vna puente*. ANGL. *A pile driuen in to the ground for building*.} Cæsar *in descriptione Rhenani pontis*, Non sublicæ modo (inquit) directæ ad perpendiculum, sed pronæ ac fastigiatæ, vt secundùm naturam fluminis procumbere. Idem *Cæs. lib. 3. de bell. ciu.*

Sūblĭcĭum, ij, Sublica. Liu. 3. *bell. Pun.* Quia muro satis per se alto, subiectis validis sublicijs pro solo vsus erat.

Sublicius, a, um, ex sublicis factus. Fest.

Sūblĭcĭus, pons Romæ in Tyberi fuit, ad eam partem, qua Ianiculum ab Vrbe dirimitur, ea arte constructus, vt trabes sine fulturis eximi possent. Idem enim religiosum esse cœpit, ex quo defendente Coclite ægrè reuulsus est. Dictus est autem sublicius quòd ligneus esset, & sublicijs fulciretur. Ita enim vocant palos ad pontis sustentationem in aqua defixos. {γέφυρα ξυλίνη. GALL. *Vn pont de bois*. ITAL. *Ponte di legno sopra pali*. GERM. Ein bruck mit höltzinen pfeileten/oder jochen. HISP. *Puente de madera sobre podes*. ANGL. *A bridge of timber*.}

Sūblĭgo, as, Subtus ligo. {ὑποδέω. GALL. *Lier par dessous*. ITAL. *Sottoligare*. GERM. Vndenbinden. HISP. *Atar por la parte baxa*. ANGL. *To knitt or bind to beneth*.} Plin. *lib. 17. cap. 22.* Vbi vua varia cœperit fieri, vires subligato. Virg. 8. *Æneid.*

Tum lateri atque humeris Tegæum subligat ensem.

Idem 11. *Æneid.*

——clypeúmque ex ære sinistra
Subligat.

Sūblĭgăr, aris, Subligaculum, hoc est, illud quo partes pudendæ teguntur. {מכנסים *michnesájim*. περίζωμα, ὑπόβασις. GALL. *Le brayer*. ITAL. *Braca, braga*. GERM. Ein bruch/nider kleid das man vnden für die scham bindt. HISP. *Las bragas*. ANGL. *A breech*.} Mart. *lib. 3.*

Tecta tamen non hac, qua debes parte lauaris,
Si pudor est, transfer subligar in faciem.

Iuuen. *Satyr. 6.*

Personam, thyrsúmque tenent, & subligar Acci.

Sūblĭgācŭlum, i, Amiculi genus, quo femora & partes pudendæ teguntur. {מכנסים *michnesajim*. περίζωμα. GALL. *Brayer ou brayes*. ITAL. *Mutande, braga*. GERM. Ein gesäß/ bruch/ niderkleid. HISP. *Las bragas*. ANGL. *A breech*.} Cicer. 1. *Officiorum*, Scenicorum mos tantam habet vetere disciplina verecundiam, vt in scenam sine subligaculo prodeat nemo.

Sublimen, limen superius. Sic Scaliger ad illud Propert.

At nullo domino teritur sublimen amor, qui
Restat.

Ait: Sublimen est idem, quod limen superius, aut superlimen, ὑπέρθυρον.

SVBLĪMĬS, e, In altum eleuatus, compositum est à limus, quemadmodum & illimis, quasi supra limum. {רם *ram* גבוה *ghabbáh* עליון *heljon*. μετέωρος. GALL. *Esleué en haut*. ITAL. *Alto, eleuato in alto, sublime*. GERM. Hoch. HISP. *Cosa alta ò ensalçada*. ANGL. *High*.} Virgil. 1. *Æneid.*

Ipsa Paphum sublimis abit.

Col. *lib. 7.* Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit, quo speciosiùs ingrediantur sublimes, & elatis capitibus. Plaut. *Men. sc. 8. a. 5.* Eripui homines qui te sublimem ferebant quatuor. *Ibid sc. 5.* Iam sublimem raptum oportuit. Et, Herum sublimem ferunt. Idem *Asin. scen. 2. act. 5.* Iube ancillas rapere sublimem domum. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

Tu mihi sublime dedisti nomen.

Item, In sublime iactare, Suet. *in Claud. cap. 27. & in Othon. c. 1.* Terent. *in Adelph.* Sublimem medium arriperem, & capite primùm in terram statuerem, vt cerebro dispergat viam. Ouid. *lib. 14. Metam.*

——pulchro sedet illa recessu
Sublimi solio, pallámque induta nitentem.

Virg. *lib. 7. Æneid.*

Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis.

Horat. *de Arte.*

Hic dum sublimes versus ructatur, & errat.

¶ Sublimem abire, pro in cælum ire. Liu. 1. *ab Vrbe*, Hæc loquutus sublimis abiit. ¶ Sublimem rapere, est raptum sublimem in aërem ferre. Virg. 5. *Æneid.*

Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.

¶ In sublime, id est, in altum. Plin. *lib. 8. cap. 7.* Arrepta scuta iaciens in sublime.

Sūblīmĭtās, atis, celsitas, altitudo, eleuatio à terra. {גבה *ghebáh* מרון *marón*. ὕψος. GALL. *Hauteur*. ITAL. *Altezza*. GERM. Höhe. HISP. *Altura*. ANGL. *High or hignesse*.} Plin. *lib. 19. cap. 5.* Natura sublimitatis auida. Col. *lib. 8. cap. 3.* Eæque longitudinis & altitudinis, duodenos pedes habeant: nec plus latitudinis quàm media sublimitas. Plin. *lib. 2. cap. 16.* in plurali vtitur, Quæ ratio lunæ maximè sublimitatibus approbatur. Quintilianus, Sublimitas corporis.

Sūblīmĭtĕr, aduerbium, Altè. {μετεώρως, ὑψηλῶς. GALL. *Hautement*. ITAL. & HISP. *Altamente*. GERM. In die höhe/ hochoben. ANGL. *Hightlie*.} Colum. *lib. 8. cap. 12.* Quoniam nec sublimiter potest, nec per longa spatia volitare. de pauone. Cato *cap. 70.* Hæc omnia sublimiter legi, teri, darique oportet.

Sūblīmĕ, pro Sublimiter)(Humi. Cic. 2. *de diuin.* Eáque scuta quæ fuerant sublimè fixa, sunt humi inuenta. Virg. 9. *Eclog.*

Cantantes sublimè ferent ad sydera cygni.

Cic. 1. *Tusc.* Perspicuum debet esse, animos, quum è corpore excesserint, siue illi sint animales, id est, spirabiles, siue ignei, sublimè ferri.

Sūblīmātŭs, Elatus. In Epitome Sext. Aurelij Victoris *in vita Claudij Tiberij*, Pallásque prætoriis ornamentis sublimatus.

Sūblīmo, as, Exalto, in altum subleuo. {נשא *nasá* הרים *herim*. μετεωρίζω. GALL. *Esleuer en haut*. ITAL. *Innalzare*. GERM. Erhöhen. HISP. *Ensalçar poner en alto*. ANGL. *To lift vp alofte*.} Ennius, Si qui candentem in cælo sublimat facem. Nonius.

Sublingio, nis, GALL. *Lecheplat*. Plaut. *Pseud. sub finem sc. 2. a. 3.* Iam hic quoque scelestus est coqui sublingio, &c. Hîc coqui sublingio, dicitur coqui minister siue seruulus, qui ad lingendas patinas aptior sit, quàm ad carnes siue obsonia coquenda. Vide eruditiss. Adrian. Turnebum *cap. 21. lib. 3. Aduersarior.* & Lambin. *in hunc locum Plauti.*

SVBLĪNO, is, Leuiter perungo. {ὑπαλείφω, ὑποχρίω. GALL. *Oindre vn peu ou par dessous*. ITAL. *Vngere alquanto*. GERM. Ein wenig vnden bestreichen. HISP. *Vntar vn poco*. ANGL. *To anoynt or smere soft ly some thing*.} Corn. Celsus, Idem quoque vmbilico sublitum facit. ¶ Sublinere os, est illudere, & blandis verbis decipere. Tractum à genere ludi, quo dormientibus ora linuntur. Plaut. *Capt. sc. 4. a. 3.* Mihi stolido os subleuere suis offuciis. Idem *Pseud. sc. 4. a. 2.* Ei os subleui modò. Idem *Milit. sc. 1. a. 2.* Subleuit os illi lenæ. Idem *ibid. & sc. 5. a. 2.* eiusdem fabulæ: Itaque sublinitur os custodi mulieris. (vbi quidam libri habent Sublinitum.) Idem *in Aul. sc. 3. a. 4.* Ea subleuit mihi os penissimè. Idem *Epid.* Senex, sibi os sublitum est planè, & probè, id est, sibi verba data sunt. Sic *in Capt. sc. 1. a. 4.*

Sūblĭtĭo, verbale, quæ est quasi primum tectorium & fundamentum coloris eius, quem reddi volumus inductione manus vltima. ὑπάλειμμα.

Sūblĭuĭdŭs, a, um, Aliquantulum liuidus. {ὑπόχλωρος. GALL. *Vn peu terné*. ITAL. *Pallidetto, mortaiuolo*. GERM. Etlicher maßen bleich vnd eyter farb. HISP. *Vn poco cardeno*. ANGL. *Halfblack and blew*.} Cels. *lib. 5. cap. 28.* Pustulæ eminent subliuidæ, aut pallidæ.

‖Sublo, vide *Subulo*.‖

SVBLVCĀNVS, adiectiuum, Antelucanus, hoc est, quod lucem antecedit. {ἀμφίλυκος. GALL. *Qui est vn peu deuant le iour*. ITAL. *Tempo quando spunta il giorno*. GERM. Morgend vor der tag zeit. HISP. *Tiempo cerca del dia*. ANGL. *That is a litle before day light*.} Plin. *lib. 11. cap. 12.* Venit mel ex aëre, nec omnino prius Vergiliarum exortu, sublucanis temporibus.

Sūblūcĕo, es, ere, Aliquantulum luceo. {ὑποφαίνω. GALL. *Luire quelque peu, entreluire*. ITAL. *Sottolucere*. GERM. Ein wenig scheinen. HISP. *Luzir vn poco*. ANGL. *To giue some light*.} Ouid. 1. *Amor. Eleg. 5.*

Qualia sublucent fugiente crepuscula Phœbo
Aut vbi nox abijt, nec tamen orta dies.

Virg. 4. *Georg.*

Aureus ipse, sed in folijs, quæ plurima circum
Funduntur, violæ sublucet purpura nigræ.

Ouid. *Epist. 20.*

Candida nec misto sublucent ora rubore.

Sūblūco, as, Ramos arborum supputo, & veluti luci transitum aperio. {שעף *schépb*. ὑποκαθαίρω. GALL. *Esbrancher les arbres, & couper les branches qui sont trop espoisses pour leur bailler iour*. ITAL. *Sbrancare gli alberi*. GERM. Die bäum erhawen daß die Son darein kommen möge. HISP. *Entresacar los ramos*. ANGL. *To undershred boughes that the light muy come vnder the trees*.} Conlucare autem est succisis passim arboribus lucum luce implere. Ex Festo.

Sūblŭo, is, Lauo, purgo. {רחץ *racháts* כבס *chibbés*. κλύζω. GALL. *Lauer par dessous*. ITAL. *Lauare, purgare*. GERM. Vnder här wäschen. HISP. *Lauar, purgar*. ANGL. *To wash a litle*.} Col. *lib. 6. cap. 32.* Intertrigo bis in die subluitur aqua calida: mox decocto ac trito sale, cum adipe defricatur, dum saniei vis emanet. Mart. *lib. 6.* Iratus tanquam populo Charideme lauaris, Inguina sic toto subluis in solio. Cæs. *lib. 3. de bell. ciu.* Hunc montem flumen subluebat.

Sūblūrĭdŭs, a, um, Subpallidus. {ὑπόχλωρος. GALL. *Quelque peu palle & blaffard*. ITAL. *Alquanto pallido, moretto, smorto, liuido*. GERM. Ein wenig bleychfarb/oder tölschfarb. HISP. *Vn poco cardeno ò amarillo*. ANGL. *Somewhat wanne*.} Plaut. *in Amph.*—eodem in loco, Signo eodem apparet probè, vt primum coiuit cicatrix, rufula, Sublurida.

Sūblūstrĭs, e, Sublustris, hoc est, obscurus quidem, sed tamen lumine nonnullo illustratus. {ὑπόλαμπρος. GALL. *Encor vn peu luisant*. ITAL. *Alquanto chiaro*. GERM. Heiterlecht/ timmer. HISP. *Cosa que reluze vn poco*. ANGL. *That hath some light*.} Vnde Sublustria verba dicuntur, non ex toto luminosa, sed aliquid luminis habentia. Aulus Gell. *lib. 13. c. 23. de Catonis oratione*, Quæ quoniam sunt eloquentiæ Latinæ tunc primùm exorientis lumina, verba quædam sublustria libitum est ὑπομιμνήσκειν. Sublustris nox, & sublustris vmbra, quæ habet aliquid luminis. ἀμφιλύκη νύξ, ἀμφιλύκη σκιά. Liu. 5. *ab Vrb.* Nocte sublustri quum primò inermem qui tentaret viam præmisissent, &c. Virg. 9. *Æneid.*

Et galea Euryalum sublustri noctis in vmbra
Prodidit immemorem.

Sublùuiẽs, iei, Sordes & immunditiæ, quas & illuuiem & proluuiem vocamus. {צאה tsoáh (vel) tseáh טמאה tuméah. ῥῦπος. GALL. *Ordure par faute de se nettoyer.* ITAL. *Lordura, fango.* GERM. Wüst/ausswäschen. HISP. *El saberco o la suziedad.* ANGL. *Filth, ordure.*} Apud Col. genus morbi in discrimine vngulæ ouium nascens. Ait enim *lib.7.cap.5.* Claui quoque dupliciter infestant ouem: siue quum subluuies atque intertrigo in ipso discrimine vngulæ nascitur, seu quum idem locus tuberculum habet, cuius media ferè parte canino similis extat pilus, eique subest vermiculus. Subluuies & intertrigo pice per se liquida vel alumine & sulphure atque aceto mistis ritè eruentur.

¶Submanus, vide *Summanus.*¶

Submeies, qui in lectulo mingit, meies. Gloss. Isid. leg. Submeles, qui subtus meiit.

Submentum, ἀνθερεών. Gl. Phil. & Gl. Cyr. ἀνθερεὼν mentum, submentum, est pars sub mento; & mentum ipsum.

SVBMĔRGO, is, si, sum, ere, Sub aquas mergo, immergo, demergo. {השקיע hischkhiáh. καταδύω, καταποντίζω. GALL. *Noyer, enfoncer en l'eau.* ITAL. *Sommergere, annegare.* GERM. Vnder das wasser tuncken/versencken/ertrencken. HISP. *Anegarse.* ANGL. *To dip downe or plunge in the water.*} Cæs. 3. *bell. ciu.* Faucibúsque portus nauem onerariam submersam subiecit. Virg. 1. *Æneid.*

———Palláse exurere classem
Argiuùm atque ipsos potuit submergere ponto,
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei?

Cicer. 2. *de natur. deor.* Quot genera, quámque disparia partim submersarum, partim fluitantium, & innantium belluarum, partim ad saxa natiuis testis inhærentium? Liu. 1. *ab Vrbe*, Quin in traiectu Albulæ amnis submersus, celebre ad posteros nomen flumini dedit. ¶ Virtus submersa tenebris. Claud. 7. *Panegyr.* ¶ Innatare)(submersum esse. Col. *lib.* 13. *cap.* 4. Quum ea res innoxia pecora conseruet, vbi non innatens, sed semper sine iure submersa.

Sūbmĕrsĭo, nis, ὑποβρυχισις. Iulius Firmicus *Mathes. lib.* 1. Illum quem vides natantem ex crebra trepidatione submersionis deficere.

Sūbmĕrum, i, Ferè merum. {ὑπάκρατον. GALL. *Presque tout pur & sans mistion.* ITAL. & HISP. *Quasi puro.* GERM. Schier eitel/gar/noch frisch. ANGL. *Almost pure without mingling.*} Plaut. *in Sticho*, Næ iste ædepol vinum poculo pauxillulo Sæpè exultauit submerum scitissimè.

Sūbmĭnĭă, Vestis genus à subrubro colore (vt videtur) nomen habens. {ποιόν τι εἶδος ἐσθῆτος μιλτώδης. GALL. *Vne sorte d'habit tirant sur le rouge.* ITAL. *Veste quasi rossa.* GERM. Ein gattung eines schier minyen roten kleids. HISP. *Vestidura vn poco vermeja.* ANGL. *A kind of redde garment.*} Plaut. *in Epidico*, —crocotulam, Supparum, aut subminiam, ricam, basilicam, aut exoricum.

SVBMĬNĬSTRO, as, are, Porrigo, suppedito. {נתן nathán. ὑπουργέω. GALL. *Seruir & aider, fournir.* ITAL. *Porgere, dare.* GERM. Darreichen/vnderschub geben/darliferen. HISP. *Dar lo que otro à menester, proueer.* ANGL. *To giue, to minister or furnish expenses.*} Quintilian. Subministrare tela ad manum. Idem, Subministrare tela agentibus. Cæs. *lib.* 1. *bell. Gall.* Hæc sibi esse curæ frumentum Sequanos, Leucos, Lingones subministrare, iámque esse in agris frumenta matura. Cic. *pro Cluent.* Palàm in eum tela iaciuntur, clàm subministrantur. Idem 1. *de Inuent.* Aristoteles autem qui huic arti plurima adiumenta, atque ornamenta subministrauit, tribus in generibus rerum versari rhetoris officium putauit. Colum. *lib.* 1. *cap.* 10. Quum semina depones, dextra, sinistráque vsque ad imum scrobem fasciculos sarmentorum demitto, ita vt per fasciculos sarmentorum æstate paruo labore aquam radicibus subministrare possit.

Sūbmĭnĭstrātŏr, is, verbale, Suppeditator, largitor. {נתן nothén. ὑπουργέτης, ὑπουργός, χορηγός. GALL. *Seruiteur.* ITAL. *Seruitore.* GERM. Ein verhelffer/vnderschieber/darreicher. HISP. *Seruidor.* ANGL. *Agiuen or foruisher of thinges tat lacketh.*} Senec. *Epist.* 115. Lætus pro suis voluptatibus habet alienarum spectaculum, subministrator, testísque libidinum, quarum sibi vsum cupiendo abstulit.

Sūbmĭnĭstrātŭs, us, ui, ὑποχορηγία. Macrob. *Saturn. lib.* 7. *cap.* 12. Cibus autem exiguo subministratu paulatim penuriam consolatur.

SVBMĬTTO, is, ere, siue Summitto, misi, missum, Subdo, subiicio, vel subiugo. {הכניע chabásch הכניע hiehniah. ὑποπίπτω. GALL. *Soumettre, mettre dessous, abbaisser.* ITAL. *Aggiugnere, sottomettere, sottoporre.* GERM. Etwar vnderthun/vndergeben/niderlassen. HISP. *Someter, abaxar.* ANGL. *To put vnder, to bring in subiection.*} Virg. 2. *Eclog.*

Pascite, vt antè, boues pueri: submittite tauros.

Horat. *lib.* 1. *Epist.* 1.

Et mihi res, non me rebus submittere conor.

Tibull. *lib.* 4.

His & colla iugo didicit submittere taurus.

Ouid. 3. *Fastor.*

Submisere oculos cum duce turba suo.

(pro demisere.) Sen. *cap.* 17. *de cons. ad Polyb.* Modò barbam capillúmque submittens, modò, &c. Vide infrà *Summitto.* ¶ Submittere fasces ianuæ, dicebantur magistratus cùm ædes ingredientes, inclinari eos, & deprimi iubebant, & non surrectos teneri, id quod summæ beneuolentiæ signum erat, cùm magistratus fasces ante ædes priuati alicuius submittebat. Plin. *lib.* 7. *cap.* 20. Fasces lictorios ianuæ submisit is cui se Oriens, Occidénsque submiserat. Submittere genua, pro flectere & incuruare. Plin. *lib.* 11. *cap.* 49. Solidi pedes inter initia pasci nisi submissis genibus non possunt. Idem *lib.* 8. *cap.* 1. Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt. de elephantis. Sueton. *in Tiber. cap.* 20. Séque præsidenti patri ad genua submisit. Senec. *epist.* 37. *& cap.* 6. *de consol. ad Polyb.* Submittunt arma victi gladiatores. ¶ Submittere animos, per translationem, id est, dimittere, & propemodum despondere animum. Liu. 3. *bell. Punic.* Tum T. Sempronius Senatum habuit, consolatúsque Patres est, & adhortatus, ne, qui Cannensi ruinæ non succubuissent, ad minores calamitates animos submitterent. Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Martiam*, Proinde ne submiseris te, immò contra fige stabilem gradum, &c. ¶ Submitto, clanculum suborno. ὑποπέμπω. Cicer. 5. *Verr.* Submittebat iste Timarchidem, qui moneret eos qui saperent, vt transigerent. Sic Sueton. auxilia submittere dixit *in Cæs. cap.* 28. Et Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Præsidia submittere, (id est, clanculum mittere.) Submittere lictores, Sueton. *in Cæs. cap.* 43. Legem præcipuè sumtuariam exercuit, &c. Submissis nonnunquam lictoribus atque militibus: qui si quà custodes fefellissent, iam apposita è triclinio auferrent. Submittere pretia, est imminuere. Plin. *lib.* 29. *cap.* 1. Neque enim pudor, sed æmuli pretia submittunt. ¶ Submittere Vitulos habendo pecori, Admissarios facere. Virgil. 3. *Georg.* Submittere progeniem vel Pampinum vitis, id est, in terram demittere vt inde succrescat. Col. *lib.* 3. *cap.* 6. *& lib.* 4. *cap.* 6. vide plura in *Summitto.*

Sūbmīssŭs, participium, siue nomen ex participio. {נכבש niehbásch נכנע niebáh, ὑφειμένος, ὑποβεβλημένος. GALL. *Mis dessous, abbaissé, mis bas.* ITAL. *Messo di sotto.* GERM. Vndergelassen/vndergesetzt/nidergelassen. HISP. *Puesto de baxo.* ANGL. *Put vnder, lowe, brought in subiection.*} Liu. 1. *ab Vrb.* Lupam sitientem ex montibus, qui circa sunt, ad puerilem vagitum cursum flexisse: eam submissis infantibus adeò mitem præbuisse mammas. Ouid. 4. *Fast.* Submissóque genu. Velleius, Submissis armis cedere. ¶ Submissus & abiectus)(Efferens se. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere: neque submissum, & abiectum, neque se efferente: tum in Repub. velle quæ tranquilla & honesta sint. ¶ Submissa oratione, vel voce loqui, id est, humili, non elata aut clara. Cæsar 3. *bell. ciuil.* Submissa oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio incipit. Cic. *pro Planco*, Submissa voce agam, tantùm vt iudices audiant. Mart. *lib.* 8. Hos comes inualidus submissa voce precatur, Vt quocunque velint, corpus inane ferant. Quint. Summisso murmure.

Sūbmīsse, aduerbium, Humiliter, demissè. {ὕποχα, ταπεινῶς. GALL. *Bassement, humblement.* ITAL. *Bassamente, humilmente.* GERM. Demütiglich/vnderwürfflich. HISP. *Baxamente, humilmente.* ANGL. *Lowelie, humblie.*} Cicer. *pro Plancio*, Meum beneficium potius ad eum detuli, qui à me contenderat, quàm ad eum qui mihi non nimis submissè supplicarat. Idem 1. *Offic.* Vt quanto superiores simus, tanto nos submissius geramus.

Sūbmissim, aduerbium, Submissè. Suetonius *in August.* Nam & ad communionem sermonis tacentes, etiam submissim fabulalantes prouocabant.

Sūbmissĭo, nis, verbale, Remissio: vt, Submissio vocis, cui opponitur Contentio. {ταπείνωσις, ὕφεσις. GALL. *Abbaissement.* ITAL. *Abbassamento.* GERM. Nachlassung/linde herauss lassung. HISP. *Abaxamiento.* ANGL. *Lowenes of voice.*} Cic. 1. *Offic.* Ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis & submissione, & cæteris similibus facilè iudicabimus quid coràm aptè fiat. ¶ Submissio, aliquando accipitur pro eleuatione siue depressione: cui opponitur Elatio, siue Amplificatio. Idem *in Topicis*, Parium autem comparatio nec eleuationem habet, nec submissionem: est enim æqualis.

SVBMŎLĔSTVS, a, um, Nonnihil molestus. {ὑποδυσχερής. GALL. *Aucunement moleste & fascheux.* ITAL. *Vn poco molesto.* GERM. Zum theil vbertlägen oder beschwerlich. HISP. *Vn poco enojoso.* ANGL. *Somewhat trouble some.*} Cic. *ad Atticum lib.* 16. Illud est mihi submolestum, quòd parum properare Brutus videtur.

Sūbmŏlĕstē, aduerbium. {ὑποδυσχερῶς. GALL. *Quelque peu molestement, auec quelque molestie.* ITAL. *Alquanto molestamente.* GERM. Etwas beschwärlich. HISP. *Vn poco enojosamente.* ANGL. *Somewhat trouble somelie.*} Cic. *ad Atticum lib.* 5. Te in Epirum saluum venisse, & vt scribis ex sententia nauigasse, vehementer gaudeo. non esse Romæ meo tempore pernecessario, submolestè fero.

Sūbmŏnĕo, es, Leuiter vel paucis moneo. {ὑπομιμνήσκω. GALL. *Admonester aucunement, faire quelque legere remonstrance.* ITAL. *Ammonire alquanto ò breuemente.* GERM. Etlicher massen warnen/vndersagen. HISP. *Amonestar vn poco, ò breuemente.* ANGL. *To admonish and warne shortlie or priuelie.*} Terent. *in Eunuch.* submonuit me Parmeno Ibi seruus, quòd ego arripui. Plin. *Epist.* 2. *lib.* 1. Quoties paulum itinere decedere non intempestiuis amœnitatibus submouebamur. Quid autem à moneo, & admoneo differat, vide suprà *Moneo.* Sueton. *in Aug. cap.* 53. Die Senatus nunquam patres nisi in curia salutauit, & sedentes ac nominatim singulos, nullo submonente.

Sūbmŏrōsŭs, adiectiuum, Nonnihil morosus. {ὑποδύσκολος. GALL. *Quelque peu chagrin & fascheux.* ITAL. *Alquanto difficile & duro.* GERM. Ein wenig feindsälig oder vngeschlacht. HISP. *Vn poco intratable.* ANGL. *Somewhat froward and hard to please.*} Cic. *lib.* 2. *de Orat.* Me quidem hercule valdè illa mouent stomachosa, & quasi submorosa ridicula, non quum à moroso dicuntur: tunc enim non sal, sed natura ridetur.

SVBMŎVĔO, es, ui, tum, Arceo, depello, remoueo, abire facio. {הרחיק birchik הסיר hesir. ἀπωθέω. GALL. *Oster, destourner, faire reculer, eslongner.* ITAL. *Discacciare, rimouere.* GERM. Dannen treiben/abtreiben. HISP. *Arredrar.* ANGL. *To put away or aside.*} Liu. 2. *ab Vrbe*, I, inquit, lictor, submoue turbam, & da viam domino ad prehendendum mancipium. Nam lictores magistratui apparebant, plebísque turbam summouebant. Seneca, Maiestatem læsam dixissem, si exeundi tibi Lictor à conspectu meretricem non submouisset. Iterum, Summoue, audis, Lictor, summoue à Prætore meretricem. Ad quod eleganter allusit Horatius, significans animi curas nullo Lictore posse depelli,

———neque consularis
Summouet Lictor miseros tumultos
Mentis.

Cicer. *pro Roscio*, Vt quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ij magnitudine pœnæ maleficio submouerentur. Ouid. *lib.* 3. *Amor. Eleg.* 13.

Ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti,
Opposita populum submouet ante sera.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5.

——— Nullas submouet ara manus.

Quintilian. Submouere familia, velut censoria virgula. Sueton. *in Aug. cap.* 41. Submouere vrbe atque Italia. Liu. *lib.* 2. *d.* 4. Submouere metum. Velleius, Summotus à Repub. M. Cœlius. ¶ Submouere, separare. Plin. *lib.* 3. *cap.* 19. de Alpibus. Germaniam ab Italia submouent. ¶ Submouere aliquem à negotiatione, proconsulatu, hasta: quod vulgus Demittere & deponere dicit. Colum. *lib.* 1. Plin. *epist.* 36. Liu. 9. *bell. Maced.*

Scribitur & Summoueo. Velleius, Summoto eo (Octauio) Iussi Legati milites alloqui.

Submotor, verbale. Liuius 5. *decad. lib.* 5. Submotor aditus, &c. aliàs, *Summotor.*

Sŭbnāscŏr, eris, Succresco. {ὑποφύομαι. GALL. *Naistre ou nasquir dessous ou aupres, sortir d'en bas.* ITAL. *Sottonascere, crescer sotto.* GERM. Nachhin wachsen. HISP. *Crecer secreto, nascer por debaxo.* ANGL. *To grow or spring vp vnder.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 23. Atque ita subnasci sui generis palmas. Idem *lib.* 12. *cap.* 3. Malus Assyria omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis verò subnascentibus.

Sŭbnēctō, is, Subligo, appendo. {ὑποπλέκω. GALL. *Lier & nouër par dessous, adiouster.* ITAL. *Ligare di sotto, sottogiugnere.* GERM. Underbinden/ unden fürbinden/unden knüpffen. HISP. *Trauar por debaxo.* ANGL. *To tie to another thing.*} Virg. 1. *Æneid.*

Aurea subnectens exerta cingula mammæ.

Idem 5. *Æneid.*

———lato quàm circum amplectitur auro
Baltheus, & tereti subnectit fibula gemma.

Plin. *lib.* 28. *cap.* 1. M. Seruilius Nouianus, princeps ciuitatis, non pridem in metu lippitudinis, priusquam ipse eam nominaret, aliúsve ei prædiceret duabus literis Græcis P, & A, chartam inscriptam, circunligatam lino, subnectebat collo. id est, appendebat.

Sŭbnĕgo, as, Ferè, vel quodam modo nego. {ὑπαρνοῦμαι. GALL. *Aucunement nier, presque nier.* ITAL. *Alquanto negare.* GERM. Minder vnd mehr läugnen. HISP. *Vn poco negar.* ANGL. *To deny a litle.*} Cic. *Trebatio,* Veruntamen quod præsenti tibi propè subnegaram, &c.

Sŭbnĕruārĕ, Eneruare. ἐκνευρίζειν. Apuleius *in Apologia,* A principio intellectas calumnias, ne corroborarentur, tempore præcipitasti, & nulla impertita mora subneruasti.

Sŭbnĭgĕr, a, um, Nonnihil habens nigredinis. {שחרחר *schecharchór.* ὑπομέλας. GALL. *Noirastre, aucunement noir.* ITAL. *Alquanto nero.* GERM. Schwartzlecht. HISP. *Vn poco negro.* ANGL. *Somewhat black.*} Plaut. *Mercat.* bucculentum, breuiculum, Subnigris oculis, oblongis malis. Varro 2. *de re rust. cap.* 5. Subnigris labris pecudes. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Rufus quidam ventriosus, subniger.

Sŭbnītŏr, eris, subnixus, Suffulcior, sustineor. {נשען *nischhân* סמך *samách.* ὑπερείδομαι. GALL. *Estre appuyé, accoudé, ou accosté sur quelque chose, s'appuyer sus.* ITAL. *Essere accostato, appoggiato a qualche cosa.* GERM. Von vnden auff halten/vndersetz sein. HISP. *Tenerse à otra cosa, ser sustentado.* ANGL. *To leane vpon some thing.*} Virg. 1. *Æneid.*

——— Solio subnixa resedit.

Cic. *de somn. Scip.* Duo quasi cinguli terræ verticibus ex vtraque parte subnixi. ¶ Accipitur interdum subnixus pro elato, siue arroganti. Idem 1. *de Orat.* Hæc quàm sit facilis, illi viderint, qui eius artis arrogantia, quasi difficillima sit, ita subnixi ambulant. Liu. 5. *bell. Pun.* Enimuerò indignum ratus Marcellus, se, qui Annibalem subnixum Victoria Cannensi ab Æola repulisset, his terra, maríque victis ab se hostibus cedere. Gell. *cap.* 2. *lib.* 17. Subnixo animo esse.

Sŭbnŏto, as, Subscribo. {ὑπογράφω. GALL. *Noter ou remarquer dessous.* ITAL. *Sotto scriuere.* GERM. Underzeichnen. HISP. *Escriuir por debaxo.* ANGL. *To note or mark vnder.*} Mart. *lib.* 1. Et non sobria subnotasti. Suet. *in Calig. cap.* 41.

Sŭbnūbĭlŭs, adiect. Subobscurus. {ὑπονεφώδης. GALL. *Quelque peu nubileux, vn peu obscurci de nuees.* ITAL. *Alquanto nuuoloso.* GERM. Etlicher massen gewölckt/von wolcken ein wenig dunckel. HISP. *Vn poco ñubloso y anublado.* ANGL. *Somewhat darke and cloudie.*} Cæs. 3. *bell. ciuil.* Et quinque intermissis diebus, alteram noctem subnubilam nactus, extructis omnibus castrorum portis, & ad impediendum obiectis, tertia inita vigilia, silentio exercitum educit. Ouid. *de remed. Amor.*

Limes erat tenuis longa subnubilus vmbra,
Quà tulit ipse suos ad mare sæpe pedes.

SVBO, as, are, dicuntur sues, quum libidinem exercent, aut appetunt, quamuis & ad alia animalia, atque adeò ad ipsos etiam homines transferatur. {κασπρᾶν. GALL. *Bruire comme les truyes chaudes.* ITAL. *Fare in verso de porci quando lussuriano.* GERM. Im brunst schreien / ist der schweinen wann sie aberläuffig sindt. HISP. *Estar la puerca berrionda ò contrahazerla.* ANGL. *To yell and grunt lyk a swine for lust.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 63. Verres subantis audita voce, nisi admittatur, cibum non capit. Horat. *lib.* 1. *Carm.*

———ad homines transtulit, iámque (inquit) *subando*
Tanta cubilia, tectáque rumpit.

Subare, interprete vetere Grammatico est ὀργᾶν, furiro verò κασπρᾶν. Hæc duo verba vsurpauit in priore Apologia Apuleius, priúsque fœminis, posterius maribus attribuit, Fœminæ, inquit, subent, mares suriant.

Sŭbātĭo, Appetitus suum in venerem. καπρισμός. Plin. *lib.* 8. *cap.* 51. Remedium ne prima subatione, neque ante flaccidas aures coitus incipiat. de suibus.

Sŭbobscœnŭs, adiectiuum, Non omnino vacans obscœnitate. {ὑπαισχρός. GALL. *Vn peu impudique & deshonneste.* ITAL. *Alquanto impudico.* GERM. Etlicher massen grob vnd vnzüchtig. HISP. *Vn poco turpe feo y suzio.* ANGL. *Somewhat filthie and vnhonest.*} Cic. *in Orat.* Illud admonemus tamen, ridiculo sic vsurum oratorem, vt nec nimis frequenti, ne scurrile sit, nec subobscœno, ne mimicum.

Sŭbobscūrŭs, adiect. Nonnihil obscurum, & per translationem intellectu. subdifficilis. {ὑποσκοτεινός. GALL. *Vn peu obscur.* ITAL. *Alquanto oscuro, oscuretto.* GERM. Dunckelecht. HISP. *Vn poco escuro.* ANGL. *Somewhat obscure, mirk or dark.*} Cicer. *de clar. Orat.* Grandes erant verbis, crebris sententiis, comprehensione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri.

Sŭbŏdĭōsŭs, Aliquantulum odiosus. {ὑπομισητός. GALL. *Vn peu odieux, aucunement ennuyeux & fascheux.* ITAL. *Alquanto odioso.* GERM. Etlicher massen hässlich. HISP. *Vn poco aborrecido, ò enojoso.* ANGL. *Somewhat odious or hatefull.*} Cic. *ad Attic. lib.* 1. Non mihi graue duxi scribere ad te de illius querimoniis, quum eas audire (quod erat subodiosum) leue putassem.

Sŭbŏffēndo, is, Aliquantulum offendo. {σμικρόν τι βλάπτω. GALL. *Offenser vn peu.* ITAL. *Offensar vn pochetto, alquanto.* GERM. Ein wenig verletzen oder ergeren. HISP. *Vn poco ofender.* ANGL. *To offend a litle.*} Cicer. *ad Quint. Fratrem,* Nam apud illam perditissimam, atque infimam fæcem populi Pompeius propter Milonem suboffendit: & boni multa ab eo desiderant, multa reprehendunt.

Sŭbŏlĕō, es, Leuiter oleo, odoratu leuiter percipio. {ὑπόζω. GALL. *Sentir vn peu, commencer vn peu à sentir, s'apperceuoir quelque peu.* ITAL. *Presentire, odorare vn poco.* GERM. Ein wenig stincken/oder schmecken. HISP. *Oler de si vn poco, sentir vn poco.* ANGL. *To smell a litle, te sauourer.*} Plaut. *in Pseud.* Corrumpitur iam cœna, hem subolet, sis vide. ¶ Subolere per translationem, præsentiscere. αἰσθάνομαι. Plautus *in Casin.* Tu æcastor tibi homo malam partem rem quæris: subolet, sentio. *Ibid.* Subolet iam vxori quod ego machinor. Terent. *in Phorm.* Nunquid patri subolet? Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Sensi ego, subolet mihi. Liu. *lib.* 9. *bell. Pun.* Iuuentutem dixit maiorem frequentiorémque subolescentem (i. succrescentem.)

‖Suboles, ab olescendo, id est, crescendo, dicta. Fest. vide *Soboles.*‖

Sŭbŏrĭŏr, iris, Subnascor, & exurgo: vt, Subortus est rumor. {ὑποφύομαι. GALL. *Sourdre & venir, ou se produire petit à petit, ou dessous.* ITAL. *Sotto nascere.* GERM. Entstehn/entspringen. HISP. *Nacer por debaxo.* ANGL. *To rise fromebeneth, to come forth piece and piece.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 93. Metallorum opulentia tam varia, tam diues, tam fœcunda, tot seculis suboriens. Lucr. *lib.* 1.

Ex infinito suboriri copia posset.

SVBŌRNO, as, Orno, honoro, siue laudo. {ὑποκοσμέω. GALL. *Honorer & priser quelque peu.* IATL. *Ornare alquanto.* GERM. Etlicher massen zieren. HISP. *Ornar vn poco.* ANGL. *To honour and set forthone.*} Plancus *Ciceroni,* Tu Cicero quod adhuc fecisti, idem præsta, vt vigilanter, neruoséque nos qui stamus in acie, subornes. ¶ Subornare item accipitur pro clàm submittere, {ὑποπέμπειν. GALL. *Suborner.* ITAL. *Subornare.* GERM. Heimlich anweisen vnd anordnen. HISP. *Subornar para fauor.*} Plin. *in Paneg. ad Traian.* Grata tamen sint recordantibus, principem illum in capita dominorum seruos subornantem. Cic. *pro Rosc.* Falsum subornauit testem Roscius Clunium, cur tam fero? Idem *pro Cæcinna,* Quum quæritur aliquid factum nécne sit, verum an falsum proferatur, & fictus testis subornari solet, & imponi falsæ tabulæ. Suet. *in Calig. cap.* 35. Subornare aduersarium. Idem *in Cæs. cap.* 12. Subornauit qui C. Rabirio diem diceret. Idem *in August. cap.* 10. Percussores ei (Antonio) subornauit. (Augustus.) Sic dixit Liu. 2. *d.* 5. Subornare aliquem ad cædem. Subornatus criminibus, i. clàm instructus criminandi materia. Idem 8. *bell. Maced.* Itaque ad inuidiam ei faciendam legatos Ambracienses subornatos criminibus in Senatum introduxit. ¶ Subornare, pro In speciem aliquam vestire. Senec. *lib.* 1. *de benefic.* Quò te penulati isti militum, non vulgarem quidem in cultum subornati, quò te, inquam, isti efferunt?

Sŭbōrnātŏr, ris, Lampridius *in Commodo,* Seruorum subornatores. de Senatu.

Sŭbpāllĭdŭs, a, um, Ad pallorem accedens, vel aliquantulum pallidus. {ὕπωχρος. GALL. *Vn peu palle.* ITAL. *Smortaiuolo, smortarello.* GERM. Ein wenig bleichfarb. HISP. *Vn poco amarillo.* ANGL. *Somewhat pale.*} Celsus *lib.* 5. Alterum est minus super corpus eminens, durum, latum, subuiride, subpallidum, magis exulceratum.

Subpalpo, vide *Suppalpo.*

Subpar, aris. Velleius, Subpari ætate.

‖Subperno. Scal. *in Catull.* Subpernare idem ferè atque suffraginare, quod Græci magistri vertunt ἀγκυλοκοπεῖν.‖

Sŭbpīnguĭs, e, nonnihil pinguis. {ὑπόπιων. GALL. *Vn peu gras.* ITAL. *Grassetto.* GERM. Feistlecht/ein wenig feist. HISP. *Cosa vn poco gruessa.* ANGL. *Somewhat fatt.*} Celsus *lib.* 6. *cap.* 4. Peius est quod densam cutem, & subpinguem, & ex toto glabram fecit.

Sŭbrāncĭdŭs, adiectiuum, aliquantulum rancidus. {ὑπόσαπρος. GALL. *Vn peu chansi, ransi ou moisi.* ITAL. *Ranzetto, randizetto.* GERM. Schimmlechtig/faulend. HISP. *Vn poco rancio, ranciošo.* ANGL. *Somewhat mouldie or rotten.*} Cic. *in Pis.* Extructa mensa non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne subrancida.

Sŭbraucŭs, a, um, Aliquantulum raucus. {ὑποβραγχώδης. GALL. *Vn peu enroué.* ITAL. *Alquanto rauco.* GERM. Ein klein heyser. HISP. *Cosa vn poco ronca.* ANGL. *Somewhat hoarse.*} Cicer. *de clar. Orat.* Omnísque motus cum vrbis sententiísque consentiens, vox permanens, verùm subrauca natura.

Sŭbrēmĭgo, as, Sub velo remigo, cursum nauis quæ vento fertur, remis adiuuo. {ὑπερέσσω. GALL. *Ramer au dessous, tirer lauiron par dessous.* ITAL. *Tirare il remo, vuogare.* GERM. Vnder etwas rudern. HISP. *Remar ò remar por debaxo.* ANGL. *To rowe vnder salye.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 29. Cæteris subremigans brachiis, media cauda, vt gubernacula se regit. Virg. 10. *Æneid.*

———dextra puppam tenet, ipsaque dorso
Eminet, ac leua tacitis subremigat vndis.

SVBRĒPO, is, Latenter subtus repo. {זחל *zachál* רמש *ramás.* ὑφέρπω. GALL. *Entrer & venir en cachette, entrer & venir en se trainant, & coulant sur le ventre.* ITAL. *Rampegarsi di nascosto.* GERM. Vnder hinein kriechen/heimlich dahär schleichen. HISP. *Entrar à escondidas.* ANGL. *To creep vnder priuely.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 8. Fecit & puberem Apollinem subrepenti lacertæ cominus sagitta insidiantem. Col. *lib.* 9. *cap.* 1. Hæc porrò animalia, vel similia his facilè intelligitur, quàm non expediat conferre in id viuarium quod vaceris circundatum est: siquidem propter exiguitatem corporis facilè clathris subrepunt & liberos nacta egressus fugam moliuntur. Senec. *cap.* 1. *de consl. ad Martiam,* Vide quàm non surrepam tibi. (consolando.) Ouid. 3. *Fast.*

Blanda quies furtim victis subrepsit ocellis.

¶ Subrepere animo per metaphoram, pro eo quod est clam se in animum alicuius insinuare. Quint. *lib.* 4. *cap.* 1. Exordium quidam in duas diuidunt partes, in principium, & insinuationem: vt sit principiis recta beneuolentiæ & attentionis postulatio: quæ quia esse in turpi genere causæ non possit, insinuatio subrepat animis, maximè vbi frons causæ non satis honesta est. Idem, Ita subrepitur animo iudicis. Obliuio subrepit. Plin. *lib.* 8. *cap.* 22. Huic quamuis in fame mandenti, si respexit, obliuionem

obliuionem cibi subrepere aiunt, digressúmque quærere alium. Ætas iners subrepit. Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 1.

Interea dum fata sinunt, iungamus amores:
Iam veniet tenebris mors adoperta caput.
Iam subrepet iners atas, nec amare decebit,
Demere nec cano blanditias capiti.

Sūbrēptītĭæ literæ, vide post *Subripio.*

Sūbrēptĭto, frequentatiuum à subrepo. ὑφερπύζω. Cat. *in Orat. de Flor.* Ibi pro scorto fuit, in cubiculum subreptitauit è conuiuio. Ex Gellio *lib.* 10. *cap.* 13.

SVBRĪDĔO, Leuiter arrideo. {ὑπομειδιάω. GALL. *Se sousrire, rire vn peu.* ITAL. *Sorrire, ghignare, soghignare.* GERM. Schmollen/bey im selbs heimlich lachen. HISP. *Reir vn poco.* ANGL. *To smile or laugh a litle.*} Virg. 1. *Æneid.*

Olli subridens hominum sator atque deorum.

Cicer. *pro Rosc. Com.* Qua de causa? subridet Saturius veterator, vt sibi videtur. Ouid. 3. *Amor. Eleg.* 1.

———limis subrisit ocellis.

Claud. 2. *Eutrop.*

Subrisit crudele pater.

Virg. 10. *Æneid.*

Ad quem subridens mista Mezentius ira.

Sūbrīdĭcŭlē, aduerbium. {ὑπογελοίως. GALL. *En se sousriant.* ITAL. *Sorridendo.* GERM. Etwas lächerlich/mit heimlicher verlachung. HISP. *Reiendo ò burlando vn poco.* ANGL. *with mockerie and scorne.*} Cic. 2. *de Orat.* Quid hoc Næuio ignauius? Seuerè Scipio. At in malè olentem, Video me à te circumueniri Subridiculè Philippus.

SVBRĬGO, is, siue Surrigo b in r, mutata, Erigo, in altum eleuo. {הקים *hekim* ישׁל *jischél* הרים *herim* נשׂא *nasá*. ἀξανίστημι, ἀναρθῶ. GALL. *Dresser contremont, esleuer en haut, hausser.* ITAL. *Drizzare, leuare in alto.* GERM. Auffrichten/ auffregen/ auffsetzen. HISP. *Enhestar.* ANGL. *To lift vp.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 29. Supinus in summa æquorum peruenit, ita se paulatim subrigens, vt emissa omni per fistulam aqua, velut exoneratus sentina facilè nauiget. Idem *lib.* 10. *cap.* 20. Vpupa crista visenda plicatili, contrahens eam, subrigénsque per longitudinem capitis. Virg. 4. *Æneid.*

Tot lingua, totidem ora sonant, tot subrigit aures.

Sūbrēctūs, siue Surrectus. {רם *ram* מרומם *meromám* מישׁר *meischár*. ἐπαρθείς, ὀρθωθείς. GALL. *Dressé contremont, esleué en haut, haussé.* ITAL. *Drizzato, eleuato in alto.* GERM. Auffgericht/auffgeregt. HISP. *Enhestado, alçado.* ANGL. *Lifted vp.*} Silius *lib.* 10.

———connixus in hastam
Ilia cornipedis subrecta cuspide transit.

Sūbrĭgŭŭs, adiectiuum, Aliqua ex parte irriguus, subaquosus. {ὑπόνδρος. GALL. *Moiste & arrousé par dessous.* ITAL. *Humido, adacquato di sotto.* GERM. Etlicher massen gewässert/ ober befeuchtiget. HISP. *Mojado y regado de baxo.* ANGL. *A litle moisted.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 18. In crasso, aut humido, aut subriguo, à messe ad brumam.

SVBRĬPĬO, is, Furor, clàm aufero. {גנב *ghanáb*. ὑφαρπάζω. GALL. *Desrober & emporter en cachette.* ITAL. *Raptare, robbare, ruba nascosi.* GERM. Verkippen/ verzwacken/ heimlich entwenden. HISP. *Hurtar, arrebatar escondidas.* ANGL. *To steale.*} Plaut. *in Menæch. sc.* 2. *act.* 1. Hanc modò vxori intus pallam subripuit. Cicer. *in Paradox.* Quanti est æstimanda virtus, quæ nec eripi, nec subripi potest vnquam, neque naufragio, neque incendio amittitur, nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur. vide plura in *Surripio.*

Sūbrēptĭo, Ipse surripiendi actus. {κλοπή. GALL. *Larcin, desrobement.* ITAL. *Rubbamento.* GERM. Verkippung/verzwackung. HISP. *Hurtamiento.* ANGL. *Stealing.*} ¶ Surreptio item dicitur, impetratio quæ fit à principe siue magistratu per falsam rei narrationem.

Sūbrēptītĭūs, adiectiuum. {ὑφαρπασθείς. GALL. *Desrobé, subreptice, prins ou fait à la desrobee.* ITAL. *Rubbato.* GERM. Das verkippt ist/heimlich herrein geschlichen ist. HISP. *Hurtado hecho, ò tomado à escondidas.* ANGL. *Taken away by theaft.*} vt, Subreptitia postulatio, subreptitiæ literæ, quæ ad falsam alicuius suggestionem concessæ sunt. ¶ Subreptitius puer, furtim sublatus. Plaut. *in Menæch.* Atque istic habitat geminus subreptitius.

Sūbrŏgo, as, Substituo. {ἀντικαθίστημι. GALL. *Subroger, substituer.* ITAL. *Sostituire.* GERM. An eines anderen statt setzen/nachordnen. HISP. *Substituyr en lugar de otro.* ANGL. *To put in place of another.*} Liu. *lib.* 3. *ab Vrbe,* Consul antequam collegam subrogasset, negabat passurum agi de lege. ¶ Subrogare collegam, Consul dicebatur, qui in demortui locum Consulis alterum sufficiebat. Cicer. *ad Brutum Epist.* 5. Omnino Pansa viuo celeriora omnia putabamus, statim enim collegam sibi subrogasset: deinde ante Prætoria sacerdotum comitia fuissent. Liu. 2. *ab Vrb.* Regnum cum affectare fama ferebat, quia nec collegam subrogauerat in locum Bruti, & ædificabat in summa Velia. Subrogare Ædiles, Gell. *cap.* 9. *lib.* 6. Liu. *lib.* 5. *d.* 5. Ad magistratus subrogandos Romam redit, &c.

Sūbrōstrārĭi, Homines otiosi dicebantur, quibus quum nihil esset quod domi agerent, sub rostris frequenter desidebant, rumores nouos aut captantes, aut ipsi confingentes. Cælius *ad Cic. lib.* 8. Te ad nonum Calendas Iunij, subrostrarij (quod illorum capiti sit) dissiparant periisse.

SVBRVBĔO, es, Nonnihil rubeo. {ὑπέρυθρος εἰμί. GALL. *Deuenir vn peu rouge, deuenir rougeastre, se rougir vn peu.* ITAL. *Arrossirsi vn poco.* GERM. Minder/vnd mehr rotfarb sein. HISP. *Vn poco embermejecerse.* ANGL. *To be somewhat redde.*} Ouid. *lib.* 2. *Amor.*

Qualē coloratum Tithoni coniuge cælum
Subrubet aut sponso visa puella nouo.

Sūbrŭbĭcŭndŭs, adiectiuum, Rubicundus, siue aliquantulum rubicundus. {אדמדם *adhamdám*. ὑπέρυθρος. GALL. *Rougeastre.* ITAL. *Alquanto rosso, rossetto.* GERM. Rotlecht/ein wenig rotfarb. HISP. *Vn poco bermejo.* ANGL. *Somewhat redde.*} Plin. *lib.* 23. *cap.* 13. Herba est trixaginis specie & mollitia, cauliculis subrubicundis.

Sūbrūfŭs, adiectiuum, Aliquantulum rufus. {אדמדם *adhamdám*. ὑπόπυρρος. GALL. *Quelque peu roux, roussastre.* ITAL. *Vn poco rosso.* GERM. Rotlecht/oder rotprecht. HISP. *Vn poco roxo.* ANGL. *Reddish.*} Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. India gentium suarum habet nomen, subrufo colore, in attritu sudorem purpureum emanat. Plaut. *in Capt.* Subrufus aliquantum, crispus, cincinnatus.

SVBRVMĪ, dicti sunt agni, qui adhuc sunt sub mamma, quæ ruma à veteribus dicebatur. {ὑπομάζιοι. GALL. *Agneaux qui tettent encore.* ITAL. *Agnelli ch' ancor' tettano, agnelli da latte.* GERM. Säuglämmer. HISP. *Corderos de leche.* ANGL. *Sucking lambes.*} Varro *de re rust. cap.* 2. Et si parum habet lactis mater, vt subiiciat sub alterius mammam, qui appellantur subrumi, id est, sub mamma. Antiquo enim vocabulo, mamma ruma, vt opinor, dicebatur. Hæc Varro.

Sūbrūmārī, & Subrumare, id est, mammæ submittere. {θηλαζόμενα μηλα ὑποτίθημι. GALL. *Faire tetter, bailler à vne mere laitiere pour alaiter.* ITAL. *Far tettare, ò lattare, mettre sotto la tetta.* GERM. Vnderhin lassen zusaugen. HISP. *Ahijar como cordera, meter so la teta.* ANGL. *To be suckled or put tosuck.*} Col. *lib.* 7. *cap.* 4. Diligenti cura seruandum est vt & suis quotidie matribus & alienis, non amantibus, agni subrumentur.

Subrumpo, Subruptus, Hircius *de bello Africo*, Erat conuallis satis magna latitudine, altitudine prærupta, crebris locis speluncæ in modum subruptis.

Sūbrūncĭuī, limites ita nominantur ab Hygeno, Limites linearij qui mensuræ tantùm disterminandæ causa sunt constituti: &, si finitimi inueniunt, latitudinem secundùm legem Maniliam acceperunt, in Italia itineri publico seruiunt sub appellatione subrunciuorum, habent latitudinem pedum octonûm, hos conditores coloniarum, fructus asportandi causa publicauerunt.

Sūbrŭo, is, suffodio, vel suffoso fundamento diruo. {נשׁץ *nathás* נתס *nathás* נתשׁ *nathásch*. ὑπορύττω. GALL. *Ruer ce dessus dessous, ruer ius.* ITAL. *Cauare.* GERM. Vnden niderfellen/vnden vmbstossen. HISP. *Derrocar.* ANGL. *To rase or ouerthrow by deluing vp the fundation.*} Cæsar 2. *belli Gall.* Murúsque defensoribus nudatus est: testudine facta partis succedunt, murúmque subruunt. Liu. 5. *bell. Pun.* Séque vltimum illum diem agere, nihil minus timentes quàm subrutis cuniculo mœnibus, arcem iam plenam hostium, &c. Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Subruere arces & mœnia.

Liu. *lib.* 1. *dec.* 5. Subruere & tentare libertatem. ¶ Aliquando effodio. κατασκάπτω. Seneca, Subruunt terram, thesauros quæritant.

Sūbrūstĭcŭs, a, um. {ὑπάγροικος. GALL. *Aucunement rustique, rural & lourd.* ITAL. *Rustichetto, villanollo.* GERM. Etwas beürisch. HISP. *Cosa rustica.* ANGL. *Somewhat hat vplandish and rusticall.*} Cicer. *de clar. Orat.* Quum etiam ipso sono, quasi subrustico prosequebatur atque imitabatur iniquitatem.

Sūbrūtĭlŭs, adiectiuum, In rutilum vergens colorem. {ὑπόφοινιξ. GALL. *Vn peu rouge & rougeastre.* ITAL. *Rossetto.* GERM. Minder/vnd mehr feurrot. HISP. *Vn poco roxo, ò ruuio.* ANGL. *Somewhat redde.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 3. Media magnitudine colore subrutilo, rarum conspectu.

Sūbsālsŭs, a, um, adiectiuum, quod salis saporem nonnihil refert. {ὑφαλμυρός. GALL. *Quelque peu salé.* ITAL. *Salso, che ha sapor di sale.* GERM. Ein klein gesaltzen. HISP. *Vn poco salado, que tiene sabor de sal.* ANGL. *Somewhat salt.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 29. subsalsa gustanti herba.

Sūbsānno, as, verbum est adiectiuum, Irrideo. {צחק *tsachák* שׂחק *schachák* לעג *lahágh* הלעיב *hilhib*. χλευάζω. GALL. *Se mocquer.* ITAL. *Dileggiare.* GERM. Verspotten. HISP. *Mofar ò escarnecer.* ANGL. *To mock or scorne.*} Nam sanna (vt suo loco docuimus) irrisionem significat, quæ & subsannatio dicitur. χλευασμός.

‖Subcalmium, pars sub scalmo. Poll.‖

SVBSCRĪBO, is, Subnoto, subsigno, quod vulgo effetunt, nomen in literis suppono. {ὑπογράφω. GALL. *Soubscrire, signer de sa main.* ITAL. *Sotto scriuere.* GERM. Vnderschreiben. HISP. *Firmare lo escrito, escriuir por debaxo.* ANGL. *To wryt vnder, to subscriue.*} Cic. *ad Attic. lib.* 8. Literas tibi à Domitio ad XIII. Calen. Martij allatas esse, earúmque exemplum subscripseras. Apuleius *Apolog.* 1. Ad subscribendum compelli. (de accusatione.) Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.*

Néve precor magna subscribite Cæsaris ira.

Item, Subscribere. i. notare. Suet. *in Calig. cap.* 29. Numerum puniendorum ex custodia subscribens, &c. Aliàs subscribere significat, fauere, siue approbare. Colum. *lib.* 1. *cap.* 2. Quòd si voto fortuna subscripserit, agrum habebimus salubri cœlo, vberi gleba. Ouid. 1. *Trist. Eleg.* 2.

Néve precor magni subscribite Cæsaris ira:
Sæpè premente deo, fert deus alter opem.

Velleius, Subscripsit Agrippæ Capito in Cassium. ¶ Est etiam subscribo, aliquando verbum iudiciis & foro commodatum, & significat iudicium dictare, quasique dicam scribere. Plin. *lib.* 5. *Epist.* 6. Scis te non subscripsisse mecum, & iam biennium transiisse, omniáque me vsucepisse. id est, mecum querelam non esse expertum, vt interpretatur Budæus. ¶ Vnde subscriptores, qui accusatori subscribunt, hoc est, qui secundas accusationis partes sustinent. Cicer. 1. *Verr.* Venit paratus cum subscriptoribus exercitatis, & disertis. Vbi Asconius, Subscriptores dicuntur qui adiuuare accusatorem solent: quos oportebat submissius agere, quàm eum quem sequebantur. Budæus *in prioribus Pand. Annot.* Subscribere dicebant veteres Iurisconsulti, quod nunc *adiungere*, dicunt. Subscribendi igitur facta potestas, dicendum, quod Leguleiorum vulgus hodie barbarè effert. Dictum est quòd adiungere se poterit. Cicer. *in diuin.* Non modò referendi nominis, sed ne subscribendi quidem, quum id postularet, fecerunt potestatem.

Sūbscrīptĭo, nis, Subsignatio. {ὑπογραφή, ὑποσημείωσις. GALL. *Soubscription.* ITAL. *Sottoscrittione.* GERM. Vnderschreibung. HISP. *Escritura por debaxo.* ANGL. *Subscryuing.*} Cicer. *pro Cluent.* Quare quicquid de subscriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, &c. ¶ Subscriptio censoria, est ipsa censura. Idem *pro Cluentio*, Ne subscriptio censoria non minus calamitatis ciuibus quàm proscriptio acerbissima possit afferre. Budæus. ¶ Accipitur præterea subscriptio, pro adiunctione, vt hodie loquuntur nostri Iureconsulti, quum accusatori aliquis ad agendum adiungitur. Cic. 1. *Verr.* Quartum quem sit habiturus, non video: nisi quem fortè ex illo grege oratorum qui subscriptionem sibi postularunt. Præterea Subscriptiones dicebantur eorum constitutiones

quibus respondebant præsentibus sese per libellos consulentibus. Nam quum absentibus respondebant epistolæ dicebantur. ¶ Subscriptio ab accusatione separatur apud Gell. *cap.4. lib.2.*

Subscŭs, udis, {GALL. *Vne tringle, ou queuë d'aronde ou cheuille pour faire tenir deux aix ou deux membrures ensemble.* ITAL. *Tauoletta con laquale si figgono ò congiungono le tauole, l'vna all' altra.* GERM. Ein preßholtz/ preßriemen/ein höltzin band mit dem zwen trämen/oder dergleichen zusamen geklammert werden. HISP. *El tarugo ò souina de palo.* ANGL. *A wedge to ioyne other timber together.*} Paulus ex Festo, Subscudes appellantur tabellæ, quibus tabulæ inter se configuntur, quia quo immittuntur subscuditur. Pacuuius *in Nuptijs*, Nec vlla subscus cohibet compagem aluei. Plaut. *in Astraba*, Terebratus multum sit, & subscudes additæ. ¶ Subscudes (inquit Budæus) quæ & subsecudes, & suscudes appellantur, sunt lignea retinacula, quæ etiam securiclæ à forma vocantur, quasi securiculæ quibus duo tigna tenacissimè inter se vinciuntur: vnde Securiclati cardines apud Vitruuium *lib.10.* licèt vulgò securidati legatur. Galli *hirundinum caudas* appellant. Solent etiam interdum subscudes ex ferro fieri. Vitruu. *lib. 10. cap. 10.* loquens de tympano ad molendam farinam faciendo. Secundum id tympanum (inquit) maius item dentatum planum est collocatum, quo continetur axis, habens in capite summo, subscudem ferream qua mola continetur. Quum Vitruuius subscudem hîc appellat, inquit Budæus, nostri *ferrum molendini*: ex quo forma subscudis intelligi potest.

Subsecíuus, a, um, Seneca *epist.54.* Subsecíua res non est philosophia. Vide infrà *Succisiuus.*

Subsĕco, as, Ab ima parte reseco, succîdo, abscindo. {גדע *ghadháh.* ὑποτέμνω, ὑποκόπτω. GALL. *Scier ou couper par dessous.* ITAL. *Segare per di sotto.* GERM. Vnden abhauwen/oder abschneiden. HISP. *Cortar por debaxo.* ANGL. *To cute vt orlie vnder.*} Col. *lib.2.* Quædam subterraneæ pestes adultas segetes radicibus subsectis enecant. Ouid. *4. Fast.*

Illa papauereas subsequar vngue comas.

Idem *6. Fast.*

Non vngues ferro subsecuisse licet.

Subsĕcundarĭus, adiectiuum, Succisiuus, & quod quasi secundo tempore aduenit. {δευτερεύων, δευτεράζων. GALL. *Successif, qui se fait secondement.* ITAL. *Successiuo.* GERM. Nachend zu reisend. HISP. *Cosa consequiente.* ANGL. *That succedeth.*} Gell. *lib.20. cap. vlt.* Quantum autem vitæ deinceps mihi deûm voluntare erit, quantum à cura publica, & à re familiari, procurandóque cultu liberorum meorum dabitur otium, ea omnia succisiua, & subsecundaria tempora, ad colligendas huiusmodi memoriarum delectatiunculas conferam.

Subsentio, ὑπαισθάνομαι, Aliquantulum sentio, aduerto. Ter. *in Heaut.* Per alium quemuis vt des, fallite sinas Technis per seruulum: etsi subsensi id quoque, Illos ibi esse, & id agere inter se clanculum.

Subsĕquor, eris, Statim sequor, consequor. {דבק *hidhbik* רדף *radháph.* ἐφέπομαι. GALL. *Aller apres, suiure de pres.* ITAL. *Seguire incontinente.* GERM. Bald nachhin folgen. HISP. *Seguir despues ò luego.* ANGL. *To followe or go after.*} Cæsar *de bell. Gall. lib. 4.* Agmen subsequi iussit. Plaut. *Bacch.* Cedo manum, ac subsequere propiùs me ad fores. Idem *Amph.* Ibo & Mercurium subsequar. Idem *Aulul. sc.6.a.4.* Intrò hunc subsequor. Quint. Subsequendi est quædam dignitas. Liu. *7. bell. Punic.* Raptimque cum equitatu profectus, iussis se subsequi peditibus, palatos passim per agros, &c. ¶ Subsequi & imitari aliquem. Plin. *in Paneg.* Te enim imitari, te subsequi student.

Subsĕro, is, Subtus semino, vel planto. {ὑποφυτεύω. GALL. *Sousemer, ou soursemer ou planter au dessous ou incontinent.* ITAL. *Sotto seminare, sotto piantare.* GERM. Bald drauff säyen. HISP. *Sembrar ò plantar por debaxo.* ANGL. *To sowe or plant vnder.*} Col. *lib.4. cap.15.* Nam plurimum interest adhuc noua consitione pedamen omne vestri, nec mox vineam tum subseri, quum fructus capiendus est.

Subsĕruĭo, is, diligenter seruio, obtempero. {ὑπηρετέω. GALL. *Seruir sous vn autre, seruir diligemment, & bien.* ITAL. *Seruire benissimo.* GERM. Vnderdienstig sein/einem zu seinem dienst eben gespannen stehn. HISP. *Seruir muy bien.* ANGL. *To serue diligentlie or vnder another.*} Plaut. *in Men. sc.2.a.5.* ita istæ solent quæ viros Subseruire sibi postulant, fretæ dote feroces. ¶ Subseruire orationi alicuius est, ea dicere quæ pertinent ad confirmandam alterius orationem. Ter. *in Andr.* ego quoque hinc ab dextra Venire me assimulabo: tu vt subseruias Orationi, vtcunque opus sit verbis, vide.

Subses, qui subtus sedet, Gloss. Isid.

SVBSĬDĔO, es, Subsisto, sedeo, consisto, commoror. {עמד *hamádh* ישב *jaschâb* חנה *chanáh.* ὑποκαθίζω, ὑφίσταμαι. GALL. *Surseoir, estre assis au bas.* ITAL. *Star sotto, sedere.* GERM. Nider sitzen/sich setzen. HISP. *Assentarse de baxo.* ANGL. *To rest in the bottome, to sit vnder to stay.*} Cicer. *Attic. lib. 2.* Itaque subsedi in ipsa via, dum hæc summatim tibi perscriberem. Cæsar *6. bell. Gall.* Magna præterea multitudo calonum, magna vis iumentorum quæ in castris subsederat, facta potestate subsequitur. ¶ In aquis quoque cæterísque liquoribus subsidere dicuntur quæ imum petierunt fundum, ibique subsistunt. Columella *lib.11. cap.1.* Villica debet curam adhibere, vt si quæ fæces, aut amurcæ in fundis vasorum subsederint semel, statim emundentur. ¶ Est & subsidere, insidiari. ἐφεδρεύειν. Cicer. *pro Mil.* Cur neque antè occurrit, ne in villa resideret? nec in eo loco subsedit, quo noctu venturus esset? Virg. *in Æneid.*

——*Deuicta Asia subsedit adulter.*

Inde subsessores, & subsessæ; de quibus paulò pòst. ἐφεδρεῖς. ¶ Subsidet pecunia apud eum. Plin. *Epist.77.* Quum in prouinciam Quæstor exisset, scribámque qui sorte obtigerat, ante legitimum salarij tempus amisisset, quod acceperat scribæ daturus, intellexit, & statuit subsidere apud se non oportere: id est, remanere.

Subsellĭa, orum, Sedes & pulpita: vel (vt ita dicam) scamna humiliora. {מושב *moschâb* הדום *hadhóm.* ἕδρα, τὰ βάθρα. GALL. *Bancs en bas, chaires basses.* ITAL. *Sedie, pulpiti.* GERM. Sitz/bänck/stül. HISP. *Las sillas para assentarse.* ANGL. *Settes or benches where many may sitte.*} Nam Senatores in sellis altioribus cònsidebant. Vel, vt ait Suet. *in August. cap.47.* Primus subselliorum ordo Senatoribus vacabat. Pers. *Satyr. 1.* Trossulus exultat tibi per subsellia læuis. Scribit Ascanius, Subsellia esse Tribunorum, Triumuirorum, Quæstorum, & huiusmodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subselliis considebant. Vnde Varro Subsellium dictum existimat, quòd non sit planè sella. ¶ Erant præterea subsellia sedes in foro, sub dio, vbi iudicia publica exercebantur. Cicero *in Vatin.* Quæro ex te post vrbem conditam num quis reus in tribunal sui quæsitoris ascenderit, eúmque vi deturbarit, subsellia dissiparit, vrnas deleuerit, &c. Quo in loco Cicero Prætori tribunal assignauit, qui iudiciis præerat, & Quæsitor vocabatur: subsellia verò Iudicibus, qui reos sententiis suis tabellaribus iudicabant. Quint. *lib.10. cap.5.* Quod accidisse Portio Latroni traditur, vt quum ei summam in scholis opinionem obtinenti causa in foro esset oranda, impensè petiuerit vti subsellia in basilicam transferrentur: ita ei cælum nouum fuit, vt omnis eius eloquentia contineri tecto & parietibus videretur. ¶ In subselliis litigatores mercedem olim soluebant. Sueton. *in Neron. cap.17.* Et Quintilian. Inter subsellia causam dicere. Idem Quintilian. In subsellia aduersarij mittere testem. Idem, Subselliis aduersis sedentibus aduocato incumbere. Idem, Inter subsellia minores aduocatos interrogare. Idem, In diuersa subsellia transire. Velleius, Subsellij fragmine ictus. Quintilian. In diuersa subsellia transire. Idem, Petit Porcius Latro, vt subsellia in basilicam transferrentur. Plaut. *Amph. Prolog.* Conquisitores singuli in subsellia erant per totam caueam. Idem *Capt. sc.1. a.3.* ¶ Erant & subsellia in curia, in quibus Senatores sedebant, vt ostendit Cic. *1. Inuect. in Catilinam.* ¶ Idem sedes in theatro. Sueton. *in August.* Facto igitur decreto patrum, vt quoties quid spectandi vsquam publicè ederetur, primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus. ¶ Item sedes, in quibus sedebant rei & accusatores, & testes. Cic. *pro Roscio Amer.* Erant ei veteres inimicitiæ cum duobus Rosciis Amerinis: quorum alterum sedere in accusatorum subselliis video, alterum tria huiusce prædia possidere audio. ¶ Subsellia pro ipsis Iudicibus aliquando accipiuntur: quod & Budæus annotauit. Martial. *lib.1.*

Sextiliane bibis quantum subsellia quinque.

Subsessæ, dicuntur à Vegetio insidiæ quibus in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale suspicans opprimi solet, subsidendo, quod aliquando insidiari significat. {ארב *oréb* (vel) *ére* מארב *maaráb.* ἐνέδρα. GALL. *Guet, embusches.* ITAL. *Insidie, aguati, imboscate.* GERM. Ein heimlich hinderwart/ oder hinderhut auff iemandts zulaustern. HISP. *Las assechanças.* ANGL. *Ambushmentes.*} Subsidere enim significat delitescere: vnde subsessores dicti, qui delitescentes insidiantur, & insidiis circumuentos interimunt. ¶ Contrà subsessos vocamus hostilibus insidiis circunuentos.

Subsĕssor, is. {ארב *oréb* ἐπιβουλευτής, ἐνεδρευτής, ὁδοιπορῶν ἐφεδρεύων. GALL. *Espieur, guetteur de chemin.* ITAL. *Insidiatore di strada.* GERM. Ein heimlicher aufsspächer/der ein hinderhalt/oder auff einen lauftert ihn zuoberfallen/als die straßräuber. HISP. *Assechador.* ANGL. *He that lyeth in waite to deceiue or kill one.*} Qui delitescens insidiatur, & insidiis circunuentum interimit. Subsessores vocantur qui occisuri aliquem delitescunt. Seru. *in illud 5. Æneid.*

——*subsedit Acestes.*

¶ Subsessor alieni matrimonij, à Valerio dictus est qui pudicitiæ alienæ coniugis insidiatur.

SVBSĬDĬVM, Auxilium eum in vsum comparatum, vt laborantibus opem ferat. {עזר *hézer* עזרה *vezráh.* ἐπικουρία, βοήθεια. GALL. *Aide, secours.* ITAL. *Sussidio, soccorso, aiuto.* GERM. Ein hilf/nachhut/entschüttung. HISP. *Ayuda, socorro.* ANGL. *Aide, help.*} Cic. *ad Q. Frat.* Sextius multis vulneribus acceptis, subsidio Bestiæ seruatus est. Vnde subsidio venire dicimus, pro eo quod est laboranti auxilium ferre. Idem *6 Philip.* C. Cæsar Galliæ prouinciæ cum exercitu subsidio profectus est. Subsidium senectutis, id est, perfugium. Colum. Cicer. *ad Attic. lib.5.* Res Hispanienses valde bonæ, modò Balbirium incolumen videam, subsidium nostræ senectutis. Sueton. *in Cæs. cap.27.* Tum reorum aut obæratorum, aut prodigæ iuuentutis subsidium vnicum, ac promptissimum erat. Et Cæsar *lib.1. de bell. ciu.* Subsidium prædæ. GALL. *Escorte.* Idem *Cæs. lib.3. de bell. ciu.* Subsidia hæc tantis malis succurrebant. Idem *lib.1. de bell. ciu.* Subsidia inopia. ¶ Subsidia in acie verbum militare. Gell. *cap.9. lib. 10.* ¶ Subsidia, de liberis. Sueton. *in Caligul. cap.12.* Cum deserta desolataque & reliquis subsidiis aula, &c. ¶ Subsidium, ὕφορμος, locus in quo nauigia subsidêre possunt, & stare suffragiúmque habere. Subsidium simile portui & stationi, minus tamen. Tacitus *lib. 4.* Quoniam impetuosum mare, & vix modicis nauigiis pauca subsidia.

Subsĭdĭarĭus, a, um, adiectiuum, quod in subsidium paratur. {βοηθητικός. GALL. *Subsidiaire, qui vient au secours.* ITAL. *Chi viene in soccorso.* GERM. Zur hilf oder nachhut verordnet. HISP. *El que socorre.* ANGL. *That helpeth.*} Liu. *5. ab Vrbe,* Paulum erat ab dextra editi loci, quem subsidiariis repleri placuit. Idem *9. ab Vrbe,* Qui subsidiarias cohortes, quæ ad integræ & longioris pugnæ casus reseruabantur in primam aciem extemplo emisit. ¶ Subsidiarius palmes, qui & præsidiarius & resex à Columella, à Catone custos, & vinarius appellatur palmes.

Subsĭdĭor, aris, subsidio sum. {עזר *hazár.* ἐπικουρέω, ἐπαμύνω. GALL. *Venir au secours.* ITAL. *Venire in soccorso.* GERM. Zu hilf kommen/entschütten. HISP. *Venir para socorrer.* ANGL. *To aide or help.*} Hirt. *8. belli Gallici,* Perterriti non solùm ij qui cominus opprimebantur, aut eminus vulnerabantur, sed etiam qui longiùs subsidiari consueuerant.

Subsĭdo, is, Ad sedendum descendo, pessum eo. {ירד *jarádh.* ὑποκαθίζω. GALL. *S'aualler, s'abbaisser.* ITAL. *Inchinarsi.* GERM. Sich setzen/nidersetzen/niderlassen. HISP. *Hazer assiento lo pesado.* ANGL. *To sit downe or sink to the bottonne, to light as birdes on trees.*} Virg. *5. Æneid.*

Subsidunt vndæ, tumidúmque sub axe tonanti
Sternitur æquor aquis.

Ouid. *lib.1. Metam.*

Iam mare littus habet, plenos capit alueus amnes,
Flumina subsidunt, colles exire videntur.

Et paulò antè,

Iussit & extendi campo, subsidere valles.

Liu. *lib.8. bell. Pun.* Subsidunt Hispani aduersùs emissa tela ab hoste: inde ad emittenda ipsi consurgunt. Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Sed modò subsidunt (venti) intermissique silescunt.

Idem *5. Fastor.*

Pondera

Pondere terra suo subsedit, & aquora traxit.

Seneca *de consol. ad Polyb. cap.* 12. Subsidere apud te debet exigua pars doloris cùm diuiseris inter multos. Subsidere, est in subsidio esse. Plautus, Agite nunc subsidite omnes, quasi solent triarij. Solebant enim triarij, vt inquit Varro, tertio ordine in acie subsidio deponi. Huc alludit Cicero, cùm inquit, Quid sim tibi autor, in Siciliáne subsidas, an vt ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare? ¶ Subsidere, significat aliquando inuadere. Lucan. *lib.* 5. Iure sed incerto mundi subsidere regnum. ¶ Subsidere dicitur fœmina in coitu. Horatius *Epod.*

Nouáque monstra iunxerit libidine
Mirus amor, iuuet, vt tygres subsidere ceruis.

SVBSIGNO, as, are, Subscribo, subnoto. {ὑποσημειόω. GALL. *Sousigner, escrire au dessous.* ITAL. *Sottoscriuere.* GERM. Underzeichnen/ underschreiben. HISP. *Firmar escrito, poner el sello debaxo.* ANGL. *To subscriue or put to a seale vnder.*} Cicero *pro Flacco*, Illud quæro, síntne ista prædia censui censendo: habeant ius ciuile, subsignari apud ærarium, apud censorem possint? Vetus inscriptio apud Aldum de Ortograph. Subsignare odia.

Sūbsīgnātĭo, nis, ὑπογραφή. Subscriptio. Paulus *D. lib. vlt. titul. de verb. signific.* Veteres Subsignationis verbo pro subscriptione vti solebant.

Sūbsĭlĭo, ilis, subsilui, subsultum, Sursum salio. {דלג dalágh רקד rakádh. GALL. *Sauteler, sursaillir, tressaillir.* ITAL. *Saltar in su.* GERM. Auffspringen. HISP. *Saltar de abaxo, arriba.* ANGL. *To leap a litle, to hop.*} Plaut. *in Curcul. sc.* 2. *a.* 1. Subsilite, obsecro, pessuli, & mittite istanc foras. Lucret. *lib.* 2.

Nec quum subsiliunt ignes ad tecta domorum,
Et celeri flamma degustant tigna, trabésque,
Sponte sua facere id sine vi subiecta putandum est.

‖Subsilles sunt, quasi aliter ipsiles vocant, lamellæ necessariæ sacris, quæ ad rem diuinam conferre dicuntur, maximè specie virorum & mulierum. Fest.‖

Subsimilis. Cels. *lib.* 5. *cap.* 26. de sanguine, sanie, & pure, Meliceria crassior, & glutinosior, subalbida, mellique albo subsimilis fertur.

SVBSVLTO, frequentatiuum. {πολλῶς ὑφάλλομαι. GALL. *Sauteler, sauter de bas en haut.* ITAL. *Saltare in su.* GERM. Offt auffspringen. HISP. *Saltar de abaxo, arriba.* ANGL. *To hop of ten.*} Plaut. *in Cas.* Vt subsultabat postquam vicit villicus. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 5. Tu subsultas, ego miser vix asto præ formidine, ô Cor.

Sūbsūltim, aduerbium. {ὑποπηδητικῶς. GALL. *En tressaillant, en sautelant.* ITAL. *Saltando.* GERM. Mit auffspringen/oder auffhupffen. HISP. *Saltando de abaxo, arriba.* ANGL. *By hopping.*} Suet. *in August. cap.* 83. Mox nihil aliud quàm vectabatur, & deambulabat, ita vt in extremis spatiis subsultim decurreret.

Sūbsīmūs, a, um, Aliquantulum simus. {ὑπόσιμος. GALL. *Vn peu camus.* ITAL. *Simo, di naso alquanto tirato.* GERM. Etlicher massen flachnäsig. HISP. *El que tiene vn poco las narizes romas.* ANGL. *Somewhat flat in the nose.*} Varro *lib.* 2. *de re rustic. cap.* 5. Ne sint bene compositæ, & integris membris, &c. pilosis auribus, compressis malis, subsimísve, gibberibus demissis, &c.

Subsipio, parum sapio, non planè sapio. Varr. *lib.* 4. *L.L.*

SVBSISTO, is, Contra sisto, consisto, pedem figo. {עמד hamádh. ὑφίσταμαι. GALL. *S'arrester & demeurer quelque temps.* ITAL. *Contra stare, fermarsi, dimorare in vn luogo.* GERM. Bestehen/entgegen stehn/bleiben stehn. HISP. *Quedarse, pararse.* ANGL. *To stand still and tary.*} Cæsar 1. *belli Gallic.* Quo prælio sublati Heluetij, quòd quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere, nonnunquam ex nouissimo agmine prælio nostros lacessere cœperunt. Virg. 9. *Æneid.*

Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum,
Nec dextra valet.

Liuius *lib.* 9. Subsistere hostem. Senec. *cap.* 7. *de consol. ad Polyb.* Ex quo se Cæsar orbi terrarum dedicauit, sibi eripuit, & siderum modo, quæ irrequieta cursus suos explicant, nunquam illi licet nec subsistere, nec quicquam suum facere. ¶ Subsistere feras, est excipere, nec cedere irruentibus, earum impetum subsistendo sustinere. Liu. 1. *ab Vrbe*, Hinc robore corporibus, animísque sumpto iam non feras tantùm subsistere, sed in latrones præda onustos impetum facere, pastoribúsque rapta diuidere. ¶ Subsistere in aliquo loco, est aliquandiu commorari. Virg. 2. *Æneid.*

———*quater ipso limine porta*
Substitit, atque vtero sonitum quater arma dedere.

Plin. *Epist.* 234. Grauissimis æstibus, vtque etiam febriculis vexatus, Pergami substiti. id est, restiti, remansi, commoratus sum. Et Velleius, Calphurnia, vt eo die domi subsisteret Cæsarem orabat. Suet. *in Othon. cap.* 9. Nec illi pugnæ affuit, substititque Brixelli. (id est, euentum pugnæ expectauit.) Lingua substitit timore. Ouid. *Epist.* 13. Substitit vnda, hoc est, stetit, siue constitit. Virg. 8. *Æneid.*

Tybris ea fluuium, quàm longa est nocte tumentem
Leniit, & tacita refluens ita substitit vnda,
Mitis vt in morem stagni, &c.

Ouid. *epist. Sapph.*

Ingeniúmque meis substitit omne malis.

Substitit proceritas balsami intra bina cubita. hoc est, procera est balsamus duos cubitos, nec amplius. Plin. *lib.* 12. *cap.* 25.

Subsistentia, actus subsistentis, res ipsa subsistens: τὸ ὑφιστάμενον, habens subsistentiam: personalitas, & persona, quæ est ὑφιστάμενον ὑποκείμενον.

Sūbsōlānŭs, i, Ventus spirans ab ortu æquinoctiali, aduersùs Fauonium: ita dictus quòd sub Sole nasci videatur: vnde & Græci Apelioten appellarunt. {קדים kadhim. ἀπηλιώτης. GALL. *Le vent de Leuant.* ITAL. *Leuante vento.* GERM. Der Ostwind/ wehet von mitler Sonnen auffgang. HISP. *Viento del Oriente.* ANGL. *An east winde.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 47. ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturnus. Illum Apelioten, hunc Græci Eurum appellant.

SVBSORTIOR, iris, est sorte in alterius locum substituo, quemadmodum in iudicum reiectorum locum fieri solebat. {ἀποκαθίστημι. GALL. *Ietter au sort.* ITAL. *Gettare à sorte, sortire.* GERM. Durch die lossellung andere richter erwehlen. HISP. *Sortear.* ANGL. *To choose by lotte after an other haue chosen before.*} Cic. 3. *Verr.* Cur ea quàm diu alium Prætorem, cum iis iudicibus, quos in horum locum subsortitus es, de te in consilium iturum putasti, tam diu domi fuerunt?

Sūbsōrtĭtĭo, nis, electio quæ fit subsortiendo, cùm sorte in alterius locum aliquis substituitur. {גורל ghorál פור pur. ἀποκατάστασις. GALL. *Iettement de sort, election par sort.* ITAL. *Gittamento à sorte, esso sortire, elettione per sorte.* GERM. Ein wahl durch die lossellung. HISP. *Obra de sortear, elecion por suerte.* ANGL. *Chosing by lotte.*} Cicero 3. *Verr.* Nam de subsortitione illa Iuniana Iudicum, nihil dico. Suetonius *in Iulio Cæsare, cap.* 41. Ac ne qui noui cœtus recensionis causa moueri quandoque possent, instituit quotannis in demortuorum locum ex his qui recensiti non essent, subsortitio à Prætore fieret. Cic. *pro Cluent.* Et quod C. Verres Prætor vrbanus, homo sanctus & diligens subsortitionem eius in eo codice non haberet, qui tum inter litus proferebatur.

Sūbstāntĭā, vide *Substo.*

SVBSTERNO, is, aui, atum, Subtus sterno, subiicio. {הציע hitstsiah. ὑποστρώννυμι, ὑποτίθημι. GALL. *Estendre dessous, faire litiere.* ITAL. *Sotto distendere.* GERM. Understrewen/oder spreiten. HISP. *Derrocar por debaxo.* ANGL. *To spread or strawe vnder, to litter.*} Terent. *in Andr.* Ex ara hinc sume verbenas tibi, atque eas substerne. Ouid. 15. *Metam.*

Quassaque cum fulua substrauit cinnama myrrha.

Cic. *de nat. deor.* Iam gallinæ auésque reliquæ quietum requirunt ad pariendum locum, & cubilia sibi, nidósque construunt, eósque quàm possunt mollissimè substernunt, vt quàm facillimè oua seruentur. ¶ Substernere animo omnia, id est, subiicere, supponere. Idem 7. *de Vniu.* Animum igitur quum ille procreator mundi Deus ex sua mente & voluntate genuisset: tum denique omnes quod erat concretum atque corporeum substernebat animo, interiúsque faciebat. ¶ Substernere pudicitiam alicui. Suet. *in Aug. cap.* 68. A. etiam Hirtio in Hispania ccc. militibus nummûm substrauerit.

Sūbstrātŭs, us, Ipse substernendi actus. {מצע matstsáh. ὑπόστρωσις. GALL. *Estendement par dessous.* ITAL. *Esso stendere di sotto.* GERM. Understrewung. HISP. *Derrocamiento por debaxo.* ANGL. *Spreading or strawing vnder.*} Plin. *lib.* 24. *cap.* 9. Suffitu quoque aut sustratu fugant venenata.

Sūbstrāmĕn, inis, quod animalibus substernitur. {τὸ ὑπόστρωμα. GALL. *La litiere qu'on fait aux bestes.* ITAL. *Letto che si fa alle bestie.* GERM. Ein understrewe. HISP. *Paja de la cama ò lecho por las bestias.* ANGL. *That whith is spread vnder, litter.*} Varr. *lib.* 3. *de re rust. cap.* 10. Eásque cellas prouident, ne habeant in solo humorem, sed habeant molle substramen è palea, aliáve qua re.

Sūbstillum, tempus illud dicitur quod ante pluuiam, vel post pluuiam, non siccum, sed humidum: quò aut iam stillet, aut nondum stillare desierit. Hæc Festus. ¶ Apud Catonem *lib.* 1. *de re rustic.* ponitur pro ægritudine, quando stillatim vrina emittitur, quam Græci vocant στραγγουρία. Nunc (inquit) de iis quibus ægrè lotium it, quibúsque substillum est.

Sūbstĭtŭo, is, In locum alterius surrogo, sufficio. {ὑποκαθίστημι. GALL. *Substituer, mettre en la place d'vn autre.* ITAL. *Sostituire.* GERM. An eines anderen statt setzen. HISP. *Sustituir ò poner en lugar de otro.* ANGL. *To put in an others roome.*} Cic. 7. *Verr.* Tum iste homo nefarius in eorum locum alios substituere, & supponere cœpit. Idem 2. *de diuin.* In libris enim sententiam dicebamus, concionabamur, Philosophiam nobis pro Reipublicæ procuratione substitutam putabamus. Velleius, Substituturus erat sibi Cæsar Dolabellam. (in Consolatu.) Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Mart.* Substituere in vicem filij. Liu. *lib.* 8. *bell. Pun.* Substituere aliquid animo dixit. (id est, offerre ad cogitandum.) Sueton. *in Galba cap.* 16. Substitutus ludis.

Sūbstĭtūtĭo, nis, Surrogatio, suffectio. {ὑποκατάστασις. GALL. *Substitution.* ITAL. *Sustitutione.* GERM. Ersetzung an eines statt/nachordnung. HISP. *Sustituimiento.* ANGL. *A putting an others roome.*} Paulus Iureconsult. In vulgari substitutione qua ei qui supremus morietur, hæres substituitur, rectè hæres substitutus etiam vnico intelligitur.

SVBSTO, as, sustineo, & constans sum, non vacillo, aut labasco. {עמד hamádh. ὑφίσταμαι. GALL. *Tenir bon, tenir ferme, soustenir.* ITAL. *Sostenere.* GERM. Steiff bleiben stehn. HISP. *Sostener.* ANGL. *To susteine or abyde constantlie.*} Terent. *in Andr.* Perij, metuo ne substet hospes. ¶ Substare, subesse. Cels. *lib.* 6. *cap.* 10. Si substante pure non rumpuntur hi tumores, incidendi sunt.

Sūbstāntĭā, æ, est quæ per se substat, & fundamentum præbet accidentibus, quæ sine illa subsistere non possunt. {ὑπόστασις, οὐσία, ὕπαρξις. GALL. *Substance, matiere, biens.* ITAL. *Sostanza.* GERM. Des wäsen eines dings dadurch es besteht. HISP. *El subjecto de los accidentes, lo que es.* ANGL. *Substance goodes.*} ¶ Quandoque etiam substantia ponitur pro materia & argumento, circa quæ versatur cardo totius rei. Plinius Nouocomensis *in Epistol.* Substantia omnis orationis fuit cohortatus eius ad pacem. Quintilian. *in Procem. lib.* 1. Prima apud rhetorem elementa, & quæ de ipsa Rhetoricæ substantia quæruntur, tractabimus. ¶ Quandoque pro facultatibus. Idem, Vt plus substantiæ filio relinquentem.

Sūbstāntīuŭs, a, um, Substantialis, hoc est, quod per se stare potest. {ὑπαρκτικός. GALL. *Substantiel.* ITAL. *Sostantiale.* GERM. Bestendig/das von im selbs besteht. HISP. *Sustancial.* ANGL. *That may stand by the self substantiall.*}):(Substantiuus. Rufin. *in expositione Symboli*, Sed fortè dicas, ista, quam memoras, insubstantiua est generatio. Neque enim lux substantiuum facit splendorem, aut cor substantiuum generat verbum.

‖Substantialis, e, quod est substantiæ, nempe ad substantiam pertinens, & eam vel constituens, vel comitans.‖

Substantialiter, secundùm substantiam: modo substantiali: verè & non fictè. aliquando est localiter.

Substraho. Ouid. 13. *Metam.* Discrimine vestro me substraham, &c. Vide *Subtraho.*

SVBSTRINGO, is, Contraho, coarcto, complico. {אפד aphádh רכס rachás צרר

צרר tſarár. συσφίγγω. GALL. Serrer, reſtraindre, reſerrer, reſtrecir. ITAL. Stringere. GERM. Vnden zuſamen ziehen/oder stricken. HISP. Eſtreñir, apretar. ANGL. To bind ſtreict vnderneath, to ſtrayne hard.} Quintil. lib. 10. Omiſſa ſupplere, & effuſa ſubſtringere. Martial. lib. 12.

Feſtinant trepidi ſubſtringere carbaſa nautæ.

Lucan. lib. 3.

Hinc & Sidoniæ gentes, auróque ligatas
Subſtringens Arimaſpe comas, &c.

Suet. in Galba cap. 21. Excreuerat etiam in dexteriore latere eius caro, propendebátque adeò, vt ægrè faſcia ſubſtringeretur.

Subſtrictus, a, um, participium. {אפוד aphúdh רכוס raehús. ὑποσφιγμένος. GALL. Reſerré, reſtreint. ITAL. Rinchiuſo, ſtretto. GERM. Eingeſtrengt. HISP. Eſtreñido, apretado. ANGL. Strayned or gyrded hard vnder neath.} Colum. lib. 2. cap. 3. Boues quum ab opere diſiunxerit, ſubſtrictos confricet, manibúſque comprimet dorſum. ¶ Eſt & ſubſtrictus, nomen ex participio, idem ſignificans quod arctus, & contractus)(Prominens, & effuſus. Idem lib. 6. cap. 10. de tauri forma loquens, Vt ſit magna portio corporis, ventre paulò ſubſtrictiore qui magis rectus, & ad ineundas fœminas habilis ſit. ¶ Subſtricti teſtes. Plin. lib. 32. cap. 3. Quinimò paruos eſſe, ſubſtrictóſque, & adhærentes ſpinæ, nec adimi ſine vita animalis poſſe.

SVBSTRVO, Fundamentum iacio, ab imo extruo, à fundamentis erigo. {בנה banáh הקים hekim. καταβάλλομαι, καταοικοδομέω. GALL. Edifier par deſſous, baſtir ſur fondement. ITAL. Sottoſabricare. GERM. Vnderbawen / vnden auffbawen. HISP. Edificar debaxo. ANGL. To lay a fondation to build.} Plautus Moſtell. ſc. 2. act. 2. Primùm dum parentes fabri liberûm ſunt, & fundamentum liberorum ſubſtruunt, extollunt, &c. Liuius 6. ab Vrbe, Capitolium quoque ſaxo quadrato ſubſtructum eſt, opus vel in hac magnificentia vrbis conſpiciendum. Ouid. Eleg. 10. lib. 1. Triſt.

Barbara pars læua eſt auida ſubſtructa rapinæ.

Subſtructio, nis, verbale, Actus ipſe ſubſtruendi. {בנין binján. κρηπὶς, ὑποδομή. GALL. Baſtiment ſur fondement, ou ſur quelque choſe. ITAL. Fabrica. GERM. Vnderbawung. HISP. Obra de edificar debaxo. ANGL. A building of a fondation.} Columell. lib. 2. cap. 2. Quibuſdam ſubſtrictionibus partes agri ſunt occupandæ. Cæſar lib. 2. bell. ciuil. Altera theatro, quod eſt ante oppidum ſubſtructionibus eius operis maximus, aditu ad caſtra difficili, & anguſto. Columell. lib. 1. Quum ex depreſſiore loco fuerint orſa fundamenta, non ſolùm ſuperficiem ſuam ſuſtinebunt facilè, ſed & pro fultura, & ſubſtructione fungentur aduersùs ea quæ mox, ſi fortè vllam prolatare libuerit, ad ſuperiorem partem applicabuntur.

Subſum, Sub re aliqua ſitus ſum, ſub re aliqua lateo. {ὕπειμι. GALL. Eſtre deſſous. ITAL. Eſſer ſotto. GERM. Vnder etwas ſein. HISP. Eſſer debaxo. ANGL. To be vnder.} Plinius, Suberant tecto abiegenæ trabes. Subeſt cauſa. Cicero 5. de finib. Intelligatur aliquam ſubeſſe eiuſmodi cauſam. Idem 1. Officior. Quum verò de imperio decertatur, bellóque gloria quæritur, cauſas omnino ſubeſſe tamen oportet eaſdem, quas dixi paulò antè, &c. Cæſar 1. de bell. ciuil. Suberant montes. Idem ibidem lib. 2. Suberat turris. Ibidem lib. 3. Nox ſuberat. (id eſt, imminebat,) &c. ¶ Aliquando ſubeſſe ſignificat latenter ineſſe. Virg. 2. Georg.

Quippe ſolo natura ſubeſt.

¶ Subeſſe pro adiuuare aliquando ponitur. Plaut. in Trin. —quod ago, aſſequitur, ſubeſt, ſubſequitur.

Subſuo, is, Ad imam rei cuiuſpiam partem aliquid aſſuo. {ὑποῤῥάπτω. GALL. Coudre par le bas. ITAL. Cucire di ſotto. GERM. Vnden anflicken oder butzen. HISP. Coſer debaxo. ANGL. To ſewo, to ſome thing to the end of an other, or vnder.} Horat. 1. Serm. ſatyr. 2.

——ſunt qui nolint tetigiſſe niſi illas,
Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte.

Subſutam veſtem, limbum intelligit, qui inſtitæ ſubſuebatur.

Subſurdus, a, um, Adiectiuum. Aliquantum ſurdus: vt, Vox ſubſurda, apud Quintilian. lib. 11. cap. 3. Deinde vox non ſubſurda, rudis, immanis, &c.

Subtal, ex ſub & talo componitur, ſignificátque cauum pedis, quamuis & pro vola quandoque accipiatur. Sipontinus.

SVBTEGMEN, inis, filum, quod ſtamini intexitur vel quod ſtamine texitur. {ערב héreb. κρόκη. GALL. La trame ou traime d'vn tiſſerant. ITAL. Trama da teſſere. GERM. Der eintrag eines gewûps. HISP. Trama de la tela. ANGL. The wouſe of a webbe.} Terent. in Heaut. Anus ſubtegmen nebat: præterea vna ancilla erat. Ouid. 6. Metam.

Inſeritur medium radijs ſubtegmen acutis.

Catull. Argonaut.

Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.

Virg. 3. Æneid.

Per picturatas auri ſubtegmine veſtes.

Subtegulaneus, a, um, adiectiuum, quod eſt aliqua ex parte ex tegulis confectum. {ὁ ὑπὸ ὑπόστεγος, ὁ κεράμεος, στεγανός. GALL. Qui eſt ſous les tuilles, ou deſſous le toict, & à couuert. ITAL. Coſa ſotto le tegole, ò ſotto il tetto. GERM. Ein bûne mit ziegeln beſetzt. HISP. Coſa ſo lo tejado y cubierta de teja. ANGL. That is vnder the eaues or roofe of houſes.} Quæ & barbarica dicebantur, ex teſtis tuſis, rudere & calce conſtantia. Plin. lib. 36. cap. 25. Pauimenta credo primùm facta, quæ nunc vocamus Barbarica atque ſubtegulanea.

Subtendo, is, Subtus extendo, tendendo ſubiicio. {ὑποτείνω, ὑποτείνω. GALL. Eſtendre par deſſous. ITAL. Diſtender ſotto. GERM. Vndenfür ſpannen. HISP. Eſtender debaxo. ANGL. To extend or ſtreth abroade vnder.} Cato de re ruſt. cap. 10. Lectum in cubiculo vnum, lectos loris ſubtentos quatuor, & lectos communes tres.

Subtentare, Tentare. {נסה niſſáh. πειράζειν. GALL. Tenter. ITAL. Tentare. GERM. Heimlich verſuchen. HISP. Tentar. ANGL. To aſſaye.} Plaut. in Truc. Aduenisti huc ſubtentatum exornatis oſſibus.

Subtenuis, e, Aliquantulum tenue. {ὑπόλεπτος. GALL. Vn peu tendre, menu & delié. ITAL. Alquanto ſottile. GERM. Zimlich dünn / oder klein. HISP. Vn poco ſutil y delgado. ANGL. Somewhat thinne and ſlender or ſmall.} Varro 2. de re ruſtic. cap. 7. Non anguſta iuba, crebra, fuſca, ſubſcriſpa, ſubtenuibus ſetis implicata in dexteriorem partem ceruicis.

Subter, præpoſitio locum denotans inferiorem, ſicut Super ſuperiorem. {תחת táchath. ὑπένερθε. GALL. Deſſous. ITAL. Sotto. GERM. Vnder / vnderthalb. HISP. Debaxo. ANGL. Vnde.} Iungitur autem ferè accuſatiuo. Cic. in Arat. Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhæſit. Idem 3. Tuſc. Plato iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit. Gell. cap. 15. lib. 10. Vnguium Dialis & capillis ſegmina, ſubter arborem Siliquam terra operiuntur. Ouid. lib. 3. Faſt.

Huic ſupra nubes, & ſubter ſydera lapſo.

¶ Nonnunquam etiam ablatiuo. Virg. 9. Æneid.

Ferre iuuat denſa ſubter teſtudine caſus.

Catull. ad Ortalum,

Troia Rhœteo quem ſubter littore tellus
Obtegit.

¶ Ponitur & ſine caſu, aduerbialiter. Cic. de ſomn. Scip. Deinde ſubter mediam ferè regionem ſol occupat. Subter dare in aluum, i. clyſtere iniicere. Celſ. lib. 4. cap. 17. & cap. 15. poſuit, Ex inferioribus partibus infundere.

Subterduco, is, verbum Plautinum, Subterfugio, clam me educo, elabor. {ὑπεκφεύγω. GALL. Se retirer à part ſecrettement, ſe ſouſtraire & retirer de la compagnie. ITAL. Fugire di naſcoſo, ſotto fuggire. GERM. Sich verſchleichen / oder entziehen. HISP. Huyr à eſcondidas. ANGL. To go away priuelie, to drawe him ſelf frome the companie of others.} Plaut. in Mil. ſc. 3. a. 2. ſerua iſtas fores, Ne tibi clam ſe ſubterducat iſtinc. id eſt, ne hinc abeat te inſcio. Plaut. Aſin. ſc. 2. a. 2. Si iſti occaſioni tempus ſe ſubterduxerit. Idem Men. ſc. 1. a. 3. Si ſubterduxit mihi. (mox, ſurripuiſti.

Subterfluo, is, ere. Notæ eſt ſignificationis. {ὑποῤῥέω. GALL. Couler par deſſous. ITAL. Correre, ſcorrere. GERM. Vnden hår flieſſen. HISP. Correr por debaxo lo liquido. ANGL. To flowo vnder.} Plin. lib. 8. cap. 50. Torrente rapido minaciter ſubterfluente.

Subterfugio, is, Clàm aufugio, ſubterduco. {ὑπαλύσκω, ὑπεκδιδράσκω, ὑπεκφεύγω. GALL. Eſchapper, s'enſuyr en cachette, euiter. ITAL. Fuggire ſecrettamente, di naſcoſo. GERM. Heimlich entflichen. HISP. Huyr ſecretamente y à eſcondidas. ANGL. To flee away priuelie, to eſcape, to auoyde.} Plaut. in Bacch. Subterfugiſſe mihi ſic hodie Chryſalum? Idem Capt. ſc. 2. act. 5. Ea potes ſubterfugere pauca, ſi non omnia. Mox effugere. ¶ Aliquando vito, vel detrecto. Idem in Merc. Ne quicquam ego mare ſubterfugi ſæuis tempeſtatibus. Sic dicimus, Subterfugere militiam, Subterfugere laborem, periculum, hoc eſt, detrectare.

Subterlabor, eris, Elabor, & effugio. {ὑπαλύσκομαι, ὑπεκφεύγω. GALL. S'eſcouler & s'en aller en cachette, ſecrettement. ITAL. Fuggire tacitamente. GERM. Entrünnen. HISP. Huyr à eſcondidas. ANGL. To runne or flowo vnderneath, to eſcape or ſlipe away priuelie.} Liu. 10. bell. Punic. Sed neque roſtro ferire celeritate ſubterlabentem poterant: neque tranſilire armati ex humilioribus in altiorem nauem. Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Triſt.

Pérque nouos pontes ſubterlabentibus vndis, &c.

Subterlino, is, Imam rei alicuius partem perlino. {ὑποχρίω, ὑπαλείφω. GALL. Oindre par deſſous. ITAL. Vgnere per di ſotto. GERM. Vnden beſtreichen / oder anſalben. HISP. Vntar por debaxo. ANGL. To anoynt vnderneath.} Plin. lib. 28. cap. 7. Sotira obſtetrix, tertianis, quartaníſque efficaciſſimum dixit plantas agri ſubterlini.

Subtermeo, as, Subtuſus tranſeo. {ὑποπορεύομαι, ὑπέρχομαι, ὑποβαίνω. GALL. Paſſer par deſſous. ITAL. Paſſare per di ſotto. GERM. Vnderthalb gehn. HISP. Paſſar por debaxo. ANGL. To paſſe or go vnder neath.} Claud. de Aponi balneis, Et iunctos rapido pontes ſubtermeat æſtu.

SVBTERO, is, Comminuo, altero. {כתת catháth כתש chatháſch. συντρίβω. GALL. Caſſer & briſer, ou broyer menu. ITAL. Peſtare, tricare, ſminuire, conſumare. GERM. Zerreiben / vnden abſchleiſſen. HISP. Gaſtar, deſmenuzar, hollar, trillar. ANGL. To bruiſe in ſmall pieces.} Col. lib. 12. cap. 5. Salis ſextarium ſubterito & ſubtritum cum quarto mellis aceto diluito. Cato cap. 72. Boues ne pedes ſubterant, prius quàm in viam quoquam agas, pice liquida cornua infima vngito.

Subtritus, a, um, Attritus. {כתות chathúth כתוש chatúſch. ὑποτετριμμένος. GALL. Vſé, broyé, briſé. ITAL. Alquanto fruſto, vſato. GERM. Vnden abgeſchliſſen. HISP. Gaſtado, deſmenuzado, trillado. ANGL. VVorne, bruiſed.} Plaut. Aſin. ſed tamen tu ineptè eos aſinos prædicas Vetulos, claudos, quibus ſubtritæ ad femina erant vngulæ.

Subterraneus, a, um, quod eſt ſub terra. {ὑπόγειος. GALL. Qui eſt ſous la terre. ITAL. Sotto terra. GERM. Das vnder der erden iſt. HISP. So tierra. ANGL. That is vnder the earth.} Colum. lib. 1. cap. 7. Vinctis quàm ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum plurimis: ſitque id anguſtiis illuſtratum feneſtris. Idem, Nam ferè cum his partibus ædificia rimas egerunt, caua præbent, & latebras ſubterraneis animalibus.

Subtertenuo, as, are, apud Lucretium lib. 1. Annulus in digito ſubtertenuatur habendo. hoc eſt, in ſubteriore parte quæ proxima eſt digito, minuitur & atteritur dum habetur in vſu frequenti.

Subtexo, is, ui, um, idem quod ſubiungo. {חרביק hidhbík. ὑποζεύγνυμι. GALL. Adioindre, adiouſter. ITAL. Sottogiungere. GERM. Hinden dran weben / vnden dran ſetzen. HISP. Añadir y tener por debaxo. ANGL. To weaue or ioyne to.} Plinius lib. 25. cap. 1. Verùm & generatim, membratímque ſingulis corporum morbis remedia ſubtexemus. Tibullus lib. 4.

Inceptis de te ſubtexam carmina chartis, (aliàs, neruis.)

SVBTILIS, e, quod eſt tenuium partium, dicitur à filo tenuiſſimo ſub tela, Et filum quaſi hilum. Varro. {דק dak. λεπτὸς, λεπτομερής. GALL. Subtil, menu, deſlié. ITAL. Sottile, tenue. GERM. Reyn / ſubtil. HISP. Sutil y delgado. ANGL. That is made of thinne and ſmall partes ſubtille.} vt, Subtilis ſuccus. Plin. lib. 11. cap. 5. Apes ſuccum ſubtiliſſimum contrahunt. ¶ Ponitur etiam pro ingenioſo, & docto. ¶ Subtile conſilium, id eſt, implicatius, nec cuiuis obuium. λεπτὸν νόημα. ¶ Concluſio ſubtilis. Quintil. lib. 7. cap. 4. Concluſio ſubtilis, & ad morem Dialecticorum formata. Cic. lib. 3. de finibus, Stoicorum autem non ignoras quàm ſit ſubtile, & ſpinoſum potius diſſerendi genus. ¶ Subtile iudicium, id eſt, acutum, & perſpicax. ὀξύ. Cicero ad Catonem lib. 5. Nam ad meum ſenſum, & ad illud

illud syncerum ac subtile iudicium nihil potest esse laudabilius quàm est tua oratio. ¶ Subtile palatum, & subtilis gula, quæ sapores acutè diiudicant. Horat. *2. Serm. satyr. 8.*

Feruida quod subtile exudant vina palatum.

Columella *lib. 8. cap. 16.* hoc igitur periurium multorum subtiliorem fecit gulam, doctáque & erudita palata fastidire docuit fluuialem lupum.

Sūbtīlĭtās, atis, Tenuitas, gracilitas, acumen. {דק dek (vel) dak. λεπτότης, ἰσχνότης. GALL. *Subtilité.* ITAL. *Sottigliezza, sottilità, sottiglianza.* GERM. Spitzfündigkeit/ subtilheit. HISP. *Sotileza ò delgadez.* ANGL. *Subtilitie, sharpnesse of witte.*} Cic. *lib. 1. Acad.* Apud nostros enim non ignoras quæ sit, & quanta subtilitas.

Sūbtīlĭtĕr, aduerb. {λεπτῶς, ἰσχνῶς. GALL. *Subtilement, par le menu.* ITAL. *Sottilmente, por il minuto.* GERM. Scharpffsinniglich. HISP. *Sutil y delgadamente.* ANGL. *Subtillie.*} Acutè, acriter, tenuiter. Cic. *1. Tusc.* Sed Zeno quum Arcesilam anteiret ætate, valdéque subtiliter dissereret, & peracutè moueretur, corrigere conatus est disciplinam.

Sūbtĭmĕo, es, Aliquantum timeo, subuereor, subformido. {ὑποφοβοῦμαι. GALL. *Craindre aucunement, auoir peur.* ITAL. *Temere alquanto, dubitare, hauer paura.* GERM. Ein klein wenig förchten. HISP. *Vn poco temer, dudar.* ANGL. *To feare a litle.*} Cic. *2. Philipp.* Num quid subtimes ne ad te hoc crimen pertinere videatur?

Sūbtrăho, is, de medio aufero. {לקח lakách. ὑφέλκω. GALL. *Soustraire & retirer d'auec.* ITAL. *Torre di sotto, rubbare.* GERM. Entziehen. HISP. *Sacar de otra cosa, hurtar.* ANGL. *To drawe away frome others.*} Plin. *lib. 11. cap. 18.* Subtrahitur itaque deducta multitudine. Ouid. *in Ibin,*

Subtrahitur presso mollis arena pede.

Cicer. *ad Quint. fratr. lib. 2.* Quo ego me libentiùs à curia, & ab omni parte Reipub. subtraho. Ouid. *5. Trist.*

Subtrahis & fracto tu quoque colla iugo.

Virg. *6. Æneid.*

Siste gradum, téque aspectu ne subtrahe nostro.

Quintilian. Subtrahere se oneri. Ouid. *13. Metam.*

Suasit vt se subtraheret bellique viaque labori.

Et Senec. *cap. vlt. de consol. ad Mart.* Subtrahi malis. Ouid. *13. Metam.*

Discrimine vestro me subtraham. (i. bello.)

¶ Subtrahere se, pro clam discedere. Sueton. *in Cas. cap. 65.* Ac subinde obseruandum se admonens, repentè interdiu, vel nocte subtrahebat, &c. ¶ Subtrahere etiam accipitur pro surripere, siue furari. Plaut. *in Casin.* Nam peculi probam nihil habere addecet Clàm viro: & quæ habet partum, ei haud commodi est quin viro aut subtrahat, aut stupro inuenerit.

Sūbtrīstĭs, e, Aliquantulum tristis. {ὑπολύπηρος. GALL. *Vn peu ou aucunement triste.* ITAL. *Alquanto mala voglia, alquanto dolente.* GERM. Etlicher massen trawrig. HISP. *Cosa vn poco triste.* ANGL. *Somewhat sadde and heauie harted.*} Terent. *in Andr.* Subtristis visus est esse aliquantulum mihi.

‖ Subtulares, subtalares, calcei superiori parte tecti, inferiori nudi. Cerd. ‖

Sūbtŭndo, is, Tundo. {כתת chatháth כתש chatásch. κόπτω. GALL. *Frapper ou coigner par dessous.* ITAL. *Battere, pestare di sotto.* GERM. Zerblewen/ düpffen. HISP. *Tundir ò herir por debaxo.* ANGL. *To beat or strike.*} Tibull. *lib. 1. Eleg. 10.*

Flet teneras subtusa genas: sed victor & ipse
Flet sibi dementes tam valuisse manus.

Sūbtŭrpĕ, quod turpitudinis nonnihil habet coniunctum. {ὑπαισχρόν. GALL. *Aucunement laid.* ITAL. *Alquanto brutto.* GERM. Etlicher massen wüst vnd vnflätig. HISP. *Cosa vn poco turpe ò fea.* ANGL. *Somewhat vnhonest and filthie.*} Cicero *de clar. Orator.* Exprimenda enim sunt, & ponenda ante oculos ea quæ videantur, & verisimilia, quod est proprium narrationis: & quæ sint, quod ridiculi proprium est, subturpia.

Sūbtŭrpĭcŭlŭs, diminutiuum, Minus quàm subturpis. {ὑπαισχρότερος. GALL. *Aucunement ou vn peu laid, vn peu vilainet.* ITAL. *Alquanto ò vn pochetto brutto.* GERM. Ein wenig vngeschaffen/ oder wüstlechtig. HISP. *Vn poquito torpe y feo.* ANGL. *Somewhat or a litle filthie.*} Cic. *ad Attic. lib. 4.* Subturpicula mihi videbatur esse παλινῳδία.

Sūbtŭs, aduerb. Sub. {תחת táchath. ὑποκάτω. GALL. *Dessous.* ITAL. *Sotto.* GERM. Vndenfür/vnderhalb. HISP. *Debaxo.* ANGL. *Vnder.*} Varr. *3. de re rust. cap. 9.* Labris subnigris aut rubicundis, neque resimis superioribus, neque pendulis subtus, mento suppresso.

Subuades, & Vades, leguntur apud Gell. *cap. 10. lib. 16.*

Sububer, ὑπομάζιος. Gloss. Isid. Sububeres, infantes, qui adhuc sunt sub vbere.

SVBVCVLA, Intima vestis quæ ferè ex lino fit, ita dicta, quòd ea subtus induamur. {כתנת chethóneth. ὑποχίτων, χιτωνίσκος, ὑποδύτης. GALL. *Vne chemise.* ITAL. *Camicia.* GERM. Ein vnderhembd. HISP. *Vestidura de baxo de otra, camisa.* ANGL. *A shirt.*} Varro *de vita pop. Rom.* Postquam binas tunicas habere cœperunt, instituerunt vocare subuculam & indusium. Suet. *in Aug. cap. 82.* Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, & Subuculæ thorace laneo, & feminalibus, & tibialibus muniebatur. ¶ Est & subucula libum quod diis dabatur ex alica, oleo & melle compositum. Festus.

Sūbūcŭlātŭs, a, um, Subucula indutus. {ὁ χιτωνίσκον ἔχων. GALL. *Vestu d'vne chemise.* ITAL. *Camiciato.* GERM. Mit einem vnderhembd angethon. HISP. *Vestido de camisa.* ANGL. *That is cladde with a shirte.*} Quintil. *lib. 8. cap. 3.* Nec à verbis modò, sed à nominibus quoque deriuata sunt quædam: vt à Cicerone subuculatum, & ab Asinio fimbriatum.

SVBVEHO, is, Aduerso flumine aduehο, vehiculis, nauibúsve affero. {הביא hebi. ὑποκομίζω. GALL. *Leuer en haut, faire monter, enleuer, emporter.* ITAL. *Inalzare ò portare.* GERM. Auff hinführen/etwan hinfüren. HISP. *Traer debaxo arriba.* ANGL. *To extoll or lift vp, to conueigh or carie.*} Plin. *lib. 31. cap. 1.* Sæpe etiam lapides subuehunt, portantes aliena pondera. Liuius *9. ab Vrbe*, Nam fessis omnibus viis per quas commeatus ex Samnio subuehebatur, fame domiti Samnites qui Luceriæ in præsidio erant, legatos misere ad Consulem Romanum. Ouid. *lib. 2. Metamorph.*

——illa dato subuecta per aëra curru
Deuenit in Scythiam.

Sūbuēctārĕ, frequentatiuum. {πολλὰς ἀνάγω. GALL. *Enleuer ou emporter & charier souuent.* ITAL. *Menare, portare souente.* GERM. Dahär füren eins fürens. HISP. *Traer muchas vezes.* ANGL. *To lift vp, conueigh or carie often.*} Plaut. *in Asin.* Ipsos qui tibi subuectabant rure huc virgas vlmeas. Virg. *lib. 6. Æneid.*

Et ferruginea subuectat corpora cymba.

Sūbuēctĭo, nis, subuehendi actus. {κομιδή. GALL. *Enleuement, apport, charroy.* ITAL. *Esso menare ò condurre.* GERM. Fuhr oder führung. HISP. *Traimiento, lleuamiento.* ANGL. *Lifting vp, conueighing or carying.*} Cæsar *7. bell. Gall.* Sin maturius ex hybernis educeret, ne abs te frumentaria duris subuectionibus laboraret.

Sūbuēctŭs, us, ui, idem. Tacit. *lib. 15.* Et prouisi ante commeatus, quorum subuectu, &c.

SVBVENĬO, is, Subsidio venio, suppetias fero, auxilior, succurro, opem fero. {עזר hazár. ἐπικουρῶ, βοηθῶ. GALL. *Secourir, aider, subuenir.* ITAL. *Souuenire, scorrere, aiutare.* GERM. Zu hülff kommen. HISP. *Socorrer, ayudar.* ANGL. *To succour, to aide or help.*} Plautus, Qui toties tibi misero subueni. Idem *Asin. sc. 2. a. 2.* Licet subuenire amanti familiari filio. *Ibid. sc. 4. a. 2.* Scelesto non audes mihi scelesto subuenire. Idem *Aulul. sc. 5. a. 2.* Apollo quæso subueni mihi atque adiuua. Cæsar *5. bell. Gall.* Succurrit inimicus illi Varenus, & laboranti subuenit. Terentius *Eunuch.* Sed necesse est huic vt subueniat. Cicero *ad Catonem lib. 15.* Quúmque eo animo venissem, vt vtrinque prouinciæ, si ita tempus ferret, subuenirem.

Sūbuĕnītŭr, impersonale. Cicero *de Arusp. respons.* Idémque earum templum inflammauit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis subuenitur.

Sūbuĕntārĕ, frequentatiuum. {πολλὰς ἐπικουρῶ. GALL. *Subuenir, secourir & aider souuent.* ITAL. *Souuenire, soccorrere, aiutare spesso.* GERM. Embsig zu hülff kommen/zuspringen. HISP. *Soccorrer y ayudar muchas vezes.* ANGL. *To succour, help or aide often.*} Plautus *Rud.* Spes bona obsecro subuenta mihi.

Subuerbustus, sub verberibus vstus, vt apud Horat.

——vri virgis, ferróque secari.

Et rursus,

Ibericis peruste funibus latus.

Sextus Pompeius, Subuerbustam, verberibus vstam significat Plautus, cùm ait, Vlcerosam, compeditam, subuerbustam, sordidam. Septimius Florens *lib. de Pallio*, dixit, libertinos in equestribus, subuerbustos in liberalibus.

Sūbuĕrĕŏr, eris, Aliquantulum vereor, nonnihil timeo. {ὑποδείδω, ὑποδέδοικα. GALL. *Craindre aucunement, auoir quelque peur.* ITAL. *Dubitare, temere alquanto.* GERM. Etlicher massen förchten. HISP. *Temer vn poco.* ANGL. *To feare à litle.*} Cic. *ad Marcellum*, Venit enim mihi in mentem subuereri interdum, ne te delectet tarda decessio.

SVBVERTO, is, Destruo, siue demolior, tollo, deleo. {נתס nathás נתץ nathátz נתש nathásch. καθαιρῶ. GALL. *Renuerser ce qui est dessus dessous.* ITAL. *Souuertere.* GERM. Vmbkehren/das vnder ob sich kehren. HISP. *Trastornar debaxo arriba.* ANGL. *To destroye or turne vp side downe.*} Salust. *in Iugurth.* Probatúntque tantum flagitium, an decretum Consulis subuerterent, parum constabat. Plaut. *Curc. sc. 1. a. 4.* Vel qui ipsi vortant, vel aliis subuertendos præbeant. (aliàs, *subuersandos.*) Item, Subuertere hostem. (in pugna.) Gell. dixit *cap. 13. lib. 9.* ¶ Subuertere, perdere calumniis. Tacit. *lib. 3.* Quum omnis domus delatorum interpretationibus subuerteretur. Sueton. *in Tib. cap. 65.* Seianum res nouas molientem, &c. Astu magis ac dolo quàm principali autoritate subuertit. ¶ Subuerti etiam dicuntur Fruges & legumina, quum impinguandi agri causa inarantur. Col. *lib. 12. cap. 2.* item qui lupinum stercorandi agri causa serit, nunc demum aratro subuertit.

Sūbuĕrso, as, are, frequentatiuum. {πολλὰς καταστρέφω. GALL. *Renuerser souuent.* ITAL. *Rinuersciare spesso.* GERM. Offt vnd dick vmbkehren/oder vmbwerffen. HISP. *Trastornar à menudo.* ANGL. *To turne vp side downe, or destroye often.*} Plaut. *in Curc. sc. 1. a. 4.* Vel qui ipsi vortant, vel qui alios subuersandos præbeant.

Sūbuĕtĕrĭbŭs, est loci nomen in vrbe Roma, sicut & Subnouis. Plaut. *in Curc. sc. 1. a. 4.* Subueteribus ibi sunt qui dant, quíque accipiunt sub fœnore. Suet. *in August.* Bifariam laudatus est, pro æde diui Iulij à Tiberio: & pro Rostris subueteribus. Varro, Subnouis dicta pars in foro ædificiorum: quod vocabulum est peruetustum.

Sūbuĕxŭs, adiect. vt Conuexus. {ἀναφθεγής. GALL. *Courbé en haut, comme vousté.* ITAL. *Incoruato in alto, come voltato.* GERM. Ob sich gebogen. HISP. *Encoruado en alto.* ANGL. *Bowed vpwared lek an arche roofe.*} Liu. *5. bell. Pun.* Omnia fastigio leui subuexa.

Sūbuĭrĭdĭs, e, Aliquantum viride. {ὑπόχλωρος. GALL. *Aucunement verd.* ITAL. *Verdeggiante.* GERM. Etlicher massen grün. HISP. *Cosa vn poco verde.* ANGL. *A litle grene.*} Plin. *lib. 37. cap. 10.* Balanitæ genera duo habent, subuirides, & Corinthij æris similitudine. Idem *lib. 25. cap. 9.* Therionarca fruticosa foliis subuiridibus, flore roseo.

Sūbŭla, æ, instrumentum sutorum, quo illi calceos suentes corium perforant. {מרצע martséah. ὀπήτιον. GALL. *Alene de cordonnier.* ITAL. *Lina ò lesina, ouer sublia di calzolaio.* GERM. Ein schuchmacher ahl. HISP. *Alena, instrumento de çapatero.* ANGL. *An awle that cordiners vse.*} Martial. *lib. 1.*

Quódque tibi tribuit subula, sica rapit.

Col. *lib. 6. cap. 5.* Ænea subula pars auriculæ latissima circumscribitur. Subula armatus: prouerbialiter dicitur à Seneca *epist. 86.* Item, Subula excipere Leonem.

Sūbŭlcŭs, i, cui porcorum nutriendorum cura commissa est. {ὑφορβός. GALL. *Porcher.* ITAL. *Porcaio.* GERM. Ein sewhirt. HISP. *Porquero, que guarda puercos.* ANGL. *A swynehard.*} Varro *de re rust. lib. 2. cap. 4.* Altitudinis haræ modus fit, vt subulcus facilè circunspicere possit, ne quis porcellus à matre opprimatur. Colum. *in Præf. lib. 1.* Porculatoris verò & subulci diuersa professio, diuersæ pastionns.

SVBVLO, prædico: à suere, quod ῥάπτειν, ῥαφέειν, obscœno significatu. Scal. *in Varr.*

Sūbŭlo,

Sūbŭlo,nis,Lingua Hetrusca dicitur tibicen. αὐλητής. Ennius *apud Festum*,
Subulo quondam vicinas propter astabat aquas. ¶ In alio significatu subulones dicuntur cerui quibus sunt cornua simplicia, miniméque ramosa ad subularum similitudinem. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Aliis simplicia tribuit, vt in eodem genere subulonibus ex argumento dictis. Idem *lib.* 28. *cap.* 17. Sunt & qui suum fimi cinerem profuisse scripserint in passo: & cerui pulmonem maximè subulonis.

Sŭbuŏlo,as,are, Sursum volo. {ὑποπέτομαι. GALL. *Voler vn peu en haut.* ITAL. *Volar in alto.* GERM. Auffliegen/ hoch fliegen. HISP. *Volar de abaxo, arriba.* ANGL. *To flie vpwarde.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 8. Itaque & columbæ nouere ex iis pericula: visóque confidunt, aut subuolant. Cic. 1. *Tusc.* Si hæ sursum rectis lineis in cælestem locum subuolent. Ouid. 14. *Metamorph.*

———numerúsque ex ordine maior
Subuolat, & remos plausis circumuolat alis.

Sŭbuŏluo, is, ere, Sursum voluo. {ὑποκυλίω. GALL. *Rouler, faire rouler.* ITAL. *Riuolgere.* GERM. Vbersich weltzen/auffhin trollen. HISP. *Reboluer.* ANGL. *To roll vp.*} Virg. 1. *Æneid.*

Instant ardentes Tyrij pars ducere muros,
Molirique arcem, & manibus subuoluere saxa.

Subur, est Hispaniæ Tarraconensis oppidum ad flumen Rubricatum, vt scribit Plin. *lib.* 3. *cap.* 3. Vulgò *Sieges*; aliis *Cubelles.*

SŬBŬRBĬA, plurali numero tantùm, sunt frequentes extra vrbem domus, instar vici vrbani, quasi sub vrbe. {מגרש *mighrásch* חורת *chavvóth.* προάστεια. GALL. *Fauxbourgs.* ITAL. *Borghi.* GERM. Vorstett. HISP. *Arrauales cerca de la ciudad.* ANGL. *Suburbes.*}

Sŭbūrbānum, i, substantiuum, Prædium vrbi vicinum. {מגרש *migrásch* חורת *chavvóth.* τὸ ἐν τῷ προαστείῳ χωρίον. GALL. *Maison & edifice aux fauxbourgs & hors la ville.* ITAL. *Casa fuori della città.* GERM. Ein gut nach bey der statt gelegen. HISP. *La heredad cerca de la ciudad.* ANGL. *A manse or piece land nere a towne.*} Sueton. *in Augusto*, Nutrimentorum eius ostenditur adhuc locus in auito suburbano iuxta Velitras permodicus. Idem Suet. *in Tib. cap.* 11. Contentus modicis ædibus nec laxiore suburbano. Ouid. *lib.* 2. *Fast.*

———Nam dicitur omine ab isto
Roma suburbanis incaluisse rogis.

Sŭbūrbānŭs, quod vrbi est vicinum. {ὁ ἀεὶ παρακείμενος, vel ὑποκείμενος. GALL. *Qui est des fauxbours, ou aupres.* ITAL. *Del borgo, ò appresso la città.* GERM. Nach an die statt stossend. HISP. *Cosa cerca de ciudad.* ANGL. *Nigh the towne.*} vt, Regio suburbana. Col. *lib.* 7. *cap.* 9. Hoc autem fit longinquis regionibus, vbi nihil nisi submittere expedit. Nam suburbanis lactens porcus ære mutandus est. Cic. 2. *de diuin.* Ita aqua Albana deducta ad vtilitatem agri suburbani, non ad arcem, vrbémque retinendam. Rus amœnum & suburbanum. Cic. *pro Rosc. Amer.* Hortulus suburbanus. Plin. *lib.* 35. *cap.* 10.

Sŭbūrbānĭtās, atis, vrbis vicinitas. {ἡ τῶν ἐν προαστείῳ περιοικία, τῶν ἐν προαστείῳ συνοικία. GALL. *Vn voisinage de fauxbourgs.* ITAL. *Luogo sotto la città.* GERM. Die nachbaurschafft deren so in vorstetten wohnen. HISP. *Arrabal de la ciudad.* ANGL. *The nightbour hood of suburbes.*} Cicer. 4. *Verr.* de Sicilia loquens, Sic populo Romano iucunda suburbanitas est huius prouinciæ.

Sŭbūro, is, ussi, Leuiter aduro. {ὑποκαίω. GALL. *Brusler vn peu.* ITAL. *Ardere ò abbrucciare alquanto.* GERM. Besengen/vnden auff ein klein abbrennen. HISP. *Quemar vn poco.* ANGL. *To burne a litle.*} Sueton. *in Augusto*, Solitúsque sit crura suburere nuce ardenti, quò mollior pilus surgeret.

SŬBŪRRĂ, vicus Romæ, vt ex Iulij sententia refert Varr. *lib.* 4. *de lingua Latin.* sic dictus ab eo, quòd situs sit sub loco quem Terreum murum appellant. Verùm ego (inquit Varro) potiùs à pago Succusano puto dictam Succusam, inde mutatis literis Suburram. Cuius rei indicium est, quòd antiquitus per c literam, non per b scribebatur. Festus verò Verrium sequutus, à succurrendo dictam existimat, quòd in ea statione soleat habere præsidium statiuum, vt Exquiliis succurreret, Gabinis eam partem infestantibus. Cuius rei indicium profert, quod & suo seculo Succurrana tribus scribi soleat, per c, non Suburrana per b. ¶ In suburra erant meretrices. Persius,

———totáque impunè Suburra
Permisit sparsisse oculos iam candidus vmbo.

Et Horat.

Latrent suburranæ canes.

Sŭbūrrānŭs, a, um, vt Regio Suburrana, in qua meretricum diuersoria erant, quæ ob id Suburranæ dicuntur à poëtis. Martial. *lib.* 6.

Fama non nimium bona puellam,
Quales in media sedent suburra,
Vendebat modò præco Gellianus.

‖Subus, suibus, à sus, porcus. Lucr. Item animal quadrupes. Gesn.‖

Sŭbuultŭrĭŭs, a, um. {ὁ ἢ ἡ γυπώδης, γυπὶ παρόμοιος. GALL. *Rapineux & noirastre comme le vaultour.* ITAL. *Alquanto rapace come l'auoltoio.* GERM. Etlicher massen der Raubgeiren art. HISP. *Arrebatador como el buytre.* ANGL. *Rauenous.*} Vox est à Plauto risus mouendi gratia conficta, qui Ampeliscæ puellæ corpus subuulturium tribuit, quòd vulturis ritu raperet aspicientes. Verba eius sunt hæc *in Rudente*, Proh dij immortales! Veneris effigia hæc quidem est. Vt in ocellis hilaritudo? eia, corpus eiusmodi Subuulturium? illud quidem subaquilum volui dicere.

SŬCCEDO, is, Subeo, ingredior. {ὑπεισδύομαι. GALL. *Succeder, venir en la place, entrer.* ITAL. *Andar sotto, succedere, intrare.* GERM. Vnderhingehn. HISP. *Suceder à otro.* ANGL. *To succed, to come in an others roome.*} Cic. *pro domo sua*, Is tectum, quòd imbris vitandi causa succederet, nullum habebat. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Aut tecto assuetus coluber succedere, & vmbra,
Pestis acerba boum, pecorique aspergere virus.

Cæsar 2. *belli Gallic.* Murúsque defensoribus nudatus est: testudine facta portis succedunt, murúmque subruunt. Idem 2. *de bell. ciu.* Fontem quo maris succedit longiùs. ¶ Succedo aliquando ponitur pro in alterius locum venio. διαδέχομαι, ὑφιζάνω Cæsar 5. *bell Gall.* Stationésque dispositas haberent, atque alios alij deinceps exciperent, integríque & recentes defatigatis succederent. Cic. 3. *Offic.* Quid ergo? hic non noceat, qui quondam quasi veneno perficiat vt veros hæredes moueat, in eorum locum ipse succedat? Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

His ego (poëtis) successi.

Idem *lib.* 13. *Metam.*

Quis magno meliùs succedat Achilli.

¶ Succedere in paternas opes. Liu. 2. *bell. Pun.* Actáque res in Senatu etiam fuerat: Barchinis nitentibus, vt assuesceret militiæ Annibal: atque in paternas succederet opes. ¶ Succedere sub primam aciem. Cæsar 1. *Gall.* Ipsi confertissima acie, reiecto nostro equitatu, phalange facta sub primam nostram aciem successerunt. ¶ Inde Successor, διάδοχος, & Successio, διαδοχή. de quibus infrà. ¶ Accipitur aliquando succedere, pro prosperè cedere, seu feliciter euenire. {הצליח *hitsliach.* προχωρεῖν.} Terent. *in Andr.* Hâc non successit, alia aggrediamur via. Liu. 8. *ab Vrbe*, Vt si successisset incœptum, cogitaret popul. Roman. potius, cum quanto studio, periculóque reditum in amicitiam suam esset, quàm qua stultitia & temeritate de officio decessum. Cic. *in Brutum*, Nos te, tuúmque exercitum expectamus: sine quo (vt reliqua ex sententia succedant) vix satis liberi videmur fore. Suet. *in Aug. cap.* 85. Tragœdiam, quam magno impetu exorsus fuerat, aboleuit. Plaut. *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Nihil est quòd hodie benè succedat mihi. ¶ Successit, accipitur pro accidit. Plin. *lib.* 28. *cap.* 8. Quòd si successit alienari mente, vel ex equo hominem decidere. ¶ Successum est, impersonaliter. Cic. *ad Plancum lib.* 13. Qui quum fortè Quæstor Macedoniam obtineret, neque ei successum esset, Pompeius in eam prouinciam cum exercitu venit. Cum accusatiuo & præpositione, & sine præpositione: vt apud Liu. *lib.* 8. *ab vrb.* Succedere ad muros. Et *lib.* 7. *bell. Pun.* Succedere muros. Assuetudine (inquit) succedendi muros, & pertinacia animi subierunt primi. Et Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* Succedunt sub montem (in ascensu.)

Sŭccēssŭs, a, um, participium passiuum sine verbi origine, Prosperè succedens, prosperè factus. Cicero *ad Tiron. lib.* 16. Nam quum omnia mea causa velles mihi successa, tum tua: socium enim te meorum commodorum semper esse volui. τὰ ἐπιτελούμενα, τὰ κατορθώματα, τὰ κατορθούμενα.

Sŭccēssŭs, us, Euentus tam malus quàm bonus. {τύχη. GALL. *Bonne issue, bonne fin, bon heur, succez.* ITAL. *Auuenimento.* GERM. Ein außgang/oder fortgang/er sey gut oder böß/glückfal. HISP. *Lo que sucede, sucesso.* ANGL. *The end and issue, successe.*} Vnde bonum successum, & prosperos successus, & infelices successus, legimus. Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

Atque hoc successu exultans, animísque Chorœbus.

Liu. 1. *ab Vrb. in Præfat.* Cùm bonis potiùs omnibus, votísque ac precationibus deorum, dearúmque, si (vt Poëtis) nobis quoque mos esset, libentiùs inciperemus: vt orsis tanti operis successus prosperos darent. Ouid. 8. *Metam.*

———nec tamen illa sui successu lætior ictus,
Quàm Meleager erat.

Idem *Ep.* 1.

Flebam successu posse carere dolos.

Sŭccēssă, orum, pluralis numeri. τὰ ἐπιτελούμενα, τὰ κατορθώματα. Ouid. 2. *Metam.*

Murmura parua dedit, successorúmque Mineruæ
Indoluit.

Sŭccēssŏr, is, qui alteri succedit. {διάδοχος. GALL. *Successeur.* ITAL. *Successore.* GERM. Ein nachfar/ nachkommer / der einem etwar inn nachtritt. HISP. *El que succede à otro.* ANGL. *He that succedeth.*} Cicer. *ad Caninium lib.* 2. Marium quidem successorem tardè video esse venturum. Martial. *lib.* 9.

Sic quasi Pythagora loqueris successor & heres.

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Successor fuit hic tibi, Galle, Propertius illi.

Senec. Indignus M. Antonius hoc successore generis.

Sŭccēssōrĭŭs, quod ad successionem pertinet. Hinc apud Iurisconsultos successorium edictum, quo prætor successionem permisit, inter eos quibus bonorum possessio defertur.

Sŭccēssĭo, nis, Ipse succedendi actus. {διαδοχή. GALL. *Succession.* ITAL. *Successione.* GERM. Nachkommung/ nachtrettung. HISP. *Obra de suceder.* ANGL. *Succession.*} Cælius ad Ciceronem *lib.* 8. *Epist.* Præterea Marcellus quòd adhuc nihil retulit de successione prouinciarum Galliarum. ¶ Successio in locum. Brutus *ad Attic. in Epist. ad Brut.* 17. Quid hoc mihi prodest, si merces Antonij oppressi poscitur, in Antonij locum successio. Cicero 1. *de finib.* Vt enim quum cibo, potionéque fames, sitísque depulsa est, ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis: sic in omni re, doloris amotio successionem efficit voluptatis.

Sŭccēssĭuè, aduerbium. Spartian. *in Caracalla*, Eúmque cum Seuero professum sub Scæuola, & Seuero in aduocatione fisci successiuè.

Sŭccēdānĕŭs, a, um, quod alteri succedit, seu quod pro alio subiicitur, secundarius. {ἀντιβαλλόμενος. GALL. *Successeur, succedant, ou estant mis au lieu d'vn autre.* ITAL. *Successore, vicario.* GERM. An statt eines andern dargestelt. HISP. *Cosa que sucede à otro.* ANGL. *That succedeth and is put in an others roome.*} Plaut. *in Epid.* Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam, Vt meum tergum stultitiæ tuæ subdas succedaneum. ¶ Legitur & Succidaneum à succidendo: vt paulò pòst docebimus suo loco.

SŬCCENDO, is, Ignem subiicio, accendo, incendo. {להט *lahát* בער *bibér* הבעיר *hibhir.* ὑποκαίω, ὑπανάπτω, ὑφάπτω. GALL. *Enflammer, mettre le feu dessous, & allumer.* ITAL. *Infiammare.* GERM. Vnden anzünden. HISP. *Encender.* ANGL. *To burne, to kendle.*} Liuius 8. *bell. Pun.* Quum turbam fœminarum, puerorúmque imbellem, inermémque ciues sui cæderent, & in succensum rogum semianima pleraque inijcerent corpora.

Sŭccēnsŭs, participium. {מבער *mebohár.* ἀνημμένος, διάπυρος, πυρωθείς. GALL. *Allumé, enflambé.* ITAL. *Allumato, infiammato.* GERM. Angezündt. HISP. *Encendido.* ANGL. *Kendled.*} Cicer. *in Pisonem*, Sapiens etiam si in Phalaridis tauro inclusus succensis ignibus torreatur, &c.

SVCCENSEO, es, in re graui & iusta ex causa irascor, vt ait Donatus. vel quasi censorem ago,& reprehendo. {קצף katsáph זעף zahaph. ἀγανακτέω. GALL. Se marrir & courroucer. ITAL. Accorrocciarsi, adirarsi. GERM. Uber einen erzürnen/ oder hön sein. HISP. Ensañar à otro. ANGL. To be angrie.} Plaut. Capt. sc. 5. a. 3. An id succenses mihi. Idem Pseud. sc. 5. a. 1. p. Loquere tametsi tibi succenseo. S. Mihi domino seruus succenses? mox, Cauendum mihi abs te irato. Succensere alicui iniuriam. Gell. cap. 11. lib. 16. Cic. 4. Acad. Cur mihi magis succenseris? qui ista non aspernor: quàm eis, qui quum audiunt, desipere non arbitrantur? Ouid. Epist. 16.

Nec tamen irascor; quis enim succenset amanti?

Cic. pro Deiotaro, Non enim iam metuo, ne tu illi succenseas: illud vereor, ne tibi illum succensere aliquid suspicere.

‖Succensus, μνησίκακος. h. e. qui mali accepti, seu iniuriæ illatæ memor est, & hinc vlcisci appetit.‖

Succenturio, explendæ centuriæ gratia substituo, vel centuriæ substituo. {ἐπιλοχίζω. GALL. Fournir & remplir vne bande au lieu des absents. IATL. Rimetter genti in luogo de gli assenti. GERM. Die abgangne/ oder geschweinerte zal weider mit anderen ersetzen. HISP. Socorrer despues à otro. ANGL. To furnish a bande in place of the absentis.} Vnde succenturiati milites dicuntur, non primæ, sed secundæ centuriæ qui ad insidiandum maximè collocabantur. Ex quo in succenturiis, hoc est, in insidiis, quempiam collocatum dicimus. Terent. in Phorm. Nunc prior addito tu: ego in insidiis hîc ero Succenturiatus. Gellius cap. 8. lib. 15. Nisi cùm libentissimè edis, tum auferatur, & alia esca melior succenturietur. ‖¶ Succenturio, translatè pro substituo. Gellius lib. 15. 8. Præfecti propinæ atque luxuriæ negant cœnam lautam esse, nisi cùm libentissimè edis, tum auferatur, & alia esca melior atque amplior succenturietur.‖

Succerda, æ, siue Sucerda, Stercus suillum, interprete Festo. {ὑόνθος. GALL. Fiente de pourceau. ITAL. Merda porcina. GERM. Ein seudreck. HISP. Freça ò estiercol de puercos. ANGL. Swinedung.} Titinnius, Quid habes nisi vnam arcam sine claue? eò condis succerdas. Rectiùs videtur vnico c scribi posse. Nam apud Lucilium corripit primam syllabam: ex quo hunc versiculum citat Nonius,

Hic in stercore humi fabulisque fimo, atque sucerdis.

Succerno, is, ere, Separo, secerno. {הבדיל hibdil. ἐκκρίνω. GALL. Separer, cribler, sasser, tamiser. ITAL. Separare, spartire. GERM. Absünderen. HISP. Cernir, apartar. ANGL. To range meale with a siue, to seuer.} Plin. lib. 18. cap. 11. Farinario cribro succernunt. Cato cap. 18. Eo calcem cribro succeream indito altè digitos duos. ¶ Succernere De. Idem cap. 37. Partem de nucleis succernito, & in lacum coniicito.

Successio, Successor, Successus, vide *Succedo.*

SVCCIDO, is, Subseco, abscindo: à sub, & cædo. {גדע ghadháh גרע gharáh. ὑποτέμνω, ὑποκόπτω. GALL. Couper, par bas, ou par dessous. ITAL. Tagliar sotto. GERM. Unden abhawen oder abschneiden. HISP. Cortar debaxo. ANGL. To cutt downe.} Virg. 1. Georg.

At rubicunda Ceres medio succiditur æstu.

Plinius lib. 16. cap. 12. Postea tota arbor succiditur & medulla eius vtitur. Cæsar 4. bell. Gallici, Omnibus eorum agris vastatis, frumentis succisis.

Succidaneus, a, um, quod succiditur; id est, pòst cæditur.

Succidaneæ hostiæ, dicebantur quæ secundo loco cædebantur. ἀντιμισθώσιμοι θυσίαι. Apud veteres enim, si primis hostiis litatum non fuisset, aliæ post easdem ductæ hostiæ cædebantur duæ, quæ prioribus iam cæsis luendi piaculi gratia subdebantur. Festus. ¶ De vi huius vocis vide apud Gell. cap. 4. lib. 6.

Succidia, æ, Tergum, siue massa carnis porcinæ salita, & in necessarium vsum seruata: ita dicta quòd quoties opus est, succiditur. {φλεχέα. GALL. Fliche de lard. ITAL. Mezena di porco salato. GERM. Ein seiten/oder ein ander stuck schweinin fleisch/darab man/wan es not thut/hawen than. HISP. El lardo de puerco salado. ANGL. A flitch of bacon.} Nonius succidiam pro lardo exponit. Continet autem pernam, petasonem, & lardum. Cicer. in Catone, Iam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. Varro lib. 4. de ling. Lat. non à succidendo, sed à suibus cædendis dictam existimat. Nam id pecus primùm occidere cœperunt, & vt id seruarent salire. Idem de re rust. lib. 2. cap. 4. Quis enim nostrûm fundum colit, quin sues habeat: & qui non audierit patres nostros dicere, ignauum & sumptuosum esse qui succidiam suspenderit in carnario potiùs ab laniario, quàm ex domestico fundo. ¶ Succidias humanas facere, pro homines occidere, dixit Cato apud Gell. cap. 24. lib. 13. Succidias humanas facis, decem funera facis, decem hominibus vitam eripis, indicta causa, &c.

Succidus, a, um, pinguis, sordidus, nondum lotus: vt lana succida, tanquam succo imbuta. Perottus. Succida lana à succidendo, qualis succisa est, hoc est, plena sordibus; sed *ci* est breue. Varro de re rust. lib. 2. cap. 11. à sudore deriuat. dicit enim, Tonsuræ tempus inter æquinoctium vernum & solstitium, quum sudare incœperunt oues: à quo sudore, recens lana tonsa, succida est appellata. Iuuenalis Satyr. 5.

Qualis cœna tamen? vinum quod succida nolit
Lana pati.

Plin. lib. 28. cap. 19. Mulierum purgationes adiuuat fel taurinum lana succida appositum.

Succisiuus, a, um, vel quod magis placet eruditis, subcesiuum, dicitur omne quod tanquam superuacaneum succiditur, & rebus detrahitur: vt, Succisiuum tempus, quod subtrahitur rebus magis seriis, vt ad aliquem vsum accommodemus. {τὸ πάρεργον, ὁ ἐν τῷ παρέργῳ χρόνος. GALL. Ce qu'on rongne & quasi desrobe de ses principales affaires. ITAL. Sottratto dalle imprese necessarie per fare altre cose. GERM. Das nohtwendigen sachen entzogen wirt/oder näbend ernstlichen dingen beschicht. HISP. Cortado y casi hurtado de principales negocios. ANGL. That is cutt, drawen or seuered frome.} Gell. lib. 20. cap. 11. Quantum autem vitæ mihi deinceps deûm voluntate erit, quantúmque à cura, & à re familiari, procurandóque cultu liberorum meorum dabitur otij, ea omnia succisiua, & subsecundaria tempora, ad colligendas huiusmodi memoriarum delectatiunculas conferam. Cic. 1. de legib. Succisiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior: vt siqui dies ad rusticandum dati sint, ad numerum accommodentur, quæ scribimus. ¶ Succisiuæ operæ, quæ grauioribus rebus sunt intermixtæ, cùm aliquid otij ab illis datum est. Idem 2. Philipp. Nec verò tibi de versibus respondebo: tantùm dicam breuiter, neque illos, neque vllas te vnquam defuisse: & tamen omni genere monimentorum meorum perfecisse operis succisiuis, vt meæ vigiliæ, meæque literæ, & iuuentuti vtilitatis, & nomini Romano laudis aliquid afferent. Gellius cap. 10. lib. 18. Subsiciuum tempus, &c. ¶ Mensores etiam terræ nonnunquam dicunt, In succisiuum esse vnciam agri, aut sextantem, quum ad iugerum interdum peruenerant, & aliquid præter id, quod demetiendum erat, superesse videbatur. ¶ Succisiua in agrorum diuisionibus dicuntur assignatorum agrorum reliquiæ, quæ à normali linea superabant. ¶ Succisiuum (inquit Frontinus) à subsecante linea nomen accepit. ¶ Succisiuorum duo genera, vnum quod in extremis assignatorum finium centuria expleri non potuit. Alterum genus quod in mediis assignationibus & integris centuriis interuenenit: quicquid enim inter quatuor limites minus, quàm interclusum est, fuerit assignatum, in hac remanet appellatione, ideo quòd is modus, qui assignationi superest, linea claudatur, & subsecetur. Nam & reliquarum mensurarum actus, quicquid inter normalem lineam, & extremitatem interest, succisiuum appellatur. Hæc autem (vt scribit Hyginus) diuisionum atque assignationum autores sibi reseruabant. Ab hac similitudine operæ, horæ, dies, & tempora, quæ amicorum, fori Reipub. negotiis supersunt: atque ex iis quasi subsecantur, quæ nobis reseruamus, & perire non finimus, sed aut legendo, aut scribendo, aut commentando consumimus, subcesiua nominantur. Eam enim scripturam à doctoribus magis probari video, quàm, vt scribi solet, succisiua. Cicero 1. de legib. Subcesiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior. Senec. epist. 54. Subseciua res non est philosophia.

Succido, is, Sub onere, vel præ lassitudine succumbo: à sub & cado. {ὑποπίπτω. GALL. Cheoir dessous. ITAL. Cascar sotto. GERM. Empfallen/unden hinfallen. HISP. Caer abaxo. ANGL. To fall downe or vnder, as one on his knees.} Gell. Iam continuo labore grauia genua succiderant. Plaut. in Curc. Genua media succidunt lassitudine.

Succiduus, a, um, Pronus ad cadendum siue fermè cadens. {καταπτωτικός. GALL. Qui cheoit presque, qui cheoit aisément. ITAL. Disposto à cadere. GERM. Zum fal geneigt. HISP. Cosa que cae hazia baxo. ANGL. That falleth easilie or is nigh to fall.} Claudian. lib. 3.

Succidui titubat gressus.

Ouid. Ep. 16.

Succido dicor procubuisse genu.

Idem 10. Metamorph.

————at illi
Poplite succiduo genua intremuêre; fugitque
Et color & sanguis, animúsque reliquit euntem.

Succidus, vide *Succus.*

SVCCINGO, is, vestis lacinias cingulo coërceo, vt solemus, quò expeditiores simus ad aliquod opus faciendum. {שנס schinnés אפד aphádh אזר azár. ὑποζώννυμι. GALL. Trousser & ceindre par dessous. ITAL. Cignere, circondare. GERM. Sich auffschürtzen. HISP. Ceñir por debaxo. ANGL. To gird.} Horat. 2. Serm. satyr. 2.

————Veluti succinctus cursitat hospes.

¶ Nonnunquam ponitur pro circuncingo, siue ambio. Ouid. 13. Met.

Illa feris atram canibus succingitur aluum,
Virginis ora gerens.

de Scylla. ¶ Vrbs succincta portubus, hoc est, circunsepta, ac munita. Cic. de lege Agrar. Deleta Carthago est, quòd cùm hominum copiis, tum ipsa natura ac loco succincta portubus, armata muris, &c. Pectora succincta curis. Stat. 5. Sylu.

Succinctus, nomen ex particip. {משנס meschunnás אפוד aphúd אזור azúr. διεζωσμένος. GALL. Ceint par dessous. ITAL. Cinto di sotto. GERM. Ob sich zusamen gezogen/zuthädig. HISP. Ceñido por debaxo. ANGL. Girded.} Liu. lib. 7. ab Vrb. Succinctus cultro. Succinctus linteo. Suet. in Calig. cap. 26. Quósdam summis honoribus functos cœnanti sibi ad pedes stare succinctos linteo passus est. Item Quintilian. Horum scientia debet esse succinctus, &c. Plin. lib. 16. cap. 10. Easdem arbores alio nomine esse per oram Italiæ, quos tribulos vocant, plerique arbitrantur, sed graciles, succinctiorésque, & enodes. hoc est, ima sui parte minus ramosas.

Succingulum, i, siue Subcingulum, idem cum baltheo, teste Festo. ζωστήρ. Plautus Menæch. sc. 3. act. 1. Succingulum ab Hippolyto rapuit Hercules.

Succino, is, Canendo subsequor, posteriore loco cano ✕ Præcino. {ὑπᾴδω. GALL. Souschanter, chanter apres vn autre, respondre à celuy qui chante. ITAL. Cantare con vn' altro, & di bassa voce. GERM. Einem nachsingen. HISP. Cantar con otro y por debaxo. ANGL. To sing after or answer to an other in singing.} Horat. lib. 1. Ep.

————clamat, Victum date, succinit alter,
Et mihi diuiduo findatur munere quadra.

¶ Accipitur etiam succinere pro eo quod est, submissa voce canere.

Succentores dicuntur, quos vulgus Bassos appellat. Contrà cantores, qui vocem maximè acuunt. Occentores autem, qui medium inter vtrunque seruant tenorem.

Succinum, i, Electrum. {ἤλεκτρον. GALL. Ambre. ITAL. Ambra. GERM. Agstein. HISP. Ambar. ANGL. Amber wherof beades armade.} Veteres putauerunt esse lachrymam ex arboribus pinei generis. Verùm hodie detectum est à viris doctis, qui Pruteniam totam peragrarunt, nihil aliud esse quàm bituminis genus ex saxis profluens: primò liquidum, sed postea, maris frigiditate condensatum. Succinum (inquit Ruellius) vulgus medicorum *ambram citrinam* vocat Mauritani *Karabe*. Gestatur à nostris mulierculis decoris gratia: quædam monilium vice, aliæ in orbiculis, quibus preculas suas numerant. Dictum succinum, quòd succus esse crederetur profluens ex arboribus pinei generis. Plin. lib. 37. cap. 3. Arboris succum esse prisci nostri credidêre, ob id succinum appellantes. ¶ Amati Lusitani de succino siue electro verissim. verba ita habent, Plinij, inquit, verba vera esse hodie cognoscimus, quum in mari Balthico electrum siue succinum ex quo preculæ siue coronæ fiunt,

fiunt, colligatur, & nusquam alibi: quòd verò gummi arboris pineæ simile est, ipsius in attritu pineus odor attestatur, cùm adhuc glutinosum à fluctibus marinis in littus eiicitur. Nascitur enim electrum, liquidum, tanquam pini resina, quod cùm multum fluit, formicas, muscas, paleas, & alia rapit, quæ omnia postea in eo densato, videntur, vt Martialis hoc disticho complexus est,

Quum Phaëthontea formica vagatur in vmbra,
Implicuit tenuem succina gutta feram.

Hæc verissimè ita se habere, egomet ipse colligens succinum in littore Dantiscano sum expertus.

Sūccĭnŭs, a, um, adiectiuum, quo id significatur quod ex succino constat. {ὁ ἠλέκτρινος, ὁ ἐξ ἠλέκτρου. GALL. *D'ambre.* ITAL. *D'ambra.* GERM. Agsteinin/ auß agstein. HISP. *De ambar.* ANGL. *Of amber.*} Martial. *lib.* 1.

Quum Phaëthontea formica vagatur in vmbra,
Implicuit tenuem succina gutta feram.

Succineus, a, um, aliud adiectiuum pro eodem. Plin. *lib.* 22. *cap.* 23. Succineis nouaculis, aut argento apparatu comitante.

Sūccīsĭuum tempus, vide *Succido*, is.

SVCCLĀMO, as, Acclamo, alterius orationem clamore excipio. {ἐπιφωνέω. GALL. *S'escrier apres que quelqu'vn a dit quelque chose.* ITAL. *Gridare.* GERM. Zuschreihen. HISP. *Dar voces ò llamar de baxo, gritar.* ANGL. *To crie after that one hathe sade any thing.*} Cic. *lib.* 8. *Epist.* Succlamatum est frequenter à militibus. Liuius *lib.* 5. *ab Vrbe*, Hæc Virginio vociferanti succlamabat multitudo, nec illius dolori, nec suæ libertati se defuturos.

Sūcclāmātĭo, nis, Acclamatio. {ἐπιφώνημα. GALL. *Escri, ou dit & parole d'autruy.* ITAL. *Gido.* GERM. Zuschreihung. HISP. *Grita.* ANGL. *Acclamation, or a consent signified by crying.*} Liu. 10. *bell. Maced.* Si ex eo quòd aut inter se loquantur, aut succlamationibus apud concionantem Imperatorem significent, qui sentiant, &c.

SVCCŌLLO, as, Collum suppono, ceruicibus subiectis porto: quod propriè eorum est, qui aliquem in lectica gestant. {κατωμαδὸν αἴρομαι. GALL. *Charger sur son col ou sur ses espaules.* ITAL. *Portar su le spalle.* GERM. Auff den halß/oder den achseln tragen. HISP. *Leuar en el cuello, ò a cuestas.* ANGL. *To beare vpon my neck or sulders, to put my neck vnder any thing.*} Sueton. *in Claud. Cæsare cap.* 10. Ab his lecticæ impositus: & quia serui diffugerant vicissim succollantibus in castra delatus est.

Succollatus, a, um, passiuè. Suet. *in Othon. cap.* 6. Ac deficientibus lecticariis, cùm descendisset, cursúmque cepisset, laxato calceo, restitit, donec omissa mora succolatus, & à præsente comitatu Imperator consalutatus, &c. ad principia deuenit.

‖Succonditores, qui sub currum, & iugum sese condebant in factionibus Circi, si fortè malè iuncti essent equi, aut loris se impedirent. Turn.

Succrotillus, a, um, tenuis. ‖

Succrotilla, dictio prorsus obsoleta, quæ apud antiquissimos significabat vocem tenuem & claram: quod annotauit Festus, citans illud Titinnij, Fœmina fabula succrotilla vocula.

Sūccrēsco, is, Subnascor, in subsidium, vel locum alterius cresco, vel sub re aliqua altiore cresco. {גדל ghadhál. ὑποφύομαι. GALL. *Croistre au dessus, aller en croissant, croistre peu à peu.* ITAL. *Andar crescendo, ò crescer di nascoso.* GERM. Fürhin wachsen/vnden für wachsen. HISP. *Crecer secreto.* ANGL. *To grow vnder and low, to waxe more and more.*} Columell. *lib.* 4. *cap.* 14. Frequenter solum exercendum est, quum id incremento suo vires inumbrent, nec patientur herbam succrescere. Ouidius 9. *Metamorph.*

——————succrescit ab imo,
Tortaque paulatim lentus premit inguina cortex.

Idem 8.

———haustum cratera repleri
Sponte sua, per séque vident succrescere vina.

Plaut. *Trinumm.* Interim mores mali, quasi herba irrigua, Succreuerunt vberrimè. ¶ Per translationem, Succrescere gloriæ seniorum, & succrescere ætati alicuius. Cicero 3. *de Orat.* Non enim ille mediocris orator vestræ quasi succrescit ætati, sed & ingenio peracri, & studio flagranti.

Succuba, & Succubi, qui dicantur, vide in verbo Succubo.

SVCCVBO, as, ate, Viro me subiicio, succumbo. {ὑποκεῖσθαι, ὀχεύεσθαι. GALL. *Cheoir dessous.* ITAL. *Cadere di sotto.* GERM. Vnden ligen. HISP. *Caer de baxo.* ANGL. *To lye vnder.*} Vnde & succuba dicitur adultera quæ alieno succubat viro. ¶ Item dæmones quidam dicti sunt succubi qui assumpta muliebri specie, viris se creduntur subiicere, quemadmodum incubi appellantur, qui virorum specie assumpta, mulieres inire existimantur.

Succubus, qui succubat, dæmon muliebri specie. Succuba, quæ succubat, adultera. {מנאפת menaapháh. μοιχαλίς, μοιχεύτρια. GALL. *Adultere.* ITAL. *Adultera.* GERM. Ein hurensack/so sich vnder einen andern mann legt. HISP. *La que se ayunta con marido ageno, adultera.* ANGL. *A whore or harlot lying with another mannes husband.*} Ouid. *Epist.* 6.

———lecti quoque succuba nostri,
Mœrent, & leges sentiat ipsa suas.

Succuboneum pro succuba. Titinnius posuit *in Psaltria*, Contemplari ancillas quam arbitror illarum succuboneum esse. Ex Nonio.

‖Succudo, vel subcudo, infrà cudo, incutio clauos, ἐγκρούω, vel ἐγκρούω ἥλους in calceos. ‖

SVCCVMBO, is, ui, itum, Vincor, defatigor, oneri impar sum. {נפל naphál. ἀπαγορεύω, ἀπολέγομαι, ὑποπίπτω. GALL. *Tomber & cheoir en bas, succomber, se laisser cheoir comme vaincu & las.* ITAL. *Sottogiacere, è cader di sotto.* GERM. Vnder etwas erligen. HISP. *Caer de baxo, ser vencido.* ANGL. *To fall downe or vnder.*} Liu. *lib.* 6. *ab Vrbe*, Cui succumbere oneri coacta plebs. Ouid. 4. *Fast. Eleg.* 2.

Iam fera Cæsaribus Germania, totus vt orbis,
Victa potest flexo succubuisse genu.

Sueton. *in August. cap.* 98. Sed in redeundo, aggrauata valetudine, tandem Nolæ succubuit. ¶ Succumbere ad animum relatum, pro frangi, & ita debili animo esse, vt ferre aduersa nequeamus. Cic. 2. *de finib.* Potiùs ergo illa dicantur, turpe esse viro debilitari, dolore frangi, succumbere. Idem 2. *Tusc.* Pugiles verò etiam cùm feriant aduersarium, in iactandis cæstibus ingemiscunt: non quòd doleant, animóve succumbant: sed quia pro fundenda voce omne corpus intenditur, venítque plaga vehementior. Virg. 4. *Æneid.*

Huic vni forsan potui succumbere culpæ.

¶ Succumbere viro dicitur mulier. Varro 2. *de re rust. cap.* 10. Necnon etiam hoc quas virgines ibi appellant, nonnunquam annorum viginti, quibus mos eorum non denegauit, ante nuptias vt succumberent quibus vellent, & incomitatis vt vagari liceret, & filios habere.

SVCCVRRO, is, Subuenio, subsidiosum, auxilium præsto, suppetias fero. {עזר hazer. βοηθέω, ἐπικουρέω. GALL. *Secourir.* ITAL. *Soccorerre, souenire, porgere aiuto, soccorso.* GERM. Zuhin lauffen zuhelffen/ zuspringen in der noth. HISP. *Socorrer, dar ayuda.* ANGL. *To succour or help.*} Virg. *Æneid.*

Non ignara mali miseris succurrere disco.

Cic. *pro Sext. Rosc.* Licet omnia pericula impendeant, succurram atque subibo. Idem *pro Rabirio*, Ferre opem patriæ, succurrere saluti, fortunísque communibus. Ouid. 1. *Trist. Eleg.* 4.

———rebus succurrite lesis.

Idem 6. *Fast.*

——— Magna succurrite voce
Clamat.

¶ Item ponitur pro in mentem venire. ὑπέρχεται. Cic. Neque enim mihi succurrebant verba quæ ante discessum à Dolabella audieramus. Cic. filius *ad Tironem lib.* 16. Deinde illud etiam mihi succurrebat, graue esse me de iudicio patris iudicare. Virg. 2. *Æneid.*

———Pulcrúmque mori succurrit in armis.

Suet. *in Tib. cap.* 21. Succurrítque versus ille Homericus, &c.

Sūccūrsum, impersonale. Plinius *lib.* 23. *cap.* 1. Intellectum ibi medium est, potúque succursum. Liuius 3. *ab Vrbe*, Se quoque id generi ac nomini dare: nec cum eo in gratiam redisse, cuius aduersæ fortunæ velit succursum.

SVCCVS, i, Humor tam in animalium, quàm in plantarum corporibus, quo illa aluntur: ita dictus à sugendo, vt quidam volunt, quòd singula membra, quantum cuique opus est, ex eo exugant, attrahántque. {χυλός, χυμός. GALL. *Suc, seue.* ITAL. *Sugo, humore.* GERM. Ein safft. HISP. *Çumo.* ANGL. *Iuice, all kind of licour.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Principio eorum quæ gignuntur è terra stirpes, & stabilitatem dant iis quæ sustinentur, & ex terra succum trahunt, quo alantur ea quæ radicibus continentur. Virg. 3. *Eclog.*

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

Succus pomorum, pro sapore. χυμός. Idem 2. *Georg.*

Pomaque degenerant, succos oblita priores.

Qui rem herbariam ex professo tractandam susceperunt, succum distinguunt à lacryma & liquore: vt lacryma sit, quæ sponte profluit: liquor qui sacrificato cortice emant: succus, qui ex planta contusa exprimitur. Quæ differentia, vt cognitu digna est, ita à scriptoribus nullo pacto obseruatur. Nam & Plinius succum accipit pro resina, siue pice ex arboribus sponte profluente. Ita enim habet *lib.* 16. Arborum ex quibus manat succus, aliæ picem, aliæ resinam mittunt. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Suo sibi succo viuunt, ros si nec cadit, cochleæ. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Is habet succum, is suauitatem (piscis, sup.) Cels. *lib.* 6. *cap.* 8. Tum in narem ipsam mel cum exiguo modo resinæ terebinthinæ coniiciatur, attrahatúrque spiritu is succus, donec in ore gustus eius sentiatur. ¶ Succus ciuitatis per translationem. Cic. *ad Attic. lib.* 4. Amisimus, mi Pomponi, non omnem modò succum & sanguinem, sed etiam colorem & pristinam speciem ciuitatis. ¶ Ingenij succus. Quintil. *in Procem. lib.* 1. Nam plerunque audæ illæ artes nimiæ subtilitatis affectatione frangunt, atque concidunt quicquid est in oratione generosius, & omnem succum ingenij bibunt.

Sūccōsŭs, Plenus, quod & succulentum dicimus. {χυλώδης. GALL. *Plein de suc & d'humeur, seueux.* ITAL. *Pieno di sugo.* GERM. Saffitig/ voll safft. HISP. *Çumoso, lleno de çumo.* ANGL. *Full of iuice.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 25. Exit & in Pamphilia, sed acrior minúsque succosus. ¶ Locus succosus, id est, natura humectus & irriguus. Col. *lib.* 2. *cap.* 17. Meliúsque habetur fœnum quod natura succoso gignitur cælo, quàm quod irrigatum aquis elicitur. ¶ Succosior comparatiuum. Idem *lib.* 4. *cap.* 29. Id porrò in aliis stirpium generibus, quæ firmioris, & succosioris libri sunt, posse fieri sanè concesserim.

Sūccĭdŭs, a, um, à succidendo, aut à succo: aut, vt Varro putauit, à sudore dictum est. vt, Lana succida, hoc est, pinguis, sordida & nondum lota: hoc est, talis qualis succiditur. Græci οἴσυπον vocant. {GALL. *Plein de suc, seueux & humide.* ITAL. *Grasso, sporco.* GERM. Newgeschorne wüste wollen. HISP. *Cosa çuzia, ò cosa çumosa.* ANGL. *Full of iuice, moistie, as vnwashed woll.*} Varr. *de re rust. lib.* 2. *cap.* 11. Tonsuræ tempus inter æquinoctium vernum & solstitium, quum sudare incœperunt oues: à quo sudore recens lana tonsa succida est appellata. Iuuen. *Satyr.* 5.

Qualis cœna tamen? vinum quod succida nolit, Lana pati.

Dicitur etiam lana succosa. Sammonicus *cap. de combusturis,*

Aut tu succosum cinerem perducito lana.

Festiuum illud apud Plautum *in Milite*, Lautam vis, an quæ nondum sit lauta? Respondet, Siccam, succidam. Non vult mulierem quæ publicè laniet, sed illotam puellam & succi plenam. Vbi allusio ad lanam succidam.

SVCCVTĬO, is, compositum ex præpositione sub & verbo quatio, Paululum quatio. {הרעיש hirhisch. ὑποσείω. GALL. *Secouër, aller au trot, trotter.* ITAL. *Trottare, andar di trotto, scuotere.* GERM. Auffschütteln. HISP. *Sacudir.* ANGL. *To shake or jogge, to trott.*}

Sūccūsso, as, frequentatiuum, propriéque dicitur de equis qui duriore gradu incedentes, sessorem concutiunt: quod genus equorum succussores, & successarios, & succussatores appellamus. {πολὺ ὑποσείω. GALL. *Secouër souuent, donner plusieurs secousses.* ITAL. *Scuotere spesso.* GERM. Auffhottlen/ erschütlen eins schütelns wie die hart trabende roß den reutern thun. HISP. *Sacudir menudo.* ANGL. *To jogge often, to trott.*} Accius, Agite vultus ne succusset gressus, cautè ingredimini. Lucil. Succussatoris tetri tardíque caballi.

Sūccūſſor,is, vt Equus ſuccuſſor, vel ſuccuſſator. Lucilius apud Gellium *lib.*1. *cap.*16. Campanus ſonipes ſuccuſſor, nullus ſequetur.

Sūccūſsūs,us. {רעש ráhaſch. ὁ ὑποσεισμὸς, ὁ ὑποτιναγμός. GALL. *Secouſſe.* ITAL. *Eſſo trottare ò ſcuotere.* GERM. Erſchütlung/auffhottlung. HISP. *Sacudimiento.* ANGL. *A jogging or trotting.*} Verbale à Succutio. Cic.2. *Tuſcul.* Pedetentim, inquit, ite & ſedato niſu, ne ſuccuſſu arripiat maior dolor.

Sucerda, vide *Succerda.*

Sūctūs, vide *Sugo.*

Sūcŭlă, pro paruo ſue, vide *Sus.*

Sūcŭlæ, dicuntur ſtellæ, quæ alio nomine Hyades vocantur, à pluuia. {כימה chimáh. ὑάδες.} Nam & orientes & occidentes tempeſtates, & pluuias cient. Vnde etiam à Latinis Suculæ appellantur, quòd ſuum ritu luto delectari videantur. De iis & ratione nominis, Gell. *cap.* 7. *lib.*13. Exoriuntur XII. Calend. Iunij. Plin. *lib.*18. *cap.*26. Ægypto ſuculæ occidunt veſperi. ¶ Eſt & ſucula genus intimæ veſtis, Plautus *in Ruden.* Duæ connexæ maniculæ cum ſucula. Sucula, ὀνίσκος Athenæo, Vitruuio machina eſt tractorij generis: conſtat autem tereti ligno, aut pluribus vectibus traiecto, vtrinque æqua extantibus longitudine: hæc dum verſatur, funis qui ductarius dicitur, circa eam obuoluitur. Huiuſmodi machinâ hodie vietores, id eſt, cuparij, vina ex hypogeis ſubuehunt, *turnum* eum appellantes.

Sūdēs, is, Pertica, ſiue genus teli ruſtici, hoc eſt, paxillus igni torridus. {יתד jathédh. χάραξ. GALL. *Vn pieu, vne perche.* ITAL. *Pertica, baſtone.* GERM. Ein pfaal/ſparre/hebel. HISP. *Vara ò pertiga, ò madera grueſſa.* ANGL. *A certane ſtaff burned in the end.*} Virg.7. *Æneid.*

———Sudibúſve præuſtis.

Idem *lib.*1. *Georg.*

Quadrifidáſve ſudes, & acuto robore vallos.

Vbi Seruius, Vallus, & ſudes idem eſt. Sudibus inter ſe concurrere. Liuius 6. *bell. Pun.* Tertio die ſudibus inter ſe in modum iuſtæ pugnæ concurrerent, prælatíſque miſſilibus iaculati ſunt. ¶ Sudem torquere Iuuentus olim dicebat. Senec. *epiſt.*89. & Tibull. *lib.*4. Quis tardámve ſudem.

Sudiculum, genus flagelli, quod vapulantes facit. Feſt. Quid ſi potiùs, tanquam parua ſudes.

Sūdĭs, is, piſcis inſigni magnitudine, & ſapore non ingrato, quem Græci σφυραίνην appellant. Plin. *lib.*32. *cap.*11. Sunt præter ea à nullo autore nominati, ſudis Latinè appellata, à Græcis ſphyrena, roſtro ſimilis nomine, magnitudine inter ampliſſimos, rarus, ſed tamen non degener.

SVDO, as, aqua per poros corporis eliquo. παρὰ τὸ ὕδωρ, quod aquam vndámque ſignificat, deriuatum exiſtimatur, aſpiratione in ſ literam conuerſa. {ἱδρόω. GALL. *Suer.* ITAL. *Sudare.* GERM. Schwitzen. HISP. *Sudar.* ANGL. *To ſweat.*} Et modò abſolutè ponitur. Horat. *de Arte,*

———ſudauit & alſit.

Idem 2. *Serm. ſatyr.*2.

———tu pulmentaria quære ſudando.

Cic.1. *de diuin.* Nunciatum eſt alicubi deorum ſudaſſe ſimulacra. Idem 2. *de Orat.* Quum ille diceret ſe ſine cauſa ſudare, minimè mirum, inquit, modò enim exiſti de balneis. Sudare ad flammam valetudinis ergò? Suet. *in Aug. cap.*82. Et Plaut. *Aſin. ſc.*2. *a.*2. Pro monſtro extemplo eſt, quando qui ſudat tremit. (de verberibus.) Quintilian. Benè ſudantes patroni. Modò cum ablatiuo iungitur. Liu. Et ſcuta duo ſanguine ſudaſſe. Virg.2. *Georg.*

Vnde caua tepido ſudant humore lacunæ.

Modò cum accuſatiuo pro exudare, ſiue ſudando producere. Virgil. 4. *Eclog.*

Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

Idem *Eclog.*8.

Pinguia corticibus ſudent electra myricæ.

Sudare metaphoricῶs pro vehementer laborare, nam magnos labores ſolet & ſudor comitari. Terent. *in Phorm.*—eia ſudabis ſatis. Si cum illo incœptas homine: ea eloquentia eſt. hoc eſt, ſatis erit tibi negotij, ſatis laborabis. Cic. *pro Seſtio*, Sudandum eſt his pro communibus commodis.

Sūdātūs, participium. {ἱδρωμένος. GALL. *Sué.* ITAL. *Sudato.* GERM. Geſchwitzet. HISP. *Sudado.* ANGL. *Moiſtie with ſweat.*} Statius 5. *Thebaid.*

———labor gelido ſudatur in Hæmo.

Claud.2. *de raptu Proſerp.*

———Fibula ſudata marito.

Quintilian. In ſudata veſte durandum oratori.

Sūdātĭo, verbale. {יזע jezáh זעה zeháh. ἡ ἵδρωσις, ἡ ἐφίδρωσις. GALL. *Suement.* ITAL. *Sudamento.* GERM. Schwitzung. HISP. *Sudamiento.* ANGL. *A ſweating.*} Senec. *Epiſt.* 87. Niſi Taſius lapis, quondam rarum ſpectaculum, in aliquo templo piſcinas noſtras circumdederit, ij qua corpora multa ſudatione exinanita demittamus.

Sūdātŏr, is, verbale, qui ſudat. {ἐφιδρόων. GALL. *Qui ſue, ſueur.* ITAL. *Chi ſuda.* GERM. Ein ſchwitzer. HISP. *El que ſuda.* ANGL. *A great ſwater.*} Plin. *lib.*32. *cap.*1. Dyſentericis, ſudatoribus in longa tuſſi, in epiphoris, meracum.

Sūdātrīx, is, verbale fœmininum. {ἐφιδροῦσα. GALL. *Celle qui ſue.* ITAL. *Donna che ſuda.* GERM. Schwitzerin/eine ſo ſchwitzt. HISP. *La que ſuda.* ANGL. *A woman that ſwearet.*} Martial. *lib.*12.

Dum per limina potentiorum

Sudatrix toga ventilat vagúmque

Maior Cælius & minor fatigant.

Sūdābūndūs, a, um. {ἱδρῶτι ἐοικώς. GALL. *Tout ſuant.* ITAL. *Che tutto ſuda.* GERM. Schwitzend/ſchweyſſig. HISP. *El que ſuda de todas partes.* ANGL. *All ſweatie.*} Ouid. *ad Piſo.*

———totaque ludos

Turba repentè ſuos iam ſudabunda relinquit.

Sūdor, oris, Excrementum aqueum per cutem exudans. {יזע jezáh זעה zeháh. ἱδρώς. GALL. *Sueur.* ITAL. *Sudore.* GERM. Der ſchweyß. HISP. *Sudor, ...or que ſe ſuda.* ANGL. *Sweat.*} Plin. *lib.*10. *cap.*72. Serpentes neque ſanguinis, neque ſudoris vim habent, quæ auiditatem naturalem ſale augent. Cic. 1. *de diuinat.* Nec enim ſanguis, nec ſudor niſi è ... Virg.3. *Georg.*

Ardentes papulæ, atque immundus olentia ſudor

Membra ſequebatur.

Idem 2. *Æneid.*

———ſalſúſque per artus Sudor iit.

Idem 3. *Æneid.*

Tum gelidus toto manabat corpore ſudor.

Sudor vti maris eſt, Lucret. ſic & Samonicus, i. ἁλοσάχνη. Alij pro maris humore. Sudor pro labore, Cic. *pro Fonteio de Gallis*, Qui cum ipſo Mar. Fonteio Ferrum ac manus contulerunt, multóque eius ſudore ac labore ſub populo Rom. imperium ditionémque ceciderunt. Idem 1. *de Orat.* Ac ſtylus ille tuus quem tu verè dixiſti perfectorem dicendi eſſe ac magiſtrum, multi ſudoris eſt. Quintil. Victores ſuos nudúmque ſudorem quærent aſſueta gymnaſiis corpora.

Sūdātōrĭūs, a, um, adiectiuum. {ἱδρωτικός. GALL. *Qui fait ſuer.* ITAL. *Che fa ſudare.* GERM. Das ſchwitzen macht/oder zu dem ſchwitzen gehört. HISP. *Coſa que haze ſudar.* ANGL. *That maketh one to ſweat.*} Plaut. *in Stich.* Nullos meliores eſſe paraſitos ſinam, vel vnctiones Græcas ſudatorias vel alias malis. Senec. *epiſt.* 92. Quid mihi cum ſudatoriis?

Sūdātōrĭum, ij, locus ad ſudandum extructus, vaporarium. {τὸ πυελωτήριον, τὸ ὑπόκαυστον. GALL. *Eſtuues ſeches, le lieu és eſtuues où l'on ſue.* ITAL. *Luogo da ſudare, ſtufa ſecca.* GERM. Ein ſchweißbad/ſchwitzſtuben/ort da man ſchwitzt. HISP. *Lugar en el baño para ſudar.* ANGL. *Stewes, or a place made to ſweat in.*} Seneca *de vita beata*, Circa balnea & ſudatoria, ac loca Ædilem metuentia, &c. Idem *Epiſt.* 52. Quid mihi cum ſudatoriis, in quæ ſiccus vapor corporum exhauſturus includitur.

Sūdārĭum, ij, Linteum quo ſudor faciei detergitur & nares purgantur. {κεφαλιδεῖον, ἡμιτύβιον. GALL. *Suaire, linge ou mouchoir dequoy on eſſuye la ſueur.* ITAL. *Sudario, ò vero fazzolo, fazzoletto.* GERM. Ein ſchweißtuch. HISP. *Sudario ò toca de lienço.* ANGL. *A napking or cloth for ſweat.*} Suet. *in Nerone cap.*48. Adaperto capite, & ante faciem obtenſo ſudario, equum aſcendit quatuor ſolis comitantibus. Et mox, Ligato circa collum ſudario prodierat in publicum. Quintilian. Sudario frontem ſiccare. Suet. *in Neron. cap.*25. Sudarium ad os applicare. ¶ Huius diminutiuum eſt Sudariolum. Martial. *lib.*11.

Iam mihi nigreſcunt tonſa ſudaria barba,

Et queritur labris puncta puella meis.

Quintil. *lib.*6. *cap.*3. Quum reus agere in eum Caluo candido frontem ſudario tergeret, &c.

Sūdārĭōlum, diminutiuum à ſudarium, Apul. *in Apolog.* Ais enim me habuiſſe quædam ſudariola inuoluta apud Lares Pontiani.

Sudus, a, um, ſiccum, quaſi ſine vdo: id eſt, humido, eſt propriè pars ſerena inter nubes. {צחצחות tſachtſacháh טהר tohár. αἰθρία. GALL. *Beau temps, ſerain.* ITAL. *Tempo aſciuto.* GERM. Der ſchön himmel ſo man zwiſchen den wolcken hinein ſicht. HISP. *Tiempo ſereno y claro.* ANGL. *Faire weater.*} Virg.8. *Æneid.*

Arma inter nubes cæli in regione ſerena

Per ſudum rutilare vident.

Accipitur tamen ſudum pro ſicco, ſiue ſereno tempore, quum ſcilicet nulla eſt pluuia. Cicero *ad Tiron.* Horologium mittam & libros ſi erit ſudum. Plaut. *in Mil. ſc.*1. *a.* 1. Curate vt ſplendor clypeo meo ſit clarior, quàm Solis radij eſſe olim, quum ſudum eſt, ſolent. Virg. 4. *Georg.*

Ergo vbi ver nacta ſudum, campóſque patentes

Erumpunt portis.

‖Suecia, *Sweden*, regio nota Plinio, omnium Aquilonarium fertiliſſima.

Suellis, *Suellis*, V. olim E. Sardiniæ mediterranea, nunc opidulum, nomen retinens: cuius Epiſcopatus cum Calaritano A. coniunctus eſt.‖

SVĒo, es, antiquum verbum, Soleo: vnde ſueſco. {למד lemmmádh. ἔθω. GALL. *Auoir de couſtume, eſtre accouſtumé.* ITAL. *Vſarſi.* GERM. Gewohn ſein/pflegen. HISP. *Acoſtumbrarſe.* ANGL. *To be wonted or accuſtomed.*} Lucret. *lib.*1.

———& ſemina rerum appellare ſuemus:

id eſt, ſolemus. Liu. 5. *ab Vrbe*, Nec ſecus quàm diuino ſpiritu tactus, quum ſe in mediam concionem intuliſſet, abſtinere ſuetus antè talibus conſiliis. Cic.2. *de nat. deor.* Has Græci ſtellas hyadas vocitare ſuerunt. Lucret. *lib.*1.

———nec frigora qui mus

Vſurpare oculis, nec voces cernere ſuemus.

‖Sueres, vide *Sus.*

Suerina, *Swerin*, V. E. in ducatu Megapolitano, ſeu Mechlenburgenſi, ſub A. Bremenſi.‖

Sūēſco, is, eui, etum, Conſuetudinem capio. {למד lummádh. ἐθίζομαι. GALL. *Auoir de couſtume, eſtre accouſtumé.* ITAL. *Vſarſi, auuezzarſi.* GERM. Gewohnen. HISP. *Accoſtumbrarſe.* ANGL. *To be accuſtomed, or to haue an accuſtome.*} Cic. *Metello*, A te id, quod ſueuiſti, peto me abſentem diligas, atque defendas. Claud. *lib.*3.

———Poſt hac cunabula dulci

Ferre ſinu ſummóque Ioui deducere paruam

Sueuerat, & genibus ludentem aptare paternis.

Sūētūs, a, um, participium. {למד lummádh למוד limmúdh. ἐθάς, ἐθισμένος. GALL. *Accouſtumé.* ITAL. *Vſato, ſolito.* GERM. Gewohnt. HISP. *Acoſtumbrado.* ANGL. *Accuſtomed.*} Virg.5. *Æneid.*

———geminos immani pondere caſtus

Proiecit, quibus acer Eryx in prælia ſuetus

Ferre manum.

Cic. *ad Attic. lib.*6. Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, multæ valde leuatæ ſint, omnes ſuis legibus & iudiciis ſuetæ, αὐτονομίαν adeptæ reuixerunt. Lucan. *lib.*1.

Bella nefanda parat, ſuetus ciuilibus armis.

Sūēſſă, Campaniæ oppidum, non procul à Liri amne, vt autor eſt Plin. *lib.*3. *cap.*5. Vulgò *Seſſa.*

Sūēſſĭōnēs, Galliæ Belgicæ populi, vt ſcribit Plinius *lib.* 4. *cap.* 17. in prouincia Remenſi. Hodie *Soiſſons.* Apud Lucanum ſic docti legunt,

Et Biturix, longiſque leues Sueſſones in armis,

Suetonius

Suetonius Lenis, Suetonij Tranquilli probissimi & candidissimi historici pater fuit: quem floruisse sub Othone Imperatore scribit ipse Sueton. Tranquill. *in Othon. cap.* 10. his verbis, interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis tertiæ decimæ legionis tribunus angusticlauis, &c. Eius quoque meminit Gell. *cap.* 4. *lib.* 15.

SVEVI, σύηβοι. Bellicosissimi Germaniæ populi olim Albis, hodie Danubij occolæ. {Die Schwaben.} Lucr. *lib.* 8.

Fundit ab extremo flauos Aquilone Sueuos.

¶ Crinis Sueuus, pro flauo dixit Silius *lib.* 5. Cassis erat munita viro, cui vertice surgens Triplex crista, iubas effundit crine Sueuo. Potest tamen & propriè intelligi, quoniam Flaminius, de quo hîc loquitur, Ligures, Boios & Sueuos vicerat.

Sueuia, dicitur eorum regio. Olim circa Albim habitauerunt. Et plus quàm centum pagos habuerunt. Gens valida & bellicosissima. {Das Schwabenland.}

‖Sufes, Pœnorum magistratus.‖

SVFFARCINO, suffarcio: inserto n, vt aliàs. Apul.

Suffarcinatus, Sarcina quapiam oneratus. {עמוס *hamús.* σωισκευασμένος. GALL. *Garni de haillons & vieils drappeaux.* ITAL. *Caricato, aggrauato.* GERM. Beladen. HISP. *Cargado.* ANGL. *Loden or burdened, stuffed.*} Terent. *in Andr.* verùm vidi Cantharam suffarcinatam. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Tum isti Græci palliati, capite operto qui ambulant Qui incedunt suffarcinati cum libris.

Suffarraneus, {ἀστυλὴς, σιτοφόρος. GALL. *Viuandier qui porte quelque blé ou grain au camp.* ITAL. *Viuandiero, che porta grano al campo.* GERM. Einer der mål / oder korn in das låger fürt / aber nit vil / jedes mal ein holder. HISP. *El que trae trigo y otro grano al real.* ANGL. *That beareth wheat to the camp.*} à farre, quemadmodum confarreatio, deduci videtur: & significat eum qui far in castra conuehit, non iusto commeatu aliquo, sed crebris & vilibus institorum vecturis. Plin. *lib.* 7. *cap.* 43. Cicero mulionem castrensem suffarraneum fuisse, &c.

SVFFERO, Sustineo, patior, tolero. {סבל *sabal* נשא *nasá.* ὑποφέρω, ὑφίσταμαι. GALL. *Souffrir, supporter, endurer, soustenir.* ITAL. *Sofferire, tolerare, patire.* GERM. Erdulden / ertragen. HISP. *Sufrir, padecer.* ANGL. *To suffer, to beare with.*} Virg. 2. *Æneid.*

———nec claustra, nec ipsi
Custodes sufferre valent.

Terent. *Heaut.* satrapes si fiet Amator nunquam sufferre eius sumptus queat. Cic. *pro Cecinna*, Quam maluit si sufferre voluissent, tamèn manere in ciuitate potuissent. Idem *pro Flacco*, Nimiæ pietatis, & summi amoris in patriam vicissim nos pœnas, si ita diis placet, sufferamus. Plaut. *Amph.* Actutum sufferet pœnas Sosia. Idem *Asin. sc.* 2. *act.* 3. Qui me fortior ad sufferendas plagas. Idem *Curc. sc.* 1. *act.* 3. de creditore abnegante.) Si magis (inquit) me instabunt ad Prætorem sufferam.

Suffertus, a, um, deductum videtur à suffercio, sicut Refertus à refercio. {מלא *malé.* πλησιφορηθεὶς ἐμφορηθείς. GALL. *Replet, farci & garni, espois.* ITAL. *Pieno, spesso.* GERM. Voll / oder vollgeschöpfft. HISP. *Lleno, espesso.* ANGL. *Filled ind stuffed.*} Sueton. *in Neron. cap.* 20. Mediáque in orchestra frequente populo epulatus, si paulum subbibisset, aliquid se sufferti tinniturum Græco sermone promisit. hoc est, cantaturum se clarius aliquid, aut quod Græci dicunt πυκνὸν, id est, densum quippiam, aut succi plenum.

‖Suffertum, plenum, oppletum. Turn.‖

Suffertim, aduerbium, pleniùs, ac densiùs. Sueton. *in Neron.* Si paululum subbibisset aliquid se suffertim tinniturum. Ita enim legendum putat Eginatius.

SVFFERVEO, es, ere, Aliquantulum ferueo. {ὑποθερμαίνομαι. GALL. *Estre quelque peu boüillant.* ITAL. *Bogliere vn pochetto.* GERM. Ein wenig sieden vnd strudeln. HISP. *Heruir vn poco.* ANGL. *To be sonewo hat hoato.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 11. Vulgò verò nec sufferuere faciunt.

Sufferuefacio, is, ere, Sufferuidum reddo. {ὑποθερμαίνω. GALL. *Faire vn peu boüillir.* ITAL. *Intepidire, scaldare alquanto.* GERM. Ein wenig siedig machen. HISP. *Hazer heruir vn poco.* ANGL. *To mack somewhat hoat.*} Plin. *lib.* 12. *c.* 26. Odor verò in vino sufferuefacti antecedit alios. Idem *lib.* 22. *cap.* 25. in vesicæ verò dolore, semuncia amyli cum ouo, & passis tribus sufferuefacta à balneo.

Sufferuefio, fis, fit, Aliquantulum feruidus fio. {ὑποθερμαίνομαι. GALL. *Estre fait vn peu boüillant.* IATL. *Esser tepido.* GERM. Zum theil anfahen siedig werden. HISP. *Ser tibio, y caliente.* ANGL. *To be made somewhat hoate.*} Plin. *lib.* 27. *cap.* 8. Qui fidem promisso huic quærunt, affirmant lapillos, qui sufferuefiant, vnà rumpi.

Suffes, etis, Summi magistratus nomen erat apud Carthaginenses, non dissimilis Romanorum Consolatui. Liu. 10. *bell. Pun.* Senatum itaque Suffetes (quod velut Consulare imperium apud Carthaginenses erat) vocauerunt. Idem 8. *bell. Pun.* Infestus ob direpta quædam ab conscendentibus naues militibus, ad colloquium Suffetes eorum, qui summus Pœnis est magistratus, cum Quæstore elicuit. Senec. *cap.* 3. *lib. singularis de tranquill. animi*, Non vis enim nisi consul, aut prytanis, aut ceryx, aut suffes administrare.

Suffibulum, i, siue Subfibulum, vestimentum album erat, teste Festo, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestales virgines sacrificantes habebant, idque fibula comprehendebatur.

SVFFICIO, is, ex sub, & facio, Satis sum, par sum. {די אני *dái aní.* ἐξαρκῶ, ἐπαρκῶ. GALL. *Suffire, satisfaire.* ITAL. *Bastare, essere sofficiente & assai.* GERM. Genug / oder genugsam sein. HISP. *Bastar.* ANGL. *To suffice, to be sufficiente or ynough, to satisfie.*} Stat. *lib.* 5. *Sylu.*

Vade puer, tantisque enixus suffice donis.

id est, satis esto. Cic. *in Salust.* Postea quam immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit. Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 2.

Suffecitque malis animus.

Virg. 11. *Æneid.*

———nec sufficit vmbo
Ictibus.

hoc est, satis esse non potest sustinendis ictibus. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

Corpus ante impatiens laborum
Sufficit, atque ipso vexatum induruit vsu.

Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Polyb.* Cogitabat quantum tu & ornamentum tuorum esses, & onus. Suffecit ille huic sarcinæ. (id est, satis fuit.) Idem *ibid. cap.* 15. Sufficere dolori & bello. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

Suffecitque malis animus.

Liu. *lib.* 3. *ab vrb.* Excursionibus milites sufficere, & leuibus præliis experiri. ¶ Nonnunquam sine datiuo collocatur, eius loco habens infinitiuum. Virg. 5. *Æneid.*

Nec nos obniti contrà, nec tendere tantùm
Sufficimus.

¶ Sufficere Ad. Quintilian. *lib.* 1. Ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipsa sufficiat. ¶ Aliquando ponitur pro subministrare. ἐπαρκεῖν. Virg. 2. *Æneid.*

Ipse pater Danais animos, viresque secundas
Sufficit.

Idem 2. *Georg.*

Ipsa satis tellus cum dente recluditur vnco
Sufficit humorem. (id est, subministrat, suppeditat.)

¶ Interdum Accusatiuus subintelligitur, vt apud Sueton. *in Aug. cap.* 43. fecisse ludos se ait suo nomine quater: pro aliis magistratibus, qui aut abessent, aut non sufficerent (sup. pecuniam) ter & vicies. ¶ Aliquando pro substituerent, ἀντικαθιστάναι. Virg. 2. *Georg.*

Atque aliam ex alia generando suffice prolem.

¶ Vnde suffecti magistratus dicuntur, qui in locum mortuorum, eorúmve qui munere suo perfuncti sunt, surrogantur. Cic. *lib.* 4. *Epist.* Si Appij os haberem, in cuius locum suffectus sum, tamen, &c. ¶ Aliquando inficere, maculare. Idem *in Hortens.* Vt ij, qui in conuiuiis purpuram sufficiunt, pòst sanant medicamentis quibusdam. Quintilian. Sufficientia sibi. (i. modica possidere.)

‖Suffectura, suffectio. Tert.‖

Sufficienter, aduerb. Satis, abundanter. {ἀρκούντως, ἐξαρκούντως, διαρκούντως, ἱκανῶς. GALL. *Suffisamment, à suffisance, assez.* ITAL. *A sufficienza.* GERM. Genugsamlich. HISP. *Assaz, con suficiencia.* ANGL. *Sufficientlie, ynough.*} Vlpian. *in l. sed & si quid.* §. 1. *ff. de vsuf. & quemad.* Sufficienter autem alere & vestire debet secundùm ordinem & dignitatem mancipiorum.

Suffigo, is, xi, xum, Affigo, in sublimi figo. {ἀνασταυρόω, ἀνασκολοπίζω. GALL. *Ficher dessous.* ITAL. *Inficare, afficare.* GERM. Auffhefften. HISP. *Hincar à otra cosa.* ANGL. *To fasten, naile or sett vp surelie.*} Cic. *in Pisonem*, An ego, si te & Gabinium cruci suffixos viderem, maiore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quam afficior ex infamia. Horatius 1. *Serm. satyr.* 3.

Si quis eum seruum, patinam qui tollere iussus,
Semesos pisces, tepidúmque ligurierit ius,
In cruce suffigat, Labeone insanior inter
Sanos dicatur.

Hirtius *de bello Africo lib.* 5. Postero die Iuba Numidas eos, qui loco amissi fugâ se receperant in castra, in cruce omnes suffixit.

SVFFIO, is, iui, vel ij, itum, Suffumigo. {קטר *kittér.* ὑποθυμιάζω. GALL. *Parfumer.* ITAL. *Perfumare.* GERM. Bereuchen / Vnden auff reuchen. HISP. *Sahumar.* ANGL. *To perfume or mak swett smoke.*} Plin. Hippocrates ruta vuluarum causa naturam suffire iubet. Virg. 4. *Georg.*

At suffire thymo, ceràsque recidere inanes
Quis dubitet?

Colum. *lib.* 12. *cap.* 18. Cella quoque vinaria omni stercore liberanda, & bonis odoribus suffienda. Lucret. *lib.* 2.

Ignibus æthereis terras suffire feraces.

Suffitus, a, um, Suffumigatus. {מקטר *muktár.* τεθυμιασμένος. GALL. *Parfumé.* ITAL. *Perfumato.* GERM. Bereucht / den rauch vnden hår gelassen. HISP. *Sahumado.* ANGL. *Perfumed.*} Plin. *lib.* 20. *cap.* 17. Anisum dolores capitis leuat, suffitum naribus.

Suffitus, us, Suffumigatio. {קטר *kittér* קטרת *ketóreth* קטורה *ketoráh.* θυμίασις. GALL. *Parfumement.* ITAL. *Parfumo.* GERM. Ein bereuchung vnd den auff. HISP. *Sahumerio.* ANGL. *A perfuming or fumigation.*} Plin. *lib.* 24. *cap.* 11. A multis in suffitus pro thure assumitur. Idem *alibi*, Et vuluarum conuersionem suffitu excitant.

Suffitio, nis, Suffitus. {קטר *kittér* קטרת *ketóreth* קטורה *ketoráh.* ὑποθυμίασις.} Plin. *lib.* 25. *cap.* 2. Orpheus, & Hesiodus suffitiones commendauêre. Colum. *lib.* 1. *cap.* 6. Ne rursus nimia suffitione medicata sint.

Suffitor, is, verbale à suffiendo deductum. {מקטר *mekattér.* ὑποθυμιαστής. GALL. *Parfumeur.* ITAL. *Perfumatore.* GERM. Ein bereucher. HISP. *Sahumador, el que sahuma.* ANGL. *A perfumer.*} Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. Lycus & ipse puerum suffitorem.

Suffimen, inis, Suffitio. {קטר *kittér* קטרת *ketóreth* קטורה *ketoráh.* θυμίαμα.} Ouid.

Sanguis equi suffimen erit.

Suffimentum, i, Suffitus, & Suffitio. {קטר *kittér* קטרת *ketóreth* קטורה *ketoráh.* ὑποθυμίασις, θυμίαμα. GALL. *Parfum.* ITAL. *Perfumo.* GERM. Ein rauch / oder bereuchung. HISP. *Sahumerio.* ANGL. *A perfuming.*} Plin. Quod & suffimentis quibusdam facere consueuerunt. Cic. 1. *de legib.* Nam & in iis sine illius suffimentis expiati sumus. Suffimenta, inquit Festus, à veteribus dicta sunt, quæ fieri solebant ex faba, milióque molito, mulso asperso. Ea diis eo tempore dabantur, quo vuæ calcatæ prælo premebantur.

Suffiscus, i, Folliculus testium arietinorum, quo vtebantur antiqui pro marsupio: à fisci similitudine dictus. Festus.

Sufflauus, adiect. {ὁ ἢ ἡ ὑπόξανθος, ὑπόπυρρος. GALL. *Iaunastre.* ITAL. *Alquanto giallo.* GERM. Ein wenig gålb. HISP. *Vn poco ruuio, ò amarillo.* ANGL. *Somewhat yeallow.*} Aliquantulum flauus, non planè flauus. Suet. *in Neron. cap.* 51. Statura fuit penè iusta, corpore maculoso & fœdo, sufflauo capillo.

SVFFLO, as, verbum est actiuum, Inflo, flatum excito. {נשב *naschab* נפח *naphách.* φυσάω, φυσίζω. GALL. *Souffler, emplir de vent.* ITAL. *Soffiare, soppiare.* GERM. Vnderhin blasen / vndenhår blasen. HISP. *Soplar.* ANGL. *To blowe, to fill with wind.*} Plin. *lib.* 43. *cap.* 8. Buthyreus Lycius Myronis discipulus fuit, qui fecit dignum præceptorem puerum sufflantem languidos ignes. ¶ Sufflare buccas, id est, inflare, siue flatu extendere. Plaut.

Plaut. *in Stich.* Age tibicen, quando bibisti, refer ad labia tibias, suffla
Celeriter tibi buccas, quasi proserpens bestia.

‖Sufflabilis, spiritu efformatus. Prud.‖

Sūfflātĭo, nis, verbale, Inflatio. {נפח *mappách.* ἐμφύσημα. GALL. *Soufflement.* ITAL. *Soffiamento.* GERM. Aufflasung/blaß. HISP. *Soplo, obra de soplar.* ANGL. *A blowing at any thing.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 7. Præterea bullantium aquarum sufflatio, lunæque affectu concharum quoque corpora augescentia.

Sūfflāmĕn, inis, Machinæ genus est, teste Budæo, quo in descensu, vel procursu nimio rota solet retineri. {ὁ ἀποχλεὺς. GALL. *Vn enrayoir, vne piece de bois dequoy on arreste les rouës en vne descente trop roide, afin qu'elles n'aillent trop viste.* ITAL. *Legno da retinere vna ruota che corre.* GERM. Ein spannseyl/oder spannstrick mit dem die furleut die räder spannen an gächen orten. HISP. *La estornija del exe del carro.* ANGL. *A deuise to stay the ouer speedie going of a cart downe an hill.*} Iuuen. *Sat.* 8.

Ipse rotam stringit multo sufflamine Consul.

Vide & interpretem in hunc locum.

Sūfflāmĭno, as, Sufflamine comprimo, & retineo. {ἀποχλεύω. GALL. *Arrester les rouës, qu'elles n'aillent trop viste, accoustrer d'vn rayoir.* ITAL. *Fermare vna ruota mettendoui vn legno.* GERM. Räder spannen daß sie nit zu schnell lauffen. HISP. *Carçar la rueda para que no vaya atras.* ANGL. *To hold or hinder with a deuise least a cart ouer speedelie go downe an hill.*} Senec. 4. *declam.* Tanta illa erit velocitas orationis, vt vitium fieret. Itaque D. August. optimè dixit, Aterius noster sufflaminandus est: adeò nedum currere, sed decurrere videbatur, nec verborum tantùm illi copia, sed etiam rerum erat.

Sufflauus, a, um, Suet. *in Aug. cap.* 79. Capillum leuiter inflexum & sufflauum habuit.

Sūffŏco, as, ex sub, & faux, au in o productum conuersa, Spiritum præcludo, fauces constringo. {חנק *chanák.* πνίγω, ἄγχω. GALL. *Suffoquer, estouffer.* ITAL. *Suffocare.* GERM. Ersticken. HISP. *Ahogar.* ANGL. *To choke, to strangle.*} Quanquam etiam latiùs accipitur pro quouis modo enecare: vt, Suffocare fame, Suffocare veneno. Cic. *ad Attic. lib.* 9. Consilium primum est, suffocare vrbem, & Italiam fame: deinde agros vastare, vrere, pecuniis locupletum non abstinere. Idem *pro Murena,* Qui gallum gallinaceum suffocauerit. Ouid. *in Ibin,*

Suffocent animam dira venena tuam.

Suffocatus, a, um, vt Suffocata vox apud Quintilianum.

Sūffōcātĭo, nis, verbale, Suffocandi actus. {מחנק *machanák.* ἡ πνὶξ, πνῖξις, ἡ ἀποπνιξις. GALL. *Estouffement, suffocation.* ITAL. *Suffocamento.* GERM. Ersteckung. HISP. *Ahogamiento.* ANGL. *Choking.*} Plin. *lib.* 20. *cap.* 5. Eius semen contritum, & in vino potum, tumentem aluum, & suffocationes mulierum, doloresque lenit.

‖Suffóco, foco purgo, lustro. Propert. *lib.* 4.

Dein quacunque locum externa tetigere puellæ,
Suffocat & purâ limina tergit aquâ.‖

SVFFŎDĬO, is, Subtus effodio. {כרה *charáh* חפר *chaphár.* ὑπορύττω. GALL. *Fouir & cauer par dessous, miner & creuser.* ITAL. *Incauare.* GERM. Vnderhin wülen/oder graben. HISP. *Cauar por debaxo.* ANGL. *To digge vnder.*} Colum. *lib.* 2. *cap.* 18. Neque suem velimus impasci, quoniam rostro suffodiat, & cæspites excitet. ¶ Suffodere equum, est eum confodere, & propriè sub ipso sessore occidere. Cæs. 4. *bell. Gall.* Rursus his resistentibus, consuetudine sua ad pedes desiluerunt: suffosisque equis, compluribúsque nostris deiectis reliquos in fugam coniecerunt. Virg. 11. *Æneid.*

Suffoso reuolutus equo.

Sūffōssĭo, verb. {ἡ ὑπόρυξις. GALL. *Cauement, creusement.* ITAL. *Cauamento.* GERM. Vndergrabung. HISP. *Cauamiento, cauadura.* ANGL. *A digging vnder.*} Senec. *Epist.* 50. Quum hostilia in partes tela vibrarent, & ipsum solum suffossionibus tremeret, & cuniculis.

Sūffrænātĭo, nis, Colligatio, & arcta structura, quæ lapides veluti fræno retinet. {ἡ χαλίνωσις, ἡ τῶν λίθων ἢ ἄλλων τινῶν ἰσχυρὰ καὶ δυσάλυτος σύνδεσις. GALL. *Liaison forte & ferrée, qu'on fait és murailles.* ITAL. *Concatenamento che si fa tra le muraglie.* GERM. Einzwingung/oder zusamen klammerung der steinen. HISP. *Enfrenamiento, atadura fuerte de muros.* ANGL. *A ionyng or binding together of stones in a wall.*} Plin. *lib.* 36. *c.* 22. de quodam lapidis genere, Globosus, contra iniuriam fortis, sed ad structuram infidelis, nisi multa suffrænatione deuinctus.

Suffraganeus, a, um, auxiliarius, & propriè in verbis. vnde Episcopi dicuntur suffraganei aliorum Episcoporum, quia debent eos iuuare non solùm opere, sed etiam verbis: vel si non possunt opere, saltem verbis. Cathol.

SVFFRĀGO, inis, Flexura est in posterioribus quadrupedum cruribus, retrorsum incuruata, quæ in prioribus contrario modo inflexa genu dicitur. {ἡ καμπή. GALL. *Le iarret des iambes de derriere des cheuaux & autres bestes.* ITAL. *Garretti delle gambe dietro del cauallo.* GERM. Der hinderseich gewendte kniebung an den hinderen füssen der thieren. HISP. *La quartilla doblegadura della bestia.* ANGL. *The pasterne of a beast.*} Dictæ suffragines, quòd ibi cruris continuitas diuisa, & quadammodo fracta appareat. Plin. *lib.* 8. *cap.* 45. Victimarum probatio in vitulo, vt cauda articulum suffraginis constringat. Idem, Aues, & quadrupedes alas in priora curuant, suffragines in posteriora. ¶ Suffragines etiam dicuntur vitis soboles, radicibus adhærentes. Colum. *lib.* 5. Et si soboles (quam rustici suffraginem vocant) radicibus adhæret, diligenter explantanda, ferróque euellenda est, vt hybernas aquas respuat.

Suffraginosus, a, um, cui suffrago vitiata: vt Suffraginosi equi, quorum suffragines morbo vitiatæ sunt. {GALL. *Cheuaux qui ont mal és iarrets, qui ont les esparuis.* ITAL. *Caualli che hanno le peste.* GERM. Roß die an den hinderen füßtrümmen presthafft sind. HISP. *Cauallos con axaguas ò bexigas.* ANGL. *Horses diseased in the pasterne.*} Col. *lib.* 6. *cap.* 38. Suffraginosæ hordeacea farina imponitur.

SVFFRĀGŎR, is, Suffragium fero. {ψηφοφορέω. GALL. *Donner sa voix en vne election, fauoriser & donner faueur, aider de sa parole.* ITAL. *Far fauore, fauoreggiare.* GERM. Einem sein stim gäben/zustimmen. HISP. *Ayudar con su voto, dar fauor.* ANGL. *To speake in ones part fauorablie, to giue his word to help.*} Cicero *pro Muren.* Quorum suffragium tenue est, si vt suffragantur, nihil valent gratia. Per translationem accipitur pro fauere, auxilio esse, sententiæ aut voluntati cuiuspiam subscribere. ἐπιψηφίζειν. Cuius contrarium est Refragor, pro repugno, aduersor. Autor Priapeiæ, Copia me perdit, tu suffragare rogatus. Cicer. 7. *Verr.* Cui legi vestra dignitas vehementer aduersatur, ei insignis istius impudentia maximè suffragatur. Idem *ad Attic.* Nec destiti accusare eius necessarios, qui eius cupiditati suffragari videbantur. Idem *Planco lib.* 10. Fortuna suffragante videris res maximas consecutus. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Suffragabatur huic consilio, quòd, &c.

Sūffrāgātĭo, nis, Ipse suffragandi actus, fauor, auxilium. {ψηφοφορία. GALL. *Faueur & aide en vne election, bailler sa voix.* ITAL. *Fauore, aiuta.* GERM. Das günstlich zustimmen. HISP. *Fauor, ayuda.* ANGL. *Fauour in ones part, a voice in giuing consent.*} Cicer. *pro Muren.* Multum autoritatis habet suffragatio militaris. Salust. *in Iugurth.* 106. Sic à multis illi mortalibus honestissima suffragatione consulatus petebatur.

Sūffrāgātŏr, is, qui in creandis magistratibus suffragium fert. {ψηφιστής. GALL. *Qui fauorise aucun de sa voix ou parolle.* ITAL. *Chi fauorisce con parole & de la voce.* GERM. Ein mitstimmer/oder zustimmer/der einem in einer wahl sein stim gibt. HISP. *El que ayuda à otro con su voto.* ANGL. *A fauourer or giuer of his voice in election.*} Plin. *epist.* 64. Addebat quosdam ex suffragatoribus: illi grauiter & paucis loquebantur. Cic. *pro Mur.* Tua verò nobilitas, Serui Sulpiti, tametsi summa est, tamen hominibus literatis & historicis est notior: populo verò & suffragatoribus obscurior.

Suffragatorius, a, um, apud Cicer. *de petit. Consul.* Modò intelligat te magni æstimare, ex animo agere, bene se ponere, fore ex eo non breuem & suffragatoriam, sed firmam & perpetuam amicitiam.

Sūffrāgĭum, ij, Iudicium, voluntas, consensus, qui à populo & iudicibus olim tabella significabatur. {ψῆφος, χειροτονία. GALL. *Suffrage, voix des eslisans, consentement.* ITAL. *Suffragio, ballota, voce.* GERM. Ein wals stimm. HISP. *Voto ò fauor para ayudar.* ANGL. *A mans voice in giuing consent.*} Cicer. 3. *de leg.* Suffragia in magistratu mandando, aut etiam de reo iudicando palàm ferri melius esset. Iuuenal. *Satyr.* 8.

Libera si dentur populo suffragia, quis tam
Perditus, vt Senecam dubitet præferre Neroni?

Cicer. 1. *de leg.* Si hæc suffragiis, aut scitis multitudinis probarentur. ¶ Suffragiorum genus excogitatum ab Augusto. Suet. *in Aug. cap.* 46. Conficere suffragia, vide *Conficere.*

Sūffrĭco, as, Leuiter frico. {ψώχω, ψήχω. GALL. *Frotter vn peu.* ITAL. *Fregare leggiermente.* GERM. Vnden auff reiben. HISP. *Fregar vn poco.* ANGL. *To rubbe softely.*} Colum. *lib.* 12. *cap.* 23. Nam oportebit post hunc numerum dierum confestim vinum emundare, & si quid fæcis aut labris vasorum, aut lateribus inhæsit, eradi, ac suffricari, & protinus operculis impositis oblini.

Sūffrĭngo, is, ere, Frango. {שבר *schibbér.* καταῤῥήγνυμι. GALL. *Rompre & briser.* ITAL. *Rompere, spezzare.* GERM. Vndenfür zerbrächen. HISP. *Quebrar, romper.* ANGL. *To break.*} Plaut. *in Rud.* Homini isti talos suffringi volo. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Quòd si luce quoque canes latrent, quum deos salutatum aliqui venerint, opinor, iis crura suffringantur: quòd acres sint etiam tum quum suspicio nulla sit.

Sūffrĭo, as, Infrio, hoc est, friatum siue comminutum inspergo. {כתת *chatháth* הדך *hedhák.* ἐπιθλίβω. GALL. *Esmier & briser fort menu.* ITAL. *Minucciare.* GERM. Einzütteren/einsäyen/einreiben. HISP. *Poluorear desmenuzando.* ANGL. *To crumme or break in small pieces.*} Col. *lib.* 2. *cap.* 38. Scopulis aridæ myrti suffriatur, operculúmque superimponitur, ne quid eò decidat.

Sūffŭĕrat, pro sub eodem tecto fuerat, scripsêre veteres, inquit Festus.

SVFFVGĬO, Confugio, sub rem aliquam fugio. {נס *nas.* καταφεύγω. GALL. *S'enfuir.* ITAL. *Fuggire.* GERM. Entfliehen/vnderhin fliehen. HISP. *Huyr.* ANGL. *To flie vnder or to some thing.*} Liuius 4. *bell. Pun.* Imber à nocte media coortus, custodes, vigilésque dilapsos è stationibus suffugere in tecta coëgit. Suet. verò pro retrofugere *in Tiberio* posuit, dicens: Adulationes adeò aduersatus est, vt neminem Senatorum ad lecticam suam admiserit. Consularem verò satisfacientem sibi per genua orare conantem ita suffugerit, vt caderet supinus.

Sūffŭgĭum, ij, quò quis suffugit, hoc est, securitatis causa sese recipit. {מחסה *machaséh* מנוס *manos.* καταφυγή. GALL. *Refuge le lieu de refuge.* ITAL. *Luogo da fuggire.* GERM. Ein zuflucht/ein ort da einer hinunder fleucht. HISP. *Lugar para huyr ò do huymos.* ANGL. *A place of refuge.*} Ouid. *de Nuce,*

Quid nisi suffugium, nimbos vitantibus essem?

Diuerticula, anfractus, suffugia infirmitatis.

Sūffŭlcĭo, is, Sustento. {סעד *sahádh* סמך *samách.* ὑπερείδω. GALL. *Appuyer, soustenir, estayer.* ITAL. *Sostentare.* GERM. Vnderstützen. HISP. *Sustentar debaxo.* ANGL. *To proppe vnder and hold vp.*} Varr. 1. *de re rust.* Vt maioribus perticis suffultæ vites, auras non pertimescant. Plaut. *in Mil. sc.* 2. *a.* 2. Ecce autem ædificat, columnam mento suffulcit suo. Lucret. *lib.* 4.

Propterea capitur cibus, vt suffulciat artus,
Et recreet vires.

Sūffūmĭgo, as, are, Sufflo, vel subtus fumum excito. {קטר *kittér.* ὑποθυμιάζω. GALL. *Faire fumée par dessous, parfumer, enfumer.* ITAL. *Perfumare, affumare.* GERM. Vndenauff räuchen/vndenhär ein rauch machen. HISP. *Sahumar.* ANGL. *To perfume, or to mak a smoke vnder some thing.*} Cels. *lib.* 6. *cap.* 5. de suffusione oculorum, Suffumigare oculos acribus medicamentis.

SVFFVNDO, is, ere, Affundo, inspergo, infundo. {נזה *nozáh.* ὑποχέω, ἐπιχέω. GALL. *Espandre dessus, espandre en bas.* ITAL. *Spargere qualche liquore.* GERM. Angiessen oder schütten/Eingiessen. HISP. *Derramar lo liquido.* ANGL. *To sprinkle or powre out vpon or vnder.*} Plaut. *Curc. sc.* 3. *act.* 1. Manè suffundam aquulam. Colum. *lib.* 7. Lassæ & æstuanti mulæ ad os in fauces demittitur, vtrunque in os suffunditur. ¶ Suffundi rubore faciem dicimus, quum sanguis subter cutem sese dispergens, faciem inficit rubore: quod Virg. ad auroram transtulit, *lib.* 1. *Georgic.*

At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit.

Seruius, suffuderit, forinsecus habuerit. ¶ Cic. pro inspergo posuit ad Lentulum

Lentulum scribens, Noui animum cùm mihi amicissimum, tum nulla in cæteros maleuolentia suffusum. ¶ Suffundere frigidam, vide in dictione *Frigida*.

‖Suffusus, ciuis subdolè effectus. Poll.‖

Suffusus, a, um, Sales suffusi felle. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Suffusæ lituræ. Idem *Eleg.* 1. *lib.* 3. Idem 2. *Fast.* Suffuso per sacra verba mero. *Ibid. lib.* 5. Suffusa aqua, &c.

Sūffūsĭo, nis, Morbus oculorum, qui fit ex concreto humore inter κερατοειδῆ, καὶ ῥαγοειδῆ, tunicas ante ipsam pupillam collecto, quo visus vsque adeò impeditur, vt discretas rerum species, & colores apprehendere non possit. {ὑπόχυσις. GALL. *Espartement, la cataracte en l'œil.* ITAL. *Spargimento, cateratta ne gli occhi.* GERM. Die vberschiessung der augen mit einem fel. HISP. *Obra de derramar, catarata de ojos.* ANGL. *A sprinkling or powring out vpon, a disease of the oyes.*} Cels. *lib.* 6. *cap.* 6. Suffusio quoque, quam Græci ὑπόχυσιν, nominant, interdum oculi potentiæ, qua cernit, se opponit. Quod si inueterauerit, manu curandum est. Plin. *lib.* 22. *cap.* 23. In tussi vna, fellis veteri suffusione. Senec. *ep.* 86. suffusio maior oculos occæcat.

‖Suffusorium, vas, in quo est oleum, quod infunditur lucernis. Cath.‖

SVFFVNDO, as, are, pro fundamento subiicio. {καταβάλλομαι. GALL. *Fonder par bas ou par dessous.* ITAL. *Fondare per disotto.* GERM. Vnder zum fundament legen. HISP. *Fundar por debaxo.* ANGL. *To lay a fondation or ground.*} Varro ἐν ταφῇ μενίππου, vt citatur à Nonio, Antiqui nostri domibus lateritiis, paululum modò lapidibus suffundatis, vt humorem sufferrent, habitabant.

‖Suffundatum, subiectum à fundamentis. Varro.‖

Sūffūrōr, aris, Clàm furor, clàm aufero. {גנב ghanáb לקח lakách. κλέπτω. GALL. *Desrober en cachette.* ITAL. *Rubare in nascoso.* GERM. Heimlich verstälen. HISP. *Hurtar secretamente.* ANGL. *To steall priuelie.*} Plaut. *Truc.* Hæc quum video fieri, suffuror, suppilo, de præda prædam capio.

‖Sugdæa, olim A. postea M. sub P. Constantinopolitano.‖

SVGGĔRO, is, ssi, gestum, subministro, suppedito. {נתן nathán. ὑπαγορεύω. GALL. *Bailler & fournir.* ITAL. *Fornire alcuno di quello che gli manca.* GERM. Vnderhaltung gäben / steur vnd hilff darschieben / vnderschub thun. HISP. *Sugerir, dar lo que otro ha menester.* ANGL. *To giue or furnish.*} Ter. *Adelph.* Cur perdis adolescentem nobis? cur amat? Cur potat? cur tu his rebus sumptum suggeris? Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 1. Quæ mihi apposita Miluinam (famem sup.) suggerant. Cicer. 2. *de Orator.* Singulis generibus argumentorum copiam suggerunt. ¶ Interdum idem est quod in memoriam redigere, & quod Latinè aliter etiam dicimus, subiicere. ἀναμιμνήσκειν. Idem 2. *de finib.* Si memoria defecerit, tuum erit vt suggeras.

Suggestus, us, ui, ipse suggerendi actus. Vlpian. *in l.* 1. §. 2. *ff. de magistr. conuen.* Si curatores fuerunt minus idonei dati: dicendum est teneri magistratus oportere, si ex suggestu eorum, vel nominibus ab eis acceptis præses dederit.

SVGGESTVS, vel suggestum, locus editior, vnde oratio ad populum solet haberi. {מגדל mighdál. βῆμα. GALL. *Vn lieu esleué, comme vne chaire ou vn pulpite pour faire harangues au peuple.* ITAL. *Pulpito ò pergamo da predicare.* GERM. Ein hoch ort von dem man redt / Cantzel / predig stul. HISP. *El cadahalso alto para mirar ò predicar.* ANGL. *A pulpet.*} Dictum suggestum, siue quòd constet ex suggesto, hoc est, congesta materia, siue quòd inde populo suggeratur, quod in rem eius esse possit. Plin. *lib.* 34. *cap.* 5. Eodémque in consolatu in suggestu rostra deuictis Antiatibus defixerat. Cicer. 5. *Tusc.* Idémque quum in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. Liu. 8. *ab Vrbe*, Naues Antiatium partium in naualia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrísque earum suggestum in foro extructum adornari placuit. Cicer. 1. *de diuin.* Neque illud in suggestum, in quo causam dixerat, ascendenti, signum sibi vllum, quod consuesset à deo, quasi mali alicuius impendentis datum. ¶ Varr. *lib.* 3. *cap.* 1. Suggestum posuit pro loco ornithone paulò eminentiore, quàm sit ipsum falere: Ex suggesto (inquit) faleris, vbi solent esse ἀκροπόδιον, prodeunt anates in stagnum, & nant. ¶ Suggestus comæ. Stat. *lib.* 1. *Syl.*

——— celsa procul aspice frontis honorem

Suggestúmque comæ.

Sūggrĕdĭor, eris, Latenter gradior, subeo, & clàm propiùs accedo. {ὑποβαίνω. GALL. *Aller en cachette, marcher secrettement.* ITAL. *Andare nascosamente.* GERM. Heimlich gehn. HISP. *Andar à escondidas.* ANGL. *To go in priuelie, or to approche.*} Tacit. *lib.* 2. Suggressique propiùs speculatores. ¶ Habet nonnunquam adiunctum accusatiuum: vt, Suggredi hostes, id est, latenter aggredi. Idem *Annal. lib.* 4. Quos dux Romanus acie suggressus.

Sūggrūndĭă, orum, vel suggrundæ & Suggrundatio, vide suprà in *Subgrunda.*

Suggrundaria, veteres dicebant sepulchra infantium, qui necdum quadraginta dies implessent, vt inquit Fulgentius, quum nec busta dici potuerunt, quia ossa quæ comburerentur non erant, nec tanta magnitudo cadaueris qua locus tumesceret. Vnde neque tumuli appellari merebantur.

SVGILLO, as, Liuido colore inquino, vt cùm ictu fustis percussa cutis sanie sese suffundente nigrescit. {ὑπωπιάζω. GALL. *Frapper aucun, tellement qu'il vienne de taches noires & meurtrissemens, marque de coups.* ITAL. *Battere alcuno di sorte che le carni gli vengano liuide.* GERM. Kölsch machen / blaw / vnd gälb masen schlagen. HISP. *Magullar la carne.* ANGL. *To mak wanne couloured.*} Sugillatim dicuntur, quæ maculis huiusmodi sunt deformata. Plin. *lib.* 31. *c.* 9. loquens de sale, Ex ictu suffusis cruore oculis, suggillatisque cum myrrhæ pari pondere. Idem *lib.* 27. Caseus recens cum melle suggillata emendat. Et *lib.* 20. Cinis allij ex oleo & garo illitus, sugillata aut liuentia ad colorem reducit. ¶ Per translationem accipitur pro detrahere, reprehendere, vilipendere, contumelia afficere, siue existimationem alicuius lædere. {καθυβρίζω, λοιδορέω, κακηγορέω, διαβάλλω. GALL. *Diffamer & blesser l'honneur de quelqu'vn.* ITAL. *Infamiare.* GERM. Beschmützen / hinderreden / verleumbden / verkleineren. HISP. *Magullar la honra de alguno, disfamar à otro.* ANGL. *To chetke or taunt.*} Liu. *lib.* 1. *bell. Maced.* Legati grauiter ferentes se sugillatos esse. Vlpian. Si famosa actio non sit, vel pudorem non sugillet. ¶ Item pro occludere veteres posuerunt, vt autor est Nonius, testimonium afferens Varronis, Contra lex Mænia est in pietate, ne filij patribus luci claro sugillent oculos.

‖Sugillata, sanguis mortuus. dicunt diaboli morsus. Manart.‖

Sūgīllātĭo, nis, Liuida cutis dealbatio. {חבורה chabburáh. ὑπωπιασμός. GALL. *Meurtrisseure, noirceur ou terne couleur d'vn coup.* ITAL. *Quel battimento di carne, macchia di carne.* GERM. Die kolschen streichmasen. HISP. *Magulladura de carne.* ANGL. *Palenesse or wannesse of stryppes.*} Et per translationem contumelia, siue ignominia. {ὀνειδισμός. GALL. *Diffamation.* ITAL. *Infamatione.* GERM. Verleumbdung / verkleinerung / beschmützung. HISP. *Desfamacion.* ANGL. *A checking or taunting.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 45. Iuxta hæc Variana clades, & maiestatis eius fœda sugillatio.

SVGO, is, suxi, suctum, Succum labris elicio, exugo. {θηλάζω, μυζάω. GALL. *Succer.* ITAL. *Sugare.* GERM. Saugen. HISP. *Mamar ò chupar.* ANGL. *To sucke.*} Cicer. 1. *Tusc.* Nunc autem simulátque editi in lucem & suscepti sumus, in omni continuò prauitate, & in summa opinionum peruersitate versamur, vt penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Idem 2. *de natur. deor.* Alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. ¶ Apud antiquos etiam per secundam coniugationem inflectebatur. Sugeo, es, vnde Exugeo, es. Plaut. *in Epid.* Ego me vertam in hirundinem, atque eorum exugebo sanguinem.

‖Sugimen, sumen, à sugo. Salmas.‖

Sūctŭs, us, ipse sugendi actus. {τὸ μύζημα, ἡ μύζησις. GALL. *Succement.* ITAL. *Succhiamento, sorbitione.* GERM. Das saugen. HISP. *Obra de chupar ò de mamar, chupadura.* ANGL. *A sucking.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 36. Aliis diebus residunt, ac priorum pedum suctu viuunt.

Sŭī, ἑαυτοῦ, οὗ: & eius deriuatum Suus, sua, suum, σφέτερος, Sunt pronomina reciproca: propterea sic dicta, quòd sicut reciprocatur spiritus, quum vicissim efflatur & attrahitur: ita hæc pronomina ad id vnde prodierant, reuertuntur. Vnde non rectè dicimus, Ego dixi sibi, Non est sibi curæ respublica, Tu fuisti secum, quia in his est reciprocatio: sed dicendum, Ego dixi ei, Non est ei curæ respublica, Tu fuisti cum eo. Similiter non dicimus, Vidi Ciceronem & fratrem suum, sed fratrem eius. Econtrario non rectè dicitur, *Psalm.* 103. qui secundùm Hebræos est *Psalm.* 104. *vers.* 28. Omnia à te expectant, vt des illis cibum in tempore, quum *sibi* dicendum sit. Sicut enim rectè dicimus, Omnes expectamus vt des nobis escam, omnes expectatis vt det vobis escam, ita dicendum est, Omnes expectant vt sibi des escam. Est autem quando indifferenter vti licet reciproco, aut non reciproco, prout ad illius de quo loquimur, vel ad nostram personam sermonem referimus: vt omnes optant quod sibi vtile est: &, Omnes optant quod ipsis vtile est. Illud ad personam eius, de quo loquimur, refertur, & manifestam habet reciprocationem, hoc ad personam nostram: ideóque nulla est in eo reciprocatio. Cicer. Multi dubitabant quid optimum esset, multi quid sibi expediret. Idem, Legatus in pace profectus in prouincia pacatissimè se gessit, vt ei pacem esse expediret. Nonnunquam etiam amphibologiæ vitandæ causa pro sui siue suus ponitur, is aut ipsa, aut ille. Idem *in Bruto*, Is soceri instituto, quem, quia cooptatus in Augurum collegium non erat, non admodum diligebat: præsertim quum ille Quintum Scæuolam sibi minorem natu generum prætulisset. Quintil. Sui iactans. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

Ipse modum statuam carminis, illa (hiems) *sui.*

¶ Accipitur aliquando suus pro proprius. ἴδιος. vt, Velle suum cuique est. Accipitur autem sui passiuè, quemadmodum mei & tui. Cicer. *ad Attic. lib.* 10. Nicius vehementer tua sui memoria delectatur. Idem *de Vniuersitate*, Imitantes genitorem & effectorem sui. Inuenitur interdum sibi, datiuus solius vetustatis gratia, nulláque necessitate in oratione positus. Cicer. Suo sibi victitant succo. Col. Suo sibi iure abluuntur. Dicimus etiam, Suus est illius mos, Sua est illius natura, Suus est Aristotelis modus, Suum Platonis genus. Habétque hoc pronomen suus vocatiuum, vt si dicam, Defendite Cæsarem ô amici sui. ¶ Inter, præpositio id habet peculiare, vt si antecesserit genitiuus, datiuus, aut ablatiuus, indifferenter vti liceat reciproco pronomine, aut non reciproco. Si præcesserit accusatiuus aut nominatiuus, reciprocum postulat. Cicer. Nec mihi cæterorum iudicio videtur solùm, sed etiam ipsorum inter ipsos consensu. id de genitiuo exemplum est. Nunc de datiuo. Quintil. Circa quem inexplicabilis & Grammaticis inter ipsos & Philosophis pugna est. De ablatiuo idem, Nam à magnis quoque autoribus incidunt vitiosa aliqua, & à doctis inter ipsos etiam mutuò reprehensa. Vide hac de re plura apud Vall. eo in opusculo quo duorum horum pronominum naturam ex professo exequitur. ¶ Sibi alter, sibi tertius, &c. mos loquendi est in leg. antiq. vt GERM. Selbander / i. ipse alteri, & alter. Selbdritt / ipse tertius, nempe duo ad me ipsum.

Sŭille, Suillus, Suinus, vide *Sus.*

‖Sulci, seu Sulchi, *Solci*, Colonia Romana, & V. E. Sardiniæ, sub A. Calaritano, cui adiacet insula Sulcitana, *Isola di S. Antioco.*‖

SVLCVS, i, Fossa illa oblonga, quæ inter arandum fit vomere. {מענית mahanith גדוד ghedúdh תלם telém. αὖλαξ, ὠγμός. GALL. *Raye ou rayon que fait la charruë en labourant la terre.* ITAL. *Solco.* GERM. Ein furch. HISP. *El sulco que imprime el arado.* ANGL. *A furrowe.*} Cicer. *de diuin.* Quum terra araretur & sulcus altiùs esset impressus. ¶ Non rarò tamen accipitur pro ipsa aratione, siue terræ proscissione. Virgil. 1. *Georgic.*

At si non fuerit tellus fœcunda sub ipsum

Arcturum sat erit tenui suspendere sulco.

Hinc fit vt tertio, quarto, quinto sulco serere dicamus, pro eo quod est tertia, quarta aut quinta aratione. Plin. *lib.* 18. *c.* 20. Quarto seri sulco. Virgilius existimatur voluisse, quum ait, Illa seges demum votis respondet auari Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit: hoc est, quæ bis per æstatem, bis per hiemem aratur. *Ibid.* Spissius solum (sicut plerumque in Italia) quinto sulco seri melius est. In vitium quoque cæterarúmque arborum plantationibus sulcum appellamus fossam in longum ductam in qua plantantur semina. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Ausim vel tenui vitem committere sulco.

Hinc Bisulcus, a, um, δίχηλος: vnde Bisulcum animal, quod non solidas,

das, sed fixas vngulas habet. Item, Trisulcus, a, um, id est, trifidus, vt telum trifidum, quod tres habet cuspides.

Sulculus, diminut. {αὐλάκιον. GALL. *Petit rayon.* ITAL. *Picciol solco.* GERM. Ein furchlin. HISP. *Pequeño sulco.* ANGL. *A litle furrow.*} Col. *de arbor. cap.* 30. Rosam fruticibus ac surculis disponi per surculos pedales conuenit.

Sulco, as, Sulcos facio, terram proscindo, proscindo. {αὐλακίζω. GALL. *Couper ou arer par rayons.* ITAL. *Far solchi, solcare.* GERM. Fürch machen. HISP. *Assulcar ò hazer sulcos.* ANGL. *To mak furowes.*} Colum. *lib.* 11. *cap.* 2. In subacta iam terra latiores porcæ sulcantur. Plin. *lib.* 9. *cap.* 6. Satiánsque se per complures dies, alueum in vado sulcauerat, accumulata fluctibus tantum, vt circumagi nullo modo posset. Translatè etiam mare sulcare dicimus. Ouid. 1. *de Pont.*

Nos fragili ligno, vastum sulcauimus æquor.

Virg. 10. *Æneid.*

——Sulcat maria alta carina.

Sulcatus, a, um, particip. Lucan. *lib.* 1.

——Et quondam duro sulcata Camilli Vomere.

Sulcator, is, verbale. {αὐλακιστής, ἀροτήρ. GALL. *Laboureur, qui fait rayons.* ITAL. *Lauoratore della terra à solchi.* GERM. Ein furchmacher/der mit fa... zerschneidt. HISP. *Assulcador que haze sulcos.* ANGL. *He that maketh furrowes.*} Silius *lib.* 7.

——Sulcator nauita pontis.

Stat. 11. *Thebaid.*

——nigri sulcator Auerni.

Sulcatim, aduerb. Per sulcos. {κατ' αὔλακας. GALL. *Par rayons.* ITAL. *A solchi.* GERM. In fürchen weiß. HISP. *Por sulcos, ò con sulcos.* ANGL. *By furrowes.*} Pom. Gerens præterea sulcatim concisam faciem.

‖Suldadus, miles. L. g. b.‖

SVLLÆ, ab antiquis dicti sunt qui postea Sullæ, propterea quòd prisci illi peregrinam literam nullam recipiebant: vnde & Fruges vocabant, quos nos Phryges dicimus. Hinc etiam Sullanum diem apud Cicer. legimus pro Syllano, ad Attic. *lib.* 10. Non fuisset & illa nox tam acerba Africano sapientissimo viro, non tam dirus dies ille Sullanus callidissimo viro C. Mario, si nihil vtrumque eorum fefellisset. Quo in loco Syllanum diem eum intelligit, quo L. Sylla Marianarum partium victor vrbem ingressus, omnia cædibus & proscriptionibus vastauit. Vnde autem primùm Syllæ vel Sullæ dicti sint, vide infrà in *Sylla.*

Sullaturire, desideratiuum à Sylla formatum, idem valens quod proscripturire, vel Syllæ proscriptionem imitari. Cicer. *ad Attic. lib.* 9. Sed medius fidius turpe nobis puto esse de fuga cogitare. Hoc turpe Cn. noster biennio antè cogitauit, ita sullaturit animus eius, & proscripturit iam diu.

Sulmo, Σουλμών, oppidum Pelignorum in quarta regione Italiæ, nonagesimo ab Vrbe distans lapide, Ouidij poëtæ patria, vt ipse testatur, *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* sic scribens,

Sulmo mihi patria est, gelidis vberrimus vndis,
Millia qui nouies distat ab Vrbe decem.

Dictus Sulmo à Solymo Æneæ comite, conditore eius vrbis, vt testatur idem 4. *Fast.*

Huius erat Solymus Phrygia comes vnus ab Ida,
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

SVLPHVR, siue Sulfur, à Plin. *lib.* 35. *cap.* 15. terræ generibus assignatur, ab aliis quibusdam inter metallica corpora enumeratur. {גפרית *gophrith.* θεῖον. GALL. *Soufre.* ITAL. *Solfo.* GERM. Schwebel. HISP. *Piedra çufre.* ANGL. *Brimestone.*} Effoditur enim cuniculis in Æoliis præcipuè insulis, inter Italiam & Siciliam sitis, Nobilius tamen in Melo. Inuenitur & in Italia Neapolitano Campanóque agro, in collibus qui vocantur Leucogæi. Dioscorides duo eius enumerat genera, Natiuum siue fossile, quod quoniam ignem non est expertum, ἄπυρον appellat. Virgil. viuum cognominat. Alterum factitium, quod quoniam olei incoctu ad ignem perficitur, πεπυρωμένον nominant. Plin. *loco iam citato* quatuor eius enumerat genera, factitium nimirum in tres secans differentias: quas hic breuitatis causa omittimus, ab eo, si videatur, petendas. Ouid. 1. *de Arte,*

Quid referam Baias prætextaque littora velis,
Et quæ de calido sulphure fumat aqua?

Virg. 3. *Georg.*

Et spumas miscent argenti ac sulphura viua.

Idem 2. *Æneid.*

——& altè circum loca sulphure fumant.

¶ Ponitur aliquando pro fulmine eam ob causam, quòd fulmen quum ceciderit, vicina loca odore sulphuris implentur. Persius *Satyr.* 1.

——quia quum tonat ocyus ilex
Sulphure discutitur sacro, quam túque domúsque.

Sulphureus, a, um, quod ex sulphure est, siue sulphuris naturam refert. {θειώδης. GALL. *De soulfre, plein de soulfre, sulfureux.* ITAL. *Di solfo.* GERM. Des schwebels/oder schwebel. HISP. *Cosa de materia de piedra çufre.* ANGL. *Of brimestone.*} Plin. *lib.* 36. *cap.* 19. Quum vritur odorem sulphureum reddit. Virg. 7. *Æneid.*

——audijt amnis
Sulphurea Nar albus aqua.

Ouid. 15. *Metam.*

Nec quæ sulphureis ardet fornacibus Ætna.

Sulphuraria, æ, locus vbi sulphur coquitur aut effoditur. {θεῖα. GALL. *Soulfriere, lieu où il y a du soulfre.* ITAL. *Luogo doue si fa il solfo.* GERM. Ein ort da man schwebel grabt oder macht. HISP. *El minero de la piedra çufre.* ANGL. *A place where brinstone is digged or made.*}

Sulphuratus, a, um, quod sulphur habet admistum. {θειωτής. GALL. *Ensoulfré.* ITAL. *Insolforato.* GERM. Geschwebelt. HISP. *Cosa mezclada con piedra çufre.* ANGL. *Mingled with brimestone.*} Plin. *lib.* 13. *c.* 3. Depressis puteis sulphurata vel aluminosa occurrentia putearios necant. Vnde sulphurata dicuntur ligna exilia sulphure ex vtraque parte intincta ad accendendas lucernas. {τὰ ξυλάρια θείῳ ἐμβεβαμμένα. GALL. *Petits esclats de bois ensoulfrez, alumettes.* ITAL. *Solferini.* GERM. Schwebelhöltzlin. HISP. *Pequeña lesta cubierta de çufre.* ANGL. *Matches to kendle fier.*} Mart. *lib.* 1.

Qui pallentia sulphurata fractis
Permutat vitreis.

Sulphuratio, verbale, {ἡ θείωσις. GALL. *Ensoulfrement.* ITAL. *Solforamento.* GERM. Schwebelung. HISP. *Obra de sahumar con çufre.* ANGL. *A mingling with brimestone.*} Senec. *lib.* 3. *de natur. quæst.* Aut æstus corrumpere naturam, aut sulphuratio contraxit humorem.

Sulpitius Improbus Tribunus plebis. Plutarchus *in Mario, & in Sylla.*

Sultanus, rex Saracenorum. ‖ *Bassa* autem Turcica lingua est præfectus: *basch* caput. an à basi, quatenus fundamentum & res principalis. ‖

Sultis, veteres dixerunt pro si vultis. εἰ βούλεσθε. Plaut. *in Prologo Asin.* Hoc agite sultis spectatores nunc iam. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Asseruatore hoc sultis, nauales pedes. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. *& sc.* 3. *a.* 4. Seruate istum sultis. Idem *Men. sc.* 9. *a.* 5. Sultis iurare, &c.

‖Sultor, castor. Gl. Isid.‖

SVM, es, est, verbum substantiuum à Grammaticis appellatum, siue quod per sese subsiet, solúmque nullius alterius verbi egeat adminiculo. {הוה hajah. εἰμί, ὑπάρχω. GALL. *Estre.* ITAL. *Essere.* GERM. Sein. HISP. *Estar, ser.* ANGL. *To be.*} quum contrà cætera omnia in hoc resoluantur, pleraque etiam sine eius ope declinari non possunt: siue quòd quum cætera omnia verba aut actionem importent, aut passionem, solum hoc sit verbum quod substantiam rei denotet. Gell. *cap. vlt. lib.* 9. Existimatus est esse doctissimus. & *cap.* 18. *lib.* 7. Esse turpis existimata est. Lucr. *lib.* 6.

In Syria quoque fertur item locus esse videri.

Plaut. *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Visáne ea est esse. (vbi τὸ esse abundat.) Sic apud Catull. *Epigr.* 48. Vt conuenerat esse delicatos, τὸ esse vacat: vel Esse id est, cibum sumere. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Forsitan hoc studium possit furor esse videri.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.*

——Neque enim miser esse recuso.

Apul. *Apol.* 1. Se esse philosophum nuncupauit. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Patronus qui vobis fuit futurus, perdidistis. Idem *Capt. prolog.* Est quod vos monitos voluerim. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Est vbi damnum facere præstet quàm lucrum. Idem *Aulul. prolog.* Multos annos est quum hanc domum celo. *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. Paucis est quod te volo. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Hic ero ad vsque mortem (id est, manebo.) ¶ Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 4. Naucratem quem quærebam, in naui non erat. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Sed istum quem quæris ego sum. Idem *Aulul. sc.* 7. *a.* 4. Seruum meum Strobilum miror vbi sit. Et *in Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Hunc quem video quis hic est? Quibus in locis Antecedens priore loco positum eiusdem casus est ac relatiuum, elocutionis figurâ poëtis familiari. Ita enim Virg. 1. *Æneid.*

Vrbem quam statuo vestra est.

Et Terent. *Eunucho,* Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit? Eo genere loquendi vsus est etiam Plaut. *in Epidic. & Bacchid.* & alibi sæpè. ¶ Pro cubare, siue iacere, de stupro. Idem *Amph. prologo,* Illa, &c. quæ cum mœcho est. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Annum hunc ne cum quiquam alio sit (i. cubet.) Et *sc.* 1. *a.* 4. *ibid.* Vt secum esset noctes & dies. Et *in Amph. sc.* 2. (aliàs 3.) *a.* 2. Quid ego deliqui? Si, cui nupta sum, tecum fui? (i. cubui, rem habui.) *Amph.* Tun' mecum fueris? &c. eodem sensu. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 5. Quia ista est tecum, *& v. penult.* Cum hac annum vt esses. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. Vbi ego ero? T. Vbi maximè esse vis, cum hac: tu cum istac eris. Variam autem in oratione obtinet constructionem. ¶ Aliquando enim similes coniungit casus. Cicer. *de diuin.* Quum solutus est animus, nihil planè ei est cum corpore. Idem *Treb.* Audio Treuiros capitales esse. ¶ Aliquando non inuenustè subauditur. Virg. 1. *Æneid.*

Túne ille Æneas quem Dardanio Anchisæ
Edidit alma Venus, &c.

Idem 3. *Æneid.*

Nam Polydorus ego.

¶ Nonnunquam pretium importat, idem ferè significans quod valeo, siue æstimor, in qua significatione genitiuum exigit. Salust. *in Iugurth.* Nunc vos æstimate facta, an dicta pluris sint. Terent. *in Adelph.* Argenti quanti est, sumito, id est, quanto pretio valet. Cicer. *lib.* 2. *Offic.* Vt commodius putarent numerari, sibi quod tanti esset, quàm suum recuperare. Esset (inquit) id est, æstimaretur. Idem 2. *Offic.* Emere denario quod sit simile denariorum. Idem *in Frumentaria,* Quum in Sicilia sestertiorum duorum tritici modius esset. Eundem etiam casum exigit quum dominium seu possessionem importat: vt Pecus est Melibœi. ¶ Item quando proprietatem siue possessionem significat: idque in tertia duntaxat persona singularis numeri. Idem *lib.* 1. *de Orat.* Clamare contra quàm deceat, hominis est impudentis. Et *paulò pòst,* Quorum alterum diuinitatis mihi cuiusdam videtur, esse sup. alterum humanitatis. ¶ Quandoque iungitur datiuo, & tunc significat habeo. Virg. 1. *Æneid.*

Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ.

Iungimus interdum & alterum datiuum. Cicer. *Attic.* Postrema tua pagina magnæ mihi molestiæ fuit. Idem 1. *Offic.* Ampla domus dedecori domino sæpè fuit. Cuius generis orationes ferè exponi solent per verbum Afficio, hoc modo. Postrema tua pagina affecit me magna molestia. Ampla domus sæpè affecit dominum dedecore. Cum datiuo & ablatiuo. Plaut. *in Mil.* Nihil me pœnitet iam quanto sumptu fuerim tibi. ¶ Est mihi minus cum illo, id est, minus sum ei familiaris. Cicer. *pro Marc. lib.* 15. Si mihi tecum minus esset quàm est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipuè diligi. ¶ Pro dici, idem *Amph.* Nimis hic scitus est sycophanta, qui quidem meus sit pater. (i. dicatur.) Idem *Asin. prolog.* Asinariam esse volt, si per vos licet. (id est, appellari.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Cras ea sunt. (Dionysia sup.) pro futuro erunt. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Erat herus. (Initium fabulæ.) Gell. *c.* 11. *lib.* 15. Vt Romæ ne esset, (de exilio.) Sen. *cap.* 3. *de consol. ad Mart.* Esse in ærumnis mitius ac moderatius. ¶ Esse potui & esui. (id est, potulentum & esculentum.) Gell. *cap.* 1. *lib.* 4. Item, Illic vbi fui: (id est, cœnaui.) Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Idem *ibid. sc.* 2. *a.* 1. Disciplinæ aliis eram. ¶ Ponitur & pro conuenit, siue contingit, sed in tertia tantum persona singularis numeri. Valer. Maximus *lib.* 1. Non est inter patrem &

& filium vllius rei comparationem fieri, præsertim diuinitatis studio iunctos.Virg.6.*Æneid.*

Necnon & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat,

id est,licebat. Pro, congruum esse. Cicer.*ad Attic.* Signa quàm commodissimè poteris velim imponas, & si quod præterea ὄντων reperies, & maximè quæ tibi palæstræ & gymnasij videbuntur esse. Budæus. ¶ Apponitur quandoque huic verbo ablatiuus sine præpositione : vt, Tuo beneficio liber sum:&,Tu es magna vi animi & corporis. ¶ Aliquando etiam cum præpositione : vt,Hæc res est in potestate mea. Vis est in armis. ¶ Est in bonis,pro in possessione bonorum, bona possidet. Cicer.*Acilio lib.*13.Nullam omnino arbitror de ea hæreditate controuersiam eum habiturum,& est hodie in bonis. ¶ Esse in aliquo numero atque honore. Cæsar 6.*bell. Gall.* In omni Gallia eorum hominum qui in aliquo sunt numero atque honore,duo sunt genera. ¶Interdum adiunctum habet accusatiuum mediante præpositione Ad:& tunc Est, significat expositum est,vel vergit.Idem *bell.Gall.*Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & eam partem quæ est ad Hesperiam. ¶ Ponitur nonnunquam sine casu à parte posteriori. Lucretius,

Quæ sunt,quæ fuerant,& quæ post facta sequentur.

¶ Item iungitur infinitiuo alterius verbi:vt, Magnæ laudis est vacare sapientiæ:&,Animi fortitudo est,aduersa contemnere. ¶ Est,pro possibile est. Celsus,Non tam facilè iis opitulari est qui in cibo venenum, vel in potione sumpserunt.Budæus. ¶ Pro licet,Gell.*c.*11.*lib.*13.Vina quoque dulciora est inuenire in comœdiis antiquioribus hoc nomine appellata,dictáque esse Liberi bellaria. Sic,fuisse,pro licuisse idem dixit Gell.*c.*14.*lib.*4. Mancinum ad ædes suas venisse: eum sibi recipere non fuisse in æde sua,&c. ¶ Es,pro soles. Cic. *Cornificio lib.*12. Quòd si,vt es,cessabis,lacessam.¶ Huius verbi composita sunt Absum,adsum, desum,exsum,insum,intersum, obsum, possum, præsum, prosum, sub sum,& supersum:quorum significata explicantur suis locis. ¶Esto, ἔσο, ἔςω, futuri temporis imperatiui. ¶ Interdum concedentis aduerbium est.Virg.4. *Æneid.*

Esto, ægram nulli quondam flexêre mariti.

Idem 7.*Æneid.*

Non dabitur regnis esto, prohibere Latinis.

¶ Ens , entis , participium præsentis temp. non est in vsu , inquit Priscian. Quintilian. *lib.*8. *cap.*3. Multa ex Græco formata noua , ac plurima à Sergio Flauio , quorum dura quædam admodum videntur , vt Ens & Essentia : quæ cur tantopere aspernemur , nihil video: nisi quòd iniqui iudices aduersùs nos sumus , ideóque paupertate sermonis laboramus. Futurus,a,um,Particip. idem significans quod Erit. vt Plaut. *Mostell.* —quid illis futurum est cæteris qui te amant? Cic. *de senectute* , Aut etiam optanda si aliquò eum deducit vbi futurus sit æternus.

‖Sumac, vide *Rhus.*‖

Sūmānālĭă , dicuntur liba farinacea in modum rotæ facta. Festus. Hæc Cælius *lib.*9. *c.*16. sumenalia vocat, putátque à sumine esse dicta , eadémque esse cum iis,quæ Græci ἦτρια appellant.

SVMĔN,inis,Venter suillus,infra vmbilicum,cum ipsis vberibus, summis olim Romæ in deliciis habitus,præcipuè si ex primipara excisus esset sue vno die post fœtum editum. {οὖθαρ,ἦτρον. GAL. *Vn douillet & friand morceau, viandes des tetines d'vne truye aprés qu'elle a cochonné.* ITAL. *Viuanda di mammelle di scroffa poi ch' ha partorito.* GERM. Ein speiß bey den alten von einem morenter. HISP. *La vbre de la puerca salpressa.* ANGL. *The fatnes in the bellie.*} Antiqui,abdomen appellarunt.Suminis autem vocabulum à Publio Mimorum Poëta initium sumpsit. Plin. *lib.*8.*c.*51. Hinc Censoriarum legum paginæ,interdictáque cœnis abdomina,glandia,testiculi, vuluæ, syncipitia verrina:vt iam Publij Mimorum poëtæ cœna postquam seruitutem exuerat, nulla memoretur sine abdomine , etiam vocabulo suminis ab eo imposito. Idem *lib.*11. *c.*37. Proxima eiectitiæ vuluæ est,occisæ vno die post partum. Huius & sumen optimum,si modò fœtus non hauserit,eiectitiæ deterrimum. Antiqui Abdomen vocabant, priusquam calleret id, scientes occidere non assueti.Hæc Plin.Mart.*lib.*13.

Esse putes nondum sumen , sic vbere largo
Effluit & viuo lacte papilla tumet.

Plaut.*in Capt.sc.*2.*a.*4.Quanta labes larido,quanta sumini absumedo? Idem *Curc.sc.*3.*a.*2. Pernam , abdomen, sumen suis , glandium. Idem *Pseud.sc.*2.*a.*1. Pernam,callum,glandium,sumen,&c. ¶ Dictum sumen (vt quibusdam placet)quasi suis abdomen : aut,vt alij putant,à sugendo: quanquam non desunt, qui sumen dictum putent , quasi Rumen,à mammis,quas antiqui Rumas appellabant.

Sūmĭnātŭs,a,um. Lamprid.*in Alexandr.Seuero.* Iussit ne quis suminatam occideret,ne quis lactentem:subaudi,suem.

SVMMĂ,æ,Caput sententiæ alicuius,aut rerum de quibus verba fiunt, aut etiam quæ numerantur. {ראש rosch סך sach. κεφάλαιον, τὸ σύμπαν. GALL.*Somme, sommaire,abregé, fin de compte.* ITAL.*Somma,conclusione.* GERM.Ein kurtzer aber volkommer hauptbegriff/ein summ. HISP.*La suma que se coge de los numeros.* ANGL. *A somme,a brieff collection or draught.*} Virg.*lib.*4.*Æneid.*

Nauiget, hæc summa est.

In summam proficere. Quint. *lib.*1. Maiora tamen aliqua discet puer eo ipso anno,quo minora didicisset. Hoc per singulos annos prorogatum,in summam proficit. id est, in cumulum excrescere,& ad eam dicendi facultatem , quam adolescenti aut iuueni comparare volumus & ad eum finem , quem destinauimus summa victoriæ. Cæsar 7. *bell. Gall.* Nec solis Biturigibus communem salutem committendam censent : quod penè in eo, si oppidum retinuissent , summam victoriæ constare intelligebant. Summa rerum, in qua rei maxima pars consistit.Idem Cæs. *lib.*1.*de bell.ciu.* Summa ei belli administrandi permittitur. *Ibid.* Summâ exercitus saluâ id est, paruo accepto detrimento.) Liuius 7.*d.*4. Summæ rei discrimen detrectare. Velleius,Summam imperij alicui tradere. Plaut. *Asin.sc.*4.*a.*2. Cui rex omnium summam credit.Ouid.13.*Metam.*

Summa dati sceptri mouet hunc.

Ouid.5. *Fastor.*

Ad hos (patres) *est vrbis summa relata nouæ.*

Senec. *c.*22.*de consol.ad Marc.* Summa curarum illis quid edant & bibant.Quintil. Non in summam consentiunt(partes.) Velleius, Parum habebat summam accepisse.(id est,summos honores.)Suet.*in Cæs.c.*28. De summa Reip.agere. ¶ Ad summam pro demum, idem *in Aug.c.*71. Ad summam tamen perdidit non multum. Quintil. In summas , siue commentarios & capita referre. Plaut. *Aulul.sc.*1.*a.*1. Quanta isthæc hominum summa est? A.Septem millia &c.Suet.*in August.c.*57. Summarum aceruos delibare. Vide plura in *Summatim*, sequenti dictione. Terent. *in Phorm.* Ad te summa solùm Phormio rerum redit. Cic. *de legib.* Leges autem à me edentur non perfectè , nam hoc esset infinitum : sed ipsæ summæ rerum ac sententiæ. Idem *pro Quintio* , In hoc summa iudicij,causaque tota consistit. Idem *ad Titium lib.*31. Summa est,in quo gratissimum facere possis,si curaueris,vt Auianus,quando se à me amari putat,me à te amari sciet:erit id mihi pergratum. Summa pecuniæ. Idem 1. *Offic.* Addendo deducendóque videre , quæ reliqui summa fiat. Quintil.*lib.*5.*c.*10. Creditor totius summæ. Cic. *de lege Agrar.* Quum summam tantæ pecuniæ nullo teste sibiipsi ex sua voluntate confecisset.Summa pro complemento.Quint.*lib.*3.*cap.*2.Huic studium & incrementum dederit vtilitas , summam ratio & exercitatio? ¶ Confectionem quoque significat apud eundem *lib.*5.*c.*10. Habent omnia initium, incrementum,summam.¶ Summa,perfectio,absolatio. Petronius Arbiter , Quis postea ad summam Thucydidis , quis Hyperidis ad famam processit.

Summa summarum. Senec. *epist.*40. Summa summarum hæc erit,tardiloquum te esse iubeo. ¶Huius diminutiuum est summula,id est,parua summa.

Sūmmātim,Per singulas summas,in summa,& breuiter, & omnibus quasi simul comprehensis. {κεφαλαιωδῶς, ὁμαδόν. GALL. *Sommairement, en brief.* ITAL. *Breuemente, sommariamente, in breuità.* GERM. Im kurtzen begriff/ in einer summ/ summarischer weiß. HISP. *Reduziendo en summa, breuemente.* ANGL. *Shortlie,in few wordes.*} Apuleius, Omnia summatim tetigerat.Suet.*in Aug.c.*85.Summatim attigit poëticam.Plin.Sed vt hac de re summatim dicam.Idem significant,In summa & Ad summam. Quintilianus,In summa non recedo : fas est mihi inuitis etiam parentibus piè facere.Cicer.3.*Offic.* Ad summam,ne agam de singulis, communem totius generis humani societatem, congregationem , & conciliationem colere,tueri, conseruare debemus. Ad summum verò, siue Summum, siue Ad;τὸ μέγιστον, id est,ac si diceremus,Vt summum vel maximum dicam.Cic.*pro Milone*,Vnus aut ad summum duo inuenti sunt, qui Milonis causam non probarent. id est, non plures quàm vnus,aut duo ex omnibus. Pro eo quod nos dicimus summatim,vel in summa,frequenter vti solet Quintilianus aduerbio Semel,Et vt semel omnia complectar,id est,in summa. In eundem sensum etiam quandoque sumitur Breuiter. Quintil. Breuiter tamen longè crudelitatis explicanda sæuitia est:ex omnibus quæ protuli leuissimum fuit,quòd occisus est. Plin. *lib.*3.*c.*4. A reliqua verò Gallia cultu virorum, morum dignatione, amplitudine opum præferenda , breuitérque Italia verius quàm prouincia.

‖Summarij,milites cohortis Comitianæ.L.g.b.‖

Sūmmārĭum,ij,Summa,epitome,breuiarium. {ἐπιτομή. GALL. *Sommaire, abbregé,epitome.* ITAL.*Sommario,abbreuiatura.* GERM. Ein außzug oder kurtzer begriff. HISP.*Summario.* ANGL.*A brieff collection abbridgment.*} Senec. Vide ne plus profectura sit ordinaria oratio quàm quæ vulgò breuiarium dicitur : olim quum Latinè loquebamur, Summarium dicebatur.

‖Summatius,seditiosus,belli ciuilis cupidus.Turn.

Summistæ Apostolici,qui decernunt,quid à secretariis oportet registrari, Scriban.

Summanalia,liba farinacia in modum rotæ facta. Fest.fortassis, in honorem summani,& ad eius sacra.‖

Sūmmānŭs,Pluto,Deus inferorum,ita dictus,quasi summus deorum Manium:vt in nuptiis Philologiæ docet Martianus, ἅιδης , ἀϊδωνεύς. Huic Romani nocturna fulmina assignabant , quemadmodum diurna Ioui, teste Plin.*lib.*2.*c.*51.Plaut.*Curc.sc.*1.*a.*3.Quis tu homo es?C.Libertus illius quem Summanum vocant,&c.

‖Summanus,a,um,ad summanum pertinens,ab eo ortum.

Summano , as , auidissimè deuoro , rapio. Plautus *Curcul. act.*3. Omnia vestimenta summano ; ob eam rem me omnes summanum vocant.‖

Summas, summo loco existens, primarius , a, um. Apulei. Sic Summates dicuntur magnates. Onom. Summates μεγιστᾶνες. Vide *Summates* infrà.

Sūmmātim,Summatus,Summe,vide *Summus.*

SVMMĬTTO,is,Suborno, clanculum & furtim immitto. {ὑποπέμπω, κρυφασκευάζω, ἐπιβάλλω, ὑπάγω. GALL.*Submettre,mettre dessous,abbaisser,humilier.* ITAL.*Sommettere, sottomettere.* GERM.Heimlich nachhin schicken. HISP.*Someter.* ANGL. *To put vnder priuelie,to mak lovv.*} Suet. *in Cæs.* Summissis nonnunquam lictoribus,atque militibus. Cic.5.*Verr.* Summittebat iste Timarchidem, qui moneret eos si saperent, vt transigerent. ¶ Item ponitur pro demittere siue promittere. καθιέναι. Suet.*in Aug.* Audita clade Tituriana,barbam capillúmque summiserit. Idem Suet.sic loquitur *in Aug.c.*23. Et Senec.*c.*17.*de cons. ad Polyb.* Barbam capillúmque submittens. Vide *Submitto*, suprà. Namque summittere barbam,& capillum dicimur,quando neque tondemus,neque radimus, permittentes ad enormitatem adolescere , quod specimen est maximi doloris. Id etiam promittere, & demittere dicitur. ¶ Aliquando pro subdere vel successorem in alterius locum mittere. Cicer.*de prouincia Consul.* Huic viro non summittetis? hunc diutiùs in prouincia manere patiemini? Loquitur de Pisone, Macedoniam consulari imperio obtinente,cui sententia sua successorem decernit. Sic Liuius *lib.*5.*decad.*4. & Cæsar *lib.*1.*de bell. ciuil.* Summittere legionem quæ succedat fessæ. Idem *lib.*3.*de bell.ciuil.* Summittere adiutorem, (i. adiungere.) Lucil. Summittas alios,si quos posse censeas. ¶ Aliquando sub iugum mittere.Virg.1. *Eclog.*

Pascite vt antè boues pueri,summittite tauros.

¶ Idem aliquando quod ſuprimo. Cicer. Tibi ætas noſtra cedit, faceſque ſummittit. Idem *alibi*, Faſcibus ſummiſſis me aduentantem complexus eſt. ¶ Aliquando idem eſt quod remitto, cui contrarium eſt contendo augeo. Ciceṙ. *in Verr.* Aliquantum remittere ex eo quod facere poſſis, & multum ſummittere. Idem *de Orator.* ‖ Summittere fœtus, eſt ſupplere ac ſubſtituere: quæ tranſlatio ſumta ex cultura vitium.‖

Sūmmīſsĭo,nis,idem quod remiſſio,relaxatio. {רפיון *riphión.*} Cicer. *in Topic.* Parium comparatio nec elationem habet, nec ſummiſſionem. Idem *in Orat.* Summiſſio vocis, ſummiſſio orationis.

Sūmmīſsŭs, a, um, ſiue ſubmiſſus, Incuruatus, ſiue inclinatus. {ὑφειμένος. GALL. *Mis deſſous, abaiſſé, mis bas.* ITAL. *Sommeſſo.* GERM. Nider gelaſſen/ gebogen. HISP. *Sometido.* ANGL. *Put vnder, lowe.*} Virg. 3. *Æneid.*

Summiſſi petimus terram.

Plin. *lib.* 11. *c.* 48. Solidipedes inter initia paſci, niſi ſummiſſis genibus non poſſunt. ¶ Interdum idem quod humilis, abiectus. {שפל *ſchaphál* (vel) *ſchaphél.* ταπεινός.} Cicer. 1. *Offic.* Neque ſummiſſum nimis, neque ſe nimium efferentem. Summiſſa vox, id eſt, preſſa, cui opponitur Clara & elata. ὑφειμένη φωνή. Idem *de Oratore*, Oratio placida, ſummiſſa, lenis.

Sūmmīſsē, ſiue Submiſsè, Demiſsè, abiectè, humiliter. {ὕποχα, ταπεινῶς. GALL. *Baſſement, humblement.* ITAL. *Baſſamente, humilmente.* GERM. Vnderthenigklich/ vnderwürfflich/ demütiglich. HISP. *Baxa y ſometidamente.* ANGL. *Lowlie.*} Cicer. *pro Plancio*, Si meum beneficium potiùs ad eum detuli, qui à me contenderat, quàm ad eum, qui mihi non nimis ſummiſsè ſupplicarat.

Sūmmiſſim, ſummiſsè, ſiue voce ſummiſſa. ὑφειμένως. Suet. *in Auguſt.* Nam ad communionem ſermonis tacentes etiam, & ſummiſſim fabulantes prouocabat.

SVMMOENIVM, ij, locus ſub mœnibus, in quo meretrices proſtabant. χαμαιτυπεῖον.

Sūmmœnĭānŭs, a, um, Mart. *lib.* 12.

Summœniana vbi pilantur vxores.

Idem *alibi*,

Conuiua quiſquis Zoili poteſt eſſe,
Summœnianas cœnet inter vxores.

Quibus in locis ſummœnianas vxores appellat viliſſimum meretricum genus, quæ ferè in fornicibus ſub mœnibus cellas habebant.

Sūmmŏnĕo, vide *Submoneo.*

Sūmmŏuĕo, vide *Submoueo.*

SVMMVS, a, um, Altiſſimus, extremus, maximus. {עליון *habelión* הרב *haráb.* ὕψιςος, κορυφαῖος, ἄκρος. GALL. *Le plus haut, le plus grand, le plus profond, tres-haut, tres-grand.* ITAL. *Altiſſimo, ſommo, grandiſſimo.* GERM. Das höchſt/ oder aller oberſt. HISP. *Muy alto, muy grande ò muy mayor.* ANGL. *The higheſt of all, principall.*} Plaut. *ſc.* 2. *a.* 2. In honore ſummo eſt, & ab ſummis viris. Suet. A ſummo & imo. Et Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 3. Hic dies ſummus eſt apud me inopiæ excuſatio. (id eſt, mors) vt apud Gellium *c.* 5. *lib.* 13. Idem Plaut. *Moſt. ſc.* 3. *a.* 1. Si ſummo Ioui illoc argentum ſacrificaſſem. Idem *Pſ. ſc.* 2. *a.* 1. Summos viros accipere. Idem *c.* 1. *lib.* 3. De ſummo & ſoluto pectore laudes effutire. Senec. *c.* 23. *de conſ. ad Marc.* Quicquid ad ſummum peruenit, ad exitum propè eſt. (aliàs properat.) Virg. 4. *Æneid.*

———*ſummóque vlularunt vertice Nymphæ.*

Cicer. *in Hortenſ.* Vixit ad ſummam ſenectutem valetudine optima. Virgil. 2. *Æneid.*

Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ.

Idem, Summe deûm, pro maxime deorum. Idem 9. *Æneid.*

Mêne igitur ſocium ſummis adiungere rebus
Niſe fugis?

¶ Summum, & ad ſummum, hoc eſt, pro eo quod dicimus, Vt ſummum, vel maximum dicam. Cic. 5. *Verr.* Duo millia nummûm, aut ſummum tria dediſſet. ¶ Nonnunquam pro optimè. Idem *ad Tironem lib.* 16. Fac planè vt valeas, nos ad ſummum, ſcilicet valemus, id eſt, ita vt vix meliùs poſſimus.

Sūmmē, aduerb. Maximè, excellenter. {ἐς τὰ μάλιςα, ἐξόχως, ἐν τοῖς μάλιςα, εἰς ὑπερβολήν, εἰς τὰ ἔσχατα. GALL. *Souuerainement, tant qu'il eſt poſſible; extremement.* ITAL. *Grandiſſimamente.* GERM. Zum höchſten. HISP. *Muy grandamente.* ANGL. *To much as is poſſible, excellentlie.*} Plin. *in Epiſt.* 243. Habui enim illum Quæſtorem in Conſulatu, mei ſummè obſeruantiſſimum. Cicer. *ad Sulpitium lib.* 3. Tale enim tuum iudicium de homine eo, quem ego vnicè diligo, non poteſt mihi non ſummè eſſe iucundum. Quintil. Summè diſertus.

Sūmmŏpĕrē, aduerb. Maximè, vehementiſſimè. {מאד מאד *meódh meódh.* μάλιςα, ἐξόχως. GALL. *Tant qu'il eſt poſſible, ſur toutes choſes.* ITAL. *Sommamente.* GERM. Zum häfftigſten. HISP. *Muy grandemente.* ANGL. *To much as is poſſible to be.*} Cic. *lib.* 1. *de Inuen.* Vitia verò hæc ſunt certiſſima exordiorum, quæ ſummoperè vitare oportebit.

Sūmmĭtās, atis, Vertex, ſiue faſtigium. {ראש *roſch* גב *gháb.* ἄκρον. GALL. *Sommité, cime, ſommet, coupeau.* ITAL. *Sommità, altezza.* GERM. Die höhe/ öberſte. HISP. *Altura, cima de coſa alta.* ANGL. *Highneſſe, or the toppe of any thing.*}

Sūmmātēs, Principes in ciuitate, qui & Optimates, & Primates appellantur. {ראשים *raſchim* גדולים *ghedhólim.* μεγιςᾶνες, ἄκροι. GALL. *Les principaux, les grands ſeigneurs, les premiers en dignité, les plus grands perſonnages, les ſouuerains.* ITAL. *Primari della cità, gouernatori.* GERM. Die höchſten/ oder oberſten vnder einem volck/ die oberſten im brāt. HISP. *Los principes de la ciudad, principales del pueblo.* ANGL. *The pierres and noble man of a citie or realme.*} Plaut. *in Pſeud.* Nunc tibi hæc ego loquor deliciæ ſummatum virûm. Idem *in Ciſtell.* —vbi iſtas videas ſummo genere natas Summates matronas.

Sūmmātŭs, us, ui, Imperium & rerum ſumma. {ממשלה *memſchaláh* ממשלת *memſchléeth.* πρωτεῖον, ἀρχή. GALL. *Souueraineté, la premiere & plus haute dignité.* ITAL. *Podeſtà, imperio, ſignoria ſouerchia.* GERM. Der höchſte/ oder oberſte ſtand. HISP. *Señorio ſouerano, imperio muy mayor.* ANG. *Impire and chief dignitie.*} Lucret. *lib.* 5.

Imperium ſibi quum, ac ſummatum quiſque petebat.

Sūmmātim, aduerbium. Per ſummam. {ἄκρως. GALL. *A la cime, par les ſommitez.* ITAL. *Sommamente, alla ſommità.* GERM. Zu oberiſt/ oder äuſſeriſt. HISP. *Per las cimas.* ANGL. *Shortlie, in fewe wordes.*} Colum. *lib.* 3. Sin autem eouſque exaruit (ſcilicet vineæ truncus) vt curari non poſſit, primo anno ſummatim, ita ne radices eruas, aut lædas, ablaqueato.

Summergo, pro ſubmergo. Ouid. 6. *Metam.*

Et modò tota caua ſummergere membra palude.

Summitto, pro Submitto. Virg. 3. *Georg.*

Necnon & pecori eſt idem delectus equino:
Tu modò, quos in ſpem ſtatuis ſummittere gentis,
Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.

Vide *Submitto.*

Summuſſus, murmurator. Feſt. à ſub & muſſo.

Sūmmūto, as, Aliud pro alio muto, commuto, permuto. {המיר *hemír.* ὑπαλλάττω. GALL. *Changer l'vn pour l'autre.* ITAL. *Mutare.* GERM. Abwechſeln. HISP. *Mudar vna coſa por otra.* ANGL. *To chang one for another.*} Cic. *in Orat.* Hanc hypallagen rhetores, quòd quaſi ſummutantur verba pro verbis, metonymiam Grammatici vocant, quòd nomina transferantur.

‖Sumnis, i. impeditio in lege. Pap. Scribe: Sumnis, impeditio in legibus. nempe ſæpiculè in ll. Longob. & Saltica *Sunnia.* Scribitur etiam *ſunnis* & *ſonnis.*‖

SVMO, is, pſi, ptum, Capio, aſſumo, accipio. {לקח *lakách.* λαμβάνω, ἀναιρέομαι, αἱρέω. GALL. *Prendre.* ITAL. *Pigliare, attribuirſi.* GERM. Nehmen. HISP. *Tomar à ſu cargo.* ANGL. *To tak.*} Cicer. *de clar. Orator.* Tu qui à Næuio ſumpſiſti multa, ſi fateris, vel ſi negas ſurripuiſti. Saluſt. *in Iugurth.* Epiſtolam ſuper caput temere poſitam ſumit. Plautus *Pſeud. ſc.* 5. *a.* 1. Abs te argentum ſumam? Tu à me ſumes? *Ibidem ſc.* 2. *a.* 3. Suum ſi ſumet, finito: ſi noſtrum ſumet, teneto. Idem *ſc.* 1. *a.* 5. Hunc diem ſumpſimus hilariter. Idem *Milit. ſc.* 3. *a.* 2. Sumam operam inueſtigando. Idem *Menæch. ſc.* 1. *a.* 2. Operam nunquam ſumam quærere. (id eſt, conſumam in quærendo.) Idem *Curcul. ſc.* 1. *a.* 4. Ne nimio opere ſumas operam. Idem *Milit. ſc.* 6. *a.* 2. Ex vno puteo ſimilior nunquam poteſt aqua aquæ ſumi. Idem *Aſin. ſc.* 1. *a.* 2. Vnde ſumam? (argentum) quem interuortam? ¶ Sumere dicitur is, cui debetur, nec rogare cogitur: vel, vt *lib.* 5. loquitur Liuius, Sumere eſt domini, non rogare. Ouid.

Ne petite auxilium, ſed ſumite dixit Athena.

Martial. *epig.* 30. *lib.* 6.

Sume, tolle, dono tibi.

Plaut. *Capt. ſc.* 1. *a.* 4. Sume, poſce, prome. Sumere mutuum. Vide *Mutuum.* ¶ Nonnunquam ponitur pro arrogo, attribuo, aut plus iuſto mihi vendico. ἀντιποιοῦμαι, ἱμαντῶ. Cicer. *pro Plancio*, Quanquam non tantum mihi ſumo, iudices, neque arrogo. Idem *Attic.* Tantum mihi non ſumo, vt meum conſilium valere debuerit. ¶ Item pro eligo. בחר *bachár.* Idem *in Diuin.* Sumat aliquem ex populo monitorem officij ſui. Plaut. *Aſinar. ſc.* 1. *a.* 1. Tibi optionem ſumito Leonidem (id eſt, eligito adiutorem.) ¶ Item pro conduco. Cicer. Quoad enim peruentum quo ſumpta nauis eſt, non domini eſt nauis, ſed nauigantium. ¶ Item pro conſumo. Terent. *in Adelph.* I ergo intrò, & cui rei opus eſt, hilarem hunc ſumamus diem. ¶ Item pro impendo, inſumo. *lib.* 1. ad Herennium. Ne nimium longa ſumatur oratio. Terent. *in Phormion.* Opportunè adeò nunc argentum attuli, Fructum, quem Lemni vxoris reddunt prædia, id ſumam: id eſt, impendam, vt Donatus exponit. Vnde ſumptus, de quo infrà. ¶ Sumere obſequium animo, id eſt, animo obſequi. Plaut. *in Bacch.*—ego dare me ludum meo gnato Inſtitui, vt obſequium animo ſumere poſſit. ¶ Sumere operam, fruſtrà laborare. Idem *in Moſtell.* Quid ego huc recurſem? aut operam ſumam, aut conteram? Sumere ſupplicium pro punire. Idem *Merc.* Supplicij ſumat quid volt ipſe ob hanc iniuriam. Cicer. 7. *Verr.* Quamobrem ſupplicium non ſumpſiſti? Et *paulò pòſt*, Dixit ſe, quòd ſciret ſibi crimini datum iri, pecuniam accepiſſe, neque de vero archipirata ſumpſiſſe ſupplicium, ideo ſecuri non percuſſiſſe. ¶ Huius compoſita ſunt, Abſumo, aſſumo, conſumo, deſumo, inſumo, præſumo, reſumo, tranſſumo, quæ habent. Significata eorum explicantur ſuis locis.

‖Sumpſe, pro ſumpſiſſe. antiq.‖

Sūmptŭs, a, um, participium paſſiuum, Acceptus, vel electus. {נלקח *nilkách.* εἰλημμένος, λυφθείς. GAL. *Prins.* ITAL. *Pigliato, tolto.* GERM. Genommen. HISP. *Tomado.* ANGL. *Taken.*} vt, Sumpta virili toga, Cic. *de Amic.* Idem *pro Rabir.* Vide hos quaſi ſumptos dies ad labefactandum illius dignitatem. Tacit. *lib.* 2. Mortem ſponte ſumptam.

Sūmptŭs, us, impenſa. {δαπάνη, ἀνάλωμα. GALL. *Miſe, deſpenſe, couſtange, frais.* ITAL. *Speſa, coſto.* GERM. Koſten. HISP. *La coſta ò gaſto ordinario.* ANGL. *Coſt, expenſes.*} Plinius, Qui eam domum magno ſumptu ædificauerat. Terent. *in Phormion.* Opus eſt ſumptu ad nuptias. Cicer. *in Parad.* Non modò ad fructum ille eſt ſumptus, ſed etiam ad fœnus exiguus. Idem 6. *Verrin.* Mamertini magnum ſumptum in Timarchidis prandium fecerunt. Eſſe ſumptui, pro ſumptum inferre. Plaut. *Milit.* At tibi tanto ſumptui eſſe mihi moleſtum eſt. Ouid. *El.* 1. *lib.* 2. *Triſt.*

Inſpice ludorum ſumptus Auguſte tuorum.

Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 1. Nec ſumptus ibi ſumptui eſſe ducunt. Idem *Men. ſc.* 5. *a.* 5. Meo cibo, & ſumptu educatus eſt (paraſitus.) Idem *Aulul. ſc.* 5. *a.* 3. Nos minore ſumptu ſimus, quàm ſumus. Idem *Aul. ſc.* 3. *a.* 1. In ſeruitutem ſumptibus redigunt viros. *Ibid. ſc.* 5. *a.* 2. Quàm minimo ſumptu filiam vt nuptum darem. *Ibidem ſc.* 5. *a.* 3. Sumptus intolerabiles in magnis dotibus. Idem *Aſin. ſc.* 3. *a.* 1. Neceſſe eſt facere ſumptum qui quærit lucrum. Cic. *Attic. lib.* 5. Aduentus noſter minimi nec minimo quidem fuit ſumptui. ¶ Sumpti, in genitiuo ſingulari dicebant antiqui. Cato *cap.* 22. Eo ſumpti opus eſt.

Sūmptŭārĭŭs, a, um, quod ad ſumptum pertinet. {δαπανηματικός. GALL. *Appartenant à la deſpence.* ITAL. *Pertinente alla ſpeſa.* GERM. Das zu dem koſten gehört. HISP. *Coſa para aquella coſta.* ANGL. *Belonging to coſt.*} vt, Lex ſumptuaria, quæ de moderandis ſumptibus lata eſt, quam Cato

Cato Cibariam appellat. Sueton. *in Cæs. cap.* 43. Legem præcipuè sumptuariam exercuit. Cicer. *Pæto*, Ad fundos me tuos conferam domum, si habebo in denos dies singulos, sumptuariæ legis dies conferam. Tertull. *in Apologetico*, Leges (inquit) sumptum comprimentes, centum æra non ampliùs in cœnam subscribi iubebant, non amplius quàm vnam inferre gallinam, & eam non saginatam. Hinc centenarias appellauere antiqui scenas, ab impensa centum sestertiorum, sumptuaria lege præscripta.

Sūmptŭōsŭs, a, um, qui immoderatum sumptum facit. {φιλοτελής, δαπανηρός. GALL. *Somptueux, superflu & excessif en despense.* ITAL. *Suntuoso.* GERM. Köstlich/der vberflüssigen kosten anwendt. HISP. *Costoso assi.* ANGL. *Of great expenses, costlie.*} Cicer. *in Parad.* Venio enim iam ad sumptuosos, relinquo istum quæstuosum. Terent. *in Adelph.* Domus sumptuosa, adolescens luxu perditus. Idem *Heaut.* Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis. ¶ Sumptuosa cœna in quam magnus factus est sumptus. πολυτελής. Cicer. *Pæto*, Expecto igitur hospitem tum minimè edacem, tum inimicum cœnis sumptuosis.

Sūmptŭōsē. {δαπανηρῶς. GALL. *Somptueusement, auec grande despense, excessiuement.* ITAL. *Eccessiuamente, suntuosamente.* GERM. Köstlich. HISP. *Con grande costa, costosamente.* ANGL. *Costlie.*} Plin. *Epistol.* 189. Quòd paulò sumptuosiùs equos & canes emeret. Cat. *Epig.* 44. Vos conuiuia lauta sumptuosè De die facitis.

Sūmptĭfăcĭo, is, Facio sumptum. {καταναλίσκω, δαπανάω. GALL. *Faire grande despense, consumer.* ITAL. *Far spesa, consumare.* GERM. Sich in ein kosten bringen. HISP. *Hazer gasto, y costa.* ANGL. *To mak great expenses or cost.*} Plaut. Si nunc me suspendam, meam operam luserim, vt præter operam restim sumptifecerim.

Sūmptĭto, as, are, secundum frequentatiuum à sumo. {πολλὰς λαμβάνω. GALL. *Prendre souuent.* ITAL. *Prendere souente.* GERM. Offt nemmen. HISP. *Tomar à menudo.* ANGL. *To tak often.*} Plin. *lib.* 25. *c.* 5. Candidum autem vomitione, causas morborum extrahit, quondam terribile, plerique studiorum gratia, ad prouidenda acriùs quæ commentabantur, sæpiùs sumptitauerint.

Sūmptĭo, nis, verbale, Assumptio. {λῆμμα. GALL. *Prinse.* ITAL. *Presa.* GERM. Nemmung. HISP. *Tomamiento.* ANGL. *A taking.*} Cicer. *lib.* 2. *de Diuin.* Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ Lemmata appellant Dialectici: sed nos Latinè loqui malumus.

‖Sunia, impedimenta, excusationes. Marcul.‖

Sūnĭum, σουνίον, vulgò *Cabo de columbas*, Extremum Atticæ promontorium, Ortum spectans, vicum habens eiusdem nominis quem Leontidi tribui assignat Stephanus. Vide Ptol. *decima Europæ Tab.* & Strab. *sub initium lib.* 9.

Suno, as, deprimo. Non. *cap.* 2. 771. Sunat, deprimit. Lucil. *lib.* 7.

Sunauit taxim ad mares, delphinus vt olim.

Sŭo, is, ui, um, Sarcio, concinno, compingo. {תפר *taphár.* ῥάπτω. GALL. *Coudre, conioindre.* ITAL. *Cucire.* GERM. Butzen/flicken/ zusamen setzen. HISP. *Coser.* ANGL. *To sowe or sewe, to toyne or mak fast together.*} Cic. 2. *de natur. deor.* Cultus dico agrorum, extructionésque tectorum, tegumenta corporum, vel texta, vel suta, omnémque fabricam æris & ferri. Vnde sutores, qui calceos suunt. Quidam à sue verbum hoc deduci existimant, eò quòd huius animalis setis in suendo sutores vtantur. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Pellibus & sutis arcent mala frigora brachis.

Sumitur tamen generaliùs pro eo, quod est rem quamuis coniungere, connectere, siue colligere. Gellius, Sed hi plerasque naues loris suebant. ¶ Suere aliquid suo capiti, Appingere & affigere. Ter. *in Phorm.* Heu metuo lenonem, nequid suo suat capiti.

Sūtōrēs, qui calceos suunt. {ῥάπτης. GALL. *Cordonniers.* ITAL. *Calzolaio.* GERM. Schuster/schuchbutzer/schuchmacher. HISP. *çapateros, oficiales de çapatos.* ANGL. *Shooemakers, sewers.*} Propriè enim artifex calceorum sutor appellatur, quum ille, qui suit pannos, potiùs sarcinator dicatur. Plautus *sc.* 2. *a.* 1. Quasi claudus sutor domi sedet totos dies. *Ibidem sc.* 5. *a.* 3. Calceolarij, sedentarij Sutores. Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. *de Apelle*, Ferúntque à sutore reprehensum, quòd in crepidis vna intus pauciores fecisset ansas: eodem postero die superbo emendatione pristinæ admonitionis cauillante circa crus, indignatum prospexisse denunciantem ne supra crepidam sutor iudicaret: quod & ipsum in prouerbium venit.

Sūtōrĭŭs, a, um, adiectiuum, quod ad sutorem pertinet. {ὁ τῷ ῥάπτῃ. GALL. *De cordonnier.* ITAL. *Di calzolaio.* GERM. Das zu den schusteren/ oder schuchmacheren gehört. HISP. *Cosa de çapatero.* ANGL. *Belonging to a shooemoker or sower.*} ¶ Sutorium atramentum, nigredo qua corium denigratur. {χάλκανθος. GALL. *Vitriol ou couperose.* ITAL. *Negramento.* GERM. Schumacher schwertze. HISP. *Tinta de çapateros.*} Est autem metalli species, qua dissoluta in aqua nigredo fit. Duo eius sunt genera: Fossitium, quod aliquando est cæruleum, aliquando pallidum, aliàs candidum & pellucidum in morem vitri: vnde & *Vitriolum* vulgò appellatur: factitium verò ex aqua pluuiali fit per metalla defluente in lacunam, quæ inde ab iis, qui in metalla sunt damnati, in vasa ampla fictilia perfertur, in quibus æstiuis diebus concrescit. Vide plura de hoc apud Plin. *lib.* 34. *cap.* 12. & Dioscorid. *lib.* 5.

Sūtūră, æ, Commissura partium consutarum. {ῥαφὴ ῥαφία. GALL. *Cousture.* ITAL. *Cucitura.* GERM. Ein naht. HISP. *Cosedura, costura.* ANGL. *A sowing or ioyning together.*} Cornel. Celsus *lib.* 8. Sutura oras iungit, quæ ne ipsæ quidem contingere ea toto debent. ¶ In cranio quoque suturæ dicuntur commissuræ illæ, quibus ossa coniunguntur. Cels. *lib.* 7. Rarò Caluaria solida sine suturis est, & id caput firmissimum atque à dolore tutissimum est: ex cæteris quò pauciores sunt suturæ, eo capitis valetudo commodior est.

Sutelæ, arum, i. doli quasi consulti, fraudes, æstutiæ: à similitudine suentium; vide Festum in voce *Sutelæ*. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Ob sutelas tuas te morti misero, vel te interiisse vel periisse prædicent.

Sūtĭlĭs, e, quod consutum est. {ῥαπτός. GALL. *Cousu.* ITAL. *Cucito, cusito.* GERM. Das zusamen gesticht / oder gesent ist. HISP. *Cosido.* ANGL. *Sowed or ioyned, together.*} vt, Corona sutilis ⚹ pactilis. Plin. *lib.* 21. *cap.* 3. Summáque autoritas pactili coronæ: sutiles Saliorum sacris inuenimus, & solemnibus cœnis. Balteus sutilis. Virg 12. *Æneid.*

———*teritur quà sutilis aluo*
Balteus.

Cymba sutilis, qua Charon inferorum portitor animas per Stygiam paludem traiicit. Idem *lib.* 5. *Æneid.*

———*gemuit sub pondere cymba Sutilis.*

Ouid. 5. *Fast.*

Tempora sutilibus cinguntur tota coronis.

Sūtrīnă, æ, Officina sutoris. {ῥαφεῖον. GALL. *La boutique d'vn cordonnier.* ITAL. *Calzolaria.* GERM. Ein schuster werckstat. HISP. *Tienda de çapatero.* ANGL. *A shooemakers shope.*} Plin. *lib.* 10. *c.* 43. Tiberio principe ex fœtu supra Castrorum ædem genitus pullus, in oppositam sutrinam deuolauit, etiam religione commendatus officinæ domino.

Sutrinus, a, um, adiect. Tacit. *lib.* 15. Sutrinæ tabernæ. ¶ Sutrinum neutro genere, pro arte Sutrina. Senec. *Epist.* 91. Non multum abfuit quin sutrinum quoque inuentum à sapientibus diceret.

SŭPĔLLEX, ilis, fœminin. gener. vel hæc Supellectilis, & apud antiquos hoc supellectile: vnde putatur mansisse plurale neutri generis Suppellectilia: Ablatiuum singularem facit supellectile, vel supellectili. Est autem Supellex, domesticum instrumentum, quod neque argento, auróve facto, vel vesti annumeretur: id est, res mobiles, vt vocant Iurisconsulti, apud quos titulus est, de supellectile legata. {כלי רכוש *cheli recbúsch.* τὰ ἔπιπλα, κατασκευή, σκεῦος, σκεύη, ἐπίπλοοι. GALL. *Les meubles d'vn homme, le mesnage.* ITAL. *Roba di casa, mobile di casa, massaritie di casa.* GERM. Ein haußraht/farende hab. HISP. *El alhaja de casa.* ANGL. *Houshold stuff, the moueables of a man.*} Cuius nomine, vt inquit Paulus, continentur mensæ, trapezophora, delphicæ, subsellia, scamna, lecti inargentati, culcitræ, toralia, mappæ villosæ, vasa aquaria, pelues, aquiminaria, candelabra, lucernæ, trullæ, vasa ænea vulgaria, id est, quæ non proprio sunt loco attributa: præterea capsæ, armaria, vitrea, escaria & potoria. Hæc Sipontinus ex 33. *Digest. de supellectile legata l.* j. & *l. supellectile.* Plaut. *Aulul. sc.* 2. *a.* 2. Supellex, aurum, vestes, vasa. Plin. *lib.* 15. *cap.* 9. Totam supellectilem ligneam. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 6.

Cœna ministratur pueris tribus: & lapis albus
Pocula cum cyatho duo sustinet: astat echinus
Vilis, cum patera guttus, Campana supellex.

Cicer. 4. *Verrin.* Supellex ex ære elegantior Delicata, & Corinthia. *Ibidem.* Tu P. Cacurij promptissimi hominis & experientis, & in primis gratiosi, supellectilem omnem auferre non dubitasti. Virgil. 1. *Georg.*

———*vilisque supellex,*
Arbuteæ crates, & mystica vannus Iacchi.

‖Supellecticarius, séruus, cui supellectilis cura, apud Vlpianum *D. lib.* 33. *tit.* 7. *l.* 12.‖

SŭPĔR, {על *ál.* ὑπέρ. GALL. *Sur ou sus, dessus.* ITAL. *Sopra, di sopra.* GERM. Auff/ ober. HISP. *Sobre, encima.* ANGL. *Vpon.*} Præpositio est modò accusatiuo, modò ablatiuo casui seruiens: deducta à Græca præpositione eiusdem significationis, & aspiratione in s, & υ in u, commutata. ⚹ Subter. Quidam hoc discriminis esse voluerunt inter super & supra, quòd illud contiguitatem, hoc spatium quoddam interiectum importaret. Quæ tamen differentia perpetua non est, vt satis constat vno Liuij testimonio *lib.* 44. *ab Vrbe*, vbi sic habet, Vbi citra muros, supra, subtérque terram per dies vigintiquinque pugnatum est. Cum accusatiuo. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Suauia super suauia quæ det. Tibull. *lib.* 4.

Siue super terram Phœbus, seu currere suprà.

Quintil. Quia sol super terram, dies est. Tibull. *lib.* 4.

Latior eduxit structos super ignis aceruos.

¶ Super pro ὑπὲρ, cùm excessum denotat. Salust. *Iug.* 81. At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti, quàm animaduertit, super gratiam, atque pecuniam suam inuidiam facti esse. ¶ Accipitur aliquando Super cum ablatiuo pro De, περὶ. Virgil. 1. *Æneid.*

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Gellius *c. vlt. lib.* 1. Hæc super irascendo sentio. (id est, Hæc sentio de ira.) Idem *c.* 11. *lib.* 3. Super ætate Homeri & Hesiodi non consentitur. Item Plaut. *prolog. Amph.* Teneo quid animi vestri super hac re [illegible] Gell. *c.* 14. *lib.* 17. Dignus Publius qui super Laberio indicaretur, (id est, anteponeretur.) Idem *c.* 2. *lib.*... Hæc notaui super eo libro. Plaut. *Aul. sc* 5. *a.* 4. Rem tenes super Echionis filia. Aliquando idem valet quod Pro: vt apud eundem, 4. *Æneid.*

Nec super ipse sua molitur laude laborem.

¶ Itém pro Plusquam. Suet. *in August. c.* 38. Super triginta ducibus iustos triumphos, & aliquando pluribus triumphalia ornamenta decernenda curauit. Idem *cap.* 35. Erant super mille (Senatores) & quidem indignissimi. ¶ Pro Inter, idem *in Cæs. cap.* 87. In sermone super cœnam nato. Idem *in Aug. c.* 77. & *in Tiber. c.* 56. & *iterum in Calig. c.* 13. ¶ Pro Præter: idem *in Aug. c.* 69. M. Antonius super festinatas Liuiæ nuptias obiit. Idem *in Tib. c.* 55. Super veteres amicos ac familiares viginti sibi è numero principum ciuitatis depoposcerat. Et iterum eodem sensu, *infrà c.* 75. Et Liuius *lib.* 2. *ab vrb.* Super solitos honores. Idem *lib.* 10. *dec.* 4. Super cætera. ¶ Pro Ob. Suet. *in Aug. c.* 8. Approbata citò morum indole super itineris industriam. ¶ Eleganter per Tmesim vsurpatur Ouid. 3. *Fast.*

———*Humili super ausa fenestra*
Se iacit. (pro superiacit.)

Ibid. *lib.* 5.

Vbi ante Idus nox erit vna super.

(id est, supererit.) Et Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Si quid super illi fuerit, Id nobis sat est. (pro superfuerit.) ¶ Satis supérque: vide *Satis* suprà. ¶ De super præpositione, Gellius *c.* 9. *lib.* 13. ¶ Iuncta verò accusatiuo, significat. Vltra. Virg. 6. *Æneid.*

———*super Garamantas & Indos*
Proferet imperium.

Apuleius, Iam enim semper oppidum profectus, nos supra reliquerat.

In

In qua significatione aliquando etiam ablatiuo iuncta inuenitur. Virg. 9. *Æneid.*

Nocte super media.

id est, vltra mediam noctem. ¶ Ponitur aliquando aduerbialiter sine casu. Plaut. Hinc, atque hinc super subtérque premor angustiis. Accipitur aliquando pro vehementer. Virg. 1. *Æneid.*

His accensa super, iactatos æquore toto, &c.

¶ Nonnunquam pro desuper. Idem 9. *Æneid.*

Et super è vallo prospectant Troes.

¶ Super somnum, id est, seruus à cubili, interprete Budæo. Curtius, Sed per dispositos, quos super somnum habebat, omnes procul relegatos, ne fremitu murmurantium inter excitaretur. ¶ Quandoque pro insuper, & amplius. Virg. 2. *Æneid.*

Cui neque apud Danaos vsquam locus, & super ipsi
Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.

¶ Super pro præter. Cels. *lib.* 4. *cap.* 5. Neque tamen pluribus locis deligari necesse est, sed sat est infra inguina, & super talos, summósque humeros, etiam brachia. ¶ Componitur cum dictione incipiente ab a, vt superaddo: c, vt supercido: d, vt superduco: e, vt supereminco: f, vt superfluo: i, vt superindico: m, vt supermeo: p, vt superpono: f, vt supersedeo: u, vt superuacuus. ¶ Componitur & cum præpositionibus, De & In, ex quibus fiunt desuper, & insuper: de quibus egimus suprà suis locis.

Superabdicatiuus, a, um, id est, supernegatiuus, vnde supernegatiua dicitur negatio, quæ additur negationi, & nihil cooperatur plus, quàm præcedens, vt in vulgari solet dici: Ego non habeo nihil, quod non valet, quàm si diceretur, Ego nihil habeo. Cathol. Nempe Martianus dedicatiuum dicit κατάφατικὸν, i. affirmatiuum; & ἀπόφατικὸν abdicatiuum. Sed, ego non habeo nihil, est, ego habeo aliquid.

Sŭpĕrăbŭndo, as, Redundo, superfluo. {עדף badhaph. περισσεύω. GALL. *Estre trop, abonder.* ITAL. *Esser tanto pieno che si sparga, esser troppo.* GERM. Gar vberflüssig sein. HISP. *Rebosar lo lleno.* ANGL. *To abounde greatlie.*} Vlpian. *Digest. de regulis iuris,* Non solent quæ superabundant, vitiare scripturas.

Sŭpĕraddo, is, idi, addere, Vltrà addo. {הוסיף hosiph. ἐπιπροσίθημι, ἐπιτίθημι, προστίθημι, προσπροστίθημι. GALL. *Mettre d'auantage, adiouster d'auantage.* ITAL. *Sopragiongere.* GERM. Darüber/darzu thun. HISP. *Añadir encima.* ANGL. *To adde moreouer.*} Virg. *Eclog.* 3.

Lenta quibus torno facili superaddita vitis.

Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 14.

Et sit in exiguo lautus superaddita busto.

Superadultus, a, um, 1. *Cor.* 7. 36. Virgo superadulta, ὑπέρακμος, quæ florem ætatis, ætatem pubertatis excedit.

Sŭpĕrāgnātă tunica, omnium oculis tunicarum extima, corneæ extrinsecus adhærens: vnde & nomen accepit. ἐπιπεφυκὼς χιτών.

Superalia, al. Superaria, vestis, quæ superinduitur. Isid. Pap.

Sŭpĕrāllĭgārĕ, Supernè alligare. {ἐπιδέω. GALL. *Lier par dessus.* ITAL. *Ligare sopra.* GERM. Vberbinden. HISP. *Atar encima.* ANGL. *To binde aboue.*} Plinius *lib.* 30. *cap.* 6. Caninus lien si viuenti exprimatur, & in cibo sumatur, liberat eo vitio. Quidam recentem superalligant.

Superamentum, quod superat, & superfluum est. Vlp.

Sŭpĕrbĭbo. Post cibum, potúmve iam assumptum bibo. {ἐπιπίνω. GALL. *Surboire, boire apres ou de surcroist.* ITAL. *Bever fuor di modo.* GERM. Vber das vorderig trincken / darauff trincken. HISP. *Beuer demasiadamente.* ANGL. *To drink moreouer.*} Plin. *lib.* 23. *c.* 1. Aquæ potum interponere vtilissimum, itémque iugi superbibere ebrietati: quam quidem frigidæ potus exemplò discutit.

SŬPERBĬO, is, Fastu quodam extollor, arrogans & insolens sum, à præpositione Super, & verbo eo, vt volunt, compositum, b litera euphoniæ causa interserta. {גאה ghaáh זד zadh גבה ghabáh. ὑπερηφανεύομαι, ἀλαζονεύομαι. GALL. *S'enorgueillir, deuenir fier.* ITAL. *Insuperbirsi.* GERM. Stoltz/vnd hoffertig sein. HISP. *Ensoberuecerse, gloriarse.* ANGL. *To be prowd or high minded.*} Plin. *lib.* 10. *c.* 62. Equæ comantes sese superbiunt. Ouid. *de medic. fac.*

Laudatus homini volucri Iunonia pennas
Explicat, & forma muta superbit auis.

Idem 11. *Metam.*

———nam coniuge Peleus
Clarus erat diua: nec aui magis ille superbit
Nomine, quàm soceri: siquidem Iouis esse nepotem
Contigit haut vni: coniux dea contigit vni.

Accipitur aliquando superbire, pro excellere, & de rebus inanimatis dicitur. {הותיר hothir. ὑπερέχω.} Plin. *lib.* 17. Hinc gemmæ certè apud Menandrum & Philomenem fabulæ superbiunt. Claud. *lib.* 4. *de Raptu,*

———Phlegræis sylua superbit
Exuuiis, totúmque nemus victoria vestit,

hoc est, nobilitatur, celebratur, illustratur.

Sŭpērbŭs, a, um, Elatus, arrogans. {גאה gheéh זד zedh. ὑπέροχος, οἰηματίας, ὑπερήφανος. GALL. *Orgueilleux, fier & audacieux.* ITAL. *Superbo, altiero.* GERM. Stoltz/ hoffertig / vbermütig. HISP. *Soberuio y altiuo.* ANGL. *High minded, prowd.*} Plaut. *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. freti virtute & viribus superbi. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Non decet superbum esse hominem seruum. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Sic istic solent superbi subdomari. Ouid. 13. *Metam.*

Non est tenuisse superbum, (id est, gloriosum abstinuisse.)

Virg. 3. *Æneid.*

Stirpis Achilleæ fastus, iuuenémque superbum
Seruitio enixa tulimus.

Idem 10. *Æneid.*

———te Turne superbum
Cæde noua quærens.

Catull. *Epigr.* 27.

Et ille nunc superbus, & superfluens
Perambulabit omnium cubilia.

Horat. *Epod.* 4.

Licèt superbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.

¶ Aliquando nobilis, magnificus, excellens, ἀγέρωχος. Virgil. 1. *Æneid.*

Hinc populum latè Regem, belloque superbum
Venturum excidio Libyæ.

¶ Aliquando altus, sublimis, ὑψηλός. Idem 7. *Æneid.*

Tela nouant Atinæ potens, Tybúrque superbum.

¶ Aliquando ornatus. Idem 3. *Æneid.*

Barbarico postes auro, spoliísque superbi.

¶ Aliquando opulentus, vt apud eundem 9. *Æneid.*

———simul ense superbum
Rhamnetem aggreditur.

¶ Aliquando iniquus: vt apud eundem 8. *Æneid.*

Quos illi bello profugos egere superbo.

¶ Antiqui etiam superbos mortuos dixêre. Plaut. *in Amph.* Faciam ego hodie te suberbum, nisi tu hinc abis. Auferere non abibis.

Sŭpērbĭă, æ, Elatio mentis, arrogantia, insolentia. {גאון ghaón גאות gheúth. ὑπερηφανία, ἀλαζονεία, ἀγλωρεία. GALL. *Orgueil, fiereté.* ITAL. *Superbia, altezza.* GERM. Hoffart/ stoltz/ vbermut. HISP. *Soberuia ò altiuez.* ANGL. *Pride, highnesse of mynd.*} Cic. 6. *Verr.* Illa tua singularis insolentia, suberbia, contumacia. Horat. 3. *Carm. Ode* 10.

Ingratam Veneri pone superbiam:
Ne currente retrò funis eat rota.

Quint. *lib.* 3. *cap.* 6. An diuitiæ pariant superbiam. Cicer. *contra Rullum.* Coloni Capuæ in domicilio superbiæ, & in sedibus luxuriæ collocati. Idem *de Orat.* Quod ego non superbia neque inhumanitate faciebam: sed mehercule istius disputationis insolentia & earum rerum inscitia. ¶ Dicitur autem superbia à superhabendo: itaque differt ab arrogantia, quòd hæc in paupertate esse possit: illa verò non nisi in diuitiis. Corn. Front. *de differen. vocab.* Eámque ob causam Capuæ superbiæ domicilium fuisse dicitur, quòd illud municipium propter agri fertilitatem omnibus rebus abundaret.

Sŭpērbē, aduerb. Elatè, fastuosè. {ὑπερηφάνως. GAL. *Fierement, orgueilleusement.* ITAL. *Superbamente, orgogliosamente.* GERM. Hoffertiklich/ stoltzlich. HISP. *Soberuiamente.* ANGL. *Proudly.*} Terent. *in Phorm.* Satin' superbè illuditis me? Liu. 4. *ab Vrbe,* Superbè à Samnitibus, qui Capuam habebant, Cumásque legati prohibiti commercio sunt. Cicer. *pro Leg. Manil.* Legati quòd erant appellati superbiùs, Corinthum, patres vestri, totius Græciæ lumen extinctum esse voluerunt. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Nimis molestus (sup. loqui & respondere.)

Sŭpērbĭfĭcus, adiect. {מתגאה mithghaéh. ὑπερηφανίας ποιητικός. GALL. *Qui fait l'homme fier & orgueilleux.* ITAL. *Cosa che fa l'huomo orgoglioso.* GERM. Das stoltz/vnd hoffertig macht. HISP. *Que haze soberuio ò altiuo.* ANGL. *That maket a man proude.*} Sen. *Herc. furent.* Et superbifica manu Atrum per vrbes ducit Argolicas canem.

Sŭpērbĭlŏquēntĭă, æ, Elatus atque arrogans sermo. {ὑψηγορία, μεγαληγορία, κομψολογία. GALL. *Faire parole & orgueilleuse, parler hautain & audacieux.* ITAL. *Il parlare orgoglioso ò superbo.* GERM. Hoffertige/ vnd stoltze red. HISP. *Habla soberuia.* ANGL. *A proude speaking.*} Cic. 4. *Tusc.* Quam vim mali significantes Poëtæ impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt,

Ob scelera animique impotentiam & superbiloquentiam,

Versus trochaicus.

Sŭpērbĭtĕr, antiquis in vsu fuit pro eo quod hodie vsitatiùs dicimus Superbè. ὑπερηφάνως, γαυρελῶς. Afran. *apud Non.* Ille superbiter imperat. Næuius *lib.* 6. *bell. Pun.* vt citatur ab eodem Nonio, superbiter, contemptim conterit legiones.

Sŭpĕrcălco, as, are, Conculco, pedibus tero. {רמס ramás. ἐπιστείβω, ὑπερπατέω. GALL. *Fouler aux piés, peteler par dessus.* ITAL. *Calcare su.* GERM. Das vbertrdtten. HISP. *Hollar encima de otra cosa.* ANGL. *To treade vpon.*} Columell. *lib.* 12. *cap.* 39. Vbi vnum tabulatum feceris, vinum vetus conspergito, postea alterum supercalcato, & item vinum vetus conspergito: eodem modo tertium calcato & infuso vino superponito: vt supernatet, & finito dies quinque, postea pedibus proculcato.

Sŭpĕrcĕrnĕrĕ, est terram cribro purgatam iniicere. {ἐπικρίνω. GALL. *Cribler par dessus.* ITAL. *Criuellare per di sopra.* GERM. Auff etwas rädern/oder reyteren. HISP. *Criuar encima.* ANGL. *To sifte or range vpon.*} Plinius *lib.* 17. *cap.* 10. Terráque cribris supercernitur pollicis crassitudine.

Sŭpĕrĭncĭdo, is, Super rem aliquam cado. {ἐπιπίπτω. GALL. *Cheoir dessus.* ITAL. *Cadere di sopra.* GERM. Oben darauff fallen. HISP. *Caer sobre algo.* ANGL. *To fall vpon some thing.*} Col. *lib.* 1. Ne si transuersa fuerit cicatrix, cælestem superincidentem aquam contineat.

Sŭpĕrcĭlĭum, ij, pars extrema frontis, quæ super oculos prominens, breuibus vestitur pilis, ad oculi protectionem aduersus ea quæ supernè incidere possent, velut quoddam à natura concessa. {גב ghab. ἐπισκύνιον, προβολὴ τοῦ ὄμματος, σκίπασμα, ὀφρῦς. GALL. *Sourcil.* ITAL. *Ciglio.* GERM. Augbrawe. HISP. *La ceja.* ANGL. *The browe or eye lid.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Supercilia homini & pariter, & alternè mobilia, in his pars animi. Quint. Supercilio erecto, seuerus pater: composito, lenis. ¶ Supercilia radere, turpe, Gell. *cap.* 12. *lib.* 17. Cicer. *pro Roscio Comœdo,* Nónne supercilia illa penitus abrasa olere malitiam & calamitate calliditatem videntur? Idem 1. *Officiorum,* En oculorum obtutu, superciliorum aut remissione aut contractione, ex mœstitia, ex hilaritate, ex risu, ex loquutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex summissione, & cæteris similibus facilè iudicabimus, quid aptè eorum fiat, quid ab officio naturáque discrepet. Quint. *lib.* 1. *cap.* 11. Vidi multos, quorum supercilia ad singulos vocis conatus alleuarentur, aliorum constricta, aliorum etiam diffidentia. Demere supercilium diuitiis. Senec. *c.* 88. Supercilia subducere. (de philosopho.) Idem *c.* 1. *lib.* 14. Cum superciliis arduis ostentare. Gellius *cap.* 1. *lib.* 4. (de iactatore quodam Grammatico.) Superciliis adstringere vultum, vide Quintiliani Indicem. ¶ Sed quoniam his annuimus, his negamus, ideo supercilium quandoque pro fastu & superbia ponitur. {גאון ghaón גאות gheúth.} Iuuen, *Satyr.* 6.

si

——*si cum magnis virtutibus affers*
Grande supercilium, & numeras in dote triumphos.

Grande, inquit, supercilium, hoc est, fastum, grauitatem & seueritatem. Autor obscœni carminis, Conueniens Latio pone supercilium, id est, grauitatem. ¶ Supercilium censorium, apud Valerium Maximum, id est, grauitas seueritásque Censore digna. Cic. *pro lege Agrar.* Hunc Capuæ Campano supercilio ac regio strepitu quum videremus Magios, Blossios mihi videbar illos videre ac Iubellios. ¶ Supercilium salit, quoties bona quædam spes titillat animum nostrum, dicere licebit nobis salire supercilium. Ita Pseudolus apud Plaut. *in sui nominis fabula sc.1.a.1.* amanti de argento quærenti, At id futurum vnde? respondet, Vnde dicam, nescio nisi quia futurum est, ita supercilium salit. Sumptum à vulgi superstitione, qui futurorum auguria captat ex corporis affectibus: vt si quod membrum pruriat præter euidentem causam, si dexter oculus saliat, si auris dextra tinniat. Vide adagia Erasmi. Is verò cui supercilia multum extrorsum porriguntur & prominent Silo dicitur. Accipitur etiam supercilium pro rei alicuius summitate & loco eminentiori. Virg. 1. *Georg.*

Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit.

Sic dicimus, Supercilium montis, pro vertice. Liu. 7. *bell. Pun.* Ipse expeditos qui pridie stationes hostium pepulerant, ad leuem armaturam infimo stantem supercilio ducit. Item, Supercilium tumuli, Liuius *lib.4. d.4.*

Sŭpercläudo, {ἐπικλείω. GALL. *Clorre dessus.* ITAL. *Chiudere di sopra.* GERM. Oben für beschliessen. HISP. *Cerrar encima.* ANGL. *To shute vpon.*} Liu. *lib.7. bell. Maced.* A continente arctæ semitæ aditum habet, à mari rupes exesæ fluctibus superclaudunt.

Sŭpercŏntĕgo, {ἐπικαλύπτω. GALL. *Courir par dessus.* ITAL. *Coprire di sopra.* GERM. Vberdecken. HISP. *Cubrir por de sobre.* ANGL. *To couer ouer.*} Celsus *lib.4.c.1.* Renes verò diuersi, qui lumbis summis coxis inhærent, parte earum resimi, ab altera rotundi, qui & vncosi sunt, & ventriculos habent, & tunicis superinteguntur: ac viscerum quidem hæ sedes sunt.

Sŭpercŏrrŭo, {ἐπικαταπίπτω, ἐπιπίπτω. GALL. *Tomber dessus.* ITAL. *Cadere di sopra.* GERM. Darauff niderfallen. HISP. *Caer sobre.* ANGL. *To fall vpon.*} Valer. Max. *lib.5. cap.6.* Factáque ingenti strage telis obrutus super corruit.

Sŭpercresco, innascor. {ἐπιφύομαι. GALL. *Surcroistre, croistre dessus ou outre mesure.* ITAL. *Crescer di sopra.* GERM. Darüber wachsen. HISP. *Sobrecrescer.* ANGL. *To growe out of measure or ouer growe.*} Vlcera supercrescentia, apud Celsum *lib.6. cap.6.*

Sŭpercŭbo, as, Superiaceo, superdormio. {ἐπίκειμαι, ἐπίκειμαι. GALL. *Coucher sus ou dessus.* ITAL. *Star sopra.* GERM. Auff etwas ligen. HISP. *Estar ò yazer encima.* ANGL. *To lye vpon.*} Col. *lib.8.* Perforatis tabulis, quibus ouilia consternuntur, vt grex supercubet.

‖Supercuanum, ἐφήβιον, ἐπικυσίς. Gloss. Philipp. quâ super natura fœminæ cingitur pudoris causa: aut supra locum vesicæ, quæ κύσις. Modestiùs *puberale.*‖

Sŭpercŭrro, is, supercurrere. {ὑπερτρέχω, ὑπερβαίνω. GALL. *Courir & aller deuant.* ITAL. *Correre & andar auanti.* GERM. Fürüber lauffen. HISP. *Correr y andar antes.* ANGL. *To runne and go before.*} Supercurrere ager dicitur vectigali, quum habet ampliorem prouentum. Plin. *Epist.* 138. Et ager ipse propter hoc quod vectigali supercurrit, semper dominum à quo inueniatur, inueniet.

Sŭpĕrdīco, is, Subiungo dictis, dico aliquid præter id quod dictum est. {ἐπιλέγω. GALL. *Dire outre ou d'auantage, adiouster à ce qui est dict.* ITAL. *Aggiungere al parlare.* GERM. Noch mehr darzu sagen. HISP. *Ayuntar al hablar.* ANGL. *To say moreouer.*} Cic. 2. *de Leg.* Admonet Iurisconsultus hic quidem ipse Mutius Pontifex, idem vt minus capiat quàm omnibus hæredibus relinquatur: superdicebant quicquid cœpisset, astringi, rursus sacris liberantur.

Sŭperdo, as, Superimpono. {הסים *hesim.* ἐπιτίθημι. GALL. *Mettre par dessus.* ITAL. *Mettere di sopra.* GERM. Vberlegen. HISP. *Meter encima.* ANGL. *To put vpon.*} Celsus *lib.7. cap.7.* Superdandum emplastrum quo id glutinetur.

Sŭperdūco, is, Præter iam adducta alia adduco. {ἐπάγω, ἐπεισάγω. GALL. *Amener d'auantage.* ITAL. *Sopraporre.* GERM. Darüber einfüren/weiter zufüren. HISP. *Sobreponer.* ANGL. *To bring moreouer.*} Plaut. *in Trucul.* Iam quinetiam superducas, quæ mihi commendant cibum.

Supereo, superingredior. Lucret. *lib.3.*

Et pedibus salsas docuit superire lacunas. al. *superare.*

Sŭpĕrĕdo, is, Post cibum iam assumptum edo. {ἐπεσθίω, ἐπεσθίω. GALL. *Manger apres, manger d'auantage.* ITAL. *Mangiare, sopra mangiare.* GERM. Darauff essen. HISP. *Comer, sobrecomer.* ANGL. *To eat after or moreouer.*} Plin. *lib.13. cap.6.* Menander è Græcis autor est allium edentibus, betæ radicem in pruna tostam si superederint, odorem extingui.

Sŭpĕrēmĭnĕo, es, Supra alios emineo. {ὑπερέχω. GALL. *Apparoistre par dessus.* ITAL. *Soprastare, monstrarsi di sopra.* GERM. Füraus gehn. HISP. *Estar encima, sobrepujar.* ANGL. *To be higher then other, to shewe the self aboue other.*} Colum. *lib.12. cap.47.* Tum fasciculum viridis fœniculi superpositum mergæ, vt oliuæ premantur, & ius supereemineat. Virg. 6. *Æneid.*

——*Victórque viros supereminet omnes.*

Ouid. 13. *Metam.*

——*Collóque tenus supereminet omnes.*

Idem *Eleg. 2. lib. 1. Trist.*

Qui venit hinc fluctus, fluctus supereminet omnes.

Superesco, superero.

Sŭpĕrrŏgo, Iam antea erogatis addo. ἐπινέμω.

Sŭpĕrexcurro, {ὑπερεκθέω, ὑπερεκτρέχω. GALL. *S'estendre outre ou par dessus.* ITAL. *Stendersi di sopra.* GERM. Füraus lauffen/sich fürausshin strecken. HISP. *Estender encima.* ANGL. *To runne ouer.*} Vlpian. *in l 1. ff. de arborib. cæd.* Si arbor (inquit) ædibus alienis impendeat, vtrùm totam arborem iubeat Prætor adimi, an verò id solum, quod super excurrat, quæritur.

Sŭpĕrexto, as, Superemineo, præ cæteris exto. ὑπερέχω.

SVPERFĔRO, Supra aliquid fero. {ἐπιφέρω, ὑπερφέρομαι. GALL. *Porter par dessus.* ITAL. *Portare per di sopra.* GERM. Vber etwas tragen/oder schlagen. HISP. *Traer por de sobre.* ANGL. *To beare aboue some thing.*} Plin. *lib.28. c.8.* Sinistrum pedem superlatum parturienti, lethalem esse: dextro elato facilè eniti. Diomedes *lib.1.* de superlatiuo loquens: Ille quem superferimus, vt cùm fortissimum dicimus.

Sŭpĕrlātŭs, a, um, participium, vt Superlata nomina, superlata verba quæ augendi causa in oratione proferebantur. {ὑπερενεχθεὶς, ὑπερβληθεὶς. GALL. *Porté par dessus.* ITAL. *Portato di sopra.* GERM. Vbersich getragen/oder erhebt. HISP. *Traydo por de sobre.* ANGL. *Borne aboue.*} Cicer. *in Partitionibus,* Illustris autem oratio est, si & verba grauitate delecta ponuntur, ac translata & superlata, & ad nomen adiuncta & duplicata.

Superlatiuus, adiectiuum, ὑπερθετικὸς, vt Superlatiuus gradus: de quo abundè apud Grammaticos.

Sŭpĕrlātĭo, nis, Excessus, oratio fidem superans. {ὑπερβολή. GALL. *Excés, outrepasser.* ITAL. *Excesso, excellentia.* GERM. Vberhabung der red/oberfiedung. HISP. *Sobrepujamiento.* ANGL. *A passing beyonde measure, exces.*} Ad Heren. *lib.4.* Superlatio est oratio superans veritatem, alicuius augendi, minuendíve causa.

SVPERFICĬES, iei, Superior pars cuiusque rei, & facies quæ exteriùs oculis cernitur. {פנים *panim.* ἐπιπολὴ, ἐπιφάνεια. GALL. *Superfice, le dessus & comme la face de toutes choses.* ITAL. *Superficie.* GERM. Die blosse eusserste breyte an einem jeden ding. HISP. *La sobre haz.* ANGL. *The vppermost part of any thing.*} Constat autem ex longitudine & latitudine sine profunditate. Plin. *lib.11. cap.49.* Quia longitudo superficiem corporum solùm ampliat. Superficies pro area ædificio nuda. Cic. *ad Attic. lib.4.* Nobis superficiem ædium coss. de consilij sententia æstimauerant H-S vicies.

Sŭpĕrfĭcĭārĭŭs, ij, qui in alieno solo superficiem habet, ita vt certam pensionem præstet. {ἐπιπόλαιος. GALL. *Superficiaire, qui edifie sur le fond d'autruy en payant certaine pension.* ITAL. *Che edifica su quel d'altrui con licentia del patrone pagandogli certo vtile.* GERM. Der auff ein frömbden boden/oder platz gebawen hat/von der erden bodenzins gibt. HISP. *Quien edifica sobre casa agena pagando el drecho a su señor.* ANGL. *That buildeth on anothers ground for a pension.*} Autor Vlp Superficiatiæ ædes, inquit Caius Iurisc. *de superficieb. l. superficiarius,* sunt quæ in conducto solo positæ sunt, quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius est, cuius est solum, ἐπιπόλαιοι οἶκοι. Senec. *Epist.* 84. Mathematica, vt ita dicam, superficiaria est, in alieno ædificat.

‖SVPERFIO, emineo. Prud.‖

Sŭperfit, pro superest. {נשאר *nischéar.* περίεστι. GALL. *Il est de reste.* ITAL. *Resta doppo.* GERM. Vberbleiben. HISP. *Sobra, es superfluo.* ANGL. *There resteth or remaineth.*} Columell. *lib.11.* Tum separare quæ consumenda sunt, & quæ superfieri possunt, custodire, ne sumptus annuus menstruus fiat. Plautus *Pseud. sc.5. a.1.* Si quid superfit, vicinos impertio.

Sŭpĕrflōrĕsco, is, Post alium floresco. {ἐπανθέω. GALL. *Florir apres.* ITAL. *Florire doppo.* GERM. Auff etwas blüen. HISP. *Florescer despues.* ANGL. *To florishe after another.*} Plin. *lib.19. cap.5.* Particulatim cucumis floret sibi ipse superflorescens.

SVPERFLVO, is, Abundo. {נותר *nothár* נדף *nadháph.* πλεονάζω. GALL. *Abonder, estre superflu.* ITAL. *Abondare.* GERM. Vberfliessen. HISP. *Abundar.* ANGL. *To be superfluous and abound.*} Plin. *lib.31. cap.37.* Apolloniæ in Ponto fons iuxta mare, æstate tantùm superfluit, & maximè Canis ortu: parciùs si frigidior æstas. Cicer. *de Clar. Orator.* Is dedit operam si modò id consequi potuit, vt nimis redundantes nos, & superfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate, & licentia reprimeret: & quasi extra ripas diffluentes coërceret. Quintilian. Nihil desit, nihil superfluat. Idem *alibi,* Superfluit sermo iurgantibus mulierculis.

Sŭpĕrflŭus, a, um. Redundans, abundans. {נדף *nodeph.* περιττός. GALL. *Superflu, qui est de reste.* ITAL. *Souerchio, abbondante.* GERM. Vberflüssig. HISP. *Cosa demasiada y superflua.* ANGL. *Superfluous.*} Plin. *in Paneg.* Quibus moris est eadem illa nunc rigentia gelu flumina, aut campis superflua, nunc liquida lustrare nauigiis.

Sŭpĕrflŭĭtās, atis, Abundantia. {מותר *mothár.* περιττεία. GALL. *Superfluité, trop grande abondance.* ITAL. *Superfluità.* GERM. Vberfluß. HISP. *Superfluidad y demasia.* ANGL. *To much aboundance.*} Plin. *lib.14. cap.1.* Aliæ improbo raptu, pampinorúmque superfluitate atria media complentes.

Sŭpĕrfœto, as, Superiori fœtationi alteram addo. {ἐπικυΐσκω, ἐπικυΐσκομαι. GALL. *Conceuoir apres estre grosse: preings on grosse.* ITAL. *Quando la femina grauida ancora concepisse.* GERM. Vber ein entpfangne frucht noch eine entpfahen. HISP. *Enpreñarse sobre preñez.* ANGL. *To conceue another childe after that a woman hath conceiueth ones.*} Quod accidere solet quibusdam animalibus, quæ post vnum fœtum ex coitu conceptum, rursus alium concipiunt à priore, vnóque aut altero die, vel etiam pluribus post primum emissum, suo tempore eniuntur: quæ emissio secunda & veluti nouus quidam partus, superfœtatio dicta est. Plin. *lib. 10. c.62.* Dasypodes superfœtant, sicut lepores. Idem *lib.8. c.55.* Lepus omnium prædæ nascens, solus præter dasypodem superfœtat, aliud educans, aliud in vtero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.

Sŭpĕrfŏrānĕus, a, um, pro superuacaneo Sidonius & Apollinaris vsurpant. {עדף *ôdéph.* περιττός. GALL. *Superflu.* ITAL. *Superchio.* GERM. Vberflüssig. HISP. *Superfluo.* ANGL. *Superfluous.*}

‖Superfugium, ὑπόφυγή. Hic *super* est trans, vel in superiorem locum.‖

Sŭpĕrfulgĕo, es, Desuper affulgeo. {ὑπεραστράπτω. GALL. *Reluire par dessus.* ITAL. *Risplendere di sopra.* GERM. Oben herüber scheinen. HISP. *Resplendecer encima.* ANGL. *To shyne frome aboue.*} Stat. 1. *Sylu.*

——*ipse an puro celsum caput aëre septus,*
Templa superfulgens, & prospectare videris.

Sŭpĕrfundo, is, Super infundo, infuso aliquid addo. {ἐπιχέω. GALL. *Verser & espandre quelque liqueur par dessus.* ITAL. *Spargere qualche liquore*

liquore di sopra. GERM. Vbergiessen/oben darauff schütten. HISP. *Derramar lo liquido encima.* ANGL. *To powre vpon.*} Colum. *lib.* 12. *cap.* 57. Hanc misturam quum in Catillo composueris, oleum superfundito. Liu. 5. *ab Vrbe*, Tum verò iam superfundenti se lætitiæ vix temperatum est: per translationem pro vbertim se ostendenti. Idem *lib.* 5. *decad.* 5. Superfundit se regnum Macedonum in Asiam. ¶ Superfusus Tyberis, inundans. Idem 7. *ab Vrbe*, Quinetiam quum medios ludos Circus Tyberi superfuso irrigatus impedisset. Superfusi hostes. Idem 9. *bell. Macedon.* Gens superfusa montibus Caucasiis, hoc est, conspersim fusa. Plin. *lib.* 6. *cap.* 13. ¶ Corpora dicuntur superfundi, à Senec. *de tranquill. vita*, quæ sunt nimiæ vastitatis. Habiliora, inquit, sunt corpora pusilla, (bello sup.) quæ in arma sua contrahi possunt, quàm quæ superfunduntur.

Sŭpergĕro, is, ere, Superiacio, & quasi aggregatim superimpono: nam propriè de terra dicitur. {ἐπιχωννύω. GALL. *Porter ou ietter dessus.* ITAL. *Portare ò gittare di sobra.* GERM. Oben darauff werffen/oberdecken. HISP. *Traer ò poner encima.* ANGL. *To beare vpon.*} Colum. *lib.* 11. *cap.* 3. Prædicti deinde funes de tabulato prompti explicantur, & in longitudinem per vtrunque sulcum porrecti obruuntur: sed ita vt non nimium supergesta terra semina spinarum, quæ inhærent toris funiculorum, enasci possint.

Sŭpergrădĭŏr, siue supergredior, supergrederis, Transeo, supero. {ὑπερβαδίζω, ὑπερβαίνω, ὑπερβαίνω. GALL. *Marcher par dessus.* ITAL. *Caminare di sopra.* GERM. Etwar auffgehn/ober außhin gehn. HISP. *Ir por encima.* ANGL. *To go beyonde or vpon.*} Plin. *lib.* 28. *c.* 7. Arbortum facit illitus, aut si omnino prægnans supergrediatur. Stat. 5. *Sylu.*

Ora supergressus Pylij senis.

Supergredi omnem laudem, Excellere. Quint. *lib.* 6. *in Proœm.* Supergraditur mediocritatem, Apuleius *Apolog.* 1. ¶ Supergredi pœnam, pro minuere, Suet. *in Claud. c.* 14. In maiore fraude conuictos legitimam pœnam supergressus, ad bestias condemnauit.

SVPERIACIO, Superpono, vel superextendo. {ἐπιβάλλω. GALL. *Ietter par dessus.* ITAL. *Sopraporre.* GERM. Vberwerffen/darauff werffen. HISP. *Sobreponer.* ANGL. *To lay or cast vpon.*} Columell. *lib.* 2. *cap.* 3. Quæque temporibus autumni frutetis, & arboribus delapsa folia superiaciebantur, mox conuersa vomeribus, &c. Idem *lib.* 2. Seminibúsque de tabulato superiectis.

Sŭpĕriacto, as, frequentatiuum. {ὑπερπηδάω. GALL. *Se ietter par dessus.* ITAL. *Gittarsi di sopra.* GERM. Vberspringen. HISP. *Sobreponerse, ò echarse encima.* ANGL. *To cast often vpon.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 15. Quod & aliàs faciunt, aliorum vim timentes, mugiles maximè, tam præcipuæ velocitatis, vt transuersa nauigia interim superiactent, id est, transiliant.

Sŭpĕriectŭs, us. {ὑπέρβασις. GALL. *Iettement ou sautement par dessus.* ITAL. *Esso gittarsi ò saltare per di sopra.* GERM. Vberspringung. HISP. *Obra de echarse ò saltar por encima.* ANGL. *Casting vpon or ouer.*} Colum. *lib.* 6. *c.* 36. Ita enim efficitur, vt eius obiectu, quum mas etiam superiectu eblanditus est, velut incensus obcæcatus cupidine subtracta quam petierat, fastiditæ imponatur equæ.

Superiectio, nis, fœm. gen. idem, Quint. *lib.* 8. *cap. vlt. de hyperbole*, Et hæc ementiens superiectio.

Sŭpĕrillĭgo, are, idem quod superligo. {ὑπερδέω. GALL. *Lier par dessus.* ITAL. *Ligare di sopra.* GERM. Darauff binden. HISP. *Atar por de sobre.* ANGL. *To binde vpon or mak fast.*} Plin. *lib.* 29. *cap.* 3. Eadem cum oleo trita, ignes sacros leniunt, betæ foliis superligatis.

Sŭpĕrillĭno, is, {ἐπιχρίω. GALL. *Oindre par dessus.* ITAL. *Vngere.* GERM. Darauff streichen/ oder schmieren. HISP. *Vntar.* ANGL. *To anoynt ouer or vpon.*} Plin. *lib.* 30. *c.* 12. Reduuias, & quæ in digitis nascuntur pterygia, tollunt canini capitis cinis, & vulua decocta in oleo, superillito butyro ouillo cum melle.

Sŭpĕrimpĕndēns, participium. {ἐπικρεμάμενος. GALL. *Pendant par dessus.* ITAL. *Pendente di sopra.* GERM. Vberein hangend. HISP. *Colgado ò suspenso de sobre.* ANGL. *Hanging vpon or aboue.*} Catul. *Argon.*

Confestim Peneos adit viridantia Tempe,
Tempe quæ sylua cingunt superimpendentes.

Sŭpĕrimpōno, Impono. {השים *hesim.* ὑπερτίθημι. GALL. *Mettre dessus.* ITAL. *Metter di sopra.* GERM. Oben darauff thun/oder legen. HISP. *Poner encima de otra cosa.* ANGL. *To put vpon.*} Liu. 1. *bell. Pun.* Et Sardiniam inter motum Africæ fraude Romanorum stipendio etiam superimposito interceptam.

Sŭpĕrincīdo, is, Desuper in rem aliquam incido. {ὑπερεμπίπτω. GALL. *Cheoir dessus ou par dessus.* ITAL. *Cadere di sopra.* GERM. Oben darauff fallen. HISP. *Caer sobre algo.* ANGL. *To fall downe vpon.*} Liu. *lib.* 2. Multísque superincidentibus telis, incolumis ad suos tranauit. Columell. *lib.* 4. *c.* 9. Ne si transuersa fuerit cicatrix, cælestem superincidentem aquam contineat.

Sŭpĕrindīco, is, superindicere. {πάλιν παραγγέλλω, προσαγγέλλω. GALL. *Denoncer, & signifier outre, d'auantage, & d'abondant.* ITAL. *Annontiare, manifestare d'auantaggio.* GERM. Weiter ansagen/ darûber anzeygen. HISP. *Denunciar y manifestar mas.* ANGL. *To denounce and warne moreouer.*} Vlpian. *in l. si duo §. vltim. ff. de iureiurando.* Imperator noster cum patre rescripsit, fustibus eum castigatum dimitti, & ita ei superindici, προπετῶς μὴ ὄμνυε, id est, petulanter ne iurato.

Sŭpĕrindūco, Superiniicio. {ἐπενάγω. GALL. *Mettre dessus.* ITAL. *Soprametter.* GERM. Oben darauff fûren/oder werffen. HISP. *Sobreponer.* ANGL. *To lay vpon or couer.*} Plin. *lib.* 15. *c.* 17. Duum pedum terra superinducta. Quintil. Superinducti corporis species.

Sŭpĕrinductĭo, quæ superscribendo lituris atque inductionibus adiicitur scriptura. Vlpianus D. *lib.* 28. *tit.* 4. *lib.* 1. Et ideo etsi nouissimè, vt solet, testamento fuerit ascriptum, lituras, inductiones, superinductiones ipse feci.

Sŭpĕrindŭo, is, Super cætera vestimenta induo. {עטה *batáh.* ἐπενδύω. GALL. *Vestir par dessus.* ITAL. *Vestire di sopra.* GERM. Vber anders anlegen. HISP. *Vestir encima.* ANGL. *To put vpon.*} Sueton. *in Neron. cap.* 48. Vt erat nudo pede atque tunicatus, penulam obsoleti coloris superinduit.

Sŭpĕringĕro, is, Aggregatim superimpono. {ἐπισωρεύω. GALL. *Mettre & accumuler par dessus.* ITAL. *Accumulare di sopra.* GERM. Darûber hâuffen. HISP. *Amontonar encima.* ANGL. *To heap vpon.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 30. Sunt qui leguminum aceruos superingerant.

Sŭpĕriniicĭo, is, Desuper iniicio. {ἐπιβάλλω. GALL. *Ietter par dessus.* ITAL. *Gettar sopra.* GERM. Darûber werffen. HISP. *Echar encima.* ANGL. *To cast in vpon.*} Virg. 4. *Georg.*

——raras superiniice frondes.

Ouid. 5. *Fast.*

Tum superiniecta texêre madentia terra.

Plin. *lib.* 18. *c.* 9. Farinæ vice cribris superiniici. Ouid. 6. *Fast.*

Sed superiniectis quis latet iste togis?

Sŭpĕrintĕgo, is, Supernè intego. {ἐπισκεπάζω. GALL. *Couurir par dessus.* ITAL. *Coprire di sopra.* GERM. Oben darauff decken. HISP. *Cubrir encima.* ANGL. *To couer ouer.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 9. Ora vtrinque lapidibus staturninari, & alio superintegi.

Sŭpĕrintŏno, as, Desuper tono. {ἐπιβροντάω. GALL. *Tonner d'en-haut.* ITAL. *Tonare in alto.* GERM. Oben abhin tônen/oder dondern. HISP. *Tronar encima.* ANGL. *To thunder frome aboue.*} Virg. 9. *Æneid.*

Dat tellus gemitum, & clypeum superintonat ingens.

Sŭpĕrinŭngo, is. {ἐπαλείφω. GALL. *Oindre par dessus.* ITAL. *Vngere.* GERM. Vbersalben/darûber schmieren. HISP. *Vntar encima.* ANGL. *To smere vpon or ouer.*} Cels. *lib.* 7. *c.* 7. Dein superinungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi superinunguntur.

Sŭpĕrĭŏr, Superius, vide *Supra.*

Sŭpĕriumentarĭŭs, ij, m. g. {ὁ ἱπποκόμος, vel κτηνοτρόφος ἱπποφορβός. GALL. *Muletier, valet d'estable.* ITAL. *Mulattiere.* GERM. Ein roßtreiber/ mauleselt treiber. HISP. *Azemilero, ò mulatero, harriero.* ANGL. *A stable boye.*} Suet. *in Claudio, c.* 2. Quem barbarum & olim superiumentarium ex industria sibi appositum, vt se quibuscunque de causis quàm sæuissimè coërceret, ipse quodam libello conqueritur.

Sŭpĕrlacrymo, Lacrymando irrigo. {ἐπιδακρύω. GAL. *Pleurer dessus.* ITAL. *Lacrimare, piagnere di sopra.* GERM. Darûber weynen. HISP. *Llorar de sobre, ò encima.* ANGL. *To weepe mereouer or vpon.*} Col. *lib.* 5. Optimum est igitur, medio ferè internodio subsidiarium tondere palmitem, deuexaque, resectionem facere post gemmam, ne superlacrymet, & germinantem cæcet oculum.

Superlatiuus, a, um, superlationem significans: vt gradus comparationis supremus. Græcos ὑπερθετικός. In tropis ὑπερβολικός.

Sŭpĕrlīmĭnārĕ, is, neutr. gener. Limen ostij superius, hoc est, lignum siue lapis, qui postibus superincumbens, iugi formam efficit. {ὑπέρθυρον. GALL. *Le linteau de dessus l'huis.* ITAL. *Soglia di sopra.* GERM. Die oberschwell einer thûr. HISP. *El vmbral encima la puerta.* ANGL. *The lintel of a dore or transome.*} Plinius *lib.* 29. *cap.* 4. Priuatímque ouilibus circumlatum toties, & pedibus suspensum sursum in superliminari.

Sŭpĕrlĭno, à quo participium, Superlitus. {ὁ ἐπικεχρισμένος, καταπλασσόμενος, καταπλασθεὶς, ἐπιχρισθεὶς. GALL. *Oint ou appliqué dessus.* ITAL. *Onto di sopra.* GERM. Vberstreichen/ oder vbersalben. HISP. *Vntado encima.* ANGL. *To smere vpon.*} Plin. *lib.* 22. *cap.* 23. Vel per se visco superlitum vt hæreat. Idem *lib.* 27. *cap.* 5. Bibitur radix trita & in vino decocta, & aliquando superlinitur, quod Dioscorides καταπλάσσεται appellat.

Sŭpĕrmāndo, is, ere, Post rem aliquam mansam aliam mando, Superedo. {ἐπιμασάομαι. GALL. *Manger, ou mascher apres.* ITAL. *Remasticare.* GERM. Darauff kewen/oder essen. HISP. *Mascar otra vez.* ANGL. *To eat moreouer or to there after.*} Plin. *lib.* 3. *cap.* 6. Qui puram dedêre, raphanos supermandi, mulso aceto iubent, vt ad vomitiones reuocent.

Sŭpĕrmĕo, as, Superfluo, siue superlabor. {ὑπερρέω. GALL. *Passer ou couler par dessus.* ITAL. *Ander di sopra, soperchiare.* GERM. Vberhin lauffen/oder fliessen. HISP. *Passar ò andar encima.* ANGL. *To go slip, or runne ouer.*} Plin. *lib.* 2. *c.* 103. Quædam verò etiam dulces inter se supermeant alias, vt in Fucino lacu, &c.

Sŭpĕrmīco, as, supermicare. Antecello. {ὑπερλάμπω, ὑπερλάμπομαι, ὑπερέχω, προέχω. GALL. *Reluire par dessus, surmonter en excellence, estre plus illustre.* ITAL. *Lucere di sopra ò più che vn altro, esser più eccellente & illustre.* GERM. Oberauß gleissen/oder scheinen. HISP. *Luzir y resplendecer sobre algo, for mas excelente, ilustre y esclarecido.* ANGL. *To excell, to surmount.*} Senec. *de benefic. lib.* 3. *cap.* 31. Si quæ reddunt filij parentibus beneficia, eorum non supermicant. *Paulò post dicit* Exuperare.

Supernantia gaudia, vide *Superno, as, infrà.*

Sŭpĕrnās, vide *Supernus, infrà.*

SVPERNATO, as, are, In aquæ alteriúsve liquoris superficie fluito. {צוף *tsaph.* ἐπινήχομαι. GALL. *Nager par dessus.* ITAL. *Nuotare per di sopra.* GERM. Oben auff schwûmmen. HISP. *Nadar encima.* ANGL. *To swimme or flot aboue.*} Colum. *lib.* 12. *c.* 9. Deinde arido spissamento fœniculi sic comprimi, vt ius supernatet. Plin. *lib.* 26. Postea supernatans aqua tollitur spongiis.

Sŭpĕrnātŭs, a, um, adiectiuum, Post alios natus. ἐπιπεφυκώς. Plin. *lib.* 19. *c.* 3. Hoc inciso, profluere solitum succum seu lactis, supernato caule, quem magydarin vocarunt.

SVPERNVS, a, um, Superus. {עליון *Beljón.* ὑπέρτερος. GALL. *Supernel, qui est en haut.* ITAL. *Soprano, chi è in alto.* GERM. Das oben ist. HISP. *Soberano y alto.* ANGL. *That is aboue.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Dentes similes aspidi & serpentibus: sed duo in superna parte dextra læuâque longissimi. Stat. 8. *Theb.*

———Crines à fronte superni.

Ouid. 13. *Metam.* Supernum numen.

Sŭpĕrnās, atis, quod ex loco superiore ortum traxit. {ὁ ἄνωθεν. GALL. *Qui est d'en haut, qui croist en haut.* ITAL. *Chi è vscito di alto.* GERM. Das von den oberen ort hâr ist. HISP. *Cosa soberana y que es de lugar alto.* ANGL. *The highest or vppermost.*} ✠ Infernas, quod natum est in loco inferiori. Sunt autem hæc duo communis generis, sicut Nostras & Vestras: vt, Abies supernas, quæ ad mare superum, hoc est, Adriaticum, nata est: & contrà infernas, quæ nata est ad mare inferum, siue

ſiue Thyrrenum. Plin. *lib. 16. cap. 39.* Ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur.

Sŭpĕrnē, aduerb. Deſuper. {ἄνωθεν. GALL. *D'enhaut.* ITAL. *Di alto.* GERM. Das von oben herab/ Oben hinab. HISP. *Soberanamente y altamente.* ANGL. *On high frome aboue.*} Virg. *6. Æneid.*

———vnde ſupernè

Plurimus Eridani per ſyluam labitur amnis.

Suet. *in Tib. c. 38.* Supernè delapſa ſaxa. Senec. *c. 9. de conſ. ad Marc.* Supernè volantia ſaxa. Liu. *lib. 1. ab Vrbe,* Male ſuſtinenti arma, gladium ſupernè iugulo defigit, iacentem ſpoliat. Idem valet quod ſuprà ἄνω. Plin. Argentum ſupernè innatat, vt oleum aquis.

Superno, as, are. GALL. *Nager au deſſus de l'eau.* Hinc participium Supernans, antis, quo vſus eſt Gell. *cap. 9. lib. 9. noct. Attic.* Gaudia pigra, cunctantia, leuia, & quaſi in ſumno pectore ſupernantia. Galli dicunt, *Ris qui ne paſſe point le nœud de la gorge : qui ne procede du profond du cœur.*

Supernumerarius, a, um, qui ſuper numerum vſitatum accedit. In ſpecie milites accenſi, poſt completum ordinarium numerum.

Sŭpĕro, as, Tranſcendo, ſubeo. {ὑπερβαίνω. GALL. *Surmonter, ſurpaſſer.* ITAL. *Superare.* GERM. Vberſteigen. HISP. *Sobrepujar à otro.* ANGL. *To ouercome.*} Virg. *lib. 3. Georg.*

Superant montes & flumina tranant.

Plinius *lib. 7.* Arbores quidem tantæ proceritatis traduntur, vt ſagittis ſuperari nequeant. Plaut. *Pſeud. ſc. 7. act. 4.* Superauit Troianum dolum Pſeudolus. Idem *Amphitr.* Nam tibi aut acceſſit ſtultitia, aut ſuperat ſuperbia. Idem *Aulul. ſc. 5. act. 4.* Picos diuitiis ſolus ſupero. ¶ Aliquando ponitur pro vnico. {נצח *niſſéach.* ὑπερβάλλειν. GALL. *Vaincre.* ITAL. *Vincere.* GERM. Vberwinden. HISP. *Vencer.*} Virg. *5. Eclog.*

Quid ſi idem certet Phœbum ſuperare canendo?

¶ Item pro abundo. {עדף *hadhéph.* περιγίνομαι.} Virg. *1. Georg.*

Si ſuperent fœtus, pariter frumenta ſequentur.

Saluſt. *Iug. 108.* Et omnes res exequi ſolitus erat, quæ Iugurthæ feſſo, aut maioribus reſtricto ſuperauerunt. ¶ Item pro ſuperuiuo, ſuperſtes ſum, περιγίνομαι. Virg. *3. Æneid.*

Quid puer Aſcanius, ſuperátne & veſcitur aura

Æthereà?

¶ Item reſtare, ſiue ſuperfluere. {נותר *nothár* נאשר *niſchéar.* περισσεύειν.} Cic. Déque eo quod ipſis ſuperat, aliis gratificari volunt. ¶ Item occidere. {המית *hemith.* ἀναιρεῖν.} Virg. *1. Æneid.*

Clam ferro incautum ſuperat.

Sŭpĕrābĭlis, e, quod facilè ſuperari poteſt. {εὐκαταγώνιστος, εὐνίκητος. GALL. *Aiſé à ſurmonter.* ITAL. *Che ſi può vincere ò paſſarui ſopra.* GERM. Das leicht zu vberſteigen/oder vberwinden iſt. HISP. *Coſa que ſe puede ſobrepujar.* ANGL. *That is ouer come eaſitie.*} Liu. *5. bell. Pun.* Simul altitudinem muri, quantum proximè coniectura poterat, permenſus humiliorémque aliquanto priſtina opinione ſua, & cæterorum omnium rarus eſſe, & vel mediocribus ſcalis ſuperabilem, ad Marcellum rem defert. Ouid. *5. Triſt. Eleg. 8.*

Scilicet vt per vim non eſt ſuperabilis vlli,

Molle cor ad timidas ſic habet ille preces.

Superamentum, quod ſuperat, ſuper eſt, ſuperfluum eſt.

Sŭpĕrātŭs, participium, Victus. {מנצח *menutſſách.* ἐπικρατηθείς, ὑπερβληθείς. GALL. *Vaincu, ſurmonté.* ITAL. *Vinto, ſconfitto.* GERM. Vberwunden. HISP. *Vencido.* ANGL. *Ouercome, vanquiſhed.*} vt Bello ſuperatus Amyntor, Ouid. *12. Metam.* Iuſſa ſuperata. Idem *9. Metam.* Idem *13. Metam.*

———Si quæritis huius

Fortuna pugnam, non ſum ſuperatus ab illo.

Sŭpĕrāmentum, i, quod ſuperat & ſuperfluum eſt. {עדף *hodhéph.* τὸ ὑπεράριστον, ἡ ὑπεροχή, ὑπερβολή. GALL. *Le par deſſus, le reſte.* ITAL. *Auanzo, reſtante de qualche coſa.* GERM. Vberbleibete. HISP. *Lo que ſobra, lo reſtante.* ANGL. *That reſteth, the ſuperplus.*} Vlp. *in l. ligni. §. Ofilius. ff. de legat. & fideicom. iij.* Sed ſi voluntas non refragatur, etiam virgulæ & cremia, & ſarmenta & ſuperamenta materiarum & vitium ſtirpes atque radices continebuntur.

Sŭpĕrŏbrŭo, is, Re aliqua iniecta operio. {καταχώω, καταβάλλω. GALL. *Couurir de terre, ou d'autre choſe par deſſus.* ITAL. *Coprire di terra ò d'altra coſa.* GERM. Oben darüber werffen vnd zudecken. HISP. *Cubrir de tierra ò otra coſa.* ANGL. *To ouerwhelme.*} Propert. *lib. 4. Eleg. 4.*

Dixit, & ingeſtis comitum ſuperobruit armis.

Sŭpĕrpendĕo, es, Suprà pendeo. {ὑπερκρέμαμαι. GALL. *Pendre ou eſtre pendu par deſſus.* ITAL. *Soprapendere.* GERM. Oben herfür hangen. HISP. *Eſtar ſuſpenſo encima.* ANGL. *To hang aboue.*} Liu. *4. bell. Maced.* Ita vt quibuſdam locis ſi perperdentia ſaxa, plus in altum, quàm quæ in ſtatione ſunt naues, promineant.

Sŭpĕrpingo, is, Operi iam picto addo. {ὑπεργράφω. GALL. *Peindre par deſſus.* ITAL. *Soprapingere.* GERM. Nach dar zu mahlen. HISP. *Pintar por de ſobre.* ANGL. *To paynt moreouer or vpon.*} Plin. *lib. 35. c. 11.* Nealces Venerem, ſolers hic arte ingenioſo operi ſuperpinxit.

Sŭpĕrpōno, is, Super aliquid colloco. {ὑπερτίθημι. GALL. *Mettre deſſus.* ITAL. *Sopraporre.* GERM. Darauff/oder darüber legen. HISP. *Poner encima de otra coſa.* ANGL. *To lay or put vpon or ouer.*} Plin. *lib. 29. cap. 2.* Tantúmque pollent vt medicamentis quoque ſuperponantur. Colum. *lib. 1. cap. 5.* Sin ſummotus longiùs à collibus erit amnis, & loci ſalubritas, editiórque ſitus ripæ permitteret ſuperponere villam præfluenti. Ouid. *Epiſt. 20.*

Ægra ſuperpoſita membra fouere manu.

Sŭpĕrrādo, is, raſi, raſum, Superficiem rei alicuius rado, vel leuiter incido. {ὑπερξέω. GALL. *Racler par deſſus.* ITAL. *Radere per di ſopra.* GERM. Vberſchaben. HISP. *Raer por encima.* ANGL. *To ſhaue or ſcrape vpon.*} vt, Superradere clauos pedum. Plin. *lib. 22. c. 23.* Perniones ex vino fouet, & ex oleo coctum imponitur: ſic & callo. Clauis pedum ſuperraſis præcipuæ vtilitatis.

Sŭpĕrſcando, is, Surſum aſcendo. {עלה *galáh.* ὑπερβαίνω. GALL. *Monter deſſus ou par deſſus.* ITAL. *Andare ſopra.* GERM. Vberſteigen. HISP. *Andar encima.* ANGL. *To climme vpon.*} Colum. *lib. 11. cap. 3.* Oportebit autem virgeam ſepem interponere, quam ſuperſcandant ſentes vtriuſque ſulci.

Sŭpĕrpondĭum, ij, Auctarium ponderis, quod legitimæ ſarcinæ adiicitur. {ἐπίμετρον. GALL. *Surpois.* ITAL. *Suprapeſo.* GERM. Ein zumäß/vbergewicht. HISP. *Sobrepeſo.* ANGL. *That is caſt to the weight more then the meaſure.*} Eſt autem nomen à pondere deductum ea forma, qua Centumpondium, & Aſſipondium. Apul. *lib. 7.* Exiguum ſcilicet & illud tantæ molis ſuperpondium.

Sŭpĕrſcrībo, is, Supra ſcribo. {ἐπιγράφω, ὑπεράγω, γράφω, ἐπάγω, ἐπιγράφω. GALL. *Eſcrire deſſus.* ITAL. *Scriuere ſopra.* GERM. Vberſchreiben. HISP. *Eſcriuir ſobre.* ANGL. *To writ vpon.*} Modeſt. *in l. 5. ff. de operib. publ.* Ne præſidis quidem nomen licebit ſuperſcribere.

Sŭpĕrſcriptŭs, Suet. *in Neron.* Ita multa & deleta & inducta, & ſuperſcripta inerant.

Sŭpĕrſĕdĕo, ‖vel ſuperſideo, es,‖ Rem inſtitutam omitto : exigítque ferè ablatiuum. {שבת *ſchabáth.* ἐπέχω, ἐπίσχομαι, διαλείπω. GALL. *Surſeoir, ceſſer & ſe deporter de faire quelque choſe.* Item, *S'aſſeoir ſur quelque choſe.* ITAL. *Soprasedere, laſciare.* GERM. Vnderlaſſen/laſſen bleiben. HISP. *Sobreſer.* ANGL. *To leaue of and ceaſe frome doing of a thing.*} Cæſar *lib. 1. Comm.* Et propter multitudinem hoſtium, & propter eximiam opinionem virtutis prælio ſuperſedere ſtatuit. Autor ad Herenn. *lib. 3.* Commodè poterimus principio ſuperſedere. Cicer. *Sulpit. lib. 4. Epiſt.* Tu, ſi videbitur, ita cenſeo facias, vt ſi habes iam ſtatum quid tibi agendum putes, in quo non ſit conſilium tuum coniunctum cum meo, ſuperſedeas hoc labore itineris. id eſt, omittas ad me venire. Liu. *lib. 4. decad. 4.* Superſedere de amicitia agere. Gellius *cap. 13. lib. 19.* Superſedi id dicere. Item, Sueton. *in Auguſt. c. 93.* In peragranda Ægypto paullùm deflectere ad viſendum Apin ſuperſedit. (i. ſuſtinuit, noluit.) ¶ Superſedere interdum eſt ſedere ſuper. Idem *in Auguſt. c. 96.* Aquila tentorio eius ſuperſedens, &c. ¶ Cum accuſatiuo conſtruxit Gell. *c. 29. lib. 2.* quum ait, Alia luce auis in paſtum profecta eſt: cognati & affines operam quam dare rogati ſunt, ſuperſedent. ¶ Hieronymus *contra Iouin.* cum infinitiuo iunxit, Cic. (inquit) rogatus ab Hircio, vt poſt repudium Terentiæ, ſororem eius duceret, omnino facere ſuperſedit, dicens non poſſe ſe vxori & philoſophiæ pariter operam dare. Superſeſſum, Liu. *7. ab Vrb.*

Sŭpĕrſĭlĭo, is, Super re aliqua ſalio, inſilio. {ὑπεράλλομαι, ὑπερπηδάω. GALL. *Saillir deſſus.* ITAL. *Saltare ſopra.* GERM. Etwar auff ſpringen. HISP. *Saltar encima.* ANGL. *To leap vpon.*} Col. *lib. 8. c. 3.* Ea pernicies vt euitetur, perticæ dolantur in quadrum, ne teres leuitas earum ſuperſilientem volucrem non recipiat.

Sŭpĕrſpargo, is, Inſpergo, aſpergo. {נזה *nezáh.* ἐπιπάσσω. GALL. *Eſpandre ou ietter par deſſus, ſaufpoudrer.* ITAL. *Spargere di ſopra.* GERM. Auff etwas ſprengen. HISP. *Derramar encima.* ANGL. *To ſprink vpon or ouer.*} Cato *c. 54.* Quum ſtramenta condes, quæ herboſiſſima erunt, in tecto condito, & ſale ſuperſpargito.

Sŭpĕrſtagno, as, are, Reſtagno, redundo. {ὑπερλιμνάζω, ἐπιλιμνάζω. GALL. *Faire eſtang & ſe desborder par deſſus.* ITAL. *Allagare di ſopra.* GERM. Vber auß ſchwellen. HISP. *Hazer eſtanque y reboſſar encima.* ANGL. *To ouer flow.*} Tacit. *lib. 1.* Si omnis Nar in riuos diductus ſuperſtagnauiſſet.

Sŭpĕrſterno, is, Super extendo. {הציע *hitſsiah.* ὑπερστρώννυμι. GALL. *Eſtendre par deſſus.* ITAL. *Stendere di ſopra.* GERM. Vberſpreiten/oder ſtrewen. HISP. *Eſtender encima.* ANGL. *To ſtraw or couer ouer.*} Liu. *10. ab Vrbe,* Conſulis corpus eo die, quia obrutum ſuperſtratis Gallorum cumulis, inueniri non potuit, &c.

Sŭpĕrſto, as, Supra aliquid ſto. {ἐφίσημι, ὑπερίσημι. GALL. *Eſtre deſſus, eſtre aſſis deſſus ou par deſſus.* ITAL. *Star ſopra.* GERM. Auff etwas ſtehn. HISP. *Eſtar encima de otra coſa.* ANGL. *To ſtand vpon.*} Gellius. Quum ſedenti aquila ſuperſtaret. Liu. *10. bell. Macedon.* Signa alia in circo maximo cum columnis quibus ſuperſtabant, euertit : faſtigia aliquot templorum à culminibus abrupta fœdè diſſipauit. Virg. *10. Æneid.*

Quum congreſſus agit campo, lapſúmque ſuperſtans

Immolat.

Suet. *de Galba, c. vlt.* Senatus vt primùm licitum fuit, ſtatuam ei decreuerat roſtratæ columnæ ſuperſtantem. ¶ Quandoque ſuperſtare, eſt ſupereſſe. περιεῖναι.

Sŭpĕrſtĭto, as, frequentatiuum, Superſtes & incolumis ſum. {נושע *noſchâh.* περιγίνομαι. GALL. *Eſtre ſain & ſaune, ſuruiure.* ITAL. *Eſſer ſaluo.* GERM. Noch geſund vnd bey läben ſein. HISP. *Ser ſaluo.* ANGL. *To be whole and ſaue, to ouerliue.*} Plaut. *Perſ.* Vt mihi ſuperſit, ſuperet, ſuperſtitet. ¶ Antiqui hoc verbo vſi ſunt pro ſeruare, ſiue incolumem præſtare. {הושיע *hoſchiah.* σώζειν.} Enn. *apud Non.* Regnúmque veſtrum vt ſoſpitent, ſuperſtiténtque.

Sŭpĕrſtēs, itis, omnis generis, Quiſquis iam fato functis ſuperuiuit: quaſi mortuis ſuis ſuperſtans. {נושע *noſchah.* περιγινόμενος. GALL. *Sain & ſaune, ſuruiuant.* ITAL. *Poſtero ; ſopraniuente.* GERM. Noch vberig/oder bey läben. HISP. *La perſona que ſobreuiue à otro, el que viue ſobre otro.* ANGL. *He that ouerliueth or remaineth after an others dead, an ouerliuer.*} Quintil. Defuncta vxore, liberis tamen ſuperſtitibus. Ouid. *3. Metam.*

Marte cadunt ſubiti per mutua vulnera fratres,

Quinque ſuperſtitibus.

Virg. *11. Æneid.*

———túque ò ſanctiſſima coniux

Felix morte tua, neque in hunc ſeruata dolorem.

Contrà ego viuendo vici mea fata : ſuperſtes

Reſtarem vt genitor.

Superſtes Reipublic. Cicer. *Torquat. lib. 6.* Quum ſuperſtitem te eſſe Reipubl. ne, ſi liceat quidem, velis. Fama ſuperſtes. Ouidius *3. Triſt. Eleg. 7.*

Me tamen extincto famà ſuperſtes erit.

Idem *3. Amor. Eleg. 14.*

Poſt mea manſurum fata ſuperſtes opus.

Senec. Superſtitem ingenij ſui aliquem facere. Idem *c. 1. de conſol. ad Marc.* Superſtitem in locum filij dolorem tibi feciſti. Idem *cap. 11. de tranq.*

tranq. Factus Crœsus non modò regno, sed etiam morti suæ superstes. Ouid. *Eleg.2.lib.1.Trist.*

Dimidia certè parte superstes ero. (viua vxore.)

Senec. *c.16.de consol. ad Heluiam*, Deos precor vt hunc (nepotem) nobis contingat habere superstitem. ¶ Cum genitiuo, Tacit. *lib.2.* Superstes bellorum. Et Sueton. *in Tib.c.62.* Identidem Felicem Priamum vocabat, quòd superstes omnium suorum extitisset. ¶ Superstes quoque dicitur, qui saluus est, & viuit inter viuos, etiam sine morte suorum omnium. Terent. *in Andr.* Deos quæso, vt sit superstes gloriæ alicuius. Liu. *2. ab Vrb.* Se superstitem gloriæ suæ ad crimen atque inuidiam superesse. ¶ Accipitur interdum superstes pro præsenti. Plaut. Superstitem vtrunque monui, ne iniussi abeant. Seru. *lib.3. Æneid.* Superstes, inquit, præsentem significat. Cic. videtur in eadem significatione vsus pro Murena. Suis vtrisque superstitibus & præsentibus. ¶ Antiqui etiam pro teste posuerunt, autore Festo, Superstites, inquit, testes præsentes significat. Plaut. *in Artemone*, Nunc mihi licet quiduis loqui, nemo hic adest superstes.

Sŭpērstĭtĭo, nis, Falsus Dei cultus, error insanus. {δεισιδαιμονία. Gall. *Superstition.* Ital. *Superstitione.* Germ. Ein aberglaub/ein vnnutzer/oder falscher glaub. Hisp. *Ociosa ò demasiada religion, superstición.* Ang. *Superstition.*} Lucret. superstitionem inde dictam putat, quòd sit superstantium rerum, hoc est, cælestium & diuinarum, quæ supra nos stant, nimis & superfluus timor. Aul. Gel. *lib.10. Noct. Atticarum*, Superstitionem interpretatur importunam, & ineptam religionem, δεισιδαιμονίαν. Cic. *3. Tusc.* Addit superstitio muliebris quædam. *1. de nat. deor.* Horum enim sententiæ omnium non modò superstitionem tollunt, in qua inest inanis timor deorum: sed etiam religionem, quæ deorum cultu pio continetur. Virg. *12. Æneid.*

Vana superstitio superis quæ reddita diuis.

Seruius, A superstite superstitio dicta, quæ anicularum propria est, quæ multis per ætatem superstites sunt, & quæ rebus inanibus addictæ, dum volunt videri, nimis religiosæ fiunt, & ita delirant. Quint. Velut sacramento rogati, aut superstitione adstricti, nefas ducunt à suscepta semel persuasione discedere. Idem Quin. Somniorum superstitionúmque colores. (i. diuinationum & oraculorum.)

Sŭpērstĭtĭōsī, Anili superstitione imbuti, quíque Deum timent in rebus etiam non timendis. {δεισιδαίμονες. Gall. *Superstitieux, trop conscientieux.* Ital. *Superstitiosi.* Germ. Aberglaubig. Hisp. *Religioso demasiadamente.* Angl. *Superstitious.*} De vocis huius origine sic scribit Cicer. *lib.2. de natur. deor.* Non solùm (inquit) philosophi, verumetiam maiores nostri superstitionem à religione separauerunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, vt sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati. Lactantius eos potissimùm superstitiosos dictos existimat, qui superstitem memoriam mortuorum colerent, aut qui parentibus suis superstites imagines eorum domi tanquam deos venerarentur. ¶ Pro Ariolo, Plaut. *Amphitr.* Illic homo superstitiosus est. Idem *Curcul. sc.1.a.3.* Superstitiosus hic quidem verba prædicat.

Sŭpērstĭtĭōsē, aduerbium, Nimia cum religione, aniliter. {δεισιδαιμόνως. Gall. *Superstitieusement.* Ital. *Superstitiosamente.* Germ. Abergläubisch. Hisp. *Superstíciosamente.* Angl. *Superstitiouslie.*} Cicer. *3. de nat. deor.* Neque id dicitis superstitiosè atque aniliter: sed physica constantíque ratione.

Sŭpērstrŭo, is, Superædifico. {ἐποικοδομέω. Gall. *Suredifier.* Ital. *Soprafabricare.* Germ. Auff etwas bawen. Hisp. *Edificar encima de otra cosa.* Angl. *To build vpon.*} Lactant. *lib.6.* Manentibus enim præceptis eorum, quæ solent ad probitatem rectè dari, ignota illis superstruemus ad perficiendam consumendámque iustitiam, quam non tenent.

Sŭpērsum, es, est, fui, Affluo, abundo. {עדף *hadháph* נשאר *nischeár.* περίειμι, περίγινομαι. Gall. *Estre de reste, abonder.* Ital. *Abondare.* Germ. Vberig voll sein/vbereinzig sein. Hisp. *Sobrar.* Angl. *To remaine, to abound.*} Virg. *11. Æneid.*

Auxilióque vrbes Italæ, populique supersunt.

(id est, vt exponit Seruius, Superabundant, adsunt vltra quàm bella deposcunt.) Plaut. *Milit. sc.4.a.2.* Mihi sola ego supersum. (i. non sum docenda, sed plus satis sum docta.) Idem *Menæch. sc.4.a.1.* Affer opsonium tribus quod sit satis, neque desit, neque supersit. Idem *Curcul. sc.1.a.1.* Si quid super illi fuerit, id nobis sat est. Quintilian. Quod somno supererit, non quod deerit, &c. Item Liuius *2. decad. 5.* Corpora quæ cædibus superfuerunt vænundata. ¶ Quod superest, pro Cæterùm, Ouid. *Eleg.1.lib.5.Trist.* ¶ Interdum superesse, significat reliquum esse. περίεστι. Enn. *lib.3. Ann.* Inde sibi memorat vnum superesse laborem. Virg. *4. Æneid.* Nunc desiderium superest. (i. solùm restat.) Ouid. *13. Metam.*

Persi quid superest quod sit sapienter agendum.

Mox, restare. Idem *Eleg.10.lib.3.Trist.* Et superest sine me nomen in vrbe meum. Plaut. *Amphitr. sc.4.a.4.* Vnum superest. (i. restat quærendum.) ¶ Interdum superstitem esse. ἐπιζῶν. Plaut. *in Asin. sc.1.a.1.* Sicut tuum vis vnicum gnatum suæ Superesse vitæ sospitem & superstitem. ¶ Interdum vincere, superiorem esse. {נצח *nistséach.* ἐπικρατεῖν.} Virg. *3. Georg.*

——Ne blando nequeant superesse labori.

id est, vincere laborem. ¶ Interdum superfluum esse, περιττεύειν. Gell. *lib.1.cap.22.* Memini ergo Prætoris docti hominis tribunali me fortè assistere, atque ibi aduocatum reum non habere. Et quum is, qui verba faciebat, reclamasset, Ego illi supersum: respondisse Prætorem festiuiter, Tu planè superes: non ades. hoc est, superuacaneus es. Ex quibus Gellij verbis colligi potest, fuisse nonnullos ea ætate, qui superesse vsurparent, pro eo quod est in iudicio adesse: quos tamen, vt ineptè loquentes irridet. Vsus tamen est etiam hoc verbo in hac significatione Sueton. *in August. cap.56.* Quum Asprenas Nonius actius ei iunctus causam veneficij accusante Cassio Seuero diceret, consuluit Senatum quid officij sui putaret. Cunctari enim se, ne si superesset, eriperet legibus reum: sin deesset, destituere ac prædamnare amicum existimaretur. Et Liuius *5. d. 5.* Satis sibi fore, quòd populo Romano superesset. Sic apud Iurisconsultos sæpè superesse suis rebus, pro consulere & prospicere. ἐφιστάναι τοῖς πράγμασι. ¶ Interdum durare. Virg. *3. Georg.*

Primus eho in patriam mecum, modò vita supersit.

Quod superest, absoluta locutio, inquit Seruius, id est, de reliquo. Virg. *11. Æneid.*

Quod superest, hæc sunt spolia, &c.

Plin. *lib.18. cap.2.* Quod superest, quum omnes qui profitentur, audiero, quid de quoque sentiam, scribam. Cicer. *ad Attic. lib.9.* Quod superest, scribe, quæso, quàm accuratissimè. ¶ Superfore, Scæuola *in l. cred. §. si inter. ff. mandati vel contrà*, Nullam actionem superfore ad recipiendum. ¶ Supersum aliquando dicitur, interposita aliqua dictione, & aliquando pluribus. Plaut. *Curcul.* Siquid super illi fuerit, id nobis satis est. ¶ Quod superest, pro deinceps, postea, λοιπόν. Lucret.

——Neque quod superest pro crescere, alique, i, in reliquum.

Alibi sæpè vsurpat, vt,

Quod superest, si fortè voles variare figuras.

Rursus,

——Neque nobilitas, neque gloria regni,

Quod superest animo quoque ni prodesse putandum.

¶ Superfuturus, Particip. Plin. *lib.11. cap.53.* Sola ex omnibus superfutura.

Sŭpērvăcŭŭs, a, um, Superfluus, non necessarius. {עדף *hodhéph.* περιττός, ἀργός. Gall. *Superflu & ne seruant de rien, inutile.* Ital. *Superuacuo.* Germ. Vnnötig/vnnutz/vberflüssig. Hisp. *Demasiado, y superfluo.* Angl. *Superfluous, vnprofitable, that serueth for nothing.*} Col. *lib.3.* Itaque superuacuum est hoc repetere, iam tradita ratione terebrationis. Ouid. *Eleg.13.lib.3.Trist.*

Ecce superuacuus (quid enim fuit vtile nasci?)

——Natalis adest.

Senec. *cap.3. de tranquill.* Nec tibi grauis eris, nec superuacuus aliis. Idem *cap.11. de tranquill.* Ne in superuacuis, aut ex superuacuo laboremus. *Ibid. cap.12.* Cum superuacua lassitudine domum redire. Ouid. *2. de Pont. eleg.7.*

——sed me timor ipse malorum

Sæpè superuacuos cogit habere metus.

Senec. *cap.1. de consol. ad Marc.* Omnia in superuacuum tanta sunt. Idem *cap.9. de consol. ad Polyb.* Beatior, cui superuacua fortuna est, quam cui parta (aliàs, *parata.*) h. e. beatior est qui nihil desiderat, nec eget. Sueton. *in Tiber. cap.52.* Vt pro superuacuis præclara Drusi facta eleuaret.

Sŭpērŭăcānĕŭs, a, um, Superuacuus. {עדף *hodhéph.* περισσός.} Cic. *Appio*, Confirmata amicitia & perspecta fide, commemoratio officiorum superuacanea est. Idem *1. de natur. Deor.* Quid de reliqua descriptione omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil superuacaneum est? Pro superuacaneo habere. Liu. *10. ab Vrbe*, Cui autem dubium esset vbi vnum bellum sit asperum ac difficile, quum id alteri extra sortem mandetur, quin alter Consul pro superuacaneo, atque inutili habeatur.

Sŭpērŭăcŭo, aduerbium. {ἀλυσιτελῶς, ἐν παρέργῳ, περιττῶς, ἐν περιουσίας, τὸ ἄλυσιν. Gall. *Superfluement, inutilement.* Ital. *Soverchiamente, inutilmente.* Germ. Vnnötigklich/vberflüssigklich. Hisp. *Superflua y desaprouechadamente.* Angl. *Superfluouslie.*} Vlpian. *in l. & si quis §. si plerique, ff. de relig. & sumpt. fun.* Quod si superuacuò fuerit factum, &c.

Sŭpērŭādo, is, ere, Transcendo. {ὑπερβαίνω. Gall. *Aller par dessus, passer outre.* Ital. *Andar su.* Germ. Vberhinein gehn. Hisp. *Subir encima de otra cosa.* Angl. *To go vpon or ouer or beyonde.*} Liuius *1. bell. Macedon.* Quum omnes victi, metúque perculsi ex prælio intra vallum protinus inde superuadentem munimenta victorem hostem fugerent. Salust. *Iugurth. 111.* omnes asperitates superuadere, ac naturam etiam vincere aggreditur.

Sŭpērŭăgŏr, aris, Præter iustum & æquum vagor, superfluo, vel superfluos ramos habeo. {ὑπερπλανάομαι. Gall. *Passer outre mesure, s'estendre trop, outrepasser.* Ital. *Esser tropo vagante.* Germ. Zürauß schweyffen. Hisp. *Ser muy vagabundo.* Angl. *To wander ouer, beyonde, or ouft measure.*} Columell. *lib.4. cap.21.* Quinquennis vineæ non alia est putatio, quàm vt figuretur, quemadmodum suprà instituimus, néve superuagetur.

Sŭpērŭăgānĕŭs, adiect. antiquum à verbo Vagor: vnde auis superuaganea dicebatur ab auguribus, quum è summo cacumine vocem emisisset. Fest.

Sŭpērŭĕho, is, Super aliquid veho. {ὑπεροχέω. Gall. *Porter & charroyer dessus, porter iusques dessus.* Ital. *Portar sopra.* Germ. Vberfüren/oder hinübertragen. Hisp. *Traer encima.* Angl. *To carie or conueigh vpon.*} Catul. *Epig.61.*

Ille quoque euersus mons est quem maxima in oris

Progenies Phthiæ clara superuehitur.

Sŭpērvĕnĭo, is, ire, Ex inopinato venio, de improuiso in aliquid incido. {ἐπέρχομαι. Gall. *Suruenir, venir cependant ou apres.* Ital. *Venir all' improuiso, soprauenire.* Germ. Vnuersähenlich darzu kommen. Hisp. *Sobreuenir.* Angl. *To come vnwares vpon one.*} Horat. *1. Epist.4.*

Grata superueniet, quæ non sperabitur, hora.

Virg. *6. Eclog.*

Addit se sociam, timidisque superuenit Ægle.

Liu. *4. bel. Pun.* Munientibus superuenit Marcellus. Idem *lib.6. decad.4.* Superuenit exponenti. ¶ Superuenire cum accus. succedere, ascendere. Ouid. *10. Metam.*

——nam crura loquentis

Terra superuenit.

Stat. *1. Achil.*

Nescio quid magnum (nec me paria omnia fallunt)

Vis festina parat, teneròsque superuenit annos.

Sŭpērvĕntŭs, us, ipse superueniendi actus. {ἐπέλευσις. Gall. *Suruenue, suruenement.* Ital. *Soprauenimento.* Germ. Zukommung/oder zukunfft. Hisp. *Sobreuenida, obra de sobreuenir.* Angl. *A comming vpon one suddenslie.*} Plin.

Plin.*lib.7.cap.15.* Sed nihil facilè reperiatur mulierum profluuio magis monstrificum. Acescunt superuentu musta, sterilescunt tactæ fruges, &c.

Sŭpĕruēstīo, is, Veste superintego. {ἐπενδύω. GALL. *Vestir par dessus.* ITAL. *Vestire di sopra.* GERM. Oberkleiden. HISP. *Vestir por de sobre.* ANGL. *To put vpon.*} Plin.*lib.16.cap.33.* Imagines rerum tenui filo, breuique & virente superuestient.

Sŭpĕruīuĕrĕ, is dicitur, qui quum iam mortuus videretur, refocillatus resipuit, ac veluti reuixit. ἐπιβιῶ. Imò superuiuere eum dicimus, qui post ruinam & interitum hominis alicuius, siue imperij, siue vrbis viuit. Suet.*in Cæsar.c.vlt.* Percussorum autem ferè, neque triennio quisquam amplius superuixit, neque sua morte defunctus est.

Sŭpĕrungo, {ἐπαλείφω, ἐπιχρίω. GALL. *Oindre par dessus.* ITAL. *Vngere di sopra.* GERM. Obersalben/oberschmieren. HISP. *Vntar por de sobre.* ANGL. *To anoynt or smere ouer or vpon.*} Cels.*lib.7.c.1.* Deinde superungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi superungantur.

SVPERVŎLO, as, Supra aliquid volatu feror. {ὑπερπέτομαι, ἐπιπλέω. GALL. *Voler par dessus.* ITAL. *Volare di sopra.* GERM. Oberfliegen. HISP. *Volar encima de otra cosa.* ANGL. *To flee ouer.*} Plin.*lib.7.cap.24.* Superuolantes quamuis altè, pernicitérque, alites haustu raptas absorbeant. Ouid. 4.*Metam.*

Despectat terras, totúmque superuolat orbem.

Plin. *lib.10.cap.33.* Perdices concipiunt superuolantium afflatu, sæpè voce tantùm audita masculi. Gell. *c.12. lib.10.* Accipitrem auem rapidissimam à Chamæleonte humi reptante si eum fortè superuolet, detrahi, & cadere vi quadam in terram, cæterísque auibus laniandum sese sponte sua obiicere & dedere.

Sŭpĕruŏlĭto, as, frequentatiuum. {πολλὰς ἐφίπταμαι. GALL. *Voler souuent par dessus.* ITAL. *Volare spesso per di sopra.* GERM. Offt/vnd dick vber etwas fliegen. HISP. *Volar encima muchas vezes.* ANGL. *To flee ouer often.*} Virg.6.*Eclog.*

———*& quibus antè*
Infelix sua tecta superuolitauerit ales.

Sŭpĕruŏluo, is, ere, Suprà voluo. {ἐπικυλινδέω. GALL. *Rouler par dessus.* ITAL. *Voltar di sopra.* GERM. Oberwältzen. HISP. *Buluer encima de otra cosa.* ANGL. *To tumble or roll vpon or ouer.*} Col.*lib.11.c.3.* Potest etiam citra hanc operam fieri crispum qualitercunque satum, si quum est natum, incrementum eius superuoluto cylindro coërceat.

SVPĔRVS, a, um, A super fit. ✠ Inferus. {עליון *Beljón.* ὁ ἄνω. GALL. *Qui est en haut, hautin, esleué, celeste.* ITAL. *Di sopra, sourano.* GERM. Das ober oder hoche. HISP. *Cosa de arriba.* ANGL. *That is highest or aboue.*} vt, Mare superum, Sedes superæ, & aura supera. Virg.6.*Æneid.*

——— *facilis descensus Auerni:*
Noctes, atque dies patet atri ianua Ditis:
Sed reuocare gradum, superásque euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est.

Idem 11.*Æneid.*

Velocem interea superis in sedibus Opim
Compellabat, &c.

Idem 6.*Æneid.*

———*talis sese halitus atris*
Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat.

Cic.2. *de natur.deorum*, Homo spectator superarum rerum atque cælestium. Idem 4. *Academ.* Nicetas Syracusius, vt ait Theophrastus, cælum, solem, lunam, stellas, supera denique omnia stare censet: neque præter terram, rem vllam in mundo moueri. ¶ Supera, orum, pro cælo, substantiuè. Virg.6.*Æneid.*

Omnes cælicolas, omnes supera alta tenentes.

Cic.1. *Tusc.* Nihil enim habent hæc duo genera proni, & supera semper petunt. ¶ Superum mare, idem est cum Adriatico: ita dictum, quòd Italiam suprà, hoc est, ab Ortu alluat: ἀδριατικὸς πέλαγος, quemadmodum mare Tyrrhenum ab Occasu, quod ideo inferum appellatur. Plaut. *Menæch.sc.1.a.2.* Istros, Hispanos, Massilienses, Illyricos, Mare superum omne Græciámque exoticam, Orásque Italicas omnes, quàs aggreditur mare, Sumus circunuecti. Idem Plaut. *Amph.* De supero: (i.de tecto.)

Sŭpĕri, orum, pluraliter, & substantiuè: Cælestes, siue viui, & qui inferis superiores sunt. {עליונים *Beljonim.* οἱ ἄνω, οἱ ἄνωθεν. GALL. *Qui sont en haut, celestes.* ITAL. *Chi sono in alto, celesti.* GERM. Die in der höche sind/des himmels einwohner. HISP. *Celestiales, de arriba.* ANGL. *The saintes or holie companie of heauen.*} Virg.5.*Æneid.*

Attonitis hasêre animis, superósque pacati
Trinacrij Teucrique viri.

Ouid.1.*Metam.* Talia quærentes (sibi enim fore cætera curæ) Rex superûm trepidare vetat. Idem 1.*de Ponto, eleg.1.* Ipsa mouent animos superorum numina nostros. Idem 13.*Metam.*

Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.

¶ Apud superos. (i.in vita.) Velleius. ¶ Contrà inferi, orum, pro Manibus siue mortuis accipi solent. Plin.*lib.12.c.18.* Felix appellatur Arabia falsi & ingrati cognominis, quæ hoc acceptum superis ferat, quum plus ex eo inferis debeat.

SVPĪNVS, a, um, qui dorso incumbit, ita vt faciem, ventrémque habeat cælum versùs spectantem. ✠ Pronus. {ὕπτιος, κύμβαχος. GALL. *Couché le ventre en haut.* ITAL. *Co'l ventre in su, supino, à rouescio.* GERM. Rucklingen/mit dem bauch vbersich. HISP. *Cosa papo arriba ò trastornada, cosa panda, buelta hazia arriba.* ANGL. *That lyeth on his back, and his face vpward.*} Vnde dictus supinus; vide apud Gellium *cap.9. lib.13.* Iuuen.*Sat.3.*

Cubat in faciem, mox deinde supinus.

Cicer.*de Diuin.* Nam si omne animal (vt vult) ita vtitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino: membráque quo vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit: eáque antè efficit penè, quàm cogitat: quanto id Deo est facilius, cuius numini parent omnia? Manus supinæ. Liu.6.*bell.Pun.* Vndique matronæ in publicum effusæ, circa deûm delubra discurrunt, crinibus passis aras verrentes, nixæ genibus, supinas manus ad cælum ac deos tendentes. Virg.3. *Æneid.*

———*tendóque supinas*
Ad cælum cum voce manus.

Liuius *lib.10.bell.Pun.* Supinus iactus teli. ¶ Et quoniam supinus ille recubitus indicium est hominis soluti & otiosi, factum est, vt supinum pro molli, delicato, otioso, & negligenti ponamus. {עצל *Batsél.* ῥᾴθυμος. GALL. *Otieux, paresseux, negligent.* ITAL. *Otioso, negligente.* GERM. Hinlässig/müssig/der alle viere von faulkeit von im streckt. HISP. *Perezoso, negligente, descuydado.* ANGL. *Idle slouthfull.*} Sen. *ad Luc.* Est quidem, mi Lucili, supinus & negligens, qui in amici memoriam ab aliqua regione admonitus, reducitur. Iuuen.*Sat.1.*

Et multum referens de Mecœnate supino.

Quintil. Tarda & supina compositio. Idem, Supini securíque. ¶ Inde supinior, oris, comparatiuus. Mart.*lib.2.*

Nusquam deliciæ supiniores.

¶ Supinus item accipitur pro accliui, siue montoso. Horat.*lib.1.Carm.*

Seu mihi frigidum Præneste, seu Tybur supinum.

Fuit enim Tybur ciuitas in ascensu collis posita, cuius etiam hodie ruinæ conspiciuntur. ¶ Supina vallis, Liuius *lib.7. ab Vrb.* ¶ Supinus Persius dixit pro superbus, *Sat.1.*

———*Italus quod honore supinus*
Fregerit heminas Areti ædilis iniquas.

Supinitas, atis, Quintil. Supinitas omnis odiosa.

Sŭpīnum, à quibusdam dicitur verbum participale, sicut gerundia, participalia nomina appellantur. Habet autem duas terminationes, um, & u: vt, Lectum, lectu. Quod in um finitur, habet significationem actiuam. Salust. Legatos ad Iugurtham de iniuriis quæstum misit. id est, qui quererentur, vel questuros, μεμψομένους. Idem, Non mea culpa sæpè ad vos oratum mitto, P.C. hoc est, qui orent, siue oraturos. παρακαλέσοντας. Do filiam nuptum dicimus, hoc est, quæ nubat. Do venum, vendo. Spectatum admissi sumus: id est, vt spectemus. ¶ Quod verò in u finitur, significationis passiuæ est, iungitúrque nominibus adiectiuis, Virg.3.*Æneid.*

Nec visu facilis, nec dictu affabilis vlli.

hoc est, qui nec videri, nec dici facilè possit. Plin. Accipenser piscis rarus inuentu. hoc est, qui rarò inuenitur. Dicimus præterea, Dignum, siue indignum relatu, hoc est, quod referatur. Impium factu, si fiat. Horrendum aspectu, si aspiciatur. Iucundum cogitatu, si cogitetur. Obscœnum visu, si videatur, & sic de reliquis.

Sŭpīno, as, Supinum colloco. {ὑπτιάζω. GALL. *Renuerser, courber à l'enuerse ou en arrire.* ITAL. *Rouesciare, piegare al rouescio.* GERM. Auff den rucken nider werffen. HISP. *Trastornar, plegar al reues.* ANGL. *To lay the bellie vpward.*} Stat.*lib.6.Theb.*

Præcipitátque retrò iuuenum, atque in terga supinat.

Sŭpīnŏr, aris, ari, passiuum est verbi Supino, Supinus fio. {ὑπτιάζομαι. GALL. *Estre renuersé & couché le ventre en haut.* ITAL. *Esser rouesciato.* GERM. Hindersich gekert werden. HISP. *Ser trastornado.* ANGL. *To be layde with the face vpward.*} Horat.*Serm.Sat.7.*

Nasum nidore supinor.

Vbi Acron.interpres, Nasum (inquit) nidore supinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Supinari igitur est erigi, & Supinum fieri. Accusatiuum verbo addidit passiuo, quemadmodum & Virg.7.*Æneid.*

Loricam induitur, fidóque accingitur ense.

Stat.*lib.12.Thebaid.*

Iámque supinantur fessis, latéque fatiscunt
Penthei deuexa iugi.

Sŭpīnātus, a, um, particip. {ὑπτιασμένος. GALL. *Renuersé, courbé à l'enuers ou en arriere.* ITAL. *Rouesciato, piegato al rouescio.* GERM. Hindersich als auff den rucken gewendt. HISP. *Trastornado doblado al reues.* ANG. *Layed with the face vpward.*} Virg.2.*Georg.*

Antè supinatas Aquiloni ostendere glebas,
Quàm latum infodias vitis genus.

Stat.5.*Thebaid.*

Incertúsque sui liquidum nunc aëra lambit
Ore supinato, nunc arua gementia radens,
Pronus adhæret humo.

Quintil. Supinata manus, quæ alibi pandata.

‖Supo, sipo, Fest. Supat, iacit.‖

Suppalpor, aris, ari. Plaut. *Milit.sc.2.a.1.* Occœpit eius matri suppalparier.

SVPPĂR, is, ex sub, & par, Propemodum æqualis. {πάρισος. GALL. *Presque pareil.* ITAL. *Che si vguale.* GERM. Minder/vnd mehr gleich. HISP. *Cosa casi ygual à otro.* ANGL. *Almost equall.*} Cicer. *de Clar. Orator.* Huic ætati suppares Alcibiades, Critias, Theramenes. Velleius, Suppari ætate.

‖Suppara, vela, & velorum supplementa, & summæ partes. Turn.‖

Supparaia vestis quæ superinduitur. Gloss. Isid. ‖In iisdem *superaria.* id vide.‖

Supparo, in locum paro. Gl. Isid.

Sŭppărăsītŏr, aris, Subseruio, obsequor tanquam parasitus. {ὑποπαρασιτέομαι. GALL. *Complaire & accorder tout pour auoir la repuë franche, seruir de flateur.* ITAL. *Andare à verso, compiacere ad alcuno.* GERM. Schmeychlen/oder liebkosen als ein tellerschläcker. HISP. *Truhanear à otro, truhan por causa del comer.* ANGL. *To agree in all thinges to one, and flatter him to haue his repast free.*} Plaut. *in Amphitr.* Accedam, atque hanc appellabo, & supparasitabor patri. *Ibidem,* Amanti supparasitor, hortor, asto. Idem *Milit.sc.3.a.2.* Sed hic illi supparasitatur semper.

Sŭppărŭs, vel Supparum, Genus togæ leuis & angustæ, inde dictum, teste Varr. *lib. 4. de ling. Latin.* quòd suprà induatur. {ἐπένδυτον. GALL. *Vn roquet, habillement de femme qui estoit de toile estroit & leger.* ITAL. *Habito antico da donna di lino.* GERM. Ein vberkittlin/ein leicht/eng/aber lang vberkleid/kittel. HISP. *Camisa de lino propria de muger.* ANGL. *A smok.*} quemadmodum subucula, quòd subtus induatur. Lucan.2.*Pharsalia,*

Suppara, nudatos, cingunt angusta lacertos.

¶ Festus supparum vestem puellarem lineam interpretatur, eandémque esse existimat cum ea, quæ & subucula & camisia dicitur. Quam sententiam

sententiam hoc Afranij testimonio fulsit: Puella non sum, supparo si induta sum. ¶ Est & supparum nauium insigne, teste Senec. *lib.* 11. *Epist.* {Gall. *Le plus haut voile de la nef.* Ital. *Trauersa ò più alta vela della naue.* Germ. Das oberist segeltuch. Hisp. *Vela alta ò tinda de la nao.* Angl. *The toppe sayle of a shipe.*} Sunt enim suppara summa vela, quæ cæteris annectuntur, & quæ super antennas explicantur. De quibus Lucanus *lib.* 5.

———imaque pandens
Suppara velorum perituras colligit auras.

Statius 3. *Syluar.*

Vos summis annectite suppara velis.

Senec. *Epist.* 78. Supparum intendere nauibus Alexandrinis. Idem pro summa veli parte posuit.

Sūppĕdānĕum, dicitur id quod pedibus subiicitur, dum sedemus, ὑποπόδιον.

Sŭppĕdĭto, as, Suggero, ministro. {נתן *nathán.* ἐκπορίζω, χορηγέω, ἐπαρκέω. Gall. *Bailler & fournir.* Ital. *Dare, subministrare.* Germ. Darreychen/Darliferen/vnderschub geben. Hisp. *Administrar, dar lo que otro ha menester.* Angl. *To furnish.*} Varr. 2. *de re rust.* Largiore cibatu sustentare debet, quò faciliùs lac suppeditare possit. Cic. *ad Treb. lib.* 7. *Epist.* An hoc significas, nihil fieri, frigere te, ne chartam quidem tibi suppeditari? id est, chartam tibi deesse. Idem *ad Att. lib.* 11. Et velim, quoad poteris, consideres, vt sit, vnde nobis suppeditentur sumptus necessarij. Quint. *lib.* 2. *c.* 2. Licèt enim satis exemplum ad imitandum ex lectione suppeditet: tamen viua illa, vt dicitur, vox alit pleniùs. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Luxuriæ sumptus suppeditare vt possies. ¶ Suppeditare, neutrum absolutum, pro sufficere, satis esse. ἐπαρκεῖν. Cic. 1. *Offic.* Ob eásque causas studeat parare ea, quæ suppeditant & ad cultum, & ad victum. Plaut. *in Asin.* Clamore ac stomacho non queo labori suppeditare. ¶ Interdum ponitur pro opprimere, siue supplantare. ὑποσκελίζω. Cicer. Nunc video in iudicio mecum contendere non vis, vbi suppeditare turpissimum, superare pulcherrimum est.

Sūppĕdĭtŏr, aris, deponens, idem. Cicer. *ad Attic. lib.* 14. De Patulciano nomine quod mihi suppeditatus es, gratissimum est, & simile tuorum omnium.

Sūppĕdĭtātĭo, verbale, Subministratio. {χορηγία, πορισμός. Gall. *Fournissement.* Ital. *Esso fornire ò dare.* Germ. Dargebung/Darreychung. Hisp. *Obra de administrar y dar lo que otro ha de menester.* Angl. *A furnishing.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Quæ ergo vita? Suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interuentu.

Suppédo, non nihil pedo, tanquam ὑποπέρδω.

Suppĕllo, is, puli, sum, verbum modò honestum, modò turpe. Cic. *ad Pætum, lib.* 9. Quòd ipsa res modò honesta, modò turpis? suppellere, flagitium est: iam erit nudus in balneo, non reprehendes.

Supperno. Festus, Suppernari dicuntur, quibus femina sunt succisa in modum suillarum pernarum.

Suppes, suppum pis, hoc est, supinis pedibus. Gl. Isid.

Sŭppĕto, is, Latenter, seu per fraudem peto. Sic dictum, quia subest quod petimus. {ὑπαιτέω, παραιτέω. Gall. *Demander à fausses enseignes.* Ital. *Dimandare con inganno.* Germ. Heimlich/ oder mit einem betrug begehren. Hisp. *Demandar engañosamente.* Angl. *To ask by fals tokens.*} Vlpian. *de furtis*, Apud Labeonem relatum est, si filiginario quis dixeris, vt si quis nomine eius filiginem petisset, ei daret. Et quidem ex transeuntibus quum audisset, petiit eius nomine & accepit, furti actionem aduersùs eum, qui suppetiit filiginario competere non mihi. Non enim mihi negotium, sed sibi filiginarius gessit. ¶ Suppetit verò in tertia persona, & suppetunt, significat in promptu est, adest, sufficit, satis est. {די *dai.* ἐπαρκεῖ, πάρεστι.} ✕ Deficit, & Deest. Horat. 1. *Epist.* 12.

Pauper enim non est, cui rerum suppetit vsus.

Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Quod facto est opus, ægrè suppetit. (de consilio.) Idem *in Prolog. Amph.* Lucrum vt perenne semper vobis suppetat. Gell. *c.* 24. *lib.* 10. & *c.* 16. *lib.* 6. Suppetit mihi illud Cæcilianum ex libro historiarum secundo. (i. mihi occurrit.) Colum. *lib.* 9. *c.* 1. Suppetunt in hanc rem feliciter cætera. Plin. iun. *in Epist.* Cui abundè suppetunt facultates. Liu. 2. *ab Vrb.* Rudis in militari homine lingua, non suppetebat libertati, animóque. ¶ Suppetat superstes vitæ tuæ. Plaut. *in Trin.* Bene hercle denuntias, deósque oro, vt vitæ tuæ superstes suppetat, hoc ..., post te viuat. ¶ Suppetunt dictis data. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Quid morbi est? i. quia non suppetunt dictis data. id est, non dat quod promisit. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Vtinam quæ dicis, dictis facta suppetant. hoc est, vtinam quod dicis, sic se haberet, vel faceres quod promittis. Non suppetit lingua libertati, id est, liberè loqui non potest & pro animi sententia. Liu. 2. *ab Vrbe.*

Sūppĕtĭæ, & in accusatiuo Suppetias, sine aliis casibus, Subsidium, auxilium. {עזר *bézer.* עזרה *bezráh.* ἐπικουρία. Gall. *Aide, secours.* Ital. *Soccorso.* Germ. Hilff/vnderschub. Hisp. *El socorro.* Angl. *Aide, help.*} Plaut. *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Blepharo suppetias mihi.) (sup. fer.) *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Non metuo quin vxori latæ suppetiæ sient. Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5. Ecquis audet mihi suppetias afferre? Idem *ibid.* Tibi suppetias tempore adueni modò. Idem tamen *in Epid.* diuersa esse ostendit, quum ait: Auxilia mihi & suppetiæ sunt domi. Si enim eadem essent suppetiæ & auxilium, alterum vacaret. Rectiùs itaque auxilij nomine intelligimus quod augendarum virium causa alicui summittitur. Suppetias verò eas dicimus, quæ iam laboranti & periclitanti feruntur: quod & subsidium dicimus. Suppetias venire, id est, in subsidium. Cæs. 2. *Comment.* Et nuntiabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias venire.

Sūppĕtĭŏr, aris, Auxilior, succurro. {עזר *bazár.* ἀμύνω. Gall. *Secourir, aider.* Ital. *Soccorrere, aiutare.* Germ. Hilff/oder vnderschub thun. Hisp. *Embiar socorro, ayudar.* Angl. *To aide or help.*} Apul. *lib.* 8. A vobis facilè est suppetiari misertimo seni.

Sŭppĭlo, as, Suffuror, clàm & paulatim surripio. {גנב *ghanáb.* ὑφαιρέω. Gall. *Piller & desrober secretement & en cachette.* Ital. *Rapire, rubbare.* Germ. Heimlich entplünderen/entwehren/stälen. Hisp. *Saltear, hurtar à escondidas.* Angl. *To robbe or steale vnder hand craftely.*} Plaut. *Asinar. sc.* 2. *a.* 4. Suppiles clam vxorem tuam. Idem *Men. sc.* 1. & 2. *a.* 4. Suppiles clam vxorem tuam. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Pallam & aurum suppilas vxori tuæ, *ibid. sc.* 2. *a.* 2. At ille suppilat aurum mihi. Idem *in Trucul.* Hæc quum video fieri, suffuror, suppilo, & de præda prædam facio. Pomp. Sarcularia, Alteram apportat, prodigit partem, suppilat semper. Cæcil. Nauc. Suppilatum esse eum atque ornamenta omnia. Ex Nonio.

Sūpplānto, as, Pede supposito in terram deiicio. {עקב *bakáb.* ὑποσκελίζω. Gall. *Donner le crochet ou le iambet à quelqu'vn, & ruer par terre, tromper.* Ital. *Metter sotto il piede, ingannare.* Germ. Den fuß fürhalten das einer falle. Hisp. *Armar çancadilla, engañar.* Angl. *To cast to the ground by striking foot or legge.*} Cicer. 3. *Officior.* Contendere debet, quàm maximè possit, vt vincat: supplantare enim quum certat, aut manu depellere nullo modo debet. Et quoniam qui in lucta hac ratione superiores euadunt, fraude magis quàm viribus videntur vicisse, factum est vt supplantare accipiatur pro decipere. ¶ Supplantare verba & vocem, est deprimere, & mutatis accentibus certare. Pers. *Satyr.* 1.

Et temerè supplantant verba palato.

Quasi sonus vocis canoræ in vltimo palati cano leniter infringatur, quò iucundior fiat. ¶. Est & supplantare, compositum à verbo *Planto*, idem significans quod sub re aliqua quippiam plantare. ὑποφυλεύειν. Col. *lib.* 3. Et vitem ità supplantato, ne radicem abrumpas.

Sŭpplĕo, es, In deficientis locum aliquid substituo. {מלא *malé.* ἀναπληρόω. Gall. *Remplir, combler, suppleer, & amender ce qui defaut, fournir.* Ital. *Supplire, empire, giugnere.* Germ. Erfüllen/ersetzen. Hisp. *Suplir lo que falta.* Angl. *To fill vp or makenen, to fill the place of him that lacket.*} Virg. *lib.* 3. *Æneid.* Remigium supplet, socios simul instruit armis. Sueton. *in Cæs. c.* 41. Senatum suppleuit, patricios allegit. ¶ Accipitur interdum Supplere pro æquare. Virg. 7. *Eclog.*

Si fœtura gregem suppleuerit aureus esto,

id est, Si tot agnos habuero, quot oues, interprete Seruio. ¶ Aliquando pro implere. Cato *c.* 88. Ibi fiscellam cum sale populari suspendito & quassato, suppletóque identidem. Idem *c.* 69. Facito vt amurcam quotidie suppleas.

Sūpplēmentum, i, quod ad supplendum rei alicuius numerum submittitur: vnde militum & remigum propriè supplementa dicimus, quæ ad iustum numerum explendum succenturiantur. {מלואה *milluáh.* ἀναπλήρωμα. Gall. *Remplage, remplissement, suppleement.* Ital. *Supplimento, aggiunta.* Germ. Ein erfüllung/oder ersetzung eines das vnuolkommen ist. Hisp. *Suplimiento de lo que falta.* Angl. *A filling vp, a supplying.*} Cic. *Appio Pulchro, lib.* 3. Censebant omnes ferè vt in Italia supplementum meis, & Bibuli legionibus scriberetur. Liu. *lib.* 7. *decad.* 5. In supplementum legionum scribere milites. Velleius, Supplementum Coloniæ.

Sūpplĕx, Supplicium, vide *Supplico.*

Sŭpplĭco, as, Humiliter & demissè precor, supplex sum. {התחנן *hithchannén* התפלל *hithpallél.* ἱκετεύω. Gall. *Supplier, requerir humblement, faire requeste.* Ital. *Supplicare, pregare reuerentemente.* Germ. Demütiglich bitten. Hisp. *Suplicar ò rogar con reuerencia.* Angl. *To intreate or request humbly.*} Cicer. *in Lælio*, Quàm multa enim, quæ nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum: precari ab indigno, supplicare, tum acerbiùs in aliquem inuehi. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Quando bene rem gessi, (i. lucrum feci) volo hic in fano supplicare. Sequitur rei diuinæ operam dabo. Idem *Aul. Proleg.* Mihi aut thure, aut vino, aut aliquo semper supplicat. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Quin illa mihi statuis supplicásque: (paulò antè;) immolas bouem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Quem adeat, quem colloquatur, cuíque irato supplicet? Idem *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. Tibi vltrò supplicatum aduenio. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Nec cuiquam homini supplicare certum est mihi. (i. satis sum diues.) Idem *Milit. sc.* 2. *act.* 2. Mulier nunquam olitori supplicat, domi hortum habet. Quintil. Posito genu supplicandum. (Diis sup.) ¶ Supplicare per hostias. Salust. *Iug.* 103. C. Mario per hostias diis supplicanti magna atque mirabilia portendi haruspex dixerat.

Supplicans, antis, Particip. qui supplicat. Terent. *in Eunucho*, iam hæc tibi aderit supplicans vltrò.

Sūpplĭcāri, impersonale, pro supplicationes fieri. Plin. *lib.* 31. *cap.* 1. Iliacis temporibus non supplicabatur thure.

Sūpplĭcāssis, pro supplicaueris, legitur apud Plaut. *in Asin.* Hercle istum dij omnes perdunt, verbo caue supplicassis.

Sūpplĭcātio, nis, ipse supplicandi actus. {תחנה *techinnáh* תפלה *tephillah.* ἱκεσία. Gall. *Supplication, procession, requeste publique.* Ital. *Supplicatione, prego.* Germ. Ein demütige fußfellige bitt. Hisp. *Obra de suplicar, ruego.* Angl. *Humble request or intreatie.*} Supplicationes item ... dicebantur, quando re feliciter gesta, ex Senatusconsulto templa aperiebantur, diuorúmque simulacra in lectulis collocabantur, populo certatim ad puluinaria confluente, diísque suis pro eorum in Rempublicam meritis supplicante, gratiásque agente. Cicer. *in Catil.* Atque etiam supplicatio diis immortalibus pro singulari eorum merito, meo nomine decreta est, Quirites. Cæsar 4. *bell. Gall.* His rebus gestis, ex literis Cæsaris dierum viginti supplicatio à Senatu decreta est. Liuius *lib.* 34. In gratulationibus & supplicationibus ornatæ matronæ.

Supplicamentum, id quod supplicatur. Apul.

Sūpplex, icis, qui alteri abiectè, demissè, & humiliter supplicat, ad pedes sese eius prosternēs, aut genua flectens. {מתחנן *mithchannén* מתפלל *mithpallél.* ἱκέτης, ἱκέσιος. Gal. *Suppliant, requerant à genoux.* Ital. *Supplicheuole.* Germ. Der niderkniet vnd bitt/demütiglich bittend. Hisp. *Humilde y subiecto y deuoto.* Angl. *He that humblie prayeth or requesteth an other.*} Vnde & supplicem dictum putant à supplicandis genibus. Cicer. 3. *Tuscul.* Quum se Alcibiades afflictaret, lacrymánsque Socrati supplex esset, vt sibi, &c. Liu. 7. *ab Vrb.* Veniámque supplex poposci. Stat. 1. *Achil.*

———Supplex miseranda rogabo, &c.

Lacrymæ supplices, Propert. *lib.* 1. *Eleg.* 15. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Nunquam ratus sum fore, vt tibi fierem supplex. Et Velleius, Templi se religioni supplicem credidit. Suet. *in Cæs. c.* 69. Supplices preces. Et Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* His supplices malis, &c. ¶ Libelli supplices, quos vulgus *requestas* vocat. Martial. *lib.* 8. Sed iam supplicibus dominum lassare

lassare libellis Desine,& in patriam serus ab vrbe redi. Vota supplicia. Virg. lib. 8. *Æneid.*

Iunoni fer ritè preces: irámque minásque
Supplicibus supera votis.

Supplicitèr, aduerb. Humiliter, demissè, abiectè. {ὑκετικῶς. GALL. *En suppliant humblement.* ITAL. *Supplicheuolmente, humilmente.* GERM. Mit demütigem vnd fußfelligen bitten. HISP. *Deuotamente, humilmente.* ANGL. *Humblie, with prayer.*} Cæs. 1. bell. Gall. Qui quum eum in itinere conuenissent, séque ad pedes proiecissent, suppliciterque locuti, flentes pacem petiissent, &c. Ouid. *lib.* 1. *de Pont. eleg.* 11.

suppliciter vestros quisque rogate deos.

Virg. 12. *Æneid.*

——— *& aram*
Suppliciter venerans, demisso lumine Turnus, &c.

‖Supplicitus, idem quod suppliciter. Iustinus Historicus *lib.* 14.‖

Supplicium, Supplicatio. Quid propriè sit, docet Quint. *decl.* 6. {תחנה *techinnáh.* ἱκεσία, ἱκετεία. GALL. *Supplication, requeste.* ITAL. *Supplicatione, prego.* GERM. Ein demütige fußfellige bitt. HISP. *Praying, requesting.*} Salust. *in Catil.* Non votis, neque suppliciis muliebribus deorum auxilia parantur: sed vigilando, agendo, bene consulendo prosperè omnia cadunt. ¶ Supplicio afficiendus. (i. supplicatione dignus.) Quintil. & Liuius *lib.* 7. *bell. Pun.* Matronæ suppliciis votísque fatigauere Deos. ¶Supplicia quoque, teste Festo, certa quædam erant sacrificia, à supplicando dicta. Varro, boues ad victimas faciunt: atque ad deorum supplicia. ¶ Vsitatiùs verò supplicium accipitur pro pœna. {ענש *bónesch.* τίμημα, τιμωρία. GALL. *Supplice, peine pour mesfait, punition, amende honorable.* ITAL. *Supplizio, pena, tormento, cruciato.* GERM. Ein leibsstraff/ein pein/oder marter. HISP. *Pena ò tormento.* ANGL. *Punishment.*} Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Dabitur mihi supplicium de tergo vestro. L. Tibi supplicium de nobis detur! Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Nisi mihi supplicium virgarum de te datur. *Ibidem*, Nisi mihi supplicium vlmeum de te datur. Velleius, Meritis pœnas luere suppliciis. Senec. *de consol. ad Polyb. cap.* 9. Omnis vita supplicium est. Velleius, Quem supplicio debuerat, reddidit prælio spiritum. ¶Supplicij satis tulit. (i. pœnæ non irrogatæ.) Cæsar. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

Spero equidem mediis (siquid pia numina possunt)
Supplicia hausurum scopulis.

Horat. 1. *Serm. Sat.* 3.

——— *cur non*
Ponderibus modulísque suis ratio vtitur? ac res
Vt quaque est, ita suppliciis delicta coërcet?

Cic. 7. *Verr.* Includuntur in carcerem condemnati: supplicium constituitur in illos. Idem *lib.* 3. *de nat. deor.* Summo cruciatu supplicióque Qu. Varius homo importunissimus periit.

SVPPLŌDO, is, Pedibus terræ illisis sonitum facio. {ספק *saphák* מחא *machá.* ἐπικροτέω, ὑποκροτέω. GALL. *Frapper du pié contre terre.* ITAL. *Sbattere i piedi.* GERM. Mit den füssen auff den boden klopffen. HISP. *Patear en disfauor.* ANGL. *To stampe on the ground.*} Cic. 1. *de Orat.* Pedem nemo in illo iudicio supplosit: credo ne Stoicis renunciaretur.

‖Supplodere calumniam, id est, supprimere. Macrob.‖

Supplōsĭo, nis, verbale. Ipse actus supplodendi. {ὑποκρότησις. GALL. *Frappement du pié contre terre.* ITAL. *Battimento del piede à terra.* GERM. Das klopffen/ oder tappen mit den füssen auff dem boden. HISP. *Obra de patear assi.* ANGL. *A stamping on the ground.*} Cicer. 3. *de Orat.* Supplosio pedis in contentionibus incipiendis, aut finiendis. Idem, Ex quo vereor ne nihil sim tui, nisi supplosionem pedis imitatus, & pauca quædam verba, & aliquem fortè sonum.

Suppœnĭtĕrĕ, est aliquantulum, vel propemodum pœnitere. {ὑπομεταμελεῖν. GALL. *Se repentir aucunement.* ITAL. *Pentirsi alquanto.* GERM. Zum theil gerewen. HISP. *Arrepentirse vn poco.* ANGL. *To repent somewhat.*} Cic. *Attic.* Iam & illum furoris suppœnitet.

Suppolitor, qui mulierem subigit atque perpolit, quasique perpolit. Laberius, Quænam mens, quæ deliritas vos suppolitores facit cum cano eugio puellitari?

SVPPŌNO, Subtus pono, subiicio. {ὑποτίθημι. GALL. *Supposer, soubmettre, mettre dessous.* ITAL. *Sottoporre, metter sotto.* GERM. Vnderlegen. HISP. *Poner de baxo.* ANGL. *To put vnder, to put in place of an other.*} Cicer. *de nat. deor.* Quinetiam anatum oua gallinis sæpè supponimus, è quibus pulli orti primùm aluntur ab iis, vt à matribus à quibus exclusi, fotíque sunt. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Meliorem, quàm ego sum, suppono tibi. (i. substituo in meum locum qui somnium tuum coniiciat.) Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

Téque Germania tristi caput pedibus supposuisse ducis.

Idem 6. *Fast.*

Et veterem Latio supposuisse Samon. (i. subiecisse.)

¶ Supponere falcem aristis. Virg. 1. *Georg.*

——— *neque antè*
Falcem maturis quisquam supponat aristis,
Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos, & carmina dicat.

¶ Supponere colla iugo, id est, submittere. Ouid. 3. *Amor. eleg.* 9.

Prima Ceres docuit turgescere semen in agris,
Falce coloratas, subsecuitque comas.
Prima iugis tauros supponere colla coëgit,
Et veterem curuo dente reuellit humum.

¶ Supponere aliquid iudicio alicuius, pro permitto, siue committo. Ouid. *Epist.* 15.

Quum Venus & Iuno, & Pallas in vallibus Idæ
Corpora iudicio supposuêre meo.

¶ Supponere item est falsum loco veri subiicere. ὑποβάλλειν. vt, Supponere testamenta, est falsa testamenta supposita persona obsignare, autore Cicer. *pro Cluentio*, Qui supposita persona falsum testamentum obsignare curarit. Idem *in Paradox.* Si socios spolias, ærarium expilas, si testamentum amicorum expectas, aut ne expectas quidem, at ipse supponis. Idem *lib.* 5. *de Legibus*, Ius esset latrocinari, ius adulterare, ius testamenta falsa supponere: si hæc suffragiis, aut scitis multitudinis probarentur.

Suppŏsĭtŭs, & Suppostus, participium, id est, sub alio, vel pro alio fraudulenter positus, subornatus. {ὑποβλητος. GALL. *Mis dessous, supposé, mis faussement en la place d'vn autre.* ITAL. *Posto di sotto, posto falsamente in luogo di vn' altro.* GERM. Betrüglich vnderlegt/ an eines anderen ort geschoben. HISP. *Puesto de baxo à vno por otro falsamente.* ANGL. *Put vnder or put and suborned in place of an other.*} vt, Saxa supposita cælo, id est, tantæ altitudinis, vt supposita cælúmque sustentare videantur. Sil. *lib.* 3. de alpibus intelligit. Cic. 7. *Verr.* Et vt quiuis facilè perspiceret, id ab isto actum esse, vt ille suppositus, facilè & libenter se illum, qui non erat, esse simularet. Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

Hic crudelis amor tauri, suppostaque furto
Pasiphae, mistúmque genus, prolésque biformis,
Minotaurus inest, veneris monimenta nefandæ.

Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Nil ita sublime est, Non sit vt inferius suppositúmque Deo.

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Suppositum stellis nunquam tangentibus æquor
Me sciat in media viuere barbaria.

Suet. *in Galba c.* 4. Supposita colli villa.

Sŭppŏsĭtĭo, nis, verbale, Supponendi actus. {ὑπόθεσις. GALL. *Supposition, mise dessous, ou l'vne pour l'autre.* ITAL. *Esso mettere vna cosa sotto l'altra.* GERM. Vnderlegung. HISP. *Obra de poner de baxo, postura de vno por otro.* ANGL. *Supposition, putting of one thing famed in place of that which is true.*} Col. *lib.* 8. *c.* 5. Semper autem quum supponuntur oua, considerari debet, vt luna crescente, à decima vsque ad quintam decimam id fiat: nam & ipsa suppositio per hos ferè dies commodissima. Plaut. *Capt. sc. vlt. a.* 5. Pueri suppositio, &c.

Sŭppŏstŏr, & Suppostrix, qui falsum aliquid, seu adulterinum pro vero supponit. ὑποβολεύς, ὑποβάλλουσα. Plaut. *in Trucul.* Venefica suppostrix puerum.

Sŭppŏsĭtĭtĭŭs, a, um, adiectiuum, quod suppositum est, & alterius loco pro vero & natiuo positum. {ὑποβλητος, ὑποβολιμαῖος. GALL. *Supposé, mis faussement au lieu d'vn vray & legitime.* ITAL. *Chi è posto in luogo di vero & naturale figliuolo ò altra cosa.* GERM. Etwas dargeschobens oder vndergelegts an eines anderen statt. HISP. *Por vno por otro.* ANGL. *That is counterfaite and fainedlie put in place of another.*} Mart. *lib.* 5. Hermes supposititius sibi ipsi. Varr. 2. *de re rust. cap.* 9. Matri supposititiæ quoque inseruiunt, quò equa ad ministerium lactis cibum pullo præbere possit.

Sŭppōrto, as, Subueho, suggero. {ὑποκομίζω. GALL. *Porter dessous.* ITAL. *Portar sotto.* GERM. Hinfüren. HISP. *Traer debaxo.* ANGL. *To bring or carie priuelie, to conueigh vnder.*} Cæsar 1. *bell. Gall.* Aut rem frumentariam, vt satis commodè supportari posset timere dicebant. Idem Cæsar *lib.* 1. & 3. *de bell. ciu.* Supportare frumentum.

SVPPRĬMO, is, Reprimo, cohibeo, compesco. {חשך *chasáeh.* ἐπέχω, καταπιέζω. GALL. *Supprimer.* ITAL. *Coprire, nascondere.* GERM. Vndertrucken/ vertrucken. HISP. *Suprimir, esconder.* ANGL. *To keep downe, secret, or in silence, to suppresse.*} Ouid. 1. *Metam.*

Supprimit extemplo vocem.

Cicer. 5. *Tusc.* Hæc sunt igitur officia consolantium, tollere ægritudinem funditus, aut supprimere & non pati manere longiùs. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Nisi supprimis tuum stultiloquium. ¶ Supprimere exceptos homines. Suet. *in Tiber. cap.* 8. Supprimere testamentum. Idem *in Calig. c.* 16. Supprimere insequentem, Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* Supprimitur nauis icta, Liuius *lib.* 7. *decad.* 4. (i. deprimitur.) Item, Supprimere montes. Senec. *c. vlt. de consol. ad Marc.* ¶ Supprimere, pro occultare. {עלם *halám.* ἀποκρύπτειν.} Plin. *lib.* 25. *c.* 1. At nos elaborata ab iis abscondere atque supprimere cupimus & fraudare vitam etiam alienis bonis. ¶ Supprimere impetum, id est, Reprimere. Liu. (cùm sexcentis locis, tum *lib.* 6. *bell. Pun.* Et suppressit impetum Romanorum vulnus Imperatoris Appij Claudij. ¶ Supprimere iter, retrahere se ab itinere, & iter differre. Cæsar *lib.* 1. *bell. ciu.* Veriti ne noctu impediti sub onere confligere cogerentur, aut ne ab equitatu Cæsaris in angustiis tenerentur, iter supprimunt, copiásque in castris continent. Nummos, vel pecuniam supprimere, id est, celare, occultare, dissimulare se habere, vel dolo malo retinere. Cicer. *pro Cluentio*, Sexcentis millibus nummûm se iudicium corrupturum esse dixerat; quæ quum accepisset à pupillo, suppressit, iudicióque facto, &c. Et *paulò post*, Capit hoc consilium, vt pecuniam quibusdam iudicibus sæuissimis polliceatur, deinde eam postea supprimat.

Sŭpprĕsŭs, a, um, partic. Depressus. {נשקע *neeschách.* καταπιεσθείς. GALL. *Supprimé, caché iusques à n'estre plus veu.* ITAL. *Suppresso, affundato.* GERM. Vndertruckt/vertruckt. HISP. *Suprimido, escondido.* ANGL. *Kept downe or in silence.*} vt, Nauis suppressa, hoc est, depressa, siue submersa. Iustinus, Victi Persæ in naues confugerunt, ex quibus multæ suppressæ, multæ captæ. Fuga suppressa, id est, retenta, cohibita. Ouid. *lib.* 11. *Metam.*

Cum vita suppressa fuga est.

Mentum suppressum, hoc est, contractum, non oblongum, sed breue potiùs. Varro 2. *de re rustic. cap.* 9. de canibus loquens, qua forma esse debeant: Mento, inquit, suppresso, & ex eo enatis duobus dentibus, dextra, & sinistra. ¶ Voce suppressa dicere, idem quod submissa. ὑφειμένῃ φωνῇ Cicer. *pro Sylla*, Qui quum suppressa voce de scelere Publij Lentuli, de audacia coniuratorum omnium dixisset. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Suppressaque lingua palato*
Restituenda instillato mero.

Suppressius, pro Occultius. Gell. *c.* 11. *lib.* 12. Suppressius prudentiúsque peccabitur. (i. occultius & cautius.)

Supprĕsĭo, nis, ipse actus supprimendi. {ἐπίσχεσις, ἀπόκρυψις. GALL. *Suppression, larrecin, retirement.* ITAL. *Suppressione, furto, nascondimento.* GERM. Verschlagung/ verstälung/ vertruckung. HISP. *Obra de suprimir, hurto, escondimiento.* ANGL. *A keeping downe or in silence.*} Cicer. *pro Cluentio.* Statuit ad easdem sibi prædas ac suppressiones iudiciales reuertendum. ¶ Suppressiones nocturnæ dicuntur, quotiès per somnum spiritus supprimitur, aut etiam ipsa vox, vt incerta, indiscretáque edatur: quemadmodum in eo morbo accidere solet, qui Latinis Incubus, Græcis

Græcis Ephialtes dicitur. Plin. *lib.27.c.10.* Grana nigra auxiliantur & suppressionibus nocturnis, in vino pota quod dictum est numero.

SVPPROMO,is,Promo. {προχειρίζομαι. GALL. *Mettre ou tirer hors d'vn cellier,ou autre lieu.* ITAL. *Tirare,ò metter fuori.* GERM. Herfür geben/fürhin thun. HISP. *Sacar à fuera.* ANGL. *To tak out of a cellar or such place.*} Plaut. *in Mil.* Eho tu scelestè,qui illi suppromis,eho tu.

Suppromus,i, Cui vinum promendi cura incumbit. {ταμίας. GALL. *Despensier,qui tire & baille ce qu'il faut.* ITAL. *Dispensiero.* GERM. Ein kellermeister/der alle ding zur speiß nohtwendig herfür thut. HISP. *El que saca de la despensa.* ANGL. *A steward.*} Plaut. *Milite,* Bono cella suppromo credita.

Suppudet, Aliquantulum pudet. {ὑπαισχύνομαι. GALL. *Auoir quelque peu de honte.* ITAL. *Vergognarsi alquanto.* GERM. Sich ein klein schämen. HISP. *Hauer vn poco verguença.* ANGL. *To haue some shame.*} Cic. *Cassio,* Puto te iam suppudere, quum hæc tertia iam epistola ante te oppressit,quàm tu schedam, aut litteram:sed non vrgeo.

Suppullulo, as, Nouos pullos, hoc est, noua germina è radice emitto, ὑποβλαστάνω.

SVPPVRO,as,In pus conuerto. {ἐμπυΐσκομαι. GALL. *Apostumer, purer, boüer, rendre ordure.* ITAL. *Apostemarsi, conuertirsi in marcia.* GERM. Zu eyter werden/Eyterschwären. HISP. *Hazer materia de apostema.* ANGL. *To matter or breedith filth as a sore doeth.*} Columell. *lib.6.cap.12.* Hic idem sanguis nisi emissus fuerit, saniem creabit: qui si suppurauerit, tardè procuratur. Senec. *Epistol.60.* Quum suppurare cœperunt voluptates,&c.

Suppuratio, nis, Generatio puris. {ἐμπύησις. GALL. *Apostume.* ITAL.& HISP. *Apostema.* GERM. Ein eytergeschwär. ANGL. *A breeding offilth or matter.*} Columell. *lib.7.* & quum maturuerit suppuratio, rescinditur ferro.

Suppuratus,a, um, quod suppurauit. {ἔμπυος. GALL. *Apostumé.* ITAL. *Apostemato, conuertito in marcia.* GERM. Das zu eyter worden ist/eterschworen. HISP. *Apostemado.*} Plin. *lib.20.cap.4.* Strumisque vel suppuratis alligant.

Suppuratorius,a, um, quod ad suppurationem pertinet, vel quod suppurare facit. {ἐμπυωτικός. GALL. *Qui fait apostumer ou meurir vne apostume.* ITAL. *Cosa che fa apostemare & maturare.* GERM. Das zu eytergeschwären dienstlich ist. HISP. *Cosa para hazer apostema y materia.* ANGL. *Belonging to an impostume.*} Plin. *lib.18.cap.4.* Efficaciora ad eadem strigmenta à balineis: & ideo miscentur suppuratoriis medicamentis.

Suppus. Fest. Suppum antiqui dicebant, quem nunc supinum dicimus, nempè ab ὑπό. ¶ Suppus, pars lusorij tali, quæ Græci ὕπτιος dicitur, cùm talus ita cecideret, vt supina pars, quæ vocabatur, Superior esset, erat felix iactus.

Supputo,as,Sarmenta,vel ramos inutiles subseco. {זמר zamár. ὑποκλαδεύω. GALL. *Couper par dessous, couper vn peu, esmonder.* ITAL. *Potare ouer brascare.* GERM. Vnden beschneitlen. HISP. *Podar, cortar.* ANGL. *To prune,or cutt trees,to accompt.*} Plin. *lib.7.cap.10.* Præterea semina ipsa fruticantia supputare. ¶ Aliquando ponitur pro computare,vel calculum subducere. {λογίζομαι. GALL. *Conter & supputer,faire compte.* ITAL. *Computare,far conto,calculare.* GERM. Rechnen. HISP. *Contar numeros.*} vt, Supputare rationem,apud Plaut. *in Aul.*

SVPRA, præpositio est accusatiuo casui seruiens. {על ál. ὑπέρ. GALL. *Par dessus outre.* ITAL. *Sopra.* GERM. Ob. HISP. *Sobre ò encima.* ANGL. *Aboue.*} Senec. *c.16.de consol.ad Polyb.* Cùm supra se nihil videret, & infrà omnia cerneret. Ouid. *Eleg.8.lib.4.Trist.*

Nil ita sublime est, supráque pericula tendit,
Non sit vt inferius suppositúmque Deo.

Tibull. *lib.4.*

Seu supra terras Phœbus, seu currerit infrà.

¶ Suprà, GALL. *D'en haut.* Senec. *6.de cons.ad Mart.* Quicquid onerum suprà cecidit,sustine. GALL. *D'en haut.* Virg. *lib.3. Æneid.*

Olli cæruleus supra caput astitit imber.

¶ Supra caput, est modus loquendi, rem quæ valde vrgeat & immineat, significans. Cic. *ad Qu.fratrem lib.12.* Ecce supra caput homo leuis ac sordidus,sed tamen equestri censu Catienus. Salust. *in Catil.* Dux hostium cum exercitu supra caput est. Liu. *ab vrbe,* Quum hostes supra caput sint. ¶ Supra quinquagies. Cels. *lib.4.c.2.* Inter quæ vnctione & assueto cibo nihilominus vti licet,ambulatione tantùm acri,sed rectà vtendum est,& postea caput atque os supra quinquagies perfricandam. ¶ Supra numerum,id est, Præter. Plin. *Epist.238.* Hoc in causa fuit,quominus statim reuocandos putarem,quos habet supra numerum. ¶ Interdum est aduerbium. ἄνω, vel ἄνωθεν, i. altiùs. Salust. *in Catil.* Res ipsa hortari videtur,supra repetere. Et *in Iug.* Sed priusquam huiuscemodi rei initium expedio,pauca supra repetam. ¶ Aliquando præpositio est, Cels. *lib.5.de Epinyctide,* dolor ex ea supra magnitudinem eius est,neque enim ea faba maior est. ¶ Aliquando pro valde,seu plus satis, ponitur. περισσ. vt, Supra morem, Supra modum, Supra iustum. Virg. *lib.2. Georg.* Rara sit,an supra morem sit densa,requiras. ¶ Antiqui etiam Supera protulerunt:sicut Infera & Infra. Cic. *in Arat.* Huc supera duplices humeros affixa videtur Stella micans. ¶ Supra quàm credibile est, id est,plus quàm quis facilè crediderit. πέρα πίστεως. Salust. *Catil.* Corpus patiens inediæ, algoris, & vigiliæ, supra quàm cuiquam credibile est. Supra scando. Liuius *lib.1.ab Vrb.* ¶ Suprà dare, i. superponere. Cels. *lib.6.c.19.* Cataplasma vlceribus suprà dare. Alibi sæpè superdare posuit. ¶ Supra bonum,atque honestum. Salust. *Iug.117.* de Metello,Quibus rebus supra (legitur etiam *super.* nam super, & supera, pro supra ponitur,i. ὑπέρ) bonum,atque honestum perculsus,i. supra quàm virum bonum & honestum decuit.

Superior,is, comparatiuum à Suprà, aut ab antiquo nomine superus, altior, excellentior, maior, potior, sublimior. {ἀνώτερος. GALL. *Plus haut ou plus fort,qui est au dessus, superieur.* ITAL. *Piu alto.* GERM. Das vber oder höher. HISP. *Mas alto.* ANGL. *He that is higher.*} Cic. *Attic. lib.12.* Tota domus superior vacat, vt scis. Idem *1.Offic.* Quantò superiores sumus,tantò nos summissiùs geramus. Idem *1.Verr.* Tu quum omnibus rebus inferior sis, hac vna in re te mihi anteferri puta oportere, quòd Quæstor illius fueris: ego, si superior cæteris rebus esses, te hanc vnam ob causam accusatorem repudiari putarem oportere. Plaut. *Most.sc.1.a.1.* Non omnes possunt olere vnguenta exotica,sicut tu oles, neque superior, quàm herus accumbere. Idem *Men.sc.3.a.1.* Superas facilè vt superior sis,quàm quisquam qui impetrant. Sueton. *in Aug.c.44.* Ex superiore loco spectare. ¶ Superiora corporis,(id est,cerebrum.) Gell. *c.15. lib.17.* Carneades Academicus scripturus aduersum Stoici Zenonis libros superiora corporis helleboro candido purgauit, &c. ¶ Superior ætas. Cæsar *lib.2.de bell.ciu.* Superioris ætatis omnes. GALL. *Des plus haults d'aage.* Vita superior,id est,vita antè acta. ¶ Superior Dionysius,id est,prior,vel senior: πρεσβύτερος: sicut inferior, pro iuniore aut posteriore. Sic enim ferè loqui solemus, quoties de malis sermo est. Nam si de bonis laudabilibúsque loquamur, Maiorem & Minorem dicimus. Sic duos Africanos, & duos Cyros Maioris & Minoris cognominibus distinguimus. ¶ In consanguinitatis quoque & affinitatis gradibus superiores eos intelligimus, qui sextum ascendentium gradum excedunt: quemadmodum inferiores,qui sunt infra sextum descendentium gradum. Varr. *lib.2.de re rust.* Itaque proauus ac superiores, de Tremellis nemo appellatus Scrofa. Superiores pro iis qui ante nos vixerunt,& qui maiores dicuntur. Cic. *4. Acad.* Non modò opinionem vicit omnium,quæ de virtute eius erat, sed etiam gloriam superiorum. Idem *4.Verr.* Vt ab institutis superiorum,ab autoritate Senatus, ab iure omnium Siculorum ne recedatur. ¶ Superiores dicuntur etiam,qui alios vincunt. Cæs. *5.bell.Gall.* Atque vna ex parte Hispanis equitibus emissis, quum equestri prælio superiores essent. *Ibid.* Ita tamen vt nostri omnibus ex partibus superiores fuerint, atque eos in syluas,collésque compulerint.

Supremus, a, um, Extremus, vltimus. {אחרון acharón העליון haheljón. ἔσχατος. GALL. *Le plus haut, le dernier.* ITAL. *Piu alto, vltimo.* GERM. Das aller oberist/letz. HISP. *Alto ò soberano.* ANGL. *The highest or last of all.*} Virg. *11.Æneid.*

——qui supremum comitentur honorem.

Plin. *lib.23. cap.1.* M. Agrippa supremis suis annis conflictatus graui morbo pedum. Ouid. *lib.2. Fast.*

——Dies regni illa suprema fuit.

¶ Supremam dicere, nempe tempestatem. Nam, inquit Donatus, postea quàm præco supremam dixerat, dimittebatur iudicum consessus. Ob id apud Plautum venustè, Mater supremam (in impressis malè *supremum*) mihi tua dixit, domum ire iussit. Plaut. *Asinar.sc.3. a.3.* Mater tua mihi supremum dixit. (i. Vale.) vt apud Ouid. *Eleg.3. lib.3.*

Accipe supremo dictum tibi forsitan ore, Vale.

Item, Supremus vitæ dies. Sueton. *in August.cap.61.& c.99.* Et, Supremum diem obire. Idem *in Claud.c.1.&c.* ¶ Honores supremi, funeralia. Ouid. *ad Liu.*

Nec iuuenis positi supremos destrue honores.

Officia suprema, quæ morienti exhibentur. Tacit. *lib.5.* Quòd supremis in matrem officiis defuisset. ¶ Sole supremo, id est, occidente. Horat. *1.Epist.5.*

Supremo te sole domi Torquate manebo.

¶ Aliquando ponitur pro summus, maximus, altissimus ἀνώτατος. Plaut. *Most.sc.1.a.2.* Iuppiter supremus me perisse cupit. Idem *Men.sc.vlt.a.5.* Iuppiter supreme serua me. Idem *Capt.sc.3.a.2.* Iouem supremum testem laudo. Gell. *c.30.lib.2.* Per suprema æquora ire. Suet. Verùm supremum cælum intuentem stupidum cubuisse. Terent. Proh supreme Iuppiter. Virg. *lib.4.Georg.* At chorus æqualis Dryadum clamore supremos Implerunt montes. ¶ Supremum supplicium, id est, extremum, nempe mortis. Cic. *lib.2.de leg.* Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto. ¶ Suprema mulcta, pro maxima, & summa, Gell. *c.1. lib.11.* vide in dictione *Mulcta.* ¶ Suprema alicuius: subintellige, facta: hoc est, supremum vitæ tempus. Plin. *lib.16.c.44.* Circa suprema Neronis principis. ¶ Suprema, pro morte. Tacit. *lib.3.* Post celebre carmen quo Germanici suprema defleuerat. ¶ Suprema sua ordinare, significat testamentum facere, & vltimam suam voluntatem exponere. ¶ Soluere alicui suprema, pro parentare. Idem Tacit. *lib.1.* Igitur cupido Cæsarem inuadit soluendi suprema militibus ducique. Sen. *c.17. de cons.ad Martiam,* Nihil vetat illos tibi suprema præstare, & laudari te à liberis tuis,&c.

Supremitas, extremitas, vitæ finis. ‖ ¶ Item summa dignitas. Casaub. ‖

Supremo, aduerb. Nouissimè. {באחרונה beacharonáh. ἐσχάτως. GALL. *Pour le dernier.* ITAL.& HISP. *Vltimamente.* GERM. Zum letsten. ANGL. *Last of all.*} Plin. *lib.11.c.53.* Eadem commeabat ab eo recens assiduè, exitura supremò.

Supradictus, a, um, & Suprapositus, item Suprascriptus, Adiectiua, quæ etiam diuisim scribuntur. Horat.

Adde supradictis quod non leuius valeat.

Cicer. *in Top.* Reliquus est comparationis locus,cuius genus & exemplum suprapositum est. Idem *pro Cluentio,* Qui eorum? quorum? videlicet qui suprà scripti sunt.

Supum, Suppum, antiqui dicebant quod nunc supinum dicimus, ὕπτιον, Lucil. *apud Festum,* Si verò das,quod rogas,& si suggerit suppus. Deducitur autem hoc nomen à Græco ὕπτιος, teste eodem Festo, aspiratione in s,literam commutata.

Suprapositus,a,um,apud Celsum *lib.6.c.18.*(& passim alibi.) quale suprapositum,est,cataplasma suprà dare.

Sura, æ, Posterior pars cruris carnosa, quæ tantùm homini est: reliqua enim omnia animalia habent crura sine suris. {γαστροκνημία. GALL. *Le gras & mollet de la iambe.* ITAL. *La polpa della gamba.* GERM. Die waden an des menschen schenckel. HISP. *La pantorilla enfrente de la espinilla.* ANGL. *The calfe of the legge.*} Plaut. *Pseud.sc.7.a.4.* —suram vbi aspicias, scias eum posse gerere crassas compedes. Idem *Amph.* Sura, pes, statura. Horat. *lib.2.Carm.Ode 4.*

Brachia,& vultum,teretésque suras
Integer laudo.

¶ Quandoque pro toto crure sumitur. {שוק schok.} Virg. *1. Æneid.* Purpureóque altè suras vincire cothurno. ¶ Suræ, pro ocreis, quibus miniuntur suræ. Iuuen. *Satyr.5.*

Calceus & grandes magna ad subsellia suræ.

¶ Suram

¶ Suram præbere in ludo pilæ, quid sit, docet Plutarch. *in Cicerone.*

‖¶ Sura, ritus Arabibus.‖

SVRCVLVS, quod in ramis simplex oritur, & frondes gerit, detrahitúrque interdum & resecatur ex arbore, ad alias rursus producendas. {סעיף *sábiph* פארה *puráh* זלזל *zalzál.* κλαδίον, φρύγανον. GALL. *Le ietton d'vn arbre, vne greffe à enter.* ITAL. *Rampollo, getto, sorcello.* GERM. Ein schoß/oder zweig/schößlin. HISP. *Renueuo que hecha el arbol.* ANGL. *A graffe or slippe of a tree, a yonge sett or shot.*} Varr. *de re rust. c.* 49. Et altera species ex arbore in arborem inserendi, nuper animaduersa in arboribus propinquis. Ex arbore enim è qua quis vult habere surculum, in eam quam inserere vult, tumulum traducit, & in eius ramo præciso, ac diffuso implicat, &c. Cicer. 2. *de Orat.* Amabo te (inquit) da mihi ex ista arbore quos seram surculos. Virg. 2. *Georg.*

——— *nec surculus idem*

Crustumiis, Syriisque pyris, grauibúsque volemis.

Quint. *lib.* 4. *c.* 3. Rogo des mihi surculum ex illa arbore, vt inseram. Gell. *c.* 9. *lib.* 17. Surculi duo teretes, oblonguli. GALL. *Bastons.* Suet. *in Ner. c.* 48. Diuulsa sentibus pænula traiectos surculos rasit, &c. (id est, ea, quæ ex vepribus penetrarent.

Surculosus, a, um, quod surculis abundat. {φρυγανώδης. GALL. *Qui a force gettons ou bourgeons.* ITAL. *Pieno di sorcelli.* GERM. Das vil schoß/oder zweig hatt. HISP. *Lleno de renueuos que echa el arbol.* ANGL. *Full of greaffes or slippes.*} Plin. Ramis hysopi surculosum.

Surculosè, aduerb. {φρυγανικῶς, φρυγανωδῶς. GALL. *Par surgeons & gettons, l'vn surgeon apres l'autre.* ITAL. *Per sorcelli.* GERM. Den schossen/oder schößlin nach. HISP. *Por renueuos.* ANGL. *By yonge shotes.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 16. Arescit surculosè.

Surculo, as, are, Surculos ramis adimere, vt altius crescant, & vberius à terra nutrimentum accipiant. {φρυγανίζειν. GALL. *Oster & couper les gettons des arbres.* ITAL. *Decimare, tagliare da gli alberi sorcelli inutili.* GERM. Die aberschoß von den ästen brechen/oder hawen. HISP. *Cortar los ramos del arbol.* ANGL. *To cut yonge settes of trees.*} Colum. *lib.* 5. *c.* 9. Atque etiam rigandæ sunt plantæ, quum siccitates incesserunt, nec nisi post biennium ferro tondendæ ac primò surculari debent, ita vt, &c. Alij hîc legunt *Sarculari.*

Surculaceus, a, um, quod est simile surculo. {φρυγανοειδής. GALL. *Plein de iettons ou bourgeons.* ITAL. *Pieno di sorcelli.* GERM. Einer schoß gleich. HISP. *Lleno de tales renueuos.* ANGL. *Full of yonge shotes.*} Col. Surculacea in folliculo sunt.

Surcularis, e, vt, Terra surcularis, quæ surculos generat. {φρυγανοτόκος. GALL. *Qui produit iettons.* ITAL. *Che produce & fa sorcelli.* GERM. Schoß tragend/ das zweig oder schößlin herfür bringt. HISP. *Que haze renueuos.* ANGL. *That bringeth forth yonge shotes.*} Col. *lib.* 3. *c.* 11. Considerandum est, antequam pastinemur, surcularis necne sit terra.

Surcularius, a, um, inter surculos viuens: vt Surcularia cicada, quæ in surculis viuit, vel quę eo tempore apparet quo arbores surculos emittunt. Plin. *lib.* 11. *c.* 26. de cicadis loquens, Quidam duo alia genera faciunt earum: surculariam, quæ sit grandior: frumentariam, quam alij auenariam vocant. Apparet enim simul cum frumentis arescentibus. ¶ Surcularius ager, qui surculis consitus est. Varr. 1. *de re rust. c.* 2. Colonus in agro surculario ne capra natum pascat.

Surculo, surculis spolio.

SVRDVS, a, um, Sensu auditus omnino spoliatus: quod ferè solet accidere ex læsione nerui auditorij, vel eius partis celebri, ex qua oritur: nonnunquam etiam ex intemperie, aut tumore contra naturam, vel ex obstructione, vel continui solutione. {חרש *cheréſch.* κωφός. GALL. *Sourd.* ITAL. & HISP. *Sordo.* GERM. Dumm. ANGL. *Deafe.*} Terent. *Andr.* Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit. Cic. 5. *Tusc.* Surdus varietates vocum, aut modos noscere non potest. *Ibidem,* In illis linguis, quas non intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profectò sumus. Liu. *lib.* 10. *dec.* 4. Surdis auribus vana canere. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Surdus sum profectò, inanilogus es. Quintil. Surdum & barbarum sonare. Iuu. *Sat.* 13. Surdo verbere cædit. ¶ Surda buccina, passiuè, quæ non auditur. Iuuen. *Satyr.* 7.

Surda nihil gemeret graue buccina.

Sic etiam Vota surda dicimus, quæ non exaudiuntur. Pers. *lib.* 6.

——— *trabe rupta Brutia saxa*

Prendit amicus inops, rémque omnem, surdaque vota

Condidit Ionio.

¶ Surdum item dicitur, cuius odor non sentitur. Idem *Satyr.* 6.

——— *Nec spirent cinnama surdum.*

¶ Item ea quæ gustum amiserunt, Exurdata dicuntur. Horat. *in Serm.*

Feruida quod subtile exurdant vina palatum.

¶ Refertur etiam ad visum. Plin. *lib.* 36. Surdúsque color fit. ¶ Locus etiam surdus dicitur, in quo non facilè auditur. Vitr. *lib.* 5. Diligenter est animaduertendum, ne sit locus surdus. ¶ Surdus cum genitiuo. Col. *lib.* 10. *c.* 2. Idque nobis poëta, velut surdis veritatis, indulget dicendo: id est, qui veritatem non facilè admittimus.

Surdè, aduerb. Afranius *in Vopisco,* Amentes quibus animi non sunt integri, surdè audiunt.

Surdaster, a, um, diminutionem surditatis significat: hoc est, non planè surdus, sed (vt sic dicam) surdulus. {ὑπόκωφος, δυσήκοος, βαρύηκος. GALL. *Sourdaut, ou vn peu sourd.* ITAL. *Mezzo sordo.* GERM. Ein halb dummer/der ein wenig vbel höret. HISP. *Vn poco sordo.* ANGL. *Somewhat deafe.*}

Surditas, atis. {κώφωσις. GALL. *Surdité, surdesse.* ITAL. *Sordità.* GERM. Dummheit. HISP. *Sordedad.* ANGL. *Deafnesse.*} Cicer. 5. *Tusc.* In surditate verò quidnam est mali? Erat surdaster M. Crassus, sed aliud molestius, quod malè audiebat, etiam si, vt mihi videbatur, iniuria.

SVRGO, is, xi, ctum, me erigo, leuo me è somno, à sursum & rego. {קום *kam.* ἀνίσταμαι, ἀνίσημι, ἐγείρομαι. GALL. *Se leuer, se sourdre.* ITAL. *Leuarsi.* GERM. Auffstehen/sich auffrichten. HISP. *Leuantarse.* ANGL. *To arise or lift vp him self.*} Cic. 3. *Offic.* Surrexit è lectulo, remotisque arbitris ad se adolescentem iussit venire. Idem 2. *de Inu.* Ille multò ante lucem surrexit. Virg. 3. *Æneid.*

Haud segnis strato surgit Palinurus.

Idem 8. *Æneid.*

Haud secus ignipotens, nec tempore segnior ille

Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.

Terent. *Adelph.* Vt triduo hoc perpetuò è lecto nequeat surgere. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Ego dicam surge. (alloquitur supplicem.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Age, surge amator, i domum. Quint. *decl.* 250. Surgit ad dicendum orator. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Surgunt à mensa. Hinc surgere venti dicuntur, quum veluti se erigentes flare incipiunt. Virg. 3. *Æneid.*

——— *Et fando surgentes demoror Austros.*

¶ Aliquando surgere ponitur pro crescere, seu nasci: vnde arbores, cæteræque plantæ surgere dicuntur, quum sese ab humo in altum paulatim attollunt. Sic, Surgere pilum, capillum, dixit Suet. *in Aug. c.* 68. Et Quintil. Surgentes fontes. Et Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.* Surgit aqua. Tibull. *lib.* 4. Surgere nititur aër è terris. ¶ Surgere libra)(Sedere siue deprimi, Tibull. *ibid.*

Nec hac plus parte sedet (libra,) *nec surgit ab illa.*

Et Liuius *lib.* 7. *ab Vrb.* Surrecto mucrone. ¶ Surgere item dicuntur ea quæ quouis modo augentur. Virg. 4. *Æneid.*

Ascanium surgentem & spes hæredis Iüli.

¶ Surgere etiam dicuntur ædificia, cùm paulatim à fundamento ad tecti fastigium attolluntur. ¶ Quæ nunc animo sententia surgit? id est, oritur. Virg. 1. *Æneid.* Translatio est à corpore ad animum. Seruius.

Surrexe, pro Surrexisse. Horat. 1. *Serm. Sat.* 9.

——— *hunccine solem*

Tam nigrum surrexe mihi.

‖Surix, μῦς. Vet. Lex. est sorex. ὕραξ.‖

Surpiculus, i, vide *Sirpiculus.*

Surrego, pro surgo, & Surregit pro Surgit scripsêre veteres, vnde manserunt Surrexi, & Surrectum. Ex Festo.

Surremit, sumpsit.

‖Surrempsit, substulit. Enn.‖

Surrentum, i, Σύρρεντον. Ptolem. Oppidum est Picentinorum, iuxta Mineruæ promontorium, Sirenum quondam sedem, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Meminit & Suet. *in Aug. c.* 65. Agrippam abdicauit seposuitque Surrentum. ¶ Hinc Surrentina vina, & Surrentini colles, apud Columell. *lib.* 3. *cap.* 2.

Surrepo, is, Sensim ingredior, latenter me insinuo. ἐπεισίημι, ὑποδύομαι. Vide *Subrepo.* Quint. Ira surrepet animo iudicis.

Surrigo, seu subrigo, is, xi, um, Sursum erigo, extollo. {הקים *hekim.* ἐξανίσημι. GALL. *Faire leuer ou dresser contremont, leuer droit en haut.* ITAL. *Leuarsi dritto in alto.* GERM. Ob sich regen/auffrichten. HISP. *Enhestar.* ANGL. *To sett euen vp.*} Virg. 4. *Æneid.*

Tot linguæ, totidem ora sonant, tot surrigit aures.

Liu. 7. *ab Vrbe,* Romanus mucrone surrecto quum scuto imum perculisset, &c. Columell. *lib.* 7. *cap.* 3. Intorta potius, quàm surrecta, & patula cornua.

SVRRIPIO, is, Latenter rapio, seu furor. {גנב *ghanáb.* ὑφαιρέω, ὑφαρπάζω. GALL. *Rauir secrettement, prendre & emporter en cachette.* ITAL. *Toglier nascosamente, rubbare.* GERM. Verzwacken/heimlich entwenden/verstälen. HISP. *Hurtar de secreto.* ANGL. *To tak away priuely, or to steale.*} Plaut. *in Asin.* Surripiam in deliciis pallam quam habet. Cic. 3. *Offic.* In vita sibi quenquam petere quod pertinet ad vsum, non iniquum est: alteri surripere, ius non est. Ouid. *Epist.* 11.

Crimina sunt oculis surripienda patris.

id est, cauendum est ne pater rescifcat. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Ad rem diuinam quibus est opus Samiis vasis vtitur, ne ipse Genius surripiat. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Surripuisse patri. Surriperem ego tam cauto seni? Idem *Men. sc.* 3. *a.* 3. Clanculum surripuisse spinther ex armario. Idem *Amph.* Operam hanc surripui tibi. (de concubitu.) Idem *Aul. prolog.* Aurum inspicere vult, ne surreptum fiet. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Palla tibi surrepta est, &c. Item Quint. Surripere iudici transgressionem. Idem *alibi;* Quasi surripiendus spiritus. ¶ Surripere se alicui: est subducere se ab eius conspectu. Plaut. *Men.* Vt surripuisti te mihi dudum de foro. Vide *Subripio.*

Surreptitius, adiectiuum, furtiuus, siue clancularius. {κλεπιμαῖος. GALL. *Subreptice, desrobé, prins, ou fait à la desrobée.* ITAL. *Rubbato, pigliato ò fatto segretamente.* GERM. Das heimlich vnd verstolen ist. HISP. *Hurtado, hecho ò tomado a escondidas.* ANGL. *Taken away by theaft.*} Plaut. *in Casin.* Inter nos amore vtimur semper surreptitio. Idem *Curcul. sc.* 3. *a.* 1.

Surrogo, as, vide *Subrogo.*

Sursum, In superiorem partem, in altum. q. suprorsum: sicut summus pro supremus. {למעלה *lemáhalah.* ἄνω.})(Deorsum. ¶ Capiuntur tamen interdum ambo pro vltro citróque. {ἄνω καὶ κάτω. GALL. *En haut, contremont.* ITAL. *Di sopra.* GERM. Obsich/obersich. HISP. *Arriba ò de arriba.* ANGL. *Vpward.*} Terent. *Eunuch.* Ne sursum deorsúmve cursites. Tractum ab Athenis, cuius portus in imo, vrbs verò in editiore loco sita erat. ¶ Sursum versum: id est, versùs superiorem locum aut partem. Cic. *de Orat.* Quum gradatim sursum versum reditur. ¶ Sursum ac deorsum euntes res. Sen. *c.* 11. *de tranq.*

Surus, palus. Ennius,

——— *vnus*

Surus surum ferret emem defendere posset. Fest.

Sus, contractum ex sursum, pro susum, vide *Susque.*

SVS, suis, & olim genitiuo sueris, vt bouis boueris, Iouis Ioueris, axis axeris. gen. communis, secundùm Priscianum porcum significat vel porcam, & dicitur tam de feris, quàm de domesticis. {חזיר *chasir.* ὗς, σῦς. GALL. *Vn verrat ou vne truye, porc.* ITAL. *Porco ò porca, verro, troia.* GERM. Ein saw/schwein. HISP. *Puerco, ò puerca.* ANGL. *An hog, a swine.*} Gell. *c.* 6. *lib.* 18. Sus, quæ semel peperit Porcetra, quæ sæpiùs Scropha. Plin. *lib.* 8. *cap.* 51. Sues feræ semel in anno gignunt. Cicer. *de nat. deor.* Sus verò quid habet præter escam? cui quidem ne putresceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus. Idem *lib.* 5. *de finib.* Sunt autem bestiæ quædam in quibus inest aliquid simile virtutis, vt in leonibus, vt in canibus, vt in equis, in quibus non corporum solùm, vt in suibus, sed etiam animorum aliqua ex parte motus aliquos videmus. Virg. 4. *Georg.*

Ipse ruit, dentésque Sabellicus exacuit sus.

Idem *Æneid.3.*

Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
Triginta capitum fœtus enixa iacebit.

Idem 7.*Æneid.*Setigerique sues.Idem *lib.3.Georg.*

——— & quatit agros Tussis anhela sues.

Iuuen. *Sat.11.*

Sicci terga suis rara pendentia crate.

Ouid.*lib.8.Metam.*

In iuuenes certo sic impete vulnerificus sus Fertur.

Plaut.*Capt.sc.2.a.1.* Sus terrestris bestia est.Idem *Most.sc.2.a.1.* Harà suis (homo.)

Sūcŭlă,æ, Diminut. {χοιρίδιον. GALL. *Vne petite truye.* ITAL. *Porchetta.* GERM. Ein serolin. HISP. *Pequeña puerca.* ANGL. *A sowe pigge.*} Plaut.*in Rud.*Quin tui directa cum sucula,& cum porculis.

Sueres,partes suillæ.Meminit Plaut.*in Carbonaria.* Meminit item Varro *lib.4.de ling.Lat.* Perna à pede.Sueres à nomine eiusdem. Sic enim ingeniosè legendum ostendit Scaliger.

Sūīnŭs,a,um, quod ex sue est. {ὕϊνος. GALL. *De truye , de pourceau.* ITAL. *Di porco.* GERM. Schweinin. HISP. *Cosa de puerco.* ANGL. *Of an hog or swine.*} Varro *lib.2. cap.4.* Hîc enim conciliator suinæ carnis datur populo.

Sūillŭs,a,um, diminutiuum est à suinus deductum, eiusdem tamen cum illo significationis. {ὕϊνος. GALL. *De pourceau, ou de truye.* ITAL. *Di porco.* GERM. Der sewen/ schweinen. HISP. *Cosa de puerco.* ANGL. *Of an hog or swine.*} Plin. *lib.8.cap.52.* At in Arabia suillum genus non viuit in vllo genere. *Ibid. cap. 41.* Suilli pecoris admissura à Fauonio ad æquinoctium vernum ætatis octauo mense. Liuius *2.bell.Punic.* Ex suillo,ouillo,caprino grege.Plaut.*Menæch.sc.3.a.1.*Suillam,glandium, pernam.

Sūīlĕ , is , Septum in quo nutriuntur porci. {συφεὸς. GALL. *L'estable où couchent les truyes ou pourceaux.* ITAL. *Stalla da porci.* GERM. Ein sewstall. HISP. *çahurda de los puercos.* ANGL. *A swine stie.*} Differtque ab hara, quòd eo nomine significetur scropharum cubile , cui singulæ scrophæ separatim cum suis suculis includuntur.Colum.*lib.7. cap.9.* Diligens autem porculator frequenter suile conuertat , & sæpius haras.

Sŭātĭm,Ad similitudinem suis,inquit Nonius. {ὑϊκῶς. GALL. *En façon de pourceaux.* ITAL. *A foggia de porci.*GERM. Wie ein saw.HISP.*En manera de puercos.* ANGL.*Lyk a hor swine.*} Nigidius *Comment.Grammat.* Sunt etiam adsimulanter dicta hæc,canatim, suatim, bouatim, quæ ab animalibus sumuntur.

Sus,Sa,sum,veteribus pro suus,a,um,etiam pro is:à qui:vt ὅς,ἥ,ὅν,ex ἕ,pro suus & ipse:vnde so suo,sa sua,sos suos.

Sūsa,orum, Σοῦσα Ptolemæo,Vrbs nobilissima, inter Persidem, & Babyloniam sita. Persarum olim regia,à Dario Histaspis (si Plinio credimus) aut (vt Straboni placet) à Tithono Memnonis patre condita , trans Choaspem fluuium , à cuius vrbis nomine circuniecta regio dicta est Susiana. In hac vrbe fuit nobilis illa Cyri regia , candido varióque marmore , columnis aureis , magnáque gemmarum copia exornata, cæli in lacunaribus habens simulacrum,stellis micantibus insignitum. Est autem hoc nomen pluralis tantùm numeri,& neutri generis. Propert. *lib.2.*

Non tot Achæmeniis armantur Susa sagittis.

Lucan.

Non tot Achæmeniis deducunt Medica Susis
Agmina.

Dicta autem putantur Susa à liliorum copia, quæ illorum lingua Susa dicuntur.

Sūsĭānă, Σουσιάνη Stephano, Asiæ regio, Persicæ ditionis , quæ à Septentrione terminatur Assyria, ab Occasu Babyloniæ adiacet, ab Oriente habet Persidem, à Meridie partem Persici sinus. Dicta Susiana à Susis vrbe nobilissima, Persarum regia,& totius regionis capite. Latiorem eius descriptionem pete ex Ptolomæo *lib.6.c.3.*

Sūsĭnum, σούσινον, Oleum,siue vnguentum ex liliis confectum,quæ Phrygum lingua Susa, σοῦσα, appellantur.Plin.*lib.13.cap.1.*E malis quoque cotoneis & strutheis fit oleum,vt dicimus,melinum.Susinum tenuissimum omnium est:constat ex liliis, balbano,calamo,&c. Idem & Lirinum appellatur, λείριον. Græci enim λείρια appellant,quæ nos vnius literæ immutatione Lilia dicimus.Plin.*lib.21.cap.5.* Lilium rosæ nobilitate proximum est, & quadam cognatione vnguenti oleique, quod Lirinon appellatur.

Sūscĭo,is, iui , ite, verbum antiquum est, Scio, siue cognosco. {ידע iadháh. ἴσημι.} Plaut. *in Menæch. sc.4. a.2.* Eho Messenio accede huc. MESS. quid negotij est ? susciri Quid eo opus est ? An pro Subcieri & vocari.

SVSCĬPĬO,is,Recipio,subeo. {קבל lakách. παραδέχομαι, ἀναδέχομαι, ὑποδέχομαι. GALL.*Entreprendre,prendre,receuoir.* ITAL.*Prendere,pigliare,riceuere.*GERM.Auff sich nemmen. HISP.*Tomar,recebir.*ANGL.*To interprise,tak,or receiue.*} Cic. *lib.1.de fin.* Sed vt omittam pericula, labores, dolorem,etiam quem optimus quisque pro patria & pro suis suscipit, vt non modò nullam captet, sed etiam prætereat omnes voluptates: dolores denique quos quis suscipere malit , quàm deserere vllam officij partem. Idem *pro Cluentio* , Neque mihi quicquam oneris suscepi, quum ista dixi , quo minus honestè hanc causam & liberè possem defendere.Ouid.*Eleg.vlt.lib.3.Trist.*

Suscipis, exceptis ecquid mea carmina (tuenda.)

Item, Suscipere mortem præstantissimo animo. Quintil.Terent. *Hec.* Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet ? ¶ Suscipere vota Deo pro re aliqua,vel pro aliquo.Plaut. *Amphitr.* Imperator vtrinque hinc atque illinc Ioui vota suscipere. Sic & Liu. *lib.1.bell.Pun.* Plin. & alij. ¶ Personam viri boni suscipere , id est , Simulare. Cicer. *pro Cluent.* Irridebatur hæc illius reconciliatio & persona viri boni suscepta. ¶ In ciuitatem suscipi , Ciuem fieri & inter ciues numerari, aut ciuitate donari. Idem *2.de Leg.* ¶ Suscipere pœnam,id est,puniri. Idem *pro lege Mani.* ¶ Suscipere liberos , est gignere. {הוליד holidh. ἀναιρεῖσθαι παῖδας.} Plaut. Qui geminos ex ancilla suscepit liberos. Cic.*5.Verr.* Susceperas enim liberos non solùm tibi,sed etiam patriæ,

Tacit.*lib.2.*Ducere vxorem,suscipere liberos,ne clarissima familia extingueretur. ¶ Suscipi in lucem,pro nasci.Cicer.*de Arusp.resp.*Eodem tempore & suscipimur in lucem,& hoc cælesti spiritu agimur. ¶ Accipitur item suscipere pro eo quod est sermonem excipere, & in vicem respondendi succedere. {ענה hanáh. ὑπολαμβάνειν.} Virgil. *lib.6. Æneid.*

Suscipit Anchises,atque ordine singula pandit.

Sūscēptŭs,a,um,participium,Cœptus,inchoatus. {נלקח nilkách. διαδεγμένος,προσειλημμένος. GALL.*Receu,entreprins,prins.* ITAL.*Pigliato,accettato.* GERM. Auff sich genommen. HISP.*Tomado,recebido.*ANGL.*Interprised,taken or receiued.*} Cicer.*pro Quintio*, Transigere susceptum negotium.Virg.*lib.4.Æneid.*

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles.

Plaut. *Amph.*Alter eorum,qui nostro est susceptus semine.

Sūscēptum,i,neutri generis, substantiuum. {נלקח nilkách. ἐγχείρημα, ἐπιχείρησις. GALL. *Ouurage entreprins, entreprinse.* ITAL.*Cosa pigliata, accetata.*GERM. Ein fürnemmen.HISP.*Cosa tomada à su cargo.*ANGL.*An interprise.*} Ouid.11.*Metam.*

——— susceptaque magna labore
Crescere difficili.

Sūscēptĭo,nis,verbale. Ipse suscipiendi actus, receptio. {ὑποδοχὴ, ὑποδοχή. GALL. *Reception , entreprinse.* ITAL. *Esso pigliare , accettamento.* GERM. Zu handen nemmung/underwindung. HISP.*Tomamiento,à su cargo.*ANGL.*An interprising.*} Cic.*pro Murena*,Et quoniam in hoc officio studium meæ defensionis ab accusatoribus, atque ipsa susceptio causæ reprehensa est, ante quàm pro L. Murena dicere instituo , pro meipso pauca dicam.Et Gell.*cap.3.lib.9.*

Sūscēptŏr, is. ἐργολάβος. Iustin. *histor. lib.8.* Magna pecunia locare , & muros per ciuitates, & phana , & templa facienda , & vt per præcones susceptores sollicitarentur.Vbi susceptor, manceps. Interdum susceptor est qui alios conducit, ὑποδοχεύς, vt aleatorum susceptor. *D.lib. 11.tit.5.l.1.* Susceptorem enim dumtaxat prohibuit vindicari , non & collusores.

SVSCĬTO,as,Excito. {הקים hekim. ἐγείρω. GALL.*Susciter,esmouuoir,inciter,esueiller.*ITAL.*Eccitare.*GERM.Auffwecken.HISP.*Despertar.*ANGL.*To raise, to moue or stirre vp, to wak fromes sleap.*} Plaut. *in Most.sc.1.a.2.* Quis istic dormit?PHIL. Callidates.T.suscita istum.Cic.4.*Tusc.*Noctu ambulabat in publico Themistocles,quòd somnum capere non posset: quærentibúsque respondebat,Miltiadis trophæis sese somno suscitari. ¶ Ignis item suscitari dicitur quum iam semisopitus vigori suo restituitur. ἀνάπτω,ἀναζωπυρέω. Virg.8.*Æneid.*

Hæc memorans, cinerem & sopitos suscitat ignes.

¶ Transfertur & ad alia : vt quum iram,quæ iam elanguerat,suscitari dicimus,hoc est, renouari, seu reuiuiscere. Ouid.3.*de arte*, Quoslibet extinctos iniuria suscitat ignes. ¶ Suscitare mortuum,id est,ad vitam reuocare.Senec.Nec tam sanare languentem visus est,quàm mortuum suscitare. Plaut.*Milit.sc.7.a.2.* Nescio quæ te Sceledre, scelera suscitant.(i.agitant,nec patiuntur quiescere.)

Sūscĭtābŭlŭm, Incitamentum dicitur. {ὑπέκκαυμα, ἐκπύρευμα, ὁρμητήριον. GALL.*Incitation, esmotion.* ITAL.*Incitamento.* GERM. Erweckung. HISP. *Incitamiento.* ANGL. *A stirring vp or moning.*} Varro *in Satyr.* quam ὄνος πρὸς λύραν inscripsit , Symphonia vocis suscitabulum. Nonius.

‖Susdalia,V.E. Moscouiæ,inter Rostouium & Volodimeriam,distat Moscuâ 44. milliaribus Germanicis.‖

Sūscŭs,vide *Subscus.*

Susiana,vide *Susa.*

Susinus,a,um,liliaceum, κρίνινον. Susinum absolutè vnguentum è liliis.

Sūspēcto,as,vide *Suspicio.*

Sūspēndĕo,es,ere(inquit Calepinus.) Idem quod Suprà pendeo. {נתלה nithláh. ἐπικρέμαμαι. GALL. *Estre pendu d'en haut , estre pendant.* ITAL.*Pendere da alto.*GERM. Oben hangen.HISP.*Estar colgado,ò suspenso.* ANGL. *To be hanged ouer or on high.*} Columell. *lib.4.cap.28.* Sæpè enim notaui per imprudentiam rusticos subiicere iugo palmam, & ita colligare,vt solo vimine suspendeat. Sic enim legit ille:sed non rectè, quum emendatiora Columellæ exemplaria *Suppendeat* , legendum ostendant.

SVSPENDO , is, Appendo, alligo. {תלה taláh. ἀναρτῶ, ἀνάπτω, ἀνακρέμνυμι. GALL. *Pendre, souspendre.* ITAL. *Appiccare.* GERM. Auffhencken/anhencken. HISP. *Colgar , ahorcar.* ANGL. *To hang.*} Plin. *lib.20. cap.20.* Quem scio , propter impatibiles vuæ morbos radicem eius filo suspensam in collo gerere , præterquam in balneis. Horat. *lib.1. Carm.Ode 5.*

——— me tabula sacer
Votiua paries indicat humida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris deo.

Virg.*lib.4.Georg.*

Antè nouis rubeant quàm prata coloribus,antè
Garrula quàm tignis nidum suspendat hirundo.

¶ Quandoque ponitur pro subleuare,sustollere. Apuleius, Quum deberet manum porrigere, capistro suspendere, cauda subleuare, nullum mihi ferebat auxilium. ¶ Quandoque pendendo interimere , κρεμᾶν. Lipsius *lib.1.de Cruce c.4.*Suspendere est crucifigere. Plaut. *Men.sc.5. a.5.* Quin tu te suspendis?Mox;Quin tu is in malam crucem.Idem *Ps. sc.1.a.1.* An tu te vis sciens suspendere,vt me defraudes? Suprà; Pensilem facere.Cic.5.*Verr.* Centuripinum Dioclem hominem locupletem suspendisse se constat.Idem 1.*de Orat.* Quum familiaris quidam quereretur quòd diceret , vxorem suam suspendisse se de ficu : Amabo te, inquit,da mihi ex ista arbore,quos feram, surculos. ¶ Suspendere rem aliquam , id est , differre , prorogare. {משך mischéch. ἀναβάλλειν.} Liu. *lib.9.bell. Maced.* Mouit aliquantum oratio regis legatos ; itaque medio responsorem susdenderunt.Ouid. *lib.4.Fast.*

Dat tamen exequias,nec iam suspendere fletum
Sustinet.

¶ Suspendere pituitam, i. sistere. Cels. *lib.7. cap. de pituita oculorum.* ¶ Suspen

¶ Suspendere aliquem, pro incertum reddere. Plin. *Epist. vlt. lib. 2.* Diu miseram expectatione suspendit. Plaut. Vix compos mentis sum, ita mihi suspendit animum. Sueton. *in Tiber. cap. 24.* Precantem Senatum ambiguis responsis & callida cunctatione suspendens. Curt. *lib. 9.* Ea ipsa res omnium animos expectatione suspenderat: quippe armato congredi nudum dementia, non temeritas videbatur. ¶ Suspendere spiritum, pro eo quod est paulum quiescere inter legendum, & subsistere. Quintilian. *cap. 14. lib. 1.* Sciat puer vbi suspendere spiritum debeat: quo loco versum distinguere, vbi claudatur sensus, vbi incipiat. ¶ Ædificium suspendere. Cicer. *in Topicis,* Non enim eius vitio qui demolitus est, damnum factum est: sed potiùs operis vitio, quod ita ædificatum est, vt suspendi non possit. Sic dixit Cæsar. *2. de bell. ciu.* Suspendere contignationem.

Sūspēnsūs, a, um, Pendens, sublatus. {תלוי *talúi.* κρεμάμενος, ἀποκρεμάμενος. Gall. *Souspendu.* Ital. *Impiccato, sospeso.* Germ. Auffgehenckt. Hisp. *Ahorcado, ahorcadizo.* Angl. *Hanged.*} Cic. *de Leg. Agrar.* Roma cœnaculis sublata atque suspensa. Liu. *lib. 8. ab Vrbe condita,* Suspensus reste manibus se demisit. Horat. *lib. 1. Serm. Satyr. 8.*

Interea suspensa graues aulæa ruinas
In patinas fecêre.

¶ Suspensus, pro incerto, ac dubio. {תלוי *talúi.* ἐπίδοξος, ἀπηωρημένος. Gall. *Suspens & en doute.* Ital. *Dubio, incerto.* Germ. Zweiffelhafftig/ auffgezylet. Hisp. *Dudoso.* Angl. *Vncertane, doubt ful.*} Gell. *c. 1. lib. 14.* Expectatio spei te suspensum fatigabit. Senec. *c. 27. de vita beat.* Cùm aliquis secandi lacertos suos artifex, brachia atque humeros suspensa manu cruentat, &c. Idem, Suspensus animo, quid ageret cogitabat. Virg. *lib. 6. Æneid.*

Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo.

Idem *2. Æneid.*

Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi
Mittimus.

¶ Suspensus somnus, pro inquieto, intranquillo, in quo mens curis est fatigata, cui contrarius est profundus somnus. Cicer. *1. Tuscul.* ex poëta quopiam vetusto, Mater te appello, tu quæ curam somno suspenso leuas. ¶ Suspensus gradus, pro placido ac silenti, ἀκροποδητί. Terent. *in Phorm.* Hæc vbi ego audiui, ad fores suspenso gradu placidè ire perrexi. Ouid. *6. Fast.*

Et fert suspensos corde micante gradus.

¶ Suspensa terra, Non conculcata leuiter tantùm mota. Colum. *lib. 11. c. 3.* Ferè autem his diebus ozima seruntur, quorum quum semen obrutum est, diligenter inculcatur pauicula vel cylindro: nam si terram suspensam relinquas, plerunque corrumpitur.

Sūspēnsĭo, nis, verbale, actio suspendentis. Incertitudo. {ἀπορία. Gall. *Souspension, incertitude & doute.* Ital. *Incertezza, dubbio.* Germ. Auffzyelung. Hisp. *Duda.* Angl. *Hanging, vncertaintie.*} Hirtius *lib. 5. belli Africi,* Erat in castris Scipionis superiore tempore magnus terror, & expectatione regiarum copiarum exercitus eius magis suspensione animi ante aduentum Iubæ commouebatur.

Suspensura, æ, verb. Opus suspensione factum: alleuatum à terra. Senec. *Epist. 91.* Vt suspensuras balnearum & impressos parietibus tubos per quos circunfunderetur calor.

Sūspēndĭum, ij, pro suspensione. {ἀγχόνη, ἀπαγχονισμός. Gall. *Pendement.* Ital. *Appiccamento.* Germ. Auffhenckung. Hisp. *Obra de ser ahorcado.* Angl. *Hanging.*} Plaut. *Aulul. sc. 1. a. 1.* Vtinam me diui adaxint ad suspendium potiùs. Gell. Suspendio vitam finiuit. Cic. *5. Verr.* Non, inquam, perpetrare, vt homines iniuriæ tuæ remedium morte ac suspendio quærerent. Martial. *lib. 1.* Iam suspendia sæua cogitabas. Ouid. *lib. 1. Amor. eleg. 12.*

Præbuit illa arbor misero suspendia collo.

¶ De suspendio voluntario Milesiarum virginum, legendus Gellius *cap. 10. lib. 15.*

Sūspēndĭōsūs, a, um, qui suspensus est, cui vita laqueo est adempta. {תלוי *talúi.* ἀπαγχονισμένος. Gall. *Pendu en vn gibet.* Ital. *Appicato.* Germ. Ein auffgehenckter. Hisp. *Ahorcado.* Angl. *That is hanged on the gibbet.*} Plin. scribit laqueum suspendiosi circundatum temporibus, dolorem capitis sedare. Item pœnam laquei præposteram appellat, ex eo quòd includatur spiritus, cui exitus quærendus erat.

Sūspĭcĭo, is, Sursum aspicio. à susum, vel sursum fit. Prisc. *lib. 1.* {הביט *hibbit.* ἀναβλέπω, ὑποβλέπω. Gall. *Regarder en haut, & contremont.* Ital. *Guardar in su.* Germ. Vbersich sehen/auffsehen. Hisp. *Mirar arriba.* Angl. *To looke vpward.*} Senec. *c. 10. de consol. ad Mart.* Non est quod nos suspiciamus tanquam inter nostra positi: mutuò accepimus. Suet. *in Claud. c. 28.* Libertorum præcipuè suspexit Posiden spadonem. (i. plurimi fecit.) Virg. *1. Æneid.*

O frumenti quorum iam mœnia surgunt,
Æneas ait: & fastigia suspicit vrbis.

Cicer. *1. Tusc.* Et astra suspeximus, tum ea quæ sunt infixa certis locis: tum illa non re, sed vocabulo errantia. Idem *de somn. Scip.* Aliquantóque pòst suspexit in cælum. Virg. *1. Georg.*

——aut bucula cælum
Suspiciens patulis captauit naribus auram.

¶ Suspicere aliquem, admirari, & venerari: quasi supra nos aspiciamus illum esse collocatum, quem admiramur. {ἀποβλέπω, θαυμάζειν. Gall. *Honorer, admirer.* Ital. *Honorare.* Germ. Einen in hocher achtung halten. Hisp. *Tener en acatamiento à otro.* Angl. *To haue in admiration.*} Cic. *lib. 2. Offic.* Itaque eos viros suspiciunt, maximísque efferunt laudibus. Idem *in Orat.* Eloquentia quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam se assequi posse diffiderent. ¶ Suspicere etiam significat Suspectum habere. {ὑποπτεύω. Gall. *Soupçonner, auoir pour suspect.* Ital. *Hauer sospetto.* Germ. Im argwon haben. Hisp. *Sospechar, hauer por sospechoso.* Angl. *To suspect.*} vt apud Salust. *in Iugurth.* Per idem tempus Bomilcar (cuius impulsu Iugurtha deditionem, quam metu deseruit, incœperat) suspectus regi, & ipse eum suspiciens, nouas res cupere, ad perniciem eius dolum quærere.

Sūspēctūs, a, um, nomen ex participio, In suspicionem adductus. {ὕποπτος. Gall. *Suspect, soupçonné.* Ital. *Cosa che si ha in sospetto.* Germ. Argwönisch/oder argwöniger/verdacht/der im argwon ist. Hisp. *Cosa sospechosa.* Angl. *Suspect.*} Cic. *in Catil.* Si me ciuibus tam grauiter suspectum atque infensum viderem, carere me aspectu ciuium, quàm infestis oculis omnium circumspici mallem. Idem *3. Offic.* Quum filius patri suspectus esset de nouerca. Virg. *4. Æneid.*

Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ.

Cicer. *de Amic.* Hæc est enim tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis beneuolentiæ potest esse fiducia: omnia semper suspecta atque solicita sunt. Suspectior, is, comparatiuum. Idem *2. Offic.* Quo enim quis versutior & callidior est, hoc inuisior & suspectior detracta opinione probitatis. Liu. *7. bell. Pun.* Is omnia suspectiora, quàm ante fuerant, in Senatu fecit. Quintilian. Suspectius promissum.

Sūspēctūs, us, ui, actus suspiciendi, id est, sursum aspiciendi. {מבט *mabbát,* vel *mebbát.* ὑπόβλεψις, ἀνάβλεψις. Gall. *Regard de bas en haut.* Ital. *Esso riguardar in alto, riguardo in su.* Germ. Das vbersich sehen oder absich lugen. Hisp. *Mirada arriba.* Angl. *A looking vpwarde, suspicion.*} Plin. *lib. 9. cap. 38.* Laus ei summa color sanguinis concreti, nigricans aspectu, idémque suspectu refulgens. hoc est, si sursum conspiciatur, & in aërem, quod dicitur. ¶ Suspectus pro altitudine. Virg. *6. Æneid.*

——tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps tantum, tenditque sub vmbras,
Quantus ad æthereum cæli suspectus Olympum.

¶ Suspectus, pro admiratione. Senec. *de benefic. lib. 2. cap. 25.* Videndum est quid maximè faciat ingratos: aut nimius sui suspectus & insitum mortalitati vitium, se, suáque mirandi: aut auiditas, aut inuidia. Ouid. *5. Fastor.*

Protinus intrauit mentes suspectus honorum.

Senec. *de consl. ad Mart.* Facta eius, quanto meruit suspectu celebramus.

Sūspēctĭo, nis, verbale. Suspicio. {ὑποψία. Gall. *Soupçon.* Ital. *Sospitione, sospetto.* Germ. Ein argwon. Hisp. *Sospecha.* Angl. *Suspicion.*} Terent. *Andr.* Nam quî istæc tibi incidit suspectio.

Sūspēcto, as, frequentatiuum, Sursum specto. {ὑποβλέπω, ἀναβλέπω. Gall. *Regarder souuent en haut.* Ital. *Guardar spesso in su.* Germ. Ob sich sehen eins sehens. Hisp. *Mirar à menudo arriba.* Angl. *To lock often vpward.*} Mart. Oculísque suspectans sidera. ¶ Interdum suspectum habeo. {Gall. *Soupçonner.* Ital. *Sospettare.* Germ. Im argwon haben. Hisp. *Sospechar.* Angl. *To suspect, or mistrust.*} Tacit. *lib. 1.* Et quidam scelus vxoris suspectabant. Idem *lib. 4.* Pellit domo Seianus vxorem Apicatam, ex qua tres liberos genuerat, ne pellici suspectaretur.

‖Suspectò, ὑπόπτως. Paulus *D. lib. 34. tit. vlt. l. 21.* Portionesque eorum fisco vni dicantur, qui mortem libertorum suspectò decedentium non defenderunt.‖

Sūspĭcŏr, aris, Suspicionem habeo, in suspicione sum. Deductum autem quidam volunt à sursum, siue susum, & aspiciendo, quia qui ruinam metuunt, sursum aspiciunt. Quo modo formari verbum Suspicere diximus à Prisciano *lib. 1.* suprà, in *Suspicio*: vel à subinde aspiciendo, quod faciunt diffidentes. {ὑποπτεύω, ὑπολήψω, ὑπονοέω, ὑποπτεύω. Gall. *Soupçonner, se douter, mescroire.* Ital. *Pensare, sospettare.* Germ. Argwonen. Hisp. *Sospechar ò baruntar.* Angl. *To suspect or mistrust.*} Plaut. *Asin. sc. 2. a. 5.* Suppillabat me, quòd ancillas meas suspicabar. (sup. facere.) Idem *Milit. sc. 4. a. 2.* Suspicatus es eam vidisse te osculantem. Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Suspicio est mihi vos suspicarier. Idem *Men. sc. 2. a. 5.* id est, quod suspicabar. Idem *Amph.* Nescio quid mali suspicor, &c. Terent *in Heaut.* Nam mihi nunc nihil rerum omnium est. Quod malim, quàm me hoc falsò suspicarier. Cæsar *8. belli Gall.* Cæsar etsi discessum hostium animaduertere non poterat, incendiis oppositis: tamen id consilium quum fugæ causa initum suspicaretur, veritus nequid in ipso offenderit, hominem summa vi retinere cœpit. Ouid. *Epistol. 1.*

Quæcunque æquor habet, quæcunque pericula tellus,
Tam longæ causas suspicor esse moræ.

Cic. *Attic. lib. 7.* Scribe non modò si quid scies, aut audieris: sed etiam si quid suspicabere. Differt autem suspicor & puto, quòd qui putant, omni genere errant: qui suspicantur, aliquid præuident. Corn. Fronto *de diff. vocab.*

Sūspĭcāns, tis, partic. ὑποπτεύων. Ter. *in Andr.* Egomet quoque eius causa in funus prodeo, Nihil suspicans etiam mali.

Sūspĭcĭo, nis, verbale, Ipse suspicandi actus. {ὑπόνοια, ὑποψία. Gall. *Soupçon.* Ital. *Sospettione.* Germ. Ein argwon. Hisp. *Sospecha.* Angl. *Suspicion.*} Plaut. *in Amph.* Et vt ne in suspicione ponatur stupri, & clandestina vt celetur suspicio. (vbi secunda syllaba producitur.) Idem *Asin. sc. 1. a. 4.* Suspiciones omnes à se segreget. (i. suspicandi caussas. Cic. *1. de fin.* Plerumque improborum facta primò suspicio insequitur, deinde sermo, atque fama, tum accusator, tum Iudex, multi etiam, vt te Consule, ipsi se indicauerunt. Idem *ad Lent. lib. 1.* Gratiam autem nostram extinguit hominum suspicio. Terent. *Eunuch.* Imò magis augo suspicionem. Plaut. *Pseud. sc. 5. a. 1.* Suspicio mihi nunc est, vos suspicarier, Me hæc idcirco tanta facinora promittere, Qui vos oblectem. Idem *Mil. sc. 4. a. 2.* Et *in Bacch. sc.* Nunc experiar: Suspicionem maximam visa sum sustinere. Terent. *Eunuch.* iam tunc erat suspicio Dolo malo hæc fieri omnia.

Sūspĭcĭōsūs, a, um, qui pronus est ad suspicionem, quíque suspicatur. {ὑποπτευτικός. Gall. *Soupçonneux, & qui est soupçonné.* Ital. *Sospettioso, ombroso.* Germ. Argwönig/das leichtlich ein argwon fasset. Hisp. *Sospechoso.* Angl. *That suspecteth much and easily.*} Suspiciosus, inquit Gell. *cap. 12. lib. 9.* dicitur tam qui suspicatur, quàm qui suspectus est. Terent. *in Adelph.* Omnes quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quomodo Suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis. Propter suam impotentiam se semper credunt negligi. Cic. *7. Verr.* Te conscientia timidum, suspiciosúmque faciebat. Idem *ad Quint. Fratr. lib. 11.* Esse nimis suspiciosum & durum in suos. ¶ Accipitur etiam quandoque passiuè, pro eo qui in suspicionem facile incidit, quíque suspectus est. Idem *pro Roscio Amerino,* Verum id quod adhuc est suspiciosum, nisi perspicuum res ipsa fecerit, hunc affinem culpæ iudicato te. Idem *pro Flacco,* Et is est reus auaritiæ, qui in vberrima re turpe compen

compendium, in maledicentissima ciuitate, suspiciosissimo negotio, maledictum omne, non modò crimen effugit.

Sūspīciōsē, suspiciosiùs, aduerbium. {ὑπόπτως. GALL. *Soupçonnement, par soupçon.* ITAL. *Sospettosamente.* GERM. Argwönigtlich. HISP. *Sospechosamente.* ANGL. *Suspiciouslie.*} Cic. *pro Sexto Rosc. Amerin.* Quum enim aliquid habeat quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non videatur. Idem *de clar. Orat.* Qui suspiciosiùs, aut criminosiùs diceret, audiui neminem.

Sūspĭcāx, acis, adiectiuum omnis generis, Suspiciosus. {ὑποληπτικός. GALL. *Soupçonneux.* ITAL. *Sospettoso.* GERM. Argwönig. HISP. *Sospechoso, que mucho sospecha.* ANGL. *Suspicious, that suspecteth.*} Tacitus *lib.* 3. Iis haud aliàs intentior populus, plus sibi in principem occultæ vocis, aut suspicacis silentij permisit. Idem *lib.* 1. Etiam Qu. Hatterius & Mamercus Scaurus suspicacem animum perstrinxêre.

SVSPĪRO, as, Spiritum ab imo pectore traho, quod solicitudinis, aut doloris argumentum est. {אנח *anácĥ* נאנק *anák* נאנק *neenák.* σίνω, στενάζω. GALL. *Souspirer.* ITAL. *Sospirare.* GERM. Seufftzen. HISP. *Sospirar ò acezar.* ANGL. *To sighe.*} Plaut. *in Menæch.* Quin suspirabo sexcentum dies. Cicer. *Attic. lib.* 1. Reperire ex magna turba neminem possumus qui cum aut iocari liberè, aut suspirare liberaliter possumus. Ouid. *Epist.* 20.

Ingemit, & tacito suspirat pectore.

¶ Per translationem accipitur pro desiderare: & sic ferè accusatiuo iungitur. Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Inuenies aliquem qui me suspiret ademptum.

Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 5. Magna cum cura illum curari volo. Quin suspirabo plus sexcentos dies. Iuuen. *Satyr.* 11.

Suspirant longo non visam tempore matrem.

Tibull. *lib.* 4. *Eleg.* 5.

Quòd si fortè alios iam nunc suspirat amores.

Suspirare in aliquem. Ouid. 1. *Fast.*

Hanc cupit, hanc optat, solam suspirat in illam.

Suspiratio, nis, actus ipse suspirandi. Seneca *lib. de ira*, Sentiet itaque suspirationes quasdam & vmbras effectuum, ipsis autem carebit. Plin. *in Præf.* Inde illa nobilis M. Catonis suspiratio, O rem felicem M. Porci, à quo rem improbam nemo petere audet? Quin. *lib.* 11. *c. vlt.* Suspiratione solicitudinem fateri.

Sūspīrātus, us, actus suspirandi. {אנחה *anacĥáh* אנקה *anakáh.* στεναγμός. GALL. *Souspirement, souspir.* ITAL. & HISP. *Sospiro.* GERM. Seufftzung. ANGL. *Sighing.*} Ouid. 14. *Metam.*

Respicit hunc vates, & suspiratibus haustis,
Nec dea sum, dixit.

Sūspīrĭum, ij, Ipsa suspiratio, hoc est, ab imo pectore spiratio. {אנחה *anacĥáh* אנקה *anakáh.* ἀσθμα, στεναγμός. GALL. *Souspir.* ITAL. & HISP. *Sospiro.* GERM. Ein seufftzen. ANGL. *A sighe.*} Cic. *Att. lib.* 13. Consul est impositus is nobis, quem nemo præter nos philosophos, aspicere sine suspirio posset. Ouid. 2. *Metam.*

———præsagaque luctus
Pectore sollicito repetes suspiria, &c.

Idem 11. *Metam.*

Myrrha patre audito, suspiria duxit ab imo
Pectore.

Colum. *lib.* 6. *cap.* 14. Interdum rumore palati cibos respuit, crebrum suspirium facit. ¶ Accipitur aliquando suspirium, pro ipsa suspirandi difficultate. Græci ἆσθμα vocant. Plin. *lib.* 10. *cap.* 9. Ad tormina, regios morbos, tussim veterem cum suspirio.

Sūspīrĭōsī, נאנקים *neenakim.* Qui spirandi difficultatem patiuntur: vel quibus vitiosa est respiratio, quos Græci ἀσθματικοὺς vocant. {GALL. *Asthmatique, qui ont courte haleine.* ITAL. *Asmatici.* GERM. Schwärlich athmende/die ein kurtzen athem haben. HISP. *Acezosos.* ANGL. *That fetcheth the breath panefullie.*} Colum. *lib.* 6. *c.* 37. Febrienti mulæ cruda brassica datur; suspiriosæ sanguis detrahitur.

Sūsquĕ dĕque fero, quod & Súsque déque habeo dicimus, Æquo animo sum, & quod accidit non magnifacio ἀδιαφορῶ. ¶ Interdum negligo atque contemno: hoc est, sursum an deorsum feratur res, parui facio. Plaut. *in Amph.* Atque in me súsque déque esse habituram putat? Vide Gell. *lib.* 16. *c.* 9.

Sūssĭlĭo, is, vide Subsilio.

Sūstĕndo, is, di, ensum, ere, Decipiendi gratia subdere aliquid aut machinari. {יקש *jakásch.* ὑποτείνω.} Salustius, Dum sustendit insidias militi.

SVSTĬNĔO, es, Fulcio, labentem excipio, alioqui ruiturum retineo. {סמך *samácĥ.* ἀνέχω, βαστάζω. GALL. *Soustenir, endurer & souffrir.* ITAL. *Sostenere.* GERM. Ob sich halten/auffhalten. HISP. *Sostener.* ANGL. *To sustene, to hold vp or suffer.*} Plaut. *in Menæch.* —Sustine has Penicule exuuias. Idem *Pœnul.* Quantum hominum terra sustinet. Cic. 2. *de nat. deor.* ex quo concluditur quàm omnes mundi partes sustineantur calore. Plin. *lib.* 12. *cap.* 25. Vineæ sine adminiculis se ipsæ sustinent. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

Barbara me tellus, orbísque nouissima magni
Sustinet.

Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 1. Sustine hoc, Penicule. (i. pallam quam exuo.) ¶ Sustinere interdum ponitur pro pati, tolerare. {סבל *sabál* נשא *nasá.* ἀνέχω, ὑπομένω, φέρω.} Cic. 7. *Philipp.* O dij immortales, quis huius potentiam poterit sustinere? Terent. *in Phorm.* —prima coitio est acerrima. Si eam sustinueris, post illa iam vt lubet, ludas licet. Plin. *Epist.* 12. Et cur, inquit, me putas hos tantos dolores tandiu sustinere. Senec. *cap.* 6. *de cons. ad Mart.* Quicquid onerum suprà (GALL. *D'en haut*) cecidit, sustine. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4.

Sustinuit coniux exulis esse viri.

¶ Aliquando pro alo, reficio, egestatem subleuo, nutrico. τρέφω, ἀνατρέφω. Liuius, Milites fluuiali pisce & herbis sustinebantur. Virg. 2. *Georg.*

———hinc patriam paruósque nepotes
Sustinet.

¶ Sustinere accipitur aliquando pro compescere, retinere, & cohibere. {עצר *hatsár* חשך *cĥasáĥ.*} Cicer. 4. *Academ.* Quum se à respondendò, vt approbet, aut reprobet quid, sustineat, vt neque neget aliquid, neque aiat. Quintilian. Sustinere & suspendere sermonem. Ouid. 6. *Fastor.*

Sustinuit tantas operum subuertere moles.

¶ Non sustineo, pro non possum, nequeo, non audeo. Quint. *lib.* 2. *cap.* 4. Nec enim huius rei iudicium differre sustineo. Ouid. 4. *Fast.*

———nec iam suspendere fletum Sustinet.

Idem 6. *Metam.*

———sed non attollere contra
Sustinet hæc oculos.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Sustinet Musa in tantis malis ad numeros reuerti.

¶ Sustineo, defendo, tueor. Cic. 4. *Acad.* Philo autem dum noua quædam commouet, quòd ea sustinere vix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur, & apertè mentitur. Brutus *Cic.* Apuleium autoritate tua sustinere debes. Sustinere personam, expectationem, causam, dignitatem imperij: id est, tueri, itáque sese gerere, vt iis rebus non impar videatur. Cic. *pro domo sua*, Hi tales viri, qui non solùm consiliis suis, sed specie ipsa dignitatem Reipublicæ sustinent. Idem post reditum, Quorum mentes angustæ, & humiles magnitudinem tanti imperij sustinere non possunt. Quintil. Sustinetur imbecilla frons magna conscientia. ¶ Sustinere, differre. {משך *mischscheeh.* ἀναβάλλω.} Liu. *lib.* 5. *ab Vrbe*, Compresśique à Centurione quem sibimetipsi præfecerant, rem in noctem sustinere. Sic sustinere actiones, pro differre & suspendere sæpè apud Iurisconsultos. ¶ Sustineo gradum, reprimo. Ouid. 6. *Fast.*

Obstupui tacitus, sustinuique gradum.

¶ Sustinere dicitur Deus manum suam, quando retrahit. Idem 5. *Fast.*

Sæpe Iouem vidi, quum iam sua mittere vellet
Fulmina, thure dato sustinuisse manum.

Liu. *lib.* 10. *ab Vrbe*, Sustinuit eos clamor, (i. coëgit consistere.) Idem Liu. *lib.* 1. *bell. Maced.* Qui in turribus erant, sustinebant tela, ne in permistos hostibus suos coniicerent, &c.

Sūstĕnto, as, frequentatiuum est à Sustineo, Fulcio, & alioqui ruiturum retineo. {משך *samácĥ.* ἀνέχω, βαστάζω. GALL. *Soustenter.* ITAL. *Sostentare.* GERM. Auffenthalten/vor dem fall enthalten. HISP. *Sostentar.* ANGL. *To susteine, to aide or help, to nourish.*} Virg. 10. *Æneid.*

Huic frater subit Alcanor fratrémque ruentem
Sustentat dextra.

¶ Nonnunquam idem quod tolero, seu patienter fero. {סבל *sabál* נשא *nasá.* ἀνέχομαι, ὑπομένω, φέρω. GALL. *Endurer & perter patiemment.* ITAL. *Sopportare patientemente.* GERM. Geduldigklich tragen/dulden. HISP. *Padecer ò sufrir molestias.* ANGL. *To suffer, to abide patientlie.*} Salust. *ad Cæs. de Republica ordinanda*, Postremò sapientes pacis causa bellum gerunt, laborem spe otij sustentant. Cic. *pro Flacco*, Hominum mentes, cogitationésque spes sustentat. Idem *Mario lib.* 7. Tu modò istam imbecillitatem valetudinis tuæ sustenta & tuere. Cæs. 7. *bell. Gall.* Vsque eò, vt complures dies milites frumento caruerint, & pecore è longinquioribus vicis abacto, extremam famem sustentarent. Idem 3. *bell. ciuil.* Iámque frumenta maturescere incipiebant, atque ipsa spes inopiam sustentabat, quòd celeriter se habituros copiam confidebant. ¶ Sustentare se, id est, fortem animum in rebus aduersis gerere, & fortunæ non succumbere. Cic. *Terentiæ lib.* 14. Quod reliquum est, sustenta te mea Terentia, vt potes. Idem *Torquato lib.* 6. Tu velim te, vt debes, & soles, tua virtute sustentes. Idem *Attic. lib.* 3. Me vix, miseréque sustento. Quintil. Animo me sustentaui. ¶ Sustentare, pro alere, seu reficere, & egestatem alicuius subleuare. {כלכל *chilchél.* τρέφειν, ἀνατρέφειν. GALL. *Nourrir.* ITAL. *Nutrire.* GERM. Ernehren/erhalten. HISP. *Criar.* ANG. *To nourishe.*} Cic. *Attic.* P. Valerium negat habere quicquam Deiotarus Rex, eúmque ait à se sustentari. Terent. *in Adelph.* —alit illas, solus omnem familiam Sustentat. ¶ Sustentatum est, impersonale. Cæs. 2. *bell. Gall.* Id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare cœperunt: ægrè eo die sustentatum est.

Sūstentātĭo, nis, Expectatio, siue dilatio. {תוחלת *tocĥeleth.* ὑπομονή. GALL. *Soustien, patience, attente.* ITAL. *Sostentatione, sopportatione.* GERM. Auffhaltung/auffzug. HISP. *Sustentacion, supertation.* ANGL. *An holding or bearing vp patience, and suffering.*} Cicer. 2. *de inuent.* Deinde vtrum statim geri necesse sit, vtrum habeat aliquam moram & sustentationem.

Sūstentācŭlum, id est, fulcimentum quo aliquid sustinetur, ἔρεισμα.

SVSTŎLLO, is, verbum est obsoletum, Attollo, siue sursum subleuo. {נשא *nasá.* ἀναφέρω, αἴρω, ἐπαίρω. GALL. *Esleuer en haut, sousleuer.* ITAL. *Solleuare.* GERM. Auffheben. HISP. *Alçar arriba.* ANGL. *To lift vp.*} A quo mansit præteritum sustuli, & tempora ab eo formata. Virg. 2. *Æneid.*

Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.

¶ Significat autem Sustuli, idem quod sursum tuli, in altum erexi, subleuaui. ἐπῆρα. Cicero *pro Deiotar.* Quum eum in equum plures sustulissent, vix in eo hærere senex potuit. Idem *lib.* 2. *de natur. deor.* Phaëthontem sol in currum sustulit. Idem *Attic.* Salaminij nos decretis suis in cælum sustulerunt. Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Credo hercle sustollat has ædes totas, atque hunc in crucem. (aliàs, *tollat.*) ¶ Aliquando idem quod suscepi. Cic. *in Antonium*, Qui ex libertina sustulerit liberos. Idem *pro Rosc. Amer.* Plus oneris sustuli, quàm ferre possum. ¶ Nonnunquam pro educaui. {כלכל *chilchél.* ἐτρεφα.} Virg. *lib.* 9. *Æneid.*

Mæonio regi quem serua Lycimnia furtim
Sustulerat.

¶ Nonnunquam item occidi, necaui, abstuli de medio, abrogaui, perdidi, destruxi, subuerti. {הרג *harág* הסיר *hesir.* ἀνῄρηκα.} Vnde est distichon illud apud Sueton. *in Nerone, cap.* 39.

Quis neget Æneæ magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem: sustulit ille patrem.

Xenophanes diuinationem funditus sustulit. Cicer. *lib.* 1. *Officior.* Idem *de diuin.* Maiores nostri Carthaginem funditus sustulerunt. ¶ Sublatum est conuiuium. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *act.* 3. (alibi. Mensa ablata est.

Sŭblātĭo,

Sŭblātĭo,nis,verbale, Ablatio, siue destructio. {ἀφαίρεσις. GALL. Ostement, destournement. ITAL. Esso portar via, osso togliere. GERM. Auffhebung/ hinnehmung. HISP. Quitamiento. ANGL. A taking away.} Quintil. lib. 7. cap. 2. An restitutio pro sublatione iudicij sit.

Sublatè, aduerbium, vnde sublatè dicere, cui opponitur attenuatè. Cicer. de clar. Orat. Quoniam ergo oratorum bonorum duo genera sunt, vnum attenuatè presséque: alterum sublatè, ampléque dicentium. ¶ Sublatè de se dicere, id est, magnificè de se prædicare. Idem pro domo sua ad Pontif. Nihil enim vnquam de me dixi sublatius asciscendæ laudis caussa potius, quàm criminis depellendi.

Sŭstŭli, præteritum, vide *Suffero*, *Sustollo*, & *Tollo*.

Susum, pro sursum, apud antiquos. Priscianus lib. 1. Et Cato cap. 157. Ita subducito susum animam quàm plurimum poteris: in triduo polypus excidet.

SVSVRRVS, i, Paruum & summissum murmur. {לחש lachasch. ψιθυρισμός. GALL. Vn bruit sourd, murmure. ITAL. Mormoratione, mormorio. GERM. Ein gemümmel/ gereusch/ als der fliessenden wasser. HISP. Zuñido ò sonido de abeja. ANGL. A low murmuring, muttering, or whispering.} Cic. 3. Tusc. Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculæ (vt mos in Græcia est) insusurrantísque alteri, &c. Horat. lib. 1. Carm.

——— Lenésque sub noctem susurri.

Virg. 1. Eclog.

Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.

¶ Declinatur etiam hoc Susurrum. Ouid. lib. 7. Metam.

Procrin adit, linguáque refert audita susurra.

Sŭsŭrrŭs, adiectiuum. {מתלחש mithlachésch נרגן nirghán. ψιθυρός. GALL. Qui murmure & babille, qui ne fait que murmurer, murmurateur. ITAL. Chi mormora, mormoratore, sussurrone. GERM. Mauderend. HISP. Murmurador que zumba. ANGL. That maketh a low and smal noise, as leaues of trees.} Ouid. 7. Metam.

Procrin adit, linguáque refert audita susurra.

Sŭsŭrro, as, Murmuro, summissa voce loquor, lenem & summissum strepitum edo: quale est aut apum murmur, aut aquæ molliter defluentis, aut venti leniter spirantis. {התלחש hithlachésch נרגן nirghán. ψιθυρίζω. GALL. Murmurer entre ses dents, faire vn bruit bas. ITAL. Mormorare, bucinare. GERM. Flissmen/rauschen/murmeln/ ein getummel machen. HISP. Zumbar ò hazer ruido, murmurar. ANGL. To whisper in the eare, to mutters.} Virg. in Culice,

Ima susurrantis repetebat ad vada lympha.

Et paulò pòst,

——— quos leniter afflans
Aura susurrantis possit confundere venti.

¶ Sumitur aliquando pro clanculum. Terent. in Andr. Iam susurrari audio, ciuem Atticam esse hanc. Martial. lib. 2.

Nequid fortè petam, timet cautéque,
Et secum sic, vt audiam, susurrat.

Ouid. Epist. 18.

Aut ego cum chara de te nutrice susurro.

Sŭsŭrrātĭo, verbale. {לחש lachásch. ψιθυρισμός. GALL. Murmurement & bruyement tout bas. ITAL. Mormorio tra' denti. GERM. Ein gemurmel. HISP. Zumbido, obra de murmurar. ANGL. A muttering or whispering in the eare.} Cælius ad Cic. lib. 8. Ad Cæsarem crebri, & non belli de eo rumores, sed susurrationes duntaxat veniunt.

Sŭsŭrro, nis, Detractor, maledicus, qui non apertè loquitur, qui voce demissa auribus hominum obstrepit. {נרגן nirghán רגל roghél הלך רכיל holéch raehil. ψίθυρος. GALL. Murmurateur. ITAL. Mormoratore, sussurrone. GERM. Ein ohrenbläser/zu ohren träger. HISP. Murmurador. ANGL. A backbiter.}

Sŭtātes, à Plauto (modò emendata sit lectio) dici videntur iidem, qui sutores, aut saltem certum quoddam sutorum genus. Sic enim legitur apud ipsum in Aulularia, Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius, Ciniflones, patagiarij, indusiarij, &c. Propolæ, linteones, calceolarij, Sedentarij, sutates, diabatharij. {οἱ ῥάπται. GALL. Cordonniers. ITAL. Calzolaij. GERM. Schuchflicker. HISP. Capateros.}

SVTELA, æ, Dolosa astutia (vt inquit Festus) siue techna callidè consuta. {ערמה hormáh מרמה mirmáh. κακορραφία, δολοπλοκία. GALL. Finesse pleine de dol & tromperie, controuuement de tromperie. ITAL. Astutia piena di fraude, trouamento d'inganni. GERM. Ein arglist/geschwinder betrug. HISP. Astucia llena de engaño. ANGL. Gutle or deceit.} Plautus in Capt. Quando ego te exemplis pessimis excruciauero, Atque ob sutelas tuas te morti misero: vel te interiisse, vel periisse prædicent.

Sutelo, sutelam facio. Gloss. ῥάπτω sutello.

Sŭtērnă, ipsa sutura, siue opus sutorium. {ῥαφή. GALL. Cousture, ou chose cousuë. ITAL. Cucitura ò cosa cucita. GERM. Schusterwerck. HISP. Cosedura, costura, ò cosa cosida. ANGL. Sowing or sewing.} Varro, Quod suternas facere inscius, nihil homo agis.

Sŭtĭlis, & Sutor, vide *Suo*.

Sutrium, σούτριον, oppidum Tusciæ mediterraneum, apud Strabo. lib. 5.

Sutura, vide *Suo*.

Sutus, (vt ex Catonis sententia refert Plinius lib. 8. cap. 5.) Nomen fuit elephanti, qui in Punica acie fortissimè dimicauerat, altero dente mutilato.

Sutrium, oppidum vetustissimum XXIV. mil. pass. ab Vrbe distans: quod adhuc nomen suum retinet. Hinc Sutrius, adiect. Sil. Ital. lib. 8.

——— ——— Sabatia quique
Stagna tenent, Ciminique lacum, qui Sutria tecta
Haud procul.

Plutarch. in Camil.

Sutrium, locus vbi suuntur species aliquæ. Gloss. Isid.

Sutrium ire, prou. ex hac caussa. Fest. Plautus eo verbo vtitur Casina sc. 3. a. 1. Ibi vide Fr. Taubmannum.

Sŭŭs, a, um, Relatiuum reciprocum, à Sui genitiuo deductum, de quo suprà egimus in suo primitiuo. {σφέτερος, σφός, ἑός. GALL. Sien, à soy. ITAL. Suo. GERM. Sein. HISP. Suyo. ANGL. His awin.} Plaut. Capt. sc. 2. act. 2. Meus mihi (filius) suus quoque charus. Idem Curc. sc. 3. a. 1. Sibi quisque habeat quod suum est. Idem Mil. sc. 1. a. 2. Apud suum paternum hospitem. Idem Pseud. sc. 3. a. 2. Suo viatico me reduxit. Ibid. sc. 3. a. 1. Suum repetunt: alienum reddunt nemini. Idem Mil. sc. 2. a. 2. Herus meus elephanti corio circumtectus est non suo. (i. non humano.) Idem in Aul. sc. 1. a. 2. De suo opsonare. Idem Most. sc. 3. a. 1. Solam ille me soli sibi suo quam liberauit, (i. de suo, siue sua pecunia, suo sumptu.) Senec. cap. 20. de consol. ad Mart. De suo peribant proscripti. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. Quibus vt seruiant suus amor cogit. Senec. Epist. 86. Tigrim osculatur suus custos. Ouid. Eleg. 5. lib. 3. Trist.

Pugna suum finem, quum iacet hostis habet.

Idem 13. Metam.

Orba suis essent etiamnum lintea ventis.

Idem 4. Fast.

——— Habeat ventos iam mea vela suos.

Senec. Epist. 71. Ignoranti quem portum petat, nullus suus ventus est. Ouid. 13. Metam.

——— Pars sua est laudis in illo.

Item, Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Metuunt ne eam vendas ob simultatem suam. παθητικῶς. Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Vt par delicto sit mea pœna suo.

Ibid. Eleg. 4. lib. 4. Exactus furiis suis Orestes. Et Velleius, Sua Cæsarem comitata fortuna. Idem Velleius, Plancus dubia. i. sua, fide, &c. ¶ Suus, pro illius, Ouid. 3. Fast.

Illo festa die dum sua sacra facis.

Idem Eleg. 1. lib. 3. Trist.

Non facinus caussam (pœnæ) sed suus error habet.

Et Cæsar lib. 3. de bell. ciu. Præesse suo nomine exercitui, (i. nomine illius.) Plaut. Mil. sc. 1. a. 2. Si moriatur mater sua. Item, Illius filiam coniecit in nauem clam matrem suam, &c. Hic paucula tantùm annotanda sunt, quæ illic sunt omissa. ¶ Suus aliquando idem valet quod sui iuris. Cic. 4. de finib. Sempérque erit in disputando suus, id est, non vtetur alienis inuentis argumentorum. ¶ Suum esse, aliquando idem est, quod esse sanæ mentis, vel in potestate mentis. Vlp. l. 7. §. adeò. D. quib. ex caus. in poss. eat. Furiosus suus non est, id est, non est sanæ mentis. ¶ Aliquando idem quod proprius, ἴδιος. Cic. pro Rosc. Amer. Sua quemque fraus, & suus terror maximè vexat, suum quemque scelus agitat. Idem 1. Offic. Expendere oportebit quid quisque habeat sui: id enim maximè docet quod est cuiusque suum maximè. Cic. ad Attic. lib. 14. Plura nobiscum hic perhonorificè & amicè Octauius, quem sui Cæsarem salutant. Seneca cap. 10. de consol. ad Polyb. Sua quemque credulitas decipit. Sueton. in Tib. cap. 17. Sui arbitrij homo, contentúsque se vno. Cæs. lib. 1. de bell. ciu. Sui insequendi facultatem ademerant. Plaut. in Trin. Neu suum adimerem alteri. Idem Curc. sc. 2. a. 4. Quibus sui nihil est nisi vna lingua. ¶ Suus sibi, i. proprius, vel suus proprius. Plaut. in Capt. Sed is quo pacto suo sibi seruiat patri. Rursus, Sed inscientes sua sibi fallacia. ¶ Pro sui. Idem Asin. sc. 4. a. 2. Huic me abegerit odio suo. (i. sui.) Item, Sua sibi, pro sua. Gell. cap. 19. lib. 16. Orauit (Arion) vt prius quàm mortem oppeteret induere permitterent sua sibi indumenta, &c. ¶ Sibi pro nobis. Senec. cap. 13. de tranq. Semper de fortuna cogitare, & sibi nihil de fide eius promittere tutissimum est. ¶ Sibi interdum vacat, ornatúsque tantùm gratia ponitur. Plaut. Amphitr. Telo suo sibi, malitia, à foribus pellere. Idem Capt. Prolog. Quo pacto seruiat suo sibi patri. Ibid. sua sibi fallacia, &c. Ibidem sc. 1. a. 1. Suo sibi succo viuunt cochleæ. Idem Asin. sc. 3. a. 4. Cum suo sibi gnato potare, &c. ¶ Sibi relatiuè siue reciprocè positum. Idem Most. sc. 3. a. 1. Sibi emit amator mores meretricis auro & purpura. Idem Curc. sc. 3. a. 1. Habeant sibi sua regna Reges. Ibid. Si quisque habeat, quod suum est. Idem Capt. sc. 1. a. 3. Miser qui sibi quod edat quærit, & ægrè inuenit. Idem Milit. sc. 1. a. 1. Me sibi habeto. Ouid. 13. Metam.

——— An & hunc sibi poscit Vlysses.

‖¶ Sibi alter, sibi tertius, &c. mos loquendi est in leg. antiq. vt GERM. Selbander/ i.e. ipsi alteri. & alter: Selbdritt/ipse tertius, nempe duo ad meipsum. in ll. Longob. tit. 25. 6. furtum quod fecerit sibi nonum reddat. Sic, sibi septima manu fidem facere, in ll. Rip. tit. 34 §. 4. Sic metseptimus, pro sibi septimus, in Specul. Sax. lib. 3. art. 28. 32. &c. Vide Gloss. Lindebrog. ad ll. antiq. ‖ ¶ A Suus deducuntur composita Suapte & Suopte, quæ idem valent quod Suamet & Suomet: vt, Suapte culpa, id est, suamet, vel sua ipsius culpa. Plaut. Merc. Suapte culpa ex genere capiunt genus. ¶ Suopte ingenio. Liu. 1. ab Vrb. Suopte igitur ingenio temperatum animum virtutibus fuisse opinor magis instructúmque. ¶ Suopte nutu. Cicer. 1. Tusc. Vt terrena & humida suopte nutu, & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare ferantur. Suusmet. Tacit. lib. 14. Pulsi cum sauciis integri suomet ipsi metu, & angustiis viarum conflictabantur. Salust. in Iugurth. Necesse est suomet ipsi more præcipites eant.

S Y

Syagrā, æ, σύαγρα, Regio Ciliciæ prope Adum & Laërten, à suum venatione (vt ex nominis compositione apparet) appellata.

Syagris, συαγρὶς piscis. à σύαγρος i. aper.

Syagrus, σύαγρος, canis nomen est apud Sophoclem, à suum venatione impositum. ¶ Græcis item Syagros, aprum, seu suem syluestrem significat. {Ein sewhund.}

Syagrŏn, σύαγρον, extremum Arabiæ felicis promontorium, ad mare rubrum: cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 23. & 28. & Ptolemæus tabula Asiæ sexta.

‖Syarium, suarium. Salmas.‖

Sybăris, σύβαρις Stephano, Magnæ Græciæ oppidum, inter Crathin & Sybarin amnes, ab Achiuis conditum, qui post Troiæ excidium vi tempestatis eò fuerunt appulsi. Huius olim tanta fuit potentia, vt quaternas proximas rexerit gentes, & quinque & viginti vrbes suo subdiderit imperio, & contra Crotoniatas trecenta hominum millia armarit. Autor Strab. lib. 6. ¶ Est & Sybaris (vt iam diximus) fluuij nomen iuxta vrbem eiusdem nominis; à cuius potu incolæ submouent greges: siue quòd pecora sternutamentis exagitet, vt visum est Straboni: siue quòd vellera nigrore inficiat, quum Crathis vicinus amnis candorem iis inducat, vt tradit Plin. lib. 31. cap. 2. ¶ Est item Sybaris adolescentis nomen, apud Horat. lib. 1. Carm. Ode 8.

——— Lydia dic, per omne

Te deos oro Sybarim cur properas amando
Perdere.

Sybăritæ, συβαρῖται, populi fuerunt ingeniosissimi omnium voluptatum architecti, omníque deliciarum genere adeò effœminati, vt Sybaritica mensa in prouerbium abierit. Traditur hisce fuisse consuetudinem, vt conuiuas in proximum annum inuitarent, ne spatium interim deesset, aut conuiuatori conquisitis terrâ, maríque deliciis epulas instruendi, aut conuiuis ipsis corpus auro, gemmísque exornandi. Hi postremò aduersùs Crotoniatas bello suscepto, quum trecenta hominum millia in aciem eduxissent, turpissimè tamen victi vnâque cum vrbe sua sunt deleti.

Sybărĭtis, idis, συβαρῖτις, patronymicum fœmininum, à Sybaritis populis formatum. Ouid. *de Trist. ad Augustum,*
Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit.
Quo in loco Sybaritida vocat Ouidius, opus Hemitheonis cuiusdam cinædi de generibus voluptatum, & obscœnarum deliciarum.

Sybaritanus, adiect. Plin. *lib.* 8. *cap.* 42. Docilitas tanta est, vt vniuersus Sybaritani exercitus equitatus, ad symphoniæ cantum saltatione quadam moueri solitus inueniatur.

Sybota, æ, σύβοτα Stephano, insula est ante Leucadiam, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Sycaminon, συκάμινον, oppidum fuit in ora Phœnices, cuius sua ætate nihil præter memoriam extitisse, autores sunt Plin. *lib.* 5. *cap.* 19. & Strab. *lib.* 16.

‖Sycaminus, συκάμινος, morus: συκάμινον morum. Sycaminea συκαμινέα, morus, arbor.‖

Syce, συκὴ, insula est Asiæ adiacens, non procul ab Epheso, cuius meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Sychæus, vide suprà *Sichæus.*

Sycītes, συκίτης, gemma à fisci colore dicta: de qua Plin. *lib.* 37. *cap.* 11. Est item Sycites, vini factitij genus ex fico, quem alij Palmi primum, alij Catorchiten appellant, singulis modiis in aquæ congiis tribus maceratis: vt docet idem Plin. *lib.* 14. *cap.* 16.

Sycŏmŏrus, {שקמה *schikmáh.* συκόμορος. Diosc. Gall. *Figuier d'Egypte, comore.* Ital. *Sicomoro arbor.* Germ. Adams feigen/Maulbeer feigenbaum. Hisp. *Higuera de Egypto.* Angl. *A figge tree of Egypte.*} Arbor est mediam inter morum & ficum similitudinem habens: vnde & nomen ei impositum est, σύκη enim Græcis ficus est, & μορέα arbor, quam & Latini morum appellant. Hanc nonnulli Ficum Ægyptiam. Theophrast. Ægyptiam morum. Celsus inuersa compositione morosycon. Dioscorides & Galenus Sycomorum appellarunt. Dioscorides scribit sycomorum esse arborem magnam, similem ficui, foliis moro quàm proximis, magna lactis copia abundantem. Fructum fert ter quatérve quotannis, non ramis vt ficus, sed caudice ipso, caprificis similem ficorum grossulis dulciorem, & qui interiore farcto, nulla, qualia in fico sunt, frumenta habeat: nec, nisi ferro vnguibúsque scalpatur, maturescentem. Nascitur præcipuè in Rhodo, & Caria, aliísve locis, frumentis non admodum feracibus. Prouenit in Ægypto, maximè in Nili aggeribus, quos radicibus suis colligat, & aduersùs Nili inundationes munit. vnde, teste Vlpiano, grauiter in eos solet animaduerti, qui in Nili ripis sycomorum exciderent.

Sycŏphantă, æ, Calumniator, delator. {הלך רכיל *holéeh raehil.* συκοφάντης. Gall. *Calomniateur, faux accusateur, trompeur, emputeur, mangeur de figues.* Ital. *Calomniatore, mangiatore de fichi.* Germ. Ein feigenfresser/ein falscher vertrager/der einem fälschlich ein laster auffricht. Hisp. *El que come los higos, calumniador.* Angl. *A quareller or wranling fellow.*} Huius significationis ratio ab aliis alia traditur. Τὸ δὲ συκοφάντη (inquit Plutarchus) τοὔνομα ἐκ φιλοπραγμοσύνης γεγονὸς φασίν. κωλυομένης γὰρ ἀθήνηθεν ἐκφέρειν τὰ σῦκα μηνύοντες καὶ φαίνοντες τοὺς ἐξάγοντας, συκοφάνται ἐκλήθησαν. hoc est, Sycophantæ ex cupiditate aliis facessendi negotij nomen factum aiunt. Nam quum Athenis vetitum esset efferre ficus, qui eos deferebant, accusabántque, sycophantæ sunt appellati. Idem etiam Plutarchus refert in Solone. Alij tradunt, quum Attici iuuenes in hortos alienos irrumperent, ficósque sublegerent, pœnam capitis in eos, qui id facerent, fuisse constitutam: quam pœnam qui persequerentur ob paruula detrimenta, sycophantas appellatos. Dicti itaque videntur sycophantæ παρὰ τὸ τὰ σῦκα φαίνειν, hoc est, à ficuum delatione. Alij nominis huius etymon ad huiusmodi referunt fabulam, quam & Maximus Planudes in vita Æsopi refert, Quum Xanthi philosophi seruus ficus domino ex agro allatos consumpsisset, eius rei culpam in Æsopum conseruum suum reiecit. Qui vt domino innocentiam suam probaret, aquam tepidam ebibit, eandémque puram, vt hauserat, euomuit. Quod quum iubente hero, alter quoque fecisset, vnà cum aqua ficuum quoque frusta eiecit: eáque ratione prodito calumniatore factum est, vt sycophantam dicamus, qui insontem falso crimine calumniatur. Plaut. *in Amph.* Nimis hic scitus est sycophanta, qui quidem sit meus pater. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Nihil hîc sycophantis quæstus. Item, Purus putus hic sycophanta est. Mox, Non confidit. Sycophanta hic nequam est. (id est, non est satis callidus & vafer.) Sequitur enim: Nugis meditatur malè, &c. Plura apud Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 3. *Men. sc.* 1. *a.* 2. *& sc.* 2. *Ibid. & sc. vlt. a.* 5. *& in Trinum,* & alibi passim.

Sycŏphantĭă, Mendacium, calumnia, fallacia. {סטנה *sitnáh.* συκοφαντία. Gall. *Calomnie, fausse accusation, tromperie, deception.* Ital. *Bugia, calonnia, inganno.* Germ. Lugenwerck/lesterung/ falsche auffrechung eines lasters. Hisp. *Calumnia, engaño.* Angl. *A false or craftie accusation, a forged crime.*} Plaut. *in Asin. sc.* 1. *a.* 1. Per fallaciam, quam amabam, abduxit à lenone mulierem, Neque puduit in ætatis sycophantias struere. *Ibid. sc.* 2. *act.* 3. Perfidiæ laudes, gratiásque habemus meritò diis magnas, Cum nostris sycophantiis, dolis, astutiísque, Scapularum confidentia, &c. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Noui sycophantias. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Nec mendaciis, nec sycophantiis, nec fucis mantelum est. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Per Sycophantiam auferre xx. minas. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Hîc doli, hîc fallaciæ, hîc sycophantiæ, &c.

Sycŏphantŏr, aris, ari, Sycophantias struere. {הלך רכיל *holéch raehil* שטן *satán.* συκοφαντεῖν, Suidæ. Gall. *Calomnier, accuser faussement, tromper.* Ital. *Accusare falsamente, ingannare.* Germ. Mit lugenwerck/oder falschem geschwätz vmbgehn. Hisp. *Calumniar, acusar falsamente, engañar.* Angl. *To inuent and forge fals crimes or accusations.*} Plaut. *in Trin.* Quanquam hoc me ætatis Sycophantari pudet.

Sycŏphantisso, as, συκοφαντίζω, idem.

Sycŏphantiōsē, aduerbium antiquum, hoc est, dolosè, siue per calumniam. {συκοφαντικῶς. Gall. *Calomnieusement.* Ital. & Hisp. *Calumniosamente.* Germ. Mit falschem auffrechen/oder zureden. Angl. *By inuention of a false crime.*} Plaut. *in Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Ego nec sycophantiosè quicquam ago, nec malefice.

Sycoris, Plin. *lib.* 3. *cap.* 3. fluuius Hispaniæ, iuxta Ilerdenses, Surdaonum gentes. Lucan. Hesperios inter Sycoris non vltimus amnes. Vide *Sicoris.*

Sycōsis, σύκωσις, vitium est palpebræ asperæ, & granorum exiguorum, quæ in ficis frumenta à Plinio appellantur, similitudinem ficus referentis: vnde & nomen accepit.

Sycussa, συκοῦσσα, insula est in mari Ægæo, ante Ephesum: de qua Plin. *lib.* 31. *cap.* 5.

Syderis, fluuius in finibus Caspiorum & Hyrcanorum, à cuius ostio Caspium mare nomine amisso, Hyrcanum incipit appellari. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 16.

Sydus, & Syderatio, vide *Sidus.*

Syedra, æ, συέδρα, oppidum est Isauriæ, quæ est regio Asiæ, media inter Ciliciam & Pamphiliam. Steph.

Syēnē, συήνη, vulgò *Gaguera.* Vrbs in confinibus Æthiopiæ atque Ægypti, non procul à Nilo, supra Alexandriam, versùs meridiem quinque millibus stadiorum, sub tropico Cancri directè locata. vnde sole existente in cancro, medio solstitij die supra verticem ciuitatis nullam prorsus in ea vmbram iaci, ait Plin. *lib.* 37. Lucan. *lib.* 2.—Vmbras nusquam flectente Syene.

Sygatos, σύγαρος, insula est in sinu Arabico, in qua nulli sunt canes atque aliunde importati circa littora errantes moriuntur. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 8.

Syla, per simplex l, mons Lucaniæ, syluam habens eiusdem nominis, latrociniis crebris infamis. Vnde & nomen accepisse videtur ἀπὸ τοῦ συλᾶν, quod est prædari. Salustius *de Fugitiuis,* In sylua (inquit) Syla fuerunt. Virg. 12. *Æneid.*
——*ac velut ingenti Syla, summóve Taberno,*
Quum duo, &c.

Syllā, duplicato ll, σύλλας, fuit Romanus nobilis, teste Salust. qui ex antiqua Scipionum familia originem duxit. Hic in adolescentia omnibus flagitiis inquinatam vitam egit, vsque ad Quæsturam quam sub Mario adeptus est, in qua vitam omnem penitus commutauit. Literis Græcis & Latinis benè eruditus fuit, facundus, acer, astutus, gloriæ cupidus, sui securus, pecuniæ maximus largitor, animo grandis: adeò vt de illo dubitari potuerit (inquit Salustius) fortiórne an felicior esset. Missus à Mario ad Bocchum regem legatus, Iugurtham victum retulit. Deinde & Mithridatem Asiam crudelissimè vastantem compescuit: socialis belli luctus repressit: Cinnæ dominationem fregit: & Marium qui olim se Quæstorem fastidierat, ipsam illam prouinciam proscriptum, & exulem coëgit petere. Dictator deinde effectus, ita Rempublicam oppressit, vt teste Cicer. *in Verrem,* nemo illo inuito nec bona, nec vitam retinere posset. Postremò Republica constituta, Dictaturam deposuit, & priuatus Puteolos concessit: vbi & pediculari morbo periit. Quapropter Cæsar Iulius dicere consueuit, illum literas nesciuisse, quia dictaturam deposuisset, vt scribit Tranquillus. Syllæ autem nomen ex Sibylla contractum putatur. Appellatus est enim Sibylla qui ex Sibyllinis libris primò sacra fecit: cuius posteri duabus sublatis literis, Syllæ sunt appellati. Et quum is, qui primus Sylla appellatus est, flauo & compto capillo fuerit, similes Syllæ sunt appellati. Inde profectum, vt effœminati in ludo, Sylli dicerentur. Sosipater *lib.* 1. Sylla Gallicè sonat, *Couperose:* Plutarcho autore in Coriolan. & apertiùs in Sylla. Hinc Syllaceus color Vitruuio idem, qui purpureus. ¶ Syllaturire est Syllam imitari. Cic. *Attic. lib.* 9. *cap.* 181. Hoc turpe Cn. noster biennio antè cogitauit, ita Syllaturit animus eius, & proscripturit diu.

Syllăbă, æ, {συλλαβή. Gall. *Syllabe.* Ital. & Hisp. *Syllaba.* Germ. Ein sylben eines worts. Angl. *A syllabe.*} Est comprehensio literarum, vel vnius vocalis enunciatio, vnius, aut duorum temporum capax. Omnis enim syllaba aut breuis est, & vnum tempus recipit, quod atomum metrici vocant: vt Vir. Aut longa, & duo recipit tempora, vt Res. Dicta est autem Syllaba ἀπὸ τοῦ συλλαβεῖν. quod est comprehendere. Propriè enim illa est syllaba, quæ ex pluribus literis constat. Quæ autem vna vocali perficitur, abusiuè syllaba vocatur, & monogramma appellatur. Aliæ dicuntur digrammæ, vt Ne: vsque ad hexagrammam, vt Stirps. Accidunt syllabæ quatuor, tenor, spiritus, tempus, & numerus literarum. Tenores tres sunt, acutus, grauis, & circumflexus: Spiritus duo, Asper & lenis, tempora tria, breue, longum & commune. Numerus quia vnica litera contenta esse potest, aut plures admittit, senarium tamen numerum non egreditur.

Syllăbātim, aduerbium, Per syllabas. {κατὰ συλλαβάς. Gall. *Par syllabes, syllabe apres syllabe.* Ital. *Syllaba per syllaba, à syllaba.* Germ. Den sylben nach. Hisp. *De syllaba en syllaba.* Angl. *By syllabes, or syllabe by syllabe.*} Cic. *Attic. lib.* 13. Ergo ego ne Tyroni quidem dictaui, qui totas περιόδους persequi solet, sed Spintheri syllabatim. Dicere syllabatim, idem 4. *Acad.* Quum enim tuus iste Stoicus sapiens syllabatim tibi ista dixerit.

Syllabus, σύλλαβος, index, quia συλλαμβάνει, i. comprehendit summam longi operis.

Syllaceus color, quis, suprà in *Sylla,* ad finem.

Syllaniōn, συλλανίων. Statuarius nullo doctore nobilis: de quo Plinius *lib.* 34. *cap.* 8.

Syllaturio, vide *Sullaturio.*

Syllepsis, σύλληψις, figura est orationis, teste Rufiniano, quum duabus diuersísque sententiis verbũ accommodatur alteri non conueniens. Beda definit esse dissimilium clausularum per vnum verbum conglutinatam conceptionem: vt cum substantiuis, nominatiísve diuersorum generum iungitur adiectiuum, verbúmve alteri tantùm respondens. Virg. 1. *Æn.*

——*Sociis*

———*Socijs & rege recepto.*
Idem 1. *Eclog.*
———*sunt nobis mitia poma,*
Castaneæ molles, & pressi copia lactis

¶ Aut quum pro multis vnus ponitur: vt, Verúmque armato milite complent. ¶ Aut pro vno multi, vt, Vos ô Calliope precor, aspirate canenti. Vsitarius enim dixisset, O vos Musæ. Dicta Syllepsis, ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν, quod est concipere, vnde Latinè Conceptionem, siue Comprehensionem vertere possumus.

¶Syllochismus, συλλοχισμὸς, cùm primò manipulo alius adiungitur, vt dux duci. Suid.

Sylloge, collectio.

Syllogeus, collector, coactor inditionalis.¶

SYLLOGISMVS, συλλογισμὸς, argumenti firmissimi genus, ex duobus pronunciatis conclusionem necessariò inferens. Latinè Ratiocinationem vertere possumus, ἀπὸ τοῦ συλλογίζειν, quod est ratiocinari. Quint. *lib.* 3. *cap.* 7. In syllogismo tota ratiocinatio ab eo est, qui intendit. ¶ Quid sit Syllogismus docet Gell. *cap.* 26. *lib.* 15. Vbi definitionis Aristotelicæ Latina habetur interpretatio.

Syllogisticus, a, um, ad syllogismum pertinens.

¶Syllographus, calumniator, scriptor maledicus. Polit.¶

Syloson, tis, Συλοσῶν, Polycratis Samiorum tyranni frater, qui quum Dario Hystaspis filio vestem quam ferebat, aliquando largitus esset, ab eo pro pensatione muneris tyrannidem dono accepit. In qua administranda crudelissimè se se gessit, patriam ciuibus exhauriens. Vnde tractum est prouerbium, ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη, hoc est, Sylosontis opera facta est loci amplitudo.

SYLVA, æ, nomen generale est non solùm arborum, sed etiam herbarum. {יער iabar. δρυμὸς, ὕλη. GALL. *Forest, bois.* ITAL. *Selua, bosco.* GERM. Ein wald. HISP. *El bosque de arboles.* ANGL. *A woode.*} Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 5. Quò me venatum in syluam vocas? Bacche. Tibull. *lib.* 4.
Nec quadrupes densas depascitur aspera syluas.
Virg. *lib.* 1. *Georg.*
———*subit aspera sylua,*
Lappæque tribulique.
Propriè tamen arborum, & quæ cædua est, hoc est, quæ habetur in eum vsum, vt ex ea materia cædatur. Quòd si succisa sit, nihilominus dicitur sylua, quoniam rursus ex stirpibus, aut radicibus renascitur. Cic. *Attic. lib.* 12. Manè me in syluam abstrudo densam, atque asperam: non exeo inde ante vesperam. Quint. *lib.* 1. *cap.* 10. *de Orpheo,* non feras modò, sed saxa etiam syluásque duxisse posteritatis memoriæ proditum est. Virg. 6. *Æneid.*
Itur in antiquam syluam, stabula alta ferarum.
Dicta sylua, ab eo quod Græcis ὕλη, id est, materia dicitur. Et vt illi ὕλην pro materia, sic nostri Syluam posuerunt, Sylua autem vel grandifera est, cuius arbores non cæduntur, sed ad escam quadrupedibus præbendam seruantur: aut cædua, quòd in ea arbores, quum ad iustam proceritatem creuerunt, cæduntur: vt vel ædificationibus, vel aliis vsibus materiam præbeant. Lucus non est cæduus, sed manu consitus, religiosúsque Deo, vel hominis alicuius cineri dedicatus, circa delubrum Dei, vel sepulchri. Saltus est sylua inuia, vbi pasci & æstiuare, vel hyemare pecudes solent. Nemora voluptatis causa comparata, & plena amœnitatis. ¶ Quandoque syluam accipimus pro tumultuario, & extemporaneo scripto quod Græci σχεδίασμα appellant: cuiusmodi sunt Syluæ Papinij, quas sibi subito calore, & quadam festinandi voluptate excidisse testatur. Quintil. *lib.* 10. *cap.* 3. Diuersum est huic eorum vitium, qui primo decurrere per materiam stylo, quàm velocissimo volunt, & sequentes calorem atque impetum ex tempore scribunt: hanc Syluam vocant. ¶ Syluæ & ambulationes in vrbe. Sueton. *in Aug. cap.* 100.

Syluula, diminutiuum. {ὑλάριον. GALL. *Vn petit bois, petite forest, bocage.* ITAL. *Picciola foresta.* GERM. Ein wäldlin. HISP. *Pequeño bosque.* ANGL. *A litle woode.*} Colum. *lib.* 8. *cap.* 15. Sunt enim quibus cordi est vel in syluulis tamaricum, aut scriptorum frutetis immorari: nec ob hanc tamen causam totus locus syluulis occupetur.

Syluæmater, Scribonio Largo, quæ officinis *Matrisylua* herba, GERM. Waldmeister / quasi syluæ magistra in altissimis syluis plerunque reperitur. Dicitur & Epatica, Leberkrautt / Targ.

Syluester, stris, vel hic & hæc Syluestris, & hoc syluestre, Syluosus. {ὑλαῖος, ὑλήεις. GALL. *Sauuage, rustique, champestre.* ITAL. *Saluatico, rusticano.* GERM. Waldächtig / item, bewrisch. HISP. *Cosa de bosque.* ANGL. *VVilde.*} Liu. 7. *bell. Pun.* Tumulus erat syluestris inter Punica & Rnmana castra. Cic. *in Læl.* Quum locis ipsis delectemur montosis, & syluestribus, in quibus diutiùs commorati sumus, hoc est, locis qui in montibus sunt, & syluis. Ouid. 13. *Metam.*
Qui nunc vt memorant syluestribus abditus antris.
¶ Interdum ponitur pro incultus, agrestis, siue rusticus. ἄγριος. Ouid. 2. *Fast.*
Transtulit Euander syluestria numina secum.
Virg. 1. *Eclog.*
Syluestrem tenui musam meditaris auena.
¶ Hinc Syluestrior comparatiuus. Plin. *lib.* 26. *cap.* 27. Syluestriora omnia tardiora.

Syluaticus, a, um, quod est syluæ, seu quod ad syluam pertinet. {ὑλικός. GALL. *De forest, sauuage.* ITAL. *Saluatico, di selua.* GERM. Des walds. HISP. *Cosa pertenecient à bosque.* ANGL. *Of a woode.*} Varr. *lib.* 1. *de re rust.* vt falces dicuntur ab eodem scriptore vineaticæ opus esse sex, sirpiculæ quinque, syluaticæ quinque, arborariæ tres, rusticariæ decem. Syluatica laurus, crescens in syluis. Cato *cap.* 8. Syluaticus mus, id est, agrestis, siue in syluis habitans, Plin. *lib.* 30. *cap.* 9. Ruta syluatica. Cels. *lib.* 5. *cap.* 27.

Syluicola, æ, qui syluam incolit. {ὑλονομός. GALL. *Qui habite és forests.* ITAL. *Chi habita nelle selue.* GERM. Ein waldwohner. HISP. *El que mora en los bosques.* ANGL. *That dwelleth in a forest or woode.*} Propert. *lib.* 3. *eleg.* 13.
His tum blanditijs furtiua per antra puellæ
Oscula syluicolis empta dedêre viris.

Syluicultrix, icis, Syluæ habitatrix. {ἡ ὑλωρός. GALL. *Celle qui habite és bois & forests.* ITAL. *Donna che habita nelle selua.* GERM. Ein waldwohnerin. HISP. *La que mora en los bosques.* ANGL. *She that dwelleth in a woode.*} Catull. *Epigr.* 58.
Vbi cerua syluicultrix, vbi aper nemoriuagus?

Syluifragus, a, um, {ὑλοῤῥαγής, δρυμοὺς καὶ ὕλας καταγνύων. GALL. *Qui rompt & abbat les forests.* ITAL. *Spezzare selue.* GERM. Das die wäld zerreißt. HISP. *Quebrantador ò cortador de bosques.* ANGL. *A cutter of a woode or forest.*} Venti epitheton est, quo arbores in syluis & franguntur, & eruuntur. Lucret. *lib.* 1.
———*montésque supremos*
Syluifragis vexat flabris.
de vi & impetu ventorum loquitur.

Syluiger, a, um, Syluosus. {ὑλώδης. GALL. *Plein d'arbres, bocageux.* ITAL. *Seluoso, pieno d'alberi.* GERM. Waldächtig das vil wäld hatt. HISP. *Lleno de bosques.* ANGL. *Full of trees or forestes.*} vt Montes syluigeri. Plin. *lib.* 31. *cap.* 3. Ideò syluigeri ab Aquilonis tantùm parte sunt.

Syluosus, a, um, Sylua obsitus, arborum densitate syluæ imaginem referens. {ὑλώδης, ὑλήεις. GALL. *Plein d'arbres, bocageux.* ITAL. *Seluoso pieno d'alberi.* GERM. Waldächtig. HISP. *Lleno de bosques.* ANGL. *Full of woodes or trees.*} Liu. 9. *ab Vrbe,* Saltus duo alti, syluosíque sunt montibus circa se perpetuis inter se coniuncti. Plin. *lib.* 12. *cap.* 5. Superiores eiusdem rami in excelsum emicant syluosa multitudine.

Syluesco, is, ere, In nimiam ramorum, sarmentorúmve vbertatem luxuriare. {ὑλομανεῖν. GALL. *Deuenir sauuage.* ITAL. *Diuentare saluatico.* GERM. Zu einem wald werden mit vile der schossen. HISP. *Hazerse bosque.* ANGL. *To waxe wild or thick of boughes lik a woode.*} Cic. *in Caton.* Quàm multiplici serpentem lapsu, & erratico, ferro amputans, coërcet ars agricolarum, ne syluescat sarmentis, & in omnes partes nimis fundatur. Col. *lib.* 4. *cap.* 11. Nec pali vitem superuacuis frondibus luxuriantem syluescere.

Syluanus, Syluarum Deus, qui Cyparissum puerum in deliciis habuisse dicitur, eundémque in arborem sui nominis, hoc est, in cupressum transformasse. Fabulantur enim Poëtæ, Cyparissum ceruam habuisse mansuefactam, eámque vnicè adamasse: quam quum Syluanus imprudens occidisset, puer doloris impatientia contabuit. Cuius mortem ægrè ferens Syluanus, in arborem cupressum eum commutauit, quam amasij desiderio semper dicitur circumferre. Quidam Syluanum eundem esse putarunt cum Pane. Virg. tamen *lib.* 1. *Georg.* manifestè eos distinguit. Nam quum dixisset, Pan ouium custos, &c. interiecta deinde Mineruæ, & Triptolemi mentione, subdit tandem, Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum. Quem locum explicans Seruius, Publica (inquit) cæremoniarum opinio hoc habet, pecorum & agrorum Deum esse Syluanum. Prudentiores tamen dicunt eum esse ὑλικὸν θεὸν, hoc est, Deum τῆς ὕλης. Ὕλη autem est fæx omnium elementorum, id est, ignis sordidior, & aër, item & aqua, & terra; sordidiora vnde cuncta procreantur. Quam ὕλην Latini materiam appellauerunt: nec incongruè, quum materiæ syluarum sint. Ergo quem Græci à toto, Latini à parte dixerunt. Hæc ille. Plin. *lib.* 12. *cap.* 1. Quin & Syluanos, Faunósque, & deorum genera syluis ac sua nomina tanquam è cœlo attributa credimus. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Syluani lucus extra murum est auius.

Sylvia, quæ & Rhea, & Ilia, Numitoris filia, quæ à Marte compressa, (vt Romani credi voluerunt) Romulum peperit, & Remum, vrbis Romanæ conditores. Vide Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe.* ¶ Est & Syluia apud Virg. 7. *Æneid.* nomen sororis Thyrrhei pastoris regij armenti, cuius ceruus mansuetus à Troianis vulneratus initium præbuit belli inter Latinos, & Troianos aduenas.

Syluius, Ascanij filius, Æneæ nepos: ita dictus quòd casu quodam in syluis natus esset: à quo deinceps Albanorum Reges omnes Syluij dicti sunt, sicut Romanorum Imperatores, Augusti: Ægyptiorum Reges, Ptolemæi: Parthorum, Arsaces. Vide Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe.* ¶ Syluius Posthumus pater Latini. Ouid. *lib.* 4 *Fast.*

Syma, æ, siue Syme, symes, σύμη. Insula est Cariæ adiacens, portum habens clausum triremibus aptum, & nauale nauium viginti. Autor Strabo *lib.* 14.

SYMÆTHVS, Σύμαιθος, fluuius Siciliæ non longè ab Ætna, qui (vt ait Strabo *lib.* 6.) agrum Cataneum irrigat.

Symæthius, a, um, adiect. Virg. 9. *Æneid.*
Eductum Martis luco Symæthia circum
Flumina.

Symbari, populi feri, inter Arabiæ montes, & Nilum incolentes, elephantúmque venatu victitantes. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 31.

Symballota, συμβαλλωτὰ, ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν, vestes quædam coacti per se velleris implexu potius, quàm textu confectæ.

Symbiosis, συμβίωσις, conuictus; actio vnà viuendi, συμβιοῦν conuiuere.

SYMBOLVM, i, Nota, signum, collatio. {אות oth. σύμβολον. ANGL. *A signe, token or badge to knaw one bie.*} à συμβάλλω, confero. Hinc fit vt symbolum accipiatur pro eo quod in cœnam comparandam plures conferunt. {GALL. *Enseigne de recognoissance, escot.* ITAL. *Segno, intrasegno, scotto.* GERM. Ein ürte / item, ein wahrzeichen. HISP. *Collecta de dichos ò sentencias, señal, apellido en la guerra.*} Terent. *in Andr.* Symbolum dedit, cœnauit. Hîc Symbolam legi debere, apud Terentium, & alios admonet Turnebus, Lambin. & alij, quod etiam puto. ¶ Dicitur etiam Symbolum, signum bellicum, quod à Latinis tessera appellatur, quo socij ab hostibus, & exploratoribus dignoscuntur: vt in Marij exercitu Lar Deus, in castris Syllæ Apollo Delphicus: inter Cæsarianos, Venus genitrix. Etiam symbolum dicitur quodlibet signum, de quo inter aliquos conuenit: quóque quis ab alio dignoscitur, atque secernitur. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Miles hîc reliquit, symbolum impressam in cera ex anulo suam imaginem: vt qui huc afferet eius symilem symbolum, Cum eo simul me mitteret. Idem *ibid. sc.* 2. *a.* 2. Istic symbolum est inter herum meum, & tuum de muliere. Mox: Dato ergo istum symbolum illi. (sup. expressam in cerâ imaginem,) &c. Quibus in locis in masculino genere, Symboli nomen vsurpatur à nominatiuo symbolus: de quo paulò inferiùs. ¶ Ab huius similitudine Symbolum Apostolorum dictum est quoddam quasi totius nostræ fidei breuiarium: quo veluti quadam tessera pseudoapostoli à veris discernerentur. Erant enim eo

tempore

tempore Iudæi quidam, qui simulabant se esse Apostolos Christi, & lucri alicuius, vel ventris gratia ad prædicandum proficiscebantur: nominantes quidem Christum, sed non verè & piè eum annuntiantes. ¶ Hoc etiam nomine dicebantur tesseræ quædam, quæ dabantur publicè à ciuitatibus quibusdam hominibus sibi amicis, vt hospitaliter, & amicè acciperentur in oppidis fœderatis. Sic etiam hodie vocari possunt tesseræ collybisticæ, ad permutandum pecuniam sine vecturæ periculo institutæ. Iulius Pollux interpretatur symbolum, paruum numisma. Aristoteles originem, id est, etymologiam vocabulorum Symbolum appellat, per quam vis verbi, vel nominis per interpretationem cognoscitur. ¶ Symbola item dicuntur notæ arcanioris cuiuspiam mysterij significatiuæ: vt quum ciconiam dicimus esse symbolum pietatis, & papauer fertilitatis. ¶ Item breues quædam & inuolutæ sententiæ, & quædam quasi ænigmata, rem aliquam occultam & reconditam significantia, quæ & συνθήματα & ἀλληγορήματα à Græcis appellantur: cuius generis sunt symbola Pythagorica.

Symbŏlŭs, σύμβολος, Symbolum, anulus, tessera, chirographum. Plaut. *in Bacch.* Eo præsente homini extemplò ostendit symbolum. Quem tute dederas ad eum, vt ferret filio. N. Quid, vbi ei ostendit symbolum. Idem Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 2.* Date istum symbolum illi. Idem *ibid. sc. 4. a. 2.* Symbolum? Quem symbolum, qui à milite allatus est. Iustinus *lib. 2.* Solicitatè inquietos in partes suas statuit: & quum colloquendi copiam non haberent, quo applicaturi erant, symbolos proponi, & saxis proscribi curat. Quo in loco Symbolos videtur appellare literas siue notas, quibus militibus indicabatur locus quò essent conuenturi. Alia exempla generis masculini habes sup. in voce præcedente.

Symbŏlă, æ, fœm. gen. Apud antiquos in eadem legitur significatione, in qua Symbolum. Plaut. *in Sticho*, Iam herclè ego per hortum ad amicam transibo meam, Mihi hanc occupatam noctem: eadem symbolam Dabo, & iubebo apud Sangarium cœnam coqui. Idem *Curc. sc. 1. a. 4.* Symbolarum collatores apud forum piscarium.

Symbolæus, a, um, συμβολαῖος, pertinens ad συμβόλαια, i. contractus, pacta, dicta, conuenta. Apul.

Symbolicus, a, um, ad symbolum pertinens, figuratum.

‖Symbolicè, συμβολικῶς. Gell.

Symbolæographus, συμβολαιογράφος, vel σύμβολαιογράφος, notarius, qui contractus scribit, in Pandect. Bud. ‖

Syme, σύμη, insula Cariæ adiacens, medio ferè spatio inter Rhodum & Gnidum, vt tradit Plin. *lib. 5. cap. 31.* Vide suprà in dictione *Syma.*

Symmachus, σύμμαχος. Proprium nomen oratoris cuiusdam Romani, qui missus fuit à Senatu Constantinopolim, ad Theodosij liberos, rogatum vt Vestales à Christianis destrui minimè paterentur. Cuius rei gratia putabant se aduersa multa à diis esse passos. Eius igitur orationem & Prudentius & Ambrosius, qui huius meminerunt, acerrimè confutarunt. ¶ Fuit & Symmachus, sacrorum librorum interpres doctrinæ parum synceræ: cuius meminit Eusebius. ¶ Græcis alioqui σύμμαχος belli socium significat, quemadmodum & συμμαχία, belli societatem.

Symmĕtriă, συμμετρία, apta membrorum partiúmve omnium proportio: quæ quibus adest symmetra, σύμμετρα dicuntur. Plin. *lib. 34. cap. 8.* Primus hic multiplicasse varietatem videtur, numerosior in arte, quàm Polycletus, & Symmetria diligentior. Idem, Nondum habet Latinum nomen Symmetria.

Symmetrus, a, um, σύμμετρος, ον, commensum habens.

Symmonianum, trifolium, vel (vt Ruellio placet) Symmoniacum. Herba quam in hæc verba describit Col. *lib. 6. cap. 17.* Symmonianum trifolium, quod inuenitur confragosis locis, efficacissimum traditur, odoris grauis, neque absimilis bitumini, & idcirco Græci eam ἀσφάλτιον appellant: nostri autem propter figuram vocant acutum trifolium: nam longis & hirsutis foliis viret, caulémque robustiorem facit quàm pratense.

Sympăthiă, verbum ex verbo, condolentia, compassio. {συμπάθεια. Gall. *Sympathie, accord & conuenance naturelle.* Ital. *Compassione.* Germ. Mitleidung/ vberein stimmung. Hisp. *Compassion, consentimiento.*} Cic. *3. de natur. deor.* Illa verò cohæret & permanet naturæ viribus, non deorum: éstque in ea iste quasi consensus, quam συμπάθειαν Græci vocant.

Symphōnĭă, æ. {συμφωνία. Gall. *Accord de son.* Ital. *Harmonia, consonanza, concento.* Germ. Zusammen stimmung/ mitthellung. Hisp. *Consonancia en la musica.* Angl. *Concordand, aggreance of tune.*} Consonantia & musicus concentus, ἀπὸ τοῦ συμφωνεῖν, quod est consonare, siue concinere. Cic. *pro Cælio*, Accusatores quidem libidinis, amores, adulteria, Baiis acta conuiuia, comessationes, cantus, symphonias, nauigia iactant. Idem *ad Tironem lib. 15.* Symphoniam Lysonis velim vitasses. Vbi sic interpres, Intelligimus Tironem inuitatum esse à Lysone ad cantus aliquos, & delectationes musicas, quæ ei obfuerunt. Symphoniam pofuit pro tota celebritate, quam fecit Lyso, quæ cantu musico maximè fuerat decorata. ¶ Symphonia herba, quæ & gumphena dicitur. Plin. *lib. 26. cap. 7.* Symphonia vel gumphena alternis viridibus roseísque per caulem foliis in posca sanguinem reiicientibus medetur. Quid Symphonia sit, docet Censorinus de Die natali, vbi de Musica agit.

Symphonesis, συμφώνησις, propriè est vocum consonantia. Sed Grammaticis in metris est, cùm duæ syllabæ in vnum sonum coëunt. συμφωνεῖν est voce consonare: hic in vnam vocem, h. e. sonum coalescere.

Symphoniacus, a, um, ad Symphoniam pertinens. Symphoniaci pueri, Serui musicam tenentes, qui & in conuiuiis, itémque in classe adhibebantur. {מנגנים *menaghghenim.* συμφωνιακοὶ παῖδες. Gall. *Chantres, musiciens.* Ital. *Cantori, musici.* Germ. Singer. Hisp. *Cantores.* Angl. *That singeth in tune melodiouslie.*} Cic. *pro Milone*, Milo tum casu pueros symphoniacos vxoris ducebat. Pædianus autor est, cani remigibus celeusma per symphoniacos seruos solitum olim fuisse, interdum per assam vocem, id est, ore prolatam, interdum per citharam.

Symphōnĭăcă herba, eadem cum Apollinari siue hyoscíamo, teste Apuleio. Palladius, Si cærasus æstu canicularium fatigetur, herbam symphoniacam circa arboris truncum torqueri in coronam iubet, vel ex ea iuxta vnum caudicem cubile fieri.

Symphreatĭdĕs, qui iisdem vtuntur puteis. Cic. *lib. 2. de Legibus*, Ego mehercule & illi, & omnibus municipibus duas esse censeo statuas: vnam naturæ, alteram ciuitatis: vt ille Cato, quum esset Tusculi natus, in populi Romani ciuitatem susceptus est. Itaque quum ortu Tusculanus esset, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris: vt vestri Attici, priusquam Theseus eosdem migrare ex agris, & in Asty, quod appellatur, omneis conferre se iussit, & symphreatidas ex Atticis fieri: sic nos & patriam dicimus, vbi nati, & illam qua excepti sumus. quo in loco tamen nonnulli συμφρόνας, legere malunt, quasi ὁμόφρονας, hoc est, eiusdem animi & sententiæ.

Symphytŏn petræon. {σύμφυτον πέτραιον. Gall. *Bugle.* Ital. *Sinsita.* Germ. Steingunsel. Hisp. *Suelda.*} Herba in saxis nascens, ramis tenuibus, paruis, origani similibus, capitulis thymi, surculosa tota, odorata, gustu dulcis, saliuam ciens, longa radice, subrufa, digiti crassitudine. Latini alum, rustici in Gallia *Buglum* appellant. ¶ Symphiton alterum, caule nascitur cubitorum binûm aut maiore, angulosa inani, vt sonchus & crasso, qui per breuia internalla circundatus foliis lanuginosis, oblongis, &c. Officinæ nomen symphiti retinuerunt. Herbariis & vulgò *consolida maior* vocatur.

Sympĭnium, συμπίνιον, vas vinarium, non dissimile cyatho, quo in sacrificiis vtebantur, ἀπὸ τοῦ συμπίνειν, quod est compotare. Iuuenal. *Satyr. 6.*

Et quis tunc hominum contemptor numinis, aut quis
Sympinium ridere Numæ, nigrúmque catinum?

Quo tamen in loco non desunt, qui sympullum legere malint: quæ vox & apud Plinium, & apud Varronem legitur. Verba Plinij sunt hæc, *lib. 36. cap. 12.* In sacris quidem, etiam inter has opes, non murrhinis, crystallinísve, sed fictilibus prolibatur sympullis. Varro autem sic habet, *lib. 4. de ling. Lat.* Quod vinum dabant, vt minutatim funderent, à guttis guttum appellarunt. Quod sumebant vt minutatim, à sumendo sympullum nominauêre. In huiusce locum in conuiuiis è Græcia successit epichysis, & cyathus: in sacrificiis remansit guttus & sympullum.

Symplēgădes, συμπληγάδες, quæ & Cyaneæ, Insulæ duæ sunt, siue potiùs scopuli trans Bosphorum Thracium, in ipso Ponti Euxini ostio, mille quingentis passibus ab Europa distantes: tam modico autem inter se discretæ interuallo, vt ex aduerso quidem intrantibus geminæ cernantur, paulùm verò deflexa acie, coëuntium speciem præbeant. Quæ res occasionem præbuit poëtarum fabulis, qui eas olim inter se concurrisse tradunt. Vnde & nomen acceperunt, ἀπὸ τοῦ συμπλήττειν, hoc est, à concurrendo, seu confligendo. Ouidius, compressos vtinam Symplegades elisissent. Nominatiuus singularis est Symplegas, συμπληγὰς, pen. prod. Martial. *lib. 11.*

Si constringantur gemina Symplegade culi.

Quo in loco per geminam Symplegadam nates ipsa intelligit. Symplegma, pro eodem, apud eundem Martial.

Quæ solent taceant quid exoleti.
Quo symplegmate quinque copulentur.

Symplegma, σύμπλεγμα, complexus, à συμπλέκω complico.

Symploce, συμπλοκή, complexus. Figura, cùm repetitio fit in principiis, & clausulis.

Sympŏsĭum, ij, Compotatio, conuiuium. {משתה *mischtéh.* συμπόσιον. Gall. *Banquet, festin.* Ital. *Conuito.* Germ. Ein zäch/ mahlzeit. Hisp. *Combite.* Angl. *A banket or drinking together.*} Cic. *lib. 9. Epist. ad Pætum*, Sapientius nos quàm Græci: illi symposia, aut syndeipna, id est, compotationes, aut concœnationes: nos conuiuia, quia tum maximè simul viuitur.

Symposiacus, a, um, συμποσιακός, ή, όν, ad conuiuia pertinens.

Symposiarchus, συμποσίαρχος, magister & dominus symposij.

Sympŏsĭastēs. {συμποσιαστής. Gall. *Faiseur de banquet & festin.* Ital. *Chi fa conuito.* Germ. Ein zächgesell oder zächer. Hisp. *El que haze combite.* Angl. *A maker of a bankes.*} Conuiuator seu conuiuij dominus: ipsi autem compotores, sympotæ, συμπόται. Cuius fœmininum est sympotria, συμπότρια, compotrix.

Sympsālmă, σύμψαλμα, vocum in cantando copulatio, Diapsalma, disiunctio earum.

Symmystă, συμμύστης. Secretarius, seu secretorum conscius, vt apud interpretem Origenis. Sicut Iohannes Symmysta pronunciat, dicens, Quia siquis peccauerit, aduocatum habemus apud Deum Iesum Christum.

Symptōma, σύμπτωμα, quod accidit; à συμπίπτω, simul cado.

Symptomaticus, a, um, συμπτωματικός, ή, όν, ad symptoma pertinens.

Syn, σύν, Præpositio Græca, quæ in compositione significat simul, quemadmodum apud nos con.

Synæresis, συναίρεσις, Contractio: figura qua duæ syllabæ in vnam contrahuntur, nullo sublato elemento: vt Æree dissyllabum pro ærei. Virg. *lib. 6. Æneid.*

Centum æree claudunt vectes, &c.

Item ferrei per duas syllabas pro ferrei. *Ibidem.* Ferréique Eumenidum thalami. Dicta synæresis ἀπὸ τοῦ συναιρεῖν, quod est contrahere. Huic figuræ contraria est diæresis, quum syllaba in duas resoluitur.

Synăgōgă, συναγωγή, idem quod congregatio vel cœtus, ἀπὸ τοῦ συνάγειν, quod est congregare.

Synagris, συναγρίς, piscis.

Synălœphē, συναλοιφή, Absumptio vocalis dictionem finientis, sequenti dictione incipiente à vocali. Dicta synalœpha, ἀπὸ τοῦ συναλείφειν, hoc est, à conglutinando, propterea quòd per eam duæ syllabæ in vnam coalescant.

Synanchē, {συνάγχη. Gall. *Esquinancie.* Ital. *Schinancia.* Germ. Räulengeschwär/ halswehe. Hisp. *Esquinancia.* Angl. *The quinsey, a disease so called.*} Angina, morbus in faucibus, & propriè ex musculorum interiorum inflammatione, teste Ægineta. Nam quum malum guttur ipsum inuaserit, potiùs Cynanche, κυνάγχη appellatur. Quæ tamen differentia non rarò confunditur. Cels. *lib. 4. cap. 4.* Vt hoc autem morbi genus circa totam ceruicem, æquè pestiferum, acutúmque in faucibus esse consueuit: nostri Anginam vocant: apud Græcos nomen, prout species est. Interdum enim neque rubor, neque tumor vllus apparet: sed

sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra soluuntur, id κυνάγχην vocant. Interdum lingua faucésque cum rubore intumescunt, vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pallet, singultúsque est: id σμιάγχη vocatur. Illa communia sunt, Æger non cibum deuorare, non potionem potest: spiritus eius includitur. Leuius est, vbi tumor tantummodo & rubor est, cætera non sequuntur, id παρασυνάγχην appellant. Hæc Celsus.

‖Synapte, precationum formulæ in Ecclesia orientali. L.g.b.‖

Synathrœsmus, συναθροισμός, figura est, quam nos congeriem vertere possumus, ἀπὸ τοῦ συναθροίζειν, quod est congerere, seu congregare. Potest autem & singulis verbis, & plurium verborum coniunctione fieri. Singulis, hoc modo. Sed quum ad supplicium sumendum se confirmaret, multa simul eum reuocabant, officia, consuetudo, tempus, existimatio, periculum, religio. Plurium verborum coniunctione sic apud Lycurgum, Nemo enim nocens sine summo mœrore est, iudices, sed multa simul eum perturbant: quod adest, solicitudinis plenum: quod futurum est, formidolosum: lex paratum supplicium ostentans, vitia ex vitiis coacta, occasionem arguendi maleficij captans inimicus, quæ quotidie eius animum vehementer excruciant. Vide Rutilium.

‖Synaxaria, vitæ Sanctorum, ac Martyrum in compendium redactæ, & publicè lectæ in Ecclesia. Gennad.‖

Synaxis, σύναξις, actio cogentis, seu congregantis, & passio congregati: collectio in Ecclesiam Christi, conuersio ad fidem Christianam: Conuentus ecclesiasticus ad verbum Dei audiendum, ad orandum, & ad Sacramenta vtenda. Congressus ad verbum audiendum & ad orandum. Celebratio Eucharistiæ. Ipsa Eucharistia. Vnio cum Deo. vide Casaub. *exercit.* 16. *ad annal. Baron. num.* 42.

Syncătĕgŏrēmă, συγκατηγόρημα, Latinè dici potest vox consignificatiua. Sunt enim syncategoremata particulæ per seipsas nihil significantes: quæ tamen orationem ingressæ, aliarum compositioni nonnihil addunt. Huiusmodi sunt quæ à Dialecticis vocantur Signa vniuersalia, & particularia, vt Omnis, Nullus, Quidam.

Syncătĕgŏrēmătĭcus, a, um, συγκατηγορηματικός, id est, consignificatiuus.

‖Syncellus, σύγκελλος, in Græca Ecclesia olim proximus erat Patriarchæ, vicarius viui & successor mortui. Erant syncelli plures, ex quibus primus πρωτοσύγκελλος. Heraclius ad duos redegit.‖

Syncĕrastum, inquit Varr. *lib.* 6. *de ling. Lat.* dicitur omne edulium antiquo vocabulo Græco. Pacuuius *in Phagone*, Honos syncerasto perit, pernis, glandio.

SYNCĒRUS, a, um, Integer, illæsus, non mutilatus. {נקי *naki* תמים *tamim* טהור *tahór*. ἄθραυς τ., ἀκέραιος. GALL. *Sincere, pur & net, sans mixtion & meslange.* ITAL. *Sincero, puro, intero, reale.* GERM. Gantz/vnuermischt/vnuersehrt. HISP. *Cosa lympia y entera.* ANGL. *Pure, syncere, simple, vncorrupted without dissimulation.*} Tractum ab eo, quòd qui diuidere fructum communem aluearum cum socio volunt, simul cum cera mel patiuntur, quòd si mel tantùm sine cera consignent, fraudant socium, nec agunt integrè. Syncerum itaque, quasi simul cum cera. Ouid. 12. *Metam.*

——rursus sine vulnere corpus
Syncerúmque fuit.

Lucret. *lib.* 3.

Sin ita synceris membris ablata profugit,
Vt nullas parteis in corpore liquerit ex se, &c.

Cic. *lib.* 13. *Epist.* Hoc mihi da, vt M. Curium integrum syncerúmque conserues. ¶ Accipitur item syncerus pro puro & incorrupto, καθαρός. Horat. *lib.* 1. *Epist.* Syncerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit. ¶ Aliquando pro vero & minimè fucato. αὐθέκαστος, εἰλικρινής. Cic. *lib.* 2. *de diuin.* Quod licet existimare, in aliis quoque oraculis Delphicis aliquid non synceri fuisse. Idem *lib.* 1. *Offic.* Perspicere quid in quacunque re verum syncerúmque sit. Liu. *lib.* 9. *bell. Pun.* Si spatium ad sua, vt velit, componenda detur, nihil syncera fide cum Romanis acturum. Syncerus, inquit Donatus, id est, purus, sine fuco & simplex, vt mel sine cera: quod etymon si admittamus, Sincerus i Latino scribendum erit. ⟩⟨ Insyncerus, pro vitiato, & incorrupto. Virg. Insyncerus apes tulit cruor. ¶ Sonere syncerum. Lucr. *lib.* 3.

Scire licet non syncerum sonere, atque subesse
Cæcum aliquem cordi stimulum.

id est, intelligere potes verba illius non ex animo & verè dici. Persius *Satyr.* 5. solidum crepare dixit, eadem figura. Est enim per metaphoram à vasis fictilibus desumpta locutio quæ tinnitu cognoscuntur sintne solida & syncera, anfracta & rimosa. Gell. *cap.* 1. *lib.* 6. Synceræ aut ægræ animi partes. Idem *cap.* 10. *lib.* 18. Synceriore corpusculo fieri. (id est, valentiore.) Idem *cap.* 8. *lib.* 6. Haud syncera fama. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 2. Sacres, synceri porci. Liu. *lib.* 4. *dec.* 5. Syncerum gaudium. Sueton. *in August. cap.* 40. syncerum & incorruptum seruare populum, &c. Synceri apud Liuium 1. *dec.* 4. & imbuti, atque infecti inter se opponuntur.

Syncērissĭmus, superlat. εἰλικρινέστατος. Purissimus. Gell. *lib.* 16. *c.* 1. Quint. Claud. optimus & syncerissimus scriptor.

Syncērē, aduerbium, Purè & integrè. {ἀκεραίως, καθαρῶς. GALL. *Sincerement, purement, entierement.* ITAL. *Sinceramente, puramente, interamente.* GERM. Auffrichtiglich/getrewlich. HISP. *Limpiamente y enteramente.* ANGL. *Purelie, vpriggtlie.*} Cæsar 7. *belli Gallici*, Hæc vt intelligatis, inquit, syncerè à me pronuntiari, audite Romanos milites. Cic. *ad Attic. lib.* 3. Crassi libertum nihil puto syncerè loquutum.

Syncērĭtĕr, aliud aduerbium, eiusdem significationis. Gell. *lib.* 13. *cap.* 15. Quas qui synceriter capiunt.

Syncērĭtas, atis, Puritas, integritas. {דקיון *dikkajón* תם *tom* תמה *tummáh* טהרה *toharáh*. καθαρότης, ἀκεραιότης. GALL. *Pureté, sincerité, netteté.* ITAL. *Sincerità, purità, integrità.* GERM. Lauterkeit/auffrichtigkeit. HISP. *Limpieza ò integridad.* ANGL. *Puritie, vprightnesse.*} Plin. *lib.* 31. *cap.* 7. Salinarum synceritas summa fecit suam differentiam. Colum. *lib.* 4. *cap.* 26. Atque alia conuertenda, quæ synceritatem habent: alia summouenda, quæ vel cariosa, vel iusto breuiora sunt. Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. Probitas hominis & synceritas.

Synchrŏnus, σύγχρονος, Contemporaneus. Vnde scribit Hieronymus, Oseam Prophetam fuisse synchronon Iesaiæ. Et Varro ait, non esse dubium quin aliquo tempore eodem vixerint Homerus & Hesiodus, eósque synchronos fuisse testatur.

Synchysis, σύγχυσις, confusio, turbatio ordinis: vnde accipitur pro figura, seu vitio orationis, quum ordo perturbatus est: quod & hyperbaton appellant: cuiusmodi est illud Virgilianum, Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet: Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras. Dicta Synchesis, ἀπὸ τοῦ συγχέειν, quod est confundere, seu perturbare.

Syncĭpŭt, vide *Sinciput.*

‖Syncomistus, a, um, συγκομιστός, ή, όν, ad verb. comportatus, à συγκομίζω comporto.‖

Syncŏpă, συγκοπή, Concisio; figura quum litera vel syllaba è medio dictionis abscinditur: vt Compostus pro Compositus: Virûm pro Virorum. Dicta Syncope, ἀπὸ τοῦ συγκόπτειν, quod est concidere.

Syncrĭsis, σύγκρισις, figura eadem cum antithesi; hoc est, comparatio rerum, atque personarum inter se contrariarum: vt, Tu delinquis, ego arguor pro malefactis. Cic. *pro Murena*, Vigilas tu de nocte, vt consultoribus tuis respondeas: ille vt maturè, quò intendit, cum exercitu perueniat: te gallorum cantus, illum buccinarum strepitus excitat.

‖Syncrusius, συγκρούσιος, risus ita immoderatus, vt totum corpus concutiat. Lamb.

Syndesmus, συνδεσμός, coniunctio.‖

Syndĭcus, i, σύνδικος, Patronus, qui cum alio causam aliquam tuendam accepit, quíve secundis actionibus causam defendit: vt in causa Cornelij Balbi Cicero. ¶ Syndici idem sunt ciuium aduocati & defensores iuris publici quasi in causam publicam communiter incumbentes. Vnde apud Plutarchum legimus, Aristidem ab Atheniensibus creatum fuisse Syndicum, vt communem causam Græcorum, ciuium suorum nomine defenderet. Demosthenes quoque περὶ λεπτίνην, refert lege sancitum fuisse Athenis, ne cui iterum Syndicum fieri liceret, crearíque à populo: ídque ideo, ne συνδικία, id est, Syndici munus ob publicam vtilitatem inuentum, verteretur in quæstum, compendiúmque priuatum. Hoc nomine vocari possunt, quos hodie *Deputatos* nostri vocant. Budæus.

SYNĒCDŎCHE, συνεκδοχή. Figura locutionis, qua à parte totum, vel à toto pars intelligitur. vt, Puppis, pro naui: & Annus, pro hyeme. Virg.

Quam multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus
Trans pontum fugat, id est, frigida hyems.

Synecdochicus, a, um, συνεκδοχικός, ή, όν, Synecdochen habens.

Synĕchŏn, συνέχον, à Latinis Rhetoribus continens, vel firmamentum dicitur, ἀπὸ τοῦ συνέχειν, quod est continere.

SYNĔDRUS, Latinè consessor & consiliarius. {יועץ *jobéts.* σύνεδρος. GALL. *Senateur, conseiller.* ITAL. *Senatore, consigliere.* GERM. Ein beysitzer/ratsherr. HISP. *Senador, consejero.* ANGL. *A senatour or one of the counsayte.*} Liu. 5. *decad. lib.* 5. His rerum externarum cognitionibus interpositis, Macedonum rursus aduocatum consilium: pronuntiatum quod ad statum Macedoniæ pertinebat, Senatores, quos Synedros vocant, legendos esse, quorum consilio Respublica administraretur.

Synedrium, locus vbi sunt synedri.

Synĕphēbi, συνέφηβοι, dicuntur adolescentes simul pubescentes. Quod nomen inditum est comœdiæ Statij Cæcilij. Cicer. 1. *de finibus*, Synephebos ego (inquit) potius Cæcilij, aut Andriam Terentij, quàm vtranque Menandri legam? Idem *de senectute*, Ait Statius in Synephebis.

Synephites, συνεφίτης, gemma est lactei coloris, alio nomine galactites. Plin. *lib. vlt. cap.* 10. Galactites ex vno colore lactis est. Eandem dicunt leucogæam, & leucographiam. Appellant & synephiten lactis succo, & sapore notabilem.

Synesis, σύνεσις, propriè est commissio, qua duæ res in vnam συνίενται: deinde intelligentia, item conscientia.

Synesius, συνέσιος, è Pentapoli Africæ, philosophus Christianus, præsul Ptolemaidis factus. Scripsit libros in Grammatica, Philosophia, Panegyricos, Epistolas, & alia. Autor Suidas.

Syngrăphă, æ, Syngraphus, & Syngraphum, i, {συγγραφή. GALL. *Sedule, obligation, police.* ITAL. *Polizza.* GERM. Ein handschrifft. HISP. *La escritura entre dos.* ANGL. *A bille of ones hand, an obligation, acquitaunce.*} Scriptura siue Schedula quæ fit propria manu contrahentium, ad pactorum fidem. Dicam paulò fusiùs, Syngrapha tabella est, in qua est perscripta pactio vtriusque paciscentis manu. Syngraphas autem tantùm in Græcia fieri consueuisse reperio. Nam Romæ pactiones eiusmodi in accepti & expensi codices referebantur, quemadmodum Syngraphæ in tabella certa: (id est, quæ data opera pararetur, nequid aliud quicquam contineret, perscriberentur.) Atque hæc ipsa est obligatio, quam nominibus fieri solitam Iustinianus scribit. Vide *Chirographum.* Plaut. *Asin. sc. vlt. a.* 1. Vt voles nos esse, syngrapham facito afferas. Mox; Legem imponito. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Scitum syngraphum. *Ibidem sc.* 1. *a.* 4. Age, istum ostende quem conscripsi syngraphum Inter me, & amicum, & lenam. Cic. *Treb. lib.* 7. Tanquam enim syngrapham ad Imperatorem, non epistolam attulisses: sic pecunia ablata, domum redire properabas. Idem *de Arusp. resp.* Alterum putabo Regem, si habuerit vnde tibi soluat, quod ei per syngrapham credidisti. Suetonius, Cuius patri non dubitauit à quibusdam iusiurandum atque etiam syngraphum exigere. ¶ Pro tessera, siue publica fide. {GALL. *Passeport, ou saufconduit.*} Plaut. *sc.* 3. *a.* 2. & *sc.* 2. *a.* 3. A Prætore sumam Syngraphum. T. Quem syngraphum? H. Quem hic ferat secum ad legionem, hinc ire huic vt liceat domum. Dictæ syngraphæ, ἀπὸ τοῦ συγγράφειν, quod inter cætera significat, scripto cauere.

‖Synizesis, συνίζησις, propriè est actus considendi, quasi consistentia. Item labes terræ, cùm ea quasi considit, id est, in caua subsidit. Grammaticis autem est, cùm duæ vocales, aut vocalis & diphthongus in vnam syllabam quasi considunt. aliter συνεκφώνησις, quia plures vocales simul enunciantur, quoad eius fieri potest.‖

Synnădă, σύνναδα. Ciuitas maioris Phrygiæ. de hac Strabo *lib.* 10. sic scribit, Synnada vrbs non magna, ante quam planities iacet oleis consita, sexaginta ferè stadiorum. Vlteriùs est Docima vicus: & Synnadici lapidis fodina: sic enim eum Romani appellant: indigenæ verò Docimeten,

ten, & Docimeam. Vena in initio paruas glebas emittebat, nunc propter maximos Romanorum sumptus columnæ integræ & ingentes extrahuntur, & varietate alabastritæ lapidi proximæ. Dicitur & Symnas, adis, vt apud Sidonium.

‖Synnephites, gemma, quæ & galactites, leuca & leucographia.‖

Synŏchitēs, συνοχίτης, gemma quâ Magi asserunt vmbras inferorum euocatas teneri. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

Synochus, σύνοχος, febris continua illa, quæ nullas mutationes habet, quæ accessiones videri queant. συνοχὴ est continuatio: à συνέχω continuo.

SYNŌDĬA, orum, συνόδιον. Congressus, colloquium: ex σὺν, & ὁδὸς. Cic. *ad Attic. lib.* 10. Iniecta autem mihi spes quædam est, velle mecum Seruium Sulpitium colloqui: ad eum misit Philotimum libertum cum literis, si vir esse volet, det clara synodia: sin autem, erimus nos quales solemus.

Synoditæ, συνοδῖται, *in l.* 6. *C. de episc. aud.* dici videntur monachorum comites. Nam ὁδίτης viatorem significat. Solent enim monachi ex collegij sui inferiori ordine quempiam deligere, qui eos comitetur: quos Galli *Culopulsos* appellant: quòd (vt quidam aiunt) à tergo monachorum concionantium sedentes illos horæ præteritæ culi pulsione admoneant.

Synŏdontītēs, συνοδοντίτης, gemma ex cerebro synodontis piscis. Autor Plin. *lib. vlt. cap.* 10.

Synŏdūs, duntis, συνόδους, piscis genus, in cuius cerebro synodontites gemma inuenitur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

SYNŎDVS, i, & fœm. gen. σύνοδος, idem quod Conuentus siue cœtus. A σὺν, præpositione, & nomine ὁδὸς.

Synŏdĭcus, a, um, συνοδικός. quod ad synodum pertinet. Hieronymus, Ante annos plurimos, quum iuuarem Damasum Romanæ vrbis Episcopum, & Orientis atque Occidentis synodicis consultationibus respondentem.

Synœcĕōsis, συνοικείωσις. Figura quæ docet diuersas res coniungere, & communi opinioni cum ratione aduersari, & habet magnam vim, vel ex laude vitium, vel vitio laudem exprimendi. Cuiusmodi est illud Hyperidis: nam hominis auari atque asoti, vnum atque idem vitium est. Vterque enim nescit vti, atque vtrique pecunia dedecori est, quare meritò vtrique pari pœna afficiuntur, quos pariter non decet habere. Ex Rutilio Lupo.

‖Synonymus, a, um, συνώνυμος, ον, cognominis, idem nomen habens cum alio.‖

SYNŌNYMĂ, συνώνυμα, dicuntur quæ sub diuersis vocibus idem significant, vt Ensis, mucro, gladius.

Synōnymĭă, συνωνυμία. Figura, quæ communio nominis interpretatur. Vtimur autem eo genere eloquutionis, quoties vno verbo non satis videmur dignitatem, aut magnitudinem rei demonstrare. Ideóque in eandem significationem plura conferuntur: vt si dicamus, Prostrauit, afflixit, perculit.

Synŏpsĭs, σύνοψις, perscriptio & inuentarium, deducto nomine in eo, quòd quæ latè patebant, in vnum contracta simul omnia conspici cernique possint. *l.* 9. §. 7. *de reb. eor. qui sub tutel.*

Syntāgmă, atis, σύνταγμα, Tractatus, ordinatio, rerum constitutio, documentum, ἀπὸ τοῦ συντάττειν, quod est componere, ordinare.

Syntaxis, σύνταξις, dici potest constructio & series, à συντάττω, ordino.

Syntexis, σύντηξις. Colliquatio, & tabes corporis ex diuturno morbo: παρὰ τὸ συντήκεσθαι, quod est liquefieri. Plin. *lib.* 22. *cap.* 23. Tali sorbitionis genere emendantur syntexes, id est, defectiones ex longis morbis sumptæ. Idem, Aquila mulsa præclaram vtilitatem habet viribus recreandis. ¶ Inde Syntectici, συντηκτικοὶ, dicti sunt, quorum corpus longo morbo exhaustum est, & colliquefactum. Idem *lib.* 22. *cap.* 23. Præcordiorum vitiis syntecticis, comitialibus in vino, in aqua mulsa linguæ paralysi.

Syntērēsis, συντήρησις. Dici potest attentio, seu conseruatio: nam à συντηρέω, quod est conseruo, deriuatur. Vnde ea pars animæ, quæ vitiis aduersatur, & sese semper immaculatam cupit à vitio conseruare, & perpetrata mala continuò arguit, Synteresis dicitur.

Syntheca, συνθήκη compositio.

Synthēmă, tis, σύνθημα, Signum bellicum quod datur instructæ aciei. ¶ Item tessera vigiliarum, quæ erat tabella scripta à tribuno data. ¶ Item nota & tessera quædam epistolaris, commendatrix eius qui eam reddebat. ¶ In Pandectis item Græcis Synthemata vocantur Diplomata, quæ iis dabantur, qui cursu publico vtebantur. ¶ Synthemata item dicuntur breues quædam & obscuræ sententiæ, & quædam quasi ænigmata, altiorem quendam & reconditum sensum occultantia, cuiusmodi sunt Pythagoræ symbola. Habet & alia significata apud Græcos: quæ quoniam ad linguæ Latinæ instructionem nihil pertinent, ex Græcorum Lexicis petenda relinquimus.

SYNTHĔSĬS, σύνθεσις, Compositio, ἀπὸ τοῦ συνθεῖναι, quod est componere. Quintus Serenus pro commistione accepit, Vilem (inquiens) deprehendit in illis Synthesin, & vulgata satis medicamina risit. ¶ Est item Synthesis, figura contraria ἀναλύσει, à quibusdam confessis exordiens, & desinens in id quod in quæstione est. Analysis autem quæ retexio est complexionis. ¶ Significatur item hoc nomine apta & concinna orationis, & verborum structura & collocatio: in qua ita componuntur & struuntur verba, vt non asper eorum concursus, non hiulcus sit, sed leniter coagmentatus, & molliter fluens. De qua ratione satis multa disseruerunt Cic. 3. *de Orat.* & Quintil. *lib.* 9. ¶ Est etiam Synthesis genus vestis breuis, qua Romani particulariter in Saturnalibus vtebantur. Illis enim diebus omnes exuebant togam, & sythesim induebant. Dicta synthesis, ab eo, quòd consuta contextáque esset compositione quadam versicolori. Martial. initio *lib.* 14.

Synthesibus dum gaudet eques, dominúsque Senatus,
Dúmque decent nostrum pilea sumpta Iouem.

Idem Martial. vsum earum vestium in Saturnalibus, docet *epigr.* 141. *eiusdem libri.* Sueton. *in Neron. cap.* 51. Ac plerunque synthesin indutus, ligato circa collum sudario prodierit in publicum sine cinctu, & discalceatus. ¶ Synthesis præterea aliquando accipitur pro tota veste in vestiario composita. Scæuola *in l. Titia, de auro & argent. legat.* Quæro an ex vniuersa veste, id est, synthesi, tunicas singulas & palliola Sempronia eligere possit. ¶ Synthesis item Vasorum compositio, qua multa eiusdem generis vasa in se inuicem includuntur: cuiusmodi pateras illas conspicimus quæ Bellouacenses appellantur. Stat. 4. *Sylu.*

Aut vnam dare synthesim, quid horres?
Alborum calicum atque cacaborum.

‖Synthesimus, a, um, ad synthesim pertinens.‖

Syntŏmĭă, συντομία, quam Latinè concisionem vertere possumus, figura est, qua res quantumuis magnæ, breui & compendioso verborum ambitu redduntur. Quam eandem nonnulli Græcorum ἐνέργειαν appellant, à luce quam rubus addit. Nonnulli etiam ἐνέργειαν, à mouendi efficacia. Dicta Syntomia ἀπὸ τοῦ συντέμνειν, quod est concidere, abbreuiare.

‖Synusia, συνουσία, simul esse, τὸ συνεῖναι.‖

Syphāx, acis, σύφαξ, Numidiæ rex fuit, qui quum Scipioni per Lælium fuisset conciliatus, bellique societatem cum eo iniisset, postea violata fide Annibali adhæsit. Tandem victus à Masinissa, viuus in Scipionis manu perductus est, à quo in triumpho circunductus, & deinde in carcerem inclusus inedia vitam finiit, regno eius Masinissæ concesso. Claud. *de bello Gildonico*, Syphacem extulit, media syllaba correpta.

——— ——— haurire venena,
Compulimus durum Syphacem fratrémque Metelli.

Alij tamen ferè omnes constanter producunt. Propert. *lib.* 3.

Annibalis spolia, & duri monumenta Syphacis.

Ouid. 6. *Fast.*

Postera lux mulier: vincit Masinissa Syphacem.

SYRĀCVSÆ, συράκουσαι. Vulgò *Saragosa*, ciuitas Siciliæ amplissima, sub Pachyno monte sita, vbi fons Aretusa ab Alpheo (vt creditur) Elidis fluuio per subterraneos cuniculos means, magna aquarum vbertate erumpit. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. *& sc. vlt. a.* 5. Syracusis natus in Sicilia. Cic. 6. *Verr.* scribit, Syracusas vrbem esse maximam Græcarum vrbium, pulcherrimámque, quæ ex quatuor quasi vrbibus maximis constare videatur, quarum vna Insula nominatur, altera Arcadina, tertia Tyche, à nobili Fortunæ templo in ea extructo, quarta Neapolis. Syracusani multos claros principes habuerunt, sed præcipuè clarissimum Dionysium seniorem. Qui quum apud filium Dionysium vidisset ingentem vasorum aureorum argenteorúmque copiam, exclamans, inquit, In te affectus regius non est, qui ex tanta poculorum vi amicum neminem tibi conciliasti. Ambo tamen Dionysij philosophi fuêre, ambóque Platonem audierunt. Ex Syracusis fuit Archimedes mathematicus, & Theocritus poëta bucolici carminis scriptor, quem Virgilius imitatus est. ¶ Erat & eo nomine Romæ locus, vt discimus ex Suet. *in Aug. cap.* 72. Erat illi, inquit, locus in edito singularis quem Syracusas & τεχνύφυον vocabat. (Augustus, sup.)

Syrācūsānŭs, συρακούσιος, gentile formatum à Syracusis, *Saragosano, di Saragosa.* Plautus *Menæch. scen.* 9. *& vlt. act.* 5. Siculus sum Syracusanus.

Syrācūsĭŭs, a, um, συρακούσιος, vel abiecta vocali subiunctiua, Syracosius, eiusdem significationis est, cum superiore. Virg. 6. *Eclog.*

Prima Syracosio dignata est ludere versu.

Ouid. *in Ibin,*

Vtque Syracosio, præstricta fauce, poëta:
Sic anima laqueo sit via clausa tua.

Syræum, pro sapa, huc non pertinet: quum prima eius syllaba apud Græcos per ει scribatur: quod & ipsum etymi ratio exigit. Nam παρὰ τὸ σειριάζεσθαι dictum putatur, eò quòd ad tertiam partem ad ignem excicetur.

SYRĬĂ. {ארם *arám.* συρία.} Regio Asiæ quæ ab Oriente fluuio Euphrate, ab Occidente nostro mari, & Ægypto terminatur, à Septentrione habet Ciliciam, & partem Cappadociæ, à Meridie Arabiam. Vulgò *Soria.* cuius insignes ciuitates (vt *lib.* 5. refert Ptolem.) sunt Laodicea, Hierapolis, Antiochia, Apamea, Palmyra, Heliopolis, Ptolemais, Sidon, Tyrus, Berytus, Botrys, Tripolis, Byblus, Seleucia, Cæsarea, & Damascus: montes clari, Carmelus, Casius, Libanus: fluuij, Euphrates, Chrysorrhoas, Singas: regiones, Phœnice, Palæstina, Iudæa, Idumæa, Comagena, Samaria, & Syria Cœle. Hæc regio in medio orbis constituta est: quo fit vt nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Sunt qui quadripartitam faciunt diuisionem in Syros, Assyrios, Leucosyros, & Cœlesyros. Plin. *lib.* 5. *cap.* 12. Mesopotamiam quoque & Babyloniam Syriæ attribuit: totiúsque Syriæ partem facit Assyriam. Multi confundunt (vt Herodotus) qui Syros à Græcis dictos, Assyrios à Barbaris dici scribit, & illis Chaldæos adnumerat. Acron quoque & Porphyrio, insignes Grammatici, apud Horatium eam quæ nunc Syria dicitur, detracta syllaba olim Assyriam dictam scribunt. Ammianus Marcellinus *lib.* 23. Citra amnes (inquit) prouincia est nobilis Assyria celebritate, & magnitudine, tum & multiformi feracitate ditissima: quæ per populos, pagósque amplos diffusa, quondam & copioso, ad vnum concessit vocabulum, & nunc omnis appellatur Syria. Dion. *in Traiani vita*, Attyriam Barbaris dictam s litera in t mutata, quam Assyriam nos vocamus, indicat Scriptores in eo ferè conueniunt omnes, vt Syria & Assyria nomina confusa esse credant.

Syrī, Syrorum. {ארם *arám* ארמים *aramim.*} Sunt eius regionis populi ludis, celebritatibúsque dediti. Perunguntur oleo pretioso, & linuntur vnguentis. Maximam diei partem in comessationibus absumunt & potu. Masculi à XIIII. anno, fœmina à XII. vsque ad LXV. tributo obligantur: Fortunam colunt. Prima autem dictionis huius syllaba corripitur, quum in Syro insula eadem producatur. Iuuenal. *Satyr.* 6.

Quàm quæ longorum vehitur ceruice Syrorum.

Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Cretanos, Syros subegit. Syri olim astutiæ nomine malè audierunt, quemadmodum & Phœnices. Vnde factus est locus prouerbio, Σύροι πρὸς φοίνικας, hoc est, Syri aduersùs Phœnices: quo vtimur quoties significare volumus duos egregiè astutos hoc agere vt dolis se mutuò circunueniant. Hæc Suidas.

SYRĪSSĂ, æ. {ארמית *arammith.* συρίσσα.} Mulier è Syria. Nam quemadmodum

modum à Libys fit Libyssa, ita à Syrus Syrissa. Virg. *in Moreto*, Copa Syrissa caput Grata redimita mitella.

Syrĭus, a, um, denominatiuum. { ארמי *arammi*. σύριος. } vt, Syria pyra, Colum. *lib.* 5. *cap.* 10. Ea sunt Crustumina, regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur. Syria Dea; cuius meminit Suetonius *in Neron. cap. penult.*

Syrĭăcus, a, um, possessiuum. { ארמי *arammi*. συριακός. GALL. *Syrien, de Syrie.* ITAL. *Soriano, di Soria.* HISP. *Lo de Syria.* } vt, Syriaci boues. Plin. *lib.* 8. *cap.* 45. Syracis non sunt palearia. Syriaca radix pro silphio, quod Latini laserpitium vocant: quia (vt inquit Dioscorides) ex Syria, & Media optima huiusmodi radix adferebatur. Colum. *lib.* 11. *cap.* 13. Nec minus si vernum & æstiuum fructum voles habere, Syriacæ radicis, & rapi, napíque semina obrues. ¶ Syriacus ros, cæli sudor, siue aëris sese expurgantis succus, in foliis stirpium concrescens, præcipuè in Syria, iuxta Libanum montem: vnde & nomen accepit. δροσόμελι. Αμέλι. Arabes Manna appellant: quo nomine vtuntur & officinæ. Col. *lib.* 9. *cap.* 13. Nam vel grana mali Punici tonsa, & vino amineo conspersa vel vuæ passæ cum rore Syriaco cum pari mensura insitæ. ¶ Syriacus raphanus, à Syria, vnde primùm aduectus fuit, nomen retinuit. Est autem cæteris raphani speciebus suauior & tenerior, & patientior hyemis. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 5.

Syrĭānus, συριανός. Alexandrinus Philosophus Platonis docuit Athenis, scripsítque in totum Homerum commentarios, libros septem in Platonis Rempublicam & alia. Huius discipulus & successor fuit Proclus. Suidas.

Syrĭctæ, συρικταί, populi sunt inter Nomadas Indiæ, narium loco foramina tantùm habentes, anguinum loripedes. Autor Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Dicti à fistulis & calamis auenarum quibus cibum capiunt. Solinus. Alij concretum os habent, modicum tantùm foramen, quo calamis auenarum cibos hauriunt, σύριγγας enim Græci fistulas appellant.

Syrĭcum, συρικόν, color factitius ex synopede, & sandyce mistis, quo minium adulteratur. Plin. *lib.* 13. *cap.* 6. Sublimi autem syrico minium, compendij ratio demonstrat. Et *paulò antè*, Præterea è vilioribus ochra, cerussa vsta, sandaracha, sandyx, syricum atramentum.

Syringites, συριγγίτης, gemma quæ stipulæ internodio similis est, ac perpetua fistula cauatur. Plin. *lib.* 17. *cap.* 10.

Syrinx, gis. { חליל *chalil*. σῦριγξ. ANGL. *A pipe, a squirte.* } fistula, siue ea simplex sit, quam Græci vocant μονοκάλαμον: siue ex plurimis calamis contexta, quam illi πολυκάλαμον appellant. ¶ Fabulantur poëtæ Syringa nympham fuisse Arcadiæ, quæ quum Panos vim effugere non posset, miseratione deorum mutata est in palustres calamos. Ouid. 1. *Metamorph.*

Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naias vna fuit, nympha Syringa vocabant.

Syrĭscus, { דוד *dudh*. συρίσκος. } Vas vimineum in quo ficus solent asseruari. Cæl. Rhodig. *lib.* 9. *cap.* 3.

Syrites, συρίτης, lapis qui in lupi vesica nascitur. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. In vesica lupi lapillus, qui Syrites appellatur.

Syritha, filia fuit Danorum Regis Syluualdi, tantæ pudicitiæ, vt quum ob elegantiam formæ magna procorum frequentia pateretur, spretis tamen omnibus, prætulit cœlibatum. Saxo *lib.* 7.

Syrmă, atis, σύρμα. Genus vestis tragicorum, vel cauda, siue tractus vestis fœminarum. Martial. *lib.* 11.

Aptasti longum tu quoque syrma tibi.

Idem *lib.* 1.

Musa nec insanos syrmate nostra tumet.

Senec. *de Bacch.* Qui habitu muliebri nonnunquam se ornabat, auro decorum syrma barbaricum. Apuleius subscribit *Apolog.* 1. Solinus, vestitur syrmate: hîc syrma vestis est fluxa & prolixa humúmque verrens, qualis erat tibicinum, & fidicinum, vt apud Horat.

——traxitque vagus per pulpita vestem.

Hanc Orpheo tribuit Maro 6. *Æneid.*

Necnon Threicius longa cum veste sacerdos.

De hac & intellexit Tibullus,

Ima videbatur talis illudere palla.

¶ Sumitur interdum pro longa tragicæ orationis serie, tenorem suum vsque in vltimum protrahente: à σύρω, traho.

Syrmæă, συρμαία, cibi genus ex adipe & melle confectum, purgationibus in primis aptum. ¶ Item certaminis genus apud Spartanos, in quo victor huiusmodi syrmæa donabatur. ¶ Item raphani genus, apud Herodotum. Vide Cæl. Rhod. *lib.* 27. *cap.* 21.

Syrnă, σύρνα, oppidum in Chersoneso Cariæ adhærenti, à Podalirio conditum; à nomine Syrnes vxoris eius ita appellatum. Ferunt enim Podalirium, quum in Cariam esset eiectus, à caprario quodam fuisse seruatum, & ad Damæthum Regem deductum: cuius filiam de tecto delapsam quum detracto ex vtroque brachio sanguine seruasset, admiratus hominis ingenium Damæthus, filiam eius beneficio seruatam, ei vxorem tradidit, Chersonesó illi in dotem attributa: in qua Podalirius duas condidisse vrbes traditur, quarum alteri vxoris, alteri pastoris nomen indidit. Autor Steph.

Syrŏphœnīces, συροφοίνικες. Populi Asiæ, iidem cum Phœnicibus, ita dicti, quòd maritima Syriæ incolant loca. Iuuen. *Sat.* 8,

Obuius assiduo Syrophœnix vnus amomo.

Syrpe, laserpitium, σίλφιον: & laser ὀπός. Solinus. Apud Cyrenenses præterea syrpe gignitur, odoratis radicibus, virgulto herbido magis quàm arbusto. Plautus, Si speras tibi hoc anno multum futurum syrpe & laserpitium, eámque euenturam exagogam Capuam saluam & sospitem. Priscianus eius meminit, & apud Ciceron. *ad Attic.* doctiores legunt, Clodius ergo, vt ais ad Tigranem? vellem Syrpe conditione. vbi alij *Syria.*

Sysĭgabis, Darij mater, quæ audita morte Alexandri, sese perpetuæ nocti dedit. Autor Curtius.

SYRTES, ium, { σύρτεις. GALL. *Les syrtes, lieux sablonneux en la mer de Libye.* ITAL. *Secche d'Africqua.* GERM. Zween gefährliche örter im meer nahe bey Africa/ von wegen deß sands so das wasser einest hie dan dort auffwirfft. HISP. *Baxas de baruaria.* ANGL. *Sandie places in the sea of Libya.* } Duo sunt sinus periculosissimi in mari Libyco, quà Africam propriè dictam alluit: quorum alter, qui Carthagini propinquior est (minorem Syrtim vocant) ccc. M. passuum ambitum habet. Alter, qui in Cyrenaicam vergit, maior Syrtis dicitur, habétque circuitum DCXXXV. M. passuum. Vtraque Syrtis nauigantibus est periculosissima quòd mare ibi vadosum sit, arenæ vehens cumulos, qui loci faciem vicissim immutant, dorsáque & breuia, in alia atque alia loca transferunt. Syrtium harum naturam sic describit Salustius *in Iugurth.* Duo sunt sinus in extrema Africa impares magnitudine, pares tamen natura, quorum proxima terris perlata sunt: cæterùm vti sors tulit, alta, aliàs tempestate vadosa. Nam vbi mare magnum esse & ventis sæuire cœpit, limum, arenámque & saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur. Hæc Salustius. ¶ Sunt & in terra Syrtes in eadem Africa, vento arenas excitante, & proxima quæque operiente. Vnde Solinus autor est, iis in locis, quamuis terra iter facientes, cursum syderibus regere. Nam arenarum cumuli vento agitati locorum faciem mutant: & quemadmodum in mari, nunc aggere sublimia faciunt, quæ priùs desiderant, nunc vallibus profunda, quæ priùs excelsa erant, denique procellarum ritu arenæ exagitantur, syrtímque faciunt terrestrem, paris cum illis æquoreis periculi. Parum enim refert, vndísne an arena quis obruatur. Hæc Solinus. Hinc adiectiuum

Syrticus, vt Hammon Syrticus. Lucan. *lib.* 10.

‖Syrtitæ, gemmæ in littore syrtium repertæ. Isid.

Syrtus, συρτός, apparatus, vestitus muliebris. Poll.

Syrupa, oliuæ conditaneæ species. Rhod. Colum.

Syrupus, quod aliter serapium, σιρόπιον, Actuario, medicamentum formâ liquidum ex succis vel aliis stirpium partibus cum liquore aliquo percoctis & mellitis vel saccharatis, ad saporis gratiam & custodiæ diuturnitatem.‖

SYRŬS, σῦρος Stephano, insula Ioniæ, Asiæ regioni opposita, à qua Pherecides Syrius ortum habuit, non à Syria regione. ¶ Scyrus verò, σκῦρος, Thraciæ ascripta est, vt Strabo & Plin. testantur. Vide suo loco.

Syrĭcŭs, a, um, denominatiuum: vt, Mala Syrica, Col. *lib.* 5. *cap.* 10. Præterea malorum genera exquirenda, maximè Scandiana, Syrica.

Syrŭs, siue potiùs Sirus per i nostrum, Fossa seu cuniculus subterraneus, in quo frumentum conditur, & diutissimè conseruatur. { λάκκος. GALL. *Vne fosse à tenir froment.* ITAL. *Fossa.* GERM. Ein korngrub. HISP. *Caua o hoyo.* ANGL. *A place vnder the earth to lay vp and keep wheat in.* } Syros, inquit Curt. *lib.* 6. vocant Barbari circa Caucasum quos ità soler ter abscondunt, vt nisi qui defoderint, inuenire non possint: in iis conditæ fruges erant. Plinius *lib.* 8. *cap.* 30. Vtilissimè seruantur in scrobibus, quos syros vocant: vt in Cappadocia & Thracia, Hispania & Africa. Columell. *lib.* 1. *cap.* 6. Vbi puteorum in modum, quos appellant Syros, exhausta humus à se fructus recipit. Vide plura de hoc suprà in dictione *Siris.* ¶ Syrus item, autore Nonio, scopas significat à Græco σύρειν. Varro *in Marcipore*, Ventique frigido se ab axe eruperant phrenetici Septentrionum filij, secum ferentes tegulas, ramos, syros.

Syrus, i. Nomen est serui Lenonis in Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2.

‖Syscenia, contubernia in publico conuiuantium Spartanorum. Rh.‖

Sysĭtĭă, συσσίτια, Græca vox est, soliditatem significans, siue conuictum. Vnde σύσσιτοι dicuntur sodales, quíque ea vtuntur mensa. Caius Iurisconsultus *de verbor. signific.* Sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt, Græci συσσίτους vocant.

‖Syscenasis, συσκεύασις, figura, in qua diuersæ res communi opinioni aduersantes connectuntur.

Sysira, tunica coriacea, pilosa, manica Scytharum. Poll.

Systasis, σύστασις, constitutio; commendatio, quæ est constitutio in fauore.

Systaticus, a, um, συστατικός, ή, όν, constitutiuus, commendatitius.‖

Systema, σύστημα, aliquid constitutum: compages; opus ex certis partibus coagmentatum. à συνίστημι.

Systŏlē, συστολή, figura qua longa syllaba contra naturam corripitur: vt apud Virgilium,

Connubio iungam stabili propriámque dicabo:

vbi nu, syllaba corripitur, quæ naturaliter longa est, quum à nubo deducatur, cuius prima syllaba producitur. Quare & in nomine connubium erat producenda: quo pacto etiam idem vsus est 3. *Æneid.*

Hectoris Andromache Pyrrhus connubia seruas?

Syzetesis, συζήτησις, disputatio, qua vltro citróque disquiritur.

Syzygĭă, συζυγία, Coniugium, siue coniugatio. Vnde Galenus *lib.* 8. 9. & 10. De vsu partium, septem illas parium neruorum productiones quibus sensus à cerebro in vniuersum corpus distribuuntur, syzyas appellat. Harum prima est neruorum ὀπτικῶν, hoc est, visoriorum, qui circa medium sui coëuntes, χ Græcæ literæ imaginem referunt, rursúsque separati, in oculos recipiuntur, quibus spiritum visorium subministrant. Secundæ syzygiæ nerui in oculorum musculos inserti, motum iis suppeditant. Tertia gustus sensum in linguam, reliquásque oris partes defert. Quarta toti palati tunicæ inseritur. Quinta ad aures fertur, iísque sensum auditus suppeditat. Sexta ad intestina, visceráque omnia ad sensum transmittit, neruósque recurrentes producit. Septima dat motum linguæ, & tectis laryngis musculis. Est & alia præter has, quæ versùs nares odoratus gratia defertur: quæ idcirco non annumeratur inter neruorum syzygias, quòd extra cranium non prodeat. Vide plura de his apud Galenum *de dissect. neruorum, & lib.* 8. 9. & 10. *de vsu partium.*

‖Syzygus, σύζυγος, coniux. à ζυγὸς iugum.‖

NOTÆ ANTIQVORVM.

S Sacrum, sacellum, semis, sepulchrum, scilicet, senatus.
S. SACR. sacrum. SARM. sarmaticus. SATVR. Saturnalia.
SC. MM. sacræ memoriæ. SC. senatusconsultum, vel consulum. SC. D. senatusconsulto decretum, senatusconsultus decreuit. SCI. AF. Scipio Africanus. SC. PS. senatusconsultum, plebiscitum. SC. FAC. E. senatus consultum factum est.

S.D. sacrum diis. S.D.SYL. sententiam dicit, vel dedit Sylla. S. D. suprà dictus.
SEMP. Sempronius. SEPT. septimus. S.EQ.Q.OD.ET.ET.P.R. Senatus Equestrisque ordo, & Populus Romanus. SER. Seruius, Seruilius, Sergius, seruus. SEX. sextus, Sextius. SEV. Seuerus. SEV.AVG.ARM.PART. Seuerus Augustus Armenicus Parthicus.
S.F.S. sine fraude suâ.
S.G. satis gestum. SG. sacrilegium.
S.I.D. supplicatio immortali Deo. SIG. sigillum.
SL. Sylla. S.L. sacrorum ludorum, sacrum ludum, sine linguâ.
S.M. sine Manibus, sine malo, sacrum Manibus.
SN. Senatus, sententia. S.N.L. socij nominis Latini. SN.P.M. sine periculo mortis. S.N.S.Q. si negat Sacramentum quærit.
S.O. sine occasione, sine oculis.
SP. spurius. S.P. sine pecunia, sine patre, sine pedibus. S.P.D. salutem plurimam dicit. SP.F. spurij filius. SP.L. spurij libertus. SP.M. spurius Melius, suprà memorauit. SPOR. sportulis. S.P.Q.L. Senatus Populúsque Lucensis. S.P.Q.R. Sabinis Populis quis resistet? Senatus Populusque Romanus. S.P.Q.S.C.P.S. sibi posterisque suis curauit pecuniâ suâ.
S.Q.S.S.E.Q.N.I.S.R.E.H.L.N.R. siquid sacri sancti est, quod non iure sit rogatum, eius hac lege nihil rogatur.
S.S. sententia senatus, sacri scrinij, somniorum somniator. SS. sanctissimus. S.S.C. secundùm suam causam. S.S.S. sancto Syluano sacrum, suprà scriptæ summæ. S.SS.S. Sanio sanctissimo sacrum.
ST. vox silentium indicantis, statutum. S.T. sine testibus, sine testiculis. S.T.A. sine tutoris authoritate. ST.CS. statu Consules. STD. stadium. STD.D. stadium dicauit. STLITIBVS Litibus. ST. P. stadium posuit, studium posuit. ST.SN. statuta sententia, statuti Senatores, stupet Senatus. S.T.D. sacræ Theologiæ Doctor.
S.V.L.Q. sibi, vxori liberisque. S.VR. sine viribus. SVRVM. suorum.
S.✠.P.Q.R. Salua Crux populum quem redemisti.
SYL. Sylla.



T



LITERA, vt cæteræ mutæ, ori nonnihil inter pronuntiandum exhibet negotij. Quod & Lucianus significat, qui in iudicio vocalium ludens, Σ inducit T literæ obiicientem, quòd vinculis quibusdam vocem humanam intorqueat, ac dilacerare conetur. Apud Atticos & Dores frequenter σ sede sua eiicit. Rursus apud Latinos non pauca per t scribi solebant, quæ nuper per s scribimus. Nam mertare & pultare antiqui dicebant, nos mersare & pulsare dicimus. Habet præterea t litera cognationem quandam cum d, vt ait Quint. *lib.* 1. *cap.* 4. Veteres nanque Alexanter & Cassantra scribebant, vbi nos Alexander & Cassandra. ‖ Insuper T. litera veteribus SCtis subscribi solita, eâque notâ significabatur, illa Tribunos quoque censuisse. In militiâ item T. significabat militem esse superstitem: Th Θ esse mortuum. ‖

T A

Taautes. Scalig. *in Not. in Fragmenta*, Philo Bibliensis Taautem Phœnicum dicit primum omnium deorum fuisse, quem Ægyptij vocauerint *Thoth*, Græci ἑρμῆν.
Tabæ, Tabarum, τάβαι. Vrbs Ciliciæ, vt ait Plin. *lib.* 5. *cap.* 27. ¶ Stephanus, Tabas alias collocat in Lydia, item alias in Caria, & alias in Paræa.
Tăbānŭs, i, Muscæ genus, quod & asilum Latini nominant, in ore aculeum habens, quo armenta maximè infestat. {οἶστρος. GALL. *Tahon.* ITAL. *Tafano, tauano.* GERM. Ein brȧme. HISP. *El tauano.* ANGL. *A flie sucking the bloode of beastes, a horse flie or dogge flie.*} Vnde poëtæ fingunt, Io puellam, tabano à Iunone immisso, versam fuisse in insaniam. Plin. *lib.* 11. *cap.* 28. Reliquorum quibusdam aculeus in ore, vt asilo siue tabanum dici placet: item culicibus & quibusdam muscis, Varro 2. *de re rust. cap.* 5. Itaque quod eas æstate Tabani concitare solent, &c.
Tăbăreni, vt apud Pomponium legitur, siue potiùs Tibareni, τιβαρηνοὶ Stephano, quo pacto etiam apud Strabonem & Plinium scribitur, populi sunt ad Pontum Chalybibus proximi, adeò religiosi iustitiæ custodes, vt prius prælio non congrediantur, quàm diem, locum & horam, ex fide hosti denuntiarint. Quum mulier partu liberatur, vir in lectulum tanquam pueri autor decumbit, eúmque vt puerperam ei fœta vxor curat, vt ex Nymphodoro Cælius annotauit. Valer. Flac. *lib.* 5. Inde Genetæi rupem Iouis, hic Tabarenûm Dant virides post terga lacus: vbi deside mitra Fœta ligat, partúque virum fouet ipsa soluto.
Tābĕfăcio, vide *Tabes*.
Tābellă, Tabellarius, vide *Tabula*.
Tābĕo, es, vide *Tabes*.
Tăbernă, æ, quoduis ædificium habitationi aptum à tabulis quibus claudebatur, aut operiebatur, vt putat Vlp. *de verbor. significationibus*, aut à trabibus validioribus quibus superiora suspendebantur, quasi trabetna, vt placet Donato. {οἴκημα. GALL. *Logis, ou loge, boutique.* ITAL. *Bottega, alloggiamento, albergo.* GERM. Behausung/gaden/laden. HISP. *Tienda donde algo se vende, meson ò venta.* ANGL. *Aware house, a shope or work house.*} Cicer. *Attic. lib.* 14. Tabernæ mihi duæ corruerunt. Idem *ad Quint. frat. lib.* 3. Crassipedis ambulatio ablata, horti, tabernæ plurimæ, magna vis aquæ vsque ad piscinam publicam. ¶ Taberna diuersoria. {מלון *malón.* καπηλεῖον.} Plautus *in Menach.*—quantum potes Abduce istos in tabernam actutum diuersoriam. ¶ Taberna item dicitur in qua merces vendicantur: item officina in qua fiunt opera. Et tabernarum quædam lanaria, quædam vinaria, quædam olearia, & huiusmodi. Nonius scribit tabernas non tantùm vinarias esse, sed & omnes quæ sunt popularis vsus. Plin. *lib.* 10. *cap.* 43. Postea ad tabernam remeans plurium annorum assiduo officio mirus. Horat. *lib.* 1. *Serm. Satyr.* 4.

Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos.

‖ Tabernula, æ, parua taberna. Apul. ‖
Tăbernāriŭs, a, um, adiect. {καπηλικός. GALL. *Appartenant à boutique.* ITAL. *Pertinente à botega.* GERM. Krȧmerisch oder schlȧcht. HISP. *Pertenesciente à tienda.* ANGL. *Belonging to à shope or work house.*} vt, Comœdiæ tabernariæ, in quibus humiles personæ introducebantur: cuiusmodi sunt institores, qui in tabernis merces venditant.
Tăbernāriŭs, ij, Institor, qui in taberna merces suas venales habet. {רוכל *rochél.* κάπηλος. GALL. *Boutiquier, mercier, tauernier.* ITAL. *Bottegaio.* GERM. Ein krȧmer/der in einem kauffladen feil hatt. HISP. *El tendero, mesonero ò ventero.* ANGL. *He that keepeth a shope and selleth wares.*} Cic. *pro L. Flacc.* Opifices & tabernarios atque illam omnem facem ciuitatum quid est negotij concitare? Idem *pro domo sua*, Claudius concitator tabernariorum. Cælius *ad Cic. lib.* 8. Sed dici non potest quomodo hîc omnia iaceant: nisi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem: veternus ciuitatem occupasset.
Tăbernăcŭlŭm, i, Subitarium quoddam tectum frondibus, aut stragulis opertum aduersùs Solis, tempestatísque iniuriam: cuiusmodi sunt, quæ in castris excitantur, & modò huc, modò illuc transferuntur. {אהל *óhel.* σκήνωμα, κλισία. GALL. *Tabernacle, pauillon ou tente de guerre.* ITAL. *Tabernacolo.* GERM. Ein hütten/gezelt. HISP. *La tienda de lienço ò tablas.* ANGL. *A tent or pauillon.*} Cæs. 6. *bell. Gall.* Hic diffisus suæ ac omnium saluti, inermis ex tabernaculis prodit.
Tabernaculorum festum, vide *Scenopegia*.
Tābēs, is, Colliquatio ex morbi diuturnitate, seu nimia corporis extenuatio ex cura, animíve ægritudine procedens. {μαρασμὸς, σύντηξις. GALL. *Maladie par laquelle vne personne deuient tout sec & etique, tisie.* ITAL. *Tisichezza, mal di tisico, marcia, sangue marcio.* GERM. Schweinsucht/außterrung oder außdörrung. HISP. *Corrupcion ò podre, ò tisica.* ANGL. *Apyning and drying away for lacke or naturall moisture.*} ¶ Huius tres sunt species. Vna, quum corpus non alitur, & ita summa oritur macies, & nisi occurratur, occidit: quæ ἀτροφία dicitur à Græcis: & qui hoc malo laborant, ἄτροφοι. Altera, vbi malus corporis habitus est, ideóque omnia alimenta corrumpuntur. Hanc Græci καχεξίαν nominant. Tertia, quam Græci φθίσιν vocant, ἀπὸ τοῦ φθίνειν, quod est consumi, & tabescere, quum in pulmonem descendit à capite pituita, & frequens tussis oritur, cum exulceratione. Ex hac febricula leuis fit, quæ etiam quum quieuit, tamen & repetit; frequens tussis est, pus excreatur. Hæc Sipontinus ex Celso *lib.* 3. *cap.* 2. Tabem (inquit Festus) antiqui vsurparunt pro eo quod quid faceret tabescere. Salustius *Catil.* Vti tabes plerosque ciuium animos inuaserat. Cicer. 3. *Tusc.* Habet ardorem libido, leuitatem lætitia gestiens, humilitatem metus: sed ægritudo maiora quædam, tabem, cruciatum, afflictionem, &c. Virg. 6. *Æneid.*

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.

Vbi Seruius, Tabe corpore defluente paulatim. ¶ Arborum tabes, qua arbores alimentum non sentientes elanguescunt, & tandem arefiunt. σύντηξις, ἀτροφία. Plin. *lib.* 17. *cap.* 24. de vitiis & morbis arborum loquens, Quædam temporum causæ aut locorum non propriè dicuntur morbi, quoniam protinus necant: sicut tabes cùm inuaserit arborem, aut vredo, &c. Quæ verba Plinij ad verbum ferè ex 4. Theophrasti de plantis transcripta sunt, qui hanc tabem ἔκπληξιν τῶν δένδρων vocat, quasi perculsionem, aut stuporem arborum, quum stirpes arescunt tabido morbo exucti, eo modo quo homines ægri longa tabe emaciati, defectíque. ¶ Interdum aliquid cruentum, & purulentum significat quod Græci φόνος, seu λύθρον, nominant. {מק *mak.*} Ouid. 3. *de Pont.*

Tignaque mortifera tabe sagitta madet.

Seruius *in illud Virgilij* 3. *Æneid.* Et terram tabo maculant. Tabo (inquit) nomen est sexti casus tantùm: quod si velis declinare, hæc tabes, huius tabis dices. In hac tamen significatione vsitatiùs vtimur nomine tabo. Idem *lib.* 8. *Æneid.* Et sanie taboque fluentes. Vbi idem Seruius, Sanies mortui est: tabo viuentis, scilicet sanguinis. Ouid. 2. *Metam.*

Protinus inuidiæ nigro squalentia tabo
Tecta petit.

Vbi interpres, Diptoton nomen est, & duorum casuum: nam tabi, & tabo solùm inueniuntur. Virg. 3. *Georg.*

—Turpi dilapsa cadauera tabo.

Tābĭtūdo, Tabes, σύντηξις. Plin. *lib.* 22. *cap.* 25. Peculiariter tamen ad tabitudinem longo morbo redactis subuenit de halica.
Tābĭdŭs, a, um, Tabi obnoxius, propriè de eo dicitur qui morbo, vel animi ægritudine extabescit, & colliquatur. {συντηκτικός, μαρασμώδης. GALL. *Etique, qui est en chartre, corrompu & gasté.* ITAL. *Marcio guasto.* GERM. Außterrend/schwach vnd an krefften abkommen. HISP. *Podrido ò corrumpido.* ANGL. *That is pined away for lack of naturall moisture.*} ¶ Accipitur tamen etiam generaliùs pro omni eo quod quouis modo corrumpitur. נמק *namak.* Ouid. 1. *de Pont. Eleg.* 1.

Non

Non igitur mirum est, si mens mea tabida facta,
De niue manantis more liquescit aqua.

¶ Tabida lues, id est, tabifica. Virg. 3. *Æneid.*
———subitò quum tabida membris,
Corrupto cæli tractu, miserandaque venit
Arboribúsque, satisque lues.

Sic etiam tabidam vetustatem appellat Ouid. 4. *de Ponto Eleg.* 8.
Tabida consumit ferrum lapidémque vetustas
Nullaque res maius tempore robur habet.

¶ Nix tabida quæ iam remittente se frigore soluitur. Liu. *belli Punic.* Itaque in leui tantùm glacie, tabidáque niue volutabantur iumenta. ¶ Aliquando etiam tabidum dicimus, quod tabo diffluit, & saniosum est. Mart. *lib.* 1.
Indignas premeret pestis quum tabida fauces,
Inque ipsos vultus serperet atra lues.
loquitur de lichenibus.

Tābĭfĭcŭs, a, um, quod tabem inducit. {φθισικός, φθοροποιός. GALL. *Qui fait emmaigrir & dechoir iusques à deuenir en chartre, putrefactif.* ITAL. *Cosa ch' ha virtu di putrefare.* GERM. Das macht außzůtörren/ kresftig zu feulen oder schweinend zu machen. HISP. *Cosa que haze podrir algo.* ANGL. *That bringeth pyning or rotting away of the bodie.*} Virg. *in Epigramm.* Liuor tabificum malis venenum. Vnde & Cicer. *lib.* 4. *Tuscul.* Ægritudo, & metus tabificæ perturbationes dicuntur, quoniam mentem lacerant, tabem, cruciatum, & afflictionem inferunt. Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. Non enim est tabifica vis: itaque occisa morsu earum animalia cibis innoxia sunt. Sueton. *in Tiber. cap.* 73. de eius morte loquens: Sunt, inquit, qui putent venenum ei à Caio datum lentum atque tabificum. Lucan. *lib.* 5. resoluit Aëra tabificum. ¶ Antiqui tabificabile in eadem significatione vsurparunt: vt annotauit Nonius, citans illud Accij ex Med. Par neci orbificor, liberorum letho & tabificabili.

Tābĕo, es, Colliquefio, tabe consumor. {נמק *namák.* τήκομαι. GALL. *Deuenir en chartre, deuenir tout sec & etique.* ITAL. *Marcirsi, ammalarsi, corrompersi, infracidarsi.* GERM. Außterren/ zerschmeltzen vor kranckeit oder kummer/schweinen. HISP. *Corromperse, podrirse.* ANGL. *To pyne and weare away.*} Ouid. 7. *Metam.*
Lanigeris gregibus balatus dantibus agros
Sponte sua lanaque cadunt, & corpora tabent.
Nonnunquam idem quod tabo, siue sanie diffluo. Virg. 1. *Æneid.*
Et sale tabentes artus in littore ponunt.

Tābēsco, cis, Tabe consumor, animi vel corporis morbo conficior. {נמק *namák.* φθίνω, ἀποφθῶ, τήκομαι, μαραίνομαι. GALL. *Deuenir tout sec & etique, deuenir en chartre.* ITAL. *Diuenire secco.* GERM. Verschweinen/ vor kummer vnnd schmertzen zu wasser werden. HISP. *Corromperse, podrirse, hazer tisico.* ANGL. *To pyne or weare away, to become leane.*} Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Tuo mœrore maceror, marcesco, consenesco, & tabesco miser. Terent. *Adelph.* Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore ac miseria tabescit. Cic. *Attic. lib.* 2. Ego autem vsque eo sum eneruatus, vt hoc otio, quo nunc tabescimus, malim ἐντυραννεῖσθαι, quàm optima spe dimicare. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*
Nolumus assiduis animum tabescere curis.
Salust. *in Iugurth.* 63. sic legend. nolite pati regnum Numidiæ, quod vestrum est, & sanguinem familiæ nostræ per scelus tabescere. ¶ Tabescere sal dicitur, quum in humorem diffunditur. Cato *de re rustic.* Id aliquoties faciendum in die, donec sal desinat tabescere. Sic & Cels. *lib.* 6. *cap.* 15. Composita sunt Contabesco, distabesco, extabesco, & intabesco: quæ omnia sunt ferè eiusdem significationis: vt est videre suis locis.

Tābĕfăcĭo, Corrumpo, colliquo quasi tabe conficio. {המק *hemék.* κατατήκω.} Hinc contabefacio, & extabefacio, composita: de quibus suprà suis locis.

Tabis, Τάβις Stephano, mons Scythiæ, mari incumbens, non procul à Serum regione. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 17.

‖ Tabliæ, tabulæ, in vestibus rotundi claui. Salmas. ‖

Tāblīnum, ‖ quasi tabulinum, ‖ locus in quo tabulæ & instrumenta publica, monumentáque rerum gestarum asseruabantur, tabularium. {γραμματοφυλάκιον, χαρτοφυλάκιον. GALL. *Le lieu où on garde les lettres & registres, thresor des chartres.* ITAL. *Luogo da conseruare lettere & registri.* GERM. Ein secretcantzley/ein ort da man brieff/ zödel vnd andere gemeine schrifften hinbehaltt. HISP. *Lugar donde se guardan las letras publicas.* ANGL. *A cheste or place wherin euidentes or registres ar keept.*} Plinius *lib.* 35. *cap.* 2. Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magistratu gestarum. Apuleius *lib. vlt. Flori.* Medici quum intrauerint ad ægrum, vti visant, nemo eorum quòd perpulcra tablina in ædibus visant & lacunaria auro oblita, &c. ¶ Dicitur autem tablinum, non tabulinum, quemadmodum & figlinum, non figulinum. Differtque à pinacotheca, quòd in ea tabulæ pictæ, aliáque id genus, ornamenta, in tablino rerum in magistratu gestarum monumenta continebantur.

Tabor, Θαβώρ, mons in medio Galilææ, rotundus ac sublimis.

Tābrăcă, Θάβρακα, oppidum est Africæ minoris, vt Pomponio placet. Nam à Plinio Numidiæ adscribitur. Silius Sabatram nominat *lib.* 3. Sabatra tum Tyrium vulgus, &c. Alij Tabratam: quod minimè mirum est. Barbara enim vocabula & inepta sunt, nec semper eodem sono vtraque lingua efferri consueuerunt, vt Hermolaus scribit.

TĂBŬLĂ, æ, Asser in vsum aliquem concinnatus: cuiusmodi sunt in quibus aut pingimus aliquid, aut scribimus. {לוח *lúach* קרש *kéresch.* πίναξ. GALL. *Table ou tablette, tableau, aix scié, planche.* ITAL. *Tauola.* GERM. Ein tafel. HISP. *Tabla.* ANGL. *A table à planke or borde.*} Plaut. *in Menæch. sc.* 2. *a.* 1. Dic mihi, nunquid vidisti tabulam pictam in pariete, Vbi aquila catamitum raperet? Velleius, Tabula ærea fixa posti templi id testatur. Horat. 1. *Epist.* 2. Qui cupit, aut metuit, iuuat illum sic domus, aut res Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Quid præterea celati argenti? quid stragulæ vestis? quid pictarum tabularum? quid signorum? quid marmoris apud illum putatis esse? ¶ Tabulæ item dicebantur codicilli ex ligno, cera obducti, in quibus olim testamenta, actáque publica scribebantur: vnde etiam hodie quamuis mutata re, tabulas accipimus pro testamento, alijsve publicis scripturis, ex quauis materia confectis. διαθήκαι, γράμματα. Cicer. *pro Cælio,* Cælius tabulas nullas confecit. Quintilian. *lib.* 5. *cap.* 7. Testimonia dicuntur aut per tabulas, aut à præsentibus. Gell. *cap.* 9. *cap.* 6. de scriba publica, siue Actuario: Posuit tabulas. Quintilian. Tabulam falsam inferre testamento. Idem Quintilian. Tabulæ coarguuntur, lino rupto, turbata cera, signis sine agnitione. Sueton. *in Neron. cap.* 17. Tabulæ pertusæ ac ter lino per foramina traiecto obsignatæ aduersùs falsarios. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Ne epistola quidem vlla, nec cerata adeò tabula. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Qui anulo meo tabulas obsignatas ad te attulisset: pòst, tabellas vocat. Item Senec. pendet nefariæ proscriptionis tabula. ¶ Tabulæ nauis, pauimenti. GALL. *Des ais, ou planches.* Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.* Tabulæ (nauis sup.) pulsantur ab vndis. Idem *Eleg.* 5. *lib.* 1. *Trist.*
Naufragij tabulas qui petiere mei.
Idem 3. *Fast.*
———Tabulásque coloribus vris. (periphrasis pictoris.)

¶ Et tabula dicebatur in qua mittebant tesseras, quæ lusoria, & quandoque latruncularia, & pyrgus, siue alueus, alueolúsve dicebatur. Seneca *cap.* 14. *de tranquill.* Calculi & tabula. (de ludo latrunculorum.) ¶ Tabula item liber est, quem sibi quisque nostrûm priuatim facere consueuit, quasi quoddam memoriæ promptuarium eorum, quæ agimus, id est, diarium & ephemeris actionum nostrarum. Liu. *lib.* 4. de censura loquens, Constitutum est eandem domum vnicuique nostrûm debere existimari, vbi quis sedes & tabulas haberet, suarúmque rerum constitutionem fecisset. Bud. ¶ Tabulæ accepti & expensi, in quas rationes acceptæ & expensæ pecuniæ referebantur. Cic. 3. *Verr.* Habeo & istius & patris eius accepti tabulas omnes, quas diligentissimè legi, & digessi. Idem *pro Roscio Comœd.* Si tabulas C. Fannius accepti & expensi profert suas. Tuis tabulis causam dicis, hoc est, priuatis tuis & domesticis rationibus. Idem *in Verrem*, An tuis solis tabulis causam te dicturum existimasti. Bud. ¶ Tabulæ nouæ dicuntur cum tabulæ accepti & expensi planè tolluntur, id quod edicto aliquando fieri solebat. Quod quum factum esset, secundùm tabulas istas exigi non poterant. Ita fiebat vt debitores neque sortem, neque vsuras creditoribus suis soluerent. De his Cicer. 2. *Offic.* Tabulæ nouæ quid aliud habent argumenti, nisi vt emas pecunia mea fundum, & eum tu habeas, ego pecuniam non habeam? Senec. *epist.* 82. Tabulas nouas soluere. Tabulæ autem nouæ quæ sint, docet Plutarchus *in Antonio.* ¶ Tabula pro auctione. Cicero *pro Cæcinna*, Adest ad tabulam licetur Ebutius, &c. Idem *Terentiæ*, Quemadmodum à Vesta ad tabulam Valentiam deducta esses. ¶ Tabulæ item dicuntur asseres ex quibus nauis compingitur. Idem 2. *Offic.* Si tabulam de naufragio stultus arripuerit. ¶ Tabulæ iudicum etiam dicuntur, de quibus Ascon. *in diuinat.* In causis (inquit) maioribus iudices vniuersi in cistam tabulas simul coniiciebant, suas insculptas literas habentes absolutionis, siue condemnationis, cùm de alicuius capite agebatur. N. & L. ampliationis, his etiam literis significabant non liquere.

Tābĕllă, diminutiuum. {πινάκιον, πινακίδιον, πυξίον. GALL. *Tablette, petit aix ou planche.* ITAL. *Tauolella, tauoletta.* GERM. Ein täfelin. HISP. *Tablilla.* ANGL. *A litle table, planke or borde.*} Cicer. 2. *de nat. deor.* Nónne animaduertis ex tot tabellis pictis, quàm multi vocis vim tempestatis effugerint? Quo in loco intelligit exiguam tabulam votiuam, in qua periculo liberati casum suum solebant depingere, & alicui deorum suspendere. Ouid. 3. *Faster.*
Et posita est merita multa tabella Dea. (Lucinæ.)
Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*
Si qua concubitus varios Venerísque figuras
Exprimit, est aliquo parua tabella loco.
Tabellæ item dicebantur in quibus populus suffragium, aut Iudices sententiam perscribebant. Cicer. 3. *de legib.* Non fuit latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium. Idem *in Pisonem*, Me vniuersa ciuitas non prius tabella quàm voce priorem consulem declarauit. Idem *pro Flacco*, Quum tabella vobis dabitur, iudices, non de Flacco dabitur solùm, dabitur de bonis omnibus. Sueton. *in Claud. cap.* 17. Ex tabella pronuntiare. Idem *in August. cap.* 27. Tabellas duplices veste tectas tenet Prætor, pro tribunali sedens. & *cap.* 33. *ibidem*, trium tabellarum mentio est quarum damnatoria vna, altera absolutoria appellatur: tertia qua ignoscebatur iis, qui per fraudem ad signandum testamenta inducti fuissent. Hinc Plaut. sæpè, signare, consignare tabellas dicit, pro conscribere: vt *in Curcul. sc.* 3. *act.* 2. & *Milit. sc.* 1. *a.* 2. & *sc.* 1. *a.* 1. ¶ De tabella lusoria, Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*
Parua sedet ternis instructa tabella lapillis,
Ex qua vicisse est continuasse suos.
¶ Accipitur item tabella pro literis, seu codicillis, quæ appellatio inde mansit, quòd olim scribi solebat in tabulis buxeis ceratis. {ספר *sepher.*} Cic. *in Catil.* Introductus Statilius, cognouit manum & signum suum: recitatæ sunt tabellæ. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Tace dum tabellas pellego, &c. *Ibid.* Gestas tabellas tecum; Eas lacrymis lauis. ¶ Tabellis obsignatis cum aliquo agere, est suo illum scripto conuincere. Cic. 5. *Tusc.* Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris quid aliquando dixerim, aut scripserim.

Tābĕllārĭŭs, ij, qui tabellas, id est, literas profert. {מלאך *maleách.* γραμματοφόρος. GALL. *Porteur de lettres, messagier, corrier.* ITAL. *Cauallaro, porta lettere, corriero.* GERM. Ein brieffträger/bott. HISP. *Correo que lleua las letras ò tablillas.* ANGL. *A bearer of letters a messinger.*} Cicer. *ad Brut.* Statim extrusi tabellarios, literásque ad Ciceronem, vt etiamsi in Italiam venisset, ad te rediret. Idem *ad Terentiam lib.* 14. Nos quotidie tabellarios nostros expectamus. ¶ Accipitur item tabellarius pro eo qui rationes conficit, & data acceptáque in tabulas refert. λογιστής. Sidonius *ad Petreium*, Sed & ille suscipiebat hunc granditer, habens eum consiliarium in iudiciis, vicarium in Ecclesiis, procuratorem in negotiis, villicum in prædiis, tabellarium in tributis, in lectionibus comitem, in expositionibus interpretem, in itineribus contubernalem.

Tabellarius, a, um, adiectiuum, quod pertinet ad tabellam. {πινακικός. GALL. *Appartenant à tablettes.* ITAL. *Pertinente à tauolette.* GERM. Das zu brieffen oder botten gehört. HISP. *Perteneciente à tablillas.* ANGL. *Belonging to tables.*} vt, Lex tabellaria, quæ lata fuit à L. Cassio, vt suffragia tabellis, non voce perferrentur. Cicer. 3. *de legib.* Quis autem non sentit omnem autoritatem optimatium tabellariam legem abstulisse? ¶ Tabellariæ dictæ sunt naues Alexandrinæ quæ præmittebantur in portum ad nuntiandum aduentum proximæ classis. Seneca *Epist.* 78.

Tabellio, qui scribit tabellas, & in specie publicas; easdémque custodit.

‖Tablissare, tabulis ludere. Salmas. Casaub. Alciat.

Tablistes, tablista, tabulista. G.g.b.‖

Tăbŭlāriă, Species tormenti. Seneca 3. *de Ira*, Torserat per omnia quæ in rerum natura tristissima sunt, fidiculis, tabularibus, equuleo, igne, vultu suo.

Tăbŭlāris, e. {πινακώδης. GALL. *Dequoy on fait tablettes ou aix ou lames, large & longue.* ITAL. *Del quale si può far tauolette, & lame largo & longo.* GERM. Auss dem man täfelin macht. HISP. *Cosa de que se haze tablilla y retablo, larga y luenga.* ANGL. *Any thing to mak tables, plankes, or bourdes of.*} vt, Temperatura æris, quæ accommodatissima erat conficiendis æreis tabulis quibus incidebantur, quorum memoriam posteritati traditam volebant. Plin. *lib.* 34. *cap.* 9. Æs omne frigore magno meliùs fundi, sequénsque temperatura statuaria est, eadémque tabularis, hoc modo, massa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei, &c.

Tăbŭlārium, Seruio autore, locus est in quo tabulæ, hoc est, instrumenta & literæ, & acta publica reponuntur. {γραμματοφυλάκιον. GALL. *Lieu propre à garder lettres & registres, thresor des chartres.* ITAL. *Luogo da conseruare lettere & libri.* GERM. Ein secretcantzley / ein ort dahin man brieff / rödel vnd andere gemeine schrifften hinlegt. HISP. *Lugar donde se guardan los libros.* ANGL. *A chest or place wher registres and euidentes ar keept.*} Cicer. *pro Arch. poëta*, Hîc tu tabulas desideras Heracliensium publicas, quas Italico bello incenso tabulario, interiisse scimus omnes.

Tăbŭlārĭus, ij, qui fide publica ea quæ gesta sunt in tabulas refert, & instrumenta publica conficit. {γραμματεύς, λογιστής. GALL. *Notaire ou tabellion.* ITAL. *Notaio.* GERM. Ein offner schreiber oder notary. HISP. *El escriuano ò notario publico.* ANGL. *A scriuener, a book writter.*} Tacit. *lib.* 14. Igitur Fabianus tabulariis, quos modò memoraui, & aliis minus illustribus obsignant. Hi etiam tabelliones dicti sunt. *l.* 6. *D. de pœnis, & l.* 49. *C. de Episcopis, & clericis.* ¶ Tabularius præterea pro Calculatore, Ratiocinator Ciceroni, qui computat. ψηφιστής. Vlpianus *D. lib.* 11. *tit.* 6. *l. vlt.* Ego enim aduersùs tabularium puto actiones dandas qui in computatione fefellit.

Tăbŭlo, as, Tabulis aliquid construo. {קרה *keráh.* σανιδόω. GALL. *Plancher d'aix.* ITAL. *Intauolare.* GERM. Täfelen / mit dilen oder bretern verschliessen. HISP. *Entablar pared ò suelo.* ANGL. *To planck any thing with plankes.*} Hinc contabulo, de quo suo loco.

Tăbŭlātio, nis, Tabularum compositio, structio. {מקרה *mekaréh.* σανίδωσις. GALL. *Entablement.* ITAL. *Intauolamento.* GERM. Vertäfelung. HISP. *Entabladura, entablamiento.* ANGL. *A planking or floorinth with bourdes.*} Cæs. 2. *bell. ciuil.* Centonésque insuper iniecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis lateritium excuterent.

Tăbŭlātă, orum, dicuntur planæ in ædibus superficies, tabulis vel etiam lapidibus constratæ, vulgus *Solaria* vocat. {מקרה *mekaréh.* σανιδώματα. GALL. *Planchers, estages.* ITAL. *Solari, palchi.* GERM. Ein fussbüne / fusstafel / fussboden mit dilen verschossen. HISP. *Tablados, sobrados ò corredores.* ANGL. *Floores bourded in sellers or chamberr, a loft.*} Cæs. 6. *bell. Gall.* In extremo ponte turrim tabulatorum quatuor constituit. Rursus tabulata dicuntur rami extenti in arboribus in plana tendentes, non in altiora crescentes. Colum. *lib.* 6. Quum deinde adolescere incipient vlmi, falce formandæ sunt, & tabulata instituenda. Hoc enim nomine vsurpant agricolæ ramos, truncósque prominentes: eos vel propiùs ferro compescunt, vel longiùs promittunt, vt vites laxiùs diffundantur.

‖Tabulatus, ex tabulis factus. Vitr.‖

Tabum, liquor putridus: item quicquid ex putrescentibus defluit. Dicitur à tabe, quæ idem.

Tābŭrnŭs, mons Campaniæ oliuetis abundans. Virg. 2. *Georg.*

———iuuat Ismara Baccho
Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum.

Tacape, es, siue Tacapa, æ, ταχάπη, ciuitas in Africa propriè dicta non procul à minore Syrti: de cuius agri fertilitate ita scribit Plin. *lib.* 18. *cap.* 22. Ciuitas Africæ in mediis arenis, petentibus Syrteis, Leptimque magnam, vocatur Tacape, felici supra omne miraculum irriguo solo, ternis ferè millibus passuum in omnem partem fons abundat, largus quidem, sed certis horarum spatiis dispensatus inter accolas. Palmæ ibi prægrandi subditur olea, huic ficus, ficui pecunia, illis vitis, sub vite seritur frumentum, mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno, omnia aliena vmbra aluntur. Super omnia est, biferam vitem bis anno vindemiare. Et nisi multiplici partu exinaniatur vbertas, pereunt luxuria singuli fructus.

Tăceo, es, ui, itum, Sileo, nihil loquor, conticeo, tacitus sum. {שתק *schaták* חשה *chaschàh* חרש *charásch* דם *dam* דמה *damàh.* σιγάω, σιωπάω. GALL. *Se taire, ne dire mot.* ITAL. *Tacere, star cheto.* GERM. Schweigen. HISP. *Callar y no hablar.* ANGL. *To hold ones peace, to keep silence.*} Plaut. *Menach. sc. vlt. a.* 5. Si interpellas, ego tacebo: potiùs taceo. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Tace parumper. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Tace dum tabellas perlego. (vbi secunda τῶ Tace corripitur.) Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Tacere nostrorum (pro nostrûm) solus scio. (id est, arcanum contine-re.) Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 5. Ego illum tibi dedam. Tace. (id est, bono animo es.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Non taces? id est, obtumescis pudore? Verba enim sunt obiurgantis, vt *in Curc. sc.* 1. *a.* 1. *& sc.* 3. *a.* 5. *ibid.* Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Animum aduerte. L. Taceo. (id est, attendo.) Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Tacuisse mauellem. (quia irritaui crabrones.) Ouid. 13. *Met.* Vtque alios taceam, &c. Liuius *lib.* 7. *dec.* 4. Tacuit Messala, (id est, petitionem abrupit, aut quid simile. GALL. *Il se deporta, ou desista de sa demande.*) Terentius *in Eunuch.* Nunquid habes quod contemnas? quid tu autem Thraso? Tacent, satis laudant. Tacere aliquid, est reticere. Idem *Eunuch.* Quæ vera audiui, taceo, & contineo optimè. ¶ Quandoque etiam dicitur de iis quæ sine voce sunt. Sic agrum & mare tacere dicimus, in quo nullus auditur strepitus. Virgil. 3. *Eclog.*

Quum tacet omnis ager.

Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 1. Ostium tacet; &, taciturnissimum est. ¶ Quoniam verò quum aliquid laude dignum est, laudamus: & è contrario malè facta non laudamus, factum est, vt tacenda, non laudanda, & non tacenda, laudanda dicantur. Ouid. 2. *de Arte*,

Eximia est virtus, præstare silentia rebus:
Et contrà, grauis est culpa tacenda loqui.

¶ Quandoque significat securum esse: quoniam qui securi sunt, nullam quærendam causam habent. ἀτρέμας ἔχειν. Terentius *in Adelph.* Tace, egomet conueniam Pamphilum. Sed inter Taceo & Sileo quid intersit quæri potest, non enim verisimile est vtrunque eandem notationem & originem aut denique significationem habere, quum literis & forma adeò differant. Cornel. igitur Fronto *de different. voc.* ita distinguit, Silet cuius loquentis sermo comprimitur ab ipsa significatione literæ S: Tacet verò qui nec loqui quidem cœpit. ‖Tacet nox, id est, silet. Catullus *ad Lesbiam:*

Antequam sydera multa, cùm tacet nox.

Ouid. 9. *Metam.*

———Tacita noctis imago.

Tibull.

Deuouit tacito tempore noctis anus.

Virg.

———aut intempesta silet nox.‖

Tacens, entis, Particip. præs. tem. σιωπῶν. Plaut. *in Rud.* Quia enim neque loquens, neque tacens vsquam bonus.

Tăcitum est, impersonale. Terent. *in Adelph.* Ignotum est, tacitum est, creditum est.

Tăcĭtus, Is, qui tacet. {דומם *damám* דומם *damám.* σιωπῶν, ἐχέμυθος. GALL. *Qui se tait.* ITAL. *Chi tace.* GERM. Stillschweigend / der da schweigt. HISP. *El que calla.* ANGL. *That keepeth silence, aut speaketh not.*} Cicer. *in Caton.* Quid expectas autoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis. ¶ Aliquando passiuè pro eo quod tacetur. {σιωπώμενος. GALL. *Secret, caché.* ITAL. *Secreto, nascosto.* GERM. Verschwigen / dess man geschweigt. HISP. *Secreto, escondido.*} Virgil. 6. *Æneid.*

Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat?

Sic, Tacitum aliquem præterire dixit Quintilianus, & Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Et tacitus casus dissimulare tuos. (poteras sup.)

Ibid. Eleg. 1. *lib.* 1.

Et tacitus secum, ne quis malus audiat, optet.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4.

Interea tacito passu labentibus annis.

Ibid. Eleg. 6. *lib.* 4. *Trist.*

———Tacito pede lapsa vetustas.

¶ Tacitum funus, vide *Funus.* Tacita aduocatio, vide *Aduocatio.* ¶ Tacitum mel, quod per se fluit, & est optimum. ἀπόῤῥυτον. Tacitum os alicui præbere, est nihil prorsus respondere. Cicer. 1. *Verrina*, Qui testes priore actione interrogari nolueris, & iis tacitum os præbere malueris. Tacitum pro arcano, quod taceri volumus. Senec. *epist.* 84. Falsum ergo est hoc quod patrocinij loco ponitur, ei qui soleat ebrius fieri, non dari tacitum. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 4. Suspendas potius me, quàm tacita hæc auferas? Sic & Cic. loquutus est ad Attic. Liu. *initio lib.* 7. *ab vrb.* Tacitum quid pati.

Tăcĭtè, aduerbium, Secretè, clàm, obscurè. {σιγῇ, σιωπηλῶς. GALL. *Sans dire mot, secrettement, tout bas.* ITAL. *Senza parlare, copertamente.* GERM. Stillschweigenlich. HISP. *Sin hablar, secreta y escondidamente.* ANGL. *Quietlie, secretlie.*} Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Tacitè auscultemus. Cicero *pro Quintio*, Huic me perire quidem tacitè obscuréque permittitur. Idem *pro Pompeio*, Hi vos, quoniam liberè loqui non licet, tacitè rogant. Plaut. *Pœn.* Matronæ tacitè spectent, tacitè rideant. Habere aliquid tacitè. Liu. *lib.* 2. *d.* 5. Et quanquam dissimulare, tacitè habere id, patíque statuerat.

‖Taciturio, silentium appeto. Sidon.‖

Tăcĭturnŭs, a, um, qui paucorum est verborum, & minimè garrulus. {σιγηλός, σιωπηρός. GALL. *Taciturne, qui ne dit mot ou bien peu.* ITAL. *Tacito, taciturno.* GERM. Still / der wenig wort treibt / der nitt vil klappert / verschwiegen. HISP. *El que mucho calla.* ANGL. *That sayeth nather good nor bad.*} Ouid. 2. *de Arte*,

Qui sermone placet, taciturna silentia vitet:
Qui canit arte, canat: qui bibit arte, bibat.

¶ Dicitur etiam de iis, quæ voce carent, & muta sunt: vt Ripa taciturna, id est, quieta, in qua nullus auditur strepitus. Horat. 2. *Carm. Ode* 20.

——————Carétque
Ripa vagis taciturna ventis.

Et Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Bellissimum & taciturnissimum ostium.

Tăcĭturnŭlŭs, diminutiuum. Apuleius, Blanda mulier & taciturnula. ¶ Taciturnissimum ostium apud Plautum *in Curc.* valeátne ostium? PH. Bellissimum herclè vidi, & taciturnissimum.

Tăcĭturnĭtas, Silentium. {דומי *domi* דממה *demamáh.* ἐχεμυθία. GALL. *Taciturnité, ne parler point, ne dire mot.* ITAL. *Esso parlar poco.* GERM. Stille mit reden / verschwigenheit. HISP. *Aquel habito de mucho callar.* ANGL. *A keeping of silence.*} Cic. *de Inuent.* Taciturnitas imitatur confessionem. Terent. *in And.* Sed his, quas semper intellexi in te sitas, fide, & taciturnitate. Cic. *Attic. lib.* 7. Suspicionem mihi maiorem tua taciturnitas attulerat. Horat. 4. *Carm. Ode* 8.

———quid foret Ilia,
Mauortisque puer, si taciturnitas
Obstaret meritis inuidia Romuli?

Tacita

Tacita nomen Musæ, quam coli voluit Numa. Plutarchus *in vita Numæ*.

Tacitus Cornel. Sub Adriano principe orator clarissimus, æqualis ac familiaris Plinij iunioris, Belgicæ Galliæ orationes procurauit: ad Vespasianos vsque peruenit, ab iisque honoribus euectus, historiam principum conscripsit ab Augusto vsque ad Adrianum, quæ ad nos haud integra peruenit. Hanc igitur non vitas Imperatorum ausus inscribere, sed tantùm diurnales actiones, quæ medium inter historiam & vitas tenerent. Scripsit & de claris Oratoribus, Ciceronis Brutum & materia & dicendi copia imitatus. Præterea vitam Agricolæ soceri sui & de moribus ac situ Germaniæ, stylo tum presso & eleganti, tum arguto & sententioso: in cætera verò historia aliquantulo sublimior. Scribit Flauius Vopiscus, hunc autorem tanquam è suis progenitoribus, Tacitum Imperatorem quotannis decies describit, ne liber periret, eúmque in omnibus bibliothecis adponi iussisse. Tertullianus autem noster eum mendaciorum loquentissimum appellat, propterea quòd iniquissimum sese in scriptis suis, falsissimúmque de Christiana religione iudicem præbuerit.

Tacola, emporium amplissimum Indiæ extra Gangem, in aurea Chersonneso, cuius meminit Ptolemæus *lib.7.cap.2.* Hodie *Malacha* dici creditur, à Lusitanis nostra ætate vi subacta: quod testatur epistola Emanuelis Regis ad Leonem decimum.

‖Tacticvs, a, um, τακτικός, ή, όν, q.d. ordinatiuus, à τάσσω ordino.‖

Tactici, τακτικοί, à Vegetio appellantur, quibus cura incumbit instruendæ aciei. Nam τάττειν instruere est, & ordinare.‖

Tactus, vide *Tango*.

Tæda, vide *Teda*.

Tædeo, Tædet, tæduit, vel tæsum est, verbum impersonale, Tædium, hoc est, satietas & fastidium capit. {קץ kats גער ghahál מאס maás. ἄχθομαι, βαρύνομαι. Gall. *Estre ennuyé de fascherie.* Ital. *Rincrescere, fastidire.* Germ. Verdruss haben. Hisp. *Hauer hastio ò enojo.* Angl. *It wearieth, it irketh.*} Terent. *in Eunuch.* Et tædet, & amore ardeo. Tædeo verbum personale in vsu non est: quamuis compositum eius pertædeo legatur apud Gellium *lib.1.* Has ille inanes quo flaret glorias, iámque omnes finem cuperent, verbísque eius fatigari pertæduissent. Tædet autem impersonale verbum habet ferè post se accusatiuum cum genitiuo. Cicer. *2. Verr.* Sunt homines quos infamiæ suæ neque pudeat, neque tædeat. Nonnunquam accusatiuum sine genitiuo. Idem *Attic. lib.2.* Tædet ipsum, vehementérque pœnitet. ¶ Nonnunquam cum solo genitiuo, accusatiuo tamen tacitè subaudito. Terent. *in Eunuch.* Tædet harum quotidianarum formarum. Cicer. *ad Attic. lib.2.* Prorsus vitæ tædet, ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima. ¶ Nonnunquam cum infinitiuo. Terentius *in Phorm.* At enim tædet audire eandem millies.

Tædium, ij, Fastidium, satietas. {געל ghóhal. βδέλυγμα, κόρος. Gall. *Ennuy & fascherie.* Ital. *Tedio, fastidio.* Germ. Ein verdruss. Hisp. *Hastio, enojo.* Angl. *wearinesse, heauinesse of mynd.*} Quint. *lib.2.* Et ipsius lectionis tædium vicibus leuatur. Iuuen. *Satyr.7.*

Tædia tunc subeunt animos.

Ouid. *9. Metam.*

——nec tædia cœpti
Vlla mei capiam, dum spiritus iste manebit.

Idem *13. Metam.*

——vt longi tædia belli
Mente ferant placida.

Idem *Eleg. vlt. lib.4. Trist.*

Nec me sollicitæ tædia lucis habent.

Suet. *in Tib. cap.10.* An tædio vxoris, an assiduitatis fastidio. Quintil. Tædium deuorare.

Tædulus, a, um, Fastidiosus, qui omnibus tædio est. {ἀηδιοκορής. Gall. *Fascheux, ennuyeux.* Ital. *Fastidioso.* Germ. Ein verdrüssiger/mühsäliger/überlägner. Hisp. *El que toma fastidio ò enojo, hastioso.* Angl. *Somewhat wearie.*} Festus.

Tænarus, & in plurali numero Tænara, ταίναρον. Vulgò *Cabo Metapan.* Promontorium est Laconiæ regionis, circa medium Meridionalis lateris Peloponnesi, quàm longissimè in mare procurrens, oppidum habens eiusdem nominis. Ταίναρον (inquit Suidas) ἀκρωτήριον Λακωνικῆς, ἐν ᾧ τρώγλη ἦν καταγωγιον εἰς ᾅδε, ἔνθα καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν ἀσφαλίας. ἐκεῖσε δὲ τοὺς Εἱλώτας ἱκέτας καθεζομένους ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ποσειδῶνος ἤδη δαίοντες ἀνεῖλον οἱ Λακεδαιμόνιοι, id est, Tænarum promontorium Laconiæ, in quo fauces erant ad inferos deducentes, vbi & Neptuni præsidis templum: illic supplicantes in sacello Neptuni Helotes nihil veriti Lacedæmonij interfecerunt. Circa Tænarum antrum ostendebatur, per quod Herculem ab inferis rediisse Poëtæ fabulati sunt, Cerberúmque vinctum ad superos traxisse. Vulgóque creditum est eas inferorum esse fauces. Virg. *4. Georg.*

Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis.

Ibidem marmor Laconicum effodiebatur, coloris viridis, quod & à loco Tænarium cognominatur. Propertius *lib.2.*

Quod non Tænarijs domus est mihi fulta columnis.

¶ Hinc Patronymicum fœm. Tænaris. Ouid. *Epist.16.*

Scilicet idcirco ventosa per æquora vectum,
Excepit portu Tænaris ora suo.

Tæniæ, {חתלה chathullah חתול chittúl. ταινίαι. Gall. *Rubens ou bandelettes longues & estroittes.* Ital. *Bende lunghe & strette.* Germ. Ein haubenbendel / hutbinden so hinab hangt. Hisp. *Listas de la toca, vandas luengas y estrechas.* Angl. *Ribandes, laces, or head bandes.*} Vittarum extremitates, vt quæ ab infulis pendent. Virgil. *7. Æneid.*

——fit tortile collo
Aurum ingens coluber, fit longæ tænia vittæ.

¶ Quandoque accipitur pro tota vitta. Idem *lib.5.*

Puniceis ibant euincti tempora tænis.

Vbi Seruius, Tænis, à tæna, non tænia: nam & tæna, & tænia dicitur. ¶ Tænia (inquit Festus) propriè dicitur fascia. Græca enim dictio est ταινία, quam sic interpretatur Verrius, vt dicat esse laneum ornamentum capitis honorati. Ennius *in Alexandro*, Volans de cælo cum corona & tæniis. Hactenus ille. Plin. *lib.31. cap.12.* Deprehenditur & lentigo oculis, sed incerta mediis glutinamentis tænia, fungo papyri bibula vix nisi litera fundente se, tantum inest fraudis. ¶ Tænias prætereà dicimus lapides sub aquis candicantes in longum porrectos, à fasciarum similitudine. Plin. *in Præfatione lib.3.* Nec profunda altitudo miraculum minuit. Frequentes quippe tæniæ candicantis vadi carinas territant. ¶ Est & tænia pisciculi genus apud Aristotelem, à gracilitate & longitudine dictum. Vide eundem Plin. *lib.32. cap.7.*

Tæniola, diminut. τὸ ταινίδιον, τὸ φασκίολον. Colum. *lib.11. cap.3.* Brassica, quum sex foliorum erit, transferri debet: ita vt radix eius liquido fimo illata & inuoluta tribus algæ tæniolis pangatur. hoc est, quibusdam quasi fasciolis.

Tænum, fuit vrbs in Laconia, teste Hermolao *in lib.9.* Plin. à qua mulier poëtria nomine Herina ortum habuit. ¶ Fuit & in Achaia vrbs τένεα, id est, Teneium, & Tenea vicus inter Mycenas & Corinthum.

‖Tæpocon soliti sunt appellare Græci genus scribendi deorsum versus, vt nunc dextrorsum scribimus. Fest. An *deorsum* legemus retrorsum, vt significetur modus scribendi Hebræorum & aliorum Orientalium? vt sit inuersa scriptio.

Tagasta, vrbs Africæ, S. Augustini natalibus clara.

Tagax, furnaculus: à tangendo dictus. Fest.

Tageniæ, placentæ tepidæ, stridentes, vt mel illis superinfundatur. Poll. ‖

Tages, (inquit Festus) idem quod furunculus, à tangendo ductus. Antiqui enim Tagere dicebant pro tangere. Vnde Tagacem manum dixit Lucilius,

Mutonísque manum perscribere posse tagacem.

Tages, is, τάγης, filius Genij, teste Festo, & nepos Iouis, qui adhuc puer XII. Hetruriæ populos aruspicinam traditur docuisse. De hoc Cicero *de diuinat.* scribit ad hunc modum, Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi, quum terra araretur, & sulcus altiùs esset impressus, extitisse repentè: & eum affatus esse, qui arabat. Is autem Tages, vt in libris est Hetruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. Eius aspectu quum obstupuisset bubulcus, clamorémque maiorem cum admiratione edidisset, concursum esse factum, totámque breui tempore in eum locum Hetruriam conuenisse: tum illum plura loquutum multis audientibus, qui omnia eius verba exceperint, literísque mandauerint: omnem autem orationem fuisse eam, qua haruspicinæ disciplina contineretur: eam postea creuisse rebus nouis cognoscendis, & ad eadem illa principia referendis. Hactenus Cicer. Ouid. *lib.15. Metam.*

Indigenæ dixêre Tagem, qui primus Hetruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros, &c.

Tagesta, ταγέστη, Africæ oppidum, diui Augusti patria. Plin. *lib.5. cap.4.* Θαγεστηνὸς Tagestense oppidum vocat.

Tago, is, apud veteres in vsu fuit pro tango. {נגע nagáh.} Tagit (inquit Festus) pro tangit, proculdubio antiqua consuetudo vsurpauit. Pacuuius *in Teucro*, Vt ego, si quis me tagat, & tagam. Idem *in Hermiona*, Non certam, nisi tagam. ¶ Hinc etiam Attigo, legitur pro attingo. Plaut. *in Bacch.* Ne attigas puerum ista causa, quando fecit strenuè.

Tagrus, mons in Lusitania, apud quem quædam equæ dicuntur à vento concipere.

Tagus, τάγος, fluuius Lusitaniæ aureas trahens arenas. {Ein fluss in Portugal/jetz Traio genannt.} Iuuenal.

Quòd Tagus & rutila Pactolus voluit arena.

Circa hunc fluuium (si Plinio credimus) equæ flanti Fauonio obuersæ animalem spiritum concipiunt, equósque ita gignunt pernicissimos, sed qui tertium vitæ annum non excedant.

‖Taifali, Septentrionalis regionis milites. Pancirol.‖

Talaon, ταλάων, filius fuit Iasij, & apud Argos regnauit, vt notat Boccatius *lib.2. cap.57.*

‖Talamascæ, laruarum, & lupercalium decurrentium furor.‖

Talaria, Talaris, Talarius, vide *Talus*.

Talasio, apud Romanos carmen nuptiale erat, & deus ipse nuptiarum præses, quem Græci vocant ὑμέναιον. {Der gott der iungfrawschafft vnd hochzeiten.} Martialis *lib.1.*

Quid si me iubeas Talasionem
Verbis dicere non Talasionis:

hoc est, Quid si me iubeas hymnos nuptiales aliis verbis, quàm nuptialibus cantare? Festus ex sententia Varronis, Talasionem tradit fuisse vocem nuptialem, nouis nuptiis boni ominis causa acclamari solitam. Quare autem ea acclamatione in nuptiis vterentur, diuersi diuersa senserunt. T. Liu. *lib.1. ab Vrbe*, scribit in raptu Sabinarum Virginem vnam longè ante alias specie & pulchritudine insignem, à globo Talasij cuiusdam raptam fuisse, multísque sciscitantibus cuinam eam ducerent, identidem ne quis eam violaret, Talasio ferri clamitatum: ideóque eam vocem nuptialem esse factam. Varro existimat hanc vocem in nuptiis vsurpatam fuisse non alia ratione, nisi vt nouæ nuptæ ad opera & labores, & præcipuè ad lanificia excitarentur. Talasionem enim vocabant quasillum siue calathum, hoc est, vas lanificiis aptum. Quam sententiam tangit & Plutarchus *in Problemat.* à Græcis huius vocis originem repetens, qui lanam ταλάσιαν appellant. Idem in Romulo: & in Pompeio, vbi tertio casu scriptum est, Thalassio.

Talax, scaurus. Gloss. Isid. à talis peruersis.

Talea, æ, {סעיף sahiph פארה puráh צלצל tsaltsál. τάλεα, ξυλάριον. Gall. *Vn scion, vn plantal, ou ietton d'arbre taillé par le bout qu'on met en terre.* Ital. *Pianta, ramo da piantare.* Germ. Ein zweig/setzling/senzweig. Hisp. *Estaca propria para plantar.* Angl. *A plant, the slipe of a tree yat was planted in the earth.*} Surculus præcisus ex veraque parte, vt in terra inseratur. Plin. *lib.17. cap.17.* Myrtus & taleis seritur: morus talea tantùm: quoniam ramo eam seri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum satu nunc dicendum est, seruandum in eo ante omnia, vt taleæ ex feracibus fiant arboribus, nec curuæ, néve scabræ aut bifurcæ: néve tenuioribus, quàm vt manum impleant, ne minores

 pedalibus,

pedalibus, vt illibato cortice, atque vt sectura inferior ponatur semper. Cato *de re rustic. cap.45.* Telas oleaginas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas facito. Quemadmodum verò surculus, qui in terra seritur, Talea dicitur: ita quod inseritur ramo, calamus vocatur. Plin. *lib.17.cap.14.* Quòd si longiùs afferantur pomorum calami, rapo infixos, optimè custodire succum arbitrantur. Est autem hæc vox Græca, sed quam Latini ita in vsum suum conuerterunt, vt Taleare pro incidere rustica vsurpet simplicitas. Taleas (inquit Nonius) scissiones lignorum, vel præsegmina Varro appellat *de re rustic. lib.1.* Vnde etiam nunc rustica voce Intertaleare dicitur diuidere, vel incidere ramum ex vtraque parte æqualiter præcisum: quas alij clauulas, alij taleas appellant. ¶ Talea item, instrumentum bellicum, vt vinea. Cæsar 7. *bell. Gall.* Ante hæc taleæ pedem longæ ferreis hamis infixis totæ in terram defodiebantur.

Tālĕŏlă, æ, diminutiuum, parua talea. {ξυλάριον. GALL. *Petit plantal, petit scion pour planter.* ITAL. *Picciola planta, picciol ramo da plantare.* GERM. Ein kleiner setzling/ setzweiglin. HISP. *Pequeña estaca para plantar.* ANGL. *A litle plant.*} Colum. *lib.3. cap. 17.* Idque per gemmas quinas, vel etiam senas partiti complures taleolas terræ mandauerunt.

Taleo, incido, vt taleam. GALL. *Tailler,* incidere.

Tălĕntum, i, {כִּכָּר *chichchár.* τάλαντον. GALL. *Vn talent.* ITAL. *Talento, vna sorte di moneta.* GERM. Ein talent/ ein gewicht/ helt 60. minas/ das ist bey 600. kronen. HISP. *Cierta manera de moneda mayor.* ANGL. *A piece of money called a talent.*} Plaut. *Mostell. sc.1.a.2.* Ego dabo ei talentum qui primus in crucem excurrerit. Idem *Curc. sc.1.a.1.* Aliàs me poscit pro illa triginta minas: aliàs talentum magnum. Idem *Amphitr.* Scisti numerum? I. Quinquaginta Attica Talenta. Idem *Asin. sc.2.a.1.* Si mihi dantur duo talenta argenti numerato in manum. *Ibid. sc.4.a.2.* Talentum argenti mihi credidit. Idem *Capt. sc.2.a.2.* Pol Thalem Talento non emam Milesium. ‖ Talentum est I. profanum, LX. minar. Atticarum, seu librarum; id est, 1500. siclor. II. Sacrum duplo maius, nempe CXX. minar. Atticar. i.e. 3000. siclor. ‖ Multiplex fuisse Budæus in eo opere quod de Asse conscripsit, latissimè docet. Quoties tamen apud Scriptores talenti mentio occurrit, si nihil aliud addatur de minore talento Attico ferè intelligimus, quod fuit minarum sexaginta: singulæ autem minæ drachmas Atticas centum continebant. Valebat itaque talentum, sex millia drachmarum, hoc est, si ad Gallicæ pecuniæ æstimationem redigas, coronatos sexcentos, singulis coronatis solidis Turonensibus trigintaquinque æstimatis. Decem autem talenta coronatorum sex millia conficiunt. Quindecim talenta nouem millia aureorum. Viginti talenta duodecim millia. Sed, hoc, vt iam diximus, de talento Attico minore intelligendum est, quod apud scriptores plurimùm celebratur. Est enim & alterum talenti Attici genus, quod Talentum magnum vocant, quod ad minus talentum epitriti, hoc est, sesquitertij habet proportionem. Nam quum talentum minus sexaginta tantùm haberet minas, magnum talentum minas habebat octoginta. Vtrunque autem talenti genus Atticum erat. Neque mirum videri debet Athenienses duplici talento fuisse vsos, quum etiam duplex apud eos fuerit mina, maior & minor, quæ eandem inter se proportionem habebant, quam talentum maius & minus. Erat enim mina Attica maior, centum drachmarum, quum minor septuaginta quinque tantùm haberet drachmas. Erant præterea pleraque alia talentorum nomina Euboicum, Ptolemaicum, Syrium, Tyrium, Antiochenum, Babylonium, pondere & pretio omnia ferè distantia, sed in hoc vno conuenientia, quòd omnia ex sexaginta sui generis minis constarent, sed quæ in quibusdam ciuitatibus maiores essent quàm in aliis: vnde etiam nata est talentorum diuersitas. Nam, vt scribit Africanus, talentum omne minarum fuit sexaginta: verùm quoniam minæ apud aliqs maiores erant, apud alios minores, factum est vt talenta quoque essent inæqualia. Minarum etiam diuersitas, ex varietate drachmarum nata est, quæ in quibusdam ciuitatibus maiores erant pretij & ponderis, quàm in aliis. Quod & ipsum apertissimè testatur Iul. Pollux *lib.9.* Hoc (inquit) vtique dicere non intempestiuum erit, quòd Atticum talentum sex millia drachmarum valebat Atticarum: Babylonium verò septem millia, Ægineum decem millia, Syrium mille & quingenta iuxta Atticæ drachmæ rationem. Quemadmodum sanè & Atticas minas Atticum talentum habuit sexaginta, Babylonium septuaginta, Ægineum centum iuxta proportionem. Sed mina ipsa vt apud Athenienses habuit centum drachmas Atticas, sic apud alios quoque ipsis consuetas, quæ pro ratione cuiusque talenti secundùm augmentum vel decrementum valerent. Hæc ille.

Tālgă, insula in mari Hyrcano (vt Pomponius refert) sine cultu fertilis, omni frugi ac fructibus abundans, sed vicini populi, quæ gignuntur, attingere nefas, & pro sacrilegio habent, diis parata existimantes, diisque seruanda. Hactenus Mela. Ptol. *lib.6. cap.9.* Telea dicitur. Plinius *lib.6. cap.17.* In Caspio mari vulgatam insulam Tazatam esse scribit. Variat igitur nomen vt in sexcentis aliis, Vistula, Istula, Tabireni, Tabarni, Tibareni, &c.

Tālio, nis, Æqualis retributio, idque in malam partem: vt si cui quis oculum eruerit, idem ille patiatur. {שִׁלֵּם *schillém* שִׁלּוּם *schillúm* שִׁלֻּמָה *schillumáh.* ἀντίποινα ἀμοιβή. GALL. *La pareille, autant pour autant.* ITAL. *Supplicio antiquo, doue andaua membro per membro.* GERM. Ein gleiche/ widergeltung/ gleiche bezalung böses mit bösem. HISP. *Pena tanto por tanto.* ANGL. *An equal recompense in paying an hurte.*} Lex talionis est lex paris vindictæ. Hinc *retaliare* Gellius formauit quod significat talione hominem repercutere: ἀμείβειν. Plin. *lib.7. cap. 54.* Sicut in Cornelia familia nemo ante Syllam Dictatorem fertur crematus, idque voluisse, vetitum talionem, eruto C. Marij cadauere.

Tālipĕdo, as, Pedibus vacillo, & quasi supra talos insisto {מָעַד *mahadh.* παραφέρομαι.} Festus.

Tālĭs, e, Eiusmodi, eius generis. {כָּזֶה *chazéh.* τηλικοῦτος. GALL. *Tel.* ITAL. *Tale.* GERM. Solch. HISP. *Tal.* ANGL. *Such.*} Plaut. *in Aulul.* Cui in re tali subuenisti antehac. Terent. *Heaut.* Tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium. Virg. *1. Æneid.*

Haud equidem tali me dignor honore.

Ibidem,

Qui tanti talem genuere parentes.

Cicer. *2. Officior.* Quales sumus, tales esse videamur. Catull. *de Com. Beren.*

Quid facient crines, cum ferro talia cedant?

Ouid. *13. Metam.*

Sunt mihi quæ valeant in talia pondera vires.

Ibid. Talibus atque aliis (verbis sup.) Plaut. *Menæch. sc.2.a.1.* Si mihi tale faxis post hunc diem. Idem *Pseud. sc.1.a.1.* Ne faceres tale in adolescentia, (pro talia,) &c.

Tālĭter, aduerbium, Tali modo. {כָּזֹאת *chazóth.* τοιῶσδε. GALL. *Tellement, en telle sorte & maniere.* ITAL. *Talmente.* GERM. Solcher gestalt/ der gestalt. HISP. *En tal manera.* ANGL. *Such, by such sorte.*} Idem *ad Attic. lib.10.* Etenim audieram nemini taliter licere. Plin. *lib.35. cap.11.* Nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit.

Tālĭtrum, i, Percussio frontis, quæ vngue digiti fieri solet. {σκινδαλαμός, κονδυλισμός. GALL. *Vne chiquenaude.* ITAL. *Friguocola.* GERM. Ein schnelling. HISP. *Papirote, floretada.* ANGL. *A filippe with ones finger or naile.*} Sueton. *in Tiber. cap.68.* Articulis tam firmis, vt recens & integrum malum digito terebraret: caput pueri, vel etiam adolescentis talitro vulneraret.

Talla, folliculus cepæ.

Tallus, in Sabinorum nominibus prænominis loco videtur fuisse. Festus. Vide Talus.

Talmud, תַּלְמוּד, disciplina, doctrina. Sunt quædam pandectæ rerum Iudaicarum, diuinarum & humanarum, verarum & falsarum, bonarum & malarum; inprimis iuris ciuilis & canonici eorum.

Tālpă, æ, generis masculini & fœm. Animal captum oculis, muri simile, quod & arua & hortos suffodit. {תִּנְשֶׁמֶת *tinschémeth.* ἀσπάλαξ. GALL. *Vne taupe.* ITAL. *Talpa, topinara.* GERM. Ein schermaus. HISP. *Topo animal.* ANGL. *A mole or want.*} Virg. *1. Georg.*

Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ.

Talthybius, ταλθύβιος. Homero *Iliad.1.* Præco Agamemnonis in Græcorum exercitu, qui vnà cum Eurybate ab Agamemnone missus est ad Achillis castra vt Briseidem ab eo abduceret. Ouidius *in Epist. Briseid.*

Nam simul Eurybates me Talthybiúsque vocarunt.

Eurybati data sum, Talthybióque comes.

Tālŭs, i, Os in articulo pedis animalium bisulcorum, ventre extuberans, concaua vertebra ligatum, quadratum forma, altera parte concauum, altera ferè planum. {קַרְסֹל *karsúl.* ἀστράγαλος. GALL. *Le talon.* ITAL. *Tallone.* GERM. Ein bickelbein im gleych der hinderen füssen der thieren so den klawen spalten. HISP. *El calcañal del hombre, carnicol.* ANGL. *The huckle bone, or ankle.*} Tali autem homini non sunt, neque animalibus digitos, aut solidas habentibus vngulas, sed tantùm (vt diximus) bisulcis. Plin. *lib.11. cap.46.* Talos asinus Indicus vnus solidipedum habet. Et paulò pòst, Hominem qui existimarunt talos habere, facile sunt conuicti. Καταχρηστικῶς tamen talos quoque in homine dicimus, pro ima parte pedis, siue pro osse quod iuxta calcaneum extuberat. Horat. *1. Serm. Satyr.2.*

Ad talos stola demissa, & circundata palla.

Senec. *epist.54.* Talum nos dicimus extorsisse, (cùm excusamus podagram.) Corn. *in Pers. Sat.5.* talum eminentem rotunditatem esse dicit, eámque ob causam fastigium templi rotundi talum quoque dici affirmat. Talus rectus est eorum qui stant, eorum qui cadunt non rectus. Horat. *in Arte,*

Securus cadat, an recto stet fabula talo.

Persius,

——tibi recto viuere talo Ars dedit.

Sed & in talis lusoriis, cùm ita euenit, vt talus in latera quatuor non cadat, sed in extrema, & tanquam capita, quod perquam rarum est, rectus esse dicitur. Cicer. *de finib.* Ita iacere talum, vt rectus assistat. ¶ Tali item dicebantur ossicula quædam quadrilatera, quibus olim lusitabant: quorum latus quo vnitas significabatur, canis siue canicula dicebatur: in quam conuerso talo deponebatur ab eo, qui iactauerat, numus vnus sine lucro. πίστοι. Vnde damnosa canicula à Persio dicitur. Eius oppositum latus, Venus, siue Cous dicebatur, septenarium numerum significans, quem numerum qui repræsentasset sex numos lucrifaciebat, & quicquid caniculæ iactu corrasum esset. Alia duo latera Chius & Senio dicebantur, ternarium ille, hic quaternarium significans. Chius lucri nummos tres, Senio quatuor afferebat: ideo dexter dictus. Persius, quid dexter senio ferret Scire erat in voto. Erat tamen ludi quædam ratio, in qua Senio æquè damnosus erat, atque canis. Suet. *de Augusto,* Talis iactatis, vt quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios conferebat in medium, quos tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat. Hinc Plaut. *Asin. sc.2.a.5.* Iace talos pater. Mox; Hoc Venerium est. Et Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Quid valeant tali quo possis plurima iactu

Figere, damnosos effugiásque canes.

Item,

In talis Senio, & Canis, & Venus.

Vide Sueton. *in August. cap.71.* &c. Aliæ quoque in hoc ludi genere differentiæ fuerunt. Nam & vulturios habebant, & Herculem basilicum. Plaut. *Curc. sc.3.a.2.* Talos poscit sibi in manum: prouocat me in aleam, iacit vulturios quatuor: Talos arripio, Herculem iacto basilicum. ¶ Amatores talis ludentes nomen amicæ inuocabant. Idem *Asin. sc.1. a.4.* Talos ne cuiquam homini admoueat nisi tibi. Cùm iaciet, Te ne dicat, *nomen* nominet. (id est, nomen tuum qui eius amica es.) Idem *Aulul. sc.2.a.5.* Iace talos pater, vt porro nos iaciamus. Mox, Te mihi Philenium. Item, plaudite: hoc venerium est. Idem *Curc. sc.3.a.1.* Postquam cœnati atque appoti, talos poscit in manum, inuocat Planesium. Idem *Capt. sc.1. a. 1.* Amator talos cùm iacit inuocat Planesium, &c. Talo recto stare. Horat. *2. Epist.*

Gestit enim nummum in loculos dimittere, posthac

Securus cadat, an recto stet fabula talo. i. placet, nécne.

Taxillus, paruus talus, ἀστραγαλίσκος. aliquid taxillo simile.

Tālārĭs, e, quod ad talos pertinet: vt vestis talaris, quæ ad talos vsque descendit. {ποδήρης. GALL. *Long iusques aux talons.* ITAL. *Lungo insino*

insino à i piedi. GERM. Das biß auff die knoden hinab geht. HISP. *Luengo hasta los pies*. ANGL. *That cometh downe to tho ankle.*} Cicer. 7. *Verr.* Stetit soleatus Prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicáque talari muliercula nixus in littore. *Ibid.* Ac per eos dies quum iste cum pallio purpureo, talarique tunica versaretur in conuiuiis. ¶ Ludus talaris. Quintil. Ludorum talarium licentiâ, fori soluere sanctitatem. Ludus talarius. Idem, nisi fortè illic talariûm syncope dictum sit pro talariorum.

Tālārĭŭs, a, um, quod pertinet ad talos. {κυβευτικός. GALL. *Appartenant au dez.* ITAL. *Pertinente à dadi.* GERM. Das zu den würffeln gehört. HISP. *Perteneciente à los dados.* ANGL. *Belonging to dice.*} Vt lex talaria aduersùs eos qui talis lusitant. Plaut. *Milit. sc. 2. a. 2.* Ne legi fraudem faciant talariæ. ¶ Talarius ludus, id est, ludus talorum. {κυβεία. GALL. *Ieu de dez.* ITAL. *Giuoco de dadi.* GERM. Ein würffelspiel. HISP. *iuego de dados.* ANGL. *The playe at dice.*} Cicer. *lib. 1. Offic.* Adde his, si placet, vnguentarios, totúmque ludum, saltatores, talarium. Vide præcedentem dictionem.

Tālārĭă, plur. num. gen. neut. Calciamenta alata Mercurij. πέδιλα. Virg. *lib. 4. Æneid.*

——pedibus talaria nectit
Aurea.

¶ Talaria induere, prouerbialis allegoria, pro eo quod est fugam adornare, quasique velle quopiam auolare. Cicer. *ad Attic. lib. 14.* Nemo est istorum qui otium non timeat: quare talaria induamus. Talaria, metaphoricè vocat Seneca tumores quos in talis generat podagra, *epist. 54.* Dubio & incipiente morbo quæritur nomen: qui vt cæperit talaria intendere, & vtrosque dextros pedes fecerit, necesse est fateri podagram.

Talepido, as, are, Pedibus vacillare lassitudine, quasi qui trahit pedes: vt talis videatur insistere, aut identidem tollere pedes. Festus.

Tam, & quàm Prisciani sententiâ aduerbia sunt, quæ positiuo, comparatiuo, & superlatiuo adiiciuntur, quum duo vel plures comparatiui & superlatiui diuersæ significationis positi inter se æquantur, vel iidem geminantur. {τόσον καὶ ὅσον. GALL. *Tant que.* ITAL. *Tanto & quanto.* GERM. So fast als. HISP. *Tanto quanto.* ANGL. *So muchas.*} Cic. *pro Deiot.* Istam, inquam, dexteram non tam in bellis, neque in præliis, quàm in promissis, & fide infirmiorem. Bis infirmiorem intelligendum est. Superlatiui exemplum. Salustius, Quàm quisque pessimè fecit, tam maximè tutus est. Frequentissimè autem positiuo, Cicero, Tam sum amicus Reipublicæ, quàm qui maximè (scilicet est amicus.) hoc est, Tam amo Reipublicam, quàm ille qui plurimum amat. Plaut. *Capt. sc. 2. a. 2.* Tam ille seruit quàm nos. Tam illi libertatem hostis eripuit, quàm mihi, &c. ¶ Cum quasi. Idem *Curc. sc. 1. a. 1.* Tam à me pudica est, quasi soror mea sit. Tam aduerbiis iunctum. Terent. *in Heaut.* Nunquam tam malè egredior, neque tam vesperi domum reuertor, quin, &c. ¶ Tam diminutiuis additum. Terent. *in Adelph.*—tam ob paruulam Rem penè ex patria: turpe dictu. ¶ Tam modò, inquit Festus, veteres pro modò accipiebant: quod Græci dicunt, ὅπως, ἄγαν. ¶ Tam pro tamen. Plaut. *Men. sc. 4. a. 2.* Bene vocas, Tam gratia est. ¶ Pro vsque adeò. Idem *Amph.* Ibi me inclamat Alcmena, Tam ea res horrore afficit (id est, vsque adeò timuit, vt inclamaret.) Item, pro tam magis. Idem *Mil. sc. 3. a. 2.* Ah ludis me. P. Tam mihi sunt manus inquinatæ. *Ibid. sc. 5. a. 2.* Tam ea est, quàm potis. (sup. est esse.) ‖ ¶ Tam aliquando subauditur. Vlpianus D. *lib. 29. t. 2. l. 20.* Iulianus scribit, Pro hæreditate autem gerere, non esse facti, quàm animi. ‖ ¶ Hinc compositum tamet, de quo infrà.

Tămă, dicitur (inquit Festus) quum labore viæ sanguis in crura descendit, & tumorem facit. Lucilius,

Inguen ne existat, papulæ, tama, ne boa noxit.

Tamara, ταμάρη, vulgò *Tanestorck.* Oppidum Dammoniorum, in occidentali parte Britanniæ insulæ. Ptol. *lib. 2. cap. 3.*

Tamara Ptolemæo, Pomponio Tamaris, fluuius Hispaniæ Tarraconensis, in Arraborum finibus, in Oceanum influens occidentalem, à quo vicini populi Tamatici dicuntur. Vide Ptol. *lib. 2. cap. 6.* & Melam *lib. 3.* in descriptione Hispaniæ.

Tamaritæ, ταμαρεῖται, Populi Asiatici non longè à Caspio mari.

Tămărīx, icis, humilis frutex est amerinæ ramis, folio angusto, carnoso, & ferè pinnato. {μυρίκη. GALL. *De la bruyere.* ITAL. *Tamarice arboscello.* GERM. Tamarisken staud. HISP. *Tamariz, atarfe, ò tarahe.* ANGL. *Heath to mak broomes on.*} Duo eius sunt genera: syluestre, omnino sterile: vnde & infelix lignum appellatur, Gallis *Bryaria.* Alterum fructiferum, quod in Ægypto altissimas æquat arbores, ramis ex herbaceo fuluóque variegatis, lignoso fructu, galla maiore, in quo semen gustu asperum, eiusdem effectus cum galla. Vide Plin. *lib. 24. cap. 9.*

Tamarus, τάμαρος, Britanniæ fluuius, non procul ab Ocrio promontorio quod Meridem spectat, in Britannicum Oceanum influens. Ptol. *lib. 2. cap. 3.* vulgò *Tono.*

‖Tamde, tam. Lucil.

Tame, tam, in carmine Saliari. Scal.‖

Tămĕn, aduersatiua coniunctio est, Attamen, veruntamen, nihilominus. {אך *ach.* ὅμως, μέντοι. GALL. *Toutesfois, neantmoins, si est ce que.* ITAL. *Nientedimento, nulladimeno, nondimeno, tuta via pur.* GERM. Jedoch/ nichts desto minder. HISP. *Mas ò empero.* ANGL. *Neuertheleße.*} Hæc particula sequitur voces, quamuis, quanquam, etsi, etiamsi, licet, & secundum in periodis locum habet: de qua re vbique exempla sunt in promptu. Ouid. *Eleg. 11. lib. 3. Trist.*

Et tamen est aliquis, qui vulnera cruda retractet.

Plaut. *Milit. sc. 6. a. 2.* feci insipienter: At non malitiosè tamen. ¶ Pro licet. Idem *Amphitr. sc. 3. a. 1.* Me ames absentem tamen. Idem *Capt. sc. 3. a. 2.* Benè hero gessisse morem in tantis ærumnis tamen. (id est, licet vel tametsi.) ¶ Pro omninò, Auson. *Epigr. 7.* ¶ Aliquando particula inceptiua est. Cic. *Pato*, Tamen à militia non discedis. ¶ Aliquando ponitur pro statim. Virg. *9. Eclog.*

Hic hœdos depone, tamen veniemus in vrbem.

¶ Aliquando pro tandem. Salust. *lib. 3. Histor.* Nam qui enare conati sunt, icti sæpe ferramentis nauium, tamen aut vulnerati à suis, aut afflicti vndarum vi, multato fœdè corpore, &c. Plaut. Ita faciam, ita placet, quid tum tamen? Ouid. *Eleg. 4. lib. 1. Trist. in fin.* Idem *Eleg. 6. lib. 3. Trist.*

——Tamen hoc (malum) *vitare canendo.* (id est, tandem.)

Idem 13. *Metam.* Quid tamen hoc refert: pro autem, vel tandem. ¶ Pro nihilominus. Plaut. *Milit. sc. 3. a. 2.* Si dico, interij: si non dico, interij tamen. (id est, nihilominus.) ¶ Aliquando pro duntaxat. Terent. *in Hecyr.* Quod potero faciam, tamen vt pietatem colam. Vbi Donatus, Tamen, id est, duntaxat, vel ita tamen, vt pietatem colam. Tamen pro tantùm, Velleius. ¶ Hinc componuntur Attamen, & veruntamen, eiusdem ferè significationis.

Tamenetsi, quod contractè Tametsi, aduersatiua particula, Quanquam, vel etsi. {κἄν, καίτοι. GALL. *Iaçoit que, combien que.* ITAL. *Bon che, se bene, quantunque.* GERM. Wiewol/ ob schon. HISP. *No embargante, no obstante, aunque.* ANGL. *Albiett, althoght.*} Cic. *pro Sext.* Tametsi vicisse debeo, tamen de meo iure decedam. Hæc in principio orationis posita, indicatiuo gaudet: secundo loco, subiunctiuo. Plaut. *Pseud. sc. 5. a. 1.* Age loquere quid vis, tametsi tibi succenseo. (vbi secunda syllaba corripitur.) Idem *Men. sc. 1. a. 1.* Nunquam herclè fugiet tametsi capital fecerit, &c. media correpta. Tametsi cum interrogatione positum, cuiusdam suiipsius correptionis vim habens. Cic. *6. Verr.* Verùm fac te impetrauisse, fac aliquid grauius in Heuium statuisse Mamertinos: quantam putas authoritatem laudationis eorum futuram, si in eum quem constat virum pro testimonio dixisse, pœnam constituerent? tametsi quæ est ista laudatio! quum laudator interrogatur lædat necesse est? ¶ Tametsi, pro tamen. Terent. *in Andr.* rape. D. Si quicquam menititum inueneis, occidito. SI. nihil audio. Ego iam te commotum reddam. D. tametsi hoc verum est.

Tames, cruor, sanguis. Gloss. Isid.

Tamia, ταμία, oppidum in Orientali parte Britanniæ insulæ, sub Caledoniis. Ptol. *lib. 2. cap. 3.*

Taminia, vuæ genus, acinos habens rubentes, quæ à quibusdam falsò astaphis agria credita est. Plin. *lib. 23. cap. 1.* Astaphis agria, siue staphis, quam vuam taminiam aliqui vocant falsò (suum enim genus habet) coliculis nigris, rectis foliis, labruscæ, fert folliculos verius quàm acinos virides, similes ciceri: in his nucleum triangulum. Maturescit cum vindemia, nigrescítque, quum taminiæ rubentes norimus acinos: sciamúsque illam in apricis nasci, hanc non nisi in opacis.

Tamino, polluo.

Tamos, Indiæ promontorium est, quod Taurus attollit: in Meridem sese conuertens. Vide Pomponium in descriptione Indiæ.

‖Tana, vrbs extima Euxini Ponti, subest Turcis.‖

Tanagra, τάναγρα, oppidum Bœotiæ Mediterraneæ, quam γραῖαν ab Homero appellari tradit Stephan. Nobilitatum fuit autem hoc oppidum præstantissimo genere gallinaceorum, ad pugnas & prælia nascentium, teste Plin. *lib. 10. cap. 21.*

Tanagrus, siue Tanager, τάναγρος, fluuius est Lucaniæ, quæ est regio Italiæ inter Picentinos & Brutios. Virg. 3. *Georg.*

——& sicci ripa Tanagri.

Tănăĭs, {τάναϊς. GERM. Don Tana.} Fluuius Scythiæ, Asiam diuidens ab Europa. Fertúrque à Septentrione Nilo aduersus, inquit Strab. *lib. 11.* Paulò autem Orientalior, non solùm per Scythas in Mæotim defluens, sed & per Sauromatas. Originem eius incertam aliqui putant. Ptolemæus, ex montibus Riphæis prodire putat, qui magis Australes sunt, quàm Hyperborei. Alij, in quorum numero Herodot. est *lib. 4.* aiunt esse paludem non admodum magnam, ex qua Tanais nascitur, qui duobus ostiis Mæotim ingreditur, quæ stadiis intra se circiter septuaginta distare feruntur. Alij ex Caucasiis montibus oriri existimant. Scythæ Tanaim Silio vocant. Tibull. *lib. 4.*

Quáque Hebrus, Tanaisque Getas rigat, &c.

¶ Fuit & oppidum Tanais ad amnis huius ostia, teste Plin. *lib. 2. cap. 98.* à Græcis qui Bosphorum tenuêre, conditum. Vide Ptolem. *lib. 5. cap. 9.* Dionysius in Perihegesi,

Europam atque Asiam Tanais disterminat amnis
Hic Sarmatidis euoluens finibus, alta.
(Scissus Araxeo prius æquore) iam suus vnda
Effluit in Scythiam, procul hinc Mæotida Tethyn
Intrat, & inserto freta pellit vasta fluento.

Lucan. *lib. 3.*

Qua Crœso fatalis Halys, qua vertice lapsus
Riphæo Tanais diuersi nomina mundi
Imposuit ripas, Asiæque, & terminus idem
Europæ media dirimens confinia terræ, &c.

Tanaītæ, ταναῖται. Tanais fluuij accolæ, à Suitis, Anchetis & Satarneis deleti. Plin. *lib. 6. cap. 7.*

‖Tanalia, forceps. L. g. b.‖

Tănāquĭl, Tarquinij Prisci vxor fuit, magni animi mulier, & Hetruscæ disciplinæ peritissima. Vide Liu. *lib. 1. ab Vrbe.*

Tanarus, fluuius ex Apennino nascens, & in Padum influens. Plin. *lib. 3. cap. 16.* Vulgò *Tanaro.*

Tāndem, Postremò, denique ad extremum. q. tamen demum. {בתרונה *bacharonáh.* ποτέ, τελευταῖον, πῶς, ὀψέ ποτε. GALL. *A la parfin, en fin finale.* ITAL. *Finalmente, vltimamente, al postuto, al post fine, al fine, a la fine.* GERM. Letstlich/hinden hernach/zum letsten. HISP. *Finalmente, en fin, à la postre.* ANGL. *At the last.*} Virgilius,

Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.

Plaut. *Amphitr.* Sosia tandem ad nos. (id est, expectatus nimium venies sup.) Idem *Pseud. sc. 3. a. 3.* Nimis tandem abs te contemnor, &c. ¶ Per interrogationem habet vrgens quiddam, & accelerans. Cicer. Quousque tandem abutêre Catilina patientia nostra? Plaut. *Milit. sc. 1. a. 1.* Itáne aiebat tandem? (admirantis.) Idem *Aulul. sc. 4. a. 2.* Ain tandem ita esse vt dicis? &c. Aliquando est coniunctio expletiua. Terent. *in Phorm.* Itáne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo? ¶ Interdum ponitur pro aliquando, vt apud eundem, Itáne tandem sororem duxit? ¶ Item pro saltem. Terent. *in Eunuch.*—perfice hoc Precibus, aut pretio, vt hæream parte aliqua tandem apud Thaidem. ¶ Tandem tandem, reticentia quædam cum abrupto sermone, nonnihil ornatus habens.

pedalibus, vt illibato cortice, atque vt sectura inferior ponatur semper. Cato *de re rustic. cap.*45. Telas oleaginas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas facito. Quemadmodum verò surculus, qui in terra seritur, Talea dicitur: ita quod inseritur ramo, calamus vocatur. Plin. *lib.*17.*cap.*14. Quòd si longiùs afferantur pomorum calami, rapo infixos, optimè custodire succum arbitrantur. Est autem hæc vox Græca, sed quam Latini ita in vsum suum conuerterunt, vt Taleare pro incidere rustica vsurpet simplicitas. Taleas (inquit Nonius) scissiones lignorum, vel præsegmina Varro appellat *de re rustic. lib.*1. Vnde etiam nunc rustica voce Intertaleare dicitur diuidere, vel incidere ramum ex vtraque parte æqualiter præcisum: quas alij claulas, alij taleas appellant. ¶ Talea item, instrumentum bellicum, vt vinea. Cæsar 7.*bell. Gall.* Ante hæc taleæ pedem longæ ferreis hamis infixis totæ in terram defodiebantur.

Tălĕŏlă, æ, diminutiuum, parua talea. {ξυλάριον. GALL. *Petit plantal, petit scion pour planter.* ITAL. *Picciola planta, picciol ramo da plantare.* GERM. Ein kleiner setzling/setzzweiglin. HISP. *Pequeña estaca para plantar.* ANGL. *A litle plant.*} Colum. *lib.*3. *cap.* 17. Idque per gemmas quinas, vel etiam senas partiri complures taleolas terræ mandauerunt.

Taleo, incido, vt taleam. GALL. *Tailler*, incidere.

Tălĕntum, i, {ככר chichchár. τάλαντον. GALL. *Vn talent.* ITAL. *Talento, vna sorte di moneta.* GERM. Ein talent/ein gewicht/helt 60. minas/das ist bey 600. kronen. HISP. *Cierta manera de moneda mayor.* ANGL. *A piece of money called a talent.*} Plaut. *Mostell.sc.*1.*a.*2. Ego dabo ei talentum qui primus in crucem excurrerit. Idem *Curc.sc.*1.*a.*1. Aliàs me poscit pro illa triginta minas: aliàs talentum magnum. Idem *Amphitr.* Scisti numerum? I. Quinquaginta Attica Talenta. Idem *Asin.sc.*2.*a.*1. Si mihi dantur duo talenta argenti numerato in manum. *Ibid. sc.*4.*a.*2. Talentum argenti mihi credidit. Idem *Capt.sc.*2.*a.*2. Pol Thalem Talento non emam Milesium. ‖ Talentum est I. profanum, LX. minar. Atticarum, seu librarum; id est, 1500. siclor. II. Sacrum duplo maius, nempe CXX. minar. Atticar. i.e. 3000. siclor. ‖ Multiplex fuisse Budæus in eo opere quod de Asse conscripsit, latissimè docet. Quoties tamen apud Scriptores talenti mentio occurrit, si nihil aliud addatur de minore talento Attico ferè intelligimus, quod fuit minarum sexaginta: singulæ autem minæ drachmas Atticas centum continebant. Valebat itaque talentum, sex millia drachmarum, hoc est, si ad Gallicæ pecuniæ æstimationem redigas, coronatos sexcentos, singulis coronatis solidis Turonensibus trigintaquinque æstimatis. Decem autem talenta coronatorum sex millia conficiunt. Quindecim talenta nouem millia aureorum. Viginti talenta duodecim millia. Sed, hoc, vt iam diximus, de talento Attico minore intelligendum est, quod apud scriptores plurimùm celebratur. Est enim & alterum talenti Attici genus, quod Talentum magnum vocant, quod ad minus talentum epitriti, hoc est, sesquitertij habet proportionem. Nam quum talentum minus sexaginta tantùm haberet minas, magnum talentum minas habebat octoginta. Vtrunque autem talenti genus Atticum erat. Neque mirum videri debet Athenienses duplici talento fuisse vsos, quum etiam duplex apud eos fuerit mina, maior & minor, quæ eandem inter ser proportionem habebant, quam talentum maius & minus. Erat enim mina Attica maior, centum drachmarum, quum minor septuaginta quinque tantùm haberet drachmas. Erant præterea pleraque alia talentorum nomina Euboicum, Ptolemaicum, Syrium, Tyrium, Antiochenum, Babylonium, pondere & pretio omnia ferè distantia, sed in hoc vno conuenientia, quòd omnia ex sexaginta sui generis minis constarent, sed quæ in quibusdam ciuitatibus maiores essent quàm in aliis: vnde etiam nata est talentorum diuersitas. Nam, vt scribit Africanus, talentum omne minarum fuit sexaginta: verùm quoniam minæ apud aliqs maiores erant, apud alios minores, factum est vt talenta quoque essent inæqualia. Minarum etiam diuersitas, ex varietate drachmarum nata est, quæ in quibusdam ciuitatibus maiores erant pretij & ponderis, quàm in aliis. Quod & ipsum apertissimè testatur Iul. Pollux *lib.*9. Hoc (inquit) vtique dicere non intempestiuum erit, quòd Atticum talentum sex millia drachmarum valebat Atticarum: Babylonium verò septem millia, Ægineum decem millia, Syrium mille & quingenta iuxta Atticæ drachmæ rationem. Quemadmodum sanè & Atticas minas Atticum talentum habuit sexaginta, Babylonium septuaginta, Ægineum centum iuxta proportionem. Sed mina ipsa vt apud Athenienses habuit centum drachmas Atticas, sic apud alios quoque ipsis consuetas, quæ pro ratione cuiusque talenti secundùm augmentum vel decrementum valerent. Hæc ille.

Tălgă, insula in mari Hyrcano (vt Pomponius refert) sine cultu fertilis, omni frugi ac fructibus abundans, sed vicini populi, quæ gignuntur, attingere nefas, & pro sacrilegio habent, diis parata existimantes, díisque seruanda. Hactenus Mela. Ptol. *lib.*6. *cap.*9. Telea dicitur. Plinius *lib.*6. *cap.*17. In Caspio mari vulgatam insulam Tazatam esse scribit. Variat igitur nomen vt in sexcentis aliis, Vistula, Istula, Tabireni, Tabarni, Tibareni, &c.

Tălĭo, nis, Æqualis retributio, ídque in malam partem: vt si cui quis oculum eruerit, idem ille patiatur. {שלם schillém שלם schillúm שלמה schillumáh. ἀντίποινα ἀμοιβή. GALL. *La pareille, autant pour autant.* ITAL. *Supplicio antiquo, doue andaua membro per membro.* GERM. Ein gleiche/widergeltung/ gleiche bezalung böses mit bösem. HISP. *Pena tanto por tanto.* ANGL. *An equal recompense in paying an hurte.*} Lex talionis est lex paris vindictæ. Hinc retaliare Gellius formauit quod significat talione hominem repercutere: ἀμείβειν. Plin. *lib.*7. *cap.* 54. Sicut in Cornelia familia nemo ante Syllam Dictatorem fertur crematus, ídque voluisse, vetitum talionem, eruto C. Marij cadauere.

Tălĭpĕdo, as, Pedibus vacillo, & quasi supra talos insisto {מעד mahadh. παραφέρομαι.} Festus.

Tālĭs, e, Eiusmodi, eius generis. {כזה chazéh. τηλικοῦτος. GALL. *Tel.* ITAL. *Tale.* GERM. Solch. HISP. *Tal.* ANGL. *Such.*} Plaut. *in Aulul.* Cui in re tali subuenisti antehac. Terent. *Heaut.* Tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium. Virg. 1. *Æneid.*

Haud equidem tali me dignor honore.

Ibidem,

Qui tanti talem genuere parentes.

Cicer. 2. *Officior.* Quales sumus, tales esse videamur. Catull. *de Com. Beren.*

Quid facient crines, cum ferro talia cedant?

Ouid. 13. *Metam.*

Sunt mihi quæ valeant in talia pondera vires.

Ibid. Talibus atque aliis (verbis sup.) Plaut. *Menæch.sc.*2.*a.*1. Si mihi tale faxis post hunc diem. Idem *Pseud.sc.*1.*a.*1. Ne faceres tale in adolescentia, (pro talia,) &c.

Tālĭtĕr, aduerbium, Tali modo. {כזאת chazóth. τοιῶσδε. GALL. *Tellement, en telle sorte & maniere.* ITAL. *Talmente.* GERM. Solcher gestalt/der gestalt. HISP. *En tal manera.* ANGL. *Such, by such sorte.*} Idem *ad Attic. lib.*10. Etenim audieram nemini taliter licere. Plin. *lib.*35.*cap.*11. Nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit.

Tălītrum, i, Percussio frontis, quæ vngue digiti fieri solet. {σκινδαλισμός, κονδυλισμός. GALL. *Vne chiquenaude.* ITAL. *Friguocola.* GERM. Ein schnelling. HISP. *Papirote, floretada.* ANGL. *A filippe with ones finger or naile.*} Sueton. *in Tiber.cap.*68. Articulis tam firmis, vt recens & integrum malum digito terebraret: caput pueri, vel etiam adolescentis talitro vulneraret.

Talla, folliculus cepæ.

Tallus, in Sabinorum nominibus prænominis loco videtur fuisse. Festus. Vide Talus.

Talmud, תלמוד, disciplina, doctrina. Sunt quædam pandectæ rerum Iudaicarum, diuinarum & humanarum, verarum & falsarum, bonarum & malarum; inprimis iuris ciuilis & canonici eorum.

Tālpă, æ, generis masculini & fœm. Animal captum oculis, muri simile, quod & arua & hortos suffodit. {תנשמת tinschémeth. ἀσπάλαξ. GALL. *Vne taupe.* ITAL. *Talpa, topinara.* GERM. Ein schermaus. HISP. *Topo animal.* ANGL. *A mole or want.*} Virg. 1. *Georg.*

Aut oculis capti fodère cubilia talpæ.

Talthybius, Ταλθύβιος. Homero *Iliad.*1. Præco Agamemnonis in Græcorum exercitu, qui vnà cum Eurybate ab Agamemnone missus est ad Achillis castra vt Briseidem ab eo abduceret. Ouidius *in Epist. Briseid.*

Nam simul Eurybates me Talthybiúsque vocarunt.

Eurybati data sum, Talthybióque comes.

TALVS, i, Os in articulo pedis animalium bisulcorum, ventre extuberans, concaua vertebra ligatum, quadratum forma, altera parte concauum, altera ferè planum. {קרסל karsúl. ἀστράγαλος. GALL. *Le talon.* ITAL. *Tallone.* GERM. Ein bickelbein im gleych der hinderen füssen der thieren so den klawen spalten. HISP. *El calcañal del hombre, carnicol.* ANGL. *The buckle bone, or ankle.*} Tali autem homini non sunt, neque animalibus digitos, aut solidas habentibus vngulas, sed tantùm (vt diximus) bisulcis. Plin. *lib.*11.*cap.*46. Talos asinus Indicus vnus solidipedum habet. Et paulò pòst, Hominem qui existimarunt talos habere, facile sunt conuicti. Καταχρηστικῶς tamen talos quoque in homine dicimus, pro ima parte pedis, siue pro osse quod iuxta calcaneum extuberat. Horat. 1. *Serm.Satyr.*2.

Ad talos stola demissa, & circundata palla.

Senec. *epist.*54. Talum nos dicimus extorsisse, (cùm excusamus podagram.) Corn. *in Pers.Sat.*5. talum eminentem rotunditatem esse dicit, eámque ob causam fastigium templi rotundi talum quoque dici affirmat. Talus rectus est eorum qui stant, eorum qui cadunt non rectus. Horat. *in Arte,*

Securus cadat, an recto stet fabula talo.

Persius,

———tibi recto viuere talo Ars dedit.

Sed & in talis lusoriis, cùm ita euenit, vt talus in latera quatuor non cadat, sed in extrema, & tanquam capita, quod perquam rarum est, rectus esse dicitur. Cicer. *de finib.* Ita iacere talum, vt rectus assistat. ¶ Tali item dicebantur ossicula quædam quadrilatera, quibus olim lusitabant: quorum latus quo vnitas significabatur, canis siue canicula dicebatur: in quam conuerso talo deponebatur ab eo, qui iactauerat, numus vnus sine lucro. κύνες. Vnde damnosa canicula à Persio dicitur. Eius oppositum latus, Venus, siue Cous dicebatur, septenarium numerum significans, quem numerum qui repræsentasset sex numos lucrifaciebat, & quicquid caniculæ iactu corrasum esset. Alia duo latera Chius & Senio dicebantur, ternarium ille, hic quaternarium significans. Chius lucri nummos tres, Senio quatuor afferebat: ideo dexter dictus. Persius, quid dexter senio ferret Scire erat in voto. Erat tamen ludi quædam ratio, in qua Senio æquè damnosus erat, atque canis. Suet. *de Augusto,* Talis iactatis, vt quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios conferebat in medium, quos tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat. Hinc Plaut. *Asin.sc.*2.*a.*5. Iace talos pater. Mox; Hoc Venerium est. Et Ouid. *Eleg.*1.*lib.*2. *Trist.*

Quid valeant tali quo possis plurima iactu

Figere, damnosos effugiásque canes.

Item,

In talis Senio, & Canis, & Venus.

Vide Sueton. *in August.cap.*71.&c. Aliæ quoque in hoc ludi genere differentiæ fuerunt. Nam & vulturios habebant, & Herculem basilicum. Plaut. *Curc.sc.*3.*a.*2. Talos poscit sibi in manum: prouocat me in alcam, iacit vulturios quatuor: Talos arripio, Herculem iacto basilicum. ¶ Amatores talis ludentes nomen amicæ inuocabant. Idem *Asin.sc.*1. *a.*4. Talos ne cuiquam homini admoueat nisi tibi. Cùm iaciet, Te ne dicat, *nomen* nominet. (id est, nomen tuum qui eius amica es.) Idem *Aulul.sc.*2.*a.*5. Iace talos pater, vt porro nos iaciamus. Mox, Te mihi Philenium. Item, plaudite: hoc venerium est. Idem *Curc.sc.*3.*a.*1. Postquam cœnati atque appoti, talos poscit in manum, inuocat Planesium. Idem *Capt. sc.*1.*a.*1. Amator talos cùm iacit inuocat Planesium, &c. Talo recto stare. Horat. 2. *Epist.*

Gestit enim nummum in loculos dimittere, posthac

Securus cadat, an recto stet fabula talo. i. placet, néc ne.

Taxillus, paruus talus, ἀστραγαλίσκος. aliquid taxillo simile.

Tālārĭs, e, quod ad talos pertinet: vt vestis talaris, quæ ad talos vsque descendit. {ποδήρης. GALL. *Long iusques aux talons.* ITAL. *Lungo insino*

insino à i piedi. Germ. Das biß auff die knoden hinab geht. Hisp. *Luengo hasta los pies.* Angl. *That cometh downe to the ankle.*} Cicer. 7. *Verr.* Stetit soleatus Prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicáque talari muliercula nixus in littore. *Ibid.* Ac per eos dies quum iste cum pallio purpureo, talarique tunica versaretur in conuiuiis. ¶ Ludus talaris. Quintil. Ludorum talarium licentiâ, fori soluere sanctitatem. Ludus talarius. Idem, nisi fortè illic talariûm syncope dictum sit pro talariorum.

Tālāriŭs, a, um, quod pertinet ad talos. {κυβευτικός. Gall. *Appartenant au dez.* Ital. *Pertinente à dadi.* Germ. Das zu den würfflen gehört. Hisp. *Perteneciente à los dados.* Angl. *Belonging to dice.*} Vt lex talaria aduersùs eos qui talis lusitant. Plaut. *Milit. sc. 2. a. 2.* Ne legi fraudem faciant talariæ. ¶ Talarius ludus, id est, ludus talorum. {κυβεία. Gall. *Ieu de dez.* Ital. *Giuoco de dadi.* Germ. Ein würffelspiel. Hisp. *Iuego de dados.* Angl. *The playe at dice.*} Cicer. *lib. 1. Offic.* Adde his, si placet, vnguentarios, totúmque ludum, saltatores, talarium. Vide præcedentem dictionem.

Tālārĭă, plur. num. gen. neut. Calciamenta alata Mercurij. πέδιλα. Virg. *lib. 4. Æneid.*

———pedibus talaria nectit
Aurea.

¶ Talaria induere, prouerbialis allegoria, pro eo quod est fugam adornare, quasique velle quopiam auolare. Cicer. *ad Attic. lib. 14.* Nemo est istorum qui otium non timeat: quare talaria induamus. Talaria, metaphoricè vocat Seneca tumores quos in talis generat podagra, *epist. 54.* Dubio & incipiente morbo quæritur nomen: qui vt cæperit talaria intendere, & vtrosque dextros pedes fecerit, necesse est fateri podagram.

Talepido, as, are, Pedibus vacillare lassitudine, quasi qui trahit pedes: vt talis videatur insistere, aut identidem tollere pedes. Festus.

Tam, & quàm Prisciani sententiâ aduerbia sunt, quæ positiuo, comparatiuo, & superlatiuo adiiciuntur, quum duo vel plures comparatiui & superlatiui diuersæ significationis positi inter se æquantur, vel iidem geminantur. {τόσον καὶ ὅσον. Gall. *Tant que.* Ital. *Tanto & quanto.* Germ. So fast als. Hisp. *Tanto quanto.* Angl. *So muchas.*} Cic. *pro Deiot.* Istam, inquam, dexteram non tam in bellis, neque in præliis, quàm in promissis, & fide infirmiorem. Bis infirmiorem intelligendum est. Superlatiui exemplum. Salustius, Quàm quisque pessimè fecit, tam maximè tutus est. Frequentissimè autem positiuo, Cicero, Tam sum amicus Reipublicæ, quàm qui maximè (scilicet est amicus.) hoc est, Tam amo Rempublicam, quàm ille qui plurimum amat. Plaut. *Capt. sc. 2. a. 2.* Tam ille seruit quàm nos. Tam illi libertatem hostis eripuit, quàm mihi, &c. ¶ Cùm quasi. Idem *Curc. sc. 1. a. 1.* Tam à me pudica est, quasi soror mea sit. Tam aduerbiis iunctum. Terent. *in Heaut.* Nunquam tam malè egredior, neque tam vesperi domum reuertor, quin, &c. ¶ Tam diminutiuis additum. Terent. *in Adelph.*—tam ob paruulam Rem penè ex patria: turpe dictu. ¶ Tam modò, inquit Festus, veteres pro modò accipiebant: quod Græci dicunt, ἔτως, ἄγαι. ¶ Tam pro tamen. Plaut. *Men. sc. 4. a. 2.* Bene vocas, Tam gratia est. ¶ Pro vsque adeò. Idem *Amph.* Ibi me inclamat Alcmena, Tam ea res horrore afficit (id est, vsque adeò timuit, vt inclamaret.) Item, pro tam magis. Idem *Mil. sc. 3. a. 2.* Ah ludis me. P. Tam mihi sunt manus inquinatæ. *Ibid. sc. 5. a. 2.* Tam ea est, quàm potis. (sup. est esse.) ‖ ¶ Tam aliquando subauditur. Vlpianus *D. lib. 29. t. 2. l. 20.* Iulianus scribit, Pro hæreditate autem gerere, non esse facti, quàm animi. ‖ ¶ Hinc compositum tamet, de quo infrà.

Tāmă, dicitur (inquit Festus) quum labore viæ sanguis in crura descendit, & tumorem facit. Lucilius,

Inguen ne existat, papula, tama, ne boa noxit.

Tamara, ταμάρη, vulgò *Tanestorck.* Oppidum Dammoniorum, in occidentali parte Britanniæ insulæ. Ptol. *lib. 2. cap. 3.*

Tamara Ptolemæo, Pomponio Tamaris, fluuius Hispaniæ Tarraconensis, in Arraborum finibus, in Oceanum influens occidentalem, à quo vicini populi Tamatici dicuntur. Vide Ptol. *lib. 2. cap. 6.* & Melam *lib. 3.* in descriptione Hispaniæ.

Tamaritæ, ταμαρεῖται, Populi Asiatici non longè à Caspio mari.

Tămărix, icis, humilis frutex est amerinæ ramis, folio angusto, carnoso, & ferè pinnato. {μυρίκη. Gall. *De la bruyere.* Ital. *Tamarice arboscello.* Germ. Tamarisken staud. Hisp. *Tamariz, atarfe, ò tarahe.* Angl. *Heath to mak broomes on.*} Duo eius sunt genera: syluestre, omnino sterile: vnde & infelix lignum appellatur, Gallis *Bryaria.* Alterum fructiferum, quod in Ægypto altissimas æquat arbores, ramis ex herbaceo fuluóque variegatis, lignoso fructu, galla maiore, in quo semen gustu asperum, eiusdem effectus cum galla. Vide Plin. *lib. 24. cap. 9.*

Tamarus, ταμαρός, Britanniæ fluuius, non procul ab Ocrio promontorio quod Meridiem spectat, in Britannicum Oceanum influens. Ptol. *lib. 2. cap. 3.* vulgò *Tamo.*

‖Tamde, tam. Lucil.

Tame, tam, in carmine Saliari. Scal.‖

Tāmĕn, aduersatiua coniunctio est, Attamen, veruntamen, nihilominus. {אך *ach.* ὅμως, ἀλλὰ. Gall. *Toutesfois, neantmoins, si est ce que.* Ital. *Nientedimento, nulladimeno, nondimeno, tuta via pur.* Germ. Jedoch/ nichts desto minder. Hisp. *Mas ò empero.* Angl. *Neuerthelesse.*} Hæc particula sequitur voces, quamuis, quanquam, etsi, etiamsi, licet, & secundum in periodis locum habet: de qua re vbique exempla sunt in promptu. Ouid. *Eleg. 11. lib. 3. Trist.*

Et tamen est aliquis, qui vulnera cruda retractet.

Plaut. *Milit. sc. 6. a. 2.* feci insipienter: At non malitiosè tamen. ¶ Pro licet. Idem *Amphitr. sc. 3. a. 1.* Me ames absentem tamen. Idem *Capt. sc. 3. a. 2.* Benè hero gessisse morem in tantis ærumnis tamen. (id est, licet vel tametsi.) ¶ Pro omninò, Auson. *Epigr. 7.* ¶ Aliquando particula inceptiua est. Cic. *Pæto.* Tamen à militia non discedis. ¶ Aliquando ponitur pro statim. Virg. *9. Eclog.*

Hic hœdos depone, tamen veniemus in vrbem.

¶ Aliquando pro tandem. Salust. *lib. 3. Histor.* Nam qui enare conati sunt, icti sæpe ferramentis nauium, tamen aut vulnerati à suis, aut afflicti vndarum vi, multato fœdè corpore, &c. Plaut. Ita faciam, ita placet, quid tum tamen? Ouid. *Eleg. 4. lib. 1. Trist. in fin.* Idem *Eleg. 6. lib. 3. Trist.*

———Tamen hoc (malum) vitare canendo. (id est, tandem.)

Idem 13. *Metam.* Quid tamen hoc refert: pro autem, vel tandem. ¶ Pro nihilominus. Plaut. *Milit. sc. 3. a. 2.* Si dico, interij: si non dico, interij tamen. (id est, nihilominus.) ¶ Aliquando pro duntaxat. Terent. *in Hecyr.* Quod potero faciam, tamen vt pietatem colam. Vbi Donatus, Tamen, id est, duntaxat, vel ita tamen, vt pietatem colam. Tamen pro tantùm, Velleius. ¶ Hinc componuntur Attamen, & veruntamen, eiusdem ferè significationis.

Tamenetsi, quod contractè Tametsi, aduersatiua particula, Quanquam, vel etsi. {κἄν, καίτοι. Gall. *Iaçoit que, combien que.* Ital. *Bon che, se bene, quantunque.* Germ. Wiewol/ ob schon. Hisp. *No embargante, no obstante, aunque.* Angl. *Albiett, althoght.*} Cic. *pro Sext.* Tametsi vicisse debeo, tamen de meo iure decedam. Hæc in principio orationis posita, indicatiuo gaudet: secundo loco, subiunctiuo. Plaut. *Pseud. sc. 5. a. 1.* Age loquere quid vis, tametsi tibi succenseo. (vbi secunda syllaba corripitur.) Idem *Men. sc. 1. a. 1.* Nunquam herclè fugiet tametsi capital fecerit, &c. media correpta. Tametsi cum interrogatione positum, cuiusdam suiipsius correptionis vim habens. Cic. *6. Verr.* Verùm fac te impetrauisse, fac aliquid grauius in Heuium statuisse Mamertinos: quantam putas authoritatem laudationis eorum futuram, si in eum quem constat virum pro testimonio dixisse, pœnam constituerent? tametsi quæ est ista laudatio! quum laudator interrogatur lædat necesse est? ¶ Tametsi, pro tamen. Terent. *in Andr.* rape. D. Si quicquam mentitum inuenies, occidito. SI. nihil audio. Ego iam te commotum reddam. D. tametsi hoc verum est.

Tames, cruor, sanguis. Gloss. Isid.

Tamia, ταμία, oppidum in Orientali parte Britanniæ insulæ, sub Caledoniis. Ptol. *lib. 2. cap. 3.*

Taminia, vuæ genus, acinos habens rubentes, quæ à quibusdam falsò astaphis agria credita est. Plin. *lib. 23. cap. 1.* Astaphis agria, siue staphis, quam vuam taminiam aliqui vocant falsò (suum enim genus habet) coliculis nigris, rectis foliis, labruscæ, fert folliculos verius quàm acinos virides, similes ciceri: in his nucleum triangulum. Maturescit cum vindemia, nigrescítque, quum taminiæ rubentes norimus acinos: sciamúsque illam in apricis nasci, hanc non nisi in opacis.

Tamino, polluo.

Tamos, Indiæ promontorium est, quod Taurus attollit; in Meridem sese conuertens. Vide Pomponium in descriptione Indiæ.

‖Tana, vrbs extima Euxini Ponti, subest Turcis.‖

Tanagra, τάναγρα, oppidum Bœotiæ Mediterraneæ, quam γραῖαν ab Homero appellari tradit Stephan. Nobilitatum fuit autem hoc oppidum præstantissimo genere gallinaceorum, ad pugnas & prælia nascentium, teste Plin. *lib. 10. cap. 21.*

Tanagrus, siue Tanager, τάναγρος, fluuius est Lucaniæ, quæ est regio Italiæ inter Picentinos & Brutios. Virg. 3. *Georg.*

———& sicci ripa Tanagri.

Tănăīs, {τανάϊς. Germ. Don Tana.} Fluuius Scythiæ, Asiam diuidens ab Europa. Fertúrque à Septentrione Nilo aduersus, inquit Strab. *lib. 11.* Paulò autem Orientalior, non solùm per Scythas in Mæotim defluens, sed & per Sauromatas. Originem eius incertam aliqui putant. Ptolemæus, ex montibus Riphæis prodire putat, qui magis Australes sunt, quàm Hyperborei. Alij, in quorum numero Herodot. est *lib. 4.* aiunt esse paludem non admodum magnam, ex qua Tanais nascitur, qui duobus ostiis Mæotim ingreditur, quæ stadiis intra se circiter septuaginta distare feruntur. Alij ex Caucasiis montibus oriri existimant. Scythæ Tanaim Silio vocant. Tibull. *lib. 4.*

Quáque Hebrus, Tanaísque Getas rigat, &c.

¶ Fuit & oppidum Tanais ad amnis huius ostia, teste Plin. *lib. 2. cap. 98.* à Græcis qui Bosphorum tenuêre, conditum. Vide Ptolem. *lib. 5. cap. 9.* Dionysius in Perihegesi,

Europam atque Asiam Tanais disterminat amnis
Hic Sarmatidis euoluens finibus, alta.
(Scissus Araxeo prius æquore) iam suus vnda
Effluit in Scythiam, procul hinc Mæotida Tethyn
Intrat, & inserto freta pellit vasta fluento.

Lucan. *lib. 3.*

Quà Crœso fatalis Halys, quà vertice lapsus
Riphæo Tanais diuersi nomina mundi
Imposuit ripas, Asiæque, & terminus idem
Europæ media dirimens confinia terræ, &c.

Tanaītæ, τανάϊται. Tanais fluuij accolæ, à Suitis, Anchetis & Satarneis deleti. Plin. *lib. 6. cap. 7.*

‖Tanalia, forceps. L. g. b.‖

Tănăquĭl, Tarquinij Prisci vxor fuit, magni animi mulier, & Hetruscæ disciplinæ peritissima. Vide Liu. *lib. 1. ab Vrbe.*

Tanarus, fluuius ex Apennino nascens, & in Padum influens. Plin. *lib. 3. cap. 16.* Vulgò *Tanaro.*

Tāndem, Postremò, denique ad extremum. q. tamen demum. {בחרונה *bacharonáh.* πότε, τελευταῖον, πῶς, ὀψέποτε. Gall. *A la parfin, en fin finale.* Ital. *Finalmente, vltimamente, al postuto, al post fine, al fine, a la fine.* Germ. Letstlich/hinden hernach/zum letsten. Hisp. *Finalmente, en fin, à la postre.* Angl. *At the last.*} Virgilius,

Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.

Plaut. *Amphitr.* Sosia tandem ad nos. (id est, expectatus nimium venies sup.) Idem *Pseud. sc. 3. a. 3.* Nimis tandem abs te contemnor, &c. ¶ Per interrogationem habet vrgens quiddam, & accelerans. Cicer. Quousque tandem abutêre Catilina patientia nostra? Plaut. *Milit. sc. 1. a. 1.* Itáne aiebat tandem? (admirantis.) Idem *Aulul. sc. 4. a. 2.* Ain tandem ita esse vt dicis? &c. Aliquando est coniunctio expletiua. Terent. *in Phorm.* Itáne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo? ¶ Interdum ponitur pro aliquando, vt apud eundem, Itáne tandem sororem duxit? ¶ Item pro saltem. Terent. *in Eunuch.*—perfice hoc Precibus, aut pretio, vt hæream parte aliqua tandem apud Thaidem. ¶ Tandem tandem, reticentia quædam cum abrupto sermone, nonnihil ornatus habens.

habens. Plaut. *in Curc.* Ah tandem tandem. PH. tandem es odiosus mihi.
¶ Tandem pro perpetuò. Lucr.

Tandem in eodem homine atque in eodem vase maneret.

Tandiū, Tanto tempore. {ἐπὶ τοσοῦτον, ὅσον χρόνον. GALL. *Tant de temps, si long temps*, ITAL. *Tanto tempo*. GERM. So lang. HISP. *Tanto tiempo, tanto como*. ANGL. *So long*.} Cic. 7. *Verr.* Nam tandiu fuit in carcere Apollonius. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Nihil est magis quod cupiam tandiu, &c. ¶ Tandiu & quandiu. Cicer. 4. *Verr.* Ignominia autem grauis tandiu in illo homine fuit, quandiu iste in prouincia mansit. Tandiu dum. Idem *ad Attic. lib.* 9. Eas dum lego, minus mihi turpis videor, sed tandiu dum lego. Tandiu quàm. Idem *de clar. Orat.* Vixítque tandiu, quàm licuit bene viuere.

[Tangano, adiuro, interpello. Gloss. vet.]

TANGO, is, tetigi, tactum, Tactus sensu deprehendo. {נגע *nagah* משש *mischschésch*. ἅπτομαι, καθάπτομαι, ψαύω. GALL. *Toucher*. ITAL. *Toccare*. GERM. Anrüren / betasten. HISP. *Tocar*. ANGL. *To touche*.} Lucretius *lib.* 1.

Tangere enim & tangi, nisi corpus nulla potest res.

¶ Sed quoniam tangendo quodam modo moueri videntur ea quæ tanguntur, tangere quandoque pro commouere capitur. Lucret. *lib.* 1.

Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.

¶ Nonnunquam pro fulmine percutere. Virg. 1. *Eclog.*

De cælo tactas memini prædicere quercus.

Sic, De cœlo tactum. Liu. *lib.* 7. *dec.* 4. Et, Tacta de cœlo parte muri. Sueton. *in August. cap.* 9. *& in Calig. cap.* 57. ¶ Quandoque pro circunuenire siue emungere aliquem argento. Turpil. At etiam ineptius meus est mihi pater iratus, quia eum talento argenti tetigi veteri exemplo amantis. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *act.* 4. Benè ego illum tetigi. (id est, emunxi.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1.—Si neminem alium potero, tuum tangam patrem. (id est, emungam.) Sequitur, Vel etiam matrem, quoque sup. tangam. Ambiguè. Idem *Aul.* Cur id ausus, vt quod tuum non esset tangeres. (de furto & concubitu.) Aliquando idem quod compositum attingo. Cicer. Verres simul ac tetigit prouinciam. Plaut. *Amphitr. sc.* 1. *act.* 1. Vbi primùm terram tetigimus. ¶ Tangere vinum, idem *Curc. sc.* 2. *act.* 1. Ipsum expeto tangere. (de vino.) Item, Ouid. 5. *Fast.*

———*Sic te prouerbia tangunt.*

Item, tangi amore tituli. (id est, laudis.) Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.* Idem 5. *Fast.*

Hinc sua maiores tribuisse vocabula Maio
Tangor, &c.

¶ Tangere aliquid pro describere, mentionem facere, obiter attingere. {הזכיר *hizchir*.} Cicer. 4. *Academ.* Sed vbi Socrates, Vbi Aristoteles ista tetigit? ¶ Hæc modicè me tangunt, id est, mediocriter me commouent. Idem *ad Attic. lib.* 2. Cætera in magnis rebus, minæ Clodij, contentionésque quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt. ¶ Tangere consilia alicuius, id est, mentionem eorum facere. Cicer. Postquam autem consilia eius omnia tetigi. ¶ Composita à tango sunt, Attingo, contingo, obtingo, pertingo, quorum significata explicantur suis locis.

Tago primùm erat, vnde tetigi: ex θίγω.

Tāctŭs, a, um, participium passiuum à tango. {נגוע *naghúah*. ἡμμένος. GALL. *Touché*. ITAL. *Toccato*. GERM. Berürt. HISP. *Tocado*. ANGL. *Touched*.} ✠ Intactus. Plaut. *sc.* 2. *act.* 5. Vt probè tactus Ballio est. Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.*

Bisque suum tacto pisce peregit iter.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Tacta mihi tandem ora Sarmatis.

¶ Accipitur aliquando pro afflato siue fulmine percusso. Cicer. *de Arusp. resp.* Tactus etiam ille qui hanc vrbem condidit. ¶ Pro eodem etiam dicimus De, vel è cælo tactus. Idem 2. *de diuinat.* Nattæ verò statua, aut æra longum de cælo tacta, quid habent obseruatum ac vetustum?

Tāctŭs, us, nomen, ipse tangendi actus. {ἁφή. GALL. *Touchement, attouchement*. ITAL. *Toccamento*. GERM. Berürung / das anrüren / betastung. HISP. *El sentido para poder*. ANGL. *A touching*.} Quintilian. Hoc velut tactu excitatus Iudex. Item Gellius *cap.* 6. *lib.* 7. Nullum animal sine gustu aut tactu. Plin. *lib.* 8. *cap.* 55. Necnon & vestes leporino pilo facere tentatum est, tactu non perinde molli, vt in cute. Virgil. 2. *Æneid.*

———*tactúque innoxia molli*
Lambere flamma comas.

Tactus item est vnus ex quinque corporis sensibus, à cerebro per neruos in totum corpus diffusus. Plin. *lib.* 10. *cap.* 69. Ex sensibus ante cætera homini tactus, denique gustus: reliquis superatur è multis. Hic & tactio dicitur. Cic. 4. *Tuscul.* Qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum, quæ sunt omnes vnius generis ad perfundendum animum, tanquam illíque factæ voluptates.

Tactio, nis. Plaut. *Aulul. sc.* 2. *a.* 3. Quid tibi nos mendice homo est tactio? *Ibid. sc.* 6. *a.* 4. Quid tibi meam me inuito tactio est? Item *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Quid istum tibi tactio est?

Tanis, τάνις, ciuitas Ægypti, à qua Tanicum, siue Taniticum Nili ostium dictum est. Herodot. *lib.* 2. ab insignibus oppidis Nili ostiis imposita nomina scribit: ea sunt, Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis: à qua Taniticum Ptolemæus, & Strabo deriuant, Pomponius Tanicum.

Tanos, gemma inter smaragdos ingratè viridis & intus sordida. Plin. *lib.* 37. *cap.* 5.

Tānquam, aduerbium similitudinis, verbis subiunctiuis gaudens. est tam quàm. {כמו *chemó*. ὡσανεὶ, οἱονεὶ, οἷα, οἷα δή. GALL. *Comme, comme si, ainsi que, ainsi comme*. ITAL. *Come*. GERM. Als ob / gerad als. HISP. *Como*. ANGL. *As, like as, euen as*.} Plautus *Menæch. sc. vlt. a.* 5. Tanquam si me argento emeris liber seruibo tibi. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Mihi dedit tanquam suo filio. (i. suo re vera filio. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Tanquam si claudus sim.) Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Serua me. P. Tanquam met genium meum. Plin. *natur. histor. lib.* 2. Tanquam nesciamus hanc esse solam, quæ nunquam irascatur. id est, quasi nesciamus. ¶ Tanquam cum sic pro quemadmodum. Cicer. *ad Cassium lib.* 12. Tanquam enim si clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella.

Tāntălis, idis, ταντάλις, oppidum fuit Magnesiæ, terræ hiatu absorptum. Plin. *lib.* 2. *cap.* 91.

TĀNTĂLVS, τάνταλος, Iouis ex Plote nympha filius fuit, Agamemnonis & Menelai auus. Vnde & Tantalidæ dicti sunt. Hic quum deos conuiuio excepisset, vt eorum diuinitatem experiretur, Pelopem filium membratim discerptum, coctúmque iis apposuit comedendum. Illi verò à nefandis epulis abstinuêre omnes, vna Cerere excepta, quæ pueri humerum deuorauit: pro quo illi dij eburneum humerum restituerunt, reuocatáque per Mercurium ab inferis anima, Pelopem ad vitam reuocarunt. Patrem verò tanti sceleris autorem ad inferos detruserunt, vbi perpetua fame & siti torquetur, Eridani fluuij aquis, & pomis, quæ capiti eius imminent, captationem eius fugientibus. Quam fabulam mythologici de auaris interpretantur, qui bonis partis frui non audent. Horat. *lib.* 1. *Serm. Satyr.* 1.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina, quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur, congestis vndique saxis
Indormis inhians, & tanquam parcere sacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.

Plato *in Cratylo* scribit, Tantalum dictum esse, quasi ταλάντατον, hoc est, infelicissimum. ¶ Alius fuit Tantalus Corinthiorum rex, ob pietatem deorum mensis dignatus. ¶ Alius Thyestæ ex Merope filius, interfectus & appositus esca patri. Eusebius Tantalum Phrygiæ regem cum Troë rege Dardaniæ, quòd Ganymedem rapuerit, bellum gessisse scribit.

Tāntălēŭs, a, um, adiect. Propertius,

Tantalea poterit tradere poma manu.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Quid? num Tantalides agitante cupidine currus
Pisæam Phrygijs vexit eburnus equis.

Tāntălis item patronymicum fœmininum est, quo Poëtæ vtuntur pro Niobe Tantali filia. Ouid. 6. *Metam.*

———*diro conuitia facto*
Tantalis adiecit.

TĀNTVS, a, um, à tam deduci videtur, quantitatémque significat, quasi tam multus, vel tam magnus, habétque nomen Quantus sibi respondens. {τοσοῦτος, τηλικοῦτος. GALL. *Si grand*. ITAL. *Tanto, cosi grande*. GERM. So groß. HISP. *Cosa tamaña en quantidad*. ANGL. *So much, so great*.} Cicer. 6. *Phil.* Multas habui conciones: nunquam tantam vidi quanta nunc est vestra. Idem 2. *de diuin.* Sol maiórne terra fiet, an tantus quantus videtur. Catull. *de com. Beren.*

Quis te mutauit tantus Deus?

Idem Catullus,

Sed tamen in tantis mœroribus hæc mitto.

Tibull. *lib.* 4.

Non ego sum satis ad tanta præconia laudis.

Catull.

Mens animi tantis fluctu & ipsa malis.

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Ei derepentè tantus morbus incidit. Idem *Amph.* Nusquam tanta mira me vidisse censeo. *Ibid.* Tanta mira in ædibus facta sunt. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Quasi non sexcenta tanta mihi soli soleant credier. Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

Rarus ab Italia tantum mare nauita transit.

Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. Habeo prædam: tantum incœpi operis. *Ibid. sc.* 5. *a.* 5. Qui suo regi tantum conciuit mali. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Id quod pro capite tuo dederit, perdiderit tantum argenti, &c. ¶ Aliquando Quantus subintelligitur. Virg. 2. *Æneid.*

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Subaudi, quanta ex iam dictis potest intelligi. Cicer. *pro Pompeio*, Quis vnquam tam breui tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit? Subaudi, quantos hic confecit. ¶ Tanti genitiuus, verbis iungitur ad pretium pertinentibus. Ouid. *in Epist. Penelopes.*

Vix Priamus tanti, totaque Troia fuit.

¶ Eius tamen loco aliquando legitur ablatiuus tanto. Plin. *lib.* 42. *c.* 18. Tanto nobis deliciæ & fœminæ constant. ¶ Tanti, περὶ τοσούτου, & quanti περὶ ὅσου, cum eorum compositis, tantidem, quantilibet, quanticumque, iunguntur verbis pretium significantibus, qualia sunt, Emo, vendo, veneo, mercor, comparo, æstimo, constat, conduco, loco, fœneror, paciscor, pango, pepigi, condemno postulo, & si qua sint alia: quæ tamen in aliis à prædictis ablatiuum postulant. Terent. *in Eunucho*, Quid agas? nisi vt te redimas captum quàm queas Minimo: si nequeas paululo, at quanti queas, id est, tanti te redimas quanti queas. Liu. *lib.* 48. Mancipia minora annis viginti, quæ post proximum lustrum decem millibus æris, aut pluribus væniissent, ea quoque tantò pluris, quàm quanti essent, æstimarentur. Senec. *epist.* 42. Tanti ea non sunt. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Non sum tanti, &c. Velleius, Si quis tanti habitet. (i. tam paruo.) ¶ Dicimus quoque aliquid non esse tanti, i. non satis dignum, ob quod quicquam fiat. περὶ τοσούτου. Ouid. *in Epist. Penelopes*, Vix Priamus tanti, totáque Troia fuit. Cæl. *ad Cic. lib.* 8. Tanti non fuit Arsacem capere, Seleuciam expugnare, vt earum rerum quæ hìc gestæ sunt, spectaculo careres. Tantus coniungitur quoque eleganter cum Alter: vt quum dicimus, alterum tantum accepit, id est, tantumdem ampliùs, & adhuc tantum quantum habuit. Cicer. *in Orat.* Pes qui adhibetur ad numeros partitur in tria, vt necesse sit partem pedis, aut æqualem esse parti, aut altero tanto, aut sesquimaiorem.

Tāntīdem, Genitiuus qui verbis pretij solet adiici, id est, æquè magno pretio. Terent. *in Adelph.* Domo me eripuit, verberauit, me inuito abduxit meam. Ob malefacta hæc, tantidem postulat emptam sibi tradier.

Tāntīspĕr, aduerbium, Tandiu: postulátque post se dum, donec, siue quandiu, vel quoad. {ἄχρις, ἕως. GALL. *Ce temps pendant, deuant que, tandis que*. ITAL. *Tanto tempo, tanto*. GERM. So lang. HISP. *Entre tanto que*. ANGL. *So long*.} Cicer. 2. *de Inuent.* Deinde est in carcerem deductus, vt ibi

ibi esset tantisper, dum culeus, in quem deiectus in profluentem deferretur, compararetur. Plaut. *Menæch. sc.3.a.1.* Meretrix tantisper blanditur dum id, quod rapiat, videt. Idem *Aulul. sc.3.a.4.* Atat crepuit foris, tantisper ad ianuam concessero. Idem *Asin. sc.3.a.3.* Nunc istam tantisper iube petere, &c. Alias tantisper à me petere iube. Ter. *in Heaut.* Ego te meum esse dici tantisper volo, Dum quod te dignum est, facies. ¶ Sic cætera eiusdem terminationis, temporis breuitatem significant: vt Quantisper, parumper, paulisper, aliquantisper. ¶ Ponitur etiam tantisper, siue dum, & significat interea, ἐν τοσούτῳ. Liu. *lib.1.* Tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume mansit. Tantisper tutela muliebri res Latina, & regnum auitum, paternúmque puero stetit. Cicer. 5. *Tusc.* Sed videro quid efficiat, tantisper hoc ipsum magni æstimo, quod pollicetur.

Tantō, aduerbium comparatiuis gaudens: vt, Tantò magis. {τόσῳ μᾶλλον. GALL. *Tant plus.* ITAL. *Tanto piu.* GERM. So vil. HISP. *Tanto mas.* ANGL. *So much the more.*} Tanto minoris. Cicer. 5. *Verrina,* Tantóque minoris decumæ venierunt quàm fuerunt. Plaut. *Menæch. sc.3.a.4.* Bis tanto pluris aliam redimam tibi pallam. Senec. *Epist.31.* Tanto melior. (hórtantis.) Plautus, Altero tanto redimam. Item, Bis tanto pluris redimam tibi pallam. Idem *Menæch. sc.3. a.4.* Idem *Amphitr.* Bis tanto amici sunt, quàm prius. Idem *Capt. sc.1. a. 4.* Quanto magis voluto, tanto ægritudo auctior. Idem *Menæch. sc.4.a.2.* Opus est vt mendices. M. Tanto nequior es: (quia seruus mendici.) *Ibid. sc.2.a.5.* Multò tanto illum accusabo amplius. Sen. *cap.15. de tranquill.* Tanto fortior? tanto felicior? ¶ Pro multò. Idem *cap.25. de cons. ad Mart.* Non illorum quos noueras, sed tanto excellentiorum, & in summo loco locatorum. Tanto, sequente quod. Suet. *in Cæs. cap.78.* Idque factum eius tanto intolerabilius est visum, quòd ipse, &c. Idem Suet. *in Tib. cap.40.* Tanto magis, quòd ab vrbe egrediens ne quis, &c. Item Plaut. *Men. sc.1.a.1.* Quam magis intendas tanto adstringant arctiùs. ¶ Tantò antè. Cic. *in Catil.* Neque tantò antè exitium & fati diem Reipub. denunciasset. Sic Tantò pòst, apud eundem pro Flacco.

Tantŏpĕrē, Vsque adeò, tam vehementer. {τηλικοῦτον, τοσοῦτον. GALL. *Tant grandement, si fort.* ITAL. *Si grandemente.* GERM. So hefftig. HISP. *En tanto grado.* ANGL. *So greatlie.*} Terent. *in Adelph.* Ego hac in re nihil reperio quamobrem laudes tantopere.

Tāntum, aduerbium, Solùm, quod & tantummodo dicitur, & iungitur positiuo. {לבד *lebádh.* μόνον, μόνως. GALL. *Seulement, autant, tant.* ITAL. & HISP. *Solamente.* GERM. Allein/nur. ANGL. *Only.*} Plin. *lib.12. cap.1.* Sed quis non iure miretur arborem vmbræ gratia tantum ex alieno orbe petitam? Ouid. 13. *Metam.*

———*tu tantùm corpore prodes,*
Nos animo.

Plaut. *Menæch. sc.2.a.2.* Est tibi Menæchmo nomen tantùm quod sciam. ¶ Tantum boni dij cibi dent quantum optes, vel quantum dignus. Idem *Pseud. sc.1. a.4.* Tantum argenti: suprà, in *Tantus.* Aliquando significat vsque adeò, τοσοῦτον. Cic. *Attic.* De sano illo tantum, quantum me amas, velim cogites. ¶ Tantumnon, id est, fermè: rei non planè peractæ aduerbium. {כמעט *chimhát.* ὅσον, ὅπω, μόνον οὐ.} Suet. *in Tib. Cæsare, cap. 11.* Tantumnon aduersis tempestatibus Rhodum enauigauit. Idem Sueton. *in Tiber. cap.52. & cap.66. & in Claud. cap.38.* Liu. *lib.7. d.4.* & Senec. *cap.15. de cons. ad Martiam.* Tantum quàm. Terent. *Hecyra,* Non hercle Parmenio verbis dici potest Tantum quàm, reipsa nauigare incommodum est. ¶ Tantum abest, pro non solùm non est. τοσοῦτον δεῖ. Cic. *lib.1. Offic.* Tantum abest ab officio, vt nihil officio magis possit esse contrarium. hoc est, non modò officium non est, verumetiam nihil magis officio potest esse contrarium: vel tantum abest vt officium sit, vt nihil, &c. ¶ Tantum absum vt perturber, pro Tantum abest, vt perturber. Hirtius *de bello Alexandrino,* Hoc detrimento milites nostri tantum abfuerunt vt perturbarentur, vt incensi potius atque incitati, magnas accessiones fecerint in operibus hostium expugnandis. Græca est phrasis, τοσοῦτον ἀπέδει τοῦ ἐνοχλεῖσθαι. ¶ Tantum quantum, τοσοῦτον ὅσον. Plaut. *in Mostell.* Tu vt occœpisti, tantum quantum quis, fuge. Idem *Aulul. sc.2.a.2.* Ego me domum quantum potero, tantum recipiam. Tantum, quantum minimum, vt vulgò *tant si peu que rien plus.* Cels. *lib.4. cap.20.* Vinum austerum meracum, per æstatem frigidum, per hyemem egelidum, sed tantum quantum minimum sit. ¶ Tantùm, pro tantummodo, dumtaxat. Cicer. *in Verrem* 3. Tantùm quod aratoribus obsides non dedit. Rursus, Tantùm quòd hominem non nominat. Solinus, Tantùm quòd illi villosos habent armos, & menta promissis hirta barbis. Lucret. Tantum quòd nomen mutatum dicere possis, id est, vt solummodo. ¶ Dicitur etiam tantum vt. Cels. *lib.7. cap. de Enchantide,* Proximísque diebus similiter vlcus nutriendum, tantum vt primus aqua egelida, vel etiam frigida foueatur. ¶ Tantummodo, aduerbium, idem quod tantùm. μόνον. Terentius *in Phorm.* Posthac si quicquam, nihil precor: tantummodo non addat, &c. Ouid. *Eleg.7. lib.3. Trist.* Pone Perilla metum: Tantummodo femina nulla Néve vir à scriptis discit amare tuis, &c. ¶ Tantundem, genitiuo, tantidem, sine aliis casibus, æquè multum, quasi tantum idem. {τοσοῦτον. GALL. *Autant.* ITAL. *Altro tanto.* GERM. Eben so vil. HISP. *Otro tanto.*} Columell. *lib.7.* Tum paribus casiæ, myrrhæque & thuris ponderibus, ac tantundem sanguinis marinæ testudinis miscetur. Ter. *in Phorm.* Num tu intelligis quid hæc narret? P. num tu? A. nihil. PHÆD. tantundem ego, hoc est, nihil plus quàm tu. Plaut. *Pseud. sc.7.a.4.* Tantundem argenti quantum debuit. *Ibid. sc.2. a. 4.* Pol tantundem accipies. (i. nihil.)

Tantŭlus, diminutiuum, Pro tam paruus. {τηλικοῦτος. GALL. *Si petit.* ITAL. *Cosi picciolo.* GERM. So klein. HISP. *Tanto pequeño, tantico.* ANGL. *So litle.*} Plaut. *in Truc.* Tum tantuli doni causa.

Tāntillŭs, alterum diminutiuum. {μικρός, ὅσος. GALL. *Tant petit soit-il.* ITAL. *Tantino.* GERM. So gar klein. HISP. *Tantico ò tamañico.* ANGL. *So litle, very litle.*} Terent. *in Adelph.* Quem ego modò puerum tantillum in manibus gestaui meis. Plaut. *Mostell. sc.1.a.2.* Petere haud tantillo minus.

Tāntŭlum, & Tantillum, aduerbia. τηλικοῦτον, μικρὸν ὅσον. GALL. *Vn tantinet, tant soit peu.* ITAL. *Tantino.* GERM. So wenig. HISP. *Tantico, ò tamañico.* ANGL. *So litle, very litle.*} Cicer. 7. *Verr.* Si tantulum oculos deiecerimus, &c. Plautus *in Rud.* Si hercule tantillum peccassis, &c.

‖Tantza, chorea. Const. L.g.b.‖

Taos, gemma pauoni similis, qui Græcè ταὼς dicitur. Autor Plinius *lib.37. cap.11.*

‖Tapax, furunculus. Pap.‖

Tapetum, i, vel Tapetium, ij, vel Tapes, etis, masculini generis. Aulæum, peripetasma, hoc est, vestis stragula variis coloribus intexta, qua aularum parietes, mensæ, lecti, nonnunquam etiam equi insternuntur. {מטפח *masfáeh.* τάπης, ἀμφίταπος, περιπέτασμα. GALL. *Vn tapis.* ITAL. *Tapeto.* GERM. Ein tappet oder teppich. HISP. *Alhombra ò tapete.* ANGL. *A carpet.*} Virg. *lib.10.* qui fortè tapetibus altis Extructus, toto perflabat pectore somnum. Idem *lib.7.* Instratos ostro alipedes, pictísque tapetis. Stat. *lib.1. Theb.*

———*Aliósque inferre tapetas.*

Accusatiuus Græcus est à Tapes, etis. Plaut. *Pseud.* Vt ne peristromata quidem æquè sint Campanica, Neque Alexandrina belluata, consutaque tapetia.

Taphiæ, ταφιαί, quædam insulæ in mari Ionio ante Leucadiam, prope Echinadas: quarum nomina fuerunt Taphias, Arnobia, & Prionessa, teste Plin. *lib.4. cap.12.* Eædem & Teleboides dicuntur vtroque nomine ab incolis ducto: nam Taphij & Teleboæ iis communiter dicuntur imperasse. De quibus huiuscemodi repetit originem enarrator Apollonij poëtæ. Perseo ex Andromede, vt narrat Herodotus, quatuor fuêre filij: Alarus, Sthenelus, Mestor, & Electrion, qui simul regnauerunt. Ex Hippothoë Mestoris filia, & Neptuno Pterelas genitus, ex Pterela Teleboas & Taphus, à quo Taphus insula, in qua Teleboæ ac Taphij communi nomine & imperio fuêre. Igitur ij Hippothoës eorum auiæ pecuniam ab Electrione eorum necessario, qui pro ea spopondit, repetebant: qua negata ad arma venêre, armenta abegerunt, ipsum denique & filios sustulêre. Alcmena Electrionis filia patrem vltura, Amphitryonem Thebanum hominem potentissimum in matrimonium accepit, atque hoc pacto bello inter eos conflato, ab eodem Amphitryone deleti sunt, eorúmque regnum Cephalo profugo Atheniensi, qui exercitui præerat, donatum: quod ad Vlyssem è successione peruenit. Hæc ille. Ex quo apparet Teleboas & Taphios omnibus iis insulis imperasse.

Taphias, adis, ταφιάς, Insula est exigua in mari Ionio, ante Leucadiam vna Taphiarum siue Teleboidum. Autor Plin. *lib.4. cap.12.*

Taphiassus, ταφιασσός, mons est Ætoliæ non procul à Chalcide. Plin. *lib.4. cap.2.*

Taphij ταφιοι. Dicti sunt populi à Tapho Neptuni filio qui Taphiis insulis imperarunt, quæ sunt in mari Ionio iuxta Echinadas. Vide suprà in dictione *Taphiæ.* Strabo *lib. 7.* Taphios alios collocat ad Pontum Euxinum non procul à Borysthene fluuio. Plaut. *Amphitr. sc. 4. a.4.* Antequam cum Taphiis pugna sit inita. (Idem suprà, cum Telebois.)

Taphiussa, ταφιοῦσσα, oppidum Cephaleniæ insulæ, è regione Leucadis, in qua Taphiusium marmor effodiebatur. Vide Steph. & Plin. *lib.36. cap.21.*

Taphos, τάφος Stephano, oppidum est Cephaleniæ insulæ, postea Taphiussa appellatum. ¶ Alioqui τάφος Græcis sepulchrum significat: vnde Epitaphion, sepulchri inscriptio.

Taphosiris, ταφόσιρις, vrbs Ægypti, Osiridis sepulchro nobilitata: vnde & nomen accepit. Strabo *lib. 7.* duas huius nominis vrbes in Ægypto collocat, alteram ad mare, in qua maxima Osiridis festa celebrabantur: alteram in mediterraneis.

Tapra Plinio, τάπρα Ptolemæo, oppidum est Africæ propriè dictæ inter duas Syrtes.

Taphræ, τάφραι, oppidum est ad sinum Carcinitem, in ipsis Tauricæ Chersonesi angustiis situm: vt refert Plin. *lib.4. cap.12.* Hunc locum quondam serui muniisse dicuntur, quum absentibus dominis in diuturno illo bello quod aduersùs Thracas Scythæ gesserunt, cum eorum vxoribus rem habuissent: ex sententia Callistrati refert Stephan. Huius vrbis meminit & L. Florus, refértque sua illam ætate Traiani auspiciis fuisse expugnatam.

Tāpīnōsis, ταπείνωσις, figura est orationis, seu potiùs vitium, quum rei dignitas verborum humilitate deprimitur. ταπεινὸς enim humile significat, & ταπεινόω, humilio, extenuo. Exemplum potest esse illud Virg. 1. *Æneid.*

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

Tapinosis est: id est, rei magnæ humilis expositio. Prudenter tamen Virgilius humilitatem sermonis epitheto plerunque subleuat, vt hoc loco Vasto addidit.

Taposiris, vide *Taphosiris.*

Taprobane, ταπροβάνη. Insula est omnium quæ veteribus cognitæ fuerunt, maxima, à Colaico Indiæ promontorium in Austrum, quatridui nauigatione recedens, in qua Septentriones negant conspici posse. Lucet ibi Canopos sidus clarum & amplissimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, cæruleis oculis, atroci visu, terrifico sono vocis. Viuunt vltra annos centum. Nascuntur in ea berilli & hyacinthi, vt Ptolemæus *lib.7.* refert. Vide plura de hac insula apud Plinium *lib. 6. cap.22.* & Vadianum *in Mela lib.3.*

Tapsagum, Cirenaicæ regionis oppidum, vt scribit Plin. *lib. 5. cap. 5.* In descriptione Cirenaicæ regionis.

Tapsūs, vide *Thapsus.*

Tapulla. Festus, Tapullam legem conuiualem ficto nomine conscripsit iocoso carmine Valerius Valentinus, cuius meminit Lucilius hoc modo:

Tapullam rident lege contere Opimi.

Scaliger legit, *concerra. congerra* vnico r, pro *congerra.*

Tapyri Plinio, τάπυροι Stephano, populi sunt ad mare Caspium, inter Derbicas, & Hyrcanos, quibus mos fuit vt vxores suas, quum duos trésve filios ex iis suscepissent, alij nuptui concederent. Autor Strab. *lib. 11.*

Taracina, vide *Tarracina*, duplicato rr.

Taracon, vide *Tarracon*, r litera geminata.

Tărāndŭs, τάρανδος Aristoteli, Animal apud Scythas bouis magnitudine,

dine, capite ceruino non absimili, sed maiore, cornibus ramosis, vngula bifida, villo magnitudine vrsorum. Solum ex iis, quæ pilis vestiuntur, animalibus colorem mutat, sed quum sui coloris esse libuit, asini simile est. Autor Plin. *lib.* 8. *cap.* 34.

Tărănis, dicebatur Iupiter à Gallis, cui humano sanguine litabant. Lucanus *lib.* 1. Et Taranis Scythiæ non mitior ara Dianæ.

‖Tarantasia, seu Tarentasia, apud Antoninum, *Moustier & Tarantaise*, V. E. Centronum, sub ditione Ducis Sabaudiæ.‖

Tarās, τάρας. Fuit Neptuni filius, qui primus Tarentum condidisse creditur, & à nomine suo appellasse. Græcè enim Tarentum τάρας dicitur. Vide paulò pòst in dictione *Tarentum*.

Tărătantără, vox tubæ ab Ennio ficta. {תרושה *teruscháh*. GALL. *La voix d'vne trompette*. ITAL. *Voce della tromba*. GERM. Der trommeten klang oder schall. HISP. *El son de trompetas*. ANGL. *The voice or sound of a trumpet*.} Seruius *in* 9. *Æneid.* in eum versum,

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro:

Hemistichium, inquit, Ennij: nam sequentia ista mutauit. Ille enim ad exprimendum turbæ sonum ait Taratantara: & multa huiusmodi Virgilius, quum aspera inuenerit, mutat. Cathol. ait: Est etiam taratantara instrumentum, quo farina colatur. & instrumentum, cuius percussione granum defluit inter molas molendini.

‖Tarba Bigerrionum, *Tarbe*, V. E. sub A. Auscensi, in Vasconiâ, ad amnem Daturrum. Olim Episcopatus Bigoritanus, nunc Tarbensis.‖

Tarbeli, τάρβελοι, populi Galliæ Aquitanicæ, in Pyrenæos montes vergentes, quorum vrbs Aquæ Augustæ commemoratur à Ptolemæo *lib.* 2. *cap.* 7.

‖Tarcasion, pharetra. L. g. b.‖

Tarchetius, ταρχήτιος, nomen fuit impij Albanorum regis, de quo Plutarchus in vita Romuli, Quidam (inquit) etiam sunt, qui de Romuli ortu fabulosa quædam referre non dubitent. Nam dicunt Tarchetio Albanorum regi sceleratissimo & crudelissimo homini diuinitus spectrum domi visum, ex penitissimo sacrario se attollens, & ad multos dies mansisse. Fuisse etiam Tethyos in Hetruria fatidicum templum: à quo allatum Tarchetio responsum vt ei admisceretur virgo. Nam genitum iri ex ea filium virtute, fortuna ac viribus potentissimum, magnámque ex re bellica gloriam relaturum. Quod quum Tarchetius vni ex filiabus exposuisset, imperasse vt cum monstro illo coiret. Illam, contempto patris imperio, ancillam in sui locum supposuisse. Id Tarchetium re cognita ægrè tulisse, vtranque in carcerem, vt morte multaret, coniecisse. Sed visum est illi per quietem se Vestam videre, quæ puellas necari vetaret, sed telam illis texendam tradi iuberet: neo prius viro locari, quàm illam absoluissent. Cui insomnio quum paruisset Tarchetius, commentus est rationem vt puellas perpetuo damnaret cœlibatu. Nam quicquid illæ interdiu texuissent, noctu aliis ancillis tradidit retexendum. Expleto deinde legitimo partus tempore, ancillam geminos ferunt peperisse, quos Tarchetius statim Teratio quidam tradidit exponendus. At illum fertmt secus fluuium infantes deposuisse: lupámque quum eò venisset admotis vberibus lac præbuisse, auibus quoque variis cibum comportantibus, quod bubulcus aspiciens admiratus, ausúsque accedere, infantes sustulit. Hac illos ratione seruatos quum primùm per ætatem licuit, Tarchetio tetendisse insidias, ac tandem oppressisse. Hæc à Promatione quodam qui Italicam scripsit historiam, memoria prodita accepisse se dicit Plutarchus.

Tarchōn, τάρχων, nomen proprium Hetruriæ Ducis & Aruspicis, qui Æneæ suppetias tulit aduersus Turnum & Rutulos. Dicitur & Tarcho abiecta n litera. Virg. *Æneid.* 8.

Haud procul hinc Tarchio, & Tyrrheni tuta tenebant
Castra locis.

TĀRDŬS, a, um, Ignauus, piger. {מבשש *meboschésch* מתמהמה *mithmahméch* עצר *hatsél*. βραδὺς, ὀκνὸς, ἀργὸς, νωχελὴς. GALL. *Tardif, lasche, lourd, lent*. ITAL. & HISP. *Tardo*. GERM. Gemach/langsam. ANGL. *Slow in commig, dull.*} Virg. 1. *Georg.*

Sæpè oleis tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis.

Tibull. *lib.* 4.

Seu tardi pecoris sim gloria taurus.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.*

Sic ad pacta tibi sidera tardus eas.

Plaut. *Pœnulo*, Sciebam ætate tardiores: metui meo amori moram. Nequicquam hos patronos mihi elegi, loripedes tardissimos. Cicer. 1. *de Inuent.* Formosus an deformis, velox an tardus sit. ¶ Noctes tardæ, tardè venientes, vt sunt æstiuæ. ὄψιμοι. Virg. 2. *Georg.*

Vel quæ tardis mora noctibus obstet.

¶ Per translationem quoque de animi, vel ingenij tarditate dicitur: & accipitur pro hebeti, cui ingenium non est promptum. Virgil. 10. *Eclog.*

——*Tardi venêre bubulci.*

Ter. *in Eunuch.* Fatuus est, insulsus, tardus. Cic. 3. *de lege Agrar.* Sed quem vestrûm tam tardo ingenio fore putauit, cui post eos consules Syllam dictatorem fuisse in mentem venire non posset? Idem *de senect.* At memoria minuitur: credo, nisi exerceas eam, aut etiam si sis natura tardior. ¶ Quandoque pro perseueranti, & diuturno. Virgil. 2. *Georg.*

Media fert tristeis succos tardúmque saporem.

Sic Nonius. Seruius verò interpretatur, saporem tardum vix intelligibilem. ¶ Quandoque pro denso ac crasso. Virg. 5. *Æneid.*

——*vdo sub robore viuit*
Stupra vomens tardum fumum.

Tardum dictu, Difficile, non promptum. Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Vini genera differentiásque perquàm multas exposuimus, & ferè cuiusque proprietates. Neque est vlla pars difficilior tractatu, aut numerosior: quippe quum sit tardum dictu, pluribus prosit, an noceat.

Tārdĭūscŭlŭs, diminutiuum, Subtardus. {βραδύτερος πως, σμικρόν τι βραδὺς. GALL. *Vn peu tardif*. ITAL. *Alquanto tardo*. GERM. Gemächlich/ein wenig langsam. HISP. *Tardo vn poco*. ANGL. *Somewhat slow or dull.*} Ter. *in Heaut.* Est ille Cliniæ seruus tardiusculus.

Tārdē, aduerbium, Lentè, pigrè, cunctanter. {βραδέως. GALL. *Tardiuement, lentement*. ITAL. *Tardamente, pigramente*. GERM. Gemächlich/langsamlich. HISP. *Tardamente*. ANGL. *Slowlie.*} Cicer. *Terent.* Pridie Idus Octobris Athenas venimus, quum sanè aduersis ventis vsi essemus, tardéque & incommodè. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 4. Nimium tardè egrediuntur foras. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

——*Labentia tardè* *Tempora* fallere.

Cic. 4. *Acad.* Quinetiam quum victor à Mithridatico bello reuertisset, inimicorum calumnia triennio tardius quàm debuerat, triumphauit. Plin. *lib.* 10. *cap.* 7. Quatuor aut quinque tardissimè diebus florere incipiunt: totidémque aut paulò pluribus deflorescunt: hordea verò, quum tardissimè, septem. ¶ Accipitur aliquando pro serò. hoc est, vespertino vel nocturno tempore, ὀψέ. Cicer. *pro Mil.* Egreditur à villa subitò: cur vesperi, quid necesse est tardè?

Tārdĭtās, atis, Cunctatio, mora, pigritia)(Celeritas. {עקבה *hikkebáh* ארך *órech* הצלה *hatsláh* עצלות *hatslúth*. βραδύτης. GALL. *Tardiueté*. ITAL. *Tardezza*. GERM. Gemächе/langsamkeit tragheit. HISP. *Tardança*. ANGL. *Slownesse, dulnesse.*} Cic. *ad Quintum fratrem, lib.* 2. Sic ego quoniam in isto homine colendo tam indormiui diu, te mehercule sæpè excitante, cursu corrigam tarditatem cùm equis, tum velis. Idem 6. *Phil.* Plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est. Idem *in Pisone*, Tarditas ingenij, stupor, debilitatésque linguæ. Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. Idque etiam tarditati audientium prodesse asseuerat. ¶ Antiqui in eadem significatione & Tarditudinem dicebant, & Tarditiem. Plaut. *in Pœnul.* Podagrosi estis, ac vicistis cochleas tarditudine. Accius, Multa mittuntur tarditie & socordia.

‖Tardigemulus, senex, qui tardè gemit. Gell. Næu.‖

Tārdĭgrādŭs, qui tardè graditur. {βραδύπους. GALL. *Tardif à marcher*. ITAL. *Chi va tardo*. GERM. Das langsam geht. HISP. *Cosa que anda poco*. ANGL. *That goeth slowlie or lingeringlie.*} Cicer. 2. *de diuin.* Quadrupedes, targidrada, agrestis, humilis, aspera. Ex poëta.

Tārdĭlŏquŭs, qui tardè loquitur. {βραδύγλωσσος. GALL. *Tardif à parler*. ITAL. *Chi parla tardo*. GERM. Der langsam redt. HISP. *El que habla poco ò tardio*. ANGL. *Slow in speach.*}

Tārdo, as, Retardo, remoror, moram iniicio, tarditatem affero, reprimo. {עקב *hikkéb* אחר *echár* אצר *hatsár*. ἀναβάλλω, ἐπέχω. GALL. *Tarder, ou targer, retarder*. ITAL. *Tardare, indugiare, dimorare, tener in tempo*. GERM. Auffhalten/saumen/hinderstellig machen. HISP. *Retardar ò detener à otro*. ANGL. *To hinder, to keep back, to make tary in comming.*} Cæsar 5. *bell. Gall.* Sed ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret, atque vt eorum auxilia tardaret, &c. Idem *lib.* 1. *bell. ciuil.* Sed exercitum Cæsaris viarum difficultates tardabant. Cæs. 2. *de bell. ciuil.* vt reliqui propiùs adire tardârentur. Ouid. 13. *Metam.*

Nec me lacryma, luctúsque tardarunt.

Idem *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.*

Vt genitor luctúque nouo tardetur.

Cic. *ad Cæsarem lib.* 7. Meæ quædam tibi non ignota dubitatio aut impedire profectionem meam videbatur, aut certè tardare. ¶ Tardare absolutum, moram trahere. {אחר *echár* התמהמה *hithmahmáh* בושש *boschésch* עצר *hatsár*. βραδύνειν, διατρίβειν.} Cic. *ad Brut. Epist.* 18. Accerseremúsne te, atque tibi conducere putaremus: an tardare & commorari te melius esset tibi. ¶ Tardare etiam, tardum reddere. Plinius *lib.* 8. *cap.* 8. Ac præacuta bipenni hoc crure tardato, id est, debilitato. Compositum Retardo, de quo suo loco.

Tārdāns, tis, participium. {מעקב *mahakkéb* מאחר *meacher*. βραδύνων. GALL. *Qui retarde & arreste*. ITAL. *Che tarda & indugia*. GERM. Verziehend/verhinderend. HISP. *El que retarda*. ANGL. *That maketh tary in comming.*} Virg. 5. *Æneid.*

——*sed enim gelidus tardante senecta*
Sanguis habet, frigéntque effœta in corpore vires.

Tārdātŭs, a, um, aliud participium, Retardatus. {מעקב *mehukkáb* נעצר *nehtsár*. βραδυνθείς. GALL. *Retardé, arresté*. ITAL. *Tardo, indugiato*. GERM. Seumig/gemach auffgezogen/verhindert. HISP. *Retardado, retenido*. ANGL. *Hindred, keept back.*} Virg. 5. *Æneid.*

At non tardatus casu, neque territus heros,
Acrior ad pugnam redit.

Ouid. 13. *Metam.*

——*Nullo tardatus vulnere fugit.*

Tārdēsco, is, Tardus fio. {אחר *echár* התמהמה *hithmahmáh* בושש *boschéch* עצר *hatsár*. βραδύνω, βραδὺς γίγνομαι. GALL. *Deuenir tardif & paresseux*. ITAL. *Diuenire tardo*. GERM. Langsam werden. HISP. *Hazerse tardo perezoso*. ANGL. *To waxe slowe.*} Lucr. *lib.* 3. Consequitur grauitas membrorum, præpediuntur Crura vacillanti, tardescit lingua, madet mens.

Tārdĭpes, edis. Adiectiuum βραδύπους, Qui tardè incedit, aut claudicans. Catull. *in annales Vollusij*,

Electissima pessimi poëta scripta, tardipedi Deo daturam.

id est, Vulcano. Colum. *lib.* 10. Quin & tardipedi sacris iam ritè solutis Nube noua seritur.

‖Tarea, vestis regia, aut stola purpurea. Pap.‖

Tārēntum, vulgò *Tarento*, Magnæ Græciæ vrbs clarissima, in intimo recessu sinus, qui ab ea dicitur Tarentinus. τάρας. Hæc à Tarante Neptuni filio primùm condita fuit: à quo & nomen accepit: deinde à Laconibus aucta, qui duce Phalanto illuc aduentantes, expulsis incolis (vti Iustinus *lib.* 3. scribit) eam tenuerunt. Huius incolæ dicuntur Tarentini, ταραντῖνοι. qui cum Romanis aliquandiu bellum gesserunt: quibus quum pares non essent, Pyrrhum Epirotarum regem sibi auxilio acciuerunt. De hac Virg. *Æneid.* 3.

Hic sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti
Cernitur, attollit se diua Lacinia contrà,
Caulonisque acies, & nauifragium Scylaceum.

¶ Sunt qui Tarentum non à Tarante Neptuni filio, sed à Sabina voce Tarentum deducant, quæ illis molle significat, propterea quòd in agro Tarentino & nuces, & lanæ mollissimæ prouenirent. Ex hac vrbe ortum traxerunt ciues illustres, Aristoxenes Musicus, Aristotelis familiaris. Rinthon tragicus, & Comicus: Iccus medicus: & Archytas summus mathematicus, qui Platonem, quum mortem illi moliretur Dionysius tyrannus,

tyrannus, per epistolam eripuit, vt scribit Laërtius *lib.* 8. Plaut. *Men. sc. vlt. a.* 5. cum patre abij Tarentum ad mercatum.

Tărēntīnŭs, quod ex Tarento est, vel in Tarentinis agris crescit, apud Colum. *lib.* 5. *cap.* 10. Tarentina pyra: cuius hæc sunt verba, Curandum est autem vt quàm generosissimis pyris pomaria conseramus: ea sunt, Crustumina, Regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur: & quædam alia, quorum enumeratio nunc longa est. Venenum Tarentinum, id est, purpura Tarentina, quæ rubedinis plusculum habebat. Horat. 2. *Epistol.*

Lana Tarentino violas intima veneno.

¶ Tarentina nux, è iuglandium genere est, adeò fragili putamine, & ita mollis, vt vix attrectata rumpatur. κάρυον ταραντῖνον. Vnde quidam Tarentum appellatum putant quòd iuglandes nuces & pineas molles habeat, ac similiter oues. Tarentum autem Sabini vocant molle, sicut iam dictum est: ad quod alludens Horat. *lib.* 2. *Serm. Satyr.* 4. Tarentum molle vocauit. Quo pacto autem Tarentina nux arte effici posset, docet Colum. *lib. vlt. cap.* 22. Gell. *cap.* 16. Tarentia, seu potius Tarentina ostrea optima.

‖Tarenus, numi genus. Gloss. vet.

Targa, clypeus. L. g. b.‖

Tárgum, תרגום interpretatio, paràphrasis. Sic vocatur Chaldæa metaphrasis Bibliorum.

‖Tation, genus ponderis incogniti. L. g. b.‖

Tārmēs, genus vermiculi carnem exedens, Festus.

Tārnē, es, τάρνη, fons est in Lydia, in Tmolo monte nascens, teste Plin. *lib.* 2. *cap.* 29. ¶ Fuit & oppidum eiusdem nominis, ad Tmoli radices situm, cuius meminit Homer. *lib.* 5. *Iliad.* Stephanus Tarnem aliam collocat in Achaia.

Tārpēĭă, ταρπηΐα, Virgo Vestalis fuit, teste Varrone, quæ arcem Capitolinam patris sui Tarpeij custodiæ commissam, Sabinis prodidit: à quibus quum proditionis mercedem peteret (pacta enim erat, quicquid in sinistris brachiis gestarent, armillas intelligens, quas illi aureas gemmatásque læuo in brachio ferebant) scutis illorum obruta, Tarpeio monti nomen fecit, qui priùs Saturnius dicebatur. Vide Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, & Plutarchum *in vita Romuli.*

Tārpēiŭs mons, ταρπήϊον ὄρος. *Capitoglio*, idem qui Capitolinus, ita dictus à Tarpeia virgine Vestali: quæ quum arcem prodidisset, eorumdem scutis obruta, eo in monte sepulta est. Virg. 8. *Æneid.* sedem Tarpeiam appellat. Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit, Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis. De Tarpeio monte, & Tarpeia rupe, Plutarch. *in Rom.*

Tarphara, orum, τάρφαρα τὰ, vrbs fœlicis Arabiæ, cuius ciues dicuntur Tarphareni, ταρφαρηνοί Steph.

Tārphē, τάρφη Steph. Vrbs Locrorum Epicnemidorum, iuxta Pharigas: cuius meminit Homer. *in Catalogo*, τάρφην τε, θρόνιόν τε, βοαγρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. Nomen habet à Tarphe propinquo fonte, siue ab arborum densitate. ταρφὺς enim Græci densum appellant.

Tarquinia virgo, vide *Tarratia*, infrà.

Tārqvĭnĭī, orum, ταρκυνία Stephano, oppidum fuit Tuscorum, è quo Tarquinius Priscus Romam commigrauit. Huic oppido vicinus erat lacus, duo nemora habens innatantia, & pro ventorum impulsu nunc triquetram, nunc rotundam figuram edentia: vt refert Plinius *lib.* 2. *cap.* 95.

Tārquĭnĭēnsĭs, e: vt, Tarquiniensis ager: pro quo & Tarquiniense legimus absolutè. Plin. *lib.* 8. *cap.* 52. Qui in Tarquiniensi feras pascere instituit.

Tārquĭnĭŭs Priscus, Demarathi Corinthij filius, Tarquiniis vrbe Tuscorum natus, primùm Lucumo dictus: qui vbi se in patria nullo in honore esse videret, quòd peregrino patre esset prognatus, suasu vxoris (ea mulier fatidica erat, nomine Tanaquil) Romam sese contulit: vbi breui propter opes ingeniíque dexteritatem in Anci Regis amicitiam insinuatus, ab eodem relictus est liberorum eius tutor: quorum tamen commoda propriis rationibus posthabuit: breuíque perfecit vt magno plebis consensu rex crearetur. Quare vt regnum parùm iustè partum stabiliret, centum patres in senatum allegit, qui minorum deinde Gentium dicti sunt, suæ eos factionis futuros ratus, cuius beneficio in Senatum venissent. Bellum primùm cum Latinis gessit, oppidúmque Apiolas vi cepit. Circo maximo primus locum designauit, locaque Patribus Equitibúsque diuisit, ex quibus spectacula spectarent. Sabinos victos Collatia, agróque Collatino mulctauit. Corniculum, Ficulneam veterem, Cameriam, Crustumeriam, Ameriolam, Meduliam, & Nomētum, priscorum Latinorum oppida partim expugnauit, partim in deditionem accepit. Tandem quum annos duodequadraginta regnasset, dolo liberorum Anci, in Curia est obtruncatus. Vide hæc latiùs apud Liuium *lib.* 1. *ab Vrbe.* ¶ Tarquinius Collatinus, Ægerij ex Tarquinij Superbi sorore filius fuit, & gener Sp. Lucretij, qui Romæ præfectura vrbis fungebatur. Hic quum in Ardeæ obsidione cum regis iuuenibus cœnaret, exorta de vxoribus mentione, quum suam quisque certatim laudaret, Collatinus negat verbis opus esse, paucis id quidem sciri posse, quantum cæteris præstet sua Lucretia. Quid multa? citatis pariter equis Romam aduolant, regiásque nurus in conuiuiis, luxúque cum æqualibus deprehendunt. Deinde Collatiam petentes, Lucretiam nocte sera lanæ deditam inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem inueniunt. Quare muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Adueniens vir, Tarquiniíque benignè accepti victor maritus comiter inuitat regios iuuenes. Ibi Sextum Tarquinium mala libido stuprandæ per vim Lucretiæ capit: tum forma, tum spectata castitas incitat. Dissimulata tamen in præsens cupiditate, tum quidem vnà cum cæteris in castra redit: sed paucis pòst interiectis diebus Ardeam reuersus, & à muliere propinqua hospitio exceptus, nocte intempesta conceptum animo facinus, vi minísque exequitur. Quam rem mulier castissima tam ægrè tulit, vt postridie viro, patréque per litteras accersito, quum rem vti gesta erat, exposuisset, necem sibi consciuerit. Pulsis deinde ob facinus tam tetrum Tarquiniis, Collatinus Bruto in Consulatu datus est Collega: quo tamen non multò pòst coactus est sese abdicare, non aliam ob causam, nisi quòd Tarquiniorum propinquus esset, eodémque cum illis nomine diceretur. Vide Liuium *lib.* 1. & 2. *ab Vrbe.* ¶ Tarquinius Superbus, septimus & vltimus Romanorum rex, cognomen à moribus meruit. Occiso Seruio Tullo, regnum sceleste occupauit: bello tamen strenuus Latinos, Sabinósque domuit, Suessam Hetruscis eripuit. Gabios per Sextum filium simulato transfugio, in potestatem redegit, Ferias Latinas primus instituit. Quum Capitolium extruere inciperet, caput hominis inuenit: ex quo cognitum eam vrbem caput gentium futuram, vt scribit Ter. Varr. *de L. L. lib.* 4. Demum quum in Ardeæ obsidione filius eius Lucretiæ stuprum intulisset, cum eo in exilium actus ad Porsenam Hetruriæ regem se contulit, cuius ope regnum retinere tentauit. Pulsus Cumas concessit, vbi per summam ignominiam reliquum vitæ tempus exegit. Liu. *lib.* 1.

Tārra, τάῤῥα, vrbs Lydiæ, Lucij Grammatici patria. Alia Cretæ in qua Apollo Tarrhæus colebatur. Tertia iuxta Caucasum, Cretensium colonia. Stephanus.

Tarratia (quæ & Tarquinia appellatur à Plutarcho in Valerio) virgo fuit, cui viuæ amplissimi honores habiti sunt, quòd campum Tiberinum siue Martium Pop. Rom. condonasset, cuius quidem rei testis est Lex Horatia apud Gell. *cap.* 7. *lib.* 6.

Tārrācīnă, ταῤῥακινὴ Stephan. Tarracina, oppidum Volscorum in Italia, antè Trachina, id est, aspera, à loci asperitate. Alio nomine Anxur dicebatur, à Ioue Anxuro, qui ibi colebatur barbatus, intonsúsque, vnde Anxurum dictum putant, quasi ἀνάξυρον, Effertur & Tarracinæ, arum, pluraliter. Liu. 4. *ab Vrbe*, Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ sunt, vrbs prona in paludes.

Tarrăcōn, siue Tarraco, onis, ταῤῥάκων. Vulgò *Tarragona*, Hispaniæ citerioris vrbs olim clarissima, Scipionum opus, à qua præcipua Hispaniæ pars Tarraconensis cognominatur: quæ (vt Pomponius scribit *lib.* 2.) altero capite Gallias, altero Bœticam, Lusitaniámque contingens, mari latera obiicit, mediterraneo, quà meridiem spectat: qua Septentrionem, Oceano. Vrbium maritimarum opulentissima fuit Tarraco, Mediterranearum autem fuerunt Pallantia & Numantia, nunc est Cæsar augusta. Circa Tarraconem nobilissimum nascebatur vinum, quod Tarraconense dicebatur, ταῤῥακωνήσιος οἶνος, de quo Martialis,

Tarraco Campano tantùm cessura Lyæo.

Et Silius *lib.* 3.

———dat Tarraco pubem
Vitifera & Latio tantùm cessura Lyæo.

‖Tarrium, quod corio tegitur in sellâ, aut curru. Poll.‖

Tārsŭs, ταρσὸς, vulgò *Tarso.* Vrbs Ciliciæ præclarissima (vt autor est Strab. *lib.* 15.) & regionis totius caput, in campis sita, & Cidno amne irrigata: cuius conditorem volunt fuisse Perseum Danaes filium. Lucan. *lib.* 4.

Deseritur Taurique nemus Perseaque Tarsus.

Alij tamen vrbis huius originem ad Sardanapalum referunt, postremum Assyriorum regem: cuius etiam monumento incisum erat, quòd Tarsum, & Anchialon die vno condidisset. Ex Tarso viri illustres orti sunt, Antipater, Archelaus, & Nestor, & duo Atheonodori, Philosophi Stoici, quorum qui Cordilion dictus est, cum M. Catone vixit, & apud eum mortuus est. Alter Banauita à vico quodam, Cæsaris præceptor. ¶ Item S. Paulus Apostolus, ex eadem vrbe natus est, vt ipse apertè testatur *Act. c.* 21. sub finem, & initio *cap.* 22. *eiusdem lib.* Nec refert quòd ipse supra *Act. cap.* 16. *vers.* 37. ciuem dicat se Romanum esse. Nam id ita accipiendum est, non quasi Romæ esset natus, sed quia ex municipio liber ortus sit, hoc est, ex Tarso, ciuitate quidem suo iure suísque legibus vtente, nullísque populi Rom. legibus aut oneribus adstricta, & nihilominus munerum honorariorum, earundem dignitatum ac priuilegiorum cum populo Rom. participe: Quo in municipio quicunque nati erant, ciues Romani habebantur, perinde ac si Romæ nati genitíque fuissent.

Tārsēnsĭs, Tarsense, possessiuum: vt, Tarsense pelagus. Columell. *lib.* 8. *cap.* 16.

Tārtărīnum, Veteres dixerunt horrendum, atque terribile. {ταρταρῶδες.} Varro *lib.* 9. *de L. L.* à Tartaro deducit, citans versiculum ex vetusto quopiam Poëta, Corpore Tartarino prognata paludę virago.

Tārtărŭs, mascul. gener. in plurali Tartara, neutri. {שאול *scheól.* τάρταρος, καὶ τάρταρα, τά.} Locus profundissimus inferorum, in quo sontes plectuntur. A verbo Græco ταράττω, conturbo: quia illic omnia perturbata dicuntur: vel, quod verisimilius est, ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, id est, à tremore frigoris. {Die Hell.} Sole enim caret, inquit Seru. Virg. 6. *Æneid.*

———tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps, tantum tenditque sub vmbras,
Quantus ad æthereum cæli suspectus Olympum.

‖Tartarus, gentile. Quos tartaros dicimus, Leunclauius vult dicendos Tartaros, qui Tauricæ Chersonesi populi. Et Germ. Tater. ¶ Tartarus, fluuius Phthiæ: item Galliæ Cisalpinæ.‖

Tārtărēŭs, a, um, adiectiuum, ταρτάρειος. Virg. 7. *Æneid.*

——— cornúque recuruo
Tartaream intendit vocem.

id est, terribilem aut fortem, inquit Seruius. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

Tartareum dicunt indoluisse Deum.

Tartarinus, idem.

Tārtărī, populi sunt partis Sarmatiæ Europææ, moribus, omníque crudelitatis genere efferatissimi, incertis vagantes sedibus, ex præda victitantes, improuisis incursionibus maximè noxij, profundis & trucibus oculis, ac ferè cæsij, turbinato cranio, & circum tempora capite presso. Vide Vadianum *in Melam.* Nemo enim veterum hac vsus est appellatione: cùm sit vox nouitia, & paucis adhinc seculis nata. {Die Tartaren.}

Tārtēssŭs, ταρτησσὸς, vulgò *Tariffa*, Hispaniæ Bæticæ oppidum, in littore Oceani situm, ea in parte qua primùm ex angustiis freti faucibus panditur mare. Hæc eadem esse creditur cum ea, quam nostri Carteiam appellant, dicente Plin. *lib.* 3. *cap.* 1. Carteiam quam Græci Tar-

tessum appellant. Quod & ipsum confirmat Strabo, ita scribens *lib.* 3. Tartessum huius temporis nonnulli Carteiam appellant. Silius tamen *lib.* 3. Tartessam omnino aliam fecit à Carteia: quàm rectè, ipse viderit. Liu. certè *lib.* 8. *decad.* 3. situm Carteiæ describens, omnino easdem fuisse ostendit. Dum hæc (inquit) ad Bætim fluuium geruntur, Lælius interim freto in Oceanum euectus, ad Carteiam classe accessit. Vrbs ea in ora Oceani sita est, vbi primùm è faucibus angustis panditur mare. Tartessus olim viuacissimis regibus celebrata fuit, ex quibus Arganthonius centum quinquaginta annos dicitur regnasse.

Tartessius, a, um, Gell. *c.* 16. *lib.* 7. Tartessia murænа esse optima.

Tārtēsĭăcus, a, um, possessiuum: Tartessiaci thyrsi, apud Col. *lib.* 10. Tartessius, aliud adiectiuum. Ouid. 4. *Metam.*

Presserat occiduus Tartessia littora Phœbus.

Tāruānnă, ταρύαννα, vulgò *Terouanne*, Morinorum vrbs est in Gallia, hodie nomen retinens. Commemoratur à Ptol. *lib.* 2. *c.* 9. Hodie à Carolo V. Imperatore solo æquata.

Taruedume, es, ταρουεδούμ, vulgò *Dirigisbe*, Promontorium extremum in tractu Septentrionali Britanniæ insulæ, non procul ab Orcade, altero promontorio, & Narbari fluminis ostio. Ptol. *lib.* 2. *c.* 3.

‖Taruisium, *Treuisi*, V. E. Venetiæ, sub A. Aquiliensi.‖

Tārūntĭus, vir fuit tum philosophiæ, tum mathematicarum disciplinarum in primis studiosus: qui quum ad astrologiæ disciplinam se contulisset, contemplationis gratia, & in ea excellere putaretur, huic imposuit Varro, vt Romuli conceptionem in diem & horam deduceret, inspectísque eius vitæ institutis ac rebus gestis, ex illis consequentiam colligeret, veluti Geometricarum propositionum resolutiones præcipiunt. Autor Plut. *in Romulo.*

Tarus, i, Cisalpinæ Galliæ fluuius, in Apennino nascens, & in Padum se exonerans. Plin. *lib.* 3. *c.* 16. Vulgò *Tarro.*

Taruscum, Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 10. Saliorum vrbs in Gallia, vulgò *Tarascon.*

‖Tascodrugitæ, hæretici. Epiphan. *hæresi* 48. tradit, quòd *Tascus* apud Phryges sit pertica, & *drugus* nasus, siue rostrum. Latinè dicuntur Perticonasati, vel perticorostrati: quia dum orant, digitum in nasum ponunt, tristitiæ voluntariæ & iustitiæ gratiâ.‖

Tāscōnĭum, est terra alba, similis argillæ, ex qua catini fiunt, in quibus coquitur aurum. Plin. *lib.* 33. *c.* 4. Catini fiunt ex tasconio. Hæc est terra alba similis argillæ. Neque enim alia afflatum, & ignem, & ardentem materiam tolerat.

Tasmenes, (quod hic pro Nestoris filij nomine corruptè legebatur.) Vide *Tharasymedes.*

‖Tata, Archon magnus, dignitas Imperij. Buleng.‖

Tătam, pueri patrem vocant, quemadmodum Mammam matrem. Martial. *lib.* 1.

Mammas atque tatas habet Afra: sed ipsa tatarum
Dici, & mammarum maxima mamma potest. {Germ. Dätty.}

Tātæ, Cantio est sibi inuicem respondentium. Plaut. *in Sticho*, Fac tu hoc modo. SV. At tu hoc modo. SR. babæ. ST. tatæ SA. papæ ST. euax. ¶ Nonnunquam & admirantis particula. Idem *in Trucul.* Tatæ, ecquis illa est?

Tātĭus, Sabinorum dux fuit, acerrimúsque popul. Rom. hostis, qui proditione Tarpeiæ virginis Capitolio capto, ex superiore loco aduersùs Romanos in aciem descendit, vbi quum aliquandiu acerrimè, sed varia victoria pugnatum esset, tandem dirempto interuentu Sabinorum prælio pax ita conuênit, vt Sabini in vrbem, Tatius in regni partem acciperetur. Verùm quum postea Tatij propinqui Laurentium legatos pulsassent, eámque iniuriam Tatius inultam reliquisset, illorum pœnam in se conuertit. Nam quum Lauinium ad solenne sacrificium venisset, concursu oppidanorum facto, est interfectus. Autor Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Virg. 8. *Æneid.*

——*subitóque nouum consurgere bellum*
Romulidis, Tatióque seni, Curibúsque seueris.

¶ De Tatio Plutarch. *in Rom.*

Tātĭēnsē, Tertia pars populi Romani, sub Romulo, à T. Tatio Sabino, quem Romulus ex fœdere in regni portionem acceperat denominata. Ager Romanus (inquit Varr. *lib.* 5. *de L. L.*) primùm diuisus fuit in partes tres, vnde Tribus appellatæ, quæ Tatiensium fuerunt, Ramnensium, & Lucerum, vt ait Iunius, Tatienses à Tatio, Ramnenses à Romulo, Luceres à Lucumone. Liu. contrà *lib.* 1. *ab Vrb.* non Tribus hasce fuisse, sed equitum centurias asserit.

Tāttē, τάττα, lacus est maioris Phrygiæ post Galatiam, Austrum versùs, iuxta Morimenos, fontes habens salis natiui, qui adeò faciliter rebus immersis circumgelascit, vt sæpè quum funalem torquem demiserint, salis coronas educant. ¶ Quin ipsæ etiam volucres aquas contingentes facilè capiuntur, quum sale repentè concreto aliis constrictis, ipsarum ministerio ad volandum vti non possint. Autor Strab. *lib.* 12.

Tāttæus, sal, ἅλς τατταῖος, qui & Phrygius, oculis præcipuè vtilis. Autor Diosc. *lib.* 5. & Plin. *lib.* 31. *c.* 7.

‖Tau תו, Hebræis est signum; & inde terminus. Est & vltima litera, quæ ת est t, ת th.‖

Tauchira, Herod. *lib.* 4. Ciuitas Barcæorum, qui sunt Africæ populi, Cyrenaicis ad Occasum proximi.

Taŭlāntĭi, ταυλάντιοι, Illyrici populi, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 22. qui postea mutatis sedibus, in eam Macedoniæ partem se contulerunt, quæ mari Adriatico incumbit, non procul à Dyrrhachio vbi Arnissam oppidum incoluerunt, teste Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 13. Horum meminit & Lucanus *lib.* 6. Quémque vocat collem Taulantius incola Petram, Insedit castris.

Taura, vide *Taurus.*

Taurea Iubellius, vir fuit Campanus, insigni corporis robore, in Annibalis castris militans: qui quum Claudium Asellum Romanum apud Nolam ad singulare certamen prouocasset, post inanem garrulitatem, quum Asellum ad se accedere videret, pedibus magis quàm manibus fretus intra oppidum se recepit: quem insequutus Asellus vnà cum ipso vrbem ingressus, inter tot hostium tela incolumis per alteram portam euasit. Hic postea capta à Fuluio Capua, manu propria coniuge, liberísque interfectis, se postremo ante pedes Imperatoris gladio transfixit. Autor Liu. 2. *bell. Pun.*

Taurēā, pro scutica ex taurino corio facta. Vide *Taurus.*

Taurēŭs, ταύρειος. Neptuni epitheton, siue quod ei tauri solent immolari: vel, Virg. teste, quòd Mare (cui præesse putabatur) taurinum boatum imitetur.

Tavri, orum, ταῦροι, Sarmatię Europææ populi, Bosphorum Cimmerium peninsulam inhabitantes, eodem Bosphoro Byce palude & Carcynite sinu circunfusam, tenui tantùm Isthmo continenti adhærentem: quæ de incolarum nomine Taurica Cherronesus appellatur. Fuerunt autem Tauri omnino inhospitales, moribúsque immanissimis vt qui hospites omnes Dianæ solerent immolare: cuius sacrificij primus autor Thoas fuisse perhibetur: vnde & Diana ipsa Thoantea dicitur à Silio *lib.* 4. Sacra Thoanteæ, ritúsque imitata Dianæ. Herodotus tamen *lib.* 4. autor est, non Dianam esse, sed Iphigeniam Agamemnonis filiam, cui Tauri humanas victimas soleant immolare, naufragos præsertim, & Græcos quouis casu illuc delatos: quorum post preces peractas caput claua feriebant: truncum de rupe deturbabant, caput cruci affigebant. Hostibus autem in bello captis, aut in prælio occisis, capita præcidebant, & perticæ suffixa quàm maximè sublimia supra fumarium statuebant, existimantes hoc ad totius domus tutelam custodiámque pertinere.

Taurĭcŭs, a, um, ταυρικός, adiectiuum est à Tauris Cimmerij Bosphori accolis dictum: vt, Diana Taurica apud Ouid. *lib.* 4. *Trist.* & Scythæ Taurici, apud Plin. *lib.* 4. *c.* 12.

Taurānĭă, ταυρανία, oppidum fuit Campaniæ non procul à Stabiis, cuius meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. inter ea oppida quæ in Italia intercid erunt.

Taurĭānum, Brutiorum oppidum in Italia iuxta Rhegium, autor Pomponius Mela *lib.* 2. Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Tauranium appellat.

Taurĭī, numero plurali, & Taurilia, ταυρίλια, βυφόνια, Ludi in honorem deorum inferorum facti: quos & Boalia, & Bupetias vocatos inuenimus: quanquam duobus hisce nominibus potiùs sacrificia quædam significantur, quæ pro Boum salute fieri solent. {Die rinderfest oder rinderspyl.} De origine horum ludorum refert Festus Pomponius, quòd regnante Tarquinio Superbo, quum magna incidisset pestilentia in mulieres grauidas ex carne taurorum diu vendita, ob hoc ludi diis inferiis instituti sunt, qui Tauri sunt appellati.

Taurĭcā Cherronesus, ταυρικὴ χερρόνησος. Peninsula est in finibus Europe, Bosphoro Cimmerio, Byce palude, & Carcinite sinu propemodum circunfusa, angusto tantùm Isthmo continenti adhærens, immiti Dianæ ara, & nefanda hospitum immolatione infamis. Ciuitates multas habet, ex quibus præcipuæ fuerunt Europatoria & Theodosia, hodie Capha. Legitur & Taurica absolutè. Iuuen. *Sat.* 15.

——*nefandi Taurica sacri*
Inuentrix, homines tantùm immolat.

‖Taurinum, siue Augusta Taurinorum, *Turino*, V. A. Pedemontanæ ditionis caput, Ducum Sabaudiæ sedes, & Academia, huc translata ex Monte Regali.‖

Tavrini, *Di Turin in Piemonte*, populi Italiæ Transpadanæ, sub Alpium radicibus, à Liguribus oriundi, quorum vrbs Augusta Taurinorum commemoratur à Plin. *lib.* 3. *c.* 17.

Taurinus, a, um, Adiect, vt, Taurini campi. Silius *lib.* 3.

His tandem ignotas transgressus casibus Alpes
Taurinis ductos statuit tentoria campis.

Taurisani, Venetiæ populi, per quorum regionem Silis amnis in mare Adriaticum labitur. Plin. *lib.* 3. *c.* 18.

Tauriscі, populi Germaniæ, Carnis, & Pannoniis finitimi, quos Mons cladius dirimit à Scordiscis, postea Norici appellati, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 20.

Tauromininm, ταυρομίνιον Ptolemæo, ταυρομένιον Stephano, vulgò *Taormino.* {Ein statt in Sicilien.} Siciliæ oppidum est, à Zanclæis conditum, non procul à Drepano promontorio: testibus Plin. *lib.* 3. *cap.* 8. & Strabo *lib.* 6.

Taurŏmĭnĭtānŭs, a, um, Silius *lib.* 14.

Taurominitana cernunt à sede Charybdin.

Taurŏpŏlŏs, ταυροπόλος, Dianæ cognomen, apud Dionysium Aphrum, impositum ab eo, quòd apud Tauros Cimmerij Bosphori accolas coleretur, aut quòd gregibus præesset, vt ex parte totum intelligamus: aut certè quòd eadem sit cum Luna, quæ tauris vehitur. vide Eust. *in Dionys.*

Taurŏpŏlium, ταυροπόλιον, Dianæ templum in Icaria insula, teste Strabo. *lib.* 14.

Tauroscythæ, ταυροσκύθαι, populi ex genere Scytharum, summa Tauricæ Cherronesi iuga incolentes. Autor Plin. *lib.* 14. *c.* 12.

Taurubulæ, Taurubularum, nomen insulæ propè Neapolim. Stat. *lib.* 3. *Sylu.* 1. Ipse fodi: dites Capreæ, viridésque resultant Taurubulæ.

Taururum, ταύρουνον, Pannoniæ inferioris oppidum ad Danubium fitum, ea in parte qua Saus & Draus Danubio immiscentur. Vide Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 16. Plinius Taurunum appellat, *lib.* 3. *cap.* 25. Hodie *Belgradum* vocant, & *Albam Græcam.* Vulgò Griechisch weissenburg.

Taurŭs, ταῦρος, Berytius, philosophus Platonicus A. Gellij familiaris, sub Antonino Pio floruit. Scripsit de differentia sectarum Platonis & Aristotelis, de corporeis & incorporeis, & alia, vt autor Suid.

Tavrvs, {שור *schor.* ταῦρος. Gall. *Vn taureau.* Ital. *Tauro, toro, bue bò.* Germ. Ein stier. Hisp. *Toro ò buey rezio para arar.* Angl. *A bulle.*} Mas in genere bubulo & vaccarum admissarius. Virgil. 6. *Æneid.*

Hic crudelis amor tauri, suppostaque furto Pasiphaë.

Idem 3. *Georg.*

Atque ideo tauros procul atque in sola relegant Pascua.

Tibull. *lib.* 4.

Seu tardi pecoris sim gloria Taurus. *Ibidem.*

Ibidem, Hic & colla iugo didicit submittere Taurus, &c. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

Circus adhuc cessat, spargit tamen acer arenam
Taurus.

Accipitur & pro quocunque forti boue. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——— ergo age terræ
Pingue solum primis extemplò à mensibus anni
Fortes inuertant tauri.

Idem *Eleg.* 7.

Quum primùm pasti repetent præsepia tauri.

Ouid. 1. *Fast.*

Bella diu tenuêre viros: erat aptior ensis
Vomere: cedebat taurus arator equo.

¶ Taurus ταῦρος, pars obscœna. Festus in voce *Solitaurilia*, Atque harum hostiarum omnium inuiolati sunt tauri, quæ pars scilicet cæditur in castratione. Inde dicti sunt Lactauri. ¶ Est & Taurus secundum Zodiaci signum. Plin. *lib.* 17. *c.* 24. Quum sit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario, Tauro. Virg. 1. *Georg.*

Candidus auratis aperit quum cornibus annum
Taurus.

¶ Ideo autem translatus fuisse in cælum Taurus existimatur, quòd Europam in Cretam insulam transuexerit incolumem. Lege fabulam apud Hyginum. ¶ Taurus etiam accipitur pro radice arboris. Quint. *lib.* 8. *c.* 2. Sicut in his, quæ homonyma dicuntur: vt Taurus animálne sit, an mons, an signum in cælo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum, non intelligitur. ¶ Taurus item auicula est, ex genere carduelium, ita dicta, quòd taurorum mugitus imitetur, præsertim in agro Arelatensi, referente Plinio *lib.* 10. *c.* 42. Tauri item dicuntur scarabei terrestres, ricinis similes. κεράμβυκες Aristoteli, quibus cornicula nomen dederunt: vt docet Plin. *lib.* 30. *c.* 30. ¶ Tauri amphitheatrum Suet. *in Calig. c.* 18.

Taură, {βοῦς, στεῖρα. GALL. *Vne vache taureliere, qui ne porte point de fruict.* ITAL. *Vacca sterile.* GERM. Ein vnfruchtbare oder vnbärhaffte kuh. HISP. *Vaca esteril o machorra.* ANGL. *A barraine cowe.*} Vacca sterilis: ita dicta, teste Festo, quòd nihilo magis pariat quàm tauri. Columell. *lib.* 6. *cap.* 22. Et vtique tauræ, quæ locum occupant fœcundarum, ablegandæ. Varr. 2. *de re rust. cap.* 5. Quæ sterilis est vacca, taura appellatur.

Taurīnŭs, a, um, {ταύρειος. GALL. *De taureau.* ITAL. *Di toro.* GERM. Von einem stier oder ochsen. HISP. *Cosa de materia de toro.* ANGL. *Of a bulle.*} Quod est ex tauro: vt, Tergum taurinum, id est, corium tauro detractum. Virg. 1. *Æneid.*

Taurino possent quantum circundare tergo.

Habet autem penultimam productam, quemadmodum omnia huius terminationis adiectiua à nominibus animalium formata: vt Leporinus, caprinus, formicinus, hirundinus, veruecinus, porcinus, ouinus, suinus, & huiusmodi. Catull. *de Com. Beren.* Non sine Taurino sanguine pollicita es.

Taurĕă. {βύρσα. GALL. *Nerf de bœuf.* ITAL. *Neruo di bue.* GERM. Ein geisel auss riemen gemacht. HISP. *El açote de vergajo de toro.* ANGL. *A scourge or whipe of a bulles hide, or a bulles sinew.*} Scutica est ex taurino corio facta, quod & à Græcis ταυρέα appellatur. Iuu. *Sat.* 6.

——— taurea punit
Continuo flexi crimen facinúsque capilli.

Taurĭfĕr, a, um, quod magnum taurorum habet prouentum. {ταυροφόρος. GALL. *Qui porte & nourrit force taureaux, où il s'engendre plusieurs taureaux.* ITAL. *Che produsce & nodrisce molti tori.* GERM. Das vil stier herfür bringt. HISP. *Cosa que trahe ò cria muchos toros.* ANGL. *That bringeth many bulles.*} vt, Campi tauriferi, in quibus magna taurorum pascitur copia. Lucan. *lib.* 1.

——— tauriferis vbi se Meuania campis Explicat.

Taurĭformĭs, e, Formam tauri habens. {ταυροειδής. GALL. *Qui a la forme & figure d'vn taureau.* ITAL. *Che ha forma & figura di toro.* GERM. Das ein gestalt hatt wie ein stier / stierförmig. HISP. *Cosa de forma ò de materia de otro.* ANGL. *That hath the forme and shape of a bulle.*} Horat. 4. *Carm. Ode* 14.

Sic tauriformis voluitur Aufidus,
Qui regna Dauni præfluit Appulli.

Taurium æs, quod in ludos Taurios consumitur.

Taurŭs, ταῦρος, mons Asiæ totius longè maximus, qui ab Indico mari exurgens, vastè satis attollitur: dein dextro latere ad Septentrionem, sinistro ad Meridiem versùs it, in Occidentem rectus & perpetuo iugo multarúmque gentium, quà deorsum agit, terminus; sed pro gentium ac linguarum varietate diuersa habet nomina. Prima sui parte Imaus dicitur, mox Egidis, Paropamisus, Circius, Chambades, Pharphariades, Choatras, Oreges, Orates, Niphates, Taurus: atque vbi se quoque exuperat, Caucasus: vbi brachia emittit, subinde tentanti maria similis, Sarpedon, Coracesius, Cragus, iterúmque Taurus: etiam vbi dehiscit, séque populis aperit, portarum tamen nomine vnitatem sibi vendicans, quæ alibi Armeniæ, alibi Caspiæ, alibi Ciciliæ vocantur. Quinetiam confractus effugiens quoque maria plurimis se gentium nominibus hinc & inde implet: à dextra Hyrcanus, Caspius: à læua Pariedrus, Moschius, Amazonicus, Corax, Scythicus appellatus: in vniuersum verò Græcis Ceraunius. Cætera vide apud Plin. *lib.* 5. *c.* 27. vbi latissimè montis huius descriptionem exequitur.

Tautŏlŏgĭă, ταυτολογία, eiusdem sententiæ per alia atque alia verba repetitio; cuiusmodi est illa apud Ouid.

——— cinis ipse sepulti
Ingenus hoc sæuit, tumulo quoque sensimus hostem;
Æacidæ fœcunda sui.

Item illa apud Virg. 1. *Æneid.*

Quem si fata virum seruant, si vescitur aura
Æthereà, neque adhuc crudelibus occubat vmbris.

Tāx, vox est fictitia, quam Plaut. *in Persa*, pro ictu siue verbere vsurpauit. Tax tax (inquit) erit tergo meo. {τάξ. GALL. *Le son d'vn coup de fouët.* ITAL. *Il suono d'vna frignocola.* GERM. Ein busststreich. HISP. *Sonido de vn golpe de açote.* ANGL. *The sound of the scourge.*} Vsus est quoque Næuius *in Agitatoria*, Age, ne te mihi aduersari dicas hunc vnum diem. De meo sequor, sinam ego illos esse tax pax, postea currentes ego illos vendam, nisi tu viceris. Est autem hic non tax tax, sed tax pax, & vsus videtur poëta pro pace, de qua re vnicuique suum relinquitur iudicium. Sosipater *lib.* 2.

[Taxea, lardum est Gallicè dictum; vnde dicit Afranius: In rosa gallum saginatum pingui pastum taxea. Isid. *lib.* 20. 2.]

Tāxĭlă, τάξιλα Stephano, Indiæ vrbs amplissima, inter Indum, & Hydaspen fluuios sita: cuius incolæ Taxilæ appellantur à Plin. *lib.* 6. *cap.* 20. In hac vrbe (vt scribit Philostratus) Apollonius inuenit elephantem, quem vittis & myrteis coronis indigenæ ornabant. Eum autem regionis illius homines esse dicebant, qui pro rege Poro contra Alexandrum pugnauerat: quem idcirco Alexander Soli dicauit, torques aureos circa cornua adaptans.

Taxillus, vide *Talus.*

Tāxim, aduerbium obsoletum, quo antiqui vtebantur pro sensim, siue paulatim, vt annotauit Nonius, citans Pomponij locum ex Buccone, Adoptatu clandestino tacitus taxim perspectaui percautum.

Tāxo, as, Reprehendo, mordeo, noto, incesso. {הוכיח *hochiach.* κατηγορέω. GALL. *Taxer, reprendre, blasmer.* ITAL. *Tassare, riprendere, biasimare.* GERM. Schelten / mit scheltworten antasten. HISP. *Reprehender, tachar, infamar.* ANGL. *To find fault, to blame, to rebuke.*} à tangendo (vt Festo placet) inclinatum, quòd sit taxare, veluti conuitiis tangere. Sueton. *in August.* Sed etiam vt nummularij nepotem, sic taxat Augustum. Plin. *lib.* 15. *cap.* 15. Eadem causa in pyris taxatur superbiæ cognomine. Taxis pro tetigeris, antiquo declinatu, vel taxaueris, Varro *apud Nonium*, Sed ô Petrulle, ne meum taxis librum. ¶ Taxare pressius est & maius, quàm tangere, Gellius *cap.* 6. *lib.* 2. ¶ Taxare etiam pro pretio æstimare ponitur. {ברך *barach* הוקיר *hokir.* τιμάω. GALL. *Taxer, ou tauxer, mettre à pris, estimer.* ITAL. *Tassare, metter il pretio à qualche cosa, stimare.* GERM. Schetzen was etwas wärt sey / wirdigen / anschlagen. HISP. *Tassar, apreciar, estimar.* ANGL. *To taxe.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 1. Illos qui frugiferas tanti taxauerant. Senec. *cap.* 19. *de consol. ad Marciam*, Opinio est ergo quæ nos cruciat: & tanti quodque malum est, quanti illud taxauimus. Suet. *in Aug. c.* 41. pro octingentorum millium summa duodecies HS. taxauit, suppleuítque non habentibus. Et Suet. dixit *in Calig. cap.* 38. Taxare modum summæ.

Tāxātōrēs, dicti, teste eodem Festo, quorum alter alterum conuitiis tangit. {חרפים *chorephim.* ἐπιλήπται.}

Tāxātĭo, nis, Æstimatio. {ערך *bereeh.* τίμησις. GALL. *Estimation, taxe, ou tauxe, taxation.* ITAL. *Stima, prezzo.* GERM. Schetzung / wirdigung / anschlahung. HISP. *Obra de tassar, apreciar y estimar.* ANGL. *A taxe or taxation.*} Taxatio, inquit Festus, dicitur quæ fit certæ summæ. Plin. *lib.* 13. *c.* 15. Quam Cethegus decedens libris XIV. permutauerat: latifundij taxatione. Idem *lib.* 9. *c.* 35. At illa corollarium id esse, consumpturámque se in ea cœna taxationem confirmans.

Tāxŭs, i, arbor abieti similis, buccásque ferens, quibus lethale venenum inest, præcipuè in Hispania & Arcadia. {σμίλαξ. GALL. *Vn arbre appellé Yf.* ITAL. *Nasso, tasso.* GERM. Eibenbaum. HISP. *Texo, arbol conoscido.* ANGL. *An ewe tree.*} Plin. *lib.* 16. *c.* 10. Similis his (abieti scilicet, & piceæ) est taxus minus virens, gracilisque & tristis, ac dira, nullo succo, ex omnibus sola baccifera. Mas noxio fructu. Lethale quippe baccis, in Hispania præcipuè venenum inest. Vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta mortifera fuisse compertum est. Hanc Sestius similacem à Græcis vocari dixit, & esse in Arcadia tam præsentis veneni, vt qui dormiant sub ea, cibúmve capiant, moriantur. ¶ Sunt qui & taxica hinc appellata putent venena, quæ nunc toxica dicimus. Hæc Plin. Virg. 9. *Eclog.*

Si tua Cyrneas fugiant examina taxos.

¶ Nihil æque facit ad viperæ morsum, quàm Taxi succus. Sueton. *in Claud. c.* 16. ¶ Taxus, animal, meles, id vide.

Taxeus, a, um, Adiectiuum, quod est ex taxo: vt, Sylua taxea. Statius 5. *Syl.*

——— en taxea marcet Sylua comis.

Tāygĕtē, vel Taygeta, æ, ταϋγέτη, Atlantis & Pleiones filia, teste Hygino, vna Pleiadum, quæ Ioui peperit Lacedæmonem, vrbis sibi cognominis conditorem. Virg. 4. *Eclog.*

Taygete simulos terris ostendit honestum Pleias, &c.

Vide *Pleias.*

Tāygĕtŭs, i, m. g. & Taygeta, orum, neutri, ταΰγετος, mons est Laconiæ, teste Strab. non ille quidem admodum magnus, sed tamen excelsus & erectus, Spartæ & Amyclis imminens, quem Libero patri sacrum fuisse tradit Seruius in illud Virg. 2. *Georg.*

——— ô vbi campi,
Sperchiúsque & virginibus bacchata Lacænis
Taygeta.

Huius montis bona pars quum terræ motu corruisset, Spartanorum vrbem oppressit, vt refertur à Cic. *lib.* 1. *de diuin.* & à Plin. *lib.* 2. *cap.* 79. Fuit præterea hic mons Castori & Polluci sacer, qui in eius radicibus nati dicuntur: quod & Homerus asserit in Hymnis.

T E

Tĕ, syllabica adiectio, quæ pronominibus tu & te adiungitur: vt Tute, tete pro eo quod & tuipse, & teipsum. Cicer. *lib.* 1. *Epist.* Vt tute mihi præcepisti.

Tĕānum, τέανον Stephan. duarum ciuitatum nomen est in Italia. ¶ Est enim Teanum Sidicinum in Appia via, & Teanum Apulum in finibus Apuleiæ distans à Larino XVIII. M. passuum. Huius meminit aliquoties Cic. *in Orat. pro Cluent.* Illius etiam mentionem facit Horat. *lib.* 1. *Epist.*

——— cras ferramenta Teanum
Tolletis fabri.

Tĕărco, τεάρκων, Æthiopiæ rex potentissimus, qui bonam Europæ partem dicitur subegisse, & ad Herculis vsque columnas esse progressus, referente Strab. *lib.* 15.

Tearus, τέαρος, Thraciæ fluuius, duodequadraginta nascens fontibus, partim calidis, partim frigidis, & in Contadesdum amnem influens, qui

qui in Agrianem illabitur. Agrianes autem in Hebrum. Ad hoc flumen quum peruenisset Darius Hystaspis filius, aquis eius delectatus, triduo ibi commoratus est: cippúmque ibidem erexit cum hac inscriptione, Teari amnis capita optimam atque pulcherrimam cunctorum amnium aquam continent, & ad ea peruenit exercitum ducens aduersùs Scythas, vir optimus atque pulcherrimus cunctorum hominum Darius Hystaspis filius, Persarum, cunctæque continentis rex. Autor Herodot. *lib.* 1.

Teāte, τεάτη, Ptolomæo, oppidum Marrucinorum, in quarta regione Italiæ: cuius incolæ dicuntur Teatini: quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 12.

Technā, {הכמה chochmáh ערמה hormáh. τέχνη. Gall. *Art, finesse, cautele, tromperie.* Ital. *Arte d'ingannare.* Germ. Betrug/ geschwinder list. Hisp. *Arte para engañar.* Angl. *An art or craft, guile, deceit.*} Græca vox est, quam Latinè artem, seu artificium interpretari possumus. Vtuntur hac voce & Latini, sed ferè in deteriorem partem, pro dolo, astutia, impostura, fraude, siue offucia. Terent. *Eunuch.* Tam scio hanc technam à Parmenone profectam, quàm me viuere. Idem *in Heauton.* Falli te sinas technis per seruulum. Plaut. *in Capt.*—deartuatus sum miser Scelesti huius technis.

Technōphyon, τεχνόφυον, Græca dictio, quam nos artium officinam vertere possumus: παρὰ τὸ φύειν τὰς τέχνας, hoc est, à producendis artibus. Sueton. *in Aug.* Erat illi locus in edito singularis, quem Syracusas & technophyon vocabat.

Tector, Tectoriolum, Tectorium, vide *Tego.*

Tectōsăges, τεκτόσαγες, ἢ τεκτόσαγοι Steph. Galliæ Narbonensis populi quàm maximè in Occidentem vergentes, Pyrenæis, & Cemeniis montibus proximi. Quorum oppida sunt Tolosa, Carcasso, Ruscino, & Narbo Martius, aliáque nonnulla, quæ vide apud Ptol. *lib.* 2. *c.* 10. Hi olim Gallorum omnium fortissimi habiti sunt, qui quum domi multitudine abundarent, relictis sedibus, per Græciam, tunc gentium victricem, in Asiam penetrarunt, & supra Phrygiam in vberrimis Cappadociæ campis consederunt.

Tēcum, aduerbium compositum ex ablatiuo te, & præpositione cum. {עמכה himmeechah. μετάσε.} Plaut. *in Milit. sc.* 5. *a.* 2. Quid nunc taces? tecum loquor. Tecum simul. Idem *in Amph.* Neque vidi istam, nisi tecum simul. Vide *Simul*, suprà. Idem *Ps. sc.* 2. *a.* 1. Tecum ago (id est, te alloquor.) *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Tecum sentio. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Vtrum postulare tecum videatur æquius. (pro expostulare.) Idem *Amph.* Quid tibi deliqui, si cui nupta sum, tecum fui. (id est, cubui.) Idem *sc.* 1. *a.* 5. Tecum seruaui fidem. ¶ Tecum pro æquè atque tu. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Vt quod nesciam, tecum sciam, &c.

‖Ted, te. Scal.‖

Tedā, siue tæda, æ, arbor est ex earum genere quæ resinam ferunt, abundantior succo, quàm reliquæ similis generis, parcior tamen liquidiórque quàm picea, flammis, & lumini sacrorum etiam grata. {לפיד lappidh פלד péledh. δᾷς, δᾳδίον. Gall. *Vne sorte de bois dont on faisoit torches, torche ou falot.* Ital. *Face, facella, facellina.* Germ. Thällen/fiechten/oder kienbaum. Item, Ein fackel auß hartzbeumen/oder kienbeumin liechtspan. Hisp. *Tea de pino para alumbrar.* Angl. *A kind of tree of the which torches armade, a torche.*} Impropriè tamen tædas appellamus tum piceæ satiuæ partes imas, tum alia quoque ligna, quæ vel naturali pinguedine, vel oleo picéve illita, faculæ modo lucent. ¶ Hinc Cererem deam tædiferam poëtæ vocant, quod tædas dicitur inflammasse quum inuestigare vellet filiam Proserpinam à Plutone abreptam. {δᾳδοφόρος. Gall. *Qui porte torche ou falot.* Ital. *Chi porta vna facella ò torchio.* Germ. Fackeltråger auß liechtspån. Hisp. *El que trae tea.* Angl. *A torche bearer.*} Ouid. *Epist.* 2.

Et per tedifera mystica sacra dea.

¶ Teda etiam accipitur pro nuptiis, siue pro ipso coniugio. Mos enim antiquorum erat, vt in nuptiis (inquit Varro) faces & tædæ semper præirent, quòd olim nonnisi per noctem nubentes ducebantur à sponsis. Virg. 4. *Æneid.*

Si non pertæsum thalami, tedaque fuisset.

Item, Tæda iugalis. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. Tæda pinea, pro ligno quod est in interna parte pini. Pini enim morbus est, vt teda fiat tam parte caudicis externa, quàm corde: id quod abundantia succi & vbertate larga luxuriantis naturæ prouenit. Colum. *lib.* 5. *cap.* 10. Iuxta ipsam radicem truncum findito, & fissuram cuneo tedæ pineæ adigito. Cæsar *lib.* 2. *de bell. ciu.* Teda, & pice, & stupa cupæ refertæ. Idem Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* dicit.

Tedauium, fluuius est in extremis finibus Iapidiæ, cuius meminerunt Plin. *lib.* 3. *c.* 21. & Ptol. *lib.* 2. *c. vlt.*

Tĕgēā, τεγέα, oppidum Arcadiæ: à quo Tegæus, τεγεάτης: sicut à Nemea Nemæus. Vnde Pan Arcadiæ deus dictus Tegæus, Virg. 1. *Georg.*

Pan ouium custos tua si tibi Manala cura,
Adsis ô Tegae fauens.

Propertius,

Fictilis & calami Pan Tegae tui.

Ensis Tegæus, id est, Arcadius. Virg. 8. *Æneid.*

Tunc lateri atque humeris Tegæum subligat ensem.

Huius vrbis incolæ etiam Tegeates, τεγεᾶται dicuntur. A quo rursum deducitur aliud adiectiuum, Tegeaticus, a, um: vnde Mercurium Statius Tegeaticum appellat: Et cum Mænalia volucer Tegeaticus vmbra.

Teges, Tegeticula, vide *Tego.*

Tegēsūs, τεγησσὸς, Cypri oppidum: à quo fit gentile Tegessius, siue Tegesseus. Steph.

Tegillum, Tegmen, vide *Tego.*

Tĕgo, is, xi, ctum, Operio, obduco, obnubo, obtendo, contego, velo. {כפרה chaphâh כסה chasâh סך sach. καλύπτω, σκεπάζω, ἐρέφω, ἐρέφω. Gall. *Couurir.* Ital. *Coprire.* Germ. Bedecken/ decken. Hisp. *Cubrir.* Angl. *To couer.*} Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Quantum terra tegit hominum periurissime. Senec. *epist.* 43. Tegent te parietes, non abscondent. Idem *de consol. ad Martiam cap.* 1. Tegere gemitus. Item Sueton. *in Claud. cap.* 24. Tegere latus alicuius. Et Cæsar *lib.* 3. *de bell. ciuil.* Tegi alterius opibus in calamitate. Plin. *lib.* 13. *cap.* 18. Radicem lotos hæc habet opertam nigro cortice qualis & castaneas tegit. Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 3.

Et texit galea barbara molle caput.

Ouid. 1. *Amor. Eleg.* 5.

Pugnabat tunica se tamen illa tegi.

Idem 1. *de Arte,*

Æquore quot pisces, fronde teguntur aues.

¶ Per translationem tegere accipitur pro κρύπτειν. {העלים hehelim הסתיר histir.} Martial.

Quod tegitur, maius creditur esse malum.

Cic. *pro Quint.* Id te admisisse concedis, quod ne mendacio quidem tegere possis. ¶ Item pro defendere, conseruare. {גנן ghan. ἀσφαλίζω, ἀσφαλίζομαι.} Salust. *in Catil.* At Romani domi militiæque intenti festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obuiam ire, libertatem, patriam, parentésque armis tegere. ¶ A tego fiunt composita Contego, detego, intego, obtego, pertego, prætego, protego, retego, supertego, quorum significata suprà explicuimus suis locis.

Tēctūs, a, um, participium passiuum à tego, Opertus. {חפוי chaphûi כסוי chasûi. κεκαλυμμένος. Gall. *Couuert.* Ital. *Coperto.* Germ. Bedeckt. Hisp. *Cubierto.* Angl. *Couered.*} Ouid. 12. *Metam.*

Arboribus tecto discumbere iusserat antro.

¶ Interdum migrat in nomen, & accipitur pro obscuro, secreto, occulto, non manifesto. {נעלם nehelám נסתר nistár. ἀφανής, κρύφιος.} Idem 1. *de Arte.*

Hic tibi multa licet sermone latentia tecto
Dicere.

Cic. *ad Patum lib.* 9. Itaque tectis verbis ea ad te scripsi, quæ apertissimis agunt Stoici. Idem *pro Roscio Amer.* Huc accedit, quòd paulò tamen occultior, atque tectior vestra ipsa cupiditas esset. Idem 2. *de Orator.* Ego mehercule, inquit, Antoni semper fui, qui de te oratore sic prædicarem, vnum te in dicendo videri tectissimum. Tectus item dicitur, qui est tacitus, de suis rebus nemini communicans, fallax, apertus. Cicer. Qui occultus & tectus dicitur, tantum abest vt se indicet, & perficiat, &c. ¶ Tectæ oues, eædem quæ à patria Tarentinæ, siue Græcæ dicebantur, quæ quòd mollissimam ferrent lanam, pellibus insutæ pascebantur, ne vellera aut conspurcarentur, aut dumis adhærescerent: qua de re vide Colum. *lib.* 7. *cap.* 6. Plin. *lib.* 8. *cap.* 47. Ouium summa genera duo, tectum & colonicum: illud mollius, hoc in pascuis delicatius.

Tēctē, aduerbium, Latenter, occultè ⋊ Apertè. {בסתר beséther. κρυφῆ. Gall. *Couuertement.* Ital. *Copertamente.* Germ. Vertuschenlich/verborgenlich. Hisp. *Cubiertamente.* Angl. *Secretlie.*} Cic. *Att. lib.* 1. Hic dies me valde Crasso adiunxit: & tamen ab illo apertè, tectè quicquid est datum, libenter accepi. Idem *Pato lib.* 9. Quod tu in epistola appellas suo nomine, illi tectiùs penem.

Tēctum, i, substantiuum, Summa pars domus, qua cætera teguntur. {גג ghâgh. ὄροφος, στέγαρον, στέγος, στέγη. Gall. *Toict, couuerture de maison.* Ital. *Tetto, coperto.* Germ. Ein tach. Hisp. *El tejado de casa.* Angl. *The roofe of an house.*} Ouid. 12. *Metam.*

Non secus hac resilit, quàm tecti à culmine grando.

Cic. *de clar. Orat.* Sed Atheniensium quoque plus interfuit, firma tecta in domiciliis habere, quàm Mineruæ signum ex ebore pulcherrimum: tamen ego me Phidiam esse mallem, quàm vel optimum fabrum tignarium. Quare non quantum quisque prosit, sed quanti quisque sit, ponderandum est. Quint. Tectum spectare. (in commentando sup.) alibi, lacunaria. ¶ Tectum item figuratè pro tota accipitur domo. οἴκημα. Cic. *ad Leptam lib.* 6. Eius Falernum mihi semper idoneum visum est diuersorio, si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. Virg. 1. *Æneid.*

Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris.

¶ Tectum, genus ouium, sic dictum quòd operimentis tegeretur. Plinius *lib.* 8. *cap.* 47. Ouium summa genera duo, tectum & colonicum: illud mollius, hoc in pascuo delicatius. Varr. *de re rustic. lib.* 2. *cap.* 2. Similiter faciendum in ouibus pellitis: quæ propter lanæ bonitatem, vt sunt Tarentinæ, & Atticæ, pellibus integuntur, ne lana inquinetur.

Tēctōrium, ij, Calx, siue crusta inducta parieti aut muro, qua tanquam pauimento lapides teguntur. {טוח tiách. κονίαμα. Gall. *Enduict, soit de plastre, de chaux ou sable.* Ital. *Coperta che si fa à muri di pietrucie, ò di calcina.* Germ. Verweissung oder vergipsung einer wand. Hisp. *Encaladura ò enyessadura.* Angl. *The plaistring, pargeting or rough casting of walles.*} Plin. *lib.* 36. Ideóque nulla tectoria eorum rimæ fœdauere. Cic. *ad Att. lib.* 1. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere: & putealia sigillata duo. Gell. *c.* 13 *lib.* 13. Tectorio prælitæ villæ. ¶ Iuuen. *Satyr.* 6. tectorium accipit pro fuco, quo mulieres faciem illinunt.

Tandem (inquit) *aperit vultum, & tectoria prima reponit.*

¶ Tectorium linguæ, pro sermone simulato. Pers. *Sat.* 5.

——pulsu dignoscere cautus
Quid solidum crepet, & picta tectoria lingua.

Tēctōrĭūs, a, um, adiectiuum. {στεγαστικός, κονιατικός, vel κονιαματικός. Gall. *Qui sert à enduire ou à couurir.* Ital. *Pertinente à imbiancare li muri.* Germ. Zu der verweissung oder vergipsung dienstlich. Hisp. *Pertenesciente à encaladar ò enyessar.* Angl. *That serueth for pargeting or couering.*} vt, Opus tectorium, quo parietes integuntur. κονία, κονίαμα. Columell. Sed ea tota maceries opere tectorio leuigatur ex vtraque parte, ne feles, aut vipera prorepat. Cic. *de Legib.* Neque id opere tectorio exornari, nec herbas has, quas vocant, licebit imponi. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Quasi ventus folia legiones difflauisti, aut periculum tectorium. (aliàs, paniculam tectoriam.)

Tēctŏr, is, qui opus tectorium parieti inducit. {κονιάτης. Gall. *Qui enduit & blanchit les parois & murailles.* Ital. *Chi imbianca li muri.* Germ. Ein maurenweisser / vergipser. Hisp. *Encalador ò enyessador.* Angl. *A pargeter or plaisterer.*} Varro 3. *de re rustic. cap.* 1. Non minus villa tua erit ad angulum Veleni, quam nec pictor, nec tector vidit vnquam, quàm in Rosea, quæ est polita opere tectorio eleganter, &c.

Tectoriŏlum,i, Paruum tectorium. γωνιαμάτιον. Cic. *ad Pætum lib.* 9. Bella tectoriola: dic ergo etiam pauimenta isto modo, non potes.

Tegmĕn,inis, quod & Tegimen,inis, & tegmentum,i, quod aliquid tegit. כסות *chesúth* כסוי *cesúi* מכסה *mi-cséh*. ἐπίβολή, σκέπασμα, κάλυμμα. Gall. *Conuerture, couuercle.* Ital. *Coprimento, coperta, coperchio.* Germ. Ein decke. Hisp. *Cobertura.* Angl. *A couering of any thing.* } Cicer. 5. *Tusc.* Mihi amictui Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra. Liu. 5. *ab Vrbe*, Magna strages facta est, multósque imperitos nandi, aut inualidos graues loricis, aliísque tegminibus hausêre gurgites. Virg. 1. *Eclog.*

Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi.

Lucr. *lib.* 1.

Nec res vlla geri sub cæli tegmine posset.

Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* Tegmenta dixit.

Tĕgĭmĕn,inis, idem. Ouid. 3. *Metam.*

——— tegimen direpta leoni Pellis erat.

Idem 1. *Metam.*

Desilit in terras, illuc tegiménque remouit.

Et Liu. *lib.* 4. *ab Vrb. & lib.* 6. *d.* 4.

Tĕgūmĕn,inis, idem. Liu. 1. *ab Vrb.* Et super tunicam æneum pectori tegumen, cælestiáque arma, quæ ancilia appellantur, ferre.

Tĕgūmentum,i, idem. Cicer. 2. *de natur. deor.* Palpebræque, quæ sunt tegumenta oculorum, mollissimæ tactu ne læderent aciem aptissimè factæ. Cæsar 2. *bell. Gall.* Vt non modò ad insignia accommodanda, sed etiam ad galeas induendas, scutísque tegumenta detrahenda tempus defuerit.

Tĕgŭlum,i, idem quod tegmen. σκέπασμα, τέγος. Plin. *lib.* 10. *cap.* 36. Tegula enim aquaticarum harundinum domos suas Septentrionales populi operiunt.

Tĕgillum,i, parum tegmen. { καλυμμάτιον. Gall. *Petite couuerture, & couuercle.* Ital. *Picciol coprimento, & coperchio.* Germ. Ein kleine decke. Hisp. *Pequeña cobertura.* Angl. *A litle couering.* } Varr. *in Sesqui-Vlysse*, Ob aquam è nubibus tortam, indicat fore vt tegillum pastor sibi sumat. ¶ Est & Tegillum cuculli vinculum è scirpo. Plaut. Tegillum mihi aret, id si vis, dabo. ¶ At Tegillum diminutiuum à tigno est.

Tĕgŭlă,æ, qua tecta sternuntur ad pluuiás, & alia arcenda, dicta est quod domos tegat. { κέραμος. Gall. *Tuille.* Ital. *Coppo, tegolo.* Germ. Ein ziegel. Hisp. *La teja de tejado.* Angl. *A tyle or sklaite.* } Ter. *in Eunuch.* Deum sese in hominem conuertisse, atque per alias tegulas venisse clanculum per impluuium, fucum factum mulieri. Plaut. *in Milit. sc.* 6. *a.* 2. Quòd meas confregisti imbrices & tegulas. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Tempestas venit, confregit tegulas & imbrices. Idem *Amph.* Hac tegula tuum diminuam caput. Cic. *ad Att. lib.* 9. De isto licet bene speres, promitto tibi, si valebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum. Cato *c.* 14. In tectum si numerabitur tegula integra quæ erit. ¶ Tegulæ autem quæ ad balneas adhibentur à laxitate dicuntur mammatæ. Colliciæ autem vocantur, teste Festo, quibus aqua, veluti quibusdam canalibus in vas aliquod, vel puteum deriuatur.

Tegularius, figulus, κεραμεύς, κεραμοποιός. Glossar. Cyr. qui tegulas facit.

‖Tegularius,a,um, Gloss. Isid. Tegellaria maleficia, eò quòd supra tegulas sacrificent. *Ibid.* Tegellaria venefica, leg. Tegularia v. Ergo adiectiuè est, quod supra tegulas fit: deinde subst. veneficus, à. Patulæ testæ, h.e. apertæ in lustrationibus ignem imponebant piatrices, siue simpulatrices & sagæ. Vide Virg. *in Ciri.*‖

Tĕgĕs,etis, straguli genus, quam & stoream appellant, ex vlua siue scirpo, aut sparto in lodicis similitudinem, quo viliores vtuntur. { φορμός, φορμίς. Gall. *Natte ou couuerture faite de ioncs, de genest, ou autres choses surquoy se couchoyent les pauures gens.* Ital. *Coperto di casa fatto di giunchi, ginestre, canne ò simili.* Germ. Ein schlechte gautern auß bintzen/ oder anderem groben zeug gemacht. Hisp. *Estera de esparta ò iuncos.* Angl. *A course blanket or couuerlett, a matte.* } Varr. *de re rust.* Sicque fiunt de cannabi lino, iunco, palmo, scirpo: vt funes, restes, tegetes. Iuuen. *Satyr.* 6.

Ausa Palatino tegetem præferre cubili.

Colum. *lib.* 5. *cap.* 3. Sub ortu caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat. Idem *lib.* 12. *cap.* 50. Cannæ tegetes, quibus oliua excipitur. Huiusmodi simile quiddam apud nos è straminibus concinnatur: vulgus *nattas* vocat.

Tĕgĕtĭcŭlă, æ, diminutiuum. { φορμίδιον. Gall. *Vne petite natte ou couuerture.* Ital. *Picciol tale coperto.* Germ. Ein kleine bintzen serge. Hisp. *Pequeña estera.* Angl. *A litle couerlett or matte.* } Varr. *de re rustic. cap.* 8. Sed pro columbaris in pariete mutulos, aut palos in ordinem, supra quos tegeticulæ cannabinæ sint impositæ. Idem *lib.* 2. *cap.* 11. Diligentiores tegeticulis subiectis, oues tondere solent ne flocci intereant.

‖Tegenarius, ψιαθοποιός. Gloss. qui tegetes facit.

Tegus, corium, quo latus animalis, vt porci tegitur: ipsum latus.‖

Tegyra, τέγυρα, Bœotiæ vrbs, in qua Apollinem natum volunt, qui inde Tegyreius cognominatur. Steph.

Teĭum, quod hîc pro Paphlagoniæ, seu Ponti vrbe legebatur: vide *Tium.* Pro Ionica autem Vrbe, Anacreontis Poëtæ patria, lege *Teos.*

Tēlă, æ, quod texendo conficitur. { קור *kur.* ἱστός. Gall. *Toile.* Ital. & Hisp. *Tela.* Germ. Ein wepp. Angl. *A webbe of cloth.* } Terent. *in Heaut.* Mulier telam deserit continuò. Virg. 5. *Æneid.*

——— Percurrere pectine telas.

Ouid. *Epist.* 1.

Lassaret viduas pendula tela manus.

¶ Telam exordiri prouerbialiter dictum, pro eo quod est technam aliquam incipere & aggredi. Plaut. *in Bacch.* Exorsa hæc tela non malè est omnino mihi. ¶ Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Neque exordiri primum vnde occipias habes, neque ad detexendam telam certos terminos. ¶ Tela iugalis apud Catonem *de R. R.* id est, iugo imposita in quo texatur, ad discrimen earum quæ acu pinguntur, texuntur radio, pectine, aut alio genere, absque iugo tamen. De iugali. Ouid. Tela iugo iuncta est.

Tĕlămōn, τελαμών, Rex Salamantis insulæ, Æaci filius, frater Pelei, & Pater Aiacis, qui ab eo Telamonius cognominatur. Ouid. 12. *Metam.*

Ne mandare mihi: melius Telamonius ibit.

Idem 13. *Metam.*

Dum modò quod fratres Telamon Peleúsque fuerunt, &c.

Ibidem, Telamone satus. Idem *lib.* 12. Telamone creatus. ¶ Telemoniades, nomen Patronymicum. Idem 13. *Metam.*

Nec Telemoniades etiam nunc hiscere quicquam Audet.

¶ Est & Telamon Vmbriæ portus. Plin. *lib.* 5. *c.* 5. Vel Hetruriæ, si Plutarcho credimus in Mario.

Tĕlămōnēs. In ædificiis dicebantur hominum simulacra, quæ gibbosa ferè figura effingebantur, vt columnas, vel mutulos dorso sustinere, & sub ipso pondere propemodum succumbere viderentur. ἀτλάντες, Græci Atlantas vocant, similitudine sumpta ab Atlante Mercurij auo: quòd quemadmodum ille cælum suis humeris, ita hi ædificium fulcire videantur. Vide de hoc plura in dictione *Atlas.*

Tĕlāndrŏs, τήλανδρος, Lyciæ oppidum est apud Plin. *lib.* 5. *c.* 27. Item insula in mari Lycio, cuius meminit idem Plin. *lib.* 5. *c.* 31.

Telane, es, τελάνη, vrbs antiquissima Phrygiæ, quam Ninus inhabitauit ante Ninum conditam. Autor Steph.

Tĕlchīnēs, τελχῖνες, filij Mineruæ & Solis: vel, vt alij malunt, Saturni & Aliopes, qui olim Rhodum insulam tenuerunt, vnde etiam Rhodus ipsa dicta est Telchinis. Hos quidam maleficos homines fuisse prodiderunt, aspectu solo omnia effascinantes. Quorum sententiam secutus est Ouid. *lib.* 7. *Metamorph.* sic scribens, Phœbeámque Rhodon, & Ialysios Telchinas, Quorum oculos ipsos mutantes omnia visu Iuppiter exosus fraternis subdidit vndis. Alij eosdem faciunt cum Curetibus & Dactylis Idæis, summósque artifices fuisse tradunt: veneficiorum autem infamiam ab illorum æmulis fuisse dispersam. Vide Strab. *lib.* 10.

Telchinis, Carpathij maris insula quæ notiore nomine dicitur Rhodos, ita dicta à Telchinibus qui olim eam insulam tenuerunt. Vide Strab. *lib.* 10.

Tĕlchĭŭs, τέλχιος, alter ex Castoris & Pollucis aurigis qui vnà cum Amphyto Dioscuriadem vrbem apud Colchos traditur condidisse, referente Plin. *lib.* 6. *cap.* 5.

Tĕlĕbŏæ, τηλεβόαι, Ætoliæ populi fuerunt latrocinio infamati. De quibus Aristot. *in Polit.* In Arcananum politeia, quandam Acarnaniæ partem Curetes habent: spectantem verò in occasum, plagam Leleges tenent reliquam inde Teleboæ. ¶ Alij dicunt fuisse Caprearum populos, quos Telon suo regebat imperio: quod & Seru. annotauit in illud 7. *Æneid.*

Nec tu carminibus nostris indictus abibis
Nebale, quem generasse Telon Sebetide nympha
Fertur, Teleboum Capreas quem regna teneret
Iam senior.

Tĕlĕbŏās, τηλεβόας, vnus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius. Ouidius *lib.* 2. *Metam.*

——— Orthonius quoque Veleboásque
Ense iacent nostro.

Tĕlĕgŏnŭs, τηλέγονος, filius fuit Vlyssis ex Circe, qui quum iam adoleuisset, videndi patris cupidus, in Ithacam nauigauit: quúmque à ministris paternis incognitus aditu prohiberetur, aliquot ex iis occidit. Ad quem tumultum excitus Vlysses quum & ipse iam senior suis opem ferret, à filio suo est occisus osse piscis cuiusdam qui à Græcis Xiphias dicitur. Quod vbi cognouit Telegonus, relicta Ithaca, in Italiam venit, vbi Tusculum condidit. Ouid.

Et iam Telegoni, iam mœnia Tiburis vrbis
Stabant agricolæ, quæ posuere manus.

Dictus est autem Telegonus quasi sero & in senectute genitus & vnicus, post quem genitum non est alium parere. Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

OEdipodas facito Telegonósque voces.

Tēlĕmăchŭs, τηλέμαχος, Vlyssis ex Penelope filius, quem ad Troiam proficiscens apud matrem reliquit: eundémque postea in vlciscendis procis habuit adiutorem. Ouid. *in Epist. Penelopes*,

Tres sumus imbelles numero sine viribus, vxor,
Laërtésque senex, Telemachúsque puer.

Tēlĕmŭs, τήλεμος, teste Homer. *in Odyss.* & Theocr. *in Bucolicis*, Eurymi filius, & inter Cyclopas vates egregius, qui Polyphemo prædixit quæcunque postea ab Vlysse passus est. Huius meminit Ouid. *lib.* 13. *Metamorph.*

Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit, luménque quod vnum
Fronte geris media, rapiet tibi dixit Vlysses.

Tēlĕphănēs, τηλεφάνης: ad regnum Lydorum Cumis ex oraculo accersitus, qui antea currus factitabat. Fuit & eius nominis tibicen, cuius meminit Demosth. *in oratione contra Mediam.*

‖Telephia, chironia, vlcera inueterata, incurabilia.‖

Telephium, herba, à Telepho viro dicta, ‖Semperuiuum agreste, & sedum tertium. Iun.‖

Tēlĕphŭs, τήλεφος, Mysorum rex fuit & Herculis filius ex Auge nympha: qui quum aui iussu in syluis expositus esset, à cerua dicitur aliquandiu educatus. Quæ res tantam futuræ claritatis opinionem de eo præbuit, vt mox à Mysiæ rege adoptatus & regni hæres institutus. Factus itaque Mysorum rex, quum Græcos ad Troianam expeditionem proficiscentes prohibere conaretur ne per Mysiam iter facerent, ab Achille vulneratus est. Cuius plagæ quum nullum satis efficax inueniretur remedium, oraculo responsum est fore vt eadem hasta, qua vulneratus erat, sanaretur. Reconciliatus itaque Achilli, ab eo impetrauit vt ex hastæ qua ictus erat, rubigine malagam conficeretur, & vulneri suo imponeretur: quo facto, statim sanitatem est consequutus. Quod expressit Ouid. 13. *Metam.* illo versu:

——— Ego Telephon hasta
Pugnantem domui, victum orantémque refeci.

Telephus alter Pergamensis Grammaticus, qui multis editis voluminibus quæcunque Grammaticum scire conuenit, pertractauit. Vide Suidam qui scripta eius nominatim enumerat.

Telesilla, mulier fuit poëtria nobilis, cui etiam apud Argos ante Veneris templum statua posita est, vt scribit Pausanias.

‖Telesphoria, publicanorum munus, & facultas exigendi tributa. Lazius.‖

Telĕsthō, ûs, τελεσθὼ, nomen nymphæ Oceani & Tethyos filiæ. Hesiodus *in Theogon.*

Μήτις τ' ἐῤῥωομένη τε, τελεσθὼ τε κιχρόπεπλός τε.

‖Teleta, ritus, quo quis initiatur. & initiatio ipsa.‖

Telethusa, vxor Lycti, mater Iphidis puellæ, quæ in puerum mutata fuit, Ouid. 9. *Metam.*

‖Teletarchia, principatus in condendis ceremoniis. Bud.

Teletarches, religionis & ceremoniarum institutor, ita Christus dictus. Idem.‖

Telicardios, gemma colore cordis existens, Persis maximè grata, quam & Muculam appellant. Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Teliformis, herba est palustris, caule arundineo, triangulari, folio teli instar formæ, flore albo, deciduo, in medio echinato.

TĔLĪNVM, vnguentum, τήλινον μύρον, Menandri poëtæ ætate summo erat in pretio. Constabat autem ex oleo recenti, cypero, calamo, meliloto, melle, melino, maro, amaraco & fœnogræco: à quorum postremo nomen accepit. Græci enim fœnogræcum τῆλιν appellant. Alij tamen à Telo insula in qua optimum conficiebatur, dictum putant. Vide Plin. *lib.* 13. *cap.* 1.

Telis, τῆλις, fœnum Græcum.

‖Teletus, perfectus, amabilis. Tertull.

Telia, pegma, quadratum, in quo farina venalis. Item circulus cribri. Tabula lusoria. Rh.‖

Telinus, a, um, ex teli factum: vt Telinum, sc. vnguentum.

Tellēn, τελλὴν, Tibicen & poëta ineptissimus, cuius meminit Diarchus Messenius apud Zenodotum. Hinc ortum est prouerbium, Cane Tellenis cantilenas, quod quidam dici putant de dicacibus seu mordacibus: quidam de ineptè loquaculis: sunt enim qui tradant hunc iocos quosdam versibus lepidissimis descripsisse, non sine multo sale scommatum. Hæc Erasm. *in Chiliad.*

Tellias, τελλίας, Herodot. *lib.* 8. Vates fuit Eleus, qui Phocensibus cum Thessalis bellum gerentibus rem huiusmodi commentus est, sexcentos viros è Phocensibus præstantissimos gypso tam ipsos quàm arma illinit, eósque sub noctem in Thessalos dimisit, dato præcepto vt quem cumque albicantem non cernerent, eum obtruncarent. Hos primum Thessalorum excubitores prodigium quoddam esse arbitrati, deinde ipsi exercitus adeò exhorruerunt, vt tribus millibus cæsorum atque scutorum Phocenses potiti sint.

‖Tellina, mytulus, piscis testaceus marinus. Iun.‖

Tellūs, uris, γῆ, χθὼν, Terræ dea est. Cicer. 3. *de natur. deor.* Iam si est Ceres à gerendo (ita enim dicebat) terra ipsa dea est, & ita habetur. Quæ est enim alia tellus nisi terra? Idem *Quinto Frat. lib.* 3. Reddita etiam mihi est peruetus epistola, sed serò allata, in qua de æde Telluris & de porticu Catulli me admones. ¶ Non rarò tamen tellurem pro ipsa accipimus terra, quemadmodum Cererem pro ipsis frugibus. Tibull. *lib.* 4.

Non ergo presso Tellus consurgit aratro.

Ouid. 13. *Metam.*

——Rubefactaque sanguine tellus, &c.

Plin. *lib.* 2. *c.* 5. Vitalem hunc spiritum & per cuncta rerum meabilem, totóque consertum: cuius vi suspensum cum quarto aquarum elemento, librari medio spatio tellurem. Virg. 1. *Æneid.*

——ac magno telluris amore

Egressi, optata potiuntur Troes arena.

Vbi Seruius Tellurem pro terra posuit, quum Tellurem deam dicamus, terram elementum: vt plerunque Vulcanum ponimus pro igne. ¶ Prima tellus, quæ prima è Chao extitit ante elementa omnia, etiam ante cælum, vt canit Hesiodus *in Theogon.* Virgil. *in Æneid.*

——prima & tellus & pronuba Iuno Dant signum.

& Georg. *lib.* 1.

——cui prima frementem

Fundit equum magno tellus percussa tridenti.

Horat. 2. *Serm.*

——tellus me prima tulisset.

Tēllūs, i, τέλλος, Atheniensis quidam fuit, genere nonadmodum claro, quo vita integerrimè acta, honestissimam pro patria, fusis iam hostibus, mortem occubuit, liberis omnibus superstitibus, publicóque funere in rogum illatus. Quamobrem non dubitauit Solon eum mortalium omnium felicissimum iudicare. Vide Plutarch. *in Solone*, & Herodot. *lib.* 1.

Tēlmēsūs, τελμησσὸς Ptolemæo, siue Telmissus, τελμισσὸς Straboni, Stephano & Suidæ, oppidum Lyciæ, vel (vt Ciceroni placet) Cariæ, Aruspicum disciplina in primis excellens: cuius meminit & Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Telo, nis, {GALL. *Vne grue ou cicoigne, instrument pour tirer l'eau d'vn puis.* ITAL. *La sino.* GERM. Ein sodstang. HISP. *Cigueñal.* ANGL. *A paile or bucket to cary water.*} A rusticis dicitur instrumentum longum ex ligno quo vtuntur ad aquam è puteis hauriendam. Hispani *Ciconiam* vocant, à similitudine rostri ciconiarum. Hæc Sipon.

Tĕlōnĭum, {τελώνιον. GALL. *Banque.* ITAL. *Banco.* GERM. Ein zolbanck/ zolstock/ zollstisch. HISP. *El aduana.* ANGL. *The custome house.*} Mensa publicanorum vbi vectigal exigitur: à Græco nomine τέλος, quòd inter cætera vectigal significat. Vnde τελῶναι, siue τελώνιαι dicuntur qui vectigal exigunt.

‖Telonum, siue Tolonum, *Tolon*, V. E. Tolonensis, regni Galliæ, sub A. Arelatensi.

Tĕlŏs, {קץ *sph.* τέλος. GALL. *Fin.* ITAL. *Fine.* GERM. Das end. HISP. *Fin, termino à cabo.* ANGL. *The end.*} Latinè finis, honor, legio, tributum, vectigal, pensio. Cicer. 3. *de fin.* Sentis enim credo me iam diu quod τέλος Græcus dicat, id dicere tum extremum, tum vltimum, tum summum: licebit etiam finem pro extremo aut vltimo dicere.

Telos, τῆλος, vulgò *Episcopi*, Insulæ nomen vnius ex Sporadibus, in qua conficiebatur præstantissimum vnguentum, quod ab ea Telinum dicebatur. Plin. *lib.* 4. *c.* 12. Telos vnguento nobilis, à Callimacho Agathusa appellata.

Telphussa, τέλφουσα. Vrbs in Arcadia à Telphussa, Ladonis filia nomen habens. ¶ Est & Telphussa, siue (vt alij malunt) Tilphossa, fons Bœotiæ gelidissimus, quem quum Tiresias iam senex potasset, statim extinctus est, calore nimirum interno tanta frigoris vi oppresso.

TĔLVM, i, dicitur omne quod manu iaci potest: quo nomine lapis, lignum, plumbum, & ferrum continetur, iaculum, hastile. {חץ *chets.* βέλος, τόξευμα. GALL. *Vn trait, d'ard, flesche.* ITAL. *Arma, dardo, sasso, pietra, lanza, bastone.* GERM. Geschoß/ ein jetlichs gewehr das man wirfft oder scheußt/ als pfeil/ spieß/ HISP. *El tiro, aquello que se tira, toda arma que se puede arrojar, como dardo ò lança, piedra, bazcona, ò aleuosa, ò saeta.* ANG. *A dart, an arrow, or allweapon throwen with the hand.*} Dictum ab eo quòd in longinquum mittatur. Nam apud Græcos τῆλε siue τηλοῦ longè significat. Festus, Tela propriè dici videntur ea quæ missilia sunt, ex Græco videlicet translato eo nomine: quia illi τηλόθεν missa dicunt quæ nos eminus: sicut arma ea quæ ab humeris dependentia retinentur manibus. Ouid. 8. *Metam.*

Ex humero pendens resonabat eburnea læuo:

Telorum custos arcum quoque læua tenebat.

Virg. 10. *Æneid.*

At puer Ascanius muro, fossisque tenetur

Tela inter media, atque horrentes

Marte Latinos.

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Molle, cupidineis nec inexpugnabile telis

Cor mihi.

Idem 13. *Metam.*

Nec valuere manus infixum educere telum.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Quódque mihi telum vulnera fecit amo.

¶ Non rarò tamen tela pro quibuslibet armis accipimus, etiam iis, quibus cominus aut salutem tuemur, aut alium oppugnamus. Cicer. *in Catone*, Qui ex ædibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret. Idem 6. *Verr.* Edictum ne quis cum telo seruus esset. ¶ Intendere telum in iugulum nocentis, est caput alicuius per accusationem petere. Plin. *Epist.* 9. *lib.* 3. Si quam haberem in dicendo facultatem, in iugulum nocentis quasi telum aliquod intenderem. Tela ad manum subministrare, apud Quint. Metaphoricè dicitur. Telum reuellere. Cic. *in Pison.* In me de corpore Reipub. tuorum scelerum tela reuellentem. ¶ Telum translatè de Solis radiis, quia vt telum eiaculantur.

Non radij Solis, non lucida tela diei.

Sic spiculum Solis dicitur. Prudentius,

Caligo terræ scinditur percussa Solis spiculo.

¶ Telum, i. lateris dolor & punctio, vel πλευρίτις. Isidor. *Etym. lib.* 4. *c.* 6. Telum lateris dolor est. Dictum autem ita à Medicis, quòd dolore corpus transuerberet quasi gladius. Samonibus Serenus *cap. de iecoris & lateris vitijs*, Est & vis morbi, quod telum commemoratur, cùm subitò dolor insanus furit incitus ictu.

Tēlĭfĕr, adiect. {βελοφόρος, τοξοφόρος. GALL. *Qui porte dards ou flesches.* ITAL. *Chi porta dardi ò saette.* GERM. Das geschoß oder pfeil tregt. HISP. *El que trae tiros ò dardos.* ANGL. *That beareth dartes or arrowes.*} vt, puer telifer, apud Senec. *Hercule OEteo.*

Telus, Sibaritarum tyrannus, teste Herodot. *lib.* 5.

Tembrius, fluuius iuxta Pontum, teste Orpheo *in Argon.*

Temenites, vel, vt alij legunt, Temenites Apollo. Sueton. *in Tib. cap.* 74. Supremo natali suo Apollinem Temenitem & amplitudinis & artis eximiæ aduectum Syracusis, &c.

TĔMĔRĀRĬVS, dicitur qui facilè & nullo consilio adhibito, & nulla causa facit aliquid. {זד *zedh.* ἄβουλος, ἀπερίσκεπτος, παράβολος, θρασύς. GALL. *Temeraire, inconsideré, indiscret, mal-aduisé.* ITAL. *Temerario, inconsiderato.* GERM. Der schnel auff ein ding felt vnd es glaubt, vnbesindt oder fräuell. HISP. *Osado ò sin razon, desatinado.* ANGL. *Rashe, vnaduised, harebrayne.*} Ouid. *Epist.* 6.

——vtinam temeraria dicat,

Criminibus falsis insimulasse virum.

Hinc temerarium aliquid esse, aut non temerarium dicimus, quod nulla caussa aut caussa aliqua factum est. Plaut. *in Asin.* Sed quid hoc quòd picus vlmum tundit? haud temerarium est. Certè herclè, ego quantum ex augurio auspicij intelligo, Aut mihi in mundo sunt virgæ, aut atriensi Sauriæ. Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Non temerarium est, vbi diues blandè appellat pauperem. Plin. *lib.* 17. *cap.* 21. Temerarium est ante crassitudinem pollicatem viti imperare. Liu. 5. *bell. Pun.* Ad consilium prima specie temerarium magis quàm audax, animum adiecit. Ouid. 8. *Metam.*

——licet eminus esse

Fortibus: Antæo nocuit temeraria virtus.

Tĕmĕrĭtās, & Temeritudo, Imprudentia, casus, fortuna. {זדון *zadhon.* προπέτεια, ἀβουλία. GALL. *Temerité & folie, indiscretion, legereté.* ITAL. *Inconsideratione, leggierezza.* GERM. Vnbesinnte/ gächheit/ geilheit/ fräuelheit. HISP. *Osadia, loca presuncion.* ANGL. *Rashnesse, vnaduisednesse.*} Pacuu. Egon' tyranni non noui temeritudinem? Cicer. *pro M. Marc.* Nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur. Idem 2. *Offic.* Temeritate enim remota gratissima est liberalitas. Velleius, Vnius temeritas facti abstulit Bruto omnes virtutes.

Tĕmĕrē, aduerb. Inconsideratè, inconsultè. {εἰκῆ, ἀπερισκέπτως, προπετῶς. GALL. *Legerement, à la volée, sans iugement ny consideration.* ITAL. *Inconsideratamente, stoltamente, senza ragione.* GERM. Vnuorbedächtlich/ verwegenlich. HISP. *Osadamente, sin consejo y sin razon.* ANGL. *Rashly, without aduisement.*} Terent. *in Hecyra*, Vide ne quid temerè agas. Idem *in Phorm.*—quàm sæpe fortè temerè Eueniunt, quæ non audeas optare. Virg. 9. *Æneid.*

——temerè

Temerè inter tela iacentes.

Cic. *de Inuent.* Domus ea quæ ratione regitur, omnibus instructior est rebus & apparatior, quàm ea quæ temere & nullo consilio administratur. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

———Ducantur in naualia puppes:
Ne temerè in medijs dissoluantur aquis.

(i. ne culpa & negligentia nostra, vel malo & damno nostro.) ¶ Quidam etiam vsurpant pro ferè. ῥᾳδίως. Liu. Non temerè incerta casum reputat, quem fortuna nunquam decepit. Quint. *lib.* 4. *Institut. cap.* 4. Illud ingeniorum velut præcox genus, non temerè vnquam peruenit ad frugem. eodem sensu videtur loquutus Sueton. *in August. cap.* 16. Nec temerè plura aut maiora pericula vllo alio bello adiit. Alius quidam vir doctus, aliàs exposuit. ¶ Nonnunquam sine causa: vt, Temerè non est, pro non abs re. ἀλόγως. Terent. *in Phorm.* Non pol temerè est, quòd tu tam times. Cic. *ad Figulum lib.* 4. Non scribo hoc temere. Ad Heren. *lib.* 2. Non temerè fama nasci solet. Idem *de natur. deor.* Idque euenit non temerè, nec casu. Plaut. *Aulul. sc.* 3. *a.* 4. Non temerè est quòd coruus mihi cantet ab læua. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Istam temerè haud tollas fabulam. ¶ Temerè aliquando idem quod facilè aut sine periculo. Idem *in Bacchid.* Rapidus fluuius est, non hâc temerè transiri potest. Sic & Sueton. *in August. cap.* 45. Sed & cateruarios oppidanos inter angustias virorum pugnantes temerè ac sine arte (sup. spectauit studiosissimè.)

Temeriter, aliud aduerbium, Temerè. Accius *Amph.* Hoc in re est, quòd tu tam temeriter meam beneuolentiam interiisse es ratus.

Tĕmĕro, as, Scelero, corrumpo, contamino. {טמא timmé חנף tinnéph. κηλιδόω, βεβηλόω. GALL. *Violer & gaster, souiller & maculer.* ITAL. *Macchiare, contaminare.* GERM. Schenden / verwüsten. HISP. *Violar, macular, corrumper.* ANGL. *To defile or violare.*} Ouid. 15. *Metam.*

Parcite mortales dapibus temerare nefandis Corpora.

Idem 7. *Metam.*

———atque suis fluuios temerasse venenis.

Idem 1. *de Arte.*

At non Actorides lectum temerauit Achillis.

¶ Temerare pro violare, stuprare. {ענה ʿinnáh.} Tacit. *lib.* 10. Eandem Iuliam in matrimonio M. Agrippæ temerauerat. Ouidius 6. *Fastor.*

Nullaque dicetur, vittas temerare sacerdos.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Non satis incestis temerari vocibus aures.

Tĕmĕrātŭs, a, um, particip. {נטמאה nitmáh. βεβηλωθείς. GALL. *Violé & gasté, souillé, maculé.* ITAL. *Macchiato, contaminato.* GERM. Geschendet. HISP. *Violado, maculado, corrumpido.* ANGL. *Violated, broken.*} Ouidius *Epist.* 16. Ausus es hospitij temeritatis aduena sacris Legitimam nuptæ solicitare fidem? Liu. 6. *bell. Pun.* Sepulchra maiorum vulsa, temerata ac violata. Hinc Intemeratus, integer, incorruptus, inuiolatus. {תמים tamim. ἀμίαντος.} de quo suo loco.

Tĕmĕrātŏr, verb. {βεβηλωτής. GALL. *Faussaire.* ITAL. *Falsatore.* GERM. Ein felscher. HISP. *Falsario.* ANGL. *He that violateth or breaketh, a forger of writinges.*} Pro falsario, *in l. si quis obrepserit, ad l. Corn. de fals.*

Tĕmĕsă, æ, vel Temese, es, Τεμέση Steph. Vrbs est in agro Brutio, ab Ausoniis condita, olim ærifodina nobilis: quæ deinde mutato nomine Templa vocata est. Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Templa, inquit, à Græcis Temesa dicta. Ouid. 15. *Metam.*

Turinósque sinus, Temesénque & Iapygis arua.

Tĕmĕsæŭs, a, um, adiectiuum, τεμεσαῖος. vt, Æs Temesæum. Ouid. 7. *Metamorph.*

———quamuis Temesæa labores
Æra tibi minuant.

Et Temesæus genius: de quo vide Erasm. *in Adag.*

Tĕmētum, i, prisca lingua significat vinum, vnde abstemius, quasi abstinens temeto, i. vino. Gell. *cap.* 23. *lib.* 10. Temetum autem ita dictum volunt Grammatici, quòd tentet, hoc est, labefactet mentem. {יין jája. μέθυ. GALL. *Du vin, ce qui enyure.* ITAL. & HISP. *Vino.* GERM. Wein. ANGL. *Wyne.*} Plaut. *in Aulul.* Cererine Strobile has facturi nuptias? STR. Qui? STA. quia temeti nihil allatum intelligo. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. penè inquinaui pallium temeto. Liu. 10. *ab Vrbe*, Vouerat Ioui victori, si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi prius quàm temetum biberet sese facturum. Hor. 2. *Epist.* 2. penultimam dictionis huius syllabam producit, quum apud Iuuen. corripiatur, Te (inquit) dominum sentit: das nummos, accipis vuas, Pullos, oua: cadum temeti: nempe modo isto Paulatim mercaris agrum. ¶ Temeto carere, i. vinum non bibere. Cicer. carent temeto omnes mulieres. Plaut. siue subbibit, siue caret temeto.

Tĕmŭlĕntŭs, a, um, Violentus, ebrius. {שכור schichór. οἰνόφλυξ. GALL. *Yure.* ITAL. *Imbriacco.* GERM. Truncken / voll wein. HISP. *Embriago.* ANGL. *Drunken.*} Terent. *in Eunuch.* Temulenta es. P. vtinam sic sint qui mihi malè volunt. ✠ Abstemius, sobrius, quasi sine temeto. Quint. Temulento sapore profligatus.

Tĕmŭlĕntĭă, æ, Ebrietas. {שכרון schicharón. οἰνοφλυγία. GALL. *Yurongnerie.* ITAL. *Imbriachezza.* GERM. Trunckenheit / weinvölle. HISP. *Embriaguez.* ANGL. *Drunkennesse.*} Plin. *lib.* 14. *c.* 2. Siquidem temulentiam sola non facit. Idem *lib.* 14. Cato ideo propinquos fœminis osculum dare iussit, vt scirent an temetum olerent, hoc tum vino nomen erat. Vnde & Temulentia appellata.

Tĕmŭlĕntĕr, aduerbium. {μεμεθυσμένως, μεθύων, μεθύοντι δίκην. GALL. *En yurongne, comme vn yurongne.* ITAL. *A foggia d'imbriacco.* GERM. In ein ner vollen weiß. HISP. *Embriagadamente.* ANGL. *Lik adrunkard or dronken somelie.*} Col. *lib.* 8. *c.* 8. Iam nunc Gangeticas & Ægyptias aues temulenter eructant.

‖ Temixtitan, vrbs ampla Nouæ Hispaniæ in Indiâ Occidentali: cuius vrbis Episcopus, ex Ordine S. Francisci, insignem Epistolam ann. 1531. scripsit de conuersione Indorum cum Chronico Armandi Zirizæi ann. 1534. Antuerpiæ publicatam. ‖

TĔMNO, is, tempsi, temptum, Sperno: à τέμνω, quod incido, reseccóque significat: quoniam quæ spernimus, amputare & resecare consueuimus {בזה bazáh. καταφρονέω. GALL. *Mespriser.* ITAL. *Sprezzare.* GERM. Verachten. HISP. *Menospreciar.* ANGL. *To disprise, or dispraise.*} Virg. 6. *Æneid.*

Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.

Idem 1. *Æneid.*

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma.

Horat. 8. *Serm. Satyr.* 2.

Ieiunus stomachus rarò vulgaria temnit.

¶ Hinc contemno, compositum: de quo suo loco.

Temptor, is, verbale pro contemptore: vt apud Senec. *in Agamemnon.* Solus est emptor leuium deorum.

Tĕmnŏs, Τῆμνος Stephano & Straboni, vrbs est Æolidis, Hermogenis Rhetoris patria. Cicer. *pro Flacco*, Temni vsque ad illam ætatem in Senatum venire non potuit: & qui se artem dicendi traditurum etiam cæteris pollicebatur, ipse omnibus indiciis turpissimis conuictus est.

Tēmnītēs Τημνίτης, Gentile, Cic. *pro Flacco*, Heraclides ille Temnites homo ineptus & loquax.

Tēmo, nis, Lignum in curru, inter equos intermedium, continens iugum in curru vel plaustro. {ῥυμός. GALL. *Le timon ou limon d'vn chariot ou charrette.* ITAL. *Temone di carro à carretta.* GERM. Der deichsel an einem wagen / das lang holtz zwischen den rossen an welchem die joch sind gebunden. HISP. *Timon del arado ò pertigo.* ANGL. *The plough beame or of a wayne.*} Temo dictus à tenendo, vt inquit Varr. *lib.* 6. *de L. L.* quòd iugum & plaustrum contineat. Ouid. 2. *Metam.*

Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ
Curuatura rotæ.

Liu. 7. *bell. Maced.* Cuspides circa temonem ab iugo decem cubita extantes, velut cornua habebant, quibus quicquid obuium daretur, transfigerent. ¶ Temonem pro stipite Columella posuit, siue lignis transuersariis & longuriis, *lib.* 16. *cap.* 18. Huic solo septenûm pedum stipites recti ab vtroque latere quaterni applicantur. Ij autem in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnésque transuexis sex temonibus quasi vacerræ inter se ligantur. Budæus.

Tēmpē, τέμπη, neutro genere, & numero plurali. Propriè Thessaliæ loca, quinque millia passuum longitudine, & fermè sex latitudine, Peneo amne irrigua, cuius ripæ gramine viridi, amœnissimísque vestiuntur arboribus. Ouid. 1. *Metam.*

Est nemus Æmoniæ, prærupta quod vndique claudit
Sylua, vocant tempe, per quæ Peneus ab imo
Effusus Pindo, spumosis voluitur vndis.

¶ Sunt & Tempe in Bœotia; quæ Teumesia dicuntur, à Teumesso monte Bœotiæ, ab Ouidio Cygneia dicta. ¶ Sunt & alia in Sicilia, & nomine amnis Heloria. ¶ Denique quælibet loca amœna, nemora præsertim atque aquas habentia, Tempe vocamus καταχρηστικῶς. Virg. 2. *Georg.*

Spelunca, viuique lacus, ac frigida Tempe.

&, vt notat Lambin. Nemora omnia ita vocantur.

Temperi, pro tempori, vide *Tempori*, infrà.

TĔMPĔRO, as, Rem suo ordine ac mensura administro, moderor, temperationem facio, misceo. {מסך masách נהג nihégh. συγκεράω, ἁρμόζω, κεράννυμι. GALL. *Bien temperer, estre posé & rassis.* ITAL. *Temperare.* GERM. Messigen / ordenlich anrichten. HISP. *Templar.* ANGL. *To temper or moderar, to forbeare, absteane or refraine.*} Cic. 1. *Tusc.* Rempubl. verò nostri maiores, certè melioribus temperauerunt & institutis & legibus. Tibull. *lib.* 4.

Quas similes (zonas sup.) *vtrinque tenens vicinia cœli*
Temperat.

Ouid. 4. *Fast.*

———Illa quidem dignissima temperat orbem.

Gell. *cap.* 9. *lib.* 4. Temperandum est rem ordiri nouam. Velleius, Ne ab huius quidem vsura gloriæ temperauit animum. Pompeius. ¶ Sic dicimus temperare vinum aqua, temperare iram sedato animo, temperare ferrum flammis & ictibus. Temperamus item stylum, calamum & huiusmodi, id est, concinnamus. ¶ Vnguentum temperare, vulgus pharmacopolarum dicit Dispensare. Plin. *lib.* 13. *cap.* 2. Ergo regale vnguentum appellatum, quoniam Parthorum regibus ita temperatur: constat myrobalano, costo, amomo, &c. Vectigalia temperare, Minuere. Idem *in Paneg.* Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse, donatiuum reddidisse, congiarium obtulisse, delatores abegisse, vectigalia temperasse, interrogandus videris, &c. ¶ Temperare datiuo iunctum significat abstinere. {התאפק hitheappék.} vt temperare alicui, pro abstinere ab iniuria inferenda. Cic. 3. *Verr.* Te putet quisquam quum ab Italia freto disiunctus esses, sociis temperasse, qui ædem Castoris testem furtorum tuorum esse volueris? Sibi temperare. Idem *pro Flacco*, Vt qui antedictum testimonium sibi temperauit, quum tamen aliquid, &c. Liu. *lib.* 1. *d.* 3. Temperare oculis. Sueton. *in Calig. cap.* 54. Temperare publicis spectaculis. Temperare animis. Liu. *lib.* 5. *ab vrb.* Manibus, *ibidem.* ¶ Temperare quin, Sueton. *in Cæs. cap.* 22. Quo gaudio elatus non temperauit quin paucos post dies frequenti curia iactaret, inuitis & gementibus aduersariis adeptum se quæ concupisset. ¶ Temperare vino, temperare ab iniuria, temperare in mare, & multa alia, i. abstinere. ¶ Temperatum est, impersonale pro abstinuerunt. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe condita*, Vnáque hora quadringentorum annorum opus, quibus Alba steterat, excidio ac ruinis dedit, templis tamen deûm temperatum est. ¶ Huius composita sunt, Attempero, & Obtempero: de quibus suis locis.

‖ Temperacula ferri, dixit Apuleius *Florid. lib.* 1. de ferri temperatura. ‖

Tēmpĕrāns, antis, Moderatus, continens, in omni libidine temperatus. {מתאפק mitheappék. σώφρων. GALL. *Bien temperé, posé & rassis, maistre de ses affections.* ITAL. *Rimesso, moderato, chi modera suoi affetti.* GERM. Mässig. HISP. *El que tiene templança.* ANGL. *Moderat, temperat, maister of his affections.*} Cic. *pro Font.* Vir frugi, & in omnibus vitæ partibus moderatus, ac temperans, plenus pudoris, plenus officij, plenus religionis. Idem *in Paradoxis*, An temperantem dices qui in aliqua libidine se continuerit, in alia se effuderit?

Tĕmpĕrāntĕr, aduerb. Temperatè, moderatè. {σωφρόνως, μετρίως. GALL. *Moderéement, attrempéement, poséement.* ITAL. *Temperatamente.* GERM. Mässigklich. HISP. *Templadamente.* ANGL. *Temperatlie, or with measure.*} Cicer. *ad Attic. lib. 9.* Nam quod ais, si hic temperantiùs egerit, consideratiùs te consilium daturum. ¶ Temperanter haberi. Tacit. *lib. 4.* Vel quum patres pollerent poscenda vulgi natura, & quibus modis temperanter habetur.

Tĕmpĕrāntĭă, æ, Modestia, moderatio, frugalitas, & vt Cicer. *lib. 2. de Inuent.* ait, Est rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi, firma & moderata dominatio. {σωφροσύνη. GALL. *Temperance, attrempance.* ITAL. *Temperantia, modestia, continenza.* GERM. Mässigkeit. HISP. *Templança.* ANGL. *Temperance.*} Huius partes sunt continentia, clementia, modestia, Temperantia (inquit Seneca) voluptatibus imperat: alias odit atque abigit, alias dispensat, & ad sanum modum redigit. Cicer. *ad Lentul. lib. 1. Epist.* Noui enim temperantiam & moderationem naturæ tuæ. Idem 5. *Tuscul.* Temperantia est moderatrix omnium commotionum. Idem 5. *de finibus*, Temperantia in prætermittendis voluptatibus cernitur. Plin. *lib. 28. cap. 5.* Multò vtilissima est temperantia in cibis.

Tĕmpĕrātŭs, participium, siue nomen ex participio, Moderatus, mediocris, modestus. {μέτριος. GALL. *Temperé.* ITAL. *Temperato.* GERM. Mässig/gemässiget. HISP. *Templado.* ANGL. *Temperat, modest.*} Plin. *lib. 11. cap. 37.* Lux temperato repercussu non obstrepat. Cicer. 1. *de diuinat.* Si modò temperatrix escis, modicísque potationibus est affectus. Hor. 2. *Carm. Od. 3.*

Æquam memento rebus in arduis
Seruare mentem: non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Lætitia moriture Deli.

Velleius, Omnia pretio temperata, vendente Remp. Consule. Cic. *ad Att. lib. 4.* Hominem in summa magnitudine animi, multa humanitate temperatum, perdidimus. Idem *ad Cornific. lib. 12.* Est autem ita temperatis moderatísque moribus, vt summa seueritas summa cum humanitate iungatur. Idem *pro Fonteio*, Ille igitur ipse homo sanctissimus & temperatissimus multa audiuit in sua causa quæ ad suspicionem stuprorum, ac libidinem pertinerent. ¶ Temperata manu, i. moderata. Cels. *lib. 7. cap. 7.* circuncidi debet hic quoque diligenter temperata manu, ne quid ex ipso abscindatur. infrà dixit, magna cum moderatione. ¶ Temperatior oratio. Cic. 2. *de Orat.* Neque est vlla temperatior oratio, quàm illa in qua asperitas contentionis, orationis ipsius humanitate conditur.

Tĕmpĕrātè, aduerb. Moderatè, mediocriter, & quodam cum temperamento. {μετρίως. GALL. *Tempereement, modereement, mediocrement.* ITAL. *Temperatamente, moderatamente.* GERM. Mässigklich. HISP. *Templadamente.* ANGL. *Temperatlie, and with a certaine moderation.*} Cato *c. 69.* Vbi temperatè tepebit, tum cuminum indito, postea linito. de dolio loquitur. Cic. *ad Att. lib. 12.* Ages, vt scribis, temperatè.

Tĕmpĕrātĭo, nis, Temperamentum, modestia, moderatio. {מזג *mézegh.* κρᾶσις. GALL. *Attrempement.* ITAL. *Temperatione.* GERM. Mässigung. HISP. *Templança.* ANGL. *Temperance, modestie.*} Cicer. 4. *Tusc.* Corporis temperatio, quum ea congruunt inter se, quibus constamus. Idem 1. *Tusc.* Nec sic quicquam, nisi corpus vnum & simplex, ita figuratum, vt temperatione naturæ vigeat, & sentiat. ¶ Temperatio æris, id est, mistura. σύμμιξις. Idem 6. *Verr.* Tu videlicet solus vasis Corinthiis delectaris? tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta solertissimè perspicis? ¶ Aliquando idem valet quod moderatio, siue gubernatio. Idem 2. *de diuin.* Hoc temperatio lunæ, cælique moderatio efficit. Idem *de somn. Scip.* Sol mens mundi & temperatio.

Tĕmpĕrātŏr, is, verbale, Moderator, gubernator. {מנהג *menahégh* רעה *rohéh.* ἁρμοστής. GALL. *Qui tempere & mixtionne.* ITAL. *Temperatore.* GERM. Mässiger. HISP. *Templador.* ANGL. *He that tempereth or moderateth.*} Mart. *lib. 1.*

———*sed inquieto*
Armorum fato temperator ambit.

Cic. *in Orat.* Et quasi temperator huius tripartitæ varietatis.

Tĕmpĕrāmentum, i, Moderatio, modus, mediocritas, ratio. {מזג *mézegh.* μετριότης. GALL. *Tempereement.* ITAL. *Temperamento.* GERM. Ein maß oder massung. HISP. *Templança.* ANGL. *A temperance, a moderation.*} Cic. 3. *de Leg.* Inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus se æquari putarint. Plin. Tali adhibito temperamento, vt nec laxet nimis, nec arctum esse patiatur. Senec. *c. vlt. de tranq.* Temperamentum laboribus interponere. ¶ Temperamentum linguæ, id est, linguæ continentia. Liu. 8. *bell. Pun.* Et si nulla alia re, modestia certè & temperamento linguæ adolescens senem vicero. ¶ A Medicis temperamentum appellatur proportio quatuor primarum qualitatum in corpore misto: eiúsque nouem constituunt differentias. κρᾶσις. Nam aut æqualis est omnium qualitatum proportio, eáque constituit iustum legitimúmque temperamentum, quod est veluti canon & norma reliquorum. Aut inæqualis: idque rursus duobus modis. Nam aut vnica est qualitas reliquis excellens, tribus se moderatè habentibus: indéque emergunt quatuor simplicia temperamenta, aut ad summum duæ reliquis præualent duabus: vnde rursus oriuntur quatuor alia temperamenti genera, quæ composita dicuntur.

Temperacula, æ, Tĕmpĕrātūră, Temperamentum, id est, proportio partium simplicium, quæ constituunt corpus mistum. {מזג *mézegh.* κρᾶσις. GALL. *Attrempance.* ITAL. *Temperatura.* GERM. Vermischung. HISP. *Templança.* ANG. *A mingling or tempering of thinges together.*} vt quum quempiam calidæ, frigidæ, humidæ, aut siccæ temperaturæ esse dicimus. ¶ Nonnunquam accipitur pro ipsa mistura: vt quum æris temperaturam statuariam, formalem vel tabularem dicimus. Plinius *lib. 34. cap. 9.* Sequénsque æris temperatura statuaria est, eadémque tabularis, hoc modo: Massa proflatur in primis: mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei. Et *paulò pòst*, Appellatur etiam nunc formalis temperatura æris tenerrimi, quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarij vigesima. Temperatura ferri. Plinius, Ferrum à rubigine vindicatur cerussa & gypso, & liquida pice. Hæc est temperatura à Græcis antipathia dicta. ¶ Temperatura cæli idem quod temperies. Varr. Quæro vtrum adduxerit cæli temperatura, an terræ bonitas.

Tĕmpĕrĭēs, ei, Temperamentum seu status cæli. {εὐκρασία. GALL. *Attrempance.* ITAL. *Temperanza.* GERM. Rächtmässigkeit. HISP. *Templança.* ANGL. *Temperatenesse in colde and heate.*} Plin. iun. In quo saluberrima est aëris temperies. Ouid. 2. *de Pont. Eleg. 7.*

Temperie cæli corpúsque animúsque iuuatur.

Plin. *Epist. 101.* Atque adeò vt omnem pro me metum ponas, accipe temperiem cæli, religionis situm, villæ amœnitatem. ¶ Quandoque temperies accipitur pro temperantia. Stat. *lib. 2. Sylu.*

———*tranquilláque morum*
Temperies teneróque animus maturior æuo.

¶ Quandoque pro temporis commoditate ad aliquid agendum εὐκαιρία. Plin. Sic iudicatur anni temperies alibi tardiùs, alibi maturiùs.

Tĕmpēstās, & Tempestiuus, vide *Tempus*.

Tĕmplum, i, propriè locus vel in cælo notatus ab augure, vel in terra: à tuendo, id est, conspiciendo dictum, quòd ex omni parte, vel quòd ex eo omnis pars aspici possit, vt ait Donatus. Primò autem cælum ipsum dictum est templum, quia ipsum primò tuemur. Ennius, Contremuit templum magnum Iouis altitonantis. Eius partes quatuor esse dicuntur, sinistra ab Oriente, dextra ab Occasu, antica ad meridiem, postica ad Septentrionem. ¶ In terris autem dictum est templum, quilibet locus inauguratus, propriè tamen vnde quis tueri quancunque cæli partem commodè posset. {היכל *hechál.* ναός, νεώς, ἱερὸν, ἀνάκτορον. GALL. *Temple.* ITAL. *Tempio, chiesa.* GERM. Ein tempel/kirch. HISP. *Templo.* ANGL. *A temple, or churche.*} Hinc contemplo, siue contemplor, pro diligenter intueor. Itaque cùm locus in quo Senatus haberi solebat, inauguratus esset, templum ab autoribus appellatur. Cic. *pro domo sua*, Curia est sedes ac templum publici consilij. Idem *pro Milone*, Curia est templum sanctitatis. Inde etiam Liu *lib. 1. dec. 1.* Auentinum & Palatinum montes à Remo & Romulo occupatos augurij gratia, *Templa* nominat. ¶ Templa, quæ propriè dicantur, docet Gell. *lib. 14. c. 7.* Item, Non omnes ædes sacras, templa esse. Vide apud eundem *ibid.* ¶ Templum ædes sacræ. Cic. 6. *Verr.* Herculis templum est, apud Agrigentinos non longè à foro, sanè sanctum apud illos, & religiosum. Virg. 6. *Æneid.*

———*Teucros vocat alta in templa sacerdos.*

Ouid. 1. *de Arte*,

Nec fuge Niligenæ Memphitica templa iuuencæ.

Ibidem,

———*Facto de marmore templo.*

Velleius, Inscriptio templi & fixa posti tabula id testatur. Plaut. *Mil. sc. 5. a. 2.* In locis Neptunis locísque turbulentis. ¶ Pro loco plano, nisi codex errat, poni videtur à Liuio *lib. 5. bell. Pun.* cùm ait, Capta itaque momento temporis velut in templo sita non permunita castra. ¶ Templa linguæ, id est, partes, loca, apud Lucret. *lib. 4.* ¶ Mentis templa, apud eundem *lib. 5.* pro interioris animi secretis. ¶ Item templum vocatur tignum, quod in sacro ædificio transuersum supra canterios ponitur, vt inquit Festus. Vitruu. *lib. 5.* Et canterij prominentes ad extremam suggrundationem, supra canterioris templa. ¶ Item sepulchrum dicitur templum. Virg. 2. *Æneid.*

Præterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui.

Hæc Sipontinus ex Varrone *de lingua Latina*, Festo & Nonio. ¶ A templum fit aduerbium Extemplò: de quo suprà suo loco. Quid autem templum, sacellum, delubrum, fanum, & lucus differant, vide suprà in *Fanum*.

Tĕmplă in Occidentem spectare, antiqui architecti rectè scripserunt, postea placuit omnem regionem eò conuertere ex qua parte cæli terra illuminatur. Ideò in Orientem ædes sacræ spectant. Ex Hygino *de limitibus constituendis.*

Tĕmpŏrālĭs, vide *Tempus*.

Tĕmpsă, fuit ciuitas Brutiorum, alio nomine Temesa appellata, teste Plin. *lib. 3. c. 5.* τεμέση. Vide suprà in dictione *Temesa*.

Temesis, Cacumen est Tmoli montis, tam insigni aëris temperie, vt incolæ supra CL. annos viuant. Autor Mutianus, referente Plinio *lib. 7. cap. 48.*

Tĕmpŭs, oris, vt Varro scribit, est interuallum mundi & motus diuisum in partes aliquot, à Solis & Lunæ cursu: à quorum tenore temperato tempus dictum est. {עת *heth* זמן *zemán.* χρόνος. GALL. *Temps, saison, opportunité.* ITAL. *Tempo.* GERM. Die zeit. HISP. *Tiempo.* ANGL. *Tyme, season.*} Tria verò sunt tempora, præsens, præteritum, & futurum. Cic. 1. *de inuent.* Tempus autem est, id quo nunc vtimur (nam ipsum quidem generaliter definire difficile est) pars quædam æternitatis, cum alicuius annui, menstrui, diurni nocturnive spatij certa significatione, &c. Tibull. *lib. 4.*

Hinc placidus nobis per tempora labitur annus.

Ouid. *Eleg. 3. lib. 3. Trist.*

Labentia tardè tempora narrando fallere.

Ibid. *Eleg. 1. lib. 4.*

Heu nimium fati tempora lenta mei.

Ibid. *Eleg. 13. lib. 3.*

Ad sua natalis tempora noster adest.

Catull. *de coma Beren.*

Vt cedant certis sidera temporibus.

Plaut. *Asin. sc. 2. a. 2.* Ad hoc diei tempus dormitasti. *Ib. sc. 2. a. 5.* Tempus est subducere hinc me. Idem *Milit. sc. 1. a. 1.* Videtur tempus esse, vt eamus ad forum. Ouid. 13. *Metam.*

Tempore ab hoc (pro illo) *quodcunque potest fecisse videri*
Fortiter iste, meum est.

¶ Tempus & χρόνον & καιρὸν significat. Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 4.* Heus tu, nunc occasio est & tempus. Et *Menach. sc. 3. a. 3.* Quid cesso dum datur occasio tempúsque. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* In tempore aduenis. *Ibid.* Serò post tempus venis. Idem *Amph. sc. 1. a. 3.* Alcumenæ in tempore auxilium feram. Et ita Liu. *lib. 4. d. 4.* Plaut. *Asin. sc. 2. a. 2.* Approperabo ne post tempus prædæ præsidium parem. ¶ Tempus fixum & signatum, apud Cicer. *lib. 1. de diuin.* est temporis momentum, quod punctum

ctum tempus dixit Lucretius,id est,punctum temporis.¶ Tempus procedit.Salust.*Iugurth.* 117.Eo modo sæpe ab vtroque missis,remissisque nunciis, tempus procedere, & ex Metelli voluntate bellum intactum trahi.¶ Aliquando tempus ponitur pro temporis conditione.Cicer. O mores!ô tempora! ¶ Tempus,pro autoritate & potentia. Idem *in Bruto*, Is omnibus exemplo debet esse, quantum in hac vrbe polleat multorum obedire tempori,multorúmque vel honori, vel periculo seruire. ¶ Tempus pro commodo temporario. Idem *pro Cluentio*, Omnes illæ orationes temporum sunt & causarum, non hominum ipsorum, aut patronorum.Budæus. ¶ Tempus pro necessitate.Cicer. *pro Planco*, Sed ego id ponderibus meis examinabo, non solùm quid cuique debeam,sed etiam quid à me quodque tempus poscat.Budęus.¶ Tempus, pro constituto tempore. Terent. *in Andr.* Pòst vbi tempus promissa iam perfici, Tum necessariò se aperiunt, & timent. ¶ Anni tempus. GALL.*La saison de l'année.*Cæsar *lib.*1.*de bell.ciu.* ¶ Tempus ætatis,pro vigore.Terent.*in Heaut.*Dum ætatis tempus tulit,perfuncta satis sum. Cæcum tempus. Cic.*lib.*12.*Epist.* Fuit enim cæcum tempus seruitutis. Vt temporibus illis,id est, pro vt tunc erant tempora. Idem *in Bruto*, Fuit (vt temporibus illis) iuris valde peritus. ¶ Pro tempore, id est, pro ratione temporis. ¶ Cum tempore, cum nota & spatio temporis. ¶ In tempore,opportunè, ἐν καιρῷ. ¶ Ex tempore, subitò, quasi extra temporis commoditatem,Ad tempus quære vt huc reponatur.αὐτοσχεδίως.¶ Maximis temporibus,pro Occasionibus & necessariis præsidiis. Cic.3.*de Leg.*Est autem boni auguris,maximis Reip.temporibus præstò esse debere. Budæus. ¶ Tempus graue ciuitatis,pro Molesta tempestate.Cicer.*pro Sestio*,Et quoniam in grauissimis temporibus ciuitatis, atque in ruinis euersæ,atque afflictæ Reip.P.Sestij tribunatus est à fortuna ipsa collocatus,&c. ¶ Tempus item pars capitis est. {κρόταφος. ANGL. *The temples of a mans head.*} Habet enim caput duo tempora, vnum à dextra,alterum à sinistra:sic dicta,quia anni in eis cognoscantur. Virg.*lib.*5.*Æneid.*

Temporibus geminis canebat sparsa senectus.

Nam primò tempora canescunt,cauantúrque magna diuturnitate temporis. Colum.*lib.*7. Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt,supercilia nonnunquam canescere, & dentes prominere. Dicitur etiam in singulari.Lucret.

Tum vacuum tempus linquunt.

id est,vacuum animum,qui in capite est.Cornificius *Rhetor.lib.*4. Percutit tempus.

‖Tempora,partes capitis à lateribus sincipitis inter oculos, aures & verticem:seu duo ossa cranij vtrinque ad aures sita.‖

Tēmporī, aduerbium, Tempestiuè, vel suo tempore. {בעתו *behittó.* ἐν καιρῷ, ὡραίως. GALL.*Tout à temps,à temps,à heure,bien à poinct.*ITAL. *A tempo,à punto,como si deue.* GERM.Zeitlich. HISP. *En su tiempo,à buen tiempo.* ANGL. *In tyme and season, at the houre appointed.*} Plaut. *in Amph.*—tu vapula.S. Qua de re?num satis tempori? non ocyùs quiui, &c Idem *Capt.sc.*2.*a.*1.,Nunquid vis?H. Venias tempori.(ad cœnam.) Idem *Pseud.sc.*7.*a.*4. I in malam crucem. Ire licebit tibi tamen hodie tempori,&c. ¶ Temperi,pro Tempori dixit idem *Aulul.sc.*3.*a.*3. Coquite,facite,festinate. C.Temperi: (*Il est bien temps.*) postquam fustibus impleuisti istorum caput,&c. Cato *de re rust.cap.*2. Postridie eius diei villicum vocet: roget quid operis siet factum: satisne tempori opera sient confecta: ¶ Tempore pro tempori. Cicer.4.*Verr.* Satis putabat se ad comitia tempore venturum, si pridie venisset. Plaut. *Asin. sc.*4.*a.*3. Vt tempore opportunéque attulistis.Idem *Men.sc.*3.*a.*5.Suppetias tibi tempore.

Tēmpŏrĭŭs,comparatiuum deductum à tempori aduerbio, idem significans quod citiùs,aut tempestiuiùs. ὡραιότερον. Colum.*lib.*9. Esca bis diuidenda, vt manè non protinus à cubili latiùs euagentur, & ante crespusculum propter cibi spem,temporiùs ad officinam redeant. Ou. *lib.*4.*Metam.*

——modò surgis Eoo
Temporiùs cælo: modò seriùs incidis vndis.

Tēmpŏrārĭŭs,a,um,quod non est perpetuum,sed ad tempus durans. {עתי *hitoi.* πρόσκαιρος.GALL.*Durant pour vn temps.*ITAL.*Che dura alquanto tempo.* GERM. Ein zeitlang/lang wärend. HISP. *Cosa à cierto tiempo.* ANGL. *That lasteth onlie for a certaine tyme.*} Vnde legimus, Scaurum olim fecisse in ædilitate theatrum temporarium, id est, tandiu duraturum,donec spectacula peragerentur.Plin.*lib.*16.*c.*33.Nec terræ tantùm natura circa has refert,aut perpetua cæli,verùm & quædam temporaria vis imbrium.

Tēmpŏrārĭē,Ad tempus. {χρονικῶς. GALL. *Pour quelque temps.* ITAL. *A tempo.* GERM. Ein zeitlang. HISP.*Temporalmente.* ANGL. *For a certaine tyme.*}

Tēmpŏrālĭs,e, quod ad tempus durat. {עתי *hitti.* πρόσκαιρον. GALL. *Durant pour vn temps.*ITAL.*Durante vn tempo.*GERM.Ein zeitlang wärend/zeitlich. HISP. *Cosa à cierto tiempo.* ANGL. *That lasteth for a certaine tyme onlie.*} Quintilianus *lib.*6. *cap.*3. Adiiciunt quidam peritorum, παθος temporale esse: opponitur enim æterno. ¶ Interdum quod ad tempus fit, χρονικός. vt, Temporale theatrum, apud Plinium *lib.* 36.*cap.*15.

Tēmpŏrānĕŭs,a,um,quod ad tempus pertinet,siue quod subitò,& in tempore fit. {πρόσκαιρος. GALL. *Appartenant à temps.* ITAL. *Pertinente à tempo.* GERM. Zu der zeit gehörig. HISP. *Cosa perteneciente à tiempo.* ANG. *Belonging to tyme,or yat is done suddenlie.*} Vnde extemporaneum pro subitario,ac impræmeditato. ¶ Contemporaneum, quod est eiusdem temporis,& Græcè σύγχρονον dicitur.

TĒMPĔSTĀS,atis,Memoria,ætas,tempus. {עת *heth.* χρόνος.GAL.*Temps, saison,disposition de temps.* ITAL.*Tempo.* GERM. Die zeit. HISP.*Tiempo.* ANGL. *Tyme, season, the weather.*} Plaut. *in Casin.* Ea tempestate flos poëtarum fuit.Salust.*in Iugurth.* Ea tempestate in exercitu nostro fuêre complures noui & ignobiles.Idonea siue clara tempestas dicitur pro tempore sereno & tranquillo εὐδία.Cæsar 4.*bell.Gal.* Nactus idoneam ad nauigandum tempestatem,tertia ferè vigilia soluit. Cic. *ad Quint. fratr.lib.*2. Primam nauigationem(dummodo idonea tempestas sit)ne omiseris.Virg.9. *Æneid.*

——vnde hæc tam clara repentè Tempestas.

Catull.*de coma Beren.*

Qua rex tempestate nouis auctus hymenæis.

Et Gell.*cap.*1.*lib.*20. Ea tempestate(pro eo tempore.)Item Plaut.*Mostell.sc.*1.*a.*1. Cis hercle paucas tempestates, (i. paucos dies,vel breue tempus.) ¶ Interdum est procella,turbo,grando,& generaliter quiuis cæli inquietior status. {סער *sahár* סערה *seharáh.* χειμὼν,ζάλη.GALL. *Tempeste,mauuais temps.* ITAL.*Tempestà,fortunale di tempo.* GERM.Vngewitter/vngestüme der lufft.HISP.*Tempestad de tiempo.*ANGL.*A tempest, euill weather,a storme,*} Plaut.*in Most.sc.*2.*a.*1. Tempestas venit,Confringit tegulas, imbricésque. Virg.3. *Æneid.*—hîc pelagi tot tempestatibus actus Heu genitorem, omnis curæ, casúsque leuamen Amitto Anchisen. *Ibidem*, Dij maris,& terræ,tempestatúmque potentes, Ferte viam vento facilem. Plinius,Hunc diem festum tempestatibus leniendis ferunt institutum. Idem, Tempestates vocamus,in quibus grandines,procellæ, cæteráque similia intelliguntur: quæ quum acciderint, vis maior appellatur.Plaut. *Asin.sc.*3.*a.*1. Hæc est illa tempestas mea, (sup.amica) quæ mihi modestiam detexit. *Ibid.sc.*2.*a.*1. Ignauia mihi tempestas fuit:hæc detexit mihi virtutis modum, deturbauit verecundiam, &c. Senec. *cap.*15.*de consol.ad Mart.* It ista tempestas (fortunæ) in orbem,& vastat omnia.Idem *cap.*17.*de consol. ad Helu.*Euictis tempestatibus corpus eius (viri) naufraga euexit. Liuius *lib.*34. In secunda aut aduersa tempestate. ¶ Tempestates austrinæ. (id est, venti austrini.) Sueton. *in August.cap.*81. Austrinis autem tempestatibus grauedine tentabatur. Cæsar *lib.*1. *de bell. ciuil.* Tempestate pons interruptus. (id est, aquæ magnitudine.) ¶ Tempestas medium est;& ancipitis significationis,vt valetudo,facinus, dolus, &c. de quibus Gellius *cap.*9.*lib.*12. ¶ Tempestates alicuius subire, id est, pericula. Cicer. *ad Catonem lib.*15. Mitto quòd inuidiam, quòd pericula, quòd omnes meas tempestates & subieris,& multò etiam magis,si per me licuisset, subire paratissimus fueris. ¶ Inuidiæ tempestas.Idem *in Catil.* Tametsi video, si mea voce ire in exilium animum induxeris, quanta tempestas inuidiæ nobis,si minus in præsens tempus recenti memoria scelerum tuorum,at in posterum impendeat. Poëtica tempestas. Iuuenal. *Satyr.*12.

————omnia fiunt
Talia,tam grauiter, siquando poëtica surgit
Tempestas.

id est,omnia ita contigerunt,quemadmodum à poëtis referri solet, siquando tempestatem describunt,summáque contentione omnia exaggerant. ¶ Post multas tempestates,i.multis annis exactis. Salust. *Iug.* 110. Ita perculsa nobilitate, post multas tempestates nouo homini consulatus mandatur. Idem *ibid.*131. solertissimus omnium in paucis tempestatibus factus est,i.paucis annis.

‖Tempestarij,tempestatum immissores. Agobardus Episc. Incantationibus hominum,qui dicuntur Tempestarij,& seqq.‖

Tēmpēstĭuŭs,a,um,opportunum,& quod suo tempore fit. {ὡραῖος, εὔκαιρος.GALL.*Fait en temps & saison.*ITAL.*Fatto à suo tempo,& stagione.*GERM.Das zu rechtgelägner zeit ist. HISP.*Cosa à buen tiempo.*ANGL. *That is done in tyme & season,seasonable.*} Virg.1.*Georg.*

Aut tempestiuam syluis euertere pinum.

¶ Virgo tempestiua.(i.matura viro.) Gell. *cap.*8.*lib.*6.*& cap.*7.*lib.*12. ¶ Tempestiuior,idem *c.*29.*lib.*2. Ea Cassita in sementes fortè concesserat tempestiuiores.(i.ocyùs surgentes segetes.)

Tēmpēstĭuĭtās,opportunitas. {εὐκαιρία. GALL.*Saison, opportunité.* ITAL. *Stagione,tempo conueneuole.*GERM.Gelägenheit der zeit/rechte zeit. HISP. *Buen tiempo,oportunidad.*ANGL.*Opportunitie.*} Plin.*lib.*10.*cap.*34. Columbæ præparantes tempestiuitatem cibo. Cicer.*de senect.* Sua cuique parti ætatis tempestiuitas est data.

Tēmpēstĭuē,Opportunè, & suo tempore. {εὐκαίρως. GALL. *De saison, en temps deu,d'heure.*ITAL.*Di stagione,à tempo conueneuole.*GERM.Zeitlich/zu rechter zeit. HISP. *A buen tiempo.* ANGL. *In tyme and season, at the houre appoynted.*} Plin.*lib.*16.*cap.*36. Cædi solebant tempestiuè vsque ad Antigenem tibicinem. Cic.2.*de nat.deor.* Neque enim serendi, neque colendi,neque tempestiuè demetendi,percipiendíque fructus, neque colendi ac reponendi vlla pecudum scientia est. Ouid. *Eleg. vlt. lib.*4.*Trist.* Felices ambo, tempestiuéque sepulti. ¶ Horum contraria sunt, Intempestiuus, & intempestiuè: quorum significata explicantur suis locis.

Tēmpēstŭōsŭs, Procellosus, tempestate turbatus. {סער *sohér.* θυελλώδης. GALL.*Tempestueux,plein de tempeste.* ITAL. *Pieno di tempesta ò rouina.* GERM.Voll vngestüme/oder vngewitters.HISP.*Lleno de tempestad.*ANGL. *Stormie.*} Gell.Mare sæuum ac tempestuosum erat.

Tēmpēstŭs,a,um, Antiqui dicebant tempestiuus: vnde intempestus, pro intempestiuus: vt,Nox intempesta,quòd minimè tempestiua sit rebus agendis.

Tĕmŭlēntĕr.Temulentia,Temulentus,vide *Temetum.*

Tĕnāsmŭs,vel Tenesmus. {τεινεσμὸς, siue τεινεσμὸς. GALL.*Les expressions, desir & appetit grand d'aller à selle.* ITAL. *Desio insatiabile di scaricare il ventre con poco effetto.* GERM. Der arsgezwang/da einer den stulgang stäts ansicht/vnd mag doch nit recht zu stul gehn. HISP.*El puxo,gana de hazer camara.* ANGL. *A great & ardent desir to go to the stoole.*} Frequens,sed irrita deiiciendæ alui cupiditas, cum inflammatione ac tumore sedis, mucosa & sanguinolenta quædam egerentis: quod morbi genus nasci solet ex bilosis,acribúsque humoribus,rectum intestinum mordicantibus. Plin. *lib.*28. *cap.*14. Tenasmos,id est, crebra & inanis voluntas egerendi,tollitur lacte asinino.

‖Tenattes,ependites,pallij genus pellicei. Heriber.‖

Tĕnāx,Tenacia,Tenaciter,Tenacitas,vide *Teneo.*

TĔNDO,is,tetendi,tensum,& tentum, Extendo, explico, expono. {נטה *natáh* מתח *mathách* משך *maschách* שטח *schatách.* τείνω, σωλείνω. GALL. *Tendre,estendre.* ITAL. *Distendere.* GERM. Außstrecken/spannen. HISP.*Estender.*ANGL.*To bend or stretch out.*} Virg.3.*Æneid.*

——Tendunt vela Noti.

Salustius,Manus supplices ad cælum tendere.Virg.7.*Æneid.*

Ante vrbem pueri,& primæuo flore iuuentus
Exercentur equis,domitántque in puluere currus:
Aut acreis tendunt arcus,aut lenta lacertis

 Spicula

Spicula contorquent, cursúque, itúque lacessunt.
Ouid. 9. *Metam.*
Tendebat grauitas vterum mihi, &c.
Idem 4. *Fast.*
———————*Nepotes*
Tendebant ad auos brachia parua suos.
Quintilian. Retro tendimus neruos expulsuri tela. Idem, Validior spiritus nostro sinus (velorum sup.) tendat. Idem, Tendere confidentia vultum quo sit magis toruus. Sueton. *in Neron. cap.* 39. Tendere citharam & cornua arcus. ¶ Tendere rete, est explicare, & auibus, ferísve eo insidiari. Ouid. 1. *de Arte,*
Scit bene venator, ceruis vbi retia tendat.
Terent. *in Phorm.* Quia nec rete accipitri tenditur, nec miluio. ¶ Tendere insidias, id est, parare, vel struere insidias, hoc est, insidiari. {ארב *aráb* צדה *tsadháh.* ἐνεδρεύειν.} Salust. *in Catil.* Interea Romæ multa simul moliri, Consuli insidias tendere. Cic. *pro Rosc. Comœdo,* Ex perfidia & malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui, dij immortales hominibus irasci & succensere consueuerunt. ¶ Interdum ponitur pro aspirare, ascendere conari. {יגע *jagháh* נפתל *niphtál.*} Virgil. 2. *Æneid.*
Ille simul manibus tendit diuellere nodos.
Liuius 4. *ab Vrb.* Ipse (vt est animus humanus insatiabilis eo quòd fortunæ spondet) paulatim ad altiora, & non concessa, tendere, id est, aspirabat ad altiora. Idem Liu. *lib.* 10. *ab Vrb.* Dum euadere tendunt. (i. conantur.) Quintilian. *lib.* 2. *cap.* 4. Paulatim ad maiora tendere incipiet. ¶ Tendere ad eloquium, est studere eloquentiæ, vel scopum eloquentiæ nobis præfigere. Ouid. 4. *Trist. Eleg.* 9.
Frater ad eloquium viridi tendebat ab auo.
¶ Accipitur aliquando pro ire & incedere. Cic. *Attic.* Itaque dubito an Venusiam tendam, & ibi expectem. Idem *de diuinat.* Ad reliqua alacri tendebamus animo, id est, pergebamus & proficiscebamur. Valer. Maxim. *lib.* 2. Ne quis eorum intra castra tenderet. ¶ Interdum offerre, porrigere, quod protendendo manus fieri solet. ὀρέγειν. Virg. *lib.* 2. *Æneid.*
———*Paruúmque patri tendebat Iülum.*
Cic. *de Orat.* Propè cunctis ciuibus lucem ingenij & consilij tendere & porrigere. ¶ Aliquando videtur poni, pro tentoria seu tabernacula figere. σκηνοῦν. Virg. 2. *Æneid.*
Hic Dolophum manus, hic sæuus tendebat Achilles.
¶ Tendere alicui metum aut spem. Cic. *pro Font.* Nolunt isti aut quiescere, id quòd victi ac subacti solent: aut quum minantur intelligere se populi Romani, non metum belli, sed spem triumphi tendere. ¶ Tendit res eò, hoc est, res eò spectat. Idem *ad Brutum,* Atqui eò tendit, id agit, ad eum exitum properat vir optimus, vt sit illi Octauius propitius. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Tenes quorsum hæc tendant quæ loquor. (i. quò spectent.) Senec. *de consol. ad Polyb. c.* 11. Tendimus omnes in eundem locum. (i. ad mortem.) ¶ Huius composita sunt, Attendo, contendo, circuntendo, distendo, extendo, intendo, obtendo, ostendo, pertendo, prætendo, portendo, de quibus suprà suis locis: & sustendo, quod est decipiendi gratia subdo aliquid, aut machinor. ὑποτείνομαι. Salust. Dum sustendit insidias militi.

Tēnsŭs, vel tentus, particip. Distentus. {נטוי *natúi* מתוח *mathúcah.* τεταμένος.} GALL. *Tendu, estendu.* ITAL. *Disteso.* GERM. Gespannen/gestreckt von einander. HISP. *Estendido.* ANGL. *Bended, stretched out.*} Horat. 2. *Serm. sat.* 3. seu pingui tentus omaso Furius, &c. Stat. 3. *Syluu.* 1.
———*tensóque modos imitabitur arcu.*
Horat. 10. *Epod.*
Illic iniussæ veniunt ad mulctra capellæ,
Refértque tenta grex amicus vbera.
Quint. Tensa linea. Diomedes *lib.* 1. Tensum Deorum vehiculum dixerunt, non Tentum, ne verbum turpe sonaret in sacris.

Tensa (inquit Festus) vehiculum, quo exuuiæ deorum ludicris Circensibus in circum ad puluinar vehuntur. Fuit & ex ebore, & ex argento. vide suprà in verbo *Tensus.*

Tĕntōrĭum, ij, Tabernaculum extensis velis contra æstum cælíve iniuriam excitatum. {אהל *óhel* שכה *suchcháh.* σκήνωμα. GALL. *Tente, pauillon.* ITAL. *Tenda, pauiglione.* GERM. Ein zelt/spannhütten. HISP. *Real, ò lugar de muchas tiendas, tienda.* ANGL. *A tent or pauillon.*} Lucan. *lib.* 1.
Deseruêre cauo tentoria fixa Lemano.
Ouid. 3. *Fast.*
Sub Ioue pars durat: pauci tentoria ponunt:
Sunt quibus è ramis frondea facta casa est.
Idem 13. *Metam.* Tentoria Rhesi.

Tentōrĭŏlum, diminutiuum. {σκηνωμάτιον. GALL. *Petite tente.* ITAL. *Picciol atenda.* GERM. Ein kleiner zelt. HISP. *Pequeña tienda.* ANGL. *A litle tente.*} Hirt. *lib.* 5. *bell. Afric.* Reliquis ex vestimentis tentoriolis factis ex arundinibus coriis intextis permanebant.

Tentorius, a, um, adiect. à tentorium. Treb. Pollio *in Claudio,* Pellium tentoriarum.

Tēndĭcŭlă, æ, Laqueus est, quem auibus, siue feris tendimus. {פח *pach* רשת *rescheth.* παγίς. GALL. *Va laqs qu'on tend aux oiseaux, lasson.* ITAL. *Laccio da pigliare vccelli.* GERM. Ein strick oder lätsch damit man den vögeln oder thieren richt/herde. HISP. *La red tendida para prender.* ANGL. *A snare to catch birdes in.*} ¶ Tendiculæ litterarum, id est, captiones ex literis & syllabis, quum non rei æquitati, sed summo iuri insistimus, ipsísque voculis aduersarium irretire conamur. Cicer. *pro Cecin.* Tum aucupia verborum & literarum tendiculas in inuidiam vocant. Tendicula in antiquissimi Critici Lexico exponitur λαβὴ, ἢ χηλὴ ἢ ἅμμα. Sic enim lego, non ἀφάνη. Ego tendiculum esse censeo, quam vulgò vocamus, *vn trebuchet,* aut, *vne trape.* Constantin.

Tēndōnēs, τένοντες, à recentioribus medicis appellantur quædam motus instrumenta, in capite musculorum ex neruis, & ligamentis conflata, eósque ossibus annectentia. Græcorum nonnulli, quòd ex neruis oriantur, ἀπονευρώσεις appellant. Vide Galen. *in tractatu de motibus musculorum.*

Tĕnebræ, Obscuritas, caligo, nox, priuatio lucis, quòd teneant, id est, impediant oculos, & visum prohibeant. {חשך *choschech* אפל *óphel* אפלה *apheláh.* σκότος. GALL. *Tenebres, obscurité.* ITAL. *Tenebre, oscurità.* GERM. Finsternuß. HISP. *Las tinieblas.* ANGL. *Darknesse.*} Cic. *de nat. deor.* Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Ætnæorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur. Virg. *lib.* 9. *Æneid.*
Hic subitam nigro glomerari puluere nubem
Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis.
Idem *lib.* 11. *Æneid.*
———*Et tenebris nigrescunt omnia circum.*
Ouid. *lib.* 2. *Metam.*
Talia dicentem circunstant omnia solem
Numina, néve velit tenebras inducere rebus
Supplice voce rogant.
¶ Tenebræ, metaphoricè, pro cuiusque rei obscuritate. Plaut. *Curcul. sc.* 3. *a.* 2. Tenebræ oboriuntur, genua inedia succidunt. Cic. *pro Archia poëta,* Quæ iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lux accederet. Virg. *lib.* 2. *Æneid.*
Afflictus vitam in tenebris, luctúque trahebam.
Cicer. *post reditum in Senatu,* Ex superioris anni caligine, & tenebris lucem in Republica Calend. Ianuarij despicere cœpistis. Item ponitur pro nocte. Idem *in Ant.* Primùm luce, non tenebris intelligitur rediisse. Plautus *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Certum est mihi ante tenebras persequi tenebras. (i. ante noctem obire mortem.) Lampridius in Commodo in singulari vsus est, Tenebra: Caligo ac tenebra in circo oborta est.

Tĕnebrōsŭs, a, um, quod tenebris plenum est. {אפל *aphél.* σκοτεινός. GALL. *Tenebreux, obscur.* ITAL. *Tenebroso, oscuro.* GERM. Voll finsternuß. HISP. *Lleno de tinieblas, escuro.* ANGL. *Very dark.*} Varr. 3. *de re rustic. cap.* 9. *de Gall.* Eas includunt in locum tepidum & angustum, & tenebrosum. Virg. 6. *Æneid.*
———*quando hic inferni ianua regis*
Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso.
Ouid. 5. *Metam.*
Hanc metuens cladem, tenebrosa sede tyrannus Exierat.

Tĕnebrĭcŭs, a, um, Offusus tenebris, tenebrosus. {אפל *aphél.* σκοτεινός, σκιόεις, σκοτώδης. GALL. *De tenebres, tenebreux, obscur.* ITAL. *Tenebroso, oscuro.* GERM. Finsterig. HISP. *Lleno de tinieblas, escuro.* ANGL. *Darck or full of darknesse.*} Cic. 2. *Tusc.* Hæc à Tartarea tenebrica abstractum plaga, Tricipite eduxit hydra generatum canem.

Tĕnebrĭcōsŭs, a, um, Obscurus, tenebrosus. {אפל *aphél.* σκοτώδης. GALL. *Tenebreux, obscur.* ITAL. *Tenebricoso, tenebroso.* GERM. Voll finsternuß gar finster. HISP. *Lleno de tinieblas, escuro.* ANGL. *Full of darknesse.*} Tenebricosæ libidines. Cicer. *de prouin. Consul.* Lateant libidines eius illæ tenebricosæ, quas fronte & supercilio, non pudore, & temperantia contegebat. Idem *in Vatinium,* Illud tenebricosissimum tempus ætatis tuæ patiar latere. Idem *in Pisonem,* Tu ex tenebricosa popina Consul extractus.

Tĕnebrĭo, Mendax, & dolosus, qui mendaciis & astutiis suis quasdam quasi tenebras obiicit. {כחש *chacháſch.* ἀπατεών. GALL. *Qui hait la lumiere, larron de nuict.* ITAL. *Che fugge la luce, ladro notturno.* GERM. Ein leutbescheisser/der einen hinder das liecht führt. HISP. *El que huye la luz, ladron de noche.* ANGL. *A knaue that hateth light.*} Alij tenebriones interpretantur lucifugos, quasi in tenebris delitescentes. Afranius, Si accusator & reus erunt tenebriones, vterque vtrunque vituperato. Ex Nonio.

Tĕnebrēsco, is, Obscurus fio. {חשך *chaschách.* σκοτοῦμαι. GALL. *S'obscurcir.* ITAL. *Oscurarsi.* GERM. Verfinsteren/finster werden. HISP. *Escurecerse.* ANGL. *To waxe dark.*} Vnde Contenebresco. Aug. Aër contenebrescat, inquit, id est, tenebrosus fiat. συσκοτίζη.

Tĕnĕdŏs, Τένεδος, vulgò *Tenedo,* Insula in mari Ægæo, inter Lesbum & Hellespontum, contra Troiam, à Sigeo litore XII. M. passuum distans, à Lesbo LVI. M. {Ein Insel im Ægeischen mehr zwischen Mitylene vnd dem Hellesponto gelägen.} Hæc priùs Leucophrys, Λευκόφρυς appellabatur, à nonnullis etiam Phœnice & Lyrnessos, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 31. In hanc ex Troade nauigauit cum nouis colonis Tenes Cycni filius: conditáque vrbe, de nomine suo Tenedon eam vocauit, à qua & insula denominata est. Cic. 3. *Verr.* Tenedo (prætereo pecuniam quam eripuit) Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus Deus habetur, qui illam vrbem dicitur condidisse, cuius ex nomine Tenedus nominatur: hunc ipsum, inquam, Tenem pulcherrimè factum, quem quondam in comitiis vidistis, abstulit magno gemitu ciuitatis. Insula hæc ante Troianum bellum florentissima fuit, in qua Græci supremas illas, quibus Troia periit, insidias struentes, sese occultarunt: quod & Virg. testatur *lib.* 2. *Æneid.* sic scribens,
Est in conspectu Tenedos notissima fama
Insula, diues opum, Troia dum regna manebant:
Nunc tantùm sinus & statio male fida carinis.
Huc se prouecti deserto in littore condunt.
Ouid. 13. *Metam.*
———*Me credite Lesbon Et Tenedon cepisse.*

Tĕnĕdĭŭs, a, um, Τενέδιος, adiectiuum: vt, Tenedius tibicen, pro calumniatore & falso teste: prouerbium tractum ab eo, quòd Philonome tibicinem suum dicatur subornasse, qui apud Cycnum testaretur ipsam à Tenede stupro fuisse interpellatam. ¶ Tenedia securis, Τενέδιος πέλεκυς, pro iudice nimium seuero: propterea quòd Tenedi olim rex securim gestans causas soleret audire, nocentémque statim securi percutere. Vide Erasm. *in Adag.*

Tĕnellŭs, vide Tener.

Tĕnĕo, es, ui, tentum, Apprehensum habeo, detineo, seruo, habeo. {אחז *acház* החזיק *hechezik.* λαμβάνομαι, ἔχω, κρατέω. GALL. *Tenir.* ITAL. *Tenere.* GERM. Haben/halten. HISP. *Tener.* ANGL. *To hold.*} Virgil. 4. *Æneid.*
———*Neque te teneo, neque dicta refello.*
Cicer. 4. *Tuscul.* Et quum penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est. Ouid. *Epist.* 15.
———*Quum*

——*Quum te tenet arctiùs ille.*

Idem 1. *Fast.*

Ille tenens baculum dextra, clauémque sinistra.

Plaut. *Mostell.sc.4.a.1.* Cedo manum ! (vt te erigam. sup.) Item tene. Idem *Pseud.sc.3.a.1.* Tenere in manibus exta. Idem *Aul.sc.2.a.3.* Redi quò fugis: Tene, tene. *Ibid.sc.6.a.4.* Tene, tene (sup. furem.) Idem *ibid. sc.4.a.1.* Noui istos Polypos, qui vbi quid tetigerint, tenent. Idem *Curc.sc.3.a.1.* Tene me, amplectere. (verba sunt amicæ.) *Ibidem*, Tene priusquam abis suauium. Idem *Men.sc.2.a.3.* Eripe oculum isti ab humero qui tenet. Idem *Amphitr.* Vno cubiculo Alcumenam complexu tenet. Ouid. 3. *Fast.*

O pariter capta, quoniam hoc commune tenemus. (id est, habemus.)

¶ Pro abstinere. Quintilian. Vix somnum tenebamus. Ouidius 13. *Metamorph.*

Vix tenuere manus nefandas,

¶ Per translationem tenere capitur pro habitare, possidere. {אחז *achâz* נחל *nachâl* ירש *jarâsch.* νέμεσθαι. GALL. *Posseder, habiter.* ITAL. *Possedere, habitare.* GERM. Innhaben/besitzen. HISP. *Posseer, morar.* ANGL. *To possesse.*} Virg. *lib.4.Georg.*

——*qua gurgitis huius Ima tenes.*

Plinius *Epist.67.* Tenet se trans-Tiberim in hortis. Ouidius *Eleg.4. lib.3.Trist.*

Me tenet tellus Vrsa proxima.

Teneri, possideri. Cic. 2. *Offic.* Propterea quòd iam longo spatio multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur. Ouid. *Eleg.7.lib.3.Trist.*

——*Nil non mortale tenemus.* (id est, possidemus.)

¶ Tenere, & Habere vsurpantur pro tractare in cura ægrorum à Celso *lib.3.cap.4.* Neque ad rem, malè haberi ægrum, pertinere. Ac primò quidem, sic tenendus est. ¶ Tenere pro detinere, κατέχειν, cohibere. Idem *lib.9.cap.14.* Ac spiritus pressus cedit, sed protinus redit, resupinato quoque corpore tumorem in eadem figura tenet. ¶ Tenere pro reminisci, meminisse, scire, intelligere. {זכר *zachár.* ἀναμιμνήσκεσθαι.} Plaut. *Milit.sc.2.a.2.* Monstra, præcipe, vt teneat consilia. (i. meminerit.) Idem *Pseud.sc.2.a.1.* Tenes quorsum hæc tendant. (id est, scis.) Idem *Capt.sc.5.a.3.* Nunc teneo, nunc scio, quid hoc sit negotij. Idem *Prolog. Amphitr.* Hi iniqui ius ignorant, neque tenent. *Ibidem*, Teneo quid animi vestri super hac re siet. Idem *Capt. Prolog.* Iam hoc tenetis. Optimum est. Idem *Amph.sc.4.a.4.* Rem tenet probè. (id est, intelligit.) Tibull. *lib.4.*

Nam te non alius belli tenet aptiùs artes.

Idem *Mostell.sc.3.a.1.* Vt res omnes sententiásque tenet amantum. (id est, nouit,) &c. ¶ Tenere rationem, (de calculo.) Plaut. *Milit.sc.1.a.1.* ¶ Causam tenere, pro obtinere. Liu. *lib.9.bell. Maced.* Magno certamine cum Prætore habito, tenuerunt caussam. Sueton. *in Domitian.cap.9.* vt accusatori, qui caussam non teneret, exilium pœna esset. Ouidius 13. *Metamorph.*

Difficilem tenui sub iniquo iudice caussam.

Liu. 3. *ab Vrb.* Sed quia duo exercitus aberant, ne quid ferretur ad Populum, patres tenuere. *Ibid.lib.4.* Aduersùs tribunos plura autoritate, quàm certamine tenuit. Idem *lib.9.dec.4.* Facilè tenuit, vt sibi portæ aperirentur. Sic Tenere Remp. dixit Sueton. *in August.cap.8.* Gratiam. *Ibidem c.13.* Vicinitatem. *Ibid.cap.5.* Dignitatem, idem *in Cæs.c.41.* ¶ Item, Si ianua tenebitur incendio. Idem *c.6.de consol.ad Helu.* Nunquam se tenet mens: inquieta est. GALL. *L'esprit ne se tient iamais à recoy, il est tousiours en action.* Virg. *Eclog.9.*

——*Numeros memini, si verba tenerem.*

Martialis *lib.1.*

Et teneo melius ista quàm meum nomen.

¶ Aliquando pro constringere, includere, continere. {עצר *batsár.* κατακλείειν.} Virg. 1. *Georg.*

Texenda sepes etiam & pecus omne tenendum.

¶ Aliquando pro tegere. {כסה *chasáh.* σκεπάζειν, καλύπτειν.} Idem 1. *Georg.* Et obducto latè tenet omnia limo. ¶ Teneri pro conuinci & argui. ἐλέγχεσθαι. Cic. 4. *Acad.* Si rectè concluserit, teneo: sin vitiosè, minam Diogenes habet. Idem 7. *Verr.* Neque solùm argumentis, sed etiam certis testibus illius audacia tenebatur. ¶ Tenere iter, est iter dirigere, quod & iter habere dicimus. {הלך *haláeh.* ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ.} Virg. 1. *Æneid.*

Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris?
Quóve tenetis iter?

¶ Aliquando pro remorari. {עכב *bikkéb.* ἀναβάλλειν, ἐπέχειν.} Idem 1. *Æneid.*

Hunc Phœnissa tenet Dido.

Quintilian. Tenendus testis diutiùs. Cic. *Quint.fratr.* Tum ille se Senatum negauit tenere. Eodem sensu Galli dicunt, *Ie ne te tiens pas, ie ne t'en garde pas.* Cæsar *lib.1.de bell.ciu.* Veriti ne ab equitatu in angustiis tenerentur. ¶ Item tenere, seruare, tueri. {הושיע *hoschiâh* גן *ghân.* σώζειν.} Virg. 8. *Æneid.*

Stabat pro templo & Capitolia alta tenebat. id est, defendebat.

¶ Temperamentum tenere, obseruare modum & mediocritatem. Plin. *Epist.7.* Tenebo ergo hoc temperamentum, vt ex duobus, quorum alterutrum petis, eligam id potius, &c. Idem *Epist.74.* dicit, Medium tenere. In hac difficultate, inquit, placuit medium quiddam tenere: videor tenuisse. Sueton. *in Neron.cap.15.* In cognoscendo cum morem tenuit. Sic grauitatem tenere. Cic. *Attic. epist.119.lib.8.* Grauitatem in congressu nostro tenui, quam debui. Item, Tenuit consuetudo. Quintilian. *cap.1.lib.2.* ¶ Tenere, pro mulcere, demulcere, in admirationem sui pertrahere. Gell. *cap.3.lib.16.* Tenebátque animos nostros homo ille fandi dulcissimus. (de Phauorino Philosopho.) Item Ouid. *Eleg.8.lib.3.Trist.*

——*Is (color) mea membra tenet.*

¶ Teneri re aliqua. Cæs. 2. *de bell.ciu.* Tenentur res eiusmodi aut pudore, aut metu. Sueton. *in Tib.c.7.* Teneri consuetudine. Item, Tenemur, exclamat Medea penè deprehensa. Ouid. *Eleg.9.lib.3.Trist.* Et Plaut. *Pseud.sc.4.a.2.* Quid cum manifestò tenetur? Anguilla est: elabitur. i. deprehensus est. ¶ Pictura artificum oculos tenet. id est, in contemplationem sui adducit. Plin. *Epist.50.* Talia denique omnia, vt possent artificum oculos tenere, delectare imperitorum. ¶ Ora tenere pro Tacere. Virg. 2. *Æneid.*

Conticuere omnes, intentique ora tenebant.

¶ Tenet me spes, Spero, & expectatione ducor. Cic. 1. *Tusc.* Magna me spes tenet, Iudices, bene mihi euenire quòd mittar ad mortem. ¶ Tenere pro retinere: vt Sueton. *in Calig.cap.25.* Matrimonia contraxerit turpiùs, an tenuerit, non est facilè discernere, &c. Velleius, Tenendus armis principatus. Gellius *cap.12.lib.13.* Ius vetus tenuit. ¶ Tenere manu res, quod vno verbo vulgus nostrum *manutenere* dicit. Cic. 3. *Offic.* Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias, leges, quatenus manu tenere possunt, philosophi, quatenus ratione & intelligentia. ¶ Tenere se castris est salutem suam castrorum vallo tueri. Cæsar 4. *Comment.* Sabinus inferior omnibus rebus, loco se & castris tenebat. ¶ Tenere cursum propriè naues dicuntur, quarum cursus clauo regitur. Virg. 3. *Æneid.*

Inter vtramque viam lethi discrimine paruo,
Ne teneant cursus.

¶ Teneri furti, est furto obnoxium esse. ἐνέχεσθαι τῇ κλοπῇ. Tenere manifestò: vide *Manifestò.* Plaut. *Men.sc.2.a.4.* Nunquam magis manifestò teneri hominem vidi. ¶ Pestis te tenet. Idem *Amph.* Idem *Milit. sc.5.a.2.* Quæ te intemperiæ tenent? Idem *Most.sc.1.a.2.* Vbi sitis fauces tenet. Et *in Capt.sc.4.a.3.* Eum tenet insania. Seneca *cap.1.de cons. ad Mart.* Tenet vultum tristitia tot annos, &c. ¶ Item tenere est possidere, occupare, corripere, inuadere. Salust. *in Iugurth.* Fortè apud illum, quem inhonesta & perniciosa libido tenet, potentiæ paucorum decus, atque libertatem suam gratificari. Liuius 10. *ab Vrb.* Vrbem non tenuerunt. Idem 6. *decad.4.* Tenuerunt eundem portum naues. Idem *lib.2.decad.4.* Corcyram tenuit, vel appulit, vel eò cursum direxit. ¶ Tenere pro durare. διαρκεῖν, παραμένειν. Cæsar 4. *belli Gall.* Romæ fœdum incendium per duas noctes, & diem vnum tenuit. ¶ Teneri pro constare. Cic. *ad Plancum*, Non his modò causis quæ speciem habent magnæ coniunctionis, sed iis etiam quæ familiaritate & consuetudine tenentur. ¶ Tenere pro stare & inniti. {סמך *samáeh.*} Cic. *ad Att.lib.12.* Occidimus, occidimus, Attice, iampridem nos quidem: sed nunc fatemur posteaquam vnum, quo tenebamur, amisimus. ¶ Tenet condemnatio, id est, obtinet, durat ac valet, nec rescinditur. Dig. *lib.9.tit.4.l.35.* Et si condemnatus fuerit filius, iudicatum facere debet: tenet enim condemnatio. ¶ Teneri in sortem, teneri in vsuras, frequens dicendi genus apud Iurisconsultos. Vlp. *Dig. lib.15. tit.3.l.10.* Sed vtrùm in sortem duntaxat tenebitur dominus, an & in vsuras. ¶ Huius composita sunt Abstineo, attineo, contineo, detineo, distineo, obtineo, pertineo, retineo, & sustineo: quæ habent ti syllabam correptam.

Tĕnāx, acis, Viscosus, & quicquid attingit facilè retinens. {ἰξώδης, γλισχρός. GALL. *Tenant, qui tient fort.* ITAL. *Tenace.* GERM. Zäh. HISP. *Cosa mucho retenedora.* ANGL. *Hath holdeth, clammy, glewish, also sparing or niggish.*} vt, Glutinum tenax dictum est, quod dum attrectatur, digitos tenere videatur. Virg. 4. *Georg.*

Excludunt ceras & mella tenacia figunt.

Ouid. 11. *Metam.*

Vtve tenax grauida manat tellure bitumen.

¶ Memoria tenax, id est, stabilis, constans, firma, quiduis optimè tenens. Plinius *Epist.97.* Mira vtrique probitas, constantia salua, decorus habitus, os Latinum, vox virilis, tenax memoria, magnum ingenium. Tenacior & Tenacissimus. Colum. *lib.1.* Potest etiam illiteratus, dummodo tenacissimæ memoriæ, rem satis commodè administrare. μνημονικός. Quint. *lib.1.cap.1.* Et natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percepimus. Morbus tenax, contumax, molestus, quísque difficulter propulsatur. Sueton. *in Claud. Cæsare, cap.2.* Infans autem relictus à patre, ac per omne ferè pueritiæ, atque adolescentiæ tempus variis ac tenacibus morbis conflictatus est. ¶ Homo tenax, id est, auarus, parcus, sordidus. {כילי *chilái.* φειδωλός, ῥυπαρός, σμικρολόγος.} Apuleius, Homo diues, sed nimium tenax. Terent. *in Adelph.* Ego ille agrestis, sæuus, tristis, parcus, truculentus, tenax. Cic. *pro Cælio*, Illum filium familiâs patre parco ac tenaci habere tuis copiis deuinctum non potest. Hinc apud Sueton. *in Cæs.cap.67.* tenaciores milites (id est, auariores. ¶ Aliquando durus, constans, perseuerans. ἰσχυρογνώμων, ἀμετάπειστος. Horat. 3. *Carm. Ode 3.*

Iustum & tenacem propositi virum.

Virg. 4. *Æneid.*

Tam ficti prauique tenax, quàm nuntia veri.

hoc est, in omnibus perseuerans, inquit Seruius. Iuuen. *Sat.8.*

Prima mihi debes animi bona: sanctus haberi,
Iustitiaque tenax factis dictisque mereris.

Velleius, Tenax amicitiarum Pompeius. ¶ Tenax equus, Liu. 9. *dec. 4.* nisi sit mendum, &c. Plaut. *Capt.sc.2.a.2.* Tenax ne est pater eius? Imò pertinax, &c.

Tĕnācĭă, æ, idem quod tenacitas, aut parsimonia, autore Nonio. Aliquando pro perseuerantia, aut duritia sumitur, quemadmodum compositum Pertinacia. Ennius, Ducet quadrupedem cuius tenacia infrænari nimis nequit. Nonius.

Tĕnācĭtĕr, aduerbium, Firmiter, constanter, pertinaciter. {ἰσχυρῶς, γλισχρῶς. GALL. *En tenant fort, engluant, perseueramment.* ITAL. *Tenacemente, con perseueranza.* GERM. Beharrlich. HISP. *Mucho teniendo, con perseuerancia.* ANGL. *By fast holding surely, constantly.*} Ouid. *Epist.3.*

An miseros tristis fortuna tenaciter vrget.

Tĕnācĭtās, atis, Sordes, parsimonia, auaritia. {בצע *betsáh.* σμικρολογία. GALL. *Force de retenir quelque chose, tenacité, auarice, chicheté.* ITAL. *Tenacita, auaritia.* GERM. Häbigkeit/Kündigkeit/Kargheit. HISP. *Tenacidad, ò auaricia.* ANGL. *Force in fast holding, niggardnesse.*} Liu. 4. *bell. Maced.* Sed in purpura quæ teritur, absumitúrque, non iustam quidem, sed aliquam tamen causam tenacitatis video, &c. ¶ Aliquando firmitas & perseuerantia aliquid retinendi. Cic. 2. *de nat.deor.* Cibúmque partim oris hiatu & dentibus ipsis capessunt, partim vnguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum, &c.

Tentores, tenentes equos antequam è repagulis emittuntur. Turn.

Tĕnŏr, olim tonor, à τόνος, intentio vocis, accentus, continuatio. {טעם taꜳm. Gall. Teneur, accent, suitte. Ital. Tenore. Germ. Thon. Hisp. Tenor. Angl. The tune or accent.} à Græco nomine τόνος, teste Quintilian. *lib. 1. cap. 5.* Adhuc (inquit) difficilior obseruatio est per tenores, (quos quidem ab antiquis dictos tenores comperi, videlicet declinato à Græcis verbo, qui τόνους dicunt) vel accentus, quos Græci προσῳδίας vocant. ¶ Interdum idem est quod ordo, vel forma, seu continuatio. {סדר sedher טור tur. Gall. *Ordres, suitte, continuation.* Ital. *Ordine, continuatione.* Germ. Der schrot oder ordnung eines dings/fürfürung der angefangnen weiss. Hisp. *Continuacion ordenada.* Angl. *An order or continuation of thinges.*} Valer. Maxim. *lib. 1.* Quò minus religionibus suis tenor suáque obseruatio redderetur. Virg. *2. Georg.*

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliúmve habuisse tenorem
Crediderim.

¶ Tenor vitæ, Liuius sæpè, vt *lib. 7. dec. 4.* Idem *5. d. 4.* Vno & perpetuo tenore iuris semper vsurpato. Quintilian. Tenorem seruare in narrationibus. Liu. *3. bell. Pun.* Hi mores eáque charitas patriæ per omnes ordines velut tenore vno pertinebat. Ouid. *3. Metam.*

Cætera paulatim placidóque educta tenore.

Erasmus tenorem, rei progressum vocat. Vnde quæ sui similia sibíque veluti perpetua quadam succedunt serie, horum eundem esse tenorem dicimus. Cic. *de Orat. perf.* Isque vno tenore, vt aiunt, in dicendo fluit, nihil afferens præter æqualitatem & æquabilitatem. Loquitur de æqualitate dictionis, nulla varietate reficientis auditorum aures. Tenor pugnæ, Liu. *lib. 8. ab Vrbe,* Fremitus æqualis, tenórque idem pugnæ in defatigationem vltimam, aut noctem spectabat.

Tĕnĕr, a, um, Mollis, tractabilis, delicatus, minimè robustus. {רך rach ענוג ꜳnógh. ἁπαλός, τέρην, ψαθυρός. Gall. *Tendre, mollet, doüillet, foible.* Ital. *Tenero, molle, tratteuolle, di buona pasta.* Germ. Zart. Hisp. *Tierno, muelle, tractable.* Angl. *Tender, gentle.*} à Græco τέρην, teste Festo, tribus postremis literis conuersis. Cic. *3. de finib.* Tener puer. Liu. *9. bell. Maced.* Quum vinum animos & nox, & misti fœminis mares, ætatis teneræ maioribus, discrimen omne pudoris extinxissent, corruptelæ primùm omnis generis fieri cœptæ. Ouid. *4. Trist. Eleg. 10.*

Cœpimus & teneræ primos ætatis honores.

Anton. *Ciceroni,* Me deinde sine ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum, & tenero animo eius persuadere non esse tradendas posteris inimicitias. Cicero *de Amicitia,* Neque enim sunt isti audiendi qui virtutem duram, & quasi ferream esse volunt: quæ quidem est tum multis in rebus, tum in amicitia tenera & tractabilis, vt ex bonis amicis quasi diffundatur, & incommodis contrahatur. Senec. *cap. 16. de consolat. ad Helu.* Quæ teneris imprimuntur ætatibus altiùs descendunt præcepta. In eandem sententiam loquitur Quintilian. *cap. 2. lib. 1.* Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

Cepimus & teneræ primos ætatis honores.

Idem *Eleg. 8. lib. 3.*

Protinus excolimur teneri (pueri.)

Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 1.* Teneris labellis molles morsiunculæ, &c. Ouid. *Epist. 4.*

Ars sit vbi à teneris crimen condiscitur annis.

Virg. *1. Eclog.*

——quo sæpe solemus
Pastores ouium teneros depellere fœtus.

Oratio mollis, tenera, & flexibilis. Cic. *in Orat.* Tenerior, tenerrimus. Plin. *lib. 10. cap. 72.* Si tenerior est Catulli adhuc ætas. Item *lib. 13. c. 4.* Et ab radice auulsæ vitalis est satus & ramorum tenerrimus. Ouid. *1. de Arte,*

Ipsa nouas frondes, & prata tenerrima tauro
Fertur inassueta subsecuisse manu.

Tĕnellŭs, a, um, diminutiuum. {ἁπαλός, τέρην. Gall. *Tendron, tendret.* Ital. *Tenerello.* Germ. Zartlecht. Hisp. *Tierna cosa vn poco.* Angl. *Somewhath tender.*} Plautus *in Casin.* Bellam & tenellam Casinam. Varro *1. de re rust. c. 41.* Aqua recenti insito inimica: tenellum enim cito facit putre. Stat. *lib. 5. Sylu. 5.*

Cui nomen vox prima meum ludúsque tenello
Risus, & ô nostro veniebant gaudia vultu.

Tĕnellŭlŭs, aliud diminutiuum. {ὁ πάνυ τρυφερός. Gall. *Fort mollet & doüillet, tendrillon.* Ital. *Tenerello.* Germ. Gar iung vnd zart. Hisp. *Tierna cosa vn poquillo.* Angl. *Tery tender.*} Catull. *Epigram. 17.*

Vt puella tenellulo delicatior hœdo.

Tĕnĕrĭtās, atis, & Teneritvdo, inis, Mollities ⟩⟨ Duritas, robur. {מרך móreeh. ἁπαλότης. Gall. *Tendreté, tendreur.* Ital. *Tenerezza.* Germ. Zarte/weyche. Hisp. *Tenura.* Angl. *Tendernesse.*} Cicer. *5. de finib.* In primo enim ortu inest & teneritas, & mollities quædam, vt nec res videre optimas, nec agere possint. Varro *1. de re rust. cap. 36.* de segetibus, Si qua est aqua, deduci: sin siccitates sunt, & terra teneritudinem habet, sartire vineas, bustáque putare. Suet. *in Tib. c. 44.* Primæ teneritudinis pueri.

Tĕnĕrē, & Teneriter aduerbia. {ἁβρῶς, ἁπαλῶς. Gall. *Tendrement.* Ital. *Teneramente.* Germ. Zartiglich. Hisp. *Tiernamente.* Angl. *Tenderly, louingly.*} Plin. *lib. 23. c. 3.* Et radice oleæ quàm tenerrime cortex derasus, in melle crebro gustatu medetur sanguinem reiicientibus.

Tĕnĕrāsco, is, siue Tenerescо, Tener fio, mitesco, misericordia ducor. {רך rach. ἁπαλύνομαι. Gall. *S'attendrir, deuenir tendre.* Ital. *Intenerirsi, diuenir tenero.* Germ. Zart werden. Hisp. *Enternecerse.* Angl. *To waxe tender.*} Lucret. *lib. 3.*

Scilicet in tenero tenerascere corpore mentem.

Plin. *lib. 17. cap. 22.* In tantum tenerescere acinos, vt rumpantur. Idem *lib. 28. c. 12.* Cutem in facie erugari, & tenerescere, & candorem custodire lacte asinino putant.

Tĕnēs, τένης, filius fuit Cycni, & Scamandodrices, Tenedi vrbis conditor, vt refert Lycophronis scholiastes. Cicer. *3. action. in Verr.* Tenem apud Tenedios in Sicilia putant esse sanctissimum deum, ac eorum vrbem condidisse.

‖Tenilis, qui potest teneri. Gl. Isid. leg. *teneri,* vt est apud Sapiam.‖

Tĕnĭtæ, credebantur esse fortium deæ, dictæ quòd tenendi potestatem haberent. Festus.

Tĕnontĕs, τένοντες, à Græcis dicuntur, quos recentiores medici nouitio quidem vocabulo, attamen inter ipsos melioris penuria recepta, Tendones appellant: quidam etiam Græci ex neruis nascentes. νευροφυεῖς. Sunt autem quædam motus instrumenta, in capite musculorum ex neruis & ligamentis conflata, eósque ossibus (quorum motui præcipuè seruiunt) annectentia. Habent autem mediam quandam naturam inter neruos & vincula: illis quidem duriores: horum tamen duritiem non exequantes. Vide Galen. *in tractatu de Motibus musculorum.*

Tĕnŏr, vide Teneo.

Tĕnŏs, insula vna ex Cycladibus, in qua est oppidum eiusdem nominis, quam propter aquarum abundantiam Aristoteles Hydrusam ὑδροῦσαν appellatam dicit: alioqui Ophiusam ὀφιοῦσαν. Vide Plin. *lib. 4. c. 12.*

‖Tensa (inquit Festus) vehiculum, quo exuuiæ deorum ludicris Circensibus in circum ad puluinar vehuntur. Fuit & ex ebore & ex argento.‖

Tĕnto, as, Experior, siue periculum facio, inquiro. {נסה nissah. πειράζω, πειρῶμαι, πειρητίζω. Gall. *Tenter, essayer, experimenter.* Ital. *Tentare.* Germ. Versuchen. Hisp. *Tentar.* Angl. *To assay, to prooue.*} Col. *lib. 9.* Sæpiùs digitis loca fœminarum tentanda sunt: nam in promptu gerunt oua quibus iam partus appropinquat. Cic. *in Paradox.* Tentare volui possentne ita dici vt probarentur. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

——Studium quid inutile tentas? (id est, poësin.)

Idem *ibid.*

Et quod tentabam scribere, versus erat.

Plaut. *Aul. sc. 1. a. 5.* Abi, lepidè animum tentaui tuum. *Ibid. sc. 3. a. 4.* Ne inter tunicas habeas. S. Tenta quà lubet. (id est, scrutare.) *Ibid. sc. 4. a. 3.* Megadorus tentat me miserum. Velleius, Tentare spem dubiam armorum. Virg. *2. Æneid.*

——vix primi prælia tentant
Portarum vigiles.

Terent. *in Phorm.* Visum est mihi, vt eius tentarem sententiam. Ouid.

——Sed quid tentare nocebit?

Idem *1. Metam.*

Cuncta priùs tentanda: sed immedicabile vulnus
Ense recidendum est, ne pars syncera trahatur.

Cic. *1. Tusc.* Tentaui quid in eo genere possem. ¶ Insidiis locum tentare. Salust. *Iugurth. 92. Ibid. 92.* Et quoniam aruis diffiderent, lassitudinem, & sitim militum, tentaturos, i. capturos. Tentari morbo, affligi morbo. ענה ꜳnán. Idem *4. Tusc.* Illud animorum corporúmque dissimile est, quòd animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt. Tentare pudicitiam alicuius, & tentare iudicium pecunia, est pudicitiam vel iudicium conari labefactare, & corrumpere. Idem *pro Cluent.* Iudicium pecunia esse tentatum, non à Cluentio, sed contra Cluentium. Senec. *cap. 24. de cons. ad Mart.* Et cum quarundam (mulierum) vsque ad tentandum (pudorem formosi adolescentis) peruenisset improbitas, erubuit, quasi peccasset, quòd placuerat. ¶ Tentare veneno aliquem, Suet. *in Neron. c. 34.* Insidiis, Velleius. Inflammatione præcordiorum tentari, Suet. *in Aug. c. 81.* Item, Tentare certamen. Liu. *lib. 5. ab Vrb.* Venas, Suet. *in Tib. c. 72.* Vide Tentatus. Vrbem, idem *lib. 6. dec. 4.* Item, Tentare feras conditiones pacis. Idem *in Aug. c. 67.* Et Cæs. *lib. 3. de bell. ciu.* Tentare nouam fortunam, & nouas amicitias, &c. ¶ Tentare senectutem, vel solicitudinem alicuius, est aggredi & conari subuertere aliquem senectute, & necessariorum inopia infirmum, & iniuriæ facilè obnoxium. Cic. *pro Rabir.* Idcirco in omnibus iis euertendis, vnius hominis senectus, infirmitas, solicitudóque tentata est.

Tĕntātŭs, a, um, particip. {πειραθείς. Gall. *Tenté.* Ital. *Tentato.* Germ. Versucht. Hisp. *Tentado.* Angl. *Assayed, prooued.*} Ouid. *1. de Arte,*

Optimè tentatam, nec nisi victor abi.

Cic. *lib. 1. Offic.* Tentata res est ab omni genere hominum. Ouid. *Eleg. 9. lib. 3. Trist.*

Per non tentatas prima cucurrit aquas.

Sueton. *in Tib.* Existimans tentatas ab eo (Charicle medico) venas sibi, &c. Velleius, Ne tentata quidem hostis misericordia. Idem, Tentatus valetudine grauissima.

Tentaturus, a, um, aliud partic. Virg. *lib. 2. Æneid.*

Tentaturum ad ictus, & quæ mollissima fandi
Tempora.

Tĕntātĭo, nis, verbale, Experimentum, conatus. {מסה massáh נפתול naphtúl. πειρασμός. Gall. *Tentation, essay, espreuue, experience.* Ital. *Proua, saggio, esperienza.* Germ. Versuchung. Hisp. *Tentacion, obra de tentar, experiencia.* Angl. *An assaying, or prooving.*} Liu. *4. ab Vrbe,* Ægrè Hortensius pati, tentationem eam credens esse perseuerantiæ suæ. Cic. *ad Attic. lib. 10.* Valetudinem tuam iam confirmatam esse, & à vetere morbo, & nouis tentationibus gaudeo.

Tĕntātŏr, is. {מנסה menasséh. πειραστής. Gall. *Tentateur.* Ital. *Tentatore.* Germ. Ein versucher. Hisp. *Tentador, el que tenta.* Angl. *An assayer or proouer.*} Horat.

——notus & integræ Tentator Orion Dianæ.

Tĕntābŭndŭs, adiectiuum, Nunc hoc, nunc illud tentans. {ὁ πειράζοντι ἐοικώς, ὑποπειρώμενος. Gall. *Essayant, esprouuant.* Ital. *Chi tenta.* Germ. Vil oder offt versuchend. Hisp. *El que tenta.* Angl. *That assayeth much and often.*} Liuius *1. bell. Punic.* Ventum deinde ad multò angustiorem rupem, atque ita rectis saxis, vt ægrè expeditus miles tentabundus, manibúsque retinens virgulta, ac stirpes circa eminentes demittere sese posset.

Tĕntāmĕntum, i, Tentatio. {מסה massáh נפתול naphtúl. πειρασμός. Germ. Gall. *Preuue, essay, experience.* Ital. *Proua, saggio, esperienza.* Germ. Versuchung. Hisp. *Tentation, experiencia.* Angl. *An assaye or proofe.*} Virg. *7. Æneid.*

——nec prima per artem
Tentamenta tui pepigi.

Ouid. *7. Metam.*

——meditatáque penè reliqui
Tentamenta fide. Fide pro fidei.

Idem *15. Metam.*

——postquam mortalia cernunt

Tentamenta nihil, nihil artes posse medentem,
Auxilium cœleste petunt.

Tĕntĭpēllĭum, ij, genus calciamenti ferratum, quo pelles extenduntur, vt ex Artorij sententia tradit Festus. Alij putant medicamentum esse, quo rugæ abiguntur, cutisque extenditur. Titinnius apud Festum, Tentipellium inducis: rugæ in ore extenduntur. Vide plura apud Festum.

Tĕntōrĭum, vide *Tendo.*

Tĕntyrā, orum, siue Tentyris, idis, τέντυρα Ptolemæo & Straboni, τεντυρίς Stephano, vrbs est Ægypti in eiusdem nominis insula, quam Nilus efficit: cuius incolæ Tentyritæ vocantur: de quibus vide in dictione sequente. Iuuenal. *Satyr.* 15.

Qui vicina colunt vmbrosa Tentyra palma.

Tĕntyrītæ, τεντυρῖται. Populi sunt ex Tentyris Nili insula, qui tanto crocodilis terrori esse dicuntur, vt sola eos voce in fugam vertant. De his sic scribit Plinius *lib.* 8. *cap.* 25. Quin & gens hominum est huic belluæ aduersa in ipso Nilo Tentyritæ, ab insula, in qua habitat, appellata. Mensura eorum parua, sed præsentia animi in hoc tantùm vsu mira. Terribilis hæc contra fugaces bellua est, fugax contra insequentes. Sed aduersum ire hi soli audent: quinetiam flumini innatant: dorsóque equitantium modo impositi: hiantibus resupino capite ad morsum, addita in os claua, dextera ac læua tenentes extrema eius vtrinque, vt frænis in terram agunt captiuos, ac voce etiam sola territos cogunt euomere recentia corpora ad sepulturam. Itaque ei vni insulæ crocodili non adnatant, olfactúque eius generis hominum, vt Psyllorum serpentes fugantur. Strabo quoque *lib.* 17. Quum (inquit) crocodili Romam allati essent, vt viderentur, Tentyritæ eos sequebantur, facta est ab illis piscina quædam, & foramen in vno laterum, vt ex aqua in apricum egredi possent: Tentyritæ aderant qui eos interdum reti educebant ad solem, vt à spectatoribus viderentur: interdum in aquam intrantes, rursum eos in piscinam retrahebant. ¶ Nonnulli hos etiam Tentyros vocari putant: & ita vulgò legitur apud Plinium *lib.* 28. *c.* 3. Nam in insula Nili Tentyri nascentes tanto sunt crocodilis terrori, vt vocem quoque eorum fugiant. Quo in loco alij legunt ad hunc modum. Nam in insula Nili Tentyris nascentes: vt, Tentyris ablatiuus sit à Tentyra, orum, quod insulam ipsam significat.

TĔNVĬS, e, Exilis, leuis, subtilis, gracilis, exiguus, ✕ Crassus. Quidam deducunt à tendendo, id est, extendendo ferro. Nam ita, inquiunt, tenuantur laminæ. {דק *dak* ✕ דל *dal.* λεπτός, λιτός, φαῦλος, ἀραιός. GALL. *Tenure, menu, delié, mince, petit.* ITAL. *Sottile, picciolo.* GERM. Dünn/Ran. HISP. *Delgado ò sotil.* ANGL. *Thinne slender, small.*} Cic. *de Fato*, Athenis tenue cælum: ex quo etiam acutiores putantur Attici: crassum Thebis: itaque pingues Thebani ac valentes. Idem *in Hortensio*, Fundum non modò mediocri pecunia, sed etiam tenui percipere possumus. Colum. *lib.* 2. Quo tenue linum proueniat. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Tenuis & infirmi animi, esse animi pusilli. Ouid. allegoricōs,

Tenuis mihi campus aratur, &c.

Cic. *pro Flacco*, Hæc enim ratio, ac magnitudo animorum in maioribus fuit, vt quum in priuatis rebus, suísque sumptibus minimo contenti, tenuissimo cultu viuerent, &c. Virg. 4. *Æneid.*

——— *& tenui telas discreuerat auro.*

Cic. 5. *Tusc.* Negat vllam in sapiente vim esse fortunæ: tenuem victum antefert copioso. Ouid. 1. *de Arte,*

Blanditiásque leues tenui perscribere vino.

Tenuior, & tenuissimus. Stat. *Sylu.* 4.

Hac tu sperne coli tenuiore lyra.

Cicer. *ad Attic. lib.* 3. Spes mea semper fuit tenuior, quàm literæ tuæ. Idem 2. *de finib.* Negat enim tenuissimo victu, hoc est, contemptissimis escis, & potionibus, minorem voluptatem percipi, quàm rebus exquisitissimis ad epulandum. Tenuissima membrana. Idem 1. *de nat. deor.* In minimis tenuissimísque rebus labi. Idem 1. *de Orat.* In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem Numina læua sinunt, auditque vocatus Apollo. ¶ Tenuis item aliquando ponitur pro paupere, & parum locuplete. {אביון *ebjón* ✕ דל *dal.* πένης. GALL. *Pauure.* ITAL. *Pouero.* GERM. Arm. HISP. *Pobre.*} Cic. *pro Mur.* Pœna grauior in plebem tua voce efflagitata est: commoti animi tenuium in ordinem nostrum. *Ibidem,* Tenuiorum, & non occupatorum amicorum est ista assiduitas. Idem 3. *de legib.* Concessa plebi à patribus ista potestate, arma ceciderunt, restincta seditio est: inuentum est temperamentum, quò tenuiores cum principibus æquari se putarint.

Tĕnŭĭcŭlŭs, diminutiuum. {λιτός, λεπτός, λεπταλέος. GALL. *Menuet, tenuret.* ITAL. *Sottileto, piccioletto.* GERM. Schlecht/nachgültig. HISP. *Cosa sotil ò delgada vn poco.* ANGL. *A litle thinne and slender.*} Cic. *Pato*, Tenuiculo apparatu significans Balbum fuisse contentum.

¶ Tenuiarius, qui vestes tenues conficit. Salmas.¶

Tĕnŭĭtās, atis, Gracilitas, subtilitas. {דלות *dalláh.* λεπτότης, λεπτομέρεια. GALL. *Tenuité, menuiseté, petitesse.* ITAL. *Picciolezza, sottilità.* GERM. Dünne/ranheit. HISP. *Delgadez ò sotileza.* ANGL. *Thinnesse, smallenesse.*} Plin. *lib.* 8. *c.* 33. Cauda prælonga in tenuitatem desinens, & implicans se viperinis orbibus. Idem *lib.* 10. *cap.* 29. Linguis lusciniarum tenuitas illa prima non est, quæ cæteris animalibus. ¶ Tenuitas, pro paupertate. {πενία. GALL. *Pauureté.* ITAL. *Pouertà.* GERM. Armut. HISP. *Probeza.*} Cic. 2. *Offic.* Danda etiam opera est, ne, quod apud maiores nostros sæpe fiebat, propter ærarij tenuitatem, assiduitatémque bellorum, tributum sit conferendum. Idem *Tironi,* Vt possum, ex meis angustiis illius sustento tenuitatem.

Tĕnŭĭtĕr, tenuius, tenuissimè, aduerbium. {λεπτῶς. GALL. *Tenuement, deliement.* ITAL. *Picciolmente, sottilmente.* GERM. Dünniglich/schlechtlich/nachgültiglich. HISP. *Delgadamente.* ANGL. *Thinnelie, smaillie, slenderlie.*} Cæs. *lib.* 3. *bell. Gall.* Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ. Cic. *lib.* 3. *de inuen.* Sed illæ tenuiùs & acutiùs, & subtiliùs tractantur: hi autem grauiùs & ornatiùs. Idem 6. *Verrina,* Iussit Timarchidem æstimare argentum, quo modo? quo qui vnquam tenuissimè in donatione histrionum æstimauit.

Tĕnŭo, as, Tenue reddo, extenuo, macero. {הדק *hedhák.* λεπτύνω. GALL. *Attendrir, amenuiser, apperisser.* ITAL. *Stenuare, assottigliare, minuire.* GERM. Dünn/oder ran machen. HISP. *Adelgázar, amenguar.* ANGL. *To mak thinne and slender.*} Quint. *lib.* 2. *c.* 10. Ita sibi quoque tenuandos adipes, & quicquid humoris corrupti contraxerit, emittendum, si esse sanus ac robustus volet. Propert. *lib.* 3. *Eleg.*

Dicite quo pariter carmen tenuastis in antro.

Ouid. *lib.* 3. *Metam.*

Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ.

Idem 2. *de Ponto, Eleg.* 7.

Nec magis assiduè vomer tenuatur ab vsu,
Pectora quàm mea sunt serie calcata malorum.

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Vtque meam famam tenuent obliuia culpæ.

Et *Eleg.* 6. *lib.* 4. Hoc (tempus) tenuat dentem aratri. ¶ Composita sunt, Attenuo, & extenuo: de quibus suis locis.

Tĕnŭātŭs, a, um, participium. {הדל *dal* ✕ נדל *nadhál.* λεπτωθείς. GALL. *Amenuisé, apperissé.* ITAL. *Stenuato, assotigliato.* GERM. Außgemägert/subtiler gemacht. HISP. *Adelgazado, amenguado.* ANGL. *Made slendrie, thinne or small.*} Horat. 2. *Serm. sat.* 2.

Seu recreare volet tenuatum corpus, vbique
Accedent animi, &c.

Ouid. *lib.* 2. *Metam.*

Quum vox est tenuata viro, canaque capillos
Dissimulant plena.

Tĕnŭs, us, idem quod laqueus, teste Nonio, à tendendo dictus. {פח *pach.* παγίς. GALL. *Vn laqs.* ITAL. *Laccio.* GERM. Ein strick oder ein Seyl. HISP. *El lazo.* ANGL. *A snare nock or a bow.*} Plaut. *Bacchid.* Nunc ab transenna hic turdus lumbricum petit: Pendebit hodie pulchrè, ita intenditenus.

Tĕnŭs, {עד *ǩadh.* μέχρι. GALL. *Iusques.* ITAL. *Fin' a.* GERM. Biß an. HISP. *Hasta.* ANGL. *Nigh to, vp to, or downe to.*} Præpositio, idem significans quod vsque ad: exigítque aut ablatiuum singularem, cui tamen postponitur: vt, Pube tenus, Mento tenus, Capulo tenus. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus.

Liuius, Verbo tenus magis, quàm re. Senec. *c.* 9. *de tranquill.* Tecto tenus extructa loculamenta. Suet. *in Cæs. c.* 76. Titulo tenus honores gerere. (i. non re ipsa.) Idem *in Aug. c.* 85. Et aliquam de vita sua, quam tredecim libris Cantabrico tenus, nec vltra exposuit. Idem *in Tib. c.* 38. Antio tenus nusquam abfuit. Gell. *cap.* 8. *lib.* 17. Ore tenus ferre. ¶ Aut genitiuum pluralem. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Et crurum tenus à momento palearia pendent.

Sic Cumarum tenus: id est, vsque ad Cumas. Cic. *in Epist.* Illi rumores de comitiis Transpadanorum Cumarum tenus caluerunt. Quintilianus, Aurium tenus percipere. ¶ Nonnunquam admittit & accusatiuum. Flaccus *in Argonauticis*, Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro. Quodam tenus prodire, est qualem in re quapiam progressum facere. Horat. 1. *Epist.* 1.

Est quodam prodire tenus, si non datur vltra.

Liu. *lib.* 4. *dec.* 5. Genus tenus, &c. nisi sit mendum. Item, Illatenus, vno verbo, pro eousque dixit Gell. *c. vlt. lib.* 16. loquens de Arione his verbis: Nautas precum eius harum commisertum esse illatenus, vt ei necem afferre per vim suis manibus temperarent. Titulo tenus Consul, hoc est, solo titulo, & non re, vt paulò antè dictum est.

Teos, τέως Stephano, Ioniæ ciuitas, Anacreontis Poëtæ patria, qui ab ea Teius est cognominatus. Horat. *in Epod.*

Non aliter Samio dicunt arsisse batillo
Anacreonta Teium.

¶ Est & altera eiusdem nominis ciuitas in Scythia, ad paludem sita, piscibus referta, cui sereno tempore oleum innatat tanta copia, vt in vasa colligi possit, & necessariis vsibus adhiberi. Autor Steph.

Teius, a, um. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Lyrici Teïa musa senis. (periphrasis Anacreontis poëtæ.)

Tĕpĕo, tepes, vide *Tepidus.*

Tephrias, genus marmoris. Exponi potest cineritius. Nam τέφρα Græcis est quod Latinis cinis. Plin. *lib.* 36. *c.* 7. Laudatur præcipuè ex his, quem Tephraim appellant à colore cineris.

Tephrītis, τεφρῖτις. Gemma quæ nouæ lunæ speciem habet, in cornua curuatæ, cinericei tamen coloris: vnde & nomen habet. Autor Plin. *lib. vlt. cap.* 10.

TĔPĬDVS, a, um, quod est medium inter calidum & frigidum. {χλιαρός, ἀλεεινός. GALL. *Tiede, chaudet, entre chaud & froid.* ITAL. *Tepido, ne freddo, ne caldo.* GERM. Law/das nicht gar kalt noch warm ist. HISP. *Tibio, entre frio y caliente.* ANGL. *VVarme, meane betwene hote and colde.*} Plin. *lib.* 12. *c.* 25. Præterea synceri densantur in tepida aqua. Ou. 2. *Fast.*

Aurea pellebant tepidos vmbracula soles.

Idem *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

Exerit (herba) *è tepida molle cacumen humo.* (id est, vere.)

¶ Interdum pro calido ponitur. Lucretius, Tepidísque caminis. Virg. 1. *Georg.*

Non tepidum ad Solem pennas in littore pandunt.

Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 19.

Tepidósque refouerat ignes.

¶ Interdum pro frigido, præsertim quando transfertur ad hominem. Plaut. Hic homo factus est tepidior, id est, frigidior, segnior. Hinc Tepidus orator: contumeliosum est verbum apud Quintillan. *c.* 13. *lib.* 1. ¶ Tepidum licet, &c. Martial. *Epigr.* 71. *lib.* 1. & *Epigr.* 98. madidum, id est, elixum.

Tĕpĭdŭlŭs, diminutiuum. Subtepidus. ὑπόχλιαρος.

Tĕpĭdārĭŭm, locus in balneis, in quo tepida aqua lauabantur. χλιαρὸν λουτρόν: quemadmodum Calidarium, in quo calida lauabantur: & Frigidarium, in quo frigida.

Tĕpĭdo, as, are, Tepida aqua irrigo. {χλιαίνω. GALL. *Tiedir, faire tiede.* ITAL. *Intepidire, far tepido.* GERM. Law machen. HISP. *Entibiar.* ANGL. *To warme, or mak warme.*} Plin. *lib.* 17. *c.* 26. In eodem agro Bruma, tantò magis si niues scateant, geléve, ne frigus vires adurat, circunfunduntur riguis, quod ibi tepidare vocant, memorabili natura in amne solo. Sed idem æstate intolerandi rigoris.

Tĕpĕo,es,ui, Tepidus sum. {χλιαρὸς εἰμί. GALL. *Estre tiede, deuenir tiede, ou se tieder.* ITAL. *Esser tepido.* GERM. Law sein. HISP. *Entibiarse.* ANGL. *To bewarme.*} Plin.*lib.*19.*cap.*4. Carnibus gallinaceorum,ita vt tepeant auulsæ appositis, venena serpentium domantur. Ouid. 3. *de Ponto, Eleg.*4.

Illa recens pota est, nostra tepebit aqua.

Virg.3.*Georg.*

Parturit almus ager, Zephyrique tepentibus auris
Laxant arua sinus.

Ouid.3.*Fast.*

Et pereunt victa sole tepente niues.

Cato *de re rust.c.*69.Leuibus lignis facito calescat:vbi temperatè tepebit,tum cuminum indito.Ouid.*Eleg.*10.*lib.*3.*Trist.*

Dum tamen aura tepet, &c.

Quintilian. Tepet hic affectus.

Tĕpesco,is,aliquantulum caleo,tepidus fio. {χλιαίνομαι. GALL.*Deuenir tiede.*ITAL.*Diuenir tepido.* GERM. Law werden. HISP.*Entibiarse.*ANGL. *To waxe warme.*} Cic.2.*de nat.deor.* Atque etiam maria agitata ventis ita tepescunt, vt intelligi facilè possit in tantis illis humoribus esse inclusum calorem.Virg.9.*Æneid.*

Et fixo ferrum in pulmone tepescit.

Lucan.*lib.*4.

Paulatim cadit ira ferox,mentésque tepescunt.

¶ Huius compositum est,Intepesco,quod est valde tepesco.Columell. Nunc mitigato iam & intepescente frigore, largissimis oliuitatibus, Liberíque vindemiis exuberent.

Tĕpŏr,is,& Tepiditas, atis, Media qualitas inter calorem & frigus, moderatus calor & frigus. {χλιαρότης, ἀλέα. GALL. *Tiedeur.* ITAL. *Tepidezza.* GERM. Die läwe. HISP. *Tibieza, disposicion de lo tibio.* ANGL. *VVarmth orwarmenesse.*} Colum. *lib.*2. Si verò tepor cæli, siccitásque regionis suadebit,Februario statim proscindendi sunt. Cic.2. *de natur. deor.* Nec enim ille externus & aduentitius habendus est tepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus, quod nostris quoque corporibus contigit, quum motu atque exercitatione recalescunt. Ouid. 2.*Metam.*

Quæ neque dant flammas,lenique tepore cremantur.

Tepefacio,is,ere, Tepidum facere. Cicer.2.*de nat.deor.* Is eius tactus est, non vt tepefaciat solùm,sed etiam sæpe comburat. Catull.*in Argon.*pe syllabam produxit,

Alta tepefaciet permista flumina cæde.

Idem *ad Mallium*, corripuit eandem,

Frigida deserto tepefecit membra cubili.

Tĕpōro,Tepefacio. {χλιαίνω. GALL. *Tiedir vn peu,eschauffer.* ITAL. *Intepidire, far tepido.* GERM. Law oder warmlecht machen. HISP. *Entibiar, hazer tibio.* ANGL.*To mak warme.*} Plin. *lib.*36.*cap.*26. Fragmenta teporata agglutinantur tantùm, rursus tota fundi non queunt, præter quàm abrupta sibi.

TĔR, {שלש פעמים *schelósch peĥamín.* τρίς. GALL.*Trois fois.* ITAL. *Tre volte.* GERM. Drey mahl. HISP.*Tres vezes.*ANGL.*Three tymes.*} Aduerbium numerale,idem valens quod tribus vicibus.Cic.*de diuin.*Cædunt de cælo ter quatuor corpora sancta,Virg.*lib.*1.*Georg.*

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam:
Ter Pater extructos disiecit fulmine montes.

Horat.3.*Carm.Ode* 3.

Ter si resurgat murus aheneus,
Autore Phœbo, ter pereat meis
Excisus Argiuis: ter vxor
Capta virum, puerósque ploret.

Plaut. *Pseud.sc.*4.*a.*2. Cui ter trina,triplicia,artibus tribus, ter demeritas dein lætitias.Ouid.*lib.*5.*Fast.*

Ter volui promittere opem,ter lingua retenta est.

Idem *Eleg.*3.*lib.*1.*Trist.*

Ter limen tetigi,ter sum reuocatus, &c.

¶ Aliquando non tam numerum significat,quàm augmentum : vt,Ter maximus, τρισμέγιστος : Ter beati,τρισμάκαρες. Ouid.8.*Metam.*

———*O ego ter felix!*

Virg.1.*Æneid.*

———*O térque quatérque beati!*

Teraphim, תרף, imago.

TĔRCENTVM,Trecenti. {שלש מאות *schelósch meóth.* τριακόσιοι.GALL. *Trois cents,trois fois cent.* ITAL.*Trecento.* GERM. Dreyhundert. HISP.*Tres cientos.* ANGL.*Three hundred.*} Virg.8.*Æneid.*

Maxima tercentum totam delubra per vrbem
Lætitia, ludísque viæ plausúque fremebant.

Idem 1.*Georg.*

Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.

Idem 4.*Æneid.*

Stant aræ circum, & crines effusa sacerdos
Tercentum tonat ore deos.

Tercenti,æ, a, Tercenti, seu tercentum. {שלש מאות *schelósch meóth.* τριακόσιοι. GALL. *Trois cens.* ITAL. *Trecento.* GERM. Dreyhundert. HISP. *Tres cientos.* ANGL. *Thre hundred.*} Cic.2.*de finibus*,Tercentósque eos, quos eduxerat Sparta,quum esset proposita aut fuga turpis,aut gloriosa mors,opposuit hostibus. Plaut. *Persa*, Tercentis versibus tuas impuritias loqui nemo potest. Cic.3.*Philipp.* Et Brundusij tercentos fortissimos viros,ciuésque optimos trucidauit.

Tĕrcentiēs,aduerbium. {τριακοσιάκις. GALL. *Trois cents fois.* ITAL. *Trecente volte.* GERM. Dreyhundert mahl. HISP. *Trecientas vezes.* ANGL. *Three hundred tymes.*} Catull. *in Iul.Cæsarem*, Ducenties comesset,aut tercenties? Non desunt tamen qui hisce omnibus in locis Trecenti,& Trecenties legendum contendant.

Tĕrcentēnī, Tercenti. {שלש מאות *schelósch meóth.* τριακόσιοι. GALL. *Trois cens.* ITAL. *Trecento.* GERM. Dreyhundert. HISP. *Tres cientos.* ANGL. *Three hundred.*} Mart.*lib.*2.

Tercentena quidem poteras epigrammata ferre.

‖Tercera, insula.‖

Tĕrdēnī,æ,a,Triginta. {שלשים *schelóschim.* τριάκοντα. GALL. *Trente.* ITAL.*Trenta.* GERM. Dreyssig/oder ie dreyssig. HISP.*Treynta en numero.* ANGL.*Threttie.*} Martial.*lib.*12.

Ter denos vigilaueram per annos.

Virg.*lib.*8.*Æneid.*

Ex quo terdenis vrbem redeuntibus annis,
Ascanius clari condet cognominis Albam.

‖Terdona,siue Dertona,*Tortona*,V.E.sub A.& Ducatu Mediolanensi.‖

TĔRGĔMĬNVS, a, um, adiectiuum, id est, triplex. {משלש *meschulásch.* τρίπλυχος, τρίπλαξ. GALL. *Triple,de trois doubles.* ITAL. *Di tre doppi, triplice.*GERM.Dreyfach/oder dreyfaltig.HISP.*Trasdoblado,cosa que tiene tres doblezes.* ANGL.*Three folde.*} Liu.6.*ab Vrbe*, Modò tergeminæ victoriæ triplicem triumphum ex his ipsis Volscis & Æquis, & ex Hetruria egistis.Ouid.4.*Trist.Eleg.*6.

Tergeminúmque virum,tergeminúmque canem.

Stat.1.*Sylu.*1.

Non hoc imbriferas hyemes opus,aut Iouis ignem
Tergeminum,Æolij non agmina carceris horret.

id est,fulmen trisulcum. ¶ Ius tergeminæ prolis,id est,ius trium liberorum.Stat.4.*Sylu.*8.

Ergo quòd Ausoniæ pater augustissimus vrbis
Ius tibi tergeminæ dederat latabile prolis,
Omen erat.

Plaut.*Capt.sc.*1.*a.*1.Extra portam tergeminam ad saccum ire licet.(id est,mendicatum ire licet.) Quidam Codices hîc habent *Trigeminam.*

¶ Tergeminus pro maximo,atque amplissimo. Horat. *initio Carm.*

Certet tergeminis tollere honoribus.

Martialis,

———*tergeminum mugiat ore sophos.*

id est,maxima voce succlamet.Tibullus,

Illum tergeminæ nantem confinia mortis.

Tĕrgĕmĭnī, dicuntur qui tres eodem partu editi sunt. {τρίδυμοι. GALL. *Trois nais tous d'vne ventrée.*ITAL.*Tre natti tutti d'vn medesimo parto.* GERM. Drey so in einer geburt geboren sind/Dreyling. HISP.*Tres nascidos de vn mismo parto.* ANGL. *Three borne attone tyme of one nother.*} Plin. *lib.*7.*c.*3. Tergeminos nasci certum est,Horatiorum,Curiatiorúmque exemplo.Tergemini fratres,apud Liu.1.*ab Vrbe.*

‖Teristrium, mauortium. Turn.

Terma,extrema planta pedis.Varro.

Termentarium,linteum,quod teritur corpore.‖

TĔRNVS,a,um,distributiui numeri nomen est:quod tamen sæpe accipitur pro suo primitiuo. {שלשה *scheloscháh* שלישי *schelischi.* τρεῖς, σύντρεις,τριπλοῦς. GALL.*Trois en nombre,ou trois ensemble.* ITAL.*Tre in numero,ò tre insieme.*GERM. Drey oder ie drey. HISP.*Tres en numero,ò tres juntamente.*ANGL.*Thre or three and three.*} Horat.3. *Carm.Ode* 19.

Ternos ter cyathos attonitus petet Vates.

Virg.1.*Æneid.*

———*Terno consurgunt ordine remi.*

Cic. *ad Patum lib.*4. Quum loquimur terni,nihil flagitij dicimus : at quum bini,obscœnum est.Ouid.*Eleg.*1.*lib.*2.*Trist.*

Parua sedet ternis instructa tabella lapillis.

¶ Terna pro tria,bis dixit Tibull.*lib.*4.

Terna sæcula vixit Nestor.

Tĕrnārĭus,a,um. {שלשה *schelóscháh* שלישי *schelischi.*τριαδικός.GALL. *De trois.*ITAL.*Di tre.* GERM.Das drey hatt. HISP. *Cosa de tres.*ANGL.*Of the number of three.*} vt,Ternarij scrobes,id est,scrobes quadrati,quaquauersum pedes habentes ternos.Colum.*lib.*11.*cap.*2.Scrobes omnis generis,quos eris autumno consitutus, hoc tempore præparare oportebit:eorum quaternarij, hoc est, quaquauersum pedum quatuor, si est commodum terrenum, XIII. ab vno fiunt : ternarij autem XVIII. ¶ De Ternarij perfectione, Plutarch. *in Fabio.* Item Ausonius in Poëmate cui Grypho nomen est.

TĔRTĬVS,a,um,Vltimus,siue vnus ex tribus. {שלישי *schelischi.* τρίτος. GALL.*Troisiesme,tiers.*ITAL.*Terzo.* GERM.Der drit. HISP.*Tercero en orden.* ANGL.*The thrid.*} Ouid.13.*Metam.*

———*Sic à Ioue tertius Aiax.*

Plaut.*Aul.sc.*3.*a.*4.Ostende manus.S.Eccas.E.Ostende etiam tertiam. Verba sunt auari Euclionis perturbatum habentis animum, &c. Plin. *Epist.*92.Tertius dies est,quòd audiui recitantem Sentium Augurium. Cic.*pro Rab.Posthumo*, Modò vobis inspectantibus in Gabinij iudicio, tertio quoque verbo excitabatur.Plin.*lib.*8.*c.*48. Tertium locum Milesiæ oues obtinent.¶Tertiæ notæ herbæ,id est,tertio loco adscribendæ,vel tertiam dignitatem post alias sortitæ.Colum.*lib.*9.*cap.*4. Tertiæ notæ,sed adhuc generosæ,marinus ros,& nostrâs cunila,quam dixi satureiam.

Tĕrtĭānus,adiectiuum,vt,Tertiana febris, quæ tertio quoque die recurrit. {τριταῖος. GALL. *Tiers.* ITAL. *Terzano.* GERM.Dreytägig. HISP. *Tercero.*ANGL.*Of the thrid daye.*} quemadmodum Quaterna,quæ quarto. Cicer.*de nat.deor.*Vide quæso si omnis motus,omniáque, quæ certis temporibus ordinem suum conseruant, diuina dicimus, ne tertianas quidem febres,& quartanas diuinas esse dicendum sit. ¶ Tertiana etiam absolutè idem significat. Plin. *lib.*10.*cap.*14. Xenocrates pulegij ramum lana inuolutum in tertianis ante accessionem olfactandum dari,&c.

Tĕrtĭānī, norum, Tertiæ legionis milites. οἱ τῆς τρίτης τάξεως στρατιῶται. Tacit. *lib.*2. *cap.*21. Tradidit & Syria duos, & vicesimanos, tertianósque.

Tĕrtĭō,aduerbium,Tertia vice. {שלישית *schelischith.*τρίτον,τρίτως. GALL.*Tiercement,pour la troisiesme fois.* ITAL. *La terza volta.* GERM. Zum dritten mahl. HISP. *La tercera vez.* ANGL. *Thridlie.*} Terent. *in Eunuch.* Non hercle veniam tertiò. Col.*lib.*3.*c.*13. Sarriuntur sesquiopera,iterum sarriuntur vna opera,& tertio vna.

Tĕrtĭum,aduerbium,Tertia vice. {שלישית *schelischith.* τρίτον,τρίτως. GALL. *Pour la troisiesme fois.* ITAL. *La terza volta.* GERM. Zum dritten mahl. HISP. *La tercera vez.* ANGL. *The thrid tyme,or thridlie.*} Plaut. *Men.sc.*4.*a.*2. Vbi Agathocles regnator fuit:Iterum Panthia,Tertium Liparo. Cic.2.*de diuin.* Quid est tam incertum,quàm talorum iactus? tamen nemo est,quin sæpe iactans,Venerem iaciat aliquando,nonnunquam

quam etiam iterum ac tertium. ¶ Tertium Consul esse dicitur, qui duobus iam perfunctus Consulatibus, tertium gerit. Tertiò autem Consul quis factus esse dicitur, qui tertio post exactos reges anno gessit consulatum. Adi Gell. *c.* 1. *lib.* 10.

Tĕrtĭo, as, verbum est rei rusticæ scriptoribus familiare, pro eo quod est, opus aliquod tertiò repeto. {שלש *schillésch.* τριτόω, τρίτον ἐργάζομαι. GALL. *Tiercer, labourer pour la troisiesme fois.* ITAL. *Interzare, lauorare la terra la terza volta.* GERM. Zum dritten mahl erren. HISP. *Terciar lo binado.* ANGL. *To thride, to labour the thrid tyme.*} vt, Tertiare agrum, est tertiò proscindere. τριπολεῖν. Col. *lib.* 2. Sed iugerum talis agri quatuor operis expeditur: nam commodè proscinditur duabus, vna iteratur, tertiatur dodrante, in liram statim redigitur quadrante operæ. Idem *lib.* 2. *c.* 13. Iteratos esse oportebit, ac deinde circa Septemb. Calendas tertiatos.

Tĕrtĭātĭo, nis, verbale. {ἡ τρίτωσις, ἡ τρίτωσις. GALL. *Tiercement, acte de tiercer.* ITAL. *Esso interzare.* GERM. Die dritte errung. HISP. *Obra de terciar lo binado.* ANGL. *The labouring of a thing three tymes.*} Pro tertia operis repetitione: quo nomine Col. *lib.* 12. *c.* 50. vsus est pro tertia olei pressura. Sint autem (inquit) in cella olearia tres laborum ordines, vt vnus primæ notæ, id est, primæ pressuræ oleum recipiat, alter secundæ, tertius tertiæ. Nam plurimum refert non miscere iterationem, multóque minus tertiationem.

Tĕrtĭātă verba. Appellantur imperfecta, lapsantia, & cum pauore nutabunda, quando quis exanimatus non profert verba integra, sed vix tertia quæque enuntiat, mediis ex perturbatione suppressis. ἐγκεκομμένα ῥήματα. Apul. *lib.* 5. Tremens & exangui colore; lurida, tertiata verba substrepens, sic ad illas ait.

Tĕrtĭārĭus, a, um, adiectiuum, quod tertiam rei alicuius partem recipit. {ἡ τρίτων μερῶν δεκτικός, τριτημόριος. GALL. *Tiersain ou tiersal, qui de trois part en a vne.* ITAL. *Terzano, che ha vna di tre parti.* GERM. Das den dritten theil eines dings hat. HISP. *Tercero, que tiene vna de tres partes.* ANGL. *That receiueth or conteineth the thrid part of any thing.*} vnde Tertiarium stannum appellatur à Plin. *lib.* 34. *c.* 17. Adulterini & factitij stanni genus, quum singulis stanni libris singulæ plumbi, & singulæ nigri libræ admiscentur. ¶ Tertiarius τριταγωνιστής, actor tertiarum partium, vt actor secundarum dicitur secundarius, i. δευτεραγωνιστής. Valer. Max. *lib.* 9. *cap.* 15. Sed alter ex quodam secundarum cognomen Spintheris traxit: alter, nisi Nepotis à moribus accepisset Pamphili tertiarij, cui simillimus esse ferebatur, habuisset. Plin. *lib.* 7. *c.* 14. Spinther secundarius, tertiariúsque Pamphilus. Sic in MStis codicibus.

Tĕrtĭārĭum, ij, substantiuum, Triens, hoc est, vnciæ quatuor: & tam de pondere, quàm de mensura dicitur. {τριτημόριον. GALL. *Quatre onces.* ITAL. *Quattro onze.* GERM. Der dritte theil eines gewichts oder maß. HISP. *Quatro onças.* ANGL. *Foure ounces.*} In ponderibus enim, teste Bud. libræ tertiam partem significat: in mensuris autem tertiam partem congij. Cato *de re rust. c.* 95. Postea sumito bituminis tertiarium, & sulphuris quartarium.

Terapnæ, multitudinis numero (Θεράπναι) vel Terapne, Terapnes, vrbs Laconiæ in finibus Thebanis, Helenæ patria. Mela *lib.* 1. ¶ Animosa Terapne. Sil. *lib.* 6. Vmbrosæ Terapnæ, apud Stat. *lib.* 4. *Sylu.* Hinc possessiuum Terapnæus. Ouid. *Epist.* 15.

Rure Terapnæo nata puella Phrygem.

Stat. 2. *Sylu.*

Blanda Terapnæi placeant vineta Galesi.

Tĕrĕbellum, vide *Terebra.*

Tĕrĕbinthŭs, i, τερέβινθος, arbor est circa Idam, Macedoniámque, breuis, fruticosa, & contorta: in Syria verò magna & copiosa, materie lenta, & nigra, lauri penè folio, oleæ flore, sed puniceo, baccis primùm herbaceis, mox rubris, & quum maturuerint, nigrantibus, magnitudine fabæ, resinosis, & sulphurosis, radice valida, in profundum acta. Duo terebinthi sunt genera, sexu distincta, ex quibus mas sterilis est, teste Theophr. Ex hac arbore distillat laudatissimum resinæ genus, quam Terebinthinum Latini vocant. Plin. *lib.* 25. *c.* 6. de resinæ generibus loquens, In arborum differentia placet terebinthina odoratissima atque leuissima: nationum Cypria atque Syriaca, vtraque mellis Attici colore, sed Cypria carnosior, sicciórque. ¶ Terebintha arbor, nunc videtur in hortis D. Cardinalis Bellaij ad ædem D. Virginis Parisiensis.

Tĕrĕbră, æ, Instrumentum quo ligna perforantur: à terendo dictum. {τέρετρον, τρύπανον. GALL. *Vne tariere.* ITAL. *Triuella.* GERM. Ein borer/ nepper. HISP. *Barrena.* ANGL. *An anger or wimble.*} Col. *lib.* 4. *c.* 29. Nam antiqua terebra, quam solam veteres agricolæ nouerant, scobem faciebat, perurebátque eam partem, quam perforauerat.

Terebrum, idem. Vnde

Tĕrĕbellum, diminutiuum, Instrumentum chirurgorum, quo fracta cranij ossa eximuntur. {τερέτριον. GALL. *Petite tariere.* ITAL. *Triuellino, succhellino.* GERM. Ein börerlin/oder Nepperlin. HISP. *Pequena barrena.* ANGL. *Litle percer or wimble.*}

Tĕrebro, as, Terebra perforo. {נקר *nakár* נקב *nakáb.* τρυπάω. GALL. *Percer, faire vn trou auec vne tariere.* ITAL. *Triuellare, forare.* GERM. Boren. HISP. *Barrenar.* ANGL. *To perce or bore with a wimble or auger.*} Virg. 2. *Æneid.*

Aut terebrare cauas, vteri & tentare latebras.

Col. *lib.* 5. *c.* 9. Eas terebrari Gallica terebra conuenit. Ouid. 6. *Fast.*

Prima terebrato per rara foramina buxo,

Vt daret effeci tibia longa sonos.

Suet. *in Tib. cap.* 68. Articulis ita firmis, (fuit Tiberius sup.) vt recens & integrum malum digito terebraret; caput pueri, vel etiam adolescentis talitro vulneraret, &c. ¶ Huius compositum est, Exterebro, de quo suo loco.

Tĕrebrātĭo, nis, verbale, Ipse terebrandi actus. {τρύπησις. GALL. *Percement d'vne tariere.* ITAL. *Foramento con triuella.* GERM. Borung. HISP. *Barrenamiento.* ANGL. *A pearcing or boring with a wimble.*} Col. *lib.* 4. *c.* 29. In illa autem, quæ fit per terebrationem, &c.

Tĕrēdo, inis, {עש *tasch.* GALL. *Teigne, ver qui s'engendre dans le bois.* ITAL. *Verme generato nel legno che lo rode.* GERM. Ein holtzwurm. HISP. *El gusano que roe la madera.* ANGL. *A worme that eateth woode.*} Vermis in ligno nascens, illúdque erodens. Est autem hæc ex Græca, sed quam Latini & vsu & inflexione suam fecerunt. Græci enim τερηδόνα appellant, quam nos teredinem. Quanquam nihil prohibet Latinam vocem esse à terendo dictam. Eadem & Tinea dicitur. Licèt sint qui distinguant, vt teredines tantùm dicantur in mari, hoc est, in nauibus: tineæ, terrestres sint. Plin. *lib.* 16. *c.* 41. Infestantium quatuor genera. Teredines capite ad portionem grauissimo rodunt dentibus: hæ tantùm in mari sentiuntur, nec aliam putant teredinem propriè dici: terrestres tineas vocant. ¶ Teredo pro verme vestes terente, & erodente. Plin. *lib.* 8. *cap.* 48. de prætextis Seruij Tullij, Mirúmque fuit, nec defluxisse eas, nec teredinum iniurias sensisse annis quingentis sexaginta.

Tĕrentĭă, Ciceronis vxor fuit, epistolis ipsius notissima, quam postea à viro repudiatam Salustius vxorem duxit, vt inimici sui arcana certiùs posset discere ex ea, quæ omnium eius consiliorum particeps fuerat & socia. Connumeratur hæc à Plin. *lib.* 7. *cap.* 48. inter longissimæ vitæ exempla, vt quæ vsque ad CXVII. annum dicatur peruenisse.

Tĕrentĭŭs, Τερέντιος, Poëta comicus, natione Afer, patria Carthaginiensis, libertus fuit Romæ Terentij Lucani, à quo ob liberale ingenium optimis literis eruditus, in hominum nobilissimorum amicitiam peruenit, præcipuè Scipionis, & Lælij: quorum etiam opera adiutus creditur in scribendo, ob sermonis elegantiam. Cui opinioni adstipulatur etiam Varr. Non obscurum est, inquiens, adiutum Terentium in scriptis à Lælio, & Scipione. Eandem ipse famam auxit. Nunquam enim, nisi leuiter, se tutari conatus est. Scripsit fabulas sex, quæ omnium manibus teruntur. Posthac visendarum Athenarum cupiditate ductus, ex quo nauim conscendit, nusquam deinde conspectus est: quò fit, vt naufragio credatur periisse. Latiùs exequitur huius vitam Donatus *in Prolegomenis Andriæ.* ¶ Ab hoc fit adiectiuum Terentianus, apud Quint. *lib.* 6. *c.* 3. Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quàm ille Terentianus est Phormio. ¶ Terent. Scaurus Grammaticus, quem Gell. dicit floruisse Adriani temporibus, ac librum de Cæsellij Vindicis Grammatici erroribus scripsisse. ¶ Terentius Culeo, senator Romanus, captus à Carthaginiensibus fuit, & redemptus ab Africano maiore: vnde & currum eius sequutus esse dicitur pileatus: vt refert Liu. 10. *bell. Pun.* Hinc natus error apud indoctos, qui Terentium comicum à Pœnis captum fuisse, & à Scipione redemptum crediderunt. ¶ Terentius Varro, collega Pauli Æmilij post cladem Canensem cum reliquiis exercitus, Canusium se recepit. Cui Romam redeunti gratulatus est populus Romanus, quod de Republica non desperasset.

TĔRENTVS, locus in campo Martio, quòd in eo ara Ditis patris in terra occultaretur: quæ ludis tantùm secularibus effossa terra ostendebatur: iísque peractis, rursus claudebatur. Martial.

Bis mea Romano spectata est vita Terento.

hoc est, binos spectaui ludos seculares. Idem *lib.* 4.

Et quæ Romuleus sacra Terentus habet.

Tĕrentīnŭs, a, um, adiectiuum, vnde Ludi Terentini dicti sunt, qui alio nomine seculares vocantur, qui centesimo quoque anno tribus diebus continuis, tribúsque noctibus celebrabantur: tametsi postea ambitione principum minore interiecto spatio aliquoties fuerint celebrati. Ausonius *in Ternario,* Trina Terentino celebrata trinoctia ludo. de horum ludorum institutione, & ritu, vide Politianum *cap.* 88. *Miscellan.* Censorinum *cap.* 6. Diuum August. *de Ciuit. Dei, lib.* 3. *cap.* 18. Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 1.

Tĕrēs, tis, gen. omn. Longum & rotundum, cuiusmodi est figura cylindri: ita dictum quòd anguli circumquaque quasi torno videantur esse detriti. {עגול *ibaghól.* κυλινδροειδής. GALL. *Rond en long, comme vne iaueline.* ITAL. *Longo & rondo come vn' asta.* GERM. Rond in die länge/seinel. HISP. *Rollizo, redondo y luengo.* ANGL. *Round and long as a iaueline.*} Teres est rotundum cum proceritate, inquit Seruius: vt apud Horat. Teretes suræ: Teres Oliua, apud Virg. 8. *Eclog.*

Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.

Ouid. *lib.* 10. *Metam.*

Pendebant tereti gemmata monilia collo.

Idem 1. *de Arte,*

Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos,

Et teretes digitos, exiguúmque pedum.

Suet. *in Cæs. c.* 45. Teretibus membris fuit. Virg. 5. *Æneid.*

Et tereti subnectit fibula gemma.

¶ Oratio teres. Cic. 3. *de Orat.* Sed si habitum etiam orationis, & quasi colorem aliquem requiritis, est plena quædam, & tamen teres, & tenuis, & non sine neruis ac viribus. Quint. Teres vox in disputationibus. Gell. *cap.* 14. *lib.* 7. Scita & teretia dicere. Idem *cap.* 19. *lib.* 13. Mollius & teretius est dicere fretu, quàm freto, &c. ¶ Totus teres atque rotundus, Horat. 2. *Serm. satyr.* 2. hoc est, æqualis & constans in se, interprete Acron. Nam teretes (vt inquit ille) dicuntur, qui ab alio non quærunt quid faciendum sit, sed ipsi per se inueniunt. Tale est, & illud Virgilij de viro bono,

——— mundi instar habens, teres atque rotundus.

Tērĕus, Τηρεύς, Rex Thracum, Martis ex Bistonide nympha filius, qui quum Prognem Pandionis Athenarum regis filiam vxorem duxisset, eius etiam sororem Philomelam per speciem visendæ sororis abductam vitiauit, vitiatáque linguam præcidit. Quod facinus quum illa indicare alioqui non posset, cruore suo depictum sorori suæ transmisit. Qua re cognita Progne, vt sororem vlcisceretur, Itym filium patri epulandum apposuit. Prolato deinde capite, quum pater se vxoris dolo filium in sua viscera condidisse agnosceret, & ad vltionem properaret, Progne mutata est in hirundinem, Philomela in auem sui nominis, Tereus in vpupam, Itys in Phasianum. Hæc Seruius, enarrans illud Virgilij,

Aut vt mutatos Terei mutauerit artus.

Lege fabulam hanc latiùs apud Ouid. *lib.* 6. *Met.* Aliter tamen Aristoteles, Gorgiam sequutus, hanc fabulam tradit. Vide in dictione *Progne.*

Tĕrgĕmĭnī, vide *Ter.*

Tĕrgēstĕ, Τέργεστον Ptolemæo, Colonia Venetorum ab Aquileia stadia centum octoginta distans (vt inquit Strab.) hodie *Triestum* vocatur. Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 18.

Tergînus, Tergiuersor, vide *Tergus*.

TERGO, is, & Tergeo, es, si, sum, & secundùm antiquos tertum, Mundo, nitidum facio, abstergo, purgo. {מרק marák מרט merét מחה machah קלקל kilkál. ὀμόργνυμι, σμήχω, σμήχω. GALL. *Torcher, nettoyer, essuyer.* ITAL. *Nettare, forbire.* GERM. Wüschen/trucknen/außseubern. HISP. *Alimpiar.* ANGL. *To wipe, to mak cleane, to scoure.*} Iuuen. *Sat.* 14.

——*Vasa aspera tergeat alter.*

Plautus, Ornantur, leuantur, tergentur, poliuntur. Liu. 6. *bell. Pun.* Secundo die arma curare, & tergere ante tentoria iussit. Cic. *in Parad.* Vt in familia qui tractant ista, qui tergunt, qui vngunt, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimum locum seruitutis tenent. Ouid. 1. *Met.*

Vt tersis niteant talaria plantis.

Idem 13. *Metam.*

——*manúque simul veluti lacrymantia tersit Lumina.*

Varr. Atrei terta nitet galea. Idem, Alij sunt circuntonsi, & terti atque vnctuli, vt mangonis esse videantur serui. Nonius. ¶ Huius composita sunt Abstergo, attergo, detergo, extergo: quorum significata explicata sunt suis locis.

Tergum, i, Dorsum, tota posterior corporis pars. {גב gháb. νῶτον. GALL. *Le dos.* ITAL. *Schiena, spalle di dietro.* GERM. Der rugk. HISP. *Las espaldas, ò las cuestas.* ANGL. *The back.*} Virg. *Æneid.* 2.

Ecce manus, iuuenem interea post terga reuinctum.

Idem *ibidem*,

Vinxerat & post terga manus.

Inambulare manibus ad tergum reiectis. Asinius *Cic. lib.* 10. Plautus *Menaech. sc.* 6. *a.* 4. Tergum, quàm gulam, crura quàm ventrem oportet potiora esse. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Mei tergi facio hoc, non tui fiducia. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Quid minitare? Habeo tergum. *Ibid.* Non te mihi tergi misereret, si hoc non effecissem. Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Nihil moror mihi negotiosum esse tergum. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Si tergo res soluenda est, cupio rapere publicum. *Ibidem*, Etiam te tergo ducentas plagas prægnantes dabo. L. Largitur, &c. In tergo thesaurum gerit. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Dabitur mihi supplicium de tergo vestro. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Væ illis virgis quæ hodie in tergo morientur meo, &c. Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

Ossaque post tergum magnæ iactata parentis.

¶ Dicitur & de auibus. Cic. 2. *de natur. deor.* Grues in tergo præuolantium colla & capita reponunt. Item de cæteris animalibus. Ouid. 13. *Metam.*

——*Taurorum tergora septem.*

Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 4. Prætruncauit tribus tergoribus glandia. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Carnaria grandia tergoribus onerata. Ouid. 8. *Metam.* —& terga & tergora dixit, de eadem re & suilla carne. Neque solùm de animalibus, verumetiam de rebus inanimatis dicitur. Vnde librum à tergo scriptum dicimus, id est, à posteriori parte chartæ, vel membranæ. ὀπισθεν. Iuuen. *Satyr.* 1.

Scriptus & à tergo, necdum finitus Orestes.

Glacialia terga fluuiorum, Claud. *de bell. Germ.* Ærea terga loricæ. Stat. 9. *Theb.* ¶ Aliquando tamen Tergum, pro tergore ponitur. {עור hór. σκῦτος. GALL. *Cuir, peau.* ITAL. *Cuoio.* GERM. Ein haut/oder läder. HISP. *Cuero ò pellejo.* ANGL. *The id or leather.*} Virg. 1. *Æneid.*

Mercatique solum facti de nomine byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.

¶ Item pro scuto, quoniam scuta corio tegi solent. {מגן magthén. ῥινός, ἀσπίς. ANGL. *The hid or leather.*} Idem *lib.* 10. *Æneid.*

——*& tergo decutit hastas.*

¶ Et tam Tergus, quàm Tergum, à terendo dici videntur, quoniam vehendis oneribus teruntur. ¶ Terga vertere, fugere. νῶτα διδόναι. Cæs. 3. *bell. Gall.* Vt ne vnum quidem nostrorum impetum ferrent, at statim terga verterent. Dare terga, idem. Quintil. *lib.* 2. *c.* 13. Nonnunquam terga etiam dedisse simulata fuga proderit. Virg. 4. *Georg.*

Aut hos versa fuga victor dare terga coëgit.

Ouid. 13. *Metam.*

——*Vidi, puduitque videre,*
Tum tu terga dares.

Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Versaque amicitiæ terga dedere meæ.

Liuius *lib.* 7. *dec.* 4. Ad tergum hostium. Suetonius *in Tib. cap.* 60. Territus quòd is (piscator) à tergo insulæ per aspera & deuia erepsisset ad se. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Instat à tergo mors. Plautus *Men. sc.* 2. *a.* 2. Video Menæchmum à tergo, &c. Præbere terga fugæ. Ouid. 10. *Metam.*

TERGIVERSOR, aris, Fallo & dicta muto, inquit Nonius, refugio, ad rem propositam venire nolo, malitia aduersarium illudo. {σφίγγω, ἀναστρέφω, ἀντιβάλλειν τὰ νῶτα. GALL. *Reculer & ne vouloir venir au poinct, fuir, ne vouloir venir à raison.* ITAL. *Tergiuersare, voltar le spalle.* GERM. Den rugken kehren/außflucht nemmen/hindersich lauffen/vnd nicht an ein sach wöllen/sich sperren. HISP. *Boluer las espaldas.* ANGL. *To turne back and flee, to retire, recuile or returne.*} Cicero *ad Quintum fratrem*, Fannium inuitum, & huc atque illuc tergiuersantem, testimonium contra se dicere cogo. Plautus, Quid expectas? quid tergiuersaris. Cicer. *lib.* 3. *Tuscul.* Quid tergiuersamur Epicure? nec fatemur eam nos dicere voluptatem quam tu idem, quum os perfricuisti, soles dicere? id est, dissimulamus & subterfugimus. ¶ Iureconsulti accipiunt tergiuersari, pro in vniuersum ab accusatore desistere, teste Martiano *ad Senatuscon. Turp. lib.* 1.

Tergiuersātio, nis, verbale, Subterfugium, detrectatio. {ἡ νώτε στροφή. GALL. *Tel reculement & fuitte.* ITAL. *Tale retiramento.* GERM. Ein außflucht/oder sperrung/hindersich lauffung. HISP. *Aquella obra de boluer las espaldas.* ANGL. *A turning back, a retiring.*} Cic. *pro Milone*, Quid erat moræ & tergiuersationis?

Tergiuersāntĕr, aduerbium. Velleius Paterculus *histor. lib.* 1. Qui ad Cannas quàm tergiuersanter perniciosam Reipub. pugnam, tam fortiter in eo Marte obierat.

TERGVS, oris, neutr. gen. Corium, & propriè crassior illa pars, qua tergum, id est, dorsum tegitur. {עור hor. σκύτος. GALL. *Cuir, peau.* ITAL. *Cuoio.* GERM. Läder/haut. HISP. *Cuero, ò pellejo.* ANGL. *The hid or leather.*} Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.

Plin. *lib.* 8. *c.* 10. Durissimum dorso tergus, ventres molles, setarum nullum tegumentum. Silius *lib.* 3.

——*Squalente tergore serpens.*

Tergînus, a, um, possessiuum: vt, Terginum lorum, id est, scutica è tergore animalis. {σκύτινος. GALL. *De cuir.* ITAL. *Di cuoio.* GERM. Läderin. HISP. *De cuero.* ANGL. *Of an hide.*} Plaut. *in Pseud.* Ædepol nostrum durius tergum erit, quàm terginum hoc meum.

Tergoro, as, are. Plin. *lib.* 8. *c.* 52. Tunc inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas, lutóque se tergorantes. id est, quasi tergus nouum è luto sibi induentes.

‖Terimentum, nutrimentum. Gloss. Isid. lege termentum, detrimentum. Sic Fest.‖

Tĕrīnă, æ, Τέρινα, Agri Brutij oppidum maritimum: à quo propinquus sinus Terinæus appellatur. Autor Plin. *lib.* 3. *c.* 5.

Tĕrĭās, Τερίας, fluuius est Siciliæ, non procul à Catana, teste Plin. *lib.* 3. *c.* 8. ¶ Stephanus alium eiusdem nominis fluuium collocat in Phrigia, quem alio nomine Callum ait appellari.

Termĕntārĭum, inquit Varro *lib.* 4. *de ling. Latina*, Linteum quod teritur corpore.

Termĕntum, apud Plautum, vel trimentum, detrimentum, teste Festo.

Tĕrmĕră, Τέρμερα, oppidum liberum Cariæ, teste Plin. *lib.* 5. *c.* 29. Stephanus Lyciæ assignat.

Tĕmĕrĭum, Τερμέριον, Promontorium est Myndiorum, Candariæ Coorum promontorio oppositum, & quadringenta non amplius stadiorum mari ab eo diremptum. Autor Strab. *lib.* 14.

Termēsŭs, Τερμησσός Ptolemæo, Pisidiæ vrbs est, teste Strab. *lib.* 3. Cibyræ, & Milyis proxima.

Termĕs, itis, masc. gen. Ramus ex arbore decerptus cum fructu. {κλάδος ἔγκαρπος. GALL. *Vne branche d'arbre auec son fruict.* ITAL. *Ramo d'albero con frutto.* GERM. Ein abgebrochen schoß mit der frucht. HISP. *El ramo ò renueuo del arbor con fruta.* ANGL. *The bough or branche of a tree with fruite.*} Qui quoniam in diuisione agrorum antequam metæ ponerentur, figi solebat, termino nomen dedit. Propriè termes (ait Porphyrio) est oliuæ, sicut palmes vitis. Horat. *Epod.* 16.

Germinat & nunquam fallentis termes oliuæ.

Gellius tamen etiam termitem appellat palmæ ramum cum fructu auulsum, quem Græci σπάδικα nominant.

Termĭlæ, Τερμίλαι Herodoto, Populi sunt Lyciæ, è Creta oriundi, quos Sarpedon Minois, & Rhadamanti frater colonos ex Creta duxit, ac Termilas nominauit, quum priùs Minyæ & Solymi vocarentur, vt Herodotus refert. Posteà Lycus Bandionis filius, eosdem à se Lycios appellauit. Quæ profectò ratio Lycios ac Solymos eosdem esse ostendit, quanquam Homerus eos videatur separare.

Terminthus, τέρμινθος, idem quod Terebinthus. phymatis species, quia figura, magnitudine, colore similis terminthi fructui.

TERMINVS, i, propriè dicitur limes, qui agrum ab agro diuidit: à terendo, vt Varroni placet *lib.* 4. *de ling. Latin.* quòd hæ partes maximè teruntur propter iter limitare. Aut certè à Græco nomine τέρμα, quod est eiusdem significationis. Dicebant etiam Antiqui termen pro termino, quo vsus Actius poëta, autore Varrone *ibid.* {גבול ghebûl סוף soph. ὅρος, τέρμα, τέρμων. GALL. *Terme, la fin de toutes choses, borne, limite.* ITAL. *Termine, fine.* GERM. Ein margstein/zilstein. HISP. *El termino y fin generalmente.* ANGL. *The end, border or terme.*} Cicer. 4. *Acad.* Est enim inter ipsos, non de terminis, sed de tota possessione contentio. ¶ Per translationem terminus pro quouis fine accipitur. {סוף soph.} Cicer. 1. *de Orat.* Nullis terminis circunscribere, aut definire ius suum. Idem *de senectut.* Omnium ætatum certus est: senectutis autem nullus certus est terminus. Senec. *c.* 20. *de consol. ad Polyb.* Fixus est cuique vitæ terminus. Idem *cap.* 10. *de tranq.* Terminum figere incrementis. Et Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Ego te redigam vnde orta es, ad egestatis terminos. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Neque ad detexendam telam certos terminos (habeo.) Virg. 4. *Georg.*

——*quamuis angustus terminus æui.*

Idem *in Æneid.*

——*hic terminus hæret.*

Lucret.

——*atque altè terminus hærens.*

sumptum à terminis altè defossis atque depactis, & de cuiusque duratione & statu ac permansione dicitur. ¶ Terminus supremus, pro Desperatione extrema. Plin. *lib.* 8. *c.* 37. *de herinaceis*, Quippe & ipsi odore insitum veneficium, ita parcentes sibi, terminúmque supremum opperientes, vt fermè antè captiuitas occupet. ¶ Apud antiquos Terminus Deus putabatur, in cuius tutela fineis agrorum esse existimabant. {Der feldmarcken Gott.} vnde etiam sub aperto colebatur: propterea quòd nefas putabant Terminum sub tecto consistere, vt autor est Festus. Liu. 1. *ab Vrbe*, Nam quum omnium sacellorum exaugurationem aues admitterent, in Termini fano non addixêre. ¶ Termino & Fidei templum struxit Numa, & quomodo fieri terminos voluit, Plutarch. *in Numa.* ¶ Huius composita sunt Anterminus, & conterminus, quorum significata vide suis locis.

Terminalis, e, ad terminum pertinens.

Termĭnālĭa, orum, τερμινάλια, Varro ideo appellata esse existimat, quòd is dies anni extremus erat constitutus. Ego potiùs à Termino Deo nomen sumpsisse existimo. Fuerunt enim terminalia festa, quæ in honorem Termini Dei celebrabantur mense Februario, ad octauum Calendas Martias. Nam inter terminalia & Regifugium, teste Censorino, interserebatur dies intercalaris. Liu. 7. *dec. lib.* 3. Tertio die post Terminalia Calendæ intercalares fuêre.

Termĭno, as, Terminos constituo, certis finibus circunscribo, finio, determino, claudo, definio, regionibus & limitibus circunscribo. {גבל ghabál הגביל heghbîl. περαίνω, ὁρίζω. GALL. *Finer, borner, limiter.* ITAL. *Terminare, determinare, finire, conchiudere.* GERM. Vndermarcken/marckstein setzen/außzilen/enden. HISP. *Acabar ò deslindar.* ANGL. *To end, border or bound.*} Cicer. 1. *Offic.* Illorum fines, sicut ipsi dixerunt, terminauit

minauit in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. Idem *in Catil.* Quorum alter fines vestri imperij, non terræ, sed cæli regionibus terminaret. Idem *de finib.* Omni autem priuatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem, hoc est, Epicurus putat summam esse voluptatem priuari doloribus. Idem *lib. de senect.* An censes (vt de me ipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnósque, domi, militiæque suscepturum fuisse, si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus? ¶ Terminare bellum, & terminato bello, Liuius *lib. 2. bell. Maced.* Item, Terminare modum manumittendi. Suet. *in Aug. cap.* 40. ¶ Terminare sententiam, absoluere. Cicer. *ad Att. l ib.* 9. Sed vt sententiam aliquando terminemus. ¶ Terminare oculis, Distinguere, secernere, vel discernere, Liu. 2. *bell. Maced.* Vbi ventum ad hanc vrbem est, repentè velut maris vasti sic immensa panditur planities, vt subiectos campos oculis terminare haud facilè queas. ¶ Terminare, verbum est ad religionem spectans. Idem *lib. 5. ab Vrb.* Factum SC. vt fana restituerentur, terminarentur, expiarentur.

Termĭnātŭs, a, um, part. Circunscriptus, finitus. {מגבל mighbál. ὁρισθείς. GALL. *Terminé, borné, limité.* ITAL. *Terminato, finito.* GERM. Vndermarckt/ außgezilt. HISP. *Terminado, acabado.* ANGL. *Ended, bordered or bounded.*} vt, Terminatus ager, id est, limitatus. Terminatæ diuitiæ. Cicer. 1. *de fin.* Ne naturales quidem multa desiderant: propterea quòd ipsa natura diuitias, quibus contenta sit, & parabiles & terminatas habet. Velleius, Finis imperij (Tigranis) terminatus Armenia. Liuius *lib. 2. bell. Pun.* Terminato bello.

Termĭnātĭo, nis, verbale, Finitio, finis, mensura, modus. {גבלות ghablúth גבלה ghebulláh. ὁρισμός. GALL. *Termination, limitation, fin.* ITAL. *Terminatione, fine.* GERM. Außzilung/endung. HISP. *Acabamiento, obra de deslindar.* ANGL. *Ending, bordering or bounding.*} Terminatio aurium, distinctio, discretio. Cic. *in Orat.* Vt igitur poëtica, & versus inuentus est terminatione aurium, obseruatione prudentium: sic in oratione animaduersum est, &c.

‖Termulæ, Termuli, V. E. regni Neapolitani, sub A. Beneuentano. Ternementum, vel torneamentum, hastiludium. L. g. b.‖

Tĕrnŭs, vide *Ter.*

TĔro, is, iui, itum, Comminuo, frico, contero, attero, consumo. {דך dach כתש chethásch דכא dichchá דכדך dichcháh חרק bedhák שכר schibbér כרת chath ... συνθλάω, τρίβω. GALL. *Broyer, piler, vser en frottant l'vn contre l'autre.* ITAL. *Tritare, sfrantumare, rompere.* GERM. Reiben/oder zerreiben/schleissen. HISP. *Hollar, trillar, ò gastar.* ANGL. *To weare in rubbing, to bruise, to stampe, to breake.*} Plaut. *in Asin.* Num me illuc ducis, vbi lapis lapidem terit? Ouid. 1. *de Arte,*

Frenaque magnanimi dente teruntur equi.

Virg. 4. *Georg.*

Ipse labore manum duro terat.

Plin. Dein refrigeratum teritur in farinam, id est, comminuitur. Ouid. *Eleg. 6. lib. 4.*

——— Tempus silices & adamanta terit.

Plaut. *Asin. sc. 1. a. 1.* Vbi lapis lapidem terit. Idem *Pseud. sc. 2. a. 3.* Teritur scelerata sinapis. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Boïus Boïam terit. Ambiguè & obscœnè, &c. ¶ Terere iter, est iter agere. Virg. 1. *Georg.*

Sæpiùs è tectis penetralibus extulit oua
Angustum formica terens iter.

¶ Terere tempus est consumere: similiter Terere otium. χρονοτριβεῖν. Liu. *lib. 1.* Quas in conuiuiis, luxúque cum æqualibus viderant tempus terentes. Idem *in eodem*, Regij quidam iuuenes interim otium conuiuiis, comessationibúsque inter se terebant. Item, Terere diem. Idem *lib. 7. dec. 4.* ¶ Terere, κατατρίβειν, perdere. Næuius apud Priscianum, Vt illum Dei terant, qui primùm olitor cepam protulit. ¶ Huius composita sunt, Attero, contero, detero, distero, extero, intero, obtero, protero, pertero, retero, subtero, quæ suis vide locis.

Trītŭs, a, um, particip. Attritus, & vsu consumptus. {מדכא medhuchchá. נדכה nidhcheh דכא dachchá. κατατετριμμένος. GALL. *Broyé, frotté, vsé, frayé.* ITAL. *Battuto, fregato, rotto.* GERM. Geriben/geschlissen. HISP. *Hollado, trillado, quebrantado.* ANGL. *Worne, bruised, much vsed.*} Mart. *lib. 1.* Cerea si pendet lumbis, & trita lacerna, Dimidiósque nates Gallica palla tegit. Ouid. *Eleg. 6. lib. 4. Trist.*

Bis frugibus area trita est.

Plaut. *Men. sc. 4. a. 2.* Nauè lineam sæpè tritam, &c. ¶ Trita via, seu Tritum iter, i. sæpiùs calcatum, & à multis frequentatum. Ouid. 2. *de Art.*

Trita, frequénsque via est, per amici fallere nomen:
Trita frequénsque licèt sit via, crimen habet.

Cicer. 1. *Philipp.* Quum Brundusium itérque illud quod tritum in Græciam est, non sine causa vitauissem. Tritum prouerbium, hoc est, multorum sermone celebratum, θρυλλούμενον. Cicer. 1. *Offic.* Ex quo illud, Summum ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerbium. Idem 1. *Acad.* Faciamus enim tractando vsitatius hoc verbum, & tritius.

Trītŭs, us, ui, Ipse actus terendi. {דכי dochi כתית chatith. τρίψις. GALL. *Frayement, frottement, broyement.* ITAL. *Fregamento di vna cosa con l'altra.* GERM. Reibung. HISP. *Trillazon.* ANGL. *A wearing in rubbing, bruising.*} Plin. *lib. 33. cap. 4.* Nec vllum absolutius aurum est cursu ipso, tritúque perpolitum.

‖Tritilis, qui teri potest. Gl. Isid.
Trito, as, crebrò tero.‖

Trītūră, æ, {דכי dochi כתית chatith. ἀλοητός, ἡ τρίψις, ἅλωσις. GALL. *Broyement, battement de blé en grange.* ITAL. *Il battere il grano.* GERM. Treschung/korn außtredtung. HISP. *La trillazon, tiempo de trillar trigo.* ANGL. *Stamping, bruising or treshing.*} Colum. *lib. 1. cap. 6.* Euentilata mundiora sunt, lapillísque carent, & glebulis, quas per trituram ferè terrena remittit area.

Trĭtŏr, is, qui aliquid conterit: vt, Tritor colorum. {מדכא medhachché מדכה medhachchéh. ὁ τρίβων. GALL. *Broyeur, comme celuy qui broye les couleurs aux peintres.* ITAL. *Chi trita colori ad vn pittore.* GERM. Ein treiber. HISP. *El que muele colores.* ANGL. *That bruiseth any thing.*} Plin. *lib. 35. cap. 11.* Namque Erigonus tritor colorum Nalceæ pictoris in tantum ipse profecit. Tritor stimulorum, qui assiduè vapulando stimulos tergo suo conterit. Plaut. *Persa*, Quid ais tu crux, stimulorum tritor.

‖Teroana Morinorum, Teruane, V. olim Episcopalis sub A. Remensi an. 1552. funditus deleta iussu Caroli V. Imp.‖

Tĕrpāndĕr, dri, Τέρπανδρος, Poëta Lyricus, ex Antissa Lesbi ciuitate, qui primus quatuor Lyræ chordis tres alias addidit, & Lyrici carminis leges conscripsit: quas nonnulli Philemoni cuidam adscribunt. Autor Suidas. Tanta autem in Terpandro artis excellentia fuisse perhibetur, vt quem significare volebant insigniter quidem canere, primum tamen locum non mereri, cum μετὰ λέσβιον ᾠδόν hoc est, post Lesbium cantorem collocandum dicerent. Cuius prouerbij ortum ad huiusmodi referunt historiam. Quum Lacedæmoniorum res seditionibus tumultuarentur, consultum oraculum iussit, vt Lesbium cantorem accerserent. Accersitus itaque Terpander, populi animum sic deliniuit, vt omissa omni seditione, in pistrinam concordiam redirent. Qua ex re factum, vt Lacedæmonij Lesbiis musicis primas partes tribuerint, & si quem alium canentem audissent, protinus dicerent, μετὰ λέσβιον ᾠδόν, id est, post Lesbium cantorem eum collocandum.

Tĕrpnŭs, Citharœdus insignis Neronis temporibus floruit, cuius cantu supra modum Neronem delectatum fuisse scribit Suetonius *in vita eius*, Statim (inquit) vt imperium adeptus est, Terpnum Citharœdum, vigentem tunc præter alios, accersit, diebúsque continuis post cœnam canenti in multam noctem assidens, paulatim & ipse meditari, exercitaríque cœpit, nec eorum quicquam prætermittere, quæ artifices eius generis, vel conseruandæ vocis causa, vel augendæ factitarent.

Tĕrpsĭchŏrē, Τερψιχόρη, vna nouem Musarum. sic dicta, quòd choreis, & tripudiis delectetur: vel, vt Plutarchus ait, quòd maxima vitæ pars ea delectetur & gaudeat. Huic quidam citharæ inuentionem tribuunt. Virg. *de nouem Musis,*

Terpsichore affectus cithara mouet, imperat, auget.

Vide in dictione *Musa.*

TĔRRĂ, æ, Elementum frigidum & siccum, quod quoniam reliqua omnia grauitate exuperat, infimum sibi inter ea locum vendicauit. {ארץ érets אדמה adhamáh. γῆ, χθών. GALL. *Terre.* ITAL. *Terra.* GERM. Das erdtrich oder erd. HISP. *Tierra.* ANGL. *The earth.*} Dicta terra, autore Varrone, quòd teratur, eámque ob causam antiquitus, vt idem autor est, per simplex r, scribebatur. Cicer. *de nat. deor.* Terra locata in media mundi sede, solida & globosa, & vndique in sese nutibus suis conglobata, vestita floribus, &c. Sunt qui velint hoc nomine in singulari numero totum elementum significari, in plurali aliquot eius regiones. Virg. 1. *Æneid.*

——— Multum ille & terris iactatus & alto,

id est, per multas regiones, vt illi exponunt. Quæ differentia aut falsa est, aut certè non perpetua. Nam & terram frequentissimè pro vna qualibet regione legimus, & terras pro toto orbe. Cic. *de Amicitia*, Forum qui in hac terra fuerunt, Magnámque Græciam, quæ tum florebat, &c. Virg. 4. *Æneid.*

Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

Catull. *de Com. Beren.*

——— Ferri sub terra quærere venas.

Tibull. *lib. 4.*

Siue super terras Phœbus, siue curreret infrà.

Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.* Quid ais, quantum terra tegit hominum periurissime. *Ibid.* Aut terrà, aut mari alicunde euoluam tibi argentum. Idem *Aul. sc. 4. a. 4.* Radebat pedibus terram coruus. Idem *Amph.* Tubæ vtrinque canunt, contrà consonat terra. Idem *ibid.* Vbi primùm terram tetigimus. (id est, appulimus.) Idem *Aul. sc. 6. a. 4.* Perdidissimus sum omnium in terra. Idem *Capt. sc. 5. a. 3.* Sub terra lapides eximet. *Ibidem sc. 1. a. 4.* Vt quinque icero, ad terram dabo. Idem *Milit. sc. 1. a. 1.* Te vnum in terra viuere virtute & factis inuictissimum. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

Protinus vt moriar non ero Terra tuus.

Velleius, Cui terra defuit ad victoriam, defuit ad sepulturam, &c. ¶ Terram legere, Suet. *in Aug. cap. 16.* Biremibus Pompeianis terram legentibus, &c. ¶ Terra Italia, Liu. 8. *d. 4.* Et iterum, Terra Italia & Hispania. Idem *lib. 2. d. 5.* & alibi. Item, In terra Vmbria; Gell. *cap. 2. lib. 3.* In terra Sicilia. Idem *cap. 7.* In terra Italia. *cap. 8.* In terra Græcia; Et, in terra Gallia *cap. 9. lib. 3.* In terra Italia, *cap. vlt. lib. 16.* Item, E terra Asia, idem Gell. *cap. 9. lib. 19.* ¶ Terræ filij, γηγενεῖς, olim obscuro ignotóque genere prognati dicebantur, propterea quòd terra sit omnium communis parens: vel quòd iuxta quorundam etiam historias primitus mortales ex terra nascebantur: quòd etiam de gigantibus Poëtarum fabulæ prodiderunt: quorum quòd obscura essent, & incognita stirpe prognati, ad Terram communem omnium matrem origo referebatur. Ad quod alludens Iuuenalis, hominem obscurum gigantum fraterculum appellat. Cic. *Att. lib. 1.* Et huic terræ filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audebam. Vide Erasmi adagia. ¶ Terram pro terra, eodem Erasmo teste, prouerbialis est figura in hominem exulem, erronem, & incertis vagantem sedibus. M. T. *in Epistolis ad Attic. lib. 14.* Hæc & alia ferre non possum: itaque γῆν πρὸ γῆς cogito. significat se de fugiendo cogitare. Terra defossum aliquid habere dicitur, qui non impertit, neque profert suas dotes: sumptum ab auaris aurum humo defodientibus, quod apud Plaut. facit Euclio. ¶ Terram videre dicuntur qui ad molesti, prolixique laboris finem propemodum peruenerunt. γῆν ὁρᾶν, sumptum à nauigantibus. Varro *lib. 1. de re rust.* scribit terram tribus modis dici, communi, proprio, & misto. Communi, vt quum dicimus, orbem terræ, & terram Italiam, quum & lapis, & arena, & cætera eius generis sint in nominando comprehensa. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quæ nullo alio vocabulo neque cognomine adiecto appellatur. Tertio modo dicitur terra quæ est mista, in qua seri non potest & nasci, vt argillosa, aut lapidosa. ¶ Terra etiam vocatur Vesta, siue quòd rebus omnibus vestiatur, seu quia vi sua stet. Ouid. *lib. 6. Fastor.*

Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur.

Dicitur & mater. Colum. *lib. 10.* Tu penitus clathris eradere viscera matris Ne dubita. Plin. *lib. 2.* Sequitur terra, cui vni rerum naturæ partium eximia, propter merita cognomen indidimus maternæ venera-

tionis. Nos nascentes excipit, natos alit, semel editos sustinet, & semper nouissimè complexa gremio iam ab reliqua natura abdicatos, tum maximè vt mater operiens. Et *paulò pòst*, Terra serpentem, homine percusso, ampliùs non recipit.

Terram, punctum esse cæli, ex Hygeno cognoscitur: is enim sic *in lib. de Limitibus*, Cæli punctum esse terram, sic describunt, quòd dicant, à polo ad Saturni circulum interuallum esse: quod Græci Hemitonion appellant: à Saturno, deinde ad Iouem, hemitonion: ab hoc deinde ad Martem, tonum: à Marte deinde ad Solem, ter tantum esse, quantum à polo ad Saturnum, hoc est, trihemitonion: à Sole deinde tantum esse ad Venerem, quantum à Saturno ad Iouem, hemitonium: à Mercurio deinde ad Lunam, tantundem Hemitonion: à Luna ad terram tantum, quantum à polo ad Iouem, tonon. sic terram punctum cæli esse ostendunt, & ars musica per hæc diastemata constare fertur.

Tĕrrĭtōrĭum, ij, est (vt inquit Pomponius) vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis. {ארץ *éretz* מדינה *medhináh* שדה *sadhéh*. ὁ ἀγρός. Gall. *Territoire*. Ital. & Hisp. *Territorio*. Germ. Der Aecker/oder gütter Bann vmb ein statt/zwing vnnd Bann vmb ein flecken. Angl. *Territorie, the boundes of a cuntrey or fieldes lying within the boundes of a citie*.} Quod ab eo dictum est, quòd maximè teratur, vel quòd magistratus eius loci intra omnes fines terrendi, id est, summouendi ius habeat. Hactenus Pompon. Plin. *lib*. 24. *cap*. 6. Extra territorium id abire. Cicer. 2. *Philipp*. Vt florentis coloniæ territorium minueretur. Territorium, inquit Frontinus, Quicquid hostis terrendi causa constitutum est.

Tĕrrĕŭs, a, um, quod est ex terra. {γήϊνος. Gall. *De terre*. Ital. *Di terra*. Germ. Irdin. Hisp. *Cosa de materia de tierra*. Angl. *Of the earth*.} vt, Vas terreum. Colum. *lib*. 1. Horreum camera contectum, cuius solum terreum, prius quàm consternatur perfossum.

Tĕrrēnŭs, a, um, quod vel in terra natum est, vel in terra viuit, vel aliquid cum terra commune habet, vt Terrenum animal. {χερσαῖος. Gall. *Terrien, né ou viuant en terre*. Ital. *Terreno*. Germ. Irdisch. Hisp. *Cosa perteneciente à la tierra*. Angl. *Earthly, liuing on the earth*.} Virg. 6. *Æneid*. Terrenique hebetant artus, moribundaque membra. Ouid. 14. *Metam*.

Sic vbi terreno Lycus est epotus hiatu,
Existit procul hinc, alióque renascitur orbe.

Idem 1. *Metam*.

——— *Nec quicquam terrenæ facis habentem.*

Cicer. 1. *Tusc*. Corpora nostra terreno principiorum genere confecta ardore animi conualescunt. Plin. *lib*. 9. *cap*. 29. Terreni maiores quàm pelagici. ¶ Terrenus, pro terreus. γεώδης, χοϊκός. Columell. Area quoque si terrena erit, vt sit ad tecturam satis habilis. Item, Terrei colles, Liu. 8. *dec*. 4.

Tĕrrēnum, i, substantiuum neutri generis, Terra cultui idonea. {γῆ. Gall. *Terroir, champ*. Ital. *Terreno*. Germ. Erden/erfeld/baw/erdtrich. Hisp. *Terruno, ò naturaleço de tierra*. Angl. *Ground or land for manuring*.} Colum. *lib*. 2. Callidissimi rusticarum rerum genera terreni tria esse dixerunt, campestre, collinum, montanum. Idem *lib*. 1. Agrum habebimus salubri cælo, vberi gleba, parte campestri, parte alia collibus, vel ad Orientem, vel ad Meridiem molliter deflexis, terrenísque aliis atque aliis syluestribus & asperis.

Tĕrrestris, e, Terrenus. {χερσαῖος, χθόνιος. Gall. *Terrestre, de terre*. Ital. *Di terra*. Germ. Irdisch. Hisp. *Cosa de tierra*. Angl. *Of the earth*.} vt, Terrestre animal, quod in terra vitam agit. Plin. *lib*. 10. *cap*. 61. Rursus in terrestribus pariunt serpentes. Ouid. *lib*. 14. *Metam*.

——— *tantósque per alta labores*
Æquora sustinuit, tantos terrestribus armis.

Cic. 6. *Verr*. Illud Flaminius ita ex æde sua sustulit, vt in Capitolio, hoc est, in terrestri domicilio Iouis poneret. Liu. 3. *bell. Pun*. Consul literis Philippi atque Annibalis perlectis, consignata omnia ad Senatum itinére terrestri misit: nauibus deuehi legatos iussit. Idem 1. *ab Vrb*. Audi Iupiter, & tu Iuno, Quirine, diíque omnes cælestes, vósque terrestres: vósque inferni, audite. ¶ Terrestris cœna, i. olerum & heluellarum cœna, qualis pauperum tenuiorísque fortunæ. Plaut. *Capt*. facetè iocatur. Æ. terrestris cœna. E. sus terrestris bestia est. Æ. multis oleribus. E. curato ægrotos domi. Sic dixit, quia olera terrâ nascuntur, ideóque terrâ nata vocauit Tullius *in Epist. fam*. Horatiúsque Torquatum inuitat ad terrestrem cœnam, cùm inquit,

Nec modica cœnare times olus omne patella.

Præsidium terrestre, cui opp. maritimum, Cicer. 7. *Verr*. Cleomenes autem quòd erat terrestre præsidium non re, sed nomine, sperabat iis militibus, quos ex eo loco deduxisset, explere se cumerum nautarum & remigum posse.

Tĕrrĭgĕnă, communis generis, Ex terra genitus. {γηγενής. Gall. *Engendré de la terre*. Ital. *Generato di terra*. Germ. Von der erden geboren. Hisp. *Engendrado de la tierra*. Angl. *Engendred of the earth*.} Cicer. 2. *de diuin*. Terrigenam, tardigradam, domiportam, sanguine cassam, potius quàm hominum more cochleam dicere. Lucan. *lib*. 3.

Aut si terrigenæ tentarent astra gigantes.

Ouid. *Epist*. 11.

Donec terrigenæ (facinus miserabile) fratres
In se constrictas conseruere manus.

¶ Terrigenæ, apud Censorium dicuntur Autochthones, qui & Aborigines vocantur.

Tĕrrĭcŏlă, qui terram habitat. {ἐπιχθόνιος. Gall. *Qui habite en la terre*. Ital. *Chi habita nella terra*. Germ. Einwohner deß erdtreichs. Hisp. *El que mora en la tierra*. Angl. *That dwelleth on the earth*.} Est autem hominum epitheton apud Poëtas, à terræ inhabitatione deductum, quo mortales distinguuntur à superis, qui à cœlesti habitatione cœlicolæ dicuntur.

Tĕrrĭcrĕpŭs, a, um, Iouis vel fulminis epitheton, quasi terribiliter, seu cum terrore increpans. Vox est poëtica. βαρύβρεμος.

Terræ inferiora, *Eph*. 4. 1. partes terræ imæ, vt in quibus aliquis sepelitur.

Terræ filius, obscurissimi loci homo.

Tĕrræmōtŭs, us, Terræ concussio, quæ à spiritibus terræ inclusis & exitum sibi molientibus fit. {רעש *rahásch*. σεισμός. Gall. *Tremblement de terre, mouuement ou esmotion de terre*. Ital. *Terremoto, smouimento della terra*. Germ. Erdbidem. Hisp. *Terremoto*. Angl. *An eart quake*.} Terræmotus quid sit, vide apud Gell. *cap*. 28. *lib*. 2. Plin. *lib*. 2. *cap*. 84. Fiunt cum terræmotu & inundationes maris, eodem videlicet spiritu infusi, aut residentis sinu recepti. Maximus terræ memoria mortalium extitit motus, Tiberij Cæsaris principatu, XII. vrbibus Asiæ vna nocte prostratis. Cic. 2. *Offic*. Si tecta aut vi tempestatis, aut terræmotu, aut vetustate cecidissent. Idem 1. *de diuin*. Conquassatis maximis terræmotibus. Liu. *lib*. 10. *dec*. 4. Terra mouit, &c.

Tĕrrānĕŏlă, æ, cum accentu in antepenult. auis alaudæ similis, præterquam quòd in capite apicem non habet, sicut alauda. χερσαῖος, κορυδαλός. ¶ Dicta terraneola, quòd non in arboribus, sed in terra versetur atque nidificet. Sipontinus.

Tĕrrŏr, is, timoris incussio. {חתחת *chitthàth* חתית *chittith* מחתה *mechittáh* פחד *páchadh* בלהה *behaláh*. φόβος, δεῖμα, φόβητρον. Gall. *Effroy, frayeur, espouuentement, estonnement*. Ital. *Terrore, spauento, paura*. Germ. Ein schräcken/oder schräckung. Hisp. *Espanto del que espanta*. Angl. *Dread, feare, terrour*.} Cicer. 4. *Tusc*. Quæ autem subiecta sunt sub metu, ac sic definiunt. Pigritiam metum consequentis laboris, terrorem metum concutientem. Ex quo fit vt pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur. Seruius inter terrorem & metum sic distinguit, quòd terror propriè sit, qui aliis infertur: vnde & terribilis dicitur metus, quem habent timentes. Velleius, Duos terrores Reip. (Carthaginem & Numantiam sup.) Licèt aliquando terror pro metu ponitur. Virg. 11. *Æneid*.

Quòd si tantus habet mentes & pectora terror.

Plaut. *Amph*. Exurgite qui terrore meo occidistis. *Ibid*. Eadem nos formido timidas terrore impulit. Ouid. 13. *Metam*.

Conuocat Atrides socios terrore pauentes.

Tĕrrĕo, es, ui, Timorem alicui incutio, terrorem affero, terrorem infero, terrorem iniicio, timorem facio. {חתת *chittéth* הפחיד *hiphchidh* הבהיל *hibhil*. ἐκπλήττω, φοβέω. Gall. *Espouuanter*. Ital. *Spaurire, spauentare*. Germ. Erschrecken. Hisp. *Espantar*. Angl. *To feare, to mak affrayed*.} Virg. *lib*. 1. *Georg*.

Et sonitu terrebit aues.

Cæsar *lib*. 3. *bell. ciuil*. Et legionarij interioris munitionis defensores, scalis admotis, tormentisque cuiusque generis, telísque terrebant. Virg. *lib*. 8. *Æneid*.

Iam tum relligio pauidos terrebat agrestes
Dira loci.

Idem *lib*. 6. *Æneid*.

——— *licet ingens ianitor antro*
Æternum latrans exangues terreat vmbras.

Idem 8. *Æneid*.

Neu belli terrere minis.

Ouid. 14. *Metam*.

——— *Tonitrúque & fulgure terruit orbem.*

Tibull. 4.

Me cognita virtus terret. (sup. vires.)

Ouid. 13. *Metam*.

——— *Non tu tantùm terreris Vlysse,*
Sed fortes etiam.

¶ Huius composita sunt, Absterreo, conterreo, deterreo, exterreo, perterreo: quorum significata explicantur suis locis.

Tĕrrĭtŭs, a, um, particip. seu nomen ex participio. {נחת *nicháth* נבהל *nibhál*. ἐκπλαγείς, ἐκφοβηθείς. Gall. *Espouuanté*. Ital. *Spauentato*. Germ. Erschreckt. Hisp. *Espantado*. Angl. *Feared, or made affraide*.} vt, Territus animi: hoc est, conturbatus animo. Liuius 7. *ab Vrbe*, Itaque Consule territo animi, vidésne tu, inquit, A. Corneli, cacumen illud supra hostem? Ouid. 2. *Metam*.

Venatrixque metu venatum territa fugit.

Tĕrrĭto, as, Frequentatiuum à Terreo. {ἐκδειματόω. Gall. *Espouuanter*. Ital. *Spaurire*. Germ. Offt oder häfftig erschrecken. Hisp. *Espantar*. Angl. *To mak affraide*.} Terent. *in Andr*. Dij te eradicent, ita me miseram territas. Virg. 4. *Æneid*.

——— *& magnas teritat vrbes.*

Idem 12. *Æneid*.

——— *quos improbus aduena bello*
Territat.

Liuius 8. *ab Vrbe*, Dein postquam aspernabantur flagitium aures, minis territare, atque identidem admonere fortunæ. Plaut. *Amph*. Larua vmbratilis, tu me minis territas. Idem *Curc. sc*. 4. *a*. 4. Ego te vehementer vapulare iubeo, Ne me territes. *Ibid. sc*. 3. *a*. 5. Non ego te flocci facio, ne me territes. Suet. *in Calig. cap*. 19. Alios, vt alicuius immensi operis fama territare.

Tĕrrĕfăcio, is, Terrore afficio. {חתת *chittéth* הפחיד *hiphchidh* הבהיל *hibhil*. ἐκπλήσσω, δειματόω. Gall. *Espouuanter*. Ital. *Spauentare*. Germ. Ein schrecken machen. Hisp. *Espantar*. Angl. *To mak affrayde*.} Hinc perterrefacio, vt Perterrefacias Dauum, apud Terent. *in Andria*.

Tĕrrĭfĭco, as, Terrorem incutio. {חתת *chittéth* הפחיד *hiphchidh* הבהיל *hibhil*. ἐκπλήττω, φοβέω. Angl. *To make affrayde*.} Lucret. *lib*. 1. & quæ res obuia mentes Terrificet morbo affectis. Virgil. *lib*. 4. *Æneid*.

——— *cæcique in nubibus ignes*
Terrificant animos.

Tĕrrĭfĭcŭs, a, um, Terribilis, formidabilis, terrorem incutiens. {נורא *norá*. φοβερός. Gall. *Chose qui espouuante*. Ital. *Che da spauento*. Germ. Schrecklich/das ein zuschrecken macht. Hisp. *Cosa que haze espantar*. Angl. *Terribile, that induceth feare*.} Virg. 5. *Æneid*.

Seraque terrifici cecinerunt omnia vates.

Idem 8. *Æneid*.

Fulgores nunc terrificos, sonitúmque metúmque
Miscebant operi.

Nox terrifica, apud Valer. Flacc. *lib*. 5. *Argon*. Stridores terrifici, apud Silium *lib*. 5. Gell. *cap*. 14. *lib*. 5. Is vnus leo corporis impetu, vastitudine, terrificóque

terrificóque fremitu & sonoro toris, comísque ceruicum fluctuantibus, animos oculósque omnium in sese conuerterat.

Terribilis, e, Formidabilis, horribilis. {נורא norá. φοβερὸς, ἐκπληκτικός. GALL. *Terrible, effrayant, qui donne frayeur & effroy.* ITAL. *Che mette paura, terribile.* GERM. Schröcklich/erschröckenlich. HISP. *Cosa que espanta.* ANGL. *Terrible, that induceth feare.*} Virg. 9. *Æneid.*

Terribilis squalore Charon.

Cicer. *pro Sest.* Alter, ô dij boni, quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aspectu. Idem *in Par.* Mors terribilis est illis quorum cum vita omnia extinguuntur. Virg. 6. *Æneid.*

Terribiles visu formæ, letúmque labórque.

Suet. *in Cæs. cap.* 66. Cùm expectatio regis Iubæ terribilis esset. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Vultus terribiles alios immemorésque sui.

Et Seneo. *cap.* 7. *de consol. ad Mart.* Præsumpta opinio de non timendis terribilibus.

Terriculum, i, quod iniicit terrorem. {φόβητρον. GALL. *Chose qui espouuente, espouuantal.* ITAL. *Cosa che spauenta, spauentacchio.* GERM. Ein schreckerlin. HISP. *El espantajo.* ANGL. *That induceth feare.*} Liu. 5. *ab Vrbe,* Quum omnium assensu comprobata oratio esset, gauderéntque Patres sine Tribunitiæ potestatis terriculis inuentam esse aliam vim maiorem ad coërcendos magistratus, victi consensu omnium, comitia tribunorum militum habuere. Idem *lib.* 4. *dec.* 4. Nullis terriculis moueri. Accius, Proinde ista hæc tua aufer terricula, atque animum iratum comprime.

Terriculamentum, Terriculum. φόβητρον, μορμολύκειον. Phantasma, siue spectrum terrorem incutiens. Apul. *in Apolog.* Omnia noctium occursacula, omnia bustorum formidamina, omnia sepulcrorum terriculamenta.

Territio, nis, κατάπληξις. Vlp. *D. lib.* 74. *tit.* 10. *lib.* 15. Leuis territio non pertinet ad hoc edictum.

Terriloquus, Adiect. poët. ex terreo & loquor compositum, quasi loquens terrentia & terrorem afferentia. Lucr. *lib.* 1.

Tutemet à nobis iam quouis tempore vatum
Terriloquis victus dictis desciscere quæres.

Terrisonus, aliud adiect. Claud. 1. *Panegyr.*

Nec te terrisonus stridor venientis Alani.

‖Terstis, pro tersistis, antiq. Lips.

Terticeps, tres vertices habens. Turn.‖

Tertus, a, um, adiect. id est, detersus. {ממרט memorát.} Var. Terta nitet galea. Cato *de liberis educandis,* vt citatur à Nonio, Aliti sunt, circuntonsi, terti atque vnctuli, vt videantur esse mangonis seruuli.

Tertianus, Tertiarius, Tertio, tertias, Tertius, vide *Ter.*

Tertullianus, Τερτυλλιανός, Scriptor ecclesiasticus, eloquens quidem, in nonnullis tamen ab orthodoxæ Ecclesiæ fide nonnihil aberrans. Animam enim immortalem quidem esse fatetur, sed eam effigiatum corpus esse contendit, neque hanc tantùm, sed ipsum etiam Deum corporeum esse dicit, licèt non effigiatum: nec tamen hinc hæreticus creditur esse factus.

‖Teruela, *Teruel,* V. E. Hispaniæ sub A. Cæsaraugustano.‖

Teruncius, Numus perexiguus à tribus vnciis, hoc est, quarta libellæ parte dictus, teste Varrone *lib.* 4. *de ling. Lat.* {אגורה aghoráh. τεταρτημόριον, τετράχαλκον. GALL. *Vne piece de monnoye de vil pris, comme vn liard, trois onces.* ITAL. *Vn bagattino.* GERM. Ein dreyerlin. HISP. *Moneda de tres onças, como marauedis.* ANGL. *A dodkin, of small value.*} Plaut. *in Capt.* Neque ridiculos iam terruncij faciunt. Cic. *in Cani.* De præda mea teruncium non attigit quisquam. Idem *Attic. lib.* 5. Caue putes quicquam homines magis vnquam esse miratos, quàm nullum Teruncium, me obtinente prouinciam, sumptus factum esse in Rempublicam, nec in quenquam meorum.

Tesqua, loca edita, aspera, & inculta, ipso situ atque silentio religionem quandam & horrorem incutientia. {אשרות ascheróth איתן ethán. τὰ ἄλσεα. GALL. *Boscages consacrez & dediez à quelque Dieu.* ITAL. *Boschi consecrati à i dij.* GERM. Rauhe/ einöde vnd vngeheure örter / wildinen. HISP. *Bosques consagrados à los diozes.* ANGL. *Rough places not haunted, dedicated to some god.*} Horat. 1. *Epist.* 14.

———*nam quæ deserta & inhospita tesqua*
Credis, amœna vocat, mecum qui sentit: & odit
Quæ tu pulchra vocas.

Nemorosa tesqua, apud Luc. *lib.* 16. Tesqua (inquit Festus) loca augurio designata, Cic. aspera esse ait, & difficilia. Hæc ille. Varro *lib.* 6. *de ling. Lat.* Tesca scribit per c litteram: putátque tesca dicta quasi tuesca, à tuendis sacris, locaque quædam agrestia interpretatur: ideo cuipiam consecrata. Accij testimonio id ipsum confirmans, ex Tragœdia cui Philoctetæ nomen est, in hunc modum citato, Quis tu es mortalis, qui in deserta & tesca te apportes loca? Quid autem tescorum nomine intelligere debeamus, explicat idem Accius, paulò pòst subiungens, Celsa Cabyrum delubra tenes, mysteriaque pristina castis concepta sacris. Hæc ferè Varro.

‖Tessaracostus, a, um, τεσσαρακοστός, ἡ, ὸν, quadragesimus, a, um.

Tesseracoste interuallum à Pascha ad Ascensionem. Solenne autem Tesseracostæ est ipsa Ascensio.‖

Tessaracoston, τεσσαρακοστόν, tempus dierum quadraginta ante partum, & totidem post partum, quibus mulieres à sacris arcebantur: propterea quòd id ferè temporis tam ipsæ, quàm earum fœtus plurimis infestentur incommodis. Quo dierum numero exacto, festum celebrabant, quod & ipsum tesseracoston appellabant. Vide Censorium de Die natali, & Cælium Rhodig. *lib.* 26. *cap.* 21.

‖Tessares decatitæ dicti, qui XIIII. luna Pascha cum Iudæis obseruando contendunt. Pap.‖

Tessella, vide *Tessera.*

TESSERA, {κύβος. GALL. *Figure quarrée en tous sens, vn dez à iouer.* ITAL. *Dado da giuocare.* GERM. Ein würffel oder dergleichen figur so in alweg geviert ist. HISP. *Figura del dado.* ANGL. *A dice or a score or taile of wood wheron the number of thinges deliuered is marked.*} Figura ex omni parte quadrata, teste Macrob. *lib.* 1. *in somnium Scip.* hoc est, constans sex lateribus æqualibus: qualem est videre in iis officulis, quibus in alueolo ludimus, punctis quibusdam distinctis, & in quacunque incubuerint parte, immotam stabilitatem habentibus, quæ & ipsa à Latinis tesseræ, à Græcis κύβοι appellantur. Cicer. *de diuin.* Quid est enim sors? idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas & casus, non ratio & consilium valet. Idem *in Catone,* Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Tessera quos habeat numeros distante vocato;
Mittere quo deceat, quo dare missa modo.

Tali autem siue taxilli omnino diuersi erant à tesseris: vt qui quatuor tantùm haberent latera ad similitudinem eorum ossiculorum quæ in articulo pedis animalium bisulcorum ventre protuberant, concaua vertebra ligata altera parte concaua, altera in conuexitatem nonnihil assurgente. Sed de his abundè multa dicta sunt suo loco. ¶ In militia item tessera dicebatur symbolum quo socij ab hostibus exploratoribus dignoscebantur. {אות oth. σύμβολον, σύνθημα. GALL. *Mot de guet, marque, enseigne.* ITAL. *Nome delle guardie.* GERM. Die losung/warzeichen im krieg. HISP. *El apellido de la guerra.*} Ea autem erat tabella, teste Polybio, quam Tribuni militares sub noctem ab Imperatore acceptam ad Centuriones perferebant: Centuriones autem ad Decuriones: & ij rursus ad vnumquemque suæ decuriæ militem: à quibus rursus antequam se intenderent tenebræ, redibat ad Imperatorem. Virg. *lib.* 7. *Æneid.*

———*It bello tessera signum.*

Liu. *lib.* 7. Cæteris omnibus tesseram dari iubet. ¶ Item tessera est belli & pacis futuræ signum. πλαίσιον, ξυλόφιον Polyb. Pomponius, Q. Mutius ad Carthaginienses legatus, quum essent duæ tesseræ positæ, vna pacis, altera belli, arbitrio sibi dato vtram vellet deferre: vtranque sustulit, & ait Carthaginienses petere debere, vtram mallent accipere. ¶ Ponitur nonnunquam pro signo frumentario, quo exhibito, vnusquisque frumentum pro portione accipiebat à Præfecto annonæ: sicut ex more vetusto in patria nostra fieri solitum est his, qui pauperum curam habent. Nam erogantur signa quædam plumbea, quibus exhibitis sigillatim accipiunt certam mensuram farinæ, vel panis vinive. Suet. *in Augusto,* Ac ne plebs frumentationum causa frequentiùs à negotiis auocaretur, ter in annum quaternorum mensium tesseras dare destinauit. Idem *in Neron. cap.* 11. Auium cuiusque generis multiplex genus, tesseræ frumentariæ, vestis, aurum, &c. Loquitur de ludis pro æternitate imperij susceptis. Iuuen. *Satyr.* 7.

Summula ne pateat, qua vilis tessera venit
Frumenti.

¶ Sic etiam dicuntur tesseræ nummariæ, quibus exhibitis summa nummûm præscripta repensari solet. Suetonius earum meminit *in August. cap.* 41. Frumentum viritim admensus est, &c. Tesserásque nummarias duplicauit. ¶ Tesseras etiam spargebant Imperatores: Dio vocat σφαιρία. Vide in lexico Constantini σύμβολον. ¶ Item tesseræ collybisticæ, quas vulgus *literas cambij* vocat, eum in vsum excogitatæ, vt pecunia argentariis tradita, vel in locis remotissimis citra vllum vecturæ periculum recipi possit. Item Tessera est lignum vtrinque complanatum, in quo numeri inciduntur. Vulgus *Taleam appellat.* Galli dicunt, *Taille.* Plaut. Suam vterque tesseram habet, ratio constat. ¶ Tessera hospitalis. Fuit antiqui moris tesseram dari hospitibus dimidiatam quam quicunque attulisset ad hospitem, continuò agnosci posset, & hospitio accipi, tanquam amicus & vetus hospes. Hoc autem ius necessitudinis ad posteros transibat: propterea tesseram hospitalem diligenter obseruabant. Idem Plaut. *in Pœn.* Ego sum ipsus, quem tu quæris. P. hem quid audio? A. Antidamæ me gnatum esse. P. si ita est, iam tesseram confer, si vis, hospitalem. A. eccam attuli. Tesseram hospitalem confregisse dicebatur, qui ius hospitij violarat, hoc est, vt ait Erasmus, qui sibi reditum in domum aliquam præcluserat. Plaut. *in Cistel.* Hîc apud nos iam Alcesimarche confregisti tesseram. ¶ In vestibus item figuræ quædam quadratæ, Tesseræ dicebantur: vnde & vestes ipsæ dictæ sunt Tessellatæ. Plin. *lib.* 35. *cap.* 9. *de Zeuxide pictore,* Opes quoque tantas acquisiuit, vt in ostentatione earum Olympiæ aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostentarit.

Tessella, æ, diminutiuum à tessera, rem quamuis significat formam habentem quadratam: cuiusmodi sunt laterculi, siue lapides quadrati, quibus pauimenta sternuntur. {πλινθίον τι. GALL. *Petit morceau, ou petite piece quarrée, comme dequoy on fait ouurage de marqueterie.* ITAL. *Picciola tessera.* GERM. Etwas das geviert ist wie ein würffel. HISP. *Tablilla.* ANGL. *A small piece that men make checker work within tables or bordes.*} Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Androdamas argenti nitorem habet, vt adamas, figura quadrata, & semper tessellis similis.

Tessello, tessellis sterno.

Tessellatus, a, um, quod tessellis, id est, paruis quadratis lapillis est compositum. {ὁ ἀβακίσκοις πεποικιλμένος. GALL. *Fait de petites pieces quarrées.* ITAL. *Fatto à quadri piccioli.* GERM. Das mit gevierten stucken verà setzt ist / als ein büne die man mit viereckten steinen besetzt. HISP. *Cosa hecha de tablillas.* ANGL. *A pauement wrought with small stones or any thing with chercker work of small pieces of woode, bone, or stone.*} vt, Pauimentum tessellatum. Suet. *in Cæs.* Munditiarum lautitiarúmque studiosissimum multi prodiderunt: quamuis tenuem adhuc, & obæratum, in expeditionibus tessellata & sectilia pauimenta circuntulisse. Vitruuius *lib.* 7. præcipit pauimenta tessellata angulos omnes æquales: eadémque sectilia dici, quoniam in particulas secta sunt, vt quodcunque velis, possint circunferri. ¶ Erant & tessellatæ, quædam tunicæ tesseris quibusdam distinctæ. Vnde palliorum tesseras dixit Plin. *lib.* 35. Zeuxis aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostentabat.

Tessercula, æ, Symbolum, siue signum frumentarium, quod qui ad præfectum annonæ referebant, certam frumenti accipiebant mensuram: quemadmodum etiam hodie in quibusdam sacerdotum collegiis æneos plumbeósve quadrantes videmus distribui, quos penoris præfectus ab iisdem certa vini mensura, certóque panis pondere solet redimere. {συνθημάτιον. GALL. *Marque & enseigne, petite piece quarrée.* ITAL. *Insegno, bollo, picciol quadro.* GERM. Ein geviert warzeichen. HISP. *Señal, tablilla.* ANGL. *A taile of woode to number thinges deliuered.*} Persius *Sat.* 5.

———*scabiosum*

——scabiosum tesserula far
Possidet.

Plin. Frumenti rationem tesserulis ostendebat. ¶ Tesserulæ item dicebantur exigui quidam & quadrati lapilli, ex quibus elegantiora pauimenta sternebantur, quæ ab antiquis Tessellata dicebantur. Cic. *lib.* 3. *de Orat.* ex Lucilio, Quàm lepidè lexeis compostæ, vt tesserulæ omnes, Arte, pauimento, atque emblemate vermiculato.

Tĕssĕrārĭŭs, ij, qui tesseram, hoc est, signum bellicum per contubernia militum nuntiat. Vide Plutarch. *in Galba.* {ὁ τὸ συνθῆμα σημαίνων. GALL. *Celuy qui porte le mot de guet.* ITAL. *Chi porta il nome alle guardie all' essercito.* GERM. Ein rottmeyster der den kriegsleuten die heimliche losung gibt. HISP. *El que trae lo apellido de la guerra.* ANGL. *A bringer of the watchword.*}

Tĕssĕrārĭŭs, a, um, quod ad tesseras pertinet, κυβικός. vt, Ludus tesserarius. κυβεία.

TĔSTA, æ, vas fictile, quod ex argilla tornatum, mox ad ignem coquitur: vnde & testa dicta, quasi tosta. {חרש chéres, κεράμιον. GALL. *Test, ou coquille, vaisseau de terre cuicte.* ITAL. *Chiappa pezzo, guscio testo.* GERM. Ein irdin geschirr. HISP. *Qualquier vaso hecho de barro teja ò ladrillo.* ANGL. *A vessell made of baked earth, a sharde or shell.*} Horatius 1. *Epist.* 2.

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Alter humum, de qua fingantur pocula, monstrat:
Quaque docet liquido testa sit apta mero.

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Nudaque consistunt formam seruantia testæ
Vina, &c.

Idem *lib.* 2. *Fast.*

Ara fit, huc ignem curta fert rustica testa.

Horat. 1. *Carm. Ode* 20.

Vile potabis modicis Sabinum
Cantharis, Græca quod ego testa
Conditum leui.

Ad Herenn. *lib.* 4. Prometheus, quum mortalibus ignem diuidere vellet, ipse si à vicinis cum testa ambulans carbunculos corrogaret, non ridiculum videretur? ¶ Quin & ipsa fragmenta fictilium vasorum, testæ dicuntur. Plin. *lib.* 36. *cap.* 25. Necessarium binas per diuersum coassationes substerni, capita eàrum perfigi ne torqueantur, & ruderi nouo tertiam partem testæ tusæ addi. ¶ Testa pro ossis dentisque fragmento. Cels. *lib.* 6. *cap.* 9. Bacca hederæ coniecta in id foramen, dentem findit, isque per testas excidet. Sic emendauimus ex vetusto codice, cùm in editis legatur, *isque fortè stans excidet.* Rursus *lib.* 6. *cap.* 13. Deus eximendus: testa ossis, si qua excessit, recidenda est. Vulgò dicitur, *vne esquilledos.* Constantin. ¶ Testa item dicitur tegmen cuiuslibet rei durum & fragile, quod Græci ὄστρακον vocant, vt in piscibus omnibus qui duriore vestiuntur cortice, qui à Græcis ὀστρακόδερμοι appellantur. Cic. 2. *de natur. deor.* Quot genera, quámque disparia partim submersarum, partim fluitantium & innatantium belluarum, partim ad saxa natiuis testis inhærentium? ¶ Testas quoque figuratè positas legimus pro ostreis, alijsve id genus piscibus, duriore cortice contectis. Horat. 2. *Serm. sat.* 4.

Sed non omne mare generosa fertile testa.

¶ Testas item pro ouorum putaminibus dicimus, item pro conchis cochlearum. Plaut. *Pœn.* Scin' quid est? cochleæ è testa vt sustolli solent, &c. ¶ Veteres etiam testu dixerunt tanquam genu, vt Flauius Caper annotauit. Mummius *in Attellana*, Iunius ad spectacula est videre in testu, quantum sit caput. Afranius, Indignum verò dici solet testu. Sosipater *lib.* 1.

Testarum crepitus Iuuenali *Sat.* 2. sunt, sonitus musici, quos edebant tanquam saltationis normam.

Tĕstŭla, parua testa. {ὀστράκιον. GALL. *Petit test.* ITAL. *Picciol testo.* GERM. Ein irdin geschirrlin oder scherblin. HISP. *Pequeña teja.* ANGL. *A litle earthen vessel, shard or shell.*} Colum. *lib.* 11. *cap.* 3. de porris capitatis loquens, Tum testulæ, vel conchæ quasi sedes in singulis subiectis seminibus adobruuntur, vt fiant capita latioris incrementi. Testulis ferebantur suffragia. Liu. *lib.* 5. *bell. Pun.* Testulis datis, tribuni populum summouerunt, sitellaque allata est vt sortirentur, vbi Latini suffragium ferrent.

TĔSTĀCĔVS, a, um, quod ex testa est, siue quod testæ duritiem imitatur. {ὀστράκινος, ὀστρακώδης. GALL. *De terre cuicte, de coquille.* ITAL. *Di terra cotta.* GERM. Hart wie ein irdener scherb/ das auss scherben oder harten schalen ist. HISP. *Cosa de barro.* ANGL. *Of bakod earth, of a shard or shell.*} Plin. Insectorum omnium, & quibus testacea operimenta, oculi mouentur. Idem *epist.* 136. Quia sint cæmento medij farti, nec testaceo ore præcincti. Idem *Epist.* 254. *ad Traianum*, de aquæ ductu Nicomedensium: Aliqua pars, vt mihi videtur, testaceo opere agenda erit. Testacea pyra quæ etiam Segnina dicebantur. Plin. *lib.* 15. *cap.* 15. Segnina quæ alij à colore testacea appellant.

Tĕstĕŭs, a, um, adiectiuum à testa, pro testaceus. ὀστράκινος. Macrob. *Satur. lib.* 7. *cap.* 15. Medicina autem Physicæ partis extrema pars est, cui ratio est, cum testeis terrenisque corporibus.

Tĕstātim, aduerbium antiquum, significans idem quod minutatim. Pomp. Tam istam colaphis comminuissem testatim tibi. Ex Nonio.

Tĕstāmentum, vide *Testator* in *Testis.*

TĔSTĬCVLVS, i, diminutiuum à testis, quum pro coleo accipitur. {אשך éschech. ὀρχίδιον. GALL. *Genitoire, couillon.* ITAL. *Testicolo.* GERM. Hödlin. HISP. *El cojon.* ANGL. *Thestone of a man or beast.* Autor ad Herennium *lib.* 1. Medicus testiculos arietinos tenens. Arietini testiculi qui sint, vide apud Politianum *Miscel. cap.* 61.

TĔSTĬS, generis communis, qui quæve testimonium dicit. {עד hedh. μάρτυς, μάρτυς. GALL. *Tesmoing.* ITAL. *Testimonio.* GERM. Ein zeug. HISP. *Testigo.* ANGL. *A witnes.*} Testibus præsentibus facere aliquid) (Clàm, furtim, & sine arbitris aliquid facere. Plaut. *Curcul. sc.* 1. *a.* 1. Quod amas, ama testibus præsentibus. Idem *Amphitr.* En testis amitter qui cum venio. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Testes tres aderant acerrimi. (contra reum sup.) Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 3. Et si taceas, res ipsa testis est. Idem *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Ne faciàs testes, neque tibi debeo quidquam. Et Ouid. 5. *Fast.*

Siue ego te feci testem, falsóve citaui.

Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Do Iouem testem tibi, &c. Mart. *lib.* 14.

Ille dolet verè, qui sine teste dolet.

Ouid. *Epist.* 6.

Vix mihi, teste deo, credita vita tua est.

Cic. 3. *Offic.* Quum verò iurata sententia dicenda sit, meminerit Deum se habere testem. Virg. 8. *Eclog.*

——quanquam nil testibus illis
Profeci.

Idem 5. *Æneid.*

Ipse mihi nuper Libycis vt testis in vndis
Quam molem subitò excierit.

Iuuen. *Satyr.* 14.

Falsus erit testis, vndet periuria summa,
Exigua Cereris tangens, arámque, pedémque.

¶ Testis verò pro testiculo, masculini generis est, dictus quòd virilitatis testis sit. {אשך éschech. ὄρχις. GALL. *Couillon, genitoire.* ITAL. *Testicolo.* GERM. Hoden. HISP. *Cojon.* ANGL. *The stone of a man or beast.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 49. Testis pecori armentóque ad crura decidui. ¶ Testis mentientis pœna quæ, docet Gell. *cap.* 1. *lib.* 20.

Tĕstĭmōnium, ij, testium depositio, iureiurando deuincta auctoritas. {עד hedh עדה hedháh עדות hedhúth תעודה tehudháh. μαρτυρία. GALL. *Tesmoignage.* ITAL. *Testimonio, testimonianza.* GERM. Zeugnus/ kundtschafft. HISP. *El dicho del que es testigo.* ANGL. *Testimonie, witnesse.*} quæ & testatio dicitur: quanquam testimonium propriè absentium sit, quum dicta tèstium quæ alibi deposuerunt, apud Iudicem in scriptis proferuntur: quod genus Græci ἐκμαρτυρίας vocant. Vnde D. Adrianus (referente Callistrato *ff. de probat. & præsumpt.*) Rufino proconsuli Macedoniæ rescripsit, testibus se, non testimoniis crediturum. Gabinio quoque in hæc verba rescripsit. Alia est autoritas præsentium testium, alia testimoniorum quæ recitari solent. Velleius, Testimonium reddere alicui, vel eo fraudare. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Qui sæpè perdidit ciuem innocentem falso testimonio. Quintil. Pro testimonio dicere aliquid. ¶ Mentientis pro testimonio, pœna quæ, vide apud Gellium *cap.* 1. *lib.* 20. ¶ Ius dicendi testimonij vni datum fœminæ, cui nomen fuit Tarraria lege Horatia, ita vt illa testabilis vna omnium fœminarum esset, vt auctor est Gellius *cap.* 7. *lib.* 6. ¶ Accipitur aliquando latiùs testimonij vocabulum, pro omni eo quod ab aliqua re externa sumitur ad faciendam fidem. Cicer. *in Topic.* Testimoniorum duo sunt genera, diuinum, vt oracula, auspicia, vaticinationes, & responsa sacerdotum, aruspicum, coniectorum. Humanum, quod spectatur ex autoritate, & voluntate, & ex oratione, aut libera, aut expressa, in quo insunt scripta, pacta, promissa, iurata, quæsita. ¶ Sumitur aliquando testimonium pro elogio, quo sententiam nostram de re quapiam declaramus. Cicer. *pro domo sua*, Senatus mihi testimonium huius vrbis conseruatæ dedit. Idem 3. *de legib.* Quandoquidem tam præclarum mihi dedisti iudicij tui testimonium.

Testor, aris, Testimonium perhibeo, testimonio sum, testificor, testimonium do, affirmo, profiteor. {העיד hohidh. μαρτυρέω. GALL. *Tesmoigner dire d'vne chose & l'asseurer.* ITAL. *Testificare, testimoniare, addur' in testimonio.* GERM. Bezeugen/ kundtschafft geben. HISP. *Atestiguar ò hazer testigos.* ANGL. *To testifie or beare witnesse.*} Gell. *c.* 13. *lib.* 15. Testor te, & testor à te dictum olim docet Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 3. *Trist.* Testatur amor populo. Cicer. 2. *de natura deorum*, Venæ & arteriæ crebræ, multæque toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificiosi operis diuinique testantur. Idem *pro Mur.* Ego quod facio, omnium vestrûm causa me facere clamo atque testor. Tranquill. *in Claudio*, Testatus quondam per edictum, tanto impensiùs petere se vt natalem patris sui Drusi celebraret. Ouid. 9. *Metam.*

Et plausit pennis, testataque gaudia cantu est.

¶ Aliquando idem est, quod testem voco, adhibeo, testimonium denuntio. {העיד hehidh. μαρτύρομαι.} Virg. 2. *Æneid.*

Vos æterni ignes, & non violabile vestrum
Testor numen,

ait Cicer. 5. *Philipp.* Is me potissimùm testatus est se æmulum extitisse mearum laudum. Idem *pro Cornelio Balbo*, Testantur & mortuos. Imperatores nostros se hoc ius esse velle. Idem *pro Flacco*, Vociferarer quantum maximè possem, contenderem, testarer publicanos, excitarem negotiatores: vestram etiam conscientiam implorarem. hoc est, testes aduocarem publicanos, totámque rem eorum iudicio permitterem, vt interpretatur Budæus. ¶ Testari ponitur interdum pro implorare & obtestari, hoc est, suppliciter aliquid petere, numinum etiam inuocatione adhibita. {קרא kará זעק zahák שוע schivvéah. ἐπιμαρτύρομαι, ἱκετεύειν.} Plaut. Ipsos tete per superos omnes testatur. Velleius, Testatus est patriam & parentes. Hesiodus. Cornel. Tacit. *lib.* 2. Suos testari, dixit, pro hortari. ¶ Accipitur item testari pro testamentum condere, διατίθεσθαι. Cicer. *de Inuent.* Possitne quispiam de filij pupilli re testari. Huius verbi composita sunt, Antestor, attestor, contestor, detestor, obtestor, & protestor: quorum significata explicata sunt suis locis.

Tĕstātŭs, qui testamentum fecit. {διαθέμενος. GALL. *Qui a fait testament.* ITAL. *Chi ha fatto testamento.* GERM. Der ein testament/ oder erb gemacht vnd auffgericht hatt. HISP. *El que a hecho testamento.* ANGL. *That maketh a testament.*} cuius contrarium est intestatus, qui testamentum non condidit. ἀδιάθετος. Vnde & ab intestato dicimus aliquem hæredem factum, hoc est, non ex testamento, quod nullum erat, sed iure propinquitatis. ¶ In significatione autem passiua testatus dicitur apertus, vulgatus, ab omnibus cognitus, quòd id quasi omnes testentur. {מועד muhádh. μεμαρτυρημένος. GALL. *Approuué par tesmoins, testifié, cognu & aueré.* ITAL. *Cosa cognosciuta, manifestata.* GERM. Bezeugt/ kundtlich. HISP. *Conoscido, manifiesto por testigos.* ANGL. *Testified, knowen.*} Cicer. 4. *Verr.* Vt res quàm maximè clara atque testata esse posset, in ius ad Metellum Carpinatium voco, tabulásque societatis in forum defero. Ouid. *lib.* 3. *de Ponto, Eleg.* 1.

Nota

Nota tua est probitas, testataque tempus in omne.
Cicer. *Curioni*, Aut certè testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim. Liuius *lib.* 7. *dec.* 4. Testata manu sua indicia dare. Vide & Gellium *cap.* 13. *lib.* 15. vbi docet dici, Testor te, & testor abs te. ¶ Hinc Testatior, & Testatissimus. Cæsar 8. *bell. Gall.* Itaque omnibus qui arma tulerant, manus præcidit, vitámque concessit, quo testatior esset pœna improborum, Cicer. *pro Cælio*, Nam necesse est, non paucos, vt & comprehendi Licinius facilè posset, & res multorum oculis esset testatior.

Testabilis, e: dicitur testabilis qui ius dicendi testimonij habet. Gellius *cap.* 7. *lib.* 6. de Tarratia virgine loquens sic ait: Lege (Horatia) ei plurimi honores fiunt: inter quos, ius quoque dicendi testimonij tribuitur: testabilísque vna omnium fœminarum vt sit, datur. Hæc Gell. Contrarium autem verbum vsurpauit lex XII. Tabul. Improbus intestabilísque esto, &c.

Testatio, Testimonium. {עד *hedh* עדה *hedáh* עדות *hedhúth* תעודה *tehudháh.* μαρτυρία. Gall. *Tesmoignage, le fait de tesmoigner, deposition de tesmoings.* Ital. *Testatione, testimonio.* Germ. Bezeugung. Hisp. *Obra de testificar, dicho del que es testigo.* Angl. *Testifying or witnessing.*} Liu. 8. *ab Vrbe*, Sicut fœderum ruptorum testationem, ingenti fragore cœli procellam effusam. Quint. *lib.* 5. *cap.* 13. Si quid ab aduersario testationibus comprehensum. Idem, Testationes facere, alibi dixit. Item, Testationem & testes inter se collidere, &c. ‖ Testationem interponere, pro testari. Paulus *D. lib.* 14. *t. vlt. l.* 16. Debet pater, si factum filij sui improbat, continuò testationem interponere contrariæ voluntatis. ‖

Testator, is, Testamenti conditor, vox in primis frequens apud Iurisconsultos. {ὁ διαθέμενος. Gall. *Testateur.* Ital. *Testatore.* Germ. Ein testament macher/der ein erbgemächtnuss setzt. Hisp. *El que haze testamento.* Angl. *That maketh a testament.*}

Testatrix, icis, Scæuola *Digestorum lib.* 19. *tit.* 2. *l.* 99. Vsuris iisdem, quæ ad exhibitionem à testatrice præstabantur.

Testatò, Aduerbium. Vlpian. *in l. si procurat.* §. *si ignorantes ff. mandati vel contrà.* Sed & si testatò conuenerunt debitorem, vt si ipse putaret, appellaret, &c. ¶ Denuntiare aliquid testatò, id est, Expresse & apertè prædicere. Vlpian. *in l.* 1. §. *licet autem. ff. de periculo & comm. rei vend.* ¶ Testatò & intestatò decedere, contraria. Paulus *in l. in fraudem.* §. 2. *ff. de iure fisci.*

Testamentum, i, Instrumentum extremæ nostræ voluntatis continens testimonium. διαθήκη, aut διαθῆκαι, plural. num. {Gall. *Testament.* Ital. & Hisp. *Testamento.* Germ. Ein testament oder erbgemächtnuss. Angl. *A testament.*} Vlpian. *l.* 1. *qui testam. fac. poss.* Testamentum est (inquit) voluntatis nostræ iusta sententia de eo quod post mortem fieri volumus. Et propriè quod perfectum est, testamentum dicitur. ¶ Sed abusiuè quoque testamenta vocamus ea quæ falsa vel iniusta, vel irrita, vel rupta, itémque imperfecta sunt. Cicer. *de fin.* Sic eiusdem testamentum non solùm philosophi grauitate, sed etiam ab ipsius sententia iudico discrepare. Idem *pro Milone*, Vnà fui, testamentum simul obsignaui cum Clodio. Horat. 1. *Epist.* 7.

——— *& opella forensis*
Abducit febres & testamenta resignat.

¶ Quid propriè sit Testamentum, vide apud Quintil. *declamat.* 308. Item, Testamentum an à contestatione mentis dicatur, apud Gell. *cap.* 12. *lib.* 6. Et, tria esse genera testamentorum, apud eundem Gell. *cap.* 27. *lib.* 15. Item, Morem testamenti faciundi in procinctu, vide apud Plutarch. *in Coriolan.* Et Testamentorum libertatem siue licentiam iure prohibitam docet Quintil. & tangit Suet. *in Aug. cap.* 56. Item, Testamenti formulam, vide apud eund. Suet. *in Tib. cap.* 23. Plurima Testamenta rescindi vt ingrata. Idem *in Calig. cap.* 38. &c.

Testamentarius, a, um, quod ad testamentum pertinet. {ὁ τῆς διαθήκης, ὁ διαθηκικός. Gall. *De testament, testamentaire.* Ital. *Cosa pertinente à testamento.* Germ. Das zu einem testament gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à testamento.* Angl. *Belonging to a testament.*} Vnde testamentariæ tabellæ, & testamentaria lex, quæ Cornelia dicitur, quæ irrogat pœnam ei, qui falsum testamentum, vel aliud instrumentum, signauerit, scripserit, recitauerit. Adoptio testamentaria, qua quis per testamentum sibi filium adoptat. Plin. *lib.* 15. *cap.* 2. Quum Scipionis Africani transisset atrium, vidissétque adoptione testamentaria Salutionis (hoc enim ei fuerat cognomen) Africanorum dedecore notam irrepentem Scipionum nomini.

Testamentarius, qui testamenta falsa conficit, testamentorum subiector. {ῥᾳδιουργός, πλαστογράφος. Gall. *Faussaire de testament.* Ital. *Falsatore di testamenti.* Germ. Ein testamentfälscher. Hisp. *El falso testamentario.* Angl. *A maker of false testamentes.*} Cicer. 3. *Offic.* Non de sicariis, veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco disserendum est. Testamentarius, notarius, confector, & scriptor testamentorum. διαθηκογράφος. Paulus *ad leg. Cornel. de falsis, l. impuberem.* Si testamentarius seruo fideicommissariam libertatem dederit, videamus ne id extra pœnam sit. Budæus.

Testicular, aris, testes admoueo. Plaut. *Amph. Alc.* Mihi adsunt testes. *Amph.* Quid Testicularis. Vide *Festum.*

Testificor, aris, ari, testimonium dico, notum facio, testibus firmo. {העיד *hehídh.* μαρτυρέω. Gall. *Tesmoigner, dire vne chose & l'asseurer, testifier.* Ital. *Testificare, testimoniare.* Germ. Bezeugen/mit zeugnuss darthun. Hisp. *Atestiguar.* Angl. *To witnesse, to testifie, to beare witnesse.*} Cicer. 3. *de Orat.* Quòd eò sæpiùs testificor, vt autoribus laudandis ineptiarum nomen effugiam. Ouid. 2. *de Arte,*

Te memorem dominæ testificere tuæ.

Idem *lib.* 5. *Fast.*

Et Stygia numen testificabor aqua.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Caussa mea, &c. ruinæ
Indicio non est testificanda meo.

Cicer. *ad Attic. lib.* 8. Testificor me expertem belli fuisse. Testificari Deum, pro testari, & in testimonium inuocare. *Ibid. lib.* 10. Nam deos hominésque, amicitiámque nostram testificor, me tibi prædixisse, neque temerè monuisse.

Testificatus, a, um, participium. {מועד *muhádh.* μεμαρτυρημένος. Gall. *Tesmoigné.* Ital. *Testificato.* Germ. Bezeugt. Hisp. *Testiguado.* Angl. *Testified.*} Cic. *Attic. lib.* 1. Illud inest tamen commodi, quod & mihi, & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando testificata tua voluntas omittendæ prouinciæ. Ouid. *Epist.* 20.

Linguaque præsentem testificata deam.

Idem 4. *Fastor.*

Mira sed in scena testificata loquar.

Testificatio, nis, Probatio per testes, testatio, testimonium. {עד *hédh* עדה *hedháh* עדות *hedhúth* תעודה *tehudháh.* μαρτυρία. Gall. *Deposition de tesmoings, tesmoignage.* Ital. *Esso testimoniare.* Germ. Bezeugung/kundtmachung. Hisp. *El dicho del que es testigo, obra de testiguar.* Angl. *Testifying, a prouing by witnesses.*} Cicer. 6. *Verr.* Si eius rei testificatio tolleretur, cautúmque esset eos testimonium non esse dicturos. Idem *de claris Orator.* Chirographa, testificationes, iudicia, quæstiones, rem manifestam facere. ¶ Interdum idem quod declaratio, assertio, professio. Idem *Lentu. lib.* 1. *Epist.* Sic egit causam tuam, vt neque eloquentia maiore quisquam, nec grauitate, nec studio, nec contentione agere potuerit, cum summa testificatione tuorum in se meritorum. Idem 9. *Phil.* His honoribus habitis, Ser. Sulpitio, repudiatæ legationis ab Antonio manebit testificatio sempiterna.

Testiuilicium, res minimi pretij: sumptum à filorum fragmentis, quæ de tela decidunt, quæ propriè testiuilicia vocari volunt. Plaut. *Casin.* Non ego hoc verbum emptitem testiuilicio. Quo tamen in loco Festus legit *titiuillicio.*

Testuaceum, vide *Testus.*

Testudo, inis, animal tardigradum, à testa, qua tegitur, nomen habens. {χελώνη. Gall. *Vne tourtue.* Ital. *Testuggine.* Germ. Ein schneck. Hisp. *Galapago, tortuga.* Angl. *A snaile.*} Earum genera sunt marinæ, palustres, terrestres, & lutariæ, quæ in dulci aqua diuersantur. Ex his marinæ in Indico mari in tantam euadunt magnitudinem, vt singularum superficies habitabiles casas integant, atque inter insulas, Rubri præcipuè maris, non aliis ferè nauigent cymbis. Vniuerso autem generi testudinum dentes nulli sunt, sed rostri margines acuti superiore parte inferiorem claudente, pyxidum modo. Oua pariunt in terra, auium ouis similia, fœtúsque educant annuo spatio. Reliquam earum naturam vide apud Plin. *lib.* 9. *cap.* 10. ¶ Est item testudo machina bellica, tabularis contexta, & crudo corio, aut cilicinis centonibus contecta, aliáve materia quæ difficulter possit exuri. Hæc intus habebat trabem funibus suspensam, quæ si vnco præmuniretur ferreo, falx dicebatur, eò quòd incuruata esset eum in vsum, vt lapides è muro euelleret. Si verò ferro bifulco caput haberet munitum, aries dicebatur, siue quòd arietis in morem retrorsum cederet: vt maiori cum impetu feriret, siue quòd geminis cornibus capitis arietini similitudinem referret. Testudo autem dicebatur, quòd modò caput exereret, modò subduceret, viuæ testudinis ritu. Silius *lib.* 1.

Tandem cum densis arcta testudinis armis,
Subducto Pœni vallo, cæcáque latebra
Pandunt prolapsam suffusis mœnibus vrbem.

Cæs. 4. *bell. Gall.* Reliquísque diebus turres ad altitudinem valli, falces, testudinésque parare, ac facere cœperunt. ¶ Testudo item dicebatur congregata militum multitudo consertis scutis tecta aduersùs impetum lapidum, aliorúmque telorum desuper incidentium. συνασπισμός. Liu. 10. *ab Vrbe*, Galli testudine facta conferti stabant. Cæs. 5. *bell. Gall.* Ac milites legionis septimæ testudine facta, & aggere ad munitiones adiecto, locum ceperunt. ¶ Rursus testudines in ædificiis dicuntur fornices, siue cameræ, testudinei tegminis instar conuexæ. {אילים *elim* אלם *elám* אולם *vlám.* καμάρα. Angl. *An arch or vault.*} Virg. 1. *Æneid.*

Tum foribus diuæ media testudine templi,
Septa armis, solióque altè subnixa resedit.

¶ Est item testudo, musicum instrumentum, viuæ testudinis figuræ non admodum dissimile, quod & Græci ab animalis nomine χέλυν appellant. {Angl. *A lute.*} Huius inuentionem Mercurio assignat Hyginus, qui quum aliquando in testudinem incidisset, cuius caro longa vetustate erat exesa, solis relictis neruis, qui digitis percussi non inamœnum edebant sonum, ex illius similitudine lyram excogitauit: vnde & testudinis illi nomen mansisse quidam existimant. Horat. *lib.* 1. *Carm.*

O decus Phœbi & dapibus supremi
Grata testudo Iouis, ô laborum
Dulce lenimen.

Virg. 4. *Georg.*

Ipse caua solans ægrum testudine amorem.

Cic. 2. *de nat. deor.* Quocirca & in fidibus testudine resonatur.

Testudineus, a, um, adiectiuum, quod est testudinis. {ὁ καὶ ἡ χελώνειος, καμαρωτός. Gall. *De tortue faite en voulte.* Ital. *Di testuggine, fatto in volta.* Germ. Eines schnecken. Hisp. *De galapago, de turtuga, hecho en bueda.* Angl. *Of a snaile or a vault.*} vt, Testudineus gradus. Plaut. *in Amph.* — siue grallatorius, siue Testudineus fuerit (subaudi gradus) certum est mihi hunc scelestum perdere.

Testudineatus, a, um, Fornicatus, concameratus, siue quod conuexum, & incuruum est testudinis more. {καμαρωτός. Gall. *Fait en voulte.* Ital. *Fatto in volto.* Germ. Zugewelbt. Hisp. *Hecho en beueda.* Angl. *Made lyk an arche or vault.*} Plin. *lib.* 33. *c.* 11. Sed & testudineatum in vsum venisse. Colum. *lib.* 12. *cap.* 15. Et inter se acclives testudineato tecto more tuguriorum inarescentem ficum à rore, & interdum à pluuia defendant. Vitruius *lib.* 2. Tecta recidentes ad extrema transtra traiiciunt, gradatim contrahentes, & ita ex quatuor partibus in altitudinem educunt in medio metas, quas luto & fronde tegentes efficiunt testudineata tecta.

Testus, us, ui, Instrumentum, vt Calepinus arbitratur, plerunque fictile, nonnunquam etiam ex ære, aliáve materia, in quo placenta, aliáque id genus coquebantur. {κλίβανος. Gall. *Couuerte de paelle, vn four de terre.* Ital. *Testo, coperchio della padella.* Germ. Ein bachöfelin/oder bachsdöpffe. Hisp. *Vaso ò horno de barro.* Angl. *A pan vnder which thinges ar baked.*} Cato *de re rust. cap.* 75. In foro calido sub testu coquito leniter. Ego ex Sosipatro dedici, nominatiuum esse non Testus, sed Testu, indecli

indeclinabile tanquam Genu, & significare idem quod Testa. vide supra in *Testa*. ¶ Legitur & *Testum* in eadem significatione: vt, Æreum testum, apud Plin. *lib.* 30.

Testŭācĕum libum, & Panem testuaceum dicimus, quem Græci vocant κλιβανίτην. {GALL. *Cuit au four de terre.* ITAL. *Cotto in forno ò in testo.* GERM. Ein kuchen in einem bachöfelin/oder dopffe gebachen. HISP. *Cozido en horno de barro.* ANGL. *Bread baked in a pan of earth.*} Varro *lib.* 4. *de ling. Latina*, Libum dictum quòd libaretur, prius quàm esset coctum: testuaceum, quòd in testo calido coquebatur, vt etiam nunc Matralibus id faciunt matronæ.

Tĕtănōthră, τετάνωθρα, medicamenta sunt eiusdem formæ, cuius & psilothra, ψίλωθρα. Sed psilothris ad pilos vellendos, tetanothris ad erugandam, extendendámque in facie cutem vtimur.

Tetanus, τέτανος, distentio, extentio, rigor: species spasmi, qui à τείνω tendo.

Tetanicus, a, um, τετανικός, ἡ, ὀν, à tetano morbo dicti sunt, quum musculi qui secundùm spinam sunt, ita rigent, vt se inflectere non possint. Idque quum anterior pars afficitur, vt si mentum pectori annectatur, ἐμπροσθότονος: quum posterior, vt si caput scapulis adhæreat, ὀπισθότονος: quum verò ambæ rigent ex æquo, tetanos vocatur, vt si ceruix recta & immobilis intendatur, etiamsi (vt ait Celsus) quidam minus subtiliter, & minus discretè his nominibus vtuntur.

Tĕtartæus, adiect. τεταρταῖος, Quartanus. Col. *lib.* 3. *cap.* 20. Tetartæum pro tetrade, siue quaternario numero posuisse videtur, quum ait, Nec tamen ea causa compellere nos debet ad multas vitium varietates: sed iudicauerimus eximium genus, id quantæ multitudinis possimus, efficiamus. Quod deinde proximum à primo: tum quod est tertiæ notæ, vel quartæ: quódque eatenus velut lectarum quodam contenti simus tetartæo. Satis est enim per quatuor, vel summum quinque genera vindemiæ fortunam operiri.

Tĕtartĕmŏrĭum, τεταρτημόριον, Græca dictio quadrantem significans. Plin. *lib.* 7. *cap.* 49. Durat & ea ratio quam Petosiris, ac Necepsos tradiderunt, & tetartemorium appellant, à trium signorum portione, qua posse in Italiæ tractu CXXVI. annos vitæ contingere apparet. Quo in loco tetartemorion accipitur pro spatio trium signorum, quæ est pars quarta Zodiaci.

TĔTĔR, tra, trum, Fœdus, crudelis, dirus: & tam ad animum quàm ad sensus exteriores pertinet: vt, Tetra bellua, tetra vox, teter odor, teter aspectus, teterrima mens. {שער *schohár* צוא *tso* טמא *tamé* אכזר *aehzár* אכזרי *aezari*. βλοσυρός. GALL. *Puant & infect, ord & infame, cruel, meschant.* ITAL. *Vile, crudele, bruto, sporco.* GERM. Greulich/grausam/häßlich. HISP. *Torpe, ò feo, hediondo, ò cruel.* ANGL. *Foull, cruell, horrible, mishienous.*} Vt Suet. *in Calig. cap.* 5. Horridum & tetrum cor. Et Gell. *cap.* 8. *lib.* 16. Huius disciplinæ (Dialecticæ sup.) cognitio in principiis quidem tetra, & aspernabilis, insuauisque, & inciuilis videri solet. Et *cap.* 20. *lib.* 15. Tetra & horrida spelunca. & *cap.* 4. *lib.* 9. Libri aspectu tetro, &c. Plaut. *Most.* Ego verò te neque tetriorem belluam Vidisse me vnquam, neque peiorem censeo. *Ibid.* Nullum ædepol hodie genus est hominum tetrius. Cicer. 4. *Tusc.* Ipsam ægritudinem, quam nos vt tetram & immanem belluam fugiendam esse diximus, non sine, &c. Claud. 1. *Eutrop.*

——nec bellua tetrior vlla est,
Quàm serui rabies in libera colla furentis.

Sulpitius *ad Cicer. lib.* 4. Ita vir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus. Colum. *lib.* 7. *cap.* 5. Toto ventre distenditur, contrahitúrque, & spumam quandam tenuem tetri odoris expuit. Virg. 3. *Æneid.*

——Tam vox tetrum dira inter odorem.

Horat. 1. *Serm. Satyr.* 4.

——Postquam discordia tetra
Belli ferratos postes, portásque refregit.

Teter in aliquem, Cicer. 1. *Tusc.* Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus.

Tetrē, tetrius, teterrimè, aduerb. {βλοσυρῶς, δυσωδῶς. GALL. *Vilainement, cruellement.* ITAL. *Sporcamente, crudelmente.* GERM. Greulich/grausamlich. HISP. *Fea y cruelmente.* ANGL. *Foullie, cruellie.*} Cicer. 1. *de diu.* Multáque facere impurè, ac tetrè, cum temeritate & impudentia. Idem *pro domo sua*, quod seuerè de religione decerneret, impurissimè, teterriméque violasti.

Tetrĭcus, vide suo loco.

Tetro, as, Fœdo, conspurco. {טמא *timmé*. ἀμαυρόω. GALL. *Vilainer, maculer.* ITAL. *Sporcare, macchiare.* GERM. Verwüsten/häßlich machen/verseuen. HISP. *Ensuziar, manzillar.* ANGL. *To mack foull.*} Pacuuius, Belluarum ac ferarum aduentus loca tetrat.

Tethya. Aristoteli τήθυον, Plinio etiam tethya, vel tethea, æ, inter purgamenta maris, fungorum verius generis, quàm piscium.

Tēthys, Tethyos, prima syllaba producta, τηθύς, Cæli & Vestæ filia, soror Saturni, coniunx Neptuni, fluuiorum & Nympharum mater. {GERM. Die fraw Neptuni / so die Nymphas geboren hatt.} Hesiodus *in Theog.* At Ouid. *lib.* 5. *Fast.* Videtur sentire illam fuisse Titani filiam, qui fuit Saturni frater, natu maior. Ait enim,

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn.

Datiuum facit Tethyi. Catull. *de Com. Beren.*

Luce tamen cana Tethyi restituor.

Tetinerit, pro tenuerit, Pacu. Cedo, quorsum iter tetinisse aiunt? Idem sub iudicio quoque omnes gradus tetinerim. Ex Nonio.

Tĕtrăchŏrdum, τετράχορδον, Musicum instrumentum quatuor instructum chordis.

Tetrăcōlŏn, {τετράκωλον. GALL. *De quatres membres.* ITAL. *Di quatro membri.* GERM. Das vier stuck/oder theil hatt. HISP. *De quatro miembros.* ANGL. *Of foure membres or partes.*} Quod quatuor constat membris. Vnde vndarum quædam genera, quatuor constantia carminum generibus, Tetracola appellamus. Seneca, Et illud tetracolo: seruiebat forum cubiculo, Prætor meretrici, carcer conuiuio, dies nocti. ¶ Tetracolon translatè de quatuor primi nominis declamatoribus. Idem Seneca, Nulli non post primum tatracolon præferendus. Sic dicitur Tricolon, i. conuersio tribus membris comprehensa. Rursus Seneca, Huc ideo sententiam retuli, quia & in tricolis, & in omnibus huius generis sententiis, curamus vt numerus constet, non curamus vt sensus.

‖Tetradiæ, excubiæ, quatuor ex militibus. L.g.b.

Tetraditæ, sabbatiani, ieiunantes sabbato.‖

Tetrădōrŏn, {τετράδωρον. GALL. *De quatre paulmes.* ITAL. *Di quatro palmi.* GERM. Vier spannen lang. HISP. *De quatro palmos.* ANGL. *Of foure palmes or spannes.*} Lateris genus à quatuor palmorum maiorum, hoc est, pedum trium longitudine dictum. Prisci enim Græci δῶρον palmum vocabant: vnde & δῶρα munera dicta, quòd manu darentur. Autor Plin. *lib.* 35. *cap.* 14.

Tetradrachma, æ, vel tetradrachmum, i. {τετράδραχμον. GALL. *De quatre dragmes.* ITAL. *Di quatro dragme.* GERM. Ein Müntz bey den alten/hielt vier drachmas/vngefehr bey vnß ein halben Gülden. HISP. *De quatro dragmas.* ANGL. *Of foure drammes.*} Munus quaternas valens drachmas. Liu. 4. *bell. Maced.* Adhæc clypei argentei decem, signati argenti octoginta quatuor millia fuère. Attici tetradrachma vocant, trium ferè denariorum in singulis argenti est pondus.

‖Tetraëteris, τετραετηρίς, quatuor annorum spatium: τεσσάρων ἐτῶν.‖

Tetragnathij, τετραγνάθιοι. Aranei quidam, à maxillarum multitudine ita dicti, quas Græci γνάθους dicunt. Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. Tetragnathij duo genera habent: prior, medium caput distinguente linea alba, & transuersa altera: hic oris tumorem facit. At cinereus posteriore parte candicans, lentior.

Tetrăgōnĭsmŭs, τετραγωνισμός, Quadratio alterius figuræ ad quadratam reductio.

Tetrăgōnŭs, τετράγωνος, Quadrangularis, siue quadratus.

Tĕtragrămmătŏn, {τετραγράμματον. GALL. *De quatre lettres.* ITAL. *Di quatro lettere.* GERM. Das vier buchstaben hatt. HISP. *De quatro letras.* ANGL. *Of foure lettres.*} Quod quatuor constat litteris. Vnde Dei nomen tetragrammaton, quod non modò apud Hebræos, verumetiam apud Græcos, Latinos, Ægyptios, Chaldæos, Arabes, Gallos, multósque alios populos quatuor elementis scribatur.

‖Tetragrammus, a, um, quatuor lineis constans, τετράγραμμος, ον.‖

Tetrămĕtrŏn, τετράμετρον, Carminis genus Comicis familiare, quatuor constans mensuris maioribus, hoc est, pedibus octo, vnde & Octonarium vocant Latini.

Tetraones. Suet. *in Calig. cap.* 22. Hostiæ erant Phœnicopteri, pauones Tetraones, &c. Ita ibi legit Isaacus Casaubonus: quidam verò vir doctus *Erithrotaones*.

‖Tetrapentaëteris, τετραπενταετηρίς, olympias: quia sunt quatuor anni & initium quinti.‖

Tetrăphărmăcum, τετραφάρμακον, Emplastri genus, apud Celsum *lib.* 5. *cap.* 19. puri mouendo in primis vtile: ita dictum, quòd ex quatuor constaret simplicibus, cera, pice, resina, & seuo taurino, pari proportione commistis. ¶ Agulæ quoque proceribus tetrapharmaca dicebantur epulæ quædam delicatiores, quæ ex quatuor pretiosis opsoniis constabant, scilicet phasiano, sumine, perna & crustulo: quod genus primùm ab Ælio Vero fuisse excogitatum, autor est in vita eius Spartianus.

‖Tetraplus, a, um, τετραπλόος, οῦς, quadraplus, a, um, Tetrapla biblia Origenis; erat vbi quatuor columnæ: at hexapla, vbi sex columnæ.

Tetrapodium, mensa quadrata. L.g.b.‖

Tetrăpŏlĭs, τετράπολις, Syriæ regio, à quatuor præcipuis vrbibus denominata: quarum nomina sunt, Antiochia cognomine Epidaphne, Seleucia, Pteria, Apamea, & Laodicea, quæ propter concordiam sorores dictæ sunt. Autor Strab. *lib.* 15.

Tetrăptōtum, τετράπτωτον, Per quatuor casus variatum.

TETRĂRCHA, æ, {τετράρχης. GALL. *Le seigneur ou gouuerneur d'vn quartier d'vne prouince.* ITAL. *Signore della quarta parte d'vna prouincia.* GERM. Ein vierfürst. HISP. *Señor de la quarta parte de vna prouincia.* ANGL. *The gouuernour of the fourt part of a prouince or contree.*} Qui quartam regni partem obtinet. Cic. *ad Attic. lib.* 2. Qui regna, qui prædia tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt. Lucan. *lib.* 7.

——sicci sed plurima campi
Tetrarcha, regésque tenent, magnique tyranni.

Horat. 1. *Serm. satyr.* 3.

——habebat sæpe ducentos,
Sæpe decem seruos: modò reges atque tetrarchas.

Tetrărchĭă, æ, {τετραρχία. GALL. *Quatrieme partie d'vne prouince.* ITAL. *Quarta parte di vna prouincia.* GERM. Das vierdte theil eines Fürstenthumbs/oder Herrschafft. HISP. *La quarta parte de vna prouincia.* ANGL. *The fourt part of a prouince.*} Quartæ partis regionis cuiuspiam imperium. Cicer. 1. *de diuin.* Cuius quidem hoc præclarissimum est, quod postea quàm à Cæsare tetrarchia, regno pecuniáque multatus est, negat se tamen eorum auspiciorum, quæ sibi ad Pompeium proficiscenti secunda euenerint, pœnitere.

‖Tetras, quadriga, quaternatio. Tertull.‖

Tetrăstĭchŏn, {τετράστιχον. GALL. *Quatre vers.* ITAL. *Quattro versi.* GERM. Vier verß. HISP. *Quatro versos.* ANGL. *Foure verses.*} Carmen quatuor tantùm versibus sententiam concludens, quemadmodum distichon, quod duobus versibus rem absoluit. στίχον enim Græci versum appellant. Quintil. Ex tetrasticho Macri carmine librum composuit Ouid. in malos poëtas.

Tetrăsyllăbum, {τετρασύλλαβον. GALL. *De quatre syllabes.* ITAL. *Di quattro syllabe.* GERM. Das vier sylben hat. HISP. *De quatro syllabas.* ANGL. *Of foure syllabes.*} Quod est quatuor syllabarum: vt, Imperator.

‖Tetratericum, quod quarto quoque anno instauratur. Bud.

Tetrauela, vela quadrata, quadruplicia, quorum vsus in sacris. Codin. Lex. gr. b.‖

TETRĬCĪ, Tristes ac seueri, à Sabinorum monte Tetrico dicti, qui asperrimus est. {קשים *kaschim*. σκυθρωποί. GALL. *Seueres & tristes, aspres & rudes.* IATL. *Aspri, tristi, seueri.* GERM. Sauwsehende/rauche/vnfreundtliche. HISP. *Graues y rigurosos, asperos.* ANGL. *Cruel, seuer, rough and sadde.*} Teste Seruio in illud Virg. *lib.* 10.

Qui tetricæ horrentis rupes montémque Seuerum,
Casperiámque colunt, Forulósque & flumen Himella.

Mart. *lib.* 6.

At

At quàm non tetricus, quàm nulla nubilis ira!
Quàm placido nostras legerat ore preces!

Col. *lib.* 8. *cap.* 11. Pauonum educatio magis vrbanis patrisfamiliæ, quàm tetrici rustici curam poscit. Ouid. 1. *de Arte*,

Hoc aditu vidi tetricæ data verba puellæ.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Nam quid de tetrico referam domitore Chimæræ.

Idem 5. *Fast.*

Non est de tetricis, non est de magna professis. (Flora,) &c.

Tetrĭcĭtās, Grauitas, vel seueritas. {קשי *keschi.* σκυθρωπασμός. GALL. *Seuerité, rudesse, tristesse.* ITAL. *Seuerità, durezza.* GERM. Ernsthafftigkeit mit rauche vnd trawrigkeit. HISP. *Seueridad y rigor.* ANGL. *Seueritie, saddenesse.*} Ouid. aut quisquis fuit, qui Carmen ad Pisonem scripsit,

Talis inest habitus, qualem nec dicere mœstum,
Nec fluidum læta, sed tetricitate decorum
Possumus.

Tetrĭtūdo, antiqua vox apud Accium in Philoctete, Quod te obsecro ne hæc aspernabilem tetritudo mea in occulto faxit, Ex Nonio.

Tetro, as, vide *Teter.*

‖Tetrobolum, τετρώβολον, numus quatuor obolos valens. Adiectiuum est τετρώβολος, ον, tribus obolis valens.‖

Tĕttĭgŏmētra, τεττιγομήτρα. Cicadarum matrix, hoc est, inuolucrum ex quo cicadæ oriuntur. Plin. *lib.* 11. *c.* 26. de cicadarum ortu loquens: Fit primò vermiculus: deinde ex eo, quæ vocatur tettigometra, cuius cortice rupto circa solstitia euolant cicadæ.

Tĕttĭgŏnĭæ, τεττιγονίαι, minores cicadæ, minúsque vocales, quàm achetæ. Autor Plin. *lib.* 11. *cap.* 26.

Tĕttĭus Caballus, viri proprium, qui sub Vespasiano & filiis claruit, & propter scurrilitatem à calcitratu caballi nomen adeptus est.

Tetuli, tetulisti, tetulit, antiquum præteritum est à fero, familiare Plauto, vt *Men. sc.* 2. *a.* 4. Non hodie intro tetuli pedem. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Tetuli nunquam huc intrò pedem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Tetuli conditiones torras. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. In hasce ædes intrò nemo tetulit pedem. Et Catull. *de Com. Beren.* Si reditum tetulisset, Is haud in tempore longo, &c. Accius *in Andromeda*, Donec tu auxilium, Perseu, tetulisti mihi. Cæcilius, Ærumnam pariter tetulisti meam. Ex Nonio. Vide supra *fero.*

Teuca, Illyricorum regina, quæ P. Iunium, & T. Coruncanum legatos summa Romanorum iniuria interemit, quibus ob id statuæ in rostris sunt erectæ. Autor Plin. *lib.* 34. *cap.* 6.

Teucer, [illegible] Scamandri Cretensis filius, in Troade vnà cum Dardano genero [illegible]: vnde Iliensium regum fluxit origo. Ab huius nomine Troia Teucria dicta est, & Troiani ipsi Teucri. Hic & Salamina Cypri condidit, vt testatur Iustin. *lib.* 44. ¶ Fuit & Teucer alius, frater Aiacis Telamonij, sagittandi peritissimus, quem Homerus *lib.* 8. *Iliad.* inducit sub fratris clypeo latentem, multósque Troianorum occultè ex insidiis vulnerantem. ¶ Teucer præterea fuit scriptor quidam Cyzicenus, cuius opera enumerantur à Suida.

Teucri, [illegible], iidem qui Troiani, ita dicti à Teucro Cretensi, qui vnà cum [illegible]ino genero in Troade regnauit. Virg. 3. *Æneid.*

[illegible] & Teucri socia simul vrbe fruuntur.

[illegible] & Troas ipsa Teucria dicta est. Idem 2. *Æneid.*

[illegible] longo soluit se Teucria luctu.

Teuchites, [illegible] gener. τευχίτης. Iunci odorati species laudatissima, à loco in quo nascitur nomen habens. Plin. *lib.* 21. *cap.* 18. Laudatissimus ex Nabathæa iuncus, cognomine Teuchites, Dioscor. τευχίτην appellat fœminino genere, respiciens nimirum ad nomen generalius σχοῖνος, quod etiam in fœminino genere ab eodem vsurpatur.

Teucrĭŏn, τεύκριον, herba pimpinella, quam quidam splenion, alij hermion appellant, tenues spargens iuncos, & folia curua, asperis locis nascens, austero sapore, nunquam florens aut semen gignens. Hanc Teucer inuenisse existimatur, quum animaduertisset extis super eam proiectis, spleni illam adhæsisse, eúmque exinanisse. Vide Plin. *lib.* 25. *c.* 5. Quidam putant eandem esse cum Dioscoridis Hemionitide, quæ hodie à plerisque Lingua ceruina appellatur.

Teūchīrā, τεύχειρα Ptolomæo, Libyæ Cyrenaicæ vrbs, vna ex iis quæ Pentapolin constituunt, alio nomine Arsinoë dicta, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 5.

Teūcris, τευκρίς Stephano, vrbs & regio Troadis, Dardania postea dicta. Virg. Teucriam appellat.

Teumēssŭs, τευμησσός Bœotiæ exiguus mons, in quo Hercules adhuc penè puer Leonem Teumesium occidit, eique pellem detraxit: qua semper postea pro pallio vsus est. Leo autem à Ioue in cælum translatus dicitur: vt gloriæ Herculis consuleret, qui eum inermis occiderat.

Teumēsĭŭs, a, um, adiectiuum: vt, Thyas Teumesia, Statius *lib.* 3. *Theb.*

——vesano veluti Teumesia Thyas
Rapta deo, &c.

Teūtātēs, Lingua Gallica dictus est Mercurius, qui ab illis humano sanguine placabatur. Hunc Plato inuentorem fuisse geometriæ & astronomiæ atque talorum, scribit Lucan. *lib.* 1.

Et quibus immitis placatur sanguine diro
Teutates, horrénsque feris altaribus Hesus.

Lactant. *lib.* 7. Galli Hesum atque Teutatem humano cruore placabant deos: qui sanè feralis ritus diu similiter apud Italos stetit, qui Latialem Iouem & Saturnum humana placabant hostia.

‖Teutenteres, Quæstor Imperatoris Turcici. L. g. b.‖

Teūthā, τεύθα, Regina Illyricorum, quæ ob castitatis meritum meruit vt longo tempore viris fortissimis imperaret, & Romanos sæpè frangeret. Plin. *lib.* 34. *cap.* 6. vocat Teucam. Vide suprà.

Teūthădāmās, τευθαδάμας, nomen patris Pelasgi, vt inquit Homerus *lib.* 2. *Iliados.*

Teūthālĭs, idos, τευθαλίς, herba quam alij à frequentia geniculorum polygonaton appellant, alij polygonon. Plin. *lib.* 27. *cap.* 12.

Teūthĭs, idis, τευθίς, piscis est osse oblongo, atque exerto munitus, sed corde carens. Theodorus ex Aristotele loliginem vertit. Hinc Themistocles Eretriensibus ignauiam obiiciens, dictitabat eos teuthidi persimiles. μάχαιραν μὲν ἔχειν, καρδίαν δὲ μὴ ἔχειν, hoc est, gladios quidem eos habere, cor autem non habere.

Teuthĭs, quidam ex Græcorum principibus, qui ad Troiam nauigaturi, in Aulidem conuenerunt: qui quum fortè ab Agamemnone dissideret, atque ob id retrò se in patriam vellet recipere, Mineruam dissuadentem, atque adeò remorantem, hasta vulnerauit.

Teuthrania, æ, τευθρανία, Regio est supra Æolidem, & partem Troadis in mediterraneo, quam Mysi antiquitus tenuêre, vnà cum vrbe eiusdem nominis. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 30.

Teuthras, antis, τεύθρας, Ciliciæ & Mysiæ rex fuit, qui Augam Alei filiam vnà cum Telepho filio, patris iussu vrnæ impositam, & ad Caici fluuij ostia delatam vxorem duxit, filiúmque eius Telephum pro suo educauit, vt ex Euripide refert Strabo *lib.* 13. Ab hoc Teuthrante regio supra Æolidem, ad Caicum amnem, Teuthrantia dicta. Quin & Caicus ipse, ab illius nomine Teuthranteus cognominatur ab Ouid. 2. *Metam.*

Teūthrĭa, τευθρία, maris Adriatici insula, Apuliæ littori adiacens. Plin. *lib.* 4. *cap.* 26.

Teūthrĭŏn, τεύθριον Dioscoridi, herbæ nomen quæ aliàs polion dicitur. Plin. *lib.* 21. *cap.* 7. Polion quidam teuthrion vocant, &c.

TEVTŌNES, siue Teutŏni, {אשכנז *aschchenáz.* τεύτονες. GERM. Die Teutschen.} Germaniæ populi, Ingeuonibus à Plinio annumerati, ita dicti à Teutone ipsorum deo (quem Tacitus Tuisconem appellat) quem indigenam, & terra ortum existimabant.

Teūtŏnĭcŭs, adiectiuum, τευτονικός, possessiuum à Teutonibus Germaniæ populis deductum: vt, Teutoni capilli. Martial. *lib.* 14.

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos,
Captiuis poteris cultior esse comis.

TĒXO, is, ui, tum, Telam facio. {ארג *arágh.* ὑφαίνω, ἱστουργῶ. GALL. *Tistre, entretacer.* ITAL. *Tessere.* GERM. Wäben. HISP. *Texer.* ANGL. *To weaue.*} Terent. *Heaut.* Texentem telam studiosè ipsam offendimus. Tibull. *lib.* 2. *Eleg.* 3.

Illa gerat vestes tenues, quas fœmina Coa Texuit.

Virg. 10. *Eclog.*

Dum sedet & gracili fiscellam texit hibisco.

¶ Per translationem Texere ponitur pro componere, fabricare, scribere, colligere, compingere, concinnare. {חבר *chibbér.* συμπλέκειν, συγγράφειν, κρατοκολλᾶν.} vt, Texere historiam, texere corollam. Cicer. *ad Attic. lib.* 4. Paulus in medio foro basilicam iam penè texuit iisdem antiquis columnis. Plin. *lib.* 13. *cap.* 11. Ex ipso quidam papyro nauigia texunt. Virg. 11. *Æneid.*

Bis denas Italo texamus robore naueis.

Ouid. *Epist.* 15.

Texitur & costis panda carina suis.

Texere nidos apud Quint. *lib.* 2. *cap.* 16. Texere epistolas. Cicer. *ad Pætum lib.* 9. Epistolas verò quotidianis verbis texere solemus. Idem *ad Quint. fratrem lib.* 3. Sanè texebatur opus luculentè: hominúmque dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat. ¶ Ea tela texitur. Prouerbialiter à Cicer. dictum, pro, Id iam in ciuitate palàm fieri conspicitur. 3. *de Orat.* Ego verò, inquit Crassus, ac doleo quidem illos viros in eam fraudem in Repub. esse delapsos, quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio viuendi, ac posteritati ostenditur, vt eorum ciuium quos nostri patres non tulerunt, iam similes habere cupiamus.

Tēxtŭs, a, um, particip. {ארוג *arúgh.* ὑφασμένος, πεπλεγμένος. GALL. *Tissu.* ITAL. *Tessuto.* GERM. Gewäben. HISP. *Texido.* ANGL. *weaued or wouen.*} Virg. 2. *Æneid.*

Hanc tamen immensam Calchas attollere molem
Roboribus textis, celóque educere iussit.

Tēxtŭs, us, Textura, complicatio. {ὕφανσις, συμπλοκή. GALL. *Tissure.* ITAL. *Tessimento.* GERM. Ein wäbung/in einander flächtung. HISP. *Teximento obra de texer.* ANGL. *A weauing or writhing.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. Alterno textu fulgentibus toto corpore crinibus. Idem *lib.* 18. *cap.* 7. Grana in stipula crinito textu spicantur. Idem *cap.* 36. *lib.* 16. Textus nauium.

Tēxtum, i, quicquid contexitur, aut componitur. {ὕφασμα. GALL. *Ouurage tissu.* ITAL. *Cosa tessuta.* GERM. Ein gewüpp. HISP. *Cosa texida.* ANGL. *That is wouen.*} Martial. *lib.* 5.

Et dona matrum vimineo ferunt texto.

Ouid. *Epist.* 16.

Purpura nempe mihi, pretiósaque texta dabuntur.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Pinea texta sonant, &c.

Virg. 8. *Æneid.*

Tum leueis ocreas electro, auróque recocto,
Hastámque & clypei non enarrabile textum.

Pineâ texta carinæ. Catull. *Argon.* ¶ Textum orationis, pro stylo. Quint. *lib.* 9. Neque illud in Lysia dicendi textum tenue, atque rasum lætioribus numeris erat corrumpendum.

Tēxtĭlĭs, e, quod texendo factum est, textus. {ὑφαντός, πλεκτός. GALL. *Ouurage tissu.* ITAL. *Cosa tessuta.* GERM. Das gewäben ist. HISP. *Cosa texida.* ANGL. *Any thing wouen.*} vt, Textilis corona, & textilis vestis, ante cuius vsum fuit Nexilis vestitus: vt docet Lucret. *lib.* 5. quum ait, Nexilis ante fuit vestis, quàm textile tegmen. Primi autem Ægyptij inuenerunt textilia, teste Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Cic. 5. *Tusc.* Collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimè textili stragulo, magnificis operibus picto, Virg. 3. *Æneid.*

Textilibúsque onerat donis, ac talia fatur.

¶ Textilis pictura, quæ in tapetibus fieri, aut tela solet. Cicer. 6. *Verr.* Nego vllam picturam, neque in tabulis, neque textilem fuisse, quin quæsierit, inspexerit, &c. ¶ Textilis vmbra palmitis, quæ multis palmitibus interextis fit. Martial. *lib.* 12. Hoc nemus, hi fontes, hæc textilis vmbra subini Palmitis.

‖Textiuilitium, res vilissima.‖

Tēxtŏr, is, qui vestes aut telam texit. {ארג *orégh.* πλοκεύς, ἱστουργός, ὑφάντης. GALL. *Tisserand, tisseur, ou tissier, telier.* ITAL. *Tessitore, tessitore.* GERM. Ein wäber. HISP. *El que texe, texedor.* ANGL. *A weauer.*} Cicer. *pro Plancio*, Si pro fabro aut textore emimus. Iuuen. *Satyr.* 9.

—*pingues*

——*pingues aliquando lacernas*
Munimenta togæ, duri crassique coloris,
Et malè percussa textoris pectine Galli.

Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Textores, limbolarij, arcularij.

Textrix, mulier textoriæ artis perita. {אורגת oreghéth. ὑφάντρια. GALL. *Tisserande.* ITAL. *Vna tessera.* GERM. Ein wäberin. HISP. *La que texe, texedora.* ANGL. *She that weaueth.*} Tibull. *lib.* 2. *Eleg.* 1.
Atque aliqua assiduè textrix operata Mineruam
Cantat.

Textrinus, a, um, ad textorem pertinens.

Textrīnă, æ, Officina textoris, textrinum. {ἱστεργεῖον. GALL. *L'ouuroir d'vn tisserand.* ITAL. *Tessitora.* GERM. Wäberstuben. HISP. *Lugar donde texen.* ANGL. *A weauers shope or work house.*} Cicer. 5. *Verr.* Nulla domus in Sicilia locuples fuit, vbi iste textrinam non instituerit. ¶ In eadem significatione legitur & *textrinum.* Cic. 5. *Verr.* Quod tamen oppidum isti per triennium ad muliebrem vestem faciendam fuit. ¶ Textrinæ item vocabulum existimant nonnulli pro ipsa arte textoria aliquando accipi, citantes locum. Plin. ex *lib.* 11. *cap.* 24. vbi sic legitur: Quàm non ad hoc videtur pertinere cribrata pexitas, & quadam pollituræ arte ipsa per se tenax ratio textrinæ. Emendatiora tamen Plinij exemplaria, *tramæ* hoc in loco, non *textrinæ*, legendum ostendunt.

Tēxtūră, æ, Ratio ipsa texendi. {ὕφασμα, πλοκή, πλέγμα. GALL. *Tissure, ou tissement.* ITAL. *Testura.* GERM. Wäbung/flechtung in einander. HISP. *Obra de texer.* ANGL. *A weauing.*} Lucret. *lib.* 3. Quàm tenui constet textura, quámque loco se Contineat paruo.

Textorius, a, um, adiect. Senec. *epist.* 114. Textorium, inquis, mehercule totum illud est: quod quum maximè agitur, dissilio risu.

TH

‖Th, Θ, theta, damnationis nota, & mortis, præposita nominibus militum, eos mortuos significabat. Item sepulchris inscripta. vide *Theta.*‖

Thabis, Scythiæ mons est in Asia, vt scribit Pomponius Mela *lib.* 3. Apud Plinium tamen *lib.* 6. *cap.* 17. Tabis legitur sine aspiratione.

Thāīs, ϑαΐς. Nobilis meretrix fuit Alexandrina, quæ Atticam iuuentutem in sui amorem pellexit. Hanc suis carminibus celebrauit Menander, Comicus poëta Græcus, vnde & Menandreæ epitheto à Poëtis insignitur. Propert.
Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim
Tanta in qua populus lusit Erichthonius.

¶ Fuit & Thais altera, à diuo Panutio ad vitæ continentiam reuocata, adeò vt relicto quæstu meretricio, sancta mulier euaserit. Nam ignotus ad eam ingressus, secretum petebat magis ac magis: illa verò dicente, neminem nisi Deum ipsos posse conspicere: ille sumpta hac occasione, ad Dei metum ac religionem eam est exhortatus, qui posset etiam occulta conspicari & plectere. Volaterranus *lib.* 20.

Thalamæ, ϑαλάμαι, vrbs Messeniæ, teste Stephano, Pasiphaës templo, & oraculo nobilis: vt docet Plutarchus *in Agide.* Hinc fit gentile Thalamata, ϑαλαμάτης.

Thalamēgus, ϑαλαμηγὸς, nauis genus. Athenæus, Ædificauit Ptolemæus Philopater nauem etiam fluuialem, quæ thalamegos vocabatur. Longitudo eius semistadium, latitudo quæ esset amplissima triginta cubitis: altitudo cum suggestu tabernaculi paulò minor quadraginta cubitis: figura eius neque longis nauibus, neque rotundis assimilis. Huius meminit Sueton. *in Cæs. cap.* 52. Et eadem naue thalamego pæne Æthiopia tenus Ægyptum penetrauit cum Cleopatra.

Thălămŭs, {חפה chuppáh. ϑάλαμος. GALL. *Chambre à coucher.* ITAL. *Camera da sposo ò da sposa.* GERM. Die Schlaffkammer der Eheleut. HISP. *La camera y cama donde se ayuntan los desposados.* ANGL. *A chamber to lye in.*} Commune coniugis vtriusque cubiculum. Virgil. 9. *Æneid.*
Ferreique Eumenidum thalami, & discordia demens.

¶ Per translationem pro ipsis nuptiis, atque adeò pro ipso connubij iure accipitur. Idem 6. *Æneid.*
Hic thalamum inuasit natæ, vetitósque hymenæos.

Idem *Æneid.* 4.
Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere more feræ?

Ouid. 10. *Metam.* sine coniuge cælebs Viuebat thalamíque diu consorte carebat. Idem 1. *Amor. Eleg.* 8. Hæc sibi proposuit thalamos violare pudicos. ¶ Thalamus, pro alueolis apium. Virg. 4. *Georg.*
Post vbi iam thalamis se composuêre, siletur
In noctem.

¶ Hinc Epithalamium, carmen nuptiale.

Thălāssĭcŭs color, id est, Marinus. {ϑαλασσικὸν χρῶμα. GALL. *De couleur de mer, comme bleu ou pers.* ITAL. *Di colore di mare.* GERM. Meerfarb oder wasserfarb. HISP. *De color del mar.* ANGL. *Sea couloured.*} Qui similis est fluctibus marinis. Græci enim ϑάλασσαν mare dicunt. Plaut. Nescis quis tecum incedit ornatu quidem thalassico. Idem *Mil.* Palliolum ferrugineum: nam is color thalassicus.

Thălāssĭnŭs, a, um, eiusdem significationis. Lucret. *lib.* 4.
——*teritúrque thalassina vestis.*

hoc est, cærulei coloris, & marini.

Thălāssĭo, vide *Talasio.*

Thălāssŏmĕli, ϑαλασσόμελι. Medicamentum quod fit æquis portionibus, maris, mellis, imbris, fictilique vase depicato conditur. Plin. *lib.* 13. *cap.* 6. Inueteratur quod vocatur thalassomeli æquis portionibus maris, mellis, imbris, &c. Accuratiorem huius medicamenti confectionem vide apud Dioscoridem *lib.* 5. *cap.* 17. Meminit Samonicus *cap. de ventre molliendo.*

Thălāssŏmĕtră, ϑαλασσομέτρης, maris mensor.

Thalea Rom. mulier. Plutarch. *in Num. & Lyc. comparat.*

‖Thalerus, qui & Dalerus. Hæc scriptura est Saxonica, illa Misnica. Latinè diceretur vncia argenti.‖

Thălēs, etis, & Thalis, ϑαλῆς, ἢ ϑάλης, vnus ex septem Græciæ sapientibus, qui eodem tempore in Græcia floruerunt. Natus est (vt ex Apollodori sententia tradit Laërtius) anno primo XXXV. Olympiadis. Vixit annos (vt Socrates tradit) nonaginta: vt alij, septuaginta. Hic primus in Græciam Geometriam creditur inuexisse, primúsque obseruasse temporum ambitus, ventorum Latus, stellarum motus, tonitruum sonora miracula, siderum obliqua curricula, & Solis annua reuerticula. Interrogatus quid in rerum natura difficillimum existimaret, Seipsum inquit, nosse; iterúmque rogatus quum sciscitaretur, quomodo optimè & iustissimè viuere liceret, Si (inquit) quæ in aliis reprehendimus, ipsi non faciamus. Huic tripus aurea à piscatoribus Milesiis reperta, dum res in lite verteretur, ex oraculo Apollonis, indicantis eam sapientissimo dari oportere, delata est. Deinde per manus omnibus sapientibus tradita, ad Solonem peruenit, qui illam Delphos remisit ad Phœbum, vt qui deûm hominúmque sapientissimus esset. A Thalete Ionica fluxit disciplina, sicut à Pythagora Italica. Eius discipulus fuit Anaximander, cuius auditor Anaximenes & Hecateus historicus. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Pol Thalem talento non emam Milesium. Nam ad huius sapientiam nimius nugator fuit. Hîc, Ad comparationem significat. ¶ Thales item fuit Poëta Lyricus Cretensis, quem è Creta Solon Spartam misit, vt eius odis ac poësi Spartiani deliniti, animorum feritatem nimium ex Lycurgi legibus imbutam, castigarent. Autor Plutarch. *in Solone.*

Thălēstrĭs, Curtio, ϑάληστρις, vel (vt apud Strabonem legitur) Thalestria. Regina Amazonum, quam alij Minitheam vocant. Hæc audita fama rerum ab Alexandro gestarum, relicto regno, trecentis comitata mulieribus, in Hyrcania illi occurrit, vt sobolem ex eo conciperet: vtque primum sibi visa est facta esse grauida, reuersa est in regnum.

Thălīă, ϑάλεια. Vna ex nouem Musis. ἀπὸ τοῦ ϑάλλειν, quod inter cætera significat virere seu florere: propterea quòd poëtarum fama nullo tempore marescat. Virg. 6. *Eclog.*
Nostra nec erubuit syluas habitare Thalia.

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*
Notaque non tardè facta Thaleia mea est.

Thălīctrum, ϑάλικτρον Dioscoridi, herba folia coriandri habens, pinguiora paulò, caulem papaueris. Plin. *lib.* 27. *cap.* 13.

Thălli, ϑαλλοὶ, in porris & cæpis, & allio, medij stipites dicuntur: à ϑάλλειν, id est, virescere. Col. *lib.* 11. *cap.* 3. Thalli cæparum ventis prosternentur, totúmque semen excutietur. ¶ Thalli item dicuntur rami lauri, vel oliuæ, semper virentes.

Thăllŏphŏri, ϑαλλοφόροι, dicti qui Athenis in Panathenæis oleæ ramos gestabant. Erant ij vt plurimùm senes. Vnde per iocum thallophori dicuntur, qui ad munera obeunda sunt inutiles.

Thălysĭă, ϑαλύσια, festa erant Apud Athenienses, quibus fructibus omnibus in horrea conuectis, diis primitias consecrabant: dicta ἀπὸ τοῦ ϑάλλειν, propterea quòd ideirco præcipuè fierent, vt quæ succisa erant, possent reuirescere. Vide Cælium Rhodig. *lib.* 12. *cap.* 17.

Thămănaei, ϑαμαναῖοι, Populi sunt Persis tributarij. Herodot. *lib.* 3.

Thămyrās, siue Thamyris, ϑαμύρας, ἢ ϑάμυρις Suidæ, Poëtæ nomen ex Thracia, qui quum omnes pulchritudine præcelleret, ab initio mares dilexit: deinde mutata consuetudine, Musas amauit, cum quibus de cantu certauit hisce conditionibus, vt si vinceret, earum complexu poteretur: sin succumberet, ab illis pateretur quicquid eis videretur. Itaque superatus, & oculis, & lyra priuatus est. Hinc manauit prouerbium in eos, qui præter ingenium proprium aliquid agunt, Thamyras insanit, ϑαμύρας μαίνεται. Hæc Erasmus *in prouerbijs*, & Suidas. Ouid. *lib.* 3. *de Arte,*
Tu licet & Thamyram superes, atque Orphea cantu,
Non erit ignota gratia magna lyræ, &c.

‖Thanasium, siue Thanæos, V. E. Ægypti, sub A. Damiatæ.‖

Thănătŏs, ϑάνατος. Insula in Oceano Gallico, Britanniæ (vt Solinus refert) proxima, frumentariis campis in primis felix: venenis autem adeò aduersa, vt non modò serpentem nullum educet, verum etiam aliunde importatum statim enecet: vnde & à serpentum morte nomen creditur accepisse.

Thăpsăcŭs, ϑάψακος, vrbs Syriæ amplissima, ad Euphratem fluuium: cuius meminit Xenophon *de Cyri expeditione lib.* 1.

Thăpsŭs, ϑάψος, insula decem stadiis à Sicilia distans, versùs Syracusas, plana & quàm minimùm è mari eminens, adeò vt vndis mersa videatur. Vnde & Tapsus dicta est, ἀπὸ τοῦ ϑάπτειν, quòd in mari quodammodo sepulta videatur. Virg. 3. *Æneid.*
——*Thapsúmque iacentem.*

Thăpsĭă, ϑαψία, frutex est tota specie ferulæ similis, graciliore tamen caule, folio fœniculo simili, vmbellas habens in singulis germinibus anetho similes, & in iis florem luteum: semen autem modicè latum, minus quàm ferulæ: radix est prægrandis, intus candida, foris nigra, crassiore cortice vestita, & acris. Colligitur ex ea liquor eiusdem nominis, effossa circa eam terra, vulneratóque cortice. Dicta Thapsia à Thapso insula, in qua primùm creditur inuenta. Vide Plin. *lib.* 13. *c.* 22. & Diosc. *lib.* 4.

‖Tharapamus, medela, curatio. Gl. g. b.‖

Thăsŭs, ϑάσος, Insula est maris Ægæi, Thraciæ adiacens, contra Nessi fluminis ostia: oppidum habens eiusdem nominis, à Phœnicibus, qui Europam terra maríque inuestigantes, eò peruenerunt, conditum: vt est autor Herod. *lib.* 2. Huius incolæ Thasij, ϑάσιοι dicuntur, generosis vitibus, & insigni marmoris genere nobilitati. Virg. 2. *Georg.*
Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ.

Thasij marmoris meminit Plin. cùm aliis plerisque in locis, tum *lib.* 36. *cap.* 6. Thasia nux, eadem quæ & Græca & amygdala dicitur, teste Macrobio *Saturn. lib.* 6. Et Thasiæ nuces sunt optimæ, vt autor est Gell. *cap.* 16. *lib.* 7.

Thaumacia, ϑαυμακία, Magnesiæ oppidum, ita dictum à Thaumaco Pœantis patre: cuius meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 9. Stephanus Thaumaciam alteram collocat ad sinum Maleacum.

Thaumăntĭās, ϑαυμαντιὰς, Thaumantis, & Electræ filia. Virg. 9. *Æneid.*
Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est.

Eadem etiam Thaumantis dicitur: vt, Imbrifera Thaumantis, apud Stat. 3. *Syl.*

Theă, ϑεία, Nympha Oceani & Tethyos filia. Autor Hesiod. *in Theogonia.*

Theagenes, tres Athenis diuersis temporibus Suidas fuisse recenset. Vnum, qui de Homero scripsit. Alium qui καπνὸς, id est, fumus est cognomina

cognominatus, quòd multa promittens, nihil præstaret: pauper enim erat, ac diues videri volebat. Tertius, vir potens ac diues Athenis, qui liberalitate ac beneficentia publicè ac priuatim multà laude digna gessit. Quartum addit Pausanias athletam, patria Thasium, qui CXL. coronas è certaminibus retulit. Addi potest & quintus, qui Mathematicus, fuit floruítque ætate Augusti, vt refert Suet. *in August. cap.* 94. In secessu Apolloniæ, (inquit) Theagenis mathemathici pergulum comite Agrippa ascenderat, (sup. Augustus,) &c. Ibi tamen recentior editio habet *Theogenis.*

Theamedes, θεαμήδης, lapis contrariam magneti habens naturam. Nam vt ille ferrum occulta quadam naturæ vi ad se attrahit, ita theamedes respuit, repellitque. Plin. *lib.* 36. *cap.* 16.

Thĕāngĕlā, θεάγγελα, Cariæ oppidum, vnum ex iis quæ ab Alexandro Magno Halicarnasso fuerunt attributa. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Thĕānō, θεανώ, mulier fuit Cretensis, filia Pythonactis, & vxor Pythagoræ, quæ illi Telaugem filium peperit. Scripsit Commentarios quosdam Philosophicos, & Apophthegmata, & Poëma carmine heroico. Theano alia fuit Metapontina, aut (vt alij malunt) Thuria, Leophronis filia & vxor Brotini: cuius scripta enumerantur à Suida. ¶ Alia fuit Theano, Antenoris vxor, & sacerdos Palladis, cuius frequens est mentio apud Homerum.

Theanum, vide *Teanum.*

‖Theate, *Ciuita di Chieti,* V. A. regni Neapolitani per Clementem VII. an. 1526. dignitate Archiepiscopali aucta.‖

THEĀTRVM, i. {θέατρον. GALL. *Theatre.* ITAL. *Theatro.* GERM. Ein halb rund schawhauss/spilhauß/schawplatz. HISP. *Teatro, lugar hecho en forma de media luna paro juegos.* ANGL. *A scaffold or stage where to behold playes.*} Ædificium in hemicycli speciem factum, ad videnda spectacula idoneum: ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, hoc est, spectando dictum. Virgil. I. *Æneid.*

——hic alta theatri
Fundamenta locant alij.

Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 7.

Siue ego marmorei respexi summa theatri.

Idem *Eleg.* I. *lib.* 2. *Trist.*

—— Ludi quoque semina præbent
Nequitiæ: tolli tota theatra iube.

Plaut. *Pseud. sc.* 6. *a.* 4. Quid narrat tibi? Nugas theatri: verba quæ in Comœdiis dici Lenoni solent. Plin. *lib.* 11. *cap.* 51. In theatrorum orchestris scobe, aut arena superiecta deuoratur vox. ¶ Aliquando tamen ponitur pro spectaculo. Martial. *lib.* I.

Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro
Dicitur, exhibuit Cæsar Arena tibi.

Senec. Tu mihi theatrum solus es. Et Suet. *in August. cap.* 45. Per trina theatra virgis cædere. (id est, ter spectante populo, & ludorum tempore.) ¶ Aliquando pro multitudine spectante vt, Magno theatro hæc acta sunt: id est, multis spectantibus. Cic. 3. *de Orator.* Si in his paulum modò offensum est, theatra tota reclamant. ¶ Versari in theatro per translationem, pro esse in aliquo loco conspicuo, in luce, in omnium oculis. Idem *in Verr. act. vlt.* Sic obtinui Quæsturam in prouincia Sicilia, vt omnium oculos in me vnum coniectos arbitrer: vt me, Quæsturámque meam, quasi in aliquo orbis terræ theatro versari existimarem. Magno theatro spectata familiaritas, id est, Permultis comperta. Cicer. *ad Cornific. lib.* 12. Non modò te, cui nostra omnia notissima sunt, sed neminem in popul. Roman. arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas quæ mihi cum L. Lamia est. Etenim magno theatro spectata est, tum quum est ab A. Gabinio relegatus, quòd liberè & fortiter salutem meam defendisset.

Thĕātrĭdĭum. {θεατρίδιον. GALL. *Petit theatre.* ITAL. *Picciol theatro.* GERM. Ein schawheußlin. HISP. *Pequeño teatro.* ANGL. *A litle scaffold or stage.*} diminutiuum forma Græca à theatro deductum. Varro *lib.* 3. *de re rustic.* Inter has & exteriores gradatim substructum, vt theatridium auium: mutuli crebri in omnibus columnis impositi, sedilia auium.

Thĕātrālis, e, Theatricus, seu quod ad theatrum pertinet. {θεατρικός. GALL. *De theatre.* ITAL. *Di theatro.* GERM. Des schawhauss oder schawplatzs. HISP. *Cosa de teatro.* ANGL. *Belonging to a scaffold.*} Vnde dicimus theatralia spectacula. Cicer. *pro Sextio,* Theatrales gladiatoriique consessus dicuntur omnino solere leuitate nonnullorum eruptos plausus exiles & raros excitare. Tacit. *lib.* I. Erat in castris Percennius quidam, dux olim theatralium operarum. Humanitatis indecora, & theatralis, Quint. *lib.* 2. *cap.* 2. Idem Quintil. alibi Theatrali lege excitari. ¶ Metu pœnæ theatralis non audebant quidam sedere, Sueton. *in August. cap.* 40.

Thĕātrĭcŭs, a, um. {θεατρικός. GALL. *De theatre.* ITAL. *Di theatro.* GERM. Des schawhauss. HISP. *Cosa de teatro.* ANGL. *Of a scaffold.*} Quod ad theatrum pertinet: vt, Plausus theatrici, Spectacula theatrica.

Theatridium, θεατρίδιον, paruum theatrum.

Thēbæī, θηβαῖοι, qui sunt ex thebis ciuitate Ægypti.

THĒBĀÏDĒS, siue Thebaicæ, θηβαΐδες, Palmulæ sunt aridiores, quemadmodum & Arabicæ, macro corpore, exiles, & vapore assiduo, crusta verius quàm cute obductæ, Iudaicis (vt inquit Strabo) suauiores, etiamsi duriores. Gignuntur in Thebaide Ægypti regione, Æthiopiæ contermina: vnde & nomen acceperunt. Vide Plin. *lib.* 13. *cap.* 4.

Thēbāïs, idis, θηβαΐς, Ægypti regio, Æthiopiæ contermina, à Thebis vrbe potentissima, totiúsque tractus illius capite nomen habens: vide Plin. *lib.* 5. *c.* 9. ¶ Est item Thebais, insigne Papinij Statij opus, bellum illud continens, quod Argiui ad Thebas gesserunt, in quo Eteocles, & Polynices fratres mutuis vulneribus ceciderunt. ¶ Aliquando adiectiui vim habet, quemadmodum & cætera eiusdem terminationis patronymica: vt, Thebais nupta, id est, Andromache, Eetionis Thebarum Ciliciarum regis filia. Ouid. 3. *de Arte,* quòd erat longissima, nunquam Thebais Hectoreo nupta resedit equo. Eadem Thebana vxor vocatur ab eodem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Thēbē, es, & Theba, æ, θήβη: & Thebæ, arum. θῆβαι, nomina sunt multarum vrbium. Plaut. *Amphitr. prolog.* in singulari dixit: Hæc vrbs est Thebe: In illisce habitat ædibus Amphitruo, &c. Ouidius verò *lib.* 13. *Metam.* vsurpauit in plurali: Thebæ cecidere, &c. Earum autem vrbium vna fuit in Ægypto, à Busiride rege condita, ambitu centum quadraginta stadiorum, vti refert Herodotus, centum portis aliísque publicis priuatísque ædificiis insignis, totáque pensilis, adeò vt reges vel maximos exercitus solerent educere, nullo oppidanorum id sentiente. Huius incolæ Thebæi dicuntur: & vicina regio Thebais, in Æthiopiam vergens. ¶ Alia Thebe fuit in Bœotia à Cadmo Agenoris filio condita, quam Amphion muris ornauit, Bacchi & Herculis clarissima patria, ab Alexandro Magno postea euersa. Hæc & Draconigera dicitur, quia à Cadmo cum quinque viris, ex dentibus draconis ab ipso interfecti natis, constructa fuit. Varro tamen *lib.* 3. *de re rust.* scribit, hanc vrbem ab Ogyge ædificatam. Ab hac Thebani dicti sunt. Hanc Heptapylon vocat Apuleius, ab eo quòd septem portas habebat, inclyta duobus ducibus, Epaminonda & Pelopida. Eadem dicta fuit & Dircæa, à Dirce fonte. Vnde & à Statio Thebanus ager Dircæus vocatur. Hinc Pindarus poëta, Lyricorum princeps habuit ortum. ¶ Fuerunt & Thebæ in Africa, à Libero patre conditæ. Vnde Hieronymus *in Commentario Epistolæ ad Galatas,* Præterea Thebas Liberi, quas in Africa condidit: quæ ciuitas nunc Thebestis dicitur. Alia in Thessalia, à qua Thebani & Thebæi. ¶ Fuit & alia Thebe, Homero teste, in Gilicia, Andromaches vxoris Hectoris patria. Vnde Ouidius,

Nec crucière minus, quàm Thebana cruentum
Hectora Thessalico vidit ab axe trahi.

¶ Alia fuit in Lucania, ab Aoniis colonis condita, quam interiisse autor est Cato *in Originibus.* ¶ Fuerunt & Thebæ Corsicæ. ¶ Est & Thebæ nomen virginis, è cuius gremio geminæ columbæ (vt est in fabulis) quum euolassent, altera ad Hammonis frontem tetendit, & ibidem responsa dedit: altera ad syluam Dodonæam, vbi futura mortalibus præcinuit.

Thebanus, & plural. Thebani, sunt ciues Thebarum vrbis. Plaut. *Amph. prologo,* Cum Telebois bellum est Thebano populo.

‖Thebet, Ianuarius mensis. Voc. Ecc.‖

Thēcā, {אוצר *otsár* נדר *nadhár* נדנה *nidnéh* תער *tahár.* θήκη. GALL. *Estuy de quelque chose que ce soit.* ITAL. *Vagina.* GERM. Ein behaltnuss/ truchen/laden. HISP. *Lugar donde algo se guarda, estuche.* ANGL. *A case, sheth or scabberd.*} Vagina locus in quo aliquid recondimus: vt, Theca calamaria, theca numaria, theca vasorum. Varr. *lib.* I. *de re rustic. cap.* 48. Proinde vt graui theca fit gluma, & apex arista. Martial. *lib.* 17.

Sortitus thecam calamis armare memento.
Cætera nos dedimus, tu leuiora para.

Idem *epigram.* 19. *lib.* 14. Theca calamaria. Et Suet. *in Claud. cap.* 35. Thecæ calamariæ aut graphiariæ. Et Quintilian. Thecæ oppidorum Cæsaris, Lignea oppidorum simulachra, &c. Cicer. *ad Attic. lib.* 4. Quare in hoc thecam nummariam ne retexeris: in aliis eris cautior. Idem 6. *Verrina,* Qui videret equum Troianum introductum, vrbem captam esse diceret: efferri sine thecis vasa: extorqueri alia de manibus mulierum.

Thēclā, θέκλα, nomen proprium mulieris sanctissimæ.

‖Theclatura, signatio. Gl. vet.‖

Thedo, piscis quidam apud Ausonium:

Et nullo spina nociturus acumine thedo.

Thelbencane, Babyloniæ vrbs iuxta Euphratis fluuij partem. Ptolemæus *lib.* 5. *cap.* 20.

Thelesis, Argiua mulier, quæ patriam aduersùs Cleomenem Spartanorum regem, vnà cum cæteris mulieribus, quum deessent viri, tutata est.

‖Thelosapiens, affectans sapientiam. S. Aug.‖

Thēlygŏnum, θηλύγονον, herba habens vuas floribus oleæ similes, sed aliquando pallidiores. Plin. *lib.* 27. *cap.* 8. ¶ Est & alia cratægonos, quæ thelygonos vocatur, differentia intelligitur lenitate gustus. Vide *Arsenogonon.*

Thēlyphŏnum, θηλύφονον, herba ab aliis scorpion vocatur, propter similitudinem radicis, cuius tactu moriuntur scorpiones. Plin. *lib.* 25. *cap.* 10.

Thēlyptĕrĭs, θηλυπτερίς, filicis species. Plin. *lib.* 27. *cap.* 9. Alterum genus filicis thelipterin Græci vocant: alij nymphæampterin.

THĔMĂ, tis, θέμα, Latinè Positum, seu positio dicitur. ¶ Sunt etiam themata mathematicorum apud Firmicum, affectiones natalitiæ, & quasi positura cæli, ἀποτελέσματα. Eodem planè sensu Suet. *in Aug. cap.* 94. Thema posuit, cùm ait: Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, vt thema suum vulgauerit, &c. supra geniturám dixerat. ¶ Thema controuersiæ declamandæ argumentum. Quintil. *lib.* 7. *cap.* 2. Erat mihi curæ in controuersiis forensibus nosse omnia, quæ in causa versarentur. Nam in schola certa sunt & pauca, & ante declamationem exponuntur, quæ themata Græci vocant, Cicero proposita.

Thĕmĭs, is, vel idis, vel etiam istis, θέμις. Cæli & Terræ filia fuit, quæ Iouis nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compressa fuit. Hæc dea putabatur, quæ præciperet hominibus id petere quod fas est, vt ait Festus: (nam θέμις Græcè fas dicitur) habuitque vetustissimum oraculum in Bœotia, ad Cephisum amnem. Ouid. I. *Metam.*

Fatidicámque Themin quæ tunc oracla tenebat.

Claud.

——sic Atropos vrget,
Sic cecinit longæua Themis

¶ Fuit & alia Themis, quæ alio nomine Carmentis dicta.

Thĕmĭstā, eadem est quæ Themis, Cicer. *in Pisonem,* Licèt Themista sapientior. Themis accusatiuum facit Themin, & Themista: à quorum posteriore fit Themista, æ.

Themiscyra, θεμίσκυρα, Regio Ponti, finitima Cappadociæ: vt scribit Plin. *lib.* 6. *cap.* 3. & Mela *lib.* I.

Thĕmĭsōn, θεμίσων, Medicus, apud Herodot. & Cornel. Celsum.

Thĕmĭsōnēs, θεμίσωνες, siue Themisonij, Populi à Themisonio Phrygiæ maioris loco prope Lyciam.

Thĕmĭstĭŭs, θεμίστιος, Philosophus fuit temporibus Iuliani apostatæ, à quo etiam prætor Constantinopolis vrbis promotus est. Scripsit paraphrasim in Aristotelis Physica, libris octo: in Analytica posteriora, libris

libris duobus. Præterea edidit sua: videlicet, De intentione & inscriptione prædicamentorum, disputationes etiam quasdam. Hic Valentem Imperatorem quotidie sæuientem in orthodoxos, autoritate sua & epistolis reddidit mitiorem. Suidas.

Thĕmĭstŏclēs, Θεμιστοκλῆς, nomen viri Atheniensis clarissimi, Neoclis filij: qui prodigus ac lasciuus prima iuuentute, postea dux delectus, res inclytas gessit. Pyræeum muniuit. Bello maritimo Persas apud Salaminem vicit. Hic quum ab ingrata patria exul factus esset, & à Xerxe princeps exercitus aduersùs Athenienses magno cum honore creatus, quum videret patriæ suæ ingentis cladis periculum imminere, hausto tauri sanguine seipsum interemit, ne aut regi de se merito infidelis esset, non pugnando viriliter, aut patriæ suæ hostis atque oppugnator videretur. Vide Plutarchum.

Thĕmĭstŏgĕnēs, Θεμιστογένης, Syracusanus historicus, Cyri expeditionem & bella, quæ in historia Xenophontis continentur, composuit. Autor Suidas.

Thensæ, (vt docet Asconius) sunt sacra vehicula, cum pompa ordinum & officiorum: sic dictæ quòd ante eas linthea tenduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere qui eas deducant. ἱερὰ ζεῦγη. Vel ἀπὸ τοῦ θεῖου, id est, à re diuina, & sic per th scribitur, vt docet ipsa verbi notatio. Cic. *de Aruspicum responsis*, Te appello Lentule, cuius sacerdotij sunt thensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes. Liu. *lib.* 5. Quæ augustissima vestis est, thensas ducentibus, triumphantibúsve, ea vestiti medio ædium eburneis sellis sedere. ¶ Item, Thensum Deorum vehiculum, non tentum dixerunt, ne verbum turpe sonaret in sacris. Diomed. *lib.* 1.

‖Thenupha, agitatio. est ritus, quo pectus victimæ in omnem partem agitatum & quaqua versùs motum attollitur.‖

Theŏclymenus, Θεοκλύμενος Homero *lib. Odyss.* 17. Vates qui Penelopæ prædixit Vlyssis in Græciam reditum.

Theŏcrĭnēs, Θεοκρίνης, nomen cuiusdam Atheniensis, qui primùm Tragœdiarum actor fuit: deinde calumniator & sycophanta. Vnde & Demosthenes *in Orat. pro Ctesiph.* Æschinem, tragicum Theocrinem vocat. Erasmus *in Chiliad.*

Thĕŏcrĭtŭs, Θεόκριτος, Poëta Syracusanus, Praxagoræ, siue (vt alij malunt) Symmachi & Philinæ filius, qui sub Ptolemæo Lagi filio floruit. Alij Coum fuisse volunt, sed admodum iuuenem Syracusas commigrasse. Scripsit Idyllia in genere bucolico, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. ¶ Fuit & alter Theocritus, historicus Chius, Theopompi æqualis, & in administratione Reipub. æmulus. Scripsit historiam Libycam, & epistolas quasdam. Autor Suidas.

Thĕŏdămās, Θειοδάμας, pater Hylæ fuit, qui ab eius nomine Theodamantæus dicitur à Propertio *lib.* 1. *Eleg.*

Thĕŏdectēs, Θεοδέκτης, Orator, Cilix genere, discipulus Platonis, Isocratis & Aristotelis, qui ei suos de Rhetorica libros dedicauit. Conuersus deinde ad Tragœdias, scripsit fabulas 2. Decessit Athenis natus annos XLI. Scripsit & versibus artem Rhetoricam: laudauit & virum Artemisiæ Mausolum, vnà cum claris eo tempore oratoribus. ¶ Theodectes orator, superioris filius, scripsit encomium Alexandri Regis Epirotarum: commentarios historicos: artem Rhetoricam libris VII. aliáque complura. Autor vtriusque Suidas.

Theodoromedes nomen proprium. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2.

Thĕŏdōrus, Θεόδωρος, Byzantius sophista, à Platone vocatus λογοδαίδαλος, Logodædalus. Scripsit contra Thrasybulum & Andocidem, & alia quædam. Suidas. ¶ Theodorus & Teladæus fratres Samij, sculptores celeberrimi, quorum alter in Samo Pythij Apollinis signum incœpit: alter Ephesi eodem tempore, & alio saxo absoluit: quibus simul compositis ita conuenit, vt vnum corpus ab vno artifice, & ex vno lapide sculptum videretur. Genus artis huius est Græcis ignotum, sed apud Ægyptios frequentatum. Nam soli hominum non oculis tantùm totius statuæ compositionem metiebantur, sed dimensione, vt ex variis multísque lapidibus in vnum corpus, in certam mensuram statua perficeretur. De hoc Theodoro Diogenes testatur, quòd non solùm sculptor, sed etiam architectus fuerit, quódque Ephesiis autor extiterit, vt Dianæ templi fundamentis carbones subiicerent, vt locus alioqui humidus immobilem acciperet soliditatem. Idem primus ferrum fundere docuit, statuámque ferream fecit. Autor Pausanias. ¶ Theodorus Gadareus, nobilis orator. Gadara autem, Syriæ ciuitas est, non longè ab Ascalone: verùm ipse dici maluit Rhodius, teste Strabone, cuius tempore fuit. Eius discipuli Theodorei sunt dicti: inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica scripsit. Tiberius quoque princeps quum secessisset Rhodum, eum studiosè audiuit, vt Quintilian. *lib.* 4. tradit. ¶ Theodorus alius fuit, cognomento Atheos, Zenonis primùm, mox & Pyrrhonis auditor: de quo vide Laërtium & Suidam.

Thĕŏdŏsĭa, Θεοδοσία, Tauricæ Chersonesi vrbs, Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 6. & Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

‖Theodosiopolis, M. sub P. Antiocheno.‖

Thĕŏdŏsĭŭs, Θεοδόσιος. Nomen proprium duorum Romanorum principum, quorum vitam vide apud Eutropium. Theodosius alius fuit insignis Mathematicus: cuius scripta enumerantur à Suida.

Thĕŏdŏtă, Θεοδότη, Meretrix Elea fuit, lepida in primis & festiua: cuius meminit Xenophon de dictis & factis Socratis: & Laërtius *in vita Arcesilai.*

Thĕŏdŏtŭs, Θεόδοτος, patria Chius, vltimi Ptolemæi in Rhetoricis præceptor fuit, qui decertantibus in consilio Ægyptiorum satrapis, an Pompeius, post prælium Pharsalicum profugus, esset in Ægyptum recipiendus, pro sententia dixit, recipiendum quidem esse, sed receptum occidendum: adiiciens tritum illud prouerbium, Mortuos non mordere. Hunc postea, Cæsare interfecto, Brutus in Asia repertum, & ad se adductum interfici iussit. Vide Plutarchum *in vita Pompeij.* ¶ Theodotum alium memorat Philostratus *in Sophistis*, qui tempore Herodis Attici præfuit Atheniensium scholæ.

Theogenes celebris mathematicus, cuius meminit Suet. *in vita August. cap.* 49. In secessu Apolloniæ Theogenis Mathematici pergulam ascenderat. (sup. Augustus,) &c. Ita enim legit Suet. emendator Casaubonus, cùm antea legeretur *Theagenis.*

Thĕognis, Θέογνις, Poëta fuit Siculus, Megaris natus, LXIX. Olympiade, qui vtiles quidem & lectu dignas parænenses conscripsit, nisi fœdis amoribus passim aspersis eas contaminasset. ¶ Prouerbium est, vt est autor Gell. *cap.* 3. *lib.* 1. Priusquam Theognis nasceretur, &c.

Thĕŏgŏnĭă, Θεογονία, Deorum origo: quo nomine extat opus Hesiodi, deorum genealogias explicans. Cicer. 1. *de natur. deor.* Quum verò Hesiodi Theogoniam, id est, originem deorum interpretatur, tollit omnino.

Thĕŏlŏgŭs, i, {Θεολόγος. GALL. *Theologien.* ITAL. & HISP. *Theologo.* GERM. Ein gelehrter der schrifft Gottes. ANGL. *A theologe.*} Philosophus circa rerum diuinarum cognitionem versans. Cic. 3. *de nat. deor.* Principio Ioues tres numerant ij, qui Theologi nominantur.

Thĕŏlŏgĭă. {Θεολογία. GALL. *Theologie.* ITAL. & HISP. *Theologia.* GERM. Verstand oder wissenheit der schrifft Gottes. ANGL. *Theologie, diuinitie.*} Prima philosophiæ pars, quæ versatur circa Dei & rerum diuinarum contemplationem.

Thĕŏmbrŏtŭs, Θεόμβροτος, Philosophus fuit, Metroclis auditor, & præceptor Demetrij Alexandrini: cuius meminit Laërtius *in Metrocle.*

Thĕŏmbrŏtĭŏs, Θεομβρότιος, herba magica, qua Persarum reges aduersùs omnia cùm animi tum corporis incommoda vtebantur. Plin. *lib.* 24. *cap.* 17. Theombrotium triginta schœnis à Choaspe nasci, pauonis picturis similem, odore eximio. Hanc autem regibus Persarum comedi aut bibi contra omnium corporum incommoda, instabilitatémque mentis, eandem denique semnion à potentiæ maiestate appellari.

Thĕŏmnēstŭs, Θεόμνηστος, Cous, vt autor est Strabo *lib.* 14. vir fuit clarus administratione Reip. & Niciæ tyranni æmulus.

Thĕōn, Θέων, nomen pictoris Samij, de quo Quintil. *lib.* 12. *de instit. Orat.* Alter mathematicus, qui scripsit de spiritibus ad Ptolemæum astrologum. Tertius grammaticus, interpres Apollonij Rhodij. ¶ Fuerunt & alij hoc nomine, qui commemorantur à Suida: ex quibus celeberrimus fuit Theon Alexandrinus, eisdem patria, tempore & disciplinis, quibus Pappus, sub Theodosio seniore. Scripsit de Astrologia, commentariósque in Ptolomæum & Astrolabium paruum, & alia. ¶ Theon item alius & ipse Alexandrinus, Stoicus, tempore superior: siquidem sub Augusto post Arrium Philosophum emicuit: scripsit in Physicam, & in artem rhetoricam, & alia. ¶ Alius item eius nominis Stoicus fuit Antiochenus, omnium antiquissimus, qui scripsit apologiam Socratis. ¶ Quartus Smyrnæus. ¶ Quintus etiam Alexandrinus, Sophista, cognominatus Ælius, qui Progymnasmata quædam Rhetorica scripsit, & commentarios in Xenophontem, Isocratem, & Demosthenem. Autor Suidas. ¶ Theon item Sidonius, Sophista, qui in patria ludum aperuit sub Constantino. Fuit & marmoris cælator hoc nomine, vnus ex iis qui Mausoleum cælauerunt: cuius meminit Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. ¶ Theon præter hos poëta quidam fuit rabiosæ cuiusdam loquacitatis: petulantissimæque maledicentiæ. Vnde factum est, vt Theonino dente rodi eum dicamus, qui conuitiis lacessitur. Vide Erasmi *Adagia.*

Thĕŏphănēs, Θεοφάνης, Mitylenæus historicus, scriptor rerum Pompeij Magni: cuius meminit Cicer. *in Orat. pro Archia.*

Theophania, Θεοφάνια, τά, festum apparitionis Dei.

Thĕŏphĭlŭs, Θεόφιλος, Cæsareæ Palæstinæ præsul, Seuero imperante, cuius meminit Hieronymus. Theophilus alius Antiochenus præsul, qui imperante M. Antonio librum in Marcionem edidit, & alia quædam, quæ ab Hieronymo commemorantur. ¶ Alius item eiusdem nominis præsul Antiochenus, ad quem Lucas scripsit acta Apostolorum. ¶ Alius quoque præsul Alexandrinus, qui scripsit aduersùs Origenem. ¶ Præter hos Theophilus Comicus antiquæ Comœdiæ: cuius fabulas nonnullas commemorat Suidas.

Thĕŏphrāstŭs, Θεόφραστος: Philosophus fuit ex Eresso Lesbi oppido, primus Tyrannus appellatus, deinde Euphrastus, & postremò Theophrastus, ob oris & eloquentiæ suauitatem propemodum diuinam. Hic Peripateticorum eloquentissimus doctissimúsque fuit, Aristotelis discipulus & in schola successor. Dicere solebat, doctum hominem ex omnibus solum neque alienis locis peregrinum esse, neque inopem amicorum. Habuit discipulos ad duo millia. Opera eius à Diogene commemorantur, inter quæ sunt libri sex epitomes in Aristotelem de animalibus. Extant hodie tantùm de plantis conuersi à Theodoro Gaza, & parua quædam opuscula. Excessit admodum senex. Ex Suida, Diogene, Strabone. ¶ Theophrastus alter fuit Ephesius, cuius meminit Ælianus *de varia historia.*

Thĕŏpŏlis, Θεόπολις. Maxima Syriæ ciuitas, sic à Iustiniano nominata post terræmotum, quum priùs Antiochia diceretur. Autor Steph.‖

Thĕŏpompŭs, Θεόπομπος, Chius orator & historicus post Thucydidem & Herodotum, teste Quintiliano, quibus vt in historia minor, ita oratori magis similis: vt qui antequam esset ad hoc opus solicitatus, diu fuit orator. Filius fuit Damasistrati, teste Suida, & auditor Isocratis. Scripsit Epitomen Herodoti libris duobus, & Rerum Græcarum Historiam post bellum Peloponnesiacum incipiens, vbi desiit Thucydides. ¶ Theopompus alius fuit Atheniensis, Theodectis filius, antiquæ comœdiæ scriptor: cuius fabulas recenset Suidas. Præter hos Theopompus Gnidius, Cæsaris familiaris, qui Artemidorum habuit filium, qui apud Cæsarem ipsum plurimum poterat, vt scribit Strabo *lib.* 14. ¶ Theopompus item alius fuit, Rex Spartanorum, qui quum primus instituisset vt Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri regiæ potestati oppositi, quemadmodum Romæ Consulari imperio Tribuni pleb. sunt obiecti: atque illi vxor dixisset, id egisse illum vt filio minorem potestatem relinqueret: Relinquam, inquit, sed diuturniorem. Optimè quidem. Ea enim demum tuta est potentia, quæ viribus suis modum imponit. Igitur Theopompus legitimis regnum vinculis constringendo, quò longiùs à licentia retraxit, hoc ad beneuolentiam ciuium propiùs admouit. Hæc Valerius Max. *lib.* 4. *cap.* 1. Quintil. tamen *lib.* 2. hanc modestiam parum valuisse demonstrat, captum demum fuisse ostendens: Theopompus (inquit) Lacedæmonius, permutato cum vxore habitu, è custodia euasit, vt mulier.

Thĕōrēmă, tis, Latinè, Speculatio, commentatio. {הגיון *highghajón.* Θεώρημα. GALL. *Contemplation.* ITAL. *Speculatione.* GERM. Ein blosse beschawung/oder nachsinnung dess gemüts. HISP. *Contemplacion.* ANGL. *Contempla*

Contemplation, a beholding.} Cicer. *de Fato*, Etenim si est diuinatio, qualibúsnam à præceptis artis proficiscitur? Præcepta appello, quæ dicuntur Græcè θεωρήματα.

Theoreticè, θεωρητικὴ, ars quæ nullum exigens actum, ipso rei, cuius studium habet, intellectu contenta est. Quint. *lib.* 1. *cap.* 18.

Theoreticus, a, um, θεωρητικός, ή, όν, speculandi vi præditus: item in speculatione positus.

Theoretrum, θεώρητρον, munus sponsæ datum.

Thĕōrĭă, θεωρία, Speculatio, meditatio, contemplatio, ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν, quod est animo contemplari.

Theoricus, a, um, θεωρικός, ή, όν, ad theoriam pertinens. Quintilian. *lib.* 28.

‖Theorica, pecunia, qua foros, & sedilia in spectaculis emebant. Rh.‖

Thĕōrī, θεωροὶ, Athenis dicebantur, qui quotannis publico nomine in Delum nauigabant Apollini litatum: quorum etiam nauis, qua vehebantur, theoris dicebatur. Autor Suidas.

‖Theos, Deus. ἀπὸ τοῦ θεάομαι, à prospectando, quod omnia cernat Deus.

Theostica lingua, todesca. Gl. vet.‖

Thĕŏtŏcŏs, θεοτόκος. Virginis matris epitheton est, quod Latinè Deiparam vertere possumus. Contrà Theotocos accentu in antepenultimam translato, θεότοκος, passiuam habet significationem, idem valens quod ex Deo natus. Verùm huiusmodi dictiones merè Græcas, quæ nostris literis scribi non consueuerunt, satius fuerit è Græcolatino Lexico petere: quum huc nihilo magis pertineant quàm Latinarum vocum significationes ad Græcorum Lexica.

Thĕŏxĕnă, θεόξενα. A Philippi Macedonis militibus cincta, quum eorum manus effugere non posset, se præcipitem dedit in mare. Vide Liuium *lib.* 4.

Thĕră, θήρα, Insula vna ex Cycladibus in Ægeo, ex qua profecti sunt Therei, qui Cyrenem in Africa condidêre. Hæc olim Calista dicebatur, teste Callimacho, cuius ea de re hoc exstat distichon.

Καλλίστη τὸ πρόσθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη,
Μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης. hoc est,
Nomine Callista primùm, sed postmodò Thera
Dicta fuit tellus vrbis origo meæ.

Hæc ex Strabone *lib.* 17. Distat autem ab Io insula XXV. M. pass. Vrbes habet duas, Eleusinem, & Oeam. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. & Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 15.

‖Theræum, indumentum dictum, quod feram intextam habet. Poll.‖

Thērămĕnes, Θηραμένης, Ciuis Atheniensis, vnus ex triginta tyrannis, qui quum à collegis multos insontes supplicio affici videret, ea de re conquerens, cùm cæterorum omnium, tum præcipuè Critiæ cuiusdam, qui reliquis in potentia, ita & immanitate antecedebat, odium in se concitauit: tandémque per calumniam circumuentus, & innocens capitis damnatus, quum cicutam auidè hausisset, quod reliquum erat è poculo eiiciens, Propino (inquit) hoc pulcro Critiæ. De hoc sic scribit Cic. 1. *Tusc. quæst.* Proh dij immortales, quàm illud iter iucundum esse debet, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla solicitudo futura sit? Quàm me delectat Theramenes, quàmque elato animo est. Etsi enim flemus quum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur: qui quum coniectus in carcerem, triginta iussu tyrannorum venenum vt sitiens ebibisset, reliquum sic è poculo eiecit, vt id resonaret. Quo sonitu reddito arridens, Propino (inquit) hoc pulcro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus. Græci enim in conuiuiis solent nominare cui poculum tradituri sunt.

Thērămne, es, siue Theramnæ, arum. Θεράμναι Stephano, Laconiæ oppidum est, non procul à Sparta, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 5.

‖Theraphin, idola, vestimentum sacerdotale. Pap.‖

Thĕrăpnæ, arum, Θεράπναι, vicus est Laconiæ, teste Mela, in quo Leda Castorem & Pollucem, Helenam & Clytemnestram peperit. Stat. *lib.* 3. *Thebaid.*

Tænareúmque cacumen, Apollineásque Therapnas.

¶ Dictæ autem putantur Therapnæ, ἀπὸ τοῦ θεραπεύειν, quòd ibi Dioscuri religiosissimè colerentur.

Thĕrăpnæŭs, a, um, adiectiuum. Ouid. *in Epist. Paridis,*

Da modò te facilem, nec dedignare maritum
Rure Therapnæo nota puella Phrygem.

Idem *lib.* 5. *Fast.*

Prima Therapnæo feci de sanguine florem.

Therapontigonus nomen Militis apud Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3.

Thērăsĭă, Θηρασία. Insula est in mari Cretico, vna Sporadum, olim Theræ pars, postea vndarum impetu auulsa, vt refert Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

‖Theriacus, a, um, θηριακός, ή, όν, ad θηρία, id est, bestias pertinens.‖

Thērĭăcē, es, siue Theriaca, æ. {צרי tsori. θηριακή, ἡ θηριακά, τά. GALL. *Thriacle.* ITAL. *Thriarcha.* GERM. Thiriack. HISP. *Atriaca.* ANGL. *Treakle, a sort of medicament against all venime.*} Medicamentum præstantissimum, multis ex simplicibus conflatum, singulare aduersùs venena omnia remedium. Dicta Theriaca ἀπὸ τῶν θηρίων, hoc est, à venenatis bestiis, siue quòd illarum carnes recipiat hæc compositio (fit enim ex viperina carne) siue quòd earum venenis aduersetur. Plinius certè Theriacam ab effectu, non à materia videtur appellasse, non vnam eius conficiendæ rationem præscribens, cui tamen nulla admisceat venena. ¶ Quin & vitis quoddam genus in Thessalo nascens, Theriacen appellat, non aliam ob causam, quàm quòd venenatis omnibus videatur resistere. Vide ipsum *lib.* 21. *cap.* 21. *& lib.* 14. *cap.* 18.

Thericles, Θηρικλῆς, Sculptor insignis fuit, calicibus ex terebyntho tornandis nobilitatus, teste Plin. *lib.* 16. *c.* 40. ¶ Suidas præterea Thericlis figuli cuiusdam meminit, qui primus pocula ex luto creditur finxisse: vnde Theriaclea, pro fictilibus quidam vsurparunt.

Thērĭmăchus, Θηρίμαχος, nomen pictoris insignis, de quo Plin. *lib.* 35. *cap.* 10.

Therioma, θηρίωμα, vlceris genus teterrimi: à θηριόω in ferinam naturam muto.

Thĕrĭŏtrŏphĭum, {θηριοτροφεῖον. GALL. *Vn parc à nourrir bestes sauuages.* ITAL. *Viuaio, barco.* GERM. Ein thiergarten. HISP. *Binar donde se crian animales.* ANGL. *A park to feed wild beastes in.*} Viuarium, in quo feræ aluntur. Varr. *lib.* 3. *de re rust.* Sylua erat (vt dicebat) supra quinquaginta iugerum, maceria septa, quod non leporarium, sed theriotrophium appellabat.

Thērĭōmă, {θηρίωμα. GALL. *Vn vlcere appellé sic.* ITAL. *Fistola.* GERM. Feigwarzen. HISP. *Llaga que haze materia.* ANGL. *A disease in the fundament called the pylles.*} Vlcus virilium, interim & sedis, & partium aliarum, multo ac nigro sanguine, mali odoris atra fit caro, & corroditur. Ex quo nasci quandoque solet herpes esthiomenos. Ita vocatur vlceris genus, quod serpendo corpus ossa vsque deuorat, inæquale, ac cœno simile.

Thērĭŏnarcă, θηριονάρκη, frutex est subherbaceus, roseo flore: inde nomen habens, quòd torporem afferat serpentibus, quasi θηρίων νάρκη. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 9.

Thērĭstrum, {רדיד redhid. θέριστρον.} Velamen, vel vestis æstiua, tenuis, qua vtebantur mulieres Palæstinæ. Dictum Theristrum, siue quòd eo οἱ θερισταὶ, hoc est, messores, vterentur: siue quòd ἐν θέρει, hoc est, æstate maximè vsui esset.

‖THERMVS, a, um, θερμός, ή, όν, calidus, a, um, à θέρω calefacio. Hinc‖

Thermæ, {θέρμαι. GALL. *Estuues, baing.* ITAL. *Stuffe, bagno.* GERM. Von natur warme bäder. HISP. *Beño ò estufa.* ANGL. *Baynes, stewes washing places.*} Loca aquas habentia aut sponte naturæ calentes, aut fornace calefactas, sudandi lauandive vsibus deputata, ἀπὸ τῆς θέρμης, hoc est, à calore, propriè tamen Thermas vocamus, quas sudandi gratia ingredimur: quæ Seneca Sudatoria vocat. Quid (inquit) cum sudatoriis? Omnis sudor per laborem exeat. In quæ verò descendimus, vt lauemur, Balneas vocamus, & Balnearia. Græci βαλανεῖον. Quæ tamen differentia perpetua non est. Nam & thermas pro balneis legimus, in quibus aqua calida lauamur. Vide Vallam in Raudensem, & ea quæ suprà annotauimus in dictione *Balnea.* Martial. *lib.* 1.

Hic vbi miramur velocia munera thermas.

Thērmŭlæ, arum, diminutiuum. {σμικραὶ θέρμαι. GALL. *Petites estuues, petit baing.* ITAL. *Picciole stuffe, picciol bagno.* GERM. Warme bädlin. HISP. *Pequeño baño ò estufa.* ANGL. *Litle stewes.*} Martial. *lib.* 2.

Hetruscis nisi thermulis laueris
Illotus morieris Oppiane.

‖Thermanticus, a, um, θερμαντικός, ή, όν, habens vim calefaciendi.

Thermastris, θερμαστρὶς, caldarium, in quo calefit aqua: à θερμαίνω calefacio. ¶ Est & vasculum aurificis cancro simile, concauum. ¶ Est etiam concitatæ & quasi feruidæ saltationis genus.‖

Thermefacio, is, ere, Esculentis atque poculentis ingurgitatis, atque exhaustis in thermopolio calefacere. Plaut. *Sticho*, Merhercule verò eo quantum potest iam ne extra excocta sunt quod thermefecerat.

Thērmē, Θέρμη, ciuitas in Tracia: vnde Thermaicus sinus. Θερμαῖος κόλπος. ¶ Thermæ præterea Siciliæ oppidum, autore Pomponio Mela *lib.* 1. ¶ Inde Thermitani. Cicer. 4. *Verrina.*

Thērmĕŭsĭs, Θερμῶσις, insula est ante sinum Pegasicum, non procul à Scyro: cuius meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

THĒRMŌDŌŌN, tis, vel Thērmōdōn, tis, secunda syllaba producta, Θερμώδων Suidæ. Fluuius est Temiscyræ (quæ est regiuncula Cappadociæ contermina) Amazonum sedibus nobilitatus. Virg. 11. *Æneid.*

Quales Threiciæ quum flumina Thermodoontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis.

Quo in loco nonnulli legunt Thermodoontis, impari syllabarum numero: sed perperam, quum secunda syllaba scribatur per ω μέγα.

Thērmōdōntēŭs, siue Thermodonteus, adiectiuum, Θερμωδόντειος. Propertius *lib.* 3.

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis,
Thermodonteis turba lauatur aquis.

Dicitur & Thermodoontiacus. Ouid. 9. *Metam.*

Thermodoontiaco calatus balthetus auro.

Claudian. 2. *de raptu Proserpin.*

Thermodoontiaca Tanaim fregere bipenni.

Thērmŏpōlĭum, θερμοπώλιον, Taberna in qua potiones calidæ vendebantur. Plaut. *in Curc. sc.* 3. *a.* 2. Tum isti Græci palliati, capite operto qui ambulant, semper videas bibentes in Thermopolio. Idem *in Trinum.* in Thermopolio Condalium es oblitus. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Qui in corde instruere quondam cœpit Thermopolium. (quia scilicet ex pectore duce promere potest.)

Thērmŏpōtæ, θερμοπόται, qui calidam bibunt, vnde Thermopotare verbum effinxit Plaut. *in Trin.* Postquam (inquit) Thermopotasti gutturem, recipe te & recurre pede recenti, id est, postquam guttur calida potione oblectasti.

‖Thermopoto, thermum poto. Plaut. *Trin.* 4. 3.‖

Thērmŏpylæ, Θερμοπύλαι, mons Græciæ longissimus, qui à Leucade incipiens, inde in ortum flexus, in Ægæum vsque mare protenditur, mediámque Græciam ita dirimit, quemadmodum Italiam Apenninus. Dictæ Thermopylæ, ab angustis faucibus, aquis calidis scatentibus. Montium enim angustias, vt Latini portas, ita Græci πύλας appellant. Thermas autem aquas calidas esse, nemo est qui ignoret. Montem autem hunc maximè illustrem reddidit Lacedæmoniorum cum Mardonio pugna, & Leonidæ regis interitus: de quo vide Herodot. *lib.* 7.

Thērŏmăchŭs, Θηρόμαχος, proprium nomen statuarij egregij, qui centesima septima Olympiade floruit, teste Plin. *lib.* 34. *cap.* 8.

Thērōn, is, Θήρων, Agrigentinorum tyrannus in Sicilia, qui & Terillum Himeræ tyrannide deiecit, & vnà cum Gelone Amilcarem Pœnorum ducem prælio superauit eodem die, quo Græci ad Salaminem Persas profligarunt. Vide Herodot. *lib.* 7. Est item Theron, Latini cuiusdam nomen ab Ænea occisi, apud Virg. 10. *Æneid.*

——strauitque Latinos,
Occiso Therone, virûm qui maximus vltrò
Æneam petit

Thērsănder, siue Thersandros, Θέρσανδρος, Polynicis filius fuit ex Argia, teste Statio, qui vnà cum cæteris Græcorum principibus ad Troiam nauigauit. Hunc Virg. *lib.* 2. *Æneid.* inter eos numerat, qui tempore excidij Troiani in equo ligneo fuerunt occultati.

——laxique, inquit, se robore promunt
Thersandrus, Sthenelúsque, & dirus Vlysses.

¶ Fuit item hoc nomine tibicen nobilis, qui vnà cum Thimbrone Lacedæmonio

cedæmoniorum duce subitò Tiribazi aduentu fuit oppressus. Autor Xenophon.*lib.4. rerum Græcarum.*

Thersilochus, Θερσίλοχος, Antenoris filius, in bello Troiano occisus, quem Virg.*lib.6.Æneid.*inter viros fortes numerat,qui etiam apud inferos arma tractent, quos ille omnes longo ordine cernens, Ingemuit, Glaucúmque,Medontáque,Thersilochúmque,Treis Antenoridas, Cererique sacram Polybetem.

Thersites, Θερσίτης, Græcorum omnium fœdissimus fuit, quem Achilles sibi procaciter conuitiantem pugni ictu interfecit. Huius insignis deformitas ab Hom.*lib.2.Iliad.*graphicῶs expressa,effecit vt quum hominem vehementer fœdum significare velimus, Θερσίτειον βλέμμα, id est, Thersitæ faciem eum habere dicamus. Iuuenal.*Satyr.*8.

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Æacidæ similis,&c.

Thesaurochrysonicochrysides, nomen proprium fictum à Plaut. *Capt. sc.2.a.2.versic.*35. Quod quidem componitur ex thesauro, chryso (id est auro) nice(id est victoria) & iterum Chryso. Quod si legamus,cum quibusdam, Thesaurochrysonychochrysides aspiratâ septima syllaba, tum contextum esse dicemus ex thesauro, chryso, & onyche (id est, vngue) &c.

THESAVRVS,i. {אוצר *otsár.* Θησαυρός. GALL.*Thresor.* ITAL.*Tesoro.* GERM. Ein schatz.HISP.*Tesoro escondido sin dueño.* ANGL. *A treasure,aboundance of riches.*} Est (vt Paulus Iureconsultus, *de acquirendo rerum domi. l. nunquam,* inquit, tam vetus depositio pecuniæ, vt eius non extet memoria, & iam dominum non habeat. Sic enim fit eius qui inuenerit, quòd non alterius sit. Alioqui siquis aliquid lucri causa,vel metus,vel custodiæ condidit sub terra, non est thesaurus, vtpote cuius etiam furtum fit. Cicero *6.Philipp.* Seruus domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco. Idem *de Diuin.* Respondit coniector thesaurum defossum esse sub lecto. Virg.1.*Æneid.*

———veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.

Plaut. *Aulul.sc.4.a.*1. Scit mihi esse thesaurum domi, Id inhiat. Idem *Asin.sc.3.a.*3. Auri thesaurum mihi credidit. Idem *Pseud.sc.2.a.2.* Siquidem supremi promptos thesauros Iouis.Idem *Aul.prolog.*Nusquam indicare voluit id filio suo. (thesaurum scilicet.) ¶ Accipitur tamen thesaurus pro quibusuis diuitiis repositis. Cicer.*in Epist.* Non si Varronis thesauros haberem,tantos sumptus sustinere possem. Suppeditare alicui aliquid de suis thesauris. Idem 2. *de finib.* ¶ Per translationem accipitur pro quodam quasi penu quarumuis rerum repositarum.Quintil.*lib.2.cap.7.*Abundabunt autem copia verborum optimorum & compositione ac figuris iam non quæsitis, sed sponte, & ex reposito velut thesauro se offerentibus. Cicer. 1. *de Orat.* Thesaurus rerum omnium memoria. ¶ Nonnunquam & in malam partem accipitur: vt,Thesaurus stupri, thesaurus mali. Plaut. *in Amph.* Quem teneo thesaurum stupri. Idem *Merc.* Tu quidem thesaurum huc apportasti mali. Idem *Pseud. sc.4. a.*1. Is mihi thesaurus Iugis in nostro est domo. (fletuum scilicet atque verberum.)Idem *Asin.sc.2.a.2.*De tergo ducentas plagas prægnantes dabo. L. In tergo thesaurum gerit. Idem *Mostell. sc.*1. *a.*4. *vers.*8. Thesaurum inde parant.(sup. plagarum: ibi loquitur de seruis fugitiuis à domino reprehensis,)&c. ¶ Thesaurus carbones facti sunt, Θησαυρὸς ἄνθρακες ἦσαν, prouerbio in eos dici consueuit,qui magnificis rebus expectatis, nihil nisi fumum reperiunt. ¶ Thesauri Gazæ antiquissimæ, Suet.*in Neron.cap.*31.

Thesaurarius, a, um, ad thesaurum pertinens. {Θησαυρικός. GALL. *De thresor.* ITAL.*De tesoro.* GERM. Des schatzs. HISP. *De tesoro.* ANGL.*Of a treasure.*} vt,Thesaurarij fures, apud Plaut.*in Aulul.sc.6.a.2.* Configε sagittis fures thesaurarios.

Thesaurarius, thesauri custos, & curator. Gl.Cyrill.

Thesaurizo,as. {אצר *atsár.* Θησαυρίζω. GALL.*Thesaurizer.*ITAL.*Thesaurizare.* GERM.Schätzen/ein schatz zusammen legen. HISP. *Atesorar aquel tesoro.* ANGL. *To mak a treasure.*} Thesaurum colligo, repono. Quod verbum frequenter apud Ecclesiasticos scriptores occurrit, alioqui classicis linguæ Latinæ autoribus non receptum.

Thesaurophylacium, Θησαυροφυλάκιον, ærarium, Θησαυροῦ φυλακή.

Theseus, Θησεύς, Ægei regis Athenarum & Æthræ filius: qui dum esset adolescens, opera Medeæ nouercæ penè veneno periit. Sed post mortem patris,ad regnum euectus,tam multa digna memoratu peregit, vt inter plures Hercules vnus connumeraretur. Debellauit Amazones, earúmque reginam Hippolytem rapuit: ex qua Hippolytum genuit. Creontem regem Thebarum Argiuos in bello cæsos sepeliri prohibentem interfecit. Oppressit & terribilem taurum in Attica,Minotaurum in labyrintho occidit, & Ariadnam Phædrámque Minois filias clàm secum abduxit: sed relicta Ariadna in Chio insula,Phædram sibi coniugio copulauit. Scironem, Procrustem, & Cinim latrones Atticæ neci dedit: debellauit Centauros: Thebas domuit: Pirithoüm præcipua coluit amicitia,quo cum descendit ad inferos ad rapiendam Proserpinam:sed occiso Pirithoö, ipse aliquandiu in vinculis Plutonis fuit detentus, donec ab Hercule, qui illum summa prosequebatur beneuolentia, liberaretur. Postremò iam senior, tot tantisque rebus gestis, patria regnóque pulsus in insulam Scyrum nauigauit,vbi periit, interemptus à Nicomede,vel (vt quidam volunt)ex loco edito post cœnam deambulando delapsus. Primus instituit Athenis Panathenæa, hoc est, communem celebritatem in honorem Mineruæ, quæ Græcè ἀθηνᾶ nominatur. Idem in Isthmo funebres ludos instituit. Reliqua vide apud Plutarch.

THESEVS, trium syllabarum. Θήσειος. Adiectiuum, apud Propert.*lib.*1. *Eleg.* 3.

———Qualis Thesea iacuit sedente carina
Languida desertis Gnosia littoribus.

Ouid. 1.*Trist.Eleg.*3.

O mihi Thesea pectora iuncta fide.

Theseis, idis, Θησηΐς, Poëma Thesei gesta complectens. Iuuen.*Sat.*1.

Vexatus toties rauci Theseide Codri.

Thesides,æ,Θησείδης, Patronymicum masculinum:quo Poëtæ vtuntur pro Hippolyto Thesei filio. Ouid.*Epist.*4.

Thesides, Theseúsque duas rapuêre sorores.

Thesis,is. {Θέσις. GALL. *Question, argument.* ITAL.*Questione, argumento.* GERM. Ein fürsatz/satzed. HISP.*Question, argumento.* ANGL. *A generall question or argument.*} Quæstio,siue argumentum,quod nobis tractandum disputandúmve proponimus.Cicer.*in Top.*Propositum interpretatur. ¶ Propriè autem thesis(vt Rhetores vtuntur)est quæstio generalis & infinita,nullis personæ,loci,aut temporis circunstantiis limitata. In quo differt ab hypothesi, quòd ea sit quæstio definita, certísque personis,temporibus & locis propria. Vt si hoc modo proponamus, Sitne omnino ducenda vxor, thesis erit. Sin id de vnoquopiam peculiariter quæramus,aut loci,temporísve circunstantiis restringamus,hoc modo, Sitne Catoni ducenda vxor Martia, eo tempore, quo omnia flagrant ciuili bello: iam dicenda erit hypothesis. Cic. *de Orat.* Orator à propriis personis, & temporibus semper, si potest, euocat controuersiam. Latius enim de genere,quàm de parte disputare licet: vt quod in vniuerso sit probatum, id in parte sit probare necesse. Hæc igitur quæstio à propriis personis ad vniuersi generis rationem traducta appellatur thesis.

Thesmophoria,Θεσμοφορία,Cereris sacra,quæ & Cerealia à Latinis,& initia dicuntur. Græci enim Cererem Θεσμοφόρον appellant, quasi legiferam, quo etiam epitheto nostri eam insigniuerunt. Virg.4.*Æneid.*

———mactant lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri.

Prima enim Ceres mortalibus leges dedisse putatur,propterea quòd ex agrorum diuisione primùm nata credantur iura. Ouid.5.*Metam.*

Prima dedit leges: Cereris sunt omnia munus.

Thesmothetæ. {מחוקקים *mechokekim.* Θεσμοθέται.} Magistratus apud Athenienses,à legum latione ita appellati:qui ætate & vsu docti,domi iura dabant,querelas accusationésque cognoscebant,déque controuersiis æquo examine decernebant, quotannis quoque leges recognoscebant emendabántque, & ad congruentiam sensúmque consentaneum reducebant. de his Plutarch.*in Solon.*

Thespiæ, Θεσπιαί, oppidum liberum in Bœotia (vt Strabo inquit *lib.* 9.) Heliconi proximum, sed eo magis Australe, Crissæo imminens sinui. Thespias nobilitauit Praxitelis Cupido à Glycerio meretrice ibi consecratus. ¶ Hinc Thespiades,Θεσπιάδες,dictæ sunt Musæ,seu Nymphæ Thespias incolentes. ¶ Sunt & aliæ Thespiæ in Magnesia Thessaliæ contermina, quarum meminit Plin.*lib.4. cap.9.*

Thespis, Θέσπις. Primus poëta Tragicus fuit apud Athenienses. Horat. *in Arte,*

Ignotum Tragicæ genus inuenisse Camœnæ
Dicitur, & plaustris finxisse poëmata Thespis.

De eo Plutarch. *in Solon.* ¶ Thespis alter Atheniensis, siue Thespius Erichthei regis filius, è pluribus fœminis filias genuit quinquaginta. Cum quibus vocatus ad epulas Hercules sigillatim concubuit: suscepítque totidem liberos mares,quæ Thespiadæ dicti sunt.Hi cum Iolao Herculis ex Iphicleo fratre nepote in Sardiniam profecti,ciuitates ibi plurimas extruxere. Autor Diodor.*lib.*5.

Thesprotia, Θεσπρωτία, Regio Epiri Chaoniæ proxima, teste Plin. *in Procem. lib.* 4. cuius incolæ dicuntur Thesproti. Θεσπρωτοὶ Stephan. Lucan.*lib.*3.

Thesproti, Dryopésque ruunt.

Thessalia,Θεσσαλία. Regio Græciæ,ex vna parte Bœotiam, ex altera Macedoniam habens,ad mare inter Peneum amnem, & Thermopylas extensa. Prius Æmonia,αἱμονία, ab Æmone rege, & Pelasgicon Argos & Hellas,ἑλλὰς,& Dryopis,δρυοπὶς dicebatur. In hac genitus rex nomine Græcus,à quo Græcia: ibi natus est Hellen, à quo Hellenes. Homerus eius incolas tribus nominibus appellat, Myrmidonas, Hellenas, & Achæos.Olim etiam Pyrrhæa dicta est,teste Strabone *lib.*10.à Pyrrha Deucalionis vxore: cuius tempore (vt inquit Aristoteles) ingens imbrium illuuies maiorem partem populorum Thessaliæ absumpsit,paucis,qui ad montium culmina sese receperant, conseruatis. Inter quos Deucalion Parnassum petierat,ratibúsque ad se confugientes per summa Parnassi iuga benignè fouebat. Propter quod dictus est genus hominum reparasse. In Thessalia montes vigintiquatuor, quorum nobilissimi Olympus, Pieria, parens domúsque Musarum, Pelion, & Ossa gigantum bello memorati. Idem Pindus,& Othrys Lapitharum sedes. Flumina in ea (vt scribit Herodotus) sunt Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamisus, Peneus & Phœnix.

Thessalus,a,um,& Thessalicus,a,um,adiectiuum.Θεσσαλικός.Plaut.*Amph.* Ego illum vlciscar Thessalum veneficum.

THESSALONICA, Θεσσαλονίκη. Vulgò *Saloniqui.* Vrbs clarissima Macedoniæ: ad sinum Thermaicum sita, non procul ab Echedori fluminis ostio: quæ primùm à Cassandro condita dicitur, & Halia appellata. Thessalonicæ autem nomen à Philippo Amynthæ filio accepit, quum ille in eius agro Thessalos ingenti clade profligasset.

Thessalonicenses, huius incolæ dicuntur, diui Pauli epistola notissimi. Θεσσαλονικεῖς.Ex hac vrbe ortum traxit Theodorus Gaza,vir superiori ætate vtriusque linguæ peritissimus.

Thestias, vide in sequenti dictione, *Thestios.*

THESTIVS,Θέστιος,Parthaonis filius,& pater Toxei,& Plexippi,& Althææ, matris Maleagri: à quo illi quidem Thestiadæ, hæc autem Thestias appellatur. Ouid.8.*Metam.*

———nec titulos intercipe fœmina nostros,
Thestiadæ clamant.

& paulò pòst,

Thestias haud aliter dubiis affectibus errat.

Idem *Eleg.6.lib.1. Trist.*

Thestias cremasse fertur natum sub stipite,&c.

Thestiades,Θεστιάδες,filiæ Thestij qui Erichthei,aut (vt alij volunt) Teuthrantis filius fuit,numero quinquaginta, ex diuersis mulieribus natæ ex quibus Hercules adhuc adolescens, sed iam tum corporis robore præstans, totidem liberos masculos sustulit, qui & ipsi ab aui nomine Thestiadæ dicti sunt. Hi post mortem patris cum Ilao illius ex Iphicleo fratre nepote, in Sardiniam profecti, multas in ea vrbes condiderunt. Autor Diodor.*lib.*5.

Thestylis, Θεστυλίς, mulieris rusticæ nomen, apud Theocrit. & Virgil. 2.*Eclog.*

Thestylis & rapido fessis messoribus æstu
Allia, serpillúmque herbas contundit olentes.

Thĕstōr, Θέστωρ, pater Calchantis peritissimi Græcorum auguris, qui à nomine patris Thestorides à poëtis appellatur. Ouid. *lib.* 12. *Metam.*
——at veri prouidus augur
Thestorides vincemus, ait, &c.

Thētă, θῆτα, nomen est literæ Græcæ, quæ apud nos valet th aspiratum. Hæc in Græcorum iudiciis nota erat condemnationis, quemadmodum apud Latinos C, quòd ea sit prima litera in dictione θάνατος, quæ illis mortem significat. Huc allusit Pers. *Satyr.* 3.
Et potis es vitio nigrum præfigere theta.

Thĕtĭs, idis, Θέτις, Pelei Thessaliæ regis vxor, Nerei marini Dei filia, & Achillis mater: de cuius nuptiis extat elegantissimus Luciani dialogus. Alij, è quibus est Aristoteles, Thetidem quæ mater Achillis fuerit, aiunt Chironis Centauri filiam fuisse. Vide Staphylum *lib. de rerum Thessalicarum,* &c. ¶ Accipitur nonnunquam pro mari: vt apud Virg. 4. *Eclog.* Tentare Thetin ratibus.

Theūdŏsĭă, Θευδοσία. Emporium nobile fuit ad Bosphorum Thracium, ita dictum ab vxore Leuconis eius regionis tyranni, qui primus hac in vrbe emporium instituit, Atheniensibúsque illinc frumentum euehentibus multas immunitates concessit: vt est videre apud Demosthenem *in oratione aduersus Leptinem.*

Theuropides, nomen senis Comici. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. *&* 17. ô Theuropides, Here salue, &c.

Theusimarche, Plaut. *Men. sc. vlt. a.* 5. Quod erat nomen nostræ matri? S. Theusimarche. M. Conuenit. Quidam libri habent, Theusimarce, non aspiratâ vltimâ.

Th eutoni, vide *Theutones.*

Thĭă, Θία, insula est in mari cretico, vna Sporadum non procul ab Hiera, quam sua primùm ætate emersisse, autor est Plin. *lib.* 2. *cap.* 88. *lib.* 4. *cap.* 12.

‖Thiasitas, sodalitas.‖

Thiasus, Θίασος, cantus tripudiantium in honorem numinis: & nominatim Bacchi. à θιάζω.

Thĭmbrōn, Θίμβρων, Lacedæmoniorum dux, qui aduersùs Persas in Asiam missus, subito Tiribazi aduentu est oppressus vnà cum Thersandro citharœdo, cum quo cœnabat. Vide Xenoph. *rerum Græcarum lib.* 4.

‖Thingo. Gloss. Thingare, manumittere absolutè, vel donare.

Thiax, donatio.‖

Thinissa, Θίνισσα, vulgò *Tunez.* Oppidum Africæ propriè dictæ, non procul ab Apollinis promontorio, non tamen idem cum Tunete, vt quidam malè tradiderunt. Vide Ptol. *lib.* 4. *cap.* 3.

Thĭōdămăs, antis, Θειοδάμας, pater Hylæ, quem Hercules Colchos nauigans secum duxit. Propertius,
Thiodamanteo proximus ardor Hylæ.
¶ Thiodamas alius, filius fuit Melampodis. Stat. *lib.* 4. *Theb.*
Insignem fama, sanctóque Melampode cretum
Thiodamanta volunt, &c.

‖Thirida, fenestra. Gl. g. b.‖

Thĭsbe, es, Θίσβη, puella fuit Babylonia, mutuo Pyrami vicini adolescentis amore capta: cuius miserabilem exitum vide suprà in dictione *Pyramus.* Thisbæus, Adiect. Ouid. 11. *Metam.*
Quæ nunc Thisbæas agitat mutata columbas.

Thĭsias, Siculus antiquissimus artium scriptor. Quint. *lib.* 3. *cap.* 1. Artium autem scriptores antiquissimi Corax & Thisias Siculi: quas insequutus est vir eiusdem insulæ Gorgias Leontinus Empedoclis (vt traditur) discipulus.

‖Thiubda, furtum. in ll. antiq. {Angl. *thefte* furtum. Germ. Dieb fur.} f. à debeo, quia debito se obligat illegitimè.

Thius. Gl. A. L. Tius, auunculus. Scribe *thius.*

Thladias, Θλαδίας, eunuchus factus, per θλάσιν, i. compressionem.‖

Thlăspi, siue Thlaspidion, siue Thlaspe, es, Θλάσπις, ἢ θλασπίδιον Dioscorid. θλάσπι Galen. Herba est, quam vulgus herbariorum *nasturtium tectorum* vocat. Dictum thlaspi ἀπὸ τοῦ θλᾶν, quod est contundere, siue confringere: eò quòd semen lenticulæ sit simile, sed infractum. Est thlaspi alterum, quod nonnulli sinapi Persicum appellant. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 13.

Thlasias, æ, dicitur à Iureconsultis qui testiculos habet fractos & contusos, ἀπὸ τῆς θλάσεως, id est, contusione. Dicitur & Thladias. {מרוח אשך *meróach éschech* מעוך *mahuch.*}

Thlibias, æ, Item species spadonum est: & dicitur is, cui testiculi attriti sunt. ἀπὸ τῆς θλίψεως, id est, contritione. Theophil. §. *sed &, in Institut.* {כתוּת *chathúth.*}

Thŏă, Thoæ, siue Thoë, es, Θοή. Nympha marina, Tethyos & Oceani filia, à natandi celeritate dicta. Hesiod. *in Theog.*
Μηλόβοσίς τε Θοή τε, καὶ εὐειδὴς Πολυδώρη.

Thŏās, antis, Θόας, fuit Rex in Taurica regione, ad quem delata est Iphigenia Agamemnonis filia, & ab eodem Dianæ Tauricæ sacris præfecta. Hunc postea occidit Orestes, à sorore adiutus, quum illum quoque Thoas Dianæ aræ destinasset. de quo Ouid. *lib.* 3. *de Ponto,*
Regna Thoas habuit Mæotide clarus in ora:
Nec fuit Euxinis notior alter aquis.
¶ Alter Rex Lemni fuit, Liberi patris filius, ex Ariadne Minois filia & pater Hypsypiles solus filiæ pietate seruatus, quum cæteræ omnes Lemniæ mulieres viros suos & parentes trucidarent: vt est apud Ouid. *lib.* 7. *Metam.*
Tum primùm sese trepidus sub nocte Thyoneus
Detexit, nato portans extrema Thoanti Subsidia, &c.
Idem *in Epist.*
En ego Minoo nata Thoante feror.
¶ A Thoas fiunt patronymica Thoantis, idos, & Thoantias: quæ à poëtis vsurpantur pro Hypsipyle Thoantis filia.

Thōs, is, Θώς, lupi genus cæteris procerius, crurúmque leuitate dissimile, velox saltu, venatu viuens, innocuum homini, per hyemes hirtum, æstate nudum. Autor Plin. *lib.* 8. *cap.* 34.

Thŏlūs, Θόλος, propriè erat vmbilicus testudinis in templis, ex quo donaria suspendi solebant. Virg. *lib.* 9.
——si qua ipse meis venatibus auxi,
Suspendive tholo, aut alta ad fastigia vexi.
Ouid. *lib.* 6. *Fast.*
Mox didici curuo nulla subesse tholo.
Idem *lib.* 6. *Fastor.*
Par facies templi: nullus procurrit in illo
Angulus.

Thōn, onos, Θῶν, Fuit primus qui apud Ægyptios medicinam in artem redegit: cuius meminit Homer. *lib.* 4. *Odyssea.* ¶ Alter, teste Hellanico, fuit Rex Canopi, ad quem quum Menelaus capta iam Troia in patriam renauigans, tempestate delatus esset, fuit primùm ab illo, antequam is Helenam conspiceret, benignè susceptus: sed vt illam conspexit, vim Menelao inferre conatus, ab illo interfectus est.

Thōnĭă, Θωνία, vrbs est, & caput Gabaonitarum, distátque à Gaza nostri littoris Iudææ oppido, mille quingenta, triginta septem millia passuum.

Thōnĭs, is, Θῶνις, Præfectus fuit Canopi sub Proteo rege Ægypti, quo tempore Alexander cum Helena vi tempestatis in Ægyptum appulsus est. Vide Herod. *lib.* 2. Hunc Hellanicus Thona appellat, regémque Canopi fuisse tradit, & Menelaum vi tempestatis eò delatum humanissimè excepisse hospitio, donec conspecta Helena, amore eius captus, quum Menelao insidias struere cœpisset, ab eodem est interfectus. Fuit præterea Thonis vrbis nomen in Ægypto, post Taphosiridem, non procul à Zephyrio promontorio: cuius meminit Strabo *lib.* 2.

Thoōn, o geminato, Θόων, fuit vir Troianus ab Antilocho interfectus. Homer. *lib.* 13. *Iliad.*

Thŏōsă, Θόωσα, Phorci filia, ex qua Polyphemum Neptunus genuit, Hom. *lib.* 1. *Odyss.*

Thootes, vnus fuit ex præconibus Græcorum, teste Homer. *lib. Iliad.* 2.

Thoranius, mango fuit, formam colorémque hominum venalium adulterandi, componendique peritissimus. Suet. *in August. cap.* 69. Qui (amici) adultas ætate virgines denudarent, atque perspicerent tanquam Thoranio mangone vendente.

Thōrāx, acis. {חזה *chazéh.* θώραξ. Gall. *Poitrine.* Ital. *Petto.* Germ. Die brust/der oberleib vom halß an biß auff den bauch. Hisp. *Hueco del cuerpo del hombre, pecho.* Angl. *The bulk or breast of a man.*} A medicis, & rei anatomicæ peritis dicitur pars corporis ab ipsis clauibus vsque ad diaphragma, costis vndique circunscripta, partésque vitales continens. Vnde quum apud Plinium Celsúmve legimus medicamentum aliquod vitia pectoris purgare, intelligere debemus concauitatem illam, quæ intra septum pectoris continetur. ¶ Accipitur item pro quouis munimento pectus tegente, siue illud laneum sit, siue ferreum, siue ex alia materia confectum. {שריון *schirjón.* Gall. *Halecret & autre armure de corps, anime.* Ital. *Pettorale, giuppone, giaco, corazza, corazzina.* Germ. Ein brustharnisch/krebs/brustblath. Hisp. *Las coraças, ò el jubon.* Angl. *A breast plate, corselet all maner of armour of the bodie.*} Virg. 10. *Æneid.*
——Thoraca simul cum pectore rupit.
Idem 11. *Æneid.*
——thoraca indutus ahenis
Horrebat squamis.
Plin. *lib.* 7. *cap.* 20. Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiosæ ostentationis quingenario thorace plumbeo indutum, cothurnísque quingentorum pondo calciatum per scenam ingredi. ¶ Laneus thorax. Sueton. *de August. cap.* 82. Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & subucula, thorace laneo, & femoralibus & tibialibus muniebatur.

Thōrācātus, {Θωρακοφόρος. Gall. *Vestu d'vn halecret.* Ital. *Armato di corazza.* Germ. Der ein brustharnisch oder krebs anhatt. Hisp. *Armado de coraças.* Angl. *That weareth a breast place.*} Qui thorace indutus est. Plin. *lib.* 35. Parrhasius pinxit Nauarchum thoracatum.

Thoracomachus, Θωρακομάχος, qui thorace instructus pugnat. Vide Anonymum *de reb. bellicis.*

Thoracopœus, Θωρακοποιός, qui thoraces facit: loricarius.

Thōrāx, acis, Θώραξ, mons est Libybus Hesperiis vicinus, Lethæo fluuio imminens, teste Strabone *lib.* 14. in quo dicunt crucifixum fuisse Daphitam grammaticum, propterea quòd reges versibus incesseret. vnde tractum est prouerbiale ænigma, Caue à thorace, φύλαττε τὸν θώρακα: quo vtimur quoties linguæ petulantiam frænandam volumus significare, ne voces petulanter emissæ aliquando per iugulum redeant. Vide Erasmi prouerbia.

Thrace, es, & Thracia, Θρᾴκη. Vulgò *Romania,* Europæ regio, Macedoniæ ad Occasum proxima, à Septentrione Istrum habens, ab Oriente Pontum, à Meridie Ægeum mare. Olim Scython, postea Thracia, à Thrace Martis filio, seu ab asperitate dicta: Græcè enim τρηχὺ asperum dicitur. Est enim regio (vt Pomponius scribit) nec cælo, nec solo tractabilis: & nisi quà mari propior est, infœcunda, frigidáque. Habet feros homines, aspero cultu. In ea sunt vrbes celebriores Apollonia, Ænos, Nicopolis, Byzantium, Perinthos, Lysimachia, Callipolis. Amnes sunt Hebrus & Nestos, Montes Æmus, Rhodope, & Orbelos. ¶ Dicitur & Thraca, æ. Virg. *lib.* 12. *Æneid.*
——gemit vltima pulsu Thraca pedum.

Thrāx, Θρᾷξ, gentile. Virg. 3. *Æneid.*
Terra procul vastis colitur Mauortia campis:
Thraces arant.
¶ Thrax pro gladiatore. Suet. *in Calig. cap.* 54. *& cap.* 35. *ibidem.*

Thrāssă, fœmininum, Θρᾷσσα, siue Threissa. Θρήισσα. Virg. 1. *Æneid.*
——qualis equos Threissa fatigat Harpalice.

Thrācĭus, a, um, possessiuum, Θρᾴκιος. Virg. 5. *Æneid.*
——Quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis.

‖Thraupalus, sambucus aquatica. H.P.

Thrēcĭus, a, um, Θρηίκιος. Virg. 5. *Æneid.*
——Threicia fretus cithara, fidibúsque canoris.

Thrācĭās, Θρακίας Dioscor. vel Tracius lapis, Silex est tam admirabilis naturæ, vt aqua madefactus accendatur, oleo autem affuso restinguatur.

guatur. Ita dictus (vt Nicandro placet) eo quòd in Ponto Thraciæ flumine inueniatur. Vide Galenum *lib.9. simp.* & Dioscorid. *lib.5.*

Thrascias, θρασκίας Aristoteli, ventus media regione flans inter Septentrionem & Occasum solstitialem. {ITAL. *Maistre tramontana.* GERM. Der winden einer so zwischen Mittnacht vnd der Sonnen nidergang herwehet.} teste Plin. *lib.2. cap.47.*

Thraseas, θρασέας, Auguris nomen, qui in summa siccitate Busirim Ægypti tyrannum adiens, ostendit à superis posse exorari pluuiam, si hospites immolaret. Quærente deinde tyranno, quísnam & cuius esset, quum se peregrinum profiteretur, Tu igitur primus, inquit Tyrannus, Ægypto aquam dabis. Ouid. 3. *de Arte,*

Dicitur Ægyptus caruisse rigantibus arua
Imbribus, atque annis sicca fuisse nouem;
Quum Thraseas Busirin adit, monstrátque piari
Hospitis effuso sanguine posse Iouem:
Illi Busiris, Fies Iouis hostia primus,
Inquit, & Ægypto tu dabis hospes aquam.

Hunc tamen nonnulli Thracium potius quàm Thraseam malunt appellare. ¶ Thraseas item θρασέας Suidæ, Philosophus fuit Stoicus sub Nerone: à quo quum iussus esset mori, fletum suorum magna constantia compescuit: porrectísque alacriter ad incisionem brachiis, humóque sanguine aspersa, Hunc, inquit, sanguinem libemus Ioui liberatori. Reliqua vide apud Tacit. *lib.10.*

Thrasius, seu Thrasilus, Vir quidam fuit, qui quum ad exorandas à Ioue pluuias Busirin docuisset hospites immolare, omnium primus mactatus est. Ouid. *in Ibin,*

Vt qui post longam sacri monstrator iniqui
Elicuit pluuias victima casus aquas.

Idem *lib.1. de arte amandi,*

Dicitur Ægyptus caruisse iuuantibus arua
Imbribus, atque annos sicca fuisse nouem:
Quum Thrasius Busirin adit, monstrátque piari
Hospitis effuso sanguine posse Iouem:
Illi Busiris, Fies Iouis hostia primus,
Inquit, & Ægypto tu dabis hospes aquam.

Thrăso, θράσων, nomen proprium gloriosi militis apud Terentium *in Eunucho.* ἀπὸ τοῦ θράσους, hoc est, ab insolentia, & ferocitate impositum. ¶ Fuit & nobilis statuarius eiusdem nominis, cuius meminit Plin. *lib.34. cap.8.* & Strab. *lib.14.*

Thrăsŭmēnŭs, θρασύμηνος. Vulgò *Lago di pergia.* {GERM. Ein see in Italia, heißt jetz Lago di Pergia.} Lacus in agro Perusino, Annibalis victoria, & Flaminij Consulis clade nobilitatus. De hoc Ouid. *lib. 6. Fastor.*

Sunt tibi Flaminius, Trasumenaque littora testes.

Dictus à Thrasumeno puero, quem Ægyla nympha rapuisse dicitur.

Thrăsybūlŭs, θρασύβουλος. Nobilis Atheniensis fuit, ingenti animi magnitudine, & amore in patriam singulari: qui vbi à triginta tyrannis in exilium actus esset, comparato exercitu non admodum magno, adiunctísque exulibus, sibi suísque reditum in patriam manu comparauit: lato priùs plebiscito de iniuriis vltrò citróque obliterandis: quam ἀμνηστίαν Græci appellant. Verebatur enim ne exules reducti, iniuriam suam vlciscentes, ciuitatem ciuibus exhaurirent. Cæsus est ab Aspendiis, noctu ad tabernaculum eius facto concursu, ob pecuniam acerbiùs imperatam. Vide Xenophontem *rerum Græcarum lib.4.* ¶ Fuit & alius Thrasibulus dux Milesiorum, qui vt portum Sicyoniorum occuparet, ex aduersa parte vrbem aggressus est: ad quam partem tuendam quum ciues vndique concurrerent, interim ex inopinato classe portum occupauit. Vide Front. Strab. *lib.2.*

Thrăsyllŭs, θράσυλλος, Atheniensis fuit, rei militaris peritissimus, qui æquali cum Thrasybulo imperio classi præfectus, Myndarum Lacedæmonium, Peloponnesiorum ducem apud Sestum Hellespontì vrbem nauali prælio superauit. Autor Thucyd. *lib.8.* Fuit & alius Thrasyllus insignis Mathematicus, cuius meminit Suet. *in Tiber. cap.14. & cap.62. ibid.*

Thrăsymăchŭs, θρασύμαχος, Sophista fuit ex Chalcedone Bithyniæ, qui primus in oratione numeros, & artificiosam verborum compositionem traditur inuenisse. Scripta eius enumerat Suidas.

Thrasymenus, vide *Thrasumenus.*

Thrăsymēdēs, θρασυμήδης, fuit filius Nestoris: vt autor est Homer *lib. 9. Iliad.*

‖Threna, vestes floridæ, & variegatæ. Rh.‖

Thrēnōdĭă, θρηνῳδία, cantus lugubris: quo genere primus omnium Simonides vsus fertur apud Græcos.

Threnōdus, θρηνῳδός, qui lugubria cantat, θρήνους ᾄδει. Item, qui conductus plorat in funere.

Thrēnus, θρῆνος, ὁ, ὁ, lamentum, luctus.

Threni, lamentationes, liber Ieremiæ in quo deflet miserum desolatæ Iudææ statum.

‖Threus, libertus. Item tertius. Gl. vet.

Threx, θρᾷξ, propriè Thrax, qui è Thracia: deinde gladiator. quales Thraces esse solebant.‖

Thria, æ, siue Thrie, ûs, θρία, ἢ θριὼ Stephano, vicus est Atticæ, in tribu OEnide: à quo Thriasij populi, & campus Thrasius: cuius meminit & Plin. *lib.4. cap.7.* & multis in locis Thucydides.

‖Thrion, thrium, iucundum edulium Atheniensium frondibus ficulneis obuolutum. Turn.

Thrissa, piscis marinus. Rond.‖

Thrius, Thriuntis, θριοῦς, oppidum Elidis, olim Achaiæ, Patris proximum: ita dictum à Thriunte quodam Atheniensi, quem Theseus Herculi suppetias misit.

Thridacias, θριδακίας, Mandragora fœmina; à lactucarum similitudine, quas θρίδακας vocant Græci, nomine imposito. Autor Dioscorid. *lib.4. cap.17.*

Thrĭps, {עש *hasch.* θρὶψ. GALL. *Teigne, petit ver qui s'engendre dans le bois, & le mange.* ITAL. *Tarlo, tarma.* GERM. Ein holtzwurm. HISP. *El gusano que roe la madera.* ANGL. *A worme engendred in wood.*} Teredinis genus, lignum erodens, culici non dissimile. Autor Plin. *lib.16. cap.41.*

Thrŏnĭum, θρόνιον, oppidum est Locrorum Epicnemidiorum, ad Boagrium amnem, non procul à sinu Maliaco. Plin. *lib.4. cap.7.*

Thrŏnŭs, {כסא *chissé.* θρόνος. GALL. *Throsne, chaire.* ITAL. *Seggio, sedia, catedra.* GERM. Ein thron, ein herrlicher stul oder sitz. HISP. *La silla, ò silla real.* ANGL. *A throne.*} A nostris sedes, siue solium dicitur. Quamuis in Scripturis sacris throni quandoque non pro cathedris, sed pro virtutibus aliquibus cælestibus, in quibus Deus semper sedeat, quasi in quadriga sua, ponatur.

Thryallĭs, θρυαλλίς. Genus herbæ, quæ aliàs Lychnitis dicitur, folia habens terna, aut quum plurima, quaterna, crassa, pinguiáque, ad lucernarum lumina apta. Vide Plin. *lib.25. cap.10.*

Thryŏn, θρύον, Messeniæ oppidum, non ita procul ab Alpheo fluuio: cuius meminit Hom. *in Catalogo nauium,* & Strabo *lib.8.* & Plin. *lib.4. cap.5.*

THŪCYDĪDĒS, idis, & idæ. θουκυδίδης. Historicus Atheniensis, Holori filius, nobili inprimis genere, vt qui à Miltiade & Cimone ducibus ortum traheret, qui & ipsi genus suum ad Æacum Iouis filium referebant, vxorem duxit è Thracia oriundam, alioqui diuitem: cuius opes adsecutus, non in voluptates, sed bonam earum partem in otium literarum erogauit. Nam bellum Peloponnesiacum scribere aggressus, eodem, quo illud gerebatur, tempore, Atheniensibus pariter ac Lacedæmoniis aliquot militibus qui bello interessent, mercedem præbebat, vti res quotidie veras sibi renuntiarent, quas fideliùs se accepturum sperabat, si non solùm ab amicis, sed etiam ab hostibus de iis edoceretur, ne partes quisque suas falsò tueretur. Præceptores habuit in Philosophia, Anaxagoram, & in Rhetorica Antiphonem. Scripsisse autem putatur historiam in Ægina insula, quo in exilium se contulerat. Sepultus est in agro Attico iuxta sepulchra Miltiadarum, in loco qui Cœla appellatur. Quidam Athenis obiisse dicunt, expleto iam legitimo relegationis tempore. Alij in Thracia decessisse volunt, ossáque eius Athenas in maiorum suorum sepulchra fuisse relata: vbi & cippus erectus fuit cum hac inscriptione: Thucydides Holori iacet hoc Alimusius antro. Hæc ferè ex Marcellino. Quintil. *lib.10. cap.1.* de Thucydide sic scribit, Thucydides (inquit) & Herodotus longè cæteris in historia præferendi, quorum diuersa virtus laudem penè est parem consecuta. Densus & breuis, & semper instans sibi Thucydides: dulcis & candidus, & effusus Herodotus: ille concitatis, hic remissis affectibus melior: ille concionibus, hic sermonibus: ille vi, hic voluntate. Dionysius Halicarnasseus scribit Demosthenem adeò Thucydidis stylum probasse, vt eius librum octies sua manu descripserit, totúmque ferè edidicerit. Cicer. *in Brut.* Thucydidem (inquit) imitamur. Optimè, si historiam scribere, non si causas dicere cogitatis. Thucydides enim rerum gestarum sincerus pronuntiator & grandis etiam fuit: hoc forense concertatorium non tractauit genus. Orationes autem quas interposuit (multæ enim sunt) eas ego laudare soleo, imitari neque possim, si velim: nec velim fortasse, si possim. Hactenus Cicer. ¶ Fuerunt & alij eiusdem nominis, qui commemorantur à Marcellino. Vnus Milesius Athenis inter principes viros ac duces habitus, æmulus Periclis. Alius Pharsalicus Memnonis filius, cuius meminit Polemon in his, quæ de Acropoli scripsit. Tertius natione Achedrysius, cuius meminit Androtion in Atthide, dicens eum filium fuisse Aristonis, qui fuit tempore Platonis Comici, & Agatonis Tragici, ac Nicerati versificatoris. Ex Marcellino.

Thucydidius, a, um, Adiectiuum. Cicer. *in Orat.* Ecce autem aliqui se Thucydidios profitentur, nouum quoddam imperitorum & inauditum genus.

Thūlē, es, θούλη. Insula est in ditione Scotorum, in Septentrionem vergens, vltra Orcadas, latitudinem habens graduum LXIII. Quo fit vt circa æstiuum solstitium quàm breuissimæ ibi sint tenebræ Sole ab illorum horizonte quàm minimum recedente: quemadmodum contrà circa solstitium hybernum nihil ferè aut quàm minimum habent diei, Sole Tropicum Capricorni ab illis disiunctissimum perambulante. Hæc extrema fuit earum, quæ in Septentrionali Oceano Romanis fuerunt cognitæ: vnde etiam à Virgilio vltima Thule appellatur 1. *Georgic.*

———*Tibi* (inquit) *seruiat vltima Thule.*

Thunnus, (sic enim antiqui scribebant, qui nullam recipiebant literam peregrinam.) Vide *Thynnus.*

Thuria, æ, θουρία, oppidum Messenaici agri non procul à Pheris, excelso in loco situm, vnde & αἴπεια veteres appellarunt. Ab hoc oppido propinquus sinus Thuriaces dicitur. Autor Strabo.

Thurianus, genus est piscis marini, quem alij xiphiam vocant. Plin. *lib.32. cap.11.*

Thurium, θούριον, vrbs magnæ Græciæ, olim nobilissima, ad sinum Tarentinum sita, inter Crathin & Sybarin amnes: à Thuria vicino fonte nomen habens. ¶ Huius incolæ Thurij dicti sunt & Thurini, θούριοι & θουρῖνοι, Qui quum aliquandiu floruissent, à Lucanis in seruitutem tracti, & à Tarentinis infestati, tandem in Romanorum tutelam sese dedere sunt coacti: qui eò deducta colonia, vrbem eorum pro Thurio Copias appellarunt. Hæc Strabo *lib.6.*

Thurina regio, vnde maiores Augusti Cæsaris orti sunt, in cuius originis memoriam ipsi infanti cognomen *Trurino* inditum est, vt auctor est Suet. *in August. cap.7.*

THŪS, uris, {לבונה *lebonáh.* λίβανος. GALL. *Encens.* ITAL. *Incenso.* GERM. Weyrauch. HISP. *El encienso.* ANGL. *Franken sence.*} Lacrima est exiguæ arbusculæ, vni terrarum Arabiæ concessæ, gratissimum in sacrificiis deorum suffitum præbens: vnde etiam nonnulli nomen accepisse existimant ἀπὸ τοῦ θύειν, quod est sacrificare. Alij Latinam vocem esse putant, à tundendo dictam: vnde & citra aspirationem scribere malunt. Sed de hoc latiùs infrà suo loco in *Tus.* Thus masculum, est id, quod recentiores thus mannam vocant, maiores scil. & subrufæ thuris lacrimæ: reliquum thus pollen vocatur.

Thurarius, qui thus parat & vendit.

Thuribulum vas est rebus diuinis agendis dicatum, vt docet M. Tullius *Verrin.6.* & passim.

Thūscĭă, Italiæ regio, à Latio Tiberi, à Liguribus Macra fluuio diuisa, quæ alio nomine Hetruria dicitur. τυρρηνία. Dicta Thuscia (vt quidam existimant) ἀπὸ τοῦ θύειν, quod est sacrificare, propterea quòd Tyrrheni

semper

semper habiti fuerint religiosi, deorúmque cultui & sacrificiis ad superstitionem vsque dediti. Vulgò *Toscana*.
Thūscī dicti sunt regionis huius incolæ, qui & Tyrrheni dicuntur, τυῤῥηνοί. Quidam citra aspirationem scribere malunt.
Thussagetæ, siue Thyssagetæ. Vide *Thyrsageta*.
Thya, θύα, arbor odorifera, quæ notiore nomine cedrus, & ab Homero trogete dicitur, teste Plin. *lib.* 15. *cap.* 16.
‖Thyinus, a, um, ex thya factus.‖
Thyamis, θύαμις, fluuius qui Thesprotidem, Cæstrinámque discriminat, teste Thucidide *lib.* 1. Meminit huius fluuij Plin. *lib.* 4. *cap.* 1.
‖Thyas, θυὰς, mænas, furore percita. à θύω cum impetu tuo.‖
Thyăsŭs, θίασος, Saltatio, siue chorea dicitur, quæ Baccho exhibebatur: à verbo θυάζειν, quod est Orgia celebrare. Virg. 5. *Eclog.*

Instituit Daphnis thyasos inducere Baccho.

Thyătīră, θυάτειρα, insula est maris Ionij, vna Echinadum Ætoliæ adiacentium, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. Vnde Thyatireni: Sueton *in August. cap.* 8. pro Laodicenis, Thyatirenis, Chiis terræmotu afflictis, &c. ¶ Est item Ioniæ ciuitas in Asia ad Lycum fluuium, teste eodem Plin. *lib.* 5. *cap.* 9. Strab. *lib.* 13. Misiæ attribuit, Stephanus Lydiæ.
Thybrĭs, θύβρις, nomen vnius ex comitibus Æneæ. Virgil. *Æneid. lib.* 10.

Assaracique duo, & senior cum Castore Thybris,
Prima acies, &c.

Thyĕllă, θύελλα, OEnotriæ vrbs, in qua pars Phocensium concedit, vt ex Herodoti sententia refert Stephan. ¶ Homerus Thyellam quartam Harpyiam videtur appellasse: respiciens nimirum ad vocis proprietatem, quæ apud Græcos repentinam & sonoram significat procellam.
Thyĕstes, θυέστης, fuit filius Pelopis ex Hippodamia, & Atrei frater, ac Tantali nepos, qui quum fratri, cui pessimè cupiebat, aliter nocere non posset, vxorem eius per adulterium polluit; Atreus verò ei filium epulandum apposuit. Ob quæ flagitia Sol, ne pollueretur, retrò fugisse fertur. Thyestis fabula sic scribitur à Seruio, Atreum & Thyestem germanos, quum dissensione sibi nocere non possent, in simulatam gratiam ferunt rediisse: qua occasione Thyestes cum fratris vxore concubuit; Atreus verò ei filium epulandum apposuit: quæ Sol abominatus, ne pollueretur, aufugit. Sed veritas hæc est, Atreum apud Mycenas primùm Solis eclipsim inuenisse: cui inuidens frater, ex vrbe discessit eo tempore, quo eius probata sunt dicta. Hactenus Seruius, enarrans illud Virg. *lib. Æneid.* 1.

Nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab vrbe.

Et rursus in illud 11. *Æneid.*

Atrides Protei Menelaus adúsque columnas
Exulat &c.

Thyĕstēŭs, a, um, θυέστειος, Ouid. *lib.* 15. *Metam.*

Néve Thyesteis cumulemus viscera mensis.

Thyĭă, θυία, nomen filiæ Cephisi quæ prima Liberi patris initiata fuit Orgiis, à qua Thyiades, & Thyiæ. Herodot. *lib.* 7. Ab hac vrbs eiusdem nominis in qua colitur.
Thyiădĕs, θυιάδες, Bacchi sacrificulæ, quæ & Bacchæ & Mænades, & Bassarides dicuntur. Rationem autem huius nominis quidam referunt ad Thyiam quandam Cephisi filiam, quæ prima omnium Dionysio initiata, Orgia eius celebrauit, Bacchicóque furore correptis nomen reliquit, vt ab ea Thyiades dicerentur. Alij hanc non Cephisi, sed Castalij cuiusdam indigenæ filiam fuisse volunt. Vide Cæl. Rhodig. *lib.* 16. *cap.* 19.
‖Thyisca, θυίσκη, thuribulum, acerra: item mortariolum. à θύω suffio.‖
Thyītes, θυίτης, genus est lapidis durissimi, ex quo mortaria fieri consueuerunt: vnde & à Plinio lapis mortariorum vocatur: & à Græcis θυίτης: quibus θυία mortarium est.
Thymallus, θύμαλλος, genus piscis pretiosi, de quo Ambros. *lib. Hexaëm.* Neque te inhonoratum nostra persecutione thymalle dimittam, cui à flore nomen inoleuit, seu Ticini vnda te fluminis, seu amœni Athesis vmbra nutrierit, flos es. Quid specie tua gratius? quid suauitate iucundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrant hoc tu corpore tuo spiras.
Thymbĕr, θύμβρος, Latini cuiusdam nomen à Pallante occisi, apud Virg. 10. *Æneid.*

Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.

Thymbră, æ, {θύμβρα Dioscor. GALL. *Sarriette*. ITAL. *Santoreggia herba*. GERM. Sedeney/ oder saturey / gartenysop. HISP. *Axedera yerua*. ANGL. *Sauerie*.} Herba est satis nota, quam Latini cunilam appellant, apibus gratissima: vnde etiam scriptores rei rusticæ circa aluearia ferendam præcipiunt. Virg. 4. *Georg.*

——— & grauiter spirantis copia thymbræ.

Duæ autem sunt thymbræ species, satiua & agrestis: illa condimentis gratior, quæ & Satureia dicitur: hæc medicinæ vtilior. Samonicus *cap. de splene*, Ac thymbræ speciem (quam commemorant cephaloten, prædixit splehi Deus Idæ posse mederi.
Thymbră, æ, θύμβρα, campus est Troadis, per quem Thymbrius fluuius in Scamandrum influit. Thymbræ autem nomen huic campo factum putat Seruius à copia thymbræ herbę, quam Romani cuniculam vocant, cuius maximus hoc in campo est prouentus. Fuit item Thymbra vetustum iis in locis oppidum, Dardani opus, cuius meminerunt Strab. *lib.* 13. & Plin. *lib.* 5. *cap.* 30. ¶ Item delubrum Apollinis, qui à loco cognominatus est Tymbræus, teste eodem Strabone *loco iam citato*.
Thymbræŭs, θυμβραῖος, Apollinis cognomentum, siue à Tymbra Troadis campo, siue ab eiusdem nominis in vrbe in qua colebatur, impositum. Virg. 3. *Æneid.*

Da propriam Thymbræe domum.

Vbi Seruius, Thymbræus Apollo dictus est à loco Troiæ vicino pleno thymbra, in quo & nemus habuit templum, in quo à Paride occisus est Achilles. Ergo Thymbræus, vt Delius, Nam numina à locis frequenter nomen accipiunt. Verùm quia Græcè θύμβρα dicitur, in deriuatione, α in æ diphthongum mutatur: vt, Αἶτνη, Ætnæus: Δίρκη, Dircæus, Κρήτη, Cretæus. Apollini Tymbræi templum Strabo ea in parte fuisse tradit, qua Thymbrius fluuius in Scamandrum influit: quo in templo ferunt Achillem à Paride fuisse interemptum. Vnde factus est locus fabulæ, vt Achilles Apollinis sagittis diceretur esse interfectus.
Thymbrără, θύμβραρα, oppidum Asiæ ad Pactolum fluuium, teste Xenophonte *in Pædia*.
Thymbrĭŏs, θύμβριος, fluuius est Troadis, per campum, cui nomen Tymbra, in Scamandrum influens. Autores Steph. & Strab. *lib.* 13.
Thymbrĭă, θυμβρία, Cariæ vicus, iuxta antrum Charonium, quo in loco propter pestiferas exhalationes, inferorum fauces esse credebantur. Autor Strabo *lib.* 14.
Thymĕlē, {מגדל mithdál. θυμέλη. GALL. *Chaire, pulpite*. ITAL. *Pergamo, pulpito, pergolo*. GERM. Ein hoher stul auff einer brucke/auff welchem in den schawspilen das vordergesecht gehalten ward. HISP. *Pulpito ò predicatorio*. ANGL. *A pulpet*.} Pulpitum erat in orchestra altum pedes quinque, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum, quoad Comœdiæ chorum habuerunt, cæterique personarum non habentes, fabulæ subseruiebant: histrionibúsque in scenam abditis, populum gesticulatione retinebant. ¶ Est præterea Thymele nomen notissimæ saltatriculæ: cuius gesticulatione Domitianus impensè fertur delectatus. Martial. *lib.* 1.

Qua Thymelem spectas, derisorémque Latinum,
Illa fronte, precor, carmina nostra legas.

Vide de hoc plura in Annotationibus Viuis *in Augustinum de ciuitate Dei.*
Thymelicus, a, um, Apuleius *Apolog.* 1. Thymelicum Choragium.
Thymĕlĭcī, θυμελικοί, dicuntur gesticulatores, qui in pulpito orchestræ, quod thymelem vocabant, fabulæ subseruiebant, & histrionibus in scenam abditis populum gesticulatione retinebant. Meminit horum Vitruuius, diuersósque eos facit à scenicis. ¶ Thymelici sunt οἱ ἐν ὑποκρίσει τὴν τέχνην ἐπιδεικνύμενοι, inquit Suidas, id est, qui personati artem ostentant. Est enim θυμέλη locus editior, vbi actores saltabant. Scenici enim dicebantur histriones qui in scena fabulam agebant: thymelici verò qui personam ex fabula non habentes, ante scenam in orchestra saltabant, & scenæ subseruiebant.
‖Thymelæa, herba cathartica. H.P.‖
Thymĭāmă, tis. {קטרת ketóreth. θυμίαμα. GALL. *Encensement, parfum*. ITAL. *Profumo*. GERM. Ein herlicher vnd lieblicher rauch. HISP. *Sahumerio*. ANGL. *A sweet perfume*.} Suffitus, vaporatio, suffimentum, ἀπὸ τοῦ θυμιᾶν, quod est vaporare, suffire.
Thymĭātērium, Thuribulum, vel etiam locus, in quo suffitus solet adoleri.
Thymoētē, θυμοίτης, Priami filius fuit ex Arisbe (vt quidam volunt) cuius vxor quum filium peperisset eodem die quo Hecuba Paridem, asserentibus hariolis eo die natum esse puerum, cuius causa Ilium euerteretur, iussit Priamus vtrunque interfici. Et Paris quidem matris astu clàm traditus est educandus: Thymœtis autem puer est interfectus. Cuius iniuriæ vltione in multos annos dilata, Thymœtes, quum equi lignei dolum sentiret, commodum sibi vindictæ tempus oblatum ratus, primus autor fuit, vt in vrbem reciperetur. Hæc ferè Seruius, enarrans locum Virgilij,

——— primúsque Thymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari
Siue dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant.

Thymŭs, vel Thymum. {θύμος. GALL. *Du thym*. ITAL. *Timo herba*. GERM. Welscher quendel/thymchen vnd immertraut. HISP. *Tomillo yerua*. ANGL. *Time herbe*.} Frutex humilis, odoratus, apibúsque gratissimus. Virg. 3. *Eclog.*

Dúmque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ.

Horat. 2. *Carm.*

——— vt apis Matinæ
Grata carpentis thyma per laborem.

Sunt autem thymi duo genera, album scilicet, & nigrum. ¶ Vnde Bithymum mel, quod ex vtroque thymo collectum est. Plin. *lib.* 16. *cap.* 6. ¶ Thymus item, vt inquit Iulius Pollux, verrucula est, Ægyptiæ fabæ magnitudinis, scabra, & subrubens sanguine, cuius summa pars (vt Celsus inquit) florem thymi repræsentat, in genitalibus, sede, feminibus, palmis, & inferioribus pedum partibus nascens. Vide Plin. *lib.* 12. *cap.* 10.
Thymītēs, {θυμίτης. GALL. *Vin de thym*. ITAL. *Vino de tymo*. GERM. Welsch quendelwein. HISP. *Vino de tomillo*. ANGL. *VVine of time*.} Vinum thymo conditum: ea forma dictum, qua Absinthites, & Abrotonites: de quo Col. *lib.* 12. *cap.* 36.
Thymīnŭs, adiectiuum, quod ex thymo factum est. {ὁ θυμίτης. GALL. *Faict de thym*. ITAL. *Fatto de tymo*. GERM. Auß welschquendel gemacht. HISP. *Hecho de tomillo*. ANGL. *Made of tyme*.} Colum. *lib.* 6. *cap.* 33. Cum melle Attico, vel si id non est, vtique thymino celeriter leuatur.
Thymōsŭs, aliud adiect. {ὁ καὶ ἡ θυμώδης. GALL. *Plein de thym*. ITAL. *Pieno di tymo*. GERM. Voll tymchen/oder welschenquendel. HISP. *Lleno de tomillo*. ANGL. *Full of time*.} Plin. *lib.* 11. *cap.* 15. Thymosum mel non coit.
Thyni, θυνοὶ, Thraciæ populi fuerunt ad Hebrum fluuium, quorum pars in Asiam transgressa, iuxta Apolloniam & Salmydessum consedit: quem tractum ab ipsis Thyniacum littus appellat Strabo *lib.* 12.
Thynias, adis, θυνιὰς, Ponti Euxini insula, Bithyniæ adiacens, trium millium passuum ambitu, alio nomine Apollonia dicta. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 12.
Thynnŭs, {תנין tannin. θύννος. GALL. *Thon, ou thonnine*. ITAL. *Tonno*. GERM. Thunnuß/ist ein meerfisch/wirt eingesaltzen/ tonnenfisch. HISP. *El Atun pescado conocido*. ANGL. *A tunnie fish*.} Piscis marinus est notissimus, qui mense Maio copiosissimè capitur in freto Gaditano. Nam id temporis ex Oceano Atlantico in mare Mediterraneum irrumpit, non paruo Gaditanorum quæstu, qui infinitam eorum multitudinem retibus extrahunt, cetariísque inferunt, saliúntque, membratímque dissectos, & in cadis asseruatos, celebri mercimonio per omnem Europam diffundunt. Hæc ferè ex libello Pauli Iouij de Romanorum piscibus.
Thynnĕum, θυννεῖον, Sacrum erat, quo piscatores Neptuno thynnum immolabant, spe impetrandæ ab illo felicioris capturæ. Vide Cælium Rhodiginum *lib.* 5. *cap.* 6.

Thynos, Θυνός, Ciliciæ oppidum, non procul à Pyramo fluuio, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Thynus, a, um, Adiect. vt, Merce thyna beatus. Horat. 3. *Carm. Ode* 7. Hoc est Bithyna, inquit Acron.

‖Thyomăta, vnguenta ex aromaticis. Rh.‖

Thyōneūs, trium syllabarum, Θυωνεύς, cognomen Bacchi, quod à θύω, id est, sacrifico, quidam deductum putant, quòd illi adhuc inter humanos versanti sacrificaretur. Quanquam non desunt, qui id cognominis eum à matre sua Semele accepisse velint, quæ alio nomine dicta est Thyone, Θυώνη. Ouid. 5. *Metam.*

Additus his Nyseus indetonsúsque Thyoneus.

Thyrea, siue Thyre, per contractionem, Θυρέα, ἡ Θύρη, oppidum est in confinio Lacedæmoniorum, & Argiuorum: cuius causa aliquandò grauia bella inter illos emerserunt. ¶ Huius incolæ dicuntur Thyreates, Θυρεάται Stephano. Est item Thyrea insula ante Peloponnesum è regione Hermiones, non procul à Trœzene: cuius meminit Herodot. *lib.* 3.

Thyricos, Θυρικός, populus in Attica regione, ex Acamanteide tribu. Autor Strabo.

‖Thyrophoria, festum, in quo gestantes thyrsos templum ingrediebantur. Stuck.‖

Thyrsagĕtæ, Populi sunt Scythiæ vltra Sauromatas, ex venatione victitantes. Mel. *lib.* 1. Thyrsagetæ, Turcæque vastas syluas occupant, aluntúrque venando. Hi à Plinio Thussagetæ appellantur à Strabone, Ptolemæo & Stephano Θυσσαγέται. Quo fit, vt suspicer apud Melam r literam librariorum culpa irrepsisse.

Thyrsis, Θύρσις, nomen est pastoris proprium, apud Virg. 7. *Eclog.*

Thyrsŭs, {θύρσος. Gall. *La tige ou verge de quelque herbe que ce soit.* Ital. *Torso, ò tronco.* Germ. Ein auffrechter krautstengel. Hisp. *El ramo ò troncho de berça.* Angl. *The stalk or stemme of an herbe.*} Propriè dicitur illud in herbis, quod virgulæ in modum, vel teli rectitudinem consurgit. Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. Inuentum omnes thyrsos vel folia lactucarum prorogare vrceis conditos, ac recentes in patinis coquere. Idem, Folia lactucæ tosta, thyrsúsque ex aceto bibuntur. Sueton. *in August. cap.* 77. pro potione sumebat: vel lactucæ thyrsum, vel, &c. ¶ Lucret. accipit thyrsum pro furore, ardore, stimulo, vel instinctu, quum ait, Percussit thyrso laudis spes magna meum cor. Item Ouid. 3. *Fastor.*

———fœmineos thyrso concitat ille choros, (nempe Liber, siue Bacchus.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Sic vbi mota calent sacro mea pectora thyrso, &c.

Translatio est à Bacchi thyrsis, quorum tractu fanatici & perciti furore reddi homines censebantur. Ouid. *in Fast.*

Vt quas pampinea tetigisse bicorniger hasta
Creditur, huc illuc qua furor agit, eo.

¶ Est verò thyrsus hasta aculeata, hederis obtecta, quam in Orgiis Bacchæ quatiebant. Tacit. Messalina crine fluxo thyrsum quatiens. Scribit Diodorus, Dionysium in exercitu habuisse mulieres thyrsis armatas. Et Macrobius ait. Liberum patrem tenere thyrsum, quod est latens telum, cuius mucro hedera lambente protegitur.

Thyrsĭgĕr, dictus est Bacchus, θυρσοφόρος. Seneca *in Medea*, Candida Thyrsigeri proles.

‖Thysani, schismata, seu scissuræ. Rh.‖

Thyssagetæ, vide *Thyrsagetæ.*

Thyssūs, Θυσσός, oppidum est in finibus Macedoniæ, ad radicem montis Atho: cuius meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 10. & Herodotus *lib.* 7.

T I

Tĭārā, generis fœm. {מצנפת מצבעת *mitsnéphet* מצבעת *mithbahâh.* τιάρα, κυρβασία. Gall. *Ornement de teste de femmes de Perse, duquel ont vsé puis aprés les Rois & Pontifes.* Ital. *Ornamento di donne Persicane, vsato poi di Rè & principi, mitra, capello, mazzochio.* Germ. Ein hauptgezierd der weiber in Persia / wirt genommen für ein Königs hut oder Bischoffs ynffel. Hisp. *Mitra, corona, capelo, ò sombrero.* Angl. *A kind of ornament worne on the womens heades in Persia.*} Ornamentum capitis Persicarum priùs mulierum, quo postea vsi sunt reges, & sacerdotes. Iuuen *Satyr.* 6.

———& Phrygia vestitur bucca tiara.

Virg. per vsurpationem dixit,

———Sceptrúmque, Sacérque tiaras.

Suet. *in Ner. cap.* 13. Dein (Armeniæ regi) precanti, tiara deducta, diadema imposuit, &c. Alioqui enim Tiara dicimus, teste Seruio. Hier. *ad Fabiolam*, Quartum est genus vestimenti rotundum pileolum, quasi sphæra media sit diuisa, & pars altera ponatur in capite, hoc Græci, & nostri τιάραν, nonnulli galerum vocant. Non habet acumen in summo, nec totum vsque ad comas tegit, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atque ita in occipitio vitta constrictum est, vt non facilè labatur ex capite.

Tiare, es, τιάρη oppidum Teuthraniæ, quæ est regio Asiæ supra Æolidem, & partem Troadis. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 30.

Tiatira, vide *Thyatira.*

Tĭbărēnī, Τιβαρηνοί, populi Chalybibus contigui, teste Pomponio *lib.* 3. in risu & lusu summum constituentes bonum: tenacissimi interim iustitiæ, qui nisi antè denuntiato die, hostem non adoriantur. De his memoriæ prodidit Nymphodorus, Muliere partu soluta, virum in lectulo decumbere, & tanquam, partus autorem ab vxore puerpera curari. Quod & ipsum confirmat Valer. Flacc. *Argon. lib.* 5. his versibus,

Inde Genetæi templum Iouis, hinc Tibarenum
Dant virides post terga lacus, vbi deside mitra,
Fœta ligat, partúque virum fouet ipsa soluto.

Vide *Tabareni.*

Tiberias, Τιβεριάς, vrbs Iudææ, ad lacum Genezaritidem, ab Herode condita, & in gratiam Tiberij Cæsaris ita appellata.

‖Tiberiopolis, M. sub P. Constantinopolitano.‖

Tiberius, Τιβέριος, Liuiæ Augustæ filius, & priuignus Augusti, eiusdémque in imperio successor, omni auaritiæ, libidinis, & crudelitatis genere contaminatissimus. Vitam eius vide apud Suet. eadem prorsus libertate descriptam, qua ille vixit. ¶ Fuit & Sophista eiusdem nominis, cuius scripta enumerantur à Suida. Tibereius, a, um, adiect. Τιβερήϊος. Stat. 3. *Sylu.* 14.

———Tibereia primum
Aula tibi, vix dum ora noua mutante iuuenta
Panditur.

Tĭbĕrĭs, is, qui & Thybrĭs, Θύβρις Dionysio, Τίβερις καὶ Θύμβρις Stephan. Vulgò *Tevere.* Celebrrimus Italiæ fluuius, è media ferè longitudine Apennini, Aretinorum finibus defluens, qui multis deinde fluminibus auctus, ab Hetruria Latium, Ianiculúmque ipsum ab vrbe Roma dirimit, tandémque decimoquinto ab vrbe lapide duobus ostiis, modico interuallo diremptis, in mare euoluitur, ea in parte qua Ancus Martius Ostiam extruxit. De ratione nominis diuersi diuersa prodiderunt, adeò vt non facilè fuerit certi aliquid constituere. Liuius à Tiberino Albanorum rege dictum existimat, in traiectu eius submerso, quum antea Albula diceretur. In qua sententia Ouid. quoque fuisse videtur, sic scribens *lib.* 2. *Fast.*

Albula quem Tiberim mersus Tiberinus in vndis
Reddidit, hibernis fortè tumebat aquis.

¶ Tiberis inundatio ominosa. Vide Suet. *in Othon. cap.* 8. Seruius, Tiberis nomen ipsa etiam Alba vetustius esse contendit: ideóque nominis eius originem ad Thybrin potiùs Hetruscorum regem referendum existimat, qui Latium crebris latrociniis infestans, tandem circa hunc fluuium est occisus. Cui sententiæ Virg. quoque non obscurè subscribit: apud quem sic loquitur Euander *lib.* 8. *Æneid.*

Tum reges, aspérque immani corpore Thybris,
A quo pòst Itali fluuium cognomine Thybrim
Diximus.

Alij non tam à regis huius nomine, quàm ab iniuriis, & contumeliis quibus in obuium quenque circa hunc fluuium grassabatur, appellationem hanc tractam existimant, vnde Thybrim scribendum contendunt, quasi τὴν ὕβριν, vt dictionem conflatam intelligamus ex articulo fœminino, & nomine ὕβρις, quam scripturam etiam apud Dionysium Afrum obseruauimus. Nos Thybridis nomen antiquius esse putamus. Tiberis recentius, literis aliquot (vt solet) temporis lapsu immutatis. Quo fit, vt illud Poëtis, hoc Oratoribus sit vsitatius. Stephanus quoque in vrbium onomastico vtrunque nomen agnoscit, nisi quòd apud illum Θύμβρις legatur, m litera communi Græcorum consuetudine adiecta. Θύμβρις (inquit) ποταμὸς ῥώμης, ὁ καὶ Τίβερις. Hisce rationibus in eam potissimum sententiam adducor, vt Thybris dissyllabum, th aspirato, & y Græco scribendum putem: trissyllabum autem Tiberis t, tenui, & i nostro. Quam scripturæ rationem etiam à Græcis videmus obseruari, apud quos Τίβερις, Τιβέριος, Τιβερῖνος, Τιβεριάς, & cætera omnia hinc deriuata per iota scribi videmus.

Tĭbĕrīnus, a, um, possessiuum est. Θύμβριος Stephano; vt, Ostia Tiberina, apud Virg. 2. *Æneid.* Tiberina flumina, apud eundem *lib.* 12.

Tĭbĕrīnŭs, i, Τιβερῖνος. Capeti filius & Albanorum rex, qui in flumine submersus, effecit vt pro Albula Tiberis diceretur. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Latino Alba ortus, Alba Atys, Aty Capys, Capy Capetus, Capeto Tiberinus, qui in traiectu Albulæ submersus, celebre ad posteros nomen flumini dedit. Tiberinus item à superstitiosa antiquitate creditus est Deus esse, Tiberis fluuij præses, cuius monitu Æneas, Euandri sibi auxilia asciuit: de quo sic scribit Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

Huic Deus ipse loci fluuio Tiberinus amœno,
Populeas inter senior se attollere frondes
Visus, eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, & crines vmbrosa tegebat arundo.

Quin & fluuius ipse in sacris dictus est Tiberinus, teste Seruio, quemadmodum in κοινολεξίᾳ Tiberis, & in Poësi Thybris.

Tibi, tertius casus pronominis Tu, variè vsurpatur ab auctoribus. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. & *sc.* 3. *a.* 4. Heus, mulier tibi dico. Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Tibi dico, Heus Philocomasium. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Heus tu, Tibi ego dico. Idem *in Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Tibi ego loquor Phœnicium. Et *Men. sc.* 2. *a.* 1. Quid tibi mecum est rei? Et *sc.* 4. *a.* 2. *ibid.* Quid mecum tibi est, aut fuit negotij? &c. ¶ Tibi pro in te, contra te, in tuam perniciem, in tuum exitium, ruinam, &c. nonnunquam inuenitur. Plaut. *Amph. sc.* 3. *a.* 2. Quid tibi deliqui, si cui nupta sum, tecum fui (pro in te.) Et *Men. sc.* 2. *a.* 5. Quid ego tibi feci? (i. quid in te deliqui.) Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Viden' hostes tibi adesse? (id est, in tuum exitium.) *Ibid. sc.* 6. *a.* 2. Nisi tibi supplicium stimuleum datur. (i. in tuam perniciem.) Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Iste qui tibi hasce ædes vendidit. (id est, tuo malo & damno.) Sic & Martial. *epigr.* 43. *lib.* 3. Tibi, dixit, pro in te, tuúmque malum, &c. ¶ Pro in tuum vsum siue vtilitatem, in tuam gratiam. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Meliorem (sup. interpretem somniorum) quàm ego sum, suppono tibi. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Tibi me exorno vt placeam. ¶ Pro in te, sexto casu. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Omnis familiæ caussa consistit tibi. ¶ Pro à te, Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Cúmque alij tibi sint caussa grauiore fugati.

& *Eleg.* 4. *lib.* 5. *ibid.*

Nec patria est habitata tibi.

¶ Tibi interdum vacat. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 5. Ita illum magna cura curabo tibi, &c. ¶ Aliquando minantis. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. At scin' quomodo tibi res se habet? Interdú ferientis: Hem tibi. Vide *Hem.* Item, dicimus, Quid tibi est? subintelligentes genitiuum, morbi, mali, rei, negotij, &c.

Tībĭă, propriè est os cruris, oppositum suræ. {שוק *schok.* κνήμη. Gall. *Iambe, l'os de la iambe.* Ital. *Gamba.* Germ. Das schinbeyn. Hisp. *Espinilla ò canilla de la pierna.* Angl. *A shin, the shinbone.*} Celsus *lib.* 8. *cap.* 1. Ipsum autem crux est ex ossibus duobus, &c. Verùm alterum os ab exteriore parte, &c. alterum à priore parte positum, cui tibiæ nomen est longius, & in superiore parte plenius solùm cum femoris inferiore parte committitur, sicut cum humero cubitus. ¶ Tibia item vocatur instrumentum musicum oblongum, teres, & foraminosum, quod inflatum, & digitis modò adductis, modò reductis temperatum, non iniucundam reddit symphoniam. {חליל *chalil.* αὐλός. Gall. *Vne fleuste.* Ital. *Piffero.* Germ. Ein schwögel/pfeiffen. Hisp. *Flauta.* Angl. *A flute.*} Has primùm ex gruum tibiis confectas existimant, & inde nomen accepisse. Horat. *de Arte.*

Tibia non, vt nunc orichalco vincta, tubaque
Æmula, sed tenuis, simpléxque foramine pauco.
Ouid.5.*Trist. Eleg.*1.
Tibia funeribus conuenit ista meis.
Cic.1.*Tusc.* Non intelligo quid metuat, quum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. Virg.8.*Eclog.*
Incipe Menalios mecum mea tibia versus.
Cic. *de clar.Orat.* Si tibiæ inflatæ non referant sonum, abiiciendas eas sibi tibicen putet. Quintilian. Apertis, vt aiunt, tibiis. ¶ Tibiis canere cur desitum Athenis, docet Gell.*cap.*17.*lib.*5. ¶ Tibiarum & Tibicinum vsum fuisse in sacris ludis, funeribus, vide Ouid.5.*Fast.* Tibia & fistula differunt. Plin.*lib.*16.*c.*36. Calamus verò alius totus concauus, quem syringiam vocant, vtilissimus fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis atque carnis. Orchomenius est continuo foramine peruius, quem auleticon vocant. Hic tibiis vtilior, fistulis ille.

Tĭbĭālĭă, ium, Velamenta tibiarum. {מכנסים *micchnesajim.* ἐπικνημίδες. GALL. *Iambieres, bas de iambes, armures de iambes.* ITAL. *Calze.* GERM. Strumpff an hosen/stiffeln oder dergleichen das man an die schinbeyn legt. HISP. *Armadura de aquella parte, medias calças.* ANGL. *Hazes or neather stockes.*} Sueton. *de Aug.* Hyeme quaternis cum pingui tota tunicis, & subuculæ thorace laneo, & feminalibus & tibialibus muniebatur. ¶ Tibialia pro ocreis, quibus tibiæ militum muniuntur. Paulus Iureconsultus, Si tibiale vel humerale miles alienauit, castigari verberibus debet.

Tĭbĭālĭs, e, quod est idoneum ad tibias faciendas. {αὐλητικός. GALL. *Appartenant à fluste.* ITAL. *Pertinente à flauto.* GERM. Auß dem gut schwegel oder pfeiffen zumachen ist. HISP. *Perteneciente à flauta.* ANGL. *Belonging agito à flute.*} Plin.*lib.*16.*c.*36. Tertia arundo est tibialis calami, quem auleticon vocant.

‖Tibicidæ, magistri tibias puerorum cædentes. Lucil. Turn.‖

Tībīcĕn, inis, Qui tibia canit. {חלל *cholél.* αὐλητής. GALL. *Iouëur de fluste, flusteur.* ITAL. *Sonatore, trombetta.* GERM. Ein schwegler/ schwegelpfeiffer. HISP. *Tañedor de flauta.* ANGL. *A floter or player on the flute, a piper.*} Plaut. *in Pseud.sc.*5.*a.*1. Tibicen vos interea hîc delectauerit, id est, in extremo actu. Cic. *ad Gallum lib.*7. Ille autem qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere, & sat bonum vnctorem, discessit à me. Horat.3.*Epist.*1.
Nunc tibicinibus, nunc est gauisa Tragœdis.
¶ Pro tibia instrumento musico posuisse videtur. Cicer.2.*de legib.* Honoratorum virorum laudes in concione memorant, eásque ad cantus & ad tibicinem prosequuntur, cui nomen est Næniæ, &c. ¶ Tibinem facere Minos iussit, nuntiata filij morte, in sacrificio, &c. Senec.*cap.*12. *de cons.ad Mart.* Idem refert Suet. *in Tib.cap.*70. ¶ Tibicinem mederi Ischiadicis. Gell.*c.*14.*lib.*4. ¶ Tibicines item, ἀντήριδες, pilæ dicuntur siue tigna, quibus ædificia inclinata, & alioqui ruitura sustinentur. Iuuen.*Satyr.*3.
Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam
Magna parte sui.
¶ Tibicen, pro sustentaculo telæ. Ouid.4.*Fast.*
Hæc modò versabat stantem tibicine telam.
Virg. quoque hemistichia sua, quæ in Æneide aliquot reliquit imperfecta, tibicines appellabat, eo quòd ad fulciendam supplendámque sententiam ad tempus essent inserta. Ipsæ quoque particulæ, quibus versuum hiatus replentur, alioqui nihil facientes ad sententiam, tibicines à Grammaticis appellantur. Quale est hoc apud Virg. Sic fortè precatur. Nam *fortè* vacat.

Tibicinium, ars tibicinis, vel tibicinæ. Apul.

Tībīcīnă, æ, Mulier tibia canens, quemadmodum Fidicina, quæ canit fidibus. {חללת *choléleth.* αὐλητρίς. GALL. *Femme qui iouë de la fluste.* ITAL. *Donna che suona de flauto.* GERM. Schweglerin/ schwegelpfeifferin. HISP. *Tañedora de flauta.* ANGL. *A woman that playeth on the flute.*} Mart.*lib.*14.
Ebria nos madidis tibicina buccis.
Plaut. *Aul.sc.*1.*a.*2. Conduxit coquos, Tibicinásque hasce apud forum. Idem *Ps.sc.*5.*a.*1. Ecquam scis Tibicinam filium meum amare. Idem *Aul.sc.*2.*a.*2. Tibi dabitur pinguior tibicina.

‖Tibicinalia, crepitacula. Poll.‖

Tibesis, τίβησις, fluuius est ex Hæmo monte nascens, & Septentrionem versùs in Istrum influens. Autor Herod.*lib.*4.

‖Tibin genus est vasculi, in modum scrinij ex virguitis agrestibus textum.‖

Tibiscus, τίβισκος, vulgò *Tissa.* Fluuius Daciæ, in Carpatho monte nascens, & Dacos ab Iazygibus Metanastis dirimens, tandémque iuxta Tibiscum vrbem in Danubium influens. Autor Ptol.*lib.*3.*c.*4.

Tĭbūllŭs, prænomine Albius, poëta Elegiographus fuit, Romæ natus Hircio & Pansa Coss. Qui annus etiam Ouidij poëtæ natalibus fuit insignis. Ex amicis Messalam Coruinum maximè coluit, quem dum in Asiam proficiscentem sequitur, in grauissimum incidit morbum: adeò vt de vita desperans, hoc sibi scripserit Epitaphium,
Hic iacet immiti consumptus morte Tibullus,
Messalam terra dum sequitúrque mare.
Ex poëtis familiares habuit Horatium, qui eum iudicem suorum appellat scriptorum: & Ouidium, qui mortem eius elegantissima defleuit Elegia. In amoribus & nimius, & inconstans fuisse videtur, vt qui præter Marathum, & Cerinthum pueros, Deliam quoque amarit Sulpitiam, & Neæram: omnium autem maximè Nemesim: cuius formam, & venustatem bona operis sui parte posteritati commendauit. Obiit Romæ virenti adhuc ætate, non sine graui eruditorum omnium mœrore.

Tībŭr, is, τίβουρις τίβουρα, καὶ τίβουρα Steph. Ciuitas in Sabinis, decimosexto ab Vrbe lapide, crebris fontibus irrigua, & singularis aëris temperie commendata. Ouid.4.*Fast.*
Et iam Telegoni, iam mœnia Tiburis vdi Stabant.
Mart. *lib.*6.
—— ——quum mers
Veneris in medio Tibure Sardinia est.
Est autem hoc oppidum origine Græcum à Tiburto, Catyllo, & CoRace Amphiarai liberis, post prodigiosum patris ad Thebas interitum communiter conditur, & à Tiburti nomine, qui ex tribus natu maximus erat, Tibur appellatum. Autores Cato *in Orig.* Solinus, & Senatus scriptor Græcus. ¶ Tibur Herculi sacrum erat. Sueton. *in Calig.cap.*8.

Tiburs, urtis, τιβουρτῖνος, Gentile. Virg.1. *Æneid.*
Haud aliter Tarchon Tiburtum ex agmine prædam
Portat ouans.
Cicer. *pro Corn. Balbo*, L. Cossinius Tiburs, pater huius equitis Romani.

Tībūrtīnŭs, a, um, τιβουρτῖνος, quod ex Tibure est: vt, Sibylla Tiburtina.

‖Tichobates, qui à Iurisconsultis directarius.‖

Ticinum, Ptolemæo, τικινον Stephan. Insubriæ ciuitas, quam hodie *Papiam* vocant, à Ticino fluuio præterlabente nomen habens. Vulgò *Pauia.*

Tīcīnŭs, τικινος, vulgò *Tesino.* Fluuius est Insubriæ in Eridanum fluens, à quo vicinum oppidum est appellatum. Sil.*lib.*9.
Dum Romana tua Ticine cadauera ripa
Non capiant.

TIFERNVM, τίφερνον, vulgò *Cita di Castello.* Vmbriæ oppidum est, teste Ptolem. *lib.*3. *cap.*1. à quo Tifernates, quorum meminit Plin. *lib.*3. *cap.*13.

‖Tifernum Metaurense, *S. Angelo in Vado*, V. olim E. Vmbriæ, ad Metaurum.‖

Tifernus, τίφερνος, fluuius est in secunda Italiæ regione, Apulos diuidens à Frentanis. Autor Plinius *lib.*3. *cap.*11. Vulgò *Portero in Puglia piana.*

Tĭgīllīnŭs Ophonius, vir fuit Romanus vitæ corruptissimæ, qui Neroni intimarum libidinum conscientia quum esset familiaris, plurimis summis viris per calumniam exitium machinatus est. Postea rerum potitò Othone, ad aquas Suessanas supremæ necessitatis nuntio accepto inter concubinarum oscula fauces sibi præcidit, teste Tacito *lib.*17. Meminit huius & Iuuen. *Satyr.*1.
Pone Tigillinum, teda lucebis in illa,
Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant.

‖Tigitis, vel Tigisi, Antonino nota, Numidiæ metropolis, & V.A.‖

TĭGNVS, i, masculini generis: & Tignum, neutr. Trabs, qua variè disposita domus extruitur: & propriè, cui superponitur tectum: à tegendo nomen deductum. {עב *hab* קרה *korah.* δοκίς, δοκός, ἰκρίον. GALL. *Soliue, cheuron, marrain.* ITAL. *Traue.* GERM. Ein rafen eines tachstuls. HISP. *Viga ò madera de la techumbre.* ANGL. *A beame, a rafter, all tymber to build with.*} Lucr.*lib.*1.
Nec quum subsiliunt ignes ad tecta domorum,
Et celeri flamma degustant tigna trabésque.
Plaut. *Mostell. sc.*2. *act.*1. Imber lauit parietes, perpluunt tigna, &c. *Ibidem* metamorph. Ita hæc tigna humidè putrent, &c. Horat. *de arte Poët.*
———& modicis instrauit pulpita tignis.
Ouid.8.*Metam.*
Sordida terga suis nigro pendentia tigno.
Iuuen.*Satyr.*3.
———ferit assere duro
Alter: at hic tignum capiti incutit, ille metretam.
Cæs.4.*bell.Gall.* Tigna bina sesquipedali ab imo præacuta, dimensa ad altitudinem fluminis. ¶ Tigni nomine omne genus materiei, ex qua ædificia constant, continetur, inquit Vlp. *de tigno iuncto.l.*1. *& ad exhib. l.tigni.* & Caius *de verb.sign.l.tigni.* ¶ Sed & in vineis Tigni appellatione omnia vineis necessaria continentur, vtputa perticæ, pedamenta, vt ait *ibid.* Vlpian. ¶ Hinc Contigno, vide suo loco.

Tĭgīllŭs, & Tigillum, diminutiua. {δοκίδιον. GALL. *Soliueau, petit cheuron.* ITAL. *Trauicello.* GERM. Ein kleine rafen/ lättlin. HISP. *Pequeña viga.* ANGL. *A litle beame of rafter.*} Liu.1. *ab Vrbe*, Transmisso per viam tigillo, capite adoperto, velut sub iugum misit iuuenem. Tibull. *lib.Eleg.*1.
Illi compositis primùm docuère tigillis,
Exiguam viridi fronde operire domum.
Catullus,
——— Ianua suffixa tigillo.
Plaut. *Aul.sc.*1.*a.*2. De suo tigillo si qua fumus exit foras.

Tignārĭŭs, a, um, adiectiuum. Tignarius faber, Qui tigna dolat, aut ædificio adaptat. {δοκοποιός. GALL. *Vn charpentier.* ITAL. *Lignaiolo.* GERM. Ein zimmerman. HISP. *Carpintero.* ANGL. *A carpenter.*} In qua significatione legitur & Tignarius absolutè. Cic. *de clar.Orat.* Ego me Phidiam esse mallem quàm vel optimum tignarium.

‖Tignatio, mutua donatio. Pap.‖

Tīgrānē, τιγράνη, vrbs Mediæ mediterranea, teste Ptol.*lib.*6.*c.*2.

Tīgrānēs, is, τιγράνης, proprium nomen regis maioris Armeniæ qui auxilium ferens Mithridati regi, victus est primò à Lucullo, deinde à Pompeio Magno: cuius sæpe mentionem facit Cic. *in Orat. pro lege Manil.* Lucan.*lib.*2.
Tigranémque meum, ne Pharnacis arma relinquas.

Tīgrānŏcertă, τιγρανόκερτα, vulgò *Sulthania.* Oppidum in montanis maioris Armeniæ, teste Plin. *lib.*5.*c.*11. à Tigrane conditum, vnde & nomen accepit, quasi Tigranis ciuitas. Nam Certa Parthorum lingua vrbem sonat. Vide Steph. *in vrbium Onomastico.*

Tĭgrĭs, is, & idis. {τίγρις. GALL. *Vne tigre.* ITAL. *Tigre.* GERM. Ein tigerthier. HISP. *La tigre hembra de pardo.* ANGL. *A tiger.*} Fera sæuissima & velocissima in Hyrcania maximè abundans: ita dicta quòd sagittæ velocitatem, quam Tigrim Medi appellant, cursu videatur adæquare. Virg.4.*Æneid.*
———Hyrcanaque admorunt vbera Tigres.
Ouid.*Eleg.*7.*lib.*1.*Trist.*
———Ducenda vbera sibi
Tigris præbuit.
Arrianus, qui res gestas Alexandri condidit, tigrim feram Indicam non eam esse voluit, quam vulgus *Tigrim* nominat, sed hanc esse Thoa: tigrim verò equi magnitudine esse, à superiori longè diuersam.

Tigrinus,a,um, τιγρινὸς: vt, Tigrinæ mensæ,hoc est, venarum discursu tigridum maculas referentes.Plin.*lib.*13.*c.*15.Mensis præcipua dos in vena crispis,vel in vertice variis.Illud oblongo euenit discursu,ideóque tigrinæ appellantur.

Tigris. {חדקל chiddekél. τίγρις, ιτ ϑ.} Insignis Asiæ fluuius, Mesopotamiam ab Ortu alluens, quem Sacræ literæ ex Paradiso nasci confirmant. Solinus in Armenia caput attollere dicit, in loco edito, ex lucido,conspicuóque fonte,nec ab exordio statim totum esse,sed primò pigrè fluere, non cum suo nomine. At quum in fines Medorum inuectus sit. Tigrim statim vocari. Arethusam lacum influere, grauia pondera sustinentem, cuius pisces nunquam se alueo Tigridis immisceant, sicut nec amici stagnum attingant Arethusæ. Mox Arabas præterfluens, Mesopotamiam amplectitur, & Hydaspen accipiens, Euphratémque, defertur in sinum Persicum. ¶ A Tigri fluuio dicti sunt Transtigritani,qui trans Tigrim habitant:sicut Transpadani,qui trans Padum.

Tigullij, τιγύλλιοι, Liguriæ populi, quorum vrbes Tigullia, & Segesta commemorantur à Plin.*lib.*3.*cap.*5.Vulgò *Sigestro.*

Tigurini, τιγυρινοί. {Die Zürchgewer.} Populi inter Heluetios Limagi fluminis accolæ: quorum meminerunt Cæsar *lib.*1.*de bell. Gall.* Strab. *lib.*7. Florus *lib.*3.*c.*3. Paulus Orosius *lib.*5. *c.*16. & Plutarch. *in vita C.Marij*: Eorum Metropolis est Tigurum vrbs,vulgò *Zürich*:situ perquam amœno, inter duos montes, supernè lacus incumbit limpidissimus, longus circiter duodecim millia passuum, supra quem amœnus Alpium prospectus est,vt volupe sit vel in media æstate,niues & quandam quasi hyemem intueri. Is lacus vrbem dissecans, in medio Limagum fluuium,quem recipit, penè apud Glareanos rursus effundit:sternitur pontibus duobus, qui vrbem dissectam denuò coniungunt. Ipse verò Senatus populúsque Tigurinus, quum olim suam vrbem sociam Romani Imperij ab Imperatore deseri negligíque cernerent, multis magnísque de causis cum Lucernatibus & Vraniis, & Suicensibus, & Subsyluanis (quibus tunc quoque bellum erat, cum principibus Austriæ)in perpetuum fœdus societatémque venêre, ea lege, vt Tigurinus pagus inter omnes primum locum obtineret.Quod factum est anno ab orbe redempto, MCCCLI. Hic pagus & tota regio Heluetiorum hodie inter Germanos censentur.Pagi Tigurini meminit Cæsar *lib.*1. *bell.Gall.* Tigurinus(inquit)is pagus est:nam omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos diuisa est.

Tĭlĭa,æ, {φίλυρα.GAL.*Teil,ou tillet,ou tilleul.*ITAL.*Tiglio albero.*GERM. *Lindenbaum.*HISP.*Teja arbol.*} Arbor est apud Gallos nomen retinens, folio hederaceo molliore,& in angulum acutiorem rotundiore,& prolixiore,in orbem lentè crispo,atque serrato, flore tantisper,dum calyculo continetur,herbaceo:dum emersit,flauo,fructus magnitudine fabæ,similis acinis hederæ:in quo semen prætenue, quantum atriplicis, omnibus animalibus ingratum, quum foliorum pabulo maximè ducantur.Virg.*lib.*2.*Georg.*

Nec tiliæ leues, nec torno rasile buxum.

Ouid.10.*Metam.*

Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus.

¶ Tiliæ item dicuntur vincula ex arboris hujus membranis tenuissimis,inter corticem & lignum sitis. Plin. *lib.*16.*c.*14. Inter cortices & lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur. Tenuissimæ earum philyræ,coronarum lemniscis celebres, antiquorúmque honore.

Tilica, Iocularis dictio apud Cicer. *de clar. Orat.* Et ille fuit accusator, inquit,vetus,quo accusante Chirilium, Sisenna defendens,dixit quædam eius sputatillica esse crimina. Tum C. Ruscius,Circunuenior,inquit, iudices, nisi subuenitis. Sisenna quid dicas nescio, metuo insidias:sputatilica,quid est hoc?sputa quid sit scio, tilica nescio. Maximi risus:sed ille tamen familiaris meus rectè loqui putabat esse,inusitatè loqui.

Tĭlĭācĕŭs,a,um,quod ex tilia confectum est. {φιλύρινος. GALL. *Fait de tillet.*ITAL.*Fatto di tiglio.* GERM.*Lindin/oder lindenbaumin.* HISP.*Hecho de teja.*} Iulius Capitolinus *de Antonino Pio*, Quum senex & longus esset,incuruaretúrque,tiliaceis tabulis in pectore fasciabatur. Colum. *lib.*12.*cap.*45. Arculæ fagineæ,vel etiam tiliaceæ, quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur,huic rei paulò ampliores præparari debent.

Tilium, τίλιον, vrbs litoralis in latere Occidentali Sardiniæ:autore Ptol. *lib.*3.*cap.*3.

Tĭlphōssā, τιλφωσσα. Fons est Bœotiæ subter Tilphosium montem labens, vbi Tiresiæ vatis sepulchrum est:qui quum senex esset, & frigidam fontis huius aquam potasset, subitò extinctus est. Autor Strab. *lib.*9.

Tĭlphōssĭŭs, τιλφωσσαῖον,mons est Bœotiæ,non procul ab Haliarto,templum habens Apollinis Tilphosij.Autor Strab. *lib.*9.

Tilus, (quod huc pro sinus Persici insula malè relatum erat.) Vide *Tylus.* Siquidem tam apud Ptolemæum,quàm apud Plinium scribitur y Græco.

Timæus, τίμαιος, nomen proprium philosophi Locrensis, cui diuinum illud opus Plato inscripsit, in quo de rerum creatione disserit, quod Cicero postea Latinum fecit, atque de Vniuersitate inscripsit: quanquam non desint qui negent Ciceronis esse. ¶ Fuit præterea Timæus quidam Siculus arrogantissimus,qui se historiam scripturum iactabat, qua facilè Thucydidem superaret: hoc videlicet commento gloriam, & eruditionis opinionem apud imperitam plebeculam captans.de hoc Plutarch. *in Nicia.*

Timăchus, i, τίμαχος, Mœsiæ fluuius, ex Rhodope monte fluens, teste Plin.*lib.*4.*cap.*26.

Timagĕnes,τιμαγένης, Rhetor fuit Alexandrinus,qui à Gabinio,quum in Ægypto res gereret,captus, Románque perductus, à Fausto Syllæ filio redemptus est. A quo manumissus, primùm in ipsis Pompeij ædibus, eóque mortuo,in palatio ludum aperuit. Postea verò quum ob linguæ libertatem schola excidisset,in rure Tusculano ætatem peregit. ¶ Fuit & alter Timagenes, historicus, qui maris totius situm libris quinque est complexus. Vtriusque autor Suidas.

Timagoras, τιμαγόρας, ciuis Atheniensis fuit,à suis capitali supplicio affectus,quod Darium,ad quem legatus erat,more Persarum per adulationem adorasset.Suid.& Valer.

Tĭmāndră, τιμάνδρα, filia Ledæ,& Tyndarei,& soror Clytemnestræ, quæ Echemono nupsit:vt refert Lycophr.Scholiast.

Tĭmānthēs, τιμάνθης Suidæ.Nomen pictoris celeberrimi,Parrhasij æmuli. Inter eius verò ingenij monumenta, Iphigenia oratorum laudibus celebratur, quam pinxit ad aram stantem, iámque Dianæ immolandam: quum omnes mœstos pinxisset, omnémque tristitiæ imaginem consumpsisset, patris vultum, quem dignè effingere non potuit, velo obduxit.Pinxit & Cyclopem parua in tabula,cuius magnitudinem exprimere cupiens, pinxit iuxta Satyros chryso pollicem eius metientes: itaque ex omnibus eius operibus intelligitur plus quàm pingitur.Hæc ferè Plin.*lib.*35.*cap.*9.

Timarchides,vel idis, τιμαρχίδης,eximius marmoris sculptor,apud Plin. *lib.*36.*cap.*5. ¶ Fuit & alter statuarius,qui multa nobilia ex ære opera confecit:cuius meminit idem Plin.*lib.*34.*c.*8.

Tĭmārchŭs, τίμαρχος, Atheniensis quidam fuit, Demosthenis familiaris, qui,quum in adolescentia pudicitiam suam in Piræo prostituisset, eo nomine iam senex ab Æschine in iudicium vocatus est,& condemnatus. ¶ Fuit item Timarchus statuarius nobilis,qui centesima vicesima Olympiade floruit:teste Plin.*lib.*34.*c.*8.

Tĭmāuŭs, τίμαυος, vulgò *Brenta*. Nomen fluminis iuxta Aquileiam,nouem nascens capitibus, teste Pomponio, vnóque ostio sese in mare euoluens.Virg.1.*Æneid.*

Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui.

Tĭmĕo,es,ui,Metuo,horreo,reformido, vereor. {ירא iaré פחד pachádh חרד charádh. φοβοῦμαι, δεδιέναι, ὀρρωδιάω. GALL.*Craindre.* ITAL.*Temere,hauer paura.* GERM.*Förchten.* HISP.*Temer,hauer miedo.* ANGL.*To feare.*} Cicer. *pro Flacco*, Nihil magis quàm perfidiam timemus. Ouid.13. *Metam.*

Haud timeo si iam nequeam defendere crimen
Cum tanto commune viro.

Plaut. *Mil.sc.*5.*a.*2. Timeo quid rerum gesserim. Idem *Men.sc.*2.*a.*1. M.Perij.P.Ne time. Idem *Curc.sc.*2.*a.*4. Ne time: Bene ego vendidi. Ouid.*Eleg.*2.*lib.*5.*Trist.*

Quid dubitas: & tuta times, &c.

¶ Variis modis construitur, dicimus enim,Timeo te,tanquam inimicum. Timeo tibi, tanquam amico, nequid mali tibi accidat. Terent. *Andr.*Pamphili vitæ timeo.Timeo mihi abs te.Cicer.*pro Sylla*, A quo quidem genere, Iudices, ego nunquam timui, id est,non timui ne malum mihi inferrent. ¶ Inuenitur etiam cum ablatiuo, mediante De. Ouid.*lib.*4.*Fast.*

Nec timui de morte:tamen metus obstitit.

Cæsar *lib.*3.*de bell.ciu.*Timere de suo periculo.¶Item dicimus,Timeo furem tauro:id est,ne fur taurum furetur.Iuuen.*Satyr.*6.

———quum furem nemo timeret
Caulibus,aut pomis.

¶ Dicimus etiam timeo pro amico.Gell.*lib.*19.*cap.*1.Illum autem pro Aristippi anima timere.Timeo quemadmodum hæc explicari possint. Cic. *lib.*15.*Epist.* Nunc istic quid agatur,magnopere timeo. Idem *ad Attic.lib.*2. ¶ Speciale est autem in hoc verbo, & in cæteris eiusdem significationis,vt siue sequatur negatio,siue non,nihil addat,detrahátve sententiæ. Nihil enim refert num ita dicas, Timeo vt possis:an sic, Timeo ne possis. Grammaticorum enim quæ traditur differentia, vsu Latinè loquentium repudiatur. Composita huius verbi sunt Extimeo, pertimeo,& prætimeo:quorum significata vide suis locis.

Tĭmĭdŭs,a,um,pauidus,meticulosus. {ירא iaré חרד charéd.δειλός. GALL. *Craintif, timide, paoureux.* ITAL.*Timido,pauroso,di poco animo.* GERM. *Forchtsam.* HISP. *Temeroso pornaturaleza,medroso.* ANGL.*Fearfull,timerous,false harted.*} Plaut.*Pseud.sc.*1.*a.*2. Stultitia est facinus magnum timido cordi credere. Idem *Curc.sc.*2. *a.*5. Timidam atque pauidam me abripit.Ouid.13.*Metam.*

———timidi commenta retexit
Naupliades animi.

Cic.1.*Offic.* Ne imbelles,atque timidi videamur.Cic.*pro Marcello*,Si in alterutro peccandum sit, malim videri nimis timidus, quàm parum prudens. ¶ Timidus,cùm genit. Senec.*de vita beata*,Abduntur in aliquas rimas timida lucis.Et Ouid.5.*Fast.*

———timidúsque Deorum.

Tĭmĭdē,aduerb. Pauidè,minùs audacter. {φοβερῶς, δειλῶς. GALL. *Auec crainte, craintiuement.* ITAL. *Con timore.* GERM. *Forchtsamlich.* HISP. *Con temor,temerosamente.*ANGL.*Fearfullie,with a faint hart.*} Cicer.2. *Tusc.* Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendum,nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter, muliebritérve faciamus.

Tĭmĭdĭtās, atis, Procliuitas ad timorem. {יראה jireáh פחד pachádh חרדה charadháh. δειλία. GALL. *Crainte, peur.* ITAL. *Paura, timidità.* GERM. *Forchtsamkeit.* HISP. *Temor natural.* ANGL. *Bashfulnesse, timerousnesse.*} Cicer.4. *de finib.* Ex rebus enim timiditas, non ex vocabulis nascitur. Item 3. *Tusculan.* Quæ qui recipit, recipiat necesse est timiditatem,& ignauiam. Idem *in Partit.* Verecundiam timiditas imitatur.

Tĭmŏr,is,est(vt Cic.4.*ad Tusc.quæst.* inquit) metus mali appropinquantis. {יראה jireah פחד páchadh חרדה charadháh. φόβος, δέος. GALL.*Crainte,peur.*ITAL.*Timore,paura.* GERM.*Forcht.* HISP.*Temor natural.* ANGL. *Feare of some euill comming.*} Facere alicui timorem. Cicer.*lib.*10.*Epist.*Quæ res mihi facit timorem.Affici timore de aliquo. Idem *lib.*11.*Epist.* Amici de nobis magno timore afficiuntur.Iniicere timorem.Idem *Attico*,Nostris animus accessit,hostibus timor iniectus est. Perculsus timore. Idem *ibidem*, Ciuitas perculsa magno timore. Ouid.5.*Fast.*

Et timor ipse noui caussa decoris erat.

Idem 13.*Metam.*

———Nec me lacryma,luctúsque,timórque Tardarunt.

Tĭmŏpōlæ, τιμιοπῶλαι. A Græcis dicuntur qui præmercantur, vt rerum pretia accendant,annonámque flagellent: id est,duriorem, cariorémque faciant,pretio non parcentes.

Timoclea, τιμόκλεια, mulier Thebana fuit, quæ stuprum à Barbaro per vim passa, dissimulato dolore, finxit se illi velle ostendere magnum auri pondus, perductúmque ea spe ad altissimum puteum, qui erat in interiori parte domus, quum pronus puteum inspiceret, præcipitem deiecit, & saxis obruit.

Timocles, τιμοκλῆς, duorum Comicorum Atheniensium nomen, quorum fabulas aliquot enumerat Suidas.

Timocreon, tis, τιμοκρέων, Poëta Rhodius fuit, veteris Comœdiæ scriptor: qui graues cum Simonide Melico, & Themistocle inimicitias exercuit: quos etiam contumelioso poëmate est insectatus. Autor Suid.

Timolaus, τιμόλαος, Rhetor & versificator, è Larissa Macedoniæ, discipulus Anaximenis Lampsaceni. Scripsit poëma de bello Troiano, Homeri singulis versibus singulos addens. Suidas.

Tīmŏlĕōn, τιμολέων, Corinthius dux inclytus, viribus fortissimus, vitáque abstinentissimus, qui missus cum paucis triremibus ad liberandas à Dionysij tyrannide Syracusas, quem Dion Syracusanus implorato Corinthiorum auxilio, expellere conabatur, quinquagesimo postquam Syracusas appulisset die, vrbe potitus est: deinde arcem obsidens, Dionysium ad deditionem compulit, & cum paucis in exilium Corinthum misit. Arcem verò solo æquauit, & Syracusanis libertatem restituit. Deinde contra Leontinos pergens, eorum tyrannum in bello captum interfecit. In summa æqualis fuit Timotheo, Agesilao, Pelopidæ, Epaminondæ. Hæc ex Plutarcho, qui eum è nostris comparat Paulo Æmilio.

Timolus, Lydiæ mons, postea Tmolus. τμῶλος, appellatus, teste Plinio *lib.5.cap.29.*

Tīmōn, τίμων, Phliasius Philosophus, qui apud Chalcedonem philosophiam, & oratoriam exercuit, charus Ptolemæo Philadelpho. Scripsit Tragœdias, & Comœdias, & Satyras. Dictus amaruleutus, & mordax, Sillorum, id est, dicacitatum scriptor. de quo Gellius, Timon amarulentus librum maledicentissimum conscripsit, quem Sillos inscripsit. ¶ Fuit & alius Timon Atheniensis temporibus Peloponnesiaci belli (vt ex Aristophanis & Platonis poëmatibus perspicere licet) prorsus inhumanus, ac vitans hominum congressus præter vnius Alcibiadis adolescentis. Interrogatus quæ cum illo causa esset amicitiæ, Quod sciam (inquit) illum quandoque multorum malorum Atheniensibus causam futurum. Semel in vita in concionem dicitur ascendisse, factique nouitatem cunctis admirantibus, Est mihi (inquit) ô viri Athenienses post ædes hortulus, in quo ficus coaluit quædam, in qua permulti nostri ciues se suspenderunt. In eodem nunc ego loco ædificare volo, Quamobrem visum est mihi, vos publicè admonere, si quis fortè sit, qui se prius velit suspendere, ante quàm arbor excidatur. His igitur de causis ab Atheniensibus μισάνθρωπος est appellatus, hoc est, humani generis osor. Vide Plutarch. *in Anton.* In sepulchro quod sibi ipse construxerat, incisum erat epitaphium in hanc sententiam: Hîc sum post vitam, miserámque, inopémque sepultus, Nomen non quæras: dij, lector, te malè perdant.

Timomăchus, τιμόμαχος, fuit pictor Byzantius, Cæsaris Dictatoris ætate. Fecit Medeam, & Aiacem quos ipse Cæsar LXXX. talentis emit, & in templo Veneris dicauit. Autor Plin. *lib.35.c.11.*

Tĭmŏr, vide *Timeo.*

Tĭmŏthĕus, τιμόθεος, nomen proprium Cononis Atheniensis filij, qui acceptam à patre gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim disertus, impiger, laboriosus, rei militaris peritus: & (quod super omnia est) εὐτυχής, id est, Fortunatus Imperator habebatur. Plutarch. *in Sylu.* Huic statua publicitus in foro Athenis posita est, ob victoriam, qua victis Lacedæmoniis, imperium Atheniensium auxit, & muros Athenarum extruxit. Post huius obitum non fuit quisquam ferè Athenis memoria dignus. Huius gesta æmuli, vt laudem eius imminuerent, Fortunæ adscribebant, circunferentes passim tabulas, in quibus ille pictus erat dormiens, adstante interim fortuna, quæ ciuitates in retia eius ageret. Quam rem ille ægrè ferens, sua illa esse dicebat, non fortunæ opera. Ex quo tempore, quasi perosa hominis ingratitudinem fortuna omni prorsus felicitate excidit. Autor Suidas. Huius vt docti hominis meminit Cic. *lib.1.Offic.* Quod idem fecit (inquit) Timotheus Cononis filius, qui quum belli laude non inferior fuisset, quàm pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenij gloriam adiecit. Hactenus Cicero. ¶ Timotheus item Atheniensis Comicus, mediæ Comœdiæ, cuius fabulas nonnullas commemorat Athenæus. ¶ Timotheus Milesius, Thersandri filius, musicus, qui decimam & vndecimam chordam lyræ addidit, & antiquam musicam in molliorem modum mutauit. Hunc ferunt duplo maiorem ab his quos alius instituisset, mercedem exigere solitum fuisse, quàm si rudes traderentur. Geminatum enim laborem dicebat, dedocendi priùs, mox docendi. Emicuit tempore Philippi Macedonis, cuius filius Alexander modulis eius excitabatur, & ad res bellicas alacriùs instruebatur. Decessit anno ætatis LIII. Scripsit de Musica libros 17. Item encomia, & dithyrambos. Hæc Suidas. ¶ Timotheus, sculptor nobilissimus, vnus ex iis, qui Mausoleum cælauêre: cuius in templo Apollinis Romæ multa fuerunt monumenta: vt scribit Plin. *lib.34.c.8.* ¶ Timotheus Gazæus Grammaticus, tempore Anastasij principis, in quem etiam Tragœdiam conscripsit. Edidit & heroico versu de Indicis, & Arabicis, & Ægyptiis, & Libycis quadrupedibus, & de auibus peregrinis libros 4. ¶ Fuit & Timotheus, Pauli Apostoli discipulus, patria Licaonius, mulieris viduæ filius: postea præsul Ephesius Apostolicis epistolis, & Martyrio clarissimus.

Tin, antiqui pro eum dixerunt.

Tīnă, æ, vasis vinarij genus, quod à Festo *tinion* appellatur. Varr. *lib.1.de vita pop.Rom.* vt citat Nonius. Antiqui in conuiuiis vtres vini primò, postea tinas ponebant. ¶ Tina item Ptol. *lib.2.c.3.* fluuius est in tractu orientali Britanniæ insulæ.

Tincă, æ, piscis fluuiatilis, vulgo notus. {ὁ ψύλων, αἰνος. GALL. *Vn poisson appellé tanche.* ITAL. *Tinca pesce.* GERM. Ein schleng. HISP. *La tenca pescado.* ANGL. *A tenche fishe.*} Auson. *in Mosella*, Quis non & virides vulgi solatia tincas Norit, & Alburnos prædam puerilibus hamis?

Tindă, τίνδη, Thraciæ vrbs, in qua Diomedes equos suos humana carne pascebat. Autor Plin. *lib.4.c.11.*

Tinctilis, Tinctura, vide *Tingo.*

Tīneă, æ, vermiculus est, qui aut situ, aut puluere, ac putredine interdum nascens, vestes aut libros abrodit, teredo. {עש *basch*. σής. GALL. *Teigne, ver qui gaste & mange la laine & les habillemens.* ITAL. *Tigno, tarma, verme.* GERM. Ein schab. HISP. *La tiña de las colmenas, polilla.* ANGL. *A mothe, a worme yat eateth clothes or bookes.*} Horat. 1. *Epist.* 21. ad librum suum:

———aut tineas pasces taciturnus inertes,
Aut fugies Vticam, aut vinctus mittêris Ilerdam.

¶ Item tineæ ventris vermes sunt, in intestini recti extremo nascentes. ἕλμινθες. Celsus Lumbricos appellat. Plin. *lib.11.c.33.* Sic intra hominem tineæ tricenûm pedum, aliquando & plurium longitudine. ¶ Item tineæ sunt vermes in aluearibus, apibus noxij. Columell. *lib.9. cap.14.* Præterea, vt tineæ si apparuerint, euerrantur, papilionésque enecentur, qui plerunque inter alueos morantes, apibus exitio sunt. Nam & ceras erodunt, & stercore suo vermes progenerant, quos aluearum tineas appellamus. Plin. *cap.3.lib.31.* Tineæ in fontibus frigiditatem arguunt. GALL. *Escrouëlles.*

Tĭnĕōsŭs, a, um. {ἑλμινθώδης. GALL. *Plein de teignes.* ITAL. *Pieno di tarme.* GERM. Voll schaben. HISP. *Lleno de tiñas.* ANGL. *Full of mothes.*} vt, Aluei tineosi, apud Colum. *lib.9.c.14.*

‖Tingario, mutua donatio. Pap.‖

Tingi, τίγγι. Oppidum est Africæ, non procul ab Ampelusio promontorio, ab Antæo (vt ferunt) conditum. Tingi, inquit Pompon. Mela *lib.1.* & Plin. *lib.5.c.1.* Mauritaniæ peruetus oppidum, ab Antæo (vt ferunt) conditum, postea à Claudio Cæsare, quum coloniam faceret, appellatum Traducta Iulia, vulgò *Tanier.*

Tingitana, τιγγιτάνα, extima Mauritaniæ pars à Tingi vrbe nomen habens: cuius descriptionem vide apud Plin. *lib.5.c.21.*

Tingo, is, xi, ctum, vel tinguo, Inficio, madefacio, immergo, colore vel humore imbuo. {טבל *tabál* חמץ *chamáts.* βάπτω. GALL. *Teindre.* ITAL. *Tingere.* GERM. Tuncken/oder eintuncken/ferben. HISP. *Teñir, ò mojar.* ANGL. *To dippe or die colours.*} Martial. *lib.5.*

Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis,

hoc est, vnctis & coloratis. Virg. *1. Æneid.*

Quid tantùm Oceano properent se tingere Soles, id est, immergere. Martial. *lib.1.*

———tingit cutem Catinus, & tamen pallet.

Virg. *3.Georg.*

Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri.

Ouid. *Eleg.1.lib.2.Trist.*

Tingeret vt ferrum natorum sanguine mater.

Idem *Eleg.2.lib.4.Trist.*

———Purpureo sanguine tingit humum.

Poculis tingere aliquem. Irrigare mero. Horat. 4. *Carm. Ode 12.*

———non ego te meis
Immunem meditor tingere poculis,
Plena diues vt in domo.

‖¶ Tingere numos. Vlp. *D.lib.48. tit.10. l.8.* Quicunque numos aureos partim raserit, partim tinxerit, vel finxerit: siquidem liberi sunt, ad bestias dari: si serui, summo supplicio adfici debent.‖

Tingens, tis, participium. {טבל *tobél.* βάπτων.} Plin. *lib.9.c.38.* Sed id tingentium officinæ ignorant, quum summa vertatur in eo.

Tinctus, a, um, participium passiuum, Immersus vel infectus. {טבול *tabúl* חמוץ *chamúts.* βεβαμμένος, βαφθείς. GALL. *Teint.* ITAL. *Tinto, tento.* GERM. Getunckt/in etwas gestossen. HISP. *Teñido, mojado.* ANGL. *Dopped, or died.*} vt, Spicula tincta venenis. Ouidius 4. *de Pont.* Idem 1. *de Arte,*

Consule de gemmis, de tincta murice lana,
Consule de facie corporibúsque diem.

Idem *Eleg.8.lib.4.Trist.*

Cui tela suo sanguine tincta rubent.

Sueton. *in Calig.c.1.* Ea natura (cordis) existimatur, vt tinctum veneno, igne confici nequeat. ¶ Per translationem accipitur pro leuiter imbutus. Cicer. *1.de Orat.* Sic enim mihi tinctus literis. Idem *de clar.Orat.* Ergo illam patris elegantia tinctam.

Tinctus, us: ipse tingendi actus. {βαφή. GALL. *Teinture, teint.* ITAL. *Tintura.* GERM. Eintunckung/einstossung. HISP. *Tintura, teñidura.* ANGL. *A dipping, or dying.*} Plin. *lib.10.cap.48.* Et alia eodem nomine croceo tinctu.

Tinctūră, æ, Infectio, imbutio coloris. {βαφή. GALL. *Teinture, teint.* ITAL. *Tintura.* GERM. Eintunckung/färbung. HISP. *Tintura, teñidura.* ANGL. *A clipping or dying.*} Plin. *lib.37. cap.9.* Adulteratur maximè tinctura, idque in gloria regis Ægypti adscribitur, qui primus eam tinxit.

Tinctilis, e, quod tinctum est. {βαπτός. GALL. *Teint.* ITAL. *Tinto.* GERM. Tunckig/darein man etwas tuncken mag. HISP. *Teñido.* ANGL. *Died.*} Ouid. *de Trist.lib.3.*

Nam volucri ferro tinctile virus inest.

Tīnĭă, vasa vinaria apud antiquos fuêre, vt inquit Festus. {πυτίναι. GALL. *Tines, cuues.* ITAL. *Tigne.* GERM. Ein gattung weingeschirr. HISP. *Las tinas vasijas de vino.* ANGL. *Vessells for wine.*} Nonius Tinas appellauit. Erant autem hæc vasa minora, & omnino diuersa ab iis, quæ apud nos sub hoc vocabulo habentur, nec ad eos vsus parata. His nanque è ligno fabricatis, musta cum vinaceis nostri ebulliunt. Apud veteres autem inter ἐπιτραπέζια numerantur.

‖Tinius, anulus paruus. Pap.‖

Tinnio, is, iui, itum. Propriè de metallis dicitur, quum ex eorum pulsatione sonus efficitur. {צלל *tsalál.* κωδωνίζω, ἠχέω. GALL. *Tinter & sonner clair.* ITAL. *Risonare, render chiaro seno.* GERM. Klingen/laut thönen. HISP. *Retiñir el metal.* ANGL. *To ring and mak a cleare sound as metall.*} Tinnit enim aurum, argentum, æs, ferrum, stannum, orichalcum, & huiusmodi. ¶ Hinc Circuntinnio compositum. Varro 3. *de re rustic. cap.16.* Quum à mellario id fecisse sunt animaduersæ, iaciundo in eas puluerem, & circuntinniendo ære, perterritas, quò voluerit perducet. ¶ Tinnire quoque dicitur auris, quum inclusi subtiles & leues vapores, interdum per membranam illam, quæ in auribus

bus est, emergunt, & senum illum fictitium edunt. Catull. *ad Lesbiam, Epigr.* 48.

Aures tinniunt suopte sonitu.

Eleganter item Tinnire dicitur, qui nummos habet, vel qui nummos adfert. Maximè autem expecto, ecquid Dolabella tinniat. Cic. ¶ Tinnire etiam dicuntur garruli. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Molestus ne sis, nimium tinnis, non places, &c.

Tinnimentum, i, Ipse tinniendi actus. {κωδωνισμός. GALL. *Tintement, son & cornement.* ITAL. *Risuonamento.* GERM. Ein klang/heller thon. HISP. *Retintemente, y son de metal.* ANGL. *Ringing.*} Plaut. *in Rud.* Illud quidem ædepol tinnimentum est auribus.

Tinnitus, us, metalli sonitus. {κωδωνισμός. GALL. *Tintement, cornement.* ITAL. *Risuonamento.* GERM. Das klingen/thon. HISP. *Aquel retinte y son de metal.* ANGL. *The ringing of metall.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 20. Apes gaudent plausu, atque tinnitu æris. Virg. 4. *Georg.*

Tinnitúsque cie, & matris quate cymbala circum.

Aurium tinnitu præsentire. Plin. *lib.* 28. *c.* 2.

Tinnulus, a, um, quod acutum edit sonum: cuiusmodi est sonus metallorum. {λιγυρός, ἠχῶν. GALL. *Tintant, resonnant.* ITAL. *Risuonante, & acuto.* GERM. Klingend/laut oder hell tönend. HISP. *Cosa que retine como metal.* ANGL. *That ringeth.*} Ouidius,

Tinnuláque æra sonant, & olent myrrhæque, crocique.

Quintil. *lib.* 2. *cap.* 3. Nam & tumidos, & corruptos, & tinnulos, & quocunque alio cacozeliæ genere peccantes, certum habeo non virium, sed infirmitatis vicio laborare.

Tinnunculus, κεγχρίς, species accipitris. Plin. *lib.* 10. 37. al. leg. Tristunculus Tinnunculus à tinnitu vocis Textor. si Tristunculus, à tribus testiculis. Gesn.

Tintino, as, Resono. {המם *hammáh.* ἀλαλάζω. GALL. *Tinter, resonner.* ITAL. *Risonare, ribombare.* GERM. Widertönen. HISP. *Retentir el metal.* ANGL. *To ring lik metall.*} Catull. *ad Lesbiam,*

——*sonitu canoro Tintinant aures.*

¶ Dicitur & Tintinio, is, iui. Afranius, Tintinire ianitoris impedimenta audio.

Tintinabulum, i, instrumentum æneum, quo populus lauandi hora ad balneas conuocari solebat. {פעמון *pahamón.* κρόταλον, κώδων. GALL. *Clochette, sonnette.* ITAL. *Campanella, sonaglio.* GERM. Ein glöcklin/schellen/baderbecke mitt dem man klingt so man in das bad ladt. HISP. *Campana ò esquila.* ANGL. *A bell.*} Nomen factitium à sono, quem edit. Iuuen. *Satyr.* 6.

Tot pariter pelues, & tintinabula dicas
Pulsari.

Plin. *lib.* 36. *c.* 13. vt in summo orbis æneus, & petasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quæ vento agitata longè sonitus referant, vt Dodonæ olim factum. Suet. *in Aug. c.* 91. Mox tintinnabulis ædis (Tonantis Iouis) redimiuit. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Lanios duos cum tintinnabulis, &c. ¶ De Tintinnabulo thermarum, vide Martialem *epigr.* 163. *lib.* 14. ¶ Tintinnabulum, vehes, qua stercus euehitur, inde fortassis, quòd tintinnabula appenderentur, vt audiretur, vehiculum appropinquare, quo quisque omnis generis sordes posset imponere. Lucilius,

Tintinnabulum abest hinc sirpiculæque oletorum.

Tintinaculi, qui flagris cædunt fontes ob noxam, & loris bubulis castigant. κροταλίζοντες. Ficto vocabulo à sonitu, quem verbera efficiunt. nam dum verberant, & cælum flagris tinnitum reddere videntur ex crepitu plagarum: quæ percussio à Plaut. dicitur tax, per onomatopœiam, à sonitu quem reddit. Id genus homines flagratores dicebantur, & lorarij: nam cædendo loris, & flagris hunc sonum faciunt. Idem Plaut. *in Truc.* Nisi ad tintinaculos vultis vos educi viros.

Tinunculus, auis est, teste Plin. *lib.* 10. *cap.* 37. columbas defendens, & accipitres territans occulta naturæ vi, in tantum vt visum vocémque eius fugiant.

‖Tinurtium, vrbs Galliæ. Spartianus *in Seuero*: Multis interim variè gestis in Gallia primò apud Tinurtium contra Albinum felicissimè pugnauit. Vide num sit Tinurtium vrbs quæ circa Lugdunum nomine *Tournon.* Herodianus ad Lugdunum depugnatum esse scribit.‖

Tion, τῖον, vrbs maritima Ponti, non procul à Parthenij fluminis ostio. Autor Ptol. *lib.* 5. *cap.* 1.

Tipasa, τίπασα, vrbs Mauritaniæ Cæsaris, apud Plin. *lib.* 5. *c.* 2.

Tiphernum, vide *Tifernum.*

Tipha, τίφη, frumenti genus, olytæ simile. Tiphæ autem semen est flauum.

Tiphys, τῖφυς, argonautarum in Colchica expeditione gubernator fuit. Virg. *in Bucol. Eclog.*

Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas, &c.

Ouidius,

Tiphys in Æmonia puppe magister erat.

Seneca *in Medea.* Tiphys in primis domitor profundi.

Tipula, æ, Vermis sex pedes habens, sed tantæ leuitatis, vt super aquam currens non desidat. Plaut. *in Pers.* Neque tipulæ leuius pondus est, quàm fides lenonis.

Tiresias, τειρεσίας. Vates Thebanus fuit, Euero patre genitus, qui quum aliquando in Cithærone vidisset duos dracones coëuntes, obseruata fœmina, ex iis occidit illam: quo facto in fœminam & ipse mutatus est. Deinde quum rursus post septem annos eodem pacto, & marem draconem interfecisset, in pristinam formam rediit. Contigit igitur aliquando certantibus inter se Ioue & Iunone, virine an fœminæ maiorem ex venere voluptatem caperent, vt ille iudex sit adhibitus, vt qui vtrunque fuisset expertus! Tiresias autem pro Ioue sententiam tulit, asserens multò plus ex coitu voluptatis percipere fœminas. Ob quod à Iunone excæcatus est. Alij verò propterea excæcatum dicunt, quòd Palladem nudam in fonte conspexerit. Iupiter autem in solatium visus amissi diuinationem illi dedit. Stat. *lib.* 10. *Theb.*

——*sibi callidus ista*
Tiresia nataque canat, &c.

Plaut. *Amphitr.* Ego Tiresiam coniectorem aduocabo. Et paulò post; Missum faciam Tiresiam senem. Huius animam euocat Vlysses, apud Homer. *lib.* 10. *Odyss.* Multáque ab ea futura edocetur. Autor est Strab. *lib.* 9. Tiresiæ monumentum fuisse sub Tilphosso monte Bœotiæ, iuxta fontem Tilphossam, vbi profugus diem suum obiit, quum iam senex gelidissimam Tilphossæ aquam hausisset. Ibi Thebani ciues sepulto diuinos honores tribuêre. ¶ Fuit Tiresiæ filia fatidica, nomine Manto quæ ex Tiberino fluuio filium peperit nomine Ocnum, qui in Cisalpina Gallia oppidum condidit, & à nomine matris Mantuam appellauit. Iuuenal. *Satyr.* 13. Tiresiam appellatiuè posuit pro homine cæco, quum ait,

Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse deorum.

Tiridates, τηριδάτης, Rex Armeniæ, qui variis gestis cum Corbulone bellis, tandem ex fœdere Romam venit, & diadema regni à Nerone accepit. Vide Tacit. *lib.* 15.

Tiriscum, τίρισκον, Daciæ vrbs, non procul à Danubio, teste Plutarch. *lib.* 3. *cap.* 1.

Tiro, vide *Tyro.*

‖Tirolensis Comitatus, *Tirol,* iacet inter Athesin & OEnum flumina, interque Alpium iuga: habetque omnis generis metalla nobilissima.‖

Tiryns, masc. gen. τίρυνς, ὁ, agri Argiui fluuius, eiusdem nominis vrbem præterlabens.

Tiryns, ynthos, τίρυνς, ἡ, fœm. gen. Agri Argiui oppidum, Herculis patria, à qua ille dictus est Tirynthius. τιρύνθιος.

Tis, genitiuus est antiquus à Tu pronomine, σοῦ. Plaut. *in Mil.* Tis egeat, quia re careat, ob eam rem huc ad missa est.

‖Tisandrus, vir vltionem appetens. Cerda.‖

Tisias, τισίας, Stesichorus poëta antè dictus est: sed à chorea id nominis sortitus est.

Tisiphone τισιφόνη, vna ex furiis, à cædibus plectendis dicta: τίσις vltio, vel pœna: φόνος, vel φονή, cædes, aut mors. Horat. *in Serm.*

——*seruilibus vtque*
Iam peritura modis, Hecaten vocat altera, sæuam
Altera Tisiphonem.

Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.* Tisiphoneus, a, um. *Ibid.*

Eradere vita tempora Tisiphonea.

Tisobis, τισοβὶς, fluuius Britanniæ, teste Ptol. *lib.* 2. *c.* 3.

Tissa, τίσσα, Ptol. *lib.* 3. *cap.* 4. Siciliæ vrbs.

TITAN, & Titanus, τιτάν. Saturni frater, Cœli & Vestæ filius, qui etiam pro Sole ponitur. Tibull. *lib.* 4.

Quippe tibi non vnquam Titan superingerit ortus.

Idem *ibidem,*

Centum fœcundos Titon renouauerit annos.

Ibid.

Dum terna per orbem Sæcula fertilibus
Titan decurrerit horis, &c.

Cæterùm Sol etiam ipse à Titanibus duxit originem. Tradunt enim Titanas sex fratres fuisse, & quinque sorores, à Titea matre dictos, vt autor est Diodorus. Ex quibus vnus fuit Iapetus, pater Promethei. Hyperon quoque ex Titanum numero est, qui Solis ac Lunæ, stellarúmque motus obseruasse, atque demonstrasse primus fertur. Ideò Solis parens, & astrorum fertur. Hinc Sol, Titan: Luna, Titanis, τιτανὶς, & Diana Titania à poëtis dicuntur. Lucret. *lib.* 1.

Flammiger an Titan, vt valentes hauriat vndas.

Ouid. *Metam.*

Dúmque ibi perluitur solita Titania lympha.

Seruius sic habet, Ferunt fabulæ Titanas ab irata contra deos Terra, in eius vltionem creatos. Vnde & Titanes dicti sunt ἀπὸ τῆς τίσεως, id est, ab vltione. Primúmque contra Saturnum quidam Titanes, deinde Gigantes contra Iouem genuit. Ipse verò Titan cum filiis, quos Titanes à patre appellabant, bellum gessit aduersùs Saturnum & Opim, quòd conuentui non stetissent: eósque captos muro inclusit: qui postea à Ioue filio victis Titanibus liberati sunt, vt suprà latiùs de Saturno dictum est.

Titanius, a, um, τιτάνιος, adiect. vt, Titania astra. Virg. 6. *Æneid.*

Lucentémque globum Lunæ, Titaniaque astra
Spiritus intus alit.

Titanicus, a, um. Ouid. 7. *Metam.*

Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arces.

Titanus, vt refert Plin. *lib.* 50. Fluuius est Æolidis, & ciuitas ab eo cognominata.

Titaresius, τιταρήσιος Homero, fluuius est Thessaliæ, qui in Titano monte, qui Olympo vicinus est, ortum habens, labénsque versùs plagam Tempe contingentem, in Peneum influit: ob aquarum tamen crassitudinem illi non admiscetur, sed in modum olei superfluit. Plin. *lib.* 4. *c.* 8. Euroton vocat. Lucanus Titaresum vocat, per quatuor syllabas, *lib.* 6. Solus in alternis nomen quum venerit vndæ, Defendit Titaresus aquas.

‖Tithemidia, festa nutricalia pro pueris celebrari solita, similia festis ablactationis. Stuck.‖

Tithonus, τιθωνὸς, Laomedontis filius, qui (vt fabulæ ferunt) quum iuuenis esset, & decorus, ab Aurora dilectus, & raptus fuit, ex qua Memnonem genuit. Sed tandem post longissimam vitam, audita Memnonis filij morte, in cicadam versus dicitur, dicente Horatio. Longa Tithonum minuit Senectus. ¶ Tithonius, a, um. adiect. vt, Coniux Tithonia, Aurora. Ouid. 3. *Fast.*

Tithymallus, {τιθύμαλλος, GALL. *Herbe à laict, laicteron.* ITAL. *Lattuga herba.* GERM. Wolffsmilch. HISP. *Lechetrezna yerua.*} Herba est lacteum immittens succum: cuius septem enumerantur genera. Characias, myrsinites, paralios siue tithymalis, helioscopios, cyparissias, dendroides, & platyphyllos. Col. *lib.* 9. Tithymallus malorum quoque animalium ventrem soluit. Idem *paulò suprà,* Maximúsque vel minimus annuus earum labor est initio veris, quo tithymalli floret frutex. Plin. *lib.* 16. *c.* 10. Diosc. *lib.* 4. *c.* 168.

Titia curia, & Titiensis tribus, dicta est à Tito Tatio Sabinorum duce, à Romulo in partem regni recepto. Festus.

Titianus, Titiani filius, Orator Græcus, Præceptor Maximini principis. Scripsit libros prouinciarum pulcherrimos. Appellabatur Simia sui temporis, quòd omnia propè imitaretur. Capitolinus.

Titi Liuij duo memorantur: alter Tragœdiarum scriptor, Romanorum poëtarum antiquissimus, qui ob ingenij felicitatem à Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus est. Alter Patauinus cum Crispo Salustio de Historiæ principatu certans. Vide suprà in dictione *Liuius*.

Titi, Columbæ agrestes sunt, vt scribit Cornutus, quas augures in auguriis obseruare solebant.

Titij, Sacerdotes fuerunt Apollinis, à titiis auibus, quas in auguriis certis obseruare solebant: sic appellati, vt ait Varro *lib.4. de ling. Lat.* Lucan. *lib.1.*

Et doctus volucres augur seruare sinistras,
Septemuirque epulis festis, Titijque sodales.

Sueton. *in Galba cap.18.*

Titillo, as, Leui attrectatione alarum, aliarúmve mollium corporis partium risum cuipiam moueo. {γαργαλίζω, κνάω. GALL. *Chatoüiller.* ITAL. *Prouocare, far gatticiole.* GERM. Kützeln. HISP. *Prouocar, hazer cosquillas à otro.* ANGL. *To tickle.*} ¶ Translatè accipitur pro voluptatem afferre, & cum suauitate mouere. Cicer. 1. *de fin.* Nam si ea sola voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, vt ita dicam, &c. Lucan. *lib.2.*

——— ——— *& quæ*
Titillare magis sensus quàm lædere possunt.

Horat. 2. *Serm. satyr.* 3.

———*Præterea ne vos titillet gloria.*

Titillatio, nis, verbale, Ipse titillandi actus, suauitas, motus. {γαργαλισμός. GALL. *Chatoüillement.* ITAL. *Esso prouocare con gatticiole.* GERM. Kützlung. HISP. *Obra de prouocar y hazer cosquillas à otro.* ANGL. *A tickling.*} Cicer. *in Catil.* At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus.

Titillatus, us, idem. Plin. *lib.11. c.37.* In eadem præcipua hilaritatis sedes, quòd titillatu maximè intelligitur alarum, quas subit.

Titio, lignum adustum, quod ab igne extrahitur. {אוד *udh.* δαλός. GALL. *Vn tison de feu esteint.* ITAL. *Tizzonne di fuoco stinto.* GERM. Ein brand den man ab dem fewr nimpt. HISP. *Tizon.* ANGL. *A fier brand being put out.*} Cels. *lib.3. cap.12.* Fomentisque protinus totum corpus circundare conuenit, maximéque inuolutis testis, & extinctis titionibus.

Titiuilitium, ij, dici voluerunt (inquit Nonius) fila putrida, quæ è telis cadunt. Plaut. *in Cas.* Non ego istud verbum emptitem titiuilitio, id est, re admodum vili. {τὸ λέπτον μίτε ἀπόνημα, ἀποψήγματον, ἢ σμικρόν τι ἄλλο οὐδενὸς ἄξιον. GALL. *Vn petit bout de fil qui tombe de la toile, chose de nulle valeur.* ITAL. *Cosa di niun valore.* GERM. Die fäden oder schleissen so von einem gewüpp abfallen/etwas das nichts wärt ist. HISP. *Cosa de nada.* ANGL. *A rotten thread, a vile thing of no value.*} ‖vide Textiuilitium.‖

Titius. Gell. *cap.16. lib.3* Idem Accij quod Titij.

Titornus, Τίτορνος, Bubulcus fortitudinis monstrosæ fuit, qui cum Milone Crotoniata de robore certauit, vicitque, quum pedem tauri vna manu, altera verò alterius tauri pedem, ipsis per vim conantibus resilire, traheret. Autor Ælianus.

Titubo, as, propriè pedibus consistere nequeo, vacillo. {מעד *maad* מט *mat* נמוט *namót.* παραφέρομαι, σφαλλομαι, ὑποφέρομαι. GALL. *Chanceler.* ITAL. *Vacillare, bazzicare.* GERM. Schwancken. HISP. *Bambalearse.* ANGL. *To stagger or stutt in feet or speach, to stammer or stumble.*} Ouid. 3. *Metam.*

Ille mero, somnóque grauis titubare videtur.

Quint. Sed iugulasti vulneratum, titubantem strauisti. ¶ Transfertur ad animum, quoties ab animo verba dissentiunt, quod inconstantiæ signum esse dicitur: vt apud eundem, neque vlla vnquam tanta fuerit dicendi facultas, quæ non titubet, aut hæreat, quoties ab animo verba dissentiunt. Plaut. *in Mil.* cogitate Nequid vbi miles venerit, titubetur. Idem *Pseud. sc.1. a.1.* Titubante animo, corde, & pectore. (de amante.) *Ibid. sc.4. a.2.* Onerabo præceptis, ne titubet, & doctè ferat hanc fallaciam. Et *sc.1. a.4.* Vide ne titubes. Idem *Mil. sc.2. a.2.* Ne titubet si quæret ex ea miles. Item Senec. *c.4. de cons. ad Mart.* Titubat Augustus subducto altero adminiculo. (Druso.) Quintilian. Si quid titubauerint testes, in gradum reponantur. Item Plaut. *Men. sc.2. a.1.* Scibo, si quid titubatum est à coquo. Terent. *in Heaut.* Verùm illa nequid titubet. Cic. *ad Attic. lib.2.* Videbis breui tempore magnos, non modò eos qui nihil titubarunt, sed etiam illum ipsum qui peccauit, Catonem. Horat. 5. *Epist.* 13.

Caue ne titubes, mandataque frangas.

¶ Titubare quoque oculi, lingua, & dentes dicuntur. παραλλάζειν. Senec. *cap.1. de tranquill.* Paulum titubat acies (oculorum.) Ouid. 3. *Trist. Eleg.1.*

Hæc vbi sum furtim lingua titubante locutus, &c.

Idem 6. *Fast.*

Nec mora conuiua valido titubantia vino
Membra mouent.

Titubatus, participium sine verbo, vt inquit Seruius, nam titubor non legitur. {מועד *muhâdh.* σφαλλόμενος. GALL. *Chancellé.* ITAL. *Vacillato, bazzicato.* GERM. Geschwanckt. HISP. *Bambaleado.* ANGL. *Staggered or tutted.*} Virg. 5. *Æneid.*

———*Vestigia presso*
Haud tenuit titubata solo.

Titubantia, æ, & Titubatio, nis, verbalia, ipse titubandi actus. {מוט *mot.* παραλλαγμός. GALL. *Chancellement.* ITAL. *Scuotimento, dubitatione.* GERM. Schwanckung. HISP. *Bambaleamiento, obra de bambalearse, duda.* ANGL. *A stammering or stutting.*} Sueton. *in Vitel.* Ac de hac quoque liberos vtriusque sexus tulit, sed marem titubantia oris propè mutum, & elinguem. Ad Herennium *lib.2.* Vt ne paruula quidem titubatione, aut offensione impediremur.

Titubanter, aduerbium, Inconstanter, dubitanter. {παραφόρως. GALL. *En chancellant, en variant, inconstamment.* ITAL. *Dubbiosamente, inconstantemente.* GERM. Schwanckechtig/zweyfelhafftig/unbestendigklich. HISP. *Bambaleandose, dudosamente.* ANGL. *With stammering or stutting.*} Cicer. *pro Cal.* Posuistis enim, atque id tamen titubanter, & strictim, coniurationis hunc propter amicitiam Catilinæ participem fuisse.

Titulus, i, Inscriptio cuiuscumque operis: quod scilicet libro, operi, vel statuæ superscribitur, vt statim primo aspectu argumentum noscamus, aut artificem. Titulus enim dicitur quasi titulus à tuendo, id est, conspiciendo, quòd sit conspicuus. {כתב *chethâb* כתבת *chethóbeth.* ἐπιγραφή, πτύχος. GALL. *Tiltre, escriteau.* ITAL. *Titolo.* GERM. Ein tittel/oder vberschrifft. HISP. *Titulo de alguna obra escrita.* ANGL. *A title or inscription.*} Suet. *in Domit. c.5.* Plurima & amplissima opera incendio consumpta restituit, sed omnia sub titulo tantùm suo, ac sine vlla pristini autoris memoria. Mart. *lib.2.*

Vnum de titulo tollere iota potes.

Ouid. *lib.1. de remed. amor.*

Legerat huius amor titulum, noménque libelli.

Tibull. *lib.4.* At tua non titulus capiet sub nomine facta. (sup. Index.)
Ouid. *Eleg. lib.1. Trist.*

Cætera turba palàm (librorum) *titulos ostendit apertos:*
Et sua detecta nomina fronte gerit.

Ibid. Nec titulus minio, nec cedro charta notetur. Idem 6. *Fast.*

Vixit vt occideret damnatus crimine regni (Manlius)
Hunc illi titulum longa senecta dabat.

Senec. *Epist.46.* Titulum impingere seruo (vænali.) Liu. 4. *ab Vrb.* Titulum insignem crudelitatis occupare. Sueton. *in Cal. c.49.* Index & titulus libri. Et *in August. c.85.* Argumentum & titulus libri. Et *in Calig. c.34.* & Galba *c.2.* Tituli statuarum. Dictus titulus à tuendo, quasi tutulus, quòd tueatur factum autoris, & si quis alterius opus esse contendat, veri opificis indicet nomen. ¶ Per translationem quandoque ponitur pro laude & dignitate. Ouid. *lib.2. Fast.*

At tua prosequimur studioso pectore Cæsar
Nomina, per titulos ingredimúrque tuos.

Idem *Eleg.1. lib.1. Trist.*

Donec etiam hospes, tituli tangebat amore. (sup. laudis.)

Idem 3. *Fast.*

Cæsaris innumeris, quos maluit ipse mereri
Accessit titulis pontificalis honor.

Idem *Eleg.5. lib.4. Trist.*

Certè ego si sineres Titulum tibi reddere vellem.

(id est, dicere nomen cum laude: sequitur enim nominis honor.) Sic Egregius titulus, pro gloria, bis apud Liu. *lib.6. dec.4.* Titulum scientiæ consequi. Scribonius Largus *in Epist.* Ego certè aliquoties magnum scientiæ consecutus sum titulum ex vsu prosperè datorum medicamentorum. ¶ Aliquando pro monumento. {ציון *tsijún* מצבה *mastsebáh.*} Apuleius, Auorum, & proauorum titulis clarus. ¶ Tituli etiam dicti sunt milites, quasi tutuli, quòd patriam tuerentur. Vnde & Titi prænomen ortum est, inquit Festus. Persius,

Hic nec more probo videas, nec voce serena
Ingentes trepidare Titos.

Titulo tenus, id est, solo titulo, & non reipsa. Liuius *lib.7. dec.4.* Titulum belli prætendere. Idem *lib.3. ab Vrb.* Sub Titulo æquandarum legum scita plebis patribus iniuncta. Idem *lib.5. dec.5.* Quem tandem titulum nostra calamitas habitura est, si perituri sumus? ¶ Titulus, Prætextus. Paulus *in l. si quis tutor. §. quid ergo. ff. de ritu nupt.* Quid ergo si quum se vellet excusare aliquo titulo, nec in promptu probationes haberet?

‖Titulo, as, significo, inscribo, ac titulos pono. L. g. b. Tertull.‖

Titus, Τίτος. Prænomen fuit Romanis familiare, inde dictum (vt Festo placet) quòd antiqui Titos, & titulos milites appellabant, eò quòd patriam tuerentur, vt iam dictum est: Quanquam Cornuto etiam placet à membri virilis magnitudine Titi prænomen inductum esse. Hoc prænomine dictus fuit Vespasianus Flauij filius, & frater Domitiani, princeps clarissimus, populóque Romano adeò charus, vt vulgò Orbis amor diceretur, & Deliciæ humani generis.

Tityrus, τίτυρος, vox Græca maiorem gregis arietem denotans.

Tityrus, pastoris nomen apud Virgilium *in Bucol.* à Theocrito mutuatum.

Tityus, Τιτυός, filius fuit Iouis ex Elara Orchomeni filia, quam prægnantem Iupiter, timens Iunonis iram, occultauit in terra: ex quo factum est, vt nascens puer, ex terra natus videretur. Hic postea quum ad integram ætatem peruenisset, captus amore Latonæ, Apollinis matris, eam de stupro interpellauit. Quamobrem Apollo iratus, sagittis ipsum confodit, & apud inferos relegauit, eiúsque iecur vulturibus lancinandum apposuit, hac lege, vt consumptum renasceretur illico, & sic nunquam vultures à discerpendo cessarent, nec ipse à patiendo. Tantæ magnitudinis gigas fuisse perhibetur, vt iacens nouem iugera occuparerit. Ouid. 4 *Metam.*

Viscera præbebat Tityrus lanianda, nouémque
Iugeribus distractus erat, &c.

Vide Seruium apud Virgilium *lib.6.* ad hunc locum,

Necnon & Tityon terræ omnipotentis alumnum
Cernere erat.

¶ Tityus item Sextus, autore Cicerone *in Bruto*, orator fuit loquax satìs & satis acutus, sed tamen solutus & mollis in gestu, vt saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Tityus nomen esset.

‖Tius, auunculus. Gloss. A. L. vide Thios.‖

T L

Tlepolemus, Τληπόλεμος, Herculis & Astiochæ filius, quam ex Ephira vrbe Peloponnesi rapuerat (vt meminit Homerus *Iliad. β.*) clarus rebus bellicis, corporísque proceritate insignis. Hic quum adoleuisset, Licymnium auunculum suum Marte progenitum, & patri suo charissimum iam senem interfecit. Propter quod fabricatis nauibus patria profugus, collecta iuuenum multitudine, Rhodum petiit, & ea insula occupata, Rhodiensibus imperauit. Postea ad bellum Troianum cum nouem nauibus profectus, à Sarpedone occisus est.

T M

Tmarus, τμάρος, mons est Thesprotiorum, Dodonæo oraculo imminens, qui & Tomarus, τόμαρος dicitur, teste Strab. *lib.* 7.

TMESIS, is, fœmin. gener. τμῆσις: est vnius verbi compositi, vel simplicis sectio, vna dictione, vel pluribus interiectis. Virg. 3. *Georg.*

———Septem subiecta trioni.

Idem 1. *Æneid.*

Et multo nebulæ circum dea fudit amictu:

pro circumfudit. Hoc autem tolerabile est, inquit Seruius, in sermone composito: cæterùm in simplici nimis est asperum, quod tamen aliquando fecit antiquitas: vt Saxo cere minuit brum. Vtuntur & hac figura nonnunquam oratores. Cic. *pro Sextio*, Quisquis erat, qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset, quod iudicium cúnque subierat, damnabatur. id est, quodcunque iudicium.

‖Tmetica, acuta, & habentia vim incidendi. Gal.‖

Tmōlūs, τμῶλος, Lydiæ mons, Sardibus incumbens, ex quo Pactolus amnis profluit, aureas trahens arenas. Ouid. 6. *Metam.*

———riget arduus alto
Tmolus in ascensu, cliuóque extensus vtroque,
Sardibus hinc, paruis illinc finitur Hypæpis.

Antiquis Timolus dicebatur per tres syllabas. Plin. *lib.* 5. *c.* 29. Celebratur Lydia maximè Sardibus in latere Tmoli montis, qui antè Timolus dicebatur. Ouid. 6. *Metam.*

Deseruêre sui nymphæ vineta Timoli.

¶ Tmolus, τμῶλος, Lydiæ amnis, ex eiusdem nominis monte profluens, in quo coticula inuenitur, auro explorando vtilis. Plin. *lib.* 33. *c.* 8. Auri, argentíque mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo, vt autor est Theophil. nunc verò passim. ¶ Tmolius, a, um, adiect. Ouid. 4. *de Pont. Eleg.* 15.

Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos.

T O

Tobius, Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 3. Britanniæ insulæ fluuius, ad cuius ostia est oppidum quod *Touue* vulgò dicitur.

Tocha, calculus, Auctor *de limit. agror.* Super tocham monticellum constituimus.

Toculliones, minuti fœneratores. Nam est à Græco τοκύλλιον, vt apud Plautum σκίπαρνον Sceparnio. Cic. 2. *ad Attic.* Ad Octauium dedi literas: cum ipso nil eram locutus: neque enim ista tua negotia prouincialia esse putabam, neque te in Tocullionibus habebam: sed scripsi, vt debui, diligenter.

Todi sunt aues paruæ: & Todilli. Fest.

Tœcharchus, τοίχαρχος, princeps parietis, seu lateris.

TŎGĂ, æ, vestis communis omnium Romanorum, tam fœminarum, quàm marium: sicut pallium Græcorum. {כתנת *chethóneth*. τήβεννος Plutarcho, τήβεννα Athenæo. GALL. *Vne robbe longue.* ITAL. *Toga, veste.* GERM. Ein stattlicher langer rock/ein erbarer burgerrock. HISP. *Vestidura propria de Romanos.* ANGL. *A gowne.*} Dicta toga à tegendo, quòd corpus tegat. Superimponebatur autem tunicæ, vel potiùs tunicis. Hæc laxa erat, & in sinum multis crispulis subtracta succingebatur. Tibullus *lib.* 1. *Eleg.* 7.

Et fluit effuso cui toga laxa sinu.

De Togæ forma Quintilian. *cap. vlt. lib.* 11. Ne crassa toga sit non serica. Ouid. 6. *Fast.*

Quid sibi persona, quid toga longa volunt?

Togæ nouæ libertas, i. potestas liberiùs viuendi. Nam toga virili assumpta remotísque pædagogis liberiùs viuebant. Papinius,

Quem non corrumpit pubes effrena, nouaque libertas
Properata toga.

¶ Hinc Romani togati dicuntur, quemadmodum & Græci palliati. Virg. 1. *Æneid.*

Romanos rerum dominos gentémque togatam.

Quoniam verò in pace tantùm togæ vsus erat (nam in bello deposita toga, saga sumebant) factum est, vt toga pro pace, seu artibus pacis accipiatur: sicut arma pro bello, seu re militari. Velleius, Omnibus belli togæque dotibus. Cassius *Cicer.* Etenim tua toga omnium armis felicior. Cic. *in Pison.* Non dixi hanc togam, qua sum amictus: nec arma, scutum & gladium vnius Imperatoris: sed quod pacis est insigne & otij, toga: contrà autem arma, tumultus atque belli. ¶ Toga olim etiam vtebantur tenuiores, qui potentiores, officij gratia per vrbem deducebant, vt sportulam consequerentur. Martialis,

Si matutinos facile est tibi rumpere somnos,
Attrita veniet sportula sæpe toga.

Idem,

Heu quàm perfatuæ sunt tibi Romæ togæ.

¶ Hinc turbam togatam vocat Iuuenalis *Satyr.* 2. clientelam illam comitum, qui toga induti, potentiores amicos per vrbem ducebant, & reducebant, Sportula (inquit) primo limine parua sedet turbæ rapienda togatæ. Item opera togata dicitur id ipsum togatorum officium. Martialis,

Exigis à nobis operam sine fine togatam.

¶ Toga candida, erat quam petitores magistratuum induebant: vnde Candidati dicebantur. Plin. *lib.* 7. *de Nasic.* In toga candida bis repulsa notatus à populo. ¶ Pura toga, quam tyrunculi forenses assumebant tyrocinij die. Lucan. *lib.* 7.

———pura venerabilis æquè
Quam currus ornante toga.

id est, nec picta, nec triumphali, nec prætexta, inquit Budæus. Pura enim ideò dicebatur, quòd nullo purpuræ prætextu distincta esset. Toga virilis, Plutarch. *in Anton.* Toga virilis erat pura, & sine purpura. Senec. *c.* 9. *de consl. ad Mart.* Nos togam (virilem) nostrorum infantium animo agitamus. Sueton *in Claud. c.* 2. Togæ virilis die, circa mediam noctem lectica in Capitolium latus est. Vide *infrà*. Toga prætexta dicebatur, cuius oræ & circuitus purpura erat prætextus. περιπόρφυρος Plutarcho. quod ipsum satis indicat Liu. 4. *dec. lib.* 4. Purpura viri vtimur prætextati in magistratibus, in sacerdotiis: liberi nostri prætextis purpura togis vtuntur. Cicer. 3. *Verr.* Toga prætexta ornamentum non solùm fortunæ, sed etiam ingenuitatis. Ascon. *in Verr.* 3. Toga prætexta honestorum, Toga simpliciter viliorum, quod etiam circa mulieres seruabatur. ¶ Toga & penula de chartis, quibus amicitur thus aut piper. Mart. *Epigr.* 1. *lib.* 13. ¶ Togam sumere, & tyrocinium, idem apud Suet. *in Calig. c.* 10. ¶ Toga palmata, vestis erat triumphalis, à palma, id est, victoria ita appellata. Martial. *lib.* 7.

I comes, & magnos illæsa merere triumphos,
Palmataque ducem, sed citò redde toga.

¶ Toga picta, vestis qua Imperatores posterioribus temporibus vsi, & magistratus. Capitol. *de Gord.* Palmatam tunicam, & togam pictam primus Romanorum priuatus suam, & propriam habuit: quum antè Imperatores, vel de Capitolio acciperent, vel de palatio. Lamprid. *in Alexandro*, Prætextam & togam pictam nunquam, nisi Consul accepit: & eam quidem quam de Iouis templo sumptam alij quoque accipiebant, aut prætores, aut Consules. Bud. Toga pulla, qua in funeribus vtebantur, vt nunc atra veste vtimur. Alba autem qua in epulo publico. ¶ Toga rasa, vt inquit Plin. *lib.* 8. *cap.* 48. Diui Augusti nouissimis temporibus cœpit. ¶ Toga puerilis, quæ & Prætexta appellabatur, quam ingenui pueri vsque ad septimum decimum annum gerebant: quo anno sumebant aliam, quæ & virilis & pura dicebatur. Gell. *lib.* 18. *cap.* 4. Quum iam adolescentuli Romæ prætextam, & puerilem togam mutassemus. Cicer. *in Lælio.* Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam sumpta virili toga, &c. ¶ Per translationem ponitur quandoque Toga pro officio deducendi, & reducendi potentiores. Martialis,

Lis nunquam, toga rara, mens quieta.

Plin. *ad Apollinarem*, Altius tibi otium, & pinguius, eóque securius, nulla necessitas togæ, nemo accersitor ex proximo. Quod ideò inualuit quia ad officia præstanda togati conueniebant: id est, ad deducendos, comitandósque amicos honoris gratia.

Tŏgŭlă, & Togilla, diminutiua. {τὸ τηβέννιον. GALL. *Petite robbe longue.* ITAL. *Picciola toga.* GERM. Ein burgerröcklin. HISP. *Pequeña vestidura luenga.* ANGL. *A litle gowne.*} Martial. *lib.* 1.

Ignosces togulam Posthume pluris emo.

Tŏgātī, Togis induti: vnde Romani togati dicti sunt, quoniam toga Romanorum propria erat. {τηβεννοφόροι. GALL. *Vestus d'vne robbe longue.* ITAL. *Vestiti di longo.* GERM. Mit langen stattlichen röcken bekleidt. HISP. *Vestidos de vestidura luengua.* ANGL. *Gowned, that weareth a gowne.*} Sic ij qui principes ciuitatis officij gratia in forum deducebant, ac deinde domum reducebant, quoniam togis amicti erant, Togati vocabantur. Iuuenalis,

———turba rapienda togata.

¶ Hi etiam per diminutionem Togatuli dicebantur, quod diminutiuum est ioco formatum. Martial. *lib.* 10.

Quàm diu salutator, anteambulones, & togatulos inter
Centum mercebor plumbeos die toto.

¶ Togati & principes apud Plutarch. *in Lucull. & Velleium*, Togatus Xerxes, & Lucullus, &c. ¶ Togatæ Comœdiæ, quæ scriptæ sunt secundùm ritus Romanorum, sicut Græcas fabulas ab illorum habitu Palliatas appellamus: nam Græci supra tunicam pallium ferebant. Togatæ tabernariæ, dicuntur Comœdiæ, in quibus non magistratus, sed humiles personæ inducuntur, teste Donato, quales ferè sunt qui in tabernis vendunt merces suas. ¶ Togata opera à Martiale vocatur, quum Romani togati deducerent & reducerent Magistratus, & eos qui dignitate, vel ætate, vel opibus præcellerent, in domum, in forum, in templa, vel aliò,

Exigis à nobis operam sine fine togatam:
Non eo, libertum, sed tibi mitto meum. Baysius.

Togatarius, Sueton. *in August. cap.* 48. Histrionum licentiam adeò compescuit, vt Stephanionem togatarium cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat per trina theatra virgis cæsum relegauerit. Ita habent *togatarium* editiones ferè omnes. Hic tamen quidam vir eruditus legendum existimat *togatarum*. i. fabularum sup. actorem.

Togatulus, diminut. ioco formatum. Martial. *lib.* 10.

Iam parce lasso Roma gratulatori,
Lasso clienti. Quandiu salutator,
Anteambulones, & togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto?

& in eodem,

Hoc quisquam ferat, vt tibi tuorum
Sit melior numerus togatulorum,
Librorum mihi sit minor meorum.

Togiforium, locus vbi scholastici disputant. Papias. In Cathol. est *Togiferium*, & ducit à ferio.

‖Togipurium, toga pura. G. Isid.

Tohu תהו, solitudo, vastitas, inanitas.‖

Tolentum, i, oppidum est Italiæ in Picenis: à quo Tolentinates populi, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 13.

TŎLĔRO, as, vnico l, Fero, patior, perfero, sustineo. {סבל *sabal* נשא *nasá*. φέρω, ὑπομένω. GALL. *Endurer, souffrir, porter patiemment.* ITAL. *Tollerare, soffrire, patire, sopportare.* GERM. Erdulden/ertragen/erleiden. HISP. *Padecer o sufrir molestias.* ANGL. *To suffer, to abide, to endure, to beare.*} Terent. *in Phorm.* Vnà tecum bona, malaque tolerabimus. Idem *in Hecyr.* Sed quando sese indignam deputat matri meæ, Cui concedat, cuiusque mores toleret sua modestia. Plaut. *Aulul. sc.* 1. *a.* 4. Seruum æquum est ratem esse amanti hero, vt toleret. (i. subleuet) ne pessum abeat. ¶ Tolerare ponitur interdum pro alere & sustentare. Cornel. Nepos *in vita Pomp. Attic.* Ex quibus agris paterfamiliàs fructus caperet, quibus se toleraret. Cæsar, Erat summa inopia, adeò vt foliis ex arboribus strictis, & teneris arborum radicibus contusis, equos alerent, & cogerentur his rationibus equitatum tolerare. ¶ In qua significatione etiam dicimus, Tolerare vitam, id est, viuere, nutriri. Tacitus, Multos militia, quosdam exercendo agros tolerare vitam. Cæs. 7. *de bell. Gall.* Qui in oppida compulsi, ac simili inopia subacti, eorum corporibus, qui ætate ad bellum inutiles videbantur, vitam tolerauerunt. Idem 3. *de bell. ciuil.* Tolerare equitatum hordeo, semel

ſemel atque iterum dixit. Et Tacit. *lib.2.* Quos corpora equorum tolerauerant. (i. aluerant.) ¶ Accipitur aliquando tolerare pro portare, ſeu geſtare. κομίζειν. Plaut. *in Merc.* Tolerat hæc nauis metretas trecentas, id eſt, ferre poteſt.

Tŏlĕrans, nomen ex participio, id eſt, patiens. {סבל *ſobél* נשא *noſé.* ἀνεξικακεῖν. GALL. *Endurant.* ITAL. *Tollerante.* GERM. Erduldend. HISP. *El que padece.* ANGL. *Patient, that ſuffereth.*} vt, Tolerantiſſimus penuriæ, id eſt, patientiſſimus, apud Colum. *lib.7.c.1.*

Tŏlĕrantĭŏr, comparatiuus. Cornel. Tacitus *lib.12.* Clementiámque ac iuſtitiam, quanto ignorantiora barbaris, tantóque tolerantoria capeſſeret.

Tŏlĕrantĕr, aduerbium, Patienter, tolerabiliter. {καρτερικῶς, ἀνεκτῶς. GALL. *En endurant patiemment.* ITAL. *Tollerabilmente.* GERM. Duſtiglich. HISP. *Sufrida y pacientemente.* ANGL. *Patiently.*} Plin. *lib.8.c.45.* At nunc aniculæ ad fœcunditatem poſcuntur, tolerantiùs tamen binæ de bobus. Quintilian. *lib.8. cap.6.* Qui toleranter videre Septentriones videmur.

Tŏlĕrātĭo, nis, verbale, Ipſe tolerandi actus. {ἡ ἀνοχή, ἡ ὑπομονή, καρτερία. GALL. *Patience, tolerance, ſouffrance.* ITAL. *Patienza, tolleranza.* GERM. Gedult/oder erduldung. HISP. *Sufrimiento, ò paciencia.* ANGL. *An enduring, ſuffering, abiding.*} Cic. *2. de finibus,* Quædam alia toleratio eſt verior, qua vti vos non poteſtis, qui honeſtatem ipſam per ſe non amatis.

Tŏlĕrābĭlĭs, quod tolerari poteſt. {ἀνεκτός, φορητός. GALL. *Tolerable.* ITAL. *Coſa che ſi può tollerare.* GERM. Leidenlich/das man wol dulden kan. HISP. *Coſa que ſe puede ſufrir y padecer.* ANGL. *That may be ſuffred or abiden, tolerable.*} Cic. *de Amic.* Quæ tamen, ſi tolerabiles erunt, ferendæ ſunt.

Tŏlĕrābĭlĭtĕr, aduerbium, facilè, ſine diſcrimine. {ἀνεκτῶς, οἰσφόρως. GALL. *Tolerablement, paſſablement.* ITAL. *Tollerabilmente.* GERM. Ring/leidenlich. HISP. *Podiendoſe ſufrir.* ANGL. *VVith patience, tolerably.*} Col. *lib.11. c.2.* Adhuc tolerabiliter efficies. Cic. *Cal. lib.2.* Quod tolerabiliùs igniculum deſiderij tui feramus.

Tŏlĕrantĭă, {ἀνοχή, ὑπομονή. GALL. *Patience, tolerance, ſouffrance.* ITAL. *Patienza, tolleranza.* GERM. Leidenhafftigkeit. HISP. *Sufrimiento ò paciencia.* ANGL. *Patience, ſufferance.*} Cic. *in Parad.* Tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ. Quintil. *lib.1. cap.2.* Tolerantia tamen doloris, laude ſua non carebit.

‖Toles tumor in faucibus, quæ per diminutionem tonſillæ dicuntur. Feſt.‖

Tŏlētum, τώλητον, vulgò *Toledo.* Vrbs Carpetanorum, in tractu Tarraconenſis Hiſpaniæ, apud Ptolem. *lib.2.cap.6.*

Tŏlĭſtŏbĭoi, τολιστόβιοι Stephano, Galatarum Heſperiorum populi, qui ex Galatia in Bithyniam transmigrarunt. Eratoſthenes *lib.1. rerum Galaticarum,* Toliſtobogios, τολιστοβογίους nominat.

Tŏllēno, nis, genus machinæ, vt ait Feſtus, quo hauritur aqua, in alteram partem prægrauante pondere. Dictus à tollendo. Vide κηλώνειον, in Lexico Conſtantini. {GALL. *Vne grue, vne trompe, vne baſſine à tirer l'eau d'vn puits.* ITAL. *Instrumento de cauar acqua con vn contrapeſe di pietra.* GERM. Ein gnepffbaum wie man ſie in den dörffern bey den ſöden hatt/ein wagbaum. HISP. *Cigoñal para ſacar agua.* ANGL. *An engine to draw vp water.*} Plaut. *in Aſtraba,* Quaſi tellonem, aut Pilum Græcum reciproces plana via. Sic enim legend. apud Feſtum in verbo *Reciprocare.* Plin. *lib.19.cap.4.* Vel tollenonum hauſtu rigandos. Liu. *8. bell. Maced.* Deinde vt præter ſpem ſtare muros viderunt, collectis rurſus animis in ariete tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, ſtipitéſve robuſtos incutiebant.

Tŏllo, nis, à Plauto *in Rudente* videtur poſitum pro eo, qui ex puteo aquam haurit, Heus (inquit) ſic tolloni gratia?

Tŏllo, is, ſuſtuli, & ſecundùm antiquos tetuli, Gell. *cap.9. lib.7.* ſublatum, Eleuo, attollo, ſurſum erigo. {נשא *naſá.* αἴρω, ὑψῶ, ἐγείρω. GALL. *Eſleuer en haut, hauſſer, tollir, oſter.* ITAL. *Leuare, inalzare, torre, togliere.* GERM. Auffheben/erheben. HISP. *Alçar ò quitar.* ANGL. *To lift or ſett vp, to tak away.*} Vlpianus præterito vſus eſt tolli *l.13.§.4. D. de acceptil.* Plautus, Tolle caput. Cic. *4. Acad.* Hortenſius autem vehementer admirans, quod quidem perpetuò Lucullo loquente fecerat, vt etiam manus ſæpe tolleret. Ouid. *Epiſt.14.*

——ter acutum ſuſtulit enſem,
Ter malè ſublato decidit enſe manus.

Idem *13. Metam.*

——oculos tellure muratos
Suſtulit ad proceres.

Plaut. *Pſeud. ſc.1.a.5.* Voltis, vt me iacentem hîc aliquis tollat. Ouid. *5. Faſt.*

Vouerat hoc iuuenis tunc cùm pia ſuſtulit arma. (pro ſumpſit, mouit.)

Plaut. *Men. ſc.2.a.5.* Ibo, adducam qui hunc hinc tollant, & domi deuinciant. Catull. *de com. Beren.*

Iſque per ætherias me tollens (comam) *aduolat auras.*

Liu. *4. bell. Maced.* Sublatis deinde ſupra capita ſcutis, continuatiſque, &c. Vlpian. Ius vicino non eſſe altius ædes tollere. ¶ Aliquando tollere, eſt capere. {לקח *lakách.* λαμβάνειν.} Virg. *lib.4. Georg.*

——& ſæpe lapillos,
Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſuburram
Tollunt, his ſeſe per inania nubila librant.

¶ Aliquando ſuſcipere, ἀναιρεῖσθαι. Sueton. de Neronis parente, Deceſſitque Pyrgis morbo aquæ intercutis, ſublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita. ¶ Aliquando nutrire. {רבה *ribbáh* כלכל *chilchél* גדל *ghidhél.* τρέφειν, ἀνατρέφειν.} Terent. *in Andr.* Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere. Plaut. *Amph. ſc.3.a.1.* Quod erit natum tollito. (i. educato.) Tollere autem liberos eſt expoſitos educare, vt apparet ex declam. Quint. *278.* ¶ Pro euertere, excidere, ſubuertere. Velleius, Funditus ſuſtulit Carthaginem Scipio. Plaut. *Pſeud. ſc.3.a.2.* Si miles hoc ſciat, credo herclè tollat has ædes totas, atque hanc in crucem. Vbi tollere eſt excidere, ſubuertere. Item, Tollere hominem in crucem. ¶ Pro vulgare, idem *in Mil. ſc.3.a.2.* Ne tollas iſtam fabulam. (i. ne vulges aut feras ad herum.) ¶ Ornandum tollendúmque ambiguè. Cic. *lib.15. ad Attic. epiſt.5. & epiſt.20. lib.11. ad famil.* & Suet. *in Aug. c.12.* ¶ Tollere pedem, obſcœnè. Martial. *Epigr.80. lib.10.* ¶ Aliquando aufero. {לקח *lakách.* ἀφανίζω, αἴρομαι.} Cicer. *in Lal.* Solem enim de mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt. Plaut. *Aſin. ſc.1.a.4.* Deme iſtuc. (de ſcriptis. P. tollam. Ouid. *Eleg.1. lib.5. Triſt.*

——Totos tolle libellos.

Idem *Eleg.3. lib.4.*

Capútque conſpicuum pietas quo tua tollat habet.

¶ Tollere de medio, id eſt, interimere. {המית *hemith* הרג *harágh.* ἀναιρεῖν, ἀναρπάσας ποιεῖν, ὑπεξαίρειν. ANGL. *To kill.*} Cicer. *pro Roſc. Amer.* Perfacilè hunc hominem incautum & ruſticum, & Romæ ignotum de medio tolli poſſe. ¶ Aliquando differre. {משך *meſchſchéch.* ἀναβάλλω.} Plaut. Omnes tollo ex hoc die in alium diem. ¶ Aliquando inferre. הביא *hebi.* Virg. *3. Georg.*

Tollentémque minas, & ſibila colla tumentem.

Nam tollere minas, eſt minari, timorem incutere, inferre. ¶ Tollere gradum, ambulare. הלך *halách.* Plaut. *Bacch.* Is eſt, abibo contrà, & tollam gradum. ¶ Tollere ſe altiùs à terra, eſt creſcere: ac de herbis, & arboribus dicitur. Tollere animos, eſt ſuperbire, audaciorem eſſe. Propert. *lib.3. Eleg.18.*

I nunc tolle animos, & tecum finge triumphos.

Terent. *in Hecyr.* Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ, Sublati animi ſunt. ¶ Tollere animos dictis, id eſt, erigere & confirmare. Virg. *9. Æneid.*

Vltrò animos tollit dictis, atque increpat vltrò.

Tollere cachinnum, eſt in clarum, & immoderatum riſum ſolui. Tollere clamorem, eſt clara & magna voce clamare. Cic. *7. Verr.* Clamor à fani cuſtodibus tollitur. Tollere aliquem in cælum humeris, eſt illum laudibus celebrare, & quantum fieri poteſt diis immortalibus æqualem facere. In qua ſignificatione etiam dicimus, Tollere in cælum fama aliquem, & tollere laudes alicuius in aſtra. Cic. *ad Att. lib.2.* At hercule alter tuus familiaris Hortenſius, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè noſtras laudes in aſtra tulit? Virg. *5. Eclog.*

——Daphnimque tuum tollemus ad aſtra.

Tollere manus, lætitiæ ſignum eſt, & gratias agentis. Cic. *ad Caſ. lib.7.* Suſtulimus manus & ego, & Balbus. Tollere aliquem ab officio, eſt priuare. Tollere aliquem de oratione ſua, eſt eum non amplius nominare. Tollere aliquem è numero, eſt eum excipere. Tollere aliquem de medio, è medio, vel ex rerum natura, idem. Tollere legem, abrogare, antiquare. Tollere moram, feſtinare. Tollere metum, timorem adimere. Tollere ſpem, auferre. Tollere aliquem teſtimonio, teſtimoniis ita conuincere, vt condemnetur, & puniatur. Tollere aliquem ferro, aut veneno, eſt interficere. ¶ In crucem tollere. Cic. *ad Attic. lib.7.* Sed ego hoc ipſum velle, miſerius eſſe duco, quàm in crucem tolli. ¶ Riſum tollere pro Ridere. Horat. *de Arte,*

Indoctúſque pilæ, diſcive, trochive quieſcit:
Ne ſpiſſæ riſum tollant impunè coronæ.

¶ Aliquem tollere, pro aſſumere ſocium itineris. Cic. *ad Quint. fratr. lib.2.* Mea factum eſt infuſa verecundia, vt te proficiſcens non tollerem. Et paulò pòſt, Tunc, vt dico, certè ſuſtuliſſem, vt aliquando ſubtilitatem veteris vrbanitatis & humaniſſimi ſermonis attingerem: ſed hominem infirmum in villam apertam, ac ne rudem quidem etiam nunc inuitare volui. Sic Liu. *3. bell. Maced.* ¶ Tollere æs alienum, pro Diſſoluere. Plin. *de viris Illuſtr.* Hic quum ingens multitudo ære alieno oppreſſa, Capuam occupare tentaſſet, & ducem ſibi Quintium neceſſitate compulſum feciſſet, ſublato ære alieno compreſſit. ¶ Sublatus, a, um, particip. Eleuatus, ablatus, &c. ſecundùm ſignificationem ſui verbi. {נשא *niſſá* ἐπαρθείς, ἀφαιρεθείς. GALL. *Eſleué en haut, hauſſé.* ITAL. *Alzato.* GERM. Erhebt. HISP. *Alçado.* ANGL. *Lifted vp, taken away.*} Virg. *2. Æneid.*

——& ſublatus ad æthera clamor.

Velleius, Sublatis ſignis ſe ad Cæſarem ex legiones contulerunt. ¶ Sublatior & ſublatius, comparatiuus, quo vſus eſt Cic. *Orat. pro domo ſua,* Superlatiuus Sublatiſſimus, a, um, Gell. *cap.19. lib.16.* Carmen, quod Orthium dicitur, ſublatiſſima voce cantauit. (Arion ſup.) ¶ Ponitur aliquando pro ſuperbo, elato, & arrogante. {גבה *ghabeáh* גאה *gheéh.*} Cæſar *1. belli Gall.* Quo prælio ſublati Heluetij, quòd quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audaciùs ſubſiſtere. Compoſita huius verbi ſunt, Attollo, extollo, protollo, & ſuſtollo, quorum ſignificata explicantur ſuis locis. ¶ Sublatio, verbale. {משא *maſſá* גבהות *ghabhúth.* ἀφαίρεσις. GALL. *Eſleuement, hauſſement.* ITAL. *Eſſo inalzare.* GERM. Erhebung. HISP. *Alçamiento.* ANGL. *A lifting vp.*} vt, Sublatio animi: id eſt, elatio, ſuperbia, Cic. *2. de finib.* Voluptatem Stoici ſic definiunt, Sublationem animi ſine ratione opinantis ſe magno bono frui, &c. ¶ Sublate, aduerbium. {ἐπηρμένως, ὑπερφυῶς. GALL. *Hautement.* ITAL. & HISP. *Altamente.* GERM. Hochtragenlich/hochſinnigklich. ANGL. *Hightly.*} Cic. *de clar. Orat.* Sublatè, ampléque dicere. Idem *pro domo ſua,* Nihil vnquam de me dixi ſublatius adſciſcendæ laudis cauſa.

‖Toltum, ſublatum. Gloſſ. vet.‖

Tŏlŏphōn, τολοφών, Locrorum ciuitas, apud Thucyd. *rerum Peloponneſiacarum, lib.3.*

Tŏlōsă, {τόλωσα. GALL. *Toulouſe.*} Vrbs Tectoſagum in ea parte Narbonenſis Galliæ, quæ in Pyrenæos montes vergit: cuius incolæ dicuntur Toloſani. ¶ Aurum Toloſanum habere, prouerbio dicuntur, qui magnis & fatalibus afficiuntur malis, nouóque ac miſerando pereunt exitio. Sumptum à Qu. Cepionis Conſulis exercitu (vt indicat Gellius) qui quum Toloſam diripuiſſet, multúmque auri ex templis abſtuliſſet, ſubitò magna lues exercitum inuaſit, quæ eos omnes qui aliquid ex ſacro auro attigerant, miſerando lethi genere abſumpſit. Vide Eraſm. *Adag.*

Tŏlūtārĭī, ſiue Tolutares equi, dicuntur qui alio nomine ab Aſturia Hiſpaniæ regione Aſturcones dicuntur, à nonnullis etiam Gradarij, propterea quòd gradu non vulgari incedant, ſed alternis crura molliter explicantes commodam ſeſſori præbeant vectationem citra vllam ſuccuſſationis moleſtiam. {ἱπποφορεῖς, εὐδρομοι. GALL. *Cheuaux viſtes*

&

& legers, qui vont les ambles. ITAL. Caualli che vanno di portante. GERM. Zelter. HISP. Caualles ambladores. ANGL. Ambling horses.} Tolutares dicti, siue à tollendis alterno glomeratu pedibus, siue (vt alij malunt) à pedum volubilitate, quasi volutarij. Senec. in Epist. 88. Mannos tolutares appellat.

Tŏlūtim. {τροχάδην, ἀνδρόμως. GALL. Vistement & legerement, aux ambles. ITAL. Di portante. GERM. In zelters weiß. HISP. Ligeramente, amblando. ANGL. Ambling wise.} Id est, volubiliter, & molliter, propriéque ad asturconum, siue gladiatorum incessum attinet, qui alternis crura molliter explicantes, commodissimam sessori præbent vectationem: quod genus equorum à Polluce εὔδρομοι appellatur. Tolutim (inquit Nonius) quasi volutim, vel volubiliter. ἐπιτροχάδην. Plaut. Asinar. Demam hercle iam de hordeo, tolutim ni badizas. Varr. Vt equus qui ad vehendum est natus, tamen traditur magistro, vt equiso doceat tolutim incedere. Plin. lib. 8. cap. 42. In eadem Hispania Callaica gens, & Asturica, equini generis, quos thieldones vocamus, minori forma appellatos asturcones gignunt: quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: vnde equus tolutim carpere incursus traditur arte.

Tŏlūtĭlŏquentĭă, volubilis sermo: vt interpretatur Nonius, citans locum Næuij vetusti poëtæ ex Gallinaria,

O pestifera, Pontica, fera, trux tolutiloquentia.

ἐπιτροχος λόγος.

Tŏmācŭlă, vel per syncopen tomacla, edulia sunt, quæ ferè ex iecore porcino minutatim conciso, & iam semicocto, infusis ouis crudis, & caseo opimo, & liquamine, pipere, aniso, zingibere fieri consueuerunt, teguntúrque omento suillo. {ἀλλᾶντες. GALL. Saussisson. ITAL. Tomaselle, alibi mortadelle. GERM. Ein leberwurst/sülzwurst. HISP. Assadura del animal guisado, salssixa. ANGL. Puddinges called sausages.} Dicta tomacula, ἀπὸ τοῦ τομεῖν, quod est incidere. Iuuen. Satyr. 10.

———*Candiduli diuina tomacula porci.*

& eius interpres, *ibid.*

Tŏmācĭnæ, edulia ex iecore porcino minutim conciso, quæ & tomacula dicuntur. ἀλλᾶντες. Varro lib. 2. cap 4. Quotannis è Gallia apportantur Romam pernæ, tomacinæ, & petasones. Plin. Tomacinæ appellantur, quæ tomacula Insubres vocant. Galli nostris temporibus tomacellas.

Tŏmæŭs mons, τομαῖον ὄρος, in Peloponneso est, iuxta Coryphasium promontorium. Steph.

Tŏmārŭs, τόμαρος Straboni & Stephano, mons est Thesprotiorum, Dodonæo oraculo imminens centum fontibus inclytus, qui & Tmarus dicitur per concisionem. Vide Plin. in Proœm. lib. 4. & Strab. lib. 7.

Tŏmentŭm, i, lana breuis ac concisa, quæ ex vestibus à fullone poliendo detrahitur: & quicquid farciminis ex quacunque re, siue ex fœno, aut palea, siue ex pluma fuerit quo culcitræ farciuntur. {γνάφαλον. GALL. Bourre, ce qu'on met dans vn matelas. ITAL. Stoppa grossa, stoppacci. GERM. Kurtze wollen/schärwollen/schoppwollen. HISP. Aquello que se enfunda, como juncos, lana, pluma para enfundar colchon colcedra. ANGL. Flockes, lockes clipped of wooll.} Varro de lingua Latina, lib. 4. Postquam transierunt ad culcitras, quòd in eas sagos, aut tomentum aliúdve quid calcabant, ab inculcando culcitra dicta. Videtur autem tomentum deduci à τέμνω, quod significat incido. Sueton. in Tiber. cap. 54. Adeò alimenta Druso subducta, vt tomentum ex culcitra tentauerit mandere. ¶ Tomentorum autem aliud leuconium dicebatur, quòd fiebat ex lana alba concisa. Aliud Circense ex arundinibus concisis factum: idque stramentum habebatur plebeiorum. Dictum Circense, quod in Circo Romano sternebatur, illicque egeni quiescebant. Seneca lib. de beata vita, Nihilo miserius ero, si lassa ceruix mea in manipulo ferri acquiescat, si super circense tomentum per sarcinas veteris lintei affluens incubabo. Martial. lib. 4.

Tomentum concisa palus circense vocatur:
Hæc pro leuconio stramina pauper emit.

Tŏmīcĕ, es, siue (vt quibusdam placet) Tomix, icis. {θώμιγξ. GALL. Vne sorte de corde faite de chanure qui n'est point accoustré, ou de genest. ITAL. Fune di canape, ò di sparto. GERM. Ein grob vngebutzt hanffseil. HISP. Tomiza de cañamo, ò esparto. ANGL. A cable rope à coller put on horses neckes for hurting them.} Græco nomine appellatur ex cannabi impolita, & sparto leuiter torta restis ex qua funes fiunt. Plin. lib. 17. cap. 10. Tomice moris spinarum circumlita. Pallad. lib. 1. cap. 13. Tunc eos catenis ligneis ex iunipero, aut oliua, aut buxo, aut cupresso factis, ad contignationem suspendemus, & binas inter eas perticas exigemus, tomicibus alligatis. Vitruu. lib. 7. docet asseres tomice religandos. Puluilli quoque quos in collo habent animalia, ne reste lædantur, tomices vocantur.

Tomicus, a, um, τομικός, ή, όν, incidendi vim habens. Tomici dentes primores incisores, à τομή sectio.

Tŏmŭs, τόμος Straboni, Ciuitas in Ponto, Ouidij exilio nota: ab eo dicta, quòd illic Medea Absyrti fratris membra frustulatim conciderit, vt patrem insequentem commorantur. Ouid. 3. Trist.

Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.

Conditam apparet à Milesiis: quod & ipsum testatur idem Ouid. lib. 1. Trist.

A quibus adueniat Miletida sospes ad vrbem,
Offensi quo me contulit ira dei.

¶ Hinc adiectiuum Tomitanus: vt, Humus Tomitana. Idem 3. de Pont. Eleg. 1.

Inque Tomitana condar oportet humo?

Tŏmŭs, i, masc. gen. {מגלה meghilláh ספר sépher. τόμος. GALL. Tome, volume, piece. ITAL. Pezzo, parte, volume, tomo. GERM. Ein stuck oder theil. HISP. Tomo. ANGL. A cutting, a volume, a piece.} Fragmentum vel pars operis, quam Latinè sectionem vocamus. Mart. lib. 1.

Scriptura quanti constet, & tomus vilis.

Vnde Origenes tertium librorum suorum genus tomos inscripsit, quos (vt ait Hieronymus) nos possumus appellare volumina. Idem alibi de eodem, Edidit innumerabiles commentarios quos ipse appellat tomos.

Tŏmyrĭs, τόμυρις, fuit regina nobilis Massagetarum in Scythia, quæ potentissimo Persarum regi Cyro bello congressa est, ipsúmque, & vita & castris spoliauit ad vlciscendam filij mortem, quem ille priùs à matre obuiam missum cum suis per insidias interfecerat. Nec tamen hoc euentu victoriæ contenta fuit, aut emollita animi rabies: mortui enim caput in vtrem humano cruore plenum demisit, his verbis insultans, Filij mei sanguinem hausisti & meum sitisti Cyre: at ego cruore te saturabo. Vide Herodot. lib. 1.

Tonarium, τονάριον, fistula, qua τόνος, tonus traditur, ne altior, vel remissior sit vox loquentis, aut canentis.

Tŏndĕo, es, totondi, tonsum, Lanam, siue capillos, & huiusmodi incido. {גזז ghazáz. κείρω. GALL. Tondre. ITAL. Tosare. GERM. Schären. HISP. Tresquilar. ANGL. To clippe, to shere, to ripe or mawe.} Plin. lib. 8. cap. 48. Oues non vbique tondentur. Cic. 5. Tusc. quæst. Regiæ virgines, vt tonstriculæ, tondebant barbam, & capillum patris. Mart. lib. 2.

Non tondet, inquam: quid ergo facit? radit.

Virg. lib. 3. Georg.

Nec minus interea barbas, incanaque menta
Cinyphij tondent hirci, setásque comantes.

¶ Interdum pascere, vel pascendo absumere. {בער bibér. νέμομαι.} Virg. lib. 1. Georg.

Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci.

¶ Aliquando resecare, vel demetere. {גזר ghazár קצר katsár.} Idem lib. 1. Georg.

Nocte arida prata tondentur, id est, secantur.

Tibull. lib. 4.

Tondetúrque seges maturos annua partus.

Tondere aliquem auro, id est, emungere, techna aliqua spoliare. Plaut. in Bacchid. Tondebo auro, vsque ad viuam cutem. ¶ Huius verbi composita sunt Attondeo, & detondeo: quorum significata explicantur suis locis.

Tōnso, as, frequentatiuum: vnde & detonso. ἀποκείρω. Gell. Capillos dialis, nisi qui liber homo est, non detonset.

Tōnsĭto, as, aliud frequentatiuum. Plaut. in Bacchid. Ter in anno tu has tonsitas?

Tousus, us, nomen substantiuum, idem quod tonsura significans: vt docet Nonius ex Plaut. Amphitr. sc. 1. a. 1. sub finem: Tam consimili'st atque ego: Sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasum, & labra, &c. Item ex Accio, sed quænam hæc est, inquit, mulier funesta veste, tonsu lugubri?

Tōnsŭs, a, um, participium, Lana, crinéve spoliatus. {נגוז naghóz. κρκαρμένος. GALL. Tondu. ITAL. Tosato. GERM. Beschoren. HISP. Tresquilado. ANGL. Clipped or shorne.} Cic. in Pisonem, Cum illa saltatrice tonsa. Mart. lib. 11. Et tonso pura ministro. Ibidem, Iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba. Tonsæ valles, quæ arboribus & syluis veluti comis suis spoliatæ sunt. Virg. 4. Georg.

———*Tonsis in vallibus illum*
Pastores, &c.

¶ Contrà, Intonsi montes, id est, syluosi. Varro, Intonsi montes, & feris pleni. Villi tonsi. Virg. 1. Æneid.

———*tonsisque ferunt mantilia villis.*

Tonsa oliua. Idem 5. Æneid.

Ipse caput tonsa foliis euinctus oliua.

Et Quintilian. Tonsæ myrti.

Tōnsæ, dicuntur remi, à diuerberandis fluctibus. {משוטים mischschotim. ἐρετμοί. GALL. Auirons. ITAL. Pale de remi. GERM. Ruder. HISP. Palas de los remos. ANGL. Owers.} Virg. lib. 7.

Et in lento luctantur marmore tonsæ.

Tōnsŏr, is, qui barbam, aut aliud quippiam tondet. {גוזז ghozéz גלב ghalláb. κουρεύς. GALL. Barbier. ITAL. Barbiere. GERM. Ein schärer. HISP. Barbero, ò tresquilador. ANGL. A clipper or poller of heades and beardes, a barbour.} Varr. lib. 2. de re rust. cap. 11. Omnino tonsores in Italia primùm venisse ex Sicilia dicuntur, post Romam conditam anno quadringentesimo quinquagesimo quarto, vt scriptum in publico Ardeæ in litteris extat, eósque adduxisse P. Ticinium Menam. Ibidem, Olim tonsores non fuisse adsignificant antiquorum statuæ, quòd pleræque habent capillum, & barbam magnam. Horat. lib. 1. Serm. satyr. 7.

Omnibus & lippis notum, & tonsoribus esse.

Cic. 1. Tusc. Dionysius ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. Plaut. in Asin. Ad tonsorem ire dixit. Idem Aul. sc. 1. a. 2. Ei tonsor vngues dempserat.

Tōnsōrĭus, a, um, quod ad tondendum pertinet. {κουρικός. GALL. Appartenant à tondre. ITAL. Pertinente à tosare. GERM. Das zu den schären gehört. HISP. Perteneciente à tresquilar. ANGL. Belonging to clipping or polling.} vt, Culter tonsorius, hoc est, nouacula. Cic. 2. Offic. Qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum. Apud Mart. lib. 14. titulus est de tonsoris ferramentis.

Tōnsūră, æ, est ipse tondendi actus. Alio nomine veteribus dictus Tonsus, huius tonsus, vt modò dictum est suprà. {גז ghez. κουρά. GALL. Tonsure, ou tonsture. ITAL. Tosatura. GERM. Beschärung. HISP. Tresquiladura, obra de tresquilar. ANGL. Clipping, polling, shearing.} Colum. lib. 7. c. 4. Tonsuræ certum anni tempus per omnes regiones seruari non potest. Idem lib. 11. c. 2. Oues Tarentinæ radice lanaria lauari debent, vt tonsuræ præparentur. ¶ Tonsura dicitur quoque de viribus & arboribus. Plin. lib. 17. c. 27. Vitis tantùm tonsuram annuam quærit, alternam myrtus, punicæ, oleæ, quia celeriter fruticescunt. Legitur quoque apud veteres tonsus pro tonsura. Plaut. in Amph. Sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasus, labra. Accius, Sed quænam hæc est mulier funesta veste, tonsu lugubri. Ex Nonio.

Tōnstrīx, icis, mulier tonsoris officio fungens. {גוזזת ghozézeth. κουρεύτρια. GALL. Barbiere. ITAL. Tonditrice. GERM. Ein schärerin. HISP. Barbera, ò tresquiladora. ANGL. She that doeth the office of barbour.} Plaut. Truc. Tonstricem Syram nouisti nostram.

Tōnstrīcŭlă, diminut. τὸ κουρείδιον. Cic. 5. Tusc. Regiæ virgines, vt tonstriculæ, tondebant barbam.

Tōnsĭlĭs, e, quod tonsum est, ac in orbem & comam putatum. {κεκαρμένον. GALL. Tondu. ITAL. Tosato. GERM. Beschoren. HISP. Tresquilado. ANGL.

ANGL. *That may be shorne or clipped.* } vt, Tonsiles oleæ, Tonsilis buxus. Plin. *lib.12.cap.2.* Primus Cn. Marius nemora tonsilia inuenit. Idem *lib.18.c.50.* Villo tonsili vestiuntur. Tonsiles syluæ, Senec. *in Quæst. natur. in Proœm.*

Tōnsīllæ, extremæ faucium partes circa radicem linguæ, gulam vtrinque attingentes. { παρίσθμια. GALL. *Les glandes au bout du gros de la langue.* ITAL. *Pallo.* GERM. Die eusserstentheil deß schlunds vmb das zäpfflin. HISP. *Agalla en la garganta del hombre.* ANGL. *Kernelles about she mouth.* } Cicero 1. *de natura deorum*, Linguam autem ad radices eius hærens excipit stomachus, quò primum illabuntur ea, quæ accepta sunt oris vtraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. ¶ Tonsillas item medici vocant faucium inflammationes cum tumore, quas & Græci παρίσθμια appellant. ¶ Tontissa, Paulus dolatus in acumen, & cuspide præferratus, qui nauis religandæ causa in litore pangitur. Accius, Tacete, & tonsillas in litore edite. Festus.

Tōnstrīnă, æ, Officina tonsoris. { κουρεῖον. GALL. *L'ouuroir d'vn barbier, barberie.* ITAL. *Barberia.* GERM. Ein scharstub/ schärgaden. HISP. *Barberia, la tienda del barbero.* ANGL. *A barbours shope.* } Plautus *in Asin.* Idem *Amphitr.* In medicinis in tonstrinis apud omnes ædes sacras. Idem *Asin. sc.2.a.2.* In tonstrina vt sedebam. Idem *Capt. sc.2.a.2.* Nunc iam senex in tonstrina est. Metaph. Libanum in tonstrinam, vt iusseram venire, is nullus venit. Terent. *in Phorm.* Ex aduorsum ei loco tonstrina erat quædam.

Tongillatim, singillatim. Gloss. Isid.

Tongo, nosco. Fest.

Tongri, siue potiùs Tungri, τοῦγγροι, populi inter Belgas, quos Ptolemæus *lib.2.c.9.* post Tabullam fluuium collocat, capútque eorum facit Atuacutum.

Tōnĭmūs, veteres pro sonamus vsurparunt. Varro *Eudemonibus*, vt citatur à Nonio, Tibi Tympana non inaneis sonitus matris deûm tonimus.

Tŏnitrūs, Tonitrum, vide *Tono.*

TŎNO, as, aui, atum, & aliquando tonui, tonitum, tonare. { רעם *rahám* הרעים *herhim.* βροντάω. GALL. *Tonner.* ITAL. *Tuonare.* GERM. Tonderen. HISP. *Tronar el cielo.* ANGL. *To thunder.* } Plaut. *Amph.* Vt subitò, vt properè, vt validè tonuit! Ouidius *Eleg.1.lib.1.*

Me reor infesto cùm tonat igne peti.

Cic. 2. *de diuin.* Quum tonuit læuum bene tempestate serena. Idem *ibidem*, Ioue tonante, fulgurante, comitia haberi nefas. ¶ Tonantis Iouis ædes, Sueton. *in August. cap.91.* ¶ Apud vetustissimos legitur Tono, is, per tertiam coniugationem. Varr. *in Eudemonibus*, vt citatur à Nonio, Tympana tibi: non inanis sonitus matris deûm tonimus tibi semiuiri. Et, Plaut. *Amph.* Sed quid hoc? quàm validè tonit! ¶ Tonare laudes alicuius, est magnopere efferre. Plinius *in Præfat. lib.3.* Quanto tu ore patris laudes tonas? ¶ Tonare murmure, & verberibus, est resonare. Martial. *lib.9.*

Murmure iam sæuo, verberibúsque tonas.

¶ Huius composita sunt Attono, contono, circuntono, detono, intono, pertono: quorum significata explicantur suis locis.

Tŏnēscĭt, Tonat. { רעם *rahám* הרעים *hirhim.* βροντᾷ. ANGL. *It thundreth.* } Varr. *Bimargo*, vt citatur à Nonio, Nunc repentè cælitum altum tonitribus templum tonescit.

Tŏnĭtrūs, us, mascul. gener. & tonitru, neutrum indeclinabile in singul. in plurali tonitrua, Fragor nubis, qui fit erumpente fulmine. { רעם *rahám.* βροντή. GALL. *Tonnerre.* ITAL. *Tuono.* GERM. Der tonder. HISP. *Tronido.* ANGL. *Thunder.* } Ouid. 2. *Metam.*

Vnde solet tonitrus, & fulmina mittere terris.

Idem *Eleg.8.lib.1.Trist.*

Hoc mihi non ouium fibra, tonitúsque sinistri.

Plaut. *Amph.* Strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus. Senec. *c.17. de cons. ad Helu.* Inter cœlum terrásque tonitribus, fulminibus, ventorum flatibus interiacet hoc tumultuosum spatium, &c. Iuuen. *Sat.5.*

——— Et facient optata tonitrua cœnas.

Cic. 2. *de diuin.* Nónne perspicuum est, ex prima admiratione hominum, quòd tonitrua, iactúsque fulminum extimuissent, credidisse ea efficere rerum omnium autorem Iouem?

Tŏnitrŭum, i, idem. Cælius *Cic. lib.8.* Hic tibi strepitus, fremitus, clamor, tonitruum.

Tonatio, nis, verbale, apud Senec. 2. *natur. Quæst.* Quæstio illa, vt ita dicam, comminatio est, & quasi sine ictu tonatio.

Tŏnsīllă, Tonsor, Tonstrix, Tonsus, vide *Tondeo.*

Tŏnŭs. { τόνος. GALL. *Son, ton, accent.* ITAL. *Suono, tuono, accento.* GERM. Ein ton/lautung. HISP. *El tono en el arte de la musica, acento de cada palabra.* ANGL. *A sound, toone, or accent.* } Vocalitio, siue accentus: à verbo τείνειν, quod est intendere, quasi τῆ φωνῆς τάσις. ¶ Gell. *cap.15.lib.13.* Summus tonus & superior, (loquitur de accentu & prosodia. ¶ De tonis musicis vide Censorinum de die natali, vbi agit de Musica. ¶ Toni item dicuntur nerui in stomachi lateribus. ¶ Præterea tonum appellant spatium interiectum inter terram & citimum cæli circulum, hoc est, lunarem, quod est centum viginti sex millium stadiorum, vt inquit Martianus, quoniam vt in sonis interuallum cum legitima quantitate minimum ex duobus sonis inter se diuersis, ita in cælo minimum à terra spatium ad Lunam Tonum appellare placuit. ¶ Huius mensuræ dimidium hemitonium dicitur, ἡμιτόνιον. Tonus verò cum hemitonio proportionem facit sesquiplam, hoc est, sesquialteram. ¶ In picturis item splendor inter lumen & vmbram, Tonus dicitur. Plin. *lib.35.c.5.* Deinde adiectus est splendor alius hic quàm lumen: quem quia inter hoc & vmbram esset, appellauerunt tonon: commissuras verò colorum & transitus, Armogen. ¶ Antiqui tonitruum dixerunt tonum. Senec. *quæst. natur. lib.2.c.56.* Antiqui autem tonitruum dixerunt, aut tonum. Hoc apud Cæcinnam inuenio.

Tŏpāzĭūs, ij, fœmin. gener. { τοπάζιος. GALL. *Topasse.* ITAL. *Topazzio.* GERM. Ein topaß/ist ein edelgestein. HISP. *Topacio.* ANGL. *A precious stone grene coloured.* } Gemma est viridis coloris, ἀπὸ τῆ τοπάζειν, hoc est, à quærendo dicta, siue quod Troglodytæ prædones quum diutiùs fame & tempestate pressi, herbas, radicesque effoderent, hanc gemmam primi eruerunt: siue à Topazio insula Maris rubri, in qua hic lapis mirè pellucidus inuenitur. Insulæ autem huic idcirco Topazio nomen factum putant, eò quòd nebulosa sit, sæpéque à nauigantibus fuerit quæsita antequam inueniretur. Vtranque nominis causam refert Plin. *lib.37.c.8.* & *lib.6.c.29.* & Strab. *lib.6.*

Tŏpāzŏs, vel Topazus, τόπαζος, insula est in mari rubro ccc. passus à continente distans, in qua topazius gemma inuenitur mirè pellucida. Vide *Topazius.*

TŎPHVS masc. gen. Genus lapidis asperi, qui facilè in arenam resoluitur. πῶρος. Plin. *lib.17.c.4.* Nam tophus scaber natura. Virg. 2. *Georg.*

Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris.

Tŏphīnŭs, & Tophaceus, adiectiua, quod ex topho est. πώρινος. Sueton. *in Claud. c.21.* Quæ tophina, ac linea antea erant. Plin. *lib.17.c.7.* Est alba, rufa, columbina, argillacea, tophacea, arenacea.

Tŏpĭārĭum, ij, { τόπιον. GALL. *Ouurage de verdure qu'on fait és iardins en forme de bestes ou autre chose.* ITAL. *Figura di verdure ò d'alberi come di bosso.* GERM. Ein garten geheld/ oder etwas das man auß bäumen/ kreutern/ blumen in den gärten zur zierd oder vmb deß schattens willen macht. HISP. *Iardin, lugar delectable obrado en diuersas figuras.* ANGL. *The making of images of beastes or other thinges in gardens.* } Opus ex arbore, aut frutice, aut herba, ornatus, aut vitandi æstus causa factum: vt sunt testudines, cameræ, naues, auiculæ & huiusmodi, quæ ex buxo, vel hedera, & huiusmodi, quarum natura sequax est, & flexibilis, fieri consueuerunt. Dictum topiarium ἀπὸ τῶ τόπων. hoc est, à locis quæ in his varia constituuntur: quæ & topida ab idoneis scriptoribus nuncupantur. τοπεῖα. Vitruu. *lib.7.* Habentem deorum simulacra, seu fabularum dispositas explicationes, non minus Troianas pugnas, seu Vlyssis errationes per topia, cæteráque, quæ sunt eorum similibus rationibus ab rerum natura procreata. Quidam inde Torpiarij appellationem deductam existimant, quòd plantæ funium modo flexibiles & sequaces, in quaslibet formas ducantur. Græci enim funes in nauibus τοπεῖα, καὶ τοπεῖα appellant. Opus topiarium. Plin. *lib.15. cap.30.* Accedit in topiario opere lauri genus, quæ taxa dicitur: ramos spargit à radice topiarij ac coronarij operis. Hinc Topiarij dicuntur, qui topiaria faciunt: sicut coronarij, qui faciunt coronas. { οἱ τῶ κηπαδίων μορφῶν ποικιλταί. GALL. *Iardiniers qui font ouurages de verdure és iardins.* ITAL. *Chi fanno tali figure.* GERM. Ein geheldmacher/ der lustgezierd in den gärten macht. HISP. *Iardineros que afeitan assi los jardines.* } Idem Plin. *lib.15.cap.29.* Satiuæ myrti genera topiarij faciunt. Plin. iun. *Epist.63.* Inest huic computationi sumptus supellectili, sumptus atriensium topiariorum. ¶ Ars item ipsa Topiaria dicitur, vt argentaria. { ἡ ἐν τοῖς κήποις χειρόθεποιητική seu μιμητική. GALL. *L'art & mestier de faire verdure és iardins.* ITAL. *Arte di fare tali figure.* GERM. Die kunst lustgeheld/oder andere gartengezierd zumachen. HISP. *Arte para afeytar assi los jardinos.* } Cicer. *ad Quint. fratr. lib.3.* Vt denique illi palliati topiariam facere videantur, id est, artem exercere topiarij operis. ¶ Topiaria opera, in pictura, dixit Plin. *c.10.lib.35.* Vide Turn. *cap.23.lib.18.*

Tŏpŭs, locus. { τόπος. GALL. *Lieu.* ITAL. *Luoge.* GERM. Ein ort. HISP. *Lugar.* ANGL. *A place.* }

TOPARCHA, τοπάρχης, loci alicuius præses, τόπυ ἄρχων.

Toparchia, imperium toparchæ. Gloss. τοπαρχία pagus.

Tŏpĭcŭs, a, um. { τοπικός, ἡ, ὁν. GALL. *De lieu.* ITAL. *Cosa di luogo.* GERM. Des orts. HISP. *Cosa de lugar.* ANGL. *Of a place.* } Localis. Vnde Aristoteles & Cicero libros suos, quos de inuentione argumentorum conscripserunt, Topica appellarunt, quòd in iis doceatur, quemadmodum ex certis locis argumenta eruantur. Cic. *Trebatio lib.7.* Instituit Topica Aristotelica conscribere.

Tŏpĭcē, es, τοπική, ars ipsa inueniendorum argumentorum. Cicer. *in Top.* Inueniendi verò artem, quæ Topice dicitur quæ ad vsum potior erat, & ordine naturæ certè potior, totam reliquerunt.

Topium, τόπιον, τοπεῖον, & τοπεῖον, funis quo lignum alligatur, vt olearij torcularis, nauis rudens, &c. Hinc

Topiarius, a, um, topiis structum. sic opus topiarium: ars topiaria, qua topiis conuinciunt: topiarius seruus, artis eius peritus.

TOPOGRAPHVS, τοπογράφος, qui loca γράφει, describit.

Tŏpŏgrăphĭă, τοπογραφία, loci descriptio, Topographia ripulæ. Cic. *ad Attic. lib.15.* Itaque me referunt pedes in Tusculanum, & tamen hæc topographia ripulæ videtur habitura celerem satietatem.

‖ Topoteretes, Locum tenens, Vicarius. Buleng.

Topoteresia, copiæ militares. Idem. ‖

Tŏpŏthĕsĭă, τοποθεσία, Situs loci, vel descriptio.

Tŏppĕr, obsoleta dictio, qua antiquissimi vtebantur pro celeriter, seu confestim, statim. αὐτίκα. Næuius apud Festum, Capesse flammam Vulcani topper.

‖ Toragium ornatus inimicus. Pap. leg. Choragium ornatus inimicus.

Tŏrāle, contractè ‖ toral, is, quoduis lectuli stragulum. { כסוי *chesúi.* ἐπίβλημα, στρῶμα. GALL. *Couuerture de lit ou loudier.* ITAL. *Coperto da letto.* GERM. Ein bettdecke. HISP. *Los manteles, cobertor de cama.* ANGL. *Any couuerlet or couering of a bed.* } Horat. *lib.1. Epist.*

——— Ne turpe toral, ne sordida mappa

Corruget nares.

Idem *in Serm.*

Et Tyrias dare circum illota toralia vestes.

Duo toralium fuisse genera Paulus significat *L.3. de supel. leg.* vnum quod straguli nomine contineretur, alterum quod non contineretur. Hoc autem plagam appellatum Non. testatur, grande scilicet linteum tegmen. Ob eam fortè caussam ita dictum, quòd plagis, id est, foraminibus peruium ac pellucidum esset. Hotom.

Tŏrānĭus, Mangonis nomen est, apud Plin. *lib.7. cap.12.* qui M. Antonio iam Triumuiro duos insigni forma pueros pro geminis vendidit, quorum tamen alter in Asia genitus erat, alter trans Alpes. Detecta deinde fraude puerorum sermone, quum ab Antonio increparetur venditor, respondit se ob id ipsum tanti vendidisse, quòd gemini non essent, quoniam in iis qui eodem vtero sint editi, mira non debeat videri similitudo: sed in tam diuersis regionibus vsque adeò concordi figura reperiri, supra omnem esse taxationem. Quo tam opportuno responso versutus

versutus mango, tantam Antonio admirationem iniecit, vt aliud in censu suo nihil haberet charius.

TORCVLARE, is, vel Torcular per apocopen, Machina est premendis vnus oliuísque accommodata, à torquendo dicta. {פורה purâh יקב jekeb. ληνός. GALL. *Vn pressoir.* ITAL. *Torcolo.* GERM. Ein trott. HISP. *Torno de husillo.* ANGL. *A presse for wine, sider or veriuce.*} Columell. *lib.* 12. *cap.* 50. de olei loquens factura, Tum diligenter mundatam: protinus in torcular deferri, & integram in fiscinis nouis includi, prælóque subiici, vt quantum possit, paulatim exprimatur. Quo in loco Columella apertè distinguit torcular à prælo. Est enim torcular (vt diximus) tota illa machina, vino oleóve exprimendo inuenta. Prælum autem ipsa trabs, qua vuæ oleæve premuntur. Lacus autem, in quem defluit mustum, ex vinaceis expressum. Priscianus secundam dictionis huius syllabam præcipit esse producendam: alij tamen contrà corripiendam contendunt, analogiam sequentes, quòd in dictione Specular, quæ huic per omnia similis videtur, mediam syllabam constet corripi.

Torcularium, ij, Torcular. Cato *c.* 18. Torcularium si ædificare velis.

Torculum, i, Torcular. Cato *cap.* 1. Ad villam quum venias, videto vasa torcula, dolia, multáne sint. Plin. *lib.* 18. *cap.* 33. Viginti iugeribus sufficit vnum torculum.

Torcularius, a, um, adiectiu. quod ad torcular pertinet. {ὑπολήνιος. GALL. *Appartenant à pressoir.* ITAL. *Pertinente à torcollo.* GERM. Zu der trotten gehörig. HISP. *Perteneciente à torno de husillo.* ANGL. *Belonging to a presso.*} Varro *de re rustic. lib.* 1. *cap.* 22. Si sit centum iugerum, habere oportet vasa torcularia instructa trina. Colum. *lib.* 12. *c.* 18. Tum lacus vinarij torcularij, & fora, omniáque vasa, &c. Torcularia cella, idem *lib.* 1. *cap.* 6.

Torcularius, ij, subst. qui torculari premit vuas. {ὁ πευγητής, ὁ τὰς σταφυλὰς ἐμπατῶν ἢ θλίβων. GALL. *Pressoireur.* ITAL. *Chi preme con torcolo.* GERM. Ein trotter/trottknecht. HISP. *El que apreta con torno.* ANGL. *A presser or he that presseth.*} Col. *lib.* 11. *c.* 30. Quia interdum multitudo baccæ torculariorum vincit laborem.

Torculus, a, um, adiectiuum, quod ad torculum pertinet. {ὁ λήνιος, ἐπιλήνιος, vel ὑπολήνιος. GALL. *De pressoir, seruant à pressoir.* ITAL. *Che serue al torcolo.* GERM. Zu der trotten dienstlich. HISP. *Cosa que sierue à torno de husillo.* ANGL. *Of or seruing to a presse.*} vt, Torculus funis, Cato *c.* 135. Funem torculum siquis faciet, &c.

Tores, pro torques antiqui dixerunt, quemadmodum hoc Seruilius & etiam Flauius Pomponianus notat. Sosipater *lib.* 1.

TOREVMA, atis, & Toreumatum, i. {מקלעת miklâhat. τόρευμα. GALL. *Ouurage de taille en bosse, piece d'ouurage taillée.* ITAL. *Opera fatta al torno, sculpita, ò di relieuo.* GERM. Ein getrayte oder außgegrabne geschnitzelte arbeit. HISP. *Vaso torneado ò esculpido.* ANGL. *Plate chased or ingrauet, work imbossed.*} Vas aliúdve opus torno factum, aut alioqui artificiosè cælatum. Est enim τορεύειν, tornare, siue sculpere. Vnde & ars ipsa Toreutice dicitur. {τορευτική. GALL. *L'art de tailler ou grauer en bosse, ou en leueure, ou de relief.* ITAL. *Arte di lauorare al torno, ò di relieuo.* GERM. Die kunst des drayens oder außstechens vnd zuschnitzelns. HISP. *Arte de tornear, ò esculpir.*} Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. primùm à Phidia inuentam scribit, sed à Polycleto Sicyonio consummatam. Martial. *lib.* 3.

Artis Phidiacæ toreuma clarum.

Salust. *in Iugurth.* Tabulas, signa, toreuma emunt. in plural. Toreumata, vulgò dicuntur, *Vases, ou autres pieces taillés en bosse.*

Toreuta, τορευτής, tornator, tornio.

TORMENTVM, i, Cruciatus, qui aut eruendæ veritatis, aut criminis puniendi causa fieri solet. {דאבה deabâh דאבון daabôn. βάσανος. GALL. *Gehenne, torture, tourment, supplice.* ITAL. *Tormiento, pena, supplicio.* GERM. Ein peinigung/folterung. HISP. *La question de tormento, tormento.* ANGL. *A torment or rack made with cordes to trye the threuth of one.*} à torqueo, quod inter cætera significat crucio. βασανίζω. Sueton. *in Tiber. cap.* 19. Tormentis expressa confessio est cogitata facinoris. Idem *in Calig. cap.* 32. Sæpè in conspectu prandentis vel comessantis seriæ quæstiones per tormenta habebantur. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Exigit vt nulli gemitus tormenta sequantur.

Cicer. 3. *de finib.* Vtque in omnibus tormentis conseruetur vita beata. Horat. 1. *Epist.* 2.

Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.

Cicer. 3. *de nat. deor.* Anaxarchum Democritum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus Zenonem Eleatem in tormentis necatum. ¶ Tormentum simpliciter pro cruciatu ac dolore. Cels. *lib.* 7. *cap.* 7. Cùm toties acus transuet, necesse est longum tormentum magnam inflammationem moueat. ¶ De luctu. Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Marc.* Non eris in ærumnis, nec te tormentis macerabis. Præterea tormentum generale vocabulum est omnium machinarum saxa, tela, & id genus varia torquentium. {מחי mechi. μηχανή. GALL. *Instrument de guerre à ietter loing, comme pierres, boulets, & autres choses.* ITAL. *Machina da guerra per lanciare pietre ò altre cose.* GERM. Ein gerüst mit dem man etwas in die weite vnd höhe wirfft/ein gewerff. HISP. *El engeño para combatir.*} Cæs. 2. *Comm.* Ad extremas fossas castella constituit, ibíque tormenta collocauit. Virg. 11. *Æneid.*

Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti.

Cæs. 2. *de bell. ciuil.* Tormenta mittere. (i. tela.) ¶ Tormentis pressa vestis & coacta splendescere. Senec. *cap.* 1. *de tranquill.* Placet non in ambitionem cubile compositum, non ex arcula prolata vestis, non ponderibus, aut tormentis splendere cogentibus pressa; sed domestica, & vilis, &c.

Tormina, morbus intestinorum, quem δυσεντερίαν Græci vocant. {στρόφος. GALL. *Trenchees de ventre, flux de ventre auec sang & trenchees.* ITAL. *Dolore di ventre, di pansa, di corpo.* GERM. Darmgicht/grimmen/bauchweh. HISP. *Torçon de hombre ò bestias, y con fluxo de sangre.* ANGL. *Gripinges, paines or greuinges of the stomack or bellie.*} Celsus *lib.* 4. *c.* 15. Proxima his inter intestinorum mala tormina esse consueuerunt: δυσεντερία Græcè vocantur. Intus intestina exulcerantur: ex his cruor manat: ísque modò cum stercore aliquo semper liquido, modò cum quibusdam quasi mucosis excernitur. Interdum simul quædam carnosa descendunt. Frequens deiiciendi cupiditas, dolórque in ano est. Hæc Celsus. Plin. *lib.* 20. *cap.* 14. Mentastrum torminibus cholericis efficacissimum. Cicer. 2. *Tusculan.* Quamuis idem forticulum se in torminibus & stranguria sua præbeat. Columell. *lib.* 12. *cap.* 7. Sequitur torminum vitium, quorum signum est cruenta & runcosa ventris proluuies. Hinc torminosi, qui eum morbum patiuntur, quos & dysentericos Græco vocabulo appellant, {στροφούμενοι. GALL. *Suiets à trenchees de ventre, ou qui les ont.* ITAL. *Soggetti à tal dolore di ventre ò chi l'hanno.* GERM. Bauchweh vnd so darauß folget/dem roten schaden oder durchlauff vnderworffen. HISP. *Atorçonados assi.*} Cic. *Tusc.* Itaque dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos: non quia semper sint, sed quia sæpè sint.

Torminalis, quod tormina infert. {ὁ στρόφου ποιητικός. GALL. *Qui engendre des trenchees de ventre.* ITAL. *Cosa che genera tai male.* GERM. Das grimmen/oder bauchweh macht. HISP. *Cosa que engendra tal torçon.* ANGL. *That ingendreth paines or gripinges of the bellie.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 21. de sorbis agens, Quartum genus torminale appellant.

‖Tornacum, *Tornay, Dornick*, V.E. Flandriæ, olim Remensi, nunc Cameracensi A. suffraganea.‖

Tornamentum, vel torneamentum, in hist. medij æui. GERM. Turnieren. GALL. *Tournoyer.* ITAL. *Torniare*, est imaginario ludo equis decurrere, Troiam ludere, hastiludio se exercere: à tornare, vertere se, vt in conflictu fit.

Tornatilis, Torno, as, vide *Tornus.*

TVRNVS, {τόρνος. GALL. *Tour ou tournier.* ITAL. *Torno.* GERM. Ein drähstul/oder dräheisen. HISP. *Instrumento para tornear, torno.* ANGL. *A turning instrument.*} Instrumentum fabrile, quod ligna, ebur, & reliqua eiusmodi polita redduntur. Virg. *in Buccol. Eclog.* 3.

Lenta quibus torno facilis superaddita vitis.

Idem 2. *Georg.*

——— Aut torno rasile buxum.

Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Normam autem & libellam, & tornum & clauem Theodorus Samius inuenit. Idem *lib.* 16. *c.* 40. Calices ex Terebintho solitus facere torno.

Tornatilis, e, quod torno factum est. {τορευτής, τορευτός. GALL. *Fait au tour, tourné.* ITAL. *Fatto al torno, tornito.* GERM. Zrähen. HISP. *Tornear, con torno.* ANGL. *Made with a turning instrument.*}

Torno, as, Torno conficio vel polio. {τορνεύω, τορεύω. GALL. *Tourner, faire au tournoir.* ITAL. *Tornire, far al torno.* GERM. Zrähen. HISP. *Tornear con torno.* ANGL. *To make or trimme any thing with a turning instrument.*} Plin. *lib.* 36. Lapis est qui cauatur, tornatúrque in vasis coquendis cibis vtilia. Cicer. 3. *de vniuers.* Idque ita tornauit, vt nihil effici possit rotundius. ¶ Versus malè tornati, pro malè elaboratis, μισόφοραχαις. Horatius *de Arte*,

Bis térque expertum frustrà, delere iubebat,
Et malè tornatos incudi reddere versus.

Hinc detorno, quod est, ex materia quapiam torno aliquid efficio. ἀποτορνεύω. Plin. *lib.* 13. Lignum grande intus, firmæque duritiæ, ex quo velares detornant annulos.

Toron, is, τόρων, lacus est Chalcidis circa quem fabæ sponte proueniunt. Autor Plin. *lib.* 18. *c.* 22.

Torone, es, τορώνη, oppidum in ora Macedoniæ, in ortum vergente, à quo propinquus sinus Toronicus, siue Toronæus appellatur. Meminerunt huius oppidi Plin. *lib.* 4. *cap.* 20. & Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 13. Vulgò *Agiomamma.*

Torosus, a, um, vide *Torus.*

Torpedo, pro pisce. Vide *Torpeo.*

TORPEO, es, ui, Stupeo, piger sum & segnis, languidus sum & remissus. {פגר pighgher נבעצל nebetsál נרפה nirpáh. ἀναισθητέω, ἰλιγγιάω, ναρκάω. GALL. *Estre engourdi, auoir les membres gourds & endormis.* ITAL. *Esser debile, pigro, languido.* GERM. Faul vnd laß sein/von tragheit ragen/vnfrütig sein. HISP. *Entomecerse.* ANGL. *To be a sleape as the partes of the bodie ar, to be slaw, dull, or heaule.*} Plaut. *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. Totus torpeo. Velleius, Torpebat oppressa dominatione ciuitas. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

——— consertóque agmine cerui
Torpent mole noua & summis vix cornibus extant.

Cic. 1. *de nat. deor.* Deum sic feriatum volumus cessatione torpere, vt si se commouerit, vereamur ne beatus esse non possit. Liu. 7. *bell. Punic.* Deligati ad palum, virgísque cæsi & securi percussi adeò torpentibus metu qui aderant, vt non modò ferocior vox aduersùs atrocitatem pœnæ, sed ne gemitus quidem exaudiretur. Virg. 1. *Georg.*

Nec torpore graui passus sua regna veterno.

Torpesco, Piger siue torpidus fio. {פגר pighghér נעצר nebetsál רפה raphâh. ναρκώδης γίνομαι. GALL. *Deuenir ou estre engourdi & comme endormi.* ITAL. *Deuenir stupido como adormentato.* GERM. Faul oder vnfruchtsam werden/von faulkeit starrend werden. HISP. *Entomecerse.* ANGL. *To waxe slow, heauie or dull, or sleaping as the partes of the bodie.*} Salust. *in Iugurth.* Cæterùm ingenium quo neque amplius in natura mortalium est, incultu atque socordia torpescere sinunt. Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. Flauescunt tamen & illæ senecta, rigísque torpescunt. de margaritis.

Torpor, is, Animi & corporis stupor, à torpedine pisce, cuius contactu corpus stupescit. {עצלה hatsláh עצלות hatlúth. νάρκη, νάρκωσις. GALL. *Engourdissement, ou endormissement de membres.* ITAL. *Torpore, debolezza.* GERM. Faulkeit/vnnuferkeit/vngelyetsame der glidern/vnfruchtsamkeit. HISP. *Entomecimiento.* ANGL. *Dullnesse, heauinesse, or sleaping of the partes of the bodie.*} Cic. *lib.* 2. *de nat. deor.* Aliæ fuga se, aliæ occultatione tutantur, atramenti effusione sepiæ, torpore torpedines. Virg. *lib.* 12. *Æneid.*

Illi membra nouus soluit formidine torpor.

Torporo, as, Torporem induco. {רפה rippáh. ναρκάω. GALL. *Rendre engourdi & endormi, faire ou rendre stupide & sans sentiment.* ITAL. *Far stupido.* GERM. Faul/vnfruchtsam oder startzend machen. HISP. *Entomecer à otro.* ANGL. *To mak dull and slow or heauie.*} Turpil. *in Hetæris*, vt

vt citat Nonius, Stupidus astat, ita eius aspectu repens cor torporauit hominis amore, id est, torpefecit.

Tŏrpĭdŭs,a,um, Segnis, stupens, piger. {עצלן batsél. ναρκώδης. GALL. Tout engourdi. ITAL. Tutto stupido. GERM. Faul als ob einer halb lam wär. HISP. Entomecido y sin sentido. ANGL. Slow, dull.} Liuius 5. bell. Punic. Tum inter torpidos somno pauentésque ad necopinatum tumultum & inermes in cubilibus suis oppressos illa cædes edatur, à qua vos hesterno die reuocatos ægrè ferebatis. Vsus est & lib.2. eiusdem belli.

Tŏrpēdo,inis, fœm.gen. Piscis genus qui limo mersus occultat se, & pisces supra natantes torpentes facit: postquam obtorpuere deuorat. νάρκη. Plin. lib.9.c.42. Nouit torpedo vim suam, ipsa non torpens mersaque in limo se occultat. Quo in loco torpedo apertissimè est fœmin. generis: quod est contra eos qui masculini generis esse putant. Idem Plin. lib.32.cap.1. Ex eodem mari turpedo etiam procul & à longinquo, vel si hasta virgáve attingatur, quamuis præualidos lacertos torpescere, quamlibet ad cursum veloces alligari pedes tradunt. Cic.2. de nat. deor. Atramenti effusione sepiæ, torpore torpedines se tutantur. ¶ Accipitur & pro segnitie, torpore, siue stupore. {הצלח batsláh עצלות batslúth. νάρκη. GALL. Endormissement dé membres, engourdissement. ITAL. Stupore de mèmbri. GERM. Trägheit/unfruchtsamkeit/ungleitsame von grosser faulkeit. HISP. Entomecimiento. ANGL. A sleaping of the members of the bodie.} Sal. lib.1. histor. Hæc si placent, si tanta torpedo animos obrepsit, &c.

Tŏrquātŭs, περιαυχένιος, cognomen Titi Manlij, à torque impositum, quem occiso ad Anienem Gallo detraxit. Hic est ille Torquatus, Manlius, cuius iniussu quum filius aduersùs hostem, à quo prouocatus fuerat, pugnasset, eóque occiso, equestria spolia victor ad patrem tulisset, subitò eum, quòd aduersùs edictum suum & rei militaris disciplinam fecisset, virgis cæsum securi iussit percuti. ¶ Torquatus alius fuit Mediolanensis, qui spectante Tiberio principe, tres vini congios vno impetu hausit: vnde & Tricongij nomen accepit. Vide Plin. lib.14.cap.22.

Tŏrquātŭs, adiectiuum, vide Torques.

TŎRQVĔO,es,i,um,& tortum, Curuo, inflecto. {חשה heschách כפף chaphápà עות biuvéth. στρέφω, κάμπτω, λυγίζω. GALL. Tordre, tortuer, tourner. ITAL. Torcere, lanciare. GERM. Winden/krümmen/umbträhen. HISP. Torcer. ANGL. To whirle about, to vexe, to cast with the arme or a sting.} Plin. lib.36. cap.25. Necessarium binas per diuersas coassationes substerni, capita earum præfigi clauis, ne torqueantur. Virgil. lib.2. Georg.

———Ityreos taxi torquentur in arcus.

Seneca c.3. de tranquill. Torquent calumniatores, &c. ¶ Torquere aliquando ponitur pro gyro celeri rotare. {הסב heséb. δινεύειν, κυκλοῦν, γυροῦν.} Virg.1. Æneid.

———at illum ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.

Ouid. lib.5. Fast.

Ille meas remis aduena torsit aquas.

¶ Aliquando pro torquendo iacere. {ירה jaráh. ῥίπτειν, βάλλειν.} Virg.5. Æneid.

In medios telum torsisti primus Achiuos.

Horat.2. Epist.2.

Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum.

Virg. lib.4. Æneid.

———an te genitor quum fulmina torques
Nequicquam horremus?

¶ Torquere oculum, Ita sursum aut deorsum versus flectere, vt altera veluti cuiusdam lucis reuerberatio videatur. Cicer.4. Academ. Itaque Timagoras Epicureus negat sibi vnquam quum oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas esse visas. ¶ Aliquando pro gubernare. {נהג nihégh.} Virg. lib.4. Æneid.

Cœlum & terras qui numine torquet.

¶ Aliquando pro sustinere. Idem lib.6. Æneid.

———vbi maximus Atlas
Axem humero torquet.

¶ Accipitur quandoque torquere, pro quæstionem de aliquo habere, quod fit eruendæ veritatis causa. {βασανίζειν. GALL. Gehenner, tormenter. ITAL. Dare la tortura, tormentare. GERM. Peinigen/foltern. HISP. Atormentar.} Torquemus, inquit Donatus, hominem, extorquemus veritatem. Cicer. Attic. Apud Rhodios liberi, ciuésque torquentur. ‖ ¶ Torquere in caput, vt, seruum in domini caput torquere, quod & contra, vel in dominum dicitur. ‖ Transfertur & ad animum pro eo quod est angere, siue molestia afficere. {עצב hitsitséb.} vt, Torqueri suorum desiderio, apud Senec. cap.14. de consol. ad Polyb. Translatum à distortione membrorum in eculeo cum cruciatu. Cicer. Attic. Equidem dies noctésque torqueo. Plin. Epistol.198. Remitte aliquid adolescentiæ ipsius, remitte lacrymis, remitte indulgentiæ: ne torseris illum, ne torseris etiam te. Aliquando pro nere, ξαίνειν. vt est illud Iuuenalis,

Penelope melius, melius torquetis Arachne.

Aliquando pro trahere. Virg.6. Æneid.

———Torquétque sonantia saxa.

Cicer. in Orat. Oratio ita flexibilis, vt sequatur quocunque torqueas. Torquere funem, est torquendo ex funiculis pluribus funem vnum efficere. σχοῖνον πλέκειν. Propertius,

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno:
Æternúmque tuam, pascat aselle famem.

Torquere ius per translationem, est peruertere, aut euertere. {עות biuvéth.} Cic. pro Cæcinna, An verbo ac litera ius omne torqueri, &c. Huius composita sunt Abstorqueo, contorqueo, detorqueo, distorqueo, extorqueo, intertorqueo, obtorqueo, prætorqueo, & retorqueo: quorum significata explicantur suis locis.

Tortŭs,a,um, participium. Cruciatus. {נעצב neb'sáb. βασανισθείς. GALL. Tormenté. ITAL. Tormentato con battiture. GERM. Gepeinigt/gefoltert. HISP. Atormentado. ANGL. Tormented.} Cic. in Topic. Nam & verberibus torti, & igne fatigati, quæ dicunt, ea veritas videtur ipsa dicere. ¶ Tortus vino vel ira dicitur, qui aut per ebrietatem, aut iræ impotentiam, quæ tacenda erant nequit continere. Horat.1. Epist.19.

Arcanum neque tu scrutaberis vllius vnquam:
Commissúmque teges & vino tortus & ira.

¶ Tortus, flexuosus, obliquus. {עקלתון hakallathón הפכפך haphachpháéh. λοξόστροφος. GALL. Tortu. ITAL. Torto. GERM. Gebogen/krumb. HISP. Tuerto ò torcido. ANGL. Bowed, crooked.} Ouidius 2. Metamorph.

Neu te deterior tortum declinet ad anguem.

Torta supercilia, apud Plaut. in Ruden. Et conditiones tortæ, apud eundem in Men. sc.2.a.4. Conditiones tetuli tortas, confragosas, &c. Habet & alia significata, quæ quoniam suprà explicuimus in verbo Torqueo, superuacaneum foret hîc denuò inculcare.

Tŏrtŭs,us, Ipse torquendi actus. {עותה hauvatháh עקלקל hakalkaláh. στροφή, λοξόστροφις, καμπυλότης. GALL. Tortuosité. ITAL. Tortuosità. GERM. Ein krümme/biegen. HISP. Torcedura ò corcoba. ANGL. Crookednesse.} Cic.3. de diuin. Vidimus immani specie, tortúque draconem Terribilem. Virg. lib.5. Æneid.

Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus.

Tŏrtum, vox obsoleta, qua antiqui vtebantur pro tormento. Pacuuius Duloresse, vt citat Nonius, Nam te in tenebras sæpè lacerto fame clausum, & fatigans artus, torto distraham.

Tŏrtŭōsŭs,a,um, Obliquus & multis flexibus sinuosus. {עקלתון hakallathón הפכפך haphachpháéh. ἑλιγματώδης, ἑλικοειδής. GALL. Tortu. ITAL. Tortuoso, torto. GERM. Das vil krümb hatt/hin vnd wider gebogen. HISP. Tuerto ò torcido. ANGL. That is bowed or crooked.} Cic. in Lælio, Neque enim fidum potest esse multiplex ingenium, & tortuosum. Tortuosum disputandi genus, apud eundem 4. Acad. Tortuosa vrina, apud Plin. lib.21.cap.27. quæ tortuosè defluit. Et apud Gellium c.11. lib.13. Res anxiæ & tortuosæ.

Tŏrsĭo, nis, verbale. {עצב hetséb. στρόφος. GALL. Tourment, trenchee. ITAL. Torcimento. GERM. Krümmung/ item das krimmen. HISP. El torçon ò tormento. ANGL. A tormenting or griping.} vt, Torsio stomachi, id est, tormina siue erosiones ab humoribus acribus. Plin. lib.20. cap.17. Priuatim eius vsus contra torsiones stomachi in tepida aqua & cruditates.

Tŏrtīlĭs, e, quod retortum & replicatum est. {משזר moschzár. στρεπτός. GALL. Tortu, entortillé. ITAL. Torto, intortigliato. GERM. Gewunden/gekrümpt. HISP. Torcido. ANGL. That is writhed or wrested.} Ouid, in Epist.

———Paridis ad Helenam,
Tortilis à digitis excipit ansa meis.

Lucanus lib.6.

Hunc aut tortilibus vibrata phalarica neruis Obruat.

Ouid.1. Metam.

———caua buccina sumitur illi
Tortilis in latum quæ turbine crescit ab imo.

Tŏrto, as, Iterum ac iterum torqueo. {βασανίζω. GALL. Tordre souuent. ITAL. Torcere bene. GERM. Hin vnd här biegen. HISP. Torcer mucho. ANG. To whirle about of ten.} Vetus est frequentatiuum à verbo Torqueo. Pomponius in decuma fullonis, vt citatur à Nonio: Vbi insilui in cochlearum equuleum, vbi tolutim tortor, &c.

Tŏrtŏr,is, qui veritatis eruendæ causa tormenta admouet, quod quoniam hodie carnificum officium est, factum est vt tortorem accipiamus pro carnifice. {βασανιστής. GALL. Bourreau qui baille la gehenne & torture. ITAL. Chi da il tormento. GERM. Ein peyniger/folterer. HISP. Atormentador, ò torcedor. ANGL. A racker or tormenter.} Cic. pro Cluentio, Quum iam tortor, atque essent tormenta ipsa defessa, neque tamen illa finem facere vellet, &c. Liu.10. bell. Maced. Conspectum tortoris, verberúmque non sustinuit. Horat.3. Carm. Od.5.

Atqui sciebat, quæ sibi barbarus tortor pararet.

Tortores item ab Ammiano dicuntur, qui saxa aliáve tela ex ballista, aliáve machina eiaculantur. Plaut. Asin. sc.2.a.3. Tortoréste acerrimos gnarósque nostri tergi. ¶ Tortor cognominatus Apollo: eóque cognomine is Deus quadam in parte vrbis colebatur; vt auctor est Suet. in August. c.70.

Tŏrtē, aduerb. {διεστραμμένως, διεστραμμένως, πλαγίως. GALL. Tortement, tortueusement, en tordant. ITAL. Tortuosamente. GERM. Krumm/ gebogenlich. HISP. Torcidamente, torciendo. ANGL. Crokedlie, awrie.} Lucr. lib.4.

———quamuis tortè penitúsque remota
Omnia, &c.

Tortiuus,a,um, torquendo expressus.

Tŏrtĭuum mustum quod dicatur, docet his verbis Columell. lib.12.c.36. Tortiuum mustum dicitur, quod post primam pressuram vinaceorum circuncisio pede exprimitur. {δεύτερος οἶνος, seu πόμα. GALL. Vin de pressoirage. ITAL. Vino di torcolo. GERM. Nachschup oder Trocken/der wein vom nachtruck. HISP. El vino que sale del husillo. ANGL. Pressed or wrong wine.} Cato de re rust. c.23. Circuncidaneum appellat, quod exprimatur pede vinaceorum ante circuncisio. Tortiuum (inquit) mustum circuncidaneum sui cuique dolio diuidito.

TŎRQVĒS,& Torquis, modò masculini, modò fœminini generis: Colli & summi pectoris ornamentum, ex auro, argento, gemmis, aliáve materia. {ענק hanák. windet. GALL. Collier ou carquan. ITAL. Collana, collare. GERM. Ein halßkettelin/halßband/etwas das man zur zierd vmb den hals windt. HISP. Collar. ANGL. A collar or chaine.} Cicer.3. Offic. Atque hic T. Manlius is est, qui ad Anienem Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto, cognomen inuenit. Propert. lib.4. Eleg.

Torquis ab incisa decidit vna gela.

Gell. lib.4. cap.13. Caput Galli præcidit, torquem detraxit, eámque sanguinolentam in collum posuit.

Torquatus,a,um, Torque insignitus: vt, Palumbus torquatus cuius collum circulo quodam veluti torque cingitur. {στρεπτοφόρος. GALL. Qui a vn collier ou carquan au col. ITAL. Chi ha la collana al collo. GERM. Das ein ring oder gezierd vmb den halß hatt. HISP. El que ha tal collar. ANGL. That hath a collar or chaine.} Aristoteles φάτταν appellat. Martial. lib.13.

Inguina torquati tardant,hebetántque palumbi,
Non edat hanc volucrem qui cupit esse salax.

¶ Torques aurei militibus ob rem strenuè gestam donari ab Imperatoribus solebant: vnde Torquati milites dicti, qui hoc honoris genus virtute erant consequuti. Sueton. *in August. cap.*43. Torque aureo donauit, & passus est Torquati ferre nomen. Horum duo erant genera, simplares, duplarésque. Veget. *lib.*2. Torquati (inquit) duplares & torquati simplares erant, quibus torquis aureus solidus virtutis præmium fuit: quem qui meruisset præter laudem interdum duas consequebatur annonas, duplares duas, simplares vnam. Autor tamen est Plin. *lib.*33. *cap.*2. priscis Romanorum temporibus auxiliares tantùm & externos aureis torquibus donari solitos, at ciues non nisi argenteis. Torquatos hodie equites (inquit Budæus) vocare possumus, qui *Cochleati* dicuntur, quos rex Gallorum gestamine suo regióque insigniuit. De Torquati cognomine & historia, Gellius *cap.*13.*lib.*9.

Tōrrēns,tis,masculini generis,Riuus, fluuiúsque temporarius non è fonte, sed è pluuia nascens, æstate siccus, hyeme magno fluens impetu. {נחל *náchal.* χείμαῤῥος. GALL.*Vn torrent.* ITAL.*Torrente.* GERM. Ein waldwasser/ ein bach so vom rägen gähligen angeht. HISP. *El arroyo, chorro ò corriente.* ANGL. *A streame comming downe an hill caused by water or snow.*} Virg.2.*Æneid.*

——aut rapidus montano flumine torrens,
Sternit agros, sternit sata læta, boúmque labores.

Quintilian. Neque fontibus puris,neque torrentibus turbidis, sed leuibus stagnis similis Rhodij Oratores. Senec.*epist.*40.de oratione Philosophi loquens: Perennis sit vnda,non torrens. Quintilian. Torrenti verborum inani se dare.

Tōrrēns,participium siue nomen ex participio,Rapidus,vehemens, concitatus. {חזק *chazák* איתן *ethán.* σφοδρός,βίαιος,ῥέων. GALL.*Vehement & impetueux,roide.* ITAL.*Vehemente,impetuoso.* GERM. Streng/ mitt vngestümme daher farend. HISP.*Vehemente,fuerte y arrebatado.* ANGL.*Vehement,swift,toasting or rosting.*} Virg.7.*Eclog.*

Hic tantum Boreæ curamus frigora,quantum
Aut numerum lupus,aut torrentia flumina ripas.

Idem 3.*Georg.*

Necnon & torrentem vndam leuis innatat alnus.

¶ Inuenitur etiam passiuè, vt apud Liuium *lib.*4.*d.*5.Torrens sole miles. ¶ Hinc Torrentior,& Torrentissimus.Plin.*lib.*3.*c.*6. de Pado flumine,Agris quàm nauigiis torrentior,&c.Iuuen.*Sat.*3.

Ingenium velox,audacia perdita,sermo
Promptus,& Isæo torrentior,

hoc est,vehementior & concitatior.Stat.3.*Sylu.*

Tempus erat cæli quum torrentissimus axis
Incumbit.

Campi torrentes sanguine apud eundem 1. *Sylu.* hoc est, vndantes, & torrentium fluxum imitantes.Ripæ torrentes pice.Virg.9.*Æneid.*

Dixerat idque ratum Stygij per flumina fratris,
Per pice torrentes,atráque voragine ripas Annuit.

Torrens oratio. Quintilian.

TŌRRĬS,is, mascul. gener. Fax, interprete Nonio, hoc est, stipes semiustus, & adhuc ardens, aut saltem ignitus quum titio sit torris extinctus. {אוד *udh.* δαλός. GALL. *Vn tison allumé.* ITAL. *Tizzone.* GERM. Ein brand. HISP.*Tizon.* ANGL.*A fier brande.*} Lactant. Titionem vulgus appellat extractum foco torrem, semiustum, extinctum. Virg.12. *Æneid.*

Obuius ambustum torrens Chorinus ab ara
Corripit,& venienti Ebuso,plagámque ferenti
Occupat os flammis.

Ouid.8.*Metam.*

Funereum torrem medios coniecit in ignes.

Tōrrĕo,es,ui, tostum, Ad ignem solémve sicco, arefacio. {חמם *chimmém* יקד *jakádh* שרף *soráph* יבש *jibbésch* הרביך *hirbich* קלה *kaláh.* ξηραίνω. GAL.*Rostir,secher au feu,brusler.* ITAL.*Seccare,arrostire.* GERM. Dörren. HISP.*Tostar ò quemar,secar.* ANGL.*To drie or burne.*} Plin.*lib.*11. *c.*20.Deinde sole verno torreantur. ¶ Nonnunquam ponitur pro aduro siue comburo. Cic.*de somn.Scip.* Medium autem illum circulum Solis calore torreri.Virg.4.*Georg.*

Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos
Ardebat cælo.

Neque solùm torreri calore dicimur,verumetiam frigore: vt annotauit Marcellus citans locum Varronis ex Eumenidibus, Capite operto esse iubet: ante lucem suscitat: frigore torret: venatum eiicit. Torreri item dicuntur carnes quæ sine aqua ad ignem coquuntur. {ὀπτᾶσθαι. GALL.*Rostir.* ITAL.*Arrostire.* GERM.Brahten/rösten. HISP.*Tostar.* ANGL. *To broyle or roast.*} Virg.5.*Æneid.*

Subijciunt verubus prunas,& viscera torrent.

Cic.*in Pison.*Sapientem in Phalaridis tauro inclusum succensis ignibus torreri. ¶ Accipitur aliquando pro vertere.Lucan.*lib.*7.

——Ingentes fato torrente ruinas.

Tōstŭs,a,um,aliud partic. {מרבך *murbách* קלוי *kalúi.* ὠπτημένος. GALL. *Rosti,haui,seché au feu.* ITAL.*Seccato,arrostito.* GERM. Gedörrt/ gebrahten. HISP. *Tostado ò quemado,secado.* ANGL. *Toasted,roasted,dryed with the fier.*} Ouid.12.*Metam.*

——& corpora tosta
Carne replent.

Virg.1.*Georg.*

Et medio tostas æstu terit area fruges.

¶ Maturitas tosta, quæ ex quadam veluti assatione Solis acquiritur. Plin.*lib.*12.*c.*7.Deest tosta illa maturitas: ideóque & rugarum colorísque similitudo de pipere.

Tōrrĭdŭs,a,um, actiuè ponitur, & significat id quod aridum facit,quódque torret. {יקד *jokédh* מיבש *mejabbésch.* καυστικός. GALL.*Ari,sec,haui, tout rosti & seché.* ITAL. *Secco,arrostito.* GERM. Dürr/treftig zu dörren/ oder zu brahten. HISP. *Seco, tostado.* ANGL. *Dry, that hath lost naturall moisture.*} vt, quum æstatem torridam dicimus, aut Solem torridum. Virg.7.*Eclog.*

——iam venit æstas
Torrida,iam læto turgent in palmite gemmæ.

¶ Nonnunquam passiuè pro exusto,siue sicco,& sole,ignive torrefacto: vnde zonam torridam vocamus, quæ inter duos tropicos sita, assiduo æstu torretur. {נשרף *nisráph.*} Virg.1.*Georg.*

Quinque tenent cœlum Zonæ: quarum vna corusco
Semper sole rubens,& torrida semper ab igni.

¶ Torridus macie,id est,siccus. {יבש *jabésch.* ἰσχνὸς.} Cic.*pro lege Agrar.* Quem hominem vt grandi macie torridum Romæ, contemptum,abiectum videbamus,&c. ¶ Torridus frigore.Liu.1.*bell.Pun.*Ad hæc perusti artus,niue rigentes nerui, membra torrida gelu, quassata, fractáque arma. ¶ Hinc retorridus eiusdem significationis. Col.*lib.*3. Nisi eum recideris,arbor tota fiet retorrida.

Tōrrēsco,Torridus fio, exuror. {הוקד *hukádh* נשרף *nisráph.* ὀπτάομαι. GALL. *Se rostir & secher au feu & au soleil.* ITAL. *Seccarsi, arrostirsi.* GERM. Gebrennt/oder gebrahten werden. HISP.*Secarse,quemarse.* ANGL. *To be rosted or dried at the fier.*} Lucret.*lib.*3.

——non inuenio cui non sit acerbum,
Ignibus impositum calidis torrescere flammis.

¶ A quo Retorresco,de quo suprà suo loco.

Tōrrĕfăcĭo, is, Torridum reddo, arefacio, ad ignem solémve sicco. {יבש *jibbésch.* καταφρύγω ξηραίνω. GALL.*Seicher,rostir.* ITAL.*Seccare, arrostire,rostire.* GERM. Dörren/brahten. HISP.*Secar,tostar,quemar.* ANGL. *To mak drie to rost.*} Col.*lib.*2.*c.*21.Et subinde opportunis solibus torrefacta proteritur. Idem *lib.*6. *c.*7. Quidam vinaceorum duas libras torrefaciunt,& ita conterunt.

‖Torta, azima, placenta sic dicta, quam pastores victori dabant. Scal. Lex.gr.b.

Tortula,dimin.Cath.‖

Tōrtŏr,Tortum,Tortuosus,Tortus,vide *Torqueo.*

‖Tortza,fax.L.g.b.‖

Tŏruē,Toruitas,vide *Toruus.*

TŎRVS,i,quiuis funis ex loris retortis, vnde nomen habet. {חבורות *habbóth.*} Cato, Funem exordiri oportet longum pedes LXXII. toros III. Habeat lora in toros singulos,9.lata digitos duos. Hinc quòd lecti torist enderentur,Torus lectus dictus est. {מטה *mittáh.* στιβάς. GALL.*Vn lit,table.* ITAL.*Letto,tauola.* GERM. Ein Bett. HISP.*La mesa do comemos ò el lecho.* ANGL.*A bed.*} Virg.2.*Æneid.*

Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto.

Plin.*lib.*8.*c.*47. Antiquis enim torus è stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gausape. ¶ Consors tori,coniux. Ouid.1.*Met.*

Cum consorte tori parua rate vectus adhæsit.

Socia tori,vxor.Ouid.10.*Metam.*

Appellátque tori sociam.

Idem 2.*Fast.*Torus facialis.Idem *Eleg.*5.*lib.*4.*Trist.*

Incidat & vestro rara querela toro.

Torus,inquit Varro 4.*de L.L.* à toruo, quòd is in promptu. Sed torus est quiuis funis ex loris retortus: vnde nomen habet.Cato:Funem exordiri oportet longum pedes 72.toros 3.habeat lora in toros singulos 9. lata digitos. Quòd toris lecti tenderentur,ab eo toros vocarunt, Herodotus τόνους vocat: τὰς τόνους ἴφοντες τῆ κλινίων, ἱστίοντων. ¶ Tori item dicuntur eminentiæ musculorum, quales in robustioribus compactioribúsque corporibus cernuntur quodammodo nodosæ, & colliculorum ritu inter quasdam quasi valleculas nonnihil assurgentes. {οἱ μυῶνες. GALL. *Muscles de chair,charnure.* ITAL. *Muscoli carnosi.* GERM. Fleischmäuen. HISP. *Morzillos de carne.* ANGL.*The braunes of the armes and legges.*} Virg.3.*Georg.*

Luxuriátque toris animosum pectus.

Hinc Athletarum tori,Quintilian.Et Gell.*cap.*14.*lib.*5. Toris comisque fluctuantibus Leo. ¶ Inde torosus, a, um, dicitur quod tororum amplitudine corporis robur præ se fert. {ὁ σφριγῶν μυώδης, σαρκώδης, εὔσαρκος. GALL. *Qui a gros moignons ou muscles de chair,charnu.* ITAL. *Di grossi muscoli, carnuto.* GERM. Prätschechtig/der voll fleischmäuen ist. HISP.*Cosa que tiene tales morzillos de carne, carnoso.* ANGL. *Corpulent, grosse strong in braunes of legges and armes.*} Hinc apud Columellam legimus parandos esse boues nouellos ceruice longa & torosa. Quod & de venis dicitur, quum varicum in morem quibusdam in locis turgescunt. Cor.Cels. *lib.*7.*c.*19. Ac per ipsos venarum toros inæquale est, atque in eandem sententiam dixit Pers.*Sat.*3.

His populus ridet multúmque torosa iuuentus
Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.

¶ In herbis item cæterísque plantis, prominentes partium calli, & in se pulparum modo collecti,tori nominantur.Plin.*lib.*10.*c.*5. Breuioris est,sed torosior amariórque inula.

Tŏrŭlŭs,i,diminutiuum,Paruus lectus. {σκιμπόδιον. GALL. *Petit lit.* ITAL. *Letticello.* GERM. Ein bettlin. HISP.*Pequeño lecho.* ANG.*Litle bed.*} Plaut. *in Amph.* Tum meo patri torulus inerit aureus sub petaso. Vbi interpres Trochulus legendum esse contendit,& rectè. ¶ Torulus item ornatus capitis muliebris,à toro diminutione factum,Varr.*lib.*4.*de ling. Lat.* Arbitror autē esse reticulum ex filis factū quo crines includuntur.

Torosus,toris plenus,fortis,superbus.

TŎRVVS,a,um,Specie ipsa ferociam præ se ferens. {ἀγέλαστος, γοργωπός. GALL.*Horrible à voir,qui a le regard felon,affreux.* ITAL.*Terribile, spauenteuole,fiero.* GERM. Scheutzlich/grausamme angesichts. HISP. *Ayrado, cruel.* ANGL. *Sterne,cruell and sturdie in lookes grimme, terrible, fell.*} Quam vocem à tauris declinatam putat Seruius, quorum propriam vult esse toruitatem. Alij à terrore deducunt: nonnulli etiam à torto aspectu.Virg.3.*Georg.*

—— optima torua
Forma bouis cui turpe caput,cui plurima ceruix.

Plin.*lib.*7.*c.*19. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatémque naturæ. Quintil.Tendere confidentia vultum,quo sit magis toruus. ¶ Facies torua, Ferocitatem quandam ipso aspectu præ se ferens. Col.*lib.*6.*c.*20.Neque enim alio distat bonus taurus à castrato,nisi quòd huic torua facies est.Ouid.15.*Met.* ¶ Torua vina dicuntur aspera,& indomita,siue immitia. Plin.*lib.*7.*c.*23. Cultura quoque torua fiunt vina.Catull.*de com.Beren.*

Inuisente

Inuisente nouo prælia torua viro.

Toruè, toruum & toruè, aduerb. {ὑπόδρα, ὑποβλεμμένως, ὑποβλεπομένως. GALL. *Affreusement, auec vn regard felon.* ITAL. *Terribilmente, fieramente, con animo fiero.* GERM. Scheutzlich. HISP. *Ayrada y cruelmente.* ANGL. *Grimmelie in loking, sowerlie.*} Plaut. Quid me toruè aspectas? Apul. Quum toruùm in eos intueretur. Virg. 4. *Æneid.*

Talibus Æneas ardentem, & torua tuentem
Lenibat dictis.

Toruitas, atis. {ὑποδρασία γοργότης φριξόλοτης. GALL. *Affreuseté.* ITAL. *Stortezza, fierezza di guardaro.* GERM. Scheutzlich angesicht / schlim gesicht. HISP. *Aquella disposicion ayrada.* ANGL. *Sowernesse lowring, crooked frowning or crabed looking.*} Propriè taurorum est, quasi taurorum acerbitas. Plin. *lib.* 7. *c.* 19. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatémque naturæ duram & inflexibilem.

‖Toryna, cochlear, quo olla vertitur. Poll.‖

Tot, pluralis tantùm numeri, & indeclinabile, Tam multi. {כמה *chamméh.* τοσοῦτοι. GALL. *Autant.* ITAL. *Tanti.* GERM. So vil. HISP. *Tantos en numero.* ANGL. *So many.*} Habétque ferè adiunctam particulam Quot. Cic. *de Arusp. Respon.* De nullo opere publico tot Senatus extant consulta, quot de mea domo. Idem *de Orat.* Quot homines, tot causæ. Ouid. 13. *Metam.*

At nihil impendit per tot Telamonius annos
Sanguinis in socios.

¶ Tot pro totidem dixit Fab. Quintilian.

Totfariam, tot modis fando: & tot modis in genere.

Totidem, Æquè multi, nec plures, nec pauciores. {τοσοῦτοι. GALL. *Tout autant.* ITAL. *Altre tante volte.* GERM. Eben so vil. HISP. *Otros tantos.* ANGL. *So many.*} Cicer. 2. *de diuinat.* Proclus, & Eurysthenes gemini fratres fuerunt: at hi nec totidem annos vixerunt, &c. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Sex ego Fastorum scripsi, totidémque libellos.

Idem 13. *Metam.*

Totidémque gradus distamus ab illo.

Toties, aduerbium, Tam sæpè. {כמה פעמים *chamméh pehamim.* τοσαυτάκις. GALL. *Autant de fois.* ITAL. *Tante volte.* GERM. So vil mahl. HISP. *Tantas vezes.* ANGL. *So often.*} Cicer. *Attic. lib.* 7. Interim velim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties. Huic respondet relatiuum Quoties. Idem *lib.* 1. *Epistolar.* Quoties mihi certorum hominum potestas erit, toties ad te scribam. Plaut. *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Facito vt memineris. Toties monere mirum est. ¶ Toties De, bis Suetonius *in Caligul. cap.* 17. Congiarium populo bis dedit trecenos HS. toties abundantissimum epulum Senatui equestríque ordini, &c.

Totiugis, e, & Totiugus, a, um, tot modis iugatus, tam varius & multiplex. Apul. *flor. lib.* 2.

Totmodus, a, um, tot modos habens. q. ποσότροπος.

Totus, a, um, vocula redditiua ad quotus. Manil. *lib.* 3.

Detrahitur summæ tota pars, quota demit vtramque
Omnibus ex horis æstiua nomine noctis,
Solicitum summo peragit cùm Phœbus Olympo.

Totus, Integer, vniuersus, solidus. {כל *chol* כליל *chalil.* ὅλος. GALL. *Tout.* ITAL. *Tutto.* GERM. Gantz. HISP. *Toda cosa y entera.* ANGL. *All the whole, euery whitte in quantitie.*} Totum & omne sic differunt, quòd totum ad quantitatem refertur, omne ad numerum: totum partium, omne numeri denotat plenitudinem. Poëtæ tamen ista confundunt. Fit autem Totus à tot, quamuis tot breue sit, Totus verò priorem producat: quam tamen Quotus eandem habeat breuem. Totæ ædes, id est, integræ. Plaut. *in Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Ædificantur ædes totæ denuò. Idem *ibidem sc.* 3. *a.* 2. Credo tollat has ædes totas. & *sc.* 2. *a.* 1. *ibidem*, Ædes totæ perpetuæ ruant. Quintilian. Tota totis & partes partibus comparare. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Istoc nomine dum scribo expleui totas ceras quatuor. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Totis horis ei accubant bini custodes semper. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.* Decem totis annis aluit vulnus. Idem *Eleg.* 1. *lib.* 5.

———*Totos tolle libellos.*

Plautus *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Memento dare dimidium. Quid malum, id totum tuum est. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Totus perij. Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Dorsus totus prurit. Idem *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. Totus torpeo. *Ibidem sc.* 1. *a.* 5. Totus timeo. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Pauxillum amare sanè bonum est: Insanè, non bonum: verum totum insanum amare, hoc herus meus facit. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Vt me quoquam mitteret hunc annum totum. (alibi, perpetuum.) Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 2. Si quò me totum ire vis operam dabo. *Ibidem sc.* 1. *a.* 3. Totus doleo atque oppidò perij. *Ibidem sc.* 5. *a.* 3. Argus, qui oculeus totus fuit. *Ibidem*, Ossa atque pellis totus est. Tibull. *lib.* 4.

Quod tibi si versus noster totúsve minúsve, Vel bene si totus.

Idem *lib.* 4.

Et quinque in partes totus disponitur orbis, &c.

Totus in amore vel in studiis esse dicitur, qui ita amat, vel studet, vt nullam temporis portionem alteri rei decidat. ¶ Toto in Dat. contra superstitiosam Grammaticorum rationem. Cels. *lib.* 4. *c.* 12. Cataplasmata toto ventri imponere.

Toxicum, i, Venenum, quasi taxicum: quoniam taxos arbor est veneni præsentissimi, adeò vt si iumenta eius folia comederint, emoriantur. {ראש vel רוש *rosch* חמה *chemáh.* τοξικόν, δηλητήριον. Φάρμακον. GALL. *Poison.* ITAL. *Tossico, vna sorte di veleno.* GERM. Ein gifft. HISP. *Ponsona del çumo del texo arbol.* ANGL. *Venim, poisone.*} Plin. *lib.* 16. *c.* 10. de taxo agens, Hanc Sestius smilacem vocari dixit, & esse in Arcadia tam præsentis veneni, vt si quis sub ea dormiat, cibúmve capiat, moriatur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tingantur. Hæc ille. Ouid. 4. *de Pont. Eleg.* 7.

Aspicis & mitti sub adunco toxica ferro,
Et telum causas mortis habere duas.

Idem 2. *Amor. Eleg.* 2.

Non scelus aggredimur, non admiscenda coimus
Toxica.

Plaut. *in Merc.* Ibo ad medicum, atque ibi me toxico morti dabo.

TR

Trabalis, vide *Trabs.*

Trabea, τραβέας, nomen Poëtæ cui inter Comicos octauus locus assignatur. Huius meminit Cic. *lib.* 4. *Tusc. & de finib.* ¶ Est & Trabea, genus vestis. {ἀλουργίς. GALL. *Vne robe ancienne dequoy vsoyent les Roys & augures.* ITAL. *Habito antico vsato da i Re.* GERM. Ein kleydung vor zeitten den Königen oder sunst hoch geachten leuten / als den vögelschawern / breuchig. HISP. *Vestidura que era propria de Reyes.* ANGL. *A robbe which the ancient, kinges and sooth sayes did weare.*} Cuius tria sunt genera, vt Suet. *lib. de vestium generibus*, inquit, Vnum, quod diis sacratur tantùm de purpura: aliud quod est regum, purpuræ aliquid albi habens admistum: tertium augurale, ex purpura & cocco mistum. Erat autem vestis togata purpura circumducta sub tegmine puniceo, quam aureæ fibulæ annectebant. Trabeæ regalis meminit Virg. 7. *Æneid.*

Ipse Quirinali lituo, paruáque sedebat
Succinctus trabea, læuáque ancile gerebat,
Picus equûm domitor.

Ouid. 2. *Fastor.*

Pulcher & humano maior trabeaque decorus
Romulus.

¶ De Trabea veste legendus Auson. *in grat. act.* In funebri pompa vtebantur & Equites trabea, si Tacito credimus, qui *lib.* 3. de funere Germanici sic ait, Igitur Tribunorum centurionúmque humeris cineres portabantur, præcedebant incompta signa, versi fasces: atque vbi colonias transgrederentur, atrata plebes, trabeati Equites, pro opibus loci, vestem, odores, aliáque funerum solennia cremabant.

Trabeati, qui trabea sunt induti. οἱ ἀλουργίδα ἀμπεχόμενοι, ἀλουργίδι κεκοσμημένοι, τραβέαν ἐνδεδυμένοι. Ouid. *lib.* 1. *Fastorum*,

Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini,
Quum rudibus populis annua iura daret.

Trabs, abis, & Trabes, is, Lignum duplex (inquit Festus) ex duobus compactum tignis ædificij gratia. {עב *hab* קורה *koráh.* δοκός. GALL. *Vne poultre, ou vn tref de maison.* ITAL. *Traue.* GERM. Ein trom / Balck. HISP. *La viga.* ANGL. *A beama of an house.*} Virg. 2. *Æneid.*

Quum iam hic trabibus contextus acernis Staret equus.

Et paulò pòst, Auratásque trabes, veterum decora alta parentum Deuoluunt. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Manus manicæ complexæ atque adductæ ad trabem. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 1. *Trist.*

Te mea supposita est velut trabe fulta ruina.

¶ Interdum trabes legimus pro ipsis arboribus. Virg. 9. *Æneid.*

Lucus in arce fuit summa, quò sacra ferebant,
Nigranti picea, trabibúsque obscurus acernis.

Autor ad Herennium *lib.* 1. Nisi enim cecidissent ad tertiam abiegnæ trabes, Argo illa facta non esset. Trabes etiam de ære dicuntur ab Horatio, *Ode* 1. *lib.* 4. Et de marmore, *ibid. Ode penult.* ¶ Nonnunquam etiam pro naui ex trabibus contexta. Horat. *lib.* 1. *Carm.* —vt trabe Cypria Myrtorum pauidus nauta secet mare. Virg. *lib.* 3. *Æneid.* Vastúmque caua trabe currimus æquor. ¶ Plana trabs, Trabium contextus planus. Cato *cap.* 18. Item alterum stipitem statuito, insuper arbores stipitésque trabem planam imponito.

Trabica (inquit Festus) dicta est nauis, quòd sit trabibus confecta. Pacuu. Labitur trabica in alueos.

Trabalis, e, Magnus, siue ingẽs, instar trabis. {גדול *ghadhól.* δοκώδης, δοκικός. GALL. *De la grosseur d'vne poultre, ou qui sert à tenir au lieu d'vn poultre.* ITAL. *Della grossezza di vn traue, ò che serue à traue.* GERM. Trämig / trommässig. HISP. *De la grossura de vna viga, ò que sierue à viga.* ANGL. *Porteaning to beames or that is lik a beame.*} vt, Telum trabale. Virg. 12. *Æneid.*

———*at feruidus aduolat hasta*
Messapus, telóque orantem multa trabali
Desuper altus equo grauiter ferit.

Hasta trabalis. Statius 4. *Theb.*

——— *dextráque trabalem*
Hastam intorsit agens: liquido quæ stridula cœlo
Fugit, & aduerso celsa stetit agmine Dirces.

Clauus trabalis. τραχώδης ἧλος. Cic. 7. *Verr.* Vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret, cum consilio causam Mamertinorum cognoscit. Vbi trabali clauo figere beneficium prouerbialiter dictum est, in eodem ferè sensu quo dicimus, Herculano nodo aliquid ligare, vel immortali, & inextinguibili memoriæ commendare. Tractum à consuetudine veterum, qui ad clauum figendum Dictatorem solerent creare, & ex clauis fixis, quòd raræ apud eos essent literæ, numerum annorum obseruare. Vide Liu. *lib.* 7. *ab Vrb.* Apud Hor. *lib.* 1. *Carm.* Trabalis clauus accipi videtur pro tormenti quodã genere, quum ait,

Te semper anteit sæua necessitas,
Clauos trabales, & cuneos manu
Gestans ahena: nec seuerus
Vncus abest, liquidúmve plumbum.

Trabucchus, machina lithobola, qua vasti molares in hostes iaciebantur. Vide Hier. Mag. *Miscell. lib.* 1.

‖Tracada, strues lignorum. L. g. b.‖

Trachali, appellantur muricum, ac purpuræ superiores partes. Vnde Ariminenses maritimi cognomen traxerunt. Festus.

Trachalus, Orator fuit Domitiani temporibus, magna vocis, pronuntiationísque felicitate: de quo Quint. *lib.* 10. *c.* 1. & *lib.* 12. *c.* 5.

Trachea, τραχεῖα, Regio Asiæ inter Ciliciam & Pamphyliam quæ notiore nomine dicitur Isauria. Autor Stephanus. Eodem item nomine dicitur Ciliciæ pars altera & montana & aspera, cuius etiam incolæ dicuntur Tracheotæ, Τραχειῶται. Vide Strab. *lib.* 12.

Trachea, siue Trachia, {τραχεῖα. GALL. *Le gosier, l'artere des poulmons.* ITAL. *Arteria del polmone.* GERM. Die lufftrör / lungenrör. HISP. *El garganuero, arteria del pulmon.* ANGL. *The threat, or wind pipe.*} Fistula qua spiritus ab ore fertur ad pulmonem. Latini Græcorum imitatione asperam arteriam vocant. Vide Gell. *lib.* 17. *c.* 2.

Trachelus, τράχηλος, à Græcis appellatur collum, atque adeò tota spina à vertice vsque ad os sacrum: παρὰ τὸ τραχύνεσθαι, hoc est, ab asperitate.

Trachis, siue Trachin, inis, τρηχὶς, ciuitas Phthiotidis sub OEta monte, alio nomine ab Hercule conditore Heraclea dicta, teste Plin. *lib.4.c.7.* In hac regnauit Ceyx, Alciones maritus, qui inde Trachinius cognominatur ab Ouid. *lib.11. Metam.*

Trachôma, τράχωμα. Dicitur scabrities palpebrarum interior, sicut in eadem parte glabritas, hoc est, defluuium pilorum, maradosis, & milphosis.

Trachonitis, { τραχωνῖτις. *Vne region de Giudei.* } Tetrarchia fuit in Decapoli Syriæ, teste Plin. *lib.5.c.18.* inter Libanum & lacum Tyberiadis sita. Huius tetrarches fuit Philippus, iuxta Euangelium Lucæ. ¶ Est & regio (vt Hieronymus inquit) trans Bosram Arabiæ ciuitatem in deserto, contra australem plagam, quasi ad Damascum respiciens. Hanc gentem instituit Cis filius Atam, vt scribit Iosephus *lib. 1. Antiquit.* Vide Plinium *vbi suprà.*

‖Trachurus, piscis marinus. Rond.‖

Tractatus, Tractim, Tracto, as, Tractus, vide *Traho.*

Trado, is, idi, itum, in potestatem do, dedo, mancipo, à Trans, & do, duabus postremis præpositionis literis abiectis. { נתן *nathán* מסר *masár* סגר *sighghár.* παραδίδωμι, μεταδίδωμι. GALL. *Bailler, donner & monstrer.* ITAL. *Dare, dar tra le mani.* GERM. Geben/vberantworten/vbergeben. HISP. *Dar, traspassar.* ANGL. *To giue, to deliuer into ones custodie or hand.* } Plaut. *Merc.* præstò ipsi facito coram vt tradas in manum. Terentius *in Phorm.*— Verùm scientem, tacitum, causam tradere aduersariis, etiámne id lex coëgit? Idem *Menæch.4.a.2.* Regnum ille Hieroni tradidit. Cæsar *lib.2. de bell. ciuil.* Tradere sermones alios aliis. Plaut. *Amphitr.* Rapta & raptores tradere, (id est, dedere.) Idem *Milit. sc.3.a.2.* Custodem me illi miles tradidit. Senec. *Epist.62.* Rebus non me trado, sed commodo, &c. Tradere etiam est docere. { הורה *horáh.* διδάσκειν. } Cæsar *6. bell. Gall.* De deorum immortalium vi, ac potestate, disputant, & iuuentuti tradunt. ¶ Aliis tradere præcepta quomodo dicimus, vide apud Senec. *Epist.62.* Tradendi inscitia, (de præceptoribus.) Quintilian. ¶ Hinc traditio pro doctrina, vide infrà. ¶ Interdum referre, scribere, scriptis seu posteritati mandare. Gell. *lib.1. cap.5.* Demosthenem tradunt & vestitu cæteróque cultu corporis nitido, venusto, nimisque accurato fuisse. Hinc Tradentes, pro scriptoribus. *Sueton. in Calig. cap.8.* Vbi natus sit, incertum tradentium diuersitas facit. ¶ Nonnunquam additur datiuus Memoriæ. Liu. *2. ab Vrbe,* Qui captus omnibus membris delatus in curiam esset, eum functum officio pedibus suis domum rediisse memoriæ traditum est. Aliquando tamen tradere memoriæ, est rem ita in animo figere, vt eius nunquam nobis obrepat obliuio. Cicer. *in somn. Scip.* Et quæ dicam, trade memoriæ. Item, fidei alicuius committo. { הפקיד *hiphkidd.* ἐμπιστεύω. } Virg. *Eclog.3.*

———nuper mihi tradidit Ægon.

¶ Ponitur aliquando pro dare, porrigere. Cæs. *2. bell. ciuil.* Pecuniam ex publico tradunt. ¶ Præter suum accusatiuum aliquando alterum habet cum præpositione Ad, siue In: vt, Tradere aliquem ad supplicium, Tradere se ad scientiam rei militaris. Cicer. *pro Pompeio,* Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris, non alienis præceptis, sed suis imperiis est tradita. Quintilian. Tradere ad posteros gloriam. Idem Quintil. Multa in posteros tradiderunt. Plaut. *Mostell. sc.1.a.2.* Me & meas spes trado in tuam custodiam. Tradere se in studium aliquod quietum, apud Cicer. *de Inuentione.* Tradere se in seruitutem alicui, apud eundem *de prouinciis Cons.* Non rarò tamen posterior accusatiuus commutatur in datiuum: vt, Tradere se lacrymis, & tristitiæ, apud Ciceronem *lib.4. Epistol.* Tradere se quieti, *2. de diuinat.* Tradere per manus, est de manu in manum tradere. Cæs. *1. bell. ciuil.* Saxa multis locis prærupta iter impediebant, vt arma per manus necessariò traderentur. Sic & morbos per successiones tradi dicimus. Plin. *Epistol.12.* Nam plerùnque morbi quoque per successiones quasdam, vt alia traduntur. Tales enim sunt, quos hæreditarios morbos vocamus. ¶ Consuetudini Latinæ trade. Columell. *in Proœm. lib.12.* Hæc in OEconomico Xenophon, & deinde Cicero, qui eum consuetudini Latinæ tradidit, non inutiliter disseruerunt. hoc est, in Latinum sermonem vertit. ¶ Se totum tradere, pro Accommodare & parêre. Cicer. *ad Tironem lib.16.* Ei te totum trade: malo pauló pòst valentem, quàm statim imbecillem videre. ¶ Tradere aliquem in pistrinum, quod & trudere dicitur. Plautus *Mostell.* Quod scis actutum te in pistrinum tradier. ¶ Traditur, vel traditum est, hoc est, dicitur, vel memoriæ mandatum est. Plin. *lib.8. cap.36.* Quum pro catulis dimicat fœta, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expauescat. Cicer. *5. Tuscul.* Traditum est etiam Homerum cæcum fuisse. Tradituiri vetustè pro traditum iri, frequens apud Iureconsultos, quemadmodum præstituiri, reddituiri, & similia.

Traditio, verbale. { מתנה *mattanáh* מתן *mattán* מתת *mattáth.* παράδοσις, ἔκδοσις, ἐκδιδαχή. GALL. *Tradition, baillement de l'vn à l'autre.* ITAL. *Esso dare.* GERM. Vbergebung. HISP. *Obra de dar.* ANGL. *A giuing or de deliuerting in to the and.* } Cicer. *in Topic.* Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio inter quos ea iure ciuili fieri possunt. ¶ Traditio, pro doctrina. { לקח *lékah.* διδαχὴ. GALL. *Enseignement.* ITAL. *Lo insegnare.* GERM. Angebung/Lehr. HISP. *Enseñança.* } Gell. *lib.13. cap.21.* Per quod apparet non esse id poëticè à Plauto dictum, sed eam quoque traditionem fuisse, vt Nerio, &c. Quintilianus de præceptis Doctorum nomen Traditionis etiam vsurpauit.

Traditor, is, proditor, προδότης. Corn. Tacit. *lib.10.* Quin potiùs interfecto traditore, fortunam virtutémque suam malo omine exoluerint.

Traduco, is, xi, ctum, Per locum aliquem duco, vel de loco in locum duco, transfero, à Trans, & duco, adiectis duobus postremis præpositionis elementis. { הוליך *hillîch* נהג *nihégh.* μετάγω, διάγω, μεταφέρω, ἀναβιβάζω, διαβιβάζω. GAL. *Traduire, mener d'vn lieu en autre, faire passer, transporter.* ITAL. *Tradurre, trasportare.* GERM. Vberhinfüren/hindurch füren. HISP. *Traspassar guiando.* ANGL. *To conueigh frome one place to an other, to passe ouer the tyme or life.* } Cæs. *1. Comment.* Heluetij per angustias, & fines Sequanorum suas copias traduxerant, & in Heduorum fines peruenerant. Quintil. Traducere equum eum Censor passus est. ¶ Traducere se, pro ridendum se præbere. Iuuen. *Sat.11.*

———In qua se traducebat Vlysses.

Item, Aliquem Traducere à Patribus ad plebem, Suet. *in Cæs. c.20.* & ab Auguratu ad Pontificatum aliquem traducere. Idem Suet. *in Caligul. c.15.* ¶ Interdum idem quod traiicio, hoc est, in litus, vel ripam vlteriorem transueho. { העביר *heebhír.* περαιόω. } Cic. *2. de Inuent.* Fluuius erat ita magnus, vt eò victimæ traduci non possent. Traduci in pompa. (id est, transuehi.) Sueton. *in Calig. c.15.* ¶ Aliquando extendo, produco. { האריך *heeríeh.* παρατείνω, παρελκύω. } Plaut. Traduce adhuc lineam plusculam. ¶ Aliquando ponitur pro transferre, interpretari, & ex vna lingua in aliam conuertere. { העתיק *heéthik.* μεταφράζειν. } ¶ Traducere vitam, vel Traducere tempus, est consumere, terere, transigere. Cic. *de senect.* Vt vitam otiosam & quietam, sine vllo labore, & contentione traducamus. Idem *Seruio Sulp.* Qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus. ¶ Aliquando sinistram famam de aliquo spargere. { ANGL. *To defamo.* } Martial. *lib.8.* Multóque magis traduceris Apher. Liu. *lib.2. ab Vrbe,* de Volscis loquens publico consilio, ac voce præconis à spectaculis exactis, Vos, inquit, omnibus ciuibus, peregrinis populis spectaculo abeuntes fuisse, vestras coniuges, vestros liberos traductos per ora hominum. ¶ Aliquando traduces facere. Paul. *in l. si duo. ff. vti possid.* Si vicinus vites ex fundo tuo in suas arbores traduxit. ¶ Aliquando accipitur pro transmittere, & de loco, in quo quid natum est, aliò mittere. Iuuen. *Satyr.7.*

Quanquam & Cappadoces faciant equitésque Bithyni,
Altera quos nudo traducit Gallia talo.

hoc est, quos mittit Gallia nudo pede. ¶ Traductus, a, um, Liu. *lib.7. bell. Pun.* Inde (è curia) traducti in concionem legati, &c. Cæs. *lib.3. de bell. ciu.* Traducto flumen exercitu.

Traductio, nis, verbale, ipse traducendi actus: vt, Traductio temporis, pro Exactione. Cicer. *1. de diuin.* Non enim illa quæ futura sunt, subitò existunt: sed est quasi rudentis explicatio, sic traductio temporis nihil noui efficientis, & primum quidque replicantis. ¶ Item pro infamia. Senec. *lib.1. de Ira,* Hic damnato cum dedecore & traductione vitam exigit.

Traductor, aliud verbale, qui traducit. Cicer. *ad Attic. lib.2.* Vt sciat hic noster Hierosolymitarius traductor ad plebem, quam bonam meis pulcerrimis orationibus gratiam retulerit.

Traduces, qui & Rumpi dicuntur, sunt brachia vitium, quibus illæ ex arboribus in arbores traducuntur, & sibi mutuò connectuntur. { οἱ ὑπορρῖζοι αἱ ὄχαι. GALL. *Auantins de vigne.* ITAL. *Rampolli.* GERM. Lange Räbgerten die man vberfich von einem baum zu dem andern zeugt. HISP. *Los mugrones ò prouenas de la vid.* ANGL. *Te kughes or twigges of vines, werby thay be conueighed frome tree to tree.* } Varr. *1. de re rustic. cap.8.* Quartum pedamentum est natiuum eius generis, vbi ex arboribus in arbores traductis vinea fit: quos traduces, quidam rumpos appellant. Columell. *lib.5. cap.6.* Cætera simili ratione atque in arbusto Italico administrantur, vt vites longis scrobibus deponantur, vt eadem diligentia curentur, atque in ramos diducantur, vt noui traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur, & veteres decidantur. Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas diligetur. Quum deinde fructus pondere vrgebit, subiectis adminiculis sustineatur. Per translationem accipitur pro omni eo, quod de re aliqua in alteram transfunditur, atque ita veluti in infinitum propagatur. ¶ Sic hominis genituram, humani generis traducem nonnulli appellarunt. ¶ Famam quoque Tertullianus in aurium & linguarum traduces ait proserpere, quod aurium linguarúmque instrumentis propagetur, & breui temporis spatio infinitum propemodum capiat incrementum.

Tragacantha, τραγάκανθα, frutex est spinæ candidæ non dissimilis, surculis humilibus, robustis, latè se diffundentibus, inter quos frequens coma, sed breuis, cæcis spinis intercurrentibus horrida, quæ sua fronde conteguntur: radice lata, surculosa, supra terram emergente: quæ discissa distillat è vulnere succus, qui coalescit in lacrymam: quæ & ipsa Tragacantha appellatur. Officinæ vulgò *Dragacanthum gummi* nominant.

Tragelaphus, i, τραγέλαφος. Animal est ad Phasim amnem nascens, barbam & armorum villos hirci habens, reliqua ceruo simile: vnde & commistum ex ceruo & hirco nomen inuenit. Nos Hircoceruum vertere possumus. Vide Plin. *lib.8. c.32.*

Tragæa, æ, τραγαία Steph. insula est, vna Sporadum, patria Thegiotonis Peripatetici, Aristotelis familiaris. Apud Plin. *lib.4. c.12.* legitur Tragia. ¶ Est item eiusdem nominis oppidum in Naxo insula, quo Apollo Tragius colebatur, Autor Steph.

Tragasæ, τραγασαί, Epiri regio, teste Steph. in qua sal prouenit, in igne nec crepitans, nec exiliens, vt refert Plin. *lib.31. c.7.*

Tragelaphus, ceruus maior, pilo densior, & colore nigrior: vnde GERM. Brandhirsch à femiusti ligni colore.

Tragemata, { τραγήματα. GALL. *Dessert de table.* ITAL. *Seconde viuande.* GERM. Die speisen des nachtischs/als käß/obß. HISP. *Frutas, o postre de la mesa.* ANGL. *Banketting dishes, iunkettes.* } Quæ Latini bellaria vocant, siue secundas mensas. A Græco verbo τρώγω, quod est comedo: cuius aoristus secundus est ἔτραγον.

Tragion, τράγιον, siue Tragonis, frutex non nisi in Creta nascens, iunipero similis: ita dicta, quòd autumni tempore eius folia hircinum virus oleant. Plinius *lib.27. cap.13.* ¶ Est & alterum tragij genus, quod & tragocerota nonnulli appellarunt, multis in locis nascens: folia habens scolopendrij, & radicem syluestris raphani tenuem, & candidam: denique cum superiore nihil præter nomen & hircinum virus habens commune.

Tragœdia, quamuis apud Græcos accentum habeat in penultima. { τραγῳδία. GALL. *Tragedie.* ITAL. & HISP. *Tragedia.* GERM. Ein Tragedi/ein scharpfspil in dem herrliche personen eingefürt werden/ sunst aber ein kläglichen außgang hatt. ANGL. *A tragedie.* } Poëmatis grauissimi genus, quo regum principúmve, aut eorum qui in aulis regum versantur calamitates depinguntur, tristissimum ferè habens exitum. Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Omne genus scripti grauitate tragœdia vincit.

Ibid. *Est & in obscœnos deflexa tragœdia risus,*

Multaque

Multaque præteriti verba pudoris habet.

Dicta tragœdia (vt quidam volunt) ab eo quòd primum eius poëmatis præmium hircus fuerit, aut certè vter hircinus vino plenus. Quod & ipsum non obscurè indicat Horatius *de Arte*,

Carmine qui Tragico vilem certauit ob hircum.

Alij à fæce putant, quam Græci τρύγα vocant, Tragœdiam appellatam, quòd ora sua fæcibus perlinebant scenici, ante vsum personarum ab Æschylo repertum. Quam sententiam etiam tangens Horatius dicit Tragœdiam à Thespide repertam. *Ibid.* Ignotum Tragicæ genus inuenisse Camœnæ. Dicitur, & plaustris vexisse poëmata Thespis, Quæ canerent, agerentque peruncti fæcibus ora. Differt autem Tragœdia à Comœdia, quòd in hac humiles & priuatæ personæ introducuntur: in Tragœdia reges & principes, nonnunquam etiam heroes & dij. Ad hæc Comœdia à turbulentioribus ferè rebus initium sumens, tranquillum lætúmque sortitur exitum. Tragœdia autem totum quidem argumentum habet luctuosum, exitum autem tristissimum. Tristitia nanque Tragœdiæ propria est. Propter quod Euripides Archelao rege petente, vt de se Tragœdiam scriberet, abnuit, ac precatus est ne illi accideret aliquid Tragœdiæ proprium. Ouid. 3. *Amor. Eleg.* 1.

Venit & ingenti violenta Tragœdia passu.

Horat. 2. *Carm. Ode* 1.

Paulum seuera musa Tragœdiæ
Desit theatris.

Tragœdiis perturbari. Cicer. 1. *de Orat.* Neque verò istis Tragœdiis tuis, quibus vti Philosophi maximè solent, Crasse, perturbor. Sueton. *in Neron. cap.* 21. Cantabant Tragœdias personati. ¶ Tragœdias agere, & Tragœdias excitare, prouerbij speciem habet, pro eo quod est, tumultum commouere. Cicer. 2. *de Orat.* Ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si aut Tragœdias agamus in nugis, &c. Quintil. *lib.* 6. *cap. de Peroratione*, Nam in paruis litibus has Tragœdias mouere, tale est, quasi si personam Herculis, & cothurnos aptare infantibus velis. Vide Chiliad. Erasm.

Trăgĭcŭs, substantiuum. {τραγικός. GALL. *Iouëur ou faiseur de tragedies.* ITAL. *Rappresentatore di tragedie.* GERM. Ein tragedidichter oder macher. HISP. *Representador de tragedias.* ANGL. *A player or maker of tragedies.*} Qui tragœdiam scribit. Horat. *de Arte*,

Et tragicus plerunque dolet sermone pedestri.

Trăgĭcŭs, a, um. {τραγικός. GALL. *Tragique.* ITAL. *Pertinente à tragedie.* GERM. Das zu einem solchen ernstlichen schawspil gehört. HISP. *Cosa perteneciente à tragedias.* ANGL. *Tragicall, belonging to a tragedie.*} Quod ad tragœdiam spectat, vt Cothurni tragici, Poëta tragicus. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 5.

Nil illi larua, aut tragicis opus esse cothurnis.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Tempore deficiat tragicos si persequar ignes.

Idem *in Prolog. Amphitr.* Cicer. 1. *de natur. deor.* Quod quemadmodum natura efficere sine aliqua mente possit, non videtis vt tragici poëtæ, quum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad Deum. ¶ Aliquando accipitur pro tristi, crudeli & scelerato, qualia ferè solent esse tragœdiarum argumenta. Liu. 1. *ab Vrbe*, Tulit enim & Romana regia sceleris tragici exemplum, vt tædio regum maturior veniret libertas. Tragicus, substantiuum, Qui tragœdiæ autor est, teste Valla. Horat. *de Arte*,

Et tragicus plerunque dolet sermone pedestri.

Tragico-comœdia quid, & vnde dicta, Plaut. docet *Prolog. Amph.*

Trăgĭcē, aduerb. {τραγικῶς. GALL. *Tragiquement, grauement.* ITAL. *Asprемente, tragicamente, crudelmente.* GERM. Ernstlich/prächtlich. HISP. *Asperamente, cruelmente.* ANGL. *Tragically, grauely.*} Mœstè, grauiter, sublimiter, crudeliter & more tragico. Cicer. *de clar. Orat.* Hanc enim mortem Rhetoricè & tragicè ornare potuerunt.

Trăgœdŭs, {τραγῳδός. GALL. *Vn poëte, vn iouëur de tragœdies.* ITAL. *Tragedo, colui che recita le tragedie.* GERM. Ein tragedispiler. HISP. *Representador de tragedias.* ANGL. *A poëte or player or tragedies.*} Actor tragœdiæ. Cic. 1. *de Orat.* Vox tragœdorum gestus penè summorum actorum est requirendus. Horat. 2. *Epist.* 2.

Qui se credebat miros audire Tragœdos.

Trăgŏmaschălĭ, τραγομάσχαλοι, à Græcis dicuntur quorum alæ hircorum virus olent: quos & Hircosos Latini vocant. ¶ Tragœdus Iuppiter. Suet. *in Aug. c.* 27.

Tragonia, τραγωνία, herbæ nomen, quam Democritus tradidit corpori adalligatam lienes triduo absumere, referente Plin. *lib.* 27. *c.* 7.

Tragonis, vide *Tragion.*

Tragopanades, τραγοπανάδες, aues quædam in Æthiopia, teste Pompon. *lib.* 3. aquilis maiores, cornua in temporibus curuata habentes, ferruginei coloris, capite tantùm Phœniceo. Has Plin. fabulosas esse putat, quemadmodum & Gryphas. Vide ipsum *lib.* 10. *c.* 49.

Trăgŏpōgōn, τραγοπώγων. Herba in acetariis laudata, quæ à quibusdam barbula hircina, ab aliis come dicitur, quia folia habet instar croci in rotundum sparsa: vulgò *Barba petra* dicitur in Gallia Transpadana. Componitur autem ex τράγος, quod significat hircum, & πώγων, barba, vt iure hirci barba nominari à Latinis possit.

Trăgŏrĭgănum, τραγορίγανον, herba similis serpyllo syluestri.

Trăgus, {עתוד *hattúdh* תיש *tajisch.* τράγος. GALL. *Vn bouc.* ITAL. *Becco.* GERM. Ein bock. HISP. *Cabron.* ANGL. *A bucke.*} præter vulgatam significationem quæ apud Græcos hircum significat, etiam frugis genus est, alicæ non dissimile, minus nutriens quàm zea, & concoctu difficilis. Vide Diosc. *lib.* 2. ¶ Item spongiæ genus spissum, prædurum & asperum: de quo Plin. *lib.* 9. ¶ Est etiam tragus herbæ genus in maritimis maximè nascens, similitudine iunci marini: nonnulli Scorpium vocant. Vide eundem *lib.* 27. *c.* 13.

TRĀGŬLA, æ, genus teli similitudine hastæ, ita dictum, quòd scuto infixum trahatur. {ἀκόντιον. GALL. *Vne sorte de dard ancien comme vn iauelot.* ITAL. *Dardo anticamente vsato.* GERM. Ein schäfelin oder dergleichen geschoß bey den alten. HISP. *El passador de ballesta de torno.* ANGL. *A iaueline with a barbid head.*} Salust. *lib.* 4. *Histor.* vt citat Nonius, Auidissimis atque præparatis ducibus, vt Metellus ictu tragulæ sauciaretur. Plaut. *in Epid.* Tragulam in te struit. Idem *Ps. sc.* 4. *a.* 1. Volui inijcere tragulam in nostrum senem. (i. fallaciam. Metaphor.) ¶ Tragula item retis genus est, quod vulgò nunc *Tractam* vocant. {ἀμφίβληστρον. ANGL. *A dragnet.*} Plin. *lib.* 16. *c.* 8. Vsus suberis anchoralibus maximè nauium, piscantiúmque tragulis, & cadorum obthuramentis. Dicta tragula, quòd ex vndis vtplurimum trahatur. Tragula item videtur vehiculi genus, de quo Varr. *lib.* 4. *de L. L.* Tragula ab eo quod trahitur per terram, quanquam trahula scribendum ἀπὸ τοῦ ἕλκειν à traha.

Tragularius, qui tragulam telam iacit.

‖Tragullus, hircus, caper. Gl. g. b.‖

Tragum, genus piscatoriæ.

Tragurium, τραγούριον, insula in mari Adriatico, adiacens Dalmatiæ, in qua est ciuitas eiusdem nominis. Autor Ptol. *lib.* 2. & Plin. *lib.* 3. *c.* 21.

Trăhă, æ, genus vehiculi sine rotis, quo coloni vtuntur: à trahendo dictum. {ἑλκυστήρ. GALL. *Vn trainoir, vne sorte de charrette.* ITAL. *Sorte di caretta.* GERM. Ein Schlitten. HISP. *Rastra mierra ò narria.* ANGL. *A dray or sled which goeth without wheeles.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.* per epenthesin traheam vocat, sicut nauitam dicimus pro nauta, Tribúque traheæque, & iniquo pondere rastri.

Trăhāx, acis, Auidus, rapax, omnia ad se trahens. {גוזל *ghozél.* ἑλκτικός. GALL. *Tirant à soy, attrayant.* ITAL. *Tirante, rapace.* GERM. Zugig/ der gern zu im zeucht/der krumm hand hatt/verkippend. HISP. *El que mucho arrebata, codicioso, que mucho trae.* ANGL. *Rauenous, that draweth much to him.*} Plaut. *in Persa*, lutum lenonium, eho sterquilinium publicum, Impure, inhoneste, iniurie, illex, labes populi, Pecuniæ accipiter, auide atque inuide, Procax, rapax, trahax, trecentis versibus Tuas impuritates loqui nemo potest.

TRĀHO, is, traxi, tractum, Per vim duco. {משך *maschách* גרף *garáph.* σύρω, ἕλκω. GALL. *Tirer, attirer, attraire.* ITAL. *Strascinare, tirare, trahere.* GERM. Ziehen. HISP. *Lleuar ò traer arrastrando.* ANGL. *To drawe by force, to trayle by the ground.*} Trahimur enim inuiti, ducimur volentes. Virg. 2. *Æneid.*

———altaria ad ipsa trementem Traxit.

Ouid. 13. *Metam.*

———vitatáque traxit ad arma.

Ibidem,

Tarda futura fuga est gestamina tanta trahenti.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Vterque trahunt oculos radiantia lumina Solis,
Traxissent animum sic tua facta meum.

& *Eleg.* 2. *lib.* 1.

———Immeritos cur mea pœna trahit?

Senec. *c.* 7. *de cons. ad Helu.* Quid te tam longo circuitu traho? Quintil. Verba de verbis trahunt. Plaut. *Amph.* Amphitruonem hinc collo obstricto traham. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 3. Iuberes præcipitem in pistrinum trahi. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Vis hæc quidem est trahi & trudi simul. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Non equidem vellem, sed me mea fata trahebant.

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Omne trahit secum Cæsaris ira malum.

Senec. *c.* 11. *de tranquill.* Non superfuit quod carnifex traheret. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Spe trahor exigua, quam tu mihi demere noli.

¶ Aliquando simpliciter ducere. ἄγειν. Plin. *lib.* 6. *cap.* 28. A rege Cretæ Minoë, vt existimant, originem trahentes. Sic, Trahere sortem apud Sueton. *cap.* 14. Sorte tracta, qua monebatur, &c. Item, Trahi in aliam partem mente atque animo. ¶ Aliquando significat allicere. Cicer. *pro Arch.* Trahimur omnes laudis studio. Et *paulò pòst*, Optimus quisque gloria maximè ducitur. ¶ Aliquando haurire. {דלה *daláh.* ἀντλεῖν, ἀρύσασθαι, ἀφύσσειν.} Cicer. 2. *de natura deorum*, Ex puteis iugibus aquam calidam trahi. Aliquando protrahere, & differre. {משך *mischschéch.* παρέλκειν, ἀναβάλλεσθαι.} Sueton. *in Tiber. cap.* 31. Querentes trahi se à Cæsare, ad quem missi forent. Salust. *in Iugurth.* Adherbal, vbi intelligit omnes fortunas suas in extremo sitas, hostem infestum, auxilij spem esse nullam, penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse. Sic Cels. *lib.* 4. *c.* 21. Non vt primum fieri potest, huius generis vlcera sanare, sed ea trahere, donec, &c. ¶ Aliquando remouere, auocare. {הסיר *hesír.* ἀφιστάναι.} Salust. Nisi ea res longiùs nos ab incœpto traheret. ¶ Trahere noctem sermone, id est, terere seu consumere. Virg. 1. *Æneid.*

Necnon & vario noctem sermone trahebant.

¶ Trahi item dicitur, quod ita gestatur, vt tamen humo non attollatur, quod Galli dicunt *Trainer.* Plaut. *in Cistell.* Amiculum hoc sustolle saltem. s. fine trahi, quum egomet trahor. Huic non dissimile est illud Virg. 4. *Georg.*

———Latámque trahens inglorius aluum,

hoc est, ægrè & vix ferens aluum præ magnitudine trahi. ¶ Trahi puer dicitur, qui vix ambulare potest. Idem 1. *Æneid.*

———& auo puerum Astyanacta trahebat.

¶ Trahere se cum aliquo, est cum eo morari. Plaut. *Trinum.* Atque egomet me adeò cum illis Vnà ibidem traho. ¶ Trahere cum animo suo, id est, diu deliberare. Salust. *Iugurth.* 128. At Marius, multis diebus, & laboribus consumptis, anxius trahere cum animo suo, omitteret ne, &c. Trahere ad defectionem, est impellere, incitare, cogere ad defectionem. Trahere aliquem secum in calamitatem, est eum calamitatis suæ participem facere. Cicer. *pro Pompeio*, Non possunt vna in ciuitate multi rem atque fortunas amittere, vt non plures in eadem trahant calamitatem. Trahere candorem, acquirere. Plin. *lib.* 6. *cap.* 16. Candorem trahunt quodam medicamine. Huic simillimum est illud apud Ciceronem 6. *Philipp.* Aliquid enim salis ab vxore mima trahere poteras. Trahere dictum aliquod in voluntatem, est dictum aliquod secundùm voluntatem suam interpretari. Plin. *de viris illustribus*, Hoc dicto in voluntatem tracto, &c. Trahere tutam fortunam, est feliciter agere. Trahere tutam pacem, est in tuta pace agere. Cic. *ante exilium*, Nos hîc tutam, tranquillámque pacem trahimus. Diuersum, siue in diuersum trahere, est ancipitem & ambiguum reddere. Ter. *in Andr.* Tot me curæ in diuersum trahunt. ¶ Trahere consilium & rationem, pro ducere &

& capere. Salust. Tum Marius ex copia rerum consilia trahit: atque vt suis receptui locus esset, &c. Idem *alibi*, Quem vbi cunctari accepit, & dubium belli atque pacis rationes trahere, rursus vti antea, &c. Budæus. ¶ Sorte trahere. Virg. 1. *Æneid.*

Iura dabat legésque viris, operúmque laborem
Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat.

Vbi Seruius, Propriè locutus est: trahuntur enim sortes, hoc est, educuntur. ¶ Huius verbi composita sunt, Abstraho, attraho, protraho, retraho, & subtraho: quorum significata explicantur suis locis. Ouidius *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Ipsa suo quadam pondere tracta ruunt.

Idem *Eleg. 9. lib. 3. Trist.*

Dum sequitur celeres anchora tracta manus.

Tracta lanea pro laneis liciis, vel laneis pannis, aut lanæ glomis. Varro etiam suis manibus lanea tracta ministrasset infectori.

Tractus, us, Regio, plaga. {פאה *peáh* ארץ *érets.* χώρα, κλίμα. GALL. *Tirement, trait, contrée, region.* ITAL. *Tratto, spatio, regione.* GERM. Landtstrecke, strich, gegne. HISP. *Trecho, espacio de lugar, region.* ANGL. *A draught, region or cuntrey.*} Cic. *pro Plancio*, Totus ille tractus celeberrimus, Venafranus: se huius honore ornari arbitratur. Plin. *lib. 11. c. 53.* In tractu pisce viuentium Theophrastus prodidit, boues quoque pisce vesci, sed non nisi viuente. Virg. 2. *Georg.*

Indicio est tractu surgens oleaster eodem.

Tractum item dicuntur circulati serpentum progressus, quos συρμοὺς vocant Græci. Idem 2. *Georg.*

Nec rapit immensos orbes per humum, neque tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.

Quint. Multo gurgitis tractu fluens amnis.

Tracto, as, frequentatiuum, Attrecto, in manu habeo. {משש *maschásch* גשש *gischschésch.* ψηλαφάω, χειρίζομαι, χειρόομαι, ἅπτομαι. GALL. *Traitter, manier.* ITAL. *Trattare.* GERM. Handeln. HISP. *Tratar.* ANGL. *To handle often or touche, to entreate.*} Iuuen. *Satyr. 6.*

Per puppim & duros gaudet tractare rudentes.

Virg. 3. *Georg.* ——— *aret*

Pellis, & ad tractum tractanti dura resistit.

Colum. *lib. 6.* Talis notæ vitulos oportet, dum adhuc teneri sunt consuescere manu tractare. Arte aliqua tractare hominem. Ter. *in Heaut.* —hæc arte tractabat virum, Vt illius animum cupidum inopia incenderet. Plaut. *Asin. sc. 3. a. 1.* Ego te vt merita es tractare exequar, quum tu me vt meritus sum non tractas, quem eiicis domo. Idem *in August. c. 13.* Non pro spe meritorum tractari querentibus. Suet. *in Cæs. c. 72.* Amicos tanta semper facilitate atque indulgentia tractauit, vt, &c. ¶ Tractare mulierem, pro attrectare. Plaut. *Mil. sc. 6. a. 2.* Meámne hîc hospitam in via tractant & ludificant. (*Infrà*, attrectant.) ¶ Tractabantur ibi consilia legatorum; Liu. *lib. 3. d. 4.* ¶ Tractare item, est conuiuio accipere. ὑποδέχομαι. Cic. 4. *Verr.* Hi porrò qui successerunt, vehementer istius cupidi, liberaliter ex istius cibariis tractati, non minus, &c. Horat. 2. *Serm. Satyr. 2.*

——— *tractari mollius ætas*
Imbecilla volet.

¶ Item disserere & describere, vel describendo aut narrando commemorare: quòd talia frequenter videamur. πραγματεύεσθαι, διαλαμβάνειν. Cic. 1. *Acad.* —Dabitis enim profectò, vt in rebus inusitatis, quod Græci ipsi faciunt, à quibus hæc iam diu tractantur, vtamur verbis interdum non auditis. Plin. *lib. 12. c. 22.* Quoniam tamen hîc vnguentorum materia tractatur. Item ponitur pro exerceo. πραγματεύομαι, μεταχειρίζω. Horatius,

——— *quod medicorum est*
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

Ter. *in Prolog. Phorm.* —in medio omnibus Palmam esse positam qui artem tractant musicam. Item pro gerere & gubernare. {נהג *nihégh.* διοικεῖν.} Cic. *Bruto lib. 3.* Fuit in Cilicia mecum Tribunus militum, quo in munere ita se tractauit, vt accepisse ab eo beneficium viderer, non dedisse. Aliquando tractare est administrare. Idem 1. *Verr.* Eras enim tu Quæstor, pecuniam publicam tu tractabas, id est, administrabas, & pecuniæ curam habebas. Tractare bibliothecam alterius est curare, siue illius curam habere. Idem *ad Sulpit. lib. 13.* Dionysius seruus meus qui meam bibliothecam multorum numorum tractauit, &c.

Tractatus, participium. {ממשש *memuschschásch.* μεταχειρισθεὶς, ψηλαφηθεὶς. GALL. *Traitté, manié.* ITAL. *Trattato.* GERM. Gehandelt. HISP. *Tratado.* ANGL. *Touched or handled often, entreated.*} Cic. 2. *de legib.* Aliquoties iam iste locus à te tractatus est: i. enarratus. Idem *pro Cluent.* Ab nullo ille liberalius quàm à Cluentio tractatus est: i. acceptus. ¶ Aliquando verbale est quartæ declinationis, idem aliquando significans quod descriptio. Quintil. *in proœm. lib. 8.* Asperiorum tractatu rerum atteruntur ingenia. ¶ Aliquando libri pars est in qua aliquid describitur. Plin. *lib. 14. c. 4.* Toto separatim tractatu testatus est sententiam. Quintilian. Tractatus moralis & rationalis vocatur Ethice & Logice. Idem, Communis tractatus locorum. Idem, Tractatum boni & æqui tractare sermone eruditiore. ¶ Item Gell. *cap. 3. lib. 1. & cap. 12. lib. 5. & cap. 2. lib. 14.* Tractatus dicitur, pro capite libri. Et Velleius, eodem tractatu temporum.

Tractatio, verbale, Vsurpatio, vsus, tractatus, explicatio. {μεταχείρησις, ψηλάφησις. GALL. *Traitement, maniement.* ITAL. *Trattamento, maneggiamento.* GERM. Handlung. HISP. *Obra de tratar.* ANGL. *An often touching or handling.*} vt, Tractatio armorum, tibiarum, philosophiæ. Cic. 3. *de Orator.* Sic verbis quidem ad aptam compositionem & condecentiam: sententiis verò ad grauitatem orationis vtatur, vt ij qui in arborum tractatione versantur. Idem 2. *de diuinatione*, Nec verò qui tibiis aut fidibus vti volunt, ab aruspicibus accipiunt earum tractationem: sed à musicis. Idem 4. *Acad.* Etenim si quo in libro verè est à nobis philosophia laudata, profectò eius tractatio optimo atque amplissimo quoque dignissima est.

Tractator, & Tractatrix, qui, vel quæ manus agilitata membra leniter tractabat atque fricabat. Senec. *Epist. 67.* Quidni ergo feliciorem Mutium putem, qui sic tractauit ignem, quasi illam manum tractatori præstitisset? Martialis,

Percurrit agili corpus arte tractatrix.

‖Tractatorium, locus vbi causæ aguntur.‖

Tractabilis, e, quod tractari potest. {ἁπτὸς, ψηλαφητὸς. GALL. *Maniable, traitable, qu'on peut toucher.* ITAL. *Facile da maneggiare.* GERM. Gut zu handeln. HISP. *Cosa que se trata o puede tratar.* ANGL. *That may be handled or touched.*} vt, Tractabile pelagus, idem ferè quod nauigabile. ¶ Tractabilis homo, mansuetus, pacatus, facilis. ¶ Non tractabile cælũ. Virg. 4. *Æneid.* i. procellosum, inquietum, imparatum. Huius contrarium est intractabilis, vt Intractabile ingenium: apud Gellium *lib. 1. c. 17.* Senec. Minus tractabile reipub. tempus. Quintil. Vox velut tractabilis. Suet. *in Aug. c. 65.* Agrippam, nihilo tractabiliorem, imò in dies amentiorem, in insulam transportauit, &c.

Tractilis, ἑλκυστὸς. Gl. Cyr. qui trahi potest.

Tractim, aduerbium, Trahendo in longum, longo tractu, diutinè. {ἐκ συρμάδην. GALL. *Tout d'vne tire, d'vn trait.* ITAL. *Di vn tiro.* GERM. Eins zugs, langsamlich. HISP. *De trecho à trecho.* ANGL. *By drawing a lenght.*} Plaut. *in Amphitr.* Quid si ego tractim tangam vt dormiat? Virg. 4. *Georg.*

Tum sonus auditur grauior, tractimque susurrant.

Gell. *c. 20. lib. 7.* Littera quæ tractim sonat. Idem *c. 6. lib. 4. & c. 10. lib. 7.* Tractim pronunciare literam. (i. producere accentu acuto.) Senec. *Epist. 40.* Tractim dicere, *Dire tout d'vne suitte.*

Tractatius, adiectiuum à traho. Lampríd. *in Heliog.* Tractum est cadauer eius etiam per Circi spatia priusquam in Tyberim præcipitaretur. Appellatus post mortem Tyberinus, & tractitius & impurus.

Tractorius, vim trahendi habens.

‖Tractoria diplomata. Gl. vet. quibus licentia dabatur, vtendi equis publicis cursorum. Scriban.‖

Tractoria organa, à Vitruuio appellantur machinæ, quibus onera maiora sursum trahuntur. ἑλκυστικαὶ μηχαναί.

Traiana, Picenorum vrbs mediterranea, autore Ptol. *lib. 3. cap. 1.* Hodie *Potentia.*

‖Traianopolis, *Traianópoli*, M. sub P. Constantinopolitano.‖

Traianus, natione Hispanus, omnium Romanorum principum citra controuersiam optimus pacis, bellíque temporibus clarissimus, & in quo nihil omnino fuerit quod iure reprehendas. Vixit annos LXIV. imperauit XX. Quanta autem fuerit in eo bonitas, acclamationes principibus exhiberi solitæ declarant: quum Augusti felicitatem, Traianíque bonitatem illis precarentur. ¶ Fuit & Traianus Patritius, qui sub Iustiniano principe floruit. Scripsit temporum epitomen nobilem. Autor Suid. ¶ Est etiam Traianus portus Tuscorum. Ptolem. *lib. 3. c. 1.* Hodie *Volaterranorum portus.*

‖Traiectum inferius, ad veterem Rheni alueum, hodie Vltraiectum, *Vtrech*, V. A. Batauorum.

Traiectum superius, ad Mosam fl. *Mastricht*, sedes olim E. Turgrensium, qui nunc Leodij resident.‖

TRAIICIO, is, Transueho, transporto, traduco. {עבר *ȝabár.* διαπορθμεύω, διάγω, διαπορθμεύω, διαβιβάζω. GALL. *Passer outre, trauerser.* ITAL. *Trapassare, traportare.* GERM. Vberhinfüren. HISP. *Passar allende alguna cosa.* ANGL. *To passe ouer, to go beyonde.*} In qua significatione duos ferè habet accusatiuos: alterum vi præpositionis, alterum communem omnibus verbis actiuis. Planc. *Ciceroni*, Exercitum ad Calendas Maias Rhodanum traieci. Idem *alibi*, Quum copias Rhodanum traiecissem. Senec. *Epistola 45.* Transnatassem fretum, non modò traiecissem. Sueton. *in Tiber. cap. 9.* Traiecit dedititios in Galliam. (id est, curauit transportandos.) ¶ Aliquando neutrum est, & significat transeo. περαιόω, περαιοῦμαι. In qua significatione vnico ablatiuo contentum est, quem habet vi præpositionis inclusæ, Liu. 2. *bell. Punic.* Amnem vado traiecit. Item dicitur etiam de aliis rebus, & non solùm de fluuiis. Cicer. *de finibus*, Murum iaculo traiecit. Idem *in Epistol. familiar.* Si se Alpes Antonius traiecerit. Aliquando est Transfigo & transuerbero. {דקר *dikkér.* διελαύνω.} Liu. 2. *ab Vrbe*, Contra quem & ille concitat equum: tantáque vis infestis venientium hastis fuit, vt brachium Ebutio traiectum, Mamitio percussum pectus. Traiicere in alia vasa pro fundere in alia vasa dixit Varr. 1. *de re rustic. cap. 64.* Traiicere in alium culpam aut quippiam, est transferre. Cicer. 1. *Verr.* Quid quum commiserari, conqueri, & ex illius inuidia deriuare aliquid, & in te traiicere cœperit, &c. Traiicere rem, id est, negotium ad magistratus, pro reiicere. Liu. 2. *ab Vrbe.*

Traiectus, a, um, participium, Transuectus. {מעבר *maȝabár* מובא *mubá.* διαπορθμευθεὶς. GALL. *Passé tout outre, passé à trauers.* ITAL. *Passato.* GERM. Vberhingefürt. HISP. *Passado.* ANGL. *Passed or gone ouer.*} Cic. *ad Quirites post reditum*, Traiectus nauicula in Africam. ¶ Aliquando idem quod confossus, siue transfixus. διαπεπαρμένος. Plin. *lib. 11. cap. 37.* Ob hoc in præliis, gladiatorúmque spectaculis, mortem cum risu traiecta præcordia attulerunt. Ouid. 5. *Metam.*

——— *Traiecti summouit vulnere cruris.*

Traiecto, frequentatiuum. Col. *lib. 7. c. 14.* A quibusdam ad imum acu traiectatur duo lina ducente: deinde vtriusque lini duobus capitibus diuersæ partes adstringuntur.

Traiectio, nis, Transiectio, traductio, {מעבר *maȝabár.* πορθμεύσις, πέραμα. GALL. *Passement outre, trauersement.* ITAL. *Passaggio.* GERM. Vberfürung. HISP. *El lleuar allende, passamiento.* ANGL. *A passing or going ouer.*} Cicer. *Attic.* Cautior certè est mansio, honestior existimatur traiectio. ¶ Traiectio verborum, pro translatione, μεταφορὰ, apud autorem ad Heren. *lib. 1.* ¶ Traiectio stellarum. Cic. 2. *de diuin.* Assyrij traiectiones, motúsque stellarum obseruauerunt. i. παράλλαξις, transitus stellarum errantium.

Traiectus, us, Traiectio. {מעבר *maȝabár.* διαπόρθμευσις.} Liu. 1. *ab Vrbe*, Qui in traiectu Albulæ amnis submersus, celebre ad posteros nomen flumini dedit. Idem *lib. 4.* Nisi in traiectu fortè fluminis prohibendo. Cæs. *lib. 2. de bell. ciu.* Traiectu intercludi. Suet. *in Aug. c. 17.* Tempestate bis in traiectu conflictatus.

Traiectitius, a, um, vt Traiectitia pecunia, quæ trans mare periculo creditoris vehitur, siue illa ipsa exportetur, siue etiam merces ex ea comparatæ: de hac pecunia agitur *l. 1. D. de naut. fœn. & l. 122. D. de verb. signif.*

Tralatio, Tralatitius, Tralatus, vide *Transfero.*

Tralleis, ium, ibus, pluralis numeri tantùm, τράλλεις, Asiæ vrbs, inter Mæandrum & Caystrum fluuios sita, à Plin. & Ptolem. Cariæ, à Strabone Ioniæ, à Steph. Lydiæ annumerata: aliis nominibus Euanthia, Seleucia, & Antiochia appellata. ¶ Sunt & alteræ Tralleis, ad ipsum Meandri transitum sitæ, medio ferè itinere inter superiores, & Magnesiam: de quibus vide Strab. *lib.* 14.

Trallianus, a, um, adiectiuum, τραλλιανός: sicut à Sardibus, Sardianus.

TRALVCEO, es, Transluceo. {διαφαίνω. GALL. *Luire à trauers, transluire.* ITAL. *Tralucere.* GERM. Durchscheinen/hinüberscheinen. HISP. *Trasluzirse.* ANGL. *To skyne or to be bright through.*} Lucr. *lib.* 4.

Vsque adeò è speculo in speculum tralucet imago.

Tralucidum, i, Pellucidum, hoc est, visui peruium. {διαφανής. GALL. *Qui luit d'outre en outre.* ITAL. *Lucido, chiaro.* GERM. Durchscheinig. HISP. *Luzio, lo que se trasluze.* ANGL. *Bright through.*} Plin. *lib.* 21. Suauiores albæ violæ, quoniam à tralucido faciliùs accipitur aër.

Trama, æ, Subtegmen, teste Seruio, hoc est, filum quod stamini ex transuerso intertexitur: ita dictum à trameando, hoc est, transeundo, propterea quòd stamen iterum atque iterum transeat. {ערב *heréb.* κρόκη, ῥοδάνη. GALL. *Traime de tisserant.* ITAL. *Trama del tessitore.* GERM. Der eintrag eines wüps. HISP. *La trama que atrauiessa lo vrdiembro.* ANGL. *A weauers roll or beame.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 24. de araneorum telis agens, Quanta arte celat pedicas scutulato rete grassante! quàm non ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quadam polituræ arte ipsa per se tenax ratio tramæ. Varro 3. *de L. L.* Trama quòd trameat (alij transmeat) Frygionis vestimentum. Isidor. *lib.* 2. *cap.* 29. Trama, quòd via recta transmittatur per telam. Est enim inter filum stamen currens. ¶ Trama figuræ, à Persio dicitur, pro extenuatissimo corporis habitu, vmbram potius hominis quàm hominem præferente. Verba eius sunt *Sat.* 6.

——mihi trama figuræ
Sit reliqua: ast illi tremat omento popa venter.

Trames, is, gen. masc. Semita transuersa. {נתיב *nathib* נתיבה *nethibáh.* τρίμμος. GALL. *Sentier, sente, chemin à trauers champs.* ITAL. *Sentiero, calle.* GERM. Ein vberzwercher fußweg. HISP. *La senda ò camino angosto.* ANGL. *A crosse waye.*} Liu. *lib.* 5. Obliquis tramitibus egressi. Cicer. 12. *Philipp.* Num idem in Apennini tramitibus potero facere? Ouid. 3. *Fast.*

Ventum erat ad mollem decliuo tramite ripam.

Tramitto, Transmitto, siue traiicio. {עבר *habár.* περαιόω. GALL. *Tramettre, transporter.* ITAL. *Trapassare.* GERM. Vberhin faren. HISP. *Embiar allende.* ANGL. *To cary or conueigh ouer or beyonde.*} Cic. *ad Attic. lib.* 16. Duo sinus fuerunt, quos tramitti oportet, &c. ¶ Tramittere ad virum, (i. in eius potestatem tradere.) Gell. *c.* 6. *lib.* 17. Quando mulier dotem marito dabat, tum quæ ex suis bonis retinebat, neque ad virum tramittebat, ea recipere dicebatur.

Tramoserica vestis, quæ stamina ex lino, tramam verò ex serico habet. Papias. Adiectiuum est Tramosericus, a, um.

Tranio nomen serui est. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1.

Tranare, natando traiicere: à trans, & nato, duobus postremis præpositionis elementis abiectis. {διανήχομαι. GALL. *Nager outre.* ITAL. *Tranotare, passare oltra.* GERM. Vberhin schwümmen. HISP. *Passar à nado mar ò rio.* ANGL. *To swimme ouer or beyonde.*} Liu. *lib.* 2. *ab Vrbe.* Multísque superincidentibus telis, incolumis ad suos tranauit. Virg. 2. *Georgic.*

——Superant montes, & flumina tranant.

Idem 6. *Æneid.*

——illius ergò
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.

¶ Tranare pro transuolare. Idem 4. *Æneid.*

Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila.

¶ Tranare pro penetrare, seu transire. Cic. 1. *de nat. deor.* Atque id faciliùs cernemus, toto genere hoc igneo, quod omnia tranat, subtiliùs explicato. Hasta tranauit viri pectus. Sil. *lib.* 13. *cap.* 48.

Tranor, aris, passiuè. Ouid. 2. *de Arte,*

Obsequio tranantur aquæ: nec vincere possis
Flumina, si contrà, quàm rapit vnda, nates.

‖Traneus, Iulius mensis. Pap.

Tranium, *Trani,* V. A. Apuliæ Peucetiæ maritima.

Tranix. In ll. Longob. *tit.* 29. 7. Si quis tranicem de vita aliena inciderit, componat med. sol. Intellige flagellum.‖

TRANQVILLVS, a, um, quietus, placidus propriéque de mari dicitur & aëre, quando nulla exagitantur tempestate. {שקט *schokét* שלו *schalév.* γαληνός, νήνεμος, ἄγλαυρος, εὔδιος, ἀκύμων. GALL. *Tranquille, paisible, coy, serain.* ITAL. *Cheto, tranquillo.* GERM. Stil/rüwig. HISP. *Sossegado, sin turbacion.* ANGL. *Quiet, calme, faire.*} Cic *pro Cluent.* Mare quod sua natura tranquillum est, ventis concitatur. Plin. *lib.* 9. *cap.* 27. Subit in summa maria piscis, ex argumento appellatus lucerna, linguáque ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet. ¶ Per translationem tamen accipitur pro quieto, miti, seu pacato. {ענו *hanáv.*} Plaut. *in Cist.* Si possum tranquillum facere ex irato mihi. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Hunc Deum saturitate facias tranquillum tibi. (i. propitium.) Idem *Amph. sc.* 2. *a.* 1. Eam seditionem illi in tranquillum conferet. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Quia vos tranquillos video, gaudeo (de lite & iurgio composito.) Liu. *lib.* 5. *d.* 4. Tranquillum ab hostili metu agmen. Cicer. 3. *Tusc.* Nec verò ea frons erat, quæ M. Crassi illius veteris, quem semel ait in omni vita risisse Lucilius: sed tranquilla & serena. Lucan. *lib.* 2.

——melius tranquilla sine armis
Otia solus ages.

Idem *lib.* 3.

——alter vergentibus annis
In senium longóque togæ tranquillior vsu
Dedidicit iam pace ducem, &c.

Claud. *de bell. Get.*

Securas iam Roma leuat tranquillior arces.

Ter. *in Andr.* Oh, tibi ego vt credam furcifer? Qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias. ¶ Tranquilla res est, inquit Ter. *in Phorm.* id est, integra res est.

Tranquillum, i, substantiuum ex adiectiuo, Tranquillitas. {שקט *schéket* שלוה *schalváh.* γαλήνη, γαληνότης. GALL. *Tranquillité, serenité.* ITAL. *Tranquillità, serenità.* GERM. Stille. HISP. *Sossiego, serenidad.* ANGL. *Calmenesse, fairnesse of weather.*} Plaut. *Casin.* Tranquillum est, alcedonia sunt circa forum.

Tranquille, aduerb. quietè, citra motum & perturbationem. {γαληνῶς. GALL. *Tranquillement, tout doux, paisiblement.* ITAL. *Chetamente, pacificamente.* GERM. Still/rüwigklich. HISP. *Con sossiego.* ANGL. *Quietly, calmely.*} Cicer. *Attic.* Velim tranquillè à Parthis. Plaut. *Cistell.* Sed tranquillè, amabo, nequid quod illi doleat, dixeris. Tranquillè & placidè ducere vitam, apud Cicer. 4. *Tusc.*

Tranquillo, absolutè, pro Tranquillo tempore, quo neque cœlum, neque mare tempestate exagitatur. {γαλήνης οὔσης, νηνεμίας οὔσης. GALL. *En temps tranquille.* ITAL. *In tempo tranquillo.* GERM. Wan es still wätter ist. HISP. *En tiempo sossegado.* ANGL. *In a calme season.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 7. Sæpè annotata piscium æstiuo calore quædam anhelatio, & alia quædam tranquillo velut oscitatio.

Tranquillo, as, Tranquillum, & quietum facio. {השקיט *hischkít* שבח *schibbéach* השביח *hischbiáh.* γαληνόω, γαληνοποιῶ. GALL. *Appaiser, adoucir, rendre paisible & tranquille.* ITAL. *Acchettare.* GERM. Stillen/berüwigen. HISP. *Sossegar.* ANGL. *To mak quiet faire, and calme.*} Cicer. 1. *de finib.* Semper alit aliquid, quod tum vi sua atque natura tranquillet animos. Horat. 1. *Epist.* 19.

Quid purè tranquillet, honos, an dulce lucellum?

Huic opponitur Perturbare. Cicer. *Top.* Vt aut perturbentur animi, aut tranquillentur. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Cui nunquam vultum tranquillaui gratiis.

Tranquillitas, atis, quies maris & cœli tempestatis expers. {שקט *schéket* שלוה *schalváh.* γαλήνη, γαληνότης, εὐδία, νηνεμία. GALL. *Tranquillité, paisibleté, serenité, beau temps.* ITAL. *Tranquillità, sereno, serenità.* GERM. Stille des wätters. HISP. *Sossiego, serenidad.* ANGL. *Calmenesse, fairnesse, of weather.*} Cicer. *Attic. lib.* 4. nos longiùs nauibus quietem aucupaturi eramus. ¶ Per translationem accipitur pro quauis quiete, vt Tranquillitas vitæ, Tranquillitas animi, hoc est, securitas motuum omnium & perturbationum expers. Idem *pro Mur.* Qui remoti à studiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitæ sequuti sunt. Plin. *Epist.* 25. Annum tertium & octogesimum excessit in altissima tranquillitate. Cic. 1. *Offic.* Tranquillitas animi adsit, quæ adfert cùm constantiam, tum etiam dignitatem.

TRANS, præpositio, idem quod vltra. {עבר *héber.* πέραν, πέρα. GALL. *Outre.* ITAL. *Oltre, oltra, di la.* GERM. Vberhin/ienseit. HISP. *Allende.* ANGL. *Ouer, beyonde.*} vt, Trans fluuium, πέραν τοῦ ποταμοῦ, hoc est, ad vlteriorem, vel in vlteriori fluminis parte. Iungitur enim tam motus verbis quàm quietis. ✕ Cis vel citra ἐντεῦθεν. Cic. *Attic.* Cogito trans Tiberim hortos aliquot parare. Idem *de diuin.* Si sciſset sibi trans Euphratem esse pereundum. Horatius *lib.* 1. *Epist.* 11.

Cœlum non animum mutant qui trans mare currunt.

Plaut. *in Mil. sc.* 5. *a.* 2.—nimis beat, Quod commeatus est trans parietem. Gell. *cap.* 30. *lib.* 15. Petoritum enim est non ex Græca dimidiatum, sed totum transalpibus factum: nam est vox Gallica. In compositione quoque eandem retinet significationem, componitúrque ferè cum dictionibus ab hisce incipientibus literis: ab a, vt Transalpinus: c, vt transcurro: d, vt traduco: e, vt transeo: f, vt transfero: g, vt transgredior: i, vt traiicio: l, vt translego: m, vt transmigro: n, vt trano: p, vt transpono: r, vt Transrhenanus: s, vt transcribo: t, vt Transtigritanus, qui habitat trans Tigrim: u, vt transueho. Ex quibus quæ à d, vel n, vel i, consonante initium sumunt, postremas duas præpositionis literas abiiciunt: vt traduco, traiicio, trano. In reliquis præpositio manet integra, præterquam quòd secunda compositionis parte ab s incipiente, ex præpositione s abiicitur, vt transcribo.

Transabeo, is, Transeo. {עבר *habár.* διαπεράω, διαβαίνω. GALL. *Aller & passer outre.* ITAL. *Trapassare.* GERM. Fürober gehn/weiter gehn. HISP. *Passar yr allende.* ANGL. *To go beyonde or passe ouer.*} Statius 2. *Theb.*

——capulo nam largius illi
Transabijt costas cognatis ictibus ensis.

Valerius Flaccus 4. *Argon.*

Turbine sic rabido populos atque æquora longè
Transabijt.

Transactor, Transactus, vide *Transigo.*

Transadigo, is, transadegi, actum, Traiicio, transuerbero. {דקר *dikkér.* διαπερόνω, διελαύνω. GALL. *Passer & percer outre, transpercer, trauerser.* ITAL. *Trapassare, passare di banda in banda.* GERM. Durchhin stossen. HISP. *Traspassar, passar allende.* ANGL. *To bore or pearce trough.*} Virgil. 9. *Æneid.*

——sed viribus ensis adactus
Transadigit costas, & candida pectora rupit.

Stat. 5. *Theb.*

Quattuor hos vnà, decus & solatia patris
Transadigam ferro.

Transalpinus, a, um, quod est trans Alpes situm. {ὑπεράλπειος. GALL. *Qui est delà les Alpes, delà les monts.* ITAL. *Dila dalle Alpi.* GERM. Jenseit dem Alpgebirg gelägen. HISP. *Allende los Alpes.* ANGL. *That is beyonde the Alpes.*} Vnde Galliam Comatam Romani Transalpinam vocant, quæ diducitur in Belgicam, Celticam, Lugdunensem & Bracchatam, siue Narbonensem. Contrà Cisalpinam Galliam eam vocabant, quæ ab Alpium radicibus extenditur vsque ad Rubiconem, antiquum Italiæ limitem. Cicer. *Papyrio Pæto,* Nunc verò etiam Bracchatis, & Transalpinis nationibus, &c. Idem 2. *Offic.* Portari in triumpho Massiliam vidimus, & ex ea vrbe triumphari, sine qua nunquam nostri Imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt.

Transcendo, is, Supero, ascendendo transgredior: à traus & scando, vltima præpositionis litera abiecta. {עלה *haláh* פסח *pasách.* ὑπερβαίνω. GALL. *Passer outre.* ITAL. *Passare oltra.* GERM. Vberhin steigen. HISP. *Subir allende.* ANGL. *To excell, to passe ouer.*} Cicer. *in Catilinam,* Hoc malum manauit non solùm per Italiam, sed etiam transcendit Alpes.

Idem *de somn. Scipion.* Ex his ipsis cultis, notísque terris, num cuiusquam nostrûm nomen vel Caucasum hunc quem cernis transcendere potuit? vel illum Gangem transnare. Lucret. *lib.* 4.

———audet transcendere vallum Miles.

Liuius *lib.* 34. In Græciam Asiámque transcendimus. Cæsar *lib.* 1. *bell. ciuil.* Valles transcendere. Plaut. *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Ab asinis ad boues transcendere.

Trānscindo, is, Conscindo, lacero. {קרע *karáh* בצע *batsáh.* κατασχίζω. Gall. *Trancher & couper outre.* Ital. *Tagliare oltra.* Germ. Durchschneiden. Hisp. *Cortar allende.* Angl. *To cut or rent through.*} Plaut. *Pers.* Transcidi loris omneis aduenieus domi.

Trānscrībo, is, Exscribo, describo. {העתיק *hehethik.* ἀπογράφω. Gall. *Transcrire, contrescrire, rescrire, copier.* Ital. *Transcriuere, copiare, recopiare.* Germ. Oberhin schreiben/abschreiben. Hisp. *Trasladar escritura.* Angl. *To writ ouer or out of an other, to copie.*} Cicer. 2. *de natur. deor.* Q. Sosius qui transcripsit tabulas publicas. Autor ad Herennium *lib.* 1. Si vestra manu fabulas, aut orationes totas transcripseris. ¶ Interdum transcribere, est rem nostram in alterius dominium transferre. μεταγράφειν. Agretius *in l. si uxor. D. de præscript. verb.* Vt eos fundos, si ipse vellet, eodem pretio mulier transcriberet viro, id est, iure cesso traderet, vt interpretatur Bud. Huic persimile est illud Virg. 7. *Æneid.*

Et tua Dardanijs transcribi sceptra colonis.

hoc est, ius regni tibi debiti in Troianos transferri. Et *in l. si vir. uxori. ff. de præscript. verb.* Vt eos fundos, si ipse vellet, eodem pretio mulier transcriberet viro: id est, iure cesso traderet. Sic transcribi nomina dicuntur in rationibus, quum id quod mihi expensum latum est, in aliud nomen transfertur, & nomen meum ex rationibus eximitur. Hoc modo accipitur *in l. vlt. C. de præd. nauic.* vt annotauit Bud. Locutiones autem hæ inde deriuatæ sunt quòd veteres in foro & de mensæ scriptura magis quàm ex arca domóque pecuniam numerabant, vt autor est Donatus. Hinc factum est, vt scribi esset dari. Horat.

Scribens decem Neuio, & Rescribi.

Idem,

———quod tu nunquam rescribere possis.

Liuius, Transcribere nomina in socios. ¶ Transcribere in viros aliquem, Senec. *cap.* 16. *de cons. ad Mart.* Clœliam ob insignem audaciam tantùm non in viros transcripsimus. ¶ Transcribere aliquem autorem, est desumere ex eo quod ad nostrum opus facere videtur, & scriptis eius tanquam nostris vti. Plin. *lib.* 4. *cap.* 2. Græcinus, qui alioqui Cornelium Celsum transcripsit, &c.

Transcriptus, a, um, Gell. *cap.* 2. *lib.* 2. Posuimus verba Quadrigarij ex annali eius transcripta.

Trānscrīptĭo, verbale, pro excusatione & prætextu. {ἡ μεταγραφὴ, ἀπογραφὴ, παραίτησις. Gall. *Excuse.* Ital. *Scusa.* Germ. Entschuldigung/fürwendung. Hisp. *Escusacion.* Angl. *An excuse or pretexte.*} Quint. *lib.* 13. Iam priuati veneni transcriptio est. Nam diues causabatur se nihil deliquisse, quia in priuato suo apes pauperis necasset.

Trānscvrro, is, Cursu me aliquò confero. {רץ *rats.* μετατρέχω, διαδρομῶ. Gall. *Courir & passer outre, courir vistement.* Ital. *Trascorrere, trapassare.* Germ. Hinüber lauffen. Hisp. *Correr allende.* Angl. *To runne ouer or beyonde.*} Terent. *in Eunuch.* Tu abi, atque obsera ostium intus, ego dum hinc transcurro ad forum. Gell. *cap.* 10. *lib.* 5. Cùm multum temporis transcurreret. Plaut. *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Transcurrere curriculo ad nos. Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Helu.* Eius laudes facilius est circumscribere, quàm transcurrere. Quintil. Transcurrere scripta aliena. Suet. *in Calig. cap.* 24. Transcurrere Campaniam. Velleius, Transcursum ad vitia. Cæs. *lib.* 1. *bell. ciu.* Transcurrentes, remos detergebant. ¶ Aliquando cursum conficio. διατρέχω. Cicer. *de clar. Orat.* Alexander & Cyrus, qui cursum suum transcurrerant. ¶ Aliquando excurrere, euagari. παρεκβαίνω. Autor ad Herenn. *lib.* 1 Nec sine delectu temerè in rem dissimilem videatur transcurrisse. Plin. *lib.* 6. *cap.* 36. Quòd si hactenus transcurrat expositio, fraudatam se protinus luxuria credat. ¶ Nonnunquam perstringere, cursim & breuiter exequi. Quint. In narratione transcurram subtiles nimium diuisiones quorundam.

Transcurso, ablatiuus à Transcursum participatio, iunctus cum hoc nomine Opus, Terent. *Hecyr.* In arcem transcurso opus est. id est, Transcurrere.

Trānscūrsūs, us, ipse transcurrendi actus. Senec. *Quæst. natur. lib.* 6. *cap.* 3. Et stellæ per diem vitæ, subitóque transcursus ignium, multam post se lucem trahentium. Vnde in transcursu aliquid factum dicimus, pro obiter, & inter percurrendum. {מרוצה *merutsáh.* μεταδρομὴ. Gall. *Course soudaine & legere.* Ital. *Corso veloce ò leggiero.* Germ. In einem fürlauff. Hisp. *Corrida legera, obra de correr allende.* Angl. *A hastie running ouer.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 13. Quanquam priùs dixisse conueniat de rapis: in transcursu eas attigêre nostri, paulò diligentiùs Græci.

Trāndo, is, veteres dixerunt sonantiùs, inquit Donatus, quod nos leniùs tradere nunc dicimus. {נתן *nathán.* μεταδίδωμι. Gall. *Donner, traduire.* Ital. *Dare.* Germ. Obergeben. Hisp. *Dar.* Angl. *To giue ouer to another.*} vt, Tralatum illi, nos contrà Translatum. Terent. *in Prolog. Phorm.* Retrahere à studio & transdere hominem in otium.

Trānsdūco, is, Traduco, transfero. {העביר *hehebir.* μετάγω, μεταφέρω. Gall. *Mener outre, transporter.* Ital. *Tradurre.* Germ. Zuziehen/hinüber füren. Hisp. *Traspassar guyando.* Angl. *To lend, bring or conueigh.*} Cicer. 6. *Verr.* Vt conarere clientelam tam illustrem, tam splendidæ prouinciæ, transducere ad te, &c. Cæs. 3. *de bell. ciu.* Transducere exercitum vado. Suet. *in Cæs. cap.* 14. Transducere ad se homines. Iuuen. *Satyr.* 11. In quo se transducebat Vlysses ancipitem. ¶ Transducere arbores pro transplantare, apud Col. *lib.* 3. *cap.* 9.

Trānsēnnă, æ, cancelli lignei, ferrei, siue viminei, qui fenestris, aut etiam mercibus oppositi, visui peruij sunt. {שבכה *sebacháh.* κιγκλίς. Gall. *Treillis ou cage d'osier qu'on met au trauers des fenestres, ou ce qu'on met deuant quelque marchandise de peur qu'on ne la prenne ou touche, soit verriere ou autre chose.* Ital. *Ferrato, rastello, trapella, laccio.* Germ. Ein gitter/ oder gitterfenster. Hisp. *Las verjas ò rexas para apartar, finiestra herrada.* Angl. *Latasses, windowes made with barres of timber or yron, a casement, or loupe window.*} Cicer. *lib.* 1. *de Orat.* Nunc petas à Crasso, vt illam copiam ornamentorum suorum, quam constructam vno in loco quasi per transennam prætereuntes strictim aspeximus, in lucem proferat. Quo in loco per transennam aspicere, prouerbiali metaphora dixit Cicer. pro eo quod est, non propiùs neque sigillatim, sed procul, obiter & summatim inspicere. Translatum à negotiatoribus, qui mercibus quas contrectari nolunt, cancellos obiiciunt: quidam etiam vitrum pellucidum opponunt, vt prætereuntibus procul modò contemplari liceat, nec explicant eas, nisi licitatori idoneo. Nonius Marcellus, Transenna, non vt quidam putant, transitus, sed fenestra est. A quo dissentit Seruius *lib.* 5. *Æneid.* & transennam funem extentum interpretatur. Salust. *hist. lib.* 2. Transenna demissum victoriæ simulachrum, cum machinato strepitu coronam capiti imponebat. Plutarch. *in Sertorio* de Metello dixit hoc, δι' ὀργάνων ἐπιδεχόμενοι. Vide Macrob. *lib.* 3. *c.* 7. ¶ Transenna etiam est transitus, quasi transienna, i. peruium spatium inter conclauia, cubicula, aut cœnationes. Paulinus *in epist. ad Seuerum,* Hæc basilica, in basilica memorati confessoris aperitur tribus arcubus paribus perlucente transenna, per quam vicissim sibi tecta ac spatia basilicæ vtriusque inunguntur. Rursus, intra verò ipsam transennam, qua breue illud, quod propinquas basilicas discludebat, interuallum continuatur. ¶ Transenna etiam (teste Isidoro *Etym. lib.* 19. *cap.* 1.) extentus funis, qui & traiectus dicitur, quòd fit in traiectu fluuiorum quà pontones. Marcellinus *lib.* 25. Tanquam è transenna simul emissi, spe citiùs ripas occupauere. ¶ Transenna etiam in instrumento est aucupum, eáque decipiuntur aues, vt turdi edaces, qui vbi tenus retenditur (sic autem laqueus appellatur) ex ea dependent: vulgò vocatur *vne sauterelle.* Plaut. *Bacch.* Nunc ab transenna hic turdus lumbricum petit: Pendebit hodie pulchrè ita intendi tenus. Rursus translatè dixit *in Rudente.* In ætate agenda hominum, plurimæ Fiunt transennæ, vbi decipiuntur dolis, Atque ædepol in eas plerunque esca imponitur: Quum si quis auidus pascit escam auariter, Decipitur, vt transenna sua auaritia.

Trānsĕo, is, iui, & transij, itum, Traiicio, transmitto, transgredior, transcendo. {עבר *habár.* μεταβαίνω, διοδεύω, διαβαίνω. Gall. *Passer outre ou à trauers.* Ital. *Trapassare, passare, valicare.* Germ. Hinüber gehn/fürgehn. Hisp. *Passar, yr allende.* Angl. *To passe ouer or beyonde.*} Cicer. 1. *de nat. deor.* Quum Gracchus pomœrium transiret, auspicari est oblitus. Idem 3. *de fin.* Rectius diues quàm Crassus, qui nisi eguisset, nunquam Euphratem nulla belli causa transire voluisset. ¶ Aliquando transire, nihil aliud est, quàm simplex ire. Plaut. *in Sticho,* Deos salutabo modò, postea ad te continuò transeo. Idem *in Milit.* Philocomasio dic, si hic est, domum vt transeat. Sic Brutus *ad Cic. lib.* 11. Transire in Apenninum, dixit Cicer. *pro Deiotaro.* Transire in cubiculum. ¶ Accipitur aliquando Transire, pro leuiter attingere. ἐφαψάμενος διελθεῖν. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Sed in animo est leuiter transire, ac tantummodo perstringere vnamquamque rem. ¶ Transire silentio aliquid, est silere illud. Idem *pro L. Sylla,* At ne hoc quidem mihi videtur silentio transeundum. Et sine vllo ablatiuo. Plin. *lib.* 2. *c.* 68. Vt publicos gentium furores transeam. id est, taceam, sileam. Transire quædam in legendo, est præterire, omittere. Idem *Epist.* 98. Transeo enim Neronem: id est, sileo de Nerone: siue de Nerone nihil dico. Gell. *cap. vlt. lib.* 10. *& cap.* 4. *lib.* 9. Voluere & transire volumina (id est, transcurrere.) Transiit dies, id est, præteriit, elapsa est. Cicer. *ad Attic. lib.* 7. Legis dies transiit. Sic, Transiit mensis, apud Plaut. *in Curc. sc.* 3. *a.* 5. Decem minas dum soluit, omnis mensis transiit. Transeamus ad partitionem, apud Cicer. 2. *de inuent.* hoc est, hisce relictis, conferamus nos ad partitionem. Transire ad hostes, est ad illos deficere. Liuius 4. *bell. Maced.* Si ad Romanos transire velint. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 4. Metuo ne ad hostes transeat. (metaphoricè.) Transire ad vitam, est reuiuiscere. ἀναβιόω. Senec. *epistol.* 45. Multos transisse ad vitam dum vitæ instrumenta conquirunt. Transire in multos colores, est per interualla modò in hunc, modò in illum colorem mutari: quod & polypo, & chamæleonti fertur accidere. Transire legem, est legem soluere, eique non parêre. Transire lineas, est sese intra præscriptum terminum non continere. Cicer. *in Parad.*

Transitus, a, um, Liuius *lib.* 3. *bell. Pun.* Transito agmine, (id est, transgresso.)

Trānsĭtĭo, verbale, Transgressio, traiectio. {מעבר *mahabár.* διάβασις, μετάβασις. Gall. *Passement, passage.* Ital. *Esso passare.* Germ. Obergang/fürgang. Hisp. *Obra de passar allende.* Angl. *A passing ouer.*} Cicer. *lib.* 9. *Epistol.* Qui spem sæpè transitionis præbuit. ¶ Ponitur aliquando pro defectione. ἀπόστασις. Liu. 4. *bell. Pun.* Numidas, qui intra portas seu præsidia Carthaginensium essent, ad transitionem pellicerent. Idem *lib.* 1. *decad.* 1.

Trānsĭtŭs, us, alterum verbale, transitio, siue traiectio. {מעבר *mahabár.* διάβασις, διαπόρθμευσις.} Plin. *lib.* 12. *cap.* 15. Petunt myrrham à Troglodytis Sabæi transitu maris. In transitu, id est, cursim percurrendo. ἐφαψάμενος, μεταδρομάδην. Quint. *lib.* 6. *cap.* 3. Eorum non simplex natura, nec in transitu tractanda. Idem *cap.* 11. *lib.* 2. *in fine.* Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Helu.* In transitu sunt omnia. ¶ Transitus in musica & cantu Citharœdorum.

Transitorius, a, um, apud Suet. *in Nerone, cap.* 13. Domum à Palatio Esquilias vsque fecit, quam primò transitoriam, mox incendio absumptam, restitutámque, auream nominauit.

Transilis, e: vt, Transilis palmes, id est, relictus, alios transiliens. Plin. *lib.* 17. *cap.* 23. Traducem binum præcidere solebant. Oneratis enim vetustate melius donare tempus, vt transilem faciant, si largiatur crassitudo, aliàs vtile toros futuri draconis pasci. Vide etiam infrà post *Transilio.*

Trānsĕro, is, Transplanto, hoc est, plantam de loco vno in alium transfero. {μεταφυτεύω. Gall. *Transplanter.* Ital. *Traplantare.* Germ. Oberhin pflantzen/ an ein andern ort pflantzen. Hisp. *Trasplantar arboles y otras plantas.* Angl. *To tak plantes out of one place and sett in another.*} Stat. 2. *Syl.* Vidi ego transertos alieno in corpore ramos Altius ire suis.

Trānsfĕro, tuli, latum, de loco in locum transporto, traduco, resoluo. {העתיק *hehethik.* μεταφέρω, μετακομίζω. Gall. *Transferer, transporter, translater.* Ital. *Trasportare.* Germ. Oberhin oder an ein ander ort tragen/ versetzen. Hisp. *Lleuar allende.* Angl. *To carie out of one place into an other,*

other, to translate or transfer.} Cicer. 5. *Philipp.* Ad se omnia ex hortis ornamenta transtulit. Cæs. 3. *bell. ciu.* Cæsar paulò vltra eum locum castra transtulit. Cicer. *de Orator.* Alij à regendis ciuitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt. Plaut. *Amphitr.* Ne posterius in me culpam transferas. Senec. *cap. 16. de consol. ad Helu.* In me hanc transtuleram, mihi ascripseram. (i. habebam pro mea. Item Sueton. *in Tiber. cap. 10.* Transtulit illum Rauennam. (i. duci iussit.) ¶ Transferri item dicuntur nomina aut verba quum à significatione propria propter aliquam similitudinem ad minus propriam transumuntur. {μεταφέρω. GALL. *Traduire, translater, tourner.* ITAL. *Tradurre.* GERM. Von der aigentlichen deutung zu einer andern versetzen. HISP. *Trasladar.* } Cicer. *de Orator.* Translata ea dico, quæ per similitudinem ad alia transferuntur. Et *paulò antè*, Quum verbum aliquod altiùs transfertur, & quasi alieno loco collocatur. Idem *de opt. gen. dicendi*, Sed Phalereus Demetrius, meo iudicio, præstat cæteris, cuius oratio, cùm sedatè, placidéque loquitur, tum illustrant eam, quasi stellæ quædam translata verba, atque immutata. Translata dico, vt sæpe iam, quæ per similitudinem ad aliam rem aut suauitatis, aut inopiæ causa transferuntur. Hæc Cicer. Quæ autem dicantur verba propria, quæque translata, quomodo transferantur, quæ sit vitiosa translatio, & cur reperta sit translatio, apertè tradit Quintil. *lib. 1.* Propria sunt, inquit, verba κύρια, quum id significant in quod denominata sunt: translata, quum alium natura intellectum, alium loco præbent. Vsitatis tutiùs vtimur: noua non sine periculo quodam fingimus. Idem *lib. 8.* Transfertur igitur nomen aut verbum ex loco in quo proprium erat, in eum in quo aut proprium deest, aut translatum proprio melius est. Id facimus aut quia necesse est, aut quia significantius est, aut (vt dixi) decentius. Vbi nihil horum præstabit, quod transfertur improprium. ¶ Transferre iudicia, inquit Bud. est ab vno ordine ad alterum transferre, hoc est, à Senatu ad Equites. ¶ Transferre item, est interpretari, hoc est, ex lingua vna in alteram conuertere, traducere. μεταφράζειν, ἑρμηνεύειν. Quint. *lib. 10. cap. 5.* Græcos autores transferentibus verbis vti optimis licet. Idem *lib. 7. cap. 5.* At verbum translatum non inuenio. Plin. *lib. 18. cap. 3.* de Magone Pœno rei rusticæ scriptore, Cui quidem tantum honorem Senatus noster habuit capta Carthagine, vt quum regulis Africæ bibliothecas donaret, vnius eius duodetriginta volumina censeret in linguam Latinam transferenda. ¶ Translati versus, (id est, exscripti.) Suet. *in Neron. cap. 52.* Venere in manus meas pugillares libellíque cum quibusdam notissimis versibus ipsius chirographo scriptis: vt facilè appareret non translatos, aut dictante aliquo exceptos: sed planè quasi à cogitante atque generante exaratos: Ita multa & deleta & inducta & superscripta inerant.

Trālātĭo, nis, quæ & Translatio, est nominis, verbíve in minus propria significatione augendæ, minuendæve rei gratia, vsurpatio. {μεταφορά. GALL. *Transport, transportement.* ITAL. *Traslatione.* GERM. Versetzung. HISP. *Obra de trasladar.* ANGL. *A carying out of one place, to an other.*} Cicer. *lib. 6. Epist.* Vt sit, quomodo Theophrasto placet, verecunda tralatio. Vide Gell *cap. 5. lib. 16.*

Trālātĭtĭus, a, um, siue translatitius, aut translatiuus, quod aliunde est translatum. {μεταφορικός. GALL. *Transporté & prins d'ailleurs, amené de nouueau.* ITAL. *Preso di altroue, non nuouo.* GERM. Anderswo her genommen. HISP. *Cosa traediza de otra parte.* ANGL. *That is brought frome an other place or mater.*} vt, Vox tralatitia, quæ à propria significatione ad minus propriam, augendi, minuendíve gratia est translata. Cic. *lib. 8.* Nosti enim hæc tralatitia. Idem *1. de Inuent.* Translatitia dicitur constitutio. Vetus codex habet *translatiua.* ¶ Item translatitium edictum dicitur à Cicer. *in Verrinis*, quod non est nouum, sed ex dictis aliorum prætorum assumptum & retentum: quemadmodum ferè edictum erat, ex quo Proprætores in prouinciis ius dicebant. Solebant enim maximam partem edictum vrbanum retinere. Vide Asconium *in Verr.* & Gell. *cap. 18. lib. 3.* Aliquando tamen translatiuum veteres, teste Bud. vsurparunt pro vulgari, quotidiano, & minimè exquisito. Plin. *in Epist.* Nec tuæ naturæ est, translatiua hæc, & quasi publica officia à familiaribus amicis contra ipsorum commodum exigere. Vbi translatiua officia interpretatur Bud. vulgaria, & ab omnibus passim vsurpata, nedum ab iis qui exquisitè amicitiam colunt. Plin. minor *lib. 7. cap. 5.* Translatiuum esse ait in Ægypto, octauo mense parere. hoc est, vsitatum, & minimè nouum. Translatitias & breues postulationes certatim ingerere. Sueton. *in Neron. cap. 7. Ibidem cap. 33.* Translatitium funus, (id est, minimæ impensæ.)

Trāslātĭuè, vel translatitiè, aduerbium, Perfunctoriè, remissè, languidè, negligenter. {παρὼς ἀφοσιοῦν. GALL. *En passant seulement.* ITAL. *Passando solamente, negligentemente.* GERM. Nur oben anhin, liederlich. HISP. *Passando solamente, negligentemente y con descuido.* ANGL. *Negligentlie, slacklie and as it were by the waye.*} Vlp. *l. 1. de iure patron.* Patronorum querelas aduersùs libertos Præsides audire, & non translatiuè exequi debent. Martianus, Præuaricatorem esse eum ostendimus, qui colludit cum reo, & translatiuè munere accusandi fungitur. Papinianus *D. lib. 36. tit. 1. l. 55.* Sed nec illud translatitiè omittendum est.

TRĀNSFĪGO, is, xi, xum, Transfodio, seu transuerbero, traiicio. {דקר dikkér מחץ machátz. διελαύνω, διαπείρω. GALL. *Percer tout outre.* ITAL. *Trapassare, trasfodere.* GERM. Durchstächen, durchhefften. HISP. *Hincar passando, traspassar.* ANGL. *To pearce trough.*} Liu. *lib. 1. ab Vrbe*, Stricto itaque gladio, simul verbis increpans, transfigit puellam. Plaut. *Mostell. sc. 1. a. 2.* Vbi sunt qui hastis corpus transfigi solent? Velleius, Gladio se transfixit. ¶ Dicimus autem transfigo pectus gladio, vel transfigo aliquem gladio per pectus. Liu. *2. ab Vrbe*, Ex his Qu. Fabium principem in confertos Veientes euntem, ferox viribus, & armorum arte Tuscus, inter multas versantem hostium manus gladio per pectus transfigit.

Trānsfīxus, a, um, particip. Traiectus. {מדקר medhukkár מנחץ minehátz. διαπεπαρμένος. GALL. *Percé tout outre.* ITAL. *Tutto pertusato oltra.* GERM. Durchstochen. HISP. *Traspassada de vn cabo à otro.* ANGL. *Pearced through.*} Virg. 1. *Æneid.*

Illum exspirantem transfixo pectore flammas Turbine corripuit.

Suet. *in Cæs. cap. 68.* Transfixus femore. Velleius, Transfixum gladio se flammæ intulit. Idem, Transfixus vno ictu.

TRĀNSFĬGVRO, as, in aliam figuram verto. {μετασχηματίζω, μεταμορφόω. GALL. *Transfigurer, muer en autre forme, changer de forme en autre.* ITAL. *Trasfigurare.* GERM. Verstellen, in ein andere gestalt verendern. HISP. *Transfigurar.* ANGL. *To turne into an other forme and shape.*} Sueton. *in Claud. Neron.* Puerum Sporum, exsectis testibus etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus est. Plin. *lib. 17. cap. 24.* Transfigurantur amygdalæ ex dulcibus in amaras. Quintil. Animos iudicum velut transfigurare in eum habitum, quem volumus. Suet. *in Ner. cap. 28.* Puerum Sporum, exectis testibus etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus est. *Ibid. cap. 46.* Asturconem posteriore corporis parte in simiæ speciem transfiguratum. Idem *in Calig. cap. 22.* Atque æde Castoris atque Pollucis transfigurare.

Transfĭgūrātĭo, nis, verbale, Transformatio. {μεταμόρφωσις. GALL. *Transfiguration, changement de forme en autre.* ITAL. *Transfiguratione, il cambiare da vna forma all' altra.* GERM. Verstellung. HISP. *Transfiguracion.* ANGL. *A changing into another shape.*} Plin. *lib. 7. cap. 55.* Eadem enim vanitas in futurum etiam se propagat, & in mortis quoque tempore ipsi vitam mentitur: aliàs immortalitatem animæ, aliàs transfigurationem, aliàs sensum inferis dando.

Trānsflŭo, is, ere, xi, xum. {ὑπερρέω, διαρρέω, παραρρέω. GALL. *Couler outre.* ITAL. *Collare oltra qualche cosa pertusata.* GERM. Durchfliessen. HISP. *Correr lo liquido allende.* ANGL. *To runne out or ouer.*} Plin. *lib. 11. c. 38.* Sanguinem multis non transfluere, transfossis euenit. Dies transfluxêre, Claudian. *ad Probinum.* Senec. *cap. 23. de consol. ad Mart.* Animi liberati, leuiores ad originem suam reuolant, & faciliùs quicquid est illud transfluunt.

Trānsfŏdĭo, is, Perfodio, traiicio, transfigo. {διορύττω, διελαύνω, διαπείρω. GALL. *Fouir & percer tout outre.* ITAL. *Trasfodere.* GERM. Durchstächen, durchboren. HISP. *Traspassar con lança ò puñal.* ANGL. *To digge or pearce through.*} Ouid. 12. *Metam.*

——Gemino transfodit vulnere pectus.

Valer. Flaccus *Argon. lib. 6.*

——cadit impiger vnà
Inguine transfosso clari Taulantis alumnus.

Liu. 9. *bell. Maced.* Deinde fugienti, fidémque populi Romani, atque eorum qui aderant, imploranti, latus transfodisse.

TRĀNSFŌRMO, as, in aliam formam mutuo. {μεταμορφόω. GALL. *Transformer.* ITAL. *Trasformare.* GERM. Verstellen. HISP. *Trasformar en otra cosa.* ANGL. *To change into another forme or fashion.*} Virgil. 4. *Georgic.*

Omnia transformat sese in miracula rerum.

Ouid. 3. *Am. Eleg.* 11.

Iuppiter aut in aues, aut se transformat in aurum.

Trānsfōrmĭs, e, quod quamcunque formam recipit. {πολυμόρφος, μεταβάλλων, μεταμορφωθείς. GALL. *Qui se transforme en plusieurs sortes.* ITAL. *Cosa che si trasforma.* GERM. Das sich in mancherley gestalt verändert. HISP. *Cosa trasformada en otra.* ANGL. *That transformeth the selfe many wayes.*} Ouid. 8. *Metam.*

Ast vbi habere suam transformia corpora sensit,
Sæpe pater dominis Triopeida tradit: at illa
Nunc equa, nunc ales, modò bos, modò ceruus abibat.

Idem *lib. 1. Fast.*

Ille suam faciem transformis adulterat arte.

Trānsfŏro, as, are. {נקב nakáb. διατετραίνω, διατρυπάω. GALL. *Troüer & percer outre.* ITAL. *Forare oltra.* GERM. Durchhinboren, durchstächen. HISP. *Horadar hasta la otra parte.* ANGL. *To bore a hole through.*} Senec. 2. *de benef.* Gladius idem & stringit & transforat.

TRĀNSFRĒTO, as, Fretum traiicio. {עבר habár. διαπορθμεύω. GALL. *Passer la mer, passer vn bras de mer.* ITAL. *Tragettare, passare il mare.* GERM. Vber meer faren. HISP. *Nauigar allende la mar.* ANGL. *To passe ouer the sea.*} Plin. *in Paneg.* Remísque transfretare obstantia freta. Eo vsus est verbo Suet. *in Cæs. cap. 34.* Gell. *cap. 26. lib. 10.*

Trānsfrētātĭo, nis, transgressus, siue trānsgressio. {διαπόρθμευσις. ANGL. *A passing ouer the sea.*} Gell. *lib. 10. cap. 26.* Propterea negant apud scriptorem idoneum (quasi non sit idoneus Salustius) aut nauium transgressum reperiri posse, aut pro transfretatione transgressum. Idem *cap. 26. lib. 10.*

TRĀNSFVGĬO, is, Ad hostes deficio, perfugio, profugio. {נפל naphál. αὐτομολέω, ἀφίσταμαι. GALL. *S'enfuir outre.* ITAL. *Transfuggire.* GERM. Vberhin fliehen, feldflüchtig werden. HISP. *Huyr à la parte de los enemigos.* ANGL. *To flee frome place to place, or ouer.*} Liu. *lib. 2.* Magna clientium comitatus manu transfugit. Cic. *pro Quint.* Fatetur se non bellè dicere, non ad voluntatem loqui posse, non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare.

Trānsfŭgă, æ, qui transfugit, & ad hostes defecit, perfuga. {נפל nophél. ἀποστάτης, αὐτόμολος. GALL. *Qui s'enfuit aux ennemis & tien leur parti.* ITAL. *Fuggitiuo.* GERM. Ein feldflüchtiger, der hinüber zum feind felt. HISP. *Tornadizo à otra ley ò gente.* ANGL. *That maketh defection and fleeth to the ennemis.*} Liu. *lib. 2. ab Vrbe*, Deinde metuens ne si Consulum iniussu, & ignaris omnibus iret, deprehensus fortè à custodibus Romanis retraheretur vt transfuga, fortunatum vrbis crimen affirmante, Senatum adit. Nec solùm (vt Paulus *de capt. l. postliminium*, inquit) Transfuga accipiendus est, qui ad hostes aut à bello transfugit, sed & qui per induciarum tempus ad eos cum quibus nulla amicitia est, fide suspecta transfugit. Quid inter transfugam & perfugam intersit, vide suprà in dictione *Perfuga.*

Trānsfŭgĭum, ij, Defectio ad hostes. {αὐτομολία, ἀπόστασις. GALL. *Fuite vers les ennemis.* ITAL. *Quando vno ricorre à nimici.* GERM. Abfall, entfliehung zum feind. HISP. *Aquella huyda à los contrarios.* ANGL. *A reuolting to the enemeis.*} Hieron. *de viris illustr.* Gabios per Sextum filium, simulato transfugio, in potestatem redegit. Tacit. *lib. 18.* Nihil eorum Vitellianos fallebat crebris, vt in ciuili bello, transfugis.

Trānsfūmo, as, Fumi modo transeo. {διακαπνίζομαι. GALL. *Fumer outre.* ITAL. *Fumare oltra.* GERM. Durchrauchen, durchdampffen. HISP. *Humear allende.* ANGL. *To passe ouer lyk smok.*} Stat. 6. *Thebaid.*

Claustraque compressa transfumat anhelitus ira.

TRĀNSFVNDO, is, De vase in vas fundo. {יצק iatsák. μεταχέω. GALL. *Verser d'vn*

d'vn vaisseau en autre. ITAL. *Votare di vaso in vaso.* GERM. Von einem geschirr in das ander giessen. HISP. *Derramar de vazo en vazo.* ANGL. *To powre out of one vessell into another.*} Col. *lib.* 12. *cap.* 12. Deinde quum sæpiùs eam in alia vasa transfuderunt. Transfundere dolorem suum in audentes. Quint. ¶ Suas laudes transfundere ad alterum per translationem. Cic. *Dolabell.* 6. *lib.* 9. Libentiùs omnes meas, si modò sint aliquæ meæ laudes, ad te transfuderim. Idem 1. *Philipp.* Omnem se amorem abiecisse illinc, atque in hanc transfudisse.

Trānsfūsĭo, nis, verbale, Actus transfundendi. {מצקת *mutsekéth.* μετάχυσις. GALL. *Versement de vaisseau en autre.* ITAL. *Votamento di vaso in vaso.* GERM. Das vberhin schütten von einem in das ander. HISP. *Obra de derramar de vaso en vaso.* ANGL. *A powring frome one vessell into another.*} Plin. *lib.* 34. *cap.* 18. Lauatur in linteis raris, in aqua cœlesti, separatúmque terrenum transfusione, cribratúmque teritur.

TRĀNSGRĔDĬŎR, eris, Transeo, transmigro, & propriè de peditibus dicitur. {עבר *habár.* ὑπερβαίνω, μεταβαίνω. GALL. *Passer outre.* ITAL. *Trasgredire.* GERM. Vbergehn/vbertrâtten. HISP. *Passar ò caminar allende.* ANGL. *To passe ouer or beyonde.*} Liu. 2. *ab Vrbe*, Inde in Latinam viam transuersis tramitibus transgressus. Cicer. *de diuinat.* Qui cùm tabernaculum vitio cepisset imprudens, quòd inauspicato pomœrium trangressus esset, comitia consulibus rogandis habuit. ¶ Aliquando tamen generaliùs accipitur, vt etiam transgredi dicantur, qui equo aut naui prætervehuntur: quod & Nonius annotauit citans locum Salustij ex *lib.* 1. *Histor.* Nactus noctem obscuram, æstu secundo, trangressus omnes recipit montem præreptum à Lusitanis. Transgredi & Transgressus, us, de traiectione maris. Gell. *cap.* 26. *lib.* 10. Suet. *in Cæs. cap.* 35. In Macedoniam transgressus. Idem *in Aug. cap.* 97. Transgressa Aquila (de volatu.) Velleius, Transgressus ad deos: (de Augusto mortuo.) ¶ Ponitur aliquando pro superare. {עלה *haláh.* ὑπερβαίνειν, ὑπερέχειν.} Plin. *lib.* 7. *cap.* 25. Idem siquis collatis quinquagies dimicauit, solus Marcellum transgressus qui vndequadragies dimicauerat.

Trānsgrĕssĭo, nis, Ipse transgrediendi actus, transitus. {מעבר *mahabar.* διάβασις, μετάβασις. GALL. *Outrepasse, passement outre.* ITAL. *Esso passare oltra.* GERM. Der gang hinûber/vbertrâttung. HISP. *Obra de passar ò caminar allende.* ANGL. *A going beyonde.*} Cicer. *in Pisonem*, Cuius ego imperio non Alpium vallum contra ascensum transgressionémque Gallorum, &c. id est, transitum. ¶ Apud Rhetores transgressio dicitur, quum ab ea sententia quam proposuimus, conuertimus sermonem ad aliquam personam, aut rem, aut fortunam, & tanquam personam appellamus: vel quum ad id quod demonstrare instituimus, ab alia re animum nostram & orationem reuocamus. Exempla pete ex Rufino & Rutilio Lupo.

Trānsgrĕssŭs, us, Transgressio. διάβασις, μετάβασις. Gell. *lib.* 10. *c.* 26. Asinio Pollioni C. Sallustius iniquè dignus nota visus est, quòd si primo historiarum maris transitum transmissúmque nauibus factum, transgressum appellat. Rectè verò, sed translatè.

Transiacio, is, eci, actum, ere. Solinus 6. 65. Indorum nemora in tam proceram sublimantur excelsitatem, vt transiaci ne sagittis quidem possint. Vnde Transiectio, verbale: de quo *paulò pòst.*

TRĀNSĬGO, is, egi, actum, Perago, perficio. {השלים *hischlim.* διαπεραίνομαι, διατελέω. GALL. *Passer outre, acheuer & parfaire, cheuir.* ITAL. *Spedire, finire, traspassare.* GERM. Außrichten/verrichten. HISP. *Passar allende, cumplir o acabar.* ANGL. *To passe ouer, to finish or end.*} Cic. 4. *Philippica*, Quidnam homines putarent, si tum occisus esset quum tu illum gladio stricto es insecutus? negotiúmque transegisses, nisi illi subter scalas sese abdidissent. Idem 5. *Verrina*, Prima actio à nobis octo diebus transacta est. ¶ Transigere vitam dicimus pro peragere. διάγειν. Salust. *in Prœmio Catilin.* Sed multi mortales dediti ventri atque somno, indocti incultique vitam sicuti peregrinantes transegerunt. Sueton. *in Tib. cap.* 7. *& in Aug. cap.* 99. Transigere ætatem. Idem *in Aug. cap.* 40. Transacta potestate. (i. finito magistratu.) Item *in Neron. cap.* 41. ¶ Accipitur aliquando transigere pro eo quod est controuersiam decidere & negotium dirimere, pactionem facere. {גזר *ghazár.* διαλύειν. GALL. *Transiger, accorder.* ITAL. *Accordare qualche differentia.* GERM. Ein gespann zu end bringen/vberkommen. HISP. *Concertarse los pleyteantes.* ANGL. *To aggree or decide a controuersie.*} Liu. *lib.* 9. *ab Vrb.* Transigere cum aliquo certamen. Cic. *in Verr. actione* 1. Transigere, expedire, absoluere. Ascon. *ibid.* Plaut. *Amphitr.* Ne hanc inchoatam transigam comœdiam. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Hanc fabulam dum transigam. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Hic omne transactum reddet. Suet. *in Galb. c.* 19. Transactum negotium (de tumultu sedato,) &c. Cic. *pro Roscio*, Qui pro sociis transigit, satisdat neminem postea eorum periturum. Idem *in Verrem orat.* 3. Quod erat vix H-S quadringentorum millium, transigunt H-S ducentis millibus. ¶ Aliquando accipitur pro conuenire, & negotium contrahere. *l. veluti* 1. *de pact.* Conuentionis verbum generale est ad omnia pertinens de quibus negotij contrahendi transigendique causa consentiunt. Hinc illud Ciceronis *pro Cluentio*, Manlius rem cum Oppianico transigit, pecuniam ab eo accipit. ¶ Transigere se ferro, pro traiicere. Suet. *in Tiber. cap.* 45.

Trānsāctŭs, participium, Præteritus. {נעשה *nahaséh.* παρεληλυθώς. GALL. *Passé, acheué & parfait, transigé.* ITAL. *Passato, fornito, perfetto.* GERM. Das hinûber ist/verricht. HISP. *Lo que es passado y acabado.* ANGL. *Byogne, done or ended.*} Autor ad Herennium *lib.* 1. Insequenti tempore spectabitur nunquid re transacta relictum sit, quod indicet aut factum maleficium, aut à quo sit factum. ¶ Aliquando idem quod peractus siue perfectus, διαπεπραγμένος, Terent. *Andr.* Ego iam transacta re conuertam me domum cum opsonio. Facta, transacta omnia, prouerbiale est, inquit Donatus *in Andr. Terent.* quo vtimur quum volumus significare nihil diligentiæ esse prætermissum, nihílque reliquum esse ad agendum. Verba Terentij sunt hæc, Contemptus, spretus, facta, transacta omnia.

Trānsāctŏr, is, cuius ministerio ad rei alicuius transactionem vtimur. {σύμβιβαστής. GALL. *Faiseurs d'accords & apointemens.* ITAL. *Chi fa accordi.* GERM. Ein vnderhândler der ein gespann hilfft zu end bringen. HISP. *El que haze acuerdos.* ANGL. *He that dispatcheth a mater & bringeth is to a poynt.*} Cic. 4. *Verr.* Quid est (id est, ex priore actione didicistis) rerum omnium transactor & administer

Trānsiectĭo, nis, quæ & traiectio, transpositio: vt, Transiectio verborum. {ὑπέρβατον. GALL. *Iettement outre & par dessus, transuersement.* ITAL. *Tragetto, passamento.* GERM. Versetzung. HISP. *Obra de passar allende.* ANGL. *A passing or carying ouer.*} Autor ad Herennium *lib.* 4. Huiusmodi transiectio quæ rem non reddit obscuram, multum proderit ad continuationes. ¶ Ad eundem etiam modum legitur transiectus apud Cicer. *de Vniuersitate*, Iam verò (inquit) terram altricem nostram, quæ transiecto axe sustinetur, diei noctísque effectricem. {διαπεπαρμένος, διαπαρείς. GALL. *Trauersé outre, percé outre.* ITAL. *Passato, pertusato tutto oltre.* GERM. Hindurch gestossen. HISP. *Passado y horadado allende.* ANGL. *Passed ouer, boed thorough.*}

TRĀNSĬLĬO, is, Vltrà salio: à trans & salio, abiecta postrema præpositionis litera. {פסח *pasách* קפץ *kippéts.* ὑπερπηδάω, ὑπερπηδάω. GALL. *Sauter outre, saillir par dessus.* ITAL. *Saltar oltra.* GERM. Vberhin springen. HISP. *Saltar allende otra cosa.* ANGL. *To leap ouer or beyonde.*} Colum. *lib.* 6. *cap.* 26. Si fossam sine cunctatione transilit. Præteritum transiliuit. Sueton. *in Cæs. cap.* 68. Transiliuit in nauem Acilius, &c. ¶ Per translationem accipitur pro silentio præterire & omittere. παραλείπειν. Cic. 3. *de finib.* Quum autem ad summum bonum volunt peruenire, transiliunt omnia. Idem 4. *Philipp.* Sed ne rem vnam pulcherrimam transiliat oratio, &c. Idem 3. *Officiorum*, Ingenij specimen quoddam est, transilire ante pedes posita & alia longè repetita sumere.

Trānsĭlis, palmes, qui inter traduces alios transilit. {ὑπερβαίνων κλῆμα. GALL. *Serment plus haut que les autres.* ITAL. *Sarmento più alto che gli altri.* GERM. Ein gert so fûr die andern hinûber raicht. HISP. *Sarmiento mas alto que los otros.* ANGL. *A vyne branche higher then the others.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 23. Traducem bimum præcidere solebant. Oneratis enim vetustate melius donare tempus.

Trānsiungo, is, Iugalium loca muto. {μεταζεύγνυμι. GALL. *Transmuer.* ITAL. *Tramutare.* GERM. Verândern weiß entiochen. HISP. *Trasmudar.* ANGL. *To change places of thinges coupled or yoked together.*} Vlp. *in l. ædiles, de ædil. edicto*, Si mula talis sit vt transiungi non possit, &c. Transiungere (inquit Budæus) est in quadriga locum veterinis mutare: vt mulam temonariam facere, quæ præcedere solita sit: vel dextram facere, quæ sinistra esse solebat.

Trānslābŏr, eris, Labendo transeo. {διολισθάνω, μεθολισθάνω. GALL. *Couler & glisser outre.* ITAL. *Passare sdrucciolando.* GERM. Vberhin fallen oder faren. HISP. *Passar deslizandose.* ANGL. *To slide or slippe ouer.*} Claud. *in Eutrop.* —rapit cœli per inania cursum Diua potens, vnóque Padum translapsa volatu Castra sui rectoris adit.

Trānslātĭuē, Trānslātĭtĭus, vide *Transfero.*

Trānslĕgo, is, Perlego siue legendo transcurro. {διαγινώσκω. GALL. *Lire tout, lire iusques à la fin, lire couramment.* ITAL. *Trascorrere leggendo.* GERM. Durchlâsen. HISP. *Trascorrer leyendo.* ANGL. *To reade ouer or through.*} Plaut. *in Asin.* Age quæso mi hercle translege.

TRĀNSLV̄CEO, es, Pelluceo. {διαφαίνω. GALL. *Luire à trauers.* ITAL. *Tralucere.* GERM. Durchscheinen. HISP. *Trasluzir.* ANGL. *To shyne through.*} Ouid. *lib.* 4. *Metam.*

In liquidis translucet aquis.

Plin. *lib.* 37. *cap.* 12. Quibus modis ex crystallo tingantur smaragdi aliæque translucentes.

Trānslūcĭdŭs, Pellucidus, quòd visui per medium sui transitum præbet. {διαφανής. GALL. *Qui luit d'outre en outre, diaphane.* ITAL. *Lucido, chiaro.* GERM. Durchscheinend. HISP. *Luzido, lo que trasluze.* ANGL. *That shyneth through.*} Plin. *lib.* 36. *cap.* 8. Probantur quàm maximè mellei coloris, in vertice maculosi, atque non translucidi. Quintil. Translucida & versicolor elocutio.

Trānsmărīnŭs, quod trans mare est, vel inde petitum. {ὑπερθαλάσσιος. GALL. *D'outremer ou qu'on apporte de pays de delà la mer.* ITAL. *Di la del mare.* GERM. Jenseit dem meer hâr. HISP. *Cosa de allende la mar.* ANGL. *That is beyonde the sea, or brougt frome thence.*} Plaut. *in Mostell. sc. Habeo.* Ego transmarinus hospes sum Diapontius. Cicer. 7. *Verrina*, Nec accersere res transmarinas ex iis locis, &c. Idem 11. *Philippica*, Non vt ex acie auxilium haberemus, sed vt ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum.

Trānsmĕo, as, are, Transeo. {עבר *habár.* μεταβαίνω. GALL. *Passer outre.* ITAL. *Trapassare.* GERM. Durchgehen. HISP. *Passar allende de lugar.* ANGL. *To go beyonde or ouer.*} Plin *lib.* 30. *cap.* 11. Præcipuéque febrium medicina placitis eorum renuntiat. Namque in duodecim signa digessere eam sole transmeante. Idem *lib.* 10. *cap.* 29. Ad quem Ciconiæ transmeant.

Trānsmigro, as, Domicilium habitationémque commuto. {גלה *ghaláh.* μετοικέω. GALL. *Changer de logis & demeure, aller demeurer hors du pays.* ITAL. *Andare ad habitare, accambiare allogiamento.* GERM. In ein ander hauß ziehen/die herberg verendern. HISP. *Mudar casa allende.* ANGL. *To chance a dwelling place.*} Liu. *lib.* 5 *ab Vrb.* Hanc eandem rem actam esse, vt Veios transmigraremus. Sueton. *in Tiber. cap.* 15. Romam reuersus deducto in forum filio Druso, statim è Carinis, ac Pompeiana domo Esquilias in hortos Mecœnatianos transmigrauit, totúmque se in quietem contulit.

TRĀNSMĪTTO, is, Transitum præbeo. {עבר *habár.* δίημι. GALL. *Transmettre, transporter, mettre outre, passer outre.* ITAL. *Trasporre per mezzo.* GERM. Durchhin lassen. HISP. *Embiar ò meter allende.* ANGL. *To passe or conueighe ouer.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 11. Item cribraria quæ simili modo in tertio remansit cribro angustissimo & tantùm arenas transmittente. Plin. *lib.* 9. *cap.* 22. Lacus est Italiæ Benacus in Veronensi agro, Mincium amnem transmittens, hoc est, per medium sui emittens, vel tranctum præbens. ¶ Aliquando idem est quod traiicere & traducere. διαβαίνω, διαβιβάζω. Plin. *Epist.* 173. Ad quæ noscenda iter ingressi, transmittere mare solemus. Cicer. *lib.* 2. *de natur. deor.* Grues quum loca calidiora petentes, maria transmittunt, trianguli efficere formam. Suet. *in Iulio Cæsare*, A Brundusio Dyrrhachium inter oppositas classes hyeme transmisit. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Per corium, per viscera, pérque os elephanto brachium transmitteres, (id est, transadigeres, &c.) ¶ Pro transire, siue transfugere. Velleius, Maximo & præcipiti periculo transmisit ad Cæsarem Domitius. (id est, transiit, transfugit.) ¶ Transmittere commeatum. Suet. *in Tiber. cap.* 18. GALL. *Faire passer les munitions de viures*

viures le fleuue. ¶ Pro prætermittere, siue non meminisse. GALL. *Laisser passer sans faire semblant de rien.* Suet. *in Calig. cap.* 10. Quæ verò ipse pateretur incredibili dissimulatione transmittens. Idem *in Claud. c.* 11. Non transmisit eum inhonoratum. Transmittere campos, est celeriter percurrere. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

——alia de parte patentes
Transmittunt campos.

Transmittere aliquem, est eum cum festinatione mittere. Plaut. *in Epid.* Continuò te orabit vltrò, vt illam transmittas sibi. Transmittere tectum lapide, est lapidem vltra tectum conijcere. Transmittere bellum vel onus aliquod alicui, est dare prouinciam belli administrandi. ¶ Transmittere in formas coactam materiam dixit Col. *lib.* 7. *cap.* 8. pro formare & in formas redigere. Transmittere menses, transigere. διάγειν. Transmittere tempus, ducere, consumere. Transmittere discrimen, euadere. Transmittere hæreditatem fratri, i. transferre. Transmittere litteras papyrus dicitur quæ bibula est. Plin. *lib.* 13. *cap.* 12. hoc transmittens literas lituræ metum afferebat, & aliàs indecoro visu pertranslucida.

Trānsmīssŭs, us, pro traiectu, siue pro traiiciendi spatio. {מעבר *mahabār.* ἡ διάβασις, διαπέρασις, διάβασις. GALL. *Transportement, passement outre.* ITAL. *Passamento oltra.* GERM. Ein durchfart/durchpaß. HISP. *Passamiento allende.* ANGL. *A passing ouer.*} Cæs. *lib.* 5. *bell. Gall.* Pari spatio transmissus, atque est à Gallia in Britanniam. Gell. *cap.* 26. *lib.* 10. Salustius iniquè dignus nota visus est, quòd in primo Historiarum maris transitum transmissúmque nauibus factum, transgressum appellauit.

Trānsmīssĭo, nis, Traiectio. {מעבר *mahabār.* διαπέραμα. GALL. *Passement outre.* ITAL. *Passamento oltra.* GERM. Durchhin lassung. HISP. *Passamiento allende.* ANGL. *A passing ouer.*} Cicer. *ad Attic. lib.* 4. O nauigationem amandam, quam mehercule ego valde timebam, recordans superioris tuæ transmissionis. Idem 1. *Philippica*, Calendis Sextilibus veni Syracusas, quòd ab vrbe ea transmissio in Græciam laudabatur.

Trānsmōntānŭs, qui vltra montes est, vel inde venit. {ὑπερόριος. GALL. *De delà les monts.* ITAL. *Chi sta di la da monti.* GERM. Jenseit dem gebirg. HISP. *Cosa de allende los montes.* ANGL. *That is beyonde the montanes.*} Liu. 9. *bell. Maced.* Tum transmontanos adortus, quos non adierat C. Flaminius, omnes Æmilius subegit.

TRĀNSMŎVĔO, es, de loco in alium locum moueo. {μεθιστάω. GALL. *Remuer d'vn lieu en autre.* ITAL. *Rimouere da vn luogo all' altro.* GERM. Verrucken. HISP. *Remouer de lugar à otro.* ANGL. *To put or moue out of one place to another.*} Terent. *in Eunuch.* Labore alieno magnam partam gloriam Verbis sæpè in se transmouet, qui habet salem Qui in te est.

Trānsmōtŭs, a, um, participium. {μετακινηθείς. GALL. *Remue d'vn lieu en autre.* ITAL. *Rimosso da vn luoco all' altro.* GERM. Verruckt. HISP. *Remouido de lugar à otro.* ANGL. *Moued frome one place to another.*} Tacit. *lib.* 13. Quippe Syria transmotæ legiones.

Trānsmūto, as, Muto, commuto. {המיר *hemir* החליף *hecheliph.* μεταλλάττω. GALL. *Transmuer, changer.* ITAL. *Trasmutare.* GERM. Verendern. HISP. *Mudar allende.* ANGL. *To change froma one to another.*} Lucret. *lib.* 2.

Summa atque ima locans, transmutans dextera læuis.

Horat. 3. *Carm. Ode* 29.

Fortuna sæuo læta negotio, &
Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna.

TRĀNSNĀTO, as, Vltrà nato, natando transeo. διανήχομαι. GALL. *Nager outre.* ITAL. *Notare oltra.* GERM. Vberhin schwimmen. HISP. *Passar nadando à otro cabo.* ANGL. *To swymme ouer.*} Liu. 1. *bell. Pun.* Ipsi certis superpositis incubantes, flumen transnatauère. Plin. *lib.* 6. *c.* 27. Vnum genus ei piscium est, idque transcurrentis non miscetur alueo, sicut nec è Tigri pisces in lacum transnatant. Senec. *Epist.* 45. Transnatassem fretum, non modò traiecissem.

Trānsno, as, Idem cum superiori. Cicer. *in somn. Scip.* Vel illum Gangem transnare. Horat. 3. *Serm. Satyr.* 2.

————ter vncti
Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto.

Trānsnōmĭno, as, nomen commuto, vel inuerto, vel immuto. {μετονομάζω. GALL. *Changer le nom.* ITAL. *Mutar nome.* GERM. Den namen verwandeln. HISP. *Mudar nombre.* ANGL. *To change a name, or name other wayes.*} Suet. *de clar. Gram.* Lucius Crassitius genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Pasides, mox Pansam se transnominauit.

Trānsnŭmĕro, as, vltrà numero. {ὑπεραριθμέω. GALL. *Nombrer outre & par dessus.* ITAL. *An nouerare dauantaggio.* GERM. Darüber zehlen. HISP. *Contar allende.* ANGL. *To compt ouer.*} Autor ad Herennium *lib.* 4. Puer qui iam bene hominis naturam nouit, Tu illo plures mittas oportet, inquit, si hodie vis transnumerari.

Trānspădānŭs, Trans Padum habitans. {ὑπὲρ τὸν Ἠριδανόν. GALL. *Qui est outre, ou par de là le Pau.* ITAL. *Di la dal Po.* GERM. Das jenseit dem fluß Po ist. HISP. *Allende el Po.*} Cic. *ad Cass. lib.* 12. Tuos clientes Transpadanos etiam mirificè coniunctos cum causa habemus.

TRĀNSPĬCĬO, is, Per cancellos aut per corpus pellucidum aspicio. {διορῶ, διαβλέπω. GALL. *Voir à trauers quelque chose.* ITAL. *Guardar oltre.* GERM. Durchhin sehen. HISP. *Mirar allende.* ANGL. *To look through.*} Lactant. *de Opific.* Per eas igitur membranas sensus ille, qui dicitur mens ea quæ sunt foris, transpicit. Lucret. *lib.* 4.

Quod genus illa foris quæ verè transpiciuntur.

Trānspĕctŭs, us. {ἡ διόρασις, διάβλεψις, περίβλεψις. GALL. *Veuë à trauers.* ITAL. *Veduta oltra ò di trauerso.* GERM. Ein durchsicht. HISP. *Mirada allende.* ANGL. *A looking trough.*} Lucr. *lib.* 4.

Ianua quum per se transpectum præbet apertum.

Trānspōno, is, de vno loco in alium transfero. {μετατίθημι. GALL. *Transporter, mettre d'vn lieu en autre.* ITAL. *Trasporre.* GERM. Versetzen. HISP. *Trasponer.*} Gell. *lib.* 12. *cap.* 1. Arborem in locum alium transpositam.

TRĀNSPŌRTO, as, de loco in locum porto, traduco, transmitto. {הביא *hebi.* διακομίζω. GALL. *Transporter.* ITAL. *Trasportare.* GERM. Vberhin tragen/vorf einem ort an das ander tragen. HISP. *Lleuar allende.* ANGL. *To carie frome one place to an other.*} Cic. *ad Atticum lib.* 14. Quid eas, quas Annius transportauit? ¶ Transportare copias, vel exercitum, est nauibus traiicere. Liu. 6. *bell. Pun.* Eum exercitum Puteolis in naues impositum Nero in Hispaniam transportauit. ¶ Transportare pro transmittere. Virg. 6. *Æneid.*

Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare prius, quàm sedibus ossa quierunt.

¶ Transportare, pro Deportare in exilium. Senec. *lib.* 1. *de Clement.* Quas ciuitates funditus exscindi, quas transportari, quibus eripi libertatem, quibus dari oportebat mea iurisdictio est. Suet. *in Aug. cap.* 65. Agrippam nihilo tractabiliorem, imò in dies amentiorem in insulam transportauit.

Trānspōrtātĭo, nis, Senec. *de consol. ad Heluiam matrem cap.* 6. Omnes autem istæ populorum transportationes, quid aliud quàm publica exilia sunt?

Trānsquĭētŭs, adiect. {שאנן *schaannán.* ὁ ἄγαν γαληνός, ὑπεργαληνός, ὑπερήσυχος. GALL. *Plusque coy & tranquille, fort paisible & à recoy.* ITAL. *Molto quieto & tranquillo.* GERM. Gantz rüwig. HISP. *Muy sosegado y quedo.* ANGL. *Very quiet.*} id est, Valde quietus, Plaut. *in Merc.* Ego istum in transquieto tuto sistam, ne time.

Trānsrhēnānŭs, qui trans Rhenum est, vel inde venit. {ὁ πέραν ῥήνου. GALL. *Qui est par delà le Rhein.* ITAL. *Dila dal Reno.* GERM. Der jenseit dem Rhein wohnt. HISP. *Allende del Reno.* ANGL. *That is beyonde Rhene.*} Cæsar 5. *bell. Gall.* Germanos Transrhenanos solicitare dicebantur. Transrhenani hostes, apud Plin. *lib.* 19. *cap.* 1.

‖Transsiluania, Daciæ Ripensis pars mediterranea.‖

Trānstĭbĕrīnŭs, a, um, Trans Tiberim incolens. {ὑπερτιβέρινος. GALL. *De dela le Tibre.* ITAL. *Di la dal Teuere.* GERM. Jenseit der Tiber wohnend. HISP. *Allende el Teuero.* ANGL. *That dwelleth beyone Tiber.*} Mart. *lib.* 1.

Vrbanus tibi Cæcili videris:
Non es, crede mihi: quid ergo? verna es,
Hoc quod Transtiberinus ambulator,
Qui pallentia sulphurata fractis
Permutat vitreis.

Idem,

Et detracta canis transtiberina cutis.

Vrbis regio transtiberina quasi peregrina censebatur, & extra agrum Romanorum. In ea viles, vt Iudæi habitabant, viliaque ac sordida ministeria ibi exercebantur. Iuuenal.

——Nec te fastidia mercis
Vllius subeant ablegandæ Tiberini vltra.

Et quod apud Gellium, Tertiis autem nundinis capite pœnas dabant: aut trans Tiberim peregrè venenum ibant, Græcis est πωλεῖν ἐπ' ἐξαγωγῇ, quod erat hac conditione vendere, vt extra fines mancipium educeretur.

Transtinet. Plaut. *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Nimis beat, quòd commeatus transtinet iam parietem (id est, transuersum tenet.) Et propriè tigna dicuntur transtinere duos parietes disiunctos, vt rectè notat Simeo Bosius, & post eum Dionys. Lambin.

TRĀNSTRĂ, orum, gener. neutr. num. plural. Remigum sedilia in nauibus. {ζυγά. GALL. *Les bancs où sont assis ceux qui tirent à l'auiron.* ITAL. *Banchi per vogar.* GERM. Die ruderbänck auff welchen die ziechknecht sitzen. HISP. *Bancos y assientos en la galera ò barca.* ANGL. *Seates whereon rowers do sitt.*} Virg. 5. *Æneid.*

——furit immissis Vulcanus habenis
Transtra per & remos, & pictas abiete puppes.

Idem 4. *Æneid.*

Præcipites vigilate viri, & considite transtris.

Ouid. 14. *Metam.*

Et incurua fumabant transtra carinæ.

Cæsar 3. *bell. Gall.* Transtra ex pedalibus in altitudinem confixa clauis ferreis, digiti pollicis crassitudine. Hæc etiam Iuga dici solent. Virg. 6. *Æneid.*

Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant,
Deturbat, laxátque foros.

¶ Transtra item tigna dicuntur, quæ transuersa à pariete in parietem porriguntur. Vitruu. *lib.* 4. *cap.* 2. Trabes etiam supra columnas, & parastatas & antes ponuntur, in contignationibus tigna, & axes sub tectis, si maiora spatia sunt, & transtra, & capreoli: si commoda columen & canterij.

‖Transtrarius, ad transtrum spectans. Calcag.‖

TRĀNSVĔHO, is, ex vno loco in alium veho, siue id naui fiat, siue plaustro, aut etiam iumentis. {העביר *hehebir.* διακομίζω. GALL. *Transporter outre, charier outre.* ITAL. *Menar oltra.* GERM. Vberhin führen. HISP. *Lleuar allende.* ANGL. *To carie frome one place to another, or ouer.*} Salustius *in Iugurth.* Ex eo numero Mœdi, & Persæ: & Armenij cum nauibus in Africam transuecti, proximos nostro mari locos occupauère. Et Suet. *in Cæs. cap.* 58. In Britanniam transuexit. ¶ In transuehendo equitem detrahere, pro dum transuehitur. Sueton. *in August. cap.* 38. ¶ Tempus transuectum. Tacit. *lib.* 18. Abiit iam, & transuectum est tempus, quo posses videri concepisse.

Trānsuĕctĭo, nis, verbale. Transportatio, traiectio. {מעבר *mahabar.* διακομιδή. GALL. *Transportement, chariement outre.* ITAL. *Esso condurre oltra.* GERM. Vberfürung. HISP. *Lleuamiento allende.* ANGL. *A carying ouer.*} Cic. 1. *Tusc.* Dic quæso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, transuectio Acherontis, mento summam aquam attingens, siti enectus Tantalus? Transuectio item dicebatur equitum recensio, qua ante conspectum Censorum vel Principis equites prætereuehebantur. Liu. *lib.* 9. *ab Vrbe*, Idem Fabius instituit, vt equites Idibus Quintilibus transueherentur. Tranq. *in Aug. cap.* 38. Equitum turmas frequenter recognouit: post longam intercapedinem reducto more transuectionis. Sed neque quempiam detrahi in prætereuehendo in accusatore passus est, quod antea fieri solebat.

Trānsuērbĕro,

Trānsuērbĕro,as,Transigo,traiicio. {דקר dikkér מחץ macháts. διελαύνω, διαπείρω. GALL. *Transpercer de corps.* ITAL. *Trapassare.* GERM. Durchhin treiben/durchstechen. HISP. *Traspassar como con lança ò espada.* ANGL. *To strike through.*} Cic. *Mario*, sed quæ potest esse homini politico delectatio, quum aut homo imbellicus à valentissima bella laniatur, aut præclara bestia venabulo transuerberatur? Virg. 11. *Æneid.*

———cuius apertum

Aduersi longa transuerberat abiete pectus.

¶ Transuerberatus scutis, Liu. *lib.* 8. *d.* 4.

TRĀNSVĒRSVS,a,um, Obliquus. ✕ Rectus. {עקלתון hakallathôn. πλάγιος. GALL. *Qui est à trauers, trauersain.* ITAL. *In trauerso.* GERM. Oberzwerch. HISP. *Atrauessado.* ANGL. *Ouer throart, awrie.*} vt, Linea transuersa, quæ rectam lineam decussat: vt si linea recta, verbi gratia, ab ortu ducatur in Occasum, transuersa dicetur, quæ à Septentrione ducta eandem mediam dissecat. Colum. *lib.* 2. Sed in arando maximè obseruandum est, vt transuersus mons sulcetur. Autor ad Herennium *lib.* 4. Ecce ibi iste de transuerso, Heus, inquit, adolescens, pueri tui modò me pulsarunt, satisfacias oportet. Transuersi Aquilones. Liu. *lib.* 6. *d.* 4. Tigna transuersa. Cæs. 1. *de bell. ciuil.* Transuersa charta scribebantur olim epistolæ. Suet. *in Cæs. cap.* 56. Velut fracta aut transuersa tela proieceris. Quint. Transuersura iudicem fert Cicero. Transuersa vestigia discurrentium. Senec. *cap.* 2. *de tranquill.* Transuersus quum de plano dicitur, i. πλάγιος, vulgò *de cant*, non qua parte latescit: vt apud Cels. *lib.* 7. *cap.* 26. Calculus planus compellendus est, sic vt tranuersus fit. ¶ Transuersa plaga, quæ transuersis fibris, non autem secundùm fibrarum longitudinem, fit, vt in calculi chirurgia apud Celsum *ibid.* ¶ Lineæ inter se transuersæ. Cels. *lib.* 7. *cap.* 28. Oportet autem membranam duabus lineis inter se transuersis incidere, ad similitudinem literæ X. ¶ Transuersum digitum, vel vnguem discedere: prouerbialis hyperbole est, pro eo quod est quàm minimo spatio. Cic. 2. *Tusc.* Ab hac regula mihi non licet transuersum, quod aiunt, vnguem discedere. Idem *Attic. lib.* 13. Curandum est hoc omni in vita, à sua quemque conscientia transuersum vnguem non oportere discedere. Plaut. *Aulul.* Si tu hercle ex isto loco digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris. Transuersus autem digitus de latitudine & crassitudine intelligitur, opponitúrque longitudini. Cato *de R. R.* Eo terram cribro incernito altam digitum transuersum. ¶ Transuersus agi dicitur, qui vi & impetu quodam ab instituto depellitur. Metaphora ducta à nauigantibus, qui secundo vento recto cursu feruntur, flatu aduerso transuersi aguntur. Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Mart.* Rogamus nos, ne ista vis transuersos auferat. ¶ Iacere in transuersum, i. quasi dicas transuersum: apud Cels. *lib.* 7. *cap.* 29.

Trānsuērsā, accusatiuus pluralis, neutri generis. ¶ Aliquando aduerbialiter ponitur pro transuersè, & obliquè. Virg. 3. *Eclog.* V. T.

Nouimus & qui te transuersa tuentibus hirquis.

Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Transuersa cedit quasi cancer solet. Item Gell. *cap.* 3. *lib.* 7. Transuersum trudunt à rectè intelligendo secundæ res.

Trānsuērsārĭus, adiectiuum, quod in transuersum ponitur. {ἐγκάρσιος, πλάγιος. GALL. *Mis & posé de trauers.* ITAL. *Atrauersato, posto in trauerso.* GERM. Das vberzwerch gelegt wirt. HISP. *Atrauersado, puesto al traues.* ANGL. *Put ouertwartlie.*} Cæsar 2. *bell. ciuil.* Transuersaria tigna iniiciuntur, quæ firmamento esse possint.

Trānsŭlto, as, Transilio. {פסח pasách קפץ kippéts. μεταπηδάω. GALL. *Sauter outre, tressaillir outre.* ITAL. *Saltar oltra.* GERM. Oberhin springen. HISP. *Saltar allende otra cosa.* ANGL. *To leape ouer.*} Liu. 3. *bell. Pun.* Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos, inter acerrimam sæpè pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat.

TRĀNSVMO,is, Ex alio sumo. {μεταλαμβάνω. GALL. *Prendre d'vn autre.* ITAL. *Pigliare di vn altro.* GERM. Von einem in das ander nemmen. HISP. *Tomar de otro.* ANGL. *To tak of an other.*} Statius 3. *Theb.*

———lacrymas non pertulit vltrà,

Belli potens hastam læua transumit, & alto

(Haud mora) dissiluit, &c.

¶ Vnde quæ in primis tabulis conscripta sunt solennitate iuris adhibita, dicuntur transumpta, & actus ipse transumptio.

Trānsūmptĭo, figura est quam Græci μετάληψιν vocant, quum ab eo quod præcedit, id quod sequitur paulatim insinuatur. Virg. 1. *Æneid.*

———Speluncis abditus atris.

Nam ex atris intelligimus nigras, ex nigris tenebrosas, ac per hoc in præceps profundas.

Trānsŭo, is, ex trans & suo, adiecta vltima præpositionis litera. {διαρράπτω. GALL. *En cousant percer tout outre.* ITAL. *Passare del tutto.* GERM. Durchsticken/durchneyen. HISP. *Passar cosiendo.* ANGL. *To sewe through.*} Columell. *lib.* 6. *cap.* 5. Media pars descripti orbiculi eadem subula transsuitur, & facto foramine prædicta radicula inseritur. Cornel. Cels. *lib.* 7. *cap.* 24. Cutis ac filum ducente transuitur. Et *lib.* 7. *cap.* 7. partem palpebræ transuat.

TRĀNSVŌLO, as, Volando prætereo, volando transcendo. {διαπέτομαι. GALL. *Voler outre.* ITAL. *Transuolare.* GERM. Weiter hinauß fliegen. HISP. *Volar allende lugar.* ANGL. *To flie beyonde.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. Perdices non transuolant Bœotiæ fines in Attica. ¶ Per translationem ponitur pro transcurro: vel pro repentè accedo, celeriter eo. διαθέω. Liu. 3. *ab Vrbe*, Eques inter ordines peditum tectus se ad equos recipit: transuolat inde in alteram partem suis victoriæ nuntius. Momentum, punctum, cursum, temporis transuolantis. Quintil. Hoc audientem transuolat. ¶ Plaut. *in Epid.* pro transfugio posuit, Transuolauerunt ad hostes.

Transuolito, as, are. Frequentatiuum. Lucr. *lib.* 11.

Inter septa meant voces & clausa domorum

Transuolitant.

TRĀPĒS, etis, m. g. Mola olearia, à τρέπω, voluo, seu verto. {ἐλαιοτριβεῖον. GALL. *Vne meule en façon de table dentelee pour faire l'huile d'oliue, tourdoir.* ITAL. *Molino da oglio.* GERM. Ein Ölrotte. HISP. *Alfarge ò muela del molino de azeite.* ANGL. *A sorte of mill to mak the oyle of oliues in.*} Varr. à terendo deducit. Cato *cap.* 1. Trapetibus locum dextra, & sinistra.

Trāpētum, i, Idem cum superiore, hoc est, ipsa mola olearia. Virg. *lib.* 2. *Georgic.*

———teritur Sicyonia bacca trapetis.

Trāpētŭs, i, m. g. idem, sed antiquè. Cato *cap.* 22. Trapetus emptus est in Suessano numis quadringentis.

TRAPEZA, mensa, τράπεζα. Dici volunt quasi τετράπεζα à quatuor pedibus, quæ prima & simplex forma erat.

Trapezium, τραπέζιον, ad verbum est mensura. Figura quoque est geometrica; cuius meminit Euclides *lib.* 1. 33. nempe quadrilatera, non parallelo grauia.

Trāpĕzītæ, {τραπεζῖται. GALL. *Changeurs, banquiers.* ITAL. *Banchieri.* GERM. Wechsler. HISP. *Cambiadores.* ANGL. *Changers, bankers of whome men borowe mony.*} Numularij, mensarij, τράπεζαν enim vocant Græci, quam nos mensam. Plaut. *in Capt.*—subducam ratiunculam, Quantillum argenti mihi apud trapezitam fiet. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Adducite ad me Trapezitam Æschinum. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Rem pro ista solui ab trapezita meo.

Trāpĕzŏphŏrŏs, i, τραπεζοφόρος. Mensam ferens, statua pro tripode ad mensam sustinendam. Cic. *ad Gallum lib.* 7. Quòd tibi destinaras trapezophoron, si te delectat, habebis. Vbi interpres, Trapezophoros signum erat sacerdotis cuiusdam huius nominis, quæ cum alia Cosmo nomine omnia sacra Mineruæ administrabat. Hæc ille ad verbum ex Suida. Iulius Pollux *Onomastici sui libro*, Trapezophoron, mensam interpretatur pocula sustinentem. Vnde Cælius coniecturam capit apud Ciceronem, hoc nomine statuam significari in eum vsum factam, vt abacum sustineret, in quo pocula reponebantur. Vide ipsum *lib.* 7. *cap.* 12.

Trāpēzūs, τραπεζοῦς, vulgò *Trapezunda*, Ciuitas libera ad Pontum Euxinum, in Cappadociæ finibus, vasto monte clausa, vt est autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 4. Ex hac vrbe ortum habuit Georgius Trapezuntius, Latinarum, Græcarúmque literarum peritissimus: sed ingrauescente ætate ita in omni memoria destitutus, vt vtriusque linguæ prorsus obliuisceretur.

Traphax, tabula qua panis ad furnum fertur.

‖Trasi, radix dulcis è cyperi genere. H.P.‖

Trasymenes, vide *Thrasymenus.*

Trāuĭo, as, antiquum verbum est, quo vsus est Lucr. *lib.* 4. pro transeo. {עבר habár. διαβαίνω. GALL. *Trauerser, passer à trauers.* ITAL. *Trauiare, trapassare.* GERM. Fürgehn/oder durchgehn. HISP. *Yr allende.* ANGL. *To go awrie, or ouerthwartly.*} Qualia sunt (inquit) vitri species quæ trauiat omnis.

Trāulī, {עלגים hilleghim. τραυλοί. GALL. *Begues.* ITAL. *Balbi.* GERM. Stamler/statzler. HISP. *Tartamudos.* ANGL. *Stutters or stammerers.*} A Græcis dicuntur quos nos balbos & blesos dicimus. Vnde verbum τραυλίζειν, quod est balbutire: & τραυλισμὸς, ipsa balbuties. Lucret. *lib.* 4.

Magna atque immanis cataplexis plenáque honoris:

Balba loqui non quit, τραυλίζει, muta, pudens est.

Trĕbātĭus, Iurisconsultus, Ciceronis familiaris, epistolis eius notissimus.

Trebax. Sidon. *lib.* 1. *epist.* 11. Trebacissimus senex. Ibi VVovverius. Trebax peruicax.

‖Trebia, *Treui*, V. olim E. Vmbriæ, nunc oppidum non obscurum.‖

Trĕbĭă, τρεβίας, fluuius est prope Placentiam in Gallia Cisalpina, ex Apennino monte in Padum fluens. Iuxta hunc Annibal Romanos, L. Sempronio duce maxima clade affecit. Lucan. *lib.* 2.

———quòd non in Punica nati

Tempora Cannarum fuimus, Trebiáque iuuentus.

Trĕbĭātēs, Vmbriæ populi in quarta Italiæ regione: quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 14. Iidem & Trebiani dicuntur. Sueton. *in Tiber.* Iterum in eo censente, vt Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit.

Trĕbellicūm vinum, à Plin. *lib.* 14. *cap.* 6. inter generosa Italiæ vina commemoratur. Nascebatur autem in Campania, quarto lapide à Neapoli.

Trĕbōnĭus, vnius ex percussoribus Cæsaris: qui quum se in Asiam recepisset, Smyrnæ à Dolabella oppressus est, & crudelissimè excarnificatus.

Trĕbŭlă, τρέβουλα, oppidum fuit in Sabinis, cuius incolæ dicti sunt Trebulani: quos Plinius collocat in quarta Italiæ regione. Apud hos præstantissimi fiebant casei, qui Trebulani dicti sunt. de quibus Mart.

Trebula nos genuit, commendat gratia duplex,

Siue leui flamma, siue domamur aqua.

TRĒCENTĪ, æ, a, nomen numerale, idem valens quod ter centum. {שלש מאות schelósch meóth. τριακόσιοι. GALL. *Trois cens.* ITAL. *Trecente.* GERM. Dreyhundert. HISP. *Trezientos.* ANGL. *Tree hundred.*} Virgil. 7. *Æneid.*

Sexcentos illi dederat Populania mater

Expertos belli iuuenes, ast Ilua trecentos,

Insula inexhaustis chalybum generosa metallis.

Plautus *Milit. sc.* 2. *a.* 1. Trecentæ possunt causæ colligi (id est, innumeræ.)

Trēcēnī, Idem quod tercentum. {שלש מאות schelósch meóth. τριακόσιοι.} Liu. 1. *bell. Mac.* Attalus trecenos tantum milites in præsidium, Rhodij quadriremem vnam, quum ad Tenedum staret, miserunt. Idem 8. *ab Vrbe*, Scribebantur autem quatuor ferè legiones, quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecenis.

Trĕchēdĭpnī, τρεχέδειπνοι, à Græcis dicebantur, qui tardiùs ad cœnam conueniebant, vt ex Apollodoro annotauit Cælius *lib.* 27. *cap.* 24. Quæ vox παρὰ τὸ τρέχειν ἐπὶ δεῖπνον (vt videtur) est imposita, quum ad cœnam currentes videatur significare. ¶ Hinc vestes quasdam cœnatorias nonnulli trechedipna à Iuuenale putant appellari, *Satyr.* 2.

Rusticus ille tuus sumit trechedipna Quirine.

‖Trecorensis E. *Triquet*, vel *Trequer*, sub A. Turonensi in Aremorica Britanniæ, *en la Basse Bretaigne.*‖

Trēdĕcĭēs, aduerbium pro ter decies. {τρεισκαιδεκάκις. GALL. *Treize fois.* ITAL.

ITAL. *Tredeci volte.* GERM. Dreyzehen mahl. HISP. *Treze vezes.* ANGL. *Threttene tymes.*} Cicer. 5. *Verr.* Tu ex pecunia publica H-S tredecies scribam tuum permissu tuo quum abstulisse fateare, reliquam tibi vllam defensionem putas esse.

Tregua, vide *Treuga.*

TREMO, is, Tremore concutior, contremisco. {רעד *rahádh* רגז *ragház.* τρέμω, τρομέω. GALL. *Trembler, craindre.* ITAL. *Tremare.* GERM. Zittern. HISP. *Temer ò temblar.* ANGL. *To tremble or feare.*} Plaut. *in Asin.* Non placet, pro monstro est: quoniam qui sudat, tremit. Terent. *Eunuch.* totus Parmeno Tremo, horreóque, post quam aspexi hanc. Virgil. 1. *Georgic.*

Terra tremit, fugêre feræ: & mortalia corda
Per gentes humilis strauit pauor.

Cic. 4. *Acad.* Vt si quid tremerent, & exalbescerent, vel ipsi per se motu mentis aliquo, vel, &c. ¶ Interdum ponitur pro timere. {חרד *charádh.* φοβέω.} Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

Hic aliud maius miseris, multóque tremendum
Obijcitur magis, atque improuida pectora turbat.

Trĕmēns, tis, participium. {מרעיד *marhídh.* τρέμων. GALL. *Tremblant.* ITAL. *Tremente.* GERM. Zitterend. HISP. *El que tembla.* ANGL. *Trembling.*} Cicer. 4. *Tusc.* Vt & ipsum Hectorem quemadmodum est apud Homerum, toto pectore trementem prouocasse ad pugnam pœniteret. ¶ Pro gelido. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Tum patet has gentes axe tremente premi.

(id est, gelido.) ¶ Pro precando. Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Contigit extructos ore tremente focos.

Trĕmēndŭs, a, um, Terribilis, tremendus. {נורא *norá.* φοβερός. GALL. *Qu'on doit craindre.* ITAL. *Cosa da temere.* GERM. Darab zuerzittern ist. HISP. *Cosa de espanto.* ANGL. *That is to be feared.*} Virg. 4. *Æneid.*

——— manésque adijt, regémque tremendum.

Idem 8. *Æneid.*

——— matrisque egere tremendæ
Carmentis nymphæ monita.

¶ Huius composita sunt Contremo, intremo, pertremo: quorum significata vide suprà suis locis.

Trĕmĕbūndŭs, as, um, Abundè tremens. {החרד *hecharédh.* περίτρομος. GALL. *Tremblant.* ITAL. *Tremente, timido, pauroso.* GERM. Hefftig zitterend. HISP. *Cosa che mucho teme.* ANGL. *That feareth or trembleth much.*} Autor ad Herennium *lib.* 3. Sin erit sermo in iocatione leuiter, & tremebunda voce cum parua significatione risus. Ouid. 4. *Metam.*

Dum dubitat, tremebunda videt pulsare cruentum
Membra solum.

¶ Hinc tremebundior, comparatiuum. Col. *lib.* 10.

Candidus effœta tremebundior vbere porca.

Trementura, ebrietas μέθη. Gl. Cyrill.

Trĕmĕfăcĭo, is, Tremorem incutio. {הרגיז *hirghíz.* ἐλελίζω. GALL. *Faire trembler.* ITAL. *Far paura.* GERM. Zittern machen. HISP. *Hazer miedo ò temor.* ANGL. *To mäk one feare or tremble.*} Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis
Insinuat pauor.

Tremefacta libertas, id est, concussa, dixit Cic. 2. *de Offic.* Idem 1. *de diuinat.* ex poëta quopiam vetusto:

Aut quum se grauido tremefecit corpore tellus.

Virg. 6. *Æneid.*

Fixerit æripedem ceruam licèt, aut Erymanthi
Pacarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.

Trĕmĭsco, is, Tremore concutior. {רעד *rahádh* רגז *ragház* ירא *jaré.* τρέω. GALL. *Trembler, craindre, auoir peur.* ITAL. *Hauer paura.* GERM. Erzittern. HISP. *Temer ò temblar.* ANGL. *To quake or shake for feare.*} Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

——— vastósque ab rupe Cyclopas
Prospicio: sonitúmque pedum vocémque tremisco.

Idem 5. *Æneid.*

——— tonitrúque tremiscunt
Ardua terrarum, & campi.

Ouid. 14. *Metam.*

Pérque dies multos latitans, omnémque tremiscens
Ad strepitum, mortémque timens, cupidúsque moriri.

¶ Hinc Contremisco & pertremisco, composita: quorum significata explicata sunt suprà suis locis.

Tremissis, quatuor denarij, i. tertia pars solidi, seu assis, quem facit ter missus, id est, expositus.

‖Tremodia, infundibulum tremulum in moletrinis, fruges in molas transmittentes. Turn.‖

TRĔMŎR, is, Concussio corporis, qualis in febricitantibus, frigentibus, aut timentibus cernitur. {רעד *rahád* רעדה *rehadháh* רתת *rethéth* רגז *rogház.* τρόμος, παλμός. GALL. *Tremblement.* ITAL. *Tremore, paura.* GERM. Das zittern oder schaudern. HISP. *Miedo ò temblor.* ANGL. *A trembling, quaking.*} Quin & terra tremere dicitur, quum terræ motu concutitur. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumescant
Obicibus ruptis.

Cic. 4. *Tusc.* Ex quo fit, vt pudorem rubor, sic terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur. Idem *pro Flacco*, Tamen id quod dixit quanto cum pudore, quo tremore, & pallore dixit? Ouid. 3. *Metam.*

Attonitos subitus tremor occupat artus.

Senec. *cap.* 1. *de tranq.* Tremor est quidam tranquilli maris. Lucr. *lib.* 2. de cœlestium illorum ignium splendore,

Dum tremor est clarus, dum cernitur ardor eorum.

Ob id dixit Virg. de Luna,

——— splendet tremulo sub lumine Pontus.

Et de Solis luce, rursus Lucr.

Sub terris ideo tremulum iubar hæsitat ignis.

‖Tremulo, as, dubito. GL. A.L.‖

Trĕmŭlŭs, a, um, qui valdè tremit. {מרעיד *marhídh* חרד *charédh.* τρομώδης, τρεμαλός. GALL. *Tremblant.* ITAL. *Tremante.* GERM. Zitterig. HISP. *Cosa que tembla y se estremece.* ANGL. *That trembleth or quaket.*} Terent. *Eunuch.* Incuruus, tremulus, labiis demissis. Mart. *lib.* 9.

Nunc anus, & tremulo vix accipienda tribuli.

Cic. 1. *de diuin.* Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus. Horat. 4. *Carm. Ode* 13.

——— Fis anus, & tamen
Vis formosa videri,
Ludísque, & bibis impudens:
Et cantu tremulo pota Cupidinem
Lentum solicitas

Virg. 8. *Eclog.*

Aspice corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua.

Trepanum chirurgi dicunt terebri genus, quo aliquid cautè perforant, vt cranium. vox correpta ex τρύπανον, quod & τρυπάνη, terebra, perforaculum. Gl. Cyr.

‖Trepallus, vide *Triphallus.*‖

TRĔPĬDVS, a, um, Pauidus, timens. {מבהל *mebohál.* περίφοβος. GALL. *Qui tremble de peur, effrayé, & esbahy.* ITAL. *Pauroso, timido.* GERM. Hefftig erschrocken/ zitterend. HISP. *Temeroso, apressurado.* ANGL. *That trembleth for feare, effrayed.*} Liu. 2. *ab Vrb.* At verò curia mœsta, ac trepida ancipiti metu. Trepida res, dubia, & ob hoc timorem inducens. Idem 1. *ab Vrbe*, Tullius in re trepida duodecim vouit Salios. Idem *lib.* 4. *d.* 4. In tam trepidis rebus. ¶ Trepidi rerum, idem *lib.* 6. *dec.* 4. Virg. 12. *Æneid.*

Illæ intus trepidæ rerum, per cerea castra
Discurrunt.

Vbi Seruius, Trepidæ rerum, nescientes quid agant, ignaræ auxilij, incertæ, dubiæ. ¶ Trepidus, festinus, quòd qui timent, festinent gressus. {מבהל *mebohál.*} Virg. *lib.* 3.

Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores socij vastos Cyclopis in antro
Deseruêre.

Seruius, Trepidi, festini, vt per timorem, non per contemptum relictus fuisse videatur: qui enim timent, festinant gressus. Lucan. *lib.* 8.

——— Rapitur trepida fugiente carina.

Vbi carinam trepidam vocat, aut propter timorem illorum, qui in ea vehebantur: aut trepidam, id est, celerem. Hæc Seruius.

Trĕpĭdŭlŭs, diminutiuum. {ὑπότρομος. GALL. *Vn peu tremblant.* ITAL. *Alquanto spauentato.* GERM. Etlicher maßen erschrocken oder erzittert. HISP. *Que tembla vn poco, vn poco temeroso.* ANGL. *That trembleth for feare somewhat.*} Gell. *lib.* 2. *cap.* 39. Atque vbi rediit Cassita, pulli trepiduli circunstrepere, oraréque matrem, &c.

Trĕpĭdē, aduerbium, Celeriter, & quasi per timorem. {ἐντρόμως, περιδεῶς. GALL. *En tremblant, paureusement.* ITAL. *Tremando di paura.* GERM. Mit forcht/in eil. HISP. *Temerosa y appressuradamente.* ANGL. *Hastelie & as it where trembling.*} Liu. *lib.* 10. *ab Vrbe*, Nam & statiua trepidè deserta fuerant.

Trĕpĭdāntĕr, Timidè. {περιφόβως, κατωδεῶς. GALL. *En tremblant de peur.* ITAL. *Tremando di paura.* GERM. Forchtsamlich. HISP. *Temerosa y appressuradamente.* ANGL. *By trembling for feare.*} Suet. *in Claudio Cæsare, cap.* 49. Quod[s]vt sentit trepidanter effatus, &c. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Trepidantiùs & timidiùs agere.

Trĕpĭdo, as, Timeo, metuo, timore concutior. {רעד *rahádh* רגז *ragház* ירא *jaré.* τρέμω, φοβοῦμαι, ταράσσω. GALL. *Trembler de peur, estre effrayé.* ITAL. *Temere.* GERM. Von grosser forcht erzittern. HISP. *Temer, apressurarse.* ANGL. *To tremble for feare, to be effrayed.*} Terent. *in Hecyra*, Trepidari sentio, cursari sursum deorsum. Idem *in Eunuch.* Quid est quod trepidas? satísne saluæ? dic mihi. Cic. 3. *de Orat.* ex Poëta quopiam antiquo,

At Romanus homo, tamen etsi res bene gesta est,
Corde suo trepidat.

Cæsar 5. *bell. Gall.* Tum demum Titurius, vti qui nihil antè prouidisset, trepidare & concursare. Virg. 6. *Æneid.*

Vt vidêre virum, fulgentiáque arma per vmbras
Ingenti trepidare metu: pars vertere terga, &c.

pro trepidabant. ¶ Et quoniam à timentibus omnia præproperè aguntur, factum est, vt trepidare accipiatur pro festinare. {בהל *bihél.* σπεύδειν.} Virg. 4. *Æneid.*

Dum trepidant alæ, saltúsque indagine cingunt.

Trepidans, antis. Ouid. 13. *Metam.*

——— Video trementem
Pallentémque metu, & trepidantem morte futura.

Trĕpĭdātĭo, nis, verbale, Trepidandi actus, metus, commotio. {חרדה *charadháh* בהלה *behaláh.* φόβος, τρόμος. GALL. *Tremblement, frayeur.* ITAL. *Esso tremare & hauere spauento.* GERM. Erzitterung von forcht. HISP. *Miedo, obra de temblar.* ANGL. *A trembling for feare, feare.*} Cic. *pro Deiotaro*, Num qua trepidatio? num qui tumultus? Liu. 2. *ab Vrbe*, Pilis inter primam trepidationem abiectis.

Trepo, verto, τρέπω. Fest. Trepit, vertit.

Trĕpōndo, trium librarum pondus. {τρίλιτρον. GALL. *Trois liures.* ITAL. *Tre libre.* GERM. Drey pfund. HISP. *Tres libras.* ANGL. *The weight of three poundes.*} Quint. *lib.* 1. *cap.* 9. Nam dua & tre & pondo diuersorum generum sunt barbarismi: at duapondo, & trepondo vsque ad nostram ætatem ab omnibus dictum est, & rectè dici Messala confirmat.

TRES & hæc tria, pluralis numeri tantùm. {שלשה *schelóscháh.* τρεῖς καὶ τρία. GALL. *Trois.* ITAL. *Tre.* GERM. Drey. HISP. *Tres en numero.* ANGL. *Three.*} Nomen numerale est, notæ significationis. Virgil. 5 *Æneid.*

Tres equi tum numero turmæ, ternique vagantur
Ductores.

Idem 8. *Æneid.*

Treis imbris torti radios, treis nubis aquosæ
Addiderant: rutili treis ignis, & alitis Austri.

Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 4. Testes tres aderant acerrimi. ¶ Trium literarum homo, id est, fur: quòd tres in ea dictione tantùm sint literæ. Idem *Aulul.* — tu trium literarum homo Vituperas me? ¶ Tribus verbis, i. breuiter.

breuirer. Idem *Trinum*. Pax, te tribus verbis volo. s. vel trecentis. Idem *in Milite*, Breuin', an longinquo fermone? M. tribus verbis.

Tresuiri, orum, idem qui triumuiri: de quibus suo loco: τρεῖς ἀνδρῶν. Plaut. *in Amphitr.* Qui faciam nunc si tresuiri me in carcerem compegerint? Idem *Asin.sc.2.a.1.* Ibo ego ad Tresuiros, Ibi nostra nomina faxo erunt.

Tressis, e, Vilis & minimi pretij, quasi trium assium, τριωβολιαῖος. Persius *Satyr.5.* Non tressis agaso.

Treuga, induciæ. {Ital. *Tregue.* Gall. *Trefues.*}

Tres Tabernæ, locus circa Romam, via Appia: inter Romam & Appij forum. mentio fit *Act. 28.15.* ἕως τριῶν ταβερνῶν.

Treuiri, τρίβηροι Ptolemæo, Populi Galliæ inter Belgas ad Mosellam fluuium & Leucis & Mediomatricibus finitimi: vetusti sanè, noménque retinentes nec pristinæ cedentes famæ: apud quos insignis olim cognoscendarum caussarum, popul. Rom. curia, Treuirorum cognominata. Cuius in Floriano meminit Vopiscus. Lucan. *lib.1.*

Tu quoque lætatus conuerti prælia Treuir. {Die Trieier.}

‖Trexinon, cursus. L.g.b.‖

Triambi, inquit Festus, dicebantur qui terni ex proscenio loquebantur.

Triangvlvs, i, Figura est tres angulos habens, quam Græci τρίγωνον vocant. {Gall. *Triangle, figure de trois anglets.* Ital. *Triangulo, tricantone, cosa de tricantone.* Germ. Ein dreyeckete figur. Hisp. *Cosa de tres angulos.* Angl. *A triangle a figure with three corners.*} Cicer. 2. *de natur. deor.* Grues quum loca calidiora petentes maria transmittunt, trianguli efficere formam. Quint. *cap.16.lib.1.* Triangula neutro genere.

Triangulus, a, um, quod triangularem figuram habet. {ὁ καὶ ἡ τρίγωνος. Gall. *Qui a trois anglets, triangulaire.* Ital. *Di tre angoli.* Germ. Das dreieckächtig ist. Hisp. *Cosa de tres angulos.* Angl. *That hath three corners.*} Col. *lib.5.cap.2.* Esto ager triangulus, pedum quoquouersus trecentorum.

Triangularis, e, {ὁ καὶ ἡ τριγώνιος, τρίγωνος. Gall. *Triangulaire, de trois anglets.* Ital. *Di tre angoli.* Germ. Dreischrötig. Hisp. *Cosa de tres angulos.* Angl. *Of three corners.*} Quod trianguli formam refert, vt Triangularis agri forma, apud Colum. *lib.5. cap.2.*

Triarii, orum, {οἱ ἐπιτεταγμένοι, οἱ ἐφεδρεύοντες, ἐπίτακτοι, τελέαιοι Polybio. Gall. *Vieux soldats.* Ital. *Soldati vecchi.* Germ. Die dapffersten kriegs leut/ so nit den angriff thun/ sonder hernach erst / wo es von nöten ist/den streit erhalten. Hisp. *Soldados viejos.* Angl. *Old souldiours settin the rereward.*} Dicebantur milites veterani, spectatæ virtutis, qui tertio loco prælium inibant, post profligatos hastatos, qui primo loco, & principes, qui secundo loco pugnam capessebant. Ita enim apud Romanos, teste Liu. *lib.1. ab Vrbe*, acies instruebatur, vt primo loco hostes aggrederentur manipuli hastatorum ex flore iuuenum pubescentium collecti, qui si hostem propulsare non possent, sensim retrocedentes à principibus scutatis, quos antepilarios vocabant, in interualla ordinum recipiebantur, principésque in eorum locum succedebant: hastati autem post eos sequebantur. Si à principibus quoque non satis feliciter esset pugnatum, à prima acie ad triarios paulatim referebantur, vnóque agmine facto, iam nulla spe post se relicta, vnà omnes in hostem procedebant. Hinc factus est locus prouerbio, vt quum in re aliqua laboratur, eóque res adducta est, vt extremo conatu summísque viribus sit enitendum, rem ad triarios rediisse dicamus. Triarij (inquit Varro) dicti sunt, quòd in acie tertio ordine extremis subsidio ponerentur. Plautus, Agite nunc, subsidete omnes, quasi solent triarij. De his vide plura apud Liu. *1.decad.lib.8.* & apud Erasmum *in Adagijs.*

Triarius, Magnus orator, cuius meminit Cicer. *de clar. Orat.* Me quidem admodum delectabat etiam Triarij in illa ætate plena literatæ senectutis oratio, quanta seueritas in vultu, quantum pondus in verbis, quàm nihil non consideratum exibat ex ore? Tum Brutus torquati & Triarij mentione commotus (vtrunque enim eorum admodum dilexerat.) Næ ego, inquit, vt omittam cætera quæ sunt innumerabilia, de duobus istis cùm cogito, doleo nihil tuam perpetuam authoritatem de pace valuisse: nam nec istos excellentes viros, nec multos alios præstantes ciues Reipub. perdidisset. Idem *Att. lib.4. cap.86.* Scaurum Triarius rerum fecit.

Trias, τριάς ternarius, numerus trium.

‖Trium literarum homo, fur.‖

Tribades, mulieres quæ sui sexus iniuriis gaudent. frictrices vocantur à Tertulliano, subigatrices à Plauto. Vide τριβὰς in Constantini Lexico. Cælius Aurelianus *Chronicorum lib.4. cap. vlt.* Nam sicut fœminæ (loquitur autem de subactis, id est, mollibus, qui μαλακοὶ) Tribades appellantur, quòd vtramque Venerem exerceant, mulieribus magis, quàm misceri festiuant, & easdem inuidentia penè virili sectantur.

‖Triadica, hymni in SS. Trinitatem. L.g.b.‖

Triballi, τριβαλλοὶ, populi sunt inferioris Mœsiæ, inter Hæmum montem, & Danubium fluuium siti: vt est autor Ptol. *lib.3. cap.5.*

Triboci, Galliæ Belgicæ populi inter Rhenum & Vogesum montem incolentes, non procul à Rauracis, quem tractum hodie incolunt Alsatij. {Die Elsesser.}

‖Tribolus, vide *Tribulus.*‖

Tribrachus, siue Tribrachys, τρίβραχυς, Pes metricus ex tribus syllabis breuibus constans, vnde & nomen habet: quasi τρεῖς βραχείας ἔχων συλλαβάς. vt Dominus, Loqueris, Agimus.

Tribvla, æ, & Tribulum, i. {חרוץ charúts מורג morúgh. τρίβωλον. Gall. *Vne traine pour tirer le blé d'auec la paille.* Ital. *Triuolo.* Germ. Ein Tröschwagen. Hisp. *El trillo para trillar miesses.* Angl. *A flaile or lik instrument to thresh corne.*} Genus vehiculi quo frumenta in area teruntur. Virg. *1.Georg.*

Tribuláque, traheaque, & iniquo pondere rastri.

Varro *lib.1.cap.5.* E spicis in area excuti grana, quod fit apud alios iumentis iunctis, & tribula. Colum. *lib.2. cap.21.* Et si pauca iuga sunt, adiicere tribulam & traham possis, quæ res vtraque culmos facillimè comminuit.

‖Tribularium, locus, vbi tribulæ reconduntur. Colum.‖

Tribulo, propriè tribula tero, tero. Verbum est Ecclesiasticis scriptoribus familiare pro affligere, seu opprimere. {לחץ lachâts אלין illéts צרר tsarár. θλίβομαι.} & Tribulatio, pro oppressione, angustia, anxietate. θλῖψις. Quæ significationes tractæ videntur à tribulo instrumento rustico, quo frumenta olim terebantur: aut certè à tribulo herba acutissimis spinis infesta: aut (vt alij malunt) à stimulo ferreo, formæ tetragonæ, qui quancunque in partem incubuerit, aculeum semper infestum protendit. ¶ Aliter hoc verbo vtitur Cato *de re rustic. cap.23.* de musti medicatione loquens, Si (inquit) indideris defrutum, aut marmor, aut resinam, dies viginti permisceto crebrò, tribulatóque quotidie. Quo tamen in loco non desunt qui *turbato*, rectiùs legi posse existiment.

Tribulis, vide *Tribus.*

Tribulus, i, {דרדר dardár ברקן barkán. τρίβολος. Gall. *Vn chardon appellé chausse trape.* Ital. *Triolo.* Germ. Wassernus/oder veiernuß/ ist ein kraut. Hisp. *El abrojo yerua spinosa.* Angl. *A thistle.*} Herba ex foliis ad portulacæ effigiem accedentibus, tenuioribus viticulis in terra stratis, secundùm folia rigidis & præduris. Nascitur secundùm flumina & in locis ruderosis. Ouid. *lib.5. Metam.*

——Lolium, tribulique fatigant,
Triticeas messes.

Virg. *2.Georg.*

Lappæque, tribulique interque nitentia culta,
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.

¶ Est & alterum tribuli genus aquaticum, nonnisi in amnibus nascens, coma dumtaxat aquis extante, folio vlmi effigie, pediculo longo, caule cacuminibus crassiore, quàm partibus in humore contentis. ¶ Tribulos item vocat Vegetius *lib.3.* Stimulos illos ferreos, formæ quadrangulæ, qui in bello aduersùs equitatum spargi solent, in quodcunque latus incubuerint, infestum semper aculeum protendentes. Latini Murices appellant. Vide suprà in dictione *Murex.*

Tribvnal, is, Locus excelsus arcuata figura, in quo residebat qui ius tribubus redderet. {כסא chissé. δικαστήριον, βῆμα. Gall. *Le parquet des iuges superieurs.* Ital. *Tribunale, sedia di giudice.* Germ. Ein richterstul. Hisp. *El tribunal, assiento de juez.* Angl. *The iudgment seat.*} Cicer. *ad Quint. fratr. lib. 1.* Nullius inopiam ac solicitudinem non modò vllo populari accessu, ac tribunali, sed ne domo quidem tua, & cubiculo esse exclusum. Quintilian. Cùm in Basilica Iulia diceret, primo tribunali. Idem, Laudatum à quatuor tribunalibus. Senec. *cap.3. de tranq.* Præclusum tibi tribunal, & rostris prohiberis. Formam autem tribunalis vide apud Vitruu. *lib.5. cap.1.* ¶ Diomedes *lib.1.* Ad tribunal venit litigator: In tribunal prætor vel Iudex. Suet. *in Aug. cap.44.* Contra tribunal Prætoris spectabat virgines Vestales.

‖Tribunalitium, idem quod tribunal. Cedren.‖

Tribvni, Magistratus Romæ plebei primùm creati anno CCLX. quum plebs propter nobilium fœneratorum insolentiam ex vrbe discessit, & Anienem montem occupauit. Nam reuocari inde non potuit, antequam Senatus permissu magistratum è suo corpore creasset, qui se contra Patriciorum potentiam defenderet. Vnde & tribuni plebis sunt appellati. {δημαγωγοὶ, δήμαρχοι. Gall. *Tribuns, magistrats Romains defenseurs de menu peuple.* Ital. *Tribuni, magistrati Romani che defendeuano il popolo.* Germ. Obriste Zunfftmeister / waren vor zeiten bey den Römern die bey den rahtsherren für das volck handelten. Hisp. *jurados sesmeros del pueblo.* Angl. *Shirreffes or such lik magistrats.*} Tribunorum autem nomen accepisse existimantur ab eo, quòd id temporis populi tres tantùm erant partes, & ex singulis singuli creabantur tribuni. ¶ Alij à centuriarum equestrium numero dictos malunt, quas ab initio tres tantùm fuisse constat, Ramnensium, Tatiensium, & Lucerum. Nec desunt, qui à tribuum suffragiis quibus creabantur, dictos existiment. Tribuni dicti à Tribubus, Plutarch. *in Rom.* ¶ Tribunis licet cogere Senatum. Sueton. *in Tiber. cap.23.* ¶ Tribuni prætoriani, idem *in Calig. cap.40.* Tribunus decimætertiæ legionis, idem *in Othon. c.10.* Idem, Angusticlauius. ¶ Tribuni cohortium, quos paulò antè vocat Tribunos militum, Cæsar *lib. 2. de bell. ciuil.* ¶ Tribunus pleb. iubet Consulem duci in carcerem. Plutarch. in Mario & in Gracchis. ¶ Tribunis plebei non licet vnum diem abesse Roma. ¶ De Tribun. militum Consulari potestate, Plutarch. in Camillo, initio. ¶ De Tribuni pleb. intercessione, Plutarch. *in Gracchis.* ¶ Tribuni pleb. vocationem non habent, prehensionem habent. Gell. *cap. 12. lib. 13.* Et de officio Tribun. pleb. *Ibidem.* Idem, Tribun. pleb. decreti formula, idem *cap. 19. lib. 7.* ¶ Tribuni pleb. retinent magistratum & potestatem, creato Dictatore. Plutarch. *in Fabio.* ¶ Fuerunt & tribuni Celerum à Romulo primùm instituti, de quibus Pomponius *in l. 1. D. de orig. iur.* Tribuni Celerum (inquit) Equitibus præerant, & veluti secundum locum à Regibus obtinebant: quemadmodum Magistri equitum apud Dictatores, quo in numero fuit Iunius Brutus. ¶ Postea facti sunt tribuni militares, siue Tribuni militum in castris, qui parem cum Consulibus haberent potestatem, πολίαρχοι. Tribunorum militarium (sicut docet Asconius) duo fuerunt genera: alij Rufuli dicebantur, qui in exercitu creari solent. Alij comitiati, qui Romæ comitiis designabantur. Tribuni militaris officium erat vt miles veste indutus, armis bene munitus, exercitationis vsu, & disciplina eruditus incederet. Olim Tribuni militum Consulari potestate promiscuè ex Patribus, ac plebe creati sunt, vario quidem numero; interdum enim viginti, interdum plures, nonnunquam pauciores fuerunt: vt inquit Pomponius loco iam citato. Tribuni militum, inquit Budæus, fortasse dici hodie possunt, quos *Mareschallos* vocamus, qui præfecti sunt militum. ¶ Alij tribuni ærarij, dicti ab eo, quòd his attributa erat pecunia, quam militi reddebant. Tribuni ærarij, inquit Budæus, hodie dicuntur, quos generales receptores vocant.

Tribunitius, substantiuum, qui tribunatum gessit. {ὁ δημαρχήσας. Gall. *Qui a esté tribun.* Ital. *Chi è stato tribuno.* Germ. Der zunfftmeister gewesen ist. Hisp. *El que ha estado tribuno.* Angl. *That hath bene shirref or tribune.*} quemadmodum Ædilitius, qui Ædilitate perfunctus est.

Tribunitius, a, um, quod ad tribunos pertinet. {δημαρχικός. Gall. *Appartenant à tribun.* Ital. *Pertinente à tribuno.* Germ. Das zu den zunfftmeistern gehört. Hisp. *Pertenenciente à jurado, sesmero del pueblo.* Angl. *Belonging to the tribunes or shirreffes.*} Salust. Nam postquam Cn. Pompeio, & M. Crasso Consulibus tribunitia potestas restituta est. Lucan. *lib.2.*

——trunces

——truncos lacerauit fimbria Crassos:

Sæua Tribunitio maduerunt robora tabo.

Cic.2.*de Orat.* Quum Tribunitia potestas esset constituta.

Tribūnātus,us,Ipsa tribunorum dignitas. {δημαρχία. GALL. *L'estat d'vn tribun.* ITAL. *Magistrato di tribuno.* GERM. Eins zunfftmeisters ampt vnd würde. HISP. *La dignidad de aquel tribuno.* ANGL. *The tirreship.*} Cicer. *in Lælio*, de Caij autem Gracchi Tribunatu quid expectem, non libet augurari. ¶ Tribunatus legionum, Suet. *in Aug.cap.*38. Item, Legionis (id est, equitum.) Idem Sueton. *in Claud.cap.*25.

Tribunianus, natione Græcus, cùm omnis religionis contemptor erat, tum verò in primis à Christiana fide abhorrens. Assentator & fraudulentus: vt qui Iustiniano principi persuaserit mortem eum non oppetiturum esse, atque in cœlum cum carne assumptum iri. Quæstor Iustiniani fuit tanta vi ingenij præditus, vt doctrina præstantissimus euaserit: ac nulli æuo suo secundus. Cæterùm auaritiæ eo vsque indulgens, vt lucro vænale ius habendum semper duxerit. Nam & leges quotidie fermè sordida dinundinatione antiquare identidem ferréque instituerat, vt cuique commodum esset. Hic quum diu post honorem adeptum superuixisset, morbo tandem interiit, nihil prorsus molestiæ à quoquam vnquam passus. Erat enim sermone blandus, & aliàs suauis: auaritiæ quoque morbum doctrinæ præstantia facilè obumbrare poterat. Hæc ad verbum ex Suida.

TRĬBVO,is,ui,utum, Do, largior, impertio. propriè Tribubus largior, vt quidam volunt. {נתן *nathán* מנח *chanáh* חלק *chalák.* δίδωμι. GALL. *Donner, bailler.* ITAL. *Dare.* GERM. Gäben. HISP. *Dar.* ANGL. *To giue.*} Plin. *in Paneg.* Tribuas ei successorem. Ouid.2.*de Arte*,

Hæc bona non primæ tribuit natura iuuentæ.

¶ Ponitur aliquando pro attribuo, imputo, ascribo. {חשב *chaschâb.* ἀνατίθημι, προστίθημι.} Cicero, Sed hoc beneuolentiæ eius tribuendum est. Cicer.4. *Academ.* Quibus ille secundum fratrem plurimum retinebat. ¶ Aliquando pro faueo, & in aliquem propensus sum. ἀνατίθημι. Cicer. *Crassipedi*, Quum vniuerso ordini publicanorum semper libentissimè tribuerim. ¶ Ponitur interdum pro distribuere. {חלק *chalák.* διαιρεῖν, μερίζειν.} Idem 2.*de finib.* Omnem vim loquendi, vt iam antè Aristoteles, in duas tributam esse partes. ¶ Tribuere misericordiam est misereri. Idem *pro Milone*, Quid restat nisi vt orem, obtestérque vos iudices, vt eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non implorat? Sic etiam dicimus, Tribuere alicui honorem, gratiam, operam, palmam, præmia, primas, priores partes, tempus alicui rei, veniam. Legenti bonos autores exempla passim occurrent. ¶ Tribuere aliquid valetudini, est valetudinis causa nonnihil ab instituti nostri curriculo deflectere, aliquídve eius causa facere, quod alioqui facturi non eramus. ¶ Tributum est, impersonaliter. Idem 1. *Officior.* Generi animantium omni à natura tributum est, vt se, vitam, corpúsque tueatur.

Tribūtĭo, nis, verbale, Actus tribuendi. {מתנה *mattanáh* מחלקת *machalóketh.* ἡ νομή. GALL. *Distribution.* ITAL. *Esso donare.* GERM. Außgäbung. HISP. *Obra de dar.* ANGL. *Agiuing, distribution.*} Cicer.1. *de natur. deorum*, Hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem.

Trĭbūtor,is, νομεύς. Apul. *in Hermetis Asclepio*, Sic & mundus præstitor est, & tributor omnium quæ mortalibus videntur bona.

TRĬBVS, us. {שבט *schébet* מטה *mattéh.* φυλή. GALL. & ITAL. *Tribu.* GERM. Ein zunfft. HISP. *Vando ò collacion.* ANGL. *A warde or tribe.*} A tributo dando, vel quòd ager Romanus primò diuisus in tres partes fuerit, & tres partes populi factæ: vna Tatiensium, à Tatio Sabinorum duce, iam amico post fœdera, & in partem regni à Romulo suscepto: alia Ramnium, siue Ramnensium, à Romulo: tertia Lucerum, à Lucumone. Varro enim scribit Romulum dimicantem contra Tatium, à Lucumonibus, hoc est, Tuscis auxilia postulasse: vnúque ex iis, qui sibi cum exercitu suppetias tulisset, recepto iam in regni portionem Tatio, partem vrbis assignasse, indéque regioni, in qua ille cum Tuscis consedisset, Tusco vico nomen esse factum. Et quia in tres partes populus diuisus erat, factum est, vt hæ populi partes Tribus dicerentur: & qui singulis tribubus præerant, Tribuni: & pecuniæ quæ tributim, hoc est, per tribus imperabantur, vocarentur tributa. Sed postea aliæ quoque partes vrbis factæ, quæ similiter Tribus appellatæ sunt. Nam in sex partes fuit distributa ciuitas, in primos secundósque, Tatienses, Ramnes, Luceres. Quælibet ex tribubus decem curias continebat, quæ de nominibus Sabinorum appellatæ sunt. Hæc Varro, Plutarchus, & Asconius. Dissentit paulum ab his *lib.*1. Liuius, scribens, à Romulo centurias equitum tres fuisse conscriptas, Ramnenses, & Tatienses & Luceres: nec videtur existimare totum populum in hos distributum, sed solos Equites. Tribus autem statim ab initio quatuor esse factas asserit, vrbe quadrifariam secundùm colles & regiones diuisa: tribúsque non à numero ternario, sed à conferendo tributo appellatas existimat. Qua in re optimè cum Liuio conuenit Plin. qui quatuor ab initio vrbanas fuisse tribus affirmat, Suburranam, Palatinam, Collinam, & Exquilinam, ita appellatas à partibus vrbis in quibus habitabant. Ciceronis verò ætate vrbs in XXXV. tribus erat diuisa: quod ipse cùm plerisque aliis in locis, tum apertissimè ostendit *in orationib. contra Rull. de Lege Agraria.* Harum nomina erant Æmylia, Arniensis, Cornelia, Claudia, Collina, Crustumina, Exquilina, Falerina, Fabia, Galeria, Lemonia, Mæcia, Narniensis, Otriculana, Oufentina, Palatina, Papyria, Pollia, Popilia, Pontina, Publilia, Papinia, Quirina, Romulia, Sergia, Suburrana, Scaptia, Stellatina, Sabatina, Terentina, Tromentina, Velina, Veientina, Veturia, & Volitina. ¶ Tribus vnde dictæ, Plutarch. *in Rom.* ¶ Tribus etiam Curias appellatas Sext. Pomp. tradit. ¶ Tribus & Decuriæ dicuntur pro loco, iure & hominibus, Gell. *cap.*7. *lib.*18. ¶ Tribus explere, Liu. *lib.*3. *ab Vrb.* Plaut. *Capt. sc.*1. *a.*3. In Tribu aperto capite condemnant reos. Item Tribu remoti, Liu. *lib.*5. *d.*5.

Trĭbūārĭus, a, um, adiectiuum, quod ad tribus pertinet. {ὁ φυλετικός, φυλετικός. GALL. *De tribu.* ITAL. *Di tribu.* GERM. Der zunfft. HISP. *De tal vando.* ANGL. *Of wardes or tribes.*} vt, Tribuarium crimen, tribuaria res. Cicer. *pro Plancio*, Itaque hæsitantem te in hoc sodalitiorum crimine tribuario ad communem ambitus causam te contulisti.

Trĭbūlis, generis masculini, qui ex eadem est tribu. {φυλέτης. GALL. *D'vn mesme tribu & lignée.* ITAL. *Della medesima tribu.* GERM. Ein zunfftbruder. HISP. *Cosa de mismo vando, linaje y collacion.* ANGL. *Of the same warde and tribe.*} Horat. 1. *Epist.* 13. Vt cum pilleolo soleas conuiua tribulis. Cicer. *Seruio lib.*13. Lucio Cassinio amico, & tribuli tuo valde familiari vtor. Liu. 2. *ab Vrbe*, Vetus Claudia tribus, additis postea nouis tribulibus, qui ex eo venirent agro appellata. Martial. *lib.*9.

Nunc anus, & tremulo vix accipienda tribuli.

Trĭbūtim, aduerbium, per singulas tribus, {κατὰ φυλάς. GALL. *Par tribus, ou de tribu en tribut.* ITAL. *Per tribut.* GERM. Durch die zunfft/ von einer zunfft zur anderen. HISP. *De collacion en collacion.* ANGL. *By euerie tribe or ward.*} Cic. *Att.lib.*4. Populo tributim domi suæ satisfecerat.

TRĬBVTVM, i, à tribubus Varro dictum ostendit, quòd ea pecunia, quæ populo imperata erat, tributim à singulis pro portione census soluebatur. {מס *mas.* εἰσφορά, τέλος, φόρος. GALL. *Tribut, taille.* ITAL. *Tributo.* GERM. Steur/schatzung. HISP. *El tributo ò pecho.* ANGL. *Tribute, tole.*} Festus, à tribuendo deriuare videtur, Tributum (inquit) dictum est, quia ex priuato in publicum tribuitur. Cicer.2. *Offic.* Danda etiam est opera, ne, quod apud maiores nostros sæpe fiebat, propter ærarij tenuitatem, assiduitatémque bellorum tributum sit conferendum. Ouid. *de Nuce*,

Felix, secreto quæ nata est arbor in agro,
Et soli domino ferre tributa potest.

Stat.4.*Syl.*1.

Restat Bactra nouis, restat Babylona tributis
Frænari.

Dicitur & Tributus. Plaut. *in Epid.* Tributus maior penditur. ¶ Tributum conferre dicitur pop. Rom. Scipioni quòd dotem eius filiabus dedit. ¶ Tributi immunes, orbi & viduæ, Plutarch. *in Public.*

Trĭbūtārĭus, qui soluendo tributo obnoxius est, stipendiarius vectigalis. {ὑπόφορος, ὑποτελής. GALL. *Tributaire, qui paye tribut.* ITAL. *Tributario, che paga tributo,* GERM. Der steur oder schatzung vnderworffen. HISP. *Pechero.* ANGL. *That payeth tribut or tole.*} Iustinus *lib.* 1. Sed ciuitates, quæ Medorum tributariæ fuerant. Plin. *lib.* 12. *cap.* 1. Et iam ad Marinos vsque peruecta, ad tributarium etiam pertinens solum, vt gentes vectigal & pro vmbra pendant. Velleius, Tributaria facta Asia.

Trĭbūtōrĭus, adiectiuum. {ὁ νεμητικός, vel τελωνικός. GALL. *Appartenant à contribution.* ITAL. *Pertinente à tributo.* GERM. Zur steur gehörig. HISP. *Perteneciente à tributo.* ANGL. *Belonging te be distributed or to tribut.*} Vnde titulus Digestorum *lib.*4. de Tributoria actione. Vlpian. *ibid. l. illud quoque.* §.1. Si cuius dolo malo factum est quo minus ita tribueretur: in eum tributoria datur, vt quantominus tributum sit, quàm debuit, præstet.

Trīca, aut potiùs Tricca per duplex c, Τρίκκη Steph. Vrbs Thessaliæ, non procul à sinu Pegasico, id nominis sortita à Tricca Penei filia. ¶ Fuit & Tricca alia in Apulia Dauniorum, quam cum Apina vicino oppido tanta Diomedes ignominia euertit, vt in prouerbij ludibrium transierint. Quoties enim rem futilem ac nugatoriam ostendere volumus, Tricas & Apinas nominamus. Vide in dictione *Apina.*

Trīcæ, capilli pedibus pullorum gallinaceorum inuoluti: ita dicti, quasi τρίχες, teste Nonio: qui quoniam gressum illorum impediunt, factum est, vt omnia impedimenta Tricæ vocentur. {τριχάμματα. GALL. *Empeschemens.* ITAL. *Intricamenti.* GERM. Hahrwirletten/das sich den hennen vmb die füß wigelt. HISP. *Empachos.* ANGL. *Heares about pullaines feet, all triffles that indreth any businesse.*} Turpilius *Demiurgo*, vt citatur à Nonio, Iudicia, lites, turbas, tricas, contentiones maximas. Varro γέροντι διδασκάλῳ, apud eundem Nonium, Putas eos non citius tricas Attellanas, quàm id extricaturos? Plaut. *Curc. sc.*2. *a.*5. Quas tu tricas mihi narras? ¶ Hinc Intricare dictum est, pro eo quod est inuoluere, & implicare, vt annotauit idem Nonius citans Afranium *in Epist.* Ita intricauit huius hanc rem temeritas. ¶ Item Extricare pro Explicare. Plaut. *Epidico*, Aliqua ope exoluam, extricabor, aliqua inde ex impedimentis liberabor. ¶ Tricas item accipimus pro nugis, & rebus pro nihili. Idem *Rudente*, Eloquere properè, celeriter. I. numos trecentos. C. Tricas. In qua significatione etiam Tricas & Apinas dicimus, prouerbiali nimirum metaphora, res vilissimas significantes. Martialis *lib.* 14.

Sunt Apinæ, Tricæque, & si quid vilius istis.

Ortum creditur prouerbium ab Apina, & Trica duobus Apuliæ oppidis hisce nominibus dictis, quæ Diomedes nullo negotio euertit. Plinius confirmat cùm sic scribit *lib.*3. *cap.*11. Diomedes ibi deleuit gentes Monadorum, Dardorúmque, & vrbes duas, quæ in prouerbij ludicrum vertere, Apinam & Tricam. Vide Erasmi Adagia.

‖Tricarica, *Tricarico*, V.E. regni Neapolitani, sub A. Materano.

Tricasses, Galliæ populi, veteribus noti.‖

Tricastini, populi sunt Galliæ propè Druentiam fluuium. Hinc Tricastinus, adiectiuum, vt Fines Tricastini. Silius *lib.*3.

Iámque Tricastinis incedit finibus agmen.

TRĪCĒNĪ, æ, a, plural. numero, Triginta. {שלשים *schelóschim.* τριάκοντα. GALL. *Trente.* ITAL. *Trenta.* GERM. Je dreissig. HISP. *Treinta.* ANGL. *Threttie.*} quasi trigeni, g in c mutata, ea forma, qua vicenos dicimus pro vigenis. Plin. *lib.*9. *cap.* 36. Latent sicut murices circa canis exortum tricenis diebus. ¶ Tricenæ amphoræ. Colum. *lib.*3. *cap.*3. At si qui cum scientia sociauerint diligentiam, non vt ego existimo tricenas vel quadragenas certè: sed vt Græcinus minimum computans, licèt, inquit, amphoras vicenas percipient ex singulis iugeribus.

Trīcēnārĭus, a, um, τριακοντικός, vt, Vites tricenariæ. Varro *lib.*1. *cap.*2. Nónne item in Agro Fauentino, à quo tibi trecenariæ appellantur vites, quòd iugerum tricenas amphoras reddat?

TRĪCENTĒNĪ, Triceni. {שלש מאות *schelósch meóth.* τριακόσιοι, αι, α. GALL. *Trois cens.* ITAL. *Trecento.* GERM. Je drey hundert. HISP. *Tres cientos.* ANGL. *Thrie hundred.*} Columella *lib.*5. *cap.*2. Quoniam sex latera sunt, quæ consummata fiunt duo millia tricenteni & quadraginta.

Tricenties, aduerb. Mart. *lib.*5.

Dederas Apici bis tricenties ventri.

Sed adhuc supererat centies tibi laxum.

Trĭcĕphălŭs, τρικέφαλος. idem quod triceps, hoc est, tria habens capita: vnde Cerberus à Poëtis Græcis hoc epitheto insignitur.

Trĭceps, Trium capitum. {τρικέφαλος. GALL. *Qui a trois visages, ou trois testes.* ITAL. *Che ha tre teste.* GERM. Dreyköpffig. HISP. *Cosa de tres cabeças.* ANGL. *That hath three heades.*} Seneca *in Hercule furente*, Tricipitem secum belluam manibus trahens. Cic. *in Orat.* Quid in verbis iunctis, quàm scitè insipientem, non insapientem: iniquum, non inæquum: tricipitem, non tricapitem? Idem 1. *Tusc.* Dic quæso num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus? Ouid. 8. *Metam.*

Túque triceps Hecate.

Trĭcēsĭmŭs, a, um, Vltimus ex triginta. {τριακοστός. GALL. *Trentiesme.* ITAL. *Trentesimo.* GERM. Der dreyssigst. HISP. *Treinta in orden.* ANGL. *The threttieth in order.*} Cicer. *ad Attic. lib.* 6. Tricesimo quoque die. Plin. *lib.* 17. *cap.* 23. Ante tricesimum sextum mensem attingi falce vetantur. Horat. 1. *Serm. satyr.* 9.

Hodie tricesima sabbatha.

Tricessis, trecenti asses.

Trichaptum, reticulum, quod crinibus obducunt mulieres capillare.

Trichia, τριχία, morbus quo vexatur nutrix in mammis, quoties pilum hauserit. Arist. *lib.* 7. *hist. anim. cap.* 11.

‖Trichiæ, ides, pisces Sardiniæ. Rh.‖

Trĭchĭās, τριχίας, piscis est ex genere saxatilium, bis quotannis pariens. Quidam Sardam interpretantur. Plin. *lib.* 9. *c.* 51. Piscium autem lupus & trichias bis anno parit, & saxatiles omnes. Idem *lib.* 9. *cap.* 15. Intrantium Pontum soli non remeant trichiæ. ‖ ¶ Trichias, adis, τριχιάς, è tunnorum genere.‖

Trĭchĭăsis, τριχίασις, morbus mammarum, qui in lactantibus mulieribus prouenit ex pili haustu. ¶ Hoc item nomine dicitur rima circa spinam in longum producta, sed adeò exilis, vt visum fugiat: quæ non rarò ad mortem affert.

Trĭchĭlă, orum, τρίχειλα, nonnulli interpretantur vasa, tria habentia labra, è quibus liquor effluere possit. Quod si verum est, penultima debebit produci, vtpote quæ ει diphthongo scribatur. Columella tamen corripit *lib.* 10. scribens, Tum modò dependens trichili, modò more chelydri Sole sub æstiuo, gelidas per graminis vmbras Intortus cucumis, prægnánsque cucurbita serpit. Aut igitur idem Columella vocalem præpositiuam è diphthongo abiecit, aut aliud quærendum est vocis huius etymon. Apud Cæsarem *de bello Pompeiano*, Trichilon accipi videtur pro vestis stragulæ genere tenuissimo: quod & annotauit Cælius Rhodiginus *lib.* 8. *cap.* 11. qui vocis huius originem ἀπὸ τῆς τριχὸς repetit. Verùm hoc Columellæ loco iam citato nullo modo conuenit.

Trichinus, a, um, adiectiuum obsoletum, tardum & quasi impeditum significat, vel siccum, vt sunt capilli, qui Græcè τρίχες dicuntur. Varro *in Eumenidib.* Quod tunc quæstus trichinus erat, nunc est vber, vt quæstus sit magnus. Ex Nonio.

Trichitis, is, τριχῖτις, aluminis genus, quod alio nomine schiston à quibusdam appellatur, in capillamenta quædam tenuia dehiscens, vnde trichitidis nomen accepit. Vide Plin. *lib.* 35. *cap.* 15.

Trĭchŏmănēs, τριχομανὲς. Herba est, filici similis, sed minor, quam Capillarem herbam Romani luxuria capillitij, officinæ *Polytrichon* appellant. Vide Plin. *lib.* 22. *cap.* 22.

Trichrus, τρίχρυς, gemmæ nomen, à tribus coloribus impositum, quod reddit coti attrita. Plinius *cap.* 37. *cap.* 10. Trichrus ex Africa: sed tres succos reddit: à radice nigrum, medio sanguineum, summo candidum.

‖Trichypha, puellarum indumenta. Rh.‖

Trĭcĭēs, aduerbium, Triginta vicibus. {τριακοντάκις. GALL. *Trentefois.* ITAL. *Trente volte.* GERM. Dreyssig mahl. HISP. *Treinta vezes.* ANGL. *Threttie tymes.*} Liu. 8. *bell. Pun.* Pecuniæ in ærarium tulerunt sestertium tricies octoginta millia æris. Cic. 3. *Verr.* His nominibus solis Cn. Dolabellæ H-S, ad tricies litem esse æstimatam.

‖Tricinus, quæstus exiguus. Rh.‖

TRĬCLĪNĬVM, ij, Conclaue, cœnaculum. {עלית לשכה *lischchah alijjáh.* τρικλίνιον. GALL. *Chambre où on prend le repas de disner & souper.* ITAL. *Camera, ridotto da conuiti.* GERM. Ein sal oder kammer da man isst/hatt den namen von dreyen gutschenbetten/wie bey den alten vmb die tisch im brauch gewesen seind. HISP. *La sala ò camera do estan tres mesas en fiesta de bodas ò combite.* ANGL. *A parler of an other place tho dine or suppe in.*} Erat enim locus in quo discumbebant, & cœnabant, & à tribus lectis, quos in eo sternebant, nomen habens. Nam tres mensas in conuiuio apponere veteres solebant, & cubantes cœnare. Hinc Horat. 1. *Serm. satyr.* 4.

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos,
E quibus vnus auet quauis aspergere cunctos,
Præter eum qui præbet aquam.

Iuuen. *Satyr.* 5.

——————ergo duos post
Si libuit mensis neglectum adhibere clientem
Tertius in vacuo cessaret culcitra lecto,
Vnà simus, ait.

Ex quibus Iuuen. verbis apertissimum est, triclinium discubitorium tribus fuisse instructum lectis, atque inde nomen accepisse. Et quamuis τρικλίνιον sit dictio merè Græca, ita tamen recepta est in Latinam coloniam, vt ea vtamur tanquam Latina. Quintilianus, Vix eo limen egresso, triclinium illud supra conuiuas corruit. In eadem significatione Cicero Conclauis vocabulo vsus est, eandem cum Fabio referens historiam *lib.* 3. *de Orat.* Hoc interim (inquit) spatio conclaue illud vbi epulabatur, scopas concidit. Quin etiam Vitruuius *lib.* 4. manifestè triclinia inter conclauium genera annumerat. In tricliniis, inquiens, cæterísque conclauibus, maximus est vsus luminum. ¶ Aliquando triclinium accipitur pro ipsis lectis, & reliquo discubitus apparatu. Cic. 4. *Verr.* In foro sibi triclinium strauerat. Quod explicans paulò pòst subdit, Imperauit vt in foro sibi medio lecti sternerentur. ¶ A triclinio dictus est architriclinus, triclinij præfectus, cui instruendi, ornandíque triclinij cura incumbit. ¶ Legitur & biclinium apud Plaut. *in Bacchid.* pro cœnaculo duobus tantùm lectis instrato. Græci δικλίνιον appellant. Aduertite (inquit) Mnesiloche, & tu Pistoclere, Iam facite in biclinio cum sua vterque amica cubitum eatis. Sueton. *in Cæs. cap.* 47. Duobus tricliniis conuiuari. Idem *in Claudio cap.* 4. Triclinium sacerdotum curare.

‖Triclinarcha, triclinij præfectus, symposiarcha. Stuck.‖

Trĭclīnĭārĭă, orum, Aulæa, siue vestes stragulæ, quibus triclinia ornantur. {τὰ τοῦ τρικλινίου περιστρώματα. GALL. *Tapisserie ou vestement pour orner telle chambre.* ITAL. *Tappezarie, ò vestimenti per ornare quella camera.* GERM. Teppich oder decken mit welchen man ein sal ziert in dem man isst. HISP. *Tapetes ò vestiduras para afeytar tal sala ò camera.* ANGL. *Arres or tapestrie for a parler.*} Plin. *lib.* 19. *cap.* 39. Qua purpura quis non iam tricliniaria facit? Varro *de re rust. cap.* 13. Qui elaborant vt spectent sua æstiua tricliniaria ad frigus Orientis.

Trĭclīnĭārĭus, a, um, & Tricliniaris, e. {τρικλινιακός. GALL. *Appartenant à telle chambre.* ITAL. *Pertinente à tale camera.* GERM. Das zu einem zächsal mit dreyen gautschen vmb ein bett gehört. HISP. *Pertenециente à tal camera.* ANGL. *Belonging to such à parler or chamber.*} Quod ad triclinium pertinet: vt Mappæ tricliniares & lecti tricliniares. Plin. *lib.* 37. *cap.* 2. Lectos tricliniares tres, id est, discubitorij. Lamprid. Hic solido argento lectos habuit, & tricliniares & cubiculares.

Trĭcōlŏn, {τρίκωλον. GALL. *De trois membres.* ITAL. *Di tre membri.* GERM. Das drey stuck oder glider hatt. HISP. *Cosa de tres miembros.* ANGL. *Of thrie members.*} A Græcis dicitur, quod nos trimembre vertere possumus. Vnde certa quædam Odarum genera, quæ triplici carminis genere veluti tribus constant membris, tricola dicuntur: cuius generis non pauca sunt apud Horatium. Vide *Tetracolon.*

Trĭcōnēs, Contentiosi, & rixarum peramantes. {אנשי מדון *ansché madhón.* δυσέριδες. GALL. *Tricasseurs, querelleux, noisifs, hargneux.* ITAL. *Fastidiosi, contentiosi.* GERM. Häderige leut/denen mit witte wärry wol ist. HISP. *Porfiosos ò porfiados.* ANGL. *Men of debat or strife, contentious folkes.*} Vnde Iul. Capitol. *in Ælio Vero.* Fertur & nocte perpete alea lusisse, quum in Syria concepisset id vitium: atque in tantum vitiorum Gratianorum, & Neronianorum, ac Vitellianorum fuisse æmulum, vt vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, obtecto capite cucullione vulgari viatorio, & committeretur cum triconibus, & committeret rixas, dissimulans quis esset, sæpéque afflictum liuida facie rediisse, ac in tabernas agnitum, quum sese absconderet. Lucilius,

Lucius Cotta senex Crassi pater huiu' Paceni,
Magnus trico fuit numarius soluere nulli
Lentus,

lib. 11. *Satyr.* vt citat Nonius.

Trĭcŏccŭs, i, τρίκοκκος, genus heliotropij, quod alio nomine scorpioron appellant, eò quòd semen ferat scorpionis caudæ non dissimile. Autor Plin. *lib.* 22. *cap.* 21. Apud Dioscor. *lib.* 1. *cap.* 138. genus est mespili, buxæ spinæ similitudine, pomum ferens exigui mali magnitudine, in quo tria sunt officula, à quibus tricoccus dicta, quasi trigania, siue triossia.

Trĭcōngĭŭs, τρικόγγιος. Cognomen Nouelli Torquati Mediolanensis, qui gestis honoribus à Prætura ad Proconsulatum vsque peruenerat. Hic tribus congiis epotis, spectante miraculi gratia Tiberio principe, præclarum cognomen sibi vindicauit. Vide Plinium *lib.* 14. *cap.* 22.

TRĬCŎR, aris, Nugas ago, ineptio. {λήρω, φλυαρῶ, βωμολοχῶ. GALL. *Bauer, bourder, dire choses friuoles.* ITAL. *Cianciare.* GERM. Zirlen. HISP. *Desuariar en vanas palabras.* ANGL. *To dallie, to triffle or toye with triffling wordes.*} Cicero *Attic.* Brutus Vectenum accusat: tricatus scilicet. Nonnunquam accipitur pro rixari, ἐρίζειν. Idem *eidem.* Publius tecum tricatus est.

Tricosus, tricis plenus, fallaciis refertus.

Tricolus, a, um, τρίκωλος, ον, trimembris. κῶλον membrum.

‖Tricoriensis, vide *Trecorensis.*‖

Trĭcornĭs, e, quod tria cornua habet. {τρίκερως. GALL. *Qui a trois cornes.* ITAL. *Di tre corni.* GERM. Das drey hörner hatt. HISP. *Cosa de tres cuernos.* ANGL. *Three horned.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 21. Indicos boues vnicornes, tricornésque.

Trĭcorpŏr, is, adiectiuum, Habens tria corpora. {τρίσωμος. GALL. *Qui a trois corps.* ITAL. *Chi ha tre corpi.* GERM. Das drey leib hatt. HISP. *Cosa compuesta de tres cuerpos.* ANGL. *That hath thrie bodies.*} Virgil. 6. *Æneid.*

————& forma tricorporis vmbræ.

Silius *lib.* 3.

Geryonis peteret quum longa tricorporis arua.

‖Trictilia, vbi pendent vatiæ. Gl. Isid. Lege, *trichilia*, trichilæ appellantur pergulæ illæ concameratæ & arcuatæ, ex arundini inflexis, & opere topiario colligatis contextæ. Igitur Isidorus intelligit trichilas, ex quibus dependebant cucumeres, & cucurbitæ, quas *vatias* appellat, quòd incuruæ essent, & obtortæ, ducta metaphora ab iis hominibus, qui cruribus obtortis sunt, quos Latini *vatios*, & *vatias* dicunt. Columella:

Tum modò dependens trichili, modò more chelydri
Intortus cucumis.

Qui legit *trochilo* videtur aberrasse, nam scribendum *trichila*, quod plenè confirmat Isidorus. Cerda.‖

Trĭcūspĭs, idis, adiectiuum, quod tres habet cuspides. {τρίσημος. GALL. *Qui a trois pointes.* ITAL. *Chi ha tre punte.* GREM. Dreyspitzig. HISP. *Cosa de tres puntas.* ANGL. *Thrie poynted.*} Ouid. 1. *Metam.*

————positóque tricuspide telo
Mulcet aquas rector pelagi.

Trĭdăcnă, τρίδακνα, Ostrea tantæ magnitudinis, vt ter mordenda essent: à nomenclatore nepotis cuiusdam ita primùm appellata: vt refert Plin. *lib.* 32. *cap.* 6.

TRĬDENS, Ferramentum tres habens dentes, siue cuspides. {שלש קלשון *schelósch killeschón.* τρίαινα. GALL. *Instrument qui a trois dents.* ITAL. *Forcina di tre denti.* GERM. Dreyzinckig/das drey zan oder spitz hatt. HISP. *Cosa que tiene tres dientes ò puntas.* ANGL. *Any tolo or instrument with teeth.*}

teeth.} Vnde Neptuni sceptrum Poëtæ ab hac forma peculiariter Tridentem appellarunt. Virg.1.*Georg.*

———Magno tellus percussa tridenti.

Plin.*lib.*9. *cap.*15. Thynni à gubernaculis non separantur, ne tridente quidem in eos sæpiùs iacto territi.

Tridentifer,a,um, pro Neptuno, τριαινοφόρος. Ouid.8.*Metam.*

———ô proxima terra

Regna vaga dixi sortite tridentifer vnda.

Tridentiger, idem Ouid.11.*Metam.*

Quúmque tridentigero tumidi genitore profundi.

Tridentum, i, vulgò *Trento.* Rhætiæ oppidum, ad Athesim fluuium: in Alpium angustiis situm: à quo Tridentini, quorum meminit Plin. *lib.*3. *cap.*19. {Die statt Triendt.}

Triduum, i, Spatium trium dierum. τριημερία, à quo Triduanus, a,um. {τριήμερον. GALL. *L'espace de trois iours.* ITAL. *Tre di.* GERM. Drey tag. HISP. *El espacio de tres dias.* ANGL. *The space of three dayes.*} vt, Triduanæ induciæ, in tres tantùm dies pactæ. Plin. *Epist.*62. Et qui audire triduo velint, inueniuntur. Plaut. *Men.sc.*4.*a.*2. Si triduum hoc hic erimus, arbores in te cadent. Idem *Asin.sc.*4.*a.*2. Triduum hoc vnum modo absens. Idem *Curc.sc.*3.*a.*1. Triduum hoc non sinam te esse in domo,&c. Idem *Pseud.sc.*3.*a.*1. In hoc triduo euoluam argentum tibi. Cic. 2. *de legib.* Cotra censent habendas triduum ferias, & porco fœmina piaculum pati. Idem *pro Mil.* Clodius respondit, triduo illum, ad summum quatriduo periturum.

Triennis,e,quod est trium annorum. {τριετής. GALL. *De trois ans.* ITAL. *Di tre anni.* GERM. Drey jährig. HISP. *Cosa de tres años.* ANGL. *Of thrie yeares.*}

Triennium, ij, Spatium trium annorum. {τριετία. GALL. *L'espace de trois ans.* ITAL. *Spatio di tre anni.* GERM. Drey jar. HISP. *Espacio de tres años.*} Cic.4.*Verr.* Triennium prouinciam obtinuit. Idem *ad Quint.frat.lib.*1. Præclarum est enim summo cum imperio fuisse in Asia triennium. Plaut. *Mil.sc.*3.*a.*2. Noster est circiter triennium (id est, abhinc.) Idem *Most.sc.*1.*a.*1. Triennium iam hinc abest. *Ibid.sc.*2. *a.*2. Triennio pòst Ægypto aduenio domum,&c. Ouid.9.*Metam.*

Ismariæ celebrant repetita triennia Bacchæ.

Triens,tis, Tertia pars assis, hoc est, vnciæ quatuor. {τριτημόριον. GALL. *Vn denier, la troisiesme partie d'vn tout, quatre onces.* ITAL. *Vn denaro, quattro onze.* GERM. Der drit theil eines assis oder schillings/ein vierer. HISP. *La tercera parte de vn entero, quatro onças.* ANGL. *Four ounces, the fourt part of any thing.*} Cic. *Attic.* Dolabella video Liuiæ testamento cum duobus cohæredibus esse in triente, hoc est, in tertia parte totius hæreditatis. ¶ Erat item Triens nummuli genus, valens tertiam assis partem. Iuuen. *Satyr.*3.

Non habet infelix quem porrigat ore trientem.

¶ Item sumitur pro calice quatuor continente cyathos. Propertius *lib.*3.

Quum fuerit multis exacta trientibus hora.

Persius *Satyra* 3.

———calidúmque trientem

Excutit è manibus.

¶ Triens item apud Vitruuium accipitur pro tertia pedis parte. Vnde Trientalis materia dicitur, quæ est crassitudine quatuor vnciarum, siue quatuor pollicum. Nam in mensuris, teste Budæo, vnciæ accipiuntur pro pollicibus, Duodecim siquidem pollices constituunt pedem.

Trientarius,a,um: hinc Trientaria dicitur vsura, quum quaterni aurei in centenos quotannis penduntur.

Triental, is, n. g. Vasis genus, tertiam partem sextarij capiens. Persius *Satyr.* 3.

———calidúmque triental Excutit è manibus.

Quo tamen in loco alij legunt *Trientem,* vt iam dictum est.

Trientalis herba, quæ altitudine æquat tertiam pedis partem, hoc est, pollices quatuor. τριτημοριαῖος βοτάνη.

Trientarius, quod est vnius trientis, vt trientarium fœnus, apud Capitolinum *in Anton.*

Trierarchus,i,mascul.gen. τριήραρχος. Præfectus triremis. Nam à Græcis τριήρης dicitur, quem nos triremem vocamus. Cic.3.*Verr.* Qua de re Charidemum Chium testimonium priore actione dicere audistis, sese quum esset trierarchus,&c.

Trieres,is,gen.fœm. τριήρης. Nauis oblongæ genus est, quam Latini à tribus remorum ordinibus Triremem vocant.

Trietericus,a,um. {τριετηρικός. GALL. *De trois ans.* ITAL. *Di tre anni.* GERM. Das je zum dritten jar beschicht/dreyjärig. HISP. *Cosa de tres años.* ANGL. *Of three yeares.*} Triennalis, siue quod tertio quoque anno fit. ¶ Hinc Trieterica appellata sunt sacra Bacchi, quæ tertio quoque anno sumptuosiora annuis eius Orgiis agitabantur. Instituta enim sunt quum ex India victor Liber pater rediisset, à triennio quo peregrinatus est. Virg.4.*Æneid.*

———vbi audito stimulant Trieterica Baccho

Orgia, nocturnúsque vocat clamore Cithæron.

Ouid.6.*Metam.*

Tempus erat, quo sacra solent Trieterica Bacchi

Sithoniæ celebrare nurus.

Nox Trieterica. Stat.2.*Theb.*

———non hæc trieterica vobis

Nox patrio de more venit.

Trieteris,idis. {τριετηρίς. GAL. *L'espace de trois ans.* ITAL. *Tre anni.* GERM. Ein zeit von drey jaren. HISP. *Tres años.* ANGL. *The space of three yeares.*} Spatium trium annorum, Stat.*lib.*4. *Theb.*

Ludus & atra sacrum recolet trieteris Ophelten.

Martial.*lib.*6.

Aspicis vt paruus, nec adhuc trieteride plena

Regulus, auditum laudet & ipse patrem.

Cic.3.*de nat.deor.* Quintum Niso natum, & Thione, à quo trieterides constitutæ putantur.

Trifariam, aduerbium, Tripartitò, tribus modis. {τριχῶς. GALL. *En trois sortes & manieres.* ITAL. *In tre parti ò modi.* GERM. Dreyerley weis. HISP. *En tres maneras.* ANGL. *Throefoldlye.*} Liu.5.*ab Vrbe,* Trifariam Romam muniebant.

Trifariè, aduerbium, trifariam. τριχῶς. Diomedes Grammat. *lib.*1. Trifariè ordinantur.

Trifarius,a,um, Triplex. {τριμερής, τριπλάσιος. GALL. *Triple, de trois doubles.* ITAL. *Di tre doppi.* GERM. Dreyfacher weis. HISP. *Cosa que tiene tres doblezes.* ANGL. *Threefold.*} Liu. *lib.*6. Ita trifariam adortus castra circumuenit.

Trifax, telum longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur. Ennius,

———Aut permaceret paries percussu trifaci.

Ibi Scaliger, Eodem modo *bifax.*

Trifaux, cis, omnis gen. Tres fauces habens. {τρίχανος. GALL. *Qui a trois gueules.* ITAL. *Che ha tre bocche.* GERM. Das drey schlund hatt. HISP. *Cosa que tiene tres gargantas.* ANGL. *That hath three gullettes.*} Vnde peculiari epitheto vocant Poëtæ Cerberum trifaucem. Virgil. *lib.*6. *Æneid.*

Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci

Personat.

Trifer, a,um, Ter fructus in anno ferens. {τρίφορος. GALL. *Qui porte fruict trois fois l'an.* ITAL. *Che fruttifica à tre volte all' anno.* GERM. Das drey mahl jedes jar frucht tregt. HISP. *Cosa que frutifica tres vezes cada año.* ANGL. *That beareth frutte three tymes in one yeare.*} Colum. *lib.*5.*cap.*10. Omnes etiam biferæ & triferæ. Plin.*lib.*16.*cap.*17. Vites quidem & triferæ sunt, quas ob id insanas dicunt, quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent.

Trifidus,a,um, quod in tres partes diuidi potest. {τρίσχιδος. GALL. *Fendu en trois, qui a trois pointes ou fourchons.* ITAL. *Fesso in tre, ò vero ch' ha tre punte.* GERM. Dreyspeltig/das man in drey stuck abtheilen mag. HISP. *Hendido en tres partes.* ANGL. *That may be diuided or clouen in to three partes.*} Vnde proprium orbis terræ epitheton est, qui in tres diuisus est partes. ¶ Flamma trifida, id est, fulmen trisulcum. Ouid. 2. *Metam.*

Naiades Hesperiæ trifida fumantia flamma

Corpora dant tumulo.

Hasta trifida, Valer. Flacc.1.*Argon.* Cuspis trifida, Neptuni tridens, Claud.*lib.*2. *de rapt.Proserp.*

Trifilum gemmarium, τρίμιτον κόσμον γυναικεῖον.

Trifinium, dicitur vbi trium agrorum terminus est, τριορία.

Trifinum, ait Siculus Flaccus, dicebatur locus, in quem tres possessores attingebant, quo in loco omnes tres sacrum faciebant, si termini ponebantur.

Trifolium, herba est à tribus foliis, quæ in singulis habet germinationibus, appellata. {τρίφυλλον. GALL. *Treffle.* ITAL. *Trifoglio.* GERM. Klee. HISP. *Trebol.* ANGL. *An hearbe with three leaues.*} Eius tria sunt genera: ex quibus menyanthes vocant Græci, quod maiore est folio: cui adulto bituminis inest odor: vnde asphaltion nonnulli appellarunt, in coronarum vsu commendatum. Alterum à folij acumine oxytriphyllon cognominant. Tertium omnium minimum in pratis passim prouenit. Vide Plin.*lib.*21. *cap.*21.

Trifolinum, Campaniæ oppidum fuit, à quo ager Trifolinus dictus est, vini non prorsus ignobilis ferax. Iuuen.*Satyr.*8.

Te Trifolinus ager fœcundus vitibus implet.

Et Trifolina vitis. Martial.*lib.*13.

Non sum de primo fateor, Trifolina Lyæo:

Inter vina tamen septima vitis ero.

Triformis,e, Tres habens formas. {τρίμορφος. GALL. *Qui a trois formes ou figures.* ITAL. *Chi ha tre forme.* GERM. Das drey gestalt hatt. HISP. *Cosa que tiene tres formas ò figuras.* ANGL. *That hath three shapes.*} vt Canis triformis Cerberus. Seneca *Her.OEtæo*, Diua triformis Hecate. Horat.3.*Carm.Ode* 22.

Montium custos, nemorúmque virgo,

Quæ laborantes vtero puellas

Ter vocata audis, adimísque letho

Diua triformis.

Trifur, Furacissimus, siue eximius fur. {κλεπτίστατος, τρίφωρ. GALL. *Tres larron, plus que larron.* ITAL. *Più che ladro.* GERM. Ein dreyfacher dieb/ertzdieb. HISP. *Grande y famoso ladron.* ANGL. *A great common theaf, or sheep stealer.*} Nam particula τρὶς in compositione augendi vim habet. Plautus, Non fur, sed trifur. ¶ Sic Trifurcifer dicitur, i. insignis furcifer. Idem *in Rud.* Tun' trifurcifer mihi audes inclementer dicere?

Trifurcus, adiectiuum, quod tres furcas habet. {ὁ καὶ ἡ τρίχηλος, τρίδυμος. GALL. *Qui a trois forchons, forchu en trois.* ITAL. *Di tre forcelle.* GERM. Dreyspinig wie ein gabel. HISP. *Cosa que tiene tres horcas.* ANGL. *Threeforked.*} Colum.*lib.*5.*cap.*10. Trifurcam maximè ponito, ea extet minimè tribus pedibus. Trifurca semina, quæ in tres partes furcata sunt, idem *de arb. cap.*20. Semina, trifurca maximè ponito: ea extent supra terram tribus pedibus.

Trifurcifer, κλεπτίστατος, κλεπτίστατος, Plusquam furcifer, vel maximus fur. Plaut. *Aul.sc.*1.*a.*2. Vituperas me? A. Etiam fur trifurcifer. Idem *Rud.* Tún' trifurcifer mihi audes inclementer dicere.

Triga,æ, vehiculi genus, quod tribus trahitur equis: quasi triaga: à tribus equis iunctis. {τρίππον, τρίωρος. GALL. *Chariot à trois cheuaux.* ITAL. *Carro di tre caualli.* GERM. Ein wagen für den man drey roß spannt. HISP. *El carro de tres cauallos.* ANGL. *A cart drawen with three horses.*} *In Pandectis lib.*31. Et si triga vænierit, retinenda erit rota: sed & si quadrigæ, redhibeatur.

Trigarius, ij, Trigarum agitator. {τριππηλάτης. GALL. *Chartier, qui conduit trois cheuaux.* ITAL. *Carrettiere d'vn carro tirato da tre caualli.* GERM. Ein furman eines wagens mit drey rossen. HISP. *Carretero de carro de tres cauallos.* ANGL. *That guideth three horses in one cart.*} Plin.*lib.*28. *cap.*17. Ferúntque & Neronem principem hac potione recreari solitum, quum sic quoque se trigario approbare vellet.

Trigamus, τρίγαμος, qui tres duxit vxores: nam γάμος nuptias significat.

Trigarium, ij, locus iuxta campum Martium, vbi trigarum curule certamen

tamen fiebat. Plin. *lib. vlt. cap.* 13. Ne equos equidem in trigariis præferri vllos vernaculis animaduerto.

Trigĕmĭni, tantùm pluraliter, Tres vno partu editi, tergemini. {τρίδυμος. GALL. *Trois nais d'vne ventrée, trois gemeaux.* ITAL. *Tre figliuoli nati à vn parto.* GERM. Dreyling/drey einer geburt geboren. HISP. *Tres mellizos.* ANGL. *Three borne at one tyme of one mother.*} Plin. *de viris illustr.* Bellum Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finiuit. Col. *lib.* 7. *cap.* 6. de capellis, Parit autem si est generosa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos.

Trigĕmĭnă, Porta Romæ dicebatur, per quam trigemini fratres Horatij exierunt. Liuius, Minutius extra portam trigeminam boue aurato donatus est.

Trigĕmmĭs, e, quod tres habet gemmas. {τριόφθαλμος. GALL. *Qui a trois bourgeons.* ITAL. *Chi a tre gemme.* GERM. Das drey augen hatt. HISP. *Cosa que tiene tres yemas.* ANGL. *That hath three buddes.*} Colum. *lib.* 3. *cap.* 19. Vallis & vliginosi campi situ serimus: etiam trigemmem (scilicet malleolum) qui est paulò minor dodrante, longior vtique semipede: isque non ab eo trigemmis dictus est, quòd omninò trium oculorum est, quum ferè circa plagam, qua matri abscissus est, plenus sit gemmarum: sed quòd his exceptis, quibus est frequens in ipso capite, tres deinceps articulos, totidemque gemmas habet.

Trigēsĭmŭs, a, um, Vltimus ex triginta. {τριακοστός. GALL. *Trentiesme.* ITAL. *Trigesimo.* GERM. Dreissigest. HISP. *Trienta en orden.* ANGL. *The threttieth.*} Cicer. *de senect.* Cuius à morte iam tertius & trigesimus est annus.

Trīgĭnta, indeclinabile, nomen numerale, Ter decem. {שלשים *scheloschim.* τριάκοντα. GALL. *Trente.* ITAL. *Trenta.* GERM. Dreissig. HISP. *Treinta en numero.* ANGL. *Threttie.*} Virg. 3. *Æneid.*

——— inuenta sub ilicibus sus
Triginta capitum fœtus enixa iacebit.

Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 5. Stimulis te fodiam triginta dies. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Plus annis triginta natus sum. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Triginta minas pro capite tuo dedi, &c.

TRĪGLĂ, τρίγλα, genus piscis qui à veteribus mullus vocabatur, in præcipuis olim cœnarum deliciis habitus, adeóque ganeonum mensis expetitus, vt sæpius argenti puri pondere à priuatis etiam emeretur. Apud Romanos etiam hodie Græco nomine trigla appellatur, amissa mulli appellatione. Vide Iouium *in libello de Romanis piscibus.*

Triglītēs, τριγλίτης, gemma mulli piscis colorem habens. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 11. de gemmis loquens, Ab animalibus cognominantur carcinias marini cancri colore, echites viperæ, scorpites scorpionis: aut colore, aut effigie, scarites sacri piscis, triglites mulli.

‖TRIGLYPHVS, a, um, τρίγλυφος, habens tres γλυφάς.

Triglyphus, subst. pars Zophori in ordine dorico, tribus sulcis constans ad lignorum proiecturas decorè vestiendas: à tribus sculpturis, seu canaliculis dicta.‖

Trigōn, is, τρίγων, locus erat in thermis, pilæ ludo destinatus: à trigona, hoc est, triquetra figura nomen habens. ¶ Vnde & minimum pilæ genus trigonem, & trigonalem pilam appellarunt, quòd eo in trigone lusitare solebant. Martial. *lib.* 2.

Qui lentum ceroma teris, tepidúmque trigona.

De pila trigonali extat epigramma apud eundem *lib.* 14.

Si me mobilibus scis expulsare sinistris,
Sum tua: si nescis, rustice redde pilam.

Idem *lib.* 12.

Captabit tepidum dextra, lauáque trigonem.

Trigōnŭs, i, τρίγωνος, Triangulus: vnde Trigonus, a, um, triangularis.

Trilibrĭs, e, quod est trium librarum. {τρίλιτρος. GALL. *De trois liures.* ITAL. *Di tre libre.* GERM. Dreypfundig. HISP. *Cosa de tres libras.* ANGL. *Of three poundes weight.*} Horat. 2. *Serm. sat.* 2.

——— laudas insane trilibrem Mullum.

Trilinguĭs, e, qui tres linguas habet: vel tribus loquitur linguis. {τρίγλωσσος. GALL. *Qui a trois langues.* ITAL. *Trilingue.* GERM. Das drey zungen hatt/oder mitt drey sprachen redt. HISP. *Cosa que sabe ò tiene tres lenguas.* ANGL. *That hath three tounges.*} Horat. 3. *Carm. Ode* 11.

——— quamuis furiale centum
Muniant angues caput eius: atque
Spiritus celer, saniésque manet
Ore trilingui.

Trĭlĭx, icis, adiectiuum, quod ex tribus constat liciis. {τρίμιτος. GALL. *Tissu de trois fils.* ITAL. *Tessuto con tre fili.* GERM. Auß dreyerley garn gewäben. HISP. *Cosa de terliz, texida de tres lizos.* ANGL. *That is wouen of three threades.*} Vnde trilices vestes dicuntur, quæ ex tribus liciis versicoloribus constant. ¶ Interdum tamen Trilix accipitur pro triplici. τριπλοῦς. Virg. 3. *Æneid.*

Loricam consertam hamis, auróque trilicem.

Valer. Flacc. 2. *Argon.*

Per clypei cedentis opus, partéque trilicem.

Triloris, e, τρεῖς λῶρες, i. tria lora habens.

Trĭmăcrŭs, τρίμακρος. Pes metricus, contrarius tribracho, constans ex tribus longis; vt, Virtuti.

Trĭmestrĭs, e. Trium mensium. {τρίμηνος, τριμηνιαῖος. GALL. *Qui a trois mois.* ITAL. *Di tre mesi.* GERM. Dreyer monat. HISP. *Cosa de tres meses.* ANGL. *Of three monethes.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 15. Et hoc tale, tantumque omnibus tricenis diebus malum in muliere existit, & trimestris spatio largius.

Trĭmetrŏn, τρίμετρον, carminis genus ex tribus constans mensuris maioribus, hoc est, pedibus sex: vnde senarios iambicos, trimetros appellamus.

Trĭmmă, {ערום *harúm.* τρῖμμα. GALL. *Fin, accort, vieil en malice.* ITAL. *Astuto, scelerato, prattico.* GERM. Gescheid vnd wolgeübt. HISP. *Enuejecido en su arte, astuto.* ANGL. *An old craftie knaue.*} A Græcis dicitur is, qui à Latinis appellatur veterator, qui scilicet in re aliqua tritus est, & exercitatus, quas ἐν πράγμασι πλεμμύρω: idque ea forma qua Latini scelus dicunt pro scelesto. Sic Quintilianus attrita vsu forensi ingenia dixit.

TRĬMŌDĬVM, ij, quod tres modios continet. {τρίχοινον, τριμέδιμνον. GALL. *Qui contient trois boisseaux.* ITAL. *Che capisce tre mozzi.* GERM. Dreysesterig. HISP. *Medida de tres celemines.* ANGL. *That conteaneth three bushelles.*} Plin. *lib.* 33. *cap.* 1. Neque enim aliter potuissent trimodia illa anulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Plaut. *Menæch.* Nunc argumentum vobis demensum dabo, Non modio, neque trimodio, verùm ipso horreo.

Trĭmōdĭă, æ, nomen vasis tres continentis modios. Columella Satoriam trimodiam appellat, quòd ex ea satores iaciant semina, *lib.* 2. *cap.* 9. vbi ait, Nonnulli pelle hyenæ satoriam trimodiam vestiunt, atque ita ex ea quum paulum immorata sunt semina iaciunt, non dubitantes prouentura, quæ sic sata sint. Idem *lib.* 12. *cap.* 50. Tum scalæ, corbulæ, decemmodiæ, trimodiæ, satoriæ, &c.

Trĭmŏrĭŏn. τριμόριον, dodrans, quòd tres contineat assis partes.

TRĪMVS, a, um, quod est trium annorum. {τριετής, τριετής. GALL. *Qui a trois ans.* ITAL. *Di tre anni.* GERM. Drey järig. HISP. *Cosa de tres años.* ANGL. *Of tree yeares.*} Plaut. *in Rud.* Trima quæ periit mihi, iam tanta esset, si viuit, scio. Plin. Arborem nec minorem bima, nec maiorem trima, transferri quidam præcipiunt.

Trīmŭlŭs, diminutiuum, quo in iis duntaxat vtimur, teste Valla, quæ incrementum capere possunt. Vnde puerum trimulum rectè dixeris: equum autem aut canem trimum, non trimulum. Suet. *in Vesp.* Trimulus patrem amisit.

Trimatus, us, ui, τριετία, ipsa trium annorum ætas. Colum. *lib.* 8. *cap.* 5. Summouebimus autem veteres, id est, quæ trimatum excesserunt. Plinius *lib.* 8. *cap.* 43. Partus à tricesimo mense ocyssimus, sed à trimatu legitimus.

Trīmyxŏs, τρίμυξος, Lucerna est tribus lucens ellychniis. Nam μύξαι à Græcis & nares dicuntur, & canaliculi, quibus ellychnia inferuntur.

Trīnăcrĭă, τρινακρία, insula est maris Tyrrheni, angustissimo freto ab Italia dirempta, cum qua olim creditur cohæsisse: vnde Siciliam dictam volunt à siciliendo, hoc est, abrumpendo. Eadem quoque à triangulari figura dicta est Triquetra. Trinacria autem à tribus promontoriis, Pachyno scilicet, Lilybæo, & Peloro. Græci enim ἄκρας summitates vocant, vel promontoria. Virg. 3. *Æneid.*

——— sic denique victor
Trinacria fines Italos mittêre relicta.

Et *paulò pòst*, Intremere omnem Murmure Trinacriam.

Trīnăcrĭs, τρινακρίς, Patronymicum fœmininum. Ouid. 4. *Fast.*

Terra tribus scopulis, vastum procurrit in æquor,
Trinacris à positu nomen adepta loci.

Trīnăcrĭŭs, a, um, possessiuum, τρινάκριος, Siculus. Virg. 3. *Æneid.*

Præstat Trinacrij metas lustrare Pachyni.

Iuuenes Trinacrij. Idem 5. *Æneid.*

Trĭnĕpōs, otis, Abnepotis filius, tertius à nepote. {τριτέγγονος. GALL. *L'arriere nepueu, de nepueu en droite ligne.* ITAL. *Il nipote di nostro nipote in dritta linea.* GERM. Des enckels sons enckel. HISP. *Tataranieto, ò chozno.* ANGL. *He that is three lineall disceents frome my chiliaes childe.*} cuius correlatiuum est Tritauus, hoc est, atraui pater. Vide Institutiones Iustiniani.

Trinitas, τριάς, esse trinum, esse tres. Vsurpatur de diuinis hypostasibus: & sic est nomen collectiuum significans simul tres personas.

Trinobantes, populi in Orientali tractu Britanniæ ad Tamesim fluuium, siue æstuarium. Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 3.

TRĪNŎCTĬVM, ij, Trium noctium spatium. {τρινύκτιον. GALL. *Espace de trois nuicts.* ITAL. *Spatio di tre notti.* GERM. Dreynächtige weil. HISP. *Espacio di tres noches.* ANGL. *The space of three nighres.*} Gell. *lib.* 3. *cap.* 2. Non enim posse impleri trinoctium, quod abesse à viro vsurpandi causa ex XII. tabulis deberet. Idem *cap.* 15. *lib.* 10.

Trĭnŏctĭālĭs, {τρινύκτιος. GALL. *Qui est de trois nuicts.* ITAL. *Cosa di tre notti.* GERM. Das drey nacht lang wärt. HISP. *Cosa de tres noches.* ANGL. *Of three nightes.*} Mart. *lib.* 12.

——— sed ipse diuûm
Offensus genitor, trinoctiali
Affecit domicœnio clientem.

Trīnōdĭs, e, Tres nodos habens. {τρίκομβος. GALL. *Qui a trois nœuds.* ITAL. *Di tre nodi.* GERM. Dreyknöpffig. HISP. *Cosa de tres nudos.* ANGL. *That hath three knottes.*} vt, Claua trinodis. Ouid. *Epist.* 4.

Ossa mei fratris claua perfracta trinodi.

Trīnundĭnum, i, Spatium viginti septem dierum, quòd ternas nundinas complecteretur, dictum: vnde Trinundino promulgari dicebatur, quod tribus continuis nundinis promulgabatur. Erant autem nundinæ apud Romanos, feriæ statæ, nono quoque die celebrari solitæ, eo consilio institutæ, vt octo diebus rustici in agris essent, nono autem die in vrbem commearent, partim vt res sibi necessarias compararent, partim vt plebiscita & senatusconsulta frequentiore populo referrentur: quæ ideo trinundino, hoc est, tribus nundinis proponebantur, ne in tanta hominum frequentia promulgata quempiam latere possent. Quamobrem lex, teste Cicerone, iure lata non putabatur, nisi quæ trinundino antè esset promulgata. Magistratuum quoque candidati trinundino plebem circuibant, vnumquemque manu prehensantes, suámque illi dignitatem commendantes. Cicero *in Epist. de Cæsare*, Neque iam velle absente se rationem haberi sui: se præsentem trinundinum periturum. ¶ Trinundini spatium dabatur reis. Plutarchus *in Coriol.*

Trīnŭs, a, um, Ternus, tres. {שלשה *schelosch'ah.* τρεῖς. GALL. *Trois.* ITAL. *Tre.* GERM. Drey. HISP. *Tres.* ANGL. *Threes.*} Cæsar 7. *bell. Gallici*, Milites signo dato celeriter ad munitionem perueniunt, eámque transgressi, trinis castris potiuntur. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 5. Cui ter trina triplicia artibus tribus, tria gaudia dem. Sueton. *in August. cap.* 45. Histrionum licentiam adeò compescuit, vt Stephanionem togatarium per trina theatra virgis cæsum relegauerit, &c.) ¶ Trini, pro terni, distributiuè. Idem *in Neron. cap.* 56. Detecta confestim coniuratione, pro summo numine, trinísque in die sacrificiis colere perseuerant. Cic. *ad Attic.* Tullia mea reddidit trinas.

TRĬŌBŎLVS, τριώβολον, tres obolos valens, alio nomine Hemidrachmium dicitur: senos enim obolos drachma efficit, vt aiunt Plin. Pollux & alij. Trioboli nota ab altera parte effigiem Iouis, ab altera noctuam habebat. Plaut. *in Bacchid.* Negare se debere tibi triobolum

¶ Trioboli

¶ Trioboli homo, nequam, & nullius pretij. Idem *in Pœnul.* Non ego homo trioboli sum.

Triŏbŏlāris, τριωβολιμαῖος, vilis, & pretij trium obolorum.

Triocala, siue Triocla τρίοκλα Ptolemæo, oppidum Siciliæ mediterraneum post Messanam, teste Ptol. *lib.* 3. *cap.* 4.

Triocalini populi, à Plinio commemorantur *lib.* 3. *cap.* 4.

Triōnēs, ab antiquis dicebantur boues aratores: quasi teriones, à terendo. {בקרים *bekarim.* βῦς ἀρότηρες. GALL. *Bœufs de labeur.* ITAL. *Boui aratori.* GERM. Pflugochsen / rinder mitt denen man zu acker fart. HISP. *Bueyes para labrar la tierra.* ANGL. *VVorke oxen, or plough oxen.*} aut, vt alij malunt, à terra, quasi terriones. Triones (inquit Varro *lib.* 6. *de lingua Latina*) etiam nunc boues appellantur à bubulcis, maximè quum terram arant: è quibus valentiores dicti glebarij, quòd facilè glebas proscindant. Sic omnes qui terram arabant, à terra terriones: vnde Triones vt dicerentur, detritum. Hactenus Varro. Vide Gellium *cap.* 21. *lib.* 2. ¶ Triones item dicuntur septem stellæ, versùs Aquilonem circulúmque hyemalem sitæ, sidus illud conficientes, quod Græci Arcton, nostri Vrsam & Plaustrum appellant. Mart. *lib.* 6.

Cernere Parrhasios dum te iuuat Aule Triones.
Comminus & Scythici sidera ferre poli.

Cic. 2. *de nat. deor.* Altera dicitur esse Helice, cuius quidem clarissimas stellas totis noctibus cernimus, Tuas nostri Septem soliti vocitare triones. Virg. 1. *Æneid.*

Arcturum, pluuiásque Hyadas, geminósque Triones.

Ouid. 2. *Metam.*

Tum primùm radijs gelidi caluere Triones.

Trionymus, a, um, τριώνυμος, trinominis, trinomina habens.

Triŏpās, τριόπας, Thessalorum rex fuit, pater Meropis, à cuius nomine Côs insula olim Meropis, ipsique insulani Meropes sunt appellati. Autor Steph.

Triŏphthălmŭs, τριόφθαλμος, lapillus qui in Sicyonia nascitur trium oculorum effigiem præ se ferens. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

Triopia, τριοπία, ἢ τριόπιον Stephano, Cariæ oppidum, ad fines Doridis situm: ita dictum à Triopa Erifichthonis patre. Vide Stephan. & Plin. *lib.* 5. *cap.* 28.

‖Triopis, monilis species, tres veluti oculos habens. Poll.‖

Triŏrchēs, is. {τριόρχης. GALL. *Vn busard.* ITAL. *Sorte di vccello di rapina.* GERM. Ein buss/ein grosser raubvogel. HISP. *Vn genero de aue arrebatadora.* ANGL. *A bustarde.*} Auis ex accipitrum genere, quam Latini appellant buteonem: ita dicta à testiculorum numero. Ab huius auis nomine putat Plinius Theophrastum secutus, triorchi herbæ nomen factum, eò quòd eruentes hanc herbam, infestissimum habeant hoc genus accipitris, raróque sine vulnere discedant. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 8. *& lib.* 25. *cap.* 6.

Tripales vites dicebantur, quæ tribus palis sustinebantur. Varro, Quid tu? nónne vides in vineis, quòd tria pala habeant, tripales dici?

Trĭpărcŭs, a, um, Valde parcus. {τρισφειδωλός. GALL. *Tres-chiche, fort chiche.* ITAL. *Molto scarso.* GERM. Vber die massen kündig. HISP. *Muy escasso.* ANGL. *Very sparing and niggard.*} Plautus *in Persa*, Nam id demum lepidum est, triparcos homines, vetulos, auidos, aridos Bene admordere.

Tripatinum, trium patinarum apparatus.

Trĭpĕctŏrŭs, a, um, Tria habens pectora. {τρίστερνος, τρίστηθος. GALL. *Qui a trois poictrines.* ITAL. *Di tre petti.* GERM. Das drey brust hatt. HISP. *Cosa que tiene tres pechos.* ANGL. *That hath three breastes.*} Lucret. *lib.* 5.

——quidve tripectora tergemini vis Gerionai?

Trĭpĕdālĭs, Tripedaneus, vide *Tripes.*

TRĬPERTĬŎR, iris, in tres partes diuido. τριχῶς μερίζω.

Trĭpertĭtŭs, adiectiuum, quod est in tres partes diuisum. {ὁ ἐς ἢ τριμερής. GALL. *Parti & diuisé en trois.* ITAL. *Spartito in tre parti.* GERM. In drey getheilt. HISP. *Cosa partida en tres partes.* ANGL. *That is parted in to three.*} Cicer. 1. *de inuent.* Oratoris ars, & facultas in hac materia tripertita versari existimanda est. Idem *ad Quir. post red.* Cuius oratio fuit, quemadmodum accepi, tripertita.

Trĭpartītō, aduerbium, In tres partes. {τριχῶς, τριστῶς. GALL. *En trois parties.* ITAL. *In tre parti.* GERM. An dreyen orten. HISP. *En tres partes.* ANGL. *In three partes.*} Liu. 1. *bell. Pun.* Annibal infesto exercitu ingressus fines, peruastatis passim agris, vrbem tripartitò aggreditur. Cic. 5. *Tusc.* At diffidat necesse est, qui bona diuidit tripartitò.

Trĭpătĭnŭm, i, Quid sit declarat Plin. *lib.* 35. *cap.* 12. his verbis: Tripatinum, inquit Fenestella, appellabatur summa cœnarum lautitia: vna erat murænarum, altera luporum, tertia myxonis piscis, inclinatis iam scilicet moribus, vt tamen eos præferre Græciæ etiam philosophis possimus.

TRĬPĒS, edis, Habens tres pedes. {τρίπους. GALL. *Qui a trois pieds.* ITAL. *Tre piedi, trespido.* GERM. Dreyfüssig. HISP. *Cosa que tiene tres pies.* ANGL. *Three footed.*} Martial. *lib.* 12.

Ibat tripes grabatus, & bipes mensa.

Liu. 10. *bell. Maced.* Simul procuratum est, quòd tripedem mulum Reate natum nuntiatum erat. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 3.

——modò sit mihi mensa tripes, &
Concha salis puri, & toga, quæ defendere frigus,
Quamuis crassa, queat.

Trĭpĕdālĭs, e. {τριποδιαῖος. GALL. *De trois pieds.* ITAL. *Di tre piedi.* GERM. Dreyschüchig. HISP. *Cosa de tres pies.* ANGL. *Of three feete.*} Quod mensuram habet trium pedum. Plin. *lib.* 17. *cap.* 12. Medium folia habet iridis satiuæ, caulem tripedalem.

Trĭpĕdānĕŭs, a, um, idem quod tripedalis τριποδιαῖος. Cato *de re rust. cap.* 15. Taleas oleaginas, quas in scrobe saturus es, tripedaneas decidito.

‖Triphallus, priapus.‖

Trĭphyllŏn, τρίφυλλον, à Græcis dicitur herba, quam nostri vocant Trifolium. Eius sunt tres species, vt suprà docuimus in dictione *Trifolium.*

TRĬPLEX, icis, omn. gen. Tergeminus. {משלש *meschullásch.* τριπλοῦς, GALL. *Triple, de trois doubles.* ITAL. *Triplice, tre più.* GERM. Dreyfach/dreyfaltig. HISP. *Cosa que tiene tres doblezes.* ANGL. *Threefold.*} Horat. 1. *Carm.*

Illi robur & æs triplex Circa pectus erat.

Ouid. 9. *Metam.*

——nec me pastoris Iberi
Forma triplex, nec forma triplex tua Cerbere mouit.

Virg. 10. *Æneid.*

Gens illi triplex, populi sub gente quaterni.

Idem 8. *Æneid.*

At Cæsar triplici inuectus Romana triumpho Mœnia.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Casurúmque triplex vaticinatur opus.

Plaut. *Pseud. sc.* 1. *act.* 2. Paraui copias duplices, triplices dolos, perfidias. Idem *ibid. sc.* 3. *act.* 4. In metu sum triplici modo. Vide *Trinus*, suprà.

Triplĭco, as. {שלש *schilléſch.* τριπλόω. GALL. *Tripler.* ITAL. *Triplicare.* GREM. Dreyfach machen. HISP. *Triplar.* ANGL. *The mak threefold.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 48. Cornici nouem nostras attribuit ætates. Hesiodus quadruplum eius ceruis: id triplicatum coruis.

Triplĭcātĭo, nis, apud Iureconsultos est secunda actoris defensio, contra rei duplicationem opposita, de qua *Instit. de replicat.*

Triplĭcēs, plurali tantùm numero, & mascul. gen. Tabellæ erant ceratæ, à numero foliorum dictæ, in quibus res leuiores scribi solebant, quemadmodum in quintuplicibus grauiores. Mart. *lib.* 14.

Tunc triplices nostros non vilia dona putabis,
Quum se venturam scribet amica tibi.

Idem *lib.* 10.

Et vani triplices, breuésque mappa.

Triplŭs, a, um, Triplex. {משלש *meschullásch.* τριπλοῦς, τριπλάσιος. GALL. *Triple, doublé en trois.* ITAL. *Triplice, tre più.* GERM. Dreyfältig. HISP. *Tres mas, que tiene tres.* ANGL. *Threefold.*} Cic. *de Vniu.* Deinde tertiam, quæ esset secundæ sesquialtera, primæ tripla: deinde quartam, quæ secundæ dupla esset: quintam inde, quæ tertiæ tripla.

Trĭpŏlĭs, τρίπολις, Tractus est Phœnices, tres vrbes continens, Tyrum, Sidonem & Aradum: à quarum numero & nomen accepit. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 20.

Trĭpŏlĭum, ij, τριπόλιον, herba est in locis marinis nascens, qua vnda alliduntur, folio glasti, sed crassiore, palmeo caule, in mucronem diuiso: floribus colorem quotidie ter mutantibus, manè candidis, meridie purpureis, vesperi puniceis: radice alba, odorata, & gustu acri. Officinæ hodie Mauritanorum vocabulo *Turbit* appellant.

Tripondo, trium librarum pondus, quod & trepondo.

Trĭptŏlĕmŭs, τριπτόλεμος, Celei Eleusinis regis filius, qui primus in Græcia agriculturæ rationem creditur inuenisse. Eleusin (inquit Seruius) ciuitas est Atticæ prouinciæ, non longè ab Athenis, in qua quum regnaret Celeus, & Cererem filiam quærentem liberalissimè hospitio suscepisset, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturæ. Filium etiam eius Triptolemum recens natum, per noctem igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit: & eum alatis serpentibus superpositum, per totum orbem misit ad vsum frumentorum hominibus indicandum.

Trĭptōtă, τρίπτωτα, nomina sunt, quæ tribus tantùm casibus declinantur, vt Scamnum.

TRĬPŪDĬVM, ij, Saltatio, chorea: quasi terripauium, à terra pauienda, id est, ferienda. {מחולה *mecholáh* חג *chagh.* χορεία. GALL. *Dance, trepignement des pieds.* ITAL. *Danza, sollazare co i piedi, tripudio.* GERM. Ein dantz. HISP. *Dança, ò el corro.* ANGL. *Dancing, iumping.*} Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis, solennique saltatu iussit, Catull. *Epigr.* 58.

Quò nos decet citatis celerare tripudijs.

¶Tripudia solistima in auspiciis dicebantur, quum pulli tam auidè vescebantur, vt aliqua offæ particula illis ex ore excidens, solùm pauiret, hoc est, terram feriret. Vnde primùm terripauium dictum est, quod postea voce paulatim immutata, tripudium. Solistimum autem ita à solo dicitur, vt à medio Mediastimum. Cic. 1. *de diuin.* Sed quia, quum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauium primò, pòst terripudium dictum est: hoc quidem iam tripudium dicitur. Quum igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiatur. Liu. 10. *ab Vrbe*, Nam quum pulli non pascerentur, pullarius auspicium mentiri ausus, tripudium solistimum Consuli nuntiauit.

Trĭpŭdĭo, as, Salto, choreas duco. {חולל *cholél* חג *chagh.* χορεύω, ὀρχέομαι. GALL. *Dancer, trepigner.* ITAL. *Danzare, festeggiare.* GERM. Dantzen/hupfen. HISP. *Dançar, ò andar en coro.* ANGL. *To dance, to leape, to iumpe.*} Liu. 3. *bell. Pun.* 2. Erumpunt igitur agmine è castris, tripudiantes more suo. Cic. *pro Sest.* Sed illum tot iam in funeribus Reipubl. exultantem, ac tripudiantem, legum, si posset, laqueis constringeret. Senec. *cap.* 15. *de tranquill.* Virilem in modum tripudiare & moueri ad numeros. (GALL. *A la cadence.*) solitus Scipio.

Trĭpūndĭum, Pondus trium librarum, τρίλιτρον.

Trĭpŭs, odis, Vas aut aliud instrumentum pedibus constans tribus. {τρίπους. GALL. *Vaisseau ou autre chose à trois pieds, tresteau, trepier.* ITAL. *Olla di tre piedi, trespedo, ogni cosa di tre piedi.* GERM. Ein ehriner hafen mit drey füssen/ ein dreyfuss. HISP. *Olla ò mesa, toda cosa de tres pies.* ANGL. *A vessel or other thing with three feet.*} Erant autem tripodum duo genera, quorum alij ἀναθηματικοὶ dicebantur, qui ornatus tantùm gratia dicati erant in domibus vel templis ignibus prorsus intacti: quos Homerus ἀπύρους appellat. Qui verò ad ignis vsum comparati erant, ἐμπυριβήτας, aut αἴθωνες. ¶ Tripodum item nomine intelliguntur mensæ, sellæ, aliáque omnia quæ tribus pedibus sustinentur. Tripodes, vt ait Seruius, erant mensæ in templo Apollinis Delphici, quibus superpositæ Phœbades, vaticinabantur. Alio nomine dicitur Cortina. Plin. *lib.* 34. *cap.* 3. Ex ære factitauerunt & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. Cic. 3. *de natur. deorum*, Ex eo igitur & Lisytio estis Hercules, quem concertauisse cum Apolline de Tripode accepimus. Tripodibus Græci donabant viros fortes: quia non facilè succumbant. Virg. 9. *Æneid.*

Et tripodas geminos auri duo magna talenta.

Horat. *lib.* 4. *Carm. Ode* 8.

Donarem tripodas præmia fortium Graiorum.

TRIQVETRA, æ, quamuis propter mutam & liquidam subsequentem aliquando producatur. Insula Maris Tyrrheni, olim Italiæ annexa, quæ notiore nomine Sicilia dicitur. {Die dreiecket insel Sicilia.} Triquetra dicta à trianguli figura. τρινάκρια, σικελία. Plin. *lib.* 3. *cap.* 8. Anteit omnes claritate Sicilia, Sicania à Thucydide dicta, Trinacria à pluribus, & Triquetra à Trianguli specie.

Trĭquētrŭs, a, um, quod trianguli formam habet. {τρίγωνος. GALL. *Triangulaire.* ITAL. *Che ha forma de triangolo.* GERM. Dreieckechtig/das drei eck oder winckel hatt. HISP. *Cosa que tiene tres angulos.* ANGL. *That hath three corners.*} Colum. *lib.* 5. *cap.* 2. Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus. Cæsar 5. *bell. Gall.* Insula natura triquetra, cuius vnum latus est contra Galliam. Gell. *cap.* 21. *lib.* 2. Triquetræ figuræ: & Triquetra in Septentrionibus, &c. ¶ Interdum Triquetrus idem est quod Siculus, a, um, τρινάκριος. Nam (vt paulò antè docuimus) Sicilia inter cætera nomina olim dicta fuit Triquetra, à figura triangulari. Silius *lib.* 5. Nunc Ætnæa cohors Triquetris quam miserat oris. hoc est, Siculis. Horat. 2. *Serm. sat.* 6.

———*quid? militibus promissa Triquetra*
Prædia Cæsar an est Itala tellure daturus.

hoc est, Quos Cæsar militibus agros promisit, éstne in Sicilia, an potiùs in Italia daturus.

Trĭquetrum, i, substantiuè, Triangulus. {τρίγωνον. GALL. *Triangule.* ITAL. *Triangolo.* GERM. Ein dreieckete figur/triangel. HISP. *Cosa de tres angulos, triangulo.* ANGL. *A triangle.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 15. Postea radiorum eius contactu teguntur, & in triquetro à partibus centum viginti stationes matutinas faciunt.

Trĭrēmĭs, is, gen. fœm. Nauis oblonga est, tres habens remorum ordines. {τριήρης. GALL. *Trireme, galere de trois rames pour banc.* ITAL. *Naui de tre remi.* GERM. Ein schiff oder galeen mitt drey rudern in einer ordnung. HISP. *La galera de tres ordenes de remos.* ANGL. *A galey hauing three oares in euerie seat.*} quemadmodum biremis, quæ duos habet remorum ordines: quadriremis, quæ quatuor. Liu. 1. *bell. Pun.* Quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque. Cic. 6. *Verr.* Nauem verò Cybeam maximam, triremis instar pulcherrimam, atque ornatissimam. Lucan. *lib.* 3.

Cornua Romanæ classis, validæque triremes.

Horat. 3. *Carm. Ode* 1.

———*neque Decedit ærata triremi.*

Bellatrix triremis. Claud. 4. *Paneg.* Triremes ab Aminocle Corinthio primùm fuisse inuentas, post Thucydidem refert Plin. *lib.* 7. *cap.* 56.

TRĪS. {שלשה *scheloscháh.* τρεῖς. GALL. *Trois.* ITAL. *Tre.* GERM. Drey. HISP. *Tres.* ANGL. *Three.*} Veteres in plurali accusatiuo scribebant, quod nunc vulgò Tres scribimus. Virg. 1. *Æneid.*

Tris Notus abreptas in saxa latentia torquet.

Cic. 2. *Acad.* Testatus sæpè Chrysippus tris solas esse sententias, quæ defendi possint de finibus. Priscianus ait, Nominum, quorum genitiuus pluralis ante *um* syllabam, *i* literam habuerit, accusatiuum in is terminari. Nostra tamen ætate passim ab eruditis receptum est, vt eiusmodi accusatiuus per *ei* diphthongum scribatur: quum tamen Velij Longi sententia sit, vt per i solam notetur. Nam & aliquando Quintiliano incommodum per ei scribere visum est. Vide Gell. *lib.* 13. *cap.* 18.

Trisagium, τρισάγιον, trisanctum, hymnus in Græcis Ecclesiis, ille, ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Primum ἅγιος ad Patrem, secundum ad Filium, tertium ad S. Spiritum referebatur. Vide Gloss. Græcob. Meursij.

‖Triscabina, ingenuitatis charta. Gl. vet.‖

Trĭscŭrrĭă, vocantur à Iuuenale ludi admodum scurriles, liberóque homine indigni. Locus Iuuen. est. *Satyr.* 8.

———*populi frons durior huius*
Qui sedet, & spectat triscurria patriciorum.

Hanc vocem alibi non temerè inuenias. Videtur enim ab ipso Iuuenale excogitata ea forma qua hominem insigniter furacem trifurem appellamus. Vide eius interpretem.

Trisecli senex, qui trium seculorum senex.

‖Trisexta, tertia & sexta cani solita simul. L. g. b.‖

Trismĕgistŭs, τρισμέγιστος, Latinis ter maximum sonat. Quo cognomine dictus est Mercurius, superioris Mercurij nepos: quem fabulantur fuisse filium Nili. Hunc tamen secundum asserunt occidisse Argum, Ægyptiísque præfuisse, & leges, literásque tradidisse: sed literarum characteres, animalium, arborúmque figuras habuisse. Hic condidit vrbem quam à se Hermopolin nominauit. Dictus est autem Trismegistus, quòd & Philosophus maximus, & sacerdos maximus, & maximus denique rex fuerit. Consueuerunt enim Ægyptij ex omni philosophorum numero sacerdotes, ac rursus ex sacerdotibus regem eligere. Hic autem vt philosophos sapientia, ita religione sacerdotes excelluit, ac mox in imperio administrando superiores omnes reges superauit. Primus à physicis ad diuinorum speculationem se erexit. Primus de maiestate Dei, de dæmonum ordine, animarúmque mutationibus sapientissimè disputauit. Scripsit multa volumina, quibus arcana mysteria & oracula panduntur. Non enim vt philosophus tantùm, sed vt propheta futura sæpè prædixit. Hæc ex Diodoro Siculo.

Trĭspastŭs, a, um, τρίσπαστος, ον, quod tribus orbiculis trahitur. à τρεῖς & σπάω traho.

Trĭsāgo, inis, herba est quæ ab aliis teucrion, ab aliis chamædrys, à quibusdam etiam chamædrops appellatur. {χαμαίδρυς. GALL. *Germandrée.* ITAL. *Querciuola, chalamandrina.* GERM. Klein bathen gel oder gamander. HISP. *Camedreos.* ANGL. *Germander.*} Nascitur in locis petrosis & asperis: folia habet exigua, amara, effigie & diuisura quercus: vnde & *querculam* vulgus Gallorum appellat: nonnulli etiam *serratulam.* De hac vide Plin. *lib.* 24. *cap.* 15.

Tristata, τριστάτης, qui tertio loco stat. à τρεῖς & ἵστημι.

Trĭstĕgă, τρίστεγα, triplicia tabulata, siue ædificia trium contignationum. παρὰ τὸ στέγος, quod inter cætera significat contignationem: vnde δίστεγα & τρίστεγα dicuntur ædificia, quæ duas, vel tres habent contignationes.

TRĪSTĬS, e, Mœstus, mœrens. {עצוב *hatsúb* דאב *daéb* קדר *kodhér.* σκυθρωπὸς, λυπηρός. GALL. *Triste, qui fait mauuaise chere, chagrin.* ITAL. *Triste, tristo, gramo.* GERM. Traurig. HISP. *Triste.* ANGL. *Sad, heauie, sorowfull.*} Virg. *Eclog.* 10.

Tristis at ille tamen cantabitis Arcades, inquit.

Cic. 1. *de diuin.* Quærerem ex te quid tristis esses, &c. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Quid tristis es? rogas? Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

———*Non tristia carmina feci,*
Sed tristis nostros pœna sequuta iocos.

Tristis pœna, id est, quæ me tristem facit, &c. vel Tristis, id est, sæua, vt apud eundem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Sæuior es tristis Busiride.

¶ Pro acerbo; idem *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Et ne sint tristi poma sapore facit, (sup. tempus.)

Virgilius paulò infrà pro amaro posuit. ¶ Pro irato. Ouidius *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

———*Spe trahor, &c. Tristia leniri numina posse Dei.*

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Tristis admodum es (mox, irata alicui.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Eius tristem virum video. (mox, iratum.) Idem *ibidem,* Vt sciam quid tu tristis es. Quid illam autem iratam abs te destituis, &c. ¶ Sed quia tristitia in fronte hominis, crudelitatis, grauitatis, iræ, minarum, difficultatis indicium est, fit vt tristis aliquando ponatur pro sæuo, crudeli, graui, irato, amaro, difficili, duro, horrido. {אכזר *achzar* כבד *chabédh* זעף *zahéph* מר *mar* קשה *kaschéh.* ὠμὸς, δεινὸς, δύσκολος, πικρός.} Virg. 2. *Æneid.*

———*Illi mea tristia facta,*
Degenerémque Neoptolemum narrare memento.

Idem 2. *Æneid.*

———*quò tristis Erinnys,*
Quò fremitus vocat.

¶ Aliquando pro graui, & acerbo, vt notat Nonius. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Polyb.* Tulit tam Triste vulnus eadem magnitudine animi, &c. Liu. *lib.* 3. *dec.* 4. Tristius morte, id est, acerbius.) Item, Tristia remedia medici salutis caussa adhibent. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Protinus euincti tristem ducuntur ad aram. (mox, cruentam.)

Cicero *lib.* 6. *de Repub.* Grauitatis suæ liquit illum tristem, & plenum dignitatis sonum. δεινός. Lucilius, Timeo certè ne mihi sit tristior. Virg. 2. *Æneid.*

Isque adytis hæc tristia dicta reportat.

Idem 1. *Georg.*

———*tristisque lupini Sustuleris fragiles calamos.*

Sic tristis succus, pro amaro. Idem 2. *Georg.*

Media fert tristes succos, tardúmque saporem
Felicis mali.

Cic. *in Catone,* Faciliùs in morbos incidunt adolescentes, grauius ægrotant, tristiùs curantur. Tristius (inquit) id est, difficiliùs. Est enim comparatiui gradus aduerbium. Martialis, Amator ille tristium lacernarum. ¶ Tristis aliquando dicitur qui inuitus aliquid facit, nec libenter. Terent. *in Eunuch.* Inuitat tristis, mansit ibi. ¶ Tempus triste, Cicero *Figul. lib.* 4. Tuorúmque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo. ¶ Tristia verba. Idem 2. *de finib.* Sic enim maiores nostri labores non fugiendos, tristissimo tamen verbo ærumnas etiam in Deo nominauerunt. ¶ Tristis, Doctus. Lucilius *lib.* 28. Adde eodem tristis ac seuerus philosophus. Cic. 2. *Verr.* Index tristis ac integer. Ita Nonius. Potiùs cum Seruio interpretari debemus Seuerum. Donatus *in illud Terentij in Andria,* Tristis seueritas inest in vultu: Ad laudem interdum, inquit, non ad amaritudinem sumitur tristis, citans locum illum Ciceronis, Iudex tristis. ¶ Item tristi similis, inquit Donatus. Terentius *in Eunucho,* Sto expectans, siquid mihi imperem: venit vna, Heus tu, inquit, Dore, Cape hoc flabellum, &c. Accipio tristis.

Tristis arbor, in India, quæ nocte sola flores ostendit. Sole enim oriente omnes defluunt; & semihora post occasum, floreum ei decus redditur. Sic dicta, quòd tristes amet tenebras. Vide Itinerarium Ioan. Hugon. Linscotani *lib.* 1. *cap.* 59.

Trĭstĭcŭlŭs, diminut. Subtristis. {ὑποπενθὴς μικρός. GALL. *Aucunement triste.* ITAL. *Alquanto dolente.* GERM. Etlicher massen traurig. HISP. *Triste vn poco.* ANGL. *Somewhat sad.*} Cic. *de diu.* Filiolam suam Terentiam, quæ tum erat admodum parua, animaduertit tristiculam.

Trĭstĭssĭmŭs, in superlatiuo. λυπηρότατος. Seneca *controuers. lib.* 1. Ambo tristissimam egimus vitam.

Trĭstĭtĭă, æ, Mœstitia,)(Lætitia. {הצב *hotséb* vel *hétseb* אניה *aniyáh* תאניה *taaniyáh.* λύπη. GALL. *Tristesse.* ITAL. *Malinconia.* GERM. Traurigkeit. HISP. *Tristeza.* ANGL. *Sadnesse, heauinesse.*} Cic. *de Orat.* Iudex tum ad tristitiam, tum ad lætitiam contorquendus. Mitigare tristitiam. Idem 1. *Offic.* Lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Tradere se tristitiæ. Luceius *Tullio M. F. lib.* 5. Lacrymis ac tristitiæ te tradidisti. ¶ Tristitia & malignitas iudicis. Sueton. *in Neron. cap.* 23. Veteres etiam Tristitias in nominandi casu dicebant pro tristitia. Pacuuius *in Atalante,* Quid istuc est, vultum alligat: quæ tristitias? Ex Nonio.

‖Tristitudo, tristitia, λύπη. Apul.‖

Trĭstĭfĭcŭs, adiectiuum, quod tristitiam adfert. {מעציב *mahatsib.* λυπηρός. GALL. *Qui engendre tristesse.* ITAL. *Che genera malinconia.* GERM. Das traurigkeit macht. HISP. *Cosa que engendra tristeza.* ANGL. *That causeth sadnesse and sorow.*} Cic. 1. *de diuin.* Tristificas certant Neptuno reddere voces.

Tristo, as, antiquis in vsu erat, pro tristem facio: vnde mansit compositum Contristo, {עצב *hatsáb.* λυπέω. GALL. *Contrister.* ITAL. *Attristare.* GERM. Trauren. HISP. *Dar tristeza à otro.* ANGL. *To make sad.*} Virg. 3. *Georg.* Et pluuio contristat frigore cælum. ¶ Est & tristor deponens, idem quod tristis sum. λυπέομαι.

Trĭsulcus, a, um, quod tres habet acies. {τριγλώχις. GALL. *Qui a trois pointes ou trois aguillons.* ITAL. *Di tre solchi.* GERM. Dreyspitzig. HISP. *Cosa endida en tres partes.* ANGL. *Three edged or pointed.*} Virg. 3. *Georg.*

———*Linguis micat ore trisulcis.*

Ouid.

Ouid.2.*Metam.*

Ille pater rectórque deûm, cui dextra trisulcis
Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem.

Trisyllabus,a,um,τρισύλλαβος, tres habens syllabas.

Trit,ficitia vox,qua vsus est Nonius *in Corollaria*,& Plaut.*in Curculione*, Eiciam crepitum polentarium trit, id est, peditum.

Tritalogus, qui tritos logos tractat : nugiloquus.

Trĭtānŭs,Nomen est fortissimi gladiatoris,qui in castris Cn.Pompeij militans cum hoste se prouocante inermi dextera congressus, pugno eum humi prostrauit, captúmque vno digito in castra Imperatoris sui reportauit.

Trĭtāuŭs,Ataui pater,quasi Tetartauus, vt quidam volunt. {τρίπαππος. GALL. *Le pere grand trois fois en droite ligne.* ITAL.*Terzo auolo.* GERM. Des vränes vatter/ist der vierdte großuatter hindersich in der linien.HISP. *Tercero abuelo.* ANGL.*The great grandfathers father.*} Est enim quartus ab auo.Plaut.*in Pers.*Pater,auos,proauos,abauos,attauos,tritauos.¶ Sic tritauia, atauiæ mater. τριμάμμη.

Trite, τρίτη, tertia, sc.chorda.

‖Tritus,a,um,τρίτος,η,ον,tertius,a,um. ex τρεῖς.‖

Tritennatæ,τριταννάται,memoriæ mortuorum,quas celebrabant tertio & nono die ; τρίτα καὶ ἐννάτα. Vide Gloss.Græcob.Meurs.

Trithales, τριθαλής. Sedum, siue semperuiuum minus : ita dictum quòd ter floreat. θάλλειν enim florere est. Plin.*lib.25. cap.13.*

TRĬTĬCVM, i, optimi frumenti genus est, ita dictum , quod tritum est ex spicis. {חטה *chittáh* בר *bar.* πυρός.GALL.*Blé,froment.* ITAL.*Formento, grano.*GERM.Weitzen.HISP.*El trigo generalmente.* ANGL.*VVheat.*} Plin. *lib.18. cap. 7.* Tritici genera plura quæ fecêre gentes , Italico nullum equidem comparauerim candore ac pondere,quo maximè discernitur: montanis modò comparetur Italiæ agris externum,in quo principatum tenuit Bœotia, deinde Sicilia,mox Africa : tertium pondus erat Thracio Syrióque, deinde Ægyptio. Cic.2.*de diu.*Midæ illi Phrygio, quum puer esset,dormienti, formicæ in os tritici grana congesserunt : ditissimum fore prædictum est,quod euenit. Plaut.*Curc.sc.4.a.4.* Vbi Curculionem reperiam ? C. In tritico facillimè. Idem *Mil.sc.3.a.2.* Miror lolio victitare te, tam vili tritico.

Trĭtĭcĕŭs,a,um. {πύρινος. GALL.*De froment.* ITAL. *Di formento.* GERM. Weitzin. HISP.*Cosa de trigo.* ANGL.*Of wheat.*} Virg.1.*Georg.*

At si triticeam in messem robustáque farra
Exercebis humum.

Fœtus triticei. Ouid.1.*Fast.*

Triticeos fœtus, passuraque farra bis ignem,
Hordeaque ingenti fœnore reddet ager.

Trĭton,is,Deus marinus,Neptuni & Salaciæ marinæ nymphæ filius.quem Poëtæ fingunt Neptuni tubicinem. Ouid.2.*Met.*

Cæruleos habet vnda deos, Tritona canorum,
Proteáque ambiguum.

¶ Est præterea Triton, Africæ fluuius ex Tritonide palude erumpens: à cuius nomine Pallas Tritonis , & Tritonia est appellata, quòd circa hunc fluuium,vel lacum primùm apparuerit.Huius fluuij meminit Plin. *lib.5.cap.4.* τρίτων. ¶ Triton argenteus, Sueton.*in Claud.cap.21.* Hoc spectaculo classis Sicula & Rhodia concurrerunt , duodenarum triremium singulæ exciente buccina Tritone argenteo , qui è medio lacu per machinam emerserat.

TRĬTŌNĬA,τριτωνία. Dicta est Minerua, quod temporibus Ogygis regis ad lacum Tritonidem , ex quo Triton fluuius erumpit , virginali primùm habitu apparuerit. Vbi ait Herodotus virgines annis singulis inter se pugnare lapidibus,& fustibus in venerationem Palladis.Diodorus scribit dictam Tritoniam à Tritone Cretæ fluuio.

Tritonis,idos,Patronym.fœmin.vt,Arx Tritonius. Ouid.2.*Metam.*

——*& tandem Tritonia conspicit arcem*
Ingenijs opibúsque & festa pace nitentem.

Intelligit Athenas. Silius *lib.3.*

Hinc qui stagna colunt Tritonidos alta paludis.

Quæ & Tritoniaca palus dicitur, apud Ouid.15.*Metam.*

Quum Tritoniacam nouies subiere paludem.

Tritura, Trituratio, vide *Tero.*

Trĭuĕnēfĭcă,æ,Insignis venefica. {המכשפה *hammechaschshephâh.* τριφαρμακίστρια. GALL. *Tres-grande sorciere.* ITAL. *Grande incantatrice.* GERM. Ein ertzhex. HISP. *Grande hechizera.* ANGL. *A great or common witche.*} qua voce vtitur Plautus *in Aul.* Mirum quin tua nunc me causa faciat Iuppiter Philippum regem aut Darium , triuenefica.

‖Triuentum , *Triuento,* V.E.in Comitatu Molisij.‖

Trĭuĭă , Diana , quod in triuiis ponebatur in oppidis Græcis cum corona quernea & draconum voluminibus , propter quod tres facies habere fingebatur, τριοδῖτις. Virg.4.*Æneid.*

——*Tria virginis ora Dianæ.*

Ouid.1.*Fast.*

Ora vides Hecates, in tres vergentia partes:
Seruet vt in ternas compita secta vias.

Idem 3.*de Ponto Eleg.2.*

Protinus immitem Triuiæ ducuntur ad aram,
Euincti geminas ad sua terga manus.

Virg.5.*Æneid.*

Atque vna Phœbi Triuiæque sacerdos.

Trĭuĭritim , per tres viros (vt quidam volunt) hoc est , quibúsque tribus partem vnam : citántque Col.*lib.1. cap.3.* vbi sic legunt, Ideóque post reges exactos, Liciniana illa septena iugera quæ plebi triuiritim diuiserat.Quo tamen in loco ex emendatiorum codicum fide sic legendum constat, Quæ plebi *Tribunus viritim* diuiserat.

TRĬVĬVM, ij, & quadriuium, locus in quem tres vel quatuor conueniunt viæ , spatium quod finditur in tres vias. {פרק *perék.* τρίοδος. GALL. *Vn carrefour où se rendent & rencontrent trois chemins.*ITAL. *Luogo di tre vie, crosale.* GERM. Ein ort an welchem drey weg zusamen stossen. HISP. *La encruzijada de tres calles.* ANGL. *A place where three wayes do meete.*} Cic.1. *de lege Agrar.* Vt in atriis auctionariis potius quàm in triuiis, aut in compitis auctionentur. Catullus,

Omnibus in triuijs vulgetur fabula passim.

Iuuenal.*Satyr.1.*

Nónne libet medio ceras implere capaces
Quadriuio.

Erant autem triuia,& quadriuia rusticorum sacris attributa. Nam illic oues cædebantur, & serta appendebantur. Tibullus *lib.1.*

Nam veneror seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in triuio florida serta lapis.

Trĭuĭālĭs, e, quod in triuio fit, vel quo in triuiis vtebantur. {ἐγκύκλιος. GALL. *Vulgaire, triuial.* ITAL. *Volgare, vile.* GERM. Gemein/ breuchig. HISP.*Cosa aquella encrucijada de poco precio, y comun.* ANGL. *Common, that is vsed in common places.*} Vnde accipitur pro vulgari, & minimè exquisito,vt Verba triuialia,id est,inculta, & parum elegantia. Suet.*de clar.Rhet.*Tantummodo verbis triuialibus egit.Vnde triuialis scientiæ magistri à Quintiliano dicuntur qui in triuiis docent. Quin etiam Grammatica dicta est scientia triuialis, quia in triuiis docebatur.

Trĭuĭālĭtĕr, aduerbium, Vulgariter, & minimè exquisitè.

TRĬVMPHVS,i. {רן *ron* רננה *renanáh* קלס *kelés* קלסה *kallasáh.* GALL. *Triomphe.* ITAL.*Trionfo.* GERM. Ein triumph/ist ein herrlicher einritt mit grossem pracht eines feldobersten nach dem erlangten sig wider ein feind. HISP. *Triunfo ò vencimiento.* ANGL.*Triumphe, à solemne pompe or shew for victorie obteaned.*} Vide *Currus.* Quidam Græcum putant : nam θρίαμβον appellant Græci. Nos aspiratione ex prima in nouissimam syllabam translata,& b in p mutata,dicimus triumphum. Varro à Baccho huius rei inuentore tractum nomen putat.Tranquillus dici existimat triumphum , quia qui triumpharet, triplici iudicio honoraretur. Primò enim exercitus de triumpho duci decernendo iudicabat, secundò Senatus, tertiò populus. Erat autem triumphus omnium honorum qui à populo Romano dari solebant , maximus. Nam illa pompa solemnis erat,quæ fiebat redeuntibus in vrbem cum victoria. Cic.*in Pis.* Differes de triumpho , quid tandem habet iste currus ? quid victi ante currum duces? quid simulachra oppidorum ? quid aurum ? quid argentum?quid legati in equis?& tribuni ? quid clamor militum ? quid tota illa pompa ? quid vehi per vrbem ? Tibull.*lib.4.*

Non ijdem tibi sunt aliisque triumphi.

Ouid.*lib.13. Metam.*

Ingredior curru læto imitante triumphos.

Velleius , In triumpho ducere. ¶ Triumphus pro lætitia. Plautus *Asinar. sc.2. act.2.* Maximam illis prædam & triumphum adfero aduentu meo. ¶ Ttiumphus naualis , Velleius. ¶ Ante diem triumphi concionari solebant Imperatores,idem. ¶ Triumphi descriptio, apud Ouidium *Eleg.2. lib. 4.* & Plut. *in Paulo Æmylio.* Et quid differat ab Ouatione. ¶ Triumphi curules,Sueton.*in August.cap.22.*ad discrimen Ouationis.

Trĭūmphō , as , Triumphum ago. {רן *ran* רנן *rinnén* התקלס *hithkallés.* θριαμβεύω. GALL. *Triompher.* ITAL. *Trionfare.* GERM. Triumphieren/ herrlich vnd köstlich nach erlangtem sig einreiten. HISP.*Triunfar ò vencer.* ANGL.*To triumphe,to reioice.*} Cic.*in Cat.*M.Curius quum de Samnitibus triumphasset. Idem 2.*de finib.*Bella magna gesserat is : bis consul fuerat,triumpharat. Idem 7.*Verr.* At etiam qui triumphant, eóque ditiùs,&c. Construitur tripliciter : aliquando cum accusatiuo,vt Triumphauit Mummius Achæos. id est, victis Achæis triumphauit. Gellius *cap. 11. lib. 2.* Triumphauit triumphos nouem cum Imperatoribus. Plin. *de viris illustr.* Achæos bis prælio fudit, triumphandos Mummio tradidit. Deinde cum ablatiuo cum præpositione *de.*Idem *ibidem,*Consul de Liguribus triumphauit. Tertiò cum præpositione *ex.* Idem *lib.7. cap.43.* Qui solus eodem anno, quo fuerat hostis, Romæ triumphauit ex his, quorum Consul fuerat. Qui autem triumphabant apud Romanos quatuor equis albis vehebantur , curru inaurato , capite coronato lauro, & ante ipsum triumphantem victus hostis oneratus colla catenis,& præeunte Senatu,Capitolium ascendebant ad templum Iouis Opt.Max.vbi mactato tauro albo domum redibant,vt non in vno loco docent Plutarchus & Plinius. ¶ Aliquando tamen triumphare ponitur pro exultare , & sibi placere. Cæs. *Ciceroni,* Meum factum probari abs te triumpho, & gaudeo, Cicero 7.*Verr.* Lætaris tu in omnium gemitu , & triumphas. Dicimus quoque triumpho gaudio. Cicer. *pro Cluent.* Exultare lætitia , ac triumphare gaudio cœpit. ¶ Inuenitur etiam Triumphatur verbum impersonale. Idem 2. *Offic.* Massiliam portari in triumpho vidimus , & ex ea vrbe triumphari , sine qua nunquam nostri Imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt. Liuius 3. *ab Vrbe*, Tum primùm sine autoritate Senatus , populi iussu triumphatum est.

Triumphans,antis,Particip.act.qui triumphat. Cicer.14.*Philipp.* Quum hesterno die propter earum res gestas me ouantem & propè triumphantem popul. Romanus in Capitolium domo tulerit. Liu. 2. *ab Vrb.* Dictator & magister equitum triumphantes in vrbem rediere. Equi triumphantes. Ouid.2.*de Ponto,*

Sic fera quàm primùm pauido Germania vultu
Ante triumphantes serua feratur equos.

Trĭūmphātŭs, a, um, de quo triumphatum est. {θριαμβευθείς. GALL. *De qui on a triomphé , vaincu triomphamment.* ITAL. *Di che s'e triomphato per la vittoria hauuta da lui.* GERM.Von der sighafften oberwindung da man triumphiert hatt.HISP.*Vencido con triumpho.*ANGL.*whereof triumphe is made or reioyced for.*} Virg.*lib.3. Georg.*

Bisque triumphatas vtroque ab littore gentes.

Ouid.1. *Amor.Eleg.15.*

Roma triumphati dum caput orbis erit.

Idem 3.*Fast.*

Déque triumphato viscera tosta boue.

Trĭūmphātŭs,us, ipsa triumphatio. {רן *ron* רננה *renanáh* רנה *rinnáh* קלס *kélés* קלסה *kallasáh.* θρίαμβος. GALL. *Triomphement.* ITAL. *Il triomphare.* GERM. Der herrlich einritt nach erlangtem sieg. HISP. *Obra de triumfar.* ANGL.*A triumphing.*} Plin. Ne triumphatu suo nimis superbiat Antonius.

Trĭūmphātŏr,is, qui victis hostibus triumphum reportauit. θριαμβευτής. Apul. *Apolog.1.* Triumphator de Samnitibus.

Trĭūmphālĭs , e , adiect. quod ad triumphum pertinet. {θριαμβικός. GALL.

Gall. *Propre ou conuenant au triomphe.* Ital. *Triomphale.* Germ. Zu einem triumph gehörend. Hisp. *Cosa perteneciente à triumpho.* Angl. *Belonging to a triumphe.*} Vnde triumphales coronæ, quibus Imperatores in triumphis coronabantur. Hæc primùm ex lauro fieri solebant, postea ex purissimo auro confectæ sunt, quod inde Coronarium appellabatur. Vide suprà in dictione *Corona.* ¶ Triumphalis porta, Romæ dicta est, quòd per eam triumphi agerentur: hoc est, triumphantes victores in vrbem deducerentur. θριαμβευτικὴ πύλη. Eius meminit Suet. *in Aug. cap.* 100. Hæc alio nomine Capena appellatur, & Appia, quòd ad viam Appiam sita sit. Hodie *D. Sebastiani porta* dicitur. ¶ Triumphale territorium Romæ, quod nunc *Vaticanum* dicitur. θριαμβευτικὸς ἀγρός. Vnde Damasus Papa scribit beatum Petrum sepultum fuisse in Vaticano iuxta triumphale territorium. ¶ Triumphalis vir, qui triumphauit, sicut Consularis, qui Consul fuit. Suet. *de August.* Solos triumphales, quanquam & socios expeditionum, & participes victoriarum suarum, nunquam donis impertiendos putauit, quòd ipsi quoque ius habuissent tribuendi ea quibus vellent. ¶ Triumphalis currus, quo vehebantur triumphantes. Plin. *lib.* 7. *cap.* 25. Curru triumphali reuersus est. ¶ Triumphalis prouincia ex qua triumphus reportatur. Cicer. *in Pisonem*, Ex ea prouincia quæ fuerit ex omnibus vna maximè triumphalis, &c. ¶ Triumphales vestes quæ triumphantium erant: quemadmodum & Aurum triumphale, & Habitus triumphalis. Plin. *lib.* 8. *c.* 48. Pictas vestes iam apud Homerum fuisse: vnde triumphales natæ. Quintil. Triumphali habitu nihil augustius. ¶ Triumphales coronæ quæ, Gell. *cap.* 6. *lib.* 5. ¶ Triumphales cœnæ. Plin. *lib.* 9. *cap.* 55. Cœnis triumphalibus Cæsaris Dictatoris sex millia numero murænarum mutuò appendit. ¶ Triumphalis statua. Idem *Epist.* 2. *lib.* 2. Heri à Senatu Vestricio Spurinæ, principe autore, triumphalis statua decreta est: id est, in habitu triumphantis.

Trĭŭmphālĭă, ium, pluraliter, Ipsa triumphatio. θριάμβευσις. Tacit. *lib.* 4. Dolabellæ petenti abnuit triumphalia, Seiano tribuens, ne Blæsi auunculi eius laus obsolesceret.

Trĭŭmvĭr, i, masc. gen. Nomen magistratus, quem tres collegæ administrant. {εἷς τῶν τριῶν ἀρχόντων. Gall. *L'vn des trois gouuerneurs souuerains ou magistrats, nom de magistrat iadis à Rome.* Ital. *Vno di tre gouernatori, magistrato Romano.* Germ. Dreyerherr. Hisp. *Vno de tres varones principales.* Angl. *One of three souerain magistrats, the name of the magistrates in Rome.*} Triumuiri triplices fuêre, Capitales, Mensarij, Nocturni. De Capitalibus sic habet Pomponius *de orig. iur. l. necessarium*, Triumuiri Capitales constituti sunt, qui carceris custodiam haberent, vt Athenis Vndecimuiri, οἱ ἕνδεκα. & quum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. De Mensariis Liu. commemorat, Triumuiri Mensarij creati sunt: hique numulariis, & monetæ omnis generis, & formæ cusoribus præerant. De Nocturnis meminit Cornelius Tacitus, Triumuiri Nocturni, quòd ad incendium in sacra via ortum tardè venerant, à Tribuno Plebis die dicta damnati sunt. ¶ Triumuirorum item nomen assumpserunt Octauius, Antonius, & Lepidus, qui oppressa iam republica, vt tyrannidem honesto aliquo valerent nomine, Triumuiros reipublicæ constituendæ causa, se dici voluerunt. ¶ Triumuiri periphrasis, Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

> *Cepimus & teneræ primos ætatis honores,*
> *Déque viris quondam par Tribus vna fui.*

Trĭŭmuĭrātŭs, ipsa triumuirorum dignitas. {ἡ τῶν τριῶν ἀρχή. Gall. *La dignité des trois gouuerneurs principaux.* Ital. *Dignità di tal magistrato.* Germ. Der dreyerherren ampt vnd wirde. Hisp. *La dignidad de aquellos.* Angl. *The dignitie or office of the three chiefe iudgee.*} Cicer. *de clar. orat.* Qui quidem in triumuiratu iudicauerit contra P. Africani auunculi sui testimonium.

Trĭŭmuĭrālĭs, e, Horat. *Epod.* 4.

> *Sectus flagellis hic triumuiralibus*
> *Præconis ad fastidium.*

Trĭuncĭs, Numulus æreus, quem postea quadrantem appellarunt. {τριούγγιον, τεταρτημόριον. Gall. *De trois onces.* Ital. *Di tre onze.* Germ. Ein vierer. Hisp. *Tres onças, ò quarto de libra.* Angl. *Of three onces.*} Cicer. *lib.* 33. *cap.* 3. Quadrans antea Triuncis vocatus, à tribus vnciis.

Troas, adis, τρῳάς, Regio est Asiæ minoris, quam Ptolemæus minorem Phrygiam appellat, Hellesponto adiacens. Hanc Homerus ab Æsapo fluuio vsque ad Caici fluminis ostia produxit. Plin. tamen cæterique recentiores Lecto promontorio eam ab Æolide diuidunt. In ea fuit Ilion, ἴλιον, ἴλιος, mille quingentis passibus à portu distans, Homeri & Virgilij carminibus nobilissimum. ¶ Et præterea Troas, patronymicum fœmininum formatum à masculino Tros, Trois. Virgil. 5. *Æneid.*

> *At procul in solo secretæ Troades acta*
> *Anchisen flebant.*

Troades, inquit, hoc est, Mulieres Troianæ.

Trŏchæus, τροχαῖος, pes metricus syllabis duabus, priore longa, altera breui constans. Dictus Trochæus (vt quidam existimant) quòd celeritate sua imitetur volubilitatem rotæ, quam Græci τροχὸν appellant: vel (vt alij malunt) διὰ τὸ περιέρχεσθαι τοὺς βωμοὺς τούτῳ μέτρῳ ᾄδειν: hoc est, eo quòd circum aras currentes carmen decantabant, hoc pedis genere compositum. Cic. 3. *de Orat.* Iambum & Trochæum frequentem segregat ab oratore Aristoteles.

Trochaïcus, a, um, τροχαϊκός, ή, όν, trochæis constans.

Trŏchĭllŏs, τροχίλος, auicula exigua, quam ideo Aquilæ inuisam esse quidam tradiderunt, quòd rex auium appelletur. Vide Plin. *lib.* 10. *c.* 7. *& lib.* 8. *cap.* 25.

Trŏchĭscŭs, vide *Trochus.*

Trŏchlĕă, æ, Instrumentum cum orbiculis ad subleuanda & demittenda onera. Vel rotula structa è ligno, vel ære, qua aquam haurimus fune ductario, & hydria. {τροχὸς τροχίλιον. Gall. *Vne poulie.* Ital. *Traglia girella.* Germ. Ein scheiben oder wellen vber die das seil oder ketten geht an einem zug. Hisp. *Carrillo ò polea, engeño.* Angl. *A windlasse or pulley to drawe vp heauie thinges.*} Lucret.

> *Multaque per trochleas, & tympana pondere magno*
> *Commouet, atque leui sustollit machina nixu.*

Budæus ait Trochleam significare totam illam machinam, quæ continet rotulam, & axiculum per rotulam traiectum, circa quem rotula versatur, & præterea ductarium funem, qui circa orbiculum æneum currit, quales in puteis videmus quas Polias vocamus. Trochlearum meminit Cato *de re rustica*, In instrumento torcularis, in quo furculas quinque, funes ductarios quinque, trochleas decem oportere esse tradit. ¶ Trochleis pituitam adducere per translationem dixit Quintil. *lib.* 11. *c.* 3. *de pronuntiatione*, pro difficulter expuere, his verbis, Iam tussire, & expuere crebro & ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, etsi non vtique vocis sunt vitia: quia tamen propter vocem accidunt, potissimùm huic loco subiiciantur.

Trŏchus, i. {τροχός. Gall. *Sabot, toupie.* Ital. *Trottola, moscolo, pirla, pirlo, corlo.* Germ. Ein topff. Hisp. *Trompo ò peonça.* Angl. *A toppe.*} Instrumentum quo lusitant pueri, quod Latinè Turbo dicitur: à rotando dictum, τρέχω enim significat curro, & τροχὸς rotam, vel aliud instrumentum, quod in gyrum circumuoluitur. Trochus (inquit Acron) turbo est, qui à ludentibus pueris scutica agitatur & rotatur. Martialis *lib.* 14.

> *Inducenda rota est, das nobis vtile munus:*
> *Iste trochus pueris, at mihi cantus erit.*

Horat. *de Arte*,

> *Indoctúsque pilæ, discíve, trochíve quiescit.*

Trŏchŭlŭs, diminutiuum. {τὸ τροχίλιον. Gall. *Petit sabot, ou toupie.* Ital. *Picciol trottolo.* Germ. Ein töpfflin. Hisp. *Pequeño trompo ò peonça.* Angl. *A litle toppe.*} Plaut. *in Amph.* Tum meo patri autem trochulus inerit aureus sub petaso. Exemplaria deprauatè legunt *Torulus.*

Trŏchĭscŭs, i, diminutiuum, Paruus trochus, vel parua rota. {τροχίσκος. Gall. *Petite roüe.* Ital. *Picciola ruota.* Germ. Ein scheiblin/rädlin. Hisp. *Pequeña rueda.* Angl. *A litle wheele.*} Vnde compositiones quædam medicorum in formam rotulæ, τροχίσκοι dicuntur. Latini vocant Pastillos, vt apud Celsum *lib.* 5. *cap.* 17.

Trŏcmī, τροκμοί, Galliæ populi qui Mæoniæ, Paphlagoniæque parte occupata Tauium Galatiæ oppidum condiderunt. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 32.

Trocta, vide *Tructa.*

Trŏctēs, τρώκτης, Phœnicis cuiusdam nomen, hominis subdoli in quem Vlysses apud Eumæum subulcum fingit se in Ægypto incidisse, eiúsque suasu inductum, se in Phœnicen contulisse, ibique annum cum eo integrum egisse: eóque exacto nauim rursus conscendisse eodem Trocte suasore: qui aliam quidem causam prætexebat, reuera autem hoc agebat, vt in Africa ipsum venundaret. Verùm subitò exorta tempestate, nauique fracta, Trocten cum suis omnibus interiisse, sese verò arrepto nauis malo, nouem perpetuos dies vndarum arbitrio iactatum, decimo tandem die in Thesprotiorum littora fuisse eiectum. Vide Homer. *Odyss. lib.* 11.

Trœzen, is, cum œ diphthongo in priore syllaba, τροιζήν. Oppidum Peloponnesi in sinu Argolico, à Trœzene conditum filio Pelopis. In hoc regnauit Pitthæus Æthræ pater, & auus maternus Thesei: vnde & Pittheia Trœzen ab Ouidio cognominatur. ¶ Est & Trœzen altera Cariæ, in conuentu Alabrendarum: cuius meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Trœzēnĭŭs, a, um, τροιζήνιος: vt, Trœzenij carbunculi, apud eundem Plin. *lib.* 37. *cap.* 7.

Trogla, τρώγλη, cauerna rosione facta: vnde τρωγλίτης passer. Eustath. à τρώγω rodo.

Trŏglŏdytæ, {סכיים *suchchijim.* τρωγλοδύται.} Populi Æthiopiæ sub Ægypto, in sinum Arabicum & mare rubrum vergentes: ἀπὸ τῶν τρώγλων, hoc est, à specubus, in quibus habitant, nomen sortiti. Plin. *lib.* 5. *cap.* 8. Troglodytæ specus excauant: hæ illis domus, victus serpentium carnes: stridórque, non vox: adeò sermonis commercio carent.

Trŏglŏdytĭcē, es, τρωγλοδυτική, Regio Æthiopiæ sub Ægypto, in qua Septentriones, si Plin. credimus, conspici non possunt. ¶ Hinc proximus sinus Troglodyticus appellatur à Plin. *lib.* 6. *cap.* 29. quem Barbaricum appellat Ptolemæus.

Troglodyticus, a, um, ad Troglodytas pertinens.

‖Trogulus, cucula, monachalis vestis. Pap.

Troia, *Troia*, V. E. & ducatus regni Neapolitani.‖

Trōĭă, τροία, Regio minoris Asiæ, teste Seruio, in qua fuit Ilion vrbs, regia Priami, quæ etiam à scriptoribus nonnunquam Troia vocatur. {Ein landtschafft des mindern Asia/in welcher vor zeiten die königliche statt Ilium gelägen ist/welche die Griechen zehen jar lang belägert haben.} Ouid. *Epist.* 1.

> *Troia iacet certè Danais inuisa puellis.*

Ibidem,

> *Iam seges est vbi Troia fuit.*

Virg. 3. *Æneid.*

> *Et campos vbi Troia fuit.*

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

> ——*Cur non Vexata est iterum carmine Troia meo?*

Idem *lib.* 13. *Metam.*

> *Nempe capi Troiam prohibebant fata sine illo* (Palladio sup.)

¶ Troia capta die 27. April. Plutarch. *in Camil.* Troia ter capta, & à quibus. Idem *in Sertor.* Cicer. *de Amic.* Nec enim (vt ad fabulas redeam) Troiam Neoptolemus capere potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrymis iter suum impedientem audire voluisset. Virg. 3. *Georg.*

> ——*& Troia Cynthius author.*

¶ Troia autem dicta est à Troë rege: antè Teucria à Teucro: & Dardania à Dardano. ¶ Troia item dicitur ludus puerilis, & sciomachia equestris, ab Ænea in Sicilia ab Anchisæ patris tumulum primùm inuenta: deinde post Albam conditam ab Ascanio instaurata, tandémque veluti per manus ad Romanos transmissa. Virg. 5. *Æneid.*

> *Hunc morem, cursus, atque hæc certamina primus*
> *Ascanius, longam muris quum cingeret Albam,*
> *Rettulit, & priscos docuit celebrare Latinos,*
> *Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes,*
> *Albani docuêre suos: hinc maxima porrò*

Accepit

Accepit Roma, & patrium seruauit honorem:
Troiaque nunc pueri Troianum dicitur agmen.

Sueton. *in Cæsare, cap.* 39. Troiam lusit turma duplex maiorum, minorúmque puerorum. Idem *in Calig. cap.* 18. & *in August. cap.* 45. & *in Neron. cap.* 7. Item Troiani Circenses ludi. Idem *in Tiber. c.* 6. ¶ Troia item fuit oppidum, ad intimum maris Adriatici sinum ab Antenore Troiano, & Henetis conditum. ¶ Item alterum eiusdem nominis, in agro Laurenti, ab Ænea extructum, antequam Lauinium conderet. Vtriusque meminit T. Liu. *lib.* 1. *ab Vrb.* ¶ Troia, scrofa. {Gall. *Truye.* Ital. *Troia.*} Ita Troiani troiam, id est, scropham in sua moneta dicuntur habuisse expressam.

Trōs, gentile, τρὼς, cuius fœmininum est Troas, adis, siue Troias per tres syllabas τρωϊάς. Ouid. 13. *Metam.*

Ecce ferunt Troes, ferrúmque, ignésque, Iouémque.

Ibidem,

Per spes nunc socias casuraque mœnia Troum.

Item,

Reppulit Troas ab arsuris carinis.

Virg. 1. *Æneid.*

Tros, Tyriúsque mihi nullo discrimine agetur.

Idem 5. *Æneid.*

At procul in sola secreta Troiades acta,
Anchisen flebant.

Persius *Satyr.* 1.

Ne mihi Polydamas, aut Troiades Labeonem
Prætulerint.

Trōiānŭs, a, um, Virg. 2. *Æneid.*

Troianas vt opes & lamentabile regnum
Eruerint Danai.

Bellum Troianum. Horat. *de Arte,*

Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo.

Plaut. *Pseud. sc.* 8. *a.* 4. Superauit dolum Troianum Pseudolus. Ouid. 13. *Metam.*

——responsa Deûm Troianaque fata retexi.

¶ Porcus Troianus, per iocum dicebatur aper, qui integer torrebatur, minutioribus animalculis veluti grauidus: de quo vide Macrob. *in Saturn.* ¶ Equus Troianus, prouerbiali metaphora, pro clandestinis insidiis accipitur, & latenti periculo. Cicer. *pro Muren.* Intus, inquam, est equus Troianus, à quo nunquam me Consule dormientes opprimemini.

Trōĭcŭs, a, um, τρωϊκὸς, eiusdem significationis. Cicer. *de clar. Orat.* Neque enim iam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Vlyssi tribuisset Homerus, & Nestori, nisi iam tum esset honos eloquentiæ habitus.

Trōĭŭs, a, um, dictio trisyllaba, τρώϊος. Troia gaza. Virg. 1. *Æneid.*

Apparent rari nantes in gurgite vasto,
Arma virûm, Tabulæque, & Troia gaza per vndas.

Catullus *ad Ortalum,*

Troia Rheteo quem subter littore tellus
Obtegit.

Trōiŭgĕnă, æ, τρώς, id est, Troianus, quasi in Troia genitus, ea forma qua Græcos vocamus Graiugenas, quasi genitos in Græcia. Virg. 8. *Æneid.*

Troiugenas, & tela vides inimica Latinis.

Trōĭlŭs, τρώϊλος, filius fuit Priami & Hecubæ, cuius vita inter Troianorum fata numerabatur: nam eo viuo Troia capi non poterat. Hic adhuc adolescentulus ausus cum Achille Græcorum omnium fortissimo congredi, ab eodem occisus est. Virg. *lib.* 1.

Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
Infelix puer, atque impar congressus Achilli
Fertur equis.

‖Tropæa, *Tropea*, V. E. antiqua ad mare, in Calabria, sub A. Rhegiensi.‖

Trŏpæī, τροπαῖοι, venti Altani, qui in terra geniti, quum mare perflarint, redeunt ad continentem: ita dicti ἀπὸ τῆ τροπῆς, hoc est, à conuersione. Iidem quum in mare tendunt, Apogæi vocantur, quòd à terra proficiscantur. Plin. *lib.* 2. *c.* 43. Nanque & è niuibus, & è mari videmus etiam tranquillo, & alios, quos vocant Altanos, à terra consurgere. Qui quidem quum è mari redeunt, Tropæi vocantur: si pergunt, Apogæi. ¶ Tropæi item dicuntur in certo lusus genere, qui alios vellicant, infestántque, & ne deprehendantur, conuertunt se. Sueton. *in Claud. Cæs. cap.* 8. Et quotiès post cibum obdormisceret, olearum ac palmularum ossibus incessabatur: interdum ferula, flagróve, velut per ludum, excitabatur à tropæis.

Tropæum, & Trophæum, {מצבה matstsebáh. τρόπαιον. Gall. *Trophée, enseigne ou marque de victoire.* Ital. *Trofeo, spoglie de nimici poste in monstra per memoria.* Germ. Ein sigzeychen / etwas so man stellt oder auffricht an einem ort zu einem zeychen daß daselbst der feind begwaltiget vnd vberwunden worden sey. Hisp. *Despojo del enemigo ahuyentado.* Angl. *Victorie, the enseignes of victorie.*} cum æ diphthongo & ph, aspirato, quamuis apud Græcos sine aspiratione scribatur, à verbo Græco τροπόω, quod est, retrouerto. Propriè enim Trophæum est monumentum à victore erectum eo in loco, vbi hostes in fugam conuertit. Prima autem trophæa ex arboribus confecta sunt, quas amputatis ramis hostium spoliis decorabant. Deinde etiam cœpta sunt fieri ex lapide, & in montibus, & locis eminentioribus collocari. Hinc Salust. de Pompeio ait, quòd deuictis Hispanis trophæa in iugis Pyrenæi montis posuit. Suet. *in Cæs. c.* 11. Trophæa C. Marij de Iugurtha, déque Cimbris atque Teutonis olim à Sylla disiecta, restituit. Idem *ibid. c.* 84. Funere indicto, lectus eburneus auro ac purpura stratus & ad caput trophæum, cum veste, in qua fuerat occisus. Romæ quoque in arcubus figebantur ex marmore ædificatis. Quæ verò spolia in trophæo figerentur, docet Virg. *lib.* 11.

Mezenti ducis exuuias tibi magne trophæum
Bellipotens aptat rorantes sanguine cristas:
Telaque trunca viri, & bis sex thoraca petitum,
Perfossúmque locis, clypeúmque ex ære sinistra
Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum.

Nonius, Spolia capta, fixa in stipitibus appellantur trophæa. ¶ Accipitur & trophæum pro victoria, siue pro spoliis quæ victoria parantur. Horat. 2. *Carm. Ode* 9.

——& potiùs noua
Cantemus Augusti trophæa.

Virg. 3. *Georg.*

Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa.

Trŏphōnĭŭs, τροφώνιος, insignis architectus fuit, qui subterraneum fanum in Lebadia Bœotiæ regione construxit, quod ab ipso Trophonij antrum cognominatum est. Vbi quum aliquandiu oracula reddidisset, atque tandem fame interiisset, ferunt Genium quendam antrum hoc subiisse, atque ex eo oracula reddidisse. Qui verò hinc oracula sciscitabantur, nudi in aditu specus sedere soliti sunt, atque inde flatu quodam sub terram abripiebantur. Gestabant autem secum placentas, quas lemuribus, serpentibúsque occurrentibus obiicerent. Deinde accepto oraculo, rursus per alium hiarum in terram restituebantur. Creditum est autem quotquot in hoc antrum descendissent, nunquam postea ridere. Hinc factus est locus prouerbio, vt homines tristes, & tetrici in Trophonij antro vaticinati dicerentur. Hæc ferè ad verbum descripsimus ex Erasmi Adag. ¶ De Trophonij oraculo Plutarch. *in Sylla.*

Trŏpĭs, is, seu tropios. {τρόπις. Gall. *Le fond d'vn nauire, la carine.* Ital. *La sentina della naue.* Germ. Ein schiffboden. Hisp. *El hundo de la naue.* Angl. *The botome of a shippe.*} Præter vulgatam illam significationem, qua apud Græcos carinam nauis significat, accipitur etiam pro vino quo in balneis vtebantur, siue ad abluenda corpora, siue ad ciendum vomitum. Mart. *lib.* 12.

Famosa feret ipse tropin de fæce lagena:
Frontis & humorem colliget vsque tua.

Trŏpŏlŏgĭă, τροπολογία, sermo allegoricus ad motum emendationem tendens, Græci enim τῶ τρόπω appellatione mores intelligunt.

Trŏpŭs, {משל maschál. τρόπος.} Figurata verbi immutatio. Cicer. *de claris Orator.* Ornari orationem Græci putant, si verborum immutationibus vtantur quos appellant τρόπους, & sententiarum orationísque formis, quæ vocant σχήματα. Quintilian. Tropum sic definit, quòd sit verbi vel sermonis à propria significatione ad aliam cum virtute mutatio.

Troparium, τροπάριον, sectio canonis psaltici. Nam in orientali Ecclesia certis diebus certos canones canebant, quos in troparia diuidebant, plerumque in xxx. sed vnum magnum canonem in ccl. Vide Meurs. Gloss. Græcob.

Trŏpĭcŭs, a, um, τροπικός, id est, figuratus. August. Quod ea locutione dictum, quæ vtique tropica est, non propria. Gell. *cap.* 14. *lib.* 13. Tropica figura id dictum.

Trŏpĭci, τροπικοὶ, à Cosmographis appellantur duo circuli cœlestes, æquali spatio distantes ab æquatore, quos Latini Solstitiales appellant: quorum alter, qui nobis propinquior est, Cancri Tropicus dicitur, alter in Austrum vergens, Tropicus Capricorni. Hosce circulos Sol nunquam egreditur: verùm vbi ad alterum eorum peruenerit, retrorsum se conuertit. Vnde & nomen acceperunt, ἀπὸ τῆ τροπῆς, hoc est, à conuersione Solis.

Trŏpĭcŭs, adiectiuum, τροπικός. vt, Tropica figura. Gell. *lib.* 13. *c.* 23. Tropica quædam figura mutationem vocabuli fecerit.

Trōs, ois, siue os, τρώς, Erichthonij filius, & nepos Dardani, Troianorum autem rex, pater Ili, Assaraci, & Ganymedis: vt refert Æneas, apud Hom. *lib.* 20. & Ouid. 4. *Fast.* ¶ Est item Tros, gentile nomen à Troia deductum. Vide suprà in dictione *Troia.*

Trŏssŭlum, oppidum fuit Tusciæ, nouem passuum millibus distans à Volsiniis, quod quum equites Romani cepissent sine peditum adiumento, inde *Trossuli* dicti sunt. Plin. *lib.* 33. *cap.* 2. Quinetiam ipsum equitum nomen sæpè variatum est, in his quoque, qui ad equitatum trahebantur. Senec. *epistol.* 77. & 88. Trossuli & Iuuenes, &c. Celeres sub Romulo regibúsque appellati sunt, deinde Flexumines, postea Trossuli, quum oppidum eius vocabuli in Tuscia citra Volsinios passuum ix. m. sine vllo peditum adiumento cepissent. Hæc ille. Nonius Trossulos dictos putat, quasi torosulos, hoc est, bene habitos, & musculorum toris præualidos: citátque testimonium Varronis ex Sesquivlysse, Nunc emunt Trossuli, nardo nitidi, vulgò Attico talento equum.

Troxartes, τρωξάρτης, mus princeps, in Batrachomyomachia, à rosione panis, quod est τρώγειν ἄρτον.

Trōxĭmus, {אשכול eschcból חנב benáb. τρώξιμος.} Vua edulis, quæ cibaria à Plinio vocatur. Apud Iureconsultos, constat troxymos vuas esse, quas nos vini causa habemus. Paulus *in Pandectis,* Qui fundum vendidit, pomum recipit, nuces, & ficos, & vuas dumtaxat duracinas, & purpureas, & quæ eiusdem generis essent, quas non vini causa haberemus, quas Græci τρωξίμους appellarent, recepta videri. Ita enim legit Politianus ex Archetypo Pandectarum, qui Florentiæ asseruatur: quanuis, vt idem Politianus fatetur, non malè ibi à quibusdam legatur ἐδωδίμους, cuius significatio ferè eadem est cum superiore. Vtrunque enim nobis sonat comestibile: licèt huius significatio videatur generalior. τρώξιμος autem, etiamsi nihil aliud addas, propriè de vua intelligitur. Huc accedit quòd τρώξιμος à verbo τρώγω fiat, cuius verbi significatio vuis, cæterísque bellariis, quæ in secunda mensa apponuntur, optimè congruit. Inde enim fiunt τρωγάλια, τραγήματα, τραγηματισμός. Hæc ex *lib.* 7. *Epist. Politian. Epist. vlt.*

Trŭă, vasis genus, à terendo dicitur, quasi terua, quam nos diminutiuè Trullam dicimus. Siue (vt docet Varro) à trauolando, traiiciendóve, quòd per eam aqua traiiciatur. {ποιόν τι ἀγγεῖον. Gall. *Vne sorte de vaisseau à receuoir immondices.* Ital. *Vaso da riceuer le immonditie.* Germ. Ein weit wassergeschir darinn man wäscht vnd flattert. Hisp. *Barrena.*}

Trŭcīdo, Truculentus, vide *Trux.*

‖Truclude, alea. Gl. A. L.‖

Trūdo, is, si, sum, propriè significat violentia quadam impello. {דחה dacháh תקע takáb צנח tsanách. ὠθέω. Gall. *Pousser ou repousser à force.*

 Ital.

ITAL. *Spingere, sborlare, sospingere.* GERM. Stossen/mit gewalt trucken. HISP. *Empuxar.* ANGL. *To thrust out with violence.*} Cicer. 1. *Tusc.* Et quum penè in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, vt non ad mortem trudi, verùm in cœlum videretur ascendere. Plaut. *in Asin.* Ille æcastor hinc trudetur. Idem *Amph.* Frater trudebat fratrem hasta & galea. Idem *Capt. sc. 5. a. 3.* Vis hæc est, & trahi & trudi simul. Gell. *c. 3. lib. 7.* Trudunt transuersum à rectè intelligendo secundæ res. ¶ Aliquando est obiicere, seu producere. Idem *in Epid.* Quæ te intemperiæ tenent? Quas tu mihi tenebras trudis? Terent. *in Andr.* —fallacia alia aliam trudit: id est, insequitur. ¶ Huius composita sunt, Abstrudo, protrudo, contrudo, detrudo, extrudo, intrudo, obstrudo, obtrudo, & retrudo, quæ habent penult. product.

Trūsātĭlis, adiectiuum, verbale, ἀτὸς, vt, Mola trusatilis, quæ manu trudi & circumagi potest. {χειρομύλων. GALL. *Vne meule à main.* ITAL. *Mola da mano.* GERM. Ein mühle die man von der hand zeucht oder stoßt. HISP. *Muela de mano para moler.* ANGL. *That may be trust or turned about with a mans hand.*} Gell. *lib. 3. cap. 3.* Ob quærendum victum, ad circumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasse.

Trūdēs, is, instrumenti genus quo in re quapiam protrudenda vtimur, {ὠσρήιον. GALL. *Instrument à pousser quelque masse ou grosse piece.* ITAL. *Strumente da spingere à forza.* GERM. Hebel oder dergleichen instrument mit welchen man etwas fürschaltet. HISP. *Instrumento para empuxar algo.* ANGL. *An instrument in thrusting out any thing.*} Tacit. *lib. 3.* Quidam trudibus aut furcis inertem molem prosternere.

Truentium, τρυέντιον, fluuius Picenorum, & vrbs eiusdem nominis. Ptolemæo *lib. 3. c. 1.* Vulgò *Tronto.* Vide Plin. *lib. 3. cap. 13.* Hinc Adiectiuum Truentinus, a, um. Silius *lib. 8.* Quique Truentinas seruant cum flumine turres.

TRVLLĂ, æ, diminutiuum est à Trua, vasis vinarij genus, ἀρύσιον. Trulla (inquit Varr. *lib. 4. de ling. Lat.*) dicta est à similitudine truæ: sed hæc magna, illa pusilla. Martial. *lib. 9.*

Clinicus Herodes trullam subduxerat agro:
Deprehensus dixit, Stulte quid ergo bibis?

Plaut. *Amphitr.* Lances detergam omnes, omnésque trullas hauriam. ¶ Trullis ferreis ignem portare, Liu. *lib. 7. d. 4.* Item, de Trulla. Cic. *6. Verr.* ¶ Est item Trulla, eodem Varrone teste, aliud vasis genus, quo in culina aquam in lauatrinam solent infundere. {ANGL. *A tree or such hollow vessell occupied about a house.*} ¶ Item capitur pro vase lato, profundóque, quod in mensam inferri plerunque solet. Quod licèt potui ineptum videatur: tamen vsurpatum fuisse legimus. Horat. 2. *Serm. Sat. 3.*

Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla vappámque profestis.

Iuuenal. *Satyr. 3.*

Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.

Vbi bibacem arguit, quòd in trulla bibat: ineptum, quòd crepitus inter bibendum edat. Plin. *lib. 34. cap. 1.* Sunt ergo vasa tantùm Corinthia, quæ isti elegantiores nunc æs scalpendo transferunt, modò in lucernas, modò in trullas, nullo munditiarum despectu. ¶ Est & trulla cæmentarij instrumentum, quo fabri murarij tectorijs linendis, complanandísque vti solent: vt non solùm parietes pulchritudinem accipiant; sed & firmitatem contra iniuriam imbrium, & creberrimas tempestates. {ἡ τύκος, GALL. *Truelle de masson.* ITAL. *Cazzuola da muraro.* GERM. Ein maurkellen. HISP. *Instrumento para atauiar cimiento, y zaharrar la pared.* ANGL. *An instrument seruing for pargetting of walles.*}

Trulleum, ei, vasis genus quo manus perluuntur, simile trullæ, nisi quòd latius erat. {χερνιβεῖον. GALL. *Bacin à lauer les mains.* ITAL. *Bacino.* GERM. Ein handbeck. HISP. *El aguamanil para lauar.* ANGL. *A basin or lauer to wash handes in.*} Varro *de vita popul. Rom. lib. 1.* vt citatur à Nonio, Itaque ea sibi non ponere ac suspendere quæ vtilitas postularet trulleum, matellionem, peluim, nasiternam. Apud Varr. *lib. 4. de lingua Latina, Truellum* legitur, non truelleum.

Trŭllĭssāre, κονιάω, πτιάω, apud Vitruu. *lib. 7. c. 3.* pro trulla gypsum inducere legitur. cuius hæc sunt verba, Coronis explicatis, parietes quàm asperrimè trulissentur: postea autem suprà, trulissatione subarescente, deformentur directiones arenati.

TRVNCO, as, Amputo, in partes scindo, mutilo. {קצץ *kistsêts* כרת *charáth* גרע *gharáh* נקף *nakáph.* μιλίζω, ἀκρωτηριάω, κολούω. GALL. *Tronquer & couper.* ITAL. *Troncare, zoncare, tagliare.* GERM. Stümeln. HISP. *Descabeçar ò cortar miembro.* ANGL. *To cutt of en pieces and make vnperfite.*} Valer. Flac. *6. Argon.*

———iam non per curua volantem
Stagna, nec in medio truncantem marmore ceruos.

Claud. *de bell. Get.*

———manibus truncatus & armis.

Suet. *in Calig. c. 45.* Truncatísque arboribus, &c. ¶ Huius composita sunt, Detrunco, distrunco, obtrunco, pertrunco, quorum significata vide suis locis.

‖Truncarius deuorator. Pap. qui truncat cibos.‖

Trūncus, i, pars arboris crassior, è qua rami enascuntur. {גזע *ghézah.* στέλεχος. GAL. *Le tronc ou trognon d'vn arbre.* ITAL. *Trunco d'albero ò d'altra cosa.* GERM. Ein stock oder stamm eines baums. HISP. *Trunco de arbol, ò de otra cosa.* ANGL. *A logge.*} Columell. *lib. 3.* Vt ex his partibus trunci sumantur, quæ & genitales sunt & maximè fertiles. Cicer. 3. *de Orat.* Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia denique, nisi ad suam retinendam, conseruandámque naturam. Virg. 3. *Georg.*

Arboris obnixus trunco.

Idem 10. *Æneid.*

Vulnera siccabat lymphis, corpúsque leuabat
Arboris acclinis trunco.

¶ Truncus corporis. Cicer. *pro Rosc. Comœd.* Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat: sed ex artificio Comico æstimabat. Virg. 2. *Æneid.*

———iacet ingens littore truncus,
Auulsúmque humeris caput, & sine nomine corpus.

Sueton. *in Galba cap. 20.* Et hoc (sup. Caligulæ caput) & cæterum truncum sepelit. ¶ Truncus per translationem pro homine stupido, quemadmodum & Stipes. Cicer. *in Piso.* Sed qui tanquam truncus, atque stipes, si stetisset modò, potuisset tamen sustinere titulum Consulatus. ¶ Truncus ægritudinum, per aliam translationem. Idem 3. *Tuscul.* Atqui stipes sunt ægritudinis quàm multæ, quàm amaræ, quæ ipso trunco euerso omnes elidendæ sunt, & si necesse erit, singulis dissputationibus.

Trūncŭlus, diminut. {τὸ στελέχιον, στελεχίδιον. GALL. *Petit tronc.* ITAL. *Picciol tronco.* GERM. Ein stöcklin/blöcklin. HISP. *Pequeño trunco.* ANGL. *A litle logge.*} Cels. *lib. 2. c. 19.* Præcipuè tamen in vngulis, trunculísque suum, in petiolis, capitulísque hœdorum. Et *lib. 4. cap. 7.* Ex carne vngulus, & summa trunculorum.

Trūncŭs, a, um, quod est truncatum vel mutilum. {מקצץ *mukntsâts* כרות *charúth* גרוע *gharúah.* κολοβός. GALL. *Tronqué, coupé.* ITAL. *Troncato, zoncato, tagliato.* GERM. Gestümelt oder gestümpelt. HISP. *Descabeçado, cortado.* ANGL. *Cutt, or made vnperfite.*} Colum. *lib. 2.* Quum deinde truncam reddideris, acuto ferramento plagam leuato. Virg. 2. *Æneid.*

Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat.

Idem 6. *Æneid.*

———& truncas inhonesto vulnere nares.

Prop. *lib. 4. Eleg. 9.*

Iactabat truncas ad caua buxa manus.

Ouid. 3. *Metam.*

Non habet infelix quæ matri brachia tendat
Trunca, sed ostendens deiectis vulnera membris,
Aspice mater, ait, &c.

Idem 5. *Fast.*

Truncaque dimidia parte decoris erat.

Trŭo, nis, auis cygno non dissimilis, quæ alio nomine Onocrotalus, ὀνοκρόταλος, dicitur in faucibus ipsis capacissimum ventriculum habens, quo omnia congerit, donec perfecta rapina sensim inde in os reddita, in veram aluum ruminantis modo refert. Supra rostrum verò nares habet valde prominentes: vnde Cæcilius, referente Festo, nasi cuiusdam magnitudinem irridens, Proh dij immortales (inquit) vnde hic prorepsit truo?

Truo, as, turbo liquores, in olla: etiam in patina. Casaub. *in Athen. lib. 7. c. 22.* τορύνη culinæ vocabulum est.

‖Trusatilis, e, quod trusari, i. e. frequenter trudi potest.‖

TRVTĬNĂ, æ, Statera. {מאזנים *moznájim* פלס *péles.* πλάστιγξ, τρυτάνη. GALL. *Balance, trebuschet.* ITAL. *Stadera, bilancia.* GERM. Ein wag. HISP. *El peso ò balança para pesar.* ANGL. *A gold smithes balance.*} Vitruu. *lib. 11.* Id autem ex trutinis, quæ stateræ dicuntur, licet considerare. Cornutus tamen scribit trutinam foramen esse, intra quod est lingua bilancis, ad quod est examinatio, quod alij æquamentum, alij libramentum, alij æquilibrium vocant. Translatè ponitur pro iudicio. Hor. *lib. 1. Serm. Satyr. 3.*

In trutina ponetur eadem.

Cic. *lib. 1. de Orat.* Ad ea probanda, quæ non artificis, sed populari quadam trutina examinantur.

Trŭtĭno, as, Examino, pensiculo, libro. {פלס *pillés* שקל *schakál.* σταθμίζω. GALL. *Balancer, tresbucher, peser.* ITAL. *Essaminare, pesare.* GERM. Erwägen. HISP. *Pesar en balança.* ANGL. *To weigh in balances.*} Hieron. *ad Damasum*, Sint alij diserti, laudentur vt volunt, & inflatis buccis verba spumantia trutinent.

Trŭtĭnŏr, deponens, idem Pers. *Satyr. 3.*

Atque porrecto trutinantur verba labello.

Apuleius, Trutinatam sententiam, vocat grauem, & rectè examinatam.

TRVX, ucis, omn. gener. Ferox, crudelis. {אכזר *aehzár* אכזרי *aehzarí.* ἀπηνής. GALL. *Cruel.* ITAL. *Crudele.* GERM. Grausam/grim. HISP. *Cruel.* ANGL. *Fierce, cruell.*} Quidam deducunt ab Atrox detritâ litterâ A. Plaut. *in Bacch.* Arietes truces nos erimus. Cic. 2. *de diu.* Capite breui, ceruice anguina, aspectu truci. Idem 2. *de nat. deor.* E trucibúsque oculis duo feruida lumina flagrant. Plin. *lib. 6. c. 22.* Ipsos verò excedere hominum magnitudinem, rutilis comis, cæruleis oculis, oris sono truci, nullo commercio linguæ. Ouid. 8. *Metam.*

Non armenta truces possunt defendere tauri.

Tacit. *lib. 4.* Et Cesar truci vultu defensionem accipiens, &c. Liu. *lib. 34.* Orator non solùm grauis, sed etiam trux M. Cato.

Trŭcīdo, as, Crudeliter neco, morti do. {שחט *schachat* החרים *hemith* הרג *haràgh.* κατακόπτω, ἀποκτείνω. GALL. *Assommer, tuer cruellement.* ITAL. *Tagliar à pezzi, ammazzare crudelmente.* GERM. Grausamlich vmbbringen. HISP. *Matar despedaçando y cruelmente.* ANGL. *To murther, to slea cruellie.*} Virg. 2. *Æneid.*

Fit via vi, rapiunt aditus primósque trucidant.

Cic. 4. *in Catil.* Qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt. Idem *in Catil.* Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. Trucidari fœnore per translationem dixit idem *pro Cælio.* Parcat (inquit) iuuentus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur.

Trūctă, Æliano τρώκτης, aliàs Amia, & recentioribus Trutta. Varius *Isidoro*, quibusdam Sario, siue Fario Ausonij, aliis Salmo fluuiatilis. Piscis est etiam in torrentibus, rapidissimísque fluminibus viuens, quin & aduersum means ac subiens, cui parui salmonis figura (ob idque Salmo fluuiatilis Plinij esse creditur) deorsum flauescit, corpus paruis squamis contectum & guttis rubris stellatum, ac insignitum est. Diuus Ambros. *lib. 5. Hexaëmer. c. 3.* Piscium alij oua generant, vt ij quos Tructas vocant, & aquis fouenda committunt. Isidorus, Piscium nonnulli à colore appellantur, vt varij, à varietate, quos vulgo Truttas vocant. Hoc genus piscis & maximum & præstantissimum prouenit in Lacu Lemano, cui (præsertim in copia) respondet Transyluaniæ quædam prouincia ab accolis Fogarasinum vocata.

Trŭcīdātĭo, nis, verbale, Occisio, cædes. {הרג *héregh* הרגה *haregháh.* φόνος. GALL. *Tuement, cruel, cruelle tuerie.* ITAL. *Esso ammazare.* GERM. Ein

Ein grausammer oder greulicher todtschlag. HISP. *Obra de matar cruelmente.* ANGL. *A cruell slaying.*} Cicer. 4. *Philipp.* Nullus ei ludus videtur esse iucundior, quàm cruor, quàm cædes, quàm ante oculos trucidatio ciuium.

Trŭcŭlĕntŭs, a, um, qui vultu crudelitatem præfert, alióſque terret. {אכזר *achzár* אכזרי *achzári*. ἀπηνής. GALL. *Cruel, fier.* ITAL. *Crudele, fiero.* GERM. Scheützlich/grawsam/greulich. HISP. *Terrible y cruel.* ANGL. *Cruell, fierce.*} Plaut. *Asinar. sc. 3. a. 2.* Macilentis malis, rufus, truculentis oculis, commoda statura. Quint. Truculentus Hercules, Aiax attonitus. Terent. *in Adelph.* Ego ille agrestis, sæuus, parcus, tristis, truculentus, tenax. Cicer. *pro Sestio*, Alter ô dij boni, quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aspectu. Ouid. 2. *de Pont. Eleg. 7.*

Nulla Getis toto gens est truculentior orbe.

¶ Inuenitur datiuo iunctum. Plin. *lib. 8. cap. 4.* Sic & tigris etiam feris cunctis truculenta.

Trŭcŭlĕntĕr, ius, issimè, aduerb. {ἀπηνῶς, ὠμῶς. GALL. *Cruellement.* ITAL. *Crudelmente.* GERM. Scheützlich/grausamlich/rewisch. HISP. *Cruelmente.* ANGL. *Cruellie.*} Cicer. *contra legem Agrar.* Truculentius se gerebat quàm cæteri.

Trŭcŭlĕntĭă, æ, quæ & Truculentitas ab antiquis est dicta. ὠμότης.

Trutta, vide *Tructa.*

‖Truxillum, *Truxillo*, in prouincia Hondurensi, V. E. sub A. Mexicano, in India Occidentali. ¶ Truxillum item V. E. sub A. Limensi, in regno Peruano, apud Indos Occidentales.‖

Trychnŏs, quæ & Strychnos, herba est quam Latini solanum appellant: cuius quatuor sunt genera quæ suprà explicuimus in dictione *Solanum*, τρύχνος, ἢ στρύχνος. Plin. *lib. 21. cap. 31.* Strychno, quam quidam Trychnon scripsêre, vtinam ne coronarij in Ægypto vterentur, quos inuitat hederæ florum similitudo.

Trygīnŏn, τρύγινον, atramenti genus ex vini fæce excoctum. Plin. *lib. 35. cap. 6.* Sunt & qui vini fæcem siccatam excoquant, affirmántque si ex bono vino fæx fuerit, Indici speciem id atramentum præbere. Polygnotus & Mycon celeberrimi pictura Athenis, è vinaceis fecêre, Tryginon appellant.

Trygobius, τρυγόβιος, fæce victitans. à τρὺξ fæx & βίος vita.

Trygŏdæmŏnēs, τρυγοδαίμονες, Poëtæ dicebantur, qui fæce faciem vncti, ne cognoscerentur, plaustris inuecti, Poëmata canebant.

Trygœdus, qui fæcibus oblitus canit. à τρὺξ fæx, & ᾠδὸς cantor.

Trygon, τρυγὼν, piscis est ex genere venenatorum, quem Latini pastinacam vocauêre, nonnulli etiam turturem: Græcos imitati, qui vna voce & auem significant & piscem.

Tryphĭŏdōrŭs, τρυφιόδωρος, Grammaticus & Poëta Ægyptius, ex cuius operibus à Suida commemorantur Marathoniaca, Excidium Ilij, Pugna Lapitharum, & Centaurorum in Hippodamiæ nuptiis, Odysseæ Paralipomena, in quibus fabulas persequitur Homero & aliis intactas: item Paraphrasis Homericarum comparationum.

Tryphon, is, τρύφων, Grammaticus Alexandrinus Ammonij filius, qui circa Augusti tempora fuit natus. Scripsit tractatus aliquot de variarum linguarum dialectis, & alia nonnulla ad Grammaticæ cognitionem pertinentia. ¶ Fuit & Tryphon alius, Origenis auditor, cuius extant nonnullæ ad ipsum Epistolæ. ¶ Tryphon item Bibliopolæ nomen fuit, Martialis carminibus non vno in loco celebrati.

Trytodoce, τρυτοδόκη, theca bilancis, quæ δέχεται τὴν τρυτάνην, contractè pro τρυτανοδόκη.

Tryx, τρὺξ fæx.

Tryxalis, τρυξαλὶς, animal locustæ simile, sine pennis, quod nonnulli idem esse putant cum eo, quod alio nomine Gryllum vocamus. Vide Plin. *lib. 30. cap. 6.*

T V

Tū, tui, vel tis, tibi. Vnicum secundæ personæ pronomen. {אתה *attáh.* GALL. *Toy.* ITAL. & HISP. *Tu.* GERM. Du. ANGL. *Thou.*} Plaut. *in Amph.* Lacrumantem ex abitu concinnas tu tuam vxorem. Idem *Curcul. sc. 2. a. 5.* Iuppiter te te malè perdat. *Ibid. sc. 1. a. 1.* Dum te te abstineas viduá, nuptá, virgine. Idem *Pseud. sc. 4. a. 2.* Te te tyranne te rogo. Idem *Asin. sc. 1. a. 4.* Cùm iaciet (talos) Te ne dicat, nomen nominet. Idem *Milit. sc. 1. a. 1.* Communicabo te mensa mea. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Scio me esse te, & te esse me. ¶ Idem *Curc. sc. 1. a. 3.* Túne is es Lyco trapezita. Iterum *Ps. sc. 7. a. 4.* Túne is es? Idem *Capt. sc. 4. a. 3.* Tu, &c. Idem *Capt. prolog.* Vos vos mihi testes estis. Cicer. *pro Rab.* Tu mihi etiam legis Porciæ, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiusquam denique hominis popularis mentionem facis? Plaut. *in Mercat.* Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis. ¶ Tute, tu ipse. Terent. *in Eunuch.* Et quod nunc tute tecum iratus cogitas. Plaut. *Mostell. sc. 4. a. 1.* Visne ego te, ac tute me amplectare? ¶ Pro tu, *ibid. sc. 3. a. 1.* Tute speculo speculum es maximum. *Ibidem*, Tute lepida es. Idem *Men. sc. 1. a. 5.* Quem tute hominem me arbitrare nescio. Idem *Curc. sc. 2. a. 2.* Tute ipse referes ad me. Idem *Aulul. sc. 1. a. 2.* Tute existima. Idem *Capt. sc. 4. a. 3.* Tute is es. Item *Curc. sc. 1. a. 1.* Tute tibi puer es lautus. Idem *Milit. sc. 3. a. 2.* Profectò vidi. P. Tuten'. S. Egomet. Item, Tute tabellas consignato, &c. Vide *Tute*, infrà suo loco, post dictionem *Tutanus*. ¶ Tutemet, idem Lucret. *lib. 4. Sat. 5.* Tutemet in culpa quum sis. ¶ Tui, vide infrà post Tuguriolum.

Tutu, vox noctuæ. Plaut. *Menæch. 4. 2.* Quæ (noctua) tutu vsque dicat tibi. Inde est, vox τοτῶ noctua.

‖Tuamum, *Toam*, V. A. Hiberniæ.‖

Tŭātim, inquit Nonius, id est, tuo more. Plaut. *Amph.* Ecce rem iam tuatim facis.

Tŭbă, æ, Buccina, instrumentum incuruum ex ære argentóve, cuius sonitu milites equíque ad prælium inflammantur: à tubi, hoc est, canalis concauitate nomen habens. {שפר *schophár* חצצרה *chatsotserâh.* σάλπιγξ. GALL. *Trompe ou trompette.* ITAL. *Tromba.* GERM. Ein trommet oder posaun. HISP. *El añafil ò trompeta derecha.* ANGL. *A trumpet.*} Huius inuentionem Piseo Tyrrheno assignat Plin. *lib. 6. cap. 56.* Cicer. *in Catil.* Quum tubas & signa militaria scirem esse præmissa. Virg. 2. *Æneid.*

Exoritur, clamórque virûm, clangórque tubarum.

Plaut. *Amph. sc. 1. a. 1.* Tubæ vt vtrinque canunt. Autor ad Heren. *lib. 4.* In concione de virtute loqueris, in prælio per ignauiam tubæ sonitum perferre non potes. Lucan. *lib. 1.*

Vangiones, Batauíque truces, quos ære recuruo
Stridentes acuêre tubæ.

Tacit. *lib. 2.* Tum Sentius occanere cornua tubásque & peti aggerem, erigi scalas iussit, ac promptissimum quemque succedere. ¶ Tuba citabatur reus capitis ante domum.

Tŭbārĭŭs, σαλπιγγοποιὸς, qui tubas efficit. Tubariorum meminit Callistratus *D. lib. vlt. tit. 6. l. 6.* inter eos, quibus aliquam vocationem munerum grauiorum conditio tribuit.

Tŭbĭcĕn, inis, qui tuba canit. {חלל *cholél.* σαλπιγκτής. GALL. *Vn trompeteur ou trompette.* ITAL. *Sonatore di trombetta.* GERM. Ein trommeter. HISP. *Varon que tañe trompeta.* ANGL. *A trumpetter.*}

TVBĔR, is, neutr. gen. Tumor siue callus, in quocunque corpore eminens. {שאת *scheth.* ὄγκος. GALL. *Truffes, bosse.* ITAL. *Gonfiamento, tartofola.* GERM. Ein höhe/als von geschwulst/ein hofer oder bühel am leib. HISP. *Hinchazon ò torondon, turma de la tierra.* ANGL. *A mushrom, alsoa swelling.*} Terent. *Adelph.* Præterea colaphis tuber est totum caput. ¶ Sic dicitur caput tuber pro tuberoso: quomodo homo scelus, pro scelerato. Plin. *lib. 8. c. 18.* Tubera bina in dorso habent cameli. ¶ Tuber, pro callo præduro in arboribus eminente. Idem *lib. 16. c. 16.* Reperitur & in alno tuber, tanto deterius, quanto ab acere alnus ipsa distat. ¶ Tubera item dicuntur tumentis terræ calli, & quidam prægnantis arenæ fœtus, siccis in locis sine vllo caule prouenientes, nullísque radicis nixi capillamentis. Idem *lib. 19. c. 2.* Tubera enim vndique terra circundata, nullísque fibris nixa, aut saltem capillamentis, nec vtique extuberante in quo gignuntur loco, aut rimam agente, neque ipsa terræ cohærent: cortice etiam includuntur, vt planè nec terram esse possimus dicere, nec aliud quàm terræ callum, &c. Idem *cap. seq.* Quum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, nascuntur, & maximè è tonitribus nec vltra annum durant. Iuuen. *Sat. 5.*

——— post hunc tradantur tubera, si ver:
Tunc erit, & facient optata tonitrua cœnas
Maiores.

Mart. *lib. 13.*

Rumpimus altricem tenero de vertice terram,
Tubera, boletis poma secunda sumus.

¶ Est & Tuber priore breui & fœmin. gener. arboris genus, poma ferens baccis quàm malis similiora, à Sexto Papinio ex Africa in Italiam translatum. Plin. *lib. 16. c. 25.* Ab Amygdala proximè florent Armeniaca: deinde tuberes & præcoces, illæ peregrinæ, hæ coctæ. Fructus quoque arboris huius tuberes dicuntur, sed mascul. gener. Suet. *in Domit.* Pridie quàm periret, quum oblatos tuberes seruari iussisset. Mart. *lib. 12.*

Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis,
Et vernæ tuberes: quid tibi cum Libycis?

Nebricensis, & Sabellicus putantes Vernæ ibi adiectiuum esse, dixerunt Tuberes fœmin. gen. esse: at substantiuum est plurale ab hic Verna, vt per appositionem dicamus Tuber verna, id est, ruri nostro natus, non ex Africa allatus. ¶ Tuber terræ, herba est folia habens hederæ purpurea varia, maculis vtrinque albicantibus, caule quadrantali, nudo, floribus purpureis, rosarum effigie, radice nigra & tuberosa, ita vt rapum videri possit, à cuius figura apud Latinos etiam nomen accepit. κυκλάμινος. Vide Plin. *lib. 25. c. 9.*

Tubera maris, ostrea. ‖¶ Tubera terræ ὕδνα, i. fungi, quæ & οἴδνα, ab οἰδᾶν tumere. Metaphoricè vsurpatur pro næuo, aut ærumna, vel dolore.‖

Tŭbercŭlum, i, diminutiuum. {ὀγκίδιον, φυμάτιον. GALL. *Bossette.* ITAL. *Picciola confiatura.* GERM. Ein hübele. HISP. *Pequeña hinchazon ò torondon.* ANGL. *A litle swelling or bunche.*} Plin. *lib. 11. cap. 11.* Apes regias extruunt tuberculo eminentes. Colum. *lib. 7. c. 5.* Claui quoque dupliciter infestant ouem, siue quum subluuies atque intertrigo in ipso discrimine vngulæ nascitur: seu quum idem locus tuberculum habet, cuius media ferè parte caninò similis extat pilus, eíque subest vermiculus.

Tūbĕro, as, Tuberosus sum, tuberis modo emineo, in tuber excresco. ὀγκῶμαι: vnde extubero, & protubero composita: de quibus vide suis locis.

Tubero, prænomine Quintus, ciuis Romanus fuit, Ciceronis æqualis, qui quum in Pompeianis partibus fuisset, postea veniam consecutus à Cæsare, eodem crimine accusauit Q. Ligarium, defendente Cicerone: cuius aduersùs illum extat Oratio pro T. Ligario inscripta. ¶ Æliorum Tuberonum paupertas, & concordia, Plutarch. *in Paulo Æmylio.*

Tuberum, i, flumen Carmaniæ nauigabile, quod Parizæ populi accolunt. Autor Plin. *lib. 6. cap. 23.*

Tŭbĭlūstrĭum, (inquit Festus) Dies erat quo aqua tubæ lustrabantur. Vide Ouid. 3. *Fast.*

Proxima Volcani lux est, tubilustria dicunt.
Lustrantur puræ, quas facit ille, tubæ.

Malè hodie legitur:

Proxima Volcani lux est, quam lustria dicunt.

Scal. ad Fest.

Tuburbis, vrbs Africæ propriè dictæ inter Bagradam, & Tritonem amnes. Autor Plin. *lib. 5. c. 4.*

Tŭbūrcĭnŏr, aris, Raptim comedo. {λαφύσσω. GALL. *Bouffiner & manger auidement.* ITAL. *Diuorare, mangiare, ingordamente.* GERM. Schwappeln/in eil fressen. HISP. *Tragar mucho.* ANGL. *To eat greadelie.*} Tritinius apud Nonium, Tuburcinari sine me vultis reliquias. Plaut. *in Pers.* Tuburcinari de suo siquid est domi.

TVBVS, i, masculin. gener. Canalis teres, & concauus, seu fistula maior, qua aqua ducitur: nomen habens à tumore. {צנור *tsinnór.* σωλήν. GALL. *Tuyau ou canal comme ceux des fontaines.* ITAL. *Canna, cannone, doccione.* GERM. Ein ronder teuchel. HISP. *El atanor para traer agua.* ANGL. *A cunduitte pippe, or pippe to conueigh water.*} Cicer. *lib. 2. de legib.* Ductus verò aquarum, quos isti tubos, & euripos appellant: quis non,

non, quum hæc viderit, irriserit? ¶ Tubos viscerum. Martial. *lib.* 11. per translationem posuit pro podice, & pudendo muliebri, quòd iis meatibus veluti canalibus quibusdam excrementa tam liquida quàm sicca egerantur.

Modò (inquit) *qui per omnes viscerum tubos ibat.*

Tŭbŭlŭs, i, diminutiuum, Canaliculus, parua fistula. {σωλήνιον. GALL. *Petit tuyau ou canal.* ITAL. *Picciol cannone ò condutto.* GERM. Ein teuchelin. HISP. *Pequeño atanor.* ANGL. *A condutte pippe.*} Varro *lib.* 1. *de re rust. c.* 8. Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quos cuspides appellant, qua humor aduentitius transire possit. Tubuli olim in parietibus fiebant, quibus calor ignis ex fornace ascendens, primùm parietem, deinde & locum vicinum calefaciebat. ¶ Hinc est quod apud Paulum Iurisconsultum legimus tubulos eos esse, quibus paries calore torretur. Apud antiquos enim nullus in cubiculis tricliniisue vsus erat ignis, nondum scilicet ratione excogitata fumum per infumibula emittendi.

Tubulatus, a, um, adiectiuum, Cauatum ad effigiem tubuli. Plin. *lib.* 9. *c.* 36. Alterum purpura vocatur cuniculatim procurrente rostro, & cuniculi latere introrsus tubulato, qua profertur lingua.

Tŭccā, Augusti temporibus vir in primis eruditus fuit, Virgilióque amicissimus, & ex parte testamenti hæres, cui Augustus vnà cum Vario, & Plotio Æneidem, quam cremari Poëta testamento iusserat, ea lege dedit emendandam, vt nihil adderent. Autor Seruius.

‖Tucci, *Martos*, V. olim E. sub A. Hispalensi.‖

Tŭccĭă, Virgo vestalis fuit, quæ incesti accusata, aquam pertulit in cribro. Plin. *lib.* 28. *c.* 2.

Tuceta, inquit Cornutus *in Persium, Satyr.* 2. apud Gallos cisalpinos bubula caro dicitur, condimentis quibusdam crassis oblita ac macerata, ac ideo toto anno durat. ¶ Ponitur etiam pro ipsis condimentis, quibus caro bubula conditur, quæ Persius valetudini inimica esse notauit, quum dicit *Satyr.* 2.

Poscis opem neruis corpúsque fidele senectæ?
Esto age, sed grandes patinæ tucetaque crassa,
Annuere his superos vetuêre.

‖Tucus. Gloss. A. L. Tucus, quem Spani cuculum vocant, à voce propria nominatus.‖

Tudæ, τοῦδαι, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Gallecorum inter Minium & Duriam fluuios. Ptol. *lib.* 2. *c.* 6.

Tŭdĕr, τύδερτα Stephano, vulgò *Todi*, oppidum est Vmbriæ mediterraneæ, teste Plinio *lib.* 3. *cap.* 14. Huius oppidi incolæ Tudertes appellantur. Silius *lib.* 4.

Et gradiuicolam celso de colle Tudertem.

TVDES, itis, idem quod malleus, teste Festo, à tundendo dictus. {פטיש *pattisch* פעם *paħám.* σφῦρα.} Vnde cuidam nomen factum est Tuditano, quòd caput oblongum haberet, & malleo simile. Hæc ille.

Tŭdĭcŭlă, æ, Instrumentum quo vasis signa imprimuntur. σφραγίς. ¶ Quidam etiam accipiunt Tudiculam pro cochleari maiori, quo olla mouetur. τορύνη Aristophani. ¶ Est & Tudicula machina, qua tunduntur oleæ. {ὁ ὄργανο, τὸ τρίβλον τύλειον ξύλον. GALL. *Tordoir, le bois en vn pressoir dequoy on presse l'huile d'oliue.* ITAL. *Foggia di mola à far oglio d'oliue.* GERM. Ein ölbeer stampff. HISP. *Vna manera de muela para apretar el azeyte.* ANGL. *A printer yron.*} Colum. *lib.* 12. *c.* 50. Est & organum erectæ tubulæ simile, quod tudicula vocatur, idque non incommodè opus efficit, nisi quòd frequenter vitiatur, & si baccæ pluscululum inieceris, impeditur.

Tŭdĭcŭlo, Imprimo, ac sculpo. {חקק *chak* חקקה *chikkáh.*} & per translationem commoueo, excito. {הניע *heniaħ* העיר *heħir.* κινέω.} Varro *Marcipore*, Hæccine nobis cernis hanc mala tudiculasse vetulam?

Tuderium, τυδέριον, ciuitas in inferiore Germaniæ climate, apud Ptol. *lib.* 2. *cap.* 11.

Tŭdĭtānŭs, Nobilis apud Romanos familiæ cognomen fuit, inde tractum, quòd qui primus id cognominis sortitus est, caput habuerit oblongum & malleo non dissimile. Fuit hoc cognomine quidam ex Ouidij poëtæ amicissimis, ad quem ille semel atque iterum scribens in libris de Ponto, conqueritur eius nomen in carmine elegiaco locum non habere, eò quòd breuem habeat syllabam inter duas longas sitam.

Tŭdito, as, Negotij aliquid ago, teste Fest. & quasi tundendo aliquid efficio. Lucret. *lib.* 2.

Nec tuditantia rem cessant extrinsecus vllam
Corpora conficere.

Tractum à fabris, qui malleis sæpe percutiendo opera faciunt.

TVEOR, eris, Tutor, conseruo, custodio, defendo, secundæ coniugationis est: à quo tutus. {גנן *ghanán* שמר *schamár.* φυλάττω, ἀμύνω. GALL. *Defendre, garder, contregarder.* ITAL. *Difendere, custodire.* GERM. Schirmen/bewaren. HISP. *Defender.* ANGL. *To defend, preserue, or keepe frome harme.*} quamuis Tuitus eius participium sit, quo vsus est Quintilianus *in declamatione Cæci*, Tuitus sum (inquit) adulescentis miserrimi causam. Quem imitatus Laurentius Valla *in Raudensem*, Quis, inquit, narrat Verrem superasse Dacos? Tantum Siciliam contra piratas fortiter tuitum esse accepimus. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

——*Porta vitam muróque tueri.*

Tibull. *lib.* 4.

Parma seu quis dextra velit, seu læua tueri.

Plautus *Capt. sc.* 4. *act.* 5. Mihi vt parentes lucis das tuendæ copiam. ¶ Est tuor, eris, significans Video, aspicio, de quo infrà. ¶ Hinc & Tuitio nomen verbale, non tutio: id est, defensio, custodia. Cicero *in Topic.* Tuitio sui. Similiter in compositis, Intuitum dicimus, non intutum. Tutus autem magis nominis, quàm participij vim habet, licèt actiuam, & passiuam in se gerat significationem, vt Valla docet: vt, Tutus portus. Tuta vrbs: quòd tueatur alios, non quòd ab aliis defendatur. Cæsar 3. *belli ciuil.* Hic subitam fortunæ commutationem videre licuit: qui modò sibi timuerant: hos tutissimus portus recipiebat, &c. Sic apud Terent. *in Heaut.* Tutum consilium, id est, firmum, securum. Tutus locus, in quo securè versari, aut quippiam agere possumus. Plaut. *in Milit.* Nam opus est nunc tuto loco. Ouid. 13. *Metam.*

Tutum est igitur fictis contendere verbis.

& *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——*Non tuta licentia Circi est.*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Caussa tua exemplo superorum tuta duorum est.

Idem *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

Et te ruricula Lampsace tuta Deo.

Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Polyb.* Nihil profuit syncerus & tutus litterarum amor? Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

Quid dubitas & tuta times?

¶ In tutum recipi, (de morte.) Senec. *cap.* 22. *de cons. ad Mart.* Quintil. In tuto collocare famam, &c. ¶ Non rarò etiam passiuè accipitur, & tunc ferè ablatiuo cum præpositione à, vel ab iungitur: vt tutus sum ab hostibus, pro munitus & sine periculo sum. Cæsar 2. *bell. Gall.* Quæ res & latus vnum castrorum ripis fluminis muniebat, & post eum quæ essent, tuta ab hostibus reddebat. Sic dicimus quempiam tutum à calore, à vi, à perfidia, &c. Cætera vide in dictione *Tutus*, suo loco. ¶ In hac autem significatione Tueor vnicum habet compositum Contueor, quo vsus est Cicero *in Clod.* Videant hi qui illum Pompeij inimicum, ob eámque causam tot tantísque sceleribus contuebantur, & nonnunquam eius indomitos furores plausu etiam suo prosequebantur, quàm se citò inuerterit. ¶ Tueri se, pro eo quod est alere & tolerare, & *intertenere*, vt vulgus loquitur. Scæuola *in l. pen. & vlt. de in rem verso*, Sine quibus aut se tueri, aut seruos paternos exhibere non posset. Budæus. Seneca *cap.* 8. *de tranquill.* Familia vestiarium petit, victúmque. Tot ventres auidissimorum animalium tuendi sunt. Galli dicunt, *Nourrir, entretenir.*

Tuendus, a, um, participium, apud Quintil. *lib.* 6. *cap.* 1. Totus est nunc ab iis, à quibus tuendus fuerat, derelictus. Ouid. 4. *Trist.*

Vita tuenda mea est.

Tutus, a, um, vide *Tueor*, suprà.

Tūtŏr, aris, deponens, siue (vt Prisciano placet) commune, diligenter protego, siue defendo. {גנן *ghánan* שמר *schamar.* ἀμύνω, φυλάττω. GALL. *Defendre.* ITAL. *Difendere.* GERM. Mit fleiß schirmen. HISP. *Defender.* ANGL. *To defend.*} Plaut. *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Non possum quæ se vendi tat tutarier. (i. custodire & seruare.) Idem *Amph.* Patria, parentes, prognati, tutantur, seruantur: παθητικῶς. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 4.

Et tutare caput (meum sup.)

Horat. *in Epist.*

Res Italas armis tuteris, moribus ornes.

Terent. *in Hecyr.* Ego interea meum non potui tutari locum. Cic. *pro Sylla*, Hunc patronum defensorem, custodem illius coloniæ, si in omni fortuna atque honore incolumem habere non potuerunt: in hoc tamen casu, quo afflictus iacet, per vos tutari, conseruaréque cupiunt. Virg. 7. *Æneid.*

——*& iubet arma parari,*
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem.

Idem 2. *Æneid.*

Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis,
Hanc primùm tutare domum, cui paruus Iülus, &c.

Tūtŏr, is, nomen verbale, quo is significatur, qui ius & potestatem habet in capite libero, ad tutandum eum, qui se per ætatem nondum tueri potest. {גנן *ghonén* מגן *maghén.* φύλαξ, ἐπίτροπος, φρουρός. GALL. *Tuteur, defenseur.* ITAL. *Tutore, difensore.* GERM. Ein vogtman/schirmvogt. HISP. *Tutor del menor de edad.* ANGL. *A defender or preseruer.*} Hæc autem ætas (secundùm Iurisconsultos) est vsque ad pubertatem, id est, vsque ad decimumquartum annum. Nam inde vsque ad vigesimumquintum dantur curatores, qui etiam furiosis, & mente captis dari solent. Plaut. *Aulul. sc.* 2. *a.* 3. Quid curas crudum an coctum edam: nisi tu mihi es tutor? *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. Quorum auidis animis atque insatietatibus neque lex, neque tutor est capere qui possit modum. ¶ Tutores non posuit pupillos, siue fœminas adrogandas dare, Gell. *cap.* 19. *lib.* 5. ¶ Est igitur Tutor, pupilli defensor. Liu. *l.* 1. *ab Vrb.* Postremò tutor etiam liberis regis testamento instituerètur. Cicer. *de Orat.* Sergius Galba populum Romanum tutorem instituere se dixit filiorum suorum obitati. Idem *de clar. Orat.* Orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus. ¶ Tutor finium, id est, defensor. φύλαξ. Horat. *Epod.* 1.

——*& te pater, Syluane tutor finium.*

¶ Tutores à Cons. extra ordinem dati, Suet. *in Claud. c.* 23.

Tūtōrĭŭs, a, um, quod ad tutorem pertinet. φρουρικός, vt, Autoritas tutoria.

Tūtēlă, æ, quid sit docet Paul. Iurisconf. *ff. de tut.* Tutela, inquit, est ius ac potestas in capite libero, constituta ad tuendum eum, qui per ætatem sua sponte se defendere nequit, iure ciuili data ac permissa: ex qua ipsi tutores nomen acceperunt, quasi tuitores, atque defensores, sicut Æditui, qui ædeis tuentur. {מגן *maghén.* ἐπιτροπή. GALL. *Tutelle, defense.* ITAL. *Difensione.* GERM. Beschirmung/ beuogtung/ des vogts ampt vnd sorg. HISP. *Defension, tutela del menor de edad.* ANGL. *Defence, preseruing, wardship.*} Cicer. *de Orat.* Filius eius paruus, qui tibi in tutelam est traditus. ¶ Accipitur item latiùs Tutelæ nomen pro quauis protectione. φρουρία. Idem 3. *de finib.* Atque etiam Iouem, quum optimum & Maximum dicimus, quúmque eundem salutarem, hospitalem, statorem: hoc intelligi volumus, salutem hominum in eius esse tutela. Horat. 1. *Epist.* 1.

——*rerum tutela mearum*
Quum sis, &c.

Liu. *lib.* 34. In manu & tutela virorum vxores, non in seruitio, &c. Quintilian. In tutelam cinerem agri multum legare. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

——*Flauæ tutela Mineruæ Nauis.*

Senec. *epist.* 77. Tutela nauis ebore celata. Idem *epist.* 77. Tutelæ suæ fieri. Suet. *in Claud. c.* 2. Post tutelam receptam. (i. postquam in suam tutelam venit.) ¶ Tutela nauigij. Veteres in puppi nauem sacrarium quoddam habebant veluti lararium, aut aliquod insigne cuiusdam numinis,

minis, idque tutela vocabatur quasi nauis esset defensio atque tutela. In antiquissimo Lexico exponitur παράσημον πλοίου. Vide in Lexico Constantini παράσημον, & πάταικοι. Valerius Flaccus,

Visa coronatæ fulgens tutela carinæ.

Et de tutela intelligendum apud Virg. *Æneid.* 5.

——— & aurato fulgebat Apolline puppis.

Et apud Valer. Flaccum *lib.* 8.

Hæserat auratæ genibus Medea Mineruæ.

Item apud Persium,

——— iacet ipse in littore, & vnà
Ingentes de puppe dij.

quæ causa erat cur ibi coronas imponerent.

Tūtēlāris, e, quod quispiam in sua habet tutela. {πολιοῦχος. GALL. *De tutelle & defence.* ITAL. *Di tutela & difensione.* GERM. Das der beuógtung oder beschirmung ist. HISP. *De tutela y defencion.* ANGL. *Perteyning to the custodie of a warde.*} vt, Dij tutelares, id est, vrbium præsides, in quorum tutela illæ esse putabantur. Hi autem in oppugnationibus vrbium certo carminis genere solent euocari, ne cum ipsis etiam diis bellum susceptum videretur. Tutelaris prætor, cuius officium erat pupillis tutores attribuere. Hunc autem omnium primus M. Antonius Imperator constituisse existimatur, vt in vita eius narrat Capitolinus.

Tūtēlārĭŭs, Æditus, qui ædes sacras, aut publicas suo periculo tuetur. {ἱεροφύλαξ. GALL. *Sacristain, garde du temple, marguillier.* ITAL. *Sagrestano, guardiano di chiesa.* GERM. Ein kirchenhüter/dem der schirm vber ein gemeine behausung befohlen ist. HISP. *El sacristan ò guardador del templo.* ANGL. *A churche warden.*} Plin. *lib.* 34. *cap.* 7. Ætas nostra vidit in Capitolio priusquam id nouissimè conflagraret, à Vitellianis incensum, in cella Iunonis canem ex ære vulnus suum lambentem: cuius eximium miraculum, & indiscreta verisimilitudo, non ex eo solùm intelligitur, quòd ibi dicatus fuerat, verùm & noua satisdatione: nam summa nulla videbatur par. Capito tutelariòs cauere pro eo, instituti publici fuit.

Tūtāmentum, i, Defensio. {מגן *mathén.* σκέπασμα. GALL. *Defense.* ITAL. *Difensione.* GERM. Ein schirm. HISP. *Defension.* ANGL. *Defence.*} Liu. *lib.* 1. *bell. Pun.* Vt ea sola ignibus aliquoties coniectis ab hoste etiam tutamentum fuerit.

Tūtāmĕn, inis, idem. Virg. 5. *Æneid.* Donat habere viro, decus & tutamen in armis.

Tūtō, aduerbium, sine periculo, impunè. {ἀσφαλῶς. GALL. *Seurement, à seureté, sans danger.* ITAL. *Sicuramente, senza pericolo.* GERM. Sicherlich/on alle geferd. HISP. *Seguramente de peligro.* ANGL. *Surelie, without danger.*} Plaut. *in Amphitr.* Patri vt liceret tutò illam amplexarier? Cic. 4. *Verr.* Qua vix tutò transire posse videamur. Ex tuto audere, Sueton. *in Tib. cap.* 73. Plaut. *Amphitr.* Vt si nostri fugam facerent, illuc me tutò reciperem.

Tūto, as, verbum antiquum, Protego, defendo. {גנן *ghanán.* ἀσφαλίζω. GALL. *Defendre.* ITAL. *Difendere.* GERM. Beschirmen. HISP. *Defender.* ANGL. *To defend.*} Plaut. *in Mercat.* Inuoco vos Lares Diales, vt me tutetis.

Tūtŭs, & Tuitio, vide *Tueor.*

‖Tueria, *Tuer*, V. E. Moscouiæ, ad Volgam fl.‖

Tugi, vetustissimi Heluetiorum populi, iuxta lacum Lucernatem incolentes: quorum oppidum Tugium est, quod vulgò *Zug* vocant, imprimis amœno situ, à Septentrione planitie pratorum ampla, ab Occidente piscoso lacu, à Meridie supra lacus longitudinem Alpium prospectu, ab Oriente verò partim pascuo, partim syluoso colle conspicuum. Hi se Tigurinis, Lucernatibus, Vriensibus, Suicensibus, & Subsyluanis perpetuo fœdere iunxerunt anno ab orbe redempto 1352. & in ciuitate Heluetiorum septimum locum tenent. Tuginorum meminit Strabo *lib.* 7. vnà cum Cimbris & Tigurinis eos in Italiam irrupisse asserens, & à Romanis fuisse deletos.

TVGVRĬVM, ij, Casa rustica ex leuiore materia excitata, atundine aut vlua palustri tecta. {מלונה *melunáh* סכה *suchcháh.* καλύβη. GALL. *Vne loge.* ITAL. *Casetta.* GERM. Ein nichtsgültig bawrenhauß mit strow bedeckt/bawrenhütten. HISP. *Choça, cabaña, ò casa pobre.* ANGL. *A cotage, a lodge.*} Dictum tugurium, quasi tegurium, à tegendo, propterea quòd rusticos ab æstus tempestatúmque iniúria tegat. Virg. 1. *Eclog.*

Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.

Tugurij appellatione (ait Pomp. *de verb. signif. l. Tugurij*) omne ædificium quod rei rusticæ magis custodiendæ conuenit, quàm vrbanis ædibus, significatur. Propriè autem quæ ædificantur, vt nec parietes habeant, nec luto crustata sint, sed stramentis, vel arundinibus, alióve simili genere teguntur, tuguria appellant.

Tŭgŭrĭŏlum, cum accentu in antepenultima. Paruum tugurium. {καλύβιον, οἰκίδιον. GALL. *Logette.* ITAL. *Picciola casetta.* GERM. Ein bawrenheuslin. HISP. *Pequeña choça, cabaña ò pequeña casa pobre.* ANGL. *A litle cotage or lodge.*} Quòd si angustius sit, gurgustium nominatur, à gurgulione verme. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Tui amans abeuntis egeo. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Duorum labori parsissem lubens mei te rogandi, & respondendi tui. Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

Sæpè tui iudex, sæpè magister eram.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Spésque tui nobis caussa vigoris erit.

Tuldum, τοῦλδον, quod quis tollit ad iter, necessitatis caussa: sarcinæ & impedimenta exercitus.

Tulgis, modicus amnis Hispaniæ ad Tarraconem, vt scribit Pompon. *lib.* 2.

Tulipa, flos quidam bulbosus; ex Turcia ad nos allatus. & nomen Turcica lingua significat pileum Dalmaticum, cuius formam referre patens flos videtur.

Tuliphordum, τουλίφορδον, oppidum in inferiore Germaniæ climate, apud Ptol. *lib.* 2. *c.* 11. Vulgò Göttingen.

Tulisurgium, τουλισούργιον, opidum in inferiore Germaniæ climate, apud Ptol. *lib.* 2. *c.* 1. Vulgò Braunschweig.

TVLLĬA, filia fuit Seruij Tullij, sexti Romanorum Regis: quæ quum Tarquinio nupsisset, qui postea à moribus Superbus est cognominatus, viro autor fuit patrem suum occidendi, regnúmque eius inuadendi. Nuntiata denique patris nece, protinus conscenso curru ad virum accurrit, vt ei regni adepti nomine gratularetur: quúmque in patris cadauer in via proiectum incidisset, dubitantem aurigam, & Regis reuerentia in latus equos flectentem, compulit vt per medium patris corpus ageret carpentum: à quo tam immani genere impietatis vicus ille Scelerati nomen retinuit, teste Liu. *lib.* 1. *ab Vrb.* Ouid. *in Ibin,*

Infamémque locum sceleris quæ nomine fecit,
Pressit & inductis membra paterna rotis.

¶ Fuit item Tullia, M. Tullij Ciceronis filia, quam ille blanda diminutione Tulliolam appellat.

Tŭllĭānum, i, locus erat Romæ in carcere, noxiorum supplicio destinatus: à Tullio Hostilio extructus, vnde & nomen accepit. Salust. *in Catil.* Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

Tŭllĭŭs, nomen proprium M. Ciceronis, eloquentiæ totius parentis, de quo latius suprà egimus in dictione *Cicero.*

Tullium, Leucorum oppidum inter Belgas, etiam hodie nomen retinens: cuius meminit Ptol. *lib.* 2. *c.* 9.

Tŭllŭs, Hostilius, Tertius Romanorum Rex, qui Numæ Pompilio successit, moribus illi dissimillimus, atque ipso etiam Romulo ferocior: cuius vita explicatur à Liu. *lib.* 1. *ab Vrb.* Virg. *lib.* 6.

——— cui deinde subibit
Otia qui rumpet patriæ, residésque mouebit
Tullus in arma viros, & iam desueta triumphis
Agmina, &c.

Tŭllĭōs, alij dixère esse silanos, alij riuos, alij vehementer proiectiones sanguinis arcuatim fluentis, quales sunt Tiburi in Aniene. Ennius *in Aiace*, Aiax misso sanguine tepido tullij efflantes euolant. Festus.

Tulo, vetus verbum, vnde præteritum *tetuli*, & *tuli.*

‖Tulypani, pilei Turcici. L. g. b.‖

Tum, particula in oratione, plerunque subsequens pòst Cùm, eiusdem ferè cum illo significationis, nisi quòd tum maius quiddam in se contineat, aut specialius, ὡς, μάλιστα δὴ. Nam si membra ambo eiusdem sint ponderis, magis vtimur Tum geminato. Verùm de hoc abundè multa suprà diximus in particula Cùm. Plaut. *Men. sc. vlt. a.* 5. Tum postea, pro deinde. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 1. Tum aquam aufugisse dicito, (id est, præterea.) Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 2. Potatores maximi, tum Sycophantæ. (i. præterea.) Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Tum igitur cum ei tanta gratia quid diuitiæ? (id est, postea.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Quid tum postea? bis. *Ibid. sc.* 4. *a.* 3. Tum postea te ad pistores dabo. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Noui hos pugnos meos. C. Quid tum? M. Quid tum rogitas? &c. Tum autem ponitur pro Et, teste Donato. Terent. *in Eunuch.* Vt illum dij, deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est: Méque adeò, qui restiterim, tum autem qui illum non floccifecerim. ¶ Aliquando pro præterea, inquit Donatus. Cic. *de nat. deor.* Is tum fusus sublimè fertur, tum autem concretus in nubes cogitur. ¶ Tum demum, id est, nouissimè. τότε δὴ, πάλιν. Virg. *lib.* 12.

Tum demum mouet arma leo.

¶ Ponitur aliquando pro tunc tandem. Cicer. 2. *de legib.* Quæ non tum demum incipit esse lex scripta, sed tum quum orta est. Tum denique, id est, tum demum, vel ad extremum. Idem *ad Quint. fratr. lib.* 1. Atque ille quidem princeps ingenij & doctrinæ Plato, tum denique fore beatas Respublicas putauit, si aut docti, aut sapientes homines eas regere cœpissent. ¶ Tum verò, id est, deinde, Cùm non præcedente. ἔπειτα. Cicer. *de Orator.* Ex his enim & dignitatem maximè expetendam videmus: tum verò & iustus, ac honestus labor honore, præmiis, splendore decoratur. ¶ Tum, pro deinde. Idem 1. *de Orator.* Deinde qui possit non tam caduceo, quàm nomine oratoris ornatus incolumis, vel inter hostium tela versari: tum qui scelus fraudémque nocentis possit dicendo subiicere odio ciuium. *Ibid.* Deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat, tum propriam cuiusque vim definitione declaret. Budæus.

Tŭmbă, æ. {קבר *kéber* קבורה *kebaráh.* τύμβος. GALL. *Tombe, sepulture.* ITAL. *Tomba.* GERM. Ein hüle vnder der erden/ein grub. HISP. *La tumba ò sepultura.* ANGL. *A tombe, sepulchre or graue.*} Locus concauus sub terra. Vnde & pro sepulchro póni consueuit: παρὰ τὸ τύφειν, ὅπου τὸ νεκρὸν σῶμα, τουτέστι κρύπτεται, hoc est, ab eo quòd corpus mortui ibi vratur.

TVMĔO, es, ui, Inflor, protubero, turgeo, in tumore sum. {צבה *tsabáh* גאה *ghaáh.* οἰδέω, ὀγκόω. GALL. *S'enfler, ou estre enflé.* ITAL. *Esser sgonfio.* GERM. Bläßig sein/geschwollen sein. HISP. *Hincharse.* ANGL. *To swell, to bepuffed vp with pride or anger.*} Plaut. *in Pers.* Quid hoc quod in collo tibi tumet? Virg. 2. *Georg.*

Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.

Ouid. 3. *Metam.*

Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno.

Tibull. *lib.* 8. *Eleg.* 8.

Et tua iam fletu lumina fessa tument.

Idem *lib.* 4.

Aduersis hyberna licet tumeant freta ventis.

Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

——— vt extentis tumeat facit vua racemis. (sup. tempus.)

Sueton. *in Tib. c.* 7. Tumentibus oculis. ¶ Ponitur aliquando pro superbire, quoniam inflari quodammodo superbientium animi videntur. {גאה *ghaáh* גבה *ghabáh.* ὀγκόω.} Pliu. *lib.* 7. *c.* 7. Tu qui te Deum credis, aliquo successu tumens, tanti tamen perire potuisti, Cic. 3. *Tusc.* Sapientis autem animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet. Horat. 1. *Epist.* 1.

Laudis amore tumes.

¶ Tument negotia, dixit Cic. *ad Attic. lib.* 14. id est, seditiones erumpunt, & bella, vt ait interpres.

Tŭmēsco, is, Tumidus fio, Turgesco. {צבה *tsabáh* גאה *ghaáh.* ὀγκώδης γίνομαι. GALL. *S'enfler.* ITAL. *Gonfiarsi.* GERM. Geschwollen. HISP. *Hincharse.* ANGL. *To waxe prowde, to beginne to swell.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Continuò ventis surgentibus aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere.

Idem

Idem 1. *Georg.*

———Maria alta tumescunt.

¶ Hinc contumesco, extumesco, & intumesco: quorum significatio suprà est explicata.

Tŭmĕfăcĭo, is, Tumidum facio. {הצבה bitsbáh. οἰδαίνειν ποιῶ ἐξογκόω. GALL. *Enfler.* ITAL. *Gonfiare.* GERM. Geschwollen oder auffgeblasen machen. HISP. *Hinchar.* ANGL. *To make, to swell.*} Cic. 1. *de diuin.* Quum sit immoderatio tumefacta potu, atque pastu. Martial. *lib.* 4.

Dum nimium vano tumefactus nomine gaudes.

Ouid. 5. *Metam.*

Extentam tumefecit humum.

[Tumex, tumor percussæ carnis: liuor. Vide *Liuor.*]

Tŭmĭdŭs, a, um, Inflatus. {צבה tsobéh. ὀγκώδης. GALL. *Enflé, esleué.* ITAL. *Gonfiato.* GERM. Geschwollen/auffgeblasen. HISP. *Hinchado.* ANGL. *Swelled, prowde.*} Cic. 3. *Tusc.* Num aliquod quodpiam membrum tumidum, ac turgidum non vitiosè se habet. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

Nos tumidum sub te permensi classibus æquor.

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 2. *Trist.*

Aluit, &c. Pestiferum tumido vulnus ab angue datum.

¶ Per translationem accipitur pro superbo. Idem 8. *Metam.*

Ergo impunè feret, viuúsque & victor, & ipso
Successu tumidus, regnum Calydonis habebit.

Tŭmŏr, is, Inflatio. {שאת séeth גאון ghaón. οἴδημα, ὄγκος. GALL. *Enflure.* ITAL. *Sgonfiatura.* GERM. Geschwulst/auffblasung. HISP. *Hinchason.* ANGL. *A swelling.*} Cic. 3. *Tusc.* Num manus affecta rectè est, quum in tumore est? Idem 4. *Tusc.* Citiúsque repentinus oculorum tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. Cels. *lib.* 5. *c.* 28. Ea sic temperanda est, vt & manu contingenti iucunda sit: vsque eò adhibenda, donec aliquid ex tumore minuisse, colorémve vlceri magis naturalem reddidisse videatur. ¶ Per translationem ponitur pro ira. Cic. 3. *Tusc.* Quum tumor animi resedisset. Idem *ad Attic. lib.* 14. tumorem rerum, pro commotione dixit, & perturbatione.

[Tumpeta, tuba, & Tumpetāres, tuba canens. L. g. b.]

Tŭmŭlo, vide *Tumulus.*

TVMVLTVS, us, ui, Metus, vel trepidatio, quasi timor multus. {מהומה mehumáh. θόρυβος. GALL. *Trouble, mutinerie, esmeute, bruit.* ITAL. *Romore, tumulto, seditione.* GERM. Ein entpörung so jederman erschrocken ist/ aufruhr. HISP. *Bullicio ò alboroto.* ANGL. *A tumult, vprore.*} Propriéque dicebatur bellum aliquod subitum, quod ob periculi magnitudinem, hostiúmque vicinitatem magnam vrbi trepidationem incutiebat. Cic. 8. *Philipp.* Quid aliud est tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? Vnde & nomen ductum tumultus, quasi timor multus. Itaque maiores nostri, tumultum Italicum, quòd erat domesticus, tumultum Gallicum, quòd erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominarant. Liu. 8. *ab Vrbe,* Nondum perfunctos cura Priuernatis belli, tumultus Gallici fama atrox inuasit, haud ferè vnquam neglecta patribus. Cic. 5. *Philipp.* Rem administrandam arbitror, sine vlla mora, & confestim gerendam censeo, tumultum decerni, iusticium indici, saga sumi dico oportere, delectum haberi sublatis vacationibus in Vrbe, & in Italia. Hisce verbis Cicero omnia tumultus signa expressit: quibus apparet omnia in tumultu præposterè administrari publicè priuatímque solita, quum bellum vrgens, & quasi muris imminens solennes actus non amittit. Inde factum, vt tumultuarium pro præpropero, & subitario, ac rapidè facto, aut quæsito accipiatur. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Nam dedit è specula custos vbi signa tumultus. (i. belli.)

Liuius *lib.* 5. *d.* 4. Tumultus in Hispania. Idem *lib.* 2. *ab Vrb.* Tumultus enim fuit verius quàm bellum. ¶ Ponitur aliquando tumultus pro omni motu, trepidatione, seu perturbatione. Cæsar 1. *bell. ciuil.* Conclamant legiones tertiædecimæ, quæ aderat, milites (hanc enim initio tumultus euocauerat, reliquæ nondum conuenerant) sese paratos esse Imperatoris sui, Tribunorúmque plebis iniurias defendere. Plaut. *in Milit.* Nunc in tumultum ibo, intus clamorem audio. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——— ille etiam cæcos instare tumultus Sæpe monet.

Idem 2. *Æneid.*

Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios.

Terent. *Andr.* Nihil ornati, nihil tumulti. Tumulti in genitiuo, pro tumultus, more antiquo. Liu. *lib.* 6. *dec.* 4. Tumultum edebant equi. Suet. *in Aug. c.* 99. Exquirens, an iam de se tumultus foris essent (i. nunquid ob ipsius mortem homines commoti essent.)

Tŭmultŭōsŭs, a, um, qui turbas excitare solitus est, turbulentus. {המה hométh. θορυβώδης. GALL. *Tumultueux, mutineux, mutin.* ITAL. *Strepitoso, turbatore della pace.* GERM. Auffrürisch. HISP. *Lleno de bullicios.* ANGL. *That reiseth tumultes.*} Liu. 4. *ab Vrbe,* In otio tumultuosi, in bello segnes. ¶ Tumultuosus item dicitur plenus tumultu. Cic. 1. *de diuin.* Ex seditiosa & tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum. Liuius 2. *ab Vrbe,* Latini equites cum tumultuoso aduolant nuntio, Volscos infesto exercitu ad vrbem oppugnandam venire. Horatius 3. *Carm. Ode* 1.

Desiderantem quod satis est, neque
Tumultuosum sollicitat mare.

Tŭmultŭōsissĭmŭs, superlat. Seneca *de consol. ad matrem c.* 6. Atqui futuro se bello ante bellum parauerunt, compositi & adaptati primùm, qui tumultuosissimus est, ictum facilè excipiunt.

Tŭmultŭōsē, aduerbium, Cum tumultu, turbulentè. {θορυβωδῶς. GALL. *Tumultueusement, auec trouble & mutinerie.* ITAL. *Con tumulto, con romore & strepito.* GERM. Auffrürisch / mit vngestümmem geschrey vnd getümmel. HISP. *Con bullicio ò alboroto.* ANGL. *With tumultes and vprores.*} Liu. 2. *ab Vrbe,* Adeò tumultuosè excepta est clamoribus vndique & indignatione patrum. Cæs. 7. *bell. Gall.* Cæsar mittit complures equitum turmas eo die media nocte: iis imperat vt paulò tumultuosiùs omnibus in locis peruagarentur. Hinc tumultuosissimè. Cicer. *in Verrem,* Quàm tumultuosissimè aliquem adoriri.

Tŭmultŭo, as, In perturbatione sum. {המה hamáh רגש rathásch. θορυβέομαι. GALL. *Tumultuer, faire bruit & tumulte.* ITAL. *Esser in trauaglio.* GERM. Vnrüwig, oder auffrürisch sein. HISP. *Alborotarse.* ANGL. *To make a tumulte or vprore.*} Plaut. *Rud.* Vt mihi istud dicas, negotij quid sit, quod tumultues.

Tŭmultŭŏr, aris, deponens, Turbas facio, inquietus sum. Plaut. *in Pœn.* Atque interfectis hostibus non decet tumultuari. Terent. *Hecyr.* Nescio quid iamdudum hîc audio tumultuari, misera Malè metuo. Cicer. 1. *Officior.* Fortis verò animi & constantis est non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur: sed præsenti animo vti & consilio, nec à ratione discedere. Cæsar 7. *bell. Gall.* Vno ferè tempore sub lucem hostibus nuntiatur, in castris Romanorum præter consuetudinem tumultuari, & magnum ire agmen aduerso flumine.

Tŭmultŭātĭo, nis, verbale. {מהומה mehumáh. θόρυβος. GALL. *Tumulte, sedition.* ITAL. *Tumulto, seditione.* GERM. Ein grewl/aufflauff. HISP. *El bollicio, ò el alboroto.* ANGL. *Tumulte, vprore.*} Liuius 8. *bell. Macedon.* Hæc tumultuatio regem cupientem, si se sequerentur, raptim euadere angustias, reuocare primos, & eadem, qua venerat via, referre cœpit signa.

Tŭmultŭārĭŭs, a, um, quod sine præmeditatione factum est. {παρεμπτωχός, αὐτοσχέδιος. GALL. *Fait en trouble, fait à la haste.* ITAL. *Fatto con fretta ò tomolto.* GERM. Das in einem gewül oder eyl beschicht. HISP. *Hecho con alboroto.* ANGL. *That is done in hast, with feare and without aduisement.*} Vnde tumultuaria oratio dicitur. Quicquid properatum & subitarium, aut rapidè factum, quæsitúmve est, Tumultuarium dicitur, vt ait Budæus: vt, Tumultuarius miles. Liu. 5. *bell. Maced.* Mens ea Senatui fuit, vt in Hispania tumultuarij milites legerentur. ¶ Tumultuarius dux, qui pro tumultu eligitur. Tumultuarium opus, in promptu, & raptim factum. Tumultuarius exercitus dicitur, qui quasi tumultu quodam præparatus est: id est, raptim & festinanter conscriptus. Liu. *lib.* 5. Quippe quibus velut tumultuario exercitu raptim ducto ægrè ad vndecimum lapidem occursum est.

Tŭmultŭārĭō, aduerbium. {ἐκ τοῦ παρεμπτωχίου. GALL. *Auec trouble & mutinerie.* ITAL. *Con strepito & tumulto.* GERM. Eylends oder in einem gewül. HISP. *Con bollicio y alboroto.* ANGL. *With trouble or vprore.*} Apuleius, Et ex more calida tumultuariò lauacro nostro præparato.

TVMVLVS, i, Colliculus, locus, è terra nonnihil eminens. {תל tel גבעל ghál. λόφος, βουνός. GALL. *Tombeau, sepulture, tertre.* ITAL. *Mucchio, sepolcro.* GERM. Ein bühel oder hübel. HISP. *Sepultura, cerro ò collado.* ANGL. *A heape of earth, a graue.*} Virg. *lib.* 2. *Æneid.* vrbe egressus tumulus. Cæs. 1. *bell. Gall.* Planities erat magna, & in ea tumulus terreus satis. Cicero *antequam iret in exilium,* Dij deæque immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam. Virg. 5. *Æneid.*

——— socios in cœtum littore ab omni
Aduocat Æneas, tumulique ex aggere fatur.

Ouid. 15. *Metam.*

Et propè Pittheam tumulus Trœzena, sine vllis
Arduus arboribus, quondam planissima campi
Area, nunc tumulus, &c.

¶ Aliquando accipitur pro sepulcro, quòd vbi aliquis sepelitur, ibi terra eminere soleat. {קבר kéber. τάφος.} Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

O felix vna ante alias Priameia virgo,
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori.

Cic. 3. *Tusc. ex Homero,* Quò magis est æquum tumulis mandare peremptos Firmo animo, & luctum lacrymis finire diurnis. ¶ Tumulus honorarius, hoc est, vacuum sepulchrum, quod in mari submersis, iisque, quorum corpora haberi non poterant, erigi solet. κενοτάφιον. Sueton. *in Claud.* Cæterùm exercitus ei honorarium tumulum excitauit, circa quem, &c.

Tŭmŭlōsŭs, a, um, adiect. quod est tumulis plenum. {βουνώδης. GALL. *Bossu, plein de petites tertres.* ITAL. *Pieno di picciole eleuature.* GERM. Hübelächtig/ reinächtig. HISP. *Cosa llena de cerros.* ANGL. *Full of heapes of earth.*} Salust. *in Iugurth.* Ante lucis aduentum peruenit in locum tumulosum, à Capsa non amplius duûm millium interuallo.

Tŭmŭlo, as, Sepelio, in tumulo condo. {קבר kabár. θάπτω. GALL. *Ensepulturer, mettre dans le tombeau.* ITAL. *Sepelire, sotterrare.* GERM. Begraben. HISP. *Sepultar, ò enterrar.* ANGL. *To mak holow, to burie.*} Martial. *lib.* 13.

Æolidum Canace iacet hoc tumulata sepulcro
Vltima, cui parua septima venit hyems.

Ouid. 8. *Metam.*

——— ne coniugis vnquam
Busta mea videam, neu sim tumulandus ab illa.

Catull. *Argon.*

Nec iniecta tumulabor mortua terra.

¶ Vnde & Attumulo, quod est terram aggero, & quasi tumulum iuxtà facio. Plin. *lib.* 19. Dem si terram fugientes cauliculos feces, à terráque proceritate luxuriosa attollentes se exaggerando, aliam attumules.

Tŭnc, aduerbium temporis, eo tempore: & de omnibus temporibus dicitur. {אז az. τότε, τηνικαῦτα. GALL. *Lors, alors, adonc.* ITAL. *All' hora.* GERM. Dazumal. HISP. *En aquel tiempo.* ANGL. *Then.*} De præterito. Virg.

Tunc decuit, quum sceptra dabas.

De præsenti. Plaut. Tunc ad eam accede, quum potes. De futuro. Idem, Ego tunc adero, quum tui videndi mihi copia erit. ¶ Additur quandoque genitiuus temporis: vt apud Iustinum, Tunc temporis Persarum Cambysi mediocri viro. ¶ Tunc demum, idem quod tum demum. Plin. *lib.* 11. *c.* 14. Tunc demum labra vtraque morsu apprehendentes.

TVNDO, is: tutudi, tusum, & tunsum, licèt eius composita ipsum non habeant, vt Obtundo, obtudi, obtusum, Comminuo, tero, cædo, pulso, verbero. {כתש chittésch כתת chittáth דקק heddák. κόπτω, ἀλοάω, ἀράσσω. GALL. *Frapper, coigner, broyer, piler.* ITAL. *Pestare, poluerizzare, sbattere.* GERM. Knütschen/stampffen/stossen. HISP. *Tundir, ò herir.* ANGL. *To knocke, thumpe or beat.*} Virg. *lib.* 4. *Georg.*

Profuit

Profuit & tunsum gallæ admiscere saporem.

Plin.*lib.*31. Tusum sine n posuit. Hæc tusa cribratáque vino quantum possit excellenti. Diomedes putat habere duplex præteritum, & duplex supinum, scilicet tutudi, tusum, & tunsi, tunsum. Plaut. *in Asinar.sc.*1.*a.*2. Sed quid hoc quod picus vlmum tundit? Columell. *lib.*2. *cap.*11. Ipsæ autem spicæ meliùs fustibus tunduntur. Et *lib.* 6. *cap.*7. Quibus in vnum tunsis. Cicero 7. *Verrem*, Quum ille nihilominus iacenti latera tunderet, vt aliquando spondere se diceret. Ouidius 1. *de Arte*,

Iámque iterum tundens mollissima pectora palmis.

¶ Refertur interdum ad verba, & significat sæpiùs idem repetere. Terent. *in Hecyr.* Tundendo atque odio effecit senex. id est, sæpe dicendo, siue iterando. Et est translatio sumpta à malleo fabrorum sæpe percutiente. Tundere aures. Plaut. *in Pœnul.* Pergin' aures tundere? id est, obtundere, sæpè idem repetendo. ¶ Tundere eandem incudem assiduè, prouerbialiter dicitur pro eo, quòd est indefatigabili assiduitate operis alicuius studio perseuerare. ¶ Metaphora ducta à fabris, crebris ictibus incudem ferientibus: atque ita tandem aliquando ferri rigorem perpetuo labore vincentibus. Cic. 2. *de Orat.* Ego autem si quem nunc planè rudem institui ad dicendum velim, his potiùs tradam assiduis vno opere eandem incudem diem noctémque tundentibus. Conueniet in grammatistas ac literatores, quibus sine fine eadem sunt inculcanda pueris, vt hæreant aliquando. Vide Chiliad. Eras. ¶ Huius composita sunt, Contundo, extundo, obtundo, pertundo, protundo, & retundo: quorum significata explicantur suis locis.

‖Tundito, tundere cupio. Turn.‖

Tunes, Tunetis, τυνὴς, vulgò *Tunes*, vrbs Africæ totius præstantissima, regúmque Libyæ regia. Hæc eo tempore, quo Scipio in Africa bellum gerebat, tumulus erat, cùm operibus, tum natura loci munitus, duodecim non amplius millia passuum à Carthagine distans, qui & ab vrbe conspici, & prospectum cùm ad vrbem, tum ad circunfusum mare præbere posset. Recentiores aliquot antiquitatis imperiti Tunetum vocant, alij Tunitium, sed præter cuiusquam veterum, vt arbitror, exemplum. Liu. certè *lib* 10. *bell. Pun.* accusatiuum modò Tunetem Latinorum, modò Tuneta Græcorum more effert. Sic enim habet *circa initium lib.*10. Iam in Carthaginem intentus, occupat relictum custodum fuga Tuneta. Et *circa finem eiusdem libri*, Tum ad Tunetem eodem quo priùs loco castra posita.

Tūngrī, τύγγροι, populi inter Belgas qui à Ptolemæo post Tabullam flumen collocantur. Horum vrbs fuit Atuaticum, teste eodem Ptolem. *lib.*2. *cap.*9.

Tŭnĭcă, æ, vestis apud Romanos interior, & sine manicis, cui toga superinduebatur, à tuendo corpore dicta, autore Varrone: vel ab induendo, vt induca. {כתנת *chethóneth.* χιτών. GALL. *Vn saye. Vn corps de camisolle.* ITAL. *Tonica, tonega.* GERM. Ein vnderrock on ermel. HISP. *Sayo sin mangas.* ANGL. *A conte, a iacket or iarken.*} Virg. 9. *Æneid.*

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Hoc autem dicit, vt barbarum & peregrinum morem indicet, non Romanum, quum apud Romanos sine manicis tunicæ gestarentur. Vide Gell. *c.*12. *lib.*7. Plaut. Manuleatam tunicam habere hominem docet. Cic. 5. *Tusc.* Atque is quum pila ludere vellet (studiosè enim id faciebat) tunicámque poneret, adolescentulo quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Mulieres quoque olim tunicis vtebantur, sed oblongis, & telearibus, quæ ima etiam crura tegerent. Plin. *Epist. lib.*2. Aurelia ornata fœmina signatura testamentum, sumpserat pulcherrimas tunicas. Martial. *in Lesbiam*,

De cathedra quoties surgis, iam sæpe notaui,
Prædicant miseram Lesbia te tunicæ.

Gell. *cap.*10. *lib.*6. Cum tunica longa muliebri, & versicolore pallio. ¶ Tunica manuleata, vide *Manuleata*, suprà. Tunica quàm longa & cuiusmodi veteribus, Quintilian. docet: vide eius indicem. ¶ Interdum plures tunicas induebant. Plaut. *Aul. sc.*3.*a.*4. Ne inter tunicas habeat (aurum subreptitium, sub.) Sueton. *Aug. c.*82. Quaternis tunicis cum toga vestiri hyeme. ¶ Tunica item omnium intima dicebatur, qua hodie linea vtimur. Ouid. 2. *Amor.*

———qualem vidi tetigique puellam,
Sic etiam tunica tangitur illa sua.

Idem 1. *Amor.*

Illic nec tunicam tibi sit posuisse pudori.

& alibi,

Pugnabat tunica se tamen illa tegi.

Tunica intima, Gell. *cap.*15. *lib.*10. Tunicam detrahi & cædi, idem *cap.*26. *lib.*1. Tunica ducalis apud Vopiscum, i. φοινικὶς, qua duces vtebantur, teste Plutarcho *in Bruto.* ¶ Vtebantur & tunica quæ media dici potest, cuiusmodi est ferè tunica lanea, rubra, albáve, qua brumali tempore vtimur. ¶ Erat & alia tunica, quæ his superinduebatur: à Gallis vocabuli Græci vestigia retinentibus, *Hocqueton* appellatur, quasi ὁ χιτών. Neque verò id cuipiam mirum videri debet, Gallicæ vocis etymon ex lingua Græca peti: siquidem olim Druidæ Gallorum sacerdotes in publicis, priuatisque rationibus Græcis literis vtebantur, vt legimus in sexto Commentariorum Cæsaris. Hæc ferè ex Bayfio. ¶ Tunica molesta, genus erat supplicij: ea ignium alimentis illita & intexta, vt Seneca docet, ac mox succensa, cruciabiliter obuolutos nocentes, qui sceleris conuicti grauioris forent, amburebat. Vide Cælium Rhodig. *antiq. lect. lib.*10. *cap.*5. Vide Iuuenal. *Satyr.*8. & eius interpretem. & *Epigr.*25. *lib.*10. ¶ Tunicæ oculorum, sunt membranæ quibus oculi sunt compositi. Plin. *lib.*11. *c.*37. Tenuibus multísque membranis oculos natura composuit, callosis contra frigora caloresque in extremo tunicis. ¶ Arborum quoque & fruticum membranas, Tunicas appellamus. Plin. *lib.*12. *cap.*19. Probatur casia breui tunicarum fistula, & non fragili. ¶ Tunica de abscessus velamento, quod Meges callum vocare maluit, Cels. *lib.*7 *c.*2.

Tunicula, æ, diminutiuum, χιτώνιον. Plin. *lib.*26. *c.*12. Morbum regium in oculis præcipuè mirari est, tenuitatem illam densitatémque tuniculárum felle subeunte.

Tūnĭco, as, Tunicam induo, vestio. {לבש *labásch.* χιτωνίζω. GALL. *Vestir & couurir d'vn saye.* ITAL. *Vestire vna tonica.* GERM. Ein vnderrock oder leibrock anlegen. HISP. *Vestir tal sayo.* ANGL. *To put on iacket or coate.*} Varr. λογομαχία, vt citat Nonius, Hæc lanigeras detonderi docuit tunicaréque homulum.

Tŭnĭcātŭs, a, um, qui sola indutus est tunica, hoc est, qui nullam tunicæ superinduit togam ✕ togatus. {μονοχίτων, χιτωνοφόρος. GALL. *Vestu d'vn saye.* ITAL. *Vestito di tonica.* GERM. Der ein vnderrock anhatt HISP. *Vestido de tal sayo.* ANGL. *Cladde with a coate.*} Plaut. *Pœnul.* Nouistin' tu illum tunicatum hominem qui siet? Iuuen. *Satyr.*3. *Tunicati fuscina Gracchi.* Est autem Tunicatus, non participium, sed nomen adiectiuum, à tunica deductum ea forma, qua à caligis caligatum dicimus, & à calceis calceatum. Sueton. *in August. cap.*100. Tunicati & discincti reliquias legerunt. ¶ Tunicati erant Retiarij, idem *in Calig. cap.*30. ¶ Tunicatos discinctósque esse militibus ignominiosum. Idem *in August. cap.*24.

Tŭŏr, eris, video: à quo deducuntur composita, Contuor, intuor, & obtuor. {הביט *hibbit.* ὁράω. GALL. *Regarder, voir.* ITAL. *Guardare.* GERM. Sehen Augen. HISP. *Mirar.* ANGL. *To see, to behold.*} Plaut. *Asin.* At herclè ipsum adeò contuor: quassanti capite incedit. Et iterum, Nam ego illud argentum tam paratum filio scio, quàm me hunc Scipionem tui. Idem *Mostellaria*, profectò nullam equidem illic cornicem intuor. P. At tu istac ad nos obtuere, quoniam cornicem nequis conspicari: si vulturios fortè duos possis contui. Hodie tamen Tuor cum compositis rarò est in vsu, eorúmque loco magis recepta sunt tueor, contueor, & intueor: vt latiùs docuimus suprà in verbo *Tueor.*

‖Tupha, tiara regia. Buleng.

Tuphecia, tormenta bellica. L. g. b.

Tuphia, insignia militaria. Mauric. Strat.‖

Tūrārĭŭs, vicus Romæ fuit, in quo thus, cæteráque thymiamata vendebantur. Ascon. Signum Vertumni in vltimo vico Turario est, sub Basilica se flectentibus.

Turarius, ij, Is dicitur qui tus parat & vendit: quod ex Cornuto in Persium intelligitur, quum scribit, Bona carmina nullum periculum habent apud salsamentarios & turarios, ideò quòd chartæ, in quibus vilia carmina scribuntur, quasi non necessaria, aut ad tus incidunturi euoluendum, aut salsamentum.

Tŭrbă, æ, multitudo, seditio, vis, tumultus, perturbatio. {המון *hamón.* τύρβη, ταραχή. GALL. *Rumeur, trouble, bruit.* ITAL. *Turba, turbamento, romore.* GERM. Ein vnruw/da vil mit einander hadern vnd balgen. HISP. *Turba, turbamiento.* ANGL. *A multitude or throng of people, trouble, ruffling, debate.*} Vlp. *de vi bon. rapt. & de turba. l. Prætor ait.* Turbam appellatam esse Labeo ait ex genere tumultus. Si duo rixam commiserint, vtique non accipimus in turba id factum, quia duo turba non propriè dicuntur. Si verò fuerint decem aut quindecim homines, turba dicetur. Sed quia multitudo ferè non vacat perturbatione, factum est, vt perturbationem appellemus turbam. Est igitur turba, & multitudo, & in multitudine perturbatio. Cic. *Cæcinna*, Exponerem etiam quemadmodum hic, & quanta in turba, quantáque in confusione rerum omnium viueremus. Terent. *in Andr.* Dij vestram fidem, quid turbæ est apud forum? Cicer. 6. *Verrin.* Ecce autem noua turba atque rixa. Plaut. *Aulul. sc.*2.*a.*1. Turba istic nulla tibi erit in ædibus. *Ibid. sc.*6.*a.*2. Fugiam intrò ne quid hic turbæ fiat. Idem *Amphitr.* Amphitruo vxori actutum turbam conciet. Idem *ibid.* Quis tantas tam diu turbas concitat? Idem *Milit. sc.*5.*a.*2. Tuæ mihi turbæ non placent. (i. à te concitatæ.) *Ibid. sc.*6.*a.*2. Dum hæc consilescunt turbæ atque iræ leniuntur. Idem *Men. sc.*2.*a.*5. Hunc domi deuinciant priusquam turbarum quid faciat amplius. ¶ Turba, pro multitudine. {המון *hamón.* ὁ ὄχλος, τὸ πλῆθος. GALL. *Troupe & multitude de gens.* ITAL. *Concorso di gente vile.* GERM. Ein menge/schar/geschwarm. HISP. *Muchedumbre de hombres.*} Cicer. 2. *Verr.* Videt ad ipsum fornicem Fabianum in turba Verrem: appellat hominem, & ei voce maxima victoriam gratulatur. Idem 5. *Tuscul.* Quid erit in philosophi grauitate, quàm in vulgi opinione, stultorúmque turba, quòd dicatur, aut grauius, aut grandius. Ouid. 2. *Amor. Eleg.*7.

Quaque tuos currus comitantûm turba sequetur.

Idem 5. *Fast.*

Turbaque cœlestes ambitiosa sumus.

Idem 13. *Metam.*

Tibi turba comes, mihi contigit vnus.

¶ De libris. Idem *Eleg. vlt. lib.*3. *Trist.*

Cætera turba sit tibi curæ.

¶ De turbine & ruina spectaculorum: Meministin' hanc turbam fieri? ¶ Turbam prunorum, pro variis generibus prunorum, dixit Plin. *lib.* 15. *cap.*13. &, Turbam vulnerum, pro multitudine vulnerum, *lib.*11. *cap.*37.

Tūrbĕllă, æ, dimin. Parua turba. {τυρβάζιον. GALL. *Petit trouble, petit bruit.* ITAL. *Picciola turba, picciol romore.* GERM. Ein wenig vnruwigs wesen mit hadern vnd balgen. HISP. *Pequeña turba y turbamiento.* ANG. *A litle trouble or sturre.*} Plaut. *in Pseud. sc.*1.*a.*1.

Scis tu quidem hercle, mea si commoui sacra,
Quo pacto, & quantas soleam turbellas dare?

Tūrbĭdŭs, a, um, Conturbatus, cōfusus, non clarus, commotus. {חמר *chomér* נעכר *nechehár* זעף *zaéph* חומה *choméh.* θολερός. GALL. *Trouble, troublé.* ITAL. *Contorbato, torbido.* GERM. Betrübt/bewegt. HISP. *Turbio, ò perturbado.* ANGL. *Troublous, not cleare.*} Horat. 1. *Carm. Ode* 3.

Qui vidit mare turbidum.

Suet. *in Calig. c.*15. Turbida tempestas. Et Cæs. *lib.*2 *de bell. ciu.* Turbidam tempestatem nactus. (i. obscurum tempus.) Turbidus dies, procellosus. Plin. *lib.*11. *cap.*10. Quin & excrementa operantium intus, ne longiùs recedant, vnum congesta in locum, turbidis diebus, & operis otio egerunt. Turbidus homo, commotus, plenus perturbationis: terribilis. Virg. 9. *Æneid.*

———huc turbidus atque huc
Lustrat equo muros, aditúmque per auia quærit.

Idem *lib.*12. Tum sic affatur regem, atque ita turbidus infit. Tacit. *lib.*20. Mox C. Cæsar turbidus animi, &c. Turbida aqua, id est, turbata & impura. Cic. 5. *Tusc.* Darius in fuga, quum aquam turbidam & cadaueribus

ueribus inquinatam bibisset, negauit vnquam se bibisse iucundiùs. Virg.5.*Æneid.*

——ruit æthere toto
Turbidus imber aqua, densisque nigerrimus Austris.

Turbidior, turbidissimus. Ouid.1.*Trist.Eleg.*1.

Pectora (Getarum, sup.) *sunt ipso turbidiora mari.*

Actiones turbidissimæ, apud Quint.*lib.*1.*c.*10.

Tŭrbĭdē, aduerbium, Turbulentè, tumultuosè. {θολερῶς. GALL. *En trouble, auec trouble.* ITAL. *Con turbidezza.* GERM. Mit betrübung/verwirrenlich. HISP. *Turbia, y perturbiadamente.* ANGL. *Troubrouslie, with trouble.*} Cic.4.*Tusc.* Intelligatur igitur perturbationem iactantibus se opinionibus inconstanter & turbidè, in motu esse semper. Gellius *c.*9.*lib.*5. Per omne inde vitæ tempus non turbidè neque adhæsè locutus est, (id est, planè articulatéque elocutus est.) Ipse paulò antè.

Tŭrbŭlĕntŭs, a, um, Commotus, iratus, turbidus, contentione plenus. {חמר *chomer* נעכר *nebchár* זעף *zaéph* המה *homéh*. ταραχώδης, θορυβώδης. GALL. *Troublé, esmeu, plein de troubles, turbulent.* ITAL. *Torbolento, torbolato, tribolato.* GERM. Betrübt/bewegt/entrüst. HISP. *Turbio, ò perturbado.* ANGL. *Troublous, full of trouble and sedition.*} Plaut. *in Epid.* Tu adæpol re es turbulentus. Conciones turbulentæ, Cicer. *ad Attic.lib.*4. Conciones turbulentæ Metelli, temerariæ Appij, furiosissimæ Publij. Tempestas turbulenta. Idem 7. *Verr.* Vt nullus vnquam dies tam magna, turbulentáque tempestate fuerit, quin aliquo tempore solem eius diei homines viderent. Idem *pro Sylla*, In illa turbulentissima tempestate Reipubl. mea sponte despexerim. Plaut. *Milit.sc.*5.*a.*2. In locis Neptunis templísque turbulentis. Tubulentus animus, id est, perturbatus. Liuius 2.*ab Vrbe,* Turbulentior inde animus. L. Valerio, T. Æmilio coss.

Tŭrbŭlĕntē, aduerbium, Turbidè, tumultuosè. {ταραχωδῶς. GALL. *Auec trouble.* ITAL. *Turbatamente.* GERM. Zorniger weiß/mit entrüstung/oder betrübung. HISP. *Turbiamente, y perturbadamente.* ANGL. *Troublouslie, with trouble and ruffling.*} Cic. *pro domo sua,* Omnia contra leges, moresque maiorum temerè, turbulentè, per vim, per furorem esse gesta.

Tŭrbŭlĕntĕr, aliud aduerb. Turbidè, tumultuosè. Cic. *ad Cal.lib.*2. Extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temerè faciemus.

Tŭrbŭlĕnto, as, Exagito, perturbo. {המם *hamám.* ἀλυδρευόω. GALL. *Troubler.* ITAL. *Perturbare.* GERM. Trüb machen. HISP. *Turbar, perturbar.* ANGL. *To trouble, to mingle or confound.*} Apuleius, Me strepitu turbulentauit.

TVRBO, as, Confundo, commoueo, perturbo, obturbo, turbas facio, misceo. {עכר *bachár* בהול *bibhil* בעת *bibéth.* ταράττω, ὀχλέω, κυκάω, τυρβάζω. GALL. *Troubler, mesler, broüiller.* ITAL. *Turbare.* GERM. Betrüben. HISP. *Turbar, ò perturbar.* ANGL. *To trouble, to mingle or confound.*} Plaut. *in Capt.* Adueniens turbauit totum cum carne carnarium, id est, commouit. Mart. *lib.*2.

Pectere te nolim, sed nec turbare capillos.

Cic.1. *de nat.deor.* Aristoteles quoque in tertio de Philosophia libro multa turbat, à magistro Platone vno dissentiens. Idem *pro Cluent.* Mare quod sua natura tranquillum est, ventorum vi agitatur, atque turbatur. Virg.1.*Æneid.*

——sed res animos incognita turbat.

Idem 12. *Æneid.*

——& subita turbaret clade Latinos.

Iuuenal. *Satyr.*14.

Totam hanc (rem familiarem) *turbauit filius amens.*

Plaut. *Aul.sc.*3.*a.*4. Perij, ille nunc intus turbat. Idem *Capt.sc.*2.*a.*1. Visum me hac nocte quippiam turbauerint. Idem *Most.sc.*1.*a.*2. Efficiam quæ facta hîc turbauimus, vt liqueant omnia & tranquilla sint. Seneca *c.*14.*de cons.ad Mart.* Quota quæque domus constitit, in qua non aliquid turbatum sit. (de funere loquitur ac luctu.) Item, Turbare auspicia, Gell. *c.*14.*lib.*13. ¶ Turbare absolutè. Tacit. *lib.*4. Quum repentè turbare fortuna cœpit. Plaut. *Men.sc.*2.*a.*3. Adibo ad hominem, Nam turbare gestio. ¶ Turbatum est, impersonale. Terent. *in Eunuch.* Nescio quid profectò absente nobis turbatum est domi. ¶ Turbassit, pro turbauerit, vsurpatum ab antiquis. Cic.3. *de legib.* ex XII. Tab. Ast qui turbassit in agendo, fraus autoris esto. ¶ Turbor passiuum. Idem *ad Attic. lib.*2. Prorsus vt scribis ita sentio: turbatur Sampsiceranus. ¶ Huius composita sunt, Conturbo, deturbo, disturbo, exturbo, interturbo, obturbo, & perturbo: quorum significata explicantur suis locis.

Tŭrbātŭs, Commotus, perturbatus. {נעכר *nebechár* מבהול *mebohál.* τεταραγμένος. GALL. *Troublé, esmeu.* ITAL. *Turbato, smosso.* GERM. Betrübt. HISP. *Turbado, perturbado.* ANGL. *Troubled, vexed.*} Cæs.2. *bell.ciuil.* Turbatus ex inopinato malo.

Tŭrbātē, aduerbium, turbulenter. {ταραχωδῶς. GALL. *Auec trouble.* ITAL. *Turbatamente.* GERM. Mit betrübter ordnung/vnordentlich. HISP. *Turbiamente, y perturbadamente.* ANGL. With trouble.} Cæs.1. *bell.ciu.* His de causis aguntur omnia raptim atque turbatè.

Tŭrbātŏr, is, qui rem aliquam conturbat, perturbator. {עכר *Bochér.* ταρακτής. GALL. *Troubleur, broüillon.* ITAL. *Distorbatore.* GERM. Ein betrüber. HISP. *Perturbador.* ANGL. *A troubler or vexer.*} Liu.4. *ab Vrbe,* Parum id videri, quòd omnia diuina humanáque turbentur, iam ad consulatum vulgi turbatores accingi. Idem *lib.*2. Quum pacis ipse autor à belli turbatoribus premeretur.

Tŭrbāmĕntum, i, Turbatio. {נעכרת *nehechéreth.* ταραχή, τάραχος. GALL. *Troublement, trouble.* ITAL. *Turbamento.* GERM. Ein betrübung. HISP. *Turbamiento.* ANGL. *Troubling or vexing.*} Tacit. *lib.*17. Quæque alia turbamenta vulgi. Salust. *in oratione Lepidi ad Quirites,* Maxima Reipublicæ turbamenta atque exitia probare.

Tŭrbo, inis, Ventus validissimus, & vorticosus, obuia quæque deturbans, prosternénsque, ventus omnia turbans & inuoluens. {סער *saár.* στρόβιλος. GALL. *Vn tourbillon de vent, vent impetueux.* ITAL. *Nembo di vento.* GERM. Ein windsbraut. HISP. *Toruellino, viento remolinado.* ANGL. *A whirle winde.*} Virg.1.*Æneid.*

——venti velut agmine facto,
Quà data porta ruunt, & terras turbine perflant.

Cic.3. *de Orat.* Vndique omnes venti erumpunt, sæui existunt turbines. Senec. *cap.*16. *de cons.ad Mart.* Si contortus turbo confregit arbores. Plaut. *Curc.sc.*2.*a.*1. Exoritur ventus, turbo. Idem *Ps.sc.*4.*a.*2. Turbo non æquè est citus. ¶ Turbo pacis per translationem, pro turbatore & euersore. Idem *pro domo sua,* Tu procella patriæ, turbo ac tempestas pacis atque otij. ¶ Est & turbo genus instrumenti lusorij, quod à pueris scutica in gyrum circumagitur. {στρόβιλος, τροχός, βέμβιξ. GALL. *Vn sabot ou vne toupie.* ITAL. *Trottolo, moscolo, con che giuocano i fanciulli.* GERM. Ein topff. HISP. *El trompo ò peonça.* ANGL. *A toppe.*} Tibullus *lib.*1.*Eleg.*5.

Nanque agor vt per plana citus sola verbere turbo,
Quem celer assueta versat ab arte puer.

Virg.7.*Æneid.*

Ceu quodam toto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent.

Atque in hac significatione est etiam nominatiuus Turben. Tibullus,

Nanque agor vt per plana citus sola verbere turben.

Sosipater *lib.* 1. ¶ Ab huius instrumenti similitudine Turbo dicitur, quicquid è lato paulatim desinit in acutum. {κῶνος. GALL. *Vne figure ronde qui va en pointe comme vn sabot.* ITAL. *Ogni cosa puntuta di sotto & bassa di sopra.* GERM. Ein jedes ding das rund ist vnd sich vnden auff allgemach in ein spitz zeucht. HISP. *Cosa en figura de trompo.* ANGL. *A figure round and long lik a toppe.*} Cic. *de Fato,* Sed reuertitur ad cylindrum, & ad turbinem suum: quæ moueri incipere, nisi pulsa non possunt. Plin. *de aloe lib.*27.*c.*4. In turbinibus cadorum. Ouid.1.*Metam.*

——caua buccina sumitur illi
Tortilis, in latum, quæ turbine crescit ab imo.

¶ Turbo, pro Gyro & spiris serpentum. Silius *lib.*3.

Ater lethifero stridebat turbine serpens.

Tŭrbĭnĕŭs, a, um. {ὁ καὶ ἡ στροβιλοειδής, κωνοειδής. GALL. *Qui est rond comme vn sabot, en façon de poire.* ITAL. *Acuto, puntuto di sotto come vn pero.* GERM. Das wie ein topff vmbweitbelt. HISP. *Hecho en guisa de trompo, ò peonça.* ANGL. *That is round lik a toppe.*} vt, Vortex turbineus. Ouid.8. *Metam.*

Multa quoque hic torrens niuibus de monte solutis,
Corpora turbineo iuuenilia vortice mersit.

Tŭrbĭno, as, In turbinis figuram exacuo. {ἀποξύνω, στρομβίζω. GALL. *Aguiser, faire pointu.* ITAL. *Aguzzare, apuntare.* GERM. Etwas runds vnd außgespitzs machen wie ein topff. HISP. *Aguzar, hazer agudo.* ANGL. *To sharp an mak pointed.*}

Tŭrbĭnātŭs, adiect. quod in turbinis figuram desinit. {κωνοειδής. GALL. *Long & rond en forme de sabot, en façon de poire.* ITAL. *Acuto in punta, puntuto di sotto come vn pero.* GERM. Das rund vnd allgemach außgespitzt ist. HISP. *Hecho en manera de trompo ò pero.* ANGL. *Long & round lik a toppe.*} Plin. *lib.*37.*c.*4. Siquidem & colore translucido non differt, & laterum sexangulo læuiore turbinatus in mucronem. Idem *lib.*11.*c.*37. Cor homini infra læuam papillam turbinato mucrone in priora eminens. Idem *lib.*15.*c.*15. Turbinatior pyris figura quàm malis.

Tŭrbĭnātĭo, nis. {ἡ στρόμβωσις. GALL. *Forme & figure en façon de sabot, ou toupie.* ITAL. *Aguzamento, e punta di sotto como vn pero.* GERM. Die gestalt so von der breite in ein spitz außgetrdht ist. HISP. *Forma y figura en manera de trompo ò peonça.* ANGL. *A forme or shap lik a toppe.*} Plin. *lib.*15.*c.*20. Aliis turbinatio pyri, aliis ouata species.

Tŭrbo, nis, τυρβῶν, proprium nomen gladiatoris. Horat. *lib.*2.*Serm.sat.*3.

Corpore maiorem rides Turbonis in armis.

Turcæ, vel Turci. {ישמעאלים *jischmehelim.* ITAL. *Turchi.* GERM. Die Türcken.} teste Mela, Scythiæ populi fuerunt, maris Caspij, Caucasique montis accolæ, qui supra septingentesimum abhinc annum, relicta patria, portásque Caspias egressi, latrocinantium more in Persidem primùm, deinde in Pontum, & Cappadociam impetum fecerunt: occupatáque minore Asia, victricia arma in Europam traiecerunt, Græciámque omnem, ductu Mahometis in potestatem redegerunt, ipsáque etiam imperij sede Constantinopoli post longam obsidionem expugnata. De origine Turcarum, rebúsque gestis vide latiùs Baptistam Egnatium *in opusculo de Romanis principibus.*

Turdetani, τυρδητανοὶ, Hispaniæ Bæticæ populi sunt, apud Ptol. *lib.*2.*c.*5. Plaut. *Capt.sc.*2.*a.*1. Opus Turdetanis militibus, &c.

Tŭrdŭlī, τυρδοῦλοι, populi Hispaniæ Bæticæ, Bastulis, & Turdetanis finitimi, teste Ptol. *lib.*2.*c.*5. Varr. *de re rust.lib.*2.*c.*10. Non omnis apta natio ad pecuariam, quòd neque Bastulus, neque Turdulus idonei.

TVRDVS, auis nota, & inter primas à saporis bonitate collocata. {κίχλη. GALL. *Griue, tourd.* ITAL. *Tordo.* GERM. Ein krametsvogel. HISP. *Torzal, aue conocida.* ANGL. *A felde fare or trushe.*} Horat. *lib.*1.*Epist.*16.

Nil melius turdo, vulua nil dulcius ampla.

¶ Est & Turdus nomen piscis, quem & ipsum κίχλαν vocant Græci. Plin. *lib.*32.*c.*11. Turdus inter saxatiles nobilis.

Tŭrdārĭum, locus quo turdi aluntur ad saginam. κιχλοτροφεῖον.

Tŭrĕŭs, a, um, vide *Tus.*

TVRGEO, es, tursi, Tumeo, inflatus sum. {נאה *ghaáh* צבה *tsabáh.* ὀργάω, οἰδέω. GALL. *S'enfler ou estre enflé.* ITAL. *Gonfiarsi.* GERM. Bartzen/von volle sich blähen. HISP. *Hincharse.* ANGL. *To swell, to be puffed vp with pridie or anger.*} Virg. *Eclog.*7.

——Iam lato turgent in palmite gemma.

Turgere alicui, est irasci in aliquem siue commoueri. Plaut. *in Cas.* Nunc in fermento tota est, ita turget mihi. Idem *in Most.* Tota mihi turget vxor nunc domi, scio. Plin. *lib.*20.*cap.*13. Imponunt & mammis turgentibus decoctam rutam & pituitæ. ¶ Composita sunt, Deturgeo, & obturgeo: quorum significata explicantur suis locis.

Tŭrgĕsco, Turgidus fio, tumesco. {נאה *ghaáh* צבה *tsabáh.* ὀργάω. GALL. *S'ensler.* ITAL. *Gonfiarsi.* GERM. Bartzend werden/sich auffblähen. HISP. *Hincharse.* ANGL. *To beginne, to swell, to waxe proude.*} Persius,

Non equidem hoc studeo, bullatis vt mihi nugis
Pagina turgescat dare pondus idonea fumo.

Cic.3.*Tusc.* Córque meum penitus turgescit tristibus iris. Varr.3. *de re rust.c.*9. Obiiciendum pullis diebus quindecim primis mane subiecto puluere (ne rostris noceat terra dura) polentam mistam cum nasturtij semine, & aqua aliquanto antè facta intrita: & ne tum denique in eorum corpore turgescat aqua, prohibendum. Ouid.3.*Amor.Eleg.*9.

Prima

Prima Ceres docuit turgescere semen in agris.
Idem *Eleg.1.lib.3.Trist.*
Quóque loco est arbor, turgescit in arbore ramus.
Plin.*lib.7.c.50.* Nouembri mense, vt Martio pariant capræ turgescentibus virgultis.

Tŭrgĭdŭs, a, um, tumidus, inflatus. {צבה tsobéh. ὀγκώδης. GALL. *Enflé.* ITAL. *Gonfio.* GERM. Bartzend/ auffgeblasen/ getrungen. HISP. *Hinchado.* ANGL. *Swelled, puffed vp.*} Plaut. *in Milit.* Cubare in naui lippam, atque oculis turgidis. Cic.5.*Tusc.* Nam aliquod quodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitiosè se habet? Horat.3.*Carm.Ode* 13.
———*cras donaberis hœdo,*
Cui frons turgida cornibus.

Tŭrgĭdŭlŭs, diminutiuum. {ὁ σμικρὸν τι ἔξογκος, ὀγκωδέστερος. GALL. *Vn peu enflé.* ITAL. *Alquanto gonfio.* GERM. Etlicher maß auffgeblasen. HISP. *Vn poco hinchado.* ANGL. *A litle swollen or bollen.*} Catullus,
Flendo turgiduli rubent ocelli.

Tŭrĭă, τυρίας, fluuius est Edetanorum, in tractu Tarraconensis Hispaniæ, Valentiam præterfluens, & in sinum Sucronensem se exonerans. Claudianus,
Floribus & roseis formosus Turia ripis.
Salust.*lib.4.hist.* Inter læua mœnium dextrum flumen Turia, quòd Valentiam paruo interuallo præterfluit. Phocas hoc nomen neutro genere efferendum contendit, quemadmodum & Mulucha: cui tamen refragatur testimonium paulò antè ex Claudiano citatum. Plinus Duritiam vocat *lib.3.cap.3.* Ptol.Doriam.

‖Turiaso, *Tarazona*, V.E. Aragoniæ, olim Taraconensi, nunc Cæsaraugustano A.suffraganea.‖

Tūrĭbŭlum, Turifer, Turicremus, vide *Tus.*

Tūrĭōnēs, tenelli arborum, fruticum aut herbarum cacumina. {τὰ τῶν κλάδων ἴσχατα. GALL. *Tendrillons du bout des branches d'arbres, ou arbreaux.* ITAL. *Teneri germoli d'albero.* GERM. Die zarten dolderschoß der bäumen oder stauden/ die obersten köpfflin der kreutern. HISP. *Los renueuos del arbol.* ANGL. *The tender croppes of trees or hearbes.*} Columell. *lib.12. cap.48.* Concisis deinde pleno vase oliuis, immitte defrutum vsque ad os, lauri turiones in hoc vsu mittito, vt oliuas deprimant: post dies viginti vtere.

TVRMĂ, æ, Ordo militaris, tres equitum continens decurias, totidémque habens decuriones. Alij volunt Turmam triginta duos equites complecti. ¶ Turma statuarum equestrium Romæ vbi, vide apud Velleium. {גדוד ghedhúdh. ἴλη. GALL. *Bande de gens d'armes.* ITAL. *Compagnia de soldati.* GERM. Ein geschwader reuter. HISP. *Batalla de los de cauallo.* ANGL. *A bande of men of warre.*} Romuli enim tempore quum tres tantùm essent Tribus, Ramnensium, Tatiensium, & Lucerum, ex singulis tribubus deni equites in turmam adscribebantur, & singuli decuriones: à quo etiam numero Turmam dictam asserit Varro, quasi terdenam. Cic.*pro Marcell.* Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Virg.5.*Æneid.*
Tres equitum numero turmæ ternique vagantur
Ductores, pueri bisseni quemque secuti.
Horat.*lib.3.Carm.Ode* 4.
Diuósque mortalésque turmas
Imperio regit vnus æquo.
Tibull. *lib.4.*
Pro te vel solus densis obsistere turmis (ausim.)

Tŭrmālēs dicti qui in turma sunt eadem. Liu. *lib.5.ab Vrbe*, T. Manlius Consulis filius supra castra hostium cum suis turmalibus euasit.

Tŭrmālĭs, e, adiect. quod ad turmam pertinet. Claud. *de bell.Gall.*
Excitet incestos turmalis buccina somnos.
¶ Aliquando idem quod equestris, vt Turmales statuæ, apud Ciceronem *de Orator.*

‖Turmarches, turmarchus, turmæ præfectus. turma constabat XXX. equitibus. Buleng.‖

Tŭrmātĭm, aduerb. Per turmas. {ἰλαδόν. GALL. *Par bandes.* ITAL. *Per compagnie.* GERM. Mit scharen/hauffechtig. HISP. *De batalla en batalla.* ANGL. *Band by band.*} Cæs.8.*bell.Gall.* Turmatim in eum locum deuenerunt. Liu.5.*ab Vrb.* Mox vlulatus, cantúsque dissonos, vagantibus circa mœnia turmatim barbaris, audiebant.

Tūrnŭs, τῦρνος, nomen regis Rutulorum, accerimíque Troianorum in Italiam aduenientium hostis: quem Æneas singulari certamine victum occidit, Lauiniámque illi desponsatam vxorem duxit.

Tŭrōnēs, Lugdunensis Galliæ populi sunt, ad Ligerim fluuium. Autor Plin.*lib.4.c.18.* Vulgò *Tours.*

Turpetum, herba, quæ *Turbith*, Arabibus, Persis & Turcis ad deiiciendam pituitam efficax.

Tŭrpĭo Ambiuius, actor Comœdiarum, Terentij tempori.

TVRPĬS, e, Deformis, inhonestus, fœdus, distortus.)(Pulche. {שער schobár טמא tamé רע ráh. αἰσχρὸς, δυσειδής. GALL. *Laid, vilain, difforme, deshonneste.* ITAL. *Sozzo, brutto, turpe, difforme.* GERM. Vngestalt/schnöd/ häßlich. HISP. *Feo ò deshonesto.* ANGL. *Filthie, vnhonest.*} Ter. *in Phorm.* Lacrymæ, vestitus turpis. Horat.3.*Carm.Ode* 22.
Ante quàm turpis macies decentes
Occupet malas.
Ouid.3.*de Arte*,
Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus,
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.
Idem 1. *Amor.Eleg.*13.
Si mihi Tithono de te narrare liceret,
Turpior in cœlo fœmina nulla foret.
¶ Transfertur etiam ad animum. Cic. *pro Quintio*, Multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis, non turpis ad te, sed miser confugit. Terent. *in Heaut.* —pudet Dicere hac præsente, verbum turpe. Ouid.1.*Amor.Eleg.*9.
Turpe senex miles, turpe senilis amor.
Idem 13.*Metam.*
———*An falso Palamedem turpe est*
Accusasse mihi, vobis damnasse decorum?
Idem *Eleg.lib.2.Trist.*

Scribere si fas est imitantes turpia mimos.
¶ Turpia facta vxoris conuincere. (de stupro, siue adulterio.) Plautus *Amph.* Turpes mores. Idem *Mostell.sc.3.a.1* Cic.1.*Offic.* Luxuria verò cùm omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. ¶ Interdum ponitur pro magno, vt annotauit Nonius. Virg.3.*Georg.*
———*optima toruæ*
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix.
Idem 4.*Georg.*
Et turpes pascit sub gurgite phocas.
¶ Item pro crudeli, vt non vno in loco apud Salustium.

Tŭrpĭcŭlŭs, a, um, diminutiuum, Subturpis. {ὑπαισχρος. GALL. *Aucunement laid.* ITAL. *Alquanto sozzo.* GERM. Ein wenig häßlich oder wüst. HISP. *Feo vn poco.* ANGL. *A litle filthie or vnhonest.*} Cic.2.*de Orat.* Iocus in turpiculis, & quasi deformibus ponitur. ¶ Hinc fit compositum Subturpiculus. Idem *Attic.lib.4.* Quid? etiam subturpicula mihi videbatur palinodia.

Tŭrpĭfĭco, as, fœdo, turpitudine afficio. {טמא timmé חנף tinnéph. αἰσχύνω. GALL. *Souiller & vilainer, enlaidir.* ITAL. *Far sozzo.* GERM. Verwüsten/wüst oder häßlich machen. HISP. *Hazer feo.* ANGL. *To mak filthie, to desile.*} Cic.3. *Offic.* Quanta illa deprauatio, & fœditas turpificati animi videri debet.

Turpilucrus, turpiter lucrum faciens. Cath.

Tŭrpĭtūdo, inis, Deformitas. {מום רע mum rah נבלה nebaláh שערורה schaharurijáh. αἶσχος, αἰσχρότης. GALL. *Laideté, difformité, deshonnesteté, laideur.* ITAL. *Brutezza, dishonestà.* GERM. Schand/häßligkeit/vnehrbarkeit. HISP. *Fealdad, ò deshonestidad.* ANGL. *Villanie, deformitie, shame.*} Cic.2. *de fin.* Sunt etiam turpitudines plurimæ, quæ nisi honestatis natura plurimum valeat, cur non cadant in sapientem, non est facilè defendere. Quintil.*lib.2.c.2.* Carendum non solùm crimine turpitudinis, verùm etiam suspicione. Cic.2.*de Orat.* Verborum turpitudinem, & rerum obscœnitatem vitare. Velleius, Cum turpitudine ingenij, corporis deformitas certabat. Senec.*cap.15.de tranq.* Per turpitudinem iam splendet ambitio. Plaut.*sc.1.a.3.* Si ei puero Dij addunt turpitudinem ad seruitutem.

Tŭrpĭtĕr, aduerbium, Fœdè, inhonestè, indecorè. {αἰσχρῶς. GALL. *Vilainement, laidement, deshonnestement.* ITAL. *Bruttamente, dishonestamente.* GERM. Schandtlich/häßlich/vnehrbarlich. HISP. *Fea, y deshonnestamente.* ANGL. *Filthelie, villanouslie.*} Plaut. *in Merc.* Quod in se olim admiserit turpiter. Cæsar 3.*belli ciuil.* Reliquos turpiter fugere coëgerunt. Cic.3.*Tuscul.* Quæ te turpiter, & nequiter facere nihil patiatur. Ouid. 5.*Trist.Eleg.*7.
Turpius eijcitur quàm non admittitur hospes.

Tūrpo, as, Fœdo, turpitudine afficio. {טמא timmé חנף tinnéph. αἰσχύνω. GALL. *Souiller, vilainer, enlaidir, barbouiller, sallir.* ITAL. *Sporcare, lordare, macchiare.* GERM. Verwüsten. HISP. *Afear otra cosa.* ANGL. *To defile, to mage foull or ill fauored.*} Cic.1. *Tusculan.* ex vetusto quopiam Poëta, Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam imitari, Iouis aram sanguine turpari. Virg.10.*Æneid.*
——— *& terra subleuat ipsum*
Sanguine turpantem comptos de more capillos.
Horat.1.*Serm.satyr.*5.
———*at illi fœda cicatrix*
Setosam læui frontem turpauerat oris.

TVRRĬS, is, fœminini generis, à terrendis hostibus dicta est. {מגדל mighdhál. πύργος. GALL. *Tour.* ITAL. & HISP. *Torre.* GERM. Ein thurn. ANGL. *A tower.*} sicut Arx, ab arcendis: vel quòd aspectu torua sit, hoc est, terribilis. Cæsar 5.*bell.Gall.* Tum ex omni parte lapidibus coniectis deturbati, turrísque succensa est. Cic.5.*Tusc.* Dionysius concionari ex turre alta solebat. Virg.10.*Æneid.*
Nec spes vlla fugæ: miseri stant turribus altis
Nequicquam, & rara muros cinxere corona.
Idem 9.*Æneid.*
———*tum pondere turris*
Procubuit subitò, & cœlum tonat omne fragore.
Horat.2.*Carm.Ode* 10.
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celsæ grauiore casu
Decidunt turres, feriúntque summos
Fulmina montes.
Turres in acie, verbum militare, Gell. *cap.9. lib.10.* Fiunt etiam turres ambulatoriæ, de quibus Veget. *lib.4.cap.17.* sic scribit, Turres dicuntur machinamenta, ad ædificiorum speciem tabulis, tabulatísque compacta. Et ne tantum opus hostili concremetur incendio, diligentissimè ex crudis coriis vel centonibus communitur, quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrum, interdum quadragenos, vel quinquagenos latæ sunt. Proceritas autem ipsarum tanta fit, vt non solùm muros, sed etiam turreis lapideas altitudine superent. His plures rotæ mechanica arte subduntur, quarum lapsu volubili, magnitudo tam alta moueatur. Præsens autem periculum ciuitatis est, si ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit scalas, & diuerso genere conatur irrumpere. Nam in inferioribus habet arietem, cuius impetu destruit muros. Circa mediam verò accipit pontem factum de duabus trabibus, septúmque de vimine, quem subitò prolatum inter turrem murúmque constituunt, & per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatem transeunt, & occupant muros. In superioribus autem turris illius partibus contati, & sagittarij collocantur, qui defensores vrbis ex alto contis, saxis, missilibúsque prosternant.

Tŭrrĭcŭlă, diminutiuum, Parua turris. {πυργίον. GALL. *Tourrette, petite tour.* ITAL. *Picciola torre, torricella.* GERM. Ein turnlin. HISP. *Pequeña torre.* ANGL. *A litle tower.*} ¶ Est & vasculi genus, turris similitudine, per quod tali in alueolum mitti solent, ne in iaciendo fraus committi posset. Græci πύργον vocant. Persius etiam Orcam. Extat distichon apud Mart.*lib.14.* turriculæ vsum describens:
Quærit compositos manus improba mittere talos?
Si per me misit, nil nisi vota facit.

Tŭrrītŭs, a, um, Turribus instructus. {πυργωτὸς, πυργοφόρος. GALL. *Qui*

a tour ou tours,haut comme vne tour. ITAL. Altò, sublime. GERM. Gethürnet/das ein thurn hatt. HISP. Alto, torreado de torres. ANGL. That is high, or towred.} vt, Mater deûm turrita, id est, Cybele, quæ eadem credebatur cum Tellure. Virg. lib.6. Æneid.

——— qualis Berecynthia mater,
Læta Deûm partu Phrygias turrita per vrbes
Inuehitur curru.

Castella turrita. Lucanus lib.5.

——— turritaque summis
Disponit castella iugis.

Elephanti turriti, quibus turres superponuntur, vel qui turres gestant. Plin. lib.8.c.7. Iterum totidem turriti cum sexagenis propugnatoribus. Mœnia turrita. Ouid.3. Amor. Eleg.7.

Quid tibi turritis incingere mœnibus vrbes?

¶ Interdum Turritus accipitur pro alto, & turris instar edito, ὑψηλός. Virg.3. Æneid.

——— gemino demittunt brachia muro
Turriti scopuli.

Turrĭgĕr, Turrifer, gerens turres. {πυργοφόρος. GALL. Qui porte tour, qui a des tours. ITAL. Chi porta torre, chi ha torre. GERM. Der thürn tregt. HISP. Lo que trae ò tiene torres. ANGL. That beareth a tower.} Plin. Sed turrigeros elephantorum miramur humeros. Virg.10. Æneid.

Alma parens Idæa Deûm, cui Dindyma cordi,
Turrigeraque vrbes, &c.

Dea turrigera, eadem cum Cybele, siue Tellure, Ouid.4. Fast.

Carina turrigera,

Lucan. lib.3.

Frons turrigera Cybeles,

Ouid.6. Fast.

Turris Bissonis, πύργος Βίσσωνος. Ciuitas Sardiniæ, Ptolem. lib.3.cap.3. Sardos hodie. Turris Libyssonis, Plin.

Tursĭo, nis, piscis est delphino non dissimilis, tristitia tamen aspectus ab eo differens: lasciuia eius, quæ in delphino conspicitur, prorsus expers, rostro tamen canicularum maleficentiam præ se ferens. Hæc Plin. lib.9.cap.9.

TVRTVR, masc. gen. Auis nota ex genere columbarum, à sono quem edit nomen habens. {תור tór. τρυγών. GALL. Vne tourte ou tourterelle. ITAL. Tortora. GERM. Ein turteltaub. HISP. Tortola aue. ANGL. A turtle doue.} Plaut. in Mostell. sc.1. a.1. Tu tibi istos habeas turtures. Seru. & quidam eum secuti putant fœmininum esse in hoc versu Virg. ex 1. Eclog.

Nec gemere aëria cessauit turtur ab vlmo.

Sed procul dubio decipiuntur: nam adiectiuum aëria, non cum nominatiuo turtur, sed cum ablatiuo vlmo cohæret. ¶ Est item Turtur piscis marinus, ex genere venenatorum, qui & τρυγών dicitur à Græcis, eodem quo auis nomine.

Turturilla, locus in quo corruptelæ fiebant, quòd ibi turturi opera daretur. i. ganea.

Tŭrūndă, Massa siue buccella, qua farciuntur, siue saginantur altilia. {ψωμός. GALL. Vne soupe de pain, vn morceau de paste, vn apast. ITAL. Tronda. GERM. Ein kloß oder blöcklin damit man das gevögel mest. HISP. Sopas à manera de bocadillo para engordar aues. ANGL. A morsell or soppe wherby foules ar fedde.} Varr.3. de R.R.c.89. Gallinas faciunt turundis hordeaceis. ¶ Apud Catonem tamen c.89. significat linamentum illud ex filis, quod in vlcus immitti à medico solet. Ait enim, Et si fistula erit, turundam intrò trudito.

Turuptiana, vrbs Callæcorum Lucensium, in Tarraconensi Hispania. Ptol. lib.2.cap.6.

Tvs, uris, Lacryma Libani arbusculæ, vni terrarum Arabiæ concessa, diuinis sacrificiis, & templorum suffimentis dedicata. {לבונה lebonáh. λίβανος. GALL. Encens. ITAL. Incenso. GERM. Weirauch. HISP. Encienso. ANGL. Frankencense.} Ouid.14. Metam.

Templa tibi statuam, soluam tibi turis honores.

Tibull. lib.1. Eleg.3.

Redderet antiquo menstrua tura Lari.

Ouid. Eleg.1. lib.2. Trist.

Sed tamen vt fuso taurorum sanguine centum,
Sic capitur minimo turis honore Deus.

Varro à tusis glebis dictum existimat: cui & Seruius astipulatur, & Priscianus. Quocirca sine aspiratione scribendum videtur. Alij tamen originem eius à Græco verbo θύειν petere malunt, quod est sacrificare: vnde etiam per aspirationem scribendum præcipiunt. Plura exempla suprà vide in nomine Thus, huc referenda. Prouenit autem tus potissimùm in regione Sabæorum, quæ felicis Arabiæ pars est. Virg.1. Georg.

India mittit ebur, molles sua tura Sabæi.

Colligitur autem duplici vindemia: quarum prior est circa canis ortum: altera verno tempore, inciso arboris cortice, qua maximè videtur esse prægnans, & vbi tenuissimus tenditur. Laxatur hinc plaga, vnde prosilit spuma pinguis, quæ concreta densatur. Probatur tus candore, amplitudine, fragilitate, carbone, vt statim ardeat, & frietur potius quàm dentem recipiat. Vide Thus.

Tūrĕŭs, a, um, quod ex ture est. {λιβανωτικός. GALL. D'encens. ITAL. Di incenso. GERM. Von weirauch. HISP. Cosa de materia de encienso. ANGL. Of frankencense.} Col. lib.3. Iam tuream plantam maturè ampliatam, florentésque hortos myrrha & crocco. Virg.2. Georg.

——— sola India nigrum
Fert hebenum, solis est turea virga Sabæis.

Idem 6. Æneid.

——— congesta cremantur Turea dona.

Ouid.4. Fastor.

Farra deæ, micæque licet salientis honorem
Detis, & in veteres turea grana focos.

Tūrĭbŭlum, i, vas quo tus adoletur. {מחתה machtáh. θυμιατήριον. GALL. Encensoir. ITAL. Turribulo da incensare. GERM. Weirauchfaß. HISP. Encensario donde se quema el encienso. ANGL. A censer.} Liu.9. bell. Pun. Ex per manus succedentes, deinde aliæ aliis omni effusa ciuitate obuiam, turibulis ante ianuas positis, qua perferebatur, atque accenso ture precantibus, &c. Cic.6. Verr. Nam etiam de L. Papyrio viro primario, locuplete honestóque equite Romano turibulum emisti? Vide Thuribulum suprà.

Tūrĭfer, a, um, Tus producens. {λιβανωτοφόρος. GALL. Qui porte ou produit encens. ITAL. Che porta ò produce incenso. GERM. Das weirauch tregt. HISP. Cosa que trahe ò cria encienso. ANGL. That beareth frankencense.} vt, Regio turifera. Plin. lib.6.cap.23. Veniúntque circiter xxx. diem Ocelin Arabiæ, aut Canam turiferæ regionis. Idem lib.12. Vt illo modo, quum deuicisset turiferas gentes, supplicaret. Ouid.3. Fast.

Et domitas gentes turifer Inde tuas.

Tūrĭcrĕmŭs, a, um, Cremans tus: vt, Ariæ turicremæ, βωμοὶ ἐν οἷς λιβανωτὸς καίεται. Virg.4. Æneid.

——— turicremis cùm dona imponeret aris.

Ouid. Epist.1.

Sæpè deos supplex, vt tu scelerate valeres,
Sum prece turicremis deuenerata focis.

Tūrĭlĕgŭs, a, um. {λιβανολόγος. GALL. Qui recueille & amasse encens. ITAL. Che racoglie incenso. GERM. Das weirauch zusamen liset oder samelt. HISP. Cogedor de encienso. ANGL. That gathereth frankencense.} vt, Arabes turilegi, id est, colligentes tus. Ouid.4. Fast.

Nam modò turilegos Arabas, modò despicit Indos.

Turarius, vt Turarius vicus, vide suprà.

Tūscŭlum, i, diminut. {λιβανωτοῦ μόριον, λίβανος σμικρόν. GALL. Vn petit morceau d'encens. ITAL. Vn pezzo di incenso. GERM. Weirauchlin. HISP. Vn pedaço de encienso. ANGL. A litle of frankencense.} Plaut. Aulul. sc.5. a.2. Nunc tusculum emi.

Tūscă, Africæ fluuius est, Zeugitanam prouinciam, hoc est, Africam propriè dictam dirimens à Numidia. Autor Plin. lib.5.c.4.

Tūscānĭă, τυσκανία, oppidum Tusciæ prope Tarquinios: à quo Tuscanienses populi: quorum meminit Plin. lib.3.c.5.

Tuscanium, locus in ædibus cauatus, quem à Tuscis morem Romani acceperunt, eámque ob causam, Tuscanium dictum. Varro lib.4. de lingua Latina.

Tvscĭă, vulgò Toscana, Celeberrima Italiæ regio, Macra & Tyberi fluminibus intersepta, alio nomine Hetruria dicta, à Græcis etiam Tyrrhenia, à Tyrrheno quodam Atyos filio, qui relicta Mæonia in Italiam sese contulit, & in ora maris inferi consedit, populósque Tyrrhenos, & mare ipsum Tyrrhenum de nomine suo appellauit. τυρρηνία. Tusciam autem Festus dictam existimat à Tusco quodam Herculis filio, qui regionis huius imperium dicitur tenuisse: quanquam non desint, qui à Græco τυρρηνοὶ, quod est sacrificare, vocis eius originem repetant. ¶ Fuerunt enim Hetrusci præ cæteris Italiæ populis, eorum quæ ad religionem & sacrificia pertinent, ad superstitionem vsque studiosi, hinc fit vt nonnulli primum nominis huius elementum existimant esse aspirandum. Tusciæ oppida celeberrima sunt Florentia, Pisa, Luca & Sena. Populi ipsi Tusci appellantur, & Hetrusci, à Græcis τυρρηνοὶ, haruspicinæ olim peritissimi. Quapropter interpretandorum prodigiorum, & procurandorum fulminum causa vates olim ex Hetruria Romam sæpissimè accersebantur.

Tūscŭs, a, um, possessiuum deductum, τυρρηνός. vt, Tuscus vicus à Tuscis incolis, teste Fest. ita dictus, quibus post Porsenæ discessum in vrbe manentibus, sedes fuit assignatæ. Horat.2. Serm. Satyr.3.

Ac Tusci turba impia vici.

‖Tuscanus, a, um, ad Tuscos pertinens.‖

Tuscanicus, a, um, aliud adiect. Quintil. Tuscaniæ statuæ.

Tuscenius, nomen proprium cuiusdam, cuius meminit Cicer. ad Quint. Fratrem lib.1. Nisi me fortè Paconij nescio cuius hominis, ne Græci quidem ac Mysij, aut Phrygis potius querelis moueri putas: aut Tuscenij, hominis furiosi ac sordidi, vocibus, cuius tu ex impurissimis faucibus inhonestissimam cupiditatem eripuisti summa cum æquitate.

Tvscvlvm, τούσκλον Straboni. Oppidum Latij, xv.M. passuum ab vrbe distans, olim inter insignes Latij ciuitates numeratum. Federici Ænobarbi temporibus, à Romanis Pontificibus deletum, eò quòd Imperatori Pontifici bellum inferenti auxilio fuissent Tusculani. Hodie obscurus est vicus, quem Romani Friscatam vocant. Dictum autem putatur Tusculum, quasi τὸ σκύλλον, propterea quòd in monte satis edito situm molestiam exhiberet ascendentibus. Est enim σκύλλειν vexare, seu molestia efficere. Conditum autem existimatur à Telegono Vlyssis & Circes filio, qui quum patrem imprudens occidisset, in ea sese loca recepit.

Tūscŭlānŭs, a, um, diminutiuum. τουσκλανός, Stephano: vt, Ager Tusculanus, Ciceronis villa nobilitatus: &, Tusculanum municipium, Catone Censorio municipe illustratum.

Tvssĭs, is, fœm. gen. Vehemens spiritus efflatio (vt definit Galen. in tractatu de Sympt. causis) ea quæ meatum suum obstruunt excutere connantis. {βήξ. GALL. Toux. ITAL. & HISP. Tosse. GERM. Der husten. ANGL. The coughe.} Quæ si continuè vexet, à Seneca pertussis nuncupatur. Est enim continens tussis & inueterata, quæ vix vnquam eliditur, ex qua multi conficiuntur. Terent. in Heaut. Gemitus, screatus, tusses, risus abstinere. Virg.3. Georg.

Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit agros
Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis.

Catull. Epigramm.41.

Fui libenter in tua suburbana villa,
Malámque pectore expuli tussim.

Ibidem,

Hic me grauedo frigida, & frequens tussis
Quassauit.

Tūssĭcŭlă, æ, diminutiuum. {τὸ βήχιον. GALL. Vne petite toux. ITAL. Picciola tossa. GERM. Kleiner husten. HISP. Pequeña tosse. ANGL. A litle coughe.} Plin. Epistol.114. Veteris infirmitatis tussicula admonitus, &c.

Tūssĕdo, inis, idem quod tussis. βήξ, Apul. Assiduo pulsu tussedinis hiulci pectora.

Tūssĭo,

Tūssĭo,is,iui,itum,Tussim patior. {βήσσω. GALL. *Tousser, ou toussir.* ITAL. *Tossire.* GERM. Husten. HISP. *Toser.* ANGL. *To coughe, to auoyde with coughing.*} Plaut. *in Asin.* Fortè si tussire occepsit, ne sic tussiat, Vt cuiquam linguam in tussiendo proferat. Plin. *lib.20.cap.2.* Semen eorum cumino tritum potúmque in vino, tussientibus auxiliatur. Mart. *lib.1.* Et placet, & tussit. Horat. *2. Serm. Satyr.12.*

——— si quis
Fortè coheredum senior malè tussiet.

Tŭssĭlāgo, inis, herba est syluestris folia habens quina aut septena, maiuscula quam hederæ, subalbida à terra, supernè pallida, sine caule, sine flore, sine semine, radice tenui. {βήχιον. GALL. *Pas d'asne.* ITAL. *Passo d'asno, farfaro.* GERM. Hufflattich/oder roßhuff. HISP. *Vña de asno, farfaro.* ANGL. *An hearbe which remedeth the coug.*} Nomen habet ab effectu, quòd fumus eius per arundinem haustus, tussim quantumuis veterem sanare dicatur. Officinæ *Vngulam caballi* hodie appellant. ¶ Est & tussilago satiua, à quibusdam saluia appellata, similis verbasco, quæ in puluerem contrita, aduersùs tussim vtiliter bibitur. Autor vtriusque Plin. *lib.26.cap.6.*

Tūtānūs, Deus quidam apud Romanos, idem (vt putatur) cum Hercule, quem periclitantes inuocabant, vt ipsos tutaretur. ἀλεξίκακος Varro *in Hercul.* vt citat Non. Noctu Annibalis quum fugaui exercitum Tutanus, (*tutatus* leg.) ob hoc Tutanus Romæ nuncupor. Hoc propter, omnes qui laborant, inuocant.

Tūtĕ, Tu ipse, σὺ αὐτός. Cicer. 4. *Verr.* Hoc autem tute fatebere. Idem 2. *Tusc.* Reliquum est vt tute tute tibi imperes. Vide *Tu*, suprà.

Tutela, Tutelaris, vide *Tueor.*

‖Tutelensis, E. *Tulles*, sub A. Bituricensi in Gallia.‖

Tutia, lapis Lydius. GALL. *Touche.*

Tutilina, Dea apud Romanos (inquit Nonius) à tuendo dicta. Varro (vt citatur à Nonio) Hercules (vel Ἡρακλῆ) tuam fidem: Non Tutilinam, inquam, ego ipse inuoco: quòd meæ aures à te obsidentur. Alij sic citant: Tuam fidem Tutana inuoco, quæ adesse mortalibus soles. Hanc August. *lib.4. de ciuitate Dei*, præesse frumentis collectis, atque reconditis scribit, vt tutò seruarentur.

Tūtŏr, Tutorius, vide *Tueor.*

Tūtŭlŭs, inquit Festus, Ornamentum capitis Flaminicarum, & vitta purpurea innexa crinibus, & in altitudinem erecta, qua Flaminica à cæteris mulieribus discernebatur. Viri item in sacris tutulis vtebantur, qui inde tutulati dicebantur. Varro *lib.6. de L.L.* Tutulati dicti, qui in sacris habere solent vt metam capitibus: id tutulus appellatur, ab eo quòd matresfamiliâs crines conuolutos ad verticem capitis, quos habent vti velatos, dicunt tutulos: siue ab eo quòd tuendi causa capilli fiebant, siue ab eo quòd altissimum in vrbe, quod est arx, ea res tutissima, tutulus vocatur.

‖Tutumpha, dolus, insidiæ. L.g.b.‖

Tūtŭs, a, um, vide *Tueor.*

Tŭŭs, a, um, pronomen possessiuum à Tu. {σός. GALL. *Tien, qui est à toy.* ITAL. *Cosa tua.* GERM. Dein. HISP. *Cosa tuya.* ANGL. *Thyne or belonginth to the.*} Plaut. *in Persa*, Tua merx est, tua indicatio. Cic. *ad Trebonium lib. 15.* Nunc hæc primò cupio cognoscere, iter tuum cuiusmodi sit. Catull. *de Com. Beren.*

Adiuro téque tuúmque caput.

Plaut. *Capt. sc.5. a.3.* Tuus sum: Tuas (id est, manus serui tui) vel præcidi iube. Idem *Menæch. sc.1. a.5.* Patri enarrabo tua flagitia, quæ tu facis. Idem *Curc. sc.3. a.1.* Facito vt pretio peruincas tuo. Idem *Menæch. sc.2. a.1.* Non audes de tuo addere. *Ibid. sc.7. a.5.* Si tuum negas me esse, (i. seruum) sine abire liberum. ¶ Tuus, pro à te, Plaut. *Milit. sc.5. a.2.* Tuæ mihi turbæ non placent. (i. à te concitatæ. ¶ Tuus pro tui, Ouid. *13. Metamorph.*

Quis tuus vsus erat? &c.

¶ Tuum est, ad te spectat, tui est negotij & officij. Terentius *in Andr.* Tuum est, si quid præter spem euenit, mihi ignoscere. De tuis vnus, pro vnus tuorum amicorum, vel de numero amicorum tuorum. Cicer. *ad Cas. lib.13.* Qui & in bello tecum fuisset, & propter memoriam Crassi, de tuis vnus esset. ¶ Tuum studium adolescentis, id est, quo tu adolescens teneris. Cic. *ad Paulum lib.15.* Sed molestè fero me Consulem studium tuum adolescentis perspexisse: te meum, quum id ætatis sim, perspicere non posse. ¶ Tuapte, & Tuopte, ablatiui sunt ex Tua, & Tuo ablatiui, & pte, syllabæ adiectione compositi: vt Tuapte sponte, id est, Tua ipsius sponte: Tuopte consilio, id est, tuo ipsius consilio. Plaut. *Mil.* Quippe si resciuère inimici consilium tuum, tibi Tuopte consilio occludunt linguam. Tuatim aduerbium significat tuo more. Idem *in Amphitr.* Iam tuatim facis. vbi Sosipater *lib.2. sua Gramm.* tuatim, tuo more exponit.

T Y

Tyănă, Τύανα. Cappadociæ ciuitas ad radices Tauri montis, patria Apollonij, siue ille magus, siue philosophus fuerit: cuius vitam fabulosissimo volumine exequitur Philostratus. ¶ Hinc fiunt gentilia Tyaneus, & Tyanites, τυανεύς, καὶ τυανίτης Stephano. Poëtæ aliquando efferunt Tyaneïus per quinque syllabas, Ouid. 8. *Metam.*

——— ostendit adhuc Tyaneïus illic
Incola de gemino vicinos corpore truncos.

Tyberis, vide *Tiberis.*

Tybŭr, tyburis, Tyburs, tyburtis, & Tyburtinus, a, um, rectius i nostro scripseris, præsertim quum apud Suid. Stephan. Strab. cæterósque Græcos τίβουρα, τίβουρ, καὶ τιβουρ per iota legamus. De his itaque vide suprà suis locis. Vulgò *Triueli.* Ouid. *6. Fast.*

Inde suburbano clarus Tiburte triumpho.

Vulgò *Tyburte*, per y.

Tyche, es, τύχη, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, Hesi. *in Theog.*

Εὐδώρη τε, Τύχη τε, καὶ Ἀμφιρώ, Ὠκυρόη τε.

¶ Fuit item Tyche, vna ex quatuor Syracusanæ vrbis partibus, à nobili Fortunæ templo denominata: cuius meminit Cic. *6. Verr.*

Tychĭŭs, τυχίος, celeberrimi fabri nomen, apud Hom. *7. Il.* qui Aiacis clypeum fabricauit. Ouid. *3. Fast.*

Nec quisquam inuitæ faciet bene vincula plantæ
Pallade, sit Tychio doctior ille licet.

Tycta, τυκτά, Persis splendidum conuiuium, vt Herodotus *in Calliope* tradit.

Tydeūs, dictio dissyllaba. τυδεύς, nomen filij OEnei regis Calydoniæ & Eurybœæ, vel, vt aliis placet, Althææ: qui quum fratrem suum Menalippum inscius occididisset, ad Adrastum regem perfuit, cuius filiam Deiphilen coniugem duxit. Postea à Polynice, qui alteram Adrasti filiam Argiam vxorem habebat, legatus ad Eteoclem regem Thebarum missus, vt pacti memor, fratri regnum redderet. Ad quem quum venisset, regiámque esset ingressus, Eteocles negauit se regno cessurum esse. Quo responso Tydeus vehementer commotus est, ita vt non sit veritus & hostis & solus, Thebanos omnes quotquot tum fortè cum Eteocle essent in conuiuio, ad quodlibet certaminis genus prouocare. Atque vt animosè prouocauit, ita omnes (sic illi Pallas propitia erat) strenuè vicit. Quamobrem Thebani dolore ac indignatione accensi, reuersuro insidias tetenderunt, collocatis ad opportunum locum, quà Tydeus transiturus erat, quinquaginta iuuenibus, cum duobus ducibus, Mæone Æmonis, & Lycophonte Antophoni filio, quos Tydeus in se impetum facientes trucidauit, vni tantùm parcens Mæoni, quem acceptæ cladis nuntium ad Eteoclem remisit. Profectus deinde vnà cum Polynice & Adrasto, reliquísque Græciæ principibus ad bellum Thebanum, post multas res præclarissimè gestas, à Menalippo quodam Thebano lethaliter vulneratus, occubuit. Vide hæc latiùs in Statij *Thebaide.*

Tydidēs, idæ, τυδείδης, nomen patronymicum, quo Poëtæ vtuntur pro Diomede Tydei filio. Virg. *1. Æneid.*

——— ô Danaûm fortissime gentis Tydide.

Horat. *1. Carm. Od.6.*

Quis Martem tunica tectum adamantina
Dignè scripserit, aut puluere Troico
Nigrum Merionem, aut ope Palladis
Tydiden superis parem.

Ouid. *13. Metam.*

——— Non hæc mihi crimina fingi
Scit benè Tydides.

Ibidem,

Desine Tydidem vultúque & murmure nobis
Ostentare meum, pars est sua laudis in illo.

Tyēnīs, τυῆνις, oppidum Colchorum: ita dictum à præterfluente fluuio eiusdem nominis. Gentile est Tyenites, τυηνίτης Stephano.

Tylos, τύλος, Insularum duarum nomen est in sinu Persico, margaritis abundantium, & gossampinis arboribus, quæ cucurbitas ferunt mali cotonei amplitudine, quæ maturitate ruptæ, ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo conficiuntur. Vide Plin. *lib. 21. cap.10. & 11.*

Tymbădēs, τυμβάδες, Græco nomine appellantur sagæ & veneficæ: quòd περὶ τύμβους, hoc est, circa sepulcra versentur, cadauera mutilantes aliquo membro, quo ad veneficia sua abutantur. Cæl. *lib.12. c.38.*

Tymbus, i. {קבר *keber.* τύμβος. GALL. *Tombe, tombeau, sepulcre.* ITAL. *Sepolcro, monimento.* GERM. Ein grab. HISP. *Tomba ò sepultura.* ANGL. *A tombe or graue.*} Vox est Græca, quam Latinè bustum vertere possumus, teste Cicerone. Fit enim παρὰ τὸ τύφεσθαι ἐκεῖ τὸ νεκρὸν σῶμα, hoc est, ab eo quòd ibi mortui cadauer exuratur. Latini paucis literis immutatis, etiam tumbam appellant. Cicer. *2. de finib.* Siquis bustum (nam id puto appellari tymbon, aut monumentum, inquit, aut columnam) violarit, deiecerit, &c.

Tymœtēs, siue potiùs Thymœtes. θυμοίτης Homero, Vnus fuit ex Troianis principibus, conscius (vt quidam putant) proditionis patriæ. Nam quum vates qidam Priamo futurum prædixisset, vt certo quodam die puer nasceretur, cuius culpa Troia euerteretur: ferunt eo die Hecubam peperisse Paridem, & Tymœtæ vxorem alterum filium, quem Priamus iussit occidi. Ob quam causam Tymœtes deinde non benè effectus fuisse erga Priamum putatur, & de Troiæ proditione cum Græcis consilia iniisse. Huc allusit Virg. *2. Æneid.*

——— Primúsque
Tymœtes, Duci intra muros hortatur, & arce
Locari: Siue dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant.

Vide *Thymoetes.*

Tymōlus, qui & Tmolus, τύμωλος Steph. Lydiæ mons, ex quo Pactolus amnis, & Tarne fons profluunt. Apud Plin. *lib.5. c.29.* Timolus legitur per i nostrum: Lydia (inquit) maximè celebratur Sardibus in latere Tmoli montis, qui antè Timolus dicebatur.

TYMPĂNVM, i. {תף *toph.* τύμπανον. GALL. *Tabourin, bedon.* ITAL. *Timpano, Cimbalo.* GERM. Ein trummen. HISP. *Atabal, ò pandero.* ANGL. *A drumme.*} Instrumentum ex vna parte planum, membrana clausum, intus vacuum, quod baculo pulsatur. Eo vti solebant in sacrificio Matris deûm. Virg. *9. Æneid.*

Tympana vos buxúsque vocat Berecynthia Matris
Idææ: sinite arma viris, & cedite ferro.

Ouid. *4. Fast.*

Ibunt semimares, & inania tympana tundent.

Idem *4. Metam.* Quacunque ingrederis clamor iuuenilis, & vnà Fœmineæ voces, impulsáque tympana palmis, Concauaque æra sonant longóque foramine buxus. Quintilian. Nos non arma, sed tympana eloquentiæ demus. Seneca *cap. 13. de vita beat.* In manu tympanum argumentum mollitiæ. ¶ Est & tympanum vehiculi tectum, vt inquit Seruius, siue (vt aliqui putant) testudo supra radios. Radij autem dicuntur stipites, altera parte rotæ centro, altera canthis infixi. Virg. *2. Georgic.*

Hinc radios triuère rotis, hinc tympana plaustris.

¶ Est præterea Tympanum, machina rotunda ad rotæ similitudinem, qua à calcantibus hominibus versata, pondera in ædificiis subuehuntur, vel aqua hauritur situlis maioribus ex puteis, vel ex riuis per canales ad irrigandos hortos diffunditur. Huiusmodi etiam Tympana in portubus insignioribus videmus ad exonerandas naues accommodata. Lucr. *lib.4.*

Multaque per trochleas, & tympana pondere magno
Commouet, atque leui sustollit machina nisu.

¶ Tympanum genus vasis. Plinius *lib.* 33. *cap.* 11. Tympana verò se iuuent appellata stateras, & lances, quas antiqui *magidas* appellauerant.

Tympanium, τυμπάνιον, gemma:q. paruum tympanum.

Tympaniates, margaritæ, de quibus Plin. *lib.* 9. *c.* 35. Crassescunt etiam in senecta, conchæque adhærescunt, nec iis auelli queunt nisi lima, quibus vna tantùm est facies, & ab ea rotunditas: auersis planicies, ob id tympana nominantur. Idem Paul. *l.* 32. *D. de aur. & arg.* Quum quædam ornamentum mamillarum ex tympanis margaritis triginta quatuor legasset.

‖Tympanites, τυμπανίτης, species hydropis, quo venter tumescit & tenditur ad instar tympani, vt resonet percussus.‖

Tympănĭtĭcŭs, i, τυμπανιτικός, qui tympanite laborat, hoc est, ea specie aquæ intercutis, quum venter spiritu, aquâque distentus, sonum reddit tympani quum pulsatur. Plin. *lib.* 25. *c.* 5. Hydropicis, incipientibúsque tympaniticis, stomachicis, &c.

Tympănĭstă, æ. {תופף tophéph מתופף methophéph. τυμπανιστής. Gall. *Tabourineur.* Ital. *Sonator di timpano.* Germ. Ein trummenschläger. Hisp. *Adufero, tañedor de atabal ò pandero ò adufe.* Angl. *That soundeth the drumme.*} Qui tympana pulsat.

Tympănĭstrĭă, æ. {תופפה tophepheáh מתופפה methophephâh. τυμπανίστρια. Gall. *Tabourineuse.* Ital. *Suonatora di tamburo.* Germ. Ein trummenschlägerin. Hisp. *Tañedora de pandero ò adufe.* Angl. *She that soundeth the drumme.*} Mulier tympanum pulsans, Sidonius *lib.* 1. *Epist.* Tympanistria, psaltria canit.

Tympănĭzo, as. {תופף tophéph. τυμπανίζω. Gall. *Iouër du tabourin, sonner d'vn bedon.* Ital. *Timpanizare, sonar il timpano.* Germ. Trummenschlagen. Hisp. *Tañer atabal ò pandera ò adufre.* Angl. *To sound or playe on the drumme.*} Tympana pulso. Sueton. *in August. cap.* 68. Et assensu maximo comprobauit versum in scena pronuntiatum, De Gallo matris deûm tympanizante, Vidésne, vt cynœdus orbem digito temperet?

Tympănŏtrĭbă, æ. {תופף tophéph מתופף methophéph. τυμπανοτρίβης. Gall. *Vn iouëur de tabourin, tabourineur.* Ital. *Suonator di tamburo.* Germ. Ein trummenschläger. Hisp. *Adufero, tañedor de atabal, ò pandero ò adufre.* Angl. *A player en the drumme.*} Qui tympanum terit & pulsat. Pro homine eneruato, & effœminato, quales erant Cybelæ sacerdotes, & execti Matris Deûm, manibus tympana gerentes atque pulsantes. apud Plautum *in Trucul.* Tympanotribam amas, hominem non nauci.

Tympănŭs, i, τύμπανος, auis est quæ à Cornice occiditur, inquit Arist. *Hist. anim. lib.* 9. *c.* 1.

Tymphæi, τυμφαῖοι, populi sunt Ætoliæ, Pindi montis accolæ, Thesprotiis & Perrhæbis proximi, apud quos in summa terra gypsum inuenitur, quod ab iis Timphaicum appellatur, fullonibus in Græcia Cymoliæ cretæ vsum supplens. Vide Plinium *lib.* 4. *cap.* 2. *& lib.* 35. *cap.* 17.

Tyndărŭs, i, τύνδαρος, Rex fuit OEbaliæ, & maritus Ledæ, quæ eodem tempore duo peperit oua, è quorum altero quod ex Ioue conceperat, exclusi fuerunt Pollux & Helena: ex altero quod conceperat ex Tyndaro, Castor & Clytemnestra. Ex his priores duo immortales fuerunt, posteriores mortales. Mortuo tamen Castore, Pollux à Ioue impetrauit, vt sibi cum fratre immortalitatem communicare liceret, alternísque cum illo vitam morte commutare. Cui fabulæ occasionem subministrauit siderum illorum natura, quæ talis est, vt vno oriente, alterum occidat. Ambo autem à Poëtis dicuntur. Tyndaridæ, non quòd vterque è Tyndaro fuerit natus, sed καταχρηστικῶς, quemadmodum Herculem iidem appellant Amphitryoniadem. Sic etiam Helenam Tyndaridem vocant, quæ tamen fuit Iouis, non Tyndari filia. Alioqui si mortali patre nata fuisset, tot secula viuere non potuisset. Constat enim fratres eius cum Argonautis nauigasse. Argonautarum autem filij cum Thebanis dimicauerunt. Horum verò filij bello Troiano interfuerunt. Dicimus & Tyndareos, seu Tyndareus, per quatuor syllabas. Ouid. *in Epist. Hermiones.*

Me tibi Tyndareus, vita grauis autor & annis
Tradidit.

¶ Tyndaris item, Siciliæ vrbs, media ex parte à mari absumpta. Plin. *lib.* 2. *cap.* 91.

Typhă, τύφη, planta ex folio cyperidis, caulem habens enodem, cuius in summo capite flos nascitur, euadens in pappum siue lanuginem. {Angl. *Reed mace or cattes taill.*} A Galeno *lib.* 1. *de Aliment.* numeratur inter legumina. Officinis hodie est incognita.

Typhoëus, per tres syllabas, *eu*, diphthongum in vltima habens, & penultimam producens, τυφωεύς, vnus ex gigantibus, Terræ & Titani filius, quem illa Ioui irata in perniciem cælestium fertur edidisse. {Ein grosser rysz so vnderstanden hatt die Götter zubekriegen.} Hic quum in ingentem corporis molem adoleuisset, eò væcordiæ prouectus est, vt Iouem de cœli possessione deiicere conaretur. Quapropter fulmine ab eodem ictus est, & sub Inarimem insulam detrusus: vt placet Homero *in Catalogo.* Virg. 9. *Æneid.*

Tum sonitu Prochyta alta tremit, durúmque cubile
Inarime Iouis imperijs imposta Typhœo.

Lucr. *lib.* 4.

Conditur Inarimes æterna mole Typhœus.

Ouid. tamen *lib.* 5. *Metam.* & Strab. *lib.* 13. Pindarum secuti, in Sicilia sub Ætna monte sepultum volunt.

Typhōēus, a, um, τυφώειος, licèt Poëtæ suo iure alteram ex diphthongo vocalem abiicientes, eandem corripiant. Virg. 1. *Æneid.*

Nate patris summi qui tela Typhoëa temnis.

Typhōn, is, τυφών, vnus ex gigantibus, Titani & Terræ filius, qui alio nomine Typhoëus dicitur. Seneca *in Hercule furente,* Non tum ferum Typhonem neglecto Ioue, irata Tellus edidit quondam parens. Huius autem nominis prior syllaba producitur, quum in Typhoëus prima corripiatur. Ouid. 2. *Fast.*

Terribilem quondam fugiens Typhona Dione.

¶ Fuit & alter Typhon, teste Diodoro, Osiridis Ægyptiorum regis frater, qui illo interfecto, & in partes quinque & viginti discerpto, regnum occupare est conatus. Tandem tamen ab Iside victus, meritas impietatis suæ luit pœnas.

Typho, nis. {סער saʿár. τυφών. Gall. *Vn turbillon de vent impetueux.* Ital. *Nembo di vento.* Germ. Ein windsbraut / windswürbel. Hisp. *El toruellino, viento remolinado.* Angl. *A whirle winde with great force.*} Flatus vorticosus, mira velocitate, sed sine igne è nube erumpens. Plin. *lib.* 2. *cap.* 48. Sin verò depresso sinu arctiùs rotati effregerint sine igne, hoc est, sine fulmine, vorticem faciunt: qui typho vocatur, id est, vibratus ecnephias. Defert hic secum aliquid abruptum è nube gelida conuoluens, versánsque, & ruinam suo illo pondere aggrauans, & locum ex loco mutans rapida vertigine: præcipua nauigantium pestis, non antennas modò, verum ipsa etiam nauigia contorta frangens. A. Gellius *Noctium Atticarum lib.* 19. *cap.* 1. Qui turbines etiam crebriores, & cælum atrum, & fumigantes globi ac figuræ quædam nubium metuendæ, quas typhonas vocabant, impendere, immineréque ac depressuræ nauem videbantur. Producit autem hæc dictio priorem syllabam. Lucan. *lib.* 7.

Et trabibus mistis auidos typhonas aquarum.

Typhonicus, a, um, τυφωνικός, ή, όν, turbulentus, vt est typho ventus.

Typhys, τῦφος, fumus: lenis ac fumi instar vana iactatio; indéque fastus animi. Est etiam stupor attonitus, cùm quis mutus, vel stupidus consideret: puto, velut fumo quodam interno occupatus. Item, morbus febris ardentis species.

‖Typo, laterum fornax. Cerda.‖

Typvs, {צורה tsuráh תאר tóar. τύπος. Gall. *Type premiere forme de quelque chose.* Ital. *Forma, stampa.* Germ. Ein vorbild / form gestalt / model. Hisp. *Forma, figura, molde.* Angl. *The forme, shape or figure of any thing.*} Latinè forma, figura, adumbratio rudis, exemplar, vmbra, & veluti imago quædam alterius rei. Cicer. *ad Atticum lib.* 1. *Epistol. lib.* 6. Præterea typos tibi mando, quos in tectoria, &c. ¶ Hinc Protypa, dicta sunt opera quæ ante typos facta sunt, Ectypa verò, quæ ex ipsis sunt formata typis. Plin. *lib.* 35. *cap.* 12. Dibutades primus personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia protypa vocauit, postea idem ectypa fecit. Archetypa autem dicuntur prima & principalia exemplaria, quæ non aliunde sunt desumpta, neque ad aliorum similitudinem efficta, cuiusmodi vulgus vocat *originalia.* Typi item, teste Gell. *lib.* 1. quemadmodum & typographæ, à Græcis dicuntur, quas nos descriptiones appellamus, quæ rudiores sunt, minúsque exactæ quàm ὁρισμοὶ, quas nos finitiones vocamus. ¶ Typus item dicitur figura & vmbra & velut imago & symbolum veritatis. Sic vetus Testamentum noui typum esse dicimus.

Typĭcŭs, a, um, τυπικός, id est, mysticus, vmbratilis, allegoricus.

Tyră, siue Tyras, τύρας Ptolemæo. Fluuius est sub Boristhene, Sarmatas dirimens à Dacis, & non procul ab Istri ostiis in Pontum Euxinum illabens: vbi & oppidum habet sui nominis. Vide Plin. *lib.* 4. *c.* 2. & Ptol. *lib.* 3. *c.* 5. Ouid. 4. *de Pont. Eleg.* 10.

Partheniúsque rapax & voluens saxa Cynapes
Labitur, & nullo tardior amne Tyras.

Tyragetæ, τυραγέται, populi sunt Sarmatici, Insulam Ponti Euxini incolentes, quæ distat à Pseudostomo Istri cxxv. m. pass. autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Tyrāmbē, es, τυράμβη, oppidum est Sarmatiæ Europææ, nonnihil supra Tanaïdis ostia in Mæotim paludem influens. Autor Ptolem. *lib.* 5. *cap.* 4.

Tyrānnĭōn, τυραννίων, Amisenus, discipulus Hestiæi Amiseni, nobilis Grammaticus, tempore magni Pompeij docebat Romæ. Ductus est Romam à Lucullo, captus in bello Mithridatico. ¶ Priùs dicebatur Theophrastus: mutauit autem nomen, quòd inter æquales superbis versaretur moribus. Clarus & diues ob doctrinam factus adeò est, vt supra triginta millia librorum possideret. Decessit senex morbo podagræ. ¶ Tyrannion iunior è Phœnice, discipulus prioris, à quo nomen sibi vsurpauit, quum priùs Diocles vocaretur. Captiuus & ipse Romam ductus, à quodam Dymante Cæsaris liberto emptus, deinde dono datus Terentiæ Ciceronis, ab eáque liber factus, ludum Romæ aperuit. Scripsit libros lxvii. Vtriusque autor Suidas.

Tyrānnŭs, τύραννος, nomen proprium sophistæ, qui scripsit de diuisione orationis libros x. Autor Suid.

Tyrānnvs, i. {משל moschél. τύραννος. Gall. *Tiran, seigneur, ou seigneur cruel.* Ital. *Tiranno, signore ingiusto.* Germ. Tyran. Hisp. *Tirano, señor, ò señor injusto.* Angl. *A tyranne or cruele lord.*} Dicitur Tyrannus ἀπὸ τῦ τυρεῖν τὺς λαὺς, id est, à dominandis populis. Apud veteres in bonam partem dicebatur pro domino, rege, seu monarcha, qui plenam habebat in subditos potestatem. Ab initio enim, Trogo teste, omnium ciuitatum, regionúmque imperium penes reges fuit: quos ad huiusmodi fastigium maiestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat, qui etiam tyranni ob fortitudinem vocabantur. Virg. 7. *Æneid.*

Pars mihi pacis erit, dextrum tetigisse tyranni.

Plautus *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Te te Tyranne, te volo, qui imperitas Pseudolo (id est, here.) Idem *Curcul. sc* 3. *a.* 2. Nec Strategus, nec Tyrannus, nec Agoranomus, &c. ¶ Postea tamen tyranni nomen ad illos solùm restrictum est, qui per insolentiam imperij viribus abutebantur, & vi & quadam animi libidine dominabantur, non iure & legibus æquis. Cicer. 2. *Offic.* Nec verò huius tyranni solùm, quem armis oppressa pertulit ciuitas, interitus declarat, quantum hominum odium valeat ad pestem, sed reliquorum similes exitus tyrannorum. Ouid. 1. *Metam.*

Arcados hinc sedes, & inhospita tecta tyranni
Ingredior.

¶ Latè tyrannus. Horat. 3. *Carm. Od.* 17.

Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Littoribus tenuisse Lyrim
Latè tyrannus.

hoc est, latè regnans, amplum regnum possidens. Sic Virg. 1. *Æneid.*

Hinc populum latè regem, &c.

pro, Latè regnantem.

Tyrannis, idis. {τυραννίς. GALL. *Tyrannie, seigneurie*. ITAL. *Tirannice, tirannia*. GERM. Tyranney/ein grausamme wüterische herschung/nit nach billigkeit/sonder mutwillen. HISP. *Tyrania, señorio*. ANGL. *Tyrannie, lordship*.} Dominatio, monarchia, sæuum ac violentum imperium. Iuuen. *Satyr*. 8.

Quid Nero tam sæua, crudáque tyrannide fecit?

Ouid. 15. *Metam*.

———odióque tyrannidis exul

Sponte erat.

Tyrannicus, a, um. {τυραννικός. GALL. *Tyrannique, cruel*. ITAL. *Cosa tyrannica, crudelle*. GERM. Wüterisch/tyrannisch. HISP. *Cosa de tyrano, señor injusto y cruel*. ANGL. *Cruell*.} Quod est tyranni, hoc est, crudele & superbum. Cic. 1. *de Leg*. Aut si omnes Athenienses delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hæ leges iustæ haberentur. Idem *de Inuent*. Quod tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum factum esse dicamus, per vim, per manum opulentam, quæ res ab legibus, & ab æquali iure remotissima est.

Tyrannicè, aduerbium. Crudeliter, violenter, & more tyrannorum. {τυραννικῶς. GALL. *Tyranniquement, cruellement*. ITAL. *Crudelmente*. GERM. Wie ein wüterich/tyrannischer weiß. HISP. *Cruelmente*. ANGL. *Cruellie, lik à tyrane*.} Cic. 5. *Verr*. Nunc vt hoc tempore ea, quæ regiè, seu potiùs tyrannicè statuit in aratores Apronius, prætermittam.

Tyrannoctonus, i. {τυραννοκτόνος. GALL. *Qui a tué ou fait mourir, vn tyran*. ITAL. *Vccisitore, ammazzatore de tyranno*. GERM. Ein tyrannentödter. HISP. *El que mato algun tyrano*. ANGL. *That slayeth a tyranne*.} Tyrannicida, percussor tyranni: à verbo κτείνω, quod est interficio. Cic. *ad Atticum lib*. 14. Sustulisse mihi videtur simulationem desiderij adhuc quæ serpebat in dies, & inueterata verebat ne periculosa nostris tyrannoctonis esset.

Tyrannicida, æ, gen. masc. qui tyrannum occidit. {τυραννοκτόνος. GALL. *Qui a tué vn tyran*. ITAL. *Ammazzatore del signore*. GERM. Ein tyrannentödter/der ein wüterich vmbbringt. HISP. *El que mato el señor injusto*. ANGL. *That killeth à tyranne*.} Plin. *lib*. 7. *c*. 23. Non indicauit Harmodium, & Aristogitonem tyrannicidas.

Tyrannicidium, ij, Tyranni cædes. {τυραννοκτονία. GALL. *Occision d'vn tyran, tuement de tyran*. ITAL. *Vccisione di vn tyranno*. GERM. Ein erschlagung eines tyrannen. HISP. *Matança de tyrano*. ANGL. *The slaughter of o tyranno*.} Quint. *lib*. 7. *cap*. 4. Tyrannicidium est occidere tyrannum.

‖Tyrannopolita, ciuis tyranni. Sidon.‖

Tyres, τύρης, fluuius est Scythiæ, secundus ab Istro, teste Herodoto *lib*. 4. Idem prorsus cum eo, qui à Ptolemæo Tyras, à Plinio Tyra appellatur. Huius fluuij ripas olim accolebant populi Græci, qui à fluuij nomine Tyritæ dicebantur, teste Herodoto *loco iam citato*.

Tyriamethystus, τυριαμέθυσος, Amethysti color, Tyria rursus purpura inebriatus. Plin. *lib*. 9. *cap*. 41. Non est satis abstulisse gemmæ nomen amethystum: rursum absolutus inebriatur Tyrio, vt fit ex vtroque nomen improbum Tyriamethystus, simúlque luxuria duplex, ex Plin. *lib*. 9. *cap*. 41.

TYRIANTHINVS, a, um, τυριάνθινος, vox est ex Tyrio & ianthino composita, colorem significans, qui resultat ex ianthino, hoc est, violaceo, rursus Tyria purpura inebriato.

Tyrianthinæ, dicuntur vestes colore huiusmodi infectæ. Martialis *lib*. 1.

Sic interposito vilis contaminat vncto

Vrbica Lingonicus tyrianthina bardocucullus.

Tyridates, seu potiùs Tiridates τηριδάτης, Vologesis Parthorum regis frater, qui Neronis principatu Romam venit, & Regni Armeniæ diadema ab eo accepit. Vide Tacitum *Annal. lib*. 6. & 7. & Sueton. *in Neron. cap*. 13.

Tyrinthia, vel Tyrius, aut Tyrius, ciuitas Argis vicina, in qua nutritus est Hercules, qui inde Tyrinthius dictus est. Virg. 7. *Æneid*. vt notat Seruius,

———postquam Laurentia victor,

Geryone extincto, Tyrinthius attigit arua,

Tyrrhenóque boues in flumine pauit Iberas.

¶ Tyrinthia Alcmene, Amphytrion fuerit, quum te Tyrinthia cepit.

Tyritace, tyritaces, τυριτάκη, vrbs est Colchorum ad Phasidis ripas, teste Plin. *lib*. 6. *cap*. 4.

TYRO, nis. Nouus miles, & fortis ad militiam exercendam. {νέος στρατιώτης. GALL. *Aprenti, nouueau soldat, bachelier aux armes*. ITAL. *Tirone, soldato nuouo*. GERM. Ein newer oder junger kriegsman so man erst annimmt. HISP. *Nouicio en la guerra y armas, bisoño*. ANGL. *Apprentis, or young man of warre*.} Cicer. 2. *Tusculan*. Ætas tyronum plerunque melior: sed ferre laborem, contemnere vulnus, consuetudo docet. Liu. 10. *bell. Macedon*. Veteribus militibus tyrones immisceantur. Senec. *cap*. 3. *de consol. ad Heluiam matrem*, Tyrones saucij vociferantur, veterani contrà. ¶ Per translationem Tyrones generaliter appellamus, qui prima in arte aliqua ponunt rudimenta. πρωτοπείρους, vnde pro rudi adhuc & nouitio gladiatore posuit Suetonius *in Cæsare*, Tyrones neque in ludo, neque per lanistas. Sic adolescentes quandoque togam sumebant, & barbam ponebant, eloquentiámque in foro auspicabantur, Tyrones dicebantur, & illa prima actio, tyrocinium. Idem ait Ouid. 3. *Fast*. Senec. *lib*. 3. *declam*. Ille in foro primùm dicturus, tyro dictus est. Sueton. *in Neron. cap*. 7. Deductus in forum tyro, populo congiarium, militi donatiuum proposuit, indicta decursione. ¶ Sunt qui scribant Tiro per i nostrum, & meliùs fortassis. Arbitror enim Græcam dictionem non esse.

Tyrunculus, dimin. Pro iuuenculo, qui prima in arte aliqua cœpit ponere rudimenta. {πρωτομαθής, πρωτόπειρος. GALL. *Ieune apprenti*. ITAL. *Giouane che si ammaestro, discepolo*. GERM. Ein lehrkndlin. HISP. *Nouicio, discipulo*. ANGL. *A litle young man of warre or apprentis*.} Plin. iun. *in Epist*. Quod me, quamuis tyrunculum incitauit ad emendum, hoc est, rudem, & nondum satis exercitatum in cognitione signorum. Iuuen. *Satyr*. 11.

——————nec latus Afra

Nouit auis noster tyrunculus.

Tyruncula, fœmininum, quo Colum. vsus est pro cane adolescentiore, in educandis catulis parum adhuc exercitata. Quoniam (inquit *lib*. 2. *cap*. 7.) tyruncula nec rectè nutrit, & educatio totius habitus aufert incrementum.

Tyrocinium, ij. Prima artis alicuius rudimenta. {πρωτοπειρία, ἡ μάθησις, ἡ ἄσκησις ἐπίδειξις. GALL. *Aprentissage*. ITAL. *Esso imparare, capo di opere*. GERM. Ein erster anfang/das erst versuchstuck. HISP. *Aquella nouedad, capo de obra*. ANGL. *Prentiskippe*.} Suet. *in Tiber. c*. 54. Neronem & Drusum patribus commendauit, diémque vtriusque Tyrocinij congiario plebi dato celebrauit. Tyrocinij autem die adolescentuli togam puram sumebant. Tyrocinium nauium dixit Plin. *lib*. 27. *cap*. 7. per metaphoram, quum primùm mari committuntur, & veluti in Neptuni militiam conscribuntur. Seneca, Prouocata tyrociniis Ciceronis Syllana potentia. (in causâ Roscij.)

Tyro, siue Tiro, nomen liberti Ciceronis, in omni litterarum genere exercitatissimi, ad quem extant multæ Ciceronis epistolæ.

Tyronianus, a, um, siue Tironianus, possessiuum à Tyrone Ciceronis liberto formatum. Gellius *lib*. 1. *cap*. 7. In oratione Ciceronis quinta in Verrem, libro spectatæ fidei, Tyroniana cura, atque disciplina facto.

Tyro, τυρώ, virguncula fuit Thessala Salmonei filia, ex qua Neptunus Neleum & Peliam suscepit. Propert. *lib*. 7. Vobiscum est Iope, vobiscum candida Tyro, &c.

Tyrocnestis, {τυροκνῆστις. GALL. *Vne gratuise*. ITAL. *Grattarola, alibi grattugia*. GERM. Ein reibeisen. HISP. *El rallo*. ANGL. *A gratter*.} Instrumentum culinarium, quo foraminato caseus disteritur minutatim.

TYROS, siue Tyrus. {צור *tsor*. τύρος.} vulgò, *Fuerto de Sur*. Vrbs Phœnices olim celeberrima, vna ex iis quæ Tripolim efficiunt, olim insula, sed Alexandri operibus continenti coniuncta. Tyrus (inquit Plin. *lib*. 5. *cap*. 19.) quondam insula præalto mari septingentis passibus diuisa: nunc verò Alexandri eam oppugnantis operibus continens. Olim portu clara, vrbibus genitis Lepti, Vtica, & illa Romani imperij æmula terrarum orbis auida, Carthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio, & purpura constat. Olim Sarra fuit nuncupata, vt ait Gell. *lib*. 14. *c*. 6. Vnde Sarranum ostium pro purpura Tyria dicimus.

Tyrius, a, um, adiectiuum, τύριος. Virg. 1. *Æneid*.

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuêre coloni.

Tibullus,

Quid Tyrio recubare toro?

Idem *lib*. 4.

———Tyrio sub tegmine vestem

Indueras.

Idem Sueton. *in Neron. cap*. 32. Et cùm interdixisset vsum amethystini ac Tyrij coloris, &c. Et quoniam in hac vrbe laudatissima tingebatur purpura, factum est, vt Tyrium dicamus pro purpureo. Ouid. 2. *de Arte*,

Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus.

¶ Tyria maria, prouerbio dicebatur, de re admodum tumultuosa, periculique plena. Festus putat inde natum esse prouerbium, quòd Pœni Tyro oriundi, adeò potentes in mari fuerint, vt omnia maria infestantes, nauigationem redderent periculosam. Vnde Tyria maria excitare, prouerbialiter dicitur pro eo quod est, Ingentes tumultus commouere. Vide Adag. Erasmi.

Tyrotarichus, τυροτάριχος, genus opsonij, ex caseo, salsamentísque confecti, τυρὸς enim caseus est, τάριχος salsamentum. Cic. *ad Patum lib*. 9. Tu verò (volo enim abstergere animi tui metum) ad tyrotarichum antiquum redi. Et *ad Atticum lib*. 4. Multa in epistola tua delectarunt, sed nil magis quàm patina tyrotarichi.

Tyrrhenos, τυῤῥηνοὶ, Romani Hetruscos appellant, atque Tuscos, hoc est, quicquid est populorum in Italia, inter Macrem & Tyberim fluuios. Græci verò hoc eos nomine nominarunt à Tyrrheno Atyos filio, qui è Lydia colonos in hanc regionem deduxit. Atys enim ex prognatis Herculis, & Omphales vnus, quum sterilitate ac fame populum suum emittere cogeretur, è duobus filiis, sorte iactâ, Lydum quidem regni successorem tenuit: Tyrrhenum autem cum bona populi parte ad quærendas nouas sedes emisit: qui quum post longos errores in inferi maris ora sedes fixisset, totum eum tractum de se Tyrrheniam, & mare ipsum Tyrrheum appellauit. Virg. *lib*. 7.

Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris

Contemptor diuûm Mezentius, &c.

¶ Tyrrhenum mare, τυῤῥηνὴ θάλασσα Stephano, Mare inferum est: ita dictum quòd Tyrrheniam, hoc est, Tusciam alluat: vnde & Tuscum dicitur. Vel à Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare præcipitauerunt. Nanque hoc habet fabula, Dormientem in littore Liberum patrem adhuc puerum nautas abstulisse Tyrrhenos: qui quum esset experrectus in naui, quò duceretur interrogauit? responderunt illi, Quò vellet. Liber ait, ad Naxum insulam sibi sacratam. Sed quum aliò vela deflecterent, iratum numen tigres sibi sacratas visibus eorum obiecit: quo terrore se illi in fluctus dedêre præcipites. Hæc Seruius in illud Virg. 1. *Æneid*.

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.

TYRRHEVS, i, τυῤῥεύς, Latini regis armentarius: cuius seruus mansuetus ab Ascanij comitibus occisus, primam belli causam præbuit inter Troianos & Latinos.

Tyrrhides, patronymicum. τυῤῥείδης. Virg. 7. *Æneid*.

Ceruus erat forma præstanti & cornibus ingens,

Tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum

Nutribant, Tyrrheúsque pater, cui regia parent

Armenta, & latè custodia credita campi.

Tyrsis, τύρσις, Græcis significat ambitum murorum: ἀπὸ τῶν τυρσηνῶν, hoc est, è Tyrrhenis inuentoribus appellatione deducta.

Tyrtæus, τυρταῖος, Archimbroti filius, Poëta Atheniensis fuit, aut (vt alij malunt) Milesius, elegiarum scriptor, & tibicen egregius, quem Lacedæmonij oraculo moniti vt peregrinum ducem sibi adsciscerent,

rent, aduersùs Messenios pugnaturi, sibi præfecerunt. Quo in prælio Tyrtæus carminibus suis tibiæque modulis ita animos eorum inflammauit, vt Athenienses insignem illam victoriam quam eò die adepti sunt, Tyrtæo acceptam referrent. De hoc Plato *in libris de leg.* O diuine poëta Tyrtæe, inquit, sapiens certè ac bonus nobis esse videris, quia excellentibus eos extulisti laudibus qui in bello excelluerunt.

Tyrus, (vt inquit Iustinus *lib.*18.) fuit nomen proprium patris Didonis qui ab aliis Belus vocatus est.

Tyrus, Phœniciæ vrbs celeberrima, olim Orbis emporium.

Tyrius, a, um, ad Tyros pertinens: purpureus, quia ibi purpura celebris.

Tysaphernes, siue potiùs Tissaphernes, τισσαφέρνης, Suid. Persarum Satrapa fuit, qui Cyrum minorem apud Artaxerxem fratrem criminando, causa extitit eius belli, quod postea inter fratres emersit. Occisus tandem fuit eiusdem Artaxerxis iussu, quòd in Asia rem gerens aduersùs Agesilaum omnia proditione agere videretur. Vide Xenophontem rerum Græcarum *lib.* 4. & de Cyri minoris expeditione *lib.*1.

Tysias, siue potiùs Tisias, τισίας, Rhetor fuit Siculus qui post Coracem dicendi præcepta condidit. Autor Cic. 1. *de Inuent.*

Tyttygias, τυττυγίας, Latro fuit & plagiarius in Arcadia, qui res alienas quas furto abstulerat, venditabat: eóque quæstu diues factus est: Zenodotus apud Erasmum *in Chiliadibus.*

‖Tyuphadus. legib. VVisigoth. *l.*4.*n.*4.6. Videtur esse nobilis, aut militiæ legatus, locum tenens, qui Gallicè *Lieutenant.*‖

T Z

Tz in Latinorum & Græcorum libris, æui posterioris, vsurpatur in dictionibus nonnullis scribendis, siue in sua corrupta lingua, siue in peregrinis. nonnunquam autem pro tz est simpliciter z, etiam molliùs S. Vsurpant pro C sibilo, vt τζίκια cinis: τζίς☉ cestus: pro K, vt τζίχλα turdus pro κίχλα. pro ch, vt τζάμβ☉ pro GALL. *Chambre*, camera. pro sch. τζίτζιρ☉ nudus, ex *schiré, deschiré*, GALL. Etiam pro S, vt τζιτζιλιανὸς, *Siciliano* ITAL. i. Siculus: pro spiritu aspero, vt τζάγι☉ pro ἅγι☉. & pro g sibilo, vt τζῶστρον pro *giostra.*

‖Tzacon. Tzacones (τζάκωνες) erant ex stationariis hastati, gestabant cuculiones & clibania cœrulea, quæ in tergo ac pectore habebant leones albos contra se erectos.

Tzanga, calceamentum regale.

Tzangarius, qui tsangas parat.

Tzangrus, τζάγγρ☉, arcus.

Tzannus, stultus, morio. Eusth.

Tzaüsius, τζαούσι☉, stipator, satelles Turcicus. *Chiaus.* L.g.b.

Tzurichoagius, exsibilator sacrorum. L.g.b.

Tzustria, ludi equestris genus.

Tzycanisterium, τζυκανιστήριον, locus vbi ludebant pilâ; quod est τζυκανίζειν.‖

NOTÆ ANTIQVORVM.

T. Titus, Titius, Tullius. nomini militis appositum, ipsum in bello superstitem esse signabat, Θ verò mortuum.

T.A. Titus Annius, tutore authore, tutoris authoritate. TABVL. tabulas. TAR. Tarquinius.

TB. Tribunus. TB.CL. Tiberius Claudius. TB.CS. Tiberius Cæsar. T.B. vel TP.B. tempus bonum.

T.C. testamento cauetur.

TER. Terentius.

T.F. Titi filius, Titus Flauius. T.F.I. testamento fieri iussit. T.FL. Titius Flauius.

THR. Thrax.

T.I.A.P.V.V. tento iudicem, arbitriumve postulo, vti des. TI. vel TIB. Tiberius. TIB.D.F.M.AD. tibi dulci filio meo adoptato.

T.L. Titus Liuius, Titi libertus. T. LEG. III. Tribunus legionis tertiæ.

TM. terminus, thermæ. TM.DD. terminum dedicauit, thermæ dedicatæ. TM.P. terminus positus. T.M.R. timens maiorem ruinam.

T.P. titulum posuit.

TRAI. Traianus. TR. CEL. Tribum Celerum. TR. Æ. Tribuni ærarij. TRANS AM. trans amnem. TRANS PAD. trans Padum, trans padana. TRIB. POT. vel POTEST. vel TRIBVNIC. tribunicia potestate. TRIVMPH. triumphator. TR. LEG. II. Tribunus legionis secundæ. TR. M. vel MIL. vel MILIT. tribunus militum. TR. POT. PT. vel TRIB. POT. Tribunitiâ potestate. TR.V.CAP. Triumuiri Capitales. TR.V.MON. Trium viri monetales.

T.S.F.I. testamento sibi fieri iussit, vel testamento suo.

TT.QST. Titus Quintus.

T.V. vel TVTVL. titulo vsus. TVL. Tullius. TVL.H. Tullius Hostilius. TVL. tutela.

V

V Litera vocalis est, quæ sæpè in consonantem transit: & modò vim simplicis habet: vt apud Virg.

Quum tales animos iuuenum,
& tam certa tulistis
Pectora.

Modò duplicis, vt *Cupiui, cupiueram*: in quibus i, ante consonantem u posita, producitur, & eadem subtracta corripitur. ¶ Aliquando u consonans per diæresin ratione carminis in vocalem correptam mutatur. Horat. *in Epod.*

Niuésque deducunt Iouem,
Nunc mare, nunc syluæ.

¶ Interdum à vocali transit in consonantem: vt *Nauta, nauita: Gaudeo, gauisus.* Quandoque amittit vim literæ, quum subditur post q aut g: vt *Aliquis, Sanguis.* Idem fit antecedente s: vt *Suauis, suetus.* Transit quandoque per deriuationes in a, vt *Veredus, veredarius*: in e, vt *Pondus ponderis: Deierat*, pro deiurat. Contrà, antiqui *Auger*, pro augur dicebant. Similiter in gerundiis, quæ à tertia coniugatione nascuntur, loco e scriptitarunt u: vt *Faciundum* pro faciendum. ¶ In compositione etiam u sæpè mutatur in i correptam: vt *Cornu, corniger: Arcus, arcitenens: Fatum, fatidicus: Aurum, aurifex: Luctus, luctificus: Fluctus, Fluctiuagus: Magnus, magnificus: Opus, opifex.* Scribebant etiam antiqui *Carnufex* pro carnifex, & *Lubens* pro libens: *Pessumus* pro pessimus: quorum innumera occurrunt exempla apud Comicos. ‖ ¶ V. pro b, apud antiquos positum, in verbis, *Placauile, venemerenti, incomparauilis, Vruinas, Danunius, deuitus,* &c. In Pandectis Florentinis legimus *vobem*, pro bouem, in l.1.§.1. de abige. *mouiles*, in l.23. eum qui ædes. §. vlt. de vsurp. *Venignior*, in l.14. per seruum. §. 1. de vsu & habit. *voni*, in l.27. si pendentes, in fin. de vsufr. *prastauitur*, in l.59. in sententiis. §. vlt. de re iud. *Viuas*, in l.17. siquando, in pr. si ser. vind. ¶ V, pro o, & contrà o, pro u, scripserunt. Quintilian. lib. 1.5. *Quid o, atque u, permutata inuicem? vt Hecoba, & notrix, Culchides, & Pulixena, scriberentur?* ¶ V, pro œ, posuerunt: vt *muri*, pro mœri. ¶ V, aliquando geminatum, *suu*: pro sui: *pluuit*, pro pluit, &c. ¶ Item V, pro y, antiquis scriptum inuenitur, qui Græcas ex Romano sermone litteras exstirpari prorsum voluerunt: vt *Sulla* pro Sylla, *Sullanus*, pro Syllanus.‖

V A

‖Vabrincum, *Vabres*, V.E. Vabrensis, vel Vabrincensis, sub A. Bituricensi.‖

Vacamana, oppidum Hispaniæ Bæticæ, in conuentu Hispalensi apud Plin. *lib.*3.*cap.*1.

Vacantĕr, vide *Vaco.*

Vaca, Numidiæ oppidum mediterraneum, emporium totius regionis maximè celebratum, quod Metellus Iugurthæ ademptum præsidio firmauit. Autor Salust. *in Iugurth.* ¶ Est item Vaca apud Plinium *lib.*4.*c.*21. Lusitaniæ fluuius, inter Mundam & Duriam, in occidentalem influens Oceanum. Ptolemæus Vacuum appellat, Strabo Vacuam.

VĀCCĂ, per duplex c, Bos fœmina. {עגלה *heghláh* פרה *paráh*. βοῦς, ἡ. GALL. *Vache.* ITAL. *Vacca, madre del bue.* GERM. Ein kuh. HISP. *La vaca.* ANGL. *A cowe.*} Cic. *de nat. deor.* Cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ? Varr. 2. *de re rust. c.*5. Discernuntur in prima vitulus & vitula: in secunda, iuuencus & iuuenca: in tertia & quarta, caurus & vacca. Virg. 4. *Æneid.*

Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido
Candentis vaccæ media inter cornua fundit.

Ouid. 2. *de Arte,*

Cynthius Admeti vaccas pauisse per astus
Fertur, & in parua delituisse casa.

Virg. 6. *Æneid.*

———sterilémque tibi Proserpina vaccam.

Vacca quæ sterilis est, Varroni Taura appellatur.

Vāccŭlă, diminutiuum. {βοΐδιον. GALL. *Vachette.* ITAL. *Vacchetta.* GERM. Ein kühle/kleine kuh. HISP. *Pequeña vaca.* ANGL. *A litle cowe.*} Virg.

Vaccula nonnunquam secreta cubilia captans.

Vāccīnŭs, a, um, quod est ex vacca. {βόειος. GALL. *De vache.* ITAL. *Vaccino, di vacca.* GERM. Kühin/von einer kuh. HISP. *Cosa de vaca.* ANGL. *Of a cowe.*} Plin. *lib.*24. *cap.*3. Cortex illinitur decoctus lacte vaccino, serpentis plagæ.

Vaccæi, populi mediterranei citerioris Hispaniæ, Duria amne ab Asturibus secreti, οὐακκαῖοι. Ptol. Autor Plin. *lib.*4.*c.*20.

‖Vaccaria, herba agrestis, quam vaccæ libenter comedunt. H.P.‖

Vaccus, Fundanorum dux fuit, qui in Priuernati bello à L. Papyrio captus, rebellionis suæ pœnas dedit. Cicer. *pro domo sua*, In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quæ publicata est & euersa, vt illius facinus memoria & nomine locis notaretur.

Vacefacio, id est, vacuefacio, vacuum facio. Vacesio, vacuus fio. Lucr.

Hoc vbi inanitur spatium multúsque vacesit
In medio locus, al. *vacescit.*

‖Vacesio, vacuus efficior. Lucr.‖

VĂCERRĂ, æ, palus vel stipes humi defixus ad castra munienda vel hortos claudendos. {יתד *jathéd* מוט *mot.* σκόλοψ, πάσσαλ☉, σφηκίσκ☉. GALL. *Vne cloison en façon de treillis.* ITAL. *Palo da ligare i caualli alla mangiatoia.* GERM. Ein pfal oder staud. HISP. *Estaca para atacar bestias ò otra cosa.* ANGL. *A stake to tie horses vnto.*} Col. *lib.*9. *cap.*1. de viuariis claudendis loquens, Vbi verò neutrum patrifamiliæ conduxit, ratio postulat vacerris includi. Sic enim appellatur genus clathrorum, idque fabricatur ex robore, quercu, vel subere. Et mox, Satis est vacerras inter octonos pedes defigere, ferísque transuersis ita clathrare, ne spatiorum laxitas, quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugam. Et *paulò pòst*, Nam & vacerris fabricandis ingens est in Gallia materiæ copia, & cætera in hanc rem feliciter suppetunt. ¶ Vacerram, inquit Festus, Ælius & alij complures aiunt esse stipitem, ad quem equi solebant

bant religari. Alij dicunt maledictum significari hoc nomine acerbitatis magnæ, vt sit vecors & vesanus.

¶Vacerrosus. August. pro lento vacerrosum dicebat. Suet. in eo, cap. 67. Ibi Casaub. in voce *vacerrosus*, nihil Augusti præter τινων. nam alij *Vacerrum* dicebant.‖

Vacillo, as, are, Nuto, labo, fluctuo, titubo. {מעד mahádh מט mat. παρχφέρομαι. Gall. *Vaciller, varier, bransler çà & là, & n'estre constant.* Ital. *Vacillare, non esser constante.* Germ. Schwancken/vnbestendig sein. Hisp. *Titubear ò bambanear.* Angl. *To wag or wauer, to moue vnconstantly.*} Cic. *ad Atticum lib.* 12. Sed quòd scribis igniculum matutinum γεροντικώτερον, est memoria vacillare. Idem 1. *de nat. deor.* Sed & ille reprehensus à multis est, nec vos exitum reperitis, totáque res vacillat & claudicat. Idem 3. *Officiorum*, Iustitia vacillat vel iacet potius. Vacillare item testis dicitur, qui in dicendo testimonio non satis sibi constat, & modò negat quòd paulò antè affirmarat.

Vacillatio, nis, verbale. {מוט mot. παραφορά. Gall. *Vacillation, branslement çà & là.* Ital. *Vacillamento, scolamento.* Germ. Schwanckung/das gnappen. Hisp. *Obra de bambanear, y titubear.* Angl. *A wagging or wauering.*} Quint. *lib.* 11. *c. vlt.* Est & illa indecora in dextrum ac læuum latus vacillatio, alternis pedibus insistentium.

Vacillans, tis, participium. Cic. *Tironi lib.* 16. Accepi tuam epistolam vacillantibus literulis, id est, non rectè præ valetudine scriptis. Idem 3. *Philipp.* In Galliam mutilatum ducit exercitum, cum vna legione & ea vacillante.

Vaccinium, ij, Romanis dictus est flos purpurei coloris, teste Dioscoride, quem Græci vocant ὑάκινθον: quod etiam apertissimè testatur Seruius explicans illud Virg. 2. *Eclog.*

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Quo in loco nonnulli Seruium immeritò reprehendunt quòd vaccinium pro hyacintho acceptum Maroni affirmarit. Nec obstat quòd Vacciniis nigrum colorem tribuat Virgilius, quum purpuream quoque violam, nigram vocare soleant autores: præsertim si fuscioris purpuræ habeat colorem. Galli seruatis non obscuris prisci nominis vestigiis, *vacietum* appellant: herbam autem ipsam à quadam cæpæ similitudine, *capam agrestem*. Habet enim, Dioscoride teste, folia bulbi & radicem Bulbaceam, caulem verò dodrantalem, minimo digito tenuiorem, comam procumbentem, incuruámque purpureorum florum plenam. Vaccinia in Italia aucupiis serebantur, in Gallia etiam tincturæ. Seruorum enim vestibus purpureus coloris inducebatur, teste Plin. *lib.* 16. *c.* 18. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Ne te purpureo velent vaccinia succo.
Conueniens non est luctibus ille color.

Vaco, as, Do operam. {שקד schakádh. σχολάζω. Gall. *Vaquer & entendre à quelque chose.* Ital. *Dar opera.* Germ. Obligen/muß nemmen/auff etwas fleiß zuwenden. Hisp. *Dar obra à algo.* Angl. *To apply and giue his mynd to some thing, to beat leysure.*} & construitur cum datiuo: vt Vaco philosophiæ. Cicer. 1. *de diuinat.* Ego verò, inquam, philosophiæ Quinte semper vaco. Plin. *Epist.* 49. Solutus cæteris curis, huic vni vacabat. Vacare corpori, est curare corpus. Idem *Epist.* 9. Quod euenit mihi, postquam in Laurentino meo aut lego aliquid, aut scribo, aut etiam corpori vaco. Iungitur aliquando accusatiuo cum præpositione *In.* Ouid. 3. *de Ponto Eleg.* 3.

In nullum mea mens grande vacabat opus.

¶ Interdum vacare significat vacuum esse, & sic ferè absolutè ponitur. {הורק hurák. κενὸν εἶναι.} Plaut. *in Casina*, Fac vacent ædes. Cæsar 1. *bell. Gall.* Id ea ratione maximè fecit, quòd noluit eum locum, vnde Heluetij discesserant, vacare. Vacant agri, id est, nihil proferunt, non excoluntur. Idem 4. *bell. Gall.* Itaque vna ex parte à Sueuis circiter nulla passuum sexcenta agri vacare dicuntur. Senec. *cap.* 3. *de cons. ad Polybium*, Mens vacans ab omni labe (id est, vacua.) Idem *c.* 16. *de consol. ad Mart.* Vacantem locum explere (in locum mortui filij.) Suet. *in Aug. c.* 44. Facto decreto, vt quoties quid publicè spectandum esset, primus subselliorum ordo vacaret senatoribus, (id est, paratus esset.) ¶ Interdum accipitur pro carere, idque ferè cum ablatiuo nulla præcedente præpositione. {חסר chasér. στερῶ.} Cic. *lib.* 9. *Epist.* Vacare culpa magnum est solatium. Idem 1. *Epist.* Præsertim quum in quo accusabat, culpa vacarem. Idem 1. *de natura deorum*, Cœlestem ordinem, qui vacare mente putat, is ipse mentis expers habendus est. Diomedes, Vaco scriptura militiæ. Item aliqua præcedente præpositione. Sen. *cap.* 2. *de tranq.* Nimis diu à plausu & fragore aures vacauerunt. Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* Vacabant ea loca à custodibus. ¶ Pro abundare. Velleius, Cum priuato comitatu, quem semper illi vacare moris fuit, in vrbem rediit, &c. ¶ Interdum vacare est otiosum esse, nihil agere, vacuum esse, cessare, idque interdum absolutè. {נרפה nirpáh. σχολὴν ἄγειν.} Cic. *lib.* 12. *Epist.* Si ne tu quidem vacas, noli mihi molestiam exhibere. Idem *Attico*, Scribes aliquid, si vacabis. Nonnunquam cum ablatiuo præeunte præpositione a, vel ab. Plin. *Epist.* 51. Doctissimis sermonibus dies transigebat, quum à scribendo vacaret, id est, quum à scribendo supersederet. Cic. *in Bruto*, Nullum tempus ei vacabat, aut à forensi dictione, aut à scribendo, aut à cogitando. Idem *de nat. deor.* An dij ab omni oratione & administratione rerum vacent. Vacare animo, est curis solutum esse. Idem 1. *de diu.* Si vacas animo, neque habes aliquid quod huic sermoni præteruertendum putes. ¶ Vacat mihi, impersonaliter, id est, otium vel vacuum tempus est mihi τὸ σχολὴν ἔχω. Aliquando tamen diutius non exprimitur. Virg. 1. *Æneid.*

Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
Et vacat annales nostrorum audire laborum.

Iuuen. *Satyr.* 1.

Si vacat & placidi rationem admittitis, edam.

id est, si otium est vobis. Quandoque ponitur pro curæ esse. Quintilian. *lib.* 11. *c.* 1. Et cui esse diserto vacet. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

An magis infirmo non vacat esse mihi?

Ibid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Non vacat exiguis rebus adesse Ioui.

Vacare populo est operam populo dare & inseruire. δημηγορεῖν. Aliter vacare populo, significat liberum esse à populo popularique iudicio. In quem sensum Cicero videtur *lib.* 2. *Tusculan. quæst.* accipere, quum ait Amplitudo animi vna est omnium rerum pulcherrima, eóque pulchrior, si vacet populo, nec plausum captans, se tantùm ipsa delectet.

Vacans, qui otiatur. {נרפה nirpéh. σχολάζων, σχολαῖος. Gall. *Qui est sans affaires, qui ne fait rien.* Ital. *Chi sta in otio, senza lauorare.* Germ. Müssig. Hisp. *Ocioso.* Angl. *That is idle, or at leysure.*} Cælius *ad Cicer. lib.* 8. Hoc mihi certum ac iucundissimum vacanti negotium erat, tecum id otij tempus consumere. Ouid. 9. *Metam.*

Nec petiit horámque animúmque vacantem.

Vacans mulier, pro vidua dicitur *in l.* 5. *de vi public.* Qui vacantem mulierem rapuit, vel nuptam, vltimo supplicio punitur. ‖ ¶ Vacans Episcopus, non habens Episcopatum. Buleng.‖

Vacanter, aduerbium, Sine causa, frustrà, superfluè. {κενῶς, μάτην. Gall. *Auec grand loisir, inutilement.* Ital. *Con grande otio, inutilmente.* Germ. Vnnützlich/müssigklich. Hisp. *Ocioso y desaprouechadamente.* Angl. *With great leysure, in vaine.*} Gell. *lib.* 17. *cap.* 10. Vacanter hoc cumulauit & inaniter.

Vacatio, nis, verbale, Cessatio, immunitas, feriæ. {רפיון riphjón שבת schébeth. σχολή. Gall. *Vacation, dispense, immunité, exemption.* Ital. *Cessamento, immunità, essentione.* Germ. Auffhörung/muß/stillstand. Hisp. *Vacation, obra de vacar.* Angl. *Leysure, ceasing frome work.*} Cæs. 6. *bell. Gall.* Militiæ vacationem, omniúmque rerum habent immunitatem. Habere vacationem, id est, cessare, intermittere. Idem 4. *Academ.* Sed quum Sacerdotes deorum vacationem habeant, quanto æquius, &c. Dare vacationem, id est, cessationem vel immunitatem alicui permittere. Cic. 6. *Verr.* Vacatio data est ab illo, &c. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Heluiam*: Nullam tibi fortuna vacationem dedit à grauissimis luctibus. Galli dicunt *Relascher aucun.*

Vaciuus, a, um, idem quod vacuus. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Fac sis vaciuas ædes aurium. & *in Casina*, Vbi bene vaciuas ædes fecisti mihi, &c.

Vaciuitas, atis, pro vacuitate & inanitate. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Ita cibi vaciuitate venio lassis (aliàs *laxis*) lactibus. Hîc autem per lactes lassas, siue, vt Nonius legit, laxas, intellige intestina inania, non plena.

Vacuus, a, um, Inanis, nihil continens, expers, exhaustus, nudus, ieiunus, liber. {רק rek. κενός, διάκενος, λαγαρός. Gall. *Vuide.* Ital. *Vuoto, vacuo.* Germ. Lär. Hisp. *Vazio.* Angl. *Emptie, voyde.*} Cic. *de Vniuersitate*, Nihil igne vacuum videri potest. Cic. *in Catil.* Quid quòd aduentu tuo subsellia ista vacua facta sunt? Et *paulò antè*, Quum morte superioris vxoris nouis nuptiis domum vacuam fecisses. Plaut. *Amphitr.* Vacuus mihi venter crepitat. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

At si, quod mallem, vacuus fortasse fuisses (à negotiis, sup.)

Idem 4. *Fast.*

Crimine nox vacua est, (id est, caret hac culpa.)

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

———*Vacuos secedere in hortos.*

Senec. *c.* 13. *de consol. ad Mart.* Vacuum Pauli currum (id est, sine filiis.) ¶ Vacuæ aures & eruditæ sunt, quibus opponitur occupatus, Quintil. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Atque vtinam reuoces animum paulisper ab ira,
Et vacuo iubeas hinc tibi pauca legi.

Quintil. Vacua causarum conuitiis implent. ¶ Aliquando item vacuum accipimus pro vasto & spatioso. {רחב rachab.} Virg. 3. *Georg.*

Saltibus in vacuis pascant & plena secundum Flumina.

Idem 7. *Æneid.*

Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent.

Sic enim aërem vacuum esse dicimus, siue propter insignem vastitatem, qua terram & mare multis partibus exuperat: siue quòd in eo nullum conspiciatur corpus. Idem 3. *Georg.*

———*iámque elati sublime videntur*
Aëra per vacuum ferri atque assurgere in auras.

Quo in loco Virgilius Lucretium videtur imitatus, qui inane neutro genere pro aëre posuit, Longum, inquiens, per inane resoluit. ¶ Vacua pecunia dicitur, quæ est otiosa, nullam pariens vsuram. *l.* 28. *D. deposit.* ¶ Vacuus animus, ociosus, nullis curis, nullis negotiis irretitus. {נרפה nirpéh.} Cic. *de claris Orat.* Nunc verò, inquit, si es animo vacuo, expone nobis quod quærimus. ¶ Vacuos habere dies, id est, nullis rebus dedicatos. Vacuus equus, qui sine sessore est. Liu. 7. *bell. Punic.* Vacuus paulò pòst equus, errans per vrbem cognitus, &c. Vacuum remum trahere, est remum inutiliter, in cassum, frustrà trahere. ¶ Iungitur aliquando genitiuo. Plaut. *in Bacchid.* Valens, affligat me iam vacuum virum, id est, inualidum. Terent. *in Heaut.* Vacuum tempus ne quod dem mihi laboris. ¶ Aliquando ablatiuo sine præpositione. Cic. 2. *de finib.* Quum vacuis curis etiam quid in cælo, scire auemus. ¶ Aliquando cum præpositione. Idem *ad Attic.* Sin eris ab isto periculo vacuus, &c. ¶ Vacui ab omni sumptu, Expertes, soluti ac liberi. Idem 2. *Verr.* Verùm vt opinio mea fert, his quidem temporibus in omni orbe terrarum, vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumptu, molestia, munere. ‖ ¶ Vacuo vtero mulier, quæ prægnans non est. Vlp. *l.* 30. *tit.* 30. *D. lib.* 29.‖ Venire in vacuum, Succedere in locum alicuius. Horat. 2. *Serm. Satyr* 5.

——— *& si quis casus puerum egerit Orco,*
In vacuum venias.

¶ Vacuissimus. Ouid. 3. *de Ponto.*

Nec rursus iubeo, dum sit vacuissima quæras
Corporis ad cultum vix vacat illa sui.

Vacuitas, atis, Inanitas, absentia, priuatio. {רק rik חסר chóser. κενότης. Gall. *Vuidange, vuideté.* Ital. *Esso esser vuoto.* Germ. Lāre/entledigung. Hisp. *Vaziedad.* Angl. *Emptinesse, voydnesse.*} Cic. 1. *de Offic.* Adhibenda est vacuitas ab angoribus. Idem 5. *Tusc.* Securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata posita est.

Vacuo, as, Vacuum facio, vacuum reddo, euacuo. {הריק herík. κενόω. Gall. *Vuider.* Ital. *Vuotare.* Germ. Lären. Hisp. *Vaziar lo que esta lleno.* Angl. *To make emptie or voyde.*} Mart. *lib.* 11.

Si redeant veteres ingentia nomina partes,
Elysium liceat si vacuare nemus.

Col. *lib.* 3. *c.* 13. Opus est autem perito, ac vigilante exactore, qui ripam erigi iubeat, fulcúmque euacuari.

Văcuĕfăcĭo, idem quod vacuo. κενόω. Macrob. *Saturn. lib. 1. c. 2.* A prætextato veniam postulando mihi in cœna vacuefecisti locum.

Vacorium, Οὐακόριον, vrbs Norici apud Ptol. *lib. 2. c. 14.*

Văcūnă, à vacando dicta, est dea, quæ præesse vacantibus & otiosis putabatur. {Ein göttin der müssiggängern.} cui, quum agricolæ à laboribus ruris vacarent, vt post perceptos fructus requiescerent, per hyemem vota soluebant, & sacrificabant. Ouid. *6. Fast.*

Nam quoque quum fiunt antiqua sacra Vacunæ,
Ante Vacunaleis stántque sedéntque focos.

Hæc in agro Reatino insignia habebat nemora, quorum meminit Plin. *lib. 3. cap. 12.*

Vădĭmōnĭs, lacus in Vmbria est, non procul ab Ameria, opacam habens syluam sibi innatantem, quæ nunquam die ac noctu eodem visitur loco. Autor Plin. *lib. 2. cap. 95.* ¶ Huius item lacus meminit Plin. iun. *in Epist.* Exegerat (inquit) socer meus, vt Amerina sua prædia inspicerem: hæc perambulanti mihi ostenditur subiacens lacus nomine Vadimonis.

Vădĭs, is, Ab antiquis dictus est sponsor in causa tam pecuniaria, quàm capitali. {ערב *horéb.* ἐγγυητὴς, ὅμηρος. Gall. *Pleige.* Ital. *Sicurta.* Germ. Ein bürg in einem handel so leib vnd leben betrifft. Hisp. *Fiador de la persona.* Angl. *A pledge or surettie.*} Vide in dictione *Vas.*

‖Vadius, fideiussor. Flodoard.

Vadium, pignus, vadimonium, fideiussio.‖

Vădĭmōnĭum, ij, est sponsio quædam sistendi comparendíque in iudicio ad diem præstitutam, per se, vel per aduocatos, quod deserere non licet. {תערובה *tabarubáh* ערבון *herabón.* ὀγγύη, ὁμηρεία, ῥύσιον. Gall. *Promesse & obligation de comparoir en iustice.* Ital. *Obligo di comparire en giudicio.* Germ. Ein gelobung oder verbürgung zum rechten auff ein bestimpten tag zuerscheinen. Hisp. *Fiança de la persona.* Angl. *A promise or bande to appeare at the tyme appoynted, a ma in prise.*} Plaut. *Curcul. sc. 3. a. 1.* Vbi tu es, qui me conuadatus es Veneris vadimoniis, Vbi tu quæ me libello Venerio citasti, Ecce me. Seneca, Vadimonium promittimus, & tamen deseritur, ἐγγυώμεθα. Cic. *pro Quintio,* Ad vadimonium non venit: qui tibi præstò semper fuit? Et *paulò pòst,* Non dubitauit, inquit, quum vadimonium desertum esset, bona proscribere. ¶ Vadimonium deserere, & vadimonium sistere opponuntur: sistere enim est in iudicio comparere séque præsentem exhibere ad statutam diem. Cato apud Gellium *c. 14. lib. 2.* Quid si vadimonium obuoluto capite stitisses. Et *paulò pòst,* Quoniam sisteretur vadimonium, non staretur, &c. Idem Gellius, Vadimonium promittere in diem locúmque, & sistere se, & vadari, quid sit docet *c. 1. lib. 7.* Vadimonium promittere est promittere comparere in iudicio ad diem præstitutam, per se vel per aduocatum. Cic. *5. Verr.* Statuit iste, vt arator decumano, quò vellet decumanus, vadimonium promitteret. Vadimonium constituere, est *diem assignare,* vt loquuntur, quo quis in iudicio comparere debeat. Idem *de senectute,* Omnia quæ curant meminerunt, vadimonia constituta, qui sibi, cui ipsi debeant. Vadimonium deserere, est non comparere in iudicio ad diem præstitutam. Plin. *in Præfatione Naturalis historiæ,* Inscriptiones, inquit, propter quas vadimonium deseri, id est, inscriptiones librorum tam ampla & magnifica pollicentes, vt propter eorum librorum aut lectionem, aut recitationem vadimonium deseri possit. Differre vadimonium, est differre diem contentionis, quo reus in iudicio comparere promiserat. Plin. *lib. 7. cap. 53.* Bedius Iudex quum vadimonium differri iubet. Vadimonium missum facere, est vadimonij obligationem remittere, condonaréque. Cicer. *pro Quintio,* Qui quo tempore primùm malè agere cœpit, in vadimoniis differendis tempus omne consumpserit: qui postea quoque vadimonium missum fecerit. Vadimonio obstricti, hodie dici possunt, qui ob crimina in iudicium vocati à iudicibus, vt fit, impetrarunt vt aut sua, aut sponsorum fide dimittantur, ea lege vt in diem certum, aut quandocunque iudici visum fuerit, ad iudicium sistantur: quos *Elargitos* vulgus barbarorum vocat. Concipere vadimonium, est exprimere certam formulam vadimonij, i. sistendi, comparendíque, &c. Cic. *Quint. Fratr. lib. 2.* Negat enim in tanta multitudine eorum, qui vnà essent, quenquam fuisse qui vadimonium concipere posset. ‖ ¶ Vadimonium fati, mors. Bud.‖

Vădŏr, aris, verbum commune, secundùm Priscianum, Denuntio aduersario vt in ius veniat, & eius rei sponsores accipio. {κλητεύω, ἐγγυῶμαι τὴν δίκην, ἀνεδέχομαι τὴν δίκην. Gall. *Adiourner aucun à comparoir, ou estre adiourné à comparoir en iugement, ou obliger de comparoir.* Ital. *Far la sicurtà, obligarsi di comparire in giudicio.* Germ. Zum rechten sich verbürgen/versprechen auff ein rechtstag zuerscheinen. Hisp. *Fiar la persona ò hazer fiar.* Angl. *To bind him selfor an other to appeare in iudgement.*} Vadari in diem locúmque; paulò antè, Vadimonium promitti & sistere se. Gell. *cap. 1. lib. 7.* Plaut. *Aulul. sc. 2. a. 2.* Infit postulare vt sibi liceret Miluium vadarier. Vide *Conuador.* Vt autem meliùs huius verbi vis intelligatur, sciendum est, morem hunc veteribus fuisse, vt qui litem vellet intendere, aduersario denuntiaret vt in ius veniret: si nollet, vel eum cogeret, vel sponsorem acciperet, fore vt constituto se die sisteret. Illa autem denuntiatio Vadatio dicebatur. Nam & qui denunciabat & cui denunciabatur, vadari dicebatur. Ex Hotomano, qui cùm innumeras voces Latinas ingeniosissimè, tum hanc præcipuè optimè explicat. ¶ In ius vocare à vadari hoc differt, quòd illud instantis, hoc futuri temporis denuntiationem significat. Cicero *pro Quintio,* Debere tibi dicis Quintium, procurator negat, vadari vis, promittit: in ius vocas, sequitur: iudicium postulas, non recusat. Liu. *3. ab Vrbe,* Decem finierunt: tot vadibus accusator vadatus est reum. Cic. *5. Verr.* Vt hic quoque Apronio, quum ex Leontino vsque Lilybeum aliquem vadaretur, ex miseris aratoribus calumniandi quæstus accederet. Ouid. *2. de remed. Amor.*

Iámque vadaturus, lectica prodeat, inquit.

Horat. *1. Serm. Satyr. 9.*

——— & casu tunc respondere vadato
Debebat, quod ni fecisset, perdere litem.

Vādo, is, si, sum, Eo, iter facio, quasi viæ me do. {הלך *haláech.* βαδίζω, ἴεμαι, βαίνω. Gall. *Aller.* Ital. *Andare.* Germ. Gehen. Hisp. *Yr camino, andar.* Angl. *To go.*} Virg. *2. Æneid.*

Vadimus immisti Danais, haud numine nostro.

Ibidem,

——— per tela, per hostes
Vadimus haud dubiam in mortem.

Cicer. *ad Atticum lib. 4.* Ad eum postridiè manè vadebam, quum hæc scripsi. Ouid. *lib. 6. Fast.*

Vadis? an expectas pretium pietatis amarum.

Idem *Eleg. 3. lib. 4. Trist.*

Ardua per præceps gloria vadit iter.

Senec. *c. 11. de consol. ad Mart.* Ouid. *lib. 3. Trist.*

Vade salutatum puellam littera.

¶ Transfertur & ad fluuios, pro eo quod est, fluere, ῥεῖν. Liuius *1. ab Vrbe,* Quem quum vadentem ad speluncam Cacus vi prohibere conatus esset. Plin. *lib. 5. cap. 26.* Scinditur Euphrates, à Zeugmate LXXXIII. pass. circa vicum Massicen: & parte læua in Mesopotamiam vadit per ipsam Seleuciam: circa eam profluenti infusus Tigri. ¶ Huius verbi composita sunt, Circunuado, euado, inuado, & peruado, quorum significata vide suis locis.

Vădvm, i, quâ flumen aut aquam transire possumus. {מעבר *mahbár* מעברה *mahbaráh.* πόρος. Gall. *Vn gué, la part d'vn' eau par où on peut aisement passer à pié.* Ital. *Acqua bassa, il guado.* Germ. Ein furt in einem wasser durch welche man watten mag. Hisp. *La baxa, vado del rio ò de la mar.* Angl. *A fourde.*} Liuius 8. *bell. Maced.* Pontem, quia vado nusquam transitus erat, facere instituit. Idem *lib. 3. bell. Gall.* Romanos neque vllam facultatem habere nauium, neque eorum locorum vbi bellum gesturi essent, vada, portus, insulásque nouisse. ¶ Vadum in flumine efficere (id est, vt transiri pedibus possit.) Cæsar *lib. 1. de bell. ciuil.* ¶ Vadum pro mari. Catullus *Argonaut.*

Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi.

Virg. *5. Æneid.*

——— Sulcant vada salsa carinæ.

Ouid. *3. Trist. Eleg. 9.*

Impia desertum fugiens Medea parentem,
Dicitur his remos applicuisse vadis.

Emersisse è vado, dicitur qui maximam rei alicuius difficultatem superauit. Tractum à nauigantibus, qui non sine maximo discrimine inter breuia, & loca vadosa nauigant. Cic. *pro Cælio,* Sed quoniam emersisse iam è vadis scopulos prætervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. ¶ Res in vado est, prouerbialiter dicitur, pro eo quod est, In tuto est. Tractum videtur à natantibus, quibus vt in profundo periculum, ita in vado est securitas. Terent. *in Andria,* Omnis res in vado est. Plaut. *Aul. sc. 6. a. 4.* Hæc propemodum iam esse in vado salutis res videtur. ¶ Tentare vadum, pro Aggredi negotium aliquod dixit Ouid. *3. de Arte,*

Verba vadum tentent alienis scripta tabellis:
Accipiat missas apta ministra notas.

Vădo, as, Vado traiicio. {διαβαίνω, διαπορεύω. Gall. *Passer à gué.* Ital. *Passare il fiume, guazzo.* Germ. Durchwatten. Hisp. *Vadear passando el vado.* Angl. *To wad or go ouer a fourde.*} Papinianus, Flumine publico interueniente via constitui potest, si aut vado transiri potest, aut pontem habeat: secùs autem si vadari nequeat sed pontonibus traiiciatur. Solinus, Flumen quod propter breuitatem facilè vadari poterat.

Vădōsus, a, um: vt, Vadosus amnis, qui frequentia habet vada. {πορώδης, πολύπορος. Gall. *Qui a plusieurs lieux par où on peut passer à gué ou à pié, qui a plusieurs guez.* Ital. *Chi ha molti guadi da passarui à piede.* Germ. Ein fluß durch den man an vil orten watten mag. Hisp. *Lleno de qualesquiera vados.* Angl. *That is full of fourdes.*} Cæsar *2. bell. Ciu.* Quòd his locis vadosum mare erat longiùs progressus, &c. Liu. *7. bell. Macedon.* Quòd in fluminis modum, longum & angustum & vadosum ostium portus sit.

Væ, Interiectio, his rebus quas execramur, propria: vt, Væ misero mihi. {אוי *oí.* οὐαί. Gall. *Malheur, voix quand on a quelque chose en horreur.* Ital. *Oh, oime, modo di dolersi, parola laquale dimostra horrore.* Germ. O wee. Hisp. *Ay, ò guay.* Angl. *Allace.*} Væ auget & minuit, &c. Væ scribendum non ve, nec vaeh: vt, Væ Iouis, Gellius *cap. 12. lib. 5.* Plaut. *Men. sc. 2. a. 3. & sc. 2. a. 5.* Væ capiti tuo. Idem *Pseud. sc. 2. a. 5.* Væ victis. Idem *Curc. sc. 1. a. 5.* Væ miseræ mihi. Animo malè est. Idem *Asin. sc. 4. a. 2.* Væ mihi hodie. Mox, perij. Idem *ibid. sc. 2. a. 2.* Væ tibi. Virg. *9. Eclog.*

Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

Quidam væ sine aspiratione scribunt: recipit tamen diphthongum, vt distinguatur à ve, coniunctione: de qua infrà suo loco.

Vænalis, e, Quintil. Vænali alienæ familiæ se immiscere.

Vænĕo, is, iui, verbum est sub voce naturali, passiuam habens significationem, Vendor. {נמכר *nimchár.* πωλοῦμαι. Gall. *Estre vendu.* Ital. *Esso venduto.* Germ. Verkaufft werden. Hisp. *Ser vendido.* Angl. *To be sould.*} Plaut. *in Menæch.* Quibus hîc pretiis porci væneunt? Sunt qui hoc verbum sine diphthongo scribere malunt, quòd eandem habeat originem cum verbo vendo, in quo profectò nemo diphthongum agnoscit. Vide plura de hoc infrà in verbo *Veneo.*

Væsānus, vide *Vesanus.*

Văfĕr, a, um, Callidus, astutus, quasi valdè Afer: mira enim semper fuit eius gentis calliditas. {ערום *harúm.* πανοῦργος. Gall. *Fin & caut, rusé.* Ital. *Astuto, ghiotto, scalterito.* Germ. Gescheid/listig. Hisp. *Astuto y recatado.* Angl. *Wilie, craftie.*} Cicer. *lib. 1. de natur. deorum,* Chrysippus, qui Stoicorum somniorum vaferrimus habetur interpres. Ouid. *3. de Arte,*

Qua vafer eludi possit ratione maritus.

Vafrum ius, id est, subtile, vel in quo multi vafrè versantur. Horat. *2. Serm. Satyr. 2.*

——— nos expulit ille:
Illum aut nequities, aut vafri inscitia iuris
Postremum expellet, certè viuacior hæres.

Văfrē, aduerbium, Callidè, astutè. {πανούργως. Gall. *Finement, cautement.* Ital. *Accortamente, scaltritamente.* Germ. Gescheidiglich/arglistiglich. Hisp. *Astuta y recatadamente.* Angl. *Wily.*} Cicer. *4. Verr.* Nihil sanè vafrè, nec malitiosè facere conatus est.

Văfrāmĕntum, i. {ערמה *hormáh* מרמה *mirmáh.* τὸ πανούργευμα, τέχνασμα, σόφισμα, ἡ μεθοδεία. Gall. *Finesse, cautelle, ruse.* Ital. *Accortezza, scaltrimento.*

scaltrimento. GERM. Ein geschwinder arglist/geschéidigkeit. HISP. *Astucia ò recatamiento.* ANGL. *Wilinesse, craftinesse.*} Valer. Max. *lib.*7. *cap.*3. Quantum imperium quàm paruo interceptum est vaframento. Item, Lampsacenæ vrbis salus vnius vaframenti beneficio constitit.

Vageni, Populi inter Alpinas gentes ex Caturigibus oriundi. Plin. *lib.*3. *cap.*20. Inter Alpinas gentes finitimi Centrones, & Cortianæ ciuitates, Caturiges, & Caturigibus orti Vageni, Ligures. Silius,

Tum pernix Ligur, & sparsi per saxa Vageni.

VĀGĪNĂ, Gladij theca. {תער *tahar* נדן *nédhen.* θήκη, κολεός. GALL. *Gaine ou fourreau.* ITAL. *Guaina.* GERM. Ein Scheyden futer. HISP. *Vayna de cuchillo.* ANGL. *A sheth.*} Cic. *in Catil.* Verumtamen inclusum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum. Cæsar 5. *bell. Gall.* Auertit hic casus vaginam, & gladium educere conantis dexteram moratur manum. Ouid. 10. *Metam.*

———verbisque dolore retentis
Pendenti nitidum vagina diripit ensem.

Virg. 4. *Æneid.*

———vaginâque eripit ensem
Fulmineum, strictóque ferit retinacula ferro.

¶ Vaginæ nomen metaphoricè & obscœnè vsurpauit Plaut. *in Pseud. sc.*7. *a.*4. Conueniebátne in vaginam tuam machæra militis. ¶ Vagina frumenti, quidam quasi folliculus, quo spica etiamnum pubescens, nec dum planè apparens, circumuoluitur. Varro *lib.*1. *cap.*48. Spica ea quæ mutica non est, in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, aristam, & etiam primitus spica quum oritur, vaginam. Et *paulò pòst*, Aristæ quasi cornua sunt spicarum, quæ primitus quum oriuntur, neque planè apparent, in qua sublatent herbæ: ea vocatur vagina, vti qua latet conditus gladius. Idem *c.*12. *lib. eodem*, Quod frumentum dicunt quindecim diebus esse in vaginis. Cic. *de senect.* Culmóque erecta geniculato, vaginis iam quasi pubescens includitur. Vaginæ corporis. Plin. *lib.*8. *cap.*15. Mirum pardos, pantheras, leones, & similia, condito in corporis vaginas vnguium mucrone, ne refringantur, hebetentúrque, ingredi, auersisque falculis currere, nec nisi appetendo prætendere. Idem *lib.* 11. *cap.* 37. Omnia quidem principalia viscera membranis propriis, ac velut vaginis inclusit prouidens natura.

Vāgĭnŭlă, diminutiuum. {τὸ λεμμάτιον, τὸ κολεόδιον. GALL. *Petite gaine ou fourreau.* ITAL. *Picciola vagina ò guaina.* GERM. Ein scheidlin. HISP. *Pequeña vayna.* ANGL. *A litle sheth.*} Plin. *lib.*18. *cap.*7. Et far in vaginulis seruant ad satus.

VĀGĬO, is, iui, itum, Eiulo, puerorum infantium more ploro. Vnde dictum docet Gell. *cap.*17. *lib.*16. {בכה *baeháh.* βαβάζω. GALL. *Braire comme les enfans.* ITAL. *Piangere come fanno i fanciulli.* GERM. Schreien oder greinen wie die jungen kind. HISP. *Llorar como los niños.* ANGL. *To crie out as ac hild doeth.*} Cic. *in Catone*, Quòd si quis Deus mihi largiatur, vt ex ætate repuerascam, & in cunis vagiam. Ouid. 4. *Fast.*

Intus vt infanti vagiat ore puer.

Hinc frequentatiuum vagitare, Frequenter vagire: quúmque tibi vagitet tertius infans.

Vāgītŭs, Infantium fletus. {בכי *bechi.* βάβαξις. GALL. *Cri & braiment de petits enfans.* ITAL. *Vagito, Pianto di fanciulli.* GERM. Geschrey oder greinen wie die jungen kind. HISP. *Lloro de niños.* ANGL. *A weeping or crying of infantes.*} Mart. *lib.*9.

Sordida vagitu posceret æra puer.

Virg. *lib.*6. *Æneid.*

Continuò auditæ voces, vagitus & ingens,
Infantúmque animæ flentes.

¶ Vagitus de ægrotis ita extulit Celsus *initio lib.*7. Sed perinde faciat omnia, ac si nullus ex vagitibus alterius affectus oriatur.

Vāgŏr, is, Vagitus. {בכי *bechi.* βάβαξις.} Lucret. *lib.*2.

Et superantur item miscetur funere vagor.

Vagulor, queror cum conuitio. Fest.

Vagulatio, vagitus, clamor & conuitium. In *leg.*12. *tabul.* Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ad portum ob vngulationem ito.

VĀGVS, Huc illud oberrans, incertus, instabilis, inconstans.)(Stabilis, certus. {נע *nah* נד *nadh* נדוד *nodhédh* גולה *goléh.* πλάνης, πλανήτης, πλανητός. GALL. *Vagant, vagabond, incertain, muable.* ITAL. *Vago, vagante, vagabondo.* GERM. Vmbschweiffig. HISP. *El que vaga, errado.* ANGL. *That wandereth, a vagabonde.*} Tibull. *lib.*4.

——— Vagi sileantur pascua Solis.

Senec. *cap.*7. *de consol. ad Mart.* Vagus & amens discursus equorum. Cic. *Attic. lib.*7. Itaque vagus esse cogitabam. Vaga sententia, id est, incerta. Idem 2. *de natur. deor.* Est enim & philosophi, & Pontificis, & Cottæ, de diis immortalibus habere non errantem, vagam, vt Academici, sed vt nostri, stabilem, certámque sententiam. ¶ Vagum nomen herbæ, dixit Plin. *lib.*17. *cap.*4. id est, inconstans & multis opinionibus obnoxium.

Vāgē, aduerb. Dispersè, diffusè. {πλανητικῶς, διασπαρμένως. GALL. *En vagabond, çà & là sans ordre.* ITAL. *Vagabondo à foggia di vagabondo.* GERM. Hin vnd wider vmbschweiffigtlig. HISP. *Vagando à manera de errado.* ANGL. *In wandering hither and thither.*} Liu. 6. *bell. Pun.* Qui vagè effusos per agros palatósque adortus, &c.

Vāgŏr, aris, huc illuc oberro, volito, passim volito, non consisto. {נע *nah* נדה *nadháh* נד *nadh* תעה *taháh.* πλανάομαι, πλανάω. GALL. *Vaguer, aller çà & là.* ITAL. *Vagare, andare vagando.* GERM. Vmbschweiffen/ hin vnd här streichen. HISP. *Vagare, andar vago ò errado.* ANGL. *To wander.*} Cicer. *pro Front.* Hi contrà vagantur læti, atque erecti passim toto foro, &c. Idem 1. *de Inuent.* Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur. Virg. 4. *Æneid.*

Vritur infelix Dido, totáque vagatur
Vrbe furens.

Vagatur animus, id est, inconstans est, & instabilis. Cicer. 2. *Offic.* Non enim sumus ij, quorum vagetur animus errore, nec habeat vnquam quod sequatur. ¶ Sunt qui illud interesse existiment inter vagor & erro, quòd vagari sit per diuersa, errare per aliena. Idem *lib.* 2. *de Orat.* Ne vagari & errare cogatur oratio. ¶ Inuenitur etiam Vago, as. Plaut. *in Mil.* Te alloquor, vitij, probríque plena, quæ circum vicinos vagas.

Văgāns, tis, particip. {נע *nah* נד *nadh* נדוד *nodhédh* גולה *gholéh.* πλανώμενος. GALL. *Vagant, vagabond.* ITAL. *Chi vaga, vagabondo.* GERM. Vmbschweiffend. HISP. *El que vaga, vagabondo.* ANGL. *That wandreth a vagabonde.*} Cicer. 2. *de Diuin.* Quæ igitur natura, quæ volucres huc & illuc passim vagantes afficiat, vt significent aliquid?

Văgātĭo, nis, Ipse vagandi actus. נדוד *nedhudh* vel *nedi údh.* πλανοδία, πλάνη. GALL. *Quand on ne se tient point en vn lieu, mais on vague çà & là.* ITAL. *Il andar vagabondo.* GERM. Vmbschweiffung. HISP. *Obra de vagar ò espaciarse.* ANGL. *Wandring or going astray.*} Liu. 5. *ab Vrb.* His tribunis dum cura omnium in Veiens bellum intenta est, neglectum Anxuri præsidium vagationibus militum, & Volscos mercatores vulgò receptando, proditis repentè portarum custodibus, oppressum est.

Văgābŭndŭs, qui sedem stabilem nullam habet, sed modò huc, modò illuc oberrans, tempus inutiliter absumit. {נע *nah* נד *nadh* נדוד *nodhédh* גולה *gholéh.* ἀλήτης. GALL. *Vagabond.* ITAL. *Vagante.* GERM. Stäts vmbschweiffend. HISP. *El que mucho anda vagando, vagabundo.* ANGL. *That wandreth or strayeth.*}

Văh, Interiectio est insultantis. {האח *heách.* φεῦ. GALL. *Escri de resiouissance.* ITAL. & HISP. *Vah.* GERM. Pfudich. ANGL. *Allace, ath.*} Hieron. *ad Damasum*, Sicuti nos in lingua Latina habemus interiectiones quasdam, vt in insultando dicamus vah, & in admirando papæ, & in dolendo hei, & quando silentium volumus imperare strictis dentibus spiritum coarctamus, & cogimus tantùm sibilum in sonando st: ita & Hebræi inter reliquas proprietates linguæ suæ habent interiectionem, &c. Plaut. *in Mostell.* Vah, quid illa potest peius quicquam muliere memorarier? Idem, Vah homo imprudens. ¶ Interdum blandientis. Idem *Pseud. sc.*3. *a.*1. Vah manta. Idem *in Aulul. sc.*3. *a.*4. Vah quàm benignè. Idem *Asin. sc.*4. *a.*2. Vah! delinire apparas, &c. ¶ Interdum est interiectio admirantis. Idem *Curc.* Subegit solus intra viginti dies. LY. Vah. c. quid mirare? ¶ Aliquando exultantis, vel lætitiæ. Idem *in Bacch.* Ducentis Philippeis rem pepigi. N. vah, Salus mea, seruasti me.

Văhă, Interiectio exultantis, vel ridentis. Plaut. *in Casina*,—vaha. s. Quid negotij est, &c.

Vălască, teste Volaterrano, Regina Bohemorum fuit, cuius ductu eius regni mulieres occisis viris sese in libertatem asseruerunt, & sine viri adminiculo regnum multos annos administrarunt.

VĀLDĒ, Multum, vehementer, maiorem in modum, aduerbium est per syncopen à Validè effectum, quemadmodùm & caldus pro calidus: quo fit vt in valde posterior syllaba producatur. {מאד *meódh.* λίαν, πάνυ, μάλα, σφόδρα, φεῦ. GALL. *Beaucoup, grandement,* ITAL. *Molto, grandemente.* GERM. Sehr/hefftig. HISP. *Muy mucho, muy grandemente.* ANGL. *Much, great-lie.*} Iungitur autem ferè positiuis. Cicer. *ad Cassium lib.*15. De Hispania nihil noui, sed expectatio valde magna. ¶ Aliquando aduerbiis. Idem *ad Attic. lib.*1. Qui primùm illud valde grauiter tulerunt. Aliquando pro ita, sanè. Plaut. *Pseud. sc.*3. *a.*1. Meam amicam vendidisti? B. Valdè (i. ita, sanè.) ¶ Aliquando verbis, Cicer. *ad Tironem lib.* 16. Literas tuas valdè expecto. ¶ Ponitur aliquando iunctum positiuis cum tam, & quàm. Idem 2. *de Diuin.* Nihil est tam valdè vulgare, quàm nihil sapere. ¶ Dicimus & valdequàm, sicut sanequàm & perquàm. Decius Brutus ad Cicer. Nam suos valdequàm paucos habet.

Vāldĭŭs, comparatiuum est à valde deductum, idem significans quod magis, siue vehementiùs, μᾶλλον.

Vălentĭă, æ, vrbs est insignis citerioris Hispaniæ, tribus millibus passuum à mari remota, vt autor est Plin. *lib.*3. *cap.*3. & Ptolem. *lib.*2. *cap.*6. & Pompon. Mela *l.*2. οὐαλεντία. Vulgò *Valentia.* ¶ Est etiam eius nominis oppidum inter Allobroges subter Viennam ad Rhodanum, cuius meminit Plin. *lib.*3. *cap.*4. Vulgò *Valence.*

‖Valentinus, proprium nomen, à Valentia. Extat inter alios hoc nomine infamis hæreticus; ex Platonicis & Iudaicis fabulis conflatus: cuius sectatores *Gnosticos*, à cognitione profunda, se appellabant. Nugamenta eius in variis verbis consistebant, quæ αἰῶνας appellabat, id est, secula. ‖

VĂLĔO, es, ui, itum, Sanus, siue potens sum. {עצם *hatsam* חזק *chazák.* ὑγιαίνω, ῥώννυμαι, ἰσχύω, δύναμαι. GALL. *Estre sain & en bon point, pouuoir, valoir, auoir pouuoir & puissance.* ITAL. *Valere, potere, essere, sano, in buon stato.* GERM. Gesund vnnd wolmögend sein. HISP. *Poder, estar rezio y sano.* ANGL. *Tobe whole or in healt, to be able or of power.*} Plaut. *in Amph.* Equidem valeo, & saluus sum rectè Amphytrio. Idem *in Persa*, Si valetis gaudeo. Valere ab oculis & eiusmodi, est oculorum morbo liberatum esse. Gell. *lib.*5. *cap.*10. Quum valebo ab oculis, reuise ad me. Sic valere à Pecunia. Plaut. *in Aul.* Ain' tu valere te? E. pol ego haud à pecunia perbene. id est, pecuniæ inopia etiam nunc laboro. Ne valeam, imprecantis clausula est. Martial. *lib.*2.

Ne valeam, si non totis Deciane diebus,
Et tecum totis noctibus esse velim.

¶ Valere ab oculis, Gell. *cap. vlt. lib.*13. Plaut. *Amph.* Valuistin' vsque. *Ibid.* Valuisséne vsque exquisiui simul. Idem *Aul. sc.*4. *a.*1. Rectèn' atque vt vis vales? ¶ Valere, aliquando est posse, pollere, vim, vel vires, momentum, pondus siue auctoritatem habere, alicuius momenti putari. {יכול *jachól.* δύναμαι.} Terent. *in Eunuch.* Neque tam imperia, vt quid amor valeat, nesciam. Plaut. *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Dij immortales! Aurum quid valet? Idem *Amphitr.* Id quod quisque potest & valet, edit, ferit. *Ibid.* Quando pugnis plus vales. Idem *Asin. sc.*2. *a.*2. Voce summa quoad vires valent. ¶ Valere, pro ratum esse. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.*3. *Trist.*

Vt doceas votum posse valere meum, &c.

¶ Iungitur aliquando datiuo. Gell. *lib.*5. *cap.*12. Nam & augendæ rei, & minuendæ parum valet. ¶ Aliquando accusatiuo cum præpositione ad. Cic. 1. *Acad.* Vitæ autem adiuncta dicebant, quæ ad virtutis vsum valerent. ¶ Et cum præpositione apud. Cæs. 1. *bell. Gall.* Proponit esse nonnullos, quorum autoritas apud plebem plurimum valeat, id est, multum possit. In qua significatione etiam dicimus, Valere autoritate apud plebem. Liuius 1. *bell. Maced.* Apud magnam partem Senatus & magnitudine rerum gestarum, gratia valebat. ¶ Valere potestate, valere ingenio, est potestate, vel ingenio plurimum posse. Cicer. *pro domo sua*, Quasi ego in isto genere omnino quicquam aut curatione, aut potestate

state valerem. Idem *de clar. Orator.* Is longò plurimum ingenio valuit. ¶ Aliquando etiam ablatiuo iungitur cum præpositione in. Martial. *lib.* 2.

Incipe, tres vno perierunt Rhetores anno:
Si quid habes animi, si quid in arte vales.

Cicer. 1. *Tusc.* Quod in omnibus causis & debet, & solet valere plurimum. ¶ Aliquando accusatiuo cum præpositione in, vel ad. Idem 2. *Tusc.* Inuulgus insipientium opinio valeat honestatis. Quint. *lib.* 4. *c.* 5. Quædam tamen si ipsa dura sunt, in id tamen valent, quod scio. Cic. 3. *de diuinat.* Affectio astrorum valeat, si vis, ad quasdam res: ad omnes certè non valebit. Idem *Attic. lib.* 3. Vtinam valeat ad celeritatem reditus tui. Idem *de diuinat.* Plus terrarum situs, quàm Lunæ tactus ad nascendum valere. ¶ Quum ad pretium pertinet, si pretium exprimatur, in ablatiuo ponitur. Plin. *lib.* 3. *cap.* 33. Aureus numus post annum sexagesimum secundum percussus est quàm argenteus: ita vt scrupulum valeret sestertiis vicenis. ¶ Varr. tamen accusatiuum dedit, dicens, Denarij, quòd denos æris valebant: quinarij, quòd quinos. ¶ Valet eòdem, pro Ad idem. Cels. *lib.* 6. *cap.* 6. Id quoque eiusdem, quod Sphærion nominabat, eòdem valet. ¶ Valet pro significat. Suet. *in Vitellio cap. vlt.* Cui Tolosæ nato cognomen in pueritia Bæco fuerat. id valet, gallinacei rostrum. ¶ Imperatiuo Vale, in discessu vtimur, aut in calce epistolarum: quemadmodum Salua in accessu, aut etiam in literarum principio. Virg. 3. *Eclog.*

Phyllida amo ante alias: nam me discedere fleuit,
Et longum formosa, vale, vale inquit, Iola.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Sæpe Vale dicto, rursus sum multa locutus.

Plaut. *Prolog. Capt.* Abite, valete. Reperitur tamen Salue in discessu, & in calce epistolarum. Cic. *lib.* 6. *Epist.* Vale mi Tiro, vale, & salue. Quoniam verò abeuntes per hæc verba salutare solemus, Vale, & Salue: inualuit consuetudo vt hæc sumantur pro discedo, etiamsi cum stomacho & indignatione loquamur: non quòd illi à nobis, sed quòd nos ab illis, quibus sic loquimur, valedicendo, recedamus, inquit Valla *lib.* 6. Terent. *in Adelph.* Valeas, habeas illam, quæ placet. Idem *in Andria*, Valeant quæ inter nos dissidium quærunt, χαιρέτωσαν. Quod perinde est ac si diceremus, discedant à nobis: siue, eos cum suo odio & maledicentia relinquamus. Plaut. *Amphitr.* Valeas, tibi habeas res tuas: redde meas. Cicer. 1. *de natur. deorum*, Si Deus talis est, vt nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur, valeat. Vale & salue, verba erant postrema, quibus olim mortuos affabantur. Varr. Vale, & salue, quum ad mortuos referuntur: non id dictum est, quòd aut valere aut salui esse possint: sed quòd ab his recedimus, eos nunquam visuri. Virg. 11. *Æneid.*

————salue æternùm mihi maxime Palla,
Æternúmque vale.

Valere iussi: id est, vale dixi. Cic. *Attic. lib.* 5. Hominem aliquid agentem salutaui, postea valere iussi. ¶ Vale, vesperi dicebant: Salue, manè. Suet. *in Galba cap.* 4. Item, Vale singulis dicere in Senatu. Idem *in Aug. cap.* 53. ¶ Huius verbi composita sunt, Conualeo, inualeo, eualeo, æquiualeo, præualeo, reualeo: à quibus fiunt conualesco, eualesco, præualesco, reualesco: quorum significata vide suprà.

Vălēns, entis, nomen ex participio: id est, sanus, incolumis, robustus, fortis, firmus.)(Imbecillus. {חזק *chazák* גבור *ghibbór* בריא *bari.* ἐῤῥωμένος, ὑγιής. GALL. *Vaillant, puissant, sain & en bon point, fort & puissant.* ITAL. *Valente, potente, sano, gagliardo.* GERM. Gesund/wolmögend/starck. HISP. *Valiente y poderoso, rezio y sano.* ANGL. *That is whole, and of power or force.*} Cicer. *Tiron. lib.* 16. *Epist.* Medicus planè confirmat propediem te valentem fore. Idem *pro Cluent.* Eo ipso die puer, quum hora vndecima in publico valens visus esset, ante noctem est mortuus. Idem *in Orat.* Valentiorum hæc laterum sunt, nec ab hoc quem informamus, aut expectanda, aut postulanda. Idem 7. *Verr.* Hæc quum maximè loqueretur, sed lictores circumsistunt valentissimi, & ad pulsandos verberandósque homines exercitatissimi. ¶ Aliquando idem quod potens, efficax, vtilis, ἐνεργητικός, κραταιός, ἰσχυρός. Plin. *lib.* 29. *cap.* 18. At syluestri longum ac pusillum, & ad omnes effectus valentius. Cicer. *ad Attic. lib.* 7. His ille rebus ita conualuit, vt nunc in vino ciui res ad resistendum sit: qui mallem tantas ei vires non dedisset, quàm nunc tam valenti resisteret. Varr. *de re rust. lib.* 3. *cap.* 16. Prouidendum ne infirmiores à valentioribus opprimantur. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Valentes virgatores. Idem *Capt. Prolog.* Valentiorem aduersarium nactus. Idem Suet. *in Aug. cap.* 35. Valentissimi, &c. (i. robustissimi.) ¶ Valens, vel valida, vel firma materia vocatur à Medicis (cui opponitur imbellicis, & infirma) ab alendi vi & copia. Media verò quæ inter vtramque. Cels. *lib.* 2. *cap.* 18. Id valentissimum voco, in quo plurimum alimenti est, talis est caro quæ materia est valentissima & firmissima. Imbecillissima & infirmissima, olus omne Pisces sunt in media materia.

Vălentŭlŭs, diminutiuum. {ὁ δυνατώτερος, ἰσχυρότερος, σμικρόν τι ἰσχυρός. GALL. *Vn peu ou aucunement vaillant, puissant, & sain.* ITAL. *Alquanto valente, potente, sano, & gagliardo.* GERM. Ziemlich starck. HISP. *Vn poco valiente y poderoso, rezio y sano vn poco.* ANGL. *That is somewhat in health or of some force.*} Plaut. *in Cas.* obsecro vt valentula est, Penè posuit cubito.

Vălentĕr, aduerbium, Fortiter, totis viribus. {ἰσχυρῶς. GALL. *Vaillamment, puissamment, de grande puissance.* ITAL. *Gagliardamente, con gran possanza.* GERM. Vermögenlich/gewaltiglich. HISP. *Valiente y poderosamente.* ANGL. *Valiantlie.*} Colum. *lib.* 1. *cap.* 5. Quæ ab imo præstructa valenter resistent contra ea, quæ postmodum superposita incumbent. Ouid. 11. *Metam.*

Quum mare sub noctem tumidis albescere cœpit
Fluctibus, & præceps spirare valentius Eurus.

Vălentĭă, æ, Antiquis idem erat quod potentia, firmitas, fortitudo, robur. {חזק *chezék* vel *chozek* חזקה *chezkáh* vel *chozkáh.* ῥώμη, ἐῤῥωσία. GALL. *Vaillance, puissance.* ITAL. *Valentia, potenza, gagliardezza.* GERM. Vermögenheit/stercke. HISP. *Valentia y potentia.* ANGL. *Valiantnesse.*} Vnde Romam ipsam à priscis Latinis Valentiam dictam accepimus, quam postea Euander, Græco quidem nomine, sed seruata Latinæ vocis significatione, ῥώμην appellauit. Solinus *cap.* 2. Sunt qui videri velint Romæ vocabulum ab Euandro primùm datum, quum oppidum ibi offendisset, quod extructum antea Valentiam dixerat iuuentus Latina, seruatáque significatione impositi priùs nominis, ῥώμην Græcè, Valentiam Latinè nominatam.)(Inualentia. ἀῤῥωστία. Gellius, Nam morbus in lege ista non febriculosus, neque nimium grauis, sed vitium aliquod imbecillitatis atque inualentiæ demonstratur.

Vălēsco, is, inchoatiuum, Validus fio. {חזק *chazák* עצם *hatsám.* ῥώννυμαι, ἀναλαμβάνομαι. GALL. *S'enforcir, se renforcir, deuenir puissant.* ITAL. *Ripigliare sanità e forza.* GERM. Vermöglich oder starck werden. HISP. *Hazerse rezio y sano.* ANGL. *To waxe whole or stronge.*} Lucret. *lib.* 1.

Sed potiùs tali facto recreata valescat.

Tacit. *lib.* 4. Meditatio & labor in posterum valescit.

Vălĭdŭs, a, um, Robustus, valens, firmus, potens. {חזק *chazák.* ἐῤῥωμένος, ῥωμαλέος, ἀλκήεις. GALL. *Vaillant, puissant, robuste & fort.* ITAL. *Forte, possente, sano.* GERM. Starck. HISP. *Valiente, rezio y sano.* ANGL. *Valiant, potent, mightie.*} Plaut. *in Amph.* Ita quasi incudem, me miserum homines octo validi cædant. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Octo validos lictores. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Nihil adeò validum est (adamas licèt alliget illud)
Vt maneat rapido firmius igne Iouis.

Validiores prouinciæ, Suet. *in Aug. c.* 48. Cic. *Tironi*, Omnia viceris, si, vt spero te validum videro. Terent. *in Hecyra*, bene factum te aduenisse Pamphile: Atque adeò quod maximum est, saluum atque validum. Tacit. *lib.* 19. Simul coloniam copiis validam auferre Vitellio. ¶ Validus ex morbo. Liuius 3. *ab Vrb.* Ibi rixam natam esse, fratrémque suum maiorem natu (necdum ex morbo satis validum) pugno ictum à Cæsone, cecidisse semianimem. ¶ Validissima materia, Cornel. Cels. *lib.* 2. *cap.* 18. Vide *Valens materia.* ¶ Validæ opes, id est, magnæ, ingentes, apud Plaut. *in Casin.* Vinum validum. Ouid. 6. *Fast.*

————conuiuæ valido titubantia vino
Membra mouent, dubij, stántque, labántque pedes.

Virg. 5. *Æneid.*

Colligere arma iubet, validísque incumbere remis.

Idem 10. *Æneid.*

Nil validæ iuuere manus.

¶ Validus sustinere pondus. Plin. *lib.* 16. *cap.* 42. Pondus sustinere validæ abies, larix etiam in transuersum positæ. hoc est, ad sustinendum. Validus ingenio. Salust. *in Iugurth.* Sed multò maximè ingenio validus, i. valens, pollens. Validum oppidum, *ibid.*

Vălĭdē, aduerb. Valdè, vehementer, maiorem in modum. {πάνυ, λίαν, σφόδρα. GALL. *Puissamment, vaillamment.* ITAL. *Potentemente, gagliardamente.* GERM. Hefftig/mitt stercke/krefftiglich. HISP. *Valiente, rezia y poderosamente.* ANGL. *Valiantly.*} ¶ Vnde Validiùs comparatiuum, magis, vehementiùs, μᾶλλον. Quint. *lib.* 10. *cap.* 2. Nec promptum est dicere, vtros peccare validiùs putem, quibus omnia sua placent, an quibus nihil. Velleius, Validiùs timebat Pompeius Sertorius: magis laudabat Metellum. ¶ Validissimè, superlatiuum, maximè, vehementissimè. μάλιστα. Cælius *Cic. lib.* 8. *Epist.* Quin ego quum pro amicitia validissimè fauerem ei, & me iam ad dolendum præparassem, postquam factum est, obstupui.

Vălētūdo, inis, vocabulum est medium, quo & sanitas & imbecillitas significatur. {מרפא *marpé* ריפאות *ripheúth.* ὑγίεια, ἐῤῥωσία. GALL. *Santé, bon point.* ITAL. *Sanità.* GERM. Gesundtheit. HISP. *Sanidad y buena disposicion.* ANGL. *Health.*} ¶ Modò morbus. {חלי *cholí.* νόσος, ἀῤῥωστία. GALL. *Maladie, mauuais point.* ITAL. *Malattia.* GERM. Vngesundtheit. HISP. *Dolencia.*} In meliorem partem accipitur apud Cic. 2. *Offic.* Valetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruatione: quæ res aut prodesse solent, aut obesse, & continentia in victu omni, atque cultu corporis tuendi causa, & prætermittendis voluptatibus. Idem apud Horat. 1. *Epist.*

Quid voueat dulci nutricula maius alumno,
Quàm sapere, & fari possit quæ sentiat, & cui
Gratia, fama, valetudo contingat abundè.

¶ In deteriorem partem accipitur apud Cic. *Offic. lib.* 1. Æsculapius potest præscribere per somnum curationem valetudinis. Suet. *in August. cap.* 98. Caussam valetudinis ex profluuio alui contraxit. (i. morbi quo extinctus est Augustus.) Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* Valetudine minus commoda vti. Sen. *cap.* 20. *de cons. ad Mart.* Si Cn. Pompeij Neapoli valetudo abstulisset, (id est, morbus.) Idem *in Claud. cap.* 26. Ex valetudine amisit (vxorem) id est, ex morbo. Idem *in Galba*, Valetudo ei incidit. Idem *in Tib. cap.* 11. Per valetudinum genera, (id est, morborum.) Idem *in Aug. cap.* 81. Valetudines graues. Et apud eundem *in Epist.* Seruius Sulpitius scripsit ad me, te molestè ferre, quod me propter valetudinem tuam, quum ad vrbem accessissem, non vidisses. Sæpe tamen confusionis tollendæ causa addimus epitheton, quo significationem eius restringimus: dicimúsque Bonam vel malam, commodam, vel incommodam valetudinem. Quint. *lib.* 3. In hoc præcipuè bona valetudo, quæque eam præstat, frugalitas necessaria est. Cic. 4. *Tusc.* Ij sunt eiusmodi constituti quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen. Idem *Att.* Me incommoda valetudo tenebat iam duodecimum diem Brundusij. ¶ De insania etiam dicitur, Suet. *in Calig. cap.* 50. & 51. Valetudo ei neque corporis, neque animi constitit. Idem *in Cæs. cap.* 49. Valetudine mentis liberiùs dicax, (id est, insania.)

Vălētūdĭnārĭŭs, ij, qui malè sanus est, & qui frequenter ægrotat. {νοσώδης, νοσηματικός. GALL. *Maladif, mal sain.* ITAL. *Mal sano.* GERM. Bawfellig an der gesundtheit. HISP. *Doliente, y enfermo.* AGNL. *Sicklie, or subiect to sicknesse.*} Senec. *in Quæstionibus*, Non video quare sibi placet, qui robustior sit valetudinario. Valetudinarius medicus est, qui valetudine affectos curat, vel potiùs, qui in valetudinario medici ministerio fungitur. Callistratus *de iure immunitatis*, Quibusdam aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit, vt sunt mensores, optiones, valetudinarij medici, capsarij artifices.

Vălētūdĭnārĭum, ij, locus in quo valetudinarij & infirmi curantur, vt valetudinem malam bona permutent: qualia sunt in cœnobiis. {νοσοκομεῖον. GALL. *Vne maladerie, vne enfermerie.* ITAL. *Infermeria.* GERM. Ein siechstuben/ein ort an dem krancke enthalten werden. HISP. *Enfermeria.* ANGL.

ANGL. *An hospitall or spittell.*} Senec. *ad Lucilium*, Tanquam in eodem valetudinario iaceam, de communi malo tecum colloquor, remedia conuinco. Colum. quoque *lib. 2. de re rust.* præcipit valetudinaria languentibus salubria esse constituenda.

Vălŏr, is, Pretium. {יקר *jekár* כפר *chópher* מכר *mécher*. τιμή. GALL. *Prix, valeur.* ITAL. *Prezzo, valore.* GERM. Wårt oder wårschafft. HISP. *Precio, valor.* ANGL. *The price, value.*} Plinius. Victoriati valore redimi potest.

Valeria, οὐαλερία, nomen proprium Messelarum sororis, quæ amisso Seruio viro, quum rogaretur cur alteri non nuberet, ait sibi semper maritum Seruium viuere.

Valeria, Regio in vltima Germania versùs Orientem, quæ hodie Styria vocatur, vt placet Æneæ Syluio. Vulgò Steirmarck.

Valeria, οὐαλερία, oppidum Hispaniæ Tarraconensis in Tractu Celtiberorum, cuius meminit Ptol. *lib. 2. cap. 6.* Hinc Valerienses populi, Plin. *lib. 3. cap. 3.*

‖Valeriana, montana herba. H.P.‖

Vălĕrĭŭs, οὐαλέριος, cognomento Publicola, Iunij Bruti in primo Consulatu collega, in Tarquinij Collatini locum suffectus. Hic primùm de Veientibus, iterum de Sabinis, tertiò de vtrisque triumphauit. Deinde quum domum in Velia tutissimo loco haberet in suspicionem regni venit. Quo cognito, apud populum conquestus est, quòd tale aliquid de se timuissent, & misit qui domum suam diruerunt. Secures item fascibus dempsit, eósque in populi concione submisit: legem de prouocatione ad populum tulit: quapropter Publicolæ nomen accepit. Hic quum diem obiisset, publicè sepultus, & annuo matronarum luctu honoratus est. Hæc Plinius. Cæcilius *de viris illustrib.* Autor est Plutarchus in vita eius, hunc quadriga primùm in triumpho vectum fuisse, sine vlla inuidia: præterea collegæ Bruto honores, funúsque curasse: funebrémque orationem de ipsius laudibus habuisse, quæ adeò iucunda fuit Romanis, vt ex eo consuetudo manarit, vt qui strenuè pugnando occubuissent, ab optimatibus laudarentur. Valeriorum origo, Plutarch. *in Public.* Idem *ibid.* Valeriæ genti datum, vt in vrbe sepeliretur. Valerij maximi dicti. Idem *in Pompeio.* ¶ Valerius M. Publicolæ frater, Consul vnà cum Posthumio Tuberto factus, ac contra Sabinos profectus, rem feliciter fratris auspiciis & administratione gessit: ex quo publicè ei domus ædificata, cuius fores extrorsum honoris gratia aperiebantur, quum cæteræ introrsum aperirentur. ¶ Valerius Coruinus Tribunus militum, qui quum sub duce Camillo reliquias Senonum persequeretur, aduersùs Gallum prouocatorem solus processisset, coruus ab ortu Solis galeæ eius insedit, & inter pugnandum ora oculósque Galli verberauit: vnde hoste victo, Valerius Coruinus dictus fuit. Hic quum ingens multitudo ære alieno oppressa, Capuam occupare tentasset, & ducem sibi Quintium necessitate magna compulsum præfecisset, sublato ære alieno seditionem compressit. Hæc Cæcilius. Liuius verò *lib. 7. decad. 1.* hæc addit, de Samnitibus eum triumphasse, sexies Consulem fuisse, hostes T. Manlij morte exultantes compressisse. Vixit, teste Valerio, corporis & animi viribus integris annos centum. ¶ Valerius Potitus, post Decemuiralem inuidiam, plebem in Patres incitatam, legibus & concionibus suis mitigauit: vnde Potiti cognomen adeptus. Primus quoque Consul post Decemuiros, quum Volscos Æquósque ad Algidum magna laude debellasset, triumphus ei à patribus negatus fuit. Sed suadente Icilio tribuno pleb. primus sine autoritate Senatus triumphauit cum collega suo M. Horatio. Quamobrem Maximi cognomen adeptus est, quod nemini à Senatu præterquam Fabio Maximo concessum est, vt scribit Plutarchus. ¶ Valerius Leuinus Consul, cum Pyrrho prælio congressus in Lucania infeliciter pugnauit. Iterum postea consul Agrigentum aduersùs Pœnos missus, superato Hannone duce Carthaginensium oppidum in potestatem recepit: senatum securi percussit. ¶ Alter Valerius Leuinus contra Philippum Macedoniæ regem feliciter bellum gessit, teste Liu. *lib. 7. bell. Pun. 2.* Valerius Flaccus M. Catonis familiarissimus, eundem ex agro Tusculano ad Rempub. adduxit, pariter & instruxit, vt ait Plutarchus. Consul cum eodem Catone circa Mediolanum, vt Liuius testatur, cum Gallis & Insubribus & Boiis collatis signis pugnauit, vbi decem millia hostium sunt cæsa. Causam mulierum de abroganda lege Oppia contra collegam suum Catonem obtinuit. Qua de re vide apud Liuium elegantes vtriusque orationes *lib. 4. bell. Macedon.* ¶ Valerius Soranus poëta, quem Cicer. *in libris de Oratore*, doctissimum togatorum appellat: Plutarchus philosophum fuisse asserit, Pompeij iussu interfectum. ¶ Valerius Antias, antiquissimus historiæ scriptor, qui non rarò à Liuio aliísque citatur. Valerius Procellus militauit sub Cæsare in Gallia, à quo etiam missus est legatus ad Ariouistum, vt est in Commentariis Cæsaris. ¶ Valerius Maximus historicus, scripsit dicta ac facta memorabilia ad Tiberium Cæsarem. Militauit sub Sexto Pompeio, vt ipse de se testatur, vbi de institutis antiquis loquitur. ¶ Valerius Flaccus poëta, scripsit Argonautica. Quintil. eum sua ætate fuisse testatur, his verbis, Multum, inquit, Valerio Flacco nuper amisimus. ¶ Valerius Martialis, Epigrammatôn scriptor.

‖Valetro gluto, à valeo, vel quia parum valet, multum in leccacitate. Cath. An potiùs, qui GALL. *poltron*. de quo in *Murcus*.

Valetta, *Valetta*, vrbs vnica insulæ Melitæ in mari Siculo.‖

Valgius, Illustris fuit Romanus Augusti temporibus, qui de re herbaria volumen inchoauit: quod tamen morte præuentus, reliquit imperfectum. Meminit eius Plin. *lib. 22. cap. 2.* Tibull. *lib. 4.* Est tibi qui possit magnis se accingere rebus Valgius æterno propior non alter Homero.

Vālgŭs, qui suras habet extrorsum intortas, & in diuersum actas: quales cancri habent & lacerti. {βλαισός. GALL. *Qui marche en dehors, qui a les piez courbez en dehors.* ITAL. *Chi ha gli piedi storti in giu.* GERM. Ein schiegger der mit hinein werts gekehrten waden ghet. HISP. *Beso en los beços ò gancajoso.* ANGL. *That goeth wide, or hath his legges bowind outward.*} Plaut. *in Milit.* Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pætum, aut bronchum. Næuius apud Nonium. Valgus, veternosus, genibus magnis, talis turgidis. Valgus, siue valgius, qui & vatius, i. βλαισός, & βλαισωτός, opponitur ei qui Varus i. ῥαιβός & ῥοικός Hippocrati, Cornel. Cels. *lib. 8. cap. 20.* Si in interiorem partem prolapsum est, crus longius altero, & valgium est: extra enim pes vltimus spectat: si in exteriorem, breuius, varúmque fit, &c. Valgum suauium, id est, intortum. Plaut. *Mil.* Itaque hîc meretrices labiis dum ducant eum, Maiorem partem videas valgis suauiis, i. obtorto ore per irrisionem.

VĀLLĒS, is, & Vallis, is, Planities duobus lateribus inclusa: dicta quòd hinc atque illinc montibus vallata sit. {עמק *hemék* גיא *ghaj* vel *ghe* בקעה *bikháh*. κοιλάς, αὐλών, ἄγκος, πτυχή. GALL. *Vallée.* ITAL. *Valle.* GERM. Ein thal. HISP. *El valle, hondo entre dos alturas.* ANGL. *A valley, or dale.*} Virg. *lib. 11.*

Est curuo anfractu valles accommoda fraudi.

Statius,

Vallis in amplexu nemorum sedet.

Virg. *2. Georg.*

Complentur vallésque caua, saltúsque profundi.

Idem *2. Æneid.*

Commendo socijs, & curua valle recondo.

Ouid. *8. Metam.*

Concaua vallis erat, quo se dimittere riui
Assuerant pluuialis aqua.

Quint. *lib. 5. cap. 14.* Sed vt latissimi amnes, totis vallibus fluat: ac sibi viam, si quando non acceperit, faciat. Ouid. *4. Fast.*

Tartarea recipi me quoque valle iube.

Vāllĕcŭlă, diminut. {πτυχίς, αὐλών. GALL. *Petite vallée.* ITAL. *Picciola valle.* GERM. Ein thålin. HISP. *Pequeño valle.* ANGL. *A litle valley.*} vt à Vulpes, vulpecula. Fest. tamen valliculam effert per tertiam vocalem.

Vallesco, à vallo, i. vanno; vt vallescere sit omnino excutere.

Vallonia, putabatur dea, quæ vallibus præerat. Sipontinus.

VĀLLVS, i, Firmior palus, cui vitis alligatur, & quo castra muniuntur. {יתד *jathédh* מוט *mot.* χάραξ, ὁ. GALL. *Vn rempart.* ITAL. *Riparo, forte steccato.* GERM. Ein pfal/rebpfal. HISP. *El palo ò baluarte.* ANGL. *A rampyre or bulwark.*} Virg. *1. Georg.*

Exacuunt alij vallos, furcásque bicornes.

Idem *2. Georg.*

Quadrifidásque sudes & acuto robore vallos.

Vāllum, i, Propugnaculum & munitio castrorum, quòd ex vallis, id est, palis fiat. {חל *chel.* χάραξ, ὁ, χαράκωμα, ἔρυμα. GALL. *Vn rempar.* ITAL. *Riparo, forte steccato.* GERM. Ein wall / oder bollwerck mit geschlagenen pfålen. HISP. *El palo ò baluarte.* ANGL. *A trenche to defend an army.*} Cicer. *ad Catonem lib. 15. Epist.* Vallo & fossa circundedi, sex castellis, castrísque maximis sepsi. Idem *in Pisonem*, Vallum Alpium contra ascensum transgressionémque Gallorum. Vallum ducere sæpè Liuius *lib. 7.* Idem *7. ab Vrb.* Vallum scindere dixit Velleius, Vallo prorupto eum receperunt. Legitur & Vallus masculino genere, in eadem significatione. Tibull. *lib. 1. Eleg. 1.*

Non arces, non vallus erat.

Cæsar *3. bell. ciuil.* Erat eo loco fossa pedum quindecim, & vallus contra hostem in altitudinem pedum decem. & alibi sæpè apud eundem. Vallum Varro accepit etiam pro vanno, *1. de re rust. cap. 52.* His tritis, oportet è terra subiectari vallis aut ventilabris, quum ventus spirat lenis: ita fit, vt quod leuissimum est in eo, atque appellatur acus, euannetur foras extra aream. ¶ Valli insigne habet castrensis corona. Gell. *cap. 6. cap. 5. Ibidem*, Vallum curare: & ideo corona donari, &c.

Vāllārĭs, e, quod ad vallum pertinet. {ἐρυμνός. GAL. *Appartenant à rempar.* ITAL. *Pertinente à riparo.* GERM. Das zu einem wall gehört. HISP. *Perteneciente à baluarte.* ANGL. *Perteaning a bulwark.*} vt, Vallaris corona, qua donari solebat, qui primus vallum hostium fuisset ingressus. Liu. *10. ab Vrbe*, Multæ ciuicæ coronæ, vallarésque ac murales conspectæ. Idem *10. bell. Pun.* Qui Imperatores, qui Consules Romanos sua manu occidissent, muralibus, vallaribúsque insignes coronis. ¶ Vallaris corona eadem quæ Castrensis, quæ quidem insigne Valli habet. Gell. *cap. 6. lib. 5.*

Vāllo, as, Munio, firmo. {בצר *bitsér* חזק *chizzék*. ἀποσταυρόω, ἀποχαρακόω, ἀποτειχίζω, ἐρύω. GALL. *Remparer, fortifier, munir & garnir.* ITAL. *Fortificare, cingere con steccato.* GERM. Mit einem wall befestigen/ verbollwercken / verschantzen. HISP. *Fortalescer, cercar de vallado ò palizada.* ANGL. *To inclose and mak a trenche.*} Plin. *lib. 15. cap. 18.* Non castra Punica ad tertium lapidem vallata. Lucan. *lib. 4.* — nullis vallarent oppida muris. Vallare armis, id est, stipare. Valer. Flaccus *1. Argonaut.*

———medióque in crimine patrem
Liquerit, ac inopem nullis vallauerit armis.

¶ Vallare aliquid ratione differendi, est dialecticis argumentis munire. Cic. *1. de Legibus*, Atque hæc omnia, quasi sepimento aliquo vallabit differendi ratione veri & falsi iudicandi scientia, & arte quadam intelligendi quid quamque rem sequatur, & quid sit cuique contrarium. Ius legationis vallatum. Cicer. *de Arusp. respons.* Ius legationis cùm hominum præsidio munitum sit, tum etiam diuino iure est vallatum.

‖Vallisoletum, olim Pintia, *Valladolid*, V.E. Vaccæorum in Hispania, Cancellariæ iuridicæ sedes, & Academia.

Vallis Vmbrosa, monasterium in agro Florentino, intra excelsos Apenninî colles, à S. Ioanne Gualberto Abbate, & illius Ordinis fundatore an. 1070. constructum.‖

Vălŏr, vide *Valeo.*

‖Valua, *Valua*, V.E. regni Neapolitani, in qua quiescit S. Pelinus E. Brundisinus & Martyr.‖

VĀLVÆ, arum, pluralis numeri tantùm, Fores geminas habentes partes in sese coëuntes, ita dictæ quòd introrsum reuoluantur. {דלתים *delathajim.* θύραι, δικλίδες. GALL. *Portes à deux batans, qui s'ouurent en deux parties.* ITAL. *Porte che si aprono in due.* GERM. Thüren/oder thor die zwo fach von einander auffgehn/oder an den creutzfenstern. HISP. *Las puertas que se abren y cierran en dos.* ANGL. *The leafes of a gate.*} Cic. *1. de diu.* In templo Herculis valuæ clausæ repagulis, subitò se ipsæ aperuerunt. Idem *3. Verr.* Hæc alia duce signa, quæ ad valuas Iunonis Samiæ steterunt. Ouid. *1. Metam.*

———dextra læuáque deorum

Atria nobilium valuis celebrantur apertis.
Idem 2. *Metam.*
Argenti bifores radiabant limine valuæ.
Horat. 2. *Serm. satyr.* 6.
——— *quum subitò ingens*
Valuarum strepitus lectis excussit vtrunque.

‖Valuasini, minimi valuasores. L.g.b.‖

Valuli, sunt concauitates in folliculis leguminum, in quas ipsa grana separatim recipiuntur. {λοβοί. GALL. *Petites loges és gousses de feues & semblables, dedans quoy sont les grains chacun à part.* ITAL. *Tauelle, teghe di legumine.* GERM. Die tädlin in den schotten oder schelffen des gemüß/ in welchen ein jedes erbslin oder bönlin besonder ligt. HISP. *Hollejo de la legumbre.* ANGL. *Places in the huskes of beanes where euery graine is conteaned a part.*} Colum. *lib.* 7. *de ouibus tectis*, Singula capita per hyemem rectè pascuntur ad præsepia, tribus hordei, vel fresæ cum suis valuulis fabæ. Festus, Valuuli, fabæ folliculi appellati, &c.

VANDALIA, Βανδαλία, Regio Europæ Septentrionalis, à Vandalo fluuio qui regionem interfluit. {Wendenland.} A qua populi Vandali immanes, ferocissimi, qui paucis antè annis quàm Gotthi Romam caperent, Gallias inuasere: inde in Hispaniam traiecto Pyrenæo, penetrantes, loca circa Bæticam, quæ Vandalia ab eis dicta est, occuparunt. {Die Schwaben oder die Lechthäler vmb Augspurg.}

‖Vandalus. Vandali, Veneti, Fenni, Slaui, vnius gentis appellationes esse quidam putant.‖

Vanellus, auis quædam cirrata. GALL. *Vanneau.*

Vangiones, Populi sunt Galliæ Belgicæ, Coloniæ Agrippinensi finitimi: hodie *Vormacienses.* {Die völcker im bisthumb Wormbß/ oder Wormsergäw.} Lucan. *lib.* 1.
Et qui te laxis imitantur Sarmata bracchis
Vangiones.
Meminit horum Cornel. Tacit. *lib.* 20. & Plin. *lib.* 4. *cap.* 17.

VANNVS, instrumentum latum ex vimine, aliáve materia, quo arcus paleæque post trituram à frumento aut legumine ventilando, & in sublime eiaculando excernuntur. {מזרה *mizréh.* λίκμος. GALL. *Vn van à vanner le grain.* ITAL. *Vn vaglio da vagliare, o criuellare il grano.* GERM. Ein wann. HISP. *La faranda ò harnero.* ANGL. *A fanne, to fanne corne.*} Virg. 1. *Georg.*
——— *& mystica vannus Iacchi.*
Colum. *lib.* 2. *cap.* 21. Ipsæ autem spicæ meliùs fustibus tunduntur, vannis expurgantur. ¶ In eadem significatione legitur & Vallus diminutiua forma: quam vocem Varro à volatu dictam existimat, quòd dum frumenta vanno in sublime iactantur, leuia euolent.

Vanno, is, ere, Acus vel paleas è frumento vel legumine vannis expurgo. {זרה *zaráh.* λικμάω. GALL. *Vanner.* ITAL. *Vagliare grano.* GERM. Wannen. HISP. *Auentar, farandar trigo.* ANGL. *To fanne or winnowe corne.*} Varr. *de re rust.* Vt quod leuissimum est in ea, atque appellatur acus ac palea, vannatur foras extra aream. ¶ Metaphora quadam transfertur quoque ad res obscœnas. Lucilius *Satyr. lib.* 7.
Hunc molere, illam autem vt frumentum vannere cunnis.
Idem *lib.* 6.
Crissauit vt si frumentum clunibus vannat.
Ex Nonio. ¶ Hinc euanno, extra vanno. ἀπολικμάω. Nonius, Euannetur, dictum est ventiletur, vel moueatur: à vanno in quo legumina ventilantur.

VANVS, a, um, propriè est vacuus, siue inanis. {ריק *rek* נבוב *nabub.* κενός. GALL. *Vain, vuide.* ITAL. *Vuoto.* GERM. Lär. HISP. *Vano, vazio.* ANGL. *Vaine, voyde.*} Virg. 1. *Georg.*
——— *sed illos*
Expectata seges vanis elusit auenis.
¶ Ponitur etiam pro stulto & imperito, & à mente vacuo. {כחש *ehecháscb* כזב *ehazáb.* φιλαλάζων. GALL. *Vain, menteur.* ITAL. *Mentitore, sciocco.* GERM. Leichtfertig/liederlich/der mit eitelen dingen vmbgehet. HISP. *Vano, loco.*} Iuuen. *Sat.* 3.
Sic libitum vano, qui nos distinxit Othoni.
Modò pro mendaci, & leuia inaniáque, pro grauibus & veris astutissimè componente. ψευδολόγος, ψευδηγορος. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*
Ni frustrà augurium vani docuere parentes.
Mendax autem propriè dicitur, qui ad decipiendum mentitur. Vnde idem 2. *Æneid.* vtrumque complexus est,
——— *nec si miserum fortuna Sinonem*
Finxit, vanum etiam mendacémque improba finget.
Liuius *lib.* 4. *decad.* 4. Vana ingenia ad tegenda secreta. Ouid. 13. *Metamorph.*
——— *nec vanis credite verbis.*
Liuius 4. *decad.* 4. Quid vani sit in lege docebimus. Ouidius *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*
Vanus vterque locus.
¶ Vani, propriè dicuntur, vt docet Gell. *cap.* 4. *lib.* 18. ex Apollinari, mendaces & infidi, & leuia inaniaque pro grauibus & veris astutissimè componentes, &c. Vanum aliquando dicitur, autore Donato, nec verisimile, nec possibile. Terent. *in Eunuch.* Sin falsum aut vanum, aut fictum est, continuò palam est. Vana fides, id est, falsa. Vanum inceptum, quod frustrà inceptum est. Vana neutrum plurale loco aduerbij, apud Virg. *lib.* 11. *Æneid.*
Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem,
id est, vanè vel inaniter tumentem.

Vanesco, scis, à vaneo, es, quamuis inusitato, In nihilum redigor, euanidus fio. {הבל *habál.* ἀφανίζομαι, φθείρομαι, ἀφανίζω, ματαιόω. GALL. *Deuenir en rien, s'esuanouir, & ne sçauoir qu'on deuient.* ITAL. *Suanire.* GERM. Eiter/oder zu nicht werden. HISP. *Desuanecerse.* ANGL. *To vanish way.*} Cicer. 2. *de Legibus*, Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec manibus vllis elui potest. Plin. *lib.* 18. *cap.* 14. Ne diu iacens atque non concipiens vanescat. Ouid. 3. *Amor. Eleg.* 6.
Carmine læsa Ceres steriles vanescit in herbas.
Idem *Epist.* 1.
Fallar & hoc crimen tenues vanescat in auras.
Hinc Euanesco, de quo suo loco.

Vanitas, atis, Mendacium, fallacitas & leuitas. {ריק *rik* הבל *hébel* אליל *elil* כחש *ehachásch* כזב *ehazáb.* ματαιότης, ψεῦδος. GALL. *Vanité, menterie, chose vaine & de nulle valeur.* ITAL. *Vanità, menzogna.* GERM. Eitelkeit/lugenhafftigkeit/leichfertigkeit. HISP. *Vanidad.* ANGL. *Vanitie, inconstancie, lying.*} Cicer. *lib.* 3. *Offic.* Quòd si vituperandi qui reticuerunt: quid de iis existimandum est qui orationis vanitatem adhibuerunt? Salust. Huic homini minor vanitas inerat, quàm audacia. Tacit. *lib.* 15. Veniam quam ab Imperatore acceperat, vanitate exitus corrupit. Senec. *cap.* 18. *de cons. ad Polyb.* Aliquid (luctus sup.) à nobis natura exigit: plus vanitate contrahitur. Velleius, Turpiter deprehensa eius vanitas. (i. calumnia.)

Vanities, vanitas. Apul.

Vanitudo, inis, idem. {כחש *ehachasch* כזב *chazáb.* ματαιολογία, ψευδολογία.} Plaut. *in Capt.* Pol ego vt rem video, tu inuentus vera vanitudine Qui conuincas.

Vanidicus, adiect. Vaniloquus, mendax. {כחש *ehechásch* כזב *ehazáb.* ματαιολόγος, ψευδολόγος. GALL. *Qui dit choses vaines & de nul profit.* ITAL. *Chi parla cose vane ò false.* GERM. Der eitele oder vnnutze ding sagt/lugenmaul. HISP. *El que habla vanidades.* ANGL. *That speaketh vainely.*} Plaut. *in Trinummo*, Cum probis potius quàm cum improbis viuere vanidicis.

Vaniloquidorus, i, iocosa Plaut. dictio *in Persa.* Vaniloquidorus, virginisuendonides.

Vaniloquus, adiect. Vanos sermones effundens, mendax. {כחש *ehechásch* כזב *chazáb.* στερμολόγος, ματαιολόγος, ψευδηγορος, ψευδολόγος. GALL. *Qui parle choses vaines ou fausses.* ITAL. *Chi parla cose vane ò false.* GERM. Der eitele oder falsche reden treibt. HISP. *El que habla vanidades.* ANGL. *A vaine or false speaker.*} Plaut. *in Amph.* —ergo istoc magis, Quia vaniloquus, vapulabis. Liuius 5. *bell. Maced.* Is, vt plerique, quos opes regiæ alunt, vaniloquus, maria, terrásque inani sonitu verborum compleuit. Silius *lib.* 8.
Quinetiam ingenio fluxi, sed prima feroces,
Vaniloquum Celtæ genus, ac mutabile mentis,
Respectare domos.

Vaniloquentia, æ, Vana & inanis loquacitas. {כחש *cháchasch* כזב *chazáb.* στερμολογία, ψευδολογία, ματαιολογία. GALL. *Parler vain, parolle vaine.* ITAL. *Esso parlar vano, vana parola.* GERM. Eitel geschwätz/fanle nichtsollende redung. HISP. *Obra de hablar vanidades, habla vana.* ANGL. *A vaine speaking.*} Liu. 4. *bell. Maced.* Hac vaniloquentia primùm Arithenum Prætorem Achæorum excitauit. Tacit. *lib.* 3. Id Clutorius in domo P. Petronij, socru eius Vitellia coràm, multísque illustribus, fœminis per vaniloquentiam legerat.

Vano, as, vnico n, Antiquis in vsu fuit pro fallo. {מבחיל *mabhil* רמה *rimmáh* פתה *pittáh.* ψεύδω. GALL. *Tromper.* ITAL. *Ingannare.* GERM. Betriegen/vbertören. HISP. *Engañar.* ANGL. *To beguide or deceiue.*} vt annotauit Nonius, citans illud Accij ex Alcmena, Sic illum vanans in angiportum deduxit. ¶ Vanare pro vanum reddere, & frustrà habere. Accius, Tanta vt frustrando lactans vanans protrahas.

Vapidus, vide *Vapor.*

‖ Vapincum, seu Vapingum, *Gap*, V. E. Vapincensis, Galliæ, sub A. Aquensi.‖

VAPOR, is, & vapos, Humor marinus vel terrenus extenuatus, anhelitus terræ. {איד *edh* נשיא *nasi* קיטר *kitór.* ἀτμός. GALL. *Vapeur, exhalation & fumee montant de la terre en haut.* ITAL. *Vapore, esalatione.* GERM. Ein dampff/dunst. HISP. *Vapor, ò baho.* ANGL. *Vapour or smok rising frome the earth.*} Lucr. *lib.* 5.
Peruolitans permanat odos, frigúsque vapósque.
Cicer. 2. *de natur. deor.* Ipse enim oritur ex respiratione aquarum. Earum enim quasi vapor quidam aër habendus est. Ouid. *lib.* 1. *Metamorph.*
——— *vapor humidus omnes*
Res creat, & discors concordia fœtibus apta est.
¶ Ponitur aliquando pro calore. Col. *lib.* 5. *cap.* 10. Minúsque vaporis æstate per angustum os penetret. Virg. 5. *Æneid.*
——— *lentúsque carinas*
Est vapor, & toto descendit corpore pestis.

Vaporarium, ij, in hypocaustis dicebatur, qua vapor, seu calor erumpebat. {ἀτμιστήριον, καπνοδόχη. GALL. *Le lieu des estuues par où se vuident & sortent les fumées.* ITAL. *Stuffa.* GERM. Ein dampffloch. HISP. *Lugar en el baño para sudar.* ANGL. *A place where the smoke cemeth furth in a stewe.*} Cicer. *Quintio fratri lib.* 3. In balneis hypocausta in alterum apodyterij angulum promoui, propterea quòd ita erant posita, vt eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, esset subiectum cubiculo.

Vaporiferus, a, um, multos emittens vapores. {ἀτμώδης. GALL. *Fumeux, qui rend force vapeurs & fumées.* ITAL. *Che porta vapori, fumoso.* GERM. Das viel dampff oder dunst gibt. HISP. *Cosa que haze baho ò vapor.* ANGL. *That hath many vapours.*} Stat. *lib.* 1. *Syl.* 5.
Siue vaporiferas, blandissima littora, Baias.
Vbi Baias vaporiferas vocat propter aquas calidas, multos exhalantes vapores.

Vaporo, as, aliquando neutrum est, Vaporem emitto. {עשן *haschán.* ἀτμίζω. GALL. *Ietter vapeurs & fumees, se seicher.* ITAL. *Gettar vapore.* GERM. Dempffen/ein dunst von sich lassen. HISP. *Hazer vapor, vaporar, bahear.* ANGL. *To cast or put out vapours.*} Plin. *lib.* 31. *cap.* 2. de differentiis aquarum, Vaporant & in mari ipso, quæ Licinij Crassi fuere. ¶ Aliquando actiuum est, & pro suffire ponitur. ἀναθυμιάω. Virgil. *lib.* 11. *Æneid.*
Succedunt matres, & templum thure vaporant.
¶ Vaporare, pro Calore temperare. Horat. 1. *Epist.* 17.
——— *sed vt veniens dextrum latus aspiciat sol,*
Læuum discedens curru fugiente vaporet.
Deinde subiungit, Temperiem laudes, &c. ¶ Aliquando pro arefacere, exugere. Plin. *lib.* 12. *cap.* 16. Quòd solidiores glebas diutiùs sustineat, suspendat, vt ex solibus æstiuis vaporatæ resoluantur.

Vaporatio, nis, verbale, Vaporis excitatio. {ἐξάτμισις, ἀναθυμίασις. GALL. *Vaporation ou euaporation, sortie de vapeurs ou eleuement.* ITAL. *Vscita di vapore*

vapore di qualche cosa. GERM. Dempffung. HISP. *Aquella obra de vaporar ò bahear.* AGNL. *Euaporation, casting or putting forth of vapours.*} Plin. *lib.*28. *cap.* 4. Perfundere caput aqua calida ante balnearum vaporationem, & postea frigida, saluberrimum intelligitur. Gell. *lib.*19. *cap.*5. Quum aqua frigore aëris duratur & coit, necessum est fieri vaporationem, & quandam quasi auram tenuissimam exprimi ex ea, & emanare.

Vaporosus, a, um, vaporum plenus.

Văpĭdŭs, a, um, Plenus vapore, vel multos emittens vapores. {ἀτμώδης. GALL. *Fumeux ou euaporé, qui iette force vapeurs.* ITAL. *Che getta molti vapori, pieno di vapori.* GERM. Dempfig/das vol dampffs ist. HISP. *Lleno de vapores, quo haze baho ò vapor.* ANGL. *Full of vapours.*} Persius *Satyr.*5.

———Veientanúmque rubellum
Exhalat vapida læsum pice sessilis obba?

¶ Vapidum pectus per translationem, apud eundem *eadem Satyr.* Sin tu quum fueris nostræ paulò antè farinæ, Pelliculam veterem retines, & fronte politus, Astutam vapido seruas sub pectore vulpem. id est, veterum vitiorum pleno, & pristinas fraudes redolente.

Vapidè, Aduerbium. Vapidè se habere solebat dicere Augustus pro Malè se habere. Suet. *in eius vita cap.*87.

VĂPPĂ, æ, Vinum fugiens, cuius vis omnis euaporauit, adeò vt & saporem amiserit & odorem. Plauto iocosè vinum edentulum. {ἐκτροπίας, ἐξεστηκὼς οἶνος. GALL. *Vin poussé & corrompu.* ITAL. *Vino suanito.* GERM. Verdorbener wein/bey dem weder geschmack noch krafft ist. HISP. *Vino desuanecido y sin sabor.* ANGL. *wine that hath lost the vertue.*} Plin. *lib.* 14. *cap.*20. Vitiúmque multo quibusdam in locis sponte feruere: qua calamitate quum deferbuit, perit sapor vappæque accipit nomen. Hor. 2. *Serm. sat.*3.

Qui Veietanum festis potare diebus
Campana solitus trulla, vappámque profestis.

¶ Per translationem ponitur pro homine ignauo, deside, inerte, & in quo nihil sit industriæ aut solertiæ, ἐξίτηλος. Horat. 1. *Serm. satyr.*

———non ego auarum
Quum veto te fieri, vappam iubeo, aut nebulonem.

‖Vappo, nis, animalculum volans è vappâ, muscio dictus. Salmas. ‖

VĀPŬLO, as, Verberor, cædor. {נִלְקָה *huchcháh* נִלְבַּט *nilbát.* τύπτομαι, μαστιγοῦμαι. GALL. *Estre batu.* ITAL. *Esser battuto.* GERM. Geschlagen werden. HISP. *Ser herido ò azotado.* ANGL. *To be beaten.*} Propert. *lib.*2. *Eleg.*

Non ego, sed tenuis vapulat vmbra mea.

Cælius *ad Cicer. lib.*8. Susurrationes duntaxat veniunt: alius equidem perdidisse, quod opinor certè factum esse, alius septimam legionem vapulasse. Plautus *Asin. in fine,* Si virtutis deprecari huic seni ne vapulet. (ab vxore sup.) Idem *Amphitr. sc.*1. *a.*1. *& sc.*3. *a.*4. *& sc.*4. *a.*4. Tu vapula. Idem *Mostell. sc.*3. *a.*1. Ne eius caussa vapulem tibi assentabor. Idem *Asin. sc.*4. *a.*2. Vapula. M. Id tibi quidem fiet vt vapules. Idem *Curc. sc.*4. *a.*4. Vapulare ego quidem te vehementer iubeo ne me territes. (contemnentis alterum & minitantis.) Idem *Pseud. sc.*1. *a.*1. Sub Veneris regno vapulo, non sub Iouis. Idem *Mostell. sc.*3. *a.*1. Si illi dixeris, Ecastor vapulabis. Idem *Curc. sc.*3. *a.*1. Vapulando & somno pereo. Idem *Aulul. sc.*3. *a.*3. Pro vapulando abs te mercedem peram. *Ibid.* Coctum, non vapulatum conductus fui, &c. Quintil. Vapulare fustibus.

¶ Vapulare sermonibus, est oblocutionibus sugillari. Cic. *ad Atticum lib.*2. Qui quum se omnium sermonibus sentiet vapulare, & quum has actiones, &c.

Văpŭlāris, idem quod verbero, hoc est, qui continuè vapulat, vt apud Plaut. *in Pers.* μαστιγίας.

‖Varadinum, *Varadin*, V. E. Hungariæ Transdanubianæ, sub A. Colociensi. ‖

Varæ, apud Vitruu. *lib.*9. de ariete machina, Supráque compegit arrectariis & iugis varas. χηλὰς vocat Athenæus.

Vārdŭlī, οὐαρδοῦλοι Ptol. Hispaniæ citerioris populi, in conuentu Cluniensi: quorum meminit Plin. *lib.*3. *cap.*3.

‖Vargus, vide *VVargus.*‖

Varico, Varicosus, Varicus, vide *Varices.*

VĀRĪ, qui introrsum pedes, vel crura obtorta gerunt. {ῥαιβοί. GALL. *Qui ont les iambes tortes en dedans.* ITAL. *Chi hanno le gambe torte.* GERM. Scheiggend / der krumme schenckel hatt. HISP. *Esteuados de piernas que buellan hazia dentro.* ANGL. *That goeth wide or straddling.*} Horat. *lib.*1. *Serm. Satyr.*3.

———hunc Varum distortis cruribus, illum
Balbutit Scaurum prauis fultum malè talis.

¶ Vnde varum frequenter pro obtorto accipitur. Persius *Satyr.*4.

———Et non fallit pede regula varo.

¶ Vatij autem dicuntur quibus in exteriorem partem crura pedésve flectuntur. Varr. *lib.*1. *de re rustic. de canibus,* Cruribus rectis, ac potius varis, quàm vatiis. Hinc Vatiarum, & Vatinianorum cognomina fluxerunt, quòd pedibus essent vatiosis Senec. *in quadam Epist.* Seruilius Vatia latêre sciebat, non viuere. ¶ Valgi autem sunt, qui diuersas suras habent, hoc est, ambas introrsum intortas: cuiusmodi lacertarum pedes sunt. βλαισοί. Plaut. *in Milite,* Aut varum, aut valgulum, aut compernem, &c. ¶ Hinc valgum suauium, id est, intortum. Idem *in Milite,* Maiorem partem videas valgis suauiis. A qua fortasse similitudine instrumentum quoddam rusticum ad areas complanandas, Valgium Plin. appellat *lib.* 17. Seritur (inquit) mense Aprili, area æquata cylindris aut valgio, aliàs densum. Alioqui & sermo agrestis valgiare vsurpat hodie pro eo quod est pauire, coæquaréque. Omnino id ferè videatur esse quod Cato ait, Comminuito terram, & cylindro, ac pauicula coæquato. Id Campania certè haberi genus id testatur tali specie, quali sunt suræ duæ in diuersum collocatæ, quo vt cylindro, supplanantur areæ. Varæ manus, incuruæ, Ouid. *lib.*9. *Metam.*

———tenuique à pectore varas
In statione manus.

Sic varum brachium à Martiale dictum *lib.* 7. Vara nec iniecto certamine brachia tendis. Varus genius apud Persium *Satyr.*6. ¶ Sunt item Vari, tubercula exigua & dura in facie, quos ἴονθους Græci appellant. Plin. *lib.* 13. Contra serpentium ictus trita drachmis duabus bibitur: vitia cutis in facie, varósque, & lentigines, & sugillata emendat, & cicatrices.

VARĪCĒS, generis masculini. Sunt venæ plus æquo intumescentes, in temporibus, in ventre, in testibus, in inguine, & potissimum in cruribus, quas Plin. *lib.*11. *cap.*45. in cruribus viro tantum, mulieri rarò, præ nimio labore nasci asserit. {ἰξίαι, κιρσοί. GALL. *Veines de la cuisse ou de la iambe & autre lieu pleines de sang melancholique.* ITAL. *Vene delle coscie, & delle gambe piene di sangue.* GERM. Grosse auffgeblasne blutader. HISP. *Venas retorcidas en las piernas llenas de sangre.* ANGL. *Bodden vaines in the leges and thighes.*} Cic. 2. *Tusculan.* Quum varices secabantur C. Mario dolebat. Horatius, Varice succiso. Apud Senec. *Epist.*78. legitur in fœminino genere, Dum (inquit) varices execandas præberet. Quintil. Velandarum varicum gratia, Cic. rogam ad calceos dimittebat. ‖ ¶ Varices à Papia exponuntur venæ surarum: item lepræ minutæ. ‖

Vărĭcōsus, qui huiusmodi venas tumidiores habet. {κιρσώδης, ἰξιώδης. GALL. *Qui a les veines des cuisses ou iambes pleines de sang melancholique.* ITAL. *Chi ha le vene delle coscie ò delle gambe tanto piene di sangue maninconico, che pare che si rompano.* GERM. Der grosse auffgeblasene blutader hatt. HISP. *Cosa que tiene aquellas venas.* ANGL. *That hath bodden vaines in his leges, and thighes.*} Auicenna autor est, varices accidere cursoribus, & onera baiulantibus, & diu stantibus. Inde est illud Iuuenal. *Satyr.*6.

———Varicosus fiet aruspex.

ex diuturna scilicet statione.

Vārico, as, seu varicor, aris, deponens, secunda syllaba correpta, Crura in diuersas partes extendo. {διαβαίνω, ἢ διΐστημι τὰ σκέλη. GALL. *Marcher tortuement & entr'ouurant trop les iambes.* ITAL. *Hauer le gambe torte.* GERM. Schreggen/mit den schenckeln krumm von einander gritten. HISP. *Andar çancajeando.* ANGL. *To straddle.*} Tractum ab iis qui natura vari sunt, cruráque habent extrorsum intorta, ideóque quàm longissimè à se inuicem distantia. Quintilian. *lib.*11. *cap.*3. de gestu pedum. Varicare supra modum, & in stando deforme est, & accedente motu propè obscœnum.

Vārĭcŭlă, æ, diminutiuum. κιρσίδιον. Celsus *lib.*5. de curationibus vlcerum, Si varicula intus est, quæ sanari prohibet, ea quoque excidenda.

Vārĭcŭs, a, um, {ὁ κιρσοὺς ἔχων, κιρσώδης. GALL. *Qui marche tortuement.* ITAL. *Chi ha le gambe torte, che anda tortamente.* GERM. Schiehgend. HISP. *Que anda çancajeando.* ANGL. *That straddleth.*} Qui ampliore passu incedit. Ouid. 3. *de Arte,*

Illa velut coniunx Vmbri rubicunda mariti
Ambulat ingentes varicâ, fértque gradus

Vārĭcĭtŭs, aduerbium, idem est quod cruribus diuaricatis, diuisísque. ῥαιβῶς. Apuleius *lib.*1. Varicitus super faciem meam residentes, vesicam exonerant.

VĀRĬVS, a, um, Dissimilis, dispar, diuersus, multiplex, multiformis. שָׁנֶה *schonéh.* πολύχους, πολύχρους, ποικίλος. GAL. *Bigarré de diuerses couleurs, diuers.* ITAL. *Variato con diuersi colori.* GERM. Mancherley/abgetheilt mit farben/vilerley. HISP. *Cosa de diuersos colores.* ANGL. *Diuerse, of sundrie sortes.*} Ter. *in Eunuch.*—ita visus est dudum, quia varia veste exornatus fuit. Varius incertúsque agitabatur, i. animi dubius. Salust. *Iugurth.*111. Virg. 4. *Æneid.*

———varium & mutabile semper
Fœmina.

Idem 5. *Æneid.*

———ceu nubibus arcum
Mille trahit vario aduersos sole colores.

Idem 2. *Æneid.*

———vt te post multa tuorum
Funera, post varios hominúmque, vrbísque labores
Defessi aspicimus.

Cic. 1. *Academic.* Plato varius & multiplex & copiosus fuit. Plutarch. *in Opuscul.* Varia vulpes sed intus: vt foris Pardus. Sueton. *in Tiber. cap.* 33. Varius princeps. Lamprid. *in Heliogab.* sub initium: Varius dictus Heliogabalus, quòd vario semine (id est, meretricio) natus sit. Senec. *cap.*10. *de consol. ad Mart.* Varia & libidinosa fortuna. Plaut. *Milit. sc.*2. *a.*2. Nisi quidem hîc agitari mauis varius virgis, &c. Liu. *lib.*2. *ab Vrbe,* Ibi varia victoria, & velut æquo Marte pugnatum est. Variæ vuæ fiunt, quum ad maturitatem perduci incipiunt, & colorem mutant. Cato *cap.*37. Vbi vuæ variæ cœperint fieri bubus medicamentum dato quotannis vti valeant. ¶ Varius præterea dicitur, qui in facie distinctus est. Vnde iocus. Cic. apud Quintilian. *lib.*6. *cap.*4. in Isauricum, Miror, quid sit, quòd pater tuus homo constantissimus, te nobis varium reliquit. ‖¶ Varius, piscis. GERM. Vòre/vôrer/vòret/ à vario colore. ANGL. *Burntrout,* quasi varia trutta. vide *Trutta.*‖

Vārĭē, aduerbium, Variis modis. {ποικίλως. GALL. *En diuerses sortes, diuersement.* ITAL. *Diuersamente, in diuersi modi.* GERM. Mancherley weis. HISP. *Diuersamente, de muchas maneras.* ANGL. *Diuerslye, in diuers fortes.*} Plin. *Epist.* 104. Variè me affecerunt literæ tuæ, nam partim læta, partim tristia continebant. ¶ Variè decernere, & Coniunctis sententiis, contraria. Cicer. 6. *Verr.* Postea decernitur ac non variè, sed propè coniunctis sententiis, vt laudatio quæ C. Verri decreta esset, tolleretur.

Vārĭæ, Ex genere sunt pantherarum, ita dictæ à macularum varietate, quibus sunt spectabiles. παρδάλιος. Plin. *lib.*8. *cap.*17. Nunc varias, & pardos, qui mares sunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Africa, Syriáque.

Vārĭo, as, Distinguo, muto, varium siue diuersum facio. {שִׁנָּה *schinnéh* הֶחֱלִיף *hecheliph* הִבְדִּיל *hibdil* הִפְרִיד *hiphrid.* παραλλάττω, ἀλλοιόω. GALL. *Varier, bigarrer, changer.* ITAL. *Variare, far vario & diuerso.* GERM. Mancherley machen/ verendern/ abwechseln. HISP. *Diuersificar en colores, discordar en qualquier modo.* ANGL. *To mak diuerse, to change.*} Plinius *Epist.* 161. Laborem otio, otium labore variare. Martial. *lib.*8,

Non ego prætulerim Babylonica picta superbè
Texta, Semiramia quæ variantur acu.

Ouid.

Ouid.*lib.2. Metam.*

Non erat huius opus lanam mollire trahendo:
Nec positu variare comas.

Idem 2.*de Remed.*

Nam quoties variant animi, variabimus artes.

Virg.*lib.9. Æneid.*

Discurrunt variántque vices, fusique per herbam
Indulgent vino,&c.

Velleius,Variare aliquid ex solito. Liuius *lib.2.ab Vrb.*Variare sententias. Cicer.*pro Milon.*Variante sententia. Suet.*in Aug.cap.98.* Variante morbo, infirmus intestinis. Liuius *lib.7. ab Vrb.* Non variatum comitiis est,quin cum Manlio Censor Martius crearetur.Velleius,Variatum præliis. ¶ Variare consulatus,pro variè gerere. Sueton.*in Neron. cap.13.* Consulatus quatuor gessit, &c. reliquos inter annua spatia variauit. ¶ Ponitur aliquando pro varia trado, dissentio. Liu.*lib.7. bell. Punic.* Multos circa vnam rem ambitus fecerim,si quæ de morte Marcelli variant autores, omnia exequi velim. ¶ Legitur & absolutè pro eo quod est, sibi dissimilem esse, & modò hoc, modò illo modo se habere. {שנה *schanáh.*} Cels. *lib.3.* Non in iis solùm in quibus semper ita se habet, sed in iis quoque in quibus variat. ¶ Variare, aliquando est rem ambiguam esse. Liu.*9.ab Vrbe*,de suffragiis,Ibi si variaret,quod rarò incidebat, vt secundæ,&c.

Văriātŭr, impersonale. Liu. *lib.2. bell. Pun.* Ibi quum sententiis variatur, &c.

Văriāns, participium. {משנה *schonéh.* ὁ ποικίλλων. GALL.*Variant, changeant.* ITAL.*Variante,cambiante.* GERM.Verendert in mancherley gestalt. HISP.*Diuersificato en colores.* ANGL.*That is diuerse frome another.*} Plin. *lib.4.cap.2.* Vix vlla magis tam denso vuarum partu impatiens variantis cæli,hoc est,inconstantis cæli,& modò hoc,modò illo modo se habentis. Variantes adhuc, & acerbæ vuæ, apud Columell.*lib.4. cap.10.* hoc est, nondum nigræ, sed colore adhuc vario, qualis solet esse vuis immaturis.

Văriātim,aduerbium,Diuersimodè,variè,diuersis modis. {πεποικιλμένως, ποικίλως. GALL. *En diuerses sortes.* ITAL. *In diuerse sorti.* GERM. Auff vilerley weis/anderst vnd anderst. HISP. *En diuersas maneras.* ANGL. *Diuerslie.*} Gell. *lib.5. cap.12.* Ve enim particula quæ in aliis, atque aliis vocabulis variatim per has duas literas, quum altera media immissa dicitur.

Variatio. Liu.4.*d.*3. Eosdem consules sine variatione vlla cæteræ Centuriæ dixerunt.

Văriĕgātŭs,Variis picturis distinctus, exornatúsque. ποικιλος. *Variegare* enim est variare, & varietate distinguere.ποικίλλειν.

Văriĕtās, atis, propriè est variatio & dissimilitudo colorum: quamuis & ad alia transferatur. {ποικιλία.GALL.*Varieté,diuersité,bigarrure.*ITAL. *Varietà, diuersità, dissimilitudine di colori.* GERM.Manigfaltigkeit/vnderscheid. HISP.*Diuersidad.* ANGL.*Varietie, diuersitie.*} Plin. *lib.8. cap.30.* Oculis mille varietates esse,colorúmque mutationes. Cic.*7.Verr.* Neque hoc prouiderim, vt varietate criminum vos attentos haberem. Idem *2.de finib.* Varietas enim Latinum verbum est,idque propriè quidem in disparibus coloribus dicitur, sed transfertur in multa disparia. Varium poëma,varia oratio,varij mores,varia fortuna. Voluptas varia etiam dici solet,quum percipitur ex multis dissimilibus rebus,dissimiliter efficientibus voluptates. Quint. *lib.1. cap. 12.* Reficit animos ac reparat varietas. Idem *lib.9.cap.1.* Gaudent enim res varietate. Senec. *cap.1.de tranq.* Varietate macularum conspicua mensa. Apud antiquissimos etiam variantia lectum fuit in eadem significatione:vt annotauit Nonius. Lucil.*lib.3.*

Principijs vnde hæc oritur variantia rerum.

¶ Varietates. Maculæ illæ subrubræ quæ hyeme contrahuntur, quum crura ad ignem propiùs admouentur. Plin.*lib.20.cap.9.* Flos bulborum tritus crurum maculas varietatésque igne factas emendat.

‖Variola, pustulæ, quibus cutis fit varia.‖

Vărĭŭs,nomen poëtæ Tragici,Virgilij & Horatij amicissimi,vnius ex iis, quibus Virgilij Æneis commissa est emendanda.Meminit eius aliquoties. Horat.*in Sermonibus.*

‖Varmia, *VVarmerlandt*, Prussiæ Regalis prouincia, sub ditione Regis Poloniæ.

Varri, furcæ venatoriæ. Cerda.‖

Varrones, duri & σκληροὶ homines, quos Aristophanes *[illegible]* vocat. Lucilius,

Varronum ac rupicum squarrosa incondita rostra. Festus.

Vărŭs Quintilius, Nobilis Romanus, qui ab Augusto Germanico exercitui præfectus, ab Arminio dolo circumuentus est, & cum tribus legionibus interfectus. Huius mortem deflet Horat. ad Virgil. scribens, *lib. 1. Carm.* Aliquoties eius meminit & Maro, præsertim *6. & 9. Eclog.*

Varus, fluuius est Galliam Narbonensem à Liguria diuidens, à tortuosis aluei mæandris ita appellatus. Vide Strab. *lib.4.* ¶ Varus Persius posuit pro varius,geminos horoscope varo Producis genio,id est,vario & dissimili.

Vărro, Βάῤῥων, Senator Romanus fuit, Ciceronis æqualis, non immeritò à Quintiliano Romanorum omnium eruditissimus appellatus: vt qui plurimos doctissimósque scripserit libros, peritissimus linguæ Latinæ, & omnis antiquitatis,& rerum Græcarum, nostrarúmque: plus tamen scientiæ collaturus quàm eloquentiæ. Eius laudes Plutarch. persequitur *in Romul.*Cornutus *in Persium,Satyr.5.*Varrones stultos dici putat, eámque ob causam etiam seruos militum Varrones dici scribit, quòd vtique sint stultissimi. Arbitror autem vocem Varro, idem esse quod Baro, de qua suprà in dictione *Baro.*

Vās, vasis, gen.neutr. & tertiæ declin.in plur. num. secundæ, Pro instrumento ad aliquid capiendum idoneo. {כלי *cheli.*σκεῦος,ἀγγεῖον.GALL. *Vase, vaisseau.* ITAL.& HISP. *Vaso.* GERM. Ein geschirr/gefeß. ANGL. *A vessell.*} Cicer.*1.Tuscul.* Nam corpus quidem quasi vas est,aut aliquod animi receptaculum.Idem *pro Mur.*At ille exposuit vasa Samia.Horat. *1.Epist.2.*

Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit.

Idem *1.Serm.satyr.3.*At nos virtutes ipsas inuertimus: atque Sincerum cupimus vas incrustare. Vasorum appellatio generalis est. Dicimus enim vasa & vinalia,& naualia,inquit Vlp.*de aur.& arg.leg.l.si gemma.* Cic. *6. Verr.* Erat etiam vas vinarium ex vna gemma prægrandi trulla excauata cum manubrio aureo,&c. Plaut. *Men. sc.6. a.5.* In tabernam vasa & seruos collocauit.*Ibid.sc.7.a.5.* Vasa & argentum tibi referam. Plaut.*Amph.* Tu purgari iusseras vasa, vt rem diuinam faceres. Idem *Aulul.sc.2.a.1.* Quæ vtenda vasa vicini rogant. ¶ Vasa pudenda,genitalia, τὰ αἰδοῖα, testes. Planc.facio quod mœchi non solent, salua vasa domum refero. Sæpe enim mœchis virilia amputabantur. Inde Vasatus,mutoniatus. Lampridius *in Heliogabalo*,Romæ denique nihil aliud egit, nisi vt emissarios haberet, qui ei bene vasatos perquirerent. Alij *nasatos* malè legunt.Nam à naso fit *nasatus*,& quæ de balneis dicuntur à Lampridio conuincunt sic legi oportere.

Vāsum,i,etiam in secundo flexu dixerunt Cato,& alij antiqui,vt autor est Gell.*lib.13. cap.23.* Plaut.*in Trucul.* Aut aliquod vasum argenteum.

Vāscŭlum, & Vasillum, dimin. {σκευάριον. GALL.*Vn vaisselet, petit vaisseau.* ITAL. *Vasetto.* GERM. Ein geschirrlin. HISP. *Pequeño vaso.* ANGL. *A litle vessell.*} Cato *cap. 111.* Si voles scire in vinum aqua addita sit, nécne,vasculum facito de materia hederacea. Quintilian. *lib.1. cap.2.* Nam vt vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt, sensim autem influentibus, vel etiam instillatis complentur: sic animi puerorum quantum accipere possint, videndum est. Plaut. *Aulul.sc.5. a.1.* Vascula intus purga atque elue.

Văsārĭum,ij,vt vestiarium, calcearium: h.e. vasorum supellex. {σκευῶν. GALL. *Vn buffet, ou la vaisselle qui y est.* ITAL. *Scancia, rastello.* GERM. Geschirr/haußradt/silbergeschirr. HISP. *Vasar donde se ponen los vasos.* ANGL.*A cupchord,or wher vessell is keept.*} Cic.*in Pis.*Nónne sestertium centies & octogies,quod quasi vasarij nomine in venditione mei capitis adscripseras, & ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti? ¶ Vasarium prætera dicebatur,quod magistratibus in prouincias euntibus publicè dabatur,vt muli,equi, vasa, & reliqua, quæ magistratus instrumentum complerent, & ipsa etiam pecunia, quæ viatici nomine numerabatur. Vide Bud.*in Com.de Asse.*

Vascæ tibiæ apud Solinum,quæ mumero foraminum præcentorias præcedunt, id est, phonascæ.

Văscŭlārĭŭs,ij,qui vasa conficit aurea,& argentea. {σκευοποιός.GALL.*Qui fait vaisselle,soit d'or,soit d'argent.*ITAL.*Orifice da vasi d'oro ò d'argento.* GERM.Ein Goldschmid/ der Silber/ oder Guldine geschirr macht. HISP. *El platero que haze vasos.* ANGL.*That maketh vessell is of syluer or gold.*} Sunt enim inter aurifices vascularij, cælatores, inauratores, bractearij. *In l.apud Labeonem,de præscriptis verbis*, Si quum emere argentum voles, vascularius ad te detulerit,&c. Cicer.*6.Verr.* In regiam maximam palàm artifices omnes cælatores, ac vascularios conuocari iubet, ipse suos complures habebat.

Văs, vădis, Sponsor est sistendi aliquem in iudicio, siue publico, siue priuato. {ערב *horéb.* ἐγγυητὴς,ὅμηρος. GALL. *Pleige.* ITAL.*Sicurtà.* GERM. Bürg. HISP.*Fiador.* ANGL. *A pledge.*} Varro *lib.4. de ling.Lat.* Vas, inquit,appellatus est, qui pro altero promittebat vadimonium. Porphyr. Vades,inquit,sponsores dici notum est: quòd qui eos dederit, vadere, id est, discedere interim possit. Hor.

Ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem est,
Solos felices viuentes clamat in vrbe.

Liu.*9.d.4.*Vades deserere. Et Gell.*cap.10.lib.16.*Et Vades,& Subuades, & Sanates,& Assidui,& Proletarij,&c. Antiqui etiam in nominatiuo dicebant Vadis.

Vadimonium, Vador, aris, vide sup.suo loco.

Vasallus,‖vel vassallus in ll.Longobard.‖cliens fiduciarius.

Vasātæ, fœmin. gen. plur. num. Vrbs Galliæ Narbonensis. Paulinus *ad Ausonium,*

Quique superba tua contemnis mœnia Roma
Consul, arenosas non dedignare Vasatas.

Văscŏnĕs, οὔασκωνες, vulgò *Gasconi*, populi citerioris Hispaniæ, quæ in Gallicum & Britannicum Oceanum vergit, ad Pyrenæum positi. Hi à Metello Romanorum duce obsessi,in tantam famem compulsi sunt, vt humana carne vescerentur. Iuuen.*Satyr.15.*

Vascones (vt fama est) alimentis talibus vsi
Produxere animas.

‖Vasconia,*Gascoigne*,olim Aquitania,& Nouempopulania, sic dicta à Vasconibus Pyrenæorum populis, quos deuictos Ludouicus Pius Imp.in plana Nouempopulaniæ deduxit.‖

Vasio, nis, οὐασίων Ptolemæo, oppidum Vocontiorum, in Gallia Narbonensi: cuius meminerunt Plin.*lib.3. cap.4.* Pompon. *lib. 2.* & Ptolem. *lib.2. cap.10.*

Văstŭs,a,um,Valde magnus,immensus,immanis. {רב *rab* גדול *gadhól* רחב *rachab.* ἀχανὴς, ἀμετρήτος. GALL.*Grand ou large outre mesure,desmesuré,excessif.*ITAL.*Grande ò largo oltra misura.* GERM. Vberauß weit/groß. HISP.*Grande,espacioso,profundo.* ANGL.*Broade,wide and large beyonde measure.*} Virg.*lib.3. Æneid.*

———vastúmque caua trabe currimus æquor.

Idem *lib.1. Æneid.*

———hic vasto Rex Æolus antro
Luctantes ventos, tempestatésque sonoras
Imperio premit.

Idem *5.Æneid.*

———Vastos quatit æger anhelitus artus.

Cic.*1.de diuin.* Tum visam beluam vastam & immanem,circumplicatam serpentibus,&c. Virg.*lib.10. Æneid.*

Talis se vastis infert Mezentius armis.

Ouid.*Eleg.10. lib.3. Trist.*

Miscetur vasto multa per ora freto.

Idem *13.Metam.*

Nec clypeus vasti cælatus imagine mundi.

Plaut.*Amphit.*Quis tam vasto impetu has fores toto conuolsit cardine. ¶ Aliquando ponitur pro deserto,& vastato. {שומם *schomém.*ἔρημος. GAL.*Desert,gasté,& destruit.*ITAL.*Disertato,rouinato.*GERM.Od/wüst. HISP.*Destruydo,desierto,despoblado.*} Accius *apud Nonium*,Hanc vrbem ferro vastam facit.

Vāstĭtās, atis, Immensitas, nimia magnitudo. {גדרוב ghódbel רוב roб. μέγεθος, ἀμετρία. GALL. Grandeur & estendue desmesuree. ITAL. Grandezza smisurata. GERM. Ein vbermässige grösse. HISP. Grandeza demasiada. ANGL. Broadnesse and excessiue widenesse.} Col. lib. 3. Pari tamen in hac terra vatistate belluas progenerari, quis neget? id est, pari magnitudine. Et lib. 5. Sed quum sim professus rusticæ rei præcepta, ni fallor, non asseueraueram quæ vastitas eius scientiæ contineret. ¶ Accipitur aliquando pro populatione, vastatione & solitudine. {שממה schemamáh (vel) schimamah חרבה chorbáh (vel) chorabáh. ἐρημία, πόρθησις. GALL. Destruction & despeuplement de pays, desgast & pillement. ITAL. Destruttione. GERM. Verwüstung oder einöde. HISP. Destrucion, obra de destruyr ò yermar.} Cic. in Catilinam, Tecta vrbis, vitam ciuium, Italiam denique totam ad exitium, & vastitatem vocas. Senec. cap. 14. de consl. ad Polyb. Vastitas familiæ concidentis super triumphum.

Vāstĭtūdo, inis, idem, sed antiquum. Cato rei rust. cap. 141. Vti tu morbos visos, inuisósque, viduertatem, vastitudinem, calamitates, intemperiásque prohibessis. Gell. cap. 14. lib. 5. Vastitudo leonis.

Vāstĭtiēs, ei, idem, sed & ipsum vetustum. Plaut. in Pseud. scen. 1. act. 5. Harum mihi voluptatum omnium, atque itidem tibi Distractio, dissidium, vastities venit. Apuleius, Cui in primis tanti corporis vastities horrori fuit.

Vāstē, aduerb. {ἀχανῶς, ἀζέλως. GALL. Grandement & largement, desmesureement, excessiuement. ITAL. Eccessiuamente, smisuratamente. GERM. Vbergrößlich. HISP. Sin medida, excessiuamente, grandemente. ANGL. Brodelie, excessiuelie.} Cicer. lib. 3. de Orat. Sic maiores non asperè, vt ille, quem dixi, non vastè, non rusticè, non hiulcè, sed pressè, & æquabiliter, & leniter.

Vāstĭfĭcus, a, um, quod vastitatem affert. {משם meschém מחריב macharib. ἐρημικός, ἐρημωτικός. GALL. Qui pille & gaste tout. ITAL. Guastatore, struggitore. GERM. Verwüstung/das wüst/oder öd macht. HISP. Destruydor, gastador. ANGL. That wasteth and spoileth.} Cicer. 2. Tusculan. ex vetusto quopiam Poëta, Erymanthiam hæc vastificam abiecit belluam.

Vāsto, as, Populor, destruo, perdo, deripio, vastitatem infero. {שדד schadhádh השם heschém. πορθῶ, δηιῶ, διαδοξωμένω. GALL. Gaster & destruire, mettre en desert. ITAL. Struggere, guastare, disertare. GERM. Verwüsten/verhergen. HISP. Destruyr, ò yermar. ANGL. To destroye, to make as it were a desert and wildernesse.} Cæs. 1. bell. Gall. Agri vastari, liberi eorum in seruitutem abduci, &c. ¶ Vastant agros cultoribus, dixit Virg. lib. 8. Æneid. hoc est, abducendo cultores agrorum, eos vastos, & desertos efficiunt. Brutus ad Cicer. lib. 11. Decursionibus per equites, quos habet multos, vastat ea loca in quæ incurrerit. Cicer. ad Atticum lib. 9. Primum consilium est, suffocare vrbem & Italiam fame: deinde agros vastare, vrere, pecuniis locupletum non abstinere. Liu. lib. 3. bell. Punici, Vastare omnia ferro & incendiis. Virg. lib. 4. Georg.

Omnia nam latè vastant, &c.

Cic. Attic. lib. 8. Homo magis ad vastandum, quàm ad vincendum paratus. Tibull. lib. 4.

Atque duæ (zonæ) gelido vastantur frigore semper.

Idem de Coma Beren. Vastatum fines iuerat Assyrios.

Vāstātŭs, a, um. {שדוד schadhúdh. ἠρημωμένος, λελωβημένος. GALL. Pillé, gasté, & destruit. ITAL. Guasto, struggito. GERM. Verwüst/verhergt/öd gemacht. HISP. Destruydo, ò yermado. ANGL. Destroyed.} Cic. pro Sextio, Lex erat lata, vastato atque relicto foro.

Vāstātio, nis, verb. Depopulatio. {שד schod. πόρθησις. GALL. Destruction & degast, ou degastement. ITAL. Distruzione, rouina. GERM. Verwüstung. HISP. Obra de destruir ò yermar. ANGL. Destruycion, desolation.} Liu. 7. ab Vrbe, Accessit ad eam cladem & vastatio Romani agri.

Vāstātŏr, is, Populator. {שדד schodhédh. πορθητής. GALL. Gasteur & destruiseur. ITAL. Gastatore, struggittore. GERM. Ein verwüster/verherger. HISP. Destruydor, ò yermador. ANGL. A destroyer.} Ouid. 9. Metam.

Nec mihi Centauri potuêre resistere, nec mi
Arcadiæ vastator aper.

Vāstātrīx, verbale, fœm. {שודדת schodhédheth. ἡ λυμάντειρα, πορθήτειρα. GALL. Gasteresse, destruiseresse. ITAL. Guastatrice, struggitrice. GERM. Verwüsterin. HISP. Destruydora, ò yermadora. ANGL. She that destroyeth.} Senec. Epist. 96. Luxuria terrarum marísque vastatrix.

Vāstēsco, is, ere, Populari, & vastum fieri. {שדד schudhádh. διαδοξωθῆναι. GALL. Estre gasté, ou se gaster. ITAL. Esser guasto, guastarsi. GERM. Wüst vnd öd werden. HISP. Ser destruydo y yermado, destruyrse ò yermarse. ANGL. To waxe wast or a wildernesse.} Accius apud Nonium, Iussit proficisci in exilium quouis gentium, ne scelere tuo Thebani vastescant agri.

Vastrapes, φιμινάλια, id est, fœminalia. Quidam mutant in Vestipes. & certè est vestis pedum. pes enim aliquando quoque femur comprehendit: qui pes magnus.

Vātēs, is, communis generis, Fatidicus, diuinus, propheta: à fando (vt quidam volunt) quasi fates. Alij à φάτις, id est, mendax. {נביא nabí. μάντις. GALL. Deuin, prophete. ITAL. Indouino, profeta. GERM. Ein weyssager/ein Prophet. HISP. Adeuino. ANGL. A prophete or foreshewer of thinges to come.} Plaut. in Milite, Bonus vates poteras esse, quum quæ sunt futura videas. Virg. Æneid.

Quippe pij vates, & Phœbo digna locuti.

Ibid. Cunctantem & vatis portat sub tecta Sibyllæ. Cicer. 2. de legib. Alterum, quod interpretatur fatidicorum & vatum effata incognita. Virg. lib. 6. Æneid.

———tuque ô sanctissima vates
Præscia venturi, &c.

¶ Vates item dicuntur Poëtæ, à viendis versibus. Viere enim vincire est, ait Varr. 4. de ling. Lat. Quint. lib. 10. cap. 1. Beneuolum auditorem inuocatione dearum, quas præsidere vatibus creditum est, facit. Cic. lib. 1. de diuin. Versus quos olim Fauni, vatésque canebant. Vates medicinæ. Plin. lib. 11. cap. 37. Arteriarum pulsus miranda arte ab Herophilo medicinæ vate descriptus.

Vātĭcĭnŏr, Diuino, futura prænuntio, quasi fata cano. {נבא nibbá. χρησμῳδῶ, μαντεύομαι. GALL. Deuiner, prophetiser. ITAL. Indouinare, profetizare. GERM. Weyssagen/künfftige ding vorsagen. HISP. Adeuinar per instincto. ANGL. To prophecie, or tell thinges to come.} Cic. 1. de diuin. Illud quod volumus expressum est, vt vaticinari furor vera soleat. Ouid. lib. 8. Metam.

Quæ tibi factorum pœnas instare tuorum
Vaticinor moriens.

Liu. 2. ab Vrbe, Sæpè deinde & Virginium Consulem in concionibus, velut vaticinantem, audiebat. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Vetera vaticinamini. (ridiculè.) Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Causarum triplex vaticinatur opus. (sup. Lucretius.)

¶ Aliquando etiam Vaticinari accipitur pro delirare, siue hariolari: quæ significatio inde tracta est quòd sacerdotes oracula edituri, furore quodam soleant corripi. Cic. pro Sextio, Eos autem, qui dicerent dignitati esse seruiendum, vaticinari, & insanire dicebat. Idem Epist. lib. 2. Sed ego fortasse vaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus.

Vātĭcĭnātĭo, verbale, Diuinatio, futurorum prædictio, oraculum. {נבואה nebuáh קסם késem. μαντεία, μάντευμα. GALL. Deuinement, presage, prophetie, prediction. ITAL. Diuinatione, profetia. GERM. Weyssagung. HISP. Adiuinacion, profecia. ANGL. A prophesying or telling of thinges to come.} Cic. 2. de nat. deor. Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex aruspicum responsis commemorare possum, &c.

Vātĭcĭnātŏr, is, Fatidicus, hariolus, coniector. {קסם kesém. χρησμῳδός, χρησμολόγος. GALL. Deuineur, prophete, diuin. ITAL. Indouinatore, profeta. GERM. Ein weyssager/oder warsager. HISP. Adeuinador. ANGL. He that propheceth.} Ouid. de Pont. Eleg. 1. Vnde tamen viuat vaticinator habet.

Vātĭcĭnātrīx, Fatidica. χρησμῳδός. Pomp. Lætus de magistr. Romanorum, Fauni soror Fatua vaticinatrix, & ab ea vates Fatuari dicuntur.

Vātĭcĭnūs, a, um, quod ad vaticinia pertinet. {μαντικός. GALL. Appartenant à diuination, ou prophete & deuin. ITAL. Pertinente à diuinatione, ò indouino. GERM. Das zu den weyssagungen/oder warsagungen gehört. HISP. Perteneciente à adeuino ò adeuinacion. ANGL. Belonging to propheties.} Liu. 5. bell. Punic. Et edixit vt quicunque libros vaticinos precationésve, aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros omnes, literásque ad se ante Calendas Aprilis deferret. Idem 9. bell. Macedon. Sacrificulos, vatésque, foro, circo, vrbe prohiberent, vaticinos libros conquirerent, comburerentque. Furor vaticinus. Ouid. 2. Metamorph.

Ergo vbi vaticinos concepit mente furores,
Incaluitque deo, &c.

Vātĭcĭnĭum, Diuinatio, oraculum, prædictio futurorum. μαντεία, χρησμός.

Vaticanus, βατικανός, Collis est non procul à Tiberi, supra molem Adriani, conterminus Ianiculo, in quo Petri Basilica est. {S. Peters berg zu Rom.} Sic dictus, quòd populus Romanus eo potitus sit vatum responso expulsis Hetruscis, vt inquit Festus. Vel (secundùm Gell. lib. 16. c. 12. à vaticiniis, quæ ibi dari solebant, vi atque instinctu dei Vaticani. Varro scribit Vaticanum deum in eo monte fuisse, qui infantibus primam vocem daret, quæ est va, quæ prima in vaticano syllaba est. Augustinus tamen vocat Vaginatum, tanquam infantium vagitibus præsidentem. Prima huius nominis syllaba semper producitur, secunda variatur, tertia semper producitur. Iuuen. Satyr. 6.

Et Vaticano fragiles de monte patellas.

Horat. lib. 1. Carm.

———vt paterni
Fluminis ripæ, simul & iocosa redderet laudes.

ibi, Vaticani montis imago. De Vaticano agro, colle & deo sic scribit Gell. lib. 16. cap. 17. Et agrum Vaticanum, inquit, & eiusdem agri deum præsidem appellatum acceperamus à vaticiniis, quæ vi atque instinctu eius dei, in eo agro fieri solita essent. Sed præter hanc causam Marcus Varro in libris rerum diuinarum, aliam esse tradit istius nominis rationem. Nam sicut Aius, inquit, deus appellatus, aráque ei statuta est, quæ est in infima noua via, quòd eo loco diuinitus vox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus, penes quem essent vocis humanæ initia: quoniam pueri simulatque parti sunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano syllaba est. Idcirco vagire dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis. Hactenus Gellius.

‖Vatilla, pala, quâ è nauibus aqua proiicitur. Pap.

Vatillum, pro batillum, antiq. Casaub.‖

Vatinius, nomen ciuis Romani contaminatissimæ vitæ, & profligatissimi pudoris: qui quum aduersùs Sestium testis productus esset, reúmque testimonio suo læsisset, in eum Cicero qui Sestij defensionem susceperat, tam acerbè inuectus est, vt patefactis eius flagitiis in summum Romani populi odium peruenerit. Hinc factus est locus vulgi prouerbio, vt Vatinianum odium, pro capitali, & implacabili odio accipiatur. Catul. munere isto Odissem te odio Vatiniano. Fuit & alter Vatinius Neronis tempore, sutrinæ primùm alumnus, postea Neronianæ aulæ ostentum, corpore detorto, faceriis scurrilibus, primò in contumeliis assumptus, deinde optimi cuiusque criminatione eò vsque prouectus, vt gratia, pecunia, vi nocendi, etiam malis præualeret. Autor Tacitus lib. 15.

Vatĭŭs, ij, qui pedes crurave habet extrorsus obtorta: quemadmodum contrà varus, qui ea introrsum habet inflexa. {βλαισός. GALL. Qui a les iambes tortues en dehors. ITAL. Chi ha le gambe torte in giu. GERM. Einer dem die schenckel aussinwerts von einander gebogen sind. HISP. Cancajoso, el que tiene las piernas tuertas. ANGL. He that hath his legges bowing outward, or that straddleth.} Varr. lib. 2. de re rust. cap. 9. de canibus, Sint cruribus rectis, & potius varis quàm vatiis. Hinc Vatiarum cognomen originem sumpsit, quòd qui primus in ea familia id cognominis sortitus est, pedibus fuerit vatiis.

Vātrax, acis, omnis generis, & vatricosus adiect. Qui crura vitiosa habet, teste Nonio. Lucil. lib. 28. Vt si progeniem antiquam, qua est maximus Quintus vacax, qua qua vatricosus vatrax.

Vātrēnŭs, fluuius est in agro Forocorneliensi in Padum decidens, à quo & amplissimum quoddam Padi ostium Vatreni portus appellatur. Vide Plin. lib. 3. cap. 16.

Vāunĭă, Italiæ ciuitas, Venetiæ propinqua, Ptolemæo autore lib. 3. cap. 1. vulgò Louino.

‖Vaurum,

‖Vaurum, *la Vaur*, V.E.Vaurensis, vel Lauracensis ad Acutum amnem, in districtu Lauracensi, sub A.Tolosano.‖

V B

VBER,is,Fertilis,fœcundus,copiosus, ferax, abundans. {פרה *poréh* שבע *sabeah* שמן *schamén* טב *tob* רב *rab.* εὔπορος, εὔφορος. GALL. *Plantureux,abondant,fertile.* ITAL. *Abondante,fertile.* GERM. Fruchtbar/oberflüssig. HISP. *Fertile y copioso.* ANGL. *Fertill, fruitfull, aboundant.*} Cic.2.*de natur.deor.* Vbertimi lætissimíque fructu vitium. Idem *de senect.* Agro bene culto nihil est nec vsu vberius,nec specie ornatius. Cæsar *lib.*1. *de bell.ciu.* Vberiora & pleniora scribere. Ouid.*Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.*

——Tuásque ingenio laudes

Vberiore canunt.

Idem *Eleg.vlt. lib.*4. *Trist.*

Sulmo mihi patria est gelidis vberrimus vndis.

¶ Aliquando substantiuum idem significans quod mamma. {שד *schádh* דד *dadh.* οὖθαρ. GALL. *Mammelle, tetin.* ITAL. *Mammella, tetta.* GERM. Dutte/euter. HISP. *La teta.* ANGL. *The vdder.*} Virg.3.*Eclog.*

——Binos alit vbere fœtus.

¶ Inuenitur etiam vber substantiuum, positum pro vbertate, siue fœcunditate. εὐθηνία, εὐφορία. vt, Vber agri, id est, vbertas, & fertilitas. Quo pacto & Græci οὖθαρ ἀρούρης. Virg.1.*Æneid.*

Terra antiqua potens armis atque vbere glebæ.

Plaut. *Pseud. sc.*2. *a.*1. Nisi tria carnaria grandia, tergoribus onerata vberi mihi erunt. (id est, vbertati & copiæ.) Non desunt qui principium huius vocis aspirandum putent, quòd aut à verbo ὕειν dictum existiment, quod est pluere, aut ab humore, quasi humor, m in b mutato: aut à Græca præpositione ὑπὲρ, quæ abundantiam quandam importat. Vide suprà *Huber.*

Vbertas, atis, siue Hubertas, fertilitas, abundantia, copia. {שבע *sabah* מיטב *metáb* רב *rob.* εὐπορία, εὐφορία, εὐθηνία, οὖθαρ, πολυφορία. GALL. *Planté & abondance, fertilité,richesse.* ITAL. *Abondanza,copia,fertilità.* GERM. Fruchtbarkeit/völle/oberflüssigkeit. HISP. *Fertilidad,copia ò abondancia.* ANGL. *Fertilitie, fruitfulnesse.*} Cicer. *pro Pompeio*, Summa vbertas agrorum. Idem *pro Cornelio*, Orationis vbertas, varietas, copia.

Vbero,as,siue Hubero,aliquando actiuum verbum est,Lætifico, fœcundo, fertile efficio. {הפרה *hiphráh* השביע *hisbiah.* πιαίνω, εὐφορέω. GALL. *Rendre plantureux,& fertile, engraisser.* ITAL. *Far fertile.* GERM. Fruchtbar machen. HISP. *Hazer fertil.* ANGL. *To mak fertill or frutte full.*} Pallad.*lib.*4. Hoc veluti coitu steriles arbores vberabantur. ¶ Aliquando neutrum, & ponitur pro lætum & fœcundum esse. εὐθηνεῖν. Colum. *lib.*5. *cap.*9. Neque enim olea biennio vberat.

Vberosus, q.vberis plenus.

Vbertim,siue Hubertim,aduerbium,Copiosè,affluenter. {ἀφθόνως. GALL. *Plantureusement, fertilement, abondamment.* ITAL. *Abbondantemente, fertilmente.* GERM. Oberflüssigklich. HISP. *Fertil y copiosamente.* ANGL. *Abondantly.*} Catull.

Frustrantur falsis gaudia lacrymulis

Vbertim thalami quas intra limina fundunt.

Vbertim flere. Suet. *in Cæs.cap.*81.

Vbertus, a, um, siue Hubertus, Fœcundus, copiosus. {פרה *poréh* שבע *sabeah* שמן *schamén* טב *tob* רב *rab.* εὔπορος, εὔφορος, εὐθηνός. GALL. *Copieux,abondant,plantureux,fertile.* ITAL. *Abondante, fecondo.* GERM. Fruchtbar/völlig/oberflüssig. HISP. *Fertil y copioso.* ANGL. *Fruitefull,fertile, aboundant.*} Gell. *lib.*7. *cap.* 14. Sed ea ipsa genera dicendi antiquitus tradita ab Homero, sunt tria in tribus: magnificum in Vlysse, & vbertum: subtile in Menelao, & cohibitum: mistum moderatúmque in Nestore.

VBI, aduerb. modò loci interrogatiuum, significans in quo loco. {איה *aijéh* איפה *ephóh.* ποῦ.} Plautus, Vbi id audisti? Idem *Menach. sc.*2.*a.*2. Vbi sunt conuiuæ. Idem *Pseud.sc.*2.*a.*1. Vbi sunt? vbi latent? *Ibidem*, Vbi isti sunt quibus vos oculi estis? ¶ Modò relatiuum. {אשר שם *aschérscham.* ὅπου, ἔνθα. GALL. *Où, en quel lieu.* ITAL. *In che luogo, doue.* GERM. Wo/an welchem orth. HISP. *En que lugar, adonde.* ANGL. *where, or in what place.*} Virg.*lib.*1. *Æneid.*

——Vbi Æacidæ telo iacet Hector.

Plin.*lib.*12. *cap.*14. Alexandriæ vbi thura interpolantur. Plaut. *Curc. sc.*1.*a.*3. Vestimenta vbi obdormiui.(i.in quibus.) Idem *Milit.sc.*2.*a.*1. vt sit (sedile) vbi sedeat qui auscultare volt. (i. in quo.) ¶ Modò infinitum. εἰ,οὗ.Cic.3.*Tusc.*Est vbi id isto modo valeat. Plaut.*Pseud.sc.*2. *a.*5. Erit vbi te vlciscar. Idem *Capt. sc.*2. *a.*2. Est vbi damnum præstet facere, quàm lucrum. Idem *in Truc.* Vbi amici, ibidem opes. ¶ Pro simulac. Idem *Men.sc.*3.*a.*1. Vbi te aspicio. Idem *Curc.sc.*3.*a.*2. Ostium vbi conspexi,exinde me illicò protinam dedi,&c. ¶ Ponitur quandoque pro aduerbio temporis postquam. {כאשר *chaaschér.* ἐπειδή.} Virg. 1.*Æneid.*

Hæc vbi dicta dedit.

Plaut. *Aul.sc.*4.*a.*1. Vbi manum iniicit,ibi onerat zamiam.(i.tum,cum, vel postquam.) ¶ Quandoque pro quando. {כאשר *chaaschér.* ὅταν.} Ter. *in Andr.* Vbi voles, accerse. Virg.6.*Æneid.*

Quale per incertam Lunam sub luce maligna

Est iter in syluis, vbi cœlum condidit vmbra

Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.

Plaut.*Menach.sc.*5.*a.*5. Vbi satur sum nulla crepitant (intestina.) *Ibid. sc.vlt.a.*5.Vbi lubet,roga. *Ibid.sc.*4.*a.*2. Vbi libet, ire licet accubitum. (id est, quando vel quum libebit.) Sic & *in Capt. sc.*2. *a.* 5. Quid me oportet facere, vbi tu falsum autumas. ¶ Vbi gentium, vbi loci, vbi terrarum, vbi locorum, idem quod vbi significant: nam genitiui illi significationi nihil addunt, ornatus tantùm gratia ponuntur. Idem *Asin. sc.*2.*a.*2. Perij oppidò nisi Litanum inuenio vbi vbi est gentium. ¶ Vbi primùm,id est,statim,vt Cæsar 1.*bell.ciuil.*Cæsar vbi primùm illuxit, omnes Senatores,&c.

Vbinam,pro Vbi.Cic.*in Catil.*O Dij immortales vbinam gentium sumus? Seruius 1. *Æneid.* de accentu huius dictionis,& aliis sic dicit,Pronuntiationis causa contra vsum Latinum,syllabis vltimis,quibus particulæ adiunguntur, accentus attribuitur: vt huiúsce, vbinam.

Vbicunque, quodcunque in loco. {ὅπου, πανὶ. GALL. *En tous lieux, en quel lieu que ce soit.* ITAL. *In ogni luogo,doue.* GERM. Geb wo/geb an welchem orth. HISP. *Donde quiera que.* ANGL. *wheresoeuer.*} Cic. *Acad.* Et si vbicunque es,in eadem es naui. Vbicunque pro vbique, vbiuis. Sueton.*in Calig.cap.*40. Pro litibus atque iudiciis vbi cunque conceptis,&c. Ouid. *Eleg.*9. *lib.*3. *Trist.*

Te Dea munificam gentes vbicunque loquuntur.

‖Vbitibi, monasterium Ordinis nigri.‖

Vbiuis,quolibet in loco. {πανταχοῦ. GALL. *Où tu veux,en quel lieu qu'il te plaira.* ITAL. *Doue te piacera.* GERM. Wo man wil/wo vnd vmb. HISP. *Donde quiera que.* AGNL. *wheresoeuer thou will.*} Cic.*lib.*4.*Epist.* Nemóque est quin vbiuis quàm ibi, vbi est, esse malit.

Vbique, Omni in loco. {πανταχοῦ. GALL. *Par tout.* ITAL. *In ogni luogo.* GERM. Allenthalben. HISP. *En todo lugar.* ANGL. *Euery where.*} Virgil. 2.*Æneid.*

——crudelis vbique

Luctus, vbique pauor & plurima mortis imago.

Aliquando habet adiunctum genitiuum: vt, Vbique locorum, vbique gentium, vbique itineris, πανταχοῦ τῆς ὁδοῦ. Apul.transformationis suæ *lib.* 1. Nihil istarum rerum quæ itineris vbique nos comitantur, indigemus.

Vbiubi, pro vbicunque. {ὅπου ἂν, ἔνθα ἄν. GALL. *En quelque lieu que ce soit.* ITAL. *In ogni luogo, doue.* GERM. Geb wo. HISP. *Donde quieraque.* ANGL. *wheresoeuer.*} quemadmodum vt vt, pro vtcunque. Terentius *in Eunuch.* Vbiubi est, diu celari non potest. ¶ Vbiubi, id est, statim. vt Plaut. *in Merc.* Vbiubi erat inuenta, mater redimet. Item Liuius *lib.*8. *d.*5.

Vbij, Populi origine Germani, cis Rhenum fluuium, in ea parte Galliæ Belgicæ vbi est Colonia Agrippinensis. Plin.*lib.*4.*cap.*17. Tacit.*lib.*21. {Die völcker in Cölner gegne.}

Vbisci, Aquitaniæ populi. Apud Plin.*lib.*4. *cap.*19.

V C

Vcalegon, οὐκαλέγων, vnus ex Troianis proceribus, qui belli tempore, quòd annis confectus esset, prælio abstinuit: vt refert Homer.13.*Iliad.* Virg.2.*Æneid.*

——iam proximus ardet Vcalegon.

Quo in loco domini nomen figuratè pro ipsis ædibus posuit.

Vcenni, Gentes Alpinæ, Augusti auspiciis in Romanorum ditionem redacti, vt refert Plin.*lib.*3. *cap.*20.

Vcia, οὐκία, oppidum Turdetanorum, in Hispania Betica. Ptol.*lib.*4.*cap.*4.

V D

Vdini, Scythiæ populi, ad Mæotidis lacus fauces incolentes. Plin. *lib.*6. *cap.* 14.

Vdo,nis. {GALL. *Vne façon de chaussure ancienne.* ITAL. *Vna sorte antica di calce.* GERM. Ein alte gattung schuch/filtzschuch. HISP. *El peal ò calçon.* ANGL. *A kind of shooes.*} Genus calceamenti quod nonnunquam ex lana, nonnunquam ex hirci pilis conficiebatur: híque vdones Cilicij dicebantur: de quibus extat hoc distichon apud Martialem *lib.*14.

Namque hos lana dedit, sed olentis barba mariti

Ciniphio poterit planta latere sinu.

Vide *Odo.*

VDVS, a, um, Humidus, vuidus. {לח *lach* רטוב *ratób* רוה *ravéh.* ὑγρός. GALL. *Moiste, humide, moüillé.* ITAL. *Humido, molle.* GERM. Feucht/naß. HISP. *Humedo, mojado por de fuera.* ANGL. *Moiste, wette, danke.*} Virg. 10.*Eclog.*

Nigra subest vdo tantùm cui lingua palato.

Quidam à sudando deductum putant. Varro *lib.*4. *de ling. Lat.* ab humido deducit: vnde & per aspirationem quidam scribendum præcipiunt. Ouid.5.*Fast.*

Vda hinc fit laurus (i.tingitur in eo fonte.)

Idem *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.*

Sic madidos siccat digitis Venus vda capillos.

Vdo, vdum facio, humecto.

Vdor, humor.

‖Vdysses, pro Vlysses, antiq.Lips.‖

V E

Vě, Enclitica particula: & coniunctio disiunctiua, idem significans quod aut: nullum tamen in oratione locum habens, nisi post dictiones quas connectit. {או *o.* ἤ. GALL. *Ou, ou bien.* ITAL. *O, ouero.* GERM. Oder. HISP. *O.* ANGL. *Or.*} ¶ De vi particulæ Ve, adi Gellium *cap.*5. *lib.* 16. Et *cap.*12. *lib.* 5. Vbi docet esse priuatiuam, & differre à Væ. Cicer. *lib.*1.*de nat.deor.* Bestiæ quæ in rubro mare, Indiáve gignuntur. Plaut. *Aulul.sc.*3.*a.*4.Dij me perdant,si tui quicquam abstulisse vellem.Ouid. 13.*Metam.*

Néve in me stolidæ conuicia fundere linguæ

Admiremur eum.

(i.ac me.) ¶ Aliquando geminatur. Virg.2.*Æneid.*Siquid in aduersum rapiat casúsve deúsve. Ouid.13.*Metam.*

Denique de Danaïs quis te laudátve, petitve.

Idem *Eleg.vlt. lib.*4. *Trist.*

Balba resecta mihi bisve semélve fuit.

¶ Est & altera particula ve,quæ non nisi in compositione inuenitur,& modò augendi vim habet: vt, Vetus, vehemens: quorum alterum ab ætatis magnitudine,alterum à vi atque impetu mentis dictum est. Modò vim habet diminuendi,vt,Vegrandis, id est, malè, vel parum grandis. Ve enim syllabam rei paruæ veteres præponebant: vnde apud Ausonium Vegrandes messes legimus,pro paruis:& apud Varron.*lib.*2. *de re rustic.* Oues vegrandes & imbecilles.Sic & vecordem dicimus,quasi cordis,hoc est,sanæ mentis parum habentem. Ita enim Veionem antiqui appellarunt à non iuuando:qui idcirco tantùm colebatur ne noceret. Eius enim simulacrum sagittas manu tenebat:quo illud significare volebant,paratiorem esse ad nocendum quàm ad iuuandum.Vide plura de hac particula apud Gellium *lib.*5. *cap.*12.

VECORS, dis, Insanus, stolidus, stupidus, insipiens: quasi sine corde, hoc est, sine mentis sanitate. {נבול *natub* כבר־לב *chasár-leb* נבל *nabal* כסיל *chesil* הלל *holél* בער *bahár.* ἀνόητος, ἄφρων, παραφρόνιμος. GALL. *Insensé, hors de son bon sens.* ITAL. *Insensato, pazzo.* GERM. Vnsinnig/tol/der kein verstand hatt. HISP. *Loco, bouo.* ANGL. *Madde, woode, without spirites.*} Liu.4. *ab Vrbe*, Audita vox eius in concione stolida,& propè

propè vecors. Cic. 1. *Tusc.* Aliis cor ipsum minus videtur: ex quo excordes, vecordes, concordésque dicuntur. Idem *pro domo sua*, Itaque istius vecordissimi mentem cura metúque terrebant. Ouid. *in Ibin*,

Mens quoque sic furijs vecors agitetur, &c.

Vecordia, æ, Insania, desipientia. {הוללות holeláh הוללות holeluth כסילות chesilúth. παραφροσύνη, ἄνοια. GALL. *Troublement d'esprit, sottie ou sottise.* ITAL. *Turbamento di cuore, d'intelletto.* GERM. Unsinnigkeit/tolheit/ mangel an sinn vnd verstand. HISP. *Locura, alienacion de seso.* ANGL. *Madnesse, trouble of the mynde or spirite.*} Salustius *in Iugurth.* Igitur color exanguis, fœdi oculi, citus modò, modò tardus incessus, prorsus in facie, vultúque vecordia. Ter. *in Andria*, Hoccine credibile est, aut memorabile, Tanta vecordia innata cuiquam vt siet, vt malis gaudeat, atque ex incommodis alterius sua comparet vt commoda? Ouid. 12. *Metam.*

——*qua te vecordia Theseu Euryte pulsat, ait.*

Vectabulum, Vectarius, vide *Veho*, is.

Vectiarius, Vecticularius, vide *Vectis*.

VECTIGAL, is, Tributum, portorium, decumæ, scriptura & cuiusuis generis publici fructus, aut reditus: ita dictum à vehendo. {מס mas מדה middáh. φόρος, τελεσμὸς, τέλος, τιλος, φόρος. GALL. *Peage, gabelle, tribut, rente, reuenu, cense.* ITAL. *Tributo, gabella, datio, entrata, rendita.* GERM. Zoll/vmgelt/steur. HISP. *La renta, rentada ò tributo, peaje, entrada.* ANGL. *Tribut or tolle, reuenous of what soeuer sort.*} Hodie tamen multò latiùs significatio eius extenditur, vt tam ad publicos reditus, quàm ad priuatos extendatur. Publica vectigalia intelligere debemus, quæ accipit fiscus vel ærarium. Cicer. *pro Pompeio*, Vectigalia neruos esse Reipublicæ semper duximus. Priuata quæ quisque sumit ex reditibus, & fructibus suis. Idem *in Paradoxis*, Ex meo tenui vectigali capio ego ducenta. Paulus, Cæsæ arundinis vel pali compendium, si in eodem fundo vectigal esse consueuit, ad fructuarium pertinet. Cicer. *lib.* 2. *Officiorum*, Vt bona valetudo voluptati anteponatur, vires celeritati: externorum autem, vt gloria diuitiis, vt vectigalia vrbana rusticis ædibus & mercibus, id est, prouentus, reditus. Vectigalium ius. Sueton. *in Tiber. cap.* 49. Latinè autem dicimus, Imponere vectigal, pendere vectigal, conseruare vectigal, exercere vectigal, exigere vectigal, leuare aut agros, aut ciuitates, aut populos vectigali, & facere populos, & eiusmodi vectigales: quæ loquendi genera creberrimè in bonis autoribus inuenies. ¶ Vectigaliorum, pro vectigalium, Genitiuus pluralis. Idem *in August. cap. vlt.* Quantum pecuniæ in ærario & fiscis, & vectigaliorum residuis. Idem *in Caligula cap.* 16. Fructum omnem vectigaliorum.

Vectigalis, e, adiectiuum, Tributarius, stipendiarius. {ὑποτελὴς, τελεσφόρος. GALL. *Tributaire, qui doit tribut, cens, ou rente.* ITAL. *Datiero, gabelliero.* GERM. Zinßbar/dem zoll oder steur/&c. vnderworffen. HISP. *Cosa que renta en aquella manera.* ANGL. *That payeth tribut or tolle.*} Sic prouinciæ, agri, homines, qui tributa persoluunt, vectigales dicuntur. Cic. *lib.* 3. *Offic.* Quas ciuitates L. Sylla pecunia accepta ex Senatusconsulto liberasset: vt hæ rursus vectigales essent. Sueton. *in Cæsare*, Agrum Campanum ad subsidia Reipublicæ vectigalem relictum diuisit extra sortem. Cicer. *in Catone*, Et syluas lucósque publicos Romani vectigales habuere. Liu. Vtrùm Annibal hic sit æmulus itinerum Herculis, vt ipse fert: an vectigalis, stipendiariúsque, & seruus populi Romani à patre relictus.

VECTIS, is, gener. mascul. Instrumentum ex ferro aliáve materia quo ostium clausum aduersùs vim munitur: ita dictum quòd manu huc illuc vehatur. {בד badh מוט mot בריח beriach. μοχλὸς, ἀναφορεὺς. GALL. *Leuier, verrouil, pieu ou baston, cadenats, ferrure.* ITAL. *Cadenazzo stanga, chiauistello.* GERM. Ein rigel/ oder sparr so man für die thüren stoßt. HISP. *Barra ò cerrojo de hierro.* ANGL. *A leauer, or barre.*} Virg. *lib.* 7. *Æneid.*

Centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri
Robora, nec custos absistit limine Ianus.

Vectem Cinyras Agrippæ filius inuenit. ¶ Est etiam vectis, palus è ferro, vel ligno grandior, rusticis, & fabris necessarius ad onera promouenda. Cæs. 2. *bell. ciu.* Saxa, quàm maximè possunt, vectibus promouent, præcipitatáque muro in musculum deuoluunt. Cic. 1. *de nat. deor.* Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti operis fuerunt? ¶ Item vectis dicitur lignum quo oneris aliquid à binis pluribúsve in humeris gestatur, vt est *in Exodo*, Facies quoque vectes de lignis setim. ¶ Rursus vectes sunt instrumenta ad aliquid subuertendum, effringendúmve accommodata. Horat. *lib.* 2. *Carmin.*

——*hic hic ponite lucida*
Funalia, & vectes, & arcus
Oppositis foribus minaces.

Vectibus item torcularia circumagebantur. Cæs. 2. *de bell. ciu.* Vectibus conuellunt saxa, quibus continebantur fundamenta turris.

Vectiarius, qui torcularia premit vectibus. {μοχλεύτης. GALL. *Qui se sert d'vn leuier ou d'vn tel gros baston.* ITAL. *Chi vsa di tale stanghe.* GERM. Der an der stangen zeucht so durch die trottspindel geht. HISP. *El que trata aquella barra.* ANGL. *That presseth wine presses with sucha leauer.*} Vitruu. *lib.* 6. *cap.* 8. Ita enim erit vectiario spatium expeditum.

‖ Vectiarium torcular non cochleis, sed vectibus, & prælo pressum. Vitruu. ‖

Vecticularius, a, um, adiectiuum, vnde Vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus parietes perfodiunt alienos, furandi gratia. {τοιχωρυχικὸς βίος, μοχλικός. GALL. *Qui rompt leuiers, barres, cadenats, & serrure pour desrober.* ITAL. *Chi rompe le stanghe ò i cadenazzi per rubbare.* GERM. Ein dieb so mit hebeln oder hebeysen die heuser auffbricht. HISP. *Ladron que rompe el cerrojo para hurtar.* ANGL. *That breaketh barres or dores to steall.*} Cato, Vecticularium vitam viuere, est repentè largiter habere repentè nihil. τοιχωρυχῶν. Festus.

Vectis, Οὐηκτὶς Ptolemæo, Insula est Britanniæ ad Meridiem adiacens, fretóque ab ea admodum exiguo discreta, Huntonnæ portum, quem Ptol. Magnum vocat, obiectu suo aduersùs tempestates muniens. Hodie duo habet oppida, *Nouum portum, & Calborkon.* Plin. *lib.* 4. *c.* 16. minus rectè hanc insulam inter Britanniam & Hyberniam collocat.

Vecto, as, & Vectura, vide *Veho.*

Vectones, Οὐέττωνες, populi Hispaniæ citerioris, ab Asturibus Durio amne discreti, teste Plinio *lib.* 4. *cap.* 20.

Vedra, fluuius in latere Meridionali Britanniæ insulæ. Ptol. *lib.* 2. *cap.* 3.

‖ Vefaba, parua faba. Gl. Isid. quia *ve* minuit. ‖

VEGEO, es, verbum est antiquum, quod modò absolutè accipitur pro valeo, siue vegetus, & incolumis sum, ὑγιαίνω, ἀκμάζω. Varro *Manio*, vt citat Nonius, Nec natus est, nec morietur: viget veget vtpote plurimum. ¶ Modò actiuè, pro vegeto, recreo, vegetum reddo. Pompon. *Maiali*, apud eundem Nonium, Animum Venus veget voluptatibus.

Vegetus, a, um, Benè habitus, incolumis, viuidus, agilis, & ad obeundas actiones idoneus: & tam de animo, quàm de corpore dicitur. {טוב tob חזק chazák. εὐεξὸς, ὑγιεινός, ἀκμαῖος, εὐκίνητος. GALL. *Vigoureux, alaigre, vif, gay, deliberé, bien dispos.* ITAL. *Sano, lieto, robusto.* GERM. Frisch/gesund/wolmögend/wacker. HISP. *Fuerte, crecido, firme.* ANGL. *Liuelie, lustie, quick, whole.*} Cic. *Attico*, Te vegetum nobis in Græcia siste. Idem 5. *Tusc.* Nec tam vegeta mens in Empedocleo sanguine demersa iaceat. Idem 2. *de diuinat.* Vt illa tertia pars rationis eluceat, & se vegetum ad somniandum, acrémque præbeat. Liu. 6. *ab Vrbe*, Sed vegetum ingenium in viuido pectore vigebat, virebátque integris sensibus. Gell. *lib.* 3. *cap.* 1. Quid igitur dicimur quòd multos videmus esse pecuniæ cupidos, & eosdem cum corpore esse vegeto, ac valenti? Suet. *in Cæs. cap.* 45. Nigris, vegetísque oculis, valetudine prospera. Scribit Apuleius Lunæ numine cuncta animantia vegetari, i. ali, & vigorem acquirere. Seneca quoque *lib.* 3. *Quæst.* refert terræ inesse spiritum illum vitaliter vegetum, & alentem omnia. Hunc enim (inquit) nisi haberet, quomodo tot arbustis spiritum infunderet, non aliunde viuentibus quomodo tot radices aleret? ¶ Hinc vegetatiuam animam philosophi recentiores appellant animam seminalem, quæ à Plinio dicitur alens: cuius motu interiore plantæ vigescunt, crescunt, frondescunt, germinant, breuitérque viuunt. ¶ Vegetior, vegetissimus. Col. *lib.* 6. *cap.* 20. Neque enim alio distat bonus taurus à castrato, nisi quòd huic torua facies est, vegetior aspectus, breuiora cornua. Plin. *lib.* 18. *cap.* 26. Hoc interuallum temporis vegetissimum agricolis, maximéque operosum est.

Veges, etis, idem quod Vegetus. {טוב tob חזק chazák. ὑγιεὸς, εὐεξος.} Liu. 1. *bell. Punici*, A tergo Alpes vrgent, vix integris vobis, ac vegetibus transitæ.

Vegeto, as, Recreo, corroboro, & vegetum facio, & promptum ad obeundas actiones. {חזק chizzék. ῥώννυμι. GALL. *Donner force, renforcer.* ITAL. *Dar forza, rinforzare.* GERM. Erfrischen/wacker oder krefftig machen/bekrefftigen. HISP. *Recrear ò esforçar.* ANGL. *To quicken to mak liuelie and lustie.*} Gell. *cap.* 2. *lib.* 17. Memoriæ vegetandæ gratia.

Vegetabilis, e, quod vegetari potest.

Vegetatio, nis, verb. Apul. *de Asin.* Vt etiam fatigationem sedentariam incessus vegetatione discuterem.

Vegeti, apud Pomponium *lib.* 1. Asiæ populi, Marrhanis, Cappadocibus, Comagenis, & Armeniis vicini, à nullo præterea Geographorum (quod sciam) commemorati.

Vegetius, Flauius Renatus, Comes Constantinopolitanus, floruit Valentiniani principis tempore. Scripsit Epitomen institutionum rei militaris, de commentariis Catonis, Augusti, Traiani, & Hadriani principum, ac Frontini. In primo libro electionem docet tyronum, ex quibus locis vel quales milites probandi sunt, aut quibus armorum generibus exercitus imbuendi. Secundus, veteris militiæ continet morem, ad quem pedestris instituí possit exercitus. Tertius omnium artium genere, quæ terrestri prælio sunt necessaria, exponit. Quartus vniuersas machinas quibus vel oppugnantur ciuitates, vel defenduntur, enarrat: naualísque belli præcepta subnectit. Ex Raphaëlis Volaterrani *lib.* 21.

Vegrandis, Paruus, & malè grandis. {קטן katón (vel) katán. ἀναύξητος, μικρός. GALL. *D'vne grandeur mal façonnée & mal fournie, mal doulé, mal basti.* ITAL. *Di grandezza, mal formata, poco grande.* GERM. Vngestalter grösse. HISP. *No grande, ò grande vn poco.* ANGL. *That is not woll fashioned.*} Auson. *lib.* 2. *Epist.* Hic sæpè falsus messibus vegrandibus. Varro 2. *de re rustic.* Quósque postea concipiunt, fiunt vegrandes, atque imbecillæ.

Veham, viam veteres dicebant, quod per eam vehebant omnia. {דרך déreeh. ἡ ὁδὸς, λεωφόρος, λαοφόρος. GALL. *La voye, le grand chemin des chartiers.* ITAL. *Via, strada.* GERM. Ein wäg/karchstrass. HISP. *El camino de los carros.* ANGL. *The high waye.*} Varr. *de re rustic. cap.* 2. A quo nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas.

VEHEMENS, tis, Ex ve, & mens componi arbitror, tametsi quidam dici velint, quòd vehatur eminentiùs, vel quòd vehatur mente. Acer, fortis, ferox, incensus, immoderatus, effrænatus, nimius. {חזק chazák קשה kaschéh. σφοδρὸς, καταφορικὸς, ὑπερφυής. GALL. *Vehement, violent.* ITAL. *Vehemente.* GERM. Hefftig/ das streng ist/ oder hefftig an ein ding setzt. HISP. *Vehemente, fuerte.* ANGL. *Vehement, that hath force or violencie.*} A mentis enim vi, atque impetu (sicut docet Gellius *cap.* 5. *lib.* 16.) dicitur. Nam ve, in hoc loco intentiua particula est. Terent. *in Andr.* ne hæc quidem Satis vehemens causa ad obiurgandum. Cic. 2. *de Oratore*, Acri & vehementi quadam incitatione inflammari. Idem *de claris Oratorib.* Galba in meditando vehemens & incensus fuit. Suet. *in Galba cap.* 9. Acer & vehemens in coërcendis delictis. Ad Herennium *lib.* 4. Hoc genus & acrimoniam habet in se & vehementissimum est. Vitis vehemens. Col. *lib.* 3. *cap.* 1. Terra densa dabit vehementem vitem, multáque materia frondentem.

Vehementia, Grauitas, acritudo. {חזק chézek (vel) chózek חזקה chezkah (vel) chozkáh. σφοδρότης. GALL. *Vehemence.* ITAL. *Vehemenza.* GERM. Hefftigkeit/tringende stercke. HISP. *Vehemencia.* ANGL. *Vehemencie.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 8. Flore candido cum vehementia odoris.

Vehementer, aduerbium, Acriter, admodum, acerbè, asperè, impensè, valdè. {σφόδρα. GALL. *Auec vehemence, grandement, impetueusement, fort.* ITAL. *Con vehemenza, grandemente.* GERM. Hefftiglich. HISP. *Con vehemencia, fuertemente.* ANGL. *With vehemencie and force.*} Cicer. 8. *Philippic.* Vehementer me agere fateor, iracundè nego. Terentius *in Eunucho*, Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Ita vehementer, quod facto opus est ægrè

suppetit. Idem *Curc. sc.3. a.5.* Ego te vehementer perire cupio, ne tu me nescias. *Ibid. sc.4. a.4.* Vapulare ego te vehementer iubeo, ne me territes.

Vĕhĕs, is, vide *Veho.*

‖Vehia, plaustrum, quo aliquid vehitur impositum, à veho. Inde & *vehia.* Germ. Wage/wage/ vt weg à veha. vide & *Veia.*‖

Vĕhĭărĕ, veteres dixerunt pro vehere, quod tractum est ex Oscorum lingua, apud quos vehia plaustrum dicitur. ὄχος. Sipontinus.

Vĕhŏ, is, xi, ctum, Naui, iumento, vel plaustro porto. {הביא hebí. ὀχέω, ἐποχέω, κομίζω. Gall. *Charrier, porter en chariot, nauire ou à cheual.* Ital. *Portare in naue, in carro ò à cauallo.* Germ. Füren. Hisp. *Lleuar a cuestas ò encima, de carro, cauallo, o nauio.* Angl. *To carie or conueighe in shipe or on beastes.*} Plaut. *in Mostell.* Magni sunt oneris: quicquid imponas vehunt. Ouid. *Epist. 21.*

Hunc Venus in cœlum curru vexisse eburno.

Idem *Eleg. 2. lib. 4. Trist.*

Hos super in curru Cæsar victore veheris.

Idem *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

Aduerso tardam qua vehit amne ratem, (i. trahit remulco.)

Tibull. *lib. 4.*

Iuppiter ipse leui vectus per inania curru.

Quintilian. Quanti veheret, interrogaui. Cicer. 1. *Tusculana.* Quum enim illam ad solenne & statutum sacrificium curru vehi ius esset. Idem 2. *de diuinat.* Equus in quo vehebar, mecum vna demersus, rursus apparuit. Mart. *lib. 1.*

Vexerat Europen fraterna per æquora taurus.

¶ Vehitur oratio, metaphoricῶs. Cic. 1. *Tuscul.* Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio. ¶ Huius composita sunt, Aueho, adueho, conueho, circunueho, deueho, eueho, inueho, præueho, præterueho, proueho, reueho, subueho, & seueho: quorum significata vide suis locis.

Vehens, entis, particip. actiuum, Quod vehit. Cicer. *de clar. Orat.* Sed in te intuens Brute doleo, cuius adolescentiam, per medias laudes quasi quadrigis, vehentem, transuersa incurrit misera fortuna Reipub. In quo vehens venit, (id est, vectus.) Gell. *cap. 2. lib. 2.* Et, Equo vehentes (id est, vecti.) Idem *cap. 6. lib. 5.* Partim enim scripserunt, qui ouarent introire solitum, equo vehentes. Ita & præteruehens passiuè sumitur apud Sueton. *in Cæs. cap. 37. & in Aug. cap. 93. & 98.* Vide suprà *Præterueho.*

Vectus, a, um, aliud Particip. passiuum. Catull. *ad Fratris tumulum,*

———*Multa per æquora vectus.*

Vectio, nis, verbale, ipse vehendi actus. Cic. 2. *de nat. deor.* Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.

Vecto, as, frequentatiuum. {ὀχέω, ἐποχέω, κομίζω. Gall. *Porter souuent en chariot, nauire, ou à cheual.* Ital. *Portar souente in carro, in naue, ò à cauallo.* Germ. Offt füren oder füren eins fürens. Hisp. *Lleuar à menudo a cuestas ò encima, de carro, cauallo, o naue.* Angl. *To carie or conueigh often.*} Gell. *lib. 16. cap. 19.* Dorso super fluctus edito vectitauisse. Virg. 6. *Æneid.*

Corpora viua nefas, Stygia vectare carina.

Horat. *Epod. circa finem,*

Vectabor humeris tunc ego inimicis eques.

Liu. *lib. 5. d. 4.* Ante signa vectabatur (id est, vehebatur.) Gell. *c. 3. lib. 11.* Spatiari aut vectari motandi corporis gratia.

Vectĭto, as, frequentatiuum.

Vectābŭlum, i, Vehiculum. {עגלה hathalah. ὄχημα. Gall. *Chariot.* Ital. *Carro.* Germ. Ein karch/wagen. Hisp. *Carro para lleuar cargo.* Angl. *A wagon or waine wheron any thing is caried.*} Gell. *lib. 10. cap. 1.* Iumentum quoque non id solùm significat, quod nunc dicitur, sed vectaculum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur.

Vectŏr, qui naui vehitur. {מובא mubá. ἐπιβάτης. Gall. *Celuy qui est porté en basteau, en chariot ou à cheual.* Ital. *Colui ch' è condotto nauigante.* Germ. Einer der gefürt wirt/es sey auff wasser oder land. Hisp. *Passagero que va en la naue.* Angl. *He that is caried.*} Cicer. 7. *Phil.* Et summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent. Virg. 4. *Ecloga,*

Cedet & ipse mari vector.

Quintilian. In nauim filij mei malè permutatus victor imponor. ¶ Aliquando actiuè accipitur pro eo, qui vehit. {מביא mebi. Gall. *Qui porte en basteau, en chariot ou à cheual.* Ital. *Condottiero, che porta.* Germ. Ein fürer/fuhrman. Hisp. *El que lleua.* Angl. *He that carieth a shipman.*} Ouid. 1. *Fast.*

Ecce rudens rauco Sileni vector asellus
Intempestiuos edidit ore sonos.

¶ Vectores per translationem pro ciuibus quos magistratus tanquam nauarchus gubernat & vehit. Cicer. *Attic. lib. 2.* Malè mihi alio gubernante, quàm tam ingratis vectoribus bene gubernare.

Vectārĭus, a, um, quod idoneum est ad vehendum. {ὀχηματικός. Gall. *Propre & conuenable à charrier ou porter.* Ital. *Atto da condurre, che può portare.* Germ. Zum füren dienstlich. Hisp. *Que puede traer y lleuar.* Angl. *That is meete and serueth to carie.*} vt, Vectarius equus. Varro *lib. 2. de re rust. cap. 7.* de equis loquens, Itaque peritus belli alios erigit, atque alit, ac docet: aliter quadrigarius & desultor: aliter qui vectarios facere vult: neque eodem modo parantur ad ephippium, vt ad prædam.

Vectatio, nis, quod quidem nomen semper passionem significat, contra aliorum verbalium naturam. Senec. *cap. vltim. de tranquill.* Vectatio & iter reficiunt animum. Et Sueton. *in Calig. cap. 3.* Assidua equi vectatione.

Vectōrĭa nauigia. {φορτηγὰ πλοῖα, καὶ ἐπιβάδες, seu ἐπιβατίδες, φορτίδες, ὁλκάδες. Gall. *Nauires qui seruent à porter marchandises, ou passer de port en autre, barcs, basteaux.* Ital. *Naui che seruano à portar mercantie.* Germ. Fursschiff. Hisp. *Barcas de passaje ò para lleuar mercaderias.* Angl. *Shipes that serueth for merchandes.*} Cæsar 5. *belli Gallici,* Qua in re admodum fuit militum virtus laudanda, qui victoriis quibúsque nauigiis, non intermisso nauigandi labore, longarum nauium cursum adæquauerunt.

Vectūră, æ, non modò actum ipsum, hoc est, vectionem denotat, sed etiam mercedem, quæ pro vectura soluitur: vt puta pro naui, siue equo meritorio. {ἀγώγιμον. Gall. *Voicture.* Ital. *Vettura.* Germ. Die fur/oder der furlohn. Hisp. *El nolito ò flete por el passaje.* Angl. *A carying or conueighing.*} Varro *lib. 2. cap. 7. de re rustica,* de equis loquens, Alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad vecturam, alij ad admissuram, &c. Cic. *Attico lib. 1.* Misimus, qui pro vectura solueret. Cæs. 5. *belli ciuilis,* Remiges, arua, tormenta, vecturæ imperabantur. Plaut. *Asin. sc. 4. a. 2.* Ecquis pro vectura oliui resoluit? ¶ Facere vecturam, est vehendo parare sibi lucrum. Quint. Classis nostra vecturam facit, & vicinarum ciuitatum copias introducit. Gell. *cap. 3. lib. 5.* Vecturas onerum corpore factitare.

Vectĭbĭlĭs, e. {ὁ φορητός, κομιστός, ἀγώγιμος. Gall. *Qu'on peut porter ou charrier.* Ital. *Che può essere portato & condotto.* Germ. Das man füren khan. Hisp. *Que puede ser lleuado a cuestas.* Angl. *That may be conueighed or caried.*} Senec. 3. *naturalium quæstionum,* Aquæ medicatæ, & ob hoc ponderosæ, & ipsius insulæ, materia vectibilis.

Vĕhĭcŭlum, i, Currus, vel plaustrum quo quid vehitur. {עגלה hathaláh. ἅρμα, ὄχημα. Gall. *Chariot.* Ital. *Carretta.* Germ. Ein karch/oder wagen. Hisp. *Carro para lleuar cargo.* Angl. *A wagon or chariot wheron any thing is caried.*} Cic. *pro Mil.* Quid horum non impudentissimum? vestitus, an vehiculum? Idem *Att. lib. 10.* Ego verò vehiculo, si nauis non erit, eripiam me ex istorum parricidio. Plin. *lib. 7. cap. 56.* Vehiculum cum quatuor rotis Phryges inuenerunt, mercaturas Pœni. Liu. Iuncto vehiculo vti. Plaut. *Aulul. sc. 5. a. 3.* Salutigerulos pueros, vehicula quis (i. quibus) vehar. Idem *ibid. sc. 3. a. 1.* Eburata vehicula, pallas, purpuram (sub. dotatæ mulieris.) ¶ Est autem vehiculi nomen generale, hasce sub se continens species, carpentum, cisium, carrum, currum, arceram, basternam, rhedam (vnde epirrhedium) sarracum, petoritum, plaustrum, essedum, pilentum, liburnum, traham & vehiam.

Vĕhĭcŭlārĭs, e, quod ad vehiculum pertinet, ὀχηματικόν, vt Equus vehicularis, & rotæ vehiculares. ¶ Hermogenianus *Digestorum lib. vlt. tit. 4. l. 1.* Patrimonij sunt munera rei vehicularis, item nauicularis decemprimatus.

Vĕhĭcŭlārĭus, qui vehiculum agit, auriga. {רכב rachcháb. ἁρματηλάτης.} Spartianus *in Seuero*, Vehicularium munus à priuatis ad fiscum traduxit.

‖Vehiculatio, actio vehicula publica exhibendi, angaria. Quum publica ea onera remitterentur, indulgentias vocabant Nouell. *Iustin. 163.* Ita Nerua Italiæ remisit vehiculationem.‖

Vĕhĕs, vel Vehis, is, Plaustrum, vel tanta fœni, stercoris, alteriúsve materiæ quantitas, quanta in plaustro vectura vna vehi potest. {עגלם haghaláh. ὄχημα, ὅσον ἐν φορείῳ δέχεται. Gall. *Chariot ou tombereau à porter fiens & autres choses, ou vne charrettée, tomberette, ou hudelee, soit de foin, de fiens ou autres choses.* Ital. *Cariola contadinesca da condur via le sozzure, ò le sozzure condotte nella cariola.* Germ. Ein fare/ein wagens fart/ein ladung souil man eins mals füren mag. Hisp. *Carreta para traer ò lleuar, o el cargo.* Angl. *A cart, or a cart lode of any thing, as of hay.*} Plin. *lib. 36. cap. 15.* Amplitudinem cauis eam fecisse producitur, vt vehem fœni largè onustam transmitteret. Colum. *lib. 2.* Iugerum autem desiderat, quod spissiùs stercoratur, vehes quatuor & viginti: quòd rariùs duodeuiginti. Idem *lib. 11. cap. 2.* Materia si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem debet, per quadratos pedes viginti: hæc est (inquit) vehis vna.

‖Vehinastrum, geranium, herba gruis. Iun.

Veia apud Oscos dicebatur plaustrum: vnde veiarij stipites in plaustro: vectura veitura. Fest.‖

Vēĭī, Βῆιοι Plutarcho, vrbs fuit Hetruriæ, non procul ab Vrbe Roma, quam Camillus post decennalem obsidionem per cuniculos cepit. Tanta autem fuit vrbis huius claritas, tanta situs opportunitas, vt Romani exusta deformatáque à Gallis vrbe, Veios potissimùm delegerint, quò Romani imperij sedem transferrent, à quo incepto grauissimis Camilli concionibus ægrè sunt reuocati. Huius incolæ dicti sunt Veientes, Fabiorum clade notissimi. Vide Gellium *cap. 12. lib. 5.* & Ouid. 3. *Fastor.*

Vēĭentānus, a, um, possessiuum: vt, Vinum Veientanum. Horatius *lib. 2. Serm. satyr. 3.* Qui Veientanum festis portare diebus Campana solitus trulla, vappámque profestis. ¶ Veientana gemma. Plin. *lib. 37. cap. 10.* Veientana Italica, gemma est, Veiis reperta, nigram materiam distinguente limite albo. Meminit huius gemmæ & Solinus *ad finem octaui capitis.*

Vēiŏuis, apud Romanos inter sinistra, seu noxia numina habebatur, quem non auxilij alicuius spe venerabantur: sed ideò tantùm, nequid ipsis noxæ inferret. ¶ Huius simulacrum effingebatur spicula manu tenens, eáque minaciter intentans. Vnde quidam eundem cum Apolline esse putarunt, qui spiculis, hoc est, radiis suis multa morborum genera immittit. Cic. 3. *de nat. deor.* Quid Veioui facies? quid Vulcano?

Vĕl, Coniunctio plerunque disiunctiua, idem significans quod aut. {או o. ἤτοι, ἤ. Gall. *Ou, ou bien.* Ital. *Ouero.* Germ. Entweders/oder. Hisp. O. Angl. *Or, ather.*} Cic. *de Orat.* Cui nostrûm non licet res rusticas fructus causa, vel delectationis inuisere? Eadem plurimum venustatis habet geminata. Idem 2. *de nat. deor.* In his vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporum. Idem *Quint. fratr.* Sunt ista quidem vel magna, vel maxima. Plaut. *Men. sc. 3. a. 4.* Reposcis (pallam:) tibi habe: aufer vterque vel tu, vel tua vxor, vel etiam in oculos compingite, &c. ¶ Interdum copulatiua est: ו v vt, Maximè me tibi amicum facit, vel virtus, vel doctrina tua, id est, tum virtus, tum doctrina. ¶ Interdum ponitur pro etiam. {גם gham. καί.} Tibull. *lib. 4.*

———*Apta vel herbis,*

Aptaque vel cantu veteres mutare figuras. (pro & vel etiam.)

Ibid. Pro te vel rapidas ausim maris ire per vndas. Plaut. *Mostell. sc. 1. a. 2.* Cuius homini vel optimo, vel pessimo facilè est facere nequiter. Idem *sc. 3. a. 1.* Vel sex opperibor menses. Idem *Curc. sc. 2. a. 5.* Si vis tribus bolis, vel in chlamydem (sup. ludere.) Idem *Aulul. sc. 5. a. 3.* Vel legioni sat est. Idem *Mostell. sc. 1. a. 2.* Sed ea lege vt affigantur bis pedes, vel brachia. Terentius *in Andr.* Vel hoc quis non credat? Virg. 11. *Æneid.*

Vel Priamo miseranda manus.

¶ Interdum pro valde. Cicer. *pro Murena,* Vel maximum bellum pop. Rom. cum rege Antiocho gessisse. ¶ Interdum pro maximè. Idem *Treb.* Quàm morosi sint, qui amant, vel ex hoc intelligi potest. ¶ Interdum pro veluti. Terent. *in Hecyra,* Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi. ¶ Interdum pro saltem. Idem *in Phorm.* Postremò si nullo alio pacto, vel fœnore.

Vel, dissyllabum, Libyæ oppidum in tractu Garamanthum, à Cornelio Balbo in triumpho gestatum, vt refert Plin. *lib.* 5. *cap.* 5.

Velabrum, Velamen, Velamentum, Velaria, Velatus, vide *Velo*, as, in *Velum.*

‖Velarij, qui seruabant vela Imperatorum. Cancellarij, Admissionales dicti. Buleng.

Velaunorum ciuitas, aliàs Podium in Velaunis, *le Puy en Velay*, V.E. Languedoquij, sub A. Bituricensi, sita in editissimo loco, qui linguâ Gallorum *Puy*, id est, Podium dicitur.‖

VELES, itis, Miles leuis armaturæ, & expeditior ad cursum, propterea, quòd grauibus armis non vteretur. {γυμνήτης. GALL. *Cheual leger, homme de guerre armé à la legere.* ITAL. *Caual leggiero.* GERM. Ein ringer/ oder blosser kriegsknecht. HISP. *Cauallero armado de pocas armas.* ANGL. *A shirmisher, a souldier that weat weareth harnesse for shirming.*} Alij velites dictos putant quasi velatos, quòd vestiti essent potius quàm armati. Alij velites à celeritate dictos putant, quasi volites, o in e, mutato. Alij rursus ἀπὸ τοῦ βάλλειν, hoc est, à iaculando, quòd iaculis potissimùm & fundis pugnarent. Liu. 6. *bell. Pun.* Et vbi ad coniectum teli ventum est, signo dato velites desiliunt. Ouid. *in Ibin,*

Vtque petit primò plenum flauentis arena
Nondum calfacti velitis hasta solum.

Refert Ælianus ordinem pedestrem in militia diuidi trifariam: in armatos, quæ grauis armatura dicitur: & velites, qui leuissimè omnium armantur: vnde & expediti nuncupantur. Non enim ocreas, aut loricam induunt, sed tantùm iaculis, & fundis vtuntur. In tertio ordine sunt peltati: à pelta dicti, quod scutum est paruum, & leue. Hi medij erant inter grauem armaturam, & leuem. ¶ Quoniam verò hoc genus militum non stataria pugna cum hoste congrediebantur, vt hastati, aut triarij, sed leuibus tantùm præliis, idque ferè eminus, hostem lacessebant, quoties visum esset, aut fuga se subducentes, aut in equos insilientes: factum est, vt homines leues & inconstantes, velites dicamus. Cic. *ad Patum lib.* 9. *Epist.* Me autem à te, vt scurram velitem, malis oneratum esse, non molestè tuli. Liu. *lib.* 38. velites describit. Item Valer. *cap.* 1. *lib.* 2.

Velitaris, e, quod ad velites pertinet. {γυμνητικός. GALL. *Appartenant à cheual leger.* ITAL. *Pertinente à caual leggiero.* GERM. Das zu ringen oder blossen kriegsleuten gehört. HISP. *Perteneciente à tal cauallero.* ANGL. *Perteining to skirmishers.*} vnde velitaria arma. Salust. *in Iugurth.* Præterea iêre sagittarij & cohors Peligna cum velitaribus armis: itineris properandi causa, neque id secus atque aliis armis aduersum tela hostium, quòd ea leuia sunt, muniti erant. Liu. 6. *bell. Pun.* Et septena iacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, quale hastis velitaribus inest.

Velitor, Leui pugna congredior, more velitum, quorum officium est prælium eminus iaculis & fundis auspicari. ἀκροβολίζομαι, γυμνητεύω. ¶ Per translationem accipitur pro rixari, & verbis pugnare. {נצה *nistsáh* התנצה *hitstsáh* רב *rab.* λογομαχῶ. GALL. *Debatre contre vn autre, tancer l'vn l'autre.* ITAL. *Contendere vna contra l'altro, tassar vno l'altro.* GERM. Haderen/mit worten streiten. HISP. *Contender con otros.* ANGL. *To skirmish or chine one against another.*} Nam à verbis plerunque ad manus solet deueniri: sicut à velitibus ad milites grauis armaturæ. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Nescio quid velitati estis inter vos. Gell. *lib.* 6. *cap.* 11. Cùm inquinatissimis hominibus non est conuitio decertandum, neque maledictis aduersum impudentes & improbos velitandum: quia tantisper similis & compar eorum fias, dum pária & consimilia dicas, atque audias.

Velitatio, nis, verb. Leuis pugna & digladiatio, & verborum probrosorum obiectio. {מצה *matsáh* מצות *matstsúth* ריב *rib.* ἀκροβολισμός, λογομαχία. GALL. *Leger combat, escarmouche, combat, noise.* ITAL. *Contesa leggiera.* GERM. Ein wortstreit/ ein zanck da man böse wort gegen einander außwirfft. HISP. *Obra de contender assi, pelea ligera.* ANGL. *A skir mishing and chiding.*} Plaut. *in Asin.* Verbis velitationem fieri, compendio volo.

Velitatim, aduerb. significat, Per saltus & interualla: quòd velites pugnando saltibus vtantur. Sisenna *lib.* 1. *hist.* Nos vna æstate in Asia & Græcia gesta idcirco continentia literis mandauimus, ne velitatim aut saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus. Quidam legunt, *Vellicatim.* Vide Gell. *cap.* 15. *lib.* 12.

‖Vega, *Vega,* V.E. sub A. Dominicopolitano, in India Occidentali.

Velia auis parua, ἐβέλιος, id est, vitæ commoditate nota consistit ætate in vmbra & aura, hieme in sole & apricis.‖

Velia, Βελία Stephano, Lucaniæ oppidum, in sinu Pæstano conditum à Phocensibus, antea Ἐλέα dicta: & incolæ ipsi. Eleatæ. ¶ Est præterea Velia Romæ collis editior, in quo quum Valerius, qui postea publicola dictus est, domum ædificare vellet, apud plebem in suspicionem venit affectatæ dominatio, quòd in editiore loco veluti arcem quandam ad opprimendam libertatem constitueret. Qua re intellecta Valerius, postquam plebi in concione se purgasset, iussit materiam omnem ad radicem Veliæ transferri, domúmque illam, quam in summo colle instituerat, in imo Veliæ pede ædificauit. Vide Liuium *lib.* 2. *ab Vrbe.* Hunc autem collem dictum volunt Veliam, quasi velliam, quòd ibi pastores lanam vellere soliti fuerint. ¶ Vnde

Velinus adiectiuum: vt, Velina regio, quæ circa palatium erat.

Velinus, item adiectiuum, à Velia Lucaniæ oppido, vt Portus Velinus. Virg. 6. *Æneid.*

——portúsque require Velinos.

¶ Velinus lacus. Plin. *lib.* 3. *cap.* 12. & Colum. *lib.* 8. *cap.* 16.

Veliates, populi Liguriæ trans Alpes, vt scribit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Velifico, Velificus, Velifer, vide *Velum.*

Velitaris, Velitor, vide *Veles.*

Velitræ, Βέλιτρα Stephano, ciuitas insignis Volscorum, Octauiæ gentis origine nobilitata, vt *in Augusto* testatur Sueton. *cap.* 94. Huius incolæ dicuntur Veliterni. Imò Velitrini dicuntur ab eod. Suet. *eodem loco.* qui à Romanis olim subacti bona agri portione sunt mulctati. Scribit Dionysius *lib.* 7. Velitris adeò sæuiisse pestilentiam, vt vix decima pars ciuium superfuerit: quod damnum postea Romani missa eò colonia sarcierunt.

Veliuolus, vide *Velum.*

Vellatura, æ, exercitum ducendi plaustrum, vel quæstus ex vectura. ἀμαξηλασία. Vellaturam facere (inquit Varr. *lib.* 1. *de re rust. cap.* 2.) dicuntur qui vecturis viuunt. Nam antiqui vellam, non villam dicebant. Eius hæc sunt verba: Villa dicta, quòd à villico in eam conuehuntur fructus, & euehuntur quum væneunt. A quo rustici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas: & vellam, non villam, quo vehunt, & vnde vehunt. Item dicuntur qui vecturis viuunt, Vellaturam facere.

VELLO, is, & velli, & vulsi, sum, Extirpo, euello, eruo, & tollo. {נסח *nasach* נתש *nathásch* נתק *nathák* שרש *schereśch.* μαδίζω, τίλλω, σπάω. GALL. *Tirer, ou arracher, oster.* ITAL. *Cauare stirpare.* GERM. Rupffen/oder außrupffen/außreissen. HISP. *Arrancar.* ANGL. *To pluck or pull.*} Colum. *lib.* 12. *cap.* 3. Reliquis annis non erit decerpendus, sed radicitus vellendus. Plin. *lib.* 12. *cap.* 12. Nardum Gallicum cum radice vellitur. Virg. 3. *Æneid.*

Nam quæ prima solo ruptis radicibus arbos
Vellitur, huic atro linquuntur sanguine guttæ.

Sueton. *in Cæs. cap.* 45. Circa corporis curam morosior, vt non solùm tonderetur diligenter, ac raderetur, sed velleretur etiam. ¶ Velli de maribus ad libidinem. Idem *in Galba cap.* 22. Icelum non modò osculis palàm exceptum ab eo, sed vt sine mora velleretur oratum, atque seductum ferunt. ¶ Vnde vulsa corpora à Quintil. *in Proœm. lib.* 8. dicuntur, quibus pili sunt euulsi. Corpora (inquit) si quis vulsa atque fucata muliebriter comat, fœdissima sunt ipso formæ labore. Sueton. *in Othon. cap.* 11. Munditiarum pænè muliebrium, vulso corpore. Item Quintilian. Vulsum corpus parum viri signum. ¶ Ponitur aliquando Vellere pro diruere, in terram proiicere, euertere, κατασκάπτειν, κατασπάζειν. Liu. 6. *bell. Pun.* Aræ, foci, deûm delubra, sepulcra maiorum vulsa, temerata, ac violata. ¶ Barbam vellere, prouerbium est, quo summum contemptum, ac ludibrium significamus. Horat. 1. *Serm. satyr.* 3. —barbam tibi vellunt Lasciui pueri. Vide Erasm. *in Chil.* ¶ Huius composita sunt, Auello, conuello, diuello, euello, peruello, interuello, & reuello, quorum significata vide suis locis.

Vulsura, æ, ipsa vulsio. {מסח *masśách.* τιλμός, τίλσις. GALL. *Arrachement.* ITAL. *Cauamento, stirpamento.* GERM. Rupffung/oder außrupffung. HISP. *Arrancamento, obra de arrancar.* ANGL. *Plucking or pulling.*} Varr. 2. *de re rust. cap.* 11. Lanam tonsam & conglobatam alij vellera, alij vellumina appellant: ex quorum vocabulo animaduerti licet, prius lanæ vulsuram, quàm tonsuram inuentam.

Vellico, as, Frequenter vello. {מרט *marát* הטאיר *himeir* הפריש *hiphrisch.* παρατίλλω. GALL. *Tirer ou arracher, pincer ou piquoter.* ITAL. *Tirare, cauare, pungere, picchiare.* GERM. Embsig rupffen/pfätzen. HISP. *Pecilgar ò dar del codo.* ANGL. *To pull or pluck often, to pinche.*} Propert. *lib.* 2.

Nec mihi tam duris insultus moribus, & te
Vellicet, heu seriò flebis amata diu.

Senec. *epist.* 63. Vellicabit hoc te (dolor ob amici mortem) sed vellicabit. ¶ Per translationem vellicare ponitur pro criminari, mordere, ac lacerare. {שטן *satán* גדף *ghiddéph* חרף *cheréph* הלך רכיל *halách rachil.* διαβάλλω, κατελαλεῖν.} Cic. *pro Corn. Balbo,* More hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis vellicant. Gell. *lib.* 4. *cap.* 15. plura in Salustij scriptis inscitè aut malignè vellicant. Horatius 1. *Serm. satyr.* 10.

——an crucior, quòd Vellicet absentem Demetrius.

Vellicatus, us, ipse vellicandi actus. {τιλμός. GALL. *Tirement ou arrachement, pincement.* ITAL. *Tiramento, esso picchiare.* GERM. Das rupffen/ oder pfätzen. HISP. *Aquel pecilgar ò dar del codo.* AGNL. *A pulling or pinching.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 6. Extremitates corporis, vel aurium vellicatibus perstringi, &c.

Vellicatio, nis, idem. Seneca *de vita beata*, Quum non tantùm lacerationes, sed etiam vellicationes effugerit. Item 3. *de Ira* metaphoricè accipit pro molestiis, Detrimenta, iniurias, conuitia, vellicationes contemnamus.

Vellicatim, aduerbium, id est, particulatim, sparsim, carptim, non continuè, hinc illinc aliquid decerpendo. {μερικῶς, σποράδην. GALL. *En tirant, en pinçant, en arrachant.* ITAL. *Tirando, pungendo, picchiando.* GERM. Zerrupffter weiß/eins hie das ander dort här genommen. HISP. *Pecilgando, ò dando del codo.* ANGL. *By pulling or pinching.*} Sisenna *histor. lib.* 1. vt citatur à Nonio, Vos vna æstate in Asia & Græcia gesta, literis idcirco continentia mandauimus, ne vellicatim ac saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus. Sunt qui hoc loco legant *velitatim* à velite.

Velocasses, populi sunt Galliæ Lugdunensis ad Ligerim fluuium, quorum meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 18.

VELLVS, Lana ex oue dempta & conglobata, ita dicta à velleno, quòd ante inuentam tondendi rationem, lana soleret velli. {גז *ghez* גזה *ghizzáh.* πόκος, κῴδιον. GALL. *Toison.* ITAL. *Vello. lana.* GERM. Abgeschorne wollen. HISP. *El vellocino de lana.* ANGL. *A fleece of wooll.*} Varro *rei rust. lib.* 2. *cap. vlt.* Sole calidiore tonsa, ex eius sudore lana fit mollior, & ponderosior, & colore melior. Quam demptam & conglobatam alij vellera, alij vellumina appellant. Ex quorum vocabulo animaduerti licet, prius lanæ vulsuram, quàm tonsuram inuentam. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Stamina de nigro vellere facta mihi.

¶ Frequentissimè tamen Vellera ponuntur pro lana nondum detonsa, sed adhuc in ipsis hærente pecudibus. Virg. 3. *Eclog.*

Parcite oues nimium procedere: non benè ripæ
Creditur: ipse aries etiam nunc vellera siccat.

Idem 3. *Georg.*

Reijce ne maculis infuscet vellera pullis Nascentum.

Ibidem circa finem,

Nec condere quidem morbo, illuuiéque peresa
Vellera, nec telas possunt attingere putres.

¶ Nonnunquam pro ipsis ouibus, siue agnis. Iuuen. *Satyr.* 12.

Par vellus dabatur pugnanti, &c. (id est, agna velleris niuei.)

¶ Nonnunquam etiam pro ipsis pellibus vnà cum lana ouibus detractis. Col. *lib.* 7. *c.* 4. Pelles eorum propter pulchritudinem lanæ maiore pretio quàm alia vellera mercantibus traduntur. Virg. *lib.* 7. *Æneid.*

Centum lanigeras mactabat ritè bidentes,
Atque harum effultus tergo stratisque iacebat
Velleribus.

¶ Vellera etiam propter similitudinem Virgilius posuit pro lana, quæ apud Seres Scythiæ populos ex arborum frondibus depectitur. Ita enim habet *lib.* 2. *Georg.*

Velleraque vt folijs depectant tenuia Seres.

Quinetiam ipsas arborum frondes vellera interdum inuenimus appellata, eò quòd iis vestiantur arbores, quemadmodum velleribus oues. Ouid. *de Nuce,*

At simul induimus nostris sua vellera ramis.

Vellereus, adiect. è vellere. Ascon. Pædian. *in Verrem,* Et crumenæ, aut vellereæ, aut scorteæ. sic enim legend.

Vēlānī, populi Alpini, D. Augusti auspiciis in populi Romani potestatem redacti, referente Plin. *lib.* 3. *cap.* 20.

Vēlo, as, vide *Velum.*

Vēlōx, ocis, Celer: à volando, quasi volox. {מהיר *mahir* קל *kál.* ταχύς, ὠκύς, θοός. Gall. *Soudain, leger, vitte.* Ital. *Veloce, leggiero.* Germ. Schnell/behend. Hisp. *Ligero.* Angl. *Swift, hastie, speedie.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 34. de Tarando, Velox saltu venatu viuens, innocuum homini, &c. Ouid. 1. *de Pont. Eleg.* 3.

Sed piger ad pœnas princeps, ad præmia velox.

Virg. 5. *Æneid.*

Veloces iaculo ceruos, cursúsque fatigat.

Ouid. 5. *Fast.*

Et malè veloci iusta soluta remo.

Idem 8. *Metam.*

——nec fortibus illic
Profuit armentis, nec equis velocibus esse.

Idem 10. *Metam.*

Et nihil est annis velocius.

¶ Velox pro velociter. Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

——Ictum venientem è vertice velox Præuidit.

Vēlōcĭtās, atis, Celeritas, pernicitas. {מהרה *meheráh* קל *kol.* ταχύτης. Gall. *Soudaineté, legereté.* Ital. *Velocità, leggierezza.* Germ. Schnälle/behendigkeit. Hisp. *Ligereza.* Angl. *Swiftnesse, quicknesse, speedinesse.*} Plinius *lib.* 9. *cap.* 8. At mugilum nihilominus velocitas transilit. Cic. 2. *de finib.* Quid si in ipso corpore multa voluptati præponenda sunt: vt vires, valetudo, velocitas, pulchritudo? Liuius 5. *bell. Pun.* Decem millibus peditum atque equitum quos in expeditione, velocitate corporum, ac leuitate armorum aptissimos esse ratus est, electis, quarta vigilia noctis signa mouit. ¶ Pro breuitate. Quint. Velocitas immoralis Salustij.

Vēlōcĭtĕr, aduerbium, Celeriter. {ταχύ. Gall. *Soudainement, legerement.* Ital. *Velocemente, leggiermente.* Germ. Schnelliglich/eilends/flugs. Hisp. *Ligeramente.* Angl. *Swiftelie, speedelie.*} Mart. *lib.* 1.

Quódque magis mirum est, velociter exit ab hoste.

Cic. *in somn. Scip.* Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ, quibus agitatus & exercitatus animus, velociùs in hanc sedem & domum suam peruolabit.

Vēlvm, i, Integumentum, inuolucrum, quo quid velatur, id est, tegitur. {מעטה *mahatéh* סמיכה *semicháh* מסך *masách* פרכת *paróchetḥ.* σκέπασμα, ἔλυμα. Gall. *Voile.* Ital. *Vela, velo.* Germ. Ein decktuch/fürhang/segel. Hisp. *El paramento para hazer sombra, vela, ò velo.* Angl. *A vaile, a curtaine, a sayle.*} Varro à velleribus dictum putat quòd ex ouium velleribus fierent vela quibus homines tegebantur. Cic. 6. *Verr.* Tabernacula carbaseis intenta velis. Idem *in Catil.* Sociis veli amicti, non togis. Senec. *epist.* 81. Velum ostij alleuare. ¶ In nauibus item velum dicitur linteum, quod circa malum expansum, ventum excipit. {נס *nes.* ἱστίον.} Virg. 3. *Æneid.*

Interea classem velis aptare iubebat Anchises.

Idem 1. *Æneid.* Talia iactanti stridens Aquilone procella, Velum aduersa ferit. Plinius *lib.* 12. *cap.* 19. Vehunt per maria vasta ratibus, quas neque gubernacula regant, neque remi trahant, vel impellant, non vela, non ratio vlla adiuuet. ¶ Vela retorquere. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.

Item, Vela obliqua ad incertos ventos transferre. Liu. *lib.* 6. *bell. Pun.* Vela referre. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

O vtinam venti referant!

¶ Deserere. Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Mart.* Turpis gubernator, qui vela fluitantia deseruit. ¶ Dirigere aliquò vela. Cæsar *lib.* 2. *de bell. ciuil.* &c. ¶ Dare vela, est ventis se committere, & nauigare. Virgil. 2. *Æneid.*

Vela dabant læti.

Dare vela ventis. Idem 4. *Æneid.*

——quos Sidonia vix vrbe reuelli,
Rursus agam pelago, & ventis dare vela iubebo?

¶ Vela dare & legere. Ouid. *in Epist. Saph.*

Ipse dabit tenera vela legétque manu.

¶ Dare vela retrorsum, est in diuersum mutare sententiam, vitæque institutum. Sumpta metaphora à nauigantibus, qui cursus errorem versis velis corrigunt. Sic metaphor. Quintilian. Contrahit vela inhibétque remos. Et Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Propositique precor contrahe vela tui.

Quintilian. Si fuerit flatus, vela danda sunt. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Remigio velóque quantum poteris festina, &c. ¶ Vela dare famæ suæ, est non curare famam suam. ¶ Vela facere, idem quod expedire, seu expandere vela. Cic. 5. *Verr.* Cleomenes manum erigi, vela fieri, anchoras præcidi iubet. ¶ Per translationem vela facere, accipitur pro eo quod est toto conatu rem aliquam aggredi. Idem 4. *Tusc.* Vtrum igitur mauis? statímne nos vela facere, an quasi è portu egredientes paulum remigare? ¶ Permittamus vela ventis, dixit Quint. *in Præf. Instit.* hoc est, editionis ancipitem euentum, vtcunque cadet experiamur. ¶ Velis, equísque, id est, omni conatu, & mari terráque. ἐκ παντὸς τρόπου. Cic. 3. *Offic.* Quibus obsoletis Epicurus eiusdem ferè adiutor, autórque sententiæ. Quum his velis equísque (vt dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum erit. ¶ Velis remísque. Idem Cic. 3. *Tusc.* Terra enim res est misera, detestabilis, omni contentione, velis (vt ita dicam) remísque fugienda. Vide *Chil. Erasmi.*

Vēlĭfĭco, as, velo, nauigo, vela facio. {ἱστιοδρομέω. Gall. *Voguer, nauiger à voile desployé.* Ital. *Nauicare à velà spiegata.* Germ. Sägeln/mit sägeln hinschiffen. Hisp. *Nauegar haziendo vela.* Angl. *To mak vailes or courteins, to sayle with a sayle.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 33. Per summa æquora velificant. Prop. *lib.* 4. *Eleg.* 10. Nauta per vrbanas velificabat aquas.

Vēlĭfĭcŏr, passiuum, Iuuenal. *Satyr.* 3.

Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax.
Audet in historia, id est, circumnauigatus.

¶ Legitur & velificari deponens: vt, Velificari honori suo, id est, velis, remísque honori, & dignitati operam dare. Cic. *de lege Agrar.* Quòd si quis vestrûm spe ducitur, se posse in turbulenta ratione honori velificari suo, &c. hoc est, euadere ad summos honores, non virtute & maiorum gloria, sed violenta quadam ratione, vt solet fieri ab his, qui quæcunque temerè experiuntur velis in altum elatis, nullo consilio quicquam facientes.

Vēlĭfĭcātŭs, a, um, participium. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 29. Vna rati fati nostros portabit amores Cærula ad infernas velificata rates.

Vēlĭfĭcātĭo, nis, verbale, Ipse velificandi actus. {ἱστίων πίτασις. Gall. *Voguement, ou nauigation à voile desployé.* Ital. *Esso nauicare à vela.* Germ. Schiffung mit sägeln. Hisp. *Nauegamiento haziendo vela.* Angl. *A sayling.*} Cicero *ad Lentul. lib.* 1. Quum verò id possis mutata velificatione assequi: stultum est eum tenere cum periculo cursum quem cœperis.

Vēlĭfĕr, a, um, Ferens velum. {ἱστιοφόρος. Gall. *Qui porte voile, voilé.* Ital. *Che porta vela.* Germ. Das ein sägel tregt. Hisp. *Cosa que tiene ò trae velas.* Angl. *That beareth a sayle or vaile.*} vt, Carina velifera. Ouid. 15. *Metam.*

Huc vbi veliferam nautæ auertêre carinam, &c.

Malus velifer. Valer. Flac. *in Argon.*

Pallada velifero quærentem brachia malo.

Vēlĭfĭcŭs, adiectiuum, ἱστιοδρομῶν. vt, Velificus cursus, qui velis fit. {ὁ ἐ ἱστιοδρομένης τῆς νηὸς. Gall. *Le cours d'vne nauire à voile desployé.* Ital. *Corso di naue à vela spiegata.* Germ. Die schiffart mit außgespanten sägeln. Hisp. *Corrida de naue haziendo vela.* Angl. *The course of a sayling shipe.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 11. Noctis denique velifico nauigij cursu. Idem *lib.* 9. *cap.* 17. Complures autem totam ipsius longitudinem XL. dierum noctiúmque velifico nauium cursu determinauêre.

Vēlĭuŏlŭs, a, um, propriè est nauium epitheton, quæ vt alis aues: ita velis quodammodo volitare videntur. {ἱστιοδρομῶν. Gall. *Qui nauige à voile, volant & courant à voile.* Ital. *Che si nauica à vela.* Germ. Das mit den sägeln dahär fehrt als ob es flüge. Hisp. *Cosa que buela ò nauega con velas.* Angl. *That sayleth.*} Ouid. 4. *de Ponto Eleg.* 5.

Et freta veliuolas non habitura rates.

Virg. 1. *Æneid.* ad mare ipsum transtulit,

Despiciens mare veliuolum, terrásque iacentes.

Vēlĭuŏlāntēs naues. Cic. 2. *de diuin.* ἱστιοδρομοῦντες, νῆες.

Vēlo, as, per simplex l, Tego, operio. {עטה *hatáh* חפה *hatáph* כסה *chasáh.* σκεπάζω, καλύπτω. Gall. *Voiler, couurir, cacher.* Ital. *Coprire, nascondere.* Germ. Bedecken. Hisp. *Cubrir con velo, esconder.* Angl. *To couer to hid, to drawe a courteine ouer.*} Cic. *pro domo sua,* Tu, tu, inquam, capite velato, concione aduocata. Virg. 3. *Æneid.*

Et capite ante aras Phrygio velamur amictu.

¶ Nonnunquam ponitur pro vestire, induere, &c. ἐνδύειν, ἀμφιέννυμι, ἱματίζειν. Ouid. 3. *de Arte,*

——croceo velatur amictu.

Plaut. Muliebri velatus toga. Hinc velati olim dicebantur, teste Festo, qui postea literis aliquot immutatis velites appellati sunt, quòd vestiti, non armati exercitum sequerentur. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Altaque velantur fortasse palatia sertis.

Ibid. Eleg. 1. *lib.* 3.

——apposita velatur ianua lauro.

¶ Nonnunquam pro celare, abscondere, ἀποκρύπτειν. Plin. *in Paneg.* Agentibus tibi gratias, nihil velandum est. Sueton. *in Tib. cap.* 12. Velare ignominiam. ¶ Hinc velanda corporis, pro pudendis posuit idem Plin. *Epist.* 110. Velatæ manus, id est, velamenta supplicium præferentes. Plaut. *in Amphit.* Velatis manibus orant: ignoscamus peccatum suum. ¶ Composita huius verbi sunt Aduelo, euelo, deuelo, præuelo & reuelo: quorum significata vide suis locis.

Vēlātŭs, a, um, participium, Velo ornatus, tectus & opertus. {עטה *hotéh* כסו *chasúj.* ἐσκεπασμένος, κεκαλυμμένος. Gall. *Couuert, voilé, caché.* Ital. *Coperto, velato.* Germ. Bedeckt/verdeckt. Hisp. *Cubierto con velo.* Angl. *Couered with a cloth, hidde.*} Cicero 2. *de natura deorum,* At verò apud maiores tanta religionis vis fuit, vt quidam Imperatores etiam seipsos diis immortalibus, capite velato, verbis certis pro Republica deuouerent. Virg. *lib.* 11. *Æneid.*

Iamque oratores aderant ex vrbe Latina,
Velati ramis oleæ.

Vbi Seruius, Velati, instructi, & ornati. id est, in manibus oliuæ ramos tenentes. Velleius, Velato capite elatum corpus Scipionis Æmiliani contra morem. Plaut. *Amph.* Velatis manibus, &c. (legati) orant, &c. Ouid. *lib.* 6. *Fast.*

Et pede velato non adeunda palus.

Cætera vide in verbo *Velo,* as.

Vēlāmĕn, inis, Operimentum, tegmen, vestis. {מעטה *mahatéh* מעטפה *mahataphâh* צעיף *tsahiph.* ἔλυμα, σκέπασμα. Gall. *Couuerture de quelque sorte qu'elle soit.* Ital. *Ogni sorte di coperta.* Germ. Ein decke/decktuch.

decken. HISP. *El velo, toda cobertura.* ANGL. *That couereth any thing, a couerlett.*} Virg. 1. *Æneid.*

Et circumtextum croceo velamen acantho.

Ouid. 6. *Metam.*

———velamina Progne
Diripit ex humeris auro fulgentia lato:
Induitúrque atras vestes.

Idem 2. *Fast.*

———Nymphæ velamina ponunt.

Vēlāmentum, i, Tegmen, operimentum, tunica, inuolucrum. {מעטה *mahatéh* מעטפת *mahataphâh* צעיף *tsahiph.* ἔλυμα, χιτὼν, σκέπασμα. GALL. *Toute sorte de couuerture.* ITAL. *Ogni sorte di coperta.* GERM. Ein decken/Decklach. HISP. *Toda cobertura.* ANGL. *All kynd of thing that couereth.*} Vnde testiculorum tunicæ, velamenta à Celso appellantur. ¶ Velamenta item à Romanis dicebantur, quæ Græci vocant ἱκετηρία. hoc est, ea quæ supplices misericordiæ mouendæ causa præferebant: cuiusmodi erant rami olearum vittis obuoluti. Liuius, Oratores ad Romanos cum infulis & velamentis miserunt. Idem Liuius *lib.* 5. *dec.* 4. Velamenta supplicum tenere. Ouid. 1. *Metam.*

———velamenta manu prætendens supplice, &c.

Tacit. *lib.* 19. Mox velamenta & infulas pro muris ostendunt. ¶ Velamentum oculos Pontificis à funere arcebat. Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Mart.*

Vēlāriă, orum, vela erant, quibus theatrum supernè tegebant. ¶ Item theatrum ipsum, aliúsve locus velis tectus. {מסך *masâch.* ὀθόνια, ἱστία. GALL. *Lieu couuert de voiles ou tapisseries.* ITAL. *Luogo coperto di vele.* GERM. Ein orth mit thücheren verhenckt. HISP. *Lugar cubierto de velas.* ANGL. *Courtaines.*} Iuuen. *Satyr.* 4.

———& pueros hinc ad velaria raptos.

Vēlābrum, i, βήλαβρον, locus in Vrbe iuxta Auentinum montem, in quo vela obtendebantur, sub quibus oleum & similia vendebantur. Vnde dictum sit, docet Plutarch. *in Romul.* nempe à velitura, id est, vectura. Plaut. *in Capt.* Quasi in velabro olearij. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. In velabro pistores, aruspices. Sueton. *in Cæs.* Gallici triumphi die velabrum prætervehens penè curru excussus est, axe defracto. Horat. 1. *Serm. satyr.* 3.

Cum scurris fartor, cum Velabro omne macellum
Manè domum veniant.

Cic. *Bruto lib.* 15. In eóque sum maiorum exemplum secutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, cuius vos Pontifices ad aram Velabro facere soletis.

Vēlābrensis, e. Mart. *lib.* 11. vel Velabrensi massa recocta foco. ¶ Velabrensis caseus, qui in velabro conficiebatur, cunctis præferendus. Idem *lib.* 13.

Non quencúnque focum: nec fumum caseus omnem,
Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.

Velatura, i. vectura, vnde velabrum. Plutarch. *in Romul.*

Vĕlŭt, & veluti, Sicut, quemadmodum. {כה *che* כמו *chemó.* ὡσεὶ, ὥσπερ. GALL. *Comme, ainsi comme.* ITAL. *Si como.* GERM. Gleich wie/als. HISP. *Assi como.* ANGL. *As, lik as.*} Cic. 2. *de fin.* Non elogia monumentorum hoc significant, velut ad portam. Idem *de Arusp. resp.* Si conabitur, eius conatum refutabo, velut hesterno die. ¶ Eiusdem significationis est veluti. Cic. 1. *de nat. deor.* Bestiæ quæ gignuntur in terra, veluti crocodili. Quomodo autem hæc differant à quasi, ceu, & tanquam, fusè explicat Valla *lib.* 1. *cap.* 36.

Vēnă, æ, Conceptaculum sanguinis misti, confusísque cum spiritu naturali, in quo, vt ait Gellius *lib.* 18. *cap.* 10. plus sanguinis, minus spiritus. {φλὲψ, βός. GALL. *Veine.* ITAL. *Vena.* GERM. Ein blutader. HISP. *La vena, proprio lugar de la sangre.* ANGL. *A vaine.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Inter hos latent arteriæ, id est, spiritus semitæ. His innatant venæ, id est, sanguinis riui. Venæ suapte vi immobiles sunt, & sanguinis tantùm mittendi gratia explorantur. Arteriæ autem motu, atque pulsu habitum, & modum febrium demonstrant. Super arterias locantur venæ, præterquam in dorso, in quo magna arteria, quæ Trachia dicitur, est posita super venam. Vide Gell. *cap.* 10. *lib.* 8. de discrimine venæ & arteriæ. ¶ Vena tamen aliquando pro arteria ponitur. Cels. *lib.* 3. *c.* 6. Venis enim credimus, fallacissimæ rei: quia sæpè istæ lentiores, celerioresve sunt, & ætate & sexu, & corporum natura. Ouid. 10. *Metam.*

———saliunt tentatæ pollice venæ.

Cic. *de Fato,* Si cui venæ sic mouentur, is habet febrem, &c. ‖ ¶ Venam soluere (& apud Tacitum, venas exoluere) venam ferire atque incidere. ‖ ¶ Incidere venam dixit Cic. *de Arusp.* pro eo quod est scalpello venam aperire, φλεβοτομεῖν, & quòd vulgò dicimus, sanguinem mittere. Velleius, Venas sibi incidere. Venam soluere militi ignominiæ caussa. Gell. *cap.* 8. *lib.* 10. Concidere venæ dicuntur à Celso *lib.* 3. *cap.* 6. quando arteriarum pulsus languidus fit. ¶ Tenere venas cuiusque generis hominum ætatis, ordinis, &c. dixit Cic. 1. *de Orat.* pro eo quod est vniuscuiusque naturam pernoscere, & ingenium. ¶ Peioris venæ æuum, id est, seculum ferreum. Ouid. 1. *Metam.*

Protinus irrupit venæ peioris in æuum
Omne nefas, fugêre pudor, verúmque, fidésque.

¶ Venæ quoque de arboribus dicuntur. Plin. *lib.* 16. *cap.* 38. In quarundam arborum carnibus pulpæ venæque sunt. Ponitur aliquando vena pro ingenio hominis ad aliquid scribendum apto. Iuuen. *Satyr.* 7.

Sed vatem egregium, cui non sit publica vena, &c.

hoc est, ingenium vulgare, & rude, commune cum aliis. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.*

Cuius (ingenij)...
Fons infœcundus, paruaque vena fuit.

Quintilian. Vena ingenij tenuis. ¶ Per translationem quoque venæ in terra dicuntur subterranei meatus, per quos vnda manat, aut alius liquor. {מבוע *mabbuáh* מקור *makór.*} Hircius 4. *belli Alex.* Omnia enim littora naturaliter aquæ dulcis habere venas. ¶ Venas quoque argenti, & venas auri dicimus. Cicer. 2. *de nat. deor.* Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus, &c. Quint. Tenui venula per calculos fluere.

Vēnōsŭs, a, um, quod est venis turgentibus plenum. {φλεβώδης. GALL. *Veneux, plein de veines.* ITAL. *Pieno di vene.* GERM. Aderechtig. HISP. *Lleno de venas.* ANGL. *That hath many and great vaines.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 13. Amomi vua in vsu est, frutice venoso. ¶ Transfertur etiam ad alia, vt ad orationem, quæ tanquam corpus construitur, quod succum & sanguinem habet, & venas, & ossa, & neruos, & carnem, & toros, & robur, & colorem, decorémque. Vnde à Persio dictus est liber venosus pro aspero, duro & horrido, quum ait *Satyr.* 1. Et nunc Brisei quem venosus liber Acci. Sunt quos Pacuuius, & verrucosa moretur Antiopa.

Venox, venæ indagator.

Vēnābŭlum, i, Telum quo venantes vtuntur, aciei longissimæ, apud nos cornibus hinc, & inde extantibus. {προβόλιον, ὑσσός. GALL. *Vn espieu, vouge, ou gouge.* ITAL. *Spedo de caccia.* GERM. Ein jägerspieß/schweinspieß. HISP. *Venablo, arma de montero.* ANGL. *A dart that hunters vse.*} Mart. *lib.* 14. Si directa geres longo venabula rostro, hic breuis in grandem cominus ibit aprum.

VĔNĀFRUM, Βέναφρον, ciuitas Campaniæ abundans oleis. Martial. *lib.* 13.

Hoc tibi Campani sudabit baccha Venafri.

Horat. 2. *Carm. Ode* 6.

———Viridique certat baccha Venafro.

Vĕnāfrānŭs, adiect. vt, Ager Venafranus, oleum Venafranum, quod & Venafranum dicitur absolutè. Iuuen. *Sat.* 5.

Ipse Venafrano piscem perfundit.

Vēnālĭs, e, Venalitiarius, Venalitius, vide *Veneo.*

Vēnārĭă, Insula est in mari Tusco, vt scribit Plin. *lib.* 3. *cap.* 6.

Vēnātĭcŭs, vide *Venor.*

‖ Vencium Nerusiorum, *S. Paul. de Vences,* in Alpibus maritimis, V.E. Venciensis, regni Galliæ, sub A. Ebredunensi. ‖

VĔNDĬCO, as, Assumo, ascribo, & mihi attribuo. {לקח *lakách.* ἀντιλαμβάνομαι, ἐξιδιοποιοῦμαι, προσποιοῦμαι, ἀντιποιοῦμαι. GALL. *S'attribuer quelque chose, & en faire son propre.* ITAL. *Attribuirsi, appropriar qualche cosa.* GERM. Zueygnen/ihm zuschreiben. HISP. *Vsurpar ò apropiar à si.* ANGL. *To clayme or chalenge to him self.*} Plin. *Epist.* 47. Quam curam, etiamsi non mandasses, vendicassem. Cic. *pro Arch.* Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi verò suum esse confirmant. Ouid. 4. *de Ponto eleg.* 1.

Vendicat vt Calais laudem quos fecit equorum.

Cic. 1. *Offic.* Quoniam in eo studio ætatem consumpsi, si id mihi assumo, videor id meo iure quodammodo vendicare. Idem *eodem lib.* Non nobis solùm nati sumus, ortúsque nostri partem patria vendicat, partem amici. Ouid. 4. *Fast.*

Quem Venus iniecta vendicat alma manu.

¶ Interdum ponitur pro libero & eximio. Cic. *de nat. deor.* Solutus & in libertatem vendicatus. Idem *pro Sylla,* Sed me neque honoris, neque ætatis excusatio vendicat à labore.

Vĕndĭcātŏr, is, προσποιητής. Cornelius Tacit. *lib.* 7. Famæ nec incuriosus, nec vendicator.

VĔNDO, is, ex venum & do, secunùm Apuleium, abiectis u & m. Et construitur cum ablatiuo, si exprimatur pretium rei, quæ venditur, vel cum genitiuis pluris, minoris, tanti, quanti, & eorum compositis substantiuè acceptis. {מכר *machár.* ἀπεμπολάω, πωλῶ, ἀποδίδομαι. GALL. *Vendre.* ITAL. *Vendere.* GERM. Verkauffen. HISP. *Vender.* ANGL. *To sell.*} Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Quasi fundum vendam meis me addicam legibus. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Argentum accepi, dote imperium vendidi. Idem *Men. sc. vlt. a.* 2. faciam hîc auctionem, vendam quicquid est. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 2. Eme die cœca oliuum, id vendito oculata die. Velleius, Vendente Rempub. Consule Antonio. Item, Vendere operam. Quintil. Et vendere pro locare, Cic. 3. *Verr.* Plaut. *in Merc.* Viginti minis opinor posse me illam vendere. Cic. 3. *Offic.* Vendo meum non pluris quàm cæteri, fortasse etiam minoris, quum maior est copia. Velleius, Dubitante Lentulo quanti se venderet (Antonius.) Quòd si addantur substantiua, statim in Ablatiuos resoluuntur. Et sicut non dicimus, Quanto vendidisti, sed quanti. Ita non dicimus, Quanti pretij vendidisti, sed quanto pretio. Varro tamen ablatiuo vsus est sine substantiuo, quum ait, Veneunt propter penuriam magno. Et sanè rectè, quum non sit ex quatuor illis exceptis, tanti, quanti, pluris, minoris. ¶ Huius compositum est, Diuendo.

Vēndĭtŏr, is, qui vendit. {מכר *mochér.* πωλητής. GALL. *Vendeur.* ITAL. *Venditore.* GERM. Ein verkauffer. HISP. *Vendedor.* ANGL. *He that selleth.*} Cicer. 3. *Offic.* Vt nequid omnino quod venditor norit, emptor ignoret.

Vēndĭtĭo, nis, Actus vendendi. {ממכר *mimchár.* πρᾶσις. GALL. *Vente, vendition.* ITAL. *Vendità.* GERM. Ein kauff oder verkauffung. HISP. *Obra de vender.* ANGL. *Selling.*} Cic. *pro Rosc. Amer.* Ostendit, si sublata sit venditio bonorum illum pecuniam grandem amissurum.

Vĕndĭto, as, Sæpè, seu continuè vendo. {ἀπεμπολάω, ἀποδίδομαι, πωλέω. GALL. *Vendre souuent, ou continuellement.* ITAL. *Vendere spesso.* GERM. Offt verkauffen. HISP. *Vender à menudo.* ANGL. *To sell often.*} Plin. *lib.* 22. *cap.* 22. Hæc est quam Aristophanes Euripidi poëtæ obiicit iculariter, matrem eius ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem. Quint. *lib.* 4. *d.* 5. Venditare operam suam. ¶ Pro prostituere se. Plaut. *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Non ego possum, quæ se ipsa venditat tutarier, (id est, quæ venalem se prostituit.) Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. In Tusco vico sunt homines qui sese venditant. ¶ Venditare se cuiquam, cum datiuo per assentationem operam suam vltrò spondere, & quasi venalem se ostentare. {κολακεύω, καὶ προτείνω ἑαυτὸν τινὶ, & χαρίζεσθαι ἑαυτὸν, χρῆσθαι, ὅ, τι ἂν βούληται. ANGL. *To vant much.*} Cic. *Attic. lib.* 8. Quomodo autem se venditant Cæsari? id est, quomodo se in clientelam Cæsaris tradunt, & in eius partes adiungunt. Liu. 3. *ab Vrbe,* In foro volitare, per illos se plebi venditare, donec collegæ quoque, &c. Velleius, Venditans se Senatui. ¶ Venditare interdum desiderandi verbum est, i. vendere cupere, vt metuitare pro cupere mutuari. Cic *ad Attic. lib.* 1. Tusculanum venditat, vt si possit emat Pacilianam domum. Plin. *Epist.* 24. Tranquillus contubernalis meus vult emere agellum, quem venditare amicus tuus dicitur.

Venditator,is. Gell.*cap.*4. *lib.*18. Iactatorem quempiam & venditatorem Saluſtianæ lectionis irriſit. Idem apud eundem *cap.*14. *lib.*5.

Vĕndĭtātĭo,nis,verbale,Oſtentatio. {גאון gháon גאוה gheut. ἀλαζονεία. GALL. *Vanterie & oſtentation.* ITAL. *Vantamento di qualche coſa.* GERM. Spieglung/herfürthuung vmb ruhms willen. HISP. *Obra de moſtrar algo à vana gloria.* ANGL. *Vanting and fonth sheuing of him ſelf.*} Cic.2.*Tuſc.*Quinetiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia,quæ ſine venditatione, & ſine populo teſte fiunt.

Vĕndĭtārĭus,a,um, Venalis. {πρατικός. GALL. *Venal, mis en vente.* ITAL. *Coſa poſta in vendità.* GERM. Feyl. HISP. *Coſa que eſta pueſta para vender.* ANGL. *That is to be ſold.*} Plaut. *in Stich.* Neque aliud quicquam, niſi quòd hoc habeo pallium , præter vnam linguam quoque etiam venditariam.

Vĕndāx,acis,qui facilè, ſeu libenter vendidit.)(Emax qui procliuis eſt ad emendum. {φιλοπράτης. GALL. *Grand vendeur, qui aime à vendre, ou vend beaucoup.* ITAL. *Diſpoſto à vendere, gran venditore.* GERM. Verkäuffig/der gern verkaufft. HISP. *El que mucho vende.* ANGL. *A great ſeller.*} Cato *de re ruſt. cap.*2. Patremfamiliâs vendacem, & non emacem eſſe oportet.

Vĕndĭbĭlĭs,e,quod facilè vendi poteſt,probabilis. {πραγματώδης. GALL. *Vendible, qui eſt de bonne vente.* ITAL. *Coſa facile da vendere.* GERM. Verkäufflich. HISP. *Coſa que ſe puede bien vender.* ANGL. *That is eaſily ſold.*} Cic. *in Rul.* Accedunt ſalicta ad Minturnas : adiungetur etiam illa via vendibilis Herculanea multarum deliciarum,& magnæ pecuniæ. Col. *lib.*7. *cap.*6. Dum poſſit eſſe vendibilis. Horat.1.*Epiſt.*17.

Indotata mihi ſoror eſt, paupercula mater:
Et fundus nec vendibilis, nec paſcere firmus.

Ouid.3.*Amor.Eleg.*11.

Vendibilis, culpa puella mea eſt.

¶ Per tranſlationem ponitur pro populari,& vulgò grato.Cic.*de Amic.* Tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium nobis defendentibus facilè vincebat. id eſt,plauſibilem , & allectibilem. ¶ Aliquando pro vulgari. Cic. *de clar. Orat.* Horum ætati propè coniunctus L. Gellius , non tam vendibilis orator , quàm vt neſciens quid ei deeſſet.

Venedi,populi feri, in Germaniæ, & Sarmatiæ confinio. Tacitus *de moribus Germ.*

VĔNĔNVM, i. {חמה chemáh ראש (vel) רוש roſch. GALL. *Venin , poiſon, bouquon.* ITAL. *Veneno, toſſico.* GERM. Gifft. HISP. *Ponçoña ò purga.* ANGL. *Venim, poyſone.*} Vocabulum medium eſt, Gellius *cap.*9. *lib.* 12. quod tam in bonam,quàm in malam partem ſumi poteſt : quemadmodum & φάρμακον apud Græcos. Vtrunque enim generale eſt ad ea omnia, quæ naturam eius,cui ipſa admouentur,poſſunt immutare. Vnde etiam ſalutaria medicamenta venena dici poſſunt. Qui igitur venenum dicit (inquit Caius Iuriſconſultus *de verb. ſign.*) adiicere debet , vtrum bonum an malum. Hodie tamen venenum vix aliter,quàm in deteriorem partem accipitur, pro deleterio. Plaut. *Pſeud. ſc.*2. *a.*3. Medicamento & venenis ſuis Medea fecit ex ſene adoleſcentulum. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Triſt.*

———*Imbutaque tela veneno.*

Cic. *in Catil.* Qui ſiccas vibrare, & ſpargere venena dididerunt. Idem *de clar. Orat.* Fuit ſuſpicio Themiſtoclem veneno ſibi mortem conſciuiſſe. Plin. Galbanum aduerſatur venenis maximè toxicis,cum myrrha & vino. ¶ Venenum quid , & eius genera vide apud Quintil. *declamat.* 146. & 350. ¶ Color quoque qui à veſtibus imbibitur , quóve lanæ medicantur , per quandam ſimilitudinem venenum appellatur. Virg.2.*Georg.*

Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno.

¶ Ponitur aliquando venenum pro arte malefica. Cic. *in Orat.* Quum ſibi venenis ereptam memoriam diceret , id eſt , magica arte , vel alia malefica,inquit Budæus.‖¶ Venena tranſlatè de inſulcis ineptiſque ſcriptis (vt Annales Voluſi , cacata charta Catulli) quæ velut venenum lectorem vel auditorem malè cruciant, atque enecant.‖

Vĕnēnārĭus, ij, qui parat, vel conficit aut vendit venena. {φαρμακοποιός, φαρμακοπώλης. GALL. *Empoiſonneur.* ITAL. *Auenenatore.* GERM. Ein gifftkrämer/gifftbereyter. HISP. *El que diſpone, ò vende ponçoñas.* ANGL. *That maketh or ſelleth poyſonnes.*} Apuleius , Qui venenarium accuſat, ſcrupuloſiùs cibatur : qui furem arguit,ſua cuſtodit. Suet. *in Neron.cap.*33. Britannicum veneno aggreſſus eſt : quod acceptum è quadam Locuſta venenariorum indice, quum opinione tardiùs cederet,&c.

Vĕnĕfĭcus, i. {מכשף mechaſchſchéph. φαρμακός. GALL. *Empoiſonneur, ſorcier.* ITAL. *Chi auenena ò incanta.* GERM. Ein vergäber mit gifft/zauberer. HISP. *El que haze echizos.* ANGL. *He that poyſoneth or vſeth ſorcerie.*} Et Venefica, Qui & quæ venena conficit, & qui incantationibus, & cæteris malis artibus vtitur. φαρμακὶς, φαρμακεύτρια. Plaut. *Amph. ſc....a.*4. Neſcio quis præſtigiator,aut veneficus hanc excantat tibi familiam. Idem *Pſeud.ſc.*2.*a.*1. faciam te vt Medea Peliam. B. Tu igitur Veneficus. Idem *Moſt.ſc.*3.*a.*2. Vt faucem prehendam veneficæ illi. (id eſt,lenæ.) Cicer. *in Catil.* Quis tota Italia veneficus. Idem 13. *Philipp.* Nimirum rectè veneficum appellas,à quo tibi præſentem peſtem vides comparatam. *Ibidem*, Veneficum audes appellare eum virum , qui tuis veneficiis remedia inuenit ? Ouid. *Epiſt.*6.

Barbara narratur veniſſe venefica tecum.

¶ Hinc triuenefica, id eſt, excellens venefica. Plautus , Muſſas adhuc triuenefica ?

Vĕnĕfĭcŭs, adiect. {ὁ καὶ ἡ φαρμακώδης , ὁ φαρμακευτικός , ὁ καὶ ἡ φαρμακοποιός, δηλητήριος. GALL. *Qui empoiſonne.* ITAL. *Chi auenena.* GERM. Gifftig. HISP. *Coſa que haze echizos ò ponçoñas.* ANGL. *That poyſoneth or is venimous.*} vt,Veneficus aſpectus,id eſt,veneno inficiens. Plin. *lib.*28. *cap.* 3. Hominum monſtrificas naturas , & veneficos aſpectus pleniùs diximus,&c.

Vĕnĕfĭcĭum,ij,Veneficij artificium,crimen veneni. {כשף chaſcháph. φαρμακεία, φαρμάκευσις. GALL. *Empoiſonnement, ſorcelerie.* ITAL. *Auenenatione, incanteſimo, ſtrigheria.* GERM. Vergifftung/vergäbung mit gifft/zauberey. HISP. *Maleficio, como diſponer la ponçoña para matar con ella, y dar la obra de echizos.* ANGL. *Making of poyſone or poyſoning ſorcerie.*} Cic. *pro Cluent.* Altera tantummodo conſuetudinis cauſa timidè & diffidenter attingere rationem veneficij criminum. Tacit. *lib.*12. Diligitur artifex talium,vocabulo Locuſta,nuper veneficij damnata. ¶ Aliquando pro maleficis artibus, & vetito magiæ genere. φαρμακεία. Cic. *de clar. Orat.* Idque veneficiis & incantationibus Ticiniæ factum eſſe dicebat. Ouid.1.*de remed. Amor.*

Iſta veneficij vetus eſt via : noſter Apollo
Innocuam ſacro carmine monſtrat opem.

Vĕnēnĭfĕr,a,um,Venenoſus, {ἰοβόλος. GALL. *Qui porte venin, venimeux.* ITAL. *Chi porta veneno.* GERM. Das gifft tregt. HISP. *Que trae ponçoña.* ANGL. *Venimous.*} Ouid.3.*Metam.*

Iamque venenifero ſanguis manare palato
Cœperat.

Vĕnĕno,as,are, Inficere veneno. {φαρμακόω. GALL. *Empoiſonner, enuenimer.* ITAL. *Auenenare.* GERM. Vergifften. HISP. *Emponçoñar.* ANGL. *To poyſonne.*} Lucret. *lib.*6.

Vt ſpatium cœli quadam de parte venenet.

Gell. *cap.*8. *lib.*20. Concha venenauit tapetes purpurâ.

Vĕnēnātŭs,a,um,Venenoſus,veneno infectus. {ἰοβόλος. GALL. *Enuenimé, empoiſonné, venimeux.* ITAL. *Auenenato.* GERM. Vergifft. HISP. *Lleno de ponçoñas.* ANGL. *Poyſoned.*} vt,Venenata caro,apud Cic.2.*de nat.deor.* Sic Venenata munera, Venenatum pabulum, Venenatæ ſagittæ, Venenatus morſus,Venenata ſanies,Venenatum telum. Plin. *lib.*8.*cap.*58. In Italia muribus araneis venenatus eſt morſus. Cic. 2. *de diuin.* Quum Ptolemæus familiaris eius , in prælio telo venenato ictus eſſet , &c. Ouid.14.*Metam.*

Attonitum monſtris vulgus pauet : illa pauentum
Ora venenata tetigit mirantia virga.

Idem *Eleg.*1. *lib.*2. *Triſt.*

Candidus à ſalibus ſuffuſis felle refugi.

Vĕnēnōſŭs,a,um, quod venenum habet. ἰώδης. vt, Venenoſus ſerpens.

Vēnĕo,is,iui,vel ij, ſupino venum, quamuis analogiæ, compoſitioniſque ratio videatur exigere venitum , ſicut reliqua compoſita à verbo eo {נמכר nimchár. πωλοῦμαι, πιπράσκομαι, ἀπόδομαι. GALL. *Eſtre vendu.* ITAL. *Eſſer venduto.* GERM. Verkaufft werden. HISP. *Ser vendido.* ANGL. *To be ſold.*} Componitur enim ex dictione Venum,& verbo eo,abiectis duabus literis : quemadmodum fieri videmus in verbo vendo. Sequitúrque per omnia ferè coniugationem verbi Eo. Sub voce tamen neutrali habet ſignificationem verbi paſſiui. ¶ Eſt enim veneo idem quod vendor, habétque eandem omnino conſtructionem. Nam ipſum quod venditur,in nominatiuo ponitur : & is à quo venditur,in ablatiuo cum præpoſitione:& pretium,in ablatiuo ſine præpoſitione. Cui autem venditur, in datiuo : vt, Centum aureis numis à mangone veniêre mancipia mihi. Sed nonnunquam venditor , & pretium rei non explicantur. Plaut. *in Menæch.* Quibus hîc preciis porci veneunt ? Idem *Moſt. ſc.*3. *a.*1. Siquidem herclè vendendum eſt,pater vænibit potiùs. Idem *Men. ſc.vlt.a.*5. Venibunt ſerui,ſuppellex : venibit vxor quoque. Idem *Curc. ſc.*1.*a.*2. Venire poteris ſine inteſtinis vilius. Idem *Pſeud.ſc.*6.*a.*4. Eam veniſſe militi Macedonio, &c. Varro, Veneunt propter penuriam magno. Cic. *pro Sext. Roſc. Amer.* Primùm hoc videamus,eius hominis bona qua ratione venierunt,aut quomodo venire potuerunt. Idem *de Aruſp. reſp.* Atque ei ſeſe, cui totus venierat, etiam vobis inſpectantibus venditaret. Horat.1.*Serm.ſatyr.*5.

———*venit viliſſima rerum*
Hic aqua.

Claud.1.*Eutrop.*

Non pudet (heu ſuperi) populos veniſſe ſub haſta
Vendentis.

¶ Apud antiquiſſimos legitur Veneor. Venear, veneatur. Plaut. *apud Diomedem*, Egóne illi venear ? Sunt qui hoc verbum in prima ſyllaba per æ diphthongum ſcribendum putent , vt differat à verbo venio, cui in multis temporibus,& perſonis adeò ſimile eſt, vt ſolo ſenſu alterum ab altero poſſit dignoſci. Quidquid id eſt , prima ſyllaba huius verbi producitur, quæ in verbo venio corripitur.

Vēnālĭs,e,quod venum expoſitum eſt. {ὠνητός, πρατικός. GALL. *Expoſé en vente, qui eſt à vendre.* ITAL. *Coſa poſta in vendita.* GERM. Feyl. HISP. *Coſa que eſta pueſta para vender.* ANGL. *That is to be ſold or ſett to ſell.*} Cic. *lib.*3. *Offic.* Venales quidem hortos ſe non habere dixit. Saluſt. *in Iugurth.* O vrbem venalem, & citò perituram , ſi emptorem inueniat. Plaut. *Pſeud. ſc.*3. *a.*1. Non habeo venalem Phœnicium quia vendidi. *Ibid.ſc.*2.*a.*1. Quam libertatem venalem habeam,id eſt,præſtituam populo. Idem *Mil.ſc.*6.*a.*2. Scio quam rem gerat : hic,& Palæſtrio me venalem habent.(id eſt,me circumuenire,ludificare tentant.) Idem *Aul. ſc.*3.*a.*3. Huc introduce ſi vis vel gregem venalium. Sueton. *in Auguſt. cap.* 42. Venalitiæ laniſtarum familiæ, &c. ¶ Venales nudi inſpiciebantur. Senec. *Epiſt.*81. ¶ Venales etiam, ſi nihil addas, ſerui intelliguntur , qui ad vendendum ſunt expoſiti , & propriè , quemadmodum Hotomanus annotauit ex Fabio Nouitij. Itaque quod Cic. *in oratione poſt reditum*,dixit de grege venalium,*in Piſoniana* diſertè de grege Nouitiorum dixit. Hinc etiam venalitia familia,quæ venalis eſt. ¶ Venalis aſcriptor qui pretio emitur , pecunia comparatur. Cic. *pro domo ſua* , Denique ille Nouitius Ligur , venalis aſcriptor & ſubſcriptor tuus, &c.

Vēnālĕ , ſubſtantiuum , neut. gener. id quod venditioni exponitur. {מכר mecher מקחה makkacháh.} Plin. *lib.* 6. *cap.* 22. Fluminis vlteriore ripa merces poſitas iuxta venalia tolli ab his , ſi placet permutatio. Alij primam huius dictionis diphthongo ſcribunt : de quo vide Veneo.

Venaliter, aduerbium apud Senecam *de benefic.*2. vbi dicit,Si mentio fiat de beneficiis quæ in aliquem contulerimus , vt modeſtè extenuemus, ídque non venaliter. Alij legunt, *vernaliter*, ſed perperam.

Vēnālĭtĭārĭŭs, ij, maſculini generis , apud Varronem & Plinium, dicitur mango & nouitiorum ſeruorum negotiator. {ἀνδραποδοκάπηλος. GALL. *Vendeur ou maquignon de ſerfs ou eſclaues.* ITAL. *Venditore di ſerui.* GERM. Ein verkäuffer leibeygner leut. HISP. *Vendedor de ſieruos.* ANGL. *A ſeller of bodemen.*} Afranius, Mercis appellatione homines non contineri Mela ait : & ob eam rem mangones,non mercatores,ſed venalitiarios appellari ait Vlp. *lib.* 21. *Digeſt.* Quia ergo venalitiarij ſciunt facilè

facilè decurri ad nouorum emptionem, idcirco interpolant veteratores, & pro nouitiis vendunt.

Vēnālĭtĭus, substantiuum, idem quod venalitiarius, qui scilicet greges mancipiorum venales habet, ἀνδραποδοκάπηλος. Cic. *in Orat.* Neque me diuitiæ mouent quibus omnes Africanos, & Lælios multi venalitij, mercatorésque superarunt. ¶ Aliquando venalitius capitur adiectiuè, idémque significat quod venalis. Plin. *lib.* 35. *cap.* 8. Hoc est insigne venalitiis gregibus opprobriúmque insolentis fortunæ. Sic Pomponius Iureconsultus *lib. Digest.* 24. Quòd si familiam domesticam vxoris, aut ven alitiam parauit.

Vēnālĭtĭum, ij, locus vbi mancipia venalia prostant, vel ipse grex venalium. {ἀνδραποδοκαπηλεῖον, πωλητήριον. GALL. *Le lieu où se vendent les serfs ou esclaues.* ITAL. *Luogo doue si vendeno gli serui, mercato di serui.* GERM. Ein leutmarck. HISP. *Mercado de sieruos.* ANGL. *A place where bondemen ar sett forth to be sold.*} Venuleius *de ædilitio edict. l. vlt.* Nam quicunque ex venalitio nouitiorum emptus, alicui ministerio præpositus sit, statim eum è veteratorum numero esse.

Vĕnĕrĭs portus, locus est in Galliæ & Hispaniæ confinio, vbi Pyrenæi montes iuxta mare desinunt. Autor Mela *lib.* 2. Ptolemæus ab insigni Veneris phano, ἀφροδίσιον, hoc est, Veneris templum appellat.

Vĕnĕrĭs gemma, ex genere est amethystorum, roseum habens nitorem ex carbunculo in purpura refulgentem. ἀντέρως, παιδέρως. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

VĔNĔRŎR, aris, Colo, honoro, cultu & obseruantia prosequor: quod verbum quidam dictum existimant, quasi veniam oro. {כבד *chibbédh* השתחוה *hischtachavâh* חלה *chilláh* התפלל *hithpallél* התחנן *hithchannén.* σέβομαι, αἰδέομαι. GALL. *Reuerer, auoir en reuerence.* ITAL. *Hauer in reuerenza, honorare.* GERM. Verehren/ehr beweisen. HISP. *Honrar y acatar.* ANGL. *To honour, to worshipe.*} Virg. 1. *Georg.*

In primis venerare deos, atque annua magna
Sacra refer Cereri.

Idem 3. *Æneid.*

Templa dei saxo venerabar structa vetusto.

Cic. 6. *Verr.* Quod in precibus & gratulationibus non solùm id venerari, verumetiam osculari solent. Idem 1. *Tusc.* Eiúsque inuentori & principi gratias exultantes agunt, eúmque venerantur vt Deum. Ouidius *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Iure Deas igitur veneror (colo Musas) *mala nostra leuantes.*

¶ Venerari quoque orare est, precari. Plaut. Est Deus, Veneror, vt nos ærumna ex hac miseras eximat. Virg.

Multa mouens animo nymphas venerabar agrestes,
Ritè secundarent visus, oménque leuarent.

Cic. *in Catil.* 2. Quos vos, Quirites precari, venerari, atque implorare debetis, vt vrbem pulcherrimam à nefario scelere defendant.

Vĕnĕrāns, tis, participium. {מכבד *mechabbédh.* σεβόμενος.} Virgil. 12. *Æneid.*

———— & aram
Suppliciter venerans, demisso lumine Turnus.

Vĕnĕrātŭs, a, um, aliud particip. {מכבד *mechubbádh* נכבד *niebbádh.* σεβασθείς, αἰδεσθείς. GALL. *Reueré & honoré.* ITAL. *Honorato.* GERM. Geehrt. HISP. *Honrado.* ANGL. *VVorshipped, humblie prayed vnto.*} Horat. 2. *Serm. sat.* 2.

Ac venerata Ceres, vt culmo surgeret alto, &c.

Poëtæ tamen quandoque veneratum pro venerabili ponunt. Virgil. 3. *Æneid.*

———— cursúsque dabit venerata sacerdos.

Vĕnĕrātor, is, Cultor. {מכבד *mechabbédh.* σεβαστής. GALL. *Qui a en reuerence, qui reuere & honore.* ITAL. *Chi fa reuerenza & honore.* GERM. Ein verehrer/ehrbeweiser. HISP. *Honrador que haze honra.* ANGL. *He that reuerenceth or worshippeth.*} Ouid. 2. *de Ponto, elegia* 2.

Ille domus vestræ primis venerator ab annis.

Vĕnĕrātĭo, nis, Cultus & honor. {כבוד *chabódh* עבודה *habodháh.* σέβασμα. GALL. *Reuerence.* ITAL. *Reuerenza che si fa ad' alcuno.* GERM. Verehrung/ehrerbietung. HISP. *Obra de honrar.* ANGL. *Honour, worshipping.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 1. de Elephantis, Imò verò (quæ etiam in homine rara) probitas, prudentia, æquitas: religio quoque siderum Solísque, ac lunæ veneratio. Cic. 1. *de nat. deor.* Habet enim venerationem iustam quicquid excellit.

Vĕnĕrābĭlĭs, qui cultu & veneratione dignus est. {נכבד *niebbádh.* σεμνός, σεβάσμιος. GALL. *Venerable, digne d'honneur & reuerence.* ITAL. *Degno di honore, venerabile.* GERM. Ehrwirdig. HISP. *Cosa que deue ser honrada.* ANGL. *VVorthie of honour and reuerence.*} Plin. iunior *in Epist.* Vir grauis, & ipsa senectute venerabilis. Liu. 1. *ab Vrbe,* Venerabilis vir miraculo literarum, rei nouæ inter rudes artium homines. Mart. *lib.* 1.

Hic vbi conspicui venerabilis amphitheatri
Erigitur moles, stagna Neronis erant.

Ouid. 2. *de remedio amoris,*

Est propè Collinam templum venerabile portam.

Vĕnĕrābundŭs, a, um, cum veneratione aliquid faciens. {מכבד *mechabbédh* משתחוה *mischtachavéh.* σεβόμενος. GALL. *Qui fait reuerence.* ITAL. *Chi fa reuerenza.* GERM. Verehrend/ehrerbietend. HISP. *El que haze honra.* ANGL. *One that doeth worship or honour.*} Curt. *lib.* 8. Itaque more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare prosternentes humi corpora. Liu. 1. *ab Vrbe,* Quum perfusus horrore, venerabundúsque astitissem, petens precibus, vt contrà intueri fas esset. Abi, nuntia, inquit, Romanis, &c.

Vĕnĕrandŭs, a, um, Venerabilis, colendus. {נכבד *niebbádh.* μεγαλεῖος, σεμνός, σεβάσμιος, αἰδέσιμος. GALL. *Venerable, digne d'estre reueré.* ITAL. *Venerabile, degno di honore.* GERM. Ehrwirdig/der zu ehren ist. HISP. *Cosa que deue ser honrada.* ANGL. *VVorthie to be honoured or reuerenced.*} Seneca, Vocem existimatione dignam, & omni seculo venerandam. Virg. *lib.* 9. *Æneid.*

Te verò, mea quem spatijs propioribus ætas
Insequitur, venerande puer, iam pectore toto Accipio.

Mart. *lib.* 1.

Inde sacro veneranda petes palatia cliuo,
Plurima qua summi fulget imago ducis.

Vĕnĕrantĕr, Cum veneratione. {σὺν αἰδοῖ. GALL. *Auec reuerence, reueremment.* ITAL. *Con reuerenza.* GERM. Ehrerbietiglich/ ehrbeweislich. HISP. *Con honra y acatamiento.* ANGL. *VVith reuerence.*} Apuleius, Et ab eo veneranter exceptus, paululum quieui.

Veneris portus, Galliæ inter Pyrenæi promontoria oppidum. Pompon. Mela *lib.* 2. vocatur Aphrodisium, à Strabone: Veneris templum, à Ptolemæo.

VĔNĔTI, ἐνετοί, *Vinitiani,* {Die Venediger.} Populi sunt Italiæ, ab Henetis Paphlagoniæ populis, & Troianis oriundi, qui Troia euersa, cùm magna manu Henetûm, duce Antenore in intimum maris Adriatici sinum peruenerunt, pulsísque Euganeis, qui inter Alpes & mare incolebant, eas occuparunt terras: & vbi primùm egressi sunt, oppidum condiderunt, quod de nomine relictæ patriæ appellauerunt Troiam. ἐνετοί. Gens autem tota aspiratione in u consonantem commutata, vno nomine Veneti appellati sunt. Horum regio Venetia dicitur Adriatico mari proxima, & à Padi flumine ostiis post Istriam vsque protensa. Insignes vrbes habet, Veronam, Vicentiam, Patauium, & Venetias regionis totius caput. ¶ Sunt & Veneti alij ex Britonum genere in Gallia Lugdunensi ad Oceanum: quorum frequens mentio est apud Cæsarem. Vulgò *Vennes.*

Vĕnĕtĭæ, ἐνετίαι, *Vinetia, Vinegia.* {Venedig.} Ciuitas insignis in mari Adriatico, quam Veneti incolunt, quæ anno à natali Christi quinquagesimo quarto supra quadringentesimum condita fuit: quo anno Attila rex Hunnorum Aquileiam euertit. ἐνετίαι.

Vĕnĕtŭs, a, um, quod è Venetiis est. ἐνετός. vt, Venetus color, qui (vt ait Vegetius) cæruleus est, & marinis fluctibus similis. {GALL. *Bleu, de couleur bleuë.* ITAL. *Color biauo.* GERM. Himmelblawe farb. HISP. *Color de la mar, verde ò pardo.* ANGL. *Blew couloured.*} A quo colore aurigarum factio vna in curulibus certaminibus Veneta nominabatur. Et qui eo colore induebantur, Venetiani dicebantur. Veget. *lib.* 4. *de re milit.* scribit exploratores in mari veste Veneta esse induendos: & vela nauium exploratoriarum colore Veneto esse tingenda, vt similitudine coloris marini faciliùs lateant, hostilésque oculos fallant. Hic color etiam Thalassicus, id est, marinus dicitur. Græci enim θάλασσαν mare appellant. Vide ea quæ suprà annotauimus in dictione *Ferrugineus.*

VĔNĬĂ, æ, Remissio culpæ, & condonatio erroris. {סליחה *selicháh* חמלה *chemláh* מחמל *machmál.* συγγνώμη. GALL. *Pardon.* ITAL. *Perdono.* GERM. Verzeihung/vergäbung. HISP. *Perdon.* ANGL. *Pardone, forgiuenesse, leaue.*} Quint. *in Gladiat.* Peccaui, veniam peto. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.*

———— Venia dignare libellum.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Nec veniam læso numine casus habet.

Et Quintilian. Venia crudelior supplicio. ¶ Quandoque ponitur pro beneficio, indulgentia, & permissione. {רשיון *rischjón.* συγχώρησις. GALL. *Licence, permission, congé.* ITAL. *Licenza, permissione.* GERM. Verwilligung/ zulassung. HISP. *Paz, licencia.*} Cic. *lib.* 1. *de Orat.* Date nobis hanc veniam, συγχωρεῖτε, vt quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini, id est, concedite. Terent. *in Andr.* Da pater veniam, sine te exorem. Cum venia, hoc est, cum pace tua, & te permittente. Sic cum venia legere, dixit Quintil. *lib.* 10. *cap.* 1. pro eo quod est, non nimium rigidè examinare, sed inter legendum ad quædam conniuere. Sic Cic. *pro Roscio Amer.* Cum venia audire dixit: Bonáque, inquit, cum venia verba mea audiatis. Idem *de nat. deor.* Vt molestè ferrem tantum ingenium (bona venia me audies) in tam leues sententias incidisse. Liu. Cum bona venia quæso audiatis, Patres conscripti, id quod eloquar. hoc est, Audite me, & siquid dixero quod vobis displiceat, aut parum gratum sit, ignoscite. Quintilian. Si cum venia legantur ij autores, &c. ¶ Habere veniam, pro ignoscere. Quintil. *lib.* 11. *cap.* 1. Nos institutionem professi, non solùm scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus, ideóque paulò pluribus verbis debet haberi venia. ¶ Venia sit dicto. Plin. *Epist. lib.* 5. Mei quoque nusquam salubrius degunt: vsque adhuc certè neminem ex iis, quos eduxeram mecum (venia sit dicto) ibi amisi.

Vĕnĭālĭs, e, quod venia dignum est. {συγγνωστός. GALL. *Veniel, digne de pardon.* ITAL. *Degno di perdono.* GERM. Nachlässlich/dem zu verzeihen ist. HISP. *Cosa digna de ser perdonada.* ANGL. *VVorthie of pardone.*} Macrobius, Si venalis erit ista translatio.

‖Venilia, maris exæstuatio, quæ ad littus venit.‖

Vĕnĭlĭă nympha, vxor fuit Fauni, & soror Amatæ Latini Regis coniugis, mater Turni. Virg. 10. *Æneid.*

Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater, &c.

¶ Veniliam item antiqui Neptuni coniugem appellarunt, à veniendo, inquit Varro *lib.* 4. *de lingua Latina,* quam eandem & Salaciam appellauerunt, ad naturam nimirum maris respicientes, cuius fluctus modò ad terram veniunt, modò in salum abeunt. Meminit huius & August. *lib.* 7. *de Ciuit. Dei.*

VĔNĬŎ, is, ire, tum, Aduenio, accedo. {בא *ba.* ἔρχομαι, ἥκω. GALL. *Venir.* ITAL. *Venire.* GERM. Kommen. HISP. *Venir.* ANGL. *To come.*} Virgil. 6. *Æneid.* Venisti tandem. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Si quis emptor venerit. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Fures venisse atque abstulisse dicito. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. Quæso meum patrem vt veniat ad me. ¶ Aliquando tamen ponitur pro Eo. Terent. Nisi ego ad mercatum venio. Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Vt iusserat, ita venio aduorsum. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Celator est qui ad me venit. (id est, it.) ¶ Pro redire. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Venimus ex India in Cariam. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Nimis illum coruum ad me veniat velim. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Sine modò venire saluum. (id est, redire.) Sic econtrario ire, pro venire. Terent. *in Andr.* Ibam ad te. ¶ Admittit aliquando datiuum, qui resolui potest in accusatiuum mediante præpositione ad, vel in. Virg. 1. *Æneid,*

Hinc populum latè regem, belloque superbum,
Venturum exitio Latij.

¶ Poëtæ aliquando venire pro imminere vsurpant. Idem 7. *Æneid.* Se fatis ambobus Teucrísque venire Latinísque. ¶ Aliquando pro crescere, prouenire. {פרה *paráh* גדל *ghadhál.* φύομαι.} Item *lib.* 1. *Georgic.*

Hic segetes, illic veniunt feliciùs vuæ.

Idem *eodem lib. circa principium*, Principio arboribus varia est natura creandis: Namque aliæ, nullis hominum cogentibus, ipsæ Sponte sua veniunt, campósque & flumina latè Curua tenent. ¶ Pro esse. Ouid. *Eleg. vlt. lib.4. Trist.*

Tu curæ requies, tu medicina venis, (id est, es.)

Iustinian *lib.1. Instit.* Sine scripto ius venit.(id est, est.) Plaut. *Mil.v.3. sc.1. a.1.* Vt vbi vsus veniat. (id est, opus sit,) &c. Item Ouidius 13. *Metamorph.*

An quod in arma prior nullóque sub indice veni.

Idem *Eleg. vlt. lib.4. Trist.*

Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos.

Idem 5. *Fast.*

Venerat in morem populi depascere saltus.

Plaut. *Most. sc.2. a.1.* Venit imber, perpluunt tigna, &c. ¶ Aliquando pro portari, siue afferri. Plin. *lib.35. cap.6.* Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & media inter has: eius quæ ex Africa venit octoni asses. Cic. *ad Brutum lib.11.* Quod scribis in Italia te moraturum, dum tibi literæ meæ veniant, si per hostem licet, non erraris. ¶ Venire ab aliquo, est ab eius ædibus, vbi aderat, venire. Cic. *pro Rosc. Comœd.* Quia veniebat à Roscio, plus etiam scire quàm sciebat, videbatur: id est, è ludo, vel è disciplina Roscij. Ad Arcesilaum veniamus, dixit idem Cic. 4. *Acad.* hoc est, de Arcesilao loquamur. ¶ Venire aduersum, est venire obuiam. Quod venit in buccam. Idem *Attic. lib.1.* Tu velim sæpè ad nos scribas: si rem nullam habebis, quod in buccam venit, scribito. Prouerbialiter, pro, quicquid in mentem veniet. ¶ Venire in gratiam & fauorem. Salust. *in Iugurth.* Tanta commutatio, vti ex maxima inuidia in gratiam & fauorem nobilitatis Iugurtha veniret. ¶ Venire in notitiam, vt vulgò dicimus, *venir en cognoissance*, i. innotescere. Cels. *lib.4. cap.41.* Faciliùs autem omnium interiorum morbi curationésque in notitiam venient, si priùs eorum sedes breuiter ostendero. ¶ Dicitur etiam, Venire in cognitionem. Quint. *lib.7. cap.3.* Potest hoc genus in cognitionem venire Senatus. In confessum venit, id est, notum & manifestum est. Plin. *Epist.301.* Vt necesse sit in ea re, quæ & in confessum venit, & exemplis defenditur, deliberare. ¶ Venire in consilium, id est, accedere ad consilium conuocatum. Cic. *ad Attic. lib.10.* Veniendúmne sit in consilium tyranni si is aliqua de re bona deliberaturus sit. ¶ Venire in crimen. Terent. *in Hecyra*, Hera in crimen veniet, ego verò in magnum malum, hoc est, accusabitur. ¶ Venire in fidem alicuius, hoc est, sese dedere. Liu. *6. bell. Pun.* Prodita breui sunt viginti oppida: sex vi capta: voluntaria deditione in fidem venerunt ad quadraginta. ¶ Venire in flammam, Cic. *ad Attic. lib. 16.* Veniendum est igitur, vel in ipsam flammam: turpiùs est enim priuatim cadere quàm publicè. hoc est, oportet coniicere se in periculum. ¶ Venire ponitur etiam pro euenire & accidere. Idem *ad Tironem*, Emisse te prædium vehementer gaudeo, feliciterque rem tibi istam venire cupio. Venire viam. Idem 3. *Philipp.* Quis nescierit venisse eam tot dierum tibi viam gratulatum? In vsum venire. Plin. *lib.24. cap.11.* Nec thus Latinum nomen habet, quum in vsum plurimis modis veniat. Vsus venit, vel vsu venit, eleganter ponitur pro euenit, accidit. Terent. *in Heut.* Et ne ego te (si vsus veniat) magnificè, Chreme, Tractare possim. Cic. *ad Attic. lib.7.* Nunc venit idem vsu mihi, quod tu ibi scribis. ¶ Venire in religionem res aliqua dicitur, quum conscientiæ (vt vulgus loquitur) scrupulus de ea exoritur. Idem *2. de nat. deor.* Gracchus quum comitia nihilominus peregisset, rémque illam in religionem populo venisse sentiret, ad Senatum retulit. ¶ Venire in mentem, est succurrere, in animum incidere: neque solùm ad recordationem pertinet, verumetiam ad considerationem & reputationem, ἐπελθεῖν, ἐλθεῖν εἰς νοῦν. Terent. *in Eunuch.* Hoc adeò ex hac re venit in mentem mihi. Virg. *Æneid.*

Nec venit in mentem quorum consederis aruis?

Lucr. *lib.5.*

Et venit in mentem Solis, Lunæque viarum.

Cic. 1. *Verr.* In mentem tibi non venit quid negotij sit causam publicam sustinere? Venire diuitiæ ad aliquem dicuntur, quæ morte cuiusquam ad eum deuoluuntur. Idem *pro Sext. Rosc.* Ad quem morte Roscij diuitiæ venerunt. Venire ad manus, vel ad arma, est rem eò vsque progredi, vt pugna, vel bellum ex eo emergat. Idem *6. Verr.* Nonnunquam etiam res ad pugnam, & ad arma veniebat. Venire oratum, est orandi gratia venire. Cæs. *7. bell. Gall.* Legati ad eum principes Heduorum veniunt oratum, vt maximè necessario tempore subueniat, summo esse in periculo rem. ¶ Venire in parte. Liu. *lib.6. ab Vrb.*

Vĕnītŭr, impersonale. Plin. *Epist.190.* Venitur ad me, consurgo. Ouid. 3. *Fast.*

Seu quòd ad vsque decem numero crescente venitur.

Ventum est. Liu. *1. ab Vrb.* Ad Ianiculum fortè ventum erat. Ouidius 5. *Fast.*

Quò postquam ventum est, &c.

Vĕnĭēns, tis, participium. {בא *ba.* ἐρχόμενος.} Cic. *ad Quint. fratrem*, Non enim sumus omnino sine cura venientis anni, etsi sumus sine timore. Virg. *5. Æneid.*

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.

¶ Veniens, pro sequens. Ouid. *3. Fast.* Venienti nocte.

Vĕntūrŭs, a, um, aliud participium, ἐλευσόμενος. Ouid. *3. de Arte,*

Venturæ memores iam nunc estote senectæ,
Sic nullum vobis tempus abibit iners.

Virg. *4. Georg.*

Venturæque hyemis memores, æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.

Vĕntĭo, nis, verbale. {ביאה *biáh* קרבה *kerabáh.* ἡ ἧξις, ἡ ἄφιξις, ἡ ἔλευσις. GALL. *Venuë.* ITAL. *Venuta.* GERM. Kommung. HISP. *Venida.* ANGL. *A comming.*} Plautus *in Trucul.* Quid tibi hue ventio est.

Vĕntĭto, as, frequentatiuum ab insinuato vento, Frequenter venio, identidem adeo. {φοιτάω. GALL. *Venir souuent.* ITAL. *Venir spesso.* GERM. Offt kommen/oder kommen eins kommen. HISP. *Venir a menudo.* ANGL. *To come often.*} Plin. *lib.35. cap.10.* Gratior Alexandro Magno erat frequenter in officinam ventitanti. Cic. *Attic. lib.1.* Dies fere nullus est, quin hic Satyrus domum meam ventitet. Catull. *Epigr.8.*

Quum ventitabas quò puella ducebas.

Frequenter ventitare. Gell. *cap.4. lib.5.*

Venonius, historicus Romanus, cuius meminit Cicero *in Epistol. ad Atticum*, conquerens se eius historiam non habere. Et iterum *lib.1. de legib.* vbi eum inter nudos & exiles scriptores recenset. Nam (inquit) pòst Annales Pontificum maximorum, quibus nihil potest esse nudius, si aut ad Fabium, aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catonem, si aut ad Pisonem, aut ad Fannium, aut ad Venonium venias: quamquam ex his alius alio plus habet virium, tamen quid tam exile, quàm isti omnes.

Vēnŏr, aris, Feras indago, feris insidior, & quasi circumuenio. {צוד *tsádh.* ἀγρεύω, κυνηγῶ, θηρῶ, θηρεύω. GALL. *Vener, chasser aux bestes sauuages.* ITAL. *Cacciare le bestie seluatiche.* GERM. Jagen. HISP. *Montear, ò caçar.* ANGL. *To chase beastes, or to hunt.*} Cic. *ad Cœl. lib.2.* De pantheris, per eos qui venari solent, agitur mandato meo diligenter. Virg. *3. Georg.*

Et canibus leporem, canibus venabere damas.

Plin. *lib.16. cap.1.* Fugientes cum mari pisces circa tuguria venantur. Cic. *2. de nat. deor.* Canum tanta alacritas in venando. Plaut. *Men. sc.2. a.5.* Quò me in syluam venatum vocas? Idem *Capt. sc.2. a.1.* I modò venare leporem, nunc Itym tenes. ¶ Per translationem venari capimus pro captare, hoc est, artificio quodam, & solertia quærere, θηρᾶν, vt, Venor laudem, gloriam: quod etiam Aucupari dicimus. Cicer. *Attic. lib.16.* Benè igitur tu qui εὐθανασίαν venaris, relinquis patriam. ¶ Venari retiaculo in medio mari dixit Plaut. *in Asinar. sc. 1. a. 1.* pro eo quod est operam perdere, & frustrà aliquid conari. ¶ Legitur etiam venari passiuè pro captari, siue dolis impeti, circumueniri. {נלכד *nilchádh.* θηρᾶσθαι.} quod & Nonius annotauit, citans illud Ennij ex Nemea,

———*Teneor consepta atque vndique venor.*

Vēnātŭs, us, Ipsa venatio. {ציד *tsajidh.* ἀγρεῦσις, θήρευμα, κυνηγεσία. GALL. *Chasse de bestes sauuages.* ITAL. *Caccia di saluaticine.* GERM. Ein gejägt. HISP. *Monteria, caça de fieras.* ANGL. *Hunting.*} Plaut. *in Rud.* Hunc qui cepi in venatu meo. Virg. *lib.9. Æneid.*

Vidimus obscuris primam sub vallibus vrbem
Venatu assiduo, & totum cognouimus amnem.

Ouid. *Epist.5.*

Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos?

Cic. *5. Tusc.* Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.

Vēnātĭo, nis, Ferarum persecutio & inuestigatio. {ציד *tsájidh.* ἀγρεῦσις, θήρευμα, κυνηγεσία. GALL. *Chasse de bestes sauuages.* ITAL. *Caccia di saluaticine.* GERM. Jagung/gejägt. HISP. *Monteria, caça de fieras.* ANGL. *Hunting.*} ¶ Venationes item dicebantur ludi quibus feræ magno discrimine ab iis, qui depugnabant, conficiebantur. Cic. *2. Offic.* Omnino duo sunt genera largorum: quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & viscerationibus, & gladiatorum muneribus, venationúmque apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam sunt relicturi omnino. Liu. *5. bell. Pun.2.* Conuenerat autem vt Philomeles portula assueta venationem inferens, armatos induceret. De Venationibus Suet. *in Aug. cap.43.* & de spectaculis, & de pugna ferarum ac hominum, Gell. *cap.14. lib.5.*

Vēnātŏr, is, qui feras persequitur. {צייד *tsajiád* צד *tsadh.* κυνηγέτης, κυνηγὸς, θηρευτής. GALL. *Veneur, chasseur.* ITAL. *Cacciatore.* GERM. Ein jäger. HISP. *Mentero, caçador de fieras.* ANGL. *A hunter.*} Horat. *lib. 1. Carm. Ode 1.*

———*Manet sub Ioue frigido*
Venator, teneræ coniugis immemor.

Cic. *2. Tusc.* Pernoctant venatores in niue, in montibus vri se patiuntur. ¶ Venator adest nostris consiliis, per translationem. Plaut. *Milite*, Nostro consilio venator assit cum auritis plagis.

Vēnātrīx, icis, Mulier feras persequens. {צדה *tsadhád.* κυνηγὶς, ἡ. GALL. *Veneuse, ou veneresse, femme qui va à la chasse.* ITAL. *Donna cacciatrice.* GERM. Ein jägerin. HISP. *Montera y caçadora de fieras.*} Virgil. *9. Æneid.*

———*comitem Æneæ quem miserat Ida*
Venatrix, iaculo celerem, leuibúsque sagittis.

Vēnātĭcŭs, a, um, quod ad venationem pertinet. {θηρευτικὸς, κυνηγετικός. GALL. *De chasse, de veneur.* ITAL. *Cosa de caccia.* GERM. Jägerisch/des jägers. HISP. *Cosa de monteria.* ANGL. *Belonging to hunting.*} Vnde venaticos canes dicimus, quibus feras prosequimur. Varr. *2. de re rust. c.9.* Canum duo genera: vnum venaticum, & pertinet ad feras bestias, ac syluestres: alterum quod custodiæ causa paratur. Col. *lib.7. c.12.* De villatico igitur & pastorali dicendum est: nam venaticus nihil pertinet ad nostram persessionem. Cic. *6. Verr.* Mirandum in modum canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia, & peruestigabant. Canum venaticorum elegantissimè excogitata nomina habes apud Ouid. 3. *Metam.* & apud Xenophon. *in tractatu de venatione.* ¶ Parasiti venatici & molossici. Plaut. *Capt. sc.1. act. 1.* Prolatis rebus parasiti venatici sumus. Idem *Mil. sc.2. a.2.* Ibo odorans quasi canis venaticus.

Venatitius, a, um, venando acquisitus.

Vēnātōrĭŭs, a, um, Venaticus. κυνηγετικός, vt, Venatoria instrumenta, quibus in venando vtimur. Culter venatorius, apud Martial. *lib.14.* Venatorius ludus, in quo feræ magno discrimine ab iis qui depugnabant conficiebantur. Sueton. *in Caligul. cap. 13.* Venatoria venena, Cels. *lib.8. cap.27.*

‖Venabulum, telum, quo venantes vtuntur: Jägerspieß/ quasi spatha venatoria, spiculum venatorium.‖

Vēntĕr, tris, Tota illa pars corporis concaua, à mucronata cartilagine & nothis costis, vsque ad pubem extensa. {בטן *béten* כרש *chéres.* γαστὴρ, κοιλία. GALL. *Ventre.* ITAL. *Ventre, lo stomacho.* GERM. Der bauch. HISP. *El vientre.* ANGL. *The bellie.*} Plin. *lib.9. cap.50.* Pisces attritu ventrium coëunt tanta celeritate, vt visum fallant. *Ibidem.* Fœmina piscis coitus tempore marem sequitur, ventrem eius rostro pulsans. Plaut. *Curc. sc.1. a.2.* Geminos in ventre habere videor filios. ¶ Venter, pro ventriculo, in quem cibus receptus commutatur in chylum. γαστὴρ, ἡ στόμαχος. Persius *in Prolog. Sat.*

Magister

Magister artis, ingeniique largitor
Venter negatas artifex sequi voces.

Fames enim in superiori ventriculi orificio potissimùm sentitur. Plaut. *Curcul. sc.* 1. *a.* 3. Reliqui in ventre cellæ vini locum, vbi reliquias reconderem. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Quæ ad ventris victum conducant. Idem *Amph.* Vacuus mihi venter crepitat. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Hæc sunt ventri stabilimenta, perna, sumen, glandium. Idem *Milit.* Venter creat has omnes ærumnas. (id est, cogit assentari.) Ventri studere (id est, gulæ.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Et Senec. *c.* 8. *de Tranq.* Tot ventres auidissimorum animalium (id est, seruorum) tuendi. (id est, alendi) Iuuen. *Satyr.* 5.

Ventre nihil noui frugalius.

Plaut. *in Capt.* Proin tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas. ¶ Venter pro aluo. Cels. *lib.* 3. *c.* 18. Vbi ab inferiore parte purgandus aliquis est, ventrem eius ante soluendum esse: vbi à superiore, comprimendum. Colum. 9. *cap.* 12. Nam & tithymalus maiorum quoque animalium ventrem soluit. Venter imus. (id est, pudenda,) siue pubes, Gell. *cap.* 14. *lib.* 1. Item *cap.* 15. *lib.* 17. Venter superior, aluus inferior, &c. ¶ Ventrem ferre, est esse grauidam, ἐν γαστρὶ ἔχειν. Columell. *lib.* 7. *c.* 24. *de vaccis.* Nam decem mensibus ventrem perferunt. ¶ Ventrem facere dicitur paries, qui vetustate collabens, curuatura quadam veluti ventre extra fundamenti limites eminet. Alphenus *in l. si quando.* §. 1. *ff. si seruitus vend.* Si quando inter ædes binas paries esset, qui ita ventrem faceret, vt in vicini domum semipedem, aut ampliùs procumberet, agi oportet, ius non esse illum parietem ita proiectum in suum esse se inuito.

¶ Ventres pigri, Cretenses. Hîc *ventres* sunt homines ventri dediti. & *pigri*: dediti otio. Sic vertitur versus,

Cres semper mendax, mala bestia, venter edax est.

Conuenit illud Lucill. *Sat. lib.* 5.

Viuite lurcones, comedones, viuite ventres. ¶

Vĕntrĭcŭlŭs, i, Cibi & potus receptaculum, primæque coctionis instrumentum, quod & Stomachum nonnulli appellant. {γαστήρ, γαστρίδιον, κοιλία. Gall. *Ventricule, petit ventre, l'estomach.* Ital. *Il stomaco.* Germ. Der magen. Hisp. *Estomago.* Angl. *The stomack.*} Cels. *lib.* 4. *cap.* 1. Ventriculus autem qui receptaculum cibi est, constat è duobus tergoribus: ísque inter lienem & iecur positus. Vide Gellium *cap.* 11. *lib.* 17.

Vĕntrālĕ, is, neutr. gener. Vestimentum ventrem contegens. {τῆς ἐπιγαστρὶς ἐπίβλημα. Gall. *Vn vestement qui couure l'estomach.* Ital. *Vestimento che copre il ventre.* Germ. Ein vorschürtzlin/kleydung so den bauch deckt. Hisp. *Vestidura de vientre ò para cubrir el vientre.* Angl. *A cloth that couereth the bellie, an apron.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 48. Patris mei memoria cœpêre amphimalla vestra, sicut villosa etiam ventralia. Videtur item ventrale sacculi genus fuisse, pecuniæ ad vsum quotidianum necessariæ gestandæ accommodatum, & sub ventrem appensum. *l.* 6. *D. de bon. damn.* Nonnulli tamen putant esse ventrale dicendum. Hotoman.

Vĕntrĭōsŭs, a, um, qui magnum habet ventrem. {γαστρώδης. Gall. *Ventru, qui a grand ventre.* Ital. *Chi ha gran ventre.* Germ. Ein bäuchling/der ein grossen bauch hatt. Hisp. *Cosa que tiene mucho vientre.* Angl. *That hath agreat bellie, or bellied.*} Plaut. *in Merc.* Canum, varum, ventriosum. Idem *in Asin.* Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus. Pro eodem nonnulli vtuntur ventricosus, interiecta inter duas vocales consonante, quamuis primitiuum eam literam non habeat. Quòd etiam in aliis nonnullis adiectiuis vsuuenire videmus: vt ab Arcadia fit Arcadicus, & ab Italia Italicus. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Rufus quidam ventriosus.

Vĕntrōsŭs, a, um, γάστρων, γαστρώδης, idem. Plin. *lib.* 14. *cap.* 21. de doliis loquens vinariis, Ventrosa, ac patula minus vtilia.

Ventriloquus, qui è ventre loquitur. nempe obsessus à malo spiritu, qui in hominis ventre residens loquitur. Fœmina dicitur ventriloqua.

Ventidus, a, um. vide Gell. *cap.* 4. *lib.* 15.

Vĕntĭlo, as, Ventum excito, ventum facio. {זרה *zaráh.* λικμάω, ῥιπίζω. Gall. *Esuenter, vanner.* Ital. *Suentare, vannire.* Germ. Wadlen/ein lufft machen. Hisp. *Auentar como para trillada, ò hazer ayre con moscador.* Angl. *To fanne or winnowe.*} Propertius *lib.* 4. *Eleg.* 3.

Hanc Venus, vt viuat, ventilat ipsa facem.

¶ Ventilari frumentum dicitur, dum in area ventilabro purgatur. λικμᾶσθαι. Plin. Multi ventilare quoque granum vetant. ¶ Et ventilari vinum dicitur, pro eo quod dicunt, *dare ventum vino*: vt fit, quum difficulter exit è dolio. Col. *lib.* 12. *c.* 30. Quo maior æstus erit, eò sæpius conuenit vinum nutriri, refrigerarique, & ventilari. ¶ Ventilare annulum, est è digitis exemptum manibus versare, & veluti vento perflandum exponere. Iuuen. *Satyr.* 1.

——— *quum verna Canopi*
Crispinus Tyrias, humero reuocante lacernas
Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum.

Quintil. Ventilare cubitum in agendo. Senec. *c.* 2. *de tranquill.* Versare se, motare fessum latus, & alio atque alio positum ventilari. Item, Ventilare arma, Mart. *epigr.* 32. *lib.* 5. Et eius periphrasis, *epigr.* 39. *lib.* 9. Translatè etiam populus & concio ventilari dicitur, quum oratione seditiosi alicuius commouetur & excitatur. Cic. *pro Flacco*, Cuius lingua quasi flabello seditionis illatum est egentium concio ventilata. ¶ Huius compositum est Euentilo, de quo suo loco.

Vĕntĭlātĭo, nis, verbale, Actus ventilandi. {מזרה *mizréh.* ἡ ῥίπισις. Gall. *Esuentement.* Ital. *Suentamento.* Germ. Erlüfftigung. Hisp. *Auentamiento.* Angl. *A fanning or winnowing.*} Plin. *lib.* 23. *c.* 21. Innocentiores vuæ, quæ decerptæ, diu pependêre, qua ventilatione etiam vtiles fiunt stomacho, ægrisque.

Vĕntĭlātŏr, is, qui ventilatione frumenta purgat, aut legumina: hoc est, qui post trituram frumenta aut legumina ventilabro in sublime eiaculatur, vt ventorum flatu grana secernantur à palea. {זורה *zoréh.* λικμητής. Gall. *Vanneur.* Ital. *Suentatore.* Germ. Ein erlüfftiger/kornschwinger/kornrürer. Hisp. *Auentador.* Angl. *A fanner or winnower.*} Colum. *lib.* 2. *c.* 10. Faba quæ longiùs emittetur, pura eò perueniet, quò ventilator eam iaculabitur. ¶ Ventilatores apud Quintil. *lib.* 12. *cap.* 7. sunt præstigiatores, qui vt ventilatores grana quæ purgant, in ventum proiiciunt, ita rem quam retinent, manibus eiicere videntur. ψῆφοι. Ita enim ait, Quo vsu constant mira illa in scenis pilariorum ac ventilatorum, vt ea quæ emiserint, vltrò venire in manus credas, & quà iubentur decurrere.

Vĕntĭlābrum, i, Instrumentum quo rustici frumenta, leguminá've post trituram sursum eiaculantur, vt ventorum flatu à paleis repurgentur: quem in vsum rustici hodie habent palas: quibus frumenta ita in sublime eiaculantur, vt alio grano suo pondere, alio paleæ ventorum vi ferantur. {מזרה *mizréh.* πτύον, ῥιπίς. Gall. *Vn van, vn esuantoir.* Ital. *Ventaglio, vn vano.* Germ. Ein würffschauffel. Hisp. *El ventallo ò instrumento para euentar para trillada, auentadero.* Angl. *A fanne, an instrument to winnow corne.*} Colum. *lib.* 2. *c.* 10. Nam quum aceruus paleis granísque mistus in vnum fuerit congestus, paulatim ex eo ventilabris per longius spatium iactetur: quo pacto palea quæ leuior est, citrà decidit, faba quæ longiùs emittitur, pura eò perueniet, quò ventilator eam iaculabitur.

Vĕntŭs, i, masculini gen. Exhalatio sicca (teste Aristotele in Meteoris) è terra resoluta cum aliqua virtute cœlesti composita. {רוח *ruách.* ἄνεμος, πνεῦμα. Gall. *Vent.* Ital. *Vento.* Germ. Der wind. Hisp. *Viento.* Angl. *The wind.*} Cicer. 2. *de diuin.* Placet enim Stoicis eos anhelitus terræ, qui frigidi sunt, quum fluere cœperint, ventos esse. Idem *pro Cluent.* Mare quod sua natura tanquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari. Virg. 1. *Æneid.*

Incute vim ventis, submersásque obrue puppes.

Ouid. 4. *Fast.*

——— *Habent ventos iam mea vela suos.*

Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Exoritur ventus, turbo. ¶ Ventus remisit. Cæsar *lib.* 2. *de bell. ciu.* Ventus posuit. Virg. *lib.* 7. *Æneid. v.* 6.

Quum venti posuere: omnísque repente resedit Flatus.

(id est, desiuerunt, quieuerunt. Galli dicunt, *les vents se sont appaisez. abbaissez, ont cessé.* ¶ Ventum (inquit August. *lib. de Quantitate animæ*) nihil aliud quàm iustum aërem commotum, ac agitatum esse sentimus. Quod in loco tranquillissimo, & ab omnibus ventis quietissimo, vel breui flabello approbari potest, quo etiam muscas abigentes aërem commouemus, flatúmque sentimus. Quod quum euenerit occultiore quodam motu cœlestium, vel terrenorum corporum per magnum spatium mundi, ventus vocatur, ex diuersis partibus cœli nomina etiam diuersa sortitus. Sunt autem quatuor præcipui venti, à quatuor mundi cardinibus flantes: quorum rursus singuli in ternos diuiduntur. Ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, qui ad Septentrionem habet Vulturnum, à voluendis nubibus dictum: ad Meridiem Eurum sic dictum, quia latè flat. Hi sunt calidi & sicci, quia sub Sole diu morantur. In ortu diei salubres sunt, quia veniunt à regionibus temperatis. Ab Occasu æquinoctiali Fauonius est dictus, quòd foueat quæ nascuntur. Huic Circius proximus est ad Septentrionem, Zephyrus ad Austrum. Sunt isti temperatè frigidi & humidi, quia Sol paruam facit moram in Occidente, propterea nec multum calefacit illos, nec multum desiccat. In fine diei salubres sunt, quia à sole tunc subtiliores redduntur. A meridie Auster est dictus, quòd hauriat aquas. Huic ad Orientem Notus est, qui Græcè sic dicitur ab humore: Africus ad Occidentem. Hi omnes quum calidi sint & humidi, nubes, pluuiásque inducunt, citant tempestates marinas, impediunt virtutes animales, & grauitatem corporis afferunt. A Septentrione Boreas est. Huic ad Orientem Aquilo surgit, ad Occasum Corus. Hi venti frigidi sunt & sicci, vnde corpora indurant, poros constringunt, humores purificant. ¶ Ventus operam dat, dixit Plaut. *in Milite*, id est, prosper est. ¶ Ventum popularem quærere in re aliqua, est populi plausum, & secundum rumorem fauorémque inanem aucupari. Quatuor venti, pro quatuor cœli cardinibus, à quibus quatuor præcipui flant venti. Virg. 4. *Georg.*

Parietibúsque premunt arctis, & quattuor addunt
Quattuor à ventis obliqua luce fenestras.

¶ Ventus secundus, pro secunda fortuna, μεταφορικῶς. Cicer. *Attic. lib.* 2. Quid si etiam Cæsarem, cuius nunc venti valdè sunt secundi, reddo meliorem? ¶ Ventus pro procella, & turbine in Republica. Idem *in Pison.* Neque tam fui timidus, vt qui maximis turbinibus ac fluctibus Reipubl. nauem gubernassem, saluámque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam pertimescerem: alios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas. ¶ Ventus textilis, i. vestis ventosa & tenuissima, quæ ventum facilè admittit. Petronius Arb. Æquum est induere nuptam ventum textilem. Talis etiam ab ipso dici videtur Nebula linea, vide suo loco. ¶ Ventum facere. Plaut. *Curcul.* Cu. Obsecro hercle facite ventum vt gaudeam. Ph. Maxumè. Cu. Quid facitis quæso? Ph. ventum. Cu. Nolo equidem mihi fieri ventulum. Ph. Quid igitur vis? Cu. esse, vt ventum gaudeam. C. Licinius Imbrex vetus Comicus: Resupina, obstipo capitulo, sibi ventum facere tunicula, i. ῥιπίζειν. Terent. *Eunuch.* Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito.

Vĕntŭlŭs, diminutiuum, Lenis & exiguus ventus, aura. {ἀνεμίδιον. Gall. *Petit vent.* Ital. *Picciol vento.* Germ. Windlin. Hisp. *Pequeño viento.* Angl. *A litle air, or soft blowing wind.*} Terent. *in Eunuch.* Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito, dum lauamur. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Quid facitis? Ventum. Nolo mihi fieri ventulum.

Vĕntōsŭs, a, um, Vento plenus. {ἀνεμώδης. Gall. *Venteux.* Ital. *Pieno di vento.* Germ. Windig/voll wind. Hisp. *Cosa de mucho viento.* Angl. *windie.*} vt, Ventosus aër, apud Plin. *lib.* 2. *cap.* 18. Ventosi folles. Virg. 8. *Æneid.*

——— *alij ventosis follibus auras*
Accipiunt, reddúntque.

Fornax ventosa, id est, vento exposita. Cato *c.* 38. Vbi satis foderis, tum fornaci locum facito, vt quàm altissima, & quàm minimè ventosa fiet. ¶ Per translationem accipitur pro tumido, inflato, vano, & inani. κενός, vt, Ventosa verba, id est, inflata quidem & tumida, cæterùm sine vllo pondere & effectu. Ventosa natio, id est, leuis, & vana. Plin. *in Panegyr.*

Superbiebat ventosa & insolens natio. Ventosa gloria. κενόδοξα. Virg. 11. *Æneid.*

Iam noscens, ventosa ferat cui gloria fraudem.

Horat. 1. *Epist.* 19.

Non ego ventosæ plebis suffragia venor
Impensis cœnatum, & tritæ munere vestis.

Venucula, Vuæ genus, quod in ollis conditum quàm diutissimè incorruptum seruabatur. Colum. *lib.* 3. *cap.* 2. Item quorum vuæ temporibus hyemis durabiles vasis conduntur, vt venuculæ, vt nuper in hos vsus exploratæ Numesianæ. Plin. *lib.* 14. *cap.* 2. Veniculam appellat, per tertiam vocalem in secunda syllaba. Veniculam (inquit) inter optimè deflorescentes, & ollis aptissimam, Campani malunt Sirculam vocare, alij Staculam. Philippus Beroaldus vtrobique Venunculam legendum existimat, quemadmodum & apud Horatium in præceptis Catianis: Venuncula conuenit ollæ. ¶ Venuculum, farris genus, clusino ponderosius. Columell. *lib.* 2. *cap.* 6. Far quod vocatur venuculum rutilum, atque alterum candidum, sed vtrunque maioris ponderis quàm clusinum. Quo in loco Ruellius legit *Vermiculum*; nonnulli etiam *Vernaculum*, quam lectionem, etiam Plinio teste, tueri conantur, quem aiunt vernaculum inter adorei genera enumerare: quod tamen nos apud Plin. inuenire non potuimus. Verùm illi acutiores fuerunt, qui viderunt quod nusquam erat. Eo tamen in loco Ruellius legit Vermiculum, ex Plinio fortasse, qui *lib.* 22. *cap.* 15. ait in farre verniculum esse teredini similem, qui dentibus vitiatis medeatur. Verùm quid si vernaculum legatur? quum idem Plin. far adoreum vernaculum appellari affirmet?

Venulus, apud Virgil. *lib.* 8. & 11. *Æneid.* Nomen est vnius ex Latinorum proceribus, qui in magnam Græciam legatus missus, vt Diomedem in belli societatem asciscerat, re infecta rediit.

Venum, aliqui aduerbium esse putant, quemadmodum & pessum: vsurpatur tamen pro supino verbi veneo: admittítque secum præcipuè hæc verba, eo, do, expono, & fortassis nonnulla alia. Est autem venum ire, idem quod vendi. Venum dare, idem quod vendere: pro quo etiam vnica dictione composita dicimus Venundare. Liu. *lib.* 4. *bell. Pun.* Se venum à primoribus datos. *Ibid. lib.* 3. Tum etiam legem fecerunt sanciendo, vt qui Tribunis plebis, Ædilibus, Iudicibus, Decemuiris nocuisset, eius caput Ioui sacrum esset, familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberæque venum irent, id est, venderentur. Gell. *c.* 18. *lib.* 2. Ex libertate in seruitutem venum ierat. Idem *cap.* 2. *lib.* 4. Venum ire. Idem Gell. *c.* 1. *lib.* 20. Bona venum distrahuntur, &c. Salust. *in Iugurth.* Quippe cui omnia venum ire, in animo hæserat. Vbi illud notandum est, quod dicimus, Venum ire, non venum iri, sicut vapulatum ire, non iri: quia venum & vapulatum semper sunt passiuæ significationis, ne duo passiua copulentur. In cæteris verò quæ ambigua sunt, quòd actiuè & passiuè accipi possint, ad distinguendum sensum accommodamus infinitum hoc, vel actiuum, vel passiuum: vt ideò te amatum ire, vel iri: quia talia supina sunt ancipitis significationis.

Venundo, as, ex venum & do, vendo, venale expono. {מכר *machát.* πωλέω, ἀποδίδομαι, ἀπεμπωλέω, ἀπεμπωλάω. GALL. *Vendre, mettre en vente.* ITAL. *Vendere.* GERM. Zukauffen geben. HISP. *Vender.* ANGL. *To sell to seth forth to sel.*} Cicer. 3. *Offic.* Quum in venundando rem eam scisset, nec pronuntiauisset emptori. Plin. *lib.* 35. Octoginta talentis venundatas.

Venundatio, nis, idem quod venditio, ἀπεμπόλησις.

VENVS, eris, ab antiquis, amorum, gratiarum, pulchritudinis, deliciarum, voluptatúmque omnium habita est dea: ita dicta à veniendo, quod ad omnes res veniat, vt autor est Cicer. 2. *de nat. deor.* Ἀφροδίτη, κυθέρεια. Hanc poëtæ spuma maris, & Cæli testiculis natam fabulantur à Saturno excisis, & in mare proiectis: vnde & παρὰ τὸ ἀφρὸν, hoc est, à maris spuma, Aphroditem appellarunt. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Ita me Venus amet. (sunt verba amicæ.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Tuam fidem Venus, &c. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Tun' meam venerem vituperas? (id est, amicam.) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Veneri aut cupidini ferre serta & vnguenta. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Sub Veneris regno vapulo, non sub Iouis. ¶ Venus Capitolina, Sueton. *in Galba c.* 18. ¶ Est item Venus, vna errantium stellarum, inter Solis & Mercurij sphæras sita, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Latinè dicitur, quum antegraditur Solem: quum autem subsequitur, ἕσπερος, Vesper, & Vesperugo. ¶ Ponitur etiam venus pro libidine, & re ipsa venerea, quam & Græci ἀφροδισιασμὸν dicunt. Terent. *in Eunuch.* Sine Cerere & Baccho friget Venus. Senec. Quod in venerem pronior esset. Virg. 2. *Georg.*

Frigidus in venerem senior frustráque laborem
Ingratum trahit.

Plin. *lib.* 24. *c.* 9. Ad venerem impetus inhibent. Ouid. 1. *de Arte,*

Nos venerem tutam, concessaque furta canemus.

Interdum pro pulchritudine, venustate, ornatu, elegantia, εὐσχημοσύνη, χαριεντισμὸς. Quintil. *lib.* 6. *c.* 4. Quod cum gratia quadam & venere dicitur. Idem *lib.* 10. *cap.* 1. Isocrates omnes dicendi veneres secutus est. ¶ Est præterea Venus talorum iactus venerius, & quatuor consurgens talis, diuersam faciem ostendentibus. Sueton. *in August. cap.* 71. Talis enim iactatis, vt quisque canem aut senionem miserat, in singulos denarios in medium conferebat quod tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat. Venerum quatuor meminit. Cic. *lib.* 1. *de nat. deor.* cuius verba sunt, Venus prima Cœlo, & Die nata, cuius Elide delubrum videmus. Altera spuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem secundum natum accipimus. Tertia Ioue nata, & Iunone, quæ nupsit Vulcano: sed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Quarta Syria, Cyróque concepta, quæ Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse, proditum est. Hæc ille.

Veneralia, festa Veneris. Plutarch. *qq. lib.* 2. *q.* 45.

Venereus, a, um, siue Venerius, quod ad Venerem pertinet. ἀφροδίσιος. vt, Venereæ voluptates, Venerea res. Plin. *lib.* 24. *cap.* 9. At venereæ rei impetus inhibent. Venereus homo, Veneri consecratus. Cicer. *pro Cluent.* Quúmque item, vt in Sicilia permulti Venerei sunt, sic illi Latini in Martis familia numerarentur. Venerius, pro salaci, & Veneri debito, ἀφροδισιαστικὸς, libidinosus. Gellius *lib.* 7. *cap.* 8. Delphinos venerios esse, & amasios non modò historiæ veteres, sed recentes quoque memoriæ declarant. Quintilian. Limi, &, vt ita dicam, venerei oculi. Idem *Asinar. sc.* 2. *a.* 5. Hoc Venerium est: pueri plaudite. Item, Veneriis vadimoniis conuadari, & venerio libello citare. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1.

‖Venusia, & Venusium, *Venosa*, V.E. antiqua Apuliæ Peucetiæ, sub A. Materano, Horatij Flacci poëtæ patria.‖

VENVSTVS, a, um, quod in se habet venustatem, lepidus, festiuus. {יפה *iaphéh* טוב *tob.* ἐπαφρόδιτος, ἐπίχαρις, χαρίεις, εὔσχημος. GALL. *Fort beau, gentil, ioly, braue, qui a bonne grace.* ITAL. *Molto grazioso.* GERM. Schön/hübsch/holdselig. HISP. *Hermoso, con gracia.* ANGL. *Beautifull, plesant, that hath a goodly grace.*} vt, Venustus homo, & venusta oratio: sicut Lepidus homo, & Lepida oratio. Catul. *de passere*, Lugete ô Veneres, Cupidinésque, Et quantum est hominum venustiorum. Cicer. *de clar. Orat.* Gestus & motus corporis ita venustus, vt tamen ad forum, non ad scenam institutus videretur. Idem 2. *de Orat.* Sed quum omnium sis venustissimus, & vrbanissimus, &c. Venustus vultus, ingenuus, elegans. Ter. *in Andr.* Et vultu Sosia adeò modesto, adeò venusto, vt nihil suprà. Lepidus autem & Venustus ita inter se differunt, quòd Venustum vocamus (vt ait Quint. *lib.* 9. *cap.* 4.) quòd cum gratia quadam & breuitate, atque acumine verborum delectat. ἐπιχάριτον, ἐπαφρόδιτον. Et Senec. *c.* 19. *de vita beat.* Maledici, in alienam contumeliam venusti sunt. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. ô Venus venusta! *Ibid.* Ita tu me ames, vt venusta es. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. In hoc sunt omnes voluptates & venustates, Suet. *in Aug. c.* 79. Venustissima forma per omnes ætatis gradus. ¶ Pulcher & venustus differunt. Hinc idem *in Neron. c.* 51. Vultu pulcro magis, quàm venusto.

Venustè, aduerb. {χαριέντως, καλῶς, ἀστείως. GALL. *Gentement, brauement.* ITAL. *Gratiatamente.* GERM. Holdseliglich/lieblich. HISP. *Hermosamente, con gracia.* ANGL. *Beautfullie, pretilie, with a groodly grace.*} Cæl. *ad Cicer. lib.* 8. Qua in re mihi videtur illud perquam venustè cecidisse.

Venustulus, diminutiu. {ὁ χαρίεστερος, σμικρὸν τι ἐπαφρόδιτος. GALL. *Gentillet, ioliet, d'assez bonne grace.* ITAL. *Alquanto bello & gratiato.* GERM. Zimlich schön oder lieblich. HISP. *Vn poco hermoso.*} Plautus *in Asinar.* compellando blanditer, Osculando oratione vinula, venustula.

Venustas, atis, propriè pulchritudo muliebris, præterea lepor, gratia, suauitas. {יפי *iophi* חן *chen.* εὐσχημοσύνη, χαριεντότης. GALL. *Gentillesse, beauté, bonne grace, braueté.* ITAL. *Belta, buona gratia, auenenza.* GERM. Schöne/wolgestalte. HISP. *Hermosura con gracia.* ANGL. *Grace and delectable comlinesse in speach & gesture.*} Cicer. 1. *Offic.* Venustas & pulchritudo corporis secerni non potest à valetudine. Idem *in Orat.* Vultus multam affert, tum dignitatem, tum venustatem. Firmicus *lib.* 4. *Matheseos*, Si Luna à Ioue defluat ad Venerem, facit venustos, & quibus ex venustate potestas maxima comparetur. ¶ Accipitur etiam venustas, pro lepôre siue gratia dicendi & suauitate. χαριεντισμὸς, σεμνολογία. Cicer. 1. *de Orat.* Dicendi vis egregia summa festiuitate, & venustate coniuncta proficit. Idem 7. *Verr.* Iste autem homo venerius, & affluens omni lepôre & venustate, &c. Quint. *lib.* 4. *cap.* 2. Commendatur expositio venustate. Cic. 1. *de Orat.* Tum ea denique vestire, atque ornare oratione, pòst memoria sepire, ad extremum agere cum dignitate & venustate.

Venusto, as, Orno. {פאר *peér* עדה *hadháh* הדר *hadhár.* καλλωπίζω. GALL. *Faire beau & gentil.* ITAL. *Adornare, far bello.* GERM. Zieren/schön vnnd hüpsch machen. HISP. *Adornar con gracia, hazer hermoso.* ANGL. *To mak beautifull and plesant.*} Huius contrarium est Deuenusto. Gell. Tanquam pulchritudinis sibi insignia deuenustet.

Venusia, æ, Οὐενουσία Ptolemæo, oppidum Appulorum Dauniorum, non procul à finibus Lucaniæ, patria Horatij poëtæ, qui ab eo dictus est Venusinus. Meminit huius oppidi Plin. *lib.* 3. *c.* 11.

VEPRES, is, Spinæ genus nocentioribus aculeis, quibus tenaciter prætereuntium vestibus adhæret: vnde & nomen accepisse existimant, quòd vehementer prehendat. {שית *scháieth* קוץ *kots* סיר *sir.* ἄκανθα. GALL. *Espines, espinaye.* ITAL. *Spine.* GERM. Dörn. HISP. *Las espinas.* ANGL. *A brere or bramble.*} Ouid. *lib.* 5. *Metam.*

Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit
Ora canum.

Horat. 1. *Epist.* 17.

Corna vepres, & pruna ferant: & cornus & ilex.

Virg. 8. *Æneid.*

Sparsi rorabant sanguine vepres.

Cicer. 5. *Tusc.* Septum vndique, & vestitum vepribus.

Veprecula, æ, diminutiuum à Vepres, Spinula. {ἀκάνθιον. GALL. *Petite espinaye, ou petite espine.* ITAL. *Picciola spina.* GERM. Dörnlin. HISP. *Pequeña espina.* ANGL. *A litle brere.*} Cicer. *pro Sextio*, Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula Remp. conaretur arrodere.

Vepretum, i. {ἀκανθών. GALL. *Espinaye, lieu plein d'espines.* ITAL. *Luogo pieno di spine.* GERM. Ein dorngesteud/ein ort da vil dörn stehn. HISP. *Espinal, lugar de espinas.* ANGL. *A brerie place.*} Locus vepribus plenus. Col. *lib.* 4. *c.* 32. Fluminum ripis, & limitibus, ac vepretis commodius quàm mediis agris deponitur.

VER, is. {ἔαρ. GALL. *Le printemps, le renouueau.* ITAL. *Primauera.* GERM. Der früling/lenz. HISP. *El verano quarta parte del año.* ANGL. *The sping of the yeare.*} Anni quadripartiti pars temperatissima: ita dicta à virore: teste Varr. *lib.* 5. *de lingua Lat.* quòd tum virgulta viuere incipiant: siue à vertendo, quòd tunc vertere se incipiat anni tempus, siue ab eo quod Iones ἦρ dicunt, pro eo quod communi lingua dicitur ἔαρ. Cicer. 7. *Varr.* Quum autem ver esse cœperat, cuius initium iste non à Fauonio, neque ab aliquo astro notabat, sed quum rosam viderat, tum incipere ver arbitrabatur. Diuiditur autem ver, vt cæteri anni partes, in portiones tres, in ver nouum, siue primum, adultum & præceps. Nam quum vernum tempus sit trimestre, primus mensis, primo siue nouo veri assignatur: secundus adulto tribuitur: tertius præcipiti siue cadenti. Virg. 1. *Georg.*

Vere nouo, gelidus canis cum montibus humor
Soluitur.

Plin.

Plin. *lib.*10.*cap.*20. Lusciniæ pariunt vere primo quum plurimum sena oua. Liuius, Primo vere exercitum moturus erat. ¶ Ver sacrum, sacrificij genus erat apud Italos quo diis immolabatur quicquid proximo vere apud ipsos natum esset. Vide Plutarch. *in Fabio.* Quam consuetudinem à Sabinis ortam putat Strabo *lib.* 5. qui aduersùs Vmbros quum aliquoties infeliciter pugnassent, Marti votum fecerunt, si victoria potiri contingeret, se illi consecraturos quicquid proximo vere apud ipsos nasceretur. Quare quum re bene gesta in patriam essent reuersi, omnem pecoris prouentum Marti immolarunt: liberos quoque eo vere natos, quoniam crudele videbatur occidere, Martis ministerio consecrarunt, posteáque adultos, velato capite, extra fines suos exegerunt. Quondam (inquit Sisenna *lib.* 4. *Histor.*) Sabini feruntur vouisse, si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos. Liu. *lib.* 4. *ab Vrb.* Ver sacrum factum erat priore anno M. Porcio, & L. Valerio coss. Id quum P. Licinius Pontifex non esse rectè factum collegio primùm, deinde ex autoritate collegij Patribus renunciasset, de integro faciendum arbitratu Pontificum censuerunt, ludósque magnos, qui vnà voti essent tanta pecunia, quanta assolerent faciendos. Solinus, Cum omni fœtu ver sacrum missus. vbi deprauatè, *vel sacro missus.* de eo vide Festum. ‖¶ Ver translatè, vt ver ætatis. Ouid. 1.*Metam.*

Ætatis breue ver.

Catull. ad Mallium,

Iucundum cùm ætas florida ver ageret.‖

Veranius Flaccus, antiquus author: vt ex verbis Augusti ad M. Antonium intelligimus, sic loquentis apud Suet. *in August. cap.* 86. Túne dubitas Cimbérne Annius, an Veranius Flaccus imitandi sint tibi? &c. Vbi tamen quidam codices habent Verrius, reclamante Casaubono, qui hîc legit *Verranius.*

Vērnŭs, a, um, quod est veris. {ἐαρινός. GALL. *Du printemps.* ITAL. *Di primauera.* GERM. Des frülings. HISP. *Cosa de verano.* ANGL. *Of the spring tyme.*} vt, Verni flores. Vernum æquinoctium. Plin. *lib.* 10. *cap.* 31. Oscines non temerè fœtus faciunt ante æquinoctium vernum. Ouid. 3.*Trist.*

At mihi sentitur nix verno sole soluta.

Horat. *de Arte,*

——— *ô ego læuus,*

Qui purgor bilem sub verni temporis horam.

Cic. 5. *Tusc.* Alia verno tempore tepefacta frondescunt. Idem *de senect.* Breue enim tempus ætatis satis est longum ad bene honestéque viuendum, si processeris longiùs, non magis dolendum est, quàm agricolæ dolent præterita verni temporis suauitate æstatem autumnúmque venisse. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Quàm verna de niue vernat aqua.*

Suet. *in Neron. c.* 57. Vernis æstiuísque floribus ornare.

‖Verna, orum, tempora veris. Tert.‖

Vēnālĭs, e, quod est veris. {ἐαρινός. GALL. *Du printemps.* ITAL. *Di primauera.* GERM. Des frülings oder glentzen. HISP. *De verano.* ANGL. *Of the springe tyme.*} August. *lib.* 7. *de ciuit. Dei,* Propter vernalem quippe faciem terræ quæ cæteris temporibus est pulchrior, Porphyrius philosophus nobilis Atyn florem significare prohibuit.

Vērno, as, Pullulo. {צמח *tsamach* פרח *parách.* βλαστάνω. GALL. *Fleurir, bourgeonner ou reuerdir sur le printemps.* ITAL. *Fiorire, ò verdeggiare da primauera.* GERM. Grünen wie im frūling. HISP. *Florescer ò hazer verano.* ANGL. *To budde, to spring or florish.*} Mart. *lib.* 2.

Dum tibi vernarent tenera lanugine malæ,

id est, pilos emittere inciperent, & tenera quadam lanugine ætatis florem præ se ferrent. A vere deductum verbum, quo tempore omnia renasci conspiciuntur. ¶ Aliquando pro canere. Plaut. Dum auiculæ vernant. Quippe verno tempore omnia lætari videntur. Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

Indocilique loquax gutture vernat auis.

¶ Ponitur aliquando pro splendere. Plin. *lib.* 8. *c.* 27. Anguis hyberno situ membrana corpore obducta fœniculi succo impedimentum illud exuit, nitidúsque vernat.

Vērnāns cœlum, Vernam quandam temperiem præ se ferens. Plin. *lib.* 7. *c.* 2. Salubri cœlo, sempérque vernante. Vernans ager, pullulans, floridus, viridis, lætus. Mart. *lib.* 9.

Vērnātĭo, nis, Corium vetus, quo serpentes verno tempore exuuntur, quod & Senectus dicitur. {λεβηρίς. GALL. *La vielle peau d'vne couleuure, qu'elle deuest au printemps.* ITAL. *Scorza che lascia la biscia primauera.* GERM. Ein abgestreyffte schlangenhaut. HISP. *Hollejo de la culebra.* ANGL. *The skinne of a serpent which it casteth in the springe tyme.*} Plin. *lib.* 29. *c.* 6. Lendes tolluntur adipe canino, vel anguibus in cibum sumptis anguillarum modo, aut vernatione, quam exuunt, pota. ¶ Nonnunquam verbalis significationem retinet, actum ipsum exuendæ cutis significans. {ὁ τοῦ ἔαρος χρόνος. GALL. *Le temps du nouueau.* ITAL. *Tempo della primauera.* GERM. Die abstreyffung der alten schlangenhaut im frūling. HISP. *Tiempo del verano.*} Plin. *lib.* 30. *c.* 3. Anguinæ vernationis membrana cum oleo, tedæque resina calefacta, auribus prodest. Plin. *lib.* 30. *c.* 3. Membrana, siue senectus anguium vernatione exuta cum cancro mascula trita.

Vērātrum, i. {GALL. *Veratre ou ellebore.* ITAL. *Veratro herba.* GERM. Niesswurtz. HISP. *Vedegambre.* ANGL. *Beresfoote hearbe.*} Herba est quam Græci vocant ἐλλέβορον, vehementem habens vim purgandi, educendíque humores noxios, principis animæ facultatem sedem infestantes, vnde melancholicis & furiosis dari solet, & comitiali morbo laborantibus, Pers. *Satyr.* 3.

——— *non est hic Ilius Acci*

Ebria veratro.

Dictum autem putatur veratrum à vertenda mente. Imò, quòd vetrat & euertrat atram bilem. Eius duo sunt genera, album & nigrum: de quibus satis multa dicta sunt suprà in dictione *Helleborum.*

Vērax, vide *Verum.*

Vērbānŭs, i, vulgò *Lago maggior.* {Der lang see der an der Lawertz ligt.} Lacus Cisalpinæ Galliæ Ticinum ex Alpibus defluentem accipiens, & eundem in Padum transmittens. Nunc *lacum maiorem* appellant. Plin. *lib.* 9. *c.* 18. Duo lacus Italiæ in radicibus alpium Larius & Verbanus appellantur, in quibus pisces omnibus annis Vergiliarum ortu existunt, squamis conspicui crebris, atque præacutis, clauorum calligarium effigie, nec amplius quàm circa eum mensem visuntur.

Vērbāscum, herba est duo summa habens genera, album & nigrum, folij colore distincta. {φλόμος. GALL. *Bouillon blanc, ou bouillon noir.* ITAL. *Tasso, barbasso.* GERM. Wullkraut oder kertzenkraut. HISP. *Varbasco, ò gordolobo.* ANGL. *A primerose or cowslipe.*} Galli *Bulionem album & nigrum* appellant. Candidum rursum in marem & fœminam diuiditur. Fœmina folia habet brassicæ, sed hirsutiora, latiora, & candidiora: caulem cubitalem, candidum & leuiter pilosum: florem album aut suppallidum: semen nigrum, radicem longam, acerbam, digitali crassitudine. Nascitur in campestribus. Mari folia candicant, sed longiuscula sunt & angustiora quàm fœminæ: caulis quoque tenuior. Verbascum verò nigrum omnia huic paria habet, folia tantùm latiora minúsque candida. Est & syluestre verbascum, altum virgis arboreis, folia saluiæ, orbibus virgas cingentibus, vt marrubium, flore luteo, fulgore auri. Vide Plin. *lib.* 25. *c.* 10.

Vērbēnă, æ, siue verbenaca, herba est ramulos habens cubitales, angulosos, in quibus ex interuallis folia quercus, sed minora angustioráque, eisdem diuisuris in ambitu, colore aliquatenus cæsio: radicem autem longam, tenuem, flores purpureos & graciles. {περιστερεών. GALL. *Veruaine.* ITAL. *Herbena.* GERM. Eisenkraut. HISP. *La grama hyerua, verbena.* ANGL. *Veruen.*} Galli ex Latino vocabulo litera tantùm vna immutata *Veruenam* appellant. A Græcis etiam hierobotane, ἱερὰ βοτάνη Dioscoridi dicta est, propterea quòd ad multos sacrorum vsus ea vterentur. Plin. *lib.* 25. *c.* 9. Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet, quàm hierobotane. Aliqui peristereona, nostri verbenacam vocant. Hæc est, quam legatos ferre ad hostes indicauimus. Hac Iouis mensa verritur, domus purgantur, lustrantúrque. Hæc ille. Peristereona autem Græci idcirco appellarunt, quòd plurimùm in ea mansitent columbæ. κλωνογενικῶς tamen quaslibet herbas & frondes festas, ad aras coronandas, ex puro loco decerptas, Verbenas appellamus, quasi herbenas: quod & Donatus annotauit in locum illum Andriæ Terentianæ, Ex ara verbenas hinc sume. Quo profectò in loco Terent. non videtur intellexisse herbam illam, quam propriè verbenam appellari diximus, quum apud Menandrum, à quo illa transtulit, μυρσίνη, hoc est, myrtus legatur. Virg. *in Bucol.*

Verbenásque adole pingues, & mascula thura,

id est, ramos pingues, vt tædiferarum arborum, pini, laricis, piceæ, atque id genus, quarum assutæ statim ignem concipiunt. Vetus Criticus verbenam exposuit θαλλόν. Cels. *lib.* 6. *c. de Condylomate* verbenas extulit de frondibus herbarum atque stirpium. Sed desidere, inquit, ante homo in aqua debet, in qua verbenæ decoctæ sunt ex reprimentibus. Idem *lib.* 2. *c. vlt.* verbenarum cortusa cum teucris caulibus folia, cuius generis sunt olea, cupressus, myrtus, lentiscus, &c. Plin. *lib.* 22. *cap.* 2. verbenarum, & sanguinum nomine idem significari ait, hoc est, gramen ex arce cum sua terra euulsum, iísque semper vsos legatos, quum ad hostes clarigatum mitterentur: indéque vnum ex iis, qui verbenas ferret, Verbenarium fuisse appellatum.

Vērbēnācă, herba fœmina vulgò, quæ Dioscoridi cæterísque antiquis authoribus erysimon Græcè, Irio Latinè nuncupatur, & nihil commune cum verbena habet.

VĒRBĔR, is, instrumentum verberandi (inquit Valla *lib.* 6.) longum & exile, qualis est virga, baculus, fustis, lora, flagellum, ferulæ, arundo, & siquid est simile. {שוט *schot* שוט *schotét.* μάστιξ, αἰκισμός. GALL. *Verge longue & deliée, fouet.* ITAL. *Verga longa da battere alcuno.* GERM. Ein rut, steck, ein jedes ding damit man einschlecht. HISP. *Vara para herir ò hostigar.* ANGL. *A scourg or whippe.*} Virg. 3. *Georg.*

——— *Illi instant verbere torto.*

Cic. 7. *Verr.* Ne catenæ, ne verbera, ne secures, ne cruciatus sociorum. Plin. *lib.* 8. *c.* 9. Donantur autem rabidi fame & verberibus. Plaut. *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Dignus es verberibus multis? Dignus. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 3. Facilius patior verba, verbera ego odi. Terent. *in Andr.* Verberibus cæsum te in pistrinum Daue dedam vsque ad necem. ¶ In vitibus quoque & arboribus, Verbera dicuntur teneriores virgæ, longitudine & flexibilitate sua flagrorum speciem referentes: vnde & flagella à rei rusticæ scriptoribus appellantur. Quint. *declamat. vlt.* Ignésque ex proximo raptos, verberáque, quæ casus obtulerat in vado. ¶ Verbera nonnunquam pro ipsa verberatione, siue ictibus accipimus. {מכה *machcháh.* πληγαί, αἰκισμός.} Virg. 3. *Georg.*

Ac neque eos iam frena virûm, nec verbera sæua,

Non scopuli, rupésque caua, atque obiecta retardant

Flumina, &c.

Terent. *Heaut.* Tibi erunt parata verba, huic homini verbera. Radiorum verbera. Lucret. *lib.* 1.

——— *quoniam mitescere multa videbant*

Verberibus radiorum, ac æstu victa per agros.

Ventorum verbera vitare, apud eundem *lib.* 5. Linguæ verbera, obiurgationes. λοιδορίαι. Horat. 3. *Carm. Ode* 12.

——— *aut examinari metuentes patruæ verbera linguæ.*

Vērbĕro, Cædo verbere. Sic enim à verbere fit verbero, quomodo à fustis, fustigo, à flagellum, flagello. {הכה *hichcháh.* μαστιγόω, μαστίζω. GALL. *Battre, foüetter, frapper.* ITAL. *Battere.* GERM. Schlagen. HISP. *Açotar con açotes.* ANGL. *To scourge, to whippe.*} Cicer. 7. *Verr.* Quæ quum apud te diceret virgis oculi verberabantur. ¶ Verberari etiam verbis quis dicitur, quoniam (vt testatur Nonius) non solùm verberare à verberibus dictum, sed etiam à verbis. Plaut. *in Trucul.* Me illis quidem hæc verberat verbis. ¶ Verberare conuitio, vel iniuria, est lacessere. Cicer. filius *ad Tironem lib.* 16. Verberaui te cogitationis tacito dumtaxat conuitio. Senec. *cap.* 19. *de consol. ad Mart.* Aures Verberantur conuitiis.

Aquila verberat æthera alis. id est, volat.

Virg. 11. *Æneid.* ¶ Verberari sole, luna, imbre ac ventis. Plin. *lib.* 14. *cap.* 21. Vineæ verberatæ grandine. Horat. 3. *Carm. Ode* 1. ¶ Huius composita sunt, Aduerbero, diuerbero, euerbero, reuerbero, & transuerbero: quorum significata explicauimus suis locis.

Verberatio,nis, verbale. {מכה machcháh. μαστίγωσις, ἡ ῥαβδεία. Gall. *Batement, bature.* Ital. *Battimento.* Germ. Ein schlagung. Hisp. *Açotamiento.* Angl. *A scourging, whipping.*} Cic. *filius ad Tirorem lib.16.* Mirificam mihi verberationem cessationis epistola dedisti.

Verberatus, us, Ipsa verberatio. {מכה machcháh. μαστίγωσις, αἰκισμός. Gall. *Batement, bature.* Ital. *Battimento.* Germ. Ein schlag/oder streych. Hisp. *Açotamiento.* Angl. *A striking, whipping.*} Plin. *lib.31.cap.3.* Si etiam expressa in altum, aut è sublimi deiecta verberatu corripiat aëra. ¶ Verberatus pro impulsu. ἐπίκλασις. Curt. *lib.7.* Si quum propemodum tuo verberatu ei omnes te præeunte iurauimus, eosdem nos inimicos, &c.

Verbereus, a, um, Verberibus dignus. {μαστιγίας. Gall. *Digne du foüet.* Ital. *Degno di essere battuto.* Germ. Streychwirdig. Hisp. *Digno de ser hostigado.* Angl. *Worthie of wippes or strikes.*} Plautus *in Pseud. sc.5. a.4.* Sed video eccum verbeream statuam: vt magnificè infert sese. Idem *Persa*, Ain' verò verbereum caput. ¶ Idem *Capt. sc.1. a.5.* Ex hac statua verberea erogitare volo. Aliàs veruecea. vide *Verueceus.*

Verberabilis, id est, verbero, seu verberibus dignus. {μαστιγίας. Gall. *Digne du foüet.* Ital. *Digno di essere battuto.* Germ. Streychwirdig. Hisp. *Digno de ser hostigado.* Angl. *wortie of strikes.*} Vnde superlatiuum Verberalissimus deduxit Plaut. *in Aulul.* Verberalissime (inquit) etiam rogitas? non fur, sed trifur. Sic enim habent emendatiora exemplaria, quamquam non desunt, in quibus verberalissime legitur.

Verbero, nis, mascul. gen. {ὁ μαστιγίας. Gall. *Digne d'estre battu, & foüetté, qui est souuent foüetté.* Ital. *Degno di essere battuto.* Germ. Ein streych wirdiger/der streych wol verdient hatt. Hisp. *El que es muchas vezes açotado, o digno de ser açotado.* Ang. *A knaue that deserueth to be whipped.*} Verberibus dignus, vel qui perpetuùm vapulat, quem etiam Græco vocabulo mastigiam vocamus. Plaut. *in Amphitr.* Ain' verò verbero? Idem tún' me verbero Audes herum ludificarier. Idem *Curc. sc.3. a.1.* Pergin' etiam verbero? Idem *Capt. sc.3. a.4. & sc.7. a.4.*

Verbum, i, generaliter accipitur pro quauis dictione, quæcunque ea sit orationis pars: inde nomen habens quòd aëris verberatu formetur. {דבר dabár דברה dabberáh אמר ómer אמרה imráh. λέξις, ἔπος. Gall. *Mot, parolle.* Ital. *Parola, motto.* Germ. Ein wort. Hisp. *Palabra generalmente.* Angl. *A worde.*} Varro tamen à veritate deducit, quòd verum nos loqui oporteat. ¶ Verba tribus modis accipimus, inquit Palæmon: pro fallacia, vt dedit mihi verba: pro sermone, vt fecit verba Cicer. Et pro iis, quæ per modos & tempora declinantur. ¶ Dictio verbi. Gell. *c.1. lib.10.* & Suet. *in Cæs. c.53.* Verbum M. Catonis est: (id est, tritus sermo, siue dictum.) Plaut. *Curc. sc.1. a.1. & sc.2. a.2.* Quid istuc verbi est? *Idem Aul. sc.3. a.1.* Verba ne facias, scio quid dictura es. Idem *Most. sc.1. a.1.* Ob hoc verbum, donabo te aliquid (id est, hoc dictum facetum.) Iterum *ibid.* Ob istuc verbum dabo aliquid tibi. (Dixerat Schapha suæ dominæ;) Tute speculo speculum es maximum, &c. En verborum scelus. (de impiè loquuto.) Idem *Amph. sc.4. a.4.* Ter. *in Eunuch.* De exclusione verbum nullum. Idem *Hecyr.* —verbis dici non potest tantum, quàm re ipsa nauigare incommodum est. Cic. *2. de Orat.* Neque enim quoties verbum aliquod est scribendum nobis, toties eius verbi literæ sunt cogitatione conquirendæ. ¶ Aliquando specialiter, pro parte orationis per tempora & personas declinabili. ῥῆμα. Vnde verbale nomen dicimus, quod à verbo originem accepit. ¶ Nonnunquam verba ita accipimus, vt rebus, siue factis opponantur. λόγος. Cic. *in Salust.* Vbi rerum testimonia adsunt, non opus est verbis. Idem *pro Quintio*, Aduersarium habet verbo Sext. Næuium reuera fortissimos & nobilissimos nostræ ciuitatis. Plaut. *Amph. sc.3. a.2.* Tu verbis probas. (id est, non re.) Idem *Aul. sc.4. a.1.* Neque re, neque verbis merui, vt faceres quod facis. (id est, vt me irrideres nec verbo nec facto merui.) Ouid. *13. Metam.*

Tutius est igitur fictis contendere verbis,
Quàm pugnare manu, &c.

¶ Hinc verba dare dicimus, pro decipere, & verbis circumuenire. {פתה pittáh. παραλογίζομαι.} Cic. *Attic.* Verba dari mihi facile patior, méque libenter præbeo credulum. Plaut. *Aulul. sc.1. a.1.* Ne mihi ex insidiis verba imprudenti dicit, pro det. (id est, fallat.) Idem *Milit. sc.3. a.2.* Verba mihi nunquam dabunt. Gell. *c.2. lib.17.* Verba dedit hostibus. Et Senec. *Epist.89.* Verba dedit sæculo suo Penelope. Ouid. *Eleg. 4. lib.4. Trist.*

——Auctori sunt data verba tuo A me.

(id est, patrem tuum fefelli.) Plautus *Capt. sc.4. a.3.* Verba mihi data esse video. Et *sc.1. a.4. ib.* Ille senex, cui verba data sunt. Idem *Menæch. sc.2. a.1.* Sic decet verba dari custodi ratæ. Idem *Pseud. sc.5. a.4.* Malim me periurare, quàm illum mihi verba per derediculum dare. ¶ In verba Imperatoris iurare. Sueton. *in Galba cap.16.* ¶ Hæc sunt verba de Lege. Gell. *cap.1. lib.20.* Idem *ibid. paulò infrà*, Et quidem verba ipsa Legis dicam, &c. Plaut. *Milit. sc.6. a.2.* Perij, quantum hunc audiui facere verborum senem. ¶ Interdum ita accipimus verbum, vt scripto opponatur: vnde Verbo alicui mandata dare, hoc est, viua voce, & non scripto. Cicer. *lib.7. Epistol.* Plura illi mandata verbo quàm scripto dedi. ¶ Nonnunquam non singulas tantùm dictiones Verbi nomine complectitur, verumetiam solidas òrationes. Quo fit vt modò sententiam aliquam insignem, modò tritum prouerbium, verbum appellatum inueniamus. Terent. *in Adelph.* Postremò illud non meum verbum facio quod tu Mitio Benè & sapienter dixti. Et *paulò antè*, Nam vetus verbum hoc quidem est, Communia esse amicorum inter se omnia. ¶ Meis verbis, locutio in primis elegans, pro eo quod est, meo nomine. Cicer. *Attic.* Atticæ, quoniam hilarula est, meis verbis suauium des. Et *alibi*, Tu Atticam, quæso, cura: & ei salutem, & Pyliæ, Tulliæ quoque meis verbis plurimam. Idem *lib.7. Epist.* Cum Sura locutus sum, vt ei meis verbis diceret. ¶ Verbi causa idem valet quod exempli gratia. Idem *3. Verr.* Si quis, verbi causa, oriente Canicula natus sit. Verbi gratia in eadem significatione apud Cicer. *1. Academ.* ¶ Verba pro maledictis. Plaut. *Pseud. sc.6. a.4.* Verba quæ in comœdiis solent lenoni dici. ¶ Idem *Capt. sc.1. a.3.* (Ipsus est) cui sunt verba sine penu & pecunia, &c. periphrasis parasiti. ¶ Verba facere, disserere, orationem habere, disputare, proloqui. διαλέγομαι. vt, Facere verba in senatu, apud eundem *5. Verr.* Idem *de clar. Orat.* Qui nunquam verbum in publico fecerunt. ¶ Verba mortuo facere in eadem significatione dicimus, qua Surdo fabulam narrare: hoc est, ei velle aliquid persuadere qui aut non audiat, aut nolit audire. Terent. *in Phorm.* Ego Nausistrata esse in hac re culpam meritam non nego: Sed eam, quæ sic ignoscenda. P. verba fiunt mortuo. ¶ Verbum de, vel è verbo exprimere, ad verbum transferre. Verbum pro verbo reddere, totidem verbis transferre. Terent. *in Prolog. Adelph.*—eum hic locum sumpsit sibi in Adelphos: verbum de verbo expressum extulit. Verbum reddere de verbo. Horat. *de Arte,*

Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres.

Idem *Cic. de optimo genere Orat.* Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Æschinis, Demosthenísque: nec conuerti vt interpres, sed vt orator, sententiis iisdem & earum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis, in quibus non verbum pro verbo habui necesse reddere, sed genus omnium verborum vímque seruaui. Cic. *lib.6. ad Attic.* Eisdem verbis aliquid reddere. Idem *de clar. Orat.* Primùm inquit, memoria tanta, quantam in viro cognouisse arbitror, vt quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet, quibus excogitauisset. Quod Cicer. Eisdem verbis, Quintil. *lib.10. cap.6.* Ad verbum dixit. ¶ Verba dare est decipere. {פתה pittáh. παραλογίζομαι.} Ter. *in Andr.* Cui verba dare difficile est. ¶ Verba ad rem conferre, hoc est, re ipsa verborum fidem facere, & dicta factis comprobare: τὰ ἔργα πιστοῦν. Idem *in Eunuch.* Verùm si verba ad rem conferet, vapulabit. ¶ Intra verba, i. verbis tenus, vt intra verba desipere. Cels. *lib.3. c.18.* Ex phreneticis alij hilares, alij tristes sunt, alij faciliùs continentur, & infra verba desipiunt, alij consurgunt, & violenter quædam faciunt. ¶ Verba facere, i. loqui. Salust. *Iug.90.* Vbi silentium cœpit, producto Iugurtha, verba facit.

Verbale, quod à verbo descendit. ῥηματικόν. vt, Lector à Lego, Doctor à Doceo. Dictio Grammaticis familiaris.

Verbigero, as, Verba facio. {דבר dibbér. διαλέγομαι. Gall. *Babiller, iaqueter.* Ital. *Cianciare, cicalare.* Germ. Wort treiben. Hisp. *Contender con palabras, charrar.* Angl. *To speak much, to chatt or bable.*} Apul. Nimis multa oratio est, si velim memorare quæ ego contrà responderim, quàm diu, & quoties inter nos verbigeratum sit. Verbum est vetus & inusitatum.

Verbosus, a, um, Multiloquus, garrulus, locutuleius. {πολυλόγος, πολύμυθος. Gall. *Qui a beaucoup de paroles, abondant en langage, babillart.* Ital. *Cianciatore, chi abunda in parole.* Germ. Wortreich/das vil wörter oder reden hatt. Hisp. *Lleno de palabras, charrador.* Angl. *That hath many wordes, and speaketh much.*} Cicer. *pro Muren.* Non solùm ista vestra verbosa simulatio prudentiæ, sed etiam ipsa illa domina rerum sapientia. Quintilian. *lib.2. cap.4.* Vt quidam sententiarum gratia verbosissimos locos arcessunt, quum ex locis debeat nasci sententia. Cicer. *Mario lib.7.* Habes epistolam verbosiorem fortasse quàm velles.

Verbose, aduerb. Multis verbis. {πολυλόγως. Gall. *Auec beaucoup de paroles.* Ital. *Con molte parole.* Germ. Mit viel worten/weitleuffigklich. Hisp. *Con muchas palabras.* Angl. With many wordes.} Cic. *pro Muren.* Satis verbosè, sed quid postea?

Verchellæ, Βερκέλλαι, vrbs Transpadanæ Italiæ, quam Plin. *lib.2. c.17.* in vndecima regione Italiæ collocat, non procul à Taurinis. Vulgò *Verceil.* {Wercell.}

‖Vercola, à colenda Venere: à Cerere colenda cericola dicta esse existimatur.

Verda, *Ferden*, V.E. Germaniæ, ad Visurgis & Alleræ confluentem.

Verdunum, vide *Virdunum.*‖

Vere, vide *Verus.*

Verecundia, æ, Pudor, modestia, ingenuitas ⚹ Arrogantia. {בושה buscháh בשת bósheth בשנה boschnáh כלמה chelimmáh. αἰδώς. Gall. *Honte, modestie honteuse.* Ital. *Verecondia, modestia.* Germ. Scham/schamhafftigkeit. Hisp. *Verguença con temor.* Angl. *Bash fulnesse or sham fulnesse, modestie.*} à quo tamen in hoc differt, teste Donato, quòd verecundia, ingenuitatis cuiusdam sit & modestiæ: vnde & in laude ponitur. Pudor verò animi sibi malè conscij ob scelus aliquod perpetratum. αἰσχύνη. Cicer. *pro Quintio*, Homo timidus, virginali verecundia. Plaut. *Mostell. sc.2. a.1.* Ea tempestas (ignauia sup.) mihi verecundiam & virtutis modum deturbauit. Liuius *lib.34.* Nisi me verecundia pudoris, & maiestatis matronarum tenuisset. (i. reuerentia.) Idem *1. ab Vrb.* In eam verecundiam adducti sunt, vt ciuitatem totam in cultum versam deorum, violari ducerent nefas. Plin. *Epistol.7. lib.2.* Causas summa fide, pari constantia, nec verecundia minore defendit.

Verecundus, a, um, Pudens, modestus ⚹ Petulans, arrogans. {צנוע tsanuáh בוש bosch נכלם nichlám. αἰδήμων. Gall. *Honteux, modeste.* Ital. *Verecondo, modesto.* Germ. Schämmig/oder schamhafftig. Hisp. *Vergonçoso con temor, modesto.* Angl. *Basfull shamefast: modest, demure.*} Ouid. *1. Amor. Eleg.5.*

Illa verecundis lux est prabenda puellis.

Idem *14. Metam.*

Illa verecundo vix tollens lumina vultu, &c.

Idem *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Vita verecunda est, Musa iocosa mihi.

Plaut. *Amphitr.* Nimis verecunda es. Idem *Asinar. sc.1. a.5.* Decet verecundum esse adolescentem (id est, vereri patrem. Quintilian. Parum verecunda caussa, interdum iure tuta. Cicer. *3. de Leg.* Verecundus est, qui vt bene audiat, erubescit & pudet impudica loqui. Verecundus & parcus in transferendo, hoc est, non nimium audax, aut frequens in translationibus, qui scilicet metaphoris vtitur non nimium duris, neque longè petitis. Idem *de Orator.* Nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus & parcus. Verecunda translatio, id est, modicè detorta, & non nimis longè petita, apud eundem *lib.16. Epistol.*

Verecunde, Cum verecundia, pudenter. {αἰδημόνως. Gall. *Auec honte, honteu*

honteusement. Ital. Con vergogna. Germ. Schamhafftigklich. Hisp. Con verguença. Angl. Schame fastlie, demurlie.} Cicer. 3. de finib. Tum ille timidè, vel potiùs verecundè, Faciο, inquit, equidem. Idem 2. de fin. Cyrenaici quidem non recusant: vestri hoc verecundiùs, illi fortasse constantiùs.

Vĕrĕcundŏr, aris, Verecundia teneor, vereor, erubesco. {בושׁ bosch נכלם nichlám. αἰδοῦμαι. Gall. Estre honteux, auoir honte. Ital. Vergognarsi honestamente. Germ. Schamhafftig sein/sich schämen. Hisp. Temer ò auer verguença. Angl. To be ashamed or bashfull.} Cicer. lib. 3. de Orat. Alterum cunctantem, & quasi verecundantem incitabat. Plaut. in Trinum. Verecundari neminem apud mensam decet. Quintil. Manus verecundantur, &c.

Vĕrēdvs, i, Equus cursus velocissimi: qualibus antiqui vtebantur in venatione. {ἵππος ταχύδρομος. Gall. Cheual de poste, ou vitte. Ital. Cauallo di posta ò veloce. Germ. Ein schnell roß/postroß. Hisp. Cauallo ambladοr ò troton. Angl. A post horse or swife in running.} Qui neque cisium neque rhedam vehit, aut trahit, sed qui vice rhedæ est. Isidorus dici vult, quòd vehat rhedam, vel quòd per vias publicas currat, per quas & rhedæ ire solent. Mart. lib. 14.

Stragula succincti venator sume veredi:
Nam solet à nudo surgere ficus equo.

Idem *alibi*,

Parcius vtaris moneo rapiente veredo,
Prisce, nec in lepores tam violentus eas.

Veredis item vtuntur principum tabellarij, qui mutatis per stationes equis quàm velocissimè, quo instituerunt, perueniunt: qui inde etiam veredarij appellati sunt. Iulius Firmicus *Matheseos lib.* 3. Regum nuntios, veredariósque reddent. In qua etiam significatione vocem eandem vsurpauit Procopij interpres *belli Persici lib.* 2. Sunt qui veredum dictum putant à vehenda rheda: vnde & veredarium vrbis apud Hieronymum legimus, metaphora profectò non inuenusta, pro gubernatore, rectore, seu administratore; Singulæ (inquit) metuunt veredarium vrbis offendere. Quanquam non desunt qui rhedarium ibi potius quàm veredarium legendum censeant.

Veredarius, qui veredos regit, rhedarius, gubernator.

‖Verennes à vehere, id est, exportare nominatæ.‖

Vĕrĕŏr, eris, itus, Reuereor, extimesco, nonnihil commoueor. {ירא jaré. δέδοικα, αἰδοῦμαι. Gall. Craindre, redouter, auoir en reuerence. Ital. Temere, dubitare, hauer in reuerenza. Germ. Schamhafftigklich förchten. Hisp. Temer con verguença. Angl. To feare, to reuerence.} Vereor, inquit Palæmon, verbum commune est: dicimus enim Vereor te, & vereor à te, actiuè & passiuè. Idémque docet Gell. c. 13. lib. 15. Est autem vereri propriè liberorum, qui honestatis gratia mouentur. Timere autem seruorum, qui formidine pœnæ aliquid aut faciunt, aut omittunt. Cic. *ad Attic. lib.* 7. Et quod scribis in vrbem introisse, vereor quid sit. Ter. *in Andria*, Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid siet. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

———*Desine tuta vereri.*

Plaut. *Amph. prolog.* Vereri vos se & metuere ita vt æquum est Iouem. Ouid. *Eleg.* 11 *lib.* 3. *Trist.*

———*Incertas ipse verere vices.*

Gell. c. 13. lib. 15. Quos veritum non est. Et vt dicimus, timeo te, tibi, à te: sic dicimus, Vereor te, tibi, à te: in eadem differentia quam explicauimus in verbo Timeo. Cicer. 4. *Acad.* Vos autem veremini mihi, ne labar, &c. Terent. *in Andr.* Ego dudum nonnihil veritus sum Daue abs te, &c. In eadem significatione dixit Cicer. *in Caton. Maior.* De qua (loquitur de Carthagine) non antè vereri desinam, &c. id est, timere, ne nobis malum inferat. ¶ Vereor dicere. Terent. *in Andr.* Si id facis, hodie postremùm me vides. P. quid ita? c. hei mihi, Vereor dicere. ¶ Vereor vt, pro Vereor ne non. *Teren. Hec.* Sed firmæ hæ vereor vt sint nuptiæ. ¶ Non vereor ne non. Cic. *in epist.* Non enim vereor, ne non scribendo expleam. Cels. *lib.* 5. *cap. de fistulis*, Neque verendum est, ne purum corpus puro corpori iunctum, non coëat.

Vĕrēns, entis, particip. seu nomen ex participio, Timens, metuens. {ירא jaré. αἰδούμενος. Gal. Qui craint. Ital. Chi teme. Germ. Förchtend. Hisp. Que tiene miedo. Angl. That feareth a litle.} Cicer. *ad Papyrium lib.* 4. Qui te ad scribendum incitauit verentem, ne Silius suo nuntio aliquid mihi solicitudinis attulisset.

Vĕrēndŭs, a, um, Venerandus. {נורא norá נכבד nichbádh. αἰδέσιμος. Gall. Digne d'estre craint & reueré. Ital. Degno di honore. Ger. Das zuförchten ist. Hisp. Que deue ser honrado. Angl. Worshipfull, to be honoured.} Ouid. 4. *Metam.*

———*& abstulit illis*
Quod mortale fuit, maiestatémque verendam
Imposuit, noménque simul, faciémque nouauit.

Idem 4. *de Pont. Eleg.* 1.

Curia cum Patribus fuerat stipata verendis.

Vĕrēndă, orum, gen. neut. numeri pluralis tantùm, Corporis partes pudendæ, quæ sine verecundia nominari non possunt. {מבשׁים mebuschim. τὰ αἰδοῖα. Gall. Les parties honteuses de l'homme. Ital. Le parti dishoneste del huomo. Germ. Des menschen scham. Hisp. Las verguenças genitales. Angl. The priuie partes.} Plin. *Epist.* 14. *lib.* 3. Repentè eum serui circunsistunt, alius fauces inuadit, alius os verberat, alius pectus & ventrem, atque etiam (fœdum dictu) verenda contundit.

‖Veritum, impersonaliter. Gell. *lib.* 15. 13. Veritum autem, sicut puditum, & pigitum, non personaliter per infinitum modum dictum esse; non à vetustioribus tantùm videmus, sed à M. quoque Tullio *in* 2. *de finib.*‖

Vĕretrvm, i, natura viri; quia pudore veretur id nudare, qui modestus est. Penis, mentula, membrum virile. {מבשׁים mebuschim. πέος, αἰδοῖον. Gall. Le membre viril, les parties honteuses de l'homme, la verge. Ital. Le parti dishoneste dell' huomo, membro viril. Germ. Des mans nut/das männlich glid. Hisp. Las verguenças genitales. Angl. A mans secret member, the wand.} Suet. *in Tib. c.* 62. Excogitauerat autem inter genera cruciatus etiam vt larga meri potatione per fallaciam oneratos repentè veretris deligatis, fidicularum simul, vrinæque tormento distenderet.

‖Veretillum, paruum veretrum. ¶ Est & veretillum, inter purgamenta marina virilis pudendi magnitudine ac specie.‖

Vĕrgĭlĭæ, septem sunt stellæ in genu Tauri: ita dictæ quòd circa æquinoctium vernum matutino tempore oriantur. {כימה chimáh. πλειάδες. Germ. Ein gestirn im stier/wirt die gluckerin/ oder gluckhennen genent.} Virg. 1. *Georg.*

Nauita tum stellis numeros, & nomina fecit,
Pleiadas, Hyadas, clarámque Lycaonis Arcton.

Vide de his plura in dictione *Pleiades*. Gell. *cap.* 10. *lib.* 3. Vergiliæ, quas Pleiades vocant. Plaut. *Amphitr.* Neque vesperugo, neque vergiliæ occidunt.

Vĕrgĭlĭus Maro, Βεργίλιος Eustath. *in Catal. apud Homer.* Latinorum poëtarum præstantissimus. Ex æquo propemodum certans cum Homero: cuius vita latissimè describitur ab Ælio Donato, & Petro Crinito. Sunt qui Virgilius scribere malunt per tertiam vocalem in prima syllaba: de cuius orthographiæ ratione nonnihil disseremus infrà in dictione *Virgilius*.

Vĕrgo, is, versi, vel secundùm Diomedem, xi, xum, Tendo, specto, inclinor, declino. {נטה natáh. νεύω, ῥέπω, πελάζω, φέρομαι. Gall. Tendre, s'encliner, tourner ou pancher vers quelque chose. Ital. Tornare verso qualche cosa, declinare. Germ. Sich neigen/ oder lehnen/ strecken. Hisp. Inclinar ò ser inclinado, embroçar ò trastornar. Angl. To incline or hange toward some place.} Virg. 11. *Æneid.*

Quem damnet labor, & quo vergat pondere lethum.

¶ Iungitur aliquando accusatiuo cum præpositione ad, vel in. Cicer. 11. *Philipp.* Et eius auxilium ad Italiam vergere, quàm ad Asiam, maluerunt. ¶ Venenum vergere alicui, actiuè, pro miscere, porrigere. Lucret. *lib.* 5.

Illi imprudentes ipsi sibi sæpe venenum
Vergebant, nunc dant alijs solertius ipsi.

Vĕrgens, tis, particip. {נוטה notéh. νεύων.} Lucan. *lib.* 2.

Illyris Ionias vergens Epidaurus in vndas.

Sueton. *in Othon. cap.* 7. Vergente iam die ingressus senatum, id est, inclinato.

‖Vergobreti, magistratus Gallorum. Lips.‖

Vĕrĭdĭcus, Verisimile, Veritas, vide *Verus*.

Vĕrmĭs, is, masc. gen. A vertendo dicitur, quòd rependo torqueat sese & vertat. {רמה rimmáh תולעה toleáh. σκώληξ. Gall. Vn ver. Ital. Verme. Germ. Ein wurm. Hisp. El gusano. Angl. A worme.} Plin. *lib.* 18. *c.* 17. Vulgò verò si dulcedo noceat, & vermes radicibus inhæreant, remedium est amurca pura, &c. Lucret. *lib.* 2.

Quippe videre licet viuos existere vermes
Stercore de tetro.

Vĕrmĭcŭlŭs, diminutiuum, Exiguus vermis. {σκωλήκιον. Gall. Vn petit ver. Ital. Vermicello. Germ. Ein würmlin. Hisp. Gusanillo. Angl. A litle worme.} Plin. *lib.* 10. *c.* 65. Iam obituris muribus vermiculum in capite gigni tradunt. Lucr. *lib.* 2.

Et tamen hæc quum sint quasi putrefacta, per imbres
Vermiculos pariunt.

Vermiculus, a, um, ruber, coccinus.

Vĕrmĭcŭlŏr, aris, Vermiculis infestor, vermiculos gigno: quod vitium non modò lignis & arboribus, verùm etiam aliis plantis & fructibus solet accidere. {רמם ram. σκωληκίζομαι, σκωληκοῦμαι. Gall. Se vermouilir, estre vermoulu, faire vers. Ital. Far vermi. Germ. Vol würm werden/würmstichig werden. Hisp. Tener ò criar gusanos. Angl. To be ful of wormes or engender wormes.} Plin. *lib.* 37. *cap.* 27. Vermiculantur magis minutæ quædam arbores, omnes tamen ferè, idque aues caui corticis sono experiuntur.

Vĕrmĭcŭlātĭo, nis, verbale, Vitium arborum, aliarúmve plantarum, aut etiam fructuum, quum vermiculis infestantur. {σκωληκοτοκία. Gall. Vermolissure, quand les vers s'engendrent ès fruits ou arbres & les mangent. Ital. Quando si generano vermi nel formento ò ne gli alberi. Germ. Die würmplag an den Bäumen/ oder andern gewechsen. Hisp. Obra de tener ò criar gusanos. Angl. Worme eating or breeding of wormes in fruite.} Plin. *lib.* 11. *c.* 17. Ficus si scilla seritur, ocyssimè ferre traditur pomum, nec vermiculationi obnoxium: quo vitio non carent reliqua poma similiter sata.

Vĕrmĭcŭlātŭs, a, um, quod quandam vermiculorum effigiem imitatur, ornamentis quasi vermiculis aut tesserulis variatum & distinctum. {σκωληκοειδής. Gall. Marqueté ou fait en marqueterie, fait à la mosaique. Ital. Fatto à musaico. Germ. Gewürmelt/ in gestalt viler würmlin abgetheilt/verschroten/ eingelegt. Hisp. Differente, vario, ò hecho à semejança de las rayas que hazen los gusanos. Angl. Coloured and fleyned here and there.} Vide opus vermiculatum dicitur quod minutis tessellis insititiis vermiculorum instar variegatum est ac distinctum. λιθόστρωτον, ποικίλον. Plin. *lib.* 35. *c.* 1. de pictura loquens, Nunc verò in totum marmoribus pulsa, tum quidem & auro, nec tantùm vt parietes toti aperiantur, verùm & interraso marmore, vermiculatísque ad effigies rerum, & animalium crustis.

Vĕrmĭnă, teste Festo, dicuntur ventris tormina, quum intestina minuto motu, quasi vermibus quibusdam scindi videantur: quod doloris genus Græci στρόφον appellant. Hæc Festus.

Vĕrmĭno, as, Vermibus infestor. {רמם ram. σκωληκιάω. Gall. Auoir des vers, produire vers. Ital. Hauer vermi. Germ. Würm haben. Hisp. Tener gusanos, ò tener comezon de gusanos. Angl. To haue or engender wormes.} Corn. Cels. Nihil periculosius pueris dum verminant. Martial. *lib.* 14.

Si tibi morosa prurigine verminet auris.

¶ Verminare, Vermes producere. Senec. 2. *quæstionibus*, In venenatis corporibus vermis nunquam nascitur: fulmine icta mox verminant.

Vĕrmĭnātĭo, Vitium in iumentis, quum à verme infestantur. ἡ σκωληκίασις. Plin. *lib.* 28. *c.* 11. Iisdem sanari demissis in fauces iumentorum verminationes notum est. ¶ Verminatio, item capitis dolor, vbi intus videtur arrodi cerebrum. Sen. *Epist.* 96. Quid oculorum auriúmque tormenta, & cerebri æstuantis verminationes? Item pro acriori punctione doloris, in qualibet corporis parte. Idem *Epist.* 79. Omnium istorum

prima verminatio vexat, impetus mora extinguitur: loquitur de podagra, chiragra, & morbis articularibus.

Vērmĭnŏr, aris, deponens, Ventris torminibus vexor. στρόφῶμαι. Vermina enim, teste Festo, veteres ventris tormina appellabant. Pomponius Hirnea, vt citat Nonius, Decimo mense demum turgens verminatur, parturit. Tractum à vermibus, qui in animalium aluo sese mouentes, intestina excruciant.

Vērmĭnōsŭs, qui vermes habet. {σκωληκιῶν. Gall. *Plein de vers.* Ital. *Pieno di vermi bacchi.* Germ. Vol würm. Hisp. *Lleno de gusanos.* Angl. *Full of wormes.*} Vnde verminosæ aures, quibus innati sunt vermes. σκωληκιῶντα ὦτα. Plin. *lib.* 20. *cap.* 14. Succus auribus verminosis instillatur.

Vērnă, æ, communis generis, Seruus, aut ancilla domi nostræ, aut certè ex ancilla nostra natus, natáve, quod nomen Festus à vere deductum putat, quòd id tempus maximè idoneum sit foeturæ. {יליד הבית *ieledh habbájith.* οἰκότριψ, οἰκογενής. Gall. *Né en nostre maison de nostre serue ou esclaue domestique.* Ital. *Nato in casa nostra di nostra schiaua.* Germ. Ein leibeygner/oder leibeygne so nit anderswohär erkaufft worden ist/sonder in vnserem hauss erboren. Hisp. *Sieruo ò sierua nascidos en casa.* Angl. *A slaue that is borne in our awin house.*} Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Sum verò verna verbo. Item, Cum cruciatu tuo isthæc hodie, Verna, verba funditas. Idem *in Mil.* Quid nutrici non missurus quicquam, quæ vernas alit? Cælius Cic. *lib.* 9. Bellienus verna Demetrij, qui ibi cum præsidio erat, &c. Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 1.

Turbaque vernarum, saturi bona signa coloni, Ludet.

Horat. 2. *Serm.*

———vernásque procaces
Pasco libatis dapibus.

Vernarum nomen apud antiquos, teste Nonio, pro conuitio habebatur, quòd eo nomine primùm dicti fuerunt ij qui sacro vere nati essent. Plautus *Amphitr.* Cum cruciatu tuo istæc verna verba funditas.

Vērnŭlă, diminutiuum. {οἰκογενίς, δουλάριον. Gall. *Petit serf ou esclaue né en nostre maison d'vne serue & esclaue.* Ital. *Picciol seruo ò sclauo nato in casa nostra.* Germ. Ein erboren dienstlin in vnserem hauss. Hisp. *Pequeño sieruo ò esclauo nascidos en casa.* Angl. *A litle slaue borne in our awin house.*} Plin. *lib.* 22. *cap.* 17. Vernula charus Pericli Atheniensium principi, &c. Mart. *lib.* 14.

Si quis plorator collo tibi vernula pendet.

Iuuen. *Sat.* 10.

Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ.

Vērnācŭlŭs, a, um, Domesticus, proprius domi nostræ vel in patria nostra natus. {ἐπιχώριος. Gall. *Qui naist & croist en nostre pays ou maison propre, naturel, familier.* Ital. *Chi nasce ò cresce nella nostra casa ò paese.* Germ. Heymisch/landtlich/das bey vns daheymen oder in vnserer landtsart geboren ist. Hisp. *Cosa nacida ò criada en nuestra casa ò prouincia.* Ang. *That is bred and brogt vp in our awin house.*} Vt, vernacula lingua, quæ regioni nostræ est peculiaris, quam vulgus *maternam* vocat. Vernaculæ vuæ, quæ exoticæ aut peregrinæ non sunt, neque alunde translatæ. Plin. *lib.* 14. *cap.* 2. Potissima nobilitas datur vuis peculiaribus, atque vernaculis Italiæ. Sapor vernaculus, id est, regioni suæ peculiaris. Cicer. *in Bruto*, Nescio quo sapore vernaculo. Idem *in Verrem actio.* 6. Non vt solemus interdum in defensionibus dicere crimen domesticum ac vernaculum. Vernacula putatio, id est, regioni nostræ consueta. Plin. *lib.* 17. Vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus, circunuestit arborem. Gellius *cap.* 2. *lib.* 12. Vernacula & plebeia eruditio. Apulei. *Apolog.* 1. Vernacula Philosophiæ paupertas.

‖Vernaculi, præstigiatores, vernæ. Salmas.‖

Vērnālĭtĕr, aduerb. Seruiliter, blandè, & adulatoriè. {οἰκογενικῶς. Angl. *Knauishly, lik a slaue.*} Horat. 2. *Serm. Satyr.* 6.

———nec non vernaliter ipsis
Fungitur officiis.

Cæcilius *in Venatore*, vt citat Nonius, Credo minus tandem hoc fit vernaliter.

Vērnīlĭs, e, Seruilis. {οἰκετικός. Gall. *Seruil.* Ital. *Seruile.* Germ. Knechtisch/vnfrey. Hisp. *Cosa perteneciente a esclauos.* Angl. *Seruile.*} Tacit. *lib.* 8. Quamuis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret. hoc est, seruilibus & adulatoriis, liberóque homine indignis.

Vērnīlĭtās, atis, Seruilis astutia. {δουλοπρέπεια. Gall. *Seruilité, plaisanterie seruile & deshoneste.* Ital. *Astutia seruile.* Germ. Tuckfistigkeit/vnfreye bossfertige art. Hisp. *Astucia de los esclauos.* Angl. *A slauerie.*} Plin. *lib.* 34. *c.* 8. Lyciscus puerum fecit Lagonem subdolæ ac fucatæ vernilitatis. Quint. *lib.* 1. *c.* 11. Nec vitia ebrietatis effingat, nec seruili vernilitate imbuatur. Senec. *Epist.* 96. Hæc initio: siue leuitas est, siue vernilitas, punienda est promittendi facilitate, &c.

Vērnīlĭtĕr, Blandè, adulatoriè. {οἰκογενικῶς. Gall. *Seruilement, par deshonneste & seruile plaisanterie.* Ital. *Seruilmente, con lusinghe deshoneste.* Germ. Mit vnfreiem zentzlen oder schmeychlen. Hisp. *Seruilmente, à manera de sieruo, con lisonjas.* Angl. *Flatteringly, lik a slaue.*} Tractum à vernis, inquit Nonius, quibus ea viuendi ars est. Cælius *in Venatore*, vt citatur ab eodem Nonio, Credo minis tandem hoc fit vernaliter. Quo tamen in loco emendatiora Nonij exemplaria Vernaliter legendum ostendunt.

Vernisera, mensalia auguria. Festus. i. ex rebus, quæ in mensa accidunt: qualia legere est apud Plin. *lib.* 28. *c.* 2.

Vernix, lacrima iuniperi in officinis, quæ Serapioni *Sandarax*, & *Sandaracha* dicitur, à verno tempore quo fluere solet.

Verno, verna sum temperie, ex Verna temperie pullulo, verno tempore exercitatus cano: item splendeo, vt vere terra solet.

Vernatio propriè esset actus vernandi: sed est 1. actus super vernam temperiem exuendi corium, quod senecta dicitur. 2. ipsum illud vernatione exutum corium.

Vērnŭs, vide *Ver.*

Vērō, Assentientis particula est, idem valens quod sanè, vel vtique: sempérque secundo loco in oratione collocatur. {אך אכן *ach aehen.* μέντοι. Gall. *Mais.* Ital. *Ma.* Germ. Zwar/aber. Hisp. *Mas.* Angl. *Bot, truelie.*} Cicer. *in Bruto*, Tum Brutus in me intuens, orationes, inquit, veteres nobis explicabis. Ego verò, inquam, Brute, sed in Cumano. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Tu verò vrbanus scurra. ἄγαν. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Nunc postquam nihili factus sum. Id verò meopte ingenio reperi. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Itáne verò? c. Ita hercle verò. Idem *Amph.* Ain' verò? Aio enim verò. (i. seriò) Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Responde obsecro herclè verò seriò quod te rogo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 3. An id ioco dixisti? Equidem seriò ac verò ratus? Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Qui verò est, eum se esse negat. (id est, verè.) Ita & *Most. sc.* 3. *a.* 1. Verò laudari, & falsò vituperari, dixit per oppositionem. Terent. *in Heaut.* Heus laudas, qui heros fallunt? ch. In loco ego verò. Cicer. *Seru. Sulpit. lib.* 4. *Epist.* Ego verò, Serui, vellem, vt scribis, in meo grauissimo casu affuisses. ¶ Aliquando discretiua particula est, idem valens quod autem. δὲ. Idem *de Orat.* Poëta numeris astrictior paulò, verborum autem licentia liberior, multis verò ornandi generibus socius, ac penè par. Si tertiana verò, quæ, &c. Cels. *lib.* 3. *c.* 14. ¶ Pro interiectione stomachantis accipi ait Donatus *in illo Eunuchi*, Moue verò ocyùs te nutrix. ¶ Aliquando etiam particula est, ironiam adiuuans: vt apud Virg. 4. *Æneid.*

Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis,
Túque, puérque tuus.

¶ Ponitur etiam pro quinimo. Senec. Socratem cum Platone, & Zenonem, & Cleanthem in animum meum sine dignatione recipiam? Ego verò illos venereor, & tantis nominibus semper assurgo. Plin. *in Præfat.* Proinde occupantibus locum faueo, ego verò & posteris. Vide plura de hac particula apud Vallam *lib.* 2. *c.* 24.

Vero, as, vide *Verus.*

Vero, Βηρῶν, fluuius est Celtiberiæ, à quo populi Verones, Βήρωνες, dicti sunt, circa eum habitantes. Meminit huius fluuij Mart. *Epigr.* 88. *ad Licianum.*

Veromandui, {Volcker in Picardey.} Populi inter Belgas, quos recenset Plin. *lib.* 4. *c.* 17.

Vērōnă, Οὐήρωνα, ciuitas Venetiæ, à Gallis condita, Duce Brenno, à quo Brenona primò, deinde mutatis literis, Verona dicta est, vt Iustin. *lib.* 20. refert. Hi enim quum nouas sedes quærere ob intestinas discordias, & assiduas dissensiones cogerentur, in Italiam venêre: expulsísque inde cultoribus, Mediolanum, Comum, Brixiam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam condiderunt. Veronam alluit Athesis fluuius amœnissimus, qui ex Tridentinis Alpibus ortus, non longè à Fossa Clodia Pado miscetur. {Dietrichs Bern in Lombardey.} Ex hac vrbe præstantes viri orti fuerunt, Catullus, Æmylius & Macer Poëtæ: & (vt nonnulli putant) Plinius & Guarinus orator, & Pontifex sanctitate clarus.

Vērpŭs, Recutitus, qui scilicet verpam, hoc est, mentulam habet præputio nudatam. {מול *mul* רמור *nimmól.* λεπτόδερμος, ψωλός. Gall. *Descouuert de sa peau, circoncis.* Ital. *Discapellato, retagliato.* Germ. Ein beschnittener/oder einer dem die Kapp abgestreyfft ist. Hisp. *Iudio, circuncidado, ò retajado.* Angl. *That hath his wand denuded of the skinne, circoncised.*} Quo fit, vt Iudæi peculiari vocabulo Verpi dicantur, qui ex præscripto legis præputium pueris præcidunt. Mart. *lib.* 7.

Dum ludit media, populo spectante, palæstra,
Delapsa est misero fibula, verpus erat.

Iuuenal. *Satyr.* 14.

———eadem nisi sacra colenti
Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.

Verpă, æ, vsurpatum est à veteribus pro membro virili. {מבשים *mebaschim.* ψωλή, πέος. Gall. *Le membre viril.* Ital. *Membro viril.* Germ. Dess mans rut. Hisp. *Verguenças genitales.* Angl. *A mans member or wand.*} Mart. *lib.* 11.

Iam nisi per somnum non arrigis: & tibi Maui
Incipit in medios meiere verba pedes.

Vērrēs, is, Porcus non castratus. {χοῖρος. Gall. *Verrat.* Ital. *Porco maschio, verro, porco non castrato.* Germ. Ein eber. Hisp. *Verraco, puerco no castrado.* Angl. *A tame boare.*} Varro *de re rust. lib.* 2. *c.* 4. Castrantur verres commodissimè anniculi: vtique ne minores quàm semestres: quo facto, nomen mutant, atque verribus dicuntur maiales.

Vērrīnŭs, adiectiuum, quod est verris. {χοίρειος. Gall. *De verrat.* Ital. *Di verro.* Germ. Von einem eber. Hisp. *Cosa de verraco.* Angl. *Of a tame boare.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 9. Adipe verrino confici. *Ibid. cap.* 10. Simili modo verrinum iecur exemptis dumtaxat fibris, quatuor obolorum pondere.

Vērrēs, nomen ciuis Romani fuit qui quòd Siciliam in Prætura auarè libidinoséque administrasset, à Siculis repetundarum postulatus est, Ciceronéque accusante damnatus. Extant etiam hodie Actiones Ciceronis in Verrem, quæ solæ ex priscis illis accusationibus ad nos peruenerunt.

Vērrĭcŭlum, i, Rete piscatorium, ita dictum quòd per aquam verratur, id est, trahatur. {מצודה *metsudháh* vel *metsodháh.* σαγήνη. Gall. *Vn filé à pescher.* Ital. *Rete da pescare.* Germ. Ein fischergarn/zuggarn. Hisp. *La red barredera para pescar.* Angl. *A nett.*} Idem & euerriculum dicitur. Vide suprà suo loco.

Vērrĭcŭlātŭs, a, um, adiect. {σαγηνοειδής. Gall. *Fait en façon de filé à pescher.* Ital. *Fatto à foggia di rete da pescare.* Germ. Wie ein fischergarn gemacht. Hisp. *Hecho à manera de red barradera para pescar.* Angl. *Made lik a nett.*} Ad verriculi formam factum. Colum. *lib.* 2. *c.* 21. Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus verriculatis, atque iis vel rostratis, vel denticulatis medium secant.

Verrius Flaccus antiquus Auctor, vt ex Sueton. *in August. c.* 86. discimus: vbi ita Augustus scribit ad M. Antonium: Túne dubitas Cimbérne Annius, an Verrius Flaccus imitandi sint tibi? Ita vetus codex: Casauboni verò recens editio hic legit, *Verranius.*

Vērro, is, i, um, Traho, abripio. {סחב *sachaph* סחב *sachab* גרף *gháraph.* ἑλκύω. Gall. *Tirer, rauir.* Ital. *Tirare, voltare.* Germ. Ziehen/schleyffen. Hisp. *Traer, boluer.* Angl. *To drawe away.*} Virg. 1. *Æneid.*

Nil faciat, maria ac terras, cœlúmque profundum
Quippe ferant rapidi secum, verrántque per auras.

¶ Aliquando verto. Idem 3. *Æneid.*

———haud mora nautæ

Annixi

Annixi torquent spumas,& cærula verrunt
Æquora.

Idem 6. *Æneid.*

——remis vada liuida verrunt.

Ouid. 10. *Metam.*

——Summa cauda verruntur arenæ.

Catullus *Argon.*

Cærula verrentes abiegnis æquora palmis.

¶ Aliquando mundo, scopis purgo. {יעה jaháh פנה pinnáh טאטא tetá בער bibér נקה nikkáh. σαίρω. GALL. *Balier, nettoyer.* ITAL. *Scopare, spazzare.* GERM. Wüschen/seuberen. HISP. *Barrer, escobar, alimpiar.* ANGL. *To sweepe, to mak cleane.*} Iuuen. *Satyr.* 14.

Verre pauimentum, nitidas ostende columnas.

Verrere vas. Suet. *in Calig. c.* 43. Ouid. 4. *Fast.*

Hæc modò verrebat cum raro pectine pratum.

Cicer. *in Paradox.* Qui tergunt, qui vngunt, qui verrunt, qui spargunt, &c. Liu. 6. *bell. Pun.* Vndique matronæ in publicum effusæ circa deûm delubra discurrunt, crinibus passis aras verrentes. Plin. *lib.* 28. *c.* 2. Recedente aliquo ab epulis, simul verri solum. ¶ Huius composita sunt, Conuerro, deuerro, & euerro: de quibus suis locis.

Vērsūs, a, um, particip. {נשחף nischáph מפנה mephunéh נקה nikkéh. ὁ σεσαρωμένος, ὁ σαρείς, ὁ ἐλχθείς. GALL. *Tiré, nettoyé, balié.* ITAL. *Tirato, scopato.* GERM. Gezogen/geschartt vnd vmbkhert/gewechselt. HISP. *Trahido, escobado, alimpiado.* ANGL. *Drawen away, swoped, or made cleane.*} Virg. 1. *Æneid.*

——& versa puluis inscribitur hasta.

Idem 5. *Æneid.*

——spumant freta versa lacertis.

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Facite vt offendam omnia versa, præsterga.

VĒRRVCĀ, æ, Locus in monte editior. {ראש rosch. ὄχθος. GALL. *Vn lieu haut & desrompu.* ITAL. *Rupe alto.* GERM. Ein hocher kopff eines bergs. HISP. *Berrueco ò broça pedregal.* ANGL. *An high place in a montane or rocke.*} Cato *in libris Originum*, Censeo (inquit) si rem seruare vis, faciendum vt quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire iubeas: eam vti occupent, imperes. Ex Gellio *lib.* 3. *c.* 7. vbi verrucam locum editum, asperúmque interpretatur. A cuius similitudine tubercula in corpore eminentia sine sensu verrucæ appellantur. {יבלת jabbéleth. GALL. *Verrues.* ITAL. *Punte eleuate.* GERM. Ein wartzen. HISP. *Verrugas con comezon.* ANGL. *A wart.*} Harum Græci duo faciunt genera. Nam quæ superiore sui parte latiores sunt, tenui tantùm filo cuti adhærentes, ἀκροχορδόνας appellant: quæ verò ad cutem latiores, in acumen desinentes, μυρμήκια nominant. Plin. *lib.* 20. *c.* 12. Ocimum misto atramento sutorio verrucas tollit. Serenus,

Interdum existit turpi verruca pupilla.

Hinc quondam Fabio verum cognomen adhæsit, Qui solus patriæ cunctando restituit rem. ¶ Verrucas & maculas linearum, pro tuberculis quibusdam qui in lapillis, ceu eorum vitia quædam conspiciuntur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 12. Illud modò meminisse conuenit, increscentibus variè maculis ac verrucis linearúmque interuenientе multiplici ductu, & colore, mutata sæpiùs nomina in eadem materia. Quintil. Verruca saxea est in montis vertice. ἀκρώρεια. ¶ Verruca pensilis, oblonga & grandi capite; quæ corpori adhæret, exili velut pediculo innixa, de chorda pendula. Ideo ἀκροχορδών. Hæc exquisitè dura est & aspera, cuti concolor. ¶ Verruca sessilis, altioribus radicibus, infrà lata, suprà tenuis, quæ dum stringitur, sensum inducit formicarum morsibus assimilem. ¶ Verruca, thymus vel thymion, parua, infrà exilis, suprà latior, subdura, in summo perasperа; à specie cacuminis herbæ thymi, vt Aëtio placet: aut, quod aliis, à colore floris thymi. θύμος, θύμιον. Hadr. Iun.

Vērrūcŭlă, diminutiuum. {ἀκροχόρδιον. GALL. *Petite verrue.* ITAL. *Picciola punta eleuata.* GERM. Ein wärtzlin. HISP. *Pequeña verruga.* ANGL. *A litle wart.*} Colum. *lib.* 7. *c.* 6. Caper cui sub maxillis binæ verruculæ collo dependent, optimus habetur.

‖Verrucarium, cichorium. Zacyntham sic appellat Matthiolus, quia mira huius plantæ facultas est ad tollendas verrucas. Siquidem, inquit, scimus nos nonnullos, quorum manus verrucis admodum numerosis scatebant, sanctos esse, deuoratis in acetario semel tantùm huiusce cichoraceæ plantæ foliis. Idem præstat eius semen, tribus diebus drachmæ pondere à cœna deuoratum, dum se cubitum recipiunt verrucosi.‖

Vērrūcōsūs, a, um, Verrucis plenus. {ἀκροχορδόνων μεστός. GALL. *Plein de verrues, inesgal, montagneux.* ITAL. *Pieno di punte eleuate.* GERM. Voll wartzen. HISP. *Lleno de verrugas, ò berruecos.* ANGL. *Full of wartes.*} vt, Verrucosus mons, qui multis verrucis, hoc est, asperis, editioribúsque iugis assurgit. Verrucosus homo, qui cutem habet verrucis multis asperam. Vnde per translationem accipitur pro duro, inculto, horrido, aspero. Pers. *Sat.* 1.

Sunt quos Pacuuiúsque, & verrucosa moretur
Antiopa.

hoc est, aspera, & non satis polita. Orator verrucosus. Cic. *de clar. Orat.* Quintus etiam Maximus verrucosus orator habitus est temporibus illis. ¶ Verrucosus, cognomen Fabij Maximi. Plut. *in Fabio.*

Vērrūcārĭă, æ, herba eadem cum heliotropo. ἡλιοτρόπιον. ita dicta ab effectu, eò quòd succo eius verrucæ tollantur. Plin. *lib.* 22. *c.* 21. Verrucas cum sale tollit succus è folio: vnde nostri verrucariam herbam appellauêre.

Vērrūnco, as, Auerto, depello. {נדח nadháchנדף nadháph. ἀποτρέπομαι, ἀποπέμπομαι. GALL. *Chasser, pousser hors.* ITAL. *Cacciare, spinger fuori.* GERM. Abwenden/abtreiben. HISP. *Empuxar à fuera.* ANGL. *To chasse or put away.*} Cic. 1. *de diuin.* ex antiquo quopiam poëta, Per propinqua hæc bene verruncent populo. ¶ Hinc Auerrunco compositum: de quo vide suo loco.

Versabilis, e, qui versari potest & solet, mutabilis.

Vērsātĭlis, e, quod huc & illuc versatur, siue quod idoneum est vt versetur, trusilis. {מתהפך mitthhappéch. στρεπτός, κυκλοφορητικός, εὐκίνητος. GALL. *Qu'on peut aisément tourner çà & là.* ITAL. *Agceuole, trattabile.* GERM. Vmblauffend oder vmbwendig/das gut vmbzutreiben ist. HISP. *Cosa que se buelue ò puede boluer.* ANGL. *That turneth or may be turned, that is wrought with twisting and winding.*} vt, Gladius versatilis, Axis versatilis, Acies versatilis. Curtius *lib.* 4. Adeóque aciem versatilem posuit, vt qui vltimi stabant, nec circumirentur verti tum, & ad frontem circumagi possent. Plin. *lib.* 36. *c.* 18. Idem molas versatiles, Volsiniis inuentas, & aliquas sponte motas inuenimus in prodigiis. ¶ Versatiles tabulæ. Suet. *in Neron. c.* 31. Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis versatilibus, &c. ¶ Versatile ingenium, per translationem ad res quaslibet obeundas idoneum. πολύτροπον. Liuius 9. *bell. Maced. de Catone*, Huic versatile ingenium ad omnia fuit, vt natum ad id vnum diceres quod ageret.

Vērsĭcōlŏr, Versiculus, Versipellis, Verso, as, Versura, Versus, Participium, Nomen, Aduerbium, Præpositio. Vide *Verto, is.*

Vērsūs, participium à Varro, vide *Verro.*

Vērsūtūs, Versutiloquus, vide *Verto.*

Vērtāgūs, dicitur canis sponte in venationem exiens, prædámquem domum referens. {ὁ κύων θηρευτικός. GALL. *Vn chien qui chasse de nature.* ITAL. *Cane che va da se stesso à la caccia.* GERM. Ein guter jaghund/vogelhund/der selbs hinauß laufft vnd was er facht heim tregt. HISP. *Podenço, que trae à la mano la caça, y caça de natura.* ANGL. *A hund that goeth forth by him self and brigeth in a praye.*} Martial. *lib.* 14. *Epigramm.* 200.

Non sibi, sed domino venator vertagus acer,
Illæsum leporem qui tibi dente feret.

Vērtēbræ, Vertebratus, Vertex, Verticillum, Verticulum, Vertigo, vide *Verto.*

Vērtĭūs, Magnarum virium dicitur. Pomponius, Homo in currendo vertiús, qui cum Atlante contendat. Sipont.

VERTO, is, ti, sum, à vere dici putatur, quoniam vere annus incipit verti. {הפך hapháeh. τρέπω, ἀλλάττω, δινέω, ἑλίσσω, στρέφω. GALL. *Tourner, virer.* ITAL. *Volgere, voltare, mutare.* GERM. Kheren. HISP. *Boluer trastornando, mudar.* ANGL. *To turne, to change, to translate.*} Virg. 8. *Æneid.*

Gorgona desecto vertentem lumina collo.

Terent. *in Heaut.* Rotundum redigam, vt quò se vertat nesciat. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Verte hac te puere. (i. quà via libera est & patens.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Verte humerum. (sup. vt te onerem.) ¶ Interdum ponitur pro transfero quippiam de vna in aliam linguam. {העתיק heheth hik. μεταφράζω.} Cicer. 1. *de fin.* Quanquam si planè sic verterem Platonem aut Aristotelem, vt verterunt nostri Poëtæ fabulas, &c. Plaut. *Asinar. prolog.* Plautus vortit barbarè (eam fabulam.) Sic Vertere aliquid, (sup. è lingua in linguam.) ¶ Vertere omnia, est euertere, corrumpere. Cicer. 1. *Officior.* vt Callicratidas, qui cùm Lacedæmoniorum dux fuisset Peloponnesiaco bello, multáque fecisset egregiè, vertit ad extremum omnia. ¶ Aliquando Vertere est conuertere, redigere, applicare. Plin. *lib.* 15. *cap.* 4. Vsum olei ad luxuriam vertere Græci. Liuius *lib.* 34. Vertendæ in vsum publicum pecuniæ. Cæsar *lib.* 3. *de bell. ciuil.* Vertere in bonum aliquid. Vertere ad se aliquid, est sibi accipere. Cicer. 1. *Verr.* Nam ex illa pecunia magnam partem ad se vertit: mulieri reddidit quantulum visum est. Vertere agros seu terram; id est, subigere. Virg. 7. *Æneid.*

——Et centum terras vertebat aratris.

¶ Vertitur causa in hac re, id est, consistit. Quintil. *lib.* 3. *c.* 13. Significamus summam illam in qua causa vertitur. Liuius *lib.* 5. *d.* 4. Vertitur in eo spes obsidionis. *Ibid.* In eo vertitur victoria. Item, In ipso vertitur cuia res est. (i. ad opus suum se ipse accingit.) ¶ Vertunt crateras ahenos, dixit Virg. 9. *Æneid.* id est, portant,

——fusique per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateres ahenos.

Verte omnes tete in facies, dixit idem Virg. id est, transformes te in quascunque species. ¶ Vertere se in formam alterius, est mentiri alterius formam, & simulatè se effingere. ¶ Vertere aliquem in fugam, est cogere vt fugiat. ¶ Vertere se in lectionem alicuius partis, est eam eligere. Vertere omnium in se oculos, est facere vt omnium oculi in se conuertantur. Liu. 7. *ab Vrb.* Inde admiratione pauentibus cunctis, quum omnium in se vertisset oculos, &c. ¶ Quò me vertam nescio, vel non habeo: locutio qua rei alicuius grauitatem ostendimus. Quoquò te verteris, id est, in quamcunque partem respexeris. Cic. 2. *de diuin.* Quoquò se verterint Stoici, iaceat omnis eorum necesse est solertia. ¶ Vertitur res in meo foco, id est, de mea re agitur, aut quæ in me recasura, siue ruitura est. ¶ Vertere sententiam retrò, est mutare sententiam. Et, Vertere stylum in tabulis, est, vt inquit Bud. scripta inducere, & delere, aut reuocare quod scripsimus. Cic. 4. *Verr.* Vertit stylum in tabulis, quo facto causam omnem euertit suam. Vertere terga, est fugere. Vertere stultitiæ, est stultè factum esse interpretari. Vertere vitio, est dare vitio, criminari. Horat. 1. *Serm. Sat.* 6.

Nec timuit sibi ne vitio quis verteret.

Plaut. *Amph.* Haud promeruit, quamobrem vitio verteres. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Non te præuideram, ne vitio vortas. ¶ Vertere aliquando est versuram facere. Idem *in Curcul.* Vel qui ipsi vertant, vel qui alij subuersandos præbeant. ¶ Ponitur aliquando pro considero, voluo, agito. {הגה haghâh. ἐξετάζω.} Liuius 8. *bell. Pun.* In ciuitate tanto discrimine belli solicita quum omnium secundorum, aduersorúmque causas verterent, multa prodigia nuntiabantur. ¶ Verto aliquando neutraliter, & absolutè ponitur. Idem *lib.* 3. Aliquandiu æquatus inter omnes terror fuit, paulatim totus vertere in plebem cœpit, id est, verti. Idem *lib.* 5. de Camillo aduersùs Gallos inuocato, Iam verterat fortuna, iam deorum opes, &c. id est, versa erat fortuna. ¶ Bene vertere, pro Bene euenire. Virg. 9. *Eclog.*

Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos.

hoc est, vt malo omine hoc munus accipiat, inquit Seruius, Bene tibi vertat hæc res: pro vtinam res prosperè tibi succedat. Liu. 1. *ab Vrb.* Tullus Metium benignè alloquitur, quod bene vertat, castra Albanos Romanis castris iungere iubet. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Quæ res benè vortat mihi & vobis, spectatores plaudite. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Tace tu Ph. Non taceo, quando res vortit bene. Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Dij istuc benè vortant. M. Ita faxint. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Quæ res bene vertat mihi;

mihi,meóque filio,vobísque. Idem *Aul.sc.6.a.4.* Quæ res tibi,gnate, bene feliciterque vertat. ¶ Sic malè vertere, est infeliciter succedere. Terent.*in Phorm.* Quæ quidem res illi vertat malè.Res malè vertunt, hoc est,malè cedunt, malè habent. Plaut. *Persa*, Si malus aut nequam est,malè res vertunt quas agit. Idem *Pseud.sc.3.a.2.* Stultum dicimus eum,cui vertit malè. (i.euenit.) Item, Quæ res malè vertat tibi. Idem *Curc.sc.2.a.2.* &c. ¶ Vertere solum dicebantur vrbe cedentes, siue ob decoctam creditoribus pecuniam, siue ob exilium. γῆν ἐκ τῆς γῆς. Liu. *lib.3.* Collegæ eorum exilij gratia solum verterunt. Cicer. *pro Cæcin.* Qui volunt pœnam aliquam subterfugere,aut calamitatem, eò solum vertunt:id est,locum mutant. Item,Vertere sese. (i.fugere.) Cæs.*lib.3. de bell.ciu.*

Vertens,tis, Participium. vt, Vertens annus,id est, qui reuertitur. Cicer. *in somn. Scip.* Quum autem ad idem vnde semel profecta sunt, cuncta astra redierint,eandémque totius cœli descriptionem longis interuallis retulerint, tum ille verè vertens annus appellari potest, in quo vix dicere audeo, quàm multa hominum secula teneantur. ¶ Mensis vertens,ea ratione qua etiam Vertens annus. Plaut. *in Persa*,—tu hanc si emeris,Nunquam hercle hunc mensem vertentem credo seruibit tibi. Sueton.*in Calig.cap.37.* Non toto vertente anno.Idem *Amphitr.*Vertentibus Telebois telis complebantur corpora. (i. dum vertebantur in fugam.)

Verso,as,frequentatiuum à verto. {κυκλέω, κυκλοφορῶ, στρέφω, στρέφω. Gall. *Tourner souuent.* Ital. *Versare, voltare, volgere, maneggiare.* Germ. Offt kehren. Hisp. *Boluer ò trastornar,tratar con las manos.* Angl. *To turne often.*} Cic.*de somn.Scip.*Orbes qui versantur retro contrario motu atque cælum. Idem *de Fato*, Cylindrum volui, atque turbinem versari putes.Ouid. *Eleg.9.lib.3.Trist.*

Dum versat in omnia vultus.

Senec.*c.10.de consol.ad Heluiam*, Versare rapa in foco. Plaut. *Asin.sc.3. a.1.* Eum(piscem)quouis pacto condias vel patinarium vel assum,vorses quo pacto lubet. Quintil. Versati pisces,(sup.in alteram partem.) ¶ Accipitur aliquando pro voluo. {גלל *ghalál.* κυλίω.} Cic.*2.Tusc.* Tum illud, quod Sisyphus versat saxum. Sic Versare libros, dicimus pro euoluere.Horat.*de Arte*,

———*vos exemplaria Græca*
Nocturna versate manu,versate diurna.

¶Versare aliquem,est illum deludere.Plaut.*in Persa*,Quid ais tu crux, stimulorum tritor?quomodo hodie me Versauisti?vt me in tricas coniecisti?Versat animum cupido regni:id est,transuersum agit,& à recto honestóque abducit. Liu.*1. ab Vrb.* Patrum interim animos certamen regni ac cupido versabat. Animum muliebrem versare in omnes partes,est modis omnibus solicitare,& modò minis,modò precibus conari labefactare. Idem *1.ab Vrb.*Tum Tarquinius fateri amorem,orare, miscere precibus minas, versari in omnes partes muliebrem animum. Quintilian.Versandi testes domi. Versare dolos,id est, tractare. Virg. *11.Æneid.*

Consilio versare dolos.

Idem *2.Æneid.*

Seu versere dolos, seu certè occumbere morti.

Versare oues.Virg.*10.Eclog.*Æthiopum versemus oues sub sidere Cancri: id est,pascamus. ¶ Versare terram, id est, arare, fodere. Idem *1. Georg.*

Nec tamen hæc,quum sint hominúmque boúmque labores
Versando terram experti,&c.

¶ Aliquando versare est animo voluere. {הגה *haghâh.* ἐξετάζειν.} Horat.*de Arte*,

Sumite materiam vestris qui scribitis æquam
Viribus:& versate diu quid ferre recusent,
Quid valeant humeri.

¶ Aliquando accipitur pro imbuere, erudire, exercitare. Quint.*lib.5. c.6.*Multum domi antè versandi. ¶ Versare sententias quàm numerosissimè.Idem.

Versŏr,aris,deponens,Moram traho,frequens sum, maneo, dego. {היה *hajâh.* διατρίβω, διαγίγνομαι, πολεύω. Gall. *Hanter,pratiquer,& estre souuent en vn lieu.* Ital. *Versare, pratticare.* Germ. Sein wesen haben/wohnen. Hisp. *Conuersar,participar,viuir y morar.* Angl. *To haunt and be often in one place.*} Cicer.*6.Verr.* Versabatur in Sicilia longo interuallo alter Phalaris. Idem *pro Milone*, In quibus propter insanas substructiones facilè mille hominum versabatur. Cæsar *lib.3. de bell.ciu.* Nostri intra vallum versabantur. ¶ Versari in suo munere,est suo munere fungi. {עשה *hasâh.* ἐκτελεῖν.} Cicer.*de Fato*,Non enim credo nullo præcepto cæteros artifices versari in suo munere. Versari ante oculos. Idem *ad Teren.* Nam mihi ante oculos dies, noctésque versaris. Quintil. *lib.2.c.16.* Versatur circa res omnes Rhetorice. Idem *in Proœm.lib.1.*Præclarissimè in consiliis,ac administratione Reip.versari. Plin. *Epist.55.* Nam in hoc vno interdum vir alioqui prudentissimus,honesto quidem,sed tamen errore versatur.Cicer.*3.Tusc.*In summa inanitate versatur, consectatúrque nullam eminentem effigiem virtutis,sed adumbratam imaginem gloriæ.Ter.*Andr.* Nescis quantis in malis verser miser. Cic.*3. Verr.* Vos illud vellem recordari, istius nequitiam & iniquitatem, tum in ore vulgi, atque in communibus prouerbiis esse versatam.Virg.*4.Æneid.*

Illa dolos,dirúmque nefas in pectore versat,
Certa mori,varióque irarum fluctuat æstu.

¶ Hinc Conuersor & Diuersor composita, quorum significata vide suis locis.

Versātĭo,verbale. {הפכה *haphechâh* תהפכה *tahaphuchâh* מסבה *mesibbâh.* δίνωσις, περιφορά, στροφή. Gall.*Tournement.*Ital.*Voltamento.* Germ. Kehrung/vmbwendung. Hisp. *Boluimiento.* Angl. *A turning.*} Plin.*lib.8.c.23.*Nec pupillæ motu,sed totius oculi versatione circumaspicit.

Versōrĭus,adiect. {παλίνδρομος, παλίντροπος, παλίστροφος. Gall.*Qui se retourne.* Ital.*Che si ritorna.* Germ. Widerwendig. Hisp. *Que se retorna.* Angl. *That returneth.*} Versoriam capere, pro eo quod est retrorsum conuerti. {ἀναστρέφεσθαι. Gall. *Se mettre à retourner.* Ital. *Ritornare.* Germ. Wider vmbkehren. Hisp. *Retornar.*} Plaut. *in Trinummo*, Cape versoriam,recipe te ad herum. Alij *Vorsor* iam scribunt, exponúntque funem quo velum vertitur. Plaut. Hic ventus nunc secundus est, cape modò vorsorium.

‖Versoria, est apud Comicum Plautum funis,quo vertitur velum.‖

Versūră, Conuersio. {הפכה *haphechâh* תהפכה *tahaphuchâh* מסבה *mesibbâh.* στροφή. Gall.*Renuersement, tournement,tornure.* Ital. *Voltamento,ritornamento.* Germ. Vmbkehrung. Hisp. *Buelta ò torcedura,ò retornamiento.* Angl. *A turning vp side downe.*} Varr.*lib.1.de re rust.c.46.* Propter eiusmodi res admiranda discrimina sunt naturalia, quòd ex quibusdam foliis, propter eorum versuram, quod fit anni tempus, dici possit, vt olea, & populus alba, & salix. Horum enim folia quum conuerterunt se,solstitium dicitur fuisse. ¶Item versura dicitur locus, ad quem quum quis peruenerit, reuertitur: vt quum boues in arando post peractum legitimum sulcum circumaguntur, vertuntúrque. Col. *lib.2.c.2.* Sulcum autem ducere longiorem, quàm pedum centum viginti, contrarium pecori est, quum ventum erit ad versuram, in priorem partem iugum propellat, & boues inhibeat, vt colla eorum refrigescant.Idem *de arboribus c.19.*Itaque placet inter ordines quadragenos pedes, minimúmque tricenos relinqui versuris. ¶ Item versura, quam Græci καμπὴν vocant, flexus ipse angulorum in ædificiis, & parietibus exterior: in qua significatione aliquoties vtitur hac voce Vitruuius. ¶ Versura item dicitur mutatio creditoris, & æris alieni pari aut maiori fœnore persolutio. {μεταδανεισμὸς τοῦ δανειστοῦ. Angl. *Money borrowed to paye a debt of interest.*} ¶ Vnde versuram facere dicuntur qui pecuniam fœnori accipiunt,vt aliud æs alienum dissoluant:vnde & versura nomen inuenit, teste Festo, quòd hoc nihil aliud sit quàm vertere creditorem, τόκῳ τόκον ἐκτίνειν. Versuram facere(inquit Donatus) est æs alienum ex ære alieno soluere.Hoc fit quando æs alienum nobis conflatum fuerit,nec nobis tantum pecuniarum sit,vt his dissoluere liceat:vbi autem dissoluendi tempus aduenerit,mutamus creditorem,ab altero scilicet vsurarium æs accipientes quod alteri reddamus.Cicer. *pro Cælio*,Nulli sumptus,nulla iactura,nulla versura.Budæus,Versuram facere,est creditorem mutare,& fœnus fœnore dissoluere, quod vulgò dicitur, *Nudato Petro Paulum tegere*; &, vt ita dicam, nomen nomine expungere. ¶ Hinc versuram, siue vorsuram soluere, prouerbio dicimus eos,qui ita se præsentibus explicant incommodis,vt aliis grauioribus impediantur.Terent. *in Phorm.* in eodem luto hæsitas,versuram solues Geta:præsens quod fuerat malum, in diem abiit:plagæ crescunt Nisi prospicis. id est, debitas tandem pœnas dabis etiam cum fœnore: simili conditione atque ij solent qui vt syngrapham vnam dissoluant, & vna cautione se liberent, pecuniam mutuam maiori fœnore iterum accipiunt. In dies enim deteriorem conditionem suam faciunt: quod frugi homines non solent.

Vērsūs,a,um,participium, Conuersus. {הפוך *haphúch* נהפך *nehephách.* ἐστραμμένος. Gall.*Tourné,viré.* Ital.*Volto,voltato.* Germ.Gekehrt/wider vmbgewendt. Hisp.*Buelto, trastornado.* Angl.*Turned, chandged.*} Virg. *4.Georg.*

———*dum grauis aut hos,*
Aut hos versa fuga victor dare terga coëgit.

Idem *3.Georg.*

Versaque in obnixos vrgentur cornua vasto
Cum gemitu.

& paulò antè,

Quamuis ille fugâ versos sæpe egerit hostes.

Liuius *lib.7.d.4.* Ora maritima quæ in Peloponnesum versa est. Ouid. *Eleg.5.lib.3.Trist.*

Versaque amicitia terga dedere mea.

¶ Interdum idem,quod mutatus. μεταλλαγμένος. vt,Rursus versus est in luctum. Cic. *pro Rosc. Amer.* Videte nunc quàm versa,& mutata in peiorem partem sint omnia. Tacit. *lib.1.* Igitur verso ciuitatis statu, hoc est,euerso siue mutato.Ouid.*Epist.3.*

At si versus amor tuus est in tædia nostri:
Quam sine te cogis viuere,coge mori.

Idem *1.Georg.*

Quippe vbi fas versum atque nefas,

id est, confusum & perturbatum. ¶ Ponitur aliquando pro propenso. Liuius *4.bell.Maced.*Totus in Persea versus pater,cum eo cogitationes eius rei dies ac noctes agitabat.hoc est,omni beneuolentia in Perseum translata. Et sicut dicimus Suspensus animi, Erectus animi, Mutatus animi,ita,& Versus animi:túncque nomen est.Tacit.Qui versus animi modò, numen pauescere,modò minis aduersantis populi terreri, &c. Liuius *lib.9.bell.Pun.* Versa in Scipionem tota ciuitas. ¶ Versis gladiis depugnare, apud Plautum *in Casina*, i. micantibus & rotatis ensibus dimicare.Caper Grammat.Inuersis armis pugnasse gladiatores non est dicendum,sed versis,id est,transmutatis:sic non inuersis pannis agitasse aurigas,sed versis.

Vērsŭs,us,Carmen:ita dictus,à vertendo,quòd antequam legitimos accipiat numeros, modò hoc, modò illo modo vertatur. {ἔπος, στίχος. Gall. *Vn vers, vne ligne, vne rangee.* Ital.& Hisp. *Verso.* Germ. Ein vers/spruch mit gewissen vnd abgemessnen sylben. Angl. *A verse or line, order or rewo.*} Tibull.*lib.4.*

Inde alios aliósque memor componere versus.

Idem *ibid.*

Quod tibi si versus noster totúsve minúsve.(id est,poëma.)

Quintilian. Cicer. tot millibus versuum. (id est, linearum.) Cicer. *pro Archia*,Nam siquis minorem fructum gloriæ putat ex Græcis versibus percipi quàm ex Latinis, vehementer errat, &c. Facere versus. Idem *6.Verr.*Versus,qui in istius cupiditatem facti sunt. Scribere versus. Idem *2. Verr.* De qua muliere versus plurimi supra tribunal scribebantur. Fundere versus. Idem *3.de Orat.* Solitus est versus hexametros,aliósque variis modis atque numeris fundere ex tempore. ¶ Versus. {ערוגה *harughâh.*} in agricultura quid notet, explanat Varr. *lib.1.de re rust.cap.10.* his verbis,In Hispania vlteriore metiuntur iugis,in Campania versibus, apud nos in agro Romano, ac Latino iugeris.Iugum vocant, quod iuncti boues vno die exarare possunt. Versum dicunt centum pedes quoquouersum quadratum iugerum quod quadratum duos actus habet. ¶ Ponitur aliquando Versus pro eo quod vulgò

vulgò *Linea* vocatur. {קו kav.} Plin. *Epist. lib.* 4. Non paginas tantùm epistolæ, sed etiam versus syllabásque numerabo. ¶ Interdum versus significat ordinem, seu tractum. Virg. 4. *Georg.*

Ille etiam seras in versum distulit vlmos.

Idem 5. *Æneid.*

——*triplici pubes quam Dardana versu*
Impellunt,

id est, triplici ordine. Liuius *lib.* 3. *d.* 4. & 5. *d.* 5. Nauis quam sexdecim versus remorum agebant. ¶ Interdum cantum. Plin. *lib.* 10. *c.* 29. Meditantur lusciniæ iuniores, versúmque quem imitentur accipiunt. ¶ Versus pro orbe saltatorio. Versus hîc scribitur apud Plaut. *in Sticho*, Si isthoc versu me viceris, aliò me prouocato. Cic. *in Pisonem* dixit: Cùm illum suum saltatorium versaret orbem.

Versĭcŭlŭs, diminutiuum, Breue vel humile carmen. {στιχίδιον. GALL. *Verset, vne petite ligne.* ITAL. *Picciol verso.* GERM. Ein verslin. HISP. *Pequeño verso.* ANGL. *A litle verse, or line, or lero.*} Mart. *lib.* 5.

Hac tibi, non alia est, ad cœnam causa vocandi,
Versiculos recites vt Ligurine tuos.

¶ Modò breues scripturæ (vt ita dicam) lineas. Cicer. *ad Brutum lib.* 4. Breues tuæ literæ, breues dico? imò nullæ: tribúsne versiculis his temporibus Brutus ad me?

Versĭfĭco, as, Versus facio. {ῥαψῳδέω, ἐπη ποιῶ. GALL. *Composer ou faire vers.* ITAL. *Componer versi.* GERM. Verß machen. HISP. *Hazer versos.* ANGL. *To mak verses.*} Quint. *lib.* 9. *c.* 4. Nam & versificandi genus est omnibus sermonibus vnam legem dare.

Versĭfĭcātĭo, ipse versificandi actus. {ἐποποιΐα. GALL. *Composition de vers.* ITAL. *Compositione de versi.* GERM. Verßmachung. HISP. *Obra de hazer versos.* ANGL. *A making of verses.*} Quintil. *ibid. c.* 2. Abusiuè in versificationis, ac sermonum imitatione sequatur.

Versĭfĭcātŏr, is, Versuum scriptor. {ἐποποιός. GALL. *Qui compose en vers.* ITAL. *Chi compone versi.* GERM. Ein verßmacher. HISP. *El que haze versos.* ANGL. *That maketh verses.*} Quintil. *lib.* 19. *c.* 1. Versificator, quàm Poëta, melior Cornelius Seuerus.

Versĭfĭcŭs, adiect. {ὁ καὶ ἡ ἐποποιός, ὁ καὶ ἡ στιχῳδής. GALL. *Qui est dressé, composé, & ordonné par ordre comme vers.* ITAL. *Acconciato, & composto, & ordinato come versi.* GERM. Nach weiß der versen gemacht. HISP. *Compuesto y ordenado como versos.* ANGL. *That is made in order lik verses.*} Solinus *cap.* 16. Studium musicum inde cœptum quùm Idæi Dactyli modulos crepitu ac tinnitu æris deprehensos in versificum ordinem transtulissent.

Versŭs, Præpositio, accusatiuum requirit, & ferè semper postponitur. {אל el עבר hal. ὡς. GALL. *Vers.* ITAL. *Verso, in verso.* GERM. Gegen. HISP. *Hazia.* ANGL. *To wardes.*} Plaut. Ego portum versùs pergam, & perquiram: quem si non inuenero, domum versùs reuertar. Velleius, A lupercali in palatium versus. Plaut. *Amphitr. sc.* 3. *a.* 4. Portum versùs volito. ¶ Dicimus etiam Quoquo versus, Quaqua versus, Vtroque versus: id est, vnamquamque partem, quocunque, per quancunque partem, in vtranque. ¶ Quandoque loco accusatiui habet aduerbium: vt, Sursum versus. Cato *cap.* 156. Postea vbi deorsum versus ibit, hominem, &c. Cicer. *de Orat.* Quum gradatim sursum versus reditur. ¶ Dicitur etiam versum, vel vorsum. Salust. *Iugurth.* 100. fugam ad se versum fieri. & *fol.* 108. Vbi animaduertêre exercitum ad se vorsum pergere.

VERSVTVS, a, um, Astutus, callidus, qui modò hoc, modò illud, vt visum fuerit, simulat, & sese in omnes vertit species. {ערום Barúm. πανοῦργος, σφοδρός. GALL. *Variable, fin, caut, rusé.* ITAL. *Astuto, trincato, malitioso.* GERM. Gescheid/arglistig/geschwind. HISP. *Astuto en mala parte, malicioso, taymado.* ANGL. *Guilefull or craftie.*} Plaut. *Pseud. sc.* 8. *a.* 4. Nimis mortalis, doctus, versutus, malus. Idem *in Epid.* Versutior est quàm rota figularis. Cic. 2. *de fin.* Sed omnia callidè referentem ad vtilitatem, acutum, versutum, veteratorem, &c. Idem 3. *de nat. deor.* Et Chrysippus acutè dicere videbatur, homo sine dubio versutus & callidus. ¶ Interdum versutum accipimus pro ingenioso & prompto. Idem 3. *de nat. deor.* Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur. Plaut. *Sticho*, Ille quidem adolescens doctè astutus fuit. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Nec magis astutus, nec à quo caueas ægriùs. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Quin ad ingenium vetus versutum te recipis tuum.

Versūtissĭmŭs, Superl. πανουργότατος. Velleius Paterculus *Hist. lib.* 2. Germani in summa feritate versutissimi, natúmque mendacio genus.

Versūtĭă, Calliditas, & malitia. {ערמה Bormáh מרמה mirmáh תך toch. ῥᾳδιουργία, πανουργία. GALL. *Finesse, ruse.* ITAL. *Astuzia, callidità.* GERM. Gescheidigkeit/arglistigkeit/geschwindigkeit. HISP. *Astucia en mala parte.* ANGL. *Guile, deceite, craftinesse.*}

Versūtē, aduerbium, Callidè, astutè. {πανούργως. GALL. *Finement par ruse.* ITAL. *Astutamente.* GERM. Geschwindiglich/listiglich. HISP. *Astuta y taymadamente.* ANGL. *With guile, deceitfullie.*} Cicer. *de clar. Orator.* Nihil, vt ita dicam, subdolè, nihil versutè, quod ille non viderit, &c. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 4. Hominem non vidi magis versutè malum.

Versūtĭlŏquŭs, qui versutè loquitur. {ערום Barúm. ὁ ἐν τῷ λέγειν πανοῦργος, ὁ δόλια λέγων. GALL. *Qui parle cauteleusement, canteleux & fin en parler.* ITAL. *Chi parla astutamente, con cautela.* GERM. Gescheider oder listiger reden. HISP. *El que habla astucias.* ANGL. *That speaketh deceltfullie.*} Cic. 3. *de Orat.* ex vetusto quopiam poëta, Num non vis huius me versutiloquas malitias.

Versĭcŏlŏr, is, propriè dicitur illud quod ex diuersis partibus spectanti non eundem ostendit colorem: vt est videre in anatum & columbarum collis, & in serici quodam genere, quod modò hinc, modò illinc spectatum colores mutare videtur. {פסים happasim. πολύχρους, χαλαιόδης. GALL. *De diuerses couleurs, de couleur changeant.* ITAL. *Di colori diuersi, muta colore.* GERM. Mancherley farben. HISP. *Cosa de muchas colores.* ANGL. *That changeth colour, of sundrie colours.*} Cic. *lib.* 3. *de fin. bonorum & malorum*, Iam verò membrorum alia videntur propter eorum vsum à natura esse donata: vt manus, crura, pedes: alia autem nullam ob vtilitatem, quasi ad quendam ornatum: vt cauda pauoni, plumæ versicolores columbis, viris mammæ, atque barba. In eadem etiam significatione non rarò hac voce vtitur Plin. testimonia hîc breuitatis causa omittimus. ¶ Interdum tamen Versicolores vestes positas legimus pro variis seu discoloribus. Ouid. 5. *Fast.*

Cur tamen vt dantur vestes Cerealibus albæ,
Sic est hæc cultu versicolore decens.

Gell. *cap.* 10. *lib.* 6. Cum pallio versicolore & tunica longa muliebri. Quint. Versicolor vestis Demetrij Phalerei non bene facit ad forensem puluerem. Liu. *lib.* 4. *bell. Maced.* de lege Oppia loquens, Tulerat eam C. Oppius Tribus plebis Qu. Fabio, T. Sempronio coss. in medio ardore Punici belli, Nequa mulier plus semuncia auri haberet, neu vestimento versicolore vteretur. Quo tamen in loco versicolores vestes nonnulli intelligunt, colore alio quàm natiuo infectas: vt Versicolores inde dictos intelligamus, quòd verterint, id est, mutarint colorem. Contrà, Coloriæ dicuntur, quæ nullo externo colore sunt imburæ. Est autem hoc nomen adiectiuum omnis generis, cuius neutro vsus est Virg. 10. *Æneid.*

Astur equo fidens & versicoloribus armis.

Quintil. Translucida & versicolor elocutio.

Versĭpellĭs, e, Assutus, versutus, simulandi quiduis & dissimulandi artifex. {ערום Barúm. ἀλλοπρόσαλλος, πολύτροπος, πανοῦργος. GALL. *De diuerse couleur de peau, & d'habit, fin & cauteleux.* ITAL. *Muta pelle, muta faccia, muta volto, accorto pieno di cautele.* GERM. Der sein haut oder gestalt verenderen kan/listig mit gleisneren/betrüglich. HISP. *Malicioso y engañador.* ANGL. *Subtill, that changeth his skinne often a craftie fellowe, a wilie foxe.*} Plaut. *in Amph.* Versipellem se facit, quando lubet. Plin. *lib.* 8. *c.* 22. Indicat suo tempore vulgo infixam hanc opinionem fuisse, homines in lupos verti, rursúsque restitui sibi, atque inde ductam esse consuetudinem loquendi, vt homines astutos, versipelles dicamus.

Vertagus, canis, qui sponte vertit in venationem, prædámque domum refert.

VERTEBRÆ, siue Vertibula, Spinæ ossa dicuntur, in crassiores quosdam nodos conglobata, & in medio sui concaua, vt spinali medullæ transitum præbeant, firmissimis autem vinculis colligata, quorum beneficio interiores nodi cohærescunt. {חמוקים chammukim. σπόνδυλοι. GALL. *Les vertebres, os de l'eschine, dos & semblables.* ITAL. *Ossi delle spalle, della schiena, & simili.* GERM. Ein wirbelgewerb/ein wirbel des ruckgrahts. HISP. *Huessos de qualquier espinazo.* ANGL. *Places where the ioyntes turne, as the chine bone or back bone.*} Harum munus est vt corpori flectendi se, incuruandíque præbeant facultatem, quod sine illis prorsus rigidum esset, & inflexibile. Plin. quoque per quandam similitudinem in insectis vertebras appellat eas partes, quæ circa ipsam sitæ incisuram corpori flexum præbent. Ita enim habet *lib.* 11. *c.* 1. Aliquibus verò non tota incisura eas ambiente rugas, sed in aliis aut supernè tantùm, imbricatis flexilium vertebris, nusquam alibi spectatiore naturæ artificio.

Vertebrātŭs, a, um, In vertebras conglobatus. {ὁ σπονδυλωτός, ὁ καὶ ἡ σπονδυλοειδής. GALL. *Fait en forme de vertebre.* ITAL. *Fatto à foggia di vertebra.* GERM. Wie ein wirbel des ruckgrahts. HISP. *Hecho à manera de aquellos huessos.* ANGL. *Made like the backebones.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Sed quibus ceruix è multis, vertebratísque orbiculatim ossibus flexilis ad circunspectum, articulorum nodis iungitur.

Vertex, icis, qui & Vortex, à verto, is, propriè ventus est contortus ac rotatus: qualis est qui τύφων vocatur, id est, vibratus, ecnephias, vt interpretatur Plin. *lib.* 1. *c.* 48. {שער sabár. στρόβιλος. GALL. *Tournement de vents ou d'eaux, tourbillon de vent, destour & rouement d'eau.* ITAL. *Vertice in cistello.* GERM. Ein windswurbel/oder windsbraut. HISP. *Remolino generalmente.* ANGL. *A whirle poole, or turning round of the water, a whirle winde.*} Vortice (inquit Apuleius *in Cosmo*) torquetur humus arida, & ab imo erigitur ad summum. Ventus (authore Senec. *lib.* 5. *nat. quæst.*) aliquo promontorio repercussus, atque in se volutatus facit vorticem: qui circumactus, & eundem ambiens locum, ac se ipse vertigine concitans, vertigo vocatur. Docet Quintil. *lib.* 8. *cap.* 2. Verticem esse contortam in se aquam, vel quicquid aliud similiter vertitur. Virg. 1. *Æneid.*

——— *Ingens à vertice pontus.*

¶ Cicer. 2. *Tusc.* per translationem vertices dolorum dixit, pro vertigine, rotationéque quæ in doloribus circumagit, lancinátque præcordia. Nunc nunc (inquit) dolorem anxiferi torquent vertices. ¶ Inde propter flexum capillorum, pars summa capitis dicitur vertex, siue quia ad occipitium in decliue vertitur. {קדקד kodhkódh. κορυφή. ANGL. *The toppe of the heade.*} Suet. *in Neron. cap.* 45. A vertice currus appositus statuæ. Catull. *de Coma Beren.*

E Bereniceo vertice Cæsariem.
&, Inuita ô regina tuo de vertice cessi.

Apuleius *de dogmate Platonis*, Denique ipsius capitis verticem specta, tenui cute contextum, capillísque hirsutum aduersùs vim frigoris & caloris. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. binos hominum aliquibus vertices dat, quum ait, Vertices bini homini tantùm, aliquibus capitis ossa plana. ¶ Ab huius similitudine, quod in montibus eminentissimum est, vertex appellatur. Virg. 1. *Æneid.*

———*geminique minantur*
In cælum scopuli, quorum sub vertice latè
Æquora tuta silent.

Item altissimæ partes cæli quas Græci πόλους vocant, dicuntur vertices, quòd circa hos mundus rotetur. Virg. 1. *Georg.*

Hic vertex nobis semper sublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra videt, Manésque profundi.

Propter quod etiam cardines dicuntur, à similitudine eorum cardinum circa quos valuæ voluuntur. ¶ Apud Virg. *lib.* 2. *Georg.* Vertex pro Aquilone ponitur,

——— *tempestas à vertice syluis Incubuit.*

Vortices antiqui per o literam pronuntiabant, teste Quintil. *c. de Orthographia*: primúsque Africanus per e vertices dixit.

Vertibulum, i. Idem quod Vertebra, æ, *L'os de l'eschine du dos ou autre semblable.* Apuleius, Vertibulo ossa dissilierant. GALL. *Les os estoient saillis hors du vertebre, lieu de leur mouuement.*

Verticordia Venus, quæ ἀποστροφία Pausaniæ, quæ credebatur mulierum mentem à libidine auertere. Vide Valer. Max. *lib.* 8. *c.* 16. Ouid. 4. *Fast.*

Inde Venus verso nomina corde tenet.

Meminit & Iulius Obsequens, & Cœlius Lactant. Grammat. *lib.* 5. *Theb.*

Vertŭmnŭs,i, vt ait Asconius Pædianus *in Verr.* Deus inuertendarum rerum est,id est,mercaturæ.

Vertĭcōsŭs,adiect. {συστροφὰς πολλὰς ἔχων.GALL.*Qui a force destours,vertigineux.*ITAL.*Che ha molte concauità.*GERM.Würbläcktig/voll würblen. HISP.*Cosa remolinada en si mesma.* ANGL. *Full of whirlepooles or whirle whindes.*} Liuius 1.*bell.Punic.*Quidam verticoso amni delati in hostes ab elephantis obtriti sunt.

Vertĭcŭlum, i, instrumentum quod fuso adhibetur, vt faciliùs vertatur. {כישור *chischór.* σφονδύλιον. GALL.*Le peson que les femmes mettent au bout de leur fuseau,verteil.*ITAL.*Cocco,fusaiuolo.* GERM.Ein spindelwirtel.HISP.*El tortero de huso.*ANGL.*A wherle or wherne.*}

Vertĭcillum,i,& Verticillus, masc.gen. diminutiuum. {כישור *chischór.* τὸ σφονδύλιον.GALL.*Vn peson à filer.* ITAL.*Filatore da tener nel fuso, fusaiuolo.*GERM.Ein spindelwirtelin.HISP.*El tortero de huso.* ANGL.*A litle wherle,or wherne.*} Plin.*lib.*37.*c.*2.In Syria quoque inde fœminas verticillos facere,&c.

Vertĭcillă,insecti species,inquit Bud.

Vertĭcillātŭs,adiect.σφονδυλιωτός.Cels.*lib.*8.Superius autem humeri caput rotundius quàm cætera ossa, verticillatis scapularum ossibus inseritur. Hoc etiam vertibulatum dici potest, & vertebratum , quoniam vertibulum,& vertebra pro spondylis accipiuntur. Budæus.

Vertĭgo,inis,Morbus capitis,qui ex frigidis, & lentis humoribus sursum ex ventriculo commeantibus oritur, ita vt sic affecti occasione parua succidant. {עועים *ôivhim* תרעלה *tarhelâh.* ἴλιγξ. GALL. *Tournement, virement de teste.* ITAL. *Stornamento di testa , vertigine.* GERM. Der schwindel. HISP. *Vaguido.* ANGL. *A giddinesse or dizzenesse in the head with a dimnesse of the sight.*} Dicta quoniam ob oculos eorum vorticosa quædam, & rotatilia circumagi videantur. Græcè σκότωμα. Plin.*lib.*7.*c.*6. A conceptu decimo die dolores capitis,oculorum,vertigines,tenebræque.Iuuen.*Satyr.*6.

Quum bibitur concha,quum iam vertigine tectum
Ambulat,& geminis exurgit mensa lucernis.

Columella *lib.*7.*cap.*10. Febricitantium signa sunt,quum obstipæ sues transuersa capita ferunt, ac per pascua, quum paululum procurrerunt, consistunt , & vertigine correptæ concidunt. Scribonius Largus *libri initio*,Quibus subitæ vertigines obuersantur,quos σκοτωματικοὺς Græci dicunt.

‖Vertilabundus,vertigine correptus.Varro.‖

Verticordia Venus,Colebatur vt corda mulierum ad viros proprios conuerteret. Valer.Maxim.*lib.*8.*c.vlt.de Sulpitia*,Quæ,cùm Senatus libris Sibyllinis per decemuiros inspectis censuisset,vt Veneris Verticordiæ simulachrum consecraretur,quo faciliùs virginum mulierúmque mens à libidine ad pudicitiam conuerteretur, & ex omnibus matronis centum,ex centum autem decem sorte ducẽ,de sanctissima fœmina iudicium facerent,cunctis sanctitate prælata est.

Vertŭmnŭs,Etruriæ deus,vt inquit Varr. *lib.*4.*de ling.Lat.*à Tuscis , qui duce Cœlio Romam migrabant, Romam deductus , eámque ob caussam in vico Tusco stetit. Dictus autem Vertumnus , quòd in omnes formas sese transfiguraret. Hic Pomonam Nympham fertur adamasse : & vt eius saltem conspectu frui liceret , in nullas non formas sese transmutasse.Qua de re vide Ouid.*lib.*14.*Metam.*Acron.*in illud Horat. lib.*2. *Serm.*

Vertumnis,quotquot sunt,natus iniquis:

Vertumnum ait esse Deum humanarum cogitationum præsidem,ideóque multiformem fingi & inconstantem, quemadmodum & illæ variæ sunt & mutabiles. Iniquo autem Vertumno natos esse interpretatur, qui cogitationes suas regere non possunt. Tiberius Donatus , Vertunum dicendum existimat, quemadmodum & Portunum:quem idcirco coli arbitratur,vt res institutæ, ad quem destinatæ sunt, finem perducantur. Sæpè enim malè cedit,quod vel optimè est institutum ; quemadmodum gladius ille,qui reginæ dono datus fuit ab Ænea, necis ipsi consciscendæ fuit instrumentum. Nec desunt , qui inde Vertumnum dictum putant , quòd lacum Curtium in Tiberim auerterit. Quam opinionem tangit & Ouid. *lib.*6.*Fastor.* Vide Propertium *Eleg.de Vertumno.*

Vertŭnālĭă,siueVertumnalia, Vertumni festa,quæ fiebant mense Octobri.

VERV̄,indeclinabile nomen in singulari numero, in plurali Verua, uum, instrumentum oblongum ex ferro , quo carnes ad ignem torrentur. {ὀβελός. GALL.*Vne broche,vn haste.* ITAL.*Spedo,schidione.* GERM. Ein bratspiß. HISP.*El assador con que se assa la carne, ò arma hecha à manera de assador.* ANGL.*A broche,a spitte.*} Virg.2.*Georg.*

Pinguiaque in verubus torrebimus extra colurnis.

Varro à versando dictum existimat , quod ad ignem iugiter assetur. ¶ Ab huius item similitudine telum oblongum,& tenue, Veru dictum est.Virg.7. *Æneid.*

Et tereti pugnant mucrone, verúque Sabello.

Vericulum,& Vĕrūcŭlum,i, instrumentum ferreum, quo metallorum expurgatores,spumam eximunt à reliqua materia. {ὀβελίσκος. GALL. *Petite broche,brochette.* ITAL. *Spedo picciolo, Schidione.* GERM. Ein bratspißlin/ oder eisen/schaumstänglin. HISP. *Pequeño assador.* ANGL. *A litle broche or spitte.*} Plin.*lib.*33.*cap.*6. Spuma ex argento sublata veruculis ferreis , atque in ipsa flamma conuoluitur veruculo , vt fit modici ponderis.

Vĕrūtum,i, {τὸ βραχὺ καὶ ὀξὺ βέλος, ὀβελός. GALL.*Vn dart court & aigu.* ITAL.*Dardo corto & aguto.* GERM. Ein gattung eines würffgewehrs wie ein bratspiß.HISP.*Arma à manera de assador.* ANGL.*A casting dart with a string.*} Est hastile quod veru habet præfixum.Hinc Lucan.*lib.*8.

Cæsaries compressa manu,Phariòque veruto.

Nonius,Verutum est telum breue,& acutum.Cæs.*lib.*5.*bel.Gall.*Transfigitur scutum Pulfioni,& verutum in balneo defigitur. Liu. *lib.*10. *ab Vrbe*,Quibus plerisque in scuta,plerisque verutis,in corpora ipsa fixis, sternitur cuneus.Vide Gell.*c.*25.*lib.* 10.

Vĕrūtus,a,um,adiectiuum. {ὁ καὶ ὁ βελοφόρος. GALL. *Armé d'vn tel dard.* ITAL. *Armato di tal dardo.* GERM. Mit einer würffgewehr das wie ein bratspiß ist gewaffnet. HISP. *Armado de aquella arma.* ANGL. *Weapened with such a dart.*} Veruto armatus : sicut scutatus, & clypeatus. Virg. 2.*Georg.*

Assuetámque malo Ligurem, Volscósque verutos.

Vertobriga,Celticorum oppidum est in Hispania Bætica,conuentus Cordubensis.Autor Plin.*lib.*3.*c.*1.

Vertŭmnŭs,vide *Verto.*

Verū,Verutum,vide *Verto.*

Veruāctum, Ager verno tempore semel proscissus , deinde quiescens vsque ad sequentem autumnum,quo aratur. {נר *ner.* νέαλις,νεάτη.GALL. *Vne terre labourable qu'on laisse reposer, varer ou gacherre , ou iacherre.* ITAL.*Terreno che se lascia riposare.* GERM.Ein brachacker. HISP.*El barnecho.* ANGL.*The fellow land that is to be sowen the nixt yeare.*} Veruactum dictum,quasi verè actum. Plin.*lib.*18.*cap.*19. Quidam vtique ab æquinoctio verno proscindi volunt. Quódque vere semel aratum est,à temporis argumento Veruactum vocatur.Hoc in nouali atque requieto agro necessarium est.

‖Veruales panes,quos ferebant obeliscophori in festis Bacchi.Poll.‖

VERVĒX,ecis,ab inuersis testiculis dicitur:est enim inter oues,cui inuersi, siue adempti sunt testiculi,& ideo veruex dicitur,quòd sit natura versa,vt Varroni placet. {איל *áijl.* κριὸς ἐκτεθλιμμένος. GALL. *Vn mouton.* ITAL. *Castrone, castrato montone.* GERM. Ein hammel. HISP. *Carnero castrado.*ANGL.*A weather sheep.*} Nam qui ad generandam sobolem integer tenetur,aries dicitur. Sectarius veruex,qui gregem agnorum præcedens ducit.Plaut.*Capt.sc.*1.*a.*4. Qui Petroni nomen indunt verueci sectario (i.qui petronem. i. arietem, veruecem sectarium appellant.)

Verūecīnus , a, um, quod ex veruece est. {ὁ κριοῦ τινὸς ἴδιος. GALL. *De mouton.* ITAL. *Di montone.* GERM. Von einem hammel/ hämmelin. HISP. *Cosa de carnero.*ANGL.*Of a weather sheep.*} Plinius,Et hircinus,& veruecinus adeps ei vtilis est.

Verūecĕŭs,a,um,quod est ad similitudinem veruecis factum. {ὁ κριόμορφος,κριοειδής. GALL.*Fait comme vn mouton, ressemblant vn mouton.*ITAL.*Fatto à modo di montone, simile à montone.* GERM. Das einem hammel gleich sihet. HISP.*Hecho en manera de carnero, semejante à carnero.* ANGL. *Made lik a weather sheepe.*} Statua veruecea, apud Plautum *in Capt.sc.*1.*a.*5. pro seruo stupido , quique quàm minimum differat à veruece. Vos(inquit) introite : interibi ego ex hac statua veruecea volo Erogitare , meo minore quid sit factum filio. Quo tamen in loco quidam legunt Verberea statua : nam veruecea Throchaici metri ratio non patitur : superest enim syllaba , nisi cea , per synæresim contrahas.

‖Veruli,& Verulum,*Verulo*,V.E.prouinciæ Romanæ.‖

Verulani, populi sunt Italiæ , Tusculanis & Veliternis vicini , vt scribit Plin.*lib.*3.*cap.*5.

Verùm, Coniunctio, Sed. {כי־ים *chi-im.* μμὴν, ἀλλ' ὅμως, πλὴν ἀλλά. GALL.*Mais,toutesfois.*ITAL.*Ma,anzi più.*GERM.Aber/sonder.HISP.*Mas, empero.*ANGL.*Bot,neuerthelesse.*} Cicer.*pro Murena*,Ea sunt omnia non à natura, verùm à magistro. Idem 5. *Philipp.* Expectabantur Calendæ Ianuariæ,fortasse non rectè : præterita omittamus. Idem 3.*de Oratore*, Verùm hoc(vt dixi)nihil ad me.Ouid.13.*Metam.*

———*Non tantùm mœnia Troia,*
Verùm etiam summas arces intrare.

¶ Verùm profectò,pro nihilominus tantùm.Plaut.*prolog.Amph.* ¶ Verùm herclè verò,cum verè recogito, &c. Pro verumenimuerò. Idem *Curc.sc.*1.*a.*3. ¶ Verùm enim,sed enim, etenim. ἀλλὰ γάρ. Terent. *in Adelph.*Verùm enim,quando promerui,fiat.¶ Verùm enimuero,sed tamen. {אך *ach.* οὐ μὴν ἀλλά.} Cic. *in Frumentaria*, Verùm enimuero duodenos sestertios exegisti. ¶ Verumtamen,sed tamen,attamen. {אך *ach.* οὐ μὴν δέ.} Idem *de Orat.*Leue est : veruntamen non inutile. Idem *lib.*1.*Epist.*Difficile est,veruntamen ipse me confirmo.

VERVS, a, um, adiectiuum, Sincerus, solidus, expressus. {נאמן *neemán.* ἀληθής,ἔτυμος,ἀληθινός.GALL.*Vray.*ITAL.*Vero.*GERM.Warhafftig.HISP. *Cosa verdadera ò justa.*ANG.*True.*} à Ve particula,vt nonnulli putant, quæ vehementiam significat & Res : quasi non verborum inanis sonitus,sed solida res.Terent.*in Andr.*Actum est,si quidem hæc vera prædicat. Cic. *Acad.* Quæ ista regula est veri & falsi,si notionem & veri & falsi,propterea quòd ea non possunt internosci,nullam habemus?Nam si habemus interesse , oportet vt inter rectum & prauum, sic inter verum & falsum.Si nihil interest,nulla regula est,nec potest is,cui est visio,veri falsique communis vllum habere iudicium,aut vllam omninò veritatis notam.Ouid.13.*Metam.*

Vtinam aut verus furor ille,aut creditus esset.

Plaut.*Mostell.sc.*3.*a.*1. Ego verum amo,verum volo mihi dici:mendacem odi.*Ibid.sc.*1.*a.*2.Occidi,si tu vera memoras.Idem *Capt.sc.*4.*a.*3. Philocrates falsè,faciam vt verus reperiare Tyndarus.Idem *Asin.sc.*3. *a.*1.Vera dico,ad suum quæstum quemque oportet callidum esse. ¶ Vltra verum,(i.iustum & modum.)Quintil.Plaut.*Men.sc.*7.*a.*5.Liberem ego te?Verum,(i.æquum,)&c.Gell.*c.*16.*lib.*3.Pro vero recepta opinio. Ouid.5.*Trist.Eleg.*7.

Nec procul à vero est,quod vel pulsarit amicum.

hoc est,verisimile est.Simile vero. Cic.*ad Celsum lib.*12. Id autem eò faciliùs credebatur, quia simile vero videbatur. Verius vero. Martial. *lib.*8.

Vero verius ergo quid sit,audi,
Verum Gallice non libenter audis.

Similitudo veri. Cic. *de Vniuers.* Benè agi putat,si similitudinem veri consequatur. ¶ Verum mordax,id est,veritas libera,malè sibi consciorum aures offendens.Persius *Satyr.*1.

Sed quid opus teneras mordaci rodere vero Auriculas?

¶Aliquando Verum accipitur pro bono,æquo & iusto. {צדיק *tsaddik.* δίκαιος,ἐπιεικής.} Horat.*lib.*1.*Epist.* Metiri se quenque suo modulo ac pede,verum est. Cicer.3. *Tusc.* Si maximè verum sit,ad corpus omnia referre sapientem.Idem *pro Muren.* Cato negat verum esse,beneuolentiam allici cibo. ¶ Aliquando sumitur pro veridico , sicut econtrario Falsum pro fallace. ἐτυμηγόρος. Terent. *in Andr.* Sum verus. ¶ Verus color,id est, natiuus, non adulteratus. ὑγιεινός. Idem *Eunuch.* Color verus,

verus, corpus solidum. ¶ Verus labor dicitur quem quis per se ipsum suscepit, non qui ex aliorum virtute Imperatoribus adscribi consueuit. Virg. 12. *Æneid.*

Disce puer virtutem ex me, verúmque laborem,
Fortunam ex aliis.

¶ Verior, Verissimus. Plin. *lib.* 12. *cap.* 13. Quod verius costo, vicinus esse debet. Cicer. *Academ.* Sed mehercule, vt quidem nunc se causa habet, etiam si hesterno sermone labefacta est, mihi tamen videtur esse verissima.

Vērē, aduerb. {באמת beeméth. ἀληθῶς, δικαίως. GALL. *Vrayement.* ITAL. *Veramente, senza fitione.* GERM. Warlich/warhafftiglich. HISP. *Con verdad.* ANGL. *Truelye, in deed.*} Terent. *in Heaut.* Hoc ibi fit, vbi non verè viuitur. Cic. *pro Rosc. Amer.* Verè nihil potes dicere, finge aliquid saltem commodè. Idem 1. *Officiorum*, Honestum quod propriè veréque dicitur, id sapientibus est solis. Idem 4. *Verr.* Laudarem illam ciuitatem, id quod verissimè possem. Idem *ad Attic. lib.* 5. Non ὑπερβολικῶς, sed verissimè loquor. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Aliis dicunt contumeliam, & ipsi sat habent, quod possit ipsis verè dici. Suet. *in Galba cap.* 12. Veréne, an falsò, &c.

Vērō, aduerb. pro verè. ἀληθῶς. Gell. *lib.* 6. *c.* 8. Veróne an falsò, incertum.

Vērāx, is, qui vera loqui solet, & mentiri non consueuit. {נאמן neemán. ἀληθινός. GALL. *Veritable, non feint.* ITAL. *Verace.* GERM. Warhafftig. HISP. *Muy verdadero.* ANGL. *True, that vseth and sayed the truth.*} Cic. 1. *de Diuin.* Multis seculis verax fuit ad oraculum. *Ibid.* Tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia. *Ibid.* Herodotum cur veraciorem dicam Ennio? Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 5. Si eris verax, tuas res feceris meliusculas.

Vērācĭtās, atis, Perpetua verum dicendi consuetudo. {אמת eméth אמון emún אמונה emunáh קשט kóschet vel koscht.}

Vērīdĭcus, a, um, qui vera dicit, & ponitur pro vero etiam & minimè fallaci. {נאמן neemán. ἀληθινός, ἐτυμηγόρος. GALL. *Qui dit verité, veritable.* ITAL. *Veredico, che dice il vero.* GERM. Warhafftig/warsagend. HISP. *El que dize verdad.* ANGL. *That speaket the truth.*} Cic. *pro Flacco*, Veridicas adiungis causas inimicitiarum. Mart. *lib.* 5.

Seu tua veridicæ discunt responsa sorores,
Plana suburbani quà cubat vnda freti.

Lucret.

Omnia veridico qui quondam ex ore profudit.

‖VERILOQVVS, verum loquens. inde‖

Vērĭlŏquĭum, ij, Origo nominis, quam Græci vocant ἐτυμολογίαν. Cic. *in Topic.* Multa enim ex notione sumuntur: ea est autem quum ex vi nominis argumentum elicitur, quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, id est, verbum ex verbo veriloquium.

Vērĭmōnĭă, æ, Veritas, antiquum. {אמת eméth אמון emún אמונה emunáh קשט kóschet (vel) koscht. ἀλήθεια. ANGL. *Treuth.*} Plaut. *Truc.* —planius qui antehac amator summus Habitus est, istunc ad amicam verius verimonia referre.

Vērĭsĭmĭlĭs, e, Probabile, credibile: quod licèt non sit verum, veri támen similitudinem habet. {πιθανόν, εἰκός. GALL. *Vray-semblable, probable.* ITAL. *Verisimile, che s'assomiglia al vero.* GERM. Der warheit gleich/gleichförmig HISP. *Semejante à la verdad.* ANGL. *Lyk to be true.*} Cic. *pro Rosc. Amer.* Etiam tum quum verisimile erit aliquem commisisse, in suspicione latratore. Col. *lib.* 3. *c.* 9. Id autem quum sit verisimile, tum etiam verum esse nos docuit experimentum. Plin. *lib.* 5. *c.* 22. Quod est verisimilius quàm quia cadendo tripudium, sonúmque faciant. Cic. 1. *de Inuent.* Verisimillimum mihi videtur, quodam tempore neque in publicis rebus infantes, neque insipientes homines solitos esse versari. Sen. *c.* 14. *de tranq.* Verisimile non est quàm in tranquillo fuerit. Plaut. *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Abi, non verisimile dicis, neque vidisti.

‖Verisimilitudo, probabilitas. Apul.‖

Vērĭsĭmĭlĭtĕr, aduerb. Probabiliter. {πιθανῶς. GALL. *Vray semblablement.* ITAL. *Verisimilmente, assomigliando al vero.* GERM. Mit einem schein der warheit. HISP. *Semejantemente, ò semejante à la verdad.* ANGL. *As it were true, proueably.*} vnde Verisimiliter mentiens dicitur, qui falsum perinde quasi verum sit, narrat. ¶ Apul. *in Apolog.* Tam rudes nos esse omnium literarum, omnium denique vulgi fabularum, vt ne fingere quidem possitis ista verisimiliter.

Vērĭtās, atis, Vera ratio, res vera, verum. {אמת eméth אמון emún אמונה emunáh קשט kóschet (vel) koscht. ἀλήθεια. GALL. *Verité.* ITAL. *Verità.* GERM. Warheit. HISP. *Verdad.* ANGL. *The treuth.*} Cicer. *de Inuentione*, Veritas est per quam immutata ea quæ sunt, aut antè fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. Idem *pro Cælio*, O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contráque fictas omnium insidias facilè se per seipsam defendat. Quintil. *lib.* 6. *cap.* 1. Non admittit hoc idem veritas fori. Tacit. *lib.* 4. Nec occultum est quando ex veritate, quando adumbrata lætitia facta Imperatorum celebrentur. Gell. *c.* 11. *lib.* 12. Veritas Temporis filia. Quint. Veritatem auferre iudici. Idem Quintil. Ad veritatem accedere. GALL. *Au naturel.* ¶ Plurali numero etiam dicitur *Veritates*. Gell. *lib.* 18. *c.* 7. Veritates plerunque fortiter dicere.

Vērĭuerbĭum, Verus sermo. {אמת eméth אמון emún אמונה emunáh קשט kóschet (vel) koscht. ἀληθολογία. GALL. *Parole vraye.* ITAL. *Parola vera.* GERM. Ein wares wort/ein warhafftige red. HISP. *Palabra verdadera.* ANGL. *True speach.*} Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Tu repertus Philocratem qui superes veriuerbio.

Vērō, as, Verum dico. {ἀληθεύω. GALL. *Dire vray.* ITAL. *Dire il vero.* GERM. Die warheit sagen. HISP. *Dezir ò representar verdad.* ANGL. *To say the truth.*} Gell. *lib.* 18. *c.* 1. ex Ennij 13. *Annal.* Satin' vates verant ætate in agunda. ¶ Est & verare, verè repræsentare. Sidonius, Quoties verba Graia carmine verat. Hodie tamen in neutra significatione est vsitatum.

VĒSĀNVS, a, um, Vecors, crudelis, furiosus. {בער bahar הולל holél נבל nabál משגע meschughgháh. παράφρων, ἀφρόνως, ἄγριος. GALL. *Insensé, hors du sens.* ITAL. *Pazzo, furioso, bizzarro, bestiale.* GERM. Vbel bey sinnen/unsinnig/wütig. HISP. *Loco, boeuo quasi sin sanidad.* ANGL. *Mad, wood.*} Vide Gell. *c.* 12. *lib.* 5. *&c.* Liuius *lib.* 7. *ab Vrb.* Vesani vultus & furentia ora. Cic. *pro domo sua*, Hæc furiosa vis vesani Tribuni plebis. *Ibid.* Ac primùm illud à te homine vesano & furioso requiro, quæ te tanta pœna, &c. Virg. *de Ludo*,

Sperne lucrum, vexat mentes vesana libido.

Idem 6. *Æneid.*

Suadet enim vesana fames.

Catul. *Epigram.* 95.

Quum vesana meas torreret flamma medullas.

Vēsānĭă, æ, Vecordia. {הוללה holeláh הוללות holúth שגעון schighhgha-bón. παραφροσύνη, μανία. GALL. *Faute de bon sens, quand on est hors du sens.* ITAL. *Mancamento di buon senno.* GERM. Vnsinnigkeit/sinnlose/mangel an gutem verstand. HISP. *Locura.* ANGL. *Madnesse, woodnesse.*} Plin. *lib.* 35. *c.* 11. Simulata vesania bouem cum equo iungens.

Vēsānĭo, is, Insanio, amens sum. {נבער nibhár השתגע hischthaghhéah. παραφρονέω, μαίνομαι. GALL. *Estre insensé.* ITAL. *Impazzire.* GERM. Vnsinnig/oder sinnloß sein. HISP. *Enloquecerse.* ANGL. *To be out of the mynd or maded.*} Nonnunquam etiam sæuio, ferocio. ἀγριαίνω, ἀγεμαχῶ. Catull. ad mare transtulit tempestate commotum, Deprensa (inquit) nauis in mari vesaniente vento.

‖Vescæ, tedulæ, oues cibum respuentes. Varr.‖

Vesci Plinio *Οὐέσκις* Ptolemæo, oppidum mediterraneum Turdulorum, in Hispania Bætica, alio nomine Fauentia. Vide Plin. *lib.* 3. *c.* 1. & Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 4.

VĒSCŌR, Cibo vtor, pascor. {אכל achál לחם lachám. σιτέομαι, ἐσθίω. GALL. *Manger.* ITAL. *Mangiare, vsar cibo.* GERM. Essen. HISP. *Comer.* ANGL. *To eate or chewe meate.*} De huius verbi notione vide Gell. *c.* 5. *lib.* 16. Cic. 2. *de nat. deor.* Dij nec escis nec potionibus vescuntur. Idem *in Oratore*, Quæ est autem in hominibus tanta peruersitas, vt inuentis frugibus, glande vescantur? Virg. 8. *Æneid.*

Vescitur Æneas simul & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis.

Inuenitur etiam constructum cum accusatiuo. Plin. *lib.* 10. *c.* 48. Aues nonnullæ vescuntur ea, quæ rapuêre pedibus. ¶ Vesci aura æthereа, id est, vita frui, viuere. Nam quemadmodum partes solidæ animalis cibo & potu, ita spiritus aëre aluntur. Virg. 1. *Æneid.*

Quòd si fata virum seruant, si vescitur aura Æthereа.

¶ Ponitur quandoque pro video. Accius *in Athamante*, apud Nonium, Prius quàm infans esses, tui oculi vescuntur. Vesci ex manu hominis, est ex manu hominis escam capere. Plin. *lib.* 9. *c.* 7. Simili modo ex hominum manibus vescens, ferénsque se tractandum. Cornutus passiuè vtitur *in Pers. Sat.* 2. Pulpa dicta, inquit, quòd cum pulte mista olim vescebatur. ¶ Vescendo esse, pro Bonum esse quod comedatur, aptum esui. Plin. *lib.* 15. *c.* 18. Alexandrinæ ficus vix sunt vescendo. Sic enim legendum iuxta Hermolaum. Idem *lib.* 21. *c.* 16. Radix eius vescendo est decocta. Sus ad vescendum hominibus apta. Cic. 2. *de nat. deor.*

Vēscŭs, a, um, Esui aptus: dicitur & Væscus, a, um, per æ diphthongum, de quo paulò pòst. à Ve, augmentatiua particula, & nomine esca. {ἐδώδιμος, τρώξιμος. GALL. *Bon à manger, qui rassasie.* ITAL. *Buon da mangiare.* GERM. Essig/gut zu essen. HISP. *Cosa que se come ò puede comer.* ANGL. *All thing that may be eaten or is good to be eaten.*} Vnde Lucret. *lib.* 5. Salem vescum dixit. Item Virg. 4. *Georg.* Vescum papauer, quod videlicet in cibis adhibeatur: & Vescas salicum frondes, quoniam escis iumentorum sunt accommodatæ. ¶ Rursus væscum ita enim scribendum per æ diphthongum, non vt vulgò Vescum, autor est Gell. *c.* 12. *lib.* 5. ponitur pro paruo & minuto. Vnde & apud Marsos lingua vernacula quum dicunt, *maluam vascam*, intelligunt de ea quam paruam dicunt. Ouid. *lib.* 2. *Fast.*

Nunc vocor ad nomen: vegrandia farra coloni,
Quæ malè creuerunt, paruaque vasca vocant.

Plin. *lib.* 7. *cap.* 10. Corpore væscos esse, sed eximiis viribus. Et in hac significatione Væ, στερητικὸν μόριον est, hoc est, priuatiua particula. Habet enim Væ, in compositione (vt *lib.* 5. *cap.* 12. docet Gellius) duplicem significationem. Nam & augendæ rei, & minuendæ valet, propter quod accidit, vt quædam vocabula, quibus particula ista præponitur, ambigua sint, & vtroque versum dicantur: væscum, væhemens, & vægrande: de quibus alio in loco vberiore tractatu facto admonuimus. Vesanos autem & vecordes ex vna tantùm parte dici, quæ priuatiua est, quam Græci στερητικὸν μόριον dicunt, &c. Huc vsque retuli fideliter verba Gellij, quorum loco alia quædam in præcedentibus editionibus Calepini addita sunt, sed frustrà. Alibi tamen idem Gell. scribit vescum & vehemens per simplex e, docétque alterum ex Ve & esca copulatum esse: alterum à mentis vi atque impetu dictum. Vide ipsum *antedicto c.* 12. *lib.* 5. vbi per æ; *&* *c.* 3. *lib.* 16. vbi per e simplex eadem dicta nomina scribuntur.

Vēscŭlī, Homines graciles dicuntur, teste Festo, & malè curati. {λεπτοί, ἰσχνοί, μογοτρεφεῖς. GALL. *Maigres, mal traittez.* ITAL. *Magri, male nodriti.* GERM. Rane oder magere leut/denen man vbel zum maul lugt. HISP. *Magros, mal criados.* ANGL. *Leane and thinne folkes.*} Veteres enim rebus exiguis Ve particulam præponere solent, vt latiùs est videre in dictione *Vescus*.

Vēsĕuŭs, qui & Vesuuius, vulgo *Monte di Somma*. {GERM. Ein berg nit fere von Neaples so stäts von Feuriger matery dempfft.} Mons est Campaniæ, Nolæ vicinus, agros habens miræ fertilitatis, præterquam in solo cacumine, vbi planitiem habet magnam, fructum omnino nullum ferentem, terræ cinerulentæ facie, rupibúsque exesis, non indubitatè, veteris incendij indicia ostendentem. Constat enim sæpiùs arsisse, nunquam tamen vehementius, quàm imperante Tito, quo tempore erumpens ex eo ignis, & vicinas regiones latissimè populatus est: & Plinium Naturalis historiæ scriptorem, qui cognoscendi cupiditate eò se contulerat, fumo flammísque enecauit: qua de re vide Epistolam Plinij iunioris ad Cornel. Tacit. quæ Naturali Historiæ hodie est præfixa. Montis huius meminit Virg. *lib.* 7.

——& vicina Veseuo Ora iugo.

Fallitur autem Seruius qui Veseuum diuersum esse putat à Vesuuio, atque illum quidem in Liguria, hunc in Campania situm esse. Constat enim celeberrimorum scriptorum testimoniis, Ligusticum illum montem, Vesulum, non Veseuum esse appellatum: de quo profectò non sensit Virgilius, qui non Liguriæ sed Campaniæ populos, qui Turno aduersùs

uersùs Æneam ſuppetias tulerant, ſuſceperat enumerandos. Quid enim imperitius à Poëta dici potuiſſet, quàm ſi Clanio fluuio, Acerris, Capuæ, reliquíſque Campaniæ locis repentè Liguriæ montem miſcuiſſet?

Vēsīcă,æ, Vrinæ receptaculum, {מראה mureáh. κύστις, φύσα. Gall. *Veſſie*. Ital. *Veſcica*. Germ. Die blaſen/oder harnblater. Hisp. *Vexiga*. Angl. *The bladder*.} Cicer. 2. *de fin.* Tanti autem morbi aderant veſicæ & torminum, vt nihil ad eorum magnitudinem poſſet accedere. Ouid. 5. *Metam.*

Extentum tumeſcit humum, ceu ſpiritus oris
Tendere veſicam ſolet.

Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Veſica membrana conſtat, quæ vulnerata cicatrice non ſolideſcit. Horat. 1. *Serm. Sat.* 8.

Et diſploſa ſonat quantum veſica pepedit.

Caper *Venſica* ſcribendum affirmat, eò quòd à vento deduci exiſtimet.

Vēsīcŭlă,æ, diminutiuum. {κυστίδιον, κύστις, κύστιγξ, φυσαλίς. Gall. *Petite veſſie*. Ital. *Picciola veſcica*. Germ. Ein bläſlin. Hisp. *Pequeña vexiga*. Angl. *A litle bladder*.} vt, Veſicula fellis, κύστις χοληδόχος, quæ in caua iecoris parte ſita, bilem excipit, proprióque meatu in ecphyſin emittit: qua de re vide Galen. *lib.* 4. *&* 5. *de vſu partium.* Veſiculæ item in herbis quibuſdam dicuntur folliculi quibus ſemen includitur. Cicer. 2. *de diuin.* Et pulegium aridum floreſcere brumali ipſo die, & inflatas rumpi veſiculas, & ſemina malorum, quæ in his media incluſa ſunt, in contrarias partes ſe vertere.

Vēsīcārĭă, ſecunda ſolani ſpecies, quam peculiari nomine Halicacabum vocant, frutex verius, quàm herba, veſicas habens humanis non diſſimiles, & in iis grana, vbi maturuerint rubentia. στρύχνος, ἁλικάκαβος, φυσαλίς, Officinæ vocant *Alcaquengi*. Veſicaria autem dicta eſt ſiue à folliculis humanis veſicis ſimillimis: ſiue ab effectu, quòd veſicæ calculis medeatur, vt placet Plin. *lib.* 21. *c.* 31.

‖Veſidia, deſidia. Ergo veſes eſſet, qui malè ſedet, nulla re honeſta occupatus. al. *reſidia* legitur.‖

Vēspă,æ, Inſectum volucre, api ſimile: ita dictum quòd veſperi muſcas venetur in cibum. {σφήξ. Gall. *Mouche gueſpe ou bourdon*. Ital. *Veſpa*. Germ. Ein weſpe. Hisp. *Abiſpa*. Angl. *A waſpe*.} Vide Plinium de hac abundè tractantem *lib.* 11. *c.* 27.

Veſpaſianus, prænomine Flauius, decimus Romanorum Imperator, multis inſignis virtutibus, ſed quas omnes vno auaritiæ crimine fœdarit. ¶ Titus Veſpaſianus, Flauij filius, & in imperio ſucceſſor fuit, omnibus omnium ordinum hominibus adeò charus, vt Amor mundi, & Deliciæ generis humani cognominaretur. Vtriuſque vitam vide latiùs apud Tranquillum.

Vēspĕr, is: vel Veſperus, i, maſc. gen. Vna errantium ſtellarum, quæ & Venus & Lucifer. Nam eadem ſtella quũ antegraditur ſolem manè orientem, Lucifer: quum ſubſequitur occidentem, Veſper dicitur, medium inter Solis, & Mercurij ſphæras ſitum obtinens: ita dicta quòd Sole iam occiduo, prima omnium ex ſtellis lucere veſperi conſpicitur. {ἕσπερος. Gall. *L'eſtoile du iour & du ſoir*. Ital. *Vna ſtella coſi detta*. Germ. Der abendſtern. Hisp. *Luzero de la tarde*. Ang. *The day and euening ſtarre*.} Plin. *lib.* 2. *c.* 9. Infra Solem ambit ingens ſidus appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipſíſque cognominibus æmulum Solis & Lunæ. Præueniens quippe & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, vt Sol alter, diem maturans. Contrà ab Occaſu refulgens nominatur Veſper, vt prorogans lucem, vicémque Lunæ reddens. Eadem & Veſperugo dicitur, & Græco nomine Heſperus. Plaut. *Amph.* Neque Veſperugo, neque Vergiliæ occidunt. Virg. 10. *Eclog.*

Ite domum ſaturæ, venit Heſperus, ite capellæ.

¶ Sæpiſſimè tamen Veſper, & Veſperus accipiuntur pro extrema diei parte, qua ſtella hæc incipit apparere, quam & Græci ἑσπέραν vocant. {ערב hereb. Gall. *Le ſoir*. Ital. *Veſperoſo, ſera*. Germ. Der abend. Hisp. *La tarde*. Angl. *The euen, or euening*.} Statius *lib.* 10. *Thebaid.*

——ſed Veſper opacus
Lunares iam ducit equos.

Cæſar 2. *bell. ciuil.* Magiſtris imperat nauium vt primo veſpere omnes ſcaphas ad litus appulſas habeant. Cic. *ad Attic. lib.* 12. Quúmque manè me in ſyluam abſtruſi denſam & aſperam, non exeo inde ante veſperum. Virg. 3. *Georg.*

Solis ad occaſum quum frigidus aëra veſper
Temperat, & ſaltus reficit iam roſcida Luna.

Plaut. *Pſeud. ſc.* 5. *a.* 1. Hodie vtrunque effectum reddam ad veſperum. Idem *Amphitr.* A manè ad veſperum pugnata pugna. Et *Mil. ſc.* 6. *a.* 2. Supplicium à manè ad veſperum. Idem *Aſin. ſc.* 3. *a.* 3. Hodie nunquam ad veſperum viuam. ¶ In eadem ſignificatione legitur & veſpera, æ, fœmin. gen. Cæſ. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Prima veſpera. Plaut. *in Curcul. ſc.* 1. *a.* 1. Si media nox eſt, ſiue eſt prima veſpera. Neſcis quid ſerus veſper vehat. Ex Menippeis Varronis Satyris citatur hic titulus, tum ab Aulo Gellio, tum à Macrobio: neque dubitandum quin prouerbialis ſit, ſicuti ſunt & alij plerique. Quo ſalubriter admonemur, ne præſentium ſucceſſuum proſperitate ſublati, futuri curam abiiciamus: neque vlla de re ſecuri ſimus, priuſquam exitum viderimus. Idem hodie quoque vulgò dicunt, diem nondum ad veſperam decurriſſe, quum ſignificant diuerſum exitum poſſe accidere. Apparet Maronem ad parœmiam alluſiſſe, quum ait *lib.* 1. *Georg.* Denique quid ſerus veſper vehat: agens de prognoſticis occaſus. Liu. *lib.* 5. *decad.* 5. In ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbè ac violenter conſulere decet, nec præſenti cedere fortunæ, quum quid veſper ferat, incertum ſit. Hæc Eraſmus *in Chiliad.* ¶ Sunt qui dicant Veſper etiam fœminini gen. reperiri (ſed quàm benè, ipſi viderint) adducentes teſtimonium ex *lib.* 2. *Georg.* Virg.

Illic ſera rubens accendit lumina veſper.

Vbi volunt adiectiuum ſera cohærere cum vocabulo veſper: quod certè non eſt veriſimile, præſertim quum veſper aliud adiunctum habeat adiectiuum rubens. Eſt itaque procul dubio ſera adiectiuum coniungendum cum ſubſtantiuo lumina: vt hic ſit ſenſus, Illic rubens veſper accendit ſera lumina. ¶ Inuenitur etiam

Veſper, a, um. Vnde quum Veſperum dicimus neutro genere, intelligimus tempus. Plin. *lib.* 18. His horæ rigandi matutina atque veſpera. Idem, Matutinum tempus atque veſperum.

‖Veſperæ duæ. Agnus paſchalis inter duas veſperas erat immolandus.‖

Vēspĕrī, aduerb. Tempore veſpertino. {בערב baherebh. ἑσπέρας. Gall. *Au ſoir, ſur le veſpre*. Ital. *Su' il veſpero*. Germ. Zu abend. Hisp. *Tarde, tiempo del dia*. Angl. *At euen, or in the euening*.} Cicer. *ad Marc. lib.* 1. *Epiſt.* Nam quum in Tuſculanum veſperi veniſſem. Plaut. *Milit. ſc.* 5. *a.* 2. Athenis adueni veſperi. ¶ Pro eodem legimus & *veſpere*. Cic. *ad Attic. lib.* 11. Cephalio mihi à te literas reddidit ad octauum Idus Martij veſpere.

Veſperna, cœna: paſtus ad veſperæ tempus: prandium & omnino cibus, diarium, apud μονοσιτοῦντας, id eſt, qui ſemel tantùm de die edebant.

‖Veſpertinalis, e: vt, Veſpertinalis pſalmodia, horâ lucernariâ cantata. Flodoard.‖

Vēspērtīnŭs, a, um, aliud adiectiuum, vt Tempus veſpertinum. {ἑσπέριος. Gall. *De ſoir*. Ital. *Di ſera*. Germ. Deß abends. Hisp. *Coſa pertenesciente à la tarde*. Angl. *Of the euening*.} Cicer. *de nat. deorum*, Tum veſpertinis temporibus deliteſcendo, tum matutinis rurſum ſe aperiendo. Veſpertinæ literæ, dicuntur quæ veſperi ſcriptæ, aut redditæ ſunt. Idem *ad Attic. lib.* 13. Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi, nunc reſpondebo veſpertinis. Horat. *in Epiſt.* 6.

Gnauus manè forum & veſpertinus pete tectum.

Idem *lib.* 2. *Serm. Sat.* 4.

Si veſpertinus ſubitò oppreſſerit hoſpes.

Vēspĕrārĕ, eſt veſperum fieri. {העריב heherib. ἑσπερίζειν, δυσκοτίζειν. Gall. *Venir ſur le veſpre, ſe faire tard*. Ital. *Farſi ſera, annotarſi*. Germ. Abend werden. Hisp. *Anochecer*. Angl. *To waxe euening or late*.} Gell. *lib.* 17. *c.* 8. Taurus philoſophus accipiebat nos Athenis cœna plerunque ad id diei, vbi iam veſperauerat: id enim eſt tempus iſtic cœnandi frequens.

Vēspĕrāſcit, Serum diei fit, in tertiis tantùm perſonis. {העריב heherib. ἑσπερίζει. Gall. *Venir ſur le veſpre, ou ſur le ſoir, aueſprir*. Ital. *Farſi ſera*. Germ. Es wirt abend oder ſpat. Hisp. *Hazerſe tarde, anochecer*. Angl. *To waxe euening*.} Terent. *in Heaut.* Et veſperaſcit, & non nouerunt viam. ¶ Hinc Adueſperaſcit, & Inueſperaſcit. Liu. *lib.* 39. Iam inueſperaſcebat.

Vēspĕrālĭs, e, {ὁ ἑσπέριος, ὁ ἑσπέριος. Gall. *Du veſpre, veſpertinal, occidental, du coſté où ſe couche le Soleil*. Ital. *Di ſera, di veſpro*. Germ. Des abends. Hisp. *Coſa de la tarde*. Angl. *Of the euening, weſt where the ſunne goeth downe*.} Solin. *cap.* 14. Igitur Macedoniam præcingit Thracius limes, Meridiana Theſſaliæ Epirotæ tenent, à veſperali plaga Dardani ſunt & Illyrij, qua Septentrione tenditur, Pæonia ac Paphlagonia protegitur. Veſperalem plagam dixit pro Occidentali.

Veſperies, Hiſpaniæ citerioris oppidum, in tractu Vardalorum, vt ſcribit Plin. *lib.* 4. *c.* 20.

Vēspērnă, Cœna apud veteres dicebatur: nam (vt Feſtus inquit) cœna vocabatur, quod nunc eſt prandium. {δεῖπνον. Gall. *Le repas qu'on prend au ſoir, le ſouper*. Ital. *Cena*. Germ. Ein abendmal/nachtmal. Hisp. *La cena*. Angl. *The ſupper*.} Veſperna autem, quam nunc cœnam appellamus: quòd in conuiuium nonniſi aduentante nocte inibant priſci.

Vēspērtīlĭo, nis, maſculini generis, incertæ naturæ eſt, eſt enim mediæ cuiuſdam inter auem & murem ſpeciei, vt mus alatus dici poſſit. {עטלף hatalléph. νυκτερίς. Gall. *Chauueſouris*. Ital. *Veſpertilione, nottola, grinapola, pipiſtrello*. Germ. Ein fledermauß. Hisp. *Morciegalo*. Angl. *A batte or reremouſe*.} Volat enim pinnatis alis, ſed inter volucres non eſt habendus, quòd quatuor pedibus graditur, pullóſque parit, non oua, quos & lacte nutrit. Dictus veſpertilio, quòd veſpere ſe ad volatum proferat. Varro, Factus ſum veſpertilio, neque in muribus planè, neque in volucribus ſum. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 61. ¶ Per tranſlationem etiam veſpertiliones dicuntur debitores qui ære alieno obruti, interdiu domi deliteſcunt metu creditorum, noctu tantùm prodeuntes. Vide Alciatum *in libris prioribus Parergôn.*

Vēspĕrūgo, inis, Stella eſt eadem quæ & Veſper, & Heſperus, & Lucifer, & Venus dicitur. ἕσπερος. Plaut. *in Amph.* Neque veſperugo, neque Vergiliæ occidunt.

Veſpices, fruteta denſa, dicta à ſimilitudine veſtis. Paull. apud Feſt.

Vēspīllo, nis, maſcul. gen. Vilis cadauerum funerator: ita dictus quòd veſpertino tempore mortuos efferre ſoleret, qui funebri pompa propter inopiam non poterant efferri. {νεκροφόρος. Gall. *Foſſoyeur, qui porte & met les corps en terre*. Ital. *Sepelitore di morti*. Germ. Ein Todtengreber/ der die abgeſtorbenen zu abend auß den heuſeren tregt. Hisp. *El que entierra muertos de noche*. Angl. *A burier of the dead*.} Vnde & funera à funalibus dici antumat Donatus: quia noctu efferebantur ob ſacrorum celebrationem diurnam. Martial. *lib.* 2.

Qui fuerat medicus, nunc eſt veſpillo diaulus.

‖Veſprinium, *Veſprin*, V. E. Hungariæ, ſub A. Strigonienſi.‖

Vēstră, Saturni filia ex Ope, quæ & pro terra quandoque ſumitur, eò quòd rebus omnibus terra veſtiatur, ſeu quia vi ſua ſtet, ἑστία. Ouid. *lib.* 6. *Faſt.*

Stat vi terra ſua: vi ſtando Veſta vocatur.

Nec deſunt qui ἀπὸ τῆς ἑστίας nomen hoc deductum velint, aſpiratione in v conſonantem mutata: vt Venetus pro Henetus, Velia pro Helia. Cui ſententiæ ſubſcribit & Cicer. *lib.* 1. *de natur. deorum*, Veſtæ (inquit) nomen ſumptum eſt à Græcis. Ea eſt enim, quæ ab illis ἑστία dicitur, víſque eius ad aras & focos pertinet. ¶ Interdum ponitur pro igne. {אש eſch.} Ouid. 6. *Faſt.*

Nec tu aliud Veſtam, quàm viuam intellige flammam,
Nataque de flamma corpora nulla vides.

Iure igitur virgo eſt quæ ſemina nulla remittit. ¶ De Veſtæ igni, & quomodo extinctus rurſus accenditur. Plutarch. *in Numa.* Item, Veſta ignis & Terra: & eius templum rotundum. *Ibidem.* Et cur ignis colitur. Plutarch. *in Camill.* Veteres autem duas eſſe Veſtas affirmabant: Vnam, Saturni matrem: alteram, eius filiam, de qua Ouid. 6. *Faſtor.*

Ex Ope, Iunonem memorant, Cereremque creatas
Semine Saturni: tertia Veſta fuit.

Confundunt tamen has Poëtæ, alteram pro altera ponentes. Id tamen obſeruandum eſt, quum Veſtam pro Terra accipiunt, de matre Saturni id

id esse intelligendum: quando verò virginem nominant, de filia eius esse intelligendum, quam ignem esse voluêre. Hanc vnam ex diis penatibus esse volunt; quos Æneas in Italiam aduexit. Virgil. *lib.2. Æneid.*

Sic ait,& manibus vittas, Vestámque potentem,
Æternúmque adytis effert penetralibus ignem.

Cui sententiæ non obscurè adstipulatur & Liuius, quum Vestæ sacrá vetustissima esse asserit, & ab Albanis accepta: à Numa autem Pompilio primùm Romæ instita, multísque cæremoniis venerabiliora effecta. ¶ Primus enim ille sacerdotes ei sacrauit, stipendióque publico donauit, perpetuâque virginitate, aliísque cæremoniis venerabiliores effecit. Harum potissima cura erat, vt ignem perpetuum conseruarent: qui si fortè per negligentiam fuisset extinctus, nequaquam alio ex igni reparare fas erat, sed accensa per fomites ex sole flamma purus & cælestis ignis eliciebatur. Porrò virgo Vestalis legebatur intra annum sextum suæ ætatis, & decimum: & triginta annos oportebat eam manere virginem, postea nubere licebat. Quòd si interim fortè stuprum commisisset, viua defodiebatur. Plutarchus *in Numa.* & Ouidius *6. Fastor.*

‖Vesta antiquior, Saturni mater, terræ præses.
Vesta iunior, Saturni filia, præses ignis: quæ prima extruere docuit.
Vestalis, e, ad Vestam pertinens.‖

Vestāles virgines, quæ Vestæ sacris, perpetuíque ignis custodiæ erant dicatæ, à Numa Pompilio primùm institutæ, vt est autor Liu. *lib.1. ab Vrb.* ἑστιάδες. Cic. *2.de Leg.* Virgines Vestales in vrbe custodiunto ignem foci publici sempiternum. Hinc illa Vestalium periphrasis apud Ouid. *Eleg.2.lib.4.Trist.*

Quæ castos perpetua seruant virginitate focos.

¶ Vestalium sortitio. Sueton. *in August. cap.31.* ¶ Vestalis virgo, ascenso curru fratris iniussu populi triumphantis, effecit ne Tribuni triumphantem fratrem impedirent. Idem *in Tiber.cap.2.* Vestales non sex tandem fuerunt & earum primarum nomina: & earum priuilegia. Plutarch. *in Num.* ¶ Vestales ante sacra discunt, deinde docent. Senec. *cap.29.de Vita beata.* ¶ Vestalis maxima quid agat Palilibus, vide apud Ouid. *4.Fast.*

Vĕster, a, um, quod ad vos attinet. {ὑμέτερος. GALL. *Vostre.* ITAL. *Vostra.* GERM. Ewer. HISP. *Cosa vuestra.* ANGL. *Perteaning to yowe.*} Virg. *3.Eclog.*

Pierides vitulam lectori pascite vestro.

Ouid. *13.Metam.*

——— Crimen defendite vestrum.

Plaut. *Pseud.sc.1.a.5.* Vestrum erit flagitium, pedes, si cecidero. Ouid. *4.Fast.*

Vestrum est dare, vincere nostrum est.

Genitiuus pluralis est vestrorum, & syncope vestrûm. Plaut. *Aulul. sc.1.a.2.* Vter vestrorum est celerior. Idem *Menach. sc. vlt. a.5.* Vestrûm patri filij quot eratis. ¶ Vestri curam habeo, an vestrûm & vestrorum, adi Gellium *cap.5.lib.20.* Vide & suprà, Nostrum pro Nostri. Liu. *lib.10.bell. Punic.sub fin.* Vestro odio, pro vestrûm, vel vestri, videtur dixisse, &c.

Vĕstrās, atis, quod ex vestra regione est, aut patria. {ὑμεδαπός. GALL. *De vostre pays, de vostre lignage ou secte.* ITAL. *Di vestro paese, lignaggio ò setta.* GERM. Der ewern einer. HISP. *De vuestra parte ò vando.* ANGL. *One of yowre cuntrie.*}

Vĕstiārium, Vestiarius, vide *Vestis.*

Vestĭbulum, i, locus erat ante ædium ianuam, inter ædes ipsas, & viam relictus, eum in vsum, vt qui ædium dominum salutatum venissent, neque in via starent, neque in ipsis essent ædibus. {אולם *vlám.* πρόθυρον, προπύλαιον. GALL. *L'entrée d'vne maison.* ITAL. *Entrata della casa.* GERM. Ein vorschopff/oder vorhoff. HISP. *El portal fuera de casa.* ANGL. *A porche before a dore, an entrie.*} Plaut. *in Mostell.* Viden' vestibulum ante ædeis hoc, & ambulacrum cuiusmodi sit? Senec. *cap.10.de consolat.ad Mart.* Atria ampla, & vestibula referta clientûm turba. Dicta sunt autem Vestibula à Ve, & stando, quòd multum in iis statur. Ve enim, siue Væ particula augendæ rei valet, vt docet Gell. *cap.12.lib.5.* Nam qui domos amplas antiquitus faciebant, locum ante ianuam relinquebant, qui inter fores domus, & viam medius esset, in eo loco qui dominum eius domus salutatum venerant, priusquam admitterentur, consistebant. A qua statione, & quasi constabulatione Vestibula appellata sunt spatia, in quibus multùm statur ab aduenientibus, prius quàm intromitterentur in domum. Alij vestibulum à Ve priuatiuo deduci volunt, referentes non ad eos qui adueniunt, sed ad eos, qui in domo commanent, quoniam illic nunquam consistant, sed solùm transitus causa ad hunc locum veniant exeundo, seu redeundo: vt sit vestibulum, non stabulum: sicut Vesanus, non sanus. ¶ Potest etiam dici vestibulum prima pars ianuæ, quòd ianuam vestiat: vel (vt Ouidius ait) à Vesta, quòd ea potissimùm pars in ædificio sit Vestæ consecrata: sicut culina diis penatibus: & maceries, quæ ambit domum, Herceo Ioui, singula enim domus sacrata sunt diis. Ex hac opinione nata fuit olim consuetudo, vt nouam nuptam mariti domum ingredientem nefas putaretur limen pedibus contingere. Idem *lib. 6. Fastor.*

Hinc quoque Vestibulum dici reor, vnde precamur,
Quam famur Vestam, quæ loca prima tenet.

Vide Gell. *lib.16.c.5.* ¶ Vestibulum Siciliæ pro ingressu. Cicer. *7.Verr.* Monimentum sceleris audaciæque suæ voluit esse in conspectu Italiæ, vestibulo Siciliæ prætereuectione omnium, qui vltro citróque nauigarent. ¶ Vestibulum & aditus ad rem aliquam. Idem *in Orat.* Vestibula nimirum honesta, aditúsque ad causam faciet illustres. Quint. *lib.1.c.5.* Ex quibus siquis erit planè impolitus, & vestibulum modò artis huius ingressus, &c.

Vĕsticeps, Pubes, quemadmodum qui pubes non est, Inuestis appellatur. ἡβῶν, ἡβητής, ὁ ἄρτι ἡβάσκων. GALL. *A qui la barbe commence à venir.* ITAL. *A cui la barba comincia à venire.* GERM. Bartfähig/dem der bart fürhin sticht. HISP. *El mancebo que comiença à baruar.* ANGL. *Whose bearde beginneth to growe.*} Gell. *lib.5.c.19.* Sed arrogari non potest, nisi iam vesticeps.

Vesticontubernium, ij, verbum iunctum est de contubernio sub eadem veste. Petronius Arbiter, Quid vesticontubernium facis?

Vestifluus, cui vestis ad talos defluit. Ausonius,

Iam pelago volitat mercator vestifluus Ser:

aut, vt alij manuscripti libri testantur,

Vellere depectit nemoralia vestifluus Ser.

Vestīgium, ij, Pedis impressio: id est, signum quod à pede relinquitur. {עקבה *hikkebáh* מדרך *midrách.* ἴχνος, στίβος. GALL. *Vestige, pas ou trace, la marque du pié.* ITAL. *Vestigio, segno che lascia il piede ò pedata.* GERM. Ein fußtritt/fußstapff. HISP. *El rastro, la pisada.* ANGL. *A footestope, or print of a foote.*} Sic dictum vt quibusdam placet, quòd agatur insistendo viæ. Liuius *lib.6.ab Vrbe,* Propè in vestigiis sequi. Idem *7.dec.4.* Vestigia ingredi. Suet. *in August.c.28.* In vestigio suo mansura fundamenta. Velleius, Vestigio non recedere. Plaut. *Milit.sc.2.a.2.* Donec persecutus ero vulpem vestigiis (sup. Hominem inuestigabo.) Virg. *lib.4.Georg.*

Et gradiens ima vertit vestigia cauda.

¶ Ponitur quandoque pro ima parte pedis. Idem *lib.5.* —vestigia prima Alba pedis, frontémque ostentans arduus albam. ¶ Per translationem ponitur pro quocunque rei gestæ indicio seu signo. Cic. *pro Font.* Vnæ tabulæ proferantur, in quibus vestigium sit aliquod, quod significet pecuniam Fonteio datam. Virg. *4.Eclog.*

Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis.

Omnibus vestigiis indagare aliquid, est vbique quærere, & diligenter. Fallere vestigium, de loco lubrico dicitur. Ponere vestigia leuiter, est ita progredi, vt vix vestigia appareant. vt apud Tibull. *lib.4.* Dicimus quoque insistere in vestigio, Imprimere vestigium, Facere vestigia in aliquo loco. Quintil. Vt pes currentium etiamsi non moratur, tamen vestigium facit. Occumbere in vestigio, est statim eo in loco interfici, vbi ab Imperatore in acie collocatus fuerat. Ex vestigio proficisci. Gell. *c.10.lib.3.* Ex quo vestigio profecta luna, eôdem redit. Item, Ire per vestigia diuina, Senec. *c.17.de consol.ad Polyb.* Vadentem per vestigia Gracchorum. Idem *c.16.de consol.ad Mart.* vestigia nostra dignatæ sequi Musæ (in exilium.) Ouid. *Eleg.1.lib.4.Trist.* ¶ Vestigium corporis, est ipsius corporis impressio. Vestigium equi dicitur aliquando ipsius equi ferrea solea. Plin. *lib.28.c.20.* Vestigium equi excussum vngula, vt solet plerunque, si quis collectum reponat, singultus remedium esse recordantibus, &c.

Vēstigo, as, Quæro, quasi vestigia indago, inuestigo, peruestigo, inquiro. {חפש *chaphás* חקר *chakár.* ἰχνεύω, ματεύω, ἰχνηλατέω. GALL. *Tracer, cercher diligemment.* ITAL. *Cercare, inuestigare.* GERM. Dem gespur nachsuchen. HISP. *Buscar por el rastro ò pisadas.* ANGL. *To searche, to traceto seak by the printe of the foote.*} Cic. *lib.3.de Orat.* Ipsa tractatio & quæstio quotidie ex se gignit aliquid, quod cum desidio & delectatione vestiges. Virg. *7.Æneid.*

Quæ loca, quive habeant homines, vbi mœnia gentis
Vestigemus.

Cicer. *2.de Orat.* Non & coniuncta quæremus, & causas rerum vestigabimus. Virg. *6.Æneid.*

Ergo altè vestigia oculis, & ritè repertum
Carpe manu.

¶ Huius composita sunt, Inuestigo, & peruestigo, quorum significata explicantur suis locis.

Vēstigātor, verbale, Venator, à vestigiis ferrarum dictus, vt autor est Varr. *4.de lingua Latin.* {חפש *chophés* חקר *chokéer.* ἰχνευτής. GALL. *Traceur, braconier, chasseur, veneur.* ITAL. *Inuestigatore, cacciatore.* GERM. Ein jäger so dem gespur nachsucht. HISP. *El que busca por el rastro, caçador.* ANGL. *He that searceth by the printe of the foote.*} Columell. *lib.9.c.8.* Nam statim sono territum, vel in frutice, vel in editiore syluæ fronde considet, vel à vestigatore præparato vase reconditur.

Vēstīni, Οὐηστῖνοι. Populi Italiæ inter Picenos, Sabinósque, quorum meminit Plin. *lib.3.c.5.& 12.* Apud hos olim laudatissimi fiebant casei. Mart. *lib.13.*

Si sine carne voles ientacula sumere frugi,
Hæc tibi Vestino de grege massa venit.

Vĕstis, is, A velando, quòd corpus velet: seu à vellere, quod est vniuersæ ouis lana. {לבוש *lebúsch* שמלה *simláh* שלמה *salmáh.* ἐσθής, ἔσθημα, στολή. GALL. *Vestement, habillement.* ITAL. *Vesta.* GERM. Ein kleyd. HISP. *Vestidura.* ANGL. *A garment or vesture.*} Et est generale nomen, quoduis significans indumentum, tam virile, quàm muliebre, quo continentur omnia lanea, linea, serica, bombycina, quæ induendi, præcingendi, tegendi, amiciendi, insternendi, accubandíve causa apparata sunt, & quæ accessionis iure cedunt, cuiusmodi sunt institæ, picturæ, clauíque quæ vestibus insuuntur. Cic. *7.Verr.* Illi ad deprecandum periculum proferebant; alij purpuram Tyriam, thus atque odores, vestémque lineam, gemmas alij, & margaritas. Quintil. *lib.11. c.1.* Monilia & margaritæ, vestis longa, sunt ornamenta fœminarum. Virg. *lib.9.Æneid.*

Diues equûm, diues pictai vestis, & auri.

Cicer. *2.Philipp.* Maximus vini numerus fuit permagnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis multa & lauta supellex, & magnifica, multis locis, &c. Catull. *ad Ortalum,*

——— Molli sub veste locatum (malum.)

Plaut. *Mostell.sc.3.a.1.* Contempla satin' hæc me vestis doceat. Ouid. *13.Metam.*

——— Vestémque manu diduxit.

Ibid. sumptæ fallacia vestis deceperat omnes. Plaut. *Prolog.Capt.* Inter se commutant vestem & nomina. Velleius, Mutata veste, & habitum dissimilem fortunæ suæ indutus. Plaut. *Curc.sc.3.a.2.* Emi virginem, vestem, aurum. Fulget vestis Tibul. *lib.4.* Nitescit. Ouid. *6.Fast.* ¶ Veste candida reus Scipio vti non desiit. Gell. *c.4.lib.3.* ¶ Vestis longa est fœminarum. Quintil. ¶ Vestes barbaricæ, i. Phrygiæ (vnde & *barbaricarij* in iure ciuili, & acupictæ. Lucret.

Iam tibi barbarica vestes, Melibœaque fulgens.

¶ Ponitur interdum vestis pro barba ἥβη. Virg. *7.Æneid.*

Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis.

Vbi Seruius, Vestis, hoc est, barba vnde è contra inuestes dicimus im-

berbes: vnde est, Tunc mihi prima genas vestibat flore iuuenta. Lucret. *lib.* 5.

Nec minus incerto dentes cadere imperat ætas
Tempore, & impubem molli pubescere veste.

Veste, hoc est, pilo & lanugine seu prima barba. ¶ Vestis item pro leberide, id est, spolio serpentis. Lucr. *lib.* 4.

———*& item quum lubrica serpens*
Exuit in spinis vestem.

‖Vestes scindere. frequens mos veteribus in perturbatione. Drus.

Vestificina, vestium confectio. Tertull.‖

Vestio, is, iui, itum, Vestem induo, tego, obduco, sepio. {לבש labásch. ἱματίζω, ἀμφιέννυμι, σπάζω. GALL. *Vestir.* ITAL. *Vestire.* GERM. Kleyden. HISP. *Vestir.* ANGL. *To apparell, to put on a garment.*} Plaut. *in Casin.* Vir te vestiat, tu virum despolies. Cicer. *pro Sex. Rosc.* Quasi verò nescias hunc ali & vestiri à Cælia, &c. Idem 2. *de natur. deor.* Primum oculos membranis tenuissimis vestiuit, & sepsit. Vestiuit, id est, operuit, muniuit, contexit, velauit. Columell. *lib.* 4. transtulit ad arbores, Vbi se frondibus vestierint, teneris caulibus, necdum adultis, modus adhibendus est. Vestire agrum vineis, apud eundem *lib.* 3. *c.* 7. Vestire gramine ripas, apud eundem *lib.* 8. *c.* 5. Vestiti montes syluis, apud Liuium 2. *bell. Maced.* Vestire parietes tabulis, Cicer. 6. *Verr.* Vestiti pilo, Plin. *lib.* 9. *c.* 13. Vestita floribus terra, arboribus, frugibúsque, &c. apud Cic. 2. *de natur. deor.* Plin. *lib.* 2. *Epist.* 17. Hortum morus, & frequens vestit, id est, contegit, ornat. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Quando te auratam & vestitam bene habet. Quintil. Res quæ vestiuntur illo habitu. Idem *c.* 9. *lib.* 2. Aridum (ingenium) alemus & quasi vestiemus, &c. ¶ Vestitus vestem. Plaut. *Epid.*—viden' veneficam? B. Sed vestita aurata ornamenta, vt lepidè, vt concinnè, vt nouè? ¶ Genas vestitus, id est barbatus. Senec. *Hercule OEtæo,* Nondum teneras vestite genas. ¶ Huius composita sunt, Conuestio, circumuestio, superuestio: quorum significata explicantur suis locis.

Vestitor, qui vestes facit, sartor, ἀκεστής. Lamprid. *in Alex. Seuero,* Ita vt annonas non dignitates acciperent fullones, & vestitores & pictores.

Vestitus, us, Vestimentum, siue vestis. {לבוש lebúsch בגד béghedh. ἐσθής, ἔνδυμα, στολή. GALL. *Vestement.* ITAL. *Vesta.* GERM. Kleydung. HISP. *Vestidura.* ANGL. *Apparell or rayement.*} Plaut. *Amphitr.* Amphitruo fio & vestitum immuto meum. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Me seruire apud te sa turum sumptu & vestitu tuo. Plin. *lib.* 8. *c.* 22. Vestitúque in quercu suspenso: tranare atque abire in deserta. Cicer. 1. *de natur. deor.* Reliquos deos ea facie nouimus, qua pictores, fictorésque voluerunt: neque solùm facie, sed etiam ornatu, ætate, vestitu. ¶ Orationis vestitus. Idem *de clar. Orat.* Concinnitas illa crebritásque sententiarum pristina manebat: sed ea vestitu illo orationis quo consueuerat ornata non erat. Montium vestitus densissimi. Idem 2. *de natur. deorum,* Riparum vestitus viridissimi. Idem *ibidem,* Vit muliebri indutus vestitu. Idem *ad Attic. lib.* 1.

Vestimentum, i, Vestis. {לבוש lebúsch בגד béghedh. ἐσθής ἐπίβλημα, ἱμάτιον, ἔνδυμα. GALL. *Vestement, habillement.* ITAL. *Vesta, habito.* GERM. Ein kleyd. HISP. *Vestidura.* ANGL. *A garment or vesture.*} Cic. *pro Mil.* Milo autem quum in Senatu fuisset eo die, quoad senatus demissus est, domum venit, calceos & vestimenta mutauit. Horat. 1. *Epist.* 18. Vestimenta dabat pretiosa, &c. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Nudo detrahere vestimenta, &c. ¶ Vestimentum aliquando Iureconsultis idem est, quod pannus, apertissimè *in l. vestimentum ff. de auro & argento legat.* Vestimentum, id est, quod detextum est, etsi dissectum non sit, id est, si sit consummatum, quod in tela est nondum pertextum vel detextum, contextum appellatur.

Vestiarium, ij, locus in quo vestes vel seruantur, vel venduntur. {ἱματιοθήκη, ἱματιοφυλάκιον. GALL. *Garderobbe, lieu à serrer habillemens.* ITAL. *Guarda vesti.* GERM. Ein kleyderkast/ oder kleydergaden/ gewandtkammer. HISP. *Lugar donde se ponen los vestidos para guardar ò vender.* ANGL. *Whore clothes ar keept, or sett out to be solde a warderobe.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 8. Vestiarium etiam contra teredines, ac noxia animalia amurca aspergi. ¶ Aliquando vestiarij nomine vestitus intelligitur ἱματισμός, σολισμός. Col. *lib.* 8. Tantóque curiosior inquisitio patris familias debet esse pro tali genere seruorum, aut in vestiariis, aut in cæteris præbitis iniuriosè tractentur. Senec. *c.* 8. *de tranq.* Familia vestiarium petit victúmque. Vide in dictione *Calcearium.*

Vestiarius, qui vestiario præest, aut vestes vendit. {ἱματιοπώλης. GALL. *Faiseur ou vendeur d'habits.* ITAL. *Chi fa ò vende vesti.* GERM. Ein gewandtmeyster/oder ein kleyder verkeuffer. HISP. *El que haze ò vende vestiduras.* ANGL. *A maker or seller of clathes.*} ¶ Aliquando adiectiuum est: vt, Vestiaria arca, apud Catonem *lib.* 11. in qua vestes reponuntur, & conseruantur.

Vestispicus, i, & Vestispicæ, Seruus siue ancilla custodiens vestes, quòd frequenti diligentia vestes inspiciat. {ἱματιοφύλαξ. GALL. *Celuy ou celle qui garde les habits ou habillements, qui prend garde qu'ils soyent nets & ne se gastent.* ITAL. *Guarda vesti.* GERM. Einer oder eine so zu den kleyderen lugt/ vnd die verwaret. HISP. *El que alimpia las vestiduras y las guarda.* ANGL. *He or she that keepet the warderobes.*} Plaut. *in Trin.* —ducitur familia tota, Vestispici, victor, auricustos. Afran. Noui non insciam ancillulam vespere & vestispicam.

Vestiplica ancilla. Quintil. *declam.* 363.

Vestitissimus, a, um, quod est optimè vestitum. Colum. *lib.* 7. *c.* 3. Id pecus, quamuis ex omnibus animalibus vestitissimum, frigoris tamen impatientissimum est de ouibus.

Vesulus, βέσυλος, mons Liguriæ iuxta Alpes, inter cæteros clarissimus, ex cuius radicibus Padus erumpit, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 16. Virg. 10. *Æneid.*

Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quos pinifer annos
Defendit.

Vesuntium, ij, & Vesuntio, nis, GALL. *Besançon.* Burgundiæ comitatus vrbs nobilissima quam mediam secat Dubis fluuius. *Vesuuius*, vide *Veseuus.*

Veter, is, Adiect. trium generum, Senex, vetustus. {ישן jaschén עתיק 'hattik זקן zakén ישיש jaschisch קדמון kadhmón. γηραιός, παλαιός. GALL. *Vieil, ancien.* ITAL. *Vecchio, antiquo.* GERM. Alt. HISP. *Viejo, anciano.* ANGL. *Old, ancient.*} Ennius,

Quum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo.

Veterior, & Veterrimus. Plaut. *in Bacch.* Senem illum ego tibi dedo veteriorem, lepidè vt lenitum reddas. Trebat. Cicer. Pro nostro veterrimo, verissimóque amore. Virg. 2. *Æneid.*

Ingens ara fuit iuxtáque veterrima laurus.

Tacit. *lib.* 5. Arsacem liberorum suorum veterrimum imposuit. id est, maximum natu. Cic. *de Amicitia,* Veterrima quæque (vt ea vina, quæ vetustatem ferunt) esse debent suauissima.

Veteramenta, Veteramentarius, Veteranus, Veterator, vide *Vetus.*

VETERINVS, a, um, adiectiuum: vt, Veterina animalia. {ζῶα φορτοφόρα. GALL. *Cheuaux, ou mulets, ou autres bestes qui portent somme.* ITAL. *Ogni bestia da soma, come caualli, muli, asini, & simili.* GERM. Lastbare thier so man braucht allerley bürde zutragen. HISP. *Qualquier bestia para cargas.* ANGL. *That carieth or beareth burdens.*} Dicuntur ad vecturam idonea, quæ aliquid vehere possunt. Ita dicta, quasi venterina, teste Festo, quòd ad ventrem onus religatum gerant: vel potiùs à vehendo, quasi veherina. Plin. *lib.* 11. *cap.* 46. Vngulæ veterino tantùm generi renascuntur. ¶ Legitur & veterinum substantiuè, pro animali veterino: hoc est, vecturæ idoneo. ζῶον φορτοφόρον. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Ætas veterinorum, dentibus indicatur.

Veterinarius, ij, qui Veterinorum curam gerit, & veterina ducit, qui apud nos consueuit etiam illa locanda domi nutricare ad quæstum. {κτηνιατρός. GALL. *Muletier, palefrenier, mareschal.* ITAL. *Mulatiero, palefreniero, marescalco.* GERM. Einer der lastbare thier erhalt/ oder fürt/ein seumer/mauleseltreiber. HISP. *Albeytar de tales bestias.* ANGL. *He that letteth horses or mules to hire, or horse courser, hackneyman.*} Vnde equos, mulos, asinos, meritorios vocamus. Colum. *lib.* 11. *c.* 1. Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus fossor, aut fœni sector, nec minus arborator, & vinitor, tum etiam veterinarius, & probus pastor. ¶ Veterinarij item, medici sunt veterinorum, quos nunc vulgus *Marescalos* appellat, ἱππιατροί, κτηνιατροί, Colum. *lib.* 6. *c.* 8. Solent etiam fastidia sibi afferre vitiosa incrementa linguæ, quas ranas veterinarij vocant.

Veterinarius, a, um, quod ad veterina animalia pertinet. {κτηνιατρικός. GALL. *Appartenant à bestes de charge.* ITAL. *Pertinente à bestie di soma.* GERM. Das zu lastbaren thieren oder saumrossen gehört. HISP. *Perteneciente à bestias de carga.* ANGL. *Belonging to cariage beastes.*} vt, Medicina veterinaria, κτηνιατρεία, ἱππιατρεία. Columell. *lib.* 6. *cap.* 3. Quare veterinariæ medicinæ prudens esse debet pecoris magister.

VETERNVS, i, morbus est nascens ex humoribus frigidis cerebrum infestantibus, memoriam simul & rationem tollens, ineuitabilémque dormiendi necessitatem inducens. {λήθαργος. GALL. *Lethargie, maladie, qui rend les gens endormis & paresseux.* ITAL. *Infermità per troppo otio, laquale induce estremo sonno.* GERM. Die schlaffsucht. HISP. *Dolencia que haze mucho adormecer.* ANGL. *A drowsie disease engendring trough idlenesse, a continuall desire of sleeping.*} Plaut. *in Men.* Num eum veternus, aut aqua intercus tenet? Et quia hic morbus pigros homines facit, & ad negotia inutiles, quemadmodum senectus, ideo veternus quandoque pro pigritia ponitur. {עצלה 'hatsláh עצלות 'hatslúth. νωθρότης. GALL. *Faitardise.* ITAL. *Dapocaggine, tardezza.* HISP. *Ociosidad ò pereza.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Nec torpere graui passus sua regna veterno.

Cicer. *lib.* 6. *Epist.* Nisi ego cum tabernariis & aquariis depugnassem, veternus occupasset ciuitatem. ¶ Quandoque pro nimia dormitione. Plin. *lib.* 8. *c.* 36. Primis diebus bis septenis tam graui somno vrsi premuntur, vt ne vulneribus quidem excitari queant, tunc mirum in modum veterno pinguescunt.

‖Veterna, vitia, Tert.‖

Veternosus, qui veterno, hoc est, lethargo laborat, ληθαργικός. ¶ Per translationem tamen sumitur pro somnolento, & segni. {עצל 'hatsél. νωθρός, ὑπνηρός. GALL. *Endormi & appesanti, paresseux & faitard.* ITAL. *Addormentato, tardo.* GERM. Schläfferig. HISP. *Adormecido, ocioso, perezoso.* ANGL. *That hath a drousie disease and sleepeth much.*} Terent. *in Eunuch.* Hic est vetus, vietus, veternosus, senex. Quo in loco idem *in Eunuch.* vocat veternosum, quòd tardus esset, & segnis, ac si veternum pateretur. Senec. *Epist.* 83. Veternosissimum artificium Dialecticorum, &c. ¶ Cato verò Veternosum appellat hydropicum, quum inquit, Veternosus quàm plurimùm bibit, tam plurimùm sitit.

Vetero, vide *Vetus.*

VETO, as, ui, tum, Prohibeo, absterreo, interdico & impero ne quid fiat. {מנע manáh כלה chaláh כלא chalá. παραγγέλλω, κωλύω. GALL. *Defendre de faire quelque chose, prohiber.* ITAL. *Vietare, prohibere.* GERM. Verbieten/wehren. HISP. *Vedar.* ANGL. *To forbid.*} Liu. *lib.* 2. Illi victi ira, vetuêre reddi. Terent. *in Phorm.* Aruspex vetuit ante brumam aliquid noui Negotij incipere. Cæsar 2. *bell. Gall.* Et quòd ab opere singulisque legionibus singulos legatos Cæsar discedere, nisi munitis castris, vetuerat. Cic. 5. *Verr.* Vetat te Volcatius tuæ tuorúmque deliciæ, mentionem mancipis facere. Virg. 1. *Æneid.*

Quippe vetor fatis.

Horat. 1. *Serm.*

———*ridentem dicere verum Quid vetat?*

Virg. 10. *Eclog.*

———*non me vlla vetabunt*
Frigora Parthenios canibus circumdare saltus.

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Hoc (nempe argenti spes) me vetat vim facere. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Si lubet neque veto, neque iubeo. ¶ Potentior lex & magistratus qui vetat, quàm qui iubet, vel permittit: quia in vetante pœna est, Quintil. *Declamat.* 374. ¶ Legitur etiam præteritum vetaui, & supinum vetatum. Pers. *Sat.* 5. Excepto si quid Masuri rubrica vetauit. Quo tamen in loco nonnulli Notauit, legendum contendunt. ¶ A veto, quamuis supinum faciat vetitum, participium tamen futuri temporis deducitur vetaturus, non vetiturus. Item verbale vetatio, non vetitio, authore Valla *lib.* 1.

Vetans, antis, participium. {מנע minéáh. κωλύων. GALL. *Qui defend & prohibe.*

prohibe. ITAL. *Chi prohibisce & vieta.* GERM. Verbietend/wehrend. HISP. *Que veda, vedador.* ANGL. *That forbiddeth.*} Cicer. 2. *de Legibus*, Ita principem legem illam, & vltimam, mentem esse dicebant omnia ratione aut cogentis, aut vetantis Dei.

Vĕtĭtus, præteriti participium. {נמנע *nimnáh* כלוא *chalú.* κωλυθεὶς, ἀπαγορευθεὶς. GALL. *Prohibé, defendu.* ITAL. *Vietato.* GERM. Verbotten. HISP. *Vedado.* ANGL. *Forbidden.*} Virg. 6. *Æneid.*

Hic thalamum inuasit nata, vetitósque hymenæos.

Ouid. 2. *Metam.*

——*vetito tentarunt æquore tingi.*

Horat. 1. *Carm. Ode* 3.

Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——*Ob artes*
Quas ratus es vetitos solicitasse toros.

¶ *Votitam* pro vetitam videtur dixisse Plaut. *in Asin. sc.* 1. *a.* 3. licèt Nonius aliter exponat.

Vĕtĭtum, i, substantiuum, Prohibitum. {נמנע *nimnáh.* τὸ κωλυθὲν, τὸ ἀπαγορευθὲν. GALL. *Chose defendue.* ITAL. *Cosa vietata.* GERM. Ein verbott. HISP. *Cosa vedada.* ANGL. *A thing forbidden.*} Virg. 10. *Æneid.*

Quæ contra vetitum discordia?

Ouid. 3. *de Arte amandi*,

Nitimur in vetitum semper, cupimúsque negata.

Idem *lib.* 1. *Fast.*

Sed iam de vetito quæ parabat opera.

Vetŏnēs, Hispaniæ citerioris populi, inter Tagum & Diriam amnes siti, Carpetanis ad Occasum proximi: à quibus herbâ nobilissima, quam Græci κίςρον vocant, Vetoniæ siue Betoniæ nomen accepit. Vide Plin. *lib.* 2. *c.* 3. & *lib.* 4. *c.* 20. & 22. & *lib.* 25. *cap.* 8. Nonnulli etiam Vettones vocant geminato tt, quidam etiam Vectones: vt apud Lucan. *lib.* 4. Vectonésque leues, &c.

Vĕtŏnĭcă, vide *Betonica.*

VETVLONIVM, Βετυλώνιον Ptolemæo, siue *Vetulonia*, æ, Vrbium Hetruriæ, quum Mæonij eam obtinerent, caput: cuius meminit Silius *lib.* 8. Mæoniæque decus quondam Vetulonia gentis. Plin. *lib.* 2. *c.* 103. Vetulonios appellat, Patauinorum (inquit) aquis calidis herbæ innascuntur virentes, Pisanorum ranæ, ad Vetulonios in Hetruria non procul à mari, pisces.

Vĕtŭlŏnĭensēs populi, Vetuloniam incolentes, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Veturium, Mamurrium, Plutarch. *in Numa.*

VETVS, eris, omnis gen. olim Veter. Antiquum, & multorum annorum, mensium aut dierum significat, secundùm id, cui adiectum est. {ישן *jaschén* עתיק *hattik* זקן *zakén* ישיש *jaschisch* קדמון *kadhmón.* παλαιὸς, ἀρχαῖος. GALL. *Vieil, ancien.* ITAL. *Vecchio, antiquo.* GERM. Alt. HISP. *Viejo, anciano.* ANGL. *Old, ancient.*} Plaut. *in Truc.* Vetus est materia. Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* Veteris homo potentiæ. Cicer. *pro Cæcin.* At verò hoc quidem iam vetus, & maiorum exemplo multis in rebus vsitatum. Quidam dici putant, quasi vietus: hoc est, sine vi, ætas enim debilitat vires. Alij à Ve, pro valde, & ætas. id est, ab ætatis magnitudine: Ve enim particula augendæ rei valet, vt docet Gell. *c.* 5. *lib.* 16. & *c.* 12. *lib.* 5. Et plerunque in laude ponitur. Vnde dicimus. Apud veteres: eos videlicet autoritatis plenos significantes. Item Vetus Falernum, quod per ætatem vires acquisiuit. & Vetus Vrbs, pro Roma, apud Suet. *in Ner. c.* 16. ¶ Interdum ad vituperationem refertur, & pro carioso, seu rancido ponitur, próque eo quod ætate iam deterius est effectum. Terent. *in Andr.*—sed qui maleuoli Veteris poëtæ maledictis respondeat. Vetus adagium, vetus verbum, id est, iam diu vsurpatum, & à veteribus etiam dictum. Plaut. *in Amph.* Vetus est adagium, fames & mora Bilem in nasum conciunt. Terent. *in Adelph.* Nam vetus verbum hoc quidem est, Communia esse amicorum inter se omnia. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Ex hoc sepulcro vetere viginti minas effodiam. (id est, ex hoc rancido, fœtido sene.) Rursus *ibid. sc.* 1. *a.* 2. Ad oppidum hoc vetus exercitum obducam (id est, senem.) Apud Tibullum verò, Veteres mutare figuras, (id est, priores.) Cornel. Fronto, inter antiquum & vetus ita distinguit: Vetus est, inquit, quod est multorum annorum: Antiquum, quod excessit patrum memoriam. Plaut. *Prolog. Amph.* Veterem atque antiquam rem nouam ad vos proferam. ¶ Ius tenere, Gell. *c.* 12. *lib.* 13. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Veteris vetusti (vini) cupida sum. Item, Sub veteribus Romæ locus. Suet. *in Aug. c.* 100.

Vĕtŭlŭs, diminutiuum. {ישן *jaschén* עתיק *hattik* זקן *zakén* ישיש *jaschisch* קדמון *kadhmón.* γερόντιον. GALL. *Vieillard, vieillot.* ITAL. *Vecchietto.* GERM. Ziemlich alt/altlecht. HISP. *Viejecillo.* ANGL. *Somewhat old.*} Plaut. *in Epid.* Quales volo vetulos deos. Horat. 4. *Carm. Od.* 13.

Seruatura diu partem cornicis vetula temporibus
Lucem, &c.

Arbor vetula. Cicer. 5. *de fin.* Itáque & viuere vitem & mori dicimus: arborémque & nouellam, & vetulam: & vigere, & senescere. Equus vetulus. Idem *de Amic.* Num quando amici noui digni amicitia, veteribus sint anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere solemus. Falernum vetulum. Catul. *Epigr.* 24.

Minister vetuli puer Falerni.

Vinum vetulum. Columell. *lib.* 10. Brachia iactantes vetulo marcentia vino.

Vĕtustŭs, a, um, antiquus, priscus. {ישן *jaschén* עתיק *hattik* זקן *zaken* ישיש *jaschisch* קדמון *kadhmón.* ἀρχαῖος. GALL. *Vieil, ancien, antique.* ITAL. *Vecchio, antiquo.* GERM. Alt. HISP. *Viejo, anciano.* ANGL. *Old, ancient, of great antiquitie.*} Liu. *lib.* 1. Posse quidem se vetusto iure agere. Cic. *Acilio lib.* 13. Cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est. Idem *de clar. Orat.* Sed multo tamen vetustior, & horridior ille, quàm Scipio. Ouid. 2. *Fast.*

Tybri doce verum, tua ripa vetustior vrbe est.

Virg. 2. *Æneid.*

Est vrbe egressis tumulus, templúmque vetustum
Deserta Cereris, iuxtáque antiqua cupressus
Religione patrum multos seruata per annos.

Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Vt veteris vetusti (vini sup.) cupida sum. Plin. *lib.* 25. *cap.* 2. Vt Æschylus è vetustissimis in poëtica refertam Italiam herbarum potentia proderet. Tacit. *lib.* 2. Qui Vononem vetustissimum liberorum eius accirent. hoc est, maximum natu.

Vĕtŭstē, aduerb. Antiquè. {ἀρχαίως. GALL. *Anciennement.* ITAL. *Anticamente.* GERM. Von altem här. HISP. *Vieja y antiguamente.* ANGL. *Anciently.*} Plin. *lib.* 27. *c.* 7. Vetustissimè in vsu est, hoc est, diutissimè conseruatum in vsu est.

Vĕtustās, atis, Antiquitas. {קדם *kédhem* קדמה *kadhmáh.* ἀρχαιότης. GALL. *Viellesse, ancienneté.* ITAL. *Vecchiezza, antichita.* GERM. Die alte. HISP. *Vejez.* ANGL. *Ancientie, oldnesse, eldertime.*} Plin. *lib.* 27. *c.* 7. Nix vetustate rubescit. Liu. 10. *ab Vrbe*, Nec quidquid quoque anno actum sit in tanta vetustate non rerum modò, sed etiam autorum, digerere possis. Cicer. *de Amicitia*, Magna est vis vetustatis & consuetudinis. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

——*Tacito pede lapsa vetustas Cuncta attenuat.*

Quintil. Vetustatem perferre dicuntur auctores qui ad nos peruenerunt. Ouid. 5. *Metam.*

Tempus edax rerum, túque inuidiosa vetustas
Omnia destruitis, vitiataque dentibus æui
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Vĕtūstēsco, is, Inueterasco, vetustatē acquiro. {עתק *hatták* בלה *baláh.* παλαιόομαι. GALL. *Enuieillir.* ITAL. *Inuecchiare, diuenir vecchio.* GERM. Altern/alt werden. HISP. *Enuejecerse.* ANGL. *To waxe old or ancient.*} Colum. *lib.* 1. *cap.* 7. Apothecæ rectè superponuntur his locis, vnde plerunque fumus eorum exoritur, quum vina celeriùs vetustescunt, quæ fumi quodam genere præcocem maturitatem trahunt.

Vĕtĕro, as, vetustesco, vetustatem acquiro. {עתק *hathák* בלה *baláh.* παλαιόομαι. GALL. *Enuieillir.* ITAL. *Inuecchiare.* GERM. Altern/alt werden. HISP. *Enuejecer.* ANGL. *To waxe old.*} Cels. *lib.* 3. *cap.* 12. In his autem febribus quæ veterauerunt, vtilis fames non est. ¶ Hinc compositum Inuetero, & augmentatiuum Veterasco, quæ sunt eiusdem significationis. Colum. *lib.* 2. *cap.* 15. Aptior est tamen surculus hominis vrina, quam sex mensibus passus fueris veterascere, si viribus aut pomorum arboribus adhibeas. ¶ Ab hoc fit Inueterasco, quod est valde vetus fio, seu valdè in consuetudinem venio. ¶ Nigidius differentiam ponit inter vetustescere & veterascere: quòd quæ vetustate deteriora fiunt, vetustescere dicantur: veterascere, quæ meliora. Col. verò *lib.* 6. docet veterascere, seu inueterascere, non semper in melius dici: cuius hæc sunt verba, Sed si iam inueterauerit morbus, vehementioribus est opus remediis.

Vĕtĕrāsco, veterascis, Vetus fio, vetustatem contraho: quod vetustescere dicimus. {עתק *hathák* בלה *boláh.* παλαιόομαι. GALL. *Enuieillir.* ITAL. *Inuecchiare.* GERM. Altern/alt werden. HISP. *Enuejecerse.* ANGL. *To waxe old.*} Colum. *lib.* 2. *c.* 14. Aptior tamen est surculis hominis vrina, quum sex mensibus passus fueris veterascere.

Vĕtĕrātŏr, is, Homo veteris astutiæ, vt inquit Donatus, & in omni re callidus: à multarum rerum gerendarum vetustate. {ערום *harúm.* παλίμπρατος, παλίμβολος, πανοῦργος. GALL. *Fin, cauteleux & rusé de long temps.* ITAL. *Gratia vecchia, trincato, scelerato, cattiuo, tristo, di mal pelo.* GERM. Ein alter schalck/der allzeit arglistig gewäsen ist/vnd nicht darinn beharret. HISP. *Astuto, malicioso, engañoso, enuejecido en su arte.* ANGL. *An old craftie knaue, long acquanted and neezeled in falshood.*} Terent. *in Heaut.* Idem istuc mihi venit in mentem. c. veterator. Idem *in Andria*, Quid hic vult veterator sibi? ¶ Veterator, inquit Budæus, est qui diuturna ac multiplici, & sæpè commutata seruitute astutus & vafer euasit: quod genus seruorum olim minori erat in pretio quàm nouitiorum: vnde ab Ædilibus præceptum erat, referente Vlpiano, ne veterator pro nouitio veniret. ¶ Veterator & ad liberos homines transfertur, pro eo qui quouis instituto astutia plurimùm pollet. Cic. *lib.* 2. *de fin.* Acutum, versutum, veteratorem facilè vt excogitet quomodo occultè sine teste, sine vllo conscio fallat. Gell. *lib.* 3. *c.* 1. Videbatur esse in literis veterator. ¶ Veterator aduocatus dici hodie potest, non qui diu, ac multum in foro versatus, omnes litium trahendarum anfractus, omnes ambagiosas fugitandi ludificationes, omnes prehensiones, nexúsque lubrici litium certaminis, qui in ancipiti forensium salebrarum Marte bellissimè insidi● disponere, atque etiam prouidere nouit: sed is propriè (vt vno verbo absoluam) qui eam se artem scire, atque exercere profitetur, qua causa inferior, superior euadere, vel reclamare æquo bonóve possit. Bud.

Vĕtĕrātōrĭus, a, um, Subdolus, impostorius, vafer, astutus. {ערום *harúm.* πανοῦργος, ἀπατηλὸς, κακοηθικός. GALL. *Cauteleux, fin, rusé.* ITAL. *Ingannatore, astuto.* GERM. Arglistig/vol lang geübtes betrugs. HISP. *Engañador, astuto.* ANGL. *Guilfull, subtil, wilie.*} Cic. *in Verr.* Nihil ab isto tectum, nihil veteratorium expectaueritis: omnia aperta, omnia perspicua reperientur.

Vĕtĕrātōrĭē, aduerb. Astutè, callidè, malitiosè. {πανούργως. GALL. *Par ruse & finesse, cauteleusement.* ITAL. *Astutamente, con cautele.* GERM. Arglistiglich. HISP. *Engañosamente, cautelosamente.* ANGL. *By deceit, lik an old foxe.*} Cic. *in Oratore*, Ille enim summissus: quòd acutè, & veteratoriè dicit, &c.

Vĕtĕrātrīx, icis, fœmina in astutiis, & fraudibus exercitatissima. {ערומה *harummáh.* πανοῦργος, ἡ.}

Veteramenta, vetera coria. καττύματα, παλίμπηγα, παλινδίεια. Hadr. Iunius *Nomencl.*

Veteraria, videtur Senec. vocare apothecas frugum veterum, *Epist.* 115. Aspice veteraria nostra, & plena multorum seculorum vindemiis horrea. Alij legunt *ventaria*, sed nullo sensu.

Vĕtĕrāmentārĭus sutor, Calcearius, qui veteres calceos reficit. {καττυμάτων ῥάπτης, seu πιλητής. GALL. *Sauetier.* ITAL. *Ciabattino.* GERM. Ein schuchbletzer. HISP. *El remendon de çapatos, çapatero de viejo.* ANGL. *A souter or cobler.*} Eáque forma dicitur veteramentarius, qua ab armento armentarius, à ferramento, ferramentarius. Sueton. *in Vitel.* Cassius Seuerus, nec minus alij, eundem & sutorem veteramentarium prodiderunt.

Vĕtĕrānus, a, um, Vetus. {ישן *jaschén.* παλαιός. GALL. *Vieillard, ancien.* ITAL. *Vecchio, veterano, prattico.* GERM. Alt. HISP. *Viejo, anciano.* ANGL.

ANGL. *Old, ancient.*} Liu. *lib.1.bell. Pun.* Pœnum hostem veteranum, trium & viginti annorum militia durissimas inter Hispanas gentes semper victorem. Vnde veterana mancipia, quæ à nouitiis distinguuntur. Veterana, quæ anno nondum seruierunt, vt ait Martianus de Publicanis & vectigalibus. ¶ Veterani milites, qui multis annis stipendia fecerunt, & diuturno vsu in re militari sunt exercitati. Budæus *in libro de asse*, ex autoritate Taciti, ostendit eos propriè dictos esse veteranos, qui stipendia quidem legitima confecerant, adhuc tamen sub vexillo continebantur, quoad militiæ præmia, coloniásque acciperent, ab omni interim onere immunes, præterquam propulsandi hostis. Stipendiorum autem legitimorum tempus non semper idem fuit. Constat enim quosdam tricena, alios quadragena implesse stipendia. Sub initium autem principatus Tiberij, suborta hoc nomine seditione in castris Pannonicis, placuit, post senadena stipendia milites exautorari, quatuórque post annos, antequam missionem adipiscerentur, sub vexillis retineri, indulgentiore militiæ genere: quo tempore Veterani dicebantur. Cic.2. *Tusc.* Ergo hæc veteranus miles facere poterit: doctus vir, sapiens facere non poterit. Cæs. *lib.1. bell. Gall.* Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quatuor veteranorum. Lucan. *lib.1.* Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabuntur, Quæ noster veteranus aret. Senec. *c.3. de cons. ad Heluiam*, Veterani cùm curantur, se præbent tacitos. Item, Veteranorum commoda. GALL. *Priuileges.* apud Suet. *in Neron. c.32.* Item, Veteranæ legiones, Cæsar *lib. de bell. ciu.* Veteranum pecus. Col. *lib.6.c.2.* Verùm ista sic agenda præcipimus, si veteranum pecus non aderit. Veteranæ vites dicuntur veteres, & antiquæ. Idem *lib.3.c.15.* Deinde eam velut veteranam vitem totam exputare, & ad vnam materiam firmissimam redigere.

Vetrale, vide *Ventrale.*

VEXILLVM, i, Signum militare. {נס *nes* דגל *déghel.* σημεῖον. GALL. *Baniere, enseigne, estendart.* ITAL. *Bandiera.* GERM. Ein fendlin/panier/feldzeichen. HISP. *Bandera.* ANGL. *A slaghe, enseigne, or standered.*} Cæs.2. *bell. Gall.* Vexillum proponendum, quod erat insigne, quum ad arma concurri oporteret. Tacit. *lib.1.* Postquam turbatum in castris accepêre, vexilla conuellunt. Cic. *in Orat.* docet velum à vexillo factum, vt à paxillo palum, à taxillo talum, extritis tribus literis, gratia vitandi durioris soni. ¶ Vexillum autem continebat homines centum octoginta sex, teste Liu. *lib.8. ab Vrb.* ¶ Vexillo signum dare, dictum postea Tuba. Cæs. *lib.3. de bell. ciu.* Et apertiùs *lib.2. de bell. Gall.* ¶ Vexillum flagitare dicuntur milites qui exautorari volunt. Tacit. Nocte concubia vexillum in domo Germani situm flagitare occipiunt. Vide *Vexillatio.* ¶ Vexillum tollere, apud Cic. *in Philipp.*

Vexillifer, Signifer, gestator vexilli, quem & Aquiliferum vocabant Romani. {נסס *nosés.* σημειοφόρος. GALL. *Port'enseigne, guidon.* ITAL. *Banderaro, alfiero.* GERM. Ein fenderich/panerherr. HISP. *Alferez.* ANGL. *That beareth à standerd.*}

Vexillarius, Signifer, qui vexillum fert. {נסס *nosés.* σημειοφόρος. GALL. *Port'enseigne, guidon.* ITAL. *Banderaro, alfiero.* GERM. Fenderich/panerherr/zeichentrager. ANGL. *Alferez.*} Liuius *lib.8.* Ordo ter sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium vnum habet.

Vexillatio, quid significet, declarat Vegetius *lib.2.c.1.* Equitum (inquit) alæ dicuntur ab eo, quòd ad similitudinem alarum ab vtraque parte protegant acies, quæ nunc Vexillationes vocantur, à velo: quia velis, hoc est, flammulis vtuntur. Suet. *in Galba c.20.* Illud mirum admodum fuerit, neque præsentium quenquam opem Imperatori ferre conatum, & omnes qui accerserentur, spreuisse nuntium, excepta Germanicorum vexillatione. id est, cohorte militum qui confectis emeritísque stipendiis sub vexillis etiamnum habebuntur, vsquedum commoda & agros acciperent. Vide *Vexillum.* Adrian. Turneb. eo in loco cohortem militum intelligit, qui emeritis stipendiis sub vexillo etiamnum habebantur. {ὁ λόχος, ἡ ἴλη. GALL. *Vne compagnie des gens de guerre estans sous vne enseigne.* ITAL. *Compagnia de soldati sotto vna bandiera.* GERM. Ein fendlin knecht. HISP. *Compañia de hombres armados so vn alferez.* ANGL. *A bande of men of warre vnder one standerd.*}

VEXO, as, Agito, molesto, perturbo, infesto, populor, diripio, & huc atque illuc distraho. {ענה *hinnáh* עצב *hatsab* הכאיב *hicheib* המם *hamám* שדד *schadhádh* סחב *sachab* גרף *gharáph.* ταράσσω, ἀποκναίω, ὠθίζω, ταλαιπωρῶ. GALL. *Vexer, tourmenter, harceler, tempester.* ITAL. *Disturbare, molestare, noiare.* GERM. Plagen/vbel bemühen/vnrüwig machen/vexieren. HISP. *Fatigar, molestar, enojar.* ANG. *To vexe, to torment, to trouble.*} Tractum ab eo quod est veho, in quo inest iam vis quædam alieni arbitrij: non enim sui potens est, qui vehitur. Vexare autem vi atque motu proculdubio vastiore est. Nam qui raptatur, & huc atque illuc distrahitur (vt inquit Gell. *lib.2.c.6.*) vexari propriè dicitur: sicut taxare, pressiùs, crebriúsque tangere. Iactare, multò fusiùs, largiúsque iacere. Quassare etiam, quàm quatere, grauiùs violentiúsque. Cicer.2. *Verr.* Quam iste per triennium ita vexauit ac perdidit, vt eà restitui in antiquum statum nullo modo possit. de Sicilia loquitur: in quem locum Asconius, nimirum Vexauit, ingentis calamitatis vsum significat: nam & ipse suprà sic ait, Populatæ, vexatæ, funditus euersæ prouinciæ. Virg. 6. *Eclog.*

Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates.

Liuius *lib.9. ab Vrb.* Vexatum vulneribus agmen. Et Sueton. *in August. c.53.* Vexatus in turba. Item, Vexata classis tempestate. Et Ouid. *Eleg.2. lib.5. Trist.*

Corpus ipso vexatum indurauit vsu, &c.

¶ Vexare nos dicuntur vitia, quia animum iactant, distorquent, agitant, infestant. Salust. *in Catil.* At me, quum ab reliquis malis moribus dissentirem, nihilominus honoris cupido eadem, quæ cæteros fama atque inuidia vexabant. ¶ Huius composita sunt, Deuexo, & diuexo, quorum significata vide suis locis.

Vexatio, nis, verbale, Populatio, direptio, infestatio, afflictio, {עני *honí* ענות *henúth* עצבת *hatstsebéth* עצבון *hitstsabón* מכאוב *macheób.* κάκωσις, πόρθησις, ἐνόχλησις, σάλευσις. GALL. *Grief tourment, vexation.* ITAL. *Trauaglio, trauagliamento.* GERM. Plagung/beleydigung. HISP. *Enojo. Obra de molestar.* ANGL. *Griefe, sorow, paine.*} Cic. *in Cat.* Tibi vexatio, direptióque sociorum impunita fuit ac libera. Idem 4. *in Catil.* Tum lamentationem matrumfamiliàs, tum fugam virginum atque puerorum, ac vexationem virginum Vestalium perhorresco.

Vexator, is, Infestator. {מענה *mehanneh* עצב *hatsét* מכאיב *macheit.* κακοῦργος, λυμαντὴς, κακωτικός. GALL. *Vexeur & tourmenteur.* ITAL. *Chi tormenta fieramente.* GERM. Plager/der einem leyd vnd vbertrang anthut. HISP. *El que molesta cruelmente, y da enojò.* ANGL. *He that grieueth, or troubleth.*} Cic. *de Aruspicum responsis.* Tam crudelis mei, tam sceleratus Reipublicæ vexator esse potuisset?

V F

Vfens, vulgò *Fanto*, fluuius est iuxta Terracinam, teste Plin. *lib.3.c.5.* qui labitur per Pontinas paludes, qui etiam Vfentum à quibusdam dicitur. Virg. *lib.7. Æneid.*

——gelidúsque per imas
Quærit iter valles, atque in mare voluitur Vfens.

¶ Vfens præterea Æquicolarum dux fuit, qui quum Turno aduersus Æneam suppetias ferret, à Gya Troiano est interfectus. de quo idem Virg. *lib.7. & 12. Æneid.*

Vfentinus, adiect. vt, Vfentina tribus. Liu.9. *ab Vrb.* Duæ Romæ additæ tribus, Vfentina, ac Falerina.

V I

Via, fluuius Gallæcorum, Lucensium, in citeriori Hispania, non procul ab Orubio promontorio in Oceanum Occidentalem sese exonerans, autore Ptol. *lib.2.c.6.* & Pompon. *lib.3.*

VIA, æ, Dimidius actus, qua potest ire vehiculum. Dicta est via, vel ab eundo, quasi ia, vel à vehendo, autore Varro, primùm veha, & tum deinde Via. {דרך *deréch* ארח *orách* הליכה *halichàh.* ὁδός. GALL. *Voye, chemin, rue.* ITAL. *Via, strada.* GERM. Ein wäg/straß. HISP. *El camino, ò la calle.* ANGL. *The way.*} Via (inquit Paulus Iureconsultus) constitui, vel latior octo pedibus, vel angustior potest, vt tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire potest: alioqui iter fit, non via. ¶ Abusiuè tamen sumitur pro omni loco, per quem habere iter omnibus licet. Plin. Quum de via vocassent. Terent. *in Eunuch.*—haud conuenit Vnà ire amicam cum Imperatore in via. Horat. 1. *Serm. Sat.9.*

Ibam fortè via sacra sicut meus est mos.

Virg. 2. *Æneid.*

Obsedêre alij telis angusta viarum
Oppositi.

Plaut. *Pseud. sc.4.a.4.* Ite hac triumphi ad cantharum recta via. *Ibidem sc.2.a.2.* Vt veni, lassus de via, volo me curare. *Ibid. sc.5.a.1.* Ibi obsepta est via. Idem *Curcul. sc.3.a.2.* De via secedite. Idem *Menæch. sc.3. a.4.* Vt me defendes, eam affectas viam. Idem *Capt. sc.1. a.4.* Eum si in via publica conspexero. Idem *Curcul. sc.2. a.2.* Date viam noti, ignotique qua fugere liceat. Idem ait *Aulul. sc.2.a.3.* Idem *ibid. sc.5. a.2.* Egomet mecum cogitare inter vias occœpi. Idem *Milit. sc.6.a.2.* Hic ad me rectà habet rectam viam: aliàs, recta adit via. ¶ Sistere in viam, vide *Sisto.* Item, Vti publica via, siue incedere pro vti meretricibus dixit. Plaut. *Curcul. sc.1.a.1.* ¶ Ingressus est in viam, id est, rectè narrare cœpit. Idem *Amph. sc.1.a.1.* Et, *Asin. sc.1.a.1.* Rectam instas viam. (i. non erras: rem tenes; & dicis rem vt est.) ¶ Aliquando sumitur pro ipso actu eundi. {מהלך *mahaláeh.* ὁδεία.} Cicer. 1. *Philipp.* Quúmque de via languerem, & mihimet displicerem. Ouid. 2. *Metam.*

Auditáque via causa, non vtile carpis,
Inquit, iter.

Cic. *de senectute*, Potest enim quicquam esse absurdius, quàm quò minus viæ restat, eò plus viatici quærere? Aliquando ponitur pro ratione, forma, modo, & instituto. Virg. *lib.4. Æneid.*

Inueni germana viam, gratare sorori.

Ibid. *lib.6. Æneid.*

Aut tu si qua via est, si quam tibi diua creatrix
Ostendit, &c.

Cic. 2. *Verr.* Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus inuestigare & consequi possim. Terent. *in Heautontimorumeno*, Sed vi & via peruulgata patrum quotidie accusabam. ¶ Viarum quædam publicæ sunt, quædam vicinales, vt inquit Vlp. *in tit. Ne quid in loco publico. §. si quis.* Publicas vias dicimus, quas Græci βασιλικὰς, nostri Prætorias, Consulares & Militares appellant. ¶ Vicinales sunt viæ, quæ in vicis sunt, vel quæ in vicos ducunt. Has quoque publicas quidam dicunt, vt ait Paulus *tit. de loco & itinere publ. l. via vicinales.* ¶ Priuatæ sunt, quas agrarias quidam dicunt. Dupliciter autem accipi possunt, vel ea quæ sunt in agris, quibus imposita est seruitus, ita vt ad agrum alterius ducat: vel eæ quæ ad agros ducunt, per quas omnibus commeare liceat. ¶ Aperire viam est, ad veterem altitudinem, latitudinémque restituere. Purgare viam, id est, de via tollere quod superfluum est. Reficere viam dicitur, & qui aperit, & qui purgat, & omnino omnes qui in pristinum statum reducunt. Vlp. *in l. propè ait ff. de via publ.* Conficere viam, est ire, peregrinari. ὁδεύειν. Cic. *de senect.* Volumus sanè nisi molestum est tibi, Cato, tanquam aliquam viam longam confeceris, qua nobis quoque ingrediendum sit, istuc quo peruenisti, videre quale sit. Exigere viam dicuntur magistratus, quum vicinum cogunt munire suo sumptu viam domibus suis vel possessionibus adiacentem. Via prima. Plaut. *in Mil. sc.2.a.2.* Dummodo nunc prima via inducamus, vera vt esse credat, quæ mentibimur. id est, primo ipso congressu siue initio doli. In viam dare se, est committere se viæ. Inuenire viam est exitum reperire. Virg. 3. *Æneid.*

Fata viam inuenient, aderitque vocatus Apollo.

Viam facere, apud Liuium *lib.6.d.4.* est locum vbi non erat via aperire. ὁδοποιεῖν. Viam munire, est reficere, instaurare: nonnunquam etiam lapidibus sternere, quod propriè sternere viam dicimus. {סלל *sal.* ὁδοποιεῖν.} Cic. *pro Cal.* Perinde quasi Appius ille Cæcus viam muniuerit non qua populus vteretur, sed qua posteri sui impunè latrocinarentur? Senec. *Epist.33.* Vti via veteri & viam munire. ¶ Ad viarum munitiones damnare, Sueton. *in Calig. c.27.* ¶ Viarum stratura ad Quæstores pertinet. Idem Sueton. *in Claud. cap.24.* ¶ Munire viam per translationem, pro eo quod est, compendiariam rei alicuius rationem præmonstrare. Quintilian. Propterea quòd plurimi autores quamuis eòdem tenderent, diuersas tamen vias muniuerunt, & in suam quisque induxit

induxit sequentes. Plaut. *Milit. sc.* 2. 4. 2. Tibi muni viam qua commeatus tutò ad te possit peruenire. ¶ Via molli mederi. Senec. *cap.* 2. *de cons. ad Heluiam.* ¶ Viam pro trama siue subtegmine in vestibus, dixit Tibullus *Eleg.* 3. *lib.* 2. Texuit (vestes sup.) dispofuitque vias. ¶ Via peruolgata. i. consuetudo. Terent. *Heautont.* Neque vt animum decuit ægrotum adolescentuli Tractare, sed vi & via peruolgata patrum, &c. ¶ Tota via errare, prouerbium in eos, qui vehementer à vero aberrant. Terent. *in Eunuch.* Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via. Vide Erasm. Chil.

Vialis, vt viales lares apud Plaut. *in Casin.* vide *Lar.*

Viātŏr, is, qui viat, id est, iter facit. {אורח oréach. ὁδίτης. GALL. *Vn passant, qui passe son chemin, voyageur.* ITAL. *Viandante.* GERM. Ein reysender/ wanderer. HISP. *Caminante, que anda camino.* ANGL. *A trauellour in the way, a wayfaring man.*} Mart. *lib.* 2.

Lassus tam citò deficis viator.

Iuuen. *Sat.* 10.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Cicer. *pro Mil.* Non semper viator à latrone, nonnunquam etiam latro à viatore occiditur. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Quósque legat versus oculo properante viator.

¶ Viatores olim dicti sunt, qui ex agris in curiam Senatores accersebant, κλήτορες. Columell. *in præfat. lib.* 15. Illis temporibus in agris proceres morabantur, & quum consilium publicum desiderabatur, à villis accersebantur in senatum: ex quo qui eos accersebant, viatores nominati sunt. Cicer. *de senect.* A villa in Senatum accersebantur Curius & cæteri senes: ex quo qui eos arcessebant, viatores nominati sunt. Hinc consuetudine sermonis translatum est ad eos hoc verbum, qui magistratibus, præcipuè Tribunis pleb. apparebant. Liuius 2. *ab Vrb.* Ardens itaque ira Tribunus viatorem mittit ad Consulem, Consul lictorem ad Tribunum. Gell. *lib.* 13. *cap.* 12. ex *lib.* 12. *rerum humanarum Varr.* In magistratu (inquit) habent alij vocationem, alij prehensionem, alij neutrum. Vocationem, vt Consules, & alij qui habent imperium: prehensionem, vt Tribuni plebis, & alij qui habent viatorem: neque prehensionem, neque vocationem: vt Quæstores, & cæteri qui neque lictorem habent neque viatorem. ¶ Viator Theologis est, cui via est ad beatitudinem, qui ad eam in hac vita tendit. ¶ De collegio viatorum erant Lictores. Gell. *cap.* 3. *lib.* 12. Viator vocat: Lictor prehendit. Idem Gell. *cap.* 12. *lib.* 13.

Vians, antis, pro Viatore, apud Solinum *cap.* 42. Latrones puteos arenis operiebant, vt temporaria fraude subductis aquis in fame & siti iter submoueret accessus viantium. Idem *c.* 40. Nec interest vbi potius sint procellæ, quum ad exitium viantium elementis congruentibus, in terris flabra sæuiant, in mari terræ.

Viātōrĭus, a, um, quod ad viam pertinet. {ὁδοιπορικός. GALL. *Seruant ou propre à ceux qui cheminent ou vont par le pays.* ITAL. *Che serue per camino.* GERM. Das auff die reyse/oder strass dienstlich ist. HISP. *Cosa para caminar.* ANG. *Perteaning to the way.*} Vnde viatorium vas, quo inter agentes ferendi potus gratia vtuntur. Plin. *lib.* 16. *cap.* 10. de taxo loquens, Vasa viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. Idem *lib.* 36. *cap.* 2. Qui sceptra & personas, & cubicula viatoria vnionibus consternebat.

Viārĭus, a, um: vt, Lex viaria. Cælius Cicer. *lib.* 8. Leuissimè enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæsare loqui cœpit, legémque viariam non dissimilem Agrariæ Rulli, & Alimentariam, quas iubet Ædiles metiri, iactauit.

Viātĭcum, i, Cibus, pecuniáve, quam iter facientes nobiscum circumferimus. {ארוחה aruchâh ציר tsáyidh צדה tsedhâh. ἐφόδια, σιτία, τὰ. GALL. *Prouision, soit de viures ou autres choses pour passer le chemin & voyager, victuaille.* ITAL. *Vettoaglia, ogni cosa portata per andare in viaggio.* GERM. Zehrung oder etwas das man auff der strass braucht/ zehrpfenning. HISP. *La despensa para el camino, el manjar que se lleua por el camino.* ANGL. *Prouision of thinges necessarie for a iourney.*} Plaut. *in Capt.* Sequere me, viaticum vt dem ab trapezita tibi. Cicer. *Attic. lib.* 12. Velim videas, & quid viatici, & quid instrumenti satis sit. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Suo viatico reduxit me ex errore in viam. Senec. *cap.* 12. *de cons. ad Heluiam,* Viaticum nunc maius exulum, quàm olim principum patrimonium. Suet. *in Cæs. cap.* 68. Centuriones è viatico suo obtulerunt. (sup. ipsi Cæsari.) ¶ Aliquando capitur pro facultate, seu apparatu. Quint. Claud. *in Annal.* Simul forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia, pariter præcellebant, vt facilè intelligeretur magnum viaticum. id est, magna facultas, magnus apparatus.

Viaticus, a, um, vt Viatica cœna dicitur quæ datur abituro. ὁ ἐξιτήριος, Plaut. *in Bacch.* Ego sorori meæ cœnam hodie dare volo viaticam. Alij aduentitiam explicant. Nam peregrè redeuntes solebant amici conuiuio excipere. Ob id dixit Martial. de epistola, Vt familiarissimas mihi aures tuas exciperem aduentoria. Plaut. saluus cùm peregrè aduenis, cœna detur.

Viātĭcŭlum, diminutiuum. {τὸ σμικρὸν καὶ ἁπλοῦς ἐφόδιον. GALL. *Petite victuaille & prouision.* ITAL. *Picciola vettoaglia.* GERM. Ein zehrpfenning. HISP. *Pequeño manjar por el camino.* AGNL. *A litle prouision of thinges for a iourney.*} Apul. *lib.* 7. *de Asin. aureo,* Viaticulum mihi corrasi.

Viātĭcātŭs, a, um, Viatico instructus. {ἐφοδιασμένος, ἐπισιτισμένος. GALL. *Muni & garni de ce qu'il faut pour le chemin.* ITAL. *Munito & guarnito de vettoaglie.* GER. Mit einem zehrpfenning auff die strass gefasset. HISP. *Que tiene despensa por el camino.* ANGL. *That is farnissed with thinges necessarie for a iourney.*} Plaut. *in Men.* Quum marsupium inspicio, viaticati herclè admodum æstiuè sumus.

Viatim, Diomedes *lib.* 1.

Vio, as, vide infrà suo loco.

Viānă, Norici vrbs, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 24. Hermolaus eandem putat cum Vienna Austria, omnibus quas Danubius sustinet, vrbibus & ædificiorum splendore, & agri vbertate præferenda.

VIBEX, icis, Signum verberis in humano corpore remanens, ita dictum, autore Festo, quòd vi fiat. {חבורה chabburâh פצע pétsah. μώλωψ, πελίωμα. GALL. *La marque qui demeure apres les coups des verges, les frangees.* ITAL. *Segno di percussione.* GERM. Ein schnauten/striech/ malen. HISP. *Roncha ò señal de golpe ò herida.* ANGL. *Che mark or printh of o stripe.*} Plin. *lib.* 30. Verberum vulnera, atque vibices, pedibus ouium recentibus impositis, obliterantur. Pers. *Sat.* 4.

Si puteal multa cautus vibice flagellas.

Vibia, varæ apposita pertica.

Vibilia, dea. Arnob. *lib.* 2. Ab erroribus viarum dea Vibilia liberat.

Vibĭus, Virius, ciuis Capuæ fuit potentissimus, primúsque defectionis ad Annibalem autor, qui iam attenuatis Pœnorum viribus, quum Capuani à Fuluio obsessi deditionem pararent, à septuaginta Senatoribus domum deductus est: quibus conuiuio adhibitis, quum quàm maxima vini ingurgitatione mentem omnem ab imminentis mali sensu alienassent, post mutuos complexus se omnes veneno peremerunt. Vide Liu. *lib.* 6. *decad.* 3.

Vibo, nis, oppidum Locrorum in Brutiis, ita nuncupatum à Romanis, quum antea Hippon appellaretur. ἱππώνιον Straboni. Vide eundem *lib.* 6. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Vibones, Britannicæ herbæ flores, qui deuorati ante tonitrua à fulminibus securos reddere existimantur. Plin. *lib.* 25. *cap.* 3. Herba quæ vocatur Britannica, non neruis modò, & oris malis salutaris, sed contra anginas quoque & serpentes. Florem vibones vocant, qui collectus antequam tonitrua audiantur, & deuoratus, securos in totum reddit. Frisij, quà castra erant, nostris demonstrauêre.

Vibrissæ, sunt pili in naribus hominum, quòd his euulsis, caput vibretur. Fest.

Vibrisso. Fest. Vibrissare est vocem in cantando Crispare. Titinnius: Si erit tibi cantandum, facito vt exuibrisses.

VIBRO, as, Moueo, quatio, tracto, agito. {הרעיל girbil ירה jarâh עופף hophéph. κραδαίνω, πάλλω. GALL. *Remuer & bransler vn dard pour le ietter, brandiller, darder.* ITAL. *Vibrare, mouere, lanciare vn dardo ò otra cosa.* GERM. Schütten/schwingen. HISP. *Esgremir alguna cosa, mouer, lançar tiro ò otra cosa.* ANGL. *To shake a thing or to quauer, to bandishe.*} Cicer. 2. *de Orat.* Atque eiusmodi illa prolusio debet esse, non vt Samnitum, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vtuntur. Ouid. *Epist.* 11.

Sic mea vibrari pallentia membra videres.

Virg. 11. *Æneid.*

——hastásque reductis

Protendunt longè dextris, & spicula vibrant.

Senec. *cap.* 9. *de cons. ad Mart.* Tela, quæ alios fixerunt, circa te vibrasse. ¶ Vibrarent pro vibrarentur, idem *Epist.* Est quidem 49. aliàs 50. cùm hostilia in portis tela vibrarent, &c. ¶ Vibro, aliquando neutraliter ponitur, pro mico, & intremisco, vt ait Bud. Cicer. 4. *Acad. de mari loquens,* Quódque nunc, quia Sole collucet, albescit, & vibrat: dissimiléque est proximo ei continenti. ¶ Nonnunquam pro impetu quodam ferri. Idem *in Orat.* Demosthenis non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur.

Vibrāns, vibrantis, participium. {מרעיל marhil מעופף mehophéph ירה jorêh מורה moréh. πάλλων, κραδαίνων. GALL. *Qui se remue dru & menu, brandillant.* ITAL. *Che spesso si muoue.* GERM. Erschüttelnd/ schwingend. HISP. *Lo que se moue mucho, y a menudo.* ANGL. *That shaketh, quauereth or brandisheth any thing.*} Virg. 2. *Æneid.*

Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

Cicer. *de clar. Orat.* Et erat oratio cùm incitata & vibrans, tum etiam accurata & polita. Ouid. 12. *Metam.*

Concutiéntque suis vibrantia tela lacertis.

Quintil. Vibrantibus digitis iaculari sententias. Idem *infrà,* Vibrantibus sententiis velut missilibus, &c.

Vibrātŭs, a, um, aliud particip. {מרעל morhál נורה noráh. πεπαλμένος, πεπαλμένος. GALL. *Lancé, brandillé, dardé.* ITAL. *Lanciato.* GERM. Geschwungend. HISP. *Lançado.* ANGL. *Shaken, and brandished.*} Ouid. 8. *Metam.*

——ambo vibrata per auras

Hastarum tumulo quatiebant spicula motu.

Virg. 8. *Æneid.*

Namque improuiso vibratus ab æthere fulgor

Cum sonitu venit.

Vibrātŭs, pro crispo, οὖλος. Plin. *lib.* 2. *cap.* 78. Barba & capillo vibrato. 12. *Æneid.*

Vibratos calido ferro, myrrháque madentes.

id est, crispato calamistro, inquit Seruius.

Vibūrnum, genus fruticis, lentum in primis, & flexibile, ideóque fascibus ligandis idoneum prorsus simile viti syluestri cauticæ, nisi quòd semen fuluum in folliculo nigro continet. {βιβουρνία μέλαινα, ἄμπελος; μέλαινα. GALL. *Vierne.* ITAL. *Viorno, fruttice.* GERM. Ein wyd. HISP. *Vn genero de vimbres.* ANGL. *An osier tree.*} Virg. 1. *Eclog.*

Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit vrbes,

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Vica pota, seu Vica Poca, vis est, & numen vincendi potiundíque.

Vicāni, vide *Vicus.*

Vicārĭus, vide *Vicem.*

Vicātim, vide *Vicus.*

VICEM, & in ablat. vice, solùm in singulari numero. Apud Liu. tamen *lib.* 1. *ab Vrb.* ita legitur: Regiæ Vicis sacra. in plurali verò habet omnes præter genitiuum. {פעם pahám חלף chéleph חליפה chaliphâh תחת táchath. GALL. *Fois, lieu & place d'vn autre.* ITAL. *In luogo è vicenda.* GERM. Streit/gefährligkeit. HISP. *La vez.* ANGL. *The roome and place of an other.*} Dictæ sunt vices (vt quidam aiunt) à vi & à veteribus pro pugnis, & periculis accipiebantur, quoniam per vicissitudinem pugnetur. Virg. 2. *Æneid.*

Iliaci cineres, & flamma extrema meorum

Testor in occasu vestro, nec tela, nec vllas

Vitauisse vices Danaûm.

id est, pugnas, & pericula. Plaut. Vices eius memorat, & cicatrices denudat. ¶ Item pro pœnis & incommodis, quod vi fiat. Cicer. *pro domo sua,* Mihi vni necesse & meam & aliorum vicem pertimescere. Horat. *lib.* 1. *Carm*

——vicésque superba

Te maneant ipsum.
Liu.4.*dec*.5. Solicitus propter eorum vicem, quos præmiserat. (id est, periculum.) Suet.*in Aug.cap.66*.Illacrymauit,& vicem suam conquestus est.(id est,fortunam,fortem.) ¶ Quoniam verò per vicissitudinem pugnari solet, factum est, vt vicies pro alternatione, siue vicissitudine capiamus, ἀμοιβή. Cels.*lib.7.c.de signis calculorum*, Permutatis subinde digitorum vicibus oportet adducere. Vice mutua,pro vicissim,locutio Iureconsultis vsitatissima. Ouid.*Eleg.1. lib.4. Trist.*
Dum vice mutata qui sim, fuerimque recordor.
Idem *Eleg.11. lib.3.*
———Incertas ipse viuere vices.
Idem 4.*Fast.*
Cur vicibus factis ineunt conuiuia quæro.
Suet.*in Calig.cap.22*. Magisteria vicibus comparabant. {GALL. *Tour à tour,l'vn apres l'autre.*} Et Gell.*lib.2.cap.*18. Idque in orbem vice pari seruabatur.Idem *cap.1.lib.20*.Vices officiorum. ¶ Interdum vicem accipimus pro loco, munere, vel officio. Horat.*de Arte*,
———fungar vice cotis, acutum
Reddere, quæ ferrum valet exors ipsa secandi.
Cicer.2.*de legib*. Nulla est enim persona, quæ ad vicem eius,qui è vita emigrauit,propius accedat quàm hæres.¶ Vice alterius fungi, ἀντ' ἐτέρου εἶναι, dicimus eum,qui alterius locum supplet, absentísque munere fungitur: vt quum Lunam dicimus Solis vicem supplere. ἡλίῳ χρῆσθαι ἀπὸ πλησίου, hoc est,eosdem vsus præbere, quos sol præsens exhiberet. Suet.*in Calig.cap.41*.Proximo collusori demandata vice sua,(id est,loco suo.) Item Ouid.*Eleg.4. lib.4.*
Cum vice sermonis fratrem cognouit.
Tibull.*lib.4.*
Inque vicem modo directo contendere cursu.
Suet.*in Aug.cap.45*.Commendatis qui vicem suam præsidendo fungerentur. (i.qui munus,officium, partes suas obirent.) Liu. *lib.4. d.4*. Ne nostram vicem irascaris. (i. loco nostro.) Suet. *in Claud. cap. 7*. Gell. *lib.3.cap.10*.præministrabant seruorum vicem Brutij:(i.loco.)Sen.*c.16. de cons.ad Mart*. In vicem (amissi filij) substituere. Et Quint. Si iudex vice sua aut reip. commoueretur. Et alibi, publica vice commoueri. Plaut. *Capt. sc.3. a.2*. Vt remittat illum nostrûm amborum vicem. (i. pro nobis ambobus.) *Ibid.sc.3.a.3*.Oppetámque pestem heri vicem mei (id est,pro hero meo.) Ita lego *mei*, non *meámque*, vt vulgò. Veteres Meam,tuam,suam vicem, per accusatiuum efferebant:quod hodie potiùs per ablatiuum,Mea,tua,vel sua vice dicimus.Plaut.*in Rud.*—si appellabit quempiam,Vos respondetote istinc istarum vicem. id est, vice istarum,siue pro istis. Sic ferè semper idem.Cicer. etiam ac Liuium sic frequenter loquutos inuenies. Cicer.*ad Lentul. lib.1*. Nostram vicem vltus est ipse per sese: id est, sese pœna afficiendo occupauit officium nostrum. Liuius,Clamor vndique ab solicitis vicem Imperatoris militibus sublatus est. ¶Reposcere vicem,est pro beneficio in alterum collato mutuam gratiam repetere. ¶ Reddere vicem,est gratiam referre, & beneficium acceptum mutuo beneficio rependere.Plin.*Epist.9.lib.2.* Reddam vicem,si reposces. ¶ Vicibus quasi Aduerbialiter ponitur pro vicissim,per vices. Scribonius Largus *initio operis*, Hæc terere ex aceto & rosa vicibus adiecta oportet. Plin.*lib.10.cap.29*.Audit discipula nitentia magna & reddit, vicibúsque reticent.

VĬcārĭus,a,um,qui vicem alicuius gerit siue obtinet,& in eius locum successit. {ὁ ἀμοιβαῖος, ἀντάλλαξ, τὸ ἴσον πρὸς μέρος. GALL.*Vicaire, lieutenant.* ITAL.*Vicario, luogotenente.* GERM. Ein Statthalter/verweser. HISP.*El que suple ò tiene la vez de otro.* ANGL.*That is in steed of another and doeth an others office.*} Quintil.Vicariam ei operam impendi. Cic. *pro Rosc. Amer.* Propterea quòd quibus in rebus ipsis interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur. Quint. *in Gladiatore*,Quod vnum mihi relictum est,en polliceor patri tuo vicarias manus. *Ibid*.Vna fingitur coniux,quæ iam perituri vitam mariti vicaria morte sua redemit. Cic. *lib.9. Epist.* Itaque te do vicarium, tu illum obseruabis. Senec.*cap.8.de tranq.* Cui duo vicarij,& cella laxior. Idem Sen.*cap.17.de cons.ad Heluiam*,Nobilitatur carminibus omnium, quæ se pro coniuge vicariam dedit. (i. quæ vice mariti mortem vltro oppetiit.) Alcestes periphrasis.¶Vicarius,apud Iureconsultos,oratores & poëtas, vsurpatur pro seruo, serui maioris in familia vices gerente. Horat.2.*Serm.sat.7.*
Siue vicarius est, qui seruo paret, vti mos
Vester, ait, seu conseruus.
Martial.
Esse sat est seruum, iam nolo vicarius esse.
Imò, vt placet quibusdam interpretibus iuris, Vicarius dicitur in alterius serui peculio seruus: Ordinarius verò, Vicarij dominus. Plaut. *Asinar. sc. 4. act. 2.* LE. Cui datum? (loquitur Atriensis siue ordinarius seruus.) LI. Sticho vicario ipsi tuo. LE. Scio mihi vicarium esse, &c.
¶Viceni, vicenaria quina lex. Plaut.*Pseud.sc.3.a.1.*
Vicetia, vide *Vincentia.*¶
Vicia, legumen, quod GERM. Wicke/ Græcis ἀφάκη.
VĬcissim,aduerb.Per vices,siue alternatim. {חליפות *chaliphóth*. ἀμοιβαδὶς, ἐναλλάξ. GALL.*Chacun sa fois,l'vn apres l'autre,tour à tour.* ITAL.*A vicenda,scambieuolmente.* GERM. Hergegen/abgewechsleter weiß/eins vmb das ander. HISP.*A vezes.* ANGL.*By course or turning,euerie one his tyme and part.*} vt,Vicissim incumbunt oneri:id est,modò hic,modò ille incumbunt oneri.Plaut.*Asin.*Inambulandum est,nunc mihi vicissim supplicabunt. Virg.3.*Eclog.*
Vis ergo inter nos, quid possit vterque vicissim,
Experiamur?
¶Quandoque significat secundo loco,siue similiter,siue ex altera parte. Terent.*in Heaut.* Sed nunc Clinia,da te mihi vicissim. Nam amici quoque res est videnda. Virg.5.*Eclog.*
Nos tamen hæc quocunque ex modo tibi nostra vicissim
Dicemus.
Cicer.4. *Academ.* Sed & vos ab illo irridemini: & ipsi illum vicissim eluditis. Idem *in Lal.* Sed ego admiratione quadam virtutis eius, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de moribus meis habebat, me dilexit. Plaut. *in Curc. sc.2. act.1.* Sed quum adhuc naso odos est obsequutus meo, da vicissim meo gutturi gaudium. Idem *Pseud. sc.1. a.1.*Meis vicissim dare locum fallaciis. Cicer. *Appio Pulchro*, Hoc ego meo facto delector, nihil enim potuit fieri amantius: considera nunc vicissim tuum.
VĬcissātim,idem. {חליפות *chaliphóth*. ἐναλλαγμένως, ἐναλλάξ.} Plaut. *in Pœnul.*—ad argumentum nunc vicissatim volo Remigrare Antiquum.
VĬcissĭtūdo,inis,Alternatio,& mutatio ex alio in aliud, inquit Cic.*lib.5. Tusc.* {חלף *chéleph* חליפה *chaliphâh*.μεταβολή,ἀμοιβή,ἐναλλαγή.GALL. *Tour & changement en son rang, à chacun sa fois.* ITAL. *Permutatione, cambiamento di tutte le cose.* GERM. Abwechslung/verenderung.HISP.*Mudança à vezes.* ANGL.*A succeding by course.*} Idem *Luceio lib.5.* Nihil est aptius ad delectationem lectoris,quàm temporum varietas, fortunæque vicissitudines. Terent. *in Eunuch.* Omnium rerum vicissitudo est.Cic.*de Amic.*Nihil est enim remuneratione beneuolentiæ,nihil vicissitudine studiorum officiorúmque iucundius. Idem 1.*Tusc.*Vt quum videmus speciem primùm,candorémque cæli: deinde conuersionis celeritatem tantam, quantam cogitare non possumus, tum vicissitudines dierum atque noctium,&c.
VĬcissĭtās,atis, apud antiquos pro vicissitudine. Accius *apud Non.* Vicissitatémque impetrandi tradit.
VĪcēnārĭus,a,um,quod est viginti capitum. {עשרים *hesrim*. ὁ εἰκοσαῖος. GALL.*Vingtiesme.* ITAL.*Ventesimo.* GERM. Das zwentzig begreifft. HISP. *Cada vno de veynte.* ANGL.*The twentieth in nomber.*} vt,Grex vicenarius ex viginti constans pecudibus, Aut viginti librarum: vt,Lapis vicenarius. Aut viginti annorum: vt, Puella vicenaria. εἰκοσαέτης. Lex quina vicenaria. Plaut.*Pseud.*Tum lex me perdit quina vicenaria:omnes metuunt credere. Vbi interpres,Videtur lex lata,vt si cuipiam crederetur supra vigintiquinque minas, tedhibitio nulla esset. Alij Quinam vicenarium interpretantur Centenariam:omnes profectò nimium ineptè.Nos Plautum de annorum numero sensisse omnino existimamus. Constat enim inter eos, qui vel à primo limine Iurisprudentiam salutarunt, Macedoniano Senatusconsulto cautum esse, nequid minori vigintiquinque annis crederetur:si contra fieret,eius rei nullam fore exactionem, nisi fortè in rem minoris esset conuersa. Callidorus itaque adolescentulus, qui ad eam ætatem nondum peruenerat, hanc sibi legem impedimento esse queritur ad inueniendam pecuniam,quòd nemo tam stolidus inueniretur,qui contra legis præscriptum sibi aliquid crederet, quod postea legibus repetere non posset.
VĪcēnī,æ,a,pluraliter,quamuis propriè distributiuus numerus sit, accipitur tamen simpliciter pro Viginti. {עשרים *hesrim*. εἴκοσι. GALL.*Vingt.* ITAL.*Venti.* GERM. Zwentzig. HISP.*Veynte.* ANGL. *Twentie.*} Col.*lib.3. cap.3.* Vicenas amphoras percipient. Liu. 2. *bell. Maced.* Vicena quina millia æris.Plin.*lib.6.cap.23*.Circa has hydri marini vicenûm cubitorum adnatantes terruêre classem.
VĪcēsĭmŭs,a,um, Ordinis numerus est, significátque vltimum ex viginti: pro quo & vigesimum dicimus. {עשרים *hesrim*. εἰκοστός. GALL.*Vingtiesme.* ITAL. *Ventesimo.* GERM. Zwentzigst. HISP. *Cada vno de veynte.* ANGL.*The twentieth in order.*} Cicer.2.*de fin.*Vicesimo die Lunæ.Idem *Cornific.lib.12.* Altero vicesimo die. Æstas vicesima, pro vicesimo anno, apud Ouid.*ad Pisonem.*
VĪcēsĭmă,æ, Vectigalis genus quo in centenas libras quinæ exigebantur. {εἰκοστή. GALL. *La vingtiesme partie, impost de la vingtiesme partie de quelque chose.* ITAL.*Vintesima parte,tributo della ventesima parte.*GERM. Ein Steür oder tribut/ da man von zwentzigen funff geben muß. HISP. *Veyntena parte, la renta de la veyntena.* ANGL.*The twentie part.*} Cic. *ad Att.lib.2.* Et eò magis quòd portoriis Italiæ sublatis,agro Campano diuiso, quod vectigal superest domesticum præter vicesimam, quæ mihi videtur vna conciuncula clamore pedisequorum nostrorum esse peritura.
VĪcēsĭmārĭŭs,a,um,vt Aurum vicesimarium. ὁ διὰ εἰκοστολόγων εἰσπραχθείμενος.Liu.7.*bell.Pun.* Cætera expedientibus quæ ad bellum opus erant Consulibus,aurum vicesimarium, quod in sanctiore ærario ad vltimos casus seruabatur, promi placuit. id est, aurum quod ex vicesima colligebatur.
VĪcĭēs,aduerb.numerandi, Viginti vicibus. {εἰκοσάκις. GALL. *Vingt fois.* ITAL.*Venti volte.*GERM. Zwentzig mahl. HISP.*Veynte vezes.* ANGL.*Twentie tymes.*} Plin.*lib.7.cap.18*.Centies vicies præliatus. Col.*lib.5.cap.2.* Ita, vt paulò antè dixi, latitudinis pedes cum longitudinis pedibus sic multiplicabis,centies vicies ducenti quadrageni fiunt viginti octo millia & octingenti.
Vicentia, æ, Venetiæ oppidum, non procul à Patauio: cuius meminit Plin. *lib. 3. cap. 19.* ¶ Sic enim Plinius & Ptolemæus vocant: non *Vincentia.* Quidam & Vicetiam ex inscriptione, quæ in agro Veronensi reperta est, vt annotat Rhenanus *in suis castigationibus in Tacitum.*
VĬcĭă,æ,Leguminis genus, iumentorum pabulo notissimum, cubitali altitudine, foliis ferè petroselini,amplioribus tamen,flore pisi, minutis, nigrantibúsque in siliqua granis. {σπάρακον, κύαμος, βίκιον. GALL.*Vesce.* ITAL.*Vezza.* GERM. Wicken. HISP.*El arueja.* ANGL.*Fitches.*} Dictæ viciæ,vt ait Varr.*lib.1.de re rust.cap.31*.quod capreolos habeant,vt vitis,quibus sursumuorsum serpunt ad scapum lupini aliúmve calamum, ad quem vt hæreat, eum solet vincire. Alij dictas malunt à Græco βίκιον,qua nomenclatura, plerique omnes Græciæ populi vsi fint, Atticis exceptis, qui ὄροβον, aut κυάμους maluerunt appellare, teste Galeno *lib.1.de Aliment.facult.*Plin.*lib.18*.Nascuntur in vicia cochleæ minutæ erodentes eam.
VĬcĭārĭŭs,a,um,quod ad viciam pertinet. {βικιακός. GALL. *De vesce, appartenant à vesce.* ITAL.*Pertinente à vezza.* GERM. Das zu den wicken gehört.HISP.*Cosa de arueja.* ANGL.*Belonging to fitches.*} vt,Cribrum viciarium,quo vicia expurgatur à frumento. Col.*lib.8.cap.5.* Cribro viciario, vel etiam loliario, qui iam fuerit in vsu, pulli superponantur: deinde pulegij surculis fumigentur.
Vicinia, Vicinus, vide *Vicus.*
VĬctĭmă,æ,Hostia, oblatio. {זבח *zébach*. ἱερεῖον, θῦμα. GALL. *Sacrifice, principalement pour la victoire gaignee.* ITAL.*Vittima bestia di sacrificio, animale*

animale da sacrificare. GERM. Ein schlachtopffer. HISP. El sacrificio, que hazian de animales que matauan. ANGL. A sacrifice for to obtaine victorie of our enemeis. } Propriéque erat ea, quæ ab Imperatore post triumphum in Capitolio dextra victrice immolabatur. Ouidius 1. *Fastor.*

Victima, quæ dextra cecidit victrice vocatur.

Virg. 1. *Georg.*

Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima sæpè tuo perfusi flumine sacro,
Romanos ad templa deûm duxêre triumphos.

Horat. 3. *Carm. Od.* 23.

Victima Pontificum secures Ceruice tinget.

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Candida Victima tingit humum in triumpho.

Plaut. *sc.* 3. *a.* 1. Arcesse hostias, victimas, &c. Suet. *in Aug. c.* 59. Prælato victimæ titulo. Iuuen. *Sat.* 12.

Et cadet ante lares Gallita victima sacra.

Cicer. *pro L. Flacco*, Quam potestis P. Lentulo mactare victimam gratiorem, quàm si L. Flacci sanguine illius nefarium in vos odium saturaueritis?

Victĭmārĭŭs, ij, Sacrorum minister dicebatur, qui victimas ligabat, & cultrum, aquam, & molam parabat, & reliqua quæ sacris erant necessaria. {ἱεροεργός. GALL. Sacrificateur, sacrifieur. ITAL. Sacrificatore. GERM. Ein diener zu den schlachtopffern. HISP. El que haze aquel sacrificio. ANGL. A sacrifieer. } Valer. Max. *lib.* 1. *cap.* 1. Libros Petilius Prætor vrbanus ex autoritate Senatus, per victimarios facto igne, in conspectu populi cremauit. Liu. 10. *bell. Maced.* Libri in comitio, igne à victimariis facto, in conspectu populi cremati sunt.

Victĭmārĭŭs, qui victimas emebat vt venderet. ἱερώνης. Plin. *lib.* 7. *cap.* 12. victimarij negotiatoris, vilis mancipio. Sic enim legunt quidam, Perottum secuti: quum emendatiores omnes Plinij codices hanc ostendant lectionem, Suarij negotiatoris vile mancipium.

‖Victimo, offero, sacrifico. Apul.‖

Victĭto, vide *Viuo.*

Victŏr, Victoria, Victoriatus, vide *Vinco.*

Victŭs, us, ui, vide *Viuo.*

VICVS, i, locus est, in quo sunt humiles domus, vt inquit Sosipater. Atque Varro quoque vicum ex domibus constare ait. Itaque qui viam esse putarunt vicum, valde meo quidem iudicio errarunt. Hinc in Vrbe Roma vicus Cyprius, Publius, Cosconius, Sceleratus, & cæteri, vrbis partes sunt, non viæ, id quod ex ipsis verbis autorum facilè intelligitur. Vicorum autem alij Vrbani vici à via dicuntur, teste Varr. quòd ex vtraque parte viæ sunt ædificia. In vrbe enim fiunt vici, connexis & cohærentibus ædificiis. Cicer. *pro Milone*, Nullum in vrbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus. Horat. 2. *Epist.* 1.

Deferar in vicum vendentem thus & odores.

Ouid. 6. *Fast.*

Certa fides facti dictus Sceleratus ab illa
Vicus, & æterna res ea pressa nota.

Suet. *in Aug. cap.* 30. Spatium vrbis in regiones vicósque diuisit. (Augustus.) Item, Vicorum magistros instituit, Suet. *ibidem, & in Tib. cap. vlt.* Item, Vicorum magistri prætextati. Liuius *lib.* 34. Vicus publicus, templum Romæ, Plutarch. *in Valer.* Item, Vicus Patricius, Martial. *Epigram.* 68. *lib.* 10. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. In Tusco vico sunt homines, qui sese venditant. ¶ Vici pagani, sunt pagi ex pluribus villis domibúsve rusticis coagmentati, spatio aliquantulo ab vrbe remoti (nam quæ vrbi contigua sunt; Suburbia dicuntur) nullísque mœnibus cincti. nam sic Castella dicerentur. {פרזות *perazóth* פרזים *perazim* פרזון *perázon.* } Cicer. *ad Terent. lib.* 14. Quòd ad me mea Teréntia scribis te vicum vendituram, quid, obsecro te, me miserum! quid futurum est puero? Idem *ad Att. lib.* 1. Quod si assequor, Crassum diuitiis supero, atque omnium vicos & prata contemno. Plura de hac dictione videto apud Vallam *lib.* 4. *cap.* 10.

Vīcŭlŭs, diminut. Pro rusticis aliquot ædificiis coniunctis, aut certè spatio, non ita magno à se inuicem separatis.

Vīcānī, qui vicos rusticos habitant. {κωμῆται. GALL. Villageois, qui demeurent au village. ITAL. Coi habitano in villa. GERM. Ein dorffman/ein meyer. HISP. Los que viuen y moran en aldea. ANGL. That duelleth in the villages or in tre cuntrey. } Liu. 8. *bell. Maced.* Vicani, quíque ibi exules habitabant. Cicer. 1. *de diu. ex vetusto quopiam Poëta*, Non habeo denique nauci Marsum augurem, Non vicanos aruspices, non de circo astrologos. Idem *pro Flacco*, Timoclites ille vicanus, homo non modò nobis, sed ne inter suos quidem notus, vos docebit qualis sit L. Flaccus. id est, qui in vicis & pagis aruspicinam exercebant, qui vanissimi, & mendacissimi erant.

VĪCĪNVS, i, qui in eodem vico, aut certè non procul ab ædibus nostris habitat. {שכן *schachen* קרוב *karób* סמוך *samúch.* γείτων, ὁ πλησίον. GALL. Voisin. ITAL. Vicino. GERM. Ein Nachbawr. HISP. Vezino. ANGL. A nighbour. } Cicer. *pro Sext. Rosc.* Quasi verò mihi difficile sit quamuis multos nominatim proferre, vel tribules, vel vicinos meos, qui, &c. Plaut. *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Fores vicini proximi crepuerunt. *Ibid. sc.* 6. Egóne paterer vicino meo fieri apud me iniuriam? *Ibid.* quæ circum vicinos vagas (de vxore.) *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Foris crepuit hinc à vicino sene. Item *sc.* 6. *a.* 2. *ibid.* Vicine, ausculta quæso. Horat. 2. *Epist.* 2.

Cætera qui vitæ seruaret munia recto
More bonus, sanè vicinus, amabilis hospes, Comis in vxorem, &c.

Cicer. *Attic. lib.* 2. C. Arrius proximus est vicinus, imò ille quidem iam contubernalis. ¶ Huius fœmininum est vicina. Terent. *in Eunuch.* Hanc Thaidem non sciebam nobis vicinam.

Vīcīnŭs, adiect. Propinquus, cognatus, coniunctus. {שכן *schachén* קרוב *karób* סמוך *samúch.* ὁ ἐγγὺς ἢ ὁ ἐγγὺς τὸ ἴσχον, ὁ ἐγγὺς τὸ πλησίον. GALL. Voisin, proche. ITAL. Propinquo. GERM. Nahe/nahgelegen. HISP. Cosa cercana como quiera. ANGL. A nighbour, or that dwelleth nigh or by vs. } Cic. *in Orat.* Vicina, & finitima rhetoricæ dialectica. Plaut. *Merc.* Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus, Aliquid mali esse propter vicinum malum. Virg. 1. *Eclog.*

Non mala vicini pecoris contagia lædent.

Idem 1. *Georg. in fine*,

Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes
Arma ferunt.

Horat. 1. *Serm. satyr.* 5.

——nisi nos vicina Triuici
Villa recepisset.

Ouid. 6. *Fast.*

Ni connexa foret parti vicinior esset, &c.

¶ Vicina ad pariendum. Cic. 3. *Verr.* Latonam ex longo errore, & fuga grauidam, & iam ad pariendum vicinam, temporibus exactis fugisse Delum, atque ibi Apollinem, Dianámque peperisse. Senec. *cap.* 9. *de tranquill.* In vicino est remedium. (i, propè.) Velleius, Cùm in vicino esset agmen.

Vīcīnĭā, loci vicinitas, seu vicinorum inter se propinquitas, vel ipsi etiam vicini. {קרבה *kerabáh.* γειτνία, γειτνίασις, γειτονία. GALL. Voisinage, voisineté, les voisins, lieu circonuoisin. ITAL. Vicinanza, vicinità. GERM. Nahe/oder nachbawrschafft. HISP. Vezindad. ANGL. Nighbourhood a companie of nighbours. } Ouid. 4. *Metam.*

Notitiam, primósque gradus vicinia fecit.

Cic. 1. *Tusc.* Inde in vicinia nostra Auerni lacus. Horat. 2. *Serm. sat.* 5.

——funus Egregiè factum laudet vicinia.

Idem 1. *Epist.* 17.

Sed videt hunc omnis domus & vicinia tota.

Tibull. *lib.* 4.

Quas similes vtrinque tenens vicinia cœli
Temperat.

Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 2. Aulam maiorem si potes à vicinia pete. Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Hîc proximæ viciniæ, (id est, in proximo.)

Vīcīnĭtās, atis, Vicinorum propinquitas, & aliquando vicinorum multitudo. {קרבה *kerabáh.* γειτνίασις. GALL. Voisinage, voisinité, assemblée de voisin. ITAL. Vicinanza, vicinità. GERM. Nachbawrschafft. HISP. Vezindad. ANGL. Nighbourhood, or the companie of nighbours, or dwelling nigh. } Terent. *in Heaut.* Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas facit, vt te audacter moneam, & familiariter. Cic. 6. *Verrem*, Signum quod notum erat vicinitati, buccina datur. ¶ Vicinitas etiam aliarum rerum dicitur: vt quum dicimus, Vicinitas syluæ, vicinitas nominis, & eiuscemodi. Plin. *lib.* 4. *cap.* 16. Triginta propè iam annis notitiam eius Romanis armis non vltra vicinitatem syluæ Calidoniæ propagantibus. Idem *lib.* 21. *cap.* 18. Multi verò non discernunt à Cypiro vicinitate nominis. Quintil. *lib.* 3. *cap.* 6. Virtutibus ac vitiis vicinitas quædam est. Cic. *de clar. Orat.* Artium studiorúmque quasi finitima vicinitas.

Vīcīnĭum, subst. n. g. {קרבה *kerabáh.* τὸ πλησιόχωρον, τὸ ὅμορον, σύνορον, γειτνίασις. GALL. Voisinage. ITAL. Vicinanza. GERM. Nachbawrschafft. HISP. Vezindad. ANGL. Nighbourhoode. } Senec. *de breuitate vitæ*, In vicinio versatur inuidia, simpliciùs longa posita miramur.

Vīcīnālĭs, e, ad viciniam pertinens. {γειτονικός. GALL. Du voisinage, où des voisins. ITAL. Cosa di vicinità. GERM. Der nahe oder nachbawrschafft. HISP. Cosa de aquella vezindad. ANGL. Perteaning to nighbourhood. } vt, Viæ vicinales. Paulus *in l. via. ff. de loco, & itinere publ.* Viæ vicinales, quæ ex agris priuatorum collatis factæ sunt, quarum memoria non extat, publicarum viarum numero sunt. Vicinalis vsus. Liuius 1. *bell. Pun.* Itaque ingens coacta vis nauium est, lintriúmque temerè ad vicinalem vsum paratarum: hoc est, ad vsum viciniæ, seu vicinorum.

‖Vicino, & vicinor, appropinquo & vicinus fio. Sidon.‖

Vīcātĭm, aduerb. Sparsim per vicos & pagos. {κατὰ κώμας. GALL. Par villages, par ruës. ITAL. Per varie ville, per villaggi. GERM. In dörffer oder flecken. HISP. De barrio en barrio. ANGL. Streate by streate. } Plin. *lib.* 6. *cap.* 26. Mesopotamia tota Assyriorum fuit vicatim dispersa, præter Babylona, & Ninum. Vicatim censum agere, Suet. *in Aug. cap.* 40. ¶ Dicitur & de vicis vrbanis: vt idem sit vicatim, quod per singulas vrbis vias. Cic. *pro domo sua*, Seruorum omnium vicatim celebratur tota vrbe descriptio.

‖Vicohabentia, Vicouenza, V. olim Æmiliæ, sub A. Rauennate, nunc pagus ditionis Ferrariensis.

Vicus, *Vich*, V. E. Hispaniæ sub A. Tarraconensi.

Vicus, *Vico della Baronia*, V. E. regni Neapolitani, sub A. Beneuentano.‖

Vīdēlĭcĕt, aduerb. confirmandi, quasi videre licet, Certè, nimirum. {δηλαδὴ, δηλονότι. GALL. Certes, certainement, c'est à sçauoir. ITAL. Certamente, veramente, cioe. GERM. Als nämlich/freylich. HISP. Conuiene à saber, ò es licito de veer, ciertamente. ANGL. Truely, without doubt, that is to say. } Terent. *in Adelph.* Videlicet hoc audiuit, hoc est, certè audiuit. ¶ Aliquando ironiæ vim habet, & ponitur pro scilicet. Sal. *in Cat.* Vos de parricidis quod statuatis, cunctamini, videlicet cætera vita illorum huic sceleri obstat? Sed parcite dignitati Lentuli. Vide Vallam *lib.* 2. *c.* 61. ¶ Videlicet, sine irrisione, pro Nimirum, sine Nempe. Cic. *pro Sest.* Venisse tempus iis qui in timore fuissent, coniuratos videlicet dicebat, vlciscendis. ¶ Videlicet cum relatiuo. Idem *de fin.* Hæc natura videlicet vult saluam esse se. ¶ Interdúmque videlicet suæ originis (nempe videre licet, vel videas licet) casum retinet. Plaut. *in Sticho*, Videlicet parcum illum fuisse senem, qui dixerit. Rursus, Videlicet illum fuisse nequam adolescentem. Lucr.

Esse videlicet in terris primordia rerum.

Sic vsurpatur *Scilicet*, pro scire licet. Idem *lib.* 2.

Scilicet esse globosa tamen, cùm squallida complent.

VĪDĔO, es, vidi, visum, Oculorum sensu aliquid percipio. {ראה *raáh* הביט *hibbit.* βλέπω, ὁράω, ὀπτάνομαι, θεάομαι. GALL. Voir. ITAL. Vedere. GERM. Sehen/lugen. HISP. Veer. ANGL. To see. } Virg. 2. *Æneid.*

——quæque ipse miserrima vidi,
Et quorum pars magna fui.

Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Rogitas quod vides. Idem *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Carebis (oculis) qui plus vident, quàm quod vident. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 2. Vsque quo valuisti? Vsque vt vides. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Viden' tu illi oculos virere? Vt oculi scintillant, vide. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Auditque & videt omnia Deus. ¶ Quandoque adiicitur ablatiuus oculis: ad maiorem emphasin, vt apud eundem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Nunquam te antè oculis

lis vidi meis. Idem *Mil. sc.4.a.4.* Tun' me vidisti? Sc. Atque his oculis quidem, &c. *Ibid. sc.3.a.2.* Profectò vidi. P. Tuten' Sc. Egomet, duobus his oculis meis. Eodémque modo dixit Ouid. 13. *Metam.*

Aspiciunt superi oculis mortalia iustis.

Et Plaut. *Amph.* Neque audio, neque prospicio oculis meis satis. Sic quoque Videre & perspicere oculis, apud Cic. *6. Verr.* quod & Græci dicunt, ἀναβλέπειν τοῖς ὀφθαλμοῖς. ¶ Transfertur etiam ad animum. Ouid. *ex persona Medea,*

——video meliora probóque:
Deteriora sequor.

Video (inquit) meliora, hoc est, intelligo, & considero, quæ sint meliora. Ter. *in Andr.* Vide quò me iudicas, id est, animaduerte, & considera. ¶ Vide tibi, id est, prouide. Idem *in Phorm.* Rectè mihi vidissem, & senis essem vltus iracundiam. Plaut. *Mil. sc.3.a.2.* Mihi ego video, mihi sapio. ¶ Pro sentire, præsentire, idem *Men. sc.3.a.4.* Video quam rem agis, &c. Item, Videri pro videre. Idem *Curc. sc.3.a.1.* Visus sum viderier. ¶ Me vide, phrasis est Comica, pro eo quod est, in me recipio, certum id habeo. Terent. *in Andr.* Atque istuc ipsum nihil pericli est, me vide. ¶ Videre somnum, est dormire. Cic. *ad Curc. lib.7.* Fuit enim mirifica vigilantia, qui suo toto Consulatu somnum non viderit. Terent. *Heaut.* Somnum herclè ego hac nocte oculis non vidi meis. ¶ Videre aliquando pro vigilare ponitur. Virg. *6. Eclog.* de Sileno,

——iámque videnti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.

hoc est, vigilanti iam, & expergefacto. ¶ Aliquando est præuidere, prænoscere. προορᾶν. Cic. *in Epist.* An tu non videbas mecum simul, quàm illa crudelis esset futura victoria? ¶ Videro ponitur pulchrè pro cauebo, & attentè considerabo. Terent. *Adelph.* Ego istuc videro, id est, istuc mihi curæ erit. Sic Videre pro curare, Plaut. *Amph.* Vide efferantur ex naui quæ imperaui omnia. Idem *Men. sc.3.a.2.* Para, cura, vide quod opus est, vt fiat. ¶ Pro cauere, idem *Curc. sc.3.a.2.* Vide ne me ludas. Idem *Amph.* Sed tu interea de foribus sis vide (i. caue attingas.) Idem *Aul. sc.2.a.4.* Vide fides, vt saluam aulam auferam. Idem *sc.1. a.4.* Vide ne titubes, &c. ¶ Videre, ferè pro vnà esse vel congredi. Cic. *Lentul. lib.1.* Quippe qui etiam Rauennæ Crassum antè vidisset, ab eóque in me esset incensus. Idem *ad Att. lib.6.* Ego, (vt spero) propediem te videbo. Sic Sulpitio *lib4.* Multis de causis te exopto quàm primùm videre. ¶ Conuenire, siue alloqui. Plaut. *Curc. sc.3.a.2.* Postquam hinc profectus sum, perueni in Cariam: video tuum sodalem (i. alloquor, vel reperio eum ad quem me miseras.) Idem *Mil. sc.2.a.2.* Haud multos homines videre & conuenire, quàm te mauellem. (i. alloqui.) Idem *Capt. sc.2.a.3.* Vt liceat videre. mox, vt conuenias. Item, Videre libenter aliquem, vide sup. *Libenter.* ¶ Vide sis, hortandi formula antiquis vsitatissima, vbi sis pro si vis, quemadmodum etiam sis, pro suis, sos, pro suos, sas, pro suas: & idem significat quod caue si vis, præuide tibi si videtur. Pers. *Sat.1.*

——vide sis ne maiorum fortè tibi frigescant limina.

¶ Huius passiuum est Videor, cernor, conspicior. βλέπομαι, ὁρῶμαι. Virg. *4. Eclog.*

——diuísque videbit
Permistos heroas: & ipse videbitur illis.

¶ Frequentissimè tamen accipitur pro appareo. δοκῶ, φαίνομαι. Cicer. *2. Offic.* Induxit eam, quæ videtur esse, non quæ esset, repugnantiam. Plaut. Cic. *lib.10. Epist.* Amicum eum Reipub. cognoscere videor. Videor videre, elegans loquendi formula, pro eo quod vulgus imperitorum dicere solet, *Videtur mihi quod ego video.* Idem *Tironi lib.16. Epist.* Videre videor te ementem rusticas res. Idem *in Catil.* Videor mihi videre hanc vrbem subitò vno incendio concidentem. ¶ Si videtur, id est, si placet, si molestum non est. Idem *Terentiæ lib.14.* Tu, si videbitur, certiorem, &c. ¶ Vide quid agas, protrita est clausula, qua eos monemus, qui magna aggrediuntur: non terrentis tamen est, sed excitantis, vt inquit Donatus *in illud Terentij in Phorm.* Vide quid agas, prima coitio est acerrima. Viderit Epicurus, inquit Cic. *4. Acad.* μελέτω τῷ ἐπικούρῳ, id est, videat, hoc est, huius rei illi cura sit: vel huius opinionis rationem reddat, non ego. Sic accipienda sunt, Tu videris, vos videritis, illi viderint, & cætera id genus. Cic. *ad Brutum,* De hoc tu videris. ¶ Viden', pro vidésne. Terent. *Eunuch.* Viden' me ex eodem ortum loco? Cic. *ad Attic. lib.13.* Viden' quàm φιλοσόφως? an tu nos frustrà existimas hæc in manibus habere? Ad videndum aliquem venire. Gell. *cap.10. lib.17.* Et, pergit eum videre, pro visit. ¶ Visum est faciendum, vt ostenderemus. Idem Gell. *cap.11. lib.15. & cap.2. lib.13. in fine,* Relinquendum igitur visum est. ¶ Ferirent, quando ita videretur. (indignantis.) Sueton. *in Galba cap.20.* ¶ Videndi sensus quomodo fiat, Gellius *cap.16. lib.5.*

Vīsus, a, um, participium, animaduersus. {נראה nireéh. ἑωραμένος, ὀφθείς. GALL. Veu. ITAL. Veduto. GERM. Gesehen. HISP. Visto. ANGL. Seene.} Plin. *lib.7. cap.19.* Socratem clarum sapientia eodem semper visum vultu. Virg. *2. Æneid.*

Infelix simulacrum, atque ipsius vmbra Creusæ
Visa mihi ante oculos, & nota maior imago.

Interdum visum dicimus, non quod oculis perspicimus, sed quod nobis apparet. Terent. *Heaut.* Visa est verò, quod dici solet, aquilæ senectus. Idem *Hecyr.* Matris vox visa est Philumenæ. Vbi Seruius, Omnia hæc, quæ sensu percipi possunt, visa dicimus. Virg. *6. Æneid.* Visæque canes vlulare per vmbram. Plaut. *Curc. sc.2.a.2.* Visus sum videre in somnis. Idem *Mil. sc.4.a.2.* Visa soror venisse in somnis sæpè. *Ibid. sc.5.a.2.* Visane ea est esse. P. Imò ea est. Ouid. *Eleg.8. lib.4. Trist.*

Non ita Dijs visum est.

¶ Viso opus est. Plaut. *Capt. sc.1.a.2.* Visu supinum posterius. Ouid. *6. Fast.*

Ecce (nefas visu) medijs altaribus anguis Exit.

Vīsum, i, Spectrum, phasma, siue species aliqua, quam dormientes videmur videre: quanquam nonnunquam & vigilantibus vsuueniat: quemadmodum Bruto legimus mali genij visum non multò ante cladem Philippicam apparuisse. {מראה mareéh. φάντασμα. GALL. Vision, songe, fantesme. ITAL. Segno, visione. GERM. Ein gesicht/erscheinung. HISP. La vision. ANGL. Sight vision, a fantasie.} Virg. *4. Æneid.*

Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori est.

Cic. *lib.1. Acad.* Plurima autem in illa tertia philosophiæ parte mutauit: in qua primùm de sensibus ipsis quædam dixit noua: quod iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille φαντασίαν, nos visum appellamus. Idem *2. de diuin.* Si Deus ita visa nobis prouidendi causa dat, cur non vigilantibus potius dat, quàm dormientibus.

Vīsum, i, pro spectaculo, hoc est, pro re quauis quæ spectanda proponitur. {מראה mareéh. τὸ ὅραμα. GALL. Ce qui est veu. ITAL. Cosa veduta. GERM. Ein gesicht/schawstuck. HISP. Cosa vista. ANGL. That is seene.} Propert. *lib.2. Eleg.6.*

Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas,
Et posuit casta turpia visa domo.

Vīsus, us, videndi actus, vel ipsa videndi facultas. {ראי roí ראות reúth. ὄψις. GALL. Veuë. ITAL. Il vedere. GERM. Das gesicht. HISP. Obra de veer, ò sentido para poder veer, vista. ANGL. The sense of seing or sight.} Plin. *lib.8. cap.22.* Sed in Italia quoque creditur luporum visus esse noxius. Idem *3. Fast.*

Mergetur, visus effugiétque tuos.

Plin. *lib.9. cap.50.* Pisces attritu ventrium coëunt tanta celeritate, vt visum fallant. Quint. *lib.10. c.1.* Qualis est ferri fulgor, quo mens simul visúsque perstringuntur. Velleius, Visus frustratus. (i. oculi.) Sueton. *in Aug. cap.91.* E visu nocturno stipem emendicare. ¶ Pro aspectu. Ouid. *Eleg.8. lib.4. Trist.*

——modò secedere in hortos
Nunc hominum visu rursus & vrbe frui.

¶ Visus pro viso & spectro aliquando ponitur. {מראה mareéh.} Virg. *3. Æneid.*

——Nymphas venerabar agrestes,
Gradiuúmque patrem, Geticis qui præsidet aruis,
Ritè secundarent visus, oménque leuarent.

Idem *5. Æneid.*

Obstupuit visu Æneas.

Horat. *2. Serm. satyr.5.*

——tum immundo somnia visu
Nocturnam vestem maculant, ventrémque supinum.

Nocturnus visus. Tacit. *lib.20.* Aduocata concione iussu numinis, suos; Ptolemæíque visus, & ingruentia mala exponit. ¶ Visus pro specie. Cic. *1. de nat. deor.* Ex quo existit & illud, multa esse probabilia, quæ quanquam perciperentur, tamen quia visum quendam haberent insignem & illustrem, his sapientis vita regeretur. Velleius, Visu nocturno territa Calphurnia.

Vīsio, nis, verbale, Ipse videndi actus. Eóque sensu vsus est hoc verbo Gellius *cap.18. lib.16.* quum ita scribit: Redditque etiam caussas ea disciplina (ὀπτικὴ scilicet) cur istæ quoque visiones fallant. {ראי roí ראות reúth. ὄψις. GALL. Veuë, regard. ITAL. Esso vedere. GERM. Das sehen. HISP. Obra de ver, ò la vista. ANGL. Seing or a sight.} Cic. *4. Acad.* Nec potest is cui est visio veri falsíque communis vllum habere iudicium, vt vllam omnino veritatis notam. Idem *2. de nat. deor.* Neque visionem, neque auditum, neque sonum sine aëre fieri posse. ¶ Visio item ponitur pro viso & spectro. {φαντασία. GALL. Visions, fantasies. ITAL. Visioni, fantasie. GERM. Ein gesicht so einem wunderbarlich fürkompt. HISP. Las visiones ò fantasias.} Quintilian. *lib. 6. cap. 2.* Tentabo etiam de hoc dicere, quas φαντασίας Græci vocant: nos sanè visiones appellemus, per quas imagines rerum absentium ita repræsentantur animo, vt eas cernere oculis ac præsentes habere videamur. Macrob. *in somn. Scip.* Omnium quæ videre sibi dormientes videntur, quinque sunt principales, & diuersitates, & nomina. Aut enim est ὄνειρος, secundùm Græcos, quod Latini somnium vocant: aut ὅραμα, quod visio rectè appellatur: aut χρηματισμὸς, quod oraculum nuncupatur: aut est ἐνύπνιον, quod insomnium dicitur: aut est φάντασμα, quod Cicero, quoties opus hoc nomine fuit, visum vocauit.

Vīso, is, si, sum, ad videndum eo, inuiso, adeo, conuenio. {פקד pakádh. ἐπισκέπτομαι, ἐπισκοπῶ. GALL. Voir souuent, aller voir. ITAL. Andar à vedere. GERM. Gehn sehen oder sugen. HISP. Yr con efecto à veer. ANGL. To visite, to gosce, to see often.} Cic. *ad Attic.* Cupio equidem, & iampridem cupio Alexandriam, reliquámque Ægyptum visere. id est, ad videndum ire. Terent. *in Hecyra,* Non visam vxorem Pamphili, quum in proximo sit ægra? Illud verò *in Andria,* Id viso, túne, an illi insaniant: exponit Donatus; ad videndum venio. ¶ Eadem etiam vis seruatur in compositis. Terent. *in Andr.* Reuiso quid agant. Redeo (inquit Donatus) vt videam quid agant. Et *in Adelphis,* Hera ego hinc ad hos prouisam quàm mox virginem accersant. Prouiso (inquit) duas res significat, procedo, & video. Plaut. *in Men.* Prouisam quàm mox vir meus redeat domum. Non rarò tamen Viso accipitur, pro primitiuo Video, præsertim cum verbo Eo, aut Venio coniunctum. Plaut. *Rudente,* Nunc huc ad Veneris fanum venio, visere rem diuinam facturam se dixerat. Terent. *in Hecyra,*—postquam accersiuit sæpiùs Ægram simulant mulierem: nostra illicò It viseret ad eam: admisit nemo. Idem *Phorm.* Vultísne eamus visere. Plaut. *Mil. sc.6. a.2.* Vise ad me, iam scies. Idem *Capt. sc.1.a.4.* Vise ad portum. Vnde inuiso ad. Gell. *c.9. lib.6.* Venit visere ad ægrotum. Idem *cap.10. lib.19. & cap.3. lib.16.* Et ire visere ad ægrum. Idem *cap.26. lib.2. & c.8. lib.18.* Cùm ad Frontonem ægrum viseret. Plaut. *Aul. sc.1.a.1.* Ibo vt visam sitne aurum ita vt condidi. Idem *Men. sc.2. a. 1.* faxo vidua visas patrem. (id est, ad eum te remittam.) ¶ Idem vsuuenit quando iungitur his ablatiuis gratia, causa, studio, & huiusmodi. Salustius, Multi autem qui è castris visendi, aut spoliandi gratia processerant, voluentes hostilia cadauera, amicum alij, pars hospitem, pars autem cognatos reperiebant. Terent. *in Hecyra,* Ne mittas quidem visendi causa quenquam. Virg. *2. Æneid.*

Vndique visendi studio Troiana iuuentus
Circunfusa ruit.

Ex quibus datur intelligi, hoc verbum non esse desideratiuum, sicut multi putant, sed magis exercitatiuum. Nam si viso in his exemplis intelligas, videre cupio, sensus erit ineptus: superflui enim ita forent hi ablatiui, studio, causa, gratia, quos habet adiunctos. ¶ Inuenitur & passiuum Visor, in tertiis potissimum personis. Cicer. *6. Verr.* Cupidinem

fecit

fecit illum, qui est Thespiis, propter quem Thespiæ visuntur. Idem 1. *Offic.* Domus Cn. Octauij vulgò visebatur.

Vīsēndūs, particip. Lustrandus. {ἐπισκεπτέος, περίβλεπτος. GALL. *Digne d'estre veu.* ITAL. *Degno di esser veduto.* GERM. Besichtigens wärt. HISP. *Digno de ser visto.* ANGL. *A worthie to be visited or sigthed.*} Cic. *pro Pomp.* Quæ cæteri tollenda arbitrabantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimabat. ¶ Aliquando nomen est ex participio. Plin. *lib.* 16. *cap.* 44. Vicina luco est ilex, & ipsa nobilis XXXV. pedum ambitu caudicis, decem arbores metiens singulas magnitudinis visendæ, id est, spectabilis admirandæ, dignæ videri.

Vīsĭto, as, frequentatiuum est à Viso, sæpè viso, & frequenter conuenio, adeo. {פקד *pakádh.* ἐπισκέπτομαι. GALL. *Visiter, aller voir souuent.* ITAL. *Visitare.* GERM. Offt besehen/oder heimsuchen. HISP. *Ver à menudo.* ANGL. *To visite to go often to see.*} Cicer. 5. *de finib.* Is quum arderet podagræ doloribus, visitassétque hominem Carneades, Epicuri perfamiliaris, & tristis exiret, &c. Plaut. *Curc. sc.* 3. *act.* 2. Ibi me interrogat, Ecquem in Epidauro Lyconem trapezitam nouerim. Dico me nouisse, quid lenonem Cappadocem? annuo Visitasse. (Idem Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Qui non sæpè sit hîc visitatus. (pro visus.) Aliàs tamen visitatus ibi legit Lambinus, & exponit versatus in his locis. Idem *Epidic.* Noscito hanc: nam videor nescio vbi me vidisse priùs. Estne ea? an non est quam animus retur meus? Dij boni, visitaui antehac: certè ea est. Item, Visitare ægrotos. Suet. *in Tib. cap.* 11. *& in Claud. cap.* 35.

Vīsĭtātĭo, is, verbale, actus visitandi.

Vīsĭbĭlĭs, e, quod videri potest: sicut inuisibile, quod videri non potest. {נראה *nireéh.* ὁρατὸν, θεατόν. GALL. *Visible, qu'on peut voir.* ITAL. *Visibile.* GERM. Sichtbar. HISP. *Cosa que se vee, ò se puede veer.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Oculi, seu vasa quædam, visibilem animi partem accipiunt, atque transmittunt.

Visor, is, verbale. Visores pro inspectoribus exploratoribúsque. Tacit. *lib.* 16. Nec missus visoribus, per quos nosceret an vera afferentur.

‖Visorium, theatrum, locus spectaculi, vbi ludi edebantur. Salmas.

Visualitas, visio. Tertull.‖

VĪDŬĂ, æ, mulier viro orbata: à Ve particula intensiua (vt quibusdam videtur) & antiquo verbo Iduare, quod olim Hetruscis diuidere significabat. {אלמנה *almanách.* χήρα. GALL. *Vesue, femme qui a perdu son mary.* ITAL. *Vedoua, senza marito.* GERM. Ein witfraw/witwe. HISP. *La muger viuda de marido, viuda.* ANGL. *A wedowe.*} Plaut. *Stich.* Quæ tam diu vidua viro suo caruit. Horat. 1. *Epist.* 1.

————— sunt qui

Frustis & pomis viduas venentur auaras.

Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Dum te abstineas, vidua, nupta, virgine. Contra Iabolenus Iurisconsultus Viduam dictam putat à Ve priuatiuo, & nomine Duo: vt Vidua dicta sit, quasi sine duitate: eáque voce non eam solùm intelligi putat, quæ orbata est viro, verùm etiam quæ nunquam nupsit. Viduam (inquit) dici placet, non solùm quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoque quæ virum non habuisset: quia Vidua sic dicta est, quemadmodum Vecors, Vesanus, qui sine corde aut sanitate esset: similiter Vidua, quasi sine duitate. ¶ Vidua etiam ea mulier dicitur cum qua maritus diuortium aut dissidium fecit. Plaut. *Men. v.* 3. *sc.* 2. *a.* 1. Si mihi tale post huncce diem faxis, faxo, foris vidua visas patrem. i. fecero, vt eiecta domo, visas patrem. (i. remittam te ad patrem tuum,) sunt enim verba mariti. Quintil. quoque viduam dixit, quæ virum habet, sed absentem. Sic & Plautus sæpè, vt *Menach. sc.* 1. *a.* 5. *v.* 20. 21. *&* 27. *&c.*

Vĭdŭo, as, Orbo, seu priuo. {שכל *schichchel.* χηρόω, χηρεύω. GALL. *Rendre ou faire vesue, priuer de mary ou d'autre chose.* ITAL. *Priuare.* GERM. Berauben. HISP. *Priuar como de marido.* ANGL. *To mak a wedowe, to spoile of an husband or other thing.*} Virg. 8. *Æneid.*

—————tot ferro saua dedisset

Funera, tam multis viduasset ciuibus vrbem.

Horat. *Carm. Ode* 9.

Et folijs viduantur orni.

Vĭdŭātŭs, a, um. {שחול *schachchúl* אלמן *almán.*} vt, Leges viduatæ Iudice, Claud. 8. *Pan.* Regna viduata lumine, pro inferis, Silius *lib.* 3. Coniux viduata tedis, Seneca *Medea.* ¶ Viduata, pro vidua, vt apud Sueton. *in Galba cap.* 5. Agrippina viduata, morte Domitij, &c.

‖Vidubium, seu viduuium, viduitas, siue viduitatis, seu cœlibatus pœna, afflictio. Viduuium, qui duos maritos amisit. & viduuia, quasi *vidua* bis: nisi quasi *vidua* vi facta,

Vidulus, marsupium è Corio, in quod peregrinantes condebant res suas: sacculus.‖

Vĭdŭŭs, a, um, Priuatus, orbatus, desertus. {שכול *schachchúl* אלמן *alman.* χῆρος. GALL. *Vef ou vesue, priué de quelque chose.* ITAL. *Vedouo, priuato.* GERM. Beraubt. HISP. *Cosa priuada como de marido.* ANGL. *Bereft, depryued, alone.*} Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Voce dum terret, viduus pharetra,

Risit Apollo.

Cic. 2. *Tusc.* Sic me ipse viduus pestes excipio anxias. ¶ Hinc viduus lectus dicitur, qui altero coniugum careat. Lucanus.

Insomnis viduo tum primum frigida lecto.

Ouid. 1. *Fast.*

Per totidem menses à funere coniugis vxor

Sustinet in vidua tristia signa domo.

Idem *Epist.* 18.

Cur ego tot viduas exegi frigida noctes?

Arbor vidua, quæ viti non est maritata. Horat. 4. *Carm. Ode* 5.

Et vitem viduas ducit ad arbores.

Vĭdŭĭtās, atis, vita cælebs post nuptias. {אלמנות *almenúth.* χηρεία. GALL. *Vefuage, viduité, priuation.* ITAL. *Veduità.* GERM. Der witwenstand. HISP. *Aquella priuacion de marido.* ANGL. *VVedowhiod.*} Liu. *lib.* 10. *bell. Maced.* in viduitate relictæ filiæ singulos paruos filios habentes. Idem *lib.* 34. *bell. Maced.* Et ipsæ libertatem quam viduitas & orbitas facit, detestantur. ¶ Ponitur aliquando pro inopia. Plaut. *in Rud.* Omnium copiarum, atque opum, auxilij, præsidij, viduitas nos tenet.

Vĭdŭērtās, atis, antiquis teste Festo, idem erat quod Calamitas, ita dicta, quòd bonis viduaret. {רעה *rahâh.* συμφορά.} Cato *rei rust. cap.* 141. Vti tu morbos visos inuisósque, viduertatem, vastitudinémque, calamitates intemperiásque prohibessis.

Vĭdŭlus, i, Bulga, vel sacculus quo viatores pecuniam aliásve res caras circunferunt. {אמתחת *amtáchth.* πήρα. GALL. *Vne male, vne valize, ou vne bougette.* ITAL. *Bisaccia, valigia, borsa.* GERM. Ein wätschgerlin/bulgen. HISP. *La bolsa.* ANGL. *A buget or bagge.*} Plautus *Rud.* Est ne hîc vidulus, vbi cistellam tuam inesse aiebas? Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Tuum Peniculum. Eccum hunc in vidulo saluum. *Ibid. sc.* 7. *a.* 3. In vidulo marsupium. ¶ Hinc Vidula Plauti Comœdia, quæ aliquoties citatur à Nonio.

Viennā, æ. {Wien in Osterreich.} Austriæ metropolis est, omnium vrbium, quæ ad Dunubium sitæ sunt, & ædificiorum splendore, & facili rerum copia clarissima, munitissimúmque Germaniæ, atque adeò totius orbis Christiani aduersùs Turcarum irruptiones propugnaculum. Hanc Plin. *lib.* 3. *cap.* 24. Vianam appellat, vt annotauit Hermolaus. ¶ Est præterea Vienna Allobrogum ciuitas ad Rhodanum fluuium, olim clarissima, vbi etiam hodie non pauca antiqua nobilitatis extant monumenta. {GALL. *Vienne.* GERM. Wien/an der Rhonen vnder Lyon gelegen.} Meminit huius idem Plin. *lib.* 3. *cap.* 4.

VĬĔo, es, eui, etum, Ligo, seu inflecto, interprete Nonio. {עור *hivvâh* קשר *kaschár.* λυγίζω. GALL. *Lier d'osier ou de telles choses, tordre comme vn hart à lier.* ITAL. *Ligare con verghe.* GERM. Binden mit trähen. HISP. *Atar.* ANGL. *To bind with osiers or twingges as hoopers, do to hoope.*} Varro *lib.* 1. *de R. R.* Vt habeas vimina, vnde viendo quid facias. Idem *lib.* 4. *de ling. Latin.* Viere est vincire: vnde apud Ennium, Ibant viere Veneream corollam. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Viden' illi oculos viere? (i. flecti & distorqueri.) aliàs tamen ibi *virere*, quidam legunt. ¶ Hinc vimina, & vasa viminea, teste Festo.

Vĭĕtōrēs, qui vasa vinaria religant, stipántque, inquit Bud. à viendo, hoc est, ligando seu vinciendo. {λυγιστής. GALL. *Tonneliers, qui relient les tonneaux.* ITAL. *Bottaÿ che fano botti.* GERM. Ein faßbinder oder küffer. HISP. *Los que hazen Toneles.* ANGL. *Hoopers or coopers.*}

Vĭētŭs, a, um, Mollis, languidus, sine vi, naturalibus priuatus viribus. {אמלל *amelál* (vel) *umlál* דוי *davvai* חלש *challásch.* καρφηρός, χαλαρός. GALL. *Aisé à plier, fleschible, mol, flettri sans force ne vertu.* ITAL. *Molle, effeminato, di poche forze.* GERM. Lück/oderlecht/lampecht. HISP. *Cosa marchita y muelle.* ANGL. *Soft, weake, bending.*} Varr. *de Oporothecis*; Ne quum humorem amiserit pertinaci vento, mala vieta fiant: id est, flaccida & rugosa. Apud Gell. *cap.* 2. *lib.* 13. Vieta & mollia poma sunt, quibus opponuntur dura & acerba. Habet autem hoc nomen penultimam syllabam indifferentem. Lucret. *lib.* 3.

Nec supra caput eiusdem cecidisse vietam

Vestem sentimus.

Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Qui sudor vietis, & quàm malus vndique membris

Crescat odor.

Vietum cor. Cic. 2. *de diu.* Ego enim suspicari possum contractum aliquo modo bouis exile, & exiguum & vietum cor. Ficus vieta. Colum. *lib.* 12. *cap.* 15. Ficus porrò neque nimium vieta, neque immatura legi debet.

VĬGĔo, es, ui, Floreo, polleo, siue potens, aut in vigore sum, & viriditatem quandam habeo. {עצם *hatsam* חזק *chazák* צמח *tsamách* פרח *parách* הציץ *hetsits* גבר *ghabár.* ἰσχυρίζω, ἀκμάζω. GALL. *Estre en vigueur, estre en sa force.* ITAL. *Essere nel suo vigore & forza, vigoreggiare.* GERM. Blüen/oder grünen/in seinem wäsen oder krafft sein. HISP. *Esforçarse, ser en vigor.* ANGL. *To be in his force and strenght, to be lustie.*} Cic. 1. *Tusc.* Multáque secula postea sic viguit Pythagoreorum nomen, vt nulli álij docti viderentur. Idem 11. *Philipp.* Nihil semper floret: ætas succedit ætati: diu regiones Cæsaris floruerunt, nunc vigent Pansæ. Idem *ad Attic. lib.* 4. Nos animo duntaxat vigemus etiam magis, quàm quum florebamus. Virg. 2. *Æneid.*

Dum stabat regno incolumis, regnúmque vigebat

Consilijs, & nos aliquod noménque decúsque

Gessimus.

Idem 4. *Æneid.*

Fama malum quo non aliud velocius vllum:

Mobilitate viget virésque acquirit eundo.

Tibull. *lib.* 4.

Laudis & assiduo vigeat certamine miles.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 15. *Trist.*

Quorum (poëtarum) nomina magna vigent.

Vĭgēns, tis, particip. {עצום *hatsúm* חזק *chazák* פרח *poreach.* ἀκμάζων, ἀθλοῶν. GALL. *Vigoureux.* ITAL. & HISP. *Vigoroso.* GERM. Blüyend/grünend. ANGL. *That is lustie, in his force and strenght.*} Cicer. 2. *de finib.* Homines enim etsi multis aliis, tamen hoc vnico à bestiis plurimum differunt, quòd rationem habeant à natura mentémque datam, & acrem & vigentem. ¶ Inter Vegetum & Vigens hoc interest, quòd Vegetum sit incolume: Vigens forte. Nam vegetum corporis, vigens animi possumus dicere. Nonius.

Vĭgēsco, scis, inchoatiuum, Catullus *Epigramm.* 43.

Iam læti studio pedes vigescunt.

Vĭgor, is, Firmitas, robur. {עצם *hotsém* עצמה *hotsmáh* חזק *chozék* (vel) *chezék* כח *choách* לח *leách* (vel) לחה *lechób* לשד *leschádh* נצח *netsach.* ἀκμή. GALL. *Vigueur, force.* ITAL. *Vigore, franquezza, gagliardezza.* GERM. Stercke/krafft/munterkeit. HISP. *Fuerça ò esfuerço de animo.* ANGL. *Strenght, force, lustinesse.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 25. Animi vigore præstantissimum arbitror C. Cæsarem Dictatorem. Liu. 1. *bell. Pun.* Eundem vigorem in vultu vímque in oculis, habitum oris, lineamentáque intueri. Virg. 9. *Æneid.*

————nec tarda senectus

Debilitat vires animi mutátque vigorem.

Ouid. 12. *Metam.*

Gratus in ore vigor.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3.

Nunciet hoc aliquis (mihi ægro sup.) dominam venisse, resurgam:

Spésque

Spésque tui nobis caussa vigoris erit.
Idem *Eleg.* 5. *lib.* 1. *Trist.*
Si quid & in nobis viui fuit ante vigoris
Excidit.
Item, Vigor equi. Gell.*cap.*14. *lib.*3. Vigor eloquentiæ, Velleius.
Vigoratus, vigore præditus. Apul. *lib.*9. Opportuna fallacia vigorati iuuenis inductus.
Vigorosus, ἀκμαῖος. Onom.id est, vigore plenus.
Vĭgĭl, adiectiuum est omnis generis, ablatiuum faciens vigili, vel vigile: quamuis in plurali numero neutrum genus non habeat. Est autem Vigil idem quod vigilans, hoc est, qui non est torpens: quales sunt dormientes, sed qui in vigore suo est. {שיר *chir*. ἐγρηγορὸς, ἄγρυπνος. GALL. *Veillant, qui veille.* ITAL. *Vigilante.* GERM. Wachbar oder wacker. HISP. *Velador.* ANGL. *VVatchfull.*} Virg. 4. *Æneid.*
Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi.
Ouid. 3. *Metam.*
Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ.
¶ Vigiles commentus est excubias Augustus, Sueton. *in Aug. cap.* 30. Item, Vigiles canes dicti ab Ouidio.
Vĭgil, substantiuum, Nocturnus custos, qui & excubitor dicitur, à quo præfectus vigilum vocatus est. {שמר *schomér* אשמרת *aschmóreth* אשמורה *aschmuráh* φύλαξ. GALL. *Garde de nuict, le guet.* ITAL. *Chi fa la guardia di notte.* GERM. Ein wächter. HISP. *Velador guarda de noche.* ANGL. *A wachman.*} Plaut. *in Amph.* Rex Creon vigiles nocturnos singulos semper locat. Cic. 6. *Verr.* Clamor à vigilibus fanique custodibus tollitur. Lucan. *lib.*7.
——— ne rumpite somnos
Castrorum vigiles, nullas tuba verberet aures, &c.
Ouid. 13. *Metam.*
At vos ô proceres vigili date præmia vestro.
Vīgēsĭmŭs, a, um, vltimus ex viginti. {עשרים *hesrím*. εἰκοστὸς. GALL. *Vingtiesme.* ITAL. *Vintesimo.* GERM. Zwentzigst. HISP. *Cada vno de veynte.* ANGL. *The twentieth.*} Cic. *pro Pompeio*, Ex illo tempore tertium iam & vigesimum regnat annum.
Vigesima, æ, Tributi genus quum in centenas minas quinæ exiguntur. εἰκοστή. Plin. *in Paneg.* His vigesima reperta est, tributum tolerabile. Vide *Vicesima.*
Vigesimarium aurum à Liuio dicitur quod ex vigesimis colligitur. εἰκοστικὸν χρυσίον. Erant autem vigesimæ tributi genus dimidia parte leuius quàm decimæ. Vide suprà *Vicesimarius.*
Vīgēssĭs, masculini generis, quod est viginti assium. {ὁ ἀσσαρίων εἴκοσι ὠνητός. GALL. *Qui couste vingt asses.* ITAL. *Che costa venti denari.* GERM. Das zwentzig asses oder plappart gilt. HISP. *Cosa que costa veynte asses.* ANGL. *That is of twentie pound weight, or cost twentie shillinges.*} Mart. *lib.*12.
Amphora vigessis, modius datur ære quaterno,
id est, viginti assibus amphora venditur.
‖Vigesimatio, vt decimatio, centesimatio, erant militares pœnæ, cùm vigesimus, decimus, aut centesimus quisque ad supplicium legebatur.
Vigintiuiri, quorum munus vigintiuiratus. erant triumuiri capitales, triumuiri monetales, & quatuoruiri curatores viarum vrbis, & decem uiri, qui hastam centumuiralem cogebant. Turn. *lib.*2.25.‖
Vĭgĭ o, as, Excubo, vigilias ago, non dormio. à vigente sensu dictum, non à visu tantùm, vt vult Varr. *lib.*4. *de ling. Lat.* {הר *har* העיר *hehír* שקד *schakádh*. ἀγρυπνέω, γρηγορέω. GALL. *Veiller.* ITAL. *Vegliare, vegghiare.* GERM. Wachen. HISP. *Velar.* ANGL. *To wake or watche.*} Gell. *cap. vlt. lib.*20. Vigilare vigilias, dixit de studiis. Ter. *in Eunucho*, Ne sursum deorsum cursites, néve vsque ad lucem vigiles. Cic. *de somn. Scip.* Me & fessum de via & qui ad multam noctem vigilassem: arctior quàm solebat somnus complexus est. Idem 2. *Catil.* Tardissimè autem Lentulus, credo quòd literis dandis præter consuetudinem proxima nocte vigilarat. Horat. 1. *Serm. saty.*3.
———noctes vigilabat ad ipsum
Manè, diem totum stertebat, nil fuit vnquam
Sic impar sibi.
Plaut. *Mil. sc.*2. *a.*2. Vigilia: quin vigi'as, expergiscere, vt somno stude, hanc rem age. Idem *Amph.* Vigilans vidi: vigilans nunc te video: vigilans fabulor. *Ibid.* Tun' me hîc vidisti? Vidi. A. in somnis fortasse. Al. Imò vigilans vigilantem. *Ibidem*, Vigilans dormio, vigilans somnio, viuus sanúsque intereo. ¶ Vigilare de multa nocte, pro Ad multam noctem. Cic. *ad Quint. fratr. lib.*2. Ego verò ardenti quidem studio: ac fortasse efficiam, quòd sæpè viatoribus quum properant, euenit: vt si serius quàm voluerint fortè surrexerint, properando etiam citius quàm si de multa nocte vigilassent, perueniant quò velint. ¶ Per metaphoram accipitur vigilare pro eo quod est omni cura vigilantiáque in id incumbere, ne quid nos inopinantes subitò opprimat. Cicer. *pro Planc.* Vigilandum est semper, multæ insidiæ fiunt bonis. Idem 6. *Philipp.* Quamobrem, Quirites, consilio quantum potero, labore plus penè, quàm potero, excubabo vigilabóque pro vobis.
Vigilor, aris, pass. Ouid. *Epist.*12.
Non mihi grata dies, noctes vigilantur amaræ:
Nec tener in misero pectore somnus adest.
Vigilatur, impersonale. Martial. *lib.*12.
Otia me somnúsque iuuant, quæ magna negauit
Roma mihi: redeo si vigilatur & hic.
Vĭgĭlāns, tis, participium. {שקד *schokedh*. ἀγρυπνῶν, ἐγρηγορῶν. GALL. *Veillant, qui veille.* ITAL. *Vigilante.* GERM. Wachend. HISP. *Velador.* ANGL. *That watcheth.*} Plautus *in Captiu. scen.* 1. *act.* 1. Vigilans somniat. Idem *Pseud. sc.* 3. *act.* 1. Qui imperata effecta reddat, non qui vigilans dormiat. Item, vigilantium somnia. Quintilian. Terentius *in Andr.* num ille somniat Ea, quæ vigilans voluit? ¶ Aliquando nomen est idem significans quod diligens, prouidus, intentus. ἐπιμελὴς, ἄγρυπνος. Plinius *epist.*17. *lib.* 2. Vir exercitatus & vigilans. Cicero 2. *Verr.* Perficiam vt nemo vnquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior ad iudicium venisse videatur. Vide plura suprà in *Vigilo.*

Vigilandus, a, um, ἀγρυπνητέος. Tibull. *lib.* 1. *Eleg.*2.
——— Cum fletu nox vigilanda venit.
Quintil. *lib.*15. *cap.* 5. Et vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda. ¶ Vigilandum aliquando accipitur pro eo quod est vigilanter prouidendum, vel summo studio diligentiáque conficiendum: vt annotauit Seruius in illud Virg. 1. *Georg.*
Quæ vigilanda viris, &c.
Vigilatus, a, um, Ouid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.*
Hoc pretium vitæ vigilatorúmque laborum?
Vĭgĭlāntĭă, diligentia, attentio. {ἐγρηγόρσις, ἀγρυπνία. GALL. *Veillance, vigilance, diligence.* ITAL. *Vigilantia.* GERM. Wachbarkeit. HISP. *Vela, diligencia.* ANGL. *Watchfullnesse, trauaile.*} Idem *in Adelph.* Vigilantiam tuam mihi narras? Cic. *Curio lib.*7. Nihil tamen eo Consule mali factum est: fuit enim mirifica vigilantia.
Vigilatè, & vĭgĭlāntĕr, aduerb. Cum diligentia & solicitudine. {ἐπιμελῶς, GALL. *Vigilamment, soigneusement, diligemment.* ITAL. *Vigilantemente, con diligentia.* GERM. Wachbarlich. HISP. *Velando diligentemente.* ANGL. *VVatchfully, with trauayle.*} ‖Gell. *lib.*3.14. Vigilatè atque attentè verbum non probum mutauit.‖ Cic. 6. *Verr.* Quòd vigilanter prouinciam administrasset, cuius omnes vigilias in stupris constat adulterijsque esse consumptas. Plancus *ad Cicer. lib.*10. Tu mihi Cicero quod adhuc fecisti, idem præsta vt vigilanter neruoséque nos qui stamus in acie, subornes.
Vĭgĭlārĭŭs, ij, Senec *epist.*58. Quid interest, vtrum super aliquem vigilarium ruat aut mons, aut turris. ‖Ibi Lipsius: vigiliarium locus & specula, in qua vigiles: vt valetudinarium, spoliarium, vinarium.‖
Vĭgĭlāx, acis, Sagaciter, multúmque vigilans. {שקד *schokedh*. ἀγρυπνητικός. GALL. *Fort veillant, qui ne dort point.* ITAL. *Molto vigilante.* GERM. Gantz wachbar. HISP. *Muy velador.* ANGL. *VVatchfull.*} Col. *lib.*7. *c.*12. de canibus loquens, Maximè autem debent in custodia vigilaces conspici: nec erronei, sed assidui & circunspecti magis quàm temerarij. Idem vsus est Iurisconsultus *lib.*18. *D. de ædil. edict.*
Vĭgĭlĭă, æ, siue vigiliæ, arum, Insomnia, excubiæ nocturnæ. {אשמרת *aschmóreth* אשמורה *aschmurah*. ἀγρυπνία, παννυχισμός. GALL. *Veille, guette de nuict.* ITAL. *Viglia, guarda di gente d'arme.* GERM. Wacht/nachtwacht. HISP. *Vela, obra de velar, guarda de noche.* AGNL. *VVatching.*} Plaut. *Pseud. sc.*7. *act.* 4. Noctu vigiliam quando ibat miles, tum tu ibas simul? Et Senec. *cap. vlt. de tranq.* Miles vigilias diuidit. Cicer. 7. *Philippica*, Idcirco in hac custodia, tanquam in specula collocati sumus, vt populum Romanum vacuum metu nostra vigilia redderemus. Idem 4. *Tusc.* Cui non sunt auditæ Demosthenis vigiliæ? qui dolere se aiebat si quando opificum antelucana esset victus industria: vigilias militares in quaterna olim horarum spatia diuidebant: ita vt prima, secunda, tertia, & quarta vigilia diceretur. Cæs. 1. *bell. Gall.* Vbi per exploratores Cæsar certior factus, tres iam partes copiarum Heluetios id flumen traduxisse, quartámque ferè partem citra flumen Ararim reliquam esse de tertia vigilia cum legionibus tribus ex castris profectus, ad eam partem peruenit, quæ nondum flumen transierat. Hîc sicut, & *lib.* 1. & 2. *de bell. ciuil.* de tertia vigilia, i. media nocte. Nam *lib.* 2. cùm dixisset, tertia vigilia; mox non multùm pòst posuit media nocte. ¶ Tradere suam vigiliam alteri, prouerbialiter dicitur à Cic. *ad Brut. lib.*11. Sed vt mones, frænum momordi, etenim qui te incluso omnem spem habuerim in te, quid nunc putas? Cupiam iam vigiliam meam Brute tibi tradere, sed ita vt ne desim constantiæ meæ. Allusit Cicero ad vigilias militares: nam qui in castris exploratorum, & excubiarum partes noctu obeunt, sua vigilia vbi perfuncti sunt, alij aliis vigiliam quasi per manus tradunt. ¶ Interdum vigiliæ dicuntur ipsi custodes, qui vigilant. οἱ φύλακες. Salust. *in Iugurth.* Sed neque more militari vigiliæ deducebantur. Idem *in Catil.* Et ab incendio intelligebat vrbem vigiliis munitam. Vigiliæ Cereris dicuntur à Plauto *in Aul.* nocturna sacra quibus in æde Cereris peruigilabant mulieres. quæ & mysteria, & initia dicebantur. παννυχίδες, μυήσεια. Nam ea nocte cum viro concumbere, piaculum erat. Is, inquit, *sc.*6. *a.*4. adolescens illius est auunculus, Qui illam stuprauit noctu Cereris vigiliis.
Vigilium, in neutro etiam dixerunt veteres. Varro *in Eudymionibus*, Animum mitto speculatum toto orbe, vt quid facerent homines quum experrecti sunt, me faceret certiorem, si quis meliùs operam superet, vt eius consilio potiùs vigilium adminicularem nostrum. Ex Nonio.
‖Vigiliæ, *Bisegli*, V.E. regni Neapolitani, sub A. Tranensi.‖
Viginti, bis deni, æ, a, nomen numerale indeclinabile. {עשרים *hesrím*. εἴκοσι. GALL. *Vingt.* ITAL. *Venti.* GERM. Zwentzig. HISP. *Veynte.* ANGL. *Twentie.*} Cic. 5. *de Orat.* Annósque natus vnum & viginti, & nobilissimum hominem, & eloquentissimum in iudicium vocarim. Virgil. 1. *Æneid.*
———ad littora mittit
Viginti tauros.
Vigintiuiri, nomen magistratus apud Romanos, εἰκοσάνδρες, vt Triumuiri. Cic. *ad Attic. lib.*2. Vbi nemo sit præter me qui quendam ex vigintiuiris vnum esse saluum velit. vide etiam *suprà.*
Vigintiuiratus, us, ui, officium viginti virorum. Cic. *ad Attic. lib.*9. Repudiari se totum magis etiam quàm olim in vigintiuiratu putabit.
Vĭgŏr, vide *Vigeo.*
Vīlĭs, e, contemptus, abiectus, humilis, plebeius, leuis, communis, vulgaris. {זולל *zolél* נקל *nekál* בזוי *bazui* נבזה *nibzéh* נקלה *nikléh*. φαῦλος. GALL. *Vil, de petite valeur, de petit prix, de petite estime.* ITAL. *Vile, da buon mercato, di poco conto.* GERM. Schlecht/vnachtsam/nachgültig. HISP. *Cosa de poco precio, ò barata.* ANGL. *Good cheape, litle worthe.*} Cic. *ad Quint. fratr. lib.*1. Semper eos putaui, si vulgares essent, viles: si temporis causa constituerentur, leues. Salust. *in Catil.* Fidem, fortunas, pericula vilia habere, id est, non magnifacere. Quintilian. Vilia sunt quæ pretium habent. Senec. *cap.*11. *de tranq.* Vilis sibi non est sapiens. Plaut. *Most. sc.*3. *a.*1. Verbum hoc vile est viginti minis. (id est, paruo emitur si xx. minis tantùm emitur.) Idem *Aul. sc* 5. *a.*3. faxo vt muli qui pretio superant equos, sint viliores Gallicis Cantheriis. Idem *Mil. sc.*3. *a.*2. Miror lolio victitare te tam vili tritico, &c. Item Liu. *lib.*5. *dec.*4. Vilior regi Annibal: (id est, apud regem in minore honore Annibal fuit.) Cic. 3. *Offic.* Quærit si in mari iactura facienda sit, equíne pretiosi potiùs iacturam

iacturam faciat, an seruuli vilis. Idem 2. *de finib.* Non minor, inquit, voluptas percipitur tam ex vilissimis rebus, quàm ex pretiosissimis. Horat. 2. *Serm. satyr.* 5.

Et genus & virtus, nisi cum re vilior alga est.

Vile à villa deduci quidam putant, quòd omnia in villa viliora sint, quàm in vrbe. Est enim propriè vile, quòd paruo constat, cuius contrarium est carum. εὐτελής. Cic. 5. *Verr.* Frumentum, quoniam vilius erat, ne emisses. Plaut. *in Trin.* Neque quicquam hîc vile nunc est, Nisi mores mali. Ponitur interdum pro abundanti, teste Seruio, quia omne quod plurimum abundat, vile est, id est, paruo venditur pretio. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Si verò viciámque seres, vilémque phaselum.

Vilis oratio à Quint dicitur *lib.* 8. *cap.* 3. neglecta, inelaboratáque: cui opponitur accurata. Vili ablatiuus verbis pretij addi solet. Martial. *lib.* 12.

Instructam vili vendis Amœne domum.

Vilia membra, αἰδοῖα. Ouid. 4. *Fast.* (id est, pudenda.)

Vilius & vilissimè, aduerbia, Minoris & minimo pretio. Plin. *lib.* 18. *cap.* 6. Quicquid per asellum fieri potest vilissimè constat, & est in vsu, vel dulcius quàm superiores notæ passi.

Vīlĭtās, atis, exiguitas pretij)(Caritas. {זולות zullóth. εὐτέλεια. GALL. *Petit prix, petite valeur & estime, vilité.* ITAL. *Viltà, buon mercato.* GERM. Wolfeile/nachgültigkeit. HISP. *Aquel poco precio, ò barato.* ANGL. *A litle price or value, good cheapenesse.*} cui opponitur caritas, vt Vilitas annonæ. Cic. *pro lege Manilia*, Tanta repentè vilitas annonæ ex summa inopia, & caritate rei frumentariæ consecuta est, vnius spe & nomine, quantam vix ex summa vbertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. Gell. *cap.* 15. *lib.* 1. Vilitas loquendi, vel faciendi. (de eo qui frustò panis id facit.) Quintil. Vilitas testium humilium incessenda, &c. ¶ Vilitas sui, per translationem dicitur, quum quis ita temerè ruit in periculum, vt nihil vita sua vilius habere videatur. Curtius *lib.* 5. Quid ruimus belluarum ritu in perniciem non necessariam? Fortium virorum est magis mortem contemnere, quàm odisse vitam. Sæpe tædio laboris ad vilitatem sui compelluntur ignaui. Vilitas pro seruitute. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Vides me pro tuo capite meum carum offerre caput vilitati. ¶ Vilitas, GALL. *Le bon marché.* Suet. *in Cæs. cap.* 50. Amplissima prædia ei (Seruius) mimo addixit. Et plerisque vilitatem mirantibus, &c. Vide & Gell. *cap.* 4. *lib.* 9

Vīlēsco, scis, Vilior fio, vt Annonam vilescere dicimus, quum pretium eius remittitur. {נקלה nekál. εὐτελίζομαι. GALL. *Deuenir vile, & de petit prix, auillir.* ITAL. *Diuenir vile, ò di poco prezzo.* GERM. Wolfeyl oder nachgültig werden. HISP. *Velar poco, ò barato.* ANGL. *To become vile, of no price, valew or estimation.*} Contrà, accendi dicitur, quum pretium eius immoderatè augetur ¶ Gratiam item vilescere dicimus, hoc est, sordescere & minoris æstimari, φαυλίζομαι.

Vīlĭto, as, vilem reddo. {הבזה hibzáh. φαυλίζω. GALL. *Auillir, faire ou estimer peu.* ITAL. *Far vile, stimar poco.* GERM. Schlächt/oder vnachtsam machen. HISP. *Menospreciar.* ANGL. *To mak good cheape or litle worthe.*} Turpill. apud Non. Et quærit tua vitia quæ te vilitant.

Vīllă, æ, domus in agro, agri colendi, & fructuum condendorum, aut etiam habitationis causa constituta. {כפר cópher פרזון perazón. ἐπαύλις, ἀγροικία, χωρίον. GALL. *Village, metairie, grange.* ITAL. *Villa, castello.* GERM. Ein meyerhoff/bawrenhauß/auff die güter gebawen. HISP. *La casa, ò la heredad del campo, la possession del campo, quinta.* ANGL. *A village, farme, or manour place.*} Plinius *lib.* 18. *cap.* 6. Modus hîc probatur, vt neque fundus villam, neque villa fundum quærat. Cic. *pro Quint. Rosc. Com.* Tum erat ager incultus, sine tecto: nunc est cultissimus cum optima villa. Idem *ad Attic. lib.* 10. Præteriit villam meam Curio, iússitque mihi nuntiari mox se venturum. Horat. 1. *Serm. satyr.* 5.

Hinc nos Cocceij recipit plenissima villa, id est, populosa.

Dicta est autem villa à vehendo, quasi vehilla, quòd in eam fructus à villico conuehantur, & euehantur quum veneunt, vt ait Varro *de re rust. lib.* 1. *cap.* 2. Columella villam tripartitò distribuit, partem vnam vrbanam, rusticam alteram, & tertiam fructuariam appellans. Villa rustica, est ea pars villæ, quam villicus colonus, vel vinitor, vel arborator habitandam sibi obtinet, & familiæ villaticæ, atque instrumento omni rustico condendo, aut continendo est accommodata. Villa vrbana prætorium dicitur & est ea pars, quam dominus, si quando in villa sit, solet habitare: quæ quia elegantiùs, amœniúsque ædificari solet, & instrui, ideò vrbana vocatur, quasi vrbani nitoris, & elegantiæ plus habens, quàm rustica. Fructuaria autem villa dicitur, vbi fructus reconduntur. Bud. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Plus plaustrorum in ædibus illarum videas, quàm ruri, quando ad villam veneris.

Vīllŭlă, æ, diminutiuum {ἐπαύλιον. GALL. *Petite metairie.* ITAL. *Picciola villa.* GERM. Ein Meyerhöflin. HISP. *Pequeña heredad, pequeña aldea.* ANGL. *A litle farme or manour place.*} Cic. *ad Attic. lib.* 8. Ego Arpini volo esse pridie Cal. deinde circum villulas nostras errare. Horatius 1. *Serm. satyr.* 5.

Proxima Campano ponti quæ villula tectum
Præbuit.

Villānŭs, i, gen. masc. qui in villa habitat. {פרזי parazí. ἀγροικός. GALL. *Villain, laboureur, contadin.* ITAL. *Villano, rustico, lauoratore, contadino.* GERM. Ein meyer/ein bawr so ein meyerhoff besitzt. HISP. *Villano, aldeano.* ANGL. *That laboureth a farme.*} vnde & Semiuillanus, semirusticus. ¶ Villani (inquit Budæus) dicuntur, quòd villæ (vnde dicti villici) ascripti, & colonariæ conditioni addicti aut ipsi sint, aut eorum maiores fuerint: quarum rerum vestigia non obscura multis in locis extant. Quod tamen nomen loquentium inscitia in contumeliam iam vertit. Villanum enim & vilem vernacula simplicitas confundit.

Villāris, e, Villaticus. {פרזי parazí. ἐπαυλικός, ἀγροικικός. GALL. *De village ou metairie.* ITAL. *Di villa.* GERM. Eines meyerhoffs. HISP. *Cosa de aquella possession de campo.* ANGL. *Of a farme or manour place.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 41. Villaribus gallinis & religio inest: inhorrescunt edito ouo, excutiúntque sese, & circumcectæ purificant, aut festuca aliqua sese, & oua lustrant.

Villātĭcŭs, a, um, quod ad villam pertinet. {פרזי perazí. ἐπαυλικός. GALL. *De village, ou metairie.* ITAL. *Villesco, sa, di villa.* GERM. Meyerhöfisch/bäurisch. HISP. *Cosa de aquella possession del campo.* ANGL. *Perteanin to a farme or manour place.*} vnde Villatica pastio dicitur alimentum, quod pertinet ad animalia, quæ ruri nutriuntur, vtputa pecudes, aues, pisces. Villaticus canis qui villæ asseruandæ gratia alitur. Colum. *lib.* 2. *cap.* 10. De villatico cane igitur, & pastorali dicendum est: nam venaticus nihil pertinet ad nostram professionem. Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Aiunt si quis villam ea tinxerit, fugere accipitres, tutásque fieri villaticas aues. Villaticæ gallinæ dicuntur gallinæ illæ vulgares, quales plerunque in villis, & in ipsis etiam vrbibus vulgò videmus educari. Dictæ villaticæ ad differentiam agrestium, & Africanarum: de quibus vide in dictione *Gallina.*

‖Villator, pro cauillator. Lips.‖

Villĭco, as, & Villicor, aris, deponens, Rusticor, siue in villam animi causa secedo. {ἀγροικίζω. GALL. *Gouuerner vne metairie, & y labourer les terres, & faire autres affaires rustiques, grangier, metayer.* ITAL. *Star à la villa, gouuernare la villa, lauorare la terra.* GERM. Auff einem Meyerhoff sitzen/bawrenwerck treiben. HISP. *Vsar de oficio de mayordomo, labrar la tierra.* ANGL. *To rule a farme, and laboure it, or dwell in manour place.*} Pomponius, Ego rus eo, vt aliquot diebus villicer. Terentius *in Hecyra,* Hîc villicor ante vrbem. Plin. *lib.* 18. *cap.* 6. Quorum prædia colenda suscipiebat Respub. exercitúsque ducebant, Senatu illis villicante. ¶ Aliquando villicari, est villæ præesse. οἰκονομεῖν, ἀγροικονομεῖν. Pomponius. Longè ab vrbe villicari, quò herus rarenter venit, non villicari, sed dominari mea est sententia.

Villĭcātio, ipsa rustica negotiatio, vel villæ dispensatio. {οἰκονομία, ἀγρονομία. GALL. *Gouuernement de metairie, grangeage.* ITAL. *Gouerno di villa.* GERM. Bauwrenwerck. HISP. *Obra de mayordomo de la aldea.* ANGL. *The ruling of a farme.*} Columell. *lib.* 11. *cap.* 1. Qui susceperit officium villicationis, inprimis coniunctum domesticum, multóque etiam magis externum viret.

Villĭcōnes, Villici, vel præfecti villicationis, vt est apud Apul. *in Apolog.* ἀγρονόμοι, τῆς ἐπαυλίας ἐπιστάτης.

Villĭcŭs, i, Præfectus villæ, cui tota rei rusticæ cura à domino committitur. {ἀγρονόμος, τῆς ἐπαυλίας ἐπιστάτης. GALL. *Metas ou metayer, grangier* ITAL. *Fattore, guastaldo.* GERM. Ein meyr/ein haußhalter in einem meyerhoff. HISP. *Mayordomo del campo, aparador que los ferranos llaman capataz.* ANGL. *A farmer or that gouerneth a farme.*} Varr. *de R. R. lib.* 1. *cap.* 1. Villicus agri colendi causa constitutus, atque appellatus à villa, villa ab eo quòd in eam conuehuntur fructus, & euehuntur, quum veneunt. A quo rustici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas & Vellam, non Villam, quò vehunt, & vnde vehunt. OEconomus autem tam pecuniæ, quàm frugum, & omnium quæ dominus possidet, dispensator est. Cic. *lib.* 4. *Tusc. quæst.* Qui quum villico factus esset iratior, Quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem? Horat. *lib* 1. *Epist.*

Villice syluarum, & mihi me reddentis agelli.

Colum. *lib.* 11. Villicus semper caueat ne improuidus ab opere vincatur: res est agrestis insidiosa cunctanti.

Villĭcă, æ, vxor villici. {ἡ ἀγρονόμος, ἡ ἐπιστάτις τῆς ἐπαύλεως γυνή. GALL. *La metaise, ou metayere, la femme du metais ou metayer.* ITAL. *Femina di villa, moglie del guastaldo, guastalda.* GERM. Die fraw des verwesers eines meyerhoffs/meyerin. HISP. *La muger mayordoma de aquella casa.* ANGL. *The farmers wife.*} Martial. *lib.* 1.

Pinguis inæquales onerat cui villica mensas.

Iuuen. *Sat.* 11.

Asparagi, posito quos legit villica fuso.

Villum, i, vide *Vinum.*

Vīllŭs, non propriè pilus est, vt nonnulli interpretantur, sed multorum pilorum collectio, & quidam quasi floccus: quales in iubis leonum, & luporum, nonnullorum etiam canum videmus propendere. {שער sehál צמה tsammáh. θρίξ, λάχνη, λάχνος. GALL. *Poil.* ITAL. *Peli messi insieme, come è vn mazzo di setole.* GERM. Ein harlock. HISP. *El vello pelo sotil.* ANGL. *A bigge heare.*} ¶ In vestibus etiam villi dicuntur, flocci illi prominentes, qui hodie etiam ornatus causa arte fullonia pannis inducuntur. Cic 2. *de nat. deor.* Animantium verò quanta varietas est? quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ: plumas alias squamas vidimus obductas, alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. Plin. *lib.* 8. *cap.* 50. de capris loquens, Dependet omnino mento villus, quem aruncum vocant. Virgil. 3. Georgic.

Dulcibus iccirco fluuiis pecus omne magistri
Perfundunt, vdísque aries in gurgite villis Mersatur.

Martial. *lib.* 14.

Calfaciunt villi pallia nostra mei.

Villōsŭs, adiect. quod villis plenum est, hirsutus, hirtus. {שעיר sahír. τραχωτός, μαλλωτός. GALL. *Velu, pelu.* ITAL. *Peloso.* GERM. Löckechtig/zottechtig. HISP. *Cosa vellosa ò peluda de tal pelo.* ANGL. *Rough, full of heares.*} Col. *lib.* 7. *cap.* 12. Amplo, villosóque pectore. Virg. 8. *Æneid.*

———villosi pelle leonis.

‖Vilna, VVilde Germanis, *Vilenski* indigenis, *Vilna* Italis, Lituaniæ caput, V. E & Academia, sub A. Gnesnensi.‖

Vīmĕn, inis, omne virgultum lentum, & flexile, ad ligandum aptum quasi vincimen. {λύγος, οἰσύα, ῥίψ. GALL. *Toutes sortes de verges molles & aisées à plier pour lier, soit d'osier, orme, peuplier, bouleau, ou autres.* ITAL. *Stroppa, vimine, legame, fatto d'ogni sorte di ramo d'herba.* GERM. Weyche gerten oder weiden damit man binden oder flechten than/korbereiß. HISP. *Vara ò verga que se doblega.* ANGL. *A wig, osiar, or wicker.*} Col. *lib.* 4. *cap.* 30. Nec refert cuius generis vimen feras, dum sit lentissimum. Virg. 4. *Æneid.*

Rursus & alterius lentum conuellere vimen
Insequor, & causas penitus tentare latentes.

Idem 2. *Georg.*

———aqua eluctabitur omnis,
Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttæ.

Idem 11. *Æneid.*

Haud segnes alij crates, & molle pheretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno.

Colum

Colum.*lib.4. cap.13.* Si viminibus salicis aut vlmi ligaueris. Cæsar 1. *bell.ciu.* Reliquum corpus nauium, viminibus contextum, coriis integebatur. Fiunt autem vimina ex populorum virgis, vlmi & sanguineorum fruticum, & betulæ, & vitis, & coryli intortæ, & salicis quæ principatum obtinet.

Vimineus, a, um, quod est ex vimine. {οἰσύϊνος. GALL. *D'osier, ou d'autres verges propres à lier.* ITAL. *Fatto de vinchi, ò altre verghe.* GERM. Auß weyden banden oder korbreiß gemacht. HISP. *Cosa hecha de tales varas.* ANGL. *Made of wickers.*} vt, Vasa viminea. Plaut. *in Epid.* Viminei fasces virgarum, Virg.1.*Georg.*

Vimineásque trahis crates, &c.

Cæs.3.*bell.ciu.* Multum autem ab ictu lapidum, quod vnum nostris erat telum, viminea tegumenta galeis imposita defendebant.

Viminalis, e, quod est ad ligandum aptum, seu quod pertinet ad vimina. {ὁ κ ἡ ἱμαντώδης, ὁ κ ἡ λυγώδης, ὁ οἰσυηρός, λυγισικός. GALL. *Propre & conuenable pour lier.* ITAL. *Conueniente à ligare, ò pertinente à vimine.* GERM. Das zu weiden oder banden dienstlich ist. HISP. *Conueniente para atar, pertenecienté à varas ò vergas que se doblegan.* ANGL. *Perteaning to twiges.*} vt, Salix viminalis. Plin.*lib.17. cap.20.* Salicis viminalis singula iugera sufficiunt vigintiquinque vineæ iugeribus. Col.*lib.4.c.10.* Quare salices viminales, atque arundineta, vulgarésque syluæ, vel consultò consitæ, è castaneis priùs faciendæ sunt.

Viminalia absolutè, nomen generale est, omnibus tum arboribus, tum fruticibus commune, quæ vimina producunt. λυγισικά. Plin.*lib.17.cap.20.* Hæc est viminalium cultura. ¶ Viminalis collis, vnus ex septem vrbis Romanæ collibus, in tertia vrbis regione: ita dictus à viminum sylua in eo enata: vnde & Ioui Vimine, cuius ibidem ara erat, nomen inditum: vt autor est Varro *lib.4.de ling.Lat.* ¶ Viminalis porta Romæ fuit inter Salariam & Exquilinam: ita dicta quòd per eam in agrum Nomentanum esset iter.

Vinacea, Vinaria, Vinarius, vide *Vinum.*

Vinca, æ, herba topiaria, humi repens, lauri foliis tenuibúsque sarmentis quibus obuia quæque vincit: vnde & nomen inuenit. κληματὶς, δαφνοειδής. Plin. *lib.2. Epist.17.* Adiacet gestationi interiore circuitu, vinca tenera, & vmbrosa, nudísque etiam pedibus mollis & cedens, eadem & Vincaperuinca appellatur à Plinio maiore *lib.21. cap.11.*

Vincaperuinca, herba est topiaria, perpetuò virens, foliis geniculatim vestita, veteribus inopiam florum supplere solita, humi serpens, & in modum fœniculi sese porrigens, & vicina quæque vinciens: vnde & nomen inuenit. κληματὶς, δαφνοειδής. Plin.*lib.21.cap.11.* alio nomine chamædaphnen, quasi humilem laurum, appellari tradit propter foliorum similitudinem. Omnino tamen diuersa est chamædaphne Dioscoridis, quam Latini Laureolam appellant, siue Lauraginem. Officinæ *Peruencam* nominant.

‖Vincentia, Vicetia Plinio, *Vicenza,* V.E. ditionis Venetæ, sub P. Aquileiensi.‖

Vincio, is, vinxi, vinctum, Ligo, constringo. {אסר *asár* קשר *kaschár.* δέω, δεσμέω, ... πεδάω. GALL. *Lier.* ITAL. *Ligare.* GERM. Binden. HISP. *Atar.* ANGL. *To tie or binde.*} Plaut. *Men.sc.1.a.1.* Homines captiuos qui catenis vinciunt. *ibid.* Esca & potione vinciri decet fugitiuos. Idem *Aul. sc.2.a.2.* Comprehendite, vincite, verberate. Idem *Men.sc.1.a.1.* Dum illo vinculo compedibus ferreis me vincies, facilè asseruabis. Virg. 1.*Æneid.*

Purpureóque altè suras vincire cothurno.

Ouid.10.*Metam.*

——non huc vt operta viderem
Tartara descendi: nec vti villosa colubris
Terna Medusæi vincirem guttura Monstri.

Cic.*pro Marcel.* Omnia quæ delapsa iam fluxerunt, seueris legibus vincienda sunt. Idem *in Orat.* Et verba eligebant: & sententias graues & suaues reperiebant: sed eas haud vinciebant, haud explebant. ¶ Vincire præsidiis locum, pro tenere. Idem *ad Attic.lib.7.* Cæsarem quidem, L. Cæsare cum mandatis de pace misso, tamen aiunt acerrimè delectum habere, loca occupare, vincire præsidiis.

Vinctus, a, um, partic. Ligatus, constrictus. {אסור *esúr* קשור *kaschúr.* δεδεσμένος. GALL. *Lié.* ITAL. *Ligato.* GERM. Gebunden. HISP. *Atado.* ANGL. *Tied, on fastened.*} Cic.6.*Verr.* Dedit igitur vbi fortuna Siculorum C. Marcellum iudicem: vt cuius ad statuam Siculi te Prætore alligabantur, eius religione te eundem vinctum astrictúmque dedamus. Terent. *in Eunuch.* quas matres student Demissis humeris esse, vincto pectore, vt graciles fient. Plaut. *sc.2. a.2.* Nudus victus centum pondo es. ¶ Vinctus aliquando pro captiuo accipitur, siue pro seruo compedito, qui ex vinculis, aut in ergastulo opus facit. δεσμώτης. Seneca, Qui vnus erat è vinctis Cæsaris, mox libertate donatus est. Plin. *Epist.9.* Nam nec ipse vsquam vinctos habeo.

Vinctus, us, ui, Ligamen. {אסור *esúr* צרור *tserór.* ἡ δέσις, δεσμός. GALL. *Vn lien, liaison.* ITAL. *Ligamento.* GERM. Bindung oder band. HISP. *Atadura.* ANGL. *A band to tie any thing with.*} Varro *lib.1.de R.R.cap.8.* Et vindemia facta denique discat pendère in palmam aut funiculo, aut vinctu, quod antiqui vocabant cestum.

Vinculum, i, Ligamen. {אסור *esúr* צרור *tserór.* δεσμὸς, ἅμμα, εἱργμός. GALL. *Lien.* ITAL. *Ligame.* GERM. Ein band. HISP. *Atadura.* ANGL. *A band to tie any thing with.*} Cic.3. *Offic.* Nullum enim vinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt. Copulare vno vinculo. Liu.8.*bell.Pun.* Virg.2.*Æneid.*

——nam teneras arcebant vincula palmas.

Ouid.9.*Metam.*

Dixerat, & summo digitorum vincula collo Inijcit.

Virg.4.*Georg.*

Hunc tibi nate prius vinclis capiendus.

Cic.*pro Cæcin.* Qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula reuellit non modò iudiciorum, sed etiam vtilitatis vitæque communis. Senec. *cap.18. de cons.ad Mart.* Vinculum terrarum Oceanus. Idem *cap.9. de tranquill.* Animum veluti sub vinculis habeamus. ¶ Pro calceis, Ouid. *lib.2. Fast.*

Scindebat magni vincula parua pedes.

¶ Lenta nimis vincula escaria: (de potu & cibo.) Plaut. *Men.sc.1.a.1.*

¶ Vincula pro viminibus, quibus vites religantur. Col.*lib.3.* Salix humida loca desiderat, genista etiam sicca, vtraque tamen circa vineam seruntur, quum palmitibus idonea præbeant vincula. ¶ Vinculum iugale, per translationem pro coniugio. Virg.4.*Æneid.*

Ne cui me vinclo vellem sociare iugali.

¶ Vincula, pro carcere in quo noxij vincti seruantur. δεσμωτήριον. Cic. 7.*Verr.* Quid si aufugisset? si vincla rupisset? In vinculis esse, est in carcere esse vinctum. Plaut. *Capt.sc.1.a.2.* Si vox eximat vinculis. *Ibid.sc.3. a.2.* Emisti. (i.emisisti) ex vinculis herum. Quint. In vincula petere aliquem. Gell. *cap.1. lib. vlt.* ac mihi pacti forent, habebant in vinculis dies sexaginta. Item, Vinculorum pœnam deterrimi homines contemnunt, &c. Idem *ibid.sup.* dixerat, neruo & compedibus vinciebantur. Plin. *lib.7.cap.34.* de Scipione Nasica, In summa, ei in patria mori non licuit: non Hercle magis quàm extra vincula illi sapientissimo ab Apolline iudicato Socrati. Venuleius *de verb.signif.* Vinculorum appellatione, vel publica, vel priuata vincula significantur. Custodiæ verò tantùm publica custodia. ¶ Vincula pro negotiis, Horat.1.*Epist.*

————ille Philippo
Excusare laborem, & mercenaria vincla.

Vinctura, æ, {אסור *esúr* צרור *tserór.* ἡ δέσις, ὁ λογισμός. GALL. *Liaison.* ITAL. *Ligamento.* GERM. Bindung. HISP. *Atadura.* ANGL. *Belonging or thing.*} Plin.*lib.16.cap.37.* Pariúntque baltheo corticis vincula: & aliæ virgas sequacis ad vincturas lentitiæ, de salicibus.

Vinco, is, vici, victum, Supero, ex certamine superior euado, victoriam reporto, supero, deuinco, expugno. {מצח *mitsseách.* κρατέω, καταγωνίζομαι, νικάω, ἡττάω. GALL. *Vaincre, surmonter.* ITAL. *Vincere, superare, farsi superiore.* GERM. Vberwinden, im streit obligen, sigen. HISP. *Vencer ò ganar en juegos.* ANGL. *To ouercome, to vanquish.*} Cic. *in Catil.* Mihi videndum est cum illis, quos vici, & subegi. Virg.10.*Eclog.*

Omnia vincit amor.

Idem *lib.1. Georg.*

——labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.

Cic.*lib.1. Offic.* Non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum se à labore præstiterit, vinci à voluptate. Plaut. *Mil.sc.6.a.2.* Vincam animum: Ignoscam tibi. Idem *Most. sc.2.a.1.* Ita esse verò vincam. Idem *Pseud.sc.2.a.1.* Vincite hoc (flagrum sup.) duritia tergi. Ouid.13.*Metam.*

Inuictúmque virum vicit dolor.

Plaut. *Amphitr.* Si verum vincitur. ¶ Vicimus formula, Ouid. *Eleg.9. lib.3.Trist.* Item, Væ victis. Plaut. *Pseud.sc.2.a.5.* ¶ Per translationem ponitur pro exprimo, & quasi difficultatem rei dicendo supero. Virg. 3.*Georg.*

Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum
Quàm sit.

¶ Item pro animi compos fio: vnde & victor, pro animi compote accipitur. ἐπικρατής. Idem *lib.3. Georg.*

Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro.

¶ Ponitur aliquando pro conuincere, docere, probare. Cic. *pro Cluent.* Vinco, deinde virum bonum fuisse Oppianicum. Plaut. *Amph.* Vincon' argumentis te non esse Sosiam? Et, Argumentis vicit. *Ibid.* ¶ Vincere cibum dixit Plin.*lib.11.c.53.* pro concoquere. Vincere expectationem: est facere plus quàm quisquam sperauerat. Vincere sua fata, dicuntur parentes suis liberis superstites. Virg.11.*Æneid.*

Contra ego viuendo vici mea fata, superstes
Restarem vt genitor.

id est, naturalem ordinem vita longiore superaui: namque hic ordo est, vt sint parentibus superstites filij. ¶ Pro lucrari. Sueton.*in Aug.cap.71.* vicissem vel quinquaginta millia. (nummûm sup.) Et apud Quintilian. ita loquitur aleator: Ergo ego nunquam vici.

Victus, a, um, participium, Certamine superatus. {מנצח *menutssách.* κεκρατημένος. GALL. *Vaincu, surmonté.* ITAL. *Vinto, superato.* GERM. Vberwunden. HISP. *Vencido.* ANGL. *Ouercome, vanquished.*} Cic.*lib.2.de diu.* Galli victi silere solent, canere victores. Horat.*Epod.9.*

Terra marique victus hostis, &c.

Victi, & subacti populi, apud Cic.*ad Attic.* cuius contrarium est Inuictus, id est, insuperabilis. ἀνίκητος. Idem *lib.1. Offic.* Animi excelsi, atque inuicti magnitudo ac robur. ¶ Ponitur aliquando Victus, pro voti impote, ἀτυχής. quemadmodum contrà Victor, pro voti compote. ἐπικρατής. Virg.9.*Eclog.*

Nunc victi tristes: quoniam sors omnia versat.

¶ Victus aliquando dicitur à proposito recedens. Idem 2.*Æneid.*

Hic verò victus genitor se tollit ad auras. Seruius.

Victor, is, qui in certamine superior euasit. {מנצח *menatstséach.* νικητής. GALL. *Vainqueur, victorieux.* ITAL. *Vincitore, vittore.* GERM. Ein vberwinder, siger. HISP. *El que vence, vencedor.* ANGL. *That vanquisheth or ouercometh.*} Cæs. 2. *bell. Gall.* Nostros victores transire flumen conspexerant. Plin.*lib.7. cap.28.* L.Sicinius Dentatus vicies præliatus, octies ex prouocatione victor, XLV. cicatricibus aduerso corpore insignis, nulla in tergo, Cic. *Marcell. lib.4.* Multa enim victori eorum arbitrio per quos vicit, etiam inuito facienda sunt. ¶ Aliquando accipitur pro voti compote. Virg.3.*Georg.*

——— Victórque virûm volitare per ora.

Vbi Seruius, Victor, effector propositi & voti. Et eo fortasse sensu dixit Alcmena apud Plaut.*in Amph.* Vt meus vir victor belli clueat. Et *in Pseud.sc.3.a.4.* Victor sum, (id est, voti compos: sequitur enim,) Vici custodes meos.

Victrix, icis, verbale fœmin. Mulier, quæ in certamine superior euasit. {מנצחת *menatstsáchath.* νικῶσα. GALL. *Vainqueresse, victorieuse.* ITAL. *Vittoriosa, vincetrice.* GERM. Vberwinderin, Sigerin. HISP. *Vencedora.* ANGL. *She that vanquisheth.*} Cic. *ad Brut.* Erat victrix Respublica cæsis Antonij copiis. Idem 1.*Tusc.* Oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore. ¶ Accipitur & pro voti compote, ἐπικρατής. Virg.7.*Æneid.*

Iunonem victrix affatur voce superba.

¶ In plurali numero adiectiuè accipitur, facítque de se neutrum victricia. Idem 3.*Æneid.*

Res Agamemnonias, victriciaque arma sequutus:
id est, quæ vicerunt. Vbi Seruius, Omnia à verbo venientia, quum in or exeunt, masculina sunt, vt victor: quum in trix, fœminina, vt victrix: neutra verò non faciunt, nisi tantùm in numero plurali: vnde est victricia. ¶ Victrices literæ dicuntur victoriam denuntiantes. Cicer. *ad Attic. lib.* 5. Quo autem die Cassij literæ victrices in Senatu recitatæ sunt, &c.

Victōrĭă, æ, Hostium superatio. {נצח *nétsach* תרועה *teruháh* תשועה *teschuháh*. νίκη. GALL. *Victoire.* ITAL. *Vittoria.* GERM. Syg/vberwindung. HISP. *Victoria, vincimiento.* ANGL. *Victorie.*} Varro *lib.* 4. *de ling. Latina*, Victoriam ab eo dici putat quòd superati vinciuntur, eodémque modo Venerem victricem dici à Comico, non quòd vincat, sed quòd vinciat. Cic. *pro Marco Marcello*, Victoria, quæ natura insolens, atque superba est. Idem *pro lege Manil.* Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperiis, non offensionibus belli, sed victoriis: non stipendiis, sed triumphis est traducta. Horat. 1. *Serm. satyr.* 1.

———Quid enim? concurritur: horæ
Momento cita mors venit, aut victoria læta?

¶ Pulchrè autem dicimus, Consequi victoriam, & reportare victoriam, parere victoriam, victoriam in manu habere, Eripere victoriam de manibus, extorquere victoriam de manibus, & multa alia, quæ legenti veterum scripta passim occurrunt. Et, victoria cadere. Quintil. ¶ Apud Romanos Victoria, deæ nomen erat, cuius simulacrum effingebatur lauro coronatum, altera manu palmæ, altera oleæ ramum præferens, Orta patre Cœlo & matre Tellure: vnde & victoriam dici scribit Varr. quòd ex Tellure vincta Cœlo nata sit. Ouidius *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Victoria Dea te solitis circumuolet alis, &c.

¶ Victoria Romæ in Curia, Suet. *in Aug. cap.* 10. præcedente victoria, (inquit) quæ est in Curia, &c. ¶ Victorias autem, non victores Græci vocant eos, qui eodem die & lucta, & pugillatu vicerunt. Plutarch. *in comparat. Ciceronis & Luculli.*

Victōrĭālĭs, e, adiectiuum. Iulius Capitolinus *in Galeno*, Populúmque quasi victorialibus diebus ad festiuitatem ac plausum vocauit.

Victōrĭātus, i, genus numi argentei, lege Clodia percussi, qui alio nomine Quinarius dicebatur, quòd quinque assibus valeret, hoc est, dimidio denarij, vt ex Volusio docet Agricola, νικηφόρος. Dictus victoriatus, quòd victoriæ nota signatus esset. Quint. *lib.* 6. *cap.* 4. Dicente quodam, victoriato se vno in Sicilia quinque pedes longam murænam emisse. Vide Plin. *lib.* 33. *cap.* 3.

Victōrĭōsus, aliàs victorosus, Vincere assuetus, siue qui varias aut plures victorias reportauit, qua dictione vsus est Cato, teste Gell. *lib.* 4. *cap.* 9. {φιλόνικος. GALL. *Victorieux, qui a gaigné plusieurs victoires.* ITAL. *Vittorioso.* GERM. Syghafft. HISP. *Cosa de muchos vencimientos.* ANGL. *Victorious that vanquisheth often.*}

Vincĭbĭlis, Superabilis, qui vinci potest. {νικητός. GALL. *Aisé à vaincre, vincible.* ITAL. *Atto da esser vinto.* GERM. Vberwindlich. HISP. *Cosa facil de ser vencida, que puede facilmente ser vencida.* ANGL. *That may be ouercome or is asilie vanquished.*} Col. *lib.* 3. *cap.* 12. Grauem terram, vix vlla cultura vincibilem. ¶ Interdum actiuè accipitur pro eo, quod vincere potest: vt, Causa vincibilis, quæ facilè possit, & meritò debeat obtineri. Terent. *in Phorm.* Iustam illam causam facilem, vincibilem, optumam.

Vindelicia, Οὐινδελικία, Regio Germaniæ confinis, Rhetiam habens ab occasu, & Noricum ab Oriente. Eam Lycus amnis disterminat à Rhetia, Ænus à Norico: à Septentrione Danubio terminatur, à Meridie Alpibus supra Italiam extensis. {Die Landtschafft zwischen dem Lech/ Ihn/Donaw vnd dem Hochgebirg/die Augspurger.} Eius ciuitas insignis est, Augusta Vindelicorum, vulgò *Augspurg*; cuius meminit Ptol. *lib.* 2. *cap.* 13.

‖Vinda, aliis Venda, siue VVenda, Germanis Wenden/ Polonis *Kies*, vrbs Liuoniæ. ‖

Vīndēlĭci, Οὐινδελικοὶ Ptol. Vindeliciæ incolæ, hodie Germani annumerati. {Lintzgewer.} Horatius,

Videre Rheti bella sub Alpibus
Drusum gerentem, Vindelici.

VĪNDĒMĬA, æ, Collectio vuarum, quasi vinidemia, à vino demendo. {בציר *batsir.* τρυγητός. GALL. *Vendange.* ITAL. *Vendemmia.* GERM. Der herpst/der Trauben zusamen läsung. HISP. *La vendimia.* ANGL. *The graue haruest.*} Columell. *lib. de arb.* Vindemia facta, statim putare incipito feramentis quàm optimis. Varr. *lib.* 1. *de re rustic. cap.* 54. In vinetis vua quum erit matura, vindemiam ita fieri oportet. Plaut. *Curcul. sc.* 2. *act.* 1. Vindemia hæc huic anni, non satis est soli. Gell. *cap.* 7. *lib.* 20. Vindemiam hilarè agitare. ¶ Nonnunquam accipitur pro ipsis vuis. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.

Idem 2. *Georg.*

Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.

¶ Transfertur & ad aliarum rerum collectionem. Plinius, Prima mellis vindemia melior. Columell. *lib.* 10. Mox vere transacto, sequitur mellis vindemia. ¶ Vindemiam & vindemias inter se differre vult Seruius his verbis, Quum vindemiam numero singulari dicimus, vnius anni significamus: quum plurali, multorum: vt, Messem, messes, hyemem, hyemes. hæc enim semel tantùm annis quibusque contingunt. Multi tamen volunt vindemiam esse totius orbis generaliter, vindemias singularum partium: vt plus significet singularis, quàm pluralis numerus: sicut plus est quum dicimus, Per terram pluit, quàm per terras: tunc enim omne elementum per singularem numerum, non terras aliquas significamus. ¶ ‖Vindemia item, instrumentum cæteris instrumentis rusticis acuendis idoneum. Cerda. ‖

Vīndēmĭŏlă, æ, diminut. {ὁ μικρὸς, καὶ βραχὺς τρυγητός. GALL. *Petite vendange.* ITAL. *Picciola vendemmia.* GERM. Ein herpstlin. HISP. *Pequeña vendimia.* ANGL. *A litle harnest or gathering of grapes.*} Cicer. *ad Att. lib.* 1. Ego omnes meas vindemiolas eò reseruo, vt illud subsidium senectuti parem, (de studiorum fructu loquitur.)

Vindēmĭo, as, Vuas colligo. {בצר *batsár.* τρυγάω. GALL. *Vendanger.* ITAL. *Vendemmiare.* GALL. Herpsten/wimmen/trauben ablăsen. HISP. *Vendimiar.* ANGL. *To gather grapes.*} Plin. *lib.* 14. *cap.* 2. Nouissimas vindemiant.

Vīndēmĭālis, τρυγητικός. Macrob *Saturn. lib.* 7. *cap.* 7. Nuper in Tusculano meo fui, cùm vindemiales fructus pro annua solennitate legerentur. ¶ Vindemiales excusant militem. Gell. *cap.* 14. *lib.* 16.

Vīndēmĭātŏr, qui vindemiam colligit. {בוצר *botzár.* τρυγητής. GALL. *Vendangeur.* ITAL. *Vendemmiatore.* GERM. Ein läser im herpst. HISP. *Vendimiador.* ANGL. *A gatherer of grapes.*} Colum. *lib.* 4. Vindemiatoribus quoque hæ semitæ laxitatem opportunam præbent, per quam fructus, vel statumina portentur. ¶ Huius dictionis secundam syllabam contra primitiui naturam corripuit. Horat. *lib.* 1. *Serm. sat.* 7. Durus vindemiator, & inuictus, cui sæpe viator Cessisset magna compellans voce cucullum. Ouid. verò detraxit a, vt de syllabam produceret, *in* 3. *Fast.*

At non effugiet vindemitor.

¶ Est & vindemiator sidus cæleste quod tertio Nonas Martij apparet. Plin. *lib.* 10. *c.* 31. Delphinus occidens x I. Calend. Sept. Cæsari, & Assyriæ stella, quæ vindemiator appellatur.

Vīndēmĭātōrĭus, a, um, quod ad vindemiam pertinet. {τρυγητικός. GALL. *De vendangeur, ou seruant à vendangeur.* ITAL. *Vinala, pertinente à vendemmie.* GERM. Zu dem Herpst dienstlich. HISP. *Cosa para vendimiar.* ANGL. *Belonging to the gathering of grapes.*} Varr. *lib.* 3. *de R. R. cap.* 2. Nihilo magis torcular, vasa vindemiatoria aut serias olearias, aut trapeta.

Vindex nomen serui fuit, qui detexit coniurationem. Plutarch. *in Public.* Idem à Liuio appellatur Vindicius. Vide infrà in dictione *Vindicia.*

VĪNDEX, icis, propriè vltor iniuriæ. {נקם *nokém.* τιμωρός, ἔκδικος, ἐκδικητής. GALL. *Vengeur, qui fait la vengeance de quelque chose.* ITAL. *Vindicatore.* GERM. Ein recher/straffer. HISP. *Vengador.* ANGL. *A reuenger, or defender frome wrong.*} Cic. *ad Sest. lib.* 5. *Epod.* Sed partim odio inducti me excludunt, & apertè vindicem coniurationis oderunt, partim non credunt. Idem 3. *de nat. deor.* Furiæ deæ sunt, speculatrices credo & vindices facinorum & sceleris. ¶ Accipitur item Vindex pro assertore, seu defensore. {גנן *ghonén* מציל *matstsil.* GALL. *Qui reuenche, defend, & met en seureté.* ITAL. *Chi mette in luogo sicuro.* GERM. Ein erretter/beschirmer. HISP. *El que libra de seruidumbre, y defende.*} Cicer. *Octauio*, Extitisti tu vindex nostræ libertatis. Idem *de Orat.* Prouocatio patrona illa ciuitatis, & vindex libertatis. Suet. *in Ner.* Vindicem poscebant. (ambiguè.) Velleius, Vindex Imperij Rom. Tiberius. Ouid. 3. *Fast.*

Protinus inuadunt Numidæ sine vindice regnum.

Quid autem inter vindicem & vltorem, itémque inter vindictam & vltionem intersit, vide infrà in dictione *Vltio.*

Vīndĭcĭæ, arum, Sententiæ, siue assertiones, aut adiudicationes, quæ si à seruitute in libertatem sunt, dicuntur vindiciæ secundùm libertatem: si verò à libertate in seruitutem, dicuntur vindiciæ secundùm seruitutem, ἐλευθερώσεις. Vnde Prætor dicitur Decernere vindicias secundùm libertatem, quando in libertatem asserit. Idem dicitur Dare vindicias secundùm seruitutem, quando pronuntiat eum serui loco habentem, donec dicta causa de statu constiterit. Huiusmodi enim vindiciæ, i. adiudicationes libertatis, aut seruitutis propriè pendente lite à Prætore dari dicuntur: dum qui sui status quæstionem patitur, postulat à Prætore vindicias secundùm libertatem, i. vt interim pendente lite, sit in ipsa possessione libertatis, hoc est, vt interim libertate potiatur. ¶ Nec tantùm de libertate aut seruitute vindiciæ dicuntur, sed & de aliis rebus: vt quum de re aliqua inter duos aut plures apud Prætorem controuersia est, & incertum est vter litigatorum pendente lite rei controuersæ possessor esse debeat, vterque autem à Prætore vindicias postulat, i. vt hodie causidici loquuntur, *recredentiam*: dat autem iudex cui æquum esse videtur. Cui autem dederit, satisdat aduersario suo, nihil se deterius facturum in possessione, de qua iurgium est: rursus sponsione ipse prouocatur ab aduersario certæ pecuniæ aut æstimationis, quam amittat, nisi sua sit hæreditas, de qua contendit. Gell. *initio c.* 9. *lib. vlt.* cum lege agitur & vindiciæ contenduntur. Idem *ibidem*, vindicia, correpta manu in re atque loco præsenti apud prætorem ex duodecim tabulis fiebat. Et Liu. *lib.* 3. *ab vrb.* Si huius vindiciis cesseris, aliam conditionem filiæ quærendam esse. Item, Vindicias dicere. Idem Liu. *ibid.* Sextus Pompeius. Vindiciæ appellantur res eæ, de quibus controuersia est, aut potiùs dicuntur vindiciæ inter eos qui contendunt. ¶ Vindiciæ (vt tradit apud Pompeium Cincius) olim etiam dicebantur, quæ ex fundo sumpta in ius allata erant, vindicandi nimirum causa. ¶ Vindiciæ etiam, manus correptio, κρατησμὸς, κράτησις. Gellius, Vindiciæ correptione manus in re atque loco præsenti apud Prætorem fiebant. ¶ Vindiciæ, libertas, Charisio authore, qui ἐλευθερίαν sic explicat. ¶ Vindiciarum nomen à Vindicio seruo tractum esse autor est Liu. *lib.* 2. *ab Vrb.* qui quòd coniurationem iuuentutis de reducendo Tarquinio indicasset, primus in libera ciuitate libertatem est assequutus. Alij tamen à vindicando dictum malunt, quod inter cætera aliquando significat vindicias dare. Idem 3. *Vrbe*, Ita vindicatur Virginia spondentibus propinquis, id est, dantur vindiciæ puellæ Virginiæ secundùm libertatem. Vindiciarum lis est ea, qua rei controuersæ *momentaneam* (vt loquuntur) *possessionem* petimus, interea dum de ipsa possessione disceptatur. ¶ Vindicia. Sextus Pompeius, At Seruius Sulpicius, vocabulo iam singulariter formato, vindiciam esse ait, id, qua de re controuersia est, ab eo quod vindicatur. Et *in* 12. Si vindiciam falsam tulit, rei siue litis arbitros tres dato: eorum arbitriis functus duplione decidito. Vindiciam ferre est sententia decretóque rem obtinere. Dicebat etiam vindicias iudex: Ferebat qui rem obtinebat. Sed si vindiciam ille tulerat, qui non debuerat, tribus arbitriis datis, duplione damnum luebat.

Vĭndĭco, as, Propriè vlciscor, punio, castigo: {נקם *nekám* יסר *jasár.* ἐκδικέω, τιμωρέω. GALL. *Venger, punir.* ITAL. *Vendicare, punire.* GERM. Rächen/mit der straff zukommen. HISP. *Vengar.* ANGL. *To reuenge, to punishe.*} Vindico à vis & dico: qui enim vlciscitur iniuriam acceptam, vim sibi factam dicit. Cicer. 2. *de legib.* Grauiter olim ista vindicabat

vetus illa Græcia longè prouidens. Plin.*lib.*10. Scipionis verò Æmiliani nemo vindicauerat mortem. Ouid.*Fast.*

Quique necem Crassi vindicet, vltor erit.

Cicero 5.*in Verrem*, Omnia postremò quæ vindicaris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Vindicare pro vlcisci, Suet. *in Cæs. cap.*67. *ibidem cap.*30. Vindicare bello si quid, &c. Velleius, Vindicare cognomen virtute paratum. Ouid.4.*Fast.*

Quem Venus iniecta vindicat alma manu.

Velleius, Vindicatum mare (à piratis ductu Pompeij, id est, liberatum.) ¶ Vindicare, siue vindicatum esse in facta, in voces petulantiores, in homines malè consulentes, & sceleratos, (pro sumptum supplicium est de factis, de vocibus petulantioribus, de hominibus malè consulentibus, & sceleratis) dixit Gellius *cap.*5. *lib.*4. & *cap.*6. *lib.*10. & *cap.* 7. *lib.* 12. & Item alibi. Illius autem verba hæc sunt in principio *c.*6. *lib.*10. Non in facta modò, sed in voces etiam petulantiores publicè vindicatum est, &c. ¶ Vindicatum est, impersonaliter pro animaduersum est. Cic.7.*Verr.* Fateor non modò in socios, sed etiam in ciues militésque nostros persæpe & seuerè ac vehementer vindicatum. ¶ Vindicare manu, i. armis. Salust. *Iugurth.*68. Existimans Adherbalem dolore permotum iniurias sua manu vindicaturum. ¶ Vindicare item ab iniuria, contumeliáve est defendere, liberare. {הציל *hitsil.* ἀπαλλάττειν. Gall. *Deliurer, defendre.* Ital. *Liberare, difendere.* Germ. Erretten/erlösen/schirmen. Hisp. *Librar de daño, defender.* Angl. *To delyuer, to defend frome wronge or danger.*} Cic. *de senect.* Est & senectus natura loquacior, ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. Liu.*lib.*3. A cuius crudelitate vosmet ipsos armis vindicastis. ¶ Vindicare in libertatem, id est, asserere, εἰς ἐλευθερίαν ἐξελέσθαι, Cic. *in Parad.* In libertatem vindicari vult? Idem 2. *de Orat.* Me tamen ita oscitans sapientia, simulátque ad eam confugero, in libertatem vindicabit. Cæsar 1. *bell. Punic.* Vt se, & pop. Rom. paucorum factione oppressum, in libertatem vindicaret. Liu. 9. *bell. Pun.* Et missum se ad eos vindicandos in libertatem ait. ¶ Vindicare data, Compensare. Senec. *de benefic. lib.*3. *cap.*13. Tardiores, inquit, ad beneficia danda facimus non vindicando data, nec inficiatores eorum afficiendo pœna. ¶ Pro tribuere. Idem Senec. *cap.*3. *de tranq.* Vt otio & literis plus vindices. (i. tribuas.)

Vindicatio, nis, verbale, Vltio, vindicta, & iniuriæ propulsatio. {נקמה *nekamáh.* ἐκδίκησις, τιμωρία. Gall. *Vengeance, reuanche.* Ital. *Vendetta.* Germ. Rächung/oder rach. Hisp. *Vengança.* Angl. *Reuengement, punishment.*} Cicer 2. *de Inuent.* Vendicationem per quam vim & contumeliam defendendo, aut vlciscendo, propulsamus à nobis, & à nostris, qui nobis chari esse debent, & per quam peccata punimus.

Vindicta, æ, Vltio, vel animaduersio. {נקמה *nekamáh.* ἐκδίκησις, τιμωρία. Gall. *Vengeance.* Ital. *Vendetta.* Germ. Rach. Hisp. *Vengança.* Angl. *Reuengement, punishment.*} Paul. *l. quod Reip. de iniuriis*, Quod Reip. vendicandæ causa secundùm bonos mores fit, etiamsi ad contumeliam alicuius pertinet, quia tamen non ea mente magistratus facit, vt iniuriam faciat, sed ad vindictam maiestatis publicæ respiciat, actione iniuriarum non tenetur. Ouid. *lib.*4. *de Pont.*

Quum tibi suscepta est legis vindicta seuera, &c.

Idem *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.*

Sera redundauit veteris vindicta libelli.

Idem *Eleg.*9. *lib.*4. *Trist.*

Denique vindicta si sit mihi nulla facultas.

¶ Vindicta pro pœna, vide apud Gell. *cap.*14. *lib.*6. ¶ Aliquando vindicta, significat modum seruos manumittendi, quæ fiebat vindicta, hoc est, virgula siue festuca capiti serui imposita. Nam libertatem donandi tres sunt species, vt ostendit Cic. *in Topicis*, Vna vt censu liber fiat. Censebantur enim antiquitus soli ciues Romani. Itaque si quis consentiente, vel iubente domino, nomen detulisset in censum, ciuis Romanus fiebat, & seruitutis vinculo soluebatur. Altera pars adipiscendæ libertatis Vindicta vocabatur, quum prætor manumittendi serui capiti virgam imponens, eundem in libertatem vindicabat. Nam virgula hæc vindicta vocatur, vel quòd libertatem serui ea vindicarentur: vel à Vindicio seruo, qui priùs hoc modo manumissus, autore Liuio *lib.* 2. Tertia si quis suprema voluntate in testamenti serie, seruum liberum scripserit. Cic. *in Top.* Si neque censu, neque vindicta, nec testamento liber factus est, non est liber: neque est vlla earum rerum: non est igitur liber. Horat. 2. *Serm. satyr.*6.

——quem ter vindicta quaterque

Imposita haud vnquam misera formidine priuet.

Vbi Acron. Vindicta, id est, virga qua percutiebantur serui dum liberi fiebant. ¶ Vindicta, id est, plena libertas cum iure suffragij, dicta à Vindice seruo. Plutarch. *in Valerio.* Hinc Iuuen. *Satyr.*13.

At vindicta bonum vita iucundius ipsa.

& Plaut. *Curc. sc.*3. *a.*1. Nunquam sinam quin te liberalem liberem. Ph. Istoc verbo vindictam para.

‖ Vindicum Aureliorum Cenomanorum, *Le Mans*, V. E. sub A. Burdigalensi. ‖

Vindius, Hispaniæ Tarraconensis insignis mons, apud Ptolemæum *lib.* 2. *cap.* 6.

‖ Vindonissa, *VVindisch*, V. olim E. haud procul à Sempacho, Heluetiorum oppido, pauculas nunc ædes habet, quæ vicum efficiunt. ‖

Vinea, æ, Multitudo vitium simul consitarum. {כרם *chérem* גפן *ghéphen.* ἀμπελών, ἄμπελος. Gall. *Vne vigne, vignoble.* Ital. *Vignaio, vigna.* Germ. Ein rebgarten/weingarten/rebacker. Hisp. *La viña, viñedo ò pago de viña.* Angl. *A vine or vineyarde.*} Colum. *lib.*3. *cap.*2. Ideo non est vineis apta, vix etiam arbusto. Virg. *lib.*2. *Georg.*

Hinc omnis longo pubescit vinea fœtu.

Idem 4. *Ecloga*,

Non rastros patietur humus, non vinea falcem.

Cic. *de senectute*, Nec verò segetibus solùm, & pratis, & vineis, & arbustis rei rusticæ latæ sunt, sed pomariis etiam, & hortis: tum pecudum pastu, & apum examinibus, tum florum omnium varietate. Ouid. 5. *Fast.*

Si benè floruerint segetes, erit area diues:
Si bene floruerit vinea, Bacchus erit.

Plaut. *Curc. sc.*2. *a.*1. Vineam tibi pro aurea statua statuam, quæ tuo gutturi sit nouum mentum. Vinearum quinque sunt genera: vnum sparsis palmitibus humi repens: alterum pedatum, simplici adminiculo sustentatum: tertium iugatum: quartum compluuiatum: quintum arbustiuum: quæ omnia latiùs exequitur Plin. *lib.*17. *cap.*22. ¶ Est etiam vinea instrumentum bellicum, ex lignis compactum, latum pedibus octo, altum septem, longum sexdecim, tectum duplici ligno, cratibúsque contextum. Latera quoque vimine sepiuntur, ne saxorum ac telorum impetu perfringantur: extrinsecus ne crementur, crudis ac recentibus coriis integuntur. Quum plures fuerint, iunguntur ordine, sub quibus oppugnantes tutiùs ad muros subruendos procedunt. Plaut. *in Mil. sc.*2. *a.*2. Ad eum vineas, pluteósque agam. Cicer. *ad Cato. lib.*15. Aggere, vineis, turribus oppugnaui, vsúsque multis tormentis. Vide Vegetium *cap.*8. *lib.*4.

Vinealis, e, quod est aptum ad vineam. {ἀμπελικός. Gall. *De vignoble, de vigne.* Ital. *Da viti, di vigna.* Germ. Des Rebgarten/ oder rebackers. Hisp. *Cosa perteneciente à viñas.* Angl. *That serueth for vines.*} Col. *lib.*3. *c.*12. Sed ne nunc per infinitas terreni species euagemur, non tempestiuè commemorabimus Iulij Græcini conscriptam velut formulam, ad quam posita est limitatio terræ vinealis.

Vinearius, a, um, quod est vineæ, vel quod ad vineam pertinet. {ἀμπελικός. Gall. *De vigne.* Ital. *Chi serue à viti.* Germ. Des rebacker/oder darzu gehörend. Hisp. *Cosa perteneciente à viñas.* Angl. *Of a vyne.*} Col. *lib.*5. *cap.*5. Validam vitem in ramos diducere censeo, & traducibus dispergere, atque diradiare cæterósque vinarios colles præcipitare.

Vineaticus, a, um, idem. ἀμπελικός. Vt, Falces vineaticæ. Varr. *lib.*1. *de re rust. cap.*22. Sic alia quoque nonnulla genera species habent plures, vt falces. Nam dicuntur ab eodem scriptore vineaticæ opus esse sex. Col. *lib.*4. *cap.*1. Vnum atque alterum reprehendissent, quippe seminibus vineaticis nimium ne profundos censuisse fieri scrobes.

Vinetum, i, locus vineis abundans. {ἀμπελών. Gall. *Vignoble.* Ital. *Vignaio, luogo piantato di viti.* Germ. Ein rebacker / ein ort da vil reben zeugt sind/wein gewächß. Hisp. *El pago ò viñedo, lugar de viñas.* Angl. *A vyneyarde or a place planted with vynes.*} Col. *lib.*3. Cui vineta facere cordi est, faciat vitiarium, ex quo possit agrum vineis vestire. Cic. 2. *de nat. deor.* Nec verò ita refellendum est, vt si segetibus aut vinetis cuiuspiam tempestas nocuerit, &c. Virg. 2. *Georg.*

Néve tibi ad solem vergant vineta cadentem.

Vinitor, is, qui vineam colat; pampinator. Rusticus vinearum cultor. כורם *chorém.* ἀμπελουργός. Gall. *Vigneron.* Ital. *Coltiuatore di viti.* Germ. Ein rebman. Hisp. *Viñadero ò vendimiador.* Angl. *He that dresseth a vyneyarde.*} Col. *lib.*2. Separandi sunt aratores à vinitoribus. Cic. 5. *de fin.* An ea quæ per vinitorem antea consequebatur, etiam per seipsam curabit? Virg. *Ecl.*10.

——matura vinitor vua.

Vinitorius, a, um, quod est vinitoris. {ἀμπελουργικός. Gall. *Appartenant à vigneron.* Ital. *Pertinente à coltiuatore de viti.* Germ. Einem rebman zugehörig. Hisp. *Perteneciente à viñadero.* Angl. *Belonging to the dresser of a vyneyarde.*} Colum. *lib.*4. *cap.*25. Est autem sic disposita vinitoriæ falcis figura.

Vingum, ὔιγγον, herba est foliis amplis, pusillo caule & radice longa, cibis idonea: quam Ægyptij colligere solent quum effusus fuerit amnis, eáque deorum aras coronare. Theophrastus *de caus. plant. lib.*1. *cap.* 11.

Vinulus, a, um, antiquum adiectiuum, quod venustum & blandum significat. Plaut. *in Asin.* Compellando blanditer, osculando, oratione vinula, venustula. Ex Nonio.

Vinulatus, a, um, vinulo assimilis. Isid.

Vinula, pusilla bestiola, quæ oritur in sacchato oblongula, pulicis colore, gurgulioni similis, si rostellum illi adimas, aut huic addas.

Vintium, ὔίντιον, oppidum est in Alpibus littoreis, apud Ptol. *lib.*3. *cap.*1.

Vinvm, i, à vi deducitur: quòd vim inferat menti, vel à Græco οἶνος. {יין *iaiin.* Gall. *Vin.* Ital. & Hisp. *Vino.* Germ. Wein. Angl. *Wyne.*} Ouid. *lib.*1. *de Arte*,

Et venus in vinis, ignis in igne fuit.

Quo tamen in loco nonnulli malunt legere,

Et venus in venis.

Mart. *lib.*3.

Resinata bibis, vina Falerna fugis.

Virg. 9. *Æneid.*

——fusique per herbam
Indulgent vino & vertunt crateras ahenos.

Cic. *de senect.* Vt enim non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit. Plaut. *Pseud. sc.*1. *a.*5. Hoc vini vitium est maximum, pedes captat, luctator dolosus est. *Ibid. sc.*2. *a.*1. Vino te deuincis. Idem *Curc. sc.*2. *a.*1. Flos veteris vini. Idem *Aul. sc.*6. *a.*4. Nimis vile est vinum atque amor, si ebrio & amantis quiduis impunè licet. Idem *Asin. sc.*4. *a.*2. Confecto prandio, vino epoto. *Ibid. sc.*1. *a.*5. Agitemus conuiuium vino & sermone suaui. Idem *Aul. sc.*5. *a.*3. Vt me deponat vino, eam affectat viam. *Ibidem*, Iusseram cadum vnum vini veteris à me afferrier, &c. Ouid. *Eleg.*4. *lib.*5. *Trist.*

Et dicunt laudes ad tua vina tuas.

Idem 6. *Fast.*

Nox erat & vinis oculique, animíque natabant.

¶ Vini genera & effectus, vide apud Gell. *c. vlt. lib.*13. Vinum eructum & fœtidum, idem *cap.*7. *lib.*11. Vinum firmum, *cap.*5. *lib.*13. Item, Vinum album, atrum. Plaut. *Men. sc.*5. *a.*5. Dic mihi album an atrum vinum potas? ¶ Vinum mulieribus prohibitum olim apud Romanos, Plutarcho *in Num. & Lyc.* & Gell. *cap.*23. *lib.*10. auctoribus. Quatuor præcipui sunt vini sapores, dulcis, acutus, lenis, & austerus: primus Noë vinum inuenit, sicut sacræ testantur literæ. At Gentiles docent Bacchum vini repertorem fuisse. Primus verò Italis Saturnus dedit è Creta in Latium aduectus. ¶ Vinum vehemens. Cels. *lib.*2. *c.*18. Vinum asperrimum, idem *lib.*4. *c.*19. Vinum pingue, idem *lib.*6. *sect. de pedicul. palpebr.* ¶ Vinum mistum, i. dilutum, οἶνος κεκερασμένος, quod mero, i. ἀκράτῳ opponitur, idem *lib.*6. *c.*9. ¶ Vinum pendens, i. vuæ, vindemia nondum collecta, Plaut. Tum vinum priusquam coactum est, pendet putidum. ¶ Vinum doliare apud Vlpianum, h. e. vinum nouum, non verò diffusum.

sum. Vinum de dolio vocat Cic. *in Bruto*, Num igitur qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Appellat & vinum de cupa: vt *in Pisonem*, Panis & vinum à propala & de culpa. Sic in MS. οἶνος ἐκ πίθου dicitur à Plutarcho. Vinum doliare tamen apud Catonem pendenti opponitur. ¶ Vinum diffusum, quod in amphoras & cados Apothecarum ad asseruandum fusum est. Plin. *lib.* 14. *cap.* 14. Apothecas fuisse, & diffundi solita vina anno D.C.XXXIII. Vrbis apparet indubitato Opimiani vini argumento. Horat.

Vina bibes iterum Tauro diffusa.

Iuuenal.

Ipse capillato diffusum consule potat.

¶ Vinum tortiuum, quod nouissimè expressum est. Col. *lib.* 12. *cap.* 36. Tortiuum mustum dicitur, quod post primam pressuram vinaceorum circunciso pede exprimitur. Contra πρότροπον vocamus quod defluit prius quàm vuæ calcentur. Vina pro poculis, seu vasis vinariis. Virg. 1. *Æneid.*

Crateras magnos statuunt, & vina coronant.

¶ Vinum ventilari conuenit. Colum. *cap.* 3. *lib.* 12. Galli dicunt, *Il faut donner de l'esuent au vin.* In vino, & alea, in ioco atque vino, genera dicendi antiqua sunt, quibus tempus post conuiuium significabatur. Namque remotis epulis conuiuæ inter se poculis certantes, aut iocabantur, aut alea ludebant exhilarandi animi causa. Vide suprà in præpositione *In.* ‖ ¶ Vinum bibere, synecdochicè est, nimium bibere, inebriari. ‖

Vīllum, i, vinum nullarum, aut exiguarum virium. {οἰνάριον. GALL. *Petit vin, vinot.* ITAL. *Vinetto, picciol vino.* GERM. Schlächter wein. HISP. *Pequeño vino.* ANGL. *Small or weake wyne.*} Terent. *in Adelph.*—interea in angulo Aliquò abeam atque edormiscam hoc villi.

Vīnācĕă, orum, neutri generis, pluralis nŭmeri, Granula illa lignosa, quæ in vuarum acinis nascuntur. {γίγαρτα. GALL. *Le marc, ou le pepin des raisins.* ITAL. *Vinaccie della vua.* GERM. Treber/traubenkern. HISP. *Granillos de la vba.* ANGL. *The kerneli of reysons.*} Col. *de arborib. cap.* 9. Vt autem vuæ sine vinaceis nascuntur, malleolum scindito, ita ne gemmæ lædantur: medullámque omnem eradito, &c. Et *paulò pòst*, Adulta vitis tales vuas sine vinaceis creabit. ¶ Nonnunquam tamen vinacea dici inuenimus, pro tortis vuæ expressæ reliquiis, hoc est, non solùm pro hisce granulis, verumetiam pro ipsis folliculis. Col. *lib.* 12. *cap.* 36. Tortiuum mustum dicimus, quod post primam pressuram vinaceorum, circunciso pede exprimitur. Idem *lib.* 8. Vinacea quamuis tolerabiliter pascant, dari non debent, nisi quibus temporibus anni auis fœtum non edit. Idem *lib.* 6. *cap.* 3. Licet etiam si sit leguminum inopia, & eluta, & siccata vinaceá, quæ de lora eximuntur, cum paleis miscere. ¶ Legimus & vinaceos, genere masculino, in eadem significatione. Varrò 3. *de re rust. cap.* 11. Pabulum his datur triticum, hordeum, vinacei vuæ. Item vinaceas, fœminino genere. Plin. *lib.* 17. *cap.* 22. Circum capita addito stercora, paleas vinaceas aut aliquid horumce.

Vīnācĕŭs, a, um, adiectiuum, vt Acinus vinaceus. {οἰναρὸς, οἰνηρὸς, γίγαρτον. GALL. *Grain de raisin.* ITAL. *Grano ò granella di vua.* GERM. Traubenkörner. HISP. *El granillo de la vba.* ANGL. *A kernell of reysons.*} Cic. *de senectute*, Omitto enim vim omnium quæ generantur è terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum, aut stirpium munitissimis seminibus tantos truncos, ramósque procreat.

Vinalia, tam secundæ quàm tertiæ declinationis, pro die festo quo veteres nouum vinum Ioui libabant, nono Calendas Maij: vt ait Plin. *lib.* 18. *cap.* 29. πιθοιγία. Erant & altera vinalia, quæ ad 13. Calend. August. celebrabantur, teste eodem Plin. *loco iam citato.* Vide Ouidium *lib.* 4. *Fast.*

Vīnārĭŭs, ij, Vini venditor. {οἰνοπώλης. GALL. *Vendeur de vin.* ITAL. *Venditore di vino.* GERM. Ein weinschenck/weinman. HISP. *Vinatero que trata por vino.* ANGL. *A seller or wyne.*} Plaut. *in Asin.* Sed vina quæ heri vendidi vinario Exærambo, Iam pro iis satisfecit Sticho? Suet. *in Claud.* Quum de laniis aut vinariis ageretur, exclamauit in Curia. ¶ Ponitur aliquando pro vinoso ac ebrioso. Vlpian. *in l. ob qua, de ædilit.* Item aleatores & vinarios non contineri edicto, quosdam respondisse Pomponius ait, &c.

Vīnārĭŭs, a, um, quod ad vinum pertinet. {οἰνηρός. GALL. *Seruant au vin.* ITAL. *Che serue à vino.* GERM. Zu dem wein dienstlich. HISP. *Cosa perteneciente al vino.* ANGL. *Belonging to wyne.*} vt, Taberna vinaria, in qua venditur vinum: vas vinarium in quo vinum apponitur. Cic. 6. *in Verrem*, Erat etiam vas vinarium, ex vna gemma prægrandi. Cella vinaria, apotheca in qua vinum asseruatur. Plin. *lib.* 12. *cap.* 13. In quibus erant claues vinariæ cellæ. Lacus vinarius, in quem mustum defluit. Col. *lib.* 12. *cap.* 18. Tum lacus vinarij & torcularij, & fora, omniáque vasa si vicinum est mare, aqua marina: sin minus, dulci eleuanda sunt, & commutanda.

Vineus, a, um. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Vineam tibi pro aurea statua statuam, quæ tuo gutturi sit monumentum.

Vīnĭpŏtŏr, is, Potator vini. {סבא *sobé.* οἰνοπότης. GALL. *Beuueur de vin, yurongne.* ITAL. *Imbriaco, beuetore di vino.* GERM. Ein wein trincker/weinsauffer. HISP. *Beuidor de vino, embriago.* ANGL. *A drinker of wyne.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 54. Scitum de quodam vinipotore reperitur Syracusis tandiu potare solitum, donec ab eo cooperta in terra oua fœtum ederent.

Vīnŏlentŭs, a, um, Ebriosus, vino se ingurgitans. {סבא *sobé* שכור *schichór.* ἔξοινος, πάροινος, οἰνόφλυξ. GALL. *Yurongne, plein de vin.* ITAL. *Imbriaco.* GERM. Trunckenboltz. HISP. *Embriago, lleno de vino.* ANGL. *A drunketh, much giuen to wyne.*} Cicero 4. *Acad.* Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua sobrij: dubitant, hæsitant, reuocant se interdum, hísque quæ vident imbecillius assentiuntur: Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Te eam, eam compressisse vinolentum virginem.

Vīnŏlentĭă, Ebrietas. {שכרון *schichcharón.* μέθη, οἰνοφλυγία. GALL. *Yurongnerie.* ITAL. *Imbriachezza.* GERM. Trunckenheit. HISP. *Embriaguez.* ANGL. *Drunkennesse.*} Cicero *in Topic.* Cuius etiam generis illa sunt, ex quibus verum nonnunquam inuenitur, pueritia, somnus, imprudentia, vinolentia, insania.

Vīnōsŭs, a, um, qui vini cupidior est, vt ait Valla *lib.* 10. {סבא *sobé* שכור *schichchór.* μεθυστικός, οἰνώδης. GALL. *Addonné au vin, yurongne.* ITAL. *Dedito à vino, imbriaco.* GERM. Dem wein ergäben/weinsüchtig. HISP. *Embriago, lleno de vino.* ANGL. *A drunkerd, much giuen to wyne.*} Ouid. 3. *de Arte*, Sit tibi Callimachi, sit Coi nota poëtæ, Sit quoque vinosi Teia Musa senis. Plaut. *in Curc.* Quid opus est verbis? vinosissima est. Vinosus succus: vini saporem referens, qualis moro, pyro, myrto. Plinius quoque inter mali punici genera, vinosa quædam appellat, quæ aluum sistunt & stomachum. Ouid. 3. *Fast.*

Cur anus hæc faciat quæris? Vinosior ætas
Hæc erat.

¶ De nomine Vinosus, & similibus in osus inclinatis, adi Gellium *cap.* 9. *lib.* 4.

Vinŭlus, vox est Plautina, quam pro suaui videtur vsurpasse Plaut. *in Asin.* Compellando blanditer, osculando oratione vinula, venustula. Nonius autem legit vinnulus duplici n.

Vio, viam tero, iter facio. Onom. Vio, as, ὁδεύω.

‖Viocurus, qui vias curat; ædilis.‖

Viocurrus, idem arbitror significare quod currus. Varro *lib.* 4. *de ling. Lat.* Quis enim non videt vnde ærifodinæ & viocurrus? Malunt tamen nonnulli hîc legere Vnoculus.

VĬŎLĂ, Flosculus purpurei coloris, cuius planta folium habet hederæ non dissimile, nigrius tamen & tenuius: cauliculum autem à media radice prosilientem, florem, vt dictum est, ferentem purpureum. {ἴον. GALL. *Violette.* ITAL. *Viola.* GERM. Violen. HISP. *Violeta generalmente.* ANGL. *A violet.*} Cic. *lib.* 5. *Tusc.* An tu me in viola putabas, aut in rosa dicere? Virg. 2. *Eclog.*

——— *tibi candida Nais*
Pallentes violas & summa papauera carpens, &c.

Dicta autem putatur viola quasi vitula, propterea quòd hunc florem poëtæ fabulantur in pabulum Iûs puellæ iam in iuuencam conuersæ, à terra fuisse effusam: vnde & à Græcis ab eiusdem puellæ nomine ἴον appellatum volunt. Sunt & luteæ violæ, & cæruleæ, & albæ, quas omnes Græci λευκόϊα nomine complectuntur. Vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 6.

Vĭŏlācĕŭs, a, um, Purpureus, violæ colorem referens. {ἰοειδὴς, ἰάνθινος. GALL. *De couleur violette.* ITAL. *Violato, colore di viola.* GERM. Vyolfarb. HISP. *Color de violetas.* ANGL. *Of or lik a violet.*} Corn. Nepos, vt tradit Plin. *lib.* 9. *cap.* 39. dixit, Me iuuene violacea purpura vrgetur.

Vĭŏlārĭă, orum, loca in quibus copiosæ violæ nascuntur. {ἰωνιαί. GALL. *Violier.* ITAL. *Violari.* GERM. Oerter da viel violen wachsen. HISP. *Lugar donde se crian las violetas.* ANGL. *A bed or place where violets grow.*} Virg. *lib.* 4. *Georg.*

———*Irriguúmque bibant violaria fontem.*

Vel ipsæ potiùs violæ vno in loco consitæ. Ouid. 4. *Fast.*

Ille legit calthas, huic sunt violaria curæ.

Vĭŏlārĭŭs, ij, dicitur violacei coloris infector. {ἰοβάπτης. GALL. *Qui teint en violet.* ITAL. *Tintore en violato.* GERM. Ein violbraunfärber. HISP. *Tintore de color de violetas.* ANGL. *That dieth violet colour.*} Plaut. *in Aul. sc.* 5. *a.* 3. Flammearij, violarij, carinarij.

Vĭŏlo, as, Corrumpo, polluo, lædo, macula afficio, offendo: quod propriè de virgine dicitur: quum pudicitia eius vi eripitur. {ענה *hinnáh* חלל *chillél.* βιάζομαι, παρανομέω. GALL. *Violer, corrompre, gaster.* ITAL. *Violare, guastare, macchiare.* GERM. Nothzwingen / mit gewalt schwechen/ verletzen. HISP. *Corromper por fuerça.* ANGL. *To defile, violate, corrupt, to deflour, to break as man doeth a law.*} Cicer. *lib.* 3. *de natur. deorum.* Minerua quinta Pallantis, quæ patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violari conantem. Tibullus *lib.* 1. *Eleg.* 6.

Parcite quam custodit amor violare.

Transfertur & ad alia. Dicimus enim violare amicitiam, dignitatem, existimationem, fidem coniugij, fœdus, hospites, iura, loca religiosa, parentes, Rempublicam, sacra, famam, &c. Cic. 3. *Verr.* Quum apud exteras nationes imperij nominísque nostri famam tuis probris flagitiísque violaris. Idem *ad Quint. Philippum lib.* 13. Nisi quid existimas in ea re violare existimationem tuam. Idem 3. *de fin.* Vt peccatum est patriam prodere, parentes violari, fana depeculari, &c. Virg. 4. *Æneid.*

Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiscat,
Ante pudor quàm te violem, aut tua iura resoluam.

Vĭŏlātŭs, a, um, participium. {מענה *mehunnéh* מחלל *mechulláh* חלל *chalál.* βεβιασμένος, ὑβρισμένος. GALL. *Violé, outragé, corrompu.* ITAL. *Violato, oltragiato.* GERM. Verletzt. HISP. *Corrompido por fuerça.* ANGL. *Violated, corrupted, defloured.*} Liu. 6. *ab Vrbe*, Post publicam causam priuato colore habito, ne verbo quidem violatis Consulibus rogationem tulit ad populum. Ouid. 3. *de Ponto Eleg.* 5.

Ipse quidem Getico peream violatus ab arcu.

Tibull. *lib.* 4.

Non violenta vagi sileantur pascua Solis.

Ouid. 15. *Metam.*

——— *Hector abit violatus vulnere nullo.*

Vĭŏlandŭs, a, um, vt fœdera clam violanda. Tibullus *lib.* 1. *Elegia* 9.

Vĭŏlātĭo, nis, verbale, Corruptio, prophanatio. {חלילה *chaliláh.* βιασμός. GALL. *Violement, corruption, outrage.* ITAL. *Violatione, corrottione.* GERM. Verletzung/anfallung mit gewalt zuschenden. HISP. *Obra de corromper assi.* ANGL. *A corrupting, deflouring or breaking of a law.*} Liuius *lib.* 2. *belli Punici*, Tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione templi furorem iniecit: atque inter se ducem in ducem, militem in militem, rabie hostili vertit.

Vĭŏlātŏr, is, Corruptor, ruptor. {מחנה *mechannéh* מחלל *mechallél.* βιαστής. GALL. *Violateur, violeur.* ITAL. *Violatore.* GERM. Verletzer/gewalt anthüer/ schender. HISP. *Forçador, corrumpidor.* ANGL. *A corrupter or deflourer.*} Liuius 4. *ab Vrbe*, Hiccine, inquit, est ruptor fœderis humani, violatórque gentium iuris? Ouid. 2. *de Pont. Eleg.* 2.

Confugit interdum templi violator ad aram.

Vĭŏlābĭlĭs, qui aptus est vt violetur. βιάσιμος, vt contrà, Inuiolabilis, qui non facilè violari potest. Virg. 2. *Æneid.*

Vos æterni ignes & non violabile vestrum
Testor numen, ait.

VIOLENS, apud Horat. teste Bud. pro violento legitur βίαιος. & apud Persium *Satyr.* 5.

Vĭŏlēnter, aduerbium, Iniuriosè, per vim. {βιαίως, βιαστικῶς. GALL. *Violentement, par force.* ITAL. *Violentemente.* GERM. Mit notzwang/ungestümiglich. HISP. *Forçosamente.* ANGL. *Violently, with force.*} Liu. *lib.* 5. *ab Vrbe*, Quia solennia ludorum, quos intermitti nefas est, violenter decreuisset. Proconsulatum violenter gerere apud Plinium *ep.* 9. *lib.* 3. id est, crudeliter. Violenter tolerare, apud Terent. *in Phorm.* id est, ægrè, inuitè. Violentiùs conqueri. Suet. *in Aug. cap.* 51.

Vĭŏlēntissĭmè, βιαιοτάτως. Iustin. *Hist. lib.* 25. Inter confertissimos violentissimè dimicans, saxo de muris iactato, occiditur.

Vĭŏlēntĭă, æ, Vis maior, impetus. {חמס chamás עשק heschék. βία. GALL. *Violence, impetuosité.* ITAL. *Violenza, impetuosità.* GERM. Ungestümme/gewalt. HISP. *Fuerça, violencia.* ANGL. *Force, violence.*} Plin. *lib.* 2. *c.* 38. Quoniam & tonitruum & fulminum iactus horum violentiæ plerique assignant. Cic. 5. *Tusc.* Ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat, antè descendit. Virg. 2. *Æneid.*

Haud secus accenso gliscit violentia Turno.

Vĭŏlēntŭs, a, um, qui vim facit, iniuriosus. {חמס chomés חמץ chométs עשק hoschék. βίαιος. GALL. *Violent, impetueux.* ITAL. *Violente, violento.* GERM. Vol ungestüms gwalts. HISP. *Cosa fuerçadora.* ANGL. *Violent.*} Ouid. 8. *Metam.*

Nunc violentus aper, nunc quem tetigisse timerent,
Anguis eras, modò te faciebant cornua taurum.

Claud. 9. *Paneg.*

——— peragit tranquilla potestas
Quod violenta nequit.

Virg. 2. *Georg.*

Aut vbi nauigijs violentior incidit Eurus.

Ouid. 3. *Metam.*

——— alijs violentior æquo
Visa dea est.

Ponitur quandoque pro superbo. Virg. 10. *Æneid.*

——— violentaque pectora Turni Edocet.

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Non aliquid dixi, violentaque lingua locuta est.

Idem 3. *Fast.* Violenta Styx. Tibull. *lib.* 4.

Nec violenta suo contempsit more Charybdis.

Item, Violenti & contumaces homines. Suet. *in Tiber. cap.* 2.

Vion Valentia (οὐίων βαλεντία) Apulorum vrbs, autore Ptol. *lib.* 3. *cap.* 1. Hodie *Biuona*, *Hippo* Plinio.

VĪPĔRĂ, æ, Serpentis genus, quòd vi pariat. Vulgò enim persuasum est, pullos erosis matris lateribus cum interitu eius erumpere. {אפעה ephhéh. ἔχις, ἔχιδνα. GALL. *Vipere.* ITAL. *La serpe detta vipera.* GERM. Ein nater. HISP. *La biuora sierpe.* ANGL. *A viper.*} Sueton. *in Claud. cap.* 16. Ad viperæ morsum nihil æquè facit ac Taxi succus. Cicer. *de Arusp.* Etiámne in sinu, atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venenatam ac pestiferam habere potuerunt? Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Sæpè sub immotis præsepibus aut mala tactu
Vipera delituit.

Ouid. 2. *de remed. amor.*

Parua necat morsu spatiosum vipera taurum.

Ambrosius *lib. Hexaëm.* Vipera (inquit) nequissimum genus bestiæ, & super omnia quæ serpentini sunt generis, astutior. Vbi coëundi cupiditatem assumpserit, murænæ maritimæ notam sibi requirit copulam, vel nouam præparat: progressaque ad litus, sibilo testificata præsentiam sui, ad coniugalem amplexum illum euocat. Muræna autem inuitata non deest venenatæ serpenti, expetitos vsus suæ impertit coniunctionis. Atque vbi aduentare vipera comparem senserit, venenum euomit, reuerentiam marito deferens. Hieronymus verò *ad Præsidium* sic scribit, Viperæ per os coitum faciunt. Masculi mortem contemnunt: sed fœmina in ipso coitu, siue magna dulcedine exagitata, siue futuri præsciens periculi, dum absorbet semen, caput masculi excidit, & sic eum occidit. Sed quum conceperit, viscera illius ab ipsis quos conceperit, comeduntur, & sic matrem occidunt. De vipera Plin. abundè multis locis, maximè verò *lib.* 10. *cap.* 62. Viperæ (inquit) mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terrestrium eadem sola intra se parit oua vnius coloris, & mollia, vt pisces. Tertia die intra vterum catulos excludit: deinde singulos singulis diebus parit, viginti ferè numero. Itaque cæteræ tarditatis impatientes, perrumpunt latera occisa parente. Hæc Plin. Apollonius tamen apud Philostratum negat hoc esse verum, quamuis à grauissimis autoribus affirmetur: eò quòd aliquando visa sit vipera catulos suos, quos peperisset, lambere & expolire: idque etiam hodie frequenti experientia cognitum est. Quo fit vt rectiùs sensisse putentur qui viperam dictam putant, quasi viuiperam, quòd non oua, vt cæteri serpentes, sed viuum pariat animal.

Viperalis, ad viperam pertinens. *Viperalem* rutam appellatam tradit Apuleius, quòd serpentibus & viperis resistat. Gesnerus ex Pierio.

Vīpĕrīnŭs, a, um, adiectiuum. {ἐχίδνειος. GALL. *De vipere.* ITAL. *Di vipera.* GERM. Einer nater. HISP. *Cosa de biuora.* ANGL. *Of a viper.*} Plin. E viperina carne fiunt theriaci pastilli. Cic. 2. *de finib.* Cui viperino morsu venæ viscerum veneno imbutæ tetros cruciatus cient. Plin. *lib.* 11. *cap.* 53. Scythæ sagittas tingunt viperina sanie & humano sanguine. Horat. *Epod.* 3.

Quid hoc veneni sæuit in præcordijs?
Num viperinus his cruor
Incoctus herbis me fefellit.

Vīpĕrĕŭs, a, um, eiusdem significationis. Virg. *lib.* 7. *Æneid.*

Vipeream inspirans animam.

Idem *ibidem*,

Vipereo generi, & grauiter spirantibus hydris.

Ouid. 2. *Metam.*

——— videt intus edentem
Vipereas carnes vitiorum alimenta suorum Inuidiam.

Vīpĭōnēs, sunt minores grues, sicut Papiones minores columbi. {γεράνια. GALL. *Petites grues.* ITAL. *Picciole grue.* GERM. Kleine krenchlin. HISP. *Caydas ò cruxias, pequeñas gruzes.* ANGL. *Litle crannes.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 49. In Balearibus insulis & buteo accipitrum generis in honore mensarum est: item vipiones: sic enim vocant minorem gruem.

[Vipris, vepres.]

Vipretum, & vipreta, idem quod Vepretum.

VĬR, i, masculini generis, à vi dicitur, quòd vi, hoc est, viribus & robore præstet. {איש isch גבר ghéber (vel) ghebár. ἀνήρ. GALL. *Homme.* ITAL. *Huomo.* GERM. Ein mann. HISP. *El varon, hombre.* ANGL. *A man.*} Et modò respectu ætatis dicitur vir. Plin. *lib.* 7. Quod non modò in puero, siue adulescente, sed etiam in viro admiratione dignum videretur. Ouid. 13. *Metam.*

Littera communis pueróque viróque
Inscripta est folijs.

¶ Modò respectu sexus: vt Plin. *lib.* 10. *cap.* 63. Viros auidiores veneris hyeme, fœminas æstate, Hesiodus prodidit. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Virum virile, mulierem muliebre vestimentum decet dare foras. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Fœmina nulla, néve vir, &c.

Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Nondum cubitat cum viris. ¶ Vir pro homine, & vicissim homo pro viro. Idem *Men sc.* 5. *a.* 5. Anima priuabo virum. Suprà, Hominem anima deuoluam sua. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Vidi osculantem cum alieno viro. Paulò antè, adolescentulo. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Vir malus viro optimò obuiam it. (id est, seruus hero.) ¶ Vnde semiuiri dicuntur eunuchi, & molles atque effœminati ἡμιάνδρες. ¶ Modò respectu coniugij. Terent. *in Andr.* Tibi generum firmum, & filiæ inuenies virum. Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.

Catull. *de Coma Beren.*

Sed tum mœsta virum mittens quæ verba locuta es?

(i. maritum dimittens.) Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Cum viro, cum vxore dij vos perdant. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Apud tibi seruire postulas viros? Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Indotata in potestate est viri: Dotatæ mulctant & malo damno viros.) Nec solùm de hominibus, sed etiam de brutis dicitur. Virg. 7. *Eclog.*

Vir gregis ipse caper.

¶ Modò respectu fortitudinis. Virum enim hominem præsenti, excellentíque animo nuncupamus. Curtius, Exurgite (inquit) aliquando si viri estis, atque arma capessite. Cic. *pro Cælio*, Quum is iam corroborauisset, ac vir inter viros esset. Ter. *in Adelph.* Laudo, Ctesipho, patrissas: abi, virum te iudico. Velleius, fuit dux Cassius melior, quantò vir Brutus. Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Polyb.* Non sentire mala sua, non est hominis: Non ferre, non est viri, &c. Vir & homo. Cic. 2. *Tusc.* Ita & tulit dolorem vt vir, & vt homo, maiorem ferre sine causa necessaria noluit. ¶ Vir Dei, Propheta, à Deo vocatus ad docendi munus, & ei colendo singulariter addictus: diuinæ voluntatis præco. ¶ Viri numeri, sc. faciles & parui, h. e. pauci. ¶ A vir fiunt composita, Duumuir, Triumuir, Quinqueuir, Septemuir, Decemuir, Centumuir, Leuir. Veripotens, & de quo paulò antè meminimus, Semiuir, quæ omnia (secundùm Priscianum) ideò composita accipiuntur, quia sub vno accentu pronunciantur.

Vira, fœmina homo: viro opposita sexu.

Virāgo, inis, Mulier fortis, quæ viro similis sit, & virili opera faciat. {ἀνδρεάνειρα. GALL. *Femme vertueuse, & qui fait actes d'vn homme.* ITAL. *Donna che tien dell' huomo.* GERM. Ein männlin/ oder männlich weib. HISP. *Muger varonil.* ANGL. *A maly or lustie tall woman.*} Plaut. *in Mercat.* Rectè ego emero matri tuæ Ancillam viraginem aliquam, non malam, forma mala. Ouid. 2. *Metam.*

Huc vbi peruenit bello metuenda virago.

Viratius, magnarum virium. Non.

Vĭrīlĭs, quod est viri. {ἀνδρικός, ἀνδρεῖος. GALL. *Viril, masse d'homme.* ITAL. *Virile.* GERM. Männlich. HISP. *Cosa perteneciente à varon.* ANGL. *Pertenning to a man.*} vt, Opus virile, proles virilis. Virg. *lib.* 7. *Æneid.*

Filius huic fato diuûm, prolésque virilis
Nulla fuit.

Forma virilis. Ouid. *Epist.* 4.

Sit procul à nobis iuuenes, vt fœmina compti:
Fine coli modico forma virilis amat.

Stirps virilis. Liu. *lib.* 1. *ab Vrb.* Breui stirps quoque virilis ex nouo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixêre nomen. Sexus virilis. Plin. *lib.* 10. *cap.* 55. Liuia Augusta parere sexum virilem admodum cupiebat. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Virum virile, mulierem muliebre vestimentum decet dare foras. Senec. *cap.* 15. *de tranq.* Virilem in modum tripudiare. Gell. *cap.* 10. *lib.* 3. Quod eius virile fœtus futurum est. (i. sexus virilis.) ¶ Per translationem accipitur pro forti & magnanimo, & minimè effœminato. Terent. *in Phorm.* Animo virili præsentíque vt sis para. Cic. *ad Att. lib.* 14. Acta enim illa res est animo virili, consilio puerili. Velleius, Virilis animi fœmina. Pars virilis, i. vires animi, fortitudo. Cic. 5. *Verr.* Qui præsertim plus etiam quàm pars virilis postulat, pro voluntate pop. Rom. oneris ac muneris suscipere debeant. Imò partem virilem intelligo id, quod vnusquisque per se agere debet & potest. Liu. 6. *ab Vrb.* Illius gloriæ pars virilis apud omnes milites sit, qui simul vicerint. Pro virili parte, id est, pro viribus. Cic. *pro Sest.* Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt. ¶ Virile obscœnum, quid sit, vide *Virilia* paulò infrà.

Vĭrīlĭtĕr, aduerbium, Fortiter & magno animo. {ἀνδρείως. GALL. *Virilement, en homme vaillant.* ITAL. *Fortemente, virilmente.* GERM. Männlich. HISP. *Fuertemente.* ANGL. *Courageouslye, valiantlye.*} Cicer. 2. *Tusc.* Itaque barbari quidam, & immanes, ferro decertare acerrimè possunt, ægrotare viriliter non queunt. Idem 1. *Offic.* Quod enim viriliter, animóque magno fit, id dignum viro, & decorum videtur. Ouid. 1. *Fast.*

Cui genitrix flenti, Fortuna viriliter, inquit,
(Siste precor lacrymas) ista ferenda tibi est.

Vĭrīlĭtās, atis, Virilia, seu viri pudenda. {מבושים mebuschim בשר basár. τὰ αἰδοῖα. GALL. *La partie virile, ce qui fait qu'vn homme est homme.* ITAL. *Parti dishoneste dell' huomo.* GERM. Mannheit/das ist die männliche scham.

scham. Hisp. *Las verguenças del hombre, miembros genitales.* Angl. *That in a man wher by he is knawen to be a man.*} Mart. *lib.* 9.

Non puer auari sectus arte mangonis,
Virilitatis damna mœret erepta.

Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Vtiliter etiam fouetur vino calido virilitas iumentis. Quint. *lib.* 4. *cap.* 11. Non alio medius fidius vitio discentium, quàm quo mancipiorum negotiatores formæ puerorum, virilitate excisa lenocinantur. Plin. *lib.* 7. *cap.* 4. Ex fœminis mutari in mares, non est fabulosum, Licinius Mutianus prodidit visum à se Argis Arescontem, cui nomen Arescusæ fuisset, nupsisse etiam: mox barbam & virilitatem prouenisse, vxorémque duxisse.

Virilĭa, ium, tantùm pluraliter, Verenda, seu pudenda viri. {מבשים *mebuschim* בשר *basár.* τὰ αἰδοῖα. Gall. *Les genitoires d'vn homme.* Ital. *Parti dishoneste del huomo.* Germ. Die Männlich scham. Hisp. *Miembros genitales.* Angl. *A mans secret partes.*} Plin. *lib.* 21. *c.* 27. Et in totum ad virilia, cauliculis eius, vino & aceto tritis, nihil vtilius putant. Quod modò dictum est, Virilia tantùm pluraliter dici, vix probo, qui Virile in singulari legerim apud autorem probum, Ouidium intelligo ita loquentem *lib.* 6. *Fast.* obscœni forma virilis.

Viripŏtēns, Nubilis, viro matura. {ὡραία γάμου. Gall. *Preste ou bonne à marier.* Ital. *Figliola da marito.* Germ. Mannbar. Hisp. *Que puede ser casada.* Angl. *Meete and readie to be maried.*} vt, Virgo viripotens apud Plaut. *in Persa.*

Viritim, aduerb. Per singulos viros, per singula capita. {κατ' ἄνδρας. Gall. *A chasque homme, d'homme à homme.* Ital. *Ad huomo ad huomo.* Germ. Von mann zu mann. Hisp. *A cada vn varon, de varon a varon.* Angl. *Frome man to man.*} Cicer. 2. *de Rep.* vt citat Nonius, Ac primus agros quos bello Romulus ceperat, diuisit viritim ciuibus. Varr. *lib.* 1. *de vita pop. Rom.* Agros viritim populo Romano attribuit. Liu. 1. *ab Vrbe,* Ex quo pacis bellíque munia non viritim, vt antè, sed pro habitu pecuniarum fierent. ¶ Aliquando tamen viritim accipitur pro separatim, & seorsum: vt, Pugnare viritim. μονομαχεῖν. Curtius *lib.* 7. Si quis viritim dimicare vellet, prouocauit ad bellum. ¶ Item pro particulatim, & de aliis dictum quàm de hominibus. Senec. *in nat. quæst.* De ventis in vniuersum diximus, nunc viritim incipiemus illos discutere. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. populo viritim potuit dispertirier. (quod fecisti flagitij sup.) Vell. Viritim aliquem ciuitate donare. (i. singulatim, non cum aliis multis.) ¶ Viritim & publicè opponuntur apud Suet. *in Cæs. cap.* 83. *in fine,* Populo hortos, inquit, circa Tiberim publicè; & viritim trecenos sestertios legauit.

Virops, quæ opus iam habeat viro. Gl. Isid.

Virōsŭs, a, um, Viri appetens, φίλανδρος: sicut Mulierosus, mulieris appetens. Lucil. *lib.* 7. vt citat Nonius, Dixi ad principium venio, vetulam, atque virosam vxorem cædam potius, quàm castrem egomet me. Afranius *Diuortio,* apud eundem Nonium, Vigilans ac solers, sicca, sana, sobria, virosa non sum, & si sum, non desunt mihi qui vltrò dent: ætas integra est, formæ satis. Scipio Africanus apud Gellium *cap.* 12. *lib.* 7. Qui non modò vinosus, sed virosus quoque sit; eúmne quisquam dubitet, quin idem fecerit, quòd Cinœdi facere solent.

Virbĭŭs, idem qui Hippolytus, Thesei, & Hippolytæ Amazonis filius, qui quum à Phædra nouerca per calumniam apud patrem delatus esset, quòd ipsi stuprum inferre voluisset: patris iram veritus, conscenso curru fugam arripuit: quúmque iuxta maris litus peruenisset, incusso à Neptuno pauore, equi consternati implicatum habenis Hippolytum dilacerarunt: cuius vicem miserata Diana, ad vitam eum reuocauit, & in Aricinio nemore collocatum, pro Hippolyto Virbium appellauit, quasi bis virium. Ouid. 15. *Metam.*

Tum mihi, ne præsens augurem muneris huius
Inuidiam, densus obiecit Cynthia nubes:
Vtque forem tutus, possémque impunè videri,
Addidit ætatem, nec cognoscenda relinquit
Ora mihi Creténque diu dubitauit habendam
Traderet, an Delon: Delo, Cretáque relictis,
Hic posuit: noménque simul, quod possit equorum
Admonuisse, iubet deponere. Quique fuisti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto.

Virdubesca, Οὐιρδούβεσκα, Hispaniæ citerioris ciuitas, in tractu Autrigonum, qui sunt populi Cantabris ad Ortum proximi. Autor Ptolemæus *lib.* 2. *cap.* 6. Plin. *lib.* 3. *cap.* 3. Virouescam nominat.

‖Virdunum, *Verdun,* V. E. olim Germanici, nunc iuris Francici, sub A. Treuirensi. Eam Henricus II. Galliæ Rex ann. 1552. regno Galliæ adiecit.‖

Virētum, siue Virectum, Vireo, vide *Viridis.*

Vireo, nis, vide post *Viriculum.*

Vitēs, ium, vide *Vis.*

Vĭrgă, æ, Vimen, bacillum tenue, vel aliud quiduis, quo ad ligandum, verberandúmve vtimur. {מטה *mattéh* שבט *schébet* מקל *makkél.* ῥάβδος. Gall. *Verge, houssine.* Ital. *Bacchetta, virga, vimino.* Germ. Ein rut/ein gert. Hisp. *Verga ò vara ò vimbre.* Angl. *A rodde, a yearde.*} Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Væ illis virgis, quæ in tergo morientur meo. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Nisi mihi supplicium virgarum de te datur. Idem *Men. sc.* 5. *act.* 5. Ve virgis cæsum sub furca scio. (i. ob sacrilegium.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Vlmeis affectos lentis virgis. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Age si quid agis, nisi quidem agitari mauis varius virgis, &c. Cic. *pro C. Rabirio,* Porcia lex virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit. Virg. 1. *Georgic.*

Nunc facilis rubea texatur fiscina virga.

Idem 2. *Georg.*

———solis est turea virga Sabeis.

Plin. *lib.* 12. *cap.* 14. Virgis etiam tureis ad nos commeantibus. ¶ Virgæ magistratuum insignia. Iuuenal. *Satyr.* 8.

Præcedant ipsas illi, te Consule, virgas.

Virga censoria, prouerbialiter dicitur pro superstitiosa & nimia iudicandi autoritate: à Romanorum nimium magistratu sumpta translatione, penes quem autoritas erat de ciuium moribus iudicandi, equitémque equo, & senatorem ordine suo priuandi. Quint. *lib.* 1. *cap.* 5. Quo quidem ita sunt seuerè vsi veteres Grammatici, vt non versus modò censoria quadam virga notare, &c. Interpres Quintiliani obeliscum intelligit, quo Grammatici iugulare solent versus, quos nothos iudicabant & irreptitios. ¶ Virga thuris. Plin. *lib.* 12. *cap.* 14. Virgis etiam thuris ad nos commeantibus. Virgam thuream dixit Virg. 2. *Georg.*

Vĭrgŭla, diminutiuum. {ῥαβδίον. Gall. *Petite verge.* Ital. *Verga picciola.* Germ. Ein rütlin/Gertlin. Hisp. *Pequeña verga ò vara.* Angl. *A litle redde.*} Colum. *lib.* 3. *cap.* 13. In cuius latere virgula prominens ad eam altitudinem. Quint. Virgula Censoria (Criticorum.) ¶ Virgula diuina, prouerbij speciem habet, quo vtimur quoties aliquid non humana ope, sed numinis alicuius fauore contigisse volumus significare. Cicer. 1. *Officior.* Quòd si omnia nobis quæ ad victum cultúmque pertinent, quasi virgula diuina (vt aiunt) suppeditarentur. Vide latiùs *in Erasmi Adagijs.*

Virgarius lictor, ῥαβδοῦχος. quia fasces virgarum fert.

Vĭrgātŭs, a, um, adiectiu. Multis quasi virgulis & lineis distinctus. {ῥαβδωτὸς. Gall. *Vergé, qui a lignes comme verge sur soy.* Ital. *Cosa che ha verghe.* Germ. Gestreyfft/mit streimen abgetheilt. Hisp. *Cosa que tiene vergas.* Angl. *That hath lines as roddes vpon him.*} vt, Virgata vestis, diuersi coloris virgis variegata, & distincta: aut (vt Iulius Pollux interpretatur) in qua intexebantur virgæ purpureæ, hoc est, lineæ, quas Græci παρύφας vocant. Virg. 8. *Æneid.*

Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis
Virgatis lucent sagulis.

Corpore virgato tigris, Silius *lib.* 5. Et apud eundem *lib.* 4. Vestes virgatæ auro, hoc est, virgis seu lineis aureis distinctæ. Virgata fœmina, virgata veste induta. Valerius Flacc. *in Argonaut.*

———nostrósque toros virgata tenebit.

Vĭrgātŏr, is, qui virgis cædit. {ῥαβδιστὴς, ῥαβδιστής, ῥαβδοῦχος. Gall. *Feiseur de verges, houssineur, qui bat de verges.* Ital. *Chi batte con verghe.* Germ. Ein streicher mit der Ruten. Hisp. *El que hiere y hostiga con vergas.* Angl. *That whipeth with reddes.*} Plaut. *in Asin.* Vbi sæpè causam dixeris pendens aduersùs octo Astutos, aliàs *artitos,* audaces viros, valentes virgatores. Adr. Turnebus doctissimus atque politissimus vir *lib.* 24. *cap.* 31. *Aduers.* pro Astutos emendat hic Artitos, id est, peritos cædendi, vt explicat Dion. Lambin. *in suis commentarijs in hunc Plaut. locum.*

Vĭrgĕŭs, a, um, quod est factum ex virgis. {ῥάβδινος. Gall. *Fait de verges.* Ital. *Fatto di verghe.* Germ. Auss Ruten oder reisern gemacht. Hisp. *Cosa de materia de vergas.* Angl. *Made of roddes.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Virgea præterea Calei, vilisque supellex,

i. vasa ex vimine facta. Col. *lib.* 1. *cap.* 1. Ideóque periti rustici quicquid ouilibus stabulísque conuersum progesserunt superpositis virgeis cratibus tegunt. ¶ Flamma virgea, hoc est, flamma ex virgeis accensis facta: vt sit flamma validior, inquit Seruius in illud Virg. 7. *Æneid.*

———magno veluti quum flamma sonore
Virgea suggeritur costis vndantis aheni.

Vĭrgētum, i, Locus virgis consitus, ad alligandas vites. {ῥαβδών. Gall. *Lieu planté de verges à lier les vignes.* Ital. *Luogo piantato di verghe.* Germ. Ein ort da vil gerten/oder band stehn. Hisp. *Lugar do se crian vergas.* Angl. *where roddes grow.*} Cic. 2. *de Legib.* Sacerdotes vineta, virgetáque, & salutem populi inauguranto.

Vĭrgĭndēmĭă, æ, Collectio virgarum, verberandi, vinciendíve gratia. {ῥαβδολογία. Gall. *Cuillette & comme vne vandange de verges.* Ital. *Raccolta di verghe.* Germ. Die Ruten samlung. Hisp. *La cosecha de vimbres.* Angl. *A gathering of roddes or twigges.*} Varro *in Agathone,* Quid tristiorem video te esse? an ideo quia scapulæ metuunt virgindemiam? Plaut. *Rud.* Tergúmque obtestor tuum, vt tibi vberem vlmeam esse speres virgindemiam.

Vĭrgŭltă, Multitudo virgarum pullulantium. {שיחים *sichim.* φρύγανα, ῥῶπες. Gall. *Petits arbrisseaux ne produisans que verges & houssines.* Ital. *Piccioli arbucelli, che non producono altro che verghe.* Germ. Gerten gestreud/reisgehurst. Hisp. *Matas de varas ò vergas.* Angl. *Litle settes or graffes.*} Virg. 1. *Georg.*

———quæcunque premes virgulta per agros
Sparge fimo pingui.

Cic. *pro Cal.* Ergo hæc deserta via & inculta, atque interclusa iam frondibus, & virgultis relinquatur. Cæs. 3. *bell. Gall.* Sarmentis virgultísque collectis, quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergunt.

Virgăo, Hispaniæ Bæticæ ciuitas, inter Bætim & Oceanum, alio nomine Alba dicta. Autor Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Virgī, Pomponio teste, Oppidum in finibus Hispaniæ Bæticæ, à quo proximus sinus Virgintanus dicitur, quem Plinius Bæticæ, & Terraconensis terminum facit, *lib.* 3. *cap.* 1.

Virgĭlĭvs, Βιργίλιος, Οὐιργίλιος, Mantuanus Poëta celeberrimus, Marone, Maiáque natus, qui primum apud Latinos inter Poëtas obtinet locum. Homerúmque Græcorum Poëtarum principem, si non exæquat, non longo certè sequitur interuallo. De nominis huius scriptura diuersi diuersa sentiunt, aliis primam eius syllabam secunda vocali, aliis tertia scribentibus. Quorum vtrique suis quibusdam nituntur rationibus. Minutianus Apuleius, vetustus Grammaticus, à virgis, inter quas natus sit, Virgilium dictum putat, ideóque per i, non per e scribendum præcipit. Cui Scripturæ Donatus quoque non obscurè astipulatur, quum in vita eius tradit, à virga nomen accepisse, quam mater eius ea nocte, quæ partum antecessit, in somniis sibi visa est parere, tanta altitudine assurgentem, vt cœlum contingeret. Hisce suffragatur & Calui illud,

It vates cui virga dedit memorabile nomen
Laurea.

In eadem sententia fuit & Priscianus. In Græcis quoque codicibus (si id quippiam ad rem faciat) scriptum legimus Βιργίλιος. Alij & in primis Politianus, à Virgiliarum sydere nomen hoc deducunt: ideóque per secundam vocalem scribere malunt. Quam sententiam vetustorum aliquot marmorum testimoniis confirmant. Quibus illud accedit, quòd apud Eustathium quoque in nauium Catalogum, & apud Suidam Οὐιργίλιος legatur. Vide hac de re prolixiorem disputationem *in Annotationibus Pierij in Virgilium.*

Vĭrgĭlĭānŭs, adiectiuum: vt, Virgiliana virtus apud Plin. *in Præfat. lib.* 9. Quint. *lib.* 1. *cap.* 3. Habendúmque in animo semper illud Virgilianum.

 ‖Virginia,

Virginia, regio Orbis Noui, à Richardo Grenuilio Anglo, Equite, ann. 1585. detecta.

VIRGO, inis. Puella intacta. Mulier, à viridiori, id est, validiori ætate appellata est: vnde & mares aliquando virgines appellatos inuenimus. {בתולה bethuláh. παρθένος. GALL. *Virge, pucelle.* ITAL. *Virgine, vergine.* GERM. Jungfraw/junge tochter. HISP. *Virgen, donzella.* ANGL. *A maid or virgin.*} Propriè autem virgo dicitur de puella grandi virum non experta, Cicerone referente. Quint. *lib. 6. cap. 4.* Obiurgantibus quòd sexagenarius Popiliam virginem duxisset, Cras mulier erit, inquit. Vlpianus, Quòd si ego me virginem emere putarem, quum esset mulier, emptio non valebit. Virg. 2. *Æneid.*

Ecce trahebatur passis Priameia virgo
Crinibus à templo Cassandra.

Horat. 3. *Carm. Ode 6.*

Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo.

Gell. *lib. 12. c. 7.* Virginem habens iam maturam viro. Ouid. 2. *Metam.*

Virginibúsque tribus de Cecrope natis.

Catull. *ad Ortalum,*

Procurrit casto virginis è gremio.

Plaut. *Curc. sc. 1. a. 1.* Abstineas nupta, vidua, virgine, &c. Ouid. 2. *Fast.*

Quæ fuerat virgo credita, mater erat.

¶ Pro filia, vt apud Martial. *Epigr. 104. lib. 2.* Virgines colonorum. (i. filiæ.) Et Quint. Curtius *lib. 3.* Virgines cum filio comitabantur patrem. ¶ De fœmina etiam dicitur, quæ stupro polluta est. Ouid. *Epist. 6.*

Turpiter illa virum cognouit adultera virgo.

Item de ea quæ trium liberorum mater erat; Virg. *Ecl. 7.* vbi de Pasiphaë sic scribit:

Ah virgo infelix, quæ te dementia cepit?

¶ Bruta etiam animalia, quæ marem nondum admiserunt, virgines dicuntur. Plin. *lib. 28. c. 9.* Quin & sanguis equorum septicam vim habet: item equarum, præterquam virginum, erodit, emarginat, vlcerat. ¶ Per translationem Virginis vocabulum etiam aliis rebus communicatur, quas incorruptas significare volumus. Vide Cic. *in Orat.* Philosophiam, castam, verecundam, & incorruptam virginem appellat. ¶ Est item virgo vnum ex Zodiaci signis, quam quidam Astræam, siue iustitiam esse putant, Iouis filiam. Alij Erigonem, Icari filiam ob insignem pietatem in cœlum translatam. Ferunt enim Icarum à Baccho vtrem vini accepisse, vt eius vsum mortalibus communicaret. Quare quum rusticos quosdam ad bibendum inuitasset, illi potus suauitate capti, æquo largiùs hauserunt. Qua ex re quum crapulæ incommodum sentirent, malum sibi medicamentum datum rati, Icarum interfecerunt. Erat Icaro canis, cuius ductu Erigone ad patrem peruenit: quem quum mortuum inuenisset, doloris magnitudine contabuit, & Iouis miseratione inter astra est translata. Huius simulacrum virginis habitu fingebatur, spicas aliquot manu tenentis: vnde quidam eandem putauerunt cum Cerere. Cic. 1. *de nat. deor.* Spicum illustre gerens insigni corpore virgo. ¶ Est præterea Virgo, fontis nomen, cuius etiam hodie ductus Romæ conspicitur. Martial. *lib. 7.*

Sed curris nitidas tantùm propè Virginis vndas.

Virguncŭlă, diminutiuum. {παρθενισκάριον. GALL. *Petite vierge, petite pucelle.* ITAL. *Virginella.* GERM. Jungfrewlin. HISP. *Pequeña donzella.* ANGL. *A litle maide or virgin.*} Iuuen. *Satyr. 13.*

——*tunc quum virguncula Iuno,*
Et priuatus adhuc Idæis Iuppiter antris, &c.

Virginal, virginis natura; verenda. vt fœminal fœminæ.

Virgĭnālĭs, e, quod est dignum virgine, aut quod ad virginem pertinet. {παρθενικός. GALL. *Virginal, digne de vierge ou pucelle.* ITAL. *Di vergine, ò degno di virgine.* GERM. Jungfrewlich. HISP. *Cosa de virgen ò digna della.* ANGL. *Belonging to a virgin.*} vt, Virginalis modestia, apud Cic. 1. *de diuin.* & virginalis habitus, atque vestitus, apud eundem 6. *Verr.* Virginalis verecundia, *in Orat. pro Quintio.* Gell. *cap. 4. lib. 14.* Iustitiæ imago fieri solita, formâ atque filo virginali, &c. ¶ Virginale, instrumentum musicum; quod virginibus frequens, monochordum, vulgò clauecymbalum.

Virginensis, dea gentilis, h. e. figmentum temporum ignorantiæ.

Virgĭnĕŭs, a, um, quod est virginis, aut quod virginem decet. {παρθένιος. GALL. *De Vierge.* ITAL. *Di virgine.* GERM. Jungfrewlich. HISP. *Cosa de virgen.* ANGL. *Of a virgen.*} Virg. *lib. 1. Georg.*

At si virgineum suffuderit ore ruborem.

Ouid. 5. *Metam.*

Virginei vultus, & vox humana remansit.

Idem 13. *Metam.*

——*Nec adhuc proiecerat heros*
Virgineos habitus.

Cat. *de Com. Beren.* ——*rixæ,*

Quàm de virgineis gesserat exuuijs.

Virginarius, aliud adiect. idem quod Virgineus. Plaut. *in Persa,* Scelesta fides est virginaria.

Virgĭnĭtās, atis, Castitas virginis, cui nullum fuit cum viro commercium. {בתולים bethulim. παρθενία. GALL. *Virginité.* ITAL. *Virginità.* GERM. Jungfrawschafft. HISP. *Virginidad.* ANGL. *Virginitie.*} Plin. *lib. 24. cap. 13.* Anaxilaus autor est, mammas à virginitate illitas, semper staturas. Ouid. *in Epist.*

——*OEnones ad Paridem,*
Me fide conspicuus Troiæ munitor amauit:
Ille meæ spolium virginitatis habet.

Idem *Eleg. 2. lib. 14. Trist.*

Et quæ sine crimine castos
Perpetua seruant virginitate focos.

Cicer. 3. *de nat. deor.* Minerua patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem. Virg. 11. *Æneid.*

——*sola contenta Diana*
Æternum telorum, & virginitatis amorem
Intemerata colit.

Virĭă, siue Viriola, æ, Ornamentum colli, è gemmis viridibus, vt quidam volunt. Iabolenus *in l. medico, de aur. & argent. leg.* Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quæcunque sepulturæ meæ causa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & viriolas ex smaragdis. Viriæ Isidoro, armillæ virorum. Sed & muliebres armillæ viriæ appellari cœperunt. Septimus Florens, Vtique sicut vestigia cestum viria occupauit: ita & Endromidis solocem aliqua multitia synthesi extrusit. Plinius, Viriolæ Celticæ, viriæ Celtibericæ.

Virĭātus, Antiquis in vsu erat pro valido & magnarum virium homine, vt annotauit Nonius, citans illud Lucilij ex *lib. 26. sat.* Contra flagitium nescire bello vinci à barbaro viriato Annibale. κρατυιός, ἰσχυρός.

Viriatus, Βιρίατος. Lusitanorum ducis nomen fuit, calliditatis acerrimæ viri, quippe qui ex venatore latro, ex latrone subito dux atque Imperator factus, vniuersam Lusitaniam occupauit, M. Ventidium prætorem fuso eius exercitu, cepit. Pòst Cn. Plancius Prætor nihil felicius rem cum eo gessit: tantúmque terrorem hostis hic Romanis intulit, vt aduersùs eum Consulari opus esset duce & exercitu. Denique à proditoribus consilio Cepionis interemptus est, & multùm ploratus, tumulatúsque nobilissimè. Autor Liuij abbreuiator Florus.

Viriatinus, a, um, Suet. *in Galb. cap. 3.* Seruius Sulpitius Galba Consularis, temporum suorum eloquentissimus Viriatini belli auctor extitit.

Virĭcŭlum, i, Missilis genus, bello Persico inuentum, vt annotauit Cælius *lib. 27. cap. 4.* κέστρον. Plin. *lib. 35. cap. 11.* pro ferramento posuit, quo ebur scalpitur. In encaustice (inquit) pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, & in ebore cestro, id est, viriculo, donec classes pingi cœpêre.

Vĭrĕo, nis, masc. gen. χλωρίων. Plin. *lib. 18. cap. 29.* Auem partam oriente Sirio, ipso die non apparere, donec occidat. Econuerso vireonem prodire ipso solstitij die. Gaza enim intelligit, quæ Aristoteli & Plinio vocatur Chlorion.

Viræ querquetulanæ, Festus inquit, putantur esse Nymphæ præsidentes querceto virescenti, quod fuit in Esquilina regione vrbis, vt autor est Varr. *lib. 4. de L. L.* Scaliger Viras querquetulanas nihil aliud esse putat, quàm quæ Græcè χλωρίδες, ἢ ἁμαδρυάδες dicuntur.

VIRIDIA, orum, viriditas.

Vĭrĭdĭs, e, quod est herbacei coloris: à vigore, vt nonnulli existimant, quòd nunquam æquè vigeant plantæ, atque quum virides sunt. {ירוק jarók רענן rahanán רטוב ratób לח lach. χλωρός, θαλλής. GALL. *Verd.* ITAL. *Verde.* GERM. Grün. HISP. *Verde de color.* ANGL. *Grene.*} Virg. *lib. 8. Æneid.*

——*viridique in littore conspicitur sus.*

Ouid. 13. *Metam.*

Purpureum viridi genuit de cespite florem.

Suet. *in Cæs. cap. 53.* Oleum conditum pro viridi apponere. Plaut. *Men. sc. 2. a. 5.* Vt viridis exoritur color è temporibus & è fronte. Plin. *lib. 10. cap. 42.* Super omnia humanas voces reddunt psittaci, & quidam sermocinantes. India autem hanc mittit. Psittacem vocant, viridem toto corpore, torque tantùm miniato in ceruice distinctam. Imperatores salutat, & quæ accipit verba, pronuntiat, in vino præcipuè lasciua. Vide *Psittacus,* suprà. Cic. 2. *de nat. deor.* Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores pellucidos amnium, riparum vestitus viridissimos. Ouid. 10. *Met.* In viridem verti cœperunt membra colorem. Virg. 2. *Georg.* Quæque suo viridi semper se gramine vestit. ¶ Per translationem Viride accipitur pro florenti, & vigore prædito: ἀκμαστικός. Idem 6. *Æneid.* Iam senior, sed cruda deo viridisque senectus. Viridis ætas. Colum. *in Præfatione operis,* Quum istud opus non solùm scientiam, sed viridem ætatem cum robore corporis ad labores sufferendos desideraret. Plin. *Epist. 144.* Numidia Quadratilla paulò minus octogesimo ætatis anno decessit, vsque ad nouissimam valetudinem viridis. Iuuenta viridis. Virg. 5. *Æneid.*

Euryalus forma insignis, viridique iuuenta.

Quint. Viridem & adhuc dulcem studiorum fructum prouideret. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

Frater ad eloquium viridi tendebat ab æuo.

Gell. *cap. 3. lib. 2.* Viridior vegetiórque sonus litteræ. *Ibid. cap. 9. lib. 13.* mior viridiórque sonus, &c.

Vĭrĭdāns, antis, part. sine verbi origine. Virens, siue viride. {רענן rahanán ירוק jarók רטוב ratób. χλωρός, χλοερός. GALL. *Verdoyant.* ITAL. *Verdeggiante.* GERM. Grünend. HISP. *Verde con lustre.* ANGL. *waxing grene.*} Plin. *lib. 37. cap. 8.* Viridantium & alia plura sunt genera. Virg. *lib. 5. Æneid.*

Sic fatus cingit viridanti tempora lauro.

Idem *ibid.* Proximus, vt viridante toto consideraat herbæ. Plin. *lib. 4. c. 8.* Intus sua luce viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine canorum auium concentu.

Vĭrĕo, es, ui, Viridis sum, frondesco. {רענן rahanán. θάλλω, χλωρίζομαι, χλοάζομαι. GALL. *Verdoyer, estre verd ou verdoyant.* ITAL. *Essere verde, verdeggiare.* GERM. Grün sein. HISP. *Ser verde, enuerdecerse.* ANGL. *To waxe grene.*} Virg. *lib. 6. Æneid.*

Quale solet syluis brumali frigore viscum Fronde virere noua.

Cic. 5. *Tusc.* Itaque & arbores, & vites, & ea quæ sunt humiliora, neque se tollere à terra latiùs possunt: alia semper virent, alia hyeme nudata, verno tempore tepefacta frondescunt. Ouid. 2. *Metam.*

Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno.

Plaut. *Men. sc. 2. a. 5.* Viden' illi oculos virere? Ouid. *Eleg. 9. lib. 4. Trist.*

Sæpè Iouis telo, quercus adusta viret.

Vĭrēns, entis, particip. {רענן rahanán ירוק iarók רטוב ratób. χλοάζων. GALL. *Verdoyant.* ITAL. *Verdeggiante.* GERM. Grünend. HISP. *Verde con lustre.* ANGL. *Being grene or flourishing.*} Horat. *de Arte,*

Mercatórne vagus, cultórne virentis agelli.

Virg. 4. *Georg.*

At liquidi fontes, & stagna virentia musco.

Vĭrēsco, Viridis fio, frondesco. {רענן rahanán. χλοάζω, θάλλω, θαλερὸς γίνομαι, ἀναθάλλω GALL. *Deuenir verd, se reuerdir.* ITAL. *Diuenir verde.* GERM. Grün werden/grünen. HISP. *Enuerdecerse.* ANGL. *To waxe grene.*} Virg. 1. *Georg.*

Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ,
Arborei fœtus alibi, atque iniussa virescunt Gramina.

Col. *lib. 11. cap. 2.* Quidam quum vidissent partem aliquam vuarum virescere, crediderunt tempestiuam esse vindemiam. ¶ Hinc fit compositum

positum Euiresco, de quo suprà suo loco. ¶ Viresco, prima producta, vide post *Vis.*

Vĭrĭdārĭum, ij, Locus virentibus arboribus herbísque amœnus. {גן ghan פרדס pardés. ἀλσώ. GALL. *Un verger, iardin verdoyant.* ITAL. *Horto, giardino.* GERM. Ein lustgart in dem vil grüner bäum vnd kreuter gezeugt sind. HISP. *Verger, jardin, huerto.* ANGL. *A place grene with trees hearbes, or grasse.*} Suet. *in Tib. c.* 60. Militem Prætorianum ob surreptum è viridario pauonem capite puniuit.

Vĭrĭdārĭi, ab Vlpiano appellantur serui viridariorum curæ præpositi. {οἱ κηπουροί. GALL. *Iardiniers.* ITAL. *Giardinieri.* GERM. Gärtner. HISP. *Iardineros.* ANGL. *Gardeners.*}

Vĭrĭdĭcātus, a, um, Viridis, viridibus consitus. {רענן rahanán ירוק jarók רטוב ratób. χλωρός. GALL. *Verd.* ITAL. & HISP. *Verde.* GERM. Grün. ANGL. *Made grene.*} Cic. *ad Quint. frat.* Equidem hoc quod meliùs intelligo, affirmo mirifica suauitate te villam habiturum, piscina & salientibus additis, palæstra, & sylua viridicata.

Vĭrĭdĭtas, atis, Color viridis. {ירקון jerakón. χλωρότης. GALL. *Verdeur, verdure.* ITAL. & HISP. *Verdura.* GERM. Grüne. ANGL. *Greneneße.*} Cic. *de senect.* Terra semen tepefactum vapore & complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem. ¶ Per translationem accipitur pro vigore seu flore, quam ἀκμὴν vocant Græci. Idem 3. *Tusc.* Sed quandiu in illo opinato malo vis quædam insit & vigeat, & habeat quandam viriditatem, tandiu appelletur recens. Idem *de Amic.* Senectus aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.

Vĭrētum, i, locus naturali herbarum arborúmve viriditate amœnus. {מערה mahareh. ἀλσώ. GALL. *Lieu plein de verdeur.* ITAL. *Luogo pieno di verdura.* GERM. Ein grüner platz. HISP. *Verger ò foresta, ò lugar verde.* ANGL. *A place full of greneneße or grene thinges.*} Virg. *lib.* 6.

Deuenêre locos latos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum.

Vĭrīlis, Viripotens, Viritim, vide *Vir.*

Virutium, Βιρέτιον, oppidum Germaniæ in climate Septentrionali, apud Ptolemæum *lib.* 2. *cap.* 11.

Vĭrŏr, is, à quibusdam vsurpatur pro viriditate, hoc est, pro colore viridi, siue herbaceo χλωρότης.

Vīrōsus, à virus, prima producta, vide *Virus.*

VĬRTVS, utis, Probitas, integritas, recta ratio)(Vitium. {חסד chésed תמה tummáh. ἀρετή. GALL. *Vertu, force & puissance.* ITAL. *Virtù, vertu.* GERM. Tugend. HISP. *Virtud generalmente.* ANGL. *Vertue, strenght manhood, power.*} quam Aristoteles *lib.* 1. *Rhetor.* definit esse δύναμιν πορισικὴν ἀγαθῶν, καὶ φυλακτικὴν, δύναμιν εὐεργετικὴν πολλῶν, καὶ μεγάλων, καὶ πάντων περὶ πάντα. hoc est, facultatem bonarum rerum conciliatricem, & conseruatricem, facultatem beneficam multarum & grandium rerum, atque adeò omnium per omnia. Alij sic definiunt: Virtus est facultas animi constans, conueniénsque, laudabiles efficiens eos, in quibus est, & ipsa per se, sponte separata etiam ab vtilitate, laudabilis. Horat. *lib.* 1. *Epist.* Virtus est vitium fugere, & sapientia prima Stultitia caruisse. Furius *in poëmatis apud Nonium*, Virescit vulnere virtus. Vide *Viresco* post dictionem *Vis.* Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Hem ista virtus est. (de Constantia.) Velleius, M. Cato Virtuti simillimus. ¶ Virtus præmium est optimum. Item, Virtus omnia in se habet; & alias eiusmodi sententias multas. Vide *in Amph. sc.* 2. *a.* 2. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4.

——*Virtus* (bonis) *arguitúrque malis.*

¶ In virtutem trahere, i. falsò virtuti assignare. Salust. *Jugurth.* 127. Omnia non modò bene consulta, sed etiam casu data, in virtutem trahebantur. ¶ Dicta est autem virtus à viro, teste Cicer. 2. *Tusc. quæst.* Quo fit vt sæpè peculiariter accipiatur pro præstantia in re militari, & pro robore animi, & fortitudine, quæ viro propria est, quam & Græci ἀνδρείαν vocant, nonnunquam etiam δύναμιν & ἰσχύν. כח חיל cháiil כח choách גבורה gheburáh. Lactantius *lib. de opificio*, Vir nominatus, quòd in eo maior vis est quàm in fœmina: & hinc Virtus nomen accepit. ¶ Vnde quum virum dicimus, non tam sexum significamus, quàm robustum & fortem: Viri enim propria est virilitas & robur. Virg. 5. *Æneid.*

Tunc pudor incendit vires & conscia virtus.

Cæs. 1. *bell. Gall.* Perfacile esse, quum virtute omnibus præstarent, totius Galliæ imperio potiri. Cic. *Planc. lib.* 10. *Epist.* Omnia consecutus es: virtute duce, comite fortuna: eáque es adeptus adolescens multis inuidentibus, quos ingenio industriáque fregisti. Velleius, In Cassio maior vis: in Bruto virtus. Vide sup. *Vir.* Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 5. Qui virtute peritat non interit. Idem *Amph.* Summa regem virtute bellica illis præfeci. *Ibid.* Id vi ac virtute militum victum & expugnatum oppidum est. *Ibid.* Latrones hostes bello & virtute contudi. Ouid. 13. *Metam.*

——*Nec sanguinis ordo,*
Sed virtutis honor spolijs quæratur in istis.

¶ Virtus apud Romanos pro dea colebatur, cuius templum ita coniunctum erat cum æde Honoris, vt in hanc, nonnisi per illud pateret aditus: quo commento hoc significare volebant, veram, vnicámque parandi honoris viam esse virtutem. ¶ Virtutes aliquando ironicôs pro vitiis ponuntur, vt annotauit Donatus in illud Ter. *in Adelph.* Si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Tuas qui virtutes sciam. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Virtute id factum tuâ & magisterio. Idem, Fretus virtute. i. dolis, *in Pseud. sc.* 2. *a.* 1. & *Capt. sc.* 3. *a.* 5. ¶ Virtus pro facultate, vi, seu proprietate rei vnicuique insita. {כח choách. δύναμις.} Cic. *lib.* 5. *de fin.* Atqui in sensibus est & sua cuique virtus. Quint. *lib.* 4. *cap.* 2. Sunt hæc quidem, quas suprà retuli, virtutes aliarum quoque partium. ¶ Virtutis nomen etiam de satis & animalibus vsurpatur à Seneca *Epist.* 67. ¶ Virtus, pro ope & auxilio. {עזר hezér. βοήθεια.} Plaut. Deûm virtute eundem hospitio accipiam. ¶ Aliquando pro merito, seu præstantia. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Virtute formæ id euenit, vt te deceat, quicquid habeas. Mercis virtus, id quod valet merx ipsa. Idem *Milite*, Sicuti merci pretium stat pro virtute vt væneat. ¶ Deûm virtute, orationis genus quo grati & memores diis accepta bona sua ferebant, & se eorum ope & beneficio & munere ea adeptos profitebantur. Plaut. *in Trinumo*, Deûm virtute dicam pater, & maiorum, & tua, Multa bona bene parta habemus. Rursus, Tamen Deûm virtute transeuntem hospitio accipi apud me est comitas. Vide adnot. Constantini in

Salust. in hunc locum, qui est *in Iugurth. Virtute ac Dijs volentibus, fol.* 62.

Viruesta, Ptolemæo *lib.* 2. *cap.* 6. Hispaniæ vrbs, vulgò Briuiesca.

VĪRVS, Venenum. {חמה chemáh. ἰός. GALL. *Venin, poison, mauuaise senteur.* ITAL. *Veneno.* GERM. Gifft. HISP. *Ponçoña.* ANGL. *Poyson, venim.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Ille malum virus serpentibus addidit atris.

Cic. *in Arat.* Hic valido cupidè venantem perculit ictu, Mortiferum in venas figens per vulnera virus. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Nam volucri ferro tinctile virus inest.

Ibid. Eleg. 1. *lib.* 4.

——*aut telo virus habente perit.*

Venenum & virus, Suet. *in Aug. c.* 17. ¶ Virus acerbitatis per translationem. Cic. *de Amic.* Tamen is pati non possit vt non acquirat aliquem, apud quem euomat virus acerbitatis suæ. ¶ Frequenter accipitur pro graueolentia, seu tetro odore. {באש beósch צחנה tsachanáh. δυσωδία. GALL. *Mauuaise senteur, puanteur.* ITAL. *Fetore, odore spiaceuole che si sente dalle ascelle.* GERM. Gestanck. HISP. *Hedor.*} Plinius, Prodest & ad virus alarum. Idem, Signum est vernis temporibus odoris virus. ¶ Virus paludis apud Col. *lib.* 1. & apud Plinium *de basilisco*, Huic tali monstro mustelarum virus exitio est, i. necatur odore mustelarum, vt interpretatur Budæus. Aliquando significat asperitatem saporis. Idem *lib.* 31. *cap.* 8. Aqua marina vetustate virus deponit, i. amaritudinem illam, & salsedinem. Idem, Virus mali medici, i. acor & amaritudo. Virus Ionium pro maris Ionij salsedine & amatore dixit Lucret. Gifan. ait: Virus Ionium f. vocant, quod aqua marina vetustate sordidum ac tetrum deponit. ¶ Aliquando asperitatem coloris. Plinius, de sanguine purpuræ, Tum superadditum decoquitur virus. ¶ Aliquando genituram, i. humorem qui è genitalibus fluit. Idem *lib.* 28. *cap.* 11. Virus verrinum è scropha, à coitu exceptum, prius quàm terram attingat, grauitati aurium prodest. ¶ Aliquando accipitur pro virtute naturali, vt annotauit Nonius, citans locum ex Lucr. *lib.* 2. Concoctósque suo contractus perdere viro. hoc est, virtute naturali, vt Marcellus interpretatur: vel virulentia & illiberali odore, vt Baptista Pius. ¶ Accipitur aliquando & in meliorem partem, pro suauibus aromatum odoribus. {בשם bósschem.} Stat. *lib.* 2. *Sylu.*

——*atque omne benignè*
Virus, odoriferis Arabum quod crescit in aruis.

Habet autem hoc nomen tres tantùm casus singularis numeri, nominatiuum, accusatiuum, & vocatiuum. Olim toto singulari numero declinabatur, quemadmodum Vulgus, & Pelagus. Lucretius,

Liquit enim tetri supra contagia viri.

Vīrōsus, a, um, Fœtidus, graueolens: à nomine virus, quod modò venenum, modò ingratum odorem significat. {נבאש nibeásch נאלח neeláh. δυσώδης. GALL. *Venimeux, qui sent mal.* ITAL. *Di tristo odore, venenoso.* GERM. Stinckend/voll gifftigs geschmacks. HISP. *Venenoso, hediondo.* ANGL. *Full of poyson, venimous.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

At chalybes nudi ferrum, virosaque pondus
Castorea, Eliadum palmas, Epeiros equarum.

Constat enim castoreum fœdi & execrandi odoris esse, adeò vt prægnantes eius olfactu eiiciant fœtum. Seruius tamen ibi interpretatur Virosa, i. Venenata. ¶ Item Virosus, pro, Mali saporis. Varro, Rancidam carnem apposuit nobis, & virosam.

Vĭrŭlentus, qui est plenus veneno. {ἰώδης. GALL. *Venimeux.* ITAL. *Venenoso.* GERM. Gifftig/vol giffts. HISP. *Ponçoñoso.* ANGL. *Full of poyson, stinking.*} Gell. *lib.* 16. *cap.* 11. Vt serpentium virulentorum domitores sint.

VĪS, vis, Vires, Violentia, impetus, potestas. {כח chéach גבורה gheburáh חזק chézek (vel) chózek חוקה chozkáh עשק hóschek חמס chamás. ἰσχύς, δύναμις, βία. GALL. *Force & puissance, pouuoir, vertu.* ITAL. *Possenza, forza, potestà, vehemenza.* GERM. Krafft/macht/vermögenheit. HISP. *Fuerça.* ANGL. *Strenght, power, force.*} Cic. *pro domo sua*, Magna vis est in deorum immortalium numine. Salust. *in Proœm. Carm.* Sed omnis nostra vis in animo & corpore sita est. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.

Cic. *lib.* 2. *Offic.* Magnam vim esse in fortuna in vtranque partem, vel secundas ad res, vel aduersas quis ignorat? Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

Fit via vi; rumpunt aditus.

Cicer. *pro Sext.* Quos homines si (id quod facile factu fuit, & quod fieri debuit, quódque à me optimi & fortissimi ciues flagitabant) vi armísque superassem: non verebar, nequis aut vim vi repulsam reprehenderet, aut perditorum ciuium, vel potiùs domesticorum hostium mortem mœreret. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

Pierides vires, & sua tela dabunt. (sup. ad vindictam.)

Senec. *cap.* 9. *de consl. ad Mart.* Aufert vim præsentibus malis, qui futura prospexit. *Ibid. cap.* 1. Vis mali oriens restringenda. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Hoc me vim facere vetat. (quòd dixerat sæuiter alloqui.) Idem, Vicimus vi feroces. Idem *Men. sc.* 8. *a.* 5. Vi pugnando, ingratiis, te eripio, &c. Cæs. apud Suet. *in Cæs. cap.* 82. sic exclamat: Ista quidem vis est! Idem *in Othon. cap.* 12. Vim vitæ suæ afferre. Item, Vi magna offerre. Idem Suet. *in Aug. cap.* 51. Vim adferre vrbi. Liu. 5. *d.* 4. Vim vltimam experiri in obsidione. Idem *lib.* 6. *d.* 4. ¶ Vis solida, & vis festucaria. Gell. *cap.* 9. *lib.* 20. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Neque sui iudicij, neque suarum virium esse discernere, &c. ¶ Hæc vis est, sic dicere solebant veteres cùm vis inferebatur. Plaut. Vis hæc quidem hercle est, & trahi & trudi simul. Suet. *in Iulio*, Deinde clamantem, ista quidem vis est. ¶ Aliquando pro multitudine ac copia, πλῆθος. Liu. Magna vis est Sicilia aducta. Salust. Secunda tempestate ex Ponto vis piscium erumpit. Cic. *pro Lege Manil.* Sic Mithridates fugiens maximam vim auri, atque argenti, pulcherrimámque rerum omnium, &c. Idem 1. *de legib.* Quid sit homini tributum natura, quantam vim rerum optimarum mens humana contineat. Liu. *lib.* 2. *d.* 4. Vis seruorum. (i. multitudo.) Et *lib.* 4. *d.* 4. Vis magna hostium. (i. numerus.) ¶ Aliquando pro celeri impetu, φορά. Cic. *in Orat.* Eneruetur oratio compositione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus, nec vis esse possit. Summa vi aliquid facere, i. totis viribus, & magno conatu. Ter. *Adelph.* Summa vi hanc defendam atque illum mortuum. ¶ Vis diuina, ea est quæ & Vis maior dicitur, Vlp. *de damn. infect. l. flumin. §. vitium autem.* Seruius quoque putat, si ex ædibus

promissoris vento tegulæ deiectæ damnum vicino dederint, ita eum teneri, si ædificij vitio id acciderit, non si violentia ventorum, vel qua alia ratione, quæ vim habeat diuinam. Quæ sit Vis maior, docet Plin. *lib.* 28. *cap.* 28. de sterilitatum causis, Ante omnia autem, inquit, duo genera cælestis iniuriæ meminisse debemus: vnum, quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteráque similia intelliguntur: quæ quum acciderint, vis maior appellatur. Hæc ab horrendis sideribus exeunt, veluti Arcturo, Orione, Hœdis. Ex his verbis apparet, Vim maiorem esse, qum Vlpian. *tit. loc. & conduct. l. ex conducto, Tempestatem calamitosam* appellat. Colum. *lib.* 1. *cap.* 7. Nam vbi sedulò colitur ager, plerumque compendium: nunquam, nisi si cæli maior vis, aut prædonis incessit, detrimentum affert. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Eunt vi sua fata. Plaut. *Amph.* Vim tantam (fati sup.) ¶ Habebat olim hoc nomen tres casus pluralis numeri similes nominatiuo singulari. Sal. *lib.* 3. *Hist.* Malè iam assuetum ad omnes vis controuersiarum. Quæ declinandi ratio iam exoleuit, in cuius locum successit Vires, virium, viribus.

Vĭrĭcŭlæ, diminutiuum, pro infirmis extenuatísque viribus. {ἰσχύδια. GALL. *Petites forces.* ITAL. *Forzette, picciole forze.* GERM. Abkommene krefft. HISP. *Poquillas fuerças.* ANGL. *Small strengh or forces.*} Vnde & patrimonij viriculas legimus, pro exiguis, tenuibúsque facultatibus.

Vĭrātĭŭs, a, um, adiectiuum obsoletum, significans id quod magnarum est virium. Varro *apud Nonium*, Si malit vir viratius vxorem habere Atalantam. Idem *pro eodem*, antiquis in vsu erat *viriatus*, de quo suprà.

Vĭreo, viridis fio, χλοάω, χλοηφορέω, χλοανθέω.

Vĭrēsco, Vires acquiro, inualesco. {חזק *chazák* אמץ *amáts.* κρατύνομαι. GALL. *Deuenir fort.* ITAL. *Diuenir forte.* GERM. Erstarcken/ krefftig werden. HISP. *Hazerse fuerte.* ANGL. *To waxe stronge and to haue force.*} virescit (inquit Nonius) maiorum virium fit: eiúsque rei testem citat Furium *in Poëmatis*,

Hinc crescunt animi: virescit vulnere virtus.

Gell. *cap.* 11. *lib.* 18. Virescere, inquit, est pristinas vires recuperare, & citat illum Furij versiculum in hunc modum, Increscunt animi, &c.

Viriosus, viribus abundans.

Viripos, quæ viri potis est, nubilis, aliter viripotens. ἐπανδρος, ἔγκυμος. Manbar.

Vĭscvs, i, & Viscum, Glutinum quo aues capiuntur. {ἰξός. GALL. *Du glu, visc, ou guy.* ITAL. *Vischio, pania.* GERM. Vogelleim. HISP. *Liga, muerdago.* ANGL. *Birdelime.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Prouisum etiam vt si qua minima bestiola conaretur irrumpere, in sordibus aurium, tanquam in visco inhæresceret. Plaut. *in Bacch.* Viscus merus vestra blanditia est. Plin. *lib.* 16. *cap.* 44. Viscum fit ex acinis, qui colliguntur messium tempore immaturi, &c. ¶ Est & viscum frutex, qui ex turdorum potissimum fæce supra arborum quarundam ramis delapsa, & à sole cum humiditate quadam feruefacta nascitur: viret autem per totam hyemem. Virg. 6. *Æneid.*

Quale solet syluis brumali frigore viscum
Fronde virere noua, quod non sua seminat arbos.

De hoc visco vide Plin. *lib.* 16. *cap.* 44. ¶ Viscum item, teste Nonio, antiqui vocabant rete, à tenacitate. Virg. 1. *Georg.*

Tum laqueis captare feras, & fallere visco
Inuentum, & magnos canibus circundare saltus.

De feris enim hic procul dubio, non de auibus, loquitur Virg.

Viscātŭs, a, um, adiectiuum, Visco oblitus, {τῷ ἰξῷ περικεχρισμένος, ἰξωτικός. GALL. *Englué.* ITAL. *Inuiscato.* GERM. Mit vogelleim bestrichen. HISP. *Ligado con liga.* AGNL. *Smered with birdelime.*} Varro 3. *de re rust. cap.* 7. Quos columbarij interficere solent, duabus virgis viscatis defixis in terram inter se curuatis. Ouid. 1. *de Arte*,

Non auis viriliter viscatis effugit alis.

Idem 15. *Metam.*

Retia cum pedicis, laqueósque, artésque dolosas
Tollite, nec volucres viscata fallite virga.

¶ Viscata munera, & hamata pro eodem: hoc est, quibus maiora attrahuntur, quàm quæ dantur. Plin. *Epist.* 207. Hos ego viscatis, hamatísque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere.

Viscōsŭs, a, um, quod est tenax, glutinosum. {γλοιώδης. GALL. *Visqueux, tenace.* ITAL. *Viscoso, tenace.* GERM. Zäh wie vogelleim. HISP. *Cosa mucho retenedora, pegajoso ò con engruedo.* ANGL. *Tough, lik birdelime.*} quod & viscidum dicimus.

Vĭscvs, eris, Non tantùm exta significat, cuiusmodi sunt iecur, cor, pulmo, & lien (in qua significatione propriè accipitur apud medicos, & rei anatomicæ peritos) verùm etiam carnem ipsam, quæ est inter ossa & cutem. {מעים *mehájim* קרבים *kerabim.* τὰ σπλάγχνα, τὰ ἔντερα. GALL. *Entrailles, les parties interieures du corps.* ITAL. *Interiora, budelle, carni.* GERM. Eingeweyd: item alles so zwischen haut vnd beyn ist. HISP. *Las entrañas, ò la carne.* ANGL. *The entralles or inward partes of the bodie, to bowels.*} Virg. 1. *Æneid.*

Tergora deripiunt costis, & viscera nudant.

Idem 6. *Æneid.*

Et solida imponi taurorum viscera flammis.

Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Dedolabo assulatim viscera, (id est, minutim,) supra membra, artus & ossa. Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Per corium, per viscera, pérque os Elephanti. ¶ Viscera terræ, hoc est, interiora & penitiora. Ouid. 1. *Metam.*

Nec tantùm segetes, alimentaque debita diues
Poscebatur humus, sed itum est in viscera terræ,
Quásque recondiderat, Stygiisque admouerat vmbris,
Effodiuntur opes irritamenta malorum.

¶ Viscera montis. Virg. 5. *Æneid.*

Interdum scopulos, auulsaque viscera montis
Erigit erectans.

Vbi Seruius, Viscera, i. partes: sic autem dixit viscera, quemadmodum terræ ossa dicuntur. ¶ Viscera, pro filio, Quint. Viscera mea consumpturæ flammæ. Item, pro versibus & libris. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.*

Imposui rapidis viscera nostra rogis.

Viscĕrātĭo, nis, Crudæ carnis distributio, quæ fieri solebat vel in solenni festiuitate, & præcipuè in Latinis feriis, vel in funere alicuius excellentis personæ. {κρεανομία. GALL. *Largesse ou donneé de chair crue.* ITAL. *Largo dono di carne cruda di qualche persona degna.* GERM. Außtheylung des rawen fleischs vnder die leut. HISP. *Repartimiento de carne.* ANGL. *Distribution or a giuing or raw fleshe.*} Gell. Tum in Albano visceratio Latinis data. Liu. *lib.* 8. Et populo visceratio data à M. Flauio in funere matris. Seru. Visceratio est caro, à viscere nomine deducta. Sueton. *in Cæs. cap.* 38. Adiecit epulum & viscerationem. Et Senec. *Epist.* 74. Epulum & visceratio capiuntur manu. Idem *epist.* 19. Visceratio sine amico, vita leonis ac lupi est. τὸ μονοφαγεῖν intelligit, cuius nemo particeps est, atque adeò, vt Plautus ait, cùm quis singulas escas deuorat.

Viscĕrāri, veteres dixerunt, pro eo quod est carnem populo distribuere, κρεανομεῖν. Sipont.

Viscĕrātim, aduerbium, Per singula viscera. {κρεουργηδόν, κατὰ σπλάγχνα. GALL. *Par entrailles, iusques aux entrailles, piece à piece.* ITAL. *Per le interiore, pezza à pezza.* GERM. Von stuck zu stuck. HISP. *Por ò hasta las entrañas, pedaço à pedaço.* ANGL. *Trough out all the entralles, or piece and piece.*} Ennius *in Andromeda*, Dissipa visceratim membra.

‖Viseum, olim Feseum, *Viseo*, V.E. Lusitaniæ sub A. Bracarensi.‖

Vīsĭbĭlis, Visito, Viso, vide *Video.*

Visontium, Οὐισόντιον, Pelodonum oppidum in Hispania Tarraconensi. Ptol. *lib.* 2. *cap.* 6.

Vistŭlă, qui & Visula, & Istula, vulgò *VVixel.* {GERM. Die Wixel.} Nobilis Europæ fluuius, in Carpatho monte nascens, Germaniámque dirimens à Sarmatia, & tandem ostio vno prægrandi iuxta Dantiscum vrbem in sinum Condanum illabens. Vide Ptolem. *Tab.* 8. *Europæ.* A Plin. 4. *cap.* 13. Vistula appellatur. Vide Vadianum *in librum* 3. *Pomponij Melæ.*

Visula, vide *Vistula.*

Visula, Vitis genus, quod sic describitur à Colum. *lib.* 3. *cap.* 2. Visulæ deinde ab his & minor Argitis terræ mediocritate lætantur: nam in pingui nimiis viribus luxuriant, in macra tenues & vacuæ fructu veniunt, &c. Visula breuem materiam, & latum folium exigit, cuius amplitudine fructus suos optimè aduersùs grandinem tuetur: qui tamen nisi primo quoque tempore maturi legantur, ad terram decidunt, humoribus etiam priusquam defluant, putrescunt.

Vĭsurgis, fluuius Saxoniæ, non procul à Cheruscis nascens, Brunsuicensem agrum irrigans, tandémque Bremam vrbem prælapsus, paucis citra Albis ostium pass. millibus, in Germanicum Oceanum sese euoluens. Accolæ hodie *VVoserum* appellant. {Die Weser.} Vide annotationes Vadiani *in librum tertium Pomponij Melæ.*

Visum, Visio, vide *Video.*

Vĭtă, Animæ & corporis coniunctio, quemadmodum contrà eorum dissolutio mors est. {חיים *chajim.* βίος, ζωή. GALL. *Vie, ame.* ITAL. *Vita, anima, spirito.* GERM. Das leben. HISP. *La vida que viue, el anima.* ANGL. *The lyfe.*} Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Hoc est, homini, quamobrem vitam amet. (voluptas.) Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Si animus est æquus, satis habes qui bene vitam colas. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Vitam prorogare hominis condimentis. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Inter vitam & mortem detinere. (ægros sup.) Item, Vita victúque prohibere. Vide *Victus*, in *Viuo.* Catull. *ad Ortal.*

Nunquam ego te vita frater amabilior aspiciam posthac?

Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Quem ego hominem, si viuo, vita deuoluam sua. (Mox; Anima priuabo virum.) Velleius. Vitæ suæ vim inferre, &c. Renunciare. Suet. *in Galb. cap.* 11. Cic. 1. *de nat. deor.* Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potu, spiritu. Idem 3. *de legib.* Vita expetitur, quia nos, in quo nati sumus, continet. Idem 2. *Phil.* Quod est aliud beneficium latronum, quàm vt commemorare possint his se vitam dedisse, quibus non ademerunt? ¶ Accipitur aliquando Vita pro moribus. Ter. *in Adelph.* Inspicere tanquam in speculum vitas hominum iubeo. *Lib.* 2. *ad Herenn.* Deinde vita hominis ex antè actis spectabitur. ¶ Aliquando pro alimento seu victu. Terent. Eadem quippe homo iam grandior, cui opera vita erat. Idem *in Heaut.* Nam tua quidem hercle hæc vita certè expetenda, atque optanda est. ¶ Interdum pro instituto & ratione viuendi. Cicer. *de senect.* Serpit per omnium vitas amicitia. Idem *pro Rosc. Amer.* Vita rustica honestissima, atque suauissima. Quint. Vitam accusatoriam viuere. Idem, Ad vitæ reddendam rationem vocare aliquem. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Vita tota flebilis est. Gell. *cap.* 2. *lib.* 17. Vitas miserrimas exegerit. ¶ Mea vita, blandientis vox est, ζωή μου. Cic. *ad Terentiam lib.* 14. Obsecro te mea vita, quod ad sumptum attinet, sine alios qui possunt, si modò volunt, sustinere. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Certè enim tu vita es: (verba amantis.) *Ibid.* Me à Vita abiudicabo. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Vbi sunt quibus vos oculi estis? quibus vitæ? quibus deliciæ? Vitalis, Antiqua locutio, qua vtitur Ennius. Cicer. *in dial. de Amic.* Principio cui potest esse vita vitalis, vt ait Ennius, qui non in amici mutua beneuolentia conquiescat? ¶ Vita interficere aliquem, pro priuare: Gell. *cap.* 7. *lib.* 12. Eadem mulier virum & filium eodem tempore, venenis clàm datis, vita interfecerat.

Vītālĭs, e, quod viuere potest, vel cui diuturnior vita sperari potest: vnde fœtus octauo mense natos dicimus non esse vitales, hoc est, non diu victuros. {לשדר *leschádh* לחח *leach* (vel) לחוח *lechóh.* βιώσιμος, ζώσιμος, ζωτικός. GALL. *Vital, qui baille ou qui a vie.* ITAL. *Vitale, chi può viuere.* GERM. Läblich / oder lebhafftig. HISP. *Cosa de vida ò que puede viuir.* ANGL. *That may liue, that giueth or hath life.*} Cic. *de Amic.* Cui potest esse vita vitalis (vt ait Ennius) qui, &c. ¶ Interdum actiuè accipitur pro quo viuimus, quódque vitam aut affert, aut conseruat. ζωοποιητικός. Virg. 1. *Æneid.*

Quisquis es haud credo, inuisus cælestibus auras
Vitales carpis.

Vitalis color, Curtius *lib.* 3. Pallor deinde suffusus est, totum propemodum corpus vitalis color reliquit. Cicer. 2. *de nat. deor.* Coloris natura vim habet in se vitalem. Sen. *lib.* 5. *Epist.* Magni animi magna contemnere, ac mediocria malle, quàm nimia. illa enim vtilia vitaliaque sunt, at hæc eo quòd superfluunt, nocent. ¶ Vitalis pro vita dignus. Lactantius *lib.* 6. Vnum est enim sapientis & iusti & vitalis viri opus, diuitias suas in sola iustitia collocare. Horat.

—amicum

——— *amicum*
Mancipium domino, & frugi quod sit satis, hoc est,
Vt vitale putes.

Non frugi vitales sunt, dissoluti ac nepotes vita indigni. Vitale æuum, pro ipsa vita. Plaut. *Pœn.* Iupiter, qui genus colis, alisque hominum, per quem viuimus. Vitale æuum. ¶ Vitalia capitis, Cerebrum. Plin. *lib.* 8. *cap.* 7. Pilum sub oculo adactum, in vitalia capitis venerat. Vitalia, inquit Budæus, dicuntur cor, iecur, pulmo, cerebrum, in in quibus quatuor, vitæ summa consistit. Lucan. *lib.* 1.

——— *pulmonis anheli*
Fibra latet, paruúsque secat vitalia limes.

Liu. *lib.* 6. *ab Vrbe*, Cibum vitalem appellat. Quintil. Vitalia ferire & tueri sciat futurus Orator. Metaphoric.

Vitālĭtās, atis, Vis & potentia vitalis. {βιωτικόν, τό. GALL. *Vie, vitalité, esprit vital, ame vitale.* ITAL. *Vita, vitalità, spirito vitale.* GERM. Läbligkeit. HISP. *Vida, espiritu.* ANGL. *The spirite or lyfe whereby we liue.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Cæteris corruptis vitalitas in corde durat. *Ibid. c.* 48. Hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc vt aras adorant, fortasse quia inest iis vitalitas.

Vitālĭtĕr, aduerbium. {βιωτικῶς. GALL. *Vitalement, pour ou auec vie.* ITAL. *Vitalmente, con vita.* GERM. Läbhafftigkeit. HISP. *Por vida, con vida podiendo viuir.* ANGL. *Lyuely, with the life.*} Lucret. *lib.* 5.

Haud igitur constant diuino prædita sensu,
Quandoquidem nequeunt vitaliter esse animata.

Vitābūndŭs, vide *Vito*, as.

VĬTELLVS, i, dicta est oui pars lutea, quòd ex eo viuat pullus: ipsum enim animal ex albo liquore oui corporatur, cibus eius est in luteo, hoc est, in vitello. {חלמות *chhallamúth.* λέκιθος, τὸ ὠχρὸν τοῦ ᾠοῦ. GALL. *Le moyau d'vn œuf.* ITAL. *Vitello, rosso.* GERM. Eyerdotter. HISP. *La yema del hueuo.* ANGL. *The yelk of an egge.*} Mart. *lib.* 13.

Candida si croceos circumfluit vnda vitellos,
Hesperius scombri temperet oua liquor.

Cicer. 2. *de diuinat.* Tum ille, Nihilne, inquit, de vitello, id enim ex ouo videbatur, aurum declarasse, reliquum argentum. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 4.

Longa quibus facies ouis erit, illa memento
Vt succi melioris & vt magis alba rotundis
Ponere: namque marem cohibent callosa vitellum.

Vĭtellī nŭs, vide *Vitulus.*

Vĭtellĭŭs, Βιτέλλιος, nouus Romanorum Imperator fuit, ventri, gulæque addictissimus, qui superato apud Bebriacum Othone, imperium arripuit: quod non multò pòst deficientibus ad Vespasianum militibus, vnà cum vita exuit. Reliquam eius vitam pete ex Suetonio. De Vitelliorum coniuratione Plutarch. *in Solone.* ¶ Vitelliani pugillares. Mart. *Epigr.* 9. *lib.* 14.

‖Viterbium, *Viterbo*, V. E. prouinciæ Romanæ, & ditionis Pontificiæ, habet fontem insignem.‖

Vĭtĕŭs, vide *Vitis.*

Vĭtex, icis, frutex est in arborem assurgens in fluminum ripis, ac torrentum alueis nascens, ramis prælongis, lentísque foliis oliuæ, sed mollioribus: ἄγνος. Duo sunt eius genera: alterum album florem emittens cum purpureo: alterum tantùm purpureum, & semen piperis similitudine. Græci ἄγνον vocant, quod nobis castum sonat, propterea quòd matronæ in Thesmophoriis Atheniensium castitatem seruantes, ex foliis iis cubitum sibi sternebant. Viticis autem nomen à vitilium vsu accepit. Vulgus herbariorum *Agnum castum* appellat.

Vitiārium, Viticula, Vitifer, Vitigineus, vide *Vitis.*

Vitilena, siue Vitij lena. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1.

VĬTĪLĬGO, inis, Fœdus cutis color, ex malo particulæ habitu prouenniens, nutrimentum rectè assimilare non potentis. {ἀλφὸς, μέλας, λεύκη. GALL. *Morfeu*, qui Arabibus Morphea. ITAL. *Tache bianche le quali vengono su'l corpo.* GERM. Häßliche vnd fleckächtige gestalt der haut. HISP. *Lepra blanca ò aluarazos.* ANGL. *The morphoro.*} Celsus *ad finem libri quinti*, tria eius facit genera: μέλας vocans in quo color albus est, ferè subasper, & non continuus, vt quædam quasi guttæ dispersæ esse videantur. Ab alpho μέλας solo differt colore, qui illi niger est, & vmbræ similis. Tertium genus λεύκην appellat simile quiddam habens alpho, sed magis albescens, & altius descendens, pilos quoque albos reddens, & lanuginì similes. Hæc Celsus. Leuce est Auicennæ Albaras, quam Helyabb. lepram vocat. Plin. *lib.* 10. *cap.* 15. Ferunt eos qui quotidie edunt caparim, paralysi non periclitari, nec lienis doloribus. Radix eius vitiligines albas tollit. Martial. *lib.* 3. linguæ vitiliginem dedit per quandam similitudinem, quum inquit, Scabros dentes, vitiliginémque linguarum.

Vitīlĭs, e, quicquid sic lentum est, vt commodè flecti possit, inquit Budæus, à vinciendo dictum, quemadmodum & vitis, vitex, vimen, & cætera id genus. {λυγιστικός. GALL. *Qui se plie aisément, comme vigne, osier, verges d'orme, & choses semblables.* ITAL. *Cosa che si piega facilmente, come viti, vimine, & simili.* GERM. Lidweych/das man biegen vnd etwas damit binden khan als ein wid. HISP. *Cosa de sauzegatillo, que se puede plegar.* ANGL. *Pliant, flexible, that may be wounden.*} Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. Cucurbita omni modo fastigiatur vaginis maximè vitilibus.

Vitilia, substantiuè, dicuntur vimina quibus religantur vites, λύγοι, λυγισμοί. Idem *lib.* 24. *cap.* 9. Non multum à salice vitilium vsu distat vitex.

VĬTĬLĪTĬGATŌRĒS, dicti sunt vitiosi litigatores, hoc est, calumniatores, obtrectatores, ex vitiis & litigatoribus composita dictio. {הלכים רכיל *holechim raebil* רגלים *rogelim.* συκοφάνται. GALL. *Calomniateurs, faux emputeurs.* ITAL. *Calomniatori, oltraggiatori.* GERM. Zanckgirige/lasterer/hinderreder. HISP. *Los pica-pleytos.* ANGL. *Cauillours, bafters, wrangers.*} Qui enim sola prauitate contentionem quærunt, vitilitigatores propriè dicuntur. M. Cato vitilitigatores appellat litium auidos, alienorum operum calumniatores. Plin. *in Præfat. Historia mundi.* Ergo securi etiam contra vitilitigatores, quod Cato eleganter ex vitiis & litigatoribus composuit: quid enim illi aliud quàm litigant, aut litem quærunt?

Vĭtĭlītigo, as, Carpo, criminor, mordeo. {הלך רכיל *haláeh rachil* רגל *raghál.* συκοφαντῶ. GALL. *Blasmer & reprendre trop legerement, emputer faussement.* ITAL. *Accusare, riprendere leggiermente qualche fallo.* GERM. Boßhafftiklich hinderreden / oder hinderstächen / schmähen. HISP. *Acusar falsamente, pleytear con mal pleyto.* ANGL. *To blame, to reproche, to imput false thinges.*} Plinius *in Prolog. natural. histor.* Scio ego quæ scripta sunt, hæc si palàm proferantur, multos fore qui vitilitigent.

Vitĭo, Vitiosus, vide *Vitium.*

VĪTĬS, is, fœminino genere, A vino ferendo dicta est, vt placet Varroni *lib.* 4. *de L. L.* siue quod inuitet ad spem percipiendarum vuarum, vt autor est idem Varro *lib.* 1. *de re rustic. cap.* 13. vbi sic habet, Et vitis eò quòd inuitet ad vuas percipiendas, dicta primò videtur. Imò à vieudo, i. inflectendo & intorquendo deducitur: vnde & lenta vocatur à Tibull. *lib.* 4. Et lenta excelsos vitis didicit conscendere ramos. {כרם *cherem* גפן *ghéphen.* ἄμπελος. GALL. *Vigne.* ITAL. *Vite.* GERM. Ein weinräb/räbstock/weinstock. HISP. *La vid.* ANGL. *A vinetree.*} Cicer. *de senect.* Cuius quidem non vtilitas me solùm, sed etiam cultura, & ipsa natura delectat, religatio, propagatio vitium sarmentorúmque. Ouid. 14. *Metam.*

Falce data frondator erat, vitisque putator.

Virg. 1. *Georg.*

Quid faciat lætas segetes, quo sydere terram
Vertere Mecœnas, vlmisque adiungere vites
Conueniat.

Quint. *lib.* 1. *c.* 1. Vt vites arboribus applicitæ inferiores priùs apprehendendo ramos in cacumina euadunt. ¶ Erat & vitis gestamen Centurionis, quo ille milites ob leuiora delicta verberabat. Minus enim ignominiosa erat pœna quæ à Centurione, quàm quæ à lictore esset illata. Vide Iuuenalis *Satyr.* 8.

Nodosam post hæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.

Martial. *Digest. de re militari*, Si miles vitem tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum Centurioni intulit, capite punietur. ¶ De Vite Centurionum Plutarch. *in Galba.*

Vĭtĭcŭlă, æ, diminutiuum. {ἀμπελίς. GALL. *Vignette, petite vigne.* ITAL. *Viticella.* GERM. Ein räbstöcklin/räblin. HISP. *Pequeña vid.* ANGL. *A litle vine tree.*} Virg. *in Diris,*

Dulci namque tumet nondum viticula Baccho.

Cic. 3. *de nat. deor.* At enim minora dij negligunt, neque agellos singulorum, nec viticulas persequuntur. ¶ Viticulæ item in herbis dicuntur flagella quædam, quæ vitium palmites imitantia, longè latéque proserpunt, & obuia quæque amplectuntur, iísque quasi pedaminibus abutuntur: cuiusmodi videre est in cucurbitis, cucumeribus, aliísque nonnullis id genus, κλημάτια. Plin. *lib.* 24. *cap.* 11. Frutex est folio hederæ, molliore tamen, & minus longis viticulis.

Viticella, herba, appellata, quòd sicut vitis, quicquid proximum fuerit, apprehendat corymbis, quos annulos appellamus.

Vĭtĕŭs, a, um, adiectiuum, quod est ex vite. {ἀμπέλινος. GALL. *De vigne.* ITAL. *Di vite.* GERM. Von einem räbstock. HISP. *Cosa de vid ò pertenenciente à ella.* ANGL. *Of a vine tree.*} Vnde pocula vitea, Virg. κατὰ φαντασίαν pro vino posuit Virg. 3. *Georg.*

——— *& pocula læti*
Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis.

Vĭtĭārĭum, vitium seminarium, seu locus vitium plantis consitus. {ἀμπελών, ἀμπελόφυτον. GALL. *Vn complant ou planter de vignes.* ITAL. *Luogo piantato di viti.* GERM. Ein räbgarten/ein ort da man räben zeugt. HISP. *Almaciga para vides.* ANGL. *A place planted with vine trees.*} Colum. *lib.* 3. *c.* 5. Vitiarium neque ieiuna terra, neque vliginosa faciendum est: succosa tamen ac medioeri potius quàm pingui. Et *paulò antè*, cui vineta facere cordi est, præcipuè caueat ne alienæ potius curæ, quàm suæ credere velint: néve mercetur viuiradicem, sed genus surculi probatissimum domi conferat faciátque vitiarium, ex quo possit agrum vineis vestire. Varr. *lib.* 1. *de re rust.* Ideo in vitiario primitus quum exit vitis, tota resecari solet, vt firmiore sarmento è terra exeat, atque in pariendis collibus vites habeat maiores.

Vĭtĭfĕr, a, um, adiectiuum, quod fert vites, siue in quo proueniunt vites. {ἀμπελοφόρος. GALL. *Propre à vignoble, qui produit vignes.* ITAL. *Chi produce viti.* GERM. Das räben tregt. HISP. *Que trahe vides.* ANGL. *That beareth vines.*} Matt. *lib.* 13.

Hæc de vitifera venisse picata Vienna
Ne dubites, misit Romulus ipse mihi.

Vĭtĭgĭnĕŭs, a, um, quod ex vite fit. {ἀμπέλινος. GALL. *De vigne, prouenant de vigne.* ITAL. *Di vite.* GERM. Von räben. HISP. *Cosa de vid.* ANGL. *Comming of a vine tree.*} vt, Vitigineum simulacrum. Col. *lib.* 12. *c.* 16. Alij foliis vitigineis, nonnulli plataninis semiuietas vuas contingunt. Dicitur & Vitigenus, a, um. Lucr. *lib.* 5.

Namque Ceres fertur fruges, Libérque liquoris
Vitigeni laticem mortalibus instituisse.

hoc est, vinum. Idem *lib.* 6.

Vitigeni latices in aquai fontibus audent
Misceri.

Vĭtĭsātŏr, is, qui vites serit. {ἀμπελοφύτης. GALL. *Planteur de vignes.* ITAL. *Piantatore di viti.* GERM. Ein räbman/räbenpflantzer. HISP. *Plantador de vides.* ANGL. *A planter of vine trees.*} Quo nomine dictus est Saturnus qui primus serendarum vitium vsum in Italiam attulit. Virg. *lib.* 7. *Æneid.*

Vitisator curua seruans sub imagine falcem.

VĬTĬVM, i, Vitiositas, prauus actus, labes & prauitas animi: ita dictum à vitando & fugiendo. {רע *raḥ* רעה *raḥáh.* κακία, κακότης. GALL. *Vice, manuaistre, meschanceté.* ITAL. *Vitio, sceleratezza, scelerità.* GERM. Ein laster. HISP. *Tacha generalmente.* ANGL. *Vice, faulce, naughtinesse.*} Horat. *lib.* 1. *Epist.*

Virtus est vitium fugere.

Cic. *pro Cluentio*, Nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vitæ non dicam vitium, sed erratum. Plaut. *Truc.* Hoc nobis vitium maximum est, quum amamus, tunc perimus. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1.

Male-suada vitij læna. Idem *Amphitr.* Haud promeruit (vxor) quamobrem vitio verteres. Idem *Asin.sc.4.a.2.* Non te præuideram,ne vitio vertas. Idem *Milit.sc.5.a.2.* Te alloquor,vitij probríque plena. (i. stupri.) Vide alia exempla paulò infrà.¶ Aliquando pro vitioso corporis affectu, non tamen ad vitæ perniciem tendente. Aulus Gellius ita distinguit vitium à morbo, quòd morbus sit affectus quidam cuiuscunque corporis contra naturam, qui vsum eius facit ad id deteriorem,causa cuius natura nobis eius corporis sanitatem dedit:vt ait Vlp. *tit.de ædil.edict.lib.1.* Et est morbus totius corporis,vt febris, insania: vtque ait Nonius,cum accessu aut temporis,aut contagij. Vitium verò perpetuum corporis impedimentum, vt cæcitas,claudicatio,vecordia. Et sic vitium non tantùm ad animum, sed etiam ad corpus refertur.Plaut.*Most.sc.3.a.1.*Vitia corporis fuco occulunt. Idem *Amph.* M: Hic homo sanus non est.S.Quod mihi prædicas vitium id tibi est. ¶Et non solùm in homine,sed in aliis quoque rebus dicitur.Plaut. *Most.sc. 2.a.1.* Hic ædibus vitium additur. Cic.*Pæto,* Si nihil in parietibus,aut tecto vitij:cætera mihi probabuntur.Vitium parietes facere dicuntur, quum minitantur ruinam. Idem *in Top.* Si ædes exesæ corruerunt, vitiúmve fecerunt. Quicquid impedit, vel corrumpit ac inutile est, vitium dicitur.Virg.1.*Georg.*

———sanè illis omne per ignem
Excoquitur vitium, &c.

¶ Vitium apud Cornel.Celsum sæpissimè pro morbo. Scribonius Largus præcipitia vitia morbos acutos vocat. Sic enim *in Epist.* Præcipitibus vitiis correptis,quæ ὀξὺ πάθη Græci dicunt.¶Ponitur aliquando pro culpa. Cicer.4.*Acad.* Huc si perueneris, me tibi primum quidque concedente,meum vitium fuerit,&c. Cæs.*lib.3.de bell.ciu.* Illius vitio actum,i.culpa.Plaut.*Aul.sc.6.a.4.* Vini vitio & amoris feci,i.culpa,vt *in Pseud.sc.8.a.4.* ¶ Aliquando pro stupro:vnde,Offerre vitium virgini, pro vitiare virginem. {ענה *hinnáh.* ἀδικεῖν.} dixit Terent. *in Hec.*Pudicitiæ afferre vitium.Plautus,Pudicitiæ nunquam nec vim nec vitium attuli. Vitium addere,pro Vitiū afferre. Idem *Amphitr.* Satin' parua. Pudicitiæ huius,inquit,me absente vitium est additum. ¶ Vertere vitio aliquid,idem quod Dare vitio. {הביא דבה *hebi dibbáh* גדף *ghiddéph* חרף *chereph.* ἐγκαλεῖν, ἐν αἰτίᾳ ποιεῖσθαι.} Cic.*in Epist.*Ne sibi ille vitio verteret quod abesset à patria. Vide plura paulò antè allata exempla. ¶ Ponere in vitio, est sumere in malam partem. Cic.3.*Tusc.* Qui fortis est,idem est fidens:quoniam Confidens,mala consuetudine loquendi in vitio ponitur. ¶ Vitio dare est culpare, vituperare, ἐγκαλεῖν, δι' αἰτίας ἔχειν. Terent.*in Prol.Andr.* Nunc quam rem vitio dent, quæso animum aduortite.

Vĭtiōsus,a,um,adiectiuum,Vitiis plenum,correptum, deprauatum. רע *rah.* κακός, φαῦλος. GALL. *Vitieux,plein de vices,vareux, gasté & corrompu.* ITAL. *Vitioso,cattiuo.* GERM. Lasterhafft/prästhafft/verderbt. HISP. *Cosa con pecado ò con tacha.* ANGL. *Naughtie,corrupt, faultie.*} Cic. *ad Att.lib.1.* Ille alter vitio vno minus vitiosus,quòd iners, quòd somni plenus,quòd imperitus,quòd ἀπρακτότατος,&c.Idem 2.*de finib.* At miser si in vitiosa ac flagitiosa vita afflueret voluptatibus. Vitiosa nux pro corrupta ac putrida.Plaut.*in Mil.*Non ego emam nunc vitam tuam vitiosa nuce.Vitiosum suffragium, correptum. Cic.3.*de legib.* Nec tabella vitiosum occultaret suffragium. Vitiosæ oues, morbosæ, morbo infectæ.Colum.*lib.7.cap.3.* Quum præsertim boni pastoris vel prima cura sit,annis omnibus in demortuorum vitiosarúmque ouium locum totidem, vel etiam plura capita substituere. ¶ Vitiosa scripta. Ouid. *Eleg.vlt.lib.4.Trist.*

———Quæ vitiosa putaui, —ignibus. . . dedi.

¶ Vitiosi magistratus dicebantur,qui vitio creati erant, quum scilicet ex legitimis auspiciis,cæterísve solemnitatibus aliquid esset omissum: aut quum in campo aliquid vitij interuenisset, quo ex Augurum disciplina solebant dirimi comitia : vt si quis interim comitiali morbo fuisset correptus, aut si fulmen esset visum, aut tonitru auditum, aut aliud quippiam esset obnuntiatum, quod infausta futura illa comitia portenderet.Tunc enim vitiosa comitia dicebantur,& magistratus vitiosi,vel vitio creati:cogebantúrque qui designati essent se magistratu abdicare.Legendus Liu.2.*bell.Pun.*

Vĭtiōsissĭmus,superlat. φαυλότατος. Velleius Paterculus *lib.2.Hist.*Homine in omnia pecuniæ quam rectè faciendi cupidiore, & inter summum vitiorum dissimulationem vitiosissimo.

Vĭtiōsè,aduerbium, Malè, corruptè. {κακῶς. GALL. *Vitieusement, meschamment.* ITAL.*Vitiosamente.* GERM. Lasterhafftigklich. HISP. *Con tacha ò pecado.* ANGL. *Naughtilie,with a fault,corruptilie.*} Quintilian. *lib.4.cap.1.* Vitiosè in scholis facimus, quòd exordio sic vtimur, &c. Vitiosè se habere aliquod membrum dicitur, quod vitio aliquo effectum est.Cicer.3.*Tuscul.* Membrum tumidum ac turgidum non vitiosè se habet.

Vĭtiōsĭtas,atis,)(Virtus. {רע *rah* רעה *rahah.* κακία. GALL.*Vice,tache.* ITAL.*Vitiosità,vitio.* GERM.Lasterhafftigkeit.HISP.*Pecado ò tacha.*ANGL. *Vice,corruption.*} Cic. *lib.4.Tusc.* Vitiositas est habitus aut affectio in tota vita inconstans,& à seipsa dissentiens. *Ibid.* Huius igitur virtutis contraria est vitiositas. Sic enim malo quàm malitiam appellare eam, quam Græci κακίαν appellant. Nam malitia certi cuiusdam vitij nomen,vitiositas omnium.

Vĭtio,as,Corrumpo,destruo,deterius reddo.dicitur à vi & itando: (id est, à vi excunda,effugienda.)Virg.

———Vt vim viribus exit.

{שחת *schachâth* הרס *harás* הרע *hereáh.* κακοποιεῖν, καταλύειν. GALL.*Corrompre & gaster.*ITAL.*Guastare.* GERM.Verbösseren/schwechen/verderben. HISP.*Corromper ò poner tacha.* ANGL. *To corrupt,to vitiate,to deflour,deforme,to marre.*} Plaut.*in Prol.Aulul.*Nam eius filiam Lyconides vitiarat. διαφθείρω,διέφθειρε,ἐλύμηνε.Vitiatam virginem dicimus, quum pudicitiam amisit.Suet.*in Aug.c.71.*postea quoque ad vitiandas virgines promptior.(Augustus.)Plin.*lib.10.c.54.*Si incubatu tonuerit, oua pereunt:& accipitris audita voce vitiantur.Cic.*pro Sext.*Comitiorum & concionum significationes interdum veræ sunt, nonnunquam vitiatæ & corruptæ.Ouid.7.*Metam.*

———Vitiantur odoribus auræ.

Idem 3.*Metam.*

———quique halitus exit
Ore niger Stygio,vitiatas inficit auras.

Idem *Eleg.7.lib.3.*

Ista decem facies longis vitiabitur annis.

¶ Vitiare auspicia. Gell. *c.14.lib.3.* Et turbare,*ibidem.*

Vĭtiatio,nis,verbale.Senec.*controu.lib.4.*Antea legem vitiationis euertere conatus est,nunc transferre vult.

Vĭtiator,is, pro Stupratore. Senec. *ibid.* Vitiatorem dimisisti, virum occides.

VĪTO,as,Euito,effugio,declino, caueo. {נס *nas* ברח *barách* נשמר *nischmár.* ἀλεεύομαι,φυλάττομαι,ἐξίσταμαι.GALL.*Euiter & fuir.*ITAL.*Schifare,guardarsi,fuggire.*GERM.Meiden/fliehen.HISP.*Esquiuar ò huyr de algo.* ANGL.*To decline,to eschew,to auoyde.*} Cic.3.*Verr.*Nam eum,qui palàm est aduersarius,facilè cauendo vitare possis.Virg.3.*Æneid.*

———Quæ prima pericula vito.

Idem 2.*Æneid.*

Testor,in occasu vestro,nec tela,nec vllas
Vitauisse vices Danaûm.

Plaut.*Curc.sc.3.a.2.*Se domi contineant:vitent infortunia. ¶ Seipsum vitare est, non sibi constare, vel sibi displicere propter scelerum conscientiam.Horat.2.*Serm.Satyr.7.*

Téque ipsum vitans fugitiuus vt erro.

Vītātio,nis,verbale,Vitandi actus. {מנוסה *menusáh.*ἀλέωσις.GALL.*Euitement.*ITAL.*Schifamento.*GERM.Meidung. HISP.*Esquiuamiento,huyda.* ANGL.*An eshewing or turning away.*} Cic.5.*de fin.*Ne vitationem quidem doloris ipsam per se quisquam in rebus expetendis putauit, ne si etiam euitare posset.

Vītātŏr,is, φύλαξ. Apuleius *de Deo Socratis,* In rebus certis prospectator dubiis præmonitor,periculosis vitator.

Vītābundus,a,um,Vitans. {נס *nas* ברח *boréach* נשמר *nischmar.* ἀλεείνομαι. GALL.*Euitant & fuyant.*ITAL.*Schifatore.* GERM.Meidend/scheuhend. HISP. *Cosa que mucho se esquiua.* ANGL.*That eshoweth readely.*} Salust. *in Iug.* 83. Ipse quasi vitabundus per saltuosa loca & tramites exercitum ductare. Liu.5.*bell. Punic.* Hanno ex Brutiis profectus cum exercitu, vitabundus castra hostium, Consulésque, quæ in Samnio erant, quum Beneuento iam appropinquaret, tria passuum millia ab ipsa vrbe loco edito castra posuit.

VĪTRVM,i, materia translucida, quæ modò ex arena splendenti, modò ex calculis pellucidis conficitur. {זכוכית *zechochith.* ὕαλος. GALL. *Verre.*ITAL.*Vetro.* GERM.Glass. HISP.*Vidrio.* ANGL.*Glasse.*} De cuius origine,& ratione faciendi,vide Plin.*lib.36.c.5.* Cælius *Ciceroni lib.8.* Persuasum est ei Censuram,lomentum,aut vitrum esse:errare mihi videtur. Idem *pro Rabir.Posthum.* Ductæ naues Posthumi Puteolis sunt auditæ,visæque merces,fallaces quidem,& fucosæ,chartis,& linteis,& vitro delatæ.Plin.*lib.36.c.27.*In genere vitri & obsidiana numerantur, ad similitudinem lapidis, quem in Æthiopia inuenit Obsidius. Ouid. *Epist.21.*

Est nitidus,vitróque magis pellucidus amnis.

¶ Vitrum herba,i.glastum,isatis.Cæs.*comm.lib.4.*Omnes verò se Britanni vitro inficiunt. Pomponius Mella de Britannis,incertum ob decorem,an ob quid aliud vitio corpora infecti. Vitruu.*lib.9.* Item propter inopiam coloris Indici, cretam Selinusiam, aut anulariam vitro, quod Græci Isatin appellant, inficientes, imitationem faciunt coloris Indici.Oribasius,Isatis,quam infectores herbam vitrum vocant. Plin. *lib.20.c.7.* de lactucæ generibus. Quarto infectores lanarum vtuntur, quod glustum vocant. Et Apuleius Isatin glastum vocari scribit.Plin. *lib.22.cap.1.*Simile plantagini glastum in Gallia vocatur,quo Britannorum coniuges—oblitæ,&c.

Vitrārius,ij.Vitri conficiendi artifex:qua voce vtitur Lampridius in Alexandro. {ὑαλουργός. *Verrier, faiseur de verre.* ITAL. *Maestro di lauorar vetri, artifice di vetri.* GERM. Ein glaser/glasmacher. HISP. *Vidriero.* ANGL.*A vortker in glasse,a glasier.*}

Vitrĕus,a,um, adiectiuum, quod ex vitro est. {ὑάλινος. GALL. *De verre.* ITAL.*Di vetro.* GERM.Gläsin.HISP.*Cosa de materia de vidrio.*ANGL.*Of glasse.*} vt,Vitreæ ampullæ,apud Plinium *lib.20.c.14.* Col. *lib.12.c.4.* Vasa autem fictilia,vel vitrea,plura potius,quàm ampla. Vitreus item est,quod vitri colorem refert.ὑαλοειδής. vt,Fons vitreus,hoc est,clarus & pellucidus.Plin.*Epist.161.*Plin.maior *lib.9.c.31.* Nec omnibus idem vitreus color.Virg.7.*Æneid.*

Tenemus Angitiæ,vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuêre lacus.

Persius *Satyr.3.*

———Turpescit vitrea bilis.

Et Horat.Splendidabilis,i.quæ se clarissimè ex splendore prodit. ¶Interdum vitreum dicitur,quod fragile est in morem vitri.Senec.Fortuna vitrea est:dum splendet,frangitur.Fama vitrea,id est,fragilis,Acrone interprete. Horat.2.*Serm.Satyr.3.*

Et furiosus erit,quem cepit vitrea fama.

Vitreum vas ex vitreo. ¶ Vitrea fracta, pro rebus nihili friuolísque,siue pro nugis. Petronius Arbiter, An videlicet audirem sententias,id est, vitrea fracta? Martial.

Sulphurata fractis permutat vitreis.

Vitriārius,ij, masc.gen. Vitra conficiens. {ὑαλουργός, vel ὑαλεψός. GALL. *Verrier,faiseur de verres.*ITAL.*Artifice da vetro.*GERM.Ein glaser.HISP. *Vidriero.*ANGL.*A glasier,or worker in glasse.*} Senec.*Epist.91.* Cuperem Possidonio vitrarium ostendere, qui spiritu vitrum in plurimos habitus format.

Vitreāmina, Vascula vitrea quæ ornatus causa parantur. *l.18.D.de inst. & subst.* Quum in diem mortis ibi libros,& vitreamina & vesticulam habuerit.

Vitrĭcus,i, Matris meæ post patris obitum maritus. {πατρωός. GALL. *Le paratre ou beau pere.*ITAL.*Padrigno.*GERM.Ein stieffvatter. HISP.*Padrastro.* ANGL. *A father in law or stepfather.*} cui respondet relatiuum Priuignus.Velleius Paterc. Vitricus Augusti Philippus. Cic. *ad Attic. lib.15.*Vitricus quidem nihil censebat quem Asturæ vidimus. Ouid.1. *ad Cupidinem,*

Necte comam myrto,maternas iunge columbas:

Qui

Qui deceant currus, vitricus ipse dabit.

Intelligit Vulcanum, qui Venerem, postquam ex Ioue genuisset Cupidinem, duxerat vxorem.

Vitriolum, atramentum sutorium, à vitri similitudine.

Vitruuius, Architectus Veronensis, cuius opera etiam hodie omnium manibus teruntur, varias in linguas transfusa.

Vĭttă, æ, duplici t, Ligamentum capitis, hoc est, fascia, qua circum caput antiqui, vel crines, vel serta, aut flores, aut quiduis aliud religabant. {פתיל pethil. ταινία. GALL. *Vne bande ou ruben de teste.* ITAL. *Benda per la testa.* GERM. Ein Hauptbinden/oder Hauben. HISP. *Venda ornamento de la cabeça.* ANGL. *A ryband, lace, or head band.*} Virg. 2. *Æneid.*

Et falsæ fruges, & circum tempora vittæ.

Vbi Seruius, Vittæ, quibus victimæ coronabantur. Idem *lib. 3. Æneid.*

———vittásque resoluit Sacrati capitis.

Ouid. *lib. 2. Metam.*

Vitta coërcuerat neglectos alba capillos.

Lucan. *lib. 5.*

———tum torta priores Stringit vitta comas.

Ouid. *lib. 4. Fast.*

Et vos queis vittæ longaque vestis abest.

Ibid. *lib. 6.*

Nullaque dicetur vittas temerare sacerdos.

Idem *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Vittaque sumpta vetat, &c.

Vĭttātŭs, a, um, Vittis redimitus. {ταινιόμενος. GALL. *Bandé qui a ruben entour sa teste.* ITAL. *Imbendato la testa.* GERM. Mitt hauptbinden/oder hauben geziert. HISP. *Cubierto de benda, que tiene venda en la cabeça.* ANGL. *That hath and head band or ryband a bout the heath.*} Plin. *lib. 7. cap. 30.* Vittatam nauem Dionysius tyrannus Platoni misit obuiam. ¶ Plutarchus in vita Marci Coriolani ait, in Metellorum familia fuisse qui Vittatus cognominaretur, ab vsu vittæ, quia vlceris tegendi causa procedebat in publicum obligata fronte. Ouid. 1. *Amor. Eleg. 7.*

Sic, nisi vittatis quod erat Cassandra capillis,
Procubuit templo casta Minerua tuo.

Lucan. *lib. 1.*

Vestalémque chorum ducit vittata sacerdos.

Vitula, dea quæ præest lætitiæ.

Vĭtŭlă, æ, bubuli generis fœtus fœmininus, qui annum primum ætatis nondum expleuit: nam tunc Iuuenca dici incipit. {עגלה beghláh. μόσχος, ἡ. GALL. *Vne genisse ou ieune vache.* ITAL. *Vacca giouane, vitella.* GERM. Ein kalb/das müterlin. HISP. *La bezerra ò añosa ò vtrera.* ANGL. *A yonge cowe or calf.*} Varro 2. *de re rust. cap. 5.* Primùm in bubulo genere gradus ætatis dicuntur quatuor: prima vitulorum, secunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta vetulorum. Discernuntur in prima ætate vitulus, & vitula, in secunda iuuencus & iuuenca, in tertia & quarta taurus & vacca. ¶ Aliquando tamen vitulam latiùs accipimus, vt etiam ad iuuencam, vel vaccam nouellam extendatur. Virg. *Eclog. 3.*

———ego hanc vitulam (ne fortè recuses,
Bis venit ad mulctam, binos alit vbere fœtus)
Depono.

Vĭtŭlŭs, i, Fœtus masculinus in bubulo genere, qui primum ætatis annum nondum expleuit: nam deinde iuuencus vocari incipit. {עגל beghel. μόσχος, ὁ. GALL. *Vn veau.* ITAL. *Vitello.* GERM. Ein kalb/das männlin. HISP. *Cezerro, ò añoso, ò vitrero.* ANGL. *A calf.*} Dictus vitulus à vitulando, hoc est, lasciuiendo. Hinc amator apud Plaut. *Asin. sc. 3. a. 3.* Hædillum dic me esse tuum, vel vitellum. Hinc & vitulari, pro lætari & lasciuire apud Varronem. Varro *de re rust. lib. 2. cap. 5.* Primùm in bubulo genere ætatis gradus dicuntur quatuor. Prima vitulorum, secunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta vetulorum. Virg. *lib. 3. Georg.*

Post partum in vitulos cura traducitur omnis.

Ouid. 10. *Metam.*

———quem si quis sanguine tinctum
Aduena vidisset, mactatos crederet illic
Lactantes vitulos, Arnathusiacásque bidentes.

Horat. 4. *Carm. Ode 2.*

Te decem tauri, totidémque vaccæ,
Me tener soluet vitulus relicta
Matre, qui largis iuuenescit herbis
In mea vota.

¶ Aliquando tamen vitulum legimus pro iuuenco, seu tauro nouello. Virg. 4. *Georg.*

Tum vitulus bima curuans iam cornua fronte.

¶ Neque solùm in bubulo genere Vitulus dicitur, verùm etiam aliis quadrupedibus maioribus. Plin. *lib. 8. c. 1.* de Elephantis, Atque ita salutato sidere in syluas reuertuntur, vitulorum fatigatos præ se ferentes. ¶ Virgilius ad equos transtulit 3. *Georg.*

Iam vitulos hortare, viámque insiste domandi.

¶ Quinetiam balænarum fœtus, Vitulos appellat Plin. *lib. 9. cap. 6.* Irrumpunt (inquit) orcæ in secreta, & vitulos earum ac fœtas, vel etiam grauidas lancinant morsu. ¶ Vitulus marinus, belua est ex genere amphibiorum, omnium animalium somniculosissimum, tam in terra, quàm in mari vitam habens. φώκη. Parit enim in terra pecudum more, nunquam plures geminis, eósque mammis educat: nec ante XII. diem deducit in mare, Grauissimum in somno edit mugitum, vnde & vituli nomen accepit. Reliquam eius naturam vide apud Plin. *lib. 9. cap. 13.* ¶ Aduersus fulgura & tonitrua semper & vbique circumferebat pellem vituli marini D. Augustus, eáque vtebatur pro remedio. Suet. *in August. cap. 90.*

Vĭtŭlīnŭs, adiect. quod ex vitulo est. {μόσχειος. GALL. *De veau.* ITAL. *Di vitello.* GERM. Kelberin. HISP. *De bezerro.* ANGL. *Of a calf.*} vt, Vitulina caro, apud Plaut. *Aul.* Cic. 2. *de diuin.* An tu, inquit, carunculæ vitulinæ mauis, quàm Imperatori veteri credere?

Vĭtellīnŭs, a, um, Vitulinus. μόσχειος. Cic. *ad Pætum lib. 8.* Integram famem ad ouum affero: itaque vsque ad assum vitellinum opera perducitur. Quo tamen in loco meliora exemplaria, Vitulinum legendum ostendunt. Plaut. *Aulul. sc. 2. a. 3.* Pisces indicant caros, agninam caram, caram bubulam, vitulinam. (sup. carnem.) ¶ Vitellina bilis à medicis appellatur, quæ fit ex bile pallida vehementiùs vsta: ita dicta quòd crudi oui vitellum, & colore & substantiæ crassitudine imitetur. λεκυθώδης χολή.

Vĭtŭlāri, veteres vsurparunt pro voce lætari: propterea quòd eam veram vitam putabant, quæ in summa lætitia ac tranquillitate degeretur. {הרק hereák. παιανίζειν.} Varro *lib. 15. rerum diuinarum*, Pontifex quibusdam sacris vitulari solet, quod Græci παιανίζειν dicunt. Hinc viuere sæpenumero ponitur, pro lætam vitam agere. Festus à vitulis deducit qui summa in pratis lascitia exultant. Vitulans (inquit) lætans gaudio, vt in prato vitulus. Ennius, Habet is coronam, vitulans victoria.

Vĭtūnŭs, Antiquis deus erat, qui credebatur vitam largiri: vt Sentinus sensum. Cæl. Rhod. *lib. 25. 30.*

Vĭtŭpĕro, as, vitio do, vitio verto, culpo, de dignitate vel autoritate alicuius detraho. {גדף ghiddéph חרף chéréph. ψέγω, μωμέομαι. GALL. *Vituperer, blasmer, mespriser.* ITAL. *Vituperare, biasimare, sprezzare.* GERM. Vbel schälten/schmähen. HISP. *Reprehender algun vicio, menospreciar.* ANGL. *To blame, to rebuke, to contemne and despise.*} Vitupero autem quasi vitium pario dictum volunt: Vituperatio enim vitium parit. Corn. Fronto. Terent. *in Andria Prol.* Id isti vituperant factum. Autor ad Heren. *lib. 2.* Vitiosum est, artem, aut scientiam aut studium quodpiam vituperare, propter eorum vitia, qui in eo studio sunt: veluti qui Rhetoricam vituperant propter alicuius Oratoris vituperandam vitam. Cic. *pro Muren.* Ego tuum consilium, Cato, vituperare non audeo. Plaut. *Aulul. sc. 1. a. 2.* Tu trium litterarum homo vituperas me. Idem *Curc. sc. 3. a. 1.* Tun' meam Venerem vituperas? *Ibid. sc. 2. a. 4.* Conspuitur, vituperatur. ¶ Iungitur aliquando cum datiuo. Idem *in Cas.* Cur omine mihi vituperat malo?

Vĭtŭpĕrātĭo, nis, Vituperandi actus, reprehensio ✕ Laus, laudatio. {גדוף ghiddúph גדופה ghiddupháh vel ghedhupháh חרפה cherpáh. ψόγος, ψέξις, μῶμος. GALL. *Blasme, mesprisement, vitupere.* ITAL. *Biasimo, disprezzo.* GERM. Schältung. HISP. *Vituperio, obra de reprehender, menosprecio.* ANGL. *A blaming, contempt, or despising.*} Vnde dictum hoc nomen vide in *Vitupero*, sup. Quintilian. *in Procem. lib. 8.* His adiiciemus demonstratiuum laude & vituperatione constare. Cicer. 7. *Verrina*, Hæc autem vituperatio atque infamia confirmabatur eorum sermone, qui à suis ciuitatibus illis nauibus præpositi fuerant. Venire in vituperationem hominum, est hominum reprehensioni obnoxium fieri. Cicer. 6. *Verr.* vt propter eum in sermonem hominum, atque in tantam vituperationem veniret. Esse alicui vituperationi, est ad decus & infamiam eius pertinere. Idem *Philipp. lib. 13. Epist.* Sed mihi ita persuadeo (potest fieri vt fallar) eam rem laudi tibi potius quàm vituperationi fore.

Vĭtŭpĕrĭum, vituperatio, dedecus, infamia. {דבה dibbáh. ψόγος. GALL. *Blasme, deshonneur, infamie.* ITAL. *Biasimo, dishonore, infamia.* GERM. Scheltung. HISP. *Deshonra, infamia.* ANGL. *A blame, contempt rebuke.*} Cic. vel etiam à vitio dictum vituperium.

Vĭtŭpĕrātŏr, is, Reprehensor, qui procliuis est ad vituperandum. {מגדף meghaddéph מחרף mecharéph מבוארבה mebiddibbáh. ψέκτης. GALL. *Blasmeur, mespriseur.* ITAL. *Vituperatore, sprezzatore.* GERM. Ein schälter. HISP. *Reprehendedor de vicios, vituperador.* ANGL. *A blame or contemner.*} Cic. 1. *de fin.* ¶ Quanquam philosophiæ quidem vituperatoribus satis responsum est eo libro, quo à nobis philosophia defensa & collaudata est, quum esset accusata, & vituperata ab Hortensio.

Vĭtŭpĕro, nis, vituperator, momus, in reprehensionem procliuis. ψέκτης. Dictum ea forma, qua & Epulonem & Manduconem, & Phagonem dicimus, & Palponem, verbis videlicet in nomina conuersis. Vsus est Gell. *c. 7. lib. 19.*

Vĭtŭpĕrābĭlĭs, e, vituperatione dignus. {ἐπίψογος, μωμητός, ψεκτέος. GALL. *Vituperable, reprochable, digne d'estre blasmé.* ITAL. *Degno di biasimo.* GERM. Schältens wärt. HISP. *Cosa que se puede reprehender.* ANGL. *Worthie to be blamed, that may blamed.*} Cic. 3. *de legib.* Nam isto quidem modo vel consulatus vituperabilis est, si Consulum (quos enumerare nolo) peccata collegeris.

‖Viuario Albensium, vel Eluensium, *Viuiers*, V. E. Viuariensis, olim Albensis, *Aubenas*, Galliæ, sub A. Viennensi.‖

Viuārĭum, ij, locus in quo vel aues, vel pisces, vel feræ continentur, quæ ad victum duntaxat pertinent, vt docet Gellius *Noct. Attic. lib. 2. c. 20.* sic dictum, quia est locus conclusus, in quo viua animalia detinentur, ζώβολον. {ζωγρεῖον, ζωοτροφεῖον. GALL. *Vn parc à nourrir bestes sauuages, vn viuier à poisson.* ITAL. *Viuaro, alibi, barco.* GERM. Ein orth da man gevögel/fisch oder andere thier zeucht so man isset. HISP. *Biuar donde se crian animales.* ANGL. *A park to keep wilde beastes in, or a pond for fishe.*} Plin. *lib. 8. cap. 52.* viuaria aprorum cæterorúmque syluestrium, primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinius, qui in Tarquiniensi feras pascere instituit. Idem *lib. 9. c. 54.* Ostreorum viuaria primus Sergius Orata in Biano inuenit. Iuuen. *Satyr. 4.*

Non dubitaturi fugitiuum discere piscem,
Depastúmque diu viuaria Cæsaris.

¶ Peculiari tamen nomine septa in quibus feræ pascuntur, Leporaria dicuntur: quemadmodum piscinæ, in quibus aluntur pisces & Ornithones, in quibus aues clausæ tenentur. vide Varro. *de re rust. lib. 3. cap. 3.* ¶ Viuaria per translationem apud Horatium 1. *Epist. 1.*

———sunt qui
Frustis, & pomis viduas venentur auaras:
Excipiántque senes, quos in viuaria mittant.

Viuax, Viuacitas, vide *Viuo.*

Viuerră, æ, Animalculum exiguum ex genere mustelarum quo venatores vtūtur ad cuniculos ex antris expellēdos. {ἴκτις, vel ἴκτις, ἡ γαλῆ, ἀγρία. GALL. *Vn furet.* ITAL. *Donnola.* GERM. Ein Jltyss. HISP. *El huron.* ANGL. *A ferret.*} Plin. *lib. 8. c. 55.* de cuniculis loquens, Magna propter venatū eorum viuerris gratia est: immittunt eas in specus, qui sunt multifores in terra: vnde & nomen animali: atque ita eiectos superne capiunt.

Viuisco, Viuidus, vide *Viuo*.

Viuiradix, icis, fœminini generis. Planta quæ cum radice feritur quasi viuam radicem habens, ad differentiam malleoli, & talearum. {נטע *notáh* (vel) נטע *netáh* שתיל *schetil*. μόσχευμα. GALL. *Plante viue*. ITAL. *Pianta viua*. GERM. Ein setzlin mit einer frischen oder lebendigen wurtzel. HISP. *Planta baruada con rayzes*. ANGL. *Any plant where of the roote is quicke*.} Plin. *lib.12.c.22*. In arido solo viuiradix quoque frustrà feritur. Colum. *lib.4.c.14*. Sationis autem duo sunt genera, malleoli, vel viuiradicis: quod vtrunque ab agricolis vsurpatur, & in prouinciis magis malleoli. Neque enim seminariis student, nec vsum habent faciendæ viuiradicis.

Viuo, is, xi, ctum, Vitam ago, vitam dego, & in vita sum. {חיה *chajáh*. βιόω, βιοτεύω, ζάω. GALL. *Viure*. ITAL. *Viuere*. GERM. Leben. HISP. *Viuir como quiera*. ANGL. *To liue*.} Viuere, inquit Senec. *cap.10. de consol. ad Mart.* est rapina rerum omnium & fuga. Quintilian. *lib.9.cap.3*. Non vt edam, viuo: sed vt viuam, edo. Cic. *de senect.* Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse viuere. Plaut. *Pseud.sc.3.a.1*. Licétne obsecro viuere? (in molestum hominem.) Idem *Men.sc.2.a.5*. Viuere hîc non possum, nec durare. Idem *Amph.* Eo modo vt viuas ætatem miser. Idem *Curc.sc.1.a.1*. Quid agis? C. viuo. P. Nempe vt dignus es. Item, Viuere selectis victibus. (i. vt delicati solent.) Idem *Most.sc.1.a.1*. Non omnes possunt tam selectis, quàm tu, viuere victibus. Vide infrà *Victus*. Horat. *2. Serm. Satyr.6*.

————neque vlla est
Aut magno, aut paruo lethi fuga: quo bona circa
Dum licèt in rebus iucundis viue beatus:
Viue memor quàm sis æui breuis.

Cic. *3. de fin.* Consentaneum est huic naturæ, vt sapiens velit gerere & administrare Rempublicam: atque vt è natura viuat, vxorem adiungere, & velle ex ea liberos procreare. Et licèt absolutum sit hoc verbum, admittit tamen accusatiuum reciprocum: vt, viuo felicem vitam, viuo vitam duram. Terent. *in Adelph.* Nam ego vitam duram, quam vixi vsque adhuc propè iam excurso spatio mitto. Quint. Viuere vitam accusatoriam; & Gell. *cap.11.lib.5*. Vitam viuere cœlibem. ¶ Interdum pro Esse. Plaut. *Amphitr.* Eo modo vt viuat ætatem miser. Idem *Men. sc.5.a.5*. Heu ædepol! næ ego viuo miser? ¶ Interdum accipitur viuere, pro iucundè, hilaritérque degere, & lætam vitam agere. Nam eam demum veram putabant esse vitam, quæ in lætitia, animíque tranquillitate peragetur. Martialis,

Sera nimis vita est crastina, viue hodie.

Plaut. *in Milit.* Conserui, conseruæque omnes bene valete, & viuite. Catull. *ad Lesbiam*,

Viuamus mea Lesbia, atque amemus.

Viuere studiis, dixit Cicer. *ad Sulp. lib.13. Epistol.29*. pro eo quod est vitam literis sustinere. ¶ Ita viuam, affirmantis particula est. Cicer. *ad Tiron. lib.16*. Sollicitat, ita viuam, me tua mi Tiro valetudo, id est, moriar, vel dispeream, nisi tua valetudo me solicitat. Similiter & Plaut. *Menæch. sc.1. a. 1*. Ego pol ruri, si viuam, te vlciscar probè. *Ibidem sc.5.a.5*. Quem ego hominem, siquidem viuo, vita deuoluam sua. Et *Pseud.sc.2.a.5*. Erit vbi te vlciscar, si viuo. *Ibid.sc.4.a.2*. Siquidem hoc viuet caput (id est, si ego viuam.) Idem *Aulul.sc.5.a.3*. Ego te reddam madidum, si viuo probè. ¶ Eandem vim habet, Ne viuam subsequente particula si, vel nisi. Cicer. *ad Attic. lib.4*. Quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne viuam, si scio. ¶ Viuendo vincere aliquem, dixit Plaut. *in Epid.* pro eo quod est ei superstitem esse. ¶ Viuitur impersonale. Idem *Persa*, Quid agitur? T. viuitur. Terent. *in Heaut.* Hoc ibi fit, vbi non verè viuitur. Cic. *1. de finib.* Qua præceptrice in tranquillitate viui potest, omnium cupiditatum ardore restincto. Ouid. *1. Metam.*

Viuitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus.

Horat. *2. Carm. Ode 16*.

Viuitur paruo benè: cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum,
Nec leueis somnos timor, aut cupido
Sordidus aufert.

¶ Viuitur personale. Ouid. *15. Metam.*

————vixi
Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.

¶ Viuere in diem dicuntur quos Græci vocant ἐφημερίους, qui quotidie parant noua cibaria, nullum habentes penum reconditum, nihil de futuro tempore soliciti, omnem denique curam ita abiicientes, ac si eo solùm die victuri essent. Cic. *5. Tuscul.* Nos in diem viuimus. Colum. *lib.3*. Nec prouident futuro tempori, sed quasi planè in diem viuant sic imperant vitibus, & eas multis palmitibus onerant, vt posteritati non consulant.

Victito, as, vescor, alor, victu vtor: vt, Sarmatæ latè victitant. {אכל *achál*. σιτέομαι, φάγω, τρέφομαι. GALL. *Viure & se nourrir, vser pour viande*. ITAL. *Viuere*. GERM. Geleben. HISP. *Viuir*. ANGL. *To liue by eating of meate, to continue in lyfe*.} Ter. *in Eunuch.* Et libenter viuis: etenim bene libenter victitas. Plaut. *Most.sc.2.a.1*. Victitabam volupe parsimonia & duritia. *Ibid.sc.1.a.1*. Licet me amare, bubulcitarier, Me victitare pulcrè, te miseris modis. Gell. *c.16.lib.17*. Victitant veneno Anates ponticæ. Plaut. *Capt.sc.1.a.1*. Victitant miseri succo suo. Idem *Milit. sc.3.a.2*. Miror lolio victitare te.

Victurus, à vinco participium est: νικήσων. Salustius, Pyrrhúsne rex an M. Curius prælio victurus esset. Et à viuo, βιώσων. Cicer. *in Caton. Maior.* Nemo est tam senex, quin se annum non putet victurum. Item illud, Victurus genium debet habere liber.

Victus, us, omne illud sine quo viuere non possumus. {מחיה *michjáh* מזון *mazón* מאכל *maachál*. τὰ σιτία, ὁ βίος. GALL. *Le viure, la vie, prouision pour viure*. ITAL. *Vitto, viuere*. GERM. Nahrung. HISP. *El mantenimiento*. ANGL. *The threade of liuing foode*.} Vlpian. *de verborum significatione*. Victus verbo continentur quæ esui, potui cultuíque corporis, quæque ad viuendum homini sunt necessaria. Victus (inquit Donatus) cibus est qui delicatis præbetur, & in paruis aridísque alimoniis constituitur. Plaut. *Mostell.sc.1.a.1*. Non omnes possunt tam selectis, quàm tu, viuere victibus. Gell. *cap.4.lib.9*. Eius victus alimento vesci. Aliter etiam vtuntur auctores. Plaut. *Capt.sc.2.a.1*. Asper meus est victus. Cæsar *lib.1. de bell. ciu.* Victus necessarij inopia. Sueton. *in Neron. cap.36*. Victum diurnum quærere. & Gell. *cap.4.lib.15*. Plaut. *Capt.sc.2. a.4*. Si memorem quæ ad ventris victum conducunt. Idem *Pseud.sc.1. a.4*. Accipiam te lepido victu, vino, vnguentis. *Ibid.sc.1.a.4*. Ita Victu excurato, ita munditiis digni. (sup. estis.) Cic. *de Amicit.* Multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos tenuis victus, cultúsque delectat. Virg. *3. Æneid.*

Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat.

Ouid. *6. Fast.*

Nunc inopes victus, ignauaque fata timentes, &c.

Cicer. *1. Offic.* Victa victúsque communis in amicitiis vigent maximè. Curiosus victus. Cels. *lib.4. cap. vlt.* ¶ Victi genitiuus à victus legitur apud Plaut. *in Capt.sc.1.a.4*. Proin tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas. ¶ A quo Conuictus, vnà viuendi societas, quum plures simul viuunt, συμβίωσις. Cicer. *lib.3. Epistolarum*, Vt istis te molestiis laxes & ad nostrum conuictum redeas. ¶ Victuis in genitiuo pro victus antiqui dixere. Varro, Primùm de re familiari, secundò de victuis consuetudine disseram.

Victualis, βιωτικός. Apuleius *de dogmate Platonis*, Inferiora reguntur optimatum præstantia, & ipsa ministerium suggerunt victuale.

Viuus, a, um, Spirans, animatum, vita præditum. {חי *chái*. ζωός, ζῶν, ἔμψυχος, ἔμπνοος. GALL. *Vif, viuant*. ITAL. *Viuo*. GERM. Lebendig. HISP. *Cosa viua*. ANGL. *Liuing, or aliue*.} Plaut. *Ps.sc.2.a.2*. Hostes viuos rapere soleo ex acie. Idem *Men.sc.1.a.1*. Hominem inter viuos quæritamus mortuum Senec. *Epist.33*. Viua vox multum facit. Plaut. *Most.sc. 3.a.1*. Me viuo non sinam illam egere. (i. dum viuam,) vt in *Pseud.sc.3. a.1*. Idem *Curcul.sc.2.a.5*. Timidam atque pauidam, nec viuam, nec mortuam. Idem *Capt.sc.1.a.4*. Viuum, saluum, & sospitem, &c. Viua voluptas, Senec. *Epist.34*. Idem *c.15. de tranq.* Cato virtutum viua imago. Idem *cap.3. de consol. ad Mart.* E viuorum numero se eximere. (lugendo sup.) Cicer. *ad Attic. lib.4*. Cato tamen affirmat se viuo illum non triumphare. ¶ Quandoque ponitur pro naturali & non artificioso. Virg. *lib.2. Georg.*

————Et viua sua plantaria terra.

Idem *1. Æneid.*

————viuóque sedilia saxo.

¶ Quandoque pro valido, aut vehementi. Idem *1. Æneid.*

————paulatim abolere Sichæum
Incipit, & tentat viuo præuertere amore.

¶ Viua sepes dicitur, quæ dumis non præcisis, sed in eo loco natis contexitur. Col. *lib.1.c.3*. Vetustissimi autores viuam sepem structili prætulerunt: quia non solùm minorem impensam desideraret, verùm etiam diuturnior immensis temporibus permaneret. ¶ Viua aqua, naturalis, & indidem nata: vel decurrens, non verò stagnans. Varr. *1. de re rust.c.11*. Si omninò aqua non est viua, cisternæ faciendæ sub tectis, & lacus sub dio, ex altero loco vt homines ex altero vt pecus vti possit. Fulmen viuum, Virg. *2. Æneid.*

———donec me flumine viuo Abluero.

Lacus viui. Idem *2. Georg.*

Speluncæ, viuique lacus, ac frigida Tempe.

Ouid. *lib.4. Fast.*

————Viuo perlue rore manus.

Velleius, Viuo igni deuorato, extincta Seruilia, &c. ¶ Vultus viuos ducere, hoc est, viuam & naturalem effigiem referentes. Virg. *6. Æneid.*

Excudent alij spirantia mollius æra
(Credo equidem) viuos ducent de marmore vultus.

¶ Detrahere, vel resecare aliquid de viuo. Cic. *pro Flacco*, Si dat tantam pecuniam Flacco: nempe idcirco dat, vt rara sit emptio. Emit igitur aliquid, quod certè multo pluris esset: dat de lucro, nihil detrahit de viuo: minus igitur lucri facit. Idem *5. Verr.* De viuo igitur erat aliquid resecandum, vt esset vnde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur. id est, non de lucro, sed de eo quod aratores pro impendiis perceperant.

Viuax, acis, omn. gener. Longæuus, seu vitæ diuturnioris. {חי *chái* עצום *hátsum*. μακρόβιος. GALL. *Vif, qui vit long-temps, plein de vie*. ITAL. *Viuace, viuo, vigoroso*. GERM. Lebhafft. HISP. *Cosa qui viue mucho tiempo*. ANGL. *Of long life, liuely*.} Virg. *2. Georg.*

Palladia gaudent sylua viuacis oliua.

Idem *Eclog.8.*

Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui.

¶ Hinc Viuacior, Viuacissimus. Plin. *lib.9.c.20*. In fico quoque repunts ideo etiam viuaciora talia. Horat. *2. Serm. Sat.2*.

Postremò expellet certè viuacior heres.

Quint. *c.7.lib.2*. Viuaciores discipuli. Gell. *c.2.lib.5*. Viuacissimo cursu equus. Idem Gell. *c.22.lib.15*. Viuacissimæ celeritatis cerua. Iul. Capitolin. *in Pertinace*, Carbones viuacissimi.

Viuacitas, atis, Longæuitas, vitæ diuturnitas. {μακροβιότης. GALL. *Viuacité*. ITAL. *Viuacità*. GERM. Lebhafftigkeit, lánge dess lábens. HISP. *Aquella obra de mucho viuir*. ANGL. *Liuelinesse*.} Col. *lib.11.c.3*. Multis etiam locis viuacitatem suam vsque in annos decem prorogat.

Viuifico, as, ζωοποιῶ. Apul. *in Hermetis Asclep.* Ignis solùm quòd sursum versus fertur viuificat.

Viuisco, vel Viuesco, is, Viuus fio, animor: propriéque de rebus inanimatis dicitur, quum anima imbuuntur. {חיה *chájah*. ἐμψυχὸς γίνομαι. GALL. *Prendre vie & croistre*. ITAL. *Prender vita*. GERM. Lebendig werden. HISP. *Tomar vida*. ANGL. *To waxe liuelie, or lustie*.} Plin. *lib.9. cap.51*. Anguillæ atterunt se scopulis: ea strigmenta viuiscunt: nec alia est earum procreatio. Idem *lib.16. cap.25*. de Fauonio vento loquens: Hoc enim maritantur viuiscentia è terra, quo etiam equæ in Hispania. ¶ Per translationem accipitur pro inualescere, & vigo rem acquirere. {חזק *hazák*. κρατύνομαι, ἰσχύω.} Lucret. *lib.4.*

Quod cupido affixum cordi viuiscit, vt ignis.

& paulò pòst,

Vlcus enim viuiscit, & inueterascit alendo.

Viuidus,a,um, Multo vigore præditus. {חי כח׳ עצמ batsúm. ἀκμαῖος, ἐπακμάζων. GALL. *Plein de vie, fort vif, vertueux & vigoureux.* ITAL. *Pieno di vita, viuace, virtuoso.* GERM. Läblich/ oder läbhafftig. HISP. *Cosa llena de vida y con vigor.* ANGL. *Liuelie, lustie.*} Plin. *in Paneg.* Amas constantiam ciuium, rectósque, ac viuidos animos. Virg. 5. *Æneid. v.754.*

Exigui numero, sed bello viuida virtus.

Liu. 6. *ab Vrbe*, Sed vegetum ingenium in viuido pectore vigebat, virebátque integris sensibus. Gell. *cap.3.lib.7.* Fortius & viuidius dicere. ¶ Interdum viuidum accipitur pro viuenti. ἔμψυχος. Propertius,

Quattuor artificis viuida signa boues.

Vbi signa viuida dixit, quasi viuentia: idque hyperbolicώs, quemadmodum Virgilius spirantia æra: hoc est, tanta arte confecta, vt viuere & spirare videantur.

Viuus pyrites, Lapis est ex omni pyritarum genere ponderosissimus, ex quo ignis excutitur. πυρίτης ζωός. Plin. *lib. 36. cap. 19.* Pyritarum etiamnum aliqui genus vnum faciunt, plurimum habens ignis, quos viuos appellamus, & ponderosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorum maximè necessarij, qui clauo, vel altero lapide scintillas edunt, quæ exceptæ sulphuratis aut fungis aridis, vel foliis, dicto celeriùs ignem trahunt.

Vix, aduerbium, Propemodum, non ægrè vel difficulter, quasi cum Vi & labore. {μόγις, μόλις, χαλῆ. GALL. *A grand' peine, à peine.* ITAL. *A pena, difficilmente.* GERM. Kaum/kümmerlich. HISP. *A penas.* ANGL. *Scantlie, haraly, vneth.*} Virg. *lib.2.Georg.*

Vix humiles apibus casis, rorémque ministrat.

Terent. Vix retraxi filium ab amore ancillæ. Plaut. *Most.sc.3.a.1.* Vix comprimor, quin illi in oculos inuoluem veneficæ. Ouid. 13. *Metam.*

Vix tenuere manus.

Plaut. *Pseud.sc.2.a.4.* In foro vix decumus quisque est qui se nouerit. Idem *Men.sc.vlt.a.5.* Vix credo, tota auctione capiet quinquagesies. ¶ Aliquando refertur ad tempus, pro vix adhuc, statim vbi, vel iamiam. Virg. 1. *Æneid.*

Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti.

id est, statim postquam è conspectu Siculæ, &c. Idem,

Et quos Sidonia vix vrbe reuelli,

id est, nuper. ¶ Aliquando ponitur pro non. Lucan.

———*Carcer vix carcere dignus.*

Ouid.

Vix Priamus tanti, totaque Troia fuit,

hoc est, non fuit tanti Priamus, vt exponit Donatus. ¶ Vix tandem, post multum temporis. μόλις πελόντων. Cic. *Appio Pulc.* Vix tandem legi literas dignas Appio. Virg. 2. *Æneid.*

Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,
Composito rumpit vocem, & me destinat aræ.

‖¶ Vix, cum labore. Non. nempe magna cum vi.

Vixe, pro vixisse. Vixit, mortuus est. Scal. Vixet, vixisset. Pap. ‖

V L

‖Vladislauia, *Vladislavo*, V.E. in Cuiauia, regni Polonici prouincia, sub A. Gnesnensi. ‖

Vlcero, as, *vide Vlcus.*

VLCISCOR, eris, vltus sum, Vindico, iniuriam non impunitam relinquo, pœnas repeto, & supplicium sumo. {נקם nakám. ἐκδικῶ, τιμωρῶ. GALL. *Venger, punir.* ITAL. *Vendicare, far vendetta.* GERM. Räthen. HISP. *Vengar la injuria.* ANGL. *To be reuenged, to auenge, to tak punishment.*} Dicimus autem, Vlciscor te, Vlciscor te pro hoc scelere, Vlciscor scelus, Vlciscor me. Vlciscor, (inquit Asconius Pæd.) & punio significat & vindico. Quintilian. Vltum ire scelera. Plaut. *Most.sc.1.a.1.* Ruri, si viuam, te vlciscar probè. Idem *Pseud.sc.2.a.5.* Erit vbi te vlciscar. Idem *Men.sc.2.a.4.* Non mihi censebas esse qui te vlciscerer. Idem *Asin.sc.2.a.5.* Osculando vlciscar potissimum. Idem *ibid.sc.2.a.1.* Te ego vlciscar, te vt digna es pendam. Terent. *in Eunuch.* Ego pol te pro istis dictis & factis scelus, Vlciscar. Plaut. *in Men.* Ni hanc iniuriam méque vltus fuero. Idem *in Amph.* Ego pol illum vlciscar hodie Thessalum Veneficum. Cic. 2. *de Inuent.* Deinde hoc si constitutum sit, vt peccata homines peccatis, & iniurias iniuriis vlciscantur, quantum incommodorum consequatur? Ouid. 7. *Metam.*

Androgeíque necem iustis vlciscitur armis.

¶ Vltum ire. Salust. *Iugurtha*, Cum maxima cura vltum ire iniurias festinat. de Metello. Sic Curtius *lib.10.* Meleagri temeritatem armis vltum ire decreuerant.

Vltio, nis, verbale, Vindicta. {נקמה nekamáh. ἐκδίκησις, τιμωρία. GALL. *Vengeance.* ITAL. *Vendetta.* GERM. Rach/Rächung. HISP. *Obra de vengar injuria, vengança.* ANGL. *Reuengement.*} Plin. *lib.11.c.28.* Illis etiam vltionis causa datum est. Tacitus *lib.2.* Simul perfidos & ruptores pacis, vltioni & gloriæ mactandos. Interest autem hoc inter vltionem & vindictam, quòd vltio factum vindicet: Vindicatio siue vindicta futura prohibet, atque eam ob causam Mars vltor, non vindex dicitur. Cor. Fronto *de diff.vocab.* Suet. *in Calig.c.3.* Vt vltionem mandaret domesticis, si quid accideret.

Vltor, is, verbale masculinum, ab Vlciscor, ris, Vindex, vindicator, qui iniuriam illatam vlciscitur. {נקם nokém. τιμωρός, ἐκδικος. GALL. *Vengeur.* ITAL. *Vendicatore.* GERM. Ein rächer. HISP. *Vengador.* ANGL. *A reuenger.*} Cicer. *pro Sylla*, Ego ille coniurationis inuestigator atque vltor, certè non defenderem Syllam si coniurasse arbitrarer. Virg. 4. *Æneid.*

Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor.

¶ Martis vltoris templum. Suet. *in Aug.c.28.& in Calig.c.14.* Ouid. *lib.5.Fast.*

Vltrix, fœmininum, à quo Vltricia, vt Victricia à Victrix. {נוקמת nokemith. ἐκδικος, ἡ. GALL. *Vengeresse.* ITAL. *Donna che si vendica.* GERM. Ein rächerin. HISP. *Vengadora.* ANGL. *She that reuengeth.*} Virg. 11. *Æn.*

Hæc cape, & vltricem pharetra deprome sagittam.

Idem 4. *Æneid.*

———*Vltricésque sedent in limine Diræ.*

Idem 6. *Æneid.*

Vestibulum ante ipsum, primísque in faucibus orci
Luctus, & vltrices posuêre cubilia curæ.

VLCVS, ceris, Solutio vnitatis in carne, quæ fit per erosionem: vt docet Galenus in tractatu de differentiis morborum. {שחין schechin. ἕλκος. GALL. *Vlcere, blessure & entameure de peau.* ITAL. *Piaga nala da per se.* GERM. Ein aiß oder geschwär. HISP. *Llaga que haze materia y que nasce.* ANGL. *Abyle, botche or sore.*} Virg. *lib.3.Georg.*

Non tamen vlla magis præsens fortuna laborum est,
Quàm si quis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os, alitur vitium, viuitque tegendo.

Vulnus verò est hians, paténsque apertura corporis, ictu facta. Senec. *c.1. de consol. ad Martiam*, Vbi in malum vlcus se verterunt vulnera. Vlcus purum sordido & purulento opponitur. Cels. *lib.6.c.11.* ¶ Vlcus tangere prouerbiali metaphora dicitur, pro eo quod est mouere dolorem, & rei alicuius, quæ nos magnopere vrat, mentionem facere. Ter. *in Phorm.* Quid minus vtile fuit, quàm hoc vlcus tangere? Cic. 1. *de nat. deor.* Quicquid enim horum attigerit, vlcus est: ita malè instituta ratio exitum reperire non potest. (id est, ita ab eo defendi non poterit, quin erroris vanitatísque conuincatur.)

Vlcusculum, diminutiuum. {ἑλκύδριον. GALL. *Petite vlcere.* ITAL. *Picciola piaga.* GERM. Äißlin/geschwärlin. HISP. *Pequeña llaga.* ANGL. *A lile byle or sore.*} Plin. *lib.28.c.19.* Lien vituli in vino decoctus, tritúsque, & illitus, vlcuscula oris sanat.

Vlcero, as, vel, vt alij Græcam originem sequentes malunt scribere, Hulcero, vlcerosum facio, vlceribus infesto. {פצע patsáh. ἑλκόω. GALL. *Vlcerer, blesser, & entamer la peau.* ITAL. *Impiagare.* GERM. Geschwären/ oder aissen machen. HISP. *Vlcerar y hazer llaga.* ANGL. *To mak a bile, botche or sore.*} Plin. *lib.28.cap.9.* Item equarum (subaudi sanguis) præterquam virginum erodit, emarginat, vlcerat. Horat. 1. *Serm.Satyr.6.*

——— ——— *nunc mihi curio*
Ire licet mulo, vel si libet vsque Tarentum,
Mantica cui lumbos onere vlceret, atque eques armos.

Cicer. *de Fato*, Nondum enim vlceratò serpentis morsu Philoctetâ, quæ causa in rerum natura continebatur, fore vt is in insula Lemno linqueretur? ¶ Hinc Exulcero, compositum, cuius significationem vide suprà suo loco.

Vlceratio, verbale. {פצע pétsah. ἡ ἕλκωσις, τὸ ἕλκωμα. GALL. *Vlceration, entamure, blessure.* ITAL. *Impiagamento.* GERM. Erschwärung. HISP. *Llagamiento, obra de llagar.* ANGL. *Making of a bile, a swelling.*} Senec. *ad Serenum*, In dolores, damna, vlcerationes, vulnera, magnos motus rerum circa se frementium securus aspiciat.

Vlcerosus, a, um, adiectiuum, quod est plenum vlceribus. {ἑλκώδης. GALL. *Plein d'vlceres, entamures & blessures.* ITAL. *Pieno di piaghe.* GERM. Voll aissen oder geschwären. HISP. *Llagado con podre.* ANGL. *Full of byles or botches.*} Horat. 1. *Carm.Ode 25.*

Quum tibi flagrans amor, & libido,
Quæ solet matres furiare equorum,
Sæuiet circa iecur vlcerosum,
Non sine questu.

Sic vlcerosum dixit de lasciuia & amante, quòd Cupido iecur ferire censeatur. Theocritus, χαλεπὸς γὰρ ἔσω θεὸς ἥπαρ ἴμυσσεν. Seruius è Varrone, Nam propriè rubigo est, vitium obscœnæ libidinis, quod vlcus vocatur. ¶ Transfertur & ad arbores. Plin. *lib.17.cap.17.* Ante omnia gemmantes nitere conueniet, nihil vsquam vlcerosum esse, aut retorridum. Quidam hoc nomen aspirandum putant, & meliùs fortassis. Nam à Græco ἕλκος deduci videtur, quod primam vocalem habet aspiratam.

Vlex, is, frutex roris marini similis, sed asperior, qui retinendi auri gratia sterni solet in fossis canalibúsve, ad lauandas montium ruinas fieri solitis. Plin. *lib.33.c.4.*

VLIGO, inis, Terræ humor naturalis, ex ea nunquam recedens, inquit Seruius. {לשד leschadh. ἰκμάς. GALL. *Moisteur, naturelle humidité.* ITAL. *Humido naturale della terra.* GERM. Die natürliche feuchtigkeit der erden. HISP. *Humedad cruda de la tierra.* ANGL. *Naturall moistnesse of the earth.*} Virg. 1. *Georg.*

At quæ pinguis humus, dulcique vligine læta.

Silius *lib.8.*

Et quos pestifera Pontini vligine campi, &c.

Varro 2. *de re rust.c.2.* Solum oportet esse eruderatum & procliuum, vt euerri facilè possit, ac fieri purum. Non enim solum ea vligo lanam corrupit ouium, sed etiam vngulas scabras fieri cogit.

Vliginosus, a, um, Semper vuidus: vt, Vliginosus ager, qui semper est humidus: humidus verò qui aliquando siccatur. {רטוב ratób. ἰκμώδης. GALL. *Tousiours moiste & humide.* ITAL. *Ogni cosa humida.* GERM. Stets voll feuchte. HISP. *Cosa humeda assi.* ANGL. *Waterie and moistie earth.*} Plin. *lib.17.cap.6.* Terram amaram, siue macram si quis probare velit, demonstrant eam atræ, degenerésque herbæ: frigidam autem, retorride nata: item vliginosam tristia, rubricam oculi, argillámque operi difficillimas, quæque rastros, ac vomeres ingentibus glebis onerent, quanquam aliquando non quod operi, hoc & fructu sit aduersum. Colum. *lib.2.cap.4.* Igitur vliginosi campi proscindi debent post Idus mensis Aprilis.

Vlius, οὔλιος, Apollinis cognomen apud Milesios: quòd is sanitatis autor putaretur. Nam οὔλειν, Iones vsurparunt pro ὑγιαίνειν, hoc est, rectè valere: vt annotauit Ioannes Grammaticus. Vnde & οὐλὰς dictas putat cicatrices, quòd sint notæ persanatorum vulnerum. Vide Macrob. *lib.1.Saturn.*

‖Vllo Non. Vllo pro vltus fuero. ‖

Vllus, a, um, Aliquis: ab vnus, vt putatur, per diminutionem formatum. {τις. GALL. *Aucun, quelque, quelqu'vn.* ITAL. *Alcuno.* GERM. Jenen einer/ jemandts. HISP. *Alguno.* ANGL. *A ny one.*} Nam quum dicimus non esse vllum, qui legibus pareat, perinde est ac si dicas, ne vnum quidem esse. Nunquam autem hoc nomine vtimur affirmatiuè. Non enim dicimus, Sunt vlli, qui studia amplectantur: sicut sunt aliqui. Plaut. *Mostell.sc.3.a.1.* Non videor vidisse lænam callidiorem vllam alteram. Quid. *Eleg. vlt.lib.4.*

Nec

Nec vllum de nostris opus momordit.

Tibull. *lib.4.*

Vlla nec aëreas volucris perlabitur auras.

Senec. *cap.11. de tranquill.* Quicquid in vllum incurrit, in te incurrere potest. ¶ Sed vel negatiuè: vt, Non est vllus qui publica commoda priuatis rationibus præferat. ¶ Vel interrogatiuè, vt: Estne vllus, qui legum metu solutus ab iniuriis temperet? ¶ Vel infinitè: vt, Nescio an vllus sit, qui non maiorem opibus quàm virtuti honorem deferat. Cic. *6.Verr.* Nullum, inquam, horum reliquit: neque aliud vllum tamen, præter vnum peruetus ligneum bonam Fortunam, vt opinor: eam iste domi suæ habere noluit. Idem *1. Offic.* Iustitiæ tanta vis est, vt ne illi quidem qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere. Virg. *3. Eclog.*

——in me mora non erit vlla.

vide Vallam *lib.3.cap.63.*

VLMVS, i, Arbor est propter raritatem foliorum maritandis vitibus maximè idonea. {πτελέα. GALL. *Orme.* ITAL. *Olmo.* GERM. Vlmen baum/ rüstholtz. HISP. *Olmo arbol conoscido.* ANGL. *An elme tree.*} Colum. *lib.4. c.13.* Quia si viminibus salicis aut vlmi ligaueris, increscens vitis seipsam præcidit. Virg. *1. Georg.*

——quo sidere terram

Vertere Mecœnas, vlmisque adiungere vites

Conueniat.

Idem *2. Eclog.*

Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.

Plaut. *Amph. sc.2.a.4.* Vlmorum Acheruns. Idem *Asin. sc.2.a.3.* Virtute vlmorum freti. Et scapularum confidentia. Idem Plaut. *sc.1.a.1.* Quid hoc quod Picus vlmum tundit?

Vlmĕŭs, a, um, adiectiuum, quod ex vlmo est. {ὁ πτελέϊνος. GALL. *D'orme.* ITAL. *Di olmo.* GERM. Vlmenbeumin. HISP. *Cosa de olmo.* ANGL. *Of an elme.*} Col. *lib.6.c.3.* Probatúrque maximè vlmea frons. Plaut. *Asin. sc.2.a.2.* Vlmeis affectos lentis virgis. (seruos.) Idem *Ps. sc.3.a.1.* Virgarum vlmearum greges duo. Idem *Milit. sc.6.a.2.* Nisi mihi vlmeum supplicium de te datur. (sup. Supplicium virgarum.) Idem *Ps. sc.5.a.1.* Stylis me totum vlmeis conscribito.

Vlmārĭum, ij, Arbustum ex vlmis, vel vlmorum seminarium. {πτελεών. GALL. *Vne ormaye, vn lieu complanté d'ormes.* ITAL. *Luogo piantato d'olmi.* GERM. Ein ort da vil jung vlmenbeum stehn. HISP. *Olmedo.* ANGL. *A place planted with elmes.*} Plin. *lib.17.c.11.* Differendæ ex arearum venis post annum in vlmaria, interuallo pedali in vnamquanque partem. Vlmaria quo pacto confici debeant, docet Col. *lib.5.c.4.*

Vlmĭtrĭbă, Vox est Plautina ex Græco & Latino composita: significátque eum, qui assiduè vlmeis virgis cæditur. μαστιγίας. Vtitur hac voce Plaut. *in Persa.*

Vlnă, æ, Brachium. {זרוע zeróaꝫ חצן chótsen vel chétsen. ὠλένη. GALL. *Bras, la longueur de deux bras estendus.* ITAL. *Brazzo, gemito.* GERM. Der arm. HISP. *Braçada.* ANGL. *The arme.*} Catull. *Epigr.17.* Nec sapit pueri instar Bimuli tremula patris dormientis in vlna. ¶ Est item mensuræ nomen tantam habentis longitudinem, quantam complectuntur duo brachia vtrinque extensa. {GALL. *Aulne, longueur de deux bras estendus.* ITAL. *Lunghezza di due braccij.* GERM. Ein klaffter. HISP. *Medida de dos braços.* ANGL. *An elne.*} Virg. *3. Eclog.*

Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)

Treis pateat cœli spatium non amplius vlnas.

Vbi Seruius, Vlna propriè est spatium, in quantum vtraque extenditur manus: licet Suetonius vnum cubitum tantùm esse velit.

Vlŏchytŏn, ὀλόχυτον, Far sale conspersum quo hostiæ perfundebantur: ita dictum ab eo quod Iones ὐλῶ dicunt ἀντὶ τῆ ὀλῆς, hoc est, pro hordeo siue farre, & χέω fundo.

Vlŏphŏnŭum, ὀλόφονον. Chamæleontis species, quam plerique Ixiam vocant, quòd quibusdam in locis viscum gignat sub alis foliorum, maximè sub Canis exortum, quo mulieres in Creta pro mastiche vtuntur. Vlophonum autem dictum est quasi ὅλον φονευτικόν, hoc est, totum exitiale. Fertur enim à iuuencis gustatum veluti angina quadam eas interficere.

Vlpĭānŭs, Iurisconsultus, patria Tyrius, Adriani temporibus floruit, cuius scriniis præfuit. Hic quum Gallias administraret, seditione oborta interfectus est.

Vlpĭcum, Genus allij grandius, præcipuè Africæ celebratum inter pulmentaria rutis: vnde & Punicum allium à quibusdam appellatur. ἀντισκόροδον, ἀφροσκόροδον. Colum. *lib.11.cap.3.* Vlpicum vocant allium Punicum. Græci autem ἀφροσκόροδον appellant: longè maioris incrementi quàm allium. Plaut. *in Pœn.* Tu autem plenior illij vlpici quàm Romani remiges.

Vls, Antiquis in vsu fuit pro vltra, vt annotauit Festus *in Catone.* {עבר ꝫebér הלאה haleáh. πέραν.} Eadem enim forma ab Vls deducitur Vltra, quemadmodum à Cis deriuatum est Citra. Varro quoque eo est vsus *lib.4. de L.L.* Vide Gellium *c.13. lib.12.*

Vltĕrĭŏr, vlterius, vide *Vltra.*

Vltro, vide *Vlciscor.*

VLTRA, Præpositio est, quum accusatiuo deseruit, significátque præter, & trans: & non nisi separata inuenitur. {עבר ꝫebér הלאה haleáh. πέραν ὑπὲρ, ἐπέκεινα. GALL. *Outre, par dela.* ITAL. *Oltre, oltra.* GERM. Vber/jenseit/ ennerthalb. HISP. *Allende.* ANGL. *Beyonde.*} Salust. *in Iug.* Mauríque vagum genus, vt alij Aphricæ, contendebant Antipodas vltra Æthiopiam cultu Persarum & iustos & egregios agere. ¶ Aduerbium est, quum sine casu ponitur, idem significans quod præterea. Cic. *in Vniuers.* Si probabilia dicentur, nil vltrà requiratis. Diomedes, Vltra non faciam. Liu. *lib.9.d.4.* Vltra quàm. ¶ Hæ tres particulæ. Non vltra quàm, pro tantum. Suet. *in Aug. cap.6.* Seruum grauissimè de se opinantem, non vltrà quàm compedibus coërcuit. Tibull. *lib.4.*

——Seu quod spes abnuit vltrà.

¶ Ponitur aliquando pro amplius siue diutiùs. Liu. *4. bell. Maced.* Tanta vi se in hostem intulerunt, vt sustineri vltrà non possent. ¶ Hinc deducuntur Vlterior, & Vltimus. Cicer. *ad Attic. lib.8.* Ille Galliæ vlterioris adinuentor. ¶ Fit autem vltra ab Vls, quo veteres vtebantur, sicut Citra à Cis. Autor Gell. *lib.12. cap.13.* Vltra famam, i. supra opinionem, vel plus quàm homines opinentur: πέραν τῆς δόξης. Velleius, Mollitiis vltra fœminam fluens. Idem, Vir, inquies, Milo, & vltra fortem temerarius. Sic intra famam esse dicitur, quod famæ magnitudini non respondet. Quintilian. Hortensij tamen scripta intra famam sunt. ¶ Vltra, pro insuper, Sueton. *in Tiber. cap.11.* Sed neque impetrauit, vltrâque etiam admonitus est, dimitteret omnem curam suorum. &c. ¶ Vltra quàm. Cic. *1. Tusc.* Vltrà enim quò progrediar, quàm vt verisimilia videam, non habeo. Quintil. *lib.2.cap.5.* Vltrà nobis, quàm oportebat, indulsimus.

Vltĕrĭŏr, ab vltra comparatiuus. {περαίτερος. GALL. *Plus outre, ou plus auant.* ITAL. *Piu oltre, piu auanti.* GERM. Der weiter/ das baß ienseit für ist. HISP. *Cosa mas allende.* ANGL. *More beyonde or out ward.*} Terent. *in Phorm.* Sed eccum ipsum: quis est vlterior? Cic. *de Proconsulat.* Quorum alter vlteriorem Galliam decernit cum Syria, alter citeriorem. Vlterior ripa, quæ trans flumen est. Liu. *lib.2.d.5.* Vlterior pons (i. qui distabat 4. mill. passuum.) Cæs. *lib.2. de bell. ciu.* Vlteriores pro iis qui vltra abierant prædatum. Liu. *lib.3. ab Vrb.* Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Vlterior nulli quàm mihi terra data est.

Idem *Eleg.11. lib.3. Trist.*

Quis gradus vlterior, quo se tua porrigat ira, &c.

Vlteriora mirari, præsentia sequi. Tacitus *lib. 20.* Loqui vlteriora. Ouid. *5. Fast.* Pudor est vlteriora loqui.

Vltĕrĭŭs, aduerbium. {περαιτέρω, προσωτέρω, ἐπέκεινα. GALL. *Plus outre, plus auant.* ITAL. *Piu oltre, piu auanti.* GERM. Für baß/noch weiter. HISP. *Mas allende.* ANGL. *More beyonde.*} Ouid. *2. Metam.*

Inde abit vlterius, mediique per æquora ponti

Fert prædam.

Senec. *Epist.103.* Et vlterius si licuisset, iuuabit de immortalitate animorum quærere, imò credere.

Vltĭmŭs, a, um, ab Vltra, postremus. {אחרון achărón. ὕστατος, ἔσχατος. GALL. *Le dernier.* ITAL. *Vltimo.* GERM. Der letz. HISP. *Postrero, ò postrimero.* ANGL. *The last.*} Cic. *de nat. deor.* Luna quæ omnium vltima est. Ouid. *3. Metam.*

——sed scilicet vltima semper

Expectanda dies homini est, dicique beatus

Ante obitum nemo, supremaque funera debet.

Horat. *1. Epist. 16.*

Mors vltima linea rerum est.

Liu. *4. ab Vrb.* Necessitate, quæ vltimum ac maximum telum est, superiores estis. Vell. Primus, & vtinam vltimus, proscriptionis exemplum inuenit. Senec. *c.12. de consol. ad Mart.* Non durat, nec ad vltimum exit, nisi lenta felicitas. Idem *c.11. de cons. ad Helu.* Vltima potio, (de veneno.) Senec. *c.10. de consol. ad Helu.* Nónne furor, & vltimus mentium error est, &c. *Ibid.* Viuere in vltima famé. ¶ Aliquando etiam accipitur pro primo. Virg. *lib.8. Æneid.* de Saturno, primo Latini regis progenitore,

——tu sanguinis vltimus autor.

Dictus vltimus, quòd vltra omnia sit: siue antè respicias, siue retrò. Cic. *1. de finib.* Quod quàm magnum sit, fictæ veterum fabulæ declarant, in quibus tam multis, támque variis ab vltima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria inueniuntur. ¶ Vltima pati, id est, Extrema supplicia. Curtius *lib.3.* Ni se dederent, ipsos vltima esse passuros. Idem *lib.8.* Ad vltimum periculi peruenerat, id est, ad extremum periculum. Cic. *ad Brutum*, Hæc mihi videtur vltima esse in malis, id est, extrema & summa mala esse. ¶ Vltimum bonum, pro summo. Cic. *3. de finib.* Eorum dico, qui summum bonum, quod vltimum appellant, in animo ponerent. Nonius. ¶ Vltimi militum, pro contemptissimis. Liu. *lib.4.d.4.* Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

——Quamuis manus vltima cœpto Defuit.

alibi, suprema. Idem *Eleg.6. lib.1. Trist.*

Defuit & scriptis vltima lima meis.

Idem Ouid. *2. Fast.*

——Audebimus vltima dixit.

Idem *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Vltima perpetior medios eiectus in hostes.

Idem *Eleg. vlt. lib.3. Trist.*

——Vltima non patior.

Idem *lib.2. Fast.*

Quaque potest narrat (Lucretia) *restabant vltima, fleuit,*

(id est, stuprum illatum per vim.)

Vltĭmŭm, aduerbium, Postremùm. {באחרונה baacharonáh. ὕστατον. GALL. *Pour la derniere fois, à la parfin.* ITAL. & HISP. *Vltimamente.* GERM. Zum letsten. ANGL. *Last of all.*} Liu. *1. ab Vrbe*, Nunc errabundi domos suas vltimum illas visuri, péruagantur. Curt. *lib.5.* Darius Artabazum, vltimùm illum visurus, amplectitur.

Vltĭmō, aliud aduerbium, eiusdem significationis cum superiori. {באחרונה baacharonáh.} Sueton. *in Neron. cap.32.* Vltimò templis compluribus dona detraxit, simulacraque ex auro vel argento fabricata conflauit.

Vltrō, Vltrà, siue insuper. {עוד ꝫódh. ἐπὶ τῷ πλέον. GALL. *Plus outre.* ITAL. *Oltra, Ancora.* GERM. Darüber. HISP. *Allende.* ANGL. *Moreouer, more beyonde.*} Virg. *2. Æneid.*

His lacrymis vitam damus, & miserescimus vltrò.

Vbi Seruius, Vltrò, non sponte: nam iam rogauerat, sed insuper quia plus quàm rogauerat Sinon, ei præstitit Priamus. Sueton. *in Tib. c.11.* Sed neque impetrauit: (reditum in vrbem sup.) Vltróque etiam admonitus est, dimitteret omnem curam suorum, &c. ¶ Pro procul. Plaut. *Amphitr.* Vltrò istic qui exossat homines. (id est, procul hinc esto.) Idem *Capt. sc.4. a.3.* Vltrò istum à me (aufer sup.) id est, procul sit, apage. Vsitatius tamen accipitur pro sponte, hoc est, nemine rogante, aut cogente. {בנדבה bindabáh נדבה nedhabáh. αὐτόματος, αὐθαίρετος. GALL. *Volontairement, sans en estre requis.* ITAL. *Di volontà, spontaneamente, senza esser richiesto.* GERM. Gutwilligklich/ von im selbs vnangefordert. HISP. *De buena gana, sin ser requerido.* ANGL. *Willinglie.*} Plaut. *in Epid.* Continuò te orabit vltrò, vt illam transmittas sibi. ¶ Interdum exponitur prior, idem *Menach. sc.2. a.2.* Adibo atque alloquar vltrò. *Ibid. sc.3. a.4.* Nec te vltrò oraui vt dares (pallam:) Tute vltrò ad me

me detulisti, dedisti eam dono mihi. Terent. *in Adelph.* Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita putant Sibi fieri iniuriam vltrò, si quam fecère ipsi expostulant, Et vltrò accusant. hoc est, ipsi priores accusant, non expectatata querela eorum qui iniuria sunt affecti. ¶ Pro vicissim, Plaut. *Menæch.sc.4.a.2.* Item vltrò huic sit vt meret,&c. (Meret, pro meretur, notat Nonius vt *hîc.*) Idem *ibid.sc.2. a.5.* Hei mihi! Insanire me aiunt, vltrò cùm ipsi insaniant. Vltrò tributa, impensæ & attributiones operum publicorum faciendorum, & sartorum tectorum præstandorum, mancipibus & redemptoribus certa mercede locatorum. Liuius, Vectigalia summis pretiis, vltrò tributa infimis locauerunt.

Vltroneūs, ἑκὼν, αὐτόματος. Apul. *Florid.lib.2.* Vt virgo nobilis spretis iunioribus, ac ditioribus procis, vltronea sibi optauerit. ¶ Vtitur & Senec.*2.nat. quæst.* Suadetur deliberantibus: at vltronei admonentur. Idem *ibidem*, Quid interest ad mortem iussi eamus, an vltronei?

Vltrō, citróque, Huc illuc, sursum, deorsum. {כה וכה *choch vachóh.* δεῦρο, κἀκεῖσε. GALL. *Deçà & delà, d'vn costé & d'autre.* ITAL. *Di quà & di là.* GERM. Hin vnd wider/wider vnd für/hin vnd hår. HISP. *Aquende y allende de todas partes.* ANGL. *Hither andthi ther, vp and downe.*} Cicer. *6. Verr.* Qui vltrò citróque nauigant. Idem *pro Sexto Roscio*, Postea homines cursare vltrò & citrò non destiterunt. ¶ Accipitur aliquando pro hinc inde vicissim, siue ab vtraque parte. ἀμφοτέρωθεν. Cicer. *in somno Scipionis*, Multísque verbis vltrò citróque habitis, ille nobis consumptus est dies. Gell. *cap.12. lib.9.* Communicatæ vltrò & citrò significationis (verba, sup.) id est, quæ modò actiuè, modò passiuè sumuntur.

‖Vltrotributa, quæ præter vectigalia soluuntur. Impensæ & attributiones operum publicorum faciendorum municipibus certâ mercede locatorum. Turn.‖

Vluă, æ, herbæ palustris genus est. Virg. *2. Æneid.*

Limosóque lacu per noctem obscurus in vlua
Delitui.

Vlubræ, arum, Ignobilis Italiæ vicus iuxta Velitras, nulla alia re quàm quòd ibi educatus fuerit Augustus, memorabilis, vt annotauit Porphyrio in illud Horat. *lib.1. Epist.*

———quodpetis, hic est,
Est Vlubris animus si te non deficit æquus.

Vlŭlo, as, Flebilem & mœstum sonum edo more luporum. {הילול *helil.* ὀλολύζω. GALL. *Heurler.* ITAL. *Vrlare.* GERM. Heulen. HISP. *Aullar los lobos ò mugeres.* ANGL. *To howll lik a digge or volfe.*} Virg. *1. Georg.*

Per noctem resonare lupis vlulantibus vrbes.

Idem *4. Æneid.*

Summóque vlularunt vertice Nymphæ.

Vlŭlātŭs, us, Clarus, & inconditus clamor. {ילולה *jelaláh* ילל *jolél.* ὀλολυγμός. GALL. *Heurlement.* ITAL. *Vrlamento.* GERM. Heulung. HISP. *Aullido.* ANGL. *An howling.*} Cæsar *5. bell. Gall.* Tum verò suo more victoriam conclamant, atque vlulatum tollunt.

Vlŭlă, Auis nocturna ex genere noctuarum. {αἰγώλιος. GALL. *Cheueche.* ITAL. *Aloco.* GERM. Ein eul/oder vhu. HISP. *Antillo aue conocida.* ANGL. *An owle.*} ita dicta, teste Seruio, ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, quod est vlulare, & flere. Virg. *8. Eclog.*

Certent & cygnis vlulæ.

Ouid. *Eleg.2. lib.4. Trist.*

———Viridi malè tectus ab vlua. (Rhenus.)

Vlyssēs, ὀδυσσεὺς, fuit filius Laërtæ (quo & Laërtius cognominatus est) rex Ithacæ & Dulchij insularum, à quibus modò Ithacus, modò Dulichius appellatur. Tibull. *lib.4.*

Ithace genuit magnum decus vrbis Vlyssem.

Ingeniosum fuisse eum subindicat Ouid. *13. Metam.* cùm ait,

——— Deprehensus Vlyssis
Ingenio tamen ille, (Achilles) *at non Aiacis, Vlysses.*

Dolosum, Plaut. *in Ps. sc.8. a.4.* Superauit dolum Troianum atque Vlyssem Pseudolus. Idem *sc.6. a.4.* Viso quid rerum meus Vlysses egerit. Iámne habeat signum ex arce Ballionia. (Hîc enim per Vlyssem, intelligitur Pseudolus dolosus ac versutissimus seruus.) Idem Plaut. Fidissimum & sapientissimum Consiliarium fingit *in Men. vers.4. sc.5. a.5.* cùm ait, Ea omnia fecit palàm Parasitus, meus Vlysses, &c. (i. quo vtebar in rebus dubiis, non aliter quàm Agamemnon Vlysse suo, viro prudentissimo, & ingeniosissimo, sibíque fidelissimo.) Item, Vlyssem Stolatum, Liuiam Augustam proauiam fœminam callidissimam ac vaferrimam identidem appellabat Caligula Imperator. Sueton. *in Aug. c.23.* Fingitur enim Vlysses ab Homero poëtarum sapientissimo vir multa præditus facundia, nec minore experientia, vafer consilio, egregius bello, laborum patientissimus. Vxorem habuit Penelopen Icarij filiam, ex qua Telemachum filium suscepit: eámque tantopere adamauit, vt reliquis Græcorum principibus ad bellum Troianum proficiscentibus, ipse insaniam simulauerit, futurum sperans vt tanquam bello inutilis domi relinqueretur. Iunctis itaque duobus diuersi generis animalibus, littus proscindebat, & frugum loco salem serebat. Palamedem tamen virum prudentissimum latère non potuit: qui vt technam illius detegeret, aranti illi Telemachum filium in sulco obiecit: quod Vlysses conspicatus, ne filium læderet, aratrum subleuauit. Quo argumento facilè deprehensum est, non veram illam, sed simulatam esse insaniam. Pertractus itaque ad Troiam, strenuam vtilissimámque eo in bello Græcis operam nauauit. Nam & Achillem inter Lycomedis regis filias virginali habitu latitantem ad bellum perduxit: & sagittas Herculis à Philoctete impetratas, ad Troiam pertulit: Cinerem quoque Laomedontis, qui super Scæa porta Ilij seruabatur, clàm sustulit: Palladium quoque vnà cum Diomede ex Troia, cæsis custodibus, rapuit. Missus deinde explorator cum eodem Diomede, Rhœso Thraciæ rege occiso, equos eius abduxit, priusquam Xanthi aquam degustassent. erant autem hæc omnia in Troianorum fatis: sine quibus Troia expugnari non poterat. Cum Palamede frumentationis causa grauissimas inimicitias exercuit, eúmque tandem per calumniam circumuentum, lapidibus obruendum curauit. Occiso Achille in armorum illius iudicio Aiaci prælatus est. Capta autem Troia, Orsilochum Idomenei Cretensis regis filium, obstantem ne legitima pars prædæ sibi decideretur, exorta rixa interemit. Denique Polyxena ad Achillis tumulum iugulata, atque Astyanacte Hectoris filio è turri præcipitato, quum nauim conscendisset, tanquam in patriam rediturus, graui exorta tempestate, primùm in Ciconum littus appulsus est. Atque inde rursus soluens, simili tempestate eiectus in Africam, ad Lotophagorum gentem peruenit. Vbi quum socij lotum gustassent, ægrè inde potuerunt reuelli. Inde rursus vela faciens, in Siciliam delatus est: vbi Polyphemi antrum cum duodecim sociis intrauit, ex quibus quum Cyclops sex deuorasset, eruto illi oculo præusto stipite, pellibus arietum inuolutus, cum superstitibus antrum euasit. Hinc in Æoliam nauigans, ab Æolo ventos in vtrem coactos obtinuit. Et quum iam Ithacæ proximus esset, soluto vtre à sociis thesaurum credentibus, restante vento denuò in Æoliam expulsus est: sed ab Æolo abactus, deuenit ad Læstrygonas, quos ob immunitatem fugiens, ad Circen peruenit: quæ quum exploratores eius in beluas mutasset, ipse sumpta à Mercurio pharmaco accessit impauidus, & stricto gladio eam coëgit, vt socios suos pristinæ formæ restitueret: quod quum fecisset, eius postea consuetudine vsus per totum annum suscepit ex ea Telegonum filium: Hesiodus verò Agrium & Latinum ex Circe genuisse dicit. Ægrè deinde ab ea dimissus, ad Oceanum peruenit, vbi peractis sacris, ad inferos descendit, ibíque ex Anticlea matre, Elponere, & Tiresia vate de multis certior factus, reuertitur ad Circen: & Elpenorem socium qui nuper inebriatus de scalis deciderat, honorifica prosequitur sepultura. Posthæc ad insulam Sirenum delatus est, quarum cantus ne audirent, sociis aures cera obturauit: se autem ad malum alligari fecit, eáque ratione illarum insidias tutus euasit. Inde Scyllam transiens & Charybdin, non sine maximo periculo in Siciliam venit, ad ea loca vbi Phaëthusa Solis filia cum duabus sororibus greges patris pascebat, iussítque ne quis eos violaret: sed ipso dormiente socij fame coacti, suadente etiam Eurylocho plura ex gregibus animalia mactauerunt: quod scelus postea naufragio luerunt, adeò vt ne vnus quidem sit seruatus, præter vnum Vlyssem, qui arrepto nauis malo nouem diebus à vento & vndis hinc illinc agitatus, tandem ad Ogygiam insulam appulsus à Calypso nympha susceptus est: septémque annis eius consuetudine vsus, Nausithoum & Nausinoum filios, vt Hesiodo placet, ex ea genuit. Post hæc misertus eius Iupiter, Mercurio in Ogygiam misso, imperat deæ vt Vlyssem missum faciat. Confecta itaque rate, Vlysses rursus mari se committit. Verùm quum iam Phæacia in conspectu esset, subitò immissa à Neptuno tempestate, nauim fregit: actúmque de eo omnino fuisset, nisi eius miserta Leucothoe, tabulam ei suppeditasset, cui ille innitens incolumis in Phæacensium portum adnauit: ibidemque quòd nudus esset, inter frondes sese occultauit. Verùm non multò pòst à Nausicaa filia Alcinoi repertus, vestes accepit. Deinde Palladis opera ad Aretem Alcinoi coniugem deductus, dona, naues & socios accepit, qui eum in Ithacam reduxêre, in qua dormientem cum donis deposuêre. Excitatus autem à Pallade, ipsius monitu habitum mendici accepit, & hoc modo ad suos subulcos peruenit: apud quos Telemachum quoque vidit. Demum ab Eumæo porcario incognitus domum ducitur, vbi post multas iniurias sibi à procis illatas tandem ab Euriclea nutrice agnitus, arma ex composito cum filio & duobus subulcis, quibus se indicauit, aduersùs procos sumens, eos ad vnum omnes trucidauit, atque sic Penelopen recepit. Porrò quum ex oraculo didicisset, se à filio interemptum iri, in locis abditis viuere decreuit. Telegonus autem filius ex Circe susceptus, patrem suum videre cupiens, Ithacam profectus est, vbi quum incognitus à domo patris prohiberetur, orta contentione, patrem incognitum spina venenosa trigonis piscis transfixit. Declinatur Vlysses, Vlyssis per tertiam declinationem: & Vlysseus, Vlyssei, vel Vlyssi per secundam inflexionem. Virg. *3. Æneid.*

Et terram altricem sæui execramur Vlyssi.

Sicque etiam Gellius loquitur *cap.1. lib.5.* Auditores illos Vlyssi labores suos narrantis, &c.

Vlyssippo, nis, vel (vt alij scribunt) Olyssipo, Lusitaniæ metropolis est, quæ à Strabone ὀδυσσεία appellatur, vulgò *Lisbona.* ¶ Hinc Olyssiponensis, Adiectiuum: vt, Olyssiponense promontorium. Plin. *lib.4. c.11.*

V M

Vmbellă, vide *Vmbra.*

Vmbĕr, vide *Vmbria.*

VMBĪLĬCVS, i, Quicquid in aliqua re est medium. {שר *schor* טבור *tabbûr.* ὀμφαλὸς. GALL. *Le nombril, le milieu de quelque chose.* ITAL. *Ombillico, bellico.* GERM. Das mittel eines jeden dings/der nabel am menschen. HISP. *Ombligo.* ANGL. *The nauell, the middle of any thing.*} Vnde Cicer. *6. Verr.* Ennam ciuitatem Siciliæ vocat eius insulæ vmbilicum. Raptam (inquit) Liberam, quum eandem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore arbitrantur: qui locus quòd in media insula est situs, Siciliæ vmbilicus nominatur. Sed etiam Plinius Vmbilicum Italiæ circa lacum Reatinum dixit, quòd ibi medium Italiæ sit. Plaut. *Menæch. sc.2. a.1.* Hæc dies ad vmbilicum dimidiatus est mortuus. ¶ Item, Vmbilicus dicitur ligamentum intestinorum, quod mediam ferè ventris planitiem obtinet: ad hoc factus, vt per eum fœtus, dum est in vtero matris, nutriatur. Plin. *lib.10. cap.52.* Vmbilicus ouis à cacumine inest, ceu gutta eminens in putamine. Vnde Vmbilisecæ, obstetrices vmbilicos infantium desecantes, ὀμφαλοτόμοι. ¶ Vmbilicus prociduus, i. vmbilicus prominens: & hæc vmbilici procidentia vocatur ab Ægineta ἐξομφαλον πάθος. Cels. *lib.6. cap.17.* Ad vmbilicos verò prominentes, &c. Plin. *lib.20. cap.20.* Infantium cerebro imponitur, vmbilicóque prociduo. ¶ Ab huius quoque similitudine paruus circulus in terra descriptus, ad cognoscendos ventos, Vmbilicus dicitur. Plin. *lib.18. cap.33.* Per huius mediam longitudinem duci sarculo sulcum, vel cinere lineam, mediámque circumscribi circulo paruo, qui vocatur vmbilicus. ¶ Item parui, ac rotundi, politíque lapilli, eadem ratione Vmbilici dicuntur. Cic. *2. de Orat.* Non audeo dicere de talibus viris, sed tamen ita narrare solet Scæuola, conchas, eos, & vmbilicos ad Caietam, & ad Lucrinum legere consueuisse. ¶ Sunt præterea Vmbilici, ornamenta, & veluti clauiculi quidam, quibus libri ornantur. Mart. *lib.2.*

Quid prodest mihi tam macer libellus,
Nullo crassior vt sit vmbilico?

Vmbilici

Vmbilici (inquit Porphyrio) ornamenta ossea erant, aut lignea, cornea-ve, vmbilici nostri formam imitantia, quæ voluminibus iam absolutis addebantur. Hinc natum est vulgatum prouerbium, Ad vmbilicum perducere, pro eo quod est absoluere, ad finem perducere, extremam manum imponere. Hæc Porphyrio in illud Horat. *in Epod.*

Deus, deus nam me vetat
Inceptos, olim promissum carmen,
Iambos ad vmbilicum ducere.

In quem sensum & Martialis finem quarti libri clausit, inquiens, Ohe iam satis est, ohe libelle, Iam peruenimus vsque ad vmbilicum: Tu procedere adhuc, & ire quæris, &c. ¶ Dicitur præterea Vmbilicus in anulo vel monili, ea pars quam alio nomine Palam vocamus, cui scilicet gemma, vel margarita illigatur. Plinius de margaritis loquens, Et alios conuenit non oportere perforari, quorum sit absoluta bonitas vmbilicis statum ex auro capita comprehendentibus. ¶ Vmbilicus Veneris, herba est in officinis nomen retinens, folio in acetabuli formam tornato, breui in medio cauliculo, in quo semen inest, radice oliuæ modo rotunda κοτυληδών. Est alterum eiusdem genus, cymbalion aliqui vocant, pinguibus foliis, latioribus, ligularum modo densis circa radicem medium oculi ambitum describentibus, vt in maiore semperuiuo, astringentis gustus, cauliculo tenui, in quo flores & semini hyperici, radice maiuscula. ¶ Vmbilicus maris, vorago, circa litus Scandiæ occidentale; non procul à continente Noruuegiæ. Nabel der seewelle, quasi bullitio.

Vmbīlīcātim, significat, Per vmbilicos. κατ' ὀμφαλούς.

Vmbīlīcātŭs, vmbilicata, vmbilicatum, adiectiuum, quod vmbilicos habet, vel quod ad vmbilici similitudinem factum est. {ὀμφαλώδης. GALL. *Fait en la façon de nombril.* ITAL. *Fatto à foggia di ombilico.* GERM. Gemacht in der gestalt eines nabels. HISP. *Hecho à manera de ombligo.* ANGL. *Made lik a nauell.*} Plin. *lib.* 13. *c.* 4. Et in aluo media fissura plerisque vmbilicatum.

Vmbo, nis, media pars clypei eminentior: licet quandoque pro toto clypeo ponatur. {ἴτυς, ὀμφάλιον. GALL. *La bosse & le milieu d'vn bouclier.* ITAL. *La brocchiere, ò il mezzo dello scudo.* GERM. Der mittelst theil eines bucklerschilts. HISP. *La copa de la taja, ò del broquel.* ANGL. *The bosse of a buckler or shield.*} Liu. 5. *ab Vrbe*, Gallum vmbone ictum deturbauit. Statius,

Iam clypeus clypeis, vmbone repellitur vmbo.

Suet. *in Cæsar. c.* 68. Vmbone obuios agens. (miles Acilius) transiliuit ad nauem, &c. Martial. *Epigr.* 93. *lib.* 5.

In turbam incideris cunctos vmbone repellet.

¶ Vmbo à Græco ἄμβων, vt docet Varro *in* 4. *de L.L.* ἄμβωνας autem vocant quicquid prominet ac extumescit instar ventris ampullarum. Sic quoque vmbo Latinè vsurpatur. ¶ Est etiam vmbo in monili, aut anulo, ea pars cui inseritur gemma, quam & palam & vmbilicum vocari diximus. Plin. *lib.* 3. *c.* 6. Arabicæ excellunt candore circuli perlucido, atque non gracili, neque in recessu gemmæ, aut in deiectu renitente, sed in ipsis vmbonibus nitente, præterea substrato nigerrimi coloris. ¶ Cornutus in Persium, *Satyra* 5. notam virilem esse scribit, qua adolescentes vtebantur. Persius,

——*totáque impune suburra*
Permisit sparsisse oculos iam candidus vmbo.

Qua in re tamen non satis attendisse videtur, cùm de clypeo commodissimè intelligi possit. ¶ In montibus quoque ὑψηλοὺς τόπους vmbones Latini vocant, quemadmodum Græci ἄμβωνας vocant, quicquid extumidum est & prominet, vt ventrem ampullatum. Plutarchus *in Lycurgo.* Statius *in Achilleide*,

——*vndisona quos circuit vmbo Malea*,

i. quod poëtis Græcis πρών. Idem *in Thebaide*, Stant iuga & obiectus geminis vmbonibus agger Campum exire vetat. Idem *in Hercule*, —vasto metuenda vmbone ferarum Excutiens stabula. Hæc ex Scaligero in Varronem, vbi plura exempla notata sunt, quæ quilibet inde petere potest.

VMBRĂ, æ, Aër carens sole, quod fit alicuius corporis obiectu, præsertim nubium. {צל *tsel* צלל *tselél.* ἀποσκίασμα, σκιά. GALL. *Ombre.* ITAL. *Ombra.* GERM. Schatten. HISP. *Sombra.* ANGL. *A shadow.*} Virg. 1. *Eclog.*

——*tu Tityre lentus in vmbra*
Formosam resonare doces Amaryllida syluas.

Quidam ἀπὸ τοῦ ὄμβρου, quod est imber, Vmbram appellatam existimant, quòd omnes vmbræ humidæ sint. Liu. *lib.* 3. *d.* 4. Vmbram facere. ¶ Lineas vmbrásque facere, pro interpretando delineare, adumbrare, Gell. *cap.* 20. *lib.* 17. Quæ in Platonis oratione demirabamur non æmulari quidem, sed lineas vmbrásque facere ausi sumus. Metaphora sumpta à pictoribus. Item, Luminum vmbrarum ratio, in pictura. Quintilian. Vmbræ enim dicuntur, quas faciunt pictores, vt imagines, quæ planæ sunt, solidæ videantur. Cicer. 4. *Academ.* Quàm multa vident pictores in vmbris, & eminentia, quæ nos non videmus? Senec. *Epist.* 80. Gloria, Virtutis vmbra. ¶ Vmbræ etiam dicuntur mortuorum animæ. Virg. 6. *Æneid.*

Vmbrarum hic locus, & somni, noctisque sopora,
Corpora viua nefas Stygia vectare carina.

Ibidem,

——*imas Erebi descendit ad vmbras.*

Liu. *lib.* 10. *d.* 4. Species & vmbræ insontis interempti filij, &c. ¶ De cadauere. Ouid. 6. *Fast.*

Mœsta Learcheas mater tumulauerat vmbras. (i. cadauer.)

¶ Vmbra item olim dicebatur, qui veniret ad conuiuium non vocatus, sed illius qui vocatus fuerat, comes: nam sic vocatum sequitur, veluti vmbra corpus. Horat. *lib.* 1. *Epist.*

——*ad summam, locus est, & pluribus vmbris,*
Sed nimis arcta premunt olida conuiuia capra.

¶ Velut vmbra sequi dicitur, qui nunquam deest: nam vmbra corpus assectatur, velis nolis. Plaut. *in Cas.* Decretum est mihi quasi vmbra quoquo ibis tute, persequi. ¶ Suam ipsius metuere vmbram, prouerbiali hyperbole dicitur, qui pueriliter trepidat, etiam quum nulla subsit causa timoris. ¶ Translatum vel ab his, qui fortè conspecta corporis sui vmbra subitò expauescunt: vel à melancholicis quibusdam, qui authore Aristotele, propter oculorum imbecillos spiritus, in aëre proximo, veluti suam quandam imaginem contemplantes arbitrantur sese suos videre manes. Cic. *de petitione Consulatus*, Alter verò, quo (dij boni) splendore est? primum nobilitate eadem, qua Catilina; num maiore? non, sed virtute. Quamobrem qui Manius vmbram suam metuit, hunc negliges quidem. Vide Chiliades Erasmi. ¶ Vmbra veritatis, est species quædam veritatis, & quod verisimile dicitur. Vmbram luxuriæ dixit Cic. *pro Muren.* pro luxuriæ tenuissimo signo, siue vestigio. ¶ Vmbra, piscis. Gesnerus, Vmbram piscem à colore nominatum autor est M. Varro. Coloris est vmbrosi.

Vmbĕllă, æ, diminutiuum. {σκιάδιον. GALL. *Ombrette, petite ombre.* ITAL. *Picciola ombra.* GERM. Schättlin. HISP. *Pequeña sombra.* ANGL. *A litle shadow.*} ¶ Est & vmbella instrumentum, quo mulieres solem à facie arcent. Iuuenalis *Satyr.* 9. Et cui tu viridem vmbellam, cui succina mittas Grandia. Vide Mart. *Epigr.* 28. *lib.* 14. ¶ Vmbella præterea dicitur in fœniculo, aniso, sambuco, & similibus plantis, floris vel seminis pedamentum in plures diuisum longiores pediculos, hemisphærij quandam imaginem situs rotunditate referentes, & in orbem se colligentes.

Vmbro, as, Tergendo vmbram facio. {הצל *hetsál.* σκιάζω. GALL. *Ombrager, faire ombre.* ITAL. *Adombrare, ombreggiare, far ombra.* GERM. Verschattigen, schatten gäben. HISP. *Hazer sombra, cubrir con sombra.* ANGL. *To ouder shadow or cast a shadow ouer.*} Plin. *lib.* 9. *c.* 11. Marcellus velis forum vmbrauit. Virg. 3. *Æneid.*

Sol ruit interea, & montes vmbrantur opaci.

Colum. *lib.* 5. *cap.* 7. Tum omnes penè virgæ, ne vmbrent, eo tempore quo vitis putatur, abraduntur. ¶ Huius composita magis sunt in vsu, scilicet adumbro, inumbro, obumbro, præumbro: quorum significata vide suis locis.

‖Vmbraliter, adumbratim. Sidon.‖

Vmbraticola apud Plautum *in Truc.* id est, mollis, qui in vmbrosis locis degit, nec solem puluerémque & campum ferre possit, vt homines bellicosi assuescunt.

Vmbrātĭcŭs, a, um, quod est ex vmbra, seu ad similitudinem vmbræ. σκιώδης. GALL. *Ombrageux d'ombre.* ITAL. *Adumbrado.* GERM. Schattenförmig. HISP. *Sombrio.* ANGL. *That is lik a shadow, of a shadow.*} Augustinus *lib.* 2. *Confess.* Non saltem, vt est quædam defectura species & vmbratica, vitiis fallentibus. ¶ Vmbraticus homo, dictus est à Plauto *in Curc. sc.* 3. *a.* 4. trapezita, qui in vmbra sub tecto vitam agit otiosam. ἐσκιατροφημένος. Si me hic hodie vmbraticus deriserit, &c. Gell. *cap.* 1. *lib.* 3. ¶ Artes quoque & negotia vmbratica nominantur, in quibus per desidiam in vmbra elanguescimus. Plin. *Epist.* 179. Nos quàm angustis terminis claudamur, etiam tacente me perspicis, nisi fortè volumus scholasticas tibi, atque (vt ita dicam) vmbraticas literas mittere. Gell. *cap.* 1. *lib.* 3. Negotiis se plerunque vmbraticis & sellulariis quæstibus intentos se habent.

Vmbrātĭlĭs, e, adiectiuum, quod in vmbra otióque versatur. {σκιαρός. GALL. *Fait à l'ombre.* ITAL. *Fatto all' ombra.* GERM. Das man daheim am schatten verschleißt. HISP. *Hecho à la sombra.* ANGL. *That is done in a shadow, that is dono with out great trauaile.*} Cic. 2. *Tuscul.* Sic ad malam domesticam disciplinam, vitámque vmbratilem & delicatam quum accesserunt etiam Poëtæ, neruos omnis virtutis elidunt. Studiosi vitam vmbratilem colunt, quos libri docent in vmbra & otio, vt inquit Cic. *pro Cornelio Balbo.* Hinc Quint. In solitaria & vmbratili vita pallescere. ¶ Res etiam vmbratiles dicuntur, quæ fiunt per inuolucra, & inanitatem, qualis vmbra est. Vmbratilem exercitationem dicit Cic. *de Oratore*, quæ in loco operto atque adeò in otio fit. Plaut. *Amphitr.* Larua vmbratilis tu me nimis territas?

Vmbrācŭlum, Tabernaculum, velúmve vmbræ causa erectum. {סכה *suchcháh* סבך *sóbech.* σκηνή. GALL. *Ombrage, ramee.* ITAL. *Frascata, vmbramento come di rame ò foglie.* GERM. Ein schattenhütt, etwas damit man ein schatten macht. HISP. *Sombrajo, que haze sombra.* ANGL. *A shadowed piace, or thing that shadoweth.*} Varro *lib.* 1. *de re rust. c.* 51. propè aream faciunt vmbraculum quo secedant homines in æstu tempore meridiano. Valer. Maximus *lib.* 2. Qu. Catilus primus spectantium consessum velorum vmbraculis texit. ¶ Ponitur & vmbraculum pro vmbella mulieris qua tegitur eius facies, ad Solis calorem arcendum, σκιάδιον. Ouid. *in Fastis*,

Aurea pellebant tepidos vmbracula soles.

Vmbrĭfĕr, a, um, adiectiuum, ferens vmbram. {מצל *métsal* צלצל *tsiltsál.* σκιάδιον. GALL. *Qui porte ombre.* ITAL. *Chi porta ombra.* GERM. Das schatten bringt. HISP. *Cosa que trahe sombra.* ANGL. *That casteth a shadow.*} Varro 2. *de re rust. c.* 2. Circiter meridianos æstus dum deferuescunt, sub vmbriferas rupes, & arbores patulas subiiciunt. Virg. 6. *Æn.*

——*atque inimica refugit*
In nemus vmbriferum.

Vmbrōsŭs, adiectiuum, Opacus. {מצל *metsál* צלצל *tsilesál.* ἐπίσκιος, σκιώδης. GALL. *Ombrageux.* ITAL. *Ombroso, oscuro.* GERM. Schattechtig. HISP. *Sombria.* ANGL. *Thath hath much shadow.*} Virg. 8. *Æneid.*

——*& crines vmbrosa tegebat arundo.*

Cicer. *ad Quint. Fratr. lib.* 3. Ego locum æstate vmbrosiorem vidi nunquam. Plin. *lib.* 16. *cap.* 26. Fico folium maximum, vmbrosissimúmque. Ouid. 7. *Metam.*

Quas nemus vmbrosum secretaque sylua tegebat.

VMBRĬĂ, {ὀμβρία. ITAL. *Ducato di Spoleto.* GERM. Ein landschafft Italie so jetz das Hertzogthumb Spoleth begreifft.} Regio Italiæ inter Apenninum & mare Adriaticum, ita dicta ἀπὸ τοῦ ὄμβρου, hoc est, ab Imbre: quòd Vmbri omnium Italiæ populorum antiquissimi, inundationi terrarum imbribúsque superfuisse credantur: vt refert Plin. *lib.* 3. *c.* 14. Vel dicta est Vmbria ab vmbra, quòd ea regio propter altitudinem montium, & vicinitatem Apennini vmbrosa sit. Lucan. *lib.* 2.

Iúsque sui pulso iam perdidit Vmbria Thermo.

Olim trecenta oppida habuisse fertur, quæ postea Hetrusci deleuerunt. Hodie sunt reliqua Sontinum, Fanum Fortunæ, Spoletum, à quo nunc ea regio ducatus Spoletinus dicitur, Nursia, Reata, Ameria, Tiphernum, Fulgineum, Nuceria, Assisia, Tudertum & Narnia.

Vmber,

Vmbĕr,a,um,possessiuum ὄμβρος,Catullus,

Aut parcus Vmber,aut obesus Hetruscus.

Vmbros, ὄμβρος, fluuius Vmbriæ nauigiorum capax,cuius meminit Plin. *lib.3.cap.5.*

‖Vmerus,pro,humerus.Casaub.‖

V N

Vnā,posteriore acuta, Simul,pariter. {יחד *iachádh* יחדיו *iachdáv.* ἅμα. GALL.*Ensemble,auec.* ITAL.*Insieme,in compagnia.* GERM.Mit einander/zumal. HISP.*Iuntamente,concordamente,de compañia.* ANGL.*Together.*} Cic.*ad Attic.*Si in Italia Pompeius consistit,erimus vnà. Idem 1.*Verr.* Vnà & id quod facio probabit,& in hac causa profectò neminem mihi esse præponendum actorem putabit. Plaut. *Amphitr.* Qui mecum vnà vectus est vna naui.Idem *Pseud.sc.1.a.1.*Dulce & amarum vnà misces. Idem *Amph.* Vbi cubuisti? Al. In eodem lecto,tecum vnà in cubiculo. Idem *Men.sc.7.a.5.* Vnà tecum ibo,&c.

Vnalis, singularis, de vno. Vet.lex. Vnalis, ἑνικός, dualis δυϊκός, pluralis πληθυντικός.

VNĂNĬMĬS,e,& Vnanimus,a, um, qui vnius animi est, & vnius sententiæ cum altero, consentiens, congruens, conueniens. {ὁμόψυχος. GALL. *D'vn mesme cœur & courage, d'vn mesme vouloir.* ITAL. *D'vn animo, del'istesso animo.*GERM.Einmütig. HISP.*Concorde vn coraçon,de vna voluntad.*ANGL.*Of one hart or minde.*} Virg.4.*Æneid.*

Quum sic vnanimem alloquitur malè sana sororem.

Liu.7.*ab Vrb.*Consules funebrem quoque rem,quæ destinere vnanimos videbatur,leuare aggressi,&c.

Vnănĭmĭtās,atis,Concordia,consensus, æquanimitas. {ὁμοψυχία. GALL. *Vn mesme vouloir.* ITAL. *Vna medesima volontà.* GERM. Einmütigkeit. HISP.*Concordia ò vniformidad.*ANGL.*Concorde.*} Plaut.*in Trucul.* Non amantis mulieris,sed socia vnanimitati fidentis fuit. Liu.10.*bell.Mac.* Mihi Antiocho , & cuilibet regum huius ætatis nulla re magis quàm fraterna vnanimitate regnum æquasse videtur.

Vnănĭmĭtĕr,aduerb.ὁμοψύχως.Vopiscus *in Tacito*,Et mihi hoc solum obesse incipiat,quòd me vnanimiter delegistis.

‖Vnanimo,vnanimis sum.‖

VNCĬĂ,æ , assis pars duodecima , quasi vna ex duodecim dicta. { οὐγγία. GALL. *Once.* ITAL. *Onza.* GERM. Der zwölffte theil eines dings. HISP. *Onça,duodecima parte de lo entero.*ANGL.*An ounce.*} Plaut.*in Menæch.* Atque huic vt addas auri pondo vnciam. Vnciæ partes sunt Semuncia, continens drachmas quatuor : Duella, pendens duas sextulas , hoc est, tertiam partem vnciæ. Sicilius, quod & Didrachmum dicitur,pondus est duarum drachmarum, hoc est , quarta pars vnciæ. Sextula , sexta pars vnciæ. Deinde sequitur Drachma, quæ octies sumpta explet vnciam. Quòd si ad minora pondúscula libeat descendere, vnciámque in minimas particulas dissecare , continent singulæ vnciæ scrupula XXIV. obolos XLVIII. semiobolos XCVI. siliquas,siue ceratia CXLIV. Quoties autem de mensuris sermo est,Vncia mensuralis accipitur pro duodecima parte Romani sextarij : medici frequentiùs Cyathum vocant. ¶ Hinc deducuntur composita Quincunx, pondus, vel mensura quinque vnciarum:& Septunx,septem vnciarum.¶Vncia in mensuris Geometricis dicitur duodecima pars pedis:alio nomine Pollex. Frontinus *de Aquæductibus*,Est autem Digitus,vt conuenit,decimasexta pars pedis.Vncia duodecima.

Vncĭŏlă,æ,diminut. ab Vncia. {οὐγκιάδιον. GALL. *Petite once.* ITAL. *Picciola onza.* GERM. Der zwölffte theil eines dings. HISP. *Pequeña onça.* ANGL.*A litle ounce.*} Iuuenal.*Satyr.1.*

Vnciolam Proculeius habet,sed Gillio deuncem,
Partes quisque suas ad mensuram inguinis heres
Accipiat.

Vncĭālĭs,e,quod est vnius vnciæ. {οὐγκιαῖος.GALL.*D'vne once,de la grandeur ou valeur d'vne once.* ITAL.*Che pesa vn onza.* GERM. Das nur ein vnciam haltet/oder einer gross ist. HISP.*Cosa de vna onça.* ANGL. *Of one ounce.*} vt, Vncialis as qui vnciam tantùm valebat. Plin. *lib.33.cap.3.* Qu.Fabio dictatore asses vnciales facti. ¶ Vncialis herba,quæ est pollicaris altitudinis. Duodecim enim pollices conficiunt. Idem *lib.13. c.16.*de Medica herba loquens.Ideo protinus altitudine vnciali herbis omnibus liberanda est. ¶ Vnciales literæ,pollicis crassitudine exaratæ, inquit Budæus.

Vncĭārĭŭs,a,um,adiectiuum,ab Vncia deriuatur. {οὐγκιαῖος. GALL.*D'once.* ITAL.*Di onza.* GERM. Das zu dem zwölfften theil eines gantzen gehört. HISP.*Cosa de onça.*ANGL.*Of an ounce.*} vt,Lex vnciaria,apud Festum : &,Fœnus vnciarium, quod erat leuissimum quoddam vsuræ genus,quum scilicet ex sorte centum aureorum , quotannis redit aureus vnus.Dictum vnciarium fœnus,quòd duodecima tantùm pars sit vsuræ centesimæ,siue quòd singulis mensibus vnciam, hoc est, duodecimam partem aurei vnius pareret. Nam sicut ex vsura centesima quotannis ex centum aureorum sorte aurei duodecim redibant, hoc est,in singulos menses aureus vnus,& ex semissibus vsuris in singulos annos aurei sex , & ex trientalibus aureis quatuor : ita etiam seruata proportione conuenit , vt vnciaria vsura ex centum aureorum sorte quotannis aureum vnum pariat,vel(quod in idem recidit)vnciam,hoc est, duodecimam partem aurei in singulos menses. Liu.7.*ab Vrb.* Nam etsi vnciario fœnore facto leuata vsura erat,sorte ipsa obruebantur inopes.Rursus semunciarium fœnus,dimidio leuius est vnciario, quod ex centum assibus quotannis semissem pariebat , vel in menses singulos semunciam. ἡμιουγκιαῖος τόκος. Huius fœnoris ibidem meminit Liuius,Semunciarium(inquit)tantùm ex vnciario factum fœnus,& in pensiones æquas triennij. ¶ Vnciaria stips,Romæ erat moneta omnium minima, duodecimam tantùm assis partem valens.Plin.*lib.34.c.5.* Item P.Minutio præfecto annonæ extra portam Trigeminam vnciaria stipe collata. ¶ Vnciariæ vites dicebantur , quæ ita dispositæ essent , vt inter quamlibet vitem vncia vnius iugeri relicta,interualla omnia paria fierent. Col. *lib.3.c.2.* Nec solùm quæ iucunditate saporis,verùm etiam quæ specie commendari possint,censeri debent,vt stephanitæ,& tripedaneæ,vt vnciariæ,vt cydonitæ.

Vncĭātĭm,aduerbium,per singulas vncias. {κατ' οὐγκίας.GALL.*Once à once,par onces.*ITAL.*Onza à onza.*GERM.Stucklechtig/ein wenig nach dem andern. HISP. *De onça en onça.* ANGL.*By euerie ounce.*} Ter. *in Phorm.* quod ille vnciatim vix de demenso , Suum defraudans genium, comparsit miser,&c.Plin.*lib.28.c.9.* Datur & phthisicis vnciatim cum vini veteris hemina decocta,donec tres vnciæ è toto residant.

Vncĭnŭs,i, ὄγκινος. Græca dictio est,Latinè vncus,vel curuus.

Vncĭnātŭs,a,um,adiectiuum, Vncinis hamatus. {ἀγκιστρωτός, ἀγκιστροειδής. GALL. *Qui a croc ou crochet.* ITAL. *Chi ha rampini , oncino.* GERM. Gehagket/das hagken hatt. HISP.*Cosa con muchos garfios.* ANGL.*Hooked, or crooked.*} Cic.4.*Acad.*Nec ille qui asperis & læuibus,& hamatis,vncinatísque corpusculis concreta hæc esse dicat interiecto inani.

Vnctŭs,vide *Vngo.*

VNCVS,i,Instrumentum incuruum,& in sese reflexum, quo ad multa vtimur. {וו *vav* חכה *chachcháh* קרס *kerés.* ἄγκιστρον. GALL. *Vn croc ou crochet,vn hauet.* ITAL.*Rampino,oncino.* GERM.Ein hagk. HISP.*El garfio,escarpia,o cocle.*ANGL.*An hooke or crooke.*} Iuuen.*Satyr.10.*

——Impacto Seianus ducitur vnco.

Dictus Vncus, ἀπὸ τοῦ ὀγκοῦν : quod est extuberare , vel intumescere, quòd hoc instrumentum ab ea parte qua incuruatur intumescere ac extuberare videatur. Cicer.2.*Philipp.* Vncus impactus est fugitiuo illi qui in C.Marij nomen inuaserat.Propertius,

Et bene cùm fixum mento discusseris vncum
Nil erit hoc,rostro te premet ansa suo.

De quo intellexit Iuuenal.

——qui fixo gutture fumant.

Liu.*6.bell.Pun.* Postremò asseres ferreo vnco præfixi (harpagines vocant milites) ex Punicis nauibus iniici in Romanas cœpti. Col. *lib.3. c.18.* Et velut vncus infixus solo antequam extrahatur , prærumpitur. Suet.*in Tiber.cap.54.* Vncos & laqueos Carnufex ostentabat. ¶ Vncus etiam ferramentum est, quo Lithotomi calculum eximant, cuius forma cochlear æmulatur. vulgò vocatur *crochet.* Describit Cels. *lib.7. c.26.* Is est,inquit, ad extremum tenuis,in semicirculi speciem retusæ latitudinis,ab exteriori parte læuis, qua corpori iungitur, ab interiori asper,qua calculum attingit.Isque potiùs longior esse debet.Nam breuis extrahendi vim non habet.

Vncŭs,a,um,Incuruus,aduncus. {כפוף *caphúph* נעוה *nahavéh.* ὄγκινος, γαμψός. GALL. *Crochu.* ITAL. *Piegato, torto.* GERM. Hagkächtig/krumb. HISP.*Coruo.* ANGL.*Crooked.*} Col.*lib.7.c.11.*Atque vncis digitis alterum quoque testiculum educito.Virg.2.*Georg.*

Adsis ò Tegeæ fauens,oleæque Minerua
Inuentrix,vncique puer monstrator aratri.

Ouid.15.*Metam.*

——de parte sepulta
Scorpius exibit,caudáque minabitur vnca.

Idem 1.*de Ponto,Eleg.7.*

Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra subesse putat.

¶ Huius composita sunt Aduncus,& Reduncus,quorum significata vide suis locis.

VNDA,æ,fluctus siue globus aquæ in vnum collectus:quales in mari ventis exagitato maximè solent excitari. {גל *ghal.* κῦμα. GALL. *Onde, vague,flot.*ITAL.& HISP.*Onda.* GERM.Ein wasserwellen. ANGL.*A waue of water.*} Dicta vnda (vt quidam volunt)quòd sit vna,& in se coacta. Virg.1.*Æneid.*

Franguntur remi,tum prora auertit,& vndis
Dat latus, &c.

Ouid.8.*Metam.*

——succede meis,ait,inclyte tectis
Cecropide,nec te committe rapacibus vndis.

Tibull.*lib.4.*

Pro te vel rapidas ausim maris ire per vndas.

Ibidem,

Et nulla incepto perlabitur vnda liquore,&c.

¶ Aliquando ponitur pro aqua,vt pars pro toto.Ouid.1.*Metam.*

——& terris abscidit vndas.

¶ Aliquando pro hominum multitudine.Virg.2.*Georg.*

Si non ingentem foribus domus alta superbis
Manè salutantum totis vomit ædibus vndam.

Vndæ comitiorum,i.Varia sententiarum multitudo,quibus veluti vndis mare,ita etiam comitia feruere videntur. Cic. *pro Plancio*,Sin hoc persæpe accidit,vt & factos aliquos,& non factos esse miremur:si campus, atque vllæ vndæ comitiorum, vt mare profundum & immensum sic efferuescunt quodam quasi æstu,vt ad alios accedant,ab aliis autem recedant:in tanto nos impetu studiorum & motu temeritatis modum aliquem & consilium & rationem requiramus?

Vndŭlă,diminutiuum. {κυμάτιον. GALL. *Petite onde.* ITAL. *Picciola onda.* GERM.Ein kleine wasserwellen.HISP.*Pequeña onda.*ANGL.*A litle waue.*} ¶ Vndæ comitiorum,per translationem pro varia sententiarum multitudine,quibus veluti vndis mare , ita etiam comitia feruere videntur. Cic.*pro Planc.*Si campus atque illæ vndæ comitiorum,vt mare profundum & immensum,sic efferuescunt,&c.

Vndăbundŭs,a,um,Vndosus, procellosus. {נסער *nisháр* נגרש *nigh.rásch.* κυματώδης. GALL. *Qui fait des ondes & vagues.* ITAL. *Pieno di onde.* GERM. Vol wasserwellen/das wellen gibt. HISP. *Lleno de ondas:* ANGL. *That hath many waues.* } vt , Vndabundum mare , apud Gell. *lib.2. cap.30.*

Vndātim , Ad vndarum similitudinem. {κυματοειδῶς. GALL. *A la façon d'ondes,par ondes.* ITAL. *A foggia di onde.* GERM. Als die wellen. HISP. *Onda à onda,à manera de ondas.* ANGL.*Lik the waues,by euerie waue.*} Plin.*lib.13.c.15.* Sunt & vndatim crispæ mensæ,&c.

Vndĭsŏnŭs,a , um , quod vndarum more strepit , vel quod vndis strepit. {המה *homéh* κυμόφλοισβος. GALL.*Que les ondes,vagues,& flots font sonner & crier.* ITAL. *Fluttuoso.* GERM. Das von wellen brauset. HISP. *Cosa de las ondas del rio ò de la mar.* ANGL. *That soundeth lik waves.*} Vnde mare vndisonum dicitur, quòd fluctuando sonitum reddat. Vndisoni dij Propert.*lib.3.Eleg.11.*

Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar æquoris hospes,
Cogar & vndisonos nunc prece adire deos.

Stat. *in Achil.*

At Thetis vndisonis per noctem in rupibus astans.

Vndĭuŏmŭs,a,um,quod vndas, id est, aquas vomit. κυμοβόλος. vt, Vndiuoma charybdis.

Vndo,as,fluctuo,vndis agitor. {נסער נגרש *nishár nigbrásch*.κυμαίνω,κυματίζω,κυματόω. GALL. *Ondoyer, flotter.* ITAL. *Fluttuare , ondeggiare.* GERM. Wällen gäben oder treiben. HISP. *Ondear ò hazer ondas.* ANGL. *To rise in sourges and waues.*} Cicer.2.*de nat.deor.* Subter radices penitus vndanti in freto. ¶ Vndare quoque per quandam similitudinem dicimus aquam feruentem, quòd quibusdam quasi vndis agitari videatur. Virg.6.*Æneid.*

Pars calidos latices,& ahena vndantia flammis Expediunt.

Idem 7.

———magno veluti quum flamma sonore
Virgea suggeritur costis vndantis aheni,
Exultántque æstu latices,furit intus aquæ vis.

¶ Accipitur aliquando vndare,pro suo composito abundare κατ' ἀφαίρεσιν. Claud.*de Rap.Proserp.lib.*3.

Vndaret neu sylua fauis,neu vina tumerent.

Valerius Flacc.1.*Argon.*

Iampridem regio vndat equis florétque viris.

Sic etiam Virg.2.*Georg.*

Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum.

Quanquam ibi non tam propter copiam buxi, qua omnino mons ille abundat, verbo hoc vtitur, quàm vt leuibus auris impulsi arbusti motum,vndabundi maris æmulum,exprimeret. ¶ Legitur & vndare actiuè pro inundare,siue vndare facere.Statius 1.*Achil.*

Quum tuus Æacides tepido modò sanguine Teucros
Vndabit campos.

Vndabundus, a, um, Gell. *cap.*30. *lib.*2. Vndabundum mare etiam atque etiam est.

Vndāns,tis,nomen ex participio. {πλημμύρων, κυματίζων. GALL. *Ondoyant.* ITAL. *Ondeggiante.* GERM. Wällen treibend/schwanckend. HISP. *Que endea y haze ondas.* ANGL. *Rising in waues.*} Gell.c.28.*lib.*2. An aquarum subter in terrarum cauis vndantium fluctibus, pulsibúsque (terræ motus fiant sup.) Vndantem chlamydem facere , est incedendo chlamydem laxam , rugosámque sic in dextram modò, modò in læuam iactare, vt eius pars potissimum inferior vndas modò accedentes, modò recedentes imitari videatur. Plaut. *in Epid.* Sed hic quis est,quem huc aduenientem conspicor , Suam qui vndantem chlamydem quassando facit? ¶ Vndans bello Nilus.Virg.3.*Georg.*

Atque hic vndantem bello,magnúmque fluentem
Nilum,ac nauali surgentes ære columnas.

Vbi Seruius, Vndantem bello, quasi non vndas , sed bella portantem, propter Antonij & Cleopatræ grauissimum prælium. ¶ Vndans curis. Valer.5.*Argon.*

Præcipuè Æsonidem varios incerta per æstus
Mens rapit vndantem curis,ac multa nouantem.

¶ Ætna vndans.Virg.1.*Georg.*

———quoties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Ætnam.

Vbi Seruius,Vndantem,Vndæ modo flammas euomentem.

Vndōsum mare,id est,fluctuosum,vndis exagitatum. {נגרש נסער *nishár nigbrásch*.κυματώδης θάλασσα.GALL. *La mer fluctueuse, abondante en ondes.* ITAL. *Mare fluttuoso.* GERM. Das meer so voll wellen ist. HISP. *Mar lleno de ondas.* ANGL. *Full of waues and sourges.*} Virg.4.*Æneid.*

Troia per vndosum peteretur classibus æquor.

Vndŭlātŭs,a,um,aliud adiectiuum : vt,Vndulata vestis vestimenti genus, ab vndis quibus depictum erat,nomen habens. {κυματώδης ἐσθής.GAL. *Robe faite à ondes,ondoyante,madrée de camelot.* ITAL. *Veste fatta à onde.* GERM. Ein kleid das hüpsche wasser hatt/als der schamlot. HISP. *Vestidura de chamelote endeado.* ANGL. *Made lik waues of water,as chamblet.*} cuiusmodi hodie ad nos afferunt ex hircorum & caprarum pilis verius quàm lanis confecta : quæ symballota passim appellantur, ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν , quasi σύμβλητα , quòd coacto potius implexu quàm textu sint confecta:ceu origine ab illo vestium genere accepta,de quo Plinius ita scribit,Lanæ & per se coactæ vestem faciunt.Vndulatæ autem(vt diximus)appellatæ sunt ab vndarum imagine per eas discurrente , ea forma qua à scutulis scutulatæ. Hanc eandem quidam & cymatilem dictam fuisse existimant:sed falsò,mea quidem sententia,quum cymatilis eadem sit quæ cærulea , non à discurrentibus vndarum lineis, sed à fluctuum colore appellata. Varro *lib.*1.*de vita pop.Rom.* Vndulatam togam pro pura posuit,idque nouè,vt annotauit Non. A quibusdam(inquit Varro)dicitur esse Fortunæ virginis simulacrum, ideò quòd duabus vndulatis togis est opertum , perinde vt olim reges nostri prætextatas & vndulatas togas soliti sunt habere.

Vndĕ,aduerbium,Ex quo loco vel à quo loco.{איטזה *emizzéh*. πόθεν, ὁπόθεν,ὅθεν,ὁθενοῦν. GALL. *Dont,d'où.* ITAL. *Onde,donde.* GERM. Von dannen/von wannen/wohär. HISP. *Donde.* ANGL. *Frome what place or whence.*} Cic.*pro Cæc.*Hoc verbum Vnde vtrunque declarat,& ex quo loco, & à quo loco.¶ Accipitur autem modò interrogatiuè.Idem *in Rullum,* Vnde iste amor tam repentinus?Modò relatiuè.Virg.2.*Æneid.*

Turrim in præcipiti stantem , summísque sub astra
Eductam tectis:vnde omnis Troia videri,
Et Danaûm solitæ naues,& Achaica castra.

& paulò ante,

Euado ad summi fastigia culminis : vnde
Tela manu miseri iactabant irrita Teucri.

Plaut. *Milit.sc.*4.*a.*2. Vnde ista exit? Vnde,nisi ex domo ? ¶ Nonnunquam etiam infinitè.Cic.*ad Att.*Non recordor vnde ceciderim,sed vnde surrexerim,& Salust.*Iug.*63.Plaut.*Pseud.sc.*1.*a.*1.Atque id futurum vnde dicam nescio, nisi quia futurum est. ¶ Aliquando non ad locum refertur, sed ad personam. Cicer. *Terentiæ,* Hem mea lux vnde omnes opem petere solebant. Idem *de senect.* Quasi diuinarem illo extincto fore,vnde discerem, neminem. Plaut. *Menæch.sc.*2.*a.*5. Habeor ludibrio pater.S. Vnde? M. Ab eo,cui me mandasti,meo viro. Idem *Curc. sc.*2.*a.*5. Quis tibi mancupio dedit,aut vnde emisti? Idem *Amph.sc.*3. *a.*2. Vnde est(patera)nisi abs te,quæ dono mihi data est. Gell. *cap.*29. *lib.*2.loquens de negotio non forensi:Vertitur(inquit) in ipso cuia res est,non in eo vnde petitur. Idem *cap.*2.*lib.*14. bis,térve dixit,Ille,vnde petitur,pro reus. Item,ille de quo petitur.Idem. ¶ Vnde domo?pro ex qua terrà,ex qua ciuitate,dixit Virg.8.*Æneid.vers.*13.

Qui genus?vnde domo?pacémne huc fertis,an arma?

Et Senec. *cap.*6.*de cons. ad Helu.* Iube omnes istos ad nomen citari,& vnde domo quisque sit,quære.Ita & Horat. *Epist.*7.*lib.*1. ¶ Vnde gentium,idem quod vnde. Plaut. *in Asinaria,sc.*1.*a.*1. Face id vt paratum iam sit.L.vnde gentium ? Idem *Pseudolo, sc.*2.*a.*4. Vnde ego hominem hunc esse dicam gentium?

Vndĕcūnquĕ,aduerbium,Ex quocunque loco. {ὁποθενοῦν.GALL. *De quelque costé que ce soit.* ITAL. *Da ciascun luogo.* GERM. Geb wohär. HISP. *Donde quiera.* ANGL. *Frome whatsoeuer place.*} Liu.4.*bell.Pun.* Bellum vndecúnque cum Annibale Consulibus mandatum.Plin.*lib.*26.*cap.*4.Vulnerum quoque sanguinem,& vndecumque fluentem, sistit per se,vel ex aceto.

Vndĕūndĕ , Vndecunque. ὁποθενοῦν. quemadmodum Vbiubi dicimus pro vbicunque,& Quoquo pro quocunque,& Quaqua pro quacunque.

Vnde in compositione notat,de numero rotundo vnum demi: vt

‖Vndecendius amo,vndecim dies elapsi,post quos amo. Cerda.‖

Vndĕcēntum,Nonaginta nouem,centum minus vno. {תשעים ותשעה *tisch'him vethischbáh*.ἐννενηκονταεννέα,ἑκατὸν ἑνὸς δέοντος. GALL. *Nonante neuf,quatre vingts & dixneuf.* ITAL. *Nonc... anoue.* GERM. Eins minder dann hundert/neun vnd neuntzig. HISP. *Nouenta y nueue.* ANGL. *Fourt score and nynetene.*} Plin.*lib.*7.*c.*6.Paruerunt tamen eis annis vndecentum.

Vndĕcēnti,æ,a,idem, ἐννενηκονταεννέα,ἑκατὸν ἑνὸς δέοντα. Plin.*lib.*36.*cap.*8. de Ægypti obeliscis agens,Idémque digressus inde, vbi fuit Mneuidis regia,posuit alium, longitudine vndecenis pedibus , per latera cubitis quatuor.

Vndĕcĭēs,aduerbium,Vndecim vicibus. {ἑνδεκάκις.GALL. *Onze fois.* ITAL. *Vndeci volte.* GERM. Eilff mal. HISP. *Onze vezes.* ANGL. *Eleuen times.*} Col.*lib.*5.*c.*2. Hanc summam vndecies multiplicato,fiunt pedes quinquaginta tria millia nongenti.

‖Vndecim,vnus,a,um,& decem.‖

Vndĕcĭmŭs,a,um.Vltimus ex vndecim. {עשתי עשר *haschté hazar*. ἑνδέκατος. GALL. *Onzieme.* ITAL. *Vndecimo.* GERM. Der eilfft. HISP. *Onzeno.* ANGL. *The eleuenth.*} Virg.8.*Eclog.*

Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus.

Vndĕcĭrēmĭs, is , Nauis vndecim remorum ordines habens. {ἑνδεκήρης. GALL. *Galere d'onze rames pour banc.* ITAL. *Galera di vndeci remi.* GERM. Ein galeen so in einer zeilen eilff ruder hatt. HISP. *Galera de onze ordenes.* ANGL. *A galey hauing a eleuen oares on euerie seat.*} Plin.*lib.*16. *c.*40. Maxima ea in Cypro traditur ad vndeciremen Demetrij succisa centum triginta pedum longitudinis , crassitudinis verò ad trium hominum complexum.

Vndēnī,æ,a, adiectiuum, Vndecim. {עשתי עשר *haschté hasár*. ἕνδεκα. GALL. *Onze.* ITAL. *Vndeci.* GERM. Eilfft. HISP. *Onze.* ANGL. *Eleuen.*} Plin.*lib.*11.*c.*25.Pariuntur autem vndeni.Ouid.1.*Amor.Eleg.*1.

Musa per vndenos emodulanda pedes.

Vndĕuīgintī,adiectiuum indeclinabile,Nouemdecim,viginti minus vno. {תשעה עשר *tischbáh hasár*. εἴκοσι ἑνὸς δέοντος , ἐννεακαίδεκα. GALL. *Dixneuf , vingt moins vn.* ITAL. *Diecinoue.* GERM. Eins minder dann zwäntzig. HISP. *Diez y nueue.* ANGL. *Nyntene.*} Cic.*de clar.Orat.* Vndeuiginti annos natus erat eo tempore.Liu.3.*bell.Pun.* Vbi ea dies venit, ad conducendum tres societates aderant hominum vndeuiginti.

Vndĕuīcēsĭmŭs, a, um , Decimus nonus. {תשעה עשר *tischbáh hasár*. ἐννεακαιδέκατος,εἰκοστὸς ἑνὸς δέοντος. GALL. *Dixneufuiesme.* ITAL. *Decimonono.* GERM. Das neunzehen ist. HISP. *Diez y nueue en orden.* ANGL. *The nyntenth.*} Cic. *de Sen.* Anno enim vndeuicesimo post eius mortem,hi Consules T.Flaminius,& Atilius facti sunt.

Vndeuicesimanus,i, Vndeuicesimæ legionis miles. Hircius *de bello Alexandrino,*Cognita re noctu cum quinque cohortibus vndeuicesimanorum egreditur.

Vndētrīgēsĭmŭs , a, um,i. vicesimus nonus. {עשרים ותשעה *heschrim vethischbáh*.εἰκοστὸς ἔνατος,τριακοστὸς ἑνὸς δέοντος.GALL. *Vingtneufuiesme.* ITAL. *Ventesimo nono.* GERM. Dn eines das dreissigst/neun vnd zwäntzigest. HISP. *Veynte y nueue en orden.* ANGL. *The nynth and twenteith.*} Liu.3. *bell. Pun.*2. Anno octogesimo postquam in Hispaniam venerat Cn.Scipio,vndetrigesimo die post fratris mortem interfectus est.

Vndĕquādrāgīntā,Triginta nouem.{שלשים ותשעה *schelóschim vathischbáh*. ἐννεακαιτριάκοντα, τεσσαράκοντα ἑνὸς δέοντος. GALL. *Trenteneuf.* ITAL. *Trentanoue.* GERM. Eines minder dann viertzig. HISP. *Treinta y nueue.* ANGL. *Threttie and nyne.*} Liu.5.*bell.Pun.* Ad mille cccc.Carthaginiensium cæsi,vndequadraginta viui capti.

Vndĕquādrāgĭēs , aduerbium , Nouies & tricies. {ἐννεακαιτεσσαρακοντάκις, τεσσαρακοντάκις ἑνὸς δέοντος.GALL. *Trenteneuf fois.* ITAL. *Trentanoue volte.* GERM. Eines minder dann viertzig mal/neun vnd dreissig. HISP. *Treynta y nueue vezes.* ANGL. *Trettie and nyne tymes.*} Plin.*lib.*7.*c.*25. Solus M.Marcellum transgressus,qui vndequadragies dimicauerat.

Vndĕquīnquāgīntā , Quadraginta nouem , quinquaginta minus vno. {ארבעים ותשעה *arbahim vethischbáh*. ἐννεακαιτεσσαράκοντα, πεντήκοντα ἑνὸς δέοντος. GALL. *Quaranteneuf.* ITAL. *Quarantanoue.* GERM. Eines minder dann funffzig. HISP. *Quarenta y nueue.* ANGL. *Fourtie and nyne.*} Liu.7. *bell. Maced.* In eo triumpho vndequinquaginta coronæ aureæ translatæ sunt.

Vndēquīnquāgēsĭmŭs,a,um,Quadragesimus nonus. {ארבעים ותשעה *arbahim vethischbháh*. τεσσαρακοστὸς ἔνατος , πεντηκοστὸς ἑνὸς δέοντος. GALL. *Quaranteneufuiesme.* ITAL. *Quarantesimonono.* GERM. Dn einen der funffzigest. HISP. *Vno de quarenta y nueue.* ANGL. *The fourtie nynth in order.*} Cic.*pro Lege Manil.* Ipse autem vt Brundusio profectus est,vndequinquagesimo die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adiunxit.

Vndēsexāgintā, Quinquaginta nouĕ. {חמשים ותשעה *chamischschim vethischbah*. ἐννεακαιπεντήκοντα, ἑξήκοντα ἑνὸς δέοντος. GALL. *Cinquanteneuf.* ITAL. *Cinquantanoue.* GERM. Eines minder dann sechtzig. HISP. *Cincuenta y nueue.* ANGL. *Nyne and fiftie.*} Liu.3.*bell.Punic.* Ceperunt amplius tria millia hominum,paulò minus mille equorum,vndesexaginta militaria signa.

Vndēocto

Vndeoctoginta, Septuaginta nouem, octoginta minus vno. {שבעים ותשעה *schibbim vethischbáh.* ἑβδομηκονταεννέα, ὀγδοήκοντα ἑνὸς δέοντος. GALL. *Septantenenf.* ITAL. *Settantanoue.* GERM. Eines minder dann achtzig. HISP. *Setenta y nueue.* AGNL. *Seuentie nyne.*} Hor. 2. *Serm. Sat.* 3.

——age si stramentis incubet,
Vnde octoginta annos natus, cui stragula vestis,
Blattarum ac tinearum epulæ putrescat in arca, &c.

Vndeuis, & vndelibet, Ex vno quouis loco. {ὅθεν βούλει. GALL. *D'où tu veux, de quelque costé que tu veux.* ITAL. *Di qualunque luogo.* GERM. Woher du wilt. HISP. *Donde quiera.* ANGL. *Out of whatsocuer place.*} Autor ad Herennium *lib.* 4. Ast illud quidem facile fuit vndelibet inuenire.

Vndequaque reperitur apud probos auctores, Liuium, Sueton. Tranquillum, & alios.

Vndique, aduerbium, Ex omni parte. {παντταχόθεν, πάντοθεν. GALL. *De toutes parts, de tous costez.* ITAL. *Da ogni parte, da ogni banda.* GERM. Allenthalben/an allen orten. HISP. *De cada parte.* ANGL. *Frome all places, on eue ny side.*} Cic. *pro Pompeio,* Sicilia multis vndique cincta periculis. Idem 2. *de fin.* Habes vndique expletam & perfectam Torquate, formam honestatis. Virg. 8. *Æneid.*

——Ductores primi Messapus & Vfens,
Contemptórque deûm Mezentius, vndique cogunt
Auxilia, & latos vastant cultoribus agros.

¶ Vndique ex omni genere. Cic. 5. *Tusc.* Sic vita non solùm si vndique referta bonis est, sed si multo maiore & grauiore ex parte bona propendent, beata rectè dici potest. Idem *pro Sextio,* Non sum tam ignarus, Iudices, causarum, non tam insolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, & omnes vndique flosculos carpam ac delibem.

¶ Vndique versum, pro Vndique. Solinus *cap.* 53. Cremutius author est, has easdem anno quinto in Æthiopia cateruatim coire, & vndiqueuersum quousquam gentium sint, ad regiam Memnonis conuenire: de auibus Memnoniis. Gell. *c.* 16. *lib.* 7. Has vndique vorsum indagines cupediarum, maiore detestatione dignas censebimus. Idem *c.* 24. *lib.* 13. Circum vndique dixit.

Vnedo, nis, Fructus est arbuti, terrestribus fragis non dissimilis: inde nomen habens, quòd plures edi non possint. {κόμαρον, μεμαίκυλον. GALL. *Arbousse.* ITAL. *Albatro, ceresa del mar.* GERM. Die frucht deß baums arbuti/ist dem quittenbaum nicht vngleich. HISP. *Madroño.* ANGL. *A wilding or crabbe frutie.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 24. Aliud corpus est, terrestribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni, quod solum pomum simile fructus terræ gignitur. Arbor ipsa fruticosa fructus anno mature scit, paritérque floret subnascens, & prior coquitur. Pomum inhonorum, vt cui nomen sit ex argumento vnum tantùm edendi. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comarum & memecylon. Ex quo apparet totidem genera esse & apud nos. Alio nomine Arbutos vocatur. Hæc Plinius.

[Vngaria, vide *Hungaria.*]

VNGO, is, xi, ctum, & Vnguo, guis, secundùm Priscianum, Oleo, alióve pingui oblino: ab vniendo (vt volunt) dictum, quòd vnguentis densentur corpora, atque vniatur. {משח *maschácb.* ἀλείφω, χρίω. GALL. *Oindre.* ITAL. *Ongere.* GERM. Salben/schmieren. HISP. *Vntar.* ANGL. *To anoynte or besmere.*} Cato *c.* 72. Pice liquida cornua infima vngito. Cic. 6. *Verr.* Vnxisse vnguentis: complesse, &c. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Etiámne vnguentis vngendam censes? Ouid. 4. *Fast.* Arsurósque artus vnxit. Sueton. *in Aug. c.* 76. Priusquam vngi inciperem, &c. ¶ Vngi ex. Celsus *lib.* 5. *c.* 28. Sed priùs vngi ex cerussa pustulæ debent, tum huc illini.

Vnctito, as, frequentatiuum. {πολλὰς ἀλείφω, πολλάκις χρίω. GALL. *Oindre souuent.* ITAL. *Vgnere spesso.* GERM. Offt salben. HISP. *Vntar muchas vezes.* ANGL. *To annoynt often.*} Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. quia ecastor mulier rectè olet, vbi nihil olet. Nam istæ veteres, quæ se vnguentis vnctitant, interpolles, Vetulæ, edentulæ, quæ vita corporis succo occultant, Vbi sese sudor cum vnguentis sociauit: illico Itidem olent, quasi quum vnà multa iura confundit coquus.

Vnctum, Pingue quod in porci dorso mollitus est. {ἄλειμμα. GALL. *Sain de pourceau.* ITAL. & HISP. *Vnto.* GERM. Xugken feiste von einem schwein. ANGL. *The fainesse or suet in a swine.*} Col. *lib.* 6. *c.* 29. Frigoris fomenta adhibentur, capite & spina tepenti adipe vel vncto linuntur. Sic enim legunt ibi nonnulli: quum tamen emendatiora exemplaria Vino ibi legendum ostendant, non vncto.

Vnctus, a, um, participium verbi passiui vngor, Vnguento oblitus, perunctus, vnguentatus. {משוח *maschúacb.* χρισθεὶς, εὐχελαιμένος. GALL. *Oinct, gras.* ITAL. *Vnto.* GERM. Gesalbt. HISP. *Vntado.* ANGL. *A noynted, besmeereth.*} Cic. 3. *Philipp.* Antonius eo die nudus, vnctus, ebrius concionatus est. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Vncti hi sunt senes: fricari se volunt.

¶ Vnctus lapis, vt apud Lucr.

——vnctum Vertier ad lapidem.

Simulachra solebant oleo aut vnguentis perfundere, teste Theophrasto *in characterib. cap. de superstit.* & Philostrato *in Iconibus,* Gentes vt simiæ hoc ad suas superstitiones pertraxerunt ex imitatione. Patriarchæ Iacob, qui post visionem Dei in somnis, lapidem (quo pro ceruicali vsus erat) inunxit & consecrauit ad rei memoriam, *Genes. cap.* 28.

¶ Olera vncta, hoc est, lardo, oleo, alióve pingui condita. Hor. 1. *Serm. Satyr.* 6.

O quando faba Pythagoræ cognata, simúlque
Vncta satis pingui ponentur oluscula lardo.

¶ Hinc Vnctum & vnctius, per translationem dicimus pro splendido & splendidiore: inde tracta metaphora, quòd opulentiores liberaliùs condire soleant sua opsonia. Cic. *de clar. Orat.* Iam enim erat vnctior quædam splendidiórque consuetudo loquendi. Catull. Vncta deuorare patrimonia dixit, pro copiosa, &c. ¶ Aliquando tamen Vnctum accipimus pro sordido, & pinguedine oblito. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 4.

Magna mouent stomacho fastidia, seu puer vnctis
Tractauit calicem manibus.

¶ Vnctus sacerdos, Pontifex, *Leuit.* 4.

Vnctiusculus, a, um, hoc est, paulò vnctior: vt Pulmentum vnctiusculum, hoc est, paulò liberaliùs conditum. {ὁ σμικρὸν λιπαρώτερος, ὑπολίπαρος. GALL. *Vn peu plus oinct.* ITAL. *Poco piu vnto.* GERM. Ein wenig feystlechtig/ziemlich geschmaltzen. HISP. *Poco mas vntado.* ANGL. *Some what anoynted.*} Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Nunc tua etiam est mihi hodie & tuorum opera conseruorum, caput Nitidissimum, ac cur non ipse ego pulmento vtor magis vnctiusculo.

Vnctio, nis, Vngendi actus. {משחה *meschcháh.* χρίσις, ἄλειμμα. GALL. *Onction, oincture.* ITAL. *Ontione.* GERM. Salbung. HISP. *Obra de vntar.* ANGL. *An anoyenting.*} Cicer. *de Orat.* Philosophum omnes vnctionis causa reliquerunt.

Vnctor, is, qui vngit. {משח *moschéacb.* ἀλείπτης, χρίστης. GALL. *Oigneur, qui oingt.* ITAL. *Chi vngue.* GERM. Ein salber/oder schmierer. HISP. *Vatador.* ANGL. *That anoynteth.*} Cic. *ad Gallum lib.* 7. *Epist.* Ille autem qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere, & sat bonum vnctorem, discessit antè. Quintil. Vnctores suos quærent assueta gymnasiis corpora.

Vnctorius, a, um, quod vnctioni destinatum est. {ἀλειπτικός. GALL. *Qui sert & est destiné à oindre.* ITAL. *Chi serue a ongere.* GERM. Das zu dem salben verordnet ist. HISP. *Perteneciente à vntar.* ANGL. *That serueth for anoynting.*} vt, Hypocaustum vnctorium, apud Plin. *lib.* 2. *Epist.* 17. pro loco in quo post sudationem, aut lauationem vnguentis perungebantur.

Vnctura, æ, vnctio. {משחה *mischcháh.* χρίσις, ἄλειμμα. GALL. *Oincture, onction.* ITAL. *Esso vngere.* GERM. Salbung. HISP. *Obra de vntar.* ANGL. *An anoynting.*} Cic. 12. *de legib.* Hæc præterea sunt in legibus de vnctura. Et *paulò pòst,* Seruuli vnctura tollitur, & omnis circumpotatio.

Vngentum, i, siue Vnguentum. {שמן *schemén.* ἔλαιον Homero. μύρον. GALL. *Onguent, oignement.* ITAL. *Vnguento, onto, ontione perfumo.* GERM. Ein salb. HISP. *Vnguento oloroso, vnto.* ANGL. *Oynctment.*} Non est illa compositio tenax, qua chirurgi vtuntur ad vulnera curanda: sed commistio diuersorum odorum, addito oleo, ad vnguenda corpora, deliciarum, & luxuriæ causa inuenta. χρῖμα, siue χρίσμα, veteres μύρα. Vulgare autem ac promiscuum, & ferè palæstris dicatum. ἄλειμμα, ἀλοίφη, & ἐπάλειμμα, vocat Icesius. Vnde ἀλείπτας, & ἐξαλείπτας, nostri vnctores & reunctores vocant, Græci frequenter κονιατικῇ χρίσει, ac περιδεῖσθαι nominantur. Hæc Hermolaus. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Non possunt omnes olere vnguenta exotica. Cic. 5. *Verrin.* Quum interea Apronius caput atque os suum vnguento perfricaret. Horat. 2. *Carm. Ode* 7. funde capacibus vnguenta de conchis. Pomponius tamen Iureconsultus *tit. de auro, argento, mundo, orna. &c. l. argumento,* scribit vnguenta esse, quæ valetudinis causa comparantur: sed hæc magis medicamenta dicuntur. Seruius ait hoc nomen vnguentum non recipere *v,* sicut nec vngo: vnguem verò *v* habere. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Vnguenta, odores, corollas, in conuiuio. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Coronas, serta, vnguenta ferre Veneri, aut Cupidini. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Victu, vino, vnguentis & pulpamentis. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Odor vnguentûm præ tui, nausea est.

¶ Vnctitare se vnguentis, & de eorum confuso odore tetro, vide Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1.

Vnguentatus, a, um, vnguento oblitus. {μεμυρωμένος. GALL. *Oinct d'onguent.* ITAL. *Vnto d'onguento.* GERM. Gesalbt/mit salben bestrichen. HISP. *Vntado de vnguento.* ANGL. *Anoynted, smered ouer with oynctment.*} Catull. *Epigr.* 65. Diceris malè tuis vnguenta te glabris marite Abstinere. ¶ Vnguentatos milites suos benè pugnare posse, dictitare solebat Cæsar. Suet. *in Cæsare c.* 67.

Vnguentarius, ij, vel potiùs vnguentarius, vt Seruius scribendum affirmat, Qui vnguenta conficit ac vendit. {רקח *rokéacb.* μυρεψὸς, μυροπώλης. GALL. *Qui fait ou rend vnguens.* ITAL. *Vngunentario, speciario, medico.* GERM. Ein Salbkrämer/der salben macht vnd verkaufft. HISP. *El que haze ò vende vnguentos.* ANGL. *A maker or seller of oynctment.*} Cic. 1. *de Offic.* Adde huc si placet vnguentarios, saltatores, totúmque ludum talarium. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 3.

——pomarius, anceps,
Vnguentarius ac Tusci turba impia vici.

Vnguentaria, quæ vnguenta conficit & vendit. {רקחה *rakkacbáh.* μυρεψική. GALL. *Celle qui fait vnguens.* ITAL. *Donna che fa vnguenti.* GERM. Ein salbkrämerin. HISP. *Muger que haze vnguentos.* ANGL. *She that maketh or selleth oynctmentes.*} Plin. *lib.* 8. *c.* 5. Et vnguentariam quandam dilectam Iuba tradit, &c. ¶ Est & vnguentaria ars ipsa conficiendorum vnguentorum: vnde Vnguentariam facere dixit Plaut. *in Pœn.* Et vnguentariam tabernariam exercere, Suet. *in Aug. c.* 4.

Vnguentarius, a, um, Vnguentis idoneus, ad vnguenta pertinens. {μυρεψικός. GALL. *D'onguens, qui sert à onguens.* ITAL. *Pertinente à vnguenti.* GERM. Zu salben gehörend. HISP. *Cosa para vnguentos.* ANGL. *Seruing for oynctment.*} Plin. *lib.* 36. *c.* 8. Tunc aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cauant ad vasa vnguentaria, quoniam optimè seruare incorrupta dicitur.

Vnguen, inis, quiduis pingue quo quippiam possumus inungere. {שמן *schamen* דשן *daschén.* ἀλοιφὴ, ἄλειμμα. GALL. *Onguent.* ITAL. & HISP. *Vnguento.* GERM. Ein jedes feyst ding mit dem man etwas salben kan. ANGL. *Any fart thing to anoynt an other thing, oynctment.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 11. Epiphoras bubulo seuo cum oleo cocto illinunt: ceruini cornu cinis scabrities eodem vnguine sanat. Virg. 3. *Georg.*

——& pingues vnguine ceras.

Valerius Flaccus 6. *Argon.*

——Pingui fluit vnguine tellus.

Palladius, Sumas tantundem vnguinis quod vocamus axungiam, vel seruum. Pers. *Satyr.* 6.

Fœnisecæ crasso vitiarunt vnguine pultes.

¶ Vnguen pro illito. Seren. *cap. de oculorum dolore mitigando,*

Viua chelidonia simili ratione iugantur,
Efficiúntque suos præclaros vnguine visus.

Vnguinosus, adiectiuum, Pinguis. {שמן *schamén* דשן *deschén.* λιπαρὸς, πίων. GALL. *Gras, onctueux.* ITAL. & HISP. *Vntuoso.* GERM. Schmierig/feyst. ANGL. *Fart, full of oynctment.*} vt, Vnguinosum medicamentum, vnguinosæ nuces. Plin. *lib.* 23. *c.* 8. Sunt autem recentes nuces iuglandes iucundiores: siccæ vnguinosiores, & stomacho inutiles.

Vnguilla, æ, pro vnguine seu vnguento. Solinus *cap.* 40. Vulgus simiatum in his est, quas passim videmus non sine ingenio æmulandi: quò faciliùs in manus veniunt. Nam dum auidè venantium gestus affectant, relicta

licta consultò visci vnguilla, quod mendacio factum vident, oculos suos oblinunt: ita visu obducto pronum est eas corripi.

VNGVIS, is, masculini generis. Corneum illud quod in extremis digitis enascitur, non solùm in manibus, verùm etiam in pedibus, neque iis solùm humanis, sed cæterorum etiam animalium quæ pedum digitos habent separatos, vt sunt simiæ & aues. {צפרן tsipporén. ὄνυξ. GALL. Ongle. ITAL. Vnghia. GERM. Ein nagel/als wie ein mensch an fingern vnd zehen hatt/ etliche thier an den klawen. HISP. Vña generalmente. ANGL. The naill of a man or beast.} Dicti vngues, ab eo quod Græci ὄνυχας in eadem dicunt significatione: aut certè ab eo quod iidem dicunt ὀγκίνοι pro, incuruum: cuiusmodi auium ferè omnium sunt vngues. Plin. lib. 11. c. 45. Vngues simiæ imbricati sunt, hominibus lati, rapacibus vnci, cæteris recti, vt canibus, præter eum qui à crure plerisque dependet. Idem *de aquila*, Vngues quoque huic generi inuertuntur. Quint. In vngues erigi. Vngues polire, idem Quint. Plaut. *Aul. sc. 1. a. 2.* Et tonsor vngues dempserat. Collegit omnia atque abstulit præsegmina. (sub. auarus Euclio.) Vnguis vitiosus, Cels. *lib. 6. c. vlt.* Vngues scabri, *ibid.* ¶ Interdum tamen Vngues in animalibus bisulcis dici inuenimus pro vngulis. Col. *lib. 6. c. 11.* de medicina bouis claudicantis, At si iam in vngulis est sanguis, inter duos vngues cultello leuiter aperies. Et *paulò pòst*, Si sanguis in inferiore parte vngulæ est, extrema pars ipsius vnguis ad viuum resecatur. Martial. *Epigr. 199. lib. 14.* Et vnguis equis, &c. ¶ In bdellio quoque maculas quasdam candidas, humani vnguis similitudine Plin. vngues appellat, *lib. 12. c. 9.* Bactriano, inquit, nidor siccus, multique candidi vngues. Vngues ferrei, apud Col. *lib. 12. c. 18.* sunt instrumenta quædam ferrea, quibus vindemiatores vnguium vice vtebantur ad colligendas vuas, ne ipsas manibus distringerent. Fieri enim non poterat, vt dum vnguibus manuum vuas colligerent, bona pars acinorum digitorum contactu, in terram non delaberetur. Idem *lib. 12. c. 18.* Et vngues ferrei quàm plurimi parandi, & exacuendi sunt, ne vindemiator distringat vuas, & non minima fructus portio, dispersis acinis, in terram dilabatur. ¶ Vnguem transuersum, siue vnguem latum non discedere: prouerbialis hyperbole est pro eo quod est, quàm minimo spatio discedere. Cic. 2. *Acad.* Ab hac regula mihi non licet transuersum, vt aiunt, vnguem discedere. Idem *Attic. lib. 13.* Curandum est, atque hoc in omni vita, sua quenque à conscientia transuersum vnguem non oportere discedere. ¶ Vnguem medium ostendere, prouerbium est, ad contemptum: sumptum inde quòd medius digitus pro impudico habebatur. Iuuenalis *Satyr. 10.*

——— quum fortuna ipse minaci
Mandaret laqueum, mediúmque ostenderet vnguem.

¶ Vngues arrodere, prouerbiali metaphora dicuntur, qui cogitabundi sunt, & rem aliquam secum agitant. Horat. 1. *Serm. Satyr. 10.*

Si foret hoc nostrum fato delapsus in æuum,
Detereret sibi multa, recideret omne, quod vltra
Perfectum traheretur, & in versu faciendo
Sæpe caput scaberet, viuos & roderet vngues.

¶ Vnguis, neruosa quædam adnotæ membranæ excrescentia, à maiori oculi angulo vt plurimùm nascens, ad oculi coronam ita procedens, vt quandoque pupillam operiat. πτερύγιον. vulgò *la maille en l'œil.* Gellius *lib. 7.* Vnguis verò quod πτερύγιον Græci vocant, est membranula neruosa oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoque peruenit, eique officit. Sæpiùs à narium, interdum etiam à temporum parte nascitur.

VNGVICVLVS, i, diminutiuum, Paruus vnguis. {ὀνύχιον. GALL. Petite ongle, onglet. ITAL. Vnghia picciola. GERM. Nägelin. HISP. Pequeña vña. ANGL. A lytle nayll.} Plaut. *in Epid.* Contempla Epidice, vsque ab vnguiculo ad capillum summum. Cic. 5. *de fin.* Valetudinem, vires, staturam, formam, integritatem vnguiculorum omnium. ¶ A teneris vnguiculis, ἀπὸ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων, prouerbialiter dici solet pro eo quod est ab infantia, ab ineunte ætate, à puero ab incunabulis. Cicer. *Lentul.* Sed præsta te eum qui mihi à teneris, vt Græci dicunt, vnguiculis es cognitus. ¶ In eadem etiam significatione dicimus, De tenero vngui. Horat. *in Odis,*

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artubus
Iam tunc, & incestos amores
A tenero meditatur vngui.

VNGVLA, æ, Calceus, corneus, pedes muniens eorum animalium quæ digitos non habent, siue etiam ea pars pedis, quæ cornu tegitur. {פרסה parsáh. ὁπλή. GALL. La corne du pié d'vne beste. ITAL. Vnghia del animale. GERM. Huff. HISP. Vña de los animales patihendidos. ANGL. To hoofe of a beast.} Virg. 2. *Georgic.*

——— & solido grauiter sonat vngula cornu.

Idem 8. *Æneid.*

Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

Cicer. 2. *de nat. deor.* Ergo illud in silice vestigium Castoris equi credis esse? Colum. *lib. 6. cap. 11.* Sed si sanguis adhuc supra vngulas in cruribus est, fricatione assidua discutitur. At si iam in vngulis est, inter duos vngues cultello leuiter aperies. Et *paulò pòst*, Si sanguis in inferiore parte vngulæ est, extrema pars ipsius vnguis ad viuum resecatur. Quibus in locis manifestè Columella Vngues, pro ipsis calceis corneis accepit. Vngulam verò pro ea parte pedis, quæ cornu tegitur. Sic & Ouid. *Eleg. 10. lib. 3. Trist.* ——— *Vndus*

Frigore concretas vngula pulsat equi.

Plaut. *Men. sc. 2. a. 5.* Equi facitote sonitus vngularum appareant. Contrà pro ipsis calceis apertè accepit Plin. *lib. 11. cap. 46.* quum ait, Vngulæ veterino tantùm generi renascuntur. Idem *lib. eodem c. 45.* ea ratione vngulas distinguit ab vnguibus, vt vngues iis tantùm esse asserat, quibus pedes sunt, & in pedibus digiti: cæteris autem neque pedes tribuat, neque vngues, sed tantùm vngulas. Omnia (inquit) digitos habent, quæ pedes, excepto elephanto. Huic enim informes numero quidem quinque, sed indiuisi, ac leuiter discreti, vngulísque non vnguibus similes. Hanc differentiam eleganter exprimit Ouid. *in transformatione Iûs*, è bouis effigie in primam formam redeuntis:

Vnguláque (inquiens) in quinos delapsa absumitur vngueis.

Hæc autem differentia non semper obseruatur. Videtur enim Plautus vngulas tribuere auibus pedes digitósque habentibus, cùm ita scribit *in Pseud. sc. 2. a. 3.* Coquus aquilinis aut miluinis vngulis. *Ibidem*, Constrictis vngulis cœnam coquant, &c. idem *Aul. sc. 4. a. 3.* Occœpit (Gallus) scalpturire vnguibus. ¶ Omnibus vngulis, prouerbij speciem habet, pro eo quod est, omnibus viribus manuúmque pedúmque, & conatu totius corporis niti, vt etiam vngues, qui sunt in extremitate collocati, intendantur, quod Plin. existimat esse summas neruorum clausulas. Cic. *lib. 2. Tusc.* Toto corpore atque omnibus vngulis (vt dicitur) contentioni vocis asseruiunt. ¶ Iniicere vngulas, est rapere, vel furari. Plaut. *Ps. sc. 2. a. 3.* Nunc scio febrim tibi esse, quia non licet huic iniicere vngulas. ¶ Vngulæ etiam inter tormenta numerantur. Erant autem ferramenta bifida, & vt animalium vngulæ bisulca, quibus latera, & pectora laniebantur. Prudentius,

Costas bisulcis execandas vngulis.

Rursus,

Non vngularum tanta vis fodit latus.

‖Vnguellula, diminutiuum ab vnguis, vngula. Diomed.‖

VNGVLATVS, a, um, qui magnos vngues habet, ac scabros: quasi vngulis similiores, quàm vnguibus: vt ex Catonis sententia refert Festus. ὀνυχώδης.

VNGVLVM, antiquis annulum significat, cuius de etymo nihil est quod laboremus, quum Festus autor sit peregrinum esse vocabulum, & ab Oscis sumptum. {טבעת tabbaháth. δακτύλιος, σύμβολον. GALL. Anneau. ITAL. Anello. GERM. Ein fingerring. HISP. Anillo. ANGL. A ring.} Plin. *lib. 33. c. 1.* Miror Tarquinij eius statuam sine annulo esse, quanquam & de nomine ipso ambigi video. Græci à digitis appellauêre: apud nos prisci Vngulum vocabant: postea Græci, & nostri Symbolum.

VNICAVLIS, Vnicolor, Vnicornis, Vnicus, Vnigenitus, Vniiugæ, Vnimanus, vide *Vnus.*

Vnicuba, vnius viri vxor.

VNIO, nis, Concordia, consensus. {שלום schalóm רצון ratsón. ἕνωσις. GALL. Vnion, vnité. ITAL. Vnione, concordia. GERM. Einigkeit. HISP. Vnion, ò vnidad. ANGL. Vnion concorde and aggrement.} Augustinus, Nam hoc fieri posse in tanta animorum vnione quis dubitet? Aliquando significat margaritam, μαργαρίτην, quòd in conchis nulli duo reperiantur indiscreti. {פנינים peninim. GALL. Vne perle. ITAL. Perla. GERM. Ein pärlin. HISP. La perla. ANGL. A perle.} Plin. *lib. 9. c. 35.* Dos omnis vnionum est in candore, magnitudine, orbe, læuore, & pondere, haud promptis rebus, in tantum vt nulli duo reperiantur indiscreti: vnde nomen vnionum Romanæ scilicet imposuêre deliciæ: nam apud Græcos non est, nec apud Barbaros inuentores eius aliud quàm Margaritæ. ¶ Est & Vnio, cæpæ genus capitatum. Colum. *lib. 12. cap. 10.* Pompeianam, vel Ascaloniam cæpam, vel etiam Marsicam simplicem, quam vocant vnionem rustici, eligito hoc autem nomen, vt inquit Ruellius, apud Gallos: velut triuiale hactenus vsurpatum est pro eo cæpæ genere, quod pluribus bulbis non coagmentatur. ‖ Vnio celebratur triplex,

Essentialis, cùm ex pluribus fit vna essentia, sic vniuntur materia & forma, genus & differentia.

Accidentalis, vt cum iung. { Accidentia subiecto. Substantia substantiæ, vt ex ea copula non exurgat, nisi forma accidentalis: vt ex lignis & lapidibus fit domus.

Substantialis, cùm substantia, quæ alioqui per se existeret, trahitur ad τὸ εἶναι alterius suppositi, & ab illo pendet, tanquam pars, aut quasi instrumentum ἐνυπόστατον.

Vnio, hic, margarita.

Vnio, cepa simplex, quæ pluribus bulbis non coagmentatur. Ergo à bulbi vnitate nomen habet.‖

VNIOCVLVS, Vnistirps, Vnitas, Vniter, Vniuersus, Vniuocus, Vniusmodi, vide *Vnus.*

Vnni, vide *Hunni.*

VNQVAM, aduerbium, vllo tempore, omni memoria. {לעולם leholám. πώποτε. GALL. Quelque fois, quelque temps, oncques. ITAL. Alguna volta. GERM. Je vnd je. HISP. Alguna vez. ANGL. At any tyme.} Cic. *in Orat.* Isocrates præstat omnibus qui vnquam orationes attigerunt.

VNVS, a, um, Numeri participium est. {אחד echádh. εἷς. GALL. Vn, vn seul. ITAL. Vno. GERM. Einer. HISP. Vno, principio de contar. ANGL. One.} Cic. *pro Quint.* Alphenus seruulum vnum abducit. Plaut. *Curc. sc. 5. a. 1.* Mulieres duas peiores esse, quàm vnam. Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Mihi præterea vnum numum ne duis (id est, ne des.) Idem *in Pseud. sc. 2. a. 5.* Ebibere quatuor fructus massici in vna hora. P. Hyberna, addito. Idem *Aul. prolog.* Huic filia vna est. (pro vnica.) Idem *Most. sc. 3. a. 1.* Vni modò gessi morem. Idem *Amphitr. sc. 4. a. 4.* Vnum superest quærendum. Idem *Capt. sc. 1. a. 2.* Vnum exorare sinite vos. *Ibid.* Obsecro te hoc vnum. Item, Vnum hoc te quæso. *Ibid.* ¶ Aliquando accipitur pro solo. μόνος. Idem, vnus tum domi eram, & fores erant clausæ. Gell. *cap. 4. lib. 18.* vnus & vnicus Salustij enarrator. Idem *cap. 3. lib. 13.* Vnum solitarium. Plaut. *Mostell. sc. 3. a. 1.* Matronæ est, non meretricum vnum inseruire amantem. mox, Si illum inseruibis solùm, &c. In qua significatione quandoque genitiuo iungitur, & ferè genitiuo Omnium. Plin. *lib. 9. cap. 17.* Accipenser vnus omnium squamis ad os versis, contra aquam natando meat. ¶ Nonnunquam etiam genitiuo nominis substantiui, sed ferè subintelligitur genitiuus Omnium. Idem *lib. 11. cap. 37.* Caluitium vni tantùm animalium homini. ¶ Aliquando in oratione vnus subticetur. Quint. *lib. 9. cap. 1.* Nec desunt, qui tropis figuræ nomen imponant. quorum est C. Artorius Proculus. hoc est, quorum vnus est, &c. ¶ Dicitur & Vnus de, & Vnus è vel ex, Martial. *lib. 9.*

——— inuidit de tribus vna soror.

Cic. *ad Attic. lib. 3.* Mihi etiam vnum de malis in metu est, fratris miseri negotium. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.* Ex multis exquire vnum certum amicum. Suet. *in Aug. c. 56.* Vnus è populo, (id est, priuatus.) Plaut. *Men. sc. 2. a. 4.* Ex omnibus vnum magnificare. Quintil. *lib. 8. c. 4.* Non aliquis iuuenis, aut vnus è vulgo, &c. Plaut. *in Truc.* Te vnum ex omnibus amat. ¶ In plurali, Vnæ. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Vnæ quinque remorantur minæ, (id est, restant numerandæ.) Vnis moribus, pro vno more. Cic. *pro Flacco*, Adsunt Lacedæmonij, &c. qui soli toto orbe terrarum septingentos

septingentos iam annos amplius,vnis moribus,& nunquam mutatis legibus viuunt. ¶ Ponitur aliquando pro pronomine idem. Plaut. *in Capt. Prol.* Hic postquam hunc emit,dedit eum huic gnato suo peculiarem, quia quasi vna ætas erat,id est,eadem ætas, siue eiusdem ætatis erant. Vno exemplo omnes viuunt,id est, eodem. Idem *in Mil.* Idem *Pseud. sc.2.a.1.*Vna opera cuncta reprehendam.(id est,eadem.)Idem *Capt.sc. 1.a.3.*Ego pergo ad alios,deinde ad alios,vna re.(id est,idem faciunt.) Idem *Mil.sc.6.a.2.* Ex vno puteo aqua aquæ non similior. (id est,eodem.)Idem *Curc.sc.2.a.5.* Qui mecum vnà vectus est vna naui.(id est, eadem.) Idem *Capt.sc.4.a.3.* Vna opera mihi Orestes fuit sodalis, qua iste.Sic etiam accipiendum est illud Ouid.1.*Metam.*

Vnus erat toto naturæ vultus in orbe.

id est,idem vultus,& sibi per omnia similis. ¶ Aliquando pro primo. Virg.2.*Æneid.*

——— cadit & Ripheus iustissimus vnus
Qui fuit in Teucris.

¶ Pro proprio,primo,siue peculiari. Plaut. *Mil.sc.1.a.2.* Vnum conclaue miles concubinæ dedit. ¶ Ad vnum interficiuntur. Cæs.2. *de bell. ciu.*(id est,ne vnus quidem ex illa clade euasit,superfuit. ¶ Nemo vnus, vide *Nemo*, suprà. ¶ Vnus & alter, pro duobus. {שנים *schenáyim.* εἷς καὶ δύω.} Cic.4. *Verr.* Dicit vnus & alter breuiter nihil interrogatus. Terent. *in Andr.* Sed postquam amator accessit vnus,& item alter,pretium pollicens. ¶ Sic alter & tertius,pro tribus. Tacitus,Sed & alter & tertius dies cunctatione absumitur. ¶ Vno pro vni,Gell. *c.7.lib.3.* Vnóque illo negotio sese alligabunt.(id est,illi pugnæ se totos dabunt milites.) ¶ Vnus etiam peculiari modo ponitur,vt vulgò dicimus, *vn fol ou sage.* Cels. *lib.5.c.28.* In cæteris quoque partibus, si vna plaga exigua est,siue mediocris,suppuratio fuit.

Vnusquilĭbet,& Vnusquiuis, quilibet. {כל אחד *chól echádh* איש *isch.* εἷς ἕκαστος. GALL. *Vn chacun.* ITAL. *Ciascuno,ogni vno.* GERM. Ein jeder/oder jetlicher. HISP. *Cada vno.* ANGL. *Euery one,all.*}

Vnusquispĭam,aliquis vnus. {אחד *echádh.* εἷς τις. GALL. *Aucun.* ITAL. *Alguno.* GERM. Etwan einer. HISP. *Alguno.* ANGL. *Some one.*}

Vnusquisquĕ,vnaquæque,vnumquodque,& vnumquidque,Singuli:dictio vniuersalis, potiúsque cum positiuo quàm superlatiuo iungitur, eò quòd vnus vim quandam superlat. obtineat. {כל אחד *chel echádh* איש *isch.* πᾶς ἕκαστος, πᾶς τις, πάλιν ὅσοι. GALL. *Vn chacun.* ITAL. *Ciascheduno.* GERM. Ein jeder. HISP. *Cada vno.* ANGL. *Euery one,all.*} Plaut. *Curc.sc.3.a.2.* Ex vnoquoque eorum crepitum excutiam polentarium.Idem *Asin.sc.2.a.2.*Placidè vnumquodque rogita:aliàs,Vnumquidque.Cic. *pro Font.* Mouetur eo tempore quo vnusquisque nostrûm, quum in eum locum productus est. Ibidem enim semper vnaquaque de re testis non solùm semel, verumetiam breuiter interrogatus. Idem *pro Rosc. Amer.* Leuiter vnumquodque tangere. ¶ Vnusquisque, pro quislibet vnus,Senec. *c.14. de consol.ad Mart.* Vnumquemque animo occupa,(id est,quemlibet vnum.)

Vnĭcălămŭs,adiect. {ὁ καὶ ἡ μονοκάλαμος. GALL. *Qui n'a qu'vn tuyau ou vn chaulme.* ITAL. *Di vn sol calamo,ò gamba.* GERM. Das nur ein Ror oder halm hatt. HISP. *Cosa que tiene vna sola caña ò paja.* ANGL. *That hath one stalke.*} Frumentum vnicalamum. Plin. *lib.18.cap.7.* Vnicalamum præterea,nec vsquam capax,seritúrque nonnisi tenui terra.

Vnĭcaulĭs,e,quod vnum caulem habet,nec in ramos spargitur. {μονόκαυλος. GALL. *Qui n'a qu'vne tige.* ITAL. *Di vn costone.* GERM. Das nur ein stengel hatt. HISP. *Cosa que ha vn solo tallo.* ANGL. *That hath one stalk.*} Plin. *lib.19.c.10.* Est autem vnicaule,radice bulbo simili.

Vnĭcŏlŏr, omnis gen. Vnius coloris. {μονοχρώματος. GALL. *D'vne couleur.* ITAL. *Di vn colore.* GERM. Einer farb. HISP. *Cosa de vn color.* ANGL. *Of one coulour.*} Plin. *lib.32.c.9.* Dulciores fœminæ sunt,& vnicolores. Ouid.1.*Metam.*

At medio torus est hebeno sublimis in antro
Plumeus,vnicolor pullo velamine tectus.

Vnĭcornĭs,is,gener.masc. A recentioribus quibusdam ex nostris appellatur fera, quam Græci μονοκέρωτα appellant. {GALL. *Licorne, qui n'a qu'vne corne.* ITAL. *Licorno.* GERM. Ein einhorn. HISP. *Animal de vn solo cuerno,vnicornio.* ANGL. *That hath one horne.*} Hanc Plin. ceruino capite esse scribit, pedibus elephanti, cauda capri, reliquo corpore equo non dissimili, vnicum media in fronte cornu gerentem cubitorum duorum longitudine. ¶ Est & vnicornis,& hoc vnicorne,adiectiuum, quod vnum cornu tantùm habet. Idem *lib.11.cap.46.* Vnicorne bisulcum orix. Idem *lib.8.c.21.* In India boues sunt solidis vngulis,& vnicornes.

Vnĭcŭs,a,um,Singularis,vel solus. {יחיד *jachid.* μόνος. GAL. *Vnique,seul.* ITAL. *Vnico,solo,singulare.* GERM. Eintzig/einig. HISP. *Cosa sola y vnica.* ANGL. *One,alone.*} vt,Phœnix est vnica auis. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Et quæramus quæ tanta vitia fuerint in vnico filio. Plaut. *Capt.sc.2.a.1.* Tibi vnicus est:mihi vnico est magis vnicus. Liu. *lib.4.bell.Pun.* Vnicus spectator cœli Archimedes. Gell. *c.4.lib.18.* Vnus & vnicus Enarrator Salustij.

Vnĭcē, aduerbium, singulariter. {μοναχῇ. GALL. *Vniquement, singulierement.* ITAL. & HISP. *Vnicamente, singularmente.* GERM. Voraus vnd als eintzig. ANGL. *Only.*} Plaut. *in Bacchid.* Imò vnicè vnum plurimi pendit. Idem *Asin.sc.3.a.1.* Vnicè vnum amare te aiebas. Velleius,Vnicè cauere concordiæ. Suet. *in Aug.c.62.&c.*

¶Vnifolium,monophylon,gramen Parnasi nascens in vmbrosis. H.P.¶

Vnĭformĭs. μονοειδής. Iulius Firmicus *Mathes.lib.1. de zonis*, Quædam ipsarum vniformes sunt.

Vnĭformĭtās,atis. Macrob. *Saturn.lib.7.c.5.* Cur illis prouidere veritatem laboras,illi squalorem vniformitatis adiicis?

Vnĭformĭtĕr,aduerb. ὁμοιοσχημόνως. Diomedes Gramm. *lib.1.* Simplex vel vnica est,quæ per omnes casus vniformiter currit.

Vnĭgĕnă, æ, comm. gen. Vnicus, vnigenitus. {יחיד *jachidh.* μονογενής. GALL. *Seul né,vnique fils,ou fille.* ITAL. *Solo figliuolo.* GERM. Ein eingeborner. HISP. *Hijo solo.* ANGL. *Only begotten.*} Cic. *de Vniuers.* Singularem Deus hunc mundum atque vnigenam procreauit. Alia ratione Pallas à Catullo dicitur Vnigena,quòd scilicet vnico parente crederetur genita,ex cerebro nimirum Iouis.

Vnĭgĕnĭtŭs, vox frequens est Ecclesiasticis scriptoribus pro filio vnico, qui neque fratrem habuerit, neque sororem. {יחיד *jachidh.* μονογενής. GALL. *Fils vnique.* ITAL. *Sol figlio, vnigenito.* GERM. Ein eingeborner. HISP. *Hijo solo.* ANGL. *An only begotten sonne.*}

Vnĭiŭgæ vineæ,qui simplici nituntur iugo, quum binis hastilibus in terra defixis, singulæ transuersæ perticæ in vnam tantùm partem ordinis superincumbunt. μονόζυγες ἄμπελοι. Plin. *lib.17.cap.22.* Si vniiuga erit vinea.

Vnĭmănŭs,a,um,Vnam tantùm manum habens. {μονόχειρ. GALL. *Qui n'a qu'vne main.* ITAL. *Di vna mano.* GERM. Der nur ein hand hatt. HISP. *Cosa de vna sola mano.* ANGL. *That hat but one hand.*} Liu.5.*bell.Maced.* Capram sex hœdos vno fœtu edidisse ex Piceno nunciatum est,& Aretij puerum natum vnimanum.

Vnĭmŏdŭs,vniusmodi. Apuleius *de Philosophia*,Vnimodam verò esse virtutem,quòd bonum suapte natura adminiculo non indiget.

Vnĭo,is,iui,itum, coniungo, in vnum redigo. {יחד *jichédh* חבר *chibbér.* ἑνόω. GALL. *Vnir,conioindre.* ITAL. *Adunare,aggiongere.* GERM. Vereinbaren/vereinigen. HISP. *Ayuntar.* ANGL. *To couple together and mak one.*} vnde vniti animi,qui sunt vnius voluntatis.

Vnĭstĭrpĭs,e,quod à radice caudicem habet vnicum assurgentem. {μονοστέλεχος. GALL. *Qui n'a qu'vne racine ou vn tige.* ITAL. *D'vna stirpe.* GERM. Das nur ein stamm hatt. HISP. *Cosa de vna sola planta.* ANGL. *That hath one route or stalke.*} Plin. *lib.16.c.30.* In longitudinem excrescunt abies,larix,palma,cupressus,vlmus,& si qua vnistirpia.

Vnĭtās, atis, indiuisibile numeri principium. {μονάς. GALL. *Conionction de plusieurs choses en vne,vnité.* ITAL. *Congiunzione d'vna,ò di più cose, vnità.* GERM. Das eins in der zal: item, einigkeit/vereinbarung vieler dingen als ob es eins wäre. HISP. *Vnidad.* ANGL. *Vnitie.*} ¶ Accipitur & pro omnimoda similitudine. Colum. *lib.7.cap.3.* Ideo nisi lanatas oues emi,non oportet quò meliùs vnitas coloris appareat. Plin. *lib.7.cap.12.* Troianus M.Antonio iam Triumuiro,eximios forma pueros, alterum in Asia genitum,alterum trans Alpes,vt geminos vendidit: tanta vnitas erat. ¶ Singularis numeri vnitas,Gell. *cap.8.lib.19.* ¶ In vnitatem coire,i.vniri. Cels. *lib.4.cap.19.* Donec omnia quæ indita sunt,liquata in vnitatem quondam coëant. Alibi dixit, donec corpus vnum fit,vnitas fit. Idem *lib.6.cap.6.* Vbi facta vnitas est, i. vbi in vnitatem coiuerunt. Rursus *lib.7.c.4.* Idque linum esse debet crudum,& duplex tripléxve, sic tortum vt vnitas facta sit.

Vnĭtĕr,aduerbium, coniunctè, concorditer. {εἰς ἕν, καθ' ἕν. GALL. *En vn, ensemble.* ITAL. *Congiuntamente,in vno,insieme.* GERM. Einträchtigklich. HISP. *El vno,juntamente.* ANGL. *In one,together.*} Lucret. *lib.3.*

——— Quum corporis atque animai
Dissidium fuerit,quibus hæsimus vniter apti.

Vnitus,a,um,Diomed. *lib.1.*

VNĬVĔRSVS,a,um, in singulari quidem idem est, quod totus. {כל *chol.* σύμπας, ἀπαξάπας, ὅλος, ἅπας. GALL. *Vniuersel,general.* ITAL. *Vniuerso, il tutto, senza trarne alcuna cosa.* GERM. Gantz/oder alsampt. HISP. *El todo ayuntado de partes.* ANGL. *All at once or together.*} vt, Vniuersus ager, vniuersus exercitus. ¶ In plurali verò significat omnes coniunctim. Nam si dicimus, Omnes sibi domicilium constituerunt, intelligitur domicilium sibi vnumquemque constituisse. Si verò dicimus, Vniuersi sibi domicilium constituerunt, significatur omnes simul vnum sibi domicilium fecisse. Cic. *lib.4. Acad.* Qui loquitur de vniuersis,nihil excipit: quid enim potest esse extra vniuersa? Senec. *c.11. de tranq.* Nunquid honoribus tam vniuersis functus es,quàm Seianus? Quintil. Vniuerso partes continentur; non vtique accidit parti vniuersum. Terent. *in Phorm.* Quod ille vnciatim vix de demenso suo, Suum defraudans genium,comparsit miser:id illa vniuersum abripiet. Cic. 3. *Offic.* Ergo vnum debet omnibus esse propositum, vt eadem sit vtilitas vniuscuiusque & vniuersorum,&c. ¶ Omnes vniuersi, Gell. *c.12.lib.19.* Herodem Atticum, consularem virum Athenis disserentem audiui Græca oratione: In qua ferè omnes memoriæ nostræ vniuersos grauitate,& copia præstitit.

Vnĭuersē,aduerbium,generaliter, generatim, sigillatim. {καθόλου, ὅλως. GALL. *Vniuersellement, en general, generalement.* ITAL. & HISP. *Generalmente, vniuersalmente.* GERM. Gemeinlich/vnunderscheidenlich/samenthafft. ANGL. *Generallye, altogither.*} Cic. *in Vatin.* Quæro abs te primùm vniuersè, quòd genus improbitatis & sceleris in eo magistratu tu prætermiseris. Idem 7. *Verr.* Quid ego de cæteris ciuium Romanorum suppliciis sigillatim potius quàm generatim atque vniuersè loquar?

Vnĭuersim,aliud aduerbium eiusdem significationis.

Vnĭuersĭtās, atis. {מכלל *michlál* מכלול *michlól* vel *machlúl.* τὸ πᾶν, τὸ σύμπαν. GALL. *L'vniuers, le tout ensemble.* ITAL. *Vniuersità, comunità.* GERM. Ein gantze gemeinsamme/algemeine versamlung. HISP. *Ayuntamiento de partes.* ANGL. *The vniuersitie or any multitude all at once.*} Cicer. 2. *de natur. deor.* Licet enim contrahere vniuersitatem generis humani, eámque gradatim ad pauciores, postremò deducere ad singulos. Colum. *in Præfat.lib.1.* De rusticationis vniuersitate nihil attinet nunc plura dicere. Quintil. Vniuersitate pugnare.(id est,toto genere.) ¶ Vniuersitas pro communi collegio interdum poni solet. *Dig. lib.3. tit.4. l.1.* Si mancipes vel aliqua vniuersitas ad agendum det actorem.

Vnĭuersālĭs,e,ad vniuersos pertinens. {καθολικός. GALL. *Vniuersel.* ITAL. *Vniuersale.* GERM. Allgemein. HISP. *Vniuersal.* ANGL. *Vniuersall.*} Autor ad Herennium, Nam in huiusmodi rationibus, non vniuersali,neque absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. Quo tamen in loco sunt qui malint legere Vniuersa. Vtitur tamen hac voce & Varro *lib.2.de Analog.* Quod (inquit)ad vniuersalem pertinet causam. Quintilian. Vniuersalia, siue perpetualia præcepta. (καθολικά.)

¶Est autem vniuersale

Originatione,seu productione;vulgò *causando*:vt commune rerum causæ. Deus autem causa causarum,in bonis.

Essentia;vulgò *essendo*:vt naturæ communes, quæ in rebus inferioribus exsistunt.

Significatione & repræsentatione: vt voces & conceptus, quibus indicantur multa in singularibus multiplicata.

Enuntiatione,seu prædicando;quod de multis enunciatur.¶

Vniuĭrā,æ,quæ vni tantùm nupsit,quod μονόγαμος dicitur. Tertull.*lib.de Monogamia*,Fortunæ muliebri coronam non imponit,nisi vniuira.

‖Vniuiratus,magistratus carens collegâ,v.g. Prostratæ, & Pont. Maxim. Lazius.‖

Vnĭuŏcŭs,a,um, Quod & nomine,& re pluribus conuenit:Græcè συνώνυμος. ✕ Æquiuocum,quod nomine, sed non re pluribus conuenit, & à Græcis ὁμώνυμος appellatur. Animal itaque respectu hominis,& equi, vniuocum est,quia illis & animalis nomen commune est, & ratio substantiæ eadem, vtrique enim conuenit animalis definitio, corpus animatum sensibile. Grammatici dicunt, Homonyma esse,quæ voce, sed non significatione conueniunt,vt Nepos & filij filium significat,& prodigum. Synonyma,quæ non voce,sed significatione conueniunt:vt ensis & gladius.

Vnĭuŏcē,aduerbium. συνωνύμως.

Vnĭūsmŏdi,nomen indeclinabile,Vniformis,non varius. {ὁμοειδής.GALL. *Qui tousiours est d'vne sorte,tousiours d'vne maniere.* ITAL. *Di vna forma & foggia,non vario.*GERM.Einerley mass oder weyss. HISP.*Cosa de vna sola manera.*ANGL.*Of one sorte or fashion.*} Terent.*in Heaut.* nam parentum iniuriæ Vniusmodi sunt fermè. Cic. *Attic. lib.9.* Noli enim putare tolerabiles horum insanias,nec vniusmodi fore?

Vnĭŏcŭlŭs,qui & Vnoculus dicitur,Vnicum habens oculum,quales Poëtæ fingunt fuisse Cyclopes. {μονόφθαλμος.GALL.*Qui n'a qu'vn œil.*ITAL. *Chi ha vn solo occhio.*GERM.Ein eindugiger.HISP.*Tuerto de vn ojo.*ANG. *That hath one eye.*} Plaut. *Curc.sc.1.a.3.* Vnocule salue. mox,De Coclitum prosapia te te esse arbitror:Nam ij sunt vnoculi.Gell.*lib.3.c.11.* de Cyclope itidem,inquit,vel maximè, quòd fuerit vnoculus.

Vnōsē,aduerbium antiquum,simul significat.Pacuuius *in Iliona*, Occidisti,vt multa paucis verba vnosè enuntiem.Ex Nonio.

VO

Voberta,villa est iuxta Bibilim Hispaniæ vrbem,& Salonem amnem vmbris arborum,& frigiditate scaturientium fontium amœnissima, quam Martialis graphicè depingit Liciano *lib.2.Epigram.17.*

Vŏcābŭlum,Vocalis, Vocatiuus, Vocator, Vociferor, Vocito, Voco, vide *Vox.*

Vocetius, mons apud Rauracos, ob salebras, & lamas viatori admodum incommodus:in quem Heluetij à Cæcinna victi confugerunt:vt refert Tacit.*lib.17.* {Der Bötzberg.}

Voconia,genera sunt pyrorum,quemadmodum & volema.Plin.*lib.15.c.15.*

Voconij forum, Arecomiorum ciuitas in Gallia Narbonensis, cuius meminit Plin.*lib.3.cap.4.*

Vocontij,Narbonensis Galliæ populi sunt,quorum ciuitas Tricoriū commemoratur à Plin.*lib.3.c.4.* {Völcker im Delphinat bey dem fluss Druentia.} Vocontius,siue Vocuntius,adiect.vt Rura Vocontia.Sil.*lib.3.*

Iam faciles campos,iam rura Vocontia carpit.

Vŏcŭlă,vide *Vox.*

‖Vogentia,V. olim E. nunc pagus octauo lapide à Ferraria situs; quò sedes an.*656.*à Vitaliano Papa est translata.‖

Vŏgĕsŭs,Mons est Galliæ Belgicæ,Sequanos & Lingones diuidens à Mediomatricibus,ex quo Mosa & Araris fluuij nascuntur.Lucan.*lib.1.*

Castraque Vogesi curuam super ardua ripam
Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

Vŏlă,caua pars manus,siue pedis. {כף chaph.θέναρ.GALL.*La paulme de la main.*ITAL.*Palma.* GERM. Das mittel oder die höle inwendig der hand oder fuss/gauff.HISP.*La palma de la mano.*ANGL.*The palme of the hand the holownesse ar balle the of the and.*} Plin. *lib.12. cap.45.* Vola homini tantùm,exceptis quibusdam. ¶ Hinc Inuolare,pro rapere,quasi volam iniicere,ἁρπάζειν.Plin.*lib.9.c.29.* Singulos inuolat verius quàm capit.

Volaterræ,Strab.*lib.5.*Hetruriæ oppidum est,non procul à mari, in edita planitie collis situm,ad quam xv. stadiorum est ascensus. Hinc Volaterrani,pro vrbis huius incolis,& Vada Volaterrana,apud Plin.*lib.5.c.5.*

Volaticus,Volatilis,Volatura,Volatus,vide *Volo.*

Volcæ,populi Galliæ Narbonensis,trans Rhodanum,Occidentem versùs: ex quibus qui flumini proximi sunt, Arecomij cognominati sunt : qui verò longius à Rhodano recedentes,in Pyrenæos montes vergunt,dicti sunt Tectosages,quorum regionem hodie Linguam Occitanam appellant.Autor Ptolem.*lib.3.c.10.* {Langendock.}

Vŏlcātĭŭs,Consul fuit Romæ,tempore prioris coniurationis Catilinæ,illúmque Repetundarum reum, quòd intra legitimum tempus profiteri nequiuisset, Consulatum petere prohibuit : quam rem tam ægrè tulit Catilina,vt de euertenda patria cum Antonio,& Pisone nefaria consilia inierit. Autor Pædianus. ¶ Volcatius Gallicanus quintùm Consul scripsit vitas Imperatorum ad Diocletianum : ex quibus tantùm extat nunc Auidij Cassij vita.Volcatius Terentianus historiam sui temporis, id est,Gordianorum scripsit:in qua memoriæ prodidit,referente Capitolino, Gordianum seniorem vultum Cæsaris Augusti valde retulisse. ¶Volcatius Epidius Grammaticus scripsit res gestas Pompeij Magni, & eius patris:primus libertinorum qui historiam scripserit, quum ab optimo quoque scribi solita sit,vt est autor Cornelius Nepos. Ludum aperuit,docuitque inter cæteros M.Antonium,& Augustum.Ex Tranquillo. ¶ Volcatius item alius fuit,teste Plin. *lib.11.c.43.* Poëta non ignobilis, qui quòd senos in manu haberet digitos, Sedigitus est cognominatus.Huius etiam hodie aliquot circunferuntur Iambi,quibus suum de Latinis Comicis iudicium protulit.¶Præter hos fuit & Volcatius Iurisconsultus,Cesellij præceptor,quem tradit idem Plin.*lib.8. c.11.* Asturcone sub vesperum à rure suburbano redeuntem, quum in grassatorem incidisset,à cane fuisse defensum.

Vŏlēmă,Pyra prægrandia, ita dicta quòd impleant volam : quorum meminit & Cato *de re rust.*& post eum Virg.*Georg.*

———nec surculus idem
Crustumis,Syriisque pyris,grauibúsque volemis.

Author antiqui Lexici exponit κολοκυνθίδας ἀπίους, credo de magnitudine atque amplitudine cucurbitæ.

Vŏlēns,Volentia,vide *Volo,vis.*

Vŏlgĭŏlum,i, inter rustica instrumenta connumerat Plin. *lib.17. cap.10.* Seritur mense Aprili,area æquata cylindris, aut volgiolis, densum. de semine cupressi.

Vŏlo, as, aërem pennis seco. Proprium est alas habentium. {עף ghaph חאכיר heebir דאה daáh נצרה natsáh.πέτομαι,ἵπταμαι,πετάομαι. GALL. *Voler.*ITAL.*Volare.* GERM. Fliegen. HISP.*Volar.* ANGL.*To flie in the aire lyk a birde.*} Ouid.*3.Trist.Eleg.4.*

Nempè quòd hic altè,demissius ille volabat.

Plin. *lib.10.cap.24.* Sturnorum generi proprium cateruatim volare,& quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus.Virg.*1.Æneid.*

———volat ille per aëra magnum
Remigio alarum.

Plaut. *Asin.sc.1.a.1.* Age sis tu sine pennis vola. ¶ Volare membranis dicuntur cicadæ,& vespertiliones.Plin.*lib.11.c.28.* Membranis vt cicadæ volant. ¶ Transfertur etiam ad alia quæ celeriter feruntur : vt, Nauis volat,fama volat,& huiusmodi. Terent.*in Hecyr.* Ne me frustrà illic expectet,vola,id est,celeriter curre.Virg.*3.Æneid.*

Fama volat pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducem.

Idem *2.Georg.*

Et proni dant lora volant vi feruidus axis.

Idem *1.Æneid.*

Iámque faces & saxa volant,furor arma ministrat.

Ouid.*10.Metam.*

———passu volat alite virgo.

Cic.*Attic.lib.6.*Tu autem fac vt mihi tuæ literæ volent obuiæ.Liu.*5. bell Pun.*Ingens enim iam vis omnis generis telorum è muris volabat. Ouid.*Eleg.10.lib.3.Trist.*

———Longéque volante sagitta.

Idem *Eleg.3.lib.3.Trist.*

Nam si morte carens vacuas volat altus in auras
Spiritus, &c.

Et Plaut.*in Pseud.sc.2.a.3.*Is odor dimissis pedibus in cœlum volat.

Vŏlāns,antis,participium. {עף ghaph. πετόμενος,ἱπτάμενος. GALL.*Volant, qui vole.*ITAL.*Che vola.* GERM. Fliegend. HISP.*Que buela.* ANGL.*That flieth.*} Virg.*1.Æneid.*

———cœlóque inuectus aperto
Flectit equos,currúque volans dat lora secundo.

Idem *3.Georg.*

———currus agitare volantes.

¶ Volantes substantiuè pro auibus.Idem *lib.6.Æneid.*de Auerno,

Quam super haud vllæ poterunt impunè volantes
Tendere iter pennis.

Vŏlĭto,as,frequenter volo. Plinius,Super aquas assiduè volitans. {ἀναπέτομαι.GALL.*Voleter,courir çà & là legerement,voler souuent.*ITAL.*Strauolare, volar souente.* GERM. Offt oder stets fliegen/eins fittgens. HISP. *Volar à menudo y muchas vezes.*ANGL.*To flie often.*} Cic.*1.de nat.deor.* In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum. Plin. *lib.10.c.16.* Vespertilio geminos volitat amplexa infantes.Ouid.*2.Metam.*

———Volitant super ora fauilla.

Liu.*lib.5.bell.Pun.*Reate saxum ingens visum volitare.¶Ponitur etiam volito, μετεωροπολῶ, pro discurro, vagor & cum insolentia quadam hinc inde curro.Cic.*pro domo sua*,Itaque quum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares,&c.Martial.*lib.1.*

Æthereas lasciue cupis volitare per auras,
I,fuge : sed poteras tutior esse domi.

Volitare cupiditate gloriæ,est efferri & vehementer trahi.Cic.*in Pisonem*, Valebis apud hominem volitantem gloriæ cupiditate vir moderatus & constans. Volitare in re aliqua insolentiùs, id est, iactare sese & efferri. Idem *pro Flacco*, Nunc verò non insultabo vehementiùs nec volitabo insolentiùs. Plaut. *Amph.* Portum versus volito : hunc tuis verbis voco.Idem *ibid.* Satur pugnis ad te volito,&c.

Vŏlātĭcŭs,a,um,Velox,quasi volatilis. {קל *kál.* πτηνός. GALL. *Volage, inconstant.* ITAL.*Volatico,volatiuo.* GERM. Geflügig/vnbestendig/hin vnd här farend. HISP. *Muy ligero, que buela.* ANGL. *Swift speedie, as it were flying.*} Et per translationem præceps,inconstans.εὐρίπιστος,ἄστατος.Cic. *ad Attic.lib.13.* O Academiam volaticam, & sui similem, modò huc, modò illuc,&c.Idem *de Arusp.resp.* Illius furentes ac volaticos impetus in seipsos posse conuerti.Senec.*Epist.42.* Volaticus homo.

Vŏlātĭlis,e,Volucris,adiectiuum:vt, Bestia volatilis. {עוף *hoph* עף *ghaph.* πτηνόν.GALL.*Qui vole ou peut voler, volaille.* ITAL. *Volatile,volante.* GERM.Fliegend/das fliegen than.HISP.*Cosa que buela.*ANGL.*That flieth or may flie,afoull.*} Cic.*de nat.deor.*Præterea vescimur bestiis & terrenis, & aquatilibus, & volatilibus, partim capiendo, partim alendo. ¶ Ferrum volatile pro sagitta, ferrea cuspide præmunita,quæ ex arcu emissa,celeriter fugit, velocitatem adiuuantibus pennis, alarum quodammodo vicem supplentibus.Virg.*lib.4.Æneid.*

———qualis coniecta cerua sagitta,
Quam procul incautam memoria inter Cressia fixit
Pastor agens telis,liquitque volatile ferrum Nescius.

Idem *lib.8.*

Stupea flamma manu telisque volatile ferrum Spargitur.

Volatilis ætas,id est,fluxa & caduca.ὀλιγοχρόνιος. Ouid.*1.Metam.*

Labitur occultè,fallitque volatilis ætas,
Et nihil est annis velocius.

Vŏlātŭs,us,ipsa volatio & volandi actus. {πτῆμα. GALL. *Vol,volée,volement.*ITAL.*Volato,volo.*GERM.Das fliegen.HISP.*Buelo.*ANGL.*A flying.*} Cic.*de nat.deor.* Idémque & volatus alitum sustinet,& spiritus ductus alit,& sustentat animantes.Martial.*lib.11.*

Si tam præcipiti fuerant ventura volatu,
Debuerant alia fata venire via.

Ouid.*Eleg.8.lib.3.Trist.*

Vt tenera cedente volatibus aura.

Volatura,æ,volatus. πτῆσις. Varro *3.de re rust.c.5.* Ibi in prima volatura quum veniunt,morantur dies paucos requiescendi causa.Colum.*lib.8. c.9.*A volatura ita vt capitur,farturæ destinatur.

Vŏlo,vis,Voluntas est,voluntatem habeo, voluntas mea fert, Præterito volui, notæ significationis est. {רצה *ratsáh* אבה *abáh* חפץ *chaphets* הואיל *hoil.* βούλομαι,θέλω. GALL.*Vouloir.* ITAL.*Volere.* GERM.Wöllen. HISP.*Querer.*ANGL.*To will.*} Virg.*3.Eclog.*

Vis

Vis ergo inter nos quid poſſit vterque viciſſim Experiamur?

¶ Volo te,volo te verbis paucis,ſubaudi alloqui.Plaut.*in Capt.*Philocrates per tuum genium obſecro exi,te volo.Idem *Epid.*—volo te verbis pauculis,Si tibi moleſtum non eſt.Terent. *in Andr.* Quis me vult? Plaut.*Moſt.ſc.3.a.1.* Volo placere meo Philolacheti.Quintil. Cui ego omnia volo & debeo. Idem *Aul.ſc.4. a.1.* Recten' atque vt vis vales. Idem *Pſ.ſc.2.a.2.*Nimis velim qui mihi certum faciat.(dari ſup.)Idem *Aul.ſc.5.a.4.* Scis me facta velle quæ tu velis.*Ib.ſc.3.a.4.*Nimis illum ad me veniat,velim.*Ibid.ſc.4.a.1.* Redeo ad te ſi quid me vis.Idem *in Curc.* Velle gratiam alicuius (ſup. inire.) *Ibid.ſc.3.a.2.* Vt decet velle hominem amicum amico, (i.benè velle.) Idem *Pſ.ſc.3.a.1.* Te viuum atque ſaluum vellem. Idem *Aſin. ſc.1.a.1.* Verba in pauca conferam, quid te velim.*Ibid.*Si quid te volam,vbi eris?Idem *Men.ſc.5.a.5.* Non ita promeruiſti de me pigeat quæ velis. *Ibid.ſc.9.a.3.* Promeruiſti vt, &c.ne quid ores quod velis, quin impetres. Idem *Aul.ſc.6.a.4.* Quid vis fieri; factum infectum fieri non poteſt. Idem *Men.ſc.1.a.2.* Cedo marſupium. Quid eo vis?(ſub facere.) Quid vis fieri. Vide *Fio.* Idem *Moſt.ſc.3.a.1.* Nimis velim lapidem.Catull.*de com.Beren.*

Amantes non longè à caro corpore abeſſe volunt.

Ouid.13.*Metam.*

Vellet & infelix Palamedes eſſe relictus.

¶ Volo Arpinum,ſub proficiſci.Cic.*Att.lib.9.*Nos autem in Formiano morabamur,quò citiùs audiremus:deinde Arpinum volebamus.Eidem *lib.6.*Rhodum volo puerorum cauſa.Eodem modo hic ipſe ſæpiùs vtitur verbo Cogito. ¶ Velit nolit,pro velit an non velit.Idem *ad Quint. fratr.lib.3.* Craſſum Iunianum hominem mihi deditum per me deterruit:velit nolit,ſcire difficile eſt. ¶ Ponitur aliquando pro opto & cupio.Cic.*ad Cornif.lib.12.* Eandem rem tibi volo bene & feliciter euenire.Volo omnia tua cauſa,id eſt,tibi in omnibus bene cupio.Idem *ad Tiron.lib.16.*Quum omnia mea cauſa velles mihi ſucceſſa,tum etiam tua. Quid ſibi vult iſtud? Idem *in Verrem*, Quid ſibi equeſtres ſtatuæ volunt propter ædem Vulcani:hoc eſt,quid ſignificant? ¶ Ponitur aliquando pro opinor & cenſeo. Idem 1.*de nat.deor.* Quatuor etiam naturas,ex quibus omnia conſtare cenſet,diuinas eſſe vult.

Vŏlēns,entis,participium,vt volenti animo : libenter,non inuitè.} רצה *rotſéh* חפץ *chaphéts.* βυλόμενος. GALL.*Voulant,qui veut.*ITAL.*Volente.* GERM. Wöllend/gutwillig. HISP.*El que quiere.* ANGL. *That willeth,willing.*} Saluſt.*in Iugurth.* Hæc Romæ plebes, literis quæ de Metello ac Mario miſſæ erant, cognitis, volenti animo de ambobus acceperat. ¶ Volens aliquid facit,i.de induſtria,vt apud Virg.

Ipſa autem macie tenuant armenta volentes,

id eſt,ſtudio & induſtria. ¶ Volens,beneuolus.Cato,Mars pater,te precor quæſóque, vti ſies volens propitius mihi, domo familiæque noſtræ.Liuius,Pacem precibus expoſcunt,vti volens propitius ſuam ſemper ſoſpitet progeniem. Idem, Precatus deinde ſi diuus, ſi diua eſſet, qui ſibi præpetem miſiſſet,volens propitiúſque adeſſet,id eſt,fauens & proſper.Saluſt.tamen *lib.4.hiſt.* referente Nonio,Volentia plebi dixit, hoc eſt,placentia & grata. Verba Saluſtij ſunt hæc: Multiſque ſuſpicionibus volentia plebi facturus videbatur.

Volenter,ánimo volente. Apul.

Volentia in compoſitione idem eſſe videtur quod voluntas. { חפץ *chéphets* רצון *ratſón* אבה *ebéh.* βύλησις.} Nonius,A volentia fit beneuolentia, Maleuolentia pro amore & odio, quaſi bona & mala voluntas. Item Beneuolus & Maleuolus.

‖Volitio,actus,quo quis vult:vox Scholaſticorum.Omnis actus voluntatis, affirmatiuus & negatiuus, h. e. velle & nolle. Item certa quædam volitio.Dicitur autem duplex volitio: *Efficax*,quando non ſolùm placet quod volumus,ſed etiam,ſi poſſumus,effectum damus.Huic opponitur volitio efficax, qua non tantùm odimus quod nolumus, ſed etiam, ſi poſſimus, impedimus, aut deſtruimus. *Remiſſa*, ſeu refracta, quando placet quod volumus, ſed non ita, vt illico effectum demus, licèt poſſimus. Huic opponitur nolitio remiſſa, reſpectu mali; quod ſcimus fieri,& non impedimus.‖

Vŏlūntās,atis,animi noſtri ſentētia,mens,animus, ſenſus. {חפץ *chephéts* רצון *ratſón* אבה *ebéh.*θέλημα,βύλησις,πϱοαίρεσις,γνώμη. GALL.*Volonté.* ITAL.*Volontà.* GERM.Will. HISP.*Voluntad,potentia libre.*ANGL.Will.} Plaut. *Men.ſc.2.a.4.* Quando non vis tua voluntate id profiteri. *Ibid.* Benè ac pudicè me habuit.T.Haud voluntate id ſua.Idem *Mil.ſc.5.a.2.* Niſi voluntate ibis,rapiam te.Ouid.*Eleg.1.lib.2.Triſt.*

——honeſta voluntas

Plurima mulcendis auribus apta refert,

Cæſ. *lib.1. de bell.ciu.* Paribus beneficiis parem voluntatem tribuere. Cic.4. *Tuſc.* Natura enim omnes ea quæ bona videntur ſequuntur fugiúntque contraria. Quamobrem ſi ſimul obiecta ſpecies cuiuſpiam eſt,quod bonum videatur,ad id adipiſcendum impellit ipſa natura: id quum conſtanter prudentérque fit,eiuſmodi appetitionem Stoici βύλησιν appellant, nos appellamus voluntatem: eam illi putant eſſe in ſolo ſapiente,quum ſic definiunt, Voluntas eſt quæ quid cum ratione deſiderat. Quæ autem aduersùs rationem incitata eſt vehementiùs,ea libido eſt,vel cupiditas effrænata:quæ in omnibus ſtultis inuenitur. Cic.3. *in Catil.* Diis ergo immortalibus ducibus hanc mentem,Quirites,voluntatémque ſuſcepi. ¶ Ponitur aliquando pro ſtudio,amore,& beneuolentia in aliquem.Idem *ad Quint.fratr.lib.3.* Significat valdè te ſibi gratum feciſſe,quòd de ſua voluntate erga Cæſarem humaniſſimè diligentiſſiméque locutus eſſet.Terent.*in prol.Phorm.* Voluntas veſtra ſi ad poëtam acceſſerit,id eſt,faueritis poëtæ.¶Voluntas nominis,id eſt, eius vis atque ſententia. ¶Voluntate ablatiuus pulchrè ponitur pro eo quod eſt bona cum gratia. Terent. *in Adelph.* Quòd vos ius cogit,id voluntate te impetret. Cic.1.*Verr.* Ego iam tibi ipſe iſtud,quod expetis,mea voluntate concedam, id eſt, ſponte. Idem *ad Valerium lib.13.* Reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videntur.id eſt, omnibus volentibus & concedentibus. ‖ ¶ Voluntas Dei variè diſtinguitur. Vnus eſt,qui vult,ſed varia obiecta, circa quæ alius atque alius eſt actus Dei volentis,qui ſemper verax & ſanctus atque iuſtus eſt.Non diuina,ſed humana voluntas eſt mali,h.e. turpitudinis cauſa, & neque vlli vult nocitum Deus niſi nocenti, ſeu peccatori. Apud Scholaſticos crebra eſt diſtinctio,qua voluntas dicitur

Beneplaciti, eaque {
Antecedens,ſeu vniuerſè inuitans ad ſalutem ſub conditione fidei & obedientiæ.
Conſequens, quæ ſalutem iam credentibus & piis aſſignat:at impios damnationi adiudicat.

Signi, vt {
permiſſio,
prohibitio,
præceptio,
conſilium,
impletio, ſiue *operatio.*

Sed cauendum eſt, ne diluto ſenſu & diuinam haud decente eminentiam conſilia dicamus, quæ ſunt vel vniuerſalia, vel ſingularia, & ad certas perſonas reſtricta ac vrgentia Dei mandata.‖

Vŏlūntāriŭs,adiectiuum,quod fit ſponte,ad libidinem & arbitrium, vulgò Spontaneum vocant. {נדיב *nadhib.* αὐτομάτος. GALL.*Volontaire,de franche volonté, & ſans contrainte.* ITAL. *Volontario, chi opera ſpontaneamente.*GERM Willig/freywillig. HISP.*Voluntarioſo.* ANGL.*That is done willinglye.*} Cic.*ad Martium lib.7.* Aut conſciſcenda mors voluntaria. Liu.*lib.1.ab Vrbe*, Ferociſſimus quiſque iuuenum cum armis voluntarius adeſt. Plin. *de viris illuſtribus*, Voluntarium militem ſe obtulit. ¶Voluntarij milites dicuntur,qui ſponte nomina dant.Cæſ.5.*bell.Gall.* Neque ſibi voluntariorum copias defore, ſi ex finibus ſuis progredi cœpiſſet. Et vbique apud Liuium. ¶ Voluntaria herba,quæ ſua ſponte naſcitur,opponitur ſatiuæ. Plin.*lib.20.c.22.* de ſerpyllo, Satiuum non ſerpit, ſed ad palmi altitudinem increſcit: pinguius voluntarium, & candidioribus foliis ramiſque.

Vŏlūntārĭē,& Voluntariò,aduerbia,Sponte, bono & prompto animo,non coacto. {בנדבה *bindabáh* נדבה *nedhabáh.* αὐτομάτως. GALL.*Volontairement, franchement.* ITAL. *Voluntariamente, francamente.* GERM. Williglich. HISP.*Voluntarioſamente.* ANGL. *VVillinglye,readely.*} Cæſar *lib.3.bel.ciu.*Milites electi circiter centum viginti voluntariè eiuſdem centuriæ ſunt proſecuti.Liu.1.*ab Vrbe*,Inde ob reſiduas bellorum iras, maximè ſolicitatis ad defectionem animis,voluntariò traxêre.

‖Volochda, *Wologd*, V.E.Moſcouiæ.‖

Vologeſus, Parthorum rex fuit Neronis temporibus, & frater Tiridatis, quem quum Armeniæ regem feciſſet inuitis Romanis, vario euentu cum iis bella geſſit: donec tandem ex pacto placuit Tiridatem regni diadema ponere,nec antè reſumere, quàm id Romæ Neronis manibus accepiſſet.Vide Tacit.*lib.5.*

Vologeſocerta,Babyloniæ vrbs, à Vologeſo Parthorum rege condita: vt eſt autor Plin.*lib.6.c.26.*Ptolemæus Vologeſiam appellat.

Volo,nis,nomen Regis Parthorum fuit,cuius meminit Sueton. *in Tiber. c.49.*Ibi tamen quidam Codices habent *Vononem*,quos ſequitur Iſaac. Caſaubonus,vir doctiſſ.

Vŏlōnēs,dicti ſunt ſerui, qui bello Punico, quum deeſſent liberi, qui in militiam nomina darent, pro dominis pugnaturos ſe polliciti,in ciuitatem recepti ſunt: & Volones appellati, quia hoc ſponte voluerunt. Feſtus. Liu.*lib.3.bell.Pun.* Volones liberi eſſe iuſſi. *Ibidem*, Vt tyrones (ea maxima pars volonum erat)diſcerent ſigna ſequi.

Vōlſcī,populi in Latio,vltra Circeios,quorum meminit Plin.*lib.3.cap.5.* Virg.2.*Georg.*

Aſſuetúmque malo Ligurem, Volſcóſque verutos.

Vōlsēllă, æ, ſiue Vulſella; inſtrumentum pilis è corpore euellendis idoneum. {μαδιστήριον, τριχολαβίς. GALL. *Des pinſettes de Chirurgien.* ITAL. *Moiette, mollette.* GERM.Ein rauffʒenglin. HISP.*Las tenazuelas ò pinças para pelar.*ANGL.*A paire of pincers.*} Plaut.*Curc.ſc.4.a.4.*Ita me volſellæ,pecten,ſpeculum iuuent.Martial.*lib.9.*

Purgéntque ſaua cana labra volſella,
Curios,Camillos,Quintos,Numas, Ancos;
Et quicquid vſquam legimus piloſorum
Loqueris, ſonáſque grandibus minax verbis.

¶Volſella item,ſiue Vulſella,inſtrumenti chirurgici genus eſt,quo caro ex vlceribus præcidenda apprehenditur. Celſ.*lib.6.cap.18.* Deinde oræ vulſella prehendendæ, tùm quicquid corruptum eſt, excidendum. ¶ Volſella fabrorum. Celſ.*lib.8.c.10.* volſella,quali fabri vtuntur,iniicienda eſt.

Volſinium,Volſinij, Οὐολσίνιον Ptol. ſiue Volſinij, orum, Oppidum mediterraneum Hetruriæ, in quo primùm molæ verſatiles ſunt inuentæ. Plin.*lib.36.c.18.* Molas verſatiles Volſiniis inuentas,quaſdam & ſponte motas legimus.

‖Volturnum, *Caſtello à mare del Voltorno*, eſt aliud à Caſtello maris de Stabia:quorum poſterius habet Epiſcopũ Surrentino A.Suffraganeum.‖

Vōluă,æ,inuolucrum,quo quid inuoluitur. {תכריך *taebrich* חתלה *chathulláh* חתול *chatul.* εἴλημα, ἐνείλημα. GALL.*Enuelopoir.* ITAL.*Inuilupo,coſa che ſi inuolge.* GERM.Ein jedes ding darin man etwas verwiget oder windt. HISP.*Enuoluedor.*ANGL.*VVher in any thing is rolled vp, & wrapped in.*} vnde à Plin.*lib.22.c.22.*accipitur pro albo illo inuolucro boletorum in oui ſpeciem prorumpentium. Voluam(inquit)terra ob hoc prius gignit:ipſum poſtea in volua,ſeu in ouo eſt luteum. ¶ Eodem etiam nomine antiqui vterum appellabant in muliere, hoc eſt, locum in quo fœtus concipitur:quam hodie literæ vnius immutatione Vuluam appellamus.

Vŏlūbĭlĭs,vide *Voluo.*

VŎLŬCĔR,&volucris,e,Volatilis,penniger. {עוף *ƀoph* עף *haph* עיט *ƀáyt.* πτηνὸς, πτερόεις. GALL.*Qui vole.* ITAL.*Volante.* GERM. Fliegend. HISP. *Qualquiera coſa que buela.*ANGL.*That flieth.*} ¶ Et per tranſlationem, velox,celer. {קל *kal.* ταχὺς, ὠκύς. GALL. *Viſte, ſoudain.* ITAL.*Veloce, preſto.* GERM.Schnell. HISP.*Ligero,preſto.* ANGL.*Swift ſpeedie.*} Senec. *c.11. de conſol. ad Mart.* Celeri ac volucri cogitatione diuina perluſtrat(animus.)Ouid.*Eleg.8.lib 3.Triſt.*

——Pennas curtúſque volucres(Medeæ.)

Idem *Eleg.9.lib.1.Triſt.*

Volucri curſu nauis, &c. Martialis,

Et volucrem longo porrexit vulnere pardum.

Virg.1.*Æneid.* *——volucrémque fuga præuertitur Hebrum.*

Cic.*pro Planc.* Nihil eſt autem tam volucre,quàm maledictum: nihil faciliùs emittitur, nihil certiùs excipitur, latiùs diſſipatur. Idem *pro Syll.*O falſam ſpem!ô volucrem fortunam!Virg.5.*Æneid.*

——illa Noto citiùs, volucríque sagitta
Ad terram fugit, & portu se condidit alto.

Vŏlŭcrĭs, is, fœm. gen. Omne id quod volat, non solùm aues, sed apes quoque, vespæ, tabani & reliqua huiusmodi. {עוף *hoph* עף *haph* עיט *hajit.* ὄρνεον, τὸ πτηνόν. GALL. *Volaille, toute chose qui vole.* ITAL. *Cio che vola.* GERM. Ein jedes thier so geflügelt ist / das ist / so fliegen khan / geflügelt. HISP. *Aue, ò cosa que buela.* ANGL. *All thing that flieth.*} Cic. 3. *de Orat.* Quemadmodum volucres videmus procreationis atque vtilitatis suæ causa fingere & construere sibi nidos. Virg. *lib. 3. Georg.*

Omne adeò genus in terris, hominúmque, ferarúmque,
Et genus æquoreum pecudes, pictæque volucres,
In furias, ignémque ruunt, amor omnibus idem.

Ouid. 5. *Fast.*

——volucres ego mella daturas
Ad violam & cythisos & grata voco.

Idem 2. *Metam.*

Fluminea volucres medio caluêre Caystro.

¶ Virgineæ volucres. Idem 7. *Metam.* Harpyias intelligit, de quibus & Virg. *lib. 3. Æneid.*

Virginei vultus volucrum, &c.

Vŏlŭcră, genus animalis quod prærodit teneros pampinos. {ἴπαλος, ἴψ. GALL. *Liset, qui ronge la vigne bourgeonnante.* ITAL. *Animaletto che rode i teneri pampini.* GERM. Ein rābwürmlin / ein würmlin das die zarten rābschoß abfrißt. HISP. *El rebolio que roe las vidas.* ANGL. *A cate piller.*} Col. *de arborib. c. 15.* Genus est animalis, volucra appellatur: id ferè prærodit teneros adhuc pampinos & vuas: quod ne fiat, falces quibus vineam putaueris: peracta putatione sanguine vrsino linito.

Vŏlūmĕn, vide *Voluo.*

Volumnius, prænomine Lucius, vir Romanus Senatorij ordinis, quo cùm Seruio Sulpitio Consulatum gerente carnes pluisse, autor est Plin. *lib. 2. cap. 56.*

Vŏlūntās, vide *Volo, vis.*

VŎLVO, is, ui, duarum syllabarum, verto, verso, torqueo, in orbem torqueo. {גלל *ghalál* הולל *holél.* κυλίω, κυλίζω, κυλίνδω, πτύσσω. GALL. *Rouler, tourner, virer.* ITAL. *Volgere.* GERM. Weltzen / trolen. HISP. *Boluer en derredor.* ANGL. *To tumble, to roll, to wallow, to wrappe.*} Virg. *Æn. 6.*

——vbi mille rotam voluêre per annos.

Cic. *de clar. Orat.* Voluendi enim sunt libri, cùm aliorum, tum in primis Catonis. Virg. 3. *Æneid.*

—sic fata deûm rex Sortitur, voluitque vices: inuertitur ordo.

Idem *lib. 3. Georg.*

Collectúmque premens voluit sub naribus ignem.

Idem 6. *Æneid.*

Saxum ingens voluunt alij.

¶ Voluere, cogitare, versare animo. ἐξετάζειν. Plaut. *Mil. sc. 2. a. 2.* Quid est quod astutè voluis tecum in corde. Liu. *lib. 5. dec. 4.* Voluere iras in pectore. Idem *lib. 2. dec. 3.* Ad aures militum dicta ferocia voluebantur. Catull. *Epigr. 59.*

Quæ tum prospectans edentem mœsta carinam,
Multiplices animo voluebat saucia curas.

Virg. 1. *Æneid.*

At pius Æneas per noctem plurima voluens.

Ibidem,

Quidve dolens Regina deûm, tot voluere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores Impulerit?

Liu. *lib. 6. ab Vrbe,* Has inanium rerum inanes ipsas voluentes cogitationes, fortunæ loci delegauerant spes suas.

Vŏluēndŭs, a, um. κυλινδητέος. Virg. 1. *Æneid.* Triginta magnos voluendis mensibus orbes Imperio expleuit, id est, volubilibus, interprete Seruio.

Vŏlūtŭs, a, um, aliud participium. {מגולל *meghulál.* κεκυλισμένος. GAL. *Roulé, tourné, viré.* ITAL. *Voltato.* GERM. Geweltzt / getrölt. HISP. *Boltado.* ANGL. *Turned, rolled, walloωed.*} Virg. 3. *Georg.*

Non vmbræ altorum nemorum, non gramina possunt
Grata mouere animum: non qui per saxa volutus
Purior electro campum petit amnis.

Vŏlūto, Sæpè, multúmque voluo. {גולל *gholél* עולל *holél.* στρέφω, κυλινδέω, συγκυλινδέω. GALL. *Veautrer, tourner, & rouler souuent.* ITAL. *Trauoltarsi.* GERM. Offt oder embsig weltzen. HISP. *Rebolcarse.* ANGL. *To tumble and roll often.*} Varr. *lib. 3. de R. R. c. 9.* Antè sit vestibulum septum, in quo diurno tempore esse possunt, atque in puluere volutari. Cic. *in Salust.* Itaque nihil aliud studet, nisi vt lutulentus sus cum quouis volutari. ¶ In stupris volutari, per translationem, id est, delectari. Idem *de Arusp. resp.* Quorum intemperantia explera, in domesticis stupris volutatus. ¶ Ponitur etiam pro accuratè perpendo, & diligenter considero. ἐξετάζω. Virg. 9. *Eclog.*

Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse voluto.

Idem 4. *Æneid.*

Atque hæc ipse suo tristi cum corde volutat.

Liu. *lib. 4. dec. 4.* Volutare consilia. Idem *lib. 9. ab Vrb.* Volutare animum cogitationibus. Idem *lib. 8. bell. Punic.* Volutare in animo. Idem *lib. 2.* Volutare res inter se pugnantes. Senec. *c. 11. de cons. ad Mart.* Volutat animo immortalia hoc animal tam contemptum. Liu. 4. *bell. Maced.* Has conditiones quanquam ipse in secreto volutauerat cum amicis, vulgò tamen omnes fama ferebant.

Vŏlūtātŭs, a, um participium, Sæpe multúmque volutus. {מגולל *meghólál.* κεκυλισμένος. GALL. *Veautré, tourné, roulé.* ITAL. *Voltato spesso quà & là.* GERM. Offt geweltzt. HISP. *Rebolcado à menudo à si ò otro.* ANGL. *Rolled, tumbled, or walloωed often.*} Plin. *lib. 8. cap. 37.* Præparant hyemi & herinacei cibos, ac volutata supra iacentia poma, affixa spinis, vnum non amplius tenentes ore, portant in cauas arbores. Cicer. *de Arusp. resp.* Quis vnquam nepos tam liberè est cum scortis, quàm hic cum sororibus volutatus? Idem *lib. 2. ad Qu. fratr.* Itaque ad Callisthenem & Philistum redeo, in quibus te video volutatum, hoc est, cum hisce versatum.

Vŏlūtātĭo, nis, verbale, à volutando deductum. {κύλισμα. GALL. *Roulement, veautrement.* ITAL. *Riuolgimento.* GERM. Weltzung / trölung. HISP. *Obra de boluer à menudo.* ANGL. *A rolling or walloωing.*} Cic. *in Pis.* An verò tu parum putas inuestigatas esse à nobis labes imperij tui stragésque prouinciæ, quas quidem nos non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis & cubilibus persecuti sumus? Seneca *c. 2. de tranq.* Volutatio animi nunquam residentis.

Volutatus, us, ui, verbale, Volutatio. κύλισμα. Plin. *lib. 10. c. 1.* Multum puluerem volutatu collectum, insidens cornibus excurrit in oculis.

Vŏlūtābrum, Locus vbi sues volutantes. {κυλίστρα, ἀλινδήθρα, κύλισμα, κυλινδήθρα. GALL. *Bourbier ou autre lieu où les bestes se veautrent.* ITAL. *Luogo doue si voltano i porci.* GERM. Ein mistlach / seulach. HISP. *Rebolcadero, como de puercos.* ANGL. *A place where swyne do wallowe.*} Virg. *lib. 3. Georg.*

Sæpe volutabris pulsos syluestribus apros
Latratu turbabis agens.

Vŏlūtātim, iterum atque iterum voluendo. {κυλινδόν. GALL. *En roulant.* ITAL. *Riuolgendo.* GERM. Trölechtig / mit weltzen. HISP. *Rebolcandose.* ANGL. *By rolling, and wallowin.*} Plaut. *in Milit.* Volutatim domum te rapiam.

Vŏlūbĭlĭs, e, quod facilè voluitur, & in orbem incitatur. {εὐπερίτροχος, εὔστροφος. GALL. *Aisé à tourner ou faire virer, qui tourne.* ITAL. *Volubile, instabile.* GERM. Weltzbar / das leichtlich zuweltzen ist. HISP. *Cosa que se buelue ò puede boluer.* ANGL. *That is or may easily be tumbled or rolled.*} Cic. *de vniu.* Deinde animum circundedit corpore, & vestiuit extrinsecus, cœlóque soliuago & volubili, & in orbem incitato, complexus est. Virg. 7. *Æneid.*

Impubésque manus mirata volubile buxum.

¶ Volubilis fortuna, id est, instabilis, inconstans. ἀσταθής. Cic. *pro Mil.* Quàm vaga volubilisque fortuna.

Vŏlūbĭlĭtĕr, aduerb. Celeriter, incitatè. {εὐστρόφως. GALL. *Rondement, en roulant.* ITAL. *Volubilmente, senza fermezza.* GERM. Kugelächtig. HISP. *Podiendo boluerse.* ANGL. *Rollingly, roundly.*} Cic. *in Or.* Sæpe etiã in amplificando re concessu omniũ funditur numerosè & volubiliter oratio.

Vŏlūbĭlĭtās, atis, Volubilis motus & conuersio. {τὸ εὔστροφον, ἡ εὐτροχία. GALL. *Tournoyement, virement en rond.* ITAL. *Volubilità.* GERM. Ringfertigkeit im weltzen / beweglgkeit. HISP. *Aquella possibilidad de boluerse.* ANGL. *A hastie rolling about, vnconstancie.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Ex vtraque re & mundi volubilitas, quæ nisi in globosa forma esse non posset. Volubilitas fortunæ, inconstantia. Cicer. 2. *de diuin.* Quomodo ergo id quod temerè fit, cæco casu, & volubilitate fortunæ præsentiri & prædici potest? Volubilitas linguæ, leuitas, promptitudo, dexteritas. Ouid. 6. *Fast.*

Ipsa volubilitas subiectum sustinet orbem.

Item, Volubilitas verborum. Sueton. *in Aug. c. 86.*

Vŏlūmĕn, inis, à voluendo, quòd maiores nostri in libris arborum, id est, corticibus scribebant, & libellos illos, quò ferrent commodiùs, complicabant. {מגלה *meghilláh* גליון *ghillajón.* γράμματεῖον, σύνταγμα, σύγγραμμα, σύνταξις. GALL. *Volume, roule, vne partie d'vn liure.* ITAL. *Volume.* GERM. Ein buch. HISP. *Vn libro ò volumen.* ANGL. *A volume, the part or grossenesse of a booke.*} Ideóque volumina appellata sunt, libellis similiora quàm libris. ¶ Est enim propriè volumen pars codicis, vt puta Metamorphoseos liber in quindecim volumina distinctus est. Ouid. 1. *Trist.*

Sunt mihi mutatæ ter quinque volumina formæ.

Plin. iunior, Libri tres in sex volumina propter amplitudinem diuisi, quasi in sex minores libros: vt sint volumina aliquantò minora quàm libri. Igitur volumen pars libri est: Liber verò pro toto codice, & pro volumine accipitur. Inde dicimus, Euoluere libros, id est, aperire lectitandi gratia, quasi rem complicatam explicare. ἀναλίττειν τὰ βιβλία. sicut Reuelare, rem velatam detegere. Cic. *lib. 3. Tusc.* Quoniam duobus superioribus de morte & dolore dictum est: tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficiet. ¶ Accipitur aliquando volumen pro ipsa circumuolutione. περιαγωγή. Ouid. 2. *Metam.*

Adde quòd assidua rapitur vertigine cælum,
Sideráque alta trahit, celerique volumine versat.

¶ Nonnunquam pro volubilitate, siue inconstantia. Plin. *lib. 7. c. 45.* Si diligenter æstimentur cuncta, magna sortis humanæ reperientur volumina. ¶ Volumina vinculorum. Virg. 5. *Æneid.*

—& ipsa Huc illuc, vinculorum immensa volumina versat.

Vŏlūōx, ocis, Vermis teneros vitium pampinos, & pubescentes vuas erodens, qui & Conuoluulus & Volucra dicitur. {ἴψ, ἴπαλος. GALL. *Liset, hurbec ou vercoquin, qui ronge les bourgeons des vignes.* ITAL. *Voluo, verme che rode i teneri pampini delle viti.* GERM. Ein rābwürmlin / welches sich in die bletter der jungen rābschoßen verwickelt / vnd sie abfrißt. HISP. *El gusano rebolton.* ANGL. *A caterpiller, a worme that eatheth vine boughes.*} Plin. *lib. 18. cap. 28.* Simili modo ne conuoluulus fiat, in vinea amurcæ congios duos decoctos in crassitudinem mellis, rursus cum bituminis tertia parte, & sulphuris quarta sub dio coqui, ne excandescat sub tecto. Hoc vites circa capita ac brachia vngi: ita non fore conuoluulum: alij Volucem appellant, animal prærodens pubescentes vuas. Hæc Plin.

VŎLŪPTĀS, atis, iucunditas, fructus iucunditatis, & lætitiæ. {עדן *hédhen* עדנה *hedhnáh* ענג *hónegh* תענוג *tahanúgh.* ἡδονή. GALL. *Volupté, aise, plaisir.* ITAL. *Voluntà, piacere.* GERM. Wollust. HISP. *El deleyte generalmente.* ANGL. *Plesour, delight.*} Vnde quicquid cũ delectatione animum demulcet, voluptas dicitur, quòd id maximè velimus, referturque tam ad animum, quàm ad corpus, quamuis nonnulli infamalent solius corporis esse ac turpem: quod certè verum non est. Est enim voluptas vocabulum medium, omnémque iucundum motum, quo sensus hilaretur, significat, quem Græci vocant ἡδονήν. Cic. 1. *de Orat.* Percipietis enim illam ex cognitione iuris lætitiam & voluptatem. Voluptatem eius capio, dixit Plin. *Epist. 17. lib. 2.* pro voluptatem ex eo capio. Plaut. *Prologo Amph.* Dum illa, qua cum voluptatem capit. Idẽ *Men. sc. 1. a. 4.* Nulla nauitis maior voluptas, quàm quòd ex alto terram videre. Idem *Pseud. sc. 1. a. 5.* Voluptati ædepol fui. Quintil. Non si lætitia bonum & voluptas. ¶ Voluptatis definitionẽ, & de ea plura, vide apud Gell. *c. 5. lib. 9.* ¶ Tò Voluptas, blanditiorum vox est: vt apud Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Voluptas mea, mea Philematium. *Ibid.* Philolaches voluptas mea. Idem *Men. sc. 3. a. 1.* Vbi te aspicio mea voluptas. Idem *Asin.* Da mi anime, mea voluptas.

voluptas. Idem *Pseud.sc.1.a.1.* Voluptas mea, vt mea lux, vbi Voluptas Anapæstus est: vt *ibid.paulò infrà*, Harum voluptatum. Cum voluptate legere, id est, cum delectatione. Cic. 1. *de fin.* Omne autem id quo gaudemus, voluptas est: vt omne quo offendimur, dolor. Ouid. 7. *Met.*

Nulla est sincera voluptas.

Voluptati esse, id est, esse gratum & iucundum, Cic. *Lentul. lib.* 1. Quod mihi de filia, & de Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam, speróque & opto, nobis hanc coniunctionem voluptati fore. Quibus omnibus in exemplis voluptas in meliorem partem accipitur, pro ea quæ in animum cadit. ¶ In malam partem quoque capitur, & pro ea voluptate, quæ corporis propria est apud Cic. *de senect.* Diuinus enim Plato escam malorum voluptatem appellat: quòd ea videlicet homines capiantur, vt hamo pisces. *Ibid.* Nullam capitaliorem pestem quàm voluptatem corporis homini dicebat à natura datam: cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effrenatè ad patiendum incitarentur. Idem 1. *de legib.* Ab ea quæ penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni, voluptas: malorum autem omnium mater.

Volŭptābĭlĭs, e, gratum, voluptuosum. {רצוי *ratsúi* נרצה *nirtséh* מענג *mehannégh.* θυμήρης, τερπνὸν, ἡδύ. GALL. *Qui donne ou apporte plaisir.* ITAL. *Grato.* GERM. Lust vnd frewd bringend/lieblich. HISP. *Agradecible ò aplasible.* ANGL. *Plesant, delightfull, that bringeth pleasour.*} Plaut. *in Epid.* Voluptabilem mihi tuo aduentu attulisti nuntium.

Vŏlŭptārĭus, a, um, quod voluptatem affert. {רצוי *ratsúi* נרצה *nirtseh* מענג *mehannégh.* τερπνός. GALL. *Plaisant, voluptueux.* ITAL. *Cosa piaceuole.* GERM. Lustbar/das wollust bringt/ oder dem wollust ergeben. HISP. *Cosa deleytosa.* ANGL. *That bringeth plesure, deliting in plesure.*} Cic. *lib.* 3. *de fin.* Ægritudo, libido, formido, quámque Stoici communi nomine corporis & animi ἡδονὴν appellant, ego malo lætitiam appellare, quasi gestientem animi elationem voluptariam. Voluptarius homo, voluptati deditus. φιληδὴς, φιλήδονος. Plaut. *in Men. sc.* 1. *a.* 2. Namque Epidamnea natio est hæc, ita hominum voluptarij atque potatores maximi. Cic. 2. *Tusc.* Ego à te non postulo, vt dolorem eisdem verbis afficias, quibus Epicurus voluptatem: homo, vt scis, voluptarius. Idem 3. *de Orat.* Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quique dulcedine præter cæteros sensus commouetur.

Volŭptuōsus, a, um, Habitum & vehementiam significat, & affectionem. {רצוי *ratsúi* נרצה *nirtséh* מענג *mehannégh.* φιλήδονος. GALL. *Voluptueux.* ITAL. *Voluttuoso.* GERM. Wollusts begirig/oder das voll wollusts ist. HISP. *Deleytoso.* ANGL. *Voluptuous, vnsatiable in pleasure.*} vt, Voluptuosus homo, qui perquam amat voluptatem, quem Cic. voluptatium vocat. ¶ Voluptuosa res, quæ in se habet voluptatem, & quæ voluptate afficiat. Ille recipit, hæc recipitur. Plin. *lib.* 2. *Epist.* 13. Voluptuosam rem esse, vtrunque eadem opera eodem viatico inuisere.

Vŏlŭpĭs, e, delectabile, gratum, iucundum. {רצוי *ratsúi* נרצה *nirtséh* מענג *mehannégh.* ἡδύ, τερπνὸν, θυμήρης. GALL. *Chose agreable & plaisante.* ITAL. *Voluttà, da piacere.* GERM. Lustgefellig/wollust. HISP. *Deleyte.* ANGL. *That is pleasant, and dilighteth.*} Quanquam non rarò substantiuè accipitur pro ipsa delectatione, seu voluptate. ἡδονή. Plaut. *in Amph.* Nam quia vos tranquillos video, gaudeo, & volupe mihi est *Ibidem*, Si quid patri volupe est, voluptas ea mihi multò maxima est. Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Volupe est te conuenisse. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Victitabam volupe (cùm eram frugi, sup.) ¶ Legitur & volup, per apocopen: quod & Nonius annotauit. Plaut. *in Casina*, Facite animo vestro volup. Idem *Asin.* Hic senex siquid clàm vxore animo fecit volup. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 4. Sciu' quid ad te venio? E. Vt tibi ex me sit volup.

Vŏlŭpĭă, voluptatis dea, quæ sacellum habet Romæ circa naualia non procul à porta Romanula, teste Varr. *lib.* 4. *de L. L.* {Die Göttin des wollusts.}

Vŏlūsĭus, βολύσιος, Poëta quidam ineptus fuit, patria Patauinus, qui Ennium sequutus, rerum gestarum populi Romani Annales carmine scripsit. Catull. *de Smyrna Cynnæ*, At Volusi Annales Paduam morientur ad ipsam, Et laxas scombris sæpè dabunt tunicas. Et *alibi*, Annales Volusi cacata charta.

Vŏlūtæ, ab architecturæ peritis appellantur capreoli, in columnarum capitulis ex herbarum foliis enascentes, & vbi abacum iam propemodum contingunt, in orbem circumuoluti: vnde tam apud Græcos, quàm apud Latinos nomen inuenerunt. ἕλικες. Vitruu. *lib.* 3. Dempta abaci crassitudine, diuidatur reliqua pars in partes tres: ex quibus vna imo folio detur, secundum folium mediam altitudinem teneat: cauliculi eandem altitudinem habeant, è quibus folia nascuntur proiecta, vti abacum excipiant, quæ ex cauliculorum foliis nata, procurrunt ad extremos angulos volutæ, minorésque helices intra suum medium, qui sunt in abaca floribus, subiecti scalpantur. Idem *paulò pòst*, De volutarum autem descriptionibus, vti ad circinum sint rectè inuolutæ, quemadmodum distribuantur, in extremo libro forma & ratio earum est descripta. Idem *lib.* 7. *c.* 5. Nam pinguntur tectoriis monstra potius, quàm ex rebus finitis imagines certæ. Pro columnis enim statuuntur calami, pro fastigiis harpaginetuli striati, cum crispis foliis, & volutis. Item candelabra ædicularum sustinentia figuras, suprà fastigia earum surgentes ex radicibus cum volutis: colliculi teneri plures, habentes in se sine ratione sidentia sigilla, non minus etiam ex colliculis flores, dimidiata habentes ex se exeuntia sigilla, alia humanis, alia bestiarū capitibus similia. Hæc Vitr.

Vŏlūtābrum, Volutatim, Voluto, vide *Voluo.*

Volutina, dea paganorum, quam in volumentis folliculorum segetis præesse dixerunt.

Vomanum, fluminis nomen in quinta Italiæ regione, non procul ab Adria colonia, Plin. *lib.* 3. *cap.* 13.

Vŏmĕr, is, masc. gen. vide *Vomo.*

VŎMĬCĂ, æ, Abscessus internus copiosam euomens saniem: vnde & nomen accepit. {מזור *mazór* ἀπόστημα. GALL. *Aposteme.* ITAL. *Apostema.* GERM. Ein eyterge schwär oder geschwer. HISP. *Postema.* ANGL. *A rotten impostume or running sore.*} Cicer. *de nat. deor.* Nec prodesse voluit Pheræo Iasoni qui vomicam eius aperuit, quam medici sanare non potuerant. Serenus, Sunt odio quos dira vomit natura, tumores, Vomica qualis erit, vel eidem proxima quædam. Plin. *lib.* 29. *cap.* 11. Petroselinon præcipuum ad vomicas. Hinc Plaut. *in Persa*, non infestiuiter vomicam appellat crumenam numis refertam, atque tumentem. Quid hoc, inquit, quod in collo tibi tumet? SA. vomica est, pressare parce. Plin. *lib.* 33. *cap.* 6. per translationem accepit pro argenti viui vena iugiter manante. Est (inquit) lapis in his venis, cuius vomica liquoris æterni argentum viuum appellatur, venenum rerum omnium. Nonius vomicam pro concauis locis, & vetustate exesis poni probat. Ex Lucilio. Quintil. *lib.* 8. *cap.* 6. Non enim si Cicero rectè sentinam Reipub. dixit, fœditatem hominum significans, idcirco probem illud quoque veteris oratoris, Persecuisti Reip. vomicas. Augustus, Cæsar Agrippam nepotem, & Iulias filiam & neptem, non aliter appellare solebat, quàm *treis vomicas, aut tria carcinomata sua*: tanta illi fuêre morum peruersitate, atque fœditate. Suet. *in Aug. cap.* 65.

Vomicus morbus. Senecæ *lib.* 2. *controu.* 12. A vomica, aut vouendo dicit A. Schottus, vomicum morbum, aut vomicum appellat, quem ex schola contractum in forum inuexerat.

VŎMO, is, ui, itum, per os eiicio, egero. {הקיא *hek* קאה *kaáh.* ἐμῶ, ἐξεμῶ, ἐμέω. GALL. *Vomir.* ITAL. *Vomitare.* GERM. Kotzen. HISP. *Vomitar.* ANGL. *To vomite, to parebrake.*} Cic. *pro Deiotaro*, Quum (inquit) post cœnam vomere te velle dixisses, in balneum te ducere cœperunt. Idem 2. *Phil.* Tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, vt tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie. Virg. 9. *Æneid.*

Purpuream vomit ille animam, & cum sanguine mista
Vina refert moriens.

Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Argentum properè propera vomere, &c. Vomere sanguinem. Suet. *in Calig. cap.* 57.

Vomor, eris, passiuum. Plin. *lib.* 10 *cap.* 67. Salamandræ ore sanies lactea vomitur. ¶ Vomitur, Impersonale. Cic. 2. *Philipp.* Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

Vŏmĭto, as, frequentatiuum. {πολλάκις ἐμῶ. GALL. *Vomir souuent.* ITAL. *Vomitar spesso.* GERM. Offt kotzen. HISP. *Vomitar à menudo.* ANGL. *To vomite often.*} Col. *lib.* 7. *cap.* 10. Quam quum pecudes biberunt, nausea correptæ vomitant, atque expurgantur.

Vŏmĭtĭo, nis, Cibi potúsve per os eiectio, quæ ventriculi subuersione contingit. {קיא *ki* קא *ke.* ἔμετος, ἐξέμεσμα. GALL. *Vomissement.* ITAL. *Esso vomitare, vomito.* GERM. Kotzung/erbrechung. HISP. *Vomito.* ANGL. *A vomiting.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 53. Homini cibus vtilissimus simplex: aceruatio ciborum pestifera, & condimenta perniciosiora. Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis acria, nimia, & auidè hausta: & æstate, quàm hyeme difficiliùs, & in senecta, quàm in iuuenta. Vomitiones homini ad hæc in remedium excogitatæ, frigidiora corpora faciunt, inimicæ oculis, maximè autem dentibus. Somno concoquere corpulentiæ, quàm firmitati vtilius: ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere.

Vŏmĭtŭs, us, Vomitio. {קיא *ki* קא *ke.* ἔμετος.} Plin. *lib.* 20. *cap.* 14. Mentastrum cum succo granati singultus & vomitus sistit, vt Democritus monstrat.

Vŏmĭtŏr, is, qui vomit. {מקיא *meki.* ἐξεμετής. GALL. *Vomisseur.* ITAL. *Chi vomita.* GERM. Ein kotzer/der sich erbricht. HISP. *El que vomita.* ANGL. *That vomiteth.*} Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Non expedit vomitoribus, sicut neque mustum, neque sapa, neque passum. ¶ Ieiuni vomitores. Sen. *Ep.* 89. loquens de Luctatoribus.

Vŏmĭtōrĭa, Macrob. *Satur. lib.* 6. *cap.* 4. Virg.

Manè salutatum totis vomit ædibus vndam.

Pulchrè vomit vndam, & antiquè: nam Ennius,

Et Tyberi flumen vomit in mare salsum.

Vnde & nunc vomitoria in spectaculis dicimus, vnde homines glomeratim ingredientes in sedilia se fundunt.

Vŏmĭtōrĭus, a, um, quod vomitum ciet. {ἐμετικός. GALL. *Qui fait vomir.* ITAL. *Cosa che fa vomitare.* GERM. Kotzerig. HISP. *Cosa para hazer vomitar.* ANGL. *That hath power to cause one vomite.*} Plin. *lib.* 21. *cap.* 6. Hunc stomacho inutilem, & ideò vomitorium. Idem. *lib.* 20. *cap.* 9. Bulbus quem vomitorium vocant ab effectu, folia habet nigra cæteris longiora.

Vŏmĕr, & vomis, eris, generis masculini, ferramentum aratri quo sulci fiunt. {מחרשת *macharéscheth.* ὕνις. GALL. *Le soc d'vne charrue.* ITAL. *Vomere, vomiero del aratro.* GERM. Ein pflugeisen/ wägeisen/ säch. HISP. *La raia del arado.* ANGL. *The culter of a ploughe.*} Ita dictum quòd terram vomat, hoc est, eruat. Virg. 1. *Georg.*

Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.

Idem,

Vomis & inflexi primum graue robur aratri.

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Nec quisquam presso vomere sulcat humum.

Plin. *lib.* 18. *cap.* 18 Vomerum plura genera. Culter vocatur, prædensam, priusquam præscindatur, terram secans, futurísque sulcis vestigia præscribens incisuris, quas resupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus est vulgare, rostrati vectis, Tertium in solo facili, nec toto porrectum dentali, sed exigua cuspide. In rostro hæc quarto generi, sed exacutior in mucronem fastigiata, eodémque gladio scindens sulcum, & acie laterum radices herbarum secans: id non pridem inuentum in Rhætia. Galliæ verò duas addiderunt rotulas, quod genus vocant *planarati.* Cuspis effigiem palæ habet. Latitudo vomeris cespites versat. Ouid. 1. *Metam.*

Ipsa quoque immunis rastróque intacta, nec vllis
Saucia vulneribus, per se dabat omnia tellus.

Vono, nis, nomen Regis Parthorum fuit, qui à suis pulsus est, vt auctor est Suet. *in Tib. cap.* 49. Aliàs tamen ibi legitur *Volonem.*

Vŏpīscus, ὁ ἐν τῇ διδύμων τῷ κρατηθεὶς τεχθείς. GALL. *Celuy de deux gemeaux qui vient à profit.* ITAL. *Vno di due gemelli che viene à profito.* GERM. Der ein auß den zwylingen so außgetragen vnd furkommen ist. HISP. *Vno de dos medizos que viue y es aprouechado.* ANGL. *One of twoo conceaued at one tyme which cometh to perfection.*} Dicitur qui ex duobus conceptis, vno ab ortu excluso, ad portum legitimum ducitur. Quo cognomine dictus est Flauius historicus, qui Imperatorum vitas scripsit. Plin. *lib.* 7. *cap.* 10. Vopiscos appellabant à geminis, qui retenti vtero nascerentur, altero interempto aborto.

Vopte, vos ipsi. Cato: à vos & pte.

Voranus, Q. Luctatij furacissimus libertus, quem nummularios nummos

demensa subtrahentem, & in calceos infarcientem deprehendit. Cæl. *lib.* 10. *cap.* 49.

VŎRO, as, cibum non confectum deglutio. {אכל *aehál* בלע *baláb* לע *láh*. βρώσκω, καταδάπτω, ἀναγκάπτω. GALL. *Deuorer, aualler sans mascher, engloutir.* ITAL. *Diuorare, transguggiare.* GERM. Frässen. HISP. *Tragar lo que no se masca.* ANGL. *To deuore, to swallow vnohewed.*} Cicer. *lib.* 2. *de nat. deor.* Alia vorant, alia mandunt. Hinc per translationem vorare capitur pro auidè sumere. Plaut. *in Truc.* Interim ille hamum vorat, si semel amoris poculum accepit merè. Cic. *ad Attic. lib.* 4. Nos hîc voremus literas cum homine mirifico (ita mehercule sentio) Dionysio. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Metam. Meus hic est, hamum vorat.

Voratio, nis, verbale. Catull. *ad Portium & Socrationem,*

——mei sodales Quærunt in triuio vorationes.

Voratrina, officina vorandi: gulosus homo. Tertull.

VŎRĀGO, inis, locus immensæ profunditatis, quicquid acciperet deuorans, & propemodum inexplebilis. {תהום *tehúm.* Διαχώρημα, βάραθρον. GALL. *Gouffre.* ITAL. *Voragine, baratro.* GERM. Ein tieffer schlund. HISP. *Tragadero ò remolino de agua.* ANGL. *A goulfe or swallowing pitte.*} Cic. *de diuin.* Qui quum per agrum Leontinum iter faciens, equum dimisisset in flumen, summersus equum voraginibus non extitit. Virgil. 7. *Æneid.*

Hîc specus horrendum & saui spiracula Ditis
Monstrantur, ruptóque ingens Acheronte vorago.

Idem 6. *Æneid.*

Turbidus hic cœno vastáque voragine gurges Æstuat.

Curt. *lib.* 8. Imber violentius quàm aliàs fusus campos lubricos, & inequitabiles fecerat grauésque & propemodum immobiles currus illuuie & voragine hærebant. ¶ Transfertur ad hominem insigniter prodigum, cuius gula vel amplissimis patrimoniis in ventrem tanquam in barathrum quoddam coniectis expleri non potest. Cicer. *pro Sext.* Meo periculo, inquit, gurges & vorago patrimonij helluabere?

Vŏrāgĭnōsŭs, a, um, adiectiuum: quod est voraginibus plenum. {βαραθρώδης. GALL. *Plein de gouffres.* ITAL. *Pieno di voragini.* GERM. Vol tieffer löcher oder lotschen. HISP. *Lleno de remolinos.* ANGL. *Full of goulfes or swallowing pittes.*} Hirt. 6. *bell. Hispan.* Nam palustri & voraginoso solo currebant ad dextram partem.

Vŏrāx, acis, omnis generis, multa absumens, inexplebilis, insaturabilis. {זולל *zolél.* πολυφάγος, ἀδηφάγος, πολύγαρος, ἀπλήρωτος. GALL. *Grand deuoureur, goulu, glouton, gourmand.* ITAL. *Vorace, diuoratore.* GERM. Frässig. HISP. *Cosa que mucho traga, comilon.* ANGL. *That swalloweth a thing vnthewed.*} Ouid. *lib.* 15. *Metam.*

Nec nisi perdideris alium, placare voracis,
Et malè morati poteris ieiunia ventris.

Charybdis vorax, βαραθρώδης. Cic. 2. *Philipp.* Quæ Charybdis tam vorax tot res tam citò absorbere potuisset? Vsura vorax. Lucan. *lib.* 17.

Hinc vsura vorax, auidúmque in tempore fœnus,
Et concussa fides, & multis vtile bellum.

Vŏrācĭtās, atis, edacitas, inexplebilis edendi auiditas. πολυφαγία.

Vōrsūră, vide *Versura* in *Verto.*

Vōrto, is, vide *Verto.*

Vōrtēx, vide *Vertex* in *Verso.*

‖Vortumnus, vide *Vertumnus* in *Verto.*‖

Vōs, vestrum, vel vestri, pronomen pluralis numeri à tu. Vosmetipsi pro vosipsi. {אתם *attém.* ὑμεῖς. GALL. *Vous.* ITAL. *Voi.* GERM. Jhr selbs. HISP. *Vos.* ANGL. *Ye or yow.*} Cic. *lib.* 4. *Acad.* Nos autem dicimus ea nobis videri quæ vosmetipsi, nobilissimis philosophis placuisse conceditis. Idem *pro Rosc. Amer.* Quæ facitis eiusmodi, sint, vt ea dedita opera à vobis contra vosmetipsos facere videamini. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Quid velitati estis inter vos duos. Idem *Amph.* Vos inter vos partite.

‖Voso, barbara vox. Cath. Voso dicitur à vos, sicut tuo, as, à tu. vnde

Vnum vosamus falsò, veréque tuamus.

{GERM. Dutzen/du heissen/hirtzen/ihr sagen.} Erasmus barbaros irridens dicit *vossitare,* & *vobissare.*‖

Votita, vide *Veto.*

Votiuus, Votum, vide *Voueo.*

VŎVĔO, es, voui, votum, Deo aliquid sanctè promitto, vota facio, vota nuncupo, vota suscipio. {נדר *nadhár.* εὔχομαι, ἐπεύχομαι. GALL. *Vouër, faire vœu.* ITAL. *Far voto, votare.* GERM. Geloben/ein gelübd thun. HISP. *Votar ò dessear.* ANGL. *To vowe.*} Pro quo etiam dicimus vota facere, vota nuncupare. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe,* In re trepida duodecim vouit Salios, fanáque Pallori & Pauori. Horat. *lib.* 3. *Carm. Ode* 8. Voueram dulces epulas, & album Libero caprum. Ouid. *lib.* 9. *Metam.*

Vota puer soluis, quæ fœmina vouerat Iphis.

Tibull. *lib.* 4.

Omne vouemus hoc tibi.

Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Voui me inferre ientaculum Veneri. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Veneri peruigilare vouisti. Quint. Vouentium, id est, facientium vota, &c. ¶ Vouere caput pro salute patriæ, dixit Cic. *lib.* 5. *de finib.* pro, obiicere se periculis pro salute patriæ. ¶ Huius compositum est Deuoueo: de cuius significatione abundè multa dicta sunt suo loco.

Vōtŭs, a, um, particip. {נדור *nadhúr.* ὁ εὐχθείς. GALL. *Voüé, promis.* ITAL. *Votato, promesso.* GERM. Gelobt/durch gelübd verheissen. HISP. *Votado, prometido.* ANGL. *Vowed.*} Cic. *de nat. deor.* At earum templa sunt publicè vota & dedicata. Liu. *lib.* 4. *ab Vrb.* Ludi ab Decemuiris per secessionem plebis à patribus ex Senatusconsulto voti, eo anno facti sunt.

Vōtum, i, promissio facta Deo, voti sponsio qua Deo obligamur. {נדר *nédher.* εὐχή. GALL. *Vœu.* ITAL. & HISP. *Voto.* GERM. Ein gelübd. ANGL. *A vowe or promise made to god.*} Cic. *de nat. deor.* Nónne animaduertis ex tot tabellis pictis, quàm multi votis vim tempestatis effugerint? Idem 1. *de legib.* Diligentia votorum satis in lege dicta est, ac voti sponsio quo obligamur Deo: pœna verò violatæ religionis iustam excusationem non habet. Virg. 8. *Æneid.*

Vota metu duplicant matres propiúsque periclo
It timor.

Ouid. 13. *Metam.*

——Victor votísque potitus.

Plaut. *Amph.* Imperator vtrinque hinc, atque hinc vota suscipere. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Rem diuinam intus faciam, vota quæ sunt, (sup. vt soluam.) Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Vt doceas votum posse valere meum. (suprà, Spem dixit.)

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.*

Stulte quid hac frustrà votis puerilibus optas.

Idem 5. *Fast.*

En ego dimidium voti, pársque altera vestri. (i. alumnus.)

Sen. *cap.* 10. *de cons. ad Mart.* Votum iustissimum parentum est, vt præcedant. ¶ Vota reddere; Suet. *in Calig. cap.* 16. Nefarium votum. Cic. *pro Cluentio,* Quin etiam nocturna sacrificia, quæ putat occultiora esse sceleratásque eius preces, & nefaria vota cognouimus. ¶ Votum est, pro est in votis, optandum est. Cels. ita sæpissimè, vt *lib.* 6. *c.* 6. Siquidem sub his oculus plerunque rumpitur, votúmque est, vt tantùm exulceretur. Et quoniam quæ magnopere desideramus, adhibitis votis à diis petere solemus, factum est, vt vota accipiamus pro optatis. εὐχαί. Plin. *Epist.* 45. Hanc ego vitam voto, & cogitatione præsumo. Vnde voti compotem dicimus eum, qui desiderium suum assecutus est. Et pro voto succedere, id est, pro desiderio. κατὰ γνώμην προχωρεῖν. Item facere vota pro optare. εὔχεσθαι. Cic. *pro Mil.* Vota enim feceratis, vt in eos se potius mitteret, quàm in vestras possessiones. ¶ Nonnunquam tamen facere vota, idem est quod vouere. Idem *de Arusp. resp.* Nostri Imperatores maximis, & periculosissimis bellis huic deæ vota fecerunt, eáque in ipso Pessinunte ad aram principem persoluerunt. ¶ Voto aliquem fingere, id est, talem fingere, qualem vel maximè optaremus. Plin. *Epist.* 12. Tibíque, vt qui explorauerim spondeo habiturum te generum, quo melior fingi ne voto quidem potuit. ¶ Nuncupare vota pro imperio, apud Cic. 6. *Verr.* id est, nominatim aliquid vouere, quod Republica periculo liberata, sis persoluturus. Vide *Nuncupo,* suprà; & Suet. *cap.* 97. ¶ Voto teneri, id est, voti reum esse. Cic. *ad Attic.* Sed iam quasi voto quodam & promisso me teneri puto. ¶ Vota soluere, est ea quæ vouimus, præstare. *Ibidem,* Vota reddere apud eundem *lib.* 3. *de legib.* Liberare se voto, est solutione eorum quæ vouimus, eximere sese ab obligatione sponsionis diis factæ. ¶ Legimus tamen & liberare se voti, vbi intelligitur sine dubio, Sponsione, aut simile aliquid. Liu. *lib.* 5. *ab Vrb.* Verecundiam non tulit Senatus, quin sine mora voti liberaretur. ¶ Reus voti, & Damnatus voti, vide in dictionibus *Damnatus,* & *Reus.*

Vōtīuŭs, a, um, quod ex voto dari promittitur, quod ex voto fit & suscipitur. {נדיר *nadhúr.* εὐκταῖος. GALL. *Qui est voüé.* ITAL. *Di voto.* GERM. Verlobt/durch gelübd versprochen. HISP. *Cosa prometida por voto.* ANGL. *Promised with a vowe.*} Horat. 1. *Epist.* 3.

Pascitur in vestrum redditum votiua iuuenca.

Ludi votiui, qui ex voto fiunt. Solebant enim in Reipubl. periculis, aut principis aduersa valetudine ludi voueri, quos deinde voti damnati ingenti cum apparatu faciebant. Plin. *lib.* 7. *cap.* 48. Valeria Copiola Emboliaria reducta est in scenam, Cn. Pompeio, Qu. Sulpitio Coss. ludis pro salute D. Augusti votiuis, annum centesimum quartum agens. ¶ Thura votiua, quæ voti causa persoluuntur. Ouid. *lib.* 3. *Amor. Eleg.* 12.

Accipit ara preces, votiuaque thura piorum,
Ara per antiquas facta sine arte manus.

¶ Legatio votiua, quæ voti ergò suscipitur. Cic. *Attic. lib.* 15. Votiua (subaudi legatio) ne tibi quidem placebat. Etenim erat absurdum, quæ, si stetisset Respublica, vouissem, ea me euersa illa vota dissoluere. ¶ Aliquando votiuum significat, quod voto desideratum est. εὐκταῖον. Apul. *lib.* 6. Tota ciuitas ad votiuum conspectum effunditur. ¶ Votiuæ aures, quæ cupiunt aliquid audire. Plaut. *in Casin.* Aures votiuæ si sunt, animum aduortite.

Vōtītŭs, a, um, si Nonio credimus, idem est quod religione aliqua prohibitum, vel interdictum. Plaut. *in Asin.* Nolo illam habere causam, & votitam dicere.

Vōx, ocis, propriè dicitur sonus qui ab animalis ore profertur. {קול *kol.* φωνὴ, φθογγὴ, ὄψ, αὐδή. GALL. *Voix, son.* ITAL. *Voce, suono, dittione.* GERM. Ein stimm. HISP. *La voz, son.* ANGL. *The voice.*} Fit enim ἀπὸ τοῦ βοᾶν, quod est clamare. Vox, quid, & an sit incorporea, vide Gell. *cap.* 15. *lib.* 5. Senec. *epist.* 33. viua vox multum facit. Velleius, Abscissa vox publica. (de Ciceronis cæde.) Quint. de vili causidico: Vox mercenaria & opera forensis. Plaut. *Amph.* Vox mihi ad aures aduolauit. Et, Volucrem vocem gestito. Idem *in Pseud. sc.* 4. *a.* 1. & *sc.* 1. *a.* 3. Comprimenda mihi vox est atque oratio. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Occultemus lumen & vocem. Idem *ibid.* & *in Ps. sc.* 4. *a.* 2. Cuia vox sonat procul. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Non satis incestis temerari vocibus aures. (verbis obscœnis.)

Cæsar *sub initium lib.* 1. *de bell. ciu.* Vocibus & concursu terreri, &c. Cic. *lib.* 2. *de nat. deor.* Vocis genera permulta, canorum, fuscum: lene, asperum, graue, acutum: flexibile, durum: quæ hominum solùm auribus iudicantur. Idem *in Orat.* Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maximè voce commouentur. Mira est enim quædam natura vocis: cuius quidem è tribus omnibus sonis, inflexo, acuto, graui tanta sit, & tam suauis varietas perfecta in cantibus. Vox autem fusca, est μέλαινα Aristot. De vocis quantitate, ac qualitate, vide Quint. *lib.* 11. *cap.* 3. Ouid. 2. *Metam.*

Nec conata loqui est: nec si conata fuisset,
Vocis habebat iter, saxum iam colla tenebat.

Idem 2. *Amor. Eleg.* 6. de Psittaco,

Non fuit in terris vocum simulantior ales.

Virg. 3. *Æneid.*

Sensit, & ad sonitum vocis vestigia torsit.

Quint. *lib.* 11. *c.* 4. Augentur autem, sicut omnium, ita vocis quoque bona cura: & negligentia minuuntur. ¶ Nonnunquam tamen Voces dicimus, pro rerum inanimatarum sonis. Virg. 6. *Æneid.* de Orphei cithara,

Necnon Treicius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

Vōcŭlă, æ, diminut. Parua vox. {φωνίδιον. GALL. *Petite voix.* ITAL. *Vocina, voce picciola.* GERM. Stimmlin. HISP. *Pequeña voz.* ANGL. *A small voice.*} Cic. *ad Quint. fratr.* Quanto molliores sunt, & delicatiores in cantu flexiones, ac falsæ voculæ, quàm certæ, seu seueræ? Prop. *lib.* 1. *El.* 15.

O vtinam traiecta caua mea vocula rima
Percussas domina vertat in auriculas.

Voculatio, nis, & in plurali, Voculationes, id est, προσῳδίαι. Gell. *c.* 9. *lib.* 13.

Vocabulum,

Vŏcābŭlum,i,dictio qua res singulæ vocantur,aut voce efferuntur. {מלה milláh. λέξις. GALL.Vocable,diction,nom ou surnom. ITAL.Ditione, vocabulo, voce. GERM.Ein namm/wort. HISP.La palabra. ANGL.A worde.} Terent.*in Eunuch.*Tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis vocabula.Plin.*Epist.*14. Neque alio vocabulo potest exprimi. Cic.3.*de Orator.* Nam si res suum nomen & proprium vocabulum non habet. Quint.*lib.*9. *cap.*1. Mutatur vocabulis vis rerum.

Vŏcālis, e, quod est sonorum & summæ vocis. {φωνήεις εὔφωνος. GALL. *Qui a bonne voix ou hautaine & resonante.* ITAL. *Vocale,sonore.* GERM. Hellschreiend/helltönend/das ein helle oder lautte stimm hatt. HISP.*Cosa que resuena y tiene voz.* ANGL.*That hath a lowde voice.*} Plin.*lib.*18.Ranæ quoque vltra solitum vocales,sunt signa tempestatis.Tibull.*lib.*2.*El.*5.

Nunc te vocales impellere pollice chordas,
Nunc precor ad laudes flectere verba meas.

Ouid. 11.*Metam.*

Carmine vocali clarus citharáque Philemon ?

¶ Vnde vocales dictæ sunt quinque illæ apud Latinos literæ : quia per se voces faciunt, & sine his vox proferri non potest. φωνήεντα. ¶ Hinc semiuocales,quæ quasi dimidiatum vocalium sonum habent. ἡμίφωνα. Vocalium concursus.Cic.*in Orat.*Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam. ¶Vocalis etiam dicitur,qui voce vtitur,& proferre verba potest:puta si quis quum mutus fuisset,postea loquatur.ἔμφωνος.Valer.*lib.*1.Ægles Samius athleta mutus,quum ei victoriæ titulus & præmium eriperetur, indignatione accensus, vocalis euasit.

Vŏcālĭtās,atis,Consonantia, quam Græci εὐφωνίαν vocant. {GALL. *Consonance,beau, bon & plaisant son.* ITAL.*Consonanza.* GERM.Wollautung. HISP.*Consonancia.* ANGL.*The tune or swees sount of a voice.*} Quintil. *lib.*1.*c.*5.Sola est,quæ notari possit velut vocalitas,quę εὐφωνία dicitur.

Vŏcāmĕn,inis,nomen,appellatio. {שם schem.ὄνομα. GALL.*Nom,appellation.*ITAL.*Nome,appellatione.* GERM.Ein Namm. HISP.*Nombre ò llamamiento.*} Lucr. *lib.*2.—& Bacchi nomine abuti Mauult, quàm laticis proprium proferre vocamen.

Vŏcātĭuŭs, adiectiuum fictum à Grammaticis : vt, Vocatiuus casus, per quem aliquem vocamus. κλητική.

Vŏcātĭuē,aduerb.apud Gell.*lib.*13.*cap.*21.Vocatiuè,inquit,dicit,id est,per vocatiuum.

VŎCĪFĔRŎR,aris,Clamo,clamorem edo,exclamo. à ferenda,i.tollenda & efferenda voce. {צעק tsahák. κεκράζω, βοάω. GALL.*Crier, brayer, huyer.* ITAL.*Gridare forte, gridar' ad alta voce.* GERM. Die stimm erheben/laut schreyen.HISP.*Gritar mucho,dar vozes.*ANGL.*To crie out or lowde to braye.*} Cic.6.*Verr.*Minitari absenti Diodoro,vociferari palàm,lachrymas interdum vix tenere. Lucret.*lib.*2.

Nulla est finis, vti docui : res ipsaque per se
Vociferatur, & elucet natura profundi.

Virg.2.*Æneid.*

Talia vociferans gemitu tectum omne replebat.

¶ Vociferare actiuum protulit Cic.*act.*4.*in Verr.*si mendo locus vacat: nam me dies,vox,latera deficient, si hoc nunc vociferare velim, quàm miserum indignúmque,&c. ¶Varr.3.*de R.R.cap.*9.Item qui elati sunt, ac vociferant sæpè, in certamine pugnaces. de Gallis gallinaceis.

Vŏcĭfĕrātĭo, nis, verbale. Clamor, actus vociferandi. {צעקה tsehakáh. κραυγή, βοή. GALL.*Brayement, criement, huyement.* ITAL. *Esso gridare.* GERM. Erhebung der stim/lautschreiung. HISP. *Obra de gritar.* ANGL. *A crying lowde,braying.*} Cic.*pro Cluent.* Nam in ipso sermone hoc & vociferationem mortua est. Ad Herenn.*lib.*3. Habet enim quiddam illiberale,& ad muliebrem potius vociferationem,quàm ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum.

Vocifico,as,are.Gell.*cap.*3.*lib.*9. Inclytæ illæ Demosthenis orationes vocificant (aliàs *notificant.*)

Vŏco,as,aduoco,accerso, appello, adduco. {קרא kará. καλέω,φωνέω, βοάω.GALL.*Appeller,hucher.*ITAL.*Chiamare.*GERM.Beruffen. HISP.*Llamar.* AGNL.*To call,or call one by name.*} Plaut.*in Capt.*Quæ ad patrem vis nuntiari?vin' vocem huc ad te.Idem *Men.sc.vlt.a.*5.Vocat ad prandium.Idem *in Pseud.sc.*2.*a.*5. Quin vocas spectatores.(ad cœnam.) In crastinum vocabo. *Ibid.sc.*7.*a.*4.Vbi non vocat,veni vltrò. Idem *Asin. sc.*4.*a.*2.In ius voco te.L.Non eo.*Ibid.sc.*3.*a.*3.Quo nos vocabis nomine?Idem *Mil.sc.*3.*a.*2.Primus ad cibum vocatur;primo pulmentum datur.Idem *Asin.sc.*1.*a.*4. qui neque vsum vocantur,neque vocant. Idem *Men.sc.*4.*a.*2. Eamus intrò vt prandeamus.M.Benè vocas : tamen gratia est.(i.attamen habeo tibi gratiam de prandio : h.e.non eo ad tuum prandium.) Idem *Capt.sc.*2. *act.*1. Te vocarier ad cœnam volo. Idem *Curc.sc.*4.*a.*4.Apud me nunquam delinges salem.T.Bene vocas. Verùm vocata res est.(id est, præstò est,) vt sit malè tibi. Ouid.6.*Fast.*

———*variisque instigat vocibus alas Nomine quemque vocans.*

Cic.6.*Verr.* Deinde ipsum regem ad cœnam vocauit. Vnde vocatores dicti sunt quibus inuitandi datum est negotium,siue qui per se vocant ad cœnas.κλήτορες.Plin.*lib.*25.*c.*10.Inuitatus ad regis cœnam venit,indignantique Ptolemæo, ac vocatores suos ostentanti, vt diceret à quo eorum inuitatus esset,ille arrepto è foculo carbone extincto,imaginem in pariete delineauit. ¶Tanti vocat ille pudicam,à Iuuenale *Satyra* 6. dictum in hunc sensum, Tantum accepit, vt illam dicat esse pudicam. Verba Iuuenalis sunt hæc,

Bis quingenta dedit, tanti vocat ille pudicam.

Loquitur de Cesennia muliere impudicissima, quam tamen maritus pudicam esse asserebat:non quòd ita res esset,sed quòd quingenta dotis nomine accepisset. ¶ Vocare aliquem ad calculos, est eum vocare, vt suffragium ferat. ¶ Vocare seruos ad libertatem,est eos incitare,vt se vindicent in libertatem. ¶ Vocare aliquem ad computationem dixit Plin.*in Paneg.* Nemo recentem & attonitam orbitatem ad computationem vocet,cogátque patrem,quid reliquerit filius,scire. ¶ Vocationem vocet,cogátque patrem,quid reliquerit filius,scire. ¶ Vocare aliquem ad testimonium, est testem citare. ¶ Vocare aliquem in crimen,est aliquem criminis accusare. ¶ Vocare in discrimen,est periculo committere. ¶ Vocare aliquem in inuidiam,est, quod vulgus indoctum ait,*adducere in malam gratiam.* ¶ Vocare rem aliquam in medium, est discutiendam proponere. ¶ Vocare aliquem in partem, est eum vocare,vt alicuius rei partem accipiat,¶Vocare aliquid ad calculos, est in supputationem deducere. Cic. *ad Amicitia,* Hoc quidem est nimis exiliter,& exiguè ad calculos vocare amicitiam : vt par sit ratio acceptorum & datorum. ¶ Vocare deos in vota, est votis factis deorum auxilium explorare. ἐπικαλεῖσθαι. Virg.*lib.*5. *Æneid.*

Ne palmas ponto tendens vtrasque Cloanthus,
Fudisséi que preces, diuósque in vota vocasset.

¶ Vocare aliquem à mœstitia, est iubere læto animo esse. Cic. *Attic. lib.*1.Quòd me à mœstitia vocas,multum proficis. ¶ Sic vocare ad vitam, *ibidem*, pro eo quod est bono animo esse iubere, & eum qui iam necem sibi inferre constituerat, spe meliori iniecta ab instituto reuocare. ¶ Vocata est opera,dixit Plaut.*in Stich.* Cœnabis apud me,quoniam saluos aduenis.E.Vocata est opera, id est, non vacat apud te cœnare, quoniam rogauit me aliquis, vt negotium aliquod pro se transigerem. ¶ Vocat pluuiam cornix : id est,portendit,& suo clamore quodammodo appetere videtur. Virg.1.*Georg.*

Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce.

Vbi Seru.Vocat,poëticè ait : non enim vocat,sed denuntiat pluuiam.

Vŏcātŭs,a,um,participium. {קרוא karú נקרא nikrá.ὁ κεκλημένος, ὁ κληθείς. GALL.*Appellé,huché.* ITAL.*Chiamato.* GERM.Beruffen. HISP.*Llamado.* ANGL.*Called.*} Ouid.1.*Metam.*

Conciliúmque vocat : tenuit mora nulla vocatos.

Horat.2.*Carm.Ode* 18.

Vocatus, atque non vocatus audit.

Plaut.*Curc.sc.*4.*a.*4.Vocata res est,vt tibi sit malè.(i.præstò est.)

Vocatio, nis. Vocationem non habent Tribun.pleb. Gell. *cap.*12. *lib.*13. Qui vocationem habent, habent & prehensionem.

Vŏcātŭs,us,ui. {תפלה tephilláh.κλῆσις,πρόσκλησις.GALL.*Inuocation,priere.*ITAL.*Inuocatione,prega.* GERM.Anrüffung/oder berüffung. HISP.*Obra de llamar,ruego.*ANGL.*A calling,or inuocation and prayer.*} Virg.10.*Æn.*

———*nunc ò nunquam frustrata vocatus Hasta meos*,&c.

Vbi Seruius,Vocatus,hoc est,inuocationes & preces:nam appellatio est à verbo quæ semper in io exit,aut in us,i.nomen verbale.Cic.3.*de Orat.* Manè Idib. Septembr. & ille Senatus freques vocatu Drusi in Curiam venit. Suet.*in Calig.cap.*39.Vocatu ipsius cœnaturus apud Cæsarem.

Vŏcātŏr,is,verbale. {קרא koré. ὁ κλήτης, ὁ κλήτωρ, ὁ εἰς τὸ δεῖπνον παρακαλῶν. GALL.*Semonneur,inuiteur au banquet.* ITAL.*Chiamatore, inuitatore.*GERM.Ein beruffer/lader.HISP.*Que llama à otro que venga,combidador.* ANGL.*A caller.*} Vocatores dicti sunt, quibus datum est inuitandi negotium,siue qui ipsi inuitant ad cœnas.Plin.*lib.*35.*cap.*10. Inuitatus ad Regis cœnam venit,indignantique Ptolemæo, & vocatores suos ostendenti, vt diceret, à quo eorum inuitatus esset.

Vocatiuus casus. Gell.*cap.*5. *lib.*14.

Vŏcĭto,as,Frequenter voco. {ἀναφωνέω. GALL.*Appeller ou hucher,sonner.* ITAL.*Strachiamare.* GERM. Embsig beruffen/oder nennen. HISP. *Llamar à menudo.* ANGL.*To call often.*} Plaut. *in Capt.* Pægnium vocitatus est, post vos nomen indidistis Tyndaro. Cicer.2.*de nat. deor.* Quas nostri septem soliti vocitare triones.

‖Voculatio, accentus. Gell.

Volgos, vulgus. Lucr.‖

V P

Vpillo,nis, masc. gen. Positum est à Virgilio pro opilione, causa metri, *Eclog.*10.

Venit & vpilio, tardi venêre bubulci.

Est autem opilio,vel vpilio,ouium custos. {רועה robéh.ποιμήν.GALL. *Berger.*ITAL.*Pecoraio.*GERM.Ein schaffhirt.HISP.*Pastor de ouejas.*ANGL. *A sheepherd or keeper of cataill.*} Gell.*cap.*6.*lib.*16.de ouibus Vpiliones percontator.

Vpis, Dianæ tertiæ nomen, autore Macrobio. Sic enim à Græcis paterno nomine(pater enim eius traditur Vpis) appellatur. Meminit & Cic.*de nat.deor.* In nonnullis autem exemplaribus legitur Opis.

‖Vpsala,*Vpsal*, V. A.regni Sueciæ, autoritate Eugenij III.ann.1148. illo titulo honorata.‖

Vpŭpă,æ,auis,cristis à capite exeuntibus galeata,in fimo semper commorans. {ἔποψ. GALL. *Hupe.* ITAL.*Bubba.* GERM. Ein wydhopff. HISP. *El abubilla aue.* ANGL.*A lapwinck birde.*} Plin.*lib.*10.*cap.*29.Mutat & vpupa, vt tradit Æschylus poëta, obscœna aliàs pastu auis, crista visenda plicatili, contrahens eam, subrigénsque per longitudinem capitis. ¶ Plaut.*in Capt. sc.*4.*a.*5. Vpupam pro vinculi genere accipit. Itidem (inquit) huc mihi aduenienti vpupa quæ me delectet, data est.

V R

Vră, οὔρα, locus est in finibus Syriæ Palmyrenæ, ad Euphratem fluuium, qui inde relictis Palmyrænorum desertis, in ortum reflectitur. Autor Plin.*lib.*5. *cap.*24.

Vrăchŭs, οὐραχός, Meatus est proficiscens ex fundo vesicæ fœtus in vtero existentis, lotium deferens in membranam vrinæ recipiendæ destinatam,quæ à medicis ἀλλαντοειδής appellatur.Vide Galenum *lib.*13.*de vsu partium, & in tractatu de Confectione vuluæ.*

Vræon,piscis,thymni pars.Var.*lib.*4.*de L.L.*Græci Grammatici,τὸ οὐραῖον, μέρος τοῦ ἰχθύος. Persius,—Rubrúmque amplexa catinum, Cauda natat thymni. Athenæus οὐραῖον, partem ex thynno vocauit.

‖Vragnomon, cælestium rerum peritus. Bud.‖

Vrăgŭs, οὐραγός, ᾅδης, Plutonis cognomen est, ab vrgendo (vt quibusdam videtur) impositum, quòd omnium deorum maximè nos vrgeat. Nos Græcam vocem esse malumus. Apud illos enim οὐραγός dicitur, qui in acie extremam agminis partem ducit. Vnde non inuenustè ad Ditem transfertur, qui postremum humanæ fabulæ actum excipit.

VRĀNĬĀ,æ,siue Vranie,es, οὐρανία, ἡ οὐρανίη, vna Musarum, Iouis & Mnemosynes filia, cui Astrologiæ inuentio tribuitur. Vnde & Vraniam dictam putant,quasi τὰ ἄνω ὁρῶσαν, hoc est,sublimia speculantem. Ouid. *lib.*5. *Fast.*

Excipit Vranie : fecêre silentia cuncta.

Vrănŏscŏpŭs, i, οὐρανοσκόπος, piscis idem cum callionymo, fel habens prægrande, quo cicatrices, & excrescentes in oculo carunculæ persanantur.Dictus vranoscopus ab oculo,quem in capite habet ita situm,vt eo cœlum intueri videatur. Vide Plin.*lib.*32. *cap.*7.

Vrănŏpŏlĭs, οὐρανόπολις, vrbs in finibus Macedoniæ, ad radicem montis Acho : cuius meminit Plin.*lib.*4. *cap.*10.

Vrănĭs,

Vrănŭs, οὐρανὸς, pater Saturni: quem Latini Cœlum, vel Cœlium appellant: ex cuius virilibus à Saturno filio exectis, & in mare abiectis, nata est Venus, quæ ideò Græco nomine appellata est Aphrodite.

‖Vratislauia, *Breslaw*, ad Oderam, seu Viadrum fl. Silesiæ caput, V.E. sub A.Gnesnensi.‖

Vrbānātim, Vrbane, Vrbanitas, Vrbanus, vide *Vrbs*.

Vrbi, οὔρβοι, populi sunt Capissenæ (quæ est Asiæ regio, Carmaniæ finitima) non procul à Pandorum finibus, & Ponamo flumine nauigabili. Autor Plin. *lib.26.cap.23.* Sed corrupta est Plinij lectio: sic enim habet, Flumen Borro, Gensurbi, flumen nauigabile ponamus Pandorum finibus. Vbi Gensurbi fluuij nomen est, non populi.

Vrbĭnă, æ, Teli genus oblongum. Plaut. *in Bacch.* Si tibi est machæra, & nobis vrbina est domi. Verba sunt Chrysali, minas referentis, & militis sæuitiam sæuis item dictis retundentis. Placiades Fulgentius legit hoc loco *Veruinam*, & interpretatur iaculi genus, quod Verutum vocant. Vide Erasmi Adagia.

Vrbīnūm, Italiæ oppidum: è quo Vrbinates. Plin. *lib.3. cap.14.*

Vrbo, vrbum facio, u pro o, more Vmbrorum.

Vrbs, vrbis, oppidum muro cinctum. {עיר hir. ἄστυ. Gall. *Vne ville.* Ital. *Citta.* Germ. Ein statt. Hisp. *La ciudad.* Angl. *A towne enuironned with walles.*} ab Vruo, aratri curuatura: quòd antiqui iunctis bobus, tauro & vacca, Hetrusco ritu in condendis vrbibus, interiore vacca, aratro circumagebant sulcum, intra quem vrbem ædificarent. Hoc faciebant religionis causa die auspicato, vt vrbs fossa, muróque vnita esset: & locum vnde terram fodissent, Fossam vocabant. Virg. 1. *Georg.*

Apta dies legitur, qua mœnia signet aratro.

Quidam ab orbe vrbem appellatam putant, quòd sulcus in orbem duceretur: nam ciuitates antiquæ in orbem fiebant. Propriè autem Roma Vrbs dicta est, per antonomasiam, quum cætera dicantur Oppida, vt testatur Quint. *lib.8.cap.2.* Plaut. *Pseud.sc.5.a.1.* Per vrbem solus sermo est omnibus. Idem *Capt.sc.1.a.4.* Quid tu (per) vrbes barbaricas iuras? Idem *Pseud.sc.6.a.4.* Ab vrbe abduxit. (hic Vrbe, id est, Athenis, non Roma, &c.) Ouid. *Eleg.vlt. lib.3. Trist.*

Vrbe tamen natis exulis esse licet.

¶ Vrbis autem vocabulo propriè ædificia ipsa significantur. Virg. *lib. Æneid.*

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuêre coloni, Carthago.

¶ Ciuitatis autem nomine intelliguntur ciues ipsi. Cic. *lib. 1. de Repub.* Quam quum locis manúque sepsissent, eiusmodi coniunctionem tectorum Oppidum, vel Vrbem appellarunt, delubris distinctam spatiísque communibus. Omnis ergo populus, qui est talis cœtus multitudinis, qualem exposui, ciuitas est. Idem *pro Sext.* Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, inuento & diuino iure & humano, mœnibus sepserunt. Sed confunduntur quandoque, ita vt Vrbs pro ciuitate ponatur, idque per metonymiam, vt ait Quint. *lib.8.cap.6.* Virg. 2. *Æneid.*

Inuadunt vrbem somno, vinóque sepultam.

Et ciuitas pro vrbe, Senec. Quum plerasque ciuitates viderimus terræ motu funditus collapsas. ¶ Ab vrbe fit Suburbium & Suburbanum, Vrbanum, & Vrbicus: sicut ab Oppido Oppidanus, & Oppidicus.

Vrbĭcŭs, a, um, quod ad vrbem pertinet)(Rusticus quod ad rus. {ἀστυκός. Gall. *De la ville.* Ital. *Cittadinesco.* Germ. Stattlich/der statt. Hisp. *Cosa perteneciente à ciudad.* Angl. *Of a towne.*} Gell. *lib. 15. cap.1.* Si quod autem posset remedium esse, vt ne tam assiduè domus Romæ arderent, vænum hercle dedissem res rusticas, & vrbicas emissem. Suet. *in Augusto*, vt feraciorem, habilioremque annonæ vrbicæ redderet. Vide eundem *in Cæs.cap.49.* Mart. *in Procem.lib.12.* Quæ absoluenda non esset inter illas quoque occupationes vrbicas quibus faciliùs consequimur, vt molesti potius quàm officiosi esse videamur. ¶ Vrbicus etiam dicebatur actoris genus. Iuuenal.

Vrbicus ex odio risum mouet Atellana Gestibus Autonoes.

Martial.

Quòd non optimus vrbicus poëta.

Ob id dixit Fulgentius, Denique Batinius augur dicere solitus erat, diuersatum vrbium honores similiter peragi Vrbicario mimologo.

Vrbānŭs, a, um, Vrbicus)(Villanus. {ἀστικός, ἀστεῖος. Gall. *Ciuil, bourgeois, ioyeux & recreatif.* Ital. *Ciuile, vrbano, costumato bene.* Germ. Stattlich/höfflich. Hisp. *Ciuil, cosa de ciudad.* Angl. *Of a towe, mirrie, ioyefull.*} vt, Vrbani mores, Vrbana curia: aut qui in vrbe habitat.)(Rusticus. Plaut. *in Merc.* Vrbani fiunt rustici. ¶ Vrbana prædia, Vlp. *l.vrbana.ff. de verbor. significat.* Vrbana prædia omnia ædificia accipimus, non solum ea quæ sunt in oppidis, sed & si fortè stabula sunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis: vel si Prætoria, voluptati tantùm deseruientia, quia vrbanum prædium non locus facit, sed materia. Vita vrbana. Terent. *in Adelphis*, Ego hanc clementem vitam, vrbanam, atque otium secutus sum. Ouid. 1. *de Ponto Eleg.9.*

Nec tu credideris vrbanæ commoda vitæ
Quærere Nasonem: quærit & illa tamen.

¶ Per translationem accipitur pro faceto, comi, lepido, quem Græci εὐτράπελον vocant, siue χαρίεντα. & pro eo qui in verbis & sono, & vsu proprium quendam præ se fert vrbis gestum, & sumptam ex conuersatione doctorum tacitam eruditionem: qua tamen in significatione Ciceronis tempore dictio fuit noua. Cic. *in Epist.fam.* Te, inquit, hominem, vt nunc loquuntur, vrbanum, id quod Quintil. *lib.8.c.3.* quoque notauit. Cic. *pro domo sua*, Et homo facetus inducis etiam sermonem vrbanum, ac venustum. Horat. *in Serm.satyr.10.*

——fuerit Lucilius, inquam,
Comis, & vrbanus, fuerit limatior idem, &c.

Quintil. Vrbanum os, (sup. Oratoris) in quo neque rusticitas, neque peregrinitas resonet. Plaut. *Most.sc.1.a.1.* Tu verò vrbanus scurra, deliciæ populi. Et differt à Dicaci, quòd dicax est, cuius sermo cum risu aliquem incessit. Ideò Demosthenem vrbanum fuisse dicunt, dicacem negant. ¶ Quemadmodum autem vrbanum, & dicacem hominem dicimus, ita vrbanum, & dicacem sermonem: vnde vrbanitas & dicacitas tam de oratione, quàm de homine dicuntur. ¶ Vrbanus nonnunquam in malam partem sumitur. Vnde prouerbium, Vrbanus æqui nil, boníve cogitat, οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἀνὴρ ἀστικός. Admonet, rusticam vitam innocentiorem esse, vt quæ sola cum solis habeat commercia terris. Contrà, qui degunt in vrbibus, propter contagia negotiorum, & hominum, astutiores euadere. Vnde Terentianus Demea ait, In astu (id est, vrbe) aliud ex alio venire malum.

Vrbānĭcŭs, idem quod Vrbicus: vt, vrbanici milites, qui in præsidio vrbis locati sunt. *l.35.D.ex quib.caus.maior.* vbi tamen nonnulla exemplaria habent *Vrbaniciani.*

Vrbānĭtās, atis, Sermonis lepor, oratio salibus condita, sal, facetiæ. {חן chen. ἀστειότης, χαριεντισμός, ἀστειότης. Gall. *Ciuilité, bonne grace, bon entregent.* Ital. *Vrbanità, buona gratia, ciuilità.* Germ. Stattligkeit/höfligkeit. Hisp. *Crianza como de ciudad, ciuilidad.* Angl. *Good maner, gentlenesse in speache and beauiour.*} Vrbanitas (inquit Quint. *lib.4.cap.3.*) illa est, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque sensu, neque verbis, neque ore, gestúve possit deprehendi. Cic. 1. *de finib.* Et sunt illius scripta leuiora, vt vrbanitas summa appareat: doctrina mediocris. Idem *pro Cælio*, Maledictio autem nihil habet propositi præter contumeliam: quæ si petulantiùs iactatur, conuitium: si facetiùs, vrbanitas nominatur. Quint. *lib.4.cap.2.* Vrbanitas opportuna reficit animos. Est autem hæc significatio metaphorica, tracta à moribus eorum, qui in vrbibus agunt, quorum oratio, vitáque omnis lepore, salibus, & venustate amœnius condita est, quàm eorum qui in agris agunt. ¶ Nonnunquam tamen legitur in propria significatione pro rebus ipsis vrbanis, vel pro vita vrbana, τὰ ἀστικά. Cic. *Trebatio*, Tu modò desideria vrbis, & vrbanitatis depone.

Vrbānē, aduerbium, Facetè, lepidè, venustè. {ἀστείως, χαριέντως. Gall. *Ciuilement, plaisamment, de bonne grace.* Ital. *Piaceuolmente, con gratia.* Germ. Höflich/lieblich. Hisp. *A manera de ciudad, con gracia, y ciuilidad.* Angl. *Courteously, gently.*} Cic. 1. *de finib.* Facetè & vrbanè, vt è patre audiebam Stoicos irridente. Quintil. *lib.2.cap.11.* Nec sanè potuit vrbanius ex confessione inscitiæ suæ elabi.

Vrbānātim, antiquis in vsu erat pro vrbanè, hoc est, vrbanorum more, ἀστικῶς. sicuti contrà Rusticatim, pro rusticè, siue rusticorum more. Pompon. *apud Non.* At ego rusticatim tangam, vrbanatim nescio.

‖Vrbinum, *Vrbino*, V.A. Vmbriæ, Ducum Vrbinatium sedes, & Academia.

Vrbs vetus, olim Oropitum, *Oruieto*, V.E. ditionis Pontificiæ, naturâ & arte munitissima, Romanorum Pontificum, belli tempore, refugium.‖

Vrcēŭs, i, vt Paulus Iureconsultus ait, est vas quo aqua in vrnam infunditur, vel in ahenum. {חמת chémeth (vel) chémath (vel) chamáth כד chádh. κεράμιον. Gall. *Pot de terre ou d'airain, cruche, buye, coquemart.* Ital. *Boccale, orciolo.* Germ. Ein wassergeschirr/es sey jrdin oder auß metall/schöpffgeschirr. Hisp. *El jarro.* Angl. *A pitcher or pot for watter.*} Mart. *lib.14.*

Hic tibi donatur panda ruber vrceus ansa,
Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam.

Col. *lib.21. cap.12.* Sal autem quàm candidissimus conijcitur in vrceo fictili sine pice: qui vrceus quum recipit salem, diligenter totus oblinitur luto paleato. Horat. *in Arte,*

——amphora cœpit Institui? currente rota cur vrceus exit.

Vrceus aquarius, Gell. *cap.24. lib.10.* ¶ Vrceoli ministratorij, & vrceus fictilis, ad quem vsum docet Martial. *Epigr.105. & 106. lib.14.*

Vrcĕŏlŭs, diminut. {τὸ κεράμιον, ἀγγειοφορεῖ. Gall. *Vn petit broc.* Ital. *Picciol tal vaso.* Germ. Wassergeschirrlin/schöpfgeschirrlin. Hisp. *Pequeño jarro, ò el arcaduz para sacar agua.* Angl. *A litle pitcher or pot for watter.*} Col. *lib.12. cap.16.* Eodem tempore sorba manu lecta curiosè in vrceolos picatos adiicito. Iuuen. *Sat.2.*

Lectus erat Codro Procula minor, vrceoli sex,
Ornamentum abaci, necnon & paruulus infrà Cantharus, &c.

Vrcĕŏlārĭs herba, à Romanis dicta est, quàm herbariorum vulgus, hodie *parietariam*, seu *muralem* appellat, ἑλξίνη Dioscoridi. ¶ Dicitur & perdicium, quòd perdices hac herba peculiariter delectentur. Vrceolaris autem idcirco appellata est, quòd sua asperitate sit lauandis vrceis maximè idonea. Plin. *lib.24.c.17.* Perdicium siue parthenium, à nostris herba vrceolaris vocatur, ab aliis astericum, folio similis ocymo, nigrior tantùm, nascens in tegulis, parietibúsque.

Vrcī, οὖρκοι Ptol. oppidum maritimum in finibus Hispaniæ Tarraconensis, vbi à Bætica dirimitur. Autores Ptol. *lib.2.cap.5.* & Plin. *lib.3.cap.3.*

Vrēdo, inis, morbus herbarum, fruticum, arborúmque qui in vitibus etiam carbunculus dicitur: & in cæteris rubigo, sata, plantas, arborésque adurens. {ירקון jerakón. ἐρυσίβη. Gall. *Seicheresse & brusłure és herbes, arbres & plantes.* Ital. *Seccura, quando si seccano gli alberi & le herbe.* Germ. Der brenner so die bäum vnd kreuter schädiget. Hisp. *Quemadura de arboles y yeruas.* Angl. *Blasting or buruin in trees plantes or hearbes.*} Cic. 3. *de nat. deor.* Nec si vredo, aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit. Plin. *lib.18. cap. 28.* Plerique dixêre rorem inustum sole acri, frugibus rubiginis causam esse, & carbunculi vitibus. Quod ex parte falsum arbitror: omnémque vredinem frigore tantùm constare, Sole innoxio. ¶ Est & vredo, exustio cum pruritu, qualis ab vrtica cum herba, tum pisce excitatur: κνησμός. Plin. *lib.9.c.45.* de vrtica pisce, Dum admoueri sibi manum sentit, colorem mutat, & contrahitur: tacta vredinem mittit.

Vrētērēs, οὐρητῆρες, meatus oblongi per quos vrina à renibus in vesicam defertur. Vide Cels. *lib.4. cap.1.*

Vrethra, οὐρήθρα, vrinæ fistula, quæ à ceruice vesicæ ad extremum vsque penum porrigitur, ab οὐρεῖν meiere.

‖Vrgella, siue Orgellum, *Vrgel*. vrbs Hispaniæ, habet Episcopum Tarraconensi A.suffraganeum.‖

Vrgĕo, es, vrsi, vrsum, Incumbo in aliquid, cogo, premo, impello. {אץ ats צר patsár דחק dacháph בחל bihél. ἐπείγω, ἐπιμαίομαι, κατεπείγω. Gall. *Presser, contraindre, poursuiure, molester & trauailler.* Ital. *Spingere, premere, forzare.* Germ. Tringen/treiben/nötigen. Hisp. *Apremiar ò constreñir.* Angl. *To streigne, to constreigne, to compell.*} Virg. 3. *Georg.*

——ima Soluuntur latera, atque oculos stupor vrget inertes.

Idem 7. *Æneid.*

——Iussisque ingentibus vrget Apollo.

Cic. *ad Attic.lib.6.* Solicitudine prouinciæ tamen vel maximè vrgebamur. Et *lib.12.* Sed neque hæc digna longioribus literis: nec erat quod scriberem: & somnus vrgebat. Plaut. *Men.sc.2.a.2.* Quod te vrget scelus. Horat. *Ode 9. lib.2. Carm.*

Tu semper vrges felicibus modis Mysten ademptum.
Ouid.*lib.6. Fast.*
Audit, & ad vocem concitus vrget iter.
¶ Vrgere, insistere. Quadrigarius *lib.5. Annal.* apud Nonium, Sed circiter horas duas graui prælio vrserunt: deinde in fugam sunt coniecti. Cic.5.*de finib.* Non pugnem cum homine, cur tantum habeat natura boni: illud vrgeam, non intelligere eum quid sibi dicendum, quum dolorem summum malum esse dixerit. ¶ Accipitur item vrgere pro tegere, vt ait Nonius, citans illud Virgilij *lib.2. Georg.*
Qui saxo super atque ingenti pondere testæ Vrgerent.
¶ Item pro accelerare: vt apud Virg. *lib.9. Æneid.*
Veste tegens tibi quam noctes festina, diésque
Vrgebam, & tela curas solabar aniles.
Vrgens, tis, particip. premens, ἐπείγων. Virg.1.*Georg.*
——— labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas,
Plin.*lib.7. cap.45.* Vrgente hostium manu.
Vrgi, οὖργοι, populi Sarmatiæ Europææ, Iazygibus finitimi ad vtramque Istri ripam, magna ex parte ex pastionibus victitantes, pauci agriculturæ dediti. Autor Strab. *lib.7.*
Vrgo, insula est in mari Tyrrheno, non procul à Capraria. Plin. *lib.3.c.6.*
Vri, οὖροι, Indiæ populi, Indi fluminis accolæ, Silenis proximi. Autor Plin. *lib.6. cap.20.*
Vria Plinio, οὔρια Ptolemæo, oppidum Hispaniæ Bæticæ, in conuentu Gaditano: cuius meminit Plin. *lib.3.c.1.* ¶ Est item Vria locus Acarnaniæ, semistadium distans à mari. Autor Strab. *lib.10.* ¶ Est præterea eiusdem nominis oppidum in ora Apuliæ, & post flexum Gargani montis, teste Plin. *lib.3.c.10.* Strabo Vrcum, Ptol. οὔριον appellat. ¶ Vriam aliam collocat. Strab. *lib.7.* medio ferè itinere inter Tarentum & Brundusium.
Vrīcă, æ, commune satorum omnium vitium, sed maximè ciceris: quum salsilaginem eius abluendo, imber id dulcius facit. Plin. *lib.18.cap.17.*
Vrīgo, inis, Vredo quæ ex vi caustica alicuius medicamenti prouenit. {ירקון *jerakón.* καῦσμα, καῦσις. GALL. *Brusture, seicheresse és plantes.* ITAL. *Seccura quando si seccano gli alberi & le herbe.* GERM. Der brand. HISP. *Quemadura de plantas.* ANGL. *Burning in sores by occasion of any heat medecine.*} Plin. *lib.20.cap.22.* At in magna duritia fine fico impositum, vel si vehementior vrigo timeatur per duplices pannos.
VRĪNĂ, æ, Serum sanguinis, quod in renibus colatum per vreteres transmittitur ad vesicam. {מימירגלים *memérag nlájim.* οὖρον. GALL. *Vrine, pissat.* ITAL. *Orina, piscio, pisso.* GERM. Harn/brunn. HISP. *Vrina.* ANGL. *Vrine, pisse.*} Latini etiam lotium appellant. Dicta Vrina à verbo οὐρεῖν, quod est meiere. Colum. *lib.2.cap.15.* Aptior est tamen surculis hominis vrina quam sex mensibus passus fueris veterascere. ¶ Vrinam facere, & vrinam reddere, idem quod meiere. Plin. *lib.8, cap. 16.* Vrinam mares crure sublato reddere, vt canes. Colum. *lib.6.cap.30.* Quum suo tempore vrinam non fecerint. ¶ Vrina genitalis, est genitale sperma. Plin. *lib 8.cap.43.* Incontinens asinæ vterus genitalem vrinam reddit, ni cogatur in cursum verberibus à coitu.
Vrīno, as, siue Vrinor, deponens, Aquam subeo, & rursus emergo. {חשוק *heschik.* κυβιστάω, ὑποδύομαι, κολυμβάω. GALL. *Nager entre deux eaux, se plonger tout dedans l'eau.* ITAL. *Nuotare sott' acqua, soppozarsi in acqua.* GERM. Vnder das wasser schiessen vnd darunder schwimmen. HISP. *Nadar à somargujo.* ANGL. *To diue or ducke vnder the water.*} dictum ab Vruo, vt Sipontino placet, hoc est, à curuatura aratri, quam vrinantes imitari videntur, vide infrà *vruus*, vel, vt alij malunt, ab Vrna, qua aquam è puteo, aut flumine haurimus: quæ vt aquam capiat, primùm immergitur, deinde extrahitur. Plin. *lib.11.cap.37.* Eadem est causa, quare sub aqua diu ranæ, & phocæ vrinentur. ¶ Hinc compositum Inurino. Col. *lib.8.* Lacus piscináque fiant, vt sint quibus inurinare possint aues.
Vrīnātōrēs, apud Varr. Qui in aquam merguntur, & sub ea natant. {משיקירים *meschikim.* κυβιστητῆρες, δύται, ὑφύδροι, κολυμβηταί, βύθιοι. GALL. *Plongeons qui sauent nager entre deux eaux.* ITAL. *Chi sanno nuotare sott' aqua.* GERM. Einer der vnder das wasser fårt vnd darunder schwimmet. HISP. *Nadadores à somargujo.* ANGL. *which diueth and ducketh vnder the water.*} Callistratus Iureconsultus ita appellat eos qui merces è mari extrahunt, nauigij leuandi gratia iactatas.
Vrīnum, Ouum irritum, & inefficax, quod citra coitum editur, veneris tamen imaginatione, vt quum fœminæ sese mutuò saliunt. {ὑπηνέμιον ᾠόν. GALL. *Oeuf qui n'a point de germe.* ITAL. *Vuouo che non vale per far polcini.* GERM. Ein vngefückt oder lauter. HISP. *Hueuo que sale guero.* ANGL. *A winded egge.*} Plin. *lib.10.cap.58.* Palumbes, & turtures plurimum terna pariunt oua, nec plus quàm bis ferè pariunt: atque ita si prior fœtus corruptus est. Et quamuis tria pepererint, nunquam plus duobus educant. Tertium, quod irritum est, vrinum vocant. Græci id genus oua, ὑπηνέμια appellant, quasi dicas subuentanea: qua voce vtitur & Plin. *loco iam citato.* Et ipse (inquit) inter se, si mas non sit, fœminæ saliunt, pariúntque oua irrita, ex quibus nil gignitur, quæ Græci hypenemia vocant. Eadem & zephyria appellantur, ab eodem Plin. *lib. 10. cap.60.* Irrita oua, quæ hypenemia diximus, aut mutua fœminæ inter se libidinis imaginatione concipiunt, aut puluere: nec columbæ tantùm, sed & gallinæ, perdices, pauones, anseres, chenalopeces. Sunt autem sterilia, & minora, ac minus iucundi saporis, & magis humida. Quidam & vento putant ea generari: qua de causa etiam Zephyria appellantur.
Vrĭōn, Terræ genus, quod in corrugis faciendis diligenter vitant qui aurum in montium ruinis quærunt, per silices potiùs, & calculos flumina riuásque ducentes. Autor Plin. *lib.33. cap.4*
Vrium, οὔριον. Oppidum est Hispaniæ Bæticæ, apud Ptol. *lib.2.c.4.* Plin. in Gaditano conuentu collocat, & Vriam per primã effert declinationem.
VRNĂ, Vas quo aqua è puteis, fluminibúsve hauritur, ita dictum, quòd subter aquam demersum, atque inde rursus emergens, vrinantis speciem præbere videatur. {כד *chad* דלי *deli.* κάλπη, ὑδρία. GALL. *Vaisseau de terre à porter eau, cruche, ou tel vaisseau.* ITAL. *Vrna, secchia, sedello, orna.* GERM. Ein eymer/schöpffgeschirr. HISP. *Cantaro ò vasijo para sacar agua.* ANGL. *A pot to draw water with or other lik vessell.*} Plaut. *in Pseud.* Tu qui vrnam habes, aquam ingere. ¶ Dicebatur etiam vrna apud veteres, vas quo iudicum suffragia colligebantur. Virg.6.*Æneid.*
Quæsitor Minos vrnam mouet.

¶ In vrnis præterea mortuorum cineres seruabantur. Cic.1.*Tusc.* Quid poëtæ? nónne post mortem nobilitari volunt? vnde ergo illud? Aspicite, ô ciues senis Enni imaginis vrnam. ¶ Est item vrna, mensuræ genus, quatuor capiens congios, hoc est, amphoræ dimidium.
Vrnŭla, æ, diminut. {σταμνάριον, σταμνίον. GALL. *Petite cruche, ou seille.* ITAL. *Picciola vrna.* GERM. Eymerlin. HISP. *Pequeño cantaro.* ANGL. *A litle pitcher or pot for water.*} Cicer. *in Parad.* Minúsne gratas diis immortalibus capedines, ac fictiles vrnulas fuisse, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur.
Vrnālĭs, e, quod vrnam capit: vt, Vrnales caliculi, vel vrcei, σάμνιος. Cato *cap.13.* Vrceos fictiles, vrnales duos, trullas ligneas duas.
Vrnārĭum, ij, interprete Varrone *lib.4. de L.L.* Mensa quadrata, quòd vrnam cum aqua positas ibi potissimùm haberent in culina. {τὸ τραπέζιον ἐν ᾧ αἱ κάλπαι ἢ τὰ τοιαῦτα σκεύη ἐν ἀποκεῖται. GALL. *Table sur laquelle on met les cruches, aiguieres ou tel vaisseaux.* ITAL. *Tauola da porui sopra i vasi da acqua.* GERM. Ein tisch/auff welchen man die geschirr mit wasser stellt. HISP. *Tabla ò lugar dõde se ponen las vasijas para sacar agua.* ANGL. *A borde to sett pitchers, potes, or lik vessels on.*} Hoc apud nos plurimi marmoreum faciunt: foramine per quod aqua effluat relicto, ac super id escatia vasa epulis vncta per ancillas lauantur. Varro περὶ μέτρων, vt citat Non. Sed quæ necessitas te iuuet aquam effundere domi tuæ, si vasa habes pertusa: plumbum non habes? ad quam rem nobis est confluuium? ad quam rem vrnarium? Ante balnea item vrnaria erant, teste Varr. *loco iam citato*, in quibus vrnæ cum aqua collocabantur.
VRO, is, vrsi, vstum, verbum actiuum est, Cremo, vel calore aut frigore lædo. {יקד *jakádh* שרף *saráph* כוה *chaváh* בקר *bikéer* הבעיר *hibhir.* φλέγω, καίω, πυρπολέω. GALL. *Brusler, faire ardre.* ITAL. *Abbruciare, ardere.* GERM. Brennen. HISP. *Quemar.* ANGL. *To burne.*} Cic. *lib.1. Tuscul.* Cæteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut vrantur calore. Virg.2.*Æneid.*
Aut pelago Danaûm insidias, suspectaque dona
Præcipitare iubent, subiectisque vrere flammis.
Plaut. *Capt.sc.1.a.4.* Quid in eo vult vri? (igne.) Liu. *lib.4.dec.4.* Vritur ager, Senec. *epist.37.* Vri, vinciri, ferro necari. Idem *c.2.de cons.ad Mart.* Vrere ac secare non molli via mederi. *Ibid.cap.41.* Vruntur vulnera recentia, & in altum reuocantur. Ouid.6.*Metam.*
——— Quum Sol grauis vreret arua.
Lucan.*lib.4,*
Vrebant montana niues,
Quo in loco vro de frigore dicitur. Ouid. *Eleg.2. lib.3. Trist.*
Vstus ab assiduo frigore Pontus habet. (sup.me.)
¶ Per translationem ponitur pro cruciare, sicut πυρπολεῖν Græcè. עצב *hatsab.* Virgilius,
Vrit atrox Iuno.
¶ Pro vastare, depopulari, consumere, &c. Liu. *lib.10. ab vrb.sub finem:* Vrebat pestilentia vrbem atque agros. Velleius, Vrebat populum grauis annona. Liu. *lib.7.bell.Pun.* Vrere aliquos bello. Idem, Vrebatur bello Italia. Idem *lib... dec.4.* Ad id quod inuidiam vrit reuertere. Vrere etiam interdum idem valet, quod molestiam exhibere: vt apud Horat. Vrit enim splendore suo, qui prægrauat artes. Et Terent. Te vt malè vrat. ¶ Vri virgis, est cædi, flagellari. {הכרה *hichcháh.* μαστιγοῦσθαι, ῥαβδίζεσθαι.} Nam ex virgarum percussione corpus calefit, ac inflammatur. Horat.2.*Serm.satyr.7.*
Quid refert vri virgis, ferróque necari?
¶ Eodem modo & calceus angustior dicitur vrere pedem. Horat. *lib.1. Epist.*—vt calceus olim Si pede maior erit, subuertet: sin minor, vret.
¶ Vro hominem, per translationem significat dolore cogo, autore Donato, aut ango, vt vul Budæus. Terent. *in Eunuch.* Vro hominem. ¶ Vri aliquando est amore consumi, conflagrare. Virg.4.*Æneid.*
Vritur infelix Dido, flammásque fatetur.
Ouid. *lib.1. Fast.*
Te quoque inextincta Silene libidinis vrunt.
Et Liu. *lib.6. dec.4.* Vrente assiduo labore.
Vrēns, tis, participium. {יקד *jokédh* שרף *soréph.* καίων. GALL. *Qui brusle.* ITAL. *Che abbrucia.* GERM. Brennend. HISP. *Cosa que quema.* ANGL. *Burning.*} Horat.1.*Serm.sat.5.*
Vdos cum folijs ramos vrente camino.
Vstŭs, a, um, aliud particip. {שרוף *sarúph* נשרף *nisráph* נכוה *nichvéh.* ὁ κεκαυμένος, ὁ φλεχθείς. GALL. *Bruslé, ars.* ITAL. *Abbruciato.* GERM. Gebrent oder verbrent. HISP. *Quemado.* ANGL. *Burned.*} Ouid.1.*Metam.*
Tum primum siccis aër feruoribus vstus Canduit.
Vrēndŭs, a, um, Horat.1.*Serm satyr.3.*
Neglectis vrenda filix innascitur agris.
¶ Vstilago, auenæ & tritici vitium, cùm spicæ q. aduruntur: brant.
Vstĭo, nis, verbale, Vrendi actus, adustio, combustio. {יקד *jekadh* כי *chi* כויה *chevijáh* מכוה *michváh* שרפה *serephàh* תבערה *tabheràh.* καῦσις. GALL. *Bruslement, brusture.* ITAL. *Abbruciamento.* GERM. Brennung. HISP. *Quemadura, obra de quemar.* ANGL. *A burning.*} Cato *c.38.* Virgas & sarmenta quæ tibi vstioni supererunt, in segetem comburito.
¶ Vstio pro cauterisatione quam vocant. Plin. *lib.34. cap.15.* Quædam vstione sanantur, priuatim verò canis rabidi morsus. Celsus, Omnes autem huiuscemodi dolores vix citra vstionem finiuntur. id est, citra candentis ferri admonitionem.
Vstŏr, verbale, propriè dicitur qui corpora in bustuariis cremat. {יקד *jokédh* שרף *soréph.* ὁ ἐμπρηστής, ὁ καυστικός. HISP. *Brusleur.* ITAL. *Abbruciatore.* GERM. Ein verbrenner. HISP. *El que quema.* ANGL. *He that burneth.*} Martial. *lib.3.*
Vstórque tædas præferat noua nuptæ.
Catull. *Epigr.55.*
Quum deuolutum ex igne prosequens panem
A semiraso tunderetur vstore.
Vrīto, as, frequentatiuum. {ἀναίθω. GALL. *Brusler souuent.* ITAL. *Abbruciare spesso.* GERM. Brennen eins brennen. HISP. *Quemar à menudo.* ANGL. *To burne often.*} Plaut. *Most.* Calidũ hoc est, etsi procul abest, vritat malè.
Vstŭlo, as, Vro, aduro, cremo. {יקד *jakádh* שרף *saraph* חרך *charakh.* καίω, καυτηριάζω. GALL. *Cauteriser, brusler à l'entour.* ITAL. *Abbruciare.* GERM. Brennen/besengen. HISP. *Quemar ò chamuscar.* ANGL. *To burne or seare a thing.*}

thing.} Pacuuius, Candenti ferro crines vstulare. Liuius, Pauci semiustulati venêre in potestatem. Catullus *Epigramm.* 34.

Scripta tardipedi deo daturam infelicibus vstulanda lignis.

‖Vstriculus, qui calamorum nimio vsu pellem adurit. Tertull. Sic quidam. Sed apud eum est *Vstricula*. Hoc tanquam diminutiuum ex *vstrix*; i. fœmina quæ vrit. ‖

Vstrigo, inis, {ירקון *jerakón.* ἐρυσίβη.} Vox est classicis scriptoribus nequaquam recepta: qua tamen Ambrosius *in Hexaëm.* pro vredine, seu rubigine vtitur. Non desinit, inquiens, esse triticum, si vstrigone aduratur, aut imbre madidetur.

Vstrina, æ, Locus in quo metalla candescunt, vt laborentur. {τὸ χαμινεῖον. GALL. *Vne forge, le lieu où les forgerons embrasent & forgent leur metaux.* ITAL. *Foccina da fonder metalli, luogo doue si ardeua vn corpo morto.* GERM. Ein eß wie man sie in den schmitten hatt. HISP. *Lugar donde algo se quema.* ANGL. *A melting house for metall.*} Plin. *lib.* 36. *cap.* 21. In vstrina ter siccantur, ita vt torreantur carbone puro, ac toties vino restinguantur albo. ¶ Vstrina, ait Festus, locus dicebatur in quo mortuus combustus fuit, qui alibi sepultus est. Bustum autem est locus in quo quis & combustus, & sepultus est.

Vrolanium, Οὐρολάνιον, ciuitas in Orientali parte Britanniæ insulæ, apud Ptol. *lib.* 2. *cap.* 3.

‖Vrpheda, cautio super hostilitate ponenda, vber fehde. ‖

Vropygium, siue (vt apud Pollucem legitur) Orrhopygium. {οὐροπύγιον, ἢ ὀῤῥοπύγιον. GALL. *Le cropion.* ITAL. *Groppa.* GERM. Ars burtzel. HISP. *Abispillo, ò rabadilla del aue.* ANGL. *The rumpe.*} Ossis sacri extremitas, vel potiùs spinæ extremum ossi sacro subtus adhærens, podicique supernè imminens, quod aliis nominibus κόκκυξ & ὄῤῥος appellatur. Aristoteles verò *lib. vlt. de Animalibus*, vt caudam quadrupedum vult esse, ita volucrum vropygium, & earum duntaxat quæ scissas alas habent: idque datum volucribus ad dirigendos volatus, quemadmodum nauigiis temones. Martial. *lib.* 3. Vetustinæ vetulæ inter catenas deformitates vropygium macræ anatis obiicit, depygem videlicet eam significans, tritisque & exilibus natibus.

Quum (inquit) *anatis habeas vropygium macræ, &c.*

Vrpanus, Οὔρπανος, fluuius Daciæ (quæ hodie Valachia) supra Saum influens in Istrum. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 25.

Vrpix, icis, instrumentum rusticum. Cato *cap.* 10. Vrpicem vnum, crates stercorarias quatuor, &c.

Vrruncum, i, In segetibus dicitur, quod est in imo spicæ circa summum culmi cacumen, minus grano. {τὸ πλησιαῖον ἐν τῷ στάχυϊ μικρὸν σπέρματος τοῦ καλάμου ἐποχούμενον. GALL. *Ce qui est au bas de l'espic contre le bout du tuyau, moindre que n'est le grain.* ITAL. *Parte della spica vicinal al grano.* GERM. Ein klein sächlin das zu underst am äher auff dem halm steth. HISP. *El grano menguado del trigo.*} Varr. *lib.* 1. *de R. R. cap.* 48. de spica loquens, Illud autem summa in spica iam matura, quod est minus quàm granum, vocatur frit, quod in infima spica ad culmum stramenti summum, item minus quàm granum est, appellatur Vrruncum.

‖Vrsao, hodie Ossuna, *Ossuna*, vrbs Bæticæ. ‖

Vrsentani, Lucaniæ populi, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 11.

Vrso, Hispaniæ Bæticæ oppidum, in conuentu Astigitano. Autor Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

VRSVS, i, animal ferum, hybernorum mensium somno pinguescens: cuius naturam omnem latissimè exequitur Plin. *lib.* 18. *c.* 36. {דב *dob.* ἄρκτος. GALL. *Ours.* ITAL. *Orso.* GERM. Ein bär/das Mennlin. HISP. *Osso.* ANGL. *A beare.*} Virg. *lib.* 3. *Georg.*

———nec funera vulgò
Tam multa informes vrsi, stragémque dedêre.

Ouid. 10. *Metam.*

Raptorésque lupos, armatósque vnguibus vrsos
Vitat, & armenti saturatos cæde leones.

Iuuenalis *Satyr.* 5.

Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam: sæuis inter se conuenit vrsis.

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

At lupus & turpes instant morientibus vrsi.

¶ Vrsi præsentis vestigia quæris. Prouerbium, quod de iis dicitur, qui timiditate præsens negotium declinant. Translatum à formidolosis venatoribus, qui se dissimulant sensisse vrsum, & vestigia persequi fingunt, quo absint à periculo. ¶ Vrsi fumantem nasum ne tentaueris, ex Martiale: quò admouemur, non esse tentandos qui possint nocere.

Vrsa, æ, fœmininum ab Vrsus. {דב *dob.* ἄρκτος, ἡ. GALL. *Ourse.* ITAL. *Orsa.* GERM. Ein bär/das weiblin. HISP. *Ossa.* ANGL. *The she beare.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 63. Informia etiam magis, quàm suprà dicta, vrsæ pariunt, &c. Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Vtque fugax auidis ceruus deprehensus ab vrsis.

¶ De vrsæ partu informi, vide Gell. *cap.* 10. *lib.* 17. ¶ Vrsæ item dicuntur duo sydera cœlestia, quas ἄρκτους etiam Græci appellant, nos à similitudine septem boum iugum subeuntium etiam Septentriones dicimus: Græcorum nonnulli etiam ἁμάξας, quòd plaustrorum similitudinem referant. Sunt autem vrsæ duæ: quarum quæ maior est, Helice: quæ minor, Cynosura appellatur. ¶ Vtriusque periphrasis apud Ouid. *Eleg. lib. Trist.* est huiusmodi, *lib.* 4. *eleg.* 3.

Magna minórque feræ.

Vrsinus, a, um, denominatiuum. {ἄρκτειος. GALL. *D'ours, orsin.* ITAL. *Di orso, orsino.* GERM. Bärin/eines bären. HISP. *De osso.* ANGL. *Of a beare.*} vt, Rabies vrsina Plin. *lib.* 8. *cap.* 36. Quoniam potum in vrsinam rabiem agat. Vrsinus ritus, Gell. *cap.* 10. *lib.* 17. Virgilium dicere solitum ferunt parere se versus more atque ritu vrsino. ¶ Vrsinum allium, apud eundem *lib.* 19. *cap.* 7.

Vrsulus, diminutiuum, cuius fœmininum est vrsula. ἀρκτίον.

Vrtica, æ, Notissimum genus herbæ, ab vrendo, quòd eius folia tacta acerrimè vrant. {חרול *charúl* מלוח *mallúach* קימוש *kimósch* (vel) *kimmósch.* ἀκαλήφη. GALL. *Ortie.* ITAL. *Ortica.* GERM. Nessel. HISP. *Hortiga.* ANGL. *A nettle.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 45. Constat, si equæ marem non admittant, & vrtica infricetur natura, libenter coitum pati. Scribunt Physici, vrticam in cibis coctam vtilissimam esse lieni, ventris duritiæ, articularibus, podagricis morbis, arteriæ, tussi, ventris distillationi, stomacho: pectus præterea purgare, vrinam eiicere, sanguinem narium sistere, calculos rumpere, vuam reprimere. Iuuenalis *Satyr.* 12. pro pruritu libidinis, posuit.

——— vnde Hæc tetigit Gradiue tuos vrtica nepotes?

¶ Est præterea vrtica, genus piscis marini nomen inde habentis, quòd tactu vredinem excitet, quemadmodum eiusdem nominis herba. Plin. *lib.* 9. *cap.* 45. Vrticæ noctu vagantur, noctúque mutantur: carnosæ frondis his natura, & carne vescuntur. Vis pruritu mordax, eadémque quæ terrestris vrticæ. Is piscis Ἀκαλήφη appellatur à Græcis, vt autor est Gell. *cap.* 11. *lib.* 4.

Vrus, i, animal est Hercyniæ syluæ peculiare, imagine tauri, sed maiore corpore, miráque velocitate. {οὖρος. GALL. *Bœuf sauuage.* ITAL. *Buo seluatico.* GERM. Vrochs/ein wilder ochs. HISP. *Buey syluestre.* ANGL. *A wild oxe.*} Cæsar *lib.* 6. *bell. Gall.* loquens de feris quæ in Hercynia sylua nascuntur, Tertium (inquit) genus eorum qui Vri appellantur: ij sunt magnitudine paulò infra elephantes, specie & colore, & figura tauri. Magna vis est eorum, & magna velocitas, neque homini, neque feræ, quam conspexêre, parcunt: hos studiosè foueis captos interficiunt. Hoc se labore durant adolescentes, atque hoc genere venationis exercent: & qui plurimos ex iis interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ sint testimonio, magnam ferunt laudem. Sed assuescere ad homines, & mansuefieri ne paruuli quidem excepti possunt. Amplitudo cornuum, & figura, & species multum à nostrorum boum cornibus differt. Hæc studiosè conquisita, ab labris argento circuncludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis vtuntur. Hæc Cæs. Dicti vri, vt quidam putant, ἀπὸ τῶν ὀρέων, hoc est, à montibus, quia in montibus esse consueuerunt. Virg. 4. *Georg.*

Quæsitas ad sacra boues Iunonis & vris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.

Plin. *lib.* 8. *cap.* 11. Paucissima Scythia gignit, inopia fructuum: pauca contermina illi Germania: insignia tamen boum ferarum genera, iubatos, bisontes, excellentíque & vi, & velocitate vros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, quum gignat Africa, vituli potiùs, ceruíve quadam similitudine.

Vruus, a, um, antiquum vocabulum, idem significans quod sursum versùs reflexum. ¶ Hinc vruum, i, aratri curuatura, & verbum Vruare, quod significat Circundare, vt Festo placet. Est autem vruare ita se iactare, vt sursum denuo excitet se: vnde & vrinare is dicitur, qui in aquam immersus iterum sursum versùs existit. Hinc amburuare apud Lucil. dicuntur Salij, qui eo modo corpora saltu reciprocabant præsul vt amburuat, sic volgus redandruat inde. Hæc ferè ex Scalig. *in Varronem.*

Vruo, vel Vrbo, orbum facio.

V S

‖Vs particula, quæ auditur in *vsque* videtur esse ex ἕως vsque, quod ab ὃς ille, & hoc ab ὃ sui: vt sit, ad illum vsque locum: aut ex *vllus*: vt *vspiam* vllo loco. ‖

Vsar, fluuius est Mauritaniæ Cæsariensis, Nebadum regionem irrigans. Autor Plin. *lib.* 7. *cap.* 2.

Vsia. {יקום *jekúm.* οὐσία. GALL. *Substance.* ITAL. *Sustanza.* GERM. Wäsenheit. HISP. *Sustancia, subjecto de los accidentes, lo que es.* ANGL. *Substance.*} vox Græca, sed quæ olim Latina fuit, & à Cicerone vsurpata, vt testatur Seneca *Epist.* Quanta verborum 58. quam Quint. Essentiam interpretatur, verbo quidem (vt ipse fatetur) duriusculo, non vsquequaque tamen refugiendo, præsertim quum aliud lingua Latina non habeat. Marcus Tullius tamen modò Naturam vertit, modò Materiam. Aug. *in Dial.* Vsia est propriè & principaliter dicta, quæ neque in subiecto, neque de subiecto significatur. Idem *lib.* 12. *de ciuit. Dei.* Sicut ab eo quod est Sapere, vocatur Sapientia: sic ab eo quod est Esse, vocatur Essentia, nouo quidem nomine: quo vsi veteres non sunt Latini sermonis autores, sed iam nostris temporibus vsitato, ne deesset etiam linguæ nostræ, quòd Græci appellant οὐσίαν. Hoc enim verbum è verbo expressum est, vt diceretur Essentia. ‖ ¶ Vsia etiam vernis porci: appellata, quia vrit. Nam, vbi momorderit, adeò locus ardet, vt statim vbi vesicæ fiant. Isid. ‖

Vsio, Vsitatus, Vsitor, vide *Vtor.*

Vspiam, Vsquam, & in loco, & ad locum significat. {πού. GALL. *En quelque lieu.* ITAL. *In qualche luogo.* GERM. Jergend an einem ort. HISP. *En algun lugar.* ANGL. *Any where.*} Ter. *in Adelph.* Aut vspiam ceciderit. Plaut. *in Cas.* Num me es expertus vspiam? i. re aliqua, vel in aliquo negotio. Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Metuo ne nos perdiderimus vspiam. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Vide probè, &c. ne epistola vlla vspiam sit in ædibus.

Vsquam, Alicubi, vno aliquo in loco à quo nusquam, nullibi. {πού. GALL. *En quelque lieu.* ITAL. *In alcun luogo.* GERM. Jergend an einem ort. HISP. *En algun lugar.* ANGL. *Any where, in any place.*} Cic. 6. *Verrin.* Quam crucem non ausus est vsquam defigere, nisi apud eos, quibuscum omnia scelera sua, ac latrocinia communicasset. Virg. 1. *Æneid.*

———si quid Vsquam iustitia est.

Cic. 2. *Offic.* Nec vsquam consilio, aut autoritati locus. Vsquam gentium. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Terent. *in Hecyra*, An vsquam gentium est æquè miser. Plaut. *Men. sc. vlt. a.* 5. Non lacte lacti vsquam similius. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Neque leges, neque regnum vsquam colunt. *Ibidem*, Non ego vsquam quicquam nuto, neque nicto tibi. Idem *Men. sc.* 8. *a.* 3. Men' hodie vsquam te conuenisse audes dicere? ¶ Pro alicunde. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Ne te vsquam argentum occepisse suspicetur. ¶ Pro vbique, Suet. *in Tib. cap.* 37. Aboleuit & ius moremque asylorum quæ vsquam erant.

Vsque, præpositio est, significans continuationem, & finem actus, loci, temporis, aut huiusmodi. {עד *hadh.* ἄχρι, ἄχρις, μέχρι. GALL. *Iusques, ou iusque.* ITAL. *Fino, in fine.* GERM. Biß. HISP. *Hasta.* ANGL. *Vnto, vntill.*} Habétque ferè adiunctam alteram præpositionem accusatiuo seruientem. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Hîc ero vsque ad noctem. Idem *Amph.* Pugnata pugna vsque à mane ad vesperum. ¶ Vsque dum, id est, quoad, quandiu, quousque. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. Vidua victita, vel vsque dum regnum obtinebit Iuppiter. Idem *Amphitr.* Adeò vsque satietatem dum capiat pater illius quam amat. Idem *Asin.* 2. *a.* 2. Vel adeò vsque dum petis. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Vsque dum mantant domi cùm parietes ruunt. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Reduxit me vsque ex errore in viam. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Vsque à puero seruisti. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Age, age vsque excrea. Etiámne? Vsque ex penitis faucibus. Nam quousque? Vsque ad mortem volo.

volo. Idem *Curc. sc.* 5. *a.* 5. An audiuisti. E. vsque à principio omnia. ¶ Vsque pro semper, perpetuò. Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Quæ hîc vsque fuerit intus. (id est, semper.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Iustus amator dat vsque (i. perpetuò.) *Ibid. sc.* 5. *a.* 2. Volo te domi vsque adesse. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Vin' afferri noctuam, quæ tu tu vsque dicat tibi? Idem *Amph.* Valuistin' vsque? Idem *ibidem*, Valuisses ne vsque exquisiui simul. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Salue, Vsquéne valuisti? Vsque vt vides. Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Domi sum vsque cum caris meis. ¶ Vsque in: Ad vsque: vsque ad, &c. etiam dicitur, vt vsque in pectus: vsque ad lucem, vsque ad diurnam stellam. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 1. Vsque in pectus permanant. *Ibid.* Ego ad id frugi vsque & probus fui. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Vsque ad diurnam stellam crastinam potabimus. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

———Vsque à proauis vetus ordinis hæres.

Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Stylis me totum vsque vlmeis conscribito. Idem *Curc. sc.* 1. *act.* 3. Dimidiam partem nationum vsque omnium subegit. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Vbi vsque ad langorem. (aliàs, adusque langorem.) Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Ellum vsque in platea vltima. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Sibi quisque exemplum ædium expetit suo vsque sumptu. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 4. Vsque offerre natum. (id est, ostentare spem & fallere.) ¶ Vsque ab, idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Vsque ab radicibus elinguare. Diomed. *lib.* 1. Vsque multare. Cic. 2. *Verr.* Vsque ad eum finem dum iudices reiecti sunt. Idem *de Orat.* Ab iniuria rerum Romanorum, vsque ad P. Mutium Pontificem. Virg. 1. *Georg.*

Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem.

Sed quum nominibus propriis minorum locorum, vel cum hisce accusatiuis Domum, Rus, Militiam, iungitur, frequentiùs sine alia præpositione ponitur. Cic. 6. *Verrina*, Sacerdotes vsque Ennam profecti sunt. Idem *ad Attic.* Quintus vsque Puteolos venit. ¶ Quandoque tali accusatiuo postponitur. Terent. *in Adelph.* Miletum vsque obsecro. Quandoque etiam additur præpositio ad, vel similis. Cic. *pro Deiotaro*, Vsque ad Numantiam misit. ¶ Interdum etiam originem vel motum ex loco importat. Idem *pro Flacco*, Hanc legationem non à suis accepit ciuibus, sed vsque Timulo petiuit. Idem 1. *de nat. deor.* Vsque à Thalete enumerasti sententias philosophorum. Terent. *in Eunucho*, Ex Æthiopia est vsque hæc. ¶ Ab vsque, pro vsque ab. Virg. 7. *Æneid.*

———Siculo prospexit ab vsque Pachyno.

¶ Quandoque aduerbium est significans assiduè, vel iugiter. διὰ παντὸς. Terent. *in Adelphis*, Ctesipho me pugnis miserum, & istam psaltriam vsque occidit: id est, assiduè, seu identidem verberat. Nam occidere veteres pro verberare accipiebant. Cic. *Cornif.* Mihi curæ vsque erit quid agas. Virg. *lib.* 6.

Nec vidisse semel satis est: iuuat vsque morari.

Plaut. *in Epidico*, Benéne vsque valuisti? id est, semper, vel hactenus. ¶ Vsque ad hunc, eleganter ponitur pro eo quod est, Hoc excepto. Plin. *Epist.* 35. Assenserunt Consules designati, omnes etiam Consulares, vsque ad Pompeium, id est, excepto Pompeio. ¶ Vsque affatim, est quod dicitur vsque ad satietatem. Plaut. *in Pœnulo*, Edas de alieno quantum velis, vsque affatim. ¶ Vsque adhuc, id est, hactenus, vel hucusque. Idem *in Aul. sc.* 5. *a.* 1. Quod celatum est, atque occultatum vsque adhuc, nunc non potest. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Conueniunt signa optimè vsque adhuc. *Ibid. sc. vlt. a.* 5. Quem vsque adhuc quæsiui. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Vsque adhuc actum est probè. Idem *in Pseud. sc.* 6. *a.* 4. & alibi sæpè. ¶ Vsqueadmodum posuit Cato *cap.* 136. pro tandiu. ¶ Vsqueadeò, id est, intantum. Virg. 1. *Ecloga*,

———vndique totis Vsqueadeò turbatur agris.

Ponitur aliquando pro tandiu, & accipit post se donec, vel dum. ἐπὶ τοσοῦτον. Plaut. *in Cistell.* Non destiti instare vsqueadeò, donec adiurat se anus se eam mihi monstrare. Terent. *in Eunucho*, Vsque adeò ego illius ferre possum ineptias, & magnifica verba. Verba dum sint. ¶ Vsque antehac, id est, antequam, sicut exponit Donatus. μέχρι πρὸ τούτου. Ibi iunguntur duæ præpositiones, sed vna est velut aduerb. Nulla enim præpositio præpositioni iungi separatim potest, sed Vsque commodi est, vt sine aliqua præpositione raro inueniatur. Terent. *in Andr.* Vt animus in spe, atque in timore vsque antehac attentus fuit. Vsque antehac, id est, antequam tua verba audirem. ¶ Vsqueeò, id est, in tantum. παρὰ τοσοῦτον. Cic. Vsqueeò vt ego miserer eius. Vsqueeò, sequente dum, id est, tandiu, quoad. Liu. *lib.* 3. *ab vrbe*, Vt qui plebem Romanam Trib. pleb. rogaret is, vsqueeò rogaret, dum decem tribunos plebis faceret. Vsque istinc. Cic. *ad Att. lib.* 1. Nosti iam in hac materia sonitus nostros: tanti fuerunt, vt ego eò breuior sim, quòd eos vsque istinc exauditos putem.

Vsquequaque, Passim, assiduè, semper, quasi in vnoquoque loco, siue vnoquoque tempore. {תמיד *tamidh.* πάντη, πάντως. GALL. *De toutes parts & costez, par tout, du tout, en tout.* ITAL. *D'ogni intorno, in ogni luogo, sempre mai.* GERM. Allenthalben, vmb vnd vmb. HISP. *Siempre, en todo lugar.* ANGL. *Euery where.*} Cic. *Trebatio*, Vsquequaque sapere oportet. Plaut. *in Bacch.* Chrysalus mihi vsquequaque loquitur, id est, vbicunque me reperit, mihi loquitur. Idem *Pœnulo*, Mari, terráque illas vsquequaque quæritat, id est, vbique. Suet. *in Aug. cap.* 86. Cuius cuius (Mæcenatis μυροβρεχεῖς, vt ait, cincinnos vsquequaque persequitur (sup. Augustus.) Idem *in Tib. cap.* 71. Sermone Græco, quanquam aliàs promptus & facilis, non tamen vsquequaque vsus est. Gell. *cap.* 15. *lib.* 13. Prætor vsquequaque nisi à Consule auocare comitia potest.

Vsquequò, Quousque, donec, quoad, quandiu. {עד מתי *hadh mathái.* ἕως τίνος, ἀχρὶ τίνος. GALL. *Iusques à ce.* ITAL. *Fin doue, fin quanto, fin che.* GERM. Biß wann, wie lang. HISP. *Hasta quando.* ANGL. *Vntill, howe long.*} Varr. *lib.* 1. *de R. R. cap.* 2. Quod iubet ranam luridam conijcere in aquam, vsquequo ad tertiam decoxeris.

Vsticâ, Mons est in Sabinis, cuius meminit Horat. *lib.* 1. *Carm. Ode* 17.

Vtcunque dulci Tindari fistula
Valles & Vsticæ cubantis
Leuia personuêre saxa.

¶ Est & insula eiusdem nominis, Siciliæ adiacens: cuius meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 8.

Vstio, Vstrigo, Vstrina, Vstulo, vide *Vro.*

Vsualis, Vsuarius, Vsucapio, Vsura, Vsurpo, Vsus, Vsusfructus, vide *Vtor.*

V T

Vt, Coniunctio causatiua, causam denotans finalem, quemadmodum Vti, quò & similia. {למען *lamahán* יען *jahán.* ἵνα, ὅπως, ὥστε, ὄφρα. GALL. *Afin, à celle fin, pour, comme, ainsi que.* ITAL. *Acciochè, che, poiche, quando, come, cosi.* GERM. Daß. HISP. *Assi, como, para despues, que.* ANGL. *That, to thind, to thinkent.*} Cic. *Lentulo*, Non illi quidem, vt mihi stomachum facerent. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Fuit occasio si vellet iampridem argentum, vt daret. Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 1. Tempus est vt eamus. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Prouocat me in aleam, vt ego ludam? Pono pallium. Item *Ps. sc.* 3. *a.* 1. In pauca vt occupatus nunc sum confer quid velis. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Vt veteris vetusti cupida sunt. Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. faceret me vt essem prudentior. Idem *cap.* 11. *lib.* 15. faciundum visum est, vt ostenderemus. Idem *c.* 19. *lib.* 16. Tum illum ibi, pernicie intellecta, pecuniam cæteráque sua, vt haberent dedisse. (id est, habenda.) Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Genu vt quemque icero, ad terram dabo. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Vt quæque illi occasio est. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Estne hoc vt dico? Ea res est. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Vt rus irem, constitueram. (id est, rus ire.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Aliquid vt poscas, paras, (id est, paras poscere.) Satin' vt, vide *Satis. Ibidem*, Supplicabo vt quemque amicum videro. ¶ Interdum adiunctiua est. Idem, Is mihi suasit vt ad te irem. ¶ Interdum elegantiæ causa ponitur. Cic. *de senect.* Inuitus feci vt L. Flaminium de Senatu eijcerem. Nihil enim significat, nisi inuitus eieci. ¶ Interdum ponitur pro quod. Terent. *in Phorm.* Nihil do, vt etiam imparatus ille me irrideat. ¶ Interdum est aduerbium temporis, & significat postquam, ex quo statim, ex quo primùm. {כאשר *chaascher.* ὡς, ἐπειδὴ.} Virg. 2. *Æneid.*

Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi Expirantem animam.

Idem 12. *Æneid.*

Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos, &c.

Plaut. *Amph.* Neque etiam meum pedem huc intuli, vt cum exercitu hinc profectus sum ad Teleboas hostes, eósque vt vicimus. Idem *ibid. sc.* 1. *a.* 1. *Ibidem*, Vt iacui exurgo, id est, postquam: vel ex eo loco vbi iacui. *Ibid.* Quisque vt steterat iacet. (id est, vbi.) Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Eundem animum oportet nunc mihi esse gratum, vt impetraui. *Ibid. sc. vlt. a.* 5. Vt abij Tarentum. (i. postquam, siue Cùm.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Vt lassus veni de via. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Iam vt me collocauerat. (id est, vbi vel postquam.) Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Vt speculum tenuisti, metuo ne oleant argentum manus. Ouid. 13. *Metam.*

Vt dolor vnius Danaos peruenit ad omnes, &c.

¶ Pro quum, siue Cùm. Gell. *cap.* 19. *lib.* 2. Id ferme temporis, vt appetat messis: (id est, cùm appetit.) Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 5. Propè est, vt herus pretium exoluet. (id est, cùm, siue quando, &c.) ¶ Pro qualis. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Vt te mihi volo esse autumo. (id est, qualem.) Iterum *ibidem*, Ego vt me voles. (id est, qualem me voles autumo.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Vt me voles esse ita ero. ¶ Pro cuiusmodi. Idem *prolog. Amph.* Vos nouisse credo, vt sit pater meus. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Cor dolet cum scio nunc vt sum, atque vt fui, (id est, cuiusmodi, qualis,) &c. ¶ Interdum particula est admirantis, idem valens quod quomodo, vel quantopere. ὡς. Virg. Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error, id est, statim, postquam vidi, siue quum primùm vidi, quomodo perij. Cic. *pro Milon.* Vt contempsit? vt pro nihilo putauit. ¶ Nonnunquam interrogantis {איך *eeh* איכה *eehâh.* πῶς.} Plaut. *in Persa*, Vt vales? id est, quomodo vales? πῶς ἔχεις? Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Rogitant me vt valeam. *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. Recten' atque vt vis, vales? ¶ Quandoque ei postponitur Ita, & superlatiuo iungitur, pro tanto & quanto. Cic. *lib.* 1. *de Orat.* Vt quisque optimè Græcè sciret, ita esse nequissimum. ¶ Eleganter præterea accipitur pro *prout*, vel *secundùm quod*, vt vulgò loquimur, & hoc ferè per parenthesim. כאשר *chaascher.* Liu. Gens (vt in ea regione) diuitiis præpollens: hoc est, secundùm diuitias eius regionis, vel habita ratione diuitiarum eius regionis. Simile est illud Terent. *in Phorm.* Vt nunc sunt mores, adeò res rediit, Siquis quid reddit, magna habenda est gratia; hoc est, secundùm mores quibus hodie vtimur. Cic. *de senect.* Qui sermo, quæ præcepta, quanta notitia antiquitatis, scientia iuris Augurum, multæ etiam (vt in homine Romano) literæ. hoc est, pro ea eruditione, qua tunc Romani erant imbuti. ¶ Quandoque pro quippe. Quintil. Nec ignoro quos transeo, nec vtique damno, vt qui dixerim esse in omnibus vtilitatis aliquid. ¶ Interdum significat Ita vt, siue propter quod, vel quapropter. ὥστε. Plaut. *in Pœn.* Olent, salsa sunt, tangere vt non velis. ¶ Item est aduerbium optandi, idem valens quod vtinam. {לו *lu.* ὄφελον.} Terent. *in Eunuch.* Vt illum dij, deæque senium perdant. Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Vt illum Dij Deæque perduint, &c. ¶ Interdum significat quantum. πόσον. Idem *in Asin.* vt nostræ fortunæ procedunt Litanè. ¶ Aliquando ponitur pro quemadmodum, siue quomodo, sine interrogatione, & sine admiratione. כאשר *chaascher.* Terent. *in Andr.* Ego postquam te emi à paruulo, vt semper tibi apud me iusta & clemens fuerit seruitus, Scis. ¶ Nonnunquam pro quamuis, κἂν. Plaut. Vt istuc periculum ingens sit, me tamen non tremefacit. Ouid. *ad Ruf.*

Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas.

¶ Pro quàm. {מה *mah.* ὡς.} Cicero *pro Cluentio*, Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, vt blandissimè potest. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Vt nunc malè eum metuo miser. (id est, quàm.) Idem *Asin. sc.* 5. *a.* 3. Vt miser est qui amat! Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Vt sublinitur os custodi. (id est, quàm benè.) Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Vt sæpè summa ingenia in occulto latent! Idem *Amph.* Vt metuo, ne Dij partam expugnant gloriam. *Ibidem*, Puer ille quem ego laui, vt magnus est? *Ibid.* Vt subitò, vt properè tonuit! Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Vt probè tantus Ballio est? Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Vt fastidit gloriosus? Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. In te herclè certum est principium, vt sim parcus experiri. *Ibidem*, Vt perdoctè cuncta callet! nihil hac docta doctius. *Ibidem suprà*, Vt lepidè res omnes tenet, sententiásque amantum! (id est, quàm.) *Ibid.* Vt videas illam medullitus amare. (id est, quàm facilè est videre, ὥστε.) Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 5. Vt incedis! (id est, quàm asperè.) ¶ Pro ne non. μή. Terent. *in Andria*, Dies hic mihi vt satis sit vereor ad agendum. Plaut. *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Metuo vt sis subdola. Vide plura in *Metuo* suprà. ¶ Pro vbi, more Græcorum, quibus ἵνα vtrunque significat. Catull. *in Epigr.* ad Fur. & Aur.

———Litus vt longè resonante Eoa Tunditur vnda.

¶ Vt ne, vide *Ne*, sup. ¶ Iungitur autem ferè subiunctiuo, præsertim quum accipitur pro quòd, vel ne non. Virg. 2. *Æneid.*

Infandum regina iubes renouare dolorem,
Troianas vt opes, & lamentabile regnum

Eruerint Danai.
Quando autem optandi vel execrandi particula est, optatiuum exigit. Plaut. *in Persa*, vt illum dij, deæque perdant. ¶ Aliquando pro licet, esto, sit sanè. ἴσω. Cæsar *in Comment.* Ac iam vt omnia contra opinionem acciderent, tamen multò se plurimùm nauibus posse prospiciebant. Ouid. *de Ponto,*

Luce minus decima dominam venietis in vrbem,
Vt festinatum non faciatis iter.

Senec. *cap.* 12. *de consol. ad Polyb. sub finem*, Quid porrò? Vt nihil horum feceris, nónne protinus ipse es, (i. esto, licet, etiamsi) quamuis. GALL. *Posons le cas qu'il n'ait fait rien de tout cela.* Sicque pro quamuis, bis vsurpauit. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.* Et iter *Eleg.* 2. *eiusdem lib.* Item *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist. vers.* 17. & *Eleg.* 4. & 9. *lib* 4. *Trist.* Item, Vt iam pro etiamsi, dixit Liu. *lib.* 2. *dec.* 5. ¶ Vt non, pro quin, Sueton. *in Aug. cap.* 56. Nunquam filios suos populo commendauit, vt non adijceret, Si merebuntur, &c. vt, Modò, vt Plaut. *Curcul.*—interea huic somnium narra: meliorem quàm ego sum, suppono tibi: nam quod scio, omne ex hoc scio, operam vt det. PA. dat. ¶ Vt quid pro quamobrem? Liu. 4. *ab Vrbe.* Vt quid enim aliquis Tribus plebis ruat cœcus in certamina periculo ingenti, fructu nullo?

Vtŭt, Vtcunque quocunque modo. {ὅπως, δήποτε. GALL. *Comme que ce soit.* ITAL. *Come si voglia.* GERM. Geb wie. HISP. *Como quiera que.* ANGL. *Howsoeuer.*} Terent. *in Adelph.* imò hercle hoc quæso Syre, Vt vt hæc sunt facta, potius quàm lites sequar, Meum mihi reddat. Plaut. *Amph.* Iam istuc gaudeo, vt vt est erga me merita. Idem *in Mercatore*, Verùm hercle postremò, vt vt est, non ibo tamen.

Vtcūnquĕ, Quomodocunque, quocunque modo. {ὅπως, δήποτε, ὅπως δήποτοῦν. GALL. *Aucunement, en quelque sorte que ce soit.* ITAL. *Sia come si voglia.* GERM. Geb wie/geb welcher gestalt/so anhin. HISP. *Como quiera.* ANGL. *Howsoeuer.*} Plaut. *Amph.* Seruus es, an liber? Vtcunque animo collibitum est meo. Liuius *in præfatione lib.* 1. Vtcunque erit, iuuabit tamen rerum gestarum memoriæ principis terrarum populi, pro virili parte, & meipsum consuluisse. Plaut. *in Epid.* Vtcunque in alto est ventus Epidice, ex imo velum vortitur. Idem *in Pœnulo*, Vtcunque est ventus, exin velum vortitur. Cicero *in Oratore*, Itaque ille perfectus, quemadmodum iam dudum nostra indicat oratio: vtcunque se effectum videri, & animum ardentiùs moueri volet, ita certum vocis admouebit sonum. Sueton. *in Tib. cap.* 11. Vtcunque meritæ filiæ (id est, etiamsi malè.)

Vtēnsĭlĕ, vide *Vtor.*

VTĔR, tris, generis masculini, Pellis qua vinum, aut oleum deferri solet. {חמת *chémeth* vel *chémath* vel *chamáth* נבל *nébel* נאד *nodh.* ἀσκός. GALL. *Peau de bouc ou de cheure à mettre vin ou huyle, ouyre, cheure.* ITAL. *Odro pelle.* GERM. Ein schlauch/ein zusammen genehte haut in deren man wein oder öl füret. HISP. *Odre para vino, ò azeyte.* ANGL. *A botile.*} Virg. 2. *Georg.*

Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres.

Plin. *lib.* 12. *cap.* 7. Lycion aptissimum medicinæ, quod est spumosum: Indi in vtribus camelorum aut rhinocerotum id mittunt. Ouid. 3. *Amor. Eleg.* 11.

Æolios Ithacis inclusimus vtribus Euros.

Vtrĭcŭlŭs, diminutiuum. ἀσκίδιον. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Fœminis eadem omnia præterque vesicæ iunctus vtriculus: vnde dictus vterus. ¶ Vtriculos item in farina videtur. Plin. accipere *lib.* 18. quod Galli Cisalpini *Redundaginem*, in Venetia prouincia plerique *Subuentres* vocant. ¶ Idem alibi vtriculos vocat, quæ Græci ἔλυτρα, id est, seminum in frugibus inuolucra, & operimenta, quæ trita, & cribro excussa, glumæ, siue acus dicuntur. ¶ Quinetiam prima illa florum germina, quæ veluti quidam vtriculi tument priusquam flos arborum aperiatur. Idem vtriculos etiam vocat, *lib.* 16. *cap.* 26.

Vtrĭcŭlārĭŭs, qui canit tibiis infixis vtriculo, quæ vocantur tibiæ vtriculares. {ἀσκαύλης. GALL. *Cornemuseur.* ITAL. *Chi suona la piua.* GERM. Ein sackpfeiffer. HISP. *Gaytero.* ANGL. *A bage piper.*} Sueton. *in Neron.* Vouerat se proditum hydraulam, choraulam, & vtricularium.

Vtrārĭŭs, ij, masc. gen. {ὁ ἀσκοφόρος, ὁ ἀσκοφορῶν. GALL. *Qui porte de l'eau, du vin, ou autre liqueur dans des cheures ou ouyres.* ITAL. *Chi porta acqua, vino, ogli in odri.* GERM. Einer der wasser/wein/oder öl in schleuchen zuhin tregt. HISP. *El que trae agua, vino, azeyte en odres.* ANGL. *That beareth wyne, or water in botiles.*} Liu. *lib.* 4. *decad.* 5. Postremò sequi se vtrarios ad mare, quod minus trecentos passus aberat, iussit.

VTĔR, a, um, genitiuo vtrius, interrogatiuum est, quærens de duobus. {πότερος. GALL. *Lequel des deux.* ITAL. *Qual de duoi.* GERM. Weders/welches auß den zweyen. HISP. *Vno qualquiera de dos.* ANGL. *Which of the two.*} Plaut. *Men. sc. vlt. a.* 5. Vter vestrûm (aduectus est naui mecum.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Vter remoratur? pro, In vtro nostrûm est mora? Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Vter eratis, túne, an ille maior? *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Loquere vter meruisti culpam. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. In eo vterque prælio potabimus: vter melior bellator cantharo inuentus erit, &c. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Agnum horum qui vter est pinguior, eum sume. Cic. 3. *Verr.* Vtrum reprehendis, quòd Patronum iuuabat eum qui tum in miseriis erat, an quòd alterius patroni mortui voluntatem conseruabat, à quo summum beneficium acceperat? vtrum horum reprehendis? ¶ Accipitur aliquando vter pro alter. Cic. *pro Milone*, Vter vtri insidias fecerit. Quod & ipsum classicis scriptoribus vsurpatur. Plinius, Vter alteri dixerit, nescio. ¶ Ponitur aliquando pro alteruter. Cic. *in Frumentaria*, Omnium controuersiarum, quæ essent inter aratorem, & decumanum: si vter velit, edicit se recuperatores daturum. Gell. *c.* 4. *lib.* 3. Vtra sine altera esse non potest. (id est, alterutra.)

Vtercūnquĕ, Vteruis, siue vterlibet. {ὁπότερος, δήποτε. GAL. *Lequel des deux que ce soit.* ITAL. *Qual de duoi.* GERM. Geb weders es seye. HISP. *Qualquiera de dos.* ANGL. *Any of the two.*} Cic. *ad Torquatum lib.* 5. Magnæ vtrinque copiæ ita paratæ ad pugnandum esse dicuntur, vt vtercunque vicerit, non sit mirum futurum. Gell. *lib.* 5. *c.* 10. Ne sententia sua vtramcunque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet. Quintil. In vtracunque lingua.

Vterlĭbĕt, Alter ex duobus, quem tibi capere libet. {ὁποτεροσοῦν. GALL. *Lequel des deux tu voudras.* ITAL. *Vno de duoi.* GERM. Weders du wilt. HISP. *Qualquiera de dos.* ANGL. *Any of the two.*} Cic. *pro Quint.* Vtrumlibet elige: alterum incredibile est, alterum nefarium, & ante hoc tempus vtrumque inauditum. Plin. *lib.* 24. *cap.* 4. Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus, sanguinem fluentem ex vtralibet parte sistit.

Vtĕrnam, Vter. {πότερος γὰρ, ὁπότερος γάρ. GALL. *Lequel des deux.* ITAL. *Qual di duoi.* GERM. Wederer. HISP. *Qualquiera de dos.* ANGL. *Which of the two.*} Horat. *Serm.*

——— *vternam*
Ad casus dubios fidet sibi certiùs? hic qui
Pluribus assuerit, &c.

Vtērquĕ, vtraque, vtrunque. {שניהם *schenajim.* ἑκάτερος, ἀμφότερος. GALL. *L'vn & l'autre.* ITAL. *L'vno è l'altro.* GERM. Beyd/der ein vnd der ander. HISP. *Emtrambos à dos.* ANGL. *Both seuerally, aswell thone as thether.*} Significat ambos, licèt inter se differant: quòd quum vtrunque aliquid fecisse dicimus, & ab hoc, & ab illo separatim id factum intelligimus: vt, Vterque sibi domum ædificauit: hoc est, & hic ædificauit sibi domum, & ille. Quum verò ambos dicimus fecisse, ab vtroque coniunctim id factum ostendimus, vt Ambo sibi monumentum constituere: hoc est, hic & ille simul vnum sibi commune monumentum fecère. Propter quod vtrunque alterum verberasse rectè dicimus, hoc est, hunc illum, & illum hunc verberasse. Cic. 1. *Offic.* Quorum vterque suo studio delectatus, contempsit alterum. Quintilianus, Quum enim vterque alteri obiiciat, palam est vtrunque fecisse. Terentius, Quia vterque vtrique est cordi. Plaut. *Most.* Meritò vterque fieri existimat (quod se amant.) Ouid. 13. *Metam.*

——— *Deus est in vtroque parente.*

Plaut. *Men. sc. vlt. a.* 5. vterque id quod rogabo dicite. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Quod in rem est vtrique arbitremur. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 1. Vterque insaniunt. (de amantibus.) Idem *Men. sc.* 3. *a.* 1. Vterque eo prælio potabimus. Ouid. 5. *Fast.*

Ad regem voces fratris vterque ferunt.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

——— *Dona reddere templis Cæsar vterque parant.*

Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Vtrunque salue & spes, & fortuna. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. In vtrumque cauero. Tibull. *lib.* 4.

Solus vtroque idem diceris magnus in orbe.

Ouid. *lib.* 6. *Fast.* Vtraque nupserunt. ¶ Ambos autem alterum verberasse, Vel ambos verberasse ambos, non rectè dicimus, quia significaretur ambos seipsos verberasse, sed ambo se mutuò verberauerunt. Vtrique autem in plurali numero dicitur de pluribus duo genera facientibus. Cic. 2. *in Catil.* Quos ergo vtrosque, Quirites, in eodem genere prædatorum direptorúmque pono. Hoc tamen poëtæ aliquando confundunt, apud quos pluralis huius dictionis numerus pro singulari accipitur. Virg. 5. *Æneid.*

——— *super vtraque quassat tempora*, h. e. super vtrunque tempus.

Vtĕruīs, Vter quem tu vis, vterlibet. {ὁποτεροσοῦν. GALL. *Lequel que tu veux des deux, l'vn ou l'autre.* ITAL. *Qual tu vuoi.* GERM. Wederen du wilt. HISP. *Qualquiera de dos.* ANGL. *Any of the two.*} Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. In oculum vtrumuis conquiescito. *Ibidem sc.* 3. *a.* 1. Viginti minis. B. Vtrumuis, vel quater quinis. Hoc autem differunt vteruis & vterlibet, quòd illa vnum ex duobus significant, hæc vnum ex pluribus. Terent. *in Adelph.* Abs quiuis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas. Quintilianus, Periculosum, & cum intuendum genus: quòd si in proponendo vtrumquemlibet amiserimus, cum risu quoque tota res soluitur: tutius sit interrogare si hæc actio non sit. Simul enim remouentur omnia, vel quum duo ponentur inter se contraria, quorum tenuisse vtrumlibet sufficiet. Ecce in eodem loco vtrumlibet, & quodlibet vsus est. Altero pro eo quod est vnum de duobus: altero pro eo quod est vnum de pluribus.

Vtribi, aduerbium loci, idem significat, quod quónam in loco. Næuius *in Tarentilla*, Vtribi cœnaturi estis, hìc an in triclinio? ¶ Vtrinde. Cic. *pro Lusitanis, Hispanis*, De frumento vtrobi bona, vtrobi mala gratia capiatur, vtrinde iram, vtrinde factiones tibi pares.

Vtrinde, ex vtroque loco.

Vtrīnquĕ, aduerb. Ab vtroque latere, ab vtraque parte. {מזה ומזה *mizzéh vmizzéh.* ἑκατέρωθεν. GALL. *D'vne part & d'autre, de tous costez.* ITAL. *D'ogni parte.* GERM. Zu beyden seiten. HISP. *De ambas o dos partes.* ANGL. *On both sides.*} Cæsar *belli Gallici*, Multis vtrinque interfectis. Idem *Amph. prolog.* Vtrinque ex grauida, & ex viro, & ex summo Ioue. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Vtrinque tibi delectum para. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Tubæ vtrinque canunt, & clamorem vtrinque efferunt.

Vtrinque secus, secus vnamque partem, iuxta vtrumque latus. Apul.

Vtrō, aduerbium, Vtram partem versùs. {ὁποτέρωσε. GALL. *En quelqu'vn de deux lieux.* ITAL. *In alcuno de duoi luoghi.* GERM. Gegen wederer seiten. HISP. *En algun de dos lugares.* ANGL. *To which of the two partes.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 19. Id demum ritè subactum erit, vbi non intelligitur vtrò vomeri erit.

Vtrobi, vtro loco.

Vtrōbīquĕ, aduerbium, In vtroque loco. {ἀμφοτέρωθι. GALL. *En, ou enuers tous les deux costez.* ITAL. *In ambedue le bande.* GERM. An beyden orten oder seitten. HISP. *En ambas partes.* ANGL. *On or towardes both sides.*} Liuius 6. *ab Vrb.* Ab ducibus vtrobique proditæ temeritate, atque inscita res. Plaut. *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Vtrobique orationem doctè dedit. Et Gell. *cap.* 24. *lib.* 13.

Vtrōquĕ, Ad vtrunque locum. {ἑκατέρωσε. GALL. *A ou vers tous les deux costez.* ITAL. *A l'vn è l'altro luogo.* GERM. Auff dise vnd auff thene seitten. HISP. *Hazia ambas dos partes.* ANGL. *Towardes both the sides.*} Liuius 8. *ab Vrbe.* Vtroque exercitus missi. Vtraque pro vtrinque vel vtroque veteres vsurpabant. Hennia *histor. lib.* 4. In Hispania pugnatum bis, vtraque nostri loco moti. Nonius. Liuius *lib.* 1. *ab Vrb.* Vtroque coloniæ missæ. Gell. *cap.* 13. *lib.* 15. Vtroque versum dici quædam, vt vereor te, & vereor abs te.

Vtrùm, aduerb. modò interrogantis est. {אם *im.* ἆρ᾽ οὖν, πότερον, ἆρα, ἢ. GALL. *A sçauoir mon.* ITAL. *Qual di dui?* GERM. Entweders. HISP. *Qual de dos?* ANGL. *wheather.*} Plaut. Vtrum id verum putas an non? Modò dubitantis. Senec. Vtrum id nobis conueniat, animaduertendum. Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Neque ego vtrum eliciam saluum ex hoc saltu damni

damni ſcio. ¶ Ferè ſemper habet particulam AN ſequentem, licèt ſine ea aliquando inueniatur, ſed rarò: idem autem ſignificat quod Num. Terent. *in Phorm.* Vtrum ſtultitia facere ego hunc, an malitia Dicam: ſcientem, an imprudentem, incertus ſum. Cicer. *Lentulo*, Multum intereſt vtrum laus minuatur, an ſalus deſeratur. Plaut. *Pſeud. ſc.* 4. *a.* 2. Vtrum ſpémne an ſalutem te ſalutem? Vtrumque. Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 5. Cogito vtrum me dicam ducere medicum, an fabrum.

VTĔR, i, maſculini generis, vel Vterus, i, Loci muliebres in quibus concipitur fœtus. {רחם *rècham.* μήτρα, γαστὴρ, δελφύς. GALL. *La marri, la matrice, ou le ventre d'une femme.* ITAL. *Matrice di femine ò il ventre.* GERM. Die mutter oder bermutter. HISP. *El vientre donde concibe la muger.* ANGL. *The wombe.*} Eſt enim propriè mulieris: nam in cæteris animalibus Vuluam potiùs appellamus, teſte Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Idem tamen *lib.* 8. *cap.* 43. aſinæ vterum tribuit. Nonnulli & Matricem nominant: quanquam propriè Matrix ſit fœmina, quæ fœtus gratia alitur. Dictus vterus, quòd in eo, tanquam in vtre quodam fœtus contineatur. Senec. *cap.* 16. *de conſol. ad Helu.* Nunquam more aliarum, quibus omnis commendatio ex forma petitur, tumeſcentem vterum abſcondiſti, quaſi indecens onus. Senec. *cap.* 10. *de conſ. ad Mart.* Ab vtero hoc fatum (mortis) eum proſequebatur. Idem *Amph.* Vbi vtero exorti dolores vt ſolent puerperæ. Hinc vterum ferre dicuntur quæ grauidæ ſunt, ἐν γαστρὶ ἔχειν.
¶ Quandoque tamen vterus ſumitur pro ventre: vt in illo Virgil. 2. *Æneid.*

> ——*vterúmque armato milite complent.*

Et apud Celſ. ſæpiſſimè, vt *lib.* 7. *cap.* 14. & 21. ¶ Inuenitur etiam Vterum in neutro genere: vt apud Plaut. *Aulul. ſc.* 4. *a.* 5. Perij, Obſecro te mea nutrix, vterum dolet, &c. Item Turpillius apud Nonium, Diſperij miſera, vterum cruciatur mihi.

Vtĕrcŭlus, i, diminutiuum eſt ab vter, pro ventre. {γαστρίδιον. GALL. *Petit ventre.* ITAL. *Picciol ventre.* GERM. Beuchlin. HISP. *Pequeño vientre.* ANGL. *A litle wombe.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 12. Præterea è fronde, ac pabulis potus in vterculos congeſtus apum (ore enim vomunt) ad hæc, &c. Legitur etiam Vtriculus. Celſ. *lib.* 3. *cap. vlt.* Vtriculi quoque rectè imponuntur aqua calida repleti.

Vtĕrīnī fratres, qui ex eodem vtero prodierunt. {ὁμογάστριοι. GALL. *Freres d'une meſme mere.* ITAL. *Fratelli d'una iſteſſa madre.* GERM. Leibliche brüder/die in einer mutter leib gelägen ſeind. HISP. *Hermanos de vn vientre.* ANGL. *Brethren of one mother.*} hoc eſt, qui matrem eandem, non tamen eundem habuerunt patrem. *Inſtit. lib.* 3. *de bonor. poſſeſ.* Fratres ſorórve, conſanguinei, vel vterini.

Vthina, Οὔθινα. Vrbs Africæ propriè dictæ, Romanorum colonia inter Bagradam fluuium & Tritonem ſita. Vide Plin. *lib.* 5. *cap.* 4. & Ptolemæum *lib.* 4. *cap.* 3.

Vtica, æ, Ἰτύκη Ptolemæo, Ἰτύκη Stephano. Vrbs inſignis Aphricæ propriè dictæ, ad Bagradam fluuium, xxx. paſſuum millibus diſtans à Carthagine: qua exciſa principem in Africa locum tenuit. In hac Cato Vticenſis, victo Scipione, mortem ſibi conſciuit.

Vti, Vt. {כאשר *chaaſchér.* ὡς, ὥσπερ. GALL. *Comme, ainſi que.* ITAL. *Che, accioche.* GERM. Wie. HISP. *Aſſi como.* ANGL. *As, euenas.*} Plaut. *in Amph.* Tamen quia loquar hæc vti facta ſunt, Nunquam vllo modo me potes deterrere. *Ibid.* Neque ſe luna quoquam motat, ſtátque vti exorta eſt ſemel. (id eſt, quo loco.) Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 4. Viden' vti ſceleſtus captat? Idem *Capt. ſc.* 2. *a.* 1. Sinito ambulare, ſed vti aſſeruentur. (id eſt, Ita tamen vt.) ¶ Ponitur aliquando pro tanquam, cum pronomine, is, ea, id. Cicer. 9. *Philipp.* Quod ſepulchrum ipſius liberorum, poſterorúmque eius ſit, vt quod optimo iure ſepulchrum publicè datum eſt, id eſt, tanquam id quod optimo iure, &c. ¶ Denotat aliquando & cauſam ſimilem, quemadmodum & Vt. Cic. *lib.* 6. *Epiſt.* Is ad me dedit literas, vti ſe tibi placarem.

Vtĭlis, Vtilitas, Vtiliter, vide *Vtor.*

Vtĭnam, aduerb. optantis. {לו *lu* אחלי *achlái.* εἴθε, ὤφελον. GALL. *Pleuſt à Dieu que, à la mienne volonté.* ITAL. *Voglia Dio.* GERM. O wolte Gott daß. HISP. *O ſi, ò oxala.* ANGL. *would to god.*} Ter. *in Andr.* Vtinam id ſit quod ſpero. Plaut. *ſc. vlt. a.* 5. Vtinam efficere quod pollicitus poſſies. ¶ Quandoque etiam dicimus, O vtinam. Ouid. *in Epiſt. Penelopes,*

> *O vtinam tunc, quum Lacedæmona claſſe petebat,*
> *Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.*

Plaut. *Moſtell. ſc.* 3. *a.* 1. O vtinam pater meus mihi mortuus nuncietur. Et Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Triſt.*

Vtinum, Italiæ oppidum iuxta Aquileiam, principum Auſtriæ opere inſigni admodum, & arce in medio vrbis edito colliculo conſpicuum: vt ſcribit Vadianus *in lib.* 2. *Pomponij Melæ.*

Vtīquĕ, aduerb. affirmandi eſt, & ponitur pro certè, vel prorſus. {אך *ach.* אכן *achén.* ἄγαν, δῆτα, δήπουθεν. GALL. *Certes, certainement.* ITAL. *Certamente, fermamente.* GERM. Ja freilich/gewißlich. HISP. *Ciertamente.* ANG. *Truelie.*} Quintil. *in Pactu cadauerum*, Solent huiuſmodi negotiatores aliquid proprium ac priuatum ſtipulari: vtique quum rem alienam vendant. Suet. *in Tito*, Cæterùm Titum, qui propè aſtabat, vtique imperaturum. ¶ Vtique pro Ergo, igitur. Quint. *lib.* 5. *cap.* 10. Eſt argumentorum locus ex ſimilibus, Si continentia virtus, vtique & abſtinentia. Rurſus *paulò pòſt*, Alia ſunt, vt dixi, non neceſſaria, vel vtrinque, vel ex altera parte. Sol colorat: non vtique qui eſt coloratus, à ſole eſt. Vulgus barbarorum dicit, Non ſequitur propterea quòd qui coloratus eſt, à ſole ſit coloratus.

VTŎR, eris, Vſurpo, vſum rei alicuius habeo. {התעמר *hithhammér* עבר *habádh* אחז *achaz.* χρῶμαι. GALL. *Vſer, ſe ſeruir.* ITAL. *Vſare.* GERM. Brauchen/nutzen. HISP. *Vſar de alguna coſa.* ANGL. *To vſe, to occupye.*} vt, Vtor domo, diligentia, conſuetudine, ſtudio, & huiuſcemodi. Plaut. *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 2. Vt quiſque vtitur fortuna, ita ſapiens vel ſtultus habetur. Idem *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 5. Vti ſermonibus morologis. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 1. Num minus veſtra omnium opera vtor? (i. ſeruorum.) Idem *Aſin. ſc.* 7. *a.* 1. Eadem nos diſciplina vtimur. Idem *Capt. Prolog.* Accipite reliquum, Alieno vti nil moror. Idem *Aul. ſc.* 3. *a.* 1. Da mihi operam: (id eſt, audi.) 2. Tua eſt, vtere. Idem *Men. ſc.* 3. *a.* 4. Repoſcis pallam: Tibi habe, Aufer, vtere: vel tu, vel tua vxor. Idem *Curc. ſc.* 2. *a.* 5. Mater ei (anulum) vtendum dederat. Idem *Aſin. ſc.* 4. *a.* 2. Vtendos dedi ſcyphos: (ſequitur, commodare.) Idem *Menæch. ſc.* 2. *a.* 4. Vtendam dedi pallam, non donaui, &c. Ter. Scio te non eſſe vſum antehac amicitia mea. Sed quum de perſonis loquimur, accipitur pro conuerſari. συζῆν, χρῆσθαι. Cicer. *Lentulo*, Aulo Trebonio multos annos vtor valde familiariter. Plaut. *Capt. ſc.* 3. *a.* 4. Si ſe vti volet. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 2. In re mala ſi animo bono vtare adiuuat. Idem *Milit. ſc.* 3. *a.* 2. Oculis vti. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Triſt.*

> *Nullus hic cuius intellecturis auribus vtar, Adeſt,*

(ſup. in recitando.) Idem 13. *Metam.*

> ——*quo ſucceſſore vtuntur:*

(id eſt, quem habent ſucceſſorem.) Plaut. *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1. Licèt vtar manu. (aliàs *emittar.*) Idem *Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Vt magis beneuolo vtantur gnato, &c. Velleius, Optimis ingeniis malè vſi. Ouid. 13. *Metam.*

> *Hoc ait* (enſe) *vtendum eſt in me mihi.*

¶ Conſtruitur quandoque cum accuſatiuo. Varro, Vtile vtamur potius, quàm ab re abutamur. Plaut. *in Aſinar.* Cætera quæ volumus vti, Græca mercamur fide. Scæuola apud Gell. *cap.* 15. *lib.* 7. Si id vſus eſt, &c.
¶ Vti poteſtate, Prætura, & eiuſmodi ad quæſtum, eſt eam exercere ad quæſtum. ¶ Vti re aliqua ad ſpeciem, eſt quod barbari dicunt, *habere & oſtendere pro monſtro.* ¶ Vti inuidia minore dicitur, cui minus inuidetur.
¶ Vti aliquo, id eſt, alicui eſſe familiarem. Terent. *in Heaut.* Mihi ſi vnquam filius erit, næ ille facili me vtetur patre. hoc eſt, facilis illi, & placabilis pater ero. ¶ Vti valetudine minus commoda, eſt ſubægrotare. ¶ Vti via populi, eſt populi more cuilibet ſententiæ ſine vllo iudicio aſſentiri, & numero vocum potius, quàm veritati operam dare. ¶ Vti valetudine firma, eſt bene habere. ¶ Vtor te dicitur, & Vtor abs te. Gell. *cap.* 13. *lib.* 15.

Vtēndus, adiectiuum. Terent. *in Heaut.* Quòd illa ætas magis ad hæc vtenda eſt idonea.

Vtentior, vt à potens potentior. Cic. 2. *Offic.* Sed fac iuuare, vtentior ſanè ſit. ſic in antiquis Cod. Ibi verò agitur de vſu diuitiarum potius quàm de potentia.

Vsūs, us, Ipſe vtendi actus, exercitatio, tractatio, vſurpatio. {אחוז *achuzzáh.* χρῆσις. GALL. *Vſage, vtilité.* ITAL. *Vſo, vſanza, conſuetudine.* GERM. Brauch/nutz. HISP. *Vſo, coſtumbre.* ANGL. *Vſe, profite.*} Plaut. *Moſt. ſc.* 2. *a.* 1. Vſus ædium nequior factus. Gell. *c.* 8. *lib.* 13. Vſus & memoriæ filia, ſapientia. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3.

> *Vſibus edocto ſi quicquam credis amico.*

Cæſ. *lib.* 2. *de bell.* magnum habeat vſum in re militari. (id eſt, erat peritiſſimus.) Idem *lib.* 13. *Met.* Quis tuus vſus erat. (extra bellum.) Cic. *in Topicis*, Vſus enim, non abuſus legatus eſt. Plin. *Epiſt.* 20. Vſus magiſter egregius. Idem *Epiſt.* 115. Vſus optimus dicendi magiſter. Cic. *lib.* 1. *de Orat.* Adiungant vſum frequentem, qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperat. Plin. *lib.* 10. *cap.* 69. Auditus cui hominum primo negatus eſt, huic & ſermonis vſus ablatus. Cic. *pro Cornelio Balbo*, Aſſiduus vſus vni rei deditus & ingenium & artem ſæpe vincit. ¶ Interdum conſuetudo, conuerſatio, familiaritas. συνήθεια. Quintil. Mulierem cum qua illi longus fuerat vſus. Cic. *ad Volum. lib.* 7. Quòd ſine prænomine familiariter, vt debebas, ad me epiſtolam miſiſti, primùm addubitaui num à Volumnio Senatore eſſet, quo cum mihi eſt magnus vſus. Ouid. *lib.* 3. *Triſt, Eleg.* 6.

> *Tu tamen à nobis vſu iunctiſſime longo,*
> *Pars deſiderij maxima penè mei.*

Ibid. Eleg. 7. *lib.* 4. Exiguus nobis cum quibus vſus erat. Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Triſt.*

> *Vſus amicitiæ tecum mihi paruus, &c.*

Ibidem,

> ——*nec longo cognitus vſu.*

Suet. *in Calig. cap.* 25. Quòd (Liuia) repetiſſe vſum prioris mariti (nempe Piſonis) tempore medio videbatur. (id eſt, conſuetudinem.) ¶ Interdum vſus in eadem accipitur ſignificatione, qua opus indeclinabile: eandémque habet conſtructionem. Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

> *Arma acri faciunda viro, nunc viribus vſus,*
> *Nunc manibus rapidis.*

Terent. *in Hecyra*, Non vſus facto eſt mihi. Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Potiúſque & amicis impertientes & Reipublicæ ſi quando vſus eſſet. Idem 4. *Tuſc.* De cæteris ſtudiis alio loco dicemus, ſi vſus fuerit. Plaut. *in Aſinaria*, Viginti iam vſus eſt filio argenti minis. Idem *in Pſeud. ſc.* 3. *act.* 1. accuſatiuo iunxit, Ad eam rem vſus eſt hominem aſtutum, doctum, &c. id eſt, opus eſt homine aſtuto, & docto. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 2. Audacia vſus eſt & dolis. (id eſt, opus.) Idem *Amph.* Citius quod non facto eſt vſus ſit, quàm quod facto eſt opus. Idem *Milit. ſc.* 1. *a.* 1. Vt cùm vſus veniat (id eſt, opus ſit.) Et *Aſin. ſc.* 2. *a.* 2. Dico vt vſus eſt fieri. (id eſt, expedit.) Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 1. Cur ea, quibus eſt vobis vſui, prohibeo? &c. Idem *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 1. Argento inuento eſt vſus. Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 5. Vſus facto eſt. Et *Moſt. ſc.* 3. *a.* 1. Ei ſpeculo vſus eſt. ¶ Interdum pro fructu & vtilitate, quòd ſoleamus aliqua re ideo vti, vt ex ea fructum percipiamus. χρεία. Cicer. *Att. lib.* 1. Fuit & mihi & Quinto fratri magno vſui in noſtris petitionibus. Item pro lucro ſiue vtilitate. Plaut. *Menæch. ſc.* 4. *a.* 2. Qui mihi eſt vſui (ſup. lucro.) Idem *Pſeud. ſc.* 7. *a.* 4. Strenui damno mihi ſunt: Improbi vſui. Idem *Curc. ſc.* 2. *a.* 4. Odio & malo: bono vſui eſtis nulli. (ſup. vos lenones.) Idem *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1. Non eſt vſui amator niſi perpetuat data. ¶ Ex vſu eſſe: pro vtile eſſe, & expedire. χρειώδης εἶναι. Terent. *in Hecyra*, Si ex vſu eſſet noſtro hoc matrimonium. Colum. *lib.* 6. *cap.* 1. Pabulum è fundo plerunque domeſticis pecudibus magis, quàm alienis depaſcere, ex vſu ſit. ¶ Vſus huius rei nobis venit: (pro, ita experti ſumus.) Gell. *cap.* 23. *lib.* 2. Item, Quod vſus venit illi diuinitus, &c. (id eſt, accidit.) Idem *cap.* 7. *lib.* 3. Item, Vſus natæ rei ita erat. Idem *cap.* 13. *lib.* 13. ¶ Vſus venit, ponitur pro opus eſt, Terent. *Heaut.* Non vſus veniet ſpero: hoc eſt, non opus erit, non erit neceſſe. Plaut. *in Bacch.* Aufugero hercle, ſi magis vſus venerit. ¶ Vſuuenit verò, id eſt, accidit, euenit. Cic. *pro Quint.* Nam quid homini poteſt turpius, quid verò miſerius, aut acerbius vſuuenire? ¶ Ponitur aliquando pro conſuetudine, ſiue more. ἔθος. Ter. *in Heaut.* Mihi ſic eſt vſus, tibi vt opus eſt facto, face. id eſt, ſic mos meus eſt, ita conſueui.

Vsuālis, e, Vſuarium: quod vſui noſtro ſeruit. {ὅσα χρῶνται, χρηστός. GALL. *Dequoy nous vſons choſe pour noſtre vſage.* ITAL. *Coſa per noſtro vſo.*

vſo. GERM. Breuchlich. HISP. Coſa perteneciente à vſo. ANGL. That ſerueth for our vſer.} Martianus in l. interdum, de public. Quoties quis mancipia inuecta profeſſus non fuerit, ſiue venalia, ſiue vſualia, in pœna commiſſi eſt.

Vſuārĭŭs, ij, dicitur ille, cuius eſt vſus, qui rei vſum capit. {ὁ χρώμενος. GALL. Qui a l'vſage de quelque choſe. ITAL. Chi ha l'vſo d'vna coſa, non la proprietà. GERM. Ein nutzer vnd braucher. HISP. El que tiene vſo de alguna coſa. ANGL. He that hath the vſe of any thing.} ¶ Vſuarius verò adiectiuum, quod in vſum quotidianum paratum eſt. Gell. lib. 4. cap. 1. Ex iis autem quæ promercalia, & vſuaria in locis eiſdem eſſent, ea ſola eſſe penoris putat quæ ſint vſu annuo.

VSVSFRVCTVS, nomen vtrinque declinatum, ſignificans rei vſum fructuoſum, quum ſcilicet res aliqua non noſtra eſt, ſed perinde ex ea fructum atque vtilitatem capimus, ac ſi noſtra eſſet. {אחוזה achuzzáh. ἐπικαρπία, οἱ χρήματος. GALL. Vſufruit. ITAL. Vſofrutto. GERM. Die nutzung ſo einer hatt ab einem gut das er beſitzt oder braucht/vnd doch nicht ſein iſt. HISP. Vſofructo de la heredad. ANGL. The fruitefull vſe of any thing.} Definitur ab Vlpian. l. 1. de vſufruct. quòd ſit ius alienis rebus vtendi, fruendíque, ſalua rerum ſubſtantia. Cicer. pro Cecinna, Vſumfructum omnium bonorum ſuorum Ceſenniæ legauit, vt frueretur vnà cum filio, neque à ſecundo hærede legauit, mortuo filio mulier vſumfructum non amittet. Senec. cap. 10. de conſ. ad Polyb. Vſumfructum eius (id eſt, fratris à natura commodati,) boni conſule. Idem c. 10. de conſ. ad Mart. Vſusfructus bonorum fortunæ noſter eſt.

Vſūfrūctŭārĭŭs, qui vſumfructum habet, qui & fructuarius dicitur. {καρπώμενος. ANGL. He that hath the vſe and fruit, but not the propertie.} D. lib. 7. tit. 1. l. 7. Quicunque reditus eſt, ad vſufructuarium pertinet.

VSVCAPIO, is, id eſt, rem aliquam continuatione vſus, & poſſeſſionis mihi attribuo, Vendico, in meum vſum conuerto. {χρήσει ἰδιοποιοῦμαι. GALL. S'attribuer, faire ſien par deſcription & poſſeſſion de long temps. ITAL. Attribuirſi, far ſuo. GERM. Ein lang genutzt gut zu eygen vberkommen/oder an ſich ziehen. HISP. Continuar poſſeſſion. ANGL. To mak his awin through long poſſeſſion.} Cicer. 2. de Legibus, Quod autem ἠρίον, id eſt, veſtibulum ſepulchri buſtúmve vſucapi vetat, tuetur ius ſepulcrorum. Idem de Aruſp. reſp. Nihil mortales à diis immortalibus vſucapere poſſunt. Paulus, Qui alienam rem mortis cauſa traditam vſucepit, non ab eo videtur accepiſſe cuius res fuiſſet, ſed ab eo qui vſucapionem præſtitiſſet. Senec. epiſt. 89. Nihil publicum poteſt vſucapi.

Vsūcāpĭo, ſiue Vſucapio, nis, eſt acquiſitio, vel adiectio dominij, per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti, vt puta triginta aut quadraginta annorum, ſi res immobilis ſit, quam poſſidemus: item trium annorum, ſi mobilis. {ἡ διὰ χρονίας χρήσεως, ἡ νομῆς, κτῆσις. GALL. Acquiſition de la ſeigneurie de quelque choſe par preſcription. ITAL. Acquiſto di proprietà per vſo di lungo tempo. GERM. Die vberkommung eines dings nach langer beſitzung/oder nutzung. HISP. Poſſeſſion continuada, ò continuation de poſſeſſion. ANGL. The conqueſſing of the lordſhip of any thing by continuation of tyme.} Recentiores primam illam Præſcriptionem, hanc verò Vſucapionem vocant. Cicer. lib. 1. de Legib. In qua quoniam Vſucapionem duodecim tabulæ intra quinque pedes eſſe noluerunt, depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus. ¶ Dicitur & vſucapio, Gell. cap. 10. lib. 7. Vt hæc vſucapio dicitur, &c. Vide locum, vbi & ſequentia Catonis verba citantur, Hæc pignoriſcapio ob æs militare facta eſt, quòd æs à Tribuno ærario miles accipere debeat.

Vſĭo, nis, Vſus. {אחוזה achuzzáh. χρῆσις. GALL. Vſage. ITAL. Vſo, vſanza. GERM. Nutzung/brauch. HISP. Vſo. ANGL. Vſe.} Gell. lib. 5. cap. 1. Longæ vſionis gratia contrahuntur, & reconduntur. Vlp. l. Qu. Mutius. ff. de auro & argento legat. Si factum aurum legatum eſt, omne ad eum pertinet, cui legatum eſt, ex quo auro aliquid eſt effectum, ſiue id ſuæ, ſiue alterius vſionis cauſa paratum eſſet.

Vſĭtŏr, aris, Frequenter vtor. {χρῶμαι. GALL. Vſer ſouuent. ITAL. Vſar ſpeſſo. GERM. Offt brauchen. HISP. Mucho vſar. ANGL. To vſe often.} Gell. lib. 16. cap. 10. & cap. 21. Romanos quoque homines aiunt ſic plerunque anulis vſitatos. Idem lib. 7. cap. 1. Tametſi aliquoties verbo ipſo, alio quoque modo vſitati ſunt.

Vſĭtātŭs, a, um, Conſuetus, ſolitus, in vſum receptus. {ἐθιμος. GALL. Vſité, accouſtumé, qui eſt en vſage. ITAL. Solito, auezzo, vſato. GERM. Breuchig. HISP. Acoſtumbrado. ANGL. wonted, accuſtomed.} vt, Vſitata conſuetudo, vſitata vocabula, vſitatus mos. Cicer. pro Quintio, Iacet res in controuerſiis, iſto calumniante biennium, vſque dum inueniretur qua ratione res ab vſitata conſuetudine recederet. Idem 3. de fin. Ne opifices quidem tueri ſua artificia poſſent, niſi vocabulis vterentur nobis incognitis, vſitatis ſibi. Idem 4. Verr. Hunc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi vſitato more, ſi denique vno aliquo in genere peccaſſet. Idem, Cur in re tam veteri, tam vſitata, quicquam noui feceris?

Vſĭtātĭſſĭmŭs, ſuperlatiuum, Tritiſſimus. ἐθιμώτατος. Senec. de vita beata cap. 2. Quæramus quid optimè factum ſit, non quid vſitatiſſimum.

Vſĭtātē, aduerb. {ἐθισμένως. GALL. Selon l'vſage & couſtume. ITAL. Secondo l'vſo & coſtume. GERM. Breuchlich/nach gemeynem brauch. HISP. Segun la coſtumbre. ANGL. After the accuſtomed faſhion.} Cicer. 4. de finib. Cur igitur quum de re conueniat, non malumus vſitatè loqui?

VSVRA, æ, Vſus. {χρῆσις GALL. Vſage. ITAL. & HISP. Vſo. GERM. Brauch/nutzung. ANGL. Vſe, occupying of a thing.} Plaut. in Amph. Vſurámque eius corporis cepit ſibi. Idem ibid. ſc. 2. a. 5. Alcumenæ vſuram corporis cepi. Quintil. Interim, inquit Cicero, vſura fruar (de morte Vatinij hoſtis Ciceronis nunciata, incerto autore.) Item Velleius, Ne ab huius quidem vſura gloriæ temperauit animum Pompeius. Plaut. Pſeud. ſc. 2. a. 1. Non poteſt eorum vſura vſurpari (id eſt, nullus eſſe poteſt vſus.) Cicer. pro Rab. Poſthumo, Vos obſecro, Iudices, vt huic optimo viro, quo nemo melior vnquam fuit, nomen equitis Romani, & vſuram huius lucis, & veſtrum conſpectum ne eripiatis. Idem 7. Verr. Cur, inquam, ciuibus Romanis, quos Piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſiſti, ipſis piratis lucis vſuram tam diuturnam dediſti? Idem ad Appium Pulchrum lib. 3. Perficiam profectò, vt longi temporis vſuram qua caruimus, intermiſſa noſtra conſuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum ſarciam. ¶ Vſurpatur etiam vſura pro vſu & commodo pecuniæ, vt, Verr. 5. Cùm Senatus Publicanos vſura ſæpè iuuiſſet. ¶ Vſura item ponitur pro pecunia, quæ à debitore datur creditori pro vſu pecuniæ ſibi creditæ. {נשך néſchech תרבית tarbith. τόκος. GALL. Vſure. ITAL. Vſura. GERM. Wucher. HISP. Logro, vſura. ANGL. Vſurie or intereſt.} Cicer. 5. Verr. Vt quum Senatus publicanos vſura ſæpè iuuiſſet, magiſtratus à publicanis pecuniam, pro vſuris auderet auferre? Idem de ſenectute, Terra nunquam recuſat imperium, nec vnquam ſine vſura reddit quod accipit: ſed aliàs minore, plerunque maiore cum fœnore. Lucan. lib. 1.

Hinc vſura vorax, auidúmque in tempore fœnus, &c.

Hanc Varro impendium vocat, quòd inter ſe iungat, vnúmque fiat, quaſi compendium. Sidonius Apollinaris poſteriora vocat, quoniam qui fœnus agitant, & in vſuras extendunt, videntur aggregare poſteriora prioribus, & ortis oritura connectere. Ob id Græci τόκον vocant vſuram, quaſi partus poſteritatem. ¶ Vſuræ vſurarum, ἀνατοκισμός. Vlp. D. lib. vlt. tit. 8. l. 1. Ne commodorum commoda, & vſuræ vſurarum incrementum faciant. ¶ Vſuræ maritimæ, id eſt, nauticum fœnus. D. lib. 22. tit. 2. l. 6. ¶ Ponitur aliquando vſura pro familiaritate, conuerſatione, συνήθεια. Cic. Longa quæ inter nos fuit vſura, hoc efficit, hoc eſt, vſus, conſuetudo, familiaritas.

Vſurula, parua vſura.

Vſūrārĭŭs, a, um, quod ad vſuram vel vſum pertinet, vt Pecunia vſuraria, quæ ſub vſuris debetur. l. 11. D. de compenſationibus, Cùm alter alteri pecuniam ſine vſuris, alter vſurariam debet, concurrentis apud vtrunque quantitatis vſuræ præſtandæ non ſunt. ¶ Vſuraria vxor, pro vſuaria, ea qua quis pro vxore vtitur. Plaut. in Amph. Volo deludi illum dum cum hac vſuraria vxore nunc mihi morigero. Hotomannus. Plaut. Amph. Eccum exit foras cum vxore vſuraria. Idem Curc. ſc. 1. a. 3. Cupio emere puerum, qui vſurarius (ſit ſup.) &c. ambiguè. ¶ Vſurarius etiam dicitur qui pendit vſuras. Papinian. Dig. lib. 22. tit. 1. l. 8. Debitor vſurarius creditori pecuniam obtulit.

VSVRPO, as, are, eſt in frequenti vſu habeo: & hoc ſiue verbis, ſiue factis fiat, vt ait Valla Elegant. lib. 5. {ἀντιλέγω, χρῶμαι. GALL. Vſer ſouuent. ITAL. Vſar ſouente vna coſa ſiano parole ò fatti. GERM. Offt oder ſtäts brauchen. HISP. Vſar muchas vezes de alguna coſa. ANGL. To vſe often and much.} Colum. lib. 1. Nam illud quod in quibuſdam prouinciis vſurpatur, vt cornibus illigetur iugum, ferè repudiatum eſt ab omnibus. Cicer. in Oratore, Quod ſemper vſurpamus in omnibus dictis ac factis, minimis & maximis: quum hoc decere dicimus, illud non decere. Vſurpare cum aliquo mutua officia, Suet. in Tiber. cap. 11. Item, Vſurpare ſecundum gradum. ibid. cap. 10. ¶ Vſurpare oculis dixit Lucret. lib. 1. pro videre. Plaut. in Trinummo, Aduenio ex Seleucia, Macedonia, atque Arabia, quas ego neque pedibus vnquam vſurpaui, id eſt, quas neque vidi, neque adij, ſiue nunquam ingreſſus ſum. Gellius cap. 8. lib. 6. Retenta à Scipione puella, atque in deliciis amoribúſque ab eo vſurpata. ¶ Vſurpare ciuitatem, eſt dicere ſe ciuem, & pro ciue ſeſe gerere. Eo ſenſu vſurpatur à Suet. in Claud. c. 25. At idem Suet. in Calig. c. 38. vſurpare ciuitatem dixit, pro eſſe ciuem. Negabat, inquit, Iure ciuitatem Romanam vſurpare eos, qui, &c. Sic & Plaut. Vſurpari pro eſſe, in Pſeud. ſc. 2. a. 1. Non poteſt (eorum) vſurpari vſura, (id eſt, nullus eſſe poteſt eorum ſeruorum vſus. ¶ Vſurpare ius, eſt quod dicunt capere poſſeſſionem, & iure eo vti quod conceſſum & datum eſt. Liuius, Non tamen vltrà proceſſum eſt, quàm vt vnus ex plebe vſurpandi iuris cauſa, P. Licinius Tribunus militum crearetur. Itaque vſurpare & vſucapere verba ſunt inter ſe contrariè relata. Nam vſucapere eſt vtendo acquirere: vſurpare verò vtendo retinere, & vſucapionem interrumpere. Hinc Paulus, Vſurpatio eſt, inquit, vſucapionis interruptio. Nam dum quis ſuam rem vſurpat, ab alio ea vſucapi non poteſt. Atque ita intelligendum eſt quod ſcribit Gell. lib. 3. cap. 2. Mutium Iureconſultum dicere ſolitum legi, non eſſe vſurpatam mulierem, quæ quum Calendis Ianuariis apud virum cauſa matrimonij eſſe cœpiſſet, ante diem quartum Calendas Ianuarias ſequentes vſurpatum iſſet: non enim poſſet impleri trinoctium, quod abeſſe à viro vſurpandi cauſa ex duodecim tabulis deberet: quoniam tertiæ noctis poſterioris ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperet ex Calendis.

Vſurpātĭo, nis, verbale, Frequens vſus. {ἰδιοποίησις. GALL. Long vſage, vſurpation. ITAL. Longo vſo, vſurpatione. GERM. Brauchung/langer brauch. HISP. Vſo luengo. ANGL. Long and often vſing.} Cic. de clar. orat. In hoc communi noſtro, & quaſi fatali malo conſoletur ſecum conſcientia optimæ mentis, tum etiam vſurpatione & renouatione doctrinæ. Paul. l. 1. de vſucap. Vſurpatio eſt vſucapionis interruptio: oratores autem frequentem vſum vocant. Vſurpatio vocabuli, (id eſt, vſus & ſignificatio,) Gell. cap. 17. lib. 7. Videtur in verbo tam multiplici vnam tantummodo vſurpationem notaſſe. paulò pòſt, Significatus, &c. ¶ Vſurpatio itineris. Liu. lib. 1. dec. 5.

VTENSILIA, pluralis tantùm numeri, quæcunque vſui noſtro ſunt neceſſaria. {כלים chelim. τὰ χρειώδη. GALL. Vtenſiles, ce qui eſt neceſſaire à noſtre vſage. ITAL. Ogni coſa neceſſaria à noſtro vſo. GERM. Allerley breuchige ding. HISP. Alhaja ò coſa para vſar. ANGL. What ſoeuer is needfull or neceſſarie for our vſe or occupying.} Colum. lib. 11. Vtenſilia quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur. Idem lib. 8. c. 4. vocat vtenſilia, quæ apes in aluearia conferunt. Liuius lib. 3. ab Vrbe, Exutúſque omnibus vtenſilibus miles, Tuſculum ſe fide, miſericordiáque victurus hoſpitum, contulerat. Idem lib. 6. bell. Pun. Quæque vnà ſecum dediderunt, agrum, vrbémque, diuina humanáque, vtenſiliáque, ſiue qui illud dediderunt, de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo Quirites.

‖Vtenſilitas, vtenſilium vſus. Tert.‖

VTILIS, e, fructuoſus, commodus, accommodatus, frugifer, quod ex vſu eſt, quod vſui eſt, vtilitati. {טוב tob מועיל mohil. χρειώδης, χρήσιμος, ὠφέλιμος. GALL. Vtile, profitable, commode. ITAL. Vtile. GERM. Nutzlich/oder nutzbar. HISP. Prouechoſo para algun fin. ANGL. Commodious, profitable.} Terent. in Adelphis, Quum amet aliam, non eſt vtile hanc illi dari. Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Triſt.

——— Non hic cibus vtilis ægro.

Ibid. Eleg. vlt. lib. 4.

——— Nec digna, nec vtilis vxor.

Idem 5. Faſt.

Vtile nunc iter eſt, Publiciúmque vocant.

Idem

Idem Eleg.13. lib.3. Trist.

Ecce supernacuus (quid enim fuit vtile nasci,)

¶ Construitur aliquando cum datiuo. Cic. *ad Marium lib.* 11. Quod enim vehementer mihi vtile esse putabas, nec inutile ipsi Cæsari perfecisti vt ille me diligeret, coleret, haberet in suis. ¶ Aliquando cum accusatiuo, cum præpositione ad. Plin. *lib.8. cap.31.* Euomit fel suum ad multa medicamenta vtile. Neutro pede satis vtilis, apud eund. *lib.7. cap.28.* h.e. cuius pes vterque vitiatus, commodè officio suo fungi non potest. Horat. *in Arte,*

Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci.

Dolabella Cic. *lib.* 9. Quamobrem quid aut ille sperare possit, aut tu, animum aduerte pro tua prudentia: sic enim facillimè quod tibi vtilissimum erit, consilium capies.

Vtĭbĭlĭs, e, Vtilis, vocabulum est antiquum. {טוב *tob* מעיל *mohil.* χρήσιμος.} Plaut. *in Men. sc. Spectamen, &c. 6. a. 5.* Serui, qui culpa carent, & metuunt. Ij solent heris esse vtibiles. Terent. *in Phorm.* Quid minus vtibile fuit, quàm hoc vlcus tangere, aut nominare vxorem. Plaut. etiam vsus est *in Mostell. sc. Serui, &c.*

Vtĭlĭtās, atis, Commodum, fructus, emolumentum, lucrum, questus, opportunitas, commoditas. {יתרון *jithrón* טוב *tob* טובה *tobáh.* ὠφέλεια. Gall. *Vtilité, profit.* Ital. *Vtilità, profitto.* Germ. Nutzbarkeit. Hisp. *Prouecho.* Angl. *Commoditie, profite.*} Duplici autem ratione vsurpatur hoc nomen ab autoribus, & vt loquimur populariter, actionis & passionis significationem habet. Nam vtilitas mea sæpe ea est quam ego percipio. Cic. *in Offic.* Nec tamen nostræ vtilitates omittendæ sunt, aliisque tradendæ: sed suæ cuique vtilitati, quod sine alterius iniuria fit, seruiendum est. Interdum etiam ea quæ ex me percipitur. Terent. *in Eunucho,* In ea re ego faciam vtilitatem, vt cognoscas meam. Cic. *Tironi lib.16. Epist.* Vtilitatibus tuis possum carere. Ouid. *Eleg.6. lib.3.*

——fata Omne bona claudunt vtilitatis iter.

Ibid. Eleg.1. lib.4.

Sed quiddam furor hic vtilitatis habet, &c.

¶ Cic. nouo quodam modo dixit *in Manliana,* vtilitatem belli, pro iis rebus, quæ ad bellum vtiles sunt, vt vectigalia & tributa. Itaque, inquit, hæc vobis prouincia, Quirites, si & belli vtilitatem & pacis dignitatem sustinere vultis, non modò à calamitate, sed etiam à metu calamitatis defendenda est. ¶ Vtilitatium in genitiuo plur. dixit Liu. *lib.5. dec.5.*

Vtĭlĭtĕr, aduerb. Ex vsu, commodè. {χρησίμως. Gall. *Vtilement, profitablement.* Ital. *Vtilmente.* Germ. Nutzlich/nutzbarlich. Hisp. *Prouechosamente.* Angl. *Profitablye.*} Cic. 4. *Acad.* Atqui illi quidem etiam à natura vtiliter dicebat per motiones istas animis nostris datas. Ouid. *lib. 13. Metam.*

Longa referre mora est, quæ consilióque manúque
Vtiliter feci spatiosi tempore belli.

Horat. *lib.1. Epist.16.*

Vendere quum possis, captiuum occidere noli, Seruiet vtiliter.

Ouid. *1. Epist.*

Vtilius starent etiam nunc mœnia Phœbi.

Idem *lib.3. Fast.*

Vtiliter nobis perfidus ille fuit.

Ibidem lib.4.

Vtilius gladios, & tela nocentia carpes. (ô rubigo.)

‖ Vtium, *Vdine,* regionis Foroiuliensis caput, V. olim E. nunc caret Episcopo, estque ditionis Venetæ, sedes hodie Patriarchæ Aquileiensis, & collegij Patriarchalis Canonicorum. ‖

Ŭtpŏtĕ, aduerbium confirmantis, & causatiuum, Quoniam, quandoquidem, nempe, quippe. {כי *chi.* οἷα δὴ, οἷονεί. Gall. *Pourtant que, car, comme ainsi soit, puis qu'ainsi est.* Ital. *Come, perche.* Germ. Als nämlich/von wegen. Hisp. *Assi como.* Angl. *Because that, sith that.*} Salust. *in Catil.* Antonius aberat à bello, vtpote æger, ac iacens. Suet. *in Aug.* Ædes sacras vetustate collapsas, aut incendio absumptas refecit, easque opulentissimis donis adornauit, vtpote qui in Cellam Capitolini Iouis sexdecim millia pondo auri, vna donatione contulerit. Plaut. *Mil. sc. 6. a. 2.* Similiorem mulierem magisque eandem, vtpote quæ non sit eadem, non reor Deos facere posse.

Ŭtpŭtă, Quemadmodum, v.g. οἷονεί, apud Cic. *lib.7. Epist.*

Ŭtquid, Quamobrem, propter quid. {ἵνα τί. Gall. *Pourquoy.* Ital. *Però.* Germ. Warumb. Hisp. *Porque.* Angl. *Why, or for what cause.*} Cic. *Attic.* Depugna potius, inquis, quàm seruias vtquid?

Ŭtrĭcŭlārĭus, Vtriculus, vide *Vter,* vtris.

Vtribi, Vtrinque, Vtro, Vtrobique, Vtroque, Vtrum, vide *Vter,* adiectiuum.

‖ Vtriculum, quod & Orriculum, & Ocriculum, *Otricoli,* V. olim E. Sabinorum, in colle apud Tiberim, nunc oppidulum inter Fescenniam & Narniam. ‖

Ŭtŭt, vide *Vt.*

V V

Ŭuă, æ, fructus vitis: dicta ab vuido. {ענב *henáb* אשכל *escheebhól.* σταφυλή. Gall. *Grappe de raisin.* Ital. *Vua, grappo di vua.* Germ. Ein weintrauben. Hisp. *Vua.* Angl. *A grape or bearie.*} Col. *lib.3. c.6.* Nec tamen eam vitem feracem dixerim, cuius singulæ vuæ in singulis sarmentis conspiciuntur. Cic. *de senect.* Gemma, à qua oriens vua se ostendit, quæ & succo terræ, & calore Solis augescens, primò est peracerba gustatu, deinde matura dulcescit. Virg. *lib.1. Georg.*

Hic segetes, illic veniunt feliciùs vuæ.

Ouid. *lib.2. de Arte amandi, Eleg.16.*

Terra ferax Cereris, multóque feracior vuis.

Idem *Eleg.6. lib.4. Trist.*

Tempus, vt extentis tumeat facit vua racemis,
Vixque merum capiant grana quod intus habent.

Idem *ibid.*

Dissiluit nudo pressa bis vua pede.

¶ Dicitur & de aliis fructibus, qui in morem racemi constant ex pluribus acinis conglobatis. Plin. *lib.12. cap.13.* Amomi vua etiam in vsu est. ¶ Aliquando ponitur pro vite. Virg. *lib.2. Georg.*

Et turpes auibus prædam fert vua racemos.

¶ Est etiam Vua, pellicula quædam in fine palati dependens circa fauces, vt inhiante homine conspicitur: sic dicta, quia vt vua dependet, & humiditate variatur, & est vocis moderatrix: & aliquando ad similitudinem vuæ intumescit, cum vehementi inflammatione ac dolore. Seren. Ægrescunt teneræ fauces quum frigoris ora Vis subiit, vel quum ventis agitabilis aër Vertitur, atque ipsas flatus grauis inficit vuas. Sortitur autem hoc mali genus à duplici forma nomen duplex. Nam si teretem habeat figuram à columnæ similitudine columella, κίων, dicitur. Sin verò in acini effigiem conglobetur, à Græcis σταφυλὴ, à nobis Vua appellatur. Vide Martialem *epigramm. 56. lib. 10.* ¶ Dicitur etiam Vua de apibus, quum collectæ sunt, & in modum botri dependent. Colum. *lib. 9.* Quum examen glomeratum in proximo frondentis arbusculæ ramo consederit, animaduertito an totum examen in speciem vnius vuæ dependeat. Plin. *lib.11. cap.17.* Tunc ostenta faciunt, priuata ac publica, vua dependente in domibus, templisque. Virg. *lib.4. Georg.*

——— Et densis vuam dimittere ramis.

Seruius, Vuam dimittere, id est, in morem vuæ vel botryonis defluere. ¶ Vua crispa, quæ officinis vua spina, frutex spinosus. ¶ Vua lupina, & Vua vulpis, est solanum hortense, tanquam non hominibus, sed belluis edenda. ¶ Vua marina à fructu acinaceo ac ipsius mori in rubo nati æmulo, qui veluti vua aliqua ex pluribus acinis constat. ¶ Vua taminia, vitis siluestris, staphis agria. ea & Tamus. ‖ ¶ Vua cruda, ἄπεπτος, immatura: cui matura opponitur. *D. lib.9. tit.2. l.27.* ‖ ¶ Vua etiam morbus. Hadr. Iun. in Nomencl. *Tonsillæ.*

Vuularia, Zapfenkraut/halskraut/ quòd decoctum eius gargarissatu oris, & colli exulcerationibus prosit, vt quæ astringendi & exsiccandi facultatem habeat. Tragus. Ergo ab vuula morbo.

Vuĕŭs, a, um, quod ex vua fit. {σταφύλινος. Gall. *Moust.* Ital. & Hisp. *Mosto.* Germ. Auß weintrauben. Angl. *Of a grape or bearie.*} vt, Succus vueus, apud Poëtas: παρὰ φραστικῶς pro vino ex vuis expresso.

Vuĭfĕr, a, um, pro ducens vuas. {σταφυλοφόρος. Gall. *Qui porte grappes.* Ital. *Chi porta grappo di vua.* Germ. Das trauben tregt. Hisp. *Que trae vua.* Angl. *That bringeth or beareth grapes.*} vt, Glebæ vuiferæ apud Silium *lib.7.* Et Masicus vuifer, apud Stat. 4. *Sylu.*

Vvĭdus, a, um, quod est humidum, pingue, quódque præcipuè habet aliquid humoris intrinsecus: vnde & vua dicta. {רטוב *ratób* לח *lach* שמן *schamén.* διερὸς. Gall. *Moite, humide.* Ital. *Humido, molle, bagnato, immostato.* Germ. Feucht oder naß innenfür. Hisp. *Cosa humida ò mojado.* Angl. *Moist, wett, danke.*} Humidum, quod habet humorem extrinsecus. Colum. *lib.3. c.2.* Nisi prægingui, & vuida terra. Virg. 10. *Eclog.*

Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.

Vbi Seruius, Vuidus, pinguis. Plaut. *in Rud.* Siccine hîc cum vuida veste grassabimur? id est, humore madente.

Vuesco, is, vuidus fio, humorem contraho. {רטב *ratáb.* βρέχομαι. Gall. *Deuenir ou estre moite, se remoitir.* Ital. *Diuentar humido, essere bagnato.* Germ. Feucht oder naß werden. Hisp. *Humedecerse, ser humedo.* Angl. *To waxe dank.*} Lucret. *lib.1.*

Denique fluctifrago suspensæ in littore vestes
Vuescunt, tandem candenti.

Vvlcānŭs, Deus antiquus putatus est ignis præses. {ἥφαιστος. Germ. Der Gott des feurs.} vnde & Vulcanus dictus est, quasi canus per aërem volitans. Volat enim flamma & candida est. Varr. *de ling. Lat. lib.4.* ab ignis violentia & fulgore dictum putat, tanquam fulganus. Hic & Mulciber appellatur, quòd ferrum mulceat. Filius fuit Iouis & Iunonis, qui à parentibus ob deformitatem (licèt alij alias causas afferant) cœlo deiectus est in Lemnum insulam, vbi ab Eurymone Oceani filia, & Tetide nutritus est: vel vt alij volunt à simiis. Ea autem ruina, qua decidit de cœlo, claudus factus est. Officinam habere fertur in Lemno vnà cum Cyclopibus ministris: fingitur faber deorum, quia Ioui fulmina, & diis arma aduersùs gigantes fabricauit: nec tamen admissus est ad mensam deorum: quinetiam quum Mineruæ nuptias expetiisset, repulsam passus est. Vnde Virg. *Eclog.4.*

Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Aliam deinde sibi vxorem quærens, Venerem duxit: quam quum postea vnà cum Marte in adulterio deprehendisset, ambos inuisibilibus catenis ita colligauit, vt neuter abire posset, donec ab omnibus diis, & deabus visi & derisi essent: vt suprà de Marte annotatum est. Ab eo quicquid artificiosè fabricatum est, factum volunt, vt monile Hermiones, & Ariadnæ coronam, currum Solis, Achillis & Æneæ arma, & huiusmodi. ¶ Vulcani area Romæ, quo loco docet Gell. *cap.5. lib.4.* ¶ Vulcani (inquit Cicer. *lib.3. de natura deorum*) fuere complures. Primus Cœlo natus, ex quo & Minerua Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt. Secundus in Nilo natus, Opas, vt Ægypti appellant, quem custodem esse Ægypti volunt. Tertius è tertio Ioue & Iunone, qui Lemni fabricæ traditur præfuisse. Quartus Mænalio natus, qui tenuit insulas propè Siciliam, quæ Vulcaniæ nominabantur. ¶ Ponitur non rarò pro ipso igni, quemadmodum Ceres pro ipsis frugibus. Hinc est illud apud Plaut. *in Amph.* Vulcanum in cornu portas: (hoc est, ignem gestas in laterna cornea.) ¶ Idem *Aul. sc. 3. a. 2.* Quamquam Vulcano studes, nostrásne ædes postulas comburere? Idem *Men. sc. 2. a. 2.* Dum hæc appono ad Vulcani violentiam. Virg. *lib.5.*

——— Furit immissis Vulcanus habenis, &c.

¶ Vulcanium vinculum, prouerbium, quod vsurpatur vbi quis nodis inextricabilibus est illigatus. Sumptum ab adamantinis illis vinculis, quibus apud Homerum *Odyss.8.* Vulcanus Venerem & Martem sic irretiuit, vt quo magis se conarentur explicare, hoc magis inuoluerentur.

Vŭlcānālĭă, orum, pluralis numeri, neutri generis, Festa Vulcano dedicata, ἡφαίστεια. Columell. *lib.11. cap.4.* Cæterùm Augusto circa Vulcanalia, tertia satio est.

Vulcaniæ, Insulæ septem Siciliæ adiacentes, quæ & Æolicæ dictæ sunt, quòd Iliacis temporibus Æolus in iis putetur regnasse, ἡφαιστιάδες. ¶ Vulcaniæ autem idcirco dictæ, quòd rerum omnium natura sulphurosa sit, ignem per interualla, tanquam è fornacibus quibusdam euomens. Vide Plin. *lib.3. cap.8. & 9.* & Strabonem *lib. 6.* Cicer. tamen *lib. 3. de natur. deor.* à Vulcano rege, Mænalij filio nomen accepisse tradit, qui iis insulis post Æolum creditur imperasse. Nomina earum sunt Lipara, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phænicusa, & Euonymos.

Vŭlga, quæ & Bulga, Sacculus scorteus, siue ex alia materia, in quo pecuniam,

cuniam, aliáve itineri necessaria circunferimus. Ita dicta quasi volua, quòd viaticum inuoluat. {צרור tserór כיס chis. πήρα, ἀσκοπήρα. GALL. Bourse, bougette. ITAL. Bolgia di cuoio. GERM. Ein bulg/oder wadtschger/wahtsack. HISP. Bolsa. ANGL. A bouges or bagge.} Vulga (inquit Non.) capacitas, vel sinus cum laxitate. Lucil. *lib.2.* in vulgam penetrare pilosam. Varro, Vt viaticum ex arcula adderem in vulgam. Lucil. *lib.3.* vt citat Nonius, Cui neque iumentum est, nec seruus, nec comes vllus Bulgam, & quicquid habet nummorum, secum habet ille: Cum bulga cœnat, dormit, lauit. ¶ Aliquando ponitur pro vulua, & econtrariò, vulua pro saccula. Idem *lib. 26.* Ita vt quisque nostrûm è bulga est matris in lucem editus.

Vulgago, herba. Macer.

Est asaron Gracè vulgago dicta Latinè.

VVLGVS, i, masculini & neutri generis, à voluendo (vt quidam volunt) nomen habens, quòd inconstanter stultéque huc atque illuc voluatur. Alij à volgare, id est, volare deducunt, vt peruolgare, id est, peruolare. Pars est populi ignobilior, quæ alio nomine Plebs nominatur. Vnde etiam ignobile vulgus Virgilius appellauit. {המון hamón. οἱ πολλοί, τὸ πλῆθος. GALL. *Le commun peuple.* ITAL. *Volgo, plebe.* GERM. Das gemein volck/der pöfel. HISP. *Pueblo de los menudos.* ANGL. *The commone or meane people.*} Virg. *lib. 1. Æneid.*

——Sæuitque animis ignobile vulgus.

Idem *lib. 1. Æneid.* *——& spargere voces*

In vulgum ambiguas, & quærere conscius arma.

Horat. *lib. 1. Serm. Satyr. 3.*

—— huic ego vulgum Errori similè cunctum insanire docebo.

Salust. *in Iugurth.* Alij vulgum effusum oppidum cædere, alij ad portas festinare. Cic. 5. *Tusc.* Vide ne plus commendatio in vulgus, & hæc quæ experitur gloria, molestiæ habeat, quàm voluptatis. ¶ In vulgus cognosci. Cels. *lib. 1. cap. 18.* Dein quia in vulgus eorum curatio etiam præcipuè cognoscenda est. Tibull. *lib. 4.*

Nam seu diuersi fremat inconstantia vulgus.

Ouid. *Eleg. 6. lib. 4.*

Vulgus adest Scythicum.

Suet. *in Neron. cap. 11.* In vulgus missilia spargere. Liu. *lib. 1.* In vulgus gratæ leges. Gell. *cap. 7. lib. 6.* Corpus in vulgus dedit Acca. ¶ De militibus, Ouid. 13. *Metam.*

——& vulgi stante corona.

¶ Vulgus de ouibus dixit Virg. *lib. 3. Georg.* Continuò ferro culpam compesce priusquam Dira per incautum serpant contagia vulgus. Antiqui etiam vulgus, us, dixerunt. Vnde ablatiuus apud Varr. 9. *Hebdomadon,* A vulgu condemnaretur. Vsus etiam est Oppius de vita Cassi, itaque in vita prioris Africani. Autor est Sosipater *lib. 1.*

Vŭlgō, passim, nusquam non, plerunque, & quod vulgus dicit, Communiter. {πανδημεί. GALL. *Vulgairement, communement par tout.* ITAL. *Volgarmente, d'ogni banda.* GERM. Gemeinglich. HISP. *Vulgarmente.* ANGL. *Commonly, abroade.*} Cic. *1. de Inuent.* Deinde natura eius eueníre vulgò soleat, an insolenter & rarò. Virg. *lib. 3. Georg.*

Hinc latis vituli vulgò moriuntur in herbis.

Idem *lib. 3. Æneid.*

Centum alij curua hac habitant ad littora vulgò

Infandi Cyclopes, & altis montibus errant, id est, passim.

Plaut. *Amph.* Scin' quod vulgò dici solet. *Paulò pòst,* Adagium. Terent. *in Andr.* Verum illud verbum est, quòd vulgò dici solet, Omnes sibi melius malle esse, quàm alteri. ¶ Vulgò concepti, siue vulgò quæsiti. {ממזרים mamzerim. νόθοι, ἀπάτορες.} Modestino dicuntur qui patrem demonstrare non possunt: vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet: qui & Spurij vocantur. Vlpian. *Digestor. lib. 2. ad Tertullianum,* Siue iniustè sint procreati, siue vulgò quæsiti. ¶ Vulgò occidere, id est, publicè, passim. Cic. *pro Rosc. Amer.* Eiusmodi tempus erat, inquit, vt homines vulgò impunè occiderentur. Cæs. *lib. 2. bell. Gall.* Quòd in Gallia potentioribus, atque iis qui ad conducendos homines facultates habebant, vulgò regna occupabantur.

Vŭlgāris, e, quotidianum, commune, protritum, peruulgatum.)(Singularis. {ἐγκύκλιος, δημώδης, ἰδιωτικός. GALL. *Vulgaire, commun.* ITAL. *Volgare, vile.* GERM. Gemein/damit auch das gemein volck vmbgeht. HISP. *Cosa comun y de menosprecio.* ANGL. *Common, belonging to the common people.*} Cicer. *lib. 2. de Inuent.* Magna an parua, facilia an difficilia: singularia sint, an vulgaria: vera, an falsa. Horat. *lib. 2. Serm. sat. 2.*

Ieiunus stomachus rarò vulgaria temnit.

Cic. *pro Rosc. Amer.* Denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius partem vllam reliquerint. Idem *ad Cæsarem lib. 13.* Genere nouo sunt literarum ad te vsus: vt intelligas, non vulgarem esse commendationem. Vulgaris via, pro ratione trita, & consueta. Quintil. Simul ne vulgarem viam ingressus, alienis demum vestigiis insisterem. Vulgares artes, quæ vulgò *Mechanica* dicuntur. Cic. *pro Rosc. Amer.* Mitto artes istas vulgares, coquos, pistores, lecticarios, &c. Vulgaris forma, id est, quotidiana, qualis vulgò videri solet. Plin. *lib. 10. cap. 42.* Nec vulgaris psittacis forma, quanuis non spectanda. Vulgaris puella, id est, vulgata, & vulgi libidini exposita. Ouid. 4. *Fast.*

Numina vulgares Veneris celebrare puellæ.

Multa professarum quæstibus apta Venus.

Sic & à Iurisconsultis, & Suetonio in Vitellio dicitur vulgaris mulier quæ sui copiam facit, corpúsque euulgat atque prostituit.

Vulgarius, a, um, Gell. *cap. 22. lib. 1.* Neque in plebe vulgaria, sed in foro, & in Comitio id dicitur. Idem *c. 16. lib. 3.* Vsus est verbo non vulgariæ significationis. Idem *cap. 23. lib. 13.* Vt hanc ignorem interpretationem vulgariam. Item *cap. 5. lib. 16.* Vulgariam traditionem rei non exploratæ. Apul. *Apolog. 1.* Vulgaria Venus, &c.

Vŭlgārĭtĕr, aduerbium, populariter, vsitatè, solitè, more vulgato & consueto, {κοινῶς, τυχόντως. GALL. *Communement, vulgairement.* ITAL. *Volgarmente.* GERM. Gemeiniglich. HISP. *Comunemente.* ANGL. *Commonly.*} Cic. *lib. 13. Epist.* Vt intelligeres, me non vulgariter, nec ambitiosè, sed vt pro homine mihi pernecessario scribere.

VVLGO, as, in vulgus enuntio, vulgò notum facio, peruulgo, diuulgo. {הודיע hodhiah השמיע hischmiach. διαφημίζω, διαθρυλλέω. GALL. *Diuulguer & publier par tout.* ITAL. *Diuulgare, manifestare, appalesare.* GERM. Außbringen in das gemein volck. HISP. *Diuulgar ò publicar.* ANGL. *To publish or mak knawen abroade.*} Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Nec contentus ea multos vulgauit amores.

Virg. 10. *Æneid.*

—— quid me alta silentia cogis

Rumpere, & obductum verbi vulgare dolorem?

¶ Interdum vulgare, est vulgi vsui exponere. Cic. *de Arusp. resp.* Nauis in flumine vulgata omnibus, id est, omnium vsui exposita. ¶ Vulgare corpus, est prostituere. Liu. *lib. 1.* Sunt qui Laurentiam vulgato corpore lupam inter pastores vocatam putent. Plaut. *in Amph.* Cui me absente corpus vulgauit suum. ¶ Vulgare morbos, est morborum contagia in vulgus propagare. Liu. *lib. 3. ab Vrbe,* Ministerióque inuicem ac contagio ipso vulgabant morbos. Curtius *lib. 9.* Contagium morbi etiam in alios vulgatum est.

Vŭlgātŭs, a, um, participium, seu nomen ex participio. {δημοσιευθείς, διαφημισθείς. GALL. *Diuulgué, publié, communiqué.* ITAL. *Commune.* GERM. Das außkommen ist vnder das gemein volck. HISP. *Comun.* ANGL. *Published, made knawen a broade.*} vt, Vulgatus cibus, quo vulgus passim, & quotidie vtitur. Plin. *lib. 13. cap. 23.* Ibi & Capparis firmioris ligni frutex, seminísque & cibi vulgati. Virg. *lib. 1. Æneid.*

Bellaque iam fama totum vulgata per orbem.

Liu. *lib. 1. ab Vrbe,* Vulgatior fama est, ludibrio fratris Remum nouos transilisse muros. Quint. *lib. 2. cap. 4.* Nam quid hi possint in causis proprium inuenire, qui etiam in his quæ sunt communia, & in plurimis causis tractantur, vulgatissimos sensus verbis, nisi tanto antè præparatis, prosequi nequeant?

Vŭlgātūrŭs, a, um, vt vulgatura nefas. Claud. 2. *Paneg.*

Vŭlgātŏr, is, verbale, Euulgator, enuntiator. {מודיע modhíah. δημοσιευτής, διαφημιστής. GALL. *Publieur de secrets.* ITAL. *Publicatore di segreti.* GERM. Ein außbringer in die gemeind/ausschweтzer. HISP. *Diuulgador, publicador de secretos.* ANGL. *A publisher of secrets.*} vt, Taciti vulgator, hoc est, Tantalus, qui deorum mensæ adhibitus, illorum arcana enuntiauit. Ouid. *lib. 3. Amor. Eleg. 6.*

Sic aret medijs taciti vulgator in vndis,

Pomaque, quæ nullo tempore tangat, habet.

Vŭlgĭuăgŭs, adiectiuum. {πάνδημος, ἐπίδημος. GALL. *Vulgaire, commun.* ITAL. *Volgare, commune.* GERM. Gemein. HISP. *Cosa comun.* ANGL. *Common.*} Lucret. *lib. 4.*

Vulgiuagáque vagus venere.

id est, sectatus plebeiam, popularémque venerem, non certæ mulieris amore captus. Budæus. Idem Lucret. 5.

Vulgiuago vitam tractabant more ferarum.

VVLNVS, eris, plaga, & propriè hians paténsque apertura corporis ictu aliquo inflicta. {פצע pétsah מכה machcháh vel machchéh. τραῦμα. GALL. *Vne playe.* ITAL. *Piaga, ferita, taglia.* GERM. Ein wunden. HISP. *Llaga, herida.* ANGL. *A wound, a hurt.*} Liu. *lib. 4. bell. Pun.* Tandem vulneribus confectæ virgines, quum omnia replessent sanguine, exanimes corruerunt. Virg. *lib. 4. Æneid.*

——Infixum stridet suo pectore vulnus.

Idem *lib. 7. Æneid.*

——hæsit enim sub gutture vulnus, & vda

Vocis iter tenuémque inclusit sanguine vitam.

Ouid. *lib. 6. Metam.*

Torquet in hunc hastam calido de vulnere raptam.

Virg. *lib. 6. Æneid.*

Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora,

Ora, manúsque ambas, populataque tempora raptis

Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.

Idem *lib. 4. Georg.* *——& corpora bello*

Obiectant, pulchrámque petunt per vulnera mortem.

Senec. *cap. 1. de consf. ad Mart.* Vulnerum sanitas facilis dum à sanguine recentia sunt. Idem *cap. 1. de consf. ad Helu.* Ad obliganda vulnera alterius. Plaut. *Amph.* Cicatricem ex illo vulnere quod mihi impegit Pterela. Ouid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

Vtque suum Bacche non sentit saucia vulnus.

Idem 13. *Metam.*

——Hector abit violatus vulnere nullo.

¶ Per translationem accipitur pro angore animi, siue mœstitia, λύπη. Virg. *lib. 12. Æneid.* *——sic exhortata reliquit*

Incertam, & tristi turbatam vulnere mentis.

Ouid. *lib. 5. Metam.*

At Cyane raptámque deam contemptaque fontis

Iura sui mœrens, inconsolabile vulnus

Mente gerit tacita, lacrymisque absumitur omnis.

Senec. *cap. 12. & cap. 15. ad Polyb.* Vulnus (doloris) obducere solatiis. Ouid. *Eleg. 11. lib. 3. Trist.*

Et tamen est aliquis qui vulnera cruda retractet.

Senec. *cap. 6. de consf. ad Polyb.* In isto tuo vulnere (id est, morte fratris.) Idem *c. 16. de consf. ad Helu.* Vulnus tuum sanabunt studia. Ouid. *Eleg. 4. lib. 4. Trist.*

Néve retractando nondum coëuntia rumpe Vulnera.

Idem *Eleg. 2. lib. 5. Trist.*

(Mea) Vulnera, qui fecit facta leuare potest.

Cic. 4. *de fin.* Quæ hic vulnera Reip. imponebat, eadem ille sanabat. Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Nam non sum tanti renouem vt tua vulnera Cæsar.

Idem *Eleg. 1. lib. 5.*

Acceptóque graui vulnere flere vetas.

¶ Æternum vulnus, pro æterno odio. Virg. *lib. 1. Æneid.*

Tum Iuno æternum seruans sub pectore vulnus.

¶ Vulnus pro amore. Idem *lib. 4. Æneid.*

At regina graui iamdudum saucia cura Vulnus alit venis,

hoc est, amoris dolorem ac molestiam fouet intra venas. Sic mutua vulnera dixit Ouid. *lib. 14. Metam.* pro amore mutuo. Vulnus orbitatis, id est, dolor ex orbitate. Quint. *initio lib. 6.* Illum enim de quo summa conceperam, & in quo spem vnicam senectutis reponebam, repertito vulnere orbitatis amisi. Vulnera tabularum recentia, pro Lituris. Cic. 4. *Verr.*

4.*Verr.* Repentè aſpicimus lituras eiuſmodi quaſi quædam vulnera tabularum recentia. ‖¶ Vulnus in mortem, id eſt, mortiferum.

Vulnuſculum, τραυμάτιον. Vlp. *D. lib.* 21. *tit.* 1. *l.* 1. vulnuſculum modicum.‖

Vŭlnĕrārĭŭs, a, um, adiectiuum, Vulnerum ſanandorum vim habens. {τραυματικός. Gall. *Seruant à playes.* Ital. *Pertinente à piaghe.* Germ. Den wunden heylſam. Hisp. *Pertenneciente à llagas.* Angl. *Belonging to woundes.*} Vt, Vulnerarium emplaſtrum, quod vulneribus imponitur. Plin. *lib.* 23. *c.* 4. Vulnerariis emplaſtris vtile. Idem *lib.* 34. *cap.* 11. Cruda autem ærugo vulnerariis emplaſtris miſcetur.

Vŭlnĕrārĭŭs, ij, ſubſtantiuum, Curator vulnerum, chirurgus. {τραυματικός, χειρουργός. Gall. *Chirurgien, medecin.* Ital. *Cerufico, medico.* Germ. Ein wundartzt. Hisp. *Cirujano.* Angl. *He that cureth woundes.*} Plin. *lib.* 26. *cap.* 1. Ob id publicè vulnerarium fuiſſe eum tradunt vocatum, miréque gratum aduentum eius initio.

Vŭlnĕro, as, Saucio, vulnus infligo, plagam impono. {פצע *patſáh* הכה *hiccháh.* τιτρώσκω, οὐτάζω. Gall. *Bleſſer, naurer.* Ital. *Ferire.* Germ. Verwunden / wund machen. Hisp. *Llagar heriendo.* Angl. *To wound or hurt.*} Cæſar 1. *bell. Gall.* Et nonnulli inter carros, rotáſque mazaras ac tragulas ſubiiciebant, noſtróſque vulnerabant. Cicer. 3. *Verr.* Serui nonnulli vulnerantur: ipſe Rubrius in turba ſauciatur. Senec. *cap.* 7. *de conſ. ad Mart.* Vulnerat orbitas magis indoctos. ¶ Vulnerare voce, id eſt, lædere, & verbis offendere. Cicer. 1. *in Catilinam*, Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. ¶ Vulnerari ictu fortunæ, eſt ex fortunæ aduerſitate mœſtitia affici. λυπεῖσθαι. Ouid. *lib.* 2. *de Ponto Eleg.* 7.

Sic ego continuo fortunæ vulneror ictu.

¶ Vulnerare aures nuntio, eſt triſti nuntio aures offendere. Virgil. *lib.* 8. *Æneid.*

——grauior ne nuntius aures Vulneret.

¶ Vulnerare animos, Liu. 4. *d.* 4.

Vulneratus, a, um, particip. vt, Vulneratus humerum, pro, humero. Plin. *lib.* 7. *cap.* 28. P. Seruilium Magiſtrum equitum ſeruauerat, ipſe vulneratus humerum ac femur. Liu. *lib.* 7. *d.* 4. Vulnerata nauis.

Vŭlnĕrātĭo, nis, verbale, Sauciatio. {מחץ *máchats.* τὸ τραῦμα, ἡ τρῶσις. Gall. *Bleſſeure, naureure.* Ital. *Eſſo ferire.* Germ. Verwundung. Hisp. *Obra de llagar.* Angl. *A wounding or hurting.*} Cic. *pro Cæcin.* Sin autem vim ſine cæde, ſine vulneratione, ſine ſanguine nulla intelligetis, &c.

Vŭlnĭfĭcŭs, a, um, quod vulnus infligere poteſt. {τραυματοποιός. Gall. *Qui fait playe, qui bleſſe & naure.* Ital. *Che fa piaghe ò ferite.* Germ. Das wunden macht. Hisp. *Coſa que haze llaga ò herida.* Angl. *That woundeth or maketh woundes.*} Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

Vulnificúſque chalybs vaſta fornace liqueſcit.

Ouid. *lib.* 8. *Metam.*

In iuuenes certo ſic impete vulnificus ſus Fertur.

Vvlpēs, is, Animal ferum, ſingulari aſtutia nulli non notum: cuius naturam explicat Plin. *lib.* 10. *cap.* 63. {שועל *ſchuhál.* ἀλώπηξ. Gall. *Vn renard.* Ital. *Volpe.* Germ. Ein fuchß. Hisp. *Rapoza, zorra.* Angl. *A foxe.*} Dicta vulpes, vt putat Varro, quaſi volipes, à velocitate pedum. Cui aſtipulatur Quint. *cap.* 10. *lib.* 1. Horat. *lib.* 1. *Epiſt.*

Olim quod vulpes ægrota cauto leoni Reſpondit, referam.

Vulpem habere ſub pectore, prouerbium dicitur de eo qui aſtutus & callidus eſt. Perſius *Satyr.* 5.

Aſtutam rapido ſeruas ſub pectore vulpem.

Plaut. *Milit. ſc.* 2. *a.* 2. Si conſecutus ero vulpem veſtigiis. (de ſeruo doloſo.) ¶ Quàm facilè vulpes pyrum comeſt: prouerbium de re admodum facili. Idem *Moſtell.* Tam facilè vincet, quàm vulpes pyrum comeſt. Nihil enim negotij eſt vulpi dentatiſſimæ pyrum edere. Vide Chil. Eraſm. ¶ Annoſa vulpes haud capitur laqueo. Adagium in eum, qui longa ætate multáque rerum experientia callidior eſt, quàm vt arte dolíſque capi queat.

Vŭlpĕcŭlă, æ, diminutiuum. {ἀλωπεκίς. Gall. *Renardeau.* Ital. *Volpetta.* Germ. Ein füchßlin. Hisp. *Pequeña rapoza.* Angl. *A young foxe, a cubbe.*} Horat. *lib.* 1. *Epiſt.*

Fortè per anguſtam tenuis vulpecula rimam
Repſerat in cameram frumenti.

Vŭlpīnŭs, a, um, quod pertinet ad vulpem. {ἀλωπέκειος. Gall. *De renard.* Ital. *Di volpe.* Germ. Füchßin. Hisp. *Coſa perteneciente à rapoza.* Angl. *Of a foxe.*} Suet. Vbi leonis pellis deficit, vulpina inſuenda eſt. Plin. *lib.* 28. *cap.* 11. Vulpinam linguam habentes in armilla, lippituros negant. ¶ Aliquando ponitur pro aſtuto, πανοῦργος. Plaut. Vulpinus animus nequid moliatur mali.

Vŭlpīnŏr, aris, Mendaciis ac fraudibus vera peruerto, ſiue effugio. {ἀλωπεκίζω. Gall. *Renarder, vſer de fineſſe comme le renard.* Ital. *Volpinare, far in modo di volpe.* Germ. Geſchwinde liſt oder duck brauchen. Hisp. *Hazer à guiſa de rapoza.* Angl. *To vſe deceit, wilineſſe and guile.*} Tractum ab intorto vulpium curſu, vt placet Nonio. Varro *in Myſterijs*, Vulpinare modò, & concurſa, qualibet erras.

Vulpio, nis, vafer homo, vt vulpes. Apul. *Apol.* Vulpionem & impium fuiſſe.

‖Vulſella, vide *Volſella.*‖

Vŭlsīnĭī, ſiue Volſinij Plinio, Volſinium Ptolemæo, Οὐολσίνιον. Hetturiæ oppidum mediterraneum, olim locupletiſſimum, ſed poſtea fulmine totum concrematum, vt refert Plin. *lib.* 2. *c.* 52. Hodie *Bolſenam* vocant. Huic oppido adiacet lacus, qui ab eo Vulſinienſis dicitur: cuius meminit Colum. *lib.* 8. *cap.* 16.

Vŭlsūră, vide *Vello.*

Vvltvr, is, Auis eſt rapax, & carniuora: ita dicta, quòd propter magnitudinem corporis tardè volet. {דאה *daáh* ראה *raáh.* γύψ. Gall. *Vn veautour.* Ital. *Auoltoio.* Germ. Ein geyr. Hisp. *El buytre.* Angl. *A grappe a rauenous foule.*} Refert Plin. *lib.* 10. *cap.* 6. ex Vmbricis Aruſpicis ſententia vultures biduo triduóve ante eò congregati, vbi futura ſunt cadauera. Mirum enim in modum corporibus iam putrefactis delectantur. Vnde non inuenuſtè ex Græcis nonnulli τάφους ἐμψύχους appellarunt, hoc eſt, ſepulchra animata. Liu. *lib.* 7. *bell. Punic.* Vulturémque frequenti foro in tabernaculum deuolaſſe. Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

——roſtróque immanis vultur obunco
Immortale iecur tundens.

¶ De vulturum auguriis & eorum præſtantia, Plutarch. *in Romul.* & Marianorum vulturum miracula, idem Plutarch. *in Mario.*

Vŭltŭrĭs, is, Antiquis in vſu erat pro aue ea prægrandi, quæ iam à nobis duabus literis ſubtractis, vultur dicta eſt. Ennius,

Vulturis in ſyluis miſerum mandebat homonem.

Vŭltŭrĭŭs, ij, auis eadem cum vulture, de qua iam diximus, Lucret. *lib.* 4.

Mellis apes quamuis longè ducantur odore Vulturitque cadaueribus.

Plaut. *Trucul.* Iam quaſi vulturij triduo priùs prædiuinabant, quo die eſurituri ſient. Et quoniam hæc auis rapax in primis eſſe traditur & carniuora, factum eſt, vt homines inſatiabilis rapacitatis vultures appellemus. Cic. *pro Sext.* Exierunt malis omnibus atque execrationibus duo vultures paludati. Intelligit Gabinium & Piſonem coss. inimicos ſuos, prouinciarum (vt ſæpè eos nominat) voragines. De eodem Piſone *in Piſoniana.* Appellatus eſt hic vulturius illius prouinciæ (ſi diis placet) Imperator. Item Æmilius Scaurus *in Cepionem*, Parricida patriæ, nefarius vulturius Reipublicæ. Soſipater *lib.* 1. ¶ De vulturio vide Cœlium *cap.* 18. *lib.* 8. ¶ Vulturius pro certo tali latere. Plaut. *Curc. ſc.* 3. *a.* 2. Prouocat me in aleam vt ego ludam: pono pallium. Ille ſuum annulum oppoſuit: inuocat Planeſium: iacit vulturios quatuor. Talos arripio: inuoco almam meam nutricem Heren: iacto baſilicum.

Vŭltŭrīnŭs, a, um, quod eſt vulturis. {γύπειος. Gall. *De veautour.* Ital. *Di voltoio.* Germ. Von einem geier. Hisp. *De buytre.* Angl. *Of a grappe.*} Plin. *lib.* 30. *cap.* 4. Vulturinus ſanguis cum chamæleontis albæ (quam herbam eſſe diximus) radice, & cedria tritus, lepras ſanat. Vulturinæ ſpecies, apud eundem *lib.* 10. *cap.* 3.

‖Vulturaria, Vulturara, V.E. Italiæ, ſub A. Beneuentano.‖

Vŭltūrnum, Βούλτουρνον, oppidum Campanorum eſt, à Vulturno fluuio, qui ipſum præterfluit, dictum. Eſt autem Vulturnus fluuius ille qui per Capuam fluit, & circa Cumas in mare illabitur. Pompon. Mela *lib.* 2. Vulturnus amnis, Vulturnum oppidum. ¶ Eſt & Vulturnum Hetruſcorum oppidum, teſte Liu. *lib.* 4. *ab Vrbe.*

Vŭltūrnus, ventus qui ab Oriente hyberno ſpirat, vt ait Plin. *lib.* 2. *cap.* 47. εὖρος. ¶ Vulturnus ventus dicitur Euronotus. Item vnde flat, docet Gell. *cap.* 22. *lib.* 2. Dictus à vulturis volatu (vt quidam aiunt) quoniam altè roſonat. {Gall. *Oeſt.* Ital. *Oeſtem.* Germ. Einer auß den Oſtwinden / wähet ſchier von des winters auffgang hår. Angl. *The north eaſt wind.*} ¶ Hoc nomine etiam dictus eſt fluuius, vt in dictione præcedente diximus: cuius etiam meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Vvltvs, us, propriè dicitur habitus ſiue ſtatus faciei, qui pro animi affectibus alius atque alius oſtenditur. {פנים *paním.* πρόσωπον. Gall. *Viſage, viaire, trongne, face.* Ital. *Volto, faccia.* Germ. Angeſicht. Hisp. *Cara, el geſto de la cara, la haz.* Angl. *The viſage, or countenance.*} Dictus vultus à verbo volo, ſicut à color cultus. Ouid. 5. *Faſt.*

Addidit & vultum verbis iterúmque rogauit.

Senec. *cap.* 15. *de conſ. ad Helu.* Quo viſo (filio) triſtem vultum relaxaui. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Triſt.*

Inque meam nitidos dominam conuertite vultus.

Plaut. *Amph.* Vultum è vultu comparet, Triſtis ſit, &c. Ouid. 5. *Faſt.*

Vox erat in curſu, vultum dubitantis habebam.

Plaut. *Aul. ſc.* 6. *a.* 4. Te eſſe bonum è vultu cognoſco. Cic. *in Piſonem*, Non enim nos color iſte ſeruilis, non piloſæ genæ, non dentes putridi deceperunt: oculi, ſupercilia, frons, vultus denique totus, qui ſermo quidam tacitus mentis eſt, hic in fraudem homines impulit: hic eos, quibus erat ignotus, decepit, &c. Cicer *lib.* 3. *de Orat.* Imago animi vultus eſt, iudices oculi. Plin. *lib.* 7. *cap.* 19. Socratem clarum ſapientia eodem ſemper viſum vultu, ne aut hilari magis, aut turbato. Cic. *pro Cluentio*, Recordamini faciem atque illos eius fictos, ſimulatóſque vultus. Idem 1. *de legib.* Et is, qui appellatus vultus, qui nullo in animante eſſe, præter hominem poteſt, indicat mores. Quintil. Tamen in eadem facie (orationis ſup.) quaſi vultus mutandus. ¶ Apud poëtas tamen non rarò vultus accipitur pro facie. Martial. *lib.* 1.

Dum nulla teneri ſordent lanugine vultus.

Ouid. *lib.* 3. *Metam.*

Quid moror interea crudelia vulnera lymphis
Abluere, & ſparſos immitti ſanguine vultus?

Antiqui protulerunt vultum, neutr. gen. quod & Nonius annotauit. Enn.

Auerſabantur ſemper vos veſtraque vulta.

Lucret. *lib.* 4.

——ſed quod vtriuſque figura
Eſſe vides miſtim referentes vulta parentum.

‖¶ Vultu ſoluto, cui contracto opponitur. Senec. 23. *Epiſt. lib.* 3. An tu exiſtimas quenquam ſoluto vultu, & vt iſti delicati loquuntur, hilari oculo mortem contemnere?‖

Vŭltĭcŭlŭs, diminutiuum eſt, Vultus ſeueritas. {τὸ προσωπεῖον ſeu προσώπιον. Gall. *Petit viſage.* Ital. *Picciola faccia.* Germ. Angeſichtlin. Hisp. *Pequeña cara y haz.* Angl. *A litle viſage.*} Cicer. *ad Att. lib.* 14. Non te Bruti noſtri vulticulus ab iſta oratione deterret.

Vŭltŭōsŭs, a, um, Triſtis, ſeuerus, vel nimia vultus oſtentatione, & mutatione, quod mimicum eſt & ſcenicum. {προσωπώδης. Gall. *Qui tient contenance & viſage ſeuere & graue.* Ital. *Chi ha volto ſeuero, è graue.* Germ. Eines ernſthafftigen angeſichts. Hisp. *Coſa con geſtos ò viſajes torcidos, y graues.* Angl. *Of an heauie and ſad countenance.*} Cic. *in Orat.* In quo quum effeceris, nequid ineptum ſit aut vultuoſum. Quintil. *lib.* 11. *cap. vlt.* Quare non immeritò reprehenditur pronuntiatio vultuoſa, & geſticulationibus moleſta, & vocis mutationibus reſultans. ¶ Vultuoſa frons, apud Apuleium pro tetrica legitur, & ad ſeueritatem compoſita. Ait enim *lib.* 3. *Metam.* Longè diſſimilis aduenit, non læta facie, ſed vultuoſa fronte, rugis inſurgentibus aſſeuerabat.

Vvlvă, æ, Vtriculus ille in fœminis, in quo fœtus fit conceptus. {רחם *rechem.* δελφύς, μήτρα. Gall. *L'amarri, la matrice.* Ital. *Matrice.* Germ. Die bermuter. Hisp. *Vientre donde conciben las hombras.* Angl. *The wombe of a woman.*} Dicta vulua, quaſi volua, quòd fœtus ea inuoluatur. Propriè autem vulua eſt brutorum animantium: vterus autem mulierum. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Fœminis eadem omnia præterque veſicæ iunctus vtriculus: vnde dictus Vterus, quos alio nomine locos appellabant: in reliquis animantibus, vuluam. Vuluam ſuillam Romani in deliciis habuêre, præſertim eiectitiam. Nam quæ effœtis è partu eximebatur

batur (quam porcariam vocabant) tanquam liuidam, & maciam reiiciebant. Plin. *loco iam citato*, Vulua eiecto partu melior quàm edito. Eiectitia vocatur illa, hæc porcaria, primiparæ suis optima. Contrà effœtis à partu, præterquam eodem die suis occisæ, liuida ac macra. Nec nouellarum suum præterquam primipararum probantur, potiusque veterum, necdum effœtarum, & biduo ante partum, aut post partum, aut quo eiecerint die? Martial.

Te fortasse magis capiet de virgine porca,
Me materna graui de sue vulua capit.

¶Os vuluæ apud Cels. *lib.7.cap.29.* (quæ emortuo partu id comprimit, ex interuallo verò paulum dehiscit) est os vteri. Quandoque accipitur vulua, pro ipso pudendo mulíebri. Iuuen. *Satyr.6.*

——— Adhuc ardens rigidæ tentigine vuluæ.

Plinius quoque boletorum prorumpentium in oui speciem album illud inuolucrum, Voluam nuncupat. Idem *lib.22.cap.22.* Voluam enim terra ob hoc prius gignit: ipsum postea in volua, ceu in ouo est luteum. Vide *Volua.*

¶Vuluula, piscis genus.‖

V X

Vxăma, oppidum Hispaniæ citerioris in tractu Areuacorum: vt scribit Plin. *lib.3.cap.3.* Ptolemæo Vaxama, Οὔξαμα, appellatur *lib.2.cap.6.*

Vxellă, Insulæ Britanniæ vrbs, in tractu Demoniorum: vt scribit Ptolemæus *lib.2. cap.6.*

Vxŏr, is, quæ viro tradita est. {אשה *ischschâh*, γυνὴ, ἄκοιτις, σύνοικος, ἄλοχος. Gall. *Femme mariée.* Ital. *Moglie, moglier, o donna.* Germ. Ein ehfraw/oder ehweib. Hisp. *Muger casada generalmente.* Angl. *A wife.*} Vxor quæ sit, docet Quint. *declamat.*247. Suet. *in Calig. cap.*24. In modum iustæ vxoris (Drusillam) propalam habuit. Plaut. *Curc. sc.2. a.5.* Quid cessas hanc huic vxorem dare? Item, Spondésne mihi hanc vxorem? M. Spondeo. Idem *Aul. sc.3.a.1.* Volo te vxorem domum ducere. M. Cras veniat: perendie feratur foras. Idem *Asin. sc.1.a.1.* Te obtestor per illam quam tu metuis vxorem tuam. *Ibid. sc.2.a.5.* Amantem vxoris maximè, (mox, osorem vxoris.) Idem *Men. sc.2.a.5.* Est modus quoad vxorem pati oportet vitia mariti. *Ibid. sc.3.a.1.* Vt vxorem, vbi te aspicio, odi malè. Idem *Most. sc.3.a.1.* Quibus onus domi vxores sunt. Idem *Men. sc.4.a.2.* Ego quidem vxorem nunquam habui, neque nunc habeo. *Ibid. sc.2.a.4.* Dic mea vxor, quid tibi ęgrè est? *Ibid. sc.2.a.4.* Cum viro, cum vxore, Dij vos perdant. *Ibid. sc.1.a.5.* Suppilas vxori tuæ aurum (i. mihi: loquitur etiam vxor marito.) Ouid. *Eleg. vlt. lib.4. Trist.*

Penè mihi puero nec digna, nec vtilis vxor Est data.

Plaut. *Aulul. Prolog.* Poscere vxorem, bis dixit. Idem *Menæch. sc.2.a.1.* Vxori se simulat malè loqui. Terent. *in Adelph.* Vxor sine dote venit. Cicer. *pro Sextio*, Duxit vxorem patre viuo viri optimi & calamitosissimi filiam C. Scipionis. Idem *lib.2. de Oratore*, Ex tui animi sententia tu vxorem habes? Virg. *6. Eclog.*

Mopse nouas incide faces, tibi ducitur vxor.

Horat. *lib.1. Epist.2.*

Quæritur argentum, puerisque beata creandis Vxor.

¶Vxores vocatæ filiæ à maritis, vt inquit Suet. *cap.11.* Mariti verò, patres ab vxoribus appellati. Liu. *lib.4.d.4.* Vide suprà, *Remitto.* ¶Vxorem habere liberorum quærendorum caussa, iusiurandum Censorium, Gell. *c.3.lib.4.* Hinc Plaut. *Capt. sc.2.a.4.* Vxor data est ei liberorum quærendorum caussa. ¶ Vxori diuiti spadonis, vel Inertis licet congredi cum cognato mariti, lege Solonis. Plutarch. *in Solon.* ¶Mox vxoris cedendæ alteri, Romæ; & commodandæ, Spartæ. Idem *in Conf. Num. & Lyc.* Dictas autem putat vxores Seruius quasi vnxores, ab vngendo, quod antequam limen mariti transierent, postes auerruncandorum malorum caussa vngerent. Verba eius sunt hæc *in 4. Æneid.* Mos erat, vt nubentes puellæ, simul quum venissent ad limen mariti, postes antequam ingrederentur, ornarent laneis vittis, & oleo vngerent: & inde Vxores dictæ sunt, quasi vnxores. Plin. quoque *lib.28.cap.9.* scribit nouas nuptas mariti domum intrantes, solenne habuisse adipe postes inungere. Vxorem æqualem quære. Adagium admonet ne quis cupiditate aut ambitione allectus, se potentiorem ducat vxorem: nam eiusmodi fermè connubia inauspicatò cedere. Deianira apud Ouidium, ad suum sexum transtulit prouerbium, Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci, Tam iuueni magno coniuge nupta minor. Non honor est, sed onus, species læsura ferentes: Si qua voles aptè nubere, nube pari. Plut. *de liber. educand.* Sapientis est, inquit, vxorem sibi parem congruámque ducere.

Vxorcŭlă, æ, diminutiuum ab vxore blandiendi gratia deductum. } γυναικάριον, γαμετίον. Gall. *Femmelette mariée.* Ital. *Moglieretta.* Germ. Ehweiblin. Hisp. *Pequeña muger casada.* Angl. *A litle wife.*} Plaut. *Casina*, Eia vxorcula.

Vxōrĭus, a, um, quod est vxoris, vel quod ad vxorem pertinet. {γυναικεῖος. Gall. *De femme mariée.* Ital. *Della moglie.* Germ. Einem eheweib zugehörig. Hisp. *Cosa pertenesciente à muger casada.* Angl. *Of a wife or belonging to a wife.*} vt, Res vxoria. Cic. *lib.3. Offic.* In arbitrio rei vxoriæ melius, æquius. Tacit. *lib.3.* Quid honestius, quàm vxorium lauamentum? Sueton. *in Calig. cap.*25. Cæsoniam enixam vxorio nomine dignatus est. Ouid. *lib.2. de arte amandi*,

Hoc decet vxores: dos est vxoria, lites.

¶ Vxoriæ rei actiones quando primùm cœperunt, docet Gell. *cap.3. lib.4.* ¶ Vxoria forma, à Phauorino apud Gell. *lib.5.cap.11.* vocatur forma media inter pulcherrimam, & deformissimam, quæ scilicet & nimiæ pulchritudinis periculo, & summo deformitatis odio vacat: quam Ennius *in Menalippa* Statam formam appellat. ¶ Aliquando vxorius dicitur, qui vxori nimis inseruit. {φιλογύνης. Gall. *Qui se laisse gouuerner à sa femme.* Ital. *Chi si lascia gouernare alla moglie.* Germ. Ein weibermann/ der seiner ehfrawen wol vergeben than/oder nachgeben. Hisp. *Què se gouerna por su muger.* Angl. *One that is in his wife subiection.*} Virg. *4. Æneid.*

——— tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchrámque vxorius vrbem Extruis?

Vxorius (substantiuè) maritus nimium obsequens vxori.

Vxoriosus, ὁ τὴν ἰδίαν γυναῖκα φιλῶν, qui propriam vxorem diligit.

Vzita, Οὔζιτα, vrbs Africæ propriè dictæ, sub Adrumeno sita, iuxta quam Cæsar vicit Scipionem. Vide Strab. *lib.13.* & Ptol. *lib.4. cap.3.*

VV

‖VV, litera frequentata à Germanis, & iis, qui linguam eorum dialecti attingunt similitudine aliqua siue propinquiore, aut remotiore. Qui autem natiuam Germanis vocibus pronuntiationem seruare student, VV retinent, vt Iornandes & Paulus Diaconus, & auctores earum legum, quæ veterum Alemannorum, Longobardorum, Bojorum, &c. Ex illis hic quædam dabimus haud certè contemnenda, quia imò lectu dignissima.

VVacta, vigiliæ, excubiæ. Germ. wacht/ quòd Galli mutârunt in *Guet.*

VVadium, pignus.

VVadio, VVadium præsto.

VValapauz, est, dum quis alienum furtiuum fundamentum induit, aut sibi caput latrocinandi animo, aut faciem transfigurauit.

VValavvorf. Si discrimina eiecerit de capite, VValavvorf dicunt, vel virgini libidinosè crines de capite extraxerit, cum XII. sol. componat.

VVancluga. Siquis liberam fœminam suaserit quasi ad coniugem, & in via eam diuiserit, quod Bajuvarij VVancluga vocant: cum XII. sol. componat.

VVancstodal. De simulatis, quod VVancstodal dicunt.

VVantus, chirotheca, manica.

VVaranio, nis. Siquis VVaranionem homini Franco furauerit, DCCC. denar. qui faciunt sol. XLV. Videtur esse equus bellicus, ephippiarius.

VVardia, custodia.

VVarengangus, qui non moratur in loco.

VVarenda, & VVarendia, custodia, defensio, cautio, assertio.

VVargus, expulsus.

VVatterfordia, *VVaterford*, V.E. Hiberniæ, sub A. Cassiliensi.

VVehedinc. Spondeant inuicem VVehedinc. Duellum indicat, quod veteribus nimis frequens & sacrum erat.

VVella, *VVelles*, V.E. Angliæ.

VVerigeldum, quod & VVidrigild. Papias: VVirgild, secundùm quod appretiatum fuerit.

VVerinus. VVerini, qui Plinio Varrini, Tacito Varini, Ptolemæo Αὐαρινοὶ Cassiodoro Guarini.

VVerpio, iacto, trado.

VVestphalia, regio Saxoniæ occiduæ.

VVic, lucus.

VViderboran. Liberam thingare, & sic facere liberam, quod est VViderbotan. Propriè est renatus.

VVisa, signum.

VVigornia, siue Vigornea, *VVorchester*, V.E. Angliæ, sub A. Cantuariensi.

VVilz, mediocris equus.

VVinchilsul, columna angularis.

VVintonia, *VVinchester*, V.E. Angliæ.

VVipo, as, are, signum apponere.

VVirceburgum, Latinè Herbipolis, *VVirtzburg*, V.E. Franconiæ in Germania, sub A. Moguntino.

VVirtenberga, arx vetus, haut procul ab Eslingâ, vrbe Imperiali: à qua Ducatus VVirtenbergensis in Sueuia, *VVirtenbergerland*, nomen habet, cuius caput est Stutgardia, Ducis sedes.

VVisara, fluuius, qui & *VVisuracha*, VVisura, VVirracha & VVirra.

VVitenberga, *VVittenberg*, ad Albim fl. sita.

VVithorua, seu Candida casa, VVithora, V. E. Gallo indiæ prouinciæ in Scotia, sub A. Glascuensi.

VVitis calcus, puer regius, qui iudicia exsequitur, & multam exigit.

VVormatia, *VVorms*, Vangionum olim caput, V.E. Germaniæ, sub A. Moguntino.

VVultaua, vel Vulitiua, cicatrix.‖

NOTÆ ANTIQVORVM.

V. Vir, victor, vicit, Vitellius. V. VI. VII. VIII. quinque, sex, septem, octo.

V.A. veterano assignatum. VAL. Valerius, Valerianus. VAL.CS. Valerius Cæsar. VAT. Vates, vatum. V.A.XI. vix annis vndecim.

V.B.A. viri boni arbitratu. V.B.F. vir bonæ fidei.

V.C. Quinti Consulis, vir consularis, vir clarissimus. V.C.C.F. vale coniux curiosissima feliciter. V.COSS. voluerunt Consules.

V.D. viuus dedit. V.D.A. vale dulcis amice. V.D.N.V. vale decus nostræ vrbis.

V.E. verùm etiam, visum est.

V.F. viuens, vel viuus fecit, valde feliciter, vsusfructus. V.F. vel F.R. vsusfructus, vir fortis. V.F.S.E.S. viuens fecit sibi, & suis. V.F.C. viam faciundam curauit.

V.I. vir iustus, vel illustris. VIC. victores. VII. septemuiri. VIR. virtutes. VIR.VE. Virgo vestalis. VI.VIR. sextum vir, sextumviri. VIX. vel V. vixit. VIX.AN. vel ANN.III.MENS.XI.DIEB.XV. vel V.A.III.M.XI. D.XV. vixit annis tribus, mensibus vndecim, diebus quindecim.

VLPS. Vlpius, Vlpianus.

V.M.M. votum merito Mineruæ. V.MVN. vias muniuit.

V.N. quinto Nonas. V.N.V. viro nostræ Vrbis.

V.P. viuus posuit, Vrbis præfectus, vir probus, vel prudens. VP.IP. Vespasian. Imperator. V.P.R. veteri possessori redditū. V.PRÆ. vir prætorius.

V.QVÆS. vir quæstorius.

VR. Vrbs, Vrbis, Vrbanus. V.R. Vrbs Roma. VRB.C. vrbis conditæ. VRBI. SAL. vrbi salia. VRB. vrbis Romanæ.


V.S. viuens statuit, vir sacer, voluit Senatus. V.S.C. voti sui compotes. VS. CS. Vespanianus Cæsar. V.S.L.M.H. D. S.S. viuus statuit lege mandati hoc de suo sibi. V.S. L. M. viuens sibi locum monumenti, voto soluto libero munere. V.S.L.M.P. viuens sibi locum monumenti posuit. V.S. L.L. M. viuens sibi legauit locum monumenti. V. S. P. vim sibi possederunt.

V.TRIVMPH. vir triumphalis.

V.V.F. viuis viuens fecit. V.VRB. vir vrbanus. V.V.V. viros vrbis vestræ. VV.CC. viri clari. VV.FF. viuentes fecerunt.

VXO.D. vxorem duxit.

X Litera



X



Litera semiuocalis est, ξ, quæ vim duplicis consonantis habet, pro qua modò cs, modò gs, primitus vtebantur, vt Apecs, Gregs: pro quibus nunc Apex, Grex dicitur. Quintil. *lib. 1. c. 4.* Et nostrarum vltima X, qua tamen carere potuimus, si non quæsissemus. Latini hoc elementum, quòd vastioris soni videretur, quibusdam dictionibus exemerunt: vnde pro vexillo Velum, pro axilla Alam, pro paxillo Palum dicere maluerunt. Quod & ipsum testatur Cic. *in Oratore ad Brutum.* Quemadmodum (inquit) Axilla noster Ala factus est, fuga vastioris literæ: quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit. Contrà Attici exactissimi elegantiæ omnis iudices, sæpè repudiato σ eandem tanquam soni amabilioris, temperatiorísque susurri, sunt amplexi. Nam & ξυμφορὰ, & ξυμβάλλειν, & ξυμβαίνειν dicunt, pro quibus communis lingua συμφορὰ, συμβάλλειν, & συμβαίνειν agnoscit. ¶ X litera apud veteres, quemadmodum etiam hodie apud nos, nota fuit numeri denarij: quemadmodum V, quæ dimidiata pars est literæ X, nota est numeri quinarij. Hinc factum est, vt in vetustis codicibus hæc nota aliquando inueniatur pro denario Romano: hoc est, pro genere numismatis, quod quatuor valebat numis sestertiis. Plin. *lib. 12. c. 12.* Quod minore folio est, Mesosphærum appellatur: emitur x. lx. Laudatissimum microsphærum è minimis folium: pretium eius x. lxxv. Si vel sola vel post alias ponatur, significat numerum denarium, quemadmodum V. quæ dimidia pars est literæ X. quinarium. Quòd si tamen præponatur literæ vel C. vel M. vel L. decem detrahit & tollit. ‖¶ Insuper X litera ceu vastior, sequente consonante in S à veteribus mutata est: vt ex emendatione Haloandri deprehendere licet.‖

X A

‖Xanustrópha, retrorsum. L. g. b.‖

Xanthē, thes, ξάνθη. Nympha marina, Oceani & Tethyos filia à rufo, siue flauo colore dicta. Hesiod. *in Theod.* Πειθώ τ' Ἀδμήτη τε, Ἰάνθη τ' Ἠλέκτρη τε ... Ξάνθη τε. ¶ Xanthe item appellata fuit Asiæ regio, quæ postea dicta fuit Troas: vt autor est Stephanus in dictione *Troas.*

Xanthēnēs, ξανθήνης, gemma quædam in Mœdia nascens, electri colore, & si quis terat in vino palmeo & croco, ceræ modo lintescens, odore magnæ suauitatis: vt ex sententia Democriti refert Plin. *lib. 37. cap. 10.* quanquam in plerisque Plinij codicibus Zanthenes legatur per Z. in capite, corruptè vt arbitror: præsertim quum à flauo electri colore nomen videatur accepisse.

Xānthi, ξάνθοι, Thraciæ populi, apud Stephanum & Strabon. *lib. 13.*

Xānthiclēs, ξανθικλῆς, vnus ex iis ducibus, qui reliquias exercitus Cyri minoris, vnà cum Xenophonte domum reducendas susceperant. Hic postea, quòd minas viginti ex publica pecunia suppressisset, damnatus est repetundarum. Autor Xenophon *ἀναβάσεως lib. 5.*

Xānthĭcŭs, ξανθικός, Aprilis mensis Hebræorum lingua appellatus est.

Xanthica, ξανθικά, celebritas mense Xanthico: καθάρσιον τῶν στρατευμάτων, lustratio exercitus.

Xānthĭi, ξάνθιοι. Liciæ populi, quorum vrbem Xanthum nomine, quum Harpagus Cyri præfectus obsideret, illi vxores liberósque, cæteráque, quæ charissima habebant, in in arcem coëgerunt, ignéque subiecto cremauerunt: deinde aduersùs hostes eruptione facta, strenuè pugnantes, ad vnum omnes interiêre. Autor Herodotus *lib. 1.* ¶ Xanthij præterea populi fuerunt Scythiæ, ex genere Daarum, vltra Mæotim incolentes, qui iidem & Parij dicuntur. Autor Strab. *lib. 11.*

Xānthĭum, ξάνθιον, herba est ex Lapparum genere, quæ alio nomine philanthropos, & vulgò *Lappa minor* appellatur. Xanthion autem appellata putatur ab effectu, quòd eo rufentur capilli. Vide Diosc. *lib. 4. c. 122.*

Xānthĭŭs, ξάνθιος, Bœoticus quidam fuit, singulari corporis robore, qui exorta inter Athenienses & Bœotios de Celenarum agro controuersia, Thymœtem Atheniensium regem ad singulare prælium euocauit: cuius vicem excipiens Melanthus quidam Messenius, à Dyonysio (vt volunt) adiutus, illum superauit. Ferunt enim Melantho visum fuisse, quòd Xanthium quidam à tergo sequeretur, nigra pelle caprina indutus. Quo nomine quum illum accusaret, quòd altero comitatus in prælium descendisset, admiratus Xanthius, quidnam accidisset, quísve is esset, qui à tergo sequeretur, quum respicere conaretur, corpus hosti auersum nudúmque præbuit, qua occasione vsus Melanthus, incautum gladio traiecit. Autor Suidas.

Xānthīppē, ξανθίππη. Nomen vxoris Socratis philosophi, supra modum morosæ, & iurgiosæ: cuius tamen morositatem Socrates mira patientia tolerauit: rogatúsque ab Alcibiade, cur mulierem tam molestam domo non exigeret, Quoniam (inquit) dum domi talem perpetior, insuesco & exerceor, vt cæterorum quoque foris petulantiam, iniuriámque facilius feram. Hæc Gell. *lib. 1. c. 17.* Vide plura in dictione *Socratis.*

Xānthīppŭs, ξάνθιππος, Lacedæmonius quidam fuit rei militaris peritissimus: qui à Carthaginiensibus excitus, exercitúsque præpositus, Attilium Regulum Consulem in Africa bellum gerentem, insidiis circumuentum viuum cepit.

Xānthō, ξανθώ, vna ex Nymphis, Oceani & Tethyos filia. Virg. *lib. 3. Georg.*

Drymóque, Xanthóque, Ligeáque, Philodocéque.

Hesiodus *in Theog.* Xanthen appellat.

Xānthŏs, ξάνθος, gemmæ nomen, quæ in India reperitur, è fuluo candicans, de qua Plin. *lib. 37. c. 10.*

Xānthŭs, ξάνθος, fluuius Troadis, idem cum Scamandro: ita dictus, teste Arist. *de Hist. Anim. lib. 3.* quòd ouium vellera rufo inficiat colore: ξανθὸν enim Græci dicunt, quod nos rufum aut flauum. Virg. *lib. 1. Æn.*

Ardentésque auertit equos in castra, priusquam

Pabula gustassent Troiæ, Xanthúmque bibissent.

Idem *lib. 4. Æneid.*

Quale vbi hybernam Lyciam Xanthíque fluenta

Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo.

¶ Xanthus, antiquus rerum Lydarum scriptor: Lydúsne, an Sardianus fuerit, Strabo se dicit incertum habere. Suid. Lydum eum dicit è Sardibus ciuitate fuisse, scripsisséque historiam Lydorum libris quatuor. ¶ Xanthus alter poëta Melicus commemoratur ab Æliano. ¶ Est item Xanthus Lyciæ fluuius duobus fontibus è Cadmo monte nascens, & non procul à nominis sui vrbe in Lycium mare se exonerans. Hoc præterea nomine fuit vnus ex equis Hectoris, cuius meminit Homer. *lib. 23. Iliad.*

‖Χαράκται, qui monetam cudunt, Græcis.‖

X E

‖Xenagi, præfecti mercede stipendia facientibus.

Xenagogus, peregrini mercenarij militis dux.‖

Xĕnărchŭs, ξέναρχος, Comicus poëta, cuius fabulas commemorat Athenæus *lib. 2. Dipnosophistarum.* ¶ Xenarchus alter è Seleucia Ciliciæ, Peripateticus, docuit Alexandriæ primùm, deinde Romæ: Arij philosophi, deinde Cæsaris Augusti vsus amicitia, vsque in senectutem in honore habitus. Denique paulò ante mortem visu orbatus diem obiit. Strab. *lib. 14.*

Xĕnĭæ, Balneæ Romæ fuerunt, ab hospitalitate (vt videtur) ita dictæ: nam ξένιος Græcis idem est quod hospitalis. Harum meminit Cic. *pro M. Cælio,* Sed vt venenum (inquit) quum à Licinio traderetur, manifestò comprehendi posset, constitui locum iussit Balneas Xenias, vt eò mitteret amicos, qui delitescerent: deinde repentè, quum venisset Licinius, venenum traderet, prosilirent, hominémque comprehenderent.

‖Xenidium, tugurium. L. g. b.‖

Xĕnĭvm, ij. {מתן mattán מתת mattáth. ξένιον. Gall. *Present qu'on fait à ses amis qui viennent voir, estraine.* Ital. *Presente dato à gli amici per segno di allegrezza.* Germ. Ein gastgeschenck/ ein gab mit der man ein frömbden verehret. Hisp. *Don ò presente de huesped ò amigo.* Angl. *A gift, present or fairing.*} Munus hospitibus dari solitum. Vide Mart. *lib. 13.* In quo eiusmodi munera distichis describit, qualia hospitibus mitti solent, Xenia nominauit, quòd versus ipsos pro xeniis mitteret: quod & ipse testatur primo statim Epigrammate, Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello Constabit numis quattuor empta tibi. Quatuor est nimium? poterit constare duobus, &c.

Xĕnĭŏlum, diminutiuum, Paruum xenium. Apuleius, Commodum meridies accesserat, & mittit mihi xeniola, porcum opimum, & quinque gallinulas, & vini cadum iam ætate pretiosi.

Xĕnĭŭs, ξένιος, Iouis cognomentum apud Græcos, teste Dionysio, quem Latini, verbo ex verbo expresso, hospitalem vocant. De hoc intelligendum est illud Virg. *1. Æneid.*

Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur.

‖Xenochrites, qui alibi tonsuram accepit, alterius monasterij monachus. L. g. b.‖

Xĕnocles, is, ξενοκλῆς, Orator clarissimus patria Adramyttenus, qui Mithridatici belli tempore accusatus, quòd in regem propensior fuisset, causam non modò suam, sed & totius Asiæ magna cum laude in Senatu egit. Autor Strab. *lib. 13.*

Xĕnocrătēs, Nomen philosophi Chalcedonij, auditoris Platonis, qui in Academia Speusippo successit, & vigintiquinque annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeò vt quum illum Plato Aristoteli compararet, alterum fræno, alterum calcaribus indigere diceret. Hic philosophorum seuerissimus fertur extitisse, & aduersùs omnem voluptatum titillationem prorsus inuictus. Cuius rei abundè magnum illi præbuit argumentum, quòd Phrynen formosissimam eius ætatis meretricem, à discipulis in lectulum suum submissam, & sese ad concubitum modis omnibus solicitantem, intactam tamen dimiserit. Vnde & Phrynen ipsam postridie rogantibus iis qui illam submiserant, dixisse ferunt, cum statua sese, non cum homine cubuisse. Grauitati verò eius & fidei tantum tribuerunt Athenienses, vt quum iniurati nullius testimonium admitterent, huic soli iniurato crederent. Missus ad Philippum legatus, quum collegas humaniter accipi videret, muneribus ornari, conuiuiis adhiberi: sese autem qui legationis eius princeps erat, vix in conspectum admitti, quòd Macedonum rebus semper esset aduersatus, conuersus ad socios Xenocrates, beneficium accipere dixit, quòd sese vnum Philippus suæ in Athenienses ingratitudinis & perfidiæ testem vereretur. Alexandri quoque munera fortissimo animo contempsit: regibus, inquiens, non philosophis opus esse pecunia. Obiit secundo & octogesimo ætatis suæ anno, quum noctu fortè in sartaginem offendisset. Autores Laërtius & Suidas. ¶ Xenocrates alter philosophus, modestia nihil superiore inferior, scripsit οἰκοσκόπον, id est, domesticum auspicium, quum scilicet, aut mustela, aut serpens, aut his similia in domo apparent, quid portendere soleant. Suidas.

Xĕnŏdŏchīvm, {ξενοδοχεῖον, ξενοδοχεῖον.} Locus publicus quo hospites, id est, peregrini excipiuntur: quod genus Hierosolymis primùm ab Hyrcano extructum fuisse, autores sunt Iosephus, & Hegesippus. Hieronymus, Xenodochium in portu Romano situm totus pariter mundus audiuit.

‖Xenodochus, ξενοδόχος, qui, vel quæ ξένους δέχεται, i. hospites suscipit: hospes, hospita.‖

Xĕnōn, ξένων, pictor Sicyonius, Neoclis discipulus: cuius meminit Plin. *lib. 15. cap. 11.*

Xenon, ξενών, locus ξενών. C. *lib. 1. tit. 2. l. 13.* Venerabilibus xenonibus. Ibi Gothofr. Xenonis voce non modò peregrinorum hospitia, sed & ægrotorum significantur: imò & quælibet hospitia.

Xĕnŏpărŏchī, ξενοπάροχοι. Iidem qui parochi, qui legatis Romam missis,cæterísque alicuius dignitatis hospitibus,salem & ligna præbebant: vnde & nomen acceperunt, παρὰ τὸ τοῖς ξένοις τὰ ἐπιτήδεια παρέχειν, quòd hospitibus necessaria suppeditarent. Arcadius *tit.de muneribus l. munerum*,Tabularij,(inquit)vel xenoparochi,vt in quibusdam ciuitatibus,&c.

Xĕnŏphănēs, ξενοφάνης, Philosophus Colophonius, Dexij,siue (vt Apollodorus mauult)Orthomenis filius,Archelai autor,qui contra Homerum & Hesiodum elegias scripsit & Iambos, irridens ea quæ de diis sunt commenti. Dei substantiam rotundam esse sensit, nihílque cum hominibus habere commune,totum cernere, totúmque audire, vnum esse omnia,mentem,prudentiam, æternitatem. Autor Laërtius. Eiusdem meminit & Cic.4. *Acad.* Xenophanes (inquit)paulò etiam antiquior,vnum esse omnia tradit,neque id esse mutabile,& id esse Deum. ¶ Fuit & alter Xenophanes ex Lesbo insula,poëta Iambicus, vt refert idem Laërtius.

Xĕnŏphĭlūs, ξενόφιλος, nomen Musici Chalcidensis, philosophi Pythagorici: de quo Valerius Maximus, Biennio minor quàm Gorgias,qui centum & quinque vixit annos. Xenophilus Chalcidensis Pythagoricus fuit,sed felicitate non inferior:siquidem(vt ait Aristoxenus Musicus)omnis incommodi humani expers,in summo perfectissimæ doctrinæ splendore extinctus est.Eundem & Plin.inter rara felicitatis exempla commemorat,*lib.7.c.50.*Pro miraculo(inquit)id solitarium reperitur exemplum: Xenophilum Musicum centum & quinque annis vixisse sine vllo corporis incommodo.

XĔNŎPHŌN,ξενοφῶν,nomen philosophi & ducis insignis Atheniensis,qui Socratis discipulus,& Platonis æmulus fuit,speciosus,moratus,& omnibus gratus:tanta verò eloquentia,vt musa Attica à nonnullis fuerit appellatus. Insinuatus in Cyri minoris amicitiam, cum eo militauit: eóque in acie cæso, exercitus reliquias ex vltimis Babyloniæ finibus per aspera,& difficillima itinera incolumes in patriam reduxit.Scripsit Cyri maioris Pædiam, non tam historicæ seruiens veritati (vt inquit Cic.*lib.2.de Orat.*)quàm vt absolutum instrueret ducem.Præterea Cyri minoris expeditionem aduersùs Artaxerxem fratrem:de rebus Græcorum libros sex:Symposium OEconomicum,à Cicerone, teste Columella,Latinitate donatum.Ad hæc de re equestri,de vocatione Socratis Apologiam: aliáque nonnulla, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur.¶ Tres alij præter hunc Xenophontes commemorantur à Suida: quorum primus Antiochenus fuit, qui amatoria quædam scripsit, quæ Babylonica appellauit. Alter Ephesius, qui & ipse amatoriarum narrationum libros decem scripsit,quæ Ephesiaca nominauit. Tertius Cyprius, qui & ipse Amatoria quædam edidit de Cynira, Myrrha, & Adonide, quæ & Cypriaca nominauit. Laërtius septem commemorat Xenophontes:quorum nomina & scripta vide apud ipsum.

Xenophontius,a,um,adiectiuum. Cic. *Luceio lib.5.Epist.* Gratiam illam de qua suauissimè quodam in præmio scripsisti, à qua te flecti non magis potuisse demonstras, quàm Herculem Xenophontium illum à voluptate.

Xenos, ξένος,η,ον, peregrinus,qui alicubi ad tempus *moratur.*

Xĕrā, ξηρά, vrbs propè Herculis columnas: vt ex Theopompi sententia refert Steph.

Xĕrămpĕlīnūs color, ξηραμπέλινον χρῶμα, Medius est(inquit Probus)inter coccinum & muriceum, quo matronæ peculiariter vti solent. Dictus Xerampelinus à siccis vitium foliis, quæ eius ferè sunt coloris. ξηρὸν enim aridum est, vel siccum,& ἄμπελος vitis. Vulgò *Color secca rosa* dicitur.Hinc Xerampelinæ vestes dicuntur,quæ hoc colore tinctæ sunt.Iuuenal.*Satyr.6.*

Et Xerampelinas veteres donauerat ipsi.

Has nonnulli atrabaticas vocant,alij atrabapticas,vt quibusdá placet. Vide Thilesium in tractatu de coloribus,& Cæl.Rhod.*lib.16.c.10.*

Xĕrĭā, ξήρια τα, emplastra sicca: sicut Hygremplastra vocantur liquida emplastra.

Xĕrălœphĭā, ξηραλοιφία, vnctio sicca, hoc est, quæ fit citra lauationem. Contra quæ post lauacrum adhibetur, Hygralœphia, ὑγραλοιφία appellatur.

Xerocollyrium,ξηροκολλύριον, Collyrium ex aridis,præsertim metallicis.

Xĕrŏlĭbyă, ξηρολιβύα, Libya sicca, hoc est, pars Libyæ interior, propter aquarum inopiam deserta: quam Virg.*lib.4. Æneid.* vocat regionem siti desertam.

Xĕrŏlĭphŭs, ξηρόλοφος, Tumulus fuit Constantinopoli, cochleas sedecim,& Dianæ columnam structilem,& tripodes habens,in quibus Epigrammata solebant inscribi. Qua voce vtitur Iustinianus *C.de publicis iudic.* etiamsi Alciatus vocem adulterinam esse putauerit. Meminit huius tumuli Suidas & Priscianus,qui *lib.1.de accidentibus literæ*, Epigrammata quædam se legisse testatur Byzantij in Xerolipho in vetustissimo tumulo inscripta.

Xĕrŏmyrum,ξηρόμυρον,vnguentum est siccum:vt Hygromyron ὑγρόμυρον, liquidum feminarum auribus expetitum.

Xerophagia, ξηροφαγία, siccorum ciborum manducatio.

Xĕrŏphthălmĭā, ξηροφθαλμία. Arida lippitudo, quum nec tument, nec fluunt oculi,sed rubent tantùm,& prurītu infestantur,& noctu prægraui pituita inarescunt.Vide Cels.*lib.6.c.6.*

Xerus,a,um; ξηρός,ὴ,ὸν, siccum: tanquam secari & radi pote.à ξέω, seco, rado,polio.

Xĕrxēnă,ξερξήνη,Minoris Armeniæ regio,ita dicta à Xerxe, quemadmodum à Cambyse Cambysene.Autores Stephanus & Strabo *lib.11.*

Xĕrxēs,ξέρξης,Persarum rex fuit filius Darij,& Cyri ex Atossa filia nepos, qui centum septuaginta hominum myriadibus, hoc est, decies septies centenis millibus per totum quinquennium contractis, Græciæ bellum intulit.Quam tantam hominum turbam quum ex editiore specula aspexisset, teneriter fertur lachrymasse, quòd post centum annos ex tanto hominum numero nemo esset superfuturus. Tantum autem habuit nauium apparatum, vt totum Hellespontum operiret, & Asiam Europæ ponte coniungeret.Suet.*in Calig.c.19.* Talem à Caio pontem excogitatum æmulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquantò angustiorem Hellespontum contabulauerit.Athon præterea montem, teste Plin.*lib.4.c.10.* à continente abscidit.Victus demum apud Thermopylas à quatuor hominum millibus nauale quoque certamen cum Themistocle tentauit:à quo similiter apud Salaminem superatus,quum antea tota maria classe sterneret, vix paruula cymba effugit, relicto Mardonio Præfecto, qui & ipse re in Bœotia infeliciter gesta, cum paucissimis in Persidem se recepit.Demum quum se otio,socordiæque, relicta militia tradidisset,præmium genus luxuriæ nouum inuenientibus proposuit, vt scribit Valerius. Quamobrem à suis spretus, paucis pòst annis ab Artabano præfecto suo in regia interficitur, quum regnasset annis octo. Vide hæc latiùs apud Iustinum Trogi abbreuiatorem.Xerxes togatus dictus Lucullus,autore Plutarch *in Lucul.* ¶ Xerxes alter, pictor Heracleota Venerem adeò pulchram pinxit, vt ex ea quæstum magnum faceret, pretio accepto ab his, qui eam videre cupiebant. Itaque Græci lepido cauillo Venerem amicam Xerxis vocitabant, quòd ex eius lenocinio quæstum faceret. Autor Ælianus *de varia historia.*

X I

Xĭlĭă, ξιλία, Libyæ vrbs,vt ex Alexandro annotauit Stephanus:cuius incolæ dicuntur Xiliatæ.

Xĭmĕnē, ξιμένη Ponti regio, salis fossilis habens fodinas; vnde & Halys fluuius, qui ex ea oritur,nomen accepisse existimatur. Autor Strabo *lib.12.*

Xĭphĭă,æ,ξιφίας, piscis genus rostrum habens mucrone armatum:vnde & Latini,Græcos imitati,gladium appellant. {ANGL. *A fishe called a swoord fishe,hauing a beak lik a swoorde.*} Plin. *lib.13.c.2.* Xiphiam, id est,gladium,rostro mucronato esse, ab hoc naues perfossas mergi in Oceano ad locum Mauritaniæ, qui Cotta vocatur, non procul à Lixa flumine, Trebius Niger autor est.¶ Xiphiæ item,stellæ sunt ex genere Cometarum,in mucronem fastigiatæ,pallidæ,ac quodam gladij nitore sine vllis radiis.Autor Plin.*lib.2.c.25.*

Xĭphĭōn, ξιφίον, herba est folio mucronato, iridis folio non dissimili, quam Romani gladiolum,vulgus herbariorum *Spatulam fœtidam* appellat.Descriptionem eius vide apud Plin.*lib.25.c.11.*

Xiphomachæra,ξιφομάχαιρα, romphæa,ensis.

Xĭphōnĭă, ξιφωνία, Siciliæ oppidum,non procul à Tauromínio in promontorio situm:vt ex Theopompi sententia docet Steph. & Str. *lib.6.*

Xiphopœus,qui facit gladios.

Xiphydrium,ξιφύδριον, Conchylij species,gladiolus.

‖Xirophagia,cœna obseruata sex dierum hebdomadæ cùm solo pane vescerentur ieiunantes cum sale,oleribus,& aquam potantes. Tertull.‖

X O

Xŏēs,ξόης Stephano,Insula est in mediterraneis Ægypti,supra Sebenniticum & Pharniticum ostium,oppidum habens eiusdem nominis. Autores Stephan.& Strab.*lib.17.* ¶ Hinc Xoites nomos,hoc est, ex Xoitica præfectura,apud Plin.*lib.5.c.9.*

‖Xorides,venatores bestiarij.L.g.b.‖

X V

Xūchēs, ξόυχης, Libyæ oppidum, vt ex Artemidori Epitome annotauit Steph.cuius incolæ appellantur Xuchitæ.

‖Xuraphopullum,nouacula. Gl.g.b.‖

Xūthĭă, ξουθία, Siciliæ oppidum,vt ex Philisti sententia tradit Stephan Gentile Xuthiates.

Xūthūs,ξοῦθος, Hellenis filius,& gener Erechthei,qui in Tetrapolim Atticæ,hoc est,OEnoam,Marathonem,Probabilinthum & Troiocoritum colonos deduxit.Autor Strabo *lib.8.*

X R

‖Χρῆσις, vsus.

Χειθολόγος, præfectus frumento suscipiendo & excutiendo in Alexandria,qualem & apud Opurtios fuisse Plutarch.refert.

Χρύσαμμος, Balluca,vt Tribon.exposuit,quæ nuper effossa est è terra.‖

X Y

‖Xylaloë,lignum aloes.L.g.b.‖

Xylĕnŏpŏlĭs,ξυλινήπολις, vrbs in confinio Cariæ,& Indiæ,ab Alexandro condita:vt post Onesicritum refert Plin.*lib.6.c.23.*

‖Xyletinos,ligneus.L.g.b.‖

Yylina, ξυλίνη, Cappadociæ oppidum, inter Arcadiæ, & Cissæ fluuiorum ostia situm.Autor Ptol.*lib.5.c.6.*

‖Xylinades,lignatores,lignarij mercatores.L.g.b.‖

Xylĭnum, {ξυλίνον. ANGL.*Fustian.*} Lini genus candidissimi,& mollissimi,nascens in frutice, cui nomen est xylon, pomis quibusdam inclusum, barbatæ nuci non dissimilibus, quæ maturitate hiscentia globum ostendunt lini,quod à nomine fruticis xylinum appellamus. Plin. *lib. 19.c.1.*Superior pars Ægypti in Arabiam vergēs,gignit fruticem,quem alij gossipium vocant,plures xylon,& ideo lina inde facta,xylina.Paruulus est,similémque barbatæ nucis defert fructum,cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec sunt vlla eis candore,mollitiáque præferenda.Hactenus ille.Hodie hoc ligni genus etiam in Italiæ locis quibusdam gignitur,vulgíque vocabulo *Cotonum* appellatur.

Xylŏbălsămum, ξυλοβάλσαμον, Balsami arbusculæ lignum,cuius succus Opobalsamum appellatur.Plin.*lib.12.c.25.*Et balsami quoque sarmenta in merce sunt.Amputatio ipsa,surculúsque venit intra quintum demum annum.Xylobalsamum vocatur,& coquitur in vnguentis.

Xylŏcĭnnămum, ξυλοκίνναμον, Cinnami lignum. Plin.*lib.12.cap.19.* Ipsum verò lignum in fastidio est propter origani acrimoniam: xylocinnamon vocant.

‖Xylococcum,interius siliquæ granum.L.g.b.‖

XYLON, ξύλον,præter vulgatam illam significationem,qua Græcis lignum significat, peculiariter etiam accipitur pro quodam fruticis genere, quod & gossipion vocant, olim in sola Ægypti superiore parte, hodie etiam in Italia nascentis, pomum ferentis similitudine barbatæ nucis, quod maturescens copia lanuginis,quam inclusam habet, dirumpitur, liníque globum inclusum, multò maiorem quàm pro pomi magnitudine detegit:idque lini genus xylinum,seu gossipiuum appellatur. Vide Plin.*lib.19.c.1.*

Xylinus,a,um, ξύλινος,ίνη,ινον, ligneus,a,um.

Xylaloë, ξυλαλόη, arbor Indius,lignum aloes,agallochum.

Xylobalsamum,ξυλοβάλσαμον, lignum balsami,frutex,sarmentum balsami,quod resectum venditur,vt decoctum sit vice opobalsami.

‖Xylo

¶Xylocassia, cassia, quam officinæ ligneam vocant. Lignum cassiæ.
Xylocinnamomum, lignum cinnami: cortice ignobilius.
Xylocopus, qui ξύλα κόπτει.
Xylomachæra, ξυλομάχαιρος, gladius magnus, & hasta. vide *Xiphomachera.*
Xylomasticon, lignum masticis. Papias.¶
Xylŏphăgŭs, ξυλοφάγος, Vermis albus, obesus: capite si ad reliqui corporis magnitudinem comparetur, grauissimo, sub arborum corticibus potissimum nascens. Plin. *lib.17.c.24.* cossos vocat: eósque à quibusdam in summis ciborum deliciis habitos tradit: quinetiam farina saginari, alitésque fieri. Idem tradit & Hieronymus contra Iouinianum, de Ponti Phrygiæ populis loquens. Et quomodo (inquit) apud nos ficedula, & attagen, mullus, & scarus in deliciis computantur, ita apud illos ξυλοφάγοι comedisse luxuria est.
¶Xyloscamnum, ligneum scamnum. L.g.b.
Xylosteum, ξυλόστεον, frutex periclymeno cognatus.
Xylotheca, locus vbi ligna reponuntur.¶
Xynia, ξυνία, Thessaliæ oppidum, apud Polybium *lib.9.* à quo vicina palus Xynias appellatur, quam alio nomine Bebœidem vocant. Steph.
Xyris, ξυρίς, herba est folia habens iridis: sed latiora, & in turbinem mucronata, quorum è medio caulis erumpit crassus, cubitalis, ex quo siliquæ triangulares dependent, in quibus purpureus flos, in medio puniceus, semen in folliculis simile fabis, rotundum, rubrum, acre: radix longa, geniculata, rufa. Vide Dioscor. *lib.4.c.24.* & Plin. *lib.21.c.20.* Officinæ *Iridem syluestrem* appellant. ¶Hæc herba dicitur prouenire circa Leopolim primarium Russiæ vrbem, esséque nodosam, instar acori veri. Vnde Iudæi & alij nebulones ipsam cum acori radicibus commiscent atque vendunt.
¶Xyrotheca, ξυροθήκη, capsula nouacularia.
Xystarchĭs, ξυστάρχης, qui ξύστε ἄρχει, Xysto præest: qui moderatur athletarũ exercitia; per metaphoram is, qui pietatis & fidei exercitiis præsidet.¶
Xystĭcī, vide *Xystus.*
Xystĭós, ξύστιος. Gemma quædam plebeia, apud Indos nascens, quam Plin. inter Iaspidum genera annumerat *lib.37.c.9.*
¶Xystophorus, ξυστοφόρος, spiculator: qui ξύστον φέρει.
Xystra, strigilis, qui Xystram custodit.
Xystrophylax, qui Xystram custodit.
Xystropœus, qui Xystras ποιεῖ, i.e. facit.
Ξυστροποιὸς strigilarius.¶
XYSTŬS, i, masc. gen. אולם *vlam.* ξυστός. GALL. *Pourmenoir, galerie.* ITAL. *Portico, luogo da passeggiare, loggia.* GERM. Ein pfeiler/bedeckter gang oder schopff. HISP. *Portal para passearse.* ANGL. *A gallerie, an alley or walking place.* ¶Apud Græcos porticum amplam significat, teste Vitruu. *lib.6.* hybernæ Athletarum exercitationi accommodatam. Latini verò, eodem Vitruuio teste, Xysti appellatione subdialem ambulationem magis intelligunt, arborum fruticúmve ordinibus distinctam. Cic. *in Bruto,* Quum ambularem in xysto, & essem otiosus domi. Ante cryptoporticum xystus est violis odoratus. Plin. *lib.5. Epist.* Ante porticum xystus concisus in plurimas species distinctúsque buxo. Idem, Non tam statuarum, & tabularum pictarum ornatu ædes suas, quàm xystis, & nemoribus excoluit. Dicitur & Xystum, i, ξυστόν. Et quum ξυστός, & ξυστὸν idem apud Græcos significent, apud Latinos tamen nonnihil habere discriminis docuit Gulielmus Philander *in Annotationibus in Vitruuium.* Nam Xystos, inquit, Latini vocant porticus tectas, vbi athletæ per hyemem exercebantur. Xysta autem subdiales ambulationes, vbi sudo cœlo suas exercebant palæstras.
¶Xysticus, a, um, ξυστικός, ad xystum pertinens.¶
Xystĭcī, ξυστικοί, dicti sunt athletæ, siue quòd in xystis se sub tecto exercerent: siue quòd xystis depugnarent Hyberno tempore, Vitruuius. Sic enim Græco vocabulo appellabant hastas, quibus illi vtebantur: vnde & Xystophori dicti sunt spiculatores. Sueton. *in August.* Nec tamen eo minus aut xysticorum certationes, aut gladiatorum pugnas seuerissimè semper exigit. Suet. *in Galba cap.15.* Et si quid scenici aut xystici donatum olim vendidissent, auferretur emptoribus, &c.
Xystilis nomen meretriculæ *in Pseud.* Plaut. *sc.2.a.2.*

NOTÆ ANTIQVORVM.

X Decem, denarius.
X.D. decies dedit. X. DIBSS. decem diebus.
X. MILL. decem milliaria.
X. P. decem pondera, vel pondo, decem pedes. X. PSS. decem passuum. XPS. Christus.
X.V. Decemuiri. XV. quindecim. XIX. A. vnde-vigesimo ann. XX. viginti. XXIIX. duodetriginta.



Y



GRÆCORVM vocalis est, qua in illorum dictionibus scribendis, tantùm vtimur. Huius loco antiqui, qui peregrinam literam nullam recipiebant, quintam Latinorum vocalem substituebant Cic. *lib. de Oratore,* sic inquit, Purrum semper Ennius, nunquam Pyrrhum. Vi patefecerunt Fruges: non Phryges: ipsius antiqui declarant libri. Nec enim Græcam literam adhibebant; nunc autem etiam duas; & quum Phrygum, & quum Phrygibus dicendum esset, absurdum erat, aut tantùm barbaris casibus Græcam literam adhibere, aut recto casu solùm Græcè loqui: tamen & Phryges, & Pyrrhum aurium causa dicimus. Hæc ille. Peculiare autem & proprium est huic elemento, vt in capite dictionum perpetuò aspiretur. Quare quæ ab eo initium sumunt, requirenda sunt inter aspirata.



Z



LITERA Græca est, qua in Latinis dictionibus non vtimur. Est autem gemina consonans, loco cuius nos interdum geminum ss, vt Patrisso, pro πατρίζω, Pitysso pro πιτύζω. Interdum sd substituimus, vt Esdras, pro Ἔζρας. Antiqui loco eius vnicum aliquando s scribebant: vt Sacynthus, pro Ζάκυνθος: Sethus pro Ζῆθος. Nonnunquam etiam d literam loco eius vsurpabant, vt Medentius, pro Mezentius. Sed hoc tantùm apud antiquissimos, qui peregrinas nullas literas recipiebant.

Z A

Zaba lorica. Iustin. *Nouell.85.* ἢ τὰς καλουμένας ζάβας ἤτοι λωρίκια. Et Arabicol. Lodix, cuculata, lorica, zaba. Sed, inquit Meursius, corrige: Lodix. Lorica cucullata zaba. Vox primùm omissa à festinante librario, ac postea suprà adscripta adhæsit dictioni superiori: atque hæc est verissima mendi origo.
Zabaria, vel Zabarium, ζαβάριον, repositorium Zabarum. Armarium quodlibet.
¶Zaberna, vbi vestes portantur, vel quodlibet aliud. Gl. A.E. lege, *ponantur.* vt est in Papia. Idem, Zaborna arca, vel armariolum. Ergo à *Zabaria.*¶
Zabida, ζάβιδα, vicus in Arabiæ mediterraneis, vt ex Vranio annotauit Stephan.
¶Zabolus, ζάβολος, pro διάβολος.
Zacanum, ζάκανον, ascriptio dati, quæ fit in literis & monumentis.¶
Zachalias, ζαχαλίας, Magus Babylonis, qui de gemmarum viribus scripsit ad Mithridatem Ponti regem. Autor Plin. *lib.37. cap.10.*
Zachanthæi, ζακανθαῖοι, Zacynthiorum coloni, teste Polybio, Pyrenæi montis incolæ. Horum oppidũ Zacantham expugnauit Annibal, quum in Italiam properaret, vt ex Apollodori Chronicis annotauit Steph.
¶Zacharum, vide *Sacharum.*¶
Zacynthus, ζάκυνθος, Insula Ionij maris parua, occidentali Peloponnesi lateri adiacens, vrbémque habens eiusdem nominis, à Zacyntho Dardani filio, qui in ea imperauit, dicta. Plin. *lib.4.c.12.* Inter Cephaleniam & Achaiam cum oppido magnifica, tum fertilitate præcipua Zacynthus, aliquando appellata Hyrie. De hac Virg. *lib.1. Æneid.*
Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.
Zacrius, ζάγρος, Tauri montis pars, Mœdiam dirimens à Babylonia. Autor Strabo *lib.11. cap.15.*
¶Zacynthus, *Zante*, maris Ionij Insula, & vrbs eiusdem nominis in eâ, paret Venetis, habetque Episcopum Corcyrensi A. suffraganeum.
Zadura, vide *Zedoaria.*
Zagabria, seu Sagabria, *Zagrabia*, V.E. Sclauoniæ, sub A. Coloniensi. Sedes huc translata est ex vrbe Sisciâ.¶
Zaleucus, ζάλευκος, nomen fuit legislatoris Locrensium, qui quum in adulteros hanc pœnam statuisset, vt in adulterio deprehensi vtroque orbarentur oculo: oblatq filio, multísque testibus adulterij conuicto, quum neque paternum animum posse exuere, neque solus pœnæ, quam in alios statuerat, immunis esse vellet, sibi primùm vnum oculum, quamuis plurimùm reclamante plebe, & filij crimen patris virtute condonante, deinde & filio alterum iussit erui. Autor Valerius *lib.6. cap.5.* Vnde Zaleuci lex prouerbialiter dicitur de rigido & seuero mandato.
Zama, ζάμα, Africæ vrbs fuit, apud quam Africanus maior Annibalem insigni clade affecit. Vide apud Liu. *lib.10. bell. Pun.2.*
Zamia, æ: id est, damnum, detrimentum, noxa, mulcta: Græca vox est, quam tamen ciuitate Romana donauit Plaut. *in Aul. sc.4.a.1. vers.9.*—diues pauperi Vbi manum iniicit benignè, ibi onerat aliquam Zamiam (hypallage est) pro ibi diues pauperem onerat aliquâ Zamia, id est, damno, quod Græcè ζημία appellatur, & Doricè ζαμία.
Zamolxis, ζάμολξις, vnicus Getarum Deus, ad quem proficisci existimabant eos qui è vita decederent. Nonnunquam etiam sorte ex viuis aliquot delegebant, quos de rebus suis Zamolxidi nuntios mitterent, quos post mandata quæ illi nuntiata cupiebant, in sublime iactatos, gladiis excipiebant: atque ita interfectos recta ad Zamolxin proficisci credebant. Zamolxin autem quidam Pythagoræ seruum fuisse existimant, qui quòd Getas ad cultiorem vitam reduxisset, ab iis habitus est pro numine. Vide Herodotum *histor. lib.4.*
¶Zamora, *Zamora*, ad Durium fl. V.E. Hispaniæ, sub A. Compostellano.
Zanæ,

¶Zanæ, adunationes. Gl.vet.
Zanca, calceamenti genus. Gloss.Isid.¶
Zanclē, ζάγκλη, Siciliæ vrbs in penitissimo Pelori sinu, postea à Messeniis instauratoribus μεσσήνη, hoc est, Messana appellata. Zanclus autem priùs à situs obliquitate dicebatur, quòd falcis in modum curuata esset. Vide Strabonem *lib.6.* ¶ Ipsa etiam Sicilia Zancle dici inuenitur à Saturni falce, quam poëtæ fabulantur in Siciliam decidisse. Quam fabulam inde ortam putat Macrobius, quòd in primis frugum fertilis sit. Saturnus autem primus putatur in Italia frugum vsum inuenisse. Ouid. 15.*Met.*

———Zancle quoque iuncta fuisse
Italiæ legitur, donec confinia pontus
Abstulit, & media tellurem reppulit vnda.

Zanclæus, a, um, ζαγκλαῖος, vt Zanclæa arena, Ouid.13.*Met.* Charybdis Zanclæa, idem 4.*Fast.& Eleg.*3. *lib.*5. *Trist.*
Zanclēs, ζάγκλης. Senex quidam Samothracenus, cui post annum vitæ quartum & centesimum dentes renatos fuisse tradit Plin.*lib.*11.*c.*37.
¶Zancula, ζάγκλη falx.
Zanga, vide *Tsanga.*¶
Zapauortene, ζαπαυορτηνή, Asiæ regio à Caspiis versùs ortum sita: cuius descriptionem vide apud Plin.*lib.6. cap.16.*
¶Zaphran, crocus. vox Arab.
Zappa, ligo, vox Italica; ex GERM. Schüppe. Vide *Sappa.*¶
Zariaspa, orum, ζαρίασπα, τὰ, Indiæ vrbs, quam alio nomine Bactra appellant. Autores Plin.*lib.6. cap.15.* & Strabo *lib.* 17.
¶Zarpath, vide *Hispania.*
Zauæ, rutæ, loricæ. Gloss.vet.¶

Z E

Zēa, {ζεία. GALL. *Espeautre.* ITAL. *Spelda.* HISP. *Espelta.* GERM. Spelt oder auch Dinckel. ANGL. *A kind of graine.*} Genus frumenti, simile farri quod vulgo Spelta dicitur. Duo eius genera tradit Dioscorides *lib.2.cap.80.* alterum simplex, & vnius tantùm grani: alterum quod dicoccon, hoc est, gemini & duplicis grani appellant, duobus vtriculis coniunctum semen habens. Plin.*lib.18.cap.8.* Qui zea vtuntur, non habent far. Est & hæc Italiæ in Campania maximè, seménque appellatur. Hoc habet nomen præclara res, vt mox docebimus, propter quam Homerus ζείδωρος ἄρουρα dixit. Plura de zea vide apud Gal. *lib.1. de Aliment. facultate.*
Zedoaria, radix nascens apud Sinenses vltra Indias, facie gingiberis, sed odoratior & amariuscula, Aristolochiæ similis; tum longa, tum rotunda.
Zēlā, ζῆλα. Oppidum fuit Thraciæ in Cœnica regione, in eo loco sita, vbi postea extructa fuit Flauiopolis. Autor Plin.*lib.4.cap.11.* ¶ Zela altera fuit in Cappadocia non procul à Megalopoli, à qua vicinus ager Zeleticus appellatur. Plin.*lib.6. cap.3.* & Strabo *lib.12.*
Zelīā, siue zelea, ζέλεια, Troadis oppidum, ad radicem Idæ montis, spectans ad Hellespontum. Autores Plin.*lib.8. cap.32.* & Strab.*lib.12.*
Zelo, as, aui, atum, & Zelor, aris, atus sum, deponens: sæpè in Latinis bibliis veteris interpretis.
Zēlus, {קנאה *kineáh.* ζῆλος. ANGL. *Enuie, zele, loue.*} Modò inuidiam, modò studium, modò amorem, modò æmulationem significat: quo fit vt ab aliis alio modo definiatur. Quidam tristitiam esse aiunt ob alterius bona, quæ quis sibi adesse cuperet. Alij διάχυσιν τῆς ψυχῆς ἐπὶ τῷ καλῷ τῶν παραδειγμάτων ὁρῶσης.
¶Zelicura, mulier celans virum. Tertull.¶
Zelotes, ζηλωτής verbale à ζηλῶ; quòd more Latino fuerit zelator.
Zēlŏtypīā, {קנאה *kineáh.* ζηλοτυπία. GALL. *Ialousie.* ITAL. *Gelosia.* GERM. Eyfferige liebe/eyferung. HISP. *El zelo ò inuidia.* ANGL. *Gelosie.*} Ægritudo animi ex eo proueniens quòd quis timeat ne adsit alteri quod cum nemine velit habere commune. Cic.4.*Tuscul.* Obtrectatio autem est ea quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo quòd alter quoque patiatur eo, quod ille ipse concupiuerit. Antonius *Ciceroni inter epistolas ad Attic. lib.* 10. Iudicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra, quæ magis à zelotypia mea quàm ab iniuria tua nata est.
Zēlŏtypus, i, {קנא *kanná* (vel) *kanno.* ζηλότυπος. GALL. *Ialoux.* ITAL. *Geloso.* GERM. Ein eyferer. HISP. *Zeloso.* ANGL. *That is gelous.*} Suspiciosus in amore, quémque id solicitum habet ne quis eo perfruatur quod ipse amat, quasi dicas formæ æmulatorem. Nam ζῆλος æmulationem, & τύπος formam significat. Iuuenal.*Satyr.6.*

———quas in digitis fronte solebat
Promere zelotypo iuuenis prælatus Iarba.

Zenicetus, ζηνίκετος: insignis piratæ nomen, qui occupato Olympo Asiæ monte, Lyciam, Pamphyliam, & Pisidiam assiduis excursionibus quum infestaret, multáque loca munita in potestatem suam redegisset, tandem Publ. Seruilij, qui postea Isauricus dictus est, arma in se concitauit: à quo quum montem præter omnem expectationem captum videret, seipsum cum tota domo concremauit. Autor Strab.*lib.14.*
¶Zenith, vertex loci, punctum in cœlo, quod directè imminet vertici capitis humani: cui oppositum punctum, quod per diametrum in alteram cœli partem intelligitur excurrere, *Nadir.* Ambæ voces sunt Arabicæ. Sed primæ orthographia est *Semith.*¶
Zēno, ζήνων, Philosophus ex Cyrto Cypri ciuitate, Stoicorum sectæ conditor, tanto in honore apud Athenienses habitus, vt apud eum claues vrbis deponerent, ornarentque ipsum aurea corona & statua ærea. Hic adolescenti cuidam inepta multa loquenti, Ideo, inquit, duas habemus aures, os autem vnum, vt scilicet multa audiamus, pauca verò loquamur. Decessit nonagesimo ætatis suæ anno, sine morbo. Nam (vt ferunt) quum abiret ex schola, lapidem offendens digitum perfregit: manu verò terram feriens, illud ait ex Niobe, Venio, quid me vocas? Et continuò se strangulans interiit. Cic.*in Oratore*, Zeno quidem ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. Nam quum compresserat digitos, pugnúmque fecerat, Dialecticam aiebat eiusmodi esse: quum autem diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. ¶ Zenone temperantior. In insigniter temperantem. Testatur Laërtius *in Zenonis vita*, philosophum hunc, tum in victu, tum in voluptatibus venereis vsque adeò patientem ac parcum fuisse, vt crudis duntaxat vesceretur, ac pallio prætenui tegeretur. Vnde & Philemon in comœdia eum taxat, quòd cum pane obsonij loco caricis vteretur, aquam vini loco biberet, ac discipulos esuriem doceret. ¶ Zenonium est & lentem coquere. Athen.*lib.4.* Zenon enim docebat, sapientem omnia rectè facere, nec referre quid agat: sed in minimis pariter ac maximis sapientem esse sui similem. Ex quo consequitur ad lenticulam coquendam opus esse sapientia Zenonis. Vnde quidem irridens eum talia differentem obiecit: Igitur & lenticulam rectè coquet. Zenon annuit, & collectionem approbauit. Seriò licebit vti, quum dicemus esse boni viri etiam in rebus minutissimis sui similem esse: aut egregium artificem, in quacunque materia declarare qualis sit artifex. ¶ Fuit & alius Zeno Eleates, quem Dialecticæ inuentorem scribit fuisse Aristoteles. Huius celebratissima fuit in præferendis cruciatibus patientia. Nam quum adolescentes nobilissimos cupiditate liberandæ patriæ inflammasset contra Nearchum tyrannum, facto indicio comprehensus, traditúsque est tortoribus torquendus. Quúmque laceraret, vt conscios coniurationis nominaret, neminem illorum indicauit: sed amicos, intimósque tyranni participes esse dixit. Deinde quum quippiam se in aurem loqui velle significasset, eam mordicus diremptam non ante dimisit, quàm rapta aure populatum caput reliquisset. Verùm quum iam vereretur ne toties repetitis tormentis resistere non posset, conuersus ad ciues, qui quæstioni intererant, Admiror, inquit, vestram ignauiam, ô ciues qui eorum metu quæ ego patior, tyranni iugum sustinetis, idque quum dixisset, concisam dentibus linguam in os tyranni expuit. Quo facto tanto ciuium animos libertatis desiderio incendit, vt concursu vndique facto, Nearchum lapidauerint. ¶ Fuit & alius Zeno philosophus Epicureus Ciceronis synchronos, id est, contemporaneus, quem idem Cic.*lib.1.de finib.* se eum cum Attico frequenter audiuisse testatur, Epicuri sententias explicantem.
Zenobia, ζηνοβία. Odenati vxor quæ à Ptolemæis originem ducens, Græcis ac Latinis literis ornatissima, necnon & rebus bellicis celeberima, in Palmyra Syriæ vrbe regnauit. Hæc quum Saporem Persarum regem superasset, tandem ab Aureliano Augusto victa, Romam in triumphum ducta fuit, vbi summo cum honore consenuit.
Zēnŏbĭus, ζηνόβιος, Sophista qui Adriani temporibus Romæ floruit. Scripsit epitomen Didymi & Tarrhæi libris tribus: & Salustij historiam in Græcum sermonem conuertit. Autor Suidas.
Zēnŏdōrus, ζηνόδωρος, Statuarius insignis fuit sub Nerone qui Mercurium Colossum fecit apud Aruernos cccc. pedum altitudine: deinde & Neronis colossum, qui postea dedicatus fuit numini Solis. Autor Plin.*lib.34. cap.8.*
Zēnŏdŏtus, ζηνόδοτος, Ephesius versificator, & Grammaticus, qui temporibus Ptolemæi primi floruit: à quo etiam Alexandrinæ bibliothecæ fuit præfectus, primus quoque Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Suidas. ¶ Fuit & alter Zenodotus Grammaticus Alexandrinus, qui in quædam Platonis, Homeri, & Hesiodi opera commentarios conscripsit. Vide Suidam.
Zenodotium, ζηνοδότιον, vrbs Osroene propè Nicephorium, vt ex secundo Parthicorum Arriani annotauit Stephan.
¶Zeopyron, ζειόπυρον, frumentum compositæ naturæ, ex ζέα & πυρός, i. spelta & tritico: glumis non inuoluitur, vt spelta, sed facilè in area exteritur.¶
Zĕphyrē, ζεφύρη, insula est maris mediterranei iuxta Cretam. Autor Plin. *lib.4.cap.12.* & Pompon.*lib.2.* ¶ Zephyre item, siue Zephyra, olim dicta fuit Cariæ vrbs, Mausoli sepulchro nobilitata, quæ deinde dicta Halicarnassus. Autor Strabo *lib.14.*
Zephyritis, Venus, Catullus *de Coma Beren.*

Ipsa suum Zephyritis eò famulum legarat.

Zĕphyrium, ζεφύριον, promontorium est Locrorum, à quo Locri dicti sunt Epizephyrij, quòd supra Zephyrium siti essent. Strabo *lib.6.* Locri agri promontorium offertur, quod zephyrium appellatur, portum habens ab occasu venientibus ventis commodum, qua ex causa & nomen assequitur.
Zĕphyrus, ζέφυρος. Ventus flans ab occasu æquinoctiali, aduersùs solanum, quem Latini Fauonium appellant. {GALL. *Ouest.* ITAL. *Ponente.* GERM. Der Westwind. HISP. *Oeste.* ANGL. *The west wind.*} Dictus zephyrus quasi ζωηφόρος, vitam ferens, quia fert omnibus satis vitam. Eo enim flante germinant, exoriuntur, pullulant, vitámque recipiunt plantæ omnes. vide Gell.*cap.22.lib.2.* Ouid.*Eleg.11. lib.3. Trist.*

Frigora iam zephyri minuunt, &c.

Zephyrius, adiect. vt, Zephyria oua, ὑπηνέμια ὠὰ, hoc est, sterilia, quòd vento putentur generari. Plin.*lib.10.cap.60.* Quidam & vento putant ea generari, qua de causa etiam zephyria appellantur.
Zerbis, ζέρβις, Mesopotamiæ fluuius in Tigrim cadens, vt scribit Plin. *lib.6. cap.26.*
Zerbethra, Arcades vocant vadi foramina quædam per quæ Erasinus fluuius è lacu Scymphalo erumpit in Argiuam terram. Autor Strabo *lib.* 8.
Zeros, gemma similis iridi, alba ac nigra macula distinguente crystallum. Plin.*lib.37.cap.9.*
Zerynthum, ζήρυνθον: antrum est in Thracia, non procul à zona vrbe & Hebro fluuio, Hecates numini sacrum, vt est autor Lycophron: vnde & canes in eo immolabantur. Suidas Veneri sacrum fuisse existimat, cámque inde zerinthiam dictam. Vide Cæl.Rhodig.*lib.8. cap.23.*
Zeta, & zetecula dim. apud Plin.*in Epist.* Est locus capax vnius lecti cùm sellis duabus, qui velis obductis & reductis, modò adiicitur cubiculo, modò aufertur. Nomen inde deductum, quoniam tribus è partibus fenestras, & prospectus habeat, atque solem multipliciter accipiat, quasi ἀπὸ τοῦ ζεῖν, quod est feruere. Nam & Heliocaminus in ipsa zeta ponitur, hoc est, vaporarium quoddam solare, non ad ignis vsum, sed ad Solis, veluti id quod Vulgò *Luminare* dicitur, & in Paduana Gallia *Lucerium.* Vel ἀπὸ τοῦ ζῆν, quod in ea commodissimè viuatur (vt quam delicias, & amores suos vocet Cæcilius) sicut à conuersatione, victúque dieta. De Heliocamino Vlpianus de seruitutibus vrbanis, Si arbor (inquit) heliocamino, vel solario solem adimat, dicendum erit, quia vmbram facit in loco cui Sol fuit necessarius, contra seruitutem impositam fieri. De zeta Lampridius, Indicos odores Heliogabalus ad vaporandas

xandas zetas sine carbonibus iubebat incendi. De zetecula Plin. Mox zetecula refugit quasi in cubiculum.

‖Zetarius. Paulus *recept. sent. lib. 3. tit. 6.* Vestiarij & zetarij & aquarij. Ibi Cuiacius: Qui hîc *Zetarij*, illic (*D. de instruct. vel instrum. leg.*) diætarij appellantur, ex quo apparet, zetam & diætam idem valere, sicut *zabolum* (quâ voce vtuntur sæpe Cyprianus, Hilarius, Ambrosius, Paulinus) & *diabolum*, item *Zacyntum*, & *Diacyntum*, *Zaconum* & *diaconum*.‖

Zētēs, Ζήτης, fuit filius Boreæ ex Orithyia, & frater Calais. Hi duo fratres ex Argonautarum numero fuerunt: & quoniam alati fuisse feruntur, ad pellendas Harpyias missi sunt, teste Seruio.

Zēthūs, Ζῆθος, Iouis ex Antiopa filius, & frater Amphionis: cui adiutor fuit in condendis Thebis. De quo Cic. *lib. 2. de Orat.* Miror cur philosophiæ sicut Zetus ille Pacuuianus, propè bellum indixeris. Horat. 1. *Epistol.* 17.

Gratia sic fratrum geminorum Amphionis atque
Zethi dissiluit.

‖Zeugāre, par, copula. L. g. b.‖

Zeugitana regio: Ζευγιτανή. Eadem quæ & Africa propriè dicta. Autor Plin. *lib. 5. cap. 4.*

Zeūgītæ, Ζευγῖται Calami aucupatorij, in Orchomenio lacu post annuam inundationem nascentes. Autor Plin. *lib. 6. c. 36.* ¶ Zeugitæ etiam dicebantur tertij census homines in Republica Solonis, ab equis iugalibus dicti, qui metra colebant ducenta, & quoties necessitas vrgebat, minas decem tribuni nomine conferebant. Vide Cæl. Rhodig. *lib. 25. c. 18.*

‖Zeugla, ζεύγλη, lignum propendens à iugo. ζεῦγος iugum. ζευγλόδεσμοι lorum iugi.‖

Zeugmă, tis, neutri generis, ζεῦγμα, Latinè connexio, siue adiunctio dici potest. Est autem figura dictionis, quum plures sensus vno connectuntur verbo, quod tribus modis fit: aut præposito verbo, ad quod reliqua respiciant: vt, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia: aut verbo postposito: vt, Neque is es Catilina, vt te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit. Aut in medio sensuum posito verbo: vt,

Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi,
Qui tripodas Clarij lauros, qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omnia pennæ, Æneid. 3.

Zeūgmă, vrbs insignis ad Euphratem fluuium. LXXXII. M. passuum à Samosatis Comagenæ ciuitate distans. Autor Plin. *lib. 5. c. 24.*

Zeus, i, piscis præstantissimi genus in Oceano Atlantico, & circa Gades, inter omnes qui eo in mari capiuntur, bonitatis palmam obtinens, Gaditani alio nomine fabrum appellant, à colore, opinor, fulgineo, quo fabri plerunque nigricant. Plin. *lib. 9. c. 18.* Est hæc natura, vt alij alibi pisces principatum obtineant: coracinus in Ægypto, Zeus idem faber appellatus, Gadibus: circa Ebusum salpa. Col. *lib. 8. cap. 16.* Vt Atlantica faber, qui & in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus adnumeratur: eúmque prisca consuetudine zeum appellamus.

Zeūxis, ζεῦξις. Clarissimus pictor Heracleotes fuit, qui in certamen picturæ cum Parrhasio descendit, vuásque tanto successu pictas in scenam detulit, vt ad eas aues aduolarent. Parrhasius autem linteum attulit pictum, ita veritate repræsentata, vt Zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam: intellectóque errore, concederet palmam ingenuo pudore: quoniam ipse aues fefellisset: Parrhasius autem se artificem. Fertur hic pinxisse puerum vuas ferentem, ad quas quum aduolassent aues, iratus est mira ingenuitate operi suo, & dixit, Vuas melius pinxi quàm puerum. Nam si hunc consummassem, aues timere debuerant. Pinxit & Helenæ simulacrum, quod deinde Romam translatum fuit, & in Philippi porticibus collocatum. Hæc ex Plin. *lib. 35. cap. 10.*

Zeūxō, Ζευξώ, Nympha marina Oceani & Tethyos filia. Hesiod. *in Theog.*
Ζευξώ τε, Κλυτίη τε, Ἰδυῖά τε, Πασιθόη τε.

Z I

Zibethum, odoramentum, musco assimile odore.

Ziela, Ζῆλα, Cappadociæ oppidum, teste Steph. à Ziela Nicomedis filio conditum.

Zigere, Ζιγέρα, oppidum Scytharum Arolerum in ea parte Thraciæ, quæ Istri ostiis incumbit. Autor Plin. *lib. 4. c. 11.*

‖Zigeuni, orti à zogaris, qui circa Caucasum.‖

Zīgnys, ydis, Ζιγνὸς, Lacerta minor, quam & chalcida vocat Arist. *de natura animalium.*

Zilis, Ζίλις, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ, regum olim ditioni exemptum, & è Bætica iura petere iussum. Autor Plin. *lib. 1. c. 1.*

Zimiris, Ζίμιρις, Regio Æthiopiæ arenosa, in qua magnetes optimi inueniuntur. Plin. *lib. 36. c. 16.*

Zingi, Ζίγγοι, Mœotidis paludis accolæ supra Cimmerium Bosphorum. Plin. *lib. 6. cap. 7.*

Zīngĭbēr, eris, mascul. gen. {ζιγγίβερι. Diosc. GALL. *Gingembre.* ITAL. *Gengeuero.* GERM. Jmber. HISP. *Gengibre.* ANGL. *Ginger.*} Genus est aromatis, paruas habens radices, albescentes, odoratas, sapore piperis. Nascitur in Troglodytica & Arabica. Vide apud Diosc. *lib. 2. c. 149.*

Zipoëtium, Ζιποίτιον, Bithyniæ oppidum, à Zipœto rege ita appellatum. ¶ Gentile Zipœtius, Ζιποιτηνός. Steph.

‖Zipora, vinacea. L. g. b.‖

Zirinia, Ζιρινία, Thraciæ oppidum, vt ex *lib. 3. Philipp. Theopompi* annotauit Steph. ¶ Gentile Ziriniates, Ζιρινιάτης.

Zizama, Ζίζαμα, oppidum Garamantum, vnum ex iis quæ à Cornelio Balbo in Romanorum ditionem sunt redacta. Autor Plin. *lib. 5. c. 5.*

Zīzānĭă, æ, & Zizanium, ij. קצח *kétsach* ראש vel רוש *rosch.* ζιζάνιον. GAL. *Yuraye.* ITAL. *Gioglio.* GERM. Lülch/vnkraut so vnderm weytzen wachset. HISP. *Vallico.* ANGL. *Cockle among corne.*} Vitium tritici, hordeíque nimia loci vligine corrupti, iugibúsve pluuiis diluti, quod Latino vocabulo Lolium appellatur. Galli, quòd caput tentet, vertigines generet, & vini modo inebriet, *yuraye* appellant. Effigiem habet hordeo haud dissimilem, sed folium angustius, pinguius, & hispidius, semen exilius in cortice aculeato, florem autem subpurpureum Diosc. *lib. 2. c. 27.* αἶρα appellat. ‖ ¶ In Extrauaganti *super cathedram* §. *ab elim. de sepultur.* μιξοφελκῶς primam Adæ declinationem significat, vt *ibidem* dicit glossemator, qui eam pro scandalo accipi scribit. Prat. ¶ In sacris lit-teris quidam zizania interpretantur sectas & hæreses: atque inde colligunt, non esse potestatis ciuilis, hæreticos suppliciis adficere.‖

Zizĭphūs, ζίζυφον, genus arboris, nouissimis Augusti temporibus ex Africa in Italiam translatum: fructum fert, quem neutro genere ziziphum appellamus, baccis similiorem quàm malis. Officinæ *Iuiubas* vocant. Plin. *lib. 35. c. 14.* Æquè peregrina sunt zizipha & tuberes, quæ ipsa non pridem venêre in Italiam: hæc ex Africa, illa ex Syria.

Z M

Zmilaces, ζμιλάκης, gemma est in Euphrate nascens, Proconneso marmori similis, medio colore glauco. Autor Plin. *lib. 37. c. 10.*

Zmīlūs, Ζμῖλος, Nobilis architecti nomen, qui vnà cum Rholo, & Theodoro Labyrinthum Lemnium extruxit centum quadraginta columnis insignem. Autor Plin. *lib. 35. c. 13.*

Z O

Zoara, Ζώαρα, vrbs Persidis, cuius incolæ dicuntur zoaratæ, ζωαρᾶται. ¶ Est item Zoara, Palæstinæ locus, quò Lot tempore Sodomiticæ calamitatis confugit. ¶ A quo fit gentile Zoarenus, Ζωαρηνός.

Zobidæ, Ζωβίδαι, populi Carmaniæ finitimi: vt annotauit Steph. *ex Quadrati rerum Parthicarum lib. 2.*

Zobola, mustela Scythica, mus Sarmaticus Alciato.

Zōdĭăcūs, {ζωδιακός. GALL. *Zodiaque.* ITAL. & HISP. *Zodiaco.* GERM. Der Thier kreiß. ANGL. *The zodiach circle.*} Circulus est in sphæra, qui alio nomine obliquus dicitur, duodecim continens signa: ex vna parte Tropicum Cancri, ex altera Capricorni comprehendens, ac medium intersecans Æquatorem: à quo vicissim & ipse secatur circa principia Arietis & Libræ. Porrò quum cæteri omnes circuli sine latitudine & profunditate esse intelligantur, veluti quædam lineæ, huic tamen latitudo graduum sedecim tribuitur: quam quidem latitudinem mediam diuidit linea Ecliptica vtrinque gradus octo latitudinis relinquens. Dicitur autem Zodiacus ἀπὸ τῶν ζώων, hoc est, à figura animalium, quæ in eo imaginantur, vt sunt Aries, Taurus, &c.

‖Zoe, vita. Tertull.‖

Zōēlæ, per tres syllabas, Ζοῆλαι, Asturiæ populi in Hispania citeriore, Persicis, & Cyris finitimi. Autor Plin. *lib. 4. c. 3.* Apud hos præstantissimum lini genus nascebatur, & splendidissimum, idque natura torrentis, in quo poliebatur: vt testatur idem Plin. *lib. 19. c. 1.*

Zōīlūs, Ζωΐλος, Sophista fuit Amphipolites, Ptolemæi temporibus hoc vno facinore nobilitatus, quòd Homerum poëtarum omnium principem libris aduersùs eum scriptis ausus sit reprehendere: vnde & ὁμηρομάστιγ cognomen accepit. Quæ scripta Ptolemæo obtulit, ingens videlicet præmium ab eo sperans. Verùm quum nihil daretur, penuria coactus, submisit qui peterent. Ibi Ptolemæus mirari se ait, quum Homerus tot annos defunctus, tot hominum millia pasceret, Zoïlum egere Homero multò doctiorem. De mortis eius genere diuersi diuersa sentiunt. Alij parricidij conuictum iussu regis cruci suffixum volunt: alij quum in Græciam rediisset, de Scironiis saxis fuisse præcipitatum. ¶ Ab huius autem moribus sumptum est, vt homines liuidi & ex alieni ingenij obtrectatione laudem aucupantes Zoili dicerentur. Ouid. *lib. 1. de remed. amor.*

Ingenium magni liuor detrectat Homeri,
Quisquis es ex illo Zoile nomen habes.

Vide Adagia Erasmi.

ZŌNĂ, æ, {אזור *ezór* חגור *chaghór* חגורה *chaghoráh* מזח *mézach.* ζώνη. GALL. *Ceinture.* ITAL. *Cinta, cintura, corregia.* GERM. Ein gürtel/gurt. HISP. *La cinta.* ANGL. *A girdle.*} Cingulum quo cingimur. Plaut. *Curc. sc. 1. a. 2.* Nunc iam quasi zona liene cinctus ambulo. Mart. *lib. 14.*

Longa satis nunc sum: dulci sed pondere venter
Si tumeat, fiam tum tibi zona breuis.

Ouid. 2. *Fast.*

Dat teretem zonam, qua modò cincta fuit.

Horat. 1. *Carm. Ode* 30.

Gratiæ zonis properéntque Nymphæ, Mercuriúsque.

Catul. *Epigr.* 2.

Quod zonam soluit diu ligatam.

C. Gracchus apud Gell. *lib. 15. c. 12.* Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. ¶ Zonam perdidit, prouerbialiter dicitur in eum, qui omni pecunia destitutus est, tractum à militibus, qui quicquid habent, in zona circunferunt. Horat. 2. *Epist. lib. 2.*

Ibit eò quò vis, qui zonam perdidit.

Plaut. *in Pœnulo*, —tu qui zonam non habes, Quid in hanc venisti vrbem, aut quidnam quæris? In quibus eiusdem Plauti verbis duplex est allusio & ad vestem Pœnorum more discinctam, & ad pecuniam quæ in zona gestatur, citra quam in vrbe sumptuosa non sat commodè vuitur. ¶ Zonæ item dicuntur circuli quidam lati, cælum terrámque veluti cingula quædam ambientes. Sunt autem numero quinque: ex quibus media quæ inter Tropicos est, nimio calore parum apta creditur habitationi: duæ verò extremæ sub Arctico & Antarctico circulis sitæ, nimio frigore horrent: vnde & ipsæ habitationi parum sunt idoneæ. Reliquæ autem duæ, vt quæ medium inter torridam & gelidam situm obtinent, temperatæ sunt, & humanæ vitæ accommodatissimæ. Virg. 1. *Georg.*

Quinque tenent cœlum zonæ: quarum vna corusco
Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni:
Quam circum extremæ dextra læuáque trahuntur
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris
Has inter, mediámque, duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuûm, & via secta per ambas
Obliquus qua se signorum verteret ordo.

Ouid. 1. *Metam.*

Vtque duæ dextra cœlum, totidémque sinistra
Parte secant zonæ, quinta est ardentior illis:
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura dei, totidémque plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu:
Nix tegit alta duas: totidem inter vtranque locauit,
Temperiémque dedit mista cum frigore flamma.

Zonarum periphrasis apud Tibull. *lib. 4.*

Et

Et quinque in partes totus describitur orbis.

¶ Zona etiam dicitur à Scribonio Largo herpetis genus quod corpus ambit ac cingit, quod & Græcè ζωςὴρ dicitur. Vide *cap.62.* & Nicolaum Myrepsum *in 122.compos.propomatum*, vbi ab eo ignis sacer ζωςὴρ appellatur. ¶ Est item Zona Stephano, Ciconum vrbs in Thracia, non procul ab Hebro fluuio, & Zeryntho antro, in quo Hecatæ canes immolabantur, de quo plura suprà in dictione *Zerynthon.*

Zōnārĭūs, substantiuum, qui zonas facit. {ζωνοπλόκος. GALL. *Ceinturier.* ITAL. *Cinturaro.* GERM. Ein gürtler. HISP. *El que haze cintas.* ANGL. *A girdler, that maketh girgles.*} Cic. *pro Flacc.* Quò Mithridates, qui multitudinem illam non autoritate, sed sagina tenebat, se velle dixit id sutores & zonarij conclamarunt.

Zōnārĭūs, a, um, quod ad zonam pertinet: vt, Sector zonarius, qui zonam seu loculos incîdit, quem crumenisecam appellare possumus. {βαλαντιοτόμος. GALL. *Coupeur de bourses, coupebourses.* ITAL. *Taglia borse.* GERM. Gürtelabschneider/seckelabschneider. HISP. *El ladron, corta bolsas.* ANGL. *Perteining a girdle.*} Plaut. *in Trin.* mira sunt, ni illic homo est aut dormitator, aut sector zonarius.

Zōnātim, aduerbium antiquis vsitatum, per gyrum. Lucil. *lib.6.* zonatim circum impluuium cameram is cludebat. Ex Nonio.

Zōnŭlă, æ, parua zona. {ζωνίδιον. GALL. *Petite ceinture.* ITAL. *Cintura picciola.* GERM. Ein gürtelin. HISP. *Pequeña cinta.* ANGL. *A litle girdle.*} Catull. *in Epithal.*

Tibi virgine, zonulam soluunt sinus.

Zōnītĭs, idis, ζωνίτης, Cadmiæ species est, lineas quasdam latiusculas zonarum instar discurrentes habens: vnde & nomen accepit. Eadem & Placodes, πλακώδης dicitur, quasi crustaceam dicas. Autor Dioscor. *lib.5.cap.40.*

Zōŏnychŏn, ζωόνυχον. Herba eadem cum leontopodio: apud Dioscor. *lib.4.cap.132.*

Zoōphthālmŏs, ζωόφθαλμος, herba in tectis & suggrundiis nascens, quæ notiore nomine Semperuiuum maius appellatur. ἀείζωον τὸ μέγα. Folium habet carnosum & subrotundum, oculi animalis similitudinem referens: vnde & nomen accepit. Vide Plinium *lib.25.cap.13.* & Dioscor. *lib.4.cap.91.*

Zōŏphytă, ζωόφυτα, dicuntur, teste Budæo, quæ mediam naturam inter plantas & animalia habent: vt sunt ostrea, spongiæ quæ neque stirpes neque animalia dicere possis, sed medium quiddam inter vtrunque. Nam sensu prædita esse manifestum est, quum tamen motu careant progressiuo. Nos (inquit Budæus) fortè Plantanimantes dicere possemus: vel Plantanimalia.

‖Zophodorpides, qui cum ζόφῳ δόρπον habet.

Zophorus, pars supra epistylium.‖

Zōpīssă, ζώπισσα, pix nauibus abrasa, teste Plin. *lib.16.c.12.* Quæ admista cera, & marino sale macerata, multo ad omnia est efficacior, quàm aliæ pices. Sed propriè resina ex pinu. Diosc. *lib.1.c.99.* zopissam aliqui aiunt derasam nauibus resinam cum cera, quam alij apochyma appellant. Ea dissipandi naturam habet, quoniam marino sale macerata sit. Alij ex picea resinam hoc nomine vocauerunt.

Zōpyrŏn, ζώπυρον, herba est similis serpillo, nascens in petrosis, orbiculato florum ambitu, speciem lecti pedum præbens. vnde & Clinopodion à quibusdam appellatur. Vide Plinium *lib.14.c.15.*

Zōpyrŭs, ζώπυρος, Physiognomon quidam fuit, hoc est, ex eorum genere, qui se hominum mores naturásque ex faciei lineamentis perspicere profitentur. Huic quum aliquando oblatus esset Socrates, ísque cum hominem stupidum bardúmque esse respondisset, cæteris eam vocem risu excipientibus, Non falleris (inquit Socrates) ô Zopyre: talis enim eram, nisi vitiosam naturam Philosophiæ præceptis superassem. ¶ Zopyrus præterea alius fuit, filius Megabyzi, vnus ex iis quæ occiso Pseudosmerdi, Persarum regnum è Magorum manibus vindicarunt. Hic quum Darius Babylonem vigesimum iam mensem frustrà obsideret, nasum sibi, aures, & labia amputauit, & ita ad Babylonios transfugit, multa de Darij iniuria conquerens, quem sibi immerenti ita faciem mutilasse simulabat. Receptus itaque à Babyloniis, leuibúsque aliquot præliis re satis feliciter gesta, vniuersæ vrbis dux constitutus, vrbem Dario tradidit. Quam tamen victoriam sibi nimis magno constare sæpè conquestus est, vnum sese Zopyrum integrum malle asserens, quàm viginti cupere Babylones. Autor Herodot. *lib.3.* ¶ Fuit & alius Zopyrus, qui (vt autor est Plin. *lib.34.c.12.*) sculpsit Areopagitas, & iudicium Orestis in duobus scyphis pondo duodecim æstimatis.

Zōrŏāndă, ζωροάνδα, locus est circa Taurum montem, vbi Tigris cuniculis absorptus, rursus erumpit. Vide Plin. *lib.6.c.27.*

Zōrŏāstrēs, ζωροάςρης, Bactrianorum rex, Astrologiæ & magiæ peritissimus, qui eadem, qua Ninus Assyriorum rex, ætate floruit, à quo post multa prælia vario euentu commissa, tandem debellatus esse traditur, & occisus. Hic omnium mortalium vnus, teste Plin. *lib.7.c.16.* eodem quo natus est die risisse fertur: cerebrúmque ei adeò dicitur palpitasse, vt impositam repelleret manum, futuræ præsagio sciētiæ. Primus enim artes magicas creditur inuenisse, vt autor est idem Plin. *lib.30.c.1.*

Zōrŏnysĭūs, ζωρονύσιος, gemma magica, quæ nascitur in Indo flumine. Plin. *lib.37.cap.10.*

‖Zosmata, redimicula. Cerda.‖

Zōstēr, eris, ζωςὴρ, genus ignis sacri, medium hominem ambientis, & enecantis si cinxerit. Plin. *lib.26.c.11.* Ignis sacri plura sunt genera: inter quæ medium hominem ambiens, qui zoster appellatur: & enecat si cinxerit. ¶ Zoster item Atticæ promontorium est, non procul ab Anaphlysto, quàm longissimè in mare excurrens, teste Strab. *lib.9.*

‖Ζωτόφορα dicuntur, quæ mediam naturam inter sensibilia & vegetabilia, habent: vt ostrea, spongiæ, & similia inter animalia. Nos fortè, inquit Budæus, Plantanimes dicere possumus, vel Plantanimalia.

Ζωώπε petia dicuntur, animalium figuris intexta.

Zoxeni, operarij, qui in diem viuunt, παρὰ τὸ ζῆν, καὶ ξενίζειν, quod viuere significat in hospitiis: ipsi autem operarij, qui in aquæductibus laborant, Silicarij dicuntur.‖

Z V

Zūchĭs, ζοῦχις, oppidum est Africæ, non procul à Syrtibus: à quo fit gentile Zuchites, ζουχίτης. Steph.

Zuphium, ζούφιον, contract. ex ζωύφιον, animalculum.

Zūră, sordes. L.g.b. Item Aphrorum lingua semen paliuri vocatur, contra scorpiones efficacissimum. Plin. *lib.24.c.11.*

Zuza, drachma, seu denarius: in argento pars octaua daleri Ioachimici; in auro vnus Vngaricus.

Z Y

Zygæna, ζύγαινα, nomen piscis, apud Aristot. *de animalibus.* ‖Massiliæ *Peis ionziou*: Romæ *Ciambetta*, alibi *pesce martello*, vel *balestra*: ab Hispanis *Peis limo, limada, & toilando.* Piscis ferus est Galeorum generis, cetaceus, absque squamis: cuius caput mallei instar, in cuius extremis ex aduerso oculi. Os in supina parte magnum, dentium triplici ordine munitum.‖

Zygantes, ζύγαντες, populi sunt Aphricæ mediterraneæ, simiis ferè victitantes, quorum magna copia apud ipsos gignitur. Plura de iis scribit Herodot. *lib.4.* Horum ciuitas ζύγαντις, commemoratur à Steph.

Zygĭă, ζυγία, à Græcis appellatur aceris arboris genus, rubens, fissili ligno, cortice liuido & scabro: Latinè Caprinum vocamus. Dicta zygia, quòd ex ea materia fiant iuga iumentis, quæ apud Græcos Zyga vocantur. Vide Plin. *lib.16.c.15.* ¶ Zygia item Iunonis cognomentum est, apud Pindarum, eò quòd nuptiis præsidere putabatur: vnde & γαμηλίαν vocant Græci. Latini etiam Pronubam. Virg. *4.Æneid.*

——prima & Tellus & pronuba Iuno Dant signum.

Eôdem spectat & illud eodem libro, Iunoni in primis, cui vincla iugalia curæ.

Zygĭs, ζυγὶς, Serpyllum syluestre, non serpens humi, quemadmodum hortense, sed in altitudinem increscens, ramulos edens tenues, surculosos, foliis refertos longioribus quàm rutæ, & durioribus, & angustioribus: flores autem gignit iniucundè olente, & gustu acres. Autor Diosc. *lib.7.cap.37.* Vide *Zingi.*

Zygītæ, ζυγῖται, ex remigibus dicebantur, qui medio sedebant loco. Nam qui summi erant, Thrauitæ dicebantur: qui verò infimi, Thalamij. Dicti Zygitæ, ἀπὸ τῶν ζυγῶν, quo nomine inter cætera transtra & sedilia in nauibus vocantur, quæ & Latini iuga appellant. Virg. *5.Æneid.*

Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant Deturbat.

Vide Cæl. Rhodig. *lib.16.c.10.*

‖Zygocephala, iumentorum capita iugo illigata.‖

Zygŏpŏlĭs, ζυγόπολις, Ponti vrbs in confinio Cappadociæ, non procul à Trapezunte. Autor Strab. *lib.12.*

Zygŏstătæ, ζυγοςάται, ponderum examini præfecti, quorum officium est prospicere, ne qua in ponderibus fraus committatur: vt annotauit Alciatus *in legem 2. Digest. Si certum petatur.*

Zygostaticus, a, um, ζυγοςατικὸς, ή, όν, ad zygostatem pertinens.

Zyme, ζύμη, fermentum è ζέω ferueo. Hinc

Zymītēs, {חמץ *chaméts.* ζυμίτης,} Panis fermentatus: ἀπὸ τῆς ζύμης, qua voce Græci fermentum appellant. Huic opponitur Azymus, ἄζυμος, id est, panis fermenti expers.

Zythum, neutr. gen. vel Zythus masc. {ζῦθος. GALL. *Certain breuage fait de blé, ou autre grain comme de la biere.* ITAL. *Acqua d'orso.* GERM. Bier. HISP. *La cerueza de ceuada.* ANGL. *Beere.*} Potus ex hordeo aqua resoluto confectus, acris gustu, & vini in morem inebrians. Hoc Ægyptij vini loco vtebantur (vnde Peleusiacus potus à Poëta inuenitur appellatus) sicut Hispani simili factitij potus genere, quam celiam, vel ceriam appellabant. Plin. *lib.22.c.vlt.* Et frugum quidem hæc sunt in vsu medico. Ex iisdem fiunt & potus, zythum in Ægypto, celia & ceria in Hispania, ceruisia & plura genera in Gallia, aliisque prouinciis: quorum omnium spuma cutem fœminarum in facie nutrit.

‖Zyzania, vide *Zizania.*‖

F I N I S.

CALEPINI

CALEPINI SVPPLEMENTVM

EX GLOSSIS ISIDORI,

*COMPLECTENS DICTIONES ILLAS,
quæ peculiarem habent difficultatem, quæque pertinere possunt
ad alia inuestiganda.*

ADORNATVM

A R. P.

IOANNE LVDOVICO DE LA CERDA,
SOCIETATIS IESV,

Accitis doctissimorum hominum NOTIS, quæ extant
in ISIDORI gratiam.



CALEPINI SVPPLEMENTVM.

A B



Basa infima dòmus quaſi ſine vaſe. Lege infima domus, non *infirma*, & ſic legendum.

Ablegmina partes extorum, quæ protegmina dicuntur. Sunt partes, quæ diis porriciebantur, quæ propterea dicebantur proliciæ, & proſecta. tanquam ſeparata quædam à reliqua viſceratione. Id enim eſt ablegere, imitatione Græcorum, qui dicunt ἀπολέγειν. Ergo Ablegmina ἀπολέγματα. apud Plautum, Ablectas ædes, in Moſtellaria. Neque enim mendum eſt, quod putant doctiſſimi viri: ablectæ ædes ἐξειλεγμέναι. & quaſi eſſent pro derelictis. Ergo in Feſto legendum eſt: *Ablegmina partes extorum, quæ dijs immolabant*, cùm hodie legatur: *Albegmina.* Tertullianus elegantiſſimè ablegmina circumlocutus eſt, cùm dixit: *Non dico quales ſitis in ſacrificando, cum enecta, & tabidoſa quæque mactatis: cum de opimis, & integris ſuperuacua quæque truncatis, capitula, & vngulas: quæ domi pueris, vel canibus quoque deſtinaſſetis.*

Aborris, ſcanduloſus. Lege *Abborris.*

Abrigeum, ſplendor auri. fortè *Obriſum.* Iſidorus, *Obriſum aurum* dictum eſt quod obradiet ſplendore.

A C

Accepta, genus nauis. fortè *Acatus.* Scribe, *Acceptor genus auis.* eſt enim *acceptor* is, quem *accipitrem* vocamus. Infrà, *Pipiunculus, Accipiter, acceptor.*

Acinari, tricari, in paruo morari. fortè *Aginari.* Feſtus, *agina eſt, qua inſeritur ſcapus trutinæ. id eſt, in quo foramine trutina ſe vertit. Vnde aginatores dicuntur, qui paruo lucro mouentur.*

Aculus miniſterialis domus regiæ. Fortè, *acolathus.* eſt qui probet *Aulicus*, eſt qui *Agulus*, ab agendo videlicet.

A D

Adaſia, ouis maior natu. Feſtus: *Adaſia, Ouis vetula recentis partus.*

Adoptarius, puer ex adoptato natus. Feſtus: *Adoptatitius ex adoptato filio natus.* Vtra lectio præſtet, in dubio eſt, ac perinde patet *adoptarium* exhiberi poſſe vt verum, in margine Feſti eſt *adoptiuus.*

Adrumauit, rumorem attulit. Næuius vſurpauit frequentatiuum: *Simitu alius aliunde rumitant inter ſe.* Eſt rumare θηλάζειν, vt de agnis dicebant veteres, quos propterea ſubrumos vocabant. Significat etiam, vt ait Feſtus, *Adrumauit, rumorem fecit, ſiue commurmuratus eſt. quod verbum quidam à rumine, id eſt, parte gutturis putant deduci.*

Adtaminat, vſurpat. Adtaminare vult eſſe Iſidorus, vſurpando minuere, abuti ac vſura deterere.

Æ

Æmidus, tumidus, inflatus, Feſtus: *Æmidum tumidum.* Gloſſar. ἄμιδος, πεφυσημένος. abſque dubio, παρὰ τὸ ἄμμα.

Æquilotium, æquario. Feſtus: *Æquilauium ſignificat ex toto dimidium. dictum à lauatione lanæ, quæ dicitur æquilauio redire, cum dimidium decidit ſordibus.*

A F

Affoſtrata, reditus. Lege *Apoſtrapha*: in Gloſſario Latino Græco ἀποστρομασμὸς dicitur.

A G

Agaron, miniſter officialis. fortè *agaſo.*

Agiæ, Glandolæ. Scribendum *Angina, Glandulæ.*

Aginantes, explicantes. Aginatores dicuntur qui paruo lucro mouentur. Gloſſarium Camberonenſe MS. *Aginator, negotiator*; dictus ab agina. Agina enim dicitur illud foramen in quo ſcapus truntinæ inſeritur, & in quo trutina ſe vertit. Inde aginator dicitur, qui paruo lucro mouetur. Idem: *Aginare, explicare, agitare, fugare, dictum ab agina. quod eſt ſcapus trutinæ. quæ ideo ſic vocatur quod ea menſura ponderis agatur.* Et quia, &c. mutuas ſibi operas præſtant, hinc in Gloſſis Iſidori: *Acinari, tricari, in paruo morari.*

Agones, victimæ. Agonia, hoſtia. Feſtus: *Agonias, hoſtias putabant ab agendo dictas.* Gloſſarium: *Agonia, ἱερεῖον.* non aglonia, vt nunc legitur. item *agonalia & agonaria, θυσία.*

A L

Albanæ, nuces priſtinæ. Fortè, *Preneſtina.* Albanæ autem dictæ fortaſſis quòd L. Vitellius, cùm Legatus in Syria eſſet, in Albanum rus, vt & coctana & carycas (auctore Plinio *lib. 15. cap. 19.*) tranſtulerit. eſt qui corrigat, *Auellana, nuces preneſtina.*

Alibi igitur. Lege, *alibi legitur.*

Alliger, Gallus. Quaſi ad Ligerim habitans.

Allutes, & allutia loca cœnoſa. Lege, *Alluuies, & alluuia.* ſic infrà, *Alluuium ruiuariparium ex aqua.* & iterum infrà, *adlluuijs, locis cœnoſis.*

A M

Amaſco, amare cupio. In Feſto itaque lege: *Amaſco ab amore denominatum.* Vulgò legitur *amatio.*

Ambro, deuorator, conſumtor patrimoniorum, decoctor, luxurioſus, profuſus. Feſtus: *Ambrones fuerunt gens quædam Gallica, qui ſubita inundatione maris, cum amiſiſſent ſedes ſuas, rapinis, & prædationibus ſe ſuoſque alere cœperunt. eos, & Cimbros, Teutonoſque C. Marius deleuit. ex quo tractum eſt, vt turpis vitæ homines Ambrones dicerentur.* Mitto quod Ambronibus dicit, aliter narrari ab Strabone.

Ambus, malcus. Emendo, *Ancus, mancus.*

Amfariam, per amborum partes. Lege *Ambifariam.*

Ambribalum, birrum villoſum. Chronicon Lauriſhamenſe,

Et ſunt immenſis induti calceamentis,
Amphibalis longis vtentes & ſpatioſis.

Sulpitius in vita S. Martini. *Nec mora Sanctus paupere non vidente, intra amphibalum ſibi tunicam latenter eduxit, pauperémque contectum diſcedere iubet.* Deinde iterum: *Diaconus verò nihil intelligens, quia extrinſecus indutum amphibalo veſte, nudum interius non videbat, poſtremo pauperem non comparare cauſatur.* Apud Greg. Turon. *Amphibolum* ſcribitur, de Glor. Confeſſ. lib. 2. c. 59. Vel lege *Amfimallum.* Sulpitius Seuerus Dialog. 2. *Amphimallum tunicam latenter eduxit.* & infrà: *Indutum Amphimallo.* Pro *birrum* verò, legerim *vtrinque.* Nam ἀμφίμαλλον, eſt vtrinque villoſum: ad differentiam τοῦ ἑτερομάλλου, id eſt, ex altera tantùm parte villoſi. & Birrum poſtea interpretantur hæ ipſæ Gloſſæ *Rufum*, quod non eſt interpretatio Amphimalli. tu vide, & elige correctionem quàm malis. ego primæ hæreo.

A N

Anceniſcus, incaſtrare. Lege *Incaſtratura.*

Anciæ, concinni dependentes propè auriculas.

Anctare, conſtringere. fortè, *Arctare.*

Angario, Cogo. Chryſologus ſerm. 38. *Angariare hominem ſuis actibus occupatum.* demum id tritum eſt.

Angia, ferrum buculæ ſcuti. Iterum ancile, ſcuti buccula. Eſt fibula ex Gallico *Boucle.*

Angræ, interualla arborum, vel conualles. Sic legendum, & confirmatur Gloſſario alio, in quo eſt: *Ancra*, ἄγκεα, αὐλῶνες. Etenim eſt cognatio inter has litteras C, & G. Itaque videtur emendandus Feſtus cum inquit: *Antras, conualles, vel arborum interualla.* Et fortaſſe ſcribendum *Ancea*, aut *Angea*, cum in Græco ſit ἄγκεα.

Animæquus, patiens animo. Feſtus: *Amicitia vocabulum ab amore deducitur: quamuis interdum vituperandus ſit amor. ab antiquis autem ameci, & ameca, per E, litterarum efferebantur.* Et ſanè amicus compoſitum eſt, Amæquus, vel, vt ipſi ſcribebant, Amecus. eodem modo dictum, quo Animecus, pro Animæquus. Gloſſarium: *Animecum*, ἰσόψυχον.

Antes, extremi ordines vineatum. Sidonius libro 8. epiſt. 8. *Quouſque pondus ligonis obtuſi nec perfoſſis antibus ponis?* vox trita eſt ex Virgilio.

Antigrapheus, cancellarius. In Nouella 10. Cancellarius diſtinguitur à notariis, & dignior eſt illis. Hi in apertione teſtamentorum, quæ apud Quæſtorem aperiebantur, colligebant, & exhibebant teſtes, & hæredes ab inteſtato & legatarios alióſque omnes qui quacunque de cauſſa adeſſe debebant. Vnum igitur ſolidum primo cancellario dari iubet illa Nouella, & duobus notariis vnum pro aperiendo teſtamento. in legibus quoque Longobardorum cancellarij ſeparantur à notariis. libro ſecundo tit. 40. *Volumus vt nullus cancellarius pro vllo iudicio aut ſcripto aliquid amplius accipere audeat niſi dimidiam libram argenti de maioribus ſcriptis: de minoribus autem infra dimidiam libram* & paullò pòſt: *Notarij autem hoc iurare debent, quòd nullum ſcriptum falſum faciant. cancellarius eſt ἀντιγραφεὺς, notarius γραμματεύς.*

A P

Apicire, ligare. Apicitus, ligatus. Quid ſi *allicire*, ſiue *alliciare, allicitus*, ſiue *alliciatus*, ligatus à licio, μίτου. non placet. Simpliciſſima emendatio eſt. *aptare, ligare. aptatus, ligatus.*

Apochryſiàrius, miniſter Romanæ Eccleſiæ. Maſchi cap. 88. *Habes Thomam apocriſiarium cœnobij.* & cap. 145. alium quendam *apocriſiarium* Gennadij Patriarchæ Conſtantinopolitani: vnde colligitur Apocriſarios curaſſe negotia Eccleſiarum & cœnobiorum. Gloſſarium MS. Camberonenſe: *Apocriſiarius, ſecretarius.* Papias vocabuliſta: *Apochryſarius, theſaurarius, vel legatus.* Iuſtinianus Nouella 6. Διὰ τὸ τὰ πράγματα πραττόντων ἐκκλησιῶν, τῶν ἁγιωτάτων οὓς ἀποκρισιαρίους καλοῦσι: *Apocriſiarij vocantur, qui ſanctiſſimarum Eccleſiarum negotia curant.*

Occurrit passim apud scriptores posterioris ætatis. Et videlicet Apocrisiarius ὁ ἐπὶ τῶν ἀποκρισμάτων, *à responsis*. Quod apud Georgium Patriarcham Alexandrinum in vita S. Chrysostomi est ἀποκρισιάριος, Godefridus Tilmannus vertit, *Secretarius*.

Appia, æstiua, cadens, temperata. fortasse *aprica, æstiua, calens, temperata*.

Applare, cochlear. Ausonius epist. 20.

Iam patinas implebo meas, vt parcior ille
Maiorum mensis applaria succus inundet.

Et videtur syncopa, cùm dixerit Anastasius in vita Sergij: *Posuit in absida basilicæ suprascriptæ super sedem apallaream argenteam*. Itaque ille qui legit *apalare cochlear*, videtur falsus, vt etiam in Ausonio, cum aplare propriè dictum sit per contractionem. Illa autem *argentea apalaria* Anastasij est *patina*, quam nos dicimus *patenam*.

A R

Ariæ, mortuorum puluinaria. Scribendum *Arcæ*. Infrà *puluinaria*, *Arcæ mortuorum*.

Arilator, Cocio, μεταβολεύς. Festus: *Arilator qui etiam cocio appellatur, dictus videtur è voce Græca, quæ est, ἆρε, id est, tolle. quia sequitur merces; ex quibus quid eadens lucelli possit tollere. lucellum diminutiuum est à lucro.* Sunt qui dicant scribendum *Arrilator*. Non enim ab ara, sed ab arra dictus. est enim qui empturiens data arra postulat sibi credi. Vnde à cunctando cunctio, seu cuctio dictus, nam veteres cuctum, quod postea cunctum. *Coctiones dici videntur à cunctatione, quod in emendis, vendendisque mercibus tarde perueniant ad iusti precij finem. Itaque apud antiquos prima syllaba per V, litterarum scribebatur*, hæc, inquam, Festus. Itaque rectè ait, à veteribus per V, cuctio scribebatur. Quia Coiux, quod postea coniux. vt tractus, pro traiectus, de quo in Appendice in Varronem. quia dicebant Coicio, & coiectus. Leberius in Necromantia:

Duas vxores? hercle hoc plus negotij
Est, inquis: Cocio sex ædiles viderat.

Vbi Cocio, non coctio scribitur, vt sæpe aliàs, vt in Glossario, *Cocio*, μεταβολος. Et aliud Glossarium: *Cociatria*, μεταβλητική, Scaliger mauult *cociatrina*, vt meditrina. Itaque malè Agellius reprehendit Laberium, quod dixerit Cocionem.

Armilaus scapulare Monachorum. An scribendum? *analauus*, siue *analabus*. An *armilausus*, quod magis probat Meursius. Vtcunque sit, accipit ependytem, quod Athanasius in vita S. Antonij intelligit. Isidorus Orig. lib. 19. cap. 22. *Armelausa vulgo dicta, quod ante & retro diuisa atque aperta est: in armos tantùm clausa, quasi armiclausa, c, littera ablata.*

Armillum, crater, vas vinarium. Apuleius, *Anus ad armillum*.

Artemo, instrumentum arietis. fortè, *ratis*.

Artiplicem, duplicem dolosum. Lege *Alterplicem*. vt infrà, *Biplicitas, Alterplicitas*.

A S

Aspita, ruina. Vita Ioannis Eleemosynarij capite 51. *Vno hinc & altero hinc aspirantibus*. Ita MSS. vbi editi, *assistentibus*. Ita & Glossarium MS. Camberonense. videndum tamen num pro ruina legendum sit *veruina*. Certè *spitum* dicitur veru. Glossarium Camberon. *Assium, veru, id est, spitum*.

Astarium vbi venduntur bona proscriptorum. Lege *Hastarium*, quia hastæ subiecta.

Astraba, tabellæ in qua pedes requiescunt. Intellexit scalas idoneas sustinendis pedibus. tabellas enim illas vel scalas ferreas scandendis equis astrabas dixerunt.

A T

Atamulum, genus vasis. Lege *Atanuuium*, & vide Glossarium Latino-Græcum.

Attubernalis, vicinus. Festus: *Adtubernalis, habitator continuæ tabernæ. quod genus domicilij antiquissimum Romanis fuisse testimonio sunt exteræ gentes, quæ adhuc tabulatis habitant ædificijs. vnde etiam tecta castrensia, quamuis pellibus contegantur, tabernacula tamen dicuntur.*

A V

Aunicula, auctio minor supra fundum. Lege *Auctiuncula*.

Aureax, eques solitarius. Festo placet aurigam esse, sic enim scribit: *Aureax, auriga: aurea enim dicebatur frenum, quod ad aures equorum religabatur, orea quo orea coërcebantur.* Auream equum singularem appellarunt, vel equitem singulatorem.

B A

Baburrus, stultus. Glossæ Latinæ: *baburrus, stultus, ineptus*. in Glossario vetere: *Baburra*, ἄφρων, ἀνόητος, μάταιος. Est & *reburrus*, qui significat eum, qui capillos non habet, & est caluus.

Baccapulus, in quo mortui deferuntur. Lege *Baccal, Capulus*.

Baccarium, vas aquarium. Est quod alibi Isidorus: *Baccario, vrceoli genus*. Festus: *Baccar, vas vinarium, simile bacrioni*. Quod in margine est, *baccioni*, vel *batrioni*. Pergit idem Festus: *Bacrionem dicebant genus vasis longioris manubrij. Hoc alij trullam appellant*. In margine est, *baccionem*, vel *batrionem*. Itaque idem est, *bacar, bacarium, bacario, bacrio*.

Baen, est lamina auri, &c. fortè *Barra*. Ita enim etiam hodie Hispanis vocatur lamina, vel Massa, & discus.

Barbasterili, duribuccius. fortasse, *Nudibuccius*. tametsi *Duribuccius*, alludit ad illud prouerbium Hispanorum, *Poca barba, poca verguença*.

Barbustinus, homo qui habet barbam plenam prorisinis. Lege *pruriginis*, vel potius, *porriginis*, hoc est, furfurum. Gloss. Græcol. πίτυρα, furfures, & πίτυρον, ἡ ἐν τῇ κεφαλῇ ῥυπαρία, Porrigium.

Barcanda, conca, ærea, Ænea concha.

Basterna, tecta manualis. Lege testa. atque ita etiam fortasse lin. 45. Bortanea. tametsi aliàs legitur Abortanea. Corrigunt aliqui: *Basterna lectica manualis*. sed quomodo *manualis*? Ipse iterum Orig. lib. 20. c. 12. *Basterna, vehiculum itineris, quasi via sterna: mollibus stramentis est posita, à duobus animalibus deportatur.* Ergo ab animalibus *manalis* legendum est, quasi dicat *mannalis*, vt animalia illa sint *mannus*. est qui *basterna* legat *Nasiterna*. vide Festum.

Batis, genus oleris. Glossarium: *Batis* εἶδος ἀγρίας βοτάνης. Festus: *Batus, genus herbæ*. Legendum, *batis*.

B E

Bellicerpa, &c. Lege *Bellicrepa*, saltatio.

Bestemiæ, Troiæ. Aliàs Bestæ, maiæ, Troiæ.

B I

Biblex, duplex. Lege *Bilex*, vel *Bilix*.

Bibliothecarius, qui codices secat. Lege, *seruat*.

Bidellium, aqua ex vesicis de vlmo confecta. Lege, *Viscis*, &c.

Bigera, vestis gusa, vel villata. Lege *Bigerra, vestis grossa*. Sulpitius Seuerus Dial. 1. cap. 1. *A proximis tabernis Bigerricam vestem, breuémque atque hispidam quinque comparatam argenteis rapit*. Fortunatus lib. 3. cap. 1. de sancto Martino:

Induitur sanctus hirsuta Bigerrica palla.

Glossarium vetus MS. *Bigerra, vestis grussa, id est, vellata*. Indigenæ vulgò *marlotas* vocant ex Græco, id est, villosas vestes, vel hirtas vellere. Paullinus:

Nigrantes ne casas & tecta mapalia culmo,
Dignaque pellitis habitas deserta Bigerris?

Billa, iumentum Asinus. rectum est, *Vehilla*.

Biluus, morbus bestiarum. Lege *Bellutus moribus bestiarum*.

Birrus, rufus. Inde vestis genus. Honorius serm. de S. Brixio. *Prunas ardentes circa ciuitatem in birro suo portans ante sepulcrum S. Martini deposuit*: Gregorius lib. 7. epist. 5. ad Ianuarium. *Imaginem illic genetricis Dei, Dominique nostri, & venerandam crucem, vel birrum album, qua, de fonte surgens, indutus fuerat, apposuisset*. Martianus Capella de nupt. Philolog. lib. 4. *Et birrus, & tunica nomen vestis habent, & diffinitionem possunt accipere*.

B L

Blax, stultus, vnde blaterari. Festus *in blitum & debraterare*. Sidonius lib. 1. epist. 8. *Et ista hæc mihi Cesenatis furni potius quàm oppidi verma deblateras?*

Blenones, puditihircorius. Lege *Putidi, hircosi*.

Blinni, tetri. Lege, Blenni.

B O

Bolonæ ipsi cetarij, qui diuersa genera piscium emunt. fortè, *Balænæ*.

Borda, claua. Quid sit *Borda* difficile est, existimo esse instrumentum ad flagellandum, vtique idem quod mastix. hinc βουρδουλίζειν, pro μαστίζειν, & φραγελλοῦν.

Bortanea tecte manualis. fortè *portanea testa, manualis*. quod manu portetur.

Bouinatores, inconstantes. Festus: *Bouinatur, conuitiatur*. Vocabulista: *Bouinator, conuiciator, inconstans*. Iterum: *Bouinari, conuitiari, damnare, clamare*.

B R

Brancia, vel Branzia, tenuis auri lamina, fortè *Bractea*.

Britannica, flos qui in sinua nascitur. Lege f.q.i. *silua* nascitur.

Broia, vulua marina. Lege βοῦον.

Bromosa, Immunda. Bromiosa fortè, ita dicta mulier ebriosa, omnia permingens.

Brumosus, annosus, resinosus, item, brumalia, resinosa pluuia. item, bromosa, immunda. Zeno Veronensis Episcopus in Exhodum serm. 8. *Quis non intelligit, fratres, illud, Pascha non esse, sed bramosum latronis cruenti conuiuium?* Idem serm. in Psal. 49. *Si dijs corporalibus conuenit sacrificium corporale, vtique & spiritale Dei sacrificium est necessarium, spiritale, quod non ex sacculo, sed ex corde profertur, quod non bramosis pecudibus, sed suauissimis moribus comparatur.* Ruffinus lib. 3. num. 39. *Et cùm fœteret brumosa aqua odore non permittebat vt aliam aquam mutarent.* Palladij Lausiaca in Appendice ex veteri interprete: *Per biennium enim manus mea, vnde percussi quasi faciem eius, fœtorem & brumum sufferre non poteram.*

Brunda, solida. Lege, *Bruta, stolida*.

B V

Bucer, pecus bubulum, buceria, armenta pecuaria: Bucita pascua, Buceta pascua. Quia buceriæ, id est, boum greges depascunt. Lucanus lib. 9.

Et calidi lucem buceta Matini.

Acron. lib. 4. ode 2. pro eo quod vulgatè legitur *buxeta*, Paulus Diaconus in glossis, *buceta pascua*. Sidonius epist. 2. lib. 2. *Inter greges tinnibulatos per depasta buceta reboantes.*

Bucula, pascua. Bucinaria voces. Lege & transpone: *Bucula boues. Bacinaria*, pascua, *Buceta, pascua vbi cientur boues*.

Buda, historia. Legendum, *Buda, storea*. Sicut in Glossario Camberonensi similiter peccat, nam vbi, *Buda, historia*, legendum, *Buda, storea*. etenim in Papia est, *Buda, storea*. Pelagius libello 10. num. 76. *videns autem Ægyptius vestitum mollibus rebus, & budam de papyro, & pellem stratam sub ipso.* Glossarium Camberonense man. script. ex fide Rosvueydi: *Buda, stramentum lecti de biblo, id est, papyro.*

Bullæ, stramenta regalium camelorum. Lege *Ornamenta*.

Buuinare, sanguine inquinare mulieris menstruatæ. Lucillius, *hac te imbubinat*.

C A

Caballaris, alaris. Sunt qui hinc corrigant illud Legum: *Excepta magnitudine tua, præsumendi velocis & clabularij cursus nullus habeat potestatem*. Ita vt dicant, *caballaris cursus*. Sed reuera legendum est *clabularij*. nam Ammianus lib. 20. *Cum familijs eos ad orientem proficisci præcepit, clauularis cursus facultate permissa.*

Cadax, claudus, qui sæpe cadit. Festus, *catax, claudus*.

Cadurda, labra pudendi mulieris, vel, sponda lecti. Scribe, *Cadurca*. Vide Iuuenalis Scholia ad illud sextæ:

——violato pœna cadurco.

& ad illud septimæ:

Institor hibernæ tegetis niueique cadurci.

Cæruleus, bestia marina. Lege, *Cærulcus*.

Caiæ. Hæc vox non est in Glossis nostris, erit in alijs. est vetus verbum, quæ fustem, aut clauam, aut baculum significat. Vnde caiare pro verberare dicebant veteres. Fulgentius in libro de continentia Virgiliana: *In septimo verò Caieta sepulta nutrice, id est, magistriani timoris proiecta grauedine: vnde Caieta dicta est, quasi coactrix ætatis: nam & apud antiquos caiatio dicebatur puerilis cædes. vnde Plautus in comœdia Cistellaria ait:*

Quid

Quid tu amicam times ne te manulea caiet?

Caiare igitur est verberare & cædare, vnde puerilem verberationem *caiationem* olim dicebant, à *caia* scilicet, quæ fustem significat, non *puerilem* tantùm *cadem*, sed cuiusuis denotat.

Calces gallicæ militum. Lege, *Calpes galea militum.*

Caldicum, foris deambulatorium. quod & petiuulum. Lege *Chalcidicum.*

Caliges, Gallicæ militum. Legendum *caliga*. Idem Isidorus: *Clauati quasi clauiati, eo quòd minutis clauis sola caligis vinciantur.* Sunt qui dicant olim dictam *caliges, caligis*, quod difficile credo.

Calio, decipio. Fortè, *Caluio.*

Callicularium, medium æstatis, vel hiemis. fortè *Canicularium, Creagras trudentes*: fortè *truadentes*. nam truas etiam dentatas fere veruta habebant, quibus carnes indutas extrahebant ollis. Ergo à κρέας, & ἄγρη.

Callorus, malitiosus. Aliàs, *Callosus.*

Calones, galeari militum. Glossarium: *Calo*, δοῦλος δημόσιος. Festus: *Calones militum serui, dicti quia ligneas clauas gerebant, quæ Græci κᾶλα vocant. Is quoque qui huiusmodi telo vtitur, clauator appellatur.*

Calutor, minister sacrorum. Lege *Calator.*

Cana fides, antiqua senectus. Ibidem Sidonius,

I nunc, & veteris profer praconia Tulli
Ætas cana patrum, quod pulchro hortamine mendax
Occuluit refugi nutantia fœdera MetI.

Vide me in sextum Æneidos.

Cancellat, concidit, battuit. Cancellat apud Iurisconsultos est inducit. Cancellatum enim instrumentum vel testamentum vocant, quod inductum est, & multis decussatim tractis lineis conscribillatum. *cancellare* idem quod inducere. significat etiam concerpere, & concidere instrumentum scissuris in decussem ex calpello factis.

Canifer, senex. Lege *Casnar*, nisi mauis *Caniger.*

Cantumniæ, citanæ. Lege, *Latomia, Cisterna.*

Capite census, coronam qui in capite gerit. Callithrix simul producta barba. Delendum illud, *capite census*, & legendum *Callithrix coronam qui in capite gerit, simul producta barba.*

Capite census, taxatio possessionum. S. Hilarius, aduersùs Constantium. *Censum capitum remittis, quem Christus ne scandalo esset exsoluit.* In hanc sententiam singularis est Artemidorus lib. 1. cap. 18. & 37. quem vide. & Cuiacium ad l. vlt. C. de ann. & tribut. Neque verò hoc loco *capita* sunt pabula iumentorum.

Carissa, lena vetus, & litigiosa. Festus: *Carissam apud Lucilium vafram significat.*

Carrio, diuido. Quid si *Cambio.*

Casona, acus, qua mulier caput scalpit. Legendum proculdubio, *Cnason*. Festus: *Cnasonas, acus, quibus mulieres scalpunt caput.* Nam duplex est acus ornatricum: altera qua scalpunt caput, quæ discerniculum dicitur. altera, quam crines figunt, & sustinent, quam Græci περόνην καὶ σύρμγγα vocant. Latini etiam aliquando fistulam. Est autem Cnason Tarentinæ linguæ. Nam Tarentinorum proprium est simplicia verba per paragogen producere. vt ab ἄγω ἀγάζω, vnde agaso. Sic à κνάω κνάζω, vnde Cnason.

Casorum, vetustum. fortè *casnar*. Festus: *Casnar, senex Oscorum lingua.* Lege *Cascum*. Alij aliter.

Caspes, galeæ militum. imò, Armillæ.

Castiferum, qui flagrat portam. fortè Cistifer, κισοφόρος, qui cistellam portat.

Castipulum, mensa quadrata. Aliàs *Cartibulum.*

Castorinum, Vebrinum. Lege *fabrinum. fiber, Castor.*

Catadocta, multorum cantica. fortè, *Catalecta.*

Catamaiti, Ergastulum. fortè *Latomia*, vel *Catonum*, vt infrà.

Catax, claudus, coxus. In veteribus Græcorum Glossis: *Coxus*, χωλός. Festus: *Catax, claudus.* Hispaniæ hodie retinent nomen, claudum enim hodie vocant *Coxo*, & *Coxquear* claudicare dicunt.

Catomam, ergastulum. Lege *Catomum*. Laberius apud Agellium lib. 16. cap. 7. *Tollet bona fide vos orcus nudas in Catomum.*

Catricula, fucus. Lege *Craticula focus.*

Cautos, sacerdos. fortè, *Cantor.*

Cautumnæ, citanæ. Lege *Cautumia, cidina*, vel *cadina*. Item, *Cidina, cautumia. Cautumias* vocat ergastula, vbi cautes, siue cotes exscindebant damnati. *Cidina*, vel *Cadina* à *Cædendo*. Sic infrà, *Cionnes*, puerorum amatores, itidem à cædendo.

C E

Cecuma, noctua. Festus: *Cicuma, auis noctua*. in margine est *cucuma*. Itaque *Cecuma, Cicuma, Cucuma*, eadem est auis, & vtra præstet lectio exquirendum. Rosueydus etiam in notis ad Paullinum agnoscit hanc vocem.

Censitores, agrimensores. Hesychius enim censitorem explicat Geometram. Vetus inscriptio, quam profert Meursius in Glossario Græcobarbaro: Q. HED. L. F. POL. RVF. LOLLIANO. GENTIANO. AVGRI. COS. PROCOS. ASIÆ. CENSITORI. PROV. LVGD.

Cernuare, præcipitare. κρημνίζειν.

C H

Choraula, ioculatius. Ioculatium dixit verbo illius seculi, qui & idem cum *ioculator*. Sic autem vocant Græci recentiores, tubicines, cymbalistas, & omnes id genus artifices, quos etiam hodiéque iocatores vocamus. ita igitur vocare potuit Isidorus choraulam, tibicinem qui ad chorum canebat. potuit nihilominus & ioculatium appellare, qui ad tibiam saltat, & gesticulatur. Choraules dicitur qui ad tibias saltat. Petronius Satyrico,

Manu puer loquaci
Ægyptius choraules.

Propertius ita describit Nanum choraulam:

Nanus & ipse suos breuiter contractus in artus,
Iactabat truncas ad caua buxa manus.

Iactare manus ad caua buxa, nihil aliud est, quàm saltare ad tibiam.

Choreis, ballacionibus. Benedictus Lebita lib. 6. cap. 193. *Illas verò ballationes, & saltationes, cantitaque turpia & luxuriosa, & illa lusa diabolica non faciat.* Michaël Scotus Physiogn. c. 6. *In hoc loco sua sedis facilè cadit, siue per saltum, siue per ballum.* Glossæ Græco-Latinæ, βαλλίζω, *salto.*

C I

Ciccum mali granati membrana. Fest. *Ciccum membrana tenuis malorum punicorum.* Videndus Varro.

Cina, Cocumula. Aliàs, *Cama, Cucumula.*

Circiliones, falsi anachoretæ. Qui & *Circumcelliones.*

Circulator, qui fumar. fortè, qui *fumos vendit.*

Citix, pirata. Legendum, *Cilix.*

Ciuicat, ciuem facit. fortè, *Ciuitat.*

C L

Clamnum, Clarissimum. fortè scriptum erat, *Clar.*[mum], id est, Clarissimum.

Clanculare, subacellare. Lege, *Subaxillare.*

Clanculare, occultare, palliare, subacellare. Vulcanius vult, *subaxillare*. Quidam *subacellare* pro in cellas condere. Legendum *subaciare*, hoc est, sub aciam, id est, alam condere. suprà, *acia, ala.*

Clauosum, inæquale. fortè, *Cliuosum*, aliqui *clauosum* relinquunt. nam quidquid clauis suffixum est, asperum est, & non leue, & inæquale.

Clingit, eludit. fortè, *Cludit.*

Cloës pluuia vel nauigium. Amicus noster, *Ploëis*. plus.

Clypei vbi imagines proponuntur. Trebellius Pollio in vita Claudij, sic ait: *Illi clypeus aureus, vel, vt Grammatici loquuntur, clypeum aureum, senatus totius iudicio in Romana curia collocatum est, vt etiam nunc videtur, expressa thorace vultus eius. vt etiam nunc videtur*, id est, *quemadmodum etiam nunc videtur.*

C O

Cohibiles, coniuncti, concordes. Compositio ex *cum* trita est. Inde Tacitus *conspernari*. Liuius *coequitare*. Tertullianus lib. 4. aduersùs Marcionem *coodibiles*. Ioan cap. 4. *coutuntur.*

Colitor, dominus fandi. Lege *fundi.*

Collianorum, publicanorum. Vide an *Collybariorum.*

Collybum, cermation. Glossæ: κέρμα, *as*. Itaque sicut auro & argento vtuntur scriptores pro aureis & argenteis nummis, ita *are* pro æreis nummis & pecunia minutiola. Itaque collybum vsurpant pro moneta, & cermation quod est idem.

Colymbus, locus vbi vestes mundantur. Latini colymbum pro piscina, vel natatione. Prudentius de fonte:

Nunc pretiosa ruit per marmora, lubricátque cliuum,
Donec virenti fluctuet colymbo.

Ita vocat aquæ conceptelam. Lampridius in Heliogabalo:

Marina aqua colymbos exhibuit.

vbi *colymbus* est natatio, vt etiam in Græcis κόλυμβος.

Comites, socij. Græci συνέκδημοι.

Comoda, hostiaria. Corrigo, *Comoda ostiaria*. Interpretatur ostiariam, quia nimium ostiatim corrogabatur. *Commoda* autem dicebatur, pro *Commodatio*: qualia sunt *Abscissa, Resona, Deducta*, & talia. *Comoda*, id est, *Commoda*: corrupta scribendi ratione, quæ tunc obtinebat. Sic apud Vestium Valentem Florid. lib. 1. *Capturas ex aquis, itemque à reginis aut regum familiaribus comoda.* Et in Historia Australi, quæ res gestas complectitur Rudolphi, Adolphi, Albertíque, Cæsarum, ab anno 1276. vsque ad 1303. *Circumquaque extra partes ciuitatis receperunt se cum equis suis, in cubiculis & stabulis & cameris, in stupis, de commodijs suis hominibus eiectis.* Ne ergo miraberis in Isidoro *Comoda* scribi.

Compotrix, conuiuola, coëbriosa. Sidonius lib. 2. epistola 9. *Sed cum vel pauxillulum bibere desiisset assectarum meorum famulorumque turba compotrix, quorum eerebris hospitales cratera nimium immersa dominabantur, vicina fonti aut fluuio raptim scrobs fodiebatur, in quam fortè cum cumulus lapidum ambustus demitteretur, antro in hemispherij formam corylis flexibilibus intexto, fossa inardescens operiebatur, sic tamen vt superiectis Cilicum velis patentia interualla virgarum, lumine excluso tenebrarentur, vaporem repulsura salientem, qui vnde feruentis aspergine flammatis silicibus excuditur.* Apuleius libro 2. *compotores vino madidi rursum cachinum integrant.* Nonius: *Combibones compotores.* Sic Festus dixit ex Lucillio: *Tapullam rident legem concenaopimi.*

Conaculum, superiora. Donatus Adelphis actu 3. scena 3. *Veteres ganeum meretricum tabernam dixerunt*, ἀπὸ τῆς γᾶς, τοῦτ' ἐστὶ τῆς γῆς, *quod ipsa sit in terra, non vt cœnacula superius.*

Concipit, saporem habet. Tertullianus de Pudicitia: *Fermentum modicum totam desipit conspersionem.* Festus, *Adsipere & præsipere dicebant antiqui à sapiendo, sicut nos quoque modò dicimus ab aquo iniquum: à quærendo inquirere.*

Confrages. Festus: *Conflages loca dicuntur, in qua vndique confluunt venti.* Idem est propter cognationem litterarum F, cum R. vt *sufflamen, suffra-men. Fraxtabula, Flaxtabula.*

Confragmentum, simul rugosum vt mons fortè *ruposum*, vel *composum.*

Coniecit iaculum, argumentauit. Lege *Amentauit.*

Coniuoli, concordes, iuncti. Alij legunt: *Cobibuli, concordes, coniuncti.* Vtrique astipulator Glossarij auctor, qui cohiuum, & coniuum interpretatur κάλυκα ῥόδου μεμυκότα. Vt videatur iam antiquitus in dubium hoc reuocatum, vtrùm coniuum, an cohiuum dicendum esset. Glossæ veteres manuscriptæ: *Conibuli, concordes, iuncti*. eædem: *Coniuga, conibulus, comparticeps.* Inde à conieuo conibulus, vt à cohibeo cohibus. Inde Glossæ interpretantur *cohiuum* rosæ calycem, qui adhuc coit, necdum apertus est.

C R

Crematum Collybum. fortè, *cermatium.*

C V

Culina, latrina, secessum. Festus: *Culina, vocatur locus, in quo epula in funere comburuntur.* Significat & culina τὸν ἀφεδρῶνα. Glossarium *conclauis, & culina*, ἀφεδρὼν & ὀπτάνιον. Petronius: *Qui inter hac nutriuntur, non magis sapere possunt, quàm bene olere, qui in culina habitant.*

Cumerus, vrbanus. Vide an Camerus, Curbatus.

Cuppes, fastidiosus, cupidus. Glossarium, *cupidus*, κνιπός. Legit Scaliger, *cupedius*. κνιπὸς est verè, quem fastidiosum vocari nouimus, qui non multa, vt voratores, sed electilia edit, neque facilè inuenit, quod ad palatum faciat.

Curcilla, oppilago. Alibi contrà, *oppilago, curcilla.* Forsitan legendum *furcilla*, sic enim est in Gloss.
Curio, sanguis. fortè *Cruor.*
Curustus, magnus. fortè Grossus, vel crassus.

D A

DAnus, fœnerator. Lege, *Danista.*

D E

Decurio, Occupatio. Fortassis, *Optio.*
Demundinat, omnibus notum facit. Lege *denundinat.* Ita Quinctilianus *περιγράφειν ducere.*
Depago, defecto, vel Trantigo. Lege, *Transigo.*
Depanare, dilacerare. Aliàs, *Depariare.* Lege *Depannare*, id est, distraendo & raptando pannis & vestibus exuere.
Deplicare, decedere, deuitare. fortè *Decidere, Delirare*, vt apud Varronem *lirare labias.* Legebat quidam, *Declinare.* Sed nihil mutandum. *Deplicare*, per plicas verbo hybrido, hoc est, anbages & anfractus decedere.
Destricare, consummare. Sic infrà, *Distrigare, consummare.* Legendum vtrobique *destrigare*, Destrigant equi quando finem faciunt stallandi, hoc est, vrinam mittendi, vt apud Suetonium *Desaltare*, & Terentium *Deludere.*
Detectus agitur modo, id est, probatio fit tironum. Lege *Delectus.*
Dextralia, brachialia. Vbi dextralia sunt dextrocheria. Arculpl. is tamen de locis sacris brachialia & dextrocheria, vt diuersa posuit, cuius hæc verba sunt, is enim scriptor nondum est editus: *Ornata virgu ferreis, pendentes, brachialia, dextroceria, murenæ, monilia, anuli, capitulares, cingella, irata, baltei, corona, imperium ex auro, vel gemmis, & ornamenta plurima.*

D I

Dialapis constitutum Imperatorum. Lege *διάληψις.*
Diaria, quotidianaria salaria. Lege *quotidiana.*
Dictatorius, Exdictatore. *Exdictator* legendum.
Diffitiscit, dissoluitur. Nihil mutandum, pro *diffatiscit.*
Dinidor, malus odor. Lege *Denidor.*
Discipulati, edocti. *μαθητευθέντες.*
Disgres, Segregus. *ἀπηγελῶν.*
Dispeccatis, decoratis. Lege *Dispescatis.*
Dissultores, Singulares. Lege *Desultores.*
Distario, Occupatio. fortè vt suprà *Decurio, Optio.* vel Distractio, occupatio.
Diuibiæ, Vigiliæ. Lege, *Decubiæ.*
Diuus Imperator, qui post mortem Dei nomen accepit. In nummis veteribus, *Diua Faustina.* Suetonius lib. de Illustribus Grammaticis, ex Aurelio Opilio, diuas musas dixit. Apud Arnobium lib. 5. aduer. Gent. *Ocrisiam Diuos inseruisse genitali*, lares sunt qui interpretentur. demum id scitum est ex Seruio, & aliis in Virgilium.

D O

Dolumen, delubrum, Lege *Dolamen, Dolabra.*
Dorsici, capreola. Lege, *Dorcas.*

E B

EBore, elephantino osse. Nam Latini & elephantum pro ebore, & elephantinum pro eboreo non rarò vsurpant. apud Virgilium:
———*sectóque elephanto.*
ibi Seruius: *pro ebore posuit, Græcè dixit.* item alio loco *elephantum* pro ebore dixit. sic elephantinum pro eboreo apud Martianum Capellam legas.

E C

Econes, sacerdotes rustici. leg. *Egones.*

E D

Eda, basterna. Aliàs, *Exedra.*
Editus, custos ædis. facilis emendatio *Æditus.*

E G

Egeator, hortator nauis. Lege *Ageator.* Festus, *Agea via in naui dicta, quod in ea maxima quæque res agi soleat.*

E M

Emendum, Excogitatio. Idem quod Commentum.

E N

Enica, adultera, mœcha. fortè *Ethnica.*
Enormate, cui addi minus nihil potest. Lege, *Cui addi, vel minui nihil potest.*

E P

Epimenia, Senia, &c. Lege *Xenia.*

E T

Etica, proprietas. Eticon, proprium. Aliàs, *Ectica*, & *Ecticen.*

E V

Euocati, acciti, accersiti. item, exciti, euocati. Cassiodorus epist. 34. lib. 7. *Quapropter ad Comitatum nostrum iussis te præsentibus euocamus.* Symmach. epist. 52. lib. 3. *ad obsequia auspicij Consularis D. Valentiniani euocatus.*

E X

Excellare cum vxore esse. Aliàs, *Excillare.*
Exibus, pinguedo. Aliàs *exubua.* Infrà, *Esculentia, pinguedo.*
Exilta, Erronum marinus. Lege, *Erronum manus.*
Exornis, immanis. Lege, *Exhorris*, vel potiùs *Enormis.*
Expartam, partis vacuam. Lege *partus.*
Expudoratus, impudicus. Lege *impudens.*
Extracautis, foris versos. Lege *Extraaulos.*
Extromis, extremus. Lege *Extroneus.*

F A

FAbulo, fabulas componens. Idem Fabulones, fabularum inuentores. Macrob. lib. 2. *Hæc nobis sit litterata lætitia & docta cauillatio vicem planipedis & fabulonis impudica & prætexta verba iacientis, ad pudorem ac modestiam versu imitata.* Aliqui legunt *sabulonis*, & fingunt instrumentum musicum verè *fabulonis.*
Et orthophallica attulit psalteria,
Quibus sonant in Græcia dicteria.
Qui fabularum collocant exordia:
Vt comici, cinædici, scenatici.
Falangarius, vt Vaiulus. Lege *Baiulus*, non, *vt vaiulus.*
Falcones, qui pollices pedis intra curuos habent. Festus: *Falcones dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intrò sunt curuati, à similitudine falcis.* Glossarium: Falcones, *ἀγκύλοι ποδῶν ἔσω βλέποντες.*
Famix, contusio faucis. Fortè, *ramex.*
Farnago, *πράσις.* Lege, *χράσις.*
Fascennina, clausibilis vallatio circa castra. Lege *Fascina.*
Fauitor, fautor. Plautus Amphit. *Sat habet fauitorum semper, qui rectè facit.* Iterum: *Si cui fauitores delegatos viderit, vt ab his in cauea pignus capiantur togæ.* Inde Charisij errorem aduertes, qui sic ait: *Fautor antiqui dixerunt, at fauitor nec auctoritate, nec ratione dicitur.*

F E

Fellibrem, adhuc lætum viuentem. Aliàs adhuc *lacte viuentem.*
Fellitat, fugit. Lege *sugit.*
Femellarius, feminis deditus, quem antiqui Mulierarium vocant. Ita Hispaniæ hodie *Mugeriego.*
Fertores, ferto libantes. Festus: *Fertum genus libi dictum, quod crebriùs ad sacra ferebatur, nec sine strue, altero genere libi. quæ qui adferebant, struferctarij appellabantur.*

F I

Fictura, sectura. Fortè, *fissura.*
Finctus fuerit, apicem obtinuit dignitatis, & dicitur fluminalis. Lege, *flamen dialis.* est qui legat *flaminalis.* & pro *finctus* legat *functus*, & interpretetur *emeritum.*
Fistulor, sibilo. Sibilare hoc loco est fistulare. Lamprid. de Heliogabalo: *Ipse cantauit, saltauit, ad tibias dixit, tuba cecinit, pandurizauit.* pandurizare enim est fistula canere. *Sibilus* autem dicitur propriè sonus, quem emittit fistula. Ouidius:
Et norunt omnes pastoria Sibila montes.
Vnde & *pastoritia fistula* pro sibilo Ciceroni.

F L

Flabri, fabulosi, ventosi. Lege *Fabulosi.* perfecti. Iuuen. *Sat.* 8.
Inter carnifices & flabros Sandapilarum.
Perfecti verò non sunt Flabri, sed *Fabri.*
Flammea, lancea. Aurelius Victor in Nerone sub finem veteris libri impressus *lancea* legit, vbi veteres libri habent *laurea*, lancea enim flagrauit ardenter Caio Mario & Lucio Valerio Consulibus, quibus natus est Iulius. Iulius Obsequens cap. 105. *Fax ardens Tarquinijs latè visa, subito lapsu cadens.* Salisberiensis Polit. lib. 1. cap. vltim. *Alexandri Macedonis & Octauiani Augusti sub ipso eorum ortu claritas ignis miraculo declarata est.* Lancea enim pro face & flamma vsurpatur.
Flauus, genus vestis. Lege, *latus clauus.*

F O

Folonitia, vanitas. fortasse *φιλονεικία.*
Forago, trames diuersi coloris. fortè *Farrago materies diuersi coloris.*
Forceps, fabricæ corruptæ forfices dicuntur. Lege, *Fornix, fabricæ curuatæ Fornices dicuntur.*
Forisfacio, offendo, noceo. Vide an inde ductum sit *Forfaire* Gallorum.

F V

Funus imaginarium, inane sepulchrum. *κενοτάφιον.*
Furfuraculum, tenebræ. Lege, *Foraculum, terebea*, vel *furfuraculum, terebra.* quia scilicet terebra furfures extrahuntur.
Futo, *ἐλέγχω.* Festus: *Futare, arguere est. vnde & confutare.*

G A

GAlbares, mortuorum condita corpora. Suprà Gabares & caluares. Lege, *Gabbara.*
Galeros, Calamancos. Lege, *Camelaucos*, vel *Calamaucos.* Beda de Tabernac. lib. 3. cap. 8. *Super caput autem gestat pileum in modum paruuli calamamauci, siue cassidis. quod extenditur supra summitatem capitis.* legendum, *calamauci.*
Gaunatrices, duorum fratrum vxores. Lege *Ianitrices.*

G E

Gellonem, baucalem. *Gello*, seu *gillo.* Ruffinus lib. 3. num. 14. *Gello cum aqua, quem ad potum sibi præparauerat, vertebat se.* Mox eodem numero dicitur *gellunculus.* pro quo in Pelagio num. 24. est *suriscula.* Glossarium Latino-Græcum: *Gillo βαυκάλιον.* Item *ποδόνιπτρον, aquale gello.* Glossarium Camberonense manuscriptum: *Gillo vas fictile, id est, baucalis.* Papias: *Gelonis, baucalis, vas.* Inter catalectica veterum Poëtarum lib. 2. est carmen de mensium pictura huiusmodi:
Augustum penitus torret Phaëtontius ardor,
Quem recreat fessum gillo, facella, melo.
Vide insuper cap. 30. Hic enim rem tantùm egi Isidori.
Gemini, aquigeni. Lege, *Æquigeni.*
Geniatus, genialis, gratus. A voce *genius* verbum geniare pro decorare, vnde *degeniare* apud Cassiodorum pro dedecorare, & deuenustare. lib. 5. *Præterea commonemus vt præpositorum commoda non præsumas, nec quidquid eos potestatis habere reuerenda sanxit antiquitas, aliqua vsurpatione degenies.* ita enim legunt libri scripti, cùm vulgati habeant, *deneges* & *degeneres.* Iulius Capitolinus in Verum: *Fuit decorus corpore, vultu geniatus.* Quam lectionem aduersùs viros doctos tuetur Salmasius.
Genium est vigor, potentia, opinio, honor, vel ordinatio. Sidonius lib. 1. epist. 9. *Et genij potius quàm ingenij similitudo.* Et in carminibus, *Qui non ingenio, fors placuit genio.* Rutilius itiner. 1.
Hæc proprius nuper tutata est insula saltus,
Siue loci ingenio, seu domini genio.
Genubium, intrinum. Lege, *Genuinum, intimum.*
Gessiæ, diuitiæ. Lege, *Gaza.*
Gesum, hasta, iaculum. Varro de vita Populi Romani lib. 3. *Qui gladijs cincti sine scuto cum binis gesis essent.* Vnde in Festo, vbi legit, *gesum graue iactum*, lege, *Gesum graue iaculum.*

G L

Glaucia, viridis. Lege, *Glauca.*
Glis, glitis, humus tenax. Scribe *Glux, glutis, limus tenax.* vt apud Catonem & Ausonium.

Gottiones,

G O

Gorriones cum errore sonantes. Hispani Gorriones vocant *Passeres*, quibus gregatim volantibus aptissima est hæc explicatio.

G V

Guua, ventuosa. Fortè, *Ventricosa*.

H E

Hemosus, odium. Fortè *Heinosus*, odiosus. Vide an inde Gallicum *Haineux*.

Herenicas, antiquas. Lege *Heroicas*.

Hernia, ratio. Lege *Castratio*.

H I

Hippitare, oscitare, vadare. Festus *Hippacare* dixit: *Hippacare est celeriter animam ducere. ab equi halitu, qui est supra modum acutus*. Melior lectio videtur *hippitare*.

H O

Hormula, statua sine manibus. Lege, *Hermula*.

Hostiarium, lignum quo sextarius æquatur. Lege, *Hostorium*.

I C

Icium quasi exitus nullo remanente. Legendum, *Exitium, quasi exitus*.

I M

Immorsus, ieiunus. Immorsus hac significatione proba vox est, tametsi Lambinus in illis Horatij:

———perna magis, ac magis hillis
Flagitat immorsus refici.

Immorsum, pro Impranso, vel, vt hæ Glossæ rectiùs interpretantur, Ieiuno non reperiri in tota lingua Latina affirmet; & veterem lectionem *In morsus* mordicus retineat. pluris verò apud nos sit hæc Isidori auctoritas, vt immorsus significet ἄπαστοι, ἄγευστοι, siue νῆστι.

I N

Incæniare, stupere, cessare. Lege, *Incanare*. Deinde quia ex ieiunio delirium, *stupere*.

Inchoauit, initiauit. Glossæ veteres, ἄρχομαι, *cœpto initio*. Optatus lib. 4. *initio*. Cœlius Aurelianensis lib. 1. tardarum passionum cap. 4. *tunc sequenti die initiet*. Et acutorum morborum lib. 2. cap. 2. *ac non sponte initians loquelam*. Seruius: *Secunda est incoatiua, quæ aliquid nos initiare ostendit, vt est calesco, quod significat calere incipio*.

Incippat, includit. καγκελλωται.

Incuba, qui res alienas tenet. Legebat quidam salacissimè, *incuba quæ viro inequitat*. Vt referri possit ad nequissimam illam inequitationem propudij flagitiosissimi languentem Venerem sollicitantis. Sic tales insectatur Satyricus.

Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic
Effigiémque deæ longis siphonibus implent,
Inque vices equitant, ac Luna teste mouentur.

Vnde mulieres Græcis tales ἵπποι dicuntur. Et sic amicam suam petulantiorem Lucillius vocat Equam Thessalam.

Indolentia, ingemositas. Seneca epist. 87. *Itaque indolentiam nunquam bonum dicam*. Sidonius epist. ad Polemium, quæ est inter carmina: *Lecturus es hic etiam nouum verbum, id est, essentiam: sed scias hoc ipsum dixisse Ciceronem. Nam essentiam, necnon & indoloriam nominauit, addens, licet enim nouis rebus noua nomina imponere, & rectè dixit*. Cicero: indoloriæ verbum semel tantùm, & cùm venia l. 2. de finibus initio. *num propterea idem voluptas est quod (vt ita dicam) indoloria*.

Indubiæ, indumentum. Lege *induuia* b, pro u, solemniter. Onomasticum: *Induuia*, ἐνδύματα. ab *induo* Induuiæ, vt ab *exuo* Exuuiæ, vt Glossæ aiunt. Plautus Menæch. actu primo scena 3. *Induuiæ tuæ atque vxoris exuuiæ*.

Indubies, pax bellum manente. Lege, *Induciæ, pax bello manente*.

Industriare, dicere. Lege, *Docere*.

Inesis, segnis, piger. Lege *Iners*.

Inextricabilis error labyrinthus. Virg. 6.

Hic labor ille domus, & inextricabilis error.

Higin. Fab. 40. *Dædalus minotauro labyrinthum inextricabili exitu fecit*. Sidonius lib. 2. epist. 5. *Ioannes familiaris meus inextricabilem labyrinthum negotij multiplicis incurrit, & donec suarum merita chartarum, vel vestra scientia, vel si qua est vestra (si tamen est vlla) similis inspexerit, quid respuat, quidve optet ignorat*.

Infaria, non fatua, falsa, aut fatuum efficit. Lege *infatua non fatua*. Infatuat, fatuum efficit, vt infatua sit νήπιος, fandi impotens.

Inforare, in foro placitare. & incomitare, & implacitare. Capitolinus in Marcum Antonium: *Comitiis etiam vsque ad noctem frequenter interfuit. Comitia* notandum hîc vocare Capitolinum, non quæ vulgari notione sic dicuntur, sed quæ inferior ætas *placita* vocauit. inde *comitare* in conuentu loqui & dicere: & *comitius*, verbosus, loquax. Festus etiam comitium in hoc significatu accepit: *incomitare significat tale conuitium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est, in conuentum venire*: vbi *in comitium venire*, est in ius venire. Itaque malè Vulcanius in foro *placitare* explicat, siue autumat legendum *platicare*.

Ingraminat ager, in gramen irrumpit. Festus, *Obherbescere* dixit, *Obherbescere, herbam increscere*.

Institæ, grauatæ, restitulæ. Scribe *Institæ granati resticulæ*. Scholiastes Iuuenalis, *Cadurcus institæ, qua lectus intenditur*. Sunt qui legant, *Clauatæ vestes*, sed ego retineo *resticulæ*.

Interamnia, chorda. Lege quà frequens iter est inter amnes.

Interlectus, interfedatus, variè per interualla fuscatus, Lege *interlitus, interfœdatus*.

I V

Iulca, fissilia. facile est *hiulca* facere.

Iunceum, lectile. Puto, *flectile*, vel potiùs *flexile*. Onomasticum: *flexile*, λυγιστόν.

Iura dabunt, imperabunt. Sidonius in carmine 2.

Sic Marcus viuente Pio, post iura daturi,
Innumerabilibus legionibus imperitabant.

Iuraticus, Scholasticus, legis peritus. Puto, *Vmbraticus*.

K A

Kære Cæsar amicos. χαῖρε καῖσαρ, *Aue Cæsar*.

Kalones, Gallicæ militum. Lege *Galeæ*.

Kartulum, quo mortui afferuntur, & Katulum. Lege *Capulum in quo mortui efferuntur*.

L A

Laberna, gladiator. Laberna, ferramenta latronum, vel grassatorum, furum. Laberna, latro, aut filios alienos seducit. Vides plagiarum manifesto vocari Labernam. Festus: *Lauerniones fures antiqui dicebant, quòd sub tutela deæ Lauernæ essent, in cuius luco obscuro abditóque soliti furta, prædámque inter se luere. hinc, & lauernalis porta vocata est*. Lauerna latro, aut qui filios alienos reducit. Hinc plagiarius est. Ausonius sic intellexit, cùm dixit: *Nec iam pòst metues vbique dictum: Hic est ille Theo poëta falsus, Bonorum mala carminum lauerna*. hoc est, plagiarius, vt loquitur Martialis. An verò scribendum sit *lauerna*, an *labera*, multi anxiè quærunt. Lege *Lauerna tutamentum latronum. Lauerna* enim numen & Asylum talium nebulonum. Dixi alibi.

Lacinium, papyrum. Lege, *Licinium*.

Largens, domesticus. Lege, *Largenius, domesticus*.

Lariæ, munditiæ. Credo legendum, *lautiæ, munditiæ*. Carisius lib. 1. *lautia, supellex*. Festus lib. 4. *Item dautia, quæ lautia dicimus, & dantur legatis hospitij gratia*. Liuius lib. 8. decad. 3. *locus inde lautiaque legatis praberi iussa*. Apuleius lib. 3. *hospitium & loca lautia mihi prabiturum*. & lib. 9. *Nouus dominus loca lauta prolixè præbuit*. Symmachus lib. 4. epist. 56. *Musis in palatio loca lautiora tu dedisti*.

Lator, nauis. Lege *stlatos*.

L E

Lectrum, analogium, super quo legitur. Stephanus de sacram. Altaris. cap. 4. *Officium acolythorum est ante Diaconum ferre cereum accensum cum ceroferario vsque ad analogium, & tenere debent dum legitur Euangelium*. VValafridus Strabo de Reb. Eccles. c. 6. *Analogium, quòd in eo verbum Dei legatur, & annuntietur*.

Lenullus, paruus læcator. Lenare est lenocinium facere. vetus epigramma,… *lenandi callidus arte*. Lenare autem non à voce *leno* venit, sed à *lenus*, nam *lenus*, & leno dicebant. vnde lenulus diminutiuum, & lenullus apud Plautum in Pœnulo. à *leno, lenunculus* à *lenus, lenullus*, & verbum *lenare*. Vnde epigramma nondum editum, præterquam in Salmasij notis ad Vopiscum,

Quòd si formosas redeas lenare puellas,
Et dederit quæstus quotidiana Venus.

lacare autem idem omnino est quod scortari & lenocinari, à Græco λαικάζω & λαικάζειν. idem Isidorus: *Leno, lacator, mediator. lacator gulosus. lenocinium, lacacitas*. Conciliare igitur est lenocinium agere. Isidorus: *Conciliatrix ob societatem flagitiosæ consensionis, eo quòd intercurrat, alienúmque nundinet corpus. hanc etiam & lenam vocant*. currateriam hodie vocamus ab intercurrendo. nam & lenones intercursores & internuntij dicti. honestæ voces olim conciliare, & conciliator ad hoc turpe ministerium postea sunt traductæ. contrà lenones, flagitij propudiíque ministros ad rem honestam. Trogus vsurpauit pro fecialibus & legatis. Iustin. lib. 1. *Primus Scythis bellum indixit Vexores rex Ægyptius, missis primò lenonibus, qui hostibus parendi legem dicerent*.

Leuisata, tunica militaris. fortè, *lena sagum tunica militaris*.

L I

Libatorium, Coxale. fortè *Conchale*.

Licerceris, centurio. fortè, *luceres*.

Licini, lucernæ. Lege *lichni*.

Limbus, clauus in veste regia. Quæ hæc vestis regia? fortassis species est trabeæ, quæ regia dicebatur, ad discrimen *Trossulæ*, & *Quirinalis*.

Linguiscisinus, ferrum. Lege *lignicinus*.

Linguitri, sulcis trifariam diuisis. Lege, *linguis trisulcis, trifariam diuisis*. Virgil.

———linguis micat ore trisulcis.

Liniuia, retia. Lege *Linaria*.

Lixabundus ambulat, qui voluptatis causa ambulat. Festus: *Lixabundus, iter liberè ac prolixè faciens*.

Lixæ aquam quæ. Lege, lixæ Agmen quod per milites ambulat antiqui lixum dixerunt.

Lixiones, aquarum portitores. Vel potiùs *partitores*.

L O

Locar, locus apus vrbem Romanam. Lege, *lucar, lucus*, &c.

L V

Lubricum, vallum imo fossa. Lege, *Ludicrum, vallum sine fossa*. Vide Vegetium.

Lucerna, genus cocullæ. Lege *lacerna, genus Cucullæ*.

Ludarius, locus deceptorius, vbi quis citò labitur. Lege, *Lutarius* à luto. Alij *Lubricus*? Sic paulò pòst, *Labina, lapsum inferens*. *Licini lucernæ*. infrà: *Licini, candela, lucernæ, vel cicindela*. Vulcanius volebat *Lychni*. Nihil est. Glossæ Arabicæ: *Licinius, quasi Lucius. Est enim & Cicindela Lucerna*. Putem ego in tribus hisce locis legendum *Lucinius*.

Ludices meretrices. Fortasse à ludo libidinis, quem apertum habebant. Sic Propertius:

Ludis & externo tincta nitore caput.

Idem lib. 2.

Sin autem longo nox vna atque altera lusu
Consumpta est, non me crimina parua mouent.

Sic Martiali sæpius *ludere lusus*. Fabius lib. 6. cap. 3. *Peruenit res vsque ad ænigma: quale est Ciceronis in Pletorium Fonteij accusatorem, cuius matrem dixit, cùm vixisset, ludum; postquam mortua esset, magistros habuisse. Dicebantur autem, dum vixit infames feminæ ad eam conuenire solitæ: post mortem eius bona venibant*. Gruterus tamen malit *lodices*, quod eis incubetur.

Luma, quadrum sagum. idem in Originib. *luma, saga & quadra mollia sunt*. perperam apud illum *linna* scribitur. Non tantùm hæc *luma*, sed etiam hoc *lumum* dicebant. facile autem ex *lumo* factum est *limbo* ab illis qui quid esset *lumum* ignorabant. Itaque illud eiusdem Isidori in Glossis: *Limbus, nauis piratica, vel clauus in veste regia, siue ipsa vestis*, illustrabitur illis Trebellij in vita Quieti: *eo vsque vt tunica & limbi, & penulæ matronales in familia eius hodiéque sint, quæ Alexandri effigiem de licijs variantibus monstrent*. ibidem enim limbi non sunt fasciæ vel institæ muliebrium vestium, sed ipsæ muliebres vestes. limbum igi-

HHh 4 tur

tur purpureum Trebellius hic appellat, pallium purpureum quod Zenobia fibula adstrictum gerebat, imperatricis vel reginæ more. *sagulum imperiale* paulo antè vocauit, quod Zenobia vsurpauerat post mortem mariti Odenati. talem limbum Dido gerebat, cui chlamydem sidoniam, hoc est, purpuream tribuit poëta.

Lustro, vagatur. Lege, *Vagator.*

M A

Mafortes, operimentum capitum mulierum. Isidorus ita ait: *Vocatum autem dicunt mauortem quasi martem. signum enim maritalis dignitatis, & potestatis in eo est. caput enim mulieris vir est: inde & super caput mulieris est.* Præterea mafortes non tantùm in vsum mulierum, sed etiam monachorum, vt Cassianus ostendit lib. I. c. 7. *Post hac angusta pallio tam amictus humilitatem, quàm vilitatem pretij compendiúmque sectantes, colla pariter atque humeros tegunt: quod mafortes tam ipsorum, quàm nostro nuncupatur eloquio.* Glossæ Arabico-Latinæ: *Mafortium, fascialis, id est, angustum pallium, quo vtuntur monachi, collum pariter atque humeros tegens.* Sic legendum est, non *facialis*, vt aliqui volunt. Propterea quod *facialis* nihil signet.

Magister ludi, Calculo. De ludo calculorum Lucanus Panegyrico ad Calpurnium Pisonem.

Te si forte iuuat studiorum pondere fessum
Non languere tamen, lusúsque mouere per artem,
Callidiore modo tabula variatur aperta,
Calculus & vitreo peraguntur milite bella,
Vt niueus nigros, nunc & niger alliget albos.

Manda, deceptio, fraus. Lege, *Mandra.* Sic suprà, *Mandratur,* Cauillatur.

Mandones, ambrones, tardeliones. Lege, *ardeliones.* Festus, Ambrones turpis vitæ homines dictos scribit.

Mandratur, cauillatur. fortè, *Mandator, cauillator.*

Manius, burceus. Corrige *Mannus, burricus.* In iisdem iterum est, *Mannus, caballus, buricus.* Paulinus epist. 10. quæ est ad Seuerum. *Longè dispari cultu, macro illum & viliori asellis burico sedentem.* Glossæ Latino-Græcæ: *Mannis, βυρίχοις.* Interpretes Horat. in Epod. 4. *Manni equi sunt, quos vulgo burdones siue burichos nominamus.* & in epist. 7. lib. 1. *Mannis, paruis equis, burichis.* In duplici loco B. Hieronymi *lumbricos* erat pro *buricis.* in ep. 26 *Vbi videris fumare patinas, vbi argenti pondus, vbi feruentes buricos mannos, comatulos pueros, preciosas vestes.* & in Ecclesiastæ cap. 10. in vtroque loco erat priùs *lumbricos*, sed malè.

Manua, manipuli. Lege, *Manipulus.* Hisp. *manojo.*

Manucalis sporta. Legendum *manualis sporta.* Cassianus Coll. 19. cap. 4. *Septem paxamatiorum paria sequestratim in procherio, id est, amanuensi sporta die sabbati reponuntur.*

Manutius magnas habens manus. Aliàs *Manutus.*

Mappa, expiarium. Fortè, *Exterforium.*

Matapontum, metabula matris. Fortè, *Metapontum, μεταβολὴ* matris.

Mattum est, humectum est, emollitum, infectum. Hinc *via matta* Ciceroni, via lutosa, & humecta. lib. epist. ad Atticum 6. epist. 12. *Itaque eo die mansi Aquini, longulum sanè iter, & via matta.* ita enim eo loco libri veteres omnes constanter legunt. *Mattus* enim antiqua vox & Latina emollitum, subactum, & maceratum significat. inde verbum *mattare*, pro domitare, subigere, & macerare.

M E

Mempanis, torporibus. Lege, *Membranis tergoribus.*

Mercedonius, qui dat mercedem. Festus: *Mercedonias dixerunt à mercede soluenda.* Intelligit Festus, *dies.* Ita enim omnes dies intercalaris mensis vocabantur. Nam mensis intercalaris Mencidonus vocabatur, vt ait Plutarchus in Numa, vel Mercedonius, vt ait idem in Cæsare.

Mercurius, lapidum congeries in cacumine collium. Hesychius *ἑρμαῖος λόφος, cumulus Mercurialis.* nec aliter Prouerb. cap. 26. *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem.* Tritum hoc est.

M I

Militaris, opinatus, id est; vetus miles. Opinatum fortasse vocat, qui longa militia probatus est, spectatúsque. *opinionem* media Latinitas pro fama & existimatione dixit.

Minnarius, morio. Lege, *Mimarius.*

Miriones, fantasiarum inanium numeratorum. Legé, *fantasiarum inanium miratores.*

Missilius, qui missilia exhibet. Legendum ex fide Salmasij: *Missicius, qui militia exiuit.* vetus inscriptio: *Trib. leg. XI. Aug. & missicius. leg. VI. Aug.* Missicius est veteranus, & qui honesta missione missus est. *missicius* autem, vt *cessicius, adscripticius, subditicius,* & similia, quæ nos per t, scribimus, veteres per c, scripserunt.

M O

Momar, Siculus, stultus, qui citò mouetur ad iram. Plautus: *Quid tu ô momar, Sicule homo, præsumis?* Vbi non tantùm *momar,* sed & *Siculus,* pro stulto. Festus: *Momar Siculi stultum vocant.*

Monocosmum, quod ab vno iumento ducitur, vehiculi genus. In Glossis Arabicolatinis, *Monacus, genus vehiculi, quod ab vno iumento ducatur.* vbi legédum est Monocosmum, ex Isidoro. Græci enim *cosmum* appellant iumentum. Atque hinc *Cosmaticus* est quod pro iumenti tractura soluebatur veredario, aut cursus publici præfecto. Quod dixi cosmum significare iumentum Græcè, intelligendum est de Græcis barbaris.

Mosillus, paruus mos. Fortè, *Mosculus.*

M V

Muginatur, caussatur. Plinius in præfatione: *Dum ista, vt ait Varro, muginamur, pluribus horis viuimus.* Festus: *Muginari est nugari, & quasi tardè conari.*

Mullitiones, ardianum secretum, siue constitutionis. Legendum *Molitiones, arcanum, secretum, siue constitutiones.*

Mulosus, cauiculus rusticus. Lege, *Molossus, Caniculus rusticus.*

Munilibus, machinis bellis. Vetus itinerarium à Burdegala Hierusalem vsque, quod P. Pithœo debetur. *Inde non longè, quasi ad lapidis missum, sunt monumenta duo, monubiles mira pulchritudinis facta,* &c. Sidonius lib. 2. epist. 2. *Ab ortu lacum porticus intuetur, magis rotundatis fulta collyrijs, quàm columnis inuidiosa munubilibus.* Itaque *Munibiles* siue *munilibes* sunt columnæ adstructæ ad monumenta.

Murgiso, callidus, murmurator. Legendum, *callidus, morator.* Festus: *Murgisonem dixerunt à mora & decisione.*

Muscarde, sunt cusmorinum. Lege, *Muscerda, stercus murium.*

Musiæ, nidi isuricum. Lege, *Musea, nidi soricum.*

Mussitanter, leniter. Aliàs, *Musitanter.*

Musium, Cattum ab eo quod catat, id est, videt. Hispanicè *catar* significat videre. vt *catad loque decis,* id est, vide quid dicas.

N A

Nabita, nancta. Lege, *Nauita, nauta.*

Nagare, Vacillari. aliàs *natare.* Lege, *Nutare.*

Nario subsanans. In Glossis veteribus: *nario subsannator.*

Naucupes ad eundum acutum habens pedem. Lege, *Acupes.*

Nauita, nancta. Legendum omnino, *Nauita, nauta.*

Nauricus, nauis princeps. Lege, *Nauarchus.*

N E

Necolatum, stultum & elanguentem. Legendum *Nicolaum stultum.* Vide an *Necolentem* dicere possimus.

Netorsum, fusum, fusile. fortè, *Netorium, fusus, fusile.*

N I

Nibarus, splendidus, *Niuarus,* vel potius *Niueus.*

Nibita, aqua ex nubibus facta. Fortasse *Niuica, aqua ex nibibus facta,* vel: *Niuata, aqua ex nibibus facta.* Petronius: *pueris niuatam infundentibus,* id est, infrigidatam niuibus aquam.

Niniosus, garrulus. Lege, *Naniosus.*

Nitellæ, neutrones, paruncores, deminuti. Lege, *Nitella, nitores, parui, nitores, deminuti.*

Niuarus, splendidus. Lege *Niuatus.*

N O

Non putatiuum est, non est dubium. Lege, *Non putatiuum est. Num, est dubium.*

Norax, peccator, criminosus. Fortasse *Noxax.*

Noxit, noceat. Lucillius *noxit* dixit.

N V

Nutinare, corpus ingenium genitura. fortè, *Natura.*

O B

Obsillas, marsus. Quidam, *Obsitus mersus.* Non ineptè.

Obsolitatus, pollutus, inquinatus. Fortè, *Obsoletis indutus.*

Obsolito, obtero, vel inquino. Lege, *Obsoleto.*

O C

Occa, rastrum. Festus: *Occare, & occatorem Verrius putat dictum ab occadendo, quòd cadat grandis gl bos terra: cùm Cicero venustissimè dicat ab occæcando fruges satas.* Marci Tullij etymon transtulit in dimetrum iambicum. Serenus in opusculis: *Occatio, occæcatio est. Est dimetur Iambicus. Sed nos deriuamus ab occa.*

Occamen, contisio. Legendum *Contusio*: vel *Concisio.* Quia glebæ conciduntur. Nam *occare*, vt pueri norunt, est *βωλοκοπεῖν.* Glossarium: *βωλοκόπος, Occiliator.* infrà: *Occa, rastrum.*

Occistrio, Tabernarius. Fortè, *Cocistrio.*

O E

Oes, insania. Vide an potiùs, *OEstrum.*

O F

Offendices, nodi quibus libri signantur. Scribendum *ligantur.* Vide Festum.

Offex, Impeditor. Lege *Obex.*

O G

Ogit, moritur. Lege *Obit*, vel *agit animam.*

O L

Olouera. Tota ex purpura interpretatur. Sed *olouera*, hodie apud illum non legas. nam vulgò editum est, *oloporphyra.* scripti codices, quos vidimus, partim *olophara*, partim *olofera*, & *oloferia* scriptam exhibebant. nec dubium est quin *olofera* sint *olouera.* sic enim & *fasculum* pro *vasculo* scribebant. Isidorus in Glossis: *fasculum, discum. olouera* igitur non à beris, sed à vero colore. Sed neque oloporphyra est in Glossis, quas nos edimus.

O N

Onus orbitatis. Sidonius epist. 8. lib. 2. *Sed cum libitinam ipsam flentes omnes, externi quoque prensitarent, remorarentur, exoscularentur, sacerdotum propinquorumque manibus excepta, perpetuis sedibus dormienti similior illata est, post quæ precatu parentis orbati, naniam funebrem, non per elegos, sed per hendecasyllabos marmori incisam, planctúque propè calente dictaui.* Vox trita est.

O P

Opersolatio, clusis, à persolis dictum. Lege, *Opessulatio, clusio, à pessulis dictum.*

O R

Originarij, Vernaculi. Qui *αὐτόχθονες* & patritij.

Orispix, ørarum inspector. *Ὠρεσκόπος.*

P A

Pascitur, pactum pacis facit. Marcell. Comes Indictione 11. *Pax cum Parthis depacta est.* Cassiodorus in Psalmum 121. *pax à parcendo siue à pascendo dicta est.* Lege, *pax à pactando, siue à pacendo dicta est.* Pacere enim pacisci est, vt vult Festus.

Paculum, sacculum. Lege, *Phascolum.*

Pagæ memoriæ sine idolis. Lege, *Pagina, memoria sine dolis.*

Paganitius, vt occultus. Lege, *vir occultus.*

Palax, dolosus, fallax. Lege, *Pellax.*

Paliludius, qui palotello ludit. Sic scribendum, non *polotello.*

Palla, latubres. fortè, *Pulla, lugubres.*

Palpantia, trementia. Seneca epistola 74. *Itaque vt in hostili regione versantibus huc & illuc circumspiciendum est, & ad omnem strepitum circumagenda ceruix, nisi hic timor è peccatore eiectus est, palpitantibus præcordijs viuitur.* Sidonius lib. 1. epist. 11. *Te expectat palpitantium ciuium extrema libertas.*

Pamæum, vestis pastoralis. Lege *Pameneum.*

Panegyricus, laus in promptu dicta. Fortè, *Laus in procinctu dicta.* vel, *laus in pompa dicta.*

Pangitare, laudare. Nisi à *Pango* sit, vt velit Pangitare esse alto elogio laudes

laudes pangere: conjecto *Panegyricare*. Talia amabant illis temporibus occisa & occasa latinitate. Et videtur Patrum voces in hanc congeriem voluisse Isidorus constipare insolentiores, siue nouitate, siue etiam antiquitate detortas.

Panora, rapina. Paullo superiùs, *Panera, rapina.* Alij *Panerca.* Meliùs *Panagra.* Quia omnia presse venatur atque excutit in prædatione auaritia: à παν, & ἄγρη. Sic infrà, *Pancra rapina.* lege *Panagra.*

Plantapola, simplasiarius. Lege, *Seplasiarius.*

Paponius, Ebriosus. Lege, *Bibonius.*

Paropsis, granata, vel catunis. Corrige, *gauata*, siue *gabata, catinus.* Anastasius in Gregor. III. *In quo faciens pergulam, contulit dona diuersarum specierum, id est, gabathas aureas duas, alias saxicas numero quinque.* Et frequens est in illo scriptore. Gulielmus Bibliothecarius in Stephan. VI. *Gabathas argenteas cum lampadibus obtulit, & continuatim vigiliis ardere præcepit.* Et Martialis lib. 8. epigram. 48.

Cùm mensas habeat ferè trecentas,
Pro mensis habet Annius ministros:
Transcurrunt gabata, volántque lances.

Pastorium, Aluium tempi. Lego, *auleum.*

Patago, genus mortui. Lege, *Petigo genus morbi.*

Paximatium, panis subcineritius. Luitprandus in Legat. *Soli mensulæ assident nudæ paximatium sibi apponentes.* Columbanus de Reg. Monach. cap. 5. *Olera, legumina, farina aquis mixta, cum paruo pane paximate, ne venter oneretur, & mens suffocetur.* Obuia est lectio.

P E

Padana, pedulis nouus, qui caligæ assuitur. Interpres Iuuenalis Satyr. 1. *Pedules nouos in braccis, quos pedones dicunt.* Gebhardus, qui verissimè emendat, vt ipse ait, *pedanana, pedalis nodus, qui caligæ assuitur*, à me nondum intelligitur, nam *pedanana* pro nodo, mihi inuisum. Vita Christiani monachi in Prolegomenis pag. 66. *Inueni vnum pedulem & in eo magnam massam denariorum.* Gregorius Turonensis in vitis Patrum in Nicetio Lugdunensi Episcopo: *Namque vbi deciso cucullo, aptatis pedulibus* (ita MS. pro pedulis) *pedes operuit, extemplo arreptus à dæmone ruit in pauimentum.*

Pellaciæ, seductiones. Pellaces, seductores. Pellax, fallax. Pelexor, persuasor. Veteres glossæ: δόλιος, *dolosus, astutus, tergiuersator, pellax.* Item, ἀπατηλὸς, *fallax, pellax.* vide 2. Æneid.

Pelops, qui habet vxorem & amicam. Lege, *Pellex.*

Perula, extrema pars nasi. Rectiùs *Pirula.* Nam *Perula* est Bacca, margaritum.

Pessimus, verbosus. An? *Verbustus.*

Pestincius, violentius. Lege, *Pertinatius.* quid si *pestilentius?*

Petalus, equus qui habet albos pedes. Legendum, *Petilus.* Allusit, puto, ad illud Lucillij:

Insignis varijs cruribus, & petilis.

P H

Phaculla, perna, petaso. Vbi Phaculla est vber, & sumen. Hinc compositum, *Phaligodorus*, apud Ethelvverdum in Prologo lib. 2. Chronic. *Hortamur in Domino ne nostra spernantur à phagolidoris dicta, sed potiùs præopimas regi cælorum gratias reddant.*

Phago, cibus, &c. vsque ad, monachorum. Phago Græcis & cibum & edonem signat, vt τὸ πλάνος errorem & erronem appellarunt. & τὸ ῥέμβον de emansore, & emansione dixerunt.

P I

Pilasca, vas vinarium ex corio. Gruterus annotabat, *Pflasca.*

Pilicrepus, pilarius, alipilus. Qui alas depilabat, qui etiam *fornacator* dictus. Seneca epist. 56. inter ministeria quæ balneis deseruiebant *aliptes* numerat, de quo Iuuenalis Satyr. 6. Iulius Firmicus lib. 8. cap. 23. Artemidorus lib. 4. cap. 843. & Marcus Tullius epist. 9. lib. 2. *Alipta* Cœlio Aureliano lib. 1. tardarum passionum cap. 41. *Pilicrepus*, qui pilas pice illitas in vaporarium coniiciebat, vt incalesceret.

Pilliones, portitores mortuorum. Lege, *Vespillones.*

Pinnirrapi, secutores, gladiatores, quod pinnas rapiant. Varro libr. 4. de ling. Lat. *Pinna, quas insigniti milites in galleis habere solent, & in gladiatoribus Samnites.* Lucillius: *Cùm septem incolumis pinnis.*

Pipiunculus, accipiter, acceptor. Lege, *Tinnunculus.* est enim Tinnunculus genus accipitris, in ædificiis ferè nidos faciens.

Pipulo, conuitio, ploratu. Etenim pipulo poscere idem est, quod flagitare. Plautus Aulularia:

Ita me bene amet Lauerna, iam nisi reddi
Mihi vasa iubes, pipulo hîc differam te ante ædes.

Cn. Mattius in Mimiambis:

Dein cocenti vasa cuncta deiectat.
Nequámve scitamenta pipulo poscit.

Quòd Plautus dicit *pipulo differre ante ædes*, idem in Persa dixit, *occentare ostium.* Festus: *Occentassint antiqui dicebant, quod nunc conuicium fecerint, dicimus; quod id clarè & cum quodam canore fit, vt procul exaudiri possit. quod turpe habetur, quia non sine caussa fieri putatur. inde cantilenam dici, quia illam non cantus iucunditatem puto.* Paulus autem eadem fermè scribit.

Piscina, natatoria. Cassiod. in Psalmis: *natatoria piscina.* Sidonius epist. 2. lib. 2. *In hanc ergo piscinam fluuium de supercilio montis elicitum, canibusque circumactis per exteriora natatoria latera curuatum, sex fistulæ prominentes leonum simulatis capitibus effundunt, quæ temere ingressis veras dentium crates meros oculorum furores, certas ceruicum iubas imaginabuntur.*

Pissago, pix liquida, Ss. pro X. *Pixago.*

Pitigmata causiæ. Lege, *Ptygmata*, πτύγματα.

Pitosso, frequenter spurco. Lege, *Pitasso.*

P L

Placor, tranquillitas. Ecclesiastici cap. 4. *Qui vigilauerint ad illam* (sapientiam) *complectentur placorem eius.*

Plaria, delucida, Lege, *Planaria.*

Plebescere, plebem alloqui. Lege, *Plebes ciere.*

Pluteum arma, sedile Grammatici, vel armarium. item: sectile, gremium, arma, pluteum. Vetus interpres Iuuenalis Satyr. 2. *Armarium.* Vitruuius lib. 4. cap. 4. *Plutei ex intestino opere facti*, id est, tabulati. Sidonius lib. 2. epist. 9. *Videre te crederes aut grammaticales pluteos, aut Athenæi cuneos, aut armaria extructa bibliopolarum.*

Pluuicinare, pluitare, sæpepluere. Legendum *Pluuitare, pluitare.*

P O

Polingon, vbi cadauera ponuntur. Forsan *Pollinctrum.* sic suprà *lectum analogium*, supra quo legitur.

Polumum, locus sacrorum. Lege, *Polluctrum.*

Porrum, vasum. Emenda *prasum*, πράσον.

Positiones, ædificia. Huc pertinet Codinus in Orig. Constantinop. τὸν ξηρόλοφον πεὶς πάλιν θέμα ἐκάλει.

Postumus, vltimus, nouissimus. Sidonius lib. 3. epist. 12.

Ne fors tempore postumo viator.

Idem epist. 22. lib. 4. *Postuma laus.* idem epist. 5. lib. 8. *ætas postuma.* & in Paneg. Auiti:

Sunt alij per quos se postuma iactet origo.

P R

Prædarius, præbens auxilium. fortè *prabendarius.*

Prænestinæ. Vide Plinium lib. 15. cap. 22.

Prandeum, genus zonarum. Est enim lorum, fascia, cingulum. Landulphus Sagax in Iustiniano de Auaribus. *Habebant enim retrorsum comas prolixas valdè, atque perplexas, vinctas prandeis.* Mutant P, litteram in B. Monachus Sangallensis de Carolo Magno, lib. 11. *Tenuissimas illas pelliculas, vel tenuiores brandeas, extrahere cœpissent.* Sigebertus in Chronico. *Et sic brandeum altaris, quo consecratum corpus Domini inuoluerat, particulatim diuidebat.* Aliqui: *Prandium, genus cœnarum.*

Prima porta, primum. Lege Primipeta, primum locum, vel gratiam exposcens. πρωτόφιλος. In Euangelio Matthæi cap. 23. vers. 6. notantur Scribæ & Pharisæi vt primipetæ. Φιλοῦσι δὴ τὴν πρωτοκλισίαν ἐν τοῖς δείπνοις, καὶ τὰς πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς: *Amant primam accubitum in cœnis, & primas cathedras in synagogis.*

Primiuergius, caballarius, quod primus est militiæ in virgines. Corrige, *Primiuirgius clabarius* (siue clauarius) *quod primus est militiæ in virgis.* Et obserua, *militiæ in virgis*, id est, *militum virgatorum.* Primiuirgius autem est primicerius. Est autem primicerius primus militum virgatorum. Milites autem virgati, qui præibant magistratus cum baculis, & fascibus expedientes vitam, aliàs lictores.

Probitatem, verecundiam, inhonestatem. Sidonius lib. 3. epist. 13. *Nam quibus citra honestatis nitorem iactitabundis, loquacis fæce petulantiæ lingua polluitur infrenis, his conscientia quoque sordidatissima est. Denique facilius obtingit, vt quispiam seria loquens viuat obscœnè, quam valeat ostendi, qui pariter existat improbus dictis & probus moribus.* num *inhonestatem* in Isidoro in bonam partem sumitur.

Procapibus, proximis. procapis, proximus. Festus: *Procapis, progenies quæ ab vno capite procedit.*

Profecta sunt, promouerunt. Lege, *prouecta sunt.*

Promptria cubilia. Lege, *Promptuaria.*

Propala, vendenda proponens. Lege, προπώλης, *propola.*

Propos, valde potens. Lege, *Prepos.*

Proposcit, petit. Lege, *Procit.*

P S

Psyatium, matta. Teges est. interpres Iuuenalis Sat. 6. *Teges, vt matta, supellex cubilis obscœni.* Petrus Aruernus Venerab. epist. 20. lib. 3. *Sed & si palustria propè sunt loca: mattas antiquum monachorum opus compone, super quas, aut semper, aut sæpè dormias.* idem epist. 50. lib. 4. *ipse ei in mattamonachica, quæ sedi illi contigua erat, assedit.* Regula S. Benedicti cap. 55. *stramenta autem lectorum sufficiant, matta & sagum*, &c. Quæ quia terræ sternebantur *terratoria* Philozeno dicta est. in glossis ψίαθος, *teges, terratoria, matta*, vt à sternendo sternum. De vitis Patrum: *Nullum habens stratum fœni paleæque molimen, nisi tantum illud quod intextis iunci virgulis fieri solet, quas vulgò mattas vocant.* Mattæ ergo ex iuncis, & mattæ strata iuncea.

P V

Puluicinare, pluitare, sæpe pluere. An? *Pluicinare.*

Puluinceria arcæ mortuorum. Lege *Pollinctoria*, vel *Puluinaria, arca mortuorum.*

Q V I

QViritare, populare. Quiritat, populo alloquitur. Sidonius epist. 6. lib. 8. *Per ipsum ferè tempus vt decemuiraliter loquar, lex de præscriptione tricennij fuerat proquiritata: cuius peremptorijs abolita rubricis lis omnis in sextum tracta quinquennium terminabatur.* Cl. Mamercus in præfat. de statu animæ ad Sidonium: *Sanè opusculum illud sine auctore proditum, & vsquequaque proquiritatum.* Apuleiana vox in Apologet. *in medio foro bacchabundus epistolam sæpe aperiens proquiritabat Apuleius magnus*, &c.

Quisquiliæ, surculi minuti, quisquiliæ frumentorum purgamenta vel palea extentata. Victor Vtic. lib. 3. *Alij diffusi per campos, alij syluarum secreta petebant, antiquas radices herbarum, vel quisquilias requirentes.* Sidonius lib. 1. epist. 9. *Sane moneo, præque denuntio quisquilias ipsas Clius tuæ hexametrix, minimè exaques.*

R A

RAdices, ima montium. Sidonins lib. 2. epist. 2. *Balneum ab Aphrico radicibus nemorosæ rupis adhærescit, & si cadua per iugum sylua truncetur, in ora fornacis lapsu velut spontaneo, deciduis struibus impingitur.*

Rationi ineæ, id est, portioni. Hispanicè *Racion*, portionem diurnam, siue sportulam significat.

Ratiscunt, adæstimauerunt. Lege, *Rati sunt.*

Rauit, rauce loquitur. Lucillius: *Rausuro tragicus qui carmina perdit Oreste.*

R E

Replum, species mulieris. Vide an rectiùs, *Peplum, vestis muliebris.*

Reuidare, reuerti. Lege, *Reuitere.* aliàs *Reuiare.* Sic Lucretius, *trauiare*, transire. vter melius horum? iudica. ego extremo hæreo.

Retica ligna, quibus ligna sublimantur. Lege, *quibus tigna sublimantur.*

R I

Ricinus verticum vocatus est. Lege *Ricinius*, vermis ita vocatus est. De Ricinio veste. vide Nonium.

Rinas,

Rinas,naues.Lege,*Carinas.*

Rixatrix,ſerpens veneno aquam inficiens.Lege,*Natrix.*Lucanus : *Et Natrix violator aquæ.*

R V

Ructum,vel frumen. Aliàs,*Cruſtum.*

S A

SAbrum,aſperum.Lege,*Scabrum.*

Saga,nomen gemmæ.Lege,*Sagda.*

Sambucus,ſaltator.Lege,*Cantor.*

Sanceniſſat,lætatur,triumphat.Fortè,*Encæniſſat.*

Sappa,quaſi ſarcula. Sic legendum,malè in vulgatis fit repetitio, & dicitur *s'appappa.*

Sartitator, qui tecta reſarcit. Lege *Sartitector*, &c. Inde *ſartatecta*, vox nota.

Saſattarius,portator armorum. Aliàs, *ſtlattarius.*

S C

Scabellum,ſymphoniaci. Vel,vt aliqui legunt : *Scamellum, ſymphoniaci.* deeſſe aliquid certum eſt,fortè,inſtrumentum, vt dicat, *ſcabellum,* vel *ſcamellum inſtrumentum ſymphoniaci.* Fortaſſe legendum, *ſcamellum, ſymphoniam.* Nam in Originibus idem *ſymphoniam* dicit, *vulgo appellari lignum cauum ex vtraque parte pelle extenſa, quam virgulis hinc inde muſici feriunt.* ſcribit quoque Hieronymus in Epiſtola ad Damaſum, quoſdam de Latinis putauiſſe *ſymphoniam* genus eſſe organi muſici. ſic fuere etiam de Latinis quidam qui putarunt *chorum* genus eſſe inſtrumenti. auctor epiſtolæ ad Dardanum, quæ Hieronymo vulgo tribuitur : *antiquis temporibus fuit chorus quoque ſimplex pellis cum duabus cicutis æreis, & per primam inſpiratur, ſecunda vocem emittit.* Vtriculum intelligit,à quo vtricularij qui Græcis ἀσκαῦλαι.

Scana,arborum denſitas.Gruterus *ſcena.* Tolerari poteſt vulgatum, σκλωὴ ſcana,vt à φημὴ, fama.

Scapulum,fuſtis longus. Scapus eſt fuſtis,vel baculus.hinc diminutiuum, ſcapulus & ſcapellus : & verbum ſcapellare apud recentiotis Latinitatis auctores pro fuſtibus concidere, & battuere. Hæc propria vocis *ſcapus* ſignificatio eſt, & origo, quæ mox & multas alias habere cœpit per ſimilitudinem notiones. Nam & ſcapus columnæ dictus eſt, & ſcapi ſcalarum, & alia quàm multa ab eadem quoque ſimilitudine chartas plures in vnum volumen complicatas & conuolutas, ſcapum Latini appellarunt, quòd baculi craſſi rotundi ſimilitudinem præ ſe ferrent.ob eam rationem ſcapi etiam appellati ſunt radij textorij licio inuoluti.Lucretius:

——— *Anſilia, & fuſi, ſcapique ſonantes.*

Sceptoriæ,ciſternæ.Pro *exceptoria ciſterna.*Sic olim ſceptus,pro exceptus. Spanſum pro expanſum.

Scolaces,quod nos funalia dicimus, eo quòd ſint ſcoliæ, hoc eſt, intorti. hos Romani funes,& funalia nominabant.Idem Iſidorus lib.20.Etym. cap.10. *Funalia ſunt, quæ intra caram ſunt, dicta à funibus, quos ante vſum papiri cara circumdatos habuere maiores. Vnde & funera dicuntur. Funalia autem Græci ſcolaces dicunt, quòd ſint ſcolia, hoc eſt, intorti.*

Sconna,ſponſus. Lege, *Sculna, ſponſor.*

Scotica. Fortè,*Excodica.*

Scrutillus,ventriculus fartus. Feſtus, vbi dicit *Sartutillus*, dicendum eſt *ſcrutillus*, teſte Scaligero.

Scurra, paraſitus, bucellarius. Eſt bucellarius nomen paraſiti Belluonis. Conſtantinus enim Them.Orient.6. βουκελλάριος κατὰ ῥωμαίων διάλεκτον ὁ φύλαξ τοῦ ἄρτου καλεῖται : *Bucellarius iuxta Romanam dialectum cuſtos panis dicitur.* deſcendit enim à bucella.

Scurrula, qui incopriat. Suetonius Claudio : *Interdum ferula flagróve, velut per ludum excitabatur à copreis.* Hæc eſt vera tam antiquitus excuſorum,quàm manu ſcriptorum lectio. Primus Beroaldus *Tropeis* legit : inepto ſenſu. Turnebus *Copreis* ex veteri codice animaduertit. ignorauit tamen quid eſſent *Coprei* : & vt ſententiam ſuam adſtruat, interpunctiones turbat, ac confundit. Atqui *Coprei* nihil eſt aliud, quàm ſcurræ, qui per ludum excitabant eum. Cui enim alij impunè licuiſſet,niſi ſcurris?

S E

Seminecem, ſemimortuum. Sidonius lib.1.epiſt.7. *Nos quidem prout valemus, abſentes præſentéſque vota facimus, preces, ſupplicationéſque geminamus,vt ſuſpenſo ictu iam iamque mucronis exerti pietas Auguſta ſeminecem(quamquam publicatis bonis)vel exilio muneretur.*

Septa armis armatis circundata.D.Cyprianus, *ſatellitum manu ſeptus,*&c. Sidonius lib.1.epiſt.13. *Reductus ad deſideria mediocrium, timore ſummorum, & ſatis cauens ne beatum vltrà diceret,ducerétque qui ſeptus armis ac ſatellitibus,& per hoc raptis incubans opibus,ferro preſſus, premeret aurum.*Egeſippus lib.1.cap.34. *ſtipatores ex Gallia, quibus ſepta incedebat Cleopatra.*

S O

Sol,quod ſolus appareat.

S T

Stagnare,metalla ſecernere.Metallorum ſeparationem vulgò dictam *ſtagnationem* intellige. Idem Iſidorus in Originibus : *Stagni etymologia* ἀποχωρίζων, *id eſt, ſeparans dicitur & ſecernens. mixta enim & adulterata inter ſe per ignem metalla diſſociat, & ab auro & argento æs plumbúmque ſecernit.*

Stamio,partus. Puto, *Statio,portus.*

Sticha,tunica.In faſtis Siculis, φορέσας στιχάριον ὕπαρον : *Cum tuliſſet sticharium aſperum.* Balſamon de Priuileg. Patriarch. τὰ μετὰ ποταμίων στιχάρια : *ſticharia cum fluuiis.* quia videlicet flumina in his tuniculis depicta.Germanus in Miſſæ interpretamento, τὰ λῶρα τοῦ στιχαρίου τὰ ἐν τῇ χειρὶ : *Lora tunicula aut ſtichari*j*,quæ ſunt in manu.*Dicam latiùs de *Stichario* infrà,nunc tantùm Iſidoro conſului.

Strigia,tunica. Lege, *Strigia.*

Strigina,ornamenta regia. Aliàs, *Hyſgina.*

Stiua,manubrium aratri. Sidonius in carminibus,

——— *Paulum ſi pace ſequeſtra*
Claſſica laxaſſes,fortis cui lana regebat
Stiuam poſt aquilas.

Stremus,redimiculum.Lege, *ſtrepus.*

Strues,congeſtio, collectio lignorum. Sidonius lib.3. epiſt.13. *Enimuero illa ſordidior eſt atque deformior cadauere rogali, quod facibus admotis, ſemicombuſtum, moxque ſilente ſtrue torrium deuolutum, reddere pyra iam faſtidioſus pollinctor exhorret.* Et epiſtol.2. lib. 2. *deciduis ſtruibus.*

Struma,opus variè contextum.Lege,*Stroma.*

Strupus. Scalmus eſt nauis. Liuius,teſte Iſidoro, *túncque remos iuſſit deligari ſtrupis.* Sunt enim ſtrupi quibus religatur remus ad ſcalmum. Apud Suetonium alicubi perperam legitur *ſtupis*,pro *ſtrupis.*

S V

Submeles,qui in lecto mingit.Lege, *ſubmeculus.*

Suffraginatus,fractis auribus,vel ſubſtitutus in locum ſuccidentis. Lege, *Suffraginatus, fractis cruribus. ſuffragatus, ſubſtitutus, in locum ſuccedens.*

Suppes,ſuppumpis. Fortè, *ſupinipes.*

Surcetur,iraſcitur. Lege, *ſuccenſet.*

S Y

Syrtes riui rapaces,ſinus maris,vel loca arenoſa.Claudianus Panegyr. *Getulæ ſtant puluere ſyrtes.*

T A

TAlitſus colafus in talo. Vide an *Talitrus,callus,* vel *clauus in talo.*

Tames,cruor ſanguis.Fortè, *Tama.* Feſtus : *Tama dicitur,cum labore viæ ſanguis in crura deſcendit & tumorem facit.* Vide tamen an ſit *Tabus.*

T E

Termentum,nutrimentum. Lege, *Intertrimentum.*

Terrigenæ,gigantes.Luc.lib.3.

Aut ſi terrigenæ tentarent aſtra gigantes.

Sidon.carm.9.

Non hic terrigenam loquar cohortem.

& ſtatim Iſidorus,

Angnipedes, gigantes.

Alcimus Auitus:

Pubetenus cum forma viris,cum corporis ima
Supplerent vaſti mixto pro crure Dracones.

Teſtinium,opportunum. Lege, *Tempeſtiuum.*

T I

Tiaries,portitores ſignorum. Lege, *Triari*j*.*

Tinctorium,gladius.Lege,*Cinctorium.*

Titienſis,clangor.Lege,*tumultus.*

Titubo,nato. Lege, *Nuto.*

T R

Trabea,veſtis ſenatoria,vel regia purpura,vel toga purpurea. in vulgatis eſt vel *toga purporia.* Trabea enim veſtis erat ſenatoria. Sidonius lib.1. epiſt.6. *Trabeatis imaginibus.*

Trictilia,vbi pendent vatiæ. Lege, *trichilia.* trichilæ appellantur pergulæ illæ concameratæ & arcuatæ, ex arundini inflexis & opere topiario colligatis contextæ. Igitur Iſidorus intelligit trichilas,ex quibus dependebant cucumeres,& cucurbitæ, quas vatias appellat, quòd incuruæ eſſent, & obtortæ, ducta metaphora ab iis hominibus, qui cruribus obtortis ſunt, quos Latini *varios*, & *vatias* dicunt. Columella:

Tum modò dependens trichili,modò more chelydri
Intortus cucumis.

Qui legit *trochilo* videtur aberraſſe, nam ſcribendum *trichila*, quod planè confirmat Iſidorus.

Tripoda,tripedia,id eſt,ſcabillum apud tres pedes. Sulpic.Seuer.Dialog. 2.cap.1. *Sedebat autem Martinus in cellula ruſticana, vt eſt in vſibus ſeruulorum, quas nos ruſtici Galli tripetias, vos ſcholiaſtici, aut certe tu, qui de Græcia venis, tripodas nuncupatis.* Sidonius lib.4.epiſt.24. *Habitus viro, gradus, pudor, color, ſermo religioſus. tum coma breuis, barba prolixa,tripodes ſella,cilicum vela foribus appenſa, lectus nil habens plumæ, menſa nil purpuræ, humanitas ipſa ſic benigna, quod frugi, nec ita carnibus abundans,vt leguminibus.*

Trocinus,tectæ genus arduum. Fortè,*Ricinus inſecti genus.*

Troſuli, equites : Troſulus, equeſter, adoleſcens. Hæc vox delicatos & luxu diffluentes ſignat.D.Hieronym.de vitando ſuſpecto contubernio: *dolet ſibi prælatum iuuenem non quidem comatum, non veſtium ſericarum, ſed troſſulum & in ſordibus delicatum.* auctor Gloſſarum veterum putauit *troſulum*, quaſi *toroſulum* dictum. ideoque truſulum exponit, τρυφερὸν. iuuenes comti, comati, inguentati, nitidè veſtiti, molles ac delicati iſto nomine vocabantur; hinc *truſſus*, *truſſulus.* Et propterea factum eſt vt puderet iſtius nominis equites. at heic vetus verbum vſurpauit. Capitolinus, & *troſſulos* pro equitibus dixit, inter quos cooptatus eſt Commodus & princeps iuuentutis deſignatus, cùm togam virilem ſumſit.vulgò enim octauo decimo ætatis anno in equitum numerum cooptabantur. Troſſulus non eſt in Gloſſis Iſidori,quas nos edimus.erit fortaſſe in aliis.

T V

Tuber,ſiti ſubterranei.Lege,*Sili*,vel *Siri.*Suidas,σιρὸς, ὁ λάκκος. Hiſpani *Silos* vocant.

Tubruci,quòd à bracis vſque ad tibiam perueniant. Bracas pro pedulibus poſuit,vt interpres Iuuen.Idem : *Tubruci quod tibias bracáſque tegunt.* Bracæ ibi ſunt crurum tegumenta vel pedum. nam tubruci dicebantur quos ſupra hoſas accipiebant. Paulus de geſtis Longob. *Calcei verò eis erant vſque ad ſummum pollicem penè aperti, & alternatim laqueis corrigiarum retenti. poſtea verò cæperunt hoſis vti, ſuper quas equitantes tubrucos birreos mittebant. ſed hoc de Romanorum conſuetudine traxerunt.* Alij verba hæc attribuunt VVarnefrido.tubruci autem dicti quaſi tubiruci,tuborum ſcilicet ruci,hoc eſt,tuborum,vel tubulorum operimentum.

Tucetum,bula condita,apud Gallos Alpinos. Lege, *Bubula condita.* Annæus Cornutus in illud Perſij Sat.2.

——— *grandes patinæ tucetaque craſſa:*

Tuceta,inquit, apud Gallos Ciſalpinos Bubula dicitur, condimentis quibuſdam craſſis oblita & macerata;& ideo toto anno durat.

Tugellaria,

Tugellaria, maleficia. aliàs *Tegularia, venefica*, &c. in aliis: *Tegellaria, venefica.*

Tugurium, casa. inde *casaria*, Festo. Sidonius epist. 17. lib. 7. *Et casa cui culmo culmina pressa forent.* Festus, *casa sub terra domuncula.*

Tuligatum, carpitum. Forte, *capitum.*

Tullia, media, regia. fortasse designat portam mediam, seu regiam. Eusebius lib. 8. cap. 4. Mediam portam βασιλίδα appellat. Ita enim vocatæ primariæ portæ templorum & monasteriorum. Quamobrem Rosueydus noster in notis ad Paullinum citat regulam Magistri manuscriptam cap. 30. *Mox clausis ab ostiarijs regijs in suis & ipsi iacentes stratis per horarum silentium & noctis appetant somnum.* cap. 47. *Ne cum in sola lingua Deum laudamus, in sola regia oris nostri Deum admittamus.* cap. 67. *vt videantur de ingressu lumine forensi exterioris regiæ monasterij in petenda oratione regulam adimplere.* cap. 95. *Duobus fratribus ætate decrepitis cella intra regias monasterij propè constituatur.* Ibidem: *Regia monasterij à foris circellum habeat ferreum in fimella, quo ab adueniente concusso, cuiuslibet superuenientis intus indicetur aduentus.* Ita videtur quoque explicandus Anastasius Bibliothecarius in Leone III. *In ingressu Basilicæ supra regias maiores fecit imagines ex argento.* Item: *Fecit in Basilica Dei genitricis ad præsepe in ingressu præsepij regias vestias ex argento purissimo, pensantes simul libras centum viginti & septem; & super ipsas regias velum modicum fundatum, habentem in circuitu listam de chrysoclauo. Necnon & alia vela Tyria super regias maiores tria in ingressu Basilicæ cum periclysi de fundato.*

Turturilla, ita dictus locus, in quo corruptelæ fiebant. quòd ibi turturi opera daretur, id est, panem. Legendum est: *Gutturilla, ita dictus locus in quo corruptelæ fiebant, quod ibi gutturi daretur opera.* Deinde quod additur maioris explicationis loco. id est, *panem* omnino legendum censuerim, id est, *Ganeum.* Ita Nonius *Ganea* vocat, *loca vinolentiæ ac libidini apta.* Et Varro, *Ganeones quibus modulus est vitæ culina.* Festus, *Ganeum antiqui locum abditum, ac veluti sub terra dixerunt,* ἀπὸ τῆς γᾶς, τοῦτ᾽ ἔστι τῆς γῆς, vt ait Donatus. quòd in terra sint Ganea, non vt cœnacula superiùs. E Ganea etiam ductum crediderim vocabulum Hispanicum *Bodegon*, quod Hispanis Ganeum siue Tabernam significat eadem etymi ratione. nam *Bodega*, ipsis ὑπόγαιον, hoc est, ædificium subterraneum significat. Vnde in vocabulis rarioribus, vbi dicitur: *Ganzia, occulta loca & subterranea,* legendum, *Ganea.*

V A

VAginatus, exagitatus. Lege, *Aginatus, examinatus.*

Valgis, foras versi tumentibus. Lege, *Foris versis, tumentibus pedibus.*

Vallemacpia, inhonestæ cantiones, & carmina iocaque turpia. Lege *Ballematia.*

Varam, tibiam ianam. Lege, *Varam vibia sequitur.* Quod prouerbium primus nos docuit, Iosephus Scaliger, lectionibus Ausonianis; & in eos quadrare annotauit, qui cum vni vitio indulserint deplorata omni verecundia, & profligato pudore ad alia præcipites feruntur, quasi omni iacta bonorum alea. Simile prouerbium vsurpant Hispani, cùm dicunt, *la soga sefue tras la Caldera.* quo significatur, cum situla decidit in puteum, funem quoque, quo illa aptata pendebat, sequi.

V E

Vernacellus, qui suscitat per dies festos. Legendum *lusitat.*

Vespillones, fossarij, qui mortuos sepeliunt. Tertull. de Pallio: *Vespillo, leno, lanista tecum vestiuntur.* vox frequens.

Vestiarium. Gulielmus Bibliothecarius in Stephan. VI. *Quid mirum si vestiariorum gazas ablatas reperit, qui sacraria perquirens de pluribus donarijs & Ecclesiarum ornamentis panè nihil inuenit.* Anastasius in Seuerino. *Sigillauerunt omne vestiarium Ecclesiæ, seu cimilia Episcopij, quæ diuersi Christianissimi Imperatores, seu Patricij & Consules pro redemptione animarum suarum beato Petro Apostolo reliquerant.*

Vestis ludiaria histrionis tunica. Ludij olim histriones dicebantur. erant etiam ludij gladiatores & bestiarij. Trebellius: *Habuit proximè tuus libellus numerarius hoc nomen in indice ludiorum.*

V I

Viantes, pergentes, ambulantes. Sidonius lib. 4. epistolà 3. *Quodque deinceps nullas viantum volas mea papyrus onerauerit, quæ vos cultu sedulæ sospitatis impartiar præter æquum ista coniectas.* Et lib. 3. epist. 7. *memenmentóque viatorum manus grauare chartis.*

Virginal, membra virginis, in quo habitat. Lege, *Virginal, camera virginis in qua habitat.*

Virops. Lege, *Viripos*, id est, *Viripotens.*

V V


Vultuosus, tristis. Infrà epist. 17. lib. 4. *Puer familiaris astitit vultuosus.* Amm. Marcell. libro 29. *Incedebat passim ac latè os circumferens vultuosum.* Sidonius epist. 11. lib. 1. *Alij tristes vultuosique.*

Hæc placuit annotare in Glossis Isidori, si possim efficere vt illæ habeant auctoritatem. reliqua, quæ deformata sunt, nihil curo, existimo enim ab insciis esse additamenta, quæ nemo doctus probet. Quis enim probabit *Coso*, pro insuo: *cordiscosio*, pro agnosco: *equoro*, pro nauigo. *Gignarus*, pro ignarus: *matrasta*, pro nouerca: *tiu*, pro auunculo: *torno*, pro redeo, & similia, quæ verè sunt fatua, quæque nihil ad gloriam Isidori faciunt.

SVPPLEMENTI FINIS.

R
R
R
S
S
S
S
S
S







CALEPINI
DICTIONARIUM
OCTOLINGUE

2

M. M. C.

